FRATRIS HECTORIS PINTI LVSITANI HIERONYMIANI

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS, ET IN ACADEMIA Conimbricenſi Sanctæ ſcripturæ profeſſoris,

OPERA OMNIA LATINA, QVAE ad hunc vſque diem in lucem peruenerunt. In tres tomos diuiſa.

TOMVS PRIMVS.



LVGDVNI,

APVD STEPHANVM MICHAELEM.

M. D. LXXXIIII.

DOMINO HENRICO PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, INVICTISSIMI REGIS EMANVELIS FILIO,

Cardinali & Archiepiſcopo ampliſſimo, hæreticæ prauitatis ſupremo in Luſitania inquiſitori integerrimo, frater Hector Pintus Luſitanus ſalutem & æternam fœlicitatem.

Cogitanti mihi ſæpenumerò, clariſſime princeps, & varia hominum ſtudia in memoria verſanti, illi fœlices maximéque laudabiles videntur, qui omnes ſuas actiones in Deum referunt, totóſque ſeſe in optimæ vitæ ſtatu exquirendo & conſequendo collocarunt. Intelligentes enim mundi gloriam, potentiam, & opes, ad quas plerique mortales auiditate inflammati aſpirant, non eſſe in rebus expetendis & præclaris numerandas, quippe cùm eas caducas & incertas aſpiciant, virtutem amplectuntur, quæ altiſſimis defixa radicibus, neque poteſt incẽdio amitti, neque direptioni committi, neque vlla temporum varietate labefactari. Inter omnes qui hunc fœlicem vitæ curſum conficiunt, tu vnus emines, princeps Chriſtianiſſime, qui in inſigni dignitate conſtitutus, rerúmque maximarum gloria præſtantiſſimus, virtutem mirabiliter ſectaris. Omni enim humana ſuperbia & arrogantia contempta, ad cœleſtia aſpiras, & nõ ſolùm tuos Luſitanos, ſed alias etiam nationes, ad quas fama tua, nominiſque celebritas & ſplendor euolauit, vſque adeò tua vita & exẽplo inſtruis & deuincis, vt admirabilis illis quædam amoris in te & obſeruãtiæ exardeſcat magnitudo. Eſt enim virtutis proprium homines allicere ad diligendum, cùm ob illius amplitudinem eos etiam, quos nunquam vidimus, diligamus, eorúmque memoriam cum beneuolentia & veneratione vſurpemus. Eſt igitur ea vita fœlix & expetenda, quæ non in falſa mundi gloria nititur, ſed in virtute diuinique numinis imitatione conſiſtit, ex qua verus honor minime contemnendus dimanat. Quod tu intuens, illuſtriſſime prin-

ceps, eas opes ardenter quæris, quæ animum amplificent, ex quibus intelligis, poſſe ueram gloriam redundare. Tu es rectæ iuſtitiæ, dulciſque pacis conſeruator. Ad te tanquam ad ſingulare præſidium confugiunt afflicti. Te omnes intuentur, & prudẽtiam atque virtutem tuam admirantur. Tu es vnus, in quo nititur Luſitaniæ ſalus. Quid plura? Tu es verè princeps Chriſtianus. Hæc eſt vera gloria, & illuſtris nominis claritas & amplitudo, quæ vigebit memoria omnium ſeculorum, quã poſteritas alet, & ipſa perpetuitas ſemper intuebitur. Cui igitur niſi tibi debeo labores meos dedicare? Sed vt meipſum planè cognoſcas, rationem vitæ meæ tibi paucis exponam. Ego cùm fuiſſem ab ineunte ætate in literis Latinis verſatus, & poſtea nonnullos annos & Salmanticæ & Conimbricæ iuri ciuili operam dediſſem, cœpi mecum cogitare, eſſe illum vitæ ſtatum, ad quem ego aſpirabam, multis atque turbulẽtis negotiis oppreſſum, & infinitis animi periculis expoſitum.

Mat. 6. *Verſabatur mihi ante oculos illa Dei noſtri ſententia. Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Et hæc in animo verſans exiſtimabam id quod erat, eſſe religionem rectam viam ad vitam immortalem conſequendã. Eam ob cauſam ingreſſus ſum ordinem diui Hieronymi, vbi viget ſolitaria quædam tranquillitas, & religionis obſeruantia. Et interfluxis nonnullis annis miſſus à primate meo totius ordinis moderatore ad ordinis collegium tanquam ad bonarum artium mercaturam, mea ſtudia longo interuallo intermiſſa reuocaui. Ibi octo continuos annos auidè & ardenter dedi operam literis, in quibus totum curſum & Philoſophiæ & Theologiæ ſub excellentibus præceptoribus virtute et ſapientia præſtantibus perfeci, & vtriuſque linguæ Græcæ & Hebraicæ notitiam comparaui. A collegio reuerſus ad monaſterium, vnde profectus fueram, quantum potui, me abduxi ab omni negotio humano, totúmque me dedidi ſtudio diuinarum literarum. Et conſideranti mihi, atque ſæpenumero memoria repetenti Prophetæ Eſaiæ vtilitatem, magnificentiam, & amplitudinẽ, eſſéque eius expoſitores pauciſſimos, eóſque breuiſſimos, eúmque multis in locis indigere explanatione, oriebatur deſiderium quoddam eius explanandi. Sed cùm eius profunditatem, meique ingenij imbecillitatem perſpicerem, cadebam animo equidem, longéque abſcribendo abhorrebam. Eſt enim diuina ſcriptura liber ille inuolutus, quem vidit Ezechiel ſcriptum intus & foris: foris, propter*

Ezech. 2. *ſenſum in primo & aperto orationis argumento apparentem: intus, propter ſpiritualem intelligentiam, & alta atque diuina myſteria.*

Et

Et eam ob cauſam ait Gregorius Nazianzenus fuiſſe legis tabulas ex vtraque parte ſcriptas. Et cœleſtis ille magiſter Chriſtus Deus noſter, Scrutamini, inquit, ſcripturas: ſignificans non ſat eſſe eas legere, ſed opus eſſe earum arcana & profunda myſteria altè perſpicere, & diligenter inueſtigare. Quam ob cauſam eas theſauro abſcōdito comparauit. Et quemadmodum Hebræis ſe in promiſſam terram conferentibus, & fœderis arcam ſecum aſportantibus ſe obiiciebat Iordanis, impediens illis ingreſſum, ſic mihi ante oculos ponebatur huius diuini vatis difficultas. Sed quod me terrebat, idipſum mihi animum excitabat. Intuebar enim Deum illis magnum illum fluuium aperuiſſe, & viam mirabiliter paraſſe: quo fretus ſperabā fore, vt Deus ſui Prophetæ ſenſum mihi aperiret, quo valerē illum ſecurè penetrare. Sed hæc mihi cogitanti alia multò difficilior occurrebat dubitatio. Sciebam Dauidē dicere in Pſalmo eſſe legem Domini immaculatam animáſque conuertentem: & Apoſtolū Paulum in epiſtola ad Romanos eam ſanctam & ſpiritualem appellare. Cùm autem ego me ipſum peccatorem maculis inquinatum cognoſcerem, qui fieri poteſt, vt auderem ad diuinarum literarum interpretationem contaminatis manibus accedere? Si Oza fuit à Deo percuſſus, quòd arcā, in qua lex fuerat recondita, tetigiſſet, vt litera diuinæ conteſtantur, quas pœnas eſſem ego meæ temeritatis daturus, ſi nō arcam, ſed ipſam ſanctam ſcripturam attingerem, & explanare contenderem? At ex altera parte videbam ipſam ſcripturam ita in Eccleſiaſtico dicentem: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Hæc erant quæ verſabant in deliberando meum animum, illique afferebant ancipitem curam cogitandi. Sed illis circunſpectis & exploratis, facta ſumma omnium mearum cogitationum, decreui tandem diuino fauore implorato, hunc diuinum vatem aggredi, ſperās Deum me in hoc opere pro eius honore ſuſcepto adiuturū. Sequor communem verſionem ab Eccleſia approbatā, & in fine vniuſcuiúſque capitis adiicio ex Hebræo nonnullas annotationes. Vaticinatus eſt Eſaias in Iudæa non ſolùm ante Babilonicam, ſed etiam ante decem tribuum captiuitatem. Eſt eius præcipuum inſtitutum prædicere noſtræ fidei myſteria, præſertim Chriſti Dei noſtri aduentum, & acerbiſſimam mortem, vocationem gentium, & veteris legis ſacrificiorum abrogationem. Vt enim qui vult aliquam conflare campanam, prius efficit formam quandam luteam, eam ingenioſè vertendo & verſando: ſed conflato tintinnabulo, forma reiicitur & frangitur, & pedibus conculcatur, quippe

Exod. 32. Ioan. 5. Matt. 13. Ioſ. 3. Pſal. 18. Rom. 7. 2. Reg. 6. 1. Paral. 13. Eccle. 24. ſimile

quæ ſolùm ad tintinnabuli vſque cõpletionem erat profutura & duratura: ſic effecturus Deus Eccleſiam ſuam, quæ eſt admirabilis quædam campana totum orbem terrarum ſonitu ſuo adimplens, inſtituit prius antiquæ legis cerimonias & ſacrificia, tanquam formam luteam, quæ non niſi ad Eccleſiæ vſque formationem durarent. Eccleſia autem conſtituta, Euangelióque nuntiato, omnia illa vetera ſacrificia fuerunt reiecta, & finita, & pedibus conculcata. Habebat enim
Hebr. 10. 1.Cor. 10. *lex vmbram futurorum bonorum, vt ait in Epiſtola ad Hebræos diuus Paulus, non ipſam imaginem rerum. Et ad Corinthios ſcribens illa omnia aſſerit Iudæis in figura cõtigiſſe. Fuit hic Propheta nobilis, &, vt aiunt, frater regis Amaſiæ, tanta eloquentia præditus, tot ſapientiæ ornamentis excultus, vt omnes alios Prophetas dicendi copia & amplitudine, mea ſententia, facilè vincat. Flagrauit tanto ſtudio veritatis nuntiandæ, vt pro ea à rege Manaſſe, qui ſe ſcelerum miniſtrum præbuerat, & in republica violanda teterrimas fraudes conceperat, fuerit interfectus. Cui igitur eram dedicaturus Prophetam, qui fuit princeps illuſtriſſimus, virtutúmque præſidio ſeptus, niſi alteri principi ſimiliter, clariſſimo. virtutúmque maximarum abundantia cumulato? Quare, princeps Criſtianiſſime, hoc exiguum munus, quod tibi dicare conſtitui, vt meam erga te incredibilem pietatem oſtenderem, pro tua ſingulari humanitate velim benignè ſuſcipias.*

Vale.

*

AVTHORES QVI IN COMMENTARIIS IN ESAIAM PROPHETAM CITANTVR.

D.Hieronymus
D.Auguſtinus
D.Ambroſius
D.Gregorius
D.Hilarius
D.Cyprianus
D. Dionyſius Areopagita
D. Ioannes Chryſoſtomus
D.Gregorius Nazianzenus
D.Cyrillus
D.Athanaſius
D.Baſilius
D.Leo Papa
D.Bernardus
D.Thomas
D.Ireneus
D. Ioannes Damaſcenus
D.Iuſtinus Martyr
D.Gregorius Niſſenus
D.Chryſologus
Theophylactus
Tertulianus
Origenes
Lactantius
Euſebius
Eucherius
Caſsiodorus
Galatinus
Finus Adiranus
Beroſus Chaldæus
Plato
Ariſtoteles
Pindarus
Homerus
Diogenes Laërtius
Antiſthenes
Panætius
Plutarchus
Seneca
Euſtathius
Priſcianus
Euripides
Heſiodus
Xenophon
Strabo
Herodotus
Solinus
Pomponius Mela
Diodorus Siculus
Iuſtinus hiſtoriographus
Ptolemæus
Plinius
M.Tullius
Virgilius
Ouidius
Saluſtius
Horatius
Volaterranus
Trogus
Plotinus
Menander
Epictetus
Metaſthenes Perſa
Valerius Maximus
Theopompus
Aemilius
Philo Platonicus
Nonius Marcellus
Epicharmus
Ioſephus
Reuchlinus
Vlpianus
Fœlix
Sabellicus,
Andreas Fuluius
Hieronymus ab Oleaſtro
Hieronymus Oſorius
Petrus Nonius
Orontius
Septuaginta interpretes
Symmachus
Aquila
Theodotion
Onkeli Thargum
Ionathæ Thargum
Thargum Hieroſolymitanum
Pagninus
R.Dauid
R.Kinhi
R.Abraham
R.Ioſeph
R.Selomoh
R.Moyſes Aegyptius
R.Moyſes Gerundienſis
R.Aben Ezra
R.Simon
R.Sadias
R.Iuda filius Amon
R.Alba
R.Ioſue Galilæus
R.Samuel Ber Nahaman

FINIS.

Argumentum primi capitis.

Explicat diuinus vates genus operis: nomen authoris, materiam, & tempus. Inducit Deum loquentem, & Iudaeorum ſcelera, eorúmque ſacrificia execrantem. Inuitat peccatores ad pœnitentiam. Aperit myſterium redemptionis humanae per Chriſtum ſeruatorem noſtrum. Deplorat Hieroſolymae flagitia & miſerias. Inuehitur in eius principes & magnates, qui cum tanquam parentes boni, & tutores fideles eſſe deberent, eam opibus ſpoliabant, eiúſque dignitatis patrimonium diripiebant. Tandem praedicit Iudaeos infideles ſuorum impiorum facinorum eſſe pœnas graues iuſtáſque perſoluturos.

CAPVT PRIMVM.

VIſio Eſaię filij Amos, quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Eſechiæ regum Iuda. Audire cœli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus eſt. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis: dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctũ Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Super quo percutiam vos vltra adděntes præuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo.

EXPLANATIO.

Viſio Eſaiæ.) Inter omnes ſenſus nullus eſt qui certiorem & euidětiorem cognitionem obtineat, quàm viſus. Illud enim certum nobis & perſpicuum eſſe abſque dubio aſſerimus, quod oculis aſpicimus. Eam ob cauſam dicebat regina Saba
3.Reg.10. regi Salomoni, vt in libro tertio Regum memorię proditum eſt: Non credebam narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis. Et diuus Thomas
Ioan.20. mas apoſtolus apud diuum Ioannem dicentibus alijs diſcipulis vidiſſe Dominum, dicebat nõ crediturum ſe eſſe, niſi eum videret. Vnde illud Saluatoris noſtri: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti. Eam ob cauſam prophetæ appellabantur quondam
1.Reg.9. videntes, vt in libro primo Regum literæ diuinæ teſtantur. Et de Abrahamo nobili patriarcha, & ſumma fide & obedientia præſtanti ait Chri-
Ioan.8. ſtus Dominus noſter apud diuum Ioannem: Exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauiſus eſt. Quamobrem prophetia appellatur viſio quaſi res certiſ-
ſima. Ita Nahum ſuam prophetiam appellat di- *Nahum 1.*
cens in eius principio & inſcriptione: Onus Niniue: liber viſionis Nahum. Et Abdias, Viſio, inquit, Abdiæ. Ezechiel etiam: Cùm eſſem, inquit, *Abd. 1.*
in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei. *Ezech.1.*
Ezechieli viro ſanctiſſimo aperiebantur cæli qui illis clauſi erant, qui flagitiorum vinculis captiui detinebantur. Non enim decebat, vt cœleſtem illam claritatem & admirabilem viſionem intueretur impiorum animus caligine turpium cupiditatum obcæcatus, ſcelerúmque deprauatione irretitus. Et noſter Eſaias. Viſio, inquit, Eſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem. Quibus verbis oſtendit vaticinium hoc ſummam habere certitudinem & firmitatem. Et vt viſus lucem requirit, ſine qua eſſe non poteſt, cùm omnes alij ſenſus etiam in tenebris ſuos effectus obtineant: ſic diuini vates abſque diuino lumine vaticinari non poſſunt, nec Dei viſiones mentis oculis aſpicere. Quî enim fieri poteſt, vt in illum eximium ſplendorem diuinarum viſionum mentis aciem intendat ille, qui ſit diuino lumine deſtitutus? Reuela,
inquit diuinus ille vates & clariſſimus rex Dauid, *Pſal.118.*
oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Nam vt oculus ſolem ſine ſolis luce intueri non valet, ſic mens hominis rerum diuinarum cognitionem capere non poteſt, niſi fuerit diuini auxi-
lij radio illuſtrata. Et alio in pſalmo volens oſten- *Pſalm.44.*
dere prophetiam ſuam eſſe diuinitus inſpiratam, Lingua mea, inquit, calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Quibus verbis quid aliud ſignificat, quàm ſeipſum eſſe inſtrumentum, ſanctum verò ſpiritum præcipuum effectorem? Ideo multis in Pſalmis præfigitur hæc inſcriptio, מזמור לדוד mizmor le Dauid: Pſalmus Dauidi. Significat enim ſanctus vates Pſalmorum authorem Deum eſſe, qui eos ſibi inſpirauit. Articulus enim, le, Hebraicus cum datiuo coniungitur: quanquàm non deſint, qui dicant, poſſe etiam genitiuo copulari. Sed Septuaginta interpretes datiuum eſſe apertè ſignificarunt vertentes: Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. Et diuus Petrus Apoſtolorum princeps in epiſtola ſua ſecunda hæc
verba ſcripta reliquit: Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu Sancto *2.Pet.1.*
inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Apud Malachiam prophetam vbi communis verſio, quam *Mala.1.*
vulgatam editionem appellamus, habet: Onus verbi Domini ad Iſrael in manu Malachiæ, habet verſio Septuaginta: Aſſumptio verbi Domini ſuper Iſraelem in manu angeli eius. Vbi vides vaticinationem appellari aſſumptionem, quòd eam vates à Deo aſſumant, & viſionem, quòd ſit certa, & mentis oculis diuino lumine illuſtratis perſpecta, ac diuinitus inſpirata. Viſio autem eſt naturalis, aut per fidem, aut prophetica, aut beatifica: prophetica eſt inferior viſione ea, quam appellant beatificam, ſed ſuperior naturali, & ea, quæ eſt per fidem eorum, qui prophetæ non ſunt.

Filij Amos.) Hic amos non eſt propheta ille tertius in ordine prophetarum. Ille nanque ita ſcribitur עמוס : hic verò hoc modo אמוץ. Præterea ille fuit humili loco natus, hic verò nobilis, & frater Amaſiæ regis, vt viri docti memoriæ prodiderunt.

Super Iudam & Ieruſalem.) Nomine Iudæ intelligitur etiam Beniamin. Separatis decem tribubus, quæ Iſrael & Ephraim appellantur, & in Samaria habitabant, ſemper Beniamin adhęſit tribui Iudæ, de quibus duabus Eſaias præcipuè loquitur, quæ Hieroſolymæ & in Iudæa habitabant. Eſt enim eius præcipuum inſtitutum loqui de meſſia, cuius myſteria Hieroſolymæ & in Iudæa futura eſſe præuidebat. Ibi enim natus eſt, ibi mortem acerbiſſimam toleranter tulit, & ſuo puriſſimo ſanguine pro nobis fuſo peccata noſtra deleuit. Ibi fuit ſepultus, & redditus ad vitam, & aſcendit in cœlum. Ibi denique ea operatus eſt myſteria, quibus hominum genus à miſerrima ſeruitute, qua oppreſſum tenebatur, eriperet, & ad cœleſtem æternámque patriam perduceret. Dicens autem propheta: Super Iudam & Ieruſalem, indicat vaticinari de rebus tam proſperis quàm aduerſis, quas præuidebat eſſe, & Hieroſolymæ & in Iudęa futuras.

4.Reg.15. *In diebus Oziæ.*) Hic appellatur etiam Azarias, vt libro quarto Regum licet videre. Eſt igitur ſenſus huius inſcriptionis: Hoc libro continetur prophetia Eſaiæ filij Amos, quam Deo reuelante mẽtis oculis aſpexit, qua de rebus ſuper Iudam & Ieruſalem venturis vaticinatur, regnantibus ſucceſſiue in Iudæa Ozia Ioathamo, Achaz & Ezechia. Vbi vides quatuor in hoc exordio à Propheta explicari: primum, genus operis, eſt enim viſio ſiue prophetia: ſecundum, nomen authoris, eſt enim Eſaias filius Amos: tertium, materia, agit enim de rebus Iudæorum proſperis, & aduerſis, & de myſteriis, quæ in Iudæa futura intuebatur: quartum, tempus, quod fuit in diebus regum, qui hîc commemorantur. Sed de inſcriptione hactenus.

Audite cœli, & auribus percipe terra.) Intuere huius principij amplitudinem & maieſtatem. Voluit ſanctiſſimus vates & eloquentiſſimus orator cœlum terrámque in exordio inuocare, vt rerum dicendarum magnitudinem oſtenderet, & auditorum animos attentos redderet. Sed ſi totum prophetam legas, videbis apertiſſimè totam operis ſeriem principio reſpondere. Sublimi enim quadam & heroica dicendi magnificentia & amplitudine fertur, & in omni genere amplificationis inflammatur. Eſt igitur horum verborum ſenſus: Audite angeli & reliqui cœlites, vóſque homines adeſtote animis, aures veſtras erigite, & dicentem attendite, quoniam Dominus locutus eſt. Metonymicôs, vt per continens id, quod continetur, intelligatur. Poteſt etiam ita explanari. Moyſes poſtquàm populo Iſraelitico legem Dei
Deut.30. & 31. & 32. dedit, teſtatus eſt cœlum & terram, vt in Deuteronomio apparet. Nunc fracta & contempta diuina lege citat diuinus noſter vates, & vocat eoſdem teſtes, vt videant omnes creaturæ eſſe Deum meritò illis iratum, qui legem ſuam pro nihilo putarunt, & in republica violanda dolos peſtilentes conceperunt. Poteris præterea per cœlos homines intelligere, ſed eos, quorum familiaritas in cœlo eſt, qui in corporibus humanis vitam cœleſtem imitantur, qui, humanis rebus contemptis, ad quas homines cupiditate incenſi rapiuntur, ad cœlum ſemper aſpirant. Per terram verò homines flagitiis aſtrictos, qui terram ſemper ſpectant, & in præmiis humanis ſpem rerum ſuarum ponentes humana diuinis anteponunt. Solent enim diuinæ literæ viros animi celſitudine preditos iuſtitiam & pietatem colentes cœlos appellare, eos verò, qui ſcelere & maleficio paſcũtur, terram vorant. Ita enim viri docti explanant locum illum Eſaiæ: Cœlum ſedes mea eſt. iuxta id, Inf.66.
quod ait Paulus Apoſtolus Vos eſtis templum Dei 2.Cor.6.
viui. Et alibi: Templum Dei ſanctum eſt, quod 1.Cor.3.
eſtis vos. Et id, quod dicitur in Pſalmo: Cœli enarram gloriam Dei, de Apoſtolis & viris ſanctis intelligitur, vt videtur ex diuo Paulo deduci qui id, Pſal.18.
quod ſtatim ſequitur: Non ſunt loquelæ nec ſermones, quorum non audiantur voces eorum, de Apoſtolis in epiſtola ad Romanos interpretatur. Rom.10.
Appellari autem peccatorem terram, apertè indicat ſcriptura dicens: Corrupta eſt terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. Et ita interpretatur Chryſoſtomus locum illum Geneſis: Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Gen.6. Gen.3.
Hæc enim verba dixit Deus ſerpenti, poſtquàm primus parens noſter Euæ deceptæ obediuit, quando illa eum ad funeſtas epulas inuitauit. Eſt enim homo mortifero flagitio contaminatus cibus diaboli, iuxta illud Petri Apoſtoli: Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem 1.Pet.5.
deuoret. Vbi vides hominem flagitioſum terram eſſe, & ab antiquo ſerpente deuorari. Ergo nomine cœli & terræ intelligit iuſtos & peccatores. Vel ita: Vos ô res inſenſibiles alloquor. Audite me orbes cœleſtes, præbe mihi aures tu terra infimum elementum. Vos voco ô res inanimatæ, nam homines ſunt multò vobis inſenſibiliores. Clauſerunt aures ſuas diuinis monitis velut aſpides ſurdæ, nolunt me audire, vos mihi aures date, & dicentem attendite. Hic videtur eſſe huius loci germanus ſenſus. Non enim recedit à litera, & oſtẽdit vehementem impetum à diuino amore productum, quo erat vir ſanctiſſimus inflammatus. Eodem modo alius propheta videns regem Ieroboã 2.Reg.13.
idolum venerantem, verúmque Deum contemnentem, diuino quodam amore incenſus non homines impios, ſed ipſum altare inſenſibile in hunc modum alloquitur: Altare altare: hæc dicit Dominus: Ecce filius naſcetur domini Dauid Ioſias nomine, & immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum, qui nunc in te thura ſuccendunt. Quid ais propheta, lapidem alloqueris? Lapidem. quoniam homines multo inſenſibiliores lapide facti ſunt. Et ſtatim altare mirabiliter ſciſſum eſt verbis prophetæ obtemperans, & cinis effuſus eſt. Lapis audiuit, & fuit confeſtim fractus: homines autem non ſolum non frangi, ſed neque audire voluerunt. Habes hanc hiſtoriam tertio libro Regum. Imperabat Chriſtus vento, & mari fluctibus exagitato, & ſtatim parebant, vt euangelica conteſtatur hiſtoria, & fiebat tranquillitas magna; homines autem nec Chriſto impe- Matth.8.
rante volunt quieſcere, nec à turbulentis ſcele- Luc.8.
rum tempeſtatibus deſiſtere, inconſtantiores vento, fluctuoſiores mari, duriores lapidibus, ſurdiores illis,

illis, qui ea loca occulũt, quæ Catadupa nomi-
nantur. Hoc intuens diuinus vates quaſi igno-
rãs quò ſe verteret, vbi quereretur, quos implo
raret, vt eum audirent, non homines, ſed res ſen
ſu audiendi carentes alloquitur.

Exod.4. *Filios enutriui & exaltaui.*) Hebræos vocat
Deus filios ſuos. Et in Exodo, Filius, inquit, pri-
mogenitus meus Iſrael. Populus gentium filius
etiam eſt, ſed non primogenitus, ſed ſecundo
genitus. At ſi diuinas literas volueris atten-
tius intueri, & veterum hiſtoriarum memo-
riam replicare, inuenies multis in locis, non pri-
mogenitos accepiſſe hæreditatem, quin potius
filios ſecundos Deo fuiſſe chariſsimos. Primoge
Gen.4. nitus fuit Cain: ſed Abel iuſtitiam coluit & pie-
Gen.21. tatem, & ad illum, eiúſque munera, non autem
ad Cain Deum reſpexiſſe diuinæ literæ conteſtã
tur. Primogenitus fuit Iſmael, ſed Iſaac accepit
Gen.27. hæreditatem. Primogenitus fuit Eſau, ſed Iacob
præripuit benedictionem. Itaque Hebræi filij
vocantur. Sed quoniam Deum clementiſsimum
patrem ſpreuerunt, eiúſque filium Chriſtum
Ieſum Deum verum cruci affixerunt, & acerbiſ
ſimis cruciatibus ad mortem vocarunt, fuerunt
optimo iure hæreditate expulſi, & reprobati.
Eos autem, qui ex gentibus crediderunt, adop-
Rom.8. tauit Deus, & in cœleſtem hæreditatẽ vocauit,
& eos etiam, qui ex Iudæis ipſum Chriſtũ rece-
perunt. Accepiſtis, inquit Paulus Apoſtolus, ſpi
ritum adoptionis filiorum, in quo clamamus
abba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium red-
dit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei: ſi autẽ
filij, & hæredes. Et Ioannes Euangeliſta, Quot-
quot autem, inquit, eum receperunt, dedit eis
poteſtatem filios Dei fieri. Sed animaduerte. Ex
plicaturus Deus Iudæorum ingratitudinem, cæ
teráque nefaria ſcelera, prius cõmemorat bene-
ficia ab eo in illos collata, vt eorum culpa emi-
neat, & tetrior atque grauior appareat. Tria be-
neficia commemorat, generationis, dicẽs filios:
nutritionis, dicens enutriui: dignitatis, dicens
exaltaui. Genuit eos doctrina & gratia: enutri-
uit eos non ſolum terreno cibo, ſed etiam cœ-
leſti, iuxta id, quod dicitur in Pſalmo: Panem
Pſal.77. cœli dedit eis, panem angelorum manducauit
homo. Extulit eos victoriis & triumphis, atque
memorabilibus trophæis & monimentis. Addu
xit illos ad terram vberrimã, quam illis promi-
ſerat vt eam victis mirabiliter gentium regibus
poſsiderent. Superauerunt diuino præſidio mu-
niti & domuerũt gentes immanitate barbaras,
multitudine innumerabiles, omni copiarum ge
nere abundantes. Sed totam hanc dignitatem
deformauerunt, & penitus amiſerunt, quoniam
cœleſtem illum doctorem de cœlis ad terram
miſſum, qui eos è tenebris errorum vindicatũ,
& à peccatorũ vinculis liberatum venerat, ad ex-
cidium crudeliſsimũ falſis criminibus vocarũt.

Ipſi autem ſpreuerunt me.) Aduerte, ipſi me.
Vtraque dictio ſuam habet emphaſim. Ipſi in-
grati filij, me pium patrem, nutritium, authorẽ
ſuæ dignitatis, & Deum. O cæcitatem deploran-
dam. O nefariam ingratitudinem, & immanem
hominum impietatem, qui poſt tot beneficia à
Deo accepta ipſum Deum aſpernati ſunt. Quæ
autem ea ſint, in quibus Deus fuerit ab illis ſpre
tus, non eſt opus commemorare, cum illis ple-
na ſit hiſtoria Euangelica. Nam etſi hæc verba
Dei poſsint ad tempus illud referri, quo Eſaias
ea literis mandauit, proprius tamen ad Chriſti
tempus referuntur.

Cognouit bos poſſeſſorum ſuum.) Arguit Iſraelis
ingratitudinem & ignorantiam brutorum com
paratione. Quid ſtolidius boue? Quid ſtupidius
aſino? Et nihilominus eos cognoſcunt, qui eis
tribuunt beneficia. At Iſrael Deum, à quo innu
merabilia beneficia acceperat, non cognouit. Et
populus meus non intellexit. Si eſſet populus
extraneus, non eſſet ita mirum. Sed eſt meus,
quod amplificat criminis grauitatem. Non fuiſ-
ſe autem Chriſtum notum à Iudæis, ipſe apud
Ioannem in hunc modum teſtatur: Hoc faciunt
vobis, quia non nouerunt Patrem nec me. Et
iidem Iudæi dicebant apud Ioannem: Hunc au Ioan.16.
tẽ neſcimus, vnde ſit. Et apud Lucam alloquens Ioan.9.
Chriſtus Hieroſolymam, Non relinquent, in- Luc.19.
quit, ſuper te lapidem ſuper lapidem, eò quòd
non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Egreſ-
ſis Iudæis ex AEgypto dedit illis Deus in deſer
to panẽ de cœlo, de quo ait diuinus vates: Pluit
illis manna ad manducandum, & panem cœli Pſal.77.
dedit eis, panem angelorum mãducauit homo.
Viſo autem cœleſti pabulo dicebant filij Iſrae-
lis: manhu: Quod ſignificat: quid eſt hoc: Igno
rantes & rei nouitate commoti quid illud eſſet,
inuicem quærebant. Habes hanc hiſtoriam Exo
di capite ſextodecimo. Et quoniam illa, vt ait A- Exod.16.
poſtolus, illis in figura contingebant, per panẽ 1.Cor.10.
illum cœleſtem Chriſtus ſignificabatur, qui de
ſeipſo, Ego ſum, inquit, panis viuus, qui de cœlo
deſcendi. Quid igitur per illa Iudæorum verba Ioan.6.
ſignificabatur, niſi venturũ eſſe tempus, quan-
do Iudæi de pane illo cœleſti Chriſto ſeruatore
noſtro dicerẽt: Quid eſt hoc Tu quis es? Hic ne- *figura*
ſcimus vnde ſit. Anima noſtra nauſeat ſuper ci-
bo iſto leuiſsimo. Voluit Spiritus ſanctus figura
illa oſtẽdere, Iudæos nõ eſſe Chriſtũ cogituros, Num.21.
quod hic per Eſaiam ipſe teſtatur. Nõ cognoue-
runt autem eum, quia malitia obſtinati eum co-
gnoſcere noluerunt. De illis enim eſt in libro Sa Sap.2.
pientiæ monimentis mandatum: Excæcauit illos
malitia eorum, & ſacramenta Dei ignorauerũt.

Væ genti peccatrici.) Deplorat propheta Iudæo
rum miſeriam & calamitatem, æternumque eis
minatur interitum. Non vnius tantum aut duo
rum, ſed totius populi flagitia deplorat. Reſpi-
ce congeriem rhetoricam, qua ſignificat eſſe He
bræos omni ſcelerum genere contaminatos.
Gens peccatrix, populus grauis iniquitate, ſemẽ
nequam, filij ſcelerati, idem diuerſis verbis ſigni
ficant. Sed voluit hæc ad ampliorem exaggera-
tionem coniungere. Tu verò conſidera quæ no-
mina Deus peccatoribus imponat. Multi ſunt
improbi, & impiorum facinorum maculis nota-
ti, qui, vel quòd illuſtri loco nati ſint, & maiorũ
opinione nitantur, vel quòd rempublicam ad-
miniſtrent, vel quòd aliqua alia de cauſa illuſtri
aliquo honore in hominum cœtu celebrentur,
magnificis nominibus appellantur. Sed talia no
mina ſunt inania & fallacia, quippe ab homini-
bus impoſita, qui & alios fallunt, & ipſi longe
opinione falluntur. At vera & apta impiorum

nomina ſunt ea, quæ hoc in loco verus ille iuſtiſ
ſimus ac ſapientiſsimus Deus illis imponit. Cō-
trà verò viros iuſtos, omnibus virtutum orna-
mentis decoratos, & ardenti charitate præſtan-
tes nominibus illuſtribus appellat. Vos, inquit
ille eſtis ſal terræ. Vos eſtis lux mundi. Vos eſtis
ciuitas ſuper montem poſita. Quibus ampliſsi-
Matth. 5. mis nominibus voluit Deus Apoſtolorum lau-
dem oſtendere, eóſque incitare ad omnes tempe
ſtates atque procellas forti & erecto animo ſub-
eundas.

Popule graui iniquitate.) Homines ſceleratos
appellat graues iniquitate. Eſt enim peccatum
onus & pódus vſque eò graue, vt animas in in-
feros deprimat. Nam vt graue ſuapte natura ten
dit deorſum vſque ad centrum, ſic mortiferum
peccatum animas ad ima, & profunda tartara
ſecum ducit, multo grauius omni plumbo abſ-
que vlla comparatione. Hoc peccati pondus vo
Zach. 5. luit Zacharias propheta ſignificare, ita capite
quinto dicens: Ecce talentum plumbi portaba-
tur, & ecce mulier vna ſedens in medio ampho-
Pſal. 37. ræ: & dixit: Hæc eſt impietas. Et Dauid, Quo-
niam, inquit, iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt
caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt
ſuper me. Quibus verbis apertè oſtendit ſe pec-
cati pondere adeò obrui, vt animi vires tá gra-
ui oneri ferendo pares non habeat. Et paulo
poſt, Miſer, inquit, factus ſum, & curuatus ſum
vſque in finem. Et alio in loco exclamat idem
Pſal. 4. propheta: Filij hominum vſquequo graui cor-
ſimile de? Vt enim nauigia nimis grauata & onuſta pō
dere premuntur, & naufragium faciunt, ſic ani
mi noſtri peccatorum onere ſuccumbunt, & in
mediis fluctibus corruunt, priúſque in ipſo cur
ſu obruuntur, quàm portum conſpicere potue-
runt. Et vt Charitas eſt ignis ſurſum tendens,
ſic peccatum eſt terræ centrum petens. De eius
pondere illud etiam intelligitur, quod in hunc
Ierem. 17. modum Deus per Ieremiam ait: Ne portetis o-
nus, & ne inferatis per portas Ieruſalem in die
ſabbati. Hieroſolymæ portæ ſenſus noſtri ſunt,
per quos in ciuitatem regiam, hoc eſt in ani-
mam noſtram ad imaginem Dei factam ſarcinas
grauiſsimas ferimus, cum deliberatè peccatis
aſſentimur.

Blaſphemauerunt ſanctum Iſrael.) Iſrael eſt ge-
nitiui caſus. Sanctus Iſraelis eſt Dei periphraſis,
qui ideo ſic vocatur, quia Iſraeliticum populū,
quem ſibi elegerat, ſanctificauit, & coram eo ſe
ſanctum oſtendit. Eum Iudæi blaſphemauerūt,
quando eum Samaritanum, demoniúmque ha
bentem vocauerunt, in eúmque odium ad ſan-
guinem excitarunt. Lege Euágelicam hiſtoriā,
ſi impias Iudæorum in Chriſtum Deum noſtrū
Blaſphemias videre volueris.

Abalienati ſunt retrorſum.) Non ſolum non ſe-
cuti ſunt Deum, ſed etiam ab eo fugerunt, & de
fecerunt: quam ob cauſam in infernū præcipita
Pſal. 72. ti ſunt. Ait enim ſcriptura: Qui elongant ſe Do-
Iere. 2. mine à te peribunt. Defeciſſe Iudæos à Domino,
& terga vertiſſe, multis in locis diuinæ literæ
conteſtantur. Apud Ieremiam emittit Deus has
voces: Elongauerunt à me ambulauerunt poſt
vanitatem, & vani facti ſunt. Et paulo poſt: Me
Oſe. 4. dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Et Oſeas: De-
reliquerunt, inquit, Dominum non cuſtodien-
do. Et multis aliis in locis. Sed quid loquitur de
Iudæis, cùm nos ipſi Deum cotidie derelinqua
mus, ab eóque animos noſtros alienemus? Quid
facis homo? quē relinquis? cur te in fugam tur
piſsimam conicis? Quò is, quē quæris, ad quem
cōfugis? Quæ poteſt eſſe maior inſania quàm ab
eo fugere, qui eſt ſummè bonus, qui te ad æter-
nam gloriam vocat, & eum ſequi, qui eſt peſsi-
mus, qui cogitat de tua pernicie & vaſtitate, qui
ſuis falſis illecebris te ad æternos cruciatus per
ducere conatur?

Super quo percutiam vos vltra?) Quoniam po-
terat aliquis ita Deo obiicere: Si hic populus ſe
tā impiis ſceleribus cōtaminauit, quare eū non
punis, vt flagellis ipſis ad te conuertatur? Huic
tacitæ obiectioni videtur reſpōdere Deus, iam
hoc remedium adhibitū eſſe, ſed nihil profuiſſe.
Ait igitur: Sæpe vos percuſsi, vt corrigeremini,
vos autē ipſam medicinam in venenū conuerti-
ſtis. Tantum abeſt vt ſupplicium veſtros nefa-
rios conatus coerceat, vt etiam ſcelera ſceleri-
bus addatis. Vbi ergo vos feriam, cum nulla ſit
in vobis pars, quæ iam non ſit percuſſa? Oſten-
dit Deus ideo nos affligere, vt oculos aperia-
mus, & vitia relinquentes cœleſtia contemple-
mur, & ad Deum conuertamur. Solent enim
aliquando peccatores conuerti, quando affli-
ctionibus & calamitatibus premuntur. Hoc
intelligens Dauid, Conuerſus, inquit, ſum in *Pſal. 31.*
ærumna mea, dum configitur ſpina. Ex quo
perſpicis magnam eſſe Dei iram, quando no-
bis non iraſcitur: quemadmodum quando per
Ezechielem dicebat: Zelus meus recedit à te, & *Ezech. 16.*
nō iraſcar tibi amplius. Et per Oſeam: Non viſi- *Oſe. 4.*
tabo ſuper filias veſtras, cū fuerint fornicatæ, &
ſuper ſponſas veſtras, cum adulterauerint. Tunc
vltio Dei eſt grauiſſima, cùm dimittit hominē
in manu ſui deprauati appetitus. De qua vltio-
ne ipſe in Pſalmo, Dimiſi, inquit, eos ſecundum *Pſal. 80.*
deſideria cordis eorum. Eam ob cauſam viri ſa-
pientes virtutéque preſtantes afflictionibus
delectantur. Diuus Paulus, Gloriamur, inquit, *Rom. 5.*
in tribulationibus. Et alibi: Quod in præſenti *2. Cor. 4.*
eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ,
ſupramodū in ſublimitate æternum gloriæ pon
dus operatur in nobis. Nā vt in ſemine fructus
eſt, ſic in afflictione gloria. In Apocalypſi diui
Ioannis Apoſtoli de beatis illis, qui Deo ſempi- *Apocal. 7.*
terno æuo fruuntur, dictum eſt: Iſti ſunt qui ve-
nerunt de tribulatione magna. Non ſine cauſa
veteres ſapientes fictis fabulis memoriæ prodi-
derunt, ſolem paſci aquis amaris, lunam vero
dulcibus. Qua in re ſignificare volebant, virum
ſapientia excultum, virtutúmque ornamētis de
coratum, qui per ſolem intelligitur, amara quæ
rere, afflictionibúsque delectari, ſtultum vero &
flagitiis coopertum, inconſtantem lucéque alie
na reſplendentem, qui per lunam ſignificatur,
mundi voluptates appetere, falſis illecebris paſ-
ci & deliniri, & ardenti inanis celebritatis cupi-
ditate inflammari.

Omne caput languidū, & omne cor mœrens.) Allo
quitur Deus Iudæorum populum, ac ſi eſſet cor
pus vnū, cuius caput eſſet rex, cor antiſtes & ſa-
cerdos, reliquum corpus omnes alij tam nobiles
quàm

quàm obſcuri. Et volens oſtẽdere eſſe eos incurabiles ait: Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circũligata, neq; curata medicamine, neq; fota oleo. Ac ſi diceret: Cũ tã grauibus animi morbis laboretis, nullam tamẽ vultis adhibere medicinã. Id iis verbis deplorabat Ieremias: Percuſſiſti eos, & nõ doluerunt: *Ierem.5.* attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. Indurauerunt facies ſuas ſuper petram & noluerunt reuerti. Hęc propriè de Iudęis illis poſſunt intelligi, qui percuſſi à Deo, traditi Romanis, vaſtata Hieroſolyma, incenſo templo, in ſua infidelitate & perfidia permanſerunt. Eſt igitur ſenſus: Nullas inuenio plagas, quibus duritiem veſtram confringam, ſiquidem nullis vultis corrigi verberibus. Nam à planta pedis, hoc eſt ab infima plebe, vſque ad verticem, hoc & vſque ad regem, eſtis corrupti, flagitiiſque contaminati. Illud eſt aduertendum, regem vocari caput, & ſacerdotem cor, quæ ſunt in toto corpore præcipua membra. Volens oſtendere eſſe totum populum corruptum, ſatis eſſe duxit indicare, principes & præſules corruptos eſſe. Nam quales in republica principes ſunt, tales ſolent eſſe ciues, quod Plato eleganter ſcriptum reliquit. Sed grauius diuinę literę in Eccleſiaſtico iis verbis affirmãt. *Eccl.10* *ſimile* Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis rector eſt ciuitatis, tales & habitantes in ea. Nam vt columnæ vmbra ipſam columnam imitatur, vt ſi columna recta ſit, vmbra in rectitudinem tendat: ſi vero curua & obliqua, eodem modo vmbra ſe habeat: ſic populus principem & pręſulem imitatur. Ex quo efficitur, vt populi peccata ſæpenumero principi & antiſtiti meritò tribuantur. Inueniens Moyſes populum colentem vitulum, fratrem ſuum Aaronem ita obiurgauit: *Exo.32.* Quid tibi fecit populus hic vt induceres ſuper eum peccatum maximum? Aſcribit ſacerdoti & præſuli populi flagitium, quòd ei non omni conatu reſtiterit. Intellexit enim vir ſapiens & iuſtus, debere præſulem vi ac poteſtate cæcum impetum imperitæ multitudinis coercere. Ideo non ait: Quid feciſti? Sed, quid tibi fecit populus hic? Quaſi maximum ſit genus ſui vlciſcendi non coercere ſubiectorum deprauatum appetitum. Peccauerat populus, & ſacerdos obiurgatur. *ſimile.* Si horologium plenas habuerit rotas, pondera, & cætera ad ſuum artificium neceſſaria, quibus orbes ſuos, circulóſque conficiat mirabili certitudine & conſtantia, vt poſsit horis certa temporis ſpatia & interualla diſtinguere, & nihilominus horæ intemperatè ſonuerint nulla certitudine, nulla moderatione, talis error potius moderatori tribuendus eſt, qui horologium temperãdum ſuſceperit, quàm ipſi horologio. Sic errante populò, & à temperantia & moderatione diſcedente, illi qui eum gubernandum ſuſcepit, eſt abſque dubio culpa tribuanda, eſt enim princeps veluti horologij moderator. Illud eſt præterea conſiderandum, antiſtitem & ſacerdotem appellari cor: quoniã *Similia.* quemadmodum cor eſt fons quidam omnium ſenſuum, in quo eſt perennis quædam motio, ex qua arteriarum curſus proficiſcitur, ſic ex antiſtite exire debent crebræ precationes, ſolida atque ſancta doctrina, inſignes virtutes, quibus populus adiuuetur, & ad virtutem moueatur. Et vt cor habet ſedẽ in medio corporis, ſic præſul debet eſſe in medio, omnibus cõmunis & æqualis. Et vt cor eſt veluti mediũ inter animã & corpus, ſic præſul debet eſſe mediator inter Deũ & homines. Incolumi corde poſſunt mẽbra ſaucia ſanitatem recuperare: at ſaucio & percuſſo corde nulla eſt ſpes ſalutis recuperandæ. Eodem modo ſi populus in vitiorũ ægritudinem inciderit, poterit ſanitatem obtinere, ſed corrupto præſule & vitiis contaminato, quæ erit ſpes ſalutis recuperandæ? Si ceciderit lapis ex pariete, facile reſtituetur, ſed labefactato & euerſo tẽpli fundamento, qui fieri poteſt, vt totum ædificium non corruat, & funditus euertatur? Si lucerna extinguitur, ſi lux obſcuratur, ſi nauclerus mergitur, ſi dux amittitur, quid facient cæteri? Imò ipſe præſul quid faciet? Si ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? *Matth.5.*

Vulnus, & liuor, & plagã tumens.) Poteris per vulnus apertum ſcelus intelligere, per liuorem occultum, per plagam tumentem ſuperbiam & elationem.

Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ C
ſuccenſæ igni: regionem veſtram coram *infrà.5.d*
vobis alieni deuorant: & deſolabitur ſicut
in vaſtitate hoſtili. Et derelinquetur filia
Sion & vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas
quæ vaſtatur. Niſi Dominus exercituum *Rom.9.f*
reliquiſſet nobis ſemẽ, quaſi Sodoma fuiſ- *Gen.19.c*
ſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus: Audite verbum Domini principes *Iere.6.c*
Sodomorum: percipite auribus legem Dei *Amos.5.f*
veſtri populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit
Dominus? Plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem D
vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cum veneritis ante cõſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atriis meis? Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. Incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam, & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram. Iniqui ſunt cœtus veſtri: calendas veſtras, & ſolennitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens.

Terra veſtra deſerta.) Hæc omnia referuntur ad tempus Titi Veſpaſiani, quando Iudæi fuerunt à Romanis capti, & occiſi, & Hieroſolyma fuit deleta, & templum incendio flagrauit. Eſt igitur ſenſus: Quoniam vos ò Iudæi cœleſtem medicinam eſtis neglecturi, & in veſtra malitia & contumacia permanſuri, ideo terra veſtra deſeretur, & vrbes veſtræ igne flagrabunt.

Filia Sion.) Hoc eſt Hieroſolyma: quæ ob eam cauſam vocatur filia Sionis, quia in monte Sione ſita erat, ex quo quaſi naſci videbatur. Vel quoniam phraſis eſt Hebræa, ciuitates ſic filias appellare. Hebræis enim idem valet filia Sion ac *Ieſe 12.* ciuitas Siõ, & filia Babylonis ac ciuitas Babylo-

nis.Fuit igitur Hieroſolyma derelicta quemad-
modú ita dixerat Deus per Ieremiã, Reliqui do
mũ meã,dimiſi hæreditatẽ meã,dedi dilecta ani
mã meã in manus inimicorũ eius.Facta eſt mihi
hereditas mea quaſi leo in ſylua,dedit cõtra me
vocem,ideo odiui eã. Et Chriſtus Deus noſter
apud Matthæũ, Ecce, inquit,derelinquetur vo
Matt.23. bis domus veſtra deſerta.Et apud Ioannem,Ea-
Ioan.14. mus hinc.Ac ſi diceret:Relinquamus Iudæos in
fideles,ciuitatem ingratam,templum materiale,
& ab hoc loco diſcedamus.

Et ſicut ciuitas quæ vaſtatur.)Vt finita vinde-
mia,& collectis cucumeribus,vineæ atque cu-
cumerum cuſtodes derelinquunt humiles ac ru
ſticas caſulas,quas ad vitandos æſtus atque im-
bres conſtruxerant: ſic Hieroſolyma inſtar ab-
iecti tuguriolí erit euerſa & derelicta.Neque ſo-
lum vt vilis habitariuncula deſeretur,ſed etiam
ab acerrimis hoſtibus vaſtabitur. Hæc etſi de
Hieroſolyma in aperto orationis argumento di-
cuntur, poſſunt tamen in ea intelligendi ratio-
ne,quam moralem vocant,ad animam noſtram
aptiſsimè referri.Quando enim anima vulnere
flagitiorum ſaucia cœleſtem medicinam aſper-
natur, deúmq; relinquit,deſeritur ab ipſo Deo,
& ab hoſtibus immaniſſimis,hoc eſt à dæmone,
mundo,& carne,crudeliter vaſtatur.

Niſi Dominus exercituum. Senſus eſt: Tantum
erit excidium,tantis calamitatum anguſtiis pre
memur,vt niſi Deus nobis opem ferat, omnes
pereamus.At clementiſsimus Pater relinquet ſu
perſtites quaſdam reliquias,ne ſicut Sodoma &
Gomorrha conſumamur. Oſtendit propheta
prius Dei iuſtitiam, deinde miſericordiam.Di-
uus Paulus in epiſtola ad Romanos apertè oſten
Rom.9. dit, hunc locum eſſe ad tempus gratiæ referen-
dum: Ex quo apparet eos in errorem grauem
incidere,qui totum hoc de tempore illo ſolum
interpretantur,quando poſt Babylonicam cap-
tiuitatem pauci ex Hebræis ſub Zorobabele du
ce,& Ieſu filio Ioſedec ſacerdote ad patriam,ex
qua erant magna iactati tempeſtate expulſi, re-
dierunt.Volens Apoſtolus oſtendere, non om-
nes Iudæos repulſos eſſe,hunc citat locum, in-
telligens per hoc ſemen Chriſti apoſtolos,& cæ
teros,qui ex Hebræis in Chriſtum crediderunt.
Hos appellat alio in loco Eſaias reliquias,ita di
Infrà.10. cens: Si fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena
maris, reliquiæ conuertentur ex eo. De quibus
reliquiis loquitur in hunc modum Apoſtolus:
Nunquid Deus repulit populum ſuum? Abſit.
Rom.11. Nam ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahæ de tri
bu beniamin. Non repulit Deus plebem ſuam,
quam præſciuit:Et paulò poſt,Sic in hoc tempo
re,inquit,reliquiæ ſecundum electionem gratię
ſaluæ factæ ſunt.Illos igitur paucos,qui ex tam
innumerabili Iudęorum multitudine Chriſtum
receperunt,ſemen vocat,ſumpta metaphora à re
ruſtica. Quando enim coloni paruam & exi-
guam meſſem conquerentur,ſolent dicere, vix
ſemen ſuperfuiſſe. Per hoc ſemen Chriſtus etiã
intelligitur. Ait enim Apoſtolus in epiſtola ad
Galatas: Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones,& ſe-
Gal.3. mini eius.Non dicit & ſeminibus,quaſi in mul
tis,ſed quaſi in vno,& ſemini tuo,qui eſt Chri-
ſtus.Vide ſit ne prima expoſitio literæ conue
nientior,& ſenſui Apoſtoli in epiſtola ad Roma
nos accomodatior.

Audite verbum Domini principes Sodomorum.)Et
ſi hoc propheta ad homines ſuæ memoriæ refe-
rebat, mentis tamen oculis intuebatur ſcribas
& phariſæos,ad quos hoc dirigebat. Cum præ-
dixiſſet ſeruandos eſſe Apoſtolos, & reliquos,
quos ſemen & reliquias vocat conuertit ſermo-
nem ad ſcribas & phariſæos homines effræna-
tos,ſibíque præfidentes,qui cum nulla ratione
& virtute,ſed cæca atque turbulenta cupiditate
ſuorum animorum dominatrice mouerentur,
Chriſti ſeruatoris noſtri ſanctiſsimi infinitam
bonitatem maculare voluerunt.Hos vocat prin
cipes Sodomorum,reliquos vero infideles & cõ
tumaces populum Gomorrhæ:quòd eſſent ſce-
leribus obſtricti, & omni flagitiorum genere
contaminati.Et alio in loco eodem nomine eos
appellat,Peccatum ſuum,inquiens,quaſi ſodo- *infrà.3.*
ma prædicauerunt, nec abſconderunt. Nec eſt
mirum tam acriter Eſaiam fuiſſe Iudæos allocu
tum,nam dolor animi,innata libertas,ardentiſ-
ſima charitas, prompta excellénſque virtus,ma
gnanimum virum,ſanctiſsimúmque vatem co-
hortabantur,vt tam vehementi impetu in eos
inueheretur.

Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum.)
Sacrificia veteris legis erant figuræ & vmbræ
earum rerum,quæ poſtea in lege gratiæ futuræ
erant.Hæc autem omnia,inquit Apoſtolus,in fi
gura cõtingebãt illis.Loquens Moyſes cum Do *Corin. 25.*
mino de iis,quæ ad tabernaculum pertinebant,
audiuit hæc verba:Inſpice,& fac ſecundum exẽ
plar, quod tibi in monte oſtenſum eſt. Exem- *Exod. 25.*
plar illud erat Dei eccleſia,quam Moyſes men-
tis oculis aſpexit in monte.priuſquàm enim le-
gis veteris tabernaculum fieret,iam Chriſti ec-
cleſia erat in mente diuina conſtructa:& per ta-
bernaculum illud,ea quæ erant poſtea in eccle-
ſia futura,ſignificabantur.Sed cum Moyſes allo
queretur populum,faciem velo operiebat,quia *figura.*
non poterant filij Iſraelis claritatem vultus eius
reſpicere.Quod ſignificabat eos non intelligere
ea,quæ ipſe tradebat,cum mentes non puræ tan
tum ſapientiæ ſplendorem capere non valerẽt.
Et eodem velo eſt nunc Iudæis cooperta lex an
tiqua, quæ per Moyſem ſignificabatur. Sed cũ *2.Cor.3.*
conuerſi fuerint ad dominum,vt ait Apoſtolus,
auferetur velamen.Ex quo colligitur,res illas ve
teres figuras fuiſſe & vmbras quaſdam verarum
rerum.Ob eam cauſam appellat Diuus Paulus
in epiſtola ad Hebræos vetus tabernaculum vm *Hebr.8.*
bram cœleſtium,& alio in loco in eadem epiſto
la, Vmbram,inquit,habens lex futurorum bo-
norum,non ipſam imaginem rerum. Acſi dicat: *Hebr.10.*
Lex vmbrã veri ſacrificij tantũ habet non ipſum
verum ſacrificiũ,quod eſt Chriſtus verus Deus
& verus homo, qui nos patri reconciliauit,
ſeipſum in cruce immolans, vt cunctas noſtras
iniquitates ſuo puriſsimo ac precioſiſſimo ſan-
guine deleret.Cum autem veteris legis ſacrifi-
cia Chriſtum & eccleſiã adumbrarent, permitte
bantur à Deo,illíque placebant, ſi bono animo
atque ſpiritu fiebant:ſed non qua ratione carna-
lia erant.Ait enim Dauit:Si voluiſſes ſacrificium *Pſalm.50.*
dediſſem, vtique holocauſtis non delectaberis. *Mich.6.*
Et Micheas: Nũquid placari poteſt Dominus in

millibus arietum, aut in multis millibus hircorũ pinguium? Quaſi dicat, Nequaquã. Et Ieremias, *Pſal. m.39.* *Hebr. 10.* Holocauſta veſtra nõ ſunt accepta, & victimæ veſtræ nõ placuerũt mihi. Ideò loquẽs Chriſtus cũ Patre has voces emittit: Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt: tunc dixi: ecce venio. Ita diuus Paulus hunc locum in epiſtola ad Hebræos interpretatur. Nõ ergo veteres hoſtiæ deo placebant quatenus carnales erant, ſed quatenus Chriſti eiuſque eccleſiæ myſteria figurabãt, & idololatriam excludebant, & quatenus ſignificabant debitum ordinem mentis humanæ in Deum, & candido animo fiebant. Sed cum tempore Eſaiæ populus Iſraeliticus eſſet ſceleribus irretitus, & flagitiis deprauatus, nolebat Deus eorum ſacrificia, quoniam ea abſque fide, & pietate, & animi candore offerebant. Sed quoniam præcedentia de Phariſæis intelligebantur, exiſtimo etiam hæc eſſe ad eos referenda. Eſt igitur ſenſus: Vos Scribas & Phariſæos alloquor, cæteróſque Hebræos, qui Chriſtum recipere negligitis: Nolo ſacrificia veſtra, quoniam iam verum ſacrificium, cuius illa erant vmbra, in ara crucis immolatum eſt. Ne amplius immoletis paſchalem agnum, nam verus agnus qui tollit peccata mundi, cuius ille alter imaginem gerebat, humana crimina ſuo ſanguine luit. Reſpuo ſacrificia, quæ moriente Chriſto ceſſarunt, & volo Euangelicam puritatem. Nec mirum eſt Deum vetera ſacrificia, reſpuere quoniam poſt Euangelicam prædicationem & diuulgationem ſunt mortifera, & æternam damnationem ſecum afferentia.

ſimile. Eſt enim lex vetus cum ſuis cerimoniis & ſacrificiis antiquata, & ſepulta: nec erat niſi vſque ad Chriſtum & Eccleſiã. Ad conſtruendum tectum lapideum alicuius templi, ad faciendam eius teſtudinem, fit prius quoddã artificium ex lignis, tabulis, & funibus, quod ſimplex teſtudinis nuncupatur. At perfecta teſtudine & fornice, conſtructo & conſummato templo, euertitur ſimplex teſtudinis, & totum illud tabulatum & artificium decidit, & omnia ambulatoria penſilia cum trabibus & funibus deiiciuntur: quippe quæ ſolum ad templi vſque conſtructionem & perfectionem ſeruiebant. Eccleſia catholica eſt templum quoddam pulcherrimum & excellentiſsimum, quod verus ille Salomon, verus rex pacis Chriſtus Deus noſter conſtruxit & perfecit, & ſuo ſanguine decorauit: Lex vetus cum *Ioan. 19.* ſuis iudiciis, ſacrificiis, & cerimoniis, fuit ſimplex teſtudinis & fornicis huius ampliſsimi templi. Sed ædificata eccleſia, conſtructo templo, cùm Chriſtus in cruce pendens dixit: Conſummatum eſt, cecidit lex antiqua, ceſſarunt eius victimæ & cerimoniæ, deiecta ſunt in terram illa ambulatoria lignea, quæ non erant duratura niſi ad Chriſti mortem, donec ædificaretur eccleſia, templum hoc celeberrimum & magnificentiſſimum, cuius illud Salomonis templum imaginem gerebat. Et ideo ceſſauit, quia adueniente ſubſtantia, non opus eſt imagine: & adueniente figurato, non eſt opus figura, quemadmodum non eſt neceſſaria vmbra adueniente veritate. Eſt enim lex vetus vmbra, vt ex diuo Paulo oſtẽdimus, Euangelium autem veritas, quemadmo- *Ioan. 1.* dum ait Diuus Ioannes: Lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt.

Plenus ſum.) Hoc eſt diues ſum, veſtris ſacrificiis non egeo. Vel ſic: Satur ſum, pariunt mihi nauſeam ſacrificia veſtra. Non me placabitis, niſi Euangelicam puritatem amplectamini.

Holocauſta arietum.) Holocauſta tota in altari cremabantur, victimæ non item. Sacrificium cõprehendit holocauſtũ & victimã, ſiue hoſtiã.

Sanguinem vitulorum.) Non omnem ſanguinẽ repudiat, ſed eum, qui ex brutis fundebatur animalibus: Chriſti autem ſanguine placatur.

Sacrificium fruſtra.) Ideo Iudæorum ſacrificiũ caſſum ſiue mendax appellat, quia cum eſſet figura, & vſque ad Chriſti mortem duraret, iam nunc mendax eſt, quoniam eum innuit venturum, qui iam venit.

Incenſũ abominatio eſt mihi.) Capitur incẽſum pro holocauſto, erat enim holocauſtum totum incẽſum. Vel pro thure, quod in templo propter eius odorem cremabatur. Et eſt ſenſus: Fœtet mihi odor veſter. Loquitur Deus more humano. Tu verò vide quanta ſit peccati deformitas & fœditas, cùm efficiat vt odoriferum thus in fœtorem conuertatur. Contrà verò virtus odorem mittit ſuauiſsimum, & ipſe vir pius, virtutum ornamentis munitus odor appellatur. quẽadmodum dicebat diuus Paulus: Chriſti bonus *2. Cor. 2.* odor ſumus Deo.

Neomeniam.) Feſtum erat quod Iudæi celebrabant in principio menſis, vel in nouilunio, quod apud Iudæos idem erat: vtebantur enim lunis pro menſibus.

Odiuit anima mea.) Loquitur Deus more humano, vt eum intelligamus, quemadmodum paulò poſt: Laboraui ſuſtinens. & alio in loco: *infrà 42.* Præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.

Et cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis. Et cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. *infrà 59. a.* Lauamini, mundi eſtote, auferte malum *1. Pet. 3. b.* cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruersè: diſcite bene facere: Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo: iudicate pupillo: defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum eſt. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam: vinum tuum miſtum eſt aqua.

Et cum extenderitis.) Mos fuit apud antiquos, quemadmodum nunc apud nos, in precationibus fundendis manus leuare. Ita Dauid, Ex- *Pſalm. 42.* pandi, inquit, ad te manus meas. Et alio in pſal- *Pſalm. 40.* mo: Eleuatio manuum mearum ſacrificiũ veſper- *Exod. 17.* tinum. Sic pugnantibus Iudæis Moyſes manus

ad cœlum tollebat. Significamus hac corporis actione, miſericordiam diuinam implorare, & ad ſanctiſsimum numen tanquam ad arcem tutiſsimam cõfugere. Et ideo ad Deum manus leuamus, vt ipſe eas ſuis manibus accipiat, nóſque diuino præſidio muniat & ſuſtentet. Sed ſi manus noſtræ ſint coinquinatæ, ſi opera noſtra ſint impia, quomodo Deus ſuis puriſsimis atque ſanctiſsimis manibus ſuſcipiet noſtras immundas & contaminatas? Eſt igitur horum verborũ ſenſus: Cum ad me confugeritis preſsi afflictionibus & calamitatibus, meũ præſidium implorãtes, nec vos videbo, nec exaudiã. Id ſentiebat ille, qui apud Ioãnem dicebat: *Ioan. 9.* Scimus quia peccatores Deus non exaudit. Eſt tamen hoc de illis peccatoribus intelligẽdum, qui nolunt ſe à ſceleribus abducere, nec de ſua cõuerſione cogitare. Hos nõ exaudit Deus, quia nõ animo eum quærũt, ſed ſolũ lingua. Eos vero exaudit, qui ad eũ animo attrito cõfugiũt. Talis fuit publicanus ille, quẽ Chriſtus apud Lucam aſſeruit egreſſum fuiſſe è templo iuſtificatum. *Luc. 18.* Ad cuius pleniorẽ intellectum ea poteris videre, quę ſequuntur.

Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.) Reddit cauſam cur auertat oculos a peccatoribus, cum ad ipſum manus extendant, nimirum quia eorum manus ſanguine, hoc eſt cæde prophetarũ, aliorũque hominũ ſint pollutæ. ideo eas nõ vult ſuis manibus attingere: quin potius oculos auertit, eorũque preces nõ exaudit. In Prouerbiis ita ait ſcriptura: *Prou. 28.* Qui declinat aurem ſuã, ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. *Infrà. 59.* Et Eſaias, Non eſt, inquit, abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat: nec aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat, ſed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderũt faciem eius à vobis ne exaudiret. Quibus verbis oſtendit diuinus vates eſſe peccatum noſtrũ murum quendã nos à Deo diuidentẽ & ſeparantem. *Thren. 3.* Et Ieremias Dominum alloquẽs, Poſuiſti, inquit, nubem, ne tranſeat oratio: vbi vides eſſe peccatũ noſtrum cum nube cõparatum. Nã vt nubes fumus eſt eleuatus, à terra egreſſus, *ſimile.* ſic peccatum fumus eſt, à nobis qui terra ſumus, conſurgẽs. Et vt nubes radiorũ ſolis ſplendorem impedit, ſic peccatum ob ſuam caliginẽ & denſitatem eſt nobis impedimento, ne diuinæ gratiæ ſplẽdida luce colluſtremur. Ex quo efficitur vt anima peccatoris flagitio mortifero cooperti iaceat in obſcuro, diuino hoc lumine priuata, & à Deo non exaudita. Conſidera peccati pondus. Contrà vero vir iuſtus & pius in afflictionibus ſuis exauditur à Deo, ad quem tanquã ad certiſſimum defenſorem confugit. *Pſal. 90.* Clamauit ad me, ait Deus per regium vatem, & exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Et alio in pſalmo ſcriptum eſt: *Pſal. 33.* Clamauerũt iuſti, & Dominus exaudiuit eos, & *infra. 65.* de omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. Et apud Eſaiam ait Dominus: Antequã clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audiam. Et quamuis Deum offenderis, ne peccatis tuis deſperationem adhibeas, ſed animo pœnitenti & cõtrito clama, Deum ardenter obſecra, & ipſe te exaudiet. *Ioan. 2.* Contẽplare Ionam, qui cum Deum offendiſſet, & proiectus eſſet in mare, & à piſce magno deuoratus, tamen animũ erexit, & ad Deum leuauit, precationes fudit, & liberatus eſt. Intuere viri huius admirabilẽ in Deũ fiduciam. Tumebat mare, fluctus ab imis ſedibus ad cœlum rapiebantur, ſæuientibus ventis procella terribilis interitũ miſerabilẽ, ac triſte naufragiũ minabatur. Proiicitur Ionas in mare, ruit pręceps in pelagi ꝓfunditatẽ, deglutitur à piſce, deſcendit ad ima maris, nulla ſpes ſalutis apparebat. Et tamẽ ipſe, vbi omnia deſperata videbantur, ſperauit Deũ vehemẽter obſecrauit, eũq; toto animo, quæſiuit, & fuit à periculo ingẽti mirabiliter ereptus. Imò id quod eius necis cauſa videbatur, eũ eripuit: piſcis qui eũ deglutiuit, eũ ſeruauit. Talis eſt enim afflictio humana, quæ cùm videatur tranquillitatem eripere, eſt ipſius animi trãquillitatis & quietis conſeruatrix. Calamitas qua flagitioſi homines viro iuſto perniciem moliũtur, eum mirabiliter à vera pernicie cuſtodit. Nunc conſidera quid peccatum ſecum afferat ponderis & detrimenti. Nec mare immẽſum, nec piſcis ingens, nec profundiſsimæ abyſſi cauernæ impediuerunt Ionæ precationes, & peccatum eas impedit. Propter peccatum repudiat Deus ſacrificia, quibus antea placabatur, nõ exaudit preces, non vult videre manus ad eum leuatas, quin potius oculos auertit. Ita enim ait: Cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis. Si tu Domine nos nõ videris, ſi nos oculorum tuorum fauore non fueris proſecutus, quid faciemus? Peribimus abſque dubio. Id intelligens clariſsimus ille vates Dauid, canebat: Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. *Pſal. 29.* Et alio in pſalmo: Ne auertas faciem tuam à me. *Pſal. 26.* Et in alio: Reſpice in me, & miſerere mei. *Pſal. 85.* Et Iob, Cur, inquit, faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum? *Iob. 13.* Et Ieremias, Intuere, inquit, Domine, & reſpice opprobrium noſtrum. *Thre. 5.* Medicinam ſuarum calamitatum in Dei viſu collocabat. Vidit Deus Petrum, qui eum negauerat, & in ſe reuerſus exiuit foras, & vim lachrymarum profudit. *Luc. 12.* Viſus à Domino Matthæus reliquit telonium, & caducas opes, eúmque ſecutus eſt. *Matt. 9. Luc. 5.* Quid opus eſt plura? Vt magnes ad ſe ferrum trahit admirabili vi, ſic Dei viſus, eos, quos vult, ad ſe mirabiliter rapit. *ſimile* Relinquamus igitur peccata noſtra, vt Deus noſtra ſacrificia acceptet, preces exaudiat, & oculos illos ſuos miſericordes ad nos conuertat. Illud eſt prætetea aduertendum, cur tantum hoc in loco Deus obiiciat Iudæis ſanguinem manuum ſuarum. Mirum enim videtur non obieciſſe illis ſuperbiam, auaritiam, ambitionem, idolorum cultum, multáque alia ſcelera, quibus ipſi erant irretiti & coinquinati, ſed tantum ſanguinem, quo manus ſuas maculauerant. Ad quod ſcio poſſe reſpondere multos, per ſanguinem intelligi peccatum in cõmuni, quemadmodũ dicitur in pſalmo: Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meę. *Pſal. 50.* Ego verò etſi hãc explanationẽ non reiicio, aliã tamen libentius amplector. Exiſtimo enim Deũ hoc in loco ad Scribas & Phariſæos ſermonem dirigere, & ad cæteros Iudæos infideles, qui in Ieſum Chriſtum irruerunt, eius ſanctiſsimum ſanguinem poſtulantes & dicentes: Sanguis eius ſuper

nos, &

Matth. 27. nos, & ſuper filios noſtros. Effuderunt ſangui-
Matth. 21. nem iuſti,& vineæ hæredem verum Dei filium, ſeruatorem noſtrum peſſimi coloni occiderũt. Ideo hoc peccatum tantummodo hoc in loco illis obiicit, quo nullum aliud poteſt maius & ſceleſtius excogitari.

Lauamini,mundi eſtote.) Lauate manus veſtras ſanguinolentas & pollutas, ſi vultis, vt ego ad eas oculos conuertam. Lauate animas veſtras lachrymis & pœnitentia, & mundi eſtote: hoc eſt, in puritate perſeuerate. Date operam vt vos iterum non contaminetis. Multi ſe abluunt, ſed mundi non ſunt, quia ſtatim eadem peccata admittunt, & poſt lachrymas, quibus ſordium maculas deleuerant, ea, quæ deplorauerant, iterum repetunt. Hos appellat diuus Pe-
3. Petr. 2. trus Apoſtolus in epiſtola ſua ſecunda canes ad
Prouer. 26. vomitum reuertentes. Id quod Salomon in Prouerbiis ſcriptum reliquerat. Abluamus igitur nos ipſos, & in puritate manere ſtudeamus,
Iere. 4. iuxta id quod ait Ieremias: Laua à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias. Sed vide obſecro, & attento animo conſidera pœnitentiæ vim & excellentiam. Inuocauit Propheta cœlum & terram, contemplans memoriáque repetens populi flagitia. Plorauit, ingemuit,& interitum æternum minatus eſt. Oſtendit Deus iram ſuam dicens, non ſuſcepturum eſſe ſceleratorum ſacrificia, quin potius thus eſſe illi abominationem, & eorum ſolennitates odiſſe, & ſe non eſſe eos exauditurũ,nec viſurum, quamuis manus ad cœlum extuliſſent, & preces multiplicaſſent. Nónne vides peccatorum vlcera propè inſanabilia? Nonne vides ægritudinem incurabilem? Vide quid nunc dicat: Lauamini, mundi eſtote,& cætera quæ ſequuntur. Quid hoc eſt? Nónne dixerat Deus ſe eos non eſſe exauditurum? Dixerat: Sed tanta eſt pœnitentiæ amplitudo, vis,& excellentia, vt per eam peccatores teterrimi ad animi candorem & puritatem perueniant, & ab omnium ſcelerum maculis expurgentur. Per Ezechielem ita ait Deus: Si im-
Ezech. 18. pius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt,& cuſtodierit omnia præcepta mea,& fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur: Omnium iniquitatem eius, quas operatus eſt, non recordabor. Et per
Zach. 1. Zachariam: Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos. Poteſt etiam hoc ita explanari. Poſtquam Deus oſtendit ſe reſpuere veteris legis ſacrificia, nunc pro eis dicit ſe velle Eccleſiæ ſacraměta, quorum primum baptiſmus eſt. Ac ſi diceret, Baptizamini,& permanete in gratia, quam confert baptiſmi ſacramentum. Vt enim fieri non poteſt, conſequi aliquem honores & dignitates, priuſquam naſcatur, ſic nec ſpiritualium donorum eſſe participem, niſi fuerit per baptiſmum renatus. Filij Iſraelis ex Ægypto diſcedentes, prius mare rubrum tranſierunt, deinde panem Angelorum manducauerunt, demum Iordanem tranſeuntes terram promiſſam fuerunt mirabiliter conſecuti. Sic tendentibus ad cœleſtem patriã primò occurrit baptiſmus, cuius figura fuit mare rubrum, quemadmodum
1. Corin. 10. Apoſtolus in prima ad Corinthios aſſeuerantèr affirmat. Ibi obruuntur peccata, iuxta id, quod dicitur in Pſalmo: Contriuiſti capita draconum *Pſalm. 73.*
in aquis. Poſt baptiſmum ſequitur manna, hoc eſt dulcis animi oblectatio. Tandem tranſacto Iordane, finito itinere, ſequitur vt animæ pœnitentiæ ſacramento ablutæ, aliiſque ſacramentis roboratæ ex hac vita migrantes æternam illam beatitudinem, veram promiſſionis patriam conſequantur.

Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis,) Docet hic locus cogitationes noſtras à Deo videri, nóſque non ſolum omne maleficium vitare debere, ſed etiam operam dare, vt omnem animi cogitationem puram integrámque ſeruemus. Aquila, vt ferunt, pullos ſuos, *ſimile*
quos habet in nido, aduerſus ſolem ponit, vt illum veluti authorem vitæ cognoſcãt. Sol enim & animal, vt aiunt phyſici, animal gignunt: & eos, qui ſolis radios non ferunt, nec valent ipſum ſolem intueri, è nido tanquam ſpurios aut alienos eiiciunt. Sic nos paruas adhuc cogitationes verſus iuſtitiæ ſolem dirigamus, vt ad Deum oculos leuantes, eum authorem atque dominũ cognoſcamus. Eas verò, quæ Deum intueri noluerint, nec in eum oculorum aciem dirigere, tanquam extraneas & illegitimas ab animi nido eiiciamus, eáſque, dum paruæ ſunt, ad petram, hoc eſt ad Chriſtum alliſdamus, iuxta id, quod dicitur in Pſalmo: Beatus qui allidit *Pſalm. 136.*
paruulos ad petram. Hoc enim eſt auferre malum cogitationum noſtrarum.

Quieſcite agere peruerſe.) Id eſt, ceſſate à maleficiis, nolite amplius iniquè agere. Sed quoniam nõ ſat eſt deſiſtere à malo, ſed neceſſe eſt in virtutis actiones incumbere, addidit: Diſcite benefacere. Et animaduerte. Non dicit: Diſcite benedicere, ſed benefacere. Plus Deus exaudiuit grauiorem atque ſubmiſſiorem tonum noſtrorum factorum, quàm acutos atque magnos clamores vocum noſtrarum. Qui dicit, nec id efficit, quod *ſimilitudo*
docet, cotis vſurpat officium, quæ ferrum reddit acutum, cùm ipſa inutilis ſit ad ſecãdum. Et *ſimilitudo*
vt pictor pulchram atque elegantẽ pingit imaginem, cum ipſe ſit turpi quadam fœditate inſignitus, ſic eſt qui virtutem verborum coloribus exornat, cùm ipſe nullo virtutis colore, nullis veris honeſtatis ornamentis ſit decoratus. Quid tibi prodeſt alios in portum dirigere, eiúſque viam demonſtrare, cum tu nolis è mediis fluctibus diſcedere? Ex hoc loco colliges virtutem non eſſe nobiſcum natam, ſed neceſſe eſſe vt eam diſcamus, & cõparemus. Nihil enim quod natura inſitum & innatum eſt, aliter atque eſt aſſueſcit, vt Ariſtoteles in libro ſecundo de moribus aſſeruit. Ex quo perſpicuum eſt, nullam omnino moralium virtutum, vt ibidem Ariſtoteles conteſtatur, nobis ingenerari natura, ſed conſuetudine comparari. Sunt tamen in nobis ſemina quædam innata virtutum, vt igniculi quidam, quos nos celeriter malis moribus ita ferè reſtinguimus, vt virtutis lumen nuſquam appareat, niſi accedat regina ratio, cui obtemperantes virtutem conſuetudine comparamus. Non loquor de virtutibus infuſis, ſed de moralibus, quas acquiſitas vocant.

Quærite iudicium.) Petite à Domino ſcientiam, qua muniti iuſtè ac ſapienter iudicetis. Id quod

fecit

Pſalm. 71. fecit Salomon:de quo dicitur in Pſalmo: Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Vel ſic:Facite omnia cũ iudicio,date operam vt omnia maturè atque ordine geratis, non repentino quodam quaſi vento impetu animi incitati.

Subuenite oppreſſo.) Ferte opem indigentibus, iniuriámque ab iis, quibus infertur, propulſate. Prouer.24. Ita dicitur in Prouerbiis:Erue eos,qui ducuntur Iob.29. ad mortem,& qui trahuntur ad interitum,liberare ne ceſſes.Et Iob,Oculus,inquit,fui cæco,& pes claudo, pater eram pauperum, &c.Et in eodem capite: Liberaui pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor.Iuxta ſententiam diui Ambroſij libro primo Officiorum,qui non repellit à ſocio iniuriam,ſi poteſt,tam eſt in vitio,quàm ille,qui facit.Colliges hinc in quàm deprauata opinione verſentur illi, qui alios non curant, qui de fratrum ſalute nunquam cogitãt, qui dicunt cum Cain: Nunquid cuſtos fratris mei ego ſum?

Et venite, & arguite me.) Facite quæ modo numeraui,inquit Deus,incumbite in virtutes,opera charitatis exercete, & ſi vos non fuero remuneratus,intendite mihi litem,& me quaſi ingratum arguite. Adeſtote & diſceptemus in iudi- Mich.6. cio.Ita apud Michæam: Iudicium Domini cum populo ſuo,& cum Iſrael diiudicabitur. O ſummam clementiam,& infinitam Dei noſtri bonitatem,qui cum nos propter ſcelera noſtra poſsit optimo iure euertere, vult tamen nobiſcum in iudicio contendere.Vbi vides non eſſe vi atque oppugnatione conficiendum id, quod prius poteſt rationibus effici & concludi. Eſt autem magnopere aduertendum quantam fiduciam præſtet Deus bonis operibus noſtris, ad cuius rei maiorem euidentiam vide ea,quæ ſequuntur.

Si fuerint peccata veſtra vt coccinum.) Senſus eſt: Si feceritis quæ dixi, ego vobis peccata veſtra etiam grauiſsima condonabo. Loquitur Deus cum peccatoribus, quibus dicit ſe illis peccata dimiſſurum, ſi bona opera exercuerint. Aſpicis hic appertiſsimum locum contra eos, qui omnia tribuũt fidei,operibus autem nihil. qui cum nihil minus ſint quàm fideles,ſemper fidem habent in ore.Hoc tamẽ dicimus, nulla opera noſtra ex condigno mereri gratiam, qua iuſtificamur,cum ex impiis iuſti efficimur. Si enim gra- Rom. 11. tia eſt, iam nõ ex operibus,alioquin, vt ait Apoſtolus, gratia iam non eſt gratia. Eſt tamen neceſſe vt in huiuſmodi iuſtificatione concurrat motus liberi arbitrij, quod quidem fatemur. At poſt iuſtificationem cum gratia gratum faciente de condigno meremur,in diuina tamen pollicitatione ſtatumen & firmamentum noſtrorum operum collocantes. Cæterum opera primã iuſtificationem præcedentia, etſi iuſtificationem ipſam non mereantur, prouocant tamen Dei miſericordiam ad illam homini dandam,ipſúmque hominem diſponunt ad ipſam recipiendam. Et ante iuſtificationem & ſi quis habeat fidem, tamen talis fides mortua eſt. Et poſt iuſtificationẽ ſi ſe mortiferis ſceleribus inquinauerit, amittit Iacob.2. gratiam,manente fide,quæ,vt ait diuus Iacobus Apoſtolus, ſine operibus mortua eſt. Quî enim fieri poteſt, vt viua dicatur, quæ vita, hoc eſt, charitate caret? Illa fides viua eſt, quæ, vt ait diuus Paulus,per charitatem operatur.Illam ve- Gal.5. rò quæ ſine charitate eſt, non prodeſſe per ſe ſolam ad æternam vitam conſequendam, indicat apertiſsimè idem Apoſtolus ita ad Corinthios 1. Cor. 13. ſcribens:Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam,charitatem autem non habuero, nihil ſum. Quid ad hæc reſpondebunt Lutherani,qui ſola fide gloriantur,opera autem charitatis reiiciunt, non eſſe neceſſaria affimantes? Quî fieri poteſt, vt non ſint neceſſaria opera, ſi nos Deus eſt ſecundum ea iudicaturus? Vide quid dicat diuus Paulus in epiſtola ad Romanos: Rom. 2. Deus reddet vnicuique ſecũdum opera ſua.Vbi vides nullam hîc de fide fieri mentionem, ſed de operibus. Sed quid cito Paulũ? Ipſa veritas,ipſe Chriſtus Deus noſter in hunc modũ apud Mat- Matth. 16. thæum loquitur:Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. Hæc apud Matthæũ capite ſextodecimo.Nihil muto, ipſa verba formalia ſcribo. Quid poteſt eſſe clarius contra Lutherũ?Si ſola fides ſatis eſt,cur ait Chriſtus apud Matthæum:Multi dicent mihi in Matt.7. illa die:Domine Domine nónne in nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis,quia nunquã noui vos. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.Et paulo pòſt: Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam. Vbi Chriſtus apertiſsimè docet,neminem eſſe vitam æternam conſecuturum,niſi ſit charitate præditus, etiam ſi tantam fidem habeat, vt in nomine Chriſti vaticinetur,& dæmonia eiiciat.Id intelligens diuus Ioannes, Qui, inquit, non diligit, 1.Ioan.3. manet in morte.Et diuus Iacobus,Eſtote,inquit Iacob.1. factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos:quia ſi quis auditor eſt verbi,& non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo,&c.Vbi vides non auditores verbi tantum,ſed factores eſſe iuſtos. Sed dicis Luthere hanc epiſtolam non eſſe diui Iacobi. Ego certe potius credo Eccleſiæ illã eſſe diui Iacobi aſſerenti quàm tibi.Sed quid reſpondebis ad epiſtolam ad Romanos, quam eſſe Rom.2. diui Pauli tuipſe fateris? Ita enim illic ait Apoſtolus:Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Lege ſcripturam, vbique inuenies opera commendari. Apud Matthæum Chriſtus nos ad operãdum Matth.20. in vineam mittit.Et alibi, Sic luceat, inquit,lux Matth.5. veſtra coram hominibus,vt videant opera veſtra Matth.24. bona,& glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.Et alibi reddens rationem quare perductu rus eſt iuſtos ad regnum ſempiternũ, opera charitatis commemorat,nulla facta mentione de fide:ſine qua tamen,vt ait diuus Paulus, impoſsi- Hebr.11. bile eſt Deo placere.Diuus Petrus princeps Apo 2.Petr.1. ſtolorum in epiſtola ſua ſecunda ita ait:Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.Et diuus Paulus in ſecunda ad Corinthios, teſtatur ituros nos eſſe ante 2.Corint.5. tribunal Chriſti,& ibi manifeſtandos, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit ſine

bonum

bonum ſine malum. Et hoc in loco aſſerit Deus per Eſaiam daturum ſe eſſe gratiam impiis, eiſque peccata remiſſurum, ſi in virtutum opera incubuerint: nam ſeipſum præparanti, & quod in ſe eſt facienti Deus non denegat gratiam. Et tamen aſſerit Lutherus opera non eſſe neceſſaria, ſed ſolam fidem: cùm opera non ſolū valeant ad gratiam conſequendam, ſed etiam ad eam conſeruandam, & cùm fides ſine operibus ſit mortua, & Deus nos ſecundum opera noſtra ſit iudicaturus. Si ergo hæc ex meo ſenſu depromerem, non mirarer non adhiberi mihi fidem: Sed cùm hæc ſint ex diuinis literis apertiſſima, eſt admirandum eſſe homines tam ſtupidos, qui tanta nube teſtium non moneantur. O inſipientes Lutherani cur Luthero creditis homini perditiſſimo, potius quàm diuo Paulo doctori gentium? potius quàm diuo Petro Apoſtolorum principi? potius quàm Chriſto cœleſti atque ſummo doctori? qui ideo humanam naturam inexplicabili ratione ſibi copulauit, vt hominum genus doceret, & à tenebris vindicaret, & viam veræ ſalutis conſequendæ aperiret. Sed iam ad literam explanandum accedamus, cuius hic eſt ſenſus: Si peccata veſtra ſanguinea & rubra veluti coccinum & vermiculos fuerint, tamen velut nix & alba lana dealbabūtur: Videtur alludere ad id, quod dixerat: Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. ac ſi dicat: Et ſi anima veſtra contaminata fuerit, ego tamen eam lauabo, ſi vos opera bona exercueritis, eique candorem tribuam. Coccinum color eſt ſplendorem ruboris oſtendens: dicitur Luſitanè gram. Vermiculus eſt minium: appellatur à Luſitanis Vermelham. Capitur etiam pro colore purpureo, quam ob cauſam poteſt verti: Si fuerint inſtar purpuræ.

Si volueritis & audieritis.) Nō dicit: comedetis neceſſario bona terræ. Sed ſi volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod ſi nolueritis, &c. Vides hic apertiſſimè liberum nobis arbitrium relinqui. Præter hoc teſtimonium ſunt multa alia in diuinis literis liberum arbitrium planè conteſtantia, quorum duo tantum commemorabo. Alterum eſt Eccleſiaſtici, cuius

Eccl.15. ad literam hæc ſunt verba: Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu cōſilij ſui: adiecit mandata & præcepta, ſi volueris mādata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare. Appoſuit tibi aquam & ignem, ad quam volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Alterum teſtimonium ſimile huic eſt in Deuteronomio, vbi ita

Deut.30. ſcriptum eſt: Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & cuſtodias mandata illius, ac ceremonias, atque iudicia, & viuas ac multiplicet te, benedicátque tibi in terra, ad quam ingredieris poſſidendā. Si autē auerſum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraueris deos alienos, & ſeruieris eis, prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tempore moreris in terra ad quam Iordane tranſmiſſo ingredieris poſſidendā. Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, quòd propoſuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum. Aſpicis hæc loca apertiſſimè indicare arbitrij libertatem. Eſſent enim penitus ſuperuacanea & ridicula, niſi liberum eſſet arbitrium. His adde præcepta & conſilia, quibus plenum eſt vetus ac nouum Teſtamentum, quæ eſſent omnino inutilia, & prorſus exſibilanda & ridēda, ſi nihil eſſet in noſtra poteſtate, ſed omnia fataliter, vt aiunt, & neceſſario eueniſſent. Ex quo ſequeretur, nullam eſſe omnino religionē. Quis enim locus precationibus? Quis votis? Quis ſacrificiis relinqueretur, ſi cuncta ineuitabili neceſſitate futura eſſe crederemus? Ariſtoteles in libro de interpretatione apertè oſtendit nō omnia neceſſario euenire, ſed eſſe liberum hominum arbitrium: quod à Socrate, & Platone aliiſque excellentibus philoſophis iam antea fuerat aſſertum. Fuerunt tamen hæretici nonnulli, qui aduerſus ſacrarum literarum euidentiſſima teſtimonia liberum arbitrium negarunt: quorum ſectam ab Eccleſia damnatam & ſepultam renouauit modo Martinus Lutherus hæreticus deteſtabilis, errorum ac vitiorum ingens ac propè infinita vorago, qui articulo trigeſimo ſexto ſuarum hæreſum liberum arbitrium ait eſſe rem de ſolo titulo, ſed re vera nihil prorſus eſſe.

Bona terræ comedetis.) Hoc eſt, Eritis in hac vita fœlices, opibus affluentes. Poteſt etiam hoc de illa terra intelligi, de qua dicebat diuinus pſaltes: Credo videre bona Domini in terra viuētiū, Pſal.26. Hæc eſt æterna beatitudo, de qua Chriſtus ſeruator noſter. Beati, inquit, mites, quoniam ipſi Matth.5. poſſidebunt terram. Hæc eſt vera illa terra promiſſionis, quam Deus Aegyptum relinquentibus, & mundi tenebras atque vanitates aſpernātibus promittit.

Gladius deuorabit.) Id eſt, gladio hoſtium veſtrorum interficiemini. Poteris per gladium quācunque calamitatem intelligere. Sed ſi per bona terræ gloria cœleſtis intelligatur, cōſequēs erit, vt nomine gladij ęternum ſuppliciū ſignificetur.

Quia os Domini locutum eſt.) Ac ſi diceret, Hoc eſt certiſſimum, quoniā Deus qui nec fallit, nec fallitur, illud dicit. In libro Numerorum ita ſcriptum eſt: Nō eſt Deus vt homo, vt mētiatur: nec Num.23. vt filius hominis, vt mutetur. Poteris per os Do- Ierem.15. mini Prophetam intelligere, iuxta id, quod ait Deus per Ieremiam: Si ſeparaueris precioſum a vili, quaſi os meum eris. Ac ſi hîc diceret Eſaias: Hęc dico nō quatenus homo, ſed quatenus Propheta: ideo certiſſima abſque dubio ſunt.

Quomodo facta eſt meretrix.) Miratur Propheta & deplorat Hieroſolymę calamitatem, quæ cùm olim fuiſſet fidelis, imò fidelium domicilium & receptaculum, facta eſſet meretrix, hoc eſt infidelis. Sciebat propheta fuiſſe ciuitatem illam quōdam floreutiſſimam, virtutum præſidio munitam, religione & iuſtitia veluti mœnibus ſeptā. ideo non poterat continere lachrymas, videns eius caſum & ærumnas: cùm pro religione idolorum cultus, pro iuſtitia iniquitas, pro charitate homicidia, pro aliis denique virtutibus nefaria ſcelera ſucceſſiſſent. Et ſi hic locus poſſit de corporis fornicatione, intelligi exiſtimo tamen eſſe cum de animi fornicatione,

hoc

hoc eſt de idololatria intelligẽdũ. Illa ciuitas & illa anima eſt meretrix, quæ ſponſum ſuum Deum derelinquit, ſéque cum idolis coniungit. *Ierem.2.* Ita intelligitur locus ille Ieremiæ: In omni colle ſublimi, *Ezech.16.* & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix. *Matt.12. & 16.* Et illud Ezechielis: Aedificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. Hinc eſt illud, quod Dominus Ieſus apud Matthæum obiiciebat Iudæis: Generatio mala & adultera ſignum quærit. generationem adulteram illos vocat, quia eo ipſo contempto mundum, dæmonem, & carnem ſequebantur. Et quanquam hic locus Eſaiæ de Hebræis ſuæ ætatis intelligitur: ego tamen exiſtimo eſſe præcipuè ad Scribas & Phariſæos, cæteróſque Iudæos infideles tempore Chriſti referendum.

Plena iudicij.) Hoc eſt, in qua olim æquiſſimi iudices extiterunt.

Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam.) In literis diuinis nomine argenti ſacra doctrina intelligitur, iuxta illud, quod dicitur in Pſalmo: *Pſal.11.* Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum. Ideo ſenſus eſt: Heu ciuitatem infœlicem, vbi pro vera doctrina regnat mendacium, & pro diuinis præceptis Phariſæorum traditiones.

Vinum tuum miſtum eſt aqua.) Hoc eſt, nulla eſt mera atque germana virtus, iuſtitia miſta eſt crudelitate, vltione, & malitioſa quadam iuris interpretatione. Fortitudo miſta eſt temeritate, & animi elatione: temperantia coniuncta eſt cũ negligentia & ignauia: prudentia malitiam ſibi & calliditatem copulauit. Nullã denique virtutem tenes puram ac ſolidam, vmbra tantum virtutum, atque imaginibus vteris. Qui vitam monaſticam profitetur, tunc dicitur aquam miſcere vino, quando mundi oblectationibus delinitur, quando rebus ſanctis & feruentibus inſerit res viles & frigidas, quando denique propriam retinet voluntatem. Qui populo concionantur, aquam vino miſcent, ſi reprehenſionibus adulationes adiungant, & puram atque vtilem veritatem ſilentio tranſeant.

Principes tui infideles, ſocii furum: omnes
F diligunt munera, ſequuntur retributiones,
Ierem.5.g Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Iſrael: Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, vindicabor de inimicis meis. Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum. Et reſtituam iudices tuos, vt fuerũt prius, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus. Poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iuſtitia, & conteret ſceleſtos & pec
G catores ſimul: & qui dereliquerunt Dominum, conſumentur. Confundentur enim ab idolis: quibus ſacrificauerunt. Et erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis, cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus abſque aqua. Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtupæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat.

Principes tui infideles.) Poteſt referri ad fidem theologalẽ, vel ad eam quæ eſt dictorũ conuentorúmq; ſubſtantia, quæ eſt fundamẽtũ iuſtitiæ. Hi principes Phariſæi erant, qui omnia iura diuina & humana peruertebant, propter eum, quem ipſi cõcupiebãt, principatũ. Socij erant furũ, quoniã fures defendebãt, & ipſi rapinis vſuriſquè paſcebantur. Vnde ipſa veritas Chriſtus *Mat.21.* Deus noſter intrans in tẽplũ, eiiciẽs vendẽtes & ementes dicebat: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autẽ feciſtis illã ſpelũcã latronũ.

Omnes diligunt munera.) Retulit propheta in tabulas vitiorum, & numerauit in catalogo ſcelerum munera diligere. Et alio in loco ait: Væ qui iuſtificatis impiũ pro muneribus, & iuſtitiã iuſti aufertis ab eo. In Exodo ſcriptum legimus: *Infrà 5.* Non accipies munera, quæ excæcant etiam pru- *Exo.23.* dentes, & ſubuertunt verba iuſtorũ. Quæ ſententia eſt etiam ſcripta in Deuteronomio capite ſextodecimo, & multis aliis in locis. Principes ac iu- *Deut.16.* dices qui omnia ſuis commodis metiuntur, non reipublicę vtilitate, ipſam rẽpublicã euertũt, niſi ipſi prius euertantur. Id quod ſequitur: Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos, in promptu eſt: Nam cùm omnia pro muneribus agant, facilè pauperes, pupillos & viduas contemnunt. Idipſum obiicit illis Ieremias in *Ierem.5.* hunc modũ: Cauſam viduę non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt.

Fortis Iſrael.(Id eſt, qui olim Iſraelem fortiſſime liberauit.

Heu conſolabor.) Prędicit Deus ſe Iudæos puniturũ, & loquẽs humano more dicit ſe cõſulatione afficiendum eſſe. Solent enim homines iniuria laceſſiti vltione inimicorum ſuorum delectari. Tu vero contemplare Dei noſtri ſummam pietatem. Volens pœnas ſumere, prius ingemit & plorat. Eſt enim particula Heu interiectio dolentis & plorantis. Plangit clementiſſimus pater Iudæos infideles & ſceleratos. Eodem modo appropinquans Hieroſolymæ, videns eam vim la- *Luc.19.* chrymarum profudit, quoniam erat eã per Romanos euerſurus. Hanc Dei miſericordiam ſignificauit alio in loco iis verbis Eſaias: Vt faciat opus ſuum, alienum opus eius, vt operetur opus *Infrà.28.* ſuum peregrinum opus eius ab eo. Opus alienũ ab eo & peregrinum vocat vltionem quam erat de reprobis ſumpturus: Opus autem ſuum appellat miſereri & parcere, quemadmodum canit Eccleſia dicens: Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: Non punit Deus ex animo; ſed quia ita exigunt peccata noſtra. Vult enim, vt ait Apoſtolus, omnes homines ſaluos fieri. Hoc intelligens Ieremias ita de Deo loquẽs ait: Nõ enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit fi- *1.Tim.1.* lios hominũ. Et Habacuc: Cùm iratus fueris, *Thren.3.* miſericordię recordaberis. Et Dauid: Ira in indi- *Habac.3.* gnatione eius, & vita in voluntate eius. Quæ lo- *Pſal.19.* ca oſtendunt Deũ miſereri noſtri, non ſolũ quan- *Pſal. 144.* do in nos confert beneficia, ſed etiam quando nos punit. Et hoc modo in omnibus ſuis operibus vtitur miſericordia. Quod ſentiens Dauid, Miſerationes inquit, eius ſuper omnia opera eius. Quem locum diuus Hieronymus ita vertit:

hoc

Miſericordiæ eius in omnia opera eius. Ac ſi di-
2.Cor.1. ceret:Nullum eſt opus Dei, in quo ille non vta-
tur miſericordia.Merito ergo diuus Paulus Deũ
patrem miſericordiarum appellat, & Deum to-
tius conſolationis.

Et conuertam manum meam ad te.) Hoc eſt, te
percutiã.Ponere in aliquo manũ, eſt eum puni-
Pſalm. 20. re. Hunc ſenſum habet id, quod dicitur in Pſal-
Geneſ. 37. mo. Inueniatur manus tua omnibus inimicis
1. Reg. 24. tuis,dextera tua inueniat eos,qui te oderunt. In
Infrà 9. libro Geneſis vbi editio vulgata habet:Manúſq;
veſtras ſeruate innoxias,poteſt verti de Hebręo:
Manus ne mittatis in eum. Ita dicitut primo li-
bro Regum: Non ſit manus mea in eo. Hoc eſt,
nõ eum percutiã.Eundẽ ſenſum habet id, quod
capite nono ait Eſaias:Sed adhuc manus mea ex
tẽta:Hoc eſt,nõ ceſſat eos pcutere & punire.Cõ
uertere manũ,extẽdere manum, mouere manũ,
ponere manũ ſignificãt punire phraſi hebraica.

Et excoquã ad purũ ſcoriam tuã.) Hoc eſt,te affli
gã & percutiam.idẽ ſenſus cũ ſuperiore. Promit
tit Deus ſe flagellaturũ Hieroſolymã,vt quę be-
neficia nõ cognoſcebat, ſupplicio corrigeretur.
Et quoniã ſupra dixerat: Argentum tuum ver-
ſum eſt in ſcoriã,permanet in eadẽ tranſlatione,
dicens ſe illi purgaturũ ſcelerũ ſordes, vt ſepa-
rato ſtãno,ablata ſcoria, purum remaneat argen
tum.Fornax in qua erãt igni examinãdi,afflictio
eſt. Hæc eſt fornax illa puerorum Babylonis, in
qua aurum remanet purius & ſplẽdidius, paleæ
vero fumãt & cõſumuntur,in qua iuſti illuſtrio-
res redduntur,impij autẽ incẽdio flagrant.Nam
eadẽ afflictione iuſtus Deum precatur & laudat:
Similia. impius autẽ in blaſphemias prorumpit:queẽad-
modum in eadẽ area ſub eadẽ tritura ſtipulæ cõ
minuuntur,fruméta purgantur: Et ex eadẽ olea
ſub eodẽ pręlo oleum & amurca egrediũtur: &
pari atq; eodẽ vento ſaluia & mellitena exagita-
tæ fragrãt,& odorẽ ſuauem emittunt,cicuta ve-
ro & ruta fœtorem exhalant. Euenit tamen ali-
quando,vt improbi afflictione corrigãtur, queẽ-
admodum argentum ſordibus contaminatum
igne perpolitur. Cur autem dicat Deus ſe abla-
turum eſſe ſtannum,ratio eſt,quia ſtannum ſpe-
ciem habet argenti,cùm ſit vilis quędã materia:
cuius nomine hypocriſis ſignificatur: quemad-
modum ſcoriæ nomine alia peccata.Hanc dicen
di exornationem, & metaphorã ab aurificibus
Malach. 3. ſumptam inuenies apud Malachiam capite ter-
Ezech.22. tio,& apud Ezechielem vigeſimo ſecundo. Sed
quoniam argenti nomine diximus verã doctri-
nam ſignificari, poteris hic per ſcoriam & ſtan-
num falſas hominum doctrinas intelligere.

Et reſtituã iudices tuos,vt fuerũt prius.) Hoc refe-
runt nõnulli ad tẽpus poſt captiuitatem Babylo
nicã. Ego vero eorum ſententiã libẽtius amplec-
ctor,qui dicũt eſſe hoc ad tẽpus gratiæ præcipuè
referẽdum.Quãdo Deus pro patriarchis,& pro-
phetis,& ſãctis iudicib.dedit Apoſtolos, alióſq;
viros in diuinatũ literarum ſapiẽtia excellentes,
virtute & charitate præſtãtes.Hos intuens alius
Pſal.44. ꝓpheta dicebat in Pſalmo:Pro patribus tuis na-
Matt.19. ti ſunt tibi filij, cõſtitues eos principes ſup om-
nẽ terrã.Hos dicit Chriſtus apud Matthęũ ſeſſu-
ros eſſe & duodecim tribus Iſraelis iudicaturos.

Et conſiliarios tuos.) Colliges hinc Dei eſſe be-
neficium, eſſe principum conſiliarios ſapientia
præſtantes, & ad rectam rationẽ conſilia ſua re-
referentes. Vt grauius puniendus eſt, qui vene-
nũ in cõmunem fontẽ coniicit,quàm qui in par
ticulare poculum:ſic grauiori ſupplicio afficiẽdi
ſunt,qui ſuis deprauatis cõſiliis principẽ corrũ-
punt,quàm qui hominẽ priuatũ. eſt enim prin-
ceps veluti quidã publicus fons,quo infecto, &
veneno cõtaminato corrumpuntur omnes, qui
ex eo perniciẽ exhauriũt.Oportet principẽ vti
cõſiliariis iuſtis & prudentibus.Nã ſine conſilio
rempublicam facile labefactabit effrenata teme
ritate concitatus. Poteris per conſiliario omnes
intelligere, qui non ſolum principes, ſed quoſ-
cunque alios conſiliis inſtruunt.

Poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti.) Hoc eſt Chriſti. Sapien.2.
Iuſti enim nomine in diuinis literis Chriſtus ſi-
gnificatur. vt in libro Sapientiæ: Circunueniã-
mus ergo iuſtũ.Et in Actis apoſtolorũ: Occide- Act.7.
bãt eos,qui prænũtiabant de aduẽtu iuſti.Hęc ci
uitas,quæ pro Synagoga cõſtituitur,Eccleſia eſt
catholica,ex Gẽtibus & Iudæis congregata,quę
ob Chriſti fidem fidelis appellatur. Quã iis ver- Pſal.86.
bis præcinit eloquentiſſimus atque clariſſimus
vates:Fundamenta eius in montibus ſanctis, di-
ligit Dominus portas Siõ ſuper omnia taberna-
cula Iacob.Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.
Poteſt verti ex Hebræo: ciuitas iuſtitiæ: & ita
vertit Pagninus.Quæ verſio noſtræ fauet expla-
natiõi.Eſt enim Ieſus Chriſtus iuſtitia noſtra,vt
ait in epiſtola prima ad Corinth.diuus Paulus. 1.Cor.1.

Sion in iudicio redimetur.) Hoc eſt, Eccleſia ca-
tholica erit ſanguine Chriſti redẽpta in iudicio,
quia pro ea ipſe patietur. Non dicit,omnes, re-
dimentur,ſed Sionem,hoc eſt Dei eccleſiam,re-
dimendam prædixit. Quia etſi Ieſus Chriſtus
Deus noſter vult omnes homines ſaluos fieri,vt
ait Apoſtolus, & ad agnitionẽ veritatis venire, 1.Tim.2.
(vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & ho-
minum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redem-
ptionem ſemetipſum pro omnibus,)tamẽ multi
non ſunt huius gratiæ participes ob ſuam ipſo-
rum culpam. Nullus enim extra Eccleſiã ſalu- Gen.7.
tem conſequitur. Eccleſia eſt arca illa,quæ ſola figura.
ex diluuio euaſit.Et vt omnes, qui erãt extra ar-
cã,ſubmerſi ſunt:ſic omnes,qui extra Eccleſiam
moriuntur,in pœnas æternas,quæ eorum ſcele-
ra ſequuntur,incurrẽt. Dicit autem Sionem re-
dimendam in iudicio, quoniã opus redemptio-
nis factum fuit per iudicium & iuſtitiam. Sunt
qui hoc referant ad tempus poſt captiuitatẽ Ba-
bylonicam,quãdo reſtaurata fuit Hieroſolyma.
Sed in diuinarum literarum ſtudium incũben-
tibus illud eſt ſatis perſpectũ & exploratũ, hæc
in primis dicta eſſe à diuino vate de Eccleſiæ æ-
dificatione & Chriſti regno, quarum rerũ erant
vmbræ & imagines vetera illa de templi & Hie-
roſolymæ inſtauratione. Quid enim ſignificare
volebat illuſtriſſimus ille ac ſapientiſſimus rex
Dauid,niſi Eccleſiæ ſanctę & Chriſtianæ religio
nis conſtitutionẽ, quãdo hęc verba pręcinebat:
Quia ædificabit Dominus Sion, & videbitur in Pſal.101.
gloria ſua?Tũc enim viſus eſt Deus in gloria ſua,
cùm eius ſanctiſſimũ nomen fuit in omni terra-
rũ orbe celebratum,& hoẽs à vera religione ab-
horrentes relicta ſuperſtitione, contempto ido-

b loꝛum

lorum cultu, Chriſtum verum Deum coluerũt, eiúſq; ſanctiſsimo numini ſe totos dedicarunt.

Confundentur autem ab idolis.) Hoc eſt à peccatis, quæ idola appellantur. Melius tamen exiſtimo ea de ſculptilibus & falſis diis intelligere:
Pſal. 96. quemadmodum dictum eſt in Pſalmo: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia.

Super hortis.) Lucos intelligit locáq; amœna, vbi idolis immolabãt, & actus turpes exercebãt.

Cum fueritis velut quercus. Id eſt, Cum fueritis omni gloria ſpoliati. Comparat Iudæos infideles cum quercu arida nec fructus habẽte nec fo-
Matth. 21. lia. Refert diuus Matthæus maledixiſſe Chriſtũ ficum perpetua ariditate, cum in ea quæſiſſet fructum, & ſolum folia inueniſſet. Ficus illa populus erat Iudaicus, qui tũc foliis, hoc eſt cerimoniis vtebatur & ornabatur, licet fructũ charitatis nõ ferret. Sed modo aridus eſt omnino & nõ ſolum charitate, ſed etiã cerimoniis deſtitutus.
Infrà. 58. Ideo quercus ſine foliis à ꝓpheta appellatur, & hortus abſq; aqua. Cõtra verò de viro iuſto alibi ita ait vates noſter: Et eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fõs aquarum, cuius non deficient aquæ. Et ab alio propheta vir iuſtus cum arbore fœcunda cõparatur ſemper virente, & florẽte, vberrimorúmq; fructuum abundantia exornata: quę cum perẽnium fontium, & amœnorum fluuiorum aquis irrigetur, nullo vnquàm æſtu areſcit,
Pſal. 1. nulla ſiccitate labefactatur. Et erit, inquit, tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, ſemper proſperabuntur. Hæc arbor ſemper virens videtur eſſe palma, quem-
Pſal. 91. admodũ dicitur in Pſalmo: Iuſtus vt palma florebit. Eſt igitur iuſtus non quercus ſine foliis, ſed palma ſemper foliorum pulchritudine cooperta, & fructibus pulcherrimis ſuo tempore ornata.

Et erit fortitudo veſtra.) Idola, quibus fidebant, fortitudinem eorum appellat: At ſi diceret: Idola veſtra, in quibus omne veſtrum præſidium collocatis, tanquam ſtupa comburentur. Et omne opus veſtrũ, domus, mœnia, & reliqua alia igne conſumentur. Et ſuccendetur vtrunque nempe fortitudo veſtra & opus veſtrum. Hæc omnia ſcimus fuiſſe completa, quando in euerſione Hieroſolymæ per Titum vrbs fuit funditus deleta, & mœnia cum idolis incendio flagrarunt.

ANNOTATIONES EX Hebræo in aliquot loca primi capitis.

4. Reg. 9. *Super Iudam & Ieruſalem.*) Pro, ſuper, eſt in he-
Pſal. 2. braico על Quæ dictio ſignificat ſuper, vt quarti Regum nono: Lenticulam olei fundes ſuper caput eius. Significat etiam aduerſus, vt Pſalmo ſecũdo: Aduerſus Dominũ, & aduerſus Chriſtũ eius. Qua ratione adducti Septuaginta interpretes verterunt hoc in loco: Contra Iudam & Ieruſalem. Sed quoniam non omnia quæ hic ſunt literis mandata, ſunt contra Iudam & Hieroſolymam, imò multa de illis proſpera & ad voluntatem fluentia prædicuntur, videtur melior eſſe hoc in loco editio vulgata.

Væ genti peccatrici.) In Hebraico pro væ eſt הוי: quæ particula ſignificat væ, heu, & ò aduerbium vocandi. In hoc eodem capite paulo pòſt vertit interpres noſter per heu interiectionem dolentis & plorantis, hic vero per interiectionem comminantis, quanquam hæc comminatio ſit miſta cum gemitu & luctu.

Blaſphemauerunt ſanctum Iſrael.) Pro blaſphemauerũt eſt in hebraico, נאצו à verbo נאץ, naats, Infrà. 5.
quod ſignificat blaſphemare, vt capite quinto in hoc eodem propheta: Et eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerunt. Sed quoniam in coniugatione Piel quemadmodũ eſt hoc in loco, verba aliquando alteram inſuper actionem ſignificant, poteſt verti, fecerunt indignari ſanctum Iſraelis, vel multo melius, Irritauerunt, & ad irã prouocauerunt ſanctum Iſraelis. Nam Septuaginta verterunt: Prouocaſtis, ſeu iratum feciſtis ſanctum Iſrael. Et Pagninus: iraſci fecerũt. Vult propheta ſignificare Iudæos ſuis ſceleribus Deum ad iram prouocaſſe.

Non ſunt circumligata.) In hebraico eſt לא זורו lo zoru, à verbo זור quod ſignificat circumligare & conſtringere, quam ob cauſam vertit Pagninus: Non ſunt conſtricta. Significat etiam frangere, ideo poterat Latine reddi: non ſunt fracta, hoc eſt aperta & compreſſa, vt educeretur ſanies.

Neomeniam.) In hebraico eſt חדש, à verbo
חדש, quod ſignificat renouare, vt in Pſalmo: Pſal. 102.
Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Et quoniã in vno quoq; menſe renouatur Luna, accipitur hoc nomẽ pro menſe, & pro principio mẽſis, ſiue pro nouilunio. Nã apud Hebræos mẽſes numerabantur per Lunas, & in nouilunio incipiebatur menſis, qui quidẽ dies erat celebris apud eos, & ſolennis. Hoc nomine vtitur etiam propheta paulo pòſt in numero plurali, pro quo interpres Latinus vertit, Calẽdas veſtras. Vbi aduerte nõ dixiſſe, calendas & ſolennitates odiuit anima mea: ſed calendas veſtras & ſolennitates veſtras. quaſi dicat Deus: Non ſunt meæ hæ ſolennitates & feſta, quoniam in illis vos nefariis ſceleribus coinquinatis. Id ſtatim oſtendit dicens: Iniqui ſunt cœtus veſtri. Vbi ſignificat eos iniquitatẽ cum feſtorum celebritate ſolitos eſſe coniungere. Hoc nomẽ neomenia Græcum eſt à νέον nouum, μήνη luna, quaſi noua luna.

Principes tui infideles.) Pro infidelibus eſt in hebraico סוררים ſorerim: à verbo סור quod ſignificat declinare, recedere, & peruertere. Vnde Aquila vertit, recedentes. Pagninus verò declinantes. quod idẽ eſt, hoc eſt à recta via diſcedentes. Poteſt verti principes tui peruerſi. Et quoniam verbum hoc ſignificat etiam rebellare & nõ obedire, ideo Septuaginta verterunt: non obedientes, ſiue non obediunt: quibus aſſentitur diuus Hieronymus, qui in verſione ſua cui adiecit cõmentaria, habet: inobedientes. Et ita habẽt nonnulli cõdices editionis vulgatæ ad marginem. Sed mirum videtur tribuere inobedientiam principibus iniquis, iuſtis autem obedientiam, cùm obedientia ſubiectis, non autẽ principibus conuenire videatur. At altè ſpectare ſi voles, & ad veritatem reuocare rationem, videbis abſque dubio propriũ eſſe boni principis obedire.

Vt enim populus paret principi,ſic ille Dei legi
bus parere debet. Populo præeſt princeps,prin-
Deut.17. cipi autem lex. In libro Deuteronomij præcepit
Deus,vt qui rex conſtitueretur, haberet ſecum
legem ſcriptam,quā legeret cunctis diebus vitæ
4. Reg. 11. ſuæ. In libro quarto Regum ſunt hæc verba
monimentis mandata: Produxítque filium re-
gis,nimirum ſacerdos, & poſuit ſuper eum dia-
dema & teſtimonium,fecerúntque eum regem.
Per teſtimonium lex intelligitur,quæ deſignato
principi ſimul cum regia corona dabatur. Vides
igitur apertiſsimè oportere regem legi obedire,
eámque ſemper memoria tenere. Quo enim die
Rex fuerit conſtitutus, debet legem ſumere, &
iuxta eam gubernare. Nec ſolum literæ diuinæ
hoc dicunt, ſed etiam gentium philoſophi con-
teſtantur. Interrogatus Bias quiſnam eſſet verè
princeps,eum reſpondit,qui primus ſe legi ſub-
iiceret. Et rectè quidem, nam, vt ait Pindarus,
lex eſt omnium mortalium regina:quem locum
refert Plato in eo dialogo qui Gorgias inſcribi-
tur.Et hac de re multa in primo dialogo de legi-
bus, & aliis in locis diſſerit ſcitu digniſsima.
Nam cùm iuſtitia ſit finis legis, contempta lege
fieri non poteſt quin princeps iuſtitiam contem
nat:contempta autem iuſtitia,neceſſario ſeque-
tur ſeditioſus ac turbulentus reipublicæ ſtatus:
ex quo conflabitur regni pernicies, & certiſsi-
mus interitus. Ex quo colligitur eſſe obedien-
tiam bono principi propriam, & ſummè neceſ-
ſariam.Sed quoniam verbum hoc שור ſignificat
ſignificat fœtere & putreſcere, poteſt verti ex
hebræo: Principes tui putridi ſeu fœtidi. Et id,
Oſe. 4. quod eſt apud Oſeam 4. Separatum eſt conui-
Simile. uium eorum,poteſt verti: Putidū ſeu fœtidum
factum eſt conuiuium eorum. Nam vt in piſce,
corrupto ac putrido capite totum corpus cor-
rumpitur, ſic in republica deprauato principe
alij in prauitate verſantur.Qui videre vult ſit ne
piſcis corruptus aut contaminatus, aſpicit ca-
put, hoc enim eſt, quod prius labefactatur &
corrumpitur.Vis cognoſcere reipublicę ſtatum,
intuere principem, contemplare caput. Si prin-
ceps iuſtitiam coluerit & pietatem, omniáque
ad rationis normam direxerit, videbis ſubditos
legibus obedientes, animorúmque motus rectæ
rationis imperio ſedantes. Contrà verò deprau-
to principe, turpi voluptate & effrenata domi-
nandi cupiditate corrupto,videbis populum ab
omnibus virtutum ornamentis deſtitutum, &
indomitis appetitibus atque vitiis inflamma-
Matth. 2. tum. Aduentu magorum ait diuus Matthæus
turbatum fuiſſe regem Herodem, & omnem
Hieroſulymam cum illo. Turbato rege ſtatim
fuit tota ciuitas cum illo turbata. Comparat
igitur diuinus vates rempublicácum piſce,cuius
caput princeps eſt,corpus autem populus. Et ſi-
gnificare volens Hieroſolymæ corruptelam ait
eius principes eſſe corruptos & contaminatos.

Auferte malum cogitationum veſtrarum.) In He-
braico eſt: Auferte malum מעלליכם, quod po-
teſt etiam verti: Operum veſtrorum: & ita vertit
Pagninus. Vel ſtudiorum veſtrorum: Omnia
enim hæc dictio hebraica ſignificat.

Argumentum capitis II.

*Prædicit Chriſti Dei noſtri aduentum e cœlis in ter-
ram miſsi,vt hominum genus infinitis erroribus im-
plicatum,& ſceleribus aſtrictum doceret, & libera
ret, eique viam veritatis oſtenderet. Deſcribit gen-
tium vocationem,& Euangelicā pacem, & Iudæo-
rum nefaria delicta:ob quæ eos in luctuoſiſſimas mi
ſerias, & acerbiſſimas calamitates eſſe incurſuros,
& Hiereſolymam funditus euertendam prænuntiat.
Tandem Iudæos hortatur vt ab impietate & contu
macia deſiſtant:nolíntque Chriſtū verū Deū,& ve-
rum hominē falſis criminibus in interitum vocare.*

CAPVT II.

VErbum quod vidit Eſaias filius A
Amos ſuper Iudam & Ieruſa- Mich.4.
lem. Et erit in nouiſsimis die-
bus præparatus mons domus
Domini in vertice montium,& eleuabitur
ſuper colles: & fluent ad eum omnes gen-
tes. Et ibunt populi multi, & dicent: Veni-
te aſcendamus ad montem Domini, & ad
domū Dei Iacob,& docebit nos vias ſuas,
& ambulabimus in ſemitis ſuis: quia de
Sion exibit lex, & verbum Domini de Ie-
ruſalem.Et iudicabit gentes, & arguet po-
pulos multos. Et conflabunt gladios ſuos B
in vomeres,& lanceas ſuas in falces. Non
leuabit gens contra gentem gladium, nec
exercebuntur vltra ad prælium.Domus Ia
cob venite, & ambulemus in lumine Dei
noſtri. Proiecisti enim populum tuum do-
mum Iacob: quia repleti ſunt vt olim, &
augures habuerunt vt Philiſthiim, & pue-
ris alienis adhæſerunt. Repleta eſt terra
auro & argento, & non eſt finis theſauro-
rum eius:& repleta eſt terra eius equis, &
innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta
eſt terra eius idolis:opus manuum ſuarum
adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum.
Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt
vir. Ne ergo dimittas eis.

EXPLANATIO.

Quoniā prædixerat propheta capite ſuperio-
re impiorū Iudæorum věturum excidiū, ac pio-
rū hominum ſalutē & redemptionē: nunc expli
cat id futurū eſſe Chriſti tempore,quādo Euan-
geliū prædicaretur, & multi ex Iudęis, pluréſq;
ex gentibus in Eccleſiā cōuenirent. Et vt fidem
ſibi conciliet,ídque certū & infallibile eſſe affir-
met, ait: Verbū quod vidit Eſaias: Ac ſi diceret:
Sequitur ꝓphetia Eſaiæ vera & certiſsima, nam
ipſe id,quod dicturus eſt, mentis oculis aſpexit.

Et erit in nouiſsimis diebus.) Solet vetus Teſta-
mentum tempus Meſsię dies nouiſsimos appel-
late. Cùm Iacob eximius patriarcha & propheta
ad exitum vitæ vocaretur,filios ſuos in hūc mo-
dum allocutus eſt: Cōgregamini vt annuntiem,
Gene.49 quæ věntura ſunt in nouiſsimis diebus. Et cōuer-
ſus ad Iudam, Non auferetur, inquit, ſceptrum
de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat,

qui mittendus eſt, & ipſe erit ſpectatio gētium. Quæ verba intelligūtur de Chriſto, quē hic vult Propheta nomine mōtis ſignificare. Hi nouiſſimi dies ſunt fines illi ſeculorum, de quibus ait 1. Cor. 10. Apoſtolus in epiſtola prima ad Corinthios: Hęc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionē noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Hos ſeculorum fines & vltimam ætatem appellat idem Apoſtolus in epiſtola ad Galatas temporis plenitudinem dicens: Vbi venit plenitudo temporis, mi- Gal.4. ſit Deus filium ſuum, &c. Et diuus Ioannes in 1. Ioan. 2. prima epiſtola ſuā horam nouiſſimam dicens: Filioli nouiſſima hora eſt.

Preparatus mons.) Hic mons Chriſtus eſt, qui, Dani.2. vt eſt apud Danielem, lapis eſt qui abſciſſus de mōte ſine manibus, hoc eſt de virgine Maria ſine humano opere, ſed virtute Spiritus ſancti, creuit in montem magnum, & repleuit terram. Hic eſt mons ille, ſuper quem ædificata eſt ciuitas Dei, id eſt Eccleſia, de qua ait Chriſtus apud Matth.5. Matthæum: Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Hæc ciuitas appellatur hic ab 1. Corin. 3. Eſaia domus Domini, & Chriſtus mōs huius domus, in quo ſita eſt Eccleſia. Eſt enim Chriſtus Eccleſiæ fundamentum, vt in epiſtola prima ad 1.Tim.3. Corinthios Apoſtolus aſſerit. Idē etiam Eccleſiam in epiſtola prima ad Timotheum domum Dei appellat. Aſpicis Eſaiam ſtatim in principio tractare de Meſſia, quod eſt eius præcipuum inſtitutum.

In vertice montium.) Per hos montes & colles intelligit Prophetas & Patriarchas, cæteróſque ſanctos, qui ob animi altitudinem & celſitatem montes appellātur: quia contemptis mundi illecebris & voluptatibus ferebantur in ſublime, & charitate, ſapiētia & cōtēplatione rapti in corporibus humanis vitam cœleſtem imitabantur. Sed filius Dei vnigenitus Ieſus Chriſtus Deus noſter montes omnes tranſcendit & ſuperauit. Quod Propheta volens oſtendere, dicit eſſe hūc montem, nimirum Chriſtū, in vertice montium & collium: vt eius ſublimitatem & excellētiam ſuper omnes ſanctos ſignificaret. Poteris per montes eos ſanctos intelligere, qui fuerunt excellentiori virtute & ſapientia præditi: per colles verò eos, qui ad tantam ſanctitatis altitudinem non peruenērunt.

Et fluent ad eum omnes gentes.) Tanta erit huius montis ſublimitas & altitudo, vt ſit vniuerſo orbi conſpicuus, & ad illum veniant omnes gentes, eius amplitudine, charitate, & excellentia excitatæ. Prædicit diuinus vates congregandam eſſe Eccleſiam catholicam ex gentibus in magnam multitudinem, & coagmentandum eſſe corpus vnum pulcherrimum, cuius caput & magiſter eſt Ieſus Chriſtus, qui nomine montis ſignificatur, eiúſque fidem eſſe per vniuerſas terrarum regiones longè latéque propagandam. Plenum eſt vetus Teſtamentum huiuſmodi vaticiniis. Vnum tantum aut duo loca citabo. In Pſalm. 71. Pſalmo ſcriptum eſt: Omnes gentes ſeruient ei. Pſalm. 85. Et in alio: Omnes gentes quaſcūque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum. Vbi diuinus vates gentium vocationem præcinit, & de Chriſti regno vaticinatur, ſub quo omnes gentes erāt ad veritatem venturæ. Eſt tamen aduertendum nō dicere, Omnes homines venient: Multi enim ad Chriſtum non venerunt: ſed, omnes gentes. Nulla enim fuit gens, quæ non venerit ex omnibus quatuor mundi partibus, tam ex Oriente quàm Occidente, tam ex Meridie quàm ex Septentrione: Non tamen omnes illarum gentium homines venerunt.

Venite aſcendamus.) Sedentes in peccatis ad Chriſtum non veniunt. Oportet ſurgere, ire, & aſcendere. Qui eunt ad Chriſtum, aſcendere dicuntur. Conſidera piorum hominum voluntatem, qui non ſolùm propriam ſalutem deſiderāt, ſed alios ad eandē cohortātur. Theſauri terræ cōmunicati exhauriuntur: at ſpirituales theſauri, quò magis cōmunicātur, eo magis augentur. Ideo in Apocalypſi Ioānis hęc verba ſcripta Apoc.vl. ſunt: Spiritus & ſponſa dicūt, veni: & qui audit, dicat, veni: & qui ſitit, veniat. Nos igitur aſcendamus, quæ ſurſum ſunt quærētes non quæ ſuper terram, & alios ad altiſſimarum rerum contemplationem & feruentem charitatem inuitemus.

Et docebit nos vias ſuas.) Vt nos doceat vias ſuas, oportet aſcendere ad eum tāquam ad cœleſtem doctorem. Prius vias Dei diſcere debemus, & poſtea in illis ambulare. Et obſerua has vias Chriſti non doceri niſi in domo Dei Iacob, quæ eſt Eccleſia Catholica colūna veritatis: nā extra eam nec eſt fides, nec ſalus. In Eccleſia magiſter eſt Chriſtus, qui nobiſcum eſt vſq; ad conſummationē ſeculi. Væ illis qui talem ręſpuunt magiſtrum. Extra Eccleſiam magiſtri ſunt homines impij & ſeductores à diabolo edocti & decepti, quemadmodum fuit noſtris temporibus Martinus Lutherus infamia noſtri ſeculi, homo impius & peſtilens, natus ad ſeditionem, natura factioſus, & pernicioſarum nouitatū amantiſſimus. Ad huius amicitiam conuolauit Philippus Melāchthon deteſtabilis hæreticus, cæteríq; homines flagitioſi, vt ſuis vitiis & voluptatibus ſeruirēt. Et quod ſine lachrymis dici non debet, in apertas Lutheri fraudes, & peſtiferas atq; diabolicas hæreſes libentiſſimè intrarūt: vias autē Dei, quib. ad cœleſtē patriā peruenitur, dereliquerunt.

Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.) Repetitio eſt: Lex enim & verbū Domini idem eſt ac Euangelium, quod hîc apertè prædicitur. Nam lex vetus data fuit in monte Sinai, non autem in monte Sion. Euangeliū verò exiuit de Sion & Ieruſalem. Hæc eſt noua illa lex, quam Dominus apud Ieremiā in cordibus Ierem. 32. noſtris ſcripturum ſe eſſe pollicebatur. Dabo, inquit ille, legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Quem locum diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos de Euange- Hebr. 8. & lio interpretatur. Hieroſolymæ prędicauit Chriſtus, & docuit Euangelium ſuum, & inde egreſ- 10. ſum eſt. Ideo non ait: In Sione & Hieroſolymæ manebit verbum Domini: ſed exibit: vt de illo fonte omnes gentes ſignificet eſſe rigandas, & non concludendum eſſe Euāgelium intra ſepta Hieroſolymæ, ſed longius eſſe progrediendum & propagandum: Non enim ſolùm pertinet ad populum Iudaicum, ſed etiā ad omnes gentes.

Ideo

Ideo eis Propheta facit mutuò ſe hortantes, vt ad Chriſtum aſcendant, qui erat legem omnibus daturus.

Et iudicabit gentes.) Hoc eſt, dabit ius Euangelicum gentibus. Vel iudicabit in iudicio diſcretionis, diſcernens qui ſint boni, qui verò mali: & non omnes infideles pari pœna dānandos, ſed pro ſcelerum diuerſitate diuerſis tormentis cruciandos eſſe. Vel iudicabit gentes, hoc eſt pro gentibus ad fidem conuerſis ſententiam feret contra calumniatorem dæmonem, eáſque in ſua iuſtitia abſoluet. Non enim ſemper iudicare aliquem eſt cōtra eum ſententiam ferre, ſed aliquando pro eo. Quod apertè indicat locus ille Dauidis in Pſalmo. Iudica me *Pſal.42.* Deus & diſcerne cauſam meam. Vel vt poteſt etiā verti ex Hebraico: & defende cauſam meā. Vbi Dauid vir iuſtus pietate & ſapientia præditus Deum orat, vt cauſam ſuam defendat, eúmque ab hoſtibus liberet, á quibus ſe videbat falſis criminibus in inuidiam, & capitis periculum vocatum. Nec ſolùm hoc in loco, ſed in aliis inquit Eſaias Chriſtum gentes iudicaturum. Ita *Infrà 9.* enim ait capite nono: Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia. Qui locus *Infrà.33.* apertè de Chriſto intelligitur. Et capite trigeſimotertio: Implebit Sion iudicio & iuſtitia. Et *Infrà. 41.* capite quadrageſimoprimo: Iudicium gentibus *Ierem. 33.* profert. Et Ieremias in hunc modum inducit Deum patrem loquentem: In tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Cum his locis pugnare prima ſpecie videtur id, quod ait Chri*Ioan.3.* ſtus apud Ioānem: Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Quæ verba falſam Iudæorum opinionem redarguunt, exiſtimantium Meſſiam ſuum fore iudicem, regémque terræ, quemadmodum fuit Dauid & Salomon. Ipſe Chriſtus verus Dei filius cuidam de quodam mundi negotio eum interroganti reſpondit: *Luc.12.* Quis me conſtituit iudicem & diuiſorem inter vos? vt eſt apud Lucam capite duodecimo. Et Ioannes refert eum aufugiſſe, cùm eum regem *Ioan. 6.* vellent conſtituere. Et Pilato reſpōdit: Regnum *Ioan. 18.* meum non eſt de hoc modo. Præterea Eſaias capite ſextodecimo, non in iudicio, ſed in miſeri*Infr. 16.* cordia præparandum eſſe Chriſti ſolium prædi*Pſal.88.* xit, Præparabitur, inquit, in miſericordia ſolium eius. Et in Pſalmo ſcriptum legimus: Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Quāuis hæ authoritates cum ſuperioribus pugnare videantur, tamen attentius cōſiderare ſi voles, videbis apertiſſimè nullam eſſe inter eas repugnātiam. Nā quotiens in diuinis literis hæ duæ voces copulantur, iudicium & iuſtitia, ſignificare ſolent non rigorem iuris, nec iuſtitiā, quam vindicatiuam appellant, ſed excellētem quandam adminiſtrandi viam & rationem, cùm omnia ordine gubernantur, & ad rectam normam diriguntur. quod maximè conuenit excellentiſſimo illi rerum omnium moderatori & conſeruatori Deo noſtro, cuius conſilio & ſapientia mundi pulchritudo regitur & conſeruatur. Et quoniā hæc optima adminiſtrandi via in regno Chriſti conſpicitur, ideò prædictum fuerat à ſanctis vatibus eum impleturum eſſe Sionem iudicio & iuſtitia, hoc eſt Eccleſiam ſuam præclarè gubernaturum. Quæ gubernandi ratio non repugnat nec aduerſatur miſericordiæ. Præterea iuſtitia accipitur in ſcriptura ſæpe pro iuſtificatione, quando gratia Dei iuſtificamur. de qua iuſtitia poſſunt explanari authoritates prędictæ, quę de iuſtitia loquebantur. In hanc ſignificationē eam accipit Apoſtolus, cùm ait in epiſtola ad Romanos, Iuſtitia Dei reuelatur in eo ex fide in fidem. *Rom.1.* *Rom.3.* Et in alio capite: Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt: iuſtitia autem Dei per fidem *Gal.2.* in Ieſum Chriſtum. Et ad Galatas: Si per legem eſt iuſtitia, Chriſtus igitur gratis mortuus eſt. Et iuſtitia in hac ſignificatione nequaquàm miſericordiæ aduerſatur. Imò fieri non poteſt, vt ſine Dei miſericordia quis à peccatis reſurgat, & iuſtificetur. Iudicium etiam ſæpenumero ſignificat actionem, qua quis ſeipſum iudicat: quemadmodum ait Apoſtolus: Si nos ipſi iudicaremus, non vtique à Domino diiudicaremur. Significat etiam ipſorum ſcelerum damnationem: cùm enim peccator eripitur, damnatur peccatum. Deus, inquit Apoſtolus, mittens *Rom.8.* filium ſuum, de peccato damnauit peccatum. *1. Cor. 11.* Hoc autem iudicium, quo damnantur pecca*Rom.8.* ta, non eſt abſque Chriſti gratia & miſericordia. Colliges ex his Chriſti aduentum non fuiſſe in hominum iudicium & damnationem, ſed ſcelerum, de quo ea loca intelliguntur, quæ de primo Chriſti aduentu loquebantur. Ita poteris intelligere id, quod ait Chriſtus apud Ioannem: Ego in iudicium veni in mundum. Et in alio *Ioan.9.* capite: Nunc iudicium eſt mundi. Igitur hic lo*Ioan.12.* cus Eſaiæ: Et iudicabit gentes, & ille iudicium gentibus proferet, & ſimiles, hunc poſſunt habere ſenſum: Chriſtus in Eccleſia gentes ad fidem conuerſas rectè ac pulchrè gubernabit. Vel ita: Chriſtus gentes iuſtificabit. Vel, gentium peccata damnabit. Aſpicis igitur etiam in his locis, quæ pugnare videbantur, maximā cohærentiam & concordantiam inueniri.

Et arguet populos multos.) Arguiſſe Chriſtū Iudæorum ſcelera planè indicat Euangelica hiſtoria. Nec per ſe ſolum, ſed etiam per diſcipulos ſuos, quibus Spiritum ſanctum promittens dixit: Cùm venerit ille, arguet mundū de peccato, &c. Hoc eſt vos diſcipuli mei Spiritu ſancto inflāmati mundi ſcelera arguetis. Aſpicis hic ſcelera reprehendere eſſe munus Dei, eiuſque concio*Ioan.16.* natorum. At multi ſunt, qui improborum ſcelera tegētes, & diſſimulātes, & quod peius eſt, laudantes, in hominum piorum vitam inuehuntur.

Et conflabunt gladios ſuos in vomeres.) Deſcriptio eſt futuræ pacis: Ac ſi diceret: Tempore Meſſiæ magna pax ſpiritualis vigebit. Id prædictum fuerat in Pſalmo: Orietur in diebus *Pſal.71.* eius iuſtitia, & abundantia pacis. Nam viri iuſti & pij in mediis afflictionibus & calamitatibus ſpirituali & Euangelica pace gaudent, quam impij nullo modo aſſequuntur. Vbi eſt gratia, ibi pax eſt. Eam ob cauſam diuinus Paulus in exordio ſuarum epiſtolarum gratiam & pacem precatur: pax enim ſine gratia eſſe non poteſt. De hac Chriſti pace intelligitur id, quod

Pſalm.85. dicitur in Pſalmo: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Viderat vates non omnes hanc Euangelicam pacem eſſe habituros, ideo ait: Super ſanctos ſuos, & ſuper eos, qui conuertuntur ad cor. Hanc pacem cœlites annunciarunt, quādo naſcente Chriſto cecinerūt: Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc.2. Hæc eſt pax illa, quam Chriſtus Ioan.14. moriturus in teſtamento ſuo diſcipulis ſuis reliquit dicens: Pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis. Sed conſiderandū eſt cur deſcribēs hoc in loco Eſaias hanc Euangelicā pacem, dicat conflandos eſſe gladios in vomeres, & haſtas in falces conuertēdas. Rom.6. Diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, Non exhibeatis, inquit, membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Ex quibus verbis Apoſtoli apparet, mēbra hominis flagitioſi eſſe gladios & haſtas, quibus animā ſuam ſauciat & vulnerat, cum deberēt eſſe arma iuſtitiæ, quibus aduerſus vitia pugnaret, & in quibus Deū portaret, iuxta id quod ait idem Apoſtolus. Glorificate & portate Deū in corpore veſtro. 1.Cor.6. Nihil igitur aliud eſt, gladios in vomeres conuerti, & haſtas in falces, quàm sēſus omnes omniáq; noſtra mēbra, que ſine Chriſti gratia in homine flagitioſo arma ſunt diaboli, mūdi & carnis, quibus anima noſtra trāsfigitur, effici vomeres, agrum Domini operibus charitatis ſcindētes & arātes, vertiq; in falces fructus pietatis Deo gratiſſimos metentes. Et hoc modo ſpirituali atq; Euangelica pace gaudebimus. Coercebit ratio appetitum, & omnium nefariarū cupiditatum ardorem ſedabit. Sunt qui hoc referant ad pacem, quæ fuit tempore Auguſti, quādo Chriſtus natus eſt. Tunc enim Iani fores Romæ clauſę ſunt, quod niſi in ſumma pace fieri non ſolebat.

Domus Iacob venite.) Prædixit Propheta montem illum altiſſimum Chriſtum Deū noſtrum, qui venturus erat, vt nobis viam veritatis oſtēderet, & in ea greſſus noſtros dirigeret. Prædixit gentium vocationē, & Euangelicam pacem, ac ſpiritus tranquillitatem: nunc ſe ad populum ſuum conuertit, quē domum Iacob in præſenti vocat. Inuitat igitur Iudęos, & hortatur vt accedāt ad Chriſtum, recipiant Euangelium, & ambulent in eius lumine, doctrina, & veritate. Nos verò omiſſis Hebręis ad nos ipſos ſermonē conuertamus. Nos qui hactenus Deū offendimus, qui indomitis cupiditatibus incenſi, fuimus in magna prauitate verſati, qui in tenebris iacuimus peccatorum, accedamus ad veram lucem, camus, & ambulemus in lumine Dei noſtri. Accedite ad eum, inquit diuinus Pſaltes; & illuminamini. Pſal.33. Non enim patietur Deus, nos lumen ſapientiæ requirentes oberrare, quin potius oculos noſtros aperiet, & errantibus viam conſequendæ immortalitatis oſtendet.

Proiecisti enim.) Senſus eſt, Eā ob cauſam Hebræos hortor Domine Deus, vt mecū tui luminis fiant participes, quia eos video in tenebris verſari; tu enim propter eorum ſcelera eos proiecisti. Quæ autem ea ſunt ſcelera explicat cùm ait: Quia repleti ſunt, nēpè peccatis, vt olim quādo vitulum coluerunt, ſéque nefariis vitiis contaminauerunt, & auguriis, magicíſque artibus more Palæſtinorum coinquinarunt. Præceperat enim Deus illis, ne talibus artibus vterentur. Deut.18.

Pueris alienis adhæſerunt.) Quidam hoc de turpiſſimo contra naturā crimine explanant. Quidam verò de idololatria. Ac ſi diceret: Iunxerunt ſe Iudæi Gentibus idolorum cultricibus, vt ſimul cum illis idola colerēt. Qui enim idola colunt alieni a Deo in ſcriptura ſancta dicūtur. Poterit ita explanari: Communicauerūt cum alienigenis infidelibus, eorúmque familiaritate & conſuetudine vſi fuerunt, quod erat illis prohibitum.

Repleta eſt terra argento & auro.) Damnat auaritiam. Matt.6. Nemo enim, vt ait Chriſtus, poteſt ſeruire Deo & mammonæ. Et quoniā auarus nunquam ſatiatur, inquit theſaurorum non eſſe finem, hoc eſt nūquam expleri ſitim cupiditatis. Quò enim magis auari diuitiis abundant, eò ardentius eas appetunt. Auarus, vt ait Salomon, Eccle.5. non impletur pecunia. Animaduerte. Non dicit repletū eſt cor auro & argēto, ſed repleta eſt terra. Fieri enim poteſt, vt terra impleatur diuitiis, & hominis auari animus nunquam implebitur? Non ſine cauſa Plato & Archytas Tarentinus ſimile animum hominis cupidi perforato vaſi ſimilem eſſe dixerunt ob inſatiabilem atque infinitam voraginem appetendi. Totus mundus cor hominis non implet, quoniam mundus figuram habet rotundam, cor verò pyramidalē. Eſt enim perſpicuum figuram ſphęricam pyramidali non quadrare. Tunc ſatiabimur, cùm Deo fruemur in gloria. Satiabor, inquit vates ſanctus, cum apparuerit gloria tua. Pſal.16. Cùm igitur caducæ diuitiæ non ſolùm animum non expleant, ſed in dies accendant, cur eas tantoperè concupiſcis? cur Deo neglecto ad eas aſpiras & raperis incredibili cupiditate inflammatus? Cur quæris theſauros in terra, cùm patrem habeas in cœlo? Pereunt Chriſti pauperes fame & nuditate, premuntur inopia, & ærūnarum anguſtiis, & tu pecuniam, qua illi poterāt viuere, in arcula recondis. Nónne intelligis te habere incluſam vitam pauperum? Quid dico? imò ſepultam. Quid eſt arcula ſimile auari niſi ſepulchrum, vbi ſepelitur vita pauperum? Cur ſepelis vitam? Sed quid loquor? imò cur ſepelis teipſum? Gazophylacium tuum tumulus eſt tuiipſius. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi Matth.6. & cor tuum. Non ego hoc dico. Ille hoc aſſerit, qui fallere non poteſt, qui eſt ipſa veritas. Cùm autem theſaurus tuus ſepeliatur, apertiſſime colligitur teipſum eſſe cum eo ſepultum. Aſpice quid hoc loco dicat Eſaias: aſſerit eam ob cauſam eſſe populum à Deo proiectum, quia repleta erat terra auro & argento, nec erat theſaurorum finis: eſt enim auaritia, vt ait diuus Paulus, idolorum ſeruitus. Coloſ.3. Et in alio loco aſſerit cupiditatem eſſe omnium malorum radicem. 1.Tim.6. Vt ſimile terra quæ auri & argenti venas habet, aliis in rebus ſterilis eſt & inculta, ſic auari diuitiis affluentes, metalláque in animo portantes nullum bonum fructum producere conſueuerunt. Fit enim plerúnque vt magnas diuitias inſolentia & impietas conſequantur.

Equi.) Reſpuit Deus & redarguit faſtum, & ſu-
peruacaneam equorum multitudinẽ. Idem ſcri-
Deut. 17. ptum legimus Deuteronomij capite decimo ſe-
ptimo. Vult Deus vt in ipſo, non autem in equis
& quadrigis, & apparatu militari, omnem no-
ſtram fiduciam collocemus.

Incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir.) Per ho-
minem intelligit eum, qui eſt obſcurus, & humi
li loco natus: per virum verò, nobilem, & illuſtri
laude celebratum. Ait igitur tam plebeios quàm
magnates idola coluiſſe, & ad ſenſpriliа, quę ipſi
finxerant, ſupplices acceſsiſſe, verumque Deum
repudiaſſe.

Ne ergo dimittas eis.) Non eſt imprecatio, ſed
vaticinium. Non petit à Deo ne parcat Iudæis,
ſed vaticinatur non eſſe Deum peccata illis con-
donaturum, quoniã ipſi in ſua prauitate & per-
tinacia erant permanſuri. Eodem modo id, quod
Pſalm. 108. dixerat regius vates: Fiãt eius dies pauci, & Epiſ-
copatum eius accipiat alter, nõ fuit imprecatio,
qua obſecraret Deum vir ſanctus vt aliquem ta-
li pœna mulctaret, ſed fuit vaticinatio prædicens
excidium Iudæ & Mathiæ electionem. Ita enim
Act. 1. locum illum interpretatur in Actis Apoſtolorum
eorum princeps & Eccleſiæ paſtor. Sunt præte-
rea multa alia eiuſmodi in diuinis literis, quę nõ
ita accipienda ſunt, quaſi mala imprecentur: ſed
ea prædicunt vates, quæ mentis oculis ventura
eſſe intuebantur. Huic expoſitioni fauet verſio
Pagnini habens: Et non parces eis. Non dicit: Ne
parcas: ſed non parces.

Ingredere in petram, & abſcondere in
C foſſa humo à facie timoris Domini & à glo
ria maieſtatis eius. Oculi ſublimis hominis
humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo vi-
rorum: exaltabitur autem Dominus ſolus
in illa die. Quia dies Domini exercituum
ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſu
per omnem arrogantem, & humiliabitur.
Pſalm. 26. Et ſuper omnes cedros Libani ſublimes &
D erectas: & ſuper omnes quercus Baſan: &
ſuper omnes mõtes excelſos, & ſuper om-
nes colles eleuatos: & ſuper omnẽ turrim
excelſam: & ſuper omnem murum muni-
tum: & ſuper omnes naues Tharſis: & ſu-
per omne quod viſu pulchrum eſt. Et in-
curuabitur omnis ſublimitas hominum, &
humilabitur altitudo virorum.

Ingredere in petram.) Hortatus eſt Propheta Iu
dæos, vt in Chriſtum crederent. ſed quoniã præ-
uidit eos in ſua infidelitate & perfidia permanſu
ros, innuit eorum peccatum nulla venia dignum
eſſe: & eam ob cauſam eſſe Hieroſolymam à Ro
manis euertendam. Hoc intelligens Eſaias hor-
tatur eos, vt ingrediantur rupes, ſéque ab exer-
citu Romanorum in ſpeluncis & cauernis ſub-
terraneis abſcondant. Huius timoris & vaſtitatis
Luc. 23. meminit diuus Lucas, apud quem ità Chriſtus
ait: Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſu-
per nos: & collibus, Operite nos. Quidam hoc
intelligunt de euerſione Hieroſolymæ per Chal
dæos. Nos in noſtris ærumnis ingrediamur pe-
tram: petra autem Chriſtus eſt. Ad eum confu- 1. Cor. 10.
giamus: ingrediamur in eius vulnera, vbi refu-
gium inueniemus, & portum tutiſſimum con-
tra omnes huius mundi procellas & tempeſta-
tes.

A facie timoris Domini.) Vaſtitatem Hieroſoly-
mæ Domini timorem appellat, quoniam ibi ſe
oſtendit Deus iratum & valde timẽdum. Appel-
lat etiam gloriam maieſtatis eius, quoniam ipſe
per Romanos Iudæis infidelibus, omniſque ſce-
lerum genere aſtrictis interitum & perniciem
inferebat. Tunc enim Deus ſuam potentiam &
gloriam oſtendit, quando impios opprimit &
euertit. Id indicat paulò pòſt verbis alijs.

Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt.) Deſcri-
bit Hieroſolymæ luctuoſum excidium. Ibi, in-
quit, non ſolum homines obſcuri & abiecti in
gemitu & lachrymis verſabuntur, ſed etiam no-
biles & potentes in ærumnas incident acerbiſſi-
mas. Supplicio & interitu pœnas ſuæ impietatis
luent, & tota ciuitas ferro & flamma vaſtabitur,
& funditus delebitur. Vtitur præteritis pro futu-
ris, vt multis alijs in locis, & vt Prophetiæ certi-
tudinem oſtendat, quemadmodum mos eſt Pro-
phetarum.

Exaltabitur autem.) Iudæi abijcientur & pro-
ſternentur: ſolus autem Deus magnus & ſubli-
mis apparebit, cùm ab eius ira nullus Iudęorum
poſſit fugere nec liberari. Idem ait capite quinto
iis verbis: Exaltabitur Dominus exercituum in Infr. 5.
iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur in iuſti-
tia. Nõ differt ab hoc teſtimonio id, quod iis ver
bis canit clariſſimus vates: Cognoſcetur Domi- Pſalm. 9.
nus iudicia faciens, in operibus manuum ſuarũ
comprehẽſus eſt peccator. Quidam hoc referũt
ad extremum iudicium. quorum ſententiam etſi
non reijcio: non tamen ita amplector, vt eam
priori anteponam.

Dies Domini exercituum.) Senſus eſt: In excidio
Hieroſolymæ omnes elati, diuitiis affluentes, &
potentia præſtantes, in quos oculi omnium erãt
cõiecti, ferro, aut flãmæ, aut captiuitati ſubijcien
tur. Eos comparat propheta cedris, quercubus,
montibus, collibus, turribus, muris, nauibus
Tharſis, & rebus aliis pulchritudine ſua oculos
videntium oblectantibus. Diem Domini exerci-
tuum ſuper omnem ſuperbum appellat Iudæo-
rum vaſtitatem, quos cedrorum nomine vocat.
Nec eſt nouum homines improbos & elatos ce-
dris Libani comparari. Vidi, inquit Dauid, im- Pſalm. 44.
pium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros
Libani. Et Zacharias, Vlula, inquit, abies, quia Zach. 11.
cecidit cedrus, quoniam magnifici vaſtati ſunt.
Significari autem nomine quercuum Baſan ho-
mines diuites, oſtendit eodem loco Zacharias
dicens: Vlulate quercus Baſan, quoniam ſucci-
ſus eſt ſaltus munitus. Quaſi diceret: Plorate vos
qui diuitiarum copia abundatis, quoniam Hie-
roſolyma delebitur bello luctuoſiſſimo veſtris
ſceleribus conflato. Illud eſt ſciẽdum, Libanum,
vt ait diuus Hieronymus, montem eſſe altiſſi-
mum Phœnices: Baſan verò regionem eſſe Ara-
biæ, cui imperauit Og, qui appellatus eſt rex Ba-
ſan.

Et ſuper omnes montes.) Nomine montium ſi-

gnificari homines improbos oſtendit locus Eze-
Ezec.6 chielis ita habens: Hæc dicit Dominus Deus
montibus & collibus: Ecce ego inducam ſuper
vos gladium, & diſperdam excelſa veſtra. Intelli-
gi etiam eoſdem per turres ſignificat locus apud
Infrà 30. Eſaiam capite 30. inquiens: Et erunt ſuper omnē
montem excelſum, & ſuper omnem collem ele-
uatum riui currentium aquarum, in die interfe-
ctionis multorū, cùm ceciderint turres. Hoc eſt,
Dabit tibi Deus bonorum abundantiam, cùm
adeptus fuerit victoriam, & hoſtes tui fortiſſimi
corruerint. Fortitudine quoque & potentia pol-
Ierem.1. lentes murus appellantur. Ita apud Ieremiā: Ego
dedi te murum æreum ſuper omnem terram. Ap-
Infrà.23. pellātur præterea naues, vt eſt apud Eſaiam, Vlu-
late naues maris: quod alij vertetūt, naues Thar-
ſis. Non naues vlulant, ſed homines nauibus cō-
parati. Vides igitur locos è media ſcriptura de-
promptos & repetitos oſtendentes homines po-
tētes & diuites cedris Libani, quercubus Baſan,
montibus, collibus, turribus, muris, & nauibus
Tharſis eſſe comparatos.

Et incuruabitur omnis ſublimitas hominum.) His
verbis oſtendit præcedentia de hominibus dicta
eſſe.

D Et eleuabitur Dominus ſolus in die illa.
Luc.23.d Et idola penirus contetentur. Er introibūt
Oſe.10.b in ſpeluncas perrarū, & in voragines terræ
Apoc.9.b à facie formidinis Domini, & à gloria ma-
ieſtatis eius cùm ſurrexerit percutere ter-
ram. In die illa proiiciet homo idola argen
ti ſui, & ſimulacra auri ſui, quæ fecerat ſibi,
Infrà 31.d vt adoraret talpas & veſpertillones. Er in-
gredietur ſciſſuras perrarū, & in cauernis
ſaxorū à facie formidinis Domini, & à glo
ria maieſtaris eius, cùm ſurrexerit percute
re terram. Quieſciteergo ab homine, cuius
Luc.23.c ſpiritus in naribus eſt, quia excellus repu-
tatus eſt ipſe.

Idola penitus conterentur.) Fuiſſe ſæpe Iudæos
idolorum cultores, & vitiis teterrimis contami-
natos, & eam ob cauſam fuiſſe à Chaldæis captos
& afflictos, eſt omnibus vetus Teſtamentum le-
gentibus planum & perſpicuum. Prædicit ergo
Eſaias in illa Hieroſolymæ vaſtitate per Chal-
dæos eſſe idola, in quibus Iudæi ſpem ſuam col-
locauerāt, cōterenda. Poterit etiam hoc de euer-
ſione per Romanos explanari: & per idola poſ-
ſunt intelligi diuitiæ. Id enim in quo quis beati-
tudinem conſtituit, & quod colit, relicto Deo,
poteſt idolum appellari. Et diuus Paulus auari-
tiam, idolorum ſeruitutem appellat.

Cùm ſurrexerit percutere terram.) Id eſt, cùm
Epheſ.5. Deus euerterit Hieroſolymam. Poteſt etiam de
Coloſ.3. extremo iudicio intelligi. Exiſtimo tamen aprio-
rem eſſe primam interpretationem, quoniam in
principio capitis non ait ſe ſuper vniuerſum or-
bem, ſed ſuper Iudam & Hieroſolymā vaticinari.

In Die illa proiiciet homo idola.) Tantus erit me-
tus, vt homines diuitiarum ſuarum, & idolorum
auri & argenti obliuiſcantur, dúmmodo vitę cō-
ſulant. Hæc idola appellat talpas & veſpertilio-
nes. Ad id amentię & cæcitatis perducti ſunt Iu-
dæi, vt imagines colerent ſerpētium, & aliorum
brutorum animalium. Vide quid adorabant, tal-
pas & veſpertiliones, animalia cæca, abiecta, &
inutilia. Cùm ipſi in tenebris iacerent, ea cole-
bāt animalia, quæ ſolem videre nequaquam poſ-
ſunt, eiſque preces & cultus ſanctiſſimo numini
debitos adhibebant.

Et ingredietur ſciſſuras petrarū.) Repetit id, quod
dixerat, vt firmiter in memoria auditorum inhę-
reret. Opus enim erat, vt tantæ calamitatis me-
moriam nulla vnquam deleret obliuio.

Quieſcite ergo ab homine.) Epiphonema eſt to-
tius huius capitis. Ac ſi diceret: Quoniam in no-
uiſſimis diebus oſtendetur mons ille altiſſimus
Eccleſiæ fundamentū omnes alios montes facile
ſuperans, ad quem concurſuræ ſunt omnes gen-
tes eius celſitate & amplitudine excitatæ, quo-
niam laturus eſt nouam legem, quoniam vos ô
Iudæi, ſi eum non receperitis, eſtis in luctuoſiſſi-
mum excidium incurſuri, & in perpetuas tene-
bras relegandi: quoniam venient dies in quibus
Hieroſolyma ob veſtra impia facinora eſt peni-
tus euertēda: vos magnopere hortor ne Meſſiam
veſtrū ad interitū vocetis. Quieſcite ergo offen-
dere hominem, cuius ſpiritus in naribus eſt: id
eſt qui iram ſuam vobis oſtendet: quia excelſus
reputatus eſt ipſe. hoc eſt quia magnus & potens
eſt, qui vos poterit facilè vaſtare. Habere ſpiritū
in naribus eſt iratū eſſe. Dicens: Quieſcite ab ho-
mine, oſtendit Chriſti humanitatem: dicens au-
tem: Quia excelſus reputatus eſt ipſe, oſtendit
eius ſanctiſſimum numen. Ac ſi diceret: Videte
ne Chriſtum contemnatis verum Deum & verū
hominem, qui iratus poterit vos facilè perdere,
& omnem veſtram rempublicam labefactare, &
penitus extinguere. Poteſt hoc ita etiam explana
ri: Quieſcite à Chriſti blaſphemiis, qui etſi in na-
ribus habet ſpiritum, hoc eſt, etſi homo eſt, & ſpi
rat, & halitum naribus trahit, vt cęteri homines:
tamen ſecundum diuinam maieſtatem excelſus
eſt & altiſſimus. Præuidebat diuinus vates eſſe
Hieroſolymam ciuitatem florentiſſimam euer-
tēdam ob Iudæorum in Chriſtum odium & im-
pietatem. Vt enim in ſeminibus cauſa eſt planta- *ſimile*
rum, ſic luctuoſiſſimi excidij Hieroſolymæ cau-
ſa fuit ſcelus illud teterrimum & impiiſſimum,
quod in Chriſti nece admiſerunt. Et eam ob cau
ſam eos hortatur propheta, vt ſaltem cùm ſe vi-
derint afflictos, contemptos, omni ignominia &
dedecore notatos, ſuúmque ſtatum labefactatū
& radicitus euulſum, oculos aperiant, & aſpiciāt
aliquādo ſe ob ſuam impietatem in tam acerbis
ærumnis verſari: & deſiſtant à ſua contumacia
non à magnitudine animi orta, ſed à malitia, per-
fidia, & ſuperbia inducta. At obſtinati homines
nolunt moneri, nec ſe hoc ſaluberrimo prophe-
tę conſilio inſtruere: imò in ſuis ſynagogis Chri-
ſtum blaſphemant, & in ſuis animis iterum at-
que iterum occidunt.

ANNOTATIONES

ex Hebræo in

CAPVT II.

Repleti ſunt vt olim.) In Hebraico eſt מלאו מקדם *Pſal.76.*
maleū mikkedem. Nomen קדם ſignificat ante-
rius, initium, antiquum, vt in Pſalmo: Cogitaui
dies

dies antiquos. Vnde accipitur aliquando aduerbialiter, & ſignificat olim, in quam ſignificationem accipitur ab interprete noſtro. Sed quoniam mundi pars Orientalis appellatur anterior, & mundi principium, quemadmodum Occidentalis appellatur poſterior, & mundi finis: Ideò hoc nomen pro Oriente ſiue Orientali *Num.23.* plaga accipitur, vt Numerorum 23. De monti- *Exod.14.* bus Orientis. Et illud Exodi: Flante vento vehementi, poterat verti: flante vento Orientali: eſt enim ibi hoc nomen. Hac ratione ductus conuertit in hunc modum Pagninus: Superſtitione repleti ſunt præ Aramæis, qui ſunt ad Orientem Iſraeli. Multa verba addidit quæ non ſunt in Hebraico, vt ſenſum, quem Hebraico contextu incluſum putauit exprimeret. Non enim verbum ex verbo tranſtulit, vt nonnulli exiſtimant, ſed ſæpe potius ad ſenſum, quàm ad verba reſpicit. Poteris vertere: Repleti ſunt præ Chaldæis, ſubaudi ſuperſtitione, vel magica, vel peccatis in communi. Vel ita: Abundant magica pluſquam Orientales.

Et pueris alienis adhæſerunt.) In Hebraico eſt: ובילדי נכרים ישפיקו Vueialde nochrim iaſpiku. Tota huiusloci difficultas eſt in nomine hoc ילד ob eius æquiuocationem. Significat enim puerum, *4.Reg.4.* vt 4. Regum 4. Cernit autem puer. Quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. ſigni- *1.Reg.1.* ficat etiam filium, vt 1. Regum 1. Hannæ autem nõ erãt liberi. Deriuatur enim à verbo ילד, quod ſignificat gignere & parere. Et quoniam cor generat cogitationes, conſilia, inuentiones, & ſciẽtias, ideo omnia hæc ieladim appellantur. Vnde poteſt verti: Et cogitationibus, aut conſiliis, aut inuentionibus, aut ſcientiis alienorum adhæſerunt, vel ſe totos dediderunt. Reprehendit Iudæos quia omiſſis diuinis monitis, contempta Dei lege magicis artibus, & gentium ſuperſtitionibus operam dabant: eorúmque conſilia & inuentiones ſequebantur, quæ eos à vera virtutis via, ab honeſta viuendi ratione, & à religione ac *Pſalm.105.* pietate abducebant. Hoc deplorabat alius propheta dicens: Et commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum. Pagninus vertit: In ſcientiis alienis fuerunt ſufficientes. Sed quoniam nomẽ ילד ſignificat etiam imaginem, poteſt rectiſſimè verti: Et imaginibus alienorum applauſerunt, ſeu operam dederunt. Cotidie enim nouas imagines, noua idola & ſimulachra conficiebant: nulla erant gentiũ ſculptilia, nulla idola, quæ Iudæi non colerent. Eſt enim impium ſcelus imagines latria adoratione quæ ſoli Deo debetur adorare. Quanquam eſt pium & debitum ſanctorum imagines venerari & ſuſpicere, non tanquam idola, ſed tanquam eorum repræſentatrices, qui in hac vita Deo ſeruierunt, eóque in altera fruuntur.

Quia excelſus reputatus eſt ipſe.) Pro quia excelſus, eſt in Hebraico כי במה Ci vammeh. Hæc dictio במה ſignificat excelſum, in quam ſignificationẽ *1.Reg.9.* accipitur primo Regum nono: Antequam aſcẽ- *Pſalm.17.* dat excelſum: & in Pſalmo: Et ſuper excelſa ſtatuẽs me: & aliis in locis. Quam ſignificationem in præſenti ſecutus eſt, & rectè quidem, diuus Hieronymus, qui ita tranſtulit, vt eſt in vulgata editione. Sed quoniam dictio מה ſignificat quid, & ב ſignificat in, exiſtimauit Aquila hoc in loco eſſe duas dictiones: qua ratione adductus tranſtulit: in quo, dicens: Quia in quo reputatus eſt ipſe? Pagninus vertit: Quid enim reputationis eſt ipſe? Ego credo multò rectiorem eſſe noſtram verſionem communem: & quia nomen Hebraicum excelſum ſignificat, vt oſtendimus, & quia literæ textus magis congruit, & Chriſti celſitudinem & excellentiam oſtendit. Miror Pagninum virum doctiſſimum hoc in loco & à vero ſenſu, & à veritate Hebraica receſſiſſe. Tolerabilior eſt Aquilæ verſio hoc in loco. Sed primæ ſunt communi verſioni meo quidẽ iudicio hoc in loco tribuendæ.

Argumentum capitis III.

Prædicit diuinus vates Iudæorum excidium, eorúmque reipublicæ turbulentum ac ſeditioſum ſtatum ob nefariam in Ieſum Chriſtum Deum noſtrum ingratitudinem, & effrenatam immanitatem. Prædicat Dei iuſtitiam & miſericordiam, oſtendens eſſe impios ſuorũ ſcelerum pœnas daturos, iuſtos verò præmiis afficiendos. Inuehitur in adulatores. Minatur diem extremi iudicij. Tandem Hieroſolymæ luctuoſiſſimam euerſionem & vaſtitatem prænuntiat.

CAPVT III.

ECce enim dominator Domi- A
nus exercituum auferet à Ieru-
ſalem & à Iuda validum & for-
tem, omne robur panis, & om-
ne robur aquæ, & fortem, & virum bellato
rem, iudicem, & prophetam, & ariolum, &
ſenem, principem ſuper quinquaginta, &
honorabilem vultu, & conſiliarium, & ſa-
pientem de architectis, & prudentem elo-
quij myſtici. Et dabo pueros principes eo-
rum, & effœminati dominabuntur eis. Et
corruet populus, vir ad virum, & vnuſquiſ
que ad proximũ ſuum. Tumultuabitur vir
contra ſenem, & ignobilis contra nobilẽ. B
Apprehendet enim vir fratrẽ ſuum dome-
ſticum patris ſui, & dicet: Veſtimentũ tibi
eſt, princeps eſto noſter: ruina autem hæc
ſub manu tua. Reſpondebitque in die illa
dicens: Non ſum medicus, & in domo mea
non eſt panis, neque veſtimentum, nolite
conſtituere me principem populi.

EXPLANATIO.

Ecce enim.) Hortatus fuerat Iudæos propheta Eſaias in fine ſuperioris capitis ne Chriſtum offenderent: Nam etſi verus homo eſſet, excelſus tamen eſt: verus enim eſt Deus, ſplendor gloriæ, vt inquit diuus Paulus, & figura ſubſtãtiæ eius. *Hebr.1.* Ipſe eſt infinitæ ſapientiæ pelagus, & illa Dei ſapientia, de qua idem Paulus, Loquimur, inquit, *1.Cor.2.* Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam

quam prędeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam
noſtram. Et quoniā Eſaias diuini luminis radio
illuſtratus ſciebat Iudæos non eſſe Chriſtum re-
cepturos, prædicit hoc capite excidiū, quod illis
eam ob cauſam venturum præuidebat. Et eſt ſen
ſus: Quoniam vos ô Hebræi contempturi eſtis
Meſſiam veſtrum: ideò in luctuoſiſſimā calami-
tatem incidetis. Auferet à vobis Dominus viros
fortes, prophetas, nobiles, prudētes, conſiliarios
& eloquentes: & regnabunt pueri, & labefacta-
bitur reipublicæ ſtatus, & tota denique ciuitas
corruet, & funditus delebitur. Quę quidem ego
non exiſtimo Eſaiam ſine lachrymis ſcripſiſſe.
Nam cùm ille Hebræorum populus in maxima
celebritate, & in oculis cæterarū nationū quon-
dam vixiſſet, neque eſſet natio vlla tam ampla
& illuſtris, quę deos pręſentes haberet, quemad-
modum Hebræi Deum ſuum præſentem, & in
votis ac precibus occurrentem habuerunt, & vi-
diſſet eos religionē impiè violaturos, & in ſum-
mam calamitatem incurſuros, non poſſum cre-
dere, eum cùm hæc literis mandaret, potuiſſe la-
chryma cōtinere. Videbat enim fore vt funditus
deleretur reſpublica illa Hebræorum quondam
florentiſſima, qua nulla alia fuerat vnquam &
prudētiæ opinione grauior, & ſapiētia illuſtrior,
& rerum geſtarum gloria præſtantior. Sed fuit
æquum, vt Iudæi, qui veram lucem neglexerūt,
qui lumen illud de lumine Chriſtum Deum no
ſtrum repudiarunt, lumine cæleſti priuati in te-
nebris verſarentur, & hoſtiles inſidias, luctuoſiſ-
ſimum excidium, infamiam, & dedecus, malo-
rúmque omnium tempeſtatem declinare nequa
quam poſſent. Sed fuerunt à Romanis victi &
oppreſſi, atque ampliſſimis Dei beneficiis orba-
ti. Quod cernens propheta has voces emittit:
Ecce enim dominator, &c. Particula, Enim, in-
dicat hoc caput à ſuperiore pendere.

Validum & fortem.) Abſtuliſſe Deum à Iudæa
omnes viros bellicoſos, & corporis fortitudine
præſtantes aſſerunt apertè hiſtoriæ, & antiquorū
monimenta. Poteris etiam per validos & fortes
eos intelligere, qui animi fortitudine valent, qui
res arduas non corporis, ſed animi viribus pul-
chrè aggrediuntur, appetitū vincentes, & aduer
ſus vitia pugnantes, qui nec aduerſis frāguntur,
nec proſperis eleuātur. Nec mirum eſt hos abla-
tos fuiſſe à Iudæa: vbi nanque Chriſtus non eſt,
ibi deeſt vera fortitudo. Solùm ille, qui verè for-
Philip. 4. tis eſt, poteſt dicere cū Paulo: Omnia poſſum in
eo, qui me confortat: hoc eſt, qui me fortē atque
Pſal. 17. potētem efficit. In te, inquit regius vates, eripiar
à tentatione, & in Deo meo trāſgrediar murum.

Omne robur panis.) Hoc eſt ſpoliaturus eſt Deus
Iudæos cibo & potu, quibus rebus corpus refi-
citur & ſuſtentatur. Fuit enim in obſidione per
Titum & Veſpaſianum, vt refert Ioſephus, incre
dibilis fames. Per panem & aquam intelligi
4. Reg. 6. omnes alimentum indicat locus libri quarti Re-
gum capite ſexto, ita habens: Pone panem &
aquam coram eis, vt comedant & bibant, & va-
dant ad dominum ſuum. Appoſitáque eſt ciborum
magna præparatio, & comederunt & biberunt.
1. Reg. 14. Et libro primo Regū narrat diuina hiſtoria, Iona
tham comedentē fauum mellis præceptum pa-
tris fregiſſe dicentis: Maledictus qui comederit
panem vſque ad veſperam. Vbi vides nomine
panis intelligi etiam fauum mellis, & omnem
cibum. In hanc ſignificationem accipitur à diuo
Luca dicente: Cùm introiſſet Ieſus in domum *Luc. 14.*
cuiuſdam principis ſabbato manducare panem:
Nam apud Hebræos panis appellatur lechem à
verbo lachā, quod ſignificat comedere. Vnde
quicquid comeditur, panis appellatur. Poteris
etiam per hunc panem Chriſtum intelligere de
ſeipſo dicētem: Ego ſum panis viuus qui de cæ- *Ioan. 6.*
lo deſcendi. Hic eſt panis ille, de quo Salomon *Prou. 13.*
in Prouerbiis, Iuſtus, inquit, comedit, & replet
animam ſuam, venter autem impiorum inſatu-
rabilis eſt. Quem locum diuus Cyrillus de Chri
ſto interpretatur. Poterit præterea nomine panis
verbum Dei intelligi, vt hæc fames ea ſit, de qua
ait per alium prophetā Deus: Ecce dies venient, *Amos 8.*
dicit Dominus, & emittam famem in terrā, non
famē panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi ver-
bum Dei. Qui tali fame laborant carentes epulis
cœleſtibus, peregrinantur, & in Aegyptum deſ-
cendūt, vbi Pharaoni deſeruiunt. Refert diuina *Gene. 12.*
ſcriptura deſcēdiſſe Abrahamum in Aegyptum,
ibique fuiſſe peregrinatum: cúmque Aegyptij
Saram eius vxorem viderent, eiúſque excellen-
tem pulchritudinem contemplarentur, eam
Pharaoni tradiderunt: Qui, vt Abrahami mœ-
rorem leuiret, eum muneribus oblectauit. Fa- *figura.*
mes hæc cauſa fuit, vt Abrahamus patriam re-
linqueret, & ingrederetur Aegyptum, vbi vxo-
re rapta, traditáque Pharaoni peregrinaretur.
Etſi Abrahamus in deſcenſu illo non peccauit,
eorum tamen imaginem retulit, qui ad mundi
vitia deſcendunt. Aegyptus mundus eſt, Pharao
diabolus, Sara anima noſtra, ſerui Pharaonis illi
animam noſtram tradentes noſtri effrenati ap-
petitus ſunt. Nos illi ſumus, qui fame verbi Dei
oppreſſi, omiſſa diuina lege in Aegyptum, hoc
eſt in mundi ſcelera deſcendimus, vt ibi peregri-
nemur à vera patria, & capta anima noſtra ab
indomitis appetitibus, & effrenatis cupiditati-
bus, diabolo ſeruimus nos falſis voluptatibus
mulceri, vt eius illecebris deliniti raptum ani-
mæ noſtræ aut non ſentiamus, aut ſaltem diſſi-
mulemus. In quibus verbis eſt magnoperè ad-
uertendum, non dixiſſe ſcripturam Abraha-
mum in Aegyptum iuiſſe, ſed deſcendiſſe. Pec-
care enim deſcendere eſt, & in præceps ruere. Id
exiſtimo ſignificare ſcripturam, cùm refert di-
xiſſe Deum Iſaac, ne in Aegyptum deſcenderet.
Eſt etiam attendendum, & menti ac memoriæ
mandandum, non dixiſſe ſcripturam, vt ibi ha-
bitaret: ſed vt ibi peregrinaretur. Cùm morti-
fero peccato aſtringimus, à cœleſti patria exu-
lamus. At viri iuſti etſi corpore in terra viuunt, *Gen. 26.*
animo tamen in cœlo commorantur. Id ſen-
tiebat diuinus ille Paulus dicens: Noſtra con- *Philip. 3.*
uerſatio in cœlis eſt. Et regius ac ſanctus vates: *Pſal. 121.*
Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Ieruſa- *Simile.*
lem. Vt enim Sol, licet terram radiis contin-
gat, in cœlo tamen eſt: ſic vir optimus, animi
magnitudine & celſitate præditus etſi terram
hanc pedibus terat, mente tamen ea, quæ cœle-
ſtia ſunt contemplatur, & ad eas æternas man-
ſiones aſpirat, ibique iam tanquam in patria
quodammodo habitat, vbi illi in perpetuum
viuunt,

viuunt, qui è corporum vinculis tanquam ex carcere ad oras illas beatas & immortales euolauerunt. Eſt igitur verbum Dei & ſacra ſcriptura panis. Sed aduerte. Non dicit propheta: Auferet à vobis Deus ô Iudæi panem & aquam, ſed omne robur panis, & omne robur aquæ. Habent enim Iudæi panem & aquam, ſed abſque robore & fortitudine. Habent veteris Teſtamenti ſcripturam, ſed abſqoe intellectu: quoniã Chriſtum Ieſum ſaluatorem noſtrum in ſcriptura ſignificatum a miſeruur. Quare eſt eorum miſeria & inſania deploranda, qui in tanta panis abundantia ſiliquis porcorum veſcantur, qoæ nec famem illis expellunt, nec vires animi tribuunt.

Et iudicem.) Nam cùm Romani imperium terrarum obtinerent, imponebant Iudæis reges & gubernatores, qui eorũ cauſas iudicarent. Et hoc modo fuerunt Iudæi ſuis iudicibus priuati.

Prophetam.) Propter cedes prophetarum, aliáque ſcelera grauiſſima, in quæ Iudæi inciderant, fuerunt capti, & ſeptaginta annos in Babylonica captiuitate detenti: quo tempore non illis defuerunt prophetæ, qui futura prædicerent, eóſque conſolarentur. At poſt Chriſti mortem nullum penitus prophetam habuerunt. Ex quo colligitur quantò grauius & tetrius fuit deteſtandum ſcelus, quod in Chriſti cæde admiſerunt, ſiquidem propter illud fuerunt propheris priuati, & à Romanis capti & afflicti, & per totum orbem terrarum diſperſi & vagi, pluſquam mille & qoingentos annos, viuentes ſine propheta, ſine rege, ſine tẽplo, ſine diuina oblectatione.

Ariolum.) Id eſt præſcium, & coniectorem futurorum, qui coniectora, ſignis, & prouidentia, futura tanquam ex aliqua ſpecula præuidet. Accipitur hoc in loco in bonam partem. Septuaginta verterunt coniectorem.

Senem.) Eum, qui longo rerum experimento ſapientiam fuit aſſecutus. Eam ob cauſam Thales Mileſius, vt refert Laertius, tempus ſapientiſſimom eſſe dicebat. Prædicit propheta ſpoliandam eſſe Hieroſolymam omnibus ornamentis ad pulcbrum & magnificum reipublicæ ſtatum pertinentibus. Vt enim aqua vino admiſta illud reddit moderatius, ſic in republica ſenes adoleſcentibus adm iſti eos grauitate ſua moderantur, eorum temeritatem & impetum coercentes. Poteris etiam hanc ſenectutem non ad annos & ætatem, ſed ad virtutem & conſilium referre. In diuinis enim literis id ſæpe ſignificat ſenectus. Apud Iudæos multi ſenes reperiuntur ætate, nullus tamen virtute & ſapientia. Apud Danielem duos ſenes inuenies, ſi caniciem reſpicias: iuuenes verò, ſi eorum effrenatam libidinem intuearis. Moyſi præcepit Deus vt eligeret ſenes, quos ſciret eſſe ſenes. Non igitur canos, ſed prudentes, & virtute præditos intelligebat. Non enim ait: quos populus videt eſſe ſenes & canos, ſed quos tu noſti ſenes populi eſſe ac magiſtros. Canicies enim hominis eſt prudentia & virtus: & vt in libro Sapiẽtiæ ſcriptum eſt, Cani ſunt ſenſus hominis.

Simile. *Dan. 13.* *Num. 11.* *Sapien. 4.*

Principem ſuper quinquaginta.) Ita vocabatur qui in bello quinquaginta militibus præerat, quemadmodum centurio qoi centum. Eſt igitur ſenſus: Auferet à vobis Deus omnem virum, qui bellum ducere & inſtruere poſſit.

Honorabilem vultu.) Hoc eſt grauem, quem populus vereatur, & cuius authoritatem ſuſpiciat.

Conſiliarium.) Id eſt, Non erit Hieroſolymæ qui alios inſtruat conſilio. In catalogum calamitatum, in quas Iudæi erant incurſuri, retulit Propheta inopiam cõſilij. Niſi enim habeas, qui tibi conſilij copiam faciat, tèque monitis iuuet & inſtruat, facilè rues & in errores varios incides: Si rempublicam gubernes, eam facile labefactabis & ſcindes. Nã vt gubernator nauis optimos quærit nautas, & architectus peritiſſimos inquirit miniſtros, ſic princeps & rector eos viros quærere debet, quorum conſilio vtatur, qui opibus ſapientiæ floreant, & in excellentiſſimarum virtutum ſtudia incumbant. Salomon ille, qui non ſolùm homines ſuæ ætatis, ſed poſteros etiã, & antiquitatis memoriam ſapientia ſuperauit, ita in Prouerbiis ſcriptum reliquit: Qui agũt omnia cum conſilio, reguntur ſapiẽtia. Et paulò pòſt: Aſtutus omnia agit cum conſilio. Et alio in loco: Diſſipantur cogitationes, vbi non eſt conſiliũ: vbi verò ſunt plures conſiliarij, confirmantur. Homo abſque cõſilio eſt nauis gubernaculo deſtituta, omnibus ventorum agitationibus expoſita. Sed in electione cõſiliariorum eſt magna cura adhibenda. Non minor prudentia requiritur ad conſilium petendum, quàm ad dandum. Tales conſiliarios poteris eligere, qui tibi perniciem moliantur. Eam ob cauſam dicit ſcriptura in libro Eccleſiaſtici: Multi pacifici ſint tibi, & conſiliatius ſit tibi vnus de mille. Vt enim Zeuxis pictor inſignis imaginem Iunonis picturus inſpectis puellis omnibus Agrigentinis quinque ſibi elegit, quarum pulchritudinem imitaretur, vt viri docti approbatis hiſtoriis memoriæ prodiderunt: ſic à pluribus pauci nobis eligendi ſunt, quorum conſilio & ſapiẽtia inſtruamur, & quorum vitam imitemur. Et quemadmodũ precioſus adamas nihil amittit nec ex virtute, neque ex precio, ſi puro auro inſeratur & copuletur, imò æſtimationem auget: ſic viri prudentia non vileſcit, ſi alieno cõſilio nitatur: quin potius quò magis ſapientium adhæret ſentẽtiæ, eò redditur illuſtrior & pręſtantior. Sed vt non decet excellẽtem gemmam cum ſordido ferro coniungi, ſic non decet ab hominibus impuris & inſanis conſilium ſuſcipere. Eam ob cauſam referunt diuinę literæ regẽ Roboam decem tribus amiſiſſe, quia repudiatis ſenibus, iuuenes in conſiliũ adhibuit, quibus libenter acquieuit. Socrates apud Platonem in dialogo, qui inſcribitur Theages, conſilium rem ſacram vocat.

Similit. *Prouer. 13.* *Prouer. 15.* *Simile.* *Eccleſ. 6.* *Simile.* *Simile.* *3. Reg. 12.*

Sapientem de architectis.) Quanquam hoc intelligitur de artificibus mechanicis, poteſt tamẽ ad ſpirituales magiſtros referri, qui Eccleſiaſtici ædificij ſtructuris præſunt. Talis erat Apoſtolus Paulus, q de ſe ipſo, Vt ſapiẽs, inquit, architectus fundamentũ poſui. Amiſſis Iudæorũ architectis omnis ædificandi gratia ad Eccleſiã trãſlata fuit.

1. Cor. 3.

Prudentem eloquij myſtici.) Hoc eſt oratorem eloquẽtem. Eſt enim perſpicuum, multum prodeſſe eloquentiam cum virtute coniunctam. Nã ſi pręterita tempora reſpiciamus, & annaliũ memoriam replicemus, inueniemos fuiſſe multa bella eloquentia & dicendi facultate reſtincta, & firmiſ

& firmiſſimas ſocietates atque excellentes amicitias comparatas.

Et dabo pueros principes eorum.) A principio capitis vſque ad hunc locum loquebatur Propheta: nunc autem repentè Deus introducitur loquens more Prophetarum. Non ſolùm, inquit Deus, auferam à vobis viros fortes, Prophetas, ſenes, conſiliarios, ſapientes, & eloquentes: ſed etiam, quod eſt veſtræ vaſtitatis apertiſſimũ ſignũ, dabo vobis pro eis pueros & effœminatos, qui dominentur. Væ tibi terra, inquit Salomon, cuius Rex puer eſt, & cuius principes manè comedũt. Beata terra cuius Rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam. Et quemadmodũ paulò antè ſenem non ætate, ſed prudẽtia & virtute iudicandum eſſe dicebamus, ſic hoc in loco puero dicendum eſt. Timotheus adoleſcens erat. ait enim illi Apoſtolus: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: nihilominus tamen ab ipſo Apoſtolo Epiſcopus conſtitutus eſt potius quàm multi alij, qui eum annis & canicie antcibãt, quoniam erat ſapientia & virtute canus. Quid opus eſt multis? Idẽ Apoſtolus in epiſtola prima ad eundem Timotheum deſcribẽs Epiſcopi qualitates nullam omnino facit ætatis mentionem. Nam ſi Epiſcopus eſt iuſtus, & pius, & prudẽs, ſenex eſt. Oportet tamen eam habere ætatẽ, quæ eſt à pontificio iure conſtituta. Lege primum Ieremię caput, & videbis Deum Prophetæ dicenti ſe eſſe puerum ita reſpõdentem: Noli dicere quia puer ego ſum, quoniam ad omnia, ad quæ mittam te, ibis. Illud eſt præterea aduertendum, vt ex hoc loco colligitur, Deum permittere, vt iniqui homines imperent propter populi ſcelera. In libro Iob ita de Deo ſcriptum eſt: Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi.

Eccle. 10. *1. Tim. 4.* *1. Tim. 3.* *Ierem. 1.* *Iob 34.*

Et corruet populus, vir ad virum.) Hoc eſt vir cõtra virum. Regnantibus pueris, ablatis è medio ſenibus & ſapientibus neceſſe eſt labefactari reipublicæ ſtatum, & rerum ſequi cõfuſionem. Vbi nõ eſt gubernator, corruet populus, ait Salomon in Prouerbiis. Et alio in loco in iiſdẽ Prouerbiis: Regnantibus impiis ruinæ hominum. Deſcribit hîc Eſaias ſeditioſum ac turbulentum reipublicæ ſtatum. Nullus, inquit, erit ordo. Tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem: nulla erit ratio nec ætatis, neque dignitatis, nec ſapientiæ. Pueri inſolentes furore cæco commoti magiſtratus poteſtatẽ ſibi vindicabũt, & in ſenes, quos ſuſpicere deberent, impetum facient. Hæc omnia acciderunt in obſidione Hieroſolymæ per Romanos: cùm populus, vt refert Ioſephus, fuit in tres partes diſtractus & diuiſus, & ad inteſtinas ſeditiones conuerſus.

Prouer. 11. *Prouer. 28.*

Apprehendet enim vir fratrem ſuum.) Fratres in diuinis literis dicuntur non ſolùm ex iiſdem parentibus orti, ſed etiam ex eadem familia. Abraham & Lot cùm non eſſent ex iiſdem parẽtibus geniti, ſed ex eadem familia, fratres appellantur. Nõ eſt ergo neceſſe intelligere hunc locũ de germano fratre, ſed de cognato aut propinquo. Eſt igitur ſenſus: Vnuſquiſque volet regẽ conſtituere ſibi propinquum & familiarem. Et dicent ſingulis, quos viderint ditiores: Quoniam veſtes habes, hoc eſt, quoniã opes tibi ſunt, eſto rex noſter Tuere nos ab hac miſeria & ruina. Nõ quærebãt publicã vtilitatem, ſed omnia ad ſua propria cõmoda referebant. Vnuſquiſque eligere cupiebat nõ eum, qui eſſet rebus geſtis illuſtrior, aut virtute ſublimior, aut ſapientia pręſtantior: ſed eũ, qui cũ eſſet familiaritate aut cognatione cõiunctior, vt ſuis propriis rebus cõſuleret: cũ Deus in libro Deuteronomij ita dicat: Eum regem conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit. Animaduerte. Non dicit: quẽ tu appetitu ductus elegeris: ſed quẽ Deus elegerit. Nõ enim Deus omnes eligit: ipſe enim per Oſeam inquit: Ipſi regnauerũt, & nõ ex me: principes extiterunt, & ego ignoraui. Tunc ruent congregationes, ſi in præſulibus eligendis vnuſquiſque non Dei honorem, & communem vtilitatem, ſed proprium cõmodum reſpexerit. Iudæi, cùm gubernarentur à iudicibus, hæc verba fecerunt Samueli, vt in libro primo Regum eſt literis mandatũ: Conſtitue nobis regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſę habent nationes. Qua petitione, vt ibi narrant literæ diuinæ, Deum grauiter offenderunt. Non quòd regẽ habere vellent, vt nonnulli dicunt, hoc enim aiunt eſſe illis permiſſum: ſed quia non Dei honorem, & iuſtitiæ conſeruationem, ſed propria commoda quærebant. Non dicunt: Conſtitue nobis regem, vt poſſimus Dei religionem melius conſeruare: ſed ſicut vniuerſę habent nationes. Ideo regẽ volebant, vt viuerent ſicut gentes à vero Deo alienatæ. Videte quem regem conſtituere volebant, qui eos ſuis voluptatibus & prophanis ritibus ſeruire permitteret. Et in libro Numerorum dicebãt: Cõſtituamus nobis ducẽ, & reuertamur in Aegyptum. Attende quem ducem volebant, qui eos ſineret in Aegyptũ reuerti: cùm Deus Deuteronomij 17. præciperet ne rex populum in Aegyptum reduceret. Væ illis qui tales eligunt præſules, qui illis permittãt ad Aegyptum, hoc eſt ad tenebras, & mundi vanitates & voluptates reuerti: qui in electionibus nõ animarum ſalutem, ſed corporis vtilitatem ab honeſtate ſeiunctam quærunt.

Deut. 17. *Oſe. 8.* *1. Reg. 8.* *Numer. 14.* *Deut. 17.*

Reſpondebítque in die illa.) Qui principem conſtituere deſiderabant, eum locupletiorem eſſe cõparatione ſui videbant: electus verò intuens ſuam inopiam & imbecillitatem, indignum ſe eſſe aſſeuerat, dicens ſe nec eſſe medicũ, nec opibus abundantem. Tu verò qui pręſul conſtitueris, aſpice miſeriam tuam, & ſi neque medicus es, vt poſſis animorum lãguoribus mederi, quin potius ægritudinibus laboras, nec diues es virtute & ſapientia, vt poſſis eſurientibus alimentum ſpirituale tribuere, cur præfecturam cõcupiſcis? cur non ceſſas magiſtratus ambire? cur dignitates perquiris? cur fragilitatem tuam non intueris? Quot hodie ſunt, qui falſæ gloriæ & dignitatis ſtimulis agitati, ſe diuites & medicos iactãt ampliſſimis honoribus digniſſimos ſe eſſe gloriantur: cùm inopia & omni ægritudine laborẽt, ſintque omni dignitate penitus indigni? Fit enim, vt dum ambitioſi homines principatum ardenter appetunt & inquirunt, omnia ornamẽta veræ dignitatis amittant. Dicant id, quod dicebat Moyſes ille virtute & ſapientia præſtanti: Quis ſum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de Aegypto? Et paulò pòſt: Obſecro

Exod. 3.

ſecro Domine mitte quem miſſurus es. Dicant id,quod hic habetur: Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis,nec veſtimentum. Hæc domus anima eſt, hic panis eſt ſalutaris doctrina,hæc veſtis charitas eſt, de qua Chriſtus apud
Mat.22. Matthæum, Quomodo,inquit, huc intraſti non
1.Pet.4. habens veſtem nuptialem? Et Petrus Apoſtolus: Charitas operit multitudinem peccatorum.

Ruit enim Ieruſalem,& Iudas concidit quia lingua eorum,& adinuentiones eorũ contra Dominum,vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis:& peccarum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Væ animæ eorũ, quoniam reddita ſunt eis mala. Dicite iuſto quoniam bene,quoniã fructum adinuenrionum ſuarum comedet. Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei.
C Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt,& mulieres dominatę ſunt eis. Popule meus qui te beatum dicũt, ipſi te decipiunt,& viam greſſuum tuorum diſſipant. Stat ad iudicandum Dominus,
Apoc.1.b & ſtat ad iudicandos populos. Dominus ad
Luc.21.f iudicium veniet cum ſenibus populi ſui,& principibus eius. Vos enim depaſti eſtis vineam meam,& rapina pauperis in domo veſtra, Quare atteritis populum meum,& facies pauperum cõmolitis, dicit Dominus Deus exercituum?

Ruit enim Hieruſalem.) Verba ſunt Prophetæ cauſam reddentis cur homines oblatum imperium recuſarent, quoniam tanta erat calamitas, vt nullum propè remedium appareret. Dicit ergo tam calamitoſi & crudelis excidij cauſam fuiſſe Iudæorum impietatem & contumaciam, qui Deum linguis ſuis grauiter offenderant. Vocauerunt enim Samaritanum, dæmonem haben-
Ioan.8. tem,ſeductorem, & alia multa, quibus eius no-
Matt.27. men gloriámque extinguere conabantur. Docet hic locus peccata eſſe cauſam cur Deus tot ciuitates deleuerit, quæ olim florentiſſimæ extiterunt. Propter Græcorum ſcelera permiſit Deus totam Græciam & ſapientiæ,& rerum geſtarum gloria quondam celeberrimam, vbi vixerunt viri ſancti, in omni virtutum genere excellentes, & ſapientia præſtãtes, in manus impiorum Turcarum veniſſe. Deflexerant enim Græci ab inſignibus antiquorum virtutibus ad vitia deteſtanda. Ideò fuerunt victi & capti à Turcis nominis Chriſtiani hoſtibus acerrimis, magis noſtris ſceleribus quàm ſuis viribus pugnantibus.

Agnitio vultus eorum reſpondebit eis.) Hoc eſt, ex eorum vultu licebit conijcere quales ſunt. In tantam impudentiam incident, vt nihil diſſimulent. Erunt non ſolùm ab honeſtate, ſed etiam ab honeſtatis ſimulatione relicti. Ac ſi dicat: : Vultus eorum ſtatim eorum ſcelera prodet. Tacita corporis figura afferet coniecturam eſſe eos ſceleribus implicatos. Vel ſic: Agnitio vultus eorum, hoc eſt dolor, qui agnoſcetur & apparebit in vultu eorum, reſpondebit ſuis ſceleribus. Quaſi dicat: Quanta fuerit ſcelerum multitudo, tanta erit afflictio & calamitas: iuxta id, quod eſt in libro Deuteronomij ſcriptum: Pro menſura peccati erit & pla- *Deut.25.*
garum modus. Simili Hebraiſmo & verborum exornatione vtitur Oſeas dicens: Vitis frondoſa Iſrael fructus adæquatus eſt ei. *Oſee.10.*

Va anima eorum.) O homines infœlices & ærumnoſos, qui ſibi ipſis erunt authores ſuarum miſeriarum. Ob ſua ſcelera in acerbiſſimas pœnas,& tenebras æternas relegabuntur.

Dicite iuſto quoniam bene.) Senſus eſt: ne exiſtimetis idem eſſe iudicium omnibus: nam pereuntibus impijs bene erit iuſto, fructúmque ſuarum inuentionum comedet. Sequitur: Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Hoc eſt, æternum ſupplicium recipient omnes impij, quemadmodum eorum ſcelera merentur. Vide quanta ſit inter pium & impium differentia. Pius pabulo diuinæ conſolationis in hac vita recreatur, & poſtea æternam beatitudinem conſequitur: impius verò in hac vita, aut potius morte: ſceleratorum enim quę dicitur vita, mors eſt, tranquilla ſecuritate caret, & poſtea ſecluſus à cœtu & concilio cœlitum iuſtis pœnis æterníſque cruciatur. Quæ ſeminauerit homo, inquit Apoſtolus, hæc & metet. Et alibi: Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecũdum *Gal.6.*
ſuum laborem. Et Dauid, Quoniam tu, inquit, *1.Cor.3.*
reddes vnicuique iuxta opera ſua. Bonis enim *Pſal.61.*
Deus ampliſſima bona conſtituit, iniquis verò debita ſupplicia: Quorum alterum ſpectat ad iuſtitiam, alterum ad miſericordiam.

Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt.) Exactores ſunt, qui pecuniam & reditus exigunt. Prædicit Propheta auaritiam & tyrãnidem Phariſæorum, qui populum ſpoliabant, & eis, quorum tutores eſſe deberent, opes rapiebant. Lege caput Matthæi quintumdecimum, vbi eis Chriſtus obijcit ſuas traditiones & auaritiam.

Mulieres dominatæ ſunt eis.) Contra id, quod di- *Matth.15.*
citur in libro Eccleſiaſtici: Ne des mulieri pote-
ſtatem animæ tuæ. Eſt igitur ſenſus: O infœli- *Ecclę.9.*
cem rempublicam vbi mulieres obtinent principatum! Aſpicis hîc extremam eſſe perniciẽm, quando mulieres dominantur,& rempublicam gubernant. Sunt tamen nonnullæ excellentes,& in republica regenda mirabiles, ſed de iis non loquitur Eſaias. Poſſumus per mulieres ipſos Phariſæos intelligere effœminatos, laſciuos, & deliciis affluentes. Moraliter exactores dæmones ſunt, qui nos virtutibus ſpoliant, mulieres verò voluptates, quæ tanquam blandiſſimæ dominæ animum à virtute detorquent, & omnes conſtantiæ neruos elidunt. Nam dominante voluptate temperantiæ nullus eſt locus, nec in regno voluptatis virtus poteſt conſiſtere. Eleganter quidem & grauiter appellatur voluptas à Platone malorum eſca, quòd ca homines capiantur veluti hamo piſces, ſibi ipſis interitum molientes, vbi pabulum inuenire exiſtimabãt. Antiſthenes Socraticus volupta-

tem eſſe malorum omnium cauſam in hunc modum oſtendebat : Omnia mala proueniunt ex corruptione iudicij,cùm autem voluptas ſit huius corruptionis cauſa, apertè colligitur eam eſſe omnium malorum fontem & cauſam præcipuàm. Contemnamus igitur peſtiferas voluptates,& delicias lutum putemus,ſi volumus æternam voluptatem adipiſci. Delicatus es frater, inquit diuus Hieronymus in quadam epiſtola, ſi & hîc vis gaudere cum ſeculo, & poſtea regnate cum Chriſto. Pro mulieribus vertunt Septuaginta, exactores. Vtrumque ſignificat verbum Hebraicū. Poteſt etiam verti:fœneratores.

Popule Meus.)Reprehendit ſcribas & phariſæos populum laudantes ob munera, quæ in templo offerebat : qua in te eum decipiebant, & viam greſſuum eius,hoc eſt rationem vitæ diſſipabāt. In communi arguit omnes adulatores, qui homines improbos etiam errantes laudibus efferunt.Hoc deplorabat Dauid,Laudatur,inquiēs,
Pſal.9. peccator in deſideriis animæ ſuæ,& iniquus benedicitur. Et alio in loco : Corripiet me iuſtus
Pſal.140. in miſericordia, & increpabit me , oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.Vbi per oleum peccatoris intelligitur adulatio.Ideo alio in Pſalmo, Molliti,inquit,ſunt ſermones eius ſu
Pſal.54. per oleum,ipſi autem ſunt iacula.Fili,inquit Sa-
Prouer.1. lomon , cùm te lactauerint peccatores , ne ac-
Prouer.27. quieſcas eis.Et alio in loco:Meliora ſunt vulnera diligentis,quam fraudulenta oſcula odientis. Plus nocet lingua adulatoris, quàm gladius acerrimi inimici. Plato ille , quem Panætius ſapientiſſimum,quem Homerum philoſophorum vocat,in Phædro adulatorem appellat beſtiam humano generi peſtilentem : & in Menexeno eum præſtigiatori ſimilem eſſe ſignificat , quippè qui quocunque latrone deterior à nobis rationem & iudicium abripiat & abſtrahat:imò ipſa Circe
ſimilitudo ficta à viris ſapiētibus crudelior & pernicioſior. Ea enim exteriora hominum in bruta transformabat, at adulator ſuis fallaciis & blandis lenociniis interiora tranſmutat. Contemnamus igitur adulationes,nec illis vnquam acquieſcamus. Nam vt vmbra quicquid facis imitatur , ſi ſtas,
ſimilitudo altera. ſtat , ſi curris currit , ſic adulator quocúnque te vertas ſequitur. Si taces laudat tuum ſilentium, ſi loqueris celebrat & admiratur tuam orationē,ſi gaudes fingit ſe voluptate perfundi , ſi premeris dolore mœſtum ſe eſſe oſtendit. In omnibus denique tibi reſpondet , téque comitatur, veluti linea mathematica : quæ cum per ſe non detur nec recta nec curua , inflectitur tamen & producitur & migrat pariter cum ipſo corpore. Ex quo ſequitur,vt qui laudibus efferuntur, lon
tertia ſimilitudo. ge opinione fallantur,& in erroribus incredibilibus verſentur. Nullum enim decoris ſplendorem,nullam veram celebritatem adulationibus conſequuntur. Nam vt accreſcente vmbra aut
quarta ſimilitudo. decreſcente corpus ipſum nec augetur nec diminuitur,ſic nec laudibus meliores ſumus, nec detractione amittimus ſplendorem veræ dignitatis. Quin potius cùm ſæpe videamus homines impios , omníque ſcelerum genere profligatos ab adulatoribus extolli,& à cæca atque temeraria multitudine celebrari, contrà verò viros excellenti ingenio præditos , virtute & ſapientia præſtantes in ſilentio iacere, illuſtrius eſſe exiſtimandum eſt ab impuris hominibus nullis laudibus efferri. Hac ratione adductus Antiſthenes, vt eſt apud Laertium , cuidam dicenti : multi te laudant:reſpondit:Quid male feci ? Exiſtimabat inſignis philoſophus turpe eſſe à turpibus laudari : eſſéque præſtantius in obſcuritate latêre, quàm eſſe à talibus hominibus aliqua laude celebratum. Magnifica verò vox , & tali philoſopho digna. Intuens igitur Eſaias quæ mala ex adulatione naſcantur, in hæc verba prorupit:Popule meus qui te beatum dicunt,ipſi te ſeducūt, & viam greſſuum tuorum diſſipāt.Tu qui Chriſtianus es,& Euangelicus concionator, ne populum laudibus decipias , ſed iuxta Dei verbum annuntia populo eius ſcelera, vt ſuam miſeriam cognoſcens à peccatis abducatur , & ad virtutem reuocetur.

Stat ad iudicandum Dominus.) Qui ſtat videtur eſſe promptus atque paratus ad aliquid agendum.Significat propheta iudicium Dei,vt vnuſquiſque meminerit ſe eſſe in die illo terribili rationem redditurum. Non enim ſolùm cum populo diſceptabit,ſed etiam cum ſenibus & principibus , nemo exiſtimet ſe eſſe iudicium Dei euaſurum. Particula,cum,accipitur hîc pro contra. Vel ſic : Deus cum ſenibus, hoc eſt cum patriarchis & prophetis, & cum principibus , hoc eſt cum apoſtolis veniet ad iudicandum populos.Hi enim ſedebunt ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael , vt illis Chri- *Mat.19.*
ſtus promiſit.

Vos enim depaſti eſtis vineam meam.)Verba ſunt Dei ad iudicium venientis, & cum ſcribis & principibus diſceptantis , quòd eius vineam depopulati ſint. Quid nomine vineæ intelligatur, aperit capite quinto dicens:Vinea domini exer- *Infr.5.*
cituum domus Iſrael eſt. Et quoniam phariſæi auaritiæ ſtimulis concitati ſtudebant plebi pecunias & opes eripere, & hanc nefariam cupiditatem religionis ſimulatione operire : appellat eos propheta fures dicens:Rapina pauperum in domo veſtra.

Quare atteritis populum meum , & facies pauperum commoliſtis?)Hoc eſt,Quare populum meum paulatim conſumitis,& pauperes fame & macie
attenuatis?Ita Amos, Calumniam, inquit, faci- *Amos 4.*
tis egenis , & confringitis pauperes. Deplorat diuinus vates caſum & orbitatem plebis , quæ à primatibus,& qui eam protegere deberent,tanquam ab impiis prædonibus deriperetur. Et quamuis multi ſint principes Chriſtiani iuſtitiā & pietatem colentes,vitámque ad certam rationis normam præparantes:ſunt tamen alij,qui populum grauibus oneribus opprimunt , eiúſque diuitias vſurpant , vt eas in profundiſſimam libidinum ſuarum gurgitem profundant:ad quos ſunt hæc verba Eſaiæ referenda.

Et dicit Dominus Deus : Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion,& ambulauerunt extēto collo,& nutibus oculorum ibāt,& plaudebant,& ambulabant,& pedibus ſuis cōpoſito gradu incedebant:decaluabit Dominus verticē filiarum Sion , & Dominus crinē earū nudabit.In die illa auferat Dominus

minus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & periſcelidas: & muræнulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gẽmas in frõte pẽdentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra. Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitiũ & pro facia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Et mœrebunt atque lugebũt portæ eius, & deſolata in terra ſedebit.

Pro eo quòd eleuatæ ſunt.) Dixerat ſuperius mulieres eſſe principatum ſumpturas, & hominibus imperaturas. Nunc deſcribens earum vanitatem, libidinem, & amatorias leuitates, prædicit ſupplicium, quo ob ſua ſcelera erant afficiendæ. Non ſolùm enim ipſæ libidine ardebãt, ſed etiam oculis, deliciis, & impudicis motibus homines in ſui amorem inuitabant. Quare auferet, inquit, ab eis Dominus omnia corporis ornamenta, & in ſcalore & lachrymis verſabũtur. Quod impletum eſt cùm à Romanis caperẽtur, & ciuitas euerteretur. In ea intelligendi ratione, quam moralem appellant, nomine filiarum Sionis animas intelligimus, quæ ob admiſſa flagitia amittunt veram pulchritudinem, & omnia virtutum ornamẽta, quæ per lunulas & torques, & cætera quæ hîc continentur, intelliguntur. Poſſent ſingula hæc ornamenta ſpiritualiter explanari, ſed ego ea ſolùm, quæ ad literæ expoſitionem pertinent, interpretabor. Lunulæ erant ornamentum mulierum habentia figuram lunæ, quibus partes veſtium inter ſe connectebãtur. Torques vel torquis colli ornamentum circulus eſt aureus. Monile ornamentum gutturis eſt, quod ſolet de collo puellarum pendere: ſic dictum quòd virtutis admoneat. nam olim ob aliquam egregiam virtutem dabatur. Armillæ ſunt brachiorum ornamenta inſtar circulorum, quæ à Priſciano appellantur brachialia. Mitra eſt pileus incuruus, & corona muliebris, ad capitis ornamentum confecta. Diſcriminalia ſunt inſtrumenta, quibus virgines ſegregabant crines in fronte pendentes. Periſcelides ornamenta ſunt circa crura, quibus mulieres greſſus ſuos componere ſolebant: à περὶ, quod eſt circum, & σκέλος, crus ſeu tibia. Murænulæ ſunt ornamẽta colli flexuoſa inſtar murænarum, & catenæ ex auro, quibus mulieres ornabantur. Olfactoriola ſunt faſciculi florum vel odorum. Inaures ſunt circuli ex auribus perforatis pendentes. Mutatoria ſunt veſtium genera, quibus humeri & pectora operiuntur. Linteamina ſunt veſtes tenuiſſimæ ex lino. Acus inſtrumenta ſunt, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne capilli ad diuerſas partes moueantur. Theriſtrũ veſtis eſt æſtati conueniens ex lino delicatiſſimo confecta. Hoc eſt aduertendum Deum hic reprehendere ornatum ſpiniorum, laſciuum, & immoderatum. Nam ſi mulieres ornentur moderatè & ad bonum finem, non peccant, etiam ſi inde eueniat, vt aliqui cæca & indomita libidine capiantur, & earum effrenato deſiderio inflãmentur: quod eſt etiã de ludis chorearum dicendum.

Pulcherrimi quoque viri tui.) Conuertit ſermonem ad Hieroſolymam, prædicens eius excidiũ & Iudæorum cladem: & aufert his verbis ab illis ſpem vleiſcendi iniurias, quibus à Romanis erant afficiendi. Cùm enim pulcherrimi atque fortiſſimi viri occidendi eſſent, quis remaneret, qui poſſet tam immanes & atroces iniurias vindicare?

Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius.) Solebãt Iudæi in portis vrbis iudicia exercere: erant enim ibi loca celebria, ad quæ omnes conueniebant. Poſſunt per portas ciues intelligi metonymicôs, vt per locum eos, qui in loco ſunt, intelligamus. Vel quemadmodum metaphoricôs dicimus prata ridere, quòd cernentes lætitia afficiant, ſic lugere portas, quòd aſpicientibus luctum & mœrorem afferrent, eóſque ad lachrymas excitarent. Tantus erat mœror, vt etiã portæ mœrere viderentur. Poſſumus totum hoc in ſenſu morali ita explanare, vt per hãc ciuitatem animam intelligamus, de qua dicitur in libro Pſalmorum: Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate: *Pſal. 54.* Die ac nocte circumdabit eam ſuper muros eius iniquitas, & in medio eius labor & iniuſtitia. Cùm anima à dæmone vincitur, & vitiis implicatur, cadunt virtutes in prælio, & abſente ſpõſo lugent portæ, quibus ingreditur mors, & vrbs vaſtata iacet in puluere & mœrore. Non enim hîc ſedere debemus ſed currere, donec cœleſte præmium conſequamur. Sic currite, inquit Apoſtolus, vt comprehẽdatis. *1. Cor. 9.* Et alio in loco: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui. *2. Tim. 4.* *Pſal. 118.* Et Dauid, Viam, inquit, mandatorum tuorum cucurri. *Matth. 20.* Et quoniam in hac vita filij Zebedæi ſedere volebant, vnus ad dexteram, alter ad ſiniſtram, audierunt à Chriſto: Neſcitis quid petatis. Nõ enim vita noſtra debet eſſe ſeſſio, ſed feſtinatio. Quam ob cauſam dicebat diuus Paulus: Feſtinemus ingredi in illã requiem. *Hebr. 4.* *Heb. 13.* Cùm enim hic non habeamus manentem ciuitatem, vt inquit idem Apoſtolus, ſed futuram inquiramus, ſtultum eſt ſedere hîc, ſed currere & feſtinare ad beatam illam requiem, & æternam ſecuritatem. At anima quæ fuerit ſceleribus contaminata, non curret: ſed, vt hîc ait Eſaias, deſolata in terra ſedebit.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT III.

Prudentem eloquij myſtici.) Pro eloquio myſtico eſt in Hebraico לחש a verbo לחש, quod ſignificat ſubmiſſa voce loqui & ſuſurrare, vt in Pſalmo, *Pſal. 40.* Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei. Et quoniam incãtationes fiunt verbis ſubmiſſis, ſignificat etiam incantare. Vnde מלחשים melachaxim ſignificat incãtatores, vt in Pſalmo: *Pſal. 57.* Quæ non audit vocem incantantium. Eam ob cauſam conuertit hic Pagninus ex Hebræo: intelligentem incantationis. Theodotion: prudentem cantatorem. Et quoniam incantationes conficiuntur verbis occultis & arcanis, vertit

noſter interpres, & rectè, pro incantatione eloquium myſticum. Poteris pro prudente eloquij myſtici vertere oratorem: neque ineptè quidem. Nam eloquentes oratores, graues, copioſi, vehementes, & ad dicendū inſtructi ac parati, poſſunt quodammodo incantatores appellari. Alliciunt enim homines, voluntates impellunt quò volunt, vnde autem volunt deducunt. Quod maius poteſt eſſe incantamentum quàm non ſolum populi motum, ſed etiam ſenatus grauitatem conuertere? Poteſt præterea capi, & rectius meo quidem iudicio, pro theologo concionatore in vtroque teſtamento perito, qui ſalutari doctrina homines à vitiis ad virtutem, & a turbulentis perturbationibus, ad ſtatum animi tranquillum diuino fauore reducit. Inquire Iudæorum ſynagogas, nullum talem inuenies concionatorem. Quis debet cohortari ad virturē ardentius? Quis à vitiis reuocare acrius? Quis impietatem vituperare aſperius? Quis religionem laudare ornatius? Quis mœſtos conſolari dulcius, quàm Euangelicus concionator, qui oratione, & eloquij myſtici prudentia hoc eſt diuinarum literarum non ſolom literali, ſed etiam ſpirituali intelligentia debet auditores ad rerum humanarum tolerantiam & deſpicientiam mouere, & ad rerum cœleſtium contemplationem & deſiderium excitare? At multi ex auditoribus ſunt animo tam obſtinato, & tot ſceleribus aſtricto, vt hos incantatores nolint penitus audire. Tales peccatores

Pſal. 57. comparat diuinus ille vates, & illuſtris rex Dauid aſpidi, venenoſo ſerpenti aures obthuranti, quoniam nolunt audire conſilia ſalutaria. Alienati ſunt, inquit, peccatores à vulua, errauerunt ab vtero loquentes falſa, venenum illis ſecundū ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ obthurantis aures ſuas, quæ non exaudit vocem incantantium.

Non ſum medicus.) Pro medico eſt in Hebraico, חבש chouex, à verbo חבש quod ſignificat ligare, & imperare ſiue dominari, quòd qui imperat, ſuis præceptis liget & coerceat. Hinc capitur pro mederi, & procurare vulnera, quòd ſoleant

Infr. 30. chirurgi vulnera ligare. Vt Eſaiæ 30. In die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui. Ex quo efficitur, vt hoc nomen chooex capiatur pro chirurgo ſiue medico, quod nomen propriè ſignificat alligantem & dominantem. Ex hac ſignificationum varietate fluxit verſionum varietas. Interpres noſter tranſtulit: Non ſum medicus. Septuaginta: Non ero princeps. Pagninus: Non ero Dominus. Quidam: Non ero curator. Poteſt verti: Non ero ligans. ſumpta translatione à chirurgis. Paraphraſtes Chaldaicus: Nō ſum dignus vt ſim caput aut princeps. Colliges ex iis principem ſiue præſulem eſſe caput, & medicum, & chirurgum, & debere non ſolùm ſubditos iuſtis præceptis ligare, ſed etiam eorum vulneribus & animi languoribus mederi. Ob eam cauſam rex & gubernator ab antiquis anax appellabatur, ab acos, quod nomen ſignificat medelam, pharmacum, & ſanitatem: quòd regis & præſulis ſit ſubditis mederi. Authores ſunt Plutarchus & Euſtathius.

Quoniam lingua eorum, & adinuentiones eorum.) Poteſt verti ex Hebraico: Quoniam lingua eorum & ſtudia eorum. Idem enim vocabulum Hebraicum adinuentionē ſignificat, & ſtudium & opus. Ideo Pagninus vertit: Quia lingua eorum & opera eorum. Hæc autem ſtudia & opera ſceleratorum hominum adinuentiones eorum meritò appellantur. Ita in Pſalmo: Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum. Et in alio: Ibunt in adinuentionibus ſuis. *Pſal. 27.* *Pſal. 80.*

Agnitio vultus eorum reſpondebit eis.) Pro reſpondebit eis eſt in Hebraico: ענתה בם anethabbam, à verbo ענה, quod ſignificat reſpondere, in quā ſignificationem accipitur ab interprete noſtro. Significat etiam teſtificari, & affligere. Vnde Pagninus vertit: Agnitio vultus eorum teſtificabitur contra eos. Ac ſi diceret: Tanta erunt impudentia affecti, vt etiam eorum vultus apertè indicent eos eſſe vitiorum conſcientia profligatos. Poteſt verti: Agnitio vultus eorum affliget eos. Ac ſi dicat: Vnuſquiſque affligetur videns alios vultu triſtiſſimo. Tanta erit eorum calamitas, vt animi dolorem facie oſtendentes ſinguli ſingulos mœrore afficiant. Significare autem hoc verbum affligere & humiliare indicat locus Zachariæ dicens: Affligentur, quia non eſt eis paſtor: & *Zach. 10.*
Pſalmus 34. Humiliabam in ieiunio animam *Pſal. 34.*
meam. Ideo id, quod dicitur in Pſalmo, Quoniā *Pſal. 21.*
non ſpreuit nec deſpexit deprecationem pauperis, poteſt rectè verti: Quoniam non ſpreuit nec deſpexit afflictionem humilis. Eſt enim dictio עני à verbo noſtro ענה.

Væ animæ eorum, quoniam reddita ſunt eis mala.) Septuaginta habent: Væ animæ eorum, quia inierunt conſilium malum contra ſe dicentes: Alligemus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis. Aſpicis hîc contra Iudæos teſtimonium apertiſſimū. Ipſi enim alligarunt iuſtum Chriſtum Deum noſtrum, & cruci affixerunt, vt eius nomen extinguerent. Sed multò aliter euenit: nam ipſe tertia die reſurrexit, & fuit eius nomen in omni orbe terrarum celebratum laudibus ampliſſimis, illi verò fuerunt interfecti, & in æternas pœnas præcipitati. Qui autem ex bello euaſerunt, fuerunt à Romanis capti, & afflicti: & vſque hodie degunt vitam infamem, abiectam, & calamitoſam, omni dedecore & ignominia notati. Ideò ait ſcriptura iuxta Septuaginta verſionem: Væ animę eorum, quia inierunt conſilium malum contra ſe dicentes: Alligemus iuſtum. Non dicit, contra Dominum, ſed contra ſe: quoniam pernicies, de qua contra Chriſtum cogitauerunt, in eorum caput redundauit. Eſt abſque dubio admirabilis hæc Septuaginta interpretum verſio.

Et deſolata in terra ſedebit.) Pagninus vertit: Et munda in terra ſedebit. Nam verbum נקה ſignificat deſolare, & mundare ſiue mundum eſſe. Latinus interpres ſecutus eſt ſignificationem primam, Pagninus ſecundam, ſed in idem recidentem cum prima. Idem enim eſt eſſe vrbem deſolatam & eſſe mundam ab hominibus, hoc eſt inhabitatam. Et quoniam verbum hoc ſignificat euacuare, poteſt verti: Et vacua in terra ſedebit, nimirum ab habitatoribus. quod idem eſt.

Argu

Argumentum Capitis IIII.

Deſcripta Iudæorum paucitate in euerſione Hieroſolymæ ob Chriſti mortem vaticinatur de vberrimo Euãgelicæ prædicationis fructu, & fidelium gaudio. Quamuis enim à tyrannis, cæteriſque infidelibus, qui maleficio & immanitate paſcebatur, Chriſtiani varijs cruciatibus torquerentur, vitáque priuarentur, incredibili tamen oblectatione perfundebantur, quoniam morte ſua immortalitatem comparabãt, & honeſtiſſimum ac pulcherrimum Chriſti Dñi noſtri teſtimonium præbebant.

CAPVT IIII.

A ET apprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa dicentes, Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur: tantummodo inuocetur nomẽ tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrũ. [Ierem. 2. d] [Mat. 21. d] In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exaltatio his, qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Ieruſalẽ, ſanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalem.

B Si abluerit Dominus ſordem filiarum Siõ, & ſanguinem Ieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. Et creabit Dominus ſuper omnem locum mõtis Siõ, & vbi inuocatus eſt: nubem per diẽ, & fumum & ſplendorem ignis flammantis in nocte: ſuper omnem gloriam enim protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculũ diei ab æſtu, & in ſecuritatem & abſconſionem à turbine & à pluuia,

EXPLANATIO.

Et apprehendent.) Hæc verba pendent à ſuperioribus. Vaticinatus fuerat propheta præcedẽti capite futuram eſſe tam acerbam Iudæorum cladem, vt viri fortes & pulchri in prælio corruerent, & reſpublica illa, quæ quondam fuerat clariſſimè conſtituta, dilaberetur. Nunc verò aſſerit tam miram fore hominum paucitatem, vt multæ mulieres apprehendant vnum virum, quem vix poſſint inuenire. Interfectis enim viris neceſſe erat manere viduarum multitudinem. Id quod ait: ſeptem mulieres, exiſtimo poni indefinitè, vt capiatur numerus certus pro incerto. Ac ſi diceret: Multæ mulieres quærent virum vnum, dicentes ſe habere panem & veſtes: quoniam vir hæc tenetur quærere, ſi poſſit, vt valeat familiæ ſuæ conſulere. Poni autem particulam ſeptem pro numero incerto explicat locus primi libri Regum capite ſecundo: vbi cùm in Hebraico ſit: Sterilis peperit ſeptem, vertit interpres noſter: Sterilis peperit plurimos. [1. Reg. 2.] Ita exiſtimo poſſe intelligi illud Prouerbiorum: Septies in die cadit iuſtus. hoc eſt multoties. [Prou. 24.] Et illud Pſalmi: Septies in die laudem dixi tibi. [Pſal. 119.] Et apud Zachariam per ſeptem oculos ſuper lapidem vnum poſſimus multas cuſtodias intelligere. [Zach. 3.]

Panem noſtrum.) Nomine panis, vt ſuperiore capite demonſtrauimus, omnis cibus ſignificatur.

Tantummodò inuocetur nomen tuum ſuper nos.) Id eſt, hoc ſolùm volumus vt ſis vir noſter, nóſque vxores tuæ vocemur. Nolumus vt nos ſuſtentes, nos ipſæ nos alemus & veſtiemus. Aufer opprobrium noſtrum. Dabatur tunc opprobrio non habere filios, iuxta id quod ſcriptum eſt Exodi 23. & Deuteronomij 7. [Exod. 23.] [Deut. 7.]

In die illa erit germen Domini in magnificentia.) Quando Hieroſolyma ob Iudæorum peccata euerſa fuerit, extolletur nomen Chriſti, & in vniuerſa terra celebrabitur. Prædicabitur Euangelium, fient euidentiſſima miracula, & erit germen Domini in magnificentia & gloria, hoc eſt fructus Euangelicæ prædicationis erit magnificus & glorioſus, & fructus terræ ſublimis, hoc eſt fructus hominum, qui nomine terræ ſignificantur, erit pulcherrimus & excellentiſſimus: florebunt enim virtutum abundantia, & charitatis fructus vberrimos ferent. Quapropter erit exultatio iis, qui ſaluati fuerint de Iſrael, hoc eſt Apoſtolis, cæteriſque, qui relicta ſynagoga ad Euangelicam peruenerint veritatem. Lætabantur enim, & incredibili gaudio afficiebantur videntes ingentem hominum multitudinem contempto idolorum cultu, repudiata gentium ſuperſtitione, ad Chriſti fidem & veram religionem conuerſam. De hac Apoſtolorum lætitia ait alio in loco Eſaias: Lætabuntur coram te, ſicut qui lętantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda. [Infra 9.] Quamuis enim viri illi ſanctiſſimi affligerentur à tyrannis, non tamen ærumnoſos ſe eſſe putabant, quin potius incredibili voluptate in medijs cruciatibus afficiebantur. Eſt enim Chriſtianæ veritatis proprium, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil, quod homini accidere poſſit, intolerandum putare. Et eam ob cauſam eligebãt potius ſe hoſtium telis obiicere, quàm Chriſtiani nominis dignitatem & amplitudinem maculare. Et, vt refert in Actis diuus Lucas, cæſi Apoſtoli à Iudæis ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti erant pro nomine Ieſu contumeliam pati. [Act. 5.] Poſſumus etiam per hoc germen Domini Chriſtum intelligere, quem ſtatim propheta appellat fructum terræ ſublimem. Apud Zachariam capite 3. vbi in editione vulgata Chriſtus appellatur Oriens, poteſt verti germen, id enim ſignificat etiam nomen Hebraicum. [Zach. 3.] Appellatur germen Domini, quia eſt filius Dei vnigenitus, verus Deus, & fructus terræ, quia eſt filius virginis Mariæ ſanctiſſimæ, verus homo. Idem Chriſtus eſt germen Domini, & fructus terræ, Dei filius: & Virginis filius: idẽ Deus, & flos de virga radicis Ieſſe. O admirabilem vnionem, & ineffabile ſacramentum: Eſt igitur ſenſus: In die illa tranſacta nocte infidelitatis apparebit in mundo Chriſtus filius Dei & filius hominis, verus Deus & verus homo, & erit magnus, glorioſus, & ſublimis. Quid enim glorioſius, quid ſublimius q̃ cæcis

viſum reſtituere, leproſos verbo mundare, mortuos ad vitam reuocare, & alia euidentiſſima miracula ſuo nomine, & virtute efficere, quibus Chriſtus numen ſuum oſtendebat? Quid maius quam genus humanum à diaboli poteſtate eripere, & ad æternam beatitudinem vocare & perducere? Quid præſtantius, quid commodatius hominum memoriæ ſempiternæ? Quæ omnia Ieſum Chriſtum feciſſe, & nos firmiter credimus, & ipſa Euangeliorum hiſtoria apertè conteſtatur, quod iam ſanctiſſimorum vatum diuina oracula futurum eſſe prædixerant. Appellari autem Chriſtum fructum terræ indicat locus alter huius prophetæ ita dicens: Aperiatur terra, & ger-
Infrà 45. minet ſaluatorem. Et id quod dicitur in Pſalmo:
Pſal.66. Et terra noſtra dabit fructum ſuum.

Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion.) Capite primo dixerat hæc verba Eſaias: Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodo-
Sup.1. ma eſſemus. Vbi per ſemen relictum ex Iſraele Apoſtolos intelligit, & eos, qui ex populo Iſraëlitico in Chriſtum crediderunt, vt ibi expoſui-
Infrà 10. mus. Hoc ſemen appellat capite decimo reli-
Rom.9. quias: quē imitatur diuus Paulus in epiſtola ad
& 11. Romanos. Hæ ſunt reliquiæ, de quibus hîc loquitur dicens: Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Ieruſalem, ſanctus vocabitur. Animaduerte. Non ait omnem Iſraelem eſſe ſalutē conſecuturum, ſed eos qui relicti fuerint, hoc eſt qui Iudæorum infidelium pertinaciam non fuerint ſecuti, ſed in fide Chriſti permanſerint. Hos vocat ſanctos, hoc eſt fideles Chriſtianos. Hoc enim nomen ſanctū, in diuinis literis ſæpe pro vero Chriſtiano accipitur, licet habeat peccata. In hanc ſignificationem capitur à diuo
1. Cor. 14. Paulo in prima ad Corinthios dicente: Sicut in omnib. Eccleſiis ſanctorū doceo. & aliis in locis.

Omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalem.) Id eſt omnis qui prædeſtinatus eſt, & ad gloriā præordinatus. Liber vitæ eſt Dei præſcientia & prædeſtinatio, qua electos ad ſalutem ab æterno venturos cognouit, ac vt peruenirent prædeſtinauit. His, quos propheta dicebat ſcriptos eſſe in vita
Luc 10 in Ieruſalem, dixit Chriſtus: Gaudete quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Vbi aſpicis Ieruſalem accipi hîc pro cœlis & Eccleſia triumphante. Notus eſt hic liber ex diuinis literis, vbi ſunt ſcripta nomina ſanctorum. Hic eſt liber ille,
Exo. 32. de quo dicebat Moyſes: Si non dimittis populo noxā hanc, dele me de libro, quem ſcripſiſti. De
Pſal.68. eo dicitur in Pſalmo: Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Et apud Da-
Dan.12. nielem: Saluabitur populus tuus, omnis qui in-
Apoc.21. uentus fuerit ſcriptus in libro. Et in Apocalypſi: Non intrabunt in eam, niſi qui ſcripti fuerint in libro vitæ agni. Et fortaſſe de hoc libro intelligitur id, quod Chriſtus inductus à propheta di-
Pſal.39. cit in Pſalmo: In capite libri ſcriptum eſt de me.
Iere.17. Reproborum verò nomina in terra ſcripta ſunt,
Ioan 8. quemadmodum ait Ieremias: Recedentes à te in terra ſcribentur. Id fortaſſe voluit ſignificare Chriſtus, quādo Scribis & Phariſæis mulierē in adulterio deprehēſam adducētibus, vt ipſum tētarent, in terra ſcribebat, ſignificans eos nō eſſe in cœlis ſcriptos cū iuſtis, ſed in terra cū impiis.

Si abluerit Dominus ſordes filiarū Sion.) Senſus eſt: Tunc ſalutē conſequentur reliquiæ Iſraelis, ſi crediderint, & baptizatæ fuerint. In baptiſmo enim Deus illis ſordes maculáſque peccatorum abluet. Per ſordes & ſanguinem omnia peccata intelliguntur.

In ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris.) Id eſt in ſpiritu iudicante iudicio diſcretionis & ſeparationis bonorum ab iniquis. Et in ſpiritu ardoris, hoc eſt charitatis animos inflammantis. Vel in ſpiritu iudicij, hoc eſt in iudicio & iuſtitia: Nam morte ſua abluit Chriſtus noſtrorum ſcelerum maculas, ſoluens pro nobis: & vt verbis Pauli Coloſ.2.
vtar, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti. Et ad Romanos, Propoſuit, in- Rom.3.
quit, Deus Chriſtum propitiationem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionē præcedentium delictorum. A

Et creabit Dominus.) Videtur alludere ad proſperitatem filiorum Iſraelis, quando eos exeuntes ab Aegypto Deus protegebat per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis,
vt habes Exodi 13. Ac ſi dicat: Dabit Deus Eccle- Exod.13.
ſiæ ſuæ priſtinā fœlicitatem, ſed multò maiorem & illuſtriorē. Quod enim tunc Iſraelitico populo fecit, Eccleſiæ ſuæ ſpiritualiter faciet. Creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus eſt, hoc eſt ſuper Eccleſiam, & ſuper fideles, nubem gratiæ ab æſtu effrenatæ cupiditatis protegentis, & ignem atque ſplendorem viuæ fidei ab infidelitatis nocte eripientis, & animum amore diuino inflammātis. Eſt tamen aduertendum nomine diei intelligi poſſe proſperitatē, nomine verò noctis aduerſitatem: quemadmodum intelligunt nonnulli id, quod dicitur in
Pſalmo: Per diem Sol non vret te, nec Luna per Pſal.120.
noctem. Ac ſi diceret: Ita te tuebitur Deus, vt in rebus proſperis & ad voluntatem tuam fluentibus, quando omnia vt in die clara eſſe apparent & tranquilla, tibi non noceat hominum laus, & gloria, & diuitiarum abundātia. Fit enim ſæpenumerò vt homines opibus & honoribus extollantur, & omnia iura diuina & humana peruertant. Neq; tempore aduerſitatis, quādo, vt in nocte omnia ſunt triſtia & obſcura, & in luctu & caligine iacere videntur, paupertas, afflictio, & cæteræ calamitates te opprimant, & de gradu cōſtantiæ deiiciāt. Eodem modo per columnam ignis, qua Deus Hebræos in nocte illuminabat, & quā hîc ſuis fidelibus promittit, poſſumus intelligere diuinā conſolationē, qua Chriſtus piis viris tenebras & calamitates mitigat & lenit. Cōtrà verò nubes hæc, qua Deus ſuos protegit in die, afflictio eſt, qua Chriſtus iuſtorum virorum proſperitatem, & mundi gloriā temperat & moderatur, ne efferantur, & opinione ac potentia inflati in eum errorem incidant, vt eos iuſtitiæ, cęterarúmq; virtutum capiat obliuio. Itáq; Deus in die proſperitatis protegit ſuos nube afflictionis, & in nocte afflictionis viſitat eos igne diuinæ oblectationis & lętitiæ. Tā enim nocet nimia proſperitas quàm aduerſitas. Hoc intelligens quidam vir doctus edidit librum de remediis cōtra proſperam & aduerſam fortunam. Natura noſtra, dum vinculis corporis ligamur, & in hoc miſerabili exilio detinemur, nec magnū dolorē ferre poteſt, nec magnam lætitiam. Nam magno

dolore

dolore exterremur, & in deſperationem incidimus: magna verò lætitia inſoleſcimus, noſtræq; fragilitatis obliuiſcimur. Quare oportet vt mœror oblectatione aliqua ſpirituali temperetur, & oblectatio mœrore. Non ergo ſemper lætitiam quæramus, nec dolorem deteſtemur. Vnde vtraque, & lætitia in afflictione, & afflictio in lętitia columna dicitur, ſine qua ruet ędificium noſtrum.

Et fumum, & ſplendorem igni.) Fumus hoc in loco in bonam partem accipitur, nempe pro gloria, quemadmodum capite ſexto: *Infr.6.* Et domus repleta eſt fumo. Et apud Ioelem de gratia, quam Deus Apoſtolis impertiuit, ita ſcriptũ eſt: Effũdam de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ, *Ioel.2.* & prophetabunt, & dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, & ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Eſt igitur hoc in loco fumus vapor lucidus è terra eleuatus: vel flãma ignis, quæ eſt fumus accẽſus. Vel reuera capitur pro fumo. Nam iuſtis & piis dat Deus in hac vita lumẽ in nocte, hoc eſt internam conſolationẽ in afflictione, ſed miſtam cum fumo lachrymas mouente: id eſt cum compunctione. At in cœleſti patria gaudium erit purum, & lumẽ abſque fumo, & requies abſque labore. Poſſumus prętereà per fumum intelligere particulare Dei præſidium, quo protegit ſuos aduerſus hoſtium impetum & malitiam, ne accedentes poſſint viros pios lædere & cõculcare. Et hic videtur huius loci germanus ſenſus, *Exod.13.* præſertim ſi locũ Exodi reſpiſciamus, ad quem, vt diximus, hoc in loco Propheta videtur alludere.

Super omnem enim gloriam protectio.) Accipit gloriam pro viris gloria dignis, iuſtitiam & pietatem colentibus. Senſus eſt: In omni loco, vbi fuerint fideles virtute prædit, erit diuina protectio: Deus tuebitur viros iuſtos, vbicũque extiterint. Aſpicis hîc apertiſſimè Deum noſtrum miſericordiarum patrem piorum ſalutẽ tutiſſima cuſtodia tegere atque munire. Sed hoc protectionis genus tam remotum eſt ab eorum hominũ intellectu, qui humana tãtùm ſpectãt, & cœleſtia minimè intuẽtur, vt iudicẽt, viros pios, & virtutũ præſidio ſeptos à Deo contẽni & derelinqui: cùm eos Deus maximè muniat & tueatur. Non poteſt homo voluptatibus deditus, & cupiditatũ ſeruus intelligere quàm ſuauis, ſecura, & tranquilla ſit eorum vita, qui veram pietatẽ colunt. Hos abſcõdit Deus ab hoſtium immanitate, ne in animo lædãtur. Quod proſpiciẽs animo diuinus vates Deum alloquens canebat: *Pſal.30.* Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à cõturbatione hominũ. Vbi vtitur quadam verborum exornatione ſumpta à ſimilitudine principis, qui eum, quem tutiſſimum eſſe vult, in ſuum cubiculum recipit, ne ab impetu & inſidiis inimicorum eũ perſequentium lædatur. Hanc domũ refugij cupiebat ardẽter idẽ Propheta. Eſto mihi, inquiẽs, *Pſal.30.* in Deum protectorem, & in domum refugij, vt *Pſal.26.* ſaluum me facias. Et alibi dicebat: Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum, protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. Et in *Pſal.82.* alio Pſalmo, vbi editio vulgata habet: Cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos, poteſt verti ex Hebraico: cogitauerunt aduerſus abſcõditos tuos. Ex quo colliges idem eſſe, ſanctum eſſe, & à Deo abſconditum & protectũ. In alio Pſalmo, vbi editio vulgata habet: *Pſal.90.* Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cœli cõmorabitur, habet verſio diui Hieronymi ex Hebraico: Qui habitat in abſcondito excelſi, in vmbraculo Domini cõmorabitur. Aſpicis ergo piorum vitã abſcõditam eſſe in Deo & tutiſſimã. Et hoc exiſtimo eſſe id, quod ait diuus Paulus in epiſtola ad Coloſſenſes: *Coloſ.3.* Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Hoc volẽs Eſaias ſignificare in hunc modũ cõcludit: Et tabernaculum erit in vmbraculũ diei ab æſtu, & in ſecuritatem & abſconſionem à turbine & à pluuia. Acſi dicat: Deus tuebitur iuſtos ab omni tentatione & afflictione ſæuiente, & Eccleſia nullo ſubuertetur turbine, nullis vnquam procellis & tempeſtatibus obruetur. Docet planè locus hic virũ piũ & iuſtum à nemine lædi: quin potius, quò magis ab impiis impugnatur, eò altius tendere. *ſimilitudo.* Vt enim arbor quò magis à nouellis virgultis exciditur, eò ſublimius eleuatur, ſic vir iuſtus quò immanius ab impiis affligitur, eò amplius creſcit, & clarior efficitur. Nam vt arca Noe, quò copioſius aquę diluuij abundabant, *Gen.7.* eò altius ferebatur, & ad cælũ tendebat: ſic vir iuſtus quanto plures ſunt afflictiones per aquas ſignificatę, tãtò redditur illuſtrior, & excelſior, & cœlo propinquior. Et ita omnia illi vertuntur in bonũ, vt aſſerit in epiſtola ad Romanos diuus Paulus. *Rom.8.* Magnum profectò, & pulchrum pietatis præmium, vt etiam ex iis rebus, quæ aliis perniciem conflare ſolent, fructum capiant viri iuſti. Verum id, quòd hîc habetur, Super omnem enim gloriam protectio, poteſt hũc habere ſenſum: Hęc diuina protectio, qua Dominus iuſtos tuetur, excedit omnem huius mundi gloriam. Et rectiſſimè quidem. Nam nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non labefactet & conſumat ipſa vetuſtas, & omnis huius mundi gloriæ ſplendor exiguis regionibus coercetur, nec vnquam de vllo perennis fuit. Obruitur enim hominũ interitu & obliuione poſteritatis extinguitur. Nihil eſt fugacius, nihil inconſtantius. Hanc inanem gloriã appellat Eccleſiaſticus vmbrã, & ventũ, & aperta mẽdacia. *Eccl.34.* Quod mente percipiens diuinus ille vates & clariſſimus rex has voces emiſit: *Pſal.36.* Vidi impium ſuperexaltarũ & eleuatũ ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat: & quęſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Et illuſtriſſimus noſter Eſaias, Omnis, inquit, caro fœnum, & omnis gloria *infrà.40.* eius quaſi flos agri. Huius gloriæ inconſtantiam cecinit Græcis carminibus Euripides, vt eſt apud Plutharcum, quibus oſtẽdit eam ſolùm diẽ vnum durare, & ſtatim extingui. Quo in loco à Demetrio Phalereo fuit obiurgatus, quòd non diem vnum deberet dicere, ſed temporis quoddam punctum. Non eſt igitur talis gloria quærẽda. Præſertim cùm illi homines eam ſępenumero conſequantur, & in populi luce & celebritate verſentur, qui nulla ſunt pręditi virtute, quin potius ſcelerum furiis exagitentur, & nefariis criminibus conſtringantur. At qui proteguntur à Deo, pabulo diuinæ oblectationis, quaſi quadã Ambroſia aluntur. Et hæc diuina protectio nullum iuſtum ac pium dereliquit, nulla tempeſtá-

te,& temporum mutatione labefactatur. Quare eſt omni humanæ gloriæ anteponenda. Quod intuens Eſaias ait: Super omnem enim gloriam protectio.

ANNOTATIONES EX Hebreo in

CAPVT IIII.

Et creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion,& vbi inuocatus eſt,nubem.) Septuaginta interpretes habent in hũc modum: Et veniet: & erit omnis locus montis Sion, & omnia, quæ in circuitu eius ſunt, proteget nubes per diem. Hæc interpretatio eſt abſque dubio mirabilis: & hũc locum Eſaiæ diuinitus explicat, nam tunc dixit fore in Eccleſia priſtinam populi Iſraelitici fœlicitatem, cùm Chriſtus in mundum venturus eſ-
Gen. 49. ſet. Inquit enim: Veniet: nimirũ ille de quo præ-
Infr. 59. dixerat patriarcha Iacob: Non auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt: hoc eſt Chriſtus. De eo ita ait Eſaias alio in loco. Cùm venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus Domini cogit, & veniet Sion redemptor. Et Aggæus, Veniet, inquit,
Agg. 2. deſideratus cunctis gentibus.

In ſpiritu ardoris.) In Hebraico eſt pro ardore בער baer, à verbo בער, quod ſignificat ardere, vt
Exod. 3. Exod. 3. Et videbat quòd rubus arderet. In quã
Pſal. 17. ſignificationem accipitur in præſenti ab interprete noſtro: Et quoniam verbum hoc ſignificat etiam incendere, vt in Pſalmo, Et carbones ſuccenſi ſunt ab eo, poteſt verti: In ſpiritu incendij. In piel ſignificat excidere. Vnde Pagninus vertit: In ſpiritu exciſionis. Significat etiam remouere & eiicere. Vnde poteſt verti: In ſpiritu remotionis ſiue eiectionis. Et ita interpretatur R. Abraham vir clarus inter Hebræos. Significat quoque paſcere. Ideò poteſt verti: In ſpiritu paſcendi, ſiue paſcuæ: Et quamuis hæc videantur inter ſe diuerſa, nec vllo modo cohærentia, altè tamen ſpectare ſi voles, omnia videbis Chriſto concorditer & aptè conuenire. Ipſe enim homines abluit in ſpiritu ardoris & incẽdij, tribuens eis ignem charitatis, qui eos incenderet, & ſtudio æternæ beatitudinis inflammaret. Hic eſt ignis ille, de quo ipſe ait apud Lucam: Ignẽ veni
Luc. 12. mittere in terram. Et quoniam tribuens nobis
Oſe. 13. vitam, ipſam mortem excidit, iuxta illud Oſeæ Prophetæ: Ero mors tua ô mors: preclarè interpretatur Pagninus fuiſſe redemptionem noſtrã in ſpiritu exciſionis. Fuit etiam in ſpiritu eiectionis, quoniã diabolum eiecit, iuxta id, quod ipſe apud Ioannem ait: Et nunc princeps huius mun
Ioan. 12. di eiicietur foras. Fuit quoque in ſpiritu paſcuæ,
Ioan. 10 quoniam ipſe eſt paſtor noſter de ſe inquiens:
Pſal. 13 Ego ſum paſtor bonus. De quo dicitur in Pſalmo: Dominus regit me, vel vt poteſt verti ex Hebraico, Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Chriſtus Deus noſter eſt paſtor hìc, qui vltrò pro nobis ſanguinem fudit, vt nos ab incurſu & impetu luporum tueretur. Sed quoniam Eſaias prædixit redemptionem noſtrã fore in ſpiritu iudicij, & per hoc iudicium diſcretionem & ſeparationem intelligimus, qua Deus voluit fideles ab infidelibus ſeparare, fortaſſe volens Propheta hoc explicare, adiecit: in ſpiritu בער, hoc eſt ſeparationis & diſcretionis, ita vt ſit explicatio eius, quod dixerat: in ſpiritu iudicij. Nam verbum בער Separare ſignificat, vt Deuteronimij 16. Nec ſeparaui ea in qualibet immundicia.

Argumentum capitis V.

Solebant veteres res magnas & memorabiles complexi carminibus, & mandare monumentis, vt vigerẽt memoria poſteritatis, nullâque hominum obliuione delerentur. Eam ob cauſam canit Eſaias hoc lugubri & flebili carmine admirabilem Dei erga Iudaos benignitatem & magnificentiam, & eorum erga Deum nefariam ingratitudinem, & incredibile impietatem. Comparat diuinus vates Hebraorũ populum vinea electa, & à Domino mirabiliter culta, quam ob eorum malitiam vaticinatur eſſe delendam, & penitus vaſtandam. Reprehendit eorum iniuſtitiam, auaritiã delicias, voluptates, & alia ſcelera, ob qua prædicit eſſe Iudaos ab exercitu Romanorum capiendos, & in luctuoſiſſimam vaſtitatem vocandos.

CAPVT V.

CAntabo dilecto meo canticum A
patruelis mei vineæ ſuę. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei. Et ſepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit vineam electã, & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. Et expectauit vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Nunc ergo habitatores Ieruſalem & viri Iuda iudicate inter me & vineam meam. Quid eſt
quod debui vltra facere vineæ meæ, & nõ B
feci ei? An quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas? Et nunc oſtendam quid ego faciam vineæ meæ. Auferam ſepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Et ponam eam deſertam: non putabitur, & non fodietur: & aſcendent ſuper eam vepres & ſpinæ: & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem. Vinea autem Domini exercituum domus Iſrael eſt, & vir Iuda germen eius delectabile. Et expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iuſtitiam, & ecce clamor.

EXPLANATIO.

Cantabo dilecto meo.) Pergit Propheta Hebræorum ſcelera redarguere, quod ſuperioribus capitibus fecerat, vt eos ad ſui cognitionẽ excitaret. Et ſtatim in principio aperit, licet arcanis verbis, miſterium aduentus Chriſti, quem & dilectum appellat, & patruelem: dilectum, quia

eum

eum ſingulari amore proſequebatur: patruelẽ,
quia futurus erat ex ſemine abrahami, & ex ea-
dem familia & tribu cum ipſo Eſaia. Aiunt enim
Eſaiam fratrem regis Amaſiæ ex tribu Iuda, ex
qua tribus perſpicuum eſt fuiſſe Chriſtum ſerua
Hebr.7. torẽ noſtrum, vt aſſerit in epiſtola ad Hebræos
Matt.1. diuus Paulus, & ex euangelica hiſtoria apertiſſi-
mè conſtat. Eſt igitur ſenſus: Cantabo ego Eſa-
ias dilecto meo Chriſto, quem vnicè diligo, in
eiuſq; honorẽ proferã mœſtum canticum, quod
ipſe Chriſtus patruelis meus ex mea gente &
progenie oriũdus poſſet dicere, imò dicturus eſt
vineę ſuę, hoc eſt Hebræorum populo. Cãticum
appellat parabolam hanc, qua populum Iſrae-
liticum cum vinea comparat, & Chriſtum cum
Luc.19. eius cultore. Et quemadmodum Ezechieli Pro-
phetæ pręcepit Deus, vt ſuper Aegyptum lugu-
bre carmen concineret, vt licet videre apud eun
dem capite 32. Sic Eſaias aduerſus Iſraeliticum
populum hoc canticum cecinit. Idem fecit Chri
Ezech.32. ſtus, quando lugubres illas & lamentabiles vo-
ces emiſit, videns Hieroſolymam, vt refert diuus
Lucas, & flens ac plorans ſuper ipſam. Totam
hanc parabolam retulit Chriſtus vineæ ſuæ, vt
Matt.21. narrat diuus Mathæus capite 21. dicens: Homo
erat paterfamilias qui plantauit vineam, & ſepẽ
circundedit ei, & fodit in ea torcular, & cætera,
quæ ibi Euangeliſta commemorat. Narrant etiã
Marc.12. hoc Marcus & Lucas. Quidam per hunc dilectũ
Luc.20. intelligunt populum Iſraeliticum. Rectius tamẽ
eſſe exiſtimo Chriſtum intelligere, & quoniam
magis literæ videtur conuenire: & quoniam
Chriſtus in ſacra ſcriptura ſolet dilectus appel-
Matth.3. lari, vt videre licet apud Mathæum 3. & apud
Ephe.1. Paulum ad Epheſios 1. & aliis in locis.

Vinea facta eſt dilecto meo.) Incipit canticum.
Nomine dilecti diximus ſignificari Chriſtum,
qui plantauit vineam in cornu filio olei, hoc eſt
in loco alto, in regione montuſa & frugifera.
Per cornu intelligit locum editum & eminentẽ,
quòd cornua in animalibus altiorem partem
obtineant: vnde Pagninus pro cornu vertit, in
colle. Per filium olei terram intelligit opulen-
tam, pinguem, & feracem. His verbis & hoc He
braiſmo deſcribit terram Iſraelis, quæ magna ex
parte montoſa eſt, & vberrima, fluens lacte &
melle, vbi fuit populus Iſraeliticus collocatus.
Vel per cornu robur & fortitudo intelligitur, in
quam ſignificationem capitur ſæpenumerò in
2. Reg.22. ſacra ſcriptura, veluti in ſecundo Regum vige-
Pſal.42. ſimo ſecundo. Dominus cornu ſalutis meæ. Et
Hab.3. in Pſalmo: In te inimicos noſtros ventilabi-
mus cornu. Et apud Habacuc Prophetã: Et cor-
nua in manibus eius. Quamuis enim Chriſtus
in cruce vulneratus exiſtimaretur fragilis & im
becillus, ibi enim, vt ait idem Propheta, abſcon
dita eſt fortitudo eius, in manibus tamẽ ſuis vul
neribus confoſſis cornua habebat, hoc eſt forti-
tudinẽ & potentiam. Ibi enim diabolũ principẽ
huius mundi vicit, nóſque ab eius immaniſſima
Luc.1. tyrannide liberauit. In hanc ſignificationem ca-
pitur cornu à diuo Luca in cantico Zachariæ: Et
erexit cornu ſalutis nobis. Et quemadmodũ a-
pud Latinos robur arborem quandam ſignifi-
cat validam & fortẽ, & ob eã cauſam pro fortitu
dine & firmitate ponitur: ſic cornu arma anima

lium ſignificat, quibus ſe muniũt, & fortiter pu-
gnant, & eam ob cauſam in diuinis literis pro
ipſa fortitudine accipitur. Eſt igitur ſenſus: Po-
pulus Iſraeliticus poſitus fuit à Deo in loco for-
ti & munito, & in terra fertili & frugifera. Fortaſ
ſe ideò terra illa appellatur filius olei, quia quẽ-
admodũ oleum in lampade eſt materia ignis &
ſplendoris: ſic Hebræi multis gentibus clarum
Dei notitiæ lumen præbuerunt. Et capitur filius
olei pro oleo, quemadmodum filia Babylonis
pro Babylone, & filius perditionis pro perdito.

Et ſepiuit eam.) His verbis & ſequentibus ſignifi
catur diligentia, qua Deus vineam ſuam exco-
luit. Conſidera igitur diligentiam, qua Deus
nos vult liberare: & diligentiam, qua nos eum
volumus peccatis noſtris offendere. Intuere eius
ad noſtram ſalutem curam, & noſtrã deſidiam.
Ille vult nos ipſos eripere, nos volumus nos ip-
ſos perdere. Ille nos ad eum ſtatum vocat, qui
in cœleſtium atque diuinarũ rerum contempla-
tione conſiſtit, vt diuinis bonis affluentes, ipſius
Dei amore ardentiſſimo inflammemur, & tan-
dem veram beatitudinem conſequamur: nos ve
rò terram ſolùm intuentes, turbulentis negotiis
implicati, nobis ipſis molimur perniciem &
vaſtitatem. Sed ad literæ explanationem venia-
mus. Per ſepem intelligitur diuina lex, & Ange-
lorum cuſtodia, per lapides, quos abſtulit ex vi-
nea, intelligũtur idola, ſuperſtitiones, & cætera
virtutis ac diuini cultus impedimẽta, per turrim
in medio eius templum celeberrimum, per tor-
cular altare propter ſanguinis effuſionem. Et vt
vuæ afferuntur ad torcular, vt ibi cõculcentur:
ſic fructus & animalia ad altare, vt ibi ſacrificen
tur. Vel ita: Sepes eſt diuina protectio: lapides,
quos abſtulit, ſunt homines infideles ipſis lapidi
bus ob animi duritiem comparati, nulla memo
ria beneficiorum Dei ſeipſos emolientes. Fuiſſe
autem homines impios eiectos ab illo loco indi *Pſal.79.*
cat Pſalmus ita dicens: Eieciſti gentes, & planta
ſti eam. Ex quo colliges magnum Dei beneficiũ
eſſe, magnam erga pios homines benignitatem,
auferre, impios de medio eorum. Turris eſt regia
dignitas, torcular legitimus Dei cultus. Exiſti-
mo tamen turrim eſſe ſacram ſcripturã, ad quã
velut ad arcem munitiſſimam in noſtris tentatio
nibus & periculis confugere debemus. Et vt ex
altiſsima turre ea, quæ longinqua ſunt, apparẽt:
ſic ex lege & Prophetarum oraculis Chriſtum
longè venturum vaticinantibus, idem Chriſtus
quaſi ex longinquo conſpiciebatur. Omnia quæ
in hac parabola continentur, indicant fuiſſe à
Deo exhibita populo Iſraelitico omnia, quæ ad
eius ſalutem & conſeruationem pertinebant.

Et plantauit vineam electam.) Electã appellat He
bræorum nationem, quoniam eam elegit Deus,
vt ab ea coleretur, & ex ea carnem ſumeret, &
propter electos viros Abraham, Iſaac, & Iacob,
cæteróſque Patriarchas & Prophetas, ſapientia
excultos, & charitate atq; nobilitate præſtãtes.

Expectauit vt faceret vuas, & fecit labruſcas.) La
bruſcæ ſunt vuæ agreſtes, acerbæ, & erraticæ.
Nam pro diuino cultu idola ſæpe coluerunt Iu-
dæi, pro virtutibus in crimina nefaria incide-
runt. Apud Ieremiã has queribũdas voces emit- *Ierem.2.*
tit Deus: Ego plantaui te vineam electam, omne
ſemen

ſemen verum quomodò ergo conuerſa es in prauum vinea aliena?Elegit Deus vineam hanc ex patribus antiquis optimis & ſanctiſſimis, fecit eam in populum ſibi peculiarem, conſtituit eam in loco firmo & munito,& in terra frugifera, abſtulit ab ea impedimenta, cuſtodiuit eam, fouit & defendit,& omnibus ornamentis ad pulcherrimum & excellentiſſimum ſtatum pertinentibus decorauit:ipſa verò eum contempſit, ſeque ſceleribus aſtrinxit:& quod deteſtabilius eſt,& omnem impietatẽ ſuperat, in ipſum Deũ verum Meſſiam fuit interitum machinata. Tu verò conſidera Dei noſtri immenſam pietatem & patientiam, Peccauerat populus Iſraeliticus, Deus verò non ſtatim eum deleuit, ſed expectauit. Quid ait Propheta, Expectauit vt faceret vuas. Nonne vides? non eos ſtatim euertit. Sed quid fecit? expectauit vt bonum fructum ferrent. Monemur hîc non ſtatim deſperandum eſſe de peccatorum ſalute, nec ſubitò eſſe interficiendos, qui crimen aliquod admiſerunt: ſed expectandos vt pœnitentiam agant,& ſuo tempore debitè atque iuſtè puniẽdos. Cùm hæc vinea etiam expectata noluiſſet vuas producere, ſed labruſcas, fuit à Deo relicta,& tandẽ à Romanis euerſa, & penitus vaſtata: & Iudæi, qui ex ea euaſerunt, fuerunt cæſi,& in abiectiſſimã & acerbiſsimã ſeruitutẽ adducti. Quid autẽ ſit facere labruſcas explicuit Chriſtus, qui vt refert Euãgelica hiſtoria, ob eã cauſam dixit vineã ſuam eſſe aliis locãdã,& Iudæos perdendos, quia filium Dei occiderunt. Hic fuit vineæ fructus, hę fuerũt labruſcæ amariſsimæ quidem & acerbiſſimæ. Locauit autem Deus eam aliis agricolis, hoc eſt Chriſtianis paſtoribus. Et aduerte non dixiſſe Chriſtum fuiſſe hanc vineam traditam dominis, ſed locatam agricolis, vt referunt tres Euangeliſtæ. Ex quo colliges paſtores Eccleſiaſticos non debere dominari, ſed ſeruire: non vineam conculcare ſed colere, vt fructus vberrimos ferat. Chriſtus enim ſummus ille rerum omniũ dominus & moderator, vt ipſe apud Matthæum de ſeipſo ait, non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. *Matt.20.*

Nũc ergo habitatores Ieruſalẽ & viri Iuda iudicate inter me &c.) Mirum videtur cur Deus intendat litem vineæ coram ipſa vinea. Si hæc vinea domus eſt Iſraelis,& habitatores Iudæ & Ieruſalem, quî fieri poteſt, vt hi ferant ſententiã contra vineam ſi ipſi ſunt ipſa vinea? ſed vult Deus vt nos à nobis ipſis iudicemur,& aduerſus nos ipſos, ſententiam feramus, vt noſtro gladio iugulemur & teſtimonio noſtro conuincamur. Feciſſe hoc Nathan prophetam indicat liber ſecundus Regum. *2.Reg.12.* Miſſus enim à Deo, vt Dauidem argueret ob adulterium & homicidiũ propoſita prius parabola de ouicula coegit regem, vt neſciens ſeipſum ſua ſententia damnaret. Eodem modo Chriſtus in Euãgelio propoſita parabola de vinea ad hoc Iudæos adduxit, vt contra ſe ſentẽtiã ferrent dicentes: Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis. Ideò ſubiunxit Deus: Auferetur à vobis regnum Dei,& dabitur genti facienti fructus eius. Si Deus de Iudęis tã grauiter queritur, quãtò grauius de nobis queri poteſt? Expectat à nobis vt virtutẽ colamus & eũ ipſũ ardẽter amemus: nos verò ſceleribus implicamur,& eũ ipſũ negligimus. Nos ſumus vinea ſua, quã ipſe coluit, pro qua acerbiſsimos cruciatus tulit, pro qua ſe hoſtium iniuriis obiecit, pro qua ſumma charitate inflammatus vitam profudit, quam precioſo ſanguine ſuo rigauit. Quid igitur debuit amplius facere vineæ ſuæ,& non fecit? Nemo poteſt ardentius amare eo, qui pro amicis ſanguinem fundit: At tu Domine mi Deus multò ardentius amaſti, quoniam etiam pro inimicis te cruci obtuliſti, vbi mortem acerbiſsimam vltrò toleraſti. Quid debuiſti facere vineæ tuæ, quod non feceris? At nos qui pro te mori deberemus, quibus nihil magis deberet eſſe in optatis quàm te ſequi, ad te ſemper aſpirare, te relinquimus,& in imis volutamur. O cæcum noſtrum iudicium. O ingratitudinem incredibilem,& effrenatã noſtram cupiditatem: qui Deũ optimum maximum contemnimus, & in rebus fluxis & caducis beatitudinẽ collocamus! Nos nos ſumus, ad quos hæc poſſunt referri, nos ſumus illi, de quibus conqueritur Deus apud Michæam prophetam dicens: Popule meus quid feci tibi? reſponde mihi.

Auferam ſepem eius.) Priuſquàm ſepem auferret, minatur ſe eſſe eam ablaturum, vt conuerſi ad pœnitentiam ab imminentibus periculis liberarentur. *Mich.6.* Solet enim Deus priuſquàm puniat cõminari. Id fecit Niniuitis Iona pręcone, & Iudæis præcone Ieremia aliiſque prophetis. *Iere.18.* Et volens Deus Iudæos occidere propter eorum idololatriam,& nefariam impietatem, dixit Moyſi pro populo ſupplicanti: Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos. *Exod.32.* Ita hoc in loco, Auferam, inquit ſepem eius, hoc eſt, non eos protegam. Et maceriam eius diruam, hoc eſt viros ſanctos, qui populo pro muro ſunt, quibus ablatis conculcatur populus, hoſtiúmque direptioni cõmittitur:& manet vinea beſtiis, hoc eſt vitiis expoſita & aperta. Deſtruxiſti ſepem ait propheta,& exterminauit eam aper de ſylua. *Pſal.79.* Et Eccleſiaſticus, Vbi non eſt, inquit, ſepes, ibi diripitur poſſeſsio. *Eccl.36.* Pro magna pœna minatur Deus ſe ablaturum eſſe à Iudæis non ſolùm diuinam protectionem, ſed virorum piorum cuſtodiam & familiaritatem. Tunc enim impij in perniciẽ ruunt, cùm ab eis viri iuſti ſeparantur & auferuntur. Remoto Lot à Sodomitis fuerunt illę ciuitates terribili ſupplicio mirabiliter euerſæ: *Gen.16.* & diſcedentibus Hebræis ab Aegypto fuerunt Aegyptij in mari Rubro obruti, vbi ęternã memoriam ſuæ ignominiæ & impietatis reliquerunt. *Exo.14.*

Non amputabitur.) Omnibus iis rebus oſtendit Deus voluntatem vineæ deſtruendæ. Quemadmodum vinea niſi amputetur, ipſa ſua fœcunditate ſylueſcit, & perit omnino, ſic homines niſi curas ſuperuacaneas reſecent,& indomitas cupiditates recidant, iiſdem rebus, quibus opes & gloriam comparare exiſtimabant, interitum ſibi & periculum moliuntur. *ſimile.* Tunc Deus ciuitatem ſiue animam noſtram amputat, cùm ab ea remouet & reſecat virtutũ impedimenta. Nã vt quicquid ob amputationem adimitur ex vite fructibus additur: *ſimile.* ſic quò quis caducarum inutiliúmque rerum ſtudia diligentius reciderit, eò amplius *Pſal.91.*

plius illuſtrabitur,& vberiores virtutum fructus feret, quibus animum ad æternitatem alet & reficiet.

Aſcendent ſuper eam vepres & ſpinæ.) Hoc eſt vitiis & flagitiis opprimetur. Vt enim in agris denſi vepres frequenteſq; ſyluæ terram ita occupant, vt ſalutares ac vtiles herbas creſcere non ſinant: ſic in animis vitia ita nos opprimunt, vt omnem rationem, omnem temperantiam, omnẽ denique animi cultum obumbrent & impediãt. Subeunt hanc vitiorum ſyluam variè belluæ indomitæ & moleſtæ, hoc eſt appetitiones noſtræ effrenatæ, quæ ita omnia depopulantur, vt nullo modo ſinant in lucem prodire rationem. *ſimilitudo.*

Nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem.) Nubes ſunt Prophetæ & Apoſtoli. Vt enim nubes ex terra eleuantur, ſic viri iuſti diuinarum rerum amore & contemplatione veluti diuinis epulis recreati à terra, & humanis negotiis ſe abducunt & abſtrahunt, & ad cœleſtia efferuntur. Et vt nubes rore & pluuia aridã terram fœcundant, & fructuoſam reddunt: ſic viri ſancti eos, qui virtutum ariditate laborant, doctrina & exẽplo humectant & irrigant, vt fructus vberrimos ferant. His rationibus adductus Eſaias non ſolũ hoc in loco, ſed etiam capite 60. Apoſtolos ita nubes vocat: Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant? Et Dauid, Tenebroſa, inquit, aqua in nubibus aëris. hoc eſt vaticinationes & oracula prophetarum ſunt explicatu difficillima. Nomine aquæ doctrina ſignificatur. Ita Moyſes veluti quædam nubes dicebat: Creſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Eſt igitur horum verborum Eſaiæ ſenſus: Prophetis & Apoſtolis præcipiam ego Dominus ne Iudæorum populũ irrigent doctrina ſua. Quod poſt Chriſti mortẽ impletum fuiſſe perſpicuum eſt. Nullum enim Iudæi habent nec Prophetam, nec Apoſtolum: imò nulla gens hodie viuit abiectior, indoctior, durior, calamitoſior, & deteſtabilior. Et ita videmus apertè id, quod Deus in Leuitico Iudæos alloquens dicebat: Dabo vobis cœlum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam: Et in Deuteronomio: Sit cœlum ſuper caput tuum æneum, & terra ſubter te ferrea. Det Dominus pro imbre terræ tuæ puluerem, & de cœlo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris. Cùm autem conſtet in Babylonica captiuitate Iudæos non caruiſſe prophetis, ſed fuiſſe doctrina irrigatos, apertè cõcluditur eſſe hanc Eſaiæ vaticinationem de captiuitate per Romanos intelligendam. Eſt præterea obſeruandũ auferri beneficiũ & prȩſidium ab indignis, vt per ſupplicia illi Deum cognoſcant, qui cũ beneficiis cognoſcere noluerunt. Tu verò quem Deus muneribus ornauit, cui ingenium, opes, & dignitates tribuit, noli eis intemperãter abuti, noli pro vuis ferre labruſcas, ne tibi omnia auferantur, & alteri dentur. *ſimilitudo.* *Infrà 60.* *Pſal 17.* *Deut. 32.* *Deut. 28.* *Leuit. 26.*

Vinea autem Domini exercituũ domus Iſrael eſt.) Verba ſunt prophetæ parabolam explicãtis. Per domum Iſrael intelligũtur decem tribus, per viros autem Iuda duæ aliæ, quas germen Domini delectabile appellat: quia prȩuidebat Chriſtum Dei filium ex tribu Iuda humanam carnem eſſe ſumpturum.

Et expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas & iuſtitiam, & ecce clamor.) Explicat id, quod dixerat: Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Per iudicium & iuſtitiam vuas intelligit, per iniquitatem & clamorem labruſcas. Fuit autem hȩc iniuſtitia & hic clamor quando à Pilato petierunt, vt Chriſtum crucifigeret. Cùm Pilatus proponeret Iudæis, quem vellent è duobus dimitti, Chriſtum an Barrabbam, erat autem Barrabbas latro quidã qui ob ſeditionẽ & homicidium erat in carcerem coniectus, elegerunt Barabbam, clamoribus autem magnis Chriſtũ crucifigi poſtulabant. O electionem Satanicã. O cȩcum furorem, ô impietatem incredibilem, & impudentiam prædicandam. Iuſtitia exigebat vt dimitteretur Ieſus, Barabbas autem damnaretur: ſed pro iuſtitia clamor. Circumſonabãt Iudæorum voces, omnia clamoribus implebãt petentes vt Chriſtus occideretur. Tribuerũt vitam homini, qui homines vita priuabat: illum autem, qui mortuos ad vitam reducebat, morti deſtinarunt. Abſoluerũt impium, & damnarũt innocentem. Eum ſeruauerunt, qui viuos occidebat, eum occiderunt, qui mortuos ſuſcitabat. Petierunt viuere ipſam mortem, ipſam autem vitã ad mortem vocauerunt. Quòd intuens propheta ait: Et expectauit vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: iuſtitiam, ecce clamor. Poterit hoc intelligi de iniuſtitia Iudæorum in communi. Et aduerte per clamorem iniuſtitiam ſignificari. opponitur enim hoc in loco clamor iuſtitiæ, quemadmodum iniquitas iudicio. Nam pauperes oppreſſi & iniuſtè afflicti clamabant, & omnia querimoniis implebant: & non erat iudex, qui eos liberaret. Tu qui iudex es cõſtitutus, ne pauperes opprimas, nõ eſt enim Deus, vt ait propheta, oblitus clamorem pauperum. Nõ ſolùm dum viuunt clamant, ſed etiam poſt mortem clamat innocentiũ ſanguis. Id ſignificauit Deus Caino dicens: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Fortaſſe ideò clamorem opponit iuſtitiæ, quoniam in loco vbi cauſæ diſcernebantur, qui deberet eſſe pacis & modeſtiæ pleniſſimus, ibi nulla erat moderatio, nulla ſecuritas, ſed omnia clamoribus, altercationibus conuitiis, & turbulentiſſimis concitationibus redundabant quæ iuſtitiam peruertebant. *Matt. 27.* *Marc. 15.* *Luc. 23.* *Ioan. 18.* *Pſal. 9.* *Gen. 4*

Væ qui coniungitis domũ ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci. Nũquid habitabitis vos ſoli in medio terræ In auribus meis ſunt hæc, dicit Dominus exercituũ, Niſi domus multæ deſertæ fuerint grandes & pulchræ & abſque habitatore. Decem enim iugera vinearũ faciẽt laguncvlam vnam, & triginta modij ſemẽtis facient modios tres. Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cithara, & lyra, & tympanũ, & tibia, & vinum in cõuiuiis veſtris, & opus Domini nõ reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius C D

ni ſeruiamus & obtéperemus. Sed quæ eſt hæc dementia, vt ſirenarum cantibus delectemur? *Pſalm. 136.* In ſalicibus in medio Babylonis ſuſpendamus organa noſtra. Et quoniam iuxta flumina Babylonis ſedemus, oculos ad cœleſtẽ Hieroſolymam leuemus, eámq; contemplantes vim lachrymarum profundamus. Quomodo cantabimus in terra aliena exules à cœleſti patria? Præſertim cùm omnes mũdi opes & voluptates ſint flumi-
3 na ad mare mortis perenni fluxu tendẽtia, & illud ſolùm remaneat, quod ſimus rectè factis & virtute conſecuti.

Et opus Dei non reſpicitis. Hoc eſt dediti crapulis & mundi voluptatibus opera Dei non animaduertitis. Opera Dei ſunt creaturæ. Ex quo colliges rerum creatarũ cõſiderationem vtilem eſſe & ſalutarem, cùm nos ducat ad ipſius crea- *ſimile.* toris contemplationem. Nam vt riuuli nos ducunt ad fontem, ſic creaturæ ad creatorem. Et quamuis riuuli ſint impuri, nos tamen ad purum fontẽ inueniendũ dirigunt. Eſt enim Deus *Pſal. 53.* fons ille ſempiternus, de quo ait ꝓpheta: Apud te eſt fons vitæ, hoc eſt, tu es fons, à quo omnis vita effluit & dimanat. Quicquid eſt creatum *Pſal. 18.* explicat ſuo modo gloriam Dei. Cœli, vt ait Dauid, enarrant gloriam Dei, & opera manuũ eius annuntiat firmamẽtum. Quid dico cœlum? imò etiam aues, lilia, fœnum. Ad omnium enim harum rerum conſiderationem nos inuitat Chri- *Matt. 6.* ſtus apud Matthæum. *Rom. 1.* Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, *ſimile.* Inuiſibilia enim Dei, inquit, à *Sapien. 1.* creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Eam ob cauſam appellarunt nõnulli ſeculum ſpeculum rerum inuiſibilium. Et ita intelligitur id, quod eſt in libro Sapientiæ: Et hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. hoc eſt mundus omnia continens te Domine ſcit prædicare, & laudibus efferre. Ideò dicunt nonnulli dixiſſe Anaxagoram ſe eſſe vt videret ſolem, quia pulcherrimi illius aſtri, cuiúſque admirabilis luminis, & immutabilis conſtantiæ contemplatio eum ad contemplandum ſummum illum rerum omnium opificem & moderatorem Deum optimum maximum vehebat. Vel per opera Dei non ſolùm creationis, ſed etiam redemptionis opera intelliguntur. Poteris per opus Dei legem diuinam intelligere digito Dei ſcriptã. Et ſic erit ſenſus: Studetis auaritiæ, traditis vos ipſos voluptatibus & deliciis, legem autem Dei hæc omnia prohibentem nequaquam conſideratis. Et quamuis omnes hæ explanationes huic loco conueniant, exiſtimo tamen hoc proprius intelligi de illis Dei operibus, quæ cotidie geruntur à diuina prouidentia in adminiſtratione rerũ humanarum, vt ſit ſenſus: Vos infœlices appello ô impij peccatores, qui ſceleribus veſtris intenti, nõ intuemini quẽadmodum Deus improbos puniat, iuſtos autem præmiis afficiat. Etſi enim aliquando impij opibus floreant, rebus ſecundis vtantur, & hominũ ſermone celebrentur: tamen in hac proſperitate premuntur dolore, agitantur ſcelerum furiis, & ſæpe in medio curſu ruunt, & antè fluctibus obruuntur, quàm portũ conſpiciãt. Et quod eſt calamitoſius, in æternos cruciatus præcipitantur. Contrà verò viri iuſti pietate atq; charitate excellentes quamuis aliquando in calamitatibus verſentur: omnia tamen vertunt in bonũ, & per varios caſus tẽdunt in patriam cœleſtem, quam tandem itinere finito conſequuntur. Horum diuinæ prouidentiæ operum conſideratione alitur piorum animus: impij autem hæc non curant nec contemplantur. Id intelligebat regius vates ita canens: Delectaſti me Domine in factu- *Pſal. 91.* ra tua, & in operibus manuum tuarum exultabo, quam magnificata ſunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. Et alio in Pſalmo, Redde, inquit, *Pſal. 27.* retributionem eorum ipſis, quoniam non intellexerunt opera Dei.

Propterea ductus eſt captiuus populus meus, quia nõ habuit ſcientiã.) Hæc Iudæis ſub Tito & Veſpaſiano acciderunt. Nõ habuerũt ſcientiã legis, ideò Chriſtum non receperunt: vnde factum fuit vt captiui ducerentur. Ad ſcientiã legis eos inuitat Chriſtus dicens apud Ioãnem: Scrutamini ſcri- *Ioan. 5.* pturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, & illæ ſunt quę teſtimonium perhibent de me. At illi nõ intellexerunt. nã, vt ait ſcriptu- *Sap. 2.* ra in libro Sapiẽtiæ; Obcæcauit illos malitia eorum, & neſcierũt ſacramẽta Dei. Ideò dicebat il- *Ioan. 8.* lis Dominus apud Ioannem: Nec me ſcitis, nec qui me miſit. Et id fatebantur ipſi ita apud eundem Euangeliſtã dicentes: Hunc autẽ neſcimus *Ioan. 9.* vnde ſit. Poteſt hoc ita explanari: Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non cõſiderauit opera creationis, nec redemptionis, nec diuinæ prouidentiæ, vt pendeant hæc verba à præcedentibus. Et eſt magnoperè aduertendum nõ dicere fuiſſe Iudæos captiuos ꝓpter homicidia, nec propter adulteria, ſed propter inſcientiã, ob quam etiã hodie captiui detinẽtur. Ignorantes enim iuſtitiã Dei, vt ait Apoſtolus, & ſuã quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubie- *Rom. 10.* cti. Nec ſolùm Iudæi, ſed omnes etiam, qui Chriſtum derelinquunt, & vitiis contaminãtur, ignorantes ſunt, & captiui vinculis ſcelerum ligati. De omnibus flagitioſis poteſt dici: propterea ductos eſſe captiuos quia nõ habent ſcientiam. Eſſe omnes impios ignorantes indicat Salomon *Prou. 29.* in Prouerbiis ita dicens: Impius ignorat ſcientiam. *Sap. 5.* Et in libro Sapientiæ ſcriptum eſt: Pugnabit cũ illo orbis terrarum cõtra inſenſatos: hoc *Rom. 1.* eſt contra peccatores. Vbi vides eos inſenſatos appellari. Diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, Obſcuratũ eſt, inquit, inſipiẽs cor eorũ: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et *1. Cor. 3.* in prima ad Corinthios, Sapientia, inquit, huius mũdi ſtultitia eſt apud Deũ. *Epheſ. 4.* Et ad Epheſios: Nõ ambuletis ſicut gẽtes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectũ, alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis. Eſſe verò omnes impios captiuos apertè *Prouer. 5.* aſſerit Salomõ in Prouerbiis dicens: Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorũ ſuorum conſtringitur. *Prou. 7.* Et alio in loco in iiſdem Prouerbiis: Ignorãs, & neſcit quòd ad vincula ſtultus trahatur. *Pſal. 67.* Vnde dicitur in Pſalmo: Qui educit vinctos in fortitudine. Vbi peccatores vincti appellantur, quos Deus ſua fortitudine ex vinculis educit. *Pſal. 68.* Et alibi: Et vinctos ſuos non deſpexit.

Peccata noſtra funes ſunt,quibus ligamur.Eam
ob cauſam fortaſſe fecit Deus flagellum ex funi-
bus ad flagellandum peccatores. Refert enim
Ioan. 2. diuus Ioãnes feciſſe Dominum quaſi flagellum
de funibus, & omnes vendentes eieciſſe de
templo.Noſtris enim peccatis flagellamur.Col-
ligimus ex iis verbis Eſaiæ improbos eſſe & in-
Iudic.16. ſanos & captiuos.Id quod in hiſtoria Saſonis ſi-
gnificauit ſcriptura.Cùm enim ille ſe Dalilæ tra
didiſſet, & arcanum reſeraſſet, fuit cæcus & ca-
ptiuus. Venerunt Philiſthiim hoſtes ipſius, &
eruerunt eius oculos,cúmq; adduxerunt vinctũ
catenis,& in carcerem cõiecerunt. Quid nomi-
ne Dalilæ niſi turpis voluptas intelligitur? Quid
nomine Philiſthiim niſi animæ impetus ſignifi-
catur?Cùm ſe quilibet homo falſæ voluptati tra
dit,& ſcelerib.coinquinat,ſtatim diabolus,mu-
dus, & caro animi eius oculos auferunt,& pec-
catorũ vinculis aſtringũt.Si peccator ab his vin
culis voluerit abſolui,cõfiteatur debitè de pecca
tis ſuis; & audiet ſacerdotẽ dicentem: Authori-
tate,qua fungor,ego abſoluo te ab omnib. pec-
catis tuis.Confugiant ergo peccatores ad ſacra-
mentum pœnitẽtiæ à Chriſto inſtitutum, vt ibi
à peccatis abſoluãtur. Ipſe enim apud Ioannem
Ioan.20. capite vigeſimo ſacerdotes alloquens:Quorum,
inquit, remiſeritis peccata, remittuntur eis: &
quorum retinueritis,retenta ſunt.

Et nobiles eius interierunt fame,& multitudo eius ſiti exaruit.) Hoc in obſidione & euerſione Hie-
roſolymæ per Romanos impletum eſt.Obſerua.
Dixerat paulò antè Iudæos deditos eſſe ventri,
nunc prædicit eos fame & ſiti puniendos eſſe.
Et meritò quidem,quoniam per gulam & ebrie
Exod. 1. tatem peccauerant. Aegyptij pueros Hæbræo-
Exod. 14. rum in fluuio ſuffocabant, & ipſi poſtea in mari
Rubro interierunt ſuffocati, iuſtas atq; debitas
pœnas ſuæ immanitatis perſoluentes. Sunt qui
hanc famẽ & ſitim ſpiritualiter intelligant.Qua
Supr.3. de re poteris ea videre, quæ ſupra annotauimus
capite 3.

*Propterea dilatauit infernus animã ſuã.*Infernus
nec animã habet,nec os:ſed loquitur hoc modo
Propheta,vt hæc tenacius inhæreãt in memoria
auditorũ:& vt ſic exprimat eſſe infernũ capaciſſi
mũ,& magnã eſſe damnatorum multitudinem.

Et incuruabitur homo,& humiliabitur vir.) Id eſt,
omnes impij tam plebeij quàm nobiles in infer-
num præcipitabuntur.

Et exaltabitur Dominus exercituũ.) Cùm Iudæi
ſuæ infidelitatis & pertinaciæ pœnas luerint,
laudabitur Deus,quòd iuſtè iudicauerit, & im-
pios perdiderit. Tunc vulgus ad pietatem & re-
ligionem excitatur, Deúmque laudibus effert,
cùm ipſe aliqua inſigni pœna improbos vlciſci-
Pſalm.7. tur.Eam ob cauſam dicebat Dauid:Exurge Do-
mine Deus meus in pręcepto,quod mandaſti,&
ſynagoga populorum circundabit te.Ac ſi dice-
ret:Tu Domine pręcepiſti rempublicam guber-
nantibus, vt homines nefarios punirent: tu er-
go fac,quod aliis faciendum præcepiſti. Caſtiga
& vlciſcere impios, & congregatio populorum
ad te conuertetur, te hominum cœtus intuebi-
tur,& iuſtum prædicabit.Ex quo efficitur,vt vir
iuſtus improborum vltione lætetur,vt peccator
reddatur cautior, & Dei iuſtitia appareat illu-
ſtrior.Hoc eſt quod dicitur in Pſalmo: Lætabi- *Pſal.57.*
tur iuſtus cùm viderit vindictã,manus ſuas laua *Supr.2.*
bit in ſanguine peccatoris. Exaltari Dominum
impiorum vltione dictum eſt cap.2.

Et paſcentur agni iuxta ordinem, & de-
ſerta in vbertatem verſa aduenę comedẽt.
Væ,qui trahitis iniquitatẽ in funiculis va-
nitatis, & quaſi vinculũ plauſtri peccatũ.
Qui dicitis: Feſtinet, & cito veniat opus *E*
eius,vt videamus: & appropiet, & veniat cõ
ſiliũ ſancti Iſrael: & ſciemus illud. Væ,qui
dicitis malum bonũ, & bonum malũ: po-
nentes tenebras lucẽ,& lucẽ tenebras:po-
nentes amarum in dulce, & dulce in ama-
rũ. Væ,qui ſapientes eſtis in oculis veſtris,
& coram vobis ipſis prudẽtes. Væ, qui po- *Prouer. 3.*
tentes eſtis ad bibendum vinum, & viri *Rom. 12. &*
fortes ad miſcendam ebrietatem. Qui iu- *Prouer. 17.*
ſtificatis impium pro muneribus, & iuſti-
tiam iuſti aufertis ab eo.

Et paſcentur agni.)Captis & punitis infidelibus
Iudæis Chriſtiani paſcentur in pratis Eccleſiæ.
Chriſtiani appellãtur agni,quẽadmodũ cap. 40. *Infr.40.*
Et Chriſtus Deus noſter apud Ioannem: Paſce *Ioan.21.*
agnos meos.Et apud Lucã: Ecce ego mitto vos *Luc. 10.*
ſicut agnos inter lupos. Quibus autem pabulis *Pſal.22.*
agni paſcãtur, indicat Pſalmus 22. Idem aperit
hoc in loco Propheta dicens:Et deſerta in vber-
tatem verſa aduenæ comedent.Hoc eſt,gẽtes ad
fidem conuerſæ illorum bonorum potientur, à
quibus Iudæi exciderint. Sunt autem hæc quæ
Iudęi deſeruerũt,diuina eloquia,quę ab illis de-
ſerta & verſa in vbertatem veræ intelligentiæ à
Chriſtianis in Eccleſia poſſidentur.

Væ qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis.)
Hoc eſt,Væ vobis, qui extẽditis & dilatatis ini-
quitatem,quærentes varios & illicitos peccandi
modos. Per funiculos vanitatis intelligit vias,
modos,& occaſiones delinquẽdi,quibus iniqui
tas augetur & dilatatur. Eos improbat & infœ-
lices vocat,qui in peccatis perſeuerant,& nouas
in dies inuentiones admittẽdi flagitia inquirũt.
Ideò vias peccandi funibus cõparat, quia vt fu-
nes nectuntur ex filis, & ita producuntur & di-
latantur,ſic peccatores peccatis peccata adden-
tes iniquitatẽ propagãt, & longiſſimã efficiunt.
Lapis in gurgitem proiectus multos facit vnda- *Simile.*
rũ circulos,qui quò plures ſunt,eò maiores effi-
ciuntur, & latius dilatantur. nam vnus exertus
alterum maiorem excitat, poſt quem alius ori-
tur multo maior, & ita propè in infinitum, do-
nec fluctus terram, vel aliquid aliud attingant,
quod eorũ multiplicationi obſiſtat. Eodẽ modo
ſe habent peccata, nam,ex vno alterum grauius
oritur, ex quo aliud multo grauius producitur.
Et ita creſcerent in immẽſum peccata, niſi diui-
na miſericordia impedirentur. Et vt funes facilè
ex filis nectuntur & texuntur,ſed fortiter aſtrin-
gunt,ſic peccata facilè admittuntur, ſed fortiter
ligant. Ideò quando ſcelera perpetramus, funes
teximus,quibus aſtringimur. Quod aliis verbis
ſed in idem recidentibus dicit Propheta ſtatim
ſubiungens: Et quaſi vinculum plauſtri pecca-
tum.

tum. Comparat peccatum vinculo validiſſimo, quo currus ligatur & trahitur. Indicant hęc verba peccatum ligare & aſtringere, quod paulò antè dicebamus verba illa interpretantes, Propterea ductus eſt captiuus populus meus, &c.

Feſtinet, & cito veniat opus eius.) Verba ſunt Iudæorũ infidelium Prophetas irridẽtium. Præuidebat Eſaias eſſe ab eis ſanctorum varũ oracula contẽnenda, & hæc refert, quæ eos dicturos eſſe ſciebat. Quouſque ô Prophetæ minamini iram Dei? Dicitis eſſe nos captiuandos, & Hieroſolymam euertendam: videamus hoc: veniat iam hæc vltio: appropinquet hic effectus conſilij Dei, qui eſt ſanctificator Iſraelis. Hæc dicebant ironicè & irriſoriè.

Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum.) Hæc, & quæ ſequuntur, in idem recidunt. Aduerte. Non ſolùm eos arguit, qui bonum vituperant, ſed eos etiam, qui malum laudant. Inuehitur Propheta in eos, qui nihil iudicãt recta ratione, ſed omnia corrupti iudicij opinione metiuntur. Ex quo efficitur, vt mentis cæcitate impediri nomina rerum mutẽt, virtuti vitij nomen imponentes, vitium verò virtutem appellãtes. Rationi parere imbecilli animi eſſe dicunt, tetrũ facinus admittere glorioſum. Poteſt per bonum non virtus, ſed vir bonus intelligi: per malum verò non vitium, ſed vir improbus & ſceleratus. Huic expoſitioni fauet verſio Aquilæ ita habẽs: Væ, qui dicunt malo, bonus es: & bono, malus es. Vnde Salomõ in prouerbiis, Qui iuſtificat, inquit, impiũ, & qui condẽnat iuſtum, abominabilis eſt vterq; apud Deum. *Prou. 7.* Signum eſt viri iuſti viros optimos laudibus extollere, & beneuolẽtia proſequi; homines verò impios non ſolùm non laudare, ſed etiã odio habere, non quatenus homines ſunt, ſed quatenus iniqui: vt non Dei opus deteſtetur, ſed hominis malitiã. Et hoc odiũ non contrariatur amori proximi, imò eum charitate maximè cohæret. Rex Dauid in eo Pſalmo, in quo pollicetur ſe eſſe officio boni principis functurum, ita inquit: Faciẽtes præuaricationes odiui. *Pſalm. 100.* Et in alio Pſalmo, Nónne, inquit, qui oderunt te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? *Pſal. 138.* Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi. Et in alio, vbi viri iuſti qualitates deſcribit ita ait: *Pſalm. 14.* Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autẽ Dominum glorificat. At deprauati homines corrupto iudicio, & cæco impetu agitati omnia peruertunt: viros doctrina excultos, & virtute præditos vituperant, & maledictis lacerant, amentes autem & ſcelerum maculis notatiſſimos laudibus exornãt. Et quamuis Eſaias hæc dicat in communi, inuehitur tamen precipuè in Phariſæos, qui Barrabam ſeditioſum, homicidam & latronem elegerunt, Chriſtum verò ſanctiſſimum ad mortem vocarunt.

Ponentes tenebras lucem.) Nomine tenebrarum peccata intelligũtur. Vnde Chriſtus apud Ioannem, *Ioan. 8.* Qui, inquit, ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos: *Rom. 13.* Abiiciamus ergo opera tenebrarum. Nec mirum eſt peccata tenebras appellari, cùm contrarientur verbo Dei: quod, vt dicitur in Pſalmo, *Pſal. 118.* lucerna eſt pedibus noſtris. Et quia ita animum obſcurant, vt vix agnoſci poſſit impius, ſítne homo an brutum. Et quia in tenebras externas adducunt. Vel per tenebras peccatores ſignificãtur. Vnde Apoſtolus, *Epheſ. 4.* Eratis, inquit, aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino. *Ioan. 1.* Et diuus Ioannes, Et lux, inquit, in tenebris lucet: hoc eſt Chriſtus inter peccatores. *Matt. 5.* De iuſtis ait Chriſtus: Vos eſtis lux mundi. *ſimile* Nam quemadmodum præſente ſole lux eſt, eo verò abſente ſequuntur tenebræ, ſic verè pij ſole iuſtitię illuminati appellantur lux: contrà verò impij diuinæ gratiæ claritate deſtituti vocantur tenebræ. Eſt igitur vir pius & iuſtus lux. Sed qualis ea ſit indicat Chriſtus de Ioanne Baptiſta dicens: *Ioan. 5.* Ille erat lucerna ardẽs & lucẽs. Ardebat charitate, & lucebat vita & exemplo. Prius eſt ardere quàm lucere. Luna lucet, ſed nõ ardet, quia luce aliena rutilat, ideò mutabilis & inſtabilis eſt. Vnde in Eccleſiaſtico ita ſcriptum inuenies: *Eccleſ. 27.* Stultus vt luna mutatur. De ſapiente verò dicitur in eodem capite: Homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut ſol. Eſt enim ſol princeps & moderator reliquorum aſtrorum, tanta magnitudine vt omnia ſuo ſplẽdore luſtret & compleat: cuius luci ob eam cauſam vir iuſtus comparatur, quia ardet & lucet.

Ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.) Ea eſt humani iudicij corruptela, ea cæcitas & ignorantia, vt mala pro bonis, obſcura pro illuſtribus, amara pro dulcibus ſæpenumerò amplectamur. Prouenit hæc guſtus deprauatio ex eſu illius pomi funeſti primis parentibus prohibiti. Et vt multi morbo aliquo & ſenſus ſtupore *ſimile* ſuauitatẽ cibi non ſentiunt, ſic improbi homines verę virtutis guſtum non habẽt: quin potius mortiferas voluptates concupiſcunt. Peccatum dulciſſimum eſſe exiſtimãt, virtutem verò amariſſimã. Illi, qui vocati ſunt ad magnam cœnam à Deo paratam, quam diuus Lucas ſcribit capite *Luc. 14.* quartodecimo, epulas illas diuinas ac ſuauiſſimas ob eam cauſam contempſerunt, quia deprauatum guſtum habẽtes pro dulcibus amara deſiderarunt. Nónne ex illis vnus dicebat: Emi quinq; iuga bouum, ideò non poſſum ire? Vide cæcitatem & guſtus deprauationem. Duriſſima mundi iuga epulis Chriſti ſuauiſsimis anteponebat. In pſalmo decimooctauo, vbi editio vulgata habet: *Pſal. 118.* Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: vertit quidam: Bonum guſtum & ſcientiam doce me. Ita enim poteſt verti ex hebræo. Vbi vides ſanctiſsimum vatem à Domino bonum guſtum poſtulare. ac ſi diceret: Ita Domine mentem meam illumina, vt perſpiciam quid appetendum ſit, quid vitandum talem mihi animi guſtum præbe, vt verorum bonorum ſuauitatem ſentiam, mala verò amara & acerba eſſe iudicem.

Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris.) Sic diuus *Rom. 12.* Paulus in epiſtola ad Romanos, Nolite, inquit, prudentes eſſe apud voſmetipſos. Eis damnationem æternam annũtiat & minatur propheta, qui prudentiam & ſapientiam ſibi arrogant, & mundi ſapientia inſtructos ſe eſſe exiſtimantes, ſunt vera ſapientia priuati. De his ait Apoſtolus: *Rom. 1.* dicentes ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. Hi ſcientiam diuinam contemnentes humana glorian-

Pſal. 93. tur:eum ſcriptum ſit:Beatus homo quem tu eru-
Supr. 1. dieris Domine,& de lege tua docueris eum.

Iaco.2. *Qui iuſtificatis impium pro muneribus.*)De iis lo-
Iob 15. cutus eſt capite primo.Eos appellat diuus Iacobus Apoſtolus iudices cogitationum iniquarum.Iob ita inquit:Ignis deuorabit tabernacula eorum,qui munera libenter accipiunt. Et inter
Pſal. 9. qualitates iuſti hæc Dauid in pſalmo nono lite-
Pſal.44. ris mandauit:Munera ſuper innocẽtem non accepit: de vero autẽ iudice ait : Virga directionis virga regni tui.Debet igitur iudex iuſtus eſſe,& omnia æquitatis norma mẽſurare.Ob eam cauſam, & ſapiẽter quidem, veteres Philoſophi iuſtitiam Ioui aſsidentem eſſe dixerunt,ſignificantes ſine iuſtitia nec ipſum Iouem poſſe imperare. Ea verò iuxta Heſiodum eſt virgo quædam incorrupta,caſtitatis,vtilitatis,& pudoris amantiſsima.Iniquus iudex eſt arundo piſcatoris,quæ capto piſciculo manet recta : ſi autem trahitur piſcis magnus,flectitur & contorquetur. *ſimile*

Propter hoc ſicut deuorat ſtipulã lingua
F ignis,& calor flãmæ exurit,ſic radix eorũ quaſi fauilla erit:& germen eorũ vt puluis aſcendet. Abiecerunt enim legẽ Domini exercituum,& eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerunt. Ideò iratus eſt furor Domini in populũ ſuum,& extendit manũ ſuam ſuper eum,& percuſsit eum. Et conturbati ſunt montes , & facta ſunt morticinia eorum quaſi ſtercus in medio platearum. In
Infr.9.&10.&11.c. his omnibus non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extenta. Et eleuauit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ:& ecce feſtinus velociter veniet.Nõ eſt deficiẽs nec laborãs in
G eo,Nõ dormitabit neque dormiet,nec ſoluetur cingulum renũ eius , nec rumpetur corrigia calciamẽti eius. Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorũ eius vt ſilex : & rotæ eius quaſi impetus tẽpeſtatis. Rugitus eius vt leonis rugiet: vt catuli leonum. Et frẽdet,& tenebit prædam ,& amplexabitur , & non erit qui eruat. Et ſonabit ſuper eũ in die illa ſicut ſonitus maris. Aſpiciemus in terrã, & ecce tenebræ tribulationis , & lux obtenebrata eſt in caligine eius.

Propter hoc ſicut deuorat.) Significat Iudæorũ abiectionem & excidium. Stipula eſt calamus frumenti, qui veluti ſtupa facilè exuritur. Flammam ignis linguæ comparat,quia inſtar linguæ rubet & in acutiem tendit.Et quoniam Propheta populum Iſraeliticum vineæ cõparauerat,videtur modò ad eãdem alludere in verbis, radix, & germen. Ideò per radicem parentes , per germen verò filios intelligimus. Eſt igitur ſenſus; Ob ſcelera modò numerata vt ignis ſtipulam facilè comburit & deuorat , ſic Iudæi tam patres quàm filij funditus euertentur. Vel comparat cum radice , qua nihil eſt in arbore firmius , viros robuſtos:cum flore verò,quo nihil eſt in arbore pulchrius & oculis gratius , viros illuſtri laude celebratos. Vel per radicem eos intelligit, qui maiorum opinione nituntur, per germẽ verò ſiue florem eos , qui per ſe nulla commendatione maiorum ad honoris gradus aſcendunt: qui ſunt poſteritati ſuæ nobilitatis initium , & virtutis exemplum. Obſerua. Radicem dicit vt ſtipulam comburendã eſſe, & florem inſtar pulueris diſsipandum.Id quod ſolidius eſſe videtur comparat cum ſtipula,qua nihil eſt vanius,nihil facilius conſumitur:& id quod pulchrius apparet, eum puluere , quo nihil eſt ſordidius , nihil facilius euaneſcit , & à vento diſsipatur. Aſpice & attento animo intuere humani iudicij deprauationem , & rerum humanarum imbecillitatem. Huius mundi fortitudo & potentia, quam nos firmiſsimam putamus , ſtipula eſt vana, leuis,vacua,& breui conſumpta,& in fauillã conuerſa:& eius flos & pulchritudo puluis eſt ater, ſordidus,moleſtus,à vento diſperſus & exagitatus. Vnde Malachias ita ait:Erunt omnes ſuper- Mala.4.
bi,& omnes facientes impietatem ſtipula,& inflammabit eos dies veniens. Et Iob , Erunt, in- Iob.21.
quit ſicut paleæ ante faciem venti,& ſicut fauil- Pſal.1.
la , quam turbo diſpergit. Et Pſalmus : Non ſic impij non ſic: ſed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Poteris præterea in hoc Eſaiæ loco per radicem intelligere malam cogitationem,per germen verò malum opus.

Abiecerunt enim legem Domini exercituum , & ſermonem ſancti, &c.) Rationem reddit quare Deus ſit iratus Iudæis. Non enim ſolùm auaritiam,ebrietatem,iniuſtitiam, cæteráque flagitia ſectati ſunt , ſed etiam in tantum furorem ſunt prolapſi , vt Chriſti Euangelium abiicerent & blaſphemarent, Lex Domini & ſermo ſancti Iſraelis , hoc eſt Chriſti Iſraelem ſanctificantis, idem eſt ac Euangelium , de quo dixit capite ſecundo : De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem. Hæc eſt lex quam Dominus per Supr.2.
Ieremiam daturum ſe eſſe pollicebatur , & in Iere.31.
cordibus fidelium ſcripturum ,quam Apoſtolus Heb.8.&
Paulus in epiſtola ad Hebræos Euangelium eſſe 10.
teſtatur.

Extendit manum ſuam ſuper eum.) Hoc eſt eum flagellauit. Hebraiſmus eſt. Sic Iob,Manus , in- Iob 19.
quit, Domini tetigit me. Et Dauid,Grauata eſt, Pſal.31.
inquit,ſuper me manus tua. Et Sophonias : Ex- Sopho.2.
tendet manum ſuam ſuper aquilonem , & perdet Aſſur.Ergo nomine manus poteſtas punitoria ſignificatur. Qua de re capite primo nõnulla diximus,quæ ibi videre poteris.

Et conturbati ſunt montes.)Tantum erit ſupplicium,vt etiam viri potentes,qui montes appellantur,tremant. Id more prophetico narrat tanquàm impletum, quod ſub Tito Veſpaſiano futurum eſſe præuidebat:quando tanta fuit Iudęorum clades , vt eorum corpora in medio platearum inſtar ſtercoris iacerent proſtrata , plagis & vulneribus confecta.Poteris etiam montes ſimpliciter intelligere.Et eſt ea orationis exornatio, quam rhetores Græci ὑπερβολὴν Latini ſuperlationem vocant.Et vtitur Dauid ad vim iræ diuinæ exprimendam dicens in Pſalmo : Commota Pſal.17.
eſt & contremuit terra fundamenta montium conturbata ſunt & commota ſunt,quoniam iratus

tus eſt eis. Eodem modo apud Eſaiã capite ter-
Infr. 13. nodecimo ait Deus: Cœlum turbabo, & moue-
bitur terra de loco ſuo propter indignationem
Domini exercituum. Hac ſuperlatione voluit
diuinus vates iram Dei exaggerare.

In omnibus his non eſt auerſus furor eius.) Senſus
eſt: Quoniam Iudæi nolunt conuerti, non placa-
bitur illis Deus. Et quoniam peccata peccatis
accumulant, adiunget Deus illis pœnas, & ad-
huc manus eius extẽta eſt ad puniendos eos. Et
Dan. 9. iuxta Danielis ſententiam vſque in finem per-
Oſee 9. ſeuerabit deſolatio. Et dominus per Oſeã, Non
1. Theſ. 2. addam, inquit, vt diligam eos. Et Apoſtolus in
prima ad Theſſalonicenſes, Peruenit, inquit, ira
Dei in illis vſque in finem.

Et eleuabit ſignum in nationibus.) Deſcribit exer
citum Romanorum, quẽ prædicit aduerſus Iu-
dæos venturum eſſe. Eſt igitur ſenſus: Erecto ve-
xillo vocabit Deus Romanos, vt populo Iudai-
co bellum inferant: qui velociter venient, & Iu-
dæam deuaſtabunt. Iudæi hunc locum referunt
ad exercitum Babylonicum. Sed quòniam Pro-
pheta inquit leuandum eſſe ſignum in nationi-
bus procul, & vocandas eſſe gentes ad bellum
de finibus terræ, non exiſtimo intelligi de Ba-
byloniis, quoniam parum diſtabãt à Iudæa, ſed
de gentibus longius remotis, & in finibus terræ
habitantibus, quales ſunt Itali, Hiſpani, Galli, &
alij populi, ex quibus conflatus fuit exercitus
Romanorum, à quo euerſa fuit Hieroſolyma.
Nam hi eo tempore erant Imperio Romano
ſubiecti. Sibilare hoc in loco vox eſt ad bellum
prouocantis.

Non eſt deficiens nec laborans in eo.) Id eſt, Nemo
in exercitu Romanorum erit laſſus, nemo defi-
ciet: ſed omnes læti & alacres venient inſtructi
& expediti.

Neque ſoluetur cingulum.) Hoc eſt, omnes erunt
accincti, & tam diligentes, vt ne vnus quidem
balteum ſoluat.

Neque rumpetur corrigia calceamenti.) Hoc eſt,
non exuent calceos. Vtitur hac dicendi exorna-
tione, quòd ſæpe calceos rumpamus, cùm eos
exuimus. Significat ſummam exercitus diligen-
tiam & expeditionem.

Rota eius quaſi impetus tempeſtatis.) Vtebantur
antiqui curribus ad præliandum. Ideò ait fore
eorũ rotas fortiſſimas, & concitatiſſimo curſu,
magnum horribilémque ſonum eſſe effecturas.

Rugitus eius vt leonis.) Vt leo ſolet rugire viſa
præda, ſic Romanus exercitus viſis Iudæis. Si-
gnificat Romanorum ſæuitiam, eorúmque præ-
liandi cupiditatem.

Aſpiciemus in terram.) Senſus eſt: Cùm venerit
Romanus exercitus, & nulla humanitate impul
ſus, ſed immaniſſimo furore exagitatus vrbem
deleuerit, prędam tenuerit, & non fuerit qui eri-
piat, tunc aſpiciemus in terrã, vt videamus, ſítne
aliquis, ad quem poſsimus confugere, & nemo
erit. Quin potius videbimus patriam noſtrã in-
credibili crudelitate lacerari, multíſque ſuppli-
ciis impoſitis tandem extingui. Omnia nobis
obſcura, tenebriſq; circunfuſa ob incredibiles
ærumnarum anguſtias videbuntur. Omnis lux
nobis obtenebrabitur, & in caliginem vertetur:
gaudium noſtrum mutabitur in luctum, & in
lachrymis & gemitibus verſabimur. Oſtendit
Propheta ſuum erga nationem ſuam affectum,
ſéque cum illis coniungit, ac ſi ille in eandem
incideret calamitatẽ. Vel ita: Aſpiciemus in ter-
ram velut homines ſtupidi, ſummáque mœſtitia
correpti. Habentes oculos fixos terræ, cœlum
intueri non audebimus, cuius habitatorem of-
fendimus. Ideò nullam lucem nec conſolatio-
nem ſentiemus, ſed in afflictionũ caligine verſa-
bimur. Aduerte. Qui terram aſpiciunt, nulla lu-
ce illuſtrantur, ſed in afflictionum tenebris ia-
cent. Nos verò cœlum intueamur, à longè illud
aſpicientes & ſalutantes, & confitentes eſſe nos
hoſpites & peregrinos ſuper terram. Id quod
non ſolùm viri ſancti poſt Chriſti mortem, ſed Heb. 11.
etiam antiqui patres veteris teſtamenti fecerũt,
vt diuus Paulus in epiſtola ad Hębræos teſtatur.

Annotationes ex Hebræo in CAPVT V.

Canticum patruelis mei. Pro patruele meo eſt
Hebraico דודי dodhi. Dictio eſt דוד quæ ſignifi-
cat patruum: &, vt diuus Hieronymus ait, ſigni-
ficat etiam patruelem: quam ſignificationem ſe-
quitur noſtra communis verſio, quam editio-
nem vulgatam appellant: Et Aquila etiam, qui
vertit πατράδελφον quod nomẽ ꝓpriè ſignificat
patruum, & iuxta diui Hieronymi ſententiam,
patruelem. Significat דוד etiam dilectum, vt
Canticorum ſecundo: Dilectus meus mihi, & Cant. 2.
ego illi. In quam ſignificationem capitur hîc à
Septuaginta ita conuertentibus: Cantabo dile-
cto canticum dilecti mei. Iuxta hãc ſignificatio-
nem tranſtulit Pagninus: Cãtabo nunc propter
dilectum meum canticum dilecti mei. Significat
quoque amatorem: quam ſignificationem ſe-
quens poteris ita verba Hebræa Latinè reddere:
Cantabo dilecto meo cãticum, amatori inquam
meo: ſignificat præterea amorem & charitatem. Cant. 1.
Vnde id, quod eſt Canticorum primo: Quia
meliora ſunt vbera tua vino, poteſt verti ex He-
braico: Quia meliores ſunt amores tui quàm vi-
num. Quamuis enim hoc nomen vbera ſignifi-
cet, tamen poteſt illic charitatem ſignificare.
Colligitur ex his, Chriſtum eſſe dilectum à viris
iuſtis, & ipſorum amatorem, & ipſum amorem
& charitatem, iuxta id quod ait diuus Ioannes: 1. Ioan. 4.
Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in
Deo manet, & Deus in eo.

In cornu filio olei. Pro olea eſt in Hebraico שמן
xamen: quod nomen ſignificat oleum, vt Exodi Exod. 27.
27. Oleum de arboribus oliuarum. Et pinguedi- Gen. 27.
nem, vt Gen. 27. Et de pinguedine terræ. Septua
ginta verterunt: In loco pingui. Thargum: In
monte excelſo, & in terra pingui. Pagninus: In
colle, in loco pingui. Nõnulli exiſtimãt appellari
Iudæam filium olei ob oliuarum, quibus abun-
dat, multitudinem. R. Ioſeph ſcriptor apud He-
bræos magni nominis Hieroſolymam inquit ita
appellari ob regem & ſacerdotem, qui erant in
ea, qui oleo vngebantur. Huic expoſitioni fauere
re videtur id, quod eſt apud Zachariam capite
quarto: Iſti ſunt duo filij olei, qui aſsiſtunt domi
natori vniuerſæ terræ. Vbi per filios olei intelli-
gũtur rex & ſacerdos: Hoc eſt Zorobabel & Ie-
ſus filius Ioſedec. Ego exiſtimo ob eam cauſam

præcipuè Hieroſolymam appellari mōtem pin-
guem, quia ibi Chriſtus docuit, & inde exiuit
Euangelium, quo impinguatus eſt mundus, qui
anteą aridus & macilentus erat.

Plantauit vineam electam.) Pro vinea electa eſt
in Hebraico שרק ſorek, quę vox ſignificat vitem
optimā, cuius vuæ non habēt acinos. Thargum
vertit: Plantam vitis electæ. Septuaginta habent
vineam ſorec. Pagninus: Plantauit eam plantis
vitis optimæ. Quæ omnia eandem habent intel-
ligentiam.

Fecit labruſcas.) Pro labruſcis vertit Aquila fru
ctus peſſimos. Septuaginta ſpinas, quibus Iudæi
Dominum coronauerunt. O fructum acerbiſſi-
mum. Ad hoc ſpectaculum conſiderandum in-
uitantur in Canticis piorū animæ, vbi ſcriptum
eſt: Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salo-
Cant.3. monē in diademate, quo coronauit eum mater
ſua in die deſponſationis ſuæ. O regem, ô diade-
ma, ô matrem ſynagogā, imò hac in re immaniſ-
ſimam nouercam, quæ regem noſtrum tam dura
& aſpera corona coronaſti. Quid hîc ego in tam
impio facinore deplorē? aut quibus verbis con-
querar tam nefarium ſcelus? Verum etſi Iudæi
Chriſtum ſpinis coronarunt, illius tamen coro-
næ myſterium non cognouerunt. Significabat
enim corona illa fore, vt Chriſtus Eccleſiam de
gētibus antea impiis cōgregaret. Populus enim
in orbe circunſtans corona appellatur: Nos au-
tem qui ante cognitionē Chriſti eramus ſpinæ,
collecti ex ſentibus & dumis, circūdamus Chri-
ſti precioſiſſimum caput, regémque illum altiſ-
ſimum ſumma cœli templa diuina maieſtate
complentem coronamus.

Paſcentur agni iuxta ordinem ſuum.) Chaldæus
paraphraſtes pro agnis interpretatur ſanctos
pauperes. Quę interpretatio noſtram verſionem
mirabiliter explicat. Veri enim Chriſtiani, quos
propheta agnos appellauit, ſancti pauperes ſunt,
de quibus apud Matthæum Chriſtus ait: Beati
Matt.5. pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum
cœlorum. Septuaginta habēt: Paſcentur direpti
quaſi tauri. Hoc eſt, hi, quos Chriſtus eripuit à
dæmonis poteſtate, paſcentur vt tauri. Ex qui-
bus colliges veros Chriſtianos eſſe agnos & ſan
ctos pauperes, & tauros. Hi qui ſunt innocentia
agni, ſunt animi fortitudine tauri. Fortaſſe ideò
ſancti martyres tauri vocantur, quoniā in mun-
do tanquam in ludorum atrio & circo ab imma
niſſimis tyrannis exagitabantur, donec inaudi-
tis ſuppliciis & acerbiſſimis vulneribus confoſ-
ſi ſanguinem pro Chriſto funderent: cuius ſan-
ctiſſimi numinis ſua morte clariſſimum teſtimo
nium tribuebant. Nos verò excellentes illos vi-
ros, qui in fide, ſpe, & charitate conſeruanda va-
rios cruciatus corporis, mortē, & exilium æquo
& alacri animo tulerunt, nobis ſemper propona
mus, vt eos contemplantes mentes noſtras ipſa
cogitatione conformemus.

Aduenæ comedent.) In Hebraico eſt גרים יאכלו
garim iochelu. Deriuatur hoc nomen גרים à ver-
bo גור gur. quod ſignificat aduenam eſſe & pe-
regrinari. Ideo Pagninus vertit: Qui peregrinan
tur. Et rectè quidem. Sūt enim iuſti in hoc mun-
do peregrini, nullam hîc habentes permanētem
ciuitatem, ſed futuram inquirentes. Id intelli-
gentes ſancti patres Abrahā, Iſaac & Iacob con-
fitebantur, vt diuinę literæ aſſerunt, ſe eſſe pere-
grinos & hoſpites ſuper terram. Ad eos allude- Heb. 11.
bat regius vates dicens: Aduena ego ſum apud Pſal.38.
te, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Qui ve
rò ſunt habitatores terrę, & hoc mūdo tanquam
ciuitate non tanquam hoſpitio vtuntur, euerten
tur, & in æternas tenebras relegabuntur. Id mi-
natur illis diuus Ioannes apoſtolus ita in Apo-
calypſi dicens: Væ væ væ habitantibus in terra. Apoc.8.
Improbus Cain, qui cæco inuidiæ impetu inno- Gen.4.
centem fratrem occidit, condidit vrbem in ter-
ra, vt in ea habitaret, quemadmodū diuinæ lite-
ræ teſtantur. At iuſtus Abel tanquam peregri-
nus nullā condidit ciuitatem. Superna eſt enim
ſanctorum ciuitas, ad quam viri iuſti aſpirant &
tendunt, vbi Deo in æternum tranſacto itinere
fruuntur. Peregrinādi enim Deus in hac vita no-
bis diuerſoriū dedit non habitandi. Et quoniam
hoc verbum גור ſignificat etiam timere, & con-
gregare, ſeu colligere, poterat verti ex Hebræo:
Timentes ſeu congregantes. Iuſti enim Deū ve-
nerantur, & filiali amore timent, & ſeipſos con-
gregant & colligunt, non terram ſed cœlū quæ-
rentes. Et vt vniones etſi in mari oriantur, plus ſimile
tamen cognationis habent cum cœlo, cuius co-
lorem & pulchritudinem ſuo modo repræſen-
ſentant: ſic viri, qui excelſis animis in terra diui-
na colunt ſtudia, magis à cœlo pendent, quàm à
terra, in qua peregrinantur. At homines impro-
bi turbulentis cogitationibus exagitati & impe-
diti tantum abeſt, vt ſeipſos colligant & congre
gent, vt etiam ſe diſpergant, & in varia ac turbu-
lenta negotia diſtrahant. Sunt, vt ait Seneca, ve- ſimile
luti lacus quidam nunquam quieſcens, ad quem
multi concurrunt, eum exhaurientes & con-
turbante.

Argumentum capitis VI.

*Scribit Eſaias ſe vidiſſe Deum in ſolio excelſo & ſubli-
mi ſedentem, quo viſo ſeipſum abiecit & extenua-
uit. Nulla conſcientia mortifera vulnera in animo
habebat diuinus vates, nullas funeſtas labes: quin
potius vir erat ſanctitate eximia, & omni ſapientia
& nobilitate præſtanti. Verùm cùm cogitaſſet non
eſſe ſe omnino extra culpam, ſuum peccatum de-
plorauit: à quo fuit ſtatim perpurgatus. Mittitur à
Deo annuntiatum Iudæorum cæcitatem & contu-
maciam. Quam ob cauſam prædicit eos eſſe per-
dendos, & Hieroſolymam euertendā, eorum autem
reliquias recepturas eſſe Chriſti fidem, & ſalutem
conſecuturas. Voluit propheta hanc admirabilem
viſionem mandare monimentis, vt autoritatem
ſe mittentis oſtenderet, & ſuam concionem & va-
ticinationem confirmaret.*

CAPVT VI.

IN anno quo mortuus eſt rex A
Ozias, vidi Dominū ſedētē ſu 3.Reg.22.
per ſoliū excelsū & eleuatū: & 2. Paralip.
plena erat domus à maieſtate 18.d.
eius: & ea quæ ſub ipſo erāt, replebāt tem-
plū. Seraphim ſtabāt ſup illud: ſex alę vni,
& ſex

& ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius,& duabus velabant pedes eius: & duabus volabant. Et clamabant alter ad alte-
Apoc. 4. 6. rum,& dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius. Et cõmota ſunt ſuper liminaria cardinum à voce clamantis: &
B domus repleta eſt fumo. Et dixi: Væ mihi quia tacui: quia vir pollutus labiis ego ſum & in medio populi polluta labia habentis ego habito: & regem Dominum exercituũ vidi oculis meis.

EXPLANATIO.

In anno quo mortuus eſt rex Ozias.) Sublimis eſt hæc viſio,& admirabile ſpectaculum. Sed priuſquam ad eius explanationem accedamus, conducere arbitror narrare quis fuerit Ozias, & quot annos regnauerit. Hic rex Ozias, qui, vt capite primo monuimus, appellatur etiã Azarias, fuit aliquando iuſtus, & hoſtes ſuos ſuperauit,
4. Reg. 15. quemadmodum 4. Regum, & 2. Paralipomenon
2. Par. 26. ſacra aſſerit hiſtoria. Sed poſteà extulit inaniter ſeipſum, deúmque quem ſumma obſeruantia & religione colere deberet, contempſit, & ſacerdotalem ordinẽ non tam piè quàm audacter vſurpauit. Et cùm non paruiſſet ſacerdotibus, ne ſacerdotale munus ſumeret reclamantibus, fuit percuſſus lepra in fronte, vbi ſacerdotes auri laminam portabãt. Regnauit annos duos & quinquaginta, & fuit quandiu vixit lepra contaminatus. Eo mortuo obtinuit regnum Ioatham, quo rege vidit Eſaias ea, quæ hîc narrantur.

Vidi Dominum.) Hic, quem Eſaias vidit, Chriſtus eſt, vt ex diui Ioannis teſtimonio cognoſci-
Ioan. 12. mus. Cùm enim dixiſſet Euangeliſta: Propterea non potuerunt credere Iudæi, quia iterum dixit Eſaias: Obcæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum (quæ verba ſunt ex hoc capite deprõpta) ſtatim ſubiunxit: Hæc dixit Eſaias, quando vidit gloriam eius, nempe Chriſti, de quo ibi loquebatur.

Sedentem ſuper ſolium.) Significat latam eſſe & definitam contra Iudæos ſententiam: ſolẽt enim Iudices, quando ſententiam ferunt, in excelſo throno ſedere. Dicit autem ſolium Dei non ſolùm eſſe excelſum ſed eleuatum, vt illud incomprehenſibile nobis eſſe oſtendat. Neq; enim poſſumus diuinam maieſtatem verbis conſequi, nec cogitatione ipſa comprehendere. Hãc viſionem dicunt nonnulli fuiſſe imaginariam, alij intellectualem, alij aliter. Vtcunque ſit, ipſe Deum vidit, quo modo Deus ſe illi voluit oſtendere. Et quamuis cũ hoc loco videatur pugnare id, quod
Ioan. 1. ait diuus Ioannes: Deum nemo vidit vnquam:
1. Tim. 6. & id quod ait diuus Paulus in prima ad Timotheum: Lucem inhabitat inacceſſibilem, quem nullus hominũ vidit, ſed nec videre poteſt: nulla tamen eſt repugnantia. Nam hæ duæ authoritates aſſerunt diuinam eſſentiam à nemine in hac vita videri: oculus enim carnis diuinitatem videre non poteſt: non autem negant Deum viris ſanctis in hac vita aliquo modo ſe oſtendere, in in qua ſpecie ille vult apparere, quemadmodum Abrahæ, Iſaac, Moyſi, Eſaiæ, aliiſque multis apparuit, vt diuinæ literæ multis in locis teſtantur.

Et ea quæ ſub ipſo erant replebant templum.) Hoc eſt, fimbriæ veſtium quibus Deus indutus cernebatur. Significat minimum diuinæ maieſtatis maius eſſe tota hominum gloria.

Seraphim ſtabant.) Seraphim ſonant incendia ſeu incenſos. Spiritus ſunt charitate inflammati, qui ſtabant ſuper ſolium, qui & propter velocitatem, & propter ſublimem & excellentem contemplationem alas habere dicuntur. Loquitur more humano: nam perſpicuum eſt angelos eſſe ſpiritus, nec alas nec corpora habentes. Sed voluit Deus vt in hac ſpecie apparerent, ad myſteria, de quibus ſtatim dicemus, ſignificanda. Illud eſt aduertendum Deum viſum fuiſſe ſedentem, angelos verò ſtantes, non ſedentes, imò quia vnus ſedere voluit, quia dixit: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſedebo in monte Teſtamẽ- Infrà 14.
ti in lateribus aquilonis, ruit præceps in æternũ ſupplicium. Stemus coram Deo illi ſeruientes, ne ſuperbia elati in profundum præcipitemur.

Duabus velabant.) Significabant tam admirabilem eſſe Dei ſplendorem, vt ab oculis carnis cerni non poſſet.

Et duabus volabãt.) Oſtendebant ſe eſſe promptos & ad parendum diuinæ voluntati paratos. Animaduerte. Non vna ala volabãt, ſed duabus. Ruit cito auis, quæ ſola vna ala volare cõtendit. Anima quæ volare concupierit, duabus indiget alis, cognitione & charitate. Cognoſcere pertinet ad intellectum, amare verò ad voluntatem.

Et clamabant alter ad alterum.) Se inuicem ad Dei laudes inuitabant. Ita nos non ſolùm Deum laudibus efferamus, ſed alios etiam ad eaſdem laudes inuitemus.

Sanctus.) Deum ter ſanctum appellãtes, & vnũ Dominum exercituum, ſignificant Deum eſſe in perſonis trinum, in eſſentia vnum. Per hæc duo ſeraphim duo Teſtamenta poſſumus intelligere. Vbi enim eſt ſalutare incẽdium niſi in ſacra ſcriptura? Fieri non poteſt, cùm tota mens noſtra in diuinis literis verſatur, quin aliquem diuinum ignem ſentiamus, qui nos incendat, & ſtudio immortalitatis inflammet. Duo Teſtamẽta ideò Dei caput & pedes velare dicuntur, quia nec quid ante mundi cõſtitutionem fuerit, nec quid poſt finem eius futurum ſit, explicant. Per caput principium, per pedes finis intelligitur. Duabus alis volabant, & media tantùm oſtẽdebant, quoniam inter media ſolùm nobis ſcriptura reſerat, creationem mundi, diluuium, legem datam, filium Dei pro nobis carnem ſumpſiſſe, eius mortem acerbiſſimam, reditum ad vitam, aſcenſum ad cœlum, & multa alia: quanquam non omnia: nam duabus alis quibus volabant, aliquid reſerabant, aliquid verò tegebant. Sunt enim multa myſteria, quæ plenius ſilendo, quàm loquendo laudamus. Ideò ſeraphim & caput & pedes tegebãt, ſignificantes ſublimia eſſe diuina myſteria, noſtrũmque intellectum tranſcendentia. In
Pſalmo 64. vbi communis verſio habet: Te decet Pſal. 64.
hymnus Deus in Sion, habet verſio diui Hieronymi ex Hebræo: Tibi ſilentium laus Deus in Sion. Quaſi dicat: Tam excelſa & tranſcendentia ſunt myſteria tua ſumme Deus, vt melius ſilentio quàm pleno ore laudentur. Hac ratione

Infrà 53. ductus dicebat Eſaias: Generationem eius quis enarrabit? Cùm aliquid laudibus efferimus, ſignificamus nos illud mente cõprehendere. At cùm diuina myſteria excedant noſtrum intellectum, plus ea aliquando ſilentio quàm verbis extollimus, oſtendentes nos ea nequaquam poſſe verbis explicare. *2. Cor. 12.* Eam ob cauſam Apoſtolus in ſecunda ad Corinthios cùm dixiſſet ſe audiſſe arcana verba, ſubiunxit non licere ea homini loqui. *1. Corin. 2.* Et in prima ad eoſdẽ, Quod oculus, inquit, non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. *Rom. 11.* Et ad Romanos ſcribens ait: O altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientię Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Et hoc exiſtimo ſignificatũ fuiſſe velo illo, quo arca Teſtamenti tegebatur. *Exod. 40.* Timantes egregius pictor, niſi nos fallunt veteres hiſtoriæ, cùm luctuoſiſſimam cædem Iphigeniæ pingeret, lachrymas & mœrorem cæterorũ expreſſit, vultum autem Agamemnonis patris eius velo cooperuit. Intellexit inſignis artifex nulla re poſſe melius ſummum patris dolorẽ & luctũ exprimere, quàm illum non exprimendo. Hinc poſſumus intelligere quare nobis Euangelium nõ explicuerit beatæ Dei genitricis natiuitatem nec aſſumptionem: quoniam hæc & ſimilia myſteria plus Euangeliſtæ laudant ſilentes & admirantes, quàm loquẽtes. Ideò in eius aſſumptione *Luc. 10.* Euangelium Marthæ & Magdalenæ canitur, in quo de ſanctiſſima Dei genitrice nullã omnino inuenies mentionem. Sunt igitur duo ſeraphim duo Teſtamenta, quæ ideò clamant alterum ad alterum, quia quicquid in veteri legimus Teſtamento, hoc idẽ in Euangelio reperimus: & quicquid in Euangelio legimus, fuit in veteri Teſtamento prędictum aut adumbratum. Nihil eſt in eis diſſonum, nihil contrarium, ſed omnia conſona & cohærentia. Poteſt etiã dici ob eam cauſam Deum tectum eſſe, cùm ſit ſummè bonus, & omnium bonorũ largitor, vt nos doceat, vt benefaciamus, ſed ne videri velimus. Eam ob cauſam cherubim de quibus agitur Exodi 25. alas *Exod. 25.* ſuas extendebãt propiciatoriũ tegentes. Quãuis enim exigat aliquando tẽpus, vt noſtra benefacta in lucem prodamus, eſt tamẽ interdum tempus eá tegendi. Nullum theatrum conſcientia maius eſt. *Simılia.* Terra cooperit venas auri, & mare vniones, & arbores in hyeme virtutem ſuã intus tegunt, quam tamen tempore opportuno oſtendunt. Oportet tempora ſpectare. Omnia enim, *Eccl. 3.* vt ait Eccleſiaſtes, tempus habent.

Plena eſt omnis terra.) Tanta erat eius gloria, vt totum orbem terrarum impleret. Vel ita: Cũctæ creaturæ terram implentes ſuppeditabant materiam ampliſſimam laudandi diuinam potẽtiam & pietatem.

Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum à voce clamantis.) Hoc eſt à voce clamante. Hebraiſmus eſt. Et eſt ſenſus: Tanta erat clamoris vis & magnitudo, vt moueret poſtes cum ſuperliminaribus. Si ſuperliminaria voce angelorũ mouentur, quãtò magis debẽt homines moueri voce ipſius Dei nos ad pœnitentiam cotidie vocantis? Fortaſſe hac motione portarum templi ſignificata fuit eius euerſio, & cerimonialium, quæ in eo fiebant, ceſſatio.

Et domus repleta eſt fumo.) Accipitur hic fumus in bonam partem, pro flamma ignis, quæ eſt fumus accenſus: & ſignificat ſplendorem, vt in fine quarti capitis annotauimus. Poteſt etiam accipi pro odore ſuaui ab aromatibus in igne poſitis producto: quemadmodum in Canticis, *Cant. 3.* vbi ait ſponſus: Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertũ, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij: Ego exiſtimo fumum re vera hoc in loco capi ab Eſaia pro vero fumo oculos lædente & obcæcante, quo cæcitas tetrúmque Iudęorum ſcelus, ſignificatur. Quaſi dicat: Omnes gentes, quę terræ nomine intelliguntur, erunt ſplendore fidei & gratiæ illuminatæ, & ſublatis errorum tenebris, in quibus verſabantur, ad agnitionem veritatis peruenient. At domus Dei, hoc eſt ſynagoga, manebit repleta fumo & caligine, quoniam Iudæi non ſolùm non recipient Meſſiam, ſed etiam cæco furore, & incredibili peruerſitate exagitati tam tetrum & inauditũ facinus admittent, vt Chriſtum ſeruatorem, & verum Meſſiam falſis criminibus ad capitis periculum vocent. Quando Deus dedit legem Moyſi, audiebantur tonitrua, fumabat mõs Sinai, & erat nube denſiſſima coopertus: *Exod. 29.* Quæ omnia ſignificabant legem illam eſſe timoris, & fore vt Iudæi fumo & nube obcæcarentur. At Chriſti Euangelium ortum habuit à ſuaui angelorum cantu, & *Luc. 2.* diuino atque cæleſtis luminis ſplendore. Illud eſt hoc loco aduertendum, non vidiſſe prophetam viſionem hanc viuente rege leproſo. Sed eò mortuo leuauit oculos ad cœlum, & mentis acie purgata vidit Dominum exercituum Chriſtum Deum noſtrum in ſolio ſublimi ſedentem: & diuina myſteria ſole ipſo ſplẽdidiora fuit mirabiliter contẽplatus, quibus animũ ſuum veluti diuino nectare recreabat, & ad æternitatẽ alebat. Nã viuente in nobis rege leproſo, regnante in nobis peccato, Deum videre, eiúſque diuina myſteria, vt par eſt, contemplati nequaquam poſſumus. Nõ regnet, inquit Apoſtolus, peccatum in *Rom. 6.* corpore veſtro mortali, vt obediatis cõcupiſcentiis eius. Huic teſtimonio ſimile eſt id, quod in Exodo eſt literis mandatum. Viuente Pharaone *Exod. 2.* impio rege populus Iſraeliticus lateris & palearũ opere preſſus, & vehementer afflictus, non dicitur ad Dominum aſpiraſſe. Cùm verò ille deceſſit è vita in infernum præcipitatus, ſuſpirauerunt filij Iſraelis, vt ait ſcriptura, & aſcendit clamor eorum ad Dominũ. Cùm videatur eos tunc magis lætari debere, & antea ſuſpirare, cùm viueret tyrannus, qui eos acerbiſſimis cruciatibus vexabat. Regnante peccato dęmoni paremus, & mũdi ædificia cõdentes pro frumẽto quærimus paleas, & in operibus terrę vitam conſumimus, ad cœlorũ autẽ altiſſima ædificia nequaquã aſpiramus. Veniamus ad Euãgelium. Obtinente re- *Matth. 2.* gnum immaniſſimo Herode tota ciuitas turbatur. Ait enim Euangeliſta: Turbatus eſt rex Herodes, & tota Hieruſolyma cum illo. Fugit ſanctiſſima Dei genitrix virgo cum puero Ieſu & Iuſto Ioſeph, & innocentes infantes immaniſſimè trucidantur. Nec mirum eſt: nam vbi regnat Herodes, ibi Chriſtus non eſt: vbi autem non eſt

Chriſtus,

Chriſtus, ibi nocentes impunitatem conſequun
tur,innocentes verò damnantur. Defuncto autẽ
Herode, ecce angelus Domini apparet in ſom-
niis Ioſeph in Aegypto dicẽs: Surge accipe pue
rum,& matrem eius,& vade in terrã Iſrael. Ani-
ma noſtra ciuitas eſt,in qua regnãte Herode,hoc
eſt peccato, nulla eſt ſecuritas, nulla quies, ſed
turbatio & confuſio. Si in ea naſcitur aliqua in-
nocens cogitatio,ſtatim interficitur. At defuncto
Herode,mortuo peccato,apparet oblectatio di-
uina,reuertimur Hieroſolymam, ad viſionẽ pa-
cis,vbi in tranquillitate vitam degimus.

Et dixi, Va mihi, quia tacui.) Videns Propheta
duos illos angelos canentes, Deúmque mutuò
laudantes, conferens ſermones ſuos cum laudi-
bus ſeraphicis doluit quidem, & grauiter tulit:
quoniam ſeraphim nihil aliud quam Dei laudes
loquebantur, ipſe verò aliquando de rebus hu-
manis cum hominibus ſermones conferebat. Ea
ob cauſam inquit: Væ mihi, quia tacui à diuinis
laudibus,quia Deum non laudaui,quia angelos
non imitatus ſum. Fortaſſe voluit ſe Propheta
cum angelis coniungere, Deúmque laudare,ſed
nõ audens ob conſcientiam dixit: Væ mihi,quia
tacui. Ego exiſtimo ideò Eſaiam dixiſſe hoc,quia
meminit ſe aliquando tacuiſſe cùm loqui opor-
teret. Et quoniam aliquando locutus fuerat cùm
tacere oporteret,ſubiungit:quia vir pollutus la-
biis ego ſum. Vtrunque enim peccatum eſt, &
loqui & tacere extra tempus. Nam, vt ait Salo-
Eccle.3. mon, tempus eſt tacendi, & tempus loquendi.
Vel ideò dixit ſe tacuiſſe & eſſe pollutum labiis,
quia intellexit ex ea viſione ſe ad cõcionandum
inuitari,& volebat ſe ob linguę impedimentum
excuſare:quod & Moyſi accidiſſe ſcriptum legi-
Exod.4. mus. Aequum enim eſt vt qui ſe peccatorem co
gnoſcit, tantam dignitatem refugiat ne audiat
id, quod dicitur in Pſalmo: Quare tu enarras iu-
a Pſal.49. ſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per
Eccle.5. os tuum? Et id quod dicitur in Eccleſiaſtico:
Pſal.32. Nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Et in Pſal-
Dani.3. mo: Rectos decet collaudatio. Ideò in canticis:
Pſal.169. Benedicite omnia opera Domini Domino,& lau
date Dominum de cœlis, non dicitur Benedici-
te vel laudate peccatores Dominum. Inuitantur
ad diuinas laudes concinendas beſtiæ & vniuer-
ſa pecora,ſerpentes & volucres pennatæ,draco-
nes & omnes abyſſi,& multa alia. At peccatores
ſub nomine peccatorum non inuitantur, quòd
ſint multò peiores ſerpentibus, & ea ſcelera &
maleficia concipiant, vt belluas immanes etiam
immanitate ſuperent. Et quamuis aliquando cla
ment, dominúmque laudent, animo tamen ſi-
Pſal.31. lent, iuxta id quod dictum eſt in Pſalmo: Quo-
niam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum cla-
marem tota die. Clamabat tota die, & clamans
tacebat, quia non ex intimo cordis clamabat.
Qui flagitiis paſcuntur, & de ſua cõuerſione ne-
quaquam curant,loquentes ſilent, & clamantes
non exaudiuntur. ideò debent munus concio-
nandi refugere. Et aduerte. Vidit Eſaias Domi-
num,& ſtatim ſeipſum exinaniuit & abiecit. Vi-
ſus Dei homines reddit humiliores, viſus verò
Gen.18. principium terræ ſuperbiores. Conſpecto Deo
Gen.24. illico Abrahamus ſe terram & cinerem eſſe di-
xit: & Rebecca viſo Iſaac deſcendit de camelo,
ſeque operuit pallio: Hoc eſt viſo Domino, de-
ſcendit anima de camelo ſuperbiæ, ſeque tegit
pallio pœnitentiæ.

In medio populi.) Hinc colligitur culpam eſſe
habitare inter impios, ſi poſſis commodè inter 1.Cor.15.
pios habitare. Nam, vt ait diuus Paulus, corrum Eccle.13.
punt bonos mores colloquia praua. Et Eccleſia- Simile.
ſticus: Qui tangit picem,inquinabitur ab ea. Vt Simile.
enim ſubducta materia extinguitur ignis, ſic a-
blata occaſione peccatum. Auferes autẽ occaſio
nem, ſi impiorum conſortium & conſuetudinẽ
fugias. Vt nummum aureum explorare ſolemus
ſit néc ne adulterinus, priuſquã eũ accipiamus:
ſic probare homines debemus, ſintne pij an im- Simile.
pij,priuſquam eorum familiaritate vtamur. Et in
menſa principum eſt vnus,qui dapes prægustat,
ne princeps lethali veneno ruat in interitum: ſic
prægustandi ſunt ij, cum quibus eſt coniunctiſ-
ſime viuendum. Si autem poſtea ſe erraſſe quis
intellexerit in eligendis amicis,facienda eſt vitę
mutatio. Abrahamum ſeparauit Deus ab impiis
Chaldæis,eíque ſeparato ſæpenumerò apparuit. Gen.12.15.
Quandiu diuus Petrus cum diſcipulis fuit,para- 18.32.
tus erat ad obiiciendum ſe hoſtium telis potius,
quàm Chriſtum negaret: ſed coniunctus iniquis
ſacerdotum miniſtris in atrio principis ad vocẽ Matt.26.
puellæ Chriſtum negauit. Vide quid ſecum affe- Num.16.
rat detrimenti impiorum conſuetudo. Ideò dice
bat Moyſes filiis Iſraelis: Recedite à tabernacu-
culis hominum impiorum, & nolite tãgere quæ
ad eos pertinẽt,ne inuoluamini in peccatis eorũ.

Et volauit ad me vnus de ſeraphim, &
in manu eius calculus, quem forcipe tule-
rat de altari. Et tetigit os meum, & dixit:
Ecce tetigit hoc labia tua: & auferetur ini-
quitas tua: & peccatum tuum mundabitur. C
Et audiui vocem Domini dicentis: Quem
mittã? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego: Matth.13.b
mitte me. Et dixit: Vade: & dices populo Marc.4.b.
huic: Audite audientes, & nolite intellige- Luc.8.b
re,& videte viſionem: & nolite cognoſce- Ioan.12.e
re. Excæca cor populi huius, & aures eius Act.28.f
aggraua,& oculos eius claude: ne fortè vi- Rom.11.b
deat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & D
corde ſuo intelligat, & cõuertatur,& ſanẽ
eum. Et dixi: Vſque quò Domine? Et dixit:
Donec deſolentur ciuitates abſque habita-
tore: & domus ſine homine. Et terra relin-
quetur deſerta, & longè faciet Dominus
homines,& multiplicabitur, quæ derelicta
fuerat in medio terræ. Et adhuc in ea deci-
matio,& conuertetur,& erit in oſtenſionẽ
ſicut terebinthus,& ſicut quercus,quæ ex-
pandit ramos ſuos. Semen ſanctum erit id,
quod ſteterit in ea.

Et volauit ad me.) Cùm Eſaias ſuam calamita-
tem & imbecillitatem, deplorauit, & confeſſus
eſt, ſtatim fuit diuina conſolatione delectatus.
Miſſus eſt ad eum vnus de ſeraphim, qui ei impe
dimenta auferret,eúmq; conſolaretur,& à ſorde
labiorum expiaret. Eodẽ modo cùm diuus Pau- Rom.7.
lus exclamaret: Infœlix homo,quis me liberabit
de

de corpore mortis huius? illico ſubiunxit : Gra-
tia Dei per Ieſum Chriſtum. Plora, & confitere
de peccatis tuis, & eris diuino præſidio adiutus
& recreatus. Eſt prætereà aduertendum húc ſe-
raph eſſe nouum teſtamentum, quod calculum
ignitum comprehendit: hoc eſt ſermonem Dei,
quo tacta labia immunda purificantur. Ideò ait
Dauid: Ignitum eloquium tuum vehementer. Et
Pſal.118. Chriſtus apud Ioannem: Iá vos mundi eſtis pro-
Ioan.15. pter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Hic
calculus ignitus, hic ſermo Dei, debet ſumi ex
altari, quod eſt in templo: hoc eſt ex ſacra ſcri-
ptura, quæ eſt in Eccleſia Catholica ab ipſa Ec-
cleſia intellecta & explicata. Lutherani citát ſcri-
pturæ authoritates, ſed cùm ſint extra templum
ab Eccleſia ſeparati, non ſumunt calculũ ab alta
ri, quod eſt in templo. Ex quo efficitur vt ipſam
ſcripturam deprauent, quæ ab illis deprauata &
perperam intellecta nihil poteſt contra nos effi-
cere. Non ſat eſt citare calculum, hoc eſt ſacræ
ſcripturæ locum, ſed neceſſe eſt, vt talis locus ſit
Matth.4. in altari templi in ſacra ſcriptura ab Eccleſia ex-
planata, nõ ab hæreticis expoſita. Quoq; diabo-
lus locum ex media ſcriptura depromptum cita
uit & expoſuit tentans Chriſtum, illíq; ex eo lo-
co ſcripturæ ſuadens vt ſe ex templi pinnaculo
præcipitaret. Sed nihil illi profuit. Eodem modo
hæretici volẽtes homines ex fidei pinnaculo præ
cipitare, locos ex ſcriptura ab illis iniquè & fal-
ſò expoſitos allegant, diabolúmque imitari glo-
riãtur. Sed nihil illis proderit. ſtabit enim ſemper
Eccleſia Catholica erecta: neque poterũt aduer
ſus eam portæ inferi, hoc eſt hæreticorum dog-
mata præualere. Hanc enim veritatem ipſa incar
Matt.16. nata veritas affirmauit. Hoc non conſiderantes
cæci Lutherani exiſtimant ſat eſſe ſcripturam ci
tare, qui eam non intelligentes ſed peruertentes
falſa & impia dogmata, & incredibilia mõſtra ex-
cogitarunt & pepererunt. Vnde effectũ eſt vt ipſi
inter ſe pugnent, & nullus ſit qui cum alio peni
tus concordet, niſi in eo quod eſt, ſe ab Eccleſia
& vera fide ſeparare. Vnuſquiſq; habet ſuas par-
ticulares & proprias hæreſes, pater non con-
uenit cum filiis, nec filij cum patre. Et quemad-
Simile. modum Deus eos, qui turrem Babylonis aduer
Gen.11. ſus ipſum Deum conſtruere volebant, in diui-
ſione linguarum caſtigauit. & tanta fuit inter
eos confuſio, vt ſeipſos non intelligentes turrem
relinquerent, ſic Lutheranos impiã ſectã aduer-
ſus Chriſtum ædificare conantes puniuit Deus
in linguarum & opinionum varietate & confu-
ſione, ita vt poſſit Lutheraniſmus rectè appel-
lari Babel ob incredibilem confuſionẽ. Sed per-
mittet Deus, vt ſuam confuſionem videntes, re-
linquant incœptam turrem lateritiam, & ad
Eccleſiam, lapideum ac firmiſſimum Dei tem-
plum aliquando confugiant. Ex hoc loco Eſaiæ
colligunt nõnulli Lutherani, nihil à Chriſtianis
allegari debere niſi ſacram ſcripturam, quoniam
Angelus labia Eſaiæ ignito calculo, hoc eſt ver-
bo Dei perpurgauit. Sed vnde ſequitur hoc? Eſt
quidem hic calculus ignitus verbum Dei: ſed
quæ concluſio eſt hæc? Angelus expurgauit E-
ſaiam verbo Dei, ergo nihil aliud debet citari?
Imò ſequitur ſenſus quos Lutherani citãt ad ſua
impia dogmata fulcienda ex ſacra ſcriptura frigi
dos eſſe, non ignitos calculos, imò falſos & im-
pios, quoniá cũ ipſi ſint extra Eccleſiam, nõ eos
ſumunt ex altari, quod eſt in templo, hoc eſt in
Eccleſia ab ea explanatos, ſed à peſtilentibus ho
minibus perperam expoſitos. Vides igitur quàm
frigidè, ineptè & falsò velint ex hoc loco collige
re nihil debere allegari præter ſacrã ſcripturam.
Confirmat etiam hoc Lutherus, & probat hoc,
quia Chriſtus eiúſque Apoſtoli ſacram ſcripturã
allegarunt. Videte conſequentiam. Chriſtus &
Apoſtoli diuinas literas citarũt, ergo nos nihil a-
liud citare debemus. Quæ eſt hæc ratiocinatio?
quæ cõcluſio? O ridiculũ dialecticum. O hominẽ
inſipientẽ. Nónne vides tuam confuſionem? Imò
diuus Paulus illa tuba Euangelica, illud vas ele-
ctionis, illud ſapientiæ pelagus, gentilium poeta
rum teſtimonia, Menandri, Arati, Epimenidis, in
mediũ attulit. Si ſanctiſſimus Apoſtolus citabat
gẽtiles, quare nos non citabimus ſanctos patres
fide, & charitate, cæteríſque virtutibus præſtan-
tes, qui excellentibus ingeniis, & eximia ſancti-
monia diuinarum literarum ſtudio coluerũt, &
ſacrã ſcripturam diuinitus explanarunt? Quare
non citabimus concilia? Quare non citabimus 1.Tim.3.
ipſam Eccleſiam, quam Apoſtolus appellat co-
lumnam & firmamentum veritatis? Imò ipſa ve
ritas, ipſe Chriſtus Deus noſter multa attulit mo
ralia, multa exempla, multas parabolas, quæ nõ
erant in veteri teſtamento: Quod & eius Apoſto
li fecerunt. Vnde hæc eſt validiſſima conſequẽ-
quentia: Multa in mediũ prodidit Chriſtus eiúſ-
que Apoſtoli, quæ non erant literis diuinis man
data, ergo nobis idem facere licebit. Sed de his
hactenus. Poſſumus per calculum ignitum Spi-
ritus ſancti gratiam intelligere. Ego exiſtimo al-
tare illud figuram fuiſſe altaris noſtri, & calculũ
illũ ignitum peccata purgantẽ Chriſtum adum-
brare in ſancto ſacramento euchariſtiæ, qui pec-
cata noſtra dimittit. Ioannes enim Damaſcenus
in libro quarto orthodoxæ fidei capite quarto-
decimo hæc verba ſcripta reliquit: Apponentes
oculos, & labia, & frontẽ, diuinum carbonẽ cõ-
cipiamus. Vt ignis in nobis deſiderij aſſumẽs ex
eo carbone ignitionem, cõburat peccata noſtra,
& illuminet corda noſtra, & participatione diui
ni ignis igniamur & deificemur. Carbonem vi-
dit Eſaias. Carbo autẽ ſimplex nõ eſt, ſed vnitus
igni: ſic panis cõmunionis nõ panis ſimplex eſt,
ſed vnitus diuinitati. Et corpus vnitum diuinita
ti nõ vna atque eadem illi natura eſt, ſed vna cor
poris, & vnitæ diuinitatis altera. Hæc Damaſce-
nus. Vbi pro calculo legit carbonẽ ſeu prunam,
quemadmodum etiam nonnulli vertunt, vt po-
ſtea videbimus. Cùm igitur per calculum ignitũ
ſiue prunam viuam Chriſtus intelligatur, per ſe-
raph exiſtimo intelligẽdum eſſe ſacerdotem ſa-
cramentum ſanctum fidelibus miniſtrantem. Tu
nunc conſidera altaris amplitudinem & maieſta
tem, ſiquidem ipſe ſeraph cùm ſit ſpiritus chari-
tate incenſus, non illud auſus eſt manu attinge-
re, ſed calculum forcipe accepit, vt magnam alta
ri reuerentiam exhiberet. Hinc colliges quàm
impia ſit eorum temeritas, qui cùm ſint mortife-
ris ſceleribus coinquinati, ad altare accedunt, &
verum Chriſti corpus & ſanguinẽ accipiunt, nõ
obſeruãtes id quod ait Apoſtolus: Probet autem 1.Cor.11.
ſeipſum

1. Corin. 11. ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicãs corpus Domini. Diuus Dionyſius Areopagita capite tertiodecimo cæleſtis Hierarchiæ hunc ſpiritum, qui labia tetigit Eſaiæ, inquit non eſſe ex illis altiſſimis primiſque ſpiritibus, quos proprio nomine vocamus ſeraphim: ſed aliquem ex iis Angelis, qui nobis præfecti ſunt, qui ob incẽdendi miniſterium ſeraphim quoque appellantur: vel quia iuſſu ſeraphim hoc munus ſuſcepit. Ideò vnus ex ſeraphim nuncupatur. Ibi multa de hac viſione dicit ſcitu digniſſima, quæ hîc nõ ſubſcribo, ſatis eſſe exiſtimans locum indicaſſe.

Auferetur iniquitas tua.) Purgatur Eſaias ad munus concionandi ſubeundum. Ex quo colliges oportere concionatorem eſſe ab omni peccato purgatum.

Quem mittam) Proponit hoc Deus, vt voluntas præmium conſequatur. Illud eſt aduertendum, dixiſſe Deum: Quem mittam? in ſingulari: & ſtatim plurali numero dixiſſe: Quis ibit nobis? Vbi ſignificatur Trinitatis myſterium. Eſt enim Deus trinus & vnus. Numerus ſingularis oſtendit vnitatem ſubſtantiæ, pluralis verò trinitatem perſonarum.

Et dixi: Ecce ego, mitte me.) Non temeritate & arrogãtia ſe vltrò obtulit, ſed quia purgatus fuerat ab Angelo. Non enim ſe obtulit, priuſquam eum Angelus tetigiſſet. Vide igitur ne munus conciõnãdi pollutus accipias. Eſaias non ſe obtulit, niſi quia eum Angelus purgauerat, & quia legationis neceſſitatem videbat. Et ita charitate inflammatus non timuit futura prædicere, & veritatem proferre. Quibus rebus deuenit in rerũ omnium certamen & diſcrimen, & vitam propter Deum periculis obtulit. Eodem modo concionatores pro Chriſti gloria cùm opus fuerit, ne veritatem tegant, quãquam videant, magnas ſibi inde procellas eſſe ſubeundas.

Vade.) Conciliat Eſaias authoritatem ſuæ legationis, aſſerens ſe eſſe à Deo miſſum.

Audite audientes, & nolite intelligere.) Videntur hæc verba aſpera prima ſpecie. Sed Hebraiſmus hanc habet aſperitatem, cùm tamen ſenſus ſit Act. vlt. lenior. Diuus Paulus Actorum vltimo huius loci mentionem faciens, eius aſperitatem tollit ita dicens: Bene Spiritus ſanctus locutus eſt per Eſaiam Prophetam ad patres noſtros dicens: Vade ad populum iſtum, & dic: Aure audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non perſpicietis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius: & auribus grauiter audierunt, oculos ſuos cõpreſſerunt. Hæc in Actis. Vbi vides imperatiua per futura indicatiui à diuo Paulo exponi. Sẽſus eſt: Dic populo huic duro ſeipſos non eſſe Meſſiam recepturos. Audient enim eius doctrinam, eiúſque opera videbunt, & non intelligent ob eorũ malitiam & cæcitatem. Igitur tu ô Eſaia excæca, hoc eſt denuncia eſſe cor populi huius ob impia ſcelera obcæcandum. Hic locus citatur ab Euangeliſtis ad oſtendendam Iudæorum cæcitatem. Non tamen intelligas Deum obcæcaſſe Iudæos, auferendo ab eis oculos aut rationem, ſed non dando gratiam. Et ideò non dedit, quia ipſi eam noluerunt. Propterea dicebat Chriſtus: Quotiens volui congregare filios tuos, & noluiſti. Matt. 23. Et vt nemo poteſt medico litem intendere, Luc. 13. qui ægrotum curari nolentem deſerit: ſic nemo Simile. poteſt Deo culpã tribuere, qui Iudæos obſtinatos & peruerſos obcæcari permiſerit. Ex hoc loco colliges duo: primum eſt, hanc Eſaiæ vaticinationem ad Chriſti tempus referri, quoniam pro eo tempore eam citant Apoſtoli. ſecundum eſt, malitiam eſſe cauſam obcæcationis: nam Deus non immittit cæcitatem aut duritiem, ſed propter hominum iniquitates & obicem non ſuppeditat gratiam, qua deſtitutus homo in grauiſſima incidit peccata: & ſuo vitio obcæcatur & induratur. Vt enim Sol dicitur nobis cæcitatem Simile. inferre, quando ab eo oculos claudimus, eúmque videre nolumus: ſic Deus dicitur cor hominis obcæcare, quando ab eo gratiam ſubtrahit, quia homo eam acceptare renuit.

Et dixi vſquequò Domine?) Solicitus Propheta de populo ſuo quærit à Deo, quoúſque hæc ſententia permanſura ſit.

Et terra relinquetur deſerta.) His verbis prædicta fuit euerſio Hieroſolymæ duce Tito.

Et longe faciet Dominus homines.) Hoc eſt, diſperget Deus Iudæos à patria ſua, eóſque longè abducet & ſeparabit.

Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ.) Id eſt, gens Iudæorum, quæ fuerit relicta, quæ in obſidione & prælio non occubuerit, diſpergetur, & multiplicabitur, non in Iudæa, vt antea, ſed in medio terræ, id eſt per vniuerſum orbem terrarum. Quod impletum eſſe apertiſſimè videmus.

Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur.) Senſus eſt: Ex Iudæis decimæ ad Chriſtum conuertentur. Significat ex Iudæorum multitudine paucos eſſe ſalutem conſecuturos. Hi aliis verbis appellantur Infrà 1. ſemen & reliquiæ, vt fuit primo capite ſatis explicatum.

Et erit in oſtenſionem ſicut terebinthus.) Senſus eſt: Ea pars quæ fuerit ad fidem Chriſti conuerſa, extendetur & propagabitur inſtar terebinthi & quercus, quæ ſunt arbores ramos ſuos admodum extendentes. Et ſemẽ ſanctum erit id, quod ſteterit in ea. Id eſt, illi qui in fide permanſerint, etſi in principio ſint pauci, erunt tamen velut ſemen ſanctum, ex quo multi fructus generabuntur. Quaſi dicat: De Apoſtolorum germine plurimi fideles pullulabunt. Comparat Propheta Apoſtolos, & eos, qui ex Iudæis in principio crediderunt, arboribus ramos ſuos paulatim extendentibus. Nam vt arbores tempore hyemali, Simile. nec ſunt fructibus nec frondibus ornatæ, ſed intus habent quendam vigorem, qui tempore veris eas florentes reddit, & auget: ſic fideles in principio etſi nullum vigorem habere videbantur, poſteà tamen ramos ſuos per totum orbem terrarum dilatarunt, & pulcherrimos flores, vberrimóſque fructus tulerunt. Comparat etiam eos ſemini, quoniam ex illis fuit fidelium multitudo per Euangelium generata. Hæc eſt ſpiritualis illa generatio, de qua dicebat in prima ad Corinthios diuus Paulus: Per Euan 1. Corin. 4. gelium ego vos genui.

Annotat

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT VI.

Et plena erat domus à maieſtate eius.) Hæc verba non ſunt in textu Hebraico; nec in eo Latino cui diuus Hieronymus adiecit commentaria. Exiſtimo ea fortaſſe ſumpta fuiſſe ex verſione Septuaginta, & hic inſerta.

Et ea quæ ſub ipſo erant.) Pro toto hoc eſt in Hebraico, ושוליו vexulau. Dictio שול ſignificat fimbriam, partem inferiorẽ veſtis. Ideò poteſt verti: Et fimbriæ eius replebant templum. Et ita vertit Pagninus, Voluit Propheta his verbis Dei gloriam ſignificare. Hoc intelligens Thargum tranſtulit: Et ſplendore gloriæ eius repletum eſt templum.

Duabus velabant faciem eius.) In Hebraico pro facie eius eſt: פניו pánau. hoc eſt faciem ſuam. Et ita manet ambiguum referatúrne ad faciẽ Dei, an ad faciem ipſorum ſeraphim. Noſter interpres reddidit ex Hebræo faciem eius, nẽpe Dei. Quod quid ſignificet explananimns. Simili modo vertit Origenes dicens in homilia in hoc caput: Duabus alis velabant faciem non própriam, ſed Dei. Chryſoſtomus tamen in homiliis in hác Eſaiæ viſionem legit, ſeraphim facies ſuas velare. Et ita hunc locum intelligit Pagninus ita vertens; Duabus velabat vnuſquiſque faciem ſuã. Et ita eſt ſenſus: Tanta reuerentia Deo ſeruiebãt, vt facies ſuas tegerent, ne ipſum Deum aſpicerent. Non enim ſe dignos eſſe exiſtimabant, qui altiſſimam illam Dei maieſtatem intuerentur. Ideò excludebant ſplendidiſſimũ radium è throno prodeuntem, quòd ſummum ſplendorem & immenſam gloriam aſpicere nõ auderent, & ſuã erga Deum reuerentiam & religionem demonſtrarent. Ita ferè Chryſoſtomus hunc locum interpretatur. Hinc diſcamus nos, qua obſeruãtia, veneratione, & reuerentia ad Deum, eiúſque laudes concinendas accedere debeãmus.

In manu eius calculus.) Pro calculo eſt in Hebraico רצפה ritſpah. quæ dictio ſignificat calculum: & ita vertit Aquila & Theodotion, quos ſecutus eſt noſter interpres. ſignificat etiam prunã viuam, ſeu carbonem incẽſum. Pagninus vertit carbonem. Poteris clarius vertere, carbonem incenſum. Fortaſſe alludit propheta ad altare ho-
[*Leui.6.*] locauſti, vbi erat perpetuus ignis: vt Leuitici ſexto literæ diuinæ teſtantur. Septuaginta verterunt ἄνθρακα, nomen æquiuocũ. Significat enim ἄνθραξ prunam, & carbunculum gemmam precioſam, quę & nominę & colore carbonẽ incenſum imitatur. Non erat hic calculus quicunque lapillus, ſed ſplẽdidiſſima gemma ab altaris igne ablata, & in medio igne conſtituta. Eſaias ad munus cõcionandi ſubeundum purificatus eſt igne charitatis à ſeraph, hoc eſt ab incendio ſeu incenſo, vt eſſet diuino amore inflammatus. Moyſes
[*Exod.3.*] priuſquàm ad Pharaonem mitteretur, ad flam-
[*Act.2.*] mam ignis rubi ardentis accedere iubetur. Apoſtoli inflammati linguis ignis cœperunt ardenter concionari. Vnde colliges eſſe ſummè neceſſarium concionatoribus diuinum ignem animos illuminantem, purificantem, & accendentem, Id intelligens Dauid, priuſquam dice- [*Pſalm.50.*]
ret in Pſalmo: Docebo iniquos vias tuas, petit Spiritum rectum, Spiritum ſanctum, Spiritum principalem, vt in eodẽ Pſalmo licet videre. Non tibi cito hominem quemcunque, ſed diuinum vatem, ſapientia, ſanctitate, & animi amplitudine excellentem, nobilitatéque præſtantem.

Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in oſtenſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus, quæ extendit ramos ſuos.) Textus cui diuus Hieronymus adiecit commentaria, ita habet: Et adhuc in ea erit decimatio, & rurſus erit in deprædationem ſicut terebinthus, & ſicut quercus, quæ proiecit fructus ſuos. Quæ verba diuus Hieronymus in hũc modum interpretatur: Vix decima pars Iudeorum relinquetur à Tito & Veſpaſiano. Sed poſtea Iudæi, qui euaſerint ex bello, multiplicabuntur. At veniet Adrianus Imperator, & tunc ipſæ reliquiæ Iudæorum iam multiplicatę erunt rurſum in direptionẽ. Capientur enim ab Adriano, & affligentur: & erunt veluti terebinthus & quercus, quæ glandes amiſerunt. Quod accidit anno quinquageſimo à captiuitate ſub Tito & Veſpaſiano. Hæc diuus Hieronymus. Vbi communis verſio habet: ad oſtenſionem, eſt in Hebræo לבער leuaer. à verbo בער, quod ſignificat præter alia comburere, ardere, & excidere. Vnde Pagninus vertit: in exciſionem. Poteſt verti: ad excidendum, vel ad comburendum, vel ad ardẽdum ſicut quercus ſterilis & inutilis. Vbi vides Iudæos comparari quercui ſine fructu, quæ nihil valet niſi ad ardendum, & comburendum, & & ſecandum.

Argumentum capitis VII.

Narrat diuinus vates immanem duorum regum Syriæ & Samariæ contra Hieroſolymam coniurationem. Oſtendit Dei miſericordiam & potentiam, qui Iudæorum ſtatum occidentem afflictúmque erexit, eorúmque ciuitatem obſeſſam ab hoſtibm ſeruauit. Et inde ſumpta occaſione a Iudæorum liberatione vaticinatur de diuino virginis Mariæ partu, & Chriſti ſaluatoris noſtri admirabili aduentu. Qui diuina pietate motus humanam naturam inexplicabili ratione ſibi ideò copulauit, vt in humana forma deliteſcens nos à dæmonis crudeliſſimi tyranni captiuitate liberaret, ad æternámque beatitudinem tandem perduceret.

CAPVT VII.

ET factum eſt in diebus Achaz [A]
filij Ioatham, filij Oziæ, re- [*4.Reg.16.*]
gis Iuda. Aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael in Ieruſalem, ad præliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam. Et nuntiauerunt domui Dauid dicentes: Requieuit Syria ſuper Ephraim: & cõmotum eſt cor eius, & cor populi eius, ſicut mouentur ligna ſyluarum à facie vẽti. Et dixit Dominus ad Eſaiam. Egredere in

occurſum

occurſum Achaz tu,& qui derelictus eſt
Iaſub filius tuus, ad extremum aquædu-
ctus piſcinæ ſuperioris in via agri fullo-
nis. Et dices ad eũ: Vide vt ſileas. Noli ti-
mere,& cor tuum ne formidet à duabus
caudis titionum fumigantiũ iſtorum in
ira furoris Raſin regis Syriæ, & filij Ro-
B meliæ, eò quòd conſilium inierit contra
te Syria in malum, Ephraim,& filius Ro-
meliæ dicentes: Accẽdamus ad Iudam,
& ſuſcitemus eum:& euellamus eum ad
nos: & ponamus, regem in medio eius
filium Tabeel.

EXPLANATIO.

Et factum eſt.) Rege Ozia vidit Eſaias ea, quæ
primis quinque capitibus ſcripta reliquit: quo
mortuo regnauit Ioatham filius eius, ſub quo
vidit Propheta ea, quæ ſexto capiti mandauit.
Cùm verò Ioathã migraſſet ex vita, obtinuit re-
gnũ filius eius Achaz homo impius & flagitio-
ſus: qui relicto vero Deo, cõtempto diuino cul-
tu, ad prophanos gentium ritus animum tranſ-
tulit, fictos commentitióſque deos turpiter co-
luit, & in religione violãda impias fraudes con-
cepit. Ideò eum Deus meritò oppreſſit, & affli-
2. Para. 28. xit. Nam, vt diuina aſſerit hiſtoria, fuit à regibus
Syriæ & Samariæ,& à Paleſtinis victus & imma
niter vexatus. Hoſtes eius non tam ſuis viribus,
quàm eius ſceleribus pugnantes eum vicerunt,
eiúſque gentibus magnam cladem intulerunt,
de quibus magnas victorias reportarunt. Aequũ
enim fuit, vt qui Deum dereliquerant, ſuæ im-
pietatis pœnas luerent. Sed omnia hęc bella vo-
luit Propheta ſilentio tranſire. Illud tantummo-
do refert, in quo Raſin rex Syriæ & Phacee rex
Samariæ memores ſuperioris victoriæ, prædæq;
magnitudine excitati de euertenda Hieroſoly-
ma conſpirarunt. At liberauit tunc Deus regem
Achaz cum populo Iuda, quoniam ſæpe vbi de-
eſt præſidium humanum, oſtenditur diuinum.
4. Reg. 16. Habes hanc hiſtoriam quarti libri Regum capi-
te ſextodecimo. Illud eſt animaduertẽdum, Ra-
ſin ſonare volũtatem: Phacee verò, aperientem.
Qui voluntatem aperit, eíque finem proponit,
intellectus eſt: nam voluntas ex ſe cæca eſt. Hæ
igitur duæ potentiæ deprauatæ voluntas & in-
tellectus vrbem Hieroſolymam, hoc eſt pacis
viſionem, animíque tranquillitatem conturba-
re & expugnare contendunt: ſed diuino pręſidio
vincuntur.

Et nuntiauerunt domus Dauid.) Hoc eſt duabus
tribubus Iudæ & Beniamin ſequẽtibus domum
Dauidis. Rex Iuda eſt rex duarum tribuum.
Rex Iſrael, rex Ephraim, rex Samariæ, rex decem
tribuum, idem eſt.

Requieuit Syria ſuper Ephraim.) Id eſt exercitus
Syriæ coniunctus eſt cum exercitu decem tri-
1. Reg. 7. buum. Similis Hebraiſmus eſt libri primi Re-
gum capite ſeptimo: Requieuit omnis domus
Iſrael poſt Dominum. Id eſt adhæſit illi.

Et commotum eſt cor eius.) Timuerunt tam rex
Iuda quàm populus, & veluti arborũ folia ven-
torum flatibus agitata contremuerunt.

Egredere in occurſum Achaz.) Imminebant ho-
ſtes,& in illud diſcrimẽ ventũ erat, vt ex eorum
manibus euadere nemo crederet. Debilitatis er-
go Iudæis & animo cadentibus voluit Deus ſuã
oſtendere potẽtiam. Hinc colligimus nunquàm
eſſe de diuino præſidio deſperãdũ. Quin potius
cùm fuerimus in afflictionibus ærumniſq; verſa
ti,& in periculis conſtituti, debemus animũ eri-
gere, in Deóque ſpem omnem & fiduciam col-
locare. Ipſe enim qui eripuit Abrahamũ à Chal-
dæis, Lot à Sodomitis, Ioſeph ab inuidis fratri- *Gen. 11.*
bus, Suſannã à falſo teſtimonio, Danielem à lacu *Gen. 19.*
leonum, tres pueros à camino ignis ardẽtis, bea- *Gen. 37.*
tum Petrum à carcere, beatum Paulum à naufra *Dan. 13.*
gio, qui denique eum firmo atque erecto animo *Dan. 14.*
inuocantibus opem tulit, quomodo nos in peri- *Dan. 3.*
culis & calamitatibus derelinquet, ſi eius præſi- *Act. 12.*
dio confidentes ad ipſum tanquam ad arcẽ mu- *Act. 27.*
nitiſſimam confugerimus? Ait enim diuinus ille *2. Cor. 11.*
vates & clariſſimus rex Dauid: Iacta ſuper Do- *Pſal. 64.*
minũ curam tuam,& ipſe te enutriet, & non dà *Matt. 11.*
bit in æternum fluctuationẽ iuſto. Vbi pro cura
tua eſt in Hebraico iehauecha: quæ dictio præ-
ter alia onus ſiue pondus ſignificat. Omnes qui
tali põdere premũtur vocat Chriſtus apud Mat-
thęum inquiens: Venite ad me omnes qui labo-
ratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos. Ne igi-
tur ob afflictionum pondera deſperemus, cùm
ſubleuatorem Deum habeamus, qui nos claman
tes ærumnarum aquis agitatos, earúmq; ponde
re ſubmerſos abſq; dubio eripiet. Hoc ſentiebat
Dauid, cùm ita canebat: Aſſumpſit me de aquis *Pſal. 17.*
multis: eripuit me de inimicis meis fortiſſimis,
& ab his qui oderunt me, quoniã cõfortati ſunt
ſuper me. Præuenit me in die afflictionis meę,&
factus eſt Dominus protector meus. Et alio in lo
co induxit Deum in hunc modum aientẽ: Cum *Pſal. 90.*
ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glori-
ficabo eum.

Iaſub filius tuus.) Hinc colligunt nonnulli
alium filium habuiſſe Eſaiam, qui ſe ad hoſtes
contulerat, quem dicunt eſſe Rabſacem, de quo
poſteà agetur capite 36.

Ad extremum aquaductus piſcinæ ſuperioris.) Duæ
erant piſcinæ ſiue ciſternæ Hieroſolymæ pro-
pter fontium inopiam. Ex vna quæ erat in parte
ſuperiore extra ciuitatem, quæ ob eam cauſam
ſuperior appellabatur, veniebat per aquæductũ
aqua ad alteram, quæ erat in ciuitate,& appella-
batur inferior. In extremo huius piſcinæ ſupe-
rioris erat Achaz, fortaſſe prouidens ne eam ho-
ſtes euerterent, cùm Eſaias ad eum acceſſit.

Vide vt ſileas.) Id eſt, noli timorẽ tuum verbis
oſtẽdere. Vel noli Deũ tuũ blaſphemiis laceſſere.

*Cor tuum ne formidet à duabus caudis titionũ fu-
migantium.*) Id eſt, ne timeas regem Syriæ & Sa-
mariæ, qui propter iram, ſuperbiam, & furorem
titionibus incenſis atque fumigantibus compa-
rantur. Caudas appellat Propheta extremitates,
vbi ignis eſt in torribus. Et fortaſſe hos reges
caudis comparauit, quia in illis finitum fuit re-
gnum Syriæ & Samariæ. Tu verò conſidera, eos
qui rempublicã gubernãt, ſi ſint ſceleribus con-
taminati & obſtricti, titiones eſſe non lucentes,
ſed comburentes & fumigantes. Contrà verò

principes illi atque præſules, qui vitam ad certam rationis normam dirigũt, iuſtitiámque humanis opibus anteponunt, virtute, vita, & exemplo mundum illuminant: & eam ob cauſam lux
Matt. 5. mundi rectè appellantur. Ita Chriſtus Deus noſter Apoſtolis dicebat: Vos eſtis lux mundi. Aſpicis igitur & animo percipis, quæ ſit inter bonum & malum principem & præſulem differentia. Bonus lux eſt ſplendens, ardens, illuminans: iniquus verò torris eſt ſiue titio, vt hic à Deo appellatur, nullum ſplendorem emittens, ſed comburens, exulcerans, fumigans, oculos aggrauans, & ad lachrymas prouocans, & totam denique domum, hoc eſt totam congregationem contaminans & nigredine afficiens. Et aduerte. Non comparatur iniquus gubernator titioni ex vna tantùm cauda fumiganti, ſed ex vtraque: quoniam nulla parte eum poteris accipere quin comburaris. Si eum mones, exulcerat te, vehementérque opprimit. Si eum laudas adulationibúſque fallis, tu teipſum perdis, & animo tuo perniciem moliris. Sed melius eſt vt in afflictiones incidas, & corpore crucieris, dummodò non diſcedas à virtute, neque deiiciaris à gradu conſtãtiæ, quàm vt per flagitia perpetuum prin-
ſimilitudo. cipis fauorem conſequaris. Eſt enim talis fauor veluti hedera arborem amplectens caducam, corruptis defixam radicibus, ruinã cotidie minantem. Nam etſi princeps dum vixerit, te amore & fauore proſequatur, tamen fluxus eſt, infinitis periculis expoſitus: & velis nolis eſt è vita exceſſurus, & tu corrues fauore deſtitutus, ex illius gloriæ, quam perpetuam putabas, gradu præcipitatus. Tu verò qui ſubditus es, mundi fauorem non curans, ne timeas iniquos principes & præſules, ſi ad Deum aſpiraueris, in eóq; ſpem tuã poſueris. Non formidet cor tuum à duabus
Rom. 8. caudis titionum fumigãtium. Nam ſi Deus pro
Pſal. 26. nobis, vt ait Apoſtolus, quis contra nos? Sed dic
Pſal. 14. cum Dauide, Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Et alio in Pſalmo: Quoniam in te eripiar à tẽtatione. Et quamuis te hoſtium furor inuadat, tranquilla tamen mente conſiſte. Nam ſi iuſtitiam colueris & pietatem, quis te poterit veri honoris ornamentis ſpoliare? Iuſtus, vt ait diuinus pſaltes, vt palma florebit, ſicut ce-
Pſal. 91. drus Libani multiplicabitur. Habes pro te Deũ
Pſal. 71. de quo canit idem vates; Liberabit pauperem à potente & pauperem cui non erat adiutor. Non eſt in mũdo qui valeat virum iuſtum virtutúmque mœnibus munitum lędere & à gloriæ altiſſimo gradu præcipitare. Vide quid Deus dicat
Ierem. 1. Ieremiæ: Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram. Vbi vides virum ſanctum cum ciuitate munita, columna fer-
Amos 7. rea & muro æreo comparari. Amos propheta capite ſeptimo ait ſe vidiſſe Dominum ſuper murum litum: vbi diuus Hieronymus per hunc murum Apoſtolos intelligit, cæteróſq; viros ſapientia atq; virtute pręſtantes. Ibi enim Septuaginta interpretes pro muro lito murum adamantinum, ob ſanctorum firmitudinem & conſtantiam interpretantur.

Hęc dicit Dominus Deus: Nõ ſtabit, & nõ erit iſtud. Sed caput Syriæ Damaſcus, & caput Damaſci Raſin. Et adhuc ſexaginta & quinque anni, & deſinet Ephraim eſſe populus: & caput Ephraim Samaria: & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credideritis non permanebitis. Et adiecit Dominus loqui ad A- C
chaz dicens: Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid. Nũquid parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & *Matt. 1. d*
vocabitur nomen eius Emanuel. Buty- *Luc. 1. c*
rum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.

Non ſtabit.) Id eſt eorum conſilium non habebit effectum. Sed vterque horum regum in ſuis terminis continebitur, neq; longius propagabitur. Nam Damaſcus erit metropolis Syriæ: & Raſin erit princeps Damaſci. Et ita Hieroſolyma non capietur, neque poſſidebitur à rege Raſin.

Et adhuc ſexaginta quinque anni.) Id eſt, regnum Iſraelis finietur poſt ſexaginta quinque annos. Sed interim Samaria ciuitas erit metropolis totius regni Samariæ, non autem Hieroſolyma. Hi verò ſexagintaquinq; anni ſunt computandi à prophetia Amos: qui vaticinatus fuerat delendũ eſſe regnum Samarię. Nam à vaticinio hoc Eſaię vſque ad decem tribuum euerſionẽ & captiuitatem ſolùm viginti tres aut viginti quatuor anni interfluxerũt. Sin antẽ ab Amos vaticinio numeraueris, hos ſexagintaquinq; annos, quorum hîc meminit Eſaias, inuenies. Id autem, quod Eſaias hoc in loco ait, eſt repetitio & confirmatio eius quod ab alio proheta fuerat prædictum. Et vide quemadmodum Deus voluerit conſolari Iudam interitu ſuorum inimicorum.

Si non credideritis non permanebitis.) Hortatur eos Deus vt credant, ſi volunt in ſuo regno conſiſtere & permanere. Quaſi dicat: Niſi fidẽ habueritis, aſportabimini captiui, eorũ calamitates pœnáſq; ferentes, quorum imitati fueritis infidelitatem. At illi non crediderunt Deo, ideò nõ permanſerunt: ſed fuerunt à Babyloniis capti, & in Chaldæam aſportati.

Adiecit Dominus ad Achaz dicens: Pete tibi ſignũ.) Cùm Achaz rex impius verbis Eſaię non crederet, dixit ei Dominus per eundem Prophetam, vt peteret ſignum, non ab idolis, quæ colebat, ſed à Domino Deo ſuo. Nam ipſe Deus faceret miraculum, quo Achaz intelligeret eſſe ſe à duobus regibus liberandum, ipſorum verò regna euertenda: ſiue illud miraculum vellet rex de inferno, ſiue de cælo. Poterat enim Deus terram ſcindere, vt ob magnũ hiatum inferi paterent, *Ioſue 10.*
& poterat in cœlo ſolem ſiſtere; vt tempore Ioſue, aut ipſum cœlum aperire.

Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum.) In Deuteronomio ſcriptum legimus: Non *Deut. 6.*
tentabis

tentabis Dominum Deum tuum. Quo teſtimonio Chriſtus vſus eſt aduerſus diabolum, vt eſt apud Matthęum capite quarto. Non igitur licet petere à Deo miraculũ abſq; neceſſitate. Oportebat tamen regem Achaz ſignum petere, quoniam Deus illud præcipiebat. Eſt enim neceſſarium Deo parere. Sed impius rex non hoc ex humilitate & religione faciebat, ſed ex impietate & pertinacia. Exiſtimabat enim Deum miraculum facturũ, & cùm ipſe eſſet idolorum cultor, nulebat, vt Dei potentia appareret, ob eámque cauſam Deus laudibus efferretur. Aſpice Dei clementiam erga homines, hominúmque malitiam erga Deum. Volebat Deus miraculum facere, & homo volebat Dei gloriam celare. Et quod peius erat, hanc impietatem operiebat flagitioſus rex virtutis regumento. Vide impiam hominis hypocriſim. Aliud erat in facie, aliud in pectore: aliud in verbis, alind in factis. Vt argentum cùm ſit candidum, nigras tamen ducit lineas, ſic rex impius cùm religionis candorem foris oſtenderet, intus tamen ater erat, ſordidáſque factorum ſuorum lineas ducebat. Tales ſunt omnes, qui foris ſpeciem virtutis oſtẽdunt, cùm animum, in quo eſt nobilitatis virtutíſque domicilium, illis flagitiis deformẽt, vt in perpetuo, ſcelere & ignominia volutentur.

Matt.4.

ſimilitudo.

Et dixit: Audite ergo domus Dauid.) Verba ſunt Prophetæ dicentis: Non ſatis vobis eſt ò Iudæi prophetas contemnere, ſed Deum ipſum aſpernamini? Cur diuinæ voluntati reſiſtitis? Obſerua eos eſſe Deo moleſtos, qui in afflictionibus ad eum non confugiunt, ſed in præſidio humano ſpem ponunt rerum ſuarum.

Dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, &c.) Iubebat Deus regi Achaz vt ſignum peteret, ſiue ex cœlo, ſiue ex inferno, quò certò ſciret eſſe Hieroſolymam ab hoſtibus liberandam. Sed eò tale ſignum petere nolente promittit Deus ſignum humanæ redemptionis, quæ per illam Hieroſolymæ liberationem ſignificabatur. Ac ſi dicat Propheta: Propter hoc, quia tu rea credere non vis, non tibi, ſed vobis ò Iudæi venturi dabit Deus ſignum magnum & admirabile, nó liberationis ſolius Hieroſolymæ, ſed totius mundi. Nam ecce virgo Maria concipiet de Spiritu ſancto, pariétque filium, cuius nomẽ erit Emanuel, quod ſonat, nobiſcũ Deus. Hic vos liberabit. Mittet vobis Deus pater Saluatorẽ, non aliquẽ Aioth, aut Gedeonẽ, aut Samſonẽ, que madmodũ quondã, quãdo iudicibus gubernabamini: ſed Emanuelem verum Deum & verũ hominem, qui vos à dæmonis poteſtate proteget, & etiam modò priuſquàm naſcatur, vos à duobus regibus eripiet. Qui fuerit in lectione ſanctorum Prophetarum verſatus, non mirabitur Eſaiam in media mentione liberationis Hieroſolymæ, totius generis humani liberationis meminiſſe. Erat enim mos Prophetarum ſumpta rerum materialium occaſione ad diuina Chriſti arcana & altiſſima myſteria tranſire, inuolucriſque tegere, ne ſancta darentur canibus, & ab indignis contemnerentur. Intelligi autem hanc Eſaiæ vaticinationem de admirabili ſacratiſſimę virginis Mariæ partu apertiſſimè teſtatur diuus Matthæus primo capite ſui Euangelij, vbi ad literam hæc ſunt verba. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. Hæc diuus Matthæus. Et aduerte nullam hîc patris fieri mentionem, quoniam Chriſtus conceptus eſt de Spiritu ſancto. Eſt enim Chriſtus lapis ille, qui, vt eſt apud Danielem, abſciſſus eſt de mõte ſine manibus. Hoc eſt qui conceptus eſt & natus de virgine ſanctiſſima virtutum monte abſque virili ſemine. Aduerte etiam nomen pueri eſſe Emanuel, hoc eſt nobiſcum Deus. Quæ omnia oſtendunt hãc vaticinationem intelligi de Chriſto Deo noſtro, qui in terra patrem nõ habuit, & qui nobiſcum corporaliter habitauit: & de eius ſanctiſſima matre, quæ virgo de Spiritu ſancto concepit. Idem, licet aliis verbis, ait propheta Ezechiel quadrageſimoquarto capite ſuarũ viſionum. Poſtquàm dixit conuerſum fuiſſe ad viam portæ ſanctuarij, quæ reſpiciebat ad Oriẽtem, & clauſa erat, ſubiunxit: Porta hæc clauſa erit, nũ aperietur, & vir non intrabit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa principi. Vel, vt alij interpretantur, clauſa in æternũ. Hæc porta in æternum clauſa, per quam ſolus Deus introiuit, & egreſſus eſt, quæ alia eſt, niſi ſanctiſſima Dei genitrix Maria ſemper virgo? Ita illum locum diuus Hieronymus diuúſque Auguſtinus interpretantur. Ea eſt hæc virgo, quam prædixit Eſaias concepturam, Chriſtúmque parituram. O virgo ſanctiſſima templum Domini, ſacrarium Spiritus ſancti, parentum reparatrix, poſterorum ſeruatrix, tu generi hominum ſine lumine errantium veram lucem attuliſti, ea te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. Erant homines omni virtutum pulchritudine nudati, iu omni dedecore ignominiáque conſtituti: obtemperauerat voluntas appetitui, corruerat conſtantia, fuerat vera dignitas ablata, ſplendórque extinctus & omnia denique virtutis ornamenta ceciderant. At tu Chriſtum concipiendo, eúmque mundo indicando, nos ex tenebris ad lucem, ex morte ad vitam, ex vera turpique ignominia ad veram illuſtrémque dignitatem reuocaſti. Ex te pendet noſtra ſalus, noſtra victoria, & innocentiæ reſtitutio. Quid ſine te eſſet vita mortalium, niſi nox, niſi caligo, niſi tenebræ & vmbra mortis? tu es virgo & mater: & cuius mater: eius cuius Deus eſt pater. Quid aliud ſignificabat rubus ille, quem viderat Moyſes flammas emittens, ſed ſeipſum non comburens, niſi teipſam concipientem ſine viro, & parientem ſine dolore? Tu es hæc abſque dubio, quę nobis Emanuelem mirabiliter peperiſti. Iudæi nihilominus cæci & obſtinati dicunt hanc Eſaiæ vaticinationem non eſſe de virgine, ſed de Eſaiæ vxore intelligendam. Quam ob cauſam fingunt, vt ſolent, meras nugas, intolerabiléſque ineptias, & vanitates. Nónne Deus promiſit ſignum? Perſpicuum eſt. Quod igitur ſignum & miraculum eſſet concipere Eſaiæ vxorem, quæ nulla ſterilitate laborabat? O Iudæorum cæcitatem

Iud. 3. Iud. 6. Iud. 13.

Matt. 1.

Dan. 2.

Ezec. 44.

Exod. 3.

tem deplorandam. Alij Iudæi hoc intelligi aſſerunt de vxore regis Achaz, quoniam vident nullum filium Eſaiæ ſalutem Hieroſolymæ attuliſſe: & hunc filium, quem Propheta prædixit fore Iudæorum liberatorem, aiunt eſſe regem Ezechiam, quem conſtat fuiſſe filium Achaz, admirabiléſque victorias de Iudæorum hoſtibus reportaſſe. Videte cæcorum hominum inſaniam. Quî fieri poterat vt vxor regis Achaz inſignum liberationis Hieroſolymæ conciperet & pareret Ezechiam, qui iam natus erat? Lege librum quar-
4. Reg. 16. tum Regum, & videbis ex annorum computa-
& 18. tione nouẽ annos natum fuiſſe Ezechiam, quando pater eius Achaz regnare cœpit, & hoc vaticinium fuit eo regnante. Quis non videt eſſe has Iudæorum interpretationes in officina Satanæ conflatas?

Vocabitur nomen eius Emanuel.) Ieſus & Emanuel idem ſunt, licet diuerſa nomina videantur. Ieſus ſonat ſaluatorem: Emanuel, nobiſcũ Deus. ad hoc fuit nobiſcum Deus, vt nos ſaluos faceret. Quid aliud eſt, Deus eſt nobiſcũ, quàm Deus eſt ſaluator noſter? Emanuel appellatur propter diuinam humanámque naturam in vna hypoſtaſi vnitam. Idem aliis verbis dixit in hunc mo-
Ioan. 1. dum diuus Ioannes: Et verbum caro factum eſt. Quid eſt, verbum caro factum eſt, quàm nobiſcum Deus? Idem eſt Emanuel ac Deus factus homo, cum hominibus conuerſans. Id prædixerat
Baruc. 3. Baruch propheta capite tertio, vbi loquens de Meſſia ait: Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Et paulò pòſt: Poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Idem prędixit iis verbis alius vates: Veri-
Pſal. 64. tas de terra orta eſt. Hoc eſt, Deus, qui eſt ipſa veritas, terrenum corpus accepit, vt terram colentibus viam æternæ ſalutis aperiret, eóſque ſaluos faceret, atque ad veram cœleſtémque promiſſionis patriam perduceret. Bonum, vt ait diuus ille Dionyſius Apoſtoli Pauli diſcipulus, eſt ſui ipſius diffuſiuum & communicatiuũ. Vnde ſummè bonũ erit ſummè cõmunicatiuũ. Cùm autẽ Deus ſit ſummè bonus, ſummè ſe nobiſcũ cõmunicauit. Qua in re ſe poterat magis cõmunicare quàm humanitatẽ noſtram aſſumendo & nobiſcum habitando? Hæc fuit ſumma cõmunicatio, & admirabilis erga nos amoris abũdãtia. Hoc intuẽs animo Eſaias dixit eſſe Meſſiã Emanuelem vocandum, vt eius diuinitatem & humanitatem oſtenderet. Obſerua. Venit Deus vt ſalui eſſemus, ergo perditi eramus. Venit vt conſequeremur ſalutem, ergo laborabamus ægritudine. Venit vt eſſet nobiſcum, ergo eramus ſine eo. Cùm Chriſtus ſit Emanuel, cùm nobiſcum ſit Deus, quid timemus? Quid amplius concupiſcimus? Cur mũdi opes & voluptates tam ardenter quærimus, niſi quia quamuis ipſe venerit, vt ſit nobiſcum, nos tamen ſine eo eſſe volumus? Ipſe eſt nobiſcum, nos verò cum eo nõ ſumus. Ipſe nos quærit, nos eum fugimus. Ipſe vult vt quæramus vitam, nos autem currimus ad mortem, ruimúſque ad interitum voluntarium. Aduerte: Non dicit: Vocabitur nomẽ eius: nos cum eo, ſed ipſe nobiſcum. O immẽſam Dei erga nos pietatem, & incredibilem noſtram erga Deum ingratitudinem!

Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.) Hoc eſt, erit verus Deus & verus homo. Ac ſi dicat: Ne mireris ô domus Dauid virginem parĩetem, & talem filiũ, qui, priuſquàm naſcatur, vt te liberet inuocatur. Nã ipſe eſt Deus, qui aſſumpta humanitate nobiſcũ erit factus homo. Ne exiſtimes eum aſſumpturum eſſe corpus aereum aut phantaſticum, nam reuera erit verus homo, cibíſq; vtetur infantium: comedet enim butyrum & mel. Sed hoc eius ſapientiam non impediet: nam pannis inuolutus, & infãtili pabulo nutritus ſciet reprobare malum & eligere bonum. Particula, vt, non hîc finalem cauſam deſignat, ſed euentum & conſecutionem: nõ enim comedet eo fine, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum, ſed ita butyrum & mel comedet, vt etiã ſciat reprobare malum & eligere bonum. Voluit his verbis Propheta vtramq; Chriſti naturam diuinam humanámq;
ſignificare. Id quod multis aliis in locis fecit, ve- Infrà 9.
luti capite nono, vbi prædixit Chriſtũ fore puerum, & vocandũ eſſe Deum. Sed ita hoc attemperauit Eſaias, aliíq; diuini vates, vt quãuis ſuo tempore à Iudæis alta myſteria minimè contemplantibus non intelligeretur, ne ſanctum daretur canibus, poſſet tamẽ poſteà ſuo tempore intelligi à Chriſtianis. Oportebat enim tam admirabiles res, tanti myſterij maieſtatíſque repletas,
eſſe his tegumentis coopertas & inuolutas. Erat ſimile
enim teſtamentum vetus veluti quædam cortina, in qua diuina myſteria tegebantur, quæ fuerunt in nouo Teſtamento reſerata.

Quia antequam ſciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quã tu deteſtaris, à facie duorũ regum ſuorũ. Adducet Dominus ſuper te, & ſuper populũ tuum, & ſuper domũ patris tui, dies, qui non venerunt à diebus ſeparationis Ephraim à Iuda, cum rege
Aſſyriorum. Et erit in die illa: Sibilabit D
Dominus muſcę, quę eſt in extremo fluminum Aegypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur: & venient, & requieſcẽt omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuer-
ſis foraminib⁹. In die illa radet Dominus 4. Reg. 19.
in nouacula cõducta, in his qui trãs flu- 2. Para. 32.
mẽ ſunt, in rege Aſſyriorũ, caput & pilos pedũ, & barbã vniuerſam. Et erit in die illa: nutriet homo vaccã boũ, & duas oues & prę vbertate lactis comedet butyrum. Butyrum enim & mel manducabit omnis homo, qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa: omnis locus, vbi fuerint mille vites, mille argẽteis, in ſpinas & vepres erunt. Cum ſagittis & arcu ingredietur illuc. Vepres enim vt ſpinæ erũt in vniuerſa terra. Et omnes mõtes, qui in ſarculo ſarriẽtur, non veniet illuc terror ſpinarũ & veprium, & erit in paſcua bouis, & in conculcationem pecoris.

Quia

Quia antequam.) Redit Propheta ad particularem liberationẽ, & eſt ſenſus: Priuſquàm Emanuel naſcatur, priuſquàm ad eam ætatẽ veniat, in qua ſciunt homines reprobare malum & eligere bonũ, ipſe liberabit terram hãc, quam tu ô Achaz ob idololatriam tuam deteſtaris, quia in ea verus Deus colitur. Et relinquetur terra à duobus regibus, qui eam oppugnatum venerãt. Id quod dicit, quam tu deteſtaris, poteſt verti, pro qua tu ſollicitus es. Poteſt hic locus ita explanari, & melius meo quidẽ iudicio: Priuſquàm Chriſtus naſcatur, terra Syriæ & Samarię, quam tu deteſtaris, & odio proſequeris, derelinquetur à ſuis regibus, quoniam eos capiet & vaſtabit Aſsyriorum rex. Pernicies enim, quam hi duo reges Hieroſolymæ moliebantur, in eorum caput redundabit.

Adducet Dominus ſuper te.) Senſus eſt: Tu eripieris modò à regibus Syriæ & Samariæ, ſed poſteà ob impietatem tuam grauiter affligeris. Adducet Dominus ſuper te multò maiora mala quàm ea, in quæ inciderunt decem tribus, poſtquam ſe à Iuda ſeparauerunt. Studet Propheta populum ſuum iis minis & terroribus à vitiis reuocare, ad Deúmque reducere.

Cum rege Aſſyriorum.) Id eſt in has calamitates incurretis, cùm venerit rex Aſſyriorũ. Rex Babylonis appellatur hîc rex Aſſyriorũ, quoniã Babylonij ſubiecti fuerunt Aſſyriis. Lege quartum
4. Reg. vlt. librum Regũ, & ſecũdum Paralipomenon, & vi-
2. Paralip. vlt. debis regem Babylonis cum magnis copiis Hieroſolymam veniſſe, eámque cepiſſe, & templum incendiſſe, atq; Iudæos captiuos ſecum in Chaldæam aſportaſſe.

Et erit in die illa: Sibilabit Dominus muſcæ. Aegyptios vocat muſcas propter idololatriæ ſordes, & propter eorum imbecillitatem. Vel fortaſſe quia ibi erat magna muſcarum multitudo. Aſſyrios apes vocat, quia, vt apes ſtimulum emittũt, ſic Aſſyrij vſu ſagittarum erant inſtructiſſimi, & velut apes volantes & ſollicitæ, ad prælium velociter & ſollicitè veniebãt. Senſus eſt: Vocabit Deus ad prælium non ſolùm Aegyptios imbecilles, ſed etiam fortes acréſque Aſſyrios, ad pugnandum inſtructos atque paratos.

Requieſcent omnes in torrentibus vallium.) Permanet in eadẽ trãſlatione. Significat Aegyptios & Aſſyrios venturos eſſe cum magna militum multitudine, terrámque Iuda occupaturos & euerſuros.

In die illa radet Dominus in nouacula conducta.) Per nouaculam conductam, per regem Aſſyriorum, & per eos qui trãs flumen ſunt, idem ſignificatur. Prædicit Iudæorum excidium per Babylonios, quos Aſſyrios vocat, qui reſpectu Hieroſolymæ ſunt trans flumen Euphratem. Ideò exercitus Aſſyriorũ appellatur nouacula, quia omnia abraſurus & deleturus erat: & ideo appellatur conducta, quia eo populo tanquã conducto vſus eſt Deus ad Iudæorũ euerſionẽ & vaſtitatem. Per caput intelligitur rex Iuda, per barbam principes & nobiles, quib. rex ornatur, per pedes verò hi, qui ſunt obſcuris orti parentibus. Eſt igitur ſenſus: Regnũ Iuda delebitur ab exercitu Aſſyriorum, qui veluti acutiſſima nouacula omnia radẽt, regem, nobiles, & infimo loco natos, vt nihil in Iudęa relinquant forte, nihil pulchrum, nihil firmum & ſtabile.

Et erit in die illa: nutriet homo vaccam vnam.) Senſus eſt: Victis Iudæis in Chaldęámque tranſlatis tanta erit in Iudæa ſolitudo, tanta vaſtitas, tanta paupertas, vt pauciſſimi ibi habitent. Et ex illis nullus armenta boum, neque greges ouium habebit: Sed rarus habitator vix vaccam vnã, paucáſque oues habere poterit: & ob frumenti inopiam comedent homines butyrum & mel. Nam terra ob habitantium raritatem erit feracior, & agri abundabunt herbis, & pecora paſcentur liberè, quapropter affluent lacte. Deſcribit vates Iudææ ſolitudinem & inopiam, poſt Babylonicam captiuitatem.

Vbi fuerint mille vites mille argenteis.) Hoc eſt, tanta erit ſolitudo, vt locus, vbi fuerãt mille vites mille argenteis æſtimatæ, in ſpinetum & vepretum cõuertatur. Nam vites ob hoſtium metum nequaquam amputabuntur.

In ſagittis & arcu ingredientur illuc.) Sæuientibus vbiq; armis nemo agrum ſuum audebit inuiſere abſque arcu & ſagittis propter metum & & hoſtium & ferarum. Et relictis locis cãpeſtribus fugient homines ad montes, vt eorũ difficultate muniantur. In montibus illis neq; creſcent vepres neque ſpinæ: quoniã ſarrientur & fodientur ſarculo & ligone à paucis illis colonis, qui ibi miſerabiliter habitauerint. Cætera omnia patebunt paſcuis, liberéq; à pecoribus conculcabũtur. Diuus Gregorius in moralibus libro decimono capite vigeſimooctauo per ſpinetum intelligit gentilitatẽ, ad quam Apoſtoli cũ arcu & & ſagittis ingreſſi ſunt, quia ad feriendam gentium duritiẽ cum diſtrictis verborũ ſpiculis introierunt. Appellat verba ſanctorũ concionatorum ſagittas, de quib. dicitur in Pſalmo: Sagittæ *Pſal. 63.*
paruulorũ factæ ſunt plagæ eorum. Hoc eſt: Ardentiſſima Apoſtolorũ verba corda hominum feriebant. Appellantur autem Apoſtoli paruuli propter eorum ſanctam humilitatẽ & ſimplicitatem. Quibus aiebat Chriſtus, vt eſt apud Mat- *Matt. 18.*
thæum, Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cœlorum. Hæc eſt cauſa cur dicat ſcriptura primo libro Regũ: *1. Reg. 13.*
Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpiſſet. Volens enim ſignificare eum, cùm regnum obtinuit, fuiſſe ſimplicẽ & probum, ait eſſe paruulum, acſi vnum annũ natus eſſet. Qui ſi in illa ſimplicitate & humilitate permaneret, eſſet abſque dubio egregia quadã gloria cumulatus. Huiuſmodi paruulis aperit Deus ſua myſteria, diuinámque ſacrarum ſcripturarum intelligentiam oſtendit. Id ſentiebat diuinus ille Pſaltes, *Pſal. 118.*
cùm ita canebat. Declaratio, ſeu, vt poteſt verti ex Hebræo, oſtium, ſermonem tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Id oſtendit Chriſtus apud Matthæum ita inquiens: Confi- *Matt. 11.*
tebor tibi pater, Domine cœli & terrę, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ex quo poteris facilè colligere non ſuperbos hæreticos, ſed humiles catholicos eſſe diuinarum literarum verum ſenſum conſecutos.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT VII.

Et qui derelictus eſt Iaſub filius tuus.) Pro Iaſub in
Iaxub. Hebraico eſt ישוב, à verbo שוב, quod ſignificat conuertere. Sonat igitur Iaxub conuertetur. Voluit hoc nomine ſignificare reliquias Iudæorum eſſe ad Chriſtum conuertendas. Præcepit Deus Eſaiæ, vt Filium ſuum Iaxub aſſumeret, vt nominis ſignificatione rei euentum ſignificaret.

Et non tentabo Dominum.) Pro tentabo eſt in Hebraico אנסה anaſſeh, à verbo נסה naſah, quod ſignificat tentare. quàm ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Poteſt eſſe à verbo נסס naſas, quod ſignificat extollere & exaltare. Ideò poterat verti: & non exaltabo Dominum.

Ecce virgo concipiet.) Pro virgine eſt in Hebraico עלמה almah. quod nomẽ ſignificat virginem. Et non ſolùm hoc in loco, ſed etiam in capite vigeſimoquarto Geneſis, vbi in Hebraico eſt hæc
Gene.24. dictio עלמה vertit interpres Latinus virginem, inquiens: Virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam. Et lingua Punica, quæ vt ait diuus Hieronymus, de Hebræorum fontibus manare dicitur, almah virginẽ ſignificat. Et Septuaginta interpretes natione Hebræi, & apud Hebræos, & clari in primis, linguáque Græca peritiſſimi vertetũt hoc in loco ἡ παρθένος, quod nomen propriè virginẽ abſque dubio ſignificat. Nihilominus tamẽ audent nunc Iudæi aſſerere hoc nõ intelligi de virgine, ſed de vxore Eſaiæ, quanquam ex illis nonnulli dicãt eſſe de vxore regis Achaz intelligendum, quarum vtraq; virum cognouerat: neque volunt fateri hoc nomen virginem ſignificare: imò omnes Septuaginta fuiſſe hoc in loco deceptos aſſeueranter affirmant, ſuorúmq; Rabbinorum antiquorum commentarios, in quibus pro עלמות alamoth בתולות bethuloth interpretantur, omnino reiiciunt. Dictio enim bethuloth ſine vllo dubio virgines ſignificat, vt ipſi facilè confitentur. Quàm falſę & ineptæ ſint horum Iudæorum interpretationes, in explanatione oſtendimus. Deriuatur hæc dictio almah à verbo עלם alam, quod ſignificat latere & abſcondere. Vnde ſignificat non quamcunque virginem, ſed eam, quæ eſt abſcondita, de cuius integritate dubitare nemo poſſit: & quæ eſt non vetula, ſed adoleſcẽtula. Ideò Latinus interpres in
Cant.1. primo Canticorũ capite vertit: Aleſcẽtulæ dilexeruntte. Vbi in Hebraico eſt alamoth, & in commẽtario Hebraico exponitur bethuloth. Et
Prou.30. in Prouerbiis capite trigeſimo vbi ſcriptum eſt: Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cœlo, viam colubri ſuper terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia, pro adoleſcentia debet eſſe in adoleſcẽtula, ſiue in virgine: eſt enim in Hebraico idem vocabulum almah, & ita habent nõnulli codices Latini. Sed vitio typographorũ effectum eſſe exiſtimo, vt pro adoleſcentula deprauatè ſcriberetur adoleſcẽtia. Hoc myſterium ait Salomon ſibi fuiſſe occultum & arcanum. Quis eſt hic homo, cuius viam in virgine adoleſcentula & abſcondita ignorabat Salomõ, niſi Chriſtus de Spiritu ſancto conceptus, & de virgine ſanctiſſima Maria admirabiliter natus? Hanc vnicam inexplicabilémque generationẽ non poterat humano intellectu percipere Salomõ. Quãuis enim intelligeret cõccpturam eſſe virginem, Emanuelémque parituram, viam tamen & inenarrabilem modum comprehendere nequaquã poterat. De qua dicebat Eſaias capite quinquageſimotertio: Generationem eius qui enarrabit? Eſa.53.

Si non credideritis, non permanebitis.) Nempe in regno. Pro credere & permanere in Hebraico eſt vnum atq; idem verbũ, nimirum אמן aman. Sed priori loco eſt tertiæ coniugationis vocis actiuæ, quæ appellatur hiphil, & ſignificat credere: Secundo verò loco eſt primæ coniugationis paſſiuæ, quam appellant niphal, & ſignificat eſſe firmum, certum, ſtabilem, & permanẽtem. Ideò rectè vertit interpres noſter: Si non credideritis, nõ permanebitis. Et quoniam qui firmi certique ſunt in re aliqua, eam intelligere cenſentur, ideò adducti hac ratione verterũt Septuaginta interpretes: Si non credideritis, nõ intelligetis. Quaſi illis dicat propheta: Niſi Dei verbis fidem adhibueritis, vera intelligentia carebitis. Vbi aſpicis infideles omnes eſſe vera intelligentia ſapiẽtiáq; deſtitutos. De illis enim ait in hunc modum diuus Paulus in epiſtola ad Romanos. Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt Rom.1.
inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Diuus Auguſtinus inquit intellectum eſſe præmium fidei. Et rectè quidem. Eſt enim perſpicuum, fidem illuminare, admirabilémque intelligentiam tribuere. Pagninus vertit: Si non creditis, eſt, quia non eſtis ſtabiles. Hoc eſt, Ideò mihi non creditis, quia non eſtis in ſolido fidei fundamento conſtituti. Poteſt verti: Si non credideritis, non eritis ſtabiles, vel fideles, vel fortes, vel perſeuerantes.

Argumentum capitis VIII.

Deſcribit diuinus vates admirabilem ſanctiſſimæ virginis Mariæ partum. Id quod fecerat capite ſuperiore. Celebrat victoriam, quam Chriſtus erat de dæmone reportaturus. Vaticinatur venturas eſſe Aſſyriorum copias in Iudæam, totámque regionem, excepta Hieroſolyma, vaſtaturas. Prædicit Syriæ & Samariæ excidium & vaſtitatem. Hortatur populum ſuum ad Dei timorem, verámque religionem amplexandam. Præcinit Chriſtum fore eum timentibus & colentibus in ſanctificationem, in petram autem offenſionis impiis Iudæis, ipſius Chriſti Dei noſtri diuina opera damnantibus, eiúſque gloriam deformare atque extinguere cupientibus. Piorum enim animos erigit Deus, & ad altiſſimam dignitatem extollit, & ad vitam tandem æternam perducit. Illi autem qui ſe vitiis dediderant, eorúmque ſe quaſi miniſtros præbuerunt, Chriſti ſanctiſſimis

mis operibus offenduntur. Quo ſit vt ad æternas miſerias præcipites ruant. Tandem docet vanos eſſe ariolos, tollendámque eſſe omnem ſuperſtitionem, & ad ſacrã Dei legem confugiendum.

CAPVT VIII.

A ET dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis. Velociter ſpolia detrahe, citò prædare. Et adhibui mihi teſtes fideles: Vriam ſacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ: & acceſsi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius, Accelera-ſpolia-detrahere, Feſtina-prædari. Quia antequàm ſciat puer vocare patrẽ ſuum & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci: & ſpolia Samariæ coram rege Aſsyriorum. Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens: Pro eo quod abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadũt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Raſim, & filium Romeliæ, propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, regem Aſsyriorum, &

B omnem gloriam eius. Et aſcendet ſuper omnes riuos eius & fluet ſuper vniuerſas ripas eius, & ibit per Iudã inundans, & tranſiens vſque ad collũ veniet. Et erit extenſio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ ô Emanuel.

EXPLANATIO.

Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librũ grandẽ.) Vult Propheta iis verbis oſtendere, rem hanc quam vult conſignare literis, & mandare monimentis, magnam eſſe, dignámque abſque dubio quam nulla vnquam deleat obliuio. Cur enim ad tam pauca verba ſcribenda erat librum magnum ſumpturus, niſi vellet myſterij magnitudinẽ ſignificare? Nam quod maius illuſtriúſque myſterium eſſe poteſt, quàm virginem concipere, eúmque parere, qui eſt verus Deus & verus homo, hominum generis reſtaurator, ipſius matris, quæ eum genuit, creator, totiúſque mundi redemptor? Eſt etiam altera cauſa, ob quã iuſſit Deus eſſe librum magnum, nempe vt poſſet ab omnibus videri, ne ob eius paruitatẽ ſe aliquis excuſaret. Et eam ob cauſam præcepit Eſaiæ, vt ſcriberet ſtylo hominis, hoc eſt manifeſto, & ver-

Haba.2. bis humanis, literiſque notis, vt omnes poſſent id, quod erat ſcribendum, intelligere. Et hanc rationem affert Ionatham in Thargũ. Voluit Deus etiam hac in re ſuam erga homines clementiam ſignificare. Idem præcepit Prophetæ Habacuc in hunc modum: Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas, vt percurrat qui legerit. Ac ſi diceret: Scribe vaticinationem, eámque planè explica, vt qui legerit, poſſit eam facilè intelligere.

Velociter ſpolia detrahe, citò prædare.) Hæc eſt Prophetia, quam Eſaias in libro magno ſcribere iubebatur. Vide quàm pauca verba, ſed conſidera quàm ſublimia myſteria in illis includantur. Capite ſuperiore prædixit ſanctus vates nomen & admirabilem Emanuelis natiuitatem: nunc alia eius nomina, verbis quidem differentia, ſed re idem ſignificãtia, ſcribit: quibus noſtram à dæmone liberationem ſignificat. Eſt igitur ſenſus. Hactenus diabolus homines oppreſſit, huiúſque mundi principatum obtinens exercuit tyranni- *Gen.3.*
dem immaniſſimã. Sed ipſe eiicietur foras. Ideò tu puer ô Emanuel detrahe velociter eius ſpolia, aufer homines ab eius poteſtate & miſerrima ſeruitute, ipſi enim ſunt ſpolia, quæ es ab illo ablaturus: ea cito eripe, ipſúmque dæmonẽ prædare: non vltrà eum regnare patiaris. Id fuiſſe à Chriſto ſaluatore noſtro factum, & hanc vaticinationem impletam, ipſa Euangelia aſſerunt, nos planè cognoſcimus. Non exiſtimes hanc Chriſti victoriam fuiſſe tunc primò ab Eſaia prænuntiatã: nam in mundi principio fuit à Deo prædicta, & poſtea à Moyſe literis conteſtata. Cùm primùm noſtri primi parentes ob diuini præcepti tranſgreſſionem in grauiſſimum crimen incidiſſent, ita Deus ſerpenti, quę Euam ſeduxit, & in poſteritatem fuerat crudeliſſimum excidium machinatus, allocutus eſt: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemẽ tuum & ſemen illius, & ipſa conteret caput tuũ. Vel, vt eſt in Hebraico, & ipſum conteret caput tuum. Quæ eſt hæc mulier, niſi virgo ſanctiſſima Dei genitrix Maria? Quid per eius ſemen, niſi Chriſtus Deus noſter intelligitur? Hunc dicit eſſe dæmonis caput contriturum. Cui exiſtimas reſeruatam fuiſſe hanc victoriam, niſi Chriſto Deo noſtro, qui ſpolia detraxit ab hoſte antiquo, eiúſque caput contriuit, hominúmque genus ad veram dignitatem & amplitudinem reuocauit? Communis verſio attribuit virgini Mariæ hanc victoriam, dicens: Et ipſa cõteret caput tuum. Quoniam ipſa Chriſtũ genuit, qui eam victoriam de dæmone reportauit, vt nos ad vitam perduceret beatam & immortalem. At litera Hebraica ad virginis fructum hanc victoriã refert. Non enim dicit: Et ipſa, ſed, Et ipſe, nimirum virginis fructus. Et ita tranſtulit Pagninus, & nonnulli alij.

Adhibui mihi teſtes fideles.). Scripſi ea, quæ mihi præcepit Deus, & aſſumpſi teſtes magnę fidei & integritatis, nempe Vriam ſacerdotem & Zachariam filium Barachiæ, viros, claros, qui magnam celebritatem ſermonis hominum fuerant conſecuti. Hi certò ſciunt me ſumpſiſſe librum magnum, cui ea, quæ mihi Deus præceperat, mãdaui. Vrias ſonat illuſtrationẽ ſiue illuminationẽ Dei. Zacharias verò Dei memorẽ ſiue memoriã. Hi enim ſunt fideles teſtes, qui à Deo illumi- *Ioan.15.*
nãtur, eúmq; memoria tenent. Ex quo colliges nõ eſſe eos integros teſtes, qui in ignorãtię peccatorũq; tenebris verſantur, Deúmq; obliuiſcũtur, neque veritatẽ neq; iuſtitiã colẽtes. Chriſtus apud Ioannẽ in ſermone illo amoris pleniſſimo, quẽ habuit inter diſcipulos ſuos imminẽte tẽpore, quo erat acceptis grauiſſimis cõtumeliis ex hoc mũdo ad patrẽ trãſitur', hęc verba fecit Cũ

venerit,

venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, ſpiritum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. Acſi diceret: Teſtimonium, quod de me tribuetis ô diſcipuli mei, fidele erit & incorruptũ, quoniam eritis Spiritu ſancto incenſi, & ea teſtificabimini, quæ vidiſtis, quoniam ab initio mearum concionum, meotúmque miraculorum mecum eſtis. Vbi vides idoneos & approbatos teſtes, eos eſſe, qui & iuſti ſunt, & ea, quæ teſtãtur, certò ſciunt. Debet iudex conſiderare ſint ne teſtes integri an deprauati, nimiáque affectione corrupti. Vt enim ſolis radius per vitrum variis depictum coloribus ingrediens, vitri colores nõ autem ſuum repreſentat, vt cùm ſol ſit vnus atque idem, diuerſus tamen pro colorum varietate appareat: ſic homo affectu corruptus, non veros atque natiuos colores rebus tribuit, ſed qualis eſt eius affectio, tali colore rem ipſam depingit: vt cùm vnum atque idem ſit factum, in hoc illud laudet, in alio verò vituperet, ingrediens enim iudicium per affectum, ipſius affectus colorem oſtendit. Ex quo conſequitur vt eius teſtimonium aliorum facta ſæpenumerò deprauatè repreſentet. Prudenter equidẽ Ageſilaus vt eſt apud Plutarchum, quoties audiebat aliquos de aliorum aut laude aut vituperio teſtimoniũ dicere, exiſtimabat non minos eſſe inquirendos & diſcẽdos eorum mores, qui loquebantur, quàm eorum, de quibus verba faciebant. *ſimilitudo.*

Acceſſi ad propheti ſſam.) Poſtquam ex Dei præcepto, inquit, ſcripſi in libro magno myſterium redemptionis humanę per Chriſtum, & adhibui mihi teſtes fideles, acceſſi mẽte ad prophetiſſam illam virginem Mariam ſacratiſſimam, & diuino lumine illuſtratus vidi fore, vt ipſa cocciperet & pareret, integra & violata virginitate permanente. Et dixit mihi Deus: Filius huius virginis eſt puer ille, qui vocabitur Emanuel. Tu etiam voca nomen eius, accelera ſpolia detrahe, feſtina prædari. Accelera ſpolia detrahe, ſiue ſpolia detrabere, eſt vnum nomen: feſtina prædari alterum, ſed in idem recidens. Voluit Deus his nominibus oſtendere eſſe Chriſtum magna cum feſtinatione à dęmone mundum erupturum.

Antequam ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam.) Confirmatio eſt eius, quod dixerat, eſſe Chriſtum cum magna feſtinatione mundũ à dæmonis fauce erepturum. Quaſi dicat: Priuſquam Emanuel humanitate aſſumpta ad id perueniat ętaris, in qua pueri ſciunt vocare patrem & matrem, auferet atque deſtruet mundi fortitudinem & ſapientiam. Nam quid aliud fuit Chriſti natiuitas eiúſque in mundum aduentus ſine humanis armis, ſine copiis & hominum exercitibus, ſine bellico apparatu, quàm inanis mundi fortitudinis euerſio? Voluit ſtatim in infantia Chriſtus indicare nulla arma, nullam mundi fortitudinem, nullas hominum munitiones, tãtam habere firmitudinẽ, vt in illis fiduciam collocaremus: ſed in Chriſti fide charitate formata, in vera religione, in mundi contẽptu, in perpetua virtutis conſtantia eſſe verã fortitudinem conſtitutam. Quid aliud fuit naſci Chriſtũ inter paleas & fœnum, & reclinari à virgine ſanctiſſima in humili præſepio, qui ia non erat ei locus in diuerſorio, vt ait Euangeliſta, quàm humani faſtus, inanis gloriæ, hominũ põpæ, & huius mundi ſapientiæ, apertiſſima dãnatio? Quid aliud fuit naſci in itinere & in diuerſorio, niſi docere vitam hanc viam eſſe & diuerſorium, non permanens domicilium? Quid aliud fuit illa profunda humilitas quàm mundi ſuperbiæ & iactãtiæ clariſsima improbatio? Quid aliud fuit illa ſumma paupertas, quàm humanæ proſperitatis, fluxarúmque opum inconſtantiũ in caſúmque ſitarũ contemptio? In illa inopia voluit delitеſcere ſummus ille omniũ rerum opifex, ampliſſimúſque cœli moderator & rector, qui naturam vniuerſam immenſa virtute coercet & continet, totius vniuerſi inuictiſſimus imperator, vt doceret fundamentũ Chriſtianæ philoſophię, verę que religionis initiũ in rerũ humanarum contẽptione ac deſpicientia conſiſtere: nóſque ad cœleſtis patriæ deſiderium firmiſſimámque ęternitatis ſpem & fiduciã excitaret. Cùm igitur Chriſtus natus eſt, ſtatim incœpit auferre fortitudinẽ Damaſci. Stultam enim fecit Deus huius mundi ſapientiam. Et vt verbis vtar Apoſtoli, quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mũdi & contẽptibilia elegit, & ea, quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt, deſtrueret. Vocat hoc in loco diuus Paulus ea, quæ nõ ſunt res illas, quæ nullius eſſe momenti videntur, & pro nihilo putantur. Si attentius velimus intueri, videbimus apertiſsimè ſummam fuiſſe Chriſti ſaluatoris noſtri in mundi reſtauratione celeritatẽ. Cum primùm natus eſt in mondo, cœpit ſaluũ facere mundum. Statim adduxit ad ſe paſtores, qui angelis concinentibus Chriſtúmque nuntiantibus ad præſepium peruenerunt: & Magos Orientales ex diſtantibus prouinciis ad ſe velociter perduxit: vt ſignificaret non ſolùm Iudæorũ reliquias, quæ per paſtores Iudæos ſignificabantur, ſed etiã gentes, quarũ primitiæ erant magi illi Orientis, eſſe ſalutẽ conſecuturas. Cùm rex aliquis vult principẽ filium ſuum deſignare regẽ, conuocat vrbium legatos, qui iurent ſe eſſe principi obtẽperaturos. Fiunt cõuentus, & deſignatur rex. Conſtitutus eſt Chriſtus rex à Deo patre, iuxta id, quod ipſe de ſe ait in Pſalmo: Ego autẽ conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſanctum eius. Quod intelligitur quatenus ille homo eſt: Nam natura diuina Chriſtus æqualis eſt Patri, ſempérque regnum obtinuit. Venerunt totius orbis legati, paſtores ex Iudæis, & Magi ex gentibus, vt hunc regem recognoſcerent & adorarent. O fœlix Bethleem, ô ampliſsimũ atque excellentiſsimum diuerſorium, ô domus panis, id enim ſignificas, vbi natus eſt panis ille viuus, qui de cœlo deſcendit, vbi facti ſunt conuentus cœli & terræ, & vetus totius vniuerſi princeps & rex à Iudæis & gentibus, & angelis, reliquiſque cœlitibus recognoſcitur & adoratur! In te natus in tẽpore ille, qui eſt ſempiternus cœpit velociſsimè mundũ reſtituere. At ſentiẽda quidẽ eſt, omnique lacrymarũ abundãtia ſæpenumerò deploranda obliuio noſtra, qui Deo acceleranti & feſtinanti vt nos liberet & ſeruet, nõ occurrimus, ſed in noſtra ignauia & pernicie torpemus.

Luc. 2. *1. Cor. 1.* *Luc. 2.* *Matt. 2.* *Pſal. 2.* *Ioan. 6.*

pemus. Conſideremus Dei celeritatem & noſtrã
deſidiam, dei ſolicitudinem & noſtram inertiã.
Cur non feſtinamus, ſi Deus feſtinat? Quid reſ-
pondebit noſtra ſocordia Chriſti velocitati? Ve-
nit Deus in mundum, & dedit ſemetipſum pro
peccatis noſtris, vt nos eriperet à præſenti ſecu-
lo nequam, vt verbis Paulinis vtar in epiſtola ad
Gal.1. Galatas, & nos iterum atque iterum vinculis
noſipſos aſtringimus, & in deſidia noſtra per ma
nemus. Acceleremus igitur, & accinctis renibus
noſtris, baculos manu tenentes, vt Deus in Exo
do præcipiebat, comedamus feſtinantes. Et, vt
Exod.12. ait diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos, feſtine
Hebr.4. mus ingredi in illam requiem, vbi Dei viſione
in æternum fruamur.

Et ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum.) Auſe-
ret Emanuel ſpolia Samariæ: hoc eſt, homines
mundi à diaboli poteſtate coram ipſo diabolo.
Idem dicit alio in loco idem Propheta iis ver-
bis: Ideò diſpertiam ei plurimos, & fortium di-
uidet ſpolia. Idem etiam Chriſtus apud Lucam
ſignificauit ita dicens. Cùm fortis armatus cuſto
dit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſsidet.
Infrà 53. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum
Luc.11. vniuerſa arma eius auferet, in quibus confide-
bat, & ſpolia eius diſtribuet. Hæc ſpolia ſunt
homines, quos Chriſtus à dæmonis poteſtate
ereptos diſtribuit. Nam ipſe, vt ait diuus Pau-
lus in epiſtola ad Ephеſios, dedit quoſdam qui-
Ephe.4. dem Apoſtolos, quoſdã autem Prophetas, alios
verò Euãgeliſtas, alios autem paſtores & docto
res. Vicit igitur Chriſtus dæmonem, eiúſque ca-
ptiuitatem ſibi captiuauit, & in cœlum adduxit
Id quidem eſt, quod ait Apoſtolus in eadem epi
ſtola: Aſcendens in altum captiuam duxit capti-
uitatem. Hoc eſt homines, qui antea erant ſpolia
Ephe.4. Samariæ, ab exilio ad cœleſtem patriam addu-
xit. Quod Dauid multò antea cecinerat. Et quã-
uis hoc ita ſit, exiſtimo tamen hoc etiam de ma-
teriali Samaria & Damaſco ciuitate Syriæ dictũ
Pſal.67. eſſe. Prædicit enim his verbis Propheta victoriã,
quam Aſſyriorum rex de Syria & Samaria repor
tauit, quod fuit prius, quàm puer ſciret vocare
patrem & matrem, hoc eſt, prius quàm Chriſtus
naſceretur. Sed hæc victoria ſignificabat Chriſti
victoriã, qui erãt de diabolo, mundo, & morte
triumphaturus. Quod factũ fuit, quando multi
ex Iudæis, pluréſque ex gentibus in Chriſtum
crediderunt, & repudiata ſuperſtitione, ad verã
pietatem & religionem animum applicuerunt,
ſéque Chriſto libenter dedicarunt. Iudæi per
hanc propheti ſſam intelligunt, vt dixi, vxorem
Eſaiæ: ad quam dicunt eum corã fidelibus teſti-
bus Vria & Zacharia acceſſiſſe, ex eóque con-
greſſu filium genuiſſe, qui vocatus fuit, Accelera
ſpolia detrahere, feſtina prædari. Sed quis nõ
videt Iudæorum impudentiã, qui Eſaiæ prophe-
tæ ſanctiſſimo eam turpitudinem tribuunt, quã
ne lenones quidem admitterent? Quî enim fieri
poſſet vt modeſtiſſimus ſanctiſſimúſque vates
coram hominibus venereum actum exercuiſſet,
cùm non dicam homines, ſed etiam quædã bru-
ta animalia nolint cum fœminis congreſſum ha
bere niſi in locis abſtruſis, ab hominúmque con
ſpectu remotiſſimis? Id enim de elephantis & ca
melis Ariſtoteles libro quinto de natura anima-
liũ capit. ſecundo ſcribit. Præterea puer natus
ex tali cõgreſſu natus fuiſſet decem & nouẽ an-
nos, eũm Samaria euerteretur. Illa enim, vt cõ-
ſtat ex quarto Regum, & ſecundo Paralipome- 4.Reg.17.
nõ, euerſa fuit anno ſexto regis Ezechiæ: puer & 18.
autem, ſi verum eſt, quod dicunt Iudæi, concep- 2.Par.32.
tus fuit ſecundo anno Achas regis Iuda. Inter
annum autem ſecundũ Achaz & ſextũ Ezechię,
ſi rectè computes, inuenies viginti annos inter-
fluxiſſe. Quomodò igitur fieri poſſet, vt puer ne-
ſciret vocare patrem & matrẽ iam natus annos
ſaltẽ decem & nouem? Ex quo apertiſſimè colli
ges falſam commentitiámque eſſe hanc Iudæo-
rum opinionẽ, neque poſſe cum ratione, neque
cum ſcripturarum veritate cohærere. Eſt igitur
hæc propheti ſſa virgo illa ſanctiſſima Dei geni-
trix Maria, de qua dixerat ſuperiore capite: Ecce
virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur
nomen eius Emanuel. Ad hanc acceſſit mente
diuinus noſter vates, eam fuit animo contẽpla-
tus Chriſtum parientẽ, & in virginitate perſeue
rantem.

Pro eo quod abiecit populus iſte aquas Siloe.) Præ-
dicit euerſionem Iudææ per Aſſyrios. Quaſi di-
cat: quoniam populus Iudæ, cuius regnũ eſt ve-
luti fons Siloe leniter fluens, ſuum negligit ſta-
tum, & ſpem non in diuino præſidio, ſed in regi
bus Syriæ & Samariæ ponit, eíſque vult ſe ſub-
iicere, qui ſunt velut fluuij magni ſuo impetu
omnia ſecum rapiẽtes, ego adducam ſuper eum
aquas fluminis rapidiſſimi, quæ in totam terrã
ſe fundant, hoc eſt potentẽ immanémque Aſſy-
riorũ regẽ, qui totã te rram vaſtet & populetur.
Hoc ideò dicit, quia multi ex regno Iuda fauebãt
regibus Syriæ, & Samariæ quos videbant potẽ-
tes, eóſque ſibi reges conſtituere volebant. Siloe
eſt fons lenis & innoxius ad radices montis Siõ,
cui regnum Iuda, quod fuerat à Deo conſtitutũ,
comparatur. Animaduerte. Iudæi volebant eli-
gere reges Syriæ & Samariæ, illiſque ſubiici. At
Deus eos non illis, ſed regi Aſſyriæ ſeruire fecit.
Colligas hinc eos, qui illis nolunt ſubiici, qui-
bus Deus vult, ſed diuinæ voluntati nequaquã
obtemperantes alios eligunt, quibus ſe ſubii-
ciãt, poſtea aliis ſeruire, qui eos opprimant & af-
fligant. Aequum enim eſt, vt quoniam illi non
vis ſubiici, cui Deus vult vt ſubiiciaris, ei ſis ſub
iectus, cui ſubiici nequam velles. Quomodo vis
vt tibi Deus pareat, ſi tu illi non vis parẽre? Fac
quod vult, & faciet quod vis. Illud eſt præterea
obſeruandũ Siloe ſonare miſſum: miſſus autem
Chriſtus fuit, ita enim ait diuus Paulus in epiſto Gal.4.
la ad Galatas: Vbi venit plenitudo temporis mi-
ſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum
ſub lege, vt eos, qui ſub lege erãt, redimeret. Eſt
igitur huius loci ſenſus: Quoniã Iudeorũ popu-
lus contempſit & abiecit Meſsiã à patre miſſum,
& voluit potius ſcribis & Phariſæis adhærere,
ideò eum Deus tradet Romanis, qui eũ ſummis Ioan.9.
calamitatibus premant. Hic eſt fons ille cuius
aqua cæci oculos aperuit, vt eſt apud Ioannem
ca. nono. Volens enim Euãgeliſta ſignificare, per
fontẽ illum Chriſtũ intelligi, adiecit nominis in
terpretationẽ, dicens: Siloe miſſum ſonare. Eſt nã Pſal.35.
q; Chriſtus fons ille, de quo aiebat regius vates Zach.13.
cũ patre loquẽs: Apud te eſt fons vitę. Et Zacha
rias

rias propheta: In die, inquit, illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatorum. Fons vitæ, qui tollit peccata mundi, miſſus à patre fuit, vt cæcorum oculis mederetur. Quis eſt ille qui mentis oculorũ tenebras auferat, niſi Chriſtus ſaluator noſter? Si hunc fontem contempſeris, cæcus permanebis, nullo diuinæ gratiæ ſplendore illuſtratus, & regi Aſſyrio, hoc eſt diabolo huius mundi principi ſubiicieris, à quo immaniter vexaberis. Si vis lumen oculorum recipere, confuge ad hunc fontem, & deterſa cæcitate clarum lumen recipies. Fluit eius aqua leniter abſque ſtrepitu & clamore, quod Chriſto conuenire indicat locus Eſaiæ *Infrà 42.* capite quadrageſimo ſecundo ita habens: Non *Matt.12* cõtendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocẽ eius. Quem locum diuus Matthæus duodecimo capite ſui Euangelij de Chriſto interpretatur. Illud eſt hoc loco aduertendũ, eos reprehendi, qui clamoribus & contentionibus vtuntur, aquaſque Siloe quietè & in ſilentio *3.Reg.6.* fluentes contemnunt. Vt enim in templi Salo- *ſimile.* monis ſtructura neque audiebatur malleus neque ſecuris, vt in primo Regum libro literæ diuinæ teſtantur, ſic in Eccleſia Chriſti templo celeberrimo & ampliſſimo nullę debent eſſe iniquæ lites, altercationes, & tempeſtates, ſed modeſtia, tranquillitas, & charitas.

Vſque ad collum veniet.) Id eſt, vſque ad Hierolymam, vſque ad quam venit rex Aſſyrius, ſed eam non euertit, quoniã voluit eam Deus tunc ſeruare. Appellatur autẽ Hieroſolyma collũ Iudææ, quòd ſit in loco alto ſita. Et voluit diuinus vates in aſſumpta tranſlatione permanere. Comparauit immanẽ Aſſyriorum regẽ aquis inundãtibus, omnia ſecũ rapientibus: nunc autẽ volens earum altitudinẽ ſignificare, ait totũ corpus Iudææ præter caput eſſe aquis cooperiendũ, eáſq; vſque ad collum acceſſuras. Per caput cum collo Hieroſolyma intelligitur.

Et erit extenſio alarum eius.) Copias & caſtra regis Aſſyriorum alas extenſas vocat, eiúſque potentiam, innumerabilémque militum multitudinem prædicit. Apoſtophe eſt ad puerũ Ieſum, quem indicat in terra Iudææ naſciturum eſſe, cùm Iudæam eius terram appellet.

Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuerſæ procul terræ: confortamini, & vincimini: accingite vos, & vincimini, inite conſilium, & diſsipabitur. Loquimini verbum, & non fiet, quia nobiſcum Deus. Hæc ait Dominus ad me ſicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi huius, dicens: Non dicatis: coniuratio. Omnia enim quæ loquitur populus iſte, coniuratio eſt. Et timorem eius ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituum ipſum ſanctificate: *Luc.2.c.* ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. Et *Rom.9.g.* erit vobis in ſanctificationem, in lapidẽ *1.Pet.2.6.* autem offenſionis & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael, in laqueum & in ruinam habitantibus Ieruſalem. Et offendent ex eis plurimi & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis. Et expectabo Dominum, qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum. Ecce ego *Heb.2.d.* & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in ſignum, & in portentum Iſrael a Domino exercituum, qui habitat in monte Sion. Et cùm dixerint ad vos: quærite à pythonibus, & à diuinis, qui ſtrident in incantationibus ſuis, Nunquid non populus à Deo ſuo requirit viſionem pro viuis à mortuis? Ad legem magis & ad teſtimonium. Quòd ſi non dixerint iuxta verbum hoc, nõ erit eis matutina lux. Et tranſibit per eam, & corruet & eſuriet, & cùm eſurierit, iraſcetur, & maledicet regi ſuo, & Deo ſuo, & ſuſpiciet furſum. Et ad terram intuebitur. Et ecce tribulatio & tenebræ, & diſſolutio, & anguſtia, & caligo perſequens, & non poterit auolare de anguſtia ſua.

Congregamini populi, & vincimini.) Alloquitur populos Syriæ & Samariæ, prædicens non eſſe eos Hieroſolymam expugnaturos. Eſt ſarcaſmus quæ figura à rhetoribus appellatur virulenta irriſio. Iubet eos congregari ad pugnandum, negãs eos eſſe victoriam adepturos. Imò eorum irridet conatus. Acſi dicat: Congregate voſipſos, & cõſpirate de euertenda Hieroſolyma. Sed multò aliter eueniet, quàm putatis. Nam Deus ciuitatẽ *2.Reg.17.* ſuam ſeruabit, vos autem vincemini ab Aſſiriis, *Gen.38.* & quamuis magnas copias congregetis, ſupera- *Ioan.11* bimini tamen, veſtrúmque conſilium diſſipabitur, quia nobiſcũ Deus eſt. Docet hic locus nihil contra nos efficere poſſe ſceleratorũ cõſilia, ſi Deũ propitiũ habeamus. Nihil nocuit Dauidi conſilium Achitophelis, neque Ioſepho conſiliũ ſuorũ fratrũ, neque Chriſto ſaluatori noſtro conſilium Scribarũ & Phariſæorum. Vnde enim exiſtimabant eius ſplendorẽ maculare, noménque extinguere, inde venit, vt eius gloria clarius innoteſceret, & in omni orbe terrarũ illuſtriſſima laude celebraretur. Et ipſi Iudæi ceciderũt in miſerias acerbiſſimas, & abiectiſſimi ab omnibus irridentur, omni gloria & decore ſpoliati. Et quãuis te homines nefarij oppugnẽt, nequaquã tamen vincent, ſi fueris virtutibus veluti muro ſeptus, diuinoque præſidio munitus. Ita enim *Iere.1.* ait Deus apud Ieremiã: Bellabunt aduerſum te, *Iob.5.* & nõ præualebunt, quia ego tecũ ſum, vt liberẽ *Prou.21.* te. Deus, vt ait Iob, cõprehendit Sapientes in aſtutia eorum, & conſilia prauorũ diſſipat. In Prouerbiis ait Salomon: Non eſt ſapientia, nõ eſt prudẽtia, non eſt conſiliũ contra Dominũ. Et eius pater Dauid, Dominus, inquit, diſſipat conſilia gentiũ. Etſi viri iuſti videantur aliquando ab iniquis ſuperari, ipſi tamen de iniquis trium- *Pſal.32.* phant. Cùm Palæſtini Hebræos propter eorum ſcelera ſuperarent, Deique arcam ſecum aſportarent, in templúmque idoli ſui Dago-

nis in

nis inferrent, euenit, ſacra referente hiſtoria, vt ſurgentes diluculo altero die Azotij inuenirent Deum ſuum Dagonem in terra ante arcam iacentem, & alio die ſciſſum & confractum. *1.Reg.5.* Quando exiſtimabant eſſe arcam Dei abiectam & victam, ſuóque idolo ſubiectam, ipſam inuenerunt ſuperantem, idolúmque ante ſe fractum & proſtratum habentē, de quo mirabiliter triũphabat. Aſpicis hîc apertiſſimè gloriã Dei eminere, etiam cùm abiecta eſſe creditur, virtutemque victoriam obtinere, etiã cùm victa eſſe exiſtimatur. *ſimilitudo.* Voluit Syria cum Samaria Hieroſolymã euertere, at Hieroſolyma euaſit ſuperior, & ipſæ fuerunt euerſæ, & in ſummis calamitatibus conſtitutæ. Vt enim fluctus maris fortem ingentémque rupē ferientes, ibi illiduntur, nihil aliud efficientes quàm ſeipſos frangere & in ſpumas inanes conuertere, manente rupe immobili & ſtabili, ſic qui iuſtum atque pium virum volunt impugnare, ſpumas ſuæ iracundiæ & inuidiæ oſtendũt: ſed nihil aliud efficiunt, quàm ſeipſos frangere & atterere, perſeuerante verò iuſto in virtute & conſtantia nullam gloriam, virtutis atque conſtantiæ præmium, amittente. Quid enim amittere poteſt, qui in perpetua honeſtatis firmitudine etiam percuſſus & afflictus perſeuerat? *Pſal.91.* Et ob eam cauſam palmæ perpetua viriditate florenti, *ſimile* ſéque aduerſus pondus mirabiliter eleuanti, à diuino vate comparatur. Iuſtus, inquit ille, vt palma florebit. Et diuus Chryſoſtomus omni ſapientia & eloquentia præſtanti eũ indomito & inuicto adamanti meritò comparauit. Etſi enim corpore vulneretur non tamen animi magnitudo vulneratur: non cruciatur grauitas, non fides, non virtus, non denique animus ipſe charitatis præſidio munitus expugnatur.

Hæc enim ait Dominus ad me, ſicut in manu forti erudiuit me.) Manus fortis capitur hoc in loco, quemadmodùm in multis aliis, pro auxilio diuino. Satis perſpectum eſt & cognitũ in ſacra ſcriptura accipi manum pro præſidio. Eſt igitur ſenſus: Vt Dominus ſuo peculiari auxilio me docuit ne populi huius ſequerer deprauatos mores, ne cum eo in eodem errore & iniuſtitia verſarer, ſic me gratia ſua allocutus eſt, vt vobis dicerem ne aduerſus regem veſtrum verba coniurationis loqueremini. Hoc ideò ait, quia erant multi in Iudæa, qui de rege ſuo relinquendo coniurauerant. Volebãt ſe regibus Syriæ & Samariæ ſubiicere, exiſtimantes non poſſe ab horum regum impetu euadere. Suadet igitur illis Propheta ne hoc faciant, neque nominent coniurationem. Nam illi regem potentiam timentes ſe inuicem ad coniurationem cohortabantur.

Timorem eius ne timeatis.) Vos qui nobiliores eſtis, nolite ea timere, quæ populus timet deſperatione debilitatus. Ideò coniurat contra regem ſuum, quia ſe vult regibus Syriæ & Samariæ ſubiicere. Hoc eſt horum hominum propoſitum, eò tendunt omnes ſuæ cogitationes & verba. Sed timete Dominum, ipſúmque ſanctificate. Sanctificabitur autem, ſi eius pietatem & potentiã confeſſi fueritis, veſtrámque oſtenderitis virtutem & conſtantiam. *Matt.5.* Ita aiebat Christus apud Matthæum: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timere eum, qui poteſt animam & corpus in gehennam perdere. Petrus apoſtolus in prima epiſtola ſua, Timorem autem, inquit eorum ne timueritis, & non conturbemini. *1.Petr.3.* Dominum Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris. Pro eo, quod Eſaias inquit, Dominũ exercituũ ipſum ſanctificate, ait Apoſtolus, Dominũ Chriſtum ſanctificate, hunc Eſaiæ locum interpretans. Vbi vides Chriſtum eſſe Dominum illum exercituũ, qui toties in diuinis literis nominatur.

Erit vobis in ſanctificationem, in lapidem autem offenſionis.) Senſus eſt, Timete Deũ, colite, & inuocate illum, & ipſe, priuſquã naſcatur ex virgine, vos eripiet: ipſe veniet in mundum, & inter homines verſabitur, quorum multos ſaluos faciet. Illi verò, qui in eum credere noluerint damnabuntur. Vobis illi adhærentibus erit in ſancti *ſimilitudo.* ficationem, hoc eſt, vos ſaluos faciet, omnibus autem eum contemnentibus erit in lapidem offenſionis, & in petram, in quam impingent. Vt enim id, quod apis ſumit ex flore, conuertitur in mel: id autem, quod araneus carpit ex eodem flore, conuertitur in venenum, cùm flos ſit vnus & idem: ſic Chriſtus flos campi excellentiſſimus aliis fuit in ſanctificationem, aliis in ruinã. Hoc eſt, quod dixit Simeon ſenex ille iuſtus & timoratus apud Lucam, puerum Ieſum brachiis tenens: *Luc.2.* Ecce hic poſitus eſt in ruinã & reſurrectionem multorũ. Illi in lapidem impingunt, qui velut cæci & amentes non attendunt quà vadunt, neque lapidem vident. Ideò Iudæi pedes in hoc lapide, hoc eſt, in Chriſto læſerunt, quia cæci & inſani neſciebant quà ibant, neque lapidē conſiderabant, quia ob ſua ipſorum ſcelera Chriſtum intelligere nolebant. Vocatur hoc in loco Chriſtus lapis & petra, propter ſoliditatem & firmitudinem, quemadmodum multis aliis in locis diuinarum literarum. *Infrà 28.* Hic eſt lapis ille, de quo ait idē Propheta capite vigeſimo octauo, imò Deus pater per Prophetam: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum angularem, &c. Vbi verſio Chaldaica pro lapide probato habet regem Meſſiam. *Pſal.117.* Sed vide Iudæorum prauitatem. Illum, quē Deus à ſe approbatũ ait, ipſi reprobauerunt. Id quod fuerat a regio vate in hunc modũ prædictum: *Matt.21.* Lapidē quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. *1.Pet.2.* Quem locum Chriſtus apud Matthæum capite vigeſimoprimo de ſeipſo interpretatur. Et diuus ille Petrus Apoſtolorum princeps in prima epiſtola ſua capite ſecundo de Chriſto Deo noſtro loquens, hæc verba ſcripta reliquit; Ad quem accedentes lapidē viuum ad hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electũ & honorificatum. *Act.4.* Quapropter idem Apoſtolus, vt eſt apud Lucã in Actis capite quarto, Phariſæos ſacerdotúmque principes allocutus dixit: Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificãtibus, qui factus eſt in caput anguli, & nõ eſt in aliquo alio ſalus. *Exod.17.* Vbi de Chriſto citatũ à nobis Pſalmũ aperte interpretatur. Hic eſt lapis ille à quo virga percuſſo exiuit aqua, vt Moyſes in libro Exodi literis cõſignauit, ex qua biberunt filij Iſraelis. *Pſal.113.* Tanta fuit aquæ copia & abundãtia, vt caneret in hũc modũ diuinus Pſaltes: Qui cõuertit petrã in ſtagna aquarũ, & rupē in fontes aquarũ. Eſſe hanc

petram

petrã Chriſti figuram apertè indicat diuus Paulus ita in epiſtola prima ad Corinthios dicens: *1.Cor.10.* Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. *Gen.28.* Hic eſt lapis ille, in quo eximius patriarcha Iacob reclinauit caput, quãdo in ſomnis vidit glorioſam illam ſcalam ſublimẽ & ſtantem, cuius altera pars erat ſuper terrã, altera cœlos tangebat. His, qui in Chriſto requieſcunt illi adhærentes, ſuámque mentẽ & cogitationem in eo collocantes, oſtenduntur arcana cœleſtia ſole ipſo ſplendidiora. Vbi vides quanti Deus faciat virum iuſtum & pium, cùm illi etiam dormienti ſublimia myſteria reuelet. Ex quo colliges plus valere ſomnium viri iuſti, quàm vigiliam impij peccatoris. Sed oportet ſuper hunc lapidem caput ſtatuere. Hic eſt lapis ille, quẽ ait Daniel *Dan.2.* exciſſum eſſe de monte abſq; manibus, vniuerſumque orbem impleuiſſe, hoc eſt de virgine ſanctiſſima natũ abſque viri opera, ſed Spiritu ſancto operãte. Huius lapidis meminit Zacharias *Zach.9.* dicens: Ecce lapis quem dedi vobis, & ſuper eum ſeptem oculi ſunt: hoc eſt ſeptẽ illa dona Spiritus ſancti: *Infrà 11.* quæ Eſaias explicat capite vndecimo. *Iſai.26.* Hunc lapidem contemplabatur Propheta ita canẽs: *Pſal. 30.* Protexit me in abſcondito tabernaculi ſui, in petra exaltauit me. *Ephe. 2.* Et alio in Pſalmo: Statuit ſupra petram pedes meos. Hinc proceſſit illa Apoſtoli Pauli doctrina in epiſtola ad Ephesios: Superædificati eſtis ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Vide quomodo Apoſtoli ſententia cum Eſaiæ & Dauidis vaticinio cohæreat. Dauid vocat Chriſtum vt oſtendimus, lapidem factum in caput anguli: Eſaias lapidẽ probatum angularẽ: Paulus verò ſummum lapidem angularẽ, quòd vtrunque populum & Iudæorum & Gentium in Eccleſia ſua cõtineat. Quid plura? Ipſe Chriſtus Deus noſter, ipſe cœleſtis doctor, ipſa patris Sapientia in ſermone illo de monte, quem diuus Matthæus *Matth.7.* literis mandauit, ſeipſum petræ cõparauit. Ita enim inquit. Qui audit verba mea, & facit ea, ſimilis eſt viro ædificanti domum ſuam ſupra petram. Eſt igitur Chriſtus petra. Sed quia in eo impij Iudæi pedes offenderũt, appellatur hîc petra ſcãdali, quoniam in eo ſcãdalizati ſunt. Appellatur hoc ſcandalum à doctoribus paſſiuum ſiue Phariſaicum, quoniam ipſi propter ſuã eorum peruerſitatem ſcandalizabantur, & Chriſti opera ſanctiſſima & admiranda reprobabant, volentes eius nomini illuſtriſſimo tetram maculam inurere, omniſque memoriæ clariſſimum lumen extinguere. Ob eam cauſam aiebat Chriſtus apud Matthæum: Beatus qui non fuerit ſcandalizatus *Matt.11. Luc. 7.* in me. Aſpicis hic nullam eſſe tam inſignem virtutem, tam illuſtrem, tot tantiſque laudibus decorãdam, quam impij vitio non tribuãt. *Apta ſimilitudo.* Vt enim lignum arenæ fixum in medio fluminis, altera parte in aqua exiſtente, altera in aere extra aquã videtur obliquum & fractum, cùm ſit rectum & integrum, non ob ligni defectum, ſed quia illud oculi per aquam reſpiciunt: quò fit vt videntes longè opinione fallantur: ſic virtutis actio recta omnibuſque numeris abſoluta cenſetur ab improbis obliqua & nefaria, non ipſius actionis, ſed iudicij deprauati corruptela: fallit enim iudicium eos, qui per aquam inuidiæ & malitiæ res geſtas inimicorum cernunt, cupientes eam gloriam labefactare & infringere, quã magni viri fuerunt rectè factis & virtute conſecuti. Vt *Secunda ſimilitudo.* enim febri atque phreneſi laborantes, perexigua quadam linearum rectarum ſimilitudine in pariete deſcriptarum decepti, animalia quædam deformia videre exiſtimant, & teſtantur, vt aſſerit Ariſtoteles, ſic improbi homines animi ægritudine deprauari lineas rectas, hoc eſt, aliorum facta illuſtria, digna quæ publicis monimentis mandentur ad memoriam poſteritatis ſempiternam, non ſolùm ſpoliant ornamentis, ſed etiam vitio vertunt, & ad calumniam rapiunt. Ex hoc loco Eſaiæ ſumit diuus Paulus ad Corinthios ſcribens fuiſſe Chriſtum factum Iudæis ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Et in epiſtola ad Romanos ſcripta ſic ait: Offenderunt in lapidem *1.Cor.1. Rom.9.* offenſionis, ſicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lapidem offenſionis & petram ſcandali: & omnis qui crediderit in eum, non confundetur. Vbi aſpicis diuum Paulum ea, quæ Eſaias ait de Deo, de Chriſto interpretari: & hunc Deum eſſe verum Emanuelem natum ex Maria virgine, de quo hoc caput Eſaiæ intelligitur.

Duabus domibus Iſrael.) Hoc eſt, domui Iuda & domui Ephraim. Per domum Iuda intellige duas tribus Iudam & Beniamin, per domũ Ephraim alias decem tribus, quæ erant in Samaria. Sed hoc non eſt de omnibus dicendum, ſed de improbis & contumacibus, qui in Chriſtũ credere noluerunt. Intuẽs animo Moyſes fore, vt Iudæi Chriſtum non reciperent, gentes verò ad eum conuerterentur, compoſuit quoddam canticum ſublime & glorioſum, cùm iam ad exitum vitæ vocaretur, quod eſt in Deuteronomio ſcriptum: *Deut.32.* in quo cœlum & terram teſtes inuocauit: quoniam homines, qui tunc aderãt, poſt paucos dies erant exceſſuri ex vita, hæc autem vſque ad Meſſiæ tempus duratura. In hoc cãtico inducit Deũ ira loquentem: Generatio peruerſa eſt & infideles filij. Ipſi me prouocauerunt in eo, qui nõ erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis: & ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos. Vbi vides apertè prædictum Iudæos eſſe Chriſtũ contẽpturos, gentes verò eum recepturas. Sed quoniam hoc futurum erat tempore Meſſiæ, ſubdidit in eodem cantico Moyſes, imò per Moyſem Dominus ipſe: Nónne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. Aſpice quàm planè dicat hîc Deus ſe ſumpturum eſſe de Iudæis infidelibus vltionem: quod hoc in loco Eſaias cõteſtatur.

Et irretientur & capientur,) Nẽpe vinculis peccatorũ, de quibus nonnulla quinto capiti mãdauimus. Poteſt etiã de Iudeorum captiuitate explanari, quando poſt Chriſti mortem fuerunt à Romanis capti ſummiſque doloribus affecti.

Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis.) Verba ſunt Chriſti Prophetam alloquentis. Acſi diceret: Liga tu Propheta teſtimonium hoc tege inuolucris vaticinium tuum, claude hanc legem vſque ad diſcipulos meos, quouſque Apoſtoli eam aperiant: ipſi enim eam ſunt interpretaturi:

ſit

ſit clauſa donec veniat ſuum tempus, quando tam Chriſtiani intelligent & explanabunt. Ita apud Danielē: *Dan. 12.* Claude ſermones, & ſigna librum vſq; ad tempus ſtatutum. Aſpicis hîc prædictam fuiſſe interpretationem & explanationē ſcripturæ per Apoſtolos, & Chriſti diſcipulos. Id quod impletum aſpicimus. Ipſi arcana, quæ clauſa & obſignata erant, reſerarunt, & Chriſti diuina myſteria & ſacramenta in lege prophetiſque adumbrata & prędicta diuinitus expoſuerūt. Neq; eſt mirādum Iudæos tam turpiter & ineptè vetus teſtamentū explanare, cùm careāt lumine fidei, & in tenebris verſati veram Apoſtolorum expoſitionem à Prophetis prædictam reiiciant. Fuiſſe autem vetus teſtamentum clauſum & ſignatum vſq; ad Chriſti aduentū explicat Eſaias capite vigeſimonono iis verbis: *Infr. 29.* Erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati, quem cùm dederint ſcienti literas, dicent: Lege iſtum: & reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim. Hic eſt liber ille, de quo ait Ezechiel: *Ezec. 2.* Et vidi: & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, & erat ſcriptus intus & foris. Hęc verba explanās diuus Hieronymus hunc librum ait eſſe ſactam ſcripturā, ſcriptam foris in hiſtoria literæ, intus verò in ſpirituali intelligentia. Quam explanationem ſecutus eſt poſtea ſummus ille pontifex ſanctus Gregorius in homiliis in Ezechielem. Hunc eūdem librum ait diuus Ioannes Apoſtolus in Apocalypſi *Apoc. 5.* ſe vidiſſe ſcriptum intus & foris, quem ait vidiſſe ſeptem ſigillis ſignatum, & à nemine poſſe aperiri, niſi ab agno, qui occiſus fuerat, nóſq; ſuo ſanguine redemerat, qui eū aperuit. Vbi etiā Apoſtolus vult duas intelligentias literalem & ſpiritualē ſignificare, quę, vt ait Naziāzenus ille, *Exod. 32.* ob ingenij acumē ſcientiæq; præſtantiā theologus ob antiquis appellatus, in legis tabulis ex vtraque parte conſcriptis ſignificabantur. Sed ille hos ſenſus aperuit & reſerauit, qui, vt eſt apud diuum Ioānem in Apocalypſi, clauem habet Dauid: *Apoc. 5.* qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Hic eſt liber ille, quem, vt refert in Actis diuus Lucas, eunuchus legens minimè *Act. 8.* intelligebat. Interrogatus autem à Philippo Apoſtolo: Putáſne intelligis quæ legis? reſpondit: Et quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi? Tunc ei Philippus ſcripturam reſerauit, Chriſtum autē in litera clauſum oſtendit. O admirabilē magiſtri ſapiētiam! Eadem hora credit eunuchus, baptiſmo abluitur & doctus efficitur. Plus ſapientiæ & virtutis in Eccleſiæ deſerto, quàm in celebri ſynagogæ templo fuit conſecutus. Chriſtus aperuit ſcripturā Philippo, qui eā aliis reſerauit. Hoc ſenſerunt duo illi diſcipuli, qui in caſtellum Emaus proficiſcebātur, qui, vt refert diuus Lucas, poſtquā Chriſtū cognouerunt, *Luc. vlt.* ipséq; ex oculis eorum euanuit, dicebant ad inuicem: Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Lex, vt ait diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, ſcripta, ſpiritualis eſt, ideò indiget re*Rom. 7.*uelatione. Eā Chriſtus diſcipulis reuelauit, ipſi autem à Deo docti eam mūdo reuelarunt, Chriſtúmque in ipſa latentem & abſconditum aperuerunt. Et quoniā Chriſtus erat in lege abſconditus, ideò eum Apoſtolus Paulus ſapientiam in myſterio abſconditam in epiſtola prima ad Corinthios appellat. *1. Cor. 2.* De iis rebus Chriſti abſconditis intelligitur ille noni Pſalmi titulus & inſcriptio: *Pſal. 9.* Pro occultis filij. Erāt enim filij Dei ſublimia myſteria in veteri teſtamento occulta, quæ modò per ipſum, éiúſq; diſcipulos, ſanctóſq; doctores Hieronymum, Auguſtinum, Chryſoſtomum, cæteróſque alios Catholicos ſapientia & ſanctitate præſtantes ſunt nobis aperta & reſerata. Poſſunt hęc Eſaię verba: Liga teſtimonium, & ſigna legem in diſcipulis meis, habere hūc ſenſum: Liga hoc vaticiniū tuum in memoria meorum diſcipulorū. Quaſi dicat: Etſi Iudæi infideles cōtemnant tuam Prophetiā, diſcipuli tamen mei meam adeò obſeruabunt, vt eam ex eorum memoria nulla vnquam deleat obliuio. Hæc tua vaticinatio erit in mēte meorum diſcipulorum ligata, conſignata & firmiter fixa. In hūc ſenſum accipitur id, quod in Deuteronomio præcepit *Deut. 6.* Deus quando Iſraelitico populo ſua verba commendabat. Ligabis ea quaſi ſignū in manu tua, erúntque, & mouebūtur inter oculos tuos. Quibus verbis præcipiebat Deus Iudæis vt legē ſuā ante oculos ſemper haberent, vt nūquam ex eorum animo illius excideret memoria. Et in Prouerbiis, *Prou. 6.* Liga, inquit, legem meā in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Quanquam hæc explanatio videtur huic loco ſatis conuenire, priorem tamen exiſtimo eſſe potius amplexandam, quoniam oſtendit Chriſtianorum lucē, Iudæorum verò cæcitatem & ruinam, quod eſt diuini vatis propoſito conuenientius, literæ accōmodatius, & ad multos diuinarum literarū locos explicandos præſtantius.

Expectabo Dominum.) Verba ſunt Eſaiæ, quorū ſenſus eſt. Præcipitur mihi vt ligē teſtimonium, claudam vaticinationem & legem vſq; ad Chriſti diſcipulos. Id quod ego faciam. Nam quāuis Chriſtus ſtatim nō veniat, ego tamen expectabo eum, qui abſcondet faciem ſuam à domo Iacob, quoniam cùm venerit, à maxima Hebræorum parte non cognoſcetur.

Ecce ego & pueri mei.) Chriſtus qui modò dicebat: Liga teſtimonium, & ſigna legem diſcipulis meis: nunc eos, quos diſcipulos vocauerat, pueros ſuos appellat. Intelligi autem hunc locum de Chriſto indicat Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos capite ſecundo, *Heb. 2.* volēs probare Chriſtum ſecundum humanitatem & nos vnius eſſe naturæ. Hoc indicat pronomen, mei. Suos enim vocat eiúſdē cum ipſo naturæ. Senſus eſt: Ego ſum naſciturus ex virgine, & verus homo habebo diſcipulos veros homines, quos mihi pater dabit, qui inter Iſraelitas magna efficient ſigna & miracula. Ipſe Chriſtus apud diuum Ioannem cum *Ioan. 17.* patre de diſcipulis ſuis loquens, Tui, inquit, erant, & mihi eos dediſti.

Qui habitat in Sion.) Quis mons ſit hic Sion, indicat Apoſtolus Paulus ad Hebræos ita ſcribens: *Heb. 12.* Acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuēris Ieruſalem cœleſtem. Intelligitur ergo per Sion Eccleſia militans & etiam triūphās. Viri nanque iuſti veri Catholicæ Eccleſiæ ciues iam quodammodo habitant in ciuitate illa cœleſti & triumphante. Quorum quidam dicebat:

Philip.3. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.

Quærite à pythonibus, qui ſtrident incãtationibus.)
Hoc eſt, qui ſubmiſſa voce proferunt verba ad
incantationes ſuas pertinentia.

*Nunquid non populus à Deo ſuo requirit viſionem
pro viuis à mortuis.)* Cùm populus quærat viſio-
nem ab idolis, ariolóſq; perquirat, qui inuocent
mortuos, vt eos pro viuis interrogẽt, quare vos
non idem facitis? Cùm igitur ò diſcipuli mei hęc
vobis locuti fuerint, reſpondebitis, non eſſe fal-
ſos commentitióſq; deos interrogandos, neque
mortuos pro viuis, ſed eſſe diuinã legem inqui-
rendam, & quicquid ipſa docuerit faciendum.
Lex & teſtimonium pro eodẽ accipiuntur. Eam
ob cauſam lex appellatur teſtimoniũ, quia in ea
Deut.18. teſtatur Deus quid vult. In Deuteronomio ſunt
hæc verba literis mãdata: Non ſit in te qui ario-
los ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia atque augu-
ria, neque ſit maleficus, neque incantator, neque
qui pythones conſulat, neque diuinos, & quęrat
à mortuis veritatem.

Quòd ſi non dixerint iuxta verbum hoc.) Senſus
eſt, Si non dixerint confugiendum eſſe ad legem
ſed ad ariolos & mortuos, in caligine verſabun-
tur. Habebũt in profundo veritatem demerſam.
Tranſibit lux per eam gentẽ diuinę legis contẽ-
ptricem, eámq; deſeret lumine deſtitutam, quæ
ob ſua flagitia corruet, eſuriet, iraſcetur, & Deo
atq; regi ſuo malum imprecabitur. Aſpiciẽs ſur-
ſum & deorſum expectabit auxiliũ, ſed nullum
videbit, neque à Deo neque ab hominibus, imò
omnia illi triſtia atq; infœlicia apparebunt. Erit
illi ob magnum metum membrorũ diſſolutio,
calamitas, & caligo. A quibus afflictionibus eri
pi non poterit. Nihil denique erit tam miſerum,
quod in eius calamitatem cadere non videatur.
Aſpicis hîc in afflictionibus & calamitatibus re
currendũ nobis eſſe ad ſacram ſcripturã: quam
ſi contempſerimus, in varias atq; miſeras inci-
demus calamitates. Confugiamus igitur ad ver-
bum Dei, ad ſcripturã ſanctam, vbi inueniemus
doctrinam ſalutarem, virtutis indagatricem, vi-
tiorum expultricem, animis medentem, eóſq; in
ſuam dignitatem reuocãtem. Hæc eſt fons vber-
rimus & pleniſſimus, cuius hauſtu atque potu
conceptam viſceribus ſitim ſedamus ardorémq;
reſtinguimus. Hæc eſt flamma illa, quàm vidit
Exod.3. Moyſes ardentem rubúmq; non comburentem,
vbi Deus eſt animos noſtros incẽdens, æternæq;
Gene.28. beatitudinis deſiderio inflammans. Hæc eſt ſca-
Gene.41. la illa quam vidit Iacob, quæ ſummitate cœlos
Exod.16. tangebat, per quã à terra ad cœlũ patet aſcenſus,
Hoc eſt cellariũ Ioſeph in Aegypto huius mun-
di cõſtitutum, ad quod vndiq; recurrere debe-
mus, vt famem expellamus. Hæc eſt manna illud
cœleſte, minutum, ſed candidum, & dulce om-
nes ad verã promiſſionis patriã euntes reficiens.
Hæc eſt turris Dauidis munitiſsima, quæ, vt eſt
Cant.4. Canticorum libro mandatum, ędificata eſt cum
propugnaculis, ex qua pendent mille clypei, om
niſque fortium armatura. Hæc eſt mentis ſpecu-
Psal.118. lum. Hæc eſt theſaurus ſapientiæ. Hæc eſt quæ
vitæ trãquillitatem largitur, quæ eſt lucerna pe-
dibus noſtris. Hæc eſt denique, qua aduerſus dę-
monem, mundum, & carnem contendimus. Eſt
Ephe.6. enim verbum Dei gladius ſpiritus, vt ait Apoſto
lus, quo inimicos percutimus & proſternimus,
& de quibus cotidie victoriam reportamus. Hęc
eſt probatica illa piſcina, de qua loquitur diuus
Ioãnes, quæ à Dei Angelo mota cuicunq; ægri- *Ioan.5.*
tudini medebatur. Hæretici ad ſacrã ſcripturam
deſcendunt tanquam ad piſcinam ſanitatis re-
cuperatricem. At ſanitatem non conſequuntur,
quia illis Dei Angelus non reuoluit ſcripturam,
ſed ipſi eam aduerſus Deum mouere & reuolue-
re conãtur. Et cùm eam nõ explanent, ſed depra-
uent, volunt vt non catholicis, ſed illis duntaxat
in eius interpretatione authoritatẽ tribuamus.
Gloriantur ſe ſolos verum ſcripturæ ſenſum in-
ueniſſe, eſſéque hanc vnam iudicem, ad eámque
ſolam tanquam ad normam rectiſſimam eſſe om
nem Eccleſiaſticam cauſam exigendam. At vbi *2.Pet.vlt.*
ſcriptura ob eius obſcuritatem eſt explicatu dif-
ficillima, quemadmodum multis in locis, & de
Paulinis epiſtolis Apoſtolorum princeps vltimo
ſuæ poſterioris epiſtolæ capite affirmat, quem in
eiuſdẽ ſcripturæ explanatione ſequemur? Nam
non ſolùm Catholici ab hæreticis differunt, ſed
etiam ipſi hęretici multis in locis tantùm à ſe di-
ſtant quantùm à nobis. Aliter Lutherus, aliter
Oecolampadius & Bucerus verba illa Chriſti:
Hoc eſt corpus meũ interpretantur. In locis igi
tur, quæ in varias trahuntur interpretationes,
quem ſequemur? cuius iudicium imitabimur?
Nónne vident neceſſarium eſſe iudicẽ, qui ſcri-
pturas interpretetur? Quis igitur erit hic iudex
niſi Eccleſia Catholica, quã Paulus Apoſtolus,
tuba illa Euãgelica, appellat columnam & firma
mentum veritatis? Cui Chriſtus eius ſponſus ab *1.Tim.3.*
ea corporaliter diſceſſurus promiſit ſe Spiritum
ſanctum miſſurũ qui eam doceret omnem veri-
tatem? Capite quartodecimo apud Ioannem in *Ioan.14.*
hunc modum loquitur Chriſtus: Ego rogabo
patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt ma
neat vobiſcũ in æternum, ſpiritum veritatis. Et
paulò poſt: Paracletus autem ſpiritus ſanctus, *Ioan.16.*
quem mittet pater in nomine meo, ille vos doce
bit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunq;
dixero vobis. Et capite ſextodecimo: Cùm vene
rit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem
veritatem. Hæc Chriſtus Eccleſiæ ſuæ. Vnum è
duobus fateri cogũtur hæretici, aut Chriſtũ Ec-
cleſiã ſuam fefelliſſe, illique fidem nõ ſeruauiſſe,
aut veram eſſe ſcripturæ interpretationẽ ab Ec-
cleſia per mille & quingentos annos doctã, ap-
probatam & confirmatam. Hic hærent hęretici,
nec habent quid reſpondeant. Si dicant Eccle-
ſiam mille & trecentis ab hinc annis fuiſſe eſſéq;
deceptam, falſò ſcripturas explanaſſe, neque ve-
ram fidem, neque verum cultum habuiſſe, fuiſſe
in erroribus verſatam, Chriſti lumine doctrinã-
que deſtitutam, ipſum Chriſtum mendacem &
deceptorem efficiunt. Nam vbi eſt eius promiſ-
ſio? Quorſum igitur illa verba Chriſti ad Eccle- *Cant.2.*
ſiã: Sponſa mea, columba mea, dilecta mea, pul- *Cant.1.*
chra, amica mea, vna eſt columba mea, & alia *Cant.3.*
huiuſmodi, quæ in Canticis ſcriptura con-
numerat? Vbi indiuidua illa familiaritas & con- *Ioan.14.*
iunctio? Vbi ſponſi erga ſpõſãm, pro qua ſangui- *Ioan.15.*
nem fudit, admirabilis amor? Vbi fides harum
promiſſionum, Nõ vos relinquã orphanos, ve-
niam ad vos, Mittam vobis ſpiritum veritatis,

Portæ

Matt. 16. inferi non præualebũt aduerſus Eccleſiã meam, Luc. 22. Ego pro te rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua, Matt. 28. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi? Quæ omnia Chriſtum Eccleſiæ promiſiſſe Euangeliſtę cõteſtantur. Quomodo eſt credibile amatiſſimum illum ſponſum ſponſam ſuã dilectiſsimam tanto tempore reliquiſſe, eámque in adulteri amplexibus mille & tercentos annos perſeueraſſe, & tot patres, tam humiles, tam pios, tam iuſtos, tanta ſanctitate & miraculis coruſcãtes fuiſſe à Deo, pro quo multi ſanguinem fuderunt, penitus deſtitutos, & immenſo propè temporis ſpatio in tenebris & erroribus verſatos? Sin autem hæretici fateantur Chriſtum fidem ſuam ſeruaſſe, neceſſariò debẽt fateri Eccleſiam ſemper, veritatẽ tenuiſſe & docuiſſe. Cùm autem cõſtet verum eſſe promiſſorem, apertè concluditur veram eſſe, piam, & ſalutarem, Eccleſiæ doctrinã. Cùm verò Lutheri eiuſq; ſequacium doctrina ex diametro Eccleſiæ repugnet & contradicat, quis non videt eſſe falſam, impiam & peſtilentem? Perſpicuum eſt enim ex Philoſophorum doctrina, nullum eſſe medium inter aientia & negantia. Colligitur ex his eam ſolam diuinæ ſcripturæ explanationem eſſe amplectendam, quam tenet Eccleſia, ſempérque docuit & confirmauit, quã ſummus põtifex, ſucceſſor diui Petri, Eccleſiæ paſtor & magiſter, aut concilium rectè congregatum approbat, & eam, quam viri Catholici & docti, Eccleſię membra, pacis, vnitátiſq; amantes, verborum Dei trementes, ad ipſius Eccleſiæ fideiq; regulam & doctrinam ex ſcripturis diuinis depromũt. Hos omnes contẽnit Lutherus, aítque, ſe nulli hominum ſententiæ ſubmitti quamuis docto & ſancto, ſed vult vt omnes ſuę ipſius ſententiæ ſubiiciantur. Sunt homines, inquit ille, & errarunt. Et tu quis eſt Luthere? Nónne es homo? Es'ne Deus? Nónne perſpecta ſunt tua flagitia? Si neminem recipis quomodo vis vt te ſolum recipiamus? Contemnis Cyprianum, Hieronymum, Auguſtinum, Baſilium, Bernardum, cæteróſq; Catholicos ſcriptores, & vis vt te vnũ ſuſpiciamus & admiremur. Quomodo audes teipſum tot patribus, tot religionis luminibus, tot viris, ingenio claris, pietate inſignibus, ſanctitate illuſtribus, ſapientia excellentibus, charitate præſtantibus antepouere! O arrogantium intolerabilẽ, ô ſuperbiam inauditam, ô cæcitatẽ lugendam omníq; lachrymarum abundantia deplorãdam. Si omnia Catholicorum ſcripta ſunt reiicienda, ſi nihil credere debemus, vt ais, niſi id ſolùm, quod eſt literis diuinis mandatum, quare mundum ſcriptis tuis repleuiſti? Vbi quęſo inueniſti non eſſe credendum niſi id, quòd eſt in ſacra ſcriptura? Lege totam eam à principio Geneſis vſque ad finem Apocalypſis, nuſquã talem inuenies propoſitionẽ. Nõ eſt igitur credenda hæc tua propoſitio, ſi verum eſt quod dicis, id ſolũ credendũ quod eſt in ſacris Bibliis ſcriptũ, diuiniſque literis conſignatum. Tu tibi ipſi repugnas. Sed velis nolis multa credere debemus, quæ non ſunt in ſacra ſcriptura. Ita enim ait diuus Ioãnes in vltimo capite ſui Euangelij: Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mũdum Ioan. 21. capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros. Ergo multa alia credere debemus, nõ tua dogmata & & portenta, non tuas impietates & hæreſes, ſed ea, quæ Apoſtoli docuerunt & prędicarunt, quæ ab illis ad nos manarũt, quæ Eccleſia ſemper tenuit & approbauit, quæ eſt vera ſacræ ſcripturæ explanatrix, vt ex ipſa oſtendimus. Ad hanc igitur ſcripturam ita expoſitam non ad te, ſed ad legem potius & teſtimonium, vt hîc ait Eſaias, eſt nobis confugiendum.

Et non poterit auolare de anguſtia ſua.) Tranſlatio eſt ſumpta à paſſeribus. Contrà verò de iuſtis dicitur: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Et alibi: Iuſtus de anguſtia liberatus eſt, & traderur impius pro eo. Pſal. 123. Prouer. 11.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT VIII.

Acceſſi ad prophetiſſam.) Pro prophetiſſa eſt in Hebraico הנביאה hanneuiah, cũ articulo. Quapropter poteris vertere: Acceſſi ad inſignem illam Prophetiſſam.

In manu forti.) In Hebraico eſt בחזק היד cechez kath haiadh. Quod ſignificat, in fortitudine Prophetiæ, vel in forti Prophetia. Appellatur autem Prophetia fortis, quòd ſit infallibilis. Ita hunc locum vertit Pagninus. Dictio, יד iadh, quæ eſt in Hebraico, vaticinium ſignificat. Eam ob cauſam id quod habet editio vulgata capite primo Ezechielis, Et facta eſt ſuper eum ibi manus Domini, poterat verti, Et facta eſt ſuper eũ ibi Domini propheria. Significat etiam conſilium. Ideò poterat verti: In forti conſilio. Vnde in libro ſecundo Regum vbi editio vulgata habet: Nũquid manus Ioab tecum eſt? poterat verti: Nunquid conſilium Ioab tecum eſt? Acſi diceret: Nunquid dedit tibi Ioab hoc cõſilium? Si attentè legeris caput illud, non reiicies hanc interpretationem. Significat prætereà virtutem, potẽtiam, præceptum, quæ omnia poſſunt huic loco accommodari. Sed quoniam præcipua ſignificatio huius nominis eſt, manus, vertit ĩterpres noſter: In manu forti. Et rectè quidẽ, vt per manum intelligeremus auxilium Dei, aut eius potentiam, aut conſilium, aut præceptum, aut virtutem, aut prophetiam. Ezech. 1. 2. Reg. 14.

Erit vobis in ſanctificationem.) In Hæbraico eſt: Erit vobis למקדש le-mikdax, à verbo קדש kadhax, quod ſignificat ſanctificare: in quam ſignificationem accipitur, & rectè, ab interprete noſtro: acſi dicat: Si Deũ timueritis, & colueritis, ipſe vos ſanctos efficiet. Significat etiam hoc nomen domum ſanctitatis. Vnde poteſt verti: Erit vobis in ſanctuarium, hoc eſt, in domum tutam & munitam, in aſylum, & locum refugij. Pagninus tranſtulit: Erit vobis in palatium, quod ferè in idem recidit. Et ita R. Abraham vir doctus inter Hebræos hunc locum interpretatur. Eadem ratione in ſeptimo capite Amos prophetæ, vbi ſcriptum eſt: In Bethel non adiicies vltra vt prophetes? quia ſanctificatio regis eſt, & domus regni eſt: poteſt verti: quia aula regis eſt, & domus regni. Eſt igitur huius loci Eſaiæ ſenſus. Si Amos 7.

timueritis Deum,& in eo ſpem veſtram & fiduciá poſueritis, ne hoſtes timeatis, ipſe enim vos recipiet,& abſcondet,eritque vobis turris inexpugnabilis,atque domns refugij tutiſſima. Quibus verbis vnlt propheta ſignificare, quanta cura Deus protegat & tueatur piorum hominum ſalutem,qui ſe diuinæ miſericordiæ cómiſerunt. Nihil enim diuina tutela & defenſione firmius excogitari poteſt, nihil ſecurius, & præſtantius. Quibus mœnibus, quibus arcibus, tutius munimur & protegimur, quàm diuina pietate,ſi in ea ſpem noſtram collocamus? Hanc tutam aulam petebat vehementer, ad eámque ardenter aſpirabat diuinus ille vates in acerbiſſimis calamitatibus & periculis conſtitntus, cùm dicebat
Pſalm.30. in Pſalmo: Eſto mihi in Deum protectoré, & in domum refugij, vt ſaluum me facias. Et paulò poſt, de iuſtis loquens: Abſcódes, inquit, eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominũ.

Auferetur fortitudo Damaſci.) Poteſt verti: Auferet fortitudinem Damaſci, nimirum puer Emanuel. Id intelligentes Septuaginta vertetũt; Accipiet fortitudiné ſiue virtutem Damaſci in conſpectu regis Aſſyriorum. Et ita legit Chryſoſtomus in homilia ſecunda in Matthæum in opere imperfecto, aut quiſquis ille eſt, qui opus illud compoſuit. Vbi per virtutem ſiue fortitudinem Damaſci intelligit magos, ſapientes illos Orientales, quos Deus à mann dęmonis eripuit, & accepit. Qui, vt idem author ait, ideò à propheta appellãtur fortitudo ſiue virtus hoc in loco, quia abſq; dnbio fortitudo ſiue virtus vniuſcuiuſque prouinciæ ſapiétes ſunt. Per regem autem Aſſyriotum diabolum intelligit principem dæmoniotum. Quidã vertit: Tollet copias Damaſci. Pagninus: Tollet opes Damaſci: quod ferè in idé recidit. Quod de nullo puro homine dici poteſt. Quis enim priuſquã ſciat vocare patré aut matrem, imò priuſquã naſcatur, poſſet Damaſcum euertere, eiúſque fortitudinem, copias, & diuitias auferre? Eſt igitur perſpicuum non poſſe hanc vaticinationem niſi de Chriſto explanari.

Argumentum capitis IX.

Dixerat Propheta in fine ſuperioris capitis fere, vt ij qui diuinam legem contemnerent, & Chriſtum in ea promiſſum abiicerent, inciderent in ærumnas grauiſſimas, à quibus ſe eripere nequaquam poſſent. Quibus verbis ſignificauit acerbiſſimas calamitates & miſerias, in quibus erãt Iudæi propter eorum in Chriſtum impietatem verſaturi, cùm obſiderentur à Romanorum exercitu, à quibus ad extremum fuerunt capti, caſi, & in miſerrimam ſeruitute͂ adducti. Sed quoniam multi ex Iudæis fuerunt mentis oculis illuminati, & à dæmonis vinculis erepti, nonnulli ob Chriſti doctrinam, plures verò ob Apoſtolorum conciones, præcinit modò victoriam hanc ſub nomine duarum victoriarum, quarum alterã Theglath-Phalaſar rex Aſſyriorum de Samaria reporauit, quãdo regnante in ea Phacee cepit duas tribus, Zabulon, & Nephtalim, vt eſt in libro quarto Regum memoriæ proditum. Alteram obtinuit Salmanaſar quando nono anno Oſea, vt in eodem libro narratur, populatus eſt Samariam, & Iſraelitas tranſtulit in Aſſyrios. Fuit quidem illud imago rerum futurarum. Nam vt rex Aſſyrius primò paucos ex Galilæa ſecum aſportauit, ſed poſtea infinita Iſraelitarum multitudo fuit in Aſſyriam adducta, ſic Chriſtus velox ſpoliator primùm prædicans in Galilæa, Capharnaum, Bethſaida, cepit nonnullos paucos, nimirum diſcipulos ſuos, qui fuerunt ſeminarium quoddam naſcentis Eccleſiæ: deinde per ipſos nomen ſuum ſanctiſſimum per vniuerſas regiones fama celebrauit, & immaniſſimam dæmonis tyrannidem deleuit, & ingentem hominum multitudinem ad ſe traxit, vt eos non ad Aſſyriam adduceret, ſed ad beatiſſimas illas & ſplendidiſſimas oras, vbi placida quiete, ſummo gaudio perfuſi Deo ipſo in æternum fruerentur. Prædicit diuinus vates Chriſti regnum, Euangelicam pacem, & ipſius Chriſti admirabilia nomina. Reprehendit Iudæorum ſuperbiam, hypocriſim, cæteráque vitia, ob quæ vaticinatur eſſe eorum gloriam obſcurandam & penitus extinguendam.

4. Reg. 15.
4. Reg. 17.

CAPVT IX.

PRimo tempore alleuiata eſt A
terra Zabuló, & terra Neph- Matt.4.c
talim, & nouiſsimo aggraua-
ta eſt via maris trãs Iordané
Galilææ gentiũ. Populus qui ambulabat
in tenebris, vidit lucem magnã: habitan-
tibus in regione vmbræ mortis lux orta
eſt eis. Multiplicaſti gentem, non magni
ficaſti lætitiam. Lætabuntur coram te, ſi-
cut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant
victores capta præda, quando diuidunt
ſpolia. Iugũ enim oneris eius, & virgam
humeri eius, & ſceptrum exactoris eius Iud.7.f
ſuperaſti, ſicut in die Madian. Quia om-
nis violenta prædatio cum tumultu, &
veſtimentum miſtum ſanguine, erit in C
combuſtionem, & cibus ignis. Paruulus Ioan.3.b
enim natus eſt nobis, & filius datus eſt
nobis, & factus eſt principatus ſuper
humerum eius: & vocabitur nomen
eius, admirabilis, conſiliarius, Deus for-
tis, pater futuri ſeculi, princeps pacis.

EXPLANATIO.

Primo tempore alleuiata eſt.) Illud tempus appellat primùm, cùm Theglath-Phalaſar cepit duas tribus, Zabulon & Nepthalim, tunc enim enim terra alleuiata fuit, & iniquis habitatoribus, quibus abundabat, euacuata. Sed nouiſſimo, hoc eſt, tempore ſecundæ captiuitatis aggrauata eſt terra, quádo à Salmanaſar fuit capta Samaria, & euerſa, & populus Iſraelis in Aſſyrios tranſlatus. Sed quoniam hæ Aſſyriorum victoriæ Chriſti victoriam adumbrabant, adiecit Propheta: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, hoc eſt, homines qui in peccator

peccatorum caligine verſabátur,& mentis oculorum cæcitate laborabant, viderunt Chriſtum ſaluatorem noſtrum,qui eſt lux vera,omnes homines illuminans. Appellatur autem lux magna,nó parua, qualis fuerat prophetarum Chriſti comparatione. Verba quæ ſequuntur habent eandem ſententiam: idem enim eſt: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucé magnam, ac, Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Verùm per lucem quæ orta eſt eis,poteris Chriſti doctrinam intelligere,lucem admirabilem,quæ ideò illis orta eſt, vt poſſent ab errorum tenebris liberati, & virtutis ac veritatis ſplendorem intueri. Vtitur propheta præteritis pro futuris, vt multis aliis in locis, vt vaticinij certitudinem ſignificet more prophetarum. Senſus igitur horum verborum, quem Propheta in primis intẽdebar, hic eſt: Primo tempore quando Chriſtus cœperit prædicare, terra Zabulon & terra Nephtalim alleuiabitur, hoc eſt illuminabitur, quia ibi credent multi, quos Chriſtus ad ſe traher: & nouiſſimo aggrauabitur terra, & expugnabitur, quando etiam per Apoſtolos victus fuerit diabolus, qui ei dominatus fuerat,& multò plures crediderint. Eſt autem hæc dictio, aggrauata, ſumpta à re bellica, qua ſignificatur magnus Apoſtolorum triumphus, & illuſtris victoria, quam de dæmone reportarunt, & hominum multitudinem Chriſti imperio ſubiecerunt,vt eos ad cœleſtem Hieroſolymam adducerent,vbi ſumma ſecuritate,& obiectatione incredibili quieſcentes, Deum viderent, eiúſque numinis, aliarúmque rerum pulcherrimam & excellentiſſimam ſcientiam conſequerentur. In quam ciuitatem ſempiternam & ſplendidiſſimam non ingrediuntur illi, qui Chriſti fidem non receperunt, ſed ſecluſi à cõcilio cœleſtium, ſeparati à gaudio illo inexplicabili mẽtium beatatum in cæcas inferorum latebras adibunt,vbi in æternis cruciatibus & miſeriis verſabuntur. Explicans autem propheta ſitum terræ Zabulon & Nephtalim,ait: Via maris trãs Iordanem Galilææ Gentium,ac ſi diceret: Quæ terra Zabulon & Nephtalim adiacet mari ſecus ſtagnum Genezareth,vbi ſunt vrbes ſitæ vltra Iordanem, quæ ſunt in Galilęa Gentium,hoc eſt, in illa parte Galilææ quam olim Salomon dedit Hiram regi Tyri. Quam ob cauſam plaga illa Galilæa Gentium vocatur, cùm ſit altera Galilæa circa Tiberiadẽ. In hac igitur terra Zabulõ & Nephtalim cœpit Chriſtus Euangelium prædicare, & ibi populus, qui ambulabat in tenebris, vidit Chriſtum lucem magnam,& habitans in regione mortis fuit diuino ſplendore illuſtratus. Ibi erant viculi,à quibus erant Apoſtoli, de quibus

Pſal. 67. dicitur in Pſalmo: Principes Zabulon,principes Nephtalim duces eorum. Eſſe autẽ hoc vaticinium intelligendum de Chriſto Deo noſtro a-

Matt.4. pertiſſimè indicat diuus Matthæus, cuius hæc ſunt verba: Cùm audiſſet Ieſus, quod Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam; & relicta ciuitate Nazareth venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephtalim, vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam: terra Zabulon & terra Nephtalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & ſedentibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Vbi aſpicis peccatum eſſe vmbram mortis,de qua apud Lu- *Luc.1.*

cam Zacharias ait: Viſitauit nos Oriens ex alto, illuminare iis qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent. Tenebras vocat non has ſenſibiles, ſed errores & impietates. Cùm autem Lucem non quærerent, ipſa eos quæſiuit, ipſa illis orta eſt. Qua in re infinita Dei noſtri erga homines pietas oſtenditur: non enim paſſus eſt Deus eos in caligine diutius ſedere, & in tenebris inextricabilibus verſari, aperuit eorum oculos aliquando, vt ipſam lucem Chriſtum Deum noſtrum & mentis, & corporis oculis aſpicerent. Et quoniam hæ duæ tribus Zabulon & Nephtalim prius fuerant captæ, & aſportatæ in Aſſyriam, & earum terra deuaſtata & oppreſſa,ideò in illis Chriſtus prius Euangelium prædicau[i]t, vt qui prius ducti fuerant in captiuitatem corporis, ipſi prius de mentis captiuitate eſſent reducti, & de regione vmbræ mortis ad regionem vmbræ vitæ,hoc eſt,à peccatis ad gratiam eſſent reuocati. Duæ enim ſunt in hác vita regiones: altera eſt vmbræ vitæ,quæ eſt ſpiritualis Ieruſalem à Dei amore condita: altera vmbræ mortis, quæ eſt ſpiritualis Babylon ab amore ſui conſtituta. Quamuis enim viri iuſti charitate muniri, Hieroſolymam colentes vitam animæ habeant, dicuntur tamen eſſe in regione vmbræ vitæ, quia adhuc non fruuntur diuina viſione in vita ſempiterna,ſed per fidem ambulant,non per ſpeciem,per ſpeculum, vt ait Apoſtolus, videntes in ænigmate, non facie ad faciem. Quamdiu *1.Cor.13.*

enim animi noſtri in corporum carcere detinentur, à perfecta cognitione diuini numinis, & aliarum etiam rerum longiſſimè abſunt. Qui verò vitiis contaminati, mortiferiſque criminibus aſtricti Deum contemnunt, in regione vmbræ mortis eſſe dicuntur,quia etiamſi peccatum ſit mors,quamdiu tamen in hoc ſeculo ſunt Babylonis cultores, nondum in illa vera ac ſempiterna morte, cuius peccatum vmbra eſt, cruciantur.

Multiplicaſti gentem.) Alloquitur Propheta lucem illam magnam Chriſtum Deum noſtrum, qui etiamſi hominum multitudinem congregauit,quos ſui nominis notitia, fide,ſpe, & charitate illuſtrauit, non tamen magnificauit lætitiam: fideles enim licet lætarentur, cùm ſe tenebris liberatos agnoſcerent, dolebant tamen, & grauiter angebantur, videntes manere multos in ſua cæcitate & contumacia, Euangelium improbantes. Hoc ſentiens diuus Paulus dicebat *Rom.9.*

in epiſtola ad Romanos: Veritatem dico in Chriſto Ieſu,non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu ſancto, quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem. Vel ſic: Multiplicaſti gentem, quoniam multi in principio audierunt Euangelium: ſed non multiplicaſti lætitiam, quia multi ex credentibus à fide deſerunt. Vel, non multiplicaſti lætitiam huius mundi, ſed fideles tuos hîc voluiſti in afflictionibus verſari,

vt rebus aduerſis, capite, & opibus vndique oppugnari ad te ſolum aſpirarēt, omnéſq; ſuas voluptates & oblectationes in te vno conſtituerēt.

Lætabuntur coram te.) Cùm fideles fuerint de vniuerſo orbe congregati, exultabunt Apoſtoli ſicut meſſores congregata meſſe, de qua ait Do- *Matt.9* minus: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Sed animaduerte. Non dicit; lætabuntur coram mondo, ſed coram te, nam hìc afflictionibus opprimuntur iuſti, & coram mundo abiecti & calamitoſi videntur, at coram Domino inenarrabili voluptate affecti ipſis etiam calamitatibus gloriantur.

Sicut exultant victores capta præda.) Prædam appellat homines, quos Apoſtoli à dæmonis poteſtate eripuerant. Prædicit vates Apoſtolorum gloriam & gaudium ob admirabilem victoriam de dæmone reportatam.

Iugum enim oneris eius.) Senſus eſt: To Domine Ieſu eripuiſti homines à graui iugo, quo diabolus hominum colla deprimebat, & à virga qua percutiebat, & à ſceptro quo imperabat: Et fuit hæc victoria ſine humanis armis, ſed tua potenti *Iud.7.* manu diuinitus adepta, quemadmodum illa, quam Gedeon de Madianitis mirabiliter reportauit: vbi pauci nullis armis muniti ſuperarunt copias armis inſtructas, multitudine propè infinitas, omnique munitionum bellicarum genere abundantes. Habes hanc hiſtoriam libro Iudicum ſeptimo. Docet hic locus homines impios comprimi diaboli grauiſſimo iugo, à quo eos eripit Deus, cùm illos ad ſeipſum conuertit. Habet Chriſtus iugum, habet & diabolus iugum. *Matt.11.* ſed iugum Chriſti eſt ſuauitate delinitum: ipſe enim ait: Iugum meum ſuaue eſt: iugum verò diaboli onerosum & durum eſt. Quod volens hic Propheta ſignificare dixit: Iugum enim oneris eius. Iugum diaboli eſt iugum oneris: iugum verò Chriſti, lenitatis & dulcedinis. Chriſtus nos ad ſuum ſuaue iugum inuitat illúdque gratis offert: nos verò illud contemnimus, & ad diaboli iugum grauiſſimum & aſperrimum accurrimus, quod multo labore emimus. O cæcitatem deplorandam! emimus graue iugum diaboli, cùm Deus ad ſuum ſuauitate pleniſſimum *Luc.14.* gratis oblatum nos vocet. Inuitatus quidam ad magnam cœnam, ad epulas diuinas, ad Chriſti ſuaue iugum, ob eam cauſam ſe excuſauit, quia emerat quinque iuga boum, & ibat probatum illa. Lege Euangelium Lucæ capite quartodecimo, & inuenies hoc. Quid feciſti homo inſane? Cur emiſti iuga aſperrima, ſi ad Chriſti ſuauiſſimum iugum gratis inuitabaris? O amentiam inauditam! Emunt homines iuga diaboli, emút labores mundi, emunt magiſtratus, & honores quos vocant, emunt calamitates, & peccandi occaſiones, imò ipſa peccata, & ipſam vanita- *Matt.11.* tem, cùm Chriſtus clamet: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiem animabus veſtris: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Adeſtote obſecro animis filij hominum, & attendite. Chriſti iugum offertur nobis gratis, & cum eo admirabilis & æterna remuneratio: iugum verò diaboli multo labore emptum affert ſecum æternam damnationem. Cur igitur volumus incidere in miſerias horribiles, & perpetuos cruciatus, iugum dæmonis ementes, ſi iugo Chriſti ſubiecti poſſumus adipiſci vitam beatam & immortalem? In hac vita ſine iugo eſſe non poſſumus. Homo enim, vt in libro Iob ſcriptum legimus, naſcitur ad laborem. Nónne igitur præſtantius eſt iugo Dei quàm diaboli *Iob.5.* ſubmitti? Quis non videt hoc? Præterea nónne melius eſt vnum eligere quàm quinque? Quis poterit quinque tyrannis ſeruire? Iugum Chriſti vnum eſt, diaboli verò quinque ſunt iuga. Nullus eſt ſeorſus, quem ſibi diabolus ſubiicere non deſideret. Quid dicebat ille, qui ad cœnam inuitatus noluit venire? Emi quinque iuga boum, & eo probare ea. Quò te confers homo deplorande? Quid vis probare? ea volo probare. Nónne ſcis iuga diaboli eſſe intolerabilia, mortifera, aſperrima? Quorſum ea probare deſideras? Deſine iuga boum, & accede ad cœnam magnam, ad quam es à Domino inuitatus. Non eſt cœna parua, magna eſt. Ea enim quæ Deus tribuit, & ad quæ vos inuitat, magna ſunt. Contrà verò ea, ad quæ mundus nos vocat, ſunt exigua, & inania, falſa, incerta, caduca, quæ nullis defixa radicibus quacunque varietate labefactantur, & penitus euelluntur.

Et virgam humeri illius.) Aſpicis hìc diabolum virgam habere, qua ſuos percutit. Nemo enim eſt qui maiores labores & calamitates ſuſtineat, quàm qui dæmoni ſubiicitur. Quod volēs ſignificare ſacra ſcriptura in libro Sapientiæ facit *Sapien.5* damnatos hoc modo loquentes: Ambulauimus vias difficiles, laſſati ſumus in via iniquitatis. Quāuis Chriſtus iugū, & virgā, & ſceptrū dæmonis ſuperauit, multos ab eius poteſtate eripiés: tamē dominatur adhuc dæmō omnibus impiis, quoniā ipſi eius poteſtati ſe volūt ſubiicere.

Et ſceptrum exactoris eius.) Exactor eſt qui pecunias, & tributa exigit. Vocatur autem diabolus exactor, qui ab hominibus peccata veluti tributa exigit. Appellatur etiā tyrannus & princeps huius mundi, qui enim ſceptrū tenet, princeps eſt. Oſtendit hic locus eſſe diabolum prin- *Ioan.12.* cipem impiorum. Nunc, ait Chriſtus apud Ioannem, princeps huius mūdi eiicietur foras: & alio in loco apud eundem: Venit enim princeps hu- *Ioan.14.* ius mundi, & in me nō habet quicquam. Conſidera quale ſit regnum mundi cùm talem principem habeat. Tres ob cauſas ait Plato debere homines ciuitatem, quam incolunt, relinquere, vel quia plura ſunt detrimenta quàm commoda, vel quia plures ſunt mali quàm boni, vel quia princeps aut gubernator eſt iniuſtus & impius. Cùm autē hæc omnia in mūdo videamus, quid facis in mundo, qui maior es mundo? Fuge diaboli ſceptrū, à quo te liberauit Chriſtus ad quē confuge, vt vitam æternam conſequaris. Diuus Gregorius tractans hunc locum libro trigeſimo Moralium capite trigeſimo primo ita ait: Superauit Dominus gentium iugum, cùm illas à dæmoniacæ tyrannidis ſeruitute liberauit. Virgam humeri, cùm percuſſionem pro opere malo perpeſſam compeſcuit, ſceptrum autem exactoris cùm regnum diaboli peccatorum tributa exigentis à fidelium corde deſtruxit.

Quia omnis violenta prædatio.) Omnis humana victoria & prædatio ſolet fieri cum magno tumultu & ſanguine veſtes ac arma occiſorvm concaminante. At hoc prælium quo tu Chriſte ſanctos homines à dæmonis poteſtate eripuiſti, eſt ſine tumultu, ſine humanis armis: ſed in combuſtionem & cibum ignis, hoc eſt, ſpiritu tuo, & igne charitatis mentes fidelium purgante, & omne vitium comburente. Poterit clarius ita verti: Omnis violẽta prædatio cum tumultu eſt, & veſtimentum eſt miſtum ſanguine: at hæc victoria erit in combuſtionem & cibum ignis.

Paruulus enim natus eſt nobis.) Reddit rationem, cur iugum diaboli ſit à noſtris ceruicibus ablatum, & diabolus victus, & hæc victoria ſine tumultu, quippe quia paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, hoc eſt ad noſtram redemptionem, quia natus eſt nobis de ſanctiſſima virgine Maria puer Ieſus filius Dei. Paruulus natus eſt, quia verus eſt homo: filius datus eſt, quia eſt verus Dei filius. Natus eſt paruulus, ne timore terreremur, & quia puer ſtatim commiſſa condonat, & facilè placatur: & datus eſt filius, vt nos
Luc. 2. poſſet à dæmone liberare. Quid nobis patet negabit, quibus filium ſuum dedit? Nobis & natus & datus eſt. Audi angelum paſtoribus dicentem: Nolite timere, ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. Nomine pueri ſignificatur humanitas: nomine verò filij, diuinitas.

Et factus eſt principatus ſuper humerũ eius.) Principatus Chriſti nos ſumus, quos ſuper humeros ſuos poſuit, vt nos ad gloriam aſportaret. Genus
Luc. 15. hominum hic per principatum intellectum alio in loco ouis quæ perierat appellatur, quã Chriſtus inuenit, & ſuper humeros adduxit. Eramus perditi, in vitiorum erroribus & ſaltibus errantes, non poteramus viribus noſtris à tantis malis liberari, venit paſtor ille clementiſſimus Deus noſter, poſuit nos ſuper humeros ſuos, vt è valle miſeriæ ad montem viſionis diuinæ perduceret, vbi ipſo in placidiſſima tranquillitate frueremur. At nos ab eius humeris diſcedimus; cum fugimus, & iterum ſcelerum ſyluas peragrantes terrena quærimus, mundi voluptates concupiſcimus, & ea, quæ cæleſtia ſunt & immortalia, non curamus. Vel per principatum, ſceptrum regale intelligitur, quod ſuper humeros ſuos Chriſtus tulit: Quod ſceptrũ fuit crux illa ſacratiſſima, quam ad Caluariæ montem baiulauit. Eam ſecum ducens, manibus ac brachiis amplectebatur, vt oſtenderet quanto eam amore proſequeretur. Intuere obſecro, & attenta atque alta mente conſidera, natũ fuiſſe Chriſtum ad ferendum ſuis humeris ſuum principatum, hoc eſt crucem, in qua acerbiſſimos cruciatus tulit, ex qua tranſit de hoc mũdo ad patrem, quam poſt mortem ſuam erectam in mõte Caluariæ reliquit, tanquam trophæum, excellentiſſimique triumphi celeberrimum monumentum, & vt nos eam tanquam clariſſimũ ſignum noſtrarum victoriarum ſupplices coleremus. At nos obliti noſtri exiſtimamus natos hic fuiſſe ad delicias, ad opes, & voluptates, cùm potiùs editi ſimus in lucem ad crucem amplectendam, vt nec laborem, neque dolorem, neque denique quicquam aliud, quod moleſtum nobis poſſit accidere, intolerandum putemus. Fortaſſe crucem ob eam cauſam principatum appellat, quia in ea eleuatus Chriſtus omnia ad ſe traxit, iuxta id quod ipſe apud diuum Ioannem dicebat: Si Ioan. 12.
exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Hæc crux quæ hic nomine principatus ſignificatur, appellatur alio in loco ab hoc eodem Propheta, clauis Dauid. Dabo, inquit, clauem Infrà 22.
domus Dauid ſuper humerum eius. Quæ propterea clauis appellatur, quia ea cœli ianuæ, quæ anteà clauſæ erant, fuerunt apertæ & reſeratæ. Poterit præterea hoc ſic explanari: Factus eſt principatus ſuper humerũ eius. Hoc eſt, poſuit in ſuis humeris omne pondus eorum, quibus dominatur. Eſt autem hoc pondus peccatum generis humani, quod ſuper ſe Chriſtus poſuit, vt pro eo innocentiſſimus agnus pœnas lueret. Id quod Eſaias ait alio in loco: Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrûm. De quo di- Infrà 53.
citur in Pſalmo: Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores. Voluit enim ille luere noſtra Pſal. 128.
crimina, vt excidium à noſtris capitibus auerteret. Conſiderent reges ac principes terræ hunc diuinum regem Chriſtum Deum noſtrum, qui in ſuis humeris poſuit pondus ſui regni. Nec exiſtiment ſe principatum ad voluptates ſed ad labores obtinuiſſe. Eam ob cauſam voluit Chriſtus titulum ſuæ dignitatis regiæ variis literis ſcriptum fuiſſe affixum cruci, vt intelligerent omnes principes Chriſtiani regiam dignitatem eſſe cum cruce coniunctam, & cum laboribus & afflictionibus copulatam.

Et vocabitur nomen eius, admirabilis.) Qui vocatur Emanuel, & accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari, idem vocatur admirabilis, conſiliarius, Deus, &c. Quid admirabilius quàm Deum naſci ex virgine, & duas eſſe naturas in vna perſona?

Conſiliarius.) Vide Dei inauditam clemẽtiam. Miſit filium ſuum, vt nos conſiliis inſtrueret, & viam veritatis oſtenderet.

Deus.) Hic puer Deus eſt. Aſpice quàm apertè dicat Chriſtum eſſe Deum. Id quod apud Iere- Ierem. 33.
miam capite trigeſimotertio, & aliis in locis poteris videre. De quo ait diuus Paulus in epiſtola ad Romanos capite nono. Ex quibus eſt Chri- Rom. 9.
ſtus ſecundũ carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Quidam Iudæos ante aduentum Chriſti, ita hunc locum interpretatus eſt. Quia Meſſias Deus & homo futurus eſt, vocatum eſt nomen eius, Emanuel, hoc eſt, nobiſcum Deus: nempe in corpore, & carne noſtra, quemadmodum teſtatur Iob capite decimono- Iob 19.
no: Ex carne mea videbo Deum. Item quia Deus eſt, mirabilis conſiliarius dicitur: excogitauit enim mirabile conſilium animas à dæmone eripiendi, quæ propter Adæ peccatum damnatæ erant. Nec poſſunt vllo modo eſſe ſaluæ, niſi rex meſſias mortẽ acerbiſſimã, multáq; ſubeat tormẽta. Ob eã cauſam dictus eſt vir. Et quia ipſius eſt omnis fortitudo, Deus fortis vocatur. Et quia eſt æternus, pater ſempiternus dicitur.

Item quia in diebus eius pax multiplicabitur, princeps pacis appellatur. Et quia ipſe feſtinabit vt auferat animarum ſpolia, vocatur expeditus ſpoliator, feſtinus prædator. Quia autem eos ſaluos faciet, & ad paradiſum adducet, vocatur Ieſus, hoc eſt ſaluator. Hæc ille. Ego non poſſum credere quin animus, ex quo hæc prodierunt, eſſet diuinitus illuſtratus, eſt enim admirabilis hæc expoſitio.

Princeps pacis.) Non dicit, Princeps militum, princeps belli, ſed princeps pacis. Chriſtianus princeps pacis ſtudioſus Chriſtum imitatur. Septuaginta interpretes exterriti hac nominum maieſtate non auſi ſunt ea ſcribere, ne gentibus incredibilia viderentur

Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia, à modò & vſque in ſempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc. Verbum miſit Dominus in Iacob, & cecidit in Iſrael. Et ſciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam, in ſuperbia & magnitudine cordis dicentes: Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus ædificabimus: Sycomoros ſuccíderunt, ſed cedros immutabimus. Et eleuabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum, & inimicos eius in tumultum vertet: Syriam ab Oriente, & Philiſtiim ab Occidente: & deuorabunt Iſrael toto ore. In omnibus iis non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta: & populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe, & Dominum exercituum non inquiſierũt. Et diſperdet Dominus ab Iſrael caput & caudam, incuruantem & deprauantem die vna. Longæuus & honorabilis ipſe eſt caput: & Propheta docẽs mẽdaciũ ipſe eſt cauda. Et erunt qui beatificẽt populũ iſtũ ſeducentes, & qui beatificãtur, præcipitati.

C

Multiplicabitur eius imperium.) Non poteris de multiplicato Chriſti imperio dubitare qui legerit in Pſalmo: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius prædicans præceptum eius: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Qui locus in Actis Apoſtolorum, & in epiſtola ad Hebræos de Chriſto explanatur. Et de eius pace dicitur in Pſalmo: Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis donec auferatur luna. Id eſt in æternum. Quod vaticinium ad regnum Salomonis accommodari nullo modo poteſt, ſed ad regnũ Chriſti, cuius iuſtitia & pax ſunt ſemper duraturæ, & ob eam cauſam ipſum diuinæ literæ iuſtitiam & pacem appellare ſolẽt. Animaduerte, Tunc imperium multiplicatur, cùm in eo pax viget. Hoc conſiderare deberent, qui volunt bellis regnum multiplicare, cùm nihil ſit, quod regna & imperia potius labefactet, & penitus euertat, quam bellum. Contrà verò vigente pace creſcit regnũ & propagatur. Verùm id quod hîc dicitur, eſt præcipuè de ſpirituali pace intelligendum. Chryſoſtomus tractans hunc locum in primo tomo explicans illud Eſaiæ: Poteſtatis & pacis non erit finis, inquit hoc intelligi de pace inter Deum & hominem, inter corpus & ſpiritum, ac inter Iudæos & Gentiles.

Pſal.2. Act.13. Hebr.1, & 5. Pſal.71.

Super ſolium Dauid.) Senſus eſt: Hic puer Emanuel, qui eſt Deus, conſiliarius, admirabilis, &c. regnabit iuſtiſſimè ſuper ſedem Dauid in æternum. Id eſt, quod dixit Angelus Mariæ virgini ſacratiſſimæ: Et dabit illi, nempe Chriſto, Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et de eo Daniel Propheta ſcriptũ reliquit: Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Et in Pſalmo ſcriptum legimus: Regnum tuum regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Sed hæc occurrit dubitatio: Qui fieri poteſt vt hæc de Chriſto intelligantur, qui ſuper ſolium Dáuid non videtur ſediſſe, non enim regnauit in Iudæa. Quin potius cùm eum turbæ regẽ conſtituere voluiſſent aufugit, vt eſt apud Ioannem capite ſexto: & coram Pilato confeſſus eſt, regnũ ſuum non eſſe de hoc mundo. Prætereà quę gloria eſſet ſedere ſuper ſolium Dauid eum, quem Eſaias vidit ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum? Sed cùm ſit altera Hieroſolyma multò melior & præſtantior quàm ea, in qua regnauit Dauid, quæ eſt Eccleſia Catholica, eã exiſtimo hîc eſſe ſignificatam. De qua dicitur in Pſalmo: Conſtitutus ſum ab eo rex ſuper Sion montem ſanctum eius, & in alio Pſalmo: Fundamenta eius in montibus ſanctis. Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Non exiſtimo hoc dictum fuiſſe de portis illius terrenæ Hieroſolymæ, quas ſcimus eſſe conſumptas, & in puluerem redactas: ſed de portis Eccleſiæ, quam illa Hieroſolyma adumbrabat. Regnat igitur Chriſtus in Eccleſia, quæ eſt Hieroſolyma, non vmbratica ſed vera, cuius illa terrena gerebat imaginem: & regnabit in æternum, quoniam Eccleſia nunquã peribit: nã etſi in mundi conſummatione deſinat eſſe militans, Eccleſia tamen triumphãs ſine fine in æternum permanebit; & ſic ſemper futura eſt Eccleſia, in qua Chriſtus in æternum regnabit, facta enim ſeparatióne in littore maris, congregatiſque in vaſe bonis piſcibus, malis autẽ foris abiectis, accipiet Chriſtus Eccleſiam glorioſam, non habentem maculam aut rugam, ſed ſanctam & immaculatam. Et volens ſignificare ſcriptura hanc ſpiritualem Hieroſolymam eſſe multò ſublimiorem & illuſtriorem terreſtri illa, in qua regnauit Dauid, dicit; Conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion. Non dicit: In Siõ, ſed ſuper Sion. Et in alio Pſalmo: De fructu ventris tui ponã ſuper ſedem tuã. Non dixit: In ſede, ſed, ſuper ſedẽ. Et in hoc loco Eſaiæ: ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit. Poteris etiam per ſolium Dauid

Luc.1. Dani.7. Pſal.144. Ioan.6. Pſal.2. Pſal.86. Pſal.2. Pſal.131.

eius

tius labores & dolores intelligere:fuit enim vir ille ſanctus,vt ſacræ literæ memoriæ prodiderūt, vehementer afflictus,& in acerbiſſimis periculis & laboribus conſtitutus,atque capite & opibus vndique oppugnatus. Sedit igitur Chriſtus ſuper ſolium Dauid,ſuper eius dolores,labores,& anguſtias, in multò pluribus & acerbioribus cruciatibus verſatus. Et ob eam cauſam dixit: Super ſolium,& non in ſolio, vt ſuperlationem & abundantiam dolorum ſignificaret.

In iudicio & iuſtitia.)Per hæc duo nomina intelligitur pulcherrima gubernandi forma & ratiò,vt alio in loco annotauimus. ſic apud Ieremiam:Regnabit rex,& ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. *Ierem.2.*

Zelus Domini exercituum.)Hoc eſt amor Dei erga homines efficiet,vt filius Dei naſcatur,ex virgine,hominúmque genus à dæmonis poteſtate eripiat,& ſedeat ſuper regnum Dauid , illúdque iuſtitia & iudicio confirmet. Sic Deus dilexit mundum,ait diuus Ioannes,vt filium ſuum vnigenitum daret. *Ioan.3.* Vbi vides,non ex hominum meritis , ſed ex Dei amore & charitate proceſſiſſe generis humani ſalutem. Charitas Deum traxit è cœlo,nos autem è terra ad cœlum vehit. Hæc vulnerauit impaſſibilem,alligauit inſuperabilē, traxit incommutabilem,fecit mortalem æternū.

Verbum miſit Dominus in Iacob, & cecidit in Iſrael. Prædixerat Propheta cladem & euerſionem Siriæ & Samariæ:& capta inde occaſione multa Chriſti miſteria interpoſuit. Nunc verò ad id vnde egreſſa fuerat oratio reuertitur, & vaſtitatem vaticinatur Samariæ dicens : Verbum miſit Deus in Iacob,& cecidit in Iſrael. Id eſt , Miſit Deus ſæpe Prophetas ſuos ad Iacob, hoc eſt,ad decem tribus , qui illis veritatem nuntiarent, viámque ſalutis aperirent. At Iſraelitæ verbum Dei contempſerunt,& pro nihilo putarunt. Per Iacob & Iſrael intellige decem tribus. Et quoniam verbum Dei fuit ab illis neglectum,dicit Propheta illud cecidiſſe,tunc enim verbum Dei cadere dicitur, quando ab auditoribus contemnitur.

Et ſciet omnis populus Ephraim.)Senſus eſt:Quāuis Deus locutus fuerit per Prophetas ſuos populo Iſraelico,ipſe tamen ſciet ſuperbè:exiſtimabit ſe altè ſapere,& deridebit Dei verba, & comminationes dicens : Lateres ceciderunt,ſed quadris lapidibus ædificabimus.hoc eſt,quamuis inciderimus in nonnullas calamitates,ſequentur tamen poſteà tempora fœlicia:& pro domibus lateritiis quæ ceciderunt,ædificabimus lapidibus quadratis magnifica ædificia:& pro ſycomoris arboribus abiectis habebimus nobiles & preciosas cedros. Poteſt eſſe ſenſus:Hucúſque perierunt in bello nonnulli ex noſtris,ſed erant veluti lateres fragiles & imbecilli ; at nos ædificabimus rempublicam noſtram ex lapidibus quadratis,hoc eſt ex viris fortitudine & conſtantia munitis. Lapides quadrati ſunt ad ædificandum apti,rotundi verò & globoſi nequaquam ; quoniam nō niſi in puncto ſe tangunt. homines quadrati facilè conueniunt inter ſeſe,at rotundi nullam inter ſe habent concordiam:ſunt autē quadrati illi,qui ex quacunque parte ceciderint,firmi manent & ſtabiles:rotundi autem ſunt mobiles & inconſtantes. Ariſtoteles libro primo moralium Nicomachiorum hominem ſapientē quadratum vocat,quia in quamcunque partem voluatur,ſui ſimilis eſt,& firmus perſeuerat , & acerbiſſima calamitatum procella oppreſſus,placida tamen & tranquilla mente cōſiſtit. *ſimile* Vt enim bonus fictor & artifex ſimulachrum fingit ex auro:ſi autem aurum deeſt,ex argento , eo verò nō exiſtente,ex plumbo,aut denique ex quauis alia materia,ſic vir ſapientia excultus & virtute præditus in omni ſtatu , virtutis & conſtantiæ imaginem & ſimulachrū efficiet. Si in honoribus & magiſtratibus fuerit conſtitutus,in media proſperitate,rebúſque ad voluntatem fluentibus virtutem exercebit; *ſimile* ſi in ærumnis & laboribus fuerit verſatus,in media aduerſitate, in infimo illo ſtatu oſtendet animi ſui magnitudinem & celſitatem. Aſpicis hîc impiorum ædificia eſſe ex lateribus conſtructa : Qui etſi promittant ſe eſſe quadratis lapidibus mœnia condituros,ad id tamen nunquam peruenient : Iudæi in Aegypto ſub Pharaone commorantes,vrbes lateritias cōdebāt. Talia ſunt eorū opera qui in mundo diabolo ſeruiunt lutea,& terrea. Huiuſmodi erat turris Babylonis,quam illi aduerſus Deum condiderunt,qui nomen ſuum immortalitati commēdare volebant. *Exod.1.* At cecidit turris , & ipſi confuſi ſunt,& in tartara præcipites ruerunt. Poteſt hæc litera ſic ordinari: Omnis populus Ephraim , & habitantes Samariā dicentes in ſuperbia & magnitudine cordis : lateres ceciderunt , & ea quæ ſequuntur,ſcient Dominum eleuaturum eſſe hōſtes Raſin,&c. *Gen.11.*

Et eleuabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum,& inimicos eius in tumultum vertet.)Hoc eſt, Excitabit Dominus contra Raſin regem Syriæ Aſſyrios eius hoſtes , qui contra ipſum concitabuntur. Prædicit Propheta prælium illud,in quo rex Aſſyrius occidit Raſin regem Syriæ,quam hiſtoriā habes libro quarto Regum capite ſextodecimo.

Syriam ab Oriente.)Hoc eſt , Excitabit Dominus contra Samariā Syros,& Palæſtinos. Acſi dicat:Et Syria quæ pepigerat fœdus cum Samaria,ipſam Samariam oppugnabit , ita vt contra Iſraelem Syri ab Oriente,& Palæſtini ab Occidente moueantur,& ſimul toto ore,hoc eſt auidiſſimè,deuorent Iſraelem. Et adhuc extenta eſt manus Domini ſuper Iſraelitas,eóſque ferire nō ceſſat: *4.Reg.16.* At illi nec ſic cæſi volunt ſe ad Dominum conuertere. Quid ſit extēdere manum,diximus alio in loco.

Et diſperdet Dominus ab Iſraele caput & caudam, incuruantem & deprauantem die vna.) Quid ſignificetur per caput & caudam,explicat ſtatim Propheta. Per incuruantem & deprauantem eum intelligit,qui recta peruertit.

Et erunt qui beatum dicunt populum iſtum ſeducentes.)Iuxta id quod dixit capite tertio : popule meus qui te beatum dicunt,ipſi te decipiunt. Et qui beatificantur, præcipitati , hoc eſt,in extremam perniciem adducuntur.

Propter hoc ſuper adoleſcentulis eius non lætabitur Dominus : & pupillorum eius & viduarum non miſerebitur : quia omnis hypocrita eſt,

&

& nequam,& vniuerſum os locutum eſt ſtultitiam. In omnibus his non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extenta.Succenſa eſt enim quaſi ignis impietas:veprem & ſpinam vorabit,& ſuccendetur in denſitate ſaltus, & conuoluetur in ſuperbia fumi. In ira Domini exercituum conturbata eſt terra, & erit populus quaſi eſca ignis. Vir fratri ſuo nõ parcet,& declinabit ad dexteram & eſuriet:& comedet ad ſiniſtram, & non ſaturabitur:vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit,Manaſſes Ephraim, & Ephraim Manaſſem:& ſimul ipſi contra Iudam. In omnibus his non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extenta.

Quia omnis hypocrita eſt,& nequam, &c.) Tres cauſas aſſignat,ob quas Deus populi Iſraelitici non miſereatur:prima eſt hypocriſis,ſecunda nequitia,tertia amentia.Non ſolùm erant vitiis cõtaminati, ſed volebant fallaci virtutis imagine nefaria ſcelera cooperire: & quod deterius eſt, volebant hæc verbis confirmare,& alios peſtilẽtibus inſtitutionibus corrumpere. Hyprocriſis eſt capitalior & pernicioſior aperta iniquitate, quoniam in virtutis imagine deliteſcit. Nam vt in magno mari pernicioſiores ſunt ſcopuli, qui breui operti aqua triſtem ac cæcum & miſerabilem non obſeruantibus inferunt interitũ, quàm rupes eminentes,quas nautæ facilè vitare poſſunt,ſic hypocritæ qui in animi receſſibus & latebris malitiam retinentes ſpeciem pietatis foris oſtendunt,tetriores ſunt,& capitaliores improbis illis,qui ſunt ab omni virtutis ſimulatione alieni,quoniam horum peſtem poteris facilè fugere,illos autem virtutis perſonam induentes, nec citò cognoſces,neque eorum dolum,& perniciem quam moliuntur, facilè declinabis. Eſt autem hypocriſis,vt definit Chryſologus,ſubtile malum,ſecretum virus,venenum latens, virtutum fucus,tinea ſanctitatis.

ſimile

Succenſa eſt enim quaſi impietas.)Senſus eſt,impietas hoſtium Iſraelis accenſa eſt,& non populum aliquem pium,& Deo deuotum,ſed vepres & ſpinas,hoc eſt Iſraelitas ſceleratos, Deóque ſuo inobedientes deuorabit.Comparat Propheta Iſraelem vepribus, & ſpinis,& ſyluæ à feris habitatæ.

Et conuoluetur in ſuperbia fumi.)Efferent ſe Aſſyrij,ſpoliabunt Iſraelitas tam nobiles quàm obſcuros,ſed eleuati veluti fumus diſſipabuntur, & euaneſcent.Nam Aſſyrij euerterunt Samariã, ſed ipſi poſteà perierunt.Aſpicis hic impiorum gloriam & ſuperbiam fumo comparari.

In ira Domini exercituum.) Sumente Domino pœnas de Iſraele magnus erit mœror in ea terra, magna conturbatio,& ardebit populus velut fomentum ignis.Nemo cuiquam parcet,frater irruet in fratrẽ. Vnuſquiſque declinabit ad dexteram quærens victum,& comedet ad ſiniſtram, hoc eſt occultè,ne aliquis eum videat comedentem id quod rapuit.

Vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit.) Fratres & conſanguineos brachia appellat. Senſus eſt, Vnuſquiſq; irruet in conſanguineos ſuos,Manaſſes ſpoliabit Ephraim, & Ephraim Manaſſem. Lege libros Regum, & Paralipomenon, & inuenies Iſraelitas bellis ciuilibus inter ſe diſſidere,& poſteà in Iudæ oppugnationẽ concordare.

Annotationes ex Hebræo in

CAPVT IX.

Nouiſſimo aggrauata eſt.)In Hebraico eſt: Nouiſſimo הככיר hichbidh,à verbo ככר quod ſignificat graue eſſe,in quam ſignificationem ſumptũ eſt ab interprete noſtro volente Chriſti victoriã de mundo ſignificare: eſt enim verbum ſumptũ à re bellica. Significat etiam verbum hoc glorificari,nam infrà vbi in capite ſexageſimoſexto ſcriptũ legimus :Glorificetur Dominus,in Hebraico eſt verbum hoc:& multis aliis in locis diuinarum literarum capitur pro glorificari. Eam ob cauſam poteſt hic locus ita Latine reddi:Nouiſſimo glorificata eſt.Quæ interpretatio inſtituto Prophetæ magnopere videtur accommodari,& conuenire.Voluit enim hoc vaticinio oſtendere victoriam,quam Chriſtus erat per diſcipulos ſuos de mũdo reportaturus, & ita erit ſenſus:Prima victoria,quæ erit Chriſti doctrina adepta,alleuiabitur terra,quoniam nonnulli reprobato idolorũ cultu in Chriſtum credent,& verã religionem amplexabuntur. At ob ſecundã victoriam,quam Apoſtoli de dæmone conſequentur,erit tota terra glorioſa,quando Chriſti diſcipuli omnes mundi regiones peragrantes, Chriſtúmque prædicantes, trophæa vbique conſtituerint. Quid enim glorioſius, quid illuſtrius, quàm relictis vitiis,contempta ac repudiata ſuperſtitione,mundum ad Chriſtum conuerti,totóque animo aſpirare?Poteris vertere pro aggrauata,illuſtratam,& rectè quidem meo iudicio, nam verbum hoc ſignificat eſſe magnum, illuſtrem,honoratum,& glorioſum.

Infrà 66.

Multiplicabitur eius imperium.) Quemadmodũ hoc de Eccleſia intelligatur explicanimus ſuo loco.Sed eſt magnoperè aduertendum in Hebraico ita ſcriptum eſſe:לםרבה המשרה lemarbeh hammiſrah.Hebræi habent duplex m, alterum ſcribitur in principio dictionis, & in medio, & eſt apertum,quod ita ſcribitur מ: alterum nunquã ponitur niſi in fine dictionis, & ob eam cauſam terminale ſiue finale vocatur: & ſcribitur hoc modo,ם,& eſt vbique clauſum nullum habens exitum, Hoc eſt perpetuò verum, neque inuenies in tota ſacra ſcriptura literam ם niſi in fine dictionis excepto hoc verſiculo Eſaiæ,vbi litera, ם eſt in principio dictionis:nam illud ל eſt præpoſitio,ad, quod certè non caret myſterio. Vir erat Eſaias doctiſſimus,ſatíſque habebat perſpectum & exploratum,hanc literam non poſſe collocari niſi in fine dictionis:ſed cùm hoc in loco eam in principio collocarit,non eſt dubiũ, quin hîc lateat myſterium. Ex Hebræo poteſt verti: Ad multiplicationẽ imperij,vel ad multiplicandũ imperiũ.Sed quia Eſaias diuino lumine illuſtratus præuidebat,hoc Chriſti imperium in Eccleſia non eſſe à Iudæis intelligendum, voluit

hoc

hoc ſcribere litera clauſa, vt ſignificaret fore hoc myſterium in Iudæis clauſum & abſconditũ, quod vſque hodie Iudæi ipſi non intelligunt. Et quoniam hoc Chriſti imperium nunqnam eſſe deſineret, voluit Propheta illud ſcribere litera clauſa nullum exitum habente, vt oſtenderet fore Chriſti regnum perpetuum, nullúmque finem eſſe habiturum. Et hęc imperij multiplicatio ideò facta eſt, quia Deus factus eſt homo, nam anteà notus
Pſal.75. erat Deus in Iudæa, vt dicitur in Pſalmo, & in ſolo Iſraele nomen eius celebrabatur, ſed poſtquam filius Dei à cœlis in terras miſſus humanam naturam admirabili modo ſibi copulauit, vt à nobis inferorum pœnas, graues illas quidẽ ſed iuſtas & debitas auerteret, hominúmque genus à faucibus ipſius mortis ſua morte liberaret, cognitio ipſius nominis ſic omnes gentium regiones peragrauit, vt vana ſuperſtitione repudiata homines etiam immanitate barbari & inculti ipſum Chriſtum intelligerent verum eſſe totius mundi machinę effectorem, & moderatorem: cuius numine & imperio omnia ſupera, media, ac infera continerentur. Eam ob cauſam in hoc admirabili verſiculo, vbi diuinus vates imperij Chriſti multiplicationem prædicit, litera finali ad principium reuerſa annotauit. Reuerſa eſt igitur hæc litera retrorſum, vt etiam hac in re innueret propheta, filium Dei æqualem patri' ſumpturum eſſe humanam naturam, ſecundum quam eſſet minor patre.
Phil.2. Exinaniuit enim ſemetipſum, vt ait Apoſto-
4.Reg.20. lus, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem
2.Par.32. hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Huius figuram & imaginem geſſit ſol, quem reuerſum fuiſſe retrorſum in horologio Achaz ad ſignum & confirmationẽ ſalutis regis Ezechiæ literæ diuinæ conteſtantur.

Incuruantẽ & deprauantẽ.) כפה ואגמון cippah ve agmon. Primum nomen à verbo כפה, quod ſignificat incuruare, in quam ſignificationem ſumitur à noſtro interprete. Significat etiam ramum, ſic à curuitate appellatum. אגמון agmon ſignificat paludem & ſtagnum, & iuncum, quoniam iuncus iuxta paludes naſcitur. Apud hunc eundem Prophetam capite trigeſimoquinto capitur pro iunco. Sic enim vertit interpres noſter: Viror calami & iunci. Fortaſſe quia loca paluſtria inſalubria ſunt, & valetudinem deprauant, accipitur hoc in loco pro deprauante, quod quid ſignificet ſuo loco explanauimus. Codices correcti habent ad marginem pro deprauante refrenãtem. Diuus tamen Hieronymus in commẽtariis legit, deprauantem, & interpretatur rectà peruertentẽ, quam ego interpretationem ſum ſecutus. Poteſt hic locus rectè verti ex Hebraico: Ramũ & iuncum, hoc eſt, fortem & debilem, & ita vertit Pagninus. Septuaginta interpretes habent Magnum & paruum, magis ſenſum quàm verba ipſa transferentes.

* * *

Argu-

Argumentum capitis X.

Cùm lex ſit ratio prudentis iubens ea quæ facienda ſunt, prohibénſque contraria, iuris ac iniuriæ, regula, ab illis ſolum debet ferri, & ſtabiliri, qui fuerint iuſtitia præditi, quique floruerint opibus ſapientiæ, & in maximarum virtutum ſtudia incubuerint. Videns autem Propheta leges condi ab hominibus indoctis, & nefariis, viduas & pupillos ſpoliantibus, & omnia ad ſua propria commoda referentibus., inuehitur in legumlatores, minans illis miſerias ſempiternas. Vaticinatur luctuoſiſſimas ſtrages Iſraeli ab Aſſyriis inferendas, eorúmque Aſſyriorum admirabilem cladem. Et capta occaſione præcinit myſterium humanæ redemptionis, & ex innumerabili Iudæorum multitudine reliquias ſolùm eſſe ſalutem conſecuturas. Tandem facit Deum loquentem, & Iudæos, quos erat de manu Sennacheribi erepturus, conſolantem.

CAPVT X.

VAe qui cõdunt leges iniquas:
& ſcribentes, iniuſtitiam ſcri A
pſerunt, vt opprimerent in iu
dicio pauperes, & vim facerent
cauſæ humilium populi mei: vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium? Et vbi derelinquetis gloriam veſtram, ne incuruemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Væ Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat ſpolia, & diripiat prędam, & ponam illum in conculcationem, quaſi lutum
platearum. Ipſe autem non ſic arbitrabi- B
tur, & cor eius non ita exiſtimabit: ſed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium nõ paucarum. Dicet enim: Nunquid non principes mei ſimul reges ſunt? Nunquid non vt Charcamis, ſic Calano: & vt Arphad ſic Emath? Nunquid non vt Damaſcus, ſic Samaria? Quomodo inuenit manus mea regna idoli, ſic & ſimulachra eorum
de Ieruſalem, & de Samaria. Nunquid C
non ſicut feci Samariæ, & idolis eius, ſic faciam Ieruſalem, & ſimulachris eius? Et erit: cùm impleuerit Dominus cũcta opera ſua in monte Sion, & in Ieruſalem, viſitabo ſuper fructum magnifici cordis re
gis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis o- 4.Re.19.g.
culorum eius.

Expla

EXPLANATIO.

Va, qui condunt leges iniquas.) Non appellat leges ſimpliciter, ſed cum additò leges iniquas. Vt enim medicorum præcepta dici verè nō poſſunt ſi quæ impij aut amentes pro ſalutaribus morti feta conſcribant, ſic nec leges appellari debent eæ, quæ populo inferant perniciem, aut detrimē tum. At nullæ res capitalius inferunt exitium rei publicæ, quàm leges iniquæ & iniuſtæ. Cùm enim illæ ſint ciuitatis fundamenta, neceſſe erit, nullam ibi conſiſtere iuſtitiam, nullam pietatē, ſed omnem populi impetum ad interitum ſpectare, & totam vrbem tandem euerti. Eſſe autem leges ciuitatum fundamenta indicat ſapientiſſimus, ac illuſtriſſimus ille rex Dauid. Nam in eo

Pſal. 10. Pſalmo, vbi noſtra verſio habet: Quoniam quem perfeciſti deſtruxerunt, poteſt verti ex litera Hebraica: Quoniā fundamenta diſſipata ſunt. Vbi per fundamenta leges ſignificauit. Ita enim illū locum vertit Symmachus: Quia leges diſſipatæ ſunt: Et eodem modo tranſtulit diuus Hieronymus ex Hebræo, quem poſteà multi ſecuti ſunt. Sunt enim leges baſes, in quibus nititur ciuitatis ſalus. Quod intelligens elegans quidam poeta cecinit: Agnoſco crines, incanáque menta Regis Romani, primus qui legibus vrbem Fundauit. Et apud Platonem dialogo 4. de legibus ait Socrates, difficile eſſe ciuitatem bonis legibus fundari, indicans leges eſſe ciuitatis fundamenta. Alloquitur Eſaias omnes iniquos legum latores, præſertim Scribas & Phariſæos, quorū impias traditiones Chriſtus illis obiiciebat, vt eſt apud Matthæum capite quintodecimo, & apud Marcum capite ſeptimo.

Mat. 15. *Quid facietis in die viſitationis & calamitatis de*
Mar. 7. *longinquo venientis?*) Hoc eſt, in die iudicij, quem
Sopho. 1. propheta Sophonias appellat diem iræ, tribulationis, & anguſtiæ, calamitatis, & miſeriæ. Vel per diem viſitationis, & calamitatis de lōginquo venientis, intelligit captiuitatem per Aſſyrios, vel per Romanos. Viſitat nos Deus aliquando proſpera tribuendo, vt nos ad ſui amorem alliciat: aliquando inferendo aduerſa, vt in ęrumnis ad eum conuertamur, iuxta id quod dicitur in Pſalmo: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. Eodem modo Ieremias capite ſexto tempus afflictionis tempus viſitationis iis verbis appellat: In tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus. Et capite vigeſimotertio:

Pſal. 31. Afferam ſuper eos mala, annum viſitationis eo-
Ierem. 1. rum. Obſerua, calamitatem magnā vocat Eſaias
Iere. 23. eam, quæ venit de longinquo. Vt enim fluuius magnus ortum habet in locis remotis, longéq; diſtantibus, & paulatim vires auget, & longius latiúſque propagatur, donec impetu & rapidiſſima inundatione omnia ſecum rapiat & in immē

ſimile. ſum mare trudat, ſic acerba & luctuoſa calamitas veniens de longinquo paulatim creſcit, donec omnes oblectationes abſorbeat, & in vaſtum ærumnarum gurgitem profundat.

Vbi relinquetis gloriam veſtram.) Eorum vanitatem redarguit, qui celebritatem ſermonis hominum viriorum plerúmque laudatricem, humanámque gloriam fragilem, & inanem ardenter appetunt. Quaſi dicat: Cùm gloria veſtra nō deſ ceſſura ſit vobiſcū, vbi manebitis vbi eā relinquetis? Quid vobis proderit in illa die? Sic propheta

Pſal. 48. in eo Pſalmo vbi eius miſeriam oſtendit, qui humanę laudis, terúmq; caducarū cupiditati ſeruit, hçc verba ſcripta reliquit: Cùm interierit, nō ſumet omnia, neque deſcendet cū eo gloria eius. In libro Sapientiæ ita inducuntur damnati loquentes: Quid nobis profuit ſuperbia: & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquā vmbra, & tamquā nuntius pręcurrens. Non eſt igitur ea mundi gloria quærenda, quæ eſt incerta, & in populi amentis opinione ſita, quæ exiguis regionibus cōtinetur, & tē pore breuiſſimo obſcuratur, quæ nos deſerit, & obruitur interitu hominum, poſteritatiſque obliuione tandem extinguitur. Illud remanet, quod ſimus rectè factis, & virtute conſecuti. Quid fingi poteſt leuius, & commutabilius, quàm mūdi gloria? cùm mūdus ipſe eos quos anteà laudibus ampliſſimis extulerat, ſæpenumerò deprimat, eorúmque nomini anteà celebrato perpetuæ infamiæ & dedecoris notam inurat: eos autem qui anteà in obſcuritate latebant, nulla laude celebratos, in oculis omniū conſtituat, & ad cœlum extollat, vt inde eos præcipitet, in eóſque maiorem perniciem machinetur. Vt enim arenæ horologium ſingulis horis reuoluitur, ſic mundus ſingulis horis mutatur: & vt ſuperior pars horologij, quæ plena erat, euacuatur, eiúſque arena impletur ea pars, quæ inferius vacua iacebat, ſtatim inferior fit ſuperior, & ea quæ altiorem locū occupabat, deſcendit deorſum, nec poteſt vna impleri, quin euacuetur altera, ſic ij qui anteà in honore & gloria erant conſtituti, opibus abū dantes, atque oblectationibus affluentes, omnia amittunt, & in labem ignominiæ vſque adeò incurrunt, vt nullum veſtigium priſtinæ dignitatis aliquando appareat: eorum autē opes & gloriam illi conſequuntur, quia anteà in imo vacui iacebant.

Sap. 5.

ſimilitudo.

Ad cuius fugietis auxilium?) Deo derelicto, & vobis irato, quis vobis opē feret? Oſtendit omnia humana præſidia & adiumenta ſine Deo inania eſſe, & pro nihilo ducenda. Iam dixi hæc referri ad tempus captiuitatis, aut ad diem extremi iudicij.

Va Aſſur virga furoris mei.) Volens Deus Iſraeliticum populum punire, vſus eſt miniſterio Sēnacheribi Aſſyriorum regis, qui Iſraelem deleuit, & grauiter afflixit. Sed poſteà ipſum Sennacheribum percuſſit Deus, ſumens de illo inſtas pœnas. Nam cùm ipſe poſt cladem illatam Samariæ voluiſſet occupare Hieroſolymā, & ſuo exercitu viam ad tyrannidem munire, fuit iuxta Hieroſolymā durius afflictus. Cùm ei angelus Domini nocte vna interfeciſſet cētum octoginta quinque millia hominum, ipſe turpiter fugit in regnum ſuum, vbi fuit à propriis filiis interfectus. Eſt igitur ſenſus: Væ tibi ô Sennacheribe Aſſyriorum rex, qui futurus es virga furoris mei, tuo enim miniſterio ſum Iſraeli ſtragem illaturus, ſed poſteà dabis pœnas tuæ tyrannidis, & ſuperbiæ. Particula hoi, quæ, eſt in Hebræo, poteſt eſſe aduerbium vocandi, & tunc erit ſenſus: Heus tu Sennacheribe, eris virga furoris mei, &c. Diſci-

mus

mus ex hoc loco,& aliis huiuſmodi,debere nos
æquo animo ferre tyrannorum iniurias,& affli-
ctiones,exiſtimaréque nos in eas propter ſcelera
noſtra meritiſſimò incidiſſe:eſſéque tyrannos fla
gellũ,quo nos Deus punit,& caſtigat. At ipſi ty-
ranni ne glorientur,non enim iuſtitia,neque ra-
tione,nec viribus,ſed noſtris ſceleribus vincunt:
ſimilitudo nos enim illis arma porrigimus, quibus nobis
inferunt immanem vaſtitatem. Sed vt pater filiũ
flagellat virga, quam finitis flagellis proiicit in
ignem,ſic Deus punit multos medió hominum
impiorum,quibus vtitur tanquam virga,at po-
ſteà eos igne & temporalium,& æternarum affli
ctionum comburit. Voluit hoc in loco propheta
Ezech.21. ſignificare id quod eſt apud Ezechielem: Mucro
euagina te ad occidendum. Lima te, vt interfi-
cias,& fulgeas. Et ſtatim paulo pòſt: Reuertere
ad vaginam tuam,in loco in quo creatus es, in
terra natiuitaris tuæ:indicabo te,& effundam ſu
per te indignationem meam:in igne furoris mei
ſufflabo in te.

Ad gentem fallacem mittam eum.) Id eſt,ad Iſrae
litas. Dicebant enim, vt in capite decimonono
Exod.19. Exodi ſcriptum legimus,Cũcta quæ locutus eſt
Dominus,faciemus. Sed fidem fregerunt, & re-
licto Deo inanes ac falſos deos turpiter a-
dorarunt.

Contra populum furoris mei.) Id eſt, Cui ſum
iratus.

Pſal. 17. *Quaſi lutum platearum.*) Sic dicitur in Pſalmo:
Comminuam eos vt puluerem ante faciem ven
ti,vt lutum platearum delebo eos. Iniquos com
parat cum luto,qui omniũ pedibus cõculcatur.

Et cor eius non ita exiſtimabit.) Senſus eſt: Ego,
ait Deus,præcipiã ei,vt populum direptioni cõ
mittat,ſed nõ interficiat:vulneret,ſed non vitam
auferat:ipſe autem mandatum non cõſiderabit,
nec ita perpendet:ſed excedet,exiſtimabit enim
ſe interfecturum eſſe gentes multas, attribuens
ſuis viribus victoriam:& dicet: Nónne quemad
modum expugnaui Charcamas,Calanum, Ar-
phad,Hemath,Damaſcum,& Samariam,ſic ex-
pugnabo Hieroſolymam? Quemadmodum ce-
pi multas regiones,ſic capiam cæteras alias. Vi-
de hominis arrogantiam & inſolentiã. Vide quã
ſibi fœlicitatem pollicebatur impius homo. At
multò aliter illi accidit,nam eius exercitum cæ-
des teterrimas ſpirantẽ,& Iudæos ad immanem
vaſtitatem & luctuoſum excidium vocantem,
occidit vna nocte diuinus quidã angelus. Non
enim paſſus eſt Deus ciuitatem ſuam ſanctã diu
tius in tot calamitatibus iacere, & immaniſſi-
mum tyrannum imperare. Aſpice quàm fallax
ſit hominum ſpes, quæ non in Deo,ſed in mun-
do eſt conſtituta. Duabus in rebus errabat rex
Aſſur, crudelitate,& arrogantia:nam potentia
ad perniciem miſerorum abutebatur,ſéque inſo
lenter efferebat. Sed fefellit eum ſpes eius, iux-
Iob.49 ta id quod dicitur in libro Iob: Ecce ſpes eius
fruſtrabitur eum,& videntibus cunctis præcipi-
tabitur.

*Cùm compleuerit Dominus cuncta opera ſua in mõ
te Sion.*) Hoc eſt,Poſt euerſionem Samariæ, &
obſidionem atq; afflictionem Hieroſolymæ per-
det Dominus Sennacheribum Aſſyriórum regẽ,
propter eius ſuperbiam, & immanitatem.

Dixit enim: In fortitudine manus
meæ feci,& in ſapientia mea intellexi:&
abſtuli terminos populorũ, & principes
eorũ deprędatus ſum,& detraxi quaſi po
tens in ſublimi reſidẽtes. Et inuenit qua-
ſi nidum manus mea,fortitudinem popu
lorum. Et ſicut colliguntur oua,quę dere
licta ſunt,ſic vniuerſam terram ego con-
gregaui:& non fuit qui moueret pẽnam,
& aperiret os,& gãniret. Nunquid gloria D
bitur ſecuris cõtra eum,qui ſecat in ea?
aut exaltabitur ſerra,cótra eũ à quo tra-
hitur? Quomodo ſi eleuetur virga cõtra
eleuantem ſe,& exaltetur baculus, qui
vtique lignũ eſt. Propter hoc mittet do-
minator Dominus exercituum in pingui
bus eius tenuitatẽ:& ſubtus gloria eius
ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis.
Et erit lumen Iſrael in igne,& ſanctus e-
ius in flamma,& ſuccendetur,& deuora
bitur ſpina eius,& vepres in die vna. Et
gloria ſaltus eius,& Carmeli eius ab ani-
ma vſque ad carnem conſumetur,& erit
terrore profugus. Et reliquiæ ligni ſaltus E
eius præ paucitate numerabũtur,& puer
ſcribet eos.

Et inuenit quaſi nidum.) Verba ſunt Sennache-
ribi Aſſyriorũ regis. Quaſi dicat: Ego manu mea
apprehendi totum orbem quaſi nidum paſſercu
li,& omnes homines cepi,ac ſi eſſent oua relicta
in nido à matre. Et quia tranſlationem ſumpſit
ab auibus,eam ſeruat dicens: Et non fuit qui mo
ueret pennam: Ac ſi diceret: Tantus fuit timor
ac terror meæ fortitudinis & potentiæ, vt nemo
auderet mihi reſiſtere,ne fletum quidẽ prodere.

Propter hoc mittet dominator Dominus.) Quoniã
tam inſolenter ſe extulit Sennacheribus, vt ſu-
perbas minitationes arroganter iactaret, mittet
Deus angelum ſuum, qui eius exercitui mira-
biles inferat ſtrages. Mittet in pinguibus eius
tenuitatẽ, hoc eſt,fortiſſimos eius vita priuabit:
vt in illud exitium incurrãt,quod aliis intẽtabãt.

*Et ſubtus gloria eius ſuccenſa ardebit quaſi combu
ſtio ignis.*) Magnum Sennacheribi exercitum ap-
pellat gloriam eius, qui nocte vna, acſi igne fla-
graret, fuit in fauillam redactus. Ferunt Hebræi
fuiſſe Aſſyriorũ corpora intus occulto ardore cõ
buſta remanẽtibus veſtibus illęſis. Ideò dicitur:
Et ſubtus,id eſt ſub veſtibus, gloria eius,id eſt
exercitus eius,ardebit.

*Et erit lumẽ Iſrael in igne, & ſanctus eius in flam-
ma.*) Hoc eſt,Deus qui eſt lumen Iſraelis,& ſan-
ctificator eius,qui Iſraelem illuminat,& ſancti-
ficat, erit tanquam ignis & flamma ad ſpinas &
vepres, hoc eſt, ad Aſſyrios comburendum.
Sunt qui per lumen Iſraelis,Angelum qui Aſſy-
rios interfecit,intelligãt. Cõparat propheta mili
tes Aſſyrios ſpinis & vepribus,quòd ſoleãt mili
tes eſſe moleſtiſſimi. Vel ſic:& Hieroſolyma quę
eſt lumen Iſraelis illuſtrabitur,& viri iuſti laude
celebrabuntur.

abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio terræ, hoc eſt, Nam ſtatuit Dominus decurtare & breuem facere populum Iudæorum illorum, qui ſalui futuri ſunt, & omnes infideles perdere, & hanc decurtationẽ faciet in medio terræ, hoc eſt in Iudæa, quæ eſt in medio terræ ſita: ibi enim conuertentur nonnulli, & Euangelium recipient: cæteri verò qui in infidelitate & contumacia permanſerint, à Romanis partim occidentur, partim capientur, & miſera ſeruitute oppreſſi in varias mũdi plagas relegabuntur.

Noli timere.) Senſus eſt: Quanquam tibi videtur difficile ô popule Iudæ eſſe te ab Aſſyriis liberandum, cùm ipſi ſuperauerint gentes innumerabiles, diuitiarum abũdantia affluentes, nec ſit vlla tanta vis, tanta copia, quæ illis reſiſtere poſſe videatur, tu tamen noli timere, nã de manibus eorum ſine dubio eripieris: neque te gladio, ſed virga percutiet. Pergens rex Aſſyrius cõtra Taracham regem Aethiopiæ, & Aegyptios verſus mare Rubrum per viam Aegypti, baculũ ſuum leuabit contra te, ſed ferire non poterit. Et paulò pòſt reuerſus ab Aegypto cum innumerabili exercitu, atque expugnare te cupiens, ſtatim mea indignatione punietur, & in eam perniciem incurret, quam tibi fuerat machinatus: feriam enim illũ eo flagello, quod quondam aduerſus Madianitas ſub Gedeone ſuſcitaui, quando Oreb & Zeb principes Madianitarum occiſi ſunt ſuper petram. Leuabit igitur virgam ſuã ſuper mare Rubrum, pergẽs aduerſus Aethiopes, & reuertens ad te per viam Aegypti. Sed cũ primùm venerit ab Aegypto, luet ſuorum ſcelerũ pœnas: auferetur onus ab humeris tuis, & iugũ imperij eius à facie olei, hoc eſt diuina miſericordia computreſcet. Habes hanc hiſtoriam Madianitarũ libro Iudicũ capite ſeptimo. Id verò quod dicitur: Virgã ſuã ſuper mare, & leuabit eam in *Iud. 7.* via Aegypti: poteſt habere hunc ſenſum: Quemadmodum Deus olim aquis maris Rubri Aegyptios ſubuertit, & obruit eleuatione virgæ per Moyſẽ, ſic modò exercitũ Sennacheribi vna nocte percutiet eleuata virga, hoc eſt acriter & duriter, ſolent enim qui aſperè cædere & percutere volunt, virgam eleuare.

Veniet in Aiath.) Deſcribit iter & pompam exercitus Sennacheribi. Veniens ex Aegypto, inquit Hieroſolymam petens primò conferet ſe in Aiath, inde in Magron. Et ob fiduciam eam expugnãdi reponet apud Machmas ſarcinas ſuas quaſi ſtatim euerſa vrbe reuerſurus. Tranſibit curſim nullo obſtaculo impeditus.

Gaba ſedes noſtra.) Verba ſunt exercitus requieſcentis in Gaba.

Obſtupuit Rama.) Hoc eſt, Rama vrbs vicina terrebitur, & ciues Gabaath, quę fuit Saulis quõdam ciuitas, fugient. Tunc tu filia Gallim clama veluti equus hiniens, vt te audientes fugiant.

Agitabit manum ſuam.) Hoc eſt, oſtendet Sennacheribus agitatione brachij ſuam fortitudinem, & audaciam, contemnens Hieroſolymam, & admirans ciuitatem illam ſibi auſam fuiſſe repugnare, eãque cõcuſſa manu ſua minabitur.

Confringet laguunculam.) Deſcribit factus vates Sennacheribi, eiúſque exercitus admirabile exitium Et appellat ipſum Sennacheribum laguunculam ſiue hydriam fictilem. Vide cui comparatur rex ille potentia ac fortitudine inſignis, arrogantia ac incredibili ſuperbia elatus, qui exiſtimabat nullam eſſe tantam vim ac potentiam, quę eum de florenti rerum ſuarum ſtatu poſſet vnquã deiicere. Quid fragilius hydria fictili? Et tamen cũ ea comparatur rex ille, qui ſibi perpetuã fœlicitatem pollicebatur. *Eccle. 12.* Salomon ille ſapientia pręſtanti duodecimo capite eius libri qui inſcribitur Eccleſiaſtes, hominum vitam cum hydria conferebat.

Excelſi ſtatura occidentur.) Hoc eſt, duces & magnates exercitus Aſſyriorum peribunt. Nõ enim permiſit ſummus ille omnium rerũ moderator & Dominus, impios ac arrogantes homines diutius viuere. Extulit aliquando vltricem manum ſuã, vt eos ſublimi gladio mirabiliter occideret.

Subuertentur condenſa ſaltus eius ferro.) Hoc eſt totus exercitus interficietur. Ideò exercitum cũ ſaltu & ſylua comparat, quia vt in ſylua ſunt varia arborum genera, quędam humilis & abiectę, quædam verò proceritate pręſtantes, ſic exercitus eſt ex omni hominum varietate collectus, Comparat prætereà duces & viros nobiles cum excelſis arboribus Libani facile cadentibus.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT X.

Vbi derelinquetis gloriam veſtram, ne incuruemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis?) Pagninus vertit, Vbi derelinquetis gloriam veſtram? Non euadet quiſpiam, niſi qui incuruauerit ſe inter vinctos, & inter interfectos ſe proſtrauerit. Ita hunc locum interpretati ſunt nonnulli, vt refert in cõmentariis R. Dauid. Poteris vertere: Vbi derelinqueris gloriã veſtram? Quia non eſtis mei, corrueris inter vinctos, & cũ interfectis cadetis. Huic verſioni fauet interpretatio R. Abraham. Ita enim hũc locum enarrat: Quia populus hic abſq; me non eſt populus meus, neque mihi obtemperat, proptereà incuruabit ſe ſub vincto. Vbi vides eos gloria priuari, & in dedecus & ignominiam incurrere, qui ad id furoris & amentię perducuntur, vt Deo contempto, impetu inſatiabilium cupiditatũ ad omne flagitiorum genus incitentur. Vera gloria eſt in maximarũ virtutũ laude conſtituta, & hęc nec naufragio amittitur, neque direptioni committitur, neque vlla temporum varietate mutatur. Illa verò quę non oritur à virtute, inanis eſt, & fallax, dignitatis cupida, ſed omni dignitate priuata: quę, quoniam nõ eſt gloria, ſed glorię ficta imitatrix, facilè ruit & penitus euaneſcit.

Et principes eorum deprędatus ſum.) In Hebraico eſt ועתידתיהם vaath idhothehem, verbum eſt עתד athadh, quod ſignificat parare, & pręparare. Vnde poteſt verti ex Hebraico. Et parata ſiue pręparata ipſorum deprędatus ſum. Et quoniã theſauri parantur, vertit Pagninus: Et theſauros eorum deprędatus ſum Hinc hirci maiores qui pręcedunt capras, & viam præparant עתודים artudhim appellantur: Et per tranſlationẽ princi

pes & magnates qui populum præcedunt:quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Vn- *Zacha. 10.* de apud Zachariam capite decimo, vbi editio vulgata habet,ſuper hircos viſitabo, poterat Latine reddi ex Hebręo:ſuper principes viſitabo.Aſpicis igitur principes ac præſules ob eam cauſam hircos appellari:quia præcedere debent, & viam ſubiectis aperire,eſſéque in principio,tanquam clypeos totum exercitum protegentes. Eam ob cauſam clypei vocantur. Et in pſalmo *Pſal.46.* quadrageſimoſexto vbi editio vulgata habet: Quoniã dij fortes terrę vehementer eleuati ſunt, poteſt rectiſſimè verti ex Hebræo: Quoniã Deo adhæſerũt clypei terræ, vehemẽter eleuatus eſt. Quos in principio carminis principes populorũ vocat,eos nũc clypeos terrę appellat,propter eã quòd eorum virtute ac tutela populi muniã- *Oſee.4.* tur.Et apud Oſeam cap.4.vbi communis verſio habet: Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius,poteſt verti clypei eius.pro quo Pagninus vertit:principes eius:eſt enim in Hebraico. מגניו :quod propriè ſignificat ſcuta eius ſiue clypeos eius.

Baculũ ſuũ leuabit ſuper te in via Aegypti.)Pro in via in Hebraico eſt בדרך bedhæręc. Nomen,dæręc,ſignificat viam,morem,conſuetudinem, & *Pſal.1.* modum.Vnde poterat verti:more Aegypti. Et in primo Pſalmo vbi in editione vulgata eſt: Et in via peccatorum non ſtetit,poterat verti:Et in conſuetudine peccatorum non ſtetit.Ac ſi diceret:Et turpem ac vitioſam viuendi rationem,improborúmq; conſuetudinem,& mores, non eſt cõſectatus.Et Prouerbiorũ capite vigeſimooctauo,vbi noſtra verſio habet: Melior eſt pauper *Prou.28.* ambulans in ſimplicitate ſua,quàm diues in prauis itineribus,poterat verti:quàm diues prauus in viis ſuis,vel in moribus ſuis.Eſt igitur horum verborũ Eſaiæ ſenſus:Aſſyrius te percutiet more Aegypti,quemadmodum te percuſſit Aegyptus. At Dominus eum percutiet,quemadmodũ percuſſit Aegyptios,qui te percuſſerant.

Computreſcet iugum à facie olei.)In Hebręo eſt: computreſcet iugum. מפני שמן mippene xameu, quod poteſt verti:Propter pinguedinem: Vt ſit ſenſus: Propter pinguedinem Ezechię corrumpetur iugum Sennacheribi,vt capiatur pinguedo pro fortitudine,quemadmodum pinguis pro forti & robuſto,vt hoc eodẽ capite,Mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatẽ.Sed hoc eſt ſine dubio de Chriſto intelligẽdum:quod & Targhom apertè oſtendit:ita enim habet:Et conterentur populi à facie Chriſti. Poterat igitur verti:Computreſcet iugum à facie vncti,hoc eſt Chriſti.Quod non ſolùm de iugo quo Sẽnacheribus Iudæos oppreſſerat,intelligitur, ſed etiam de iugo illo aſperrimo,quo diabolus mũdũ ſubiugauerat.Et nũc qui mortifera labe fuerit contaminatus,& diaboli iugo oppreſſus,à facie Chriſti liberatur.Si enim Chriſtus ad *Matth.9.* peccatorem faciem ſuam cõuertat,eúmque oculis diuinæ pietatis aſpiciat,ſtatim iugum dæmonis cõfringitur,& penitus computreſcit. Tranſiẽs Ieſus, vidénſque hominem ſedentem in tolonio nomine Matthęum,ait illi:Sequere me, qui *ſimile.* ſurgens eum ſecutus eſt.Vide quid fecerit Chriſti viſus.ſtatim ſolutum eſt iugũ diaboli,& Matthæus ab aſperrima ſeruitute liberatus Chriſtũ ſecutus eſt.Vt enim ſi in cera dura ſint ſigillo aliquo impreſſa alta mœnia,vrbes,mõtes, terræ & maria,omnia hæc ſoluuntur,& pereunt,ſi ſol ceram aſpiciat, & radiorũ ſuorũ feruore eã feriat, & liquefaciat:ſic ſi animum illum, in quo velut in dura cera ſint impreſſæ & ſculptæ omnes mundi vanitates,opes,imperia,magiſtratus,ſol ille iuſtitiæ ſummus & ęternus Chriſtus Deus noſter oculis ſuę miſericordię reſpiciat, ſtatim omnia illa delentur,& animus radiis ac calore diuini amoris ſaucius fluit,& rerũ faſtus ac vanitates illę euaneſcunt.Id conſiderans & intelligens illuſtriſſimus vates dicebat in Pſalmo: Reſpice in me Domine,& miſerere mei. Vnde dicitur Deus videre id quod diligit,quemadmodum in Leuitico:Reſpiciam,vos inquit,& creſcere faciã. Et in *Pſal.85.* Pſalmo:Aequitatem vidit vultus eius.quod po- *Leui.26.* teſt verti:Aequum ſiue rectum aſpicit vultus e- *Pſal.10.* ius,hoc eſt iuſtitiæ colentem Deus placidis oculis intuetur. Contrà ab iis quos odit dicitur oculos auertere.Quod ſentiẽs Dauid,Ne auertas,in- *Pſal.26.* quit,faciem tuam à me. Hoc voluit ſignificare *Gen.4.* ſcriptura in libro Geneſis ita dicẽs: Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius;ad Caim autẽ,& ad munera illius non reſpexit.

Confringet laguncul am in terrore.) Pro lagun cula in Hebraico eſt פארה, purah, quę dictio ſignificat laguncul um, hydriam,ollam,gloriam, pulchritudinem,ramum, quòd ramus ſit arboris pulchritudo. Hac ratione ductus Pagninus vertit pro lagun cula ramum.

Libanus cum excelſis cadet.)Poteſt verti: Libanus per fortẽ cadet:vt per fortem intelligat Dei angelum,qui exercitum Aſſyriorum Libano cõparatum mirabiliter occidit.

ARGVMENTVM Capitis XI.

Dixerat ſuperiore capite diuinus vates reliquias Iſraelis conuertendas eſſe ad Chriſtũ,nunc vaticinatur fore, vt ipſe Chriſtus naſceretur ex beatiſſima virgine,quæ eſſet ex familia Ieſſe, qui fuit pater Dauidis regis illuſtriſſimi. Deſcribit regnum Meſſiæ, & ſpiritualem Iſraëlis liberationem. Prædicit glorioſum ſeruatoris noſtri ſepulchrum,eſſéque lõgè latéque propagandam eius fidem,atque gentes vocandas ad pietatem,& puram religionem ſanctitatis pleniſſimam amplectendam,quæ veritatis oblita, falsiſque opinionibus deprauata vanam ſuperſtitionem pro vera religione,& res creatas pro mundi creatore colebant. Intelligi totum hoc caput de Meſſia regni Iſraelis reparatore, etiam Iudæi ipſi teſtantur. Sed illi hanc reparationem terrenam fore exiſtimant,nos verò ſpiritualem fuiſſe verè ac conſtanter aſſerimus. Illi Meſſiam ſperant venturum,nos veniſſe,hominibúſque aditum ad cœleſtia regna aperuiſſe non dubitamus.

CAPVT XI.

A Act.13.d ET egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eũ Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ,& intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ & pietatis. Et replebit eum Spiritus timoris Domini. Non ſecundum viſionẽ
2.The. 2. c. oculorum iudicabit neque ſecũdum auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ,& percutiet terram virga oris ſui, & Spiritu labiorum ſuorũ interficiet impium. Et erit iuſtitia cingu
B lum lumborum eius,& fides cinctorium renum eius. Habitabit lupus cum agno,
Infrà.65. & pardus cum hœdo accubabit: vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.

EXPLANATIO.

Sup.7. *Virga de radice Ieſſe.*) Hęc virga eſt illa clariſſima virgo Maria, de qua ſuprà dixerat: Ecce virgo concipiet,& pariet filium. Huius gerebat ima
Num.17. ginem admiranda illa Aaronis virga, quæ mirabiliter fronduit, floruit & fructum tulit. Sed mirandum videtur, cùm hæc ſanctiſſima virgo genus duxerit ab ampliſſimo rege Dauide, cur eam ortam eſſe dicat à Ieſſe, homine ſuo tempore non admodùm celebrato. Ego exiſtimo ob eam cauſam potius factam eſſe mentionem Ieſſe, quàm Dauidis, vt intelligeremus non eſſe contemnenda ea, quę mundus deſpicit, & pro nihilo putat, cùm fieri poſſit, vt ex illis egregium quippiam, & excellens oriatur. Ex Ieſſe homine non admodùm illuſtri ortus eſt Dauid, qui ſuis maioribus excellenti ſua ſapientia & ſanctitate præluxit, fuítque poſteris ſuis quaſi quoddam nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Ex paſtore ouium, ex illo humili officio & abiecto in regiam dignitatẽ euectus, fuit ſumma ac illuſtriſſima laude celebratus. Sed temporis progreſſu ex eius ampla & celebri familia natus eſt Ioſeph ſponſus virginis Mariæ, vir pauper, faber, & humilis, ſine vlla pompa & apparatu. Conſidera obſecro,& animaduerte huius mundi viciſſitudines & varietates.

Et flos de radice eius aſcendet.) Hic flos, qui de radice Ieſſe per virgam illam omnibus virtutis ac ſapientiæ opibus florentiſſimam aſcendit,
Cant.2. Chriſtus eſt, filius Dei vnigenitus, verus Marię virginis filius: qui flos eſt, vt ipſe in Canticis teſtatur his verbis: Ego flos campi,& lilium cõuallium. Diuus Ambroſius in libro ſecundo de Spiritu ſancto hunc locum enarrans, Radix, inquit, Ieſſe patriarchę familia eſt Iudæorum: virga Maria: ô flos Mariæ Chriſtus, qui bonum odorem fidei toto ſparſurus orbe virginali ex vtero germinauit! Hactenus ille. Sed non vacat myſterio, appellari Chriſtum florem campi, non horti. Nam flos horti arte humana excolitur, campus verò ex ſemetipſo, abſque hominum induſtria producit flores. Cãpus hic nec ſulcatus vomere, neque defoſſus ſarculo, nec manu hominis ſeminatus virgo eſt glorioſa Maria quæ diuina operante virtute Chriſtum florem campi protulit mundo. Vocatur etiam flos campi non horti, quia vt in horto flos clauditur, nec omnibus exponitur, flos autem campi omnibus patet: ſic Chriſtus natus eſt, non vt vni homini tantùm prodeſſet, ſed vt omnibus oſtenderet veram & conſtantem virtutis rationem, doceretque quibus ornamentis deberent homines decorare animum, quibúſque gradibus poſſent ad beatitudinem aſcendere,& tandem vt omnes ad ſedes illas ſempiternas, ſummi gaudij pleniſſimas vocaret. Vult enim Deus, vt ait Apoſtolus in e-
piſtola prima ad Timotheum, omnes homines 1.Tim.2.
ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis accedere. Poteſt alia ratio aſſignari, quare flos cãpi & non horti appelletur, quia vt flos in campo pedibus brutorum conculcatur & teritur: ſic ipſe à Iudæis bruta ipſa immanitate ſuperantibus deſpectus eſt,& conculcatus, crucique grauiſſimis cruciatibus affixus. Qui hîc appellatur flos,
appellatur ſuprà germẽ capite 4.& Ierem. capi- Supra. 4.
te trigeſimotertio. Ierem.33.

Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini.) Super Chriſtum, inquit, qui de trũco Ieſſe per Mariam virginem conſurget, requieſcet Spiritus Domini. In ipſo enim, vt ait Apoſtolus in epiſtola ad
Coloſſenſes, complacuit omnem plenitudinem Coloſ.1.
diuinitatis inhabitare. Requieuit igitur in Filio Spiritus Domini, hoc eſt, æterna habitatione permanſit: non vt auolaret,& rurſum ad eum
deſcenderet, ſed iuxta Ioannis Baptiſtæ teſti- Ioan.1.
monium iugiter permaneret, qui ait vidi Spiritũ deſcendentem quaſi columbã de cœlo & manſit ſuper eum, vt refert diuus Ioãnes capite primo. Tu verò cõſidera ea, quę Dei ſunt, permanentia eſſe & ſtabilia: ea verò, quæ mundi ſunt fluxa & incerta.

Spiritus ſapientiæ & intellectus.) Vnus eſt Spiritus ſanctus, ſed virtutum omnium fons atque principium. Vnde abſque eo nec ſapiens quis eſſe poteſt, neque intelligens, neque conſiliarius neque fortis, neque eruditus, neque pius, neque plenus timoris Dei. Hic numerus ſeptenarius in
illo lapide ſignificatur, de quo ait Zacharias: Su Zacha. 3.
per lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Hic lapis Chriſtus eſt, ſuper quem ſunt ſeptem chariſmata Spiritus ſancti, quibus cœleſtibus ac diuinis muneribus ille fuit cumulatus ſecundum excellentiſſimos vſus ipſorum, ſecundum quos habẽtur in patria. Quod autem dicitur de Spiritu timoris, intelligitur hîc de timore caſto, qui
eſt reuerẽtię, de quo ait Apoſtolus in epiſtola ad Hebr.4.
Hebræos: Exauditus eſt pro ſua reuerentia.

Nõ ſecũdũ viſionẽ oculorũ iudicabit.) Hoc eſt, nõ iudicabit iuxta id quod prima ſpecie apparet, ſed rem intrà penetrabit,& mentis oculis intue-

Pſal.81. bitur. In Pſalmo octogeſimoprimo vbi propbeta inducit Deum acriter reprehẽdẽtem iniquos populi ſni iudices, ſic eum loquentem facit: Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſuinitis? Quaſi dicat. Cur ô iniqui iudices primam faciem ſolùm ſcelerum reſpicitis, ipſam autem ſcelerum ſubſlantiam non conſideratis? Quanquam poteſt eſſe ſenſus illius Pſalmi: Cur improborum grariam & fauorem aucupamini? Sed quoniam hęc verba Eſaiæ intelliguntur abſque dubio de Chriſto, poſſunt habere hunc ſenſum: Non illi opus erit rem oculis corporis aſpicere, quoniam Deus eſt, omnia intelligens, cui omnia ſunt nuda & aperta.

Neque ſecundum auditum aurium arguet.) Aſpicis hîc non debere iudices ſtatim vnius relatione aduerſus alterum ſententiam ferre, ſed, rem prius accurare perpendere, & examinare.

Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in aquitate pro manſuetis terra.) Hoc eſt fauebir afflictis, inopibus, & calamitoſis, propter quos iniqnos homines obiurgabit. Non enim parietur pios viros impiorum hominum calumiis vexari, & Pſal.71 torqneri. Simile eſt huic teſtimonio id, quod de Chriſto dicitur in Pſalmo: Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Intelligi autem locum illum de Chriſto, indicat id, quod ſequitur: Et permanebit cũ ſole & ante lunã in generatione, & generationẽ. Acſi diceret: Hic rex, de quo loquor, æternus eſt, & quandiu ſol & luna luce ſua muudũ luſtrauerint, permanebit. Er paulò poſt: Liberabit pauperẽ à potẽte, & pauperẽ cui non erat adiutor. Per poteutem quem calumniatorem vocat non ſolùm impius homo ſed etiam diabolus iutelligitur, à quo nos Chriſtus vindex noſtrę libertaris eripuir. Hęc cõſiderent principes & iudices, qui Chriſtum imitari cupiunt. Qui calumuiatoribus fauenr, Chriſtum non imitãrur. Qui amore, aut odio, aut quauis animi paſſioue iudicant, veri iudicis ſectatores non ſunt.

Pſal.9. *Percutiet terram virga oris ſui.*) Hoc eſt, iniquos repreheudet & puniet. Per terram homines terræ deditos intelligit, qui cœleſtia non intueutur ſed ea, quæ ſunt terræ: opes, honotes, & voluptates, ardenter appetunt, & quęrunt. Vide peccati miſeriam & infœlicitatem. Efficir vt homo cœlum, ad quod fuir crearus, non aſpiciat: ſed ſolùm terram à brutis etiam poſſeſſam intueatur. Nam cùm omues alios animantes natura pronos ad paſtum finxiſſet, ſolum hominem erexit, & ad cœli quaſi ſuæ patriæ & domicilij conſpectũ exeitauit. At peecatum hominem deprimit: quo fir vt uon homo, ſed rerra infimum elementum appelletur.

Et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium.) Faciet ſuo verbo Dominus, vt impius nou iam impius nominetur & ſir. Hoc eſt Chriſtus conuertet ad ſe impios. In Pſalmo uono ſcriptum legimus: Increpaſti gentes, & periit impius, nomẽ eorũ deleſti in æternum, & in ſeculũ ſeculi. Quaſi dicat: Tu Domine tuorum Apoſtolorum concionibus obiurgabis gentes, earúmque intemperantiam, & in omni vitiorum genere inſatiabilẽ cupiditatem increpabis: & impius quoad impietarem peribit: non enim patieris homines in tot tenebris diutius verſari: & nomen idololatrarum delebis, vt non iam infideles ſed fideles nominẽtur. Conſidera periphraſim verbi Dei, ſpiritus labiorum ſuorum dicitur: Verbum Dei eſt validus ille & acutus gladius, quo ſuperbi Goliath caput amputatur, hoc eſt, quo diabolus vincitur, quo impietas interficitur, & peccator ad Chriſtum conuertitur. Diuo Petro, vt eſt apud Act.10. diuum Lncam in Actis Apoſtolorũ, oſtẽſum fuit vas quoddã velur linteũ magnũ quatuor initijs ſubnixum, de cœlo in terram deſcendens, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Quid per hanc ſerpentium, & animalium varietatem, niſi hominum diuerſitas ſignificatur? In vno enim linteo, in vna Eccleſia, quatuor initiis, hoc eſt quatuor Gene.7. Euangeliis ſubnixa, nobiles & obſcuri, diuires Luc.10. & pauperes continentur. Dixit igitur Dominus Petro: Occide, & manduca, hoc eſt, interfice eorum peccata, aufer eorum ſanguinem, vt iam deſinant ſe eſſe impios, eóſque mandnca, hoc eſt, tibi iunge, eos tibi incorporando. Vbi vides interfici impiũ verbo Dei, relinquere impietatem ſuam, & ad Dominum conuerti.

Habitabit lupus cum agno.) Gentium vocatio per Chriſtum ex Ieſſe ortũ facta inſinuatur, qui variis moribus homines fecit in vna eadémqne Eccleſia habitare. His prope verbis enarrat diuus Gregorius hunc locum in homilia ſextadecima in Ezechielẽ, & rectè quidem. Nam Chriſti doctrina, & Apoſtolorum prædicatione reges & priuati, diuites & pauperes, Iudæi & Gentiles, in vno ouili Eccleſiæ cõgregati ſũt. Et qui ante à tyranni erant, infideles, ſuperbi, & elati, recepto Euangelio in Eccleſia cum humilibus & pauperibus commorantur. Et hoc eſt lupos cũ agnis, & leones cum ouibus habitare. Id fuir figuratũ in illa animalium varietate, quæ fuit diuo Petro in linteo oſtenſa, de qua paulò antè tractabam. quod mulro antè fuerat adumbratum in animalium multitudine, quæ fuerunt in Noë arca congregata, fuit enim arca illa Eccleſiæ imago, & figura apertiſſima. Nou igitur loquitur propheta de lupis & agnis, ſed de his, qui per lupos & agnos intelliguntur. Mitto vos, inquit Chriſtus, ſicut agnos inter lupos.

Et puer paruulus minabit eos.) Sẽſus eſt, Mutabũt homines feritatem, & immanitatem, intemperantiam, & mãſuetudinem: & pueris, hoc eſt Apoſtolis, præſulibns, cæteriſque viris Apoſtolicis propter Deum obtemperabũt. Hęc ſunt opera & fructus Euangelij. Quid mirabilius excogirari poreſt, quàm totum mundum hominibus rudibus parere, eóſque ſimplices, pueriſque ſimiles Chriſti nomen per omnes mundi regiones celebrare, & diaboli tyrannidem euertere?

Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum: & leo quaſi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab hubere ſuper foramina aſpidis, & in cauerna teguli, qui ablactatus fuerit, manũ ſuã

mittet

mittet. Non nocebunt, & non occident
C in vniuerſo monte ſancto meo: quia re-
Rom. 15.c pleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operiētis. In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur: & erit ſepulchrū eius glorioſum. Et erit in die illa: Adiiciet Dominus ſecundò manum ſuam ad poſſidendum reſiduum populi ſui, quod relinquetur ab Aſſyriis, & ab Aegypto, & à Phethros, & ab Aethiopia, & ab Aelam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab inſulis maris. Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.

Leo quaſi bos comedet paleas.) Proſequitur opera Euangelij, vaticinans fore, vt tyranni immanitate ſæuientes mores manſuetorum boum inducerent. Poteſt hoc de cibis intelligi: Acſi diceret: Tam principes & nobiles, quàm obſcuri & plebeij cibos viles manducabunt. Quod hodie in religionibus approbatis impletum videmus.

Delectabitur infans ab hubere ſuper foramina aſpidis.) Hoc eſt, homines ſimplices ſimiles infantibus familiariter viuent cum iis, qui anteà cum aſpidibus & regulis venenatis animalibus comparabantur: nec ab illis lædentur. Satis perſpectum eſt homines in diuinis literis animalibus rationis expertibus comparari.

Non nocebunt, & non occident in vniuerſo monte ſancto meo.) Hoc eſt, Qui antè peſtiferis animalibus ſimiles erant, recepta fide non nocebunt habitantibus in monte ſancto, hoc eſt, in Eccleſia catholica: quia plena erit ſcientia Domini, perinde vt aquæ maris omnia tegunt. Per extenſam maris ſuperficiem voluit Propheta ſignificare magnam Euangelij propagationem, & Chriſti doctrinam, eiuſque nominis cognitionem, quæ omnes gentium oras peragrauit.

Et erit in die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum, &c.) Senſus eſt. Eueniet in tempore illo, vt Gentes quærant Meſſiam, qui egredietur de radice Ieſſe. Qui ſtabit vt vexillum, ad quod populi congregabuntur, & ſub quo Chriſtiani pugnabunt, vt de dæmone, mundo, & carne, victoriam reportent. Ad hunc Meſſiam conuolabunt Gentes, ad eum preces fundent, & vota facient, vana idolorum ſuperſtitione repudiata. Aſpicis quàm apertè prædicta fuerit Gentium ad fidem Chriſti, verámque religionem veritatis ac pietatis pleniſſimam vocatio. Intelligi ita hunc locum aſſerit diuus Paulus in epiſtola ad Romanos. Et animaduerte. Non dicit: Videbitur, aut apparebit: ſed Erit: vt oſtendat Chriſtum non phantaſtica imaginatione apparuiſſe, ſed veram carnem realiter aſſumpſiſſe, à Ieſſe vero homine propagatam. Eſt enim Chriſtus verus Deus & verus homo.

Erit ſepulchrum eius glorioſum.) Vaticinatus eſt propheta de Chriſti admirabili natiuitate, & multis in medium interiectis myſteriis, nunc de eius ſepulchro vaticinatur. Lege caput decimūnonum Euangelij diui Ioannis, & inuenies, ſepultum fuiſſe Chriſtum à viris illuſtribus Ioſepho ab Arimathæa, & Nicodemo afferente mixturam myrrhæ & aloes quaſi libras centum. Qui acceperunt corpus Ieſu, & ligatum linteis cū aromatibus, in nouo monumento honorificè ſepelierunt. Voluit Chriſtus glorioſam habere ſepulturam, vt intelligeremus à morte incipere iuſtorum gloriam, vbi ſuperborum & potentiū gloria finitur. In ſepulchro extinguitur & euaneſcit potentia, in qua vani homines ſtudio inanis laudis concitati gloriam conſtituunt, qui hominum cæcam, & falſam opinionem ſplendori virtutis anteponunt: & in ſepulchro incipit piorum gloria, qui iuſtitiam & pietatem colētes ab hominibus improbis pro nihilo putabantur. Eſt enim legitimè certantibus repoſita in cœlo corona victoriæ, & præmium illud ampliſſimum, quod nulla poteſt explicari oratione: de quo dicebat diuus Paulus in epiſtola ſecūda ad Timotheū: Bonum certamen certaui, curſum cōſum- 2.Tim.4.
maui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Poteſt hic locus Eſaiæ ſic explanari: Omnes ſepulchrum Chriſti venerabuntur. Quod etiam nunc impletum cognoſcimus. Cùm enim ſepulchrum Chriſti ſit in medio hoſtium ſui nominis ſitum, ab ipſis Turcis excolitur: & Gentes illæ immanitate barbaræ, ſuperbæ, & truculentæ ad illud ſupplices ac venerantes accedunt: ibíque cœnobiū Chriſtianorum eſſe permittunt, vbi viri religioſi diuina officia celebrantes, debitaſque laudes Deo die ac nocte proſoluentes, inter Chriſti hoſtes gloriam nominis Chriſtiani amplificant. Poteſt prætereà ſumi ſepulchrum pro ipſa morte Chriſti, quæ fuit abſque dubio glorioſa. De qua dicebat idē
Chriſtus apud Ioannem: Pater venit hora, clari- Ioan.17.a
fica filium tuum: Et paulò poſt: Opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quam habui, priuſquam mundus fieret apud te.

Adiiciet Dominus ſecundò manum ſuam.) Senſus eſt, Primò conuertet Chriſtus ad ſe nonnullos ſua doctrina: ſecundò per Apoſtolos ſuos adiiciet manum ſuam, vtetur potentia ſua ad conuertendas eas reliquias Iudæorum, quæ à dæmonis poteſtate ereptæ ſalutem conſequentur. Non inquit omnes Iudæos eſſe ſeruandos, ſed eorum reliquias. Qui enim ex illis crediderunt, comparatione infidelium meritò reliquiæ appellantur: qua de re alibi locuti ſumus. Locutus eſt Propheta paulò ante de Gentium vocatione, nunc vaticinatur vocandas eſſe Iudæorum reliquias, quæ captiuæ detinebantur ab Aſſyriis, Aegyptiis, cæteriſque nationibus. Et quamuis hoc ad literā poſſit intelligi de Hebræis, quos Deus poſt captiuitatem Babylonicam reduxit ad Iudæam, per eos tamen intuebatur Propheta eos, qui diuino præſidio adiuti, erant de captiuitate peccati ad cœleſtem libertatem reducendi.

Phethros.) Sonat petram, per quam Arabia Petræa intelligitur. Alij dicunt eſſe Parthiam. Per Aelam, Sennaar, Hemath, intelligunt Medos, Sogdianos, Bactrianos, Babylonios, Chaldæos, Antiochiam, Ciliciam, Tauros, Armeniam,

Per inſulas matis intelligunt Græciam,& Occi-
dentalem mundı plagam. Fortaſſe ex omnibus
his regionibus venetunt nonnulli cũ Nabucho-
donoſor ad Hieroſolymam euertendam, & in
omnes has oras ducti fuetunt nonnulli Iudæi ca
ptiui: quanquam maxima eorum pars fuerit in
Chaldæã adducta. Poſteà verò iuſſu Cyri fuerũt
Iudæi ex omnibus iis regionibus liberi dimiſſi,
& Hieroſolymam reducti. Ideò ſequitur: Et le-
uabit ſignum in nationes,& congregabit profu-
gos Iſrael, & diſperſos Iudæ colliget à quaruor
plagis terræ. Acſi diceret: Per Cyrũ eriget Deus
vexillum,conſtituet edictum,vt dimittantur Iu-
dæi: quo audito congregabuntur, & Hyeroſo-
lymam reducentur. Sed hoc vexillum eſt crux
Chriſti, cui adhærentes qui diſperſi erant, in v-
na fide & Eccleſia congregantur. Aſpicis hìc of-
ficium Dei eſſe congregare,quemadmodum dæ-
Pſal.10.b monis officium eſt diſpergere & diuidere. Vnde
regius vates canebat: Dicant qui redempti ſunt
Pſal.146.a à Domino,quos redemit de manu inimici.& de
Pſal.105. regionibus congregauit eos. Et in alio Pſalmo:
Ezec.36. Diſperſiones Iſraelis congregabit. Et Eſaias: Et
Mat.23. in brachio ſuo, inquit, congregabit eos. Et a-
Ioan.11. lio in Pſalmo. Congrega nos de nationibus, vt
confiteamur nomini tuo. Et apud Ezechielem
Deus, Tollam,inquit, vos de gentibus. Et apud
Matthæum: Quoties volui congregare vos,
quemadmodum gallina congregat pullos ſuos
ſub alas, & noluiſti? Et diuus Ioannes: Vt con-
gregaret, inquit, in vnum filios Dei, qui e-
rant diſperſi. Congregat autem Chriſtus in vna
Eccleſia, in vno corpore ſpirituali, in vna fide
eos, qui & variis regionibus, & variis ritibus,
& cultibus, diſperſi erant. Ita enim ait Paulus:
Vnũ corpus, vnus ſpiritus, vna fides. Vnde iuſti
Ephe.4. viri quamuis inter ſe lõgiſſimo locorũ interual-
lo diſtẽt, ſemper tamẽ ſunt in Domino congre-
gati. Cùm Hebræi eſſent quondam in Aegypto
Pharaoni ſeruientes, voluit Deus eos congre-
gare,& ad terram promiſsionis adducere. Quod
audiens Pharao exarſit, & grauiter tulit: præce-
pitque præfectis operum, ne darent paleas He-
bræis vt anteà ad conficiendos lateres. Volebat
Exod.5. vt Hebræi diſpergerentur ad colligendas paleas,
figura & tamen eandem facerent laterum menſuram,
quam faciebant quo tempore illis paleæ daban-
tur. Et diſperſus eſt populus, vt ait ſcriptura, in
omnem terram Aegypti ad paleas colligendas.
Quo tempore Deus eos volebat congregare,eos
tunc Pharao diſpergere faciebat. Quando nos
Deus vult vnire, tunc diabolus nos diuidere co-
natur. Et vide quorſum nos diuidat, nimirum
ad colligendas paleas. Quid ſunt tres mundi,o-
pes,& dignitates, niſi paleæ? Dat diabolus ope-
ram vt diſpergamur ad paleas quærendas, ad o-
pera lutea & lateritia conficienda. Talia ſunt pec
catorum ædificia,ex paleis,terra,& lateribus cõ-
ſtituta. Cùm autem officium Dei ſit congregare,
diaboli verò diſpergere, illi Deum hac in re i-
mitantur, qui inimicos inter ſe odio diſsidentes
reconciliant,& congregant: contrà verò illi dia-
bolum ſequuntur, qui inter fratres diſcordiam
ſeminant. Non eſt enim ne exiguum quidem diſ
ſidium excitandum. Vt enim ex parua nubecula
ſimile. magna aliquando oritur procella, ſic ex minima
diſcordia grauiſsimæ aliquando rerum pertur-
bationes,& turbulentiſsimæ tempeſtates conci-
tantur: quemadmodum ex parua ſcintilla oritur
aliquando ingens incendium, quo ampla ædifi- *ſimile.*
cia flagrant,& penitus conſumuntur.

Et auferetur zelus Ephraim, & hoſtes
Iuda peribunt. Ephraim non æmulabi- D
tur Iudam & Iudas non pugnabit contra
Ephraim. Et volabunt in humeros Phili-
ſthiim per mare, ſimul prædabuntur fi-
lios Orientis. Idumæa & Moab præce-
ptũ manus eorum, & filij Ammon obe-
dientes erunt. Et deſolabit Dominus lin
guã maris Aegypti, & leuabit manũ ſuã
ſuper flumẽ in fortitudine ſpiritus ſui: &
percutiet eum in ſeptem riuis,ita vt trãſ-
eãt per eum calceati. Et erit via reſiduo
populo meo, qui relinquetur ab Aſsy-
riis: ſicut fuit Iſraeli, in die illa qua aſcẽ- *Exo.14.*
dit de terra Aegypti.

Auferetur,&c.) Quo tempore Eſaias hæc manda
uit literis,hoſtili odio inter ſe Iudas & Ephraim
diſsidebant. Sed ſenſus eſt: Tempore Euan-
gelicæ & ſpiritualis pacis illi,qui anteà erant di-
uiſi,& odio ac inuidia ſeparati, in vna Eccleſia
cõgregabuntur: quemadmodũ Hebræi congre-
gati ſunt Hieroſolymæ tempore Cyri, vbi nulla
erat altercatio inter Iudam & Iſraelem.

Volabunt in humeros Philiſtiim per mare.) Qui
congregati fuerint ex Iuda & Ephraim, hoc eſt,
Apoſtoli, & viri apoſtolici in Chriſtum creden-
tes, in vna Eccleſia congregati, volabunt in hu-
meros Palæſtinorum præ deſiderio prædicandi
Euangelium. Primùm annuntiabunt Chriſtum
Palæſtinis maritimis, deinde veloci curſu per-
gent ad reliquas nationes,ad Syriam,Idumæam,
Moabitidem, & Ammonitidem, ad prædican-
dam Chriſti fidem eiúſque nomen celebrandũ.
Et doctrina ſua prædabuntur filios Orientis,hoc
eſt homines Orientales à dæmonis poteſtate eri-
piens. Quidam per Orientem intelligunt Syriã.
Tu verò aduerte: Non dicit, Ibunt,ſed volabũt.
ſic infrà ait noſter propheta capite ſexageſimo: *Infrà 60.*
Qui ſunt iſti,qui vt nubes volant? Debent enim
concionatores eſſe à terra eleuati, & ab amore
humanarum rerum abſtracti,& ſuſpenſi.

Idumæa & Moab præceptum manus eorum.) Hoc
eſt,in Idumæam & Moab extendent manus ſuas.
Vel ſic: Idumæa & Moab eorum præcepta reci-
pient. Vel ideò dicit, Præceptum manus eorum,
quia Apoſtoli & voce & manibus præcepta da-
bant, hoc eſt, ore & opere, verbo & exemplo:
per manus intelliguntur opera. Verba enim ſine
operibus, vt ait Nazianzenus, ſomnia quidem
ſunt.

Deſolabit Dominus linguam maris Aegypti.) Sen-
ſus eſt: Veniet tempus, quo Dominus euertet
Aegyptum, vt Iudæi, qui ibi detenti fuerint,
poſſint liberè redire Hieroſolymam. Per linguã
maris Aegypti intelligit Nilum, quem ita Deus
diuiſit,vt poſſent Iudæi trãſire. Ita nõnulli corti-
ci literæ adhærentes hunc locum interpretãtur.

Exiſtimo per linguam maris Aegypti intelligi ſcientiam doctrinæ ſecularis, quæ ob peccatorum tenebras in variis ac intolerabilibus erroribus verſabatur. Ita hunc locum explanat diuus Gregorius libro trigeſimo tertio Moralium. Eſt igitur ſenſus; Cùm Idumæa, & Moab, & Ammõ tradiderint manus ſuas Apoſtolis, atque Euangelicæ prædicationi obedierint, euertetur inanis illa ac falſa philoſophia, quæ deorum multitudinem colebat, & ſummum bonum in rebus creatis contempto creatore collocabat. Euertetur impiorũ lingua, qui ſimiles mari Aegypti incerta, amarulenta, inſtabilia, ſuperſtitioſa, & ſacrilega verba loquebantur. Poteſt hic locus habere hũc ſenſum: Quemadmodũ in exitu Hebræorũ de Aegypto ad Terrã promiſſionis diuiſum fuit mare, vt Hebræi poſſent liberè tranſire, ſic Deus in exitu eorum qui mundum relinquunt, & ab ſpirituali Pharaone, hoc eſt à dæmonis poteſtate eripiuntur, vt ad verã illã ac ſempiternã Terrã promiſſionis per deſertum, hoc eſt per varios caſus, rerúmq; pericula, & afflictionum ac laborũ genera tendũt, diuidet ſpiritualiter huius mundi mare, hoc eſt ea auferet impedimenta, quæ eos poſſunt à beatitudinis ingreſſu remouere, & abſtrahere. Aperiet illis viam, ducet eos ad cœleſtem patriam, ita vt nihil ſit, quod poſſit eis viã impedire, ſi ipſi Deum ſequentes ea ambulare voluerint. Poteſt ita etiã explanari: Chriſti Apoſtoli prædicabunt Euãgelium in toto terrarum orbe, & ne ipſum quidẽ mare poterit Euangelicã prædicationem impedire, nec Apoſtolis obſiſtere, quin penetrent vniuerſas mundi regiones, iuxta id quod dicitur in Pſalmo: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quæ verba diuus Paulus ad Romanos ſcribens, ad Apoſtolorum prædicationem refert.

Pſal. 18.
Rom. 10.

Et leuabit manum ſuam ſuper flumen.) Eadem eſt ſententia cum præcedenti. Quaſi dicat: Diſcurret Euangelicus ſermo, & ad populos vltimos perueniet: neque erit vllus fluuius qui hoc poſſit impedire. Id fuerat figuratum in Iordane, vbi ad tranſitum arcæ Teſtamenti diuiſus eſt mirabiliter fluuius, vt in libro Ioſue eſt memoriæ proditum. Significauit illud, nullas mundi afflictiones poſſe Euangelij prædicationi obſiſtere, neque tranſitum electorum ad cœleſtem patriã impedire. Imò ipſæ aquæ, hoc eſt ipſæ calamitates præbent iter ad veram promiſſionis beatitudinem. Quamuis enim videamus viros omnibus ſapientiæ opibus abundantes, & in omni virtutum genere præcellentes, expulſos patria vitam inopem & abiectam degere, & in maximis calamitatum anguſtiis, & periculis verſari: non tamen exiſtimare debemus, eſſe illis ſecluſum iter ad conciliũ cœlitum: imò ipſa calamitas eſt apertiſſima via ad cœleſtẽ gloriam. Id volẽs diuus Ioãnes in Apocalypſi ſignificare, mãdauit monimẽtis voces illas ſemper cogitandas, & memoria repetendas. Iſti ſunt, qui venerũt de tribulatione magna. Quibus vnus ex ſenioribus ſignificauit, afflictionem magnam, viam eſſe ad ſplendidiſſimas illas & æternas ſedes mentium beatarũ. Per hunc fluuiũ exiſtimo intelligi Iordanem, vt alludat ad priſtina maris Rubri & Iordanis miracula. Scio tamen eſſe nonnullos, qui per hunc fluuium intelligunt Euphratem, alios autem Nilum.

Ioſue 3.
Apoc. 7.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT XI.

Egredietur virga de radice Ieſſe.)Pro radice eſt in Hebraico גזע gezaa, quæ dictio ſignificat radicem, truncum, & ſemen. Ideò vertit Pagninus. De ſemine Iſai. Thargum habet: Egredietur rex de filiis Iſai, & Chriſtus de filiis filiorũ eius creſcet. Tam per virgam quàm per florem Chriſtum intelligit. Huic interpretationi fauet Ieremias primo capite, vbi Deum virgam vigilantẽ appellat. Huius imaginem gerebat virga illa Moyſi in ſerpentem verſa. Hic eſt ſerpens ille in deſerto ſuſpenſus, ad quem Hebræi ſaucij reſpiciebant, vt ſanitatem recuperarent. Aegyptij volentes Deum ſignificare, pingebãt virgam rectã, ſiue ſceptrum cum oculo in ſummitate, innuẽtes Deum eſſe iuſtum & rectum atq; omnia videntem. Ergo hîc per virgam Chriſtus intelligitur.

Ierem. 1.
Exod. 4.
Num. 21.
Ioan. 3.

Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit.) Septuaginta habent: Non ſecundum gloriam iudicabit. Hoc eſt, non arroganter & ſuperbè, ſed manſuetè & humiliter.

Erit ſepulchrum eius glorioſum.)In Hebraico eſt: Erit מנוחתו menuchatho glorioſum. Significat hoc nomen requiem: & deriuatur à verbo נוח, quod ſignificat quieſcere, vt in hoc eodem capite: Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. Hac ratione ductus vertit Pagninus: Erit requies eius in gloria. Septuaginta transferunt: Erit requies eius honor. Et quoniam in morte incipit requies iuſtorũ, ſumitur pro morte & pro ſepulchro: quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Poteſt hic locus ita explanari: Requies Chriſti, hoc eſt regnum eius quietum & tranquillum erit glorioſum.

Idumæa & Moab præceptum manus eorum.) Pagninus conuertit: Edom & Moab miſſio manus eorum. Pro præcepto vertit miſſionem. Nomen Hebraicum eſt משלוח à verbo שלח xalach, quod ſignificat mittere, dimittere, extendere, præcipere. Eſt igitur ſenſus: Apoſtoli mittent vel extendent, manus ſuas ad Moabitas & Idumæos, illis verbum Dei annuntiantes. Poteſt veri: Edom & Moab manus ſuas illis ſubmittent. Quaſi dicat: Idumæi & Moabitæ Apoſtolis parebunt.

Deſolabit Dominus linguam maris Aegypti.) Pro lingua in Hebraico eſt לשון lexon: quod nomen ſignificat linguam, vt in Pſalmo: Libera me Domine à labiis iniquis, & à lingua doloſa. *Pſal. 119.* ſignificat etiã petrã, aut ſaxum inſtar linguæ. Significat præterea limitarem lapidem, quem appellant, terminum agros diuidentem. Vnde capite quintodecimo Ioſue vbi noſtra verſio habet: Initium eius à ſummitate maris ſalſiſsimi, & à *Ioſue 15.* lingua eius, quæ reſpicit meridiẽ, capitur ibi linguã pro termino, ſiue petra limitari, ſiue ꝓ rupe, aut promontorio. Chaldeus Paraphraſtes vertit promontorium. Et quoniam rupẽ & ſcopulũ ſignificat, vertit hic Pagninus: Excidit Dominus

ſcopulum

maris Aegypti. Acſi diceret: Abſtulit omne impedimentum, vt poſſent mare tranſire. Significat etiam virgam ſiue laminam. Vnde cap. 7. Ioſue, vbi editio vulgàta habet; Achan vſurpaſſe de anathemate Iericho regulam aureã, poterat verti, laminam auream, vel virgã aureã. Quidam verterunt: linguam auream: & ita legit Origenes. Iericho ſignificat lunam, per quam mundus intelligitur, qui inſtabilis eſt, & mutabilis vt luna, modò plena, modò vacua. Ille capit linguã Iericho, qui adhæret falſæ doctrinæ, quę quãuis ſit aurea, quãuis ſit omnibus oratoris ornamentis munita, tamen ſi falſa eſt, relinquenda eſt. Ita illum locum explanat Origenes homilia ſeptima. Quæ alia eſt lingua aurea Iericho, niſi Lutheri doctrina? quam ſi acceperis, & in tabernaculo tuo, hoc eſt in animo tuo poſueris, peribis in æternum, nec poteris veram terram promiſſionis vnquam ingredi. Iubet enim Ioſue verus ille ſeruator noſter, anathema eſſe omne aurũ, quod in Iericho fuerit inuẽtum. Et quemadmodũ apud Ioſue ſignificatur hæreticorum dogma per linguam Iericho, ita hoc in loco Eſaiæ per linguã maris Aegypti. Prædixit ergo Eſaias fore, vt omnes hæreſes ruerent, & tandem delerentur, veritas autem ſtaret, & fixa ac ſtabilis in
1.Tim.2. Eccleſia Catholica permaneret, quæ eſt, Apoſtolo teſte, columna & firmamentum veritatis. Multos annos durauit Arrij hæreſis, Manichæi, Pelagij, cæterorúmque hæreticorum: at euanuerunt eorum dogmata, fuerúntque ab Eccleſia damnata & penitus extincta: quemadmodum erunt ea, quæ Lutherus, Bucerus, Caluinus, cæteríque noſtri temporis hæretici impiè conflauerunt & excitarunt.

Argumentum capitis XII.

Solebant Hebræi cùm inſigne aliquod bonum eſſent conſecuti, erumpere in canticum laudis & gratulationis, illúdque mandare monimentis, quemadmodum eos feciſſe in exitu de Aegypto, quando mare Rubrum mirabiliter tranſierunt, diuina litera in libro Exodi teſtatur. Et quoniam diuinus vates ſuperiore capite
Exo.15. *prædixerat liberationem Iudæorum à captiuitate Babylonica, quæ erat imago quædam & vmbra liberationis à peccato per Chriſtum, qui voluit ſuo ſanguine luere noſtra crimina, inducit hoc capite ciuitatem Dei gaudio exultantem, Deóque gratias agentem. Sed quæ hic continentur, non tam Hieroſolymæ, quàm Eccleſiæ Catholicæ, cuius Hieroſolyma imaginem gerebat, conueniunt.*

CAPVT XII.

A ET dices in die illa: Confitebor
tibi Domine, quoniam iratus
es mihi: conuerſus eſt furor
tuus, & conſolatus es me. Ecce Deus ſal-
uator meus: fiducialiter agam, & non ti-
Exod.15 a mebo, quia fortitudo mea & laus mea
Pſal.117 c Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.
& 101.b Haurietis aquas in gaudio de fontibus
ſaluatoris. Et dicetis in die illa: Confitemini Domino, & inuocate nomẽ eius, notas facite in populis adinuentiones eius. Mementote quoniam excelſum eſt nomen eius. Cantate Domino, quoniam magnificè fecit, annuntiate hoc in vniuerſa terra. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.

EXPLANATIO.

Et dices in illa die.) Nimirum tempore gratiæ: Verba ſunt Prophetæ. Ea autem, quæ ſequuntur ſunt Eccleſiæ, quam ipſe ita facit loquentem. Gratias tibi ago Domine, quoniam cùm meritò me affligeres, mutato vultu me conſolatus es. Miſiſti enim filium tuum, vt ſuo ſanguine pro me fuſo mea peccata deleret. Merebar iram, ſed ſum miſericordiam conſecuta. Et quoniam Deus ſeruator meus eſt, in eo, non autem in idolis, ſpẽm meam collocabo. Aduerte. Non ſolùm gratias agit pro liberatione, ſed etiam pro calamitate. Vnde ait Iob: Beatus homo qui corripitur à Domino. Et Apoſtolus: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Et in Pſalmo dicitur: Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti: annis, quibus vidimus mala. Et meritò quidem: nam nihil eſt ad veram laudem illuſtrius quàm calamitas ipſa. *Iob 5. 2.Cor.12. Pſal.89.*

Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris.) Verba ſunt Eccleſiæ ſuos alloquentis. Poſſunt tamen eſſe ipſius Prophetæ omnes exhortantis, vt tempore Meſſiæ haurirent gratiam de fontibus ipſius. Hæc eſt aqua illa, de qua ipſe dicebat Samaritanæ, vt eſt apud diuum Ioannem: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Et eodem capite eam aquam viuam appellat. Appellatur gratia aqua, primò, quia abluit & purificat, iuxta id quod eſt apud Ezechielem: Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini. *Ezec.36. Pſal.1.* Secundò, quia germinare facit. Vnde, vir iuſtus ligno iuxta aquas plantato tempeſtiuorum fructuum copia exornato, à Propheta regio comparatur. Tertiò, quia ſitim falſarum voluptatum extinguit, iuxta illud: Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. *Ioan.4.* Quartò, quia ignem concupiſcentiæ reſtinguit, quæ, vt eſt apud Eccleſiaſticum, quaſi ignis exardeſcit. *Eccle.9.* Dicitur autem aqua viua, quia hominem viuificat. Hæc eſt aqua quam Chriſtus dat. Hic eſt fons ille paradiſi in quatuor capita diuiſus. ex eo enim habemus aquam puritatis, aquam ſapientiæ, aquam gratiæ, aquam gloriæ. Hæ ſunt aquæ, de quibus dicitur in Pſalmo: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. *Pſal.45.* Impetus huius fluminis eſt influxus donorum cœleſtium. Hæ ſunt aquæ, quæ, vt dicitur in Canticis, impetu currunt de Libano. *Canti.4.* Ex illis hauſerunt Apoſtoli veram erga Deũ & homines dilectionẽ,

mar-

martyres conſtantiam, virgines caſtitatem, & omnes deniqne viri ſancti admirabilem mundi contemptionem. Qui biberit ex hac aqua, non ardenter cupiet huius mundi potentiam, non gloriam, non honores, non principatus, *Gal. 6. d* ſed dicet cum Paulo: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Et licet modò ſitiat ad patriam aſpirando, non tamen ſitiet in æternum: *Pſal. 16* ſatiabitur enim, vt dicitur in Pſalmo, cùm apparuerit gloria Dei. Cùm enim à vinculis corporis liberatus in ſplendidiſſimam illam ac ſempiternam patriam euolauerit, incredibili gaudio cumulatus erit. Hanc aquam nobis apud diuum Ioannem promittit iis verbis *Ioan. 7.* Deus noſter: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Vnde colliges dari gratiam venientibus ad Chriſtum, & ſeipſos diſponentibus, facienti enim quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam. *Infrà 55.* Et Eſaias, Omnes, inquit, ſitientes venite ad aquas, *Apoc. 22.* & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Et diuus Ioannes in Apocalypſi: Qui ſitit, inquit, veniat; & qui vult, accipiat aquam vitæ gratiæ. Vbi aſpicis gratiam gratis ac liberaliter dari. At nos hanc ſalutarem aquam, qua nobis Chriſtus inuitat, & quam nobis gratis daturũ ſe eſſe promittit, contemnimus, & omni ſtudio ac labore ad mũdi ciſternas recurrimus. Aquam peſtiferam lethalémque labore emptam quærimus, ad eámque inflammati auiditate traducimur: fontem autem illum gratiæ & vitæ, ſummum, & æternum, gratis oblatum, derelinquimus, & contemnimus. De mundi aqua ſcriptum legimus in Ieremiæ Lamentis: *Thren. 5.* Aquam noſtram pecunia bibimus, hoc eſt labore emimus. Aquam turbidam, & peſtilentem, pecunia emptam concupiſcimus, fontem verò vitæ pro nihilo putamus. Hanc noſtram calamitatem & amentiam ſentiebat pius ille ac ſanctus vates Ieremias ſecundo capite ſuarum viſionum ita dicens: Quid vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? *Ierem. 2.* Et quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis? Vide quia malum & amarum eſt, dereliquiſſe te Dominum Deum tuum. Et in eodem capite conqueritur Deus noſtram amentiam & ingratitudinem iis verbis: Me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ aquas continere non valent. Properemus ergo ad fontem viuum, hauriamus aquas de fontibus ſaluatoris, vt ardore cupiditatum reſtincto in animi tranquillitate viuamus, & ad immortalitatem, & gloriam ſempiternam aſpiremus. Inueniemus in hoc fonte aquam ſalutarem, quæ vulneratis animis medeatur, ab erroribus abducat, & illud cum labore ad veram gloriam directum iter oſtendet. Animaduerte. Non dixit Propheta: Haurietis aquam de fonte ſaluatoris, ſed aquas de fontibus, vt ſignificaret magnitudinem gratiæ, & donorum multitudinem, vt nos ad admirabilem Dei magnificentiã, & incredibilem munerum largitatem excitaret. Nec dicit, Haurietis aquas de fluminibus Babylonis, aut Aegypti, ſed de fontibus ſaluatoris. Neque eſt ſilentio prætereundum verbum hoc, cum gaudio, nam de mundi ciſternis ſunt qui aquam hauriant, ſed cum labore & afflictione. *Simile.* Rota enim hauſtrorum ſiue modiolorum quibus ex ciſterna ſiue puteo exhauritur aqua, cum labore mouetur, & cùm illa in orbem moueatur, fieri non poteſt, vt modioli rotæ ſemper pleni ſint: cùm enim quidam implentur, alij euacuantur: nec poſſunt hi impleri niſi euacuatis illis, & qui modò pleni erant, circumuoluta rota euacuantur; qui nunc ſurſum aſcendebant, nunc deorſum deſcendunt. Talis eſt huius ſeculi vita. Id ſignificabat ſapien- *Eccle. 12.* tiſſimus ille Salomon, quãdo duodecimo capite Eccleſiaſtes hominũ vitã cum rota ſuper ciſternã cõparabat. Nam qui heri opibus circumfluebant, hodie omnium ſuarum diuitiarum naufragium faciunt. Et qui nuper in hominum cætu celebrabantur, in quos oculi omnium coniiciebantur, qui erant in honoris culmine collocati, verſa rota vnius diei calamitate omnia illa ex lætitia & voluptate in luctum atque lachrymas reciderunt. Et ea, quæ hi amiſerant, alij adepti ſunt: nam ſine damno vnius diues alter effici non poteſt: quemadmodum nec in rota hi modioli impleri poſſunt, niſi alij euacuentur. Et ob eam cauſam qui in hac rota ſunt conſtituti nec quieſcere, nec lætari vnquam poſſunt. Nam qui in miſero ſtatu verſantur, dolore conficiuntur, qui verò opibus & honoribus abundant, ea maximè deſiderant, quibus circumfluunt, & non ſolùm augendi cupiditate, ſed etiam amittendi metu cruciantur. Conſtat igitur eos qui de mundi ciſterna aquas exhauriunt, vehementer eſſe ſolicitos, ſummíſque laboribus & doloribus angi & premi, tam inopia laborantes, quàm diuitiis affluentes. At viri pij & iuſti ex perennibus, inexhauſtis, iugitérque manantibus Ieſu fontibus aquas libenter lætique exhauriunt. Nam non ſolùm rebus proſperis & ad voluntatem fluentibus exultant, ſed etiam in medio ærumnarum verſantes, rerum humanarum tolerantiæ, cæterarúmque virtutum præſidio muniti, oblectatione perfunduntur. Hoc intuens animo Eſaias aiebat: Haurietis aquas in gaudio de fõtibus Saluatoris.

Et dicetis in illa die, Confitemini Domino.) In tempore illo omnes ſe inuicem incitabunt, vt repudiata idolorum ſuperſtitione, Deum laudent, & inuocent, ad eúmque vota faciant. Aſpicis hîc Chriſtianorum eſſe alios ad virtutem cohortari. Capitur hîc confiteri pro laudare.

Notas facite in populis adinuentiones eius) Hoc eſt, Annuntiate & prædicate in vniuerſo orbe terrarum Chriſti opera & conſilia, & quemadmodum hominum genus ab hoſte defenderit, & viam aperuerit ad vitam beatam & immortalem. Ideò ſubiungit: Cantate Domino, quoniam magnificè fecit. Annuntiate hoc in vniuerſa terra.

Exulta & lauda habitatio Sion, qui magnus in medio tui ſanctus Iſrael. Verba ſunt Prophetæ Eccleſiam alloquentis. Exurge in vocem plenam laudis, & lætare Eccleſia Catholica, quæ Sion, hoc eſt, ſpecula in ſublimi conſtituta nuncuparis. Quoniam in medio tui eſt, te ipſam regit, & gubernat magnus ille Chriſtus, qui eſt ſanctificator Iſraelis. Illud eſt aduertendum

non

non dixiſſe vatem : Quoniam magnus in te ſanctus Iſrael , ſed quoniam magnus in medio tui. Acſi diceret : Ille qui paruulus naſcetur, in obſcura pātria nutrietur obſcuris ad multitudinis imperitæ opinionem ortus natalibus, qui repudiato humano faſtu formam ſerui accipiet, vitámque inopem ab omni ſeculi apparatu remotiſſimam ſectabitur , magnus eſt , verus cœlorum terrarúmque effector & moderator. Sed verſabitur in medio tui factus homo, vt omnem errorem depellat , & cœleſti doctrina, virtutis & ſanctitatis exemplo, omnem caliginē hominum animis obfuſam diſcutiat , & ad beatiſſimas ac ſempiternas ſedes viam oſtendat. Aſpicieis igitur Chriſtum in medio inueniti. Nam
ſimile quemadmodum ſol eſt in medio planetarum conſtitutus,mediámque regionem obtinet tanquam dux,& princeps,& moderator luminum reliquorum,tam admirabili & magnitudine & ſplēdore, vt cuncta luce ſua luſtret & compleat: ſic ſol ille iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter voluit in medio hominum apparere, vt hominum mentes erroribus implicatas , tenebríſque circunfuſas illuſtraret. Et vt eſſet, quemadmodum in li-
Eccl. 50. bro Eccleſiaſtici ſcriptum legimus , quaſi ſtella matutina in medio nebulę. Secundò ſtetit in medio quaſi mediator ad reconciliādum. Et ob eam cauſam eum diuus Paulus reconciliatorē
2.Cor. 5. Dei & hominum appellat. Quod volens ſignifi-
Ioan. 20. care diuus Ioannes, Venit,inquit,Ieſus,& ſtetit in medio, & dicit diſcipulis ſuis : Pax vobis. Tertiò ſtetit in medio, vt omnes eum viderent, & vt oſtēderet ſe omnibus æquè adeſſe, non minus pauperibus quàm diuitibus , Gētibus quàm Iudæis, nō enim acceptor eſt perſonarum Deus,
Act. 10. vt in decimo capite Actorum , & multis aliis in locis diuinæ literæ commemorant. Tu verò ſi Chriſtū imitari voles,extrema fuge,media ſecta
ſimilitudo. re : quoniam in medio conſiſtit virtus. Et quamuis hoc omnibus conueniat,ad eos tamen maximè pertinere exiſtimo, quibus eſt demandata cura regendi. Vnicum in vrbe horologium debet eſſe in medio collocatum , vt poſſit ab omnibus audiri. Nam ſi in extremo ſit vrbis , illis ſolùm proderit , quos iuxta ſe habuerit. Cùm autem princeps ſit horologium, quo populus gubernatur , debet eſſe in medio poſitus,vt ab omnibus
altera ſimilitudo. communicetur. Vt enim fons ille eſt magnopere laudabilis, qui non in angulo , ſed in medio plateæ collocatus ab omnibus circunquaque participatur , ſic princeps ille , qui in medio ſteterit, qui æquitatem,iuſtitiæ fundamentum,pacíſque conſeruatricem coluerit,celebritatem ſermonis hominum meritò conſequetur , nomen ſuum æternitati commendabit,& quod præſtantius eſt,ad cœleſtem æternámque beatitudinem
tertia ſimilitudo. tandem perueniet. Centrum niſi in medio ſphæræ eſſe non poteſt: ab eo enim ad circunferentiam omnes lineæ ductæ ſunt æquales. Quid eſt reſpublica niſi ſphæra? Quid eſt populus niſi circunferentia ? Quid eſt princeps niſi centrum in ſphæræ medio conſtitutum , à quo omnes iuſtitiæ actiones debent erga populi circunferentiam in mediocritate & æquabilitate conſiſtere? Nihil eſt quod magis violet ius humanæ ſocietatis,regnū́que labefactet & ſcindat, quàm principis aut præſulis inæqualitas, & nimius affectus. Hinc oriuntur diſcordiæ , ſeditiones, & tempeſtates. Quare oportet attendere principem , ne dum ſuis affectibus obtemperat, perniciem reipublicæ moliatur. Socrates, vt refert Xenophon in libro de eius dictis & factis, ait debere principem magnopere vitare reipublicæ diſſenſionem. Non enim,vt ipſe ibi ait,eligitur , vt ſibi ipſi morem gerat , ſuíſque pareat affectibus, ſed vt per ipſum , qui eum elegerunt, in fœlicitate degant. Viuent autem fœliciter , ſi princeps æquabilitatem ſeruauerit, fueritque in ſtar centri in medio conſtitutus.

ANNOTATIONES
ex Hebræo in
CAPVT XII.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.) Pro Saluatore eſt in Hebraico הישועה haiexuah. Particula , ha , eſt articulus habens hoc in loco ſuam emphaſim. Dictio iexuah ſignificat ſaluatorem & ſalutem. Et ob eam cauſam Pa-
gninus vertit : De fontibus ſalutis. Et capite *Infrà 49.*
quadrageſimo nono huius Prophetæ , vbi eſt in Hebraico idem vocabulum , vertit interpres noſter : In die ſalutis. Vocat enim Eſaias tempus Chriſti diem ſalutis. Quanquam poterat locus ille ita rectè verti : In tempore Saluatoris. Chriſtus enim in literis diuinis appellatur Saluator , ſalus , & ſalutare. Appellari Saluatorem indicat eius nomen ישוע Iexua. Dixit enim Angelus Ioſeph viro Mariæ ſanctiſſimæ , vt eſt apud Matthæum capite primo:
Vocabis nomen eius ישוע , pro quo interpres *Matt. 1*
Græcus poſuit hoc nomen Ἰησοῦς : Latinus verò , Ieſus. Aſſerunt enim graues authores diuum Matthæum literis Hebraicis Euangelium ſuum ſcripſiſſe : & Diuus Hieronymus ſe illud ab Euangeliſta Hebraicè ſcriptum oculis ſuis aſpexiſſe teſtatur. Et hoc idem nomen ישוע eſt in titulo crucis ſcriptum , qui Hieroſolyma Romam adductus , fuit poſitus in templo ſanctæ crucis in Ieruſalem, vbi hodie cuſtoditur, & oſtenditur, & ibi ego eum vidi , & manibus tenui. Quanquam ob temporis vetuſtatem eum non integrè legere potuerim. Volens autem Angelus oſtendere hoc nomen ſignificare Saluatorem , ſubdidit ſtatim : Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.
Dauid alloquens Chriſtum dicebat in Pſalmo: *Pſal. 24.*
Dirige me in veritate tua , & doce me, quia tu es Deus ſaluator meus. Et in alio vocat eum
ſalutem ita dicens : Dominus illuminatio mea, *Pſal. 26.*
& ſalus mea,quem timebo? Et Eſaias in hoc noſtro capite eum ſaluatorem & ſalutem vocat. Ecce Deus ſaluator meus , fiducialiter agam. Et paulo pòſt : Eſt factus eſt mihi in ſalutem. Appellari autem ſalutare indicat Propheta dicens : Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? Hinc
illa ardentis deſiderij precatio : Oſtende nobis *Pſal. 52.*
Domine miſericordiam tuam , & ſalutare *Pſal. 84.*
tuum da nobis. Hoc eſt ſalutare illud , de quo *Infrà 40.*
dicebat alio in loco noſter Eſaias: Et videbit omnis caro ſalutare Dei. Ita enim iuxta Se-

ptua-

ptuaginta interpretum ſententiam locum illum citat diuus Lucas, pro quo communis verſio habet: Et videbit omnis caro pariter quòd os Domini locutum eſt. Hoc intelligens iuſtus Simeon pias illas, charitatíſque plenas voces emiſit: Nunc dimittis ſeruum tuũ Domine ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum. Eſt quidem Chriſtus ſaluator, qui nos ſaluos fecit: eſt ſalutare, quia ſeſe obtulit pro nobis ſeipſum in cruce immolans, vt facinora impia noſtra ſuo puriſſimo ſanguine deleret. Eſt igitur medicus, & medicina, & ipſa ſalus noſtra, animarum noſtrarum fœlicitas, & ſummum atque ſempiternum bonum. Hoc fuerat in Ioſeph quondam adumbratum, qui cùm terram ab imminente famis excidio liberaret, fuit ſaluator mundi appellatus, vt capite quadrageſimoprimo Geneſis ſcriptura commemorat. Etſi enim dicunt nonnulli verba hæc, quæ ibi ſcripta ſunt, צפנת פענח tſaphnath paaneha, arcanorum repertorem ſignificare, tamen non rectè meo quidem iudicio iudicant. Nam hæc verba non ſunt Hebraica, ſed Aegyptia, & vt author eſt diuus Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis, mundi ſaluatorem ſignificant. Cùm Ioſeph fratres ſuos quæreret, fuit ab eis venditus, & poſteà mundi ſaluator vocatus. Quæ poteſt eſſe apertior Chriſti figura? Quis eſt hic, qui nos quærens fuit venditus, & crudeliſſimis contumeliis affectus, nóſque ſuo ſanguine redemit, niſi Chriſtus, noſter verus ſaluator & redemptor, qui nos à morſu antiqui ſerpentis eripuit? Hunc poſt Adami peccatum promiſit Deus eſſe dæmonis caput contriturum, vt in tertio capite Geneſis literæ diuinæ ſignificant. Nec audiendi ſunt Iudæi, qui verba illa ad Chriſtum referri impudenter negant. Nam Hieroſolymitana paraphraſis, quam ipſi magnoperè venerantur, hunc locum de Chriſto interpretatur. Vbi enim noſtra verſio habet: Et ipſa coteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius, habet illa in hunc modum: Et erit, quando filij mulieris operam dabunt legi, & fecerint præcepta, tunc ſtudebunt conterere tibi caput, & occident te. Cùm verò præcepta legis dereliquerint, nec præcepta ſeruauerint, tu operam dabis, vt mordeas eos in calcaneis eorum, & ita noceas eis. At filij mulieris habebunt remedium, tibi vero ſerpenti nullum remedium erit, futurum eſt enim, vt amoueant morſum, qui factus eſt, in calcaneo, in fine dierum, in diebus regis Meſſiæ. Hæc in Thargo Hieroſolymitano. Vbi vides ſalutem & redemptionem fuiſſe ad Chriſti tempus expectandam, qui eſt ſalutare, & ſaluator noſter. Húc deſiderabat egregius ille patriarcha Iacob, quàm do ad exitum vitæ vocatus dicebat: Salutare tuum expectabo Domine. Vbi Thargum Hieroſolymitanum ita habet: Dixit pater noſter Iacob: Non expecto redemptionem Gedeonis filij Ioas, quæ eſt ſalus temporalis, neque redemptionem Sanſonis, quæ eſt ſalus tranſitoria: Sed expecto redemptionem Chriſti ſiue Meſſiæ filij Dauid. Hactenus Thargum. Hic Saluator, quem Deus ſtatim poſt primorum parentũ noſtrorum peccatum promiſit, cuius Ioſeph imaginem geſſit, quem patriarcha Iacob venturum in nouiſſimis diebus expectabat, eſt Chriſtus Deus noſter quem Habacuc propheta capite tertio Ieſum, hoc eſt Saluatorem, Dominum atque Deum appellat, dicens: Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. De eo ait in hunc modum Zacharias: Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & Saluator ipſe pauper. Quem locum Mattheus & Ioannes de Chriſto interpretantur. Eodem modo Eſaias, Rorate, inquit, cœli de ſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Lege diuinam ſcripturam, reuolue ſanctorum vatum oracula & vaticinia, & inuenies Meſſiam Saluatorem appellatum. Diuus Auguſtinus libro decimooctauo ciuitatis Dei capite trigeſimotertio aſſerit ſe vidiſſe librum Græcè conſcriptum antiquæ cuiuſdam Sibyllæ tali ordine & artificio, vt literę, quę erant in carminum capitibus, hæc verba continerent: Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator. Colliges ex his omnibus, Chriſtum eſſe ſalutare, ſalutem, & ſaluatorem, de quo hic ait Eſaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Poteris per has aquas baptiſmum intelligere, iuxta quas famulus Abrahami inuenit Rebecam ſponſam Iſaac, Eccleſiæ imaginem gerentem, quæ, vt verbis vtar Auguſtini, niſi ad aquam baptiſmatis veniſſet, Chriſto ſociata non eſſet.

Marginalia: Luc. 3. — Luc. 2. — Gen. 41. — Gen. 37. — Gen. 3. — Gen. 49. — Haba. 3. — Zacha. 9. — Matt. 21. — Ioan. 12. — Infrà 45. — Gen. 24.

Argumentum capitis XIII.

Vaticinatus fuerat propheta multis in locis eſſe luctuoſiſsimas atque acerbiſsimas ſtrages Iudæorum populo à Chaldæis inferendas. Nunc prædicit calamitatem & euerſionem Babylonis imminentem, quos Cyrus Perſarũ rex bello ſuperauit, & in ſeruitutem miſerrimam addnxit. Voluit Deus vt non ſolùm Eſaias, ſed alij etiam vates Babyloniorum excidium, eorúmque imperij florentiſsimi vaſtitatem prædicerent, vt viri iuſti lætarentur. Afficiuntur enim gaudio viri virtute præditi, videntes homines flagitioſos pœnas ſuorum facinorum perſoluere: non quòd inſultent eorum ærumnis, ſed quòd aſpiciant gloriam Dei laudibus celebrari, impióſque homines à ſceleribus deterreri. Et vt oſtenderet rerum humanarum varietatem, imbecillitatem, & inconſtantiam, ne illis vnquam fidamus, ſed animum virtutum ornamentis excelentes, diuitiíſque opibus locupletantes, omnem noſtram fiduciam in diuinæ præſidio collocemus.

CAPVT XIII.

ONus Babylonis, quod vidit Eſaias filius Amos. Super montẽ caliginoſum leuate ſignum, exaltate vocẽ, leuate manum, & ingrediantur portas duces. Ego mandaui ſanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus qua ſi populorum frequentium. Vox ſonitus regum, Gentium congregatarum. Dominus A

minimis exercituum præcepit militiæ bel-
B lij, venientibus de terra procul, à ſummi-
tate cœli Dominus, & vaſa furoris eius,
vt diſperdat omnẽ terram. Vlulate, quia
prope eſt dies Domini, quia vaſtitas à
Domino veniet. Propterhoc omnes ma-
nus diſſoluentur, & omne cor hominis
contabeſcet, & conteretur. Torſiones &
dolores tenebunt, quaſi parturiẽs dole-
bunt, vnuſquiſque ad proximum ſuum
ſtupebit: facies combuſtæ vultus eorum.
Nahũ. 2. c Ecce dies Domini veniet crudelis, & in-
dignationis plenus, & iræ, furoriſque, ad
ponendam terram in ſolitudinẽ, & pec-
catores eius conterendos de ea: quoniã
ſtellę cœli, & ſplendor earum non expan-
Ezec. 32. b dent lumen ſuum. Obtenebratus eſt ſol
Ioel 2. c in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lu-
Matt. 24. c mine ſuo. Et viſitabo ſuper orbis mala,
Mar. 13. c & contra impios iniquitatem eorum, &
Luc. 21. e
C quieſcere faciam ſuperbiam infidelium,
& arrogantiam fortium humiliabo. Pre-
cioſior erit vir auro: homo mundo
obrizo.

EXPLANATIO.

Onus Babylonis quod vidit Eſaias filius Amos.) Hoc eſt, ſequitur vaticinium Eſaiæ annuntians calamitatem Babylonis. Prophetia quæ afflictio-
Gen. 10. nem prædicit, onus appellatur: hic autem prædicitur imperij Babyloniorum excidium. Babylon fuit principium regni Nemrod, vt in libro Geneſis ſcriptum legimus. Cùm enim Babylon ſit idem quod confuſio, non poterat non eſſe primi regni caput & principium: regnandi nanque appetitus omnia confundit. Satis eſt enim perſpectum & exploratum, eò adduci pleróſque, vt eos ordinis atque iuſtitiæ capiat obliuio, cùm in regnorum, honorum, atque potentiæ cupiditatem inciderint. Appellata eſt hæc vrbs primò Babel ob linguarum confuſionem. Sermo nanque eorum, qui turrim ædificabant, confuſus eſt, & in varia linguarum genera diſtractus. Poſteà fuit ciuitas illa celeberrima, caput totius Chaldææ, & opibus, rerúmque geſtarum gloria florentiſſimà. Huius rex Nabuchodonoſor obſedit Hieroſolymam, & tandem vicit. Cùm autem Sedechias iniquus Iudæorum rex ſe in fugam coniiceret, comprehenſus eſt ab exercitu Chaldæorum, & adductus ad Babylonis regem, qui ei oculos abſtulit, eúmque catenis aſtrictum abduxit Babylonem, vbi habitabat, ſed eam non videbat. Omnes enim qui ſcelere & maleficio paſcuntur, à diabolo obcæcantur, & peccatorum catenis vincti relicta Hieroſolyma Babylonem transferuntur, à viſione pacis ad mundi confuſionem traducti. Cùm autem ſint in medio mundi, ipſum mundum nequaquam vident. Si enim homines flagitioſi, ſcelerúmque maculis contaminati mundi vanitates, dolos, labores, & ærumnas aſpicerent, fieri non poſſet, quin ab eo diſcederent, & in pacis ac tranquillitatis viſionem ſe conferrent, vt illuſtrem nominis claritatem, gloriámque ſempiternam conſequerentur. Euertit ergo Babylon Hieroſolymam. Sed poſteà ipſa Babylon fuit à Perſis & Medis euerſa, eiúſque imperium labefactatum, & penitus conuulſum. Hanc Babyloniorum afflictionem ait Eſaias ſe oculis aſpexiſſe. Sed intelligamus hoc. Nónne tu ſancte vates eras Hieroſolymæ, cùm hæc intueri aſſerebas, literíſque conſignata mandabas monimentis? Quî igitur fieri poterat, vt videres pondus Babylonis, tam ingenti ſpatio à Hieroſolyma diſtantis? Si diceres Babylonios ſuæ ciuitatis pondus aſpicere, nulla videretur eſſe dubitatio. Sed tu aſſeueranter affirmas te, qui Hieroſolymæ habitabas, onus Babylonis aſpexiſſe. Sed ſi velimus alta mente perpendere, & ad veritatem reuocare rationem, videbimus apertiſſimè non ſolùm Eſaiam, ſed omnes Hieroſolymam colentes pondus Babylonis intueri. Quid admiramur? Imò Babylonij ipſius Babylonis pondus nequaquam vident, ſed ſolùm illi qui Hieroſolymæ morantur. Quid per Babylonem niſi mundus, quid per Hieroſolymam niſi animi ſecuritas & quies ſignificatur? Solùm illi qui mentis tranquillitate gaudent, qui ſunt in viſione pacis, hoc enim ſonat Hieruſalem, qui in Sione, hoc eſt, in ſublimi contemplationis ſpecula ſunt conſtituti, qui humana contemnunt, & ad cœleſtia ardenter aſpirant, vident mundi pondus, laborem, & calamita-
tem. Vt enim oculus corporis videre non po- *ſimile.*
teſt, niſi ſit interiecta aliqua diſtantia inter ipſum & obiectum, ita illi qui in mundo ſunt, ipſum mundum non vident, quoniam nullum eſt inter eos, & mundum interuallum. At qui extra mundum ſunt, ipſum, ipſiúſque labores,
& calamitates facilè cõtemplantur. Qui aquam *ſimile.*
ex alto quodam puteo haurit, eius pondus non ſentit, quandiu hydria ſiue lebes ex imo putei per aquam eleuatur, cùm autem eſt extra aquam, eius onus ſentit, qui plenum lebetem vſque ad ſummitatem pertrahit. Itaque non ſentitur pondus aquæ, dum eſt intra aquam. Sic non perſpicitur pondus mundi intra mundum. Exi à mundo, & eius graues & intolerabiles labores perſpicies. Qui Hieroſolymæ habitabant, Babylonis miſerias intuebantur: ipſi verò Babylonij non miſerias, ſed mundi gloriam reſpiciebant. Nabuchodonoſor vidit in ſomniis ſtatuam ſublimem, quæ mundi gloriam ſignificabat, vt eſt apud Danielem prophetam. Perpende obſecro. Qui Babylonem co-
lunt non eius laborem, ſed eius gloriam conſi- *Dan. 2.*
derant. Sed ea gloria inanis eſt, & fallax, neque gloriæ quicquam habet, præter nomen & imaginem. Et ob eam cauſam non dicitur rex Babylonis gloriam, ſed gloriæ ſtatuam, aut ſimulachrum, ſiue figuram vidiſſe. Id ſignificare volens
diuus Paulus, Præterit, inquit, figura huius mun- *1. Cor. 7.*
di. Non dicit: Præterit ſubſtantia huius mundi, ſed figura. Mundi enim opes, gloria, potentia, & cætera alia huiuſmodi non res, ſed rerum figuræ appellanda ſunt. Illud eſt præterea conſiderandum,

dum, regem Babylonis, dum vigilaret, eam ſtatuam non vidiſſe, ſed ſomniantem. At Eſaias ſomno ſolutus, & acriter vigilans, onus Babylonis aſpexit. Ex quo colliges eos qui mundi gloriam vident, & appetunt, eſſe arctiſſimo ſomno ſepultos: deberéque talem viſionem ſomnium potius appellari, quàm viſionem: eos verò qui mundi vanitates, dolos, miſerias, labores, & ærumnas contemplantur, promptè vigilate, & claris atque apertis oculis intueri.

Super montem caliginoſum leuate ſignum.) Pet *Iere.51.* montem caliginoſum intelligit Babylonem. Ieremias ait: Leuate ſignnm ſuper muros Babylonis. Vbi hanc eius euerſionem vaticinatur. Appellatur Babylon mons, non quòd in monte ſita ſit, ſed ob eius ſnperbiam & elationem. Erat enim hæc vrbs in ingenti planitie ſita, vt ait Strabo libro 16. & Herodotus libro primo, forma quadrata, magnitudine incredibili, murorum craſſitudine & celſitudine admirabili, vſque adeò celebris, vt ſit appellata miraculum mundi, vt multi referunt authores, & inter ea, quæ veteres ſcriptores mundi mirabilia appellauerunt, primum locum obtinuerit. Fniſſe autem conditam à Semiramide aſſerit Strabo, & Diodorns Siculus, & Solinus, euius ad literam hæc ſunt verba: Chaldææ gentis caput Babylon eſt, à Semiramide condita, tam nobilis, vt propter eam & Aſſyrij, & Meſopotamij in Babyloniæ nomen tranſierint. Eſaias appellat eam hoc in loco montem caliginoſum, & tenebris circunfuſum, propter eius nefaria facinora. Vel ob eam cauſam caliginoſa dicitur, quia cùm eſſet in loco campeſtri ſita, & Euphratis magni fluuij aquis rigata & circundata, nebulis plerumque, & nubibus obſcurabatur. Vel fortaſſe alludit ad fumum incendij quo aliquibus in partibus flagrauit. Eſt ergo ſenſus: Leuate vexillum vos ô Perſæ & Medi. Congregate exercitum contra Babylonem. Extollite vocem ad milites congregandos. Leuate manum, eos hoc ſigno vocantes. Fieri enim ſolet militum vocatio vexillo, & voce, eleuatione manuum. Vel leuate ſignum, hoc eſt, figite vexillum veſtrnm in pinnis murorum Babylonis, quemadmodum ſolent facere victores expugnatis vrbibos. Poteſt hoc ſpiritualiter ita explanari: Vos ô Apoſtoli mei, & viri Apoſtolici conſpirate contra Babylonem, pugnate contra mundum, eum vincite, & expugnate: eſt enim mundus mons caliginoſus, vbi nulla eſt humilitas, nulla lux, ſed omnia ſuperbia, & tenebris cooperta. Extollite ſignum, hoc eſt, erigite vexillnm crucis, extollite vocem, prædicate Euangelium, leoate manum, hoc eſt opus, non ſolùm verbis ſed etiam operibus do-*Sap.11.* centes. Hoc ſignnm crucis dixerat propheta capite vndecimo leuandum eſſe in nationes à Chriſto ad Iſraelis profugos congregandos.

Et ingrediantur portas duces.) Hoc eſt principes & optimates Medorum intrent Babylonis portas. De iis dicitur paulò pòſt: Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos. Vocat eos Dominns ſanctificatos, quia illis tanquam ſuæ iuſtitiæ miniſtris Babylonios euertebat. Chaldæus Paraphraſtes pro ſanctificatis habet præparatos. Ita per Ieremiam ipſum Nabuchodonoſorem *Iere.25.* appellat Deus ſeruum ſuum, quia eo tanquam ſeruo præuaricatricem Hieroſolymam delebat. Dicens autem, Fortes meos, & exultantes in gloria mea, oſtendit eos non ſuis viribus, ſed Dei potentia tam munitum regnum deleuiſſe. Spiritualiter per duces intellige Apoſtolos, per euerſionem Babylonis euerſionem peccati. *Ioſue.6.* Fuit enim mundus Apoſtolorum prædicatione labefactatus & victns, hoc eſt infidelitas deleta & conuerſa. Id fuerat anteà in Iericho adumbratum, cuius muri ad ſonitum tubarum corruerunt. Iericho, quæ ſonat lunam, mundus eſt, modò creſcens, modò decreſcens, modò plenus, modò vacuus, vbi nulla eſt firmitas, nulla ſecuritas, nulla conſtantia: ſed qui modò eclipſim patiebatur, ſtatim fulget ſplendore: & qui nunc ſplendebat, radiiſque micabat, ſubitò obſcuratur, & in caligine proſternitur. Quid eſt ad tubarum ſonnm euerti ciuitatem Iericho, & ruere eius mnros, & altiſſima mœnia, niſi Apoſtolorum prædicatione huius mundi elationem, & ſuperbiam labefactari, & funditus euelli?

Vox multitudinis in montibus.) Verba ſunt Prophetæ quaſi dicentis: Videor mihi audire ſtrepitum, & clamorem exercitus in montibus. Venient Perſæ & Medi magnas copias ferentes ad exeidium Babyloniis inferendum. Et quia Deus propter Babyloniorum ſcelera ſic volebat, ait Propheta, præcepiſſe Dominum exercituum militiæ belli, hoc eſt militibus, vt euerterent Babylonem, militibus, inquit, venientibus de terra procnl, à ſummitate cœli, hoc eſt, à regionibus vſque adeò remotis, vt videantur cœlum attingere. Vel per ſummitatem cœli polos intelligit, arcticum & antarcticum. Ac ſi dicat: venient Gentes à finibus mundi, ab illis vltimis terrarum oris, quæ ſub cœli verticibus vitam degunt.

Dominus & vaſa furoris eius.) Hoc eſt, Veniet ad vaſtandam Chaldæam Dominus afferens milites, qui ſnnt inſtrumenta indignationis eius, quibus ipſe impios punit. Aſpicis hîc iniquos homines eſſe aliquando diuinæ iuſtitiæ miniſtros.

Vt diſperdat omnem terram.) Sobaudi Babylonis. Quidam hoc etiam exiſtimant poſſe ad diem iudicij referri.

Vlulate quia propè eſt dies Domini.) Alloquitur Chaldæos, vt clament, & vim fundant lachrymatum, ſuam calamitatem deplorantes, neque de ea dubitent, cùm Deus eos vaſtaturus adueniat. Poteſt etiam hoc ad vltimum iudicium referri.

Propter hoc omnes manus diſſoluentur.) Tantus erit Babyloniorum metus, & pauor, vt eorum manus reddantur flaccidæ, & trementes, & animus langueſcat, & debilitetur, & penitus frangatur. Prementur dolore inſtar parturientium, tenebitque eos pauor ſtupidos & trepidantes.

Facies combuſtæ vultus eorum.) Hoc eſt, præ pndore erunt vſque adeò rubentes, vt comburi videantur. Vel fortaſſe tali morte ſunt inter-

ſecti. Poteſt verti : Facies rubentes vt flamma vultus eorum. Quod priori fauet expoſitioni.

Ecce dies Domini crudelis.) Crudele vocatur tempus excidij Babyloniorum, quia eo voluit Deus iram ſuam in Chaldæos ſignificare.

Quoniam ſtellæ cœli, & ſplendor earum non expandent lumen ſuum.) Id eſt, Erit tempus illud triſtiſſimum. Nam tanta erit Babyloniorum clades & calamitas, vt præ doloris & timoris magnitudine omnia illis obſcura vſque adeò videantur, vt ſol cenſeatur occultare ſuum fulgorem, & luna ſuam negare claritatem. Solet ſacra ſcriptura tempus magnæ afflictionis tene-
Ioel.3. broſum appellare, vt apud Ioelem videre licet
Matt.24. capite tertio, & apud Matthæum vigeſimoquarto, & aliis in locis. Vel per ſtellas principes & magnates Babylonis intelligit, & per ſolem obtenebratum in ortu ſuo regem Babylonis ſignificat, qui in ortu ſuo, hoc eſt, dum celebraret diem natalem ſuum, præ nimio dolore
Dan.5. obſtupuit, vidẽs manum in pariete ſcribentem, vt eſt apud Danielem capite quinto.

Preciosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Senſus eſt: In prælio illo & euerſione Babylonis nulli Chaldæo parcent milites Medorum & Perſarum, quanquam pro eius redemptione aurum & multum & precioſum offeratur. Vel ſic: In illa Chaldæorum vaſtitate tanta erit occiſorum multitudo, vt qui remanſerint rari videantur. Precioſum enim dicitur quod rarum eſt. ſic
1.Reg.3. in libro primo Regum ſcriptum legimus : Sermo Domini erat precioſus in diebus illis : hoc eſt rarus. Obrizon eſt aurum purgatum & optimum.

Super hoc cœlum turbabo, & mouebitur terra de loco ſuo propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. Et erit quaſi damula fugiens, & quaſi ouis, & non erit qui cõgreget. Vnuſquiſque ad populũ ſuum conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient. Omnis qui inuentus fuerit occidetur : & omnis qui ſuperuenerit cadet
Pſal.13.b in gladio. Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentũ non quærant, neque aurum velint, ſed ſagittis paruulos interficiant, & lactãtibus vteris non miſereãtur, & ſuper filios non parcat oculus illorum. Et erit Babylon
D illa glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia
Gen.19.e Chaldæorum, ſicut ſubuertit Dominus
Iere.50.f Sodomam, & Gomorrham. Non habita-
Ezech.16.f bitur vſque in finem, & non fundabitur
Oſee 11.c vſque ad generationẽ & generationem:
Amos 4.d nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi. Sed requieſcent ibi beſtiæ; & replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi : & reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis. Propè eſt vt veniat tẽpus eius, & dies eius non elongabuntur.

Super hoc cœlum turbabo, & mouebitur terra de loco ſuo.) Tantus erit Babyloniorum terror, & dolor, vt cœlum illis turbari videatur, terráque è ſuo loco dimoueri. Vtitur vates hac verborum exornatione ad vim ac impetum iræ diuinæ amplificandũ, quemadmodum capite quin-
to dixerat fuiſſe montes conturbatos. Hac ſu- *Supr.5.*
perlatione ſignificauit Dauid pſalmo decimo- *Pſal.17.*
ſeptimo furorem vehementem, quo Deus impios vleiſcitur, bonos verò tuetur. Commota eſt, inquiens, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt. quoniã iratus eſt eis. Vel intellige reuera hęc ita euenisse in Babylonis euerſione. Fieri enim potuit, vt cœlum tonitruis & fulminibus moueretur, & imbribus denſiſſimis, procellis, & fulguribus omnia concuterentur, & terrarum ſola eſſent horribili terræmotu vehementer conquaſſata: vt qui creatorem ſuum offenderant, res creatas aduerſus ſeipſos ſentirent. Aequum enim eſt, vt creaturæ iam ſui creatoris ſuo modo cognoſcere teſtentur, in eiúſque contemptores irruant, & impetum faciant. Inſanus eſt & inſipiens, qui offendens creatorem fidit creaturis. Armat enim eas Deus ad vltionem inimicorum, vt in libro Sapientiæ diuinæ literæ te-
ſtantur. Et pugnabit cum illo orbis terrarum *Sap.5.*
contra inſenſatos. Id ſignificare voluit Moyſes *Gen.5.*
dicens: In principio creauit Deus cœlum & terram. Ibi enim hoc nomen Elohim appoſuit, quod ſignificat Deum vt iudicem & vltorem, ac ſi diceret: Ipſe qui res creatas produxit, iudex eſt & vindex, qui ſi illis fueritis intẽperanter abuſi, ipſis creaturis vos puniet & vlciſcetur. Quod erit ſine dubio in tempore extremi iudicij, quando elementa, quæ vt homini ſeruirent, creata fuerunt, videntia hominum ſcelera & facinora, eorúmque aduerſus Deum nefarias iniurias, inferent ipſis hominibus terribiliſſimum ac crudeliſſimum bellum: inſurgent aduerſus eos, iniurias, quibus ſuum creatorem laceſſerant, vindicantes. Hoc declarauit aper-
tiſſimè Chriſtus apud Lucam dicens : Erunt ſi- *Luc.21.*
gna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura *Matt.24.*
gentium. Quod etiam Matthæus & Marcus li- *Mar.13.*
teris mandarunt.

Et erit quaſi damula fugiens.) Milites externi, quos Babylonij congregauerant & conduxerant, & negotiatores & peregrini qui tempore euerſionis fuerint apud Babylonios inuenti, fugient à conſpectu Medorum & Perſarum, veluti fugere ſolet damula, aut caprea agitata à venatoribus, & tanquam ouis à facie lupi. Non habebunt ducem, quem ſequantur, qui eos colligat, & inſtruat, ſed vnuſquiſque mandabit ſe fugæ, & ad patriam ſuam tendere conabitur. Qui non fugerit : occidetur : & qui voluerit reuerti ex fuga, aut reſiſtere, telis ſe hoſtium obiiciet, & vita priuabitur.

Infantes eorum allidentur.) Id fuerat iam Dauid vaticinatus dicens in Pſalmo : Filia Babylonis miſera,

nis miſera, Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Prædicit enim in eo Pſalmo diuinus vates hanc Babylonis euerſionem per Cyrum. *Pſal.136.*

Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos.) Hi ſunt de quibus dixerat in principio capitis: Ingrediantur portas duces: qui tanta fuerunt ſæuitia incenſi, vt aurum ac argentum contemnere viderentur, dummodò ſe ſanguine hoſtium ſatiarent.

Et non fundabitur vſque ad generationem & generationem.) Babylon fuit euerſa, & nunquam reædificabitur: nam ea ciuitas quæ poſteà ædificata eſt, non in eodem ſolo, neque iiſdem limitibus ſita eſt. Et pro Babylone conditæ ſunt inſignes ciuitates Cteſiphon & Seleucia, vt refert Strabo libro quintodecimo Geographiæ. Loquimur hîc de ea Babylone, quę eſt in Chaldæa, non de ea quę eſt in Aegypto ſita cuius meminit Strabo, & Ptolemæus. Quamuis Strabo eam magis Arabiæ contribuat. Vnde Arabum lingua vocatur Chairus, quo nomine eam noſtri homines hodie appellant.

Nec ponet ibi tentoria Arabs.) Tanta erit Babylonis euerſæ ſolitudo, vt ne Arabes qui in deſertis locis habitare ſolent, ibi domicilium conſtituant. Arabia deſerta eſt Chaldææ vicina. Et ſunt Arabes homines agreſtes, & paſtores, qui cauſa pecorum non habent munitas aliquas ciuitates, ſed in ſolitudinibus habitant ſua tentoria ſecum ferentes, & deſerta peragrantes. At neque illi, neque vlli alij paſtores in loco vbi fuit Babylon, requieſcent præ horrore ruinarum, & metu horrendorum animalium ibi habitantium. Erunt enim omnia plena draconibus, & feris. Iuxta tropologiam poſſumus hoc ſic explanare. Nullus bonus paſtor habitabit Babyloniæ, hoc eſt in mundi confuſione. Qui enim ibi morãtur & quieſcunt, qui mundo delectantur, eiúſque confuſionem ſequuntur, non paſtores, ſed beluæ dicendi ſunt. Hæ ſunt beſtiæ, illæ, quas Deus ad montem Sina accedere pro-
Exod.19. hibebat, vt Moyſes in Exodo memoriæ prodidit. Eſt enim ſacra ſcriptura altiſſimus mons, quò ſi quis accedat in hominis figura vitam beluinam degens, lapidibus interficitur: & pro vita, quam ibi poterat inuenire, perniciem ſibi
Pſal.73. machinatur. De iis dicitur in Pſalmo: Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi. Bonus paſtor habitat Hieroſolymæ, in viſione pacis, & in Sione, hoc eſt, in ſublimi diuinæ contemplationis ſpecula. Domus verò Babylonis beſtiis & draconibus replebuntur. Septuaginta interpretes pro draconibus verterunt ſonũ, ſiue clamorem, & meritò quidem: nam mundus plenus eſt clamoribus. Nulla ibi eſt quies, nulla tranquillitas, ſed qui locus ſecuritatis pleniſſimus eſſe deberet, ibi turbulentiſſimæ tempeſtates exiſtunt.

Habitabunt ibi ſtruthiones.) Struthio eſt auis corpore magno & graui, voraciſſima, admirabiliſque naturæ. nam omnia quæcunque deuorat, ſine delectu concoquit, vt refert Plinius libri decimi capite primo. Appellatur à Luſita-
Philip.3. nis Ema. Per ſtruthiones intelliguntur homines ventri dediti & crapulæ, quorum, vt ait Apoſtolus, Deus venter eſt.

Et piloſi ſaltabunt ibi.) Id eſt animalia piloſa, vt lupi, & vulpes, & cætera huiuſmodi animantia.

Et ſirenes in delubris voluptatis.) Id eſt, In locis, vbi fuerant aulæ voluptuoſæ, habitabunt ſirenes.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT XIII.

Super montem caliginoſum.) In Hebraico eſt: Super montem נשפה nixpæb. Pro quo Pagninus vertit: Super montem eleuatum. Huius varietatis cauſa eſt, quia hæc dictio נשפה nixpæb, poteſt deriuari à verbo שפה, xaphah. quod ſignificat eleuare, quam rationem ſecutus eſt Pagninus & nonnulli alij. Et poteſt eſſe à verbo נשף naxaph, quod ſignificat impellere. Vnde nęxęph ſignificat noctis initium, quòd tunc tenebrę impellant diem. Ex quo efficitur, vt hæc dictio noſtra nixpæh rem obſcuram, tenebríſque coopertam ſignificet. Quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Paraphraſis Chaldaica, quæ Ionathæ tribuitur, habet: Super munitionem, quæ habitat pacificè. Hoc eſt, Super Babylonem ciuitatem munitam, ſuæque fortitudini fidentem.

Et piloſi ſaltabunt ibi.) In Hebræo eſt ושעירים vſeirim, ſaltabunt ibi. Septuaginta habent: & dæmonia ſaltabunt ibi. Eodem modo vertit Pagninus. Et rectè quidem. Nam dictio hæc ha- *Leui.17.*
betur capite decimoſeptimo Leuitici, vbi latinus interpres vertit: Nequaquam vltrà immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus. Quidam exiſtimant eſſe Satyros. R. Dauid exiſtimat eſſe genus quoddam animalis in deſerto commorantis. Diuus Hieronymus putat eſſe dæmonia, quę mihi ſententia magis placet. Exiſtimo tamen eos dæmones ſignificare, qui cultoribus ſuis piloſi & hirſuti inſtar hircorum apparent. Nam שער ſear pilum ſignificat שעיר ſair verò hircum, vt Leuitici quarto: Hircum de capris immacula- *Leui.4.*
tum.

Et reſpondebunt ibi vlulæ.) Pro vlulis eſt in Hebraico איים iim, quam dictionem aiunt nonnulli catum ſylueſtrem ſignificare, quãuis etiam vlulam ſignificet. Eſt autem vlula auis à fletu denominata, quòd ſemper vlulet & fleat, quæ noctu tantùm videt. Et cùm ſemper vlulet, non vult tamen ab vlulatus cauſa diſcedere. Hæ ſunt aues Babylonis cultrices. Tales ſunt mundi habitatores & amatores, qui cùm eius labores conquerantur, ab illis tamen ſeiungi nequaquam volunt. Hi non ſolùm lucem non vident, ſed eam deteſtantur, in rebúſque ſpiritus, atque in ipſo virtutis ſplendore tenebris circunfunduntur. At nocte, in media caligine, in negotiis labyrintho inextricabilioribus ipſíſque tenebris obſcurioribus lynceos oculos habẽtes per- *Deut.14.*
ſpicuè vident, & minutiſſima quæque intuentur, imò ipſis tenebris oblectãtur. Hæ aues vlulæ & ſtruthiones à Domino in Deuteronomio prohibentur propter ea, vt ait contra Iulianum

diuus Cyrillus, quæ ſignificant. Spiritualis enim lex non ſolùm in aperto verborum ſenſu, ſed in myſtico etiam conſiſtit.

Et ſirenes.) In Hebraico eſt, ותנים vethanim. Sunt qui interpretentur dracones. Doctiores tamen ſirenes ſiue ſirenas interpretantur, quæ ſunt monſtra quædam marina imaginem quandam mulierum, vt aiunt, gerentia. Hæ ſirenæ, vt Homerus fictis fabulis memoriæ prodidit, cantus dulcedine nauigantes ſupiebant, donec in mediis fluctibus obruti perirent. At Vliſſes aures ſuorum ſociorum clauſit, ne earum cantum audirent, ſéque ad nauis malum alligari fecit, & ita omnes euaſerunt. Sirenæ illæ ſunt voluptates blandiſſimæ dominæ, quæ animum à virtute detorquent, homines ſua falſa dulcedine decipientes, illíſque miſerabilem interitum machinantes. Nos verò, ne earum fallaci ſuauitate deliniti naufragium faciamus, claudamus aures, nauíſque arborem, hoc eſt, Chriſti crucem amplectentes, demus vela, donec ad æternæ ſummæ'que beatitudinis portum accedamus. Has ſirenas ait diuinus noſter vates in delubris voluptatis, hoc eſt, in aulis principum habitare. Poteris harum peſtilentium ſirenarum nomine blandas laſciuáſq; poëtarum voces intelligere. Sed omnium peſtilentiſſimæ ſirenæ ſunt hæreticorum dogmata carnis libertatem aſſerentia.

Similitudo. Pro ſirenis verterunt Septuaginta hericios. Eſt autem hericius animal ſetis horridum, cutem habens foris aſperam, intus verò lenem. Tales ſunt nonnulli principes & præſules, in alios auſteri & truculenti, in ſeipſos verò lenes & mites.

1.Cor.9. At præſul verè Chriſtianus ait cum Paulo Apoſtolo: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

Argumentum capitis. XIIII.

Conſolatur diuinus vates gentem Hebræam, quam præuidebat apud Babylonios exulantem. Vaticinatur reditum ſuum ab exilio & miſera captiuitate. Prædicit Babylonis afflictionem, eiúſque ſuperbiſſimi regis interitum, atque pœnas ſempiternas, & Palæſtinorum excidiũ, luctuoſámque calamitatem.

CAPVT XIIII.

A MIſerebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Iſrael, & requieſcere eos faciet ſuper humum ſúam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebunt eos populi, & adducẽt eos in locum ſuũ: & poſſidebit eos domus Iſrael ſuper terram Domini in ſeruos & ancillas: & erunt capientes eos, qui ſe ceperant, & ſubiicient exactores ſuos. Et erit in die illa: cùm requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, & à concuſſione tua, & à ſeruitute dura, qua antè ſeruiſti, ſumes parabolam iſtam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cædentem populos in indignatione plaga inſanabili, ſubiicientem in furore gentes, & perſequentem crudeliter. Conquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt & exultauit. Abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te, & cedri Libani: ex quo dormiſti non aſcendit qui ſuccidat nos. Infernus ſubter te conturbatus eſt in occurſum aduentus tui, ſuſcitauit gigantes: omnes principes terræ ſurrexerunt de ſoliis ſuis, omnes principes nationum. Vniuerſi reſpondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es.

(In margin: B beside "ſauit exactor, quieuit tributum"; C beside "principes nationum. Vniuerſi reſponde-".)

EXPLANATIO.

Miſerebitur enim.) Cyrus rex Perſarum capta Babylone Iudæos ad patriam ſuam liberos emittet. Sed hæc liberatio eſt áttribuenda Deo, qui pro ſua miſericordia populum ſuum magnis iactatum tempeſtatibus ad Iudæam reuocabit. Lege Eſdræ librum, & videbis hiſtoriam hanc. Agg.1. Lege etiam Aggæum, & Zachariam Prophetas, Zach.1. vt radicitus totam intelligas hiſtoriam. Quod autem Eſaias dicit, Miſerebitur Dominus Iacob, intelligitur de Iuda & Beniamin, quarum tribuum Deus miſertus eſt, eas ad Iudæam reducens. Per Iſraelem autem, cuius reliquias inquit eſſe à Deo eligendas, intelligit eos, qui ex decem tribubus euaſerunt; ſéque ad Ezechiam contulerunt, qui poſteà cum duabus tribubus fuerunt ſimul Babylonem tranſlati. De hac Hebræorum reductione dicebat Deus Apud Ezechielem: Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum ſuam, & faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus Iſrael. Ezec.37.

Adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob.) Venient cum Iudæis Hieroſolymam multi ex diuerſis gentibus, qui eorum religionem amplectentur, & relicta idolorum ſuperſtitione vero Deo adhærebunt.

Et tenebunt eos populi.) Varij populi honoris gratia reducent Iudæos in patriam ſuam. Lege ſacram hiſtoriam: & inuenies fuiſſe Hebræos à Cyro honorificè tractatos, & muneribus pro reparando templo & vrbe adiutos. Conſydera rerum viciſſitudines & varietates, deíque immenſam pietatem.

Et poſſidebit eos domus Iſrael.) Hebræi qui à Babylonijs captiui detinebãtur, poſteà nonnullos ex illis ſecum captiuos aſportabunt: iíſque dominabuntur, qui anteà ab illis tributa exigebant, eóſque grauiter vexabant. Hoc fieri potuit, quia euerſa Babylone fuerunt Babylonij, qui euaſerunt, captiui, quorũ nonnullos Hebræi à Perſis emerunt,

emerunt, & ſecum Hieroſolymam aſportarunt. Sed quamuis hæc omnia ita iu aperto orationis argumento intelligatur, poſſunt tamen ſic ſpiritualiter explanari. Euerſa Babylone Apoſtolorum prædicatione, mundi confuſione & idololatria vaſtata, miſerebitur Deus Iacob, & eliget Iſrael, hoc eſt, ſaluas faciet reliquias Hebræorum in Chriſtum credentium. Adiungentur aduenæ ad Iudæos, introibit gentium multitudo, & veram fidem repudiata ſuperſtitione recipient: & cum Iudæis habitabunt Hieroſolymæ, hoc eſt, in Eccleſia à Iudæis & Gentibus cõgregata, quæ eos poſſidebit. Et viri Apoſtolici capient eos, à quibus anteà vexabantur, eos tyrannos ad fidem conuertentes, ſibique ſubiectos efficientes, qui prius ipſos Chriſtianos grauiſſimis ſupplicijs afficiebant. Et vt nullo alio in loco niſi Hieroſolymæ licebat templum ædificare, aut facere ſacrificiũ, ſic ſolùm in Eccleſia Catholica Deus verè colitur, extra quam nullum eſt neque votum, neq; ſacrificiũ Deo gratum, & acceptũ. Nos verò qui in Eccleſia ſumus, ad Deũ ardenter precationes ac lachrymas fundamus pro iis vota faciẽtes, qui impias ac Lutheranas fraudes, & peſtilentes hæreſes amplexantes in Babylonica captiuitate detinentur, vt Deus illis oculos aperiat, & ad verã Hieroſolymam, ad viſionem pacis, ad fidem, ad religionem pietatis pleniſſimam reducat, vbi notus eſt Deus & ſanctum nomen eius, ad eóſque, pro quibus etiam ſanguinem ſuum fudit, oculos ſuæ immẽſæ pietatis aliquando conuertat.

Et erit in die illa.) Alloquitur Propheta populum Hebræorum ita dicens: Cùm reuerſus fueris in patriam tuam à iugo Babylonicæ ſeruitutis ereptus, & tibi Dominus priſtinam tranquillitatem reſtituerit, recordaberis potentiæ quondam Nabuchodonoſoris, & poſteà eius miſeriæ, & in quas ærumnas tandem inciderit. Cogitabis tecum, & memoria repetes magnitudinem ac ſuperbiã Babylonis, & quemadmodum omnis illa gloria & potentia tranſierit, & veluti fumus euanuerit. Et cãtabis parabolam hanc in regem Babylonis. Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum? hoc eſt, Qui fieri potuit vt Babylon ciuitas auara & inexplebilis deſierit extorquere tributũ ab Iſraelitis, aliiſque nationibus? Periit tyrannus, & ciuitas euerſa eſt. Poſſumus nihilominus per regem Babylonis diabolum intelli-
Ioan. 12. & 14. gere, quem Chriſtus mũdi principem appellat, qui Chriſti morte manſit victus, & foris eiectus, & mundi cõfuſio euerſa & idolorum cultus deletus & vaſtatus. Hic rex Babylonis erat ille, cui omnes erãt tributarij. At eo deuicto cecinerunt Chriſtiani: Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum? exactor eſt qui tributum exigit.

Contriuit Dominus baculum impiorum.) Hoc eſt, perdidit Deus Nabuchodonoſorẽ, qui erat baculus & virga, quo cædebantur impij. De quo
Supr. 10. ſuprà dictum fuit: Virga furoris mei Aſſur.

Cædentem populos in indignatione.) Deſcribit tyrannidem Nabuchodonoſoris, eiúſque ſuperbiam, & immanitatẽm.

Abietes quoque.) Per abietes intelligit plebem, per cedros Libani duces & principes, quibus ipſe Nabuchodonoſor dominabatur. Qui eo mortuo elati gaudio dicebant: Ex quo dormiſti, non eſt qui ſuccidat nos: hoc eſt, Poſtquam vtraque morte & temporali & æterna mortuus es, nemo eſt qui nos opprimat, quemadmodum tu immaniſſime tyranne facere ſolebas.

Infernus ſubter te conturbatus eſt.) Non ſolùm terra, ſed etiam infernus, qui ſub terra eſt, inſultauit, tuóque interitu lætatus eſt. Delectati ſunt tua pernicie tam viui quàm mortui. Locus ille ſubterraneus cæcarum tenebrarum, & cruciatuum æternorũ ſuſcitauit gigantes, hoc eſt, eos qui quondam opibus & potẽtia viam ad tyrannidem munierant, vt tibi occurrerent, & inſultarent, teipſum irridentes, tuámque potentiam in æternam miſeriam conuerſam ſubſannantes.

Et operimentũ tuum erunt vermes.) Poterat verti Plenus es vermibus. Quaſi dicat: Tam terra es tu ô tyranne, tam fluxus & caducus quàm alius quicunque. Tam terra eſt ea, quæ in ſerico ac precioſo ceruicali includitur, quàm ea quæ in vili ac rudi ſacco cõtinetur. Tam vermibus obnoxius eſt rex quàm agricola, diues quàm pauper, claro quàm obſcoro genere ortus. Omnes plorantes ingrediuntur vitã, & omnes gementes obeũt mortem. Communis eſt omnium eadem miſeria, & imbecillitas. Id intueri deberent, & ſecum ſæpenumerò cogitare principes & potentes, qui ſui obliti alios cõtemnunt, ſuáque potentia & opum affluentia elati non exiſtimant ſe eſſe aliquãdo morituros. Et ij celeriter his falſis potentiæ & opum imaginibus ſpoliantur, & nudi ac egeni in æternos cruciatus detru-
duntur. Viperam ferunt exuſtam in cinerémque *ſimile.*
conuerſam mederi eiuſdem beſtiæ morſui. Mordet vipera, fit rumor, & plaga mortifera & peſtilens, adhibe cinerẽ, & id in quod ipſum animal conuertitur, & ſanitatem conſequeris. Vulneratus es à ſuperbia, mundi gloria, & potentia vipera venenoſa, habes animam tumidam, ac peſtifero morſu fauciam, cõſidera cinerem, idquẽ, in qnod diabitur & cõuertitur vana mundi potentia, & ipſe puluis erit promptum & ſalutare remediũ, quo poſsis ad vitã renocari. Et quemmodum Naaman Syrus petebat ab Eliſæo onus terræ, quã volebat ſecum aſportare, vt in quarto
libro Regum diuinæ literæ teſtantur, ne poſteà *4. Reg. 5.*
falſa gentium idola coleret, ſed repudiata ſuperſtitione ad Deum confugeret, & ſupplex accederet, ſic nos ne in rebus fluxis & inanibus collocemus beatitudinem, & à Deo diſcedamus, terræ ſarcinam in memoria collectam & conſeruatam ferre debemus, conſiderantes, & animo ſæpenumerò repetentes, eſſe nos terram, & omnium elementorum infimum & abiectiſsimum, imò ipſam elementorum fæcem. Cùm autẽ homo ſit formatus ex terra, terra autem ex nihilo, apertè cõcluditur, inter hominẽ & nihil ſolã terram eſſe interiectã. Præterea cùm nos ſimus ex terra formati, terra autem ex nihil, quis non videt, eſſe nos filios terræ, nepotes autem ipſius nihil? Hæc eſt noſtra progenies: Hæc ſunt noſtræ nobilitatis origo & claritas: Hæc ſunt noſtra
ſtemmata, & antiquæ familiæ monumenta. Hoc *Eccle. 10.*
perpendens Eccleſiaſticus his verbis exclamat: Quid ſuperbit terra & cinis? Ad hanc ſalutarẽ & excellentem contemplationem nos tanquam

oblitos noſtri inuitat Eccleſia, dicens: Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Ac ſi diceret: Accipe hanc conſiderationem, quam tibi tribuo, veluti clauem admirabilem, qua poteris oſtium tui ipſius aperire, téque ipſum intueri, & penetrare. Reſera ianuam, ingredere teipſum, qui à te longè abes, & aſpicies totam domũ cinere ac puluere repletã. Nec te decipiat corporis pulchritudo, & inſignis ornatus, nam omnia hæc interibunt, & in puluerem tandem conuertentur. Intellige teipſum, quoniam hæc eſt prauitatis cauſa ignoratio ſui. Et hæc verba æqualiter dicuntur illuſtriſſimis regibus, & abiectiſſimis ſutoribus, magnatibus, & è media plebe, ac obſcura progenie ſumptis. Quoniã nulla eſt hac in te inter magnos & paruos differẽtia. Imò principes, diuitiarúmque copia affluentes in acerbiores miſerias ſæpenumerò incidunt, quod non ſolùm veterum annales, & antiquitatis monumẽta loquuntur, ſed etiam noſtra hæc tempora apertiſſimè teſtantur: Et hoc eſt, quod illi, qui torquebantur in inferno, dicebant inſigni illi tyranno, & Babylonis quondam potentiſſimo regi; Vulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es, & cætera quæ ſequuntur. Quæ omnia diuinus vates tragicè ſcripſit, non quòd ſic facta fuerint, ſed vt poetica hac & pulcherrima orationis exornatione miſerias, in quas inciderit inſolentiſſimus tyrãnus diſcriberet, & amplificaret, q ex ampliſſimo dignitatis gradu præcipitatus, fuit ad regionẽ illã terribilis horroris & cruciatus, æternarúmq; tenebrarũ detruſus.

Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris? corruiſti in terrã, qui vulnerabas gentes? Qui dicebas in corde tuo: In cœlum cõſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, & ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendã ſuper altitudinem nubiũ,
D ſimilis ero Altiſsimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, téque proſpicient: Nunquid iſte eſt vir qui cõturbauit terrã, qui cõcuſsit regna: qui poſuit orbem deſertũ, & vrbes eius deſtruxit, vinctis eius nõ aperuit carcerem? Omnes reges Gentiũ vniuerſi dormierunt in gloria, vir in domo ſua. Tu autẽ proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis pollutus, & obuolutus cũ his qui interfecti ſunt gladio, & deſcen-
E derunt ad fundamenta laci, quaſi cadauer putridum. Non habebis conſortium, neque cũ eis in ſepultura: Tu enim terram tuam diſperdidiſti, tu populũ tuum occidiſti: non vocabitur in æternum ſemen peſsimorum.

Quomodo cecidiſti de cœlo.) Verba ſunt eorum, qui in inferno poſiti regem Babylonis alloquebantur. Tu ô Nabuchodonoſor qui in mũdo viuens vſque adeò potens & glorioſus fuiſti, vt eſſes fulgori Luciferi cõparatus, quónã modo in terram corruiſti, qui tantum tibi ſumebas & arrogabas, vt auderes dicere, tantam gloriã & potentiam te eſſe conſecutum, vt in cœlum aſcenderes, & ipſa Dei ſydera tuis pedibus ſubiiceres. Lucifer eſt ſtella quædam, appellata Venus, quæ diſcutit tenebras, & ardẽs ac micans radiis mundum illuſtrat. Aſtra Dei appellat magna ſydera. *Pſal.67.* Solet enim ſcriptura ea, quę magna ſunt, Dei appellare, vt montes Dei, cedros Dei, *Pſal.79.* Niniuem ciuitatem Dei, hoc eſt magnam. Et ita interpretãtur nonnulli id quod dicitur Geneſis primo capite: *Gen.1.* Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, hoc eſt, ventus magnus: & cap.23. Princeps Dei es apud nos, *Gen.23.* id eſt magnus. Sed perpende regis ſuperbiã. Nõ dicit: Inter aſtra Dei, ſed ſuper aſtra Dei exaltabo ſoliũ meum. Hanc prophetiam ſcribit Daniel *Dan.2.* aliis verbis, quæ fuit illi in ſtatua, quã vidit in ſomniis Nabuchodonoſor, oſtenſa, cuius caput aureum erat ipſe Nabuchodonoſor. Cùm autem ſtatua pedes fictiles haberet, fuit comminuta, & quaſi in fauillam redacta, & ipſe rex in infernum præcipitatus. Nec illi profuit mundi celebritas, & gloria, & falſa nominis claritas & amplitudo. Eſt enim omnibus, qui ingenio & ratione ducũtur, ſatis perſpectum & cognitum, verã mundi gloriam, & nominis ſplendorem & celebritatem, non in diuitiis, nec in potentia, ſed in diuini numinis imitatione cõſiſtere. Et quẽadmodum non eſt laudabilis aleator, vt Plato grauiter ac ſapienter dicebat, cui optimus acci- *ſimile.* dit iactus, ſed ille qui quocũq; iactu cõmodiſſimè vtatur, nã fœliciter accidere nõ eſt in luſoris manu, at aptiſſimè & ſapiẽter ludere eſt in eius induſtria conſtitutum: ſic non eſt vlla laude dignus, qui rerum humanarũ affluentia, & proſperitate abundat, ſed ille qui in quicunq; vitæ ſtatu eam viuendi rationem ſequitur, vt actiones ſuas ad certam rationis normam dirigat, & diligenter momenta officiorũ omnium perpendat. Hæc ſunt ampla, hæc immortalia, & digna quæ publicis monimentis mandentur ad memoriam poſteri temporis ſempiternã. Quemadmodum enim aleator, cui fœlix contigit iactus, ob ignauiam, & inſcientiã ſuam ludum aliquando amiſit: qui autem ſiniſtram ſortem accepit, ob eximiam ſolertiam, & prudentiam ludum obtinuit, & fuit victoriam cõſecutus, ſic qui opum & potentiæ abundantiam ſortiuntur, aliquando præcipites ruunt, in dedecus & infamiã & æternas miſerias incurrẽtes: qui verò rebus vtũtur aduerſis, & ad voluntatem minimè fluentibus, animi tranquillitatem in hoc exilio ſæpenumerò obtinent, & poſteaquam ex vinculis corporũ, tanquam ex carcere euolant, æternam beatitudinẽ in patria conſequuntur. Cæterùm illud eſt aduertendum, Eſaiam hoc in loco alludere ad caſum diaboli, qui cùm eſſet angelus ſplendidiſsimus, ſe ſuperbè extulit, & eã ob cauſam fuit de cœlo præcipitatus. Comparat igitur ſuperbiam & arrogantiã Nabuchodonoſoris cum ſuperbia Luciferi, qui de dignitate cecidit in tenebras ſempiternas, de quo ait Chriſtus apud Lucã: Vi- *Luc.10.* debam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadẽdem. Acſi diceret: Non nouum eſt ſubiici dæmonia in nomine meo, nam olim me ſpectãte decidit eorum princeps. Nec vos ô diſcipuli mei debetis

gloriari

gloriam veſtra hac potentia, quòd vobis dæmonia ſubiciantur, ſed quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo, vt vnde ille cecidit per ſuperbiam, vos aſcendatis per humilitatem. Sed cùm Angelus ceciderit, priuſquam Adam & Eua formarentur, quærendum videtur, cur Moyſes mandauerit literis hominis caſum, angeli autem ruinam tacuerit. Ratio eſſe videtur, quia cùm hominis peccatum eſſet delendum, hominúmque genus Chriſti morte reſtaurandum, peccatum autem Angelorum non eſſet dimittendum, voluit vir ſanctus illud ſolũ vulnus recenſere, quod erat curandum, vt nobis oſtenderet non eſſe neceſſe ex profeſſo ea ſcelera narrare, quæ incurabilia & inexpiabilia videntur.

Sedebo in mõte Teſtamenti in lateribus Aquilonis.) Per montem Teſtamenti intelligit templũ Hieroſolymæ, vbi Teſtamentũ, hoc eſt, diuina lex erat, & docebatur, & quò populus orationis & ſacrificij gratia conueniebat. Per latera Aquilonis intelligit Hieroſolymam, de qua dicitur in
Pſal.47. Pſalmo: Mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Non enim ſolùm cœlum deſiderabat, ſed templum ſanctum, vbi vt Deus coleretur. Vide diaboli ſuperbiam incredibilem, & arrogantiam intolerabilem, cogitabat vſurpare diuinum locum, & diuinum cultum. Sed quid feceras ô dæmon impudens? vbi erant tui labores, vt iam ſederes? adhuc nõ laboraueras, & iam
Hebr.1. ſedere volebas. Seraphim ſtant coram Deo volantes, & ſeruientes, & non ſedent, & tu ſedebis? Nónne, vt verbis Paulinis vtar, omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus? Cur igitur in tantam ſuperbiam deueniſti, vt velles non ſolùm ſedere, ſed etiam aſcendere in altitudinem nubium, & ſimilitudinem altiſſimi vſurpare? Ero, inquit, ſimilis Altiſſimo. O ſuperbiam inauditam. Ex eodem veneno propinauit diabolus primæ mulieri, quando ſuadẽs ei vt comederet fructum pro-
Gen.3. hibitum, dicebat. Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum.

Ad infernum detraheris ad profundum laci.) Perpende Dei iudicium. Qui altitudinem & potentiam appetit, ad eámque vult ſine meritis aſcendere, ad infernum detrahitur, in imam ac cæcam abyſſi profunditatem proiicitur. Conſideret homo elatus, quid mereatur in terra, cùm angelus in cœlo conſtitutus proſternetur. Vera eſt & in-
Luc.14. fallibilis illa Chriſti Dei noſtri ſentẽtia: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Vnde ſanctiſſima illa Dei genitrix virgo canebat: Depoſuit potentes de ſede, &
Luc.1. exaltauit humiles.

Qui te viderint, ad te inclinabuntur.) Nempe vt te attentius intueantur. Non dicit, Ad te accedent, ſed inclinabuntur. Acſi dicat: Tãtum infra alios eris, vt ad te inclinentur qui te aſpicere voluerint. Conſydera regis Babylonis miſeriam.
Sap.6. Sic in libro Sapientiæ ſcriptum legimus: Iudicium duriſſimũ in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.

Vinctis eius non aperuit carcerem.) Tanta erat Nabuchodonoſor immanitate inſignis, & inquinatus, vt eos, quos captiuos detinebat, crudeliter vexaret, & in obſcuras latebras ita obtruderet, vt nec cœlum, ne lucem quidem aſpicere poſſent.

Omnes reges Gentium vniuerſi dormierunt in gloria.) Senſus eſt: Omnes alij reges ſepulti ſunt cum honore in magnificis ſepulchris, ex quibus non fuerunt extracti, tu autẽm ablatus es de ſepulchro tuo, & auibus expoſitus. Et ſepultis aliis, quos tu occideras, tu ſolus inſepultus iaces. Ferunt Hebræi ſucceſſiſſe Nabuchodonoſori filium eius Euilmerodach. Et quoniam nonnulli exiſtimabant non eſſe Nabuchodonoſorem mortuũ, & eam ob cauſam eius filium nolebant regẽ cõſtituere, ipſe filius extraxit de ſepulchro, patris cadauer, vt viderent omnes eum re vera ex vita migraſſe: & ne poſſet ad vitã redire, eius cadauer in ducẽtas partes diuiſit, quas totidem auibus ex diuerſis terris congregatis alligauit.

Deſcenderunt ad fundamenta laci.) Id eſt, ad inferni profunditatem.

Tu enim terram tuam diſperdidiſti.) Hoc eſt, Regnum Babyloniorum fuit ob tuam ſuperbiam euerſum, & ciuitas funditus deleta. Attribuitur regi excidium regni. Ait enim Salomon in Prouerbiis: Rex iuſtus erigit terram, vir auarus de- *Prou.29.*
ſtruet eam. Nam non ſolùm principes & præſules obſunt quòd corrumpuntur, ſed quòd alios corrumpunt: plúſque exemplo aliquando quàm peccato nocent. Qua de re alibi latius diſſerui.

Non vocabitur in æternum ſemẽ peſſimorum.) Hoc eſt, Memoria ſceleratorum delebitur, & penitus obſcurabitur. Euerſa Babylone nullus de genere Nabuchodonoſoris imperium obtinebit: ſed eius potentia irreuocabiliter extinguitur. Ideò ſubdit: Præparate filios eius occiſioni. Quibus verbis prędicit eſſe filios cum patribus occidendos, quoniam eorum patrum vitia fuerant imitari. Vt enim viri infimis orti natalibus, ſi rerum geſtarum gloria floruerint, aut virtutum opibus abundauerint, familiam ſuam abiectam & obſcurã è tenebris in lucem vocant, ſic qui in clariſſima familia orti fuerint, ſi ſe vitiis cõtaminauerint, & in republica violãda fraudes impias conceperint, ſuorum maiorũ ſplendorem, ac antiquæ familiæ clariſſimum lumen extinguunt.

Præparate filios eius occiſioni in iniquitate patrum ſuorum: non cõſurgent, neque hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum. Et conſurgam ſuper eos, dicit Dominus exercituum: Et perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus. Et ponã eam in poſſeſsionem hericij, & in paludes aquarum, & ſcopabo eam in ſcopa terens, dicit Dominus exercituũ. Iurauit Dominus exercituum dicens: Si non vt putaui, ita erit: & quomodo mẽte tractaui, ſic eueniet, vt conteram Aſſyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorũ tolletur. Hoc conſilium quod cogitaui ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenſa ſuper vniuerſas Gentes. F

Dominus exercituum decreuit: & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta: & quis auertet eam? In anno quo mortuus eſt rex Achaz factum eſt onus iſtud: Ne læteris Philiſthæa omnis tu, quoniam comminuta eſt virga percuſſoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus,& ſemen eius abſorbens vo-
G **lucrem. Et paſcentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requieſcent. Et interire faciam in fame radicem tuam,& reliquias tuas interficiam. Vlula porta, clama ciuitas, proſtrata eſt Philiſthæa omnis. Ab Aquilone enim fumus veniet,& nõ eſt qui effugiat agmen eius. Et quid reſpondebitur nuntiis Gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in ipſo ſperabunt pauperes populi eius.**

Præparate filios eius occiſioni.) Id eſt, Parate vos ô Perſæ & Medi vt nepotes Nabuchodonoſoris interficiatis. Hoc ita accidit in euerſione Babylonis.

Et conſurgam ſuper eos.) Minatur Deus Babylonis vaſtitatem.

Reliquias & germen & progeniem.) Id eſt, Perdam eas reliquias,quæ ex prælio ſuperſtites euaſerint, & filios & nepotes, & omnem denique Nabuchodonoſoris poſteritatem extinguam.

Et ponam eam in poſſeßionem hericij.) Tanta erit
Babylonis vaſtitas & ſolitudo, vt eam hericij &
beſtiæ aliæ colant. In actis Apoſtolorũ ſcriptum
Act.10. à diuo Luca legimus, in vaſe illo linteo quatuor
initiis ſubnixo, de cœlo in terram deſcendente,
omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & cœli
volatilia contineri. Explicans autem paulò poſt
diuus Petrus viſionem hanc, Mihi, inquit,
oſtendit Deus,neminem immundum dicere hominem.
Cùm autem per illa animalia homines
ſignificarentur, conſtat in diuerſis animalibus
diuerſos hominum mores demonſtrari.
Phariſæi & Sadducæi ob virulentam ma-
Luc.3. litiam genimina viperarum appellantur. He-
Luc.13. rodes ob impias fraudes & dolos vulpes vo-
Matt.10. catur, Alij equi,alij lupi,alij aliter. Contrà verò
Matt.13. pij & innocentes viri oues & columbæ vocan-
1.Tim.6. tur.Cùm autem Dominus diuitias,huiúſque ſe-
culi curas comparet cum ſpinis, ſit autem hericius animal ſpinis plenum,apertè colligitur,per hericium diuites ſignificari, qui iuxta diui Pauli ſententiam inſeruerunt ſe doloribus multis.Qui enim vt in eadem epiſtola ad Timotheum dicitur, volunt diuites fieri, incidunt in tentationem,& laqueum diaboli.Hi non muniuntur armatura Dei, ſed ſpinis, ac mundi ſolicitudinibus,& peccatis.Tales habitatores habet Babylon, hoc eſt, mundi confuſio. Tales cultores continet mundus virtutibus deſertus & orbatus. Ibi non eſt ager irriguus, afferens diuerſorum ſeminum fructus, ſed limoſæ & infertiles paludes, luto & veneno pleniſſimæ, immunda animalia producentes. Eſt ergo diues auarus hericius,deſertæ Babylonis habitator. Superiore capite in fine Hebraicarum annotationum per hericium dixi ſignificari iniquos præſules, quorum cutis intus eſt blanda & ſuauis, foris autem hirſuta,& ſetis horrida:qui cùm ſint deliciis & voluptatibus dediti,in alios horrent ſetis, & tyrannicam auſteritatem exerceant.

Iurauit Dominus exercituum.) Reuertitur propheta ad id, quod præſens erat, & vaticinatur excidium Sennacheribi,qui tunc victa Samaria, & tota ferè Iudæa, obſidebat Hieroſolymam. Sed eius exercitus fuit ab angelo occiſus,vt alibi narrauimus.

*Si non vt putaui ita erit,&c.*Hic eſt horum verborum ſenſus. Ego ſine dubio perdam & euertam Sennacheribum regem Aſſyriæ: & ita eueniet,vt putaui & conſtitui.Et ita particula, ſi, eſt affirmantis aut iurantis. Vel ſic:Si non euenerit vt ego putaui, ſi Sennacheribum non perdidero,nolite amplius mihi credere.

In terra mea.) Hoc eſt, in Iudæa, quæ ob eam
cauſam terra Dei appellatur, quia colebatur in
ea, & quia ibi ſumpturus erat humanam carnẽ
ex ſacratiſſima virgine Maria, & quia ibi futurus
erat ſuæ natiuitatis locus, & quia ibi erat
moriturus,& ad vitam reuocandus. Montes autem
ſanctos appellat terram illam Hieroſolymæ,
quæ montoſa eſt: Ideò dicitur in Pſalmo: Qui Pſal.124.
cõfidunt in Domino ſicut mons Sion,non commouebitur in æternum qui habitat in Ieruſalem,Montes in circuitu eius.

Auferetur ab eis iugum eius.) Euerſis Aſſyriis liberabuntur Iudæi à iugo,& graui Sennacheribi imperio.

Super omnem terram.) Intelligit Aſſyriam, & per omnes Gentes ipſos Aſſyrios ſignificat. Videtur alludere ad mundi conſummationem.

Factum eſt onus iſtud.) Id eſt, Reuelata eſt mihi hæc vaticinatio aduerſus Babylonem & Aſſyriam, anno quo Achaz exceſſit è vita. Mortuo Achaz obtinuit regnum Ezechias, ſub quo totus vſque ad finem texitur liber.

Ne læteris Philiſthæa.) Mortuo Achaz rege Iudæorum lætabãtur Palæſtini,eius inimici: quoniam dum rex viueret illis reſiſtebat, exiſtimantes ſe poſſe ſecurius in Iudæos perniciem machinari, quoniam rex qui in Iudæa ſuccedebat, nempe Ezechias,erat iuuenis,quẽ exiſtimabant poſſe facilè ſuperari.At multò aliter euenit,fuerunt enim ab eo grauiter afflicti. Hoc intuens propheta ait Palæſtinis, ne gaudio efferantur morte percuſſoris ſui,hoc eſt,regis Achaz, quia de radice colubri erat regulus egreſſurus, hoc eſt,à rege Achaz genitus erat Ezechias, qui eos erat vaſtaturus. Appellat propheta regẽ Achaz colubrũ,& Ezechiam regulum,ſiue Baſiliſcum, qui grauius nocet quàm coluber: & quoniã in aere necat ipſo afflatu volantes aues, ſubdit, & ſemen eius abſorbẽs volucrem. De Baſiliſco ita ſcribit Solinus capite quadrageſimo: Baſiliſcus ſerpens eſt penè ad ſemipedem lõgitudinis, alba mitrula lineatus caput: nec hominis tantùm,vel aliorũ animantiũ exitiis datus, ſed terræ quoque ipſius,quam polluit & exurit, vbicunque ferale ſortitur receptaculũ.Denique extinguit herbas, necat arbores, ipſas etiam corrumpit auras, ita vt in aere nulla alitum impunè tranſuolet, infectum ſpiritu peſtilenti.Hæc Solinus. Eadẽ ferè ſcribit

ſcribit Plinius libri octaui capite vegeſimoprimo. Quidam per colubrum intelligunt Oziam, qui afflixerat Palæſtinos, vt habetur ſecundo li-
2.Par.26. bro Paralipomenon capite 26. per regulam verò Ezechiam eius proauum, qui grauiter Palæſti-
4.Reg.18. nos vexauit, vt libri quarti Regum cap. decimooctauo licet videre.

Et paſcentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requieſcent.) Cùm tu Philiſthæa fueris ab Ezechia rege Iudæorum vaſtata, lætabitur populus meus, paſcentur & quieſcent primogeniti pauperum, hoc eſt, homines admodùm inopes, ſucceſſores pauperum, & egeni ſecurè accubabunt. Fortaſſe per primogenitos pauperum & pauperes, homines intelligit ſuæ fragilitatis cõſcios, nulláque ſuperbia elatos. Sunt qui per primogenitos pauperum Iudæos intelligant, quòd olim fuerint à Deo dilecti.

Et interire faciam in fame radicem tuam.) Radicem Philiſtææ appellat ipſos Palæſtinos, hoſtes populi Dei, quos dicit euertendos eſſe. Poteris per radicem, qua nihil eſt in arbore fortius & firmius magnates & potentes intelligere.

Vlula porta.) Solebant Hebræi in portis ciuitatis iudicia exercere, quapropter erant ibi multi congregati, quos propheta nomine portæ, quò ipſi conueniebant, alloquitur, vt Philiſthææ vaſtitatem deplorent.

Ab Aquilone enim fumus veniet.) Hoc eſt, à Hieruſalẽ, quæ eſt ex parte Aquilonaris Palæſtinæ. Acſi diceret: A ciuitate Hieroſolymæ veniet exercitus Ezechiæ, qui tibi ô Philiſtæa tam moleſtus erit, quàm fumus oculis.

Non eſt qui effugiat agmen eius.) Id eſt: Nullus ſe domi continebit, omnes venient cum Ezechia ad prælium, nemo ſe excuſabit. Vel ſic: Nullus Palæſtinus poterit euadere ab exercitu Ezechiæ, eiúſque furorem declinare. Prior tamen interpretatio melior eſt, cui fauet verſio Pagnini ſic habens: & non erit ſolitarius in temporibus ſuis. Hoc eſt, omnes ad Ezechiæ exercitum conuenient, vt cum eo bellum inferant Palæſtinis.

Quid reſpondebitur nuntiis Gentis.) Euerſa Palæſtina quid reſpondebunt eius habitatores legatis exterarum Gentium? Cùm Palæſtina maritima ſit, mittebantur ad eam legati ex diuerſis regionibus, quibus percontantibus de inſigni illa clade, quæ fuerat illata ab Ezechia, reſpondebant Palæſtini, ſe ob eam cauſam fuiſſe victos, & Hieroſolymam ſeruatam, quoniam illa fuerat fundata à Deo, in quo eius habitatores ſpem ſuã collocauerant.

ANNOTATIONES
ex Hebræo in
CAPVT XIIII.

Quieuit tributum.) In Hebraico eſt, Quieuit מדהבה madheuah. Id eſt auro plena, vel auri exactrix. Id enim hoc nomen, vt ait quidam Hebræus, ſignificat. Eſtque epitheton Babylonis, quæ auro affluebat, quòd à multis regionibus acciperet tributa. Et ita vertit Pagninus. Reuchlinus tamen ait ſignificare hoc nomen aurum tributarium, pro quo non malè vertit noſter interpres tributum.

Sedebo in monte teſtamenti. In Hebraico eſt: Sedebo in monte מועד moedh, quod nomen ſignificat teſtamentum, concilium, Eccleſiam, congregationem, tempus ſtatutum, ſepulchrum, & ſolennitatem, ad quem multi conueniunt. Deriuatur à verbo יעד, quod ſignificat congregare, conuenire, conſtituere, polliceri, deſpondere, & etiam teſtificari, vt ait Reuchlinus. Vnde nomen Teſtamentum ſignificat: quam ſignificationem ſecutus eſt Latinus interpres. Per montem teſtamenti intelligi templum Salomonis, in quo erat & docebatur Teſtamentum Dei, hoc eſt diuina lex, in explanatione oſtendimus. Poterat nihilominus verti: In monte congregationis, vel concilij. Acſi diceret: Sedebo in monte Sion, in quẽ conueniunt omnes Iudæi ter ſingulis annis, vbi congregati offerant ſacrificia. Pagninus vertit: Sedebo in monte Eccleſiæ, quod in idem recidit. ἐκκλησία enim Latinè cœtus, ſeu concilium, ſeu congregatio appellatur. Poterat etiam verti: Sedebo in monte temporis conſtituti. Quoniam certo ac ſtatuto tempore illic congregabantur. Poterat præterea verti: In monte ſolennitatis. In quam ſignificationem ſumitur hoc nomen à Latino interprete in prima Ieremiæ lamentatione. Thre.1.
Et quòd non ſint, qui veniant ad ſolennitatem. Et quoniam in ſepulchris omnes cõgregantur, ſignificat hoc nomen מועד moedh ſepulchrum. Vnde in libro Iob capite trigeſimo, vbi editio Iob 30.
vulgata habet: Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti: poterat rectè verti: Scio quia morti trades me, & domui congregationis omnis viuentis, quemadmodum vertit Pagninus. vel, Et domui ſepulchri omnis viuentis. Eſt enim ſepulchrum domus congregationis omnium mortalium. Quamuis enim in vita diſpares videantur, in morte tamen omnes conueniunt.

Et deſcenderunt ad fundamenta laci.) Septuaginta interpretes habent: Ad fundamẽta terræ, hoc eſt, ad centrum, ac terræ profunditatem. Vbi aſpicis infernum eſſe in medio terræ conſtitutum.

ARGVMENTVM
Capitis XV.

Vaticinatur de euerſione Moabitarũ. Eſt quidem Moab Arabum prouincia, in qua regnauit Balac filius Sephor: qui, vt in Numeris ſcriptum legimus, conduxit Num.22.
Balaam ariolum, vt malediceret Iſrael. Fuiſſe Moab prouinciam inclytam & potentem aſſerit Ieremias capite quadrageſimooctauo. Et quoniam Moabitæ euerſione & clade filiorum Iſraelis illata ab Aſſy- Ierem.48.
riis & Babyloniis fuerunt magnoperè delectati, ideò meritò fuerunt euerſi ab iiſdem, & eo tempore quo Sennacheribus captiuas duxit decem tribus, & quando Nabuchodonoſor Hieroſolymam deleuit. Prædicit autem diuinus vates eorum excidium ad bonorum conſolationem, iuxta id quod dicitur in Pſalmo: Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam, Pſal.57.
manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorũ.

CAPVT XV.

A Onus Moab: Quia nocte vaſtata eſt Ar Moab, cõticuit: quia nocte vaſtatus eſt murus Moab, Iere.48.f conticuit. Aſcendit domus & Ezec.7.e Dibon ad excelſa in planctum: ſuper Nabo, & ſuper Medaba, Moab vlulabit; in cunctis capitibus eius caluitium; & omnis barba radetur. In triuiis eius accincti ſunt ſacco: ſuper tecta eius, & in plateis eius omnis vlulatus, deſcendet in fletum. Clamabit Heſebon, & Eleale, vſque Iaſa audita eſt vox eorum. Super hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit ſibi.

EXPLANATIO.

Onus Moab.) Hoc eſt, vaticinium de Moabitarum calamitate.

Quia nocte vaſtata eſt Ar.) Ar fuit ciuitas magna, Moabitarum metropolis, quæ nocte euerſa eſt, cùm nemo fortaſſe eſſet de tam repentina Gen.19. oppugnatione ſolicitus. Moab fuit filius Lot, quem ipſe neſciens genuit ex filia ſua maiore, vt in libro Geneſis narrat ſcriptura. Et eam ob cau- Ioan.8. ſam appellatur ita: ſignificat enim Moab, à patre, nõ enim erubuit eius mater nomine filij inceſtum ſignificare. Et hic fuit pater Moabitarum. Poſſumus hunc locũ ſic interpretari, vt per Moab qui noctu in ſpelunca de inceſtu genitus eſt, eos intelligamus, qui à patre diabolo sũt, quibus Chriſtus apud diuum Ioãnem, Vos, inquit, ex patre diabolo eſtis; & deſideria patris veſtri vultis perficere. Quod nõ eſt de natura intelligẽdũ, quaſi dæmõ impios creauerit, vnus eſt enim ſolùm creator viſibilium omnium & inuiſibilium, nimirum Deus noſter ſummus, & æter- Ioan.1. nus. Sed quemadmodum pij ac iuſti filij Dei appellantur, quos ipſe genuit ſuo ſanguine, quibus, vt ait diuus Ioannes, dedit poteſtatem filios dei fieri: ſic impij, ac mortiferis ſceleribus contaminati filij dæmonis dicuntur, quoniam opera ipſius imitantur. Solet enim ſcriptura ex imita- Ezech.16. tione filios appellare, quemadmodũ apud Ezechielem dictũ fuit Iudæis: Mater veſtra Cethæa, & pater veſter Amorrhæus. Vocantur etiam dæmonis filij, quia illi obediunt, & cum eo æternis cruciatibus torquentur. Hi ſunt, quos Eſaias ait perire nocte: quoniam non ſolùm nocte æterna cæcarum tenebrarum cruciantur, ſed etiam iam in hoc mundo in tenebris ac morte iacent, mentis lumine, ac ſpirituali vita priuati. De illis ait 2.Cor.4. apoſtolus in epiſtola ſecũda ad Corinthios ſcripta: Deus huius ſeculi excæcauit mentes eorum. Vbi diuus Paulus diabolum appellat huius ſeculi deum. Ita diuus Cyrillus illum locum explanat, & cum eo diuus Ambroſius. Nec eſt mirandum, cùm Chriſtus diabolum, huius mun- Ioan.14. di principem vocet, vt eſt apud diuum Ioannem multis in locis. Eam igitur ob cauſam dictum eſt, Moabitas noctè periiſſe, quod etiam de Sodomitis ſcriptum legimus. Illis enim pereunti- Gen.29. bus venit Lot in ciuitatem Segor, & ſol illi ortus eſt. His enim qui ſe à peccatis ſeiungunt, & ſceleratorũ familiaritatem relinquunt, oritur ſol ille iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. Egredienti Ia- Gen.32. cob de terra ſancta occidit ei ſol, vt diuina ſcriptura non ſine myſterio memoriæ prodidit. At cùm poſteà reuerteretur, terrámque promiſſionis introiret, ortus ſolis deſcribitur. Illis oritur ſol, eos illuminat Chriſtus Deus noſter, qui terram ſanctam ingrediuntur, qui nouam vitam incipiunt, qui in corporibus humanis contendunt cœleſtem viuendi rationem imitari: illis verò occidit, ab illis recedit, qui virtutem & honeſtatem relinquunt, ſéque tetris vitiis contaminant. Nos verò armati fide, ſpe, & charitate acriter vigilemus, ne in peccatorum nocte cum Moabitis pereamus. Hæc ciuitas Ar appellatur ab aliquibus Ariopolis. Et volens propheta eius calamitatem exaggerare ait eſſe nocte vaſtandam: quoniam ea, quæ noctè fiunt, terribiliora ſunt.

Nocte vaſtatus eſt murus Moab.) Deſcribit excidium Moab, cuius murus nocte fuit euerſus. In ſacris literis murus ſumitur pro tutela & defenſione, vt in libro primo Regum capite quinto- 2.Reg.5. decimo, vbi de Dauide & ſociis eius dicit Abigail: Pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, & aliis in locis. Ideò poſſumus in morali ſenſu hoc in loco impiorum defenſionem intelligere. Dormientibus enim ipſis in errorum, & prauitatum nocte, perit eorum tutela, euaneſcit eorum potentia, præterit eorum lætitia, & diuitiarum abundantia. Virtus eſt vna, quæ altiſſimis defixa radicibus nulla procellarum vi labefactatur, & murus firmiſſimus, qui loco dimoueri nequaquam poteſt.

Aſcendit domus, & Dibon ad excelſa in planctum.) Hoc eſt, Domus regia & tota vrbs Dibon aſcenderunt ad idola, quæ erant in excelſis locis conſtituta, vt ibi ſacrificarẽt, & pro liberatione precationẽs ac lacrymas funderent. Idolum Moabitarum appellabatur Chamos, vt in tertio li- 3.Reg.11. bro Regum diuina hiſtoria commemorat, & erat in arce Dibon collocatum.

Super Nabò, & ſuper Medaba.) Ciuitates erant nobiles Moabitarum.

In cunctis capitibus eius caluitium.) Apud antiquos erat magnum doloris ac luctus ſignum barbam radere, & capillos capitis euellere, aut ſaltem tondere caput.

In triuiis eius.) Triuium eſt locus trium viarum. Sed ponitur pro loco frequenti & publico, quò homines conuenire ſolent. Oſtendit propheta luctum non eſſe priuatum, ſed omnibus communem. Super tecta eius dicit, quia habebant eorum domus in tectis ſolaria, & loca plana, quibus ipſi ſedebant, & deambulabant.

Clamabit Heſebon.) Heſebon & Eleale ſunt Moabitarum vrbes inſignes, quarum clamores & fletus dicit vſque adeò magnos eſſe, vt vſque ad Iaſa peruenirent, quæ eſt ciuitas imminens mari mortuo, vbi finitur terminus Moabiticæ regionis. Oſtendit Propheta ſumma & acer-

biſſima

biſſima eſſe Moabitarum lamenta.

Super hoc expediti Moab vlulabunt.)Non ſolùm homines fragiles & imbecilli, ſed etiã bellicoſi, & armis accincti dediti, tunc muliebribus lamẽtis ærumnas ſuas acriter deplorabunt.

Cor meũ ad Moab clamabit, vectes eius vſque ad Segor vitulam conſternantem: B per aſcenſum enim Luith flens aſcendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt. Aquæ enim Nemrim deſertæ erunt, quia aruit herba, defecit germẽ, viror omnis interiit. Secundum magnitudinem operis & viſitatio eorum: ad torrentem ſalicum ducet eos. Quoniam circuibit clamor terminum Moab: vſque ad Gallim vlulatus eius, & vſque ad puteum Elim clamor eius. Quia aquæ Dibon repletæ ſunt ſanguine: ponam enim ſuper Dibon additamenta: his qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ.

Cor meum ad Moab clamabit.)Id eſt, Tanta erit Moabitarum clades, tam acerba calamitas, vt etiam ego, qui illorum pœnas iuſtas ac debitas eſſe intueor, eorum excidium deplorem.

Vectes eius vſque ad Segor.) Hoc eſt, Termini Moab extenduntur vſque ad Segor, quæ eſt ciuitas in finibus Moabitarum, quæ precationi- *Gen.18.* bus Lot ſeruata eſt, vt in libro Geneſis refert diuina ſcriptura. Appellatur autem hîc à propheta vitula conſternans, hoc eſt trima propter *Ierem. 46.* luxuriam, & rerum abundantiam. Codices correcti habent ad marginem pro conſternanti conſternantem, hoc eſt trium annorum, quæ eſt florens ætas in vitulis. Sic Ieremias Aegyptum vitulæ comparat ita dicens: Vitula elegans, ac formoſa Aegyptus. Vel ſumit vates vectes pro fortitudine: & poteſt litera ſic ordinari: Euerſa eſt vſque ad Segor fortitudo & potentia Moab, quę regio eſt ob eius fertilitatem, rerũmque affluentiam vitulæ trium annorum comparata.

Aquæ enim Nemrim deſertæ erunt.) Senſus eſt: Sic erit terra Moab ſterilis, quemadmodum locus iuxta oppidum Nemrim, cuius aquę ſunt amaræ & ſteriles, & adiacet mari mortuo. Nem- *Pſal.118.* rim ſonat pręuaricatores, de quibus dicitur in Pſalmo: Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Horum enim aqua, horum doctrina, qua alios incitant ad vitia, impia eſt, & ſterilis, nihil habens viriditatis, nihil virtutis.

Secundum magnitudinem operis & viſitatio eorum.)Hoc eſt, Moabitarum pœna reſpondebit magnitudini peccatorum eorũ; iuxta id quod ha- *Deut.25.* betur vigeſimoquinto capite Deuteronomij: Pro *Pſal.88.* menſura peccati erit & plagarum modus. Sumi- *Supr.10.* tur hîc viſitatio pro afflictione, quemadmodum *Ierem.48.* in Pſalmo: Viſitabo in virga peccata eorum. Et capite decimo dixit vates noſter: Quid facietis in die viſitationis? Et Ieremias Adducam, inquit, ſuper Moab annum viſitationis eorum.

Ad torrentem ſalicum ducent eos.)Hoc eſt, ad Euphratem flumen Babylonis, iuxta illud: In ſa- *Pſal.136.* licibus in medio eius ſuſpẽdimus organa noſtra: qui enim à dæmone captiui tenentur, ad flumen Babylonis ducuntur, vbi omnia fluunt, cùm in Sione omnia firmiter permaneant. Nullas arbores flumen Babylonis irrigat, præter ſalices, ſteriles & amaras. Quę re in mundi confuſione ſalutarem fructum, nullum vnquam inuenies.

Quia aquæ Dibon repletæ ſunt ſanguine.)Præ occiſorum multitudine.

Ponã enim ſuper Dibõ additamẽta.)Quę ſint hęc additamenta, ſequenti verſiculo explicat dicens, ſe immiſſurum leonem, qui deuoret eos Moabitas, qui effugerint, & reliquias, quę euaſerint. Poteris per leonem tyrannum intelligere. De hac *Ierem.48.* viſione vide Ieremiam capite 48.

ANNOTATIONES EX *Hebræo in* CAPVT XV.

Aſcendit domus.)Poteſt verti: Aſcendit domũ. Ac ſi dicat: Aſcenderunt Moabitæ ad templum idolo ſuo dedicatum. Pagninus vertit: Baith, quemadmodum eſt in Hebraico.

Vectes eius vſque ad Segor.)Pro vectibus eius in Hebraico ita: בריחה bericheha. Verbum ברח ſignificat fugere: vt ſecundo Regum decimo *2.Reg.13.* tertio. Porrò Abſalom fugiens abiit. Vnde nomen toat beriach ſignificat fugitiuum & profugum. Ideò poteſt verti: Fugitiui eius vſque ad Segor. Quaſi dicat: Qui euaſerint ex euerſione Moab, fugient in Segor. Sed quoniam בריח ſignificat vectem, vt Iob trigeſimooctauo: Et poſui vectem, tranſtulit noſter interpres, vectes e- *Iob.38.* ius, & rectè quidem. Ac ſi dicat: Non ſolùm liberi, ſed etiam illi, qui vectibus ferreis fuerint ligati, metu perterriti fractis vinculis fugient ad Segor. Vel per vectes intelligit principes & potentes propter eorũ longum & durum dominiũ & principatum, vt capite vigeſimoſexto explanauimus.

Argumentum capitis XVI.

Orat diuinus vates cæleſtem patrem, vt mittat è cælis filium ſuum, quem prouidebat ſumpturum eſſe carnem ex genere Ruth Moabitidis. Et ipſorum Moabitarum vaticinatur excidium ob eorum immanitatem & ſuperbiam.

CAPVT XVI.

EMitte agnũ Domine dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Et erit: Sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, ſic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Arnon. Ini conſilium, coge concilium, pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie. Abſconde fugientes, &

vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Moab eſto latibulum eorũ à facie vaſtatoris: finitus eſt enim puluis, B conſummatus eſt miſer, defecit qui conculcabat terram. Et præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate in tabernaculo Dauid iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens quod iuſtum eſt. Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde. Superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius pluſquam fortitudo eius. Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuerſus vlulabit. His, qui lætantur ſuper muros coctilateris; loquimini plagas ſuas.

EXPLANATIO.

Emitte agnum.) Iudæi interpretantur hoc de agnis, quos Moabitæ regi Iſraelis tribuere ſolebant. Sed longè falluntur opinione. Intelligitur enim locus hic de Chriſto Deo noſtro, cuius aduentum Eſaias ardenter deſiderabat. Ita aſſerit diuus Hieronymus, quem multi poſteà ſunt ſecuti. Prędixerat vates ſanctus capite præcedenti Moabitarum vaſtitatem: nunc Deum obſecrat, ne omnes illos deleat, quoniam ſciebat filium Dei fore ex genere Dauidis, qui ex Ruth Moabitide genus ducebat. Nam Ruth nupſit Booz, de quo genuit Obed, qui genuit Ieſſe patrem Dauidis, ex cuius ſemine Chriſtus natus eſt. Petra deſerti erat ciuitas Moabitarum, vbi dicunt natam fuiſſe Ruth. Per montem filiæ Sion ſignificatur Hieroſolyma, & per eam Eccleſia, quæ eſt viſio pacis in Sione, hoc eſt in ſpecula Pſal. 50. ſublimi, conſtituta: de qua dictum eſt in Pſalmo: Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ieruſalem. Non enim exiſtimo excellentem vatem de mœnibus terrenæ vrbis locutum fuiſſe, ſed de Eccleſiæ Catholicę ædificatione per agnum illum immaculatũ, cuius aduentus deſiderio tenebatur Eſaias, vt hominum genus à miſerrima captiuitate liberaret, ita dicens: Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Siõ. Ac ſi diceret: Ne perdas Domine omnes Moabitas, ex quorum progenie naſciturus eſt Chriſtus, Emitte iam eum, qui innocentiſſimus agnus pro nobis immolatus hominum facinora ſuo precioſiſſimo ſanguine deleat, qui eſt dominator terræ. Ipſius enim eſt quicquid omnibus terrarum finibus continetur. Emitte, inquam, eum de petra deſerti, de ciuitate Moabitarum, vbi nata eſt Ruth Moabitis, ad montem filiæ Sion, hoc eſt, ad Eccleſiam Catholicam, conſtituendam & gubernandam, per terrenam Hieroſolymam ſignificatam. Appellari Chriſtum agnum aſſerit diuus Ioannes Baptiſta, qui eum oſtendens dicebat: Ecce agnus Ioan. 1. Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ac ſi diceret: Exod. 12. Agnus ille immaculatus, quem iuxta id quod in Exodo Moyſes ſcriptum reliquit, immolatus, cuius ſanguis poſitus ſuper poſtem, & in ſuperliminaribus domorum veſtrarum, vos in exitu ab Aegypto eripuit ab interitu, erat eius agni imago quædam & figura: ille erat vmbra, hic eſt verus Dei agnus innocẽtiſſimus, qui pro mũdo immolatus, ſuo puriſſimo ſanguine hominum genus ab æterna damnatione potenter eripiet. Hic eſt agnus ille abſque macula, de quo dixit Eſaias: Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non Infrà. 53. aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Hic eſt agnus quem Eſaias in hoc capite mitti petebat, cuius videndi deſiderio flagrabat. Oſtendit hic locus filium mitti à patre, quòd Gal. 4. Apoſtolus teſtatur dicens: Miſit Deus filium ſuũ factum ex muliere. Verùm ex Hebræo poteſt verti. Mittite in plurali, & ita reddidit Latinè verbum Hebraicum Pagninus, & nonnulli alij, iuxta quorum verſionem filius mittitur à Patre, & Spiritu ſancto, id quod ſine dubio verum eſt. Nam ipſe Chriſtus dicit per hunc eundem Prophetam capite quadrageſimooctauo: Infrà 48. Nunc miſit me Dominus, & Spiritus eius. Quem locũ diuus Ambroſius in libro tertio de Spiritu ſancto ita interpretatur: Quis eſt qui dicit, me miſit Dominus, & Spiritus eius, niſi qui venit à Patre, vt ſaluos faceret peccatores: id eſt Chriſtus? Ergo & pater filium miſit, & Spiritus ſanctus. Hæc Ambroſius. Eam ob cauſam Eſaias ait, emittite. Particula, Domine, non eſt in Hebraico, nec in verſione Septuaginta interpretum, nec in textu diui Hieronymi. Petram deſerti, per quam expoſuimus ciuitatem regionis Moab, dicunt nonnulli eſſe periphraſim totius regionis Moab, quæ eſt in Arabia Petræa. Diuus Hieronymus exiſtimat eſſe periphraſim ipſius Ruth, quæ erat petra quędam Gentilitatis, quæ à vero Dei cultu erat deſerta. Alij per petram deſerti intelligunt petram illam refugij, ad quam omnis peccator deſertus, ac virtute deſtitutus debet confugere, quę eſt ſanctiſſima illa Dei genitrix Maria, peccatorum omniũ aſylum, & turris munitiſſima. Mons filiæ Sion periphraſis eſt Hieroſolymę, quę ex monte Sione naſci videtur, in quo ad latera Aquilonis ſita Pſal. 47. eſt, iuxta id quod dicitur in Pſalmo: Mons Sion latera aquilonis: ciuitas regis magni. Et aduerte. Non dicit: Emitte leonem crudelem, ſed eum, qui, cùm ſit totius terrę dominator, agnus mitiſſimus ſit. Aſpicis hoc de Chriſto intelligi, qui eſt totius terrę dominator. Ita eum etiam Mala. 3. Malachias appellat dicens: Statim veniet ad templũ ſuũ dominator, quẽ vos quæritis. Et hoc do- Gen. 49. miniũ non fuit coactum, ſed voluntariũ. Ideo de illo aiebat Iacob: Et ipſe erit expectatio gentiũ: vel, vt poteſt verti ex Hebraico. Et ipſi gentes adhærebunt.

Et erit ſicut auis fugiens.) Senſus eſt, Deprecor te ſumme Deus, ne perdas omnes Moabitas, video enim tam ingentem fore eorum cladem & vaſtitatem, vt nemo ſe audeat defendere. Fugient nonnulli, & præ metu incredibili tanta velocitate current, vt cum auibus comparẽtur, cùm magis volare quàm currere videãtur. Moabitas appellat filias Moab, non filios, vt eorum metum & imbecillitatem ſignificaret. Sunt qui per filias Moab intelligãt oppidula & vicos. Alij

mulieres

mulieres Moabitidis regionis habitatrices, quæ ſe in fugam coniicientes fluuium Arnon vadabant: eſt enim Arnon fluuius in finibus prouinciæ Moabitidis, vltra quē ſe Moabitę cōferebāt.

In conſilium.) Capta Samaria nonnulli ex decē tribubus fugientes acerbam captiuitatē & tyrānidem Aſſyriorum, confugiebant ad Moabitas: qui non ſolùm eos non receperunt benignè, ſed eorum calamitatem irridentes Aſſyriis tradiderūt. Et eā ob cauſam permiſit Deus, vt eſſent poſteà Moabitæ ab iiſdē Aſſyriis occiſi, & in captiuitatē aſperrimā abducti. Iubet igitur Deus ne faciāt Iudęis, quod Iſraelitis fecerāt, ſēſus eſt: Súſcipite poſthac cōſiliū vos Moabitę: facite conuētū, congregate prudentes, facite quod ſuadeo, ſi vultis ſalutem adipiſci. In meridie, hoc eſt in clara & aperta fuga Iudæorum, qui vaſtata Iudæa, & obſeſſa Hieroſolyma ad vos cōfugient, eſtote illis veluti vmbra & nox, vt abſcondatis eos, qui ſe ad vos contulerint: ſuſcipite profugos patriàque pulſos, ne eos prodatis: refette gratiā poſteris Abrahami, qui patri veſtro Lot opem ſępe tulit: miſeremini eorum, & ego miſerebor veſtri. Id autē quod dicitur, Pone quaſi noctē vmbrā tuam in meridie, poteſt etiā hūc habere ſenſum: Pone tu ô Moab vmbram tui refugij ſuper afflictos Iudęos, eſto illi vmbra refrigerij & ſubleuationis, & nox hoſpitalitatis in æſtu feruentiſſimo ſuarum calamitatum. Comparat itaque afflictionē æſtui meridiano, & pręſidiū vmbrę ęſtuātibus dulciſſimæ. In eo fortaſſe quod dicit ponēdam eſſe vmbrā vt noctem, ſignificat magnam debere eſſe vmbram defenſionis & tutelæ.

Finitus eſt enim puluis.) Poterant dicere Moabitę, ſe non audere Iudæos ad ſe confugientes recipere, quoniā timebant Sennacheribum. Huic tacitę obiectioni occurrit propheta dicens: Ne vos terreat vaſtator, quia cito veluti puluis peribit, eiúſque potentia euaneſcet, conſumetur miſer, & miſerabiliter interibit, qui modò terram populatur. Quibus verbis interitum Sennacheribi, eiúſque exercitus admirabilem cladem prædicit. Tu verò alta mēte perpende, quàm vili rei comparetur rex ille illuſtriſſimus, qui orbē terrebat: puluis appellatur ille, qui ſuperbia elatus regibus imperabat. Poteris per puluerem, exercitum Sennacheribi intelligere, ſolet enim diuina ſcriptura ingentē multitudinē pulueri cōparare, quemadmodum capite tertiodecimo Geneſis, vbi Deus in hunc modum alloquitur Abrahamum: Faciam ſemen tuum ſicut puluerē terrę, ſi quis hominum poteſt numerare puluerem terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit. *Gen. 13.*

Et præparabitur in miſericordia ſolium.) Confracto Sennacheribo permanebit in regno Iudææ Ezechias, cui Deus ob ſuam miſericordiā thronum præparabit, & ſedebit ſuper eum in veritate, hoc eſt, ſine acceptione perſonarum, in tabernaculo Dauidis. Quęret iudicium, ipſe per ſe inquiret veritatem, etiam à nemine requiſitus, & reddet velociter vnicuiq; quod ſuum eſt. Tres qualitates tribuit iuſto regi: prima eſt, iudicare ſine acceptione perſonarum, ſecunda etiā nō rogatū inquirere iudicium, tertia eſt nō eſſe negligentem & tardum, ſed velocem & diligentē in exercenda iuſtitia. Cōuenit autē bono regi aut iudici primā harum qualitatū, nemo eſt qui dubitet. Cùm enim rex debeat in iudicando, Deum imitari, apud Deum autem non ſit perſonarum diſcrimen, vt ait diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, & diuina ſcriptura multis in locis teſtatur, apertè cōcluditur, nō debere eſſe apud iudicem perſonarum diſcrimen. *Rom. 2.* Eſſe verò ſecundam qualitatem iudici neceſſariam, oſtendit ſapientiſſimus ille ac illuſtriſſimus rex Dauid, qui cùm vocaretur ad exitum vitæ, filium ſuum Salomonem ita allocutus eſt: Noſti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruię, occidit duos principes exercitus Iſraelis. *3. Reg. 2.* Quibus verbis oſtēdebat rex iuſtus, prius ſeipſum eſſe offenſum cęde duorū virorum, quàm ipſos viros defunctos. Non enim dicit: ſcis quid Ioab fecerit duobus viris, quos immaniter occidit, ſed noſti, quæ fecerit mihi. Cùm enim regis ſit rempublicam cuſtodire, & iuſtitiam ſeruare, plus ipſe ab homicida læditur quàm ipſe interfectus, & eam ob cauſam debet iuſtus rex aut iudex etiam non rogatus neque requiſitus, veritatem inquirere, & iuſtitiam exercere. Iam tertiā qualitatem quis non videt eſſe regi & iudici ſummè neceſſariam? Quis eſt qui neſciat inter laudes iuſti regis & iudicis eſſe diligentiam in exequenda iuſtitia connumeratam? Perpēde quàm citò Chriſtus Deus noſter filios Zebedęi, eorúmque matrem fuerit allocutus, quàm ſine mora ſententiam tulerit: Neſcitis inquiēs, quid petatis. Non eos ad alios remiſit, nō dilatauis tēpus, non eos paſſus eſt in poſtulatione vitam conſumere. *Matt. 20* Et in cruce pendens grauiter cruciatus, & acerbiſſimis contumeliis affectus, etiam morti propinquus, ſupplicantem audiuit, eíque ſtatim reſpondit, Hodie inquiēs, mecum eris in paradiſo. *Luc. 23.* Quę maior poterat eſſe in abſoluēda petitione diligentia? Omnes has qualitates attigit Ioſaphat Iudęorum rex in ea oratione, quam habuit ad eos, quos iudices conſtituerat, vt in libro ſecundo Paralipomenon literæ diuinę teſtantur. Videte, inquit, quid faciatis, nō enim hominis exercētis iudiciū, ſed Domini, & quodcunque iudicaueritis, in vos redūdabit. Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite, nō eſt enim apud Dominum Deū noſtrum iniquitas, nec perſonarū acceptio, nec cupido munerum. Hęc Ioſaphat. Cæterùm omnes hæ qualitates potiùs Chriſto, quàm Ezechiæ conueniunt. *2. Para. 19.* Et ob eam cauſam ſenſus horum verborum Eſaię talis eſt: Non te pœnitebit ô Moab ſuſcipere Iudęos ad te confugiētes: nam ex eorum genere naſciturus eſt Chriſtus in temporis plenitudine, qui regnabit in ęternū, ſedebit ſuper ſoliū Dauid, verè atque iuſtè iudicās, quærens iudicium & vnicuique quod ſuum eſt diligenter reddens.

Audiuimus ſuperbiam Moab.) Hæc fuit vna ex pręcipuis cauſis vaſtitatis Moabitarum. Erant enim inſolentes & ſuperbi. Talibus enim reſiſtit Deus, iuxta id quod cecinit Beatiſſima Dei genitrix: Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. *Luc. 1*

Vlulate Moab ad Moab.) Hoc eſt, Moabitę ad inuicē vlulabūt, ſéque alternis lachrymis reſpiciēt. Nullus erit extraneus, ad quē poſſint cōfugere, ſed inter ſe ipſos ſuas ęrumnas deplorabunt. Vel ſic: Moabitę viui mortuos Moabitas lugebunt.

His qui lætantur ſuper muros coƈti lateris.) Hoc eſt, explicate ô Moabitæ excidium ciuitatum iis, qui earum mœnibus gloriabantur. Dicite illis, quàm parũ eis proſint fortiſſimi muri coƈti lateris, in quibus ſpem ſuam conſtituerant. Significat tantam fore hoſtium fortitudinem, vt nulla illis mœnia poſſint reſiſtere.

Quoniam ſuburbana Heſebon deſerta ſunt, & vineam Sabama Domini Gen
C tium exciderunt. Flagella eius vſque ad Iazer peruenerunt, errauerũt in deſerto, propagines eius relictæ ſunt, tranſierunt mare. Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama: inebriabo te lachryma mea Heſebon & Eleale: quoniam ſuper vindemiam tuam, & ſuper meſſem tuam vox calcantium irruit. Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis
Iere.48. non exultabit nec iubilabit: vinum in torculari non calcabit, qui calcare conſueuerat: vocem calcantium abſtuli. Super hoc venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad murũ coƈti lateris. Et erit: Cùm apparuerit quòd laborauit Moab ſuper excelſis, ingredie-
D tur ad ſancta ſua, vt obſecret, & non valebit. Hoc verbum quod locutus eſt Dominus ad Moab ex tunc. Et nunc locutus eſt dicens: In tribus annis, quaſi anni mercenarij, auferetur gloria Moab ſuper omni populo multo, & relinquetur in eo ſicut racemus paruus & modicus nequaquam multus.

Quoniam ſuburbana Heſebon.) Inter Heſebon & Sabama, vt ait diuus Hieronymus, vix ſunt quingenti paſſus. Per vineæ trãſlationem totius regionis vaſtitatem ſignificat. Dominos Gentiũ appellat Aſſyrios, qui Moabitas euerterunt. Fortaſſe eam ob cauſam Moabitas comparat cũ vinea, quoniam filij erant ebrietatis. Inebriatus enim Lot genuit ex filia Moab, qui, vt Moyſes
Gen.19. in Geneſi ſcriptũ reliquit, fuit Moabitarũ pater.

Flagella vſque ad Iazer peruenerunt.) Flagella ſũt vites, & capita ſarmentorum, vbi naſcũtur vuę, per quæ ciues & optimates ſignificantur, per propagines verò, quæ ſunt vites vetulæ & ſuppreſſæ, ex quibus aliæ vites producuntur, homines obſcuri intelliguntur. Per vineam verò, totam regionem: vel per propagines patres, per flagella verò filios intelligit. Eſt ergo ſenſus Exciſa & deuaſtata vinea, hoc eſt euerſa ab Aſſyriis regione Moab, quidam ex Moabitis, nimirũ ciues & nobiles adoleſcentes fugerunt vſque ad Iazer, quę eſt ciuitas ſita in finibus Moab, qui vt mortem euaderent, ſe in deſertum contulerunt; alij verò, nimirũ plebeij & ſenes qui non potuerunt fugere, fuerunt capti, & in Aſſyriã abducti, mare tranſeuntes, hoc eſt, Euphratem quem in Aſſyriam migrãtes, traiecerunt. Alij ſic explanant, & fortaſſe melius: Domini Gentium exciderunt vineam, & flagella eius, hoc eſt, totam terram cum ciuibus euerterunt. Et hîc finitur periodus, tunc ſequitur: Vſque ad Iazer peruenerunt, non Moabitæ ſed Aſſyrij, vt eam popularentur, & vaſtauerunt Moab vſque ad deſertum inhabitabilem: & propagines relictæ, hoc eſt, Moabitæ, qui ſuperſtites euaſerunt, fuerunt per Euphratem in Aſſyriam tranſlati.

Super hoc plorabo in fletu Iazer.) Verba ſunt Prophetæ plorantis calamitates Iazer, Sabama, Heſebon, & Eleale, quæ fuerunt vrbes quondam florentiſſimæ.

Quoniam ſuper vindemiam tuam.) Ideò ſuper te vim lachrymarum profundam, quia in tempore tuæ lętitiæ audies clamorem exercitus hoſtilis in te irruentis. Lege quadrageſimũoctauum caput Ieremiæ, & inuenies totam hanc hiſtoriam Iere.48.
explicatam.

Et auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo.) Carmelus eſt mons feraciſſimus, vbi Elias flexis genibus pluuiam à Domino impetrauit. Com- 3.Reg.18.
parat igitur vates fertilitatem Moab monti Carmelo, quam prędicit eſſe auferendam.

In vineis non exultabit.) Subauditur Moabita, nec vinum in torculari calcabit, quoniam hoſtilis exercitus equorum pedibus vuas comprimet. Vocem calcantium abſtuli, hoc eſt ego, ait Deus, abſtuli à Moabitis omnem lętitiam, & vocem calcantium, hoc eſt, cantiones & verba, quibus illi qui vuas pedibus conculcabant, ſe ad opus cohortabantur. Hoc expreſſit Ieremias Iere.47.
his verbis: Super meſſem tuam & vindemiam tuam prædo irruit: ablata eſt lętitia & exultatio de Carmelo, & de terra Moab, & vinum de torcularibus ſuſtuli. Nequaquam calcator vuæ ſolitum celeuma cantabit.

Super hoc venter meus.) Id eſt ob hanc calamitatem cor meum & viſcera mea lugebunt, & quaſi cithara ſonabunt. Videtur alludere ad antiquorum conſuetudinem, qui in luctis pulſabant citharas, & lamentis dediti lugubria carmina canebant.

Et erit cùm apparuerit.) Senſus eſt: Cùm ſe Moabitæ viderint fruſtra orando laborare in locis excelſis, vbi eorum idola ſunt conſtituta, ingredientur templum ſui præcipui idoli, vt ibi fundant precationes: ſed præ fatigatione non poterunt ingredi, nec ſalutem obtinere. Significat magnam Moabitarum calamitatem. Solent enim homines cùm in acerbis ęrumnis verſantur, precationes fundere, & templa venerari. At Moabitæ nullum in diis ſuis inuenerunt præſidium, imò eadẽ calamitas erat illis cum idolis communis.

Hoc verbum.) Senſus eſt: Hoc quod dico, eueniet ſine dubio, nam ſermo hic de Moabitarum euerſione, quem Deus olim prædixit, modò iterum dicit. Particula ex tunc, capitur aliquando pro ęternitate, vt in Pſalmo, Parata ſedes Pſal.92.
tua ex tunc. Aliquando pro certo tempore præterito, vt hoc in loco, & infrà capite quadrageſimoquarto: Ex tunc audire te feci, & annunciaui: & aliis in locis. Infrà.44.

In tribus annis, quaſi anni mercenarij.) Prędixerat Deus longè antè hanc Moabitarum euerſionem

nem,nunc dicit venturam eſſe intra triennium: Acſi diceret tribus annis durabit prælium, in quibus tota terra Moab vaſtabitur. Vel prædicit eſſe terram illam vaſtandam tribus annis poſt euerſionem Hieroſolymæ. Ideò ait: quaſi anni mercenarij, quia mercenariis eſt certum *Infrà 21.* tempus preſcriptum & conſtitutum. Simili phraſi vtitur noſter vates capite vigeſimoprimo *Iob.14.* dicens: Adhuc in vno anno quaſi anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar. Et Iob capite quarto: Recede paululum ab eo vt quieſcat, & ſicut mercenarij dies eius.

Sicut racemus.) Quemadmodum parui atque pauci racemi manent in vinea poſt vindemiam, ita pauci Moabitæ manebunt ſuperſtites in terra Moab.

ANNOTATIONES EX Hebræo in CAPVT XVI.

Emitte agnum Domine dominatorem terræ.) In Hebraico ita eſt ſcriptum שלחו כר מושל ארץ xilchu char moxel ęræts. R. Ioſeph per dominatorem terrę intelligit Ezechiá regem Iuda: & exiſtimat vertendum eſſe hunc locum hoc modo: Emittite agnum dominatoris terrę, hoc eſt. Emittite vos Moabitæ agnos regis Ezechiæ, qui eſt dominator terræ: ſoluite illi debitum tributum. Nomen enim moxel, quod ſignificat dominatorem, non ſolùm poteſt verti per accuſatiuum, ſed etiam per genitiuum, & per omnes ferè caſus. In hanc opinionem *4.Reg.3.* adductus eſt Rabbinus ille, motus, vt, ipſe ait, hiſtoria illa, quæ eſt in libro quarto Regum memoriæ prodita, capite tertio, vbi narrat ſcriptura fuiſſe regem Moabitarum tributarium regi Iſraelis, cui ſolitus erat mittere ſingulis annis centum milia agnorum, & centum milia arietum. Hunc ſecuti ſunt multi alij Iudęi: & quod admirabilius eſt nonnulli Chriſtiani, quorum vnus eſt Pagninus, qui vertit: Mittite agnum dominatoris terræ. Brixianus vertit: Emittite agnum dominatori terræ: & in ſcholiis ſequitur eandem Ioſephi expoſitionem. Sed qui fieri poterat, vt diuinus vates dominatorem terræ appellaret Ezechiam, qui in duas tribus ſolùm dominabatur, in angulo quodam terræ promiſſionis? Prętereà quomodo agnos illos dicit eſſe regis Ezechiæ, cui nuſquàm diuinæ literæ commemorat eos fuiſſe debitos, nec tributos? Neque poſſunt per dominatorem terræ intelligere Oſeam regem Iſraelis, qui quando hæc Eſaias mandauit literis, aut iam regnum amiſerat, & tota Samaria erat vaſtata & funditus euerſa, aut ſaltē in miſero in & fœlici ſtatu iacebat. Quando enim Eſaias hanc vaticinationem conſignauit monimentis, obtinebat regnum Iudæ Ezechias, quo tempore decem tribus fuerunt captæ, & afflictę, & in Aſſyriam tranſlatæ. Non igitur poſſunt hoc regi Iſraelis tribuere, quin in reprehenſionem debitam incurrant. Nam aut iam Samaria erat vaſtata, & regnum deletum, aut non: ſi iam euerſa erat, ridiculum eſt dicere, appellari dominatorem terræ, eum qui captiuus erat, & nullius dominabatur. Si verò adhuc Oſeas regnabat, non eſt credibile impio regi & idolorum cultori, poſtulari tributum à vate ſanctiſſimo, cúmque terræ dominatorem appellari, qui in ſola Samaria regnū gerebat, & erat regis Aſſyriorū ſeruus & tributarius. nam eo regnante incidit regnum Iſraelitarum propter eorum incredibilia ſcelera, & impia facinora in ærumnas acerbiſſimas, & ita iacuit in illo calamitoſo ac abiectiſſimo ſtatu, donec eū Deus euertit, & ad luctuoſum excidium & vaſtitatē vocauit: Legamus igitur: Emitte agnum Domine dominatoré terrę, quemadmodum habet verſio antiqua ab Eccleſia approbata, & per agnum dominatorem terrę cum diuo Hieronymo, diuo Thoma, aliíſque viris doctiſſimis Chriſtum Deū noſtrum intelligamus, quemadmodum etiam in officio aduentus hic verſus de Chriſto explanatur. Cùm autē ex Hebręo poſſit verti per accuſatiuum, & per accuſatiuum verterint Septuaginta interpretes, & hęc noſtra verſio contineat admirabile redemptionis humanæ myſteriū, ſitque ab Eccleſia approbata, & de Chriſto expoſita, & ita à ſanctis ac ſapientibus viris explicata, neſcio cur Chriſtiani recuſarint in huius interpretationis ſocietatem, tanquam in equum Troianum cum principibus includi, & voluerint potius ſequi hoc in loco Iudæorum opinionem, cùm etiam multi ex Iudæis hunc locum de Meſſia intellexerint, quorum vnus eſt Ionathas Chaldaicè inter eos magni quidem nominis & celebritatis: alter eſt R. Dauid Kimhi, qui nō ſolùm Iudęos ſuę ętatis, ſed etiam multorum antiquorum memoriam ingenij præſtantia ſuperauit. Per montem filię Sionis in explanatione interpretati ſumus Eccleſiam. Poſſumus tamen intelligere ſimpliciter eundem montem, ad quem agnus ille innocentiſſimus miſſus fuit, vt ibi ſpinis coronatus immolaretur: cuius imaginem geſſit agnus ille, quem vidit Abrahamus habentem caput vepribus circundatum, qui pro Iſaac immolatus eſt. Vt enim non Iſaac occiſus fuit, ſed aries, ita Ieſus Chriſtus non quatenus Deus, ſed quatenus homo fuit mortuus, & grauiſſimis contumeliis, acerbiſſimíſque flagris cæſus & vulneratus. Nam quemadmodum ſi quis ignito *ſimile.* ferro aquam ſuperinfundat, extinguitur ignis, qui natus eſt pati ab aqua, ferrum autem manet incolume. Sic, vt Damaſceni ſimilitudine vtar, humanitas paſſa fuit, quæ pati poterat, ſola autē impaſſibilis diuinitas non admiſit paſſionem. Mons ille in quo Abrahamus arietem obtulit in holocauſtum, eſt mons hic Sion, de quo hoc in loco loquitur diuinus vates. Ait enim ſcriptura capite vigeſimoſecundo Geneſis, fuiſſe arietem *Gen.22.* illum immolatum in monte viſionis. vbi poſteà, *2.Par.3.* vt in libri ſecundi capite tertio Paralipomenon ſcriptum legimus, fuit templum Salomonis ędificatum: & quamuis in eodem monte, non tamen in eodem montis loco, ſed credibile eſt fuiſſe agnum illum occiſum in ſummitate montis, in loco Caluariæ. Et hæc eſt Iudæorum ſententia, vt refert diuus Hieronymus in commentariis in Marcū capite quintodecimo. Eſt igitur

Caloariç locus mons ille viſionis, vbiChriſtus fuitviſus,non ſolùm ab his qui rone aderaot,ſed etiam à vatibus antiquis.Ibi eum vidir Eſaias,
Infrà.53. quando dixir: Non eſt ſpecies ei, neque decor:
Gen.22. vidimus eũ,& non erat aſpectus.Er in libro Geneſis capite vigeſimoſecũdo,vbi editio vulgata habet,In monre Dominus videbir, poteſt verti ex HebręoıIn monre Dominus videbitur.quod intelligenres Septuaginta interpretes tranſtulerunt: In monte Dominus viſus eſt.His rationibus cõcluſum eſſe arbitror, montem Sionem quò mittendus erat agnus,cuius deſiderio Eſaias tenebatur,eſſemontem Caluariç ſitum in vertice Sionis, vbi cœleſtis agnusChriſtus Deus noſter ſeipſum in eruce immolãs,ſuis vulneribus ſanauır noſtra vulnera,& ſua morte nobis vitam tribuit immortalem.

Defecit qui conculcabat terram.) In Hebraico eſt: תמו רמס מן הארץ tammu romes min haarets. Verbum רמס ſignificat conculcare,vt
Pſal.91. Pſalmo 91.Conculcabis leonem & draconem.
Gen.1. quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres.ſignificat etiam repere רמש remes reptile, vt Geneſis primo capite, omne reptile terræ. Hac ratione adductus Pagninus vertit. Conſumpta ſunt reptilia de terra, Comparar regem Sennacheribum, eiúſque exercitum reptilibus.Sı verba Hebræa reddamus Larina vr iacent,vertenda ſunt hoe modo:Defecerunt conculeantes è terra. Vnde R. Abraham exponit: Conſumpta ſunt,nempe caſtra regis Aſſyriorũ, qui terram conculcabat.

Vox calcantium irruit.) In Hebraico eſt נפל הידד bedhadb naphal.vox hæc הידד ſignificat vocem ſeu clamorem mulrorũ,cùm vno aliquid iubenre omnes vniformiter reſpondent:appellatur celeuſma: & capitur bîc pro barbarico hoſtium elamore irruente in Moabitas. Sed quoniam verbum naphal ſignificat eriam cadere & perire,vertir Pagninus: Celeuſma cecidir, boc eſt,vox Moabitarum,eorúmque cantus periir & ceſſauit. vt vox calcantium non referatur ad Aſſyrios, ſed ad Moabitas.Poteſt verti: Vox gratulationis periit.Pro eo quod boc in loco air Eſaias,Super vindemiam tuam, & ſuper
Iere.58. meſſem tuam vox calcantium irruir, dixit Ieremias capite quinquageſimooctauo:Super meſſẽ tuam,& vindemiam tuam prædo irruir.Pro voce calcantium poſuit prædonem, vnde videtur vox calcantium ad boſtes potius Moabirarum, quàm ad ipſos Moabiras eſſe referenda.

Hu,qui lętantur ſuper muros coctis lateris, loquimini plagas ſuas.)Totum hoc poteſt in hunc modum verti ex Hebræo: Propter fundamenta ciuitatis fictilis cogitabiris vos claudi, qui ſolùm euaſiſtis.Vr ſit ſenſus: vos inermes obſeurique homines qui tantùm ex prelio remanſiſtis,eritis vebementer ſoliciti,& in communibus miſeriis prę interiru principum veſtrorum incredibili dolore affecti,meditabimini quemadmodũ magnates,qui populi fundamenta dicuntur,interierint,ad eorumque luctuoſum occaſum animum & cogitationem cõuertetis.Vbi vides principes & reges populi fundamenta appellari.Hoc intelligẽtes Gręci regem populi baſim appellarunt, βασιλεὺς enim,quo nomine rex appellatur,dicitur à βάσι,quod eſt baſis, & λαὸ populus,quòd populi fundamentũ, cuius pondus tanquam firma baſis ſuſtinear, qui vt Pſeuſippus philoſopbus definit eſt,homo imperans iuxta leges, illis ſubiectus, iuſtus, publicique ordinis inſtitutor.

Argumentom capitis XVII.

Minatur Damaſco excidium & vaſtitatem,& etiam decem tribubus cum Damaſco fœderatis,ob earum obliuionem,& in Deum incredibilem impietatem. Poſtremò Aſſyriorum interitum imminere vaticinatur. Omnes hi Dei populum affligere conabantur,ſed in acerbiſſimas afflictiones inciderũt,æqualemque ærumnarum ſortem experti ſunt.

CAPVT XVII.

ONus Damaſci.Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas,& erit ſicut acer- A
uus lapidum in ruina.Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt: & requieſcent ibi,& non erit qui exterreat. Et ceſſabit adiutorium ab Ephraim,& regnum à Damaſco:& reliquiæ Syriæ ſicut gloria filiorũ Iſrael erunt,dicit Dominus exercituum.

EXPLANATIO.

Onus Damaſci.Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas.)
Damaſcus ciuitas eſt Syriæ,&,vt ex capite ſepti- *Supr.7.*
mo buius Prophetę conſtat,caput & metropolis rotius regni. Hæc ſolebat decem tribubus cõtra
Iudam auxiliũ ferre,vt diuinę literæ in libris Re *4.Reg.16.*
gum & Paralipomenon conteſtantur. Fuit bæc *2.Para.18.*
vrbs ab Aſſyriis capta & euerſa, ſed ſub Ptolemæo rege rurſus ædificata. Prædicir igitur ſanctus vates euerrẽdã eſſe banc vrbem,& fore cumulum lapidum,quemadmodum in ruina ædificiorum eſſe ſoler,vr priſtinę dignitatis ciuitatis illius,quæ vna inter omnes eminebat, erárque opibus & potentia florentiſſima,ſolùm veſtigia in ruinarum magnitudine demonſtrarentur.

Derelicta ciuitates Aroer gregibus erunt.)Tanta erit vaſtitas,vr vbi nunc ciuitares ſunt ſitæ,nulli futuri ſint habitarores.Sed requieſcent ibi pecora,& nemo erit qui ea exrerrear. Tanta erir ſolitudo,vt oc inſidiaror quidem rimeatur. Aroer, vt inquit diuus Hieronymos in libro de locis Hebr.ieis,eſt oppidum Moabitarum, quod ſitũ eſt ſuper ripam torrentis Arnon.Eſt etiam quædam regio Syriæ,pro qua hoc in loco accipitur.

Et ceſſabit adiutorium ab Ephraim.) Euerſis Damaſcenis ceſſabit pręſidium, quod ab ipſis decem tribubus implorare ſolebant. Appellantur decem tribus Ephraim, [quoniam Iernboam & plerique reges Iſraelis fuerunt de tribu Ephraim.

Et

Et regnum à Damaſco.) Subaudi ceſſabit. Quaſi dicat. Amittetur regnum Syriæ, cuius Damaſcus eſt caput.

Et reliquiæ Syriæ ſicut gloria filiorum Iſrael erunt) Senſus eſt: Quemadmodum decem tribus fuerunt in miſeram captiuitatem abductæ, omnis earum gloria verſa eſt in ignominiam: ſic Syri illi qui ſuperſtites euaſerint, nulla erunt gloria celebrati, ſed in tenebris & caligine iacebunt. Fortaſſe ipſas decem tribus appellat gloriam ironicè, quoniam in omnem ignominiam & dedecus incurrerant. Cùm enim in Deum non reſpexiſſent, nulláque præſidia in ope cœleſti diuinæ'que virtutis imitatione, ſed in humanis rebus collocaſſent, amiſerunt regnum, & pulſæ patria in perpetuum exilium fuerunt turpiter & ignominioſè relegatæ. His comparat Damaſcenos, quibus prædicit omnes ſuas diuitias eſſe amittendas, omnémque ſuam gloriam obſcurandam. Nos verò eam gloriam, eaſque opes comparare ſtudeamus, quas nec caſus poſsit eripere, neque inuidia labefactare, neque vetuſtas vlla conſumere. Eſt hoc loco aduertendum, fuiſſe Damaſcum euerſam non ſolùm propter eius ſuperbiam, ſed etiam quia decem tribubus idolorum cultricibus contra Iudam veri Dei cultorem auxilium tulerat. Eos euertit Deus qui impiorum contra pios cauſam ſuſcipiunt, qui iniuſtis hominibus fauent aduerſus iuſtos, & peccantibus tribuunt amplius peccandi occaſionem.

Et erit in die illa: Attenuabitur gloria Iacob, & pingues carnes eius emarceſcent. Et erit ſicut congregans in meſſe quod reſtiterit, & brachium eius ſpicas leget, & erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim. Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſsio oleæ duarum vel trium oliuarum in ſummitate rami, ſiue quatuor aut quinque in cacuminibus eius, fructus eius. dicit Dominus Deus Iſrael. In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum, & oculi eius ad ſanctũ Iſrael reſpicient, & non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius: & quæ operati ſunt digiti eius non reſpicient lucos & delubra.

B

Et erit in die illa.) Senſus eſt: Capta Damaſco & funditus euerſa erit Samaria omni auxilio nudata. Solebant enim decem tribus cum erant in diſcrimen adductæ, & in periculis & calamitatibus verſatæ, ad Damaſcenos confugere, ab eiſque auxilium implorare, ſed illis euerſis obſcurabitur gloria decem tribuum, quæ hìc per Iacob ſignificantur, eorúmque fortitudo debilitabitur & langueſcet. Capi pinguedinem pro fortitudine diximus in annotationibus ex Hebræo in caput decimum. Vel in die illa, hoc eſt, in euerſione & vaſtitate Samariæ. Prædixerat euerſionem Damaſci, nunc Samariæ vaſtitatem prædicit.

Et erit ſicut congregans in meſſe.) Id eſt. Tam pauci remanebunt in Samaria poſt eius euerſionem, vt comparentur paucis ſpicis remanentibus poſt ſegetem meſſam, & racemis peracta vindemia, & oleis, quæ diligentiam excutientium & colligentium in paucis arboribus euaſerint. In prima parte dicunt Hebræi capi oleam pro arbore, poſteà verò oliuam pro fructu. Latinis vtraque dictio vtrumque ſignificat fructum & arborem. Hebræi hoc diſtinguunt. Meſſores ſunt Aſſyrij, qui ſpicas hoc eſt, Iſraelitas ad Aſſyriam adduxerũt. Spicæ remanentes ſunt Hebræi illi, qui euaſerunt: ille, qui has paucas ſpicas collegit, eſt rex Ezechias, vt in libro ſecundo Paralipomenõ capite trigeſimo & trigeſimo primo literæ diuinæ teſtantur. *2. Paralip. 30. & 31.*

In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum.) Hoc eſt, Vaſtatis decem tribubus & in Aſſyriam abductis nonnulli Iſraelitæ eorum, qui euaſerint, ad Deum conuertentur, & repudiata ſuperſtitione venient ad templum Hieroſolymæ, verúmque Dei cultum amplectentur. Lege librum ſecundum Paralipomenon, vbi hanc inuenies hiſtoriam. *2. Par. 30.* Aſpicis hìc calamitatis & afflictionis commodum. Iſraelitæ, cùm rebus proſperis & ad voluntatem fluentibus vterentur, erant à Deo auerſi: cùm verò in acerbas ærumnas inciderent, ad Deum conuerſi ſunt.

Oculi eius ad ſanctum Iſrael reſpicient.) Sanctus Iſraelis eſt Dei periphraſis, vt alijs in locis annotauimus: quoniã Iſraelem ſanctificauit, & ſuam erga Iſraelem ſanctitatem oſtendit. Eſt igitur ſenſus: Oculi peccatorum humi defixi ad Deũ eleuabuntur. Vnde colliges peccatorum oculos terram ſolum intueri, & tũc duntaxat Deum reſpicere, quando peccata relinquunt. quod fieri non poteſt niſi Deus eos oculis ſuæ miſericordiæ intueatur. *ſimile.* Vt enim in ſpeculo imago, quæ oculos habet deflexos in terram, non poteſt eos à terra ſurſum erigere, vt in eam faciem, cuius eſt imago, intendat, niſi facies quæ eſt illius exemplar, oculos ſuos prius in illam iniecerit, ſic peccatoris ſpiritus, qui iuxta vocem Pſalmiſticam *Pſal. 61.* oculos ſuos ſtatuit declinare in terram, non poteſt oculos ſuos, nempe intellectum & voluntatem, in illam Dei faciem, cuius imago ipſe eſt, intendere, niſi Deus oculis ſuæ miſericordiæ illũ prius reſpiciat, illuminans eius intellectum, vt peccatũ ſuum agnoſcat, & affectum inflammãs, vt ſcelera deteſtetur. Ex quo colligitur neminẽ poſſe ad Chriſtum conuerti, niſi eum cœleſtis pater reſpiciat. Vnde Chriſtus apud Ioannem, *Ioan. 6.* Nemo, inquit, venit ad me, niſi pater meus traxerit eũ. & alibi, Sine me nihil poteſtis facere. Hoc intelligens ſponſa dicebat in Canticis: *Ioan. 15.* Trahe me poſt te. *Cant. 1.* & Dauid: Deduc me Domine in via tua. *Pſal. 85.* Et Ezechiel: Ingreſſus eſt in me Spiritus, poſtquam locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos. *Ezech. 2.* Et Ieremias: Cõuerte nos Domine, & cõuertemur. *Thren. 5.* Et Oſeas: Perditio tua Iſrael, tantummodò in me auxiliũ tuũ. *Oſee 13.* Vnde Apoſtolus, Gratia Dei, inquit, ſum id quod ſum. *1. Cor. 15.* Qui enim fieri *1. Cor. 1.* poteſt vt aliquis poſsit eſſe ſapiẽs ſine ſapiẽtia, iuſtus ſine iuſtitia, ſanctus ſine ſanctificatione, redẽptus ſine redẽptione? Chriſtus enim, vt verbis, vtar Apoſtoli, factus eſt pro nobis ſapiẽtia, & iuſtitia,

ſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Reſpexit i-
gitur Deus Iſraelitas illos, qui euerſa Samaria
euaſerunt, & ſtatim conoerſi ſunt, & ſanctum
Iſraelis reſpexerunt, & in montes illos oculos
Pſal. 120. leuarunt, de quibus dicitur in Pſalmo: Leuaui
Pſal. 124. oculos meos io montes, vode veniet auxilium
mibi. quorum montium nomine ſignificantur
cœli, de quibus dicitur in alio Pſalmo: Ad te le-
oaui ocolos meos, qui babitas in cœlis. Nos ve-
rò ad Deum mentis oculos leuemus, vt eum po
ſteà in æterna beatitudine facie ad faciem vi-
deamus.

C In die illa erunt ciuitates fortitudinis
eius derelictæ, ſicut aratra, & ſegetes,
quæ derelictæ ſunt à facie filiorũ Iſrael,
& etis deſerta. Qui oblira es Dei ſalua-
roris tui, & fortis adiurotis tui non es re-
cordata. Propterea plãtabis plantationẽ
infidelem, & getmen alienum ſemina-
bis. In die planrationis tuæ labruſca, &
manè ſemen tuum florebit. ablata eſt
D meſsis in die hæreditatis, & dolebit gra-
uiter. Væ multitudo populotum multo-
rum, vt multitudo maris ſonantis, & tu-
multus turbarum ſicut ſonitus aquarum
multarum. Sonabunt populi ſicut ſoni-
tus aquarum inundantium, & increpa-
bit eum & fugiet procul: & rapietur ſicut
puluis montium à facie venti, & ſicut
rurbo coram tempeſtate. In tẽpore veſ-
pere & eece turbatio: in matutino & nõ
ſubſiſtet. Hæc eſt pars eorum qui vaſta-
uerunt nos, & ſors diripientium nos.

*In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius dereli-
cta ſicut aratra, &c.*) Quando filij Iſraelis venien-
tes ex Aegypto iogreſſi ſuot terram promiſſio-
nis, gentes quæ eam colebant, metu & admira-
tione perculſæ aratra & aceruos frugum io agris
dimittebant, ſalutem pedibus quærentes. Habes
hanc hiſtoriam Ioſue capite ſexto & ſeptimo.
Ioſue 6. & 7. Ait ergo Propheta: Quo tempore capta fuerit
Samaria ab Aſſyriis, ita derelioquentur cioitates
fortitudinis eius, hoc eſt fortes & munitæ, quẽ-
admodum derelinquebantur aratra & ſegetes io
ingreſſu filiotom Iſraelis. Quod intelligẽtes lxx.
vertetunt: Erunt ciuitates tuæ derelictæ, ſicut
dereliqoerunt Amorrhæi & Aeuæi à facie filio-
rum Iſrael.

Quia oblita es Dei ſaluatoris tui.) Aſpice ingra-
titudinis fructum. Aufert Deus ab ingratis glo-
riam & dignitatem, ad quam eos extulerat.

Propterea plantabis plantationem infidelem.) Tu ô
Samaria ô popule Iſraelitice plantabis vites, quę
etiam ſi bonæ videantur, bonum tameo fructum
nequaquam ferent. Et germen alienum ſemi-
nabis, hoc eſt ea ſeminabis quæ non colliges: tu
ſeminabis, & Aſſyrij colligent ſegetem tuam. In
die, qua plantaueris, erit labruſca. hoc eſt,
plantabis vites, quatum fructus erit tibi acer-
bus. Manè ſemen toum florebit. videbis ma-
nè ſegetes florentes, ſed non colliges, nec me-
tes illas, auferentur enim & diripientur ab ho-
ſtibus tuis in die hæreditatis: Id eſt eo tempo-
re quo fructus erant in horreo recondendi, &
pro fructu colliges dolotem, hoc eſt, quod in-
quit: & dolebit grauiter, nimirum qui ſemi-
nauerit. Nonoulli codices habent: Propter
eà plantabis plantationem fidelem & germen
alienum ſeminabis. Quæ verba hunc habeot
ſenſum: Plantabis vites optimas, & germen a-
lienum, hoc eſt, vites exquiſitas allatas ex re-
gionibus alienis longéque diſtantibus, ſed ea-
rum fructus tibi in dolorem conuertetur. Poteſt
ſenſus eſſe: To ô Synagoga in principio obti-
nebis fœliciſſimum ſtatum, ſed poſteà tamen
miſerè finieris, licet manè videaris florere, li-
cet in principio rebus vtaris ad voluntatem tibi
ſuccedentibus, tamen auferetur à te meſſis in
die hæreditatis. dabis pœnas tuorum flagitio-
rum amittes glotiam tuam, & in ſumma cala-
mitate tandem verſaberis. Poteris hæc ita intel-
ligere, Quaſi Deus dicat: Tu ô Synagoga fui-
ſti à Domino pulcherrimè plantata, ſed tu
plantaſti plantationem infidelem, & filios ſce-
leratos, qoi cùm germen meum, filiíqoe mei
eſſe deberent, me dereliquerunt, & facti ſont ger
mem alienum, & filij inobedientes & flagitioſi.
Hoc eſt ſemen illud, hi ſunt illi filij, quorum in-
gratitodinem & ſcelera nefaria diuinus vates iis
verbis primo capite deplorauit: Væ genti pecca Sup. 1.
trici, populo graui iniquitate, ſemini nequã, filiis
ſceleratis, dereliquerunt Domioum, blaſphema
uerunt ſanctum Iſraelis, abalieoati ſunt retror-
ſum. Eos nunc appellat germen alienum, & vi-
tes infideles, hoc eſt, filios alienos, & in Chriſtũ
noo credentes, de qoibus dicitur io Pſalmo: Pſal. 17.
Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inuete-
rati ſunt, & claodicauerunt à ſemitis ſuis. Filij
appellantur Hebræi, ſed mendaces, alieni, in-
ueterati, & claudi. Mẽtiti enim ſunt Chriſto, quo
niam quem venturum ſpectabant, & ſummo ſtu
dio ac ardentiſſimo deſiderio ſe illum amplexu-
ros oſtendebant, eum ipſum poſteaqoam venit,
acerbiſſimis ac incredibilibus contumeliis affe-
cerunt, vulneribúſqoe grauiſſimis circunfoſſum
vita priuarunt. Iure igitur optimo Chriſtus eos
vocat filios alienos, quoniam non iam filij ſui
ſed potius diaboli appellandi ſunt. Ideò apud
Ioannem eos alloquens, Vos, inquit, ex patre Ioan. 8.
diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis per-
ficere. Hoc idem querebatur Chriſtus, hæc ver-
ba apud Eſaiã emittens: Filios enutriui & exal- Supr. 1.
taui, ipſi autem ſpreuerunt me. Hi filij ſe animi
præſtantia & amplitudine nudauerunt, ſuám-
que dignitatem turpi dedecore maculauerunt,
atque nefariis flagitiis ſe vndique implicarũt. Ex
eo effectum eſt, vt captiui ducerentur, & in æ-
rumnas luctuoſiſsimas inciderent, in quibus ad-
huc verſantur: quoniam nulla eſt in mundo na
tio Iudæis abiectior & calamitoſior. Illud eſt hoc
in loco aduertendom, Hebræos ideò pro fructu
collegiſſe dolorẽ, quoniam in mundi voluptate
ſeminauerunt. Qui enim ſeruiunt mundo, dia-
bolo, & carni, quãuis in gaudio ſeminent, metũt
tamen

tamen in dolore: atqui ſeruiunt Chriſto,et ſi ſe-
minent in dolore,metunt tamen in gaudio.Qui
pro Chriſti fide, pro vera religione & charitate,
miſeram hanc, fluxámque vitá in ſummum diſ-
crimen adducunt, eam, quæ eſt beata,& immor
talis ſine dubio conſequuntur, vbi ſummis at-
que ſempiternis gaudiis oblectantur, iuxta id
Pſal.125. quod dicitur in Pſalmo: Qui ſeminant in lachry
mis,in exultatione metent.

Væ multitudo populorum multorum.) Calamita-
tem Aſſyriorum prædicit.Prædixerat hoc capite
Damaſcenos & Iſraelitas eſſe ab Aſſyriis euerté-
dos, nunc de ipſorum Aſſyriorum euerſione vati
cinatur. Aſpice mundi varietatem & inconſtan-
tiam.Senſus eſt: Væ vniuerſis gentibus,quæ vé-
turæ ſunt cum Sennacheribo Aſſyriorum rege
ad oppugnandam Hieroſolymam, quæ præ mul
titudine, ſtrepitu,& clamore poſſunt magno ac
ſonanti mari comparari.

*Increpabit eum,& fugiet procul, & rapietur ſicut
puluis montium, &c.*) Senſus eſt: Deus coercebit
Sennacheribum regem Aſſyriæ, qui ſe in fugam
coniiciet occiſo exercitu ſuo, & veluti puluis
flante atque raptante vento diſpergetur, & erit
veluti turbo coram tempeſtate, vel ſicut ſtipula
flante turbine, vel à vento vehementi exagitata.
increpare hoc in loco ſignificat coercere & com
Pſal.105. peſcere, quemadmodum Pſalmo centeſimo
Luc.8. quinto: Increpauit mare Rubrum, & exſicca-
tum eſt. & apud Lucam capite octauo: Increpa
uit ventum, & tempeſtatem aquæ,& ceſſauit,&
facta eſt tranquillitas. Vt autem apertè videas
quid ſit eſſe Sennacheribum à Domino increpa-
tum,lege caput decimumnonum libri quarti Re
4.Reg.19. gum, vbi Deus explicans quid ſit increpare Sen
nacheribum, ita inquit: Ponam circulum in na
ribus tuis,& camum in labiis tuis,& reducam te
in viam per quam veniſti. Quæ verba inuenies
Infrà.37. etiam apud Eſaiam capite trigeſimo ſeptimo.Il-
lud eſt hoc in loco conſiderandum, comparari
ſuperbiſſimum regem pulueri à vento agitato,id
quod etiam ſuperiore capite videre poteris.Ta-
les enim ſunt peccatores, quemadmodú dicitur
Pſal.1. in Pſalmo: Non ſic impij non ſic,ſed tanquã pul
uis,quẽ proiicit ventus à facie terræ. Puluis aſcẽ
dit ſurſum,ſed fauore venti: ſic impius ad digni
tates aliquando euehitur,ſed per medium vani-
Simile. tatis. Puluis eſt terra in aere,ſic peccator terra eſt
elata in vano aere conſtituta. Puluis aſcendens
obcæcat oculos, ſic impius lædit iuſtos. Puluis
coinquinat, ſic nefarius homo ſermonibus ſuis
impuris, motibúſque deprauatis alios contami-
nat, illíſque terram maculam atque labẽ inurit.

*In tempore veſpero, & ecce turbatio, in matutino;
& non ſubſiſtit.*) Senſus eſt. Veſperi erit Hieroſoly
mæ turbatio, & timor propter obſidionem &
oppugnationem ciuitatis ab Aſſyriis: manè ve-
rò ſequentis diei non ſubſiſtit, nempe exercitus
Sennacheribi. Sed apparebit conſumptus,ab An
gelo Dei occiſus. Habes hanc hiſtoriam quarti
4.Reg.19. libri Regum capite decimonono.

Hæc eſt pars eorum, qui vaſtauerunt nos.) Hoc
quidem eſt quod veluti pro ſorte & hæreditatis
portione eueniet Aſſyriis nos ad vaſtitatem vo-
care conantibus.Dabunt operam vt nos euertãt,
at Deus nos liberabit, eos autem euertet. Pul-
chro epiphonemate voluit diuinus vates hoc ca
put concludere, ac ſi diceret, ita percutiuntur
qui bellum inferunt quieſcentibus, qui in popu
lum Dei perniciem machinantur.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT XVII.

In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum.) In
Hebræo pro inclinabitur eſt ישעה à verbo שעה
xaah, quod ſignificat inclinare, aſpicere, ſpera-
re, fidere, timere, inniti, delectari, narrare, quieſ-
cere. Vnde poteſt verti: In tempore illo aſpiciet
homo ad creatorem ſuum, vel ſperabit in crea-
tore ſuo, vel fidet creatori ſuo, vel timebit crea-
torem ſuum, vel innitetur in creatore ſuo, vel
requieſcet, vel delectabitur, vel meditabitur,&
mente tractabit creatorem ſuum. R. Abrahã ex-
ponit ſperabit aut fidet. R. Selomoh, reſpiciet:
Thargum, innitetur. Alij aliter explanant. Quar
to capite Geneſis accipitur pro reſpicere: Reſ- *Gen.4.*
pexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad
Cain autem,& ad munera eius,nõ reſpexit. Vbi
poterat verti: Delectatus eſt Deus Abel & mu-
neribus eius: Cain autem eiúſque muneribus
non fuit delectatus. In Pſalmo centeſimo deci- *Pſal.118.*
mo octauo, vbi verſio noſtrà habet: Nam & te-
ſtimonia tua deliciæ meæ ſunt. vel, vt habet ver
ſio diui Hieronymi, ſed & teſtimonia tua volun
tas mea. Et in eodem Pſalmo, Niſi quòd lex tua
meditatio mea eſt, pro meditatione vertit diuus
Hieronymus delectationem. & pro in iuſtifica-
tionibus tuis meditabor, vertit, in iuſtitiis tuis
delectabor. Et hanc interpretationem ſequitur
R. Abraham, quamuis dicit poſſe etiam verti,
Præcepta tua narrabo. Verbum enim xaah om-
nia hæc ſignificat. Pagninus vertit: In die illa aſ-
piciet homo ad factorem ſuum. Nonnulli ex Iu-
dæorum Rabbinis exponunt verbum hoc ישעה
iixeh pro יפנה iiphneh, quod ſignificat conuerte
re: quòd calamitas in cauſa ſit, vt homo ſe ad
Deum conuertat.

Plantabis plantationem infidelem.) Pro infideli eſt
in Hebraico נעמנים naamanim. Quidam putant
eſſe nomen ſubſtantiuum in plurali, & vertunt
hoc modo: Plantabis plantationem pulchritu-
dinum. Quidam verò exiſtimant adiectiuum
eſſe,& vertunt: Plantabis plantationem pulchra
rum, nempe plantarum. Eſt enim nomen hoc
tóar à verbo נעם naam, quod ſignificat pulchrũ
fieri, pulchrum eſſe, placere, eſſe dulce, ſuaue,
& amœnum. Secundo libro Regum, vbi editio *2.Reg.1.*
vulgata habet: Frater mi Ionatha decore nimis,
poterat verti: Dulcis fuiſti nimis. vel, Placuiſti
mihi nimis. Et capite primo Ruth, vbi nos habe *Ruth.1.*
mus: Ne vocetis me Noemi, id eſt pulchram,
poteſt verti: Ne vocetis me dulcem. Quia ſequi-
tur: Sed vocate me mara, id eſt amaram. In hoc
autem noſtro loco pro נעמנים naamanim vertit
diuus Hieronymus, fidelem. Vnde nõnulli corre
cti codices habẽt ad marginẽ, fidelem, quáuis in
textu habeant, infidelem. Exiſtimo hoc fuiſſe à
Septua

Septuaginta interpretibus deſumptum : ita enim habent: Plantabis plantationem infidelem, magis ſenſum quàm nominis ſignificationem ſequentes. Quod quem habeat ſenſum, in explanatione expoſuimus. Aquila & Theodotio pro fideli verterũt pulchrã, Symmachus bonam, Pagninus pulchitas. Ego, vt meam etiam ſententiam in apertum proferam, eam ſemper doctioribus ſubiiciens, exiſtimo poſſe rectè verti : Plantabis plantas dulces, quia ſequitur: In die plantationis tuæ labruſca. Vt ſit ſenſus : Tu in principio plantabis vites dulces, at metes ex illis vuas amaras. Labruſcæ ſunt vuæ amaræ, erraticæ, & agreſtes in labris, hoc eſt ſepibus marginibúſque naſcentes. Perpẽde hanc meã interpretationem, & fortaſſè eam non omnino contemnendam eſſe iudicabis.

Rapietur ſicut puluis montium à facie venti.) Pro ſicut puluis eſt in Hebræo כמץ cemots. Nomen hoc non ſolùm puluerem, ſed glumam etiam & quiſquilias ſignificat. Ideò poterat verti : Rapietur ſicut gluma, & ita tranſtulit Pagninus. Eſt autẽ gluma folliculus grani frumentarij, habens ariſtam quandam. Hæ autẽ ariſtæ ſunt tela & aculei ſpicæ : Nam fruges ſtructa ordine ſpicæ contra auium minorum morſus, vt Ciceronis in Senectute vtar verbis, munitur vallo ariſtarũ. Hoc nomẽ מץ mots, quod hîc ponitur, inuenies apud
Oſe.13. Oſeam capite 13. vbi noſtra verſio puluerem ha-
Pſal.1. bet, dicens : Sicut puluis turbine raptus ex area. Et in primo Pſalmo. Non ſic impij, non ſic, ſed
Pſal. 15. tanquã puluis quẽ proiicit ventus. In quibus locis poterit pro puluere gluma verti: quemadmodum in alio Pſalmo : Fiant tanquam puluis ante faciem venti. Aſpicis igitur maleuolos impióſque homines ariſtis minutiſſimíſque paleis comparari. Vnde ſanctificatus ille Baptiſta aiebat apud Matthæũ capite tertio de Deo verba faciẽs:
Matt.3. Permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Per triticum iuſti ſignificantur, per paleas verò glumas & quiſquilias iniqui & flagitioſi. Et quemadmodũ ariſtæ, triticique tegumenta granum opprimunt, & vndique conſtringunt, ſic impius virum iuſtum & pium vexat, & vndique affligit. Sed vt quò arctius ariſtæ granum cingunt & cõprimũt, eò maiori cuſtodia
ſimilitudo. illud ab auiũ morſu tuentur, ſic quantò acerbiores calamitates infert viris virtute inſignibus, ſapientiáque præſtantibus, tantò eos clariores reddit, & ad importunas aues, hoc eſt, ad malas cogitationes arcendas munitiores. Vbi vides iniquos homines eſſe iuſtis adiumento. Non enim Deus homines crearet, quos impios futuros eſſe præſciſſet, niſi pariter noſſet, eos viros optimos affligendo, eſſe in eos vtilitatem collaturos. Nihil eſt enim ad laudem illuſtrius, quàm calamitas ipſa: hæc nanque ſolet virorum iuſtorum nomen ad immortalem memoriã propagare. Atque ita, vt diuus ait Auguſtinus libro vndecimo de ciuitate Dei, mundi ordinẽ Deus tanquam pulcherrimum carmen ex quibuſdam antithetis honeſtauit. Eſt autem antitheton contrapoſitum. Ita appellatur figura ea, qua contraria contrariis opponuntur, vt apud Ouidium: Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. Xenophon ille, cuius voce quaſi muſas locutas ferunt, qui teſte Volaterrano dictus eſt muſa Attica ob eloquentię dulcedinem & ſuauitatem in ſuo Oeconomico inter opes & diuitias connumerat inimicos homines ſceleratos, & ait eos eſſe nobis adiumento, ſi illis vti ſciuerimus. Et Plutarchus librum édidit de vtilitate, quam quis poteſt ex inimicis comparare.

Argumentum capitis XVIII.

Præcedenti capite minatus fuerat diuinus noſter vates exitium Damaſco, quòd decem tribus relicto vero Deo, ſprete cœleſti præſidio, in illa omnẽ ſuam ſpẽ & fiduciam collocauerint. Nũc minatur Aegyptiis eorum vaſtitatem, quòd duæ tribus illis fiderent, ad eóſque ſummo Deo contempto confugerent, diuinúmque auxilium non implorauerint. Quemadmodum enim Damaſceni inique & deprauato animo auxilium ferebant Iſraelitis, ita Aegyptij Iudæis. Quam ob cauſam fuerunt euerſi, & Hebræi in eorum præſidio ſpem omnem figentes grauiſſime vexati. Vult enim Deus vt omnes in periculis conſtituti ad eum confugiamus, & hac in re, quemadmodum etiam in aliis naturali rationi obtemperemus. Vt enim eſt cœli proprium moueri in orbem, & terræ in ima ſede veluti mundi centro conglobari, ita eſt in hominis natura inſitum, cùm ſe viderit in diſcrimen adductum, & periculorũ procella iactatum, ad Deum confugere, & vota facere, eiúſque præſidium vehementer implorare. Prædicta igitur in hoc capite Aegyptiorum euerſione, vaticinatur de illorum Iudæorum conuerſione, qui relicta ſynagoga ad Eccleſiam conuenerunt.

CAPVT XVIII.

VAe terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumen Aethiopiæ, quæ mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite angeli veloces ad Gentem conuulſam & dilaceratam : ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius : ad Gentem expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius : ad mõtem nominis Domini exercituum, montem Sion. Omnes habitatores orbis qui eſtis in terra, cùm eleuatum fuerit ſignum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis : quia hæc dicit Dominus ad me : Ego quieſcam & conſiderabo in loco meo, ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſsis.
A
B

EXPLANATIO.

Væ terræ cymbalo alarum.) Hoc eſt, Væ Aegypto, habenti alas, hoc eſt, exercitus, inſtar cymbali ſonantes. Eſt igitur terra cymbalum alarum periphraſis Aegypti, quę magnis ac potentibus exercitibus abũdabat. Ala enim præter alias ſignifica-

tiones ſignificat equitum turmam, quòd pedites tegant vice alarum, nam in equitum ordinibus circum legiones dextra ſiniſtráque tanquam alæ in auium corporibus locantur. Poſſumus per alas vela nauium intelligere, quæ alæ appellatur, iuxta illud poetæ, Velorum pandimus alas: & tunc erit ſenſus, Veſtram perniciem annuncio ô Aegyptij, qui abundatis nauibus, quorum vela plena vento veluti cymbalum ſonant. Quidam per cymbalum alarum intelligũt ſonitum Nili, qui fluuius ad illa que Catadupa nominantur præcipitat ex altiſſimis mõtibus, tanto impetu, vt ea gẽs quæ illum locum accolit, vt Cicero in ſexto libro de republica ſcriptum reliquit, propter magnitudinẽ ſonitus ſenſu audiendi careat. Et Herodotus libro ſecundo ait, Aegyptum à Catadupis & Elephãtina vrbe incipere. Verùm hæc videtur longe petita periphraſis. Prima videtur melior, nam etiam capite octauo hic idem Propheta alas poſuit pro copiis & exercitibus Aſſyriorum, vt ibi annotauimus, locum illũ explanantes. Et erit extenſio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ ô Emanuel.

Quæ eſt trans flumina Aethiopiæ.) Id eſt, trans riuos Nili. fluuius enim Nilus de Aethiopia in Aegyptum fluit, vt aſſerit Solinus capite quadrageſimoquinto. & Plinius capite nono. Diodorus verò Siculus libro primo de ortu Nili ſic ait: Nilus à Meridie ad Septentrionem fertur, ortus ex fontibus in extremis Aethiopiæ finibus. Et paulò poſt: Eius decurſus ab Aethiopiæ montibus. Hoc videmus in orbis deſcriptione quæ mappa mundi appellatur. Et noſtri Luſitani, qui totum fere orbem peragrarunt, narrant ſe in Aethiopia Nili ortum inueniſſe.

Quæ mittit in mare legatos.) Quæ nempe terra Aegypti: vel qui, vt nonnulli codices habent, nempe populus Aegypti mittit per mare nuntios duabus tribubus in vaſis papyri, hòc eſt, in cimbis quæ ex papyro fiebant. Scribit Plinius libro tertiodecimi capite primo nauigia conſtrui ex papyro. Eſt papyrus arbor quædam in Aegypti paluſtribus locis naſcens, decem cubitorũ lõgitudine, in gracilitatẽ faſtigiata, ex qua arbore fiebant chartæ quædã, in quibus veteres ſcribere ſolebãt. Vnde id, in quo modò ſcribimus, papyrus appellatur. Et ob eã cauſam fortaſſe per vaſa papyri intelligit epiſtolas, quas populus Aegypti mittebat ad Iudæos, quibus illis ſuum pollicebãtur auxilium. quẽ ſenſum reddiderunt lxx. quorũ verſio ſic habet: Qui mittit in mari obſides, & epiſtolas biblinas, ſuper aquam. Nomine maris poſſumus Nilum intelligere, more diuinarum literarum, quæ omnem aquarum congregationem mare appellant. Priori expoſitioni, vt per vaſa papyri naues intelligantur, fauet verſio Pagnini ſic habens: Et in naui iuncea ſuper faciem aquarum.

Ite angeli veloces.) Aegypti verba ſunt ad nuntios, quos ad Iudæos mittebat. Nuntij angeli vocantur. Eſt igitur ſenſus: Ite velociter vos nuntij ad Iudæorum Gentem afflictam, & Aſſyriorũ impugnatione laceratam, ad populũ quondam terribilem, qui Dei vtebatur imperio, qui cum nullius alius fuit vnquam comparandus, ad Gentem quæ ſolebat Dei ſpectare præſidiũ, quæ nunc affligitur & conculcatur, cuius terrã flumina, hoc eſt, Aſſyrij vaſtauerunt. Capite etiã octauo regem Aſſyriæ, eiúſque exercitum aquis fluminis comparauit: ita enim ait: Ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas: regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius. Vbi noſtra editio habet: Ad Gentẽ ſpectantem & conculcatam, habent nonnulli codices ad marginem, ſpectantem, vt legatur: Ad Gentẽ exſpectantem, exſpectantem & conculcatam. Quæ verba poſſunt hunc habere ſenſum: Ite ad Gentem quæ noſtrum auxilium auidè ſpectat, quoniam ab Aſſyriis oppugnatur.

Ad montem nominis Domini exercituum montem Sion.) Totum hoc non eſt in Hebraicis exemplaribus, neque in Græcis, nec in verſione diui Hieronymi. Et in Bibliis correctis eſt notatũ obelo.

Omnes habitatores orbis.) Per orbem eam mundi plagam intelligit, de qua loquebatur, nimirũ Aegyptum. Signum appellat vexillũ, quo in exercitu duces vtuntur. Senſus eſt: Cùm Aſſyrij vexillum erexerint, & Aegypto bellum intulerint, & bellica tuba ſonuerit, & milites ad præliũ incitauerit, tunc videbitis & audieris, & apertè cognoſcetis, quid Dominus aduerſus Aegyptum cogitauerit.

Ego quieſcam.) Irruentibus Aſſyriis in Aegyptios, ego, ait Dominus, quieſcam, nullum auxilium feram Aegyptiis, ſed in loco meo, hoc eſt, in cœlo prælium conſiderabo, & ero velut lux meridiana, nubéſque rorida in die meſſis. Hoc eſt, ero placidus & quietus nullam opem Aegyptiis ferens.

Ante meſſem enim totus effloruit, &
immatura perfectio germinabit, & præ C
cidentur ramuſculi eius falcibus: & quæ
derelicta fuerint, abſcindentur & excu-
tientur. Et relinquentur ſimul auibus mõ D
tium & beſtiis terræ: & æſtate perpetua
erunt ſuper eum volucres, & omnes be-
ſtiæ terræ ſuper illum hyemabunt. In tem
pore illo deferetur munus Domino exer
cituum à populo diuulſo & dilacerato: à
populo terribili, poſt quem nõ fuit alius,
à Gente expectante expectante, & con-
culcata, cuius diripuerunt flumina terrã
eius, ad locum nominis Domini exerci-
tuum montem Sion.

Ante meſſem) Senſus eſt: Quemadmodum ſegetes erumpentes ante maturitatem citò pereũt, & germinantes ante temporis perfectionem inutiles redduntur, ſic Aegyptij populi euertentur, & quaſi rami inutiles reſecabuntur. Et Aegyptij qui poſt Aegypti vaſtitatem remanſerint, etiam occidentur. Ideò comparat Aegyptios ſegetibus ante tempus erumpentibus, ſed poſteà præciſis, vt oſtendat eos in medio rerum ſucceſſu, in ſtatu fœlici conſtitutos, eſſe gladiis Aſſyriorum occidendos, & finem non eſſe fauſto principio reſponſurum.

Et relinquentur auibus montium, & beſtiis terræ

terræ.) Per ramos exciſos intelligit Aegyptios interfectos, quos dicit eſſe in campo relinquendos, vt eſſent auium & beſtiarum cibus.

Et æſtate perpetua erunt ſuper eum volucres.) Significat tam ingentem interfectorum multitudinem, vt nemo ex Aegyptiis euaderet, qui cadauera ſepeliret. Aut per auium & beſtiarum multitudinem intelligit gentes, quæ Aegyptiis bellum & exitium intulerunt, quas ob velocitatem & immanitatem auibus & beluis comparauit. *Ezec. 29.* Lege caput vigeſimumnonum Ezechielis, vbi hanc eandem vaticinationem literis mandauit.

In tempore illo deferetur munus Domino exercituum.) Euerſa Aegypto reuertentur ad ſe Iudæi, & nequaquam hominibus fident, ſed omnẽ ſuam ſpem in Deo vero collocabunt, eum inuocabunt, cuius ſolum auxilium firmiſſimmm credent, & ad montem Sioné, ad Dei templum adibunt, munera Deo & ſacrificia offerẽtes. Videntes Iudæi ſe eſſe humano refugio deſtitutos, & calamitatibus oppreſſos, ad verum Dei præſidiũ confugerũt. Vide quid vtilitatis in hominem cõferat calamitas ipſa. Conducit quidem ad Deum quærendnm, & ad eximiæ virtutis gloriam ma- *ſimile.* gnificentius illuſtrandam. Sed hoc intelligitur, ſi Deus afflictum animũ incendat igne cœleſtis cuiuſdam deſiderij. Vt enim ex duro informíque ferro nullum elegans opus efficitur, in quo artifex ſuum exprimat artificium, quanquam illud malleo percutiat, niſi ferrum ipſum ignitum ſit: nam ſecus erit id quod dicitur in Prouerbio, ferrum frigidũ contundere, & operam perdere, ſic frigidus & induratus animus nequaquam poterit perpoliri & excoli, licet ſit afflictionibus percuſſus, niſi igne diuini auxilij fuerit incenſus. Quidam dicunt hanc Iudæorum ad Deum conuerſionem fuiſſe ſub Ezechia, alij ſub Zorobabele, & Eſdra, & Nehemia. Quod etſi veritatem contineat, ego tamen exiſtimo, diuinum vatem ad tempus Meſſiæ hæc retuliſſe, quod cùm hoc vaticinium man daret monimentis animo intuebatur. Eſt igitur meo iudicio huius loci ſenſus: Victo per Chriſtum mundo, qui nomine Aegypti intelligitur, euerſa idololatria vanáq; ſuperſtitione, multi ex Iudæis inſtructi & Chriſti & Apoſtolorum doctrina, veram fidem recipiẽt, in Chriſtum credent, eíque in loco nominis Domini exercituum, in monte Sione, hoc eſt, in Eccleſia catholica, munera offerent, vbi diuinum præſidium implorabunt. Hæc ſunt munera & ſacrificia illa iuſtitiæ, de quibus regius vates dicebat *Pſal. 50.* in Pſalmo: Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitię, oblationes & holocauſta. Sacrificia iuſtitiæ appellat ea, quæ fiunt animo ſcelere expiato, & iuſtitia prædito, quæ ſunt Deo acceptiſſima, quæ ipſe præuiderat eſſe à Chriſtianis facienda. Iudæos appellat hîc Eſaias populũ diuulſum, dilaceratũ, ſperantem humanum auxilium, & direptum, quoniam erant à fide ſeparati. Tales enim ſunt omnes infideles, & ij etiam, qui quamuis habeant fidem, ſunt tamen omnibus flagitiis contaminati, & ſceleribus imbuti, quorũ fides mortua eſt, vt ait diuus Iacobus in epiſtola ſua, quo- *Iacob. 2.* niam eſt ſine operibus, nec eſt charitate forma- *ſimile.* ta. Vt enim qui loco deſerta, ſed à latronibus habitata, nocte penetrant, non valent hoſtiles inſidias effugere: ſic qui per huius mũdi deſerta nocte ſuorũ ſcelerũ ſine lumine diuinæ gratiæ iter faciũt, non poſſunt quandiu à Deo ſunt ſeuocati bonorũ direptionem, malorúmque omnium impetum declinare. Talis fuit ille, qui, vt eſt apud *Luc. 10.* Lucam capite decimo, deſcendens à Hieroſolyma in Iericho incidit in latrones, qui eum ſpoliarunt, & plagis vulneratum ſemiuiuum reliquerunt. Sed fuit à cœleſti medico curatus, & in diuerſoriũ, hoc eſt, in Eccleſiam catholicam adductus. Qui eſt Hieroſolymæ colonus, qui requiſcit in viſione ſpiritualis pacis, non exiſtimet ſe eſſe omnino ſecurum, poteſt enim deſcendere in Iericho, & qui deſcendit, & iacet mortiferis vulneribus traiectus, non adhibeat ſuis ſceleribus deſperationem, poteſt enim Hieroſolymam aſcẽdere. Id fuit nobis in illa ſcala demonſtratũ, quam vidit in ſomnis Iacob ſtantem ſuper terrã, & cacumen illius tangebat cœlum, per quam aſcendebant angeli, & deſcendebant. Qui in imo *Gen. 28.* iacent, poſſunt aſcendere: qui verò ſummitatem tenent, poſſunt præcipitari. Fuit tempus illud, quo Iudæi erant virtutum opibus locupletes, iuſtitiam & pietatem colentes: at irruentes, in eos diabolus, mundus, & caro, hominum hoſtes, eos omnibus virtutum ornamẽtis ſpoliauerunt, atque peſtilentibus vlceribus ſaucios deformarunt. Sed adueniente Chriſto Deo noſtro multi receperunt fidem, & fuerunt æternam beatitudinem conſecuti. Hos igitur intuebatur diuinos vates dicens, eſſe illos in monte Sione Deo munera oblaturos, qui anteà fuerant dilacerati, conculcati, & direptioni commiſſi.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT XVIII.

Va terra cimbalo alarum.) Pro cymbalo alarum eſt in Hebraico צלצל כנפים tſiltſal cenaphaiim. Prima dictio eſt à verbo צלל tſalal, quod præter *4. Reg. 21.* alia ſignificat tinnire, vt quarto libro Regum capite vigeſimo primo: Vt quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius. Vnde tſilitſalim *Pſal. 150.* cymbala ſignificat, vt in Pſalmo centeſimoquinquageſimo: Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus. Et hanc ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Sed quoniam verbum hoc tſalal ſignificat etiam adhumbrare, vertit Pagninus: Væ terræ vmbræ alarum. Poteſt verti: Væ terræ alis vmbranti. Quidam Hebræus ita exponit: Væ terræ vmbram vniuerſo orbi ob alarum ſuarum magnitudinem multitudinémque faciẽti. Quibus verbis vult translatitiè ſignificare variarum rerum genera, quæ ex Aegypto ad alias terræ regiones egrediebantur, eiuſque negotiationum infinitatem. Sed hic idem alio in loco nomine vmbræ alarum vela nauium intelligit: quam opinionem nos in explanatione attigimus. Huic expoſitioni fauet Thargum Ionathæ ita habens: Væ terræ, ad quam veniunt cũ nauibus è terra longinqua, & vela ſua extendũt, vt aquila volans alis ſuis. Hanc interpretationẽ ſecuti Septuaginta ita tranſtulerũt: Væ terræ nauium alarum. Quam etiam Aquila fortaſſe

ſecu

ſecutus, pro cymbalo vmbram poſuit. Et quamuis hæc interpretatio ſit ſatis conueniens, magniſque authoribus confirmata: ego tamen exiſtimo per vmbram alarum intelligi præſidium, vt ſit ſenſus: Væ tibi Aegypte, quæ aliis auxilium promittis, atque in vmbra alarum tuarum præſidium polliceris. Hic ſenſus conuenit argumento capitis, multiſque ſcripturæ locis fulcitur, in quibus vmbra alarum pro præſidio accipitur. In
Pſal.16. Pſalmo ſextodecimo: Sub vmbra alarum tuarum protege me, quis nō videt alarum vmbram pro præſidio poni? Eodem modo accipitur Pſal-
Pſal.56. mo quinquageſimo ſexto, cuius hæc ſunt verba: In vmbra alarum tuarum protege me, donec tranſeat iniquitas. Hoc eſt, Præbe mihi Domine auxilium tuum, fer opem mihi vndique afflicto, donec Saulis inuidia & ſcelus finiantur. Vel capitur iniquitas pro tempore afflictionis. Et apud
Infrà.16. hunc noſtrum prophetam capite ſextodecimo, aliiſque in locis vmbram pro auxilio & defenſio
Pſal.90. ne inuenies. In Pſalmo nonageſimo, vbi communis editio habet: Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabitur, habet verſio diui Hieronymi ex Hebræo: In vmbra omnipotētis commorabitur. Et non ſolùm vmbra, ſed etiam ala pro auxilio ponitur, vt capite ſecūdo Ruth, & ſæpe in diuinis literis. Cùm
Ruth.2. igitur dictio hæc צלצל tſiltſal vmbram ſignificet, & vmbra alarum Hebraiſmus ſit, & auxilium protectionémq; ſignificet, apertè exiſtimo eſſe concluſum, veram rectámque eſſe hanc noſtram interpretationem, miniméque contemnendā, quanquā alias etiam libenter amplector.

Ad Gentem expectantem.) In Hebraico eſt: Ad Gentem קו קו kau[illegible]au, id eſt expectantem expectantem. Pro quo poteris vertere, anidè expectantem. Sed quoniam hæc dictio קו ſignificat etiam lineam, vertit Pagninus, Ad Gentem lineatim. Et in ſuo theſauro exponit Gentem lineatim operantem, ſumpta tranſlatione à cœmentariis. Vt enim illi extenſa linea efficiunt ordinem vnum parietis, & ſuper illum iterum extendunt, vt faciant ordinem alterum, & poſteà alium, donec parietem perficiant, ita qui paulatim aliquid efficit, illud linea & linea, ſiue lineatim dicitur efficere. Et quoniam in textu eſt: Ad Gentem expectantem & conculcatam, poteſt verti: Ad Gentem paulatim conculcatam. Et quia nomen hoc קו kau, quod hîc ponitur, ſignificat etiam regulam, normam, directorium, & perpendiculum, poteſt verti: Ad Gentem rectè,
Pſal.18. ſiue iuſtè, ſiue meritò, conculcatam. In Pſalmo decimooctauo, vbi nos habemus, In omnem terram exiuit ſonus eorum: pro ſono eſt in Hebraico hoc noſtrum nomen kau. Quapropter poteſt rectè conuerti ex Hebręo: In omnem terram exiuit regula eorum, vel norma, vel directorium, vel perpendiculum, vel ædificatio, vel architectonia eorum. Omnia enim hæc, quæ hoc nomen ſignificat, Apoſtolorum prædicationi rectè accommodantur. Et ex Paulo apoſtolo in
Rom.10. epiſtola ad Romanos conſtat, eſſe locum illum Dauidis de Apoſtolorum prædicatione intelligendum. Nitatur Chriſtianus concionator, qui Chriſti Apoſtolos imitari deſiderat, vt ſit eius concio regula, vitæque Chriſtianę perpendiculum, atq; ædificandi ars & ſtructura. Tunc enim concionator ædificabit, cùm eius vita verbis reſponderit. Et vt regula, vt rem dirigat, recta eſſe *ſimilitudo.*
debet: ſic concionator, qui alios ad virtutem hortatur, ſumma ope niti decet, vt ſit virtutis rectitudine conſpicuus.

Argumentum capitis XIX.

Solent diuini vates, cùm mādant literis aliqua obſcura, & explicatu difficilia, ſubnectere verba apertiora, quibus ſeipſos interpretentur. Et quoniam Eſaias prædixerat capite præcedente Aegypti euerſionem verbis inuſitatis, obſcuris, propéque inexplicabilibus, nunc ſe latius atque fuſius explicat, prænuntians eſſe Ægyptios ab Aſſyriis ad ferrum & flammam vocandos, penitúſque euertendos. Sed eos poſteà vaticinatur eſſe ad veram religionem & Chriſti fidem venturos. Voluit Deus decem plagas Aegypti hac vna medicina ſanare, afflictis & ægrotis mederi, eóſque ad veritatem adducere, vt iam non irent ad mare Rubrum obeundi, ſed ad aquas baptiſmatis viuificandi.

CAPVT XIX.

ONus Aegypti. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptū. Et commouebuntur ſimulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabeſcet in medio eius. Et concurrere faciam Aegyptios aduerſus Aegyptios: & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuū, ciuitas aduerſus ciuitatem, regnum aduerſus regnum. Et dirumpetur ſpiritus Aegypti in viſceribus eius, & conſilium eius præcipitabo. Et interrogabunt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos, & pythones, & ariolos. Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus exercituum. Et areſcet aqua de mari, & fluuius deſolabitur, atque ſiccabitur. Et deficiēt flumina: & attenuabuntur, & ſiccabuntur riui aggerum.

EXPLANATIO.

Onus Aegypti.) Hoc eſt, Sequitur vaticinium venturæ calamitatis Aegyptiorum. Eſt explanatio eius quod dixerat in principio capitis præcedentis: Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt *Hiere.46.*
trans flumen Aethiopiæ. Hanc Aegyptiorum *Ezech. 30.*
cladem & afflictionem ſcribit Ieremias capite quadrageſimoſexto, & Ezechiel cap.30.

Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum.) Euerſa & vaſtata Samaria, & decem tribubus in miſeram captiuitatem adductis, conſpirauerunt Aegyptij & Aethiopes contra Aſſyrios. Sed pernicies, quam aliis moliebantur, in ſuum caput redundauit. Nam Aſ-

ſyrij mouerunt exercitum aduerſus hoſtes, eíſque bellnm crudeliſſimum iutulerunt, & Aegyptum penitus vaſtarunt. Hunc Aſſyriorum exercitum appellat Propheta nubem leuem. Nubem appellat, vt oſtendat horribilem tempeſtatem, & vaſtationem, quam impendentem videbar *ſimile* Aegyptiis. Quemadmodum enim ex nube oritur aliquando turbulenta ac repentina procella, ſic ex Aſſyriorum exercitu pronentura erat ſubita & luctuoſa pernicies. Et hoc fortaſſe vo- *Ezec.30.* luit ſignificare Exechiel capite trigeſimo, vbi tempos huius excidij Aegyptiotum diem nnbis appellat. Leuem vocat, vt ſignificet Aſſyriorum velocitatem & expeditionem, qoi tam ptompto & alacri animo, támque vehementi & concitato impetu ad bellum mouebantur, vt porius volate quàm ambulare viderentur. Eſt igitur ſenſus: Ecce Dominus inſpirabit Aſſyriis, vt Aegyptiis bellum inferanr, & aſcendens ipſe ſuper axercitum Aſſyriorum, ingredietur Aegyptum, vt eam vaſtet, & repentino prelio euertat. Erunt Aſſyrij inſtrumentum, qno Deus ad exitium Aegyptiorum, ob eorum flagitia vtetur. Chryſoſtomus in Matthæum capite ſecundo explanans hæc verba: Ecce Angelus Domi- *Matth.2.* ni apparuit in ſomoiis Ioſeph dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: de illo ſeceſſu & ingreſſu Chriſti in Aegyptum hane Eſaiæ vaticinationem intelligit. Et per nubem leuem Chriſti corpus ſacratiſſimum ſine vllo peccatorum pondere interpretatur. Eleganter ille qoidem & piè. Sed exiſtimo germanum huius loci ſenſum eſſe eum, quem modò de Aſſyriorum exercitu explanaui.

Et mouebuntur ſimulachra Aegypti.) Id eſt, Deiicient Aſſyrij idola Aegyptiorum de locis & altaribus ſuis, & ea conculcabunt. Acſi dicat: Non ſolùm idola non eripient cultores ſuos, ſed nec ſeipſa poteruot ſeruare. Vide quibus in *Ezech.30.* rebus ſtulti ſpem ſuam figebanr. Exechiel capite rtigeſimo hoc iis verbis ſcribit. Hæc dicit Dominus Deus: Diſperdam ſimulachra, & ceſſare faciam idola de Memphis. Eſt autem Memphis ciuitas magna Aegypti. Poſſumus hoc in ſpirituali ſenſu ita intelligere: Ingreſſo filio Dei in Aegyptom, hoc eſt, in mundum, in nube leui, hoc eſt, in vtero ſacratiſſimo puriſſimæ virginis, nollo virili ſemine grauato, ceciderunt idola, contremuerunt dæmones, Chriſti præſentiam ferre non valentes. Commoti ſunt à facie eius, hoc eſt, corã eo. Phraſis eſt in diuinis literis frequens. Fuit Aegyptus victa: hoc eſt mundi idolatria & impietas ablata.

Cor Aegypti tabeſcet in medio eius.) Subaudi metu Aſſyriorum. Per cor intellige regem, qui cor populi debet eſſe, in medio omnium, à qoo omnes veluti membra à corde vitam quodammodn accipiant. Vel per cor intellige præſulem *ſimile* aut ſacerdotem. Nam vt cor primò recipit vitam ab anima, & transfuodit in corpus, quaſi medium inter animam & corpus, ita ſacerdos debet eſſe medinm inter Deum & populum. Qua de re poteris videre ea, qoæ capite primo annotauimus. Fortaſſe huius loci ſenſus hic eſt: Metu Aſſyriorum frangentur Aegyptiorum corda, langueſcent & deficient. Sic capite ſeptimo Ioſue ſcriptum eſt, pertimuiſſe cor populi, hoc *Ioſue 7.* eſt totum Iſraelem animo cecidiſſe, & aqud no- *Suprà 6.* ſtrum Prophetam capite ſexto: Excæca cor populi huius, id eſt torum populum.

Et corruere faciã Aegyptios aduerſus Aegyptios.) Permittam vt Aegyptij in Aegyptios irruant, & nulla inter ſe concordia coniungantur. Quaſi dicat Deus: Ego euertam Aegyptios, & ſignum euerſionis erit diſcordia inter eos. Diuidentur & nullo amicitiæ & beneuolentiæ vinculo continebuntur, & ita delebitur eorũ regnum. Vbi vides nullam eſſe regnis peſtilentiorem perniciem, quàm diſcordiam. Fieri enim non poteſt, cùm populi nauis in alto fluitat, odij atque ſeditionum tempeſtatibus agitata: quin in mediis fluctibus miſerè obruatur. Id eſt quod dicebat *Matt.12.* Chriſtus Deus noſter: Omne regnum in ſe diui- *Luc.11.* ſum deſolabitur. Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia verò maximæ dilabuntur. Concordia, vt dicitur in Prouerbio, fulciuntur opes, etiam *Gen.11.* exiguæ. Si linguarum diuiſio in turre Babylonis *ſimilia* ædificium labefactauit, qoantò magis voluntatum diuiſio & diſcordia? Diuide flouium, amittet vim, diuide ignẽ, extinguetur. Ad generationem rerum naturalium neceſſe eſt elementa inter ſe diſcrepantia & contraria conoenire, & ſedata diſcordia inter ſe amicitia quadam vniri & copulari, & ex tali concordia naſcitur lapis precioſus, cæteræque res naturales quarum pulchritudinem & excellentiam admiramur. Quid docet medicina niſi amorem & concordiam quatuor humorum in corporibus humanis? Ex humorum temperata concordia redundat pulchra atque recta valetudo, & ex eorum intemperata diſcrepantia & cõcitatione naſcuntur variæ ęgritudines. Quid aliud docet muſica quàm vocum inter ſe diſſidentium amicitiam & concordiam, ex qua ſoaois harmonia, admirabiliſqoe cõcentus oriatur? Hoc conſiderans Orpheos dicebat amorem habere claues omniom rerum, quibus earum aperit conceptum, & in lucem prodit. Vnde Empedocles Pythagoreus mundum di- *ſimile* cebat conſtare concordia, diſcordia autem diſſipari. Hoc voluit nobis oatura in lapide Tirrheo oſtendere, qui in aquam coniectus, ſi eſt integer, quamuis magnus innatat, diuiſus verò & comminutus mergitur: ſic nos integri & concordes ſuſtinemur, diuiſi verò & diſcordes peſsũ imus. Eam ob cauſam comparat Gregorius Nazianzenus homioes concordes cum arca Noë in diluoio ſeruata, quia ibi omnes cõcordia qnadam connectebantur. Da mihi concordiam, dabo tibi rempoblicam permanentem, & in omni diluuio, & afflictionum procellis conſeruatam. Cùm in mundi principio Deus crearet multa animãlia, noluit multos homines ſimul create, creauit vnum, de quo multitudo propagaretur, vt hac admonitióne, huius rei memoria, etiam in multis concordem vnitatem ſeruaremus, vt intelligeremus, eſſe nos omnes vnius hominis filios, & videremus, quàm eſſet Deus vnitate delectatus. Hæc eſt cauſa, vt ait diuus Auguſtinus, quare Deus voluerit vt omnes ab vno ab ipſo creato originem duceremus. Et eam ob cauſam cùm Deus daret arma brutis animalibus, alia dentibus muniendo, alia vnguibus, alia cornibus,

bus, ſolum bominem armis deſtituit, nudum
atque inermem formauit, tanquam ad amorem
pacémque conſeruandam creatum, vt ipſa cor-
poris cōpoſitio enm doceret, ad quid eſſet edi-
tus in lucem, & in mundo cōſtitutus. Vnuſquiſ-
ſimile que exercitus habet vexillum & ſignum milita-
re, quo cognoſcatur: & vnaqnæque nobilis fami
lia habet ſtemmata, arma & inſignia, quib. om-
nes ex illo genere ab aliis diſcernuntur. Signnm
Chriſtianorum eſt amor & concordia, Hæc ſunt
eorum ſtāmata & inſignia, his armis cognoſcun-
rut & ab aliis ſeparantur. Hoc eſt quod Chriſtus
Ioan.13. ſuiȝ diſcipulis dicebat, vt eſt apud Ioannem ca-
pite tertiodecimo: In hoc cognoſcent omnes
quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis
ad inuiçem. Sed heu quàm pauci hoc ſigno mu-
niuntur. Nam pro amore & charitate inſurrexe-
runt diſſenſiones, ſeditiones, odia, inſidiæ, frau-
des, & bella, & cæteræ peſtes, quę ex iis dimana-
runt. Quæ quidem opera ſunt dæmonis, cuius
officium eſt diſpergere, & diſcordiam inducere,
cùm Dei officium ſit colligere, & congregare.
Matt.23. Vnde apud Matthæum dicebat Chriſtns: Quo-
ties volui congregare vos, quemadmodum gal-
lina congregat pullos ſnos ſub alis, & noluiſtis?
Pſal. 26. Triplex eſt vnitas & congregatio, prima qua ho-
mo ſecum debet eſſe vnitus, de qua dicitur in
Pſalmo: Dominns autem aſſumpſit me, pro quo
verſio diui Hieronymi ex Hebraico habet: Do-
minus antem collegit me, hoc eſt, cōgregauit &
Pſal.85. vniuit. Et in Pſalmo octuageſimoquinto, vbi no
ſtra verſio habet, Lętetur cor meū, vt timeat no-
men tuū, poteſt verti ex Hebraico, vni, vel vnitū
fac cor meum, pro quo diuus Hieronymus ver-
tit: Vnicū fac cor meū. Altera vnitas eſt qua om
nes inter nos debemus eſſe cōcordes, qnā docet
Epheſ.4. Apoſtolus Paulus ad Epheſios ſcribēs, vt ſimus
Act.4. ſoliciti ſeruare: de qua dicitur in Actis Apoſtolo
rū: Multitudinis autē credētium erat cor vnum,
& anima vna. Hāc præcepit Chriſtus inquiens:
Hoc eſt præceptum menm, vt diligatis inuicem,
Ioan.15. ſicut dilexi vos. Tertia vnitas eſt, qua viri iuſti &
pij ſunt Deo cōiuncti, de qua ait Apoſtolus: Qui
adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Hæc eſt vnitas
quā Maria Magdalena amplectebatur. Hoç eſt il
Luc.10. lud vnū, de quo Chriſtus dicebar, Porrò vnū eſt
neceſſarium. Maria optimam partem elegit. Erat
enim Deo vnita: & vnus ſpiritus cum eo. Hanc
vnionem & cōcordiam nobis tribuit Chriſtus,
Ephe. 2. quaptopter eum Apoſtolus ad Epheſios pacem
Rom. 5. noſtrā appellat. Et in epiſtola ad Romanos, Iuſti
ficati, inquir, ex fide pacem babemus ad Deum
per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Huius
triplicis vnitatis & concordiæ author eſt Deus.
Sed nos de ea nunc potiſſimū loquimur, quam
ſecundam diximus, qnæ eſt hominum inter ho-
mines, quorum vnitus animus inter ſe eos con-
ſeruat, diſiūctus verò corrumpit & euertit. Vn-
Oſee 10. de dicebat Oſeas, Diuiſum eſt cor eorum, nunc
interibunt. Ex quo colligitur excidij caput eſſe
diſcordiam. Quod etiam gentiles lumine gratię,
priuati, ſola naturali luce illuſtrati intellexerūt,
& literis mandarunt. Marcus Tullius in libro
qninto de Finibus hæc verba ſcribit: Neqne ci-
uitas in ſeditione beata eſſe poteſt, neque in di-
ſcordia dominorum domus, multò minus ani-
mns à ſe ipſo diſſidens, ſecúmq; diſcordans, gu-
ſtare partem vllam liquidæ voluptatis & liberæ
poteſt. Et Plato in quinto dialogo de Republica
nihil inquit pernicioſius eſſe ciuitati quàm di-
ſcordiam, nihil vtilius quàm vnionem & amici-
tiam. Amplectamur igitur concordiam, eam co-
lamus, & veneremur, & omnem memoriam di-
ſcordiarum obliuione ſempiterna deleamus.
Qua de re potetis videre ea, quæ capite vndeci-
mo annotauimus, vbi probauimus, Dei offi-
cium eſſe congregare, diaboli verò ſeiungere &
dinidere.

Et dirumpetur ſpiritus Aegypti in viſceribus eius.)
Sæuiente ſeditione in Aegypto, aliis volentibus
ſe tradere Aſſyrio, aliis nolētibus, ſcindetur Ae-
gyptiorum voluntas, inter ſe diſcrepabunt, & in
varias ſententias diſtrahentur. Vel capitur ſpiri-
tus pro intelligentia: vt ſit ſenſus, Vſque eo erūt
perturbati, vt parùm abſint ab inſania. Euacua-
bitur Aegyptiorum ſapientia ex animis eorum.
Vel ſic: Tam acerbo dolore premētur, vt eorum
animus in medio viſcerum rumpi videatur.

Et conſilium eius præcipitabo.) Id eſt, Ad nihilum
redigam. Non ſortietur effectnm. Vel ſic: Præci-
pitabo eorum conſilium, hoc eſt, efficiam vt ſit
repentinum, acceleratum, temerarium, ſine ma-
turitate & indicio. Vbi vides celerem ac feſti-
nam cōſilij temeritatem eſſe Dei vltionem. Pn-
nit Deus impios, eorum cōſilinm pręcipitando.
Debet enim conſilium eſſe perſpectum & deli-
beratum, præſertim in rebus difficilibus, in qni-
bus ſolet animus diſtrahi, & afferre ancipitē cu-
ram cogitandi. Oportet enim tunc rē alta mente
cōſiderare, ne repētino impetu quaſi vento ani-
mus concitatus perniciem ſibi ipſi machinetur.
Bias ille Prienēſis, vt eſt apud Laertium, dicebat
duo maximè eſſe contraria conſilio, iram & fe-
ſtinationem. Sic velim tamen exiſtimes non me
tarditatem & moram laudare, ſed maturitatem.
oportet enim feſtinare, ſed cum prudentia & li-
mato iudicio. Id quidem eſt, quod dicitur in ve-
teri Prouerbio. Feſtina lentè. Hāc ſententiā con-
tinent antiqua Titi Veſpaſiani nomiſmata, præ-
ferentia ex vna parte anchoram, cuius medium
ſeu temonem delphin obuolutus complectitur.
Per anchoram tarditas oſtenditur, per delphi-
num verò omninm piſcium, vt ait Plinius, velo-
ciſſimum, feſtinatio ſignificatur. Aſpicis igitur
hoc ſymbolum nihil aliud ſibi velle, quàm id
quod eſt in veteri Prouerbio. Feſtina lentè. Vn-
de quidam ſapiens dicebat: Deliberare vtilia,
mora tutiſſima eſt. Sed eſt hæc mora cnm feſtina
tione coniungenda, vt alterum altero tempere-
tur. Voluit Deus Aegyptios euertere, ideò eo-
rum conſilium permiſit eſſe præceps, & teme-
rarium.

*Et tradam Aegyptum in manu dominorum crude-
lium.)* Hoc eſt, Aſſyriorum, qui immanitate
multis in locis etiam ipſas feras ſuperarunt.

Et areſcet aqua de mari.) Senſus eſt: Tam im-
manis erit Aſſyriorum Rex in Aegyptios, vt om-
nia diripiat & populetur. Incident Aegyptij in
tam miſeras & acerbas calamitates, acſi Nilus
eſſet illis exſiccatus, à quo omnem ſuam habent
vtilitatem. Nō poterat Propheta maiores ærum-
nas illis minari, quàm eas quæ Nili ariditati cō-

paratėtur. Quoniam tota Aegyptus rigatur Nilo, & eius inundatione fœcūdatur, & nntritur, ob pluuiæ perpetuū defectum. Nunquā enim ibi pluit. Et pro miraculo narrat Herodotus ſemel in Thebis ploiſſe quaſdā guttas. Er ſub allegoria ſiccitatis Nili inducit Propheta piſcatores, textores tetium, lacunas, & vinaria. Elegans abſque dubio in hoc vare dicendi exornatio, & mitum quaſi poëricum artificinm. Nomine maris, vt iam diximus, Nilus intelligitur more ſcriptutæ, quæ aquarū congregationem ſoler mare appellare. Sunt qui per aquam maris hoc in loco intelligant partem illam maris medirerranei, in quā ſeptem oſtiis ingreditur Nilus. Hāc ſiccandam prædicit, & aquis deſtituendā, vt per mare Aegyptiacū annona apportari non poſſit: & per fluuium, Nilum intelligunt. Alij per mare intelligendū putant lacū Mareotidem, qui erar Aegyptiis vtiliſſimus, non ſolùm proprer piſciū multitudinem, ſed etiam proprer gemmas & margaritas, qoæ ibi producebantur. Nec mirum eſt, ſi Aegypriis deſit aqua maris, fluminum, & fontiom, & areſcant plantæ, & fugianr ſeu moriantur piſces, & rerum abundantiæ ſuccedar admirabilis inopia, & raodem omnibus bonis ſpoliati relinquanrur, quoniam ipſi Deū dereliquerūt.

B Calamus & iuncus marceſcet, nudabitut alueus riui à fonte ſuo & omnis ſemētis irrigua ſiccabitur, areſcet, & non etit. Et mœrebunt piſcatores, & lugebūt omnes mittentes in flumen hamū, & expandētes rete ſuper faciē aquarū marceſcēt. Cōfundentur qui operabātut linū, plectētes & texentes ſubtilia. Et etunt irrigua eius flaccētia: omnes qui faciebant lacunas ad capiēdos piſces. Stulti principes Taneos, ſapientes cōſiliarii Pharaonis dedetunt conſiliū inſipiēs. Quomodo dicetis Pharaoni: Filius ſapientiū ego, filius regum antiquorū? Vbi nunc ſunt ſapientes tui? Annuncient tibi, & indicēt quid cogitauetit Dominus exetcituū ſuper Ae-
C gyptū. Stulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerūt principes Mēpheos, deceperunt Aegyptū angulū populorū eius. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritū vertiginis, & errare fecerunt Aegyptū in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomēs. Et nō erit Aegypto opus, quod faciat caput & caudā, incutuantē & refrenātem.

Calamus & iuncus marceſcet.) Arefactis fluuiis, cæteriſq; aquis, areſcēt omnia, quæ aquis notriūtur. Quidā per mare intelligūt regnum, per fluuium regē, per riuos nobiles & magnates, per calamū & iuncū vilem plebē. Poteris per Aegypti fluuios huius mundi opes, vitā, gloriā, potenriā, & cæteras huiuſmodi tes intelligere, quæ inſtar fluminū fluenres modò inundātes, modò decreſcētes, nullam habentes conſtantiā & firmitudinem, in mari mortis tandem finiuntur. Naſcuntur iuxta hæc flumina, iuncus fragilis nullū fructum proferens, & calamus foris viridis, intus vacuus. Spes mūdi iuncus eſt virore pulcher, ſed fragilis & inutilis, nulli vſui niſi vt pedibus conteratur. Cōtere igitur fallacē mundi ſpē, conculca pedibus iuncū Aegypti. Ne reſpicias eius florentē viriditarē, ſed animaduerte nullum ferre fructum. Ne te decipiat mundi ſpes, ſuiſq; illecebris trahat ad interitum, ſed conſidera nullam reinde eſſe veram vtilitatē percepturum. Nam altè perpendere ſi voles, videbis apertiſſimè eos omnes qui ſpei mūdi crediderūt, fuiſſe deceptos, & in ſummas ærumnas incidiſſe. Id voluit diuinos vates ſignificare dicens, iuncum fluuiorum Aegypti marceſcere. Quanquam enim ſpes mundi magna promittat, marceſcit tamē: & illi, qui erāt in ſublimi digniratis gradu cōſtituti pręcipitantur, miſerā illam & in breui tam celerem & tam variam commutationem deplorātes. Nec ſolùm innco, ſed etiam calamo, hoc eſt, arundini virenti Eſaias ſpem mundi comparauit. Quemadmodum enim arundo vēto mouetur & rapitur, ſic mūdi ſpes eſt vento expoſita, nullā habēs certitudinē: & quemadmodum arundo pulchritudinem præ ſe ferr, & excellentem in foliis viriditatem, qua oculos ſpectantium fallit, ſed intus vacua eſt, nihil habens ſoliditatis: ſic huius mundi ſpes humanarū rerum ſpeciē repreſentat, qua homines ſeducit, & ad ſe illecebris delinitos adducit, cùm ſit fallax & inanis, nullámq; contineat eminētem effigiē veritatis, ſed adumbratā quandam imaginē humanæ gloriæ. Et eā ob cauſam mundus hîc cum arundineto comparatur. Ait enim ſcriptura in libro Sapientiæ: Fulgebunt *Sap. 3.* iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Scintillis ſplendidis & rutilantibus cōparat viros iuſtos, igne charitatis incenſos, vita ac exēplo ranquam lucidiſſimis radiis micantes: mundum verò cum arūdineto viridi & inani, & vento agitato. Omnis enim mundi gloria, quę deceptis hominibos pulchra & expetenda videtur, inanis eſt, par leuibus ventis nihil expreſſi repræſentans, ſed fallacem quandam pulchritudinem inſipientium oculis obuerſantem. Hæc tēporis puncto euaneſcit & extinguitur. Præclarè igitur illuſtriſſimus ille ac regios vates canebat, Vidi *Pſal. 36.* impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſuper cedros Libani: Tranſiui, & ecce nō erat: quæſiui, & non eſt inuentus locus eius. Et in alio Pſalmo eum beatum appellat qui nō in mundo, ſed in Deo ponit ſpem rerum ſuarum, Beatus, inquiēs, vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & non *Pſal. 39.* reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Vide quid mundi gloriam & opes appellet, vanitates & in *Pſal. 00.* ſanias falſas. Et in alio Pſalmo, Tu es, inquit, Domine ſpes mea. Hæc eſt ſpes illa, de qua in libro *Sap. 3.* Sapientiæ ſcriptum legimus: Spes illorum immortalitate plena eſt. At ſceleratorum ſpes marceſcit & tandem extinguitur, de qua ait Salomō *Prou. 10.* in Prouerbiis: Spes impiorum peribit: quā hoc in loco Eſaias calamo & iunco cōparatam marceſcere confirmauit: Nos verò, vt verbis vtar diui Pauli in epiſtola ad Hebræos ſcripta, aſperſi *Heb. 10.* corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamos ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem.

Nudabitur alueus.) Nēpe ab herbis virentibus, & riui

& tiui nudabuntur à fonte ſuo, hoc eſt, areſcent omnino. Arefacto enim fonte neceſſe eſt riuum areſcere. Vel alueus riui, hoc eſt littus fluminis Nili areſcet omnino, fonte ſuo arefacto.

Et omnis ſementis irrigua ſiccabitur.) Sementis ſignificat ſeminationem, & aliquando ſegetem, pro qua hîc accipitur.

Et mœrebunt piſcatores.) Subaudi, Propter fluminum ſiccitatem. Myſticè verò, Omnes illi, qui in mundi mare retia mittunt, mūdi opes & potentiam piſcantes, dolore cruciātur, cùm eis deſunt ea, quæ quærunt. At diuini piſcatores animas quærunt, non diuitias. Hi ſunt, quibus Chriſtus dixit: Faciam vos fieri piſcatores hominum.
Matth.4. Non dicit piſcatores diuitiarum, non dignitatum, non nominis, nō opum, ſed hominum. Debent concionatores animas quærere, non autem ad humanas inanéſque opes aſpirare.

Qui operabantur linum.) Hoc eſt, qui faciebant retia ex lino.

Et erunt irrigua eius.) Hoc eſt, fontes terram irrigātes. Quamuis enim irriguum ſumitur pro re, quæ irrigatur, vel irrigari poteſt, hoc tamen loco accipitur in actiua ſignificatione, quemadmodum apud Virgilium libro Georgicorum quarto: Irriguúmque bibant violaria fontem.

Stulti principes Taneos.) Tanis ciuitas eſt Aegypti, vbi Moyſes multa ſigna fecit, ait enim Pſalmiſt. Poſuit in Aegypto ſigna ſua, & prodigia ſua in cāpo Taneos. Memphis quoq; ciuitas eſt Aegypti, magicis artibus dedita, vbi vigebat humana ſapiētia. At in Aegypti euerſione nihil profuerūt ſapientiū conſilia, quin potius illi, qui alios anteire ſapiētia exiſtimabātur, in errores incredibiles inciderunt, & ignorantiæ caligine inuoluti, ſuā ſtultitiā indicarunt. Apprehendit, in-
Iob.5. quit Iob, ſapiētes in aſtutia eorū, & conſiliū pra-
Prou.21. uorum diſſipat. Et Salomon in Prouerbiis: Non eſt inquit, ſapientia, non eſt prudentia, non eſt
Ierem.10. conſilium contra Dominū. Et Ieremias ait: Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia. Cæterum
Num.13. de antiquitate huius ciuitatis Tanis vide caput tertiumdecimum Numerorum, vbi Septuaginta pro Tani Titanim verterunt.

Quomodo dicetis Pharaoni.) Verba ſunt Prophetę ſapientes Aegyptios alloquēris, & ſubſannantis. Vos Aegyptij conſiliarii, qui vobis ſapientiā ſumitis & arrogatis, quomodo dicetis regi Pharaoni, pollere vos cōſilio, ſapiētia, & authoritate, eſſéq; ex ſapientum ac priſcorum regum ſtirpe genitos, cùm ſit perſpicuum eſſe vos inſipientes, nullúmq; illi ſalutare conſilium tribuiſſe? Et ſtatim dirigit ſermonem ad Pharaonem regem dicens: Vbi ſunt ſapiētes tui ô rex Aegypti? Vbi ſunt tui vates, qui ſapientum & antiquorum regum ſamilia gloriantur. Indicēt tibi, quid Deus cōtra Aegyptum cogitauerit. Irridet regis fiduciam, quam in ſuis ſapientibus habebat.

Angulum populorū.) Hoc eſt, Memphim ciuitatem munitiſſimam, & fortiſſimam. Robur enim & decus angulus appellatur, quemadmodum in
Pſal.117. Pſalmo: Lapidem quē reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. hoc eſt, in caput & firmamentū roboris & pulchritudinis totius ędificij, vtrunq; parietem continens & coniungēs. Vel per angulū ipſum regnum ſignificatur, in quo multi velut parietes in angulo copulantur: Fuit autem Memphis condita à Mineo multò ante Abrahamum. Author eſt Ioſephus capite 6. libri octaui de Antiquitatibus.

Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis.) Hoc eſt inconſtantiæ & varietatis. Nulla res eſt quæ capitaliorem perniciem afferat hominibus, quàm incōſtantia, quæ eos perturbat, vt in nulla ſententia ſint permanentes, ſed inſtabiles & vacillātes. Ideò à Deo petebat diuinus Pſaltes, vt hoſtes ſuos homines impios in nullo propoſito firmos eſſe permitteret. Deus meus, inquies, po- Pſal.82.
ne illos vt rotá, hoc eſt, fac eos inſtar rotæ in orbē volutari, fac eos nullā in ſuis cōſiliis & cogitationibus habere conſtantiā, nulla perpetuitatē. Stultus, ait ſcriptura, ſicut luna mutatur, & de ſapiēte ait: Homo ſenſatus in ſapiētia manet ſicut Eccle.27.
Sol. Eſt quidē homo inſipiēs ſimilis lacui illi qui ibidem.
eſt apud Troglodytas, quē referunt ſexies in die ſimile
naturali mutari, & modò eſſe dulcē, modò amarū, ſic nonnulli nunc ſunt lenes, nunc truculēti, nunc diligunt, mox odio proſequuntur, modò aiunt, modò negāt, nunquā deniq; in eodē propoſito perſeuerant. Poteris per ſpiritū vertiginis ventum turbinis intelligere, vt ſit ſenſus: Dominus euertit Aegyptum, quemadmodum ſtipula abripitur flatu venti & turbinis. Pagninus vertit: Spiritum peruerſitatū. Fortaſſe per ſpiritum vertiginis intelligit errorē. Nam qui mouētur in orbē veluti vertigine agitati, non ſunt apud ſe, & tanquā inſani cadunt in terram, ideò Aegyptios errore deceptos ebrio vomēti cōparat, qui vino correptus, iacet ſine iudicio proſtratus. Vertigo eſt turbo, quē Salluſtius turbinū motū appellat. Quanquam dicant nonnulli vertiginem ſolum capitis dolorem & ægritudinem ſignificare. Diuus Hieronymus ſpiritum vertiginis ſpiritum erroris ſiue errorum interpretatur.

Et non erit in Aegypto.) Hoc eſt, Quid facient Aegyptij cùm omnes in errore verſentur? cùm ſapientes errare fecerint, caput & caudā, incuruantē & refrenantē, hoc eſt, nobiles & obſcuros, ſenes & pueros: Nomine capitis intelligit viros illuſtri laude celebratos, nomine caudæ plebeios & infimo loco natos, nomine incuruātis ſenem, nomine refrenantis adoleſcentē, qui ſeipſum refrenare debet. Diuus Hieronymus in cōmētariis dicit pro refrenante poſſe eſſe laſciuiētem, & ita erit apertior interpretatio, vt per laſciuientē adoleſcentē intelligamus. De iis nominibus locuti Suprà 9.
ſumus capite nono in Hebraicis annotationib. Poterit hîc eſſe ſenſus: Nec magnates nec plebeij, nec fortes, nec fragiles, poterūt aliquid efficere, quod poſſit occidenti reipublicæ prodeſſe.

In die illa erit Aegyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt & timebūt à facie commotionis manus Domini exercituū, quā ipſe mouebit ſuper eā. Et erit terra Iuda Aegypto in feſtiuitatem, omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie conſilij Domini exercituū, quod ipſe cogitauit ſuper eā. In die illa erūt quinque ciuitates in terra Aegypti loquētes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exerci-

tuum: Ciuitas Solis vocabitur vna. In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius: & erit in ſignum & in teſtimonium Domino exercituum in terra Ae-
D gypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis ſaluatorem & propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoſcetur Dominus ab Aegypto, & cognoſcent Aegyptij Dominum in illa die, & colent eum in hoſtiis & in muneribus: & vota vouebunt Domino, & ſoluent. Et percutiet Dominus Aegyptum plaga, & ſanabit eã, & reuertẽtur ad Dominũ, & placabitur eis, & ſanabit eos. In die illa erit via de Aegypto in Aſſyrios, & intrabit Aſſyrius Aegyptũ, & Aegyptius in Aſſyrios, & ſeruient Aegyptij Aſſur. In die illa erit Iſrael tertius Aegyptio & Aſſyrio: Benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum dicens: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Aſſyrio, hæreditas autem mea Iſrael.

In die illa erit Aegyptus quaſi mulieres.) Qui quõdam fortitudine pollebant, erunt imbecilli, & veluti mulieres animo cadent. Quando, Deus vult, nemo habet nec corporis neque animi for-
Ierem.51. titudinem. Ieremias ait capite quinquageſimo primo: Ceſſauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præſidiis, deuoratum eſt robur corũ, & facti ſunt quaſi mulieres. Aequum fuit
Exod. 1. vt Aegyptij, qui pueros Hebræorum ſuffocabãt, & fœminas relinquebant, eſſent veluti mulieres effœminati & imbecilli.

A facie commotionis manus Domini exercituum.) Hoc eſt, A ſupplicio vltionis commotæ à Deo per Aſſyrios. Mouere manum, extendere manum, ponere manum, ſignificant punire. De
Suprà 1. & 5. iis Hebraiſmis locuti ſumus capite primo, & quinto.

Et erit terra Iuda Aegypto in feſtiuitatem.) Hoc eſt, calamitas Iudæorum conſolabitur AEgyptios. ſolet enim aliorum miſeria afferre aliquod gaudium ærũnoſis, eóſq; dolore, aliquo modo leuare. Pro feſtiuitate habent nonnulli codices ad marginem pauorem, & etiam nonnulli in proprio textu. Pagninus ex Hebræo etiam vertit pauorem. Vox Hebraica vtrunque ſignificat, feſtiuitatem & pauorem, eſt enim in Hebraico לחגא lechagga, à verbo חגג, quod ſigni-
Leui.23. ficat diem feſtum agere, celebrare, & feſtinare. Leuitici viceſimotertio, Celebrabitis ferias Domini ſeptem diebus. Vnde nomen chagga ſignificat feſtiuitatem: & quoniam in feſtis diebus tenemur Deum maiori religione & filiali amore venerari, capitur pro timore. Et diuus Hieronymus in primis commentatiis ait debere potius hîc verti in timorem quàm in feſtiuitatem. Et Thargum pauorem interpretatur: quem etiam ſecutus Aquila vertit, γύρωσιν, cùm aliquis pauidus & tremens circumfert oculos, & aduenientem formidat inimicum. Et ita erit ſenſus: Tam fragiles erunt Aegyptij, vt etiam vocabulum Iudæ eis ingerat pauorem, quoniam ob auxilium quod ei præbuerunt animo iniquo, in tantam calamitatem inciderunt. Vel ſic: Veniet tempus, ait Propheta, quando Aegyptij non poſſint ſine timore audire nomen Iuda, in qua ego hæc vaticinatus ſum. Vel Ideò Aegyptij timebunt Iudæos, quoniam audient cladem Aſſyriorum apud Hieroſolymam, vbi exercitus Sennacheribi fuit funditus extinctus.

In die illa erunt quinque ciuitates.) Diuus Hieronymus aſſerit ſua etiam ætate fuiſſe aliquas ciuitates in Aegypto lingua Chananitide loquentes. Putant nonnulli fuiſſe Syros à Nabuchodonoſore rege Babyloniorum in Aegyptum tranſlatos, qui Syri etiam Chananitica lingua loquebantur. Diuerſa erat lingua Syriaca à Iudaica, vt conſtat ex capite trigeſimoſexto huius Prophetæ, ſed vtraque Chananitica appellaba- Alij tradunt regem Sennacheribum habuiſſe in exercitu ſuo multos Aegyptios, quos vicerat & ſecum duxerat ad oppugnandam Hieroſolymam, ſed percuſſo exercitu Aſſyriorum euaſerunt Aegyptij, quos Ezechias dimiſit ſuperſtites, vt Dei gloriam, & admirabilem Aſſyriorum cladem in Aegypto prædicarent: & erectis aris verum Deum colerent, & ſacrificiis venerarentur. Et hos aiunt eſſe quinque ciuitatum, quarum Eſaias hoc in loco meminit, cultores, quos lingua, quam Hieroſolymæ didicerant, Propheta prædicit eſſe locuturos, & per Deum verum, non per idola iuraturos. Alij dicunt hæc verba Eſaiæ nihil aliud ſignificare quàm futuram magnam inter Iudæos & Aegyptios coniunctionem, & familiaritatem. Alij narrant multos ex Iudæis ſe in Aegyptum contuliſſe poſt Babylonicam captiuitatem, & has quinque ciuitates coluiſſe. Fortaſſe cùm diuinus vates hæc literis mandaret, tempus gratiæ reſpexit. Tunc enim fideles ex Gentibus & Iudæis fuerunt communicatione coniuncti. Aegyptus mundus eſt, quem Deus vicit, vt homines ſaluos faceret. Quid aliud nobis vult ſignificare Propheta per eos, qui ad Deum fuerunt conuerſi, quàm conuertendas eſſe Gentes ad fidem Chriſti, & lingua ſancta locuturas? Lingua mundi lingua eſt Aegyptiaca, lingua verò verorum Chriſtianorum ſancta eſt. Pij homines lingua Hieroſolymæ, impij verò lingua Aegypti loquuntur. Vis hominem cognoſcere cuius ſit nationis, audi eum loquentem: ſermo enim eum manifeſtum facit. Ex abundantia cordis, vt Chriſtus ait, os loquitur. *Matt.12.*
Omnis homo aut habitator eſt Hieroſolymæ, aut Aegypti, aut tenebrarum & perturbationũ, aut viſionis pacis colonus, cognoſcitur autẽ in verbis. Nam, vt dicebat Themiſtocles, ſermo eſt ſimilis ſtragulis picturatis: vt enim illæ, dum *ſimile.*
extendũtur, imagines oſtendunt, dũ contrahuntur celãt eaſdem: ſic oratio prolata animum demonſtrat, & aperit, quæ abſcõdita eum abſconditũ tenebat, & occulta occultabat. Vnde quidam ſapiens dicebat: Qualis eſt homo, talis eſt eius

eius ſermo.

Ciuitas ſolis.) Hæc erat pulcherrima quædam & florentiſſima ciuitas, cuius Propheta meminit ob eius præſtantiam & excellentiam.

In illa die erit altare Domini in medio terræ Aegypti.) Hæc non ſolùm noſtri, ſed etiam Iudæi de Chriſti aduentu intelligunt. Et eſt ſenſus: Cùm Chriſtus venerit: & homines docuerit, atque ſua morte ipſam mortem occiderit, erit in medio Aegypti, hoc eſt in medio mundi altare vnum, in quo Deus offeretur, erit vna Eccleſia, vnum baptiſma, vna fides.

Et titulus Domini iuxta terminum eius.) Senſus eſt: In terminis Aegypti erit titulus in ſignum & memoriam Dominicæ paſſionis, hoc eſt in vniuerſo mundo coletur memoria redemptionis humanæ. Capitur titulus pro monumento, & perpetua rerum geſtarum memoria, quemadmodum capite vigeſimooctauo Geneſis, vbi memoriæ proditum eſt, et exiſſe Iacob lapidem in titulum, in memoriam mirabilis illius ſcalæ, quam ibi viderat: & promiſſionis, quam à Domino acceperat. Vel ſic: In altari erit titulus, hoc eſt, ſtatua aut figura, in quam ſignificationẽ accipitur ſextodecimo capite Leuitici, vbi dicitur: Non facietis vobis idolum, & ſculptile, nec titulos erigetis. In libro ſecundo Regum capite decimooctauo ita ſcriptum eſt: Porrò Abſalom erexerat ſibi eùm adhuc viueret, titulum, hoc eſt, ſtatuam. Quamuis nonnulli per titulum pyramidem, alij arcum triumphalem interpretentur. Ego exiſtimo per altare Aegypti eccleſiam intelligi, & per titulum honorem Chriſto exhibendum, aut memoriam noſtræ redemptionis in altari celebrandam. Iudæi nonnulli aſſerunt hanc Eſaiæ vaticinationem fuiſſe tempore Machabæorum completam, quando Onias in Aegypto altare Deo ædificauit. Sed longè falluntur opinione. Quin potius Onias peccauit, quia præceptum Domini confregit, quo eſt in lege prohibitum, ne durante lege altare Domino in Aegypto ædificaretur. Prætetea ſi hoc Iudæi interpretãtur de tempore Meſſiæ, qui fieri poteſt, vt tempore Machabæorũ impleretur? Sed cùm in lege ſit prohibitum fieri altare extra Hieroſolymam, & Eſaias prædixerit in Aegypto rectè faciendum, indicat legem abrogandam & antiquandam eſſe. Translato enim ſacerdotio, vt verbis Paulinis vtar, neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat.

Gen. 28. Leuit. 16. 2. Reg. 18. Deut. 16. Deut. 12. Hebr. 7.

Clamabunt enim ad Dominum.) Verſantes Aegyptij in ærumnis clamabunt ad Dominum, & ipſe eos exaudiet, mittétque eis ſaluatorem, hoc eſt Chriſtum, qui appellatur Ieſus, hoc eſt ſaluator, qui eos ab animorum hoſtibus eripiat. Et cognoſcetur Chriſtus ab omnibus fidelibus. Hoc vaticinatus fuit iis verbis Ieremias: Omnes cognoſcent me, ait Dominus, à minimo eorum vſque ad maximum.

Iere. 31.

Et percutiet Dominus Aegyptum.) Poſt magnam cladem conuertentur Aegyptij, & Deus illis medebitur. Dominus percutit, & ſimul medetur. Dum aliud agere videtur, agnitionem ſui affert hominibus. Punit vt miſereatur: quẽ enim diligit Dominus corripit, vt ait apoſtolus ad Hebræos ſcribens, & caſtigat omnem filium, quem recipit, & Iob, Ipſe, inquit, vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt.

Heb. 6. & 7. Iob 5.

In die illa erit via de Aegypto in Aſſyrios.) Significat concordiam & commercium, & ſpiritualem ac Euangelicam pacem inter Gentes, quæ erant in Chriſtum crediturę. de qua pace vide ea, quæ ſuprà annotauimus capite ſecundo.

In die illa erit Iſrael tertius Aegyptio & Aſſyrio.) Hoc eſt, Erũt Iſraelitæ ſicut Aegyptij & Aſſyrij. Omnes credẽtes erunt in vna Eccleſia, fiet enim vnum ouile, & vnus paſtor. Et erit benedictiõ in medio terræ: non ſolùm benedicentur Iſraelitæ, ſed etiam Gentes per Chriſtum. Prædicit fore, vt Gentes eſſent æquales Iudæis.

Supr. 2. Ioan. 10.

Benedictus populus.) Populus Aegyptiacus anteà maledictus, erit benedictione cumulatus, & Aſſyrius erit opus manuum mearum: nam ego eum conuertam, in eiúſque conuerſione clementiam meam magnopere demonſtrabo. Et Iſrael erit hæreditas mea, quia in Iudæa naſcar & patiar. Fortaſſe ideò hæ tres regiones ſingulariter nominantur, & benedicendæ prædicuntur, quia in his creuit magnopere Chriſti religio, & fuit admirabilis quædam ſanctorum monachorum abundantia.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT XIX.

Deceperunt Aegyptum angulum populorum.) Pro angulo eſt in Hebræo פנה pennath in ſingulari. Pagninus tamen poſuit in plurali, ita vertens: Errare fecerunt Aegyptum anguli tribuũ eius. Et tunc eſt ſenſus: Sapientes, qui ſunt anguli, quorum conſilio populi coniunguntur & copulantur, Aegyptum fefellerunt. Vbi aſpicis officium eſſe ſapientum & conſiliariorum ciues coniungere, eóſque inter ſeſe amicitia beneuolentiáque conſeruare. Poteſt verti: Deceperunt angulum populorum Aegypti. Vt ſit ſenſus: Aegyptij ſapientes deceperunt regem, qui erat veluti angulus populorum Aegypti. Volens diuinus vates oſtendere Aegypti miſeriam & excidium, ſatis eſſe duxit indicare, eſſe regem à ſuis conſiliariis ſeductum atque deceptum.

Ciuitas Solis vocabitur vna.) Hic variant Hebræa exemplaria: Nam in nonnullis pro Sole eſt החרס ha cheresi, in aliis verò ההרס ha heres. Prior dictio ſignificat Solem, vt Iob capite nono: Qui præcepit ſoli, & non oritur, poſterior verò contritionem, euerſionem, & vaſtationem. Diuus Hieronymus legit cheres חרס, Pagninus הרס heres. Cùm igitur in Hebraicis codicibus ſit varietas, quid mirum eſt in Latinis interpretibus inueniri varietatem? Chaldæus paraphraſtes habet: ciuitas Solis, quemadmodum eſt in editione vulgata cũ diuo Hieronymo. Et hæc videtur recta interpretatio: Nã in Aegypto ſita erat quædam ciuitas appellata Heliopolis, vt author eſt Herodotus libro ſecundo, quam Diodotus

Iob 9.

Siculus Thebas eſſe ait. Et Ioſephus capite ſeptimo libri ſecundi Antiquitatum, & capite quarto libri tertiidecimi eam in Aegypto ſitam eſſe aſſerit. Quod à diuinis literis non diſcrepat. Eſt autem perſpicuum ἡλιόπολιν Latinè ſonare
Gen.41. Solis ciuitatem. Inuenies hoc nomen Geneſis capite quadrageſimoprimo, vbi ſcriptum eſt Putipharem Aegypti fuiſſe ſacerdotē Heliopoleos. Cum verſione communi, & Chaldęa paraphraſi, & diuo Hieronymo, concordat Symmachi verſio. Quare ea eſt meo iudicio tenenda: Non enim ſolùm magnorum ſcriptorum authoritate fulcitur, ſed etiam admirabilem in ſpirituali intelligentia habet doctrinam. Ait propheta in hac Aegypti ciuitate tantam fore conuerſionem, vt relictis idolis, & Aegyptio ſermone, vnū Deum colerent, linguáque Chananitica loquerentur. Fieri non poteſt, vt ciuitas Aegypti, hoc eſt anima tenebris circunfuſa, atq; errorum ſcelerúmque caligine cooperta, ad Deum cōuertatur, niſi fuerit diuini Solis radio illuſtrata, Soliſque ciuitas appelletur. Sed ſi hoc nomen ſcribatur litera ſiue potius aſpiratione hac ה, deriuatur à verbo הרס haras, quod ſignificat deſtruere & cōterere,
Supr.14. vt apud noſtrum Prophetam cap. quartodeci-
Pſal.58. mo: Vrbes eius deſtruxit. Et in Pſalmo quinquageſimooctauo: Deus conteret dentes eorū. Ideò poteſt verti: Ciuitas contritionis ſiue euerſionis, neque ſine myſterio. Vt enim oportet corrumpi
ſimilitudo. veterem phœnicem, vt aiunt, incendióque flagrare, vt noua oriatur, ſic oportet hominem veterem conteri & corrumpi, vt nouus renouetur. Ait enim Apoſtolus in epiſtola ſua ſecunda ad Corinthios: Licet is, qui foris eſt, noſter homo
2.Cor.4. corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem. Et ad Romanos ſcribens ait: No-
Rom.12. lite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri. Et ad Coloſſenſes: Morti-
Coloſ.3. ficate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terrā. & paulò poſt: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induētes nouum eum, qui renouatur in agnitione Dei, ſecundum imaginem eius, qui creauit eum. Et in prima ad Co-
1.Cor.5. rinthios: Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio. Et ad Epheſios: Deponite vos
Ephe.4. ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, renouamini autem Spiritu mētis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deū creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Quemadmodum igitur illa Aegypti ciuitas erat conterenda, vt Deum piè coleret, ſic homo, vt Deo obtēperet, ſanctáque religione veneretur, debet ſeipſum conterere, daréque operam, vt ratio conculcet & retineat appetitus, ne modum tranſeuntes, & obedientiam abiicientes, animū perturbent, eiúſque conſtantiam à ſua ſede & ſtatu deiiciant.

ARGVMENTVM Capitis XX.

Prædicitur Aegyptiorum & Aethiopum captiuitas. Idem eſt argumentum huius capitis & duorum præcedentium: eſt enim hoc caput quaſi auctarium illorum.

CAPVT XX.

IN anno quo ingreſſus eſt Thartan in Azotum, cùm miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorum, & pugnaſſet contra Azotum, & cepiſſet eam: in tempore illo locutus eſt Dominus in manu Eſaiæ filij Amos, dicens: Vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit ſic vadens nudus, & diſcalceatus. Et dixit Dominus: Sicut ambulauit ſeruus meus Eſaias nudus & diſcalceatus, trium annorum ſignū & portentum erit ſuper Aegyptum, & ſuper Aethiopiam: ſic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem Aegypti, & tranſmigrationem Aethiopiæ, iuuenem & ſenem, nudam & diſcalceatā, diſcoopertis natibus ad ignominiam Aegypti. Et timebunt & confundentur ab Aethiopia, ſpe ſua, & ab Aegypto gloria ſua. Et dicet habitatio inſulæ huius in die illa: Heccine erat ſpes noſtra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberaret nos à facie regis Aſſyriorum? & quomodo effugere poterimus nos?

A

B

EXPLANATIO.

In anno quo ingreſſus eſt Thartan in Azotū.) Azotus, vt refert Ioſephus Hebræus, vrbs fuit Palæſtinæ, quam expugnauit Thartan dux Sennacheribi Aſſyriorum regis, qui hîc Sargon appellatur: habebat enim Sennacheribus, vt annotauit diuus Hieronymus, multa nomina. Huius Thartanis meminit ſcriptura libro quarto Regū capite decimooctauo. Anno igitur quo Azotus fuit capta, præcepit Deus Eſaiæ, vt deponeret 4.Re.18. tunicam ſacceam, qua induebatur, & calceamēta tolleret de pedibus ſuis, quod Eſaias fecit in ſignum nuditatis futuræ Aegypti & Aethiopiæ, quæ regiones fuerūt tribus annis ab Aſſyriis euerſæ. Et Aegyptij ac Aethiopes, qui ex prælio euaſerunt, fuerunt capti, & ab Aſſyriis in Aſſyriā adducti, vbi nudi, veſtibus & calceamentis ſpoliati, in ſumma ignominia verſabantur. Hoc vaticinatus fuit Eſaias, vt viderent Iudæi vaſtandos eſſe Aegyptios, in quibus ſpem ſuam collocauerant: & ad quos cōtempto & derelicto Deo confugere decreuerant.

Solue ſaccum de lumbis tuis.) Hic erat habitus prophetarum populi delicta plangentium, & propria corpora cilicio domantium.

Et fecit ſic vadens nudus, & diſcalceatus.) Aſpice Prophetæ obedientiam. Erat Eſaias illuſtri loco natus, vir nobilitate & authoritate præſtanti, & non erubuit nudus incedere: nihil enim honeſtius & illuſtrius iudicauit, quàm Dei præceptis obedire. Sunt qui exiſtiment hæc in viſione imaginaria geſta fuiſſe. Diuus tamen Hierony

Hieronymus realiter inquit contigiſſe, quemadmodum litera ſonare videtur. Exiſtimo tamen eum ita fuiſſe nudum, vt verendas partes tectas habuerit.

Triũm annorum ſignum.) Hoc eſt, Hæc nuditas Prophetæ erit ſignum euerſionis Aegyptiorum, & Aethiopum ipſis Aegyptiis opem ferentibus, quæ durabit tribus annis, quibus Aegyptus & Aethiopia vaſtabuntur. Vel indicat illam euerſionem venturam eſſe transactis tribus annis. Fortaſſe ter nudus inceſſit vates.

Nudam & diſcalceatam.) In ipſa transmigratione ibunt Aegyptij & Aethiopes veſtibus & calceamentis nudati, tam iuuenes quàm ſenes. Perpende: Aegyptij, hoc eſt tenebris circunfuſi, Pharaoni, hoc eſt dæmoni ſeruientes, captiui ducuntur ab Aſſyriis, hoc eſt à peccatis. Eſt enim peccatum vilis quædam & infamis captiuitas, in qua omnes detenti nudi ſunt, veræ dignitatis veſtibus & ornamentis priuati. At qui charitate ſunt prædíti, ſoli ſunt veſte nobiliſſima induti.

Matt.22. Hæc eſt veſtis illa de qua Chriſtus apud Matthæum, Amice, inquit, quomodo huc intraſti

1.Petr.4. non habens veſtem nuptialem? Et apoſtolus Petrus, Charitas, inquit, operit multitudinem pec-

Pſal.31. catorum. Et Dauid in Pſalmo: Beati, inquit, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Charitas enim operit & tegit: vnde qui ſine ea ſunt, meritò nudi dicũtur. quod ſignificans diuus Ioannes dicebat cuidam in

Apoc.3. Apocalypſi: Neſcis quia tu es miſer, & miſera-

Gen.3. bilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Ideò ait ſcriptura primos noſtros parentes, cùm in peccarum inciderũt, cognouiſſe ſe eſſe nudos. Quamuis enim ante peccatum nudi eſſent, habebant tamen pro veſtimento diuinam quandam dignitatem, quam, ſi in illo fœlici ſtatu permanſiſſent, non amiſiſſent, quin potius fuiſſent ſemper admirabili quadã gloria cumulati. At cùm Dei præceptum tranſgreſſi ſunt, erubuerunt, & fuerunt hac veſte nudati, & ſenſerunt anxios timores, inanes ſolicitudines, aliáſque perturbationes, quæ in eos tanquam procellæ & tempeſtates irruerunt. Eſt igitur charitas diuina quædam veſtis. Hæc eſt veſtis illa, qua Elias operuit Eli-

3.Reg.19. ſæum, quem inuenit arantem. Hac enim indutus Eliſæus combuſſit aratra, in quorum igne coxit duos boues, quos occidit, & ſtatim ſecutus eſt

figura. Eliam, qui ſuper eum pallium proiecerat. Quid per Eliſæum terram colentem intelligitur, niſi peccator terrenis operibus implicatus? Quid per Eliam igneo curru cœlũ aſcendẽtem, niſi Chriſtus charitate inflammatus, in cœlũ aſſumptus? Cùm Chriſtus peccatorem cooperit pallio diuinæ gratiæ, ſtatim homo terrena ac turbulenta negotia, & impia commercia relinquit: & inga boum, hoc eſt, mundi vincula, & nefarios labores contemnit. comburit aratra, hoc eſt inſtrumenta peccandi: & boues, qui iuga mundi portabant, occidit, & coquit aratrorum igne, hoc eſt, appetitus interficit, & ſeipſum occidit igne contritionis peccatorum, ità vt iam ipſe qui antea erat non viuat, ſed ſit Deo immolatus. Non viuat homo carnalis, ſed ſpiritualis, non homo terrenus, ſed cœleſtis, quemadmodum de ſeipſo

Gal.2. diuus Paulus dicebat: Viuo autem iam non ego, viuit in me Chriſtus. Ille Paulus qui antea viuebat, erat in cruce immolatus, iuxta id quod ipſe dicebat: Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini *Gal.6.*

noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Aſpicis itaque quid profuerit Eliſæo pallium illud, quo fuit ab Elia indutus, per quod charitas ſignificatur, ſine qua Aegyptij nudi & diſcalceati dicuntur. Hi, qui paſcha Domini celebrabant, calceati erant, vt in libro Exodi refertur diuinatum literarum mo- *Exod.12.*

nimenta: at Aegyptij ſcelerum vinculis aſtricti, erant pedibus nudi, quoniã verum paſcha dignè non comedebant. Paſcha enim noſtrum, vt ait *1.Cor.5.*

Apoſtolus, immolatus eſt Chriſtus, quẽ ipſi non ſequebantur, per quos nefarij omnes mortiferis ſceleribus vulnerati intelliguntur. Cæterùm litera poterit ita ordinari: Sic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem, & tranſmigrationem nudam & diſcalceatã, hoc eſt, Aegyptios, & Aethiopes nudos & diſcalceatos.

Et timebunt & confundentur.) Senſus eſt: Cadet Iudæi animo, & pudore afficientur, videntes captiuos, afflictos, & ærumnoſos Aegyptios, quibus ipſi fidebãt, & quorũ auxilio gloriabantur.

Habitator inſulæ huius.) Inſulam appellat Hieruſolymam, quia erat fluctibus Aſſyriorum concuſſa, & bellis ac periculis circumagitata. Alij per inſulam totam Iudææ terram intelligunt, quòd mari alluatur, nã ab occaſu cingitur mari mediterraneo, à meridie verò mari Galilææ. Fortaſſe inſula appellatur Hieroſolyma, reſpectu Babylonis, quam in ſequenti capite Propheta appellat mare, ob eius incredibilem magnitudinem.

Hæc erat ſpes noſtra.) Verba ſunt Iudæorum Aegyptios vaſtatos ignominiáque affectos videntium. Vidète vbi ſpem noſtrã ponebamus, in hominibus qui ſeipſos liberare non potuerũt. Damaſcus in qua Iſrael ſpem poſuerat fuit euerſa. Iudæa fidit Aegypto, fuit Aegyptus vaſtata. Aegyptij cõfugiebant ad Aethiopes, at Aethiopes fuerunt ab Aſſyriis ſuperati. Aſſyrij victoriis ac triumphis elati, viribus ſuis gloriam ſuã tribuentes, victi fuerunt à Babyloniis. Babylonij impietate & inſolentia gloriantes, & Iudæos in miſera & acerba captiuitate retinentes, fuerunt à Medis & Perſis grauiter oppreſſi, & ampliſſimis opibus ſpoliati, & ita miſeri ex alto apparẽtis, ſed falſæ dignitatis gradu præcipites ruerunt. Perſæ & Medi fuerunt ab Alexandro contriti & deleti, Alexander verò ſuperbia elatus perũt veneno, eiúſque regnum fuit diuiſum & ſeiunctũ. Vide Dei iudicia, humanarúmque rerum mutationes. Quod fretum tot habet viciſſitudines? *ſimile.*

Qui menſis Martius tot habet florum ac colorũ varietates? Quæ tota facilius mouetur quàm mũdus? Vt enim ſæpenumerò contingit, in magna aeris tranquillitate oriri repentè ſæuam & horribilem tempeſtatem, ſic in ſtatu fœlici rerúmque geſtarum gloria florenti, ſucceſſibus proſpero flatu & ad voluntatem fluentibus, incidunt ſæpiſſime acerbiſſimæ rerum perturba- *ſimile.*

tiones, luctuoſiſſimæ calamitates, incredibiles malorum omnium procellæ. Quare non debemus mundo fidere nec eius proſperitatem firmam & ſtabilem putare.

Annota

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT XX.

Locutus eſt Dominus in manu Eſaiæ.) Pro in manu eſt in Hebraico בְּיַד beiad: quod ſignificat in manu, quemadmodum vertit interpres noſter. Poteſt etiam verti: Per manum Eſaiæ, quemadmodum habet verſio Pagnini. Et quoniam dictio, iad, quæ hoc in loco eſt, ſignificat Prophetiam, vt in annotationibus in caput octauum explicui, poterat verti: Locutus eſt Dominus per Prophetiam Eſaiæ, hoc eſt, per Eſaiam Prophetam. Eodem modo illud Malachię capite primo, *Mala.1.* vbi editio vulgata habet: Onus verbi Domini ad Iſrael in manu Malachiæ: poterat etiam verti: per Prophetiam Malachiæ. Quaſi diceret: Sequitur grauis & criminatoria oratio ad Iſraelem, quam Deus locutus eſt per Prophetam Malachiam.

Confundētur ab Aethiopia ſpe ſua.) Hoc eſt, in qua ſpem ſuam poſuerant. Pagninus vertit: Pudore afficientur ab Aethiopia aſpectu ſuo. Id eſt, in quam oculos coniiciebant, ab ea pendentes, & auxilium expectantes. Poteſt verti: Suffundentur ab Aethiopibus, in quos reſpiciunt. Quæ omnia in idem recidunt. Solemus enim in eos oculos conücere, à quibus opem expectamus: vnde aſpectus pro ſpe & confidentia ponitur.

ARGVMENTVM Capitis XXI.

Prædicit diuinus vates euertendam eſſe Babylonem à Perſis & Medis, Idumæam autem & Arabiam ab Aſſyriis & Chaldæis. Pertinet autem huius capitis prima pars ad caput tertiumdecimum & quartumdecimum, in quibus etiam fuit Babylonis vaſtatio prænuntiata. Vaticinatur tertiò Eſaias de Babyloniorum excidio, quoniam ab eis erant Iudæi vaſtandi & in acerbam captiuitatem adducendi.

CAPVT XXI.

A ONus deſerti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deſerto venit, de terra horribili.
Abac.2.a Viſio dura nũtiata eſt mihi: qui
Iona 3.d incredulus eſt, infideliter agit: & qui depopulator eſt, vaſtat. Aſcende Elam, obſide Mede, omnem gemitum eius ceſſare feci. Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia parturiētis: corrui cùm audirem: conturbatus ſum, cùm viderem. Emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefecerunt me: Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in
B miraculum. Pone menſam, contemplare in ſpecula: comedentes & bibentes, ſurgite principes, arripite clypeũ. Hæc enim dixit mihi Dominus: Vade & pone ſpeculatorem: & quodcunque viderit annuntiet. Et vidit currum duorum equitum, aſcenſorem aſini, & aſcenſorem cameli: & contemplatus eſt diligenter multo intuitu. Et clamauit vt leo: ſuper ſpe- *Abac.2.d*
culam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem: & ſuper cuſtodiã meam ego ſum, C
ſtans totis noctibus. Ecce, iſte venit aſcenſor vir bigæ equitum, & reſpondit & dixit: Cecidit cecidit Babylon, & omnia *Ierem.51.a*
ſculptilia deorum eius contrita ſunt in *Apoc.14.b*
terram. Tritura mea, & filia areæ meæ quæ audiui à Domino exercituum Deo Iſrael, annunciaui vobis.

EXPLANATIO:

Onus deſerti maris.) Solent Prophetæ ea, quæ verbis obſcuris, & explicatu difficilibus ſcripſerunt, poſteà apertius explanare. Id quod hoc in loco fecit Eſaias. Eſſet enim non parua difficultas in expoſitione principij huius capitis, niſi ipſe vates poſteà explicaret, hoc mare deſertum, cuius onus viderat, eſſe Babylonē, cùm ait: Cecidit cecidit Babylon. Ex quo perſpicuũ eſt per mare deſertum Babylonem ſine dubio ſignificari. Et cùm onus ſignificet Prophetiam, in qua prædicitur dolor & afflictio, ſenſus horum verborum hic eſt: Sequitur vaticinium, in quo Babylonis calamitas prænuntiatur. Diuus Hieronymus exiſtimat appellari Babylonem mare ob eius magnitudinem, & multitudinem habitantium. Fortaſſe ideò ſcriptura hoc tropo vtitur, quia quemadmodum mare multa in ſe flumina recipit, ſic Babylon multa regna. Deſertum appellatur ab officio, quod alia regna deſerta faceret. Vel quia erat in ſolitudinem redigenda. Sic apud Ieremiam capite quinquageſimoprimo, *Ierem.51.* vbi hæc Babylonis euerſio prænuntiatur, ait Deus: Deſertum faciam mare eius, & ſiccabo venam eius, & erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, ſtupor & ſibilus, eò quòd non ſit habitator. Poteſt fortaſſe appellari mare, quòd mare ſit inquietum, ſæuum, & tempeſtuoſum, perſpicuum eſt enim fuiſſe Babylonios ſuperbos, immanes, & procellas ac tempeſtates in alias nationes mouentes & excitantes. Ita dictũ eſt in Pſalmo: Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum. Vbi immanitas & concitata vis impio- *Pſal.45.* rum aduerſus fideles mari proceloſo, & vndarum impetu montes concutienti comparatur.

Sicut turbines ab Aphrico veniunt.) Verba ſunt Babylonis, quam Eſaias facit loquentem, & calamitatem ſuam explicantē, ac ſi diceret: Venit mihi hæc calamitas & vaſtitas de deſerto, & terra horribili, hoc eſt, de Perſia & Media, quemadmodum veniunt turbines & procellæ flante vento Aphrico. Significat Propheta eſſe Babylonem vaſtandam ſubitò & vehementi cum tumultu à Cyro & Dario. Poſſunt eſſe verba ipſius Prophetæ. Eſt autem Aphricus ventus flans à parte Meridionali inter Auſtrum & Zephyrum, cuius meminit iis verbis Horatius in Odis: Luctãtem Icariis fluctibus Aphricũ. Cæterùm poterit hoc in loco verti pro ab Aphrico à Meridie,

hoc

hoc enim nomen nægæu, quod hîc ponitur, Meridiem etiam ſignificat, vt *Gen.28.* Geneſis capite vigeſimooctauo: Dilatabetis ad Oriẽtem, & Occidentem, & Septẽtrionem, & Meridiem, & quoniam ventus Auſter flat a Meridie, ponitur etiam pro *Ioſue 17.* Auſtro, vt Ioſue capite decimoſeptimo: Ephraim ſit ab Auſtro. *Infrà 30.* & Eſaiæ capite trigeſimo: Onus iumentorum auſtri. Sed quoniam ventus Aphricus parũ diſtat ab Auſtro, &, vt diximus, ioſlat à Meridie, vertit noſter interpres: Sicut turbines ab Aphrico, pro quo Pagninus tranſtulit Auſtrum.

Viſio dura nuntiata eſt mihi.) Id eſt, Prophetia de Babylonis euerſione, quam ego mentis oculis aſpexi.

Qui incredulus eſt, infideliter agit: & qui depopulator eſt, vaſtat.) Medos & Perſas appellat incredulos, & depopulatores, quos dicit infideliter, hoc eſt immaniter & impiè Babylonem vaſtaturos. Fortaſſe ideò dicit, Infideliter agit, quia cùm Cyrus amicus eſſet regis Babylonis, fidem fregit, eíque bellum crudeliſſimum intulit. Sunt qui dicant Cyrum pacem finxiſſe cum rege Babylonis, & ſic eum dolo & fraude interfeciſſe, cùm eſſet ab eo ad conuiuium inuitatus. Capite *Dan.5.* quinto Danielis ſcriptom eſt, Balſaſarem regem Babylonis feciſſe magnum cóuiuium, & eadem nocte fuiſſe interfectũ, ſucceſſiſſéque in regnum Darium Medum. Vbi nulla fit mentio Cyri, quòd iunior eſſet auunculo ſuo Dario Medo, Artaxerxis filio. Sed in eodem capite ſcriptum eſt vaticinatum fuiſſe Danielem regnum Babylonicum dandum eſſe Medis & Perſis: nam Darius fuit Medus, Cyrus autem Perſa, qoi poſteà imperauit.

Aſcende Elam, obſide Mede.) Verba ſunt, quæ vates audiuit, quibus Deus Elamitas & Medos inſpirauit, vt Babylonem oppugnarent, & euerterent. Senſus eſt: Parate bellum, & Babylonem obſidete vos ô Elamitæ & Medi. Ne timeatis eius fortitudinem & munitionem, nam omnem gemitum & dolorem, quem aliis nationibus inferebat, ceſſare faciam. iam amplius neminem affliget, quoniã à vobis funditus euertetur. Elã ciuitas eſt Perſidis, ſed pro tota Perſide accipitur. Appellãtur etiam Perſarũ principes Elamitæ, ab Elam filio Sem, vt ait Ioſephus. Id quod dicit; Omnem gemitum eius ceſſare feci: poteſt etiam habere hunc ſenſum: Tantus erit Babylonis timor, vt ne gemitum quidem audeat liberè proferre.

Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore.) Verba ſunt Prophetę, qui pietate motus perniciem Babyloniorum dolebat. Sunt qui dicant verba eſſe Balſaſaris, vel vt in aliis codicibus inuenitur, Balthaſaris regis Babylonis. Cæterùm lumbos impleri dolore, ſignificat imbecillitatem & fragilitatem, ſicut contrà lumbos ſuccingere ſtrenuitatem & fortitudinem ſignificat.

Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum.) Hoc eſt, in admirationem. Si verba ſunt Balthaſaris, apertus eſt ſenſus: ſi autem ſunt Prophetæ, dicendũ eſt, Babylonios eſſe ab eo dilectos quatenus proximi erant, & à Deo creati, non autem quatenus improbi & infideles. Eos enim, quatenus tales erant, deteſtabatur ſanctus vates, non eorum naturam oderat, ſed malitiã. Rex Dauid omnes homines diligebat, & tamen dicebat: iniquos odio habui, & legem tuã dilexi. *Pſal.118.* & alio in loco: Odiui Eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo. *Pſal.25.* & alibi, Nónne qui oderunt te Domine oderã: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? *Pſal.138.* perfecto odio oderã illos, & inimici facti ſunt mihi. Aſpicis igitur ſanctũ regem, qui omnes homines amore proſequebatur, iniquos, qua ratione tales erãt, odio habuiſſe, eorúmque ſcelera fuiſſe deteſtatum.

Pone menſam.) Alludit ad conuiuiũ, quod Rex Babylonis fecit eo die, quo interfectus eſt.

Contemplare in ſpecula.) Cùm paratum eſſet conuiuium, miſſus eſt ſpeculator, qoi videret ex ſpecula num inimici vrbem inuaderent, qui videns eos adoriri ciuitatẽ, alloqoitur Babyloοios comedentes, exclamans vt ſurgerẽt, & arma arriperent. Poteſt hoc ita explanari: Inſtrue mẽſam tu ô Babylon, & cõtemplare in ſpecula, hoc eſt, in ſcriptura manus ſcribentis, quæ mirabiliter *Dani.5.* in pariete apparuit, vt eſt apud Danielem quinto capite. Et vos ô Medi & Perſę, qui cum rege Babylonis accũbitis, ſurgite ad occidendũ regem.

Vade & pone ſpeculatorẽ.) Verba ſunt Dei Prophetam alloquentis: Vade tu ô Eſaia, & pone te ſpeculatorem. Et quæcunque hic ſpeculatur viderit annonciet. Et vidit currum. Nunc loquitur Eſaias. Et hic ſpeculator, hoc eſt, ego ipſe, vidi currum duorum equitum, & trahebant currum aſinus & camelus. Hi duo equites erant Cyrus Rex Perſarum, & Darius Rex Medorũ, duo animalia, quæ currum trahebant, erant duo exercitus, nempe Medorum & Perſarum. Per aſinum intelliguntur Perſæ, qui ante Cyrum neglecti, in obſcuritate iacebant, per camelum Medi, qui ſemper fuerunt in omnium gentium luce & celebritate cõſtituti. Et ſpeculator ille, qui mentis oculis hæc aſpexerat, clamauit vt leo. Quis autẽ eſſet hic ſpeculator explicat, eſſe ſeipſum, dicẽs: Super ſpeculam Domini ego ſum ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctibus. Quibus verbis indicat Propheta, ſe poſitum eſſe veluti in ſpecula, ex qua videret ſpiritu prophetali ea, quæ erant ventura, Deíque imperio diebus ac noctibus obediret, vt ea, quæ Deus præciperet, loqueretur, & literis mandaret. *Ezech.3.* Indicat præterea, diuinus vates eſſe ſpeculatores, iuxta id quod apud Ezechielẽ ait Deus: Fili hominis ſpeculatorem dedi te. Id autem quod dicitur: Exclamauit vt leo, poteſt habere hunc ſenſum: Exclamauit ſpeculator dicẽs: Venit Cyrus vt leo.

Ecce iſte venit aſcenſor.) Hæc ſunt quæ clamabat ſpeculator, nimirum ipſe Propheta Eſaias: Ecce venit Cyrus contrà Babylonem, quæ eſt vaſtanda, & omnia eius idola conterenda. Meminit idolorum, vt perpenderent Iudæi quàm fragilia adiumenta quæſiuiſſent, nempe idola, quæ erant cõfringenda, & pedibus cõculcanda.

Tritura mea & filia areæ meæ, quæ audiui à Domino exercituum Deo Iſrael annuntiaui vobis. Onus Dumah. Ad me clamat ex Seir. Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos: Venit

manè

manè & nox. Si qnæritis quærite: cõuer- D timini & venite. Onus in Arabia. In ſaltu ad veſperam dormietis in ſemitis Dodanim. Occurrentes ſitienti ferte aquam: qui habitatis terrã Auſtri, cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis prçlij: quoniam hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in vno anno quaſi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar. Et reliquiæ numeri ſagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur: Dominus enim Deus Iſrael locutus eſt.

Tritura mea & filia areæ mea.) Apoſtrophe eſt ad Hieroſolymam, quam appellat triturã, quòd eſſet multis afflictionibus triturata, & oppreſſa, qua ratione eam etiam appellat filiam areæ, eſt enim area, vbi frumenta areſcunt & teruntur, de qua ait Virgilius primo Georgicorũ libro: Area tum primùm ingenti eſt æquanda cylindro. Vel quia templum Salomonis ædificatum eſt in area *2. Para.3.* Ornæ, vt eſt in libro ſecundo Paralipomenon *1.Para.21.* mandatum memoriæ, & libro primo capite vi- *2.Reg.vlt.* geſimoprimo, & ſecundo Regum capite vltimo, ideò voluit Hieroſolymã filiam areæ appellare. Eſt igitur ſenſus: Crede ô Hieroſolyma iis, quæ de euerſione Babylonis vaticinatus ſum, nam Deus eſt qui loquitur, qui nunquam fallit. Vel ſunt verba Dei dicentis, Babylonem futurã eſſe tritutam & aream, hoc eſt conquaſſandã & conculcandam eſſe ab hoſtibus, ſicut frumentum in area cõteritur & trituratur. Prima interpretatio eſt diui Hieronymi. Tu verò perpende Hieroſolymam ciuitatem ſanctam, homines in viſione pacis, in Sione, hoc eſt, in alta contemplationis ſpecula collocatos, triturã appellari, & filios *ſimile.* areæ Dei. Nam quemadmodum triticum, quod eſt in horreum recondendum, prius à bobus trituratur, vt ab eo excutiantur paleç, & ipſum purum remaneat: ſic viri in hoc mũdo variis afflictionibus teruntur, multíſque inuidiæ telis expoſiti, atque infinitis calamitatibus oppreſſi à bohus, hoc eſt, à ſceleratis, veráque ſapientia carentibus conculcantur, vt ſic mundi & purificati, nudi à paleis & terrenis affectibus, in horrea Chriſti, hoc eſt, in cœleſtes manſiones reconditi, diuina viſione in æternum fruantur. Aſpicis igitur eſſe hunc mundum afflictionum aream, cœlum autem iuſtorum cellarium.

Onus Duma.) Duma regio eſt Idumææ, iuxta quam ſunt montes Seir, hoc eſt piloſi & hiſpidi hominis, qui fuit Eſau. Seir enim piloſum ſignificat. Pro Duma vertuntur lxx. Idumæam. perſpicuum eſt enim, Idumæam eſſe regionẽ Eſau, quæ quòd ille Edom vocabatur, tale nomen accepit. Diuus Hieronymus exiſtimat hanc Idumææ captiuitatem factam fuiſſe ab Aſſyriis, aut à Nabuchodonoſore. Quæ autem fuerit huius *Amos 1.* vaſtationis cauſa, aperit Amos Propheta capite primo ita dicens: Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non conuertam eum, eò quòd perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum, & violauerit miſericordiam eius, & tenuerit vltra furorem ſuum, & indignationem ſuam ſeruauerit vſque in finẽ. Vbi vides ideò Idumæos fuiſſe afflictos & vaſtatos, quia cũ Iudæos amore proſequi deberẽt, hoſtili odio perſecuti ſunt. Eam ob cauſam dicebat diuinus Pſaltes: Memor eſto Domine filiorum Edom in die Ieruſalem. Qui di- *Pſal.137.* cunt, exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea. Quibus verbis Propheta precatur *Ierem. 49.* mala Idumæis, Babylonios aduerſus Hieroſoly- *Ezech.25.* mam excitantibus, vt eam funditus euerterent. *Abdi.1.* Lege Ieremiã capite quadrageſimonono, Ezechielem capite vigeſimoquinto, & Abdiã capite primo, vt hanc vaticinationẽ plenius intelligas.

Ad me clamat ex Seir.) Quoniam qui clamat patitur, ſignificat his verbis diuinus vates Idumæorum afflictionem. Figura eſt metalepſis ſatis in diuinis literis frequens, quando vnum ex alio ſignificatur. Hæc verba ſunt Dei quaſi dicentis: Habitatores montium Seir calamitatibus oppreſſi ad me clamant dicentes: Cuſtos quid de nocte? Cuſtos quid de nocte? Hoc eſt, Tu ô Deus qui eos qui ad te cõfugiunt cuſtodis, & tueris, quare nos nõ protegis ab hac calamitatũ nocte.

Dixit cuſtos: Venit manè & nox.) Clamantibus Idumæis reſpõdet Deus: Aliquando vobis luxit manè proſperitatis, nunc verò accedit & incubat atra nox afflictionis. Vos autem manè, dum res vobis ad voluntatem fluunt, eſtis mei immemores, nocte autẽ caliginis & doloris me ore inuocatis. Igitur ſi quæritis quærite. Si meũ auxilium imploratis in ærumnis, implorate etiã in gaudiis. Si vultis vt vobis opem feram, conuertimini ad me toto veſtro animo, & ad me properate. Non ore ſed animo etiam meipſum quærite, & ego vos ab ærumnis, in quibus verſamini, liberabo. Vbi aſpicis ideò nos nõ eſſe aliqnãdo à Domino exauditos, & à calamitatibus ereptos, quia Deum toto animo non inuocamus. *Deut.4.* Ait enim ſcriptura Deuteronomij capite quarto: Cùm quæſieris Dominum Deum tuum, inuenies eum, ſi tamẽ toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Intuere quàm vtilis ſit afflictio. Vt enim in machina, quam noſtri Bom- *ſimile.* barbam vocant, ignis proiicit longiſſimè pilam vehementi impetu cõcitatam, ſic afflictio eleuat feruentem orationem vſque ad interiora cœli. Idẽò dicit: Venit manè & nox. Quaſi dicat: Quæritis me in afflictione, non autem in lætitia. Narrat Pomponius Mela eſſe in Cyrenaica prouincia fontem admirabilem media nocte feruẽtem, Meridie verò frigidiſſimum, qui ſolis fons appellatur. Tales nos abſque dubio ſumus: nã Meridie proſperitatis tepeſcimus, nocte autem affli- *ſimile.* ctionis igne diuini amoris inflammamur.

Onus in Arabia.) Arabia eſt regio Aſiç maioris, inter Iudæam & Aegyptum, & eſt in tres partes diſtributa, in Arabiã Fœlicem, Petræam, & Deſertam. Et quanuis Arabia complectatur Ammonitas, Moabitas, Idumæos, Iſmaelitas, hoc in loco ſolùm agitur de ea, in qua habitant Iſmaelitæ, qui ſunt Cedareni progeniem ab Iſmaele ducentes, qui falſo nomine dicuntur Sarraceni, cùm potius Agareni dici debeant. Hi ob eam cauſam victi & vaſtati fuerunt, quia nullam benignitatem Iudæis ad eos confugientibus oſtenderunt.

In

In ſaltu ad veſperã dormietis in ſemitis Dodanim.) Verba ſunt quibus vates Iudæos profugos, & Hieroſolymam ob Babyloniorum obſidionem relin quentes, alloquitur. Vos, ô Iudæi fugietis in Arabiam, vbi in ſaltu & ſolitudine requieſcetis ad veſperam, in itineribus ducentibus ad Dodanim locum in Arabia. Et ſtatim conuertit ſermonem ad Iſmaelitas dicens: Occurrentes ſitiẽti ferte aquam, &c. Quaſi dicat: Ne ſitis feri & immanes aduerſus Iudęorum gentem, veſtrum quærentem præſidium. Ferte aquam populo pręnimio ſolis feruore ſitienti, porrigite illi panem, ne fame deficiat.

Adhuc in vno anno quaſi in anno mercenarij.) Annus mercenarij appellatur annus certus, & definitus, qui nec minuitur, nec vltra terminum extenditur. qua de re locuti ſumus capite ſexto decimo. Eſt igitur ſenſus: In vno anno certo & conſtituto euertetur regio Cedarenorum, & omnis eorum gloria obſcurabitur.

Et reliquiæ numeri ſagittariorum.) Alludit ad Iſ-
Gen.21. maelem, qui fuit ſagittarius, vt diuinæ literę Geneſis capite vigeſimo primo teſtantur. Fortaſſe Iſmaelitę artem patris ſequebantur. Hanc Agatenorum vaſtitatem & cladem ferunt fuiſſe ab Aſſyriis illatam. Sunt qui dicant fuiſſe à Babyloniis. Fortaſſe fuerunt Iſmaelitę euerſi prius ab Aſſyriis, & poſteà à Babyloniis: & ita illa verba, Adhuc in anno vno, &c. intelliguntur de prima euerſione: illa autem verba, Et reliquiæ numeri, de ſecunda.

ANNOTATIONES EX Hebræo in CAPVT XXI.

Qui incredulus eſt, infideliter agit: & qui depopulator eſt, vaſtat.) In Hebraico eſt in hunc modum: הבוגד בוגד והשודד שודד haboghed boghed ve- ha- xodhedh. Duo tantùm ſunt verba bis poſita: vnum eſt baghad, quod ſignificat infi-
Ierem. 12. deliter agere, ſiue præuaricari, vt Ieremiæ capite
Ezec.32. duodecimo: Bene eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt: alterũ eſt xadhad, quod ſignificat vaſtare, vt Ezechielis trigeſimoſecundo: Et vaſtabunt ſuperbiã Aegypti. Ideò poteſt verti: Qui infideliter agit, infideliter agit: & qui vaſtat, vaſtat: vt ſit ſenſus: Cyrus, qui in alios infidelis eſt, etiam Babylonis fidem violabit: & qui alias regiones vaſtat, etiã Babylonem vaſtabit. Cyrũ fœdifragum & immanem appellat, quia in uitatus à rege Babylonis eum paratis inſidiis interfecit. Deberet certè regi, qui eum in ædem recipiebat, fidẽ etiã ſeruare. Septuaginta verterũt: Præuaricator præuaricatur, & iniquus inique agit. Poteſt ita verti: Irruit ſceleratus in ſceleratũ, vaſtatórque in vaſtatorem, hoc eſt, Cyrus in Balthaſarem Babyloniorum regem.

Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculũ.) Pro Babylone eſt in Hebræo נשף næxæph, quæ dictio ſignificat caliginem, rem caligine circunfuſam, noctis initium, & ipſam noctem. Et quoniã Babylon appellatur caligo, mónſque obſcurus & caliginoſus, vt capite tertiodecimo oſtẽdimus, vbi pro caliginoſo eſt in Hebræo נשפה nixpæh, ideo diuus Hieronymus rectè pro caligine hoc in loco vertit Babylonẽ. Poteſt verti: Nox à me deſiderata verſa eſt mihi in horrorẽ. Vel ita: Caligo deſiderij mei facta eſt mihi in pauorẽ, Idem enim nomẽ miraculũ pauorẽ, & horrorẽ ſignificat. Solet hebraiſmus rem dilectam appellare rem deſiderij. Pagninus vertit: Noctẽ amabilẽ mihi poſuit mihi in pauorem. Et ita ſunt verba Balſaſaris, ſeu vt in nonnullis codicibus inuenitur, Balthaſaris regis Babylonis. In ea enim nocte, qua magnũ iucũdúmque conuiuium fecerat, vidit digitos ſcribentes in pariete verba ſuam perniciem ſignificantia, vt eſt apud Danie-
lẽ quintò capite. Ait igitur: Nox illa, qua ſtatue- *Dan.5.*
ram animũ remittere, deliciíſque affluerę, verſa eſt mihi in mœrorem & calamitatem. Tales ſunt mundi voluptates & oblectationes. Quo tẽpore rex ille Babylonis lętitia geſtiebat, neque erat illi quicquam magis in optatis, quàm vt omnes ſecum gaudio perfunderentur, fuit regno ſpoliatus, immanitérque occiſus. O falſam ſpem, ô volucrem variámque viciſſitudinem, ô cæcam cupiditatem, ô propoſteram gratulationẽ, quàm ſubitò ea, in quibus ſolent mortales ſpem ſuam vanè locare, ex lætitia & voluptate in luctum atque lachrymas conuertuntur.

Onus Duma.) Pro Duma eſt in Hebraico דומה Dumah à verbo דמם dum, quod ſignificat tace-
re. Vnde dumah ſignificat infernum, vt Pſalmo *Pſal.93.*
nonageſimo tertio: Paulominus habitaſſet in inferno anima mea. Fortaſſe ita appellatur, quia ibi iacent damnatorum animæ nullos inter ſe lætos ſermones conferentes. Quod ſignificans poëta Latinus ait libro ſexto: Dij quibus imperium eſt animarum, vmbræq; ſilentes: Et chaos & phlegethon, loca nocte ſilentia latè. Poterat verti Pſalmus ille: Paulominus habitaſſet in ſilentio anima mea, vt per ſilentium infernus intelligeretur. Nomẽ enim hoc, quod ſignificat infernum, ſilentium etiam ſignificat, vt ait diuus Hieronymus. Quam ob cauſam in hoc Eſaiæ loco Aquila pro dumah ſilentium poſuit: acſi diceret Propheta. Video graue pondus ſuper eos, qui ſilent, quando ea occurrunt, quæ non oportet ſilentio præterire graue enim crimen eſt aliquando tacere & veritatem abſcondere. Prętereà omnes impij ſilent, quoniam ad Deũ nequaquam clamant: clamantes enim tacent, quoniã
animo non clamant. Quoniam tacui, ait Da- *Pſal.31.*
uid, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die. Vbi vides eum ſilere dum clamabat. Contrà verò iuſti etiam ſilentes clamant. Vn-
de Dominus dicebat Moyſi: Quid clamas ad mẽ *Exod.14.*
cùm tamen ipſe taceret. Quoniam quamuis tacebat ore, animo tamen loquebatur, atque penetrabiles voces ardentiáque ſuſpiria cœlum tranſcendentia effundebat. Qui igitur Deum ore tantùm inuocat, ab eo animum habens ſeuocatum, ne loquitur quidem. Hoc intelligens diuinus vates canebat: Clamaui in toto corde, exaudi me
Domine, iuſtificationes tuas requiram. Et alibi: *Pſal.118.*
Tibi dixit cor meũ, exquiſiuit te facies mea, faci- *Pſal.25.*
em tuã Domine requirã. Ergo ſuper tacẽtes, ſuper eos, qui ad Deum toto animo nõ cõfugiunt: neque clamant, ſed mortiferis labiis inquinati

nati maleficio & ſcelere paſcuntur, videbat *Pſal.37.* diuinus vates onus grauiſſimũ imminere. Quid enim oneroſius & grauius quàm iniquitatum multitudo? Hoc eſt põdus, de quo aiebat vates, Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ, & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Poteris etiam per ſilentium hoc in loco inutile otium intelligere, iuxta id quod ait Salluſtius inſignis hiſtoriographus: Omnes homines qui ſeſe ſtudent prętare cęteris animantibus, ſumma ope niti decet, ne vitã ſilentio tranſeant. Hi vitam ſilentio tranſire dicuntur, qui nihil agunt, quod poſt eorum mortem eos vixiſſe teſtetur. Hoc intelligens Heſiodus aſſerebat otium opprobrium eſſe, negotium verò minimè. Quã ſentẽtiam Socrates approbat apud Xenophontem in libro de eius dictis & factis, ita eã interpretans, vt per otium & ſilentium vitium intelligat, per negotium verò virtutem. Nam eos tantùm aliquid efficere exiſtimat, qui in honeſtatis ſtudia incumbũt, eos verò otio ſilentióque ætatẽ tranſigere, qui cæcam cupiditatem, temerariam, bonarúmque cogitationem expultricem ſequũtur. Omnis enim eorum memoria aut ſtatim extinguetur, aut ſenſim obſcuratur & euaneſcit. At illi in ſilentio non ſunt, qui quamuis ſileant, tamen de eorum vita haud quaquam ſiletur: cùm ea efficiant, quæ nõ ſolùm ſtatim nõ obtuũtur, ſed potius perpetuis monumentis mandãtur. Cæterũ pro דומה dumah Septuaginta interpretes Idumæam tranſtulerunt.

In ſaltu ad veſperam dormietis.) Pro ad veſperã eſt in Hebraico בערב baarau, quæ dictio ſignificat veſperam & Arabiam. Ex quo effectum eſt vt alij hoc in loco veſperam, alij Arabiam tranſtulerint.

Argumentum capitis XXII.

Deſcribit diuinus vates luctuoſum excidium Hieroſolymæ à Babylonijs inferendum, eiúſque crudelem vaſtationem, acerbámque captiuitatem ſcelere eius & impietate conflatam deplorat. Prædicit hominem impium daturum eſſe pœnas ſuarum fraudum, qui contra Dominum ſuum Ezechiam cum Sennacheribo coniurauit, eſſéque in eius locum Eliachimum ſubſtituendum. Inde ſumpta occaſione aperit myſterium redemptionis humanæ per crucem, quam Chriſtus glorioſam reddidit. Ea enim, quæ erat anteà in fame extremúmque ſupplicium, fuit corpore Chriſti ſacrata & illuſtris: atque poſt eius mortem manſit in monte Caluariæ erecta, tanquam illuſtre tropheum, atque diuinæ victoriæ clariſſimum monumentum. Ea gloriamur & munimur, intelligentes eſſe illam excellentiſſimum noſtræ dignitatis ornamentum & decus, noſtræque ſalutis certiſſimum præſidium.

CAPVT XXII.

A ONus vallis viſionis. Quidnã quoque tibi eſt, quia aſcendiſti & tu omnis in tecta? clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans, interfecti tui non interfecti gladio: nec mortui tui mortui bello. Cuncti principes tui fugerunt ſimul, duréque ligati ſunt: omnes qui inuenti ſunt, vincti ſunt pariter, procul fugerunt. Propterea dixi: recedite à me, amarè flebo: nolite incumbere vt cõſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum Domino Deo exercituum in valle viſionis, ſcrutans murum, & magnificus ſuper montem. Et Elam ſumpſit pharetram, currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponent ſedes ſuas in porta. Et reuelabitur operimentum Iudæ, & videbitis in die illa armamentarium domus ſaltus, & ſciſſuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ ſunt.

EXPLANATIO.

Onus vallis viſionis.) Vaticinium annuntians afflictionem, onus, vt eſt à nobis aliis in locis explicatum, appellatur. *Suprà.1.* Vallem viſionis appellat diuus vates Hieroſolymam, quòd eſſet prophetarũ domicilium: prophetia enim, vt primo capite fusè oſtendimus, vocatur viſio, quaſi res certiſſima, & mẽtis oculis perſpecta. Eſt igitur horũ verborum ſenſus: ſequitur vaticinium prænuntians calamitatem Hieroſolymæ, quam coluerunt diuini vates futura videntes. Sed cùm hęc vrbs ſita ſit in mõte Sione ad aquilonarem partem, iuxta id quod eſt ſcriptum in Pſalmo: *Pſal.47.* Mons Sion latera Aquilonis ciuitas regis magni, non parua occurrit dubitatio, cur vallis, & nõ potius mons appelletur. Ad quod reſpondẽdum exiſtimo ideò vallem appellari, quia adeò erat conculcanda, & delenda, vt non mons ſublimis, ſed vallis abiecta dici mereretur: fuit enim ab hoſtibus ferro flammęq; expoſita, funditúſque deuaſtata. Vel quia ſancti illi, quibus Deus viſiones oſtendit, & ſplendore diuinorum myſteriorum illuſtrat, non ſunt in monte ſuperbiæ locati, ſed in humilitatis valle conſtituti.

Quidnam quoque tibi eſt, quia aſcendiſti & tu omnis in tecta?) Solebant Palęſtini habere ſuper domos plana tecta, vbi deambulare poterant: *Supr.15.* quod etiam de Moabitis capite quintodecimo diximus. Ad hęc tecta, ingredientibus hoſtibus vrbem confugiebant Iudęi, vt in illis locis ſublimibus ſe defenderent, & inde lapides, tela, aliáque arma miſſilia in inimicos proiicerent.

Plena clamoris.) Hoc eſt, Tu, quæ olim, reportatis de Gentibus victoriis, triumphare ſolebas, nunc tuam calamitatem deploras, & lamentis tuum indicas dolorem. Fortaſſe ideò Hieroſolymam plenã clamoris appellat, quia cùm eſſet populoſa, non poterat eſſe abſque magno hominum ſtrepitu & clamore.

Interfecti tui non interfecti gladio.) Hoc ideò ait, quia

quia obſidionis tẽpore amiſit Hieroſolyma magnam hominũ multitudinem non gladio ſed fame pereuntium. 4.Re.vlt. Et qui ſe in fugam cõiecerunt, direpta ciuitate fuerunt à ſagittariis comprehenſi, vinculiſque ligati. Habes hanc hiſtoriam capite vltimo quarti libri Regum. Et Ieremias in Threnis, Melius, inquit, fuit occiſis gladio, Thren.4. quàm interfectis fame.

Procul fugerunt.) Principes Hieroſolymæ videntes Babyloniorum obſidionem, exiſtimanteſq; ſe non poſſe eorum impetum ſuſtinere quadam nocte perforato muro ſe fugæ mandarunt: at capti à Babyloniis in campis Ierichontinis traditi fuerunt Nabuchodonoſori. Lege Ieremiam Ierem.19. capite trigeſimonono, & quartum librum Re- 4.Re.vlt. gum capite vltimo.

Recedite à me amarè flebo.) Vide quo dolore Propheta vaſtitatem Hieroſolymæ deplorabat. Tanto gemitu, tantiſque lamentis plangebat, vt ne conſolationẽ quidem admittere vellet. Videbat vaſtandam eſſe patriam ſuam, & funditus delendam, antiquas poſſeſſiones hoſtium direptioni committendas, templum diuino cultui dedicatum flammis comburendum, ideo acerbiſſimè angebatur, neque poterat lachrymas continere. Quis eſſet tam incultus & immanis, qui non funderet fluuios lachrymarũ videns funditus euerti ab infidelibus vrbem illam pręclaram, ſanctorum vatum receptaculum, vbi quondam fides viguerat, ciuitatẽ inſignẽ, diuitiarũ copia affluentem, rerum geſtarum gloria florentem, omniſq; nobilitate & ſapientia pręſtãtem? Et volens Propheta reddere rationem ſuarum lachrymarum, hanc vaſtationem inquit, quã mentis oculis intuebatur, eſſe in valle viſionis: acſi diceret: Si ciuitas aliqua infidelis vaſtaretur, eſſet quidem tolerabile: ſed quî fieri poteſt vt nõ doleã, ſummiſque cruciatibus premar, cùm videam incendio flagrare montem illum Sionem, vbi fides quieſcere ſolebat, vbi Deus viris iuſtis & pietate pręſtantibus loquebatur, & diuinas viſiones oſtẽdebat, montem illum celebrem, ab hoſtibus adeò conculcatum, vt non mons, ſed vallis poſſit meritiſſimò appellari? Hinc orta etiam ſunt lamenta illa mœſtiſſima intimis gemitibus ſociata, & cũ amariſſimis ſuſpiriis coniuncta, quę Deo dicata, pius ille atque ſanctus Ieremias flebiliter canebat. Sed ego exiſtimo hos diuinos vates, cùm hæc deplorabant, etiã animo intueri miſerabilẽ illam euerſionem & cladem à Romanis inferendã, de qua ita ait Ioſephus, oculatus teſtis: Captiuorum quidem omnium, qui toto bello comprehenſi ſunt, nonaginta & ſeptem milliũ comprehenſus eſt numerus. Mortuorum verò per omne tempus obſidionis vndecies centum millia. Hæc ille capite decimoſeptimo libri ſeptimi de bello Iudaico. Sed ſancti vates non tam Iudæorum cladẽ, quàm ſcelera & impietates, ob quas illi in luctuoſiſſimas illas ærumnas inciderunt, deplorabant. Ita quando Chriſtus ſaluator noſter videns ciuitatem fleuit ſuper illam, vt diuus Luc.19. Lucas ait, potius ob Iudęorum ingratitudinem & nefaria facinora, quàm ob murorum ruinam & vaſtitatem lachrymas fundebat.

Scrutans murum.) Adeſſe video diem, in quo hoſtis murũ ſcrutabitur & rumpet, qui quidem dies erit magnificus & iucũdus hoſtibus noſtris ſuper mõtẽ Sionẽ aſcẽdẽtibus. Quidã ita interpretantur: Clamor vſque ad mõtem eleuabitur. Vel ſic: Hoſtis irruens in murum hortabitur milites, vt aſcendant ad Sionem.

Elam ſumpſit pharetram.) Elamitæ coniuncti ſunt cum Babyloniis ad euertendam Hieroſolymam, & ſumptis pharetris, quoniam erant ſagittarij, inſtruxerunt equitatum, & currus bellicos.

Parietem nudauit clypeus.) Afferent Elamitę clypeos, qui in parietibus ędium ſuarum pendebant, & ita manebit paries nudatus. Vel ſic: Clypei hoſtium parietes Hieroſolymæ nudabunt, hoc eſt, hoſtes clypeati non ſolùm muros vrbis, ſed etiam domeſticos parietes euertent.

Et equites ponent ſedes ſuas in porta.) Deſcribit Ierem.39. expugnationẽ Hieroſolymę, quæ facta eſt anno Sedechię vndecimo de qua Ieremias ſic ait: vndecimo anno Sedechię mẽſe quarto quinta mẽſis aperta eſt ciuitas, & ingreſſi ſũt omnes principes regis Babylonis, & ſederunt in porta media, &c. Sedebant autem in porta ne Iudæi fugientes euadere poſſent.

Operimentum Iudæ.) Dicunt nonnulli eſſe templum, vbi Iudęi exiſtimabant ſe eſſe operiendos, & ab omni hoſtium oppugnatione liberandos. Et eam ob cauſam Ieremiæ, aliiſque vatibus diem necis deſtinauerunt, quia ſunt ruinam templi vaticinati. Vel loquitur de operimento & velamine, quo ſancta operta erant. Septuaginta habent. Reuelabunt portas Iudæ. Vbi vides eos per operimentum portas intelligere.

Armamentarium domus ſaltus.) Domus erat à Salomone condita inſtrumentis bellicis plena & inſtructa, quæ quoniam erat arboribus circundata, domus ſaltus ſiue nemoris appellabatur: vel quia ęrat ex lignis Libani ædificata. Eſt igitur ſenſus: In die illa tota veſtra fiducia erit in rebus humanis fixa, & obliti Dei veſtri ad domum armorum reſpicietis, ad eam oculos leuabitis, in ea erit ſpes omnis veſtra 3.Reg.7. collocata. At nihil vobis proderit tam inanis fiducia De hac domo vide tertium librum Regum capite ſeptimo.

Et congregaſtis aquas piſcinæ inferio- C
ris, & domos Ieruſalem numeraſtis, & deſtruxiſtis domos ad muniendum murum. Et lacum feciſtis inter duos muros, & aquam piſcinæ veteris, & non ſuſpexiſtis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem ejus de longè non vidiſtis Et vocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad caluitium & ad cingulum ſacci. Et ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & iugu-
lare arietes, comedere carnes, & bibe- D
re vinum. Comedamus & bibamus, cras Sup.2.b
enim moriemur. Et reuelata eſt in auri- 1.Cor.15.
bus meis vox Domini exercituum. Si di- Infrà 26.d

mittetur: iniquitas hæc vobis donec moriamini: dicit Dominus Deus exercituum.

Congregaſtis aquas.) Obiicit Iudæis dediſſe operam ad parandam ciuitatem obſidioni nulla poſita in Deo ſpe nec fiducia. Congregarunt aquas piſcinæ ſeu ciſternæ inferioris ad bibendũ, & ad diluendam terram ad muros reparandos. Et numerauerunt domos, vt ex illis eas euerterent, quæ in obſidione non poſſent ſuſtentari, & ex eorum lapidibus publica mœnia reficerẽt: & nonnulla alia fecerunt, vt ſe ab hoſtibus protegerent: Dominum autem non inuocauerunt, nec eius auxilium implorarunt. Vtitur propheta præteritis pro futuris, vt aliis in locis annotauimus.

Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum.) Priuſquã caperetur Hieroſolyma, hortabatur diuinus vates ille Ieremias Iudæos, imo Deus per Ieremiã, vt agerent pœnitẽtiã, & gemitu ac plãctu, indutique cilicio ad Deũ clamarẽt, & preces ex animo funderẽt. At illi Deum contemnentes ſe veluti pecora vẽtri & epulis tradebant, & lætitia elati occidebãt vitulos, comedebant carnes, ingurgitabantur vino, dicentes: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Acſi dicerẽt: Quoniam vita breuis eſt quæramus voluptates in hoc mundo, totóſque nos deliciis tradamus. Vide impiorũ peſtilẽtia verba. Fortaſſe verba illa. Cras enim moriemur, dicebãt ironicè & irriſoriè. Cùm enim Propheta Iudæorum excidiũ imminere prædiceret, illi verba eius deridebant dicentes in eius contemptũ: Comedamus & bibamus, nã, vt delirus ille ait, cras moriemur. Aſpicis hoc in loco apertiſſimè pœnitẽtiã complecti fletum, plãctum, ſaccos, & id genus alia, quibus Deus placatur: eos autem qui hæc contemnunt, eſſe ipſius Dei vocantis peccatores ad ea, contemptores. Quid reſpondebit ad hunc locum Philippus Melãchthõ hereticus noſtri temporis, cum cæteris hæreticis deteſtabilibus; qui hæc irrident, aſſerẽtes ſolùm terrores, quos incutit cõſcientia peccati, & fiduciam in Deum abſoluere pœnitentiam? Vbi inuenerũt in ſacris literis talem pœnitentiã? Quis vnquam ex catholicis doctoribus talia ſcripſit? irrident inſani homines fletum, & planctum, & cilicium, cùm hîc habeamus apertiſſimum locũ; vbi nos Deus ad hæc inuitat & vocat. Et apud
Ioel 2. Ioelem: Conuertimini, inquit, ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu, & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta ve-
Pſal.6. ſtra. Hoc intelligens Dauid dicebat in Pſalmo. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtratũ meum rigabo. Vide quo dolore angebatur, quos cruciatus ſuſtinebat, quos gemitus, quas lachry-
Pſal.101. mas fundebat, ob ſcelus admiſſum, & diuinã legem violatam. Et alio in Pſalmo oſtendens corpus ſuum eſſe aſſiduis lachrymis & mœroribus conſumptum dicebat: Percuſſus ſum vt fœnũ, & aruit cor meũ, quî oblitus ſum comedere panem meũ. Et paulò poſt: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miſcebã. Plus eſt hoc, quam terrores conſcientiæ, quos dicunt hæretici. Sed quid cito duo, aut tria loca? lege totam ſcripturam, inuenies paſſim requiri ad pœnitẽtiam fletum, ieiuniũ, cilicium, & cætera huiuſmodi, quæ hæretici deteſtantur. Lege veteres illos patres ſanctiſſimos, Ambroſium, Hieronymum, Cyprianum, Auguſtinum & reliquos, quorum ſalutarem & excellentem doctrinam Eccleſia catholica amplectitur, & videbis apertiſſimè omnes eos in hac ſententia cõcorditer permanere. Beatus Ambroſius in epiſtola ad corruptam quandam, vbi eam ad veram pœnitentiam hortatur: inter cætera inquit: Tu ipſa proprij facti iudex eſto crudelior. In primis omnis cura vitæ huius interimenda tibi eſt, &c. Deinde lugubris tibi accipienda eſt veſtis, & mens, & membra ſingula digna caſtigatione punienda. Amputentur crines, qui per vanam gloriam occaſionem luxuriæ præſtiterunt. Defluant oculi lachrymas, qui maſculum non ſimpliciter aſpexerunt. Palleſcat facies, quæ quondam viruit impudicè. Denique totum corpus incuria maceretur, cinere aſperſum, & opertum cilicio perhorreſcat, quia malè ſibi de pulchritudine placuit. Cor verò ſit liqueſcens ſicut cera, ieiuniis inquietans ſeipſum, & cogitationibus ventilans, quare ſit ab inimico ſubuerſum. ſenſus etiam crucietur, &c. Hæc diuus Ambroſius, & multa alia huiuſmodi, quæ ibi poteris videre. Diuus Hieronymus in Malachiam habet hæc verba: Qui peccator eſt, & quem propria conſcientia mordet, cilicio pœnitentiæ accingatur, & plangat tam ſua delicta, quàm populi; atque iterum ingrediatur Eccleſiam, de qua egreſſus fuerat: & cubet in ſacco, vt præteritas delicias, per quas Deum offenderat, vitæ auſteritate compenſet. Hæc diuus ille Hieronymus. Sed ne longius dilatarem orationem, quàm fortaſſe par eſt, vide Sanctum Cyprianum ſermone quinto de lapſis, & glorioſum Auguſtinum de vera pœnitentia, alióſque catholicos doctores, vbi de pœnitentia diſſerunt, & intelliges quàm falſa, impia, & deteſtabilis ſit hæreticorum de pœnitentia doctrina, quàm contraria ſcripturæ diuinæ, & omnibus viris catholicis, & quàm repugnans ipſi veritati. Eſt præterea hoc in loco animaduertenda Dei miſericordia, qui eos vocabat ad pœnitentiam, quos eum non audituros eſſe ſciebat. Vt enim fons perẽnis aquas fundit, et ſi nemo bibat ex illo, ſic Deus eos vocabat, quãquam ipſi ad fontem diuinæ pietatis accedere nequaquam vellent. Emittebant diuini vates pias & queribundas voces, hortabantur Iudæos ſimile.
ad pœnitentiam, pietatem, & religionem: ſed quemadmodum non dulceſcit mare dulcibus fluminibus in illud quotidie introeuntibus; ſic Iudæorum populus nolebat dulceſcere voci- ſimile.
cibus Prophetarum, qui eum ab errorum atque ſcelerum amaritudine reuocare volebant, & ad veræ religionis pietatis pleniſſimæ ſuauitatem adducere. At Iudæi illi inſipientes ab omni non modò honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relicti, ſuæ duritiæ & impietatis pœnas meritiſſimas dederũt, quemadmodũ omnibus euenit,

qui

Prou.1. qui diuinas voces contemnunt. Sic enim ait
Deus in Prouerbiis Salomonis:vocaui,& renui-
ſtis:extendi manum meam,& non fuit qui aſpi-
ceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum,& in-
crepationes meas neglegiſtis. Ego quoque in in-
teritu veſtro ridebo,& ſubſannabo , cùm vobis
id , quod timebatis,aduenerit:cùm irruerit re-
pentina calamitas , & interitus quaſi tempeſtas
ingruerit , quando venerit ſuper vos tribula-
tio & anguſtia. Hęc ibi. Tu verò nolim exiſti
mes ſolos Iudæos verba Dei contempſiſſe : nos
enim Chriſtiani , nos ſumus illi , quos Deus
quotidie vocat,quíque eorũ voces & clamores
Pſal.68. deſpicimus,& pro nihilo putamus. Clamat adeò
Matt.11. Chriſtus nõ ceſſans clamare,vt dicat in Pſalmo:
Raucæ factę ſunt fauces meę. Et apud Matthęũ:
Venite ad me omnes qui laboratis , & onerati
eſtis. Vocat nos per Prophetas,per Apoſtolos,
per Euangelium ſuum,per concionatores , per
aſpirationes,per afflictiones,per proſperitates:at
Pſal.59. nos veluti aſpides ſurdæ , aures obturamus. Id
plorabat Dauid dicens in Pſalmo : Alienati ſunt
peccatores à vulua,errauerunt ab vtero , locuti
ſunt falſa : furor illis ſecundum ſimilitudinem
ſerpentis,ſicut aſpidis ſurdę obturantis aures
ſuas,quæ non exaudit vocem incantantium , &
1.Reg.3. venefici incantantis ſapienter. Vocabat Deus
Samuelem,& ille,vt in libro Regum ſcriptura te
ſtatur reſpondebat Eli,qui eum hortabatur , vt
dormiret. Vocat nos Deus,& reſpõdemus mun
do , nobis ſuadenti,vt in peccatis dormiamus,
nec vnquã mentis oculos aperiamus,& ad Deũ
leuemus. Nos autem mundo potius quàm Deo
obtemperantes,in ſomno obliuionis permane-
mus. O deſidiam noſtram,& intolerabilem amẽ
tiam. Reſpondeamus Chriſto nos ad pœniten-
tiam vocanti:ſurgamus,ne falſa mundi ſuaſione
decepti in perpetua ignominia & ſcelere vo-
lutemur. Si volumus euadere,ſi concupiſcimus
Babylonis miſeram captiuitatem fugere,ſi appe
timus in æterna Hieroſolyma,in beatiſſimis illis
ſedibus in ęternum permanere,pœnitẽtiam hîc
agamus , deíque vocibus obtemperemus. Deus
vocat nos ad lachrymas , mundus verò ad vo-
Pſal.125. luptates. At hę lachrymæ ſemina ſunt gloriæ,iux
Matth.5. ta illud Dauidis in Pſalmo:Qui ſeminant in la-
chrymis,in exultatione metẽt:& iuxta id quod
ipſa Veritas ait: Beati qui lugent ,quoniam ipſi
conſolabuntur. Voluptates verò pœnas æ-
ternas pariunt,iuxta illud: Væ vobis diuitibus,
Luc.6. qui habetis hîc conſolationem veſtram. Parti-
cula enim, Væ,ęternam damnationem minatur.
Et paulò poſt: Væ vobis,qui ridetis nũc,quia lu
gebitis & flebitis.

Et reuelata eſt in auribus meis.) Senſus eſt : Do-
minus exercituum mihi dixit hæc verba: Si di-
mittetur iniquitas hęc vobis donec moriamini.
Id eſt, Nõ vobis hæc iniquitas dimittetur. Poteſt
eſſe apoſiopeſis , quam Marcus Tullius appellat
reticentiam. figura eſt iratis non infrequens. Eſt
igitur ſenſus: Si hęc iniquitas vobis dimiſſa fue-
rit,ne mihi amplius credatis,aut quid ſimile. In-
telligitur enim id,quod non dicitur,vt eſt apud
Vergilium: Quos ego , ſubaudi,puniam,vel ali-
quid tale. Quidam vertit; Non expietur vobis
hæc iniquitas,donec moriamini,hoc eſt nũquã.

Hæc dicit Dominus Deus exercituũ:
Vade:ingredere ad eum , qui habitat in
tabernaculo,ad Sobnam præpoſitum tẽ-
pli,& dices ad eũ : Quid tu hîc?aut quaſi
quis hîc , quia excidiſti tibi hîc ſepul-
chrũ,excidiſti in excelſo memoriale dili E
genter,in petra tabernaculum tibi? Ecce
Dominus aſportari te faciet ſicut aſpor-
tatur gallus gallinaceus , & quaſi amictũ
ſic ſubleuabit te. Coronans coronabit te
tribulatione,quaſi pilam mittet te in ter
ram latam & ſpatioſam:ibi morieris , & F
ibi erit currus gloriæ tuæ,ignominia do-
mus Domini tui. Et expellam te de ſtatio
ne tua,& de miniſterio tuo deponam te.
Et erit in die illa : vocabo ſeruum meum
Eliachim filium Helcię,& induam illum
tunica tua,& cingulo tuo cõfortabo eũ,
& poteſtatem tuam dabo in manu eius:
& erit quaſi pater habitãtibus Hieruſalẽ,
& domui Iuda. Et dabo clauem domus
Dauid ſuper humerũ eius:& aperiet , & G
nõ erit qui claudat:& claudet,& nõ erit Iob.12.e
qui aperiat. Et figam illum paxillũ in lo- Apoc.3.6
co fideli , & erit in ſolium gloriæ domui
patris ſui. Et ſuſpendẽt ſuper eũ omnem
gloriam domus patris ſui , vaſorum di-
uerſa genera, omne vas paruulum à va-
ſis crateraram vſque ad omne vas muſi
corum. In die illa dicit Dominus exerci-
tuũ, Auferetur paxillus qui fixus fuerat
in loco fideli:& frangetur,& cadet,& pe
ribit , quod pependerat in eo,quia Do-
minus locutus eſt.

Vade ingredere ad eum.) Quę à principio capi-
tis vſque ad hunc locum dicta ſunt , referuntur
ad euerſionem Hieroſolymę per Nabuchodono
ſorem. Ea verò , quæ ſequuntur vſque ad finem
capitis,pertinent ab obſidionem per Sennache
ribum,in qua affuit Eſaias.

Ad Sobnam præpoſitum templi.) Hic Sobna fuit
Sacerdos & Pontifex,homo ſuperbus & elatus.
Tradunt nonnulli fuiſſe eũ alienigenam,& per-
ſuaſiſſe Iudæis ne crederent Prophetis , & cum
Sennacheribo aduerſum Ezechiam coniuraſſe.
Contra hũc iubetur Propheta vaticinari,eíque
dicere: Quid tu agis hîc in templo Dei , cùm ſis
ſceleribus addictus? Quid tibi rei eſt cũ templo
noſtro,cùm ſis extraneus? Quis es tu,vt excide-
ris hîc magnificum ſepulchrum more prin-
cipum & clarorum virorum? Tu exiſtimas eſſe
te hîc perpetuò manſurum,at longè falleris opi-
nione. Deus enim te hinc proiiciet,& demigra-
re faciet,& tam facilè in miſeram captiuitatem
adduceris,quàm facilè aſportatur gallus galli-
naceus ligatus , & ſine labore,& ita te adducet,
quemadmodum viator in humero ſuo pallium
ſuum aſportat. Sceleratus & impius erat hic
Sobna,& tamen volebat ſui memoriam longam

efficere,& immortalitati commendare. Mortem ſuam ornãdam monimento,& magnifico ſepulchro putabat, cujus vitam ſpoliatam virtutum omnium ornamentis aſpiciebat. Heroſtratus homo abiectus & improbus, vt memoriæ proditũ eſt, templum illud Dianę celeberrimum vna nocte cremauit, vt hoc celebri facinore,& nefario ſcelere, nomen ſuum ita propagaret, vt vigeret memoria omnium ſeculorum. Tam latè enim patet immortalis famę deſiderium, vt etiam homines obſcuros & impios nulla ſapientia excultos, nullo virtutum præſidio munitos incendat,& incredibili gloriæ cupiditate inflammet. Heu quot Heroſtratos habet ſeculum noſtrum: qui cùm non poſſint virtute celebritatem conſequi, hoc intentant aliorum famam extinguendo.

Coronans coronabit te tribulatione.) Habebis coronam non laminarum aurearum, ſed doloris & calamitatis. Pro dignitate, quam indiguè quęſiſti, incides in miſeriam & afflictionem.

Quaſi pilã mittet te in terrã latam & ſpatioſam.) Quemadmodum rota ſiue globus currit per locum decliuem, ita tu ad terram latiſſimam, hoc eſt ad Babylonis campos, aſportaberis, vbi miſerè morieris. Cõparat diuinus vates hominem improbũ & inconſtãtẽ pilæ ſiue rotæ, quæ facilè mutatur & circũuoluitur. Cùm enim omnis eius ſpes & cogitatio pẽdeat ex mũdo, ſit autẽ mũdus incõſtantiſſimus, neceſſe eſt, eum nullam habere conſtantiam. At vir verè ſapiens & pius fixus manet, & fortitudine ac tolerantia rerum humanarum ſeptus, nec frangitur neque expugnatur. Quando Deus vult impiorum ſcelera
Pſal.82. vlciſci, permittit ſæpe, vt nullam habeant conſtantiã. Id intelligens Dauid dicebat in Pſalmo:
Eccle.33. Deus meus pone illos vt rotam. Id eſt, inſtabiles
Thren.1. & agitatos inſtar rotę. Et in Eccleſiaſtico ſcriptũ
Gen.5. legimus: Pręcordia fatui quaſi rota carri. Ex peccatis prouenit inſtabilitas. Vnde Ieremias in Threnis, Peccauit, inquit, Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. In capite quinto Geneſis vbi noſtra verſio habet Egreſſus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra,&c. pro profugo in Hebraico eſt, Nod, quod propriè ſignificat inſtabilem & inconſtantem. Tales enim ſunt, qui ſe à Domino ſeparant & ſeiungunt. Illud eſt prætera aduertendum, eum mori qui in terra lata & in via ſpatioſa verſatur, dicit enim: Quaſi pilã
Matth.7. mittet te in terram latam & ſpatioſam, ibi morieris. ait enim Chriſtus apud Matthæum: Lata porta & ſpatioſa via eſt, quę ducit ad perditionẽ.

Ibi erunt currus gloriæ tuæ ignominia domus Domini tui.) Hoc eſt, Currus quibus vtebaris ad gloriam ac pompam, cùm eras Hieroſolymæ, tibi in infamiam vertentur. Qui in luce hominum ac celebritate verſabaris, in tenebris atque obſcuritate iacebis, quia domum Domini tui perdere voluiſti. Dum falſam dignitatem quęreres, veræ dignitatis ornamenta amiſiſti. Solet enim
Oſeæ 4. Deus impiorum gloriam in dedecus cõuertere, iuxta id quod ipſe ait per Oſeam Prophetam: Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Poteris hoc ita intelligere: Ibi, nimirum in Babylonica captiuitate, gloria quam fueras Hieroſolymę cõſecutus, erit ignominia tẽpli Salomonis, cùm videãt Babylonij te hominẽ ſceleratiſſimũ fuiſſe in eo ſacerdotẽ. Aſpicis hoc loco improbos ſacerdotes eſſe dedecori Eccleſiæ. Eſt quidẽ illa ſancta & pulchra, ſed ipſi quantum in ſe eſt eam maculant & deformant.

Expellã te de ſtatione tua.) Verba Dei ſũt aduerſus Sobnã. Ego, inquit Deus, te de ſtatu tuo deiiciã.

Seruum meum Eliacim:) Hic functus eſt officio Sobnæ, vt habetur quarti Regum capite decimo 4.Reg.17.
ſeptimo,& decimooctauo,& Eſaię cap.36.& 37. Infrà 36. & 37.

Et induam illum tunica tua.) Id eſt, omnia ornamenta tua tradam illi, téque de pontificatu proiiciam. Induere aliquem nobili tunica, eſt efficere, vt de illo honorificè ſentiant, eúmque illuſtri laude celebrẽt. Similis phraſis eſt in Eccleſiaſtico, Stola gloriæ veſtiet illũ. Volũt nõnulli per Eccle.15.
Sobnę põtificatũ Iudęorũ ſacerdotiũ ſignificari, per Eliacim verò, ſucceſſionẽ cultus Euãgelici. Hebr.7.
Eliacim ſignificat Deũ ſurgẽtẽ. Trãſlato enim ſacerdotio, vt ait Apoſtolus ad Hebræos, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat,& Euãgeliũ ſuccedat: Sobna autẽ, vt ait diuus Hieronymus, interpretatur cõuertere nũc. Hęc eſt ſynagoga, cui dicitur, conuertatur.

Et erit quaſi pater habitantibus Hieruſalem. Qui pręeſt, pater ſubditorum debet eſſe. Hinc pręſul dicitur abbas, ab abba, quod eſt pater. Reges Palæſtinæ omnes appellabantur Abimelech, quod interpretatur pater mi rex, vel pater rex. Quãdo enim ſcriptura capite vigeſimoſexto Geneſis ait:
Gen.26. Abiit Iſaac ad Abimelech regẽ Palæſtinorũ, nõ perſonæ nomẽ ſignificat, ſed regiæ dignitatis nomẽclaturã. Quod diuus Auguſtinus annotauit. Omnis enim rex ſiue præſul debet eſſe Abimelech, hoc eſt, pater & rex. Qui verè rex eſt, pater eſt. Vnde omnis lex à rege aut pręſule lata & cõſtituta, debet amore paterno & igni charitatis conflari. Alioquin nec ſubditi eã æquo animo ſeruabũt, nec ipſa diutius permanebit. In Deuteronomio ita ſcriptũ legimus: Ap- Deut.33.
paruit Dominus de mõte Pharã,& cũ eo ſanctorũ millia: In dextera eius ignea lex. Dilexit populos,&c. Quis erat ignis ille, quo lex illa ignita erat & inflãmata, niſi amor? Hic eſt ignis ille, quẽ Deus in terrã miſit, quo hominũ animos incẽdit vt æternitatis deſiderio flagrarent, de quo ipſe Luc.12.
apud Lucã, Ignẽ, inquit, veni mittere in terrã,& quid volo niſi vt accẽdatur? Aſpicis igitur debere præſulẽ eſſe patrẽ,& amore paterno guberna- Ierem.3.
torẽ. Dabo vobis paſtores, ait Deus per Ieremiã, iuxta cor meũ,& paſcent vos ſciẽtia & doctrina. Nõ dicit: Dominabũtur veſtri, ſed paſcẽt vos nõ odio, inuidia, iracũdia, elatione, ſed ſciẽtia & doctrina. Vbi per ſcientiam intelligitur ſcripturarũ cognitio,& ſecundum eas exhortatio, per doctrinam verò operum exhibitio. Ex quo colliges oportere præſulem eſſe & ſapientia & virtute præditum,& pietate ac charitate ornatum. Ea enim differentia, quę eſt inter aurum & reliqua metalla, debet eſſe inter præſulem & ſubditos. Vnde Socrates ille Philoſophorum gentium ſapientiſſimus, ciuitatem illam eximiã, omnibus bonis affluentem, omnibúſque numeris abſolutam, quam finxit apud Platonem, in tres ordines diſtribuit, nempe aureum, argenteũ,& ferreum.

Per

Per aurum intelligit principem, & præſulem, per argentum nobiles, per ferrum verò infimo loco natos. Vult itaque, vt princeps præſtet cæteris ſapientia, virtute, charitate, æſtimatione, quæ omnia per aurum ſignificantur. Et ita interpretatur ætates illas aoream, argenteam, & ferream, quas antiqui ſapientes fictis fabulis memoriæ prodiderunt. Sed ſic velim exiſtimes me ita amorem & pietatem præſulum laudare, vt eorum iuſtitiam & in flagitioſos & improbos punitionem non adimam. Oportet enim præſulem bonis fauere, & præmia conſtituere, nefarios verò coercere, & pœnis afficere. Id ſignificant diuinæ literæ aſſerentes in Exodo, *Exod.29.* præcepiſſe Deum, vt ſummus ſacerdos vngeretur oleo & ſanguine. Quid per oleum niſi benignitas: quid per ſanguinem niſi auſteritas ſignificatur? *Ezech.41.* Ezechiel ait vidiſſe in templo ſibi à Domino demonſtrato cherubim & palmas. Erat, inquit, palma inter cherub & cherub: duáſque facies habebat cherub: faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte. Cherubim præſules ſunt. Sonat enim cherub quaſi magiſtrum. præſules autem magiſtri eſſe debent, iuxta id quod ait *Ephe.41.* Paulus in epiſtola ad Epheſios: Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos: quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores. Vbi vides eos qui paſtores ſunt magiſtros eſſe & doctores. Quid per faciem hominis lenem & placatam, niſi humanitas & pietas intelligitur? Quid verò per faciem leonis niſi iuſtitiæ ſeueritas ſignificatur? Sed ſiue præſul meritis præmiis bonos afficiat, ſiue iuſtis pœnis impios opprimat, ſemper oculos ad palmam debet erigere, non iuxta corruptam affectionem iudicare, non odium, nec particularem amorem intueri, ſed ad cœlum reſpicere, palmámque illam, quam Deus in æterna patria bonis largitur, contemplari, omniáque ſua opera ad Deum dirigere, eiúſque amore gubernare. Hoc eſt patris officium, quod optimo præſuli conuenit, iuxta id quod Deus hoc in loco ait per Eſaiam: Et erit quaſi pater habitantibus Hieruſalem.

Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius.) Dabo, ait pater cœleſtis, ſuper humerum Eliacim ſerui mei clauem domus Dauid. Hic Eliacim gerebat imaginem Chriſti veri ſacerdotis, *Pſal.109.* de quo dicitur in Pſalmo: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Super eius humerum poſuit pater clauem domus Dauid, hoc eſt, crucem illam ſacratiſsimam, quæ Dei templum, & æternam domum aperuit, & aditum ad cœleſtem illam ac beatiſsimam gloriam reſerauit. Hanc baiulauit Chriſtus Deus noſter ſuper humerum ſuum, brachiis eam amplectens, vt oſtenderet quanto eam amore proſequeretur. In ea erecta in Caluariæ loco pependit Deus noſter, vt mortem noſtram moriendo occideret, & indignis calamitatibus acceptis genus hominum ab inferorum faucibus eriperet, & veræ dignitatis ornamentis decoraret, atque ad immortalem æternámque vitam tandem adduceret. Et quoniam in cruce noſtra ſcelera expiauit, & antiquam maculam ſanguine ſuo deleuit, & oſtium paradiſi aperuit, vocat eam, clauem domus Dauid. Erat enim anteà paradiſus clauſus, & nemo illuc introierat: at mortuo Chriſto in cruce, apertum eſt cœlum, & illo die fuit latro cum Chriſto in paradiſo. Hæc clauis, quam Chriſtus ſuper humerum baiulauit, appellatur ab hoc Propheta capite nono principatus, vbi dicitur: Et factus eſt principatus eius ſuper humerum eius. Ceterùm ſi ſenſum illum reſpiciamus, quem litera ex ſe præbet, poſſumus hunc locum ita explanare, vt per clauem domus Dauid, poteſtatem aperiendi & claudendi templum intelligamus. Eſt igitur ſenſus: Ego, inquit Deus, dabo ſeruo meo Eliachim ſacerdotium, & templi præfecturam. Clauem domus Dauid appellat prælationem, & curam paſtoralem, quæ claui meritò comparatur, quoniam ſuo modo aperit ſubditis oſtium cœli, quando præſul vita, doctrina, & exemplo inſtruit ſuos: claudit autem cùm eis ſua ignorantia, ignauia, morum corruptela, præbet interitus occaſionem. Claudit præterea & aperit, quia illi ſubditi obediunt: & quod ille iubet, hoc fit: quod prohibet, vitatur. Sed mirandum quidem videtur, cur Deus dicat daturum ſeruo ſuo clauem hanc ſuper humerum, cùm clauis non in humero, ſed in manu, aut in corrigia ex cingulo pendente ſoleat portari. Quæ eſt hæc clauis tam grauis? Quod eſt hoc tantum pondus, vt non in manu, ſed in humeris baiuletur? At ſi volueris animo celeriter circunſpicere, videbis planè non ſolùm hanc clauem humeris quibuſcunque indigere, ſed validiſsimis & integerrimis. Quid eſt enim grauius, quàm animarum gubernatio? Ideò enim hæc clauis non in manu prælatorum ferenda dicitur, ſed in humeris, vt animaduertas, ſummáque conſideratione perpendas, quanti ponderis & laboris ſit animarum prælatio & cura. Præſul ille, quem Deus conſtituit & elegit, clauem in humero baiulat: ille autem qui ab hominibus eligitur non vocatus à Deo tanquam Aaron, non in humeris ſed in manu, & ad collum velut ornamentum & monile eam portat, non pondus magiſtratus & præfecturæ curans, nec laborem, ſed ſolùm dominationem, honorem, & dignitatem. De talibus paſtoribus ait Deus per Oſeam: Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. *Oſeæ 8.* Nihilominus tamen oportet illis obedire, dummodò mala non præcipiant, non ſolùm bonis & modeſtis, ſed iuxta beati Petri ſententiam etiam dyſcolis. *1. Pet.2.*

Et figam illum paxillum in loco fideli.) Hæc figurata locutio hunc habet ſenſum: Eliachim poſſidebit ſolidum dignitatis gradum, quo omnes poſteri ſui gloriabuntur. Erit enim veluti clauus ſiue lignum affixum parieti, in loco firmiſſimo, in quo omnia vaſa ſuſpenduntur, tam parua quàm magna. Omnes enim tã nobiles, quos per vaſa magna ſignificat, quã obſcuri, quos per vaſa parua intelligit, ex eo pẽdebunt. In eo nitetur ciuitatis ſalus, illique eius poſteritas acceptũ referet ſuum ſplendorem, & nominis claritatem.

Et erit in ſolium gloriæ domui patris ſui.) Hoc eſt, genus ſuum & familiam illuſtrabit.

Auferetur paxillus.) Hoc referunt nonnulli ad Sobnam: Alij verò ad Eliachim, cuius dignita-

tem & amplitudinem Babylonica captiuitas ſubuertit. Et qui ex eo pendebant corruerunt. Docet nos hic locus non eſſe fidem hominibus, relicto Deo, ſed fiduciam noſtram eſſe in Deo locandam, in quo ſolùm niti debemus.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAP. XXII.

Onus vallis viſionis.) Septuaginta habent: Verbum vallis Sion. Quibus verbis oſtendunt vallem viſionis Hieroſolymam appellari, quæ eſt ſita in monte Sionis. Præter rationem, quam in explanatione attulimus, cur Hieroſolyma vallis viſionis appelletur, poteſt etiam dici, eam ita vocari, quia ibi Dominus viſus eſt, iuxta id quod
Baruch 3. ait Baruch Propheta: In terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Hic eſt mons ille de
Gen. 22. quo dixit Dominus Abrahamo, vt in libro Geneſis literæ diuinæ teſtantur: Tolle filium tuum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum ſuper vnum montiũ, quem monſtrauero tibi. De quo monte poteris videre ea, quæ ſuprà annotauimus capite ſextodecimo in annotationibus ex Hebræo.

Et parietem nudauit clypeus.) Pro nudare in Hebraico eſt verbum ערר arad, quod ſignificat nudare & adhærere. Vnde poteſt verti: Et parieti adhęſit clypeus, nempe ad euertendum murum. Thargum enim habet: Et muro adhæſerunt clypei.

Donec moriamini.) Thargum habet: Donec moriamini morte ſecunda. Acſi diceret: Non dimittetur vobis, nec hîc nec in inferno, per mortem enim ſecundam intelligit æternam damnationem.

Argumentum capitis XXIII.

Minatur Deus per diuinum vatem cladem Tyro à Nabuchodonoſore inferendam, luctuoſámque vaſtitatem & euerſionem. At poſt ſeptuaginta annos promittit eam eſſe reparandam, atque repudiato idolorum cultu ad veram Chriſti fidem venturam.

CAPVT XXIII.

A ONus Tyri. Vlulate naues maris, quia vaſtata eſt domus vnde venire conſueuerant de terra Cethim reuelatum eſt eis. Tacete qui habitatis in inſula: negotiatio Sidonis transfretantes mare repleuerunt te. In aquis multis ſemen Nili, meſſis fluminis fruges eius: & facta eſt negotiatio Gentium. Erubeſce Sidon, ait enim mare, fortitudo maris, dicens, Non parturiui, & non peperi, & non enutrini iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. Cùm auditum fuerit in Aegypto, dolebunt cùm audierint de Tyro. Transfire maria, vlulare qui habi- B
tatis in inſula. Nunquid non veſtra hæc eſt, quæ gloriabatur à diebus priſtinis in antiquitate ſua? Ducent eam pedes ſui longè ad peregrinandum.

EXPLANATIO.

Onus Tyri.) Tyrus ciuitas eſt Phœniciæ, vt ait Pomponius Mela. Phœnicia autem eſt in Syria contermina Iudææ. Fuit Tyrus ciuitas florentiſſima, & regia dignitate ornata: fuit Sidoniorum colonia, negotiatio maris, emporium totius vniuerſi. Et cùm eſſet inſula, vt ait idem Pomponius, tamen ab Alexandro Magno propter expugnationem, multis in breui aggeribus in fretum iactis, terra continens facta eſt, quod iam anteà facere conatus fuerat Nabuchodonoſor. Et quoniam apud hanc vrbem inueniuntur conchylia, quorum ſanguine tinguntur veſtes purpureæ, ideò eædem veſtes Tyriæ dicuntur. Beroſus ait vrbem hanc à quodam, qui Tyrus vocabatur, fuiſſe conditam anno poſt diluuium 189. Ioſephus anno 240. ante templum Salomonis. Iuſtinus lib. 18. à Sidoniis conditam refert. Fuit hæc ciuitas à Mauris exuſta, à Dominico Veneto capta, ſed à Soldano anno Domini 1290. tandem incenſa. Huius ciuitatis meminit ſcriptura libri ſecundi Regum capite quinto, & capite vigeſimoſexto *2. Reg. 5.*
Ezechielis, qui hanc euerſionem prædicit, eiúſ- *Ezech. 26.*
que cauſam ait fuiſſe Tyriorum immanitatem, qui captis Iudæis inſultarunt, eorúmque miſeria & captiuitate fuerunt delectati. Aequum enim eſt, vt qui aliorum iactura gaudent, in eandem incurrant.

Vlulate naues maris.) Per naues maris intelligit ipſos nauigantes, Eſt igitur ſenſus: Vos negotiatores, qui per mare Mediterraneum importatis merces, plorate Tyrum, quoniam euerſa eſt. Hæc enim erat domus vnde venire ſolebatis.

De terra Cethim reuelatum eſt eis.) Non vos eſtis, quibus primo reuelatum eſt, eſſe Tyrum deletam, iam enim hi, qui habitant in terra Cethim, hoc ſciunt. Vtitur propheta præteritis pro futuris. Per Cethim intelligit Cyprum. Eſt enim Cyprus Inſula quædam in Carpathio mari, inter Ciliciam & Syriam. Fuit in hac inſula vrbs quædam nomine Citium patria Zenonis philoſophi, vt ait Laertius in vita Zenonis, quæ vrbs etiam tempore diui Hieronymi extabat, & ideò nomen retinebat, vt idem Hieronymus aſſerit, à qua vrbe totam inſulam coniectant nonnulli appellatam eſſe Cethim. Sunt qui per Cethim intelligant Romanos, qui Babylonios contra Tyrum incitarunt. Et tunc erit ſenſus: De terra Cethim reuelatum eſt eis, hoc eſt, Romani reuelauerunt Babyloniis hanc Tyri euerſionem. Alij per Cethim intelligunt inſulas Italiæ & Græciæ, quibus reuelatum fuit fuiſſe Tyrum deletam, & vaſtatam, ne illuc merces ſuas conferrent.

Tacete qui habitatis in inſula.) Tyrum inſulam vocat. Senſus eſt: Silete præ nimio dolore vos Tyri habitatores. Appellat etiam Tyrum negotiationem Sidonis, quia Sidonij negociatores eam ſuis mercibus implebant.

In aquis multis ſemen Nili.) Periphraſis eſt frumenti Aegypti. Nilus enim inundatione & irrigatione ſua campos Aegypti frugiferos reddit. Aegyptus verò erat velut horreum Tyriorum, quoniam inde deferebatur frumentũ ad Tyrios, & legumina Aegypti erant fruges Tyriorum.

Erubeſce Sidon, ait enim mare, fortitudo maris, &c.) Tyrus erat, vt diximus colonia Sidoniorũ, quapropter ad eos pertinebat, eam defendere. Conuertit igitur Propheta ſermonem ad Sidonem, quæ coloniam ſuam dereliquerit. Erubeſce Sidon, quæ cùm Tyrum genueris, nullum ei auxilium præbuiſti, nõ enim ſperare deberes nauigantes ei opem laturos. Ait enim mare & fortitudo maris, hoc eſt, negotiatores & nauigantes. Sidoniorum intererat Tyrios defendere: nã nos non nos genuimus, nec nutriuimus, vt teneremur pro illis hoſtibus ſuis bellum inferre. Vel ſic: Erubeſce Sidon, ait enim mare & fortitudo maris, id eſt, ait enim Tyrus, quæ mare & maris fortitudo appellabatur: Ego non parturiui, nec peperi, facta ſum quaſi mulier ſine filiis, quoniã nemo mihi auxilium tulit. Idem eſt non habere filios, ac eos tales habere qui te in periculis relinquant. Hoc ideò dicit, quia cùm Tyrus multas colonias dediſſet: nulla tamen fuit quæ illi auxilium ferret. Nam Carthago, Leptis, Vtica, Gades, coloniæ fuerint Tyri. Lege Plinium libri quinti capite decimonono.

Cum auditum fuerit.) Aegiptij cùm audierint vrbem vicinam & florentiſſimam obſidione deletam, dolore afficientur, exiſtimantes idem ſibi eſſe euenturum.

Tranſite maria.) Alloquitur ipſos Tyrios in obſidione poſitos. Vos ô Tyrij tranſite maria, diſcedite ab vrbe veſtra, fugite inimicos, quoniã nulla alia ſpes eſt euadendi. Ideò plorate habitatores inſulæ, hoc eſt, Tyri.

Nunquid non hæc veſtra eſt.) Irridet Tyriorum iactationem, qui Deo contempto maiorum antiquitate & nobilitate gloriabantur.

Ducent eam pedes ſui longè ad peregrinandum.) Hoc dicit propter eos qui in vrbe manſerunt, & capti à Nabuchodonoſore ducti fuerunt in Chaldæam.

Quis cogitauit hoc ſuper Tyrum quõdam coronatam cuius negotiatores principes, inſtitores eius inclyti terræ? Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret ſuperbiã omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuerſos inclytos terræ. Tranſi terram tuam quaſi flumen filia maris, non eſt cingulum vltrà tibi. Manum ſuam extendit ſuper mare, conturbauit regna: Dominus mandauit ad-
C uerſus Chanaam, vt contereret fortes eius, & dixit, non adiicies vltra vt glorieris, calumniam ſuſtinens virgo filia Sidonis: in Cethim conſurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi. Ecce terra Chaldæorum, talis populus non fuit, Aſſur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robuſtos eius: ſuffoderunt domos eius, poſuerunt eam in ruinam. Vlulate naues maris, quia deuaſtata eſt fortitudo veſtra.

Quis cogitauit hoc ſuper Tyrum quondam coronatam.) Coronatam eam vocat, quia inſignis erat, & regia florebat dignitate. Eſt igitur ſenſus: Quis vnquam cogitauit ampliſſimam illam ciuitatem opibus abundantem, aliarum ciuitatũ dominantem, auro & gemmis fulgentem, ſic eſſe deiiciendam, vt ſuis pedibus ire in captiuitatem cogeretur?

Cuius negotiatores principes.) Tanta erat Tyri diuitiarum abundantia, vt eius mercatores poſſent eſſe aliarum ciuitatum principes, eiúſque inſtitores eſſent celebres & illuſtres. Inſtitores ſunt negotiatores eò dicti, vt ait Vlpianus, quòd inſtent negotiis gerendis.

Dominus exercituum cogitauit hoc.) Dixerat paulo antè: Quis cogitauit hoc, &c. Nunc reſpondet: Deus eſt qui hoc cogitauit, qui ſuperborũ ſtatum euertit, eorúmque cogitationibus reſiſtit. Docet hic locus neminem debere exiſtimare ſe eſſe tutum, licet ſit potẽs, & diuitiis affluat. Veniet enim tempus, quando in ærumnis ſuis Dei potentiam diſcat, cuius clementiam in proſperitate noluit cognoſcere. Detrahit enim Deus gloriam ſuperborum, & permittit vt eorũ honor & amplitudo in dedecus & ignominiam conuertantur. Tu verò conſidera quàm fluxa ſit & incerta mundi gloria.

Tranſi terram tuam quaſi flumen.) Hortatur Tyrum ad fugam, ac ſi diceret: Tu ô Tyre tranſire terram tuam ita facilè, vt riuulum tranſires. Vel, Tranſi quaſi flumen, celeriter imitare fluminis impetum & velocitatẽ, ne te occupet inimicus, non enim illi poteris reſiſtere, quia non eſt cingulum vltrà tibi. Id eſt, non habes fortitudinem, vt poſsis te ab hoſtibus defendere. Lumbos cingulo cingere, eſt fortitudine pollere: carere verò cingulo, eſt imbecillitate laborare.

Manum ſuam extendit ſuper mare.) Hoc eſt, ſuper Tyrum, vt ait Diuus Hieronymus. Ac ſi dicat: Percuſsit Deus Tyrum ciuitatum maritimarum nobiliſsimam, qua percuſsione perterruit multa regna: Non enim cogitauerant talem euerſionem fieri vnquam poſſe. Et timuerunt, ne quid tale ſibi eueniret. Intelligi autem Tyrum nomine maris explicat id quod ſequitur: Dominus mandauit aduerſus Chanaan, Nam Tyrus eſt in terra Chanaan, vt conſtat ex Euangelio Matthei capite quintodecimo, vbi Chananæa ſcribitur Matt. 15. egreſſa de finibus Tyri & Sidonis. Quid autem ſit manũ extendere, eſt à nobis explanatũ capite

pri

primo illud explicantibus: Et conuertam manum meam ad te. Et capite quinto, vbi illud expoſuimus: Extendit manum ſuam ſuper eum.

Et dixit non adiicies vltrà, vt glorieris. Hoc dixit Deus. Nequaquam vltrà tua potentia & nobilitate gloriaberis filia Sidonis, hoc eſt, tu ô Tyre Sidoniorum colonia, nam euerteris omnino. Ideò aſſumptis nauibus fuge in Cyprum. Sed nec ibi poteris requieſcere. Vel ſic: Tu quoque Sidon quæ adhuc virgo es, à nullis victa nationibus, ſimili calamitati obnoxia es. Idem eſt Sidon, & filia Sidonis, quemadmodum Babylon & filia Babylonis: quod alio in loco annotauimus.

Ecce terra Chaldæorum, talis populus non fuit.) Tyri habitatores fracti obſidione, fuerunt in duas partes diſtracti, alij ſe in fugam coniecerũt, quibus Propheta dixerat: In Cethim conſurgens transfreta. Alij verò manſerunt in orbe, qui capti ducti fuerunt in Chaldæam, cuius metropolis erat Babylõ ciuitas florẽtiſſima. His loquitur modò vates ita dicens: Ecce terra Chaldæorum, ad quã ducemini, populus eſt inſignis, ab Aſſyrio fundatus. Eò ducent Chaldæi nõ ſolùm Tyrios imbecillos, ſed eos, qui fortitudine pollebant, & muros ciuitatis funditus euertent, atque domos radicitus delebunt.

Vlulate naues maris, quia deuaſtata eſt fortitudo veſtra.) Per naues maris intelligit nauigantes & negotiatores, per fortitudinem verò Tyrum, vbi opes comparabant, quæ ſunt & belli & rei domeſticæ robur & fortitudo.

Et erit in die illa: In obliuione eris ô Tyre ſeptuaginta annis ſicut dies regis vnius: poſt ſeptuaginta autem annos erit
D Tyro quaſi canticum meretricis. Sume tibi citharam, & circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui ſit. Et erit, poſt ſeptuaginta annos viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces ſuas, rurſus fornicabitur cum vniuerſis regnis terræ ſuper faciem terræ. Et erunt negotiationes eius & merces ſanctificatæ Domino. non condentur, neque reponentur: quia his, qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in ſaturitatem, & veſtiantur vſque ad vetuſtatem.

Septuaginta annis, &c.) Septuaginta annis fuit Tyrus oppreſſa: nam tot fuit templum Dei vaſtatum. Aequum enim erat vt Tyrij tempus captiuitatis Iudæorum imitarentur, quorum ærũnis lætabãtur. Appellat propheta hos ſeptuaginta annos dies vnius regis, quia communiter qui longum tempus habet regnandi, ſeptuaginta annos non tranſeat. Quidam dicunt per hunc regem intelligi Dauidem, qui tot annis vixit, vt in libro ſecundo Regum capite quinto ſcriptum legimus. Alij Nabuchodonoſorem eiúſque filios vnum regem intelligunt. Prima harum interpretationum melior videtur. 2.Reg.5.

Poſt ſeptuaginta autem annos.) Ab hoc loco vſque ad finem capitis proſpera Tyro annũtiãtur. Senſus eſt: Quemadmodum meretrix neglecta à primis amatoribus, quia cũ aliis ſe miſcet, deſiderat ad ſe trahere eos, à quibus fuerat prius dilecta, ſic tu ô Tire quia Chaldæis adhæſiſti, qui te captiuam duxerunt, fuiſti à negotiatoribus, qui te prius amore proſequebantur contempta. Nunc verò libera à Chaldæis, canticis & illecebris priſtinos tuos amatores reconcilia. Cane & pulſa tu, quæ etas obliuioni tradita. Da operam vt veluti meretrix cãtionibus amatores allicias, vt illis in memoriam redigaris. Hoc ideò dicit, quia ſolent meretrices cantibus vanos adoleſcẽtes ad ſe trahere.

Et erit, poſt ſeptuaginta annos viſitabit Dominus Tyrum.) Hæc ad literam impleta fuiſſe hiſtoriæ Græcorum & Phœnicum memoriæ produnt, vt etiam diuus Hieronymus teſtatur. Fuit enim Tyrus poſt annos ſeptuaginta ad priſtinum ſtatum reſtituta, & exercuit commercium cum omnibus gentibus, fuit enim poſteà celebre emporiũ, quò ex omnibus nationibus congregabantur multi ad exercendas negotiationes, quas hîc propheta fornicationes vocat. Verſio Septuaginta habet in hunc modum: Poſt ſeptuaginta annos viſitationem faciet Dominus Tyri, & iterum reſtituetur in antiquum, eritque negotiatio eius omnibus regnis orbis terrarum ſuper faciem terræ. Quæ verba ſatis indicant quid per fornicationes hoc loco intelligatur.

Et erunt negotiationes eius, & merces eius ſanctificata Domino.) Vaticinatur de conuerſione Tyri ad Chriſtũ, quæ poſt multos annos futura erat. Multi enim ex Tyriis receperunt fidem, vt videre licet apud Lucam Actorum vigeſimo primo. Eſt igitur ſenſus: Tyrij negotiationes terrenas in ſpirituales commutabunt, erunt enim eorum merces Domino dicatæ & ſanctificatæ. Non condentur neque reponentur, hoc eſt, non facient theſauros in terris, ſed diuitias inter pauperes distribuent, & iuxta Chriſti ſententiam in cœlo theſaurizabunt. Act. 21. Matt.6.

Quia his qui habitauerint coram Domino.) Senſus eſt: Qui Deo ſeruierint, hoc ſolùm vellent ex temporali negotiatione, nempe habere victum, quo ſaturentur: & honeſtum indumentum, quo veſtiantur. Capitur autem hîc ſaturitas non pro redundantia & ſuperfluitate, ſed pro decenti & honeſta refectione, quam ſolam deſiderare debemus, iuxta id quod ait Paulus ad Timotheum: Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Docet hic locus Eſaiæ fideles ac pios homines negotiatores eſſe non humanis ac turbulẽtis negotiis implicatos, ſed eos, 1.Tim.6

qui

qui quærentes bonas margaritas, inuenta vna precioſa, vendunt omnia ſua, & emunt eam, quę quidem Chriſtus eſt. Hi ſunt negotiatores illi, quibus homo nobilis datis talentis dixit, Nego-
Luc 19. tiamini dum venio, vt eſt apud Lucam capite decimonono, qui operantes, fuerunt alia talenta
Matt. 25. lucrati, quorũ meminit etiam Matthæus capite vigeſimoquinto. Hi ſunt, qui fletu emunt gaudium, terra cœlum, re finita infinitam, & temporali æternam, & auro terreno aurum cœleſte,
Apoc. 3. de quo dicebat Chriſtus in Apocalypſi diui Ioānis apoſtoli: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias. O fœlices nundinas, ô admirabiles commutationes. Eamus omnes ad tale emporium, vbi paruo precio æternã gloriam comparemus. Sed quoniam diabolus eſt etiam mercator, qui breues ac peſtilentes voluptates, aliáſque mortiferas merces precio animarum vẽdit, aut ſaltem promittit, vt nos ad æterna ſupplicia deducat, eſt ſumma diligentia & conſideratione aduertendum, ne cum tali negotiatore commercia exerceamus. Oſtendit dapes in ſuperficie ſuaues & appetendas, ſed intus funeſtas & latenti veneno contaminatas. Non eſt aurum id, quod apparet, ſed ſcoria: non
ſimile. mel, ſed fel: non vita, ſed mors: non fama, ſed ignominia: non bonũ ſed malũ. Vt enim ſtultus cenſetur, qui equum empturus non ipſum inſpicit, & faſtidioſè perpendit, ſed ſolùm eius frænum, ſtratum, & exteriora ornamenta intuetur: ſic inſanus iudicandus eſt, qui mercium diaboli ſpeciem ſolùm aſpicit, interiora verò minimè cõtemplatur. Non eſt cryſtallus omne id, quod cryſtallus apparet, vitrum enim cryſtallum imitatur, res fragilis & vilis rem ſolidã & precioſam. Imò venenũ habet aliquando ſpeciem medica-
ſimile. menti. Tres mercatores ſunt peſtilentes & pernicioſi, qui perniciem nobis voluptatis ſpecie & ſimulatione tegentes vendunt, & ad ſuas officinas alliciunt, & vocant, diabolus, mundus, & caro, qui nobis interitum & exitum machinantur. Eos fugiamus, eorum voluptates contẽnamus, & peſtiferas merces deteſtemur. Quid nobis cũ mundo, quem antiqui malorum congeriem appellarunt? cuius vitam & naturam Plotinus Platonicus quaſi magicam eſſe affirmauit, imagines boni veri ac pulchri vbique fingentis, falſúmque pro vero ſimulantis. Cæterùm reſpice & conſidera Eſaię artificium, quemadmodum ex hiſtoria ſe contulit ad Spiritum, & ad tempus Meſſię, de quo eſt ſuum præcipuũ propoſitum tractare.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAP. XXIII.

Tranſite maria.) In Hebræo eſt עברו תרשישה iuru tarxixah. Sed quoniam Tharſis ſignificat mare, & eſt etiam nomen gentis, & loci, vertit interpres noſter Tranſite maria. Pagninus verò vertit, Tranſite in Tharſis. pro quo Septuaginta habent: Ite Carthaginem. Fuit enim Carthago colonia Tyriorum, vt ait Plinius lib. quinto, & Poeta: Vrbs antiqua fuit, Tirij tenuere coloni, Charthago, &c. Ideò credibile eſt Tyrios ad Carthaginiẽſes confugiſſe. Et in principio huius capitis vbi noſtra editio habet: Vlulate naues maris, habẽt Septuaginta, Vlulate naues Carthaginis: Et ita etiam habet paraphraſtes Chaldęus.

Non eſt cingulum vltra tibi.) Pro cingulo in Hebraico eſt מזח mezach, quod nomen ſignificat fortitudinem & cingulum, quòd cingat lũbos, vbi robur eſt, & fortitudo, à verbo mazach, quod ſignificat roborare. Thargum habet תקף tekoph, quod nomen propriè fortitudinem ſignificat. Ideò Pagninus vertit: Non eſt fortitudo vltrà. Septuaginta habent: manus tua nequaquã præualet. Symmachus: Non poteris vltrà reſiſtere, interpretans ſenſum potius quàm verba.

In Cethim conſurgens transfreta.) Pro Cethim eſt in Hebraico כתים Cittim, & bis eſt in hoc capite ita ſcriptum hoc nomen. Eſt etiam eodem modo ſcriptum Numerorum capite vigeſimo *Num. 24.*
quarto, vbi pro Cittim editio vulgata habet Italiam, ita dicens: Venient in trieribus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabúntque Hebræos. Quibus verbis Balaam vaticinatus eſt Romanos tempore Meſſiæ eſſe Iudæam vaſtaturos. Id quod perſpicuum eſt ſub Tito Veſpaſiano eueniſſe. Et quoniã tunc Hieroſolyma & tota Iudęa fuit ob Iudæorum infidelitatẽ, impietatem, & ingratitudinem euerſa, perſpicuum eſt, tempus Meſſiæ aduenisse. Intelligi autem vaticinationẽ illam de tempore Meſſiæ, indicant verba Balaã ita in eodem capite literis mandata: Dabo tibi conſilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. Planum eſt enim tempus extremum ſiue nouiſſimum in diuinis literis tempus Meſſiæ appellari, vt in explanatione ſecundi capitis Eſaiæ explicuimus. Et volens Balaam in- *Supr. 2.*
dicare id, quod dicebat, fore tẽpore Meſſiæ, qui erat vt lux magna venturus, ait: Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael. Pro quo Thargum Onkeli, hoc eſt paraphraſis Chaldæa Onkeli ita habet: Cùm ſurrexerit rex ex Iacob, natúſque fuerit Meſsias ex Iſrael: Vbi vides per ſtellam & virgam Chriſtum ſignificari. Hæc eſt virga illa, de qua dixit capite vndecimo Eſaias:
Egredietur virga de radice Ieſſe. Et paulò poſt *Supr. 11.*
ait Balaam: Venient in trieribus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios vaſtabúntque Hebræos. Neque poſſunt Iudæi negare dictionem hanc Cittim illic poſitam Italiam ſignificare. nam Chaldæus Paraphraſtes, quem modò citaui, qui eſt apud eos ſummæ authoritatis, ita illum locum tranſtulit: Et naues venient à Romanis. Septuaginta etiam interpretes pro Cittim Italiam vertunt. In qua ſententia eſt Thargum Hieroſolymitanum, cuius ad literam hæc ſunt verba: Egredientur copiæ multæ ex prouincia Italię vnà cum multis legionibus Romanorum. Sed quoniam poſtquã hîc ait ſcriptura: Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, ſequitur ſtatim: Et percutiet duces Moab, vaſtabítque omnes filios Seth, negant Iudæi vaticinium hoc Chriſto noſtro cõuenire, quoniam aiunt eum nunquam Moabitas

per-

percuſsiſſe, nec filios Seth vaſtaſſe, ſeu, vt habet Thargum Onkeli, omnibus filiis hominum fuiſſe dominatum. At non intelligunt cæci & ſtulti homines, hæc non carnaliter ſed ſpiritualiter eſſe intelligenda. Duces Moab ſunt dæmo-
Phil.5. nes, quos diuus Paulus in epiſtola ad Philippenſes appellat principes & poteſtates, harúmque tenebrarum rectores. Hos percuſsit Chriſtus ſaluator noſter, & de illis diuinam victoriam reportauit. Per filios Seth intelliguntur impij peccatores, quos Chriſtus euertit, non quo ad perſonas, ſed quo ad impietates, non auferendo ab illis vitam, ſed idololatriã: non ſalutem, ſed impietatem. Perierũt igitur quatenus peccatores, hoc
Pſal.9. eſt, periit eorum impietas & deprauata cæcitas. Id prædixerat diuinus Pſaltes ita Meſſiam alloquens: Increpaſti gentes, & periit impius, nomẽ eorum deleſti in æternum, & in ſeculum ſeculi. Et quoniam hi à iugo dæmonis liberati ſe Chriſto ſubiecerunt, ideò vbi communis editio habet: Vaſtabit omnes filios Seth, vertit Chaldæus paraphraſtes: Dominabitur omnibus filiis hominum. Intelligit per filios Seth omnes homines, quoniam à Noe omnes originem ducimus, Noe autem à Seth; qui in locum Abelis occiſi ſucceſsit, cùm Caini proles fuerit diluuio extincta. Hic Meſsias, quem hîc omnium homi-
Suprà,16. num dominatorem ſcriptura iuxta Onkelũ appellat, eſt ille, de quo aiebat Eſaias: Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Cùm autem in illo Numerorum loco Cittim Italiam ſignificet, credibile eſt hoc in loco Eſaiæ eandẽ etiam ſignificare. Inuenies hanc dictionem apud Ieremiam
Ierem.2. capite ſecundo, & apud Ezechielem capite vi-
Eze.27. geſimoſeptimo, vbi noſter interpres Italiam vertit, & meritò quidem. Nam Cittim regnũ Italię obtinuit, qui à Ianigenis fuit etiã Italus vocatus. Author eſt Beroſus Chaldæus libro quinto Antiquitatum, qui floruit ante Alexandri monarchiam. A Cittim autẽ Italo fuit regio illa Cittim & Italia nominata. Vnde deberet hæc dictio per i, non autem per e ſcribi, quemadmodũ bis in hoc capite, & ſemel in capite decimo Geneſeos
Gen.10. eam ſcriptam inuenies. Cethim autem, quæ ſcribitur per e, eſt ciuitas quædam Macedoniæ, de qua in primo capite libri primi Machabæorum
1.Macb.1. ita ſcriptum legimus: Poſtquam percuſsit Alexãder Philippi rex Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egreſſus de terra Cethim, Darium regem Perſarum & Medorum, &c.

Aſſur fundauit eã.) Pro Aſſur eſt in Hebraico [illegible] Axtur, quemadmodum Geneſeos capite deci-
Gen.10. mo, vbi ſcriptum legimus egreſſum fuiſſe Aſſur de terra Senaar, ædificaſſéque Niniuem ciuitatem magnam, in terra autem Senaar regnaſſe Nemrod. Vnde inferunt nonnulli populum Chaldæorum non fuiſſe ab Aſſur, ſed à Nemrod fundatum, & ob eam cauſam hîc exiſtimant per eam intelligi Tyrum, non autem Chaldæam, cùm tamen propbanæ hiſtoriæ dicant Tyrum coloniam fuiſſe Sidonis, conditam ab Agenore tempore Troianæ euerſionis. Ideò mihi prior opinio magis placet, quoniam etſi Aſſur non fuerit Babylonis conſtructor, condidit tamẽ Niniuem in Chaldæa, eiúſque populum fundauit. Si fusè ſcire volueris, quis fuerit hic Aſſur ſiue Aſſyrius, à quo Aſſyria nomen accepit, lege Xenophontem de æquiuocis capite primo, vbi aſſerit hunc appellatum eſſe Ninum, Herculem, & Iouem, à quo, quia Ninus vocabatur, fuit ciuitas Niniue denominata.

Argumentum capitis XXIIII.

Superioribus capitibus vaticinatus fuerat Eſaias de euerſione Hieroſolymæ, Babylonis, & nonnullarum aliarum nationum in particulari: nunc autem generalem totius terræ interitum & vaſtitatem, eiuſque habitatorum in extremo iudicio confuſionem prædicit.

CAPVT XXIIII.

ECce Dominus diſsipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & diſperget habitatores eius. Et erit ſicut populus ſic ſacerdos, & ſicut ſeruus ſic dominus eius, & ſicut ancilla ſic domina eius, ſicut emens ſic ille qui vendit, ſicut fœnerator ſic is qui mutuũ accipit, ſicut qui repetit ſic qui debet. Diſsipatione diſſipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus eſt verbum hoc. Luxit & defluxit terra, & infirmata eſt: defluxit orbis, & infirmata eſt altitudo populi terræ. Et terra infecta eſt ab habitatoribus ſuis: quia trãſgreſsi ſunt leges, mutauerunt ius, diſsipauerũt fœdus ſempiternum. Propter hoc maledictio vora- **B**
bit terram, & peccabũt habitatores eius, idcóque inſanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata eſt vitis. Ingemuerunt omnes qui lætabantur corde.

EXPLANATIO.

Ecce Dominus diſſipabit terram:) Hoc eſt, Deus in fine mundi vniuerſam terram vaſtabit. Eſſe terram in fine mundi tranſituram, aſſerit Chri- *Matt.24.*
ſtus apud Matthæum iis verbis: Non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt, &c. Quamuis enim dicat Eccleſiaſtes, Terra autem in æternum ſtat, *Eccle.1.*
hoc intelligitur per eſſentiam, ſed præteribit & mutabitur ab eo ſtatu, in quo nunc eſt, & figuram ſuam amittet. Id dicunt nonnulli voluiſſe ſignificare diuum Paulum cùm dixit in epiſtola prima ad Corinthios: Præterit figura huius mun-
di. Non dixit: Pręterit mundi ſubſtantia, ſed fi- *1.Cor.7.*
gura. Et ad Hebræos hęc verba Pſalmiſtæ citat: *Hebr.1.*
Et tu in principio Domine terram fundaſti: & *Pſal.101.*
opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt veſtimentum veteraſcent. Et velut amictum mutabis eos,

eos, & mutabuntur. Poteſt etiam locus ille Salomonis ita explanari: Terra immobilis manet ad longum tempus permanſura. In æternũ enim capitur aliquando pro longi temporis ſpatio, vt
Exod.21. Exodi capite vigeſimoprimo: Et ſeruient in æternum. Id eſt ad iubilæum. Anno enim iubilæi omnes liberi manebant, vt habes capite vigeſi-
Leui.25. mo quinto Leuitici. Illud certum eſt terrã tranſ-
Apoc.21. ituram eſſe, & terram nouam futuram. ait enim Angelus Ioanni Euangeliſtæ in Apocalypſi: Vidi cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlum & prima terra abiit. Non quòd alia terra & aliud cœlum condendum ſit, ſed ait renouanda eſſe ea ipſa, quæ nunc ſunt. Ita graues authores locum illum interpretantur. Qua de re
2.Pet.3. vide ea, quæ copioſè tractat diuus Petrus capite tertio epiſtolæ ſuæ ſecundæ.

Et nudabit eam.) Subaudi ab habitatoribus, ita vt maneat deſerta. Et affliget faciẽ eius, hoc eſt, dabit ei aliam faciem & figuram. Et diſperget habitatores eius, hoc eſt, iuſtos ad gaudia æterna pducet, impios verò ad inferorũ ſupplicia.

Et erit ſicut populus.) In illa die nulla erit hac in re differentia inter nobiles & obſcuros, ſacerdotes & laicos, ſed omnes apparebunt ante Chriſti tribunal redditurí de vita ſua rationem. Non reſpiciet Deus ibi generis nobilitatem, aut obſcuritatem, ſed virtutes & vitia, vt vnus quiſque iuxta opera ſua aut præmio afficiatur, aut ſupplicio. Nõ enim eſt acceptio perſonarum apud Deum.

Luxit & defluxit terra.) Vtitur Propheta præteritis pro futuris more Prophetico. Senſus eſt: Cùm terra defluxerit, lugebunt & plangent in die iudicij homines, qui, vt alio in loco etiam annotauimus, nomine terræ ſignificãtur. Ait enim
Matt.24. Chriſtus apud Matthæum: Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum mouebuntur: & tunc patebit ſignum filij hominis in cœlo. & tunc plangent omnes tribus terræ.

Et infirmata eſt altitudo populi terræ.) Id eſt, Diuites & potentes confringentur. Nihil illis valebunt diuitiæ, imperia, & magiſtratus. Nam, vt ait
Prou.11. Salomon in Prouerbiis, Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iuſtitia autem liberabit à morte. Dicent enim impij in inferno, vt in libro Sapien
Sapien.5. tiæ ſcriptum legimus. Quid nobis profuit ſuperbia? & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Primi aduerſus quos Propheta hoc in loco vaticinatur, ſunt diuites & potentes.

Terra infecta eſt ab habitatoribus ſuis.) Imminente iudicio terra reddetur ſterilis propter iniquos habitatores. Vbi vides ideo terram nõ ferre vberes fructus, quia ab improbis colitur.

Quia tranſgreſſi ſunt leges.) Loquitur de legibus ciuilibus. Poteſt etiam hic locus intelligi de omnibus legibus, naturali, & ſcripta data per Moyſem, & de Euangelio Chriſti. Primam tamen expoſitionem magis amplector propter ea quæ ſequuntur. Sed quæ ſit mea propria huius loci expoſitio & ſententia, videbis in annotationibus ex Hebræo.

Mutauerunt ius.) Id eſt, Pro libito ſuo ſententias tulerunt, non conſiderata iuſtitia nec ratione. Peruertunt iudices fundamenta naturæ, cùm à ſententiis iuſtitiam ſeiungunt.

Diſſipauerunt fœdus ſempiternum.) Violauerunt amicitiam, quam deberet cum amicis perpetuò conſeruare. Vide quanti æſtimanda eſt amicitia. Vel loquitur aduerſus Iudæos, qui fœdus ſempiternum, & pactum quod de ſeruanda diuina lege fecerant, fregerũt. Capitur igitur fœdus pro pace, & fide ac pacto. Sed quoniã fœdus accipitur etiã pro lege: vt apud Virgiliũ: Regémque dedit, qui fœdere certo, Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas, exiſtimo hoc in loco poſſe ipſam diuinam legem ſignificari. Sic Deus apud Oſeam Tranſgreſſi ſunt, inquit, fœdus meum. Et explicans quid eſſet tranſgredi fœdus, Oſee 8.
ſubiungit: Et legem meam præuaricati ſunt. Sed tunc quædam inſurgit dubitatio, quî fieri poteſt vt lex appelletur ſempiterna, cùm ceſſauerit. Sed huic quæſtioni facilè reſpondetur, ſi legem ipſam loquentem audierimus, quæ æternum & ſempiternum appellat id, quod vſque ad tempus Meſſiæ, & ad promulgationem Euangelij erat duraturum. Et ita Deus promiſit ſemini Gen.17.
Abrahæ terram Chanaan in poſſeſſionem æternam, quam Iudæi poſt Chriſti mortem, & ſufficientem Euangelij promulgationem amiſerũt. Poſſunt etiam omnia legalia dici ſempiterna ratione ſui ſignificati, erant enim figuræ earum rerum, quæ ſemper duraturæ ſunt. Paulò antè dixerat: Tranſgreſſi ſunt leges. Et ſtatim: Mutauerunt ius. Et confeſtim ſubiungit: Diſſipauerunt fœdus ſempiternũ. Et quoniam ſolet Eſaias ſæpenumero multa vnum atque idem diuerſis verbis ſignificantia congerere, fortaſſe hoc in loco per leges, ius & fœdus idem voluit intelligere, vt ſit congeries rhetorica.

Propter hoc maledictio vorabit terram.) In principio benedixit Deus creaturis, quas fecerat: ſed quoniam homines impij & ſcelerati ſuum dereliquerunt creatorem, ſeque vitiis dediderunt, maledicentur in fine mundi, eruntque à Deo maledicti. Vel ſic: Hominum maledictio & flagitium terram conſumet, & velut beſtia deuorabit.

Peccabunt habitatores terræ.) Illi ſe flagitiis implicant, qui ſunt terrę ciues, quibus in Apocaly- Apoc.8.
pſi Ioannis dicitur: Væ habitantibus in terra. Phil.3.
Viri enim iuſti & pij non in terra habitãt, ſed in Gen.4.
cœlo, de quibus ait Paulus Apoſtolus: Noſtra enim conuerſatio in cœlis eſt. Vnde Cain terrenam ciuitatem condidit, Abel autem non item, vt, & non ſine myſterio, literæ diuinæ teſtantur. Vtuntur viri iuſti terra hac, tanquam peregrini, non habentes hîc ciuitatem manentem, ſed futurã inquirentes. Ideò mundi voluptates & opes contemnunt, temerarias cupiditates coercent, timores, & inanes ſolicitudines pellunt, & neq; rerum aduerſarum ictibus franguntur, neque vlla temporum varietate labefactãtur. Si autem ruunt, & in crimen aliquod incidunt, eriguntur diuino auxilio, & ad cœleſtia aſpirantes diuini numinis amore rapiuntur.

Inſanient cultores eius.) Aſpicis hîc apertiſſimè homines humanis vitiis implicatos, qui non cœli ſed terræ cultores appellantur, inſanos eſſe, eorúmque inſaniam ex peccatis prouenire. Ait

m enim

enim Propheta : Peccabunt habitatores terræ: ideóque inſanient cultores eius. Omnes qui ſe vitiis contaminant,& in illis perſeuerant, iudicio abſque dubio carent. Vnde ait Salomon in
Pſal.29. Prouerbiis, Impius ignorat ſcientiam. In Pſal-
Pſal. 74. mo, vbi noſtra editio habet:Dixi iniquis, nolite iniqoè agere, habet verſio Fœlicis:Dixi inſipiétibus,nolite inſanire. Idem enim vocabulum & iniquum & inſipientem ſignificat. omnis enim iniquus eſt inſipiens. Id quod etiam gentium Philoſophi aſſeruerunt. Ariſtoteles enim planè inquit omnem hominem flagitioſum ignorantem eſſe.Qua de re poteris ea videre , quæ fuſius ſcripſimus capite qointo , illa verba explanan-
Sup.5. tes : Propterea ductus eſt captiuus populus meus,quia non habuit ſcientiam.

Et relinquentur homines pauci.) In fine mundi prinſqoam iudicij tempus adueniat,pauci homines reperientur. Præcedent enim bella peſtilen-
Luc.21. tiæ.Et erit,vt eſt apud Lucam , in terris preſſura gentium præ cõfuſione ſonitus maris & fluctuũ, areſcentibus hominibus,pręti more & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Vel homines,eos tantùm appellat,qui eo munere funguntur, cuius colendi efficiendique cauſa,Deus eos creauit , eiſque naturam rationis participem dedit. Formauit enim Deus hominem , & ſui ſanctiſſimi numinis ſimilem fecit , vt peſtiferas voluptates contemneret,ipſum Deũ ſummè coleret,eiúſque amore ardentiſſimè flagraret,& in beatiſſimis ſedibus ac cœleſtibus manſionibus æuo ſempiterno frueretur.Ex quo efficitur,vt illi,qui vitiis imbuũtur,& in erroribus & vanitatibus verſantur,immemores æternitatis, ſummã fœlicitatẽ in mundi opibus & voluptatibus collocantes,indigni ſint,qui homines appellentur. Græci appellãt hominem ἄνθρωπον quaſi ſurſum vergentem,& cuntẽplantem. Nam reliqua animantia terræ prona ſunt, ventriq; obtemperantia.ſolus homo eſt erectus,& ad cœlum,eiúſque conſiderationem & contemplationem quaſi ad propriã patriam eleuatus. Vnde apertè concluditur eos nomine hominum priuari , qui non in ſublime feruntur,ſed terrena tantum intuentur. Socrates apud Platonem in Cratylo , exiſtimat dici ἄνθρωπον, quaſi ea,quę aſpicit,contemplantem:cùm cętera animalia altitudine & excellentia cõtẽplationis careant. quæ etiam ratio conuenit huic noſtræ Interpretationi. Prior tamen nominis deriuatio eſt Lactantij Firmiani capite primo libri ſecundi diuinarum inſtitutionum.

Luxit vindemia,infirmata eſt vitis.) Hoc eſt,deficiet vinũ. nullã habebunt iniqui cõſolationem, & omnis impiorũ lætitia in luctum cõuertetur.

Ceſſauit gaudiũ tympanorũ , quieuit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ.Cum cãtico non bibent vinũ:amara erit potio bibentium illam. Attrita eſt ciuitas vanitatis,clauſa eſt omnis domus nullo introeunte.Clamor erit ſuper vino in plateis:deſerta eſt omnis lætitia,trãſlatum eſt gaudium terræ. Relicta eſt in vrbe ſolitudo , & calamitas opprimet portas. Quia hæc erũt in medio terrę in medio populorum,quomodo ſi paucæ oliuę quæ remanſerunt, excutiãtur ex olea, & racemi cùm fuerit finita vindemia.Hi leuabunt vocẽ ſuã, atque laudabunt : cùm glorificatus fuerit Dominus,hinnient de mari.Propter hoc in doctrinis glorifica- C
te Dominũ : in inſulis maris nomen Domini Dei Iſrael. A finibus terræ laudes audiuimus , gloriam iuſti.Et dixi:ſecretũ meum mihi, ſecretum meum mihi. Væ mihi : Præuaricantes præuaricati ſunt, & præuaricationes tranſgreſſorum præuaricati ſunt. Formido , & fouea : & la- Iere.48.g
queus ſuper te,qui habitator es terræ.

Ceſſauit gaudium tympanorum.) Deſcribit mœrorem,quo afficientur iniqui.

Attrita eſt ciuitas vanitatis.) Totũ orbem appellat ciuitatem vanitatis. Elegans quidem & pulchra periphraſis. Quaſi dicat : Nemo exiſtimet eſſe hũc terrarum orbem perpetuò duraturum. Eſt enim vana quædã oſtentatio, quæ citò peribit.Fortaſſe per ciuitatem vanitatis eas vrbes intelligit,quæ idololatriæ,ſuperſtitionibus , cæteríſque vanitatibus deditæ ſunt.

Clamor erit ſuper vino.) Plorabunt ſe fuiſſe vino deditos. Vel lugebunt vini defectum.

Quia hæc erunt in medio terræ , in medio populorum.) Explicat fore hunc interitum in toto orbe terrarum.

Quomodo ſi paucæ oliuæ.) Comparat hoc in loco Propheta viros iuſtos, qui appropinquante ſeculi conſummatione fuerint relicti in terra , raris baccis oliuarũ, quæ poſt excuſſionem remanſerunt in ramorum cacumine : & paucis racemis, qui poſt vindemiam fuerint in vitibus relicti. Quanquam enim multi ſunt vocati , pauci ta- Matt.20.
men ſunt electi.

Hi leuabunt vocem ſuam,atque laudabunt. Iuſti, qui manſerint in terra , vocibus ſuis in ſublime leuatis Dominum laudabunt.Et veniente Chriſto,in maieſtate regnante , hinnient præ lætitia, eqoorum more,& in mari huius ſeculi lætabuntur.Quidam vertit : Exultabunt ab Occidente, vt ſit ſenſus:Illi,qui in finibus terræ in Occidentali plaga fuerint,afficiẽtur gaudio , Chriſti gloriam aſpicientes. Prima tamẽ expoſitio eſt communior & melior. Orbem terræ vocat mare, Sup.21.
quemadmodum capite vigeſimoprimo , Babylonem ipſam mare etiam appellauit. Onus , inquiens,deſerti maris. Tu verò conſidera Dei noſtri clementiam , eámque alta mente perpende, qui cùm in hoc capite minetur peccatorib. horribiles timores extremi iudicij,iuſtos tamẽ conſolatur. Chriſte ſancte quàm immenſa eſt tuæ pietatis magnitudo,qui inter præconia tuæ iuſtitiæ , non es oblitus tuæ miſericordiæ ! Eodem modo apud Lucã poſt minas & terrores ſubiun- Luc.21.
git:His autem fieri incipientibus,ſuſpicite & leuate capita veſtra , quoniam appropinquat redemptio veſtra.Non eſt redemptio,niſi vbi præceſſit,captiuitas:cùm verò in fine mundi appropinquet iuſtorum redemptio, apertè cõcluditur hunc mundum eſſe eorum carcerem & captiuitatem. Id intelligens Dauid dicebat in Pſalmo: Pſal. 125.

Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrẽs in auſtro. Igitur in fine mũdi leuabunt capita, erigẽt ſeipſos illi, qui hîc abiecti ab iniquis premebantur, & gaudio afficiẽtur. Quando igitur appropinquauerit tempus illud formidoloſum, quo omnes vocabimur in iudiciũ, omnium noſtrarum actionum rationẽ reddituri, improbi & flagitioſi premẽtur; eorúmq; dominabuntur iuſti & pij, qui nũc ab illis acerbiſſimè vexãrut.

Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum.) Vos qui in doctrinis, hoc eſt, qui beneficio ſcripturarũ cognoſcitis tanta vobis gaudia reſeruari, laudate Dominũ. Et non ſolùm vos viri iuſti, qui in terra ſtabili eſtis, hoc eſt, qui in animi trãquillitate & ſecuritate viuitis, qui vos ab hominũ frequentia in ſolitariã quietẽ recepiſtis, ſed vos qui in inſulis habitatis, hoc eſt, qui tẽtationum fluctibus cõcutimini, qui negotiis implicati impetum maris mundi huius ſentitis, laudate & glorificate nomẽ Domini Dei Iſraelis. Docet nos hic locus vitam contemplatiuã terræ firmę & ſtabili comparari, actiuã verò inſulæ maris fluctibus concuſſæ ſimilem eſſe. Vtrunque tamen, & eum qui contemplationi, & qui actioni deditus eſt, Deum laudare debere. Poſſumus hunc locum ita explanare. Laudate Dominum, non ſolum vos qui habitatis in medio terræ, ſed vos etiam qui in inſulis, & locis remotiſſimis vitã degitis.

A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iuſti.) Dixerat verſu ſuperiore habitantibus in inſulis vt dominum laudarent: tunc prędicit hoc ita futurum eſſe. Senſus eſt: Nos qui Spiritu Prophetico inſpirati ſumus, audiuimus à Domino dandam eſſe gloriam iuſto, hoc eſt Chriſto, à finibus terræ, hoc eſt, ab illis etiã, qui colunt inſulas remotiſſimas. Et cùm Propheta hæc dixiſſet, vidit mentis oculis multa, quæ non licet homini loqui. Dicerẽ ego vidiſſe Spiritu gloriã iuſtorũ, & impiorũ ſupplicia, eo modo quo Deus illi hæc voluit oſtẽdere, & audiuiſſe arcana, quę, vt ait diuus Paulus, nõ licet homini loqui. Ideo inquit:
2. Cor. 1x. Secretum meum mihi, ſecretũ meum mihi. Ac ſi diceret: Non poſſum ea, quæ vidi explicare. Bis poſuit ſecretũ, quoniã & præmiũ viderat bonorum, & flagitiorũ ſupplicium. Thargum ita hũc locum interpretatur: Dixit Propheta: Secretum mercedis iuſti conſpectum eſt mihi, ſecretum vltionũ impiorum reuelatũ eſt mihi. Quæ verba huic noſtræ explanationi apertiſſimè fauent.

Væ mihi præuaricantes præuaricati ſunt.) Cùm vidiſſet Propheta impiorum & ſceleratorum multitudinem, in hæc verba prorupit. Ac ſi diceret: Non poſſum non plorare tot hominum interitum & ſupplicium.

Formido, & fouea, & laqueus, ſuper te qui habitatores terræ.) Appropinquante tempore iudicij in timore, & dolore, & periculis verſabuntur homines iniqui, quos non cœli ſed terræ habitatores appellat, de quibus dixerat paulò antè: Peccabunt habitatores terræ.

Et erit, qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueã: & qui ſe explicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelſis apertæ ſunt, & concutientur
D fundamenta terræ. Cõfractione confringetur terra, cõtritione conteretur terra, cõmotione cõmouebitur terra: agitatione agitabitur terra, ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculũ vnius noctis: & grauabit eã iniquitas ſua, & corruet: & nõ adiiciet, vt reſurgat. Et erit: In die illa viſitabit Dominus ſuper militiã cœli in excelſo: & ſuper reges terræ, qui ſunt ſuper terrã. Et congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacũ, & claudentur ibi in carcere: & poſt multos dies viſitabuntur. Et erubeſcet luna, & cõfundetur ſol, cùm regnauerit Dominus exercituũ in monte Sion, & in Ieruſalem, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus.

Et erit, qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueam.) Deſcribit calamitates improborum aduentante extremo iudicio, qui volentes declinare vnum periculum, incident in aliud.

Quia cataractæ.) Dixerat nullum peccatorem eſſe à formidine, fouea, & laqueis euaſurũ: nunc reddẽs huius rei causã, inquit hoc ita fore, quia tunc in extremo tẽpore aperiẽtur feneſtræ cœli, & videbit Dominus vniuerſa hominũ peccata, quæ anteà, quia ea nõ puniebat, videbatur non videre. Quibus viſis cõcutiẽtur præ timore fundamẽta terræ. Ita dicitur in Pſalmo: Qui reſpicit Pſal. 103.
terrã, & facit eã tremere. Deſcribit Propheta admirabilem Dei potentiam qui facit totã terram vel ſolo aſpectu concuti, tremotéq; labefactari. Forraſſe in cataractis in cœlo apertis alludit ad id, quod eſt ſcriptum in Pſalmo decimo: Pluet Pſal. 10.
ſuper peccatores laqueos. Hoc eſt, improbos acerrimè puniet, eis laqueos inſtar pluuiæ emittens, quib. eos capiat & perdat. Septuaginta hũc Eſaiæ locũ ita verterũt: Feneſtrę cœli apertę sũt.

Confractione confringetur terra.) Quaſi volens abſorbere peccatores.

Quaſi tabernaculum vnius noctis.) Id eſt, quaſi tẽtorium ſiue tuguriolum, quod paſtor ſingulis noctibus de loco ad locum tranſmutat.

Viſitabit Dominus ſuper militiam cœli. Id eſt, ſuper ſidera. Vbi noſtra editio capite quarto Deu- Deut. 4.
teronomij habet: Ne fortè eleuatis oculis ad cœlum videas Solem, & Lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, habet verſio Pagnini pro aſtris cœli militiam cœli. Nec eſt infrequens in literis diuinis aſtra, militiã, & exercitus, & virtutes cœli, appellari. Hunc ſenſum habent verba illa libri quarti Regum capite vige- 4. Reg. 21.
ſimoprimo: Et adorauit omnem militiam cœli. Ac ſi diceret: Non erat in cœlo ſtella, quam impius Manaſſes ſuperſtitioni idololatriæq; deditus non coleret. Eſt igitur huius loci Eſaiæ ſenſus: In tempore extremi iudicij cõturbabit Dominus omnia ſidera. Nam ſol obſcurabitur, vt ait Chriſtus apud Matthæum, & luna non dabit Matth. 4.
lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo. Sunt qui per cœlum hoc in loco aẽrem intelligant, & per cœli militiam dæmones, quos diuus Paulus te- Philip. 5.
nebrarum harum rectores appellat. Prior tamen expoſitio mihi magis placet, quoniam non ſolet ſcriptura dæmones cœli militiam vocare.

Et congregabuntur.) Senſus eſt : Reges terræ cum primùm exceſſerint è vita, in inferno congregabuntur. Sed poſt multos dies, nempe in die iudicij viſitabuntur, quãdo ab illis exigetur ſuæ vitæ ratio. Sed audita ſententia iterum in inferos in æternum relegabuntur. Eſt enim ignis ille *Matt.25.* æternus, vt apud Matthæum ait Chriſtus capi- *Apoc.14.* te vigeſimoquinto, & diuus Ioannes in apocalypſi capite quartodecimo. Neque eſt dubitãdum ſit necne liber Apocalypſis à diuo Ioanne Euangeliſta cõſcriptus, cùm id teneat Eccleſia, ſitque ab antiquiſſimis ſcriptoribus aſſertum & comprobatum. Euſebius in hiſtoria Eccleſiaſtica libro quarto capite decimooctauo ait Iuſtinum martyrem illud affirmaſſe, & libro ſexto capite decimono ait hanc eſſe firmam Origenis ſententiam. Cæterùm id, quod hîc Eſaias dicit aduerſus reges, non eſt de omnibus intelligendũ, cùm multi ſint ſapientia conſpicui, iuſtitiáque præcellentes, ſed de impiis & flagitioſis.

Et erubeſcet luna.) Explicat id quod dixerat: Viſitabit Dominus ſuper militiam cœli. Vel per ſolem intelligit principes Eccleſiaſticos, per lunam verò ſeculares, qui ſe in vita vitiis implicarunt, & in violanda iuſtitia impia ſcelera admiſerũt. Tũc enim in illo terribili iudicio, viſa Chriſti maieſtate, quem illi contẽpſerant, turbabuntur, & confundentur. Quoniam cùm deberent, dum viuebant, alios illuminare, non ſolùm non illuminarunt, ſed etiam obſcurauerunt. Quî enim fieri poterat, vt alios ſuorum radiorũ ſplẽ- dore illuſtrarent, cùm ipſi eclipſim paterentur, *ſimile* eſſéntque tenebris & caligine circũfuſi? Vt enim eclipſis lunæ eſt interpoſitio terræ inter ſolem & lunam, ſic quando terra, hoc eſt, mundi opes & voluptates interponuntur inter mundi principes, qui lunæ nomine ſignificantur, & ſolem illum iuſtitiæ Chriſtum Deum noſtrum, efficitur vt lumine careant principes, defectúmque patiantur, in vmbra terrę exiſtentes. Tunc enim fit eclipſis, cùm luna in terrę vmbra conſiſtit. Quid aliud ſunt mundi magiſtratus, potentiæ, diuitiæ, & voluptates, quã vmbra terræ? Illos, qui in infernum detruſi æternis cruciatibus torquentur, in hunc modum ſcriptura in libro Sapientiæ facit loquentes : Quid nobis profuit ſuperbia? Et diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra. Et in Eccleſiaſti- *Sapien.5.* co hi, qui has mundi res inanes, fallaces, & flu- *Eccle.34.* xas, quærunt & appetunt, illis comparantur, qui ſequuntur ventos, & apprehendunt vmbras. Hoc pertinet ad Lunæ eclipſim. Sol verò tunc obſcuratur, cùm interponitur luna inter ipſum & homines. Quis eſt hic ſol niſi præſul, qui cùm debeat omnes illuminare, ob eã cauſam deficit, nullíſq; micat radiis, quia interponitur & obiicitur illi luna, hoc eſt humana potentia? Eam ob cauſam antiſtites, Eccleſiæq; paſtores tenebris offunduntur, quia non Dei obſequium & honorem, ſed humanas dignitates & voluptates intuentur. Non loquor de illis, qui rectè gubernant. Sunt enim multi, qui oues ſuas ſaluberrimè paſcunt, qui illas tantùm opes quærunt, quæ animum amplificãt, diuitémque faciunt, ex quibus vera dignitas redundat & eflloreſcit. Sed de illis loquor, qui curæ paſtoralis obliti, virtutíſq; ornamẽtis nudati in ſũma ignominia verſantur.

Totum hoc caput expoſuimus de mundi interitu, vltimíq; iudicij tempore. Et hęc diui Hieronymi ſentẽtia, quam poſteà ſecuti ſunt multi, quorum explanationem amplectimur. Sunt tamen nonnulli, qui omnia hæc ad captiuitatem decem tribuum referãt, quæ omnes diſpergendæ prædicuntur in varias regiones abſque vlla perſonarũ differentia, quòd fuerint diuinam legẽ præuaricatę. Cùm enim euerterẽt fundamẽta iuſtitiæ, impiíſq; ſceleribus paſcerẽtur, veróque Deo relicto falſa idola colerent, æquum fuit, vt omnes pariter punirẽtur. Sed tunc neſcio quemadmodum poſſit cum hac ſententia cõuenire id, quod hîc dicitur: Et erit in die illa, viſitabit Dominus ſuper militiam cæli. Non enim legimus talia in illa captiuitate eueniſſe : niſi per militiã cœli intelligant exercitum Iſraelis. Pręterea ſunt nonnulla alia in hoc capite, quæ non videntur huic interpretationi cõgruere. Ideò alij de euerſione duarum tribuum ob Chriſtum non receptum, quãdo Hieroſolyma fuit à Tito funditus euerſa, illud interpretantur : quæ opinio non videtur habere tot impedimenta. Nam Ioſephus Hebræus, inſignis hiſtoriographus cap. 12. libri 7. de bello Iudaico inter pdigia & præſagia excidium Hieroſolymæ præcedentia narrat, ſydus ſimile gladio ſupra ciuitatem ſteriſſe, tantúmque circa templũ lumẽ noctù effulſiſſe, vt clariſſimus dies putaretur. Sed quoniam Eſaias præcedente capite locutus fuerat de Tyri euerſione, nõ deeſt qui totum hoc caput exiſtimet eſſe non ad Hebræorum, ſed ad Tyriorum euerſionẽ calamitatémque referendum, quoniã ſolet Eſaias ea, quæ in vno capite breuiter attingit, in ſequẽti latius dilatare. Nos verò ex his quatuor explanationib. eam exponẽdam ſumpſimus, quæ nobis viſa fuit communior, literæq; accommodatior, liberum vnicuique iudicium ſuum relinquentes.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT XXIIII.

Ecce Dominus diſſipabit terram.) In Hebræo pro diſſipare eſt בוקק bokek, quod ſignificat diſſipare, euacuare, populari. Nahum cap. 2. Quia *Nahum. 2.* vaſtatores diſſipauerunt. Quod etiam pote- *Osea 10.* rat verti : Euacuatores euacuauerunt. vel, Populatores populati ſunt. Vnde illud Oſeæ cap. 10. Vitis frondoſa Iſrael, poterat etiam verti: Vitis vacua eſt Iſrael. Vertit tamen interpres noſter frondoſa, quoniam eæ vites quæ ſilueſcunt, & frondibus creſcunt, nec amputantur, inutiles ſunt & vacuæ: quod Symmachus intelligẽs vertit : Vitis materialis, hoc eſt, non amputata, ſed frondibus atque palmitibus abundans. Eam ob cauſam vertit Pagninus hoc in loco : Ecce Dominus euacuat terram, hoc eſt, in ſolitudinem redigit. Quod non multùm diſtat à communi verſione. Quod autẽ ſequitur : Et nudabit eam, ita conuertit Pagninus: Et deſolare facit eam. In Hebræo eſt ובולקה vuolekah à verbo בלק balak, quod ſignificat nudare, deſolare, & aperire. Eſt

igitur terram nudare, eam deſertam facere abſq; vllo habitatore. Sed quoniam verbum hoc ſignificat aperire, poteſt rectiſſimè locus hic ita ex Hebręo reddi in Latinũ ſermonem: Ecce Dominus diſſipabit terram eámq; aperiet: Vt ſignificet in die iudicij aperiendã eſſe terram, vt mortui egrediantur, & reſurgant. Qui dicunt intelligi totũ hoc caput de euerſione Hieroſolymæ per Titum, dicent Prophetam hîc vaticinari aperiendam eſſe vrbem exercitui Romano.

Luxit & defluxit terra.) Pro luxit vertit Pagninus, deſtructa eſt. Verbum Hebraicum eſt אבל anal, quod ſignificat lugere, vt patet mille in locis diuinarum literarum, Exodi 33. Audiens populus ſermonem hunc peſſimum luxit. Threnorum 1. Viæ Sion lugent. Oſeæ 10. Quia luxit ſuper eũ populus eius. & multis aliis in locis, quæ breuitati ſtudens omitto. Ideò exiſtimo editionem vulgatam hoc in loco, quemadmodum in nonnullis aliis, magis eſſe ſecundum veritatem Hebraicam quàm Pagnini verſionem. Septuaginta etiam verterunt, luxit terra.

Exod.33. Thren.1. Oſeæ.10.

Terra infecta eſt.) In multis codicibus Latinis eſt, Terra interfecta eſt, ſed legendum eſt infecta eſt, vt nõnulli codices correcti habent. Eſt enim in Hebraico: Et terra חנפה chanephah, à verbo חנף, quod ſignificat polluere, & inficere. Ita apud Ieremiam 23. Propheta nanq; & ſacerdos polluti ſunt. Vbi Tranſlatio Chaldaica Ionathæ habet: Fecerunt furtum legis eorũ. Hoc eſt, mente legis abuſi ſunt. Tunc enim homines ſe inficiunt & polluunt, cùm Dei legem trãſgrediuntur, eámq; ad ſuam voluntatem detorquent. Eſt igitur huius loci ſenſus: Habitatores terrę eam ſuis ſceleribus ita polluerunt, & ſterilẽ reddiderunt, vt nullos lætos fructus produceret. Pagninus hunc locum ita Latinũ reddidit: Terra impiè egit propter habitatores ſuos. Verbum enim חנף quod eſt in Hebraico, ſignificat etiã iniquè agere, & perſonã acceptare. Vnde locus hic Ieremiæ, quẽ modò citauimus, poteſt ita verti: Propheta nanq; & ſacerdos impiè egerunt, vel, acceptatores perſonarum fuerunt. Poteſt igitur hic locus ſic explanari: Terra impiè egit, hoc eſt, pœnas luit, acſi impietatẽ & ſcelus admiſiſſet, Tunc enim terra dicitur pœnas dare, quãdo vaſtatur, & in ſterilem ſolitudinem redigitur. Ita R. Dauid doctus inter Iudęos hunc locum interpretatur. Thargum vertit, peccauit, pro eo quod noſtra verſio habet infecta eſt. quam interpretationem ſecutus eſt Pagninus, cui fauet verſio Septuaginta, quę ita habet: Terra autem egit impiè propter habitatores ſuos.

Iere.23.

Diſſipauerunt fœdus ſempiternum.) Septuaginta pro fœdere ſempiterno verterunt teſtamentum æternũ, quod ego abſq; dubio exiſtimo eſſe Euãgeliũ, quod etiã diuus Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos eodem modo appellat, ita dicens Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine Teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Quemadmodum enim Moyſes legem firmaturus, manu poculum tenebat, in quo erat ſanguis pecudum, vt in Exodo ſcriptum legimus: ſic Chriſtus nouam legem confirmaturus, calicem oſtendit, in quo fuit proprius eius ſanguis, pro ſalute hominum fundẽdus. Ideò Apoſtolus ait, In ſanguine Teſtamenti æterni. Et in cõſecratione vini vtitur Eccleſia hac forma: Hic eſt calix ſanguinis mei noui & ęterni Teſtamenmenti, &c. Hoc eſt Teſtamentum illud quod Deus per Ieremiam promiſit dicens: Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda Teſtamentum nouum, non ſecundum Teſtamẽtum, quod feci patribus eorum. Quem locum diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos cap. 8. de Chriſti euangelio interpretatur. Et quoniam vetus lex fuit abrogata, noua autẽ ſemper eſt duratura, appellatur hîc ab Eſaia fœdus ſempiternũ, aut vt volunt Septuaginta, Teſtamentum æternũ. Dixerat modò Tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius: & confeſtim ſubdit, Diſſipauerunt fœdus ſempiternum. Quæ verba Septuaginta ita verterunt: Præuaricati ſunt legẽ, mutauerunt præcepta, Teſtamentum æternum. Tria ſunt, ob quorum præuaricationem Deus mundi ruinam & vaſtitatem minatur, lex, præcepta & æternum Teſtamentum. Ego exiſtimo per legem intelligi legem naturalem, per præcepta legem ſcriptam, per Teſtamentum æternum, legem gratiæ & Chriſti Euangelium.

Heb.13. Exod.24. Ierem.31. Hebr.8.

Inſanient cultores eius.) Septuaginta habent: Pauperes erunt habitatores terræ. Omnes iniqui ſunt inſani, omnes autem inſani pauperes, quia ſpirituales diuitias perdiderunt. In Hebraico eſt חרו charú, à verbo חרר charar, quod ſignificat inſanire, æſtuare, ardere, deficere. Ideò Pagninus vertit: Combuſti ſunt habitatores eius. Aeſtuant, inſaniunt, deficiunt, & comburuntur, qui non cœlum ſed terram colunt, & intuentur, qui negotiis humanis implicati, tanquam mundi ciues ad cœleſtia nequaquam aſpirant.

Viſitabit Dominus ſuper militiam cœli.) in aliquibus codicibus eſt malitia pro militia. In Hebraico eſt צבא tseua, quod ſignificat exercitum, militiam, virtutem, & tempus ſtatutum. Vnde id quod dicitur cap. 7. Iob, Militia eſt vita hominis ſuper terram, poteſt verti: Tempus determinatum eſt vita hominis ſuper terrã: ſcit enim Deus quanto tempore vnuſquiſque victurus eſt.

Iob.7.

Argumentum capitis XXV.

Agit propheta gratias Deo pro vaſtatione ſynagogæ, & inſigni victoria de morte, ac dæmone reportata. Aſſerit ſeruandos eſſe fideles per Chriſtum, qui nobis lucem attulit, labes omnes abſterſit, gratiam tribuit, vt gloriam illam cœleſtem, nullis vnquam ſeculis interituram conſequeremur. Sunt qui aſſerant intelligi hoc caput de ſupplicio damnatorum, & de præmio iuſtorum poſt mundi conſummationem, quas ob cauſas propheta in gratiarum actionem prorumpit.

CAPVT XXV.

A DOmine Deus meus es tu, & e-
xaltabo te, & cõfitebor nomini
tuo: quoniã feciſti mirabilia, co
gitationes antiquas fideles, a-
men. Quia poſuiſti ciuitatẽ in tumultũ,
vrbẽ fortem in ruinã, domũ alienorũ: vt
non ſit ciuitas, & in ſempiternũ non ædi-
ficetur. Super hoc laudabit te populus
fortis: ciuitas Gentiũ robuſtarũ timebit
te. Quia factus es fortitudo pauperi, for-
titudo egeno in tribulatione ſua, ſpes à
turbine, vmbraculum ab æſtu. Spiritus
enim robuſtorum quaſi turbo impellens
B parietem. Sicut æſtus in ſiti, tumultum
alienorũ humiliabis, & quaſi calore ſub
nube torrẽte propaginem fortium mar-
ceſcere facies. Et faciet Dominus exerci
tuum omnibus populis in mõte hoc con-
uiuium pinguium, conuiuium vinde-
miæ, conuiuium pinguium medullato-
rum, vindemiæ defæcatæ.

EXPLANATIO.

*Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor
nomini tuo.*) Laudibus te efferam Domine Deus
meus, & nomen tuum celebrabo ob admirabi-
lia opera tua, & quia antiquas cogitationes tuas
cõpleturus es. Omnia enim tua cõſilia ore ꝓphe
tarũ prædicta firmabuntur, & ſuos effectus obti-
nebunt. Es enim Hieroſolymã ciuitatem ingra-
tam & infidelẽ euerſurus, quia non ſolùm te ve-
rum Meſſiam nõ recepit, ſed iactis in te acerbiſ-
ſimis contumeliis, te ad mortem crudeliſſimam
adduxit, & aduerſus diſcipulos tuos odium vſq;
ad ſanguinem excitauit. Ago igitur tibi gratias,
quia poſuiſti ciuitatem in tumulũ, hoc eſt, quia
funditus delebis per Titum Veſpaſianum Hie-
roſolymam. Pro tumulo habent nonnulli codi-
ces tumultũ, ſed verſio, cui diuus Hieronymus
adiecit commentaria, habet tumulum, & ita ha-
bẽt Septuaginta, & dictio Hebræa idẽ ſignificat.
Quare legendum eſt in tumulum, non autem in
tumultum. Tu verò aduerte morem propheta-
rum. Superiore capite plorauerat Eſaias pecca-
torum flagitium, interitum, & excidium, nunc
in eodem iudicio laudat Deum, eique debitum
honorem reſeruat. Aequum eſt vt dolore afficia-
mur ob hominum ſcelera, propter quæ æterna
ſupplicia merentur. At laudaturi ſumus Deum,
qui iuſtitiam ſuam oſtendit in ſceleratorum pu-
nitione, & miſericordiã ſuã in præmio iuſtorũ.

Domum alienorum.) Efficies vt Hieroſolyma ſit
domus Romanorum, quos alienos vocat, quia
non erant de populo Dei, ſed alieni à fide, ſolet
enim ſcriptura diuina gentiles alienos appella-
re, vt apud hunc eũdem Prophetam: Regionem
Suprà 1. veſtram coram vobis alieni deuorant. Ita Pau-
Ephe. 4. lus in epiſtola ad Epheſios eos alienatos appel-
lat à vita Dei. Qui enim impius eſt, non ſuus ſed
alienus eſt exiſtimandus: tot enim Dominis ſer-
uit, quot vitiis traditus eſt. Cùm autẽ ad ſe redit, Pſal. 57.
& ſpiritui obtẽperat, ſuus efficitur, qui ante à alie
natus erat, iuxta illud: Alienati ſunt peccatores à
vulua, errauerunt ab vtero. Acſi diceret, non eſſe
mirandum homines ſceleratos tot fraudes & fa-
cinora admittere, cum ab ipſis incunabulis ſe à
Deo alienauerint, & a ſeipſis atque à recta viuen-
di ratione aberrauerint. Cæterùm quoniã etiam
ipſi Iudæi in literis diuinis alieni appellantur, vt
in Pſalmo: Quoniam alieni inſurrexerunt aduer Pſal. 53.
ſum me, hoc eſt, Hebræi nefarij, qui virtutem &
religionem contempſerunt, & in alio Pſalmo: Pſal. 17.
Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni innete-
rati ſunt. Ideò poteſt hic locus ita explanari: Po-
ſuiſti ciuitatem in tumulum, quæ quidem eſt
domus alienorum, hoc eſt, Iudæorum, qui ſe à te
ſeiunxerunt, habitatio. Septuaginta pro alienis
verterunt impios.

Et in ſempiternum non ædificetur.) Poſt euerſio-
nem Hieroſolymæ per Titum nunquam fuit re-
ædificata, nec in æternum reædificabitur. Nã ea
quæ modò extat, non eſt vbi anteà fuit, ſed fue-
runt fundamenta mœniorum iacta per alia loca.
Qui hoc caput exponunt de mundi conſumma-
tione, non de Hieroſolyma duntaxat hoc intel-
ligunt, ſed de omnibus ciuitatibus, quæ poſt
diem iudicij non reædificabuntur in æternum.

Super hoc laudabit te populus fortis.) Hoc eſt, po-
pulus Chriſtianorum videns ingratam Hieroſo
lymam euerſam, & ſynagogam vaſtatam, & Iu-
dæos captos à Romanis, & per totum orbem di-
ſperſos, te Domine laudibus efferet, ſtudiiſque
ꝓſequetur. Et ciuitas gẽtiũ robuſtarum timebit
te, hoc eſt, Eccleſia ex Gentibus congregata, te
pio & filiali timore, & religione obſeruabit.
Chriſtianos vocat fortes & robuſtos, quoniã de-
bent aduerſus diabolum, mũdum, & carnẽ acer-
timè pugnare, & animo excelſo & inuicto in fi-
de, & virtutis cõſtantia permanere. Vt enim du- ſimile
ra & robuſta quercus ventorum ac procellarum
ictibus reſiſtit, & quamuis frondes amittat, in-
tus tamen virtus incluſa perſeuerat, ſic verus
Chriſtianus vi tentationum & calamitatũ exa-
gitatus, immobilis conſiſtit, & quamuis mundi
opes, authoritatem, & æſtimationem perdiderit,
animi tamen virtus & charitas intus vigẽt, quas
nec caſus eripit, nec tẽpus labefactat, neq; vetu-
ſtas vlla cõſumit. Poteſt quidẽ vir iuſtus & pius
à mundi opibus & dignitatibus ſeiũgi: at à cha-
ritate Chriſti quis eum vnquam poterit ſepara-
re? Id intelligens diuus Paulus, Quis nos, in- Rom. 8.
quit, ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio,
an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum,
an perſecutio, an gladius? Et ſubiũgit, nihil eſſe,
quod eum poſſet à tali charitate diuidere. Hæc
eſt vera fortitudo, inuicta, & glorioſa, & am-
pliſſimis laudibus decoranda. Hîc habes locum
contra hæreticos, qui nec viris iuſtis tribuunt
fortitudinem. Appellat enim eos Deus fortes &
robuſtos.

Quia factus es fortitudo pauperi.) Hoc eſt, illi
qui ſuam agnoſcens miſeriam, diuinum implo-
rat auxilium. Tales eripit Deus à procella, & ab
æſtu calamitatum & tentationum.

Spiritus enim robuſtorum.) Senſus eſt: Vehe-
mens

mens tentatio ſiue à dæmone, ſiue à mundo, ſiue à carne, ſimilis eſt turbini parietem impellenti. *ſimile.* Vt enim vehemens turbo corpora exagitat, ſecúmque rapit, niſi ſint ſoliditiſſima, & fortitudine quadam roborata: ſic tentatio animum percutit, & vincit, niſi ſit fortis, & conſtantia quadam confirmatus.

Sicut æſtus in ſiti.) Non aliter infringes & conteres impetum alienorū, hoc eſt impiorum, quo in viros iuſtos irruūt, quàm ardentiſſimus æſtus ſuperueniens debilitat, & attonitos facit homines in arida ac vaſta ſolitudine deprehenſos, vbi nullum eſt omnino refrigerium.

Et quaſi calore ſub nube torrente.) Quemadmodum propago vitis vrente æſtu flaceſcit, ſic tuo fauore & potentia langueſcet & debilitabitur impiorū tyrannis aduerſus pios & humiles. Vel ſic: Tu Domine labefactabis & euertes potentium tyrannidem, qua iuſtos affligebant, quos tu in hac vita velut propaginem ab æſtu affligi permittebas, ſed ita vt illis eſſet æſtus cum vmbra nubis. Ita enim tentatio & calamitas iuſtos percutiunt, vt interna conſolatione interim recreentur & reficiantur. præbes enim illis vires, quibus afflictiones tolerāter ferant, ipsíſque delectentur: imò pro te ſanguinē fundere ardenter appetāt: quoniā intelligunt loco huius miſeræ fluxæque vitæ pro te in diſcrimen adductæ, eam quæ eſt beata, & immortalis, ſe eſſe cōſecuturos.

Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc cōuiuium pinguium.) Per hunc montem intellige Sionem, & per conuiuium Euangeliū, quod cœpit Hieroſolymæ prædicari. Vel per Sionem intellige Eccleſiam, quemadmodū multis aliis in locis diuinarum literarum, vbi Chriſti Euangelio animæ reficiunt. Eſt enim verbū Dei animi alimentum omnibus dapibus dulcius & præſtantius: Non enim immeritò ait Propheta: *Pſal. 118.* Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Et volens Eſaias ſignificare huius conuiuij excellentiam illud appellat vindemiæ, & pinguium medullatorum, & vindemiæ defæcatæ, hoc eſt, pulchrum & excellens, in quo ſint fercula pinguia, opima, & iucunda, & vina defæcata & optima. Ne intelligas has exquiſitiſſimas & delicatiſſimas dapes corporeas eſſe, ſed ſpirituales. Voluit enim Propheta hac trāſlatione ſignificare, eſſe Chriſti Euāgelium animarū cibū, cum quo nullæ aliæ epulæ debeant comparari. Sed heu quot ſunt, qui nolint ad hoc diuinum conuiuium accedere, & hoc ſuauiſſimo pabulo tanquam nectare & ambroſia animum alere & reficere? *ſimile.* Vt enim illum rectè valere dicimus, qui corporis cibum ſuo tempore appetit: eum verò langueſcere & ægritudine laborare, qui faſtidit epulas, ſensúſque ſtupore earum ſuauitatem nō ſentit: ita eum animū rectè valere dicemus, qui verbum Dei auidè audit & arripit, eum verò debilitari & præ ægritudine deficere, qui verbo Dei non delectatur, qui Euangelicas conciones ſpernit, qui harum diuinarum epularum ſuauitatem non ſentit, ex quibus effloreſcit pietas, & charitas, cæteræque virtutes, quibus hominum mētes ſuſtentārur, & amore æternitatis rapiuntur. Hoc conuiuium de quo hic agit Eſaias eſt prandium illud, de quo ait Chriſtus apud Matthæum: Iterū miſit alios ſeruos, dicēs: Dicite inuitatis: Ecce prandiū meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata. venite ad nuptias. *Matt. 22.* Eſt enim prādiū hoc, vt ibi ait Chryſoſtomus, doctrina iuſtitiæ, & verba cœleſtiū myſteriorum, quibus ſe homo reficiens vitam immortalem, verèq; beatam conſequetur. Hæc eſt cœna illa magna, quā fecit Deus, de qua loquitur Chriſtus apud Lucam, ad quam inuitati accedere noluerunt. *Luc. 14.* Nos verò accedamus ad hanc cœnam, has diuinas epulas auidè ſumamus, & in mentis ſtomacho cōſeruemus. Vt enim nō prodeſt, ſi cū ſtatim euomimus, & foras reiicimus, *ſimile.* ſic paruā nobis vtilitatē afferet verbū auditum, ſi ſtatim illius obliuiſcimur, eiúſque memoriam obliuione delemus. Et quemadmodū cibus abſq; *ſimile.* naturali calore non digeritur, indigeſtus verò, onus eſt non cibus, & non ſolùm non nutrit, ſed corrumpit, quam ob cauſam vidēmus redundare varias ægrotationes, ſic verbum Dei auditum, in frigidū animum receptū, non digeritur ſine igne diuini amoris, crudus verò & mentis ſtomacho innatans, pondere premit: & non ſolùm non alit animū ad æternitatem, ſed eo ipſo animus inflatur, & in peſtilentiorem ſuperbiam incidit, vitio non cibi, ſed animi frigidi & contaminati, qui ob malitiam ſuam diuinum pabulum in venenū cōuertit. Ait enim diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios: Scientia inflat, charitas verò ædificat. *1. Cor. 8.* Cæterùm qui totum hoc caput volunt de mundi conſummatione intelligi, poterunt conuiuium hoc interpretari de cœleſti gloria, & de viſione diuina, qua beati in Sione, hoc eſt, in cœleſti patria, in illa æterna Ieruſalē, ſempiterno ęuo fruūtur. Ibi enim ſancti diuinis epulis ſatiātur. Hoc intelligēs diuinus quidā vates dicebat: Satiabor cùm apparuerit gloria tua. *Pſal. 16.* Acſi diceret, Cùm animus meus è corporis vinculis tanquam ex carcere ad ſedes tuas beatiſſimas euolauerit, tunc æternis dapibus ſatiabor, omnibúſq; gaudiis & voluptatibus cumulatus, te Deum meum ſummum & immenſum intuebor. Ad hoc cœleſte conuiuiū nos inuitat angelus in Apocalypſi Ioannis dicens: Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei. *Apoc. 19.* Et apud Lucam Chriſtus, Ego, inquit, diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. *Luc. 22.* Hoc eſt cōuiuium, ad quod ipſe Deus nos inuitat, ad quod omnes viri iuſti & pietate præſtātes accedunt, de quibus dicitur in Pſalmo: Inebriabūtur ab vbertate domus tuæ, & torrēte voluptatis tuę potabis eos. *Pſal. 35.* Hæ dapes, hoc nectar, hæc ambroſia, hæc pabula mentis ſunt, non corporis alimenta. Et hoc eſt conuiuium de quo hic loquitur Eſaias in cœleſti Sione parato, vbi ſancti in æternum ſatiantur. O glorioſum conuiuiū! O ſedes illas cœleſtes, æternáque domicilia, in quibus beatorū mētes diuinis oblectationibus cumulatæ, æterníſque ornamentis & cœleſtiū bonorum copia redundātes, æternis dapibus abundant, & immortali pulchritudine decorantur! Salue ciuitas florētiſſima cœleſtis Hieroſolyma, ſanctorū patria, vbi ipſi glorioſi immarceſſibilibus gaudiis triūphant. Ad te ſuſpiro, te ardenter appeto, te laudibus efferre cupio: ſed nō poſſum

rem tam eximiam ob ingenij mei tenuitatem
pro dignitate explicare.

Et præcipitabit in monte iſto faciem
vinculi colligati ſuper omnes populos,&
telam,quam orditus eſt ſuper omnes na-
C tiones. Præcipitabit mortem in ſempi-
Apoc.7.d ternum. Et auferet Dominus Deus la-
& 21.a chrymam ab omni facie , & opprobrium
populi ſui auferet de vniuerſa terra: quia
Dominus locutus eſt : Et dicet in die illa:
Ecce Deus noſter iſte , expectauimus eũ,
& ſaluabit nos:iſte Dominus,& ſuſtinui-
mus eum,& exultabimus , & lætabimur,
in ſalutari eius. Quia requieſcet manus
Domini in monte iſto : & triturabitur
D Moab ſub eo, ſicuti teruntur paleæ in
plauſtro. Et extendet manus ſuas ſub eo,
ſicut extendit natans ad natandũ , & hu-
miliabit gloriam eius cum alliſione ma-
nuum eius. Et munimenta ſublimiũ mu-
rorum tuorum cõcident, & humiliabun-
tur, & detrahentur in terram vſque ad
puluerem.

*Et præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colli-
gati.)* Hoc eſt,delebit peccatum,quod per vincu-
lum colligatum intelligitur. Chriſtus in monte
Sione ſua morte acerbiſſima noſtra ſcelera dele-
uit,quando ſe pro nobis ſalutarem hoſtiá deuo-
uit, atque conſtituit. Et vt oſtenderet propheta
Chriſtum ſuo puriſſimo ſanguine , quantum in
ſe eſt, nos ab omnibus animorũ maculis abluiſ-
ſe,non dicit eum præcipitaturum vinculum col-
ligatum,ſed faciem vinculi colligati,vt oſtende-
ret ita euertendum eſſe peccatum , vt ne facies
eius appareat. Appellatur autem peccatum vin-
culum colligatum , quòd faciat homines eſſe al-
ligatos , & in dæmonis carcere deuinctos. Qua
de re poteris ea videre , de quibus fusè diſſerui-
Suprà 5. mus capite quinto,verba illa explanantes : Pro-
pterea ductus eſt captiuus populus meus , quia
non habuit ſcientiam. Poterimus etiam per fa-
ciem vinculi colligati intelligere obligationem,
qua Iudæi tenebantur legi Moyſi,quam obliga-
tionem Chriſtus abſtulit ſuo Euangelio , & de-
leuit eá ſuo ſanguine,& ſua morte præcipitauit.
Coloſ.2. Hæc obligatio eſt chirographum illud , de quo
ait diuus Paulus: Delens quod aduerſus nos erat
chirographum decreti , quod erat contrarium
nobis , & ipſum tulit de medio, affigens illud
cruci. Quamuis enim chirographũ illud decreti
ſit ipſum,quo ſe per eſum ligni vetiti, omnéſque
poſteros Adamus æternæ morti reddiderat ob-
Gen.2. noxios,iuxta Dei decretum dicẽtis: Quacunque
hora comederitis,moriemini,vt multi interpre-
tantur,Chryſoſtomus tamen illud de obligatio-
ne Iudæorum legi Moyſi etiam exponit : Dixe-
Exod.24. runt enim, vt in Exodo literæ diuinæ teſtantur:
Quæcunque dixit Deus faciemus, & audiemus.
Et hæc eſt etiam Diui Hieronymi interpretatio
illum locum Apoſtoli explanantis, quamuis hîc
in commentariis in Eſaiam huius expoſitionis
non meminerit.

Et telam quam orditus eſt ſuper omnes nationes.)
Delebit,inquit,Chriſtus ſuo Euãgelio & morte
operimentũ errorum , quo opertus eſt mundus,
vt repudiatis ſuperſtitionibus & vanitatibus,
cæteriſque erroribus ſublatis , lucem & verita-
tem intueremur. Venit enim in mundum Filius
Dei, vt hominum genus è cæcis tenebris in cla-
rum ſplendorem vindicaret, à ſcelerum maculis
expiaret , & ad verum decus multis ornamentis
illuſtratum reſtitueret. Erat mundus quadam
tela coopertus, quæ illi lucem auferebat , quam
Diabolus voluit ordiri , ne homines æterni ſolis
claritatem intuentes,ad cœleſtia aſpirarent. Hãc
telam,hanc errorum nubem , hoc mundi operi-
mentum,ſcidit Chriſtus , & ſua doctrina caligi-
nem omnem diſpulit , hominúmque mentes ſol
ille iuſtitiæ ſuis radiis illuſtrauit.

Præcipitabit mortem in ſempiternum.) Hoc eſt,
Chriſtus morte ſua mortem euertet , & vitã re-
ſurrectione reparabit. Hanc vaticinationem im-
pletam eſſe & nos credimus , & diuinæ literæ
conteſtantur. Surrexit Chriſtus caput noſtrum,
ergo & nos reſurgemus. Quid eſt autem mor-
tuorum reſurrectio,niſi mortis deſtructio? Cùm
autem mortale hoc induerit immortalitatem, vt
verbis diui Pauli vtar , tunc fiet ſermo qui ſcri-
ptus eſt : Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt *1.Cor.15.*
mors victoria tua ? Vbi eſt mors ſtimulus tuus?
Hic locus eſt Oſeæ Prophetæ , quem Apoſtolus *Oſea 13.*
aliis verbis,ſed in idem incidentibus citat. Ver-
ba enim Prophetæ hæc ſunt : De manu mortis
liberabo eos : de morte redimam eos. Ero mors
tua ô mors,morſus tuus ô inferne. Hãc de morte
victoriam reportauit Chriſtus ſua morte , & re-
ditu ad vitam,ſed in mundi cõſummatione cùm
corpora reſurrexerint , videbimus apertiſſimè
mortem ipſius mortis: de qua ait Apoſtolus: No-
uiſſimè autem inimica deſtruetur mors , quam *1.Cor.15.*
tamen iam Chriſtus ſua morte & reſurrectione
occiderat. Poſitus fuit Chriſtus mortuus in ſe-
pulchro,& exiit viuus. Si in clauſum ſepulchrũ
homo viuus includatur , tertia die inuenietur
mortuus : at Chriſtus mortuus in clauſo ſepul-
chro conditus,tertia die viuus apparuit, & pul-
cherrimus ſurrexit. O miram Dei potẽtiam! Hîc
mutatus eſt mundi ordo, & fuit curſus naturalis
in admirabilem modum conuerſus. In mortuo-
rum ſepulchro fuit ſepulta ipſa vita , ipſe enim *Ioan.14.*
de ſe ait : Ego ſum via, veritas , & vita. Domus
mortis fuit tunc domus vitæ. Sed domus illa
mortis non corrupit mortuum. Id quod diui-
nus ille vates & illuſtriſſimus Rex Dauid multò
anteà iis verbis in perſona Chriſti præcinerat:
Quoniam non derelinques animam meam in *Pſal.15.*
inferno , nec dabis ſanctũ tuũ videre corruptio-
nem. In Epiro inquit Solinus fontẽ eſſe admira- *Capi.13.*
bilem , in quem immerſæ faces ardentes extin-
guuntur,extinctæ verò inflammantur : vbi ſi fa-
cem mortuá proiicias , exit viua : ſi autem viua
immergatur, mortua exit. Eſt quidem fons hic *ſimile*
ſtupendus,& in admirationẽ homines traduxit,
ſi ita eſt,vt Solinus commemorat. Sed in ſepul-
chro idẽ factum fuiſſe firmiter credimus , & aſ-
ſeueráter affirmamus. Ex eo nãq;, ex quo viuus
exibit mortuus,mortuus ſurrexit viuus. Ita enim

Marc.16. dixit Angelus mulieribus, vt eſt apud Marcum: Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, ſurrexit, non eſt hîc. Ecce locus vbi poſuerunt eum. Mottuus igitur rediit ad vitã, mors autem manſit mortua & ſepulta. Quod intuens Propheta dixit: Præcipitabit mortem in æternum.

Et auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie.) Significat his verbis, eos qui ſe Chriſto dedicant, eúmque ardentiſſimè amant, incredibili gaudio, & maximis beneficiis ab illo affici: neque id ſolùm in altera illa vita, quæ beata eſt & immortalis, ſed etiam in hac miſera & fugaci. Quanquam enim calamitatibus aliquando premantur, tamen voluptate perfuuduntur, quia propter Chriſtum cruciantur. Et amore diuino inflammati, vitámque cœleſtem in corpotibus humanis imitãtes, tantam ſentiũt dulcedinem, tótque oblectarionibus Deus eos afficit, vt iam in cœlo quodammodo habitare exiſtimentur. Phili.3. Ex quibus qnidam dicebat: Noſtra enim cõuerſatio in cœlis eſt. Qui totum hoc caput intelligunt de mundi conſummatione, hoc gaudium intelligunt de voluptate diuinæ viſionis, qua ſancti in patria fruentur. Id quod diuus Ioannes Apoc.21. iis verbis in Apocalypſi teſtatur: Abſterget Deus omnem lachrymam ab ocnlis eorum, & mors vltrà non erit, neqne luctus neque clamor, uec dolor erit vltrà, quæ prima abierunt. Et dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Qui locus de mundi conſummatione intelligitur. Cùm autem eadem hîc dicat Eſaias, videtur hoc caput de die iudicij, & mundi fine intelligi: & quia eſt velnti explanatio capitis præcedentis, quod multi de mundi conſummatioue interpretantur. His rationibus ego adductus hanc expoſitionem etiam amplector, qnanuis exiſtimo poſſe totum hoc caput de primo Chriſti aduẽtu, de eius Euangelio, de Iudæorum euerſioue, & de fidelium lætitia & ſalute, explicari, quod & nos facimus. Et etiã locum hunc Apocalypſis, quem modò citaui, exiſtimo poſſe etiam referri ad ſpiritualem voluptatem, qua viri iuſti & pij etiam in hac vita afficinntur.

Ecce Deus noſter iſte.) Verba ſunt populi Chriſtiani, qui recepto Euangelio illuminatus fide, Chriſtum confitebatur verum eſſe Deum, ac ſeruatorem noſtrum.

Quia requieſcet manus Domini in monte iſto. Hoc eſt, quia in Sione, in Eccleſia Chriſti ceſſabit manus Dei, nõ puniet æterno ſupplicio fideles, qui in gratia exceſſerint ex vita. Quemadmodum extendere manum ſuper aliquem eſt eum punire, vt in capite quinto expoſuimus, ita ceſſare manum aut quieſcere, eſt non punire. Hæc poſſunt aptiſſimè referri ad cœleſtem patriam poſt extremũ iudiciũ. In illa enim ciuitate nullus punitur: ſed inexplicabili gaudio lætãtur, qui hac in vita afflicti fuerũt. In tẽplo illo Salomonis, quod gerebat Eccleſiæ triũphãtis imaginẽ, nec malleus, nec ſecuris, nec vllum ferramen- 3.Reg.6. tum audiebatur, vt in libro tertio Regum diuinæ literæ commemorant. Aedificabatur templũ illud magnificentiſsimum, & celeberrimum, & Figura. nullus ictus in eo ſonabat. Dolabantur lapides & ligna extra templum, & in lapidicinis, & fabrorum officinis audiebantur ferramentorum percuſsiones. Mundus hic lapidicina eſt, in qua malleis tundimur, & officina in qua afflictionibus percutimur, & premimur, at in templo illo ſuperno, in illa beata & immortali vita, nulla eſt afflictio, ſed requies admirabilis, & gaudium ſempiternum. Hîc angimur aduerſitatibus, variíſque calamitatibus exercemur, vt illic locis congruis diſponamur, & malleis afflictionum ceſſantibus, amoris glutino copulemur. Pro eo quod noſtra verſio habet: requieſcet manus Domini, habet Pagninus: Requieſcet percuſsio Domini. Quæ verba noſtram explicant interpretationem.

Et triturabitur Moab.) Gaudentibus iuſtis impij, qui per Moab ſignificantur, in inferno æterno ſupplicio cruciabuntur. Figura eſt ſinecdoche frequens in literis diuinis, cùm à parte totum intelligitur. Ponitur Moab pro mundo, & Moabitæ pro impiis accipiuntur. Et quemadmodum paleæ cõterente ferrato carpento conteruntur, ſic impij tundentur. Id autem quod dicitur, ſub eo, intelligitur ſub Dei potentia. Vel ſic: Triturabitur Moab ſub eo, hoc eſt, in ſemetipſo contereturr, ita vt nihil in eo integrum remaneat: Ac ſi diceret: acerbiſsimè torquebitur & cruciabitur.

Et extendit manus ſuas ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum.) Senſus eſt: Chriſtus cædet Moab, hoc eſt impios: & ita porriget vtranque manum ad eos puniendos, quemadmodum qui peritus eſt natandi, vtranque manum ſecundum aquam extendit. Et humiliabit gloriã eius cum alliſione manuum eius. Quaſi dicat: Expandet Chriſtus brachia ſua vt natator, & cum alliſione manuum ſuarum, hoc eſt, cubitis ſuis, quibus maximè natatores aquam allidunt & ſecant, eos tanget & puniet, eorúmqne gloriam confringet, atque penitus obſcurabit.

Et monumenta ſublimium murorum tuorum concident & humiliabuntur.) Verba ſunt ipſius Prophetæ ad Moab, hoc eſt ad impios directa, quaſi dicat: Tũc alta mœnia tua ô Moab ô Chriſti aduerſarie ruent, nullum erit præſidium murorum tuorum, ſed omnia, qnibus fidebas, in terrã deiicientur, vt in puluerem redigantur. Aſpicis hîc omnes mundi opes, imperia, & magiſtratus in quibus homines impij collocãt fiduciam ſuam, conſumi tempore, eſſéque res fluxas, infirmas, & fugaces, virtutem verò eſſe immortalem, quæ viget memoria omniũ ſeculorũ: quam poſteritas alit, quam ipſa æternitas ſemper intuebitur.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT XXV.

Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robuſtarum laudabit te.) Septuaginta habent: Propterea benedicit tibi populus pauperum, & ciuitas hominum iniquitatem ſuſtinentium benedicẽt tibi. Chriſtianos, qni iuxta communem verſionem fortes dicuntur, Septuaginta pauperes appellãt. De quibus ait Chriſtus: Beati pauperes Spiritu, qnoniã ipſorum eſt regnum cœ- Matt.5.
lorum. Cùm autem regnũ cœlorũ vim patiatur, Matth.11.
vt

vt ipſe Chriſtus aſſerit, illúdque non niſi à viris fortibus capiatur, loquor de adultis, ſit autẽ regnum cœlorum ipſorum pauperũ, apertè concluditur: ipſos pauperes fortes eſſe, qui regnum cœlorũ conſequuntur. Præterea eos, quos communis verſio appellat robuſtos, appellãt Septuaginta ſuſtinentes iniquitatem. Illi ſunt verè robuſti & fortitudine præſtãtes, qui propter Chriſtum calamitates & afflictiones tolerãter ferunt. *Prouer.16.* Vnde ait Salomon in Prouerbiis: Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, oppugnatore vrbium. Et quidem poeta canit: Fortior eſt qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit Oppida, &c. Glorioſior fuit victoria, quam obtinuit *1.Reg.24. & 26.* Dauid parcens Sauli hoſti ſuo immaniſſimo, cùm eum poſſet occidere, quàm cùm Goliã *1.Reg.17.* fortiſſimum gigantem interfecit. Cùm enim Dauid eſſet ipſo gigante fortitudine animi, amplitudine & magnitudine præſtantior, quoniã ipſum gigantem iugulauit, illuſtrior fuit illa victoria in qua ſeipſum vicit, & potuit apperitum coercere, atque rationi ſubmittere, quàm ea in qua in oblato ac cõſtituto certamine ſuperbum gignantem truci vultu barbaram immanitatem præ ſe ferentem ſuperauit. Hîc vicit gigantem, illic verò ſeipſum, qui gigantem vicerat. Hîc gigãtis caput amputauit, illic verò diaboli caput interfecit. eſt enim caput diaboli cogitatio ad ſcelus perpatrandum, quam Dauid amputauit. Hæc fuit illuſtriſſima victoria. Hic fuit clariſſimus triumphus, ampliſſimis laudibus decorandus. Ergo veri Chriſtiani, viri iuſti & pij ſunt fortes, & robuſti, & pauperes Spiritu, & aduerſitates, atque acerbos varióſq; caſus æquo animo tolerantes.

Quaſi calore ſub nube torrente propaginem fortium marceſcere facies.) Pro propagine eſt in Hebræo זמיר zemir, à verbo zamar, quod ſignificat canere, & vitem putare, vnde זמיר zamir ſignificat cantũ & putationẽ. Ideò id quod eſt in Canticis: Tempus putationis aduẽnit, poteſt *Cant.2.* verti: Tempus cantus ſiue cantionis aduenit. Hoc autem nomen zamir ſignificat etiam cantum, & fremitum, & ſurculum, & propaginem, & amputationẽ ſeu exciſionem, quę omnia huic loco rectiſsimè conueniunt. Poteſt igitur eſſe huius loci ſenſus: In tempore illo conteretur & deficiet cantus & lætitia tyrannorum, & hominum potentium, ſicut aufertur æſtus torrẽs adueniente frigida & denſa nube. Vel deficiet eorum fremitus & ferocia, vel eorum poſteritas & propago, vel eorum exciſio, hoc eſt, iam vltrà alios non occident. Hæc omnia auferẽtur inſtar vehementis caloris, qui ob aduentum magnæ atque placidæ nubis aufertur. Quidam vir doctus ita hunc locum interpretatur: Quemadmodum vmbra nubis grauidæ & denſæ diſpellit æſtum feruentem, ita exciſio, quæ veniet à Deo euertet fortes & tyrannos. Ita Deus occidet eos, vt vmbra nubis refrigerantis, ſolis calorem repellit. Huic interpretationi fauet verſio Pagnini, quæ ita habet: Sicut æſtus in vmbra nubis, exciſio fortium humiliabit eos. Nonnulli codices habent exciſionem fortium ſed exiſtimo legendum eſſe, exciſio fortium. Poteſt huius loci hic eſſe ſenſus: Vt feruentiſsimus æſtus tollit vmbram nubis, nubem ipſam conſumendo & ſiccando, ſic afflictio vehementiſsima auferet & conſumet impiorum refrigerium. Id enim quo impij protegũtur & delectantur, vmbra eſt, non rei ſolidæ, ſed nubis, quæ in aere verſans citò labefactatur, diſpergitur, & conſumitur: & mors eos conteret & abſorbebit.

Præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes populos.) Pro vinculo colligato eſt in Hebræo הלוט הלוט hallot hallot, à verbo לוט lût, quod ſignificat inuoluere, operire, occultare, prius eſt nomen, alterum verò participium paſſiuum. Pagninus vertit: Perdet in monte hoc faciem operimenti operti ſuper omnes populos. Quę poſſunt de peccato & errore ac ſuperſtitione intelligi, quibus mundus ante Chriſti aduentum coopertus erat. Ideò noſter interpres, vertit faciem vinculi colligati, & rectè quidem: eſt enim peccatum vinculum colligatum, vt in explanatione diximus. Symmachus vertit: faciẽ dominatoris, qui dominatur ſuper omnes populos. Quod de diabolo intelligitur; quẽ Chriſtus apud Ioannem huius mundi principem appellauit. *Ioan.12.* Poteſt intelligi de morte, de qua ait *Rom.5.* Apoſtolus: Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem, &c. Poteſt etiam de peccato & errore intelligi, quod Aquila planius explanauit vertens: Faciem tenebrarum ſuper omnes populos. Perſpicuum eſt enim peccata & errores tenebras appellari. Paraphraſtes Chaldæus videtur hoc de diabolo intelligere, habet enim: Præcipitabit faciẽ principis, cuius principatus eſt ſuper omnes populos. Pro præcipitare in Hebraico eſt verbum בלע bala, quod ſignificat abſorbere, deglutire, deuorare, vt Exodi ſeptimo: Deuorauit virga Aaron virgas eorum. *Exod.7.* Et Eſaiæ quadrageſimonono: Longè fugabuntur, qui abſorbebãt te. *Eſa.49.* Vnde diuus Paulus, Abſorpta eſt, inquit, mors in victoria. *1.Cor.15.* Ideò verti poterat: Abſorbebit in monte hoc faciem, &c. Significat etiam præcipitare: vt ſecundi Regũ vigeſimo: Quare præcipitas *2.Reg.20.* hæreditatem Domini? Reſpondénſque Ioab ait: Abſit abſit hoc à me, nõ præcipito. Vbi poterat verti: Quare abſorbes, &c. Et in Pſalmo *Pſal.51.* quinquageſimoprimo: Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa, habet verſio Diui Hieronymi iuxta veritatem Hebraicam: Dilexiſti omnia verba ad deuorandum linguam doloſam. Verba ſunt, quibus Dauid inuehitur in Doegum hominem ſceleratum & impium, ac ſi diceret: Amas ea verba, quæ poſſunt bonorum vitam & famam abſorbere, eíſque perniciem moliri. Amas itaque linguã doloſam, & ſermones quibus hominũ gloria infringitur, eorúmque nominis ſplendor maculatur.

ARGVMENTVM Capitis XXVI.

Solebant veteres patres pro rebus proſperis & ad voluntatem fluentibus hymnos Deo canere, & literis mandare ad memoriam perpetuam poſteritatis. Et quoniam diuinus vates prædixit victoriam, quam

Chriſtus

Chriſtus erat de peccato, dæmone, & morte reportaturus, vt præcedenti capite explanauimus, præcinit nunc, & ſcribit canticum, quo fideles tempore gratiæ erant Deo pro interitu ſynagogæ & Eccleſiæ conſtitutione gratias acturi. Deſcribitur in hoc cantico ipſa Eccleſia, & iuſtorum ſplendor, ac impiorum cæcitas & infœlicitas, reditus mortuorum ad vitam, & exhortatio ad afflictiones æquo animo tolerandas. Etſi enim fideles hymnos laudis & gratiarum hic canant, tamen vera lætitiæ cantica ſunt in cœleſti patria, quæ hic cātare non poſſumus. Quomodo enim cantica cœleſtis Hieroſolymæ iuxta flumina Babylonis cantabimus? Hic ſuſpendimus organa lætitiæ in ſalicibus amaris, vbi ſedentes & deſiderio æternæ patriæ flagrantes vim lachrymarum profundimus, ibi autem dulcia voluptatis cantica in æternum cantabimus.

CAPVT XXVI.

A IN die illa cantabitur canticum iſtud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ſaluator ponetur in ea murus & antemurale. Aperite portas, & egrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem. Vetus error abiit: ſeruabis pacem, pacem, quia in te ſperauimus. Speraſtis in Domino in ſeculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum. Quia incuruabit habitantes in excelſo, ciuitatem ſublimem humiliabit: humiliabit eam vſque ad terram, detrahet eam vſque ad puluerem. Conculcabit eam pes, pes pauperis, greſſus egenorũ. Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. Et in ſemita
B iudiciorum tuorũ Domine ſuſtinuimus te: nomen tuum & memoriale tuum in deſiderio animæ. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis, de manè vigilabo ad te: cùm feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis. Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam facere, in terra ſanctorum iniqua geſſit: & nõ videbit gloriam Domini. Domine exaltetur manus tua, vt non videant: videant & confundantur zelantes populi, & ignis hoſtes tuos deuoret.

EXPLANATIO.

In die illa cantabitur.) Senſus eſt: In tempore gratiæ mortua ſynagoga, & Chriſti Eccleſia plantata & conſtituta, veráque religione toto orbe terrarum propagata, gratias agent fideles Deo cuius miſericordia repudiauerint ſuperſtitionem, & ſanctiſſimæ religioni veritatis ac pietatis pleniſſimæ adhæſerint. Canent Deo hoc canticum laudis in terra Iuda, hoc eſt, in terra confeſſionis. Iuda enim confeſſionem ſignificat. Hæc eſt Eccleſia, vbi eſt veræ fidei confeſſio, & vbi peccata noſtra ſacramentaliter confitemur, ex quo mirificum fructum percipimus. Id quod Michæas Propheta dixit: Et tu Bethlehẽ Ephrata, vertit diuus Matthæus: Et tu Bethlehem terra Iuda. *Matt.5.* Ephrata ſignificat terram frugiferam. Volens autem Euangeliſta docere in quo eſſet hic fructus, pro Ephrata poſuit Iudã, quod vocabulum ſignificat cõfeſſionem. Mirabilẽ enim fructum ex cõfeſſione percipimus. Capitur etiã confeſſio pro laudatione, quemadmodum paſſim in diuinis literis confiteri pro laudare.

Vrbs fortitudinis noſtræ Sion.) Hoc eſt canticum, quod durat ad finem vſque capitis. Vrbs hæc eſt Chriſti Eccleſia, quam diuinus vates appellat Sionem, hoc eſt, ſpeculam, ex qua cœleſtia contemplamur. Huius meminit Propheta ita inquiens; Pſallite Domino, qui habitat in Sione. *Pſal.9.* Et alibi, Mõs Sion in quo habitas in finem. *Pſal.73.* Quæ non tam de Sione, & Hieroſolyma illa terrena, quàm de Eccleſia militãte intelliguntur, in qua prædixit hoc in loco Eſaias ponẽdum eſſe Chriſtum, tanquam murum & antemurale, vt eam muniret, & ab hoſtiũ impetu protegeret. Chriſtum appellat ſaluatorem. Ieſus enim idem eſt quod ſaluator. Ita enim dixit Angelus Ioſeph: *Matth.1.* Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Hunc prædixit Eſaias fore murum Eccleſiæ, quod ipſe Chriſtus iis verbis dixerat per Zachariam: Ego ero ei, ait Dominus, *Zacha.2.* murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Vbi vides Chriſtũ eſſe noſtrum murũ, & antemurale, & noſtrã gloriã. O Eccleſia ſancta, ciuitas magnificentiſſima, vrbs fortitudinis noſtræ, extra quam nulla eſt in mundo vera fortitudo, vrbs florentiſſima, quæ Deo muniris & decoraris. *Pſal.86.* Quàm glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Tu es illa cõtra quam, vt ait apud Matthæum ipſa Veritas, *Matth.16.* portæ inferi nõ præualebunt. Sunt autem portæ inferi perſecutiones, quibus Eccleſia oppugnatur, ſed non vincitur, ſunt hæreticorum doctrinæ, ipſam Eccleſiã vaſtare conantium, ſed ſuum effectum non conſequentium. Eſt namque Eccleſia inexpugnabilis, quæ Deum habet pro muro & protectione. Cæterùm hæc dictio Sion nõ eſt in textu diui Hieronymi, nec in codicibus Hebraicis. Nihilominus tamen hæc vrbs Eccleſia Catholica eſt.

Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta, cuſtodiẽs veritatem.) Verba ſunt Dei angelos alloquentis, vel ipſos Apoſtolos, vt portas Eccleſiæ militantis aperiãt, quò gens ſancta Eccleſiam ipſam introeat, quæ cuſtodiat veritatem. Vbi aſpicis non ſatis eſſe veritatem colere & cuſtodire, ſed oportere Chriſtianos iuſtos eſſe, nõ ſatis eſſe fidẽ habere, ſed neceſſe eſſe ſecundũ eã operari. Ea namque fides apud Deũ valet, quæ, vt ait Apoſtolus, per charitatẽ operatur. *Gal.5.* Fides nanque ſine operibus, vt inquit Iacobus Apoſtolus, mortua eſt. *Iaco.2.* Et ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm, vt ipſe Apoſtolus teſtatur. Præterea veritas iuxta morem diuinarum literarum ad mores, & ad ipſa rectè facta etiam pertinet. Scriptum eſt enim quarto libro Regum: Memento *4.Reg.20.* quomodo ambulauerim coram te in veritate. Ambulare in veritate iuxta idioma Hebrææ linguæ eſt rationẽ vitæ ad veritatẽ doctrinæ ſanctæ dirigere. Vnde verba illa, quæ erant in rationali *Exod.28.* ſacerdotis,

ſacerdotis, doctrina & veritas, ſignificabant, in præſule debere eſſe doctrinam, & ad eam, vitam & mores dirigere.

Vetus error abiit, ſeruabis pacem pacem.) Verba ſunt fideliũ, qui relictis idolis, & recepto Euangelio, has voces emittunt. Vetera enim tranſierunt, vt ait diuus Paulus in ſecunda epiſtola ad
2.Cor.5. Corinthios, ecce facta ſunt omnia noua. Et tu Domine ſeruabis nobis pacem, de qua dixiſti: Pacem relinquo vobis, quia in te ſperauimus. Aduerte bis nominatam eſſe hoc in loco à Propheta pacem, & bis ſimili modo à Chriſto apud
Ioann.14. Ioannem dicente: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, vt intelligas eſſe pacem gratiæ in hac vita, & pacem gloriæ in altera. Vel vtraque refertur ad pacem gratiæ, quæ in hac vita poſſidetur, quæ ideò dicitur pax pax, quia hæc Euangelica pax, eſt vera pax. Pax enim, quæ datur à mundo, quæ in bonis externis cõſiſtit, non eſt vera nec ſolida. Fieri enim poteſt, vt ſceleratus & impius pace externa huius mundi gau-
Infrà 48. deat. At hæc non eſt vera pax. Ait enim Eſaias alio in loco: Non eſt pax impiis. Cõtrà verò pius ac iuſtus homo in medio externarum perſecutionum in pace conſiſtit, iuxta id quod ait apud Ioannem ipſa Veritas: Hæc locutus ſum vobis,
Ioan.16. vt in me pacem habeatis. In mundo preſſuram habebitis, &c. Vbi vides iuſtos & pios inter labores & calamitates in pace quieſcere, animiq; tranquillitatem non amittere. Poteris hac de re ea videre, quæ ſecundo capite annotauimus.

Speraſtis in Domino.) Verba ſunt Prophetæ ſermonem cum ſanctis cõferentis, qui in Deo ſpem ſemper collocarunt. Appellat autem Dominum fortem, quòd ſuperbos & elatos opprimat, & ita abiiciat vt pedibus pauperum conculcentur. Solet enim Deus aliquando ſuperbos & potentes ex alto dignitatis gradu ita deiicere, vt nullum penitus maneat priſtini honoris veſtigium. Et quamuis ſuperbus magnas opes, potentiam, & honorem in vita poſſideat, in morte tamen omnia amittit, & ipſe in terra ſepultus pedibus
ſimile. conculcatur. Vt enim nubes magna exhalationibus intus plena totum cœlum cooperit, & mundũ horrore, tonitribus & fulminibus perterret; quæ ſtatim in aquã reſoluta cadit in terram, ex qua lutum efficitur, quod pedibus teritur: ita magnates & potentes nubes ſunt plenæ fumis terræ in aere verſantes, & ſuperbia, opibus, & potentia totum orbem terrentes, ſed cadentes in terram, ipſa ſepulchra attingẽtes, conuertũtur in terram & lutum, & pedibus eorum, quorum anteà dominabantur, cõteruntur. Quid igitur ſuperbiunt vani homines, ſuæ fragilitatis
Eccl.40. obliti? Ait enim Eccleſiaſticus: Subſtantiæ impiorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſic tonitruũ magnum in pluuia perſonabunt.

Ciuitatem ſublimem humiliabit.) Hoc eſt, Hieroſolymam, quàm propter Chriſti cædem, & Iudæorum impietatem Deus per Titum euertit & vaſtauit. Poteſt etiam hoc intelligi de quacunque alia ciuitate ſuperba, & opũ ac mundi potentiæ gloria florenti. Quod autẽ dicit: Conculcabit eam pes, pes pauperis, greſſus egenorũ, ſignificat elatos & potẽtes homines eſſe ab Apoſtolis, hominibus pauperibus, & cõtẽptibilibus ſuperatos. Id quidem eſt, quod ait diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios: Infirma mundi 1.Cor.1.
elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret.

Semita iuſti recta eſt.) Dixerat ſuprà ſuperbos & elatos eſſe deiiciendos, & incuruãdos, ambulant enim in via perditionis: nunc verò iuſtorũ viam rectam eſſe aſſerit, æquabilem & planam. Quaſi dicat: Iuſtus inuenit viam facilem, & erroribus non implicatur. Ita Dauid in Pſalmo: Pſal.118.
Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Quod diuus Paulus iis verbis affirmat: Scimus quoniam diligentibus Deum Rom.8.
omnia cooperantur in bonum. Ideò ſcandala omnia deuitat, quoniam iuſtum, vt in libro Sa- Sap.10.
pientiæ ſcriptũ legimus, deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei.

Et in ſemita iudiciorum tuorum Domine ſuſtinuimus te.) Verba ſunt fidelium iuſtorum, quorum eſt ſenſus: Quando ſuper nos Domine tuo iuſto iudicio calamitates & afflictiones venire permittis, tãtum abeſt vt à te recedamus, vt potius in te ſperemus, téque ſuſtineamus, & memoria tenentes delectemur.

Anima mea deſiderauit te in nocte.) In afflictione mea te deſidero, ad te vehementer aſpirat anima mea. Cùm acerbioribus calamitatibus premor, tũc ardentius te appeto. Aſpice afflictionis vtilitatem. Poteſt etiam accipi nox non pro afflictione, ſed pro ipſa nocte, vt ſit ſenſus: Finitis & trãſactis curis ac laboribus diei, veniente nocte meis cogitationibus grata, me ad ſolitudinem recipio, & in illa trãquillitate teipſum contemplor, animíque deſiderio ardenter appeto. Hoc deſiderio tenebatur regius vates, cùm in Pſalmo has voces amore flagrantes emittebat; Quem- Pſal.41.
admodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Sed & ſpiritu meo in præcordiis meis de manè vigilo ad te) Senſus eſt: Quandiu ſpiritus meus rexerit præcordia mea, hoc eſt, quandiu vixero, ſemper de mane ad te vigilabo. Vel ſic: Non ſolùm nocte te deſiderat anima mea, ſed etiam ſpiritus meus ad te de ſummo manè vigilat. Cum primùm luceſcit, te ipſum contemplor, & hoc eſt quod primò ago. Deſcribit Eſaias virum piũ & iuſtum, & declarat iis verbis, quod deſiderio teneatur adhærendi Deo, & quantam oblectationem ex diuina contemplatione percipiat. Id Pſal.62.
de ſeipſo dicebat iis verbis Dauid: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Sed quoniam per noctem in verbis præcedentibus intelligi poſſe dicebamus aduerſitatem, poſſumus per manè proſperitatem intelligere.

Cùm feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis.) Senſus eſt: Non ſolùm iuſti te in afflictionibus quærunt & deſiderant, ſed etiã improbi, quos terræ habitatores appello, tua videntes iudicia emendantur, iuſtitię & pœnitentiæ ſtudentes.

Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam facere.) Senſus eſt: Si beneficiis affecerimus impium, nõ corrigetur. Verba ſunt Dei. Vbi aſpicis impios

beneſi

beneficiis fieri deteriores.

In terra ſanctorũ iniquè geſſit.)Exaggerat ſcelus impij,dicens eſſe inter viros ſanctos admiſſum. Vbi hac ratione vides deteſtabilius eſſe delictũ religioſi in monaſterio,quàm laici in mundo.Poteris per terram ſanctorum , eorum corpora intelligere,vt ſit ſenſus:Impius viros pios & ſanctos in corpore affligit & vulnerat.Nã in anima nemo læditur niſi à ſeipſo.Primam tamen expo-
Ierem.11. ſitionem potius amplector,cui fauet id,quod ait Deus per Ieremiã:Quid eſt quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?Pro in terra ſãctorum iniquè geſſit,vertit Pagninus : In terra, vbi debet recta facere,iniquè aget.

Domine exaltetur manus tua,& non videant.)Senſus eſt:Domine percute grauiter impios , & non videant gloriam tuam,videant infœlicitatẽ ſuã, & confundantur. Eorum zelus extendere manum ſuper aliquem , vt capite quinto diximus , eſt eum punire. Exaltare manum eſt grauiter percutere.Solent enim irati manus leuare , vt grauius lædant.Vel capitur manus pro effectu,vt ſit ſenſus:Domine effice opera magnifica , & illuſtria,ſed ea Iudæi nõ videbunt mẽtis oculis,nec te recipient,quin potius teipſum videntes zelo ſuarum ceremoniarum à malitia & contumacia orto,te in ſummum capitis diſcrimen vocabunt. Sed confundentur,quoniam fides tua per totum orbẽ terrarũ dilatabitur,& illi in ignominia verſabuntur.Vbi aſpicis zelum non ſatis eſſe,nec excuſare,cùm proficiſcitur à malitia , & verbo Dei contrariatur. Iudæi enim zeli ſtimulis incitati Chriſti Apoſtolos affligebant,& de eorum interitu cogitabant,iuxta id quod Chriſtus illis prę-
Ioan.16. dixerat:Venit hora , vt omnis qui interficit vos,
Rom.10. arbitretur obſequium ſe pręſtare Deo.at talis zelus erat impius & peſtilens.Habent Iudæi,vt inquit diuus Paulus,ęmulationẽ,ſed nõ ſecundum ſcientiam.

C Domine dabis pacem nobis , omnia enim opera noſtra operatus es nobis.Domine Deus noſter poſſederũt nos domini abſque te,tantum in te recordemur nominis tui.Morientes non viuãt,gigantes non reſurgant:propterea viſitaſti,& contriuiſti eos,& perdidiſti omnem memoriam eorum.Induliſti Genti Domine,indulſiſti Genti:nũquid glorificatus es?elõgaſti omnes terminos terræ. Domine in anguſtia requiſierunt te : in tribulatione murmuris doctrina tua eis.Sicut quæ cõcepit cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis : ſic facti ſumus à facie tua Domine.Concepimus, & quaſi parturiuimus , & peperimus ſpiritum ſalutis:iuſtitiam nõ fecimus in terra,ideò non ceciderũt habitatores terrę.

D Viuẽt mortui tui,interfecti mei reſurgẽt: expergiſcimini , & laudate qui habitatis in puluere:quia ros lucis ros tuus,& terrã gigantum detrahes in ruinã.Vade populus meus,intra in cubicula tua,claude oſtia tua ſuper te , abſcondere modicùm ad momentum , donec pertranſeat indignatio. Ecce enim Dominus egredietur *Mich.1.a* de loco ſuo,vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ contra eũ : & reuelabit terra ſanguinem ſuum,& non operiet vltrà interfectos ſuos.

Domine dabis pacem nobis.)Sẽſus eſt.Tu Domine operatus es in nobis tormenta & afflictiones, quibus nos exercuiſti,nunc poſt tot bella & victorias dabis nobis pacem æternam,omnem ſenſum exuberantem. Vel ſic : Tu Domine dabis nobis pacem Euangelicam,quam niſi tu eam dederis,habere non poſſumus.Tu enim nobis das quicquid boni agimus,omnia enim bona , quæ nos operamur,à te procedunt,& tu ea operaris, ſine te enim nos ea operari non valemus. Docet hic locus Deũ operari bona opera in nobis.Deus enim eſt,vt ait Apoſtolus Paulus in epiſtola ad Philippenſes,qui operatur in nobis velle & per- *Philip.2.*
ficere.Tamen liberũ arbitriũ cooperatur gratiæ. *1.Cor.15.*
Vnde Apoſtolus ad Corinthios,Nõ ego,inquit, ſed gratia Dei mecum.Sic Deus operatur opera bona in nobis,vt nos etiã ea operemur. Vt cùm nauis expanſo velo proſpero vẽto agitatur,parũ *ſimile.* videtur agere nauclerus,licet aliquid agat,quoniam ipſum velum flatibus expãſum tenet,quòd ſi contraxerit , non agitur nauis,ſic homo qui agitur ſpiritu & gratia Dei,quamuis parum agere exiſtimetur,agit tamen,quoniam pandit diuinæ gratiæ arbitrij libertatem & Spiritus ſancti flatui velũ bonę voluntatis extendit,& ita arbitriũ cooperatur gratię.Dicere Deum ita bona noſtra operari,vt nos nihil operemur,eſt velle totã ſacrã ſcripturã euertere & cõculcare.Nónne Deus eſt pater ille familias,qui conduxit operarios in vineam ſuam , vt eſt apud Matthæum cap. 20? *Matt.20.*
Ille eſt qui quibuſdam dixit:Quid hîc ſtatis tota die ocioſi?Ite vos in vineã meam.Et apud Ioãnem,Operamini,inquit,non cibum , qui perit, *Ioan.6:*
&c. Diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios,opus enim,inquit operatur.Et paulò poſt: *1.Cor.16.*
Vt ſubditi ſitis omni cooperanti & laboranti.Sumus igitur Dei cooperatores.Ideo ait diuus Ioãnes in vltima epiſtola ſua , Cooperatores ſumus veritatis. *3. Ioan.*

Domine Deus noſter poſſederũt nos domini abſque te.)Inducit Propheta fideles loquentes,qui imperio tyrãnorum premebãtur.Te Domine Deus noſter deſideramus diuino cultu celebrare , & magnis ac publicis laudibus efferre. At tyranni infideles non nobis hoc ſinunt.Et quoniam tu Domine hoc permittis,hoc ſaltem nobis concede , vt nunquam ex animo noſtro diſcedat memoria tui.Poteris per hos Dominos & tyrannos intelligere affectus carnales , vel animę inimicos,diabolũ,mundum,& carnem. Hi enim ſunt immaniſſimi tyranni.

Morientes non viuant , gigantes non reſurgant.) Omnes quidem mortales tam iuſti quàm iniuſti reſurrecturi ſunt , cùm Chriſtus venerit è cœlo ad iudicium vniuerſale exercendum.At ſcelerati & impij non dicuntur reſurgere,quia eorum reſurrectio non erit ad vitam ęternam,ſed ad iuſtã

ſuam damnationem audiendam. Id vult Eſaias
hoc loco ſignificare. Morientes, inquit, qui ad in
feros deſcẽderunt, non viuant cum iuſtis, nec ad
veram ac beatam vitam reſurgant: ſed damnati
ſeclusíque à cœtu & concilio beatorum in per-
petuas pœnas relegẽntur. Ita dicitur in Pſalmo:
Ideò non reſurgunt impij in iudicio, nec pecca-
tores in concilio iuſtorum. Poteſt tamen pro ver
bo reſurgendi verti verbum ſtandi aut conſiſten
di. Quaſi dicat: Nõ poterunt improbi & flagitio-
ſi homines in iudicio illo extremo cõſiſtere. Nõ
ſtabũt, ſed cauſa cadent, cùm Chriſtus verus iu-
dex ab eis vitę rationẽ exquiſierit. Per gigãtes in
tellige principes elatos, omnes potẽtia prçſtãtes,
& tyrannidẽ exercẽtes. Poterũt hæc verba ita ex
ponari: A te Domine poſtulamus ne iterũ viuãt
tyrãni, qui è vita exceſſerũt. Nõ quòd Propheta
xiſtimaret eſſe impios ad vitã hãc reuocãdos, vt
hîc iterũ viuerẽt, & pios homines vexarẽt, ſed vo
luit ſignificare tot calamitatibus eſſe pios ab im
piis agitatos & affectos, vt quaſi exterriti eos ad
huc metuere viderentur.

Indulſiſti Genti Domine, indulſiſti Genti: nunquid glorificatus es?) Senſus eſt: Tu Domine huic Gẽti,
nempe tyrannis, cæteríſq; hominibus impiis ac
potentibus, ſæpe in hac vita indulſiſti, multa eis
bona terræ tribuiſti, eorúmq; terminos terræ elõ
gaſti. Dediſti eis poſſeſſiones & imperia. At illi tã
torum beneficiorum obliti nequaquam te cole
re voluerũt. Nam nũquid glorificatus es ab illis?
Non quidem, imò à te longè receſſerũt, ſecuritas
enim contemptum peperit. Videtur hîc Pro-
pheta reddere rationem, quare Deus debeat ſce
leratos ac tyrãnos homines coercere, & punire,
Eccl.30. quoniã indulgẽtia fiunt deteriores. Sic ait Eccle
Prou.1. ſiaſticus: Equus indomitus euadet durus, & fi-
Simile. lius remiſſus euadet prçceps. Et in Prouerbiis di
citur: Proſperitas ſtultorũ perdet eos. Qui vult
equum domare, vtitur freno: & qui vult fructus
vberes ex vinea colligere, amputat eã: ſic Deus
nos freno moderatur, & à nobis ſuperuacanea
reſecat, ne effrenati & indomiti reddamur, & ſyl
ueſcentes fructum virtutis amittamus, ſed in gy
rum rationis & doctrinæ ducti, à rebúſque ſuper
fluis expediti & amputati, ad Deum ipſum to
to animo aſpiremus.

Domine in anguſtia requiſierunt te.) Vide affli-
ctionis vtilitatem, quç homines ad Deum quçrẽ
Oſea 6. dum inducit. Sic Deus per Oſeam prophetã, In
Ierem.2. tribulatione, inquit, ſua manè conſurgent ad me
Pſal.32. & Ieremiæ capite 2. In tempore afflictionis di-
Pſal.31. cent: Surge & libera nos. Et in Pſalmo ſcriptum
Pſal.119. eſt: Imple facies eorum ignominia, & quærent
2.Cor.4 nomen tuum Domine. Et in alio Pſalmo: Con-
uerſus ſum in çrumna mea, dũ configitur ſpina.
Et in alio. Ad Dominum cùm tribularer clama-
ui, & exaudiuit me. Vnde diuus Paulus tribula-
mur, inquit, ſed non anguſtiamur; perſecutionẽ
patimur, ſed non derelinquimur.

In tribulatione murmuris doctrina tua eis.) In affli
ctione, in qua ne clamare quidem audebant, ſed
muſſitare, & ſubmiſſa voce preces fundere, tuã
doctrinam amplectebantur. Vide quemadmodũ
exaggerat afflictionis vtilitatem: & merito qui-
dem: Nam ex ea admirabilis quædam exardeſcit
in Deum amoris magnitudo. Vſque adeò eſt ſa-
lutaris afflictio, vt caro quæ ſuapte natura repu-
gnat ſpiritui, & homines à virtute deterret, affli-
ctione debilitata cũ ſpiritu ſe cõiungat, ſimúlq;
cum eo Deũ exquirat. Id expertus regius vates
dicebat in Pſalmo: Deus Deus meus ad te de lu Pſal.62.
ce vigilo: Sitiuit in te anima mea, quã multiplici
ter tibi caro mea. Agebat enim tũc tẽporis Da-
uid vitã in vaſta ac deſerta ſolitudine, pulſus pa-
tria, & à rege Saule vehementer afflictus.

Sicut quæ cõcepit.) Vt mulier partui proxima do
lore cõcuſſa exclamat: ſic nos in calamitatibus
& çrumnis verſati, ad te vocẽ tollimus, téq; ipſũ
requirimus. Probat à ſimili cõmodũ afflictionis.

A *facie tua.*) Id eſt, Corã te: Vel à facie indigna
tionis tuæ, cùm nobis iraſceris.

Concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.) Concipimus quando teipſum ti
memus: parturimus cùm afflicti dolore ad te
ipſum clamamus: & tandẽ parimus, cùm fructũ
afflictionis & patientię noſtræ percipimus. Hũc
fructũ vocat Propheta ſpiritũ ſalutis fructũ ſalu-
tarẽ, quo ſpirituales efficimur, & animę ſalutẽ
cõſequimur. Vel ſpiritũ ſalutis, hoc eſt. Chriſti,
qui eſt ſalus noſtra. Sic dicitur in Pſalmo: Domi- Pſal.26.
nus illuminatio mea, & ſalus mea, quẽ timebo? Pſal.34.
& in alio: Dic animæ meæ: Salus tua ego ſum. Id Luc.1.
apud Lucã ait Zacharias: Et erexit cornu ſalutis
nobis, in domo Dauid pueri ſui. Cornu ſalutis
eſt ſpirituale regnũ Ieſu Chriſti, qui eſt ſalus no-
ſtra, ortus ex ſemine Dauid. Et rurſus in eodem
cãtico. Et tu puer propheta Altiſſimi vocaberis,
præibis enim ante faciem Domini parare vias e-
ius, ad dãdũ ſciẽtiã ſalutis plebi eius. Id eſt, ad dã
dã Chriſti ſciẽtiã, qui eſt plebis ſuæ diuina ſalus.
Cæterùm in textu diui Hieronymi non eſt hæc
vox, ſalutis, nec in codicibus Hebraicis. For
taſſe fuit ſũpta ex verſione Septuaginta. Diuus
Hieronymus legit in hunc modũ. Et peperimus
ſpiritũ: ſalutes nõ fecimus in terra. Sed idem eſt
ſenſus, per ſpiritum enim fructum patientiæ in-
telligimus, quem Chriſtus ſuis largitur.

Iuſtitiam non fecimus in terra, ideò non ceciderunt habitatores terræ.) Verba ſunt fidelium. Ideò tyrã
ni, terræ habitatores qui nos afflictionibus pre-
munt, non decedunt è vita, quia non tanta iuſti-
tia, quanta çquum eſt, prçditi ſumus, & oportet
vt veluti lapides tuſionibus aquarum poliamur,
& dolemur, & à flagitioſis hominibus exercea-
mus. Hçc videtur eſſe cauſa cur Deus nõ omni-
no ſuſtulerit Iebuſæos barbaros & immanes à
terra promiſſionis, vt haberent Iudæi cum qui-
bus ſe exercerent, & pugnarẽt. Et hanc ob cauſã
diuo Paulo ſtimulum carnis ſuæ non auferebat, 2.Cor.12.
vt ipſe in epiſtola ſecundo ad Corinthios aſſerit:
cùm tamen Apoſtolus ille eſſet ſanctiſſimus. ſed
ſufficiebat illi gratia. Nam virtus in infirmitate
perficitur. Vult itaque Deus, vt ſui dilecti affligã Simile.
tur, & in calamitatibus verſentur. Quemadmo-
dum enim, vt verbis vtar diui Bernardi, aſperior
carduus pannũ efficit leniorẽ, ſic durior cõuerſa
tio conſcientiã molliorẽ & tranquilliorẽ. Id ſen-
tiebat, licet alia ratione, Scipio Naſica, vt viri do
cti memorię prodiderunt, cùm diceret, nolle fuiſ
ſe Carthaginem penitus euerſam, quòd non ha-
berent Romani quos metuerent, & à quibus e-
xercerentur, Nos verò, nos ipſi poſſumus hoc di

cere. Quia iuſtitiam non fecimus in terra, ideò ſcelerati & flagitioſi infideles viuunt. ideo tam multi hæretici nos turbant. Ideò deteſtabilis ille Lutherus, procella patrię, turbo ac tēpeſtas pacis, tot errores ſeminauit. Ideò Turcarū gētes feræ & immanes totā Græciā expugnarūt, & ea bella Chriſtianis inferūt, quę deflagrationē totius Europæ minantur. Magis enim noſtris ſceleribus, quā ſuis armis pugnāt & vincūt.

Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent.) Alloquitur Eccleſia Deū, aſſerens mortuorum reſurrectionem, de qua Chriſtus diſſeruit apud Ioānē capite quinto, & aliis in locis. Septuaginta habēt: Reſurgent mortui, & reſurgent de ſepulchris. *Ioan. 5.*

Expergiſcimini, & laudate qui habitatis in puluere.) Apoſtrophe eſt ad defunctos.

Quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.) Senſus eſt: Tu Domine mortuos ſuſcitabis. Et quemadmodum herbæ langueſcentes rore matutino pullulant, & excitantur, ſic virtute tua mortui redibūt ad vitā in mūdi cōſummatione, quādo tu Domine gigātes, hoc eſt fortes & potentes, ac ſuperbos homines perdes, & eorū corpora ſimul cū anima in ęterna ſupplicia relegabis. Vides hîc apertū locū de reſurrectione corporū. Per terrā gigantū corpora ſceleratorū pręſertim potentium intelliguntur.

Vade populus meus, intra in cubicula tua.) Loquitur Deus martyribus, & omnibus iis qui pro Chriſti nomine in afflictionibus & calamitatibus verſabātur, quaſi dicēs: Tolerāter & ęquo animo ſuſtinete mūdi afflictiones fideles mei. Video equidē Imperatores Gentiles alióſque tyrānos vobis quieſcētibus bellū nefariū inferre, in vobis ſæuitiam & immanitatem exercere. Sed nō durabit hæc crudelitas. Ideò popule mi claude oſtia tua ſuper te, abſcondere paruo hoc tempore, donec pertranſeat tyrānorum indignatio. Alludit Deus ad eos, qui vigente procella domi ſe continent, donec adueniat tranquillitas. Vult Deus hac tranſlatione ſuos conſolari, & exhortari ad patientiam, ne cadant animo, ſed afflictiones toleranter ferant, ſéque muniant tolerantiā rerum humanarum. Illud eſt aduertendum, tempus illud afflictionis & martyrij Chriſtianorū vocari hoc in loco modicum ad momentum. Nam comparatione æternitatis totum hoc quod viuimus, modicum eſt & momentum. *Ioan. 16.* Sic Chriſtus Deus noſter apud Ioannem diſcipulis ſuis ait: Venit hora vt omnis qui interficiat vos, arbitretur ſe obſequiū præſtare Deo. Totā Apoſtolorū vitā horā vocat. Parum durat bonorū afflictio, & ſuccedit ęterna voluptas. *2. Cor. 4.* Id quod apoſtolus Paulus in epiſtola ad Corinthios iis verbis affirmat: Id quod in præſenti eſt momentaneū & leue tribulationis noſtræ, ſupra modū in ſublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis. *Infrà 54.* Et apud Eſaiam ait Deus: In momento indignationis abſcondi faciē meā parūper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. *Pſal. 38.* Volens Dauid vitę breuitatem ſignificare, Subſtantia, inquit, mea tāquam nihilum ante te. quaſi dicat: Vita qua ſubſiſto, eſt ante te, & comparatione tui momentum quoddam, & tanquam nihil. Vnde Seneca in epiſtola quadrageſimanona ad Lucillum, Punctum, inquit, eſt quod viuimus. Si Mathematici aiunt vniuerſam terram punctum eſſe reſpectu cœli, cùm vtrunque ſit finitum, quantò magis vita hęc, quæ finita eſt, reſpectu æternitatis, quæ eſt infinita? Poteſt hæc cōſolatio referri non ſolùm ad martyres, qui ſęuiente tyrannorum rabie pro Chriſto vitam fuderunt, ſed etiam ad omnes fideles pro Chriſto quocunque modo afflictos & vexatos.

Ecce enim Dominus egredietur de loco ſuo, vt viſitet iniquitatem, &c.) Senſus eſt: Munimini tolerantia, vos qui pro Chriſto tormenta patimini, nam Dominus puniet habitatores terrę, hoc eſt, improbos & potentes, qui vos affligunt & premunt. Iniquos appellari terræ habitatores diximus aliis in locis. Poteſt hoc referri ad vniuerſale iudicium. Tunc enim veniet Chriſtus iudicaturus viuos & mortuos, & terra ſanguinem martyrum oſtendet, omnéſque mortui reſurgent.

ANNOTATIONES EX Hebræo in CAPVT XXVI.

Vetus error abiit, ſeruabis pacem, pacē, quia in te ſperauimus.) In Hebraico eſt: שלום כי בך בטוח יצר סמוך תצר שלום Ietſer ſamuc titſor xalom xalom ci vecba batuach. Quæ verba, ſi ea in Latinum ſermonem conuertas, ita reddes: Deſiderium coniunctum cuſtodies in pace, in pace, quia tibi fidit, vel in te ſperauit. Dictio יצר deriuatur à verbo יצר, quod ſignificat formare, creare, fingere, Geneſis ſecundo: In quod poſuit hominem, quem formauerat, & capitur pro cogitare & deſiderare, quòd humana cogitatio multa formet & fingat, quę animus cōcupiſcit. *Gen. 2.* Vnde dictio יצר ſignificat cogitationem & deſiderium, vt Geneſis ſexto: Et cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum. *Gen. 6.* Et id Pſalmi 103. vbi verſio noſtra habet: Ipſe cognouit figmentum noſtrum, poteris vertere: Ipſe cognouit cogitationem noſtram, vel deſiderium noſtrum. *Pſal. 103.* Verbum סמך ſignificat coniungere, inniti, imponere. Ideò hęc duo vocabula ſignificant cogitationem coniunctam, vel deſiderium coniunctum. Talem enim cogitationem, & tale deſiderium Deus cuſtodit in pace. Nā ſi cogitatio diuidatur, & diſtrahatur, facilè euertitur & amittitur: coniuncta verò & vnita, in pace cōſeruatur, coniungitur autē & vnitur, cùm tota in Deo collocatur, & tūc fit id, quod ait Apoſtolus: Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. *1. Cor. 6.* Quemadmodū enim homo per carnis opera fit caro, ſic per opera ſpiritus ſpiritus efficitur. Eſt autē opus Dei vnire & congregare. Fit igitur homo vnus ſpiritus cum Deo. Nam vt inquit beatus Ambroſius hunc Pauli locū enarrans: In bene agentibus ſpiritus Dei eſt communis cum Deo & hominibus. Et diuus Bernardus interpretans in Canticis locum hunc, hęc verba ſcribit: Homo & Deus quia vnius non ſunt ſubſtantię vel naturę, vnum quidē dici non poſſunt, vnus tamen ſpiritus, certa & abſoluta veritate dicuntur, ſi ſibi glutino amoris inhæreant. Hęc diuus Bernardus. Hanc vnitatem appetebat vehemēter Dauid, quando dicebat in Pſalmo: Vni, vel vnitum fac cor meum Domine, vt timeat no- *Pſal. 38.*

men

men tuũ,vel vt habet verſio diui Hieronymi ex
Hebręo,vnicũ fac cor meũ.Sic enim poteſt cõ
uerti ex Hebręo,id qđ noſtra verſio habet:Lętetur cor meũ.Nã hæc vnitas eſt vera cordis lætitia.De hac vnitate dicebat Dauid:Mihi adhærere Deo bonum eſt.Hoc eſt vnum illud, quod
Pſal.72. Chriſtus dicebat Marthæ eſſe neceſſarium,quod
Maria elegerat. Cui vnioni repugnat turbatio
erga plurima,quæ Martham ſollicitabat. Eſt e-
Eccl.30. nim cor vniendum,iuxta id quod dicit Eccleſia
Ephe.4. ſticus:Contine & congrega cor tuum in ſanctitate eius.Hæc vnio animum ligat cum Deo.Ideò Paulus dicebat: Egó vinctus in Domino,Eoat enim amoris vinculo alligatus. Hoc vinculo eſt vnita pij ac iuſti viri cogitatio,de qua hoc loco dicit Eſaias.Cogitationem coniunctam cuſtodies in pace.Sed quia,vt dixi, verbum נשען ſignificat niti,poterit hæc oratio ita verti:Cogitationem in te nixam ſeruabis,pax pax,quia in te ſperauit.Illam enim cogitationem,illúdque deſiderium Deus conſeruat, quod in ipſo Deo nititur & firmatur.Et quoniam verbum סמך ſignificat etiam ſtabilire & firmare, poteſt ſic verti: Cogitatio noſtra ſtabilitã & firmata eſt.Et quoniam ſtabili,fixa,& firmata cogitatione,in Deóque poſita,eluceſcit veritas,& vetus error diſceditideò Latinus interpres vertit.Vetus error abiit,Nam quo tempore cogitatio fluctuabat,nec mens in Deum firmiter credebat,in errore verſabatur.Pulſo autem vetere errore, iam ad te Domine conuertimur, ideo ſeruabis nobis pacem, quia ſpem noſtram in teipſo collocauimus.Symmachus ita vertit,τὸ πλάσμα ἡμῶν ἀπηρεισμένον. Hoc eſt Error noſter ablatus eſt.plaſma enim ſignificat errorem, figmentum, & mendacium, Quod cuincidit cum vulgata verſione. Pagninus autem vertit:Eum,cuius deſiderium eſt coniunctum tibi,cuſtodies in pace.

Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ambulandum.)Poteſt etiam verti ex Hebræo: Semita eſt iuſto recta,ô tu recte Deus callem iuſti ponderabis.Et ita tranſtulit Pagninus. Deus enim iuſtus viã iuſto parat,& ad libellam æquat, ne corruat aut pedes lędat.Eſt autem libella id,quod Luſitani appellant oliuel.

In tribulatione murmuris doctrina tua eis.)Poteſt verti ex Hebręo: Effuderunt ſecretam oratione͂, cùm correctio tua fuit eis. Aſpicis igitur homines afflictionibus oppreſſos conuerti ad orationem, Ex quo ipſius afflictionis vtilitatem colliges.

Argumentum capitis XXVII.

Conſolatur Deus fideles ſuos, promittens euertendos eſſe impios homines,qui in hac vita diuitiis circumfluentes,inflati imperio & principatu in magnis erroribus verſabantur,& omnia iura diuina ac humana peruertebant.Nam cùm ſe deberent virtutum præſidio munire,vt alios in gyrum rationis ducerent,rectéque gubernarent,ipſi tamen elati ſibíque præſidentes,ſcelere & maleficio paſcebantur, non veram glóriam,ſed inanem ac falſam nominis amplitudinem & celebritatem quærentes, & Dei hominúmque leges violantes. Prædicitur Chriſti aduentus, eiúſque Sancti Euangelij per totum orbem prædicatio, Gentiúmque fides & conuerſio.

CAPVT XXVII.

IN die illa viſitabit Dominus
in gladio ſuo duro, & grandi, A
& forti ſuper Leuiathan ſerpẽ
tem vectem,& ſuper leuiathã
ſerpentem tortuoſum. & occidet cetum qui in mari eſt. In die illa vinea meri cantabit ei:Ego Dominus qui ſeruo eam,repentè propinabo ei:ne fortè viſitetur contra eam, nocte & die ſeruo eã. Indignatio non eſt mihi. Quis dabit me ſpinam & veprẽ in prælio: gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter?An potius
tenebo fortitudinem meam, faciet pacẽ B
mihi,pacem faciet mihi?Qui ingrediuntur impetu ad Iacob,florebit & germinabit Iſrael, & implebunt faciem orbis ſemine. Nunquid iuxta plagam percutientis ſe percuſsit eum?aut ſicut occidit interfectos eius,ſic occiſus eſt? In menſura contra menſuram,cùm abiecta fuerit,iudicabis eam:meditatus eſt in Spiritu ſuo duro per diem æſtus.

EXPLANATIO.

*In die illa viſitabit Dominus.*In extremo iudicio puniet Deus ſua potẽtia,quæ ſumma eſt,& cùm gladio duro magno & forti cõparatur,leuiathan ſerpentem vectem,hoc eſt,tyrannos impios & potentes.Leuiathan ſignificat draconem & ce-
tum maris,vt colligitur ex libro Iob capite qua Iob.40.
dragesimo,vbi hęc ſunt verba:An extrahere poteris leuiathan hamo,& fune ligabis linguam eius?Per leuiathan igitur cetũ & draconem maris intelliguntur hoc in loco reges ac potentes homines tyrannidem exercentes. Appellantur ſerpentes ob venenum & calliditatem, & vectes ob regnorum ac terrarum poſſeſſiones, quoniam inſtar vectis in terrarum dominio extenditur & propagantur. Vel appellantur vectes ſiue claudentes, quia multos claudant, ſuæq; poteſtati ſubiiciant. Vel appellantur vectes ob duritiem & inflexibilem tyrannidem. Appellantur etiam ſerpentes tortuoſi, quia non rectè incedunt,ſed omnia iura torquent & corrũpũt:modò ſe extendunt,modò ſe contrahunt, non æquale iudicium exercentes.Sed delinquentibus multis & in eodem crimine pariter deprehenſis,his fauent & condonant, à quibus aliquid accipiunt, aut ſperant, aut quorum fortaſſe induſtria & ſuffragio dignitates & magiſtratus obtinuerunt: illos autem,à quibus nihil tale receperunt, nec recepturos ſe eſſe exiſtimant, damnãt,& cruciant:& quod peius eſt,viros pios & innocentes, atque nobilitate præſtantes

male

maledictis vulnerant,cruciatibus torquent, & ad excidium & vaſtitatem vocant. Id quod iis
Eccle.4. verbis iam ſuo tempore Salomon deplorabat: Vidi calumnias,quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem. Contrà verò nefarios ac flagitioſos homines ex omnium ſcelerum colluuione natos laudant,ad dignitates extollunt,amoréque incredibili pro-
diſſimile ſequuntur. Hi ſunt principes illi, in quos Deus in die iudicij grauiter animaduertet. Non enim debet eſſe princeps piſcatoris arundo,quæ magnis piſcibus torquetur, paruis autem recta conſiſtit, de vero autem principe & iudice di-
Pſal.44. citur in Pſalmo: Virga directionis virga regni tui: vel, vt vertit diuus Hieronymus, Virga æqui-
Num.17. tatis. Talis debet eſſe principum virga. Hęc nanque eſt, quę floret & germinat, vberéſque virtutum fructus producit. quod de Aaronis virga ſcriptura commemorat. Et ille cuius talis virga fuerit, erit dignus ſacerdotio & magiſtratu. Olim qui inter Gentiles ſapientes habebantur, pingebant Iuſtitiam iuxta Iouem, ſignificantes neceſſariam eſſe omnino principibus, ſine qua nec ipſe Iupiter imperare rectè poſſet. Non eſt tamen miſericordia à iuſtitia ſeparanda. Id volue-
Exo.29. runt diuinæ literæ in Exodo explicare. Aiunt enim præcepiſſe Deum, vt ſacerdos oleo vngeretur: & paulò pòſt ſanguine vngendum eſſe ſignificarunt. Quid per ſanguinem niſi iuſtitia, quid per oleum niſi miſericordia intelligitur? Oportet enim principes & prꝑſules ſanguinis rigorem cum olei lenitate temperare. Sed nec tanta debet eſſe miſericordia, vt iuſtitia relinquatur. Cùm quondam Iſraelitæ in terra promiſſionis eſſent Dei ſui obliti, & in magnis erroribus verſati, in manus iniquorum principum Dei iudicio tradebantur. At miſertus eorum Deus ſuſcitauit illis ſaluatorē vocabulo Aioth,
Iudic.3. qui, vt verbis vtar ſcripturæ, vtraque manu pro dextra vtebatur. Ex quibus colliges principem illum ſiue præſulem rectè munere ſuo fungi, eſſéque à Deo ſuſcitatum & conſtitutum, qui vtraque manu vtitur pro dextra, qui vtranque partem rectè iudicat. Nam qui ſola vna manu dexter eſt, qui in quibuſdã iuſtitiã exercet, in quibuſdam verò minimè, qui nullam æqualitatem ſeruat, ille poteſtate intemperanter abutitur. De
Oſeæ 8. huiuſmodi principibus ait Deus per Oſeam Prophetam: Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Eos dicitur Deus non cognoſcere, quorum actiones non approbat, qui iura pro libito violant & corrumpunt. Hos appellat hoc in loco Eſaias ſerpentes tortuoſos, hoc eſt nefarios & iniuſtos: qui etſi habeant prudentiam ſerpentis, carent tamen columbę ſimplicitate: etſi prędití ſint iudicio ad intelligendum, carent tamen virtute ad iuſtitiã ſeruandam. Princeps verò non ſolùm iudicio indiget, ſed iuſtitia. Ideò dicitur in Pſalmo: Deus
Pſal.71. iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis: rex & filius regis pro eodem accipiuntur. In qua petitione eſt aduertendum, iudicium & iuſtitiam eſſe à Deo petendam, non enim petitur iudicium mundi, ſed Dei, non iuſtitia vitionis & immanitatis Deo inimica, ſed cùm miſericordia & lenitate coniuncta, quæ ſit Deo grata & accepta. Iudicium, quod non eſt à Deo, vertitur in malitiam, & iuſtitia in tyrannidem. Ex quo efficitur, vt iniqui reges peruertant fundamenta naturę, qui nec iudicium neque iuſtitiam volunt à Domino poſtulare, qui cùm ſeipſos non gubernent, qnî fieri poteſt, vt alios valeant gubernare? Laërtius tradit dixiſſe Solonem Salaminium: Tunc rege, cùm primùm didiceris regi. Et Socrates, Stultum eſt, inquit, vt imperare quis velit, cùm ſibi ipſi imperare non poſſit. Ille autem ſibi non imperat, qui appetitum non coercet, qui indomitis cupiditatibus habenas laxat, qui iniuſtus eſt, quem Propheta ſerpentem vectem & tortuoſum vocat. Perpende diuini vatis elegãtem ſimilitudinem. Hominem cum ſerpente comparat, cui eſt maxima aſtutia, & dolus nocendi. Serpit, & pedes non habet, ne audiatur in eius itinere: lenis eſt tractus, ſed non rectus, repit ad nocendum: habet occultum venenum ſub leni contactu. Sed mirandum videtur cur iniquum principem & iudicem appellet ſerpentem leuem, tortuoſum & ſibilem, cùm eum anteà ſerpentem vectem durum & inexorabilem appellauerit. Sed voluit iis verbis Eſaias oſtendere iniqui regis inæqualitatem, qui aduerſus nonnullos impiam & inſibilem tyrannidem exercet, erga verò alios mitis eſt, in quos deberet durius animaduertere. Illud eſt præterea aduertendum, deprauatum & iniuſtum principem & prꝑſulem vocari leuiathã, hoc eſt cetum & piſcem magnum. Vt enim *ſimile*
in mari magni piſces paruos interficiunt & deuorant, ſic tyranni & potentes homines inhumiles atque quieſcentes viros irruunt, eóſque ſpoliant, & ad interitum ducunt, vt eorum diuitias in profundiſſimum lacum libidinum ſuarum profundant. Tales ergo principes hic à Propheta in extremo iudicio grauiter puniendi prædicuntur. Sunt tamen qui per leuiathan ſerpentem vectem & tortuoſum intelligant diabolum, qui à diuo Ioanne in Apocalypſi draco magnus *Apoc.12.*
appellatur: draco ob impetum & ferociam, magnus ob ſuperbiam & poteſtatem. Ipſe quidem eſt rex omnium ſuperborum, &, vt ait Iob, *Iob 41.*
Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei. Huius poteſtatem euertet Deus omnino in fine mundi. Ait enim Apoſtolus ad Corinthios: *1.Cor.15.*
Deinde finis: cùm tradiderit regnum Deo & patri, cùm euacuauerit omnem principatum & poteſtatem & virtutem: oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nouiſſimè autem inimica deſtruetur mors. Hæc diuus Paulus. Quę verba indicant Chriſtum traditurum eſſe Deo patri Eccleſiam ſuo ſanguine redemptam, & ab inſultibus ac inſidiis dęmonum liberam & tutam. Nam in fine mundi cùm fuerit vniuerſalis reſurrectio, rapietur Eccleſia in Deum, & nullos inſultus dæmonum ſentiet. Sic tamen eam tradet, vt non ſibi adimat, ſed ipſe vnus Deus cum patre & ſpiritu ſancto regnabit. Tunc autem euacuabit Chriſtus & penitus eneruabit omnem dæmonis poteſtatem & tyrannidem, & ſic nouiſſimè deſtruetur mors, hoc eſt, diabolus, qui à diuo Ioanne in Apocalypſi mors appellatur, quòd mortis ſit *Apocal.6.*
author. Et hoc eſt quod hic dicit Propheta: In

die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti ſuper leuiathan ſerpentem vectem: & ſuper leuiathan ſerpentem tortuoſum. Poteſt etiam hoc de primo Chriſti aduẽtu intelligi, quando multi fuerunt à dæmone liberati. Eſt enim nobis ſatis perſpectum & cognitũ, fuiſſe varias errorum ſectas Euangelij prædicatione diſſipatas, diabolum fugatum & victum, eiúſque potentiam labefactatam. Appellari diabolum draconem non eſt infrequens in literis diuinis. Appellatur hoc in loco ab Eſaia vectis, quòd ſit oblongus, magnámque mundi partem occupet. Vel ideo appellatur vectis, qui ponit ſe peſſulum inter Deum & homines volens eos claudere, & à cœlo ſecludere. Sunt qui per hunc leuiathan ſerpentem vectem & tortuoſum intelligant Nabuchodonoſorem regem Babylonis, & per eum omnes alios tyrannos, quos Propheta ſerpentes appellat, quemadmodum ſi quis appellet Lutherum, cęteróſque hęreticos noſtri temporis peſtem ac perniciem Germanię.
Sup. 15. Fortaſſe appellatur vectis ob fortitudinem, ac ſi diceret Vates: Fortiſſimus quiſque tyrannus euertetur. Nam capite quintodecimo vectẽ poſuit pro fortitudine, vt ibi explanauimus. Hac ratione adductus Theodotion pro ſerpẽte vecte poſuit ſerpentem robuſtum.

Supr. 5. *In die illa vinea meri cantabit ei.*) Vinea hæc Eccleſia eſt, quę appellatur meri, quòd vinum bonum proſerat: nam ſynagoga, vt capite quinto dixit Propheta, fecit labruſcas, & pro dulcibus vuis protulit inſuaues racemos. At vinea hęc rigata Chriſti ſanguine cantabit in primo Chriſti aduentu, ait Propheta, videns ſe eſſe propagatam, & in ſecundo, cùm infideles & impij plorauerint. Pro vinea meri vertit Pagninus: Vinea vinum faciens rubeum, pro quo in Hebræo eſt: vinea ruboris, quòd vinum rubeum ſit laudabile & optimum.

Repente propinabo ei.) Verba ſunt Chriſti quaſi dicentis: Ego vineam meam, hoc eſt Eccleſiam, ſanguine meo repentè rigabo. Nam vno die mortis meæ pro ea ſanguinem meum fundam.

Ne fortè viſitetur contra eam.) Subaudi ab hoſtibus. Ideò eã ſeruo die ac nocte, hoc eſt, omni tempore, vel tam in proſperitate quàm in aduerſitate.

Quis dabit me ſpinam & veprem in prælio?) Quaſi dicat nemo. Senſus eſt: Ego nullã aduerſus Eccleſiam meam habeo indignationem. Non eſt aliquis qui me poſſit contra electos meos exaſperare, vt eos perdam. Nemo poterit efficere, vt ſimilis ſpinis & vepribus aculeos habentibus, Eccleſiam euertam, & gradiar ſuper eam, illámque igne ſuccendam.

An potius tenebo fortitudinem meam.) Nónne ero adeò fortis, vt nemo me compellat ad vineam meam comburendam? Quaſi dicat: Ero quidem fortis in cuſtodienda Eccleſia, & nemo efficiet, vt eam non cuſtodiam, & ipſa faciet mihi pacem, Euangelium meum ſeruabit, mihi parebit, eritque ſubiecta & pacifica. Poteris etiã hęc verba, faciet pacẽ mihi, ita intelligere, vt ſint Dei patris dicẽtis: Chriſtus mihi homines recõciliabit. Et ita diuus Hieronymus ea interpretatur.

Qui ingrediuntur impetu ad Iacob.) Qui euangelium recepturi ſunt, & ingreſſuri vehementi deſiderio in Eccleſiam, implebunt totum orbem fructu fidei & charitatis. Tempore gratiæ ſparſi fideles per vniuerſas mundi regiones fructus mirificos ferent. Nam Iſrael, hoc eſt, vnuſquiſque fidelis & iuſtus florebit & germinabit. Nonnulli codices habent ad marginem: Qui egrediuntur impetu à Iacob: Hi ſũt Apoſtoli, qui à patriarcha Iacob originem ducunt. Et ita habet verſio diui Hieronymi.

Nunquid iuxta plagam percutientis ſe percuſſit eum? Verba ſunt Prophetę dicentis, Deum non percuſſurum eſſe Eccleſiam ſuam, quemadmodum percutiet eos, qui eam percutient: nam eos delebit, eam autem ſeruabit. Vel ſic: non ita, inquit Propheta, Deus percutiet populum Iudaicum, quemadmodum ab ipſo percuſſus eſt.

Aut ſicut occidit interfectos eius, ſic occiſus eſt?) Hoc eſt, Non ita occidetur populus iniquus quẽadmodum ipſe populus occidit fideles Chriſti. Nam ſancti mortui ſunt ſolùm in corpore, impij verò corpore & anima.

In menſura contra menſuram cùm abiecta fuerit iudicabis eam. Hoc eſt, punies quidem vineam tuã, & electos tuos in quadam menſura. Sed non iuxta eam menſuram, qua punies eos, qui ipſos electos tuos afflixerunt, ſed multò molliori brachio.

Meditatus eſt in Spiritu ſuo duro per diem æſtus.) Senſus eſt: Deus in die ęſtus, in tempore afflictionis, meditabitur quomodo puniat electos ſuos: mittet Spiritum ſuum durum, hoc eſt, ventum vehemẽtem, qui fructibus noceat. Puniet eos in fructibus terrę, non in anima, auferet ab eis opes, non autem fidem & gratiam. Eſt enim aliquando vtile opes amittere, ne homines nimia vbertate reddantur inſolentes & elati. Vt enim auibus pennas alarum reſecamus, ne longius auolent, quàm par eſt, ſic Deus quibuſdam diuitias aliquando excidit, ne ſuperbia extollantur. *ſimile.*
Hoc intelligens Salomon dicebat in Prouerbiis: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negãdum. Vnde diuus Paulus dicebat: Habentes autẽ alimenta, & quibus tegamur: his cõtẽti ſimus. Ceterùm pro meditatus eſt, poteſt verti ex Hebræo, Abſtulit, nempe fructus vento aſpero. Verbũ enim הגה hagah auferre etiã ſignificat, vt Prouerb. 25. Aufer rubiginẽ de argento. *Prou. 30.* *1. Tim. 6* *Prou. 25.*

Ideirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iſte omnis fructus, vt auferatur peccatum eius, cùm poſuerit omnes lapides altaris, ſicut lapides cineris alliſos, non ſtabunt luci & delubra. Ciuitas enim munita deſolata erit, ſpecioſa relinquetur, & dimittetur quaſi deſertũ: ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit, & cõſumet ſũmitates eius. In ſiccitate meſſis illius conteretur, mulieres veniẽtes & docentes eam: non eſt enim populus ſapiens, propterea non miſerebitur eius, qui fecit eum; & qui formauit eum, non C

parcet

parcet ei. Et erit, in die illa percutiet Dominus ab alueo fluminis vſque ad torrentem Aegypti, & vos congregabimini vnus & vnus filij Iſrael. Et erit, in die illa, clãgetur in tuba magna, & veniẽt qui perditi fuerant de terra Aſſyriorũ, & qui eiecti erant de terra Aegypti, & adorabunt Dominum in mõte ſancto in Ieruſalem.

Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob.) Quia Deus puniet electos ſuos in fructibus terræ, eos affligẽs, ideò eis peccata dimittet. Fructus calamitatis erit peccati ablatio. Conuerſi ad Dominum diuinum ſentient auxilium.

Cum poſuerit omnes lapides altaris.) Tunc dimittet Deus peccata hominibus, cùm fregerint altaria idolorum, & eorum lapides contriuerint, & inſtar cineris comminuerint. Et tunc non erit lucus, in quo ſacrificetur diis, & euertentur templa illis dedicata, & eorum loco templa vero Deo ædificabuntur. Prædicit gentium conuerſionem ad fidem, idolorúmque repudiationem.

Ciuitas enim munita deſolata erit.) Cùm ſe gentes ad Eccleſiam conuerterint, tunc Hieroſolyma mœnibus munita deſolabitur, & à Romano exercitu ob Iudæorum perfidiam & impietatem euertetur. Et ea, quæ modò pulchra eſt & ampla, ita relinquetur, vt videatur eſſe deſertum quoddam. Ibi paſcentur pecora, quæ ſummitates eius conſument ad loca altiora aſcendentia. Pro ſummitatibus vertunt nonnulli ex Hebræo palmites. Deſcribit Propheta futuram Hieroſolymæ ſolitudinem.

In ſiccitate meſſis illius conterentur.) Deſcribit agrorum ſterilitatem, ob pluuiæ defectum.

Mulieres venientes & docentes eam.) Tanta erit Iudæorum ignorãtia & cæcitas, vt mulieres eos doceant. Pro ignominia ponit homines à mulieribus doceri & gubernari. Velim tamen exiſtimes hoc non eſſe de omnibus mulieribus intelligendum. Sunt enim multæ non ſolùm domi claræ, ſed foris etiam admirandæ.

Non eſt enim populus ſapiens, propterea non miſerebitur eius qui fecit eum.) Aduerte Deum non miſertum fuiſſe Iudæorum, quia fuerunt inſipientes. De ea loquitur inſipientia, quæ oritur ex malitia, qua Iudæi corrupti & depraudati Chriſtum verum Deum occiderunt. Talis ignorantia non
1. Cor. 14. excuſat. Imò ignorans, vt ait Apoſtolus, ignora-
Prou. 5. bitur. Et in Prouerbiis ait Salomon: Impius morietur, quia non habuit diſciplinam, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

8 *In die illa percutiet Dominus.*) Tempore gratiæ, quando Hieroſolyma fuerit à Romanis euerſa, & populus Iudæorum nõ habuerit intellectum, percutiet Dominus terram ab alueo Euphratis vſque ad torrentem Aegypti, hoc eſt, vſque ad Nilum. Sunt qui per torrentem Aegypti intelligant Rinocorulam fluuium paruum diuidentem terram Aegypti à terra promiſsionis. Ac ſi diceret; Euertet Deus totam regionem Iudææ ab vno termino vſque ad alterum. Terminatur enim Iudæa ab Aquilone ad Euphratem, & à parte auſtri ad Rinocorulam. Aſpicis hoc in loco fuiſſe totam Iudæam deſolatam, quia non habuit ſcientiam. Apud Iudæos enim non eſt vera doctrina, nec ſolida ſcripturarum interpretatio. Et eam ob cauſam ait Apoſtolus in epiſtola prima ſcripta ad Timotheum, eos conuerſos eſſe in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, nec de quibus affirmant. Et ad Titum, Sunt, inquit, multi 1. Tim. 1
inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt. Tit. 1.

Et vos congregabimini vnus & vnus filij Iſrael.) Manentibus infidelibus Iudæis in ſua pertinacia diſperſis & ſegregatis vos ô filij Iſraelis ſecundum Spiritum, qui ex Iudæis Chriſti fidem receperitis, in vnam Eccleſiam congregabimini. Dicens: vnus & vnus. oſtendit paucos ex circunciſione eſſe ad Chriſtum conuertendos. Hoc appellauit Propheta cap. 1. ſemen, & cap. 10. reliquias. Supr. 1. & 10.

Et erit in die illa, clangetur in tuba magna.) Prædicit Euangelij prædicationem, & Gentiũ conuerſionem ad fidem. Eſt igitur ſenſus: In tempore gratiæ ſonabit tuba magna, hoc eſt, Euangelica, prædicabitur Euangelium per totum orbem terrarum, & Chriſti fides annuntiabitur. Hæc eſt tuba illa, de qua ait Eſaias: Super montem excelſum aſcende qui Euangelizas Sion. Infrà 40.
Exalta in fortitudine vocem tuam, tu qui Euan- Infrà 58.
gelizas Ieruſalem. Et alibi: Quaſi tuba exalta vocem tuam. Et hic eſt ſonus de quo dicitur in Pſalmo, In omnem terram exiuit ſonus eorum. Hac tuba excitati homines qui perditi fuerant de terra Aſſyriorum, & qui eiecti erant de terra Pſalm. 18.
Aegypti, venient, & Chriſtum in Eccleſia adorabunt. Per Aſſyriam & Aegyptum intellige per ſynecdochen totum orbem terrarum. Dicit igitur de omnibus nationibus cõuertendas eſſe Gẽtes ad Chriſtum, quas diuus Ioannes vocat filios Dei, qui erant diſperſi. Nam etſi diſperſi erant infideles & idolorum cultores, propter prædeſ- Ioan. 11.
tinationem tamen filij Dei appellantur. Quoniam Chriſtus pro eis moriendo, eíſque gratiam largiendo, ex filiis iræ fecit eos filios Dei, & ex lupis agnos. Erant quidem diſperſi non ſolùm per diuerſas regiones, ſed per diuerſas ſectas & voluntates, & varios cultus & errores. Hos congregauit Chriſtus, non in vnum locum corporeum, ſed in vnam Eccleſiam, de qua ait Apoſtolus: Vnum corpus, vnus ſpiritus, vna fides. De
hac congregatione dicitur in Pſalmo: Congre- Ephe. 4.
ga nos de nationibus, vt confiteamur nomini Pſal. 105.
tuo. Et in alio: Diſperſiones Iſrael congregabit. Pſal. 146.
Et Eſaias: Profugos Iſrael congregabit. Et per Supr. 11.
Ieremiam Dominus, Ego, inquit, congregabo Ierem. 23.
reliquias gregis mei de omnibus terris. De hac Ezec. 37.
congregatione lege totum caput trigeſimum ſeptimum Ezechielis, vbi infideles vocat oſſa arida in campo, hoc eſt in mundo iacentia. Quid enim aliud ſunt peccatores, quàm oſſa mortuorũ in terra proſtrata? Hæc oſſa Deus cõgregauit, reuocauit ad vitam, & Hieroſolymã adduxit, eíſq; vnum regem & paſtorem conſtituit. Hæc Hieroſolyma eſt ſancta mater Eccleſia, hic paſtor & rex Chriſtus eſt, qui nos gubernat & paſcit, qui eos, qui diſperſi erant congregauit, de quibus ipſe apud Ioannem dicit: Alias oues habeo, illas Ioan. 10.
oportet me adducere. Poſſunt etiã hæc intelligi

de vltima tuba, cuius ſono omnes mortui ad vniuerſale iudicium vocabuntur, de qua ait Apo- 1.Cor.15. ſtolus in epiſtola prima ad Corinthios: In mo- 1.Theſſ.4. mento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Canet Matth.24. enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti. Et in prima ad Theſſalonicenſes, etiam huius tubæ meminit cap. 4. Et diuus Matthæus cap. 24.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAP. XXVII.

In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, &c.) Septuaginta habēt: In die illa inducet Deus gladium ſanctū, &c. In explanatione per gladiū hunc durum diuinā potentiam & vltionem expoſuimus. Sed quoniā hic gladius, ſanctus à Septuaginta appellatur, exiſtimo poſſe hoc de Euāgelica prædicatione intelligi, qua Deus dæmonem antiquum ſerpentem oppreſsit, & Gentes ad fidem vocauit. Eſt enim verbum Dei gladius iuxta id quod ait diuus Paulus in epiſtola ad E- Epheſ.6. pheſios: Aſſumite gladium ſpiritus, quod eſt ver- Hebr.4. bum Dei. Et ad Hebræos: Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Hic eſt gladius vtraque parte acutus, quē ait Ioā- Apoc.1. nes in Apocalypſi de Chriſti ore exire. Hunc gladium appellant Septuaginta ſanctum, & cōmunis verſio durum, magnum, & fortem, quoniam homines ad ſanctitatem duxit, idolorum cultum occidit, diabolum fugauit & vicit, & mundum impleuit & ad veritatem vocauit, eíque viam oſtendit ad gloriam immortalem conſequendā.

Super leuiathan ſerpentem vectem.) In Hebraico pro vecte eſt בריח Bariach, à verbo ברח quod ſignificat claudere, contignare, inſtar vectis penetrare, & pertranſire. & fugere. Hinc affluxit tanta interpretum varietas. Nā Symmachus vertit ſerpentem claudentem ſiue concludentem: quòd multos ſuo claudat imperio. Septuaginta fugientem, oſtendentes Chriſti aduerſus diabolum victoriā, aufugit enim diabolus, & eiectus Ioan.12. eſt foras, iuxta id quod ait Chriſtus apud Ioannē Princeps huius mundi eiicietur foras. Pagninus vertit: Serpentē tranſeuntem mare inſtar vectis ab extremo ad extremum. Quibus verbis oſtendit dæmonis principatum ante aduentum Chriſti, qui totum mare, hoc eſt, totum mundum occupabat, qui in mari dicitur habitaſſe, quia in illis habet domicilium, qui animos habent inquietos, inſtabiles, & inſtar maris fluctuantes. Fortaſſe reſpexit Pagninus ad vectem, de quo ait ſcri- Exod.36. ptura Exodi cap. 36. Fecit alium vectem, qui per medias tabulas ab angulo vſque ad angulū perueniret. Poteris vertere ex Hebræo: ſerpentē penetratorem & tranſeuntem, & ſerpentem vectē, vt tranſtulit hoc in loco noſter interpres, quem- Iob 33. admodum apud Iobum triceſimooctauo: Et poſui vectem.

Repente propinabo ei.) In Hebraico eſt אשקנה לרגעים lirgaim axkænnah. Quæ verba poſſunt ita Latinè verti: Per momenta irrigabo eā. Verbum שקה xakan, quod hîc ponitur, irrigare ſi- Ioel 3. gnificat, vt Ioelis cap. 3. Et irrigabit torrentem ſpinarum. Loquitur Deus de Eccleſia, quam vineam appellat, quam promittit ſe quotidie, ſingulíſque momentis rigaturum, ne vnquam areſcat, & ſterilis fiat. Solet enim Eccleſia in diuinis literis appellari vinea Domini, ſponſa, amica, colūbá, Sion, Ieruſalem, mons, templum, domus Iacob, regnum Dei, ciuitas Dei, firmamentum & columna veritatis. Vtitur ſcriptura ſynonymis, quemadmodum in hoc capite vides appellari diabolum leuiathan ſerpentem, vectem, tortuoſum, cetum maris, qui aliàs appellatur dæmon, leo, draco, tentator, homicida, & aliis huiuſmodi nominibus.

Et qui eiecti erant de terra Aegypti.) Pro de terra eſt in Hebræo בארץ be ætæts. quod poteſt verti in terram, vt ſit ſenſus: Tempore Meſsiæ veniēt ad Eccleſiam, qui in terram Aegypti, hoc eſt, in mundi tenebras erant eiecti. Huic interpretationi fauet Pagninus ita vertens: Qui expulſi erant in terram Aegypti. Verùm Septuagiuta verterunt: Et qui perierant in Aegypto. Hi quidem ſignificantur per ouem illam errantem, quæ perierat, quam Chriſtus quæſiuit, & ſuis humeris reportauit, vt eſt apud Lucam capite quintode- Luc.15. cimo. Hi perierant in Aegypto, hoc eſt in errorum ac vitiorum tenebris. Aegyptus enim caliginem ſignificat, qua peccatores circunfundun- ſimile. tur. Nam vt corpus occidēte ſole tenebricoſum manet, ſic animus gratiæ ſplendore deſtitutus in medio cæcarum tenebrarum verſatur.

Argumentum capitis XXVIII.

Minatur diuinus vates decem tribubus Iudæorum vltionem debitam ſuis ſceleribus, quòd eſſent ſuperbi, deditι deliciis & voluptatibus, & ſanctorum vatum contemprores. Prædicit Euangelij prædicationem, foréque Chriſtum credentibus ſalutem.

CAPVT XXVIII.

VAE coronæ ſuperbiæ, ebriis A Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguiſsimæ: errantes à vino. Ecce validus & fortis Dominus ſicut impetus grandinis turbo cōſurgens, ſicut impetus aquarum multarum inundantium, & emiſſarum ſuper terram ſpatioſam. Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorū Ephraim. Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui eſt ſuper verticem vallis pinguium, quaſi temporaneū ante maturitatem autumni. Quod cùm aſpe- B xerit videns, ſtatim vt manu tenuerit, deuorabit illud. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & ſertū exultationis reſiduo populi ſui: & ſpiritus iudicij ſedenti ſuper iudicium & fortitudo reuertentibus de bello ad portā. Verùm hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt: abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Om-

Cnes enim mēſæ repletæ ſunt vomitu ſordiúmque, ita vt non eſſet locus vltrà. Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactos à lacte, auulſos ab vberibus, quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi
1.Cor.14. modicum ibi. In loquela enim labij & lingua altera loquebatur ad populum iſtum, cui dixit: Hæc eſt requies mea, reficite laſſum: & hoc eſt refrigerium meū: & noluerunt audire. Et erit eis verbum Domini, manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, vt vadāt & cadant retrorſum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.

EXPLANATIO.

Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim.) Decem tribus regnabant in Samaria, quæ propter Hieroboam, qui fuit de triba Ephraim, Ephraim appellabantur. Hæ in tantam amentiam inciderunt, vt Dei vates contemnerent, & verum Deū derelinquerent, ac pro eo vitulos aureos, quos fecerat Hieroboam in Dan & Bethel, adorarēt. Quapropter captæ fuerunt, patriam ſuam penitus euerterunt, fuerúntque in æternas tenebras relegatæ. Harum decem tribuom amentiam & ſcelera deplorat hoc loco Eſaias, minitans illis perniciem & interitum. Erant hi homines ſuperbi & elati, & ob eam cauſam eos vocat Propheta coronam ſuperbiæ, hoc eſt, regnum ſuperbum, quoniam ſe à Iuda ſepararunt, & iniquè per ſe regnū conſtituerunt, ad quod ſcelus fuerunt ſuperbia incitati. Et poſteà cùm ſe ſublimiores duabus tribubus, quæ Iuda appellabantur, & numero & robore conſpicerent, ſe magis extulerunt, & ad id ameotiæ & ſceleris adducti ſunt, vt nullum eſſet facinus immane, quod non admitterent: nullum ſanctum ius, quod non violarent. Nec ſolùm eos vocat Propheta ſuperbos, ſed etiam ebrios, hoc eſt, alienos à iudicio. Ex ſuperbia enim naſcitur amentia, quæ animum inebriat, & perturbat, & à ſua ſede ac ſtatu deiicit. Vel certè eos ebrios vocat, quòd eſſent vino ac crapulæ dediti, & deliciis affluerent. Quaſi dicat: Væ regno Iſraelitico inflato ſuperbia & tradito voluptatibus.

Et flori decidenti gloriæ exultationis eius.) Senſus eſt: Væ flori, qui decidit à gloria exultationis Iſraelitarum habitantium Samariæ, quæ ciuitas eſt in vertice vallis fertiliſſimæ. Eſt enim Samaria quædam ciuitas, à qua tota illa regio Samaria appellatur, & erat in monte ſita, ad cuius pedem erat vallis quędam feraciſſima. Vel per verticem vallis pinguiſſimæ intelligit Propheta locum, vbi Iſraelitæ idola colebāt. Appellat Iſraelem florem, ſed decidētem, quoniam gloriā ſuam Iſraelitæ obſcurauerant, & à dignitate in qua tempore Dauidis & Salomonis, quādo in templo Deū colebant, erant conſtituti, deciderant. Pro eo quod nos habemus, qui erant in vertice vallis pinguiſsimæ, interpretari poſsis: In quorum vertice erat vallis pinguiſsima, ſignificans eorū capita eſſe vnguentorum copia madida, intelligens per verticem caput, per vallem verò pinguiſsimam vnguentorum abundantiam. Ita quidam Iudæorum Rabbinus hunc locum exponit.

Ecce validus & fortis Dominus, ſicut impetus grandinis, &c.) Quoniam decē tribus Deū dereliquerunt, ſéq; vētri & vino dediderunt, pœnas ſuorū ſcelerū dabunt. Nam Deus validus & fortis eos euertet, vt turbo grādinis omnia ſolet confringere, & impetus aquarū inundantium omnia quæ inuenit, ſecū rapere. Textus diui Hieronymi habet: Ecce validus & fortis Domini: Per quē intelligitur rex Aſſyriorū, quo Deus tanquā miniſtro vtebatur ad Iſraelē euertendū. Pro quo Septuaginta dixerūt: Ecce fortis & durus furor Domini.

Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim.) Hoc eſt, decem tribus erunt ab Aſſyriis captæ, euerſæ, & cōculcatæ. Vide Dei iudicium. Qui ſe ſuperbia efferunt in ſublime, pedibus inimicorum cōculcantur. Corona ſolet ferri ſuper caput, at hic pedibus hoſtiū conculcāda prędicitur. Non poterat diuinus vates apertius & elegātius perniciem ſuperborum explicare. Tu qui regnas, caue ne ſuperbia infleris, ſolet enim Deus depoœre potentes de ſede, & humiles efferre, ad verámque amplitudinem perducere.

Quaſi temporaneum ante maturitatem.) Comparat gloriam decem tribuum fructui pręcoci, qui parum durat, & colligitur antequā matureſcat. Acſi diceret: Vt illi qui auidi ſunt fructuum pręcocium, eos colligunt, & ſub ipſa arbore ſtatim comedūt, ſic Aſſyrij cum magno deſiderio decē tribus deglutient & deuorabunt. Id qood hoc in loco interpres vertit temporaneum, vertit apud Ieremiā cap. 24. ficus primi tēporis, & Michææ capit. 7. præcoquas ficus, & Oſeæ 9. prima poma. Septuaginta habent hîc præmatura ficus. *Ierem. 24. Mich. 7. Oſeæ 9.*

In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, &c.) Euerſa Samaria, conculcata Aſſyriorum pedibus corona ſuperbię decē tribuū, erit Deus gloria decoris reliquiis populi ſui, hoc eſt, tribū Iuda & Beoiamin proteget, & gloria decorabit, tribuēs eis admirabilē de Sēnacheribo victoriā.

Sedenti ſuper iudicium.) Periphraſis eſt regis, qui ſuper iudicium dicitur ſedere, quia eius eſt omoia regere & iudicare. Eſt igitur ſenſus: Dabit Deus regi Ezechię gratiam, vt æquiſsimè iudicet, & fortitudinem iis, qui hoſtes ſuos ad fugam compulerint, eóſque vſqoe ad portas vrbiū ſuarum fuerint perſecuti. Aſpicis hic æquum & iuſtum iudicem ſpiritu Dei ad iudicandum duci & guberoari. Ex quo poteris aduertere quanta cęcitate laborent, in quibus erroribus verſentur, quot ſcelera admittant illi, qui non ſpiritu Dei, ſed ſpiritu vindictæ, furoris, odij, inuidiæ, iodicauerint. Aſpicis præterea Deum eſſe illum, qui fidelibus ſuis aduerſus hoſtes robur ac fortitudinem pręſtat. ex quo colligitor oeceſſariom eſſe iudici, vt petat à Deo ſpiritū iudicij: & militi, vt ab ipſo Deo fortitudinē poſtulet. Id quod hîc dicitur: Et fortitudo reuertentibus de bello ad portam, poteſt ita explanari: Dabit Deus fortitudinē iis, qui reuertere faciēt ioimicos de bello ad portas vrbiū ipſorū hoſtiū. Vel qui vaſtatis hoſtibus

de prælio

de prælio reuerſi fuerint ad ciuitatē, vbi ſe clauſerint. Vel ſic, Erit Deus fortitudo iis, qui auerterint bellum à porta ſuæ ciuitatis, eam ab hoſtibus defendendo. Tres partes habet ciuitas, regem, milites, & plebem, quas omnes Propheta complectitur: regi prædicit dandum à Deo ſpiritum iudicij, militibus dandam fortitudinem & victoriam, plebi pacem & ſecuritatem.

Verum hi quoque præ vino neſcierunt.) Duæ etiā tribus Iuda & Beniamin fuerunt deditæ vino, & iudicium amiſerunt, quemadmodū aliæ decē.

Neſcierunt videntem.) Hoc eſt, Deum, qui omnia videt, non intellexerunt, quia habebant iudicium corruptum ob impia ſcelera. Poteris per videntem Prophetam intelligere, cui dicit Iudæos non credidiſſe. Appellari autem Prophetam videntē diximus capite primo. Erant in Iudæa diuini vates viri ſancti, omnibus virtutum ornamentis exculti, qui à Iudæorum ſceleribus abhorrebant, & veluti Sol & Luna contrarium mundo iter intendebāt, nefarióſque homines ad

ſimile virtutem cohortabantur. Sed vt gemma, quam appellant chalaziam, quamuis iniiciatur in ignē,

ſimile natiuum tamen frigus retinet, ſic Iudæi nullis Prophetarum monitis & exemplis accendebantur, ſed frigidi ad virtutem, in ſuis flagitiis perſeuerabant, non credentes prophetis, nec eos intelligentes, nec eorum doctrinam approbātes.

Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu.) Notat Iudæorum nimiam ebrietatem. Vel ſignificat eorum idololatriam, qui in locis nemoroſis, & in montium verticibus idolis ſacrificabant, ibique ſplendidè comedebant.

Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum?) Cùm Iudæi in erroribus verſentur, & verum Deum dereliquerint, quis erit, quem propheta doceat ſcientiam Dei & prophetiam? Appellat prophetiam auditum, quia eam prophetæ ſuggerente ſpiritu à Deo audiunt, quam alio in loco viſionem appellat, quoniā diuini vates vērà ſpiritu intuētur. Vult hoc in loco propheta ſignificare paucos eſſe qui legē Dei vellēt audire & intelligere, id quod alibi iis verbis ſignificauit: Quis credidit auditui noſtro? &c.

Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.) Eos pro-

Infrà 55. pheta & verus doctor inſtruet in lege Dei & prophetia, qui fuerint ablactati à lacte, & auulſi ab vberibus, hoc eſt, qui ſunt pueri, adhuc non aſſueti vitiis, quos oportebit paulatim & rudi modo docere. Poteris per ablactatos à lacte, & auulſos ab vberibus eos intelligere, qui iam non indigent lacte, ſed ſolido cibo. Ait enim diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios: Lac vobis potum

1.Cor.3. dedi non eſcam. Nondū enim poteratis, ſed nec nūc quidem poteſtis, adhuc enim carnales eſtis. Hoc eſt, ſimplicem & facilem doctrinam vestris tribui, non altam & arcanam. Et in epiſtola ad Hebræos ita ait: Facti eſtis quibus lacte opus ſit,

Hebr.5. non ſolido cibo. Et paulò poſt: Perfectorum antem eſt ſolidus cibus, eorū qui pro conſuetudine exercitatos habēt ſenſus ad diſcretionem boni aē mali. Ex quibus locis apertè colligitur, non eſſe quoslibet paſsim ad arcana myſteria ſacrarū literarum admittendos. Vnde facilè conuincuntur ij, qui temerè aſſerunt omnes diuinæ ſcripturæ libros debere in vulgarem linguā transferri, vt ab omnibus legantur. Meritò igitur decreuit ampliſsimus ſenatus theologiæ Pariſienſis ne ſacra ſcriptura in vernaculam linguam verteretur. Quod etiam in noſtra Luſitania ſeruatur.

Quia manda remanda.) Dixit Iudæos in erroribus verſari, & diuinos vates dereliquiſſe: modò deſcribit, quemadmodum Iudæi prophetas ſanctos irridebant. Cùm Propheta aliquis eos ad virtutem hortabatur, illiſque diuinam vltionē annunciabat, reſpondebant ipſi: Manda remanda, expecta reexpecta. Hæc verba dicebant Iudæi imitantes verba Prophetarum, ſed cum ſubſannatione & contemptu. Solebant enim Prophetæ dicere: Deus præcipit hoc: & quamuis hoc quod dico, non ſtatim veniat, expecta tamē, quia veniet, & non tardabit. Et ſtatim infert Eſaias: In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populū iſtum, &c. acſi diceret: Hactenus locutus eſt Deus per Prophetas ſuos ad populum Iudæorū verba dulcia, quemadmodum illa quæ dixit per quendam vatem: Hæc eſt requies mea: reficite laſſum, & hoc eſt refrigerium meum. Quibus verbis Deus non increpabat Iudæos, ſed dicebat illis, vt opera miſericordiæ exercerent, quoniam in hoc illi placerent. At modò quoniā Iudæi hæc verba noluerunt audire, loquetur Deus illis in lingua altera, hoc eſt, verba dura & comminatoria. Et hæc verba, quæ Iudæi irridentes Prophetas proferebant, nempe manda remanda, expecta reexpecta, &c. docent ipſos Iudæos in perniciem. Erit eis hæc ſubſannatio occaſio cadendi retrorſum. Conterentur enim & capientur ab exercitu Babylonio, & poſteà à Romano, & ſemper à diabolo. Eſt hoc loco aduertendum, Infideles Iudæos cediſſe retrorſum. Non enim dicit: Vt vadant, & cadant in faciem: ſed dicit, Vt vadant, & cadant retrorſum. Qui cadit in faciem, videt locum, in quem cadit, & poteſt ſe facile erigere & manibus adiuuare, ſed qui cadit retrorſum, nec videt locū ruinæ, nec poteſt ſe ita facilè ſubleuare. In Actis Apoſto- Act.9.

lorū ſcribit diuus Lucas Saulū cecidiſſe, ſed non dicit retrorſum. Et Ezechiel inquit: Vidi, & ceci- Ezec.2.

di in faciē meam. At de Chriſti perſecutoribus inquit diuus Ioannes: Abierūt retrorſum, & ce- Ioan.18.

ciderunt in terram. Vides igitur electos in faciē cadere, reprobos autē retrorſum. Cæterùm hæc verba quæ hic habentur, nempe, In loquela enim labij, & in lingua altera loquetur ad populum iſtum, citat Paulus apoſtolus in epiſtola prima ad Corinthios, ſic dicens: In lege enim ſcri- 1.Cor.14

ptum eſt: Quoniam in aliis linguis, & in labiis aliis loquar populo huic, & nec ſic exaudiet me, dicit Dominus. Et ſtatim infert: Itaque linguæ in ſignum ſunt nō fidelibus, ſed infidelibus, Prophetiæ autē non infidelibus, ſed fidelibus. Hæc diuus Paulus. Lege totum illud caput, & videbis hunc locum Eſaiæ explanati ab Apoſtolo de diuerſis linguis, quibus Apoſtoli loquebantur. Vult enim oſtendere prophetiam eſſe præſtātiorem dono linguarum. Et ideò hunc locum citat, oſtendens linguas eſſe ſignū datum infidelibus, prophetiam verò fidelibus, & infideles noluiſſe credere Apoſtolis, qui variis linguis loquebantur. Et ſi attētius aſpexeris, videbis Septuaginta interpretes hunc Eſaiæ locū de Apoſtolis interpretari.

pretari. Illud eſt etiam aduertendum dixiſſe diuum Paulum: Et nec ſic exaudient me, pro eo quod Eſaias ait, & noluerunt audire. Vbi aſpicis id quod in Prophetis dicitur de præterito, eſſe aliquando de futuro explanandum: quod aliis in locis annotauimus. Eſt igitur huius loci ſenſus, acſi dicat Deus: Hactenus ô Iudæi dedi vobis doctores, prophetas, & ſapientes, qui veſtra lingua vos erudirent, & ad veritatem reuocarent. quos vos audire noluiſtis. Veniet tempus quando vobis dabo magiſtros, nimirum Apoſtolos meos qui variis linguis loquantur, ſed nec eos exaudietis. Locutos fuiſſe Apoſtolos variis
Act.2. linguis aſſerit diuus Lucas Actorum ſecundo.

D Propter hoc audite verbum Domini viri illuſores, qui dominamini ſuper populum meũ, qui eſt in Hieruſalem. Dixiſtis enim: Percuſsimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum: Flagellum inundans cùm tranſierit, non veniet ſuper nos, quia poſuimus mendaciũ ſpem noſtram, & mendacio protecti ſu-
Pſal.117. d mus. Idcirco hoc dicit Dominus Deus:
Matt.21.d. Ecce ego mittam in fundamentis Sion
Act.4.b. lapidem, lapidem probatum, angularem,
1.Petr.1.a. precioſum in fundamento fundatum.
Rom.10.c Qui crediderit non feſtinet. Et ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura. Et ſubuertet grando ſpem mendacij, & protectionem aquæ inundabunt, & delebitur fœdus veſtrum cum morte, & pactum veſtrum cum inferno non ſtabit. Flagellum inundans cùm tranſierit
E eritis ei in conculcationem. Quandocũque pertranſierit, tollet vos, quoniam manè diluculo pertranſibit in die & in nocte, & tantummodò ſola vexatio intellectum dabit auditui.

Propter hoc audite verbum Domini viri illuſores.) Oſtendit hic locus Iudæos irriſoriè proferre verba prophetarum, quod paulò antè dicebamus.

Percuſsimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.) Hæc dicebant Iudæi Prophetis: Nõ timemus mortem nec infernum, quoniam fecimus cum illis pactum, ne nos vnquam abſorberent. Victuri ſumus acſi non eſſet mors nec infernus, ideò minis veſtris non terremur. Vide ſceleratorum hominum ſtultitiam, rerúmque nouiſſimarum incredibilem obliuionem.

Poſuimus mendacium ſpem noſtram.) Vide qua in re iniqui homines ſpem ſuam collocent, in mendacio, quod quidam vir doctus araneæ telam vocauit. Fortaſſe per mendacium intelligitur idolum. Vt ſit ſenſus: Non timemus mortem, nec infernum, quoniam idolum noſtrum, quod vos Prophetæ mendacium vocatis, nos liberabit.

Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, &c.) O admirabilem Dei noſtri miſericordiam, & immenſam pietatem. Oſtendebat modò Iudæorum tetra ſcelera, & incredibilem amentiam & obliuionem, & concludit dicens: Idcirco ego mittam filium meum, qui hominibus viam veritatis oſtendat, & ad veram dignitatis amplitudinem adducat, & ſic Eccleſiæ probatum, & precioſum fundamentũ. Videbatur debere ita concludere: Quoniam ô Iudæi vos ſcelerum miniſtros præbuiſtis, & Dei hominúmque iura violaſtis, quoniam ita viuitis, acſi nec eſſet mors nec locus æternorum cruciatuum, ego vos funditus euertam, & mittam lupos, qui vos dilanient & abſumant. Et vide quid dicat: Quoniam mei eſtis immemores, & ſcelere ac flagitio paſcimini, ego mittam mundi ſaluatorem, veſtrum Meſsiam, vnicum filium meum, non quid peccata veſtra mereantur conſiderans, ſed quid mea exigat miſericordia. Vide concluſionem pietatis pleniſſimam. Habes multa loca in diuinis literis huic
ſimilia, vt Oſeæ ſecundo: Ibat poſt amatores Oſea 2.
ſuos, & mei obliuiſcebatur, dicit Dominus: Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Animaduerte quemadmodum Deus Hieroſolymæ ſceleribus iratus, non iuxta ſcelerum menſuram, ſed ſecundum multitudinem ſuæ miſericordiæ loquatur. Sic hoc in loco. Vocatur hic Chriſtus fundamentum Sionis, hoc eſt, Eccle-
ſiæ, de quo ait Diuus Paulus: Fundamentum 1.Cor.3.
aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Si lapis hic eſſet terrenus, & mons hic Sionis etiam terrenus, qui fieri poterat, vt in eius fundamento lapis poneretur? & quorſum hoc tam ſine vlla vtilitate? Significat igitur Sion Eccleſiam Catholicam, cuius caput & fundamentum Chriſtus eſt, & lapis angularis, probatus & precioſus,
de quo dixerat alius Propheta: Lapidem, quem Pſalm. 117.
reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Et volens oſtendere eſſe hanc vaticinationem de Chriſto intelligendam ſubdit: O Dõmine ſaluum me fac: O Domine bene proſperare, benedictus qui venit in nomine
Domini. Et Chriſtus de ſeipſo eam apud Mat- Matth. 21.
thæum interpretatur. Sed aduerte: Eſaias dicit hunc lapidem eſſe à Deo probatum. Dauid autem ait eſſe reprobatum ab ædificantibus. Ad id amentiæ & prauitatis venerunt homines, vt reprobent id, quod Deus approbat. Eſſe autem
Ieſum Chriſtum lapidem oſtendimus fusè ca- ſimile
pite octauo. Solent qui magnificum aliquod ædificium conſtruunt, in lapide quodam angulari arma ſua & ſtemmata pingere, aut quocunque alio modo collocare. Fecit Deus templum quoddam vſque adeò magnificum & excellens, vt ne noſter quidem intellectus poſsit eius dignitatem & amplitudinem complecti. Eſt autem hoc templum Eccleſia Catholica, ædificium nobiliſsimum, ad quod cœleſtis pater miſit lapidem admirabilem, hoc eſt, filium ſuum, qui non ſolùm eſſet huius ædificij fundamentum, ſed etiam lapis angularis, in pulcherrimo loco conſtitutus. & eſt hic lapis ſcutum
quoddam, de quo dicitur in libro ſecundo Re- 2.Reg. 22.
gum: Deus Dominus fortis meus, ſperabo in eũ, ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ. Arma & ſtẽmata huius lapidis, huius cœleſtis ſcuti, ſunt quinque ſtellæ aureæ in campo ſanguineo, hoc eſt,

eſt,quinque illa ſacratiſſima Chriſti vulnera,arma glorioſa & diuina, trophæa & inſignia noſtrarum victoriarum. To verò conſidera verborum Prophetæ amplitudinem. Poterat dicere:Mittam vobis Meſſiam, ſed voluit tam inſigne beneficium verbis inſignibus & metaphoricis explicare. Eſt autem translatio ſumpta ab ædificantibus, quæ verborum amplitudine innuit rei magnificentiam & maieſtatem. Appellatur Chriſtus lapis angularis, quia vtrunque populum & Iudæorum & Gentium in vna Eccleſia copulauit, & in fundamento fundatus: hoc eſt ſolidiſsimum fundamentum.

Qui crediderit non feſtinet.) Hoc eſt,Qui crediderit, inquit Eſaias,non exiſtimet Chriſtum nõ eſſe venturum, ſi ſtatim non venerit. Non feſtinet. Chriſtus enim veniet. Nam, iuxta Habacuc,nemo deſperet,quia veniens veniet, & promiſſa ſua complebit. Nondum enim venit temporis plenitudo, quod Pater cœleſtis filij ſui incarnationi præfiniuit. Hoc ideo dicit Eſaias, quia videbat difficile eſſe fragiles homines de promiſſionibus Dei aliquãdo nõ dubitare.Cùm ſæpenumerò videamus eũ permittere, priuſquã promiſſa perſoluat, res multò aliter euenire, quàm exiſtimabamus. Id quod ex locis è media ſcriptura depróptis perſpicuũ faciam.Dauidem in adoleſcentia regem deſignauit Deus, eúmque à Samuele voluit vngi. Sed poſteà tot tantiſque calamitatibus eum opprimi permiſit, tam variis caſibus & acerbis ærumnis eum exercuit, priuſquam ad altum dignitatis gradum adduceret, eique regni poſſeſſionem traderet, vt vix credibilia viderentur ea, quæ Dauidi factũrum ſe eſſe prædixerat.Ioſeph dixit Hebræis in Aegypto: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta,ad terram,quam iurauit Abraham,Iſaac,& Iacob. At poſtquam ille è vita migrauit, vexati ſunt Hebræi multis annis, donec Deus eos liberaret, & in promiſſam terram perduceret.Ex quo fit,vt imbecilli homines cadant animo,& Dei promiſsionibus interdum diffidant. Quare debet hoc ſalutare præceptũ in animo inhærere. Qui enim nequit tolerare moram,is nec fortitudinem habet,neque conſtantiam. Quocirca non ſolùm id quod vult nõ conſequitur, ſed etiam grauiſsimas diffidentiæ pœnas luit. At qui tolerantes ac patienter fert moram,& ab incœpta ſpe nõ deſiſtit, is obtinet promiſſa, & adipiſcitur æternam beatitudinem, quòd Deo adhæſerit,& animo fidente, firmo, & erecto perſeuerarit. Hanc ſententiam inuenies apud diuum Paulum in epiſtola, quam ad Hebræos ſcripſit, vbi ita ait: Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes reportetis promiſsionem. Adhuc enim modicum aliquantulúmque qui venturus eſt,veniet, & non tardabit,iuſtus autem meus ex fide viuit. Quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meę.

Habac. 2.
1.Reg.16.
Gen.ult.
Heb.10.

Et ponam in pondere iudicium & iuſtitiam in menſura.) Verba ſunt Patris cœleſtis hunc ſenſum habentia: Tempore gratiæ quando Chriſtus venerit in mundum, ego docebo rectiſsimam iuſtitiam, & æquiſsimum iudicium. Aduerte iudiciũ debere eſſe æquo pondere, & iuſtitiam æqua in mẽſura. Debet enim iudex æquo pondere,& mẽſura omnes iudicare, magnos & paruos, diuites & pauperes, amicos & inimicos. Non dicit: Ponam iudicium in ponderibus,ſed in pondere, nempe vno,& in menſura vna. Nam, vt ait Salomon in Prouerbiis: Pondus & pondus, menſura & menſura,vtrunque abominabile eſt apud Deum. Hoc eſt diuerſis ponderibus & menſuris ponderare & metiri, quod eſt iniquè & in æquabiliter iuſtitiam exercere aliis vno pondere, aliis verò altero.Vt enim mercator, qui duas habet menſuras ambas falſas, alteram excedentem debitam quantitatem,alteram verò ad eam non attingentem, alteram, qua vendit, alteram autem, qua emit, nunquam rectè metitur: ſic iniquus & corruptus iudex duas virgas habet,alteram qua amicos& potentes iudicat,alteram qua inimicos & pauperes. Quo fit, vt rempublicam euertat. Prou.20. ſimile.

Et ſubuertet grando ſpem mendacij, & protectionem aquæ inundabunt.) Hoc eſt, Impetus exercitus Romani repentè venientis vt grando ſpem fallacem Iudæorũ infringet, & veluti aqua inundans omnem protectionẽ rapiet. Per mendaciũ poteſt intelligi idolum.Vel appellat ſpem mendacij,hoc eſt,ſpem mendacẽ. Talis eſt enim mũdi ſpes,mendax & fallax. Promittit ſed decipit. Vt enim vrtica viridis colore delectat, ſed tactu vlcerat,ſic mundus mulcet ſpe, ſed vulnerat operibus. ſimile.

Sola vexatio intellectum dabit auditui.) Id eſt, cùm fueritis afflicti,intelligetis Prophetas meos vera prædixiſſe. Vel ſic: Afflictio veſtra dabit intellectum eis, qui eam audierint. Quaſi dicat: fama veſtrarum calamitatum aliis metum incutiet. Aſpicis afflictionis vtilitatem. Non enim ſolùm prodeſt afflictis, ſed etiam aliis,qui aliorũ afflictione perterriti, ſe à vitiis abſtrahunt. Vt enim ignis radius confectus ex terræ exhalationibus in aere inter vapores eleuatis in vnam partem cadit,& ibi ſolùm ferit & vrit,ſed omnes illius regionis incolas perterret,ſic vnius hominis calamitas eum ſolum affligit,ſed multis aliis terrorem incutit,eóſque exuſcitat, vt à vitiis auocentur. ſimile.

Coanguſtatum eſt enim ſtratum ,ita vt alter decidat,& palliũ breue vtrunque operire nõ poteſt.Sicut enim in mõte diuiſionum ſtabit Dominus,ſic in valle,quę eſt in Gabaon,iraſcetur. Vt faciat opus ſuum alienum opus eius, vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere, ne fortè conſtringantur vincula veſtra. Conſummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum ſuper vniuerſam terram. Auribus percipite, & audite vocem meam,attendite, & audite eloquium meum.Nunquid tota die, arabit arans vt ſerat, proſcindet & ſarriet humum ſuam? Nónne cùm adæquauerit faciem

2.Reg.5. 1.Par.14. Ioſue.10. E F

ciẽ eius, ſeret gith, & cyminũ ſparget &
ponet triticũ per ordinem, & hordeũ, &
milium,& viciam in finibus ſuis? Et eru-
diet illum in iudicio, Deus ſuus docebit
6 illũ. Non enim in ſerris triturabitur gith,
neque rota plauſtri ſuper cyminũ circũ-
ibit,ſed in virga excutietur gith,& cymi-
num in baculo,panis autem comminue-
tur. Verùm non in perpetuũ triturãs tri-
turabit illũ, neque vexabit eũ rota plau-
ſtri, neque vngulis ſuis cõminuet eũ. Et
hoc à Domino Deo exercituum exiuit,
vt mirabile faceret conſilium, & magni-
ficaret iuſtitiam.

Coangustatum eſt enim ſtratum.) Ad tãtam inopiam & afflictionem venietis, vt nullus ſit, qui in ſuo lecto alterũ poſſit recipere. Tam breuis erit locus, vt duo ſe in eo voluere non valeant: támq; anguſtum erit pallium, vt nõ poſſit duos cooperire. Fortaſſe vtitur Propheta metaphora viri pudici, qui vxori adulteræ ait: Vnus lectus me & adulterum tecum capere non poteſt, & breue pallium virum & adulterium tegere non valet. Vir eſt Deus, adulter diabolus, vxor impudica (Ezec.16.) Hieroſolyma, quæ apud Ezechielem fornicans & meretrix appellatur, & apud alios etiam Prophetas. Quaſi Dicat Deus: Tu ô Hieroſolyma ſi vis mihi adhærere, contemne diabolum. Si idola colueris, me habere nõ poteris. Id quidẽ eſt quod (Matth.6.) dicebat Chriſtus apud Matthæum: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et paulò poſt: Non poteſtis ſeruire Deo & mammonæ. Arca fœderis in templo Dagonis eſſe non potuit, quin idolum caderet & confringeretur. Aut colenda erat (3.Reg.5.) arca, aut idoli imago. Aut colendus eſt Deus in anima noſtra, aut diabolus. Cùm Moyſes peteret à Pharaone, vt Hebræorum populum dimitteret, vt Deo in deſerto ſacrificaret, reſpondit Pharao, vt Deo in Aegypto immolarent: cui re- (Exod.8.) ſpondit Moyſes, Non poſſe ita fieri: non enim Deus erat ſimul cum diabolo colendus. Id eſt (1.Cor.10.) quod diuus Paulus ad Corinthios ſcribit: Non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum: non poteſtis mẽſæ Domini eſſe par- (2.Cor.6.) ticipes & menſæ dæmoniorum. Et alibi: Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ conuentio Chriſti ad Belial: Quæ pars fideli cum infideli? Qui conſenſus templo Dei cum idolis.

Sicut enim in monte diuiſionum.) Senſus eſt: ſtabit Dominus contra Iudæos, quemadmodũ ſtetit in monte diuiſionum aduerſus Allophylos (2.Reg.5.) regnante Dauide. Et quemadmodũ in valle Go- (Ioſue.10.) baon ſub principe Ioſue multi ex hoſtibus perierunt, ſic aduerſus Iudæos infideles Chriſtum lapidem probatum reprobantes iraſcetur Deus. Habes hiſtoriam hanc de monte diuiſionum libri ſecundi Regum capite quinto, & de monte Gabaon Ioſue decimo.

Vt faciat opus ſuum, alienum opus eius, &c. Puniet Deus homines ſceleratos, non vt eos ex animo velit perdere, ſed vt conuertantur, aut alij Deum timeat. Punit igitur vt ſaluos faciat. Punire non eſt proprium Dei opus, ſed miſereri & parcere, quemadmodum canit Eccleſia: Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. Ideò Deus non punit ex animo, ſed quia ita exigunt ſcelera noſtra. Ait enim Ieremias in lamẽtis loquens de (Thren. 3.) Deo: Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundum multitudinẽ miſericordiarũ ſuarum. Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum. Appellat hoc in loco Eſaias opus Dei miſereri, opus autem alienum ab eo iraſci & punire. Ex quo colliges eos Deum imitari, qui ſunt (Luca 6.) ad miſericordiam propenſi. Ideò dicebat Chriſtus Deus noſter: Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt. Venit Filius Dei ad reſtituendum in nobis imaginem & ſimilitudinem Dei, quam ob noſtra impia facinora habebamus deformatam, ideò ad eius miſericordiam imitandum nos excitat. Acſi diceret, eum reſpicite, eius miſericordiam imitamini, qui veſter pater eſt, ad cuius imaginem creati eſtis. De miſericordia Dei poteris ea videre, quæ fusè ſuprà annotauimus capite primo illa verba explanan- (Suprà 1.) tes: Heu conſolabor, &c.

Et nunc nolite illudere.) Ne vates meos irrideatis, ſi vultis, ne vos ſeuerius puniam. Quãtò vincula magis conſtringuntur, tantò arctius premunt. Poteſt hoc intelligi de vinculis peccati de quibus diſſeruimus cap. quinto.

Conſummationem enim & abbreuiationem.) Ego Propheta prædico vobis ea, quæ à Deo audiui, vt imminentem iram pœnitentia præueniatis. Hucuſque diſtulit Deus ſupplicia, ſed ille conſummabit & explebit ea, quę vobis per Prophetas ſuos minitatur, & abbreuiabit tempus vltionis ſuæ. Per vniuerſam terram intellige Iudęam, de qua loquebatur.

Nunquid tota die arabit arans.) Hoc ſimili oſtẽditur admirabilis Dei operatio, qui excoluit populum Hebræorum tanquam agrum, ad ſuſcipiendum diuinum ſemen. Aſpice Dei pietatem, nunc aratoris vice fungitur, nunc frangẽtis glebas, & faciẽ terræ adęquãtis, modò verò triturãtis. Atq; hæc omnia vt fideles fructũ ferant. Arauit Iſraelitas miraculis p Moyſẽ, ſeminauit præceptis, triturauit afflictionibus. Sed non ſemper arandum eſt. Eſt enim tempus fructus colligẽdi.

Non enim in ferris triturabitur gith.) Senſus eſt: Non omnes æqualiter affliguntur, ſed alij durius, alij mitius. Non eodem modo trituratur triticum & gith. Nam gith trituratur virga & pertica, hoc eſt, lenius: triticum verò rotis, & ſic durius. Hoc dicit, quia ſolebant Iudæi triticum in area triturare bobus rotiſque plauſtrorum. Igitur ſemen fortius & excellentius durius trituratur. Sic Deus agricola ille cœleſtis nonnullos affligit durius, quos fortiores & firmiores videt: nonnullos verò leuius, quos fragiliores eſſe conſpicit. Sed quemadmodum non ſemper triticum trituratur, ſic nec ſemper iuſtus affligitur. Gith eſt ſeminis genus, appellatúrque nigella Romana. Pagninus vertit nigellam. Plinius appellat melanthium, quod plagis ſerpentium mederi ait. At largius epotũ enecare aiunt, vt Dioſcorides inquit. Vicia genus eſt leguminis à vincẽdo dictũ, vt Varroni placet, quòd habeat capreolos inſtar vitis, qb. ea, quib. adhæret, vincit.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT XXVIII.

Væ coronæ ſuperbiæ.) Septuaginta habent: Væ coronæ iniuriæ. Sunt enim ſuperbi propenſi ad iniuriam faciendam. Quos litera Hebraica ſuperbos vocat, Septuaginta in alios iniurioſos appellant.

Errantes à vino.) Septuaginta verterunt: Qui ebrij eſtis abſque vino. Vbi vides omnes qui Deum derelinquunt, amentes eſſe. Vt enim vinum iudicium corrumpit, ſic malitia intellectum deprauat, & animi præſtantiam turpi dedecore maculat & deformat.

Quia manda remanda, manda remãda, expecta reexpecta, expecta reexpecta.) In Hebraico eſt in hũc modũ פי צו לצו צו לצו קו לקו קו לקו Primum verbum eſt צוה, quod ſignificat præcipere, mandare, imperare, vt Deuteronomij capite 33. Legem
Deut. 33. præcepit nobis Moyſes. & aliis in locis. Alterum
Pſal. 39. verbum eſt קוה, quod ſignificat expectare, vt in Pſalmo: Expectans expectaui Dominum. Et Eſaiæ capite quinto: Expectauit vt faceret vuas.
Supr. 5. Vnde conſtat noſtrum interpretem rectè hæc verba interpretatum fuiſſe, cuius interpretationem in explanatione explicuimus. Pagninus verò ita hunc locum tranſtulit ex Hebræo: Nam vt mos eſt pueris, datur eis præceptum poſt præceptum, præceptum poſt præceptum, linea poſt lineam, linea poſt lineam. Huius interpretationis hic eſt ſenſus: Iudæi ſunt inſtruendi more puerorum, quibus non ſtatim omnia dicuntur, ſed datur illis vnum præceptum, & poſteà alterum: nunc vna regula, deinde altera. & ita paulatim inſtruuntur, quoniam ſunt iudicio imbecillo & imperfecto. Hunc ſenſum ſecutus quidam ita tranſtulit: Quia præceptum poſt præceptum, mandatum poſt mandatum, regula poſt regulam, inſtructio poſt inſtructionem. Dictio קו, pro qua Pagninus interpretatus eſt lineam, & alius regulam, & inſtructionem, ſignificat etiam directorium, amuſſim, & perpendiculum, & ædificium, & id quod Luſitani appellant oliuel. Vnde quando Hebræi volunt ſignificare aliquid
ſimile paulatim fieri, vtuntur hoc vocabulo. Vt enim cæmentarius qui parietem conſtruit, extenſa linea vna facit vnum ordinem, & ſuper illum eam extendit, & facit ordinem alterum, donec paulatim perficiat parietem, ſic qui ſenſim rem aliquam efficit, illam dicitur linea & linea efficere, ſumpta metaphora ab ædificantibus. Hæc dictio
Pſal. 18. קו eſt in Pſalmo decimooctauo. pro qua nos habemus ſonum. In omnem terram exiuit ſonus
Rom. 10. eorum. Quod diuus Paulus de Apoſtolorum prædicatione interpretatur. Pro quo poteſt ex Hebræo verti: In omnem terram exiuit norma eorum, vel amuſſis, vel perpendiculum, vel directorium, vel linea, vel ædificium eorum. Omnia enim hæc veræ concioni conueniunt. Ea enim debet eſſe norma & regula vitæ noſtræ, & ſecundum eam debemus actiones noſtras dirigere. Debet ædificare, & ædificium animę noſtrę ad rectam amuſſim rationis conſtruere. Fuit etiam Apoſtolorum prædicatio linea illa æquinoctialis cingens totum vniuerſum.

Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, &c.) Pro probato eſt in Hebraico בחן bochan. Hebraiſmus propriè habet, lapidem probationis. Eſſe hunc lapidem Meſſiam indicat paraphraſtes Chaldaicus ita hunc locum vertens: Ego pono pro fundamẽto in Sion regem regem Meſſiam, regem potentem & angularem.

Qui crediderit non feſtinet.) Pro non feſtinet eſt in Hebræo, לא יחיש lo-iachix, pro quo Septuaginta interpretes verterunt, Non confundetur.
Hunc locum citat Apoſtolus in epiſtola ad Ro- *Rom.* 10.
manos iuxta Septuaginta tranſlationem, volens oſtendere veros Chriſtianos non eſſe confundendos.

Argumentum capitis XXIX.

Deplorat Propheta Iudæorum euerſionem per Babylonios, & poſteà per Romanos, eorúmque animorum cæcitatem & perfidiam. At de eorum gentiúmque conuerſione vaticinatur.

CAPVT XXIX.

VAE Ariel, Ariel ciuitas quam A
expugnauit Dauid. Additus eſt annus ad annũ, ſolẽnitates euolutę ſunt. Et circũuallabo Ariel, & erit triſtis & mœrẽs, & erit mihi quaſi Ariel. Et circũdabo quaſi ſphærã in circuitu tuo, & iaciã cõtra te aggerem, & munimẽta ponã in obſidionẽ tuã. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquiũ tuum. Et erit quaſi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquiũ tuũ muſsitabit. Et erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantiũ te, & ſicut fauilla pertrãſiens multitudo eorũ, qui cõtra te
præualuerũt. Eritque repẽtè confeſtim à B
Domino exercituum, viſitabitur in tonitruo & cõmotione terræ & voce magna turbinis & tẽpeſtatis, & flãma ignis deuorãtis. Et erit ſicut ſomniũ viſionis nocturnæ multitudo omniũ gentiũ, quæ dimicauerũt contra Ariel, & omnes qui militauerũt, & obſederũt, & præualuerunt ad-
uerſus eã. Et ſicut ſomniat eſuriẽs & co- C
medit: cùm autẽ fuerit expergefactus, vacua eſt anima eius. Et ſicut ſomniat ſitiẽs & bibit: & poſtquã fuerit expergefactus, laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt: ſic erit multitudo omnium gẽtium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.

EXPLANATIO.

Væ Ariel.) Ariel idem eſt quod leo Dei, per quem intelligitur Hieroſolyma, ciuitas quondã florentiſſima & fortiſſima, quæ ob fortitudinem &

nem & veri Dei religionẽ leo Dei appellabator. Expognauit eã Dauid, quando cepit arcẽ Sionis, quæ poſteà fuit vocata ciuitas Dauidis, vt
1.Paral.11. diuinæ literæ docent lib. 1. Paralipomenon cap. 11. Hæc ciuitas tẽpore Dauidis neminem timebat, ideò appellabatur leo, de quo dicitur in Pro
Pron.30. uerbiis: Leo fortiſſimus beſtiarũ ad nollios pauebit occurſum. Vel appellabatur ita, quia inter omnes ciuitates principatũ obtinebat, & regia fulgebat dignitate, quẽadmodũ leo inter anima
Thre.1. lia: & de ea dicitur in Lamẽtis Ieremiæ: Facta eſt quaſi vidua domina gentiom, princeps prouinciarũ facta eſt ſub tributo. Vel appellabatur leo, quia manè & veſpere in tẽplo animalia occidebã tur: ſolẽt enim leones & manè & ſero animalia trucidare & glutire. Et ita melius capitur pro tẽplo quãpro ciuitate. Sũt qui per Ariel intelligãt altare templi, quibus fauet verſio Chaldaica, ita enim habet Thargũ: Væ altari altari, qood ædificatũ eſt in ciuitate, in qua habitauit Dauid. Et
Ezec.43. apud Ezechielem capite 43. apertè Ariel capitur pro altari. Fit autem hîc mẽtio Dauidis, quia illi fuerat oſtenſus locus, in quo templum erat ædificandum. Fortaſſe dicitur leo Dei ob magnitudinem, ea enim quæ magna ſunt, Dei appellan-
Gen.1. tur, vt eſt illud Geneſis, Spiritus Dei ferebatue ſuper aquas. hoc eſt vẽtus magnos. Sic dicimus; Montes Dei, cedros Dei. ea enim quæ Dei ſunt, magna ſunt. Et quamuis Ariel capiatur pro altari, hîc verò capitur pro ciuitate, quemadmodum in dioinis literis pars pro toto paſſim reperitur. Dicit enim litera, Væ Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid.

Additus eſt annus ad annum, ſolennitates euolutæ ſunt.) Hoc eſt, poſt aliquos annos euoluentur & peribunt ſolenoitates. Nam euerſo templo & capta ciuitate omnis Iudæorũ feſtiuitas periit, & ſacrificia ceſſarunt. Vbi nos habemus: Solemnitates euolutæ ſunt, vertunt quidam ex Hebraico: Dies feſti coertuntur, quod noſtrę fauet expoſitioni.

Circumuallabo Ariel.) Verba ſunt Dei dicentis ſe per Babylonios & poſteà per Romanos eſſe Hieroſolymam oppugnaturum.

Et erit mihi quaſi Ariel. Hoc eſt: Vt cùm victimæ offerũtur, plurima animaliũ corpora iacent circum altare, ſic in obſidione & expugnatione Hieroſolymæ proſtrata erunt innumerabilia Iudæorum cadauera. Quaſi dicat: Erit vrbs veluti altare victimarum, pleoum ſanguine & animalibus interfectis.

Et circundabo quaſi ſphæram in circuitu tuo.) Hoc eſt, figam contra te caſtra vndequaqoe. Hoc impletum eſt tempore Titi & Veſpaſiani, Quemadmodũ Chriſtus Ieſus apud Lucam alloquens
Luc.19. Hieroſolymam iis verbis prædixit: Venient dies ſuper te, & circũdabunt te inimici tui vallo, &c.

De terra loqueris.) Iacens in terra demiſſa & abiecta emittes vocem tuam ſubmiſſam inſtar Pythonis. Quaſi dicat: Eris grauiter afflicta & abiecta.

Et erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantium te.) Id eſt: Erunt hoſtes tui ô Hieroſolyma innumerabiles. Sed non multùm durabunt, ipſi enim quoque peribunt: erúntqoe ſimiles fauillis pertranſeuntibus, paleis & quiſquiliis. Vide quàm fragilibus rebus comparet diuinus vates tyrannos & potentes mundi, pulueri & fauillæ.

Eritque repentè confeſtim.) Significat fore hoc celeriter: Nam verborum geminatio velocitatem ſignificat.

Et erit ſicut ſomnium.) Potentia mundi cũ ſomnio comparatur, quod fallit, & ſtatim traoſit. Innuit iis verbis Romanorum potentiam parùm duraturam. Aſpice aptas & elegantes ſimilitudines. Et ſtatim comparat victorum gloriã voluptati eſutientium & ſitientium, quando ſomniãt ſe comedere & bibere. Quæ voluptas fallax eſt & inanis: excitãtur enim & iouenĩũt ſe fame ac ſiti laborare. Huiuſmodi sũt mũdi deliciæ, opes, voluptates, & honores, qoæ omnia hîc ſomnia
appellantur. De his ait Eccleſiaſticos in hunc *Eccle.34.*
modum: Somnia extollunt inprudentes. Quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum, ſic qui attendit ad viſa mendacia. Hoc ſecundum hoc viſio ſomniorum. Aduerte obſecro & alta meote coosidera: res mundi appellat vmbram, ventum, mendacia viſa ac manifeſta, & ſomnia. Id autem quod ait: Hoc ſecundum hoc viſio ſomniorum, hũc habet ſenſum: Mondi potentia & gloria, quæ eſt viſio ſomniorum, nõ eſt res ſolida & vera, ſed eſt hoc ſecundũ hoc. Id eſt, ſpectrum ad imaginem alterius rei non eſt ſubſtantia, ſed imago & figura. Id voluit ſcriptura
ſignificare in viſione Nabuchodonoſoris, qui *Dan.2.*
mundi gloriã vidit ſed in ſomniis. Quapropter *Pſal.72.*
dicitur in Pſalmo: Velut ſomniũ ſurgentiũ Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilũ rediges. Acſi diceret Pſalmiſta: Tu Domine in gloria tua euertes imaginẽ rerum, quas mortales opinione decepti res ſolidas eſſe exiſtimãt. Oſtẽdes mundi potentiam & opes nihil eſſe, prætee
ſomniũ ſurgentiom, & imaginẽ inanẽ. Et Eſaias *Infrà.56.*
capite quinqoageſimo ſexto mũdi amatores appellat dormientes, ſomnia amantes. Nos igitur relinquamus ſomnia, & veritatem diligamus.

Obſtupeſcite & admiramini, fluctuate & vaccillate, inebriamini & non à vino, mouemini & non ab ebrietate, quoniam
miſcuit vobis Dominus ſpiritũ ſoporis. D
Claudet oculos veſtros, prophetas & principes veſtros, qui vidẽt viſiones operiet. Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, quem cùm dederit ſcienti literas, dicet: lege iſtũ, & reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti literas, dicetúrque ei, lege,
& reſpõdebit: Neſcio literas. Et dixit Do- *Matt.15.a*
minus: Eò quòd appropinquat populus *Mar.7.b*
iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem eius longè eſt à me: Et timuerunt me mandato hominum & doctrinis: Ideò ecce ego addam, & admirationem faciam populo huic miraculo gran-
di & ſtupendo. Peribit enim ſapientia à E
ſapientibus eius, & intellectus prudentiũ
eius abſcondetur. Væ qui profundi eſtis *Abd.1.c*
corde, vt à Domino abſcõdatis conſiliũ,

quorum ſunt in tenebris opera, & dicũt: Quis videt nos?& quis nouit nos?Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio. Quaſi lutum *Eccl. 23.c* contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo, non feciſti me. Et figmentum dicat fictori ſuo:Non intelligis.

Obſtupeſcite & admiramini.) Alloquitur propheta Iudæos,vt ſecum cum magna admiratione cogitẽt quæ ſit cauſa acerbæ afflictionis, quã illis comminatur,& intelligant eſſe ſuam ignorantiam & prauitatem. Prædicit Iudæorum obcæcationem.Poſſunt omnia hęc verba per futurum verti,vt ſit ſenſus : Obtupeſcetis & admirabimini præ magnitudine & acerbitate veſtrarum calamitatum:fluctuabitis & vacillabitis, & & eritis veluti ebrij & amentes.

Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis.) Hoc eſt, intellectus alienationem. Non quòd Deus auferat intellectũ, ſed propter hominum impia ſcelera non dat illis gratiam, nec ſpirituale lumen,vt videant veritatem.Ex quo fit vt incidant in grauiora peccata, & abyſſus abyſſum inuocet. Et ita nullo virtutum ſplẽdore mouen-*ſimile* tur.Vt enim qui viſu omnino carẽt,nec auri colore, nec vllius fulgentiſſimi lapidis ſplendore, nec ipſa ſolis ſplendidiſſima luçe mouentur, ſic illi,qui animi cæcitate laborant,nec virtutis ornamentum excellentémq; pulcbritudinem intuentur,nec ipſius ſolis iuſtitiæ, & diuinæ lucis pulcherrimos & micantiſſimos radios contemplantur.Imò obcæcari, fiunt in dies deteriores. Dicitur igitur Deus mittere in aliquẽ ſpiritum ſoporis,eiúſque oculos claudere,quia ei gratiam non tribuit,cuius luce priuatus peccator tetriora ſcelera concipit & admittit. Non intelligas Deũ eſſę cauſã peccati. Sed dimittit peccatores, *Pſalm. 80.* iuxta id quod ipſe Deus ait in Pſalmo : Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.Vbi vides peccata eſſe ho-*Exod. 10.* minum inuentiones. Ita intelligitur id quod di cit ſcriptura : Indurauit Deus cor Pharaonis, & *Rom.1.* quod ait Apoſtolus in epiſtola ad Romanos,qui poſtquàm numerauit peccatorum flagitia,intulit:Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immũditiam,&c.Et paulò pòſt: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea,quæ non conueniunt.Vbi aſpicis vnum peccatum eſſe pœnam alterius, & peccatorem *ſimile.* ex vno ſcelere in alia tetriora incidere. Vt enim fluuius licet ex paruo fonte naſcatur, recipit tamen crementa aliorum fluuiorum, & quò longius procedit, eò plures fluuios in ſe recipit, & maior fit, donec magno impetu & violẽta inundatione quicquid obiicitur, ſecum rapiat & trahat,ſic vni iniquitati additur altera, & poſtea alia,& quò lõgius dilatatur, maiora recipit ſcelerum incrementa, donec peccator ad immaniſſima flagitia & teterrima facinora progrediatur. Id euenit noſtris temporibus Luthero, qui ex quibuſdã vitiis deuenit ad alia,donec in tantam incidit impietatem & cęcitatem,tam tetras fraudes concepit, tam nefariis ſceleribus ſe cõtaminauit,vt fidem relinqueret, Eccleſiã catholicam & Apoſtolicam contemneret, & ſecum infinitam hominum multitudinem ſuis dolis deceptam ad æterna ſupplicia aſportaret.Illud etiam eſt aduertendum, Deum ideò non dare gratiam aliquibus, quia ipſi nec eam volunt, nec ſe ad eam diſponere ſtudent.

Et erit vobis viſio omniũ ſicut verba libri ſignati.) Hoc eſt, non intelligetis prophetias : erit vobis ſacra ſcriptura clauſa & ſignata. Aduerte : Non dixit viſionem omnium prophetarum ſignatam & occultam fore omnibus legentibus & audientibus. ſed quid ait?Erit vobis, &c. vt Iudæorum infidelium cæcitatẽ ſignificaret, qui quotidie ſacram ſcripturam legunt, eam nunquam intelligentes,de quib. ita ait Apoſtolus ad Corinthios *2.Cor.3.* ſcribens:Vſque in hodiernum diem idipſum velamen in lectione veteris Teſtamẽti manet non reuelatum,quod in Chriſto euacuatur. Sed vſq; in hodiernum diem cùm legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Cùm autem conuerſus fuerit ad Deum, auferetur velamen. Hæc diuus Paulus.De hoc libro,per quem ſacra intelligitur ſcriptura,ſic ait diuus Ioannes in Apocalypſi:Quis eſt dignus aperire librũ,& ſolue *Apoc.5.* re ſignacula eius? Et nemo poterat nec in cœlo, nec in terra, nec ſubtus terram aperire librum, neque videre eum. Et vnus de ſenioribus dixit mihi : Ne fleueris, Ecce vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Et paulò pòſt inquit, leonẽ illum librum aperuiſſe. Leo de tribu Iuda eſt Ieſus Chriſtus Deus noſter, qui, vt ait diuus Lucas, *Luc.24.* aperuit diſcipulis ſuis ſenſum,vt intelligerẽt ſcripturas,& ipſe eas aperuit,earúmque ſenſum doctoribus catholicis & ſanctis reſerauit.Hic eſt liber de quo filius Dei dicit in Pſalmo : In capite *Pſal.39.* libri ſcriptum eſt de me,hoc eſt,in ſumma totius ſacræ ſcripturæ.Hũc librum dicit Ezechiel ſcri-*Ezec.2.* ptum eſſe intus & foris, propter duos ſenſus literalem & ſpiritualem, quod etiam, vt inquit Nazianzenus, fuit ſignificatum in tabulis legis ex vtraque parte conſcriptis.

Et dabitur liber neſcienti literas.) Quaſi dicat, ſi Iudæi,qui literas didicerunt,non intelligẽt ſcripturas,quid facient rudes & indocti?

Eò quòd appropinquat populus iſte ore ſuo,& labiis ſuis glorificat me.) Hoc teſtimonium obiicit Dominus Ieſus Scribis & Phariſæis apud Matthęũ, *Matt.15.* ita dicens : Hypocritæ bene prophetauit de vobis Eſaias dicẽs : Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Sine cauſa autem colunt me docentes doctrinas & mandata hominũ.Vnde colliges hoc caput contra Iudęos eſſe,& euerſionem, quæ hîc prædicitur,intelligi de ea,quæ facta fuit à Romano exercitu, & Teſtamentum vetus eſſe imaginẽ noui, nouum autem eſſe interpretationẽ veteris.Eos autem, qui Deum labiis tantùm honorant, ab eo animum ſeparantes,comparat Chriſtus apud Matthæum *Matt.23.* ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia.Sunt qui non habeant virtutem niſi in labiis, benedicentes, ſed ita animum à virtute ſeuocantes, vt cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Tribuunt Deo linguam,quæ parum valet,cor autem,quo nihil habẽt præſtãtius,tribuũt mundo. Vide ineptam

partitio

partitionem. Sed quid faciet appetitus, ſi ille par
titur, ſi illi tribuunt ædilitatem: Prębeamus Deo
Prou.23. cor noſtrum, qui ait in Prouerbus: Præbe fili mi
cor tuum mihi. Dedit Deus vnicuique noſtrum
clauem vnam, qua cor noſtrum poſſemus clau-
dere & aperire, & alteram ſibi reſeruauit: pręce-
pit nobis, vt cor noſtrum illi præberemus, & illi
Prou.4. ſoli illud aperiremns, dicens in Prouerbiis: Om-
ni cuſtodia ſerua cor tuum. At nos cor noſtrum
à Deo ipſo aſtrahimus, & mundo præbemus.
Tradimns eius clauem mundo, dæmoni, & car-
ni, illud turpibus cogitationibns impléres, nul-
láque cuſtodia obſeruantes. Imò cùm illud de-
beret eſſe mundiſſimum domiciliũ, in quo Deus
habitaret, facimus illud diuerſorium rerum pe-
regrinarum, & ſtabulum iumentorum. Honora-
mus Deum ſolùm lingua, corde autem fugimns
Heb. 10. ab eo. Accedamus ad Deum cum corde vero in
plenitudine fidei, vt ait diuus Paulus. Nàm ſi fue
rimus à Deo auerſi, peribimus. Quemadmodum
Prou. 1. ait Salomon in Prouerbiis: Auerſio paruulorum
Pſal.72. interficiet eos. Et pater eius Dauid: Qui elongãt
ſe Domine à te, peribunt. Quid nobis proderit
Deum labiis honorare, ſi eum fugimus, ſimiles
exiſtentes Hebræis, qui pedibns ibant in terram
promiſſionis, animo autem in Aegyptum reuer-
tebantur? Potius Dens vult animum quàm os, &
magis interiora quàm exteriora requirit. Gloria
enim filiæ regis, hoc eſt animæ, debet eſſe ab in-
Pſal.44. tus, vt dicitur in Pſalmo, & foris etiã in fimbriis
aureis. Sed qui ſolùm foris virtute fulget, intus
verò eſt vitiis maculatus, ſimilis eſt falſę & adul-
terinæ monetæ, quæ præ ſe fert veri nummi inſi-
ſimile. gnia, & auri colorem, cùm eins materia ſit vile
3.Reg.6. orichalcum. Libri tertij Regum capite ſexto, vbi
noſtra verſio habet, Fecitq; in templo feneſtras
obliquas, interpretantur nonnulli feneſtras illas
templi fuiſſe foris latas, intus anguſtas, vt oſten-
deretur templum illud magis diuino & interio-
ri ſplendore illuſtratum eſſe, quàm corporeo lu-
figura. mine, extrinſecus veniente. Nam nos, qui ſumus
templum Dei, magis fulgere debemus interiore
virtute, quàm exteriore apparentia, magis corde
quàm labiis, ne ſimiles ſimus Phariſæis, de qui-
bus hoc in capite Eſaias vaticinatur.

Peribit enim ſapientia à ſapientibus eius.) Hoc eſt,
Iudæi nullam habebunt veram ſcientiam, nec
verum ſcripturarum intellectum. Hunc locum
1.Cor.1. citat Apoſtolus in epiſtola prima ad Corinthios
dicens: Scriprum eſt: Perdam ſapientiam ſapien-
tium, & prudẽtiam prudentiũ reprobabo. Nam
dicit: Peribit ſapientia à ſapientibus, ſed à ſapien
tibus eins, vt ſignificet populi Iudaici ſcientiam
perdendam eſſe. Id noſtris oculis expletum vi-
demus: omnes enim Iudęi infideles in erroribus
apertiſſimis verſantur, & mala pro bonis am-
plectuntur.

Væ qui profundi eſtis corde.) Eos plangit, qui ſe
ſapientes eſſe exiſtimant, qui putãt latere Deum
ſuas cogitationes. Non ſolùm fideles, ſed etiam
infideles crediderunt Deum omnia videre. Vn-
de Aegyptij quando volebant Deum ſignifica-
re, pingebant oculum ſuper ſceptrum, ſignifican
tes Deum eſſe rectum regem omnia intuentem.

Quaſi ſi lutum contra figulum cogitet.) Compa-
rat hominem cum luto. At ſi dicat: Vt figulus
habens lutum in manu fingit vt vult, & poteſt
fictile vas perdere, & ex eodem luto alterũ con-
ficere, ſic Deus, in cuius manu eſtis, vos poterit
facilè perdere & mutare.

Nónne adhuc in modico & in breui F
cõuertetur Libanus in Charmel, & Char
mel in ſaltũ reputabitur? Et audiẽt in die
illa ſurdi verba libri, & de tenebris & ca-
ligine oculi cæcorũ videbunt. Et addent
mites in Domino lætitiã, & paupęres ho-
mines in ſancto Iſrael exultabũt, quoniã
deficit qui præualebat, conſummatus eſt
illuſor, & ſucciſi ſunt omnes qui vigila-
bãt ſuper iniquitatem, qui peccare facie-
bant homines in verbo, & arguentem in
porta ſupplantabãt, & declinauerũt fru-
ſtra à iuſto. Propter hoc hæc dicit Domi-
nus ad domum Iacob, qui redemit Abra- G
ham: Non modò confundetur Iacob, nec
modò vultus eius erubeſcet, ſed cùm vi-
derit filios ſuos opera manuum mearum
in medio ſui ſanctificantes nomẽ meum,
& ſanctificabũt ſanctum Iacob, & Deum
Iſrael prædicabunt, & ſcient errantes ſpi-
ritu intellectum, & muſſitatores diſcent
Legem.

Nónne adhuc in modico & in breui.) Pręducit co-
gnitionem Dei verámque religionem conuer-
tendam eſſe à Iudæis ad Gentes. Libanus ſonat
dealbationem, per quam populus Gentinm in-
telligitur, qui fuit aquis baptiſmi ablutus. Hic
conuerſus eſt in Charmel, hoc eſt, in populum
Dei. ſonat enim Charmel cognitionem circun-
ciſionis, per quam populus, qui anteà Deum co-
lebat, ſignificatur, hoc eſt, Iudaicus, qui conuer-
ſus eſt non in pomarium, ſed in ſaltum, in arbo-
res ſteriles, quę non laudant cum lignis fructife-
ris Deum noſtrum.

Et audient in die illa.) Hoc eſt, tempore gratiæ
ſurdi, id eſt Gentes, quæ anteà verbum Dei non
audiebant, illud audient. Et qui anteà animi cæ-
citate laborabãt, oculos aperient, & veritatẽ aſ-
picient. Tunc lætabuntur mites audientes: Bea- Matt.5.
ti mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram: &
exultabunt pauperes audientes illud: Beati
pauperes Spiritu, quoniam ipſorum eſt regnum
cœlorum.

Quoniam defecit qui præualebat.) Hoc eſt, dia-
bolus, de quo Chriſtus, qui eũ vicit, ſic ait apud
Lucam. Cùm fortis armatus cuſtodit atriũ ſuũ, Luc.11.
in pace ſunt ea, quæ poſſidet. Si autem fortior eo
ſuperueniẽs vicerit eum, vniuerſa arma eius au-
feret, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtri-
buet. Chriſtus eſt qui arma diaboli abſtulit,
eiúſque ſpolia diſtribuit. Hunc diabolum appel-
lat hoc in loco Eſaias illuſorem, quoniam dolis
ſuis homines illudit & fallit.

*Et ſucciſi ſunt omnes qui vigilabant ſuper iniqui-
tatem.*) Hoc eſt dæmones. Poteſt intelligi de ho-
minibus nefariis, qui moribus peſtilentibus
alios incitant ad vitia ſectanda.

Et arguentem in porta ſupplantabant.) Hoc eſt, iudicem decipiebant. Solebant enim quondam iudices in portis ciuitatis delinquentes arguere, & iudicia exercere. Et declinauerũt fruſtra à iuſto. hoc eſt, & iudicem fecerunt ſine cauſa à iuſtitia declinare. Vel ſic, & melius meo quidem iudicio: Peribũt & in æternas tenebras relegabuntur, qui moliuntur perniciem eis, qui ſcelera publice reprehendunt. Supplantare arguentem in porta eſt concionatores verbi Dei affligere, ne veritatem dicant. Sunt enim multi homines vitiis dediti, qui veros Dei concionatores lacerant & vexant, eóſque volunt à iuſtitia & veritate ſe-
Amos 5. parare. De iis ait ita Amos: Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati ſunt. Corripere in porta eſt publicè reprehendere.

Qui redemit Abraham.) Qui nempe Dominus Abrahamum eripuit à Chaldæis, & à cęteris hominibus flagitioſis.

Non modo confundetur Iacob.) Tẽpore, ait Deus, quo Eſaias hanc Prophetiam ſcribit, non confundetur Iudæorum populus, ſed confundetur poſteà, cùm filium meũ mundi ſeruatorem non receperit, cùm ſanctos Apoſtolos, qui erũt opera manuum mearum viderit oculis ſuis nomen meum ſanctificantes, & euidentia miracula facientes. Tunc enim Gentes, quæ anteà errabant ſpiritu, intelligent veritatem, & muſſitatores & ſuſurrones diſcent Euangelium, & vitia ac falſos deos repudiabunt.

Sanctificabunt ſanctum Iacob.) Iacob eſt genitiui caſus. Hoc eſt, eum qui dedit ſanctitatem domui Iacob, qui populum Hebræorum docuit religionem, verúmq; Dei cultum, ſanctum eſſe oſtendent & laudibus efferent.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT XXIX.

Fluctuate & vacillate.) In Hebræo eſt in hunc modum השתעשעו ושעו hiſtaaſu vaſoau, à verbo שעע. Vnde poteſt verti: Excæcabuntur, & alios excæcabũt. Verbum enim hoc præter alias ſignificationes obcæcare ſignificat. Quod Iudæorum infidelibus magiſtris dicitur, quos in præſenti Eſaias alloquitur. Non enim ſolùm ipſi in erroribus verſantur, ſed alios etiã decipiunt, & ad eoſdem errores adducunt.

Laſſus adhuc ſitit & anima eius vacua eſt.) Pro vacua eſt, eſt in Hebraico שקקה ſokekah, à verbo שקק, quod præter alia ſignificat concupiſcere, & feruere. Vnde Pagninus vertit: Et anima eius appetit. Pro quo poteris transferre: Et deſiderium eius adhuc feruet. Ex quibus colliges animam res mundi concupiſcentem, earúmque deſiderio æſtuantem, vacuam eſſe, & inanem. Et ſic quantò anima eſt concupiſcentiis plenior, tantò eſt inanior. Solus Deus animam noſtram implet, qui eam ſatiare poteſt.

Argumentum capitis XXX.

Minatur diuinus vates interitum æternum Iudæis, qui euerſa Hieroſolyma ad Aegyptum confugerunt, cæteriſque hominibus, qui contempto Deo, & diuinis monitis pro nihilo habitis, humana ſolum quærunt præſidia, qui fallacis ſpei ſpecie decepti in perpetua ignominia & ſcelere volutantur. Hortatur mortales ad illas opes comparandas, quæ animum amplificant, & diuitem faciunt, ex quibus intellexerunt poſſe veram dignitatem effloreſcere & redundare. Prædicit vltimum iudicium, & deſcribit infernum.

CAPVT XXX.

VAe filij deſertores, dicit Do- A
minus, vt faceretis conſiliũ, &
non ex me: & ordiremini telã
& non per ſpiritum meum, vt
adderetis peccatum ſuper peccatum, qui
ambulatis vt deſcẽdatis in Aegyptum, &
os meum non interrogaſtis, ſperãtes au-
xiliũ in fortitudine Pharaonis, & haben-
tes fiduciã in vmbra Aegypti. Et erit vo-
bis fortitudo Pharaonis in confuſionem,
& fiducia vmbræ Aegypti in ignominiã.
Erant enim in Taphnis principes tui, &
nuncij tui vſque ad Hanes peruenerunt.
Omnes confuſi ſunt ſuper populo, qui eis
prodeſſe non potuit. Non fuerunt in au-
xilium, & in aliquam vtilitatem, ſed in
confuſionem & in opprobrium. Onus iu- B
mentorum auſtri. In terra tribulationis
& anguſtiæ leæna & leo, ex eis vipera &
regulus volans, portantes ſuper humeros
iumẽtorũ diuitias ſuas, & ſuper gibbum
camelorũ theſauros ſuos, ad populũ qui
eis prodeſſe non poterit. Aegyptus enim
fruſtra & vanè auxiliabitur. Ideò clamaui
ſuper hoc: ſuperbia tantum eſt, quieſce.
Nunc ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum, &
in libro diligẽter exara illud, & erit in die
nouiſsimo in teſtimonium vſque in ęter-
num. Populus enim ad iracundiã prouo-
cãs eſt, & filij mendaces, filij nolentes au-
dire legem Dei. Qui dicunt videntibus,
nolite videre: & aſpicientibus, nolite aſpi
cere nobis ea, quæ recta ſunt. Loquimini
nobis placentia, videte nobis errores, au-
ferte à me viã, declinate à me ſemitam,
ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Pro- C
pterea hæc dicit ſanctus Iſrael: Pro eo
quod reprobaſtis verbũ hoc, & ſperaſtis
in calumnia & in tumultu, & innixi eſtis
ſuper eo, propterea erit vobis iniquitas
hæc ſicut interruptio cadens & requiſita
in muro excelſo.

EXPLANATIO.

Væ filij deſertores.) Filios deſertores appellat Deus eos, qui eo contẽpto ad humana remedia

confu

cõfugiunt. Aſpicis hîc quàm grauiter delinquãt ij, qui in periculis, in ærumnis, & neceſſitatibus Deum non conſulunt, nec ad ipſum cõfugiunt, ſed in hominibus totam ſpem ſuam ac fiduciam reponunt. Vult Deus vt in ipſo ſpei noſtræ ancoram conſtanter figamus.

Ordiremini telam & non per ſpiritum meum.) Humanum conſilium Dei voluntati repugnans appellat Deus telam, quam homines ordiuntur, quæ quoniam ſolùm humano ingenio nititur, quamuis multo tempore cõficiatur, vna tamen hora facilè rumpitur & ſcinditur. Ordiris quandam telam, vnum filum figis in India, alterum in Luſitania, aliud in Italia, alia alia in locis. Cùm autem exiſtimas rem magnam confeciſſe, venit mors, & ſcindit omnia tuæ ſpei fila, & totam telam breui temporis ſpatio rumpit & perdit. Et priuſquam mors veniat, mundus ipſe omnia euertit & labefactat. Vt qui falſorum honorum humanarúmque diuitiarum telam orſus fueras, in perpetua ignominia verſeris, nec deſinas miſeram illam cõmutationem tam celerem & tam variã deplorare. Eam ob cauſam ſapientiſſimus ille Propheta & illuſtriſſimus rex hominum vitam cum araneæ tela cõparabat, quæ in aere pendet, & facilè ſcinditur, & in terram proiicitur, & pedibus conculcatur. Ita enim ait:
Pſal.89. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. Ac ſi diceret: Nos in annis noſtris meditamur & exercemur veluti araneus telam ſuã cõficiens. Quibus verbis ſignificat, pleróſque mortales incredibili labore & ſolicitudine vitam trãſigere, qui vt opus ſuũ perficiant, ſe euiſcerant & cruciant, cùm opus ſit fragiliſſimum. Comparat itaque hoc in loco Eſaias ſpem & conſilium iniqui ho-
Suprà 59. minis cum tela, quemadmodum ait capite quin-
Iob 8. quageſimonono: Telas araneæ texuerũt. Et Iob de iniquo homine ait: Aranearum tela fiducia eius.

Gen.1. *Qui ambulatis vt deſcendatis in Aegyptum.*) Piſces & aues produxit Deus ex aquis, vt literæ diuinæ teſtãtur. At in hoſtibus ſuis fugiendis piſces deſcendũt ad imas profunditates, aues verò aſcen-
Simile. dunt ad aeris altitudinem. Vide diuerſitatem rerum ab vno ac eodem elemento productarum. Quædam deſcendunt, quædam verò in altum ferũtur, ſic homines ex eadem terra formati alij ad afflictiones declinandas cõfugiunt ad mundi præſidium, humana cõquirentes, alij alta petunt, mundíque auxilium non curantes, in Deo vero ſpem omnem ſuam conſtituunt. Quorum
Pſal.90. quidam dicebat: Quoniam tu es Domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Itaque quidã deſcendunt vt piſces piſcatorem fugientes, quidã verò altiori animo præditi aſcendunt vt aues, aucupis inſidias declinantes. Mundi cultores quærunt mundi præſidium, & in amaris ac turbulentis aquis tanquam piſces vitiorum voragines appetunt, vnde ad imas & profundiſſimas inferorum tenebras deſcendũt, pij autem viri auibus comparati ſe a terra eleuant, ne capiantur viſco, & aliorum animalium fiant præda, & in ſublime volãt, vnde ad ſuperas ac ſempiternas oras feruntur. Hos, qui in afflictionibus & calamitatibus terram ſolùm intuentur, & in hominum adiumentis ſolùm ſpem omnem ponunt rerum ſuarum, alloquitur in præſenti noſter vates dicens: Qui ambulatis vt deſcendatis in Aegyptum. Cæterùm hoc in loco prædicit Eſaias hiſtoriam, quam poſteà Ieremias literis mandauit, inter quem & Eſaiam multi anni interfluxerunt. Eſt igitur hiſtoria hæc. Euerſa Hieroſolyma à Babylonis præpoſitus eſt iis, qui in Iudæa remanſerant, Godolias. Quo doloſè interfecto timuerunt Iudæi regem Babylonis, & interrogauerunt Ieremiam quid facerent: Quibus Ieremias reſpondit, vt quieſcerent, & in terra manerent. Nam ſi in Aegyptum deſcenderent, ſcirent ſe eſſe interficiendos. At Iudæi timentes ne Chaldæi venirent, eóſque occiderent, aut in Chaldæam transferrent, noluerunt credere vaticinio Ieremiæ, imò verbis Dei, qui per Ieremiam loquebatur, & ingreſſi ſunt Aegyptum, vbi perierunt. Habes hanc hiſtoriam capite quadrageſimoprimo Ieremiæ, & quadrage- *Ierem.41.*
ſimoſecundo, & quadrageſimotertio. Eam ob *42. & 43.*
cauſam hîc ab Eſaia appellantur filij deſertores, & præuaricatores, qui derelicto diuino conſilio, quod acceperant à Ieremia, ſuum appetitum ſecuti ſunt, & orſi ſunt telam non per Spiritum Dei, qui eis in ore diuini vatis ſonabat, ſed ſuis antiquis ſceleribus hanc inobedientiam & contemptionem addiderunt, vt in Aegyptum deſcenderent. Sunt qui hanc vaticinationem cõtra decẽ tribus in Samaria ſcriptam eſſe exiſtiment, quæ ab Aegyptiis auxilia poſtulantes captæ ſunt ab Aſſyriis. Cæterùm illud eſt hoc in loco aduertendum, non dixiſſe Eſaiam: Vt eatis in Aegyptum, ſed vt deſcẽdatis. Aegyptus enim mundus eſt, ad quem ire eſt deſcendere, & à quo fugere eſt in ſublime efferri. Ideò commemorant *Gen.26.*
diuinæ literæ prohibuiſſe Deum Iſaac ne deſcenderet in Aegyptum.

Et os meum non interrogaſtis.) Hoc eſt, me non conſuluiſtis. Septuaginta habent: Et me non interrogaſtis. Eam ob cauſam Iudæi grauiter errauerunt, quia non poſtularunt à Domino, vt eos doceret quid facere deberent, ſed proprio iudicio innixi in Aegyptum deſcenderent. In *Ioſue.9.*
libro Ioſue capite nono refert ſcriptura Hebræos fuiſſe deceptos à Gabaonitis, & os Domini non interrogaſſe. Ideò in errorem inciderunt, quia à Domino Deo conſilium non poſtularunt. Qui præſulem electuri ſunt, interrogent os Domini, eúmque conſtituant, quem Deus eos docuerit, iuxta id quod dicitur in Deuteronomio: Eum conſtitues, quem Domi- *Deut.7.*
nus Deus tuus elegerit. Vnde Sancti Apoſtoli volentes eligere vnum loco Iudæ Deum orauerunt, & orantes dixerunt: Tu Domine qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum, vt narrat in Actis diuus Lucas. *Act.1.*
Vel ſic: Os meum, hoc eſt Prophetam, non interrogaſtis. Propheta enim os Domini appellatur, iuxta id quod Propheta dicit in Pſalmo: *Pſal.44.*
Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis, hoc eſt, Dei qui loquitur per os meum. Et noſter Eſaias capite trigeſimoquarto. Quod ex *Infrà 34.*
ore meo procedit, inquit, ille mandauit, nimirum Deus. Si hoc quod in præſenti Propheta ait de decem tribubus in Samaria habitantibus intelligitur, facilis eſt interpretatio. Sed ſi

de duabus tribobus Hieroſolymæ commorantibus intelligi dicamus, tunc occurrit quæſtio non facilis. Quomodo enim cohærebunt vaticinia Eſaiæ & Ieremię, cùm Eſaias dicat Hebræos non quæſiuiſſe à Deo conſilium, nec os eius interrogaſſe: Ieremias autem aſſerat, eos ab ipſo Ieremia conſilium poſtulaſſe, Deúmque; qui in Ieremia loquebatur, conſuluiſſe? Huic dubitationi poſſumus reſpondere, idem eſſe non petere conſilium ac datum contemnere. Nolebant Iudæi inſtrui Ieremiæ conſilio, neç illud ab eo ex animo petierunt: decreuerant enim ſe in Aegyptum cõferre, ſed eum interrogarũt, vt poſſent, quid ipſe ſentiret, explorare.

Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti.) Aſpicis quantum noceat confidere in fortitudine & auxilio principũ terræ, & in fauore humano contempto diuino. Aduerte, hominum fauores, opes, & potentiam vmbrã Aegypti appellari. Vt enim nihil eſt fugacius vmbra, nihil inconſtantius: ſic res humanæ nihil habent ſoliditatis, nihil perpetuitatis, nihil firmitudinis. Cur igitur quæris, & ardenter concupiſcis res mobiliſſimas, meras vmbras, quæ tibi pariant confuſionem & ignominiam? *ſimile.* Si quidam homo ardenti ſiti æſtuaret, & relicto pulchro fonte emittenti fiſtulis aureis abundantiam gelidarum & excellentium aquarum, ad fontis & aquarum vmbram ſe cõuerteret, eámque amplecteretur, vt ex ea biberet, & ſitim ſedaret, nónne amens & ſtolidus cenſeretur? *ſimile.* Quis dubitat? Quemadmodum ſi fame laborãs, pulchra poma in arbore pendentia cõtemneret, ad eorúmq; fallacem vmbrã confugeret. Quantò igitur amentior & inſanior iudicandus eſt ille, qui relicto vero Deo, qui eſt ſumma illa ac ſempiterna ſubſtantia, quæ ſola ſatiare poteſt, inquirit mundi potentiam, fauorem, & diuitias, fugaces vmbras nullam animi famem nec ſitim extinguentes, in illíſque totam mẽtem curam & cogitationem figit & collocat? Quæramus igitur
Ierem.17. Deum toto animo, humanóque auxilio nequaquam fidamus. Maledictus enim vir, vt ait Iere-
Pſal.145. mias, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Id intelligens Dauid dicebat in Pſalmo: Nolite confidere in principibus, in filijs hominũ, in quibus non eſt ſalus. Id experti ſunt Iudæi, qui Deo contempto Pharaonis auxilio nitebantur. Venit enim Nabuchodonoſor in Iudæam, cùm audiuit mortuum eſſe Godoliam, deſcendítque in Aegyptum, quam expugnauit, & Iudæos, qui ibi erãt, interfecit, & ita eos fefellit ſpes ſua. Nam vbi vitam & ſecuritatem inuenire putabant, ibi acerbiſſimam mortem, & turbulentiſſimam tempeſtatem inuenerunt. Tales ſunt omnes, qui relicta terra promiſſionis, relicta religione, ad Aegyptum & Pharaonem, hoc eſt ad mundum, & diabolum confugiunt, & neglecto ſpiritu carni obtemperant.

In Taphnis.) Taphnis & Hanis ſunt duæ ciuitates celebres in Aegypto. Sunt tamen qui dicant Hanem eſſe vltra Aegyptum.

Onus iumentorum auſtri.) Id eſt, dura Prophetia aduerſus Iudæos, qui in auſtrali parte ſiti erant eremo confines, qui Ieremiæ non credentes in Aegyptum deſcenderunt. Hos vocat iumenta, iuxta id quod dicitur in Pſalmo: Homo cùm in *Pſal.48.* honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Poteſt hoc ſic explanari: Sequitur Prophetia, quæ loquitur de beſtijs, quæ vagantur in auſtrali parte, hoc eſt, in eremo, & itinere, quo ex Iudæa itur ad Aegyptum, in quas incident Iudæi ad Aegyptum deſcendentes.

In terra tribulationis & anguſtia leana & leo, ex eis vipera & regulus volans.) In vaſta illa ſolitudine, qua Iudæi ibant ad Aegyptum, erant immanes beluæ, leones & leænæ, & ex illis locis egrediebatur vipera, & regulus volans, hoc eſt, ſerpens ignitus, qui ſaltu & volatu irruebat in Iudæos ferentes diuitias ſuas ſuper humeros iumentorũ, quando ſe in Aegyptum conferebant. Hæ ſunt beſtiæ de quibus dixerat: Onus iumentorum auſtri. Sunt qui per leonem & leænam intelligant ipſos Iudęos, quos appellauerat Propheta paulò antè iumenta auſtri. Eſt igitur ſenſus: In eremo illius regionis auſtralis erunt Iudæi euntes in Aegytum, ex quibus Iudæis generati, ſunt illi, quibus poſteà Ioannes Baptiſta di- *Matt.3.b*
cebat: Progenies viperarũ quis demõſtrauit vobis fugere à vẽtura ira? Nec eſt nouũ populũ Iudæorum leonẽ & leænã appellari, cùm in libro
Numerorũ ita dicat Balaam: Ecce populus vt *Num.23.*
leæna conſurget, & quaſi leo erigetur. Qua de
re poteris videre Ezechielem cap. 19. & Sopho- *Ezech.19.*
niam tertio. *Sopho.3.*

Ideò clamaui ſuper hoc, ſuperbia tantùm eſt, quieſce.) Cùm ego mente aſpiciam Aegyptum non poſſe populo Iudaico opem ferre, clamo illi, vt quieſcat, ne ad Aegyptum deſcendat. Nam Aegyptus ſuperbia mera eſt, inflatur enim non habens vires.

Nũc ingreſſus ſcribe eis ſuper buxum.) Verba ſunt Dei. Tu ô Eſaia ingredere ad Iudæos, & ſcribe illis in tabulis buxi ligni ſolidi & durabilis ſui excidij vaticinationem, vt ſit in perpetuum teſtimoniũ. Eſt autẽ buxus arbor perpetua coma virens, habens folia inſtar myrti, & lignum firmum longóque tempore permanens.

Qui dicunt videntibus, nolite videre.) Per videntes intelliguntur Prophetæ, vt poteris videre
primo Regum cap. 9. & 2. Paralipomenon 16. *1.Reg.9.*
Qua de re alibi diſſeruimus. Dicebant Iudæi *2.Par.16.*
Prophetis, ne illis recta, ſed iocunda vaticinarentur: ideò ſubdit ea, quæ ſequuntur.

Loquimini nobis placentia.) Loquimini ea, quæ nobis placere ſenſeritis, & vaticinamini nobis falſa. Aſpice perditiſſimorũ hominũ corruptelã & cæcitatẽ. Talis erat Achab, qui interroganti Ioſaphat vtrũ eſſet aliquis propheta Domini, qui
veritatẽ prædiceret, hæc verba reſpõdit: Reman- *3.Reg.22.*
ſit vir vnus, per quẽ poſſumus interrogare Dominũ, ſed ego odi eũ, quia nõ prophetat mihi bonũ, ſed malũ. Et paulò pòſt refert ſcriptura eundem regẽ iratũ vaticinio Prophetæ eũ in carcerẽ cõieciſſe, vbi pane afflictionis, & aqua anguſtiæ
ſuſtentaretur. Et Aſa alium Prophetam illi veri- *2.Para.16.*
tatẽ dicentẽ in carcerem relegauit. Vtinã hodie nemo eſſet qui veritatẽ audire refugeret. At videtur hoc eſſe tempus illud, de quo dicebat
diuus Paulus in epiſtola ad Timotheum: Erit *2.Tim.4.*
enim tẽpus, cùm ſanã doctrinã non ſuſtinebunt,

ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus,& à veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autẽ conuertentur. Hi con- *ſimile.* cionatores ſunt ſimiles vexillo in ſummitate mali nauis conſtituto , quod cũ vento mouetur & mutatur. Sic illi auditorũ voluntatẽ ſequuntur,præſertim principũ,& eò tendunt,quò principes propẽſi ſunt. Vt enim heliotropium herba circũagitur cũ ſole , ſic illi cũ principũ volũtate. *ſimile.*

Auferte à me viam.) Relinquite hanc viam vaticinandi,declinate à ſemita,qua ambulatis. Ne nominetis nobis ſanctum Iſraelis.

Propterea erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio cadens.) Id eſt , Vt pars muri minans ruinam repente cadit,& ſecum magnam muri partem trahit,ſic iniquitas veſtra & fiducia,quam in hominibus ponitis,erit in cauſa,vt vos breui ruatis.

Quoniã ſubitò dũ non ſperatur veniet
contritio eius, & cõminuetur,ſicut cõte-
ritur lagena figuli contritione perualida,
& nõ inuenietur de fragmẽtis eius teſta,
in qua portetur igniculus de incẽdio, aut
hauriatur parũ aquæ de fouea , quia hæc
D dicit Dominus Deus Iſrael. Si reuerta-
mini & quieſcatis,ſalui eritis. In ſilentio
& ſpe erit fortitudo veſtra.Et noluiſtis,&
dixiſtis:Nequaquam,ſed ad equos fugie-
mus.Ideò fugietis.Et ſuper veloces aſcẽ-
demus. Ideò velociores erunt,qui perſe-
quẽtur vos. Mille homines à facie terro-
ris vnius , & à facie terroris quinque , fu-
gietis , donec relinquamini quaſi malus
nauis in vertice montis,& quaſi ſignũ ſu-
per collẽ. Propterea expectat Dominus,
vt miſereatur veſtri , & ideò exaltabitur
parcẽs vobis,quia Deus iudicij Dominus.
Beati omnes qui expectãt eum. Populus
enim Sion habitabit in Hieruſalẽ. Plorãs
nequaquã plorabis , miſerãs miſerebitur
tui. Ad vocẽ clamoris tui ſtatim vt audie-
E rit,reſpõdebit tibi.Et dabit tibi Dominus
panẽ arctũ, & aquam breuẽ,& non faciet
auolare à te vltra doctorem tuũ, & erunt
oculi tui vidẽtes præceptorẽ tuũ,& aures
tuæ audient verbũ poſt tergũ monentis.
Hæc eſt via, ambulate in ea, & nõ decli-
netis nec ad dexterã neque ad ſiniſtrã.Et
contaminabis laminas ſculptiliũ argenti
tui, & veſtimentum cõflatilis auri tui , &
diſperges ea, ſicut immũditiã mẽſtruatæ.
F Egredere dices ei. Et dabitur pluuia ſe-
mini tuo, vbicũque ſeminaueris in terra,
& panis frugum terræ erit vberrimus &
pinguis.Paſcetur in poſſeſsione tua in die
illo agnus ſpatioſè, & tauri tui , & pulli
aſinorũ, qui operantur terrã cõmiſtũ mi-
gma comedẽt, ſicut in area ventilatũ eſt.

Quoniã ſubitò dum non ſperatur.)Deſcribit pœnam cõtemnentiũ verbũ Dei,& ſperantiũ in humano auxilio. Sẽſus eſt:Ita cõteremini,ſicut hydria figuli , quãdo in minuta fruſta cõminuitur.

Si reuertamini.)Nempe à voluntate veſtra , & quieſcatis in terra promiſſionis,non peribitis.

In ſilẽtio & ſpe erit fortitudo veſtra.)Vide in quo ſit iuſtorũ fortitudo,in trãquillitate & fiducia in Deo ex animi puritate & charitate perfecta. In Pſalmo 36. vbi communis verſio habet: Subditus eſto Domino,& ora eũ,habent alij: Sile Domino,& expecta eũ.Ita enim poteſt verti ex Hebraico. Acſi diceret: Eſto animo trãquillo, Deóque obedienti,& pone totam tuam ſpem in Domino,& ſaluus eris. *Pſal.36.*

Et ſuper veloces aſcendemus.) Nos, dicebant Iudæi,aſcẽdemus ſuper equos celeres,vt poſſimus in Aegyptum fugere. Quibus Deus ait hoc illis non eſſe profuturum : imò eam ob cauſam fore Babylonios velociores.

Donec relinquamini quaſi malus nauis in vertice montis.) Quando nauis aliqua frangitur in mari, & ad rupẽ in alto abſconditã alliditur, tunc eleuatur malus nauis ab illis nautis , qui euaſerunt, ibi in terra in aliquo monte,vt eũ vidẽtes ij , qui poſteà ea parte nauigauerint , intelligãt eſſe illic rupem in mari abſconditã,aut periculũ aliud,& caueant.Sic vos ó Iudæi peribitis in Aegypto,& à Babyloniis interficiemini. Seruabuntur tamen nonnulli pauci , qui erunt velut ſignũ nauis fractæ,hoc eſt,populi euerſi,vt deinceps cæteri homines tale ſignũ aſpicientes , declinent veſtram ſuperbiã & inobedientiã,in Deóq; fidãt,nec velint in ſolo humano præſidio ſpẽ ſuã collocare.

Propterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri.) Fuerunt Iudæi captiui : ſed non ſtatim perdidit eos Deus,ſed expectauit , vt eorum miſereretur. Nam poſteà tempore Cyri reuerſi ſunt à Babylone in terram ſuam.

Populus enim Sion habitabit in Hieruſalẽ.) Iudæi poſt Babylonis captiuitatem reuertentur Hieroſolymam,vbi habitabunt. Et tu popule Iudaice qui in captiuitate lachrymas fundes, recipe animum,quia veniet tempus , quãdo non plorabis.

Et dabit tibi panẽ arctum & aquã breuem.)Dabit tibi Deus id,quod tu petieris. Non petes autem rerum ſuperabundantiã & vanitates , ſed neceſſarium & honeſtum alimentum.

Et contaminabis laminas ſculptilium,&c.) Comminues idola tua argentea & aurea, & vſq; adeò ea immunda iudicabis, vt cũ menſtruo mulieris immundæ ea cõpares. Et dices idolo tuo: Egredere de templo. Et tunc dabit tibi Deus magnã bonorum copiam & abundantiam.

Et commiſtum migma comedent, ſicut in area ventilatum eſt.) Tanta erit frugum copia , vt iumẽta comedãt migma ſine paleis , repurgatum & purum,ſicut in area mundatũ eſt,quod migma anteà ſolebant miſtũ cum palea comedere. Migma eſt pabulum iumentorum,quod nonnulli auenã vocant,alij farraginem. Cæterùm totum hoc ab illo loco : Populus Siõ habitabit in Hieruſalem, vſque ad finem capitis , poteſt referri ad Chriſti aduẽtum. Tunc enim liberatus eſt populus, qui per peccatum fuerat captiuus,& habitauit Hieroſolymæ,hoc eſt,in eccleſia,quæ eſt viſio pacis, quam Chriſtus ſuis reliquit. Et id quod dicitur, plorans nequaquam plorabis , hunc habet ſen-

ſum: Quamuis affligatis ô Chriſtiane, & pro Chriſto crucieris, piaſque lachrymas fundas, intus tamen in Spiritu ſenties diuinam quandam conſolationem, & pro lachrymis vitã æternam (Matt.5.) conſequeris, iuxta illam Chriſti ſententiã: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Et ita plorans foris, intus non plorabis. Et plorans in hac vita, in altera gaudebis. Vbi vides non promittere Deum daturum ſuis dilectis mundi voluptates, ſed lachrymas & afflictiones. Ideò ſequitur: Et dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem, quia ſuis dilectis tribuit Deus paupertatem: qua cœleſtes diuitias conſequantur. (Matt.5.) Beati enim ſunt pauperes Spiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorũ. Et id quod Chriſtus promittit daturum ſe in aduentu ſuo frugum abundantiã, intelligitur de ſpirituali alimento, quod Chriſtus ſuis tribuit abundanter. Cætera, quæ in hoc capite continentur, ſpiritualem habent intellectum.

Et erunt ſuper omnẽ montem excelſum, & ſuper omnem collem eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorũ, cùm ceciderint turres. Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuorans. Spiritus eius velut torrens inundans vſque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frenum erroris, quod erat in maxillis populorum. Canticum erit vobis, ſicut vox ſanctificatæ ſolennitatis, & lætitia cordis ſicut qui pergit cum tibia, vt intret in montẽ Domini (G) ad fortem Iſrael. Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorẽ brachij ſui oſtendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis. Allidet in turbine & in lapide grandinis. A voce enim Domini pauebit Aſſur virga percuſſus, & erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eũ, & tympanis & citharis in bellis præcipuis expugnabit eos. Præparata eſt enim ab heri Tophet à rege præparata, profunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.

Et erunt ſuper omnem montem excelſum.) Hoc referũt nonnulli ad tempus poſt captiuitatem Babylonicã, quando Iudæi fuerunt in Iudæam reuerſi. Et per diem interfectionis cùm ceciderint turres, intelligunt euerſionẽ Babylonis per Cyrum. Alij exiſtimant hoc referendum eſſe ad victoriã, quã Iudæi de Sennacheribo reportarunt, & ad cladem illam admirabilẽ, quæ fuit in exercitu Aſſyriorũ. Per turres fortes intelligunt Sennacheribum, cæteróſque principes & magnates. Et tunc erit ſenſus: Cùm tibi Deus victoriã tribuerit, dabit tibi omnium frugum tam vberem copiam, vt montiũ vertices, qui ſolent eſſe aridi & infrugiferi, ſint præ copia pluuiæ feraces. Poteſt totũ hoc, vt dixi, ad Chriſti aduentũ referri: & tũc per aquas intelligitur gratia, & dona Spiritus ſancti, quorum vt abundantiã ſignificaret, dixit non ſolùm aquã eſſe in vallibus, ſed etiam in montibus & collibus. Per diem interfectionis multorum, cùm ceciderint turres, intelligitur euerſio Hieroſolymæ per Titum, quo tempore feruor charitatis Chriſtianorum vigebat.

Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis.) Hoc eſt, magna erit illo tempore lætitia. Tũc enim Iſraelitis lux ſplendidiſſima fulgebit. Vſque adeò erit admirabile gaudium, vt cœleſtia corpora gaudere & gratulari videantur.

In die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui.) Cùm Chriſtus hominũ vulnera curauerit. Ille enim eſt Samaritanus ille, qui hominẽ ſaucium, qui à Hieruſalem deſcenderat in Iericho, & in manus latronũ inciderat, curauit. (Luc.10.) Sunt qui hoc referunt ad cœleſtem Hieroſolymam, vbi nullus erit dolor, & illud de claritate ſolis & lunæ, dicunt futurum eſſe poſt finem mundi. Iudæi hoc referunt ad corpoream liberationẽ à Chaldæis, aut à Sennacheribo.

Ecce nomen Domini venit de longinquo.) Hoc eſt, de Perſia & Media. Inde enim venerunt Darius & Cyrus, qui Babylonem euerterunt, & Iudæos in libertatem priſtinam reuocarunt. Vel ſic: Ecce Dominus veniet de cœlo, vt occidat exercitũ Sennacheribi. Id eſt, mittet angelum ſuum, qui exercitũ euertat. Poteſt hoc ita explanari: Ecce Dominus Deus veniet poſt multum temporis: Aſſumet humanã carnem, & euertet ſceleratos: Eius aduentu peribunt peccatores, hoc eſt, deſinent eſſe peccatores, & iuſtificabuntur. Peribunt nõ quatenus homines, ſed quatenus peccatores. Ita intelligitur id quod dicitur in Pſalmo: (Pſal.9.) Increpaſti Gẽtes, & periit impius. Acſi dicat: Tu Domine per te, & per Apoſtolos tuos increpaſti peccatores idola colentes, & perierunt eorum peccata, ita vt iã non appellentur idololatræ, ſed Chriſtiani. Quod volẽs Propheta explicare ſubiungit: Et nomen eorum deleſti in æternum, & in ſeculum ſeculi. Poteſt hic Eſaiæ locus exponi de aduentu Chriſti ad iudicium.

Et ſpiritus eius velut torrens inundans vſque ad medium colli.) Comparat iram Dei torrenti inundanti magno impetu, & iam ad guttur accedẽti. Poteris per ſpiritum Dei intelligere angelum, quem Deus miſit, vt Aſſyrios perderet.

Et frenum erroris quod erat in maxillis populorũ.) Perdet Deus dominium & principatum tyrannorum, non quo ipſi regunt, ſed quo ſubiectos attrahunt ad perniciem. Huiuſmodi ſunt principes & præſules, qui blãditiis aut minis cõtendũt, vt ſibi in rebus iniuſtis diuinæq; legi repugnantibus obediant ſubditi. Talis principatus appellatur hîc frenũ erroris. Nõ enim debet ſubditus in iis rebus obedire, quæ diuinę volũtati contradicunt. Oportet enim obedire Deo magis quàm hominibus,

Act. 5. hominibus, vt dicebāt Apoſtoli Actorū quinto. Vel ſic: Princeps frenum habet, quo ſubditos regere & moderari debet, & habenas in manu, quas aliquando laxare conuenit, aliquando reſtringere & contrahere. Eos qui ſeſe vitiis dedūt, cohibere debet, & in gyrum rationis ducere, ne appetitum ſequentes, viam excidij & vaſtitatis percurrant: illis verò qui recta faciunt, & rationem ducem ſequuntur, habenas laxare debet, illis fauere, ne à virtutum curſu deſiſtāt. At quando princeps ſiue præſul improbis fauet, eiſque laxat habenas, iuſtos verò opprimit & affligit, eiſque virtutis actiones prohibet, grauiter errat, & tale regimen frenū erroris nuncupatur. Comparatur præſul equiti, qui habenis equum moderatur & domat, equus eſt populus, ſiue ipſa dignitas. Et ita interpretatur diuus Gregorius
Pſal. 75. pſalmum illum: Dormitauerūt qui aſcenderunt
Eccl. 10. equos. Et id quod ait Salomon in Eccleſiaſte: Vidi ſeruos in equis, & principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper terrā. Deplorat iis verbis Salomon mundi iniuſtitiam & cæcitatem, qui ſceleratos homines ad dignitates euehit, iuſtos verò deprimit & affligit. Vbi per equos populum, aut dignitatem & principatum intelligit, per principes, iuſtos, qui ſeipſos regunt, & ſuper appetitum ſuum principatum tenent, per ſeruos verò, peccatores, iuxta illud: Qui facit peccatū,
Ioan. 8. ſeruus eſt peccati.

Canticum erit vobis.) Efferemini gaudio, canetis præ lętitia, quēadmodū in feſtis & ſolēnitatibus.

Sicut vox ſanctificata ſolennitatis.) Fortaſſe ſcribendum eſt ſicut nox, & ita habent nonnulli codices. Ex Hebræo ſic poſſunt hæc verba transferri: Canticum erit vobis noctis præparandi eſcā. Quæ verba hūc habent ſenſum: Cantabitis tunc, quemadmodum ſolent cantare ea nocte, qua præparatur hoſtia, quæ eſt orta luce immolanda: ſolebant enim Hebræi immolare hoſtias manè, & eam noctem præcedētem cantionibus tranſigere. Hebræi dicunt exercitum Sennacheribi fuiſſe nocte Paſchæ occiſum. Id quod fauet eorum interpretationi, qui hoc de Sennacheribo exponūt. Pagninus vertit: Sicut in nocte, &c.

Vt intret in montem Domini) Id eſt, in templum, quod ſitum eſt in monte Sione.

Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ.) Per hanc vocem intelligunt nonnulli tonitruum, quod præceſſit cladem exercitus Sennacheribi: & per flammam ignis deuorantis ignem, quo combuſtus eſt exercitus. Et dicunt fuiſſe nocte illa nimbum & grandinem, quibus rebus voluit Deus iram ſuam oſtendere, & Sennacheribum terrere. Ideò ſequitur: A voce enim Domini pauebit Aſſur percuſſus virga, hoc eſt, diuina iuſtitia punitus.

Et erit tranſitus virgæ fundatus.) Percutietur Sennacheribus grauiter, non leui ictu & flagello, ſed duro, & fundato vapulabit. Et hanc virgam requieſcere faciet Dominus ſuper Sennacheribū, hoc eſt, non ſtatim eum deſinet, ſed in percuſſione permanebit. Et erit hæc clades Aſſyriorum in tympanis & cithatis, hoc eſt, in die Paſchæ, quando iis inſtrumentis vti ſolent. Vel per hæc muſica inſtrumenta intelligitur lætitia, qua omnes afficiebantur interitu Aſſyriorum, ob eorū ſuperbiam & immanitatem.

In bellis præcipuis expugnabit eos.) Quanuis Aſſyrij in bellis paruis vicerūt, tamē in bellis magnis expugnati ſunt. Vel præcipua bella ea appellat, quæ Dei virtute geruntur.

Præparata eſt enim ab heri Tophet à rege præparata.) Deſcribit Propheta infernum damnatorum, & dicit illuc deiiciendos eſſe Aſſyrios. Vbi aſpicis impios eſſe æternis cruciatibus puniendos. Tophet erat locus propè Hieroſolymam in valle filiorum Ennon, quò cadauera & alia immunda proiiciebātur. Sed hîc nō de eo loco agit Eſaias, quoniam non in eo ſepultus eſt Sennacheribus, vt literæ diuinæ apertè indicant, & nos alibi oſtendimus. Præterea hæc quæ hîc de Tophet dicuntur, loco illi, qui eſt prope Hieroſolymam, conuenire non poſſunt, ſed inferno pro quo hîc accipitur, & de quo Eſaias in præſenti loquitur. Ait igitur Propheta hunc locum eſſe præparatū à rege, hoc eſt, à Deo, ab heri, hoc eſt, ab initio mundi, & eſſe profundum, & capaciſſimū, iuxta id quod ſuprà dixerat: Dilatauit infernus animā
ſuam. Præterea dicit eſſe igneū, ſignificans dam- Supr. 5.
natorum cruciatus, & æternum, quia Deus accendit flatu ſuo pyram, quemadmodum ignis ſulphure iniecto ardet & alitur. Cęterùm totum hoc poteſt referri ad diem vltimi iudicij, quādo Chriſtus venturus eſt iudicatum viuos & mortuos. Et finito iudicio pij ac iuſti cantabunt, & æterna voluptate perfundentur, improbi verò in cæcas & æternas tenebras, & in ignem inextinguibilem relegabuntur. Expende literam huius capitis, & fortaſſe approbabis maximè hanc ſententiam. Id quod hîc dicitur: Ardens furor
eius, &c. fuerat iam à Dauide prædictū in Pſal- Pſal. 49.
mo: Deus manifeſtè veniet, Deus noſter & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tempeſtas valida. Quæ quidem de ſecundo Chriſti aduentu dicuntur, quanquā poſſint ad primum etiam referri. Per Aſſur intelligitur diabolus, & cæteri impij, qui ſunt in æternum cruciandi.

ANNOTATIONES
ex Hebræo in
CAPVT XXX.

Et ordiremini telam.) In Hebræo eſt, ולנסך מסכה ve-linſoc maſſecah. Prima dictio eſt verbum נסכ naſac, quod præter alia ſignificat abſcondere, ideo poteſt hic locus ita verti: Et abſconderent ſecretū, vel vt ſe abſconderēt: ſub alio præſidio, vt ſit ſenſus: Væ illis qui volunt ſub Aegypti tutela abſcondi potius quàm ad meipſum confugere. Sed quoniā verbum hoc נסכ naſac, ſignifi-
cat cōſtituere, poteſt hîc ad principis electionē Pſal. 2.
referri, vt in ſecundo Pſalmo: Ego autem conſtitutus ſum rex. Hinc quidā Hebræus ſic hunc locū interpretatur. Væ filij deſertores, dicit Dominus, vt ponerēt ſuper ſe principes non ſecundum voluntatem meam. Vbi vides regē & præſulem eligere iniuſtum & ineptū, eſſe ordiri telā aduerſus Deum. Huiuſmodi præſulis principatum appellat poſteà Eſaias frenum erroris.

Ecce nomen Domini venit de longinquo.) Septuaginta habent: Ecce nomen Domini venit poſt
tempus

tempus multum. Quod de Chriſto intelligitur. Thargum habet ita: Ecce nomen Domini reuelatum, quemadmodũ vaticinati ſunt Prophetæ, qui fuerunt ab initio. Acſi Eſaias oſtenderet Chriſtum, & diceret, Ecce Chriſtum; Hic eſt ille, quem diuini vates multò antè venturum eſſe prædixerant. Pro de longinquo in Hebraico eſt ממרחק mimmetchak, quod ad verbum poteſt verti de longinquitate.

Tophet à rege præparata.) Pagninus habet, Tophet etiam ipſi regi præparata eſt. Quidam per hunc regem, cui Deus infernum parauit, intelligunt Sennacheribum. Ego exiſtimo eſſe diabo-
Matt.25. lum, de quo ait Chriſtus apud Matthæũ: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Per regem igitur mundi intelligitur diabolus, quem Chriſtus
Ioan.12. apud Ioannem principem huius mundi vocat, cui Deus infernum parauit.

Argumentum capitis XXXI.

Deplorat Eſaias eorum Iudaeorum calamitatem, qui relicto vero Deo ad Aegypti præſidium cõfugiebant. Deſcribit Sennacheribi interitum, & ad fiduciam in Deo collocandum exhortatur. Eſt idem ferè argumentum cum ſuperiore.

CAPVT XXXI.

A Vae qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis
ſperantes, & habentes fiduciã
ſuper quadrigis, quia multæ
ſunt; & ſuper equitibus, quia præualidi
nimis, & non ſunt confiſi ſuper ſanctum
Iſrael, & Dominum non requiſierũt. Ipſe
autem ſapiens adduxit malum, & verba
ſua non abſtulit. Et conſurget cõtra domum
peſſimorum, & contra auxiliũ ope-
B rantium iniquitatem. Aegyptus homo &
non Deus, & equi eorum caro & non ſpiritus.
Et Dominus inclinabit manum ſuã,
& corruet auxiliator, & cadet, cui præſtatur
auxilium, ſimúlque omnes cõſumentur,
quia hęc dicit Dominus ad me: Quomodo
ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper
prædam ſuam, cùm corruerit ei multitudo
paſtorum, à voce eorum non formidabit,
& à multitudine eorum non pauebit,
ſic deſcendet Dominus exercituũ,
C vt prælietur ſuper montem Sion, & ſuper
collem eius. Sicut aues volantes, ſic proteget
Dominus exercituum Iſrael, protegens
& liberans, trãſiens & ſaluans. Conuertimini
ſicut in profundum receſſeratis
filij Iſrael. In die enim illa abiiciet vir
idola argenti ſui, & idola auri ſui, quæ fecerunt
vobis manus veſtræ in peccatum.
Et cadet Aſſur in gladio non viri, & gladius
non hominis vorabit eum, & fugiet
non à facie gladij, & iuuenes eius vecti- D
gales erunt, & fortitudo eius à terrore
tranſibit, & pauebunt fugiẽtes principes
eius. Dixit Dominus, cuius ignis eſt in
Sion, & caminus eius in Hieruſalem.

EXPLANATIO.

Vae qui deſcendunt in Aegyptum.) Capite præcedenti hortatus fuit Propheta Iudęos, ne deſcenderent in Aegyptum. Et quoniam præuiderat, eos deſcẽſuros eſſe, plangit eorum excidium & vaſtitatem.

Habentes fiduciam ſuper quadrigis.) Deberent Iudæi ad memoriã reuocare, quàm parum hæc omnia Aegyptiis profuiſſent, quando ipſos Iu- Exod.14.
dæos perſequentes, fuerunt in mari Rubro mirabiliter ſubmerſi. Debebántq; dicere cum Dauide: Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini ſperabimus. Pſal.19.

Et Dominum non requiſierũt.) Animo, nam verbis oſtendebant ſe velle diuinum conſilium ſectari.

Et verba ſua non abſtulit.) Id eſt, Deus, qui omnia ſcit, Iudæos afflixit, & id quod dixerat eſſe illis factuũ, non reuocauit, ſed compleuit ea, quæ per Prophetas fuerat comminatus.

Quomodo ſi rugiat leo.) Senſus eſt: Vt leo eſuriẽs & prædam lacerans non terretur à paſtoribus, ſic Deus intrepidè pręliabitur ſuper montẽ Sion pro populo ſuo. Et vt aues, vt pullos ſuos prote- ſimile
gant, vulitant ſuper nidos ſuos, & roſtro ac vnguibus cõtra alias aues fortiter pugnãt, ſic Deus defendet Hieroſolymã aduerſus inimicos ſuos. Alludit ad cladem Aſſyriorum prope Hieroſolymam, quando Deus Iudæos eripuit, & Sennacheribi exercitum vna nocte per angelum ſuum interfecit. Cõparat Propheta Deũ leoni propter fortitudinem, & regium principatum ſuper alia animalia. Ita eũ diuus Ioannes appellat in Apo- Apoc.5.
calypſi, dicens: Vicit leo de tribu Iuda. Comparat eum quoque aui propter velocitatẽ. Et ipſe Chriſtus apud Matthæum ait: Quoties volui Matt.23.
congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Et in Deutero- Deut.32.
nomio dicitur de Deo: Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eũ, atq; portauit in humeris ſuis. Apud hunc eundem Prophetam capite decimo mina- Suprà 10.
tus fuerat rex Aſſyriorum perditurum ſe eſſe nidum cum pullis. At Dominus modò promittit defenſurum ſe eſſe eundem nidum, ipſum autem regem perditurum.

Conuertimini filij Iſrael.) Hortatur Iudæos, vt ab infidelitate, & profunda voragine vitiorum exeant, & ad Deum conuertantur.

In die enim illa abiiciet vir idola argenti ſui. Euerſo Sennacheribo poſt admirabilem illam victoriam, quam de eo Iudæi non humano ſed diuino præſidio adepti ſunt, repudiarunt idola, ſéq; ad veram Dei religionem reuocarunt. Nonnulli referunt hoc ad tempus poſt reditum à Babylonica captiuitate.

Et fugiet non à facie gladij.) Nimirum humani, ſed à facie angeli exercitũ ſuũ occidentis. Aufu-

git

git Senuacheribus cum paucis, ſeque cõtulit in
terram ſuam, vbi fuit a filiis ſuis interfectus.

Et iuuenes eius vectigales erunt.) Famuli Senna-
cheribi erunt ſubditi Perſis & Medis, illiſque ve
ctigal & tributum ſoluent.

Et fortitudo eius à terrore tranſibit.) Sennache-
ribi fortitudo deficiet ob terrorem angeli ſtragẽ
inferentis. Et magnates cum eo fugientes etiam
terrebuntur. Tradunt Hebræi decem ſolùm cum
rege ſe in fugam coniecisſe omnibus aliis inter-
fectis.

Cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Ieruſalẽ.)
Per ignem hunc intellige eum, qui erat Hieroſo
lymę in altari, in quo victimæ cremabantur, quẽ
Dominus in Leuitico præcipiebat, vt ſemper
Leuit. 6. in altari ſuo arderet. Poterit hoc ſic explanarii
Hæc dicit Deus, qui habet ignem ad inimicos
ſuos conſumendos. Vel per ignem Sionis & Hie
roſolymę intellige amorem & charitatem in
Eccleſia, quę, vt alibi oſtendimus, & Sion &
Leuit. 2. Hieroſolyma nuncupatur. Hic eſt ignis ille, de
figura. quo Deus dicebat in Leuitico: Si obtuleris mu-
nos primitiarum frugum tuarum Domino de
ſpicis adhuc virẽtibus, torrebis igne. Spicæ ſunt
actiones, paleæ autem ſolùm verba. Non loqui
tur hîc Deus de oblatione palearum, ſed ſpicarũ,
non enim ſolùm verba quęrit à nobis Deus ſed
opera: ea autem debent eſſe igne charitatis incẽ-
ſa. Non vult hîc ſpicas virentes, ſed torridas, abſ-
que mundi quiſquiliis. Actiones enim abſque a-
more & charitate ad vitam æternam non pro
1. Cor. 13. ſunt, iuxta id quod ait diuus Paulus: Si lin-
guis hominum loquar & angelorum, charita-
tem autem non habeam, factus ſum velut æs ſo
nans, aut cymbalum tinniens. Et ſtatim ſubiun-
git multa, oſtendens nulla opera ab eo, qui eſt ſi-
ſimilitudo. ne charitate, confecta, ad cœleſtem beatitudinẽ
prodeſſe. Vt enim cymbalum tinniens omnes
ad tẽplum & Eccleſiam vocat, ipſum autẽ illuc
non egreditur, ſic ille, qui de virtute diſſerit, ea
autem caret, qui pręclarè loquitur, ſed malè agit,
alios ad excellentes virtutis actiones hortatur,
vbi eſt veræ laudis domicilium, illuc autem ipſe
non vult introire, ſed omnibus veræ dignitatis
ornamentis nudatus in ſumma ignominia verſa
tur vt igitur actiones ſint meritoriæ, oportet eas
eſſe cum amore coniunctas, & igne charitatis in
flammatas. Hic eſt ignis ille, quem Dominus in
Luc. 12. altari ſuo, hoc eſt, in anima noſtra ſemper ardere
præcipiebat: de quo ipſe ait apud Lucam: Ignem
veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt
accendatur? Si Deum interroges quid attulit in
mundum, reſpondebit tibi, amorem. Hoc
enim eſt quod ait: Ignem veni mittere in terram.
Si ab eo quæras quæ res eum attulit in mun-
dum, reſpondebit fuiſſe amorem. Ait enim diuus
Ioan. 3. Ioannes: Sic Deus dilexit mundum, vt filium
Luc. 13. ſuum vnigenitum daret. Si ab eo petas quid præ
dicauit, reſpondebit amorem. Ait enim. Di-
liges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo
& ex tota anima tua, &c. & proximum tuũ ſicut
te ipſum. Si ab eo ſcire velis quid in ſuo Teſta-
mento commendauit, reſpondebit amorem. ita
enim dicit: Hęc mando vobis vt diligatis inui-
cem. Quid multa: ſi eum interroges qui eſt, reſ-
Ioan. 15. pondebit eſſe amorem: Ita enim ait eius Apoſto
lus: Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, 1. Ioan. 4.
in Deo manet, & Deus in eo. ſine igne charita-
tis, ei qui eſt ipſa charitas, nemo gratus eſt. Cur
Lutherani cęteriſque hęretici ſacrã ſcripturã tã
falsò tã impiè & deprauatè interpretantur, niſi
quia carent hoc igne, in quo deberent puriſſimũ
aurum diuinarum literarum fundere & cõflare?
Ingredere aurificum officinas, videbis eos ex eo
dẽ auro pulchra ac diuerſa monilia efficere, quo
niam ita vult dominus auri. Sancti ac catholici ſimile.
doctores ſunt aurifices, diuina ſcriptura eſt au- Pſal. 113.
rum, imò ipſo auro multò precioſior. Lex oris Prou. 16.
tui, inquit Dauid loquẽs cum Deo, ſuper millia
auri & argenti. Et filius eius Salomon in Prouer
biis: Poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt.
Ingredere doctorum officinas, inuenies eos ad-
mirabilia & elegãtia monilia ex eodem auro ſan
ctæ ſcripturæ miro artificio polire. Hieronymus
efficit diuina ſacraria & reliquiaria. Auguſtinus
connectit catenam auream ſubtiliſſimam. Chry-
ſoſtomus conflat aureos illos & precioſos cana
les, quibus eius incredibilis verborum elegãtia,
& ſententiarum copia & amplitudo copioſiſſi-
mè fluunt. Et eodem modo de cæteris doctori-
bus. Hinc fluit catholicarum interpretationum
varietas. Quanquàm enim vna atque eadem eſt
ſacra ſcriptura, quanquam locus vnus à multis
expoſitus ſit idem, vult tamen Deus, vult Domi
nus ſcripturæ, vt varij doctores diuerſi aurifices
ex eodem auro diuerſa aliquando, ſed pia, &
vera, & catholica monilia conflent & perpoliãt.
Sed vt in nullam aurificis officinam introibis, in
qua non inuenias ignis fornacem, vbi aurum
fundatur & confletur, nam aliter erit, frigidum
ferrum cõtundere, vt dicitur in Prouerbio, ſic in
animis ſanctorum doctorum eſt quædam ignis
fornax, quoddam amoris incendium, vbi conflãt
& ſeipſos, & ſuam doctrinam, ſententias, & inter
pretationes. Vtinam diuinus ſpiritus animum
meum afflet, in eóque hanc charitatis flammam
incendat, in qua meas cogitationes, verba, & o- Exod. 3.
pera, & denique totum me ipſum conflet & fun
dat. Hic eſt ignis ille admirabilis rubi, ad quem
Deus accedere iuſſit Moyſem, qui erat ſacram ac
diuinam legem ſcripturus, & quem modò Deus
per Eſaiam ait eſſe Hieroſolymæ & in Sione,
hoc eſt in ſancta ſua catholica & Apoſtolica Ec-
cleſia, cuius vniuerſalis paſtor eſt ſummus pon-
tifex Romanus epiſcopus Chriſti vicarius, &
ſucceſſor diui Petri Apoſtolorum principis ſu-
per quem Chriſtus Eccleſiam ſuam ædificauit.

ANNOTATIONES EX Hebræo in CAPVT XXXI.

Væ qui deſcendunt in Aegyptum.) Pro væ, eſt in
Hebraico הוי: quæ dictio poteſt verti, Vę, vt ſit
interiectio comminantis; quam rationem ſecu-
tus eſt noſter interpres: vel heu, vt ſit interiectio
dolentis & plorantis. Id quod à nobis fuit alio in
loco explanatum.

Et iuuenes eius vectigales erũt.) In Hebraico eſt:
Et iuuenes eius למס, erunt. Pagninus ver-

tit : Tributarij erunt. Quod cum verſione noſtra in idem coincidit. Poteſt verti : In liquefactionem erũt. Acſi diceret: Cadent animis & terrore deficient. Huic interpretationi fauet Thargum ita habens: Fortes eius in confractione erunt. Septuaginta tranſtulerunt: Superabuntur. Illi enim qui in bello animo deſtituuntur & euaneſcunt, facilè ſuperantur. Verbum eſt מסס quod ſignificat euaneſcere, diſſolutum eſſe, fugere, & interire: quam ſignificationem ſequuntur Septuaginta, & qui eos imitantur. Ioſue 7. *Ioſue 7.* vbi noſtra verſio habet: Pertimuítque cor populi, poterat verti: diſſolutum eſt cor populi, aut liquefactum eſt, idem enim verbum eſt in hoc & in illo loco. Poteſt etiam eſſe à dictione מס, quæ *Thren. 1.* ſignificat tributum, angariam, & cenſũ, vt Threnorum primo: Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Ad hanc ſignificationem attendit noſter interpres, quem ſecutus eſt Pagninus cum aliis. Ab hac dictione, venit per addictionem aſpirationis Hebraicæ in fine מסה miſſah, quæ dictio ſignificat ſacrificium, & oblationem factam domino ſuperiori propter debitum mu- *Deut. 16.* nus perſonale, vt in Deuteronomio capite decimoſexto : Oblationem ſpontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Dei tui. Hoc nomen noſtro ſacrificio impoſitum retinemus nos Chriſtiani, & ita appellatur à nobis miſſa, quod nomen nec Latinum eſt, neq; Grecum, ſed Hebraicum. Vnde colliges Lutheranorum errorem aſſerentium miſſam nõ eſſe ſacrificium, nec ita debere appellari, cùm etiam hoc nomen miſſa ab Eccleſia receptum & retentum, & ita à principio ſemper vſque adhuc appellatum, ſacrificium & oblationem ſignificet. Sed poſt Lutherum alij multò eo tetriores exiſtunt, qui non ſolùm aiunt miſſam non eſſe ſacrificium, ſed, quod deteſtabilius eſt, ipſam miſſam, quæ eſt in Eccleſia ab Apoſtolorum tempore, quam ſancti & antiqui patres celebrarunt, quæ ſemper fuit apud Chriſtianos in ſumma veneratione, penitus negant, & irrident, idololatriámque vocant. O impietatem nefariam! O cæcitatẽ intolerabilem! ô obſtinationem dignam gemitu omníque lachrymarum abundantia.

Argumentum capitis XXXII.

Deſcribit Eſaias regnum Ezechiæ iuſti ac pij regis, & ex conſequenti qualitates regni bene inſtituti. Sed cùm hæc literis mandaret, intuebatur mente Chriſti regnum, de quo præcipuè loquebatur. Prædicit infidelium Iudæorum excidium & calamitatem ob eorum in Chriſtum nefariam impietatem, & incredibilem ingratitudinem, ipſiúſque Chriſti regni Euangelicam pacem & quietem.

CAPVT XXXII.

A ECce in iuſtitia regnabit rex, & principes in iudicio præerũt. Et erit vir ſicut qui abſcõditur à vento, & celat ſe à tempeſtate, ſicut riui aquarum in ſiti, & vmbra petræ prominentis in terra deſerta. Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auſcultabunt, & cor ſtultorum intelliget ſcientiam, & lingua balborum velociter loquetur & planè. Non vocabitur vltrà is qui inſipiẽs eſt princeps, neque fraudulentus appellabitur maior. Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat ſimulationem, & loquatur ad Do- B minum fraudulenter, & vacuam faciat animam eſurientis, & potum ſitienti auferat, fraudulenti vaſa peſſima ſunt. Ipſe enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in ſermone mendacij, cùm loqueretur pauper iudicium. Princeps verò ea quæ digna ſunt principe cogitabit, & ipſe ſuper duces ſtabit. Mulieres opulentæ ſurgite, & audite, vocem meam, filiæ cõfidentes percipite auribus eloquiũ meum. Poſt dies & annos vos conturbabimini confidentes. Conſummata eſt enim vindemia, collectio vltrà nõ veniet.

EXPLANATIO.

Ecce in iuſtitia regnabit rex.) Conſolatur Propheta Iudæos, qui exiſtimabant Ezechiam amiſſurum eſſe regnum, eſſéque à Sennacheribo ſuperandum. Non ita erit, inquit, ſed regnabit exercens iuſtitiam, eiúſque regnum erit præclarè gubernatum. Sed hic rex, quem diuinus vates animo contemplabatur, Chriſtus eſt, eiúſque regno, potius quàm Ezechię ea conueniunt, quę hic dicit Eſaias. Eſt igitur Chriſtus rex ille, qui in ſumma ac diuina iuſtitia regnat. Nõ enim eſt acceptor perſonarum, vt dicitur in libro ſecun- *2. Para. 19.* do Paralipomenon, & diuus Paulus in Epiſtola *Rom. 2.* ad Romanos ſcripta teſtatur. Hic eſt rex ille, quẽ diuini vates prędixerunt Hieroſolymæ & in Sione, hoc eſt, in Eccleſia Catholica eſſe regnatu- *Pſal. 2.* rum. Hunc diuino Spiritu afflatus Dauid inducit hoc pacto loquentem : Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans pręceptum eius. Quę verba Dauidi congruere nequaquam poſſunt : ſequitur enim ſtatim: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Quæ verba fieri non poteſt vt conueniant Dauidi, ſed Chriſto, de quo *Act. 13.* Paulus in actis Apoſtolorum, & in epiſtola ad *Hebr. 1.* Hebræos ea interpretatur. Hic eſt rex ille, de quo *Pſal. 73.* dicitur in Pſalmo: Rex noſter ante ſecula opera- *Infrà. 33.* tus eſt ſalutẽ in medio terræ. Et Eſaias: Dominus *Soph. 3.* Iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus *Matt. 2.* rex noſter: ipſe ſaluabit nos. Et Sophonias: Lætare & exulta in omni corde filia Ieruſalem, abſtulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos, rex Iſrael in medio tui. Hunc regem quærebant Magi dicentes: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudęorum? Hic eſt ille, qui ſuper crucem, hunc *Ioan. 19.*

titu

titulum ſcriptum literis Latinis, Græcis & Hebraicis habuit: Ieſus Nazarenus rex Iudęorum. Hanc inſcriptionem Pilatus non ſine myſterio iuſſit cruci affigere, & in ea reclamantibus Iudæis manere. Diſpoſuit enim Deus, vt Pilatus, qui Iudęis in morte Chriſti aſſenſus eſt, eiſdem in delendo titulo nequaquam aſſentiretur, vt eſſet vniuerſo orbi cognitum & perſpectum, eſſe Ieſũ Chriſtũ Iudæorũ regẽ, illis per ſanctos vates ſæpenumerò promiſſũ. Ideò tribus linguis fuit titulus inſcriptus, vt poſſet ab omnibus legi & intelligi. Hę enim linguę erant cæteris aliis cõmuniores in mundo. Et quoniá Chriſtus rex eſt, non Iudæorum ſecundum carnem tantùm, ſed verè Iudęorum, hoc eſt confitentium & credentium, qui ſecundum ſpiritum Iudęi ſunt, ſiue ſint Iudęi ſecundum carnem, ſiue Græci, ſiue Latini: Ideò non vna tantùm lingua, ſed tribus fuit titulus inſcriptus. De regno verò Chriſti ea *Suprà 9.* poteris videre, quę ſuprà annotauimus capite nono.

Et principes præerunt in iudicio.) In regno bene conſtituto principes pręſunt ad iudicium faciendum. Non enim decet, vt cauſas quibuſuis committant, ipſi autem ſolùm deliciis & voluptatibus ſe dedant. Debent enim non ſolùm reſidere, ſed præſidere. Docet locus hic, & apertè oſtendit, in quo errore verſentur ij, qui reges & præſoles poſſe à ſuis ouibus perpetuò abeſſe temerè affirmant: cùm hîc dicat Propheta, in regno fœlici & recto principes non ſolùm populo adeſſe, ſed pręeſſe. Luna etſi ſit minor ſtellis, plus tamen mouet hęc inferiora, quàm quæuis illarum, non quòd ex ſe efficaciorem habeat virtutem & influentiam, ſed quia ad nos propius accedit: eſt enim in infimo orbe, vbi citima terris radiis ſo*ſimile.* lis accenſa conuertitur. Vbi vides quantum habeat momenti ad mouẽdũ propinquitas. Eodẽ modo præſul debet pręſentia ſua oues ſuas regere, & rex à ſuo regno non diſcedere, vt poſſint ſubditos ſuos ad virtutem mouere, & rectè gubernare.

Et erit vir ſicut qui abſconditur à vento.) Senſus eſt: Quicunque ſub vmbraculo huius iuſti regis fuerit, ſic erit tutus in afflictionibus huiúſque mundi procellis, quemadmodum qui ventum & tempeſtatem fugiens, ſe in loco tutiſſimo abſconderit. Et erit veluti ille qui laborás ſiti, puriſſimos fontes viuarum aquarum inuenerit in deſerto, & qui in vehementi ęſtu, ardore cuncta torrente, in placidiſſima vmbra ingentis rupis requieuerit. Aſpicis hîc multò potiùs & melius hæc de Chriſto intelligi, quàm de Ezechia. Docet igitur hic locus Dei erga pios viros clemẽtiá & benignitatem, qui eos ad ſe ipſum confugientes protegit, & reficit, & in ſuis periculis & calamitatibus tuetur & conſolatur. At qui in ærumnis ſuis ad mundum confugiunt, decipiuntur. Nam vbi pręſidium & remedium inuenire exiſtimãt, vbi reperiunt maiora pericula, & ſubeũt vehementiores tempeſtates. Poteſt hic locus ita verti: Et erit vir ille vice latibuli à vento, & abſconſio à nimbo. Vt ſit ſenſus: Rex hic iuſtus erit omnium afflictorum refugium. Quod eandem habet ſententiam cũ priori expoſitione. Sed nũc vir accipitur pro rege, & in priori explanatione pro eo, qui confugit ad regem.

Non caligabunt oculi videntium.) Regnãte Chriſto oculi eorum, qui anteà cęci fuerant, iam videbunt: & qui ſurdi fuerant, diligenter audiẽt. Hęc omnia fuerunt in aduẽtu Chriſti & corporaliter impleta, & ſpiritualiter.

Non vocabitur vltrà is qui inſipiens eſt princeps, neque fraudulentus appellabitur magnus.) Nullus inſipiens conſtituetur princeps, & nullus homo fallax & doloſus efferetur ad dignitatem. Aſpicis hîc in regno bene conſtituto nec ignorantẽ nec fallacem ad honorem & principatum promoueri. In libro Leuitici pręcepit Deus ne animal ſi- *Leui.2.* bi oblatum eſſet cæcum. Qua in re ſignificauit debere pręſulẽ eſſe ſapiẽtem. Animal ſine oculis *3.Reg.7.* eſt præſul ſine ſcientia. In tẽplo Salomonis erant *1.Par.22.* baſes, in quibus erant ſculpti leones & boues & cherubim. Dauid ſanguinarius templum illud, quòd Eccleſię Catholicæ gerebat imaginem, ędificare nõ potuit, ſed Salomon rex pacificus. Quoniá venturus erat rex pacis Chriſtus Deus noſter, qui non alieno ſanguine fuſo, ſed ſuo proprio ædificaret Eccleſiá, omnia vt ait Apoſtolus ad Coloſſenſes, ſuo ſanguine pacificans ſiue quę *Coloſſ.1.* in terris, ſiue quę in cœlis ſunt. Quá ob cauſá eũ *Sup.9.* Eſaias principem pacis appellauit. Quid igitur ſũt baſes in illo templo, niſi pręſules in Eccleſia? Quid per leones in baſibus ſculptos, niſi præſulum fortitudo ſignificatur? Quid per boues niſi labores? Quid per cherubim niſi ſcientiæ plenitudo? Significat enim cherubim ſcientiam multiplicatam, vel ſcientiæ plenitudinem. Quemadmodum ergo baſes illæ nõ erant ſine cherubim, ſic non debent eſſe præſules ſine ſcientia. Hoc intelligens diuus Paulus ita ait in epiſtola ad E- *Ephe.4.* pheſios: Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores. Vbi vides eum, qui paſtor eſt, doctorem eſſe debere. Nõ enim dicit: Alios paſtores, alios verò magiſtros: ſed, Alios autem paſtores & magiſtros. Et in epiſtola ad Timotheum ita ait: Oportet Epiſcopũ *1.Tim.1.* eſſe ſobrium, prudẽtem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, & doctorẽ. Inter qualitates paſtoris numerat ſciẽtiam & doctrinam. Cæterùm hæc verba Eſaiæ poterunt habere hunc ſenſum: Tũc nõ erit locus adulationi & mẽdacio, ſed veritati: nõ enim laudabitur inſipiens nec fraudulentus.

Stultus enim fatua loquetur.) Explicat quis ſit ſtultus. Lege qualitates ſtulti quas hîc numerat Eſaias, & videbis ſceleratũ omnẽ ſtultum eſſe.

Et loquatur ad Dominum fraudulenter.) Particula, ad, ponitur pro contra. Vel loqui ad Dominũ fraudulẽter eſt, Deo vota facere animo fallaci & iniquo, quæ non proponat implere.

Fraudulenti vaſa peſſima ſunt.) Appellat Propheta cogitationes hominis fallacis & flagitioſi vaſa, ſiue arma, quibus ſimplices decipit & occidit. Vel per vaſa intelligit mẽſuras falſas. Vel vult homines ſeparare à familiaritate & cõſuetudine hominum fallacium. Quaſi dicat: Ne velis vti familiaritet homine iniquo & fraudulento, ne comedas cũ eo, nam etiam vaſa eius peſſima ſunt.

Mulieres opulentæ ſurgite.) Hactenus locutus eſt de regni Chriſti fœlicitate, nunc prædicit calamitatem eorum, qui nõ erant Chriſtum recepturi.

tuti. Eos vocat mulieres, & filias, ob eorum fragilitatẽ: excitátque vt ſurgant, & audiant ſuatũ calamitatum vaticinium. Poſſunt per mulieres intelligi ciuitates, per filias oppidula, villę, & caſtella.

Poſt dies & annos.) Senſus eſt: Poſt Chriſti aduẽtum vos qui Chriſtum contempſeritis, poſt multum abhinc tempus conturbabimini, & euertemini. Cõſũmabitur vindemia, & relinquemini, vt vmbraculum in vinea, & nullum poſteà fructum feretis. Prædicit euerſionem Hieroſolymæ per Titum, aliarúmque ciuitatum, que Chriſtũ recipere noluerunt.

C Obſtupeſcite opulẽtæ, conturbamini confidentes, exuite vos & cõfundimini, accingite lũbos veſtros. Super vbera plãgite, ſuper regione deſiderabili, ſuper vinea fertili. Super humum populi mei ſpinæ & vepres aſcendent, quantò magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultãtis. Domus enim dimiſſa eſt, multitudo vrbis relicta eſt, tenebræ & palpatio factę ſunt ſuper ſpelũcas vſque in æternũ. Gaudium onagrorum paſcua gregum, donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo. Et erit deſertũ in Charmel, & Charmel in ſaltum reputabitur, & habitabit in ſolitudine iudiciũ, & iuſtitia in Charmel ſedebit. Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, ſecuritas vſque in ſempiternũ. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulẽta. Grando autem in deſcenſione ſaltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas, immittentes pedem bouis & aſini.

Supr. 28. f

D

Obſtupeſcite opulenta.) O ciuitates Iudææ nobiles diuitiiſque affluẽtes admiratione terremini: nam poſt vindemiam, poſt veſtram euerſionem & captiuitatem per Titum nõ remanebunt bonę, qui deinceps colligantur. Conturbamini, quæ in humano præſidio fiduciam collocatis. Plorate & exuite vos, veſtras precioſas veſtes deponentes. Induite vos ſaccis ſuper renes. Plangite ſuper vbera: hoc eſt, pectora veſtra lachrymis implete. Deplorate regionem deſiderabilem, & vineam feracem & amœnam, quæ propter infidelitatem conuertetur in amaritudinem, & à Romanis euertetur. Sũt qui dicant intelligi hoc de captiuitate Babylonica. Sed verba hæc: Conſummata eſt enim vindemia, collectio vlterà non erit, oſtendunt hoc non de Babylonica, ſed de Romana captiuitate intelligi. Eſt enim perſpicuum poſt Babylonicam captiuitatem fuiſſe Iudæos in Iudæa collectos, & fructum religionis & pietatis attuliſſe.

Super humum populi mei,) Si ſpinæ & vepres repleturæ ſunt Hieroſolymam, quantò magis alia oppida Iudæę dedita mundi voluptatibus, vbi non eſt tẽplum, nec tãta erga Deum religio? Vel ſic: Si tẽplum Hieroſolymæ eſt comburendum, quãtò magis domus ciuitatis: Si domus orationis eſt euertẽda, quãtò magis domus voluptatũ?

Domus enim dimiſſa eſt.) Id etiã Iudęis prædixit Chriſtus: Ecce, inquiens, relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Luc. 13.

Tenebræ & palpatio facta ſunt ſuper ſpeluncas.) In ruinis & ſpeluncis vbi fuerunt domus, erunt obſcuritates, & tam denſæ tenebræ, vt poſſint palpari; & vſque adeò erunt loca illa deſerta, vt habitent ibi onagri & greges. Vbi modò ſunt ciuitates, erunt poſteà cauernæ, & latibula ferarum.

Donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo.) Verſabuntur Iudęi in iis ærumnis & miſeriis, donec in Chriſtum credant. Multi enim ex Iudæis receperunt Euangelium; ſuper quos effuſus eſt ſpiritus ex alto, & verã fœlicitatẽ cõſecuti ſunt.

Et erit deſertũ in Charmel.) Id eſt, Solitudo Gentiũ vertetur in diuitias Iſraelis, & Iſrael reputabitur inter Gentes. Prædicit cõuerſionẽ Gentium, & cæcitatem Iudæorum.

Et habitabit in ſolitudine iudicium.) In Eccleſia ex Gentibus congregata, quæ anteà erat ſterile deſertum ſine virtutum fructibus, erit iudicium, & iuſtitia erit recta, & præclara gubernãdi ratio.

Et erit opus iuſtitia pax.) Ex iuſtitia ſequetur pax. Sic dicitur in Pſalmo: Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: Vbi vides iuſtitiam eſſe radicem, & velut fundamentum pacis, nec poſſe eſſe pacem abſque iuſtitia. Ideò dicitur in Pſalmo: Iuſtitia & Pax oſculatæ ſunt. Quibus verbis voluit diuinus vates iuſtitiæ & pacis coniunctionem explicare. Princeps aũt præſul, qui voluerit ſubditos in pace gubernare, ſit iuſtus, & æqualis, & in medio conſtitutus. Nam Chriſtus Deus noſter dicens diſcipulis ſuis: Pax vobis: ſtetit in medio, vt diuus Ioannes teſtatur. Si præſul ſteterit in medio, ſi ſeruauerit æqualitatẽ, in qua iuſtitia cõſiſtit, ſi nõ odium, aut amorẽ, cæteróſque affectus iudicium corrumpentes, ſed rectam rationem fuerit ſecutus, pręclarè adminiſtrabit, & florebit in diebus eius abundantia pacis. Ex quo colliges ridiculum eſſe præſulẽ, qui cùm ipſe nõ ſit in medio, cùm affectus ſequatur, cùm denique ſit iniuſtus, ad pacem ſubditos hortatur. Eſt enim hoc id, quod ait Ieremias, Dicens: pax pax, & non erat pax. Sit præſul in medio, tribuat vnicuique quod ſuum eſt, & tunc dicat: pax vobis. Si enim in medio fuerit, nec erit motus, nec à conſtantia deiectus. Cur terra ſola immobilis eſt ex omnibus elementis, niſi quia eſt in medio mundi veluti centrum conſtituta: Ima ſede ſemper hæret, complexa medium mundi locum, & in eam feruntur omnia ſuo motu pondera. Ideò quieta manet, cùm omnia alia elementa moueantur. Si præſul quietem voluerit obtinere, ſit veluti terra producẽs fructus, humilis, non ſuperbus, omnes recipiat, ſitque in medio collocatus, & tunc dicat: Pax vobis, & imitetur Chriſtum, quem Eſaias alio loco principem pacis appellat. Sunt multi pręſules, qui in fine ſuæ gubernationis gloriãtur ſe ſuis relinquere pecunias & poſſeſſiones, cùm potius deberẽt gloriari ſe pacem reliquiſſe. Non enim Chriſtus ſummus ille & excellentiſſimus paſtor inquit, Diuitias & poſſeſſiones relinquo vobis. Sed quid

Pſal. 71.

Pſal. 48.

Ioan. 20.

Ierem. 6.

Simile

Suprà 9.

ait

ait: Pacem meam do vobis, pacē relinquo vobis. Vide quid relinquat ſuis ſubditis, pacē non mūdi copias, nō aurum, non argētū, nō diſſenſiōnes, non diſcordias, ſed pacē, quæ ſine iuſtitia eſſe nō poteſt. Aſpicis hîc effectum ac fructum iuſtitiæ eſſe pacem. Vnde argumēto à cōtrario ſenſu effectus ac fructus iniuſtitię eſt bellum & diſcordia. Iuſtitia parit pacem, iniuſtitia diſſenſionēm. Poteſt enim hic locus Eſaię intelligi de iuſtitia, qua homines iuſtificātur; quaſi dicat: Iuſtitia, quæ eſt, per fidem formatam, pariet animi pacem & tranquillitatem. Et ſi enim vir iuſtus in bellis & periculis verſetur, etſi tormentis opprimatur, animi tamē pacē non amittit. Imò appetit pro Chriſto vitam cum morte commutare, vt tali morte immortalitatem conſequatur. Et de hac iuſtitia poteſt intelligi id, quod dicitur in Pſalmo: Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Quia vbi eſt gratia, ibi eſt pax. Et ob eā cauſam diuus Paulus in exordio ſuarū epiſtolarū imprecatur gratiam & pacē. Sine gratia enim vera pax eſſe non poteſt. Ex quo colliges impio non eſſe pacē, quemadmodum ait Eſaias capite quadrageſimo octauo & quinquageſimo ſeptimo.

Et cultus iuſtitiæ ſilentium.) Exercebitur iuſtitia in ſilentio ſine iudicū tumultu & clamore. Nō inſultabūt iudices eis, quos damnauerint, ſed cō patiētur, & eorū miſerebuntur. Vel ſic: Nullus erit clamor oppreſſorū, quia nemo opprimetur.

In pulchritudine pacis.) Pacē appellat pulchrā. Si bellicoſi homines faciē pacis oculis ſuis aſpicerent, nō poſſent eā nō ardenter diligere. Quid enim pulchrius pace? Si eius pulchritudo humanis oculis cerneretur, mirabiles ſui ipſius amores excitaret. Cōtrà verò quid fœdius & turpius bello? quid truculentius? quid immanius? Et tamen cæci homines bello, potius quàm pace delectantur. Nō sūt hi hęredes Chriſti, quoniā pacē, quā ipſe in teſtamento ſuo reliquit, nolūt accipere.

Grando autem in deſcenſione ſaltus.) Sēſus eſt. In ſyluam infrugiferam irruet grando, quæ eā vaſtet & perdat: hoc eſt in homines infideles veniet afflictio, nec tamen propter hoc Eccleſia fidelium efferetur ſuperbia & elatione.

Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas immittentes pedem bouis & aſini.) Fœlices vos qui ſeminatis in locis feracibus, & aquis affluentibus, vbi tanta erit ſegetum abundantia, vt neceſſarium ſit mittere iumenta, vt illis paſcantur, ne ſylueſcant, & pereant ob nimiam vbertatem. Promittūtur viris iuſtis bona, per quæ ſpiritualium donorū copia ſignificatur. Ager fertilis eſt in Eccleſia aquarum fōtibus abundās: fontes autē ſunt ſalutaria præcepta, & diuina conſilia, & canales illi pulcherrimi Chriſti doctrinarū, quę quidem aquæ hodie permanent, & ſemper in Eccleſia inexauſtæ permanebunt. Sed in hoc eſt magna differentia. Nam etſi aqua ſit eadem, etſi doctrina ſit vna: tamen in Eccleſiæ principio fluebat per canales illos aureos & excellentiſſimos Chriſti, eiúſque diſcipulorū: nunc verò plerunque manat per canales terreos & luteos: ſunt enim multi concionatores peccatorum ſpurcitia contaminati. Quāquam me non fugiat eſſe in Eccleſia multos cōcionatores doctos, omnibúſque virtutum ornamentis excultos, quorum multos ego cognoſco, quos idcircò non nomino hoc loco, ne mea oratio, ſi aliquem omiſero, ingrata: ſi de omnibus verba fecero, infinita eſſe videatur. Sed ego de his non conqueror, quorum ſapientiam & charitatem veneror & ſuſpicio, ſed de me meique ſimilibus ſolùm tracto.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT XXXII.

Ecce in iuſtitia regnabit rex.) In Hebraico eſt לצדק ימלך מלך hen ietſedhæc iimloc melæc. Quæ verba poſſent ita verti, ſi verbum verbo reddere volueris: Ecce ad iuſtificandum regnabit rex: verbum enim hoc צדק ſignificat iuſtificare, vt Prouerb. 17. Et qui iuſtificat impium. *Prouerb 17.* Et in Pſalmo 50. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. *Pſal. 50.* Eſt igitur horum verborum Eſaiæ ſenſus: Ecce attende & conſidera admirabilem vaticinationem. In temporis plenitudine veniet in mundum Meſſias, qui regnabit ad iuſtificandum peccatores. Aduerte. Non dicit: Veniet rex ad iudicandum mundum in primo aduentu, ſed ad iuſtificandum. Id ipſum ait Chriſtus apud Ioānem: *Ioan. 3.* Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Et apud Lucam. *Luc. 9.* Filius, inquit, hominis nō venit animas perdere, ſed ſaluare. Venit Chriſtus iuſtificatum: quoniam, vt ait diuus Paulus, *Gal. 2.* Non iuſtificabitur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti. Sed fides noſtra debet eſſe charitate formata, quæ, vt ait Diuus Paulus, *Gal. 5.* per charitatem operetur. Nam quemadmodum gladius debet eſſe in manu, & non in arca, vt valeas de inimicis conſequi victoriā, ſic fides nō ſat eſt, vt ſit in anima, ſed debet eſſe in manu, *ſimile.* vt eius operibus in charitate fundatis vincas inimicos animę, & de illis mirabiliter triūphes. Fides enim ſine operibus, vt ait diuus Iacobus *Iaco. 2.* Apoſtolus, mortua eſt. Poſſunt etiam hęc verba Eſaiæ ſic transferri: Ecce ad iuſtitiam faciendam regnabit rex. Et ita eam in Latinum reddidit Pagninus. Et tunc poſſunt de quolibet iuſto rege explanari, vt ſit Eſaię ſenſus: Rex iuſtus non regnabit ad ſuperbiā & faſtum: nō vt ſe voluptatibus dedat, & ventri atq; ſomno obtemperet, nō ad exercendum tyrannidem, ſed ad faciendam iuſtitiam. Eſt autem iuſtitia habitus animi cōſtans & perpetuus tribuendi vnicuique quod ſuū eſt. Vnde debet rex, & quicunque pręſul flagitioſos *ſimile.* punire, bonis autem fauere. Si vides præclarā citharā in manu rudis & inepti pulſatoris malè ſonantem, nō citharæ ſonorę, ſed inerti citharœdo culpam tribuis. *1. Reg. 17.* Chriſtiana religio eſt quædam excellentiſſima cithara ſuauiſſimè & præclariſſimè ſonans. Hæc eſt cithara illa, quę manu Dauidis pulſata ſpiritum malum fugabat à Saul: citharœdus eſt præſul, qui eam manibus tenens temperat, & ſuauem concentum efficit. Sed vt malus ſonus nō bonę citharæ, ſed malo citharœdo tribuitur, ſic vocum diſcordia, morúmque corruptio & diſſona vitæ deprauatio, non religioni, quæ ſancta eſt, ſed religionis gubernatori non immeritò aliquando tribuitur. *ſimile.* Py-

thagoras harmoniam quandam vocat virtutem.& rectè quidem. Vt enim ſuauis lyræ ſonus interuallis coniunctus imparibus, ſed ſecundum rectam portionem diſtinctis ex impulſu & motu ipſarum chordarum producitur, qui acuta cum grauibus moderans, admirabilem ęquabiliter harmoniam efficit, ſic ex multis ac varijs virtutibus inęqualiter coniunctis, ſed pro rata parte diuiſis, efficitur quidam concentus, qui temperans in ſe virtutes, efficit quandam dulciſſimam harmoniam, quæ abſoluta virtus appellatur. Sũt enim omnes virtutes vna virtus abſoluta iuxta Platonem. Et quemadmodũ ille, qui temperare lyram neſcit, non debet eam pulſare: ſic qui rempublicam gubernare neſcit, nõ debet eius adminiſtrationem ſuſcipere. Et vt bonus citharœdus fides nimis acutas laxat, nimis autem laxas & graues eleuat, vt omnia tẽperet: ſic ſapiens princeps & pręſul elatos, qui ſe vltra modum eleuant, debet comprimere, humiles verò eleuare, vt omnia moderetur ſapienter, non tãtum laxans hunc, vt ſonum non edat, nec tantum eleuans illum, vt eum frangat, ſed vt omnia temperata admirabilem quãdã harmoniam efficiant. Et hęc eſt iuſtitia, tribuere vnicuiq; quod ſuum eſt, ad quam exercendam, vt hîc ait Eſaias, debet regnare Chriſtianus princeps & præſul.

Et erit vir ſicut qui abſconditur à vento.) In Hebraico eſt: Et erit vir כמחבא רוח ce machaue ruach. Id eſt ſicut abſconſio venti. Acſi dicat: Erit rex locus tutus, vbi ſe quis abſcõdit à vẽto. Vbi vides officiũ regis eſſe afflictos ac pios homines tueri, & cuſtodire. Nõ ſolùm enim dominus eſt, ſed etiam pater.

Cùm loqueretur pauper iudicium.) Poteſt verti. Cùm loqueretur contra pauperem in iudicio.

Argumentum capitis XXXIII.

Predicit diuinus vates Sennacheribi Iudæorum hoſtis perniciem, qui cùm nullis laceſſitus iniuriis Hieroſolymã euertere conaretur, fuit victus, & eius exercitus ab angelo Dei mirabiliter interfectus. Prædicat Dei potentiam. Vaticinatur de Chriſti regno, quem Iudæi non cognouerunt. Quã ob cauſã ſuam priſtinam dignitatem & præſtantiam turpi dedecore macularunt. Non cognouerunt, autẽ Chriſtum, quia malitia obcæcati eum cognoſcere noluerunt.

CAPVT XXXIII.

A Væ qui prædaris, nõne & ipſe prædaberis? Et qui ſpernis, nõnne & ipſe ſperneris? Cùm conſummaueris deprædationem deprædaberis, cùm fatigatus deſieris contemnere, contemneris. Domine miſerere noſtri, te enim expectamus, eſto brachium noſtrum in manè, & ſalus noſtra in tempore tribulationis. A voce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua diſperſæ ſunt gentes. Et cõgregabuntur ſpolia veſtra, ſicut colligitur brucus, velut cùm foſſæ plenæ fuerint de eo. Magnificus eſt Dominus, quoniã habitauit in excelſo, impleuit Sion iudicio & iuſtitia, & erit fides in temporibus ſuis. Diuitię ſalutis ſapientia & ſcientia, timor Domini, ipſe eſt theſaurus eius. Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amarè flebũt. Diſsipatę ſũt viæ, ceſſauit trãſiens per B ſemitam, irritum factum eſt pactum, proiecit ciuitates, nõ reputauit homines. Luxit & elãguit terra, confuſus eſt Libanus, & obſurduit. Et factus eſt Saron ſicut deſertum, & concuſſa eſt Baſan & Charmelus. Nunc conſurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor: & nunc ſublimabor. Cõcipietis ardorem, & parietis ſtipulam, ſpiritus veſter vt ignis vorabit vos, & erunt populi, quaſi de incẽdio ignis, ſpinæ congregatæ igne comburentur.

EXPLANATIO.

Væ qui prædaris.) Sennacheribum intelligit, cui interitum minatur.

Domine miſerere noſtri, te enim expectauimus.) Verba ſunt Iudęorum Hieroſolymæ habitantiũ, qui obſeſſi à Sennacheribo petebãt à Deo auxilium, ad portum eius miſericordię confugiẽtes, eiúſque pręſidium expectantes.

Eſto brachium noſtrum in manè.) Id eſt, Eſto fortitudo noſtra manè. Quaſi dicat: ſtatim cùm te inuocauerimus, nos adiuua. Vel per manè intellige tẽpus proſperitatis, nã ſequitur ſtatim: Et ſalus noſtra in tẽpore tribulationis. Quaſi dicat: Protege nos & in tempore proſperitatis, & in tempore afflictionis.

A voce angeli fugerunt populi.) Deſcribit cladẽ exercitus Aſſyriorũ, qui perterriti tumultu, quẽ Dei angelus excitabat eos interficiẽs, volebãt ſe in fugã cõuertere, & diſpergebãtur. Sed nihil illis profuit. fuerunt enim omnes interfecti, præter paucos, qui cum rege fugerunt.

Et congregabũtur ſpolia veſtra ſicut colligitur brucus) Cùm vos ô Aſſyrij fueritis exciſi, & in fugam coniecti, tunc congregabunt Iudæi ſpolia veſtra, quemadmodum ſolẽt cõgregari locuſtæ in foſſis. Brucus eſt ſpecies quædam volucris, à locuſta non diſſimilis.

Magnificus eſt Dominus.) Tũc laudabitur Deus, & prædicabitur eius potentia & amplitudo. Et Hieroſolyma erit plena iudicio & iuſtitia. Erit florens & exculta, & vigebit in ea rectè gubernãdi ratio. Et nõ recedet ab ea fides in diebus illis: Et abundabit diuitiis ſalutis, & bonorum ſucceſſuum, cum ſapientia & ſcientia & timore Domini, qui eſt eius theſaurus. Vocat ſapiẽtiã & ſciẽtiam diuitias ſalutares, timorem autem Domini caſtum & filialem appellat theſaurum, quia in eo tãquã in arcula diuitiæ virtutũ ſeruãtur. Quãquam omnia à principio capitis vſque ad hunc locum intelliguntur de vaſtatione Aſſyriorum, & de victoria & proſperitate Hieroſolymæ, tamen in ea ratione interpretandi, quam myſticam appellant, intelliguntur de ea victoria, quã Eccleſia de dęmonibus per Chriſtũ reportauit. Hęc eſt enim Hieroſolyma illa, vbi eſt vera fides, iuſtitia, & iudicium, & timor Domini.

Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amarè flebunt.) Senſus eſt: Iudæi cùm fuerint obſeſſi à Senna

à Sennacheribo, mittent ad eum legatos cauſa pacis componendæ. At videntes hi legati ſe nihil profeciſſe, re infecta ad ciuitatem redeuntes clamabunt,& lugebunt in ipſo itinere, priuſquã ciuitatem ingrediantur. Hos Iudęorum legatos appellat propheta angelos pacis, hoc eſt, nũtios miſſos ad fœdus faciendum cum Aſſyriis. Angelus enim nũtiũ ſignificat. Et ſtatim ſubiũgit propheta verba, quæ legati plorantes dicebant venientes ab exercitu Aſſyriorum deſperatione debitati. Diſſipatæ ſunt viæ, neque eſt aliquis ex noſtris, qui audeat tranſire ſemitam ob hoſtium timorem: irritum factũ eſt pactum, quod Deus nobiſcum inierat de protectione noſtra; iam nos deſerit, contemnit noſtras ciuitates, non nos reputat homines, & tota Iudæa luget ob noſtrã calamitatem & imminentem euerſionem.

Confuſus eſt Libanus.) Proſequitur Propheta verba legatorum. Erubeſcit Libanos, quoniam ſcinditur ab hoſtibus noſtris, ſuiſque cedris ſpoliatur. Saron ferax agri planities eſt veluti deſertum, concutitur, ac fructibus nudatur Baſan & Charmelus. Libanus eſt ad Septentrionẽ Iudæę. Charmelus ad Meridiem. Baſan ad Orientẽ. Sarõ ad Occidentem. Voluit prophera oſtendere totius Iudęæ vaſtitatem, quæ ob eius infidelitatem & teterrima ſcelera erat tempore Titi & Veſpaſiani futura.

Nunc conſurgam dicit Dominus.) Scripſit Propheta obſidionem Hieroſolymæ, fletum ac calamitatem Iudæorum, & ſuperbiam ac potentiam Sennacheribi. Nunc prædicit victoriam, quã Iudæi de hoſtibus ſuis obtinuerunt. Ait ergo Deus: Ego exurgam contra vos ô Aſſyrij,& gloriam ac potentiam meam, eruens à manu veſtra Iudæos
Pſal.11. afflictos, declarabo. Ita dicitur in Pſalmo: Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, ego exurgam, dicit Dominus.

Concipietis ardorem,& parietis ſtipulam.) Conſilium & deliberationem Aſſyriorum de capienda & comburenda Hieroſolyma appellat Deus cõceptum ardoris. Cogitabant enim de eius vaſtitate & flagratione. Tunc quis concipere dicitur, cùm deliberat quid facturus eſt: tũc verò parit, cùm opus exequitur. Ideò dicit: Vos exiſtimabitis euerſuros vos eſſe Hieroſolymã, at cogitationes veſtræ vertentur in ſtipulam & quiſquilias, quoniã nihil efficietis. Erit ſpes veſtra vana, & conatus veſtri fruſtra ſuſcepti. Et ſpiritus veſter vt ignis deuorabit vos. hoc eſt: Eadẽ veſtra cogitatio vos interficiet, veſtrũ cõſiliũ erit cauſa veſtrę calamitatis & excidij. Nam interitus, quem Iudæis moliebamini, in veſtrũ caput redũdabit. Et ita fuit. Euenit Aſſyriorum exercitui id, quod
Pſal.7. dicitur in Pſalmo: Lacum aperuit, & effodit eũ,
Matt.7. & incidit in foueam, quam fecit. Ita apud Matthęum dicebat Chriſtus Deus noſter: In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.

Et erunt populi quaſi de incendio cinis.) Hoc eſt, Vertentur Aſſyrij in cinerem alicuius magni incendij: & ſic flagrabunt veluti ſpinę in ignẽ cõiectæ. Verti poteſt: Et erunt populi quaſi de incendio calcis. Hoc eſt, ſimiles lapidibus, qui excoquuntur, vt fiat calx. Vel ſic: Erunt Iudæi erepti quaſi de incẽdio cineris. Quaſi dicat Deus: Ego eripiam populum meum de manu hoſtiũ ſuorum, ipſos autem hoſtes interficiam.

Audite qui longè eſtis, quæ fecerim, & cognoſcite vicini fortitudinem meam. Conterriti ſunt in Sion peccatores, poſſedit timor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Quis habitauit ex vobis cum ardoribus ſempi-
ternis? Qui ambulat in iuſtitiis, & loqui- C
tur veritatem, qui proijcit auaritiam ex Pſal.14.
calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere. Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem: & claudit oculos ſuos, ne videat malũ: Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius: Panis eius datus eſt, aquæ eius fideles ſunt. Regẽ in decore videbunt, oculi eius cernent terram de longè, cor tuum medita-
bitur timorem. Vbi eſt literatus? vbi legis 1.Cor.1.
verba ponderans? vbi eſt doctor paruulorum? Populum imprudentẽ non videbis, populum alti ſermonis, ita vt non poſsis intelligere diſertitudinẽ linguæ eius, in
quo nulla eſt ſapientia. Reſpice Sion ciui- D
tatẽ ſolemnitatis noſtræ. Oculi tui videbunt Ieruſalẽ habitationẽ opulentam, tabernaculum quod nequaquã transferri poterit, nec auferẽtur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpẽtur, quia ſolũmodò ibi magnificus eſt Dominus noſter. Locus fluuiorũ riui altiſsimi & patẽtes, non tranſibit ſuper eũ nauis remigum, neq; trieris magna trãſgredietur eum. Dominus enim iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos. Laxati ſunt funiculi tui, ſed nõ præualebunt: Sic erit malus tuus, vt dilatare ſignum nõ queas. Tunc diuidẽtur ſpolia prędarum multarum. Claudi diripient rapinam, nec dicet vicinus, Elangui. Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

Audite qui longè eſtis quæ fecerim. Verba ſunt Dei, quibus oſtendit ſe velle, vt omnes ſuã omnipotentiam perſpiciãt & cognoſcãt. Vos, inquit, ô Aſſyrij qui lõgè eſtis à me, qui nec fidẽ habetis, nec meipſum cognoſcitis: & vos vicini, vos Iſraelitæ qui ad me acceditis per fidẽ formatã, audite & agnoſcite, quid hac in re facturus ſum intelligant omnes quomodo potẽtes & ſuperbos Aſſyrios ſum euerſurus, & afflictos Iudæos de eorum manu erepturus. Inuitat Deus omnes ad tãti facti cõſiderationẽ. Nos igitur cõſideremus opera Dei, eáq; memoria ſæpenumerò repetamus. Aſpicis hîc homines iniuſtos & impios lõgè eſſe à Deo, pios autẽ & iuſtos propè. Nã quemadmodũ ſcelera alienãt à Deo, ſic charitas coniũgit. Vnde ait diuus Paulus ad Epheſios ſcribẽs: Vos qui aliquando eratis lõgè, facti eſtis propè in ſanguine
Chriſti. Ephe.2.

Conterriti ſunt in Sion peccatores.) Narrat Propheta Iudæorum in obſidione pauorem & cala-

mitatem.

Poſſedit timor hypocritas.) Nam qui erant verè fideles, in Domino Deo ſpē ſuam collocauerant, ideò non timebant. Si Deus enim pro nobis, vt *Rom. 8.* ait Apoſtolus, quis contra nos? Id intelligens Da *Pſal. 26.* uid dicebat in Pſalmo: Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?

Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Verba ſunt quibus ſuperbi ac potentes Aſſyrij ſuis viribus fidentes Iudæos obſeſſos alloquebantur. Acſi dicerent: Quis ex vobis euadet impetum Aſſyriorum? Nemo eſt qui poſſit à manu noſtra liberari. Ignem deuorantē, & ardores ſempiternos vocabant Aſſyrij exercitum ſuum, qui Hieroſolymæ deflagrationem minabatur: quoniam multa oppida combuſſerant, & in fauillas redegerant. Cæterùm hæ verba poſſunt eſſe ipſius Prophetæ Aſſyrios alloquentis, eiſque Dei iram & vltionem minantis. Eſt enim Deus ignis *Deut. 4.* comburens impios, iuxta id quod in Deutero*Hebr. 12.* nomio ſcriptum legimus: Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt. Et in epiſtola ad Hebræos: Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt. Deus eſt ignis, vt hîc aſpicis: homo autem fœnū, iux*Infrà. 40.* ta id quod ait alio loco Eſaias: Omnis caro fœnum. Si igitur peccator es fœnum, Deus autem ignis deuorans & conſumens, cur cum Deo contendis? Nónne fœnum comburetur igne? Nónne incendio flagraberis? Quomodo audes aridum fœnum cum igne deuorante pugnare? O audaciam incredibilem, & inſipientiam intolerabilē. Vis more gigantum, quorum impiū facinus antiquis fictis fabulis memoriæ prodiderūt, Deo ipſi bellum inferre, dæmoni autem te coniungere & ſociare? Reuertere ad teipſum, & conſidera tuā miſeriam & fragilitatem, Dei autem omnipotentiam, & immenſam magnitudinem.

Qui proiicit auaritiam ex calumnia.) Hoc eſt, Qui non vult opes calumnia exquiſitas.

Qui excutit manus ſuas ab omni munere.) Id eſt, qui à nemine vult munus accipere, vt veritatē *ſimile.* abſcondat. Sunt enim nonnulli, qui veritatē loquūtur, ſed accepto munere ſtatim ſilēt. Hi ſunt ſimiles Cani Cerbero, quem finxerūt poetę, qui accepta offa tacebat. Nihil magis iudicium corrumpit quàm munus. Ideo dicebat Deus, vt in *Exod. 23.* Exodo ſcriptura cōmemorat: Nec etiā accipies munera, quæ etiam excæcāt prudētes, & ſubuertunt verba iuſtorū. Poteſt hoc referri ad iudices, qui ob munus acceptum fauent nocentibus, & amittunt libertatem rectè iudicandi, & ſententiam ferendi. Hos redarguit etiam Eſaias capite primo, & capite quinto: vt ibi annotauimus.

Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinē.) Id eſt, ne audiat peccatum. Sanguis enim pro peccato *Pſal. 50.* accipitur, vt in Pſalmo: Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Et in alio: Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam. Et explicans Eſaias quid ſit hoc in loco ſanguis, ait: Et claudit ocu*Pſal. 25.* los ſuos, ne videat malum. Id quod ſanguinem appellauerat, modò malum appellat. Fœlix con*Pſal. 118.* ſciētia, quæ malū nec audire, nec videre vult. A*Thren. 3.* uerte, ait Propheta, oculos meos, ne videāt vanitatem. Nam Ieremias ait: Oculus meus deprædatus eſt animam meam. Poteſt hoc in loco ſanguis accipi pro cōſilio eorum, qui innocentibus interitum ac perniciem moliuntur.

Iſte in excelſis habitat, munimenta ſaxorum ſublimitas eius.) Habitat in locis altis & munitis, & in aſylo & petrarum propugnaculis. Senſus eſt: Qui iuſtus eſt, ſic erit tutus, acſi eſſet in arce fortiſſima, in ſublimi rupe ſita penitus inexpugnabili. Deſcripſit diuinus vates virum ſapientem & virtutibus ſeptum, nunc oſtendit quomodo eū Deus cuſtodiat & ſeruet.

Aquæ eius fideles ſunt.) Id eſt, perennes, nūquā illi deficientes. Acſi dicat: ſemper Deus virum iuſtum nutriet & ſuſtentabit. Poteris per has aquas virtutes intelligere, quæ ſunt animi pabulum & nutrimentum, quæ viris iuſtis nunquam deſunt, ideò aquæ fideles & perennes appellantur. At ſunt nonnulli, qui vt ſe iuſtos oſtendant, virtutis actiones exercent, quæ cùm ſint fictæ, parum durant: nihil enim fictum poteſt eſſe diuturnum. Vt torrentes ex pluuia, & aliqua parua *ſimile.* terræ humiditate producti ſolùm hyemali tempore fluunt, veniente autem feruore ſolis ſiccantur: ſic hypocritarum & fragilium hominum virtutes tempore molli, & ad voluntatem fluenti, apparent, veniente autem afflictionis æſtu penitus areſcunt.

Regem in decore videbunt.) Eſaias in hoc capite deſcribit obſidionem Iudæorum, & victoriam, quam per Dei angelum de Aſſyriis mirabiliter reportarunt. Et occaſione ſumpta deſcribit viros iuſtos & pios, ad eos alludens, qui tempore obſidionis ſpem ſuam in Deo collocauerant, & ab vrbe ſancta non receſſerant. Hos dicit modò euaſuros eſſe ab obſidione, & regem Ezechiam, quē anteà ſacco indutum viderant, in decore ſuo & maieſtate viſuros eſſe. Et qui in obſidione poſiti terram extra muros nō videbant, eam delongè eſſe adſpecturos, & longinquas regiones intrepidè peragraturos. Poteſt per hunc regem intelligi Chriſtus, quem, qui in hac vita iuſtitiam coluerint & pietatem, in æterna beatitudine pulcherrimū videbunt. Qui modò à longè terram noſtrā, veram illā promiſſionis patriam, cœleſtémque beatitudinem aſpiciunt. Id quod teſte Apoſtolo faciebant illuſtres illi ac ſancti patriarchæ, de quibus dicitur in epiſtola ad Hebręos: Iuxta fidem *Hebr. 11.* defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutātes, & confitētes, quia peregrini ſunt, & hoſpites ſuper terram. Vbi vides viros illos fideles, omni ſapientia & charitate pręſtantes, terram hanc illis promiſſam tanquam alienam coluiſſe: veram autem terram promiſſionis delongè intuitos eſſe, ad eámque incredibili deſiderio aſpiraſſe. Illi quibus Deus terram promiſerat, cœlum aſpiciebāt, nos verò, quibus cœlum promittit, terrā ſolùm intuemur. O amentiam noſtram!

Cor tuum meditabitur timorem.) Poſtquā ereptus fueris ab obſidione, cogitabis & memoria repetes timorem, quo terrebatur ciuitas, quādo erat ab hoſtibus oppugnata, vt contēplans à quo periculo te Deus eripuerit, illi gratias agas. Vt *ſimile.* enim qui ex alto in portum adducti vim tempeſtatis, ac magnā iactationem euaſerunt, ex terra mare intuentes gratias Deo agūt, pictiſque tabulis in tēplis ad honorē diuorū ſuſpēſis, ſeſe tanti

bene

beneficij memores, in Deúmque gratos oſtendunt, ſic facere debent ij, qui fuerint ab hoſtibus & animi & corporis erepti, & è fluctibus atque procellis tentationum liberati, vt aliquo pio monimento ſe diuino numini gratiam habere teſtificentur.

Vbi eſt literatus? vbi legis verba ponderans?) Dixerat ſuprà, nuntios pacis componendæ fleuiſſe, quoniam in Deo ſpem ſuam non habebant collocatam: poſteà deſcripſit iuſtos Deóque fidentes. Et quoniam qui miſſi fuerant ad fœdus faciendum cum Aſſyriis, erant legis doctores, qui Hieroſolymæ euerſionem plorabãt, ait Propheta: Vbi ſunt doctores illi, qui Deo non fidentes, ſed de eius potentia & miſericordia deſperati, aſſerebant delendam eſſe à Sennacheribo ciuitatem ſanctam? Diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios ita ait: Vbi ſapiẽs? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? Nónne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Quæ verba hũc habẽt ſenſum: Non literati homines, non mundi ſapientes mundo Euangelium annuntiarũt; ſed ſimplices, & humiles, & rudes piſcatores. Fortaſſe ad hunc Eſaiæ locum alludit, vbi non literati & docti, ſed iuſti & pij Deo fidebãt, eiúſque miſericordiam & potentiam prædicabant. Quidam ſic hũc locum interpretatur: Cùm fueris in obſidione, cor tuum ſemper meditabitur timorem: exiſtimabis ſemper adeſſe publicanũ, & exactorem, qui à te tributa exigat: Semper habebis in ore: Vbi eſt ſcriba, &c. At Deus te eripiet, & hoſtes tuos mirabiliter occidet. Hoc dicit Propheta, quia Iudæi tyrannidem Sennacheribi magnoperè timebant. Literatum vocat eũ, qui ſcribebat nomina eorum, qui tributa ſoluebant, ſimiliter & ſcribam. Per legis verbi ponderatorem eum intelligit, qui ponderabat pecuniam, eámque ad pondus numerare ſolebat. Per doctorem paruulorum eum exiſtimat intelligẽdum, qui numerabat ciuitatis domos ad exigenda tributa. Ego tamen priorem expoſitionem amplector, quia eſt planior, & literæ conuenientior, & non recedit à verſione communi, & eſt ea, ad quam Apoſtolus alludere videtur.

1. Cor. 1.

Populum imprudentem non videbis, populum alti ſermonis.) Non videbis regnare in ciuitate ſancta Aſſyrios, populum barbarum, & ſermonis obſcuri & abſtruſi, quem tu intelligis. Conſolatur viros iuſtos & pios.

Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis noſtræ.) Poſtquam fueris è periculo ereptus vir iuſte & pie, contemplare ciuitatem ſanctam, quam Aſſyrius non potuit expugnare. Hæc enim nõn mutabitur, non enim eſt velut tabernaculum Moyſi, quod poterat aliò transferri. Sed eſt permanens & firmum tabernaculum, cuius paxilli, claui, & funes non rumpentur neque laxabuntur. Nam Deus eſt circa hanc ciuitatem loco fluuij altiſſimi, quem ipſo protegẽte nulla nauis neque parua neque magna poteſt traiicere, quæ poſſit ciuitatem expugnare. Quis non videt Eſaiam diuino ſpiritu afflatum hæc non de Hieroſolyma illa terrena dixiſſe, ſed de Eccleſia, cuius illa imaginem gerebat: quæ ab hoſtibus oppugnata vinci nequaquam poteſt, quia Deus eam protegit & ſeruat?

Laxati ſunt funiculi tui.) Locutus fuerat cum Iudæis, modò dirigit ſermonem ad Aſſyriorum populũ, quem cõparat naui deſtitutæ malo, rudẽtibus & velis; quæ arbitrio ventorũ in mari iactatur, & tandẽ procellis obruitur. Eſt igitur ſenſus: Funiculi tui, hoc eſt, rudẽtes nauis laxati ſunt, & à nautis relicti, quẽadmodum fit, quãdo iã nulla eſt ſpes vitæ. Sic erit malus tuus, vt ne velũ quidem poſſit expandi, ita vt naufragium vitare nõ valeas. Malus eſt lignũ in medio nauis eleuatũ.

Tunc diuidentur ſpolia.) Exciſis Aſſyriis & ab Angelo interfectis, diuidentur eorũ ſpolia. Nullus erit in ciuitate non ſolùm agilis & velox, ſed etiam claudus & fragilis, qui non diripiat, & ad prædam celeriter currat.

Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.) Hoc eſt ad Eccleſiam referendum, vbi ſunt ſacramenta, quibus peccata remittuntur.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAP. XXXIII.

Væ qui prædaris, nónne & ipſe prædaberis.) In Hebraico eſt in hunc modum. הוי שודד ואתה לא שדוד Hoi xodhedh ve-atah lo xadhudh. Verbum שדד ſignificat vaſtare, Ezechiæ trigeſimoſecundo: Et vaſtabunt ſuperbiam Aegyptiorum. Pro quo noſter interpres in præſenti vertit prædari, & rectè quidem. Intelligi autem hæc de Aſſyriis diximus in explanatione. Verùm ſi volueris hæc verba reddere Latinè, & verbum è verbo vertere, ita dices: Væ deuaſtanti, & tu non deuaſtatus, & contemnenti, & tu non contemptus. Ac ſi diceret, Væ tibi qui alium lædis, nam ille à te non læditur: & qui alium contemnis, nam ille non eſt contemptus. Vult Propheta oſtẽdere neminem lædi niſi à ſeipſo. Vis lædere aliquem, lædis teipſum: illum autem lædere non poteris, quem lædere contendis. Hoc intelligentes Septuaginta interpretes hunc verſum in hunc modum tranſtulerunt: Væ qui vos miſeros faciunt. Vos enim nemo facit miſeros, & qui reprobant vos, vos nõ reprobant. Eſt hæc interpretatio Septuaginta mirabilis quidem. Qui te in corpore immeritò affligit, nõ tibi, ſed ſibi ipſi nocet: floret enim animus calamitate, & illuſtratur viri iuſti dignitas & amplitudo iniuria & iniquitate hominis ſceleſti, ipſe verò ſceleratus in animo vulneratur, & grauiter offenditur. Et quãuis te occidat, teipſum nõ lædit, imò ſeipſum occidit, quia animã ſuam occidit, tuam autem occidere non poteſt. Ideò dicebat Chriſtus apud Matthæum: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Diogenes Laertius refert dixiſſe Anaxarchum, cùm occideretur à quodam tyranno: Tunde tunde Anaxarchi vaſculum, nam Anaxarchum, nihil teris. Et Socrates dicebat, vt refert Plato, Anitus & Melitus occidere me poſſunt, lædere autem non poſſunt. Epictetus Socraticus, Nemo, inquit, lædit niſi volentem: tunc læſus eris, cùm te lædi opinaberis. Hæc ille. At vir virtute ac ſapientia excultus nõ exiſtimat ſe calamitate & iniuria lædi, ſed eius calamitatẽ deplorat, qui exiſtimabat eũ lædere, cùm ipſe à ſe ipſo lædatur. Vt qui manu accipit prunas, vt alium comburat,

Eze. 32.

Matt. 10.

ſimile

comburat, prius ipſe crematur: ſic non poteris *ſimile* alium igne afflictionis incendere, quin, prius tuipſe incendio flagres. Accenditur candela, vt rem aliquam concremet, prius ipſa cādela exuritur & conſumitur, quàm res alia incendatur, imò flamma candelæ alios illuminat, & ſeipſam conſumit: ſic iniuria prius eum, à quo eſt iacta & immiſſa lacerat & occidit, & poſteà ad innocentem non peruenit, imò eum reddit illuſtriorem. Ex quo colliges veram eſſe illam pręclaram ſententiā, quam Chryſoſtomus in homilia quadam multis comprobat rationibus: Nemo læditur niſi à ſeipſo, quam hoc in loco Septuaginta complectuntur.

Angeli pacis amarè flebunt.) In Hebraieo eſt מלאכי malachei, pro quo noſter interpres dixit: Angeli. Poteſt verti: Nuntij pacis amarè flebunt, & ita vertit Pagninus. Vel legati pacis, &c. Quod in idem recidit. Non igitur intelligas Angelos Dei fleuiſſe, ſed Iudæorum legatos, qui ad fœdus faciendum cum Aſſyriis miſſi fuerant.

Vt dilatare ſignum neu queas.) Pro ſigno eſt in Hebreo נס nes, quæ dictio ſignificat ſignum & vexillum, & quicquid eleuatur, à verbo נסס naſas, quod ſignificat extollere, efferre, & eleuare. Ideò poteſt verti: Vt dilatare velum non poſsis: fracto enim malo nauis, velum erigi & extendi non poteſt.

Argumentum capitis XXXIIII.

Superiore capite prædixit Propheta Aſſyriorum excidium, nunc omnium impiorum calamitatem in cōmuni annuntiat, Idumæorum præſertim, qui ſcelere & maleficio paſcebantur. Vaticinatur de euerſione Hieroſolymæ per Titum, & de infidelium Iudæorum pernicie & vaſtitate.

CAPVT XXXIIII.

A ACcedite gentes & audite, & populi attendire, audiat terra & plenitudo eius, orbis & omne germen eius, quia indignatio Domini ſuper omnes gentes, & furor ſuper omnem militiam eorum. Interficiet eos, & dedit eos in occiſionē. Interfecti eorum proiicientur, & de cadaueribus eorum aſcendet fœtor: Tabeſcent montes à ſanguine eorum, & tabeſcet omnis militia cœlorum, & complicabuntur ſicut liber cœli, & omnis militia eorum defluet, ſicut defluit folium de vinea, & de ficu, quoniam inebriatus eſt in cœlo gladius meus. Ecce ſuper Idumæam deſcendet, & ſuper populum interfectionis meæ ad iudicium. Gladius
B Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe de ſanguine agnorum & hircorum, & de ſanguine medullatorum arietum. Victima enim Domini in Boſra, & interfectio magna in terra Edom. Et deſcendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus. Inebriabitur terra eorum ſanguine, & humus eorum adipe pinguium, quia dies vltionis Domini, annus retributionis iudicij Sion. Et conuertentur torrētes eius in picem, *Infr. 61. a* & humus eius in ſulphur.

EXPLANATIO.

Accedite Gentes & audite.) Non vnam Gentem & vnum populum, ſed omnes Gentes: & populos, & vniuerſam denique terram vocat diuinus vates, imò per eum Deus ipſe, vt accedāt, & audiant, & vltionem, quam peccatoribus minatur, diligenter attendant. Non enim vnum tantùm populum, ſed omnium gentium & nationum peccatores ait eſſe ſuorum ſcelerum pœnas daturos. Sed aduerte. Non dicit: Audite gentes, ſed, Accedite gentes & audite. Vocat nos Deus vt ad eum accedamus, quo verba eius audire & perpendere poſsimus. Si propè eſſemus, non nos vocaret vt accederemus ad eum, vocat vt accedamus, quoniam procul ab eo ſumus. Peccata enim noſtra nos à Deo ſepararunt, *Inf. 59.* & vt alio in loco ait Eſaias, diuiſerunt inter nos & Deum noſtrum. Et cùm nos ſimus procul ab eo, ipſe etiam procul eſt à nobis. Longè enim, vt ait Dauid, à peccatoribus ſalus, hoc eſt, Chriſtus, *Pſal. 118.* quem etiam Eſaias ſub perſona cœleſtis patris *Infr. 49.* ſalutem vocat, ita dicens: Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Eſt igitur Chriſtus ea ſalus, quæ longè eſt à peccatoribus, ad quam oportet nos accedere, quoniam ea ipſa nos vocat, & ad accedendum hortatur: ad quam niſi acceſſerimus peribimus. Ait enim diuinus vates: Qui elongant ſe Domine à *Pſal. 73.* te peribunt. Et in alio Pſalmo ſcriptum legi- *Pſal. 33.* mus: Accedite ad eum, & illuminamini. Et di- *Hebr. 10.* uus Paulus, Accedamus, inquit, cum vero corde in plenitudine fidei: Accedamus igitur ad Deum, & audiamus eum clamantem: Accedite gentes & audite, & populi attendite. Audiat terra. Nos terra & puluis audiamus, quibus etiam per Ieremiam ait: Terra terra terra audi verbum *Ierem. 22.* Dei. Sed audire non poſſumus, niſi prius accedamus. Sed dices: Quî fieri poteſt vt ego longè exiſtens à Deo, ſceleribus contaminatus, poſſim accedere ad ſanctiſsimum numen, ad tam admirabilem maieſtatem, & infinitam potentiam? Reſpondebo. Chriſtus Deus noſter, qui ſe vocat ipſe te quærit & adiuuat, ac manum tribuit. Et ſi volueris ei adhærere, & vniri, te ſecum ad æternam patriam, & glorioſum ſalutis portum perducet. Scapha remis & velo deſtituta *ſimile* vagans in medio mari, concutitur ventis & fluctibus, donec naufragiū facit, & funditus obruitur, & ita ad portū peruenire non valet. Sed ſi ligatur ad nauē firmā, validam, & excellētem, tendit ſecurè cū naue, & ad optatum portum tandē accedit. Sic peccator nudatus gratia & virtute, ductus appetitibus lōgius euagātibus, nec rationi parentibus, vi tēpeſtatum ac tentationum concutitur, donec omnes nefariæ cogitationes eum iam non reſiſtentē impellunt, & obruunt, atq; ad

ima & cæca tartara præcipitant. At ſi peccator
in mediis tentationum fluctibus Chriſtum ar-
dentet inuocauerit, ad eum acceſſerit, & cum
ipſius fauore ſe ad eum alligauerit & vinxerit, ſic
vinctus, & cum Chriſto coniunctus tranſibit tu
tus omnia mundi pericula, donec ad ſplendidiſ-
ſimas illas oras, beatiſſimúmque cœleſtis patriæ
portum tandem perducatur.

Et omne germen eius.) Thargum Ionathæ ha-
bet, Et omnes qui habitant in eo.

Quia indignatio Domini ſuper omnes Gentes.)
ſimile Quando iudex vult nocentem aliquem com-
prehendere, & in carcerem coniicere, non illum
terret minis, ſed occultè quærit. Quando autem
illi publicè carcerem minatur, non vult eum pu
nire, imò tacitè eum minis illis iuſtitiæ hortatur
vt caueat, & à maleficio deſiſtat. Sic Deus mina-
tur impiis ſupplicium & interitum, non vt eos
perdat, ſed vt ad pœnitentiam vocet. Non enim
Ezech.18. vult mortem peccatoris, vt eſt apud Ezechie-
lem, ſed vt viuat & conuertatur. Conſidera Dei
noſtri pietatem. Minatus eſt hîc ſuam indigna-
tionem Gentibus, vt eas ſaluas faceret.

Interfecit eos.) Præteritum pro futuro, vt mos
eſt Prophetarum, vt alibi oſtendimus.

Et tabeſcet omnis militia cœlorum.) Tãta erit af-
flictio, tam intolerabilis dolorum anguſtia, in
tantas ærumnas incident peccatores, vt etiam
ſtellæ videantur illis pre mœrere deficere, & lu-
men ſuum abſcondere. Per militiam cœlorum
intelligit ſyderum multitudinem. Vult Prophe-
ta ſignificare acerbiſſimas ac luctuoſiſſimas ſce-
leratorum hominum futuras calamitates. Homi
ni enim afflicto & ærumnoſo omnia triſtia vi-
dentur, etiam ipſum ſplendidum cœlum obſcu-
rum apparet. Ideò ſubiungit: Et complicabun-
tur ſicut liber cœli. Acſi diceret: Cœli, qui aper-
ti & expanſi ſunt, & ſplendidi, videbuntur illis
eſſe complicati veluti liber obſignatus, nullam
claritatem oſtendentes.

Et omnis militia cœlorum decidet.) Id eſt, omnes
ſtellæ cadent de cœlo. Dicuntur autem cadere,
quando nullum habent ſplendorem. Nonnulli
hoc intelligunt de cometis. Moraliter per ſtellas
intelliguntur religioſi, qui à terra ſeparati cœlo
Philip.3. adhærent, qui debent dicere cum Paulo: Noſtra
enim conuerſatio in cœlis eſt. Hi ſeuocãtes ani-
mum ab omni turbulento negotio, à terra ſe lon
giſſimè efferunt & ad cœleſtium contemplatio-
nem rapiuntur: ideò ſtellis in cœlo fulgentibus
meritò comparantur. At tunc ſtellæ dicuntur
cadere de cœlo, quando nonnulli relinquunt re-
ligionem & ad ſeculum reuertuntur. Et quando
in ipſa religione manentes, orationem, contem-
plationem, & tranquillam animi ac ſolitariam
quietem contemnunt, & ſe diſtrahunt, huma-
niſque negotiis implicant, per ciuitates inquietè
vagantes, ſuiſque deprauatis moribus ſanctę re-
ligioni terram maculam inurentes. Hi dicuntur
cadere in terram, & hi ſunt ſtellæ illæ, quas hîc
Eſaias ait, vt folia decidere, de quibus Chriſtus
Matt.24. ait apud Matthæum: & ſtellę cadẽt de cœlo. Per-
pende obſecro, & alta mente conſidera, ex quàm
alto loco cadit religioſus, qui ſe ſceleribus con-
taminat, ex cœlo in terram. Magna ruina, &
valde metuenda. Fœlices illi, qui permanent in
religione & obſeruantia, qui quieti, erecti, & ele
uati in cœlo verſantur, Deum laudantes, & ne-
gotia humana contemnentes, qui & doctrina &
vita alios erudiunt, & ad virtutem cohortantur.
De his ait Propheta Daniel: Qui ad iuſtitiam Dan.12.
erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æter-
nitates. Horum cognoſco ego infinitam multi-
tudinem, qui veram pietatem colunt, animi can
dore conſpicui, ſapiẽtia pręcellẽtes, cœleſtiſque
immortalitatis amore flagrantes.

Inebriatus eſt in cœlo gladius meus.) Id eſt, conſti-
tui in cœlo me interfecturum eſſe impios, pręſer
tim Idumæos. Hic gladius, quem hîc dicit eſſe
ſanguine inebriatum, apud Ezechielem contra Ezech.21.
impios acuitur. Hunc dicit Deus deſcenſurum
eſſe ſuper Idumęam. Ait enim: Ecce ſuper Idu-
męam deſcendet, & ſuper populum interfectio-
nis meæ ad iudicium. Id eſt ſuper populum, quẽ
ſum interfecturus ad iudicium faciendum, & iu
ſtitiam exercendam. Sed quoniam Idumæa ſo-
nat terrenam, exiſtimo velle Prophetam ſignifi-
care venturam eſſe hanc perniciem hominibus
ſolam terram colentibus, cœlum autem non cõ-
templantibus, de quibus ait diuus Ioannes in
Apocalypſi: Væ væ væ habitantibus in terra. Apoc.8.

*Agnorum & hircorum & de ſanguine medullato-
rum arietũ.*) Per hæc animalia intelligit interpres
Chaldaicus reges, potentes & dominos terræ.

Victima enim magna in Boſra.) Id eſt, Magna erit
interfectio in ea ciuitate Idumææ, quæ dicitur
Boſra. Victima & ſacrificium pro cęde ponũtur.

*Et deſcendent vnicornes cum eis, & tauri cum po-
tentibus.*) Subaudi ad ſepulchrum. Quaſi dicat:
Etiam vnicornes & tauri occidentur. Ionathas
ſic vertit: Et interficientur fortiſſimi cum eis, &
potentes cum ſatrapis.

Annus retributionis Iudicij Sion.) Non ſolùm
euertet Deus Gẽtium ciuitates, ſed etiã Hiero-
ſolymã per Titum funditus delebit. Veniet enim
tempus, quando Deus Sioni, hoc eſt, Hieroſoly-
mę retribuet id, quod ea iuxta tectum iudicium
meretur. Et tunc conuertentur torrentes eius in
picem. Hoc eſt: Tempore Romanæ obſidionis
omnia erunt in ciuitate plena pice, ſulphure, &
flammis ardentibus. Succendetur Hieroſolyma,
& incendio flagrabit. Non extinguetur veluti ſi
fluuij non eſſent aquæ, ſed picis. Vbique erit do-
lor, & incredibilis afflictio & calamitas.

Et erit terra eius in picem ardentem C
nocte & die, non extinguetur in ſempi-
ternum. Aſcendet fumus eius à genera-
tione in generationem, deſolabitur in ſe-
cula ſeculorum. Non erit tranſiens per
eam, & poſsidebunt eam onocrotalus &
hericius, & ibis & coruus habitabunt in
ea. Et extendetur ſuper eam menſura, vt
redigatur ad nihilum, & perpendicu-
lum in deſolationem. Nobiles eius non
erunt ibi, regem potius inuocabunt, &
omnes principes eius erunt in nihilum.
Et orientur in domibus eius ſpinæ, & vr-
ticæ, & paliurus in munitionibus eius, &
erit cubile draconum, & paſcua ſtru-

thionum, & occurrent dæmonia onocentauris,& piloſus clamabit alter ad alterum. Ibi cubabit lamia, & inuenit ſibi D requiem. Ibi habuit foueam hericius, & enutriuit catulos,& circunfodit & fouit in vmbra eius. Illic congregati ſunt milui, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro Domini, & legite, vnum ex eis non defuit, alter alterum non quæſiuit, quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit,& ſpiritus eius ipſe congregauit ea, & ipſe miſit eis ſortem, & manus eius diuiſit eam illis in mẽſuram. Vſque in æternum poſsidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

Et erit terra eius in picem ardentem nocte & die.) Deſcribit euerſionem & vaſtitatem Hieroſolymæ. Et quoniam pix eſt magnum ignis nutrimentum, dixit terram vertendam eſſe in picem inextinguibilem, vt ſignificaret Hieroſolymam euertendam eſſe in æternum: vt nunquam ibi poſteà eſſet ſacrificiorum templum, nec Iudæorum ſynagoga. Quod hodie impletum videmus. Poſtquam enim ciuitas illa fuit per Titum funditus euerſa propter Iudæorum infidelitatem,& Chriſti cædem, nunquam poſteà fuit eodem loco & ſitu reædificata: neque ibi Iudæi templum habent nec ſacrificia. Ex quo perſpicuum eſt legem veterem cum ſuis cerimoniis & ſacrificiis ceſſauiſſe,& antiquatam eſſe.

Poßidebunt eam onocrotalus & hericius, & ibis & coruus habitabunt in ea.) Deſcribit ſolitudinem Hieroſolymæ poſt eius euerſionem. Solent enim hæc animalia in locis deſertis habitare. Onocrotalus auis eſt quæ, cùm collum mergat in aquam ruditum aſini edit: onos Græcè ſignificat aſinum, & crotalos eum, qui habet vocem tinnulam & ſonoram. Hericius eſt animal ſetis horrens, de quo alibi diſſeruimus; Ibis eſt auis Aegypti, quæ duplex eſt, altera tota nigra, altera verò ciconiæ non diſſimilis. Coruus auis eſt per ſe nota.

Et extendetur ſuper eam menſura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in deſolationem.) Senſus eſt, fruſtra conabuntur Iudæi Hieroſolymam & templum inſtaurare. Architecti vtuntur funiculo ſiue linea & menſura, atque etiam perpendiculo & amuſſi in conſtruendis ædificiis, vt omnia ad rectam normam dirigantur. At funiculus huius vrbis erit inanis, non enim ſolùm ciuitas non ædificabitur, ſed etiam in nihilum redigetur, & perpendiculum vertetur in euerſionem.

Nobiles eius non erunt ibi, regẽ potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum.) Senſus eſt: Quando Hieroſolyma fuerit per Romanos euerſa, non erunt ibi nobiles illius ciuitatis nempe Apoſtoli Chriſti,& viri Apoſtolici, ne ſimul cum impiis pereant, & eorum excidio coniungantur. Quin potius regem Chriſtum inuocabunt. At principes illius vrbis Scribæ & Phariſæi delebuntur, ſuorúmque ſcelerum & aduerſus Chriſtũ impietatis pœnas acerbiſſimas luẽt.

Paliurus in munitionibus.) Paliurus eſt herba aſpera & ſpinoſa, quæ à noſtris appellatur cardo. Struthiò eſt auis magna & vorax quæ ferrũ digerit, appellatur Luſitanè ema. Onocentaurum dicunt eſſe animal monſtroſum repræſentans quandam hominis imaginem à parte ſuperiori, aſini verò ab inferiori. Piloſus eſt dæmon in figura hirci. Sunt qui dicant capi hîc pro ſimia. Lamiam dicunt eſſe animal prætendens faciem mulieris, pedes habens equinos. Ferunt nonnulli eſſe auem inuiſam & inauſpicatam: Significat etiam mulierem, quæ inſtar ſtrigum, ſanguinem infantium ſugit. Per hæc omnia voluit Propheta vrbis vaſtitatem & ſolitudinem ſignificare. Ego exiſtimo per hæc animalia & portenta intelligi Agarenos, & cæteros infideles, vt ſit ſenſus: Expulſo Iudæorum populo, habitabunt in ea regione gentes immanes, barbaræ, & ſuperſtitioſæ, deditæ peſtilentibus ſectis,& dæmonibus ſeruientes.

Requirite diligenter in libro Domini.) Vos qui tunc temporis in obſidione Hieroſolymæ fueritis, & poſt vrbis euerſionem euaſeritis, legite hanc meam vaticinationem, videte hunc meum librum, quem iuſſu Domini ſcribo,& inuenietis omnia hæc vera,& impleta eſſe.

Quod ex ore meo procedit, ille mandauit.) Nempe Deus.

Spiritus eius ipſe congregauit ea.) Nempe animalia & portenta, quæ habitent Hieroſolymæ. Et ipſe Dominus miſit eis ſortem, hoc eſt, diſtribuet eis terram veluti in ſortem & hæreditatem. Et ipſa animalia vſque in æternum poſſidebunt eam. Quaſi dicat: Templum Iudæorum nunquam in æternum erit ciuitas Iudæorum.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAP. XXXII.

Super vniuerſam malitiam eorum.) Pro malitia eorum eſt in Hebraico צבאם tſeuaam. Dictio eſt צבא tſaua, quæ non malitiam, ſed militiam ſignificat. Ideò exiſtimo vitium eſſe librariorum, qui pro militia malitiam ſcripſerunt. Et nonnulli codices habent militiam,& rectius quidem. Septuaginta pro militia verterunt numerum. Poteſt verti: Super vniuerſum exercitum. Significat enim hoc nomen militiam,& exercitum,& pugnam,& tempus ſtatutum, ſeu terminum deſtinatum. Vnde in Pſalmo centeſimoſecundo: *Pſal.102.*
Benedicite Domino omnes virtutes eius: poterat verti: omnes exercitus eius, quemadmodum in Pſalmo viceſimotertio: Dominus virtutum *Pſal.23.*
ipſe eſt rex gloriæ. Virtutes autem in his duobus locis pro Angelorum exercitibus ſumuntur.

Onocrotalus.) In Hebraico eſt קאת Kaath, quæ dictio eſt in Leuitico capite 11. pro qua interpres *Leuit.11.*
noſter onocrotalum vertit, quemadmodum hîc, *Soph.2.*
& Sophoniæ 2. quanquam in Pſalmo 101. pro *Pſal.101.*
eo nos habeamus pelicanum. vbi verſio diui Hieronymi ex Hebraico habet: Aſſimilatus ſum pelicano deſerti. Hac ratione ductus tranſtulit hîc Pagninus pelicanum. Alij dicunt eſſe monedulam. Vtcunque ſit ea eſt auis immunda ſolita habitare in deſerto.

Argument

Argumentum capitis XXXV.

Deſcribit diuinus vates gaudium gentium, quæ erant ad Chriſti fidem conuertendæ. Prædicit Chriſti aduentum, eiúſque miracula & ſigna, eſſéque illum viam ad cæleſtem patrem, qua tendunt omnes, qui vitam immortalem conſequuntur.

CAPVT XXXV.

A LÆtabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Gloria Libani datá eſt ei, decor Charmeli & Saron. Ipſi videbunt
B gloriam Domini, & decorem Dei noſtri. Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate. Dicite, puſillanimes, cō
C fortamini, & nolite timere. Ecce Deus no
Matt.15.c ſter vltionē adducet retributionis, Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tūc aperientur oculi cæcorū, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorū, quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine, & quæ erat arida in ſtagnū, & ſitiens in fontes aquarum. In cubilibus in quibus prius dracones habitabāt, orietur viror calami & iunci, & erit ibi ſemita, & via ſancta vocabitur. Nō trāſibit per eam pollutus: & hęc erit vobis directa via, ita
D vt ſtulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala beſtia non aſcēdet per eam, nec inuenietur ibi. Et ambulabunt qui liberati fuerint & redēpti à Domino, conuertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum. Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

EXPLANATIO.

Lætabitur deſerta & inuia.) Dixerat Propheta capite ſuperiore euertēdam eſſe Hieroſolymam ob Iudæorum perfidiam & nefariam aduerſus Chriſtum impietatem & ingratitudinem. Nunc prædicit vocationem Gentium, promittítq; credentibus in Chriſtum lætitiā & conſolationem. Eſt ergo ſenſus: Gentilitas, quæ eſt quoddam deſertum abſque ſolidarum virtutum fructu, ſine via quæ ducat ad verā gloriam, lætabitur, & fructum proferet vberrimum. Veniet tempus illud, quando Deus mittet filium ſuum, vt errantibus viam veritatis oſtendat, & tunc conuertentur Gentes ad fidē, & gaudio magno perfundentur. Et illi, qui anteà erant aridi nullis veræ doctrinæ aquis irrigati, ſicut lilium mirabiliter florebunt. Hanc vaticinationem ſcimus eſſe impletam, & Gentes anteà charitate deſtitutas & deſertas Apoſtolorū prædicatione eſſe conuerſas ad Chriſtum. Idem vaticinatur infrà noſter Propheta capite quinquageſimo quarto, vbi has voces emittit: Lauda ſterilis quæ non paris, decanta laudem & hinni, quæ non pariebas, quoniam multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habebat virum. Quem locum Apoſtolus Paulus in epiſtola ad Galatas de Eccleſia interpretatur, quæ anteà erat quoddam deſertum. De hoc deſerto ait propheta in Pſalmo: Vox Domini concutientis deſertum. Vox hæc Domini eſt Apoſtolorum prædicatio, quæ Gentium populum percuſſit, vt ſalubriter ad pœnitentiam conuerteretur. Eſt enim vox Domini quaſi malleus conterens petrā, vt aſſerit Ieremias. Hac voce concuſſum deſertum aridum floruit quaſi lilium. Veros Chriſtianos comparat liliis, de quib. dicitur in Canticis: Dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia. Vt enim nihil ſpecioſius lilio, ſic nihil pulchrius Chriſtiana nobilitate. Titulus pſalmi quadrageſimiquarti, vbi cōmunis verſio habet: Pro his qui commutabuntur, poteſt verti ex Hebraico: Pro liliis. Quod idem eſt: Gentes enim ad Chriſtum conuerſæ lilia appellantur. *Infrà 54.* *Gal.4.* *Pſal.28.* *Ierem. 23.* *Cant.6.*

Gloria Libani data eſt ei.) Nihil erit pulchrius, feracius, & glorioſius Eccleſia Chriſti, quæ anteà erat inuium & ſterile deſertū. Habebit enim gloriam Libani, & pulchritudinem Charmeli & Saron. Per Libanum intelligitur tēplum Salomonis, quemadmodū apud Zachariā capite vndecimo, & apud Ezechielē capite decimoſeptimo, vt ibi ſtatim Propheta exprimit. Per Charmelum & Saron intelligitur Iudæorū populus, vt capite 33. explanauimus. Voluit ergo Eſaias ſignificare omnem candorem, & Dei cultum, & ſcripturarum ſcientiam & cognitionem, & fructuum ſpiritualium fertilitatem & abundātiam, & omnem gloriam & pulchritudinem, & omnes denique virtutes, auferendas eſſe à ſynagoga, & dandas Eccleſiæ. Id ſignificauit Chriſtus Iudæis dicens: Auferetur à vobis regnum, & dabitur Genti facienti fructus eius. *Zach.11.* *Ezech.17.* *Matth. 21.*

Ipſi videbunt gloriam Domini.) Hoc eſt, Chriſtiani videbunt filium Dei inter eos habitantem, & gloriam eius. Videbunt eum facientem miracula, ſuúmque diuinum numen ſignificantem. Hoc ita impletum eſſe oſtendit iis verbis diuus Ioannes: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriā eius, &c. Veri fideles charitate illuminati Chriſtum videbant non ſolùm oculis corporis, ſed oculis fidei charitate formatæ. Infideles verò quamuis oculis corporis Chriſtum aſpicerent, cum tamen animo non intuebantur. ideò eum non vidiſſe dicuntur. Eam ob cauſam dicebat Chriſtus diſcipulis ſuis: Beati oculi qui vidēt, quæ vos videtis. Infideles omnes cæci ſunt, & non ſolùm infideles, ſed etiam multi ex fidelibus laborant animi cæcitate, qui ſceleribus cōtaminati in tenebris verſantur: qui quāuis habeant lumen fidei, tamen quoniā hęc fides eſt mortua, nec habent ignē charitatis, inter cæcos numerantur. Anima noſtra eſt lāpas, oleum eſt amor Dei, aqua eſt fides. Et vt lampas ſine oleo extinguitur, quamuis aquam contineat, & extincta lampade tota domus obſcura manet, *Ioan.1.* *Matt.13.* *ſimile.*

tenebriſq; circuuſuſa, ſic anima charitate deſtituta, quamuis babeat fidem, amittit iguem & claritatem, atque ita manens homo cæcus iacet in obſcuritate & caligioe.

Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate.) Senſus eſt: Qui anteà opera Dei non faciebatis, quòd manus haberetis lãguidas & remiſſas, erigite eas, & roborate, atq; ad virtutis actiones extendite. Et qui erroribus & ſupetſtitionibus claudicabatis, eſtote fortes, via tecta incedite, & ad veram Dei glotiam tendite. Qui in via veritatis errãt, clandi dicũtur: de quibus dicitur *Pſal.17.* in Pſalmo: Clandicauerunt à ſemitis ſuis. Videtur Ptopheta alludere ad certandi rationem, fit enim nonnunquam vt pugnare volentibus brachia aç manus ob nimium timorem langueſcãt, & genua ipſa debilitẽtur. Hortatur igitur eos ad recipiendũ animum, vt intrepidi imitentur ſtrenuos milites, vt brauium conſequãtur. Ita Apo- *Heb.12.* ſtolus Hebtæis, Remiſſas manus, inquit, & ſuluta genua etigite, & greſſus tectos facite pedibus veſtris.

Dicite puſillanimes confortamini.) Poſtquã confortaueritis manus veſtras diſſolutas, & genua debilia roboraueritis, alios ad eandem fortitudinem hortamini, & dicite puſillanimis, vt confortentur, & ad virtutem accingãtur. Perpende. Noo dicit: Vos iacentes in vitiis alios ad virtutem excitate: ſed ſurgite à vitiis, & incumbite fortiter in virtutes, & ſic concionamini, & alios ad eaſdẽ virtutes ſectandas admonete. Nã quamuis oratores omnes dicendi artificio facilè ſuperes, quid tibi prodeſt ad beatitudinẽ conſequendam, ſi nolueris à ſceleribus ſeiungi, & à vitiis ſeparari? Hæc eſt cauſa cur multi concionatores noo perſuadeãt, cùm dicant aptè ad perſuadendũ, quia ſunt ab omni charitate virtutiſq; actio- *ſimilitudo* nibus deſtituti. Vt enim nihil prodeſt militibus oppugnare vrbẽ multo puluere ſulphureo, ſi machinæ, quas noſtri arcabuzes & bombardas vocant, non babeant pilas, quas proiiciant, quibus muros contundant & euertant, & hoſtes interficiant, quia tunc nihil aliud efficiunt, quàm conſumere puluerẽ fruſtra, & aërem ſonitu implere. Sic concionatores nec muros ſuperbiæ auditorum, nec prunas vanitatis eorum euertunt, nec animi hoſtes vulnerãt, nec denique aliquid perſuadent, quia ſunt à virtute nudati. Concionari ſine bonis operibus, eſt vrbẽ oppugnare ſine pilis, eſt cõſumere verba, replere aërem tonitruis, & clamoribus, & tandem nihil efficere. Menander dicebat, vt refert Plutarchus in Politica ad Traianũ, mores dicẽtis eſſe qui perſuadeãt, non verba. Quãquam Plutarchus dicat rhetoricam, etiam ſi non ſuadendi ſit opifex, eſſe tamen adiutricem, quod nos etiam faremor: dicit enim hîc Eſaias, vt virtutem amplectamur, & ſic alios ad eandem cohortemur.

Ecce Deus noſter vltionem adducet retributionis, Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos.) Veniet Chriſtus verus Deus, & adducet vltionem & ſalutem: iis, qui eum receperint, ſalutem: illis autem, qui in ſua infidelitate manere voluerint, vltionẽ. Huc pertinent verba eiuſdem Prophetæ, quæ ſupra *Suprà 8.* explanauimus capite octauo: Erit vobis in ſanctificationem: in lapidem autem offenſionis, & petram ſcandali duabus domibos Iſrael.

Tunc aperientur oculi cæcorum.) Cùm Chriſtus, inquit, in mundum venerit, aperiet oculos cæcorum, & lucem non videntibus reddet. Hoc & omnia alia miracula, quæ ſequuntur, fecit Chriſtus Deus ooſter. Et ſubindicauit hoc caput de ſeipſo intelligi, cũ interrogatus à diſcipulis Ioannis Baptiſtæ vtrum eſſet Meſſias in lege promiſ- *Matt.11.* ſus, reſpondit, vt eſt apud Matthæum: Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis: Cæci vident, claudi ambulãt, leproſi mundantur, ſurdi audiuot, &c. Acſi diceret: Ego ſum ille, quem dixit Eſaias Propheta hæc ſigna facturum eſſe. Voluit Chriſtus non verbis, ſed operibus probare ſe eſſe Meſſiã. In dialectica Ariſtotelis ſunt multa loca à definitione, à diuiſis, à coniunctis, à repugnantibus, & multa alia. In dialectica Chriſti vnicus eſt locus, nimirum ab operibus. Hæc miracula impleta ſunt tunc corporaliter, ſed quotidie ſpiritualiter adimplẽtur, cùm qui prius cæcum habebant intellectũ, ſplendore veritatis illominẽtur, & ipſam veritatẽ aſpiciant, de quibus *Ephe.5.* ait diuus Paulus: Eratis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et qui ad verbũ Dei ſurdas aures habebant, libenter audiant. Et qui in peccatis iacebant, iaoi currãt, vt brauium comprehendant. Et qui muti erant, nunc de peccatis ſuis confiteantur. Et cùm Chriſtus hæc miracula corporaliter fecit, voluit etiam ſignificare hæc ſpiritualia, quæ per illa innuebãtur. Aperuit cæcorum oculos, vt oſtenderet hoc facto fore, vt inſipientium cæcarúmq; Gentium, quæ Deum neſciebant animos illuminaret luce ſapientiæ, & ad cœleſtia cõtemplãda interiores oculos aperiret. Verè enim cæci erant omnes idolorum cultores, qui cœleſtem ſplendorem non conſiderantes, tenebris ignorantiæ circunfuſi, deos falſos & commentitios colebant, & vero Deo contempto ad res creatas conuertebantur,

Exod.17. Num.20. Pſal.77. *Quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ.* Hoc eſt, quia in Eccleſia, quæ quondam deſertum fuerat, erumpẽt aquæ ſalutaris bapriſmi, & torrẽtes ac fluuij gratiæ, & Euangelicæ doctrinæ. Alludit Propheta ad aquas illas, qoæ in deſerto de petra virgã Moyſi percuſſa fluxerunt. Quæ omnia gerebant figuram eorum, quæ poſteà futura erant, & quæ completa eſſe nos aſſeuerãter affirmamus, & firmiſſimè credimus. Diuus enim Paulus inquit omnia illa in figura contigiſſe, & petram illam *1.Cor.10.* eſſe Chriſtũ, ex cuios latere lãcea percuſſu fluxerunt aquæ quibus ablueremur. Ait igitur Eſaias fore, vt Eccleſia, quæ olim fuerat aridum deſertum, abundaret aquis, de quibus ſupra dixerat *Suprà 12.* capite duodecimo: Haurietis aquas in gaudio de fõtibus ſaluatoris. Vbi poteris videre ea, quæ ibi hac de re fusè annotauimus.

In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci.) Hoc eſt, in animis hominum, vbi anteà habitabant ſcelera, errores, ſuperſtitiones, cæteræq; peſtes, quæ veluti feræ immanes, homines inuaſerant, habitabunt fides, ſpes, charitas, prudẽtia, tẽperantia, cæteræq; virtutes. Anima, quæ prius fuerat indomitorũ appetituũ & ſcelerum diuerſorium, erit ſanctarum cogitationum & virtutum domiciliũ & receptaculum. Per dracones vitia, per virorem iunci & calami

calami virtutes intellige. Diuus Gregorius in
Ezechielem homilia 13. per calamum pulchrum
& ſonorum intelligit Euangelicos concionato-
res, per iuncum verò auditores Euangelij: Vt ſit
ſenſus: Gentilitas, quæ ante Ieſu Chriſti aduen
tum erat veluti quædam ſuperſtitionum mercea-
tura, recepta fide erit ſchola quædam admirabi-
lis & pulchra Euangelicæ veritatis.

Et erit ibi ſemita, & via ſancta vocabitur.) In Ec-
cleſia erit Chriſtus, qui dicit de ſe ipſo: Ego ſum
Ioan.14. via, veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem niſi
per me. Acſi diceret: Si volueritis ad patrem
Ioan.16. cœleſtem ire, ego vos ducam. Chriſtus non ſo-
Ephe.5. lùm eſt via, per quam ambulare debemus, vt
Coloſ.1. ad patriam aſcendamus, ſed etiam ipſe iuit ad
Patrem, & ſecum omnes eum ſequentes ad il-
lum perducit. Ait enim: Vado ad eum, qui mi-
ſit me. Cùm Chriſtus ſit caput noſtrũ, vt Apoſto
lus aſſerit, quæ proportio eſt Chriſtũ aſcendere
ad cœlum, nos verò ad infernum deſcẽdere? quò
tendit caput, eò tendere debent omnia membra.
Eamus cum capite noſtro, aſcendamus cũ Chri-
ſto, qui ait: Vado ad Patrem. Et eamus per eum,
qui eſt via, quæ eſt in Eccleſia, & ſancta vocatur.
Vnus ex erroribus in quib. homines verſantur,
eſt exiſtimare eſſe in mũdo res firmas & ſtabiles.
Si nihil in mundo ſtat, ſi nihil conſiſtit, ſi omnia
continuò currunt, quî fieri poteſt, vt ſit ſtatus, id
Iob.14. quod nũquã ſtat? Homo, inquit, Iob, fugit velut
vmbra, & nunquam in eodẽ ſtatu permanet. Per
pende obſecro. Non dicit: Homo mouetur, ſed
fugit, vt eius motus velocitatẽ ſignificet. Neque
dicit: fugit vt corpus aliquod ſolidũ, ſed vt vm-
bra, qua nihil eſt inconſtantius, nihil leuius, ni-
Pſal.38. hil fugacius. Et Dauid, In imagine, inquit, per-
tranſit homo. Non dicit trãſit, ſed pertranſit, nec
1.Cor.7. dicit in ſubſtantia, ſed in imagine. Et Apoſtolus,
Præterit, inquit, figura huius mundi. Nõ ait ſub-
ſtantiam, ſed mundi figuram, vmbram & imagi-
Pſal.101. nem præterire. Et Dauid: Dies mei ſicut vmbra
declinauerunt. Neminem vnquam interroges
quot annos habeat, ſed quot annos deſinat habe
re. Diuus Auguſtinus hæc verba ſcripta reliquit:
Res cùm creſcũt, & tendunt eſſe, quò magis ce-
leriter creſcunt vt ſint, eò magis feſtinant vt non
ſint. Et diuus Gregorius, Viuere, inquit, eſt à vi-
ta tranſire. Vnde dicebat Seneca: Quicquid vi-
des, corruit cum tẽpore, nihil firmum & ſtabile.
Cùm igitur vita noſtra ſit quidam tranſitus &
curſus, nónne melius ibimus per viam, quæ du-
cit ad æternam beatitudinem, quàm per deſer-
tum & ſolitudinem, & per lucos ad infernum
tendentes? Chriſtus eſt via ducens ad gloriam
immortalem. Hoc non poſſumus negare. Ipſe,
Ioan.14. qui eſt veritas, hanc veritatem affirmat. Ego, in-
quit ille, ſum via. Cur hanc viam relinquimus,
Pſal.106. & in deſertis, hoc eſt, in peccatis & flagitiis ab
errantes verſamur? Errauerunt in ſolitudine &
inaquoſo, ait diuinus vates, & viã ciuitatis non
Matt.7. inuenerunt. Non eam inuenerũt, quia eam quæ-
rere non curarunt. Quęrite, ait Chriſtus, & inue-
nietis. Quæramus igitur hanc viam, & ambule-
mus per eam, quoniã hæc eſt, via, quæ ducit ad
Bethſames, de qua loquuntur literæ diuinæ in
1.Reg.6. primo libro Regum. Remittentes Philiſtini ar-
cam Domini in locum ſuũ, quam ob Iudæorum
peccata ceperant, poſuerunt eam in plauſtro, cui
iunxerunt duas vaccas, quæ lactabãt vitulos, eos
autem domi concluſerunt: & ait ita ſcriptura:
Ibant autem in directum vaccæ per viam, quæ
ducit Bethſames: & itinere vno gradiebantur
pergentes & mugientes, & non declinabant neq;
ad dexteram nec ad ſiniſtram. Bethſames ſignifi-
cat domũ ſolis. Hæc eſt cœleſtis illa gloria, do-
mus illius ſolis ſempiterni, qui homines illumi-
nat, qui luce ſua ſanctorũ animas in oris illis bea
tiſſimis & immortalibus diuinitus illuſtrat, &
inflãmat. Quæ ſunt hę vaccæ, quæ non recedunt
à via ad gloriã ducente, quæ arcã, vbi erat diui-
na lex, ſecũ portant, niſi illi qui ſanctum Euange
liũ ſecũ portantes, & ſecundũ illud viuentes, nul
lis eſurientium filiorũ mugitibus à Dei obſequio
reuocantur, nullis humanis negotiis impediun-
tur, ſed per Chriſtũ veram viã ad cœleſtẽ Patrem
feſtinãtes currũt? Fœlices animę quæ nec ad dex
teram declinant, neq; ad ſiniſtrã, ſed ad cœleſtẽ
domum rectè & celeriter tendunt ad cõprehen-
dẽdum præmiũ illud: ad quod diuus Paulus fe- *Philip.3.*
ſtinabat ita inquiens: Quæ quidẽ retrò ſunt obli
uiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extẽdens me
ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauiũ ſuper
næ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Vide ardens
deſiderium, quo Apoſtolus currebat ad gloriam
cõſequendã, qui adhuc nõ accedẽs, iam ſeipſum
extẽdebat eorum more qui ad rẽ ipſam dilectam
nondum pedibus accedentes, tanto eius amore
flagrant, vt ad eam præ feruenti deſiderio bra-
chia ac manus extẽdant. Via hæc, qua apoſtolus
currebat, & qua nos currere debemus, Chriſtus
eſt Deus noſter. Et hæc eſt via ſancta, quã hoc in
loco Eſaias in Eccleſia eſſe aſſeuerãter affirmat.

Non pertranſibit per eam pollutus. Sic in Apoca-
lypſi diui Ioannis: Non intrabit in eam aliquid
coinquinatum. Quanquam illa particula, eam,
poteſt ibi referri ad Eccleſiam triumphantem. *Apoc.21.*

Et hæc erit directa via vobis.) Nempe Chriſtianis
veram pietatem colentibus. Nam infideles hac *Sap.5.*
via non ambulant, neque illi qui ſunt ſceleri-
bus aſtricti, quorum multi in inferno cruciati
dicebant: Errauimus à via veritatis, vt literę di-
uinæ in libro Sapientiæ memoriæ prodiderunt.

Non erit ibi leo.) Hac via, quę eſt Chriſtus, non
ambulauit diabolus, nec eius miniſtri: ſed ambu
labunt per eam qui liberati fuerint, nimirum à
peccatis, & per Chriſtum redempti. Per leonem
intellige diabolum, de quo ait diuus Petrus. Ad- *1.Pet.5.*
uerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens
circuit, quęrẽs quem deuoret. Per malas beſtias
infideles, cęteróſque homines impios & flagitio
ſos diaboli ſatellites & miniſtros.

Et venient in Sion cum laude.) Id eſt, ad Eccleſiã,
de qua ait diuus Paulus in epiſtola ad Hebręos:
Acceſſiſtis ad Sion mõtem & ciuitatem Dei vi- *Heb.12.*
uentis Ieruſalem cœleſtem. Hæc omnes recipit,
qui ad fidem conuertũtur, qui mentis oculis ve-
ritatẽ aſpicientes, & errores ac ſcelera à quibus
liberati ſint cõtemplantes, gaudio perfundũtur.
Appellatur hoc gaudium ſempiternum, quia in-
cipiens hîc per gratiam, in cœleſti patria perfici-
tur per gloriã, vbi ſine fine manet. Vel per Sion
intellige Eccleſiam triumphantẽ, vbi beati Deo
fruuntur, & æterno gaudio replentur. De iis lo-

Sup. 25. cutus eſt ſuprà Eſaias capite 25. & diuus Ioan-
Apoc. 20. nes in Apocalypſi capite vigeſimo. Iudæi noſtri temporis totum hoc caput ad liberationem à captiuitate, in qoa modò detinentur, referendum exiſtimaot, & hîc ſexcentas nugas & nænias, vt ſolent cæci homines in medium proferant.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT XXXV.

Et erit tibi ſemita, & via ſancta vocabitur.) Pro tibi, ſeridendum eſt, ibi. Et ita habẽt nonnulli codices, Nam in Hebraico eſt שם xam, quæ dictio aduerbium eſt, & non pronomen. Pro ſemita in hebraico eſt מסלול maslul, quod vocabulum ſi-
Matt. 7. gnificat viam arctã. Hæc eſt illa, de qua ait Chriſtus: Arcta via eſt quæ ducit ad vitam. Eam prædicit Eſaias vocandam eſſe ſanctam. Fortaſſe per viam intelligit præceptorum cuſtodiam, de qua
Pſal. 118. ait Dauid: Viam mandatorum tuorum eueurri. Per ſemitam verò conſiliorum obſeruationem,
Pſal. 26. de qua ait idem Propheta: Dirige me in ſemita recta propter inimicos meos. Et paulò poſt in hoc eodẽ noſtro capite, vbi noſtra verſio, quam vulgatã appellamus, habet: Et hęc erit vobis directa via: poteſt verti ex Hebræo: Et ipſe cum eis ambulabit in via. Verbum enim הלך halac, quod
Pſal. 118. hîc ponitur, ſignificat ambulare, vt Pſalmo. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Eſt igitur ſenſus: Chriſtus non ſolùm eſt via, ſed ductor ad patriam. Ille eſt columna il-
Exod. 13. la, quæ Hebræos ad promiſſionis terram ducebat. Sed neceſſarium eſt vt abnegamus noſmetipſos, & cruces noſtras tollentes ſequamur noſtrum ducẽ, vt eo in æterna patria fruamur. Ipſe
Matt. 16. enim ait: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me.

Argumentum capitis XXXVI.

Obſeſſa ab Aſſyriis Hieroſolyma miſit Sennacheribus ad regem Ezechiam Rapſacem hominem ſuperbum & impium, qui & Ezechiæ & cæteris Iudæis triſte exeidium minaretur, niſi ſe & ciuitatem traderent, & ad Sennacheribum ſupplices accederent. Narrat Eſaias hanc hiſtoriam, quoniam huius obſidionis, & Iudæorum liberationis ſæpe meminerat, vt omnes intelligerent vera fuiſſe ea, quæ literis mandauerat, & hac de re vaticinatus fuerat.

CAPVT XXXVI.

A ET factũ eſt: in quartodecimo anno regis Ezechiæ, aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorum ſuper omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et miſit rex Aſſyrio-
4. Reg. 18. c rum Rapſacem de Lachis in Ieruſalẽ re-
2. Pa. 32. a gem Ezechiam in manu graui, & ſtetit in aquæ ductu piſcinæ ſuperioris in via agri fullonis. Et egreſſus eſt ad eum Eliachim filius Helchiæ, qui erat ſuper domum, & Sobna ſcriba & Ioahe filius Aſaph à commentariis. Et dixit ad eos Rapſaces, conſilio te Ezechiæ. Hęc dicit rex magnus rex Aſſyriorum, Quæ eſt iſta fiducia qua confidis, aut quo conſilio vel fortitudine rebellare diſponis? Super quem habes fiduciam, quia receſſiſti à me? Ecce confidis ſuper baculũ arundineũ confractum iſtũ, ſuper Aegyptũ, cui
ſi innixus fuerit homo, intrabit in manũ B
eius, & perforabit eam. Sic Pharao rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo. Quod ſi reſponderis mihi, in Domino Deo noſtro confidimus. Nónne ipſe eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria, & dicit Iudæ & Ieruſalẽ, Corã altari iſto adorabitis? Et nũc trade te Domino meo regi Aſſyriorum, & dabo tibi duo millia equorũ, nec poteris ex te præbere aſcenſores eorum. Et quomodo ſuſtinebis faciem iudicis vnius loci ex ſeruis Domini mei minoribus? Quòd ſi cõfidis in Aegypto, in quadriga & in equitibus, & nunc
nunquid ſine Domino aſcendi ad terram C
iſtam, vt diſperderem eam? Dominus dixit ad me: Aſcende ſuper terram iſtam, & diſperde eam.

EXPLANATIO.

Hæc hiſtoria narratur libro quarto Regum, 4. Reg. 18.
& ſecundo Paralipomenõ, vbi eam poteris ple- 2. Par. 32.
niſſimè videre. Hic rex Ezechias fuit filius Achaz regis Iudæ hominis impij, qui regia dignitate ad ſuum exitium & deformitatem abuſus à vera religione & virtute penitus aberrauit, & deprauatiſſimis moribus & opinionibus omnem vitæ rationem peruertit. Et quanquam talis eſſet pater, fuit tamen filius pius & rectus, non ſolùm domi præclarus, ſed etiam foris admirandus, virtutúmque maximarum gloria præſtantiſsimus. Cùm autem Sennacheribus Aſſyriorum Rex cædem immaniſſimam Iudęis, eorúmque nomini obſcuritatem moliretur, cepit omnes ciuitates Iudæ, excepta Hieroſolyma, quæ vnica ſtabilis & inuicta permãſit. Et ex quadam ciuitate, quam expugnauerat, quæ appellabatur Lachis, miſit ducem Rapſacẽ cum magno exercitu ad regem Ezechiam, qui Hieroſolymę principatum gerebat, vbi ea facta fuerunt, quæ hoc in loco narrantur. Per Sennacheribum regem impium & elatum intelligitur diabolus, qui expugnatis vrbibus Iudę, ſolam Hieroſolymã, quę eſt vera Chriſti Eccleſia, vincere nõ potuit. Quãuis enim Eccleſia ſit oppugnata, oppugnari tamen nullatenus poteſt, quoniam regnat in ea ſanctiſſimus rex ille verus Ezechias Chriſtus Deus noſter, qui eam ab hoſtibus defendit, qui eam non deſerit, qui ait: Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Hæc autem oppugnatio fuit typus tentatio-
num, quibus exercentur Chriſtiani. Hoſtes, qui Matt. 28.
nos

nos conturbant, ſunt diabolus, mundus, & caro. Qui verò Eccleſiam magnopere euertere conantur ſunt hæretici, qui eam fruſtra ad vaſtatatem vocant. Stat enim Eccleſia firma & cõſtans, quam Paulus Apoſtolus domum Dei appellat, columnam & firmamentum veritatis. Hæc eſt inexpugnabilis ob inuiolabilem dogmatum certitudinem, & præſidem eius Spiritum ſanctum, cuius numine gubernatur. Hęc eſt nauicula illa, de qua loquitur Euangelium, quæ licet oppugnaretur fluctibus, non fuit tamẽ vnquam ſubmerſa, quoniam erat in ea Chriſtus, qui eam gubernabat. Hæc eſt arca illa Noë, quæ aquis diluuij obrui non poteſt, imò quantò aquæ magis creſcebant, tantò ipſa magis eleuabatur, & cœlo appropinquabat. Et quemadmodum ſoli illi, qui erant in arca, ſalui fuerũt, ſic victis omnibus ſoli illi qui erant Hieroſolymæ cũ Ezechia, fuerunt erepti, & victoriam conſecuti. Hæc denique eſt illa ciuitas, aduerſus quam ait Chriſtus fore, vt inferorum portæ, hoc eſt, hæreticorum impia dogmata & errores nunquam præualeant.

1. Tim. 3.
Matt. 8.
Gen. 7.
Matt. 16.

Rapſacem de Lachu.) Hunc Rapſacem dicunt nonnulli fuiſſe filium Eſaiæ prophetę, aut ſaltem Iudæum, ſed qui à Iudæis defecerat, quoniã linguam Hebraicam callebat. Alij dicunt eum fuiſſe Samaritanum. Diuus Cyrillus in dialogo de adoratione & cultu in ſpiritu eum Babylonium vocat. Lachis ciuitas erat in tribu Beniamin, nõ longè à Hieroſolyma. Cauſa autem cur Sennacheribus miſit Rapſacem Hieroſolymam, ipſe autem non venit, fuit quia capta ciuitate illa pro fectus eſt in Aegyptum oppugnatum Peluſium, vt Ioſephus ſcriptum reliquit.

In manu graui.) Id eſt, eum magnis copiis, vt Iudæos terreret.

In aquæductu piſcinæ ſuperioris.) De hac piſcina locuti ſumus cap. 7.

Et egreſſus eſt ad eum Eliachim.) Hic eſt ille Eliachim, cuius in viſione vallis Sion ſuprà Eſaias meminit. Hic verò Sobna non videtur eſſe ille, de quo in eodẽ capite loquitur Propheta. Nam ille erat præpoſitus templi, hic verò ſcriba, hoc eſt legis peritus, aut qui operam dabat ſacris ſcribendis, & interpretandis.

A commentariis.) Id eſt, qui iuſſu regis commentaria rerum geſtarum ſcribebat.

Dicite Ezechiæ.) Non dicit: Dicite regi, ſed Ezechiæ. Vide ſuperbi hominis inſolentiã. Etiam modo loquendi regem contemnebat, & indignum regia dignitate iudicabat.

Ecce confidis ſuper baculum arundineum.) Falſum & commentitium eſt. Nam Ezechias rex fuit vir omni virtute & pietate præſtãti, & nunquam in Aegypto ſpem ac fiduciam ſuam collocauit. Sed ex hoc mendacio Rapſacis nonnullam depromimus vtilitatẽ. Comparauit enim hominum auxilium baculo arundineo confracto, cui ſi innixus fueris vulneraberis. Talis eſt Aegyptus, talis eſt mundus, talis Pharao, hoc eſt diabolus: qui in mundo fidit, diabolo ſeruit. Maledictus homo, ait Ieremias, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Omnis noſtra ſpes & fiducia eſt in Deo figenda & collocanda. Ait enim eodem loco idem Propheta: Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Aſpicis hic quemadmodum ex malis quæ ſacra ſcriptura commemorat, poſſimus bonum percipere. Vt enim in aurificis officina etiam ſordes & ſcobes proſunt, ſic in ſacra ſcriptura etiã ex peccatorũ errans poſſumus vtilitatem aliquam colligere. Tota hæc Rapſacis oratio eò tendit vt Iſraelitico populo perſuadeat fore illi vtile, ſi ſe Sennacheribo tradiderit. Obiicit vanã regis in Aegypto fiduciam, perfidiam, à Deóq; defectionem, obſeſſorum famem, ſui regis victoriam & potentiam. Itaque excellentem eloquentiæ ſpeciem adũbrauit, ſed mẽdaciis & impietatib. innixus.

Ierem. 17.
ſimile.

Nónne ipſe eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria.) Conſidera impudẽtis & ſcelerati hominis calumniam. vertit viro regi ſancto id, propter quod ipſe verã laudem fuerat cõſecutus. Sanctè quidem & iuxta Dei legem abſtulerat Ezechias altaria idolorum, vt errore ſublato, deleta ſuperſtitione & idololatria coleretur verus Deus in templo ſancto ſuo. Hinc colliges quanta cæcitate laborẽt impij, quantiſq; tenebris obſcuratum habeant intellectum, ij præſertim qui te odio proſequuntur, qui non ſolùm falſis criminibus te ad inuidiam vocant, ſed etiam virtutis actiones, quibus das operam, damnant, & falſis vitiorum nominibus appellant: & quantò maior eſt tuæ integritatis opinio, tantò acrius eam extinguere conantur. Sed quemadmodum ignis in aquam coniectus ſtatim reſtinguitur & refrigeratur, ſic falſum vitium in vitã integram & laudabilẽ proiectũ illico euaneſcit & extinguitur.

ſimile.

Coram altari iſto adorabitis.) Id eſt, in templo Salomonis.

Non poteris ex te præbere.) Vult Hebræos terrere, oſtendens eorum paucitatem, quaſi dicat: Cùm tam paruo muniaris exercitu ô Ezechia, vt ne duo quidem millia equitum habeas, quo pacto exiſtimas poſſe regi potentiſſimo reſiſtere? Non intelligebat impius plus valere piorum preces, quàm impiorum vires & copias.

Dominus dixit ad me.) O impudentiam inauditam. Non veretur impius aſſerere eſſe ſe miſſum à Deo ad ciuitatem ſanctam delendam. Hoc ideò dixit, vt Iudæorum animos confringeret, vt omnem fiduciã, quam in Deo ponebant, amitterẽt.

Et dixit Eliachim, & Sobna, & Ioahe ad Rapſacem: Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua: intelligimus enim. Ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi, qui eſt ſuper murum. Et dixit ad eos Rapſaces: Nunquid ad Dominum tuum, & ad te miſit me Dominus meus, vt loquerer omnia verba iſta, & non potius ad viros qui ſedent in muro, vt comedát ſtercora ſua, & bibant vrinam pedum ſuorum vobiſcum? Et ſtetit Rapſaces, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit: Audite verba regis magni, regis Aſſyriorũ. Hæc dicit rex: Non vos ſeducat Ezechias, quia non poterit eruere vos, & non vobis tribuat fiduciam Ezechias ſuper

D Domino dicens : Eruens liberabit nos Dominus:Non dabitur ciuitas iſta in manu regis Aſſyriorum. Facite mecum benedictionem,& egredimini ad me,& comedite vnuſquiſque vineam ſuam, & vnuſquiſque ficum ſuam , & bibite vnuſquiſque aquam ciſternæ ſuæ , donec veniam,& tollam vos ad terram,quæ eſt vt terra veſtra,terram frumenti & vini, terram panum & vinearum.Nec conturbet vos Ezechias, dicens:Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium vnuſquiſque terram ſuam de manu regis Aſſyriorum ? Vbi eſt Deus Emath & Arphat ? Vbi eſt Deus Sepharuaim ? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea ? Quis eſt ex omnibus diis terrarum iſtarum, qui eruerit terram ſuam de manu mea,vt eruat Dominus Ieruſalem de manu mea ? Et ſiluerunt , & non reſponderunt ei verbum.Mandauerat enim rex dicens : Ne reſpondeatis ei. Et ingreſſus eſt Eliachim filius Helchiæ , qui erat ſuper domum , & Sobna ſcriba,& Ioahe filius Aſaph à commentariis ad Ezechiam ſciſsis veſtibus, & nunciauerunt ei verba Rapſacis,

Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua.) Timebant ne fortè populus , qui erat in muris , intelligens verba Rapſacis caderet animo , & falſis terroribus commotus ſe illi traderet. Ideò volebant vt ipſe loqueretur lingua Syriaca , quam populus non intelligebat.

Vt comedant ſtercora ſua.) Vrgente fame in obſidione.

Non ſeducat vos Ezechias.) Ezechias ſuos hortabatur vt Deo fiderent : impius autem Rapſaces illis perſuadere conabatur , ne in Deo fiduciam collocarent,qui eos liberare non poſſet. Vide blaſphemiam hominis ſcelerati.Ezechiæ virtutem dolum appellat,cùm id quod ipſe Rapſaces diceret,merus dolus eſſet. Eodẽ modo Pharao cùm Moyſes iuſſu Domini vellet liberare Hebræos à ſeruitute Aegyptiaca , in hæc verba
Exod.5. prorupit:Opprimantur operibus Hebręi,& impleant ea,vt non acquieſcãt verbis mendacibus. Verba ſancti Moyſi vocabat mendacia.

4.Reg.18. *Facite mecum benedictionem.*) Pro quo legitur in quarto libro Regũ : Facite mecum quod vobis eſt vtile , hoc eſt , quod vobis proſit,& ſit in benedictionẽ veſtrã. & egredimini ad me. Diuus Cyrillus citans hunc locum in libro de adoratione & cultu in ſpiritu legit in hũc modum, Si vultis benedici,egredimini ad me.Ergo facite mecũ benedictionẽ, & egredimini ad me,idem eſt acſi diceret : Si vultis eſſe fœlices,egredimini ex ciuitate, & venite ad me. Vide impuri hominis dolos. Prõmittebat Hebræis benedictionem & fœlicitatem , ſi ſe illi traderent,& ſanctum regem Ezechiã relinquerẽt. Per Iſraelitas ſanctam ciuitatem colentes ſub præſidio Ezechiæ intellige pios Chriſtianos in Eccleſia Chriſti commorantes , veróque regi Chriſto Ieſu adhærentes.Per Rapſacem intellige diabolum,qui nobis voluptates,delicias,opes,aliáq; mundi bona aut potius ludibria promittit,dũmodò illi inſignem ciuitatem, hoc eſt,animam noſtrã tradamus, ad eum accedamus , & ſummum regem Chriſtum ſaluatorem noſtrum aſpernemur. At nos ipſos cùm in poteſtate habet ſeducit & fallit. Eodem modo Pharao rex Aegypti promiſit multa bona Hebræis,ſi ad Aegyptum deſcenderẽt, ſed poſtquã illuc deſcenderũt , detinebantur captiui ab Aegyptiis,& acerbiſſimè opprimebantur. Surrexit enim,vt ait ſcriptura, rex nouus ſuper Aegyptum,qui ignorabat Ioſephũ. Vbi aſpicis quàm mobiles & inconſtantes ſint mundi fauores & proſperitates. Diuitiæ, quas Aegyptij promiſerant Hebręis,eos excitauerunt,vt ad Aegyptum deſcenderẽt,vbi poſteà fuerunt grauiter afflicti, & in acerbis ærumnis verſati. *Exod.1.* Allicit nos diabolus illecebris,quæ nos vndiq; circundãt, vt tandem occidant. Vt enim hedera arbores complectitur,& poſteà eas ipſo cõplexu arctat & necat, ſic falſa mundi proſperitas blanditur , ſed ipſis blandimentis & illecebris ſtrangulat, & perdit. *ſimilitudo* Ea mundi bona quæ Rapſaces promittebat Hebræis,ſunt hederæ , quibus diabolus nos vult in primis cõplecti,& blandè delinire,vt opprimat, & aridos reddat,vt ad ignem æternorum cruciatuum tãdem perducat.Et attentè conſidera. Rapſaces obſedit Hieroſolymam , & circundedit eam ne per aliquam portam in vrbem victus intrarent. Portæ huius ciuitatis ſunt ſenſus noſtri, anima eſt ipſa ciuitas,quam ita obſidet & oppugnat diabolus, vt in eã per sẽſus nullus ſpiritualis victus introeat. Hoc moraliter voluit Euan- *Luc.11.* geliũ ſignificare in eis, quos dæmon cæcos, ſur- *Matt.12.* dos,& mutos faciebat, vt nec per oculos,neque per os,neque per aures aliquid ad obſeſſam animam ſpiritualis alimenti ingrederetur.

Terram panum & vinearum.) In quarto libro *4.Reg.18.* Regum præter ea bona quæ hîc narrantur , ait ſcriptura dixiſſe Rapſacẽ:Et viuetis,& non moriemini.Promittit nobis diabolus vitam,ſi Chriſtũ relinquamus,cùm Chriſtus ſit vita, diabolus autẽ mors & homicida. De ſe ipſo ait Chriſtus: Ego ſum vita.de diabolo autem : Ille homicida erat ab initio. Et diuus Ioannes ait in Apocaly- *Ioan.14.* pſi:Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eũ *Ioan.8.* nomen illi mors , & infernus ſequebatur eum. *Apoc.6.* Mortem appellat ipſum diabolum. Quî igitur fieri poteſt vt ſeparatus à Chriſto inuenias vitã? Si Chriſtus vita eſt,quomodo reperies vitam ſeparatus à vita ? Quomodo viues , ſi vitam relinquas,& mortem ſequaris ? Diabolus eſt mors & homicida,& tu fugiens vitam,vis in domo mortis vitam inuenire , & in domo homicidæ tutus requieſcere. Si hominẽ interroges cur aliena rapiat , cur non obſeruet diuinam legem , reſpondet ideò hoc facere,quia quęrit vitam. O hominem inſipientem. O reſponſionem intolerabilem.Quæro vitã.Imò relinquis eam, & mortem amplexaris. Vt enim ille , qui rem in aquilonari *ſimile.* parte exiſtẽtem it quęſitum ad meridiem,quantò velocius currit,vt eam inueniat , tãtò longius fugit

ſugit ab ea: ſic quantò ardentius vitam quæris, tantò longius ab ea ſepararis. Quære quod quæris, ſed non ibi, vbi quæris. Quære vitam, ſed in eo qui eſt vita. Quomodo erit vita in regione mortis? quantò plus ad eam regionem cucurreris ad vitam conſequendam, tantò diſtantius te à vita ſeiunges. Quære Chriſtũ, & inuenies vitã.
Pſal.68. Sic dicitur in Pſalmo: Quærite Dominum, & viuet anima veſtra. Si vita eſt eum quærere, quid erit illum inuenire, eo frui, eúmque in æterna gloria ſemper aſpicere & contemplari?

Mandauerat enim eis dicens: Ne reſpondeatis ei.) Eam ob cauſam præcipiebat Ezechias, ne Iudæi reſponderent blaſphemanti, vt eum ad maiores
ſimile. blaſphemias non prouocarent. Conſidera iuſti regis pietatem & ſanctum propoſitum. Nam vt aqua frigida in feruentem ollam coniecta eam deprimit, feruorémque refrigerat, ſic ſilentium aduerſarij iram mitigat & placat. Vnde ſcriptum
Eccle.8. eſt in Eccleſiaſtico: Non incẽdas carbones pec-
Pſal.38. catorum. Et in Pſalmo dicitur: Cùm conſiſteret aduerſum me peccator, obmutui, & humiliatus
Pſal.140. ſum, & ſilui à bonis. Et in alio Pſalmo: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtan-
Prou.26. tiæ labiis meis. Et in Prouerbiis: Ne reſpondeas ſtulto, ne efficiaris ei ſimilis. Et Paulus in epiſto-
Rom.12. la ad Romanos. Non vosmetipſos, inquit, defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ: ſcriptũ eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuã, dicit Dominus. Epictetus in hunc modũ ait: Si quis ad te deferat: Ille de te maledicit, ne excuſes quæ dicantur, ſed reſponde: Ignorat ille & alia quæ mihi adſunt mala, alioquin nõ ſola hæc diceret. Hæc ille. At multi ſunt qui vno verbo læſi ſex-
ſimile. centa conuicia regerũt. Vt enim porticus Olympiæ artificio quodã vocem emiſſam ſepties reddebat, quã ob cauſam heptaphonon appellabatur, quòd non ſemel vt echo, ſed ſepties acceptã vocẽ referret, ſic multi vno verbo lacerati maledictis aerem implent, nec faciunt finẽ contumelias iaciendi. Non ſic Ezechias rex illuſtriſſimus, ſed iniuriis & blaſphemiis Rapſacis laceſſitus tolerãter eas & patienter tulit, & non ſolùm non reſpondit, ſed etiam ne alij reſponderent præcepit.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT XXXVI.

Ioahe filius Aſaph à commentariis.) Pro à commentariis in Hebræo eſt מזכיר ha-mazchir in genitiuo, hoc eſt, commẽtarienſis. Quidam exiſtimant à cõmentariis & cõmentarienſem idem eſſe. Eſt autem cõmentarienſis præfectus carceris, ideò dictus commentarienſis, quia vinctos in commentarium refert. Eſt titulus Codice de iis, quos tenet carcer incluſos, vbi hæc verba habentur: Ante trigeſimum diem ſemper commentarienſis ingerat numerum perſonarum, varietatem delictorum, clauſorum ordinem, ætatémque vinctorum. Meminit Vlpianus Digeſtis de pœnis. Quidam cõmentarienſem ſiue à commentariis eum eſſe putant, qui delinquentium commẽtarios ſcribit, vt in iudicio criminũ ſubſeruiat. Ego exiſtimo hoc in loco à commẽtariis eum eſſe, qui commentaria & annales ſcribit, ne memorabilium rerum ſciẽdque digniſſimarum memoria ſenſim obſcuretur & cõſumatur. Verbum enim זכר zachar, à quo hæc dictio deriuatur, ſignificat in memoriã redigere, & recordari,
vt Ionæ ſecundo: Domini recordatus ſum. Vnde *Ionæ 2.*
zecharon ſignificat hiſtoriã & memoriam. Nam hiſtoria, vt ait Cicero, eſt vita memoriæ: ſignificat etiã annales & commentaria, quæ ſunt hiſtoriæ ſuccinctæ & breues, vt cõmentaria Cæſaris. Hinc per addictionem מ in principio fit hoc nomen מזכיר quod ſignificat eum, qui ſcribit annales & commentaria rerum geſtarum & factorum inſignium, eáque mandat literis, vt vigeant memoria omnium ſeculorum.

Quæ eſt iſta fiducia quâ confidis? aut quo conſilio vel fortitudine rebellare diſponis?) Poteſt etiam ita verti ex Hebræo: Quæ eſt fiducia hæc cui fidiſti? Dixi, certe in verbo labiorum; ſed cõnſilio & fortitudine opus eſt ad prælıũ. Vt ſit ſenſus: Tu, inquit Rapſaces, tu Ezechia cui rei fidis? ſine dubio precationibus tuis: ſed falleris, nam ad bellum gerendum conſilio & fortitudine opus eſt, non autem precibus. Vide quemadmodũ impij irrideant precationes, quas viri iuſti ad Deum fundũt, quæ multò plus valent quàm omne iniquorum conſilium & robur.

Et *quomodo ſuſtinere poteris faciem iudicis vnius loci.*) Pro iudice poteris vertere ex Hebræo ducẽ. Et ita vertit Pagninus. Nam in Hebraico eſt פחה pachah, quod nomen principẽ & ducem ſignifi-
cat. Aggæi primo: Filium Salathiel ducem Iu- *Ag.1.*
da, &c.

Argumentum capitis XXXVII.

Mittit rex Ezechias nuntios ad Eſaiam Prophetam, ab eo petitum vt ad Deum pro ciuitatis ab Aſſyriis obſeſſa liberatione precationes fundat. Promittit Deus victoriam Ezechiæ, eúmque per Eſaiam conſolatur. Interficit Dei Angelus Aſſyriorum exercitum, ipſe autem Sennacheribus à propriis ſuis filiis morte mulctatur. Quæ in hoc capite continentur, perſpicua ſunt: ideo non egent magna explanatione.

CAPVT XXXVII.

ET factum eſt, cùm audiſſet rex *A*
Ezechias, ſcidit veſtimenta ſua, *4.Reg.19.*
& obuolutus eſt ſacco, & intrauit in domum Domini. Et miſit Eliachim, qui erat ſuper domũ & Sobnã ſcribã & ſeniores de ſacerdotibus opertos ſaccis ad Eſaiã filium Amos Prophetæ, & dixerunt ad eũ. Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis & correptionis, & blaſphemiæ dies hæc: quia venerũt filij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi. Si
quomodo audiat dominus Deus tuus *B*

B verba Rapſacis, quem miſit rex Aſſyriorum Dominus ſuus ad blaſpemandū Dominum Deum viuentē, & exprobrandū ſermonibus quos audiuit Dominus Deus tuus. Leua ergo orationem pro reliquiis, quæ repertæ ſunt. Et venerunt ſerui regis Ezechiæ ad Eſaiā, & dixit ad eos Eſaias. Hæc dicetis domino veſtro. Hæc dicit Dominus. Ne timeas à facie verborum, quæ audiſti, quibus blaſphemauerunt pueri regis Aſſyriorū me. Ecce ego dabo ei ſpiritum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terrā ſuā, & corruere eum faciā gladio in terra ſua. Reuerſus eſt autem Rapſaces, & inuenit regem Aſſyriorum prœliātē aduerſus Lobna. Audierat enim quia profectus eſſet de Lachis, & audiuit de Taracha rege Aethiopiæ dicentes: Egreſſus eſt vt pugnet contra te. Quod cùm audiſſet miſit nuntios ad Ezechiam dicēs: Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ lo-

C quēres: Nō te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis dicēs: Non dabitur Ieruſalem in manu regis Aſſyriorū. Ecce tu audiſti omnia, quæ fecerūt reges Aſſyriorū omnibus terris, quas ſubuerterunt, & tu poteris liberari? Nunquid eruerunt eos dij gentium, quos ſubuerterunt patres mei, Gozam & Aran, & Reſeph & filios Eden, qui erāt in Thalaſſar? Vbi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuaim, Ana, & Aua? Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & aſcēdit in domum Domini, & expandit eos corā Domino. Et orauit ad Dominum dicens: Domine exercituū Deus Iſrael qui ſedes ſuper cherubim, tu es Deus ſolus omnium regnorum terræ, tu feciſti cœlum & terram. Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ miſit ad

D blaſphemandum Deum viuentem. Verè enim Domine deſertas fecerunt reges Aſſyriorum terras & regiones earum, & dederunt deos earum igni, nō enim erāt dij, ſed opera manuum hominum, lignum & lapis: & comminuerunt eos. Et nunc Domine Deus noſter ſalua nos de manu eius, & cognoſcant omnia regna terræ, quia tu es Dominus ſolus.

EXPLANATIO.

Et factum eſt cùm audiſſet rex Ezechias, ſcidit veſtimenta ſua.) Solebant Iudæi audita blaſphemia veſtes ſcindere. Apud Matthæum inuenies principem ſacerdotū veſtes ſcidiſſe aſſerentem Chriſtum blaſphemaſſe, cùm Chriſtus veritatem diceret: ipſe autem Iudęus in blaſphemiā prorumperet. Habes hiſtoriam hanc, quæ in hoc cap. narratur, 4. lib. Reg. cap. 19.

Matt.26. — 4.Reg.19.

Obuolutus eſt ſacco.) Conſidera pij regis religionem & humilitatē: auditis blaſphemiis quas impius Rapſaces in Deum iecerat, operuit ſe veſte viliſſima, qua animi dolorem indicaret, & Deum ad miſericordiā moueret. Et ſtatim in iis mœroribus verſatus ad templum Dei cucurrit, vt ibi pias lachrymas, & ardentes precationes funderet. His enim armis impios hoſtes vincere putabat. Oratio enim in terra habita in cœlum aſcendit, & conſtituta in imis alta pulſat. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat, vt dicitur in Eccleſiaſtico. *Eccle.35.* Magna eſt vis orationis, cui nulla locorum interualla ſunt impedimento, quæ etiam ore tacēte coram Deo clamat. Sic enim dicebat Dominus Moyſi: Quid clamas ad me? cùm ipſe tacitus ſolo animo oraret. *Exod.14.* Hoc intelligens Ezechias ad precationes confugit, tanquam ad excellentiſſimū remedium. Et ſeipſum indignum exiſtimans qui a Deo audiretur, nuntiis ad diuinum vatem miſſis ei ſuum periculū ſignificauit, ab eo petens vt pro afflicto populo oppugnatiſque Iſraelis reliquiis Deum vehementer oraret, quòd apud eum magni ſint momenti iuſtorum precationes, non quæſiuit humanum auxilium neglecto diuino, ſed in primis à Deo opē petiit. Intelligebat enim rex ſanctus omne mūdi præſidium abſque Deo inutile eſſe & inane. Eodem modo Ioſaphat in ærumnis verſatus has voces emiſit: Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. *2.Par.20.* Nos igitur cùm in pericula & calamitates inciderimus, induamur ſacco, quod non ſolùm Ezechiam, ſed etiam regem Niniue feciſſe diuinæ literæ conteſtantur. Cùm enim ad illum perueniſſet verbum de euerſione ciuitatis, *Iona 3.* ſurrexit de ſolio ſuo, abiecit veſtimentum ſuum à ſe, indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Ergo & nos deponamus precioſas veſtes, abiiciamus faſtum, confugiamus ad Chriſtum, ab eo lachrymis & precationibus opem petentes, viriſque iuſtis noſipſos commendantes. Ipſe nanque ait in Pſalmo: Inuoca me in die tribulationis, & eruam te. *Pſal.49.*

Ad Eſaiam filium Amos prophetam.) Libro quarto Regum vbi hæc narratur hiſtoria, ſcriptum eſt: *4.Reg.19.* Ad Eſaiam prophetam filium Amos. Hîc verò quoniam ipſe propheta de ſeipſo loquitur, non ſe vocat prophetam, ſed filium prophetæ. Ibi autem propheta vocatur, quoniam alter fuit ſcriptor illorum librorum: quiſquam non deſit, qui eos velit Eſaiæ tribuere.

Dies tribulationis, & correptionis, & blaſphemiæ.) Id eſt, hoc eſt tempus calamitatis, quia nobis Aſſyrij vaſtitatē minantur, & tempus correptionis, quoniā nos corripiunt & increpant: & tempus blaſphemiæ, quoniam in Deum opprobria & conuicia iactant.

Quoniam venerunt filij vſque ad partum.) Senſus eſt: Quemadmodum mulieres cùm fœtus peruenit ad locum partus, & ob earum imbecillitatem naſci non poteſt, maximè torquentur, & ſummis doloribus premuntur, ſic nos maximis angoribus afficimur. Vult propheta ſignificare hac trāſlatione, ſummū periculū, & lethalē calamitatem

mitatem Hieroſolymæ imminere.

Leua ergò orationem pro reliquiis.) Ora pro iis paucis,qui relicti ſunt. Nam magna populi pars exceſſit e vita. Hoc dixit vt Eſaiam ad pietatis lachrymas excitaret,quò vehementiores precationes funderet.

Ego dabo ei ſpiritum.) Id eſt, dabo ei voluntatem relinquendi Hieroſolymam audito rumore aduentus regis Aethiopiæ contra Aſſyriam, & redeundi in regionem ſuam. Quod ita effectum eſt. Poſteà tamē rediit Sennacheribus obſeſſum Hieroſolymam,ſed potuerunt Iudæi interea ſibi neceſſaria prouidere.

Reuerſus igitur Rapſaces.)Soluta obſidione vertit Sennacheribus exercitum contra regem Aethiopiæ, quo victo rurſus Hieroſolymam obſedit & oppugnauit.Cùm igitur profectus eſſet in Syriam,miſit nuntios cum literis ad Ezechiam, vt eum ſaltem verbis terreret.

Gozan.) Goza eſt in Medorum regione; vt
4. Reg. 17. habes lib. 4. Reg. 4. cap. 17. Aran & Reſeph ſunt quædam ciuitates. Filij Edem ſunt homines regionem Orientalem colentes.

Libros de manu nuntiorum.) Id eſt, epiſtolas de manu tabellariorum.

Aſcendit in domum Domini.) Ad aſſueta arma confugit rex bonus.

Expandit eos coram Domino.)Id eſt, ante arcam teſtamenti.Ideò ait; Domine exercituum Deus Iſrael qui ſedes ſuper cherubim. Nam propitia-
Exod. 25. torium,quod erat veluti ſedes Dei,ex quo Deus dabat reſponſa,erat ſuper alas cherubim.Oſtendit igitur epiſtolam coram Deo,quaſi oſtendens illi Sennacheribi blaſphemias.

Et cognoſcant omnia regna terræ.) Conſidera regis religionē. Ideò à Deo victoriam aduerſus infideles petebat, vt omnes diuinam potentiam intelligerent. Omnia ad Dei gloriam referebat.
Pſal. 113. Sic dicitur in Pſalmo: Non nobis Domine non nobis,ſed nomini tuo da gloriā.Quam etiā peti-
Iud. 9. tionē videre poteris in libro Iudith capite nono.

Et miſit Eſaias filius Amos ad Ezechiā dicens: Hæc dicit Dominus Deus Iſraeli Pro quibus rogaſti me de Sennacherib rege Aſſyriorum, hoc eſt verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper eū: Deſpexit te & ſub ſannauit te virgo filia Sion. Poſt te caput mouet filia Hieruſalem. Cui exprobraſti,& quem blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem tuā,& leuaſti altitudinem oculorum tuorum ad ſanctum
E Iſrael.In manu ſeruorum tuorum exprobraſti Domino,& dixiſti: In multitudine quadrigarum mearū ego aſcendi altitudinem montiū, iuga Libani, & ſuccindā excelſa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinē ſummitatis eius, ſaltum Charmeli eius ego fodi, & bibi aquam, & ſiccaui veſtigio pedis mei omnes riuos aggerum.Nunquid non audiſti quæ olim fecerim ei?Ex diebus antiquis ego plaſmaui illud; & nunc adduxi, & factū eſt in eradicationem colliū compugnantium, ciuitatū munitarū. Habitatores earū breuiata manu contremuerunt,& confuſi ſunt,facti ſunt ſicut fœnū agri,& gramen paſcuæ, & herba tectorū, quæ exaruit antequā matureſceret.Habita- F
tionē tuā,& greſſum tuū, & introitū tuū ego cognoui, & inſaniā tuam contra me. Cùm fureres aduerſum me, ſuperbia tua aſcēdit in aures meas. Ponā ergo circulū in naribus tuis,& frenum in labiis tuis,& reducam te in via,per quam veniſti. Tibi autem hoc erit ſignū: Comede hoc anno quæ ſponte naſcētur, & in anno ſecundo pomis veſcere. In anno autē tertio ſeminate & metite,& plātate vineas,& comedite fructū earum. Et mittet id,quod ſaluatū fuerit de domo Iuda, & quod reliquum eſt, radicē deorſum, & faciet fructum ſurſum,quia de Hieruſalem exibūt reliquiæ,& ſaluatio de mōte Sion. Zelus Domini exercituū faciet iſtud. Propterea hæc dicit Dominus de rege Aſſyriorum:Non intrabit ciuitatem hanc, & nō iaciet ibi ſagittam,& non occupabit eam clypeus, & nō mittet in circuitu eius aggerem.In via qua venit,per eam reuertetur,& ciuitatē hanc nō ingredietur, dicit Dominus.Et protegam ciuitatē iſtam, vt ſaluem eā, propter me & propter Dauid ſeruum meū.Egreſſus eſt autem angelus
Domini, & percuſsit in caſtris Aſſyriorū 4. Reg. 19. g Tob. 1. d
centum octogintaquinque millia.Et ſur- Eccl. 41. d
rexerunt manè, & ecce omnes cadauera 1. Mac. 7. f
mortuorū. Et egreſſus eſt, & abiit.Et re- 2. Mach. 8.
uerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorū, & habitauit in Niniue. Et factū eſt, cùm, adoraret in tēplo Neſroch Deū ſuū, Adramelech & Saraſar,filij eius percuſſerūt cū gladio, fugerūntque in terrā Ararath, & regnauit Aſarhadon filius eius pro eo.

Et miſit Eſaias.) Conſolatur Propheta bonum regem nuntians ei victoriam.

Deſpexit te.) Verba ſunt Dei alloquentis Sennacheribum. Quaſi dicat: De te ô Sennacheribe reportabit victoriā ciuitas ſancta, & te contemnet & irridebit.Filia Sion idem eſt atq; Sion, & filia Hieroſolymæ atque Hieroſolyma:qua de re alio in loco diſſeruimus. Appellatur autē virgo, quia colentibus cæteris ciuitatibus falſos deos, ſola ea caſtitatē, hoc eſt, veram religionē & cultū ſeruauerat. Vel quia à nemine nunc fuerat expugnata.Mouere caput eſt ſubsānare & irridere.

Et leuaſti altitudinē oculorū tuorū ad ſanctū Iſrael.) Hoc eſt,extuliſti faſtū & ſuperbiā oculorū tuorū aduerſus Deū,qui eſt ſanctus Iſraelis, quē ſanctè colit Iſrael,& cuius nomē in Iſraele ſāctificatur.

Ego aſcendi altitudinem montium, iuga Libani.) Verba ſunt ſuperbi Sēnacheribi dicētis:Ego expugnabo

pugnabo

pugnabo arces & loca munita arte vel natura, quæ ſunt ſita in montibus. Aſcendi pro aſcendā. Significat ſe capturum eſſe totam terram Iſraelis, præſertim eam, quæ erat circa Hieroſolymā, quæ eſt montoſa & difficilis expugnatu, propter montium altitudinē. Per cedros & electas abietes intelligit nobiles & optimates Hieroſolymę.

Introibo altitudinem ſummitatis eius.) Hoc eſt, Hieroſolymam in Sione monte alto & feraci ſitam, quam Sennacheribus captis aliis Iudææ vrbibus exiſtimabat eſſe vltimo loco expugnandam.

Et bibi aquam, & exiccaui, &c.) Tanta eſt militum meorum copia, vt foderint puteos, & eos ſtatim epotauerint & ſiccauerint, vt neceſſe eſſet alios puteos effodere. Per veſtigium pedis ſui milites intelligit.

Nunquid non audiſti quæ olim fecerim ei?) Verba ſunt Dei Sennacheribum alloquentis, quorum hic eſt ſenſus: Nónne audiſti ô Sennacheribe ea, quæ ego feci hac in re ex antiquis temporibus? Iam hoc conſtitueram, quod modò efficitur. Et nunc adduco illud, nempe vt eradicentur colles, hoc eſt, principes & magnates, & euertantur vrbes munitæ, & in aceruos redigātur. Hoc ego prædixi per prophetas meos, & nunc illud impleo. Noli igitur gloriam tuarum victoriarum tibi ipſi vendicare, ſiquidem hæc omnia me permittēte facta ſunt. Nam habitatores vrbiū quas cepiſti, trepidauerunt, abbreuiata manu, hoc eſt, quia ego manum contraxi, nec illis opem tuli. Vel, abbreuiata manu, hoc eſt, facti ſunt animo remiſſo & eneruato, & languerunt acſi manus non haberent, quoniam ego illis non dedi fortitudinem. Et inſtar herbæ fragilis facti ſunt inualidi & imbecilli. Comparat eos herbę tectorum, quæ ſtatim aret, priuſquam ad maturitatem perueniat. Ita dicitur in Pſalmo: Fiant ſicut fœnum *Pſal.128.* tectorum, quod priuſquam euellatur exaruit.

Superbia tua aſcendit in aures meas.) Hoc eſt creuit & adaucta eſt. Simili modo loquendi vtitur ſcriptura Ionæ primo capite: Surge & vade in *Ion.1.* Niniuem ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me. Et quarto capite Geneſis dixit Dominus Caino: Quid fe- *Gen.4.* ciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de *Gen.18.* terra. Et capite decimooctauo dicitur clamor Sodomorum ad Dominum perueniſſe. Debemus igitur omnes cōtremiſcere, cùm audiamus hominum ſcelera aſcendere ad Deum, clamare in cœlum, & creſcere quotidie.

Ponam ergo circulum in naribus tuis.) Id eſt, ego te reducam veluti hamo, téque effrenatum, veluti freno domabo. Minitabatur Deus Sennacheribo ſupplicium & calamitatem, vt ſe à ſceleribus auerteret. Sed hæ minæ nihil eum penitus mouerunt, quemadmodum nec peccatores verbis concionatorum mouentur. Vt enim illi *ſimile.* qui eum locum accolunt, vbi Nilus ad ea quæ Catadupa appellantur, præcipitat ex altiſſimis montibus, ob ſonitus magnitudinem nihil audiunt, ſic homines vitiis imbuti, monitis ac minis concionatorum vſque adeò obſurduerūt, vt *ſimile.* ſenſu audiendi omnino carere videantur. Et quemadmodum qui apud fabros ærarios habitant, malleorum ſonitum propter eius frequentiam non ſentiunt, ſic multi crebris concionibus præſentes nihil penitus mouentur. Sunt ſimiles *ſimile.* auibus, quæ primo intuitu timent homines fictos, & corpora illa cōmentitia plena palea, quæ in ſegetibus & arboribus poma ad maturitatem producentibus figuntur, veluti terricula ad edaces aues arcendas, ſed ſtatim ea corpora cōtemnunt. Sic multi, quamuis in principio metuant, poſtea tamen timorem amittunt, & Euangelicas conciones, ſalutaria monita, minas pœnarum, & exhortationes ad virtutē, perditi homines contemnunt, acſi eſſent res inanes, cùm ſint maximæ & grauiſſimæ, & quibus illi deberent moueri & terreri, atq; ad virtutē excitari. Alij verò peccatis aſſueti flagitiiſque contaminati neque primis minis, neque ſecundis, nec vllis denique monitis mouentur, quemadmodum vulnera tabe *ſimile.* confecta, & penitus corrupta, quæ ſenſus ſtupore iam ferrum chirurgi nequaquam ſentiunt. Talis fuit Sennacheribus, qui ſceleribus contaminatus & corruptus Dei minas non curauit. Et ita miſerè periit, pœnas ſuæ ſuperbiæ acerbas illas quidem, ſed iuſtas & debitas perſoluens.

Tibi autem hoc erit ſignum.) Conuertit ſermonem ad regem Ezechiam. Et eſt ſenſus: His duobus annis nihil populus audebit ſeminare ob metum obſidionis. Sed non deerit alimentum. Nam primo hoc anno terra ob incredibilem feracitatem tribuet ex ſe frugum abundantiam, quanquam illi nulla ſemina mandentur. Secundo verò anno tanta erit pomorum copia, vt omnes illis ſuſtentētur. Tertio autem anno mortuo iam Sennacheribo ſeminabitis, & metetis, & plantabitis, & fructus comedetis.

Et mittet id quod ſaluatum fuerit.) Senſus eſt: Id quod in agris vel in ſeminibus relictum fuerit, copioſum fructum proferet, veluti plantæ quæ quantò profundiores radices mittunt, tantò vberiores fructus producunt. Vel ita: Iudæi qui euaſerint, tanta rerum abundantia fluent, vt cōparentur arboribus in agro feraci plantatis, quæ altis defixæ ac fundatæ radicibus, poma innumerabilia ferunt. Hoc dicebat Eſaias de Iudæis illis, qui euaſerant, regémque Ezechiam ſecuti non ſolùm adepti ſunt vitam & victoriam, ſed etiam hoc aliis annunciauerūt. At per eos quos hîc reliquias appellat, eos intelligit, qui regi Chriſto adhærentes Iudæorum perfidiam declinarunt, & de Sennacheribo, hoc eſt, diabolo victoriam reportarunt, quam vniuerſo orbi prædicauerunt. Hi fuerunt Apoſtoli, & qui crediderunt ex Iudæis, quos etiam alibi ſemen & reliquias appellauit. Ideò hoc in loco ſtatim ſubdit: Quia de Hieruſalē exibunt reliquiæ, & ſaluatio de monte Sion. De illa namque ciuitate exierūt Apoſtoli prædicatum Euāgelium cunctis Gentibus. Et de Sione exiuit ſalus. Ibi enim Deus Euangelium docuit, quod Euangelium ſalutis à diuo Paulo in epiſtola ad Epheſios appellatur. *Ephe.1.* Et idem Apoſtolus illud in epiſtola ad Hebræos *Hebr.2.* ſalutem vocat. Et de Sione exiuit, & fuit per to- *Supr.2.* tum orbem terrarum nuntiatū. Id fuit ab Eſaia noſtro capite ſecundo prædictum, vbi ita inquit: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.

Et propter Dauid ſeruum meum.) Aſpicis hîc de-

functorum

functorum merita viuis prodeſſe. Cur igitur diuos non inuocabimus Deo in æterna beatitudine fruentes, cùm Deus dicat ſe propter eos eſſe in viuos bona collaturum? Sanctorum inuocatio eſt ab antiquis patribus Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino Gregorio, Chryſoſtomo aliíſque infinitis viris ſanctiſſimis & doctiſſimis aſſerta, atque ſemper ab Eccleſia confirmata. Hanc ſanctam doctrinam & conſuetudinem ab Eccleſiæ initio vſque ad nos propagatã irrident hæretici noſtri temporis, quoniam aiunt non eſſe literis diuinis conſcriptã. Gloriãtur enim ſe ſolos eſſe veros ſcripturæ interpretes & ſectatores, cùm nihil minus quàm ipſam ſcripturã intelligãt & ſectentur. Apertè hìc ait Deus per Eſaiã propter ſeruum ſuum Dauidem ſe ab hoſtibus Hie-
Ierem. 15. roſolymam ſeruaturũ. Et per Ieremiam, Si ſteterint, inquit, Moyſes & Samuel corã me, non eſt
2. Machabæor. 15. anima mea ad populum iſtum. Et ſecundo Machabæorum Iudas dux populi vidit Ieremiam, qui multis retro annis exceſſerat è vita pro populo ſanctáque ciuitate Hieroſolyma orantem. Qui loci adeò ſunt aperti, vt nullis poſſint argumentis labefactari. At hæretici cùm nihil ipſis ſit magis in optatis quàm Eccleſiam euertere, & Satanicam ſynagogam cõſtituere, non deſinunt has aliáſq; perſpicuas diuinarũ literarũ authoritates oppugnare, volẽtes potius negare veritatẽ ſole clariorem, quàm à ſua pertinacia deſiſtere.

Egreſſus eſt autem angelus.) Euaſit Sennacheribus ex hac Aſſyriorum clade, vt Dei potentiam intelligeret, quam anteà cõtempſerat. Sed quoniam noluit à ſuis flagitiis deſiſtere, fuit in terra ſua in templo falſi numinis à ſuis filiis ignominioſè interfectus. Cõſidera terribile ſpectaculũ. Occiditur orbis monarcha non in regno alieno ſed in ſuo, non ab extraneis ſed à propriis filiis, non ab hoſtibus ſed à ſuis viſceribus, à ſanguine ſuo. Horribile exemplum profectò, magnúmq; Dei in blaſphemos iudicium. Eodẽ modo Pha-
Exo. 14. rao Aegypti rex fuit à decem plagis ereptus, vt poſteà in mari Rubro miſerè corrueret, vt ex aquis ad ignem deſcenderet, vbi æternis cruciatibus torqueretur.

Et ſurrexerunt manè.) Nempe Iudæi, vt Aſſyriorum cadauera nocte interfectorum viderent. Vel ſurrexerunt nonnulli ex Aſſyriis, qui euaſerunt, ſéque cum Sennacheribo fugæ mãdarunt.

ANNOTATIONES ex Hebræo in
CAPVT XXXVII.

Ad Eſaiam filium Amos propheta.) In nonnullis codicibus eſt: Ad Eſaiam filiũ Amos prophetã. Sed articulus Hebraicus oſtendit eſſe in genitiuo. Eſt enim in Hebræo הנביא banaui a verbo
Ioel 2. נבא, quod ſignificat vaticinari, Ioelis 2. Et prophetabunt filij veſtri. Correctiores igitur ſunt hoc in loco codices, qui habent, filium Amos prophetæ. Patrem ſuum vocauit prophetam, ſe autem ipſum noluit tam honorifico nomine appellare. Poterat certè hoc nomẽ aſſumere, & ſuo iure vendicare, ſed voluit diuinus vates illud ob humilitatem ſuam relinquere, quemadmodum rex Ezechias ſtatim in ſequẽti verſu nõ ſe regẽ, ſed Ezechiã ſolùm nominauit. Ait enim textus: Hæc dicit Ezechias. Sunt tamẽ nõnulli codices ſic habẽtes: Hæc dicit rex Ezechias, ſed verbum hoc, rex, nõ eſt in Hebraico, nec in verſione diui Hieronymi, nec in correctioribus codicibus. Nõ ait: Hęc dicit magnus rex Ezechias. Sed, Hęc dicit Ezechias. Vide boni regis humilitatem. Sciebat enim nõ in titulis & inſcriptionibus, ſed in virtute & vita honeſtè acta eſſe verã mũdi gloriã cõſtituendam. Miſeram illã nobilitatẽ quæ ſe ſo-
lùm titulis, & maiorũ opinione defendit. Chri- Heb. 1.
ſtus ſaluator noſter cùm ſit, vt ait Apoſtolus, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius, cùm ſit verus Deus, mũdi cõditor & reſtaurator, cuius numini cœleſtium corporum incitata cõuerſio, & immutabiles ſyderum curſus obediunt, cuius imperio omnia ſupera media & infera cõtinentur, ſæpiſſimè his titulis ſuppreſſis, ſe filium hominis vocabat, vt Euangelia ſacra teſtãtur. Filius hominis ſignificat verum hominem, ſubiectum fami, ſiti, afflictionibus, aliíſque laboribus, quibus eſt hominum genus ſubiectum. Vide Chriſti Dei noſtri ſummam humilitatem. Vide quem titulum ſibi aſſumat. Cõſidera quemadmodum falſam gloriam contempſerit, quemadmodũ in humana forma deliteſcens non vanos titulos & inſcriptiones in hominum aſpectum lucémque protulerit, ſed ea ornamẽta, è quibus verũ decus & immortalis honor effloreſcit voluit nos cœleſtis magiſter docere contemnendam eſſe ſuperbiam & arrogantiam, nec eſſe gloriam in titulis collocandam, ſed in virtute, quam ita amare debemus, vt ipſa nos trahat ad veram dignitatem & amplitudinem.

Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum.) Pro libris eſt in Hebraico הספרים haſepharim, à verbo ספר ſaphar, quód ſignificat numerare, & narrare. Inde id, quod narratur & ſcribitur, dicitur ספר. Ex quo efficitur vt hoc nomen ſignificet li-
brum, vt Ieremiæ 32. Et ſcripſi in libro, & paulò Iere. 32.
poſt: Et dedi librum poſſeſſionis, &c. Eam ob cauſam Latinus interpres vertit hoc in loco Eſaiæ: Et tulit Ezechias libros. Sed quoniã hoc nomen ſignificat etiam epiſtolam, poterat etiam verti: Et tulit Ezechias literas. Ita enim hoc idẽ
nomen redditum eſt Latinè Eſter capite tertio, Eſt. 3.
vbi cõmunis editio habet: Et literæ ſignatæ ipſius annulo miſſæ ſunt per curſores. Exiſtimo enim libros in hoc Eſaiæ capite ſignificare literas, quas Sennacheribus miſit ad Ezechiam. Et
id quod ſcriptum legimus Geneſis quinto capi- Gen. 5.
te: Hic eſt liber generationis Adam, exiſtimo poſſe rectiſſimè verti: Hæc eſt enumeratio generationis Adã, vel deſcriptio, vel enarratio. Verbum enim ספר ſignificat enumerare, narrare, & deſcribere.

Omnes riuos aggerum.) Poteſt transferri: Omnes riuos munitionis, vel: Omnes riuos qui pro munitione ſunt. Quæ omnia in idem recidunt. Dictio enim Hebraica מצור matſor ſignificat aggerem, & arcem & locum munitum, & refugium, & munitionem. Igitur per riuos aggerum intelligũtur riui vrbium munitarũ, qui etiã ſunt bona munitionis pars. Magna enim munitio eſt ciuitatibus fontibus abundare. In quarto libro

4.Reg.19. Regum, vbi ſcripta eſt hæc hiſtoria, ſunt hæc verba: Et ſiccaui veſtigiis pedum meorum omnes aquas clauſas, vbi litera Hebraica habet, fluuios oppugnationis, hoc eſt, vrbiũ oppugnatarum & obſeſſarum. Solent enim vrbes obſeſſæ aquas claudere, & ſeruare, ne ſiti poſtea laborẽt. Et idem poteſt hoc in loco ſignificare riuus aggerum, hoc eſt aquas aggeribus clauſas, & in locis muro ſeptis reſeruatas.

Argumentum capitis XXXVIII.

Narrat diuinus vates ægritudinem, in quam rex Ezechias inciderat, à qua fuit diuinitus liberatus accepto miraculo cœleſti in horologio Achaz, quam ob cauſam in gratiarum actiones prorumpit.

CAPVT XXXVIII.

A IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, & introiuit ad eum Eſaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & nõ viues. Et conuertit Ezechias faciẽ ſuam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit: Obſecro Domine, memẽto quæſo quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonũ eſt, in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum eſt verbum Domini ad Eſaiam dicens: Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos, & de manu regis Aſſyriorum eruam te, & ciuitatem iſtam, & pro-

4.Reg.20. 2.Par.32.f

B tegam eam. Hoc autem tibi erit ſignum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus eſt. Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas deſcenderat in horologio Achaz, in ſole retrorſum, decem lineis. Et reuerſus eſt ſol decem lineis per gradus quos deſcenderat. Scriptura Ezechiæ regis Iuda cùm ægrotaſſet, & conualuiſſet de infirmitate ſua. Ego dixi in dimidio dierum meorũ, Vadam ad portas inferi, quæſiui reſiduũ annorum meorum. Dixi: non videbo Do-

C minum Deum in terra viuentium. Non aſpiciam hominem vltrà, & habitatorem quietis. Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me quaſi tabernaculum paſtorum.

EXPLANATIO.

In diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, & intrauit ad eum Eſaias.) Ereptus Ezechias ab Aſſyriis incidit in lethalem ægritudinem. Nec mirum eſt regem ſanctum ægrotaſſe, quoniã vt eſt in Prouerbiis ſcriptum: Quem diligit Dominus corripit. Et diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos, Quem, inquit, diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Aegrotabat Lazarus, & miſerũt ſorores eius ad Ieſum dicẽtes: Ecce quem amas infirmatur. Ille quem ſalus amabat, in infirmitatem inciderat: & quem vita diligebat, à morte rapiebatur. Eſt enim Chriſtus ſalus & vita. At affligit ſuos, cõſque variis & acerbis caſibus ſæpenumerò exercet, vt cùm doloribus premantur, ſummam & immortalem beatitudinem ardenter deſiderent, & ex periculis erepti in gratiarum actiones prorumpant. Ex quibus facilè colliges, quàm falſa ſit eorũ opinio, qui corporis ægritudinem tanquam ſummum malum execrantur, in viribus autem & corporis ſanitate beatitudinem conſtituunt. Quid eſſe poteſt amẽtius, quàm hominem, quem Deus cæteris animantibus nobiliorem cõſtituit, & vſque adeò excelſum & excellentem procreauit, vt ad cœlites animi præſtantia proximè accederet, in eo gloriam & beatitudinem ponere, in quo ſi voluerit perpendere, videbit ſe eſſe multis belluis inferiorem? Ne igitur Ezechias eleuaretur admirabili triumpho, ne in animi morbũ incideret, corporis morbo à Domino viſitatur, vt ad Deum pias lachrymas & precationes funderet, & ab ægritudine liberatus Deum laudaret, tantique beneficij authorem recognoſceret. Sunt tamẽ qui dicant Ezechiam non egiſſe Deo debitas gratias pro victoria de Aſſyriis reportata, imò fuiſſe elatum, & ideo in hanc lethalem ægritudinem incidiſſe.

Prouer.3. Hebr.12. Ioan.11.

Quia morieris tu, & non viues.) Nuntiauit Eſaias mortem Ezechiæ, & tamen ille liberatus eſt à morbo illo. Audiuit enim Deus eius preces & lachrymas. Eodem modo accidit Niniuitis, qui cùm eis Ionas Propheta excidium & vaſtitatem prædixiſſet, ad Dominum conuerſi fuerunt miſericordiam conſecuti. Neque ideò dicendum eſt hos diuinos vates Ionam & Eſaiam falſum prædixiſſe, & ita Prophetiæ ſubeſſe falſum. Nã diuina præſcientia reſpicit futura, & in ſeipſis, & in ſuis cauſis inferioribus, videns ordinem cauſarum ad effectus. Et quamuis hæc duplex cognitio ſemper ſit in diuino intellectu, non tamẽ ſemper eſt in reuelatione Prophetica. Et quando reuelatio Prophetica eſt quædam impreſſa ſimilitudo diuinæ præſcientiæ, prout reſpicit futura contingentia in ſeipſis, tunc ea quæ prædicuntur, ſemper eueniunt. Quando verò Prophetica reuelatio eſt quædam impreſſa ſimilitudo diuinæ præſcientiæ, prout cognoſcit ordinem cauſarum ad effectus, tum aliquando non euenit id, quod prædicitur: vt in cõminatoriis vaticiniis. Nec tamẽ Propheta falſum vaticinatus eſt. Nam ſenſus Prophetiæ eſt, talem eſſe diſpoſitionem cauſarum, vt talis effectus eueniat. Et ita intelligitur id, quod dixit Eſaias Ezechiæ: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Ac ſi diceret: Tua ægritudo eſt lethalis & incurabilis: diſpoſitio enim corporis tui ordinatur ad mortem. Et re vera morieris, niſi te Deus mirabiliter curauerit. Et moreretur ſine dubio, niſi ad Dominum

Ion.3.

minum mentis oculos leuaret, ab eóque ardétiſſimè ſanitatem peteret. Eodem modo eſt de vaticinatione Ionæ dicendum. erat enim ciuitas illa digna quæ euerteretur, & hoc ſcelera eius merebantur. Et euerteretur re vera, niſi Niniuitæ diuinam opem peterent, pœnitentiam agerent, & ad diuinam miſericordiam confugerent. Et quamuis Deus videatur mutare ſententiam, nõ tamen mutat conſilium. Similis locus eſt apud Ieremiam, vbi ita dicit Dominus: Repente loquar aduerſum Gentem, & aduerſus regnum, vt eradicẽ, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Hæc ibi. Dicitur Deus pœnitentiam agere tranſlatitiè, quòd ad modum pœnitentis vult aliquãdo non euenire ea, quæ fuerat minatus. Quemadmodum in negotio Ezechiæ, cui addidit quindecim annos vitæ, cùm ei per Eſaiam dixiſſet: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Vtinam hodie tales monitores & conſiliarios haberent principes Chriſtiani, qui illis ſuaderent, vt ſe ad mortẽ præpararent, eſſéque mortales in memoriam redigerẽt. Nos etiam omnes diſponamus domui conſcientiæ noſtræ, quoniã neſcimus quando ex hac vita migrabimus. Quis enim eſt tam inſipiens, quamuis adoleſcẽtię viribus & pulchritudine floreat, cui ſit perſpectum & cognitum ſe ad veſperum eſſe victurum? Præparemus igitur noſmetipſos, & audiamus vocem Chriſti dicẽtis: Vigilate itaque, quia neſcitis diem nec horam.

Ieremi. 18. · *Matt. 25.*

Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem.) Hoc ideò fecit vt ſeipſum colligeret ad obſecrãdum Deum, vt oraret ſecretius, & poſſet plorare liberius & expeditius, ne ſi hoc faceret coram hominibus, lachrymas ſuas videretur aſtantibus oſtentare. Vel fortaſſe ideò ſe ad parietem conuertit, quia erat ad eam partem templum ſitum, ad quod ille in periculis confugere ſolitus erat. Moraliter ita hoc poſſumus intelligere. Paries peccatum eſt, ſiue congeries peccatorum. Hic eſt paries, qui nos ſeparat à Deo, de quo ait Eſaias: Peccata veſtra diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum. Hic eſt paries, quem Deus deſtruxit ſanguine ſuo, & quem nos erigimus peccata peccatis accumulãtes. Sed timendum eſt ne cadẽs nos opprimat, quemadmodum ſuper filios Iob parietem cecidiſſe legimus, & eos omnes interfeciſſe. Hunc parietem apud Ezechielem perfodere iubemur, vt videamus & cognoſcamus ſcelera intra hunc parietem exiſtentia, magnámque iram Dei prouocantia. Eſt igitur ſenſus: Conuertit Ezechias intellectum ad peccata, quæ admiſerat, fixit in illis oculos mentis, & ideò præ dolore lachrymas continere non potuit. Nos ergo hunc parietem intueamur, & cor noſtrum dolorem flagitiorum inſtillet, & in feruentes acpias lachrymas cõuertat. Exeat ex oculis noſtris mare Rubrũ lachrymarũ, in quo Pharao cæteríquę Aegyptij, hoc eſt omnia noſtra crimina obruantur. Verùm illud non eſt ſilentio prætereundum, ideò Ezechiam tam vehementer ad Deum confugiſſe, quia ei dixerat Eſaias, vt ſe præpararet, quoniam erat ex vita diſceſſurus: Ex quo colliges quàm vtile ſit ſuadere ęgrotis vt mortem impendentem conſiderent, & ad eam ſe præparent, vt mortem ipſam immortalitas cõſequatur. Nemo debet ægrotos fallere ſpe longioris vitæ, cuius ne benevalentes quidem certitudinem habent. Moriendum enim ſine dubio eſt, & id incertũ, an ea ipſa hora. Nihil enim certius morte, & nihil incertius ea ipſa.

Infrà 59. · *Iob 1.* · *Ezech. 8.*

Memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate.) Non in ſimulatione & hypocriſi. Vel capitur hîc veritas pro bonis operibus, quemadmodum Exodi vigeſimooctauo: Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem. Non enim ſatis eſt vt ſacerdos ſit ſcientia excultus, niſi ſecũdum ſcientiam operetur. Ambulare igitur corã Deo in veritate eſt Dei præcepta cuſtodire. Et ita intelligitur id, quod promiſit Deus regi Dauid: Si cuſtodierint filij tui vias meas, & ambulauerint coram me in veritate in omni corde ſuo, & in omni anima ſua, non auferetur tibi vir de ſolio Iſrael. Quę verba literæ diuinæ in tertio libro Regum memoriæ prodiderunt. Hoc quod hîc dicit Ezechias, nõ ideò dicit vt ſe arroganter laudet, ſed vt ſpem ſuam confirmet. Pater eius Achaz Dei cultum abſtulerat, & idola adorauerat, ipſe autem Ezechias idola contriuit, templum Baal euertit, & diuinum cultum in ſtatum priſtinum reuocauit.

Exod. 28. · *3. Reg. 2.* · *4. Reg. 16.* · *4. Reg. 18.*

Et fleuit Ezechias fletu magno.) Credibile eſt cogitaſſe Ezechiam fore, vt morte ſua hoſtes ſui lætarentur, & dicerent ob eam cauſam illum à vita deceſſiſſe, quia abſtuliſſet de medio idolorum aras, & eius mortem pœnã ſacrilegij falsò interpretarentur. Ex quo efficeretur, vt offenderentur multi ex fidelibus, & omnes infideles ſuperbia elati in peſtilentiores errores inciderent. Videbat præterea ſe migrare è vita ſine filiis, & tenebat memoria promiſſionem Dei factã Dauidi, quam, ſi tunc moreretur, exiſtimabat non eſſe fortaſſe implendam. Expectauerat hactenus rex Ezechias ex poſteritate ſua Chriſtum dominum carnẽ ſumpturũ, quoniã eſſet ex ſemine Dauidis, cui dixerat Deus: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuã. Et tãto mœrore ob hæc omnia premebatur, vt vim lachrymarum profunderet. Eo nanque tempore filium non habebat. Nam Manaſſes eius filius erat duodecim annorũ cùm regnare cœpiſſet. Ex quo conſtat poſtea eſſe natum eundum Manaſſem anno tertio ab hac ægritudine Ezechiæ.

Pſal. 131.

Et factum eſt verbum Domini ad Eſaiam dicens, Vade.) In quarto libro Regum ita ſcriptum eſt: Fleuit Ezechias fletũ magno, & priuſquam egrederetur Eſaias mediam partẽ atrij, factus eſt ſermo Domini ad eum dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei: Hęc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationẽ tuã, vidi lachrymam tuã, & ecce ſanaui te. Hîc vides quãtum valeat apud Deũ oratio cum lachrymis coniuncta. Conceſſit illi Deus quindecim annos vitæ, quod ille nõ poſtulauerat: & promiſit liberaturum eum de manu Aſſyriorum, quod ille non petierat. Vbi aſpicis plus Deum nobis tribuere quàm petamus. Narrat diuus Matthæus oblatũ fuiſſe Chriſto paralyticum iacẽtem in lecto, cui Chriſtus dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata

4. Reg. 20. · *Matt. 9.*

ſimile. trentor. Nam vt qui ex magna aliqua & moleſta nanigatione ad portum proximè accedunt, gaudio perfuoduntur: ſic qui morti appropinquant, quaſi ex magna iactatione erepti, terram optatã & cœleſtem patriam aſpicere videntur. Sed pius rex non ideò flebat quia moriebatur, ſed, qoia ſine filio decedebat, ex quo credebat Meſſiam carnem ſumpturum, & ob alias rationes, quas in hoc eodem capite ſuprà reddidimus. Et præterea ſciebat ſe deſcẽſurum ad locum aliorum Patrum. At Chriſti martyres finita vita ſtatim ad cœlum aſcenduot, & ipſa morte immortalitatem conſequuntur. Omues in fide, ſpe & charitate à vita migrantes aut illico ad cœlum aduolant, aut purgatorium, vnde purgatione cõfecta ad æternam beatitudinem proficiſcuntur.

Quaſiui reſiduum annorum meorum.) Hoc eſt, petij à Deo, vt adiiceret mihi reſiduum ętatis meę. Obſecraui eum, vt mihi vitam concederet.

Dixi, non videbo Dominum Deum in terra viuentium.) Tunc dixi: Si ex hac vita nunc migro, non videbo iam Dominum Deum in hoc templo Hieroſolymæ. Terram viuentium appellat Iudæam, in qua ſolùm erat verus Dei cultus. Hi ſolùm viuunt, qui verum Deum colunt, & ardẽter amant. Vnde terra infidelium, terra mortuorum nũcupatur. Et ſtatim ſubdit: non aſpiciã hominẽ vltra, & habitatorem quietis. Hoc eſt, Decedens modò è vita, nullum hominem vltra in hoc mondo videbo, nec aſpiciã populũ meũ habitatorẽ quietis, qui deuicto Sẽnacheribo in pace & ſecuritate quieſcit. Vel per terram viuẽtiũ
Pſal. 26. intelligit patriã cœleſtẽ, de qua dicitur Pſalmo:
Pſal. 114. Credo videre bona Domini in terra viuentium.
Matt. 5. Et in alio: Placebo Domino in regione viuorũ. De qua ait Chriſtus apod Matthæum. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Ideò dicebat, non ſtatim ſe víſutũ Deũ in gloria, quia deſcẽſurus erat ad inferos, & non intraturus cœlũ, donec illud Chriſtus ſuo ſanguine apetiret.

Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me, quaſi tabernacula paſtorum.) Senſus eſt: Ecce morior, & filium non relinquo, qui puſſit mihi in regno ſuccedere, de cuius ſemine Chriſtus oriatur. In me finitur generatio mea. Et quemadmodum tabernaculum tẽtorium paſtorum conuoluitur & complicatur, cùm paſtores migrãt è loco in locum, ſic ego ex hac vita migro, & generatio mea conuoluetur, ne amplius exteudatur & propagetur.

Præciſa velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidit me, de manè vſque ad veſperam finies me. Sperabam vſque ad manè, quaſi leo ſic contriuit oſſa mea. De manè vſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirundinis ſic clamabo: meditabor vt colũba. Attenuati ſunt oculi mei, ſuſpiciẽtes in excelſũ. Domine vim patior, reſponde pro me. Quid dicã? aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerit? Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſsima. Tu autem eruiſti animam meam, vt D
non periret: proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi, nec mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam. Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam. Domine ſaluum me fac, & Pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitę noſtræ in domo Domini.

Præciſa eſt velut à texente vita mea.) Elegans & apta ſimilitodo. Comparat vitam humanam cũ tela, quæ etiam in exordio facile ſcinditur

De manè vſque ad veſperam finies me.) Sẽſus eſt: Tam intolerabilis erat dolor, tam graui ęgritudine cruciabar, vt manè exiſtimarem nõ eſſe me victurum vſq; ad noctem. Et iterum veſpere putabam non poſſe me ad diem ſequentem vitam traducere. Nam tanto dolore affligebat me morbus, vt carnem cum oſſibus mihi conſomeret, in ſtar leonis pecus aliquod diſcerpentis.

Domine vim patior.) Hoc eſt acerbiſſimè crucior: reſponde pro me, hoc eſt, refrigera me. Ad te confugio, à te opẽ peto, præbe mihi quietem & ſanitatem.

Quid dicam? aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerim.) Senſus eſt: Non poſſum conſequi verbis tam admirabile Dei beneficium. Si Deum interrogauero quis fuerit meæ ſanitatis reſtaurator, quid reſpondebit mihi, niſi eum hoc feciſſe? vetti poteſt: Quid loquar? vt promiſit mihi, ſic ipſe fecit. Quaſi dicat. Quid faciã? quibus verbis agam gratias Deo pro tã inſigni beneficio? Non aliud agere poſſum, quàm recogitare tibi ô Domine omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. hoc eſt, Perpetuò ero memor afflictionũ, à quibus me mirabiliter eripuiſti. Nũquã mihi excidet ex animo memoria tuorum erga me beneficiorũ. Et vt cognoſcã magnitudinẽ beneficij, cogitabo magnitudinẽ calamitatis. Nonnulli codices habent: Cùm ipſe fecerim. Et tunc poteſt eſſe ſenſus, Quid dicam? aut quid poſſum pro me aduerſus Dominum proferre? Nam ipſe mihi reſpõdebit, me hoc feciſſe me ipſum fuiſſe cauſam meę ægritudinis, quòd illi debitas gratias nõ egerim pro victoria de hoſtibus meis mirabiliter reportata. Sed vt tu Domine miſerearis mei, ponã ante oculos toos omoe tempus præteritum vitæ meæ in afflictionibus & doloribos tranſactum. Vide labores & ærumnas, in qoibus ab ineunte ætate verſatus ſum. Pauci reperientur, qui hoc ipſum dicere non poſſint. Qois eſt qui nõ naſcatur plorans, qui à pueritia nõ ſtatim mœroribus & angoribus prematur? Vt enim fluuius ex alto cacumine fluens, per rupes & montẽ deſcẽdens ſemper ſonitom efficit, & ſtatim ab ortu veluti raucas voces emittit, & conteritur ac frangitur, *ſimile.*
donec ad pedem montis ingreditur mare, ſic homo exit ab vtero matris cum dolore & fleto, vagit in cunis, premitur in pueritia, & ſic ploratu

& genitus fundens, vitā ſine quiete & ſecuritate traducit, donec decurſo ſpatio mare mortis ingreditur, quò tandē omnes fluuij tā magni quàm parui ingrediuntur. Quod ſentiens Iob dicebat: *Iob.14.* Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miſeriis.

Domine ſi ſic viuitur.) Senſus huius verſus eſt: Hæc ego in ægritudine dicebam: Hęccine Domine eſt vita hominis? Sicne viuitur tam breuiter? In talibus eſt vita qua ſpiro? ſi cene in tam par ua duratione conſiſtit? Dilata mihi dies, ſiquidē illud poteris facilè efficere. Nam tu qui corripis & occidis, poteris vitam dare, & ſalutem reſtituere. Adeptus ſum victoriam, triumphaui de Sennacheribo, incipiebā requieſcere & gaudere ade pta pace, & quando venit tempus illud, in quo exiſtimabam quietem & tranquillitatem in ueniſſe, ecce nunc incidi in grauiſſimum morbum, & ita in hac pace premor amaritudine ama riſſima. Vel ſic: Cū amaritudine ſūma eruciarer, ecce amaritudo hæc verſa eſt in pacem. Nam ſequitur ſtatim: Tu autē eruiſti animam meam, vt non periret, proiecīſti poſt tergum tuū omnia peccata mea. Id eſt, non amplius meorum pecca torum recordatus es.

Pſal.6. *Quia non infernus confitebitur tibi.*) Id eſt, illi qui *Pſal.113.* in inferno cruciantur. Ita dicitur in Pſalmo: Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui. In inferno autē quis confitebitur tibi? Et in alio Pſal mo: Non mortui laudabunt te Domine, nec omnes qui deſcendunt in in fernum. Per mortem, & infernum idem intelligit. Eſt enim tartarus mors, & qui in illis æternis pœnis verſantur, mortui dicuntur. Appellatur etiam infernus lacus, quò ſcelerati deſcendunt, vbi nullam à Deo expectant beatitudinem quoniā in inferno nulla eſt redemptio.

Viuens viuens ipſe confitebitur tibi.) Mortuus te Domine in hac vita nō laudat, ſed ille qui viuit, te laudibus effert, & ſi illi filios dederis, ipſe eos inſtruet, docens eos legem tuam, vt eam obſeruent, & te ſingulari amore proſequantur.

Et iuſſit Eſaias, vt tollerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur. Et dixit Ezechias: Quod erit ſignum, quia aſcendam in domum Domini.

Et iuſſit Eſaias.) Hoc prius fuit quàm cāticum, quod modò explanauimus. Nonnulli exiſtimant morbum regis fuiſſe apoſtema quoddam, quod ficis ſiccis, quos caricas appellamus, curatū eſt. Nam iuxta artem medicorum huiuſmodi morbis ſunt caricę ſalutares. Ex quo colliges non eſſe medicinam contemnendam. Alij arbitrantur hos ficus non fuiſſe ſiccos, neque naturaliter prodeſſe vulneribus, imò nocere, ſed voluiſſe Deum rebus noxiis & aduerſis vlceri regis mede ri, vt euidentius potentiam ſuam declararet. Solet enim Deus rebus hominum iudicio repugnātibus res magnas efficere, vt eius potentia emineat, & clarius illuceſcat. Sic per Eliſæum aquas *4.Reg.2.* amaras Iericho, ſale dulces reddidit, & quæ noxiæ erant, ſalubres factæ ſunt: cùm contra miſſo ſale amariores fieri deberent. Aquæ Marach in *Exod.15* deſerto cùm eſſent amaræ, ligno in eas coniecto *Num.21.* dulces redditæ fuerunt, eùm lignum illud eſſet amarum, vt nonnulli referunt. Eodē modo læſi Hebręi à ſerpentibus viſo ſerpente æneo, quem Deus erectum eſſe iuſſit, ſanitatem recuperabāt. Et aiunt oūnulli noxium eſſe videre æs iis quos ſerpentes momorderint. Sic Chriſtus cæcum cu *Ioan.9.* rauit luto, vt humana ratio confunderetur, & Chriſtus ſuum numen oſtenderet.

Quod erit ſignum.) Hoc interrogauit Ezechias, priuſquam Domino pro reddita ſanitate gratias ageret. Quod autem ſignum datum ſit iam expli cuimus. Vel eſt quædam admiratio viſi miraculi, Quaſi dicat: Quàm admirabile eſt Domine hoc ſignum tuum. Vt intelligas hanc hiſtoriam *4.Reg.20.* pleniſſimè, lege quartum librum Regum & ſe- *2.Par.32.* cundum Paralipomenon.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT XXXVIII.

Et introiuit ad eum Eſaias filius Amos Propheta.) Poteſt verti ex Hebraico: Filius Amos prophetę. Et ita tranſtulit Pagninus. Eſt enim in Hebraico הנביא hannaui. Qua de re diſſeruimus in annotationibus ex Hebræo ad caput præcedens.

Quæſiui reſiduum annorum meorum.) In Hebraico eſt פקדתי יתר שנותי pnecadhti iæther xe nothai. Verbum eſt פקד, & eſt hîc pual paſſiuū in *Gen.21.* pręterito. Significat hoc verbū præter alia viſita re, vt Geneſis vigeſimoprimo: Viſitauit autem Dominus Saram. Ideò poteſt verti: Viſitatus ſum in reſiduo annorum meorum. Quaſi *1.Reg.25.* dicat: Puniuit me Deus auferens à me reſiduum annorum meorum. Significat etiam deeſſe, vt primi Regum vigeſimoquinto. Nec aliquando defuit quicquam eis. Vnde poteſt verti: Defuit reſiduum annorum meorum. Et quoniam verbum hoc requiro ſignificat non inuenire, & deeſſe, vt eùm dicimus requiro hominum noſtrorum prudentiam, quo quidem pacto Cicero vtitur hoc verbo in primo Paradoxo ſignificans antiquos in illa re eſſe prudentia deſtitutos, ideò fortaſſe poſuit noſter interpres, Quæſiui reſiduū annorum meorū, pro priuatus ſum reſiduo annorum meorum. Poteris reddere Latinè: Deſtitutus ſum reſiduo annorum meorum. Pagninus vertit: Carebo reſiduo annorum meorū. Septuaginta: Relinquā annos reſiduos. Quæ omnia in idem ferè coincidunt.

Dixit, non videbo Dominum Deum in terra viuentium.) Septuaginta habent: Dixi me quaquam vl trà videbo ſalutare Dei in terra viuentium. Satis eſt perſpectum & exploratum dantibus operam literis diuinis Chriſtum ſeruatorem noſtrū eſſe ſalutare Dei, de quo vaticinātus eſt Eſaias dicēs: Et videbit omnis caro ſalutare Dei. De hoc præ *Infrà 52.* dixerat Iacob: Salutare tuum expectabo Domi- *Gen.49.* ne. Et illud Dauid ardenter deſiderabat dicens: *Pſal.39.* Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Hoc diuinum ſalutare

lutate amplectens Simeon ille religione ac pieta
Luc.2. te præſtante, voce cignea & chatitate ardente ce
cinit: Nunc dimitris ſeruum tunm Domine, ſe-
cundum verbum tuum in pace, quia viderunt
oeuli mei ſalutare tuum. Cùm igitut rex Eze-
chias intelligetet filinm Dei ex ſemine ſuo eſſe
carnem ſumpturum, & videret ſe abſque filus
è vita migrare, ait ſi filium non relinqueret non
viſuturum Chriſtum in æterna beatitudine, quo-
niam illuc aſcendete non poterat, niſi Chriſtus
eius ianuã ſanguine ſuo aperiret. Eſt enim Chri-
ſti ſanguis, vt verbis diui Hieronymi vtar, clauis
paradiſi. Et volens Ezechias ſignificate ſe loqui
de Chriſto, ſubiunxit: Non aſpiciam hominem
vltrà & habitatotem quietis. Acſi diceret: Si ita
deceſſero è vita, non videbo Deũ factũ hominẽ,
qui eſt habitatot quieris, & æternę beatitudinis.
Eum, quem Deum vocauerat, & iuxta Septua-
ginta ſalutate Dei, nunc hominem appellat: quo
niam Chriſtus eſt verus Deus, & verus homo,
& ipſe eſt glorię, & quietis veræ babitatot. Nã in
hoc mundo nulla eſt vera gloria, nulla veta
quies.

Gen.40. *Generatio mea ablata eſt, &c.*) Pto hoc in He-
braieo eſt in hunc modnm. דורי נסע dori niſſach.
Pſal.38. Vetbum דור dur ſignificat habitate, petegrinari,
dnrare. Vnde nomen דור ſignificat ætatem, du-
rationem, generationem, habitationem, pe-
regrinationem, & incolatum. Nam omnis no-
ſtra ętas & duratio & vita eſt quędam pete
grinatio. Quod intelligẽs patriarcha ille Iacob,
quo nemo tunc ſapientiot erat, nemo pietate
præſtantiot, interrogatus à Phataone quot an-
nos natus eſſet, reſpondit: Dies peregrinationis
vitę meę centum triginta annorum ſunt. Vnde
dicebat regius vates: Aduena ſum ego apud te,
& peregrinus ſicut omnes patres mei. Ex quo
efficitut, vt viri iuſti ex hac vita decedant tan-
quam ex hoſpitio, non tanquam ex domo, intel-
ligentes peregrinandi diuerſorium nobis Deum
dediſſe, non habitandi: eſſe autem veram pa-
triam & habitationem noſtram in cœlo. Non
enim præſtãtes viri tot labores ſuſcepiſſent, niſi
certiſſimè credetent, non iiſdem finibus eſſe glo
riam tetminandam, quibus & vitam. Poteſt igi-
tut verti: Peregrinatio mea ablata eſt. pro quo
Pagninus tranſtulit: Habitatio mea receſſit. Do-
let igitur Ezechias, quia eius incolatus non am-
plius prolongabarur. contrà verò Dauid gemuit
ob incolatus ſui dilatationẽ: dicens Hei mihi
quia incolatus meus prolongatus eſt. Idem di-
uerſo medio deſiderabãt. Deſiderabat Ezechias
Chriſtum videre, ideò morte angebatut, quia
ſine filio decedebat, ex quo Chriſtus carnem ſu-
Pſal.119. ſimile. meret. Contrà verò Dauid mortem optabat, vt
Chriſtum citius videret. Vt enim duo veloces
accipitres auem altius volantem, ſéque in ſu-
blime ferentem arripere cupientes, ad eam ten
dunt, ſed vnuſquiſque diuerſa via dirigit ſuum
curſum & volatum, efficiens diuerſos anfractus,
ſed ad idem tendentes, ſic hi duo illuſtriſſimi re-
ges idem, ſed diuerſa ratione quætebant.

Tu autem eruiſti animam meam, vt non periret.)
Pto eruere in Hebraico, eſt verbum חשק chaxac,
quod ſignificat prætet alia amare, deſiderare, cõ-
iungere, & cingere. Hinc fluxit interpretum va-
rietas. Septuaginta tranſtulerũt: Liberaſti animã
meam, vt non periret. Pagninus: Deſideraſti e-
ruere animam meam à fouea conſumptiua. Po-
teſt verti: Dilexiſti animam meam. Vel: coniun-
xiſti tibi animam meam, ne periret. Qui in cha-
ritate eſt, coniunctus eſt Chriſto. Vnde dicebat
Paulus: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Rom.8.
Et alibi: Qui adhæret Deo, vnus Spiritus eſt. Et 1.Cor.6.
alibi ſe vinctum vocat, quia Deo adhęrẽs vincu- Epheſ.3.
lis amoris alligatus erat. Poteſt pręterea verti: Tu & 4.
autem cinxiſti, aut operuiſti animam meã. Hoc
eſt, me veſte charitatis induiſti. Eſt enim chari-
tas veſtis, quę operit multitudinẽ peccatorum, 1.Petr.4.
vt ait diuus Petrus Apoſtolorũ princeps. Hac ve
ſte nudati eiicimur à conuiuio cœleſtium nup-
tiarũ. At ea induti poſſumus mentis epulis abũ-
dare, & eum vitæ ſtatum adipiſci, qui in altiſſi-
marum rerum contemplatione conſiſtit. Hæc e-
nim eſt veſtis illa, de qua ait Chriſtus apud Mat- Matt.22.
thæum, Quomodo huc intraſti, non habens ve-
ſtem nuptialem?

Argumentum capitis XXXIX.

*Mittit Rex Babylonis legatos cum literis & mune-
ribus ad regem Ezechiam quem Eſaias reprehen-
dit, quòd illis theſauros ſuos oſtendiſſet prædicens,
eſſe illos theſauros à Babylonijs rapiẽdos, & in Chal
dæam aſportandos.*

CAPVT XXXIX.

IN tempore illo miſit Merodach A
Baladan filius Baladan rex Ba- 4.Reg.
bylonis libros & munera ad Eze 20.c.
chiam. Audierat enim quòd ægrotaſſet
& conualuiſſet. Lætatus eſt autem ſuper
eis Ezechias, & oſtẽdit eis cellam aroma
tum, & argenti, & auri, & odoramentorũ,
& vnguenti optimi, & omnes apothecas
ſupellectilis ſuæ, & vniuerſa quę inuenta
ſunt in theſauris ſuis. Non fuit verbum, B
quod non oſtenderet eis Ezechias in do-
mo ſua, & in omni poteſtate ſua. Intro-
iuit autem Eſaias propheta ad Ezechiam
regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri
iſti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Eze-
chias: De terra longinqua venerunt ad
me, de Babylone. Et dixit: Quid viderũt
in domo tua? Et dixit Ezechias. Omnia
quæ in domo mea ſunt viderunt. Nõ fuit
res quam non oſtenderem eis in theſau-
ris meis. Et dixit Eſaias ad Ezechiam. Au
di verbum Domini exercituum. Ecce
dies venient, & auferentur omnia, quæ
in domo tua ſunt, & quæ theſaurizaue-
runt patres tui vſque ad diem hanc in Ba
bylonem. Non derelinquetur quicquam D
dicit Dominus. Et de filiis tuis qui exi-
bunt de te, quos genueris, tollent, & erũt

Rom.11. facta ſunt. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Nec ſolùm Theologi, ſed etiam Philoſophi Gentium radio naturali illuminati, Deum eſſe principium primámque cauſam apertiſſimè teſtantur. Ideò viri iuſti opera ſua in Deum dirigunt, eáque propter illum efficiunt. Pugnãtes Hebræi cum Amalec quandiu Moyſes manus leuabat, victoriam conſequebantur: cùm autem eas remiſiſſet, victoriam amittebant. Ita literæ diuinæ in *Exod.17.* Exodo aſſeuerantet affirmant. Quid per manus *figura.* niſi opera intelligimus? quæ cùm leuamus, & ad Deum dirigimus, vincimus, & de hoſtibus noſtris, diabolo, mundo, & carne, victoriam reportamus. Si autem ea deprimimus in terram, laudem humanam captantes, & inanis gloriæ deſiderio flagrantes, ipſam laudem & gloriam amittimus, & ab inimicis ſuperamur. Nulla re clarius gloriam conſequimur, quàm gloriæ cõtemptu. Nam qui appetitu inanis gloriæ ducuntur, & hominum rumuſculos intuentur, clariſſimis ſignis oſtendunt, ad Deum opera ſua nõ dirigere, nec veræ gloriæ amplitudinem contemplari. Quando Chriſtus in ſuis actionibus oculos leuabat in cœlum, nos inſtruere volebat, vt in noſtris actionibus intentionem leuaremus in Deũ, ad illúmque mentis aciem intenderemus. Quid enim per oculum niſi intentio ſignificatur? Ita intelligitur id, quod Chriſtus dicebat apud Mat-*Matt.6.* thæum: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Hinc effectum eſt, vt quando dicimus oculum dextrum, bonam intẽtionem ſignificemus: quando verò ſiniſtrum, ma-*ſimile.* lum. Et vt qui ſagittam emittit, vt ſcopum attingat, claudit oculum ſiniſtrum, aperit dextrum, ſic nos in actionibus noſtris, ſi volumus verum ſcopum attingere, debemus intentionem ſiniſtram claudere, dextram verò aperire, debemus inanem gloriam & falſam nominis claritatem paruipendere, Dei autem gloriam noſtris actionibus quærere, eáſque ipſi Deo dedicare. Et quoniam diabolus intelligit quãtum nobis proſit bona intẽtio, ſumma diligentia conatur eam à nobis auferre. Id ſignificat ſcriptura libro pri-*1.Reg.11.* mo Regum, dicens conatum fuiſſe Naam, vt oculos dextros erueret habitatoribus Iabes Ga-*figura.* laad. Naas ſerpentem ſignificat. Quid per Naam niſi diabolum ſerpentem antiquum, & quid per oculos dextros niſi intentionem ad Chriſtum directam intelligimus? Eſt igitur ſumma ope nitendum vt in noſtris actionibus inanem gloriam *Neem.4.* cuitemus inſtar illius, de quo dicitur Neemiæ 4. Vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Nos itaque in virtutum actiones toto pectore incumbere curemus, gladiúmque ad populi rumuſculos reſecandos manu teneamus. Magnus Baſilius ad hoc propoſitum hac *Apta ſimilitudo.* eleganti ſimilitudine vtebatur. Faber ferrarius, quãdo opus aliquod conflat & cudit, debet memoria tenere eum, à quo inſtrumentum illud ex pacto accepit, præſcriptámque ſibi ab illo formam & magnitudinem in animo verſare, vt rectè opus efficia, & iuxta eius voluntatem, qui illud efficit iuſsit, manum dirigere, alioqui ſi eius memoriam ex animo patiatur excidere, aut aliud quippiam omnino, aut longè diſsimile efficiet ab eo, quod facere deberet. Eodem modo Chriſtianus dum virtutem exercet, debet ita Deum ante oculos mentis habere, vt nulla eius memoriam deleat obliuio: debet omnes ſuas actiones ad Deum dirigere, & iuxta eius voluntatem, qui eum rectè operari iubet, manum mouere: debet ipſius in mente inſidere Dei voluntas, vt illam intuens, in eáque defixus, omnem curã & cogitationem ad eam implendam conferat, vt concitatæ multitudinis gloriam contemnens, ſit vera gloria cumulatus. Is egregiè opus perficit, aſsiduámque illius memoriam conſeruat, à quo id iuſſus eſt facere, veréque illud Dauidicum dicere poterit: Prouidebam Dominum in conſpe- *Pſal.15.* ctu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commoueat. Hæc diuus ille Baſilius, qui ab antiquis ob inſignem ſanctitatem, ſingularem eloquentiam, & admirabilem doctrinam, fuit meritò Magnus appellatus. Hanc doctrinam voluit *Exo.52.* nobis Deus in Exodo ſignificare, quando Moyſi præcepit vt duo cherubin eſſent in propiciatorio, vnde Deus ipſe loquebatur, vtrunque latus propiciatorij alis expaſsis tegentes. Deus ſummè benefactor eſt, & nihilominus tectus, vt nos doceat benefacere, ſed nolle ab hominibus videri & gloriam aucupari. Ita locum illum explanat Hieronymus ab Oleaſtro vir hac noſtra tempeſtate doctiſsimus & optimus in eruditiſſimis ſuis commentariis in Exodum. Oportet i- *Gen.15.* gitur nos ſolam Dei gloriam in noſtris actionibus quærere, & quemadmodum Abram volucres ſuper carnes immolatas deſcendentes abigebat, ſic nos inanem laudem fugere, eámque à noſtris operibus abigentes penitus aſpernari. Sectemur doctrinam diui Pauli dicentis in epi- *1.Cor.10.* ſtola prima ad Corinthios: Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Nam ſi opes & theſauros actionum noſtrarum oſtẽtauerimus, amittemus eos, ſpoliabimur à Babyloniis, & direptioni, animique calamitati committemur. Ex quo efficietur, vt gloriam quærẽtes ſimus omni gloria nudati & deſtituti, cùm ob culpam noſtram opes Hieroſolymæ ſint Babylonem tranſlatæ. Opes Aegyptias ad terrã promiſſionis aſportari permiſſum erat, Hebræorúmq; gloriæ tribuebatur, vt in Exodo literæ diuinæ teſtantur, & ſimiliter *Exo.11.* Babylonias, vt ex primo capite Eſdræ perſpi- *Eſdr.1.* cuum apparet. At non poterant abſque eorum ignominia opes Hieroſolymæ Babylonẽ transferri. Oratorum gentilium eloquentiam, & ſalutaria philoſophorum præcepta, quæ ſunt mundi diuitię & theſauri, poſſumus ad religionem pietatis pleniſsimam adducere, ad ipſius religionis excellentes diuitias amittere, eáſque in confuſionem cõuertere, non poterimus, quin ſimus magno dedecore & infamia notati.

Et de filiis tuis.) Hoc eſt, de poſteris tuis. Non enim proprios filios intelligit. Aiunt nonnulli fuiſſe Danielem, Ananiam, Miſaelem, & Azariam.

Bonum verbum Domini.) Senſus eſt: Deus eſt ęquus & ſermo eius bonus & rectus. Ego peccaui & pœna hac dignus ſum. At Deum pium patrẽ precor vt in diebus meis in Iudæa ſit tranquillitas pax & veritas. Hoc dicebat Ezechias, quia

 ſciebat

ſciebat eo tẽpore, quo theſauri Hieroſolymæ diriperentur,& Iudæi in Babylonẽ adducerentur, nullam fore pacem nec veritatem, nullã quietẽ nec in promiſſis conſtantiam, ſed omnia futura eſſe plena contentionibus,& mendaciis. Vel fortaſſe hæc dicit Ezechias, cùm illi dixit Eſaias hanc tranſmigrationem in Chaldæam nõ futurã eſſe in diebus ſuis. Quo audito fecit hæc verba Ezechias, acſi diceret: Bonus eſt ſermo Domini dicentis, in diebus meis fore pacem & veritatem.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAP. XXXIX.

Miſit Merodach Baladan filius Baladæa rex Babylonis libros & munera ad Ezechiam.) Pro libris in Hebraico eſt ספרים ſepharim, pro quo poſſis vertere literas,& rectè quidem. Significat enim hoc nomen præter alia epiſtolam ſiue literas. Qua de re poteris ea videre, quæ ſuprà annotauimus cap. 37.

Non fuit verbũ quod non oſtenderet eis Ezechias.) Pro verbo in Hebraico eſt דבר dauar, quod nomẽ
Heſter 7. ſignificat verbum, vt Heſter ſeptimo: Necdum verbum de ore regis exierat. & multis aliis in lo-
4.Reg. 5. cis. Significat etiam rem, vt quarto Regum capite quinto: Et ſi rem grãdem dixiſſet tibi prophe-
Deut. 8. ta. Et quamuis noſter interpres vertat, verbum, tamẽ ſæpe capitur pro re, vt hoc in loco,& Deuteronomij octauo capite: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Quem locum citat Chriſtus apud Mat-
Matt. 4. thæum: Quaſi dicat: Non ſolùm homo ſuſtentatur pane, ſed poteſt etiam ſuſtentari quacunque alia re, quam Deus creauit. Et aliis in locis verbũ pro re ponitur, quæ breuitatis gratia omitto.

Argumentum capitis XL.

Conſolatur Deus Iudæorum populum, promittens illis gaudium & peccatorum remiſsionem. Facit propheta loquentem diuinum illum Ioannem Baptiſtã Chriſti Dei noſtri præcurſorem & annuntiatorem, quo nemo inter natos mulierum non ſurrexit vnquam ſublimior, nemo vaticinatione præſtantior. Oſtendit propheta hominum, eorúmque gloriæ miſeriam, fragilitatem,& inconſtantiam, Deique noſtri ſummam fortitudinem, infinitam potentiam, & immenſam ſapientiam, & bonitatem, vt nobis ipſis diffidentes,& opes, magiſtratus, inanem gloriam, cæteráque mundi ludibria, caduca & inconſtantia contemnẽtes, ea ſola ornamenta quæramus, ex quibus vera gloria redundat,& ad ipſum Deum ardenter aſpiremus à quo eſt verum decus, & omnis dignitatis præſtantia.

CAPVT XL.

A COnſolamini conſolamini populé meus, dicit Deus veſter. loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam, quoniam
Mat. 1. a completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt ini-
Mat. 3. a quitas illius. Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox
clamantis in deſerto. Parate viam Domi- Luc. 3. a
ni, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei Ioan. 5. c
noſtri. Omnis vallis exaltabitur,& omnis
mons & collis humiliabitur,& erunt pra-
ua in directa, & aſpera in vias planas. &
reuelabitur gloria Domini, & videbit o- B
mnis caro pariter quòd os Domini locu-
tũ eſt. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid Eccl. 14. c
clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis
gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt Iaco. 1. b
fœnum,& cecidit flos, quia Spiritus Do-
mini ſufflauit in eo. Verè fœnum eſt po- 1. Pet. 1. d
pulus. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit
flos, verbum autem Domini manet in æ-
ternum. Super mõtem excelſum aſcẽde
tu, qui euãgelizas Sion, exalta in fortitu-
dine vocem tuam, qui euangelizas Ieru-
ſalẽ. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus C
Iudæ: Ecce Deus veſter. Ecce Dominus
Deus in fortitudine veniet, & brachium
eius dominabitur. Ecce merces eius cum Ioan. 10. b
eo,& opus illius coram illo. Sicut paſtor Eze. 34. f & 37. f
gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo con
gregabit agnos,& in ſinu ſuo leuabit, fœ-
tas ipſe portabit. Quis menſus eſt pugillo
aquas,& cœlos palmo ponderauit? Quis
appẽdit tribus digitis molem terræ, & li-
brauit in pondere mõtes,& colles in ſta- D
tera? Quis adiuuit Spiritum Domini, aut Rom. 11. d
quis conſiliarius eius fuit,& oſtendit illi?
Cum quo iniit conſilium,& inſtruxit eũ, 1. Cor. 2.
& docuit eum ſemitam iuſtitiæ,& erudi- Sap. 9. c
uit eum ſcientia, & viã prudentiæ oſten-
dit illi? Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ, &
quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt.

EXPLANATIO.

Conſolamini conſolamini popule meus.) Prædixerat Eſaias capite ſuperiore omnes diuitias regis Iuda auferendas eſſe,& à Babyloniis in Chaldæã aſportandas,& Iudæos capiendos,& nihil denique Hieroſolymæ relinquẽdum. Sed ne Hebræi videntes ſe inter gẽtes magnis ærumnis, incredibili ignominia, & miſera captiuitate oppreſſos, peccatis ſuis deſperationem adhiberent,& à vera religione deficerent, cõſolatur eos Deus, præcipítque diuinis vatibus, vt eorum mœrorẽ verbis conſolatoriis deliniant, promittẽtes illis vẽturum eſſe Meſſiam in tẽporis plenitudine, per quem erant afficiendi lætitia, & remiſsionem peccatorum recepturi.

Loquimini ad cor Ieruſalem.) Vos diuini vates conſolamini Hebræos: loquimini illis grata & dulcia. Hebraiſmus eſt. Qui mœſtum cõſolatur, eíque blanditur, dicitur loqui ad cor eius. Id vo-
luit Deus ſignificare per Oſeã dicẽs: Ducam eam Oſee. 2.
in ſolitudinem,& loquar ad cor eius. Hoc eſt, alloquar eam verbis blandis illíque iucundis. Tri-
geſimoquarto capite Geneſis vbi noſtra verſio Gen. 34.
habet: Triſtémq; deliniuit blãditiis, ait litera Hebraica: Locutus eſt ad cor puellæ. Vbi Chaldæus

paraphra

paraphraſtes air : Locutus eſt conſolationes ad
cot eius. Acſi diceret: Sichem Dinam verbis de-
mulcebat, vt eam ad ſe alliceret.

Quoniam completa eſt malitia eius.) Scribēdum
eſt, militia eius, & ita habent nunnulli codices
correctiores. Appellatur aurem militia tēpus vi-
tæ ooſtræ. Nam quid aliud facimus toto viræ ſpa
tio quàm militare? Ita enim ait Iob. Miliria eſt vi
ta hominis ſuper terram. Et alibi: Cūctis diebus
quibus nunc miliro. Vnde Apoſtolus ad Corin-
thios ſcribens, Arma, inquit, militiæ noſtræ non
Iob 7. carnalia ſunt. Eſt igitur ſenſus : Vos ô prophetæ
Iob 14. mei conſolamini populom meum, quoniam cō-
2. Cor. 10. plebitur & finietur tempus ſuorum laborum. Et
veniet tempus illud, qoando perfundantur gau-
dio, & in Chriſtum credentes remiſſionem pec-
catorum conſequantur. Capitur igitur militia
pto tempore captiuitatis Babylonicæ, per quam
animi captiuitas & peccatorum vincula ſignifi-
cátur. Vel ſumitur militia pto lucta, quę erat ſub
iugo veteris legis, quæ tēpore Chriſti finem ac-
Act. 15. cepit, de qua ait in Actis diuus Petrus: Quid ten
tatis Deum imponere iugum ſuper ceruices di-
ſcipulorum, quod neq; nos, neque patres noſtri
portare potuimus? Sed perpende cauſam conſo-
lationis diuinæ neceſſe diuitias, nec voluptates,
ſed remiſſionem peccatorum. Non enim rebus
caducis & fallacibus lætati debemus, ſed bonis
animi, quæ verè bona ſunt. Nō ſolùm verè Chri-
ſtiani, ſed etiam gentium philoſophi lomine &
naturæ & ſciētiæ illuminati mūdi pecunias, ſum
ptuoſa ædificia, & eas, quibus maximè improbi
& molles homines vinciunrur, voluprates, con-
tempſerunt, ranrùm abeſt, vt eas in bonis cōnu-
merandas ducerent. Quippe cùm apertè cōſpice
rent homines harum rerum copia abundātes, ea
tamen appetere maximè, qoibus circunfluunt.
Quooiā nunquā cupiditas barum rerum extin-
guitur, imò in dies earum ſitis augetur, & animū
torquet, non ſolùm appetitu eas amplificādi, ſed
etiam timore amittendi. Harum rerum contem-
platione ductus regius vates dicebat: Redde mi-
Pſal. 50. hi lætitiam ſalutatis tui. Er alibi: Renuit conſo-
Pſal. 76. lari anima mea. Vbi vides eum petere lætitiam,
non mūdi, ſed Chriſti, quem Dei ſalutare appel-
lat: mundi autem lætitiam & inanem conſolatio
nem contemnere, & pro oihilo putare.

*Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus
peccatis ſuis.*) Vtitur præteritis pro futuris more
prophetico. Sēſus eſt: Gaudeat populus Hebræo
rum, quoniam tempore Meſſiæ multa beneficia
accipiet. Qui eoim in Chriſtum crediderint, ma
gnam miſericordiam conſequenrur. Ponitur nu
merus finitus pro infinito. Duplicia, hoc eſt, mul
ta beneficia accipiet pro omnibus peccatis ſuis,
hoc eſt, non obſtantibns omnibus peccatis ſuis,
quoniam ab ipſis redimetur. Vel duplicia, id eſt,
magnifica dona. Sed quoniam dixerat: Comple-
ta eſt militia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius, exi-
ſtimo per duplicia hæc duo intelligi, nempe im-
pletionem militiæ, & peccatorum remiſſionem.
Et hæc interpretatio eſt clara, & ſatis literæ cō-
ueniens. Poteris per dnplicia gratiam & gloriam
intelligere. Origenes homilia quinta in Matthęū
per duplicia duas punitiones intelligit, non gra-
tiam & gloriam, quem in præſenti ſecutus diuus
Hieronymus hoc dicit eſſe intelligēdum de du-
plici afflictione, quā populus Iudaicus accepit,
ſemel à Babyloniis, & iterum à Romanis. Et hęc
expoſitio eſt ſatis plana, & probabilis, & munita
authoritate grauiſſimorum doctorum. Martinus
Lutherus citat hunc locum in articulo trigeſi-
moſexto, ad probandum non dari gratiā niſi pro
peccatis, quod Eſaias non dicit. Nam ex ſenteo-
tia veterom interpretum loquitur ad literam de
duplici punitione, non de duplici gratia. Et quā-
uis hîc duplicia poſſint accipi pro gratia & glo-
ria, non ſequitur : Datur hîc duplex beneficium
gratiæ & gloriæ pro peccatis, ergò gratia nun-
quam datur niſi pro peccaris. Quæ concluſio eſt
hæc? O dialecticum ridiculum! Sed quid ais Lu-
there? Nónne legiſti in Actis Apoſtolorum Cor- *Act. 10.*
nelium hominem gentilem eleemoſynis & pre-
cationibus ſe ad gratiam præparaſſe, eiúſqoe pre
ces & eleemoſynas aſcendiſſe in memoriam in
conſpectu Dei? Si verum eſt quod dicis, nou po-
tuit Deus Cornelio graoam tribuere, qui bona
opera & Deo accepta faciebar. Sed dices illa ope
ra eſſe peccata mortalia, quoniam in eodem arti-
culo aſſeris, liberum arbitrium homiois exiſtētis
in peccato peccare mortaliter, quādo facit quod
in ſe eſt, vbi aſſeris hominem peccare mortalirer,
etiam quando facir quod in ſe eſt, vt ſe præparet
ad gratiā. O horribilem hæreſim. Rogo te, Deus
incitat & inuitat aliquem ad peccandum? Non
quidē, aliàs oō eſſet iuſtus, nec Deus. Cor igitur
nos Deus incitat & inuitat ad præparationem ad
gratiam, ſi talis præparario eſt peccatum morta-
le? lege Propheras, lege Apoſtolos, lege Euange-
lia, lege vetus & nouum Teſtamentum, & torū
ipſum inuenies plenum diuinis monitis, quibus
miſericors ille Deus ac cœleſtis pater inuitat pec
catores ad pœnitentiam. Apud Eſaiā capire pri- *Sup. 1.*
mo poſtquam ſceleratorum hominū flagitia ar-
guit, Lauamini, inquit, mundi eſtote, auferte ma
lum cogitationum veſtrarū ab oculis meis, quie-
ſcite agere peruerſè, diſcite bene agere. Quærite
iudicium. Et paulò poſt: Si volueritis, & audieri
tis me, bona terræ comederis. Alloquitur Deus
peccatores, qoorum impia facinora fuerat dete-
ſtatus, eóſq; ad virtutem cohortatur. Et vt libe-
rum arbitrium oſtēdat, ait: Si volueritis, &c. Vbi
vides in manu peccatoris eſſe ſe ad gratiam præ-
parare. Quî fieri poſſet, vt Deus hæc diceret, ſi
conatus peccatoris ad bonum eſſet peccatū mor
tale? Et alibi apud eundem prophetam : Cōuer- *Supr. 31.*
timini ſicut in profundū receſſeratis filij Iſrael. *Infr. 40.*
Et alio in loco: Redite pręuaricatores ad cor. Per
Ieremiam capite tertio: Reuertere auerſatrix Iſ- *Ierem. 3.*
rael, & non auertam faciem meam à vobis. Per
Ezechielem 18. Conuertimini, & agite pœniten- *Ezech. 18.*
tiam ab omnibus iniquitatibus veſtris. Per Ioelē
ſecundo: Conuertimini ad me in toto corde ve- *Ioel. 2.*
ſtro. Hoc eſt, efficite toto conatu quantùm in vo
bis fuerit, vt ad me conuertamini, & ad gratiam
veniatis. Per Zachariam: Conuertimini ad me di *Zacha. 5.*
cit Dominus exercituum, & ego conuertar ad
vos. Quomodo fieri poteſt vt conatus ad gratiā
ſit peccatū, ſi cùm peccator conuertitur ad Deū,
confeſtim Deus ad ipſum conuertatur? Quor-
ſum Chriſtus omnes peccatores vocaret dicens:
Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati *Matt. 11.*
eſtis

eſtis,& ego reficiam vos?Præterea ſi eleemoſinæ
& prætationesCornelij erant peccata mortalia,
Act. 10. quomodo Deo placebant: Lege caput decimũ
Actorum,& videbis Angelum dicẽtem:Oratio-
nes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in me-
moriam in conſpectu Dei. Deus auertit oculos
ſuos à ſceleribus, nec illi vnquam placuerunt.
Dies me deficeret,ſi vellem omnes rationes, &
ſcripturarũ loca afferre, quibus poſſem hoc pe-
ſtilens Lutheri dogma refutare. Non enim ait
hoc in loco Eſaias ideò populum Iudaicum du-
plicia recipere,quia peccauit,ſed tantã eſſe Chri
ſti miſericordiam,vt quamuis populus peccaue-
rat,tamen ei & peccata dimitteret, & gloriã tri-
bueret. Id quod Chriſtus fecit omnibus iis, qui
ad eum ſe conuerterunt,& vſque ad finem per-
ſeuerarunt. Aſpicis quàm perperam Lutherus
hunc locum explanet & citet.

Vox clamantis in deſerto.) Hebraiſmus eſt. Idẽ
eſt vox clamantis,ac vox clamans, quemadmo-
dum terra promiſſionis & terra promiſſa, vas e-
lectionis & vas electum, filius perditionis & fi-
lius perditus,& multa huiuſmodi,quę paſſim in
diuinis literis reperiuntur.Eſt igitur ſenſus:Au-
dietur vox, quæ clamabit in deſerto: Parate viã
domini.Dixerat venturum eſſe Chriſtum, nunc
dicit prius venturum eſſe eius præcurſorem Ioã-
nem Baptiſtam. Fuiſſe autem diuum Ioannem
hanc vocem ipſe de ſe aſſerit apud Ioanẽ euan-
geliſtam. Qui interrogatus à Sacerdotibus &
Leuitis quiſnam eſſet,reſpondit, Ego vox cla-
mantis in deſerto,parate viam Domini, ſicut di-
Ioan. 1. xit Eſaias propheta. Et diuus etiam Lucas &
Luc. 3. diuus Marcus hunc locum de diuo Ioanne Ba-
Mar. 1. ptiſta interpretãtur. Appellatur vox primò,quia
ex ſe nihil dicebat,ſed quę audierat à Deo.Secũ-
dò,quia ſicut vox præcedit verbum, ſic Ioannes
Luc. 1. Chriſtum.Præibis,inquit Zacharias, ante faciem
Ioan. 1. Domini,parare vias eius.Tertiò, quia vt vox ver
bũ declarat,ſic Ioãnes,Ecce, inquit, agnus Dei,
ecce qui tollit peccata mũdi.Quartò,dicitur Ioã
nes vox ad ſignificandum,officium ſuum eſſe nõ
mandare literis ſuas cõciones & vaticinia more
aliorum prophetarũ,ſed voce,ad hoc enim miſ-
ſus erat,vt viua voce concionaretur, & Chriſtũ
oſtenderet. Quintò,quia quicquid erat in Ioan-
ne,vox erat,totus pœnitentiam & ſanctitatẽ prę
dicabat.Oculi,manus,veſtis, quicquid denique
in eo erat,clamabat,& totus vox erat.O ſingula
rem concionatorem, ô admirabilem doctorẽ vi-
tæ,& inſignem vitam doctoris. Sunt multi con-
cionatores qui quidem habent vocem, ſed non
ſimilia ſunt vox:quia etſi verbis prædicent, non tamen
factis:ſimiles aurificibus crucẽ efficientibus, ſed
eam non contemplantibus:& vaſa ad continen-
dum ſalem,cùm ipſi ſint omni ſale deſtituti. Sũt
veluti puteus, cuius aqua abluuntur immunda
vaſa,cùm ipſe ſit luto & ſpurcitia repletus. Itaq;
habent vocem,vox autem nequaquam ſunt. At
magnus ille præcurſor in ventre matris ſuæ ſan-
ctificatus totus erat vox,& non quæcunque, ſed
clamans:non ſolùm loquens,ſed vociferans. Tã-
ta enim Iudæorum ſurditas,tantus ſenſuum ſtu-
por,tam arctus eorum & profundus ſomnus,ma
gno clamore indigebant.Clamabat igitur diuus
Ioannes,& publicè concionabatur.Hunc imita-
ri debent hi,quibus eſt demandata cura docen-
di. Quid ad hoc reſpondebunt illi, qui cõciones
ſpernunt? qui cùm ad Eccleſiaſticas dignitates
aſcẽderint,nihil niſi otium,delicias, voluptates,
& pecunias quærunt.Qui claues theſauri ferunt
in brachio,claues autem animarum tradũt qui-
buſdam clericis improbis & indoctis. Qui non
ſolùm populum non docent,ſed etiam doctores
contemnunt.Hos appellat Deus per Eſaiam nõ *Infr.* 56.
paſtores,ſed canes,& nõ quoſcunque ſed canes
mutos non valẽtes latrare,cùm eorum officium
ſit enuntiare Euangelium, populi ſcelera repre-
hendere,& denique ſubditos ſuos docere.Legãt
hi antiſtites diuum Paulum ad Timotheũ & ad
Titum ſcribentem,& ibi inter qualitates antiſti *1.Tim.* 3.
tum inuenient debere eſſe concionatores & do- *Tit.* 1.
ctores.Quid plura?Ipſe cœleſtis doctor diuinus *Mat. vlt.*
ille concionator Chriſtus Deus noſter eis, quos *Mar. vlt.*
præſules conſtituit,præcepit,vt euangeliũ præ-
dicarent. Nec ſat eſt ſummiſſa voce prædicare,
ſed oportet aliquando clamare inſtar diui Ioan-
nis,quem hîc Eſaias vocem eſſe clamantem af-
firmat. Clamabat igitur Ioannes,& clamore illo
etiam ſignificabat eſſe euangelij prædicationem
longè audiendam,latéque dilatandam, iuxta id
quod alius propheta prædixerat:In omnem ter- *Pſal.* 18.
ram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ
verba eorum. Illud eſt præterea aduertendum,
hanc vocem in deſerto clamaſſe,quia re vera erat
Ioannes in deſerto.Semper enim viri pręcellen-
tes & diuina contemplatione præſtantes deſerta
loca dilexerunt. Eſt enim deſertum veluti quæ-
dam ſchola paradiſi. Ideò dicebat Deus per O- *Oſee.* 2.
ſeam prophetam:Ducam eam in ſolitudinem,&
loquar ad cor eius. Ex quo effectum eſt, vt An-
thonius,Hilarion,Hieronymus, & innumerabi-
les alij qui præſtãtibus ingeniis in vita humana
diuina ſtudia coluerunt, vrbibus relictis ſolitu-
dinem colerent,vbi charitate ardentes,& deſide
rio æternitatis flagrantes, ad cœlum aſpirabant.
& ob eam cauſam à cœtu hominum atque fami
liaritate ſeiuncti tanquam in portum ſe in deſer-
tum recipiebant.Poteris hoc in loco per deſertũ
intelligere mundum,in quo habitant reptilia,&
varia ferarum genera,pauci autẽ homines. Qui
autem non paret rationi, ſed indomitis ducitur
appetitibus,nõ homo vocãdus eſt,ſed fera. Hoc
ſentiebat Diogenes ille Cynicus, qui in me-
dia luce diei plateam perambulans cum lucer-
na quadam in mano interrogatus quid quæ-
reret, reſpondit hominem quærere, quoniam
eos quos videbat, non homines eſſe iudica-
bat.

Parate viam domini.) Hoc quidẽ eſt quod vox
in deſerto clamabat. Acſi diceret: Expiate ani-
mos veſtros,vt veniat ad vos Chriſtus. Expurga
te illi viam,vt veniat. Auferte lapides,lutum,cę-
teráque impedimenta.hoc eſt,diſcedire à pecca-
tis,& dirigite viam actionibus virtutũ. Non di-
cit,parate vias veſtras,ſed viam Domini. Vię no
ſtræ ſunt peccata,viæ Domini virtutes. Ideò ait
Deus per Eſaiam: Non ſunt viæ veſtræ viæ meæ.
Via Domini eſt quę ducit ad Bethſames,hoc eſt *Infr.* 55.
ad domum ſolis,per quam eunt vaccæ legẽ Dei *1.Reg.* 6.
ſecum ferentes. De illa dicũt damnati,vt in libro *Sap.* 5.
ſapientiæ ſcriptura commemorat: Errauimus
à via

à via veritatis. Hominum autem via eſt ea, quæ ducit à Hieroſolyma ad Iericho, de qua dicunt qui in inferno cruciantur: Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias diffi-
Prou.4. ficiles. Hæc eſt ea via, de qua ait Salomon in Pro-
Eccle.21. uerbiis: Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant. Et in Eccleſiaſtico ita ſcriptum legimus: Via peccātium complantata eſt lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Relinquamus igitur vias noſtras, nos ad æternos cruciatus ducentes, & viam Domini paremus, eúmque ad nos venientem recipiamus. In libro
Gen.41. Geneſis eſt memoriæ proditum clamauiſſe præconem, vt omnes coram Ioſeph genu flecterent, eúmque terræ gubernatorem eſſe cognoſcerent. Quis eſt hic Ioſeph, qui quærēs fratres ſuos, fuit vēditus, & acerbis iniuriis affectus, niſi Chriſtus
figura Deus noſter mundi ſeruator & rector? Quis eſt hic præco, qui præibat, & clamabat vt eū agnoſcerent, & reciperent, niſi Ioannes ille Baptiſta, ille glorioſus & admirandus præcurſor & præco, illa magna vox, quę clamabat, vt viam Chriſto pararent, eúmque verum Dei agnum mundi peccata tollentem intelligerent, eſſéque mundi creatorem & reſtauratorem nequaquam dubitarent.

Rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri.) Solitudinem exiſtimo appellari animam ſterilem, & incultam, nullos charitatis fructus producentem.

Omnis vallis exaltabitur.) Per vallem intelligit humiles, qui à Domino eleuantur: per montem & collem potentes & elatos, qui à Domino deprimuntur iuxta illud, Depoſuit potentes de ſe-
Luc.1. de, & exaltauit humiles. Vel per vallem intelligitur animi fragilitas, & nimius metus per mōtem verò elatio & ſuperbia. Quaſi dicat: Tempore gratię auferetur puſillanimitas & ſuperbia. Si ſuperbus vult vt Deus ad ipſum veniat auferat montem elationis, & imbecillus ac nimium timēs impleat ſancta ſecuritate & fiducia in Chriſto vallem timoris & puſillanimitatis.

Erunt praua in directa, & aſpera in vias planas.) Hoc eſt, qui anteà dabant operam iniuſtitiæ & prauitatibus, qui iura violabant, & fundamenta iuſtitiæ peruertebant, erūt iuſti, & actiones ſuas ad rectam rationis normam dirigētes. Iniuſtitiā
Sup.27. appellat viam obliquam & tortuoſam, quemadmodum alio in loco principem iniuſtum ſerpentem tortuoſum appellauit. Sed ait tēpore Chriſti iniuſtitiam vertendam eſſe in æquitatem, & aſpera in vias planas, hoc eſt, homines inſolētes, agreſtes, elatos, fore modeſtos, mites, & lenes.
ſimile Sunt quidam homines qui in te conferunt beneficia, ſed tam elati, vt prius te aſperitate vulnerent, quàm beneficia concedant, ſimiles arboribus ſpinoſis, quæ prius te pungūt, quàm ab illis fructum euellas. At diuina gratia intractabiles fiunt lenes & ſuaues. Omnis viarum difficultas & deformitas aut eſt propter altos montes, aut propter profundas valles, aut propter obliquitatem & anfractus, aut propter aſperitatē. Omnia hæc impedimenta dicit auferenda eſſe, & omnes has difficultates & deformitates corrigēdas. Voluit diuinus vates & eloquētiſſimus orator hac metaphora ſignificare fore, vt tempore Chriſti tolleretur ſuperbia & nimia trepidatio atque animi imbecillitas, & iniuſtitia, ac morum aſperitas & inſolentia, & omnia denique impedimēta tollerentur. Chryſoſtomus ait hac metaphora declarari difficultatem veteris legis eſſe in fidei facilitatem conuertendam.

Et reuelabitur gloria Domini.) Hoc eſt, apparebit filius Dei aſſumpta humanitate, & ſe mundo viſibilem præbebit.

Et videbit omnis caro pariter, quòd os Domini locutum eſt.) Hoc eſt, Et videbunt homines Chriſtum loquentem, & cum hominibus conuerſantem. Anteà loquebatur Deus per prophetas, ſed tunc loquetur ore ſuo. Os ipſius Chriſti Domini noſtri hominibus loquetur. Pro eo quod Eſaias
ait: Et videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum eſt, vertit diuus Lucas: Et videbit omnis caro ſalutare Dei. Per Dominum ore ſuo loquentem intelligit Chriſtum, quē appellat ſalutare Dei, quòd diuinā attulerit ſalutem. Aegrotauerat homo propter peccatum, venit ſalutare Dei Chriſtus Ieſus, vt mūdi morbis mederetur, & ægris ſalutē tribueret. Mundi ægritudines explicat Oſeas dicens: Non eſt veritas, nō eſt miſe- *Oſee 4.*
ricordia, non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictū, mendacium, homicidium, furtum, & adulteriū, inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. Vbi vides inter ægritudines ignorantiam connumerari, & Dei ſcientiæ defectum. Hæc eſt magna phreneſis, periculoſa paralyſis. Ideò venit diuinus medicus, ad dandā ſciētiā ſalutis plebi eius, vt ait Zacharias. Venit ergo *Luc.1.*
curatum genus humanum, de quo ait Eſaias. A *Sup.1.*
planta pedis vſque ad caput nō eſt in eo ſanitas: hoc eſt, à plebeio vſque ad principem omnes in erroribus & prauitatibus verſantur. Hęc generis hominū ægritudo fuit in Ezechia ægroto ſignificata, quando vt ſanitatem recuperaret, Sol reuerſus eſt retrorſum, qui imaginem Chriſti gerebat, qui vt genus hominū curaret, aſſumpſit humanitatem, & ſeipſum exinaniuit, vt aduētu ſuo nos à contractis ſceleribus expiaret, omniúmq; virtutum ornamentis decoraret, & in dignitatē ac ſalutē amiſſam ſuo ſanguine reſtitueret. Quare de re poteris ea videre, quæ ſuprà explanauimus capite trigeſimooctauo.

Vox dicentis: Clama.) Nonnulli totum hoc re- *Sup.36.*
ferunt ad diuum Ioannem Baptiſtam, dicentes eum eſſe vocem clamantem, & dicentem: Omnis caro fœnum, &c. Prędicauit enim diuus Ioānes mundi contemptum, vt homines ad amorem cœleſtium excitaret. Poteſt ad Eſaiam referri, vt ſit ſenſus: Ego Eſaias audiui Dei vocē præcipientem mihi vt clamarem. Cùm autem interrogarem quid eſſem clamaturus, reſpondit mihi diuina illa vox: Clamabis hoc, nempe. Omnis caro fœnum, & cætera, quæ ſequuntur. Dixerat propheta populum Dei recepturū eſſe duplicia dona: ſed ne aliquis exiſtimaret ſe hanc præſtitam gratiam ſimpliciter mereri, dixit omnem hominem & omnem eius gloriam fœnum eſſe, vt omnes intelligerent ſeipſos parū valere, eſſéque à Dei benignitate & miſericordia profectam gratiam, quam ipſi ſunt cōſecuti. Nā actiones noſtræ quatenus noſtræ ſunt, & à noſtra

voluntate

voluntate profectæ ſeparatæ à gratia fœnum ſunt, paruíqoe valoris. Extenuat homines, vt Dei miſericordia eos cu tantis illuſtrius appa-
ſimile reat. Vt enim peritus & ingenioſus pictor, quã do vult, vt aliquis color emineat & reſplẽdeat, atque inſignior appareat, opponit iuxta illum contrarium colorem, nam vt ait philoſophus: Poſita iuxta ſe oppoſita magis illuceſcunt, ſic diuinus vates vt Dei miſericordiam ſplendidiſſimam eſſe cognoſceremus, oppoſuit iuxta illam hominum miſeriam. Ideò hanc vocem literis mandauit illi dicentem: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. O verba glorioſa & inſignia, digna quæ ſemper ſint in noſtra memoria impreſſa, ex qua nulla vnquam obliuione deleantur. Ea nobis veritatem aperiunt, noſtram miſeriam & imbecillitatem ante oculos ponunt, & quid denique ſimus apertiſſimè oſtendunt. Vide aptiſſimam ſimilitudinem. hominem cum fœno comparat, & eius gloriam cũ flore agri. Quid vilius fœno? Quid agri flore fragilius, qui frigore areſcit, calore marceſcit, vẽto rapitur & frangitur, pedibus conculcatur, à brutis comeditur, & cùm pulchritudinem oſtẽdat, in puncto temporis conſumitur & perit? I-
Iob 13. deò dicebat Iob: Homo quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra. Et rurſus: Cõ-
Iob 13. tra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris. Vbi vides appellari hominem, folium vento raptũ,
Eccle.14. & aridam ſtipulam. Et Eccleſiaſticus, Omnis inquit, caro ſicut fœnum veteraſcit, & ſicut fo-
Iaco. 4. lium fructificans in arbore viridi. Et diuus Iacobus, Quæ eſt, inquit, vita noſtra? Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabi-
Pſal. 101. tur. Et Dauid: Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui. Vnde dicitur in Prouerbio; Homo bulla. Eſt quidem bulla tumor ille inanis, qui videtur in aquis ſubitò naſcens, & ſtatim euaneſcens. Quo Prouerbio monemur nihil eſſe fugacius humana vita. Homerus comparat hominis vitam caducis arborum foliis. Euripides ait huius vitæ fœlicitatem durare vnum diem, & eodem gloriam in ignominiam commutari. Sed reprehenditur à Demetrio Phalareo, quòd non vnum diem, ſed vnum temporis inſtans dicere debuerit. Pindarus hominem vmbræ ſomnium vocauit. Nihil inanius vmbra, quæ cùm nihil ſit, aliquid eſſe videtur, tamen aliquid inuenit, quod videtur inanius, nimirum ſomnium vmbræ. Aeſchylus apud Stobæum vmbræ fumi humanam vitam comparauit: non ſolùm fumo, ſed etiã vmbræ fumi. Quid igitur ſuperbis homo, quo nihil eſt fragilius, nihil vanius? Illud eſt prętetea hoc loco aduertendum, Eſaiam miſſum eſſe concionatum, & tamen à Deo quæſiſſe, quid eſſet dicturus. Ex quibus colliges Chriſtianum concionatorem non debere in ſuggeſtum aſcẽdere, niſi mittatur, niſi
Rom.10. exiſtimauerit hanc eſſe Dei voluntatem. Vnde
Hebr. 5. ait apoſtolus: Quomodo prædicabunt, niſi mittantur. Et alibi: Nec quiſquam, inquit, ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo. Colliges etiam Chriſtianum concionatorem debere à Deo poſtulare id, quod eſt populo ſuaſurus, nec dicere niſi id, quod crediderit Deo placere. Placet autẽ Deo, vt auditores excitet ad mundi contemptũ, & humanæ fragilitatis & miſerię contemplationem, vt intuentes eſſe hominem fœnum, & omnem gloriam eius quaſi florem agri, inanem mundi ſplendorem, falſámque nominis claritatem contemnant, & ad immortalem gloriam aſpirent. Tunc enim concionatores munere ſuo rectè funguntur, cùm auditoribus perſuadent, vt conſiderata humanæ naturæ fragilitate, & miſera atque caduca vitæ conditione, & mundi gloriæ inconſtantia, omnia humana deſpiciant, hominum opes, & rerum geſtarum gloria florentium triſtes caſus, & miſerabiles ac ſubitas ruinas, in memoriam reuocantes, abnegent ſemetipſos, & cruces ſuas tollentes Chriſtum ducem noſtrum ſequantur.

Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion.) Nonnulli codices habent: Tu quæ euangelizas Sion, vt Sion ſit vocandi caſus, & ad Eccleſiam referatur. Et ita vertunt nonnulli ex Hebræo. Et tunc eſt ſenſus: Tu ô Sion ô Chriſti eccleſia diuini verbi annuntiatrix, quoniam es bonum nuntium prædicatura, & de magnis rebus dictura, aſcende in montem excelſum, eleuáque fortiter vocem tuam. Faciens mẽtionem euangelij diuinus vates non ſat eſſe exiſtimauit Eccleſiam ad vocem efferendam monere, ſed etiam ad aſcendendum in excelſi montis cacumen exhortari, vbi magno inuictóque animo cõcionaretur. Sin autem legas: Tu qui euangelizas Sion, vt habent Septuaginta, tunc hic eſt ſenſus: Tu fidelis concionator & Apoſtolorũ chore qui apud Sionẽ cõcionaris, aſcẽde in montẽ ſublimem, & ex eius cacumine annũtia Meſſiam. Vbi vides oportere Euangelicum concionatorem ad eleuatum virtutis montem aſcendere. Eſt enim virtus mons altiſſimus, quanquam à nobis ob eius magnam diſtantiam paruus abiectúſque e- *ſimilitudo*
xiſtimetur. Vt enim Apenninus mons altiſſimus à Genua nobili Liguræ emporio incipiens paruus apparet mediterraneum mare procul nauigantibus, illúmque magno interiecto ſpatio aſpicientibus, ſic virtus, cùm ſit adeò ſublimis, vt nubes tranſcendat, minima tamen nobis videtur ob lõgum interuallum inter nos & ipſam interiectum. Mundi enim mare nauigantes ab ea longiſſimè abſumus, ob eámque cauſam aut eam non aſpicimus, aut ſaltem paruã abiectamque iudicamus. At ſi ad eam accederemus, non poſſemus abſque dubio eius incredibilem celſitudinem non admirari. Poteris per hunc montẽ
Chriſtum intelligere, de quo ſuprà noſter vates *Sup.2.*
ſecundo capite vaticinatus eſt. Oportet euangelicos concionatores eſſe ſuper Chriſtum firmiſſimum fundamentum ædificatos, quoniam ſunt ciuitas illa ſupra montem ſita, de qua ait Chriſtus apud Matthæum: Non poteſt ciuitas abſcõ-
di ſupra montem poſita. Quibus verbis eos ex- *Matth.5.*
citat ad veritatem forti erectóque animo prædicãdã, qđ hîc fecerat per Eſaiã Ideo ſequitur: Exalta in fortitudine vocẽ tuã, qui euangelizas Ieruſalem, exalta, noli timere. Quamuis hæ expoſitiones ſint rectæ, ego tamen exiſtimo Eſaiam loqui concionatoribus Iudæorum ante aduentum Chriſti, quos hortatur, vt annuntient Meſſiam venturum eſſe Deum & hominem,

propter

propter hæc quæ ſequuntur.

Du ciuitatibus Iuda.) Hoc eſt Iudæorum ſynagogæ.

Ecce Deus veſter. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet.) Senſus eſt: Tu qui Hebræis annuntias Meſſiam venturum, declara illis eum eſſe verum Deum & non putum hominem. Dic illis: Ecce Deus veſter ipſe veniet, qui humanitate aſſumpta euidentiſſima miracula efficiet, hominum genus à peccatis expiabit, & à diaboli iugo potenter eripiet. Et ſi quatenus homo eſt ſubiturus labores, infirmitatibúſque ſubijciendus, tamen quatenus Deus æqualis eſt patri, fortis, omnipotens, & ſempiternus. Hoc dicebat Eſaias Iudæorum concionatoribus ante Chriſti aduentum. Indicat apertè hic locus Chriſtum ſaluatorem noſtrum, quem nos veniſſe credimus, eſſe verum Deum. Et quoniam Hebræi noſtri temporis negant Meſſiam fore Deum, aientes fieri non poſſe vt finitum ſit infinitum, corruptibile ſit æternum, mortale ſit immortale, oſtendens illis hoc in loco ex Lege, Pſalmis, & prophetarum oraculis & vaticiniis, Meſſiam eſſe Deum, vt nos firmiter aſſerimus. Negant enim illi hoc in ſacra ſcriptura inueniri, multáque in nos iactant conuicia, quòd repugnantibus diuinis literis hoc affirmemus, magnúſq; in Chriſtū Deum noſtrum blaſphemias, quas ego ab illis audiebam, cùm Romæ, vbi noſtri ordinis negotia gerebam, cum illis diſputarem. Capite vigeſimoſexto Leuitici alloquens Deus Hebræorum populū has voces emiſit: Ego Dominus Deus veſter. Nō facietis vobis idolū & ſculptile. Et paulò pòſt: Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter. Nemo eſt qui ambigat hæc verba Dei eſſe. Deus eſt qui loquitur, qui promittit ſe inter homines ambulaturum. Quî fieri poterat vt Deus, qui ſpiritus eſt, greſſibus corporis ambularet, in terra hominibus appareret, & cum illis cōuerſaretur, niſi humanam carnem aſſumeret, in qua ſe viſibilem demonſtraret? Hunc locum explanans R. Moyſes Gerundienſis apertè indicat eſſe de rege Meſſia intelligendum: aſſerit enim fore vt Meſſias ſit Deus & homo inter homines viſibilis apparens: quod probat ex hoc loco & ex capite vigeſimoquinto Eſaiæ dicentis: Et dicent in illa die: Ecce Deus noſter iſte, ſpectauimus eum, & ſaluabit nos. Et hæc eſt multorum antiquorum Rabbinorum ſententia in libro, qui inſcribitur Torath choani. Hinc intelliges quantò melius veteres illi Rabbini ſanctam ſcripturam expoſuerint, quàm Hebræi noſtri tēporis. In hac ſententia eſt Onkelos Chaldaicus, qui illa Dei verba: Reſpiciā vos, & creſcere faciā: quibus in eodem capite ipſe Deus promittit ſe magnum in Iſraelitas beneficium eſſe collaturum, vertit in hunc modum: Et cōuertam me ad vos in verbo meo, vt benefaciam vobis, & creſcere faciā vos. Et paulò pòſt, vbi cōmunis editio habet: Et non abijciet vos anima mea: habet ipſe: Nec abhominabitur vos verbum meum. Vbi vides Deum ſuum verbum hominibus promittere, vt ſuā erga eos admirabilem charitatem declaret. Hoc Dei verbū eſt illud, per quod omnia facta ſunt, quod ſignificauit Moyſes, quando ita ſcripſit: Dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux. Fiat firmamē tum, & cætera quæ ſequūtur. Si hoc dixit Deus, ergo per verbum ſuum. Hoc eſt verbum illud, de quo cecinit regius vates: Verbo Domini cœli firmati ſunt. De quo ait Sapiētia: Qui feciſti omnia verbo tuo. Hoc Dei verbum eſt ipſe Dei filius verus Deus, de quo ait diuinus ille Ioannes euangeliſta: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt. Hoc verbum promiſit Deus ſe in mundum miſſurum vt ſumpta noſtra humanitate pro nobis moreretur. Nec eſt ô Hebræe quòd magnos aduerſus nos & querībūdos clamores extollas, nóſque conuiciis atque maledictis vulneres, dicens velle nos diuinum numen violare, aſſerentes eſſe illud cum infirma humanitate copulatum: Nam deitas filij, quæ illi cum patre eſt communis, nullum detrimentum omnipotentiæ ſubiit, neque Dei formam ſerui forma violauit. Duas habet naturas Meſſias noſter, diuinam & humanam, & in vtraque idem eſt Dei filius, vna perſona, vnum ſuppoſitum, noſtra ſuſcipiens, & ſua non amittens. Nec exiſtimes has duas naturas confuſas eſſe, neque eò Chriſtum appellandum eſſe duos, quòd duas habeat naturas: vnus eſt enim non cōfuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ. Qui ideò noſtram humanitatem aſſumpſit, cùm eſſet immortalis, vt pro nobis factus homo mortem ſubiret, quo ſuam diuinam immenſámque bonitatem, ſingularémq; erga nos amoris abundantiam oſtenderet. Sed quoniam ô Hebræe his nequaquam moueris, ea relinquam, tuíſque ſcripturis tecum agam. In Pſalmo quadrageſimoquarto ſunt hæc verba literis conſignata: Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi, virga directionis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Intelligi hunc Pſalmum de Meſſia indicat eius inſcriptio, vbi poſt alia hæc ſunt verba: Canticum pro dilecto. Appellari autem in diuinis literis Chriſtum dilectum, quinto capite oſtendimus. Præterea in hoc Pſalmo, vbi noſtra editio habet: Specioſus forma præ filiis hominum, habet paraphraſtes Chaldæus: Pulchritudo tua ô Meſſia excedit filios hominum. Hunc Pſalmum interpretatur de Chriſto diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos. Sed ipſius Pſalmi verba ponderemus. Iam vides ô Iudæe ſanctum regem Dauidem hoc in loco Meſſiam Deum appellare. Ita enim ait: Sedes tua ô Deus in ſeculum ſeculi. Et paulò pòſt: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Hoc eſt, tu ô Deus, cuius thronus eſt in ſeculum ſeculi, vnctus es à Deo non oleo illo, quo reges puri homines vngi ſolēt, ſed oleo lætitiæ præ participibus tuis. Quid poteſt eſſe clarius & lucidius? Vocauerat Meſſiam Deum dicens: Sedes tua ô Deus in ſeculum ſeculi, & ſtatim enim iterum Deum appellat dicens: Vnxit te Deus Deus tuus. Nam illa dictio, Deus, eſt in caſu vocandi, Deus autem tuus in caſu nominādi. Meſſias idem eſt quod vnctus apud Hebræos, quemadmodum Chriſtus apud Græcos. Et vides prophetam ſignificare ſe loqui de Meſſia quem Deum vocat: ait: Vnxit te ô Deus Deus tuus. Qui eſſent homines tam obtuſi, tantáque ingenij hebetudine

Leui.25. Sup.25. Gen.1. Pſal.32. Sap.9. Ioan.1. Pſal.44. Heb.1.

betudine laborantes, qui hûc locum vidêtes de hac veritate dubitarêt, niſi eſſent impia perfidia
Pſal. 49. obſtinati? In alio Pſalmo ait propheta: Deus ma
Pſal. 24. nifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Et in
Pſal. 86. alio: Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus ſaluator meus. Et in alio: Nunquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eã Altiſſimus. Vide quàm clarè vtranq; Chriſti generatiunẽ ſignificauit diuinus vates æternam & temporalẽ. Et volens rurſus oſtendere hûc Altiſſimum Deũ, qui Sionẽ fundauerat, ibi ſe hominibus ſumpta humanitate viſibilem
Pſal. 83. oſtenſurum, ait: Videbitur Deus Deorũ in Sion. Quid ad tã aperta loca reſpondere poteris Hebræe? Non tibi cito nouũ teſtamẽtum, quoniam illud non recipis, ſed tuum vatẽ, tuas ſcripturas, quib. te animi cæcitate coopertum, tenebríſque vndiq; circurfuſum cõuinco. Ieremias capite vi-
Ierem. 23. & 33. geſimotertio & trigeſimotertio, vbi de Meſſiæ aduẽtu loquitur, ita inquit: Ecce dies veniẽt, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtũ, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus eius ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidentes. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter. Hęc Ieremias. Dicit hoc de Dauid, qui multis retro annis exceſſerat è vitã, eſt merũ cõmentum & pura inſania. Sed quoniã Meſsias futurus erat ex ſemine & progenie Dauidis iuxta illud:
Pſal. 131. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam:
Pſal. 88. & illud: Iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in æternum præparabo ſemẽ tuum. ideò eum Ieremias Dauidem appellat. Intelligi hoc de Meſsia indicat paraphraſis Chaldaica: nam vbi nos habemus: Suſcitabo Dauid germen iuſtum, habet illa: Statuam iuſtum Meſsiam. Volens autem propheta oſtendere Meſsiam eſſe Deum ait eum eſſe vocandum Dominum iuſtum noſtrum. Et pro Domino eſt in Hebraico יהוה Iehouah, nomen Dei tetragrammaton aliis Dei nominibus illuſtrius & præſtantius, ſoli Deo tributum, quod Iudæi mirabile ineffabiléque appellant. Vocans eum Iehouah, indicat eius diuinitatem: dicens verò eſſe ex ſemine Dauidis ſuſcitandum, eius humanitatem. Hæc eſt clara, diſtincta, vera, & lucida huius loci explanatio. At Iudæi volunt hunc textum corrumpere in verbo vocabunt, ſed Ionathan Chaldaicus & Septuaginta eorum falſitatem oſtendunt. Ita enim habent quemadmodum nos habemus. Michæas propheta capi-
Mich. 5. te quinto ſuarum viſionum volẽs hanc veritatem oſtendere, hæc verba literis mandauit, vt eſſent perpetuis monimentis cõteſtata: Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Pro, Ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael. habet Targum Chaldaicum: Ex te Meſsias egredietur. Quid voluit propheta ſignificare dicens egreſſum Meſsiæ eſſe ab initio à diebus æternitatis, niſi eum, qui in Bethleemitico diuerſorio natus eſt, quem mentis oculis humanitatẽ ſumpturum aſpiciebat, eſſe verum Deum cœleſti patri coæternũ? Nónne vides hîc duas Chriſti natiuitates, alteram in tẽpore in Bethleem, alterã verò ab æterno? Et egreſſus, inquit, eius ab ini-
tio à diebus æternitatis. Id cecinerat alius vates *Pſal. 71.*
ita dicens: Ante ſolẽ permanet nomen eius. Noſter Eſaias nónne capite 9. & 12. & 25. & 45. & 53. oſtendit Meſsiam eſſe Deum? Lege ſi volueris noſtra in hæc loca commentaria, & erit tibi hæc veritas perſpecta & explorata. Cum omnib. his locis cohæret id, quod hîc ait Eſaias: Ecce Deus veſter: Ecce Dominus Deus i fortitudine veniet.

Ecce merces eius cum eo.) Id eſt, ipſe eſt merces, quam ſuis dilectis tribuit, præbet enim ſeipſum diligentibus eum. Et opus illius coram illo. Id eſt, videt omnia creata. Quicquid eſt creatum opus Dei eſt, ſempérque coram illo eſt. Quaſi dicat; Chriſtus cùm venerit, præbebit ſeipſum fidelibus, non enim eos ignorabit, quoniam omnia videt.

Sicut paſtor gregem ſuum paſcet.) Chriſtum vocat paſtorem, qui apud Ioannẽ de ſeipſo ait: Ego *Ioan. 10.*
ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ, & animam meam pono pro ouibus mei. Hic eſt de quo Deus pater ait per
Zachariam: Percutiam paſtorem, & diſpergẽtur *Zac. 13.*
oues: quem locum Chriſtus de ſeipſo apud Mat *Matt. 26.*
thæum interpretatur. Et apud Ezechielẽ, Suſci- *Ezec. 34.*
tabo, inquit, ſuper ea paſtorem vnum, qui paſcet ea, ſeruum meũ Dauid, ipſe paſcet ea, & ipſe erit eis in paſtorem. Quæ non de Dauide, qui à vita migrauerat, ſed de Chriſto dicuntur, cuius multis in reb. rex Dauid imaginẽ gerebat. Ideo apo-
ſtolus de Chriſto diſſerens in epiſtola ad He- *Heb. 13.*
bræos eum paſtorẽ magnum appellat, & diuus *1. Pet. 5.*
Petrus eum in epiſtola ſua prima principem pa- *Luc. 15.*
ſtorum vocat. Hic eſt paſtor ille, qui ouem, quæ errauerat, ſuis humeris reportauit, vt eſt apud Lucã. Id quod iam Eſaias dixerat hoc in loco iis verbis: In brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. Contẽplare hanc Dei noſtri pietatẽ & manſuetudinem. Intueantur præſules paſtorem hunc, eúmque imitari conẽtur. Non diſpergit oues, & errare facit, ſed congregat & adunat, eáſque errantes ad gregem ducit, in ſinu ſuo leuat, & humeris aſportat. O diuinum paſtorẽ, ô cœleſtẽ pontificem. Ideò
ſe non ſolùm paſtorem vocat, ſed paſtorem ho- *Ioan. 3.*
num, qui oues ſuas vſque adeò amauit, vt pro illis ſanguinem fuderit. Perpẽde. Non ſe vocat hîc iudicem, quia non venit vt mundum iudicaret: non ducem belli, quia pacem diligit, qui, vt nos patri recõciliaret, ſe ſalutarem hoſtiam deuouit atque conſtituit, vt inimicitias inter homines & Deum depelleret, genúſque humanum à mortis faucibus ſua morte liberaret. Nõ ſe hîc vocat regem, quia videtur hoc nomen timorem inducere, atque honorem potentiámq; ſignificare: Ipſe
enim titulos honorificos non appetebat. Nam, *Matt. 20.*
vt ipſe ait, non venit miniſtrari ſed miniſtrare. Ipſe nos docuit Chriſtianam philoſophiam in humilitate conſiſtere. Vocat ſe paſtorẽ, rem abiectam, vult vilem ac contemptum titulum ſibi vendicare, non qui nos terreat, ſed qui nos conſoletur: non quo nos ducat in obliuionem, ſed quo nobis in memoriam redigat labores, quos tulit pro nobis. noſtram vult vtilitatẽ & ſalutem Cùm eſſet Deus, indutus eſt veſte lanea ex ouib. ſumpta. ſumpſit naturã noſtram, ne ab eo fugeremus, ne oues exterrerentur. In ſimilitudinẽ hominum

minum factus, & habitu inuentus vt homo, vt *Philip.2.* de Chriſto ait ad Philippẽſes ſanctus Apoſtolus. O immenſum amorẽ! O admirabilem pietatem huius diuini paſtoris, & infinitã charitatis abundantiam. Quis non deſiderabit ſe eſſe ouem talis paſtoris? Nam qui veræ oues ſunt, ne timeant, ipſe enim eſt qui paſcit & tuetur. Ideò dicebat Dauid *Pſal.22.* in Pſalmo illo pleno fiducia Dei: Dominus regit me aut, vt litera Hebraica habet, Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit, ſuper aquas refectionis educauit me. Nec mirum eſt, ſi ipſe modò nos paſcat, nam nos ſuo ſanguine emit. Et quoniam ille pro nobis dedit vitam, & tulit alapas, flagella, cruciatus acerbiſſimos, & indigniſſimas contumelias, ideò non eſt mirandum ſi nos congregat ſuis brachiis, & leuat in ſinu, & in humeris, cùm tam carè nos emerit. Empti enim eſtis precio magno, ait Apoſtolus in epiſtola prima ad Corinthios. *1.Cor.6.* Ideò nos cuſtodit & paſcit, lupos verò deterret. At hodie multi paſtores erga oues ſunt leones, erga lupos agni. Lupos nutriũt, oues interficiũt. Optimus nauis gubernator proiicit aliquando opes ad mare, vt homines ſalui fiãt, at nunc multi præſules proiiciunt homines ad mare, vt opes acquirant, & retineant. O ſcelus inauditum, & incredibilẽ impietatẽ! Scio tamẽ multos eſſe paſtores virtutum magnarum gloria præſtantes, & & vitæ conſilia atque actiones ad rectam rationis normam dirigentes. Sed non loquor niſi de illis, qui actiones ſuas non ad ouium ſalutẽ, ſed ad ſuam referunt vtilitatẽ. Quamuis non poſſit rectè appellari vtilitas ea, quæ eſt ab honeſtate ſeiuncta. Illud eſt præterea hoc in loco aduertẽdum, ob eam cauſam Deum nobis nomẽ ouium impoſuiſſe, vt infirmitatis & imbecillitatis noſtræ nos admoneret. Oues enim nec ſe ſciunt defendere, nec in fugã coniicere, & niſi ſit paſtoris præſidium, facilè à lupis rapiũtur, & trucidãtur. Sic nos niſi à Deo protegamur, facilè à dęmonio interficimur. Eſt pręterea ouis animal mite, ſubiectum, humile, innocẽs, vtile lana, lacte, & carne. Et tales debent eſſe Chriſtiani. Oues ſint non hirci, non vulpes, non tauri, non vrſi, nõ leones, Sed vide quemadmodum diuinæ literæ ſint inter ſe conſonæ & cohærentes. Id quod hîc Eſaias *Luc.15.* prædixit Chriſtum portare agnos, & oues ſuas in ſinu leuare, eſt in euãgelio ſcriptum in illa hiſtoria & parabola de oue perdita, quam paſtor quæſiuit, & ſuper humeros impoſuit. Et fuerat multò antè in libro Exodi figuratum. Eſt enim *Exod.18. figura.* ibi memoriæ proditum ſacerdotem ex iuſſu Dei portauiſſe in humeris ſuper pectus ſuum nomina filiorũ Iſraelis ſcripta in lapidibus precioſis. Quibus verbis voluit ſcriptura ſignificare fore, vt ſummus ille ſacerdos & põtifex animarũ paſtor Chriſtus Deus noſter factus homo ſubditos ſuos in humeris ſuper pectus ſuum portaret, & ouẽ veheret ad gregem, quæ anteà perierat. Erãt hæc nomina ſcripta non atramento, quod poſſet deleri, ſed ſtylo ferreo, vt intelligãt omnes euangelici paſtores & præſules, debere ſe in animo ſubditos ſuos portare, nullámque eſſe rem, quæ tantam vim habeat, vt poſſit ſubditorum memoriam ex eorum animo delere. In lapidibus precioſis intelligant, quàm charas Chriſtus habeat oues ſuas, & quãto amore ipſi præſules debent ſuos ſubditos proſequi, pro quibus debeãt, ſi opus fuerit, ſanguinẽ ſuum fundere. Ideò ſummus ſacerdos hos precioſos lapides nõ in dorſo, ſed in pectore, & in corde geſtabat, vt poſſet eos ſemper aſpicere, & ante oculos habere, quos ardenti charitate diligebat. Hinc diſcant paſtores non debere ab ouibus abeſſe, ſed eas videre, viſitare, & cognoſcere, & earum neceſſitatibus conſulere, eáſq; & verbo & exemplo docere. Id exiſtimo fuiſſe ſignificatũ in literis illis, quas Deus præcipiebat vt ſacerdos haberet in rationali iudicij, nempe Doctrina & veritas. Tunc dicitur *Exod.28.* doctrina & veritas quãdo ea, quæ ore doces, factis exerces. Appellabatur autẽ rationale iudicij quia continebat iudicium Deíque ſententiã. Illa verba, ſi fuerint ex Hebraico reddita in Latinum ſermonem, poſſunt ita verti: Illuminationes & perfectiones. Sed in idem coincidũt. Nam per illuminationes ſignificatur doctrina, per perfectiones morum integritas & ſanctitas. Nã doctrina ſine exemplo parum prodeſt. Qui enim ad *ſimile.* virtutem excitant & cohortãtur, ſed in eam non incumbunt, ſimiles illis ſunt, qui præmungunt lucernam, ſed oleum nequaquam infundunt. Et quemadmodum qui theriacam vendunt, eam *ſimile.* prius in ſe experiuntur, alioquin nemo eam vult emere, ſic qui virtutem docent, eam in ſe debent experiri, & id, quod aliis dicũt, efficere, ſi volunt vt alij ad virtutem moueãtur. Niſi theriacæ venditor in ſe periculum faceret, nihil proficeret. Vis perſuadere virtutem, eſto præditus illa. Tunc enim alios incendes, cùm tu ipſe flagraueris. Sint igitur paſtores ouium ſuarum charitate inflammati, eáſque non diſpergant, nec occidant, ſed paſcant, & brachiis congregent, in ſinu leuent, atque in humeris imponant: doceant eas, & quod verbis docuerint, factis exerceant.

Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlum palmo ponderauit?) His verbis & multis ſequentibus vult homines in fide confirmare, illíſque Dei omnipotentiam ac benignitatem oſtendere. Dixerat venturum eſſe Chriſtum, & viæ eius auferenda eſſe impedimenta, & homines viſuros eſſe Chriſtum, qui quaſi paſtor in brachio ſuo congregaret agnos, & ſaluos faceret fideles, tam ex Iudęis quàm ex Gentibus congregatos. Et ne aliquis exiſtimaret hoc fieri nõ poſſe, deſcribit Dei magnitudinem, potentiam, & ſapientiam, vt intelligãt omnes nihil Deo eſſe impoſſibile. Eſt igitur ſenſus: Quis quaſi pugillo menſurauit aquas? Nemo certè niſi Deus, qui earum copiam vidit, & illis aptum locum parauit. Et quis veluti palmo põderauit cœlum, niſi Deus, qui omnia poteſt? qui tali menſura montibus locum aſſignauit, vt in ſua ſede conſiſterẽt, & totam terræ molem veluti tribus digitis comprehendit. Vtitur his nominibus, pugillo, palmo, & digitis, vt Dei potentiam per verba noſtra diſcamus.

Quis adiuuit ſpiritum Domini?) Nemo Deum docuit: eſt enim eius ſapientia ſumma & ſempiterna, nec indiget alicuius hominis conſilio & & adiumento. Imò omnes gentes cum eo comparatæ ſunt gutta ſitulæ, & momentum ſtateræ. Situla eſt vas accommodum ad hauriendam aquam, ex quo aliquando excidit quędam gutta,

tula,cui genus humanum comparatur.Comparatur etiam momento ſtateræ, quoniam leuiſsimo pondere in alteram partem inclinatur, quidam enim paruus puluis facit bilancem in alteram partem pendere.

Ecce inſulę quaſi puluis exiguus,& Libanus nō ſufficiet ad ſuccendendum: & E animalia eius non ſufficient ad holocauſtum. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt corā eo, & quaſi nihilū & inane reputatæ ſunt ei. Cui ergo ſimilem feciſtis Deū?aut quam imaginē ponetis ei?Nunquid ſculptile cōflabit faber, aut aurifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius?Forte lignum & imputribile elegit artifex ſapiens, quærit quomodo ſtatuat ſimulachrū,quod non moueatur. Nunquid nō ſcietis? Nunquid non audiſtis?Nunquid nō annunciatū eſt vobis ab initio? Nunquid non intellexiſtis fundamenta terræ?Qui ſedet ſuper gyrū terræ, & habitatores eius ſūt quaſi locuſtæ.Qui extendit velut nihili cœlos, & expandit eos ſicut tabernaculū ad inhabitandum. Qui dat ſecretorū ſcrutatores,quaſi non ſint, iudices terræ velut inanes fecit. Et F quidem nec plantato,neque ſato, neque radicato in terra trunco eorum.Repente flauit in eos, & aruerunt, vt turbo quaſi ſtipulā auferet eos. Et cui aſsimilaſtis me & adæquaſtis dicit Dominus? Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc.Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat. *Act.17.*

Ecce inſulæ.) Omnes inſulæ cum Deo comparatæ nihil ſunt. Extenuat homines,vt Dei omnipotentiam oſtendat.

Et Libanus non ſufficit.)Id eſt,Si quis vellet Deo pro dignitate ſacrificare, omnes arbores nemoroſi Libani non poſſent ad holocauſti ignem ſufficere,nec omnia animalia ad ipſum holocauſtū.

Cui ergo ſimilem feciſtis Deum?)Cùm infinita ſit Dei maieſtas & potentia, quomodo audet homo Dei titulum dare ligno? Cùm Deus ſit ſpiritus omnia implens, quomodo eum ſculpetis? quam imaginem illi tribuetis? Irridet eos, qui idola conflabant,& ipſa ligna adorabant, atque Deos eſſe cenſebant.

Nunquid non ſcietis?)Correctiores codices habent:Nunquid non ſcitis?Id eſt, Nunquid non cognoſcitis hæc ita eſſe, vt dixi, nempe Deum eſſe infinitum,& idola eſſe ligna & lapides? Cur igitur colitis tot ſimulachra?Cognitione naturali,& audita lectione ſcripturarum, & antiquorū hominum traditione, poteſtis errorem veſtrum intelligere.

Nunquid non intellexiſtis fundamenta terræ?)Hoc eſt,ipſa elementa. Acſi diceret:Elementa & ipſæ creaturæ vos deberent ducere in cognitionem creatoris,quemadmodū riuuli ducunt ad fontē.

Qui ſedet ſuper gyrum terræ.)Id eſt, Qui inſtar regis ſedet ſuper globum terræ. Vult Propheta Dei potentiam & maieſtatem, hominiſque fragilitatem & miſeriam ſignificare.Septuaginta habent:Qui tenet gyrum terræ. Quibus verbis ſignificant Deum totum mundum manu tenere. Colliges hinc terram eſſe globoſam & rotundā.

Qui extendit velut nihil cœlos.)Id eſt, qui tam facilè cœlos expandit,acſi nihil eſſent. Pro, Velut nihili,vertere poteris:Velut telam tenuiſſimam.

Qui dat ſecretorum ſcrutatores quaſi non ſint.) Per ſecretorum ſcrutatores intelligit Philoſophos,vel principes,quorum officium eſt hominum vitam ſcrutari, vt vnicuique iuxta opera ſua tribuant. Vnde Pagninus vertit principes, vbi nos habemus ſecretorum ſcrutatores.

Et quidem neque plantato.)Senſus eſt, Tam facilè diſſipat Deus potentes, vt dicatur de illis non fuiſſe plantatos,nec ſatos, neque radicatos. Comparat homines arboribus, quæ vento radicitus euelluntur, de quibus dicitur in Pſalmo: *Pſal.36.* Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani.Tranſiui, & ecce non erat:quæſiui eum,& non eſt inuentus locus eius.

Vt turbo quaſi ſtipulam.) Comparat homines potentes cum leuiſſimis ſtipulis, quæ à vento rapiuntur.

Leuate in excelſum oculos veſtros.) Hoc eſt,Si nō creditis meis verbis,certè credite oculis veſtris. Ex cœlo,terra,& aliis elementis, & ex omni denique creatura creatoris magnitudinē cogitate.

Qui educit in numero militiam cœlorum, & omnes ex nomine vocat.) Stellas appellat militiam cœlorum,quemadmodum in quarto libro Regum *4.Reg.21.* Manaſſem impium regem dicit ſcriptura adoraſſe omnem militiam cœli, id eſt ſtellas more Gentium,quæ eas Saturnum & Iouem, & innumerabiles alios Deos, quos fingebant, eſſe putabant. Has ſtellas creauit Deus certo numero, & omnes eas clariſſimè & perfectiſſimè cognoſcit.Vocare ſtellas ex nomine eſt earum naturā, ac proprietates,& qualitates perſpectas & cognitas habere. Ita intelligitur id, quod dicitur in Pſalmo: Qui numerat multitudinem ſtellarum, *Pſal.146.* & omnes eas nomine vocat. Poteris per militiā cœli Angelos interpretari, & omnes cœlitum exercitus.VndeDeus dicitur DominusSabaoth. Quidam hoc intelligunt de viris iuſtis, qui in Eccleſia ſunt veluti lumina noſtram noctem illuſtrantia, de quibus ait Apoſtolus: Inter quos *Philip.2.* lucetis ſicut luminaria in mundo.Hæ ſunt ſtellæ illæ,quas Deus numeratas habet,quibus ipſe dicebat: Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt *Luc.6.* in cœlo.Moyſi dixit Deus:Teipſum noui ex nomine.Contrà verò de reprobis dicit: Non noui *Exod.33.* *Mat.7.* vos,diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Et virginibus fatuis: Amen dico vobis, *Mat.25.* neſcio vos.Apud diuum Lucam narrat Chriſtus *Luc.16.* hiſtoriam de epulone & Lazaro mendico viro iuſto,vbi diuitem improbum non appellauit nomine ſuo,pium autem pauperem nominauit.Ex quibus colliges iniuſtos & reprobatos non habere nomina ſua ſcripta in libro vitæ, iuſtos verò & electos eſſe in eo ſcriptos & numeratos, eóſque eſſe ſtellas illas, quas hîc ait Eſaias eſſe à Deo ſuo nomine vocatas.

ſcriptos & numeratos, eóſque eſſe ſtellas illas, quas hîc ait Eſaias eſſe à Deo ſuo nomie vocatas.

Præ multitudine fortitudinis & roboris virtutiſque eius: neque vnũ reliquũ fuit.

G Quare dicis Iacob,& loqueris Iſrael: Abſcondita eſt via à Domino,& à Deo meo iudiciũ meum trãſibit? Nunquid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus,qui creauit terminos terrę,& non deficiet,neque laborabit, neque eſt inueſtigatio ſapiẽtiæ eius. Qui dat laſſo virtutẽ, & his qui non ſunt, fortitudinẽ & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

Præ multitudine.) Senſus eſt, Tanta eſt Dei ſapientia,fortitudo,robur,& virtus,vt ne vna quidem ſtella ſit, quam non cognoſcat, & quæ ei non pareat. Id quod nos habemus: Neque vnum reliquum fuit,verti poteſt: Nulla deeſt illi. Et ſic eſt ſenſus. Cùm Deus ſtellas accerſit,nulla deeſt, omnes illi obediunt. Vel: Vt ne vnum quidem deeſſet. Id eſt, nullum nomen deeſt. Nulla eſt ſtella,quam Deus nomine proprio non vocet.

Quare dicis Iacob.) Per Iacob intelligit duas tribus,per Iſraelem alias decem. Et eſt ſenſus: Si Deus ſingulas ſtellas cognoſcit, eáſque ſuis nominibus vocat, cur tu ô popule eius dicis te eſſe ab ipſo Deo abſconditum, & iudicium tuum ab eo tranſire? hoc eſt,Deum non intelligere tuum iudicium,non cognoſcere quid tu iudices & cogites, vel non te iudicare? Quî fieri poteſt vt te non cognoſcat ille, qui omnia ſidera cognoſcit.

Et non deficiet neque laborabit.) Deus in mundi regimine nec fatigatur,neque vnquam laborem ſubibit,quoniam eſt eius potentia infinita.

Neque eſt inueſtigatio ſapientiæ eius.) Id eſt, Dei ſapientia non inueſtigat & ratiocinatur vt ſapiẽtia humana,ſed omnia illi ſunt aperta & præſentia. Vel ſic: Nemo eſt qui eius ſapientiam poſſit peruestigare & cognoſcere. Vnde ait Apoſtolus: Quàm incomprehẽſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. (Rom.11.) Non igitur deficit Deus,imò ipſe dat laſſo virtutem, & iis quos vires deficiunt,robur abundè ſuppeditat.

Deficient pueri & laborabunt.) Fatigantur adoleſcentes, & cadunt iuuenes. At qui ſperant in Domino,nouas vires recipiunt. Mutare aliquem fortitudinem eſt nouum robur colligere, & fortiorem euadere.

Aſſumẽt pẽnas vt aquilæ,volabunt & non deficiẽt.) Qui in Deo ponunt fiduciam ſuam, nouas pennas aſſument veluti aquilæ, quæ nouis pennis renouantur. Aquila,vt aiunt,poſtquam ita ſenectute grauatur,vt nec altè volare poſſit,nec ſolis radium intueri,quęrit fontem,in quam ter mergens ſeipſam exuitur veteribus plumis,& poſteà induitur nouis,quæ illi naſcuntur,& ita renouatur, & in priſtinum vigorẽ reſtituitur. Huic ſententiæ (ſimile.) videtur fauere diuus Hieronymus hoc in loco, & in explanatione primi capitis Michææ Prophetæ. Nos igitur cùm nos ita grauatos ſenſerimus, vt alta petere volatu nequeamus, nec mentis obtuſam aciem in ſolis iuſtitiæ ſplendorem dirigere, eiúſque radiorum claritatem micantibus oculis aſpicere, renouemus noſipſos in fonte lachrymarum,à vetuſtate peccati noſipſos nudantes, ſpiritúſque nouitatem induentes. Et, vt verbis diui Pauli vtar, Expoliantes veterem (Coloſ.3.) hominem cum actibus ſuis, & induẽtes nouum eum, qui renouatur in agnitionem Dei ſecundum imaginem eius,qui creauit eum. Hæc ait in epiſtola ad Coloſſenſes. Et ad Epheſios, Deponite (Epheſ.4.) vos,inquit,ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem,qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Et in epiſtola ad Romanos (Rom.6.) ait, Vt in nouitate vitæ ambulemus. Hæc eſt ea aquilæ renouatio,de qua hîc loquitur Eſaias, & de qua dicitur in Pſalmo: Renouabitur vt aqui- (Pſal.102.) læ iuuentus tua. Scio tamen alios hos duos locos Eſaiæ & Dauidis aliter interpretari,ſed hanc explanationem exiſtimo eſſe veram, piam, & à litera non diſcrepantem,& eam ob cauſam illam amplectendam eſſe cenſeo.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT XL.

Conſolamini conſolamini popule meus.) In Hebraico eſt נחמו נחמו עמי nachamu nachamu ammi, Quod poterat etiam ita verti. Conſolamini conſolamini populum meum. Et ita tranſtulerunt Septuaginta interpretes,quos ſecutus eſt Pagninus. Chaldæus paraphraſtes exiſtimat hæc verba eſſe ad Prophetas directa: ita enim habet: Prophetæ prædicite populo mèo conſolationes.

Quia completa eſt malitia eius.) In Hebraico eſt צבאה ſeuaah,hoc eſt,militia eius, nõ autem malitia. Sed vitio librariorum mutatum fuit i,in,a. Quidam verò codices habent militiam, & rectè quidem.

Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.) Septuaginta ita tranſtulerũt: Quia recepit de manu Domini duplicia peccata ſua. Et tunc eſt ſenſus: Vos ô Prophetæ mei conſolamini populum meum, ſunt enim illius peccata demiſſa, quia iam pro illis duplicem pœnam luit. Capitur peccatum pro punitione & pœna peccati, vt quarto capite Geneſ. Nónne ſi bene ege- (Gen.4.) ris recipies: ſin autem malè,ſtatim in foribus peccatum tuũ aderit? id eſt,ſtatim pœnas lues. Fuerunt autem hæ duæ pœnę,quas Iudæi perſoluerunt, calamitas à Babyloniis illata & poſteà ab Antiocho. Vide quantum diſtet hæc interpretatio & verſio à Lutheri expoſitione,de qua in explanatione diſſeruimus.

Quis adiuuit ſpiritum Domini.) Pro adiuuit eſt in Hebraico תכן thiccen. quod ſignificat etiam expendere & ponderare. Ita enim illud vertit paulò anteà noſter interpres, dicens: Et cœlos pal-

-mo ponderauit. Significat etiam parare & diri-
gere, vt in Pſalmo ſexageſimoquarto: Paraſti ci-
Pſal. 64. bum illorum, quoniam ita eſt pręparatio eius. Et
confirmare, vt in Pſalmo ſeptuageſimoquarto:
Pſal. 74. Ego confirmaui columnas eius. Et habet etiam
alias ſignificationes. Ex quo effectum eſt, vt in-
terpretes hunc locum tam variè interpretaren-
tur. Interpres vulgatus vertit, adiuuit, Pagninus,
direxit. Septuaginta habēt: Quis cognouit men-
tē Domini? Vult diuinus vates his verbis ſignifi-
care infinitā eſſe Dei ſapientiam, & incóprehen
ſibilia eius iudicia. Ad húc locum exiſtimo allu-
Rom. 11. dere Apoſtolum in epiſtola ad Romanos ita di-
centem: O altitudo diuitiarum ſapiētię & ſcien-
tiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia
eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim co-
gnouit ſenſum Domini, aut quis cōſiliarius eius
1. Cor. 2. fuit? Et in epiſtola prima ad Corinthios, Ipſe, in-
quit, à nemine iudicatur, ſicut ſcriptum eſt: Quis
enim cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtru-
xit eum? Vbi vides diuum Paulum citare hunc
locum in eo ſenſu, in quo illum Septuaginta in-
terpretati ſunt.

Argumentum capitis XLI.

Diſceptat Deus cum populo & gētibus de potentia & miſericordia ſua, tanquam coram iudice cauſam agens. Arguit diuinus vates idolorum cultores, incitat pios homines ad afflictiones erecto & inuicto animo ferendas. Irridet idolorum vanitatem in annunciandis futuris.

CAPVT XLI.

A TAceant ad me inſulæ, & gentes
mutent fortitudinem. Accedāt,
& tunc loquantur, ſimul ad iu-
diciū propinquemus. Quis ſu-
ſcitauit ab Oriente iuſtū, vocauit eum vt
ſequeretur ſe? Dabit in conſpectu eius
gentes, & reges obtinebit. Dabit quaſi
puluerem gladio eius, ſicut ſtipulam ven
to raptā arcui eius. Perſequetur eos, tran-
ſibit in pace, ſemita in pedibus eius non
apparebit. Quis hæc operatus eſt & fecit,
Infra 44. vocās generationes ab exordio? Ego Do-
& 48. b minus primus & nouiſsimus, ego ſum. Vi
Apoc. 1. b derunt inſulę & timuerunt, extrema ter-
& 22. c
B ræ obſtupuerunt, appropinquauerunt &
acceſſerūt. Vnuſquiſque proximo ſuo au
xiliatur, & fratri ſuo dicet, Cōfortare. Cō
fortauit faber ærarius percutiens malleo
eū, qui cudebat tūc tēporis, dicens gluti-
no, bonum eſt, & cōfortauit eum clauis,
vt nō moueatur. Et tu Iſrael ſerue meus,
Iacob quem elegi, ſemen Abraham ami-
ci mei, in quo apprehendi te ab extremis
terræ, & à longinquis eius vocaui te, &
dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te, &
non abieci te. Ne timeas, quia ego tecum
C ſum: ne declines, quia ego Deus tuus. Cō
fortaui te, & auxiliatus ſum tibi, & ſu-
ſcepit te dextera iuſti mei. Ecce confun-
dentur & erubeſcent omnes, qui pu-
gnant aduerſum te. Erūt quaſi nō ſint, &
peribunt viri, qui cōtradicunt tibi. Quæ-
res eos, & non inuenies viros rebelles
tuos, & erūt quaſi non ſint, & veluti con-
ſumptio hominis bellantis aduerſum te,
quia ego Dominus Deus tuus apprehen-
dēs manum tuam, dicénſque tibi: Ne ti-
meas, ego adiuui te. Noli timere vermis D
Iacob, quia mortui eſtis ex Iſrael. Ego
auxiliator ſum tui, dicit Dominus, & re-
demptor tuus ſanctus Iſrael. Ego poſui te
quaſi plauſtrum triturans nouum, ha-
bens roſtra ſerrantia. Triturabis montes
& comminues, & colles quaſi puluerem
pones. Ventilabis eos, & ventus tollet, &
turbo diſperget eos, & tu exultabis in
Domino, in ſancto Iſrael lætaberis.

EXPLANATIO.

Taceant ad me inſulæ, & gentes mutent fortitudinem.) Omnes inſularum habitatores tacentes
me attentè audiāt, & gentes terram firmam co-
lentes prodeant fortiores, muniant ſe reſponſio-
nibus, accedant ad iudicium, vt mecum diſpu-
tēt & congrediātur. Ego enim ſimul volo adeſſe
iudicio, & cum illis diſceptare. Vide ſummā Dei
clementiam & charitatē. Vult rationibus oſten-
dere errorem, in quo homines verſabantur, qui
eo ipſo relicto idola colebant. Et hoc vult omni
bus eſſe notū tam inſularibus, quàm terram fir-
mam colentibus. Et ne dicerent ſe nō eſſe para-
tos ad iudicium, ideò eis prænuntiat, vt ſe parēt,
& fortitudinem mutent. Eſt autem mutare for-
titudinē Hebraiſmus pro nouas vires recipere,
vt capite ſuperiore explanauimus. Fortaſſe per
inſulas intelligit Gentes, & id quod ſequitur, Et
gentes mutent fortitudinem, eſt explicatio ſu-
perioris. Appellantur autem gentes inſulæ, quo-
niam amaris ſalsíſq; maris huius mundi agitatio
nibus tunduntur. Nā in ſequēti capite, vbi vul-
gata editio habet: Et legem eius inſulæ expecta-
būt, habet verſio Septuaginta: Et in nomine eius
gētes ſperabūt. Quos litera Hebræa appellat in-
ſulas, illi gentes appellant. Et hanc Septuaginta
interpretū verſionē ſecutus eſt diuus Matthæus *Matt. 12.*
capite duodecimo, vbi citat hunc locum. Pa-
gninus habet hoc in loco: Tacete, & attendite
mihi inſulares.

Quis ſuſcitauit ab Oriēte iuſtū, vocauit eum vt ſequeretur ſe?) Hoc eſt, Quis excitauit Abram, vt
relinqueret terram ſuā, quæ erat ad Orientalem
plagam, & ſequeretur eum, niſi ego? Ego ſum qui
eum vocaui, vt me ipſum ſequeretur. Per iuſtum
intelligit Abrahamum, cuius admirabilem iu-
ſtitiam & ſanctitatem diuinæ literæ multis in lo-
cis conteſtantur. Vult Deus iis verbis ſuam po-
tentiam & pietatem ſignificare, ac ſi dicat: Cùm
Abraham, vt Chaldæorum inter idolorum cul-

tores veſſaretur, nulla etat illuſtri laude celebratus. At poſtquàm vocem meam audiuit, & relicta terra & cognatione ſua iuit, quò ego eũ miſi, conſecutus eſt nominis celebritatem. Ego eum excitaui, & vocaui, & nobilẽ reddidi. Cũ igitur ego talis ſim, cur vos mihi nõ paretis? cur idola colitis, cur me relicto & cõtẽpto ad falſos ac cõmẽtitios Deos cõfugitis? Quidã per hunc iuſtũ intelligũt Cyrũ, quẽ Deus ab Oriente, hoc eſt, à Perſide ſuſcitauit, vt Babylonem euerteret, Iudæóſque in ſuam patriam reduceret. Ego verò exiſtimo hunc iuſtum eſſe Chriſtum, qui patrem
Pſal.39. ſecutus eſt, qui loquitur in Pſalmo: In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem
Heb.10. tuã. Quem locũ diuus Paulus de Chriſto interpretatur. Hic eſt iuſtus ille, qui vt à nobis peſtẽ auerteret, in humana forma delituit, & omnes ſceleratorum impetus ſuo corpore excepit. Hic eſt de quo dicebant Iudæi, vt eſt libro Sapientię
Sap.2. proditum: Circumueniamus iuſtum, quia cõtrarius eſt operibus noſtris. Alias interpretationes non improbo, ſed hanc libentius amplector.

Dabit in conſpectu eius Gentes, & reges obtinebit.) Hæc, & ea quæ ſequuntur, poſſunt conuenire
Gen.14. Abrahamo, qui, vt diuinæ literę aſſerũt, de Gentibus & regibus triumphauit. Poſſunt etiam intelligi de Cyro, qui de multis nationibus reportauit victoriã. Ego tamẽ exiſtimo eſſe ad Chriſtũ referẽda, de quo dicitur in Pſalmo: Poſtula à me,
Pſal.2. & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Hic eſt qui vicit mundum, & Gentes idolorũ cultrices, earúmque ſuperbiſſimos reges ſubiecit, vt falſa ſuperſtitione repudiata Euangelio parerent, & ipſum Chriſtum regem ac Dominum recognoſcerent.

Dabit quaſi puluerem gladio eius.) Hoc eſt, Quis niſi ego dedit tantã fortitudinem Abrahamo, vt magni reges eſſent veluti puluis ante gladium ſuum, & quaſi ſtipula leuis atq; vento rapta coram arcu ſuo? Cur igitur me non colitis, ſed in idolis fiduciam collocatis? Poſſunt hæc Chriſto aptiſſimè conuenire, qui gladio & ſagittis, hoc eſt, poteſtate ſua dæmones debellauit, ac ſi coram eo eſſent parua ſtipula, & puluis vẽto agitatus.

Perſequetur eos.) Ipſe Abraham perſecutus eſt reges, euaſit ſuperior, pacificus, & incolumis, & ſemita in pedibus eius non apparuit, hoc eſt, nõ ambulauit per ſemitas veluti timidus, non quæſiuit diuerticula, ſed ſtrata publica & via regia ambulabat. Vtitur Propheta futuris pro præteritis. Sed quis non videt hæc multò clarius & rectius ad Chriſtum referri. Hic eſt qui cõtrarias poteſtates vicit, & perſecutus eſt. Hic eſt qui trãſiuit in pace, aſcendens ad patrẽ, & ideò ait Propheta: Semita in pedibus eius non apparebit, quia non per terram ſed per aerem iuit. Ita enim
Act.1. ait diuus Lucas: Eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cúmque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui eis dixerunt: Viri Galilæi quid ſtatis aſpiciẽtes in cœlum? Hic Ieſus qui aſſumpus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntẽ in cœ-
Pſal.46. lum. Hæc diuus Lucas. De hac Chriſti aſcẽſione dicitur in Pſalmo: Aſcendit Deus in iubilo, &

Dominus in voce tubæ. Et alibi: Qui aſcendit *Pſal.67.* ſuper cœlum cœli ad Orientem. Hæc eſt via cuius nulla veſtigia remãſerunt, de qua in præſenti Propheta noſter loquitur. Aſcendit enim glorioſus ad patrem, qui extulit illum, & dedit illi nomen omnibus nominibus excellẽtius & præſtãtius, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, & illius virtutem & amplitudinem ſentiant cœleſtes, terreſtres, & inferi, atque fateantur omnes, eſſe Dominum Ieſum in ſempiterni patris gloria conſtitutum. Et quoniã in hoc capite Deus vult ſuam potentiam, clementiam, & bonitatẽ ſignificare, alloquitur homines, ſe eſſe eum, qui miſit filium ſuum, vt mundum vinceret, & de dæmone victoriam reportaret, & tandem ad cœlos glorioſus aſcenderet: Acſi diceret: Cùm ego hæc faciam tam admiranda, & idolis impoſſibilia, cur me relinquitis, & idola adoratis.

Primus & nouiſſimus.) Id eſt, ſempiternus, qui ſum principium omnium rerum, & finis, ad quẽ omnia creata ſunt. In Apocalypſi diui Ioannis *Apoc.22.* ita ait Deus: Ego ſum α & ω, primus & nouiſſimus. Hæ duæ literæ aperiunt & claudunt Græcum alphabetum.

Viderunt inſulæ, & timuerunt.) Senſus eſt, Gentes etiam in remotiſſimis inſulis habitantes videntes & audientes Chriſti, & Apoſtolorũ miracula & doctrinã, timuerunt. Et acceſſerunt ad veritatem & fidem, qui antè ab ea erant alieni & ſeparati. Et omnes, qui Euangelium recipiebãt opem ferebãt indigentibus, etiam homines plebeij & indocti. At vos Iudæi, quos ego multis beneficiis ad amplitudinem & celebritatẽ perduxi, quibus dedi legem & Prophetas, me contemnitis, & in veſtra infidelitate pertinaciáque perſeueratis.

Confortauit faber ærarius.) Id eſt, omnes ſe inuicem adiuuabant: faber ærarius adiuuabat aurificem, qui bracteas aureas ſuper incudem deducebat, quas deinde glutino affigebat imagini, quam clauis roborabat, ne moueretur & frangeretur, & ſic operam perderet.

Et tu Iſrael ſerue meus.) Conſolatur Deus fideles ſuos & iuſtos, monétque vt aduerſa toleranter ferant, quoniam ipſe non derelinquet eos. Duplex eſt Iſrael, alter ſecundum carnem, alter ſecundũ ſpiritum. De Iſraele ſecundũ carnẽ ait *1.Cor.10.* Apoſtolus in epiſtola prima ad Corinthios: Videte Iſrael ſecundum carnem. Ex quo colliges alterum eſſe ſecundum ſpiritum. Et in epiſtola *Rom.9.* ad Romanos ita inquit: Non enim omñes, qui ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ: neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij. Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Id eſt non qui filij carnis, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Hæc diuus Paulus. Cùm autẽ hoc in loco Deus vocet Iſraelem ſeruum ſuum & electum, ad eum hæc dirigit, qui eſt Iſrael ſecundum ſpiritum. Et huiuſmodi Iſraelitæ ſunt omnes fideles, iuſtitiã & pietatem colentes.

Ne timeas quia ego tecum ſum.) Ille, qui cũ Deus eſt, non debet timere. Ideò dicebat Dauid: Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quẽ time- *Pſal.26.* bo? Dominus, protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Vnde dicebat Gabriel angelus virgini Ma- *Luc.1.*

ſ 4 riæ:

riæ: Ne timeas Maria inueniſti enim gratiã apud Deum. Explicans cauſam non timendi eſſe gratiam. Debent ergo illi timere, qui ſceleribus aſtringuntur. Væ illis, qui cùm ſint flagitiis contaminati, tam ſecuri viuunt, acſi nunquàm Deũ offendiſſent, qui gladium ancipitem ſuper caput ſuum tenui filio pendentem non cõſiderant. Vt enim miles in bello amiſſis armis incidit in timorem, & gubernator nauis in mediis fluctibus fracto clauo in magno metu verſatur, ſic homo ſine gratia debet metuere, ne corruat in prælio, & à fluctibus abſorbeatur, ex quibus in profundas tenebras relegetur. *ſimilia.*

Quia ego Deus tuus.) Senſus eſt, Cùm ego ſim Deus tuus, quid amplius vis? Qui me habet, omnia bona habet. Non igitur declines à rectitudine ad res humanas conſequendas, cùm ego tuus ſim.

Suſcepit te dextera iuſti mei.) Hoc eſt, Chriſti. Poteſt verti dextera iuſtitiæ meæ. Et tunc erit ſenſus: Ego te iuuaui dextera, qua cultores meos iuuare ſoleo.

Noli timere vermis Iacob, quia mortui eſtis ex Iſrael.) Per Iacob & Iſrael intelligit Chorũ Apoſtolorum, aliorúmque fidelium, quos appellat vermes, quia erãt in mundo abiecti & cõtempti, magiſtrũ ſuum imitantes, qui de ſe ipſo dicit in *Pſal.21.* Pſalmo: Ego ſum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis: quem Pſalmum intelligi de Chriſto Euangeliſtæ teſtantur. Appellat etiã fideles mortuos, quibus ait Apo- *Coloſ.3.* ſtolus: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in Deo. Et ipſe Apoſtolus mortuus erat mũdo, & nõ quacũq; morte, ſed morte *Gal.6.* crucis. Ita enim ait ad Galatas ſcribẽs: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus *1.Cor.15.* eſt, & ego mundo. Et in epiſtola prima ad Corinthios, Quotidie, inquit, morior. Et ad Gala- *Gal.2.* tas: Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. In vnoquoque noſtrum eſt duplex homo, interior & exterior, homo nouus & homo vetus, homo carnalis & homo ſpiritualis. Sunt *Gal.5.* autẽ veri Chriſtiani mortui quod ad hominem veterem, qui carnem ſuam, vt verbis vtar Pauli, crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis, ſed viuunt quo ad hominẽ nouũ, viuit in eis Chriſtus, & eorum vita eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Itaque in me eſt duplex ego, alter ſecundum carnem, alter ſecundum ſpiritum. Vtinam ego mortuus eſſem ſecundum carnem, & viuerem ſecundum ſpiritum. Vt viuerem iam non ego, ſed viueret in me Chriſtus.

Ego poſui te quaſi plauſtrum triturãs nouum.) Alloquitur Deus Apoſtolorum chorum, & eccleſiam primitiuam, quam fecit plauſtrum nouum & dentatum ad triturandam mundi ſuperbiam, & elatos ac potentes homines ſuperãdos & humiliandos, & ad veritatis ac fidei horreum ducendos. Appellatur autem illa primitiua Eccleſia plauſtrum nouum, & non vetus, quia non in vetuſtate literæ, ſed in ſpiritus nouitate, peccatorum corda duriſſima contriuit, purgatúmque triticum à comminutis paleis ſeparauit, & montes ac colles, hoc eſt, hæreticos in puluerem redegit. Sunt qui hoc referunt ad Iudæos, qui poſt captiuitatem præſertim tempore Mechabæorũ, multos ex hoſtibus ſuis fortiter contriuerunt.

Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt, lingua eorũ ſiti aruit: Ego Dominus exaudiã eos, Deus Iſrael non derelinquam eos. Aperiam in ſupinis colli- E
bus flumina, & in medio camporũ fontes. Ponam deſertum in ſtagna aquarũ, & terram inuiam in riuos aquarũ. Dabo in ſolitudinem cedrũ, & ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ. Ponam in deſerto abietem, vlmum, & buxum ſimul, vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hæc, & ſanctus Iſrael creauit illud. Propè facite iudicium veſtrum, dicit Dominus, afferte ſi quid forte habetis, dixit rex Iacob. Accedant & nunciẽt vobis, quæcunque ventura ſunt. Priora quæ fuerunt, F
nunciate, & ponemus cor noſtrũ, & ſciemus nouiſsima eorum, & quæ ventura ſunt, indicate nobis. Annũtiate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis vos. Bene quoque aut malè ſi poteſtis facite, & loquamur & videamus ſimul. Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrũ ex eo quod non eſt. Abominatio eſt qui elegit vos. Suſcitaui ab Aquilone, & veniet ab ortu ſolis. Vocauit nomẽ meũ, & adducet magiſtratus quaſi lutum, & velut plaſtes conculcans humum. Quis G
annuntiauit ab exordio, vt ſciamus, & à principio vt diſcamus. Iuſtus es? Non eſt annuntians neque prædicens, neque audiens ſermones veſtros. Primus ad Sion dicet, ecce adſum, & Iſraelem Euangeliſtam dabo. Et vidi, & nõ erat ex iſtis quiſquam, qui iniret conſilium, & interrogatus reſpõderet verbum. Ecce omnes iniuſti & vana opera eorum, ventus & inane ſimulachra eorum.

Egeni & pauperes.) Senſus eſt: Cùm inopes & afflicti aquas quærunt, & non inueniunt, ſed ſiti laborant, etſi videantur derelicti: ego tamen, ait Deus, eos exaudiam, & non derelinquam, ſed aperiam illis flumina & fontes, & aquarũ abundantiã in montibus & cãpis, & in terra inuia & deſerta. Per hanc ſitim intelligitur penuria verbi Dei ante aduentum Chriſti. At vbi ipſe venit, totum orbem terrarum impleuit concionatoribus, vt in omnem terram exiret ſonus eorum, & *Pſal.18.* in fines orbis terræ verba eorum. Per flumina, & fontes, & ſtagna, & riuos, intelligitur pura & excellens Chriſti doctrina, quam ipſe, eiúſque Apoſtoli, & viri Apoſtolici prædicarũt. Hę aquę manarũt ab illo fonte, qui per Ieremiã loquitur, *Ierem.2.* Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ. Hunc fon- *Pſal.35.* tem appellat Dauid fontem vitæ, & Zacharias *Zacha.13.* fontem patentem in ablutionem peccatorum: & Eſaias

Suprà 12. Eſaias fontem ſaluatoris. Vnde ipſe ſaluator dicebat: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei,
Ioan. 4. non ſitiet in æternum. Mundus fonté habet, ſed qui non ſolùm ſitim non extinguit, ſed etiam bibentes necat. Vt enim nemo quamuis ſiti laboret, bibit ex fonte in cuius fundo videt lutũ, vermes venenoſos, & alias peſtiferas ſpurcitias, ſic
ſimile. nemo bibit ex mundi fonte niſi qui eius opũ & voluptatum, cæterarúmque rerum humanarum fundum non aſpicit. Si enim mortales fundum aſpicerent, ſi rerum finem contemplarentur, fugerent abſque dubio à fonte mundi, ex quo non aqua, ſed pernicies hauritur. Accedamus igitur ad Chriſti aquas, quas ipſe nobis abundáter aperuit. In eo auté quod dicit daturum aquá, eámq; aperturum in montibus, & campis, & deſertis ſignificauit nullam fore nationem, neq; humanitate præditam, nec agreſtem & incultam, vbi nõ prædicanda eſſet & docenda Chriſtiana veritas & doctrina. Ante Dei noſtri aduentũ quærebant Gentes per diuerſos magiſtros, & varia philoſophorũ dogmata, aquas ſalutares, ſed non inueniebant. At non eſt paſſus Deus hominem lucem ſapientiæ diutius requirentem, in errore verſari. Aperuit oculos eius aliquando, & errantem ac vagum veritatem docuit, & aquas ſalutares, atque viam adipiſcendæ æternitatis oſtendit. Hoc fuerat multò antè in Agar adumbratũ,
Gen. 12. figura. quę, vt ſcriptura diuina cõmemorat, errabat in ſolitudine cum filio ſuo, & aquæ vtré portabat. Sed cõſumpta aqua, quæ erat in vtre, laborabát ſiti mater & filius, erántque in magno vitæ periculo & diſcrimine conſtituti. At miſertus eorum Deus aperuit oculos Agar, & oſtẽdit ei aquam, ex qua biberent, & ſitim ſatiarẽt, & creuit puer, & fecit eum Deus in gentem magnã. Quid per Agar niſi Gentilitas ſignificatur, quæ infinitis ſceleribus implicata in deſerto extra viam veritatis degebat, & in erroribus incredibilibus verſabatur: Errabat Agar cũ filio ſuo, errabat etiã Gentilitas cũ ſobole ſua, & aqua vtris, quæ aruit, ſuſtentabatur. Habet mundus aquam, ſed quæ æſtu aret & conſumitur, quoniam mundi opes, voluptates, & magiſtratus pereunt & euaneſcũt, & omnis eius gloria quocunq; afflictionũ æſtu cõſumitur, & tandem extinguitur. At Deus ille ſummus & ſempiternus nõ tulit, vt Gẽtilitas cũ ſobole ſua ſiti periret, aperuit illi aquam ſalutiferæ & Euangelicæ doctrinæ, qua ſuſtentata veram vitam conſequeretur, & Gentilitatis progenies iis aquis refecta multiplicaretur, quo tãdem ad ciuitatem illã cœleſtem & triumphanté perueniret, vbi ſeipſam aquarũ diuinarum ſuauitate & abundantia ſatiaret.

Dabo in ſolitudine cedrum & ſpinam.) Per has ar-
ſimile. borum varietates intellige gratiarum diuerſitatem, aut viros ſapientia, virtute, & nobilitate præſtantes, in quorum vmbra poſſent feſſi viatores aliquo modo requieſcere. Vt enim viã facientes magno æſtu & ardore combuſti, amœna & opportuna alicuius opacæ arboris vmbra recreantur, ſic afflicti homines & in ærumnis verſari ope & conſolatione virorum iuſtorum & ſapientium delectantur. Homines igitur iuſtitiam & pietatem colentes cõparantur magnis & fructuoſis arboribus, iniqui autem & ſcelerati vrticis, ad quarum vmbram nulla animalia, niſi parua & vilia confugiunt.

Propè facite iudicium veſtrum, dicit Dominus. Afferte ſi quid forte habetis.) In principio huius capitis vocauit Deus idolorum cultores, vt veluti in iudicio cum eo diſputarent. Volebat enim rationibus illis oſtendere eorum errorem & contumaciam. Et ad hoc oſtendit quantam fortitudinem dederat iuſtis, qui contẽptis idolis ipſum ſolum Deum adorabant. Et quanquã multi viri iuſti eſſent in hac vita vexati, non tamen erãt ab ipſo Deo derelicti. Ex quo ſumpſit occaſionem loquendi de Apoſtolis, qui etſi erant pauperes & pauci, tamen multos & magnos principes ſuperarunt, & ad Eccleſiam cum Dei gratia adduxerunt. Nunc redit ad idolorũ cultores, dicens, vt reddant rationem, cur colant idola, vt propè faciant iudicium ſuum, hoc eſt, vt adſint cauſæ, ſuæ, & afferant rationem, ſi eam habuerint, & præcipua argumenta.

Accedant, & nuntient vobis.) Nempe, idola veſtra. Irridet idolorum vanitatem, quoniam neq; futura prædicebant, nec præterita indicabant.

Priora quæ fuerunt nuntiate.) Apoſtrophe eſt ad idola.

Ecce vos eſtis ex nihilo.) Id eſt, vos idola nihil valetis, non eſtis dij, imò nihil eſtis. Idolũ nihil eſt, ait Apoſtolus ad Corinthios ſcribens. 1. Cor. 8.

Et opus veſtrum.) Id eſt, reſponſiones veſtræ. Poſtquàm Deus oſtendit vana eſſe idola, nihílq; valere neque poſſe, oſtendit ipſius potentiam, vt idolorum cultores confundat. Ideò inquit: Suſcitaui ab aquilone, & veniet ab ortu ſolis. Acſi diceret: Ego ſum ille, qui ſuſcitaturus ſum Cyrũ regem Perſarum, vt bellum inferat Babyloniis, eúſque ſuperet, vt Iudæos auferat ex captiuitate Babylonica, & in patriam reducat. Perſis erat ad partem aquilonarem reſpectu Iudææ.

Quis annuntiauit ab exordio, vt ſciamus?) Senſus eſt: Dicite mihi ô idolorum cultores, quis ex diis veſtris annuntiauit hæc à principio, vt ſciamus eum eſſe verum Deum?

Primus ad Sion dicet, ecce adſum.) Hieronymus in commentariis legit: Ecce adſunt. Et ita habẽt nonnulli codices. Et eſt ſenſus: Idola nihil poſſunt verè nuntiare, Deus eſt qui primus dicit Sioni, Ecce adſunt ea, quę ab ipſo promiſſa ſunt.

Et Hieruſalem Euangeliſtam dabo.) Id eſt, Ego Dominus dabo Hieroſolymæ Euangeliſtas, qui ei læta pronuntient.

Et vidi, & non erat.) Verba ſunt Dei in hunc modum dicentis: Ego vocaui idolorum cultores ad diſceptãdum mecum in iudicio, ſed vidi nullum eſſe ex illis, qui inſtructus eſſet conſilio, qui pro ſe rationem reddere poſſet. Imò omnes ſunt iniuſti, & eorum opera inutilia & inania, & eorum idola ventus & vanitas.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT XLI.

Et ſuſcepi te dextera iuſti mei.) In Hebraico eſt: ואף תמכתיך בימין צדקי remachttiha bemin tſidbki. Quæ poſſunt ita Latinè reddi. Atque

ſuſtenta

ſuſtentaui te dextera iuſtitiæ meæ. Hebraiſmus eſt hunc habẽs ſenſum: Et mea iuſta manu dextera te ſuſtentaui. Vnde Septuaginta interpretes verterunt: Et coroboraui te dextera iuſta mea. Appellatur autem dextera iuſta, quæ vnicuique tribuit iuxta opera ſua. Verbum תמך non ſolùm ſuſcipere ſignificat, ſed etiam ſuſtentare, vt *Exod. 17.* Exodi 17. Suſtentabant manus eius ex vtraque parte.

Qui mortui eſtis ex Iſrael.) In Hebraico eſt dictio מתי methe, quæ & viros ſignificat, & eos, qui ex vita exceſſerunt. Ideò poteſt verti: Viri Iſrael. Aiunt Hebræi ita eſſe hunc locum vertendum, nam quando hæc dictio ſcribitur cum xeua, quemadmodum hic, potius viros quàm mortuos ſignificat: quando verò cum tſere, potius mortuos.

In ſupinis collibus.) Quidam codices habent: In ſupremis collibus. Pagninus vertit in excelſis.

Cedrum & ſpinam.) Hîc variant etiam Latini codices: quidam habent ſpinam, quidam verò pinum. Neque eſt mirum, quoniam Hebæi in varias circa hanc dictionẽ ſententias diſtrahuntur. Ex noſtris nõnulli exiſtimãt per ſpinos prunos intelligi, iuxta illud poetæ quarto Georgicorum: Edurámque pyrum, & ſpinos iam pruna ferentes. Alij per ſpinas arbores ſpinóſas intelligunt, qualis eſt malus citrea aut medica. Sunt qui dicant hanc arborem eſſe ſpinam Aegyptiã, cuius ligna etiam in aquis incorrupta perſeuerant. In Hebraico eſt שטה xittah, cuius pluralis eſt שטים xittim, quod nomen ſcriptum inuenies multis in locis diuinarum literarum. Pro quo *Exo. 26.* noſter interpres vertit ſethim, vt Exodi capite vigeſimoſexto: Facies & tabulas ſtantes tabernaculi de lignis ſethim, & paulò pòſt: Facies & vectes de lignis ſethim. Ex Iudæis nõnulli exiſtimant eſſe buxũ, alij piceam, alij cedrũ. R. Kimhi aſſerit eſſe ſpeciem quandam optimæ cedri, cui aſſentitur noſter Pagninus, qui hoc Eſaiæ loco pro שטה vertit: xittah genus cædri optimæ. Sunt qui dicant hæc ligna excellentium cedrorum fuiſſe ab Hebræis ex Aegypto in deſertũ aſportata, vt ex illis tabernaculum fœderíſque arcam conſtruerent. Exiſtimo tamen probabiliorẽ eſſe Aben Ezræ ſententiam exiſtimantis has precioſas cedros circa montem Sinai creuiſſe. Cui adſtipulatur author Hizcuni, qui ait fuiſſe in deſerto ſyluas, vbi hæ arbores oriebantur, iuxta il- *Num. 25.* lud Numerorum vigeſimoquinto: Morabatur autem eo tempore Iſrael in Sethim: vbi eſt hoc idem nomen. Ioſephus libro Antiquitatum tertio, capite ſexto, ait ligna tabernaculi fuiſſe adeò durabilia, vt nequaquam potuiſſent putredine violari, & capite octauo eiuſdẽ libri ita ait: Facta eſt autem arca Deo ex lignis natura fortiſſimis, & quæ nequaquam putredinẽ ſuſtinerent. Huic ſententiæ fauet Septuaginta interpretũ verſio, qui pro lignis Sethim tranſtulerunt ξύλα ἄσηπτα hoc eſt ligna imputribilia ſiue incorrupta. Ex quo videtur vera eſſe eorum ſententia, qui per ſithim optimas cedros interpretantur: Conſtat enim inter omnes eſſe ligna cedrina incorruptibilia. Narrat Plinius libro de hiſtoria naturali ſextodecimo fuiſſe ſuo tempore Vticæ in Apollinis templo trabes cedrinas incorruptas tantæ vetuſtatis, vt inter earum collocationẽ & ipſius Plinij ætatem mille centum & octaginta anni interfluxiſſent.

Afferte ſi quid forte habetis.) Pro, ſi quid forte habetis, eſt in Hebraico vnica dictio עצמותיכם atſumothechæm, quæ eſt in numero multitudinis deriuata à verbo עצם atſam, quod ſignificat præualere, fortem eſſe, & roborare. Vnde poteſt verti: Afferte firmamẽta veſtra, hoc eſt, ea argumenta, quæ exiſtimaueritis fore contra me fortiſſima. Illa igitur dictio, forte, non eſt aduerbiũ, ſed nomen. Pagninus vertit: fortes veſtros: vt ad falſos commentitióſque Deos referatur. Quaſi dicat: Afferte in mediũ ex veſtris Diis eos, quos fortiores eſſe creditis, & videamus poſsíntne futura prædicere.

Argumentum capitis XLII.

Inducit Propheta Deum patrem loquentem, & filium ſuum hominibus nuntiantem. Prædicit eſſe Chriſti aduẽtum in ruinam & reſurrectionem multorum, eius denique Chriſti lenitatem, manſuetudinem, & magnificentiam ſignificat. Infideles Iudæos arguit, eorúmque cæcitatem prænuntiat.

CAPVT XLII.

ECce ſeruus meus, ſuſcipiam A
eum, electus meus, compla- *Mat. 12. d*
cuit ſibi in illo anima mea.
Dedi ſpiritum meum ſuper
eum, iudicium Gentibus proferet. Non
clamabit, neque accipiet perſonam, nec
audietur vox eius foris. Calamum quaſ-
ſatum non conteret, & linum fumigans
non extinguet. In veritate educet iudi-
cium, non erit triſtis neque turbulentus,
donec ponat in terra iudicium, & legem
eius inſulæ expectabunt. Hæc dicit Do-
minus Deus creans cœlos & extendens
eos, firmans terram, & quæ germinãt ex
ea, dans flatum populo, qui eſt ſuper ter-
ram, & ſpiritũ calcantibus eã. Ego Do- *Infrà 49. b*
minus vocaui te in iuſtitia, & apprehen- B
di manum tuã, & ſeruaui te. Et dedi te in
fœdus populi, in lucẽ gentiũ, vt aperires
oculos cæcorum, & educeres de conclu-
ſione vinctum, de domo carceris ſeden-
tes in tenebris. Ego Dominus. Hoc eſt *Infrà 48.*
nomen meum. Gloriã meam alteri non
dabo, & laudem meam ſcuptilibus. Quæ
prima fuerunt, ecce venerunt: noua quo-
que ego annuntio, antequã oriantur au-
dita vobis faciam. Cantate Domino can-
ticum nouum, laus eius ab extremis ter- *Pſal. 149.*
ræ. Qui deſcenditis in mare, & plenitudo
eius, inſulæ & habitatores earũ. Leuetur
deſertum & ciuitates eius, in domibus
habitabit Cedar. Laudate habitatores
petræ, de vertice montium clamabunt.
Ponent Domino gloriã, & laudem eius
in inſulis nuntiabũt. Dominus ſicut for-

tis egredietur, ſicut vir prælia tor ſuſcita-
bit cœlum. Vociferabitur & clamabit,
C ſuper inimicos ſuos cõfortabitur. Tacui,
ſemper ſilui, patiens fui, ſicut parturiens
loquar.

EXPLANATIO.

Ecce ſeruus tuus.)Dixerat Deus capite ſuperio-
re prope finem, ſe ſuſcitaturũ eſſe liberatorem,
qui principes Babylonis ſuperaret, & fideles in
patriam reſtitueret, per quem intelligitur Cy-
rus,vt ibi explicuimus.Sed quoniã ſolent diuini
vates quando de aliquo liberatore & ſeruatore
terreno loquuntur,eleuari ſpiritu,& mentis aciẽ
ad diuinum liberatorem & ſaluatorem dirigere,
eiúſque alta myſteria intueri, transferunt ſer-
monem à terreno ad cœleſtẽ,& de Chriſto Deo
noſtro vaticinãtur,qui venit in mũdũ,vt nos è
terris tenebris in lucem & claritatẽ vindicaret,
& ex Babylonica captiuitate, ex peccatorũ vin-
culis ad liberam ac cœleſtem Hieroſolymã per-
duceret.Id facit modò Eſaias, qui de Cyro trãſ-
fert ſermonem ad Chriſtum, de quo in hoc ca-
pite apertè vaticinatur. Intelligi autẽ hoc caput
Matt.12. de Chriſto apertiſſimè teſtatur diuus Matthæus
capite duodecimo ſui Euangelij. Sed quid mirũ
Catholicos interpretari hæc de Chriſto, cùm
etiam ex Iudæis multi in hac ſententia perma-
neant? Sed differimus in hoc, quòd illi dicunt
Chriſtum eſſe venturum, nos autem veniſſe af-
firmamus. Loquitur igitur in hoc capite Deus
pater,ita inquiens: Ecce ſeruus meus ſuſcipiam
eum,&c. Appellat autẽ Chriſtũ ſeruum ſecundũ
naturam humanam, propter miniſterium illud,
quod nobis exhibuit,miſſus à patre,ſed nunquã
ſeparatus ab eo, non enim venit miniſtrari, vt
Matt.20. ipſe ait,ſed miniſtrare. Et,vt verbis vtar Pauli,
Philip.2. Semetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiens,
in ſimilitudinem hominum factus,& habitu in-
uentus vt homo. Non negat Chriſtũ eſſe homi-
1.Tim.2. nem, de quo dixerat in epiſtola ad Timotheum:
Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & ho-
1.Cor.15. minum homo Chriſtus Ieſus. Et ad Corinthios
ſcribẽs,Primus homo,inquit, de terra terrenus,
ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Nam non va-
let hæc concluſio: Fuit Chriſtus in ſimilitudinẽ
hominum factus, igitur non eſt homo. Quem-
admodum nec valet hæc,Inuictiſſimus Ioannes
tertius in ſimilitudinem cæterorum Luſitaniæ
regum creatus eſt:ergo non eſt rex.Imò de rege
dicitur:Incedit in ſimilitudinem regis, aut tan-
quã rex.Et ita intelligitur id,quod ait de Chriſto
Ioan.1. diuus Ioannes: Vidimus gloriam eius, gloriam
quaſi vnigeniti à patre. Vbi non negat eum eſſe
vnigenitum,ſed ait talem gloriam habere, qua-
lem decet vnigenitũ. Eodem modo dicit Apo-
ſtolus Chriſtum eſſe in ſimilitudinem hominũ
factum,non tamen negat eſſe hominẽ. Sed quo-
niam Chriſtus eſt verus Deus, & diuinitas ipſa
eſt vnita humanitati, ideò non homo purus ap-
pellatur ab Apoſtolo, ſed in ſimilitudinem ho-
minum factus. Vbi vides Chriſtum ſeruum ap-
pellari,& verum hominem eſſe. Nec mirum eſt,
cùm voluerit pro nobis vẽdi, vt nos ſuo ſangui-
ne emeret.Id autem quod hîc dicit Eſaias, vide-
tur alludere ad id,quod dixerat Dauid cum Deo
patre loquens in Pſalmo: Beatus quem elegiſti Pſal.64.
& aſſumpſiſti.

Complacuit ſibi in illo anima mea.) Hoc ipſum
teſtata eſt vox illa patris, quæ in trãsfiguratione
audita eſt,vt ait diuus Matthæus,dicens: Hic eſt Matt.17.
filius meus dilectus,in quo mihi bene cõplacui,
quam refert Petrus Apoſtolus in epiſtola ſecun- 2.Pet.1.
da. Et eadem vox audita fuit etiam in baptiſmo Matt.3.
Chriſti,vt refert idẽ euangeliſta. Eſt igitur ſen-
ſus: Ecce ſeruus meus,qui eſt mihi chariſſimus.

Dedi ſpiritum meum ſuper eum.) Idem dixerat Sup.11.
ſuprà Eſaias: Et requieſcet ſuper eum ſpiritus
Domini.Et infrà:ſpiritus Domini ſuper me, eò Infr.61.
quòd vnxerit me. Hinc Ioannes Baptiſta apud Ioan.1.
Ioannem Euangeliſtam,Vidi,inquit, ſpiritũ de-
ſcendentem quaſi columbam de cœlo,& manſit
ſuper eum. Non intelligendum eſt Chriſtũ tunc
primùm accepiſſe ſpiritum ſanctũ, fuit enim eo
plenus ab inſtanti conceptionis. Sed declarauit
ſpiritus ſanctus tunc præſentiam ſuam ſigno ex-
teriore,& in Chriſto manſit in teſtimonium ve-
ræ eius diuinitatis.

Iudicium gentibus proferet.)Id eſt Euangelium,
quod iudicium Dei continet.Multis enim in lo-
cis Euangelij indicauit Chriſtus bonos eſſe
adepturos gloriam, malos autem eſſe ſuorũ ſce-
lerum pœnas daturos. Vel proferet iudiciũ ex-
tremum. Docebit ſeipſum venturum eſſe ad
iudicium. Quid ſignificet iudicium, & quomo-
mo in diuinis literis accipiatur, explicuimus fu-
sè capite ſecũdo. Aſpicis hîc Meſſiam non ſolũ
Iudæis, ſed etiam Gentibus fuiſſe Euangelium
daturum. Lex vetus fuit Iudæis lata, noua verò
Iudæis & Gentibus.

Non clamabit.) Nempe clamore contentionis.
Non clamoribus rem aget. Sed admirabili qua-
dam modeſtia ac benignitate homines tractabit.
Hoc voluit Dauid in Pſalmo iis verbis ſignifi- Pſal.71.
care. Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut
ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

Nec accipiet perſonã.)Id eſt,erit rectus & æqua-
lis,& non perſonarum acceptor. Hoc idem ait
Apoſtolus in epiſtola ad Romanos,& eſt multis Rom.2.
in locis diuinarum literarum ſcriptum. Iudex,
qui Chriſtum voluerit imitari,non debet affectu
humano & corrupto duci, ſi iuſtitiã in qua vir-
tutis ſplendor eſt maximus, & vitæ quaſi com-
munitas continetur, rectè exercere voluerit. Vt
enim diameter ſic ab angulo ad angulum mediũ
quadrangulum diuidit,vt vtrinque ſpatiũ relin-
quat æquale, ſic iudex debet æqualitatẽ colere, ſimile.
& perſonarum acceptionem fugere, ne ius hu-
manæ ſocietatis violet, & iuſtitiam peruertet.
Caueat iudex ne ſit bilanx,quæ illi parti inclina-
tur,à qua plus ponderis recipit:ne illi iniuſtè fa-
ueat,à quo maiore munere afficitur.

Non audietur vox eius foris.) Diuus Matthæus
vertit: Nec audiet aliquis in plateis vocem eius.
Hoc eſt, erit pacificus & mitiſſimus. Id paulò
antè ſignificauit,dicens:Non clamabit. Et alibi:
Non aperiet,inquit,os ſuum, ſicut ouis ad occi-
ſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente Infrà 53.
ſe obmuteſcet. Vnde dicebat Apoſtolus:Omnis Ephe.4.
clamor,& ira,& amaritudo,auferatur à vobis.

Calamum caſſatũ non conteret,& linum fumigans
non

non extinguet.) Senſus eſt · Chriſtus cùm venerit neminem contemnet,quamuis ſit imbecillus & fragilis:ſed omnes ad ſe allicere conabitur. Nomine arundinis caſſatæ & lini fumigantis intelligit infirmos in fide, in quibus tamen relucet aliquid bonæ ſpei. Diuus Hieronymus in libro quæſtionum ad Algaſiam per calamū caſſatum intelligit populum Iudaicum,qui anteà ſonorus laudes Deo concinebat, at poſteà fractus in angulari lapide vulnerat manus eius, qui in illo voluerit inniti. Per linum fumigans intelligit populum Gentium, qui extincto legis naturalis ardore fumi amariſſimi oculos lædentis inuoluebatur erroribus. Hunc non ſolùm Chriſtus non extinxit, & in cinerem redegit, ſed potius inſufflauit, & de parua ſcintilla magnum charitatis incendium erexit, atque homines admirabili amoris igne, quem venit in terram miſſum, incendit, ſtudióq; immortalitatis inflammauit.

In veritate educet iudicium.) Hoc eſt, verè iudicabit neminem timens. Abſque metu Euangelium nuntiabit.

Non erit triſtis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium.) Hoc eſt,Durabit hæc manſuetudo eius vſque ad mortem: tunc enim ponet iudicium in terra,hominē patri reconcilians, moriens pro peccatis noſtris. Vel donec annuntiet Euangelium. Acſi dicat: Erit vſque ad mortem manſuetus & mitis. Nam vſq; ad mortē Euangeliū nuntiauit. Vide obſecro, & alto animo intuere huius præſulis modeſtiam,lenitatem, benignitatem,tolerantiam,& māſuetudinem. Diſcant ab eo Chriſtiani principes & præſules,nec velint nimia aſperitate ſubditos perdere. Vt enim qui vaſa vitrea maculis contaminata volūt mundare,& ad nitorem perducere, non debent duriter applicare manus, ne dum volunt ſordes abſtergere,vaſa conterant & infringant:ſic præſules, qui volunt coinquinatos ſubditos corrigere, ſumma ope niti decet, vt id efficiant moderatè,ne illis perniciem conflent, dum eos ad puritatem animíque pulchritudinem perducere conantur.Et quemadmodum inter chirurgos ille eſt laudabilior,qui lenius tāgit vulnera,quàm qui aſperè manus imponit: ſic ille præſul eſt prudentior cenſendus, qui potius lenitate & moderatione, quàm nimia ſeueritate animi vulneribus medetur. Et vt chirurgus, vt in eodem ſimili verſer, ſecturus membra corrupta & labefactata,nō impletur ira,quin potius tunc maiorē trāquillitatem oſtendit,ne perturbatio impediat artem,ſic præſul in reprehēſionib. & punitionibus debet magna vti tēperantia, ne ira turbatus modū tranſeat. Nihil enim eſt præſtantius,nihil magno & illuſtri præſule dignius placabilitate ac clementia. Et tamen ita probāda eſt manſuetudo,vt adhibeatur etiam ſeueritas, abſque qua adminiſtrari rectè reſpublica nequaquā poteſt. Sed omnis animaduerſio & caſtigatio debet cōtumelia vacare. Id nos docuit Chriſtus Deus noſter,qui eum, quem reiecit ex nuptiis, quòd non haberet veſtem nuptialem, amicū vocauit. Cuius māſuetudinem Eſaias in hoc capite multis verbis oſtendit.

ſimile. *ſimile.* *ſimile.* *Matt.22.*

Et legem eius inſulæ expectabunt.) Septuaginta habent: Et in nomine eius gentes ſperabunt. Et ita citat etiā hunc locum diuus Matthæus. Vbi vides per inſulas intelligi gentes, quod capite ſuperiore annotauimus. Ita intelligitur id,quod eſt capite ſexageſimo ſcriptum: Me enim inſulæ expectant. Id quod Iacob multò anteà iis verbis prædixerat:Ipſe erit expectatio Gentium. *Matt.12.* *Infrà 60.* *Gen.vlt.*

Hæc dicit Dominus Deus.)In principio capitis nō explicauit,quis eſſet ille, qui loquebatur, modò dicit eſſe Deum, qui de filio ſuo vnigenito loquitur.

Dans flatum populo.) Hoc eſt,dans hominibus ſpiritum vitæ.Id quod ſtatim ſubiungit: Et ſpiritum calcantibus eam, eſt repetitio ſuperioris. Poteris per flatum intelligere vitam, per ſpiritū verò gratiam. Ideò ait Deum dare ſpiritum calcantibus terram,hoc eſt,opes,& delicias, cæteráſque huiuſmodi res humanas contemnentibus. Aſpicis hoc in loco viros iuſtos Deóque gratos conculcare terram, at iniuſti à ſuis pedibus conculcantur. Vbi enim eſt eorū theſaurus, ibi eſt eorum anima, quoniā anima plus eſt vbi amat,quàm vbi animat.Cùm autem auarorum, ambitioſorum, iniuſtorúmque omnium theſaurus ſit in terra,ibi eſt eorū anima. Ex quo cōcluditur animā ſcelerati hominis in terra eſſe. Ideò quidam dicebat: Adhæſit pauimēto anima mea. Cùm autem ibi homo eſſe dicendus ſit vbi eius anima eſt, apertè oſtenditur ſceleratum hominē eſſe in terra, & à ſuis pedibus conculcari. Vnde dicebat Deus: Fili hominis ſta ſupra pedes tuos. Non enim iniquus & terrena quærens ſtat ſupra pedes,ſed ſub pedibus.At vir pius & rectus terrā conculcat, quoniam ea, quæ præſtantia mundi amatoribus videtur,parua ducit, eâque ratione ſtabili firmáque negligit, & ad cœleſtia ſemper aſpirat.Ex quibus colliges cor viri iuſti eſſe ignē ad cœlum tendentem,terreni verò & iniuſti eſſe arboris truncum terræ affixum, & intra illam collocatum. Vt enim truncus arboris diuerſas habet radices,ſed omnes intra terram ad diuerſa tendentes, ſic cor hominis prophani multas habet curas & cogitationes,ſed omnes terram ſpectantes, ſuas voluptates, dignitates & diuitias quærentes. Sed hi viuunt abſque vita:conculcantibus autem terram tribuit Deus ſpiritum & gratiam. *Matt.6.* *Pſal.118.* *Ezech.2.* *ſimilia.*

Ego Dominus vocaui te in iuſtitia.)Id eſt,vt iuſtitiam doceas,& per te homines iuſti reddantur.

Apprehendi manum tuam.) Significat Deus pater amorem ſuum erga filium ſuum vnigenitū. Vel ideò hoc dicit, quia ea, quæ operatur filius, operatur pater. Hoc quidem eſt quod ait Chriſtus apud Ioannem:Pater in me manens ipſe facit opera. *Ioan.14.*

Et dedi te in fœdus populi,in lucem Gentium.) Aſpicis hîc Chriſtum eſſe noſtrum fœdus, & noſtram lucem. Sine eo non eſſemus reconciliati patri, nec mentis oculos aperire poſſemus. Ille eſt mediator Dei & hominum,& lux illa dicens: Ego ſum lux mūdi,de qua dixerat Simeon: Lumen ad reuelationē Gentium. Eramus filij iræ:& erant inimicitiæ inter Deum & hominem, quas homo ipſe per ſe diluere non poterat. Venit fœdus noſtrū,Filius Dei, vt eſſet author noſtræ reconciliationis. Ideò Eſaias alibi eum vocat principem pacis. Et Malachias ait: Pactum meū fuit *Ioan.8.* *Luc.2.* *Suprà 9.* *Mala.2.*

cum

Ephe.2. cum eo vitæ & pacis. Et diuus Paulus, Ipſe, in-
Coloſ.1. quit, eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Et
1.Ioan.2. alibi; Et vos, inquit, cùm eſſetis alienati, & ini-
mici ſéſu in operibus malis, núc auté reconcilia-
uit in corpore carnis ſuę per morté. Huc pertinet
quod ait diuus Ioánes in epiſtola ſua: ipſe eſt pro
pitiatio pro peccatis noſtris. Nó pro noſtris tan-
tùm, ſed etiá totius múdi. Huius rei gerebat ima
figura. ginem propitiatorium, quod erat Chriſti fi-
Exod.25. gura. Erat enim ex auro puriſſimo ſuper ar-
cam, & tegebatur à duobus ſeraphim mutuò ſe
reſpiciétibus. Arca illa Eccleſiam adumbrabat,
ſuper eam erat propitiatorium ſignificans Chri
ſtú, qui eſt propitiatio noſtra, recturú & protectu
rum Eccleſiam ſuam. Duo ſeraphim erant duo
teſtamenta, quæ ſumma ac mutua conſonantia
reſpondent, docentia eſſe Chriſtum propitia-
Ephe.5. torem & reconciliatorem. Docet hic locus Meſ-
Matt.25. ſiam non ſolùm Iudęos, ſed Gentes etiam fuiſſe
illuminaturum.

Vt aperires oculos cæcorum.) Non enim anteà
Deú videbant: quoniam nó ſolùm erát tenebris
circunfuſi, ſed ipſæ tenebræ. Eratis aliquando te
nebrę, ait diuus Paulus, nunc autem lux in Do-
mino. Aſpicis hîc peccatores eſſe cæcos, de
quibus ait Chriſtus: Cæci ſunt & duces cæcorú.
ſimile. Claudit diabolus eorum oculos, tenebríſque eo
ópperit, ne ſuam perniciem intueantur. Vt enim
fur nocturnus domum ſpoliaturus ſtatim extin-
guit lucernam, & lupus nocte, aut certè tépore
obſcuro & aëre nebulis & caligine cooperto irru
it in gregem, & in aquam inuolutam & turbulé
tam piſcator mittit retia, quoniam tunc ea piſces
non vident, ſic diabolus intellectum hominum
tenebris circunfundit, ne ſuum exitium conſide
rantes caueant, & diabolicas ac peſtilentes inſi-
Pſal.142. dias declinét. Hoc intelligebat qui ait: Colloca-
uit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: Ac ſi di-
ceret: Meum intellectum dæmon caligine inuol
uit, & me in tenebris poſuit, vbi iacét omnes fla
gitioſi ſeculum amantes, quos ego mortuos ſe-
culi appello. Væ illis, qui non ſolùm ſunt cæci,
ſed etiam alios obcæcant. Contrà verò illi ſunt
fœlices, qui non ſolùm ſunt illuminati, ſed alios
illumināt, Chriſtum imitantes, qui de ſeipſo ait:
Ioan.8. Ego ſum lux mundi. De quo ait Zacharias: Viſi-
Luc.1. tauit nos Oriens ex alto, illuminare iis qui in te-
nebris, & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos
pedes noſtros in viam pacis.

Et educeres de concluſione vinctum.) Docet hic lo
cus peccatores eſſe ſcelerum vinculis ligatos, in
carcere concluſos, & tenebris coopertos. A qui-
bus malis venit ſummus ille generis humani có
ditor & conſeruator nos liberatum, vt nos in
amiſſam dignitatem multis ornamentis amplifi
catam reſtitueret. Aſpicis hîc Chriſti officium
eſſe illuminare cęcos, erigere in peccatis iacétes,
& vinctos ac ligatos ſoluere, & ipſum carcerem
Zacha.9. aperire. Ita enim eum ſanctus vates Zacharias
Matt.21. alloquitur: Tu quoque in ſanguine teſtamenti
Ioan.12. tui emiſiſti vinctos tuos de lacu. Intelligi autem
caput illud Zacharię de Chriſto Euangeliſtę te-
ſtantur. Sed cæci Iudæi totum hoc intelligút de
terrena liberatione, ſperantes Meſſiam, qui eos
eripiat à captiuitate, non animi ſed corporis, nec
Pſal.129. vident miſeri ac cæci homines redemptionem

per Chriſtum non terrenam eſſe, ſed ſpiritualé.
Ait enim Propheta: Ipſe redimet Iſrael ex omni
bus iniquitatibus eius. Dicens ex omnibus ini-
quitatibus eius, aperte voluit oſtendere Chri-
ſtum fore animorum redemptorem. Iniquitates
enim animi ſunt vincula, quibus peccatores ſub
diaboli tyrannide captiui detinétur. Hoc docuit
Ieremias ſic Meſſiam loquenté introducens: Da Ierem.31.
bo legem meá in viſceribus eorum, & in corde
eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi
erunt mihi in populum. Et paulò poſt: Propitia
bor iniquitati eorum, & peccati eorum non me
morabor amplius. Quem locum diuus Paulus
de Chriſto interpretatur. Et apud Eſaiá ait Chri Hebr.10.
ſtus: Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi Infr.44.
nebulam peccata tua. Reuertere ad me, quoniá
redemi te. Vide qualé vaticinatus eſt fore Chri-
ſti redemptionem. Et ob eam cauſam hic
idem Propheta gladium huius regis & redem-
toris ſpiritualé eſſe dicit, nimirum ſacrum Dei
verbum, de quo ait: Percutiet terram virga oris Sup.11.
ſui, & ſpiritu labiorum ſuorú interficiet impiú. Infr.49.
Et alibi: Poſui, inquit, os meum vt gladium acu- Pſal.44.
tum. Hunc exiſtimo eſſe eum, de quo ait Dauid:
Accingere gladio tuo ſuper femur tuum poten-
tiſſimè. Eſt autem Euangelica doctrina gladius,
quo fideles defenduntur, dæmones verò expu-
gnantur. Hic eſt gladius, de quo ait Ioannes
in Apocalypſi: De ore eius, nempe Chriſti, gla- Apoc.1.
dius vtraque parte acutus exibat. De quo ait Ephe.6.
Paulus: Galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſa-
lutis, quod eſt verbum Dei. Hæc volui dicere vt
errorem Iudæorum oſtéderé Meſſiá expectátiú,
qui eos redimat à terrena captiuitate, de ſpiritua
li autem minimè curantium. Cùm ipſorum ſcri-
pturæ conteſtentur, Chriſtum redéptorem eſſe
animarum, non, vt ipſi expectant, bellatorem,
non diuitiis affluentem, non aſcendentem or-
natum equum, aut currum triumphalem, non
habentem armatos ſatellites, ſed eius apparatú Zacha.9.
eſſe ſpiritualem, cœleſtíque regi congruentem.
Ait enim Zacharias: Exulta ſatis filio Sió, iubila
filia Ieruſalem. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus
& ſaluator, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſiná,
& ſuper pullum filium aſinæ. Quem locum Euá
geliſtę de Chriſto exponút, & ipſe Zacharię tex Matt.27.
tus apertè conteſtatur. Venit Chriſtus non cum Ioan.12.
humana pompa & ſuperbo apparatu, ſed in hu- Matt.11.
militate & manſuetudine quemadmodum ipſe
de ſe ait: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis
corde. Nonne aſpicis Hebræe Meſſiam non ven
turum fuiſſe ad humanas opes vobis tribuédas?
Qui fieri poterat vt diuini patriarchæ ſanctíque
vates omni ſapientia & virtute præſtantes eum
tam ardenter expectarent, qui humanas tantùm
opes & dignitates afferret, quas iidem viri conté
nebant, & pro nihilo putabát? Quas diuitias alla
turus erat ille, qué Zacharias pauperem, & Eſa- Zacha.9.
ias capite 52. inglorium appellat, niſi cœleſtes & Infrà 52.
immortales? Hoc intelligens Dauid, Redimet, in Pſal.33.
quit, Dominus animas ſeruorum ſuorum. Et E- Infrà 59.
ſaias, Iſrael, inquit, ſaluatus eſt in Domino ſalute
ęterna. Non loquuntur de ſalute externa & tépo
rali, ſed interna & immarceſſibili, & peccatorú
carceris apertione de qua hîc ait noſter vates: Et
educeres de concluſione vinctum.

Ego Dominus.)Prohibet idolorum cultũ.Quod autem dicit:Hoc eſt nomẽ meum,ita eſt intelligendum:Nomen meũ eſt Dominus. Ita dicitur
Pſal.67. in Pſalmo:Dominus nomen illi.

Quæ prima fuerunt.)Id eſt,ea,quæ prædixi,cõpleta ſunt,nunc autem prædico vobis alia, quæ ventura ſunt, ideò velim vt mihi fidem adhibeatis.

Cantate Domino canticum nouum.) Omnes vocat ad canendum Deo, &ad gratiarum actionẽ pro aduentu meſſię, & humani generis reſtauratione. Et vult vt ſit canticum non in vetuſtate literæ,ſed in ſpiritus nouitate.Quibus verbis ſignificat in aduentu Chriſti eius Euangelio fulgente abrogandam eſſe veterem legem. Euangelium autem ad omnes gentes propagandum, etiam ad inſulas,& ad deſerta loca colentes.

Habitatores petra.)Id eſt,qui in rupibus habitatis,& in arcibus ſitis in petris locíſque inexpugnabilibus.Sunt qui dicant Petram eſſe ciuitatẽ quandam Palęſtinæ.

Dominus ſicut fortis egredietur,ſicut vir præliator ſuſcitabit cælum, vociferabitur & clamabit.) Deſcripſit hactenus primum Chriſtum aduentũ in humilitate & manſuetudine:nunc deſcribit ſecũdum in maieſtate & potentia, quando venturus eſt iudicatum vniuerſos. Poſſunt hæc etiam intelligi de primo aduentu Chriſti,quem comparat viro fortiſſimo contra hoſtes pugnaturo.Sed quî fieri poteſt vt de Chriſto dicatur: Vociferabitur & clamabit,cùm in hoc eodẽ capite de eo ſit dictũ: Nõ clamabit,neque audietur vox eius in plateis:Hãc difficultatem facilè abſoluemus, dicentes prius voluiſſe Prophetam Chriſti manſuetudinem,humilitatem, & patientiam oſtendere, qui ſuas iniurias toleranter ferens inimicis ſuis litem non intendebat,ſed ſicut agnus ad occiſionem ductus ſilentio vtebatur: Nunc verò facit eum clamantem,& mundi ſcelera reprehendentem.Vnde colliges debere concionatorem contumelias in ſe iactas ęquo animo tolerare,mundi verò ſcelera queribũda voce arguere, vt non ſuam ſed Dei gloriam quærere videatur.

Tacui,ſemper ſilui,patiens fui:ſicut parturiens loquar.)Verba ſunt Dei dicentis: Hactenus continui iram meam,nunc clamabo, & inſtar parturientis magnas voces emittam. Loquitur Deus more humano,vt eũ intelligamus. Aſpicis hîc Deum non ſtatim hoſtes ſuos ſternere, ſed aliquando tacere atque diſſimulare, vt rerum publicarũ gubernatores,iudices & pręſules doceat declinandam eſſe iram,impatientiam,& pręcipitationem,& vt hęc vno verbo comprehendam, animi perturbationem,quę eſt auerſa à recta ratione contra naturam animi commotio.Hæc enim vt res tetra & deteſtabilis eſt omni contentione velis,vt ita dicam,remíſque fugienda.Sunt multi qui vitam priuatam & otioſã degentes videntur mites & moderati, ſed ad dignitatem & principatũ euecti,ira,temeritate,malitia,feſtinatione, & animi ac corporis perturbatione ducuntur.Vt enim dolium,aut quodcunque vas li
Simile. gneum & magnum quandiu eſt vacuum,ſciſſuras ſuas non,oſtẽdit,ſed eo pleno omnes apparent,quoniam hac atque illac fluit, ſic nonnulli à negotiis publicis ſeparati, in nulláque dignitate conſtituti tegunt ſuam imbecillitatẽ, iram, prauitatem, & perturbationem, ſed rempublicam capeſſentes ſtatim animi ægritudines & corruptiones oſtendunt,hac fluit ira,illa inuidia, hîc oſtenditur temeritas,illic prauitas. Nulla adeſt tranquillitas,nulla ſecuritas,nulla moderatio. Ex quo efficitur,vt nihil diſſimulent, neque vllo ſilentio vtantur, ſed omnia velint ſtatim temerario impetu caſtigare. Ideò dicebat Pittacus Græcus Philoſophus,principatum virum declarare.Diſcant rempublicam adminiſtrantes à Chriſto Deo noſtro,qui ait:Tacui ſemper,ſilui, patiens fui,vt ſciant vti tempore, & cum animi placabilitate,& moderatione,& conſilio gubernare.

Diſsipabo & abſordebo ſimul, deſertos faciam montes & colles & omne germen eorum exiccabo.Ponam flumina in inſulas,& ſtagna arefaciam. Et educam cæcos in viã,quam neſciunt,& in ſemitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciã. Ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta.Hæc verba feci eis,& non dereliqui eos.Conuerſi ſunt retrorſum. Confundantur confuſione,qui confidũt in ſculptili,qui dicunt cõflatili,vos dij noſtri:Surdi audite,& cæci intuemini ad videndum.Quis cæcus niſi ſeruus meus,& ſurdus niſi ad quem nuntios meos miſi? Quis cæcus niſi qui venũdatus eſt,& qui cęcus niſi ſeruus Domini?Qui vides multa nónne cuſtodies? Qui apertas habes D
aures,nónne audies? Et Dominus voluit vt ſanctificaret eũ & magnificaret legẽ, & extolleret, ipſe autẽ populus direptus & vaſtatus.Laqueus iuuenum omnes,& in domibus carcerũ abſcõditi ſunt. Facti ſunt in rapinã, neque eſt qui eruat in direptionẽ,neque eſt qui dicat,redde.Quis eſt in vobis qui audiat hoc,attẽdat & auſcultet futura? Quis dedit in direptionẽ Iacob,& Iſrael vaſtantibus? nónne Dominus ipſe cui peccauimus?Et noluerunt in viis eius ambulare,& non audierũt legem eius.Et effudit ſuper eum indignationem furoris ſui,& forte bellum.Et cõbuſsit eum in circuitu,& nõ cognouit & ſuccendit eum,& non intellexit.

Diſsipabo.)Euertam inimicos meos. Per montes,& colles,& inſulas, & ſtagna,intelligit impios & infideles Iudæos,de quibus ait ſe pœnas ſumpturum.

Ponam flumina in inſulas.)Id eſt, ſubuertam inſulas aquarum abundantia.

Et educam cæcos in viam.)Idolorum cultores cęcos vocat.Quaſi dicat:Perfidos Iudęos euertam. Gẽtes autẽ ſeruabo,eíſque viã veritatis oſtendã. Aliis ero in ruinam,aliis in reſurrectionem.Qua

de

de te alibi diſſeruimus.

Hae verba feci eis,& non dereliqui eos.) Hoc eſt, Id quod dico,nempe eſſe Gentes ad veritatem ducturum,faciam abſque dubio, non enim eas derelinquam.

Conuerſi ſunt retrorſum.)Senſus eſt:Qui ex idolorum cultoribus credere noluerint,peiores efficientur. Et confundentur in inferno,qui in ſimulachris & idolis ſuis fiduciam ponunt.

Surdi audite.)Cõuertit Deus ſermonem ad Iudęos infideles,qui in ſua pertinacia perſeuerant. Hos ſurdos cæcóſque vocat.

*Quis caecus niſi qui venundatus eſt?*Id eſt , niſi populus Iudaicus , qui ſeipſum dęmoni vendidit? Qui mortiferum peccatũ admittit,ſeipſum diabolo vẽdit,illíque chirographum tradit.Et quo-

1.Cor.6. niam ante aduentum Chriſti venundati eramus,crucifixus eſt Chriſtus,vt ſuo ſanguine nos

& 7. emeret Ait enim Paulus : Empti enim eſtis pre-

1.Petr.1 cio magno. Et diuus Petrus in prima epiſtola ſua:Sciẽtes,inquit quòd nõ corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis,ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incõtaminati.Chirographum autem decreti,quo eramus

Coloſ.2. dęmoni venundati,deleuit Chriſtus,teſte Paulo dicente:Delens quod aduerſum nos erat chirographum decreti,quod erat cõtrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci.

Qui vides multa nónne cuſtodies?(Tu ô Iſrael,qui vides oracula meorum vatum,cur non cuſtodis ea,quæ tibi præcipio?

Laqueus iuuenum omnes.) Notat Phariſæos & Scribas,quorum conſilio iuuenes decepti & vincti Chriſtum recipere noluerunt.

In domibus carcerum abſconditi ſunt.)Hoc eſt,detrudentur in æternas tenebras. Erunt in rapinã & direptionem , capientur à Romanis quo ad corpus,& à dæmonibus quo ad animam,& tandem corpore & anima in æternum cruciabuntur.In tantam incident calamitatem , vt nec ſit qui eos eripiat,nec qui pro illis loquatur,qui dicat raptori vt eos reddat,& reuocet ad libertatẽ.

Quis eſt in vobis.)Vult Propheta perſuadere Iudæis,vt audiant,& futura cognoſcant,mentéq; percipiant peccata ſua eſſe cauſam ſuarum calamitatum,quoniam Chriſtum occiderunt.Et cõcludit propheta aſſerens miſeros & infideles Iudæos comburendos eſſe à Romanis , & penitus euertendos,& nec ita intellecturos in tot ærumnas ob ſuam infidelitatẽ & impietatẽ incidiſſe.

ANNOTATIONES ex Hebraeo in CAPVT XLII.

Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum.) Pro ſuſcipiam: eſt in Hebraico אתמך æthmoch à verbo תמך, quod ſignificat ſuſcipere,vt capite ſuperiore.Suſcepit te dextera iuſti mei.ſignificat etiam ſuſten-

Supra 41. tare , vt Exodi decimóſeptimo , Suſtentabant

Exod.17. manus eius ex vtraque parte. Ideo poterat hîc verti:Suſtentabor in eo;aut vt vertit Pagninus: Innitar ei.Solet enim herus inniti ſeruo fideli & charo. Significat his verbis Deus patet fuiſſe Chriſtum illi obedientẽ,fidelẽ,& dilectũ. Chaldæus paraphraſtes tranſtulit:Ecce ſeruus meus Meſſias,ego adero ei.Vbi aſpicis hoc de Chriſto intellexiſſe.

Et non accipiet perſonam.)In Hebraico eſt, ישא ולא ve-lo iiſſa,à verbo נשא naſa , quod ſignificat ſumere,leuare,ferre,efferre,portare.Vnde Pagninus vertit:Et non eleuabit,ſubaudi vnum,deprimendo alium , pro quo noſter interpres vertit:Non accipiet perſonam. Aduertant hoc, *ſimile.* qui non æquabilitate ſed affectu ducuntur. Vt enim falſa & inæqualis statera,ęqualibus ponderibus non ad libellum & æqualiter conſiſtit,ſed alterum deprimit,alterũ eleuat,ſic nõnulli alios laudibus efferũt,alios verò pares vita & moribus maledictis vulnerant , de eorum fama detrahentes,eorúmque ſplendorem maculantes. Poteſt verti:Non efferet,ſubaudi vocem. Vel,Non vociferabitur.Pro quo,Septuaginta verterunt:Neque dimittet,ſubaudi populum ſuum.

Argumentum capitis XXLII.

Conſolatur Deus Eccleſiam ſuam , promittens ſe eam eſſe protecturum:& populum Iudaicum arguit , & & ad iudicium vocat.

CAPVT XLIII.

ET nunc hæc dicit Dominus A
creans te Iacob,& formans te
Iſrael.Noli timere quia rede-
mi te , & vocaui te nomine
tuo. Meus es tu. Cùm tranſieris per
aquas , tecum ero , & flumina non
operient te.Cùm ambulaueris in igne,
non combureris,& flãma non ardebit in
te,quia ego Dominus Deus tuus ſanctus
Iſrael ſaluator tuus. Dedi propitiationẽ
tuam Aegyptum , Aethiopiã & Saba pro
te.Ex quo honorabilis factus es in oculis
meis & glorioſus,ego dilexi te. Et dabo
homines pro te , & populos pro anima
tua.Noli timere,quia ego tecum ſum.Ab
Oriente adducã ſemẽ tuum,& ab Occi-
dente congregabo te.Dicã aquiloni , da:
& auſtro,noli prohibere.Affer filios meos
de longinquo,& filias meas ab extremis
terræ.Et omnẽ qui inuocat nomẽ meum,
in gloriam meam creaui eum , formaui
eum,& feci eum. Educ foras populum B
cæcum & oculos habentem , ſurdum &
aures ei ſunt.Omnes Gentes congrega-
tæ ſunt ſimul,& collectæ ſunt tribus.
Quis in vobis annunciet iſtud,& quæ pri
ma ſunt audire vos faciet.? Dent teſtes
eorum;& iuſtificentur,& audiãt & dicãt:
Verè vos teſtes mei dicit Dominus:& ſer
uus meus quẽ elegi,vt ſciatis,& credatis

mihi, & intelligatis quia ego ipſe ſum. Ante me non eſt formatus Deus & poſt
Oſee 13.b me non erit. Ego ſũ, ego ſum Dominus, & non eſt abſque me ſaluator. Ego annunciaui & ſaluaui, auditum feci, & non fuit in vobis alienus. Vos teſtes mei dicit Dominus, & ego Deus. Et ab initio ego ipſe, & nõ eſt qui de manu mea eruat. Operabor, & quis auertet illud? Hæc dicit Dominus redemptor veſter ſanctus Iſrael.

EXPLANATIO.

Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Iſrael.) Duplicem eſſe Iacob & Iſraelem alterum ſecundum carnem, alterum ſecundum ſpiritum, ſatis à nobis explicatum arbitror capite quadrageſimoprimo. Eorũ multitudo & cõgregatio qui Euangelium receperunt, & Chriſto ſe dedicarunt, Iſrael ſpiritualis dicitur, eorum verò qui in ſua infidelitate & contumacia permanſerunt, carnalis Iſrael appellatur. De hoc dictũ
Sup.42. eſt capite ſuperiore: Ipſe autem populus direptus & vaſtatus, laqueus iuuenum omnes. Et paulò pòſt: Et noluerunt in viis eius, nimirum Chriſti, ambulare, & non audierunt legem eius. Et effudit ſuper eum indignationem furoris ſui, & forte bellum, & cætera, quæ ſequuntur. Vbi propheta aduerſus pertinaces Iudæos fuit apertè vaticinatus. Nũc autẽ ad veros Iſraelitas conuertit ſermonem, prçſertim ad Apoſtolos, & primitiuam Eccleſiam, quæ in principio tormentis ac cruciatibus tyrannorum fuit crudeliter vexata & afflicta. Solet aliquando ſcriptura nomine Iacob & Iſrael Chriſtianos intelligere.

Noli timere, quia redemi te.) Verba ſunt Chriſti Eccleſiam ſuam alloquentis, acſi diceret: Ego qui te tanto precio emi, qui pro te ſanguinem fudi, nunquam te derelinquam, ideò ne timeas, ſed in me ſpem tuam firmiter colloca, quoniam ego te in periculis omnibus ſeruabo.

Vocaui te nomine tuo. Hoc eſt, te dilexi, & ſigna dilectionis oſtendi. Tunc rex charum ſibi eſſe famulum ſignificat, cùm eum nomine proprio vocat. In libro Exodi ſcriptum reperimus dixiſſe
Exo.33. Dominum Moyſi, Teipſum noui ex nomine.
Matt.7. Contrà verò de reprobis dictum eſt: Non noui
Luc.13. vos, diſcedite à me operarij iniquitatis. Ideò nar
Luc.16. rans Chriſtus hiſtoriam de Lazaro & de diuite epulone nomẽ Lazari explicuit, epulonis autem ſuppreſſit.

Cùm trãſieris per aquas, tecũ ero.) Sẽſus eſt: Ego te ab omnibus periculis liberabo. Et ſi viri ſacti propter Chriſtum & Euangelicam veritatẽ torquerentur, & in ſummum capitis periculum vocarentur, non tamen animo frangebantur. Tanta enim erant fide ac conſtantia muniti, tantâ charitate inflammati, vt multò præſtantius & illuſtrius exiſtimarent pro Chriſto occumbere, ſéque hoſtium telis obiicere, quàm Chriſtum ſaluatorẽ noſtrum relinquere & negare. Neque dicendum eſt eos à Chriſto derelinqui, cùm torquerentur & occumberent, quoniam etſi corpus pateretur, animus tamen gaudio perfundebatur. Sed nec tormentis Eccleſia ſubuerſa eſt. Licet enim nauicula, cuius Chriſtus nauclerus eſt, fluctibus agitetur, nunquam tamen peribit.

Cùm ambulaueris in igne, non combureris) Aſpicis hic iuſtum in medio afflictionum non comburi, quoniam Deus cum illo eſt. Vt enim rubus Exod.3.
Moyſi oſtenſus ardebat ſed non conſumebatur, quia in eo erat Deus. ſic vir verè Chriſtianus & optimus in calamitatibus verſatus igne afflictionum incenſus, ſpinis ærumnarum compunctus, refrigeratur animo, & placida tranquillitate cõſiſtit, quoniam Deum ſecum habet. Non eſt miſer nec ærumnoſus, qui pro Chriſto affligitur, ſed qui eum affligit, qui tantò eſt miſerior, quãtò ſibi videtur beatior. Quî enim fieri poteſt, vt nõ ſit miſerrimus ille, qui viros pios & iuſtos vexat illíſque perniciẽ machinatur, cùm illius motus turbulenti iactationéſque incitatæ, omnem rationem repellant, nullámque partem tranquillitatis animi relinquant? Contrà verò fieri nullo pacto poteſt, vt miſer ſit ille, qui pro Chriſto cruciatur, in cuius animo nulla eſt ęgritudo peſtilẽs, nulla tetra & pernicioſa labes, ſed Chriſti gratia, & ſecuritas placidiſſima. Hic eſt vir ille, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, de quo Matt.7.
loquitur Chriſtus apud Matthæum, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram. Hic eſt ille, de quo ait Deus per prophetam: Cùm ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Viri Pſal.90.
enim iuſti & charitate prçſtantes afflictionibus exercẽtur, vt poſteà diuino gaudio fruãtur. Ideò dicebat Dauid: Tranſiuimus per ignem & aquã, & eduxiſti nos in refrigerium. Vbi vides ignem Pſal.65.
& aquam, hoc eſt, mundi afflictiones, eſſe viam ad æternas voluptates. Sic tamen velim exiſtimes me non ita laudare afflictiones, quin intel- ſimile.
ligam multos in illis corruere. Vt enim in mari Rubro Hebræi fuerunt erepti, Aegyptij verò obruti & ſubmerſi: ſic in afflictione, quæ eſt veluti mare Rubrum, quidam liberantur, quidam verò corruunt & franguntur. Fuit mare Rubrũ aliis in gloriam, aliis in ignominiã: aliis aperuit iter ad terrã promiſſionis, aliis vero in mediis fluctibus vitã eripuit. Et ita miſeri perierunt ſuorũ ſcelerum & facinorum debitas pœnas luentes. Cõtemplare & intentè cõſidera vim afflictionis, & inuenies eam eſſe cum mari Rubro meritò cõparatam. Sed ab ea ait hoc in loco Deus per Eſaiam ſe eſſe ſuos liberaturũ. Nam per aquas & flumina, ignem & flammam, intelligit afflictionem.

Dedi propitiationem tuam Aegyptum Aethiopiã & Saba pro te) Quando Hieroſolyma fuit ſeruata, & à Sennacheribo erepta, fuerunt captæ hæ prouinciæ, quas hîc numerat Propheta. Ideò ait Deus: Ego vt te ſeruarem, volui vt hæ Gẽtes pu Prou.11.
nirentur. Similis locus eſt in Prouerbiis, vbi ita ſcriptum eſt: Iuſtus de anguſtia liberatus eſt, & tradetur impius pro eo. Vel ſic: Ego ô Eccleſiã mea in propitiationem tuã, vt tibi ſim propitius, pro infidelibus Iudæis dabo tibi alias nationes, nempe Aegyptum, Aethiopiam, & Saba, & ex omnibus denique mundi partibus multi ad te

con

confluent & cõueniẽt. Septuaginta habent: Feci
commutationem tuam Aegyptũ. Et eſt ſenſus:
Ego ô popule Iudaice infidelis, dedi pro te Eccle
ſię meæ Aegyptios, Aethiopes, & Sabæos. Eſt e-
nim monumenris mandatum, has nationes ſta-
tim poſt Chriſti paſſionẽ Matthæi & Marci præ
dicatione fuiſſe ad fidem conuerſas.

Ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab occidẽte, &c. Honc locum afferunt Iudæi ad probandum
Chriſtum ſaluarorem noſtrum non eſſe Meſſiá,
quoniam eoſdem per mundum diſperſos in pro-
miſſionis terram non congregauit. Aiunt e-
nim Meſſiam Hebræos omnes per vniuerſum
orbẽ terrarum diuiſos eſſe Hieroſolymam redu
ctutum, quos hîc ſemen ſuum & filios appellat.
Nec vident cæci homines ex hoc capite ſuum
errorem & pertinaciam conuinci, cùm apertè de
Gentibus, quæ erant ad Chriſtum conuertendæ
loquatur, non ſolùm autem de Iudæis, vt ipſi exi
ſtimant. Nam ſtatim ait Deus: Et omnem qui in
uocat nomen meum: Qui omnem dicit, neminẽ
excludit. Et paulò pòſt: Omnes, inquit, Gen-
tes congregatę ſunt ſimul. Nónne vides pla-
nè ô Hebręe tuam cæcitatem? Perſpicuè indicat
Deus ſe in hoc capite de fidelium omnium mul
Infrà 53. titudine tractare, ſiue ſint Gentes, ſiue Iudæi.
Eos omnes filios appellat, quos ſuo ſangoine ge
nerauit, de qua generatione ait alio in loco Eſa-
ias: Generationem eius quis enarrabit? Et paulò
pòſt: Si poſuerit pro peccato animam ſuam, vide
Ioan. 1. bit ſemen longæuum. Ideò ait diuus noſter Ioá-
nes: Quotquot autem eum receperunt, dedit eis
poteſtatem filios Dei fieri, iis qui credunt in no-
mine eius. Congregauit autẽ Chriſtus omnes fi-
deles non localiter in vna prouincia, ſed in vni-
Matt. 8. tate fidei. Ideò ipſe aiebat apud Matthæom: Di-
co autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occi
dente veniẽt, & recumbent cum Abrahã, Iſaac,
& Iacob, in regno cœlorum. Hos vocat filios,
quos ait de longinquo, hoc eſt, de peccato, quo
homines longè à Deo diſtant, eſſe ad gratiam du-
cendos.

Educ foras populum cæcum, & oculos habentem.)
Foras, hoc eſt extra errorem. Omnes infideles cę
cos vocat & ſurdos. Particula, Educ, refertur ad
Chriſtum, quem pater alloquitor. Septuaginta
habent: Eduxi, vt ſit vox ipſios Dei.

Omnes Gentes congregatæ ſunt ſimul, & collectæ ſunt tribus.) Ex Gentibus & Iudæis fuit Chriſti
Eccleſia congregata. Et cùm dicit, omnes Gen-
tes diſtributio eſt pro generibus ſingulorum, nõ
pro ſingulis generum.

Quis in vobis annunciet illud?) Nullus eſt inter
vos ô Gentes, qui hoc poſſit enuntiare, & vobis
priora dicere.

Dent teſtes eorum & iuſtificentur.) Id eſt, Affe-
rant Gentes teſtimonia, videamus vtrum idola
ſua illis ventura prædixerint: & ſi hoc proba-
uerint, iuſtificentur. At hoc oſtendere non po-
terunt. Ideò audiant me, & dicant vera eſſe, quæ
ego dico.

Vere vos teſtes mei, dicit Dominus.) Alloqoitur
Deus Prophetas & Apoſtolos. Et ſeruus meus
quem elegi, id eſt, Eſaias.

Ante me non eſt formatus Deus.) Oſtẽdit in Deo
nec eſſe principium nec finem.

Ego annunciaui.) Subaudi futurá: Et ſaluaui, Id
eſt, vos ab hoſtibus & mentis & corporis eripui.
Et non fuit in vobis alienus: nimirum Deus.

Propter vos emiſi Babylonem, & de- C
traxi vectes vniuerſos, & Chaldæos in na
uibus ſuis gloriantes. Ego Dominus ſan-
ctus veſter creãs Iſrael Deus veſter. Hæc
dicit Dominus, qui dedit in mari viá, &
in aquis torrentibus ſemitam. Qui edu-
xit quadrigam & equum, agmen & robu
ſtum. Simul obdormierunt nec reſur-
gent, contriti ſunt quaſi linũ, & extincti
ſunt. Ne memineritis priorũ, & antiqua *2. Cor. 5. d*
ne intueamini. Ecce ego facio noua, & *Apoc. 21. b*
nunc orientur, vtique cognoſcetis ea. Po
nã in deſerto viam, & in inuio flumina.
Et glorificabit me beſtia agri: dracones
& ſtruthiones, quia dedi in deſerto a-
quas, & flumina in inuio, vt darem potũ
populo meo electo meo, Populum iſtum
formaui mihi, laudem meam narrabit.
Non me inuocaſti Iacob, nec laboraſti in
me Iſrael. Non obtuliſti mihi arietem ho D
locauſti tui, in victimis tuis nõ glorifica-
ſti me. Non te ſeruire feci in oblatione,
neque laborem tibi præbui in thure. Nõ
emiſti mihi argento calamum, & adipe
victimarum tuarum non inebriaſti me.
Verumtamen ſeruire me feciſti in pecca
tis tuis, præbuiſtis mihi laborẽ in iniqui-
tatibus tuis. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui
deleo iniquitares tuas propter me, & pec
catorum tuorum nõ recordabor. Reduc
me in memoriam, & iudicemur ſimul,
narra ſi quid habes vt iuſtificeris. Pater
tuus primus peccauit, & interpretes tui
præuaricati ſunt in me. Et contaminaui
principes ſanctos, dedi ad internetionẽ
Iacob, & Iſrael in blaſphemiam.

Propter vos emiſi Babylonem.) Id eſt, vt vos libe-
rem à captiuitate, mittam Cyrum, qui Babylonẽ
capiat, & vos in patriam veſtram reducat. Et de
traham vectes vniuerſos, hoc eſt, aperiam ciuita
tem, & detractis vectibus à portis ingrediantur
Perſæ. Et detraham à ciuitate Chaldæos, qui na-
uibus ſuis gloriari ſolebant. *Exo. 14.*

Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam.) Quaſi *Ioſue. 3.*
dicat: Ne exiſtimetis Deum hęc facere non poſſe.
Nam ipſe, qui hæc dixit, ille eſt, qui aperuit mare
Rubrum, & Iordanem, vt vos liberaret in exitu
ab Aegypto, & in ingreſſu terræ promiſſionis.
Qui currus & equos, & omnem exercitum Pha
raonis demerſit in mare, vbi Aegyptij fuerunt
obruti, & nunquàm ad æternam vitam reſurgẽt.
Ne intelligas Aegyptios nõ eſſe reſurrecturos ad *1. Cor. 15.*
extremũ iudiciũ. Nam, vt ait Apoſtolus. Omnes
quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabi-
mur. Sed quoniam qui in inferis cruciantur nũ
quã conſequentur vitã æternã, quę eſt vera vita,

ideò damnati non dicuntur reſurgere. Et ita poteſt intelligi id, quod dicitur in Pſalmo: ideò nõ reſurgent impij in iudicio. Vera enim reſurrectio eſt à morte ad vitam.

Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua.) Sẽſus eſt: Etſi magna pro vobis feci temporibus præteritis, tamen multò maiora ſum pro vobis facturus, quorum reſpectu ea, quę præterita ſunt, non debẽt in memoriã reuocari. Nam ponam in deſerto mundi viã, hoc eſt, Chriſtum. Et erunt gratiæ flumina, quæ, non corpora, vt anteà in deſerto, ſed animas abluant & reficiant. Et, tunc videbitis admirabilia: nã beſtiæ agri dracones & ſtruthiones, hoc eſt, variæ gentes, diuerſis ritibus deditæ, quæ in deſerto Gentilitatis habitabant, idolis ac ſuperſtitionibus relictis me colent & laudibus efferent. Quid ſit ſtruthio diximus alibi. Colliges hinc neminẽ debere de miſericordia diuina deſperare quáuis inſtar bellnę vitam degat, quoniã poteſt eum Deus à feritate & ſcelere conuertere, eíque gratiam & gloriam tribuere. Poſſunt hæc verba intelligi ad literam de abrogatione ſacrificiorum & cerimoniarum legis veteris, & de inſtitutione ſacramẽtorum legis gratiæ. Et hæc eſt vera huius loci interpretatio. Lege diuinas literas, & videbis apertè eſſe hoc multis locis prædictum. Ie-
Iere.31. remias ita ait: Ecce dies veniẽt dicit Dominus, & feriã domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouũ: Non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus veſtris, in die qua apprehendi manum eorũ, vt educerẽ eos de terra Aegypti. Et paulò poſt: Hoc, inquit, erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael. Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Vide quàm apertè abrogationem veteris legis prædixerit, & noui Teſtamenti inſtitutionem. Ita hunc locum interpreta-
Hebr.9. tur Apoſtolus in epiſtula ad Hebræos. Et quamuis illum Apoſtolus non interpretatur, tamen ipſe ſeipſum declarat. Et infert Apoſtolus: Dicendo autem nouum, ſubaudi Teſtamentũ, veterauit prius: Et reuera hæc eſt Teſtamentorum lex, vt nouum deſtruat vetus. Hanc promiſſio-
Baruch. 2. nem confirmauit Deus per Baruch Prophetam ita dicens: Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et quoniam noua lex nouum populum conſtituit, nouos mores, nouos pontifices, nouas cerimonias, ideò dicit hoc in loco Deus: Ecce ego facio noua. Et capite ſecundo, & quinquageſimoquinto, & ſexageſimoquinto, & aliis in locis, hanc noui Teſtamenti inſtitutionem prædicit. Qua de re vide ea, quæ in ſequentibus annotabimus.

Populum iſtum formaui mihi. Habes hîc apertũ & perſpicuũ locum contra Iudæos, quos Deus reiicit ob eorum infidelitatem & cõtumaciam, & eorum abrogat ſacrificia.

Non me inuocaſti Iacob.) Ac ſi diceret: Dracones, ſtruthiones, & cęteræ ferę, me laudibus efferent, tu autẽ ô popule Iudaice, quem ego enutriui, & ad magnum vexi honorem, de meis laudibus conticeſcis, cæteris me inuocantibus, tu taces.

Non te ſeruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure.) Senſus eſt: Nunquam te coegi, vt mihi offerres ſacrificia, nec te fatigaui, vt mihi thus & thymiama incenderes. Non exegi à te, vt argento mihi emeres calamum, cuius odorifero fumo me delectares, nec vt mihi victimas offerres. Reiicitur ſacrificium ſine fide & charitate. Nam ſacrificia veteris legis per ſe Deo non placebant, vt ipſe ait in Pſalmo, cum patre ita lo- *Pſal.39.*
quens: Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi ecce venio. Quem *Heb.10.*
locum diuus Paulus de Chriſto apertè aſſerit eſſe intelligendum. Eſt enim Chriſtus vera hoſtia, quæ delet noſtra crimina. Et quoniam ſacrificia legis peccata non delebant, venit Chriſtus vt noſtra ſcelera expiaret, & inueteratam maculam ſanguine ſuo deleret. Nemo eſt in literis diuinis vel mediocriter verſatus, qui non videat prædixiſſe Deum per diuinos ſuos vates eſſe legis ſacrificia abroganda. Nam per Amos ita ait: *Amos 5.*
Si obtuleritis mihi holocautomata, & munera *Oſea 6.*
veſtra non ſuſcipiam. Et per Oſeam: Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Et per Danielem: In dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium. Lege totum illud caput, & videbis Danielem vaticinantem de morte Chriſti, & de ceſſatione legalium. Per Malachiam iis verbis Deus *Dan.9.*
Iudæos alloquitur: Non eſt mihi voluntas in vo- *Malac.1.*
bis, & munus non accipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda. Non vult Deus vt offerantur illi hirci & boues, ſed munda hoſtia & puriſſimũ ſacrificiũ, quod eſt Chriſtus Deus noſter, qui, vt ait Eſaias, oblatus eſt quia ipſe voluit, vt in ara crucis crimina noſtra deleret, in cuius memoriã quotidie in Eccleſia conſe- *Infrà.53.*
cratur. Cũ Chriſto autẽ mortuo mortua fuerunt legis veteris ſacrificia & cerimoniæ & iudicia. Quibus mortuis perſpicuum eſt nouam illam legem ſuccedere debere, de qua Ieremias & Baruch, quos paulò antè citaui, vaticinati fuerunt, quę eſt Chriſti legiſlatoris noſtri Euangelium. *Pſal.9.*
Hoc præuidens regius vates canebat: Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt. Et in alio Pſalmo: Ete- *Pſal.83.*
nim benedictionem dabit legiſlator. Qua de re ea poteris videre, quæ primo & ſecundo capite literis mandauimus.

Veruntamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis.) Senſus eſt: Sacrificia veteris legis non delebant peccata, ideò ego veni vt ea delerem. Peccata mũdi in cauſa fuerunt, vt ego formam ſerui acciperem, ingentes labores ſubirem, & meipſum immolarem.

Ego ſum, ego ſũ ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me.) Senſus eſt: Tu me ſeruire feciſti, & ego propter me, quia miſericors ſum, deleo peccata tua. Ideò diuus Ioannes dicebat de Chriſto: Ecce *Ioan.1.*
agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Reduc me in memoriam, & iudicemur ſimul.) Sis memor mei, & vide habeáſne aliquid contra me, & affer illud in medium: contendamus iudicio, & inter nos diſceptemus. Vide Dei clementiam. Idem licet aliis verbis dicit per Michæã: Popule *Mich.6.*
meus

meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi? Reſponde mihi. Qua de re diſſeruimus capite quinto.

Pater tuus primus.) Nempe Adam, peccauit, cùm funeſtum pomum comedit. Interpretes tui, nempe Moyſes & Aaron. Quaſi dicat: Non poteris mihi maiorum tuorum ſanctitatem obiicere, cùm etiam ipſi peccauerint. Per interpretes poteris legis doctores intelligere.

Et contaminaui principes ſanctos.) Hoc eſt, contaminatos oſtendi, vel contaminari permiſi Moyſem & Aaronem.

Dedi ad internecionem Iacob.) Id eſt, Occidi Hebræos in deſerto ob eorum crimina permiſique vt probris afficerentur, & vt gentes in eos blaſphemias iacerent. Vel ſic: Dimiſi eos, vt in peccata mortifera & blaſphemias inciderent.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAP. XLIII.

Detraxi vectes vniuerſos.) Pro vectibus in Hebraico eſt בריחים, à verbo ברח barach, quod ſignificat claudere. Vnde בריח, quod eſt noſtrum nomen, ſignificat vectem, quo oſtium clauditur. Quid autem ſit detrahere vectes vniuerſos diximus in explanatione. Sed quoniam verbum hoc ברח barach ſignificat etiam fugere, verterũt Septuaginta: Et ſuſcitabo fugientes vniuerſos. Et pro eo quod nos habemus, & Chaldæos in nauibus ſuis gloriantes, habent illi: & Chaldæi in nauibus vincientur. Vt ſit ſenſus: Ego propter vos ô Iudæi mittam Cyrum Babylonem, & omnes Babylonios excitabo, vt fugiant. Chaldæique erunt in ſuis nauibus vincti, vt ita captiui & ligati ad alias gentes transferantur. Cùm hac Septuaginta interpretum translatione videtur cohærere verſio Pagnini, quæ habet: Et deſcendere faciam fugitiuos vniuerſos. Alij vertunt: Deſcendere faciam in nauibus omnes ipſos. Et deriuant nomen hoc à verbo רוח rauach, quod ſignificat reſpirare. dicunt enim naues appellari בריחים, quod vento ducantur. Ab hoc enim verbo deriuatur רוח, quod ſignificat ventum, & ſpiritum.

Adipe victimarum tuarum non inebriaſti me.) Septuaginta habent: Nec adipem hoſtiarum tuarum concupiui.

Interpretes tui.) In Hebræo eſt מליציך meli tſecha. Pro quo Septuaginta verterunt: Principes tui. Quos ſecutus eſt poſteà Pagninus. Poteſt verti: Dulces tui. Debent enim principes & præſules diuinam legem ſubditis interpretari, & dulcedinem quandam ac lenitatem cum caſtigatione miſcere. Ob eam cauſam idem vocabulum & dulces & principes ſignificat.

Et contaminaui principes ſanctos.) In Hebræo eſt, קדש kodæx, quod etiam ſignificat ſanctuarium. Ideò poteſt verti: & contaminaui principes ſanctuarij. Acſi dicat: Ego ô Iudæi abieci veſtros ſacerdotes, veſtras ceremonias & oblationes. Pagninus pro contaminaui vertit, occidam, & rectè quidem. Poteſt etiam rectè transferri: & ceſſare faciam magiſtros ſanctuarij. Nomen enim שר ſare, quod hîc eſt, magiſtrum ſignificat, vt Geneſis cap. 41. Magiſter pincernarum. *Gen. 41.* Habes in hoc capite multa loca aduerſus Iudæorum infidelium contumaciam. Septuaginta verò habent: Contaminauerunt principes ſancta mea. Et vide quid ſequatur. Dedi ad internecionem Iacob, & Iſrael in blaſphemiam. Nam cùm principes & præſules contaminant religionem, & in diuina lege violãda tetras fraudes concipiunt, quid ſequitur, niſi populi pernicies, & certiſſima euerſio atque confuſio? Vt *ſimile.* enim ex eclipſi & defectu ſolis magna mortalibus gignitur pernicies, ſic ex principis & præſulis deprauatione magnum in ſubditis oritur excidium.

Argumentum capitis XLIIII.

Facit Propheta Chriſtum ſeruatorem noſtrum loquentem, & Eccleſiam ſuam conſolantem: inuehitur in idolorum cultores. Promittit liberationem à Babylonica captiuitate.

CAPVT XLIIII.

ET nũc audi Iacob ſerue meus, & Iſrael quem elegi. Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: Noli timere ſerue meus Iacob, & rectiſsime quem elegi. Effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam, & germinabunt inter herbas, quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas. Iſte dicet, Domini ego ſum, & ille vocabit in nomine Iacob. Et hic ſcribet manu ſua Domino, & in nomine Iſrael aſsimilabitur. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, & redemptor eius Dominus exercituum. Ego primus & ego nouiſsimus, & abſque me non eſt Deus. Quis ſimilis mei? Vocet & annunciet, & ordinẽ exponat mihi: Ex quo conſtitui mihi populum antiquum. Ventura & quæ futura ſunt annunciet eis. Nolite timere neque conturbemini. Ex tunc audire te feci, & annunciaui. Vos eſtis teſtes mei. Nunquid eſt Deus abſque me, & formator quem ego nõ nouerim? Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt, & amantiſsima eorum nõ proderũt eis. Ipſi ſunt teſtes eorum, quia non vident neque intelligunt, vt confundantur. Quis formauit deum, & ſculptile conflauit ad nihil vtile? Ecce omnes participes eius cõfundentur, fabri enim ſunt ex hominibus. Conuenient omnes, ſtabunt & pauebunt, & cõfundentur ſimul. Faber ferrarius lima operatus eſt, in pru- *Sap. 13. c*

A Ierem. 13. & 46. g. — *Supr. 41. b Infr. 48. b Apocal. 1. d & 22. c* — *B*

que intellexerunt. Obliti enim ſunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligãt cor de ſuo. Non recogitant in mente ſua, neque cognoſcunt, neque ſentiunt vt dicant: Medietatem eius combuſsi igni, & coxi ſuper carbones eius panes, coxi carnes & comedi, & de reliquo eius, idolum faciam. Ante truncum ligni proiiciam. Pars eius cinis eſt. Cor inſipiens adorabit illud, & non liberabit animam ſuam, nec dicet: fortè mendacium eſt in dextera mea. Memento horum Iacob & Iſrael, quoniam ſeruus meus es tu. Formaui te, ſeruus meus es tu Iſrael, non obliuiſcaris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua. Reuertere ad me, quoniam redemi te. Laudate cœli, quoniam miſericordiam fecit Dominus, iubilate extrema terræ. Reſonate montes laudationem, ſaltus & omne lignum eius. Quoniam redemit Dominus Iacob, & Iſraël gloriabitur. Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero. Ego ſum Dominus faciens omnia, extendens cœlos ſolus, ſtabiliens terram, & nullus mecum. Irrita faciens ſigna diuinorum, & ariolos in furorem vertens, conuertens ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam faciens, ſuſcitans verbum ſerui ſui, & conſilium nuntiorum ſuorum complẽs. Qui dico Ieruſalem, habitaberis, & ciuitates Iudæ ædificabimini, & deſerta eius ſuſcitabo. Qui dico profundo, deſolare, & flumina tua arefaciã. Qui dico Cyro, paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ieruſalem, ædificaberis, & templo fundaberis.

Medium illius combuſsit.) Irridet multis verbis idolorum artifices & cultores.

Obliti ſunt.) Non à verbo obliuiſcor, ſed à verbo oblino. Quaſi dicat, Sũt eorum oculi circunfœdati. Habẽt intellectũ tenebris circunfuſum.

Neque dicet, fortè mendacium eſt in dextera mea.) Tam cæcus eſt idoli artifex, vt non cogitet, nec ſecum dicat, id quod efficit eſſe idolum, & mendacium, & meram vanitatem.

Non obliuiſcaris mei.) Exigit à nobis Deus, vt eum in animo teneamus, ne ſuorũ erga nos beneficiorum memoriam vlla vnquã deleat obliuio. Cur excidit ex animo noſtro eius memoria,
Infrà 49. qui nos nõ obliuiſcitur? Quia ait per hunc eundem Prophetam: Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filij vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui, ecce in manibus meis deſcripſi te. Id in-
Pſal. 118. telligens Dauid dicebat in Pſalmo: In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas. Omnes qui Deum obliuiſcuntur, in æternas tenebras relegantur. Ideò dicitur in Pſalmo: Conuertantur *Pſal. 9.*
peccatores in infernum, omnes gẽtes quæ obliuiſcuntur Deum. Sed quoniam multi Deũ obliuiſcuntur, ait Deus per Ieremiã. Populus meus *Ierem. 2.*
oblitus eſt mei diebus innumeris. Vult Deus vt *ſimile.*
eius myſteria cogitemus, & memoria ſæpenumerò repetamus, vt ex hac meditatione fructum ſalutarem comparemus. Vt enim medicæ potiones tum ſanitatẽ cõferunt, cùm in ſtomacho calore naturali digerũtur: ſic diuina myſteria tum maximè medentur noſtris animis, cùm in ipſis meditationis ac memoriæ calore veluti concoquuntur.

Reuertere ad me, quoniam redemi te.) Quoniam ego ſum Deus delẽs iniquitates tuas, & teipſum redimẽs, reuertere ad me, falſóſq; deos derelinque, quoniã vnus eſt tãtũ Deus. Sũma totius huius capitis eſt oſtẽdere vnicũ eſſe Deũ. Sũt quæ- *ſimile.*
dã ſpecula tali artificio fabricata, vt vnius tantũ rei multas imagines repręſentent. Talis erat Gentilium opinio & ſecta, quæ cùm vnus tantum ſit Deus, multos ac varios Deos eſſe dicebat: noſtra autẽ fides eſt verũ ac fidele ſpeculum, quæ proprium Deũ vnicum & verũ oſtendit, trinum in perſonis, vnũ in eſſentia. Si Gentiũ Philoſophi & Poetæ hoc ſpeculũ haberent, nunquã multos eſſe Deos affirmarent. Videmus nunc per ſpeculũ *1. Cor. 13.*
in ænigmate, ait Apoſtolus, tunc autẽ facie ad faciem. Ait igitur Chriſtus: Cur ô homo me dereliquiſti, cur à me animum alienaſti? Si vis viuere, ego ſum vita: ſi comedere, ego ſum cibus: ſi bonum, ego ſum ſummũ bonum. Reuertere igitur ad me, quoniã te redemi, quoniã te ſummo precio cõparaui, quoniã pro te alapas, flagella, acerbiſſimos cruciatus tuli, quoniã pro te vitã fudi, & me in ara crucis hoſtiã deuoui. Cur igitur me fugis? cur ad me non reuerteris? Vide Chriſti Dei noſtri immenſam pietatem & infinitã charitatis abundantiã. Hic locus docet apertiſſimè falſum eſſe ſemper in homine eſſe & manere peccatum etiam poſt baptiſmum, cùm hîc Deus dicat: Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua.

Laudate cœli.) Meminit Propheta redemptionis humanæ per Chriſtum, nunc ob tam inſigne & admirabile beneficiũ inuitat creatura ad Dei laudem, & gratiarum actionem concinendam.

Extendens cœlos ſolus.) Ex hoc loco colligunt nonnulli, Angelos non fuiſſe creatos antequam cœlum & terra crearentur. Sed ego non video quonam modo hoc colligatur. Imò Gregorius Nazianzenius & diuus Hieronymus aſſerũt Angelos fuiſſe creatos ante mundi creationẽ, quam Moyſes literis mandauit. Alij aliter ſentiunt. Quænam autem harum duarum opinionum ſit vera, ego me ingenuè fateor ignorare.

Conuertens ſapientes retrorſum, & ſcientiã eorum ſtultam faciens.) Facio vt ſapiẽtes mundi ſuis cõſiliis fruſtrentur, eorúmq; ſciẽtia in ſtultitiã vertatur. Oſtendit Deus potentiã ſuam, & nullã eſſe ſine eo veram ſapientiam. Id quod diuus Paulus *1. Cor. 1. &*
apertè aſſerit in epiſtola prima ad Corinth. ca. 1. *3.*
& 3. Qua de re ea poteris videre, quæ ſuprà annotauimus cap. 5. & cap. 24.

Suſcitans verbũ ſerui ſui.) Bona quæ Propheta, & quilibet ſeruus Dei loquitur, Deus ea inſpirat.

Quaſi

Quaſi dicat:Deus ſapientiam mundi ſtultam facit, & ſuos ſeruos veram ſapientiam docet. Et conſilia atque varicinia ſuorum nuntiorum, hoc eſt, ſuorum prophetarum complet & perficit.

Qui dico, Ieruſalem habitaberis.) Quādo Eſaias hæc literis mādauit, nondum Hieroſolyma erat euerſa à Babyloniis. Et iam prædicebat eam eſſe reædificandam, quoniam præſciebat eam eſſe euertendam.

Qui dico profundo, deſolare, & flumina tua areſaciam.) Senſus eſt: Ego ſum ille, qui dico mari vt areſcat, & qui ſum eius flumina ſiccaturus. Nomine profundi ſiue maris intelligitur Babylon, quæ ita dicta eſt, quòd abundaret aquis, & in valle ſita eſſet, aut certè propter eius magnitudinem, vt alibi annotauimus. Per flumina Babylonis, mundi opes, & deliciæ ſignificātur, quæ inſtar fluminum mouentur & fluunt, nec in eodem ſtatu permanent, donec in mari mortis finiantur. Nos autē iuxta hæc flumina non geſtiamus lætitia & falſo gaudio, ſed recordatione cœleſtis Sionis vim lachrymarum fundamus. His verbis prædicit Propheta euerſionem Babylonis per Cyrum, eiúſq; opum & imperij naufragium. Ideò ſubdit: Qui dico Cyro: paſtor meus es, & omnem volontatem meā complebis. Acſi dicat: Ego ſum Deus qui inſpiro Cyro regi Perſarum, vt Babylonem euertat, & Hebræos in patriam ſuam liberos mittat. Hæc omnia impleta

1. *Eſdræ.* eſſe liber Eſdræ teſtatur. Huius Cyri meminit Xenophon, Herodotus, Iuſtinus, & alij antiqui hiſtoriographi. Eum vocat hoc in loco Deus paſtorem ſuum, quoniam Iſraelitas cōgregauit, & in patriam ſuā honorificè reduxit. Ille nanq; poteſt paſtor appellari, non qui ſubditos diſpergit, ſed qui eos congregat, & in patriam ſuam, cœleſtem Hieroſolymam ducit: qui eos non Babylonis, ſed Sionis facit eſſe cultores, non in ima confuſione, ſed in alta ſpecula habitantes.

ANNOTATIONES

ex Hebræo in

CAP. XLIIII.

Rectiſſimè quem elegi.) Septuaginta habent: Dilecte Iſrael quem elegi. In Hebraico eſt ישרון vixurū, à verbo ישר iaxar, quod ſignificat rectum eſſe. Sed Septuaginta intelligentes eos eſſe à Deo dilectos, qui recti ſunt, & ad rectā rationis normam actiones ſuas dirigunt, pro rectiſſimo dilectum poſuerunt. Ille autem eſt Deo odibilis qui ſpiritu curuo, obliquo & retorto ducitur. Ideò

Pſalm. 50. Dauid ſpiritum rectum in viſceribus ſuis innouari à Deo vehementer petebat. Ille ſpiritus dicitur curuus, qui peccatorum pondere effrenatique appetitus tractu ac conſenſu deprimitur & inclinatur, & malitia regyratur & cōtorque-

ſimile. tur. Ex quo fit, vt nihil rectè iudicet. Vt enim qui per ſcalam cochleæ aſcendit, licet ſit rectus, tamen quoniam per circuitum ambulat, videtur eſſe circunflexilis: ſic quicquid intellectum contortum & regyratū ingreditur, licet ſit rectum, iudicatur retortū. Eſt enim ſpiritus ſcelerati & malitioſi hominis cochlea, qua nihil rectè poteſt aſcendere. At vir rectus rectè iudicat & incedit, eſtq; Deo dilectus. Vnde verbum hoc ישר iaxar, quod ſignificat rectum eſſe, ſignificat etiam placere. Ita capitur primi Regum capte 18. Placuit *1. Reg. 18.*

ſermo in oculis Dauid. His rationibus adducti Septuaginta pro rectiſſimo dilectum verterunt,

Formauit illud in runcina.) Pro runcina eſt in Hebræo שרד ſætæd, quod nomen teſte Reuchlino ſignificat etiam cretam, hoc eſt, terram tenacem, qua veſtes mundantur. Hac ratione ducti quidam vertunt: Deſignat illud rubrica. hoc eſt filo rubrica aut creta infecto. Pro quo Pagninus dixit: Formauit illud filo Phœniceo, hoc eſt, purpurei coloris, quo fabri lignatij ſignant ligna incidenda.

Pars eius cinis eſt.) Poteſt etiam verti: Paſcit cinerem. Et ita vertit Pagninus. Acſi diceret, Qui conflat idolum, fruſtra laborat. Illi cinerem paſcunt, qui rem inanem & inutilem moliuntur, in eámque ſtudium & operam cōferunt. A quibus natum eſt id, quod iam tritum eſt vetuſtate Prouerbium, Arenæ ſemina mandant.

Qui dico Cyro: paſtor meus eſt.) In Hebraico eſt, Qui dico Cyro רעי roi, à verbo רעה raah, quod ſignificat paſcere, vt Eſaiæ quinto: Et paſcentur agni iuxta ordinē ſuum. Vnde in Pſalmo vige- *Suprà 5.*

ſimoſecundo: Dominus regit me, & nihil mihi *Pſal. 22.*

deerit, poteſt rectiſſimè verti: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit. In loco paſcuæ ibi me collocauit. Diuus Hieronymus trāſtulit: Dominus paſtor meus, &c. Cùm autem hoc ſit perſpicuum, mirandum videtur cur Septuaginta nullam hoc in loco paſcendi nec paſtoris mentionem fecerint. Ita enim habēt: Qui dico Cyro vt ſapiat. Sed exiſtimo eos hoc ex induſtria & non ſine myſterio feciſſe. Quoniam qui paſtor eſt, ſa- *Oſee 4.*

piens eſſe debet. Ideò Deus per Oſeam prophetam ita ait: Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Numerat eōdem capite Deus mundi ægritudines, & inter eas ponit ignorantiam ſacerdotum & paſtorum. Hæc eſt magna & periculoſa phreneſis, & mortifera ægritudo. Quonam enim modo alios leuabit, qui iacet in erroribus proſtratus? Qui fieri poteſt vt alios illuminet, qui eſt cæcis tenebris circunfuſus? Quomodo erunt riui puri, ſi fons eſt terra ſpurcitia & peſtilēte veneno coinquinatus? Sed de iis hactenus: quoniam ſatis explanatum eſſe à me arbitror aliis in locis huius operis, quàm ſit paſtoribus neceſſaria ſcientia, & diuinarum literarum cognitio.

Argumentum capitis XLV.

Prædicit Eſaias liberationem Iudæorum à Babylonica captiuitate per Cyrum regem Perſarum. Et aſſumpta occaſione aperit myſterium liberationis humanæ à peccato per Chriſtum Deum noſtrum.

CAPVT XLV.

Hæc dicit Dominus Chriſto A
meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubiiciam, ante faciem eius Gentes, & dorſa

regum

regum vertam. Et aperiam coram eo ia-
nuas, & portæ non claudentur. Ego ante
te ibo, & glorioſos terrę humiliabo. Por
tas æreas conteram, & vectes ferreos cō-
fringam. Et dabo tibi theſauros abſcon-
ditos,& arcana ſecretorum, vt ſcias quia
ego Dominus, qui voco nomen tuum
Deus Iſrael, propter ſeruum meū Iacob,
& Iſrael electum meum. Et vocaui te no-
mine tuo, aſſimilaui te,& non cognouiſti
me. Ego Dominus,& non eſt amplius. Ex-
tra me non eſt Deus. Accinxi te, & non
cognouiſti me, vt ſciant hi qui ab ortu ſo
lis,& qui ab occidente, quoniam abſque
me non eſt Deus. Ego Dominus, & non
B eſt alter, formans lucem & creans tene-
bras, faciens pacem & creans malum. E-
go Dominus faciens omnia hæc. Rorate
cœli deſuper,& nubes pluant iuſtum, ape
riatur terra & germinet ſaluatorem. Et
iuſtitia oriatur ſimul. Ego Dominus crea
ui eum. Væ qui contradicit factori ſuo,
teſta de Samiis terræ. Nunquid dicit lutū
figulo ſuo, quid facis? & opus tuum abſ-
Rom.9.d que manibus eſt. Væ qui dicit patri, quid
Iere.18.a generas?& mulieri, quid parturis? Hęc di
cit Dominus ſanctus Iſrael, plaſtes eius.
Ventura interrogate me ſuper filios meos,
& ſuper opus manuum mearum manda-
te mihi. Ego feci terram,& hominem ſu-
per eam creaui. Ego & manus meæ teten
derunt cœlos,& omni militiæ eorum mā
daui. Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiam, &
omnes vias eius dirigam. Ipſe ædificabit
ciuitatem meam, & captiuitatem meam
dimittet, non in precio neque in muneri
bus, dicit Dominus Deus exercituum.

EXPLANATIO.

Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro.) Volens Deus Babyloniam euertere ob eius ſuperbiam, intemperantiam, effrenatas cupidit ates, cæteraque vitia, & Hebræos, qui ibi captiui detinebantur liberare, & in priſtinā dignitatem reducere, euexit Cyrum ad regiam dignitatem, vt eo miniſtro compleret ſuum conſilium, quo Hieroſolyma eſſet reſtaurata, & templum ad priſtinum ſtatum reſtitutum. Et quoniam ſolebant Iudæi reges ſuos vngere, & hæc vnctio erat apud eos inſigne regię dignitatis, quemadmodum apud nos ſceptrum, & diadema ſeu corona, ideò Deus hoc in loco appellat Cyrum Chriſtum, hoc eſt, vnctum,& appellat eum ſuum, quoniam ipſe eum extulit, & ad hunc effectum eum ad regiam dignitatem perduxit.

Cuius apprehendi dexteram.) Præteritum pro futuro. Nam inter hanc Eſaiæ vaticinationem & ortum Cyri multi anni interfluxerūt. Eſt igitur ſenſus, Ego eū adiuuabo, vt vincat Gentes & reges. Lege hiſtorias Græcorum & Latinornm,& inuenies impletam fuiſſe hanc vaticinationem.

Dabo tibi theſauros abſconditos.) Faciā vt potiaris theſauris in vrbibus, quas tuo imperio ſubieceris, abſconditis. Et arcana ſecretorū, hoc eſt, ea, quæ in ſecretis locis abſtruſa ſunt. Hoc refertur ad eos theſauros, quos victi fugientes abſcōdebant, ne à Cyro inuenirentur. Teſtantur hiſtoriæ Cyrū potitū fuiſſe theſauris Crœſi regis magni,& diuitiis affluētis, ad quos fortaſſe hæc referuntur. Lege Herodotum libro 1. ſuæ hiſtoriæ.

Qui voco nomen tuum.) Subaudi, priuſquam naſcaris. Narrat Ioſephus libro 11. Antiquitatum legiſſe Cyrum prophetiam hanc, vbi ſuum nomen multis annis antequàm naſceretur, à Propheta prædictum vidit, & eā ob cauſam Iudæos quaſi Dei familiares amore proſecutum fuiſſe.

Vocaui te nomine tuo.) Oſtendit velle me tibi fauere. Aſſimilaui te nonnullis ſeruis meis, quos priuſquàm naſcerentur nominaui. Vel aſſimilaui te, hoc eſt, cognominaui te. Non ſolùm te vocaui Cyrum, ſed etiam regem, antequam eſſes editus in lucem. Tu autem non cognouiſti me: quin potius, idola coluiſti.

Accinxi te.) Id eſt, dedi tibi fortitudinem, vt magna & excelſa tibi proponeres.

Vt ſciant hi qui ab ortu ſolis, & qui ab occidente, &c.) In Eſdræ volumine ſcriptum legimus ſcri- 1.Eſdr.1.
pſiſſe Cyrum ad regna ſua, Deum Iſraelis eſſe Deum cœli. Et ob reſtaurationem Hebræorum fuit Deus multis Gentibus notus.

Formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum.) Senſus eſt: Ego, ait Deus, ſum ille, qui facio diem & noctem, pacem & bellum: Poteris per diem proſperitatem intelligere, per noctē verò aduerſitatem. Sed aduerte. Nō dicit, faciens pacē & creans bellum, ſed faciens pacem & creans malum. Bellum appellat malum. Quid enim melius dulci pace? quid peius crudeli bello? Dicitur autē Deus creare malum, quia permittit illud fieri, non quòd Deus malum culpæ efficiat. Dicitur tamen facere malum pœnæ, quòd puniat delinquentes. Sic intelligitur id, quod ait Amos propheta: Si erit malum in ciuitate quod Amos 3.
Deus non fecerit? Ait igitur Deus: Ego, qui Iudæos afflixi, eos recreabo,& ad antiquum decus reſtituam. Fuerunt in tenebris, nunc erunt in luce. Oppreſſi ſunt bello, nunc delectabuntur pace.

Rorate cœli de ſuper,& nubes pluant iuſtū.) Prædicebat diuinus vates venturum eſſe Cyrū, qui Babylonios propter eorum ſcelera, & in omni vitiorum genere effrenatā immanitatem& ſuperbiam euerteret,& oppreſſos ab illis Iſraelitas, atque ab importuno tyranno exagitatos eriperet, atque ad patriam reduceret, ex qua fuerant pulſi & egreſſi magnis tēpeſtatibus iactati,& à Babyloniis in miſeram ſeruitutē adducti, propter eorum deprauatos mores & neglectam pietatem. Cùm enim Deum, qui in eos ſumma & innumerabilia beneficia contulerat, colere deberent, eo derelicto in rebus humanis ſpem poſuerunt rerū ſuarum, ſuámque ipſorum dignitatē,& nominis amplitudinem & ſplendorem maculare voluerunt. At miſertus eorum Deus, voluit eos per Cyrum regē Perſarum ad Priſtinam dignitatem

reuoca

reuocare. Cùm autem diuinus vates loqueretur
de Cyro liberatore, eleuatus eſt ſpiritu, & vidit
mentis oculis alium liberatorem, qni mnltò il-
luſtrior & excellentior venturus erat, cuius vm-
bram in Cyro contemplabatur. Et de terreno,
de quo vaticinabatur, ſe transfert ad cœleſtem,
ad filium Dei vnigenitum, qui ſumpta humana
carne ex ſacratiſſimo admirandæ virginis vtero
naſceretur, & genus humanum propter peccatū
à cœleſti Hieroſolyma pulſum, & in regione Ba-
bylonica, hoc eſt in mundi huius confuſione cō-
ſtitutum eriperet, eiúſque res afflictas & iacen-
tes erigeret, illúdque ad æternā Hieroſolymam
vetam promiſſionis patriam reuocaret. Cùm igi
tur Propheta hæc animo conſpiceret, has voces
emiſit: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iu-
ſtum, aperiatur terra, & germinet ſaluatorem.
Acſi diceret: Ardenter deſidero huius diuini ſer
uatoris aduentum. Ideò emittite vos ô cœli ro-
sem illum, qui terram præ nimia ſiccitate ſteri-
lem humectet, & frugiferam reddat. Veniat iam
Chriſtus, qui terram infœcundam, qui peccato-
res ſine virtute nullum fructum pietatis ac reli-
gionis ferentes fœcundet. Et nubes pluant iu-
ſtū, nimirum illum, qui homines iuſtificet: Hic
eſt iuſtus ille, de quo alio in loco per hunc eun-
Infrà 53. dem Prophetam ait Deus: In ſcientia ſua iuſtifi-
cabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos, & iniquita
tes eorū ipſe portabit. De quo ait Apoſtolus in
1. Cor. 1. epiſtola prima ad Corinthios: Factus eſt nobis ſa
pientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.
Pluant igitur nubes iuſtum, & aperiatur terra, &
germinet ſaluatorem. Terra illa ſanctiſſima Ma-
ria ſempervirgo aperiatur aratro Spiritus ſancti.
Conſentiat & dicat Gabrieli angelo: Ecce an-
cilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum,
& ſic germinet & pariat ſaluatorem Chriſtū ve-
rum Deum & verum hominem. Oſtendunt hæc
verba quanto deſiderio aduentus Chriſti flagra-
ret Eſaias. Lege diuinas literas, & videbis quàm
ardētibus ſuſpiriis ab imo pectore eductis pete-
bant antiqui patres aduentū Chriſti ſaluatoris
noſtri, in quo omnis eorum ſpes erat conſtituta.
Infrà 64. Apud hunc eundē prophetam dicebant: Vtinam
diruperes cœlos, & deſcenderes. Et Dauid, Oſtē-
Pſal. 84. de, inquit, nobis Domine miſericordiam tuam,
Cant. 1. & ſalutare tuum da nobis. Et eius filius Salomon
in Canticis facit congregationē fidelium loquē-
tem, & iis verbis Chriſti aduentum deſideran-
tem: Oſculetur me oſculo oris ſui. Id quidē eſt,
Luc. 10. quod dicebat Chriſtus diſcipulis ſuis: Dico enim
vobis quòd multi prophetæ & reges voluerunt
videre, quæ vos videtis, & non viderūt: & audi-
re, quæ auditis, & non audierunt: Erat prius vē-
tura illuſtriſſima illa virgo ſummis laudibus ef-
ferenda, quæ vniuerſi creatorem & conſeruato-
rem mundum pugillo continentem mirabiliter
conciperet, & pareret, ſuiſque brachiis amplecte
retur. Vnicornis eſt animal admirabile, quod
cornu ſuo aquas veneno contaminatas attingēs
ſalubres reddit, & valet ad diuerſa morborū ge-
nera depellenda. Narrántque authores congrega
ri multos venatores ad vnicornem capiendum,
qui eum clamoribus obtundunt: at non poſſe ca
pi niſi quādā pulchra virgo ſedeat in campo, ad
quam vnicornis veniat, in cuius ſinu quieſcat, &
ita capiatur. Chriſtus eſt cœleſtis vnicornis, iux-
ta id quod dicitur in Pſalmo: Et dilectus quem- *Pſal. 28.*
admodum filius vnicornis. Quem locum di-
uus Auguſtinus de Chriſto interpretatur. Et O-
rigines in commentariis in librum Numerorum
per vnicornem Chriſtum intelligit, quemadmo
dū etiā per leonē, agnum, & uuem, ſignificatur,
Eſt igitur Chriſtus ille diuinus vnicornis, qui
cornu ſuæ potētiæ venenū depellit, qui morbis
animi medetur, in quo habemus prōptū & ſalu-
tare remediū ad ægritudines omnes curādas. Ve
natores fuerunt viri illi illuſtres veteris Teſtamē
ti, qui ad eum clamabāt vt veniret. Quemadmo
dum facit hoc in loco Eſaias. At nō ſat erat eos
vociferari, & ad cœlum ex inflammato pectore
ardentes voces emittere, ſed ventura erat pul-
chra illa virgo ſanctiſſima Maria hominum ge-
neris reparatrix, in cuius vtero filius Dei ſūmus
ille vnicornis reclinaretur. Hęc eſt terra illa ſacra
tiſſima de qua dicitur in Pſalmo: Et terra noſtra *Pſal. 84.*
dabit fructum ſuum. Et de qua hoc in loco ait
Eſaias: Aperiatur terra, & germinet ſaluatorem.

Et iuſtitia oriatur ſimul.) Senſus eſt: Oriatur iu
ſtus, & ſtatim pariter oriatur hominum iuſtifica
tio. Natus Chriſtus cœpit ſtatim homines iuſti-
ficare. Et confeſtim adduxit paſtores ad præſe-
pium, & magos ab Oriente, qui eum adorarent,
eique munera offerrent.

Ego Dominus creaui eum). Oſtendit Deus his
verbis Chriſtum concipiendum de Spiritu ſan-
cto abſque opera viri. Ponitur præteritum pro
futuro more prophetico. Quaſi dicat cœleſtis pa
ter: Ego dominus creaturus ſum mundi ſeruato
rem. Loquitur de Chriſto ſecundum humanitā
tem. Nam ſecundum diuinitatē filius à patre eſt,
non factus nec creatus, ſed genitus. Et quanquā
ſit minor patre ſecundum humanitatē, eſt tamē
æqualis illi ſecundum diuinitatem. Hic igitur
qui cōceptus eſt de Spiritu ſācto, & natus de Ma
ria ſemper virgine, fuit in illo lapide adūbratus,
qui, vt eſt apud Danielem, abſciſſus eſt de mon *Dan. 2.*
te ſine manibus. de quo hic ait Deus: Ego domi-
nus creaui eum.

Væ qui contradicit factori ſuo.) Poſtquam Pro-
pheta clamauit, & ardens deſiderium aperuit,
quo aduentus Chriſti tenebatur, eos arguit, qui
factis Dei offenduntur, & cum eo contendunt, di
uinam prouidentiam calumniantes, eiſque æter
nam damnationem minatur.

Teſta de Samiis terra:) Alludit ad vaſa Samia à
Samo inſula dicta. Nonius inquit Samium eſſe
teſtam. Aſpicis quàm fragilis & imbecillus ſit
homo, qui teſtæ figuli comparetur. Vnde Iere- *Iere. 18.*
mias ait: Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos *Pſal. 2.*
domus Iſrael in manu mea. Et Dauid: Tanquā *1. Cor. 4.*
vas figuli confringes eos. Et Apoſtolus ſcribens
ad Corinthios: Habemus theſaurum iſtum in va
ſis fictilibus. Ait ergo Propheta: Nunquid dicit
lutum figulo ſuo: Quid facis? Quaſi dicat, non.
Et opus tuū abſque manibus eſt, hoc eſt non di-
cit opus eſſe abſque manibus factum, nec inſur
git in artificem. Cur tu igitur homo contendis
cum Deo, qui te fecit, illique contradicis?

Væ qui dicit patri) Si filius non debet dicere pa
tri aut matri, Cur me genuiſti, multò minus vi-
lis creatura ſummo creatori.

Ventura interrogate me ſuper filios meos.) Quærite à Prophetis meis ea, quæ ventura ſunt Iſraelitis filiis meis. Et ſuper opus manuum mearum mãdate mihi, hoc eſt, præcipite Prophetis meis, vt vobis ea, quæ ego feci, annuntient. Cùm igitur ego per viros ſanctos vobis dicam ea, quæ præterierunt, & ea, quæ futura ſunt, quod idola facere non poſſunt, quare mihi contradicitis, illis autem acquieſcitis?

Et omni militiæ eorum mandaui.) Ego ſum qui impero cœlorum exercitui. Per militiam cœli poteris intelligere angelos, vel ſydera, vt ſit ſenſus: Ego ſum ſyderum moderator & rector, mihi obediunt. Ego illis præcipio, vt orbes ſuos, circulóſque conficiant celeritate mirabili, & ſuos certos & æquales motus immutabili cõſtantia conſeruent. Vel ſic: Ego ſum ille, qui ſtellas omnes feci, iuſſi enim, & factæ ſunt. Qui igitur cœlos feci, & ſtellas in illis miro ordine collocaui, cur non potero creare Cyrum, qui Babylonem euertat, & voluntatem meam adimpleat? Vel ſic, & melius: Ego qui mundum creare potui, potero eum etiam redimere. Ideò nemo exiſtimet impoſſibile me mittere filium meum, qui mundi confuſionem euertat, & homines ad cœleſtem Hieroſolymam reducat.

Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiam, & omnes vias eius dirigam.) Dixerat fore, vt Cyrus euerteret Babylonem, & Hebræos captiuos in libertatem vindicaret. Nunc aliis verbis hoc ſignificat. Ait igitur Deus. Ego ſuſcitaui eum, nimirũ Cyrum ad iuſtitiam. Et omnes eius vias planas faciam & expeditas. Hic ædificabit mihi Hieroſolymam, & populum meum captiuum in patriam liberum mittet. Hoc autem faciet ille nullis muneribus adductus, ſed quia ego hoc illi inſpirabo. Hæc quæ aliquo modo ad Cyrũ poſſunt referri, multò melius & clarius ad Chriſtum referũtur, qui captiuos ſcelerúmque vinculis ligatos liberauit, & Hieroſolymam militãtem, hoc eſt Eccleſiam ſuper firmam petram conſtruxit: qui Babylonem eiúſque tyrãnum, hoc eſt, mundum & diabolum vicit, & de morte triumphauit. Hæc intuebatur Propheta, cùm hæc diceret, & hæc præcipuè intendebat. Nam ſi attentius volueris conſiderare, videbis hæc non Cyro ſed Chriſto apertiſſimè conuenire. Quonã modo enim fieri poteſt vt Cyrus ſit iuſtus ille, de quo hîc vaticinatur Eſaias, quando dicit ex perſona Dei: Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiam, & omnes vias eius dirigam, cùm ipſe nõ fuerit iuſtus, nec omnes eius viæ directæ? Quanquã in Hebræos magna contulerit beneficia, ob quę non ſolùm in diuinis literis commendatur, ſed in humanis à Gẽtilibus, à quib. tandiu laudabitur, quandiu veterũ annalium monimenta permanebunt: tamen ad extremum vertit omnia, quoniam fuit in Deum impius, & in homines crudelis & iniurioſus, incidens in imperiorũ inaniſq; gloriæ cupiditatem. Et eam ob cauſam fuit miſerè in bello quod iniuſtè parauerat, extinctus, cui quidem ad ſummã ſed inanem & falſam mundi gloriã floreſcenti ferro erepta vita eſt. Et ad maiorem eius ignominiam non fuit occiſus ab aliquo viro fortitudine præſtante, ſed à quadã muliere Scytharum regina, quæ Tomyris appellabatur. Et ferunt fuiſſe eius caput in vtrem plenum humano ſanguine proiectum, eíque reginam dixiſſe: Implere ſanguine ſitibundum caput. Diodorus & Trogus & alij hanc Tomyridẽ Scytharum reginam dicunt fuiſſe. At Herodotus Maſſagetarum reginam eam appellat, ait tamẽ eſſe nonnullos aſſerentes Maſſagetas eſſe quandam Scythicam na- *ſimile.*
tionem. Hîc aſpicis quàm malè mundus reſpondeat hominum ſpei & deſiderio. Volebat Cyrus alteram Babylonis turrim conſtruere, hoc eſt, mundi gloriam comparare, eámque in ſublime efferre: ſed confuſæ ſunt linguæ. Nam quando à mundo vnum petebat, alterum mundus illi dabat. Petebat gloriam, & mundus porrexit illi infamiam: petebat vitam, & tulit mortem. Et ita cecidit ædificium contra cœlum erectum & conſtructum. Tales ſunt omnes, qui honores & dignitates iniuſtè quærunt. Nam ea, quæ hoc modo conſequuntur, poſteà ignominioſè amittũt. Sunt enim mundi ſtatus veluti puerorum lu-
dus. Vt enim pueri conſtituunt regem, cui obe- *ſimile.*
diunt, ſed finito ludo eum irrident, & alapis petunt, ſic mũdus multos eleuat ad honores & dignitates, ſed ſublatis illis eos miſerè deprimit, nullum illis veſtigiũ priſtinæ gloriæ relinquens. Et ita obſcuratur mundi gloria, & in ignominiã conuertitur. Quod Cyro accidit ob eius ſuperbiam & immanitatem. Ex quo apparet hæc non de eo ſed de Chriſto Deo noſtro intelligi, quæ hoc in loco Eſaias noſter literis mandauit, vt paulò pòſt clarius innoteſcet.

Hæc dicit Dominus: Labor Aegypti & C
negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te trãſibunt, & tui erũt. Poſt te ambulabũt, vincti manicis pergent, & te adorabũt, téque deprecabũtur. Tantùm in te eſt Deus, & non eſt Deus abſque te. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator. Cõfuſi ſunt & erubuerũt omnes ſimul, abierũt in cõfuſione fabricatores errorum. Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna. Non confundemini, & non erubeſceris vſque in ſeculum ſeculi, quia hæc dicit Dominus creans cœlos. Ipſe Deus formans terrã & faciens eã, ipſe plaſtes eius. Non in vanum creauit eam, vt
habitaretur formauit eam. Ego Dominus D
& non eſt alius. Non in abſcondito locutus ſum, in loco terræ tenebroſo. Non dixi ſemini Iacob fruſtra, quærite me. Ego Dominus loquens iuſtitiam, annuntians recta. Congregamini & venite, & accedite ſimul, qui ſaluari eſtis ex Gentibus. Neſcierũt qui leuant lignum ſculpturæ ſuę, & rogant Deum non ſaluantem. Annuntiate & venite, & cõſiliamini ſimul. Quis auditum fecit hoc ab initio? Ex tũc prædixi illud: Nunquid non ego Dominus? Et non eſt vltrà Deus abſque me. Deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me. Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fi-

Rom.14.b nes terræ, quia Ego Deus, & non eſt alius.
Philip.2.b In memetipſum iuraui: Egredietur de
ore meo iuſtitiæ verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, &
iurabit omnis lingua. Ergo in Domino dicet: Meæ ſunt iuſtitiæ & imperium. Ad
eum veniēt, & confundentur omnes qui repugnant ei. In Domino iuſtificabitur,
& laudabitur omne ſemen Iſrael.

Hæc dicit Dominus: Labor Aegypti.) Promittit Deus his verbis Cyro imperium Aegyptiorum, Aethiopum & Sabaimorum. Eſt autem Sabaim trans Aethiopiam. Sed hoc ad Chriſtum potius refertur, cui cœleſtis pater promittit, has regiones, & per eas intelligit alias omnes, Euãgelium ſuſcepturas, eiúſque imperio ſubiiciendas. Id
Pſal.2. etiam dicit in Pſalmo: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Sed aduerte, & verba Prophetæ perpende. Poterat quidem dicere: Aegyptus & Aethiopia ad te venient, te adorabunt & deprecabuntur. Sed ait: Labor Aegypti & negotiatio Aethiopiæ ad te tranſibunt. Acſi dicat: Qui Aegypti laboribus fatigantur, & Aethiopiæ negotiationes exercent, ad te tranſibunt. Vt oſtendat graue eſſe iugum diaboli, & eos, qui ſub eo militant, labore & negotiatione opprimi & vexati. Sed repudiatis idolis & ſceleribus ac ſuperſtitionibus relictis, labor peccatorum conuertitur in
Matt.11. illam requiē, de qua Chriſtus ait: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos & inuenietis requiem animabus veſtris, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Et negotiatio Aethiopiæ in negotiationem Hieroſolymæ conuertitur. hoc eſt, mundi, humanarúmque rerum negotiatores ad animorum, rerúmq; cœleſtium negotiationem ſe transferunt. Eſt enim omnis bonus Chriſtianus negotiator, de quo
Matt.13. Chriſtus ait apud Matthęum: Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, inuēta autem vna precioſa margarita abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit
Luc.19. eam. Et apud Lucam: Negotiamini dum venio. Non igitur Chriſtus à peccatoribus aufert officium, ſed mutat materiam. Qui erant ſub iugo diaboli, ſunt ſub Chriſti iugo. Qui negotiabantur, non deſinunt officium, ſed mutant negotiationem. Matthæus negotiator erat rerum corporearum: at fecit eum Deus negotiatorem animorum. Diuus Petrus erat piſcator piſcium, ſed fuit factus hominum piſcator: non ei Chriſtus abſtulit officium, ſed materiam mutauit. Magdalena non amiſit officium amandi, ſed amorem humanum in diuinum conuertit.

Tantum in te eſt Deus. & non eſt Deus abſque te. Verè tu es Deus abſconditus.) Hîc aſpicis apertiſſimè Prophetam à Cyro liberatore terreno ſe tranſtuliſſe ad Chriſtum liberatorem diuinum, quod anteà dixeramus. Perſpicuū eſt enim & clarius luce meridiana, hoc non de Cyro dici, ſed de Chriſto. Ille eſt enim Deus. & abſque eo non eſt
Ioan.14. Deus, & Deus eſt in eo. Ipſe enim ait apud Ioannem: Nō credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Verba, quæ ego loquor, à meipſo nō loquor, pater autem in me manens ipſe facit opera. Et alio in loco, Ego, inquit, & pater vnum ſumus.
Sed vide quàm planè, quàm apertè Eſaias hoc in Ioan.10.
loco affirmet Chriſtum eſſe Deum. Verè, inquit, tu es Deus abſconditus. Poterat quidem dicere: Tu es Deus abſconditus. Sed appoſuit particulam affirmantem, Verè, vt dilucidè, firmiter, & aſſeueranter Chriſti numen oſtenderet. Appellatur autē Chriſtus Deus abſcōditus ꝓpter aſſumpti corporis ſacramentum. Voluit enim Deus in humana forma deliteſcere & abſcōdi, vt corpore ſuo impetus ſceleratorum hominum ferret, & morte ſua nos è mortis vinculis liberaret. Hic eſt
illa ſapientia, de qua ait Apoſtolus: Loquimur 1.Cor.2.
Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt. Hic eſt ille Dei Filius, de quo ait diuinus pſaltes
in noni Pſalmi inſcriptione: Pro occultis filij. Oc Pſal.9.
cultabatur enim diuinitas in humanitate. Hic eſt theſaurus ille abſcōditus, de quo ipſe ait apud Matthæum: Simile eſt regnum cœlorum theſau
ſauro abſcondito in agro. Et de quo ait Abacuc Abac.3.
Propheta: Ibi, nimirum in cruce, abſcondita eſt fortitudo eius. Et quoniam bonum eſt communicabile, vt ait Dionyſius, ſui ipſius diffuſiuum, voluit ſummum bonum ſummè ſe hominibus communicare. Sumpſit noſtram naturam, verſatus eſt inter homines, mortuus eſt pro illis, & ſeipſum in admirabili euchariſtię ſacramēto nobis reliquit, vt ſemper nobiſcum eſſet, & ſummè ſeipſum nobiſcum communicaret. In illa hoſtia conſecrata verè eſt Deus abſconditus. Quæ poterat maior excogitari communicatio? Quod maius beneficium? quæ maior amoris abundantia? Quod munus aut magnitudine admirabilius, aut fructu ſalutarius, aut amplitudine magnificentius? Adoro te hoſtia conſecrata, adoro te Chriſte Fili Dei viui, qui te pro ſalute noſtra hoſtiā ſalutarem deuouiſti, & vt tuam erga nos immēſam charitatē demonſtrares, corpus tuum ſanctiſſimum in cibum, & ſanguinē tuum precioſiſſimum in potū, ſub ſpecie panis & vini ſumendum nobis reliquiſti, & ſub modici panis ſpecie tu Chriſte ſancte verus Deus & verus homo contineris. Ideo ego dico cum Propheta: Verè tu es Deus abſconditus. Tu es ſub accidentibus abſconditus, & inuiſibilis viſibiliter à nobis ſumeris aliena ſpecie occultatus. Et ita ſumptus peccata deles, animam expias, gratiam tribuis, virtutes auges, & ſirmentes admirabilibus gratiarum ornamentis decoras, & ad veram dignitatis amplitudinem perducis. At qui manducat & bibit indignè, vt verbis Paulinis vtar,
iudicium ſibi manducat & bibit. Vt enim incen 1.Cor.11.
ſus ignis in ſtagnum gelidarum aquarum conie- ſimilitudo.
ctus non inflammat aquas, quin potius earū frigiditas & regelatio ignē extinguit, ſic qui ignem illum excellentiſſimum ſummi amoris Chriſti, qui in illo admirabili ſacramento realiter continetur, coniicit in frigida & regelata viſcera animæ ſuæ, non ſe ipſum inflammat, nec prunæ illæ diuinæ in tali anima ignem charitatis accēdunt, quin potius ſcelerum frigiditas ignē extinguit, hoc eſt quantum in ſe eſt, impedit effectum ſacramenti, quod eſt animas diuino amore incendere, ſtudiúq; immortalitatis inflammare atque

vitam

vitam æternā tribuere. Ipſe enim Chriſtus apud
Ioan.6. Ioannem capi te ſexto ita ait: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Ne exiſtimes Chriſtum contaminari, quādo ab iniquis impuriſque hominibus ſumitur. Nam, vt diui Athanaſij vtar ſimilitudine, quemadmodum Sol etſi immunda loca attingat, nequaquam tamen immundus manet, ſic Chriſtus etſi ab impiis manducetur, tamen in ſe nequaquam contaminatur. Et quoniam Deus eſt in hoc ſacramento occultatus, ait diuinus noſter vates hoc in loco: Verè tu es Deus abſcōditus, Deus Iſrael Saluator. Hic eſt Dei & hominum mediator: & vt diui Cypriani verbis vtar, hic eſt virtus Dei, hic ratio, hic ſapientia eius & gloria, & ideò eum dignè æſtimamus, dum inexſtimabilem dicimus. Hūc Eſaias appellat ſaluatorem, quoniam venit in mūdum vt homines ſaluos faceret, quod eſt eius nomine ſignificatum. Nam Ieſus ſaluatorem ſignificat.
Matt.1. Ita enim dixit Angelus iuſto Ioſeph: Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluū faciet populum ſuū à peccatis eorū.

Confuſi ſunt, & erubuerunt omnes ſimul.) Senſus eſt: Omnes qui te ô bone Ieſu nō receperint, cōfundentur & pudefiēt, & fabricatores errorum, hoc eſt, idolorum opifices & cultores cum obſtinatis Iudæis erunt à te alienati. Iſrael autem æternam ſalutem conſequetur. Sæpe diximus nomine Iſraelis fideles ſignificari ſiue ex Iudęis ſiue ex Gentibus. Omnes enim qui fide charitate formata excedunt è vita, qui ſunt verè Iſraelitæ, proficiſcūtur ad cœlum, vbi Deo fruuntur, eiúſque inenarrabilibus bonis in æternum ſatiantur. Eóque ſi non ſtatim, aliquando tamen deueniunt.

Non in abſcondito.) Dæmones reſpondent in locis occultis & obſcuris, Deus apertè in monte Sina. Aut potius hęc intelliguntur de Chriſto, qui de ſeipſo ait apud Ioannem: Ego palam lo-
Ioan.18. cutus ſum mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga, & in templò, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil.

Non dixi ſemini Iacob, fruſtra quærite me.) Dixi quidem vt me quærerent, ſed non fruſtra, imò propoſito præmio. Lege diuinas literas, & paſſim
Amos 5. inuenies propoſitū præmium quęrentibus Deū.
Pſal.68. Per Amos Prophetam ait ipſe Deus: Quærite
Pſal.69. me, & viuetis. Dauid ait in quodā Pſalmo: Quę-
Pſal. 104. rite Dominum, & viuet anima veſtra. Et in alio: Lætentur in te omnes, qui quærūt nomē tuum. Et in alio: Quærite Dominum, & confortamini:

Congregamini, & venite.) Diſperſi enim & diſcordia ſegregati, ad Deum ire non poſſumus. Charitas congregat & vnit, odium diſpergit & diſſoluit. Qua de re latè diſſeruimus capite vndecimo, & decimonono.

Neſcierunt qui leuant lignum ſculpturæ ſuæ.) Id eſt, ſtulti ſunt, qui ligneum idolum extollūt, vt adorent illud, & preces fundunt ad Deum falſum & commētitium, qui neminem poteſt ſaluum facere. Cùm Deus hæc verba dixiſſet inuehitur in idololatras, dicens illis, vt annuntient & adducant, quæ exiſtimauerint eſſe aduerſus ipſum Deum. Acſi diceret: Vos qui idola colitis, quid contra me habetis? Cōtendite mecum, inite pariter conſilium, & rationes veſtras in lucem proferte. Nónne videtis idola vana eſſe, & nihil vobis prædixiſſe? Ego ſum qui ventura prænuntio, qui ſolus ſum Deus.

Conuertimini ad me, & ſalui eritis.) Salus noſtra eſt in auerſione à mūdo & conuerſione ad Deū, & pernicies noſtra prouenit ex auerſione à Deo & conuerſione ad mundum.

In memetipſo iuraui.) Senſus eſt: Iuramento aſſero, & id quod dico, ita ſine dubio erit, quia verbum, quod de ore meo exit, eſt iuſtum, & non vertetur retro, nec erit irritum & fruſtraneum. Id autem quod iuro eſt, omnes in die extremi iudicij eſſe coram me apparituros, & mihi velint nolint parituros. Et tunc ego reddam vnicuique iuxta opera ſua. Diuus Paulus in epiſtola ad Ro- *Rom.14.*
manos citans hunc locum ita ait: Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Scriptum eſt enim: Viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaq; vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Hæc diuus Paulus. Vbi vides eum de extremo iudicio hunc locum interpretari. Pro eo quod Eſaias ait: Et iurabit omnis lingua, ait Apoſtolus: Et omnis lingua confitebitur Deo. Acſi dicat: Et tunc in illo terribili iudicio omnis homo confitebitur Chriſtum eſſe Deum. Aſpicis apertiſſimè Apoſtolum de Chriſto hæc verba intelligere, quæ Eſaias dicit eſſe Dei, & ex conſequenti confiteri Apoſtolum, Chriſtum eſſe Deum.

Ergo in Domino dicet: Mea ſunt iuſtitiæ & imperiū.) Senſus eſt: Cùm igitur in die extremi iudicij omnis lingua faſſura ſit me eſſe Deum, dicet etiam meas eſſe iuſtitias, & meum eſſe imperium, fatebitur me eſſe iuſtum regem.

Ad eum venient.) Nimirum ad Chriſtum, qui ſunt æternam vitam conſecuturi. Contrà verò flagitioſi Deo ipſi repugnātes in æternum confundentur.

In Domino iuſtificabitur & laudabitur omne ſemen Iſrael.) Per ſemē ſiue filios Iſraelis intellige fideles, qui ex Iudæis crediderunt, de quibus dixerat
Propheta noſter capite primo: Niſi Dominus *Sup.1.*
exercituū reliquiſſet nobis ſemē, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT XLV.

Chriſto meo Cyro.) In Hebræo eſt למשיחו לכורש limxicho le-Corex. Et poteſt verti, Meſſiæ ſuo Cyro. Verbum משח ſignificat vngere, vt Eſaiæ
61. Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit *Infr.61.*
me. Vnde משיח ſignificat vnctum, quem Græci appellant Chriſtum. χρίσις enim vnctionem ſi-
gnificat. Igitur Chriſtus, Meſſias, vnctus, idem *1.Reg.6.*
ſunt. Quo vocabulo reges nominantur, quo- *1. Reg. 24.*
niam vngi ſolebant, vt capite ſexto libri primi Regum, & aliis in locis oſtenditur. Ideò Saul Chriſtus vocatur libro primo Regum cap. 24. & aliis in locis, quēadmodum Cyrus hoc in loco.

Aſſimilaui te.) In Hebræo eſt אכנך achanneca, à

verbo כנה chanah, quod ſignificat etiam nominare. Ob eam cauſam vertit Pagninus: Et cognominaui te.

Teſta de Samiis terra.) Pro teſta & Samiis in Hebræo eſt vnum atque idem vocabulum nempe חרש cheres. Ideò poteſt hoc ita verti: Teſta cum teſtis terræ, vt ſit ſenſus: Qui teſta eſt, vt aliæ teſtæ terræ, audet cum opifice ſuo diſceptare.

Omni militia eorum mandaui.) Militia aliquando pro cœlorum ſideribus accipitur, vt alibi oſtendimus. Hac ratione adducti Septuaginta verterunt: Omnibus ſtellis mandaui.

Fabricatores errorum.) Pagninus vertit: Fabricatores ſculptilium. Nomine errorum idola intelliguntur, quæ in literis diuinis variis nominibus appellantur, quæ ſunt vanitas, nihil, dolor, mendacium, error, & ſimilia.

Argumentum capitis XLVI.

Prædixerat Propheta capite ſuperiore euertēdam eſſe à Cyro Babylonem. Nunc proſequitur idem argumentum, & in eadem euerſione prædicit confringenda eſſe cum impiis idola & ſimulachra ſua. Quibus verbis voluit diuinus vates ſignificare, fore, vt Ioan.16. *mundus à Chriſto vinceretur, qui de ſeipſo ait: Ego vici mundum. Quo victo ceſſaret idolorum cultus, & gentes repudiatis falſis diis ad veram Chriſti religionem conuerterentur.*

CAPVT XLVI.

A Confractus eſt Bel, contritus eſt
Nabo: facta ſunt ſimulachra eo
rum beſtiis & iumentis. Onera
veſtra graui pondere vſque ad
ad laſsitudinem contabuerunt, & cōtrita ſunt ſimul. Non potuerunt ſaluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit. Audite me domus Iacob, & omne reſiduum domus Iſrael. Qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua. Vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canos ego portabo & ſaluabo. Cui aſſimilaſtis me & adæquaſtis, & compara-
B ſtis me, & feciſtis ſimilem? Qui confertis
aurum de ſacculo, & argentum ſtatera
ponderatis, conducentes aurificem, vt fa
Baruc.6.a ciat Deum, & procidunt & adorant. Portant illum in humeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo. Et ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur. Sed & cùm clamauerint ad eùm, non audiet, de tribulatione
C non ſaluabit eos. Mementote iſtud, &
fundamini: redite præuaricatores ad cor. Recordamini prioris ſeculi, quoniā ego ſum Deus, & non eſt vltrà Deus, nec eſt ſimilis mei annuntians ab exordio nouiſsimum, & ab initio quę nondum facta
D ſunt, dicens, Conſilium meum ſtabit, &
omnis voluntas mea fiet. Vocans ab Oriēte auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. Et locutus ſum, & adducam illud: creaui, & faciam illud. Audite me duro corde, qui longè eſtis à iuſtitia. Propè feci iuſtitiam meam, non elongabitur, & ſalus mea non morabitur. Dabo in Sion ſalutē, & in Iſrael gloriam meam.

EXPLANATIO.

Confractus eſt bel.) Hoc erat idolum, cui Babylonij primas deferebant, ſecundas autem Nabo. Diuus Hieronymus ait Bel eſſe eum, quem Græci Belum appellabant, hoc eſt Saturnū, cui gentes non ſolùm quoſcunque homines, ſed proprios etiam filios immolabant.

Facta ſunt ſimulachra eorum beſtiis & iumentis.) Subaudi ſimilia. Ad tantam enim inſaniam deuenerunt, vt ſimulachra colerent belluarum. Poſſunt hæc verba ita explanari, vt ſubintelligatur, onus. Et tunc vertētur hoc modo: Facta ſunt ſimulachra Babyloniorum onus beſtiis & iumentis, quoniam ad Perſidē transferentur. Perſæ enim idola Babyloniorum aurea & argentea iumentis imponebant, vt ea in patriam ſuam transferrent. Ideo ſequitur:

Onera veſtra.) Proſopopœia eſt. Alloquitur enim ſtatuas mutas, & idola inſenſibilia. Quaſi dicat: Iumenta veſtra ô idola veſtro pondere fatigabuntur. Onuſtæ enim beſtiæ, quæ vos portauerint, laſſabuntur, & cadent, ac deficient, tantum onus ferre non valentes. Miſeri dij ac infœlices, qui eas beſtias, quæ ipſos portauerint, ſeruare non poterunt, & miſeri atque ærumnoſi, qui tales deos colunt, quoniam cum ipſis ibunt in captiuitatem. Tam enim dij quàm eorum cultores à Perſis capientur, & in Perſidem captiui portabuntur. Ea verba, Anima eorum in captiuitatem ibit, poſſunt referri ad idola, quaſi Propheta dicat: O demētes homines, qui lapidea & aurea ſimulachra animam habere putatis. Idolorum anima aſportabitur in Perſidem captiua. Irridet gentes ſimulachra prædita eſſe animo exiſtimantes.

Qui portamini ab vtero meo, qui geſtamini à mea vulua.) Id eſt, quos foueo & protego; ac ſi in meo vtero velut mater eos portaſſem, & ipſe eos concepiſſem. Vide Dei noſtri ſummam erga homines clementiam.

Qui confertis aurum de ſacculo.) Id eſt, qui coniungitis aurum, quod de theſauro extrahitis, & argentum ponderatis, ad idola veſtra facienda. Eos arguit, qui aurum & argentum in ſimulachris fabricandis conſumunt.

Fundamini. Nimirū in fide. Eſt enim fides fundamentum. Nam, vt ait diuus Paulus, ſine fide Heb.11. impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Gentiles credunt multos eſſe Deos, ideò nullū habent fundamentum, quia nullam habent fidem. fides enim eſt, vt credamus vnum ſolum Deum. Et quoniam ſine fide nemo fundatus eſſe dicitur, vocat diuinus noſter vates omnes ad fidem, dicens: Mementote

tote iſtud, & fundamini. Vel ideò cohortatur homines vt fundentur, quoniam peccatores nullum habent firmum fundamentum. Nituntur enim in deliciis, voluptatibus, opibus, & mundi dignitatibus, quę omnia flexibilia ſunt, imbecillia, vana, incerta, caduca, falſa, inconſtantia, poſita non in noſtris conſiliis, ſed in mundi temeritate. Sola vera virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus, quæ nulla vnquam vi euelli poteſt, nec labefactari.

Redite præuaricatores ad cor.) Reuertimini ad vos ipſos, à quibus vos alienaſtis. Nihil tam longè à vobis quàm vos. Hic vides homines ſceleribus implicatos, & mundi vanitatibus deditos
Luc. 15. extra ſe eſſe, & in mundo vagari. Ideò in Euangelio filius prodigus dicitur in ſe reuerſus, ſuam cognouiſſe infœlicitatem, & ita ad patrē reduſſe. In ſe reuertitur, qui à ſe fuerat alienatus. Exierat extra ſe, & ſeipſum relinquens reliquerat patrem. Sed aliquando reuerſus ad ſe inuenit ſeipſum, qui perditus erat. Non enim poterat ad ſe redire, niſi qui à ſeipſo abierat. Et in ſe reuerſus excitat ſeipſum memoria præteritæ fœlicitatis, & in ſpem veniæ erigitur. Et tunc cognouit nō fuiſſe ſecum, cùm in ſe eſſe videretur. Qui extra ſe eſt, dicitur eſſe extra cor: ideò peccatores corde carere, & ſine corde eſſe dicuntur. Apud
Ierem. 5. Ieremiam ait Deus: Audi me popule qui nō habes cor. Et in hoc noſtro capite paulò pòſt, vbi noſtra verſio habet, Audite me duro corde, habēt Septuaginta: Audite me qui perdidiſtis cor.
Pſal. 39. Et Dauid ait: Et cor meum dereliquit me. Et alibi:
Pſal. 84. Super ſanctus ſuos, inquit, & in eos, qui con-
Eccl. 21. uertuntur ad cor. Si ad cor conuertuntur, ergo
Eccl. 30. antea extra cor vagabantur. Et Eccleſiaſticus, Qui, inquit, timet Dominum, conuertetur ad cor ſuū. Et alibi: Collige & congrega cor tuum. Et hîc Deus per Eſaiam: Redite præuaricatores ad cor. Iubet Deus vt ad nos ipſos eamus. Idem
Matt. 10. apud Matthæū voluit Chriſtus ſignificare, cùm nos ad vineam ire iubeat. Cùm enim nos ſimus ipſa vinea, ad nos ipſos nos mittit. Mulier illa,
Luc. 15. apud Lucam, quæ inuenit drachmam, quam perdiderat, eſt Eccleſia. Drachma ſumus nos. Cùm autem nos ipſi ſimus Eccleſia, apertè cōcluditur nos quærere atque inuenire nos ipſos, qui perditi eramus. Sed fieri non poteſt, vt quæramus nos ipſos, niſi nos eſſe perditos intelligamus. Primus quidem gradus ſalutis eſt cognoſcere nos ipſos, & videre vnde excidimus. Hac ratione ducti antiqui dicebant hanc ſententiam, Cognoſce te ipſum, non humanam eſſe ſed diuinam, nec eſſe mortali alicui, ſed Deo ipſi tribuendam. Vis redire ad cor, cognoſce te ipſum. Cogita & tecum ipſe reuolue, & interroga hæc omnia teipſum. Ego vbi ſum? Quomodo viuo? Quid ago? Quid ſpero? Quid deſidero? Quid erit ſi ſic moriar? Quò ibo? Et quas tandem pœnas meorum ſcelerum perſoluam? Ex huius conſiderationis defectu naſcitur humanorum flagitiorum colluuio. At nos vt alios cognoſcamus, nos ipſos cogno-
ſimile. ſcere negligimus. Vt enim ſartor occupatus aliorum veſtibus ſarciendis, ſuas habet ſciſſas, ſic multi impediti in aliorum vita cognoſcenda, ſuam ignorant: Inquirunt aliorum mores, volunt alienas cogitationes, intentiones, & conſilia diuinare, ſe ipſos autem derelinquunt, & à corde ſuo peregrinantur. Ideò ait Deus per Eze- *Ezec. 4.*
chielem prophetam: Fili hominis ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo ciuitatem Hieruſalem. Quis eſt hic later, quæ eſt hæc terra tam dura & cocta, niſi cor nuſtrum? Hoc nobis præcipit Deus vt ſumamus, & quod extra nos erat, iuxta nos collocemus, & in eo ciuitatem æternam cœleſtem Hieroſolymam deſcribamus, vt in ea ſit noſtra cogitatio collocata & conſtituta. Et vt qui ab arce ſibi à rege tradita *ſimile.*
egreditur, eámque hoſtibus tradit aut relinquit, traditor dicitur, ſic qui à corde à Deo ſibi tradito exit, illúdque in manu tyrannici appetitus, cæterarúmque indomitarum cogitationum relinquit, præuaricator appellatur. Ideò ait Deus: Præuaricatores redite ad cor.

Vocans ab Oriente auem.) Hoc eſt, Cyrum à Perſide, qui Babylonem euertat, & Iudæos in patriam reducat. Vocatur auis ob velocitatem, qua venit in Chaldæam.

Audite me duro corde.) Alloquitur Deus Hebræos, qui non credebant ſe liberandos eſſe à Babylonica captiuitate, quos ob eorum contumaciam duros corde appellat. Hoc ſecutus diuus Stephanus eos in oratione, quam apud illos *Act. 7.*
habuit, duros ceruice, & corde atque auribus incircuncíſos vocauit. Vſq; adeò fuerunt indurati, vt in Chriſti morte, vbi lapides ſe ſciderunt *Matt. 27.*
& fregerunt, ipſi in ſua duricie & integra pertinacia permanserent. Tale cor appellat Ezechiel *Ezec. 4.*
laterem, terram duram & coctam.

Qui longe eſtis à iuſtitia.) Hoc eſt, à Chriſto, eum enim diuus Paulus iuſtitiam appellat. Eam *1. Cor. 1.*
promittit pater facturū propè, neq; eſſe elongandam. Ille propè accedit, & nos quotidie vocat. Nos ſumus qui eum fugimus, & quantò longius ab eo ſeparamur, tantò propius accedimus ad infernum, & fugientes vitam incidimus in mortem. Vita peccatoris duri cordis & obſtinati eſt auerſio à Chriſto, propinquitas inferni mors animę, victoria appetitus, triūphus voluptatis. Hæc etſi ad literam de Cyro intelligātur, quem Deus promiſit miſſurum, vt Iudæos in priſtinam libertatem reuocaret, ad Chriſtum tamen multò melius referuntur. Eum promiſit pater venturum fuiſſe hominum genus liberatum, illúdque ad cœleſtem patriam perductum. Ideò ait: Dabo in Sion ſalutem, & in Iſrael gloriam meam. Nam vera animæ ſalus & gloria, quæ in hac vita poteſt eſſe, ſolùm in Sione & Iſrael, hoc eſt in Eccleſia reperitur.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT XLVI.

Facta ſunt ſimulachra eorum beſtiis.) Nonnulli codices habent: Fracta ſunt. Vt ſit ſenſus, fracta fuiſſe ſimulachra, quando ſuper iumenta ponebantur, & funibus aſtringebātur. Non enim Perſæ curabant imaginum formam, ſed materiam, hoc eſt, aurum & argentum. In Hebraico eſt, היו haiu, à verbo היה haiah, quod ſignificat eſſe, &

 eſt ver

eſt verbum ſubſtantiuum. Significat etiam corrumpere,& frangere,& fugere. Ideò vtraque litera poteſt defendi. Poterat etiam verti: Fugerunt idola eorum in beſtiis impoſita. Vt idola ac deos irrideat, qui ſe eripere non potuerint, niſi ſe in fugam coniicerent.

Qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua.) Poteſt totū hoc ita verti ex Hebræo. Qui portamini à me ab vtero, qui baiulamini à me à partu. Acſi dicat: Qui à principio, à veſtra natiuitate à me nutrimini, & veluti infantes in meis brachiis baiulamini. Itaque ab vtero & à vulua ſignificant ab inſtanti natiuitatis. Quemadmo-
Pſal. 57. dum in Pſalmo: Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, hoc eſt, ab eo puncto, quo nati ſunt.

Et fundamini.) In Hebraico eſt והתאששו vehithoxxaxu à verbo אשש quod ſignificat fortem & firmum eſſe: vnde אשישי axixe fundamenta. Et capitur pro viris fortitudine præſtantibus, vt ait Kimhi vir doctus inter Hebræos, quòd hi ſint regni fundamentum. Poteſt eſſe ex ſignificatione איש ix, quæ dictio virum ſignificat: Quaſi dicat: Eſtote viri. Ideò poteſt verti: Præſtate vos viros. Acſi diceret: Oſtendite vos valere fortitudine & iudicio recto. R. Ioſeph deducit ab אש ex, quod nomen ignem ſignificat: Vt ſit ſenſus: Eſtote rubei velut ignis, erubeſcite & confundamini, veſtras inſanias & vanitates & ſcelera aſpicientes. Hac ratione adducti quidam pro fundamini poſuerunt confundamini, vt in multis codicibus licet videre. Et vtraque lectio eſt recta & propoſito Prophetæ ſatis conueniens. Septuaginta habent in hunc modum: Ingemiſcite, agite pœnitentiam, qui erratis. Pro quo quidam dixerunt: cōfundamini. Indicat apertè hic locus à Septuaginta interpretibus tranſlatus vtilem eſſe & ſalutarem peccatoribus pœnitentiam, vt ad charitatem perueniant: & pœnitentiam non eſſe nouam vitam, ſed ingemiſcere & peccata deplorare. Non enim ſolùm hic ait Eſaias, Agite pœnitentiam, ſed Ingemiſcite, agite pœnitentiam. Oſtendit hic locus falſum eſſe id, quod ait Lutherus, nempe contritionem ante charitatem eſſe execrabilem, & non ſolùm non eſſe vtilem ſed pernicioſam. Damnat enim gemitum, & fletum, & omnem pœnitentiam, quæ fit per diſcuſſionem & deteſtationē peccatorum. O hæreticum deteſtabilem! Quid poteſt eſſe hoc tuo dogmate peſtilentius? Quid pernicioſius? Quid veritati repugnatius? Si gemitus & pœnitentia nihil proſunt peccatoribus, cur Deus hîc per prophetam eos ipſos peccatores ſceleratos & impios alloquens hortatur ad gemitum & pœnitentiam?
Luc. 3. Quorſum ſanctificatus ille Baptiſta has voces emitteret: Genimina viperarum quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, iam enim ſecuris ad radi-
Matt. 12. cem arboris poſita eſt. Quorſum verus ille ac cœleſtis doctor Chriſtus Deus noſter laudaret pœnitentiam Niniuitarum? Quorſum toties gehennam, & ignem æternum minitaretur peccatoribus, vt eos ad pœnitentiam & contritionem induceret, ſi talis pœnitentia & contritio eſſent res inutiles & inanes, &, vt tu Luthere ais, perniciosæ? Sapientiſſimus ille Dauid quo nullus alius fuit ſuo tempore illuſtrior, nullus charitate ardentior, nullus iuſtitia præſtantior, nobis pœnitentiæ perſpicuam formam deſcripſit. Cir- *Pſal. 17.*
cundederunt, inquit, me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me, dolores inferni circundederunt me, præocupauerunt me laquei mortis, in tribulatione mea inuocaui
Dominum. Et alibi, Laboraui, inquit, in gemitu *Pſal. 6.*
meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Aſpicis regem peccatis aſtrictum pœnitentiam egiſſe, Dominum inuocaſſe, vim lachrymarum profudiſſe, & fuiſſe gratiā cōſecutum. Ait enim paulò poſt: Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Vbi aſpicis fuiſſe gemitum Dauidis Deo gratum & auditum. Ideò in inſcriptione huius Pſalmi meminit octauæ. Erat enim octaua inſtrumentum octo fidibus ornatum, quo canere ſolebant carmina triūphalia, vt colligitur ex
primo libro Paralipomenon. Canit igitur victo- *1. Par. 15.*
riam Dauid, quam de peccato reportauit, ideò Pſalmum in gaudio & exultationis tripudio finiuit. Et ſi quæras arma, quib. hanc victoriam obtinuit, & veniam ac gratiam impetrauit, ipſe explicat eſſe gemitus & lachrymarum abundantiam, & denique pœnitentiam. Hæc enim ſunt arma quibus de peccato cōſequimur victoriam, & glorioſum de illo reportamus triumphum. Eam ob cauſam ait hoc in loco diuinus noſter vates iuxta Septuaginta tranſlationem. Ingemiſcite, agite pœnitentiam, qui erratis. Vide Luthere quomodo hæc concordent cum tuo articulo, in quo aſſeris pœnitentiam nihil aliud eſſe quàm nouam vitam, & veram pœnitentiam damnas & deteſtaris.

Audite me duro corde.) Septuaginta habent: Audite me qui perdidiſtis cor. Videtur alludere ad id, quod paulò anteà dixerat: Redite præuaricatores ad cor.

Et vocans ab Oriente auem.) Nonnulli codices habent: Et vocans ab Oriente iuſtum. Sed correctiores habent auem. Et ita eſt in verſione cui diuus Hieronymus adiecit commentaria. Et ita eſt etiam in Hebræo. Dictio enim עיט ait, quæ eſt
in Hebræo, auem ſignificat, vt apud Eſaiam: Et *Sup. 18.*
relinquentur ſimul auibus montium. Sed quoniam vir iuſtus alta petit, & ab imis eleuatur, ideò nomine auis ſignificatur. Id voluit ſcriptu-
ra quintodecimo capite Geneſis ſignificare, quā- *Gen. 15.*
do inquit, ſumpſiſſe Abrahamum vaccam, capram, arietem, turturem, & columbam, & diuiſiſſe animalia terrena, aues autem non diuiſiſſe. Per terrena animalia ſignificantur homines appetitu ducti, à Deo & à ſe ipſis diuiſi: per aues verò ſpirituales homines ſecum & cum Deo vni-
ti, quorum vnus dicebat: Quis nos ſeparabit à *Rom. 8.*
charitate Chriſti?

Argumentum capitis XLVII.

Vaticinatur Eſaias de ſuperba Babylonis per ineptos aſtrologos ſeducta excidio & euerſione.

CAPVT

CAPVT XLVII.

A DEſcende, ſede in puluere virgo
filia Babylon, ſede in terra, non
eſt ſoliũ filiæ Chaldæorũ, quia
vltrà nõ vocaberis mollis & te-
nera. Tolle molam, & mole farinam, de-
nuda turpitudinem tuam, diſcooperi hu-
Nahu.3.b merum, reuela crura, tranſi flumina. Re-
uelabitur ignominia tua, & videbitur op-
probrium tuum, vltionem capiã, & non
reſiſtet mihi homo. Redemptor noſter,
Dominus exercituum nomen illius, ſan-
ctus Iſrael. Sede tacens, & intra in tene-
bras filia Chaldæorũ, quia non vocaberis
vltrà domina regnorũ. Iratus ſum ſuper
B populum meum, contaminaui hæredita-
tem meam, & dedi eos in manu tua, non
poſuiſti eis miſericordias, ſuper ſenẽ ag-
grauaſti iugum tuum valde. Et dixiſti: In
ſempiternum ero domina, non poſuiſti
hæc ſuper cor tuum, neque recordata es
nouiſsimi tui. Et nunc audi hæc delicata
& habitans cõfidenter, quæ dicis in cor-
Apo.18.b de tuo: Ego ſum, & nõ eſt præter me am-
Infrà 51.f plius: non ſedebo vidua, & ignorabo ſte-
rilitatem. Venient tibi duo hæc ſubitò in
C die vna ſterilitas & viduitas. Vniuerſa
venerũt ſuper te, propter multitudinem
maleficiorum tuorum, & propter duritiã
incantatorum tuorum vehementem.

EXPLANATIO:

Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon.) Tribuit Babyloni perſonã ſuperbæ reginæ deliciis deditæ, & more tragico eius calamitatẽ deſcribit. Vocat eam virginem, quòd nondum fuiſſet euerſa: Vel ob teneras delicias. Filia Babylonis & Babylon more Hebraico idem valet. Vtitur Propheta imperatiuis pro indicatiui futuris. Ac ſi diceret: Deſcendes ab altitudine tua Babylon regina potentiſſima. Amittes gloriam tuam, ſedebis in puluere dolore affecta. In tantam incides calamitatem & miſeriam, vt non in ſolio & throno regio, ſed in terra ſedeas abiecta, captiua, & afflicta. Non iam verſaberis in deliciis & voluptatibos, ſed duram captiuitatem ſuſtinebis. Vocatur Babylon filia Chaldæorum: quia erat ſita in Chaldæa, vt Mela, & Solinus, & alij Geographi teſtantur. Et ex ſacris literis apertè colligitur.

Tolle molam, & mole farinam.) Solebãt captiuæ molere farinam, & erat hoc extremæ ſeruitutis Indicium.

Denuda turpitudinem tuam.) Duceris captiua, & flumina pedibus tranſibis. Et quoniam neminem habebis qui te baiulet, tuipſa nuda trãſibis aquas. Ex quo efficietur, vt & crura & verenda diſcooperias.

Vltionem capiam.) Quoniam tu ô Babylon populom meũ afflixiſti, affligam ego teipſam. Lues pœnas tuæ immanitatis, nec erit qui mihi poſſit reſiſtere.

Redemptor noſter.) Subaudi, hæc dicit.

Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorũ.) Tu quæ anteà gloriari ſolebas, tacebis non audens loqui, & ob confuſionem & ignominiam tuam quæres loca abſcondita, & hominum cœtum ac frequentiam fugies.

Contaminaui hereditatem meam.) Id eſt, permiſi contaminari Hebræos.

Non poſuiſti eis miſericordias.) Quoniam poterant fortaſſe Deo obiicere Babylonij: Si tu iratus populo tuo ob eius ſcelera eum à nobis capi, & in ærumnas incidere permiſiſti, quare nos affligis, quòd eos, qui te offenderant, vexauerimus? Reſpondet Deus huic tacitæ obiectioni, ſe fuiſſe iratũ populo ſuo, nihilominus tamen deliquiſſe Babylonios, quòd in Iudæos fuiſſent immanes, eóſque vulneribus lacerarent, & iniuſtè opprimerent. Non diſtat ab hoc id, quod dicitur in Pſalmo. Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet, quoniã quẽ tu percuſſiſti, perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Aſpicis hîc non excuſari eos, qui humanitatem exuentes illos volnerant, quos Deus ob aliquam cauſam permittit vulnerari. Voluit cœleſtis Pater vt filius ſuus vnigenitus ſe in crucis ara pro nobis hoſtiam conſtitueret, & ſanguine fuſo hominũ genos expiaret, nihilominus tamen peccauerũt Iudæi Chriſtum ad cædem vocantes, eúmque peſtilenti atq; effrenato impetu cruci affigentes. Illud eſt etiam adoertendum, ideò Babylonios in miſeras calamitates incidiſſe, quia nulla erga Hebræos miſericordia vſi fuerãt, præcipuè erga ſenes. Vbi aſpicis quàm grata ſit Deo humanitas & miſericordia etiã erga inimicos, præſertim erga ſenes. Ideò ait hoc in loco Deus: Non poſuiſti eis miſericordias, ſuper ſenem aggrauaſti iugum tuum valde. Et in Leuitico: Corã cano capite, inquit, conſurge, & honora perſonam ſenis. Et in Threnis plorans Ieremias, Facies, inquit, ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt. Et in epiſtola prima ad Timotheũ ait Apoſtolus: Senem ne increpaueris. Chilo Lacedæmonius, vt refert Plutarchus, docebat eam eſſe debere reuerẽtiam iuuenum erga ſenes, quæ eſt filiorum erga parentes. Et ob eam cauſam Sparta cenſebatur olim quoddam virtutis domicilium, quia omnes ſuſpiciebant ſenes, & magno honore ac veneratione proſequebantor.

Pſal.68. *Leui.19.* *Thren.4.* *1.Tim.5.*

Et dixiſti, In ſempiternum ero domina.) Illa pars vitæ eſt periculoſior, quæ ob nimiam ſecuritatem videtur eſſe tutior. Multi ex magnis periculis liberi enaſerũt, & in magnis procellis & tempeſtatibus tam conſtantẽ vitæ curſum tenuerũt, vt nunquam exciderint, ſed aduerſo vento ſæuiente ad optatos exitus peruenerunt. Nam videntes rerum humanarum varietatem & imbecillitatẽ, non illis fidebant, quin potius munientes ſe virtute & conſilio, in Deo ſpem omnẽ collocabant. At poſteà obtinentes res proſperas & ad volontatẽ fluentes, exiſtimantes ſe eſſe ſecuros dediderunt ſe otio & inertiæ: ex qoo effectũ

eſt,vt miſerè perirent,& in grauiſſimam calamitatem & ignominiã incurrerent. Ideò oportet vt in proſperitate meminerimus aduerſitatis, ne
Eccl.11. turpiter excidamus. Ait enim Eccleſiaſticus. In die bonotum ne immemor ſis malorum. Hoc ſi-
1. Cor.7. gnificare volens Apoſtolus dicebat Corinthiis:
Luc.19. Qui gaudent tanquam non gaudentes. Videns Ieſus Hieroſolymã quiete & diuitiarũ affluentia vtentem, & venturas illi miſerias ignorantem, eam deplorauit, & in illo magno triumpho lachrymas profudit. Nos igitur non ita gaudeamus,vt tutos nos eſſe exiſtimemus: quin potius cogitemus fieri poſſe, vt ex lætitia excidentes ſubitò in lachrymis & mœrore verſemur, & à potentia ad miſeriã recidamus. Id quod euenit Babyloniis,qui perpetuum principatum,& nominis celebritatem & propagationem, ſibi ipſis pollicentes in captiuitatem, & perpetuam infamiam incurrerunt.

Neque recordata es nouiſſimi tui.) Septuaginta habent: Neque recordata es nouiſſimorum. Acſi dicat: Ideò capieris, & in ærumnas incredibiles incides, quia nouiſſimorũ tuorum non meminiſti. Aſpicis hîc quàm vtile ſit finem rerum memoria tenere, earúmque imbecillitatem & inte-
Eccl.7. ritum contemplari. Ideò Eccleſiaſticus, Memorare, inquit, nouiſſima tua, & in æternum non
Deut.31. peccabis. Et Moyſes, vt in libro Deuteronomij diuinæ literæ commemorant, Gens, inquit, abſque conſilio & ſine prudentia, vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Ieremias propheta in ſuis Lamẽtis, vbi euerſæ Hie-
Thren.1. roſolymæ & peccatricis animæ miſeram captiuitatem deplorat, has voces emittit: Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui. Nomine pedum intelliguntur affectus, quibus anima mouetur, qui tunc dicuntur ſordibus contãminati, cùm non ratio tenet imperium, nec pro dignitate quæ ſunt pulchra & appetenda, quæ verò tetra & aufugienda præſcribit, ſed effrenatus appetitus cæco impetu rationis arcẽ oppugnans animã ducit, eiq; ſolùm opes, & mundi voluptates proponens, ſine vlla mortis & finis cõtemplatione. Hoc ſentiens Ieremias & ſordes pedum animæ, & finis obliuionem lamantabatur. Ideò Chriſtus Deus noſter cùm ei diſcipuli de magnifico Salomonis templo loquerentur, eius ſumptuoſi ædificij pulchritudinem admi-
Luc.21. rantes, reſpondit, vt diuus Lucas teſtatur: Hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Illi de te illa magna ante oculos poſita loquebantur: Chriſtus verò eis illius rei finẽ & vaſtitatem in memoriam reuocat. Voluit nos docere cœleſtis magiſter, cùm cogitauerimus rem aliquam humanam inſignem & amplam, oportere eius finẽ in animo verſare, & memoria repetere. Nihil nobis eſt ſalutarius ad coercendas vagas & inanes cogitationes, turbidóſque motus acerrimè propulſandos, quàm finem animo intueri.
ſimilitudo. Nam vt vinum purum iudicium turbat & perdit, at aqua temperatum non nocet, ſic rerũ humanarum pulchritudo, generis nobilitas, nominis claritas & amplitudo, proſperitas honorum & magiſtratuum, diuitiarum abundantia, & cætera huiuſmodi, ad quæ pleríque mortalium cæca auiditate inflammati rapiuntur, per ſe intemperáter ſumpta ſunt vinum, purum illud quidẽ, quod humanũ iudicium lædit & perturbat. At ſi omnia hæc fuerint temperata memoria finis, & conſideratione inconſtãtiæ & imbecillitatis, ita poſſunt ſumi, vt nequaquam noceant. Quin etiã in ipſorum affluentia poteris in trãquillitate viuere cupiditatum ardore ſedato. Eſt enim mortis memoria aqua ſalutaris vini humanarũ rerũ moderatrix, quæ non ſinit, vt effrenati ac concitati motus auerſi à ratione animum perturbent, & è ſua ſede & ſtatu deiiciant. Venit tibi in mentem res quædam, qua nimium oblectaris, ſed quæ te ſuis illecebris poteſt à Deo abducere & ſeparare, cogita ſtatim quàm cito res illa finietur, quæ etſi aliquandiu durauerit, euaneſcet tamen, & penitus tandẽ extinguetur. Et conſidera quàm ſtultum erit, pro breui voluptate, pro re caduca, incerta, & mortali, velle amittere ſummã illã inenarrabilẽ, ac æternã beatitudinẽ, vbi viri
ſancti, qui è corporũ vinculis tanqnã ex carcere
euolauerunt, ſummo illo ac ſempiterno bono *ſimilitudo.*
fruuntur. Peritus gubernator nauis non in principio & in medio ambulat, ſed in fine, hoc eſt in puppi ſedet, ex quo loco totã nauem regit, eámque paruo clauo moderatur, & ita ad optatum portum tandem peruenit. Vis totam vitam tuã ita gubernare, vt ſalutis portũ conſequaris? Non quieſcas in mediis ſolùm conſiderandis, ſed reſpice finem. Sede cum cogitatione in exitu & fine rerum humanarum, & ita tranſibis mundi mare gubernans ac moderans vitæ nauẽ clauo
rationis, donec ad portum beatitudinis perue- *Leuit.1.*
nias, & patriã obtineas, vbi in æternũ conquieſ- *figura.*
cas. In libro Leuitici ſcriptum legimus, præcepiſſe Deum vt plumæ auium, quæ illi in holocauſtum offerebantur, proiicerentur in locũ, in quem cineres effundi ſolebant, ad Orientalem plagã. Aues Deo hoc modo oblatæ ſunt Chriſtiani, qui non in quodcunque ſacrificiũ, ſed in holocauſtũ, quod eſt totum incenſum, ſe debent alto Deo immolare. Plumæ in altum volitantes & aues ipſas in ſublime efferentes ſunt diuitiæ, potentia, cæteræque mundi vanitates, quibus homines efficiuntur elati, ſuperbi, & inanes. Has præcipit Deus vt in locum cineris proiiciamus: eſt autem cinis id, in quod verſum eſt id, quod anteà fuerat. Ex quo efficitur, vt cinis pro fine & rerum exitu & interitu accipiatur. Quid voluit Deus hac excellenti figura ſignificare? Quid voluit nobis præcipere, niſi vt rerũ humanarũ finẽ contemplemur, & id, in quod tandẽ vertuntur, perpendamus? vt memoriam diuitiarũ, humanæ potentiæ & amplitudinis cũ cinere miſceamus, vt cùm nobis mundus potentiam & opes, caro voluptates & delicias, diabolus ad hæc obtinẽda tetra flagitia & nefaria ſcelera ſuggeſſerit, & ante oculos poſuerit, ſtatim cinerem, in quẽ hæc omnia redduntur, animo cõplectamur? Et quoniam finis omnium noſtrarũ actionũ debet eſſe Deus, ad quẽ eas debemus dirigere, præcipitur hoc in loco, vt non ad Occidentẽ, ſed ad Orientem reſpiciamus. Non enim ſine myſterio dicitur proiiciendas eſſe plumas prope altare ad Orientalem plagam. Occidens eſt mundi gloria, quæ occidit, & tandem finitur, & penitus obſcuratur.

obſcuratur. Ergo in cõtemneuda mundi gloria, ne hominum gloriam quæramus, ſed gloriam Dei: reſpiciamus ad Orientem, dirigamus omnia facta noſtra ad Chriſtũ, ad ſummũ illum Orien-
Luc. 1. tem, de quo apud Lucã ait Zacharias: Viſitauit
Zach. 3. nos Oriens ex alto. De quo dixerat Deus per al-
Zach. 6. terum Zachariam: Adducã ſeruum meũ Orien-
Gen. 25. tem. Et alibi: Ecce vir Oriens nomen eius. Aſpi-
figura. cis quemadmodum hac figura monemur, vt finem rerum memoria teneamus. Id fuerat etiam adumbratũ in Iacob, qui, vt diuinæ literæ commemorant, Eſau fratris ſui vterini plantam pedis manu arripuit. Eſau qui quadam ſignificatione idẽ eſt quod vanus, qui vocatus eſt Edom, hoc eſt terrenus, humanarum rerum imaginem gerebat, per plãtam autem pedis finis ſignificatur. Vnde Hebraicè idẽ nomen עקב ſignificat plantã pedis & rerum finem, quòd planta ſit vltimum corporis. Ille qui eſt verè Iacob, qui eſt verè ſupplantator, Deo gratus & acceptus, plantam pedis mundi, hoc eſt, rerum humanarum finem & interitum comprehendit, & animo intuetur. Ex quo efficitur, vt animum habeat promptum & paratum ad legem diuinam adimplendam. Et id fortaſſe voluit ſignificare diuinus vates ac illu-
Pſal. 118. ſtriſſimus rex, cùm dicebat in Pſalmo: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum עקב, pro quo noſter interpres vertit propter retributionem. Et rectè quidẽ hæc enim vox retributionem ſignificat, & plantã & finem. Quã ob cauſam poteſt hic verſus ita rectè conuerti: Inclinaui cor meũ ad implenda præcepta tua in æternum propter finem. Acſi diceret: Ego rerum finem animo contemplans, mundi gloriã contempſi, quam vidi fugacem eſſe, & caducã, & tandem conſumi, atque penitus interire, & te ſolum Deum quæſiui, atq; ad legem tuam complendam animum præparaui. Nos igitur finem humanarum rerum alta mente perpendamus, ne nobis dicatur id, quod hoc in loco Deus obiicit Babyloni: Neque recordata es nouiſſimi tui.

Non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem.) Id eſt, non priuabor gloria mea; Habebo ſemper regẽ, & populos ſubiectos.

Et fiduciam habuiſti in malitia tua, & dixiſti: Non eſt qui videat me. Sapientia tua & ſcientia tua hæc decepit te. Et dixiſti in corde tuo: Ego ſum, & præter me non eſt altera. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius: & irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare. Veniet ſuper te repẽte miſeria, quã neſcies. Sta cum incãtatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laboraſti ab adoleſcentia tua; ſi fortè quid proſit tibi, aut ſi poſsis fieri fortior.
D Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum: ſtent & ſaluent te augures cœli, qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſsit eos, non liberabunt animam ſuam de manu flãmæ, non ſunt prunæ quibus calefiant, nec focus vt ſedeant ad eum. Sic facta ſunt tibi, in quibuſcunque laboraueras: negotiatores tui ab adoleſcentia tua vnuſquiſque in viam ſuam errauerunt, non eſt qui ſaluet te.

Et fiduciam habuiſti in malitia tua.) Ideò corrues, quia fiduciam tuam in malitia fixiſti. Vt enim domus in arena ſita quanquam à ventis non ſit agitata, ipſa tamen per ſe ruit, ſic fiducia fundata in flagitiis etiam à nemine oppugnata ipſa per ſe dilabitur & euaneſcit. ſimile.

Sapientia tua & ſcientia tua hæc deceperunt te.) Stulta eſt illa ſapientia, quæ non ſolùm veritatem non docet, ſed etiam fallit. Loquitur de mundi ſapientia, quam diuus Paulus dicit eſſe ſtultitiam apud Deum. Vnde quidam ait: 1. Corin. 3.
Infœlix qui omnia ſcit, te autem Domine neſcit.

Et neſcies ortum eius.) Præ ſubita & repentina celeritate. Vel ponitur ortus pro cauſa. Acſi dicat: Malum tuum eſt incurabile, quoniam nec cauſam eius intelligis.

Sta cũ incantatoribus tuis.) Abundaſſe Babylonios incãtatoribus & auguribus quos reges cõſulebant, liber Danielis Prophetæ apertè oſten- Dan. 2.
dit.

In quibus laboraſti ab adoleſcentia tua.) Id eſt; Quorum conſilio à regni tui conſtitutione cuncta gubernas.

Augures cœli.) Septuaginta habent, Aſtrologi cœli. Quidam vertunt aſtrologos, ita enim augures cœli appellantur. Irridet Propheta aſtrologos, non eos, qui ſcientia præditi conſiderant cœli conuerſionem, ortum, occaſum, motum & curſum aſtrorum ſuſpiciunt, polos, hemiſphæria, climata, dierum ac temporum rationem, contemplantes. Eſt enim hoc vtile & licitum: Sed eos arguit & contemnit, qui aſſerunt omnia humana gubernari ſyderibus, qui omnia futura ſcire gloriantur, & fataliter ventura prænuntiant. Qua in re & ipſi falluntur, & alios fallunt. Et videntes ſe id nec arte neque ſcientia conſequi poſſe, ad dæmones confugiunt, qui cùm multa ignorent, eos decipiunt. Non itaque eos irridet Propheta, qui aſtrologia vtuntur, ſed, qui ea abutuntur.

Non ſunt prunæ.) Augures tui & aſtrologi incendio terribili flagrabunt. Non enim erunt temperatæ prunæ, ad quas accedunt, qui volunt ſe calefacere; nec moderatus ignis, iuxta quem ſolent ſedere frigore laborantes, ſed erit ingens flamma omnia conſumens. Vel ſic: Ita aſtrologi tui comburentur, vt nullæ ex illis remaneant prunæ, quibus ſe homines poſſint calefacere, ſed ſubitò in fauillas conuertentur. Hunc finem habebunt ea, in quæ incubuiſti, & quibus operam nauaſti: hoc eſt, aſtrologi & aſtrologia.

Negotiatores tui.) Qui negotiari apud te conſueuerant, ab eo tempore quo regnare cœpiſti, fugient. Et tam ſubita erit fuga, vt vnuſquiſque

percurrat

percutrat ſuam partem, errans,& à recta via diſcedens. Nec erit qui eis opem ferat, illóſque à Perſis eripiat.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT XLVII.

Tolle molam,& mole farinam.) Pro molere eſt in Hebræo verbū טחן tachan, quod ſignificat tundere. Et quoniam hoc in loco ſequitur ſtatim: Denuda turpitudinem tuam, exiſtimat diuus Hieronymus hoc in loco tollere molā & molere, actum turpem ſignificare. Huic expoſitioni *Iob 31.* fauet Scriptura trigeſimoprimo capite Iob. Nā vbi vulgata verſio habet: Scortum alterius ſit vxor mea,& ſuper illam incuruentur alij: habet litera Hebræa: Molat alteri vxor mea,& ſubigāt illam alij. Eſt enim idem verbum in vtroque loco,& hîc apud Eſaiam,& illic apud Iob.

Denuda turpitudinem tuam.) In Hebraico eſt Denuda צמתך tſammathec. Hęc dictio צמה ſignificat faſciam, in qua capilli innectuntur. Significat etiam ipſos capillos. Vnde Pagninus vertit: Denuda cincinnos tuos: Septuaginta habent, Reuela operimentum tuum. Ac ſi diceret Eſaias: Aperi ligamen capillorum. Nam ſtatim ſequitur in eorum verſione: Denuda canos, pro quo noſtra editio habet: diſcooperi humerum.

Sede tacens.) In Hebraico eſt: Sede דומם dumā. Poteſt eſſe à verbo דם quod ſignificat tacere: quā ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Et poteſt eſſe à verbo דמם damam, quod ſignificat deficere, & compungi. Quam ſignificationem ſecuti Septuaginta verterunt: Sede compuncta. Poteſt verti: Sede deficiens. Et quoniam verbū hoc ſignificat ſubiici, poteſt Latinè reddi: Sede *Pſal. 63.* ſubiecta. Ita in Pſalmo ſexageſimotertio: Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea. Pro quo diuus Hieronymus vertit: Veruntamen Deo tace anima mea. Verbūm enim hoc etiam tacere ſignificat, & quieſcere, & expectare. Qui verè ſubditus eſt tacet & quieſcit, nullámque ſuis calamitatibus adhibet deſperationem. Et quando loquitur, ſtatim verbis oſtendit ſe non eſſe fractū *Simile.* ſed integrum. Vt enim vaſa ſonitu ex percuſſione effecto oſtendunt ſíntne integra an rupta, ſic verbis in afflictione prolatis oſtendunt homines ſíntne tolerantia & virtute muniti, an indomiti & deprauati. Vis cognoſcere vas? tangatur manu: vis cognoſcere hominem? percutiatur afflictione. Eſt enim afflictio excellentiſſima probatio.

Argumentum capitis XLVIII.

Inuehitur Propheta in Iudæos, qui virtutis ſimulatione tetra flagitia tegentes, nomine Iſraelis gloriabantur, cùm verè Iſraelita non eſſent, quòd innumeris ſceleribus implicati & conſtricti nec Iſraelem imitarentur, qui fuit & religione & pietate integerrimus, & virtutū maximarum gloria præſtantiſſimus, neque in facta tanto nomine digna incumberent. Aperit myſterium ſanctiſſimæ trinitatis. Vaticinatur de liberatione à Babylonica captiuitate, & hortatur homines ad gratias Deo pro eius beneficiis agendas.

CAPVT XLVIII.

AVdire hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſrael,& de aquis Iuda exiſtis, qui iuratis in nomine Domini,& Dei Iſrael recordamini non in veritate neque in iuſtitia. De ciuitate enim ſancta vocati ſunt,& ſuper Deum Iſrael conſtabiliti ſunt. Dominus exercituum nomen eius. Priora ex tunc annuntiaui,& ex ore meo exierūt,& audita feci ea, repente operatus ſū,& venerūt. Sciui enim quia durus es tu,& neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Prædixi tibi ex tunc, antequam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres: Idola mea fecerunt hæc,& ſculptilia mea,& cōflatilia mādauerunt iſta. Quæ audiſti, vide omnīa: Vos autē num annuntiaſtis? Audita feci tibi noua ex tunc,& conſeruata ſunt quæ neſcis, nunc creata ſunt,& non ex tunc,& ante diem: & non audiſti ea, ne fortè dicas: Ecce ego cognoui ea. Nec audiſti neque cognouiſti, neque ex tūc aperta eſt auris tua. Scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & tranſgreſſorē ex vtero vocaui te. Propter nomen meum longè faciam furorē meum,& laude mea infrenabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentum, elegi te in camino paupertatis. Propter me propter me faciam, vt non *Supr. 41. b* blaſphemer,& gloriam meam alteri non dabo.

A

B

EXPLANATIO.

Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſrael.) Iſrael ſonat principem cum Deo, vel præualentem Deo, vel, vt alij dicunt, videntem Deū. Textus Geneſis capite trigeſimoſecundo innuit *Gen. 32.* Iacob ſonare fortem contra Deum. Nam cùm Angelus luctaretur cum eo,& non poſſet eum ſuperare, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines præualebis? Hoc tam illuſtri nomine gloriabantur Iudæi, memoriā ſuæ nobilitatis ex ſcripturarum vetuſtate eruētes, eámque in ſplendore nominis, non in virtute collocātes. At ſapientium eſt non niti opinione maiorum, ſed omnē amplitudinē & dignitatem in virtute, atque in propiis rebus geſtis poſitam exiſtimare. Eſt igitur ſenſus: Audiſtis ô Iudæi qui ſolo nomine, nō autem re appellamini Iſraelitæ, ea, quæ aduerſus Babylonios prædixi, nunc autem tribuite mihi ſilētium,& ea, quæ de vobis dicturus ſum, attentis auribus audite.

Et

Et de aquis Iudæ exiſtis.) Hoc eſt, qui egreſſi eſtis ex ſemine Iudæ. Semen hominis aquas vocat. Ionathas vertit: De cognatione Iuda. Luſitani volentes ſignificare aliquẽ eſſe ſimilem patri ſuo, aiunt, habere quaſdam aquas ſui patris. Et à contrario ſenſu exire ab aquis Iudæ, ſeu nihil aquarum Iudæ habere, eſt ab eo penitus diſcrepare, nullámque cum eo habere ſimilitudinẽ. Ait igitur Propheta: Vos ô Iudæi gloriamini ex Iuda, ſed eum imitari non vultis. Ego verò exiſtimo, Exire ex aquis Iudæ, eſſe ex eo tanquam ex fonte emanare, ita vt aquæ non capiantur pro ſemine, ſed pro eo, ex quo familia aut genus ſumit exordium. Hac exornatione vſus eſt Dauid
Pſal.67. dicens in Pſalmo: Benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael. Acſi diceret: Vos Iudæi qui ab Iſraele tanquam à fonte dimanaſtis, benedicite Chriſto in Eccleſia, qui eſt Dominus Deus. Vbi pro, De fontibus Iſrael, poteſt verti, Vos qui eſtis de vena Iſraelis: hoc eſt de fonte, ſiue de aquis. Ergo totũ hoc, Vos qui exiſtis de aquis Iudæ, eſt periphraſis Iudæorum, quemadmodũ hoc: Vos qui ex Iſraele tanquam ex fonte dimanaſtis.

Qui iuratis in nomine Domini.) Id eſt, qui Deum habetis in ore per ipſum iurãtes, cùm ab eo animum alienaueritis. Non vt eum veneremini, per eum iuratis, ſed vt eius cultores vos eſſe ſimuletis, cúmque veſtrorum mendaciorum teſtem faciatis.

De ciuitate enim ſancta vocati ſunt.) Vocantur filij Hieroſolymæ, vbi eſt templum Dei, & verus Dei cultus. Sunt eorum fundamẽta iacta non in idolis, ſed in vero Deo. At illi his rebus tã amplis & aptis ad ſuam vtilitatem, & virtutis ſplendorem, abutuntur ad ſuam deformitatem & perniciem.

Priora ex tunc annuntiaui.) Ego prædixi ea, quę euenerunt. Ex ore meo egreſſæ ſunt Prophetiæ. Decreui me ea facturum eſſe, & protinus feci.

Sciui enim quòd durus es tu.) Arguit Iudæorum
Exod.32. duriciem, de qua loquitur ſcriptura Exodi tri-
Deut.31. geſimoſecundo, & Deuteronomij trigeſimoprimo,
Act.7. & Actorum ſeptimo, & multis aliis in locis. Appellat eorum ceruicem neruum ferreum, hoc eſt, inflexibilẽ, quòd eſſent duri & obſtinati: & eorum frontem æneam, hoc eſt, impudentem, quòd nullam haberent verecundiam. Qui enim pudore non mouentur, frontem æneam habere dicuntur.

Prædixi tibi.) Volebat Deus multa Iudæis ventura prædicere, ne hoc ſuis idolis tribuerent.

Vos autem num annuntiaſtis?) Quaſi dicat, non. Senſus eſt: Ego ſum qui futura annuntio, vos autem non. Poteſt etiam ita explanari: Vos non eſtis annuntiaturi miracula mea, quoniam gloriam meã non quæritis. Quod eſt veſtræ ingratitudinis apertiſſimum ſignum. Vbi aſpicis velle Deum ne eius beneficia & mirabilia ſilẽtio prætereamus, ſed ea prædicantes, nos ipſius memores ac gratos demonſtremus.

Audita feci tibi.) Senſus eſt: Nonnulla prædixi tibi, priuſquàm euenirent, vt meam videres potentiam & ſapientiam. Quædam verò ventura tibi nolui indicare, ne diceres te omnia ſcire, & incideres in ſuperbiam, non mihi ſed tibi ſcientiam rerum futurarum tribuendo. Scio enim te eſſe præuaricatorem, & à principio inditum eſt tibi hoc nomen ob tuum deprauatum animum. Vbi noſtra verſio habet, conſeruata, verti poteſt abſtruſa. Quaſi dicat: Tu audiſti à me aliquas nouas res, quæ venturæ erant, ſed apud me abſtruſæ & abſconditæ ſunt aliquæ, quas tibi nolui reſerare, quæ nunc creatæ, hoc eſt, in effectum productæ ſunt: quas non ex tunc & ante diem tibi aperire volui, ne gloriareris te eas ſciuiſſe. Vide Dei miſericordiam, omnia quæ illis aperiebat, & quæ illis occultabat, ad eorum vtilitatem referebat. Sciebat Iudæos eſſe præuaricatores à principio & ingratos, ſed nec ideò ceſſabat in eos magna conferre beneficia. Eodem modo qui voluerint Deum imitari, in benefacta & virtutis actiones incumbant, vtantur benignitate, beneficentia, & miſericordia, nec ob aliorum ingratitudinem & nefaria ſcelera ab incœpto deſiſtant. Vt enim ferri acies & duri- ſimile.
cies tarandi cutem mollem, lenem, & flexibilem ſecare non poteſt: eſt enim impenetrabilis ferro, ſic dura ſceleratorum ingratitudo & immanis pertinacia non debent officioſi hominis benignum animum transfigere, & ab officio abducere, ſed debet talis animus impenetrabilis exiſtere, & in virtute atque incœpta beneficientia
perſeuerare. Vt enim ſol non deſinit terras ſuis ſimile.
calidis & fulgentibus radiis illuſtrare, quamuis illis lutum obdureſcat, ſic vir pius & rectus non debet à rectè factis & beneficiis deſiſtere, quamuis illis iniquorum animus durior, & in ſua ingratitudine pertinacior in dies reddatur.

Propter nomen meum longè faciam furorem meũ.) Vt glorificetur nomen meum, differam meum furorem: non te ſtatim delebo, ſed ad pœnitentiam expectabo, vt omnes videant meam infinitam benignitatẽ. Hinc diſcant principes & præſules in caſtigandis ſubditis non duci ira, & furore, & impetu. Vacandum eſt enim animi perturbatione, vt tranquillitas animi adſit, & ſecuritas, quæ afferat tum moderationem, tum etiã
dignitatem. In regione aeris altiore, vbi aer ipſe ſimile.
eſt purior & excellentior, nulla eſt nubes, nulla vis fulgurum & procellarum, nullus caliginoſus & nebuloſus vapor, ſed tota illa regione niteſcit, & ſpendidiſſimo candore elucet. Infrà autem generantur turbines, tempeſtates, & tonitrua. Eodem modo princeps, qui excelſam & ſuperã partẽ obtinet, debet in ſedatione & animi tranquillitate conſiſtere, contrahere iram, continere furorem, ſéque moderatione & placabilitate munire, & in ſtatione quieta collocare. Tolerabuntur aliquo modo in ſubditis & obſcuris hominibus perturbationes. At in principibus ſunt omnino intolerabiles. Nemini licet nec honore inſigni, nec obſcuro & ignoto, furore duci, & temerario impetu præcipitari: ſed qui ſunt in dignitate cõſtituti, quantò ſublimiorẽ locum obtinent, tantò pernicioſius offendunt. Cùm enim ſint in vrbis oculis aut regni, in eóſque ſe omnes conuertant, illóſque intueãtur & imitentur, ſunt
eorũ ſcelera cum aliorũ pernicie cõiuncta. Nec ſimile.
ſolùm obſunt, quòd ipſi corrumpuntur, ſed etiã quòd alios corrumpunt: neque minus exemplo, quàm peccato aliquãdo nocent. Et vt turpis cicatrix

cicatrix deformior eſt in facie, quàm in aliis corporis partibus, quòd facies ſit magis conſpicua, in quã oculi intuentiũ ſtatim coniiciantur, ſic flagitium & dedecus in principe fœdius apparet: *ſimile.* quemadmodum tetra macula in panno candido & precioſo inſigniorem deformitatem oſtendit, quàm in pullo & vili. Comprimãt igitur furorem, qui alios gubernãt, imitantes Deũ hoc in loco dicentem: Longè faciam furorem meum.

Et laude mea infrænabo te, ne intereas.) Vt lauder ob populũ ſeruatũ, tibi frænũ iniiciam; ne curras ad tuam perniciem. *ſimile.* Vt penitus miles effrænatum & indomitũ equum fræno moderatur, & in gyrum ducit, ſic nos Deus afflictionis fræno comprimit, ne concitatis & pernicioſis appetitibus ducamur. Aſpicis hîc afflictionem eſſe frænum ad peſtilentes cogitationes, turpes voluptates, & falſas mundi vanitates coercendas.

Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentum, elegi te in camino paupertatis.) Non te ſtatim interficiã, ſed affligam te, & in fornacẽ calamitatis & paupertatis mittam, vt ibi purgeris. Non omnino purificaberis vt argentũ, in quo nulla manet rubigo, neq; te tam duriter tractabo, vt tu mereris, alioquin te perderẽ omnino. ſed probabo te, & calamitatibus exercebo, ne pereas, tibíque exitium compares. Et hoc faciam, ne nomen meum blaſphemetur inter gentes, me ipſo cõtempto idola laudibus efferantur, nolo enim gloriam meam alteri tribuere. Vide Dei clementiam, ideò nos infrænat, ne ad excidium curramus, ideò nos affligit vt mundemur. Et ne penitus cõſumamur, non tractat nos duriter, ſed leniter affligit. Docet hîc locus præſules & iudices, vt cum iuſtitia *ſimile.* lenitatem coniungant, & afflictionem eſſe fornacem, cuius igne exercemur. Hęc eſt illa Babylonica fornax ignis ardẽtis, in qua iuſti exercentur, & Deum laudant: iniqui autem ſi nulla ſint tolerantia muniti, incẽdio flagrant. Docet præterea hic locus quanti Deus faciat gloriam, quã alteri tribuere non vult.

Supr. 41. b Audi me Iacob, & Iſrael quẽ ego vo-
& 44. a co. Ego ipſe ego primus & ego nouiſsimus. Manus quoque mea fundauit terrã, & dextera mea menſa eſt cœlos. Ego vocabo eos, & ſtabũt ſimul. Congregamini omnes vos & audite. Quis de eis annun-
C tiauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem ſuam in Babylone, & brachium ſuum in Chaldæis. Ego ego locutus ſum, & vocaui eum, adduxi eum, & directa eſt via eius. Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abſcõdito locutus ſum, ex tempore antequã fieret, ibi erã, & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius. Hæc dicit Dominus Deus redẽptor tuus ſanctus Iſrael. Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernãs
D te in via, qua ambulas. Vtinã attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris, & fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps vteri tui vt lapilli eius: non interiſſet, & non fuiſſet attritum nomen eius à facie mea. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis an- *Exod. 17. b*
nuntiate, auditum facite hoc, & efferte *Num. 21. b*
illud vſque ad extrema terræ. Dicite: Re- *Infr. 57. d*
demit Dominus ſeruum ſuũ Iacob. non ſitierunt in deſerto, cùm educeret eos: aquam de petra produxit eis, & ſcidit petram, & fluxerunt aquæ. Non eſt pax impiis dicit Dominus.

Audi me Iacob & Iſrael, quẽ ego voco.) Voco vos ad pœnitentiam, voco vos vt ad me accedatis, voco vos ad beatitudinem, ideò me audite. Circunſpice celeriter animo Dei erga homines immenſam pietatem, eos, quos modò in hoc capite hypocritas & tranſgreſſores appellauit, vocat & excitat ad pœnitentiam, & vt ſe diſponant ad gratiam. Si diſponere ſe ad gratiam eſſet peccatũ mortale, vt Lutherus aſſerit, nõ Deus nos ad hoc vocaret, & excitaret. Qua de re videre poteris ea, quæ ſuprà annotauimus capite quadrageſimo. Colliges hinc neminem debere deſperare de beatitudine, quamuis ſit infinitis ſceleribus implicatus, cùm habeat Deum, qui eum ad pœnitentiam vocat. Sed heu quàm ſurdi ſumus ad voces diuinas. Verſæ ſunt aures noſtræ in duriciem & ſurditatẽ. Ideò queritur Deus per Eſaiã *Infrà 50.* dicens: Vocaui, & non erat qui audiret. Et per Ieremiam: Audite vocem meã, & non audierũt, *Ierem. 11.* nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed abierunt vnuſquiſque in prauitatem cordis ſui mali.

Ego vocabo eos, & ſtabũt ſimul.) Cœli mihi obediunt. Si eos vocauero, illico ſtabũt, & mihi parebunt. Intuere quæſo hominis duriciem. Cœli inſenſibiles, animæ & intellectus expertes Deo parent, homo verò rationis particeps, ad imaginem Dei factus, ipſi Deo non ſolùm nõ obtemperat, ſed reſiſtit. Non ſydera clariſſima, non ſolem reliquorum luminũ facilè principem, omniáque ſua luce complẽtem, nõ cœlos ipſos admirabili conuerſione & celeritate concitatos, & excellentibus aſtris diſtinctos, ſed ſolùm hominem ſcimus fuiſſe ad Dei imaginem & ſimilitudinem procreatum. Et tamen ſolus ille Deo non paret, & obtemperantibus aliis, ille reſiſtit. Vocat Deus cœlos, obediunt: vocat hominẽ, & obedire nõ vult. Tempore Ioſue ſtetit Sol iuſſu *Ioſue 10.* Dei, dimiſſo curſu ſuo: at peccator à Deo voca- *Matt. 8.* tus nec vult ſtare neque quieſcere. Venti & ma- *Luc. 5.* re obediunt Chriſto, nos verò eius verba cõtemnimus, & pro nihilo putamus. Sumus multò leniores vento, omni nimbo & procella furioſiores, omni maris mobilitate inconſtantiores. O amentiam, ô duriciem, ô pertinaciam. Elementa naturaliter indomita obediunt creatori, ſolus homo reſiſtit.

Congregamini omnes vos, & audite.) Nã qui diſcordes ſunt, nulla vniti charitate, verba Dei audire non curant. Vide quemadmodũ nos Deus ad concordiam vocet. Eſt enim eius officium congregare, vt alibi fusè oſtendimus.

Dominus dilexit eum.) Subaudi Cyrũ, qui Deo morem geſſit, euertens Babylonem, exercens brachium ſuũ in Chaldæis, & liberãs Hebræos. Ei Deus locutus eſt, eúmque vocauit, & fuit via eios recta & plana. Hæc quamuis de Cyro dicantur Hebræorum liberatore, ad Christum tamen mondi ſaluatorem conuenientius referuntur, quẽ Eſaias, cũ ea literis mãdaret, cõtẽplabatur. Porrò Ieſus Chriſtus eſt ille, quem Deus pater dilexit, de quo ait: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipſe eſt, qui fecit patris voluntatem qui de ſeipſo ait in Pſalmo: In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerẽ voluntatem tuam. Quem locum Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos de eodem Chriſto explanauit. Hic eſt qui Babylonem, hoc eſt mundi confuſionem ſubuertit, brachiúmque ſuum, hoc eſt, potentiam ſuam in dæmones Chaldæorum nomine ſignificatos oſtẽdit. De eo ait in Apocalypſi diuus Ioãnes: Vicit leo de tribu Iuda. Hæc igitur Chriſto conueniunt, ad eúmque cũ his, quæ ſtatim ſequuntur ſunt abſque dubio referenda.

Matt. 23. 2. Petr. 1. Pſal. 39. Hebr. 10. Apoc. 5.

Non à principio in abſcondito locutus ſum.) Hoc eſt, ego à meę prædicationis exordio palàm docui. Verba ſunt Chriſti, qui apud Ioannem. Ego, inquit, palàm locutus ſum mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, quò omnes Iudæi cõueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Poteſt hoc referri ad legis lationem in monte Sinai. Et hæc eſt meo iudicio germana huius loci explanatio. Ita hunc locum exponunt antiqui Hebręorũ Rabbini in commentariis in decimũnonum caput Exodi, illa verba interpretantes: Venerunt in ſolitudinem Sinai. Quorũ ad literã hæc ſunt verba: Data eſt lex in publico, vt omnis qui voluerit, eam recipiat, & ideò Deus ſanctus & benedictus ait per Eſaiã quadrageſimooctauo: Non à principio in abſcondito locutus ſum. Hęc illi. Ex hoc loco probatur falſum eſſe & cõmentitium id, quod Iudæi dicunt de Cabala. Aiunt enim Deũ in mõte Sinai præter legẽ ſcriptã aliam dediſſe Moyſi verba tantùm, quam Moyſes ſucceſſori ſuo reuelaret, & ille poſteris ſuis, vt ita per aliquos ſucceſſores de manu in manum ſeruaretur. Huius figmenti author fuit quidam Idumæus magus nomine Mair, quem Iudæi poſt templi incendium Hieroſolymæq; per Titum Veſpaſianum euerſionem & vaſtitatem in ſuam ſocietatem receperunt, eum Meſſiam eſſe affirmantes. Hic cùm videret Iudæos veteris Teſtamẽti authoritatibus à Chriſtianis conuinci, cùm eſſet aſtutus & vafer, hãc malitiã inuenit, vt hac lege ſecunda ſe aduerſus Chriſtianos defenderet, aſſerens Deum multa in ea docuiſſe, quæ ex diametro legi ſcriptæ repugnarent. Hanc legem appellant Hebræi Cabalam, hoc eſt traditionẽ, quòd fuerit ore tenus à patribus tradita filiis, & ita ad eos propagata. Nec ſolùm hîc quieuit eorum inſania, ſed etiam fuit longius dilatata. Nã ſurrexerunt multi ex Hebręis, qui totum legis ſcriptæ ſenſum negarunt, aſſerentes eius verum intellectum ex literarum nominúmque combinatione depromi, atque in ingenij ſubtilitate conſiſtere. Et hi Cabaliſtæ nominantur. Cuius ſectæ & vanitatis authorem Simonem quendam eſſe tradiderunt. Hãc falſam inuentionem & impietatem refutat hoc in loco Deus per Eſaiã, dicẽs: Non à principio in abſcondito locutus ſum. Acſi dicat: Ne dicaris me legem aliquam in abſcondito tuliſſe: omnia enim, quę vobis pręcepi in monte Sinai, fuerunt à Moyſe ad vos relata, publicíſque mandata monimentis. Ita enim capite vigeſimoquarto Exodi ſcriptũ legimus: Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi omnia verba Domini atque iudicia. Reſpondítque cunctus populus vna voce: Omnia verba Domini, quę locutus eſt, faciemus. Scripſit autẽ Moyſes vniuerſos ſermones Domini. Hæc ibi. Aſpicis igitur nullam aliam legem Deum Moyſi dediſſe, niſi eam, quã ſcriptam habemus, à Moyſe quinque ſuis libris mandatam, & ea conſequenti falſam eſſe impiã Cabaliſtarum opinionem, & merum figmentũ.

Ioan. 18. Exod. 19. Exod. 24.

Et tempore antequam fieret, ibi eram.) Id eſt, à principio quando Pater meus dedit vobis legẽ in monte Sinai, ibi eram ego cum Patre, dans vobis legem ipſam.

Et nunc Dominus Deus miſit me & ſpiritus eius.) Connectuntur in hunc modum verba hęc cum pręcedentibus. Ego, ait Deus, nullam vobis legẽ dedi in occulto in monte Sinai: planè locutus ſum, & ibi eram cum Patre & Spirito ſancto in legiſlatione. Sed quoniam legis cerimonię, ſacrificia, & iudicia, non erant niſi vſque ad Euãgeliũ duratura, ideò nunc miſit me Pater & Spiritus ſanctus, vt vos Euangelium doceam, à peccatis tenebríſque ad gratiam claritatémq; vindicem, atque pro mundo me in crucis ara hoſtiam deuoueam atque cõſtituam. Hæc eſt perſpicua, vera, & germana huius loci intelligentia. Nõ torqueo nec corrumpo literã, ſed vt iacet, & verè ſonat, atque eſt, eam interpretor. Dicebat paulò antè Deus: Ego primus & ego nouiſſimus. manus quoque mea fundauit terrã, & dextera mea menſa eſt cœlos. Quę quidem verba nemini pręter Deum conuenire poſſunt. Ipſe enim eſt α & ω, principium & finis, totius vniuerſi creator & rector. Et continuans ſermonem ſuum ait poſt pauca verba: Accedite ad me, & audite hoc: Non à principio in abſcondito locutus ſum: ex tempore antequam fieret, ibi eram, & nunc Dominus Deus miſit me, & Spiritus eius. Et volens diuinus vates clarius oſtendere Deum eſſe hũc, qui loquitur, ſubdit ſtatim: Hæc dicit Dominus Deus redemptor tuus ſanctus Iſrael. Aſpicis planè Deum eſſe qui ait, ſe eſſe à Patre & Spiritu ſancto miſſum. Diſtinctè hîc loquitur Propheta nulla vtens implicatione, nulla obſcuritate. Hic, qui loquitur, eſt miſſus à Deo, atque hic, qui loquitur, eſt Deus, ergo Deus eſt miſſus à Deo. Duo ex hoc loco colligimus, prius eſt Meſſiam Deum eſſe, poſterius verò Deũ, qui eſt in eſſentia vnus, eſſe in perſonis trinum. Prius ita oſtendo. Qui mittendus erat à Deo in hominum generis redemptionem, eſt Meſſias, atqui ille, qui hîc loquitur, fuit à Deo miſſus ad humanam redemptionem, eſt igitur Meſſias. Tũ ſic: Hic eſt Deus, & hic eſt Meſſias, ergo Meſsias eſt Deus. Quis nõ videt eſſe validiſſimas has rationationes? Sed quoniam capite quadrageſimo multis verbis Chriſti diuinum nomen oſtendimus, ad ſecundum propoſitum nos cõferamus. Hebræi noſtræ

Apoc. 1. & 22.

memoriæ non poſſunt ferre Trinitatis myſteriũ. Aiunt enim Deum eſſe vnum,in quo nulla pluralitas , nulla perſonarum diſtinctio reperitur: nec poſſe probari ex veteri Teſtamento eſſe in Deo aliquam diſtinctionẽ:Eam ob cauſam operæprecium eſſe duxi , myſterium Trinitatis illis *Gen.1.* hoc loco oſtendere,orationémq; longius,quàm fortaſſe par erat,dilatare.Moyſes in Geneſis exordio ita inquit:In principio creauit Deus cœlum & terram , & pro Deo poſuit אלהים Elohim, qood eſt nomẽ pluralis numeri à ſingulari אלוה, quanquam non deſint qoi aſſerunt,eius ſingulare eſſe אל el,inter quos eſt R. Aben hezra in ſua huios loci expoſitione. Quare Moyſes voluit hic Deũ numero multitudinis appellare,niſi vt in diuinis perſonarum pluralitatem oſtenderet? Et qoare dixit,creaoit,in ſingulari , niſi vt eſſentiæ vnitatem demonſtraret?Voluit ſanctiſſimus vates ſapientiſſimúſque diuinæ legis ſcriptor ſtatim in eius frontiſpicio ſanctiſſimæ Trinitatis admirabile ſacramentum ſignificare. Et paulò *Gen.1.* poſt : Dixit Deus,inquit,Fiat lux.Quibus verbis innuit verbũ Dei,per quod omnia facta ſunt: quod verbum nos dicimus eſſe filium : quem etiam oſtendit,dicens: In principio creauit Deus cœlum & terram : Eſt enim filius principium, per quod omnia facta ſunt.Et paulò poſt ait : Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Vbi vides trium perſonarum diſtinctionem.Per Deom intelligit Patrem , per principium & verbum Filium,per Spiritũ Dei Spiritũ ſanctũ.Intelligi autem per Spiritum Dei Spiritum ſanctum indicat Thargum Hieroſolymitanum ita vertens: Spiritus miſericordiarum ſiue gratiæ flabat ſuper facies aquarum. Vt ſit ſenſus : Spiritus ſanctus illam molem fouebat,illíque incubabat,vt gallina ſuis ouis , quò ea calore ſuo calefaciat & animet.Ita illum locum Magnus Baſilius interpretatur. Has duas perſonas alloquitur Pater,dicens paulò poſt in eodem capite:Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.In verbo,faciamus,innuitur,perſonarum pluralitas:in *Gen.18.* verbo imaginem,eſſentiæ vnitas.Capite decimo octauo eiuſdem Geneſeos ſunt hæc verba ad literam:Apparuit autem ei,nimirum Abrahamo, Dominus in conualle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei.Cúmqoe eleuaſſet oculos,apparuerunt ei tres viri ſtãtes prope eũ.Quos cùm vidiſſet , cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui , & adorauit in terra , & dixit : Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis,ne tranſeas ſeruum tuom,& c.Vbi nos habemus , Dominus,eſt in Hebraico Iehooah, nomen Dei tetragrammaton,qood ſoli Deo cõuenit. Ideò poterat rectiſſimè verti : Apparuit autem ei Deus.Et paulò poſt in eodem capite vbi nos habemus : Dixit aotem Dominus ad Abraham:Quare riſit Sara vxor tua?Pro Domino eſt etiam in Hebraico idem nomen Iehouah.In hac viſione eſſentiæ diuinæ vnitatem,trinámque perſonarum diſtinctionem,altè ſpectare ſi voles,mentis oculis perſpicies.Quid enim voluit ſcriptura ſignificare dicens , Abrahamum tres vidiſſe , & vnum adoraſſe , niſi vnam eſſe atque ſimpliciſſimam deitatem,tres verò perſonas diſtinctas?Id in principio capitis oſtenditur, apparuiſſe Abrahamo Deum,& ſtatim , tres viros. Si Abrahamus in illis tribus perſonis vnicam eſſentiam non cognouiſſet,non dixiſſet quidem : Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ſed , Domini ſi inueni gratiam in oculis veſtris. In Deuteronomio ſunt hæc verba capiti ſexti *Deut.6.* mandata : Audi Iſrael : Dominus Deus noſter Dominus vnus eſt. Quæ verba ita poſſunt verti ex Hebraico:Audi Iſrael : Deus Deus noſter Deus vnus eſt,nam pro Domino in vtroque loco eſt in Hebraico Iehouah. Nominans ſcriptura Deum ter , indicat eſſe trinum,& volens vnam eius eſſentiam ſignificare ait eſſe vnum. Et aduerte. Nec Deo,qui primo loco ponitur,neque qui vltimo , ſed tantùm qui ſecundo loco eſt, additur,noſter:quia nec pater,qui prima perſona eſt in Trinitate,neque Spiritus ſanctus , qui tertia eſt , ſed ſolus filius , qui eſt ſecunda eiuſdem trinitatis perſona,per noſtræ humanitatis aſſumptionem & participationẽ noſter futurus erat.Hunc locũ explanãs Rabbi Simõ Hebræus , fatetur nobiſcũ ex eo probari Trinitatis ſacramẽtũ.Cũ hoc loco maximè cohæret id , qđ *Pſal.66.* dicitur in Pſalmo: Benedicat nos Deus Deus noſter,benedicat nos Deus , & metuant eũ omnes fines terræ.Non ait:metuant eos,ſed eum,vt eius vnitatem oſtenderet,cuios Trinitatem ſignificarat. Hanc veritatem voluit oſtendere idem *Pſal.32.* vates,dicens in Pſalmo:Verbo Domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Per Dominum Pater,per verbũ Filius,per Spiritum oris eius Spiritus ſanctus intelligitur.Verbum Græcè λόγος logos dicitur , quod multa ſignificat,nam & verbum eſt,& ratio,& ſupputatio,& cauſa vniuſcuiuſque rei,per quam ſunt ſingula,quæ ſubſiſtunt.Probatur ex hoc Pſalmo,totam Trinitatem mundum creaniſſe , quoniam Trinitatis opera ad extra ſunt indiuiſa.Hoc verbum eſt Sapientia illa increata , quam Salomon *Prou.8.* in Prouerbiis ita facit loquentẽ:Ab æterno ordinata ſum,& ex antiquis antequàm terra fieret: Nõdum erant abyſſi,& ego iam concepta eram. Et paulò poſt:Quando appendebat fundamẽta terræ,cum eo eram cuncta componens.Hoc Trinitatis myſterium ſignificauit Eſaias capite ſexto,dicẽs:Sãctus,ſanctus,ſanctus Dominus Deus *Suprà.6.* Sabaoth.Cui ſimile eſt teſtimonium hoc , quod aſſerit in præſenti , ita Chriſtum loquentem inducens:Et nunc Dominus Deus miſit me,& ſpiritus eius. Vbi etiam vides filium fuiſſe à Patre & ab Spiritu ſancto miſſum , quod alibi annotauimus. Hæ tres perſonæ operatæ ſunt incarnationis myſterium,ſed ſolus filius ſumpſit humanam carnẽ.Tres virgines efficiunt quãdã veſtẽ, ſola vna eam induit in die ſuarum nuptiarum. *ſimile.* Ita in nuptiis Chriſti cum humana natura,in magno atque admirabili ſacramento inter Chriſtũ & Eccleſiam tota trinitas operata eſt incarnationem,ſed ſolus filius hanc veſtem noſtræ mortalitatis induit,vt maculas noſtras abſtergeret, viámque æternæ beatitudinis conſequendæ aperiret.Ille nobis hoc trinitatis ſacramentum oſtẽ *Mat.vlt.* dit,dicens:Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.In nomine vtique ait,non in nominibus,vt cum Trinitate perſonarum vnitas eſſẽ-

tiæ

tiæ oſtendatur. Non tibi cito ô Hebræe Euangelium, vt eo te conuincam, quod, nequaquam admittis, ſed vt videas quemadmodum vtriuſque Teſtamenti teſtimonia ſint ſibi conſona & cohærentia. Nec ſolùm diuinæ literæ, ſed etiam Gentiles philoſophi perſonarum diſtinctionem in diuinis ſuo modo cognouerunt. Plato in epiſtola quadam ad Dionyſium hæc verba ſcripta reliquit: Omnia ſunt apud regem mũdi, & propter eum eſt quicquid eſt creatum, qui eſt omnium bonorum cauſa. Et mox poſt hunc regem eſt totum in ſecundo, & poſt illum in tertio. Plotinus ita ait in libro trium ſuſtantiarum: Si quęſieris quis genuerit exemplar & ſapientiã, huiúſque mundi opificem, dico fuiſſe illum ſimplicem, qui in cauſa eſt vt hic genitus ſit talis tantáque magnitudine præditus. Et paulò poſt comparat filium reſpectu cœleſtis patris eum ſplẽdore reſpectu Solis. Aemilius loquens de filio Dei, ait hoc eſſe verbũ, per quod omnia facta ſunt, vt Heraclitus aſſerebat. Philo Platonicus in libro de bonis irriſis à malis appellat Dei filium eius imaginem & verbũ ſacratiſſimũ, à quo ait fuiſſe mundum formatum. Aſpicis Hebręe non ſolùm literas diuinas, ſed etiam humanas diſtinctionẽ in diuinis, quam tu tantopere refugis & deteſtaris, affirmare. Nos verò credimus in ſanctam Trinitatem, id eſt Patrem, & Filium, & Spiritũ ſanctũ vnum Deum omnipotẽtem, vnius eſſentiæ, vnius poteſtatis, creatorem omniũ creaturarum: à quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: æternum, incommutabilem, qui totus vbique eſt, totus vbique præſens, non per partes diuiſus, ſed totus in omnibus locis, non localiter ſed potentialiter, qui abſque ſui mutatione cũcta mutabilia creauit. Huius filius venit in mundum, qui ait hoc in loco. Et nũc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius.

Facta fuiſſet quaſi flumen.) Id eſt, abũdans & perpetua.

Et non fuiſſet attritum nomen eius à facie mea.) Hoc, eſt non fuiſſet nomen Iſraelis vile coram me.

Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis.) Vaticinatur Propheta de Iudæorum liberatione à Babylonica captiuitate. Facit Deum loquẽtem, Hebræóſque ad egreſſionem & fugam à Chaldæa exhortantem. Et quanquam hæc de Babylone illa in Chaldæa ſita intelliguntur, exiſtimo tamen Eſaiam reſpexiſſe præcipuè ad communem Babylonem, hoc eſt, ad confuſionem mundi, ad quã fugiendã Chriſtus nos hoc in loco hortatur, omnibus præcipiens, vt ſeruent mandata, abſque quorum obſeruatione nemo poteſt ſibi vitam comparare. Illi egrediuntur è Babylone, fugiúntque à Chaldæis, qui contemptis peſtiferis voluptatibus, relictíſque turbulentis negotiis, ſe dedunt Chriſtianæ philoſophiæ, quæ animis medetur, inanes cogitationes detrahit, effrenatas cupiditates ſedat, aut lõgius pellit. Ait igitur: Egredimini de Babylone vos, qui in confuſione & perturbatione hactenus vixiſtis. Habetis animum excelſum & altũ, cõtemnite infima, fragilia, & caduca, & aſpirate ad ſublimia, cœleſtia, & immortalia. Relinquite mundum: fugite à Chaldæis, fugite ab animæ hoſtibus, fugite à falſis appetitibus, reuocate mentem à ſenſibus, cogitationẽ à deprauata conſuetudine adducite: fugite à vobiſipſis: nam hac in re egredi eſt vincere, fugere eſt triumphare. Egrediamur igitur & fugiamus, vt cõſequamur victoriam, & nõ ſolùm de hoſtibus extraneis, ſed etiam de nobiſipſis honorificè triumphemus. Dauid ille regum illuſtriſſimus in tertio Pſalmo Deum in hũc mo- *Pſal.3.* dum alloquitur: Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa, dentes peccatorum contriuiſti. Quibus verbis cum aliis concinit victoriam, quam de hoſtibus ſuis reportauit. Et in principio Pſalmi hæc verba literis mandauit: Pſalmus Dauid, cùm fugeret à facie Abſolom fi- *2.Reg.16.* lij ſui. Hæc eſt Pſalmi deſcriptio: Parauit Abſalõ bellum aduerſus patrem ſuum regẽ omni virtute ac laude præſtantem, voluit per ſummũ ſcelus ius diuinum & humanũ violare & peruertere, atque de regni pernicie & ignominia cogitare: quoniam ad principatum, & ad falſæ inaniſque mundi gloriæ cupiditatem incredibiliter exardebat. Cùm autem Dauid intelligeret filium ſuum contra eum ſurrexiſſe & coniuraſſe, aufugit, & hunc Pſalmum literis mandauit. Quid eſt hoc rex illuſtriſſime? Canis victoriam tuã, & in principio, ſtatim in frontiſpicio Pſalmi ais te fugiſſe. Non hæc videntur inter ſeſe cohærere, nẽpe fugere & ſuperare. Si Pſalmum tuæ victoriæ cõponeres, quando cum magno triumpho ingreſſus es Hieroſolymam pro victoria, quam de Goliath fortiſſimo Philiſtinorum mirabiliter reportaſti, nulla occurreret dubitatio. Solent enim victores carmina atque cantica ſuarum victoriarum canere, memoriæ prodere, & literis conſignare. At cùm dicas Pſalmum hũc compoſuiſſe, cùm fugeres à facie Abſalom filij tui, videris à teipſo diſſentire. Hæc ſunt quæ prima fronte ſe offerunt. Sed ſi ea voluerimus altè perpendere, & attentius intueri, videbimus aperte nullam hîc eſſe repugnantiam. Omitto illam interpretandi rationem, quam literalem vocant, venio ad moralem. Per hunc Abſalom filium Dauidis intelligitur appetitus, qui ab eo gerebatur. Quid eſt fugere Dauidem à filio ſuo, qui contra eum inſurgebat, eíque bellum parabat, niſi fugere ab appetitu, à turbido motu, à confuſione, à peccandi occaſione, & à mundi vanitate? Hæc eſt illuſtriſſima victoria, excellentiſſimus triumphus, præſtantiſſimum monumẽtum, & ampliſſimum rerum geſtarum trophæum. Quæ poteſt eſſe glorioſior victoria, quàm vincere ipſum? atqui in hoc bello à ſeipſo fugere, eſt ſeipſum vincere, & carnem, dæmonem, & mundum ſuperare. Vincere alios eſt humanum, at vincere hominem ſeipſum eſt diuinum. Hæc inquam, hæc eſt victoria illa, quæ gloriam illam conſequitur, quæ viget memoria omnium ſeculorum, quam poſteritas alit, quam omnes intuentur & admirantur. In libro Ioſue ſcriptum legimus, fugiſſe *Ioſue.8.* Iſraelitas vt vincerent, & hac fuga de rege Hai ciuitatis victoriam reportaſſe. Fugiebant ab inimicis, relinquebant ciuitatem, & ſe in ſolitudinem recipiebant, & erat Ioſue cum fugientibus. Hai idem eſt quod chaos, ſiue confuſio. Vis vincere tuorum appetituum confuſionem, fuge ab illis, fuge à teipſo, & vinces teipſũ: fuge

à mundi confuſione, derelinque mundum, & vinces eum,& erit tecum Ioſue, hoc eſt, Ieſus, cuius ille Ioſue imaginem gerebat. Quid igitur facimus cur non fugimus mundum, cur in eo detinemur, cur cupiditatibus obtemperamus? Audiamus Chriſtum dicentem: Egredimini de
Luc.9. Babylone, fugite à Chaldæis. Et in Euangelio,
2.Petr.1. Si quis vult, inquit, venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Et Apoſtolorum princeps, Per hoc, inquit, efficiemini diuinę cõſortes naturę, fugiẽtes eius,
Apo.18. quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionẽ. Et Ioãnes in Apocalypſi: Facta eſt, inquit, Babylon habitatio dæmoniorum. Et paulò pôſt: Et audiui aliam vocẽ de cœlo dicentem: Exite de illa populus meus.

Dicite: redemit Dominus ſeruum ſuum Iacob.) Intelliguntur hæc de beneficiis, quæ Deus contulit in Hebræos, ſed melius ad redemptionem generis humani per Chriſtum referuntur, ad quã Propheta cùm hæc ſcriberet, reſpiciebat.

Non ſitierunt in deſerto, cùm educeret eos, aquam de petra produxit eis.) In hoc capite vaticinatur Eſaias de liberatione ex Babylonica captiuitate, & de Iudæorum reditu ad patriam ſuam ſub Eſdra & Zorobabele: & excitat eos ad agẽdas Deo gratias pro tã inſignibus beneficiis, & ad ea prędicanda & celebranda: inter quæ beneficia numerat hæc, quæ hoc loco continentur. Sed ſi pręteriti temporis memoriam reſpiciamus, & ſacrorum librorum hiſtorias replicemus, non inueniemus hæc in reditu è Babylonica captiuitate contigiſſe. Sed dici poſſunt inſtar prioris fœlicitatis, quando ab Aegyptiaca ſeruitute reuertebãtur. At cùm per Babylonicam liberationem generis humani per Chriſtum redemptio ſignificetur, exiſtimo abſque dubio Prophetam hæc ad tempus gratiæ retuliſſe. Liberans enim Chriſtus à mundi confuſione homines in tenebris vagantes, non permiſit vt in deſerto ſiti perirent. Dedit illis gratis aquas gratiæ & doctrinæ, quarũ hauſtu atque potu conceptam viſceribus ſitim ſedarent, ardorémque reſtinguerẽt. Sciſſa fuit petra,
1.Cor.10. & fluxerunt aquæ: Petra autem erat Chriſtus, vt
Ioan.19. vas electionis ad Corinthios ſcribẽs apertiſſimè teſtatur. Fuit igitur hæc petra aperta in latere virga Moyſi, hoc eſt, militis lancea, à cuius vulnere exiuit ſanguis & aqua, quibus nos redemit & abluit.

Non eſt pax impiis, dicit Dominus.) Dixerat liberandos eſſe Hebræos à captiuitate Babylonica, & Hieroſolymam reuerſuros. Sed quoniam ſciebat multos manſuros eſſe in Chaldęa, qui nollẽt ad patriam redire, nec pace gaudere, ideò ait: Non eſt pax impiis. Sed potius exiſtimo Prophetam ad eos reſpicere, qui poſt Chriſti mortẽ nec voluerunt bibere de petra, nec Babylonem, hoc eſt, mũdi perturbationem relinquere, nec in ſpirituali pace, & tranquilla animi ſecuritate viuere: ſed in priſtino errore permanentes Hieroſolymam, hoc eſt, viſionem pacis cõtempſerunt. Ob eam cauſam ait: Non eſt pax impiis, dicit Dominus. In animo enim impiorum nulla eſt pax, nulla quies. Gignuntur enim ex appetitione impia turbidi & concitati animorum motus auerſi à ratione, inimici pacis vitæque trãquillæ, qui animum inflammant bello inteſtino, & quodam furore à pace & temperantia plurimùm diſſidente. Ex quo efficitur, vt impij in medio pacis etiam ſine pace viuant: cõtra verò iuſti & pij in medio belli pace oblectentur. Xenophon dicebat pacem videre eſſe maximum hominibus bonum, bellum maximum malum. Hæc animi pax eſt illa εὐθυμία, hoc eſt animi tranquillitas; quam Democritus dixit eſſe ſummam mundi fœlicitatem. Sed hi adhuc in tenebris verſabantur, nec vera animi pace gaudebant. Vera, dulcis, ac cœleſtis pax eſt ea, quam Chriſtus attulit mũdo, de qua ipſe ait apud Ioannem: Pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis. De eo regius vates Ioan.14.
multo anteà fuerat iis verbis vaticinatus. Venite Pſal.45.
& videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella vſque ad finem terræ. Qua de re capite ſecundo, & nono, & vigeſimoſexto, & aliis in locis latè diſſeruimus.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT XLVIII.

Propter nomen meum longè faciam furorem meũ, & laude mea infrænabo te, ne intereas.) Septuaginta habent: Propter nomen meum oſtendam tibi furorem meũ, & glorioſa mea inferam ſuper te, vt non te interficiã. Vbi aſpicis Deũ gloriã ſuam oſtendere in ſceleratorum caſtigatione: & ideò nos caſtigare, ne nos interficiat. Conſidera quàm vtile nobis & ſalutare ſit à Deo puniri, cùm ideò nos puniat, vt ſaluos faciat. Qua de re alibi diſſeruimus. Cæterùm pro eo quod Septuaginta dixerunt, Oſtẽdã tibi, in Hebraico eſt אאריך aarich,
à verbo ארך, quod ſignificat prolongare, vt Deu Deut.6.
teronomij ſexto: vt prolongentur dies tui. Vnde ארך ſignificat longum & longanimem, pro quo noſter interpres vertit miſericor-
dem, vt in Pſalmo: Miſericors & miſerator Do Pſal.102.
minus. Vnde apparet meliorem eſſe hoc in locò verſionem communem, quàm Septuaginta interpretationem: ſignificat enim hoc verbum prolõgare, & longè facere, & dimittere. Sed quoniam qui rem prolongat, eam extendit: & quò magis eam extendit, eò magis eam oſtendit, vertẽrunt Septuaginta: Oſtendam tibi, & rectè quidẽ. Pro quo Pagninus vertit: Propter nomen meum elongabo furorem meum. Quod poteſt habere vtrũque ſenſum & verſionis communis, & Septuaginta interpretum. Nam elongare furorem dicitur, qui furorem longum facit, & irã vehementer oſtendit, & qui furorem à ſe elõgat & dimittit.

Et laude mea infrænabo te, ne intereas.) Pro infrænare eſt in Hebraico verbum חטם chatam. Ita enim ſcriptum eſt. אחטם לך echetã lach. Quod poteſt rectiſſimè ita verti: Ob laudem meam infrę nabo tibi iram meam, ne intereas. Pro quo quidam vertunt: Propter laudem meam fręnum iniiciam mihi tui cauſa, ne te omnino excindam. Verbum hoc refertur ad iram & furorem, quem flatus narium indicat, vt de equis ſcribit Vergilius 3. Georg. Collectúmq; premẽs voluit ſub naribus ignem. Vno enim vocabulo Hebræi & nares

nares & furoris fremitum ſignificant, nempe אף aph, Et eam ob cauſam Iudæorum Rabbini ita hunc locum vertunt: Et ob laudem meam obturabo nares tibi, ſeu cauſa tui. Quaſi dicat: furorem meum continebo, ne te penitus euertam.

Ecce excoxi te.) In Hebræo eſt, הנה צרפתיך hinneh tſeraphticha, à verbo צרף tſaraph, quod ſignificat coquere, fũdere aurum ad purificãdum illud, purgare, & examinare. Fundit nos Deus, vt nos igne afflictionis purget ab ſcoriis, &
ſimile. nitidos efficiat. Vt æs quando funditur non perditur, quoniam ex eo elegans ſtatua efficitur, quæ, niſi æs fundatur, conflari non poteſt, ſic quando nos Deus igne calamitatum fundit, non nos perdit, ſed vult ex nobis, ex rudi, miſto, impuro metallo precioſam ſtatuam conflare, ad qd oportet, vt in vna fornace fũdamur & purifi
Pſal. 17. cemur. Illud Pſalmi: Eloquia Domini igne examinata, poterat etiã verti Eloquia: Domini igne concocta & purificata. Deducitur enim ab hoc noſtro verbo, cuius deriuata ſignificant etiã probationem & ſoliditatem.

Ego primus & ego nouiſſimus.) Septuaginta habent: Ego ſum primus, & ego in ſempiternum.

Argumentum capitis XLIX.

Inducit diuinus vates Chriſtum loquentem, & ad gentes, vt eius verba attentis auribus percipiant, clamantem. Nam vocatis reliquiis Iſraelis, & abiectis contumacibus Iudæis in ſua perfidia manentibus, tranſit ad Gentium vocationem. Prædicit Chriſtianos educandos eſſe animorum pabulo, & aquis gratiæ doctrinaque reficiendos. Oſtendit Deum non eſſe oblitum ſuorum, nec eos derelinquere etiam cùm maximè derelicti, & periculis vndique cincti videntur. Promittit Chriſtum ſpolia à dæmone ablaturũ, & Iſraeli libertatem donaturũ.

CAPVT XLIX.

AVdite inſulæ, & attendite populi de longè: Dominus ab v-
A tero vocauit me, de vẽtre matris meæ recordatus eſt nominis mei. Et poſuit os meum quaſi gladiũ acutum, in vmbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut ſagittam electam, pharetra ſua abſcondit me. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Iſrael, quia in te glo-
Infr. 51. riabor. Et ego dixi, in vacuum laboraui, ſine cauſa & vanè fortitudinem meam conſumpſi: ergo iudicium meum cũ Domino, & opus meum cum Deo meo. Et nunc hæc dicit Dominus formans me ex
B vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum & Iſrael ad eum congregabitur, & glorificatus ſum in oculis Domini, & Deus meus factus eſt fortitudo mea. Et dixit: Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fęces Iſrael con
Sup. 42. b uertendas. Dedi te in lucem Gentium, vt
Act. 13. g ſis ſalus mea vſque ad extremũ terræ. Hęc dicit Dominus redemptor Iſrael ſanctus eius ad contemptibilem animam, ad abominatam Gentem, ad ſeruum dominorum: Reges videbunt & conſurgẽt principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis eſt, & ſanctum Iſrael qui elegit te. Hæc dicit Dominus: In tẽpore placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi: & ſeruaui te, & dedi *2. Corin. 3.*
te in fœdus populi, vt ſuſcitares terram, *b. a.*
& poſsideres hæreditates diſsipatas, vt C
diceres his qui vincti ſunt: Exite: & his qui in tenebris: reuelalamini.

EXPLANATIO.

Audite inſulæ & attendite populi de longè.) Nomine inſularum Gentes intelligit. Nam explicãs quæ ſint hæ inſulæ, dicit ſtatim: Et attendite populi de longè; Hoc eſt, qui procul abeſtis: aut, Attendite Gentes, vt ſeptuaginta verterunt. In hoc eodem capite prope finem, vbi noſtra verſio habet: Ad populos exaltabo ſignum meũ: habent Septuaginta: Super inſulas leuabo ſignum meum. Vbi vides per inſulas populos ſignificari. appellantur Gentes inſulæ, quia priuſquã Euangelium reciperent, maris huius mundi fluctibus patebant, & à vitiis & erroribus vndique agitabantur. Vel per inſulas intelligit inſulares. Acſi dicat: Audite me etiam vos Gentes remotiſſimę, quæ in abſtruſis inſulis longéque diſtantibus habitatis. Non ſolùm alloquor Iudæos, ſed Gentes etiam remotiſſimas.

Dominus ab vtero vocauit me, de vẽtre matris meæ recordatus eſt nominis mei.) Verba ſunt Chriſti, quem Deus pater ab vtero matris ſuę ordinauit, & ad hoc deſtinauit, vt eſſet redẽptor noſter. Indicant hęc verba Chriſtum eſſe verum hominẽ, cuius nominis recordatus eſt Deus. Sic enim dixit angelus Ioſeph. Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ. Et ſanctiſſimæ virgini Mariæ: Ecce con *Matt. 1.*
cipies in vtero, & paries filium, vocabis nomen eius Ieſum. *Luc. 1.*

Et poſuit os meum quaſi gladium acutum.) Vt ſpiritu oris mei interficiam impium. Hic gladius eſt verbum Dei, de quo ait Apoſtolus: Et gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Et Ioãnes in Apo *Ephe. 6.*
calypſi: De ore eius gladius vtraque parte acutus. Huius gladij meminit multis aliis in locis *Apoc. 1.*
ſcriptura.

In vmbra manus ſuæ protexit me.) Septuaginta habent: Sub protectione manus ſuæ abſcondit me. Vbi aſpicis nomine vmbrę protectionem ſignificari. Ita in Pſalmo: In vmbra alarum tuarũ ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Et in Pſamo, vbi vulgata editio habet: Qui habitat in adiuto *Pſal. 56.*
rio Altiſſimi, in protectione Dei cœli commora *Pſal. 90.*
bitur: vertunt quidam: Qui habitat in latibulo Altiſſimi, in vmbra omnipotentis commorabitur. Vbi noſtra verſio hîc habet: Protexit me, po *Pſal. 30.*
ſuerunt Septuaginta, abſcondit me: quoniam Deus iuſtos abſcondit, quemadmodum dicitur in Pſalmo: Abſcondes eos in abſcondito faciei

tur à conturbatione hominum.

Et poſuit me ſicut ſagittam electam.) Omnes ſancti concionatores dicuntur ſagittæ per orbem
Pſal.44. diſcurrentes. Et de illis intelligunt nonnulli id, quod dicitur in Pſalmo: Sagittæ acutæ, populi ſub te cadent. Nõ ſolùm os cõcionatoris dicitur ſagitta, ſed totus ipſe ſagitta eſt, ſi verè cõcionator eſt:
ſimile. tota enim eius vita debet hominum corda penetrare. Non ſolùm verbis ſed etiam factis debet concionari. Sermo concionatoris comparatur gladio, quoniam propinquos tãtùm vulnerat, & ſolùm auditores attingit: at exemplum vitæ bene actæ eſt ſagitta, quæ non ſolùm præſentes ſed etiam abſentes tranſigit & mouet. Sagittæ fuerunt Apoſtoli, martyres, cæterique ſancti, qui fide ornati, ſpe & charitate ſepti, cæteriſque virtutum ornamentis exculti, verbo & exẽplo Chriſtum prædicauerunt. At inter omnes ſagittas vna eſt electa, omnium abſque vlla comparatione excellentiſſima: quę nunc ait: Et poſuit me ſicut ſagittam electam. Filius Dei vnigenitus Chriſtus Deus noſter eſt qui hoc de ſe ipſo aſſerit, qui veritatem docuit, qui ſeipſum propoſuit exemplum, qui mortẽ pro veritate ſuſtinuit à perfidis Iudęis illatã, quorum odia in illum incredibiliter ardebant, quoniã eorũ flagitia vituperabat, qui morte ſua tyrannidem antiqui hoſtis extinxit, & hominũ genus ſanguine ſuo expiauit. Hac
Canti.5. ſagitta vulnerata ſponſa, hoc eſt, anima Deo de-
Mat. 7. uota, dicebat in Canticis: Percuſſerũt me & vul-
Luc.27. nerauerũt me. Hac ſagitta vulneratus Petrus fle
Cant.5. uit amarè. Hac percuſſa Magdalena fluuios profundebat lachrymarum: erant enim eius lachrymæ ſanguis cordis vulnerati, qui per oculos fluebat. Quàm beatum eſt hac ſagitta trans figi. Vtinã Domine Ieſu animam meam hac ſagitta percuteres, vt tui amore transfixa diceret cum ſponſa: Adiuro vos filię Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore lãgueo. Fuit hæc ſagitta diuina abſcondita in carne humana, quę eſt pharetra, de qua hoc in loco dicit: In pharetra ſua abſcondit me. Appellat ſe Chriſtus ſagittam, & ſuprà, os ſuum cum gladio acuto comparauit, quoniam eius ſermo cum ab eo proferebatur ſolùm à præſentibus audiebatur, ſed erat ipſe ſagitta, quæ per vniuerſum terrarum orbem diſcurrens etiam Gentes à terra ſancta longè remotiſſimas charitate vulnerauit.

Seruus meus es tu.) Appellat Deus pater Chriſtum ſeruum ſuum, quo ad humanitatem. Et de
Philip.2. eo Apoſtolus, Semetipſum, inquit, exinaniuit formam ſerui accipiens.

Quia in te glorıabor.) In Pſalmo alloquẽs pater
Pſal.56. filium ſuum, Exurge, inquit, gloria mea, exurge Pſalterium & cithara, hoc eſt, omnium virtutum harmonia. Poteſt ita explanari: In te glorioſus apparebo. Vel, tu gloriam meam quæris.

Ego dixi, in vacuum laboraui.) Pater me miſit, vt ego homines vocarem, & ad ipſum adducerem. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Iſrael, quia in te glorificabor. Et tamẽ magnam partẽ hominum ad ipſum non reuocaui: Vocaui eos, mortuus ſum pro mundi ſalute, ſed illi noluerunt à ſua infidelitate diſcedere. Hæc oſtendunt libertatem arbitrij. Nam ſi neceſſariò damnandi erant, quorſum eos vocabat Chriſtus, & pro eis laborabat, vt eos ad ſe traheret? Vocauit eos Chriſtus, & non venerunt, quia noluerunt: habebãt enim liberum arbitrium. Si facerent quod in ſe erat, Deus qui eos vocabat, illis gratiam tribueret. Sed voluerunt potius creaturam quàm creatorẽ diligere: & ſe ad gratiam non diſpoſuerunt. Et quoniam Chriſtus omnia fecit, quæ pro eis facere debuit, ait: Ergo iudicium meũ cum Domino, & opus cum Deo meo.

Et Iſrael ad eum congregabitur.) In Hebraico eſt: Et Iſrael ad eum non congregabitur. Et ita habet verſio, cui diuus Hieronymus adiecit cõmentaria. Et codices Latini correcti vulgatæ editionis ad marginem particulam, nõ. Pagninus vertit: Iſrael non congregabit ſe. Chriſtus diſperſos ac errantes Iudæos congregare volebat, ſed illi noluerunt congregari. Oſtendit hic locus contumaciam & perfidiam Iudæorum, qui tantis Chriſti miraculis, tot diuinis beneficiis noluerunt deliniri nec conuerti, ſed in ſua duricie permanſerunt.

Dedı te in lucem Gentium.) Hebræi noſtri temporis aiunt ſe ſpectare Meſſiam illis promiſſum, qui eos à captiuitate, in qua detinentur, liberet, externorúmq; affluentiam illis largiatur. Aiunt enim in ſuis cõtineri ſcripturis eſſe Meſſiã pro eis tantùm venturum, non autẽ pro Gentibus, quas cæcas eſſe exiſtimant, ſempérque in tenebris eſſe permanſuras. At eorum ſcripturæ locis propè infinitis illis contrarium oſtendunt. Non vident cæci homines, Deum hîc per Eſaiam ita Meſſiæ dicentem: Parũ eſt: vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael cõuertẽdas Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Duo hîc ait diuinus vates, alterum eſt, paucos ex Iudæis fuiſſe conuertendos: alterum verò infinitas Gentes à principio ad finem vſque terræ fuiſſe per Chriſtum illuminandas. Id quod ipſis oculis aſpicimus: manentibus enim pleriſque Hebræorum cæcis, denſáqua caligine circunfuſis, fuerunt Gentiles per Chriſtum animi lucem, verámque Sup.45.
ſalutem, & immortalitatem conſecuti. Ipſe Meſſias apud hunc noſtrum vatem capite 45. Conuertimini, inquit, ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ. Non ait: Et ſalua eris tu ô Iudæa, ſed omnes fines terræ dixit eſſe ſalutem conſecuturos, ſi ſe à vitiis abducerent, verúmque Chriſtum hominum generis ſaluatorem reciperẽt. Id intuens regius vates præcinebat: Notum fecit Pſal.97.
Dominus ſalutare ſuum, in conſpectu Gentium Infrà 55.
reuelauit iuſtitiam ſuam. Et paulò pòſt: Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri. Hanc veritatem prædixit Eſaias capite quadrageſimoquinto in hæc verba prorũpens. Ecce Gentẽ, quã neſciebas, vocabis, & Gẽtes, quæ te non cognouerunt, ad te current propter dominum Deum tuum. Zacharias capite ſecun- Zacha.2.
do, Applicabuntur, inquit, Gẽtes multæ ad Do- Oſeæ 2.
minum in die illa, & erũt mihi in populũ. Oſeas capite ſecundo: Et dicam non populo meo: populus meus es tu: & ipſe dicet: Deus meus es tu. Quem locum diuus Paulus ad hoc propoſitum

citat

Rom.9. citat in epiſtola ad Romanos, & diuus Petrus in
1.Pet.2. ſua prima epiſtola canonica. Eſſe autem ex He-
Suprà 1. bræis paucos conuertendos oſtendit Eſaias ca-
& 10. pite primo & decimo, vbi eos ſemen & reliquias
Sup.17. vocat, & capite decimoſeptimo & ſexageſimo-
& 65. quinto tam paucos dixit eſſe Meſſiam receptu-
ros, vt paucis racemis poſt vindemiam in vitibus relictis granóque in botro manenti comparētur. Et hîc ait Iſraelem nō fuiſſe ad Meſsiam congregandā, à quo Gentes erant illuminandæ. Et paulò poſt vocat Hebræos populū contemptibilem, abominatum, ſeruum dominorum, quem prædicit in ſua infidelitate permanſurum, reges autem & principes Gentiles animi viſum recepturos, & à ſomno peccati excitatos Chriſtum adoraturos.

In tempore placito exaudiui te.) Verba ſunt Dei Chriſtum alloquētis. Diuus Paulus hoc tempus
2.Cor.6. à Propheta prædictum refert ad tempus gratiæ. Ita enim ait in epiſtola ſecunda ad Corinthios: Adiuuantes autem exhortamur ne in vacuū gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc
Heb.5. tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Et in epiſtola ad Hebræos de Chriſto loquens, Qui in diebus, inquit, carnis ſuæ preces ſupplicationéſque ad eum, qui poſsit illum ſaluū facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Vbi vides fuiſſe Chriſtum tēpore placito exauditum, quod hoc in loco Eſaias prædixerat, & eos in errore verſari qui totum hoc non ad tempus aduentus Chriſti referunt, ſed ad tempus Eſaiæ.

Seruaui te.) Morte ſuperata te à mortuis ſuſcitaui.

Dedi te in fœdus populi.) Aſpicis Chriſtum eſſe noſtrum reconciliatorem. Qua de re capite 42. diſſeruimus, & aliis in locis.

Vt ſuſcitares terram.) Hoc eſt, vt à ſomno peccati, & à morte animæ peccatores excitares. Solet ſcriptura peccatores terram appellare, vt alibi annotauimus.

Et diceres his qui vincti ſunt.) Nempe funibus ac vinculis peccatorum. Exite, nimirum à peccatis
Apo.7.d & à carcere dæmonis. Aſpicis hîc peccata ſuis vinculis ligare.

Super vias paſcentur, & in omnibus planis paſcua eorum. Non eſurient nec ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol, quia miſerator eorū reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam eos
D montes meos in viā, & ſemitæ meæ exaltabuntur. Ecce iſti de longè venient, & ecce illi ab aquilone & mari, & iſti de terra auſtrali. Laudate cœli, & exultet terra, iubilate montes laudem, quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, & pauperum ſuorum miſerebitur. Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te, muri tui corā oculis meis ſemper. Venerunt ſtructores tui: deſtruentes te, & diſsipantes à te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos: & vi- Infr.60.a
de, omnes iſti congregati ſunt, venerunt E
tibi. Viuo ego dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris, & circundabis tibi eos quaſi ſponſa. Quia deſerta tua, & ſolitudines tuæ, & terra ruinæ tua nunc anguſta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui abſorbebant te.

Super vias paſcentur.) Qui receperint Euangelium, & fuerint Chriſtum ſecuti, non extra viam errabunt, ſed in viis veritatis & ſalutis paſcētur. Erat ante aduentum Chriſti genus humanū ouis, quæ errauerat in dumis perdita, & lupis expoſita. Sed quæſiuit eam Chriſtus, & ſuper humeros ſuos aſportauit, & ad Eccleſiæ gregem adduxit, eámque in loco paſcuæ non in rupibus & aſperis montibus, ſed in plano cāpo collocauit. Et quoniam Chriſtus ſuis tribuit aquas gratiæ & doctrinæ, ſubdit: Non eſurient nec ſitient. Totum hoc fatetur Eccleſia fidelium, quam Dauid in Pſal.22.
Pſalmo in hunc modum facit loquentem: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum.

Et ponam omnes montes meos in viam.) Id eſt, tollā à viis omnia impedimēta, vt omnes poſſint ambulare, & ad cœleſtem gloriam venire. Et ſemitæ meæ exaltabuntur, hoc eſt, erunt pulchræ, ſtratæ, & munitæ. Itaque montes conuertam in ſtratas planas, & ſemitas muniam & complanabo.

Ecce iſti de longè venient.) Multi venient ad Eccleſiam de remotiſſimis regionibus, quidam à longè, hoc eſt, ab Oriente: quidā à mari, hoc eſt, ab Occidente: alij ab Aquilone, hoc eſt, à Septentrione: alij ab Auſtro, hoc eſt, à Meridie. Prædicit diuinus vates id, quod impletum videmus, nempe ex omnibus mūdi partibus fuiſſe homines ad Eccleſiam venturos. Vel ideò dicit peccatores venturos de longè, quoniam qui flagitiis ſunt implicati & conſtricti, lōgè à Deo eſſe dicuntur: & ob eam cauſam quando ad Deum conuertuntur, de longè dicuntur venire. Id volebat Chriſtus ſignificare dicens apud Lucam, filium prodi- Luc.15.
gum profectum eſſe in regionē lōginquam, quæ, vt ait diuus Auguſtinus, eſt Dei obliuio. Quid Gen.11.
prodeſt adeſſe corpore, & animo diſtare? Qui turrim Babylonis ædificarūt, de longè venerunt: ait enim ſcriptura eos profectos fuiſſe de Oriente. Reliquerunt Orientē, hoc eſt, Chriſtum, diſceſſerunt longè, & turrim Babylonis conſtruxerunt. Qui ſe à Chriſto ſeparant & ſeiungunt, ſunt exules à patria, & mundi ciues, conſtruentes turrim

ex latetibus & bitumine, ex terta& puluete, non ex quadtatis lapidibus, quam Deus deſtruit, quoniam non eſt ad eius uormam & amuſſim conſtructa. Et cum ſint longè à Deo, eſt etiam Deus
Pſal.118. lôgè ab illis. Quemadmodum dicitut in Pſalmo:
Prou.15. Longè à peccatotibns ſalus. Et in Ptouetbiis: Lôge eſt Dominus ab impiis. Regio longinqua in qua babitant, qui mottifetis peccatis implicantur, appellatur vmbra mottis: iuſti autem viuût
Cant.2. in vmbra vitæ, hoc eſt, Chtiſti, de qua iu Canticis ait ſponſa: Sub vmbta illius, quem deſideraueram ſedi. In vmbra mottis, in regione longinqua ſedebat ante Dei aduentum humanum genus, ſed Chriſtus illud ad ſe congregauit. Quod in-
Ephe.2. telligens diuinus Paulus dicebat ad Epheſios ſctibens. Vos qui eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. Verùm cnm mortiferis flagitiis contaminamnr, nos à Chriſto longè ſepatamus. Vnde dicebat in libro ſeptimo confeſſionû Auguſtinus: Inueni longè me eſſe à te Domine iu regione diſſimilitudinis. Appellat tegionem longinquam tegionem diſſimilitudinis, quoniá ob admiſſa ſcelera deturpatur in nobis Dei ſimilitudo. Et non ſolùm peccatotes lougè ſnnt à Deo, ſed etiam à ſeipſis maximè diſtant. Quid lôgius, ait diuus Ambroſius, quàm à ſe recedere? Vnde Seneca, Mali, inquit, vbiqne ſunt pręterquàm ſecum. Cùm igitnr deptauati homines ſint procul & à Deo & à ſeipſis, & tales eſſent Gentiles, qui ſe humanis vitiis contaminauetant, ſéque totos libidinibus dederanr, & in iure diuiuo & humano violando teterrimas fraudes conceperant, meritò de illis dixit Eſaias: Ecce iſti de longè venient: hoc eſt, à ſceleribus ſuis ſeparabûtut, & ad Chtiſtum conuettentnt.

Quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum.) Pro conſolabitut. Præteritum pro futuro more Prophetico. Quæ maior poteſt eſſe hominibus conſolario, quàm ſcite filium Dei vnigenitum ſumpſiſſe noſtram naturam, vt nos è tenebris ad lucem, & è morte ad vitam vindicaret?

Pauperum ſuorum miſerebitur.) Peccatotes appellat pauperes, vt pote religione, fide, & bonis animi carentes. Nam mundi opes incętæ & caducæ non ſuut diuitiæ habendæ, nec in bonis numerandæ. Loquitut de iis, qui repudiatis idolis ſe ad fidem conuerterunt. De quibus dicitut in
Pſal.21. Pſalmo: Edent paupetes & ſaturabuntur. Explicans autem ſcriptura qui ſint hi pauperes, ſubdit: Reminiſcentur & conuertentut ad Dominû vniuerſæ fines tetræ: vbi Gentium ſalus prædicitut. Colligis hinc omnes infideles eſſe pauperes, licet mundi opibus vndique citcunfluant. Qui enim virtute prædit i ſunt, ſoli ſunt diuites. Non eſt autem perfecta virtus ea, quæ eſt à fide ſeiuncta.

Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei.) Per Sionem intellige congtegationem fidelium, qui in virtutis ſpecula ſunt conſtituti. Hi cùm in lachrymis ſæpe verſentur, variiſque calamitatibus opprimautut, poſſnnt cogitare, & ſecum dicere eſſe Deum oblitum eorum. Quibus reſpondet Deus tantùm abeſſe, vt eorum obliuiſcatur, vt etiam eos in manibns ſuis habeat deſcriptos coram oculis ſuis. Connectuntur autem ſic hæc verba cum præcedêtibus. Dixetat diuinus vates ventutos eſſe ad fidem Gentiles, qui falſos & commentitios Deos colebant, vt in vera teligione viuentes æternam beatitudinem taudem conſequetentut. Hos dixit Deus ſe eſſe conſolaturum. Sed quoniam intuebatur eos eſſe non ſolùm ab infidelibus tyrannis torquendos, ſed etiam à multis, qui fidem profitebantur, vexandos, & tam acetbos cruciatus, tam graues iniutias ptopter Chriſtum paſſutos, vt poſſet humana ac fragilis ratio fluctibus calamitatû obruta vacillare, & exiſtimare ſe eſſe à Deo derelictos, cotrobotat eos Deus, ne animis cadant, ne ingraueſcente retum aduerſarum mole debiliteutut, & eotum tolerantia ac conſtantia frangatur. Et aſſerit ſe nunquam eos eſſe dereli-cturû. Vult Deus his verbis piorum hominum animos afflictos & propè labentes erigere & conſolari, & vtitur hac naturali ſimilitudine: Vt mater non eſt immemor filij ſui, quem genuit, & portauit in vtero, & aluit, & in brachiis ſnis geſtauit, (non enim poteſt partû ſuotum viſcerum obliuiſci) ſic nec ego tui oblitus eto. Plus dicá, etſi ab illa memoriam filij aqua vnquam deleuerit obliuio, ego tamen nunquam te obliuiſcat. Perpende quæſo, & altè conſidera immenſam Dei miſericordiam: & admirare diuini numinis ſummam ac infinitam erga homines pietatem. Aſpicis hîc viros iuſtos & pios, qui ſe diuinę miſericotdiæ committunt, nûquam à Deo derelinqui, etiam quando magis abiecti & derelicti videntur. Deus enim ille miſericotdiæ parens ſuorum ſalutem tutiſſima cuſtodia regit ac munit, nec eos vnquam negligit aut detelinqnit. Poteris hîc per Siouem intelligere congregationem fidelium Iudæorum. Dixerat Deus vocaturum Geutiles ad fidem, & ne Iudęi exiſtimarent ſe eſſe penitus derelictos, eos iis verbis conſolatur.

Ecce in manibus meis deſcripſi te.) Qui domi alicuius perſonæ, quá diligit, habet in tabula imaginem pictam, memor eſt eius, quandin eam videt: ſed cùm diſcedit à loco, vbi eſt imago, fieri poteſt, vt eius, cuins eſt imago, obliuiſcatur. At ſi eam habeat in manibus deſcriptam, nunquam illi excidet eius memoria. Hac ſimilitudine vtitur Dens, oſtendens ſe nunquam eſſe oblitum ſuorû, cùm eos habeat in manibus ſuis ſculptos, & nô blandis penicillis, ſed dnris clauis, quibus eius manns fuetût crndelitet vulneratę & transfixæ. Deſcripſit eos non atramento noſtro, ſed ſanguiue ſuo. Ideò Dominus poſt reſurrectionê *Ioan.20.* loca clauorum in manibus habere voluit: apparês enim diſcipulis dixit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas. Dixerat enim: Niſi videro in manibus eius fixuram clauotum, & mittam digitum meum in locnm clauorum, & mittam manum meã in latus eius, nô credam.

Muri tui coram oculis meis ſemper.) Id eſt, in perpetuum mutos tuos conſeruabo. Oſtendit Deus apertè non loqui de Sione & terrena illa Hieroſolyma, ſed de ſpirituali, hoc eſt, de Eccleſia militante. Quî enim poteſt fieri vt muri illins Hieroſolymæ, quam Chriſtus deplorauit, muri illius *Luc.19.* ciuitatis ingratæ, quæ non ſolùm Prophetas, ſed Dominnm prophetarû occidit, ſint ſemper ante oculos Dei, & tã chari, vt ſemper eos cuſtodiat, ſi ſcimus eos eſſe enerſos, & totam ciuitatem fuiſſe

fuiſſe vaſtatam,& funditus deletam: Fieri nō poteſt vt de portis Sionis, quas ſcimus fuiſſe incendio conſumptas, & in fauillas conuerſas, illud Pſal.16. intelligatur, quod dicitur in Pſalmo: Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Hæc Sion eſt Eccleſia ſua, tam à Iudæis quàm à Gentibus congregata, quam Deus diligit ſuper omnia tabernacula Iacob.

Venerunt ſtructores tui: deſtruẽtes te & diſsipantes à te exibunt.) Alloquitur Eccleſiam, cuius ſtructores venerunt ad eam,& in ea permanſerunt, deſtructores autem & diſſipatores ab ea exierunt. Conſtructores ſunt Apoſtoli & viri Apoſtolici: euerſores autem hæretici, qui omnes extra Ec- ſimile. cleſiam ſunt. Vt enim mare non ſuſtinet cadauer, ſed illud proiicit in littus, ſic Eccleſia hæreticos in ſe non continet, ſed tanquam corpora mortua,& corrupta, & peſtilentia execratur. Appellat Propheta hæreticos deſtructores & diſſipatores, quoniam in Eccleſia nutriti eam poſtea ſuis hæreſibus euertere conantur. Id quod modò contigit Luthero, qui in Germania genitus & ſimile. educatus eam corrupit & peruertit. Vt enim tinea in panno gignitur,& eum abrodit, & teredo in ligno naſcitur, & illud terit & conſumit, ſic Lutherus in Germania natus eam ſuis erroribus & peſtilentibus dogmatibus deprauauit.

Leua in circuitu oculos tuos,& vide, omnes iſti cōgregati ſunt, venerunt tibi.) Hoc eſt, Vide circunquaque ô Eccleſia Gentium multitudinem ad te ipſam venientium. Prædixit conuertendam eſſe ad fidem magnam infidelium multitudinem.

Omnibus his velut ornamento veſtieris.) Venient ad te multi ô Eccleſia, quibus eris veluti ornamento quodam amicta, & decoraberis illis, vt ſponſa ſolet annulis & monilibus adornari. Aſpicies hîc viros iuſtos & ſanctos eſſe ornamenta, annulos & monilia, quibus Eccleſia decoratur. Iere. 22. Nec eſt mirum quoniam ipſe Deus apud Ieremiam, Si fuerit, inquit, Iechonias filius Ioacim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Vbi vides virum ſanctum & tectum non ſolùm eſſe annulum in Eccleſia, ſed etiam in manu Dei, ex qua eiicitur, ſi ſceleribus implicatur. Quàm precioſum monile eſt quidā ſanctus, quot gemmis, quantis virtutum ornamentis decoratum, quantis miraculis admirandum. Imitemur ſanctorum virtutes, & admire- ſimile. mur eorum miracula. Vt in menſa principis apponuntur precioſa vaſa aurea & argentea mirabiliter elaborata, & epulæ ſplendidæ & ſuaues, vaſa vt admireris, dapes vt eas ſumas, ſic in vita ſanctorū proponuntur miracula ad admirationē virtutes verò ad exemplum: miracula, vt eorum admirabilitate tenearis, virtutes, vt eas imiteris.

Adhuc dicent in auribus tuis filij ſterilitatis tuæ: Anguſtus eſt mihi locus, fac F ſpatium mihi vt habitem. Et dicis in corde tuo: Quis genuit mihi iſtos? Ego ſterilis,& non pariens, tranſmigrata & captiua: & iſtos quis enutriuit? Ego deſtituta & deſolata: & iſti vbi hîc erant? Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad Gentes manum meā, & ad populos exaltabo ſignū meum. Et afferent filios tuos in vlnis,& filias tuas ſuper humeros portabūt. Et erunt reges nutritij tui,& reginæ nutrices tuæ vultu in terra demiſſo adorabūt te,& puluerē pedum tuorum lingent. Et G ſcies quia ego Dominus, ſuper quo non confundentur, qui expectant eum. Nunquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robuſto, ſaluū eſſe poterit? Quia hæc dicit Dominus. Equidē & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robuſto, ſaluabitur. Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego ſaluabo. Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis, & quaſi muſto, ſanguine ſuo inebriabuntur: & ſciet omnis caro, quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

Adhuc dicent in auribus tuis filij ſterilitatis tuæ.) A Id eſt, filij tui, quæ antea ſterilis eras. Alloquitur Eccleſiam primitiuam, eique congratulatur de multitudine eorum, qui ad eam conuertebātur.

Anguſtus eſt mihi locus.) Oſtendit tantā fore fidelium multitudinē, vt eos locus capere nō poſſet.

Ego ſterilis.) Sēſus eſt: Tu gaudio perfuſa vidēs fidelium multitudinē dices in animo tuo: Quis mihi tot filios genuit? Nam erā ſterilis, exul,& captiua,& deſtituta. Quomodo ergo tot filios habui? Iam diximus Gentilitatē fuiſſe ſterilem, ſed poſt conuerſionem ad fidē multos filios habuiſſe, de quā dicitur in Pſalmo: Qui habitare facit Pſal.112. ſterilem in domo matrem filiorum lætantem.

Ecce leuo ad Gentes manum meam.) Id eſt, Ecce ego voco Gentes ad fidem. Solemus enim, quando aliquem à longè vocamus, manum extendere,& ſignum facere. Eccleſiæ dicenti: Quis mihi tot filios genuit, cùm ego ſim ſterilis & captiua? reſpondet Deus dicens: Ne mireris: Nam ego ſum, qui voco Gentes ad fidem. Et ad populos exaltabo ſignum meum. Hoc dicit, quia ſolent, qui milites congregant,& parant ad bellum, vexillum erigere. Poteſt hic ſignum pro cruce accipi, quam Chriſtus extollit, vt cōtra mundum, carnem, & dæmonem ſub illa militemus. Hoc eſt glorioſum vexillum à Chriſto duce noſtro erectum, præclarum ſignum noſtrarum victoriarum, cuius cap.11. meminit Eſaias.

Et afferent filios tuos in vlnis.) Nempe Apoſtoli mei. Vnde dicebat quidam ex illis ad Theſſaloni 1.Theſ.2. cenſes ſcribens: Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non ſolùm Euangelium Dei, ſed etiā animas noſtras, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis.

Et erunt reges nutritij tui.) Reges alent electos tuos. Id quod fecit Conſtantinus & multi alij principes Chriſtiani. Et nunc noſtro tempore Dominus Ioannes huius nominis tertius rex Luſitaniæ inuictiſſimus, qui pius religionum pater modò non ſine magno luctu totius regni ex vita migrauit.

Super quo non confundentur, qui expectant eum.) Aſpicis hic non confundi eos, qui omnem ſpem

ſuam

ſuam in Deo habent fixam & conſtitutam. Vis
ſimile. eſſe Dominus mundi, colloca in Deo omnem
ſpem tuam. Eſt nauis in mari: ſi anchora ſit fixa
in terra, tenet nauem: ſi eſt in aqua, mare eam
exagitat, & nauis eam fert ſecum. Nauis in me-
dio mari eſt mundus, anchora eſt ſpes: ſi ancho-
ra eſt iacta in terram ſtabilem, id eſt, in gloriam
cœleſtem, ſi eſt in Chriſto collocata & cõſtituta,
tenes totum mundum. Vnde diuus Paulus, qui
non in rebus humanis ſpem poſuerunt rerum
ſuarum, ſed in Chriſto eam totam firmiter collo
1. Cor. 3. carunt, Omnia, inquit, veſtra ſunt, ſiue mundus,
ſiue vita ſiue mors, ſiue præſentia ſiue futura. Sin
autem ſpem tuam non in terræ firmitudine po-
nas, ſed in aquæ mobilitate, in profluente & flu-
minis procurſu, hoc eſt, in rebus fluxis nullam
certitudinem habentibus, nullam perpetuitatẽ,
mundus te abripiet, & ſecum ducet. Itaque ſi
ſpem poſueris in mundo, mundus te tenebit: ſi
eam eleuaueris, & à mũdo ſeiunxeris, tu tenebis
mundum. Hoc ſentiens diuinus Paulus in epi-
Hebr. 6. ſtola ad Hebræos has voces emittit: Cõfugimus
ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut an-
choram habemus animæ tutam ac firmam, &
incedentem vſque ad interiora velaminis. Vbi
per interiora velaminis cœlum voluit ſignifica-
re. Nos igitur in Chriſto Deo noſtro totam no-
ſtram ſpem ac fiduciam collocemus, quoniam,
vt hoc in loco ait Propheta, non confundentur
qui expectant eum.

Nunquid tolletur à forti præda?) Eſt quędam ob-
iectio, quæ fieri Deo poterat. Si tanta eſt diaboli
vis ac fortitudo, quis poterit ab eo prædam tol-
lere, hoc eſt, homines ab eo captos eripere? Cui
reſpondet Deus, ſe eſſe eum, qui erat eos à dæmo
nis poteſtate liberaturus. Docet hic locus ſcele-
ratos homines eſſe prædam diaboli, & ab eo ca-
ptos & vinctos. O infœlicem captiuitatem, mi-
ſeram & ærumnoſam hominum conditionem.
Docet præterea fortem eſſe diabolum, ſed for-
tiorem eſſe Chriſtum, qui eum ligauit, & ab eius
tyrannide peccatores eripuit. Quod idem Chri-
Mar. 3. ſtus apud Euangeliſtas ſignificauit. Sed dices: Si
Luc. 11. diabolus eſt alligatus, cur nos lædit? Ad quod
ſimile. poteſt hac ſimilitudine reſponderi. Vt canis li-
gatus te mordere non poteſt, ſed ſi acceſſeris ad
ipſum, in te irruet, téque rabidis dentibus lace-
rabit, ſic diabolus niſi ad illum acceſſeris, te læ-
dere non poteſt: ſed ſi incautè vixeris, ſi te illi cõ-
miſeris, eris lethaliter vulneratus. Chriſtus venit
vt diabolum alligaret. Eam ob cauſam vidit bea
Apo. 20. tus Ioannes in Apocalypſi angelum deſcenden-
tem de cœlo, habentem clauem abyſsi, & cate-
nam magnam in manu ſua, qui apprehendit dra-
conem ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus &
Satanas, & ligauit eum per annos mille. Hoc eſt,
eius poteſtatem ab eis ſeducendis ac poſsiden-
dis, qui fuerunt liberandi, cohibuit ac frenauit.
Mille annos poſuit pro toto tempore, finitum
pro indefinito. Ita illum locum diuus Auguſti-
nus explanat.

Et captiuitas à forti tolletur.) Ideò ait Apoſto-
Ephe. 4. lus: Aſcendens in altum captiuam duxit captiui-
Pſal. 67. tatem. Quod iam multò anteà prædixerat Da-
uid. Hæc captiuitas non ſolùm refertur ad ſan-
ctos patres, qui in limbo detinebantur, ſed com-
muniter ad vniuerſum genus humanum. Sunt
autem arma diaboli, doli, voluptates, deliciæ,
opes, & cætera alia, quibus homines quotidie op
pugnat.

Eos verò qui iudicauerint te, ego iudicabo.) Senſus
eſt: Cum eis, qui tibi litem intenderint, ego con-
tendam: eos qui te oppreſſerint, ego opprimam,
& filios tuos ſeruabo.

Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis.) Non ſolùm
liberabo te Eccleſia mea, ait Deus, ſed tantã in
aduerſarios tuos famem ac ſitim emittam, vt car
nem propriam comedant, & ſanguinẽ ſuum bi-
bant. Vult Deus his verbis ſignificare hoſtes Ec
cleſiæ eſſe ſuorum ſcelerum pœnas daturos.

Et redemptor tuus fortis Iacob.) Iacob eſt nomi-
nandi caſus.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAP. XLIX.

*Audite inſulæ, & attendite populi de longè, Domi-
nus ab vtero vocauit me. De ventre matris meæ recor-
datus eſt nominis mei.*) Septuaginta habent: Audite
me inſulæ & attendite Gentes. Poſt multum tẽ-
poris ſtabit, dicit Dominus: de ventre vocauit
me, &c. Aſpicis hîc hanc prophetiam non referri
ad tempus illud, quo eam Eſaias literis manda-
uit, ſed ad Chriſti aduentum. Verùm pro inſulis
vertit Pagninus inſulares. Dictio tamen Hebrai-
ca איים iim inſulas ſignificat, vt apud Ezechie- *Ezec. 25.*
lem: Et turbabuntur inſulæ in mari.

Ad contemptibilem animam.) In Hebraico eſt נפש
לבזה liuzoh nephex. Verbum eſt בזה bazah, quod
ſignificat contemnere: & vt ait R. D. poteſt eſſe
macor. Et tunc poteſt verti: ei qui paratus eſt cõ
temnere vitam: anima enim pro vita ponitur. Vt
referatur totum hoc ad Chriſtum. Cui expoſitio
ni fauet Translatio Theodotionis habens in hũc
modum: Ei qui deſpicit animam, qui abomina-
tioni eſt Genti, qui ſeruus eſt principum. Quæ
omnia Chriſto apertiſsimè conueniũt. Ipſe enim
vitam pro ouibus poſuit, vt ipſe apud Ioannem *Ioan. 10.*
teſtatur. Ipſum gens Iudæorũ execratur, ipſe ſte-
tit tanquam ſeruus coram principibus, Anna &
Caipha, Herode & Pilato. Huic interpretationi
fauet etiam verſio Septuaginta, quæ ita habet:
Sãctificate eum, qui deſpicit animam ſuam, qui
abominationi eſt Gentium, qui ſeruus eſt princi
pum. Poſſunt igitur hæc verba eſſe Patris ad fi-
lium: Sequitur enim: Reges videbunt: & conſur-
gent principes, &c. Quaſi dicat: Iudæi te con-
temnent & crucifigent: at reges Gentium tibi
ſeruient, téque repudiatis idolis adorabunt.

Ecce in manibus meis deſcripſi te.) Pro in mani-
bus eſt in Hebraico על-כפים alcapaim. nomẽ eſt
כף quod ſignificat manum, quam ſignificationẽ
ſecutus eſt noſter interpres. Significat etiam nu-
bem. Ideò poteſt etiam verti: Ecce ſupra nubes
ordinaui te. Et ita hunc locum explanant R. Io- *Thren. 3.*
ſeph filius Kimhi, & R. Sadias. Ionathas tamen
cum verſione noſtra vulgata conſentit. Et in Ie-
remiæ Lamentis, id quod noſtra verſio habet: Le
uemus corda noſtra cum manibus: poteſt verti:
Leuemus corda noſtra verſus nubes. Quaſi di-
cat: Erigamus ad cœlos corda noſtra, non terre-
na quærentes, ſed ad cœleſtia aſpirantes.

Argu

Argumentum capitis L.

Inducit Propheta Chriſtum dicentem Iudaos eſſe ſuã ob culpam reiectos, quòd ipſi ſe ab eo ſeparauerint, & ipſum Chriſtum non receperint. Fecit Chriſtus pro Iudæis omnia, quæ ad eorum perfectionem pertinebant: cum autem videret eos nequaquam velle à ſua perfidia deſiſtere, eos abiecit, in calamitoſúmque exilium diſsipauit.

CAPVT L.

A HAec dicit Dominus: Quis eſt hic liber repudij matris veſtrę, quo dimiſi eam? Aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram. Quia veni, & nõ erat vir: vocaui, & non erat qui audiret. Nunquid abbreuiata & paruula facta eſt manus mea, vt non poſsim redimere? Aut Infr. 59. a B non eſt in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea deſertum faciam mare, ponam flumina in ſiccum, computreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſiti. Induam cælos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt, verbo. Erigit manè, manè erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorſum non abij.

EXPLANATIO.

Hæc dicit Dominus: Quis eſt hic liber repudij matris veſtræ?) Intuebatur mentis oculis Propheta eſſe Iudæos à Deo reiiciendos, quòd non eſſent Chriſtum recepturi, ideò poſtquam capite ſuperiore prædixit Gentium vocationem, nunc facit Chriſtum dicentem, ipſam ſynagogam ſe vendidiſſe, & ab eo ſeipſam ſeparaſſe. Ait igitur: Quis eſt ô Iudæi libellus repudij, quo matrem veſtrã ſynagogã dimiſi? Quaſi dicat: Ne dicatis me duritie & auſteritate repudiaſſe ſynagogam, illa enim ſe à me abſtraxit, & ſceleribus ſuis à me receſſit. Hoc dicit quia ſolebant Iudæi vxores dimittere, eíſque libellum repudij dare: vt videre Deut. 24. licet Deuteronomij vigeſimo quarto & Mat- Matth. 19. thæi 19.

Ecce enim in iniquitatibus veſtris venditi eſtis.) Docet hic locus hominem cùm mortifero peccato aſtringitur, ſeipſum vendere dæmoni, & à Deo alienari. Seipſum vendit, quem Deus magno precio emit, non argento & auro, ſed vita & ſan- 1. Cor. 6. guine. Empti enim eſtis precio magno, ait Apo- 1. Cor. 7. ſtolus. Et ſequenti capite: Precio, inquit, empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. Ioannes in Apo- Apoc. 14. calypſi, Nemo, inquit, poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. Petrus Apoſtolorum prin- 2. Pet. 1. ceps in epiſtola ſua, Scientes, inquit, quòd non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti. Quæ igitur amentia eſt cùm ſimus ſerui Dei, cui ſeruire regnare eſt, vendere nos dæmoni, & fieri tam abiecti & reprobi domini vilia mancipia, & pro rebus fluxis velle amittere æternas? An neſcitis, inquit, Paulus, quoniam cui ex- Rom. 6. hibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis? Si igitur ſeruis Chriſto ſeruus es Chriſti: ſi mundo, ſeruus es mundi. Sed dicet aliquis: Ego ſeruiam Chriſto & mundo. Cui reſpondet Chriſtus fieri non poſſe, quoniam nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. Stultum eſt velle homines habere rationem cum mundo, qui cum nemine rationem habet: & nolle habere ra- Matth. 6. tionem cum Deo, qui cum omnibus habet rationem: ſeruire mundo, qui neminem vnquam remunerauit: & non ſeruire Deo, qui nũquam deſinit præmia largiri. Gaudia mundi quinquaginta annis comparata poſſunt vno die numerari, at moleſtias & afflictiones vnius diei quinquaginta annis numerare non poteris. Et nihilominus tanta eſt hominum inſania, vt velint mundo potius, quàm Deo ſeruire. Cùm oporteat ſeruire, cui potius ſeruiemus, quàm ei qui ſe pro nobis ſeruum fecit? de quo ait Apoſtolus: Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Cur igitur Philip. 2. ſeruimus mundo? Conſideremus quis eſt Deus, à quo deficimus: & quis eſt mundus, cui obtemperamus. Quid facimus? quem ſequimur? quid ſperamus? Cur non videmus nos cœlo contempto ad infernum properare, ſpreta vita mortem amplecti, derelicta gloria in dedecus incurrere? O amentiam intolerabilem, ô ſummam abiectionem & incredibilem cæcitatem. Quid eſt mundus, cui ſeruimus, niſi ſepulchrum mortuorum, carcer viuorum, officina vitiorum, contemptus virtutum, carnifex ac cruciator vitam ad rationis normam dirigentium, fautor ad malitiam vigilantium, inimicus præſentium, obliuio præteritorum, rerúmque præclarè geſtarum ſplendoris maculator & extinctor? Reuertamur igitur ad nos, & contempto ac neglecto mundo, Chriſto ſeruiamus, & ad cœleſtia aſpiremus.

In ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram.) Nẽpe ſynagogam. Dimittit nos Deus, quoniã nos ab eo diſcedimus, & noſtras inuentiones & effrenatas cupiditates ſequentes, ſceleribus implicamur. Ideò ait ipſe in Pſalmo: Dimiſi eos ſecun- Pſal. 80. dum deſideria cordis ſui, ibunt in adinuentionibus ſuis. Tunc nos Deus magno ſupplicio afficit, cùm nos ſinit noſtris deprauatis deſideriis obtemperare, nóſque in manu noſtrorum appetituum relinquit.

Quia veni, & non erat vir.) Verba ſunt Chriſti, quaſi dicat: Vt videaris dimiſſionem & abiectionem ſynagogæ debere eius ſceleribus tribui, audire quæ dico: Ego veni in mundũ, natus ſum in Iudæa, feci ibi diuina miracula, & nõ erat vir qui me reciperet, exceptis paucis, qui in me crediderunt. Nõ inueni virũ in ſynagoga. Multi ibi erãt, ſed nullus dignus vt vir appellaretur. Docet hic locus homines impios non homines appellãdos

eſſe

eſſe,ſed feras:ea enim ſcelera concipiunt,vt bruta animalia feritate, ſtoliditate, & maleficio ſuperent. [*Matth.3.*] Phariſæos appellauit Ioannes Baptiſta [*Matth.23.*] progeniem viperarum. Quibus Chriſtus dixit: [*Luc.13.*] Serpentes & geuimina viperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ?Herodem propter malitiam appellauit Chriſtus vulpem. Ite, inquit, & dicite vulpi illi. Libidini deditos appellat Ieremias equos amatores. [*Ierem.5.*] Voluptuoſi appellantur porci:impudentes verò canes, iuxtà id quod ait [*Matth.7.*] Chriſtus: Nolite dare ſanctum canibus,nec mittatis margaritas veſtras ante porcos. Venit igitur Chriſtus ad homines,& non inuenit hominem. Inuenit feras, quæ eum innocentem agnũ lacerarunt. In propria venit, vt ait diuus Ioan- [*Ioan.1.*] nes,& ſui eum non receperunt. Venit enim, vt hîc ait per Eſaiam,& non erat vir. Nõ immeritò Diogenes philoſophus lucerna quadam meridie plateam perluſtrans interrogatus quid quæreret,reſpondit hominem:quoniam quos videbat, non homines eſſe iudicabat. Quot ciuitates plenæ ſunt hominibus, qui homines dici nequaquã [*Luc.2.*] merentur?Pro re magna ait diuus Lucas eſſe Hieroſolymæ quendam hominem.ita enim ait:Homo erat in Ieruſalem.cui nomen Simeon.

Vocaui,& non erat qui audiret.)Clamabat Chriſtus dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis,& ego reficiam vos. & non erat [*Matth.11.*] qui audiret. In Pſalmo eum inducit propheta in [*Pſalm.68.*] hunc modum loquentem: Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. Qua de re alibi diſſeruimus.

Nunquid abbreuiata & paruula facta eſt manus mea?)Ne exiſtimetis me non poſſe miracula efficere:poſſum enim iterum diuidere mare, quemadmodum feci in exitu Iſraelis de Aegypto: & fluuios,quemadmodum feci Iordani:& corrumpere piſces,ac cœlos tenebris cooperire, quemadmodum feci in Aegypto.

Dominus dedit mihi linguam eruditam.)Hæc dicit Chriſtus iuxta diſpenſationem corporis aſſumpti:quẽadmodum multa alia. Apud diuum [*Ioan.12.*] Ioannem ita ait Chriſtus: Qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar.Et paulò poſt: Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater,ſic loquor.

Erigit mane,manè erigit.) Id eſt, ſemper & aſſiduè pater mihi erigit aurem, vt eum quaſi magiſtrum audiam.

[*Matt.26.g*] Corpus meum dedi percutientibus,& [C] genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuẽtibus in me. Dominus Deus auxiliator meus,ideò non ſum confuſus:ideò poſui faciem meam vt petram duriſsimam, & ſcio quoniam non confundar. Iuxtà eſt qui iuſtificat me, quis contradicet mihi? Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius meus? Accedat ad me. Ecce Dominus Deus, auxiliator meus:quis eſt qui condemnet me?Ecce omnes quaſi veſtimentum con- [D] terentur,tinea comedet eos.Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocẽ ſerui ſui,quis ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei? Speret in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum. Ecce vos omnes accendẽtes ignem,accincti flammis ambulate in lumine ignis veſtri,& in flammis,quas ſuccendiſtis:de manu mea factum eſt hoc vobis, in doloribus dormietis.

Corpus meum dedi percutientibus.) Chriſtus eſt qui loquitur, qui fuit percuſſus,flagellatus, alapis cæſus,vulneratus, & tandem occiſus, vt & nos firmiter credimus, & Euangelia conteſtantur.O rem dignam magno gemitu,& omni lachrymarum abundantia.

Et genas meas vellentibus:faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me.) Hoc eſt, paraui barbas meas euellẽtibus eas,& non auerti faciem meam à perfidis Iudæis,qui me calumniabantur, & ſputis ſuis meum vultum contaminabant. Fuit Chriſtus Deus noſter poſitus direptioni.Vt enim caſtellum à militibus & hoſti- [*ſimile.*] bus captum diripitur, & in illa expugnatione & direptione nulla eſt in militibus pietas, nulla miſericordia,ſed hic deiicit, ille ſubleuat, & quidã frangit,quidam pedibus conculcat, quidam rapit, quidam ſecum affert, & omnes truculento vultu omnia furibundis clamoribus implent:ſic lata à Pilato horribili illa, immaniſſima ac iniuſtiſſima ſententia, vt Chriſtus crucifigeretur, & Iudæorum voluntati traderetur, omnes in eum irruerunt & impetum fecerunt. Hic eum alapis cædebat, ille capillos extirpabat. Quidam eum proiiciebant in terrã,alij eum conculcabant pedibus, quidam ſputis precioſiſſimam ac pulcherrimam eius faciem deformabant,alij eius barbas euellebant,& in manibus eas aſportabãt,& omnes denique vociferabantur, ſuam impiã immanitatem exercentes,& innocentiſſimum agnum ad crudeliſſimam & acerbiſſimam mortem vocantes. Quid plura?fuit Deus noſter commiſſus direptioni, & voluntati ſuorum hoſtium traditus,& in medio luporum mitiſſimus agnus conſtitutus. Quid vnquam ſub ſole factum fuit indignius?Quod fuit vnquã tam impium facinus?Lege Euangelicã hiſtoriam, & videbis indigniſsimas cõtumelias,acerbiſsimos cruciatus, qui hos homines ſceleratiſsimi Chriſtum ſanctiſsimum affecerũt.Verùm id quod hîc ſcribitur, nempe, Genas meas dedi vellentibus, non memini legiſſe in Euangeliis: ſed credendum eſt factum fuiſſe, quoniam fuit hoc in loco à Propheta ſancto prædictum. Multa enim perpeſſus eſt Chriſtus, quæ Euangeliſtæ particulariter non expreſſerunt. Satis fuit dixiſſe diuum Lucam, Pilatum [*Luc.23.*] tradidiſſe Ieſum voluntati eorum: cogita igitur quot & quàm immania ſupplicia iis verbis comprehenduntur. Si Ieſus crudeliſsimorum hoſtium ſuorum voluntati tradebatur, qui in illum inaudito odio ardebant, perpende quot vulneribus, quibus iniuriis, qualibus opprobriis,eum afficerent,& quàm impiè & immaniter eum ad ſupplicium raperent.

Stemus ſimul:Quis eſt aduerſarius meus?accedat ad me.)Si aliquis habet aduerſum me aliquid, oſtendat illud,intendat mihi litem,& diſceptemus ſimul.

mul. Idem apud Ioannem his verbis dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Oſtendit
Ioan.8. Chriſtus ſuã innocentiam, & Iudæorũ malitiã.

Tinea comedet eos.) Comparat ſceleratorum
Infr 51. conſcientiam tineæ eorum corda rodenti. Et ſequenti capite ſicut veſtimentum,inquit, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea. Id quod naſcitur intra cor impij, ipſũ
ſimile. rodit & interficit. Vipera cõcipit,vt aiunt, filios, qui cotroſis lateribus exeunt cum matris interitu, ſic homines impij eas cogitationes & ſcelera concipiunt,quæ illis perniciem machinantur.

Quis ex vobis timens Dominum.) Senſus eſt: Nullus ex vobis eſt,qui timeat Dominum,& audiat vocem Chriſti,qui formam ſerui accepit, ambulet in tenebris,ſitq́; lumine priuatus. Qui igitur Deum timet,& audit,innitatur in eo, nõ autem in ſpe mundi, quæ eſt fragilis, & fracta arundo, & baculus imbecillus. Id fortaſſe voluit Chri-
Matt.10. ſtus ſignificare quando, vt eſt apud Matthæum, dixit diſcipulis ſuis, ne vellent virgam portare. Deus enim eſt ille, in quo niti debemus tãquam in validiſſimo firmamento. Ideò dicebat diui-
Pſal.17. nus Pſaltes: Dominus firmamentum meum &
Pſal.24. refugium meum. Et alibi: Firmamentum eſt Dominus timentibus eum. Et hoc in loco Eſaias: Innitatur ſuper Deum ſuum.

Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis quas ſuccendiſtis.) Senſus eſt: Ego veni,& me non recepiſtis,ſed falſis criminibus ad capitis periculum vocaſtis, & in perfidia veſtra permanetis,ſcelera in dies ſceleribus addentes, & odio in me flagrãtes. Ideò vos accincti flammis odij, inuidiæ, impietatis,cæterorumq́; flagitiorum,quib.rebus accẽditis ignem, in quo eſtis in æternum comburendi,ite in ignem veſtrum,in flammas æternas, quas vobis ſuccendiſtis, nolentes vocem meam audire,neque meis monitis acquieſcere. Hic eſt ignis, quem Chriſtus apud Matthæum appellat
Matt.24. æternum, & apud Marcum inextinguibilem.
Mar.9. Quo etiam nomine eum diuus Ioannes Baptiſta
Matt.3. appellauit. Aſpicis hoc in loco peccatores ſibi ipſis æternam perniciem moliri,& quoties mortaliter peccant,ignem ſibi infernalem accẽdere.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT L.

Vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt verbo.) Id eſt,vt verbo ſciam reficere eum,qui eſt fatigatus & afflictus. Vbi vides donum eſſe Dei ſcire mœſtos conſolari, & iacentes erigere. In Hebraico eſt: Vt ſciam לעות את יעף דבר laurh ethiaeph dauar. Quæ verba ſi,vt iacent, in Latina conuerteras,ita dices: Vt ſciam in tempore laſſum verbo: Subaudi reficere, vel ſuſtentare. Vel vt ſciam in tempore laſſo verbum: ſubaudi dicere. Pro laſſo poteris etiam vertere ſitibundum, hoc eſt eum, qui verbum Dei ardenter ſitit. Et ita vertit Paginus: & rectè quidem. Ita etiam hunc locum R.D. interpretatur. Magnum eſt enim ſcire tempore opportuno concionari, & verbum Dei ſitientibus illud diſtribuere. Si enim diuina myſteria hominibus impiis illaque faſtidientibus reſecare volueris, nulla habita tẽporis ratione, non ſolùm fortaſſe nullum afferes commodum, ſed
afferes detrimẽtum. Vt ſi quis in altum puteum *ſimile.* cœno plenum aquam puram,nitidam, & excellentem effuderit, nihil aliud efficiet, quàm cœnum turbare, & aquam amittere, ſic qui apud impios & flagitioſos homines orationem de diuinis arcanis habuerit, in eóſque clariſſimam & puriſſimam doctrinæ aquam infuderit, tali tempore id faciet,vt nihil illis profit,quin potius im puriores reddantur. Eã ob cauſam dicebat Chri *Matt.7.*
ſtus: Nolite ſanctum dare canibus,nec mittatis margaritas veſtras ante porcos. Diuus Cyrillus in tertio tomo explicans illam Pythagoræ ſententiam,nempe Dei imaginem non eſſe in anulo ferendam, ait eam ſignificare,non eſſe omnibus diuina myſteria referanda.

Genas meas vellentibus.) Septuaginta habent: Genas meas ad alapas. Fuit enim Chriſtus indigniſſimis alapis percuſſus. Sed in Hebraico pro vellentibus eſt in hũc modũ למרטים lemoretim, à verbo מרט, quod ſignificat decaluare & pilos euellere. Ideò exiſtimo meliorem eſſe hoc in loco vulgatam editionem. Inuenies enim hoc ver-
bum apud Eſdrã cap. 9. vbi etiam vertit Latinus *Eſdr.9.*
interpres: Et euulſi capillos capitis mei. Sed quoniam hoc verbum ſignificat etiam polire, & qui vaſa ærea poliunt, ea percutiunt, poterit etiam accipi pro percutere. Qua ratione fortaſſe ducti Septuaginta verterunt: Et genas meas ad alapas ſiue ad percuſſiones. Venit Chriſtus in mũdum, docuit veritatem, oſtendit viam æternæ ſalutis conſequendæ, præbuit ſe vitæ exemplum, edidit miracula, nihil omiſit quod eſſet ad noſtram beatitudinẽ neceſſarium, & ob hæc omnia eius barbas euulſerunt, eúmque ad crudeliſſimum excidium impij homines vocarunt.

Argumentum capitis LI.

Promittit Deus ſe refecturũ & recreaturum Sionem, & Euangelium daturum. Hortatur fideles ne hominũ iniuriis terreantur,ſed in ſua conſtantia permaneant,quoniam omnes ſcelerati pereunt,virtus verò viget memoria omnium ſeculorum, quam poſteritas alit, quam ipſa æternitas ſemper tuetur. In fine capitis pollicetur erepturum eſſe Iudæos à Babylonica captiuitate, & calicem calamitatum eorum Babyloniis propinaturum.

CAPVT LI.

AVdite me, qui ſequimini quod iuſtum eſt, & quæritis Dominum. Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis: & ad cauernam laci,de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram,quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Conſolabitur ergo Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius,& ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſoli- A

y tudinem

tudinem eius quaſi hortũ Domini. Gau-
dium & lætitia inuenietur in ea, gratia-
rum actio,& vox laudis. Attendite ad me
B popule meus, & tribus mea me audite,
quia lex à me exiet, & iudiciũ meum in
lucem populorum requieſcet. Propè eſt
iuſtus meus egreſſus eſt ſaluator meus,&
brachia mea populos iudicabunt, me in-
ſulæ expectabunt,& brachiũ meum ſuſti
C nebunt. Leuate in cœlum oculos veſtros,
& videte ſub terra deorſum, quia cœli ſi-
cut fumus liqueſcent,& terra ſicut veſti-
mentum atteretur,& habitatores eius ſi-
cut hæc interibũt: ſalus autẽ mea in ſem-
piternum erit,& iuſtitia mea nõ deficiet.
Audite me qui ſcitis iuſtũ, populus meus
lex mea in corde eorũ, nolite timere op-
probrium hominũ, & blaſphemias eorũ
ne metuatis. Sicut enim veſtimẽtũ, ſic co
medet eos vermis:& ſicut lanã, ſic deuo-
rabit eos tinea: ſalus autẽ mea in ſẽpiter-
num erit, & iuſtitia mea in generationes
D generationũ. Conſurge cõſurge, induere
fortitudinẽ brachiũ Domini: cõſurge ſi-
cut in diebus antiquis in generationibus
ſeculorum. Nũquid non tu percuſsiſti ſu
Exod.14.c perbũ, vulneraſti draconẽ? Nunquid non
tu ſiccaſti mare, aquã abyſsi vehementis?
qui poſuiſti profundum maris viam, vt
tranſirent liberati? Et nunc qui redempti
ſunt à Domino, reuertentur, & venient
in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna
ſuper capita eorum, gaudium & lætitiam
tenebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego
E ego ipſe conſolabor vos. Quis tu vt time
res ab homine mortali,& à filio hominis,
qui quaſi fœnum ita areſcet?

EXPLANATIO.

Audite me, qui ſequimini quod iuſtum eſt.) Poſt-
quã in fine ſuperioris capitis minatus eſt Deus
impiis æternos cruciatus: nunc conſolatur fide-
les ereptos à Babylonica captiuitate, ne cadant
animis, ſed in fide, rerúmque aduerſarum tole-
rantia permaneant. Ideò eos vocat, vt erigant
mentes & aures, eúmque dicentem attendant.

*Attendite ad petram, vnde excisi eſtis: & ad cauer-
nam laci, de qua præciſi eſtis.*) Hoc eſt, Conſiderate
& ante oculos ponite Abrahamum & Saram,
ex quibus geniti eſtis. Ne frãgatur ſpes veſtra ob
paucitatem veſtram. Senex erat Abrahamus, &
ſterilis Sara, & tamẽ ex eorũ ſemine geniti ſunt
innumerabiles filij. Deus enim, qui potuit ex il-
lis excitare tantam hominum multitudinem, po
terit etiam vos multiplicare in immenſum. Ego
1.Cor.4. exiſtimo Eſaiam cùm hæc diceret, Apoſtolorum
Philem. congregationem intueri. Hi enim cùm eſſent
pauci, innumerabiles filios in toto orbe terra-
rum ſpiritualiter genuerũt, quorum vnus dice-
bat: Per Euangelium ego vos genui. Et alibi,
Obſecro, inquit, te pro filio meo, quem genui in
vinculis Oneſimo. Eum quem, cùm eſſet inclu-
ſus in carcere, ad fidem conuerterat, eſſe à ſe ge-
nitum affirmabat. Vocatur hoc in loco Abraha-
mus Petra ob eius firmitudinem & conſtãtiam,
vel quia ad generationem non erat aptus, & ob
eam cauſam vocat Saram cauernam laci, hoc eſt,
ſterilem, & ſpe gignendi deſtitutam. Vel ideò
eam appellat cauernam laci, quia cùm anteà e-
ius vterus eſſet clauſus, Deus eum aperuit. Hone
ſta quidem allegoria. Et quoniam videbatur dif-
ficile per petram intelligere Abrahamum,& per
cauernam laci Saram, voluit ſeipſum Propheta
explicare ſubdẽs ſtatim: Attendite ad Abraham
patrem veſtrũ,& ad Saram, quæ peperit vos. Hãc
exiſtimo eſſe verã huius loci interpretationem.
Puto tamen poſſe verè & rectè per hanc petram
intelligi Chriſtum, & per cauernam laci, ex qua
geniti ſumus, vulnus eius ſacratiſſimi lateris. Al-
ludit Propheta ad hiſtoriam, quæ ſcripta eſt in Exod.17.
Exodo & in Numeris, vbi ex petra percuſſa flu- Num.20.
xerunt aquæ abundantes, quibus refectus eſt po-
pulus. Quæ petra, vt Apoſtolus ait, Chriſti ima-
ginem gerebat. Ex Chriſto enim in latere percuſ 1.Cor.10.
ſo exiuit ſanguis & aqua ad generis humani re- Ioan.19.
demptionem & ablutionem. Eſt igitur ſenſus:
Etſi numero eſtis pauci vos ô Apoſtoli, qui ſe-
quimini iuſtum illum ex cœlis miſſum, & quæ-
ritis Deum, tamen ne diffidatis, ſed reſpicite ad
Chriſtum, qui vos genuit ſanguine ſuo,& ad la-
tus eius percuſſum, vnde fluxerunt ſacramenta
gratiam ac vitam conferentia. Qui enim Abra-
hamo ſeni, & Saræ ſterili dedit prolem, quæ in-
numerabili ſua multitudine impleuit orbẽ, ipſe
propagauit filios, quos per Euangelium genera-
bitis,& Eccleſiam ſuam per totũ mundum dila-
tabit. Ideò enim mortuus eſt Chriſtus, vt mul-
tos generaret. Eam ob cauſam dicebat alio loco
Eſaias de Chriſto loquens: Si poſuerit pro pec- Infra 53.
cato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.
Id voluit Chriſtus ſignificare, quando dixit: Niſi Ioan.12.
granum frumenti cadens in terram mortuum
fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuũ fue-
rit, multum fructum affert. Id fuerat in Ioſeph
figuratum. Vt enim mortuo Ioſeph creuerunt figura.
filij Iſraelis, vt literæ diuinæ teſtantur, ſic mor- Exod.1.
tuo Chriſto creuerunt fideles, qui fuerunt ipſius
Chriſti ſanguine generati.

Conſolabitur ergo Dominus Sion.) Hæc videntur
referri ad tempus Zorobabelis: promiſit enim
Deus tunc poſt Babylonicam captiuitatem in-
ſtauraturum ſe eſſe Sionem, templúmq; ædifica-
turũ, vt ibi eſſet gaudiũ, & lætitia, & gratiarum
actio. At per Sionem Eccleſia Chriſti intelligitur
Sunt igitur in primis hæc dicta à Propheta ſan-
cto de ædificatione Eccleſiæ, & regno Chriſti,
quarum rerum vmbræ erant ea, quæ de Sione in
hoc capite dicuntur. Cùm enim Deus Hebræo-
rum populum eriperet ex dura Babyloniorum
captiuitate, ſignificabat ſe hominum genus à
crudeliſſima dæmonum tyrannide, & à ſcele-
rum vinculis, quibus erat aſtrictum, liberatu-
rum. Inſtauratio verò Hieroſolymæ & templi
figura erat conſtitutionis Eccleſiæ, in qua futu-
ra erat vera religio, & Deus abiecta Gentium
ſuperſtio

ſuperſtione colendus.

Popule meus & tribus mea.) Poteris per populum Gẽtes, per tribum verò Iudæos intelligere.

Quia lex a me exiet.) Promittit Deus daturum ſe legem. Hoc non intelligitur de lege Moyſi, quia iam lata erat in monte Sinai, ſed de lege Euangelica, quam Chriſtus dedit: de qua dixerat ſecundo capite: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem. Vide quàm apertè Deus
Supr.2. hic promiſerit nouum Teſtamentum, ex quo colligitur veteris abrogatio. Hæc eſt enim teſtamentorum proprietas vt ſecundum deſtruat primum. Intelligi autem hoc de Chriſti Euangelio indicat id, quod ſequitur: Et iudicium meum in luce populorũ requieſcet. Eſt enim perſpicuum legem Moyſi vni populo latam fuiſſe, ab eóque tantùm fuiſſe quo ad cerimonias, iudicia, & ſacrificia, acceptam & obſeruatam. At Chriſti Euangelium in populorum luce requieuit, quoniam per vniuerſum orbem terrarum fuit prædica-
Pſal.18. tum & in hominum cordibus ſcriptum. Quod
Pſal. 147. intuens animo regius vates percinebat: In omnem terram exiuit ſnnus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. De lege autem veteri aiebat: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Propè eſt iuſtus meus.) Dixit Deus daturum ſe eſſe Euangeliũm, quo mundus illuminaretur. Sed ne exiſtimaret aliquis, id quod promiſit futurum eſſe poſt longum tempus, addit: Propè eſt iuſtus meus. Acſi dicat: breui mittam filium meum, qui non ſolùm iuſtus eſt, ſed etiam mundum iuſtificabit. Et ipſe dabit legem Euangelicam. Quid ſperatis cæci Iudæi? cur hunc locum non aſpicitis? Si hoc in loco promittit Deus miſſurum breui Meſſiam, & iam propè eſſe, quomodo poſt duo millia annorum eum expectatis? ab hac Eſaię Prophetia ad hoc noſtrum tempus longiſſima tempora interfluxerunt. Non eſſet Chriſti aduẽtus propinquus, ſi eſſet poſt duo millia annorum expectandus. At Eſaias ait iam ſua ætate eſſe propinquum.

Egreſſus eſt ſaluator meus.) Ieſus idem eſt quod ſaluator, qui apud Ioannem de ſe ait: Exiui à pa-
Ioan.16. tre, & veni in mundum. Idcò hîc ait pater: Egreſſus eſt ſaluator mens.

Et brachia mea populos iudicabunt.) Hoc eſt, mea fortitudine iudicabuntur populi. Nomine brachij fortitudo ſignificatur. Fnrtaſſe per brachia Apoſtolos intelligit, quib. dixit apud Mat-
Matt.19. thæum: Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael.

Me inſula expectabunt.) Per inſulas Gentes intelligit, vt alibi expoſuimus. Aſpicis Chriſtum
Gen.46. eſſe Gentium expectationem. Id quod prædixerat Iacob: Et ipſe, inquiens, erit expectatio Gentium.

Cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atteretur.) Ita air Chriſtus: Cœlum & terra
Matt.24. tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Magni doctores aiunt in fine mundi cœlum & terram tranſituram eſſe quo ad figuram, nòn quo ad ſubſtantiam. Quod videtur ſignificare
Pſal. 101. Dauid dicens in Pſalmn: Opera manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. Explicans enim Propheta quis eſſet cœlorum interitus. Sicut opertorium, inquit mutabis eos, & mutabuntur. Vbi innuit cœlorum tranſitum eſſe mutationem figuræ, non ſimplicem interi-
tum. Id quod ait dinus Petrus in epiſtola ſua ſe- 2. Petr.3.
cunda, cœlos in tempore extremi iudicij magno impetu tranſituros, interpretatur diuus Auguſtinus 20. libro de Ciuitate Dei de aere, qui in diuinis literis ſæpe cœlum appellatur, non de corporibus cœleſtibus: ſed quamuis de corporibus cœleſtibus intelligatur, referri poteſt ad motum, non ad ſubſtantiam. Poteſt hic locus Eſaiæ ita explanari: Prius cœlum & terra vaſtabuntur, quàm vt ego non præbeam mundo ſalutem, & promiſſa mea non adimpleam.

Audite me qui ſcitis iuſtum.) Alloquitur Deus naſcentem Eccleſiam, ſuóſque fideles præparat ad tolerandas hominum contumelias, cæteráſq; res aduerſas, quibus ſciebat eſſe iactandos.

Lex mea in corde eorum.) Non ſatis eſt habere
diuinam legem in ore, ſed in corde. Ideò dicebat Pſal. 118.
regius vates: In cnrde meo abſcõdi eloquia tua, Pſal.36.
vt non peccem tibi. Et in alio Pſalmo, Lex Dei eius, inquit, in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus eius. Loquitur Eſaias in hoc capite de noua lege per Chriſtum data, quæ non in tabulis lapideis ſed in bominum cordibus erat ſcribenda. Ideò ait: Lex mea in corde eorum. Id prędictum fuit iis verbis per Ieremiam: Poſt dies
illos, dicit Dominus, dabo legem meam in viſce- Ierem.31.
ribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero ipſis in Deum, & ipſi erunt mihi in popu-
lum. Hoc eſt Chriſti Euangelium, lex gratiæ, Sup.12.
amoris, & gaudij, lęx aquarum ſalutarinm, de quibus dixerat Eſaias capite duodecimo. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Pro quibus aquis Thargum nouam legem interpretatus eſt.

Nolite timere opprobrium hominum.) Ita Chri- Matt.10.
ſtus apud Matthæum: Nolite timere eos, qui oc-
cidunt corpus, animas autem non poſſunt occi- Matt.5.
dere. Et alibi apud eundem: Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fue-
rint. Vnde Apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu Act.5.
concilij, quoniam digni eſſent qui pro nomine Ieſu contumeliam paterentur. Diuus Hieronymus dicebat in quadam epiſtola: Gratias ago Deo meo, quia dignus ſum, quem mundus oderit. Videte honores & dignitates, ob quas vir ſanctus Deo gratias agit, ob iniurias in ſe iactas. Nõ te lædit, qui vult tuam glnriam obſcurare, & vir-
tutis florẽ infringere, ſed ſeipſum. Vt enim py- ſimile.
rauſta volens extinguere lucernam, ſeipſam comburit, manente integro candelæ lumine & ſplendnre, ſic qui in te contumeliam iacit, & vult nomini tuo tetram maculam inurere, & tuę gloriæ ſplendorem penitus extinguere, ipſe odij ac malitiæ incendio flagrat, & virtutis ſplendore ac ornamentis deſtiturus in ſcelere & ignominia verſatur. Et tantum abeſt, vt tuam amplitudinem ſcelerati hominis iniuria obſcuret, vt eam potius mirabiliter illuſtret. Sed quoniam Chriſtns ſciebat diſcipulos ſuos eſſe impiorum hominum iniuriis afficiendos, & grauiter vexandos, eos anteà præparat, & ad tolerantiam exhor-

tatur. Nemini enim maior nocet calamitas quàm ei, qui fœlicitatem, rerúmque humanarum proſperitatem expectabat. Illis maximè eſt grauis afflictio, quibus eſt repẽtina & inopinata. Quam ſententiam ferunt imperatorem Adrianum in annulo aureo ſcriptam portauiſſe.

Conſurge cõſurge, induere fortitudinem brachium Domini.) Hortatus fuit Deus ſuos fideles præcedentibus verbis, ad iniurias impiorum hominum æquo animo tolerandas, quoniam ipſi tyranni & impij erant mortales, ſalus autem, quam ipſi fideles erant conſecuturi, erat ſempiterna. Et quoniam hæc ſalus danda erat per Chriſtum, ideò inducit hîc Propheta populum hanc ſalutem poſtulantem, precantémque vt brachium Dei, hoc eſt, Chriſtus adueniat, ad oſtendendam ac aperiendam viam gloriæ immortalis conſequendæ. Ait igitur: Chriſte ſancte conſurge, veníque, vt nobis ſalutem tribuas, & mundum è tenebris inexplicabilibus ad veritatis ſplendorem adducas, & à miſera ac Babylonica captiuitate vindices ad veram ac Euangelicam libertatem. Tu es enim ille, qui quondam populum tuum ab Aegyptiaca ſeruitute mirabiliter liberaſti. Quidam hoc referunt ad Iudæos in Babylonica captiuitate detentos, & reditum ad patriam poſtulantes. Quam interpretationem non reiicio, dummodo concedant hæc à propheta in primis eſſe dicta de generis humani per Chriſtum redemptionem.

Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem?) Intelligit Pharaonem regem Aegypty, quem Ezechiel appellat dracone magnum. *Ezec.29.* Et Dauid in Pſalmo in quo interitum Pharaonis *Pſal.73.* deſcribit, Tu, inquit, cõfregiſti capita draconis.

Nunquid non tu ſiccaſti mare?) Subaudi Rubrũ. Vt Hebræi ab Aegypto tranſirent ad deſertum, fugit mare: vt autem à deſerto tranſirent ad terram promiſſionis, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. *Pſal.113.* Ita dicitur in Pſalmo: Quid eſt tibi mare, quòd fugiſti, & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum? Magnum quidem ſpectaculum, & omni admiratione digniſſimum, fugere mare & Iordanem retrorſum conuerti. Vis videre mare fugiens, tranſi ab Aegypto ad deſertum, tranſi à mundo ad te ipſum. Cùm ad te ipſum tranſieris, eris eremi cultor, & penetrans ſecretiora cordis intelliges te eſſe deſertum, & locum horroris & vaſtæ ſolitudinis diuerſis ferarum generibus repletum. Relinque mundum, & redi ad te ipſum, & fugiet mare. Quid eſt mare niſi perturbatio? *Ioan.14.* Penetra te ipſum, & audies Chriſtum dicentem: Non turbetur cor veſtrum, nec formidet. Et id quod modò per Eſaiam dicebat: Nolite timere *Pſal.4.* opprobrium hominum, &c. Dices cum propheta: In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Aufugiet mare, aufugiet iracundia, & turbulentus motus, *1.Cor.4.* ita vt dicas cum Paulo: Maledicimur & benedicimus, perſecutionem patimur & ſuſtinemus, blaſphemamur & obſecramus. *Sup.46.* Redi igitur ad teipſum, *Pſal.54.* audi Deum per Eſaiam dicentem: Redite præuaricatores ad cor, tranſi ad cor tuum, penetra deſertum tui ipſius, & dic cum Propheta: Elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine: & ita videbis ſuperbiam, inuidiam, cupiditatem, cæteráſque ſalſas maris aquas fugientes. Et hic eſt primus trãſitus. Sed progredere vlterius, & à deſerto tranſi ad terram promiſſam. Ne maneas in deſerto, ne quieſcas & moreris in teipſo, quia morieris, & miſerè in deſerto peribis. Perge, quære ſummum bonum, da operam ne animi præſtantiam turpi dedecore contamines. Tranſi à deſerto, ne feræ conſurgant, & in te irruentes omnibus virtutum ornamentis te ſpolient, grauiſſimíſque vulneribus ſaucium & deformatum relinquant. Tranſi ergo ad Deum, qui ait: Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me. *Eccl.24.* Et hic eſt ſecundus & glorioſus tranſitus. Et ita dulces Iordanis aquæ conuertentur retrorſum. Nullam aliam dulcedinem quæres præter Chriſtum, omnes deliciæ & oblectationes retrogredientur, & tuum dulciſſimum Chriſtum mirabiliter concupiſces, & ſuauiſſimè amplexaberis. Hæc eſt allegoria illius diuiſionis maris Rubri in exitu Iſraelis de Aegypto, cuius in præſenti meminit Eſaias. Inducit itaque pios homines in hunc modum loquentes: Libera nos à mundo Chriſte ſancte, quoniam tu es ille, qui homines dæmoni in mundo ſeruiẽtes liberas, & ab Aegypto ad ſe ipſos reuocas, ſiccatis amaris ac turbulẽtis aquis ſcelerum animos perturbantium, vt à ſeipſis ad teipſum conuertantur, & repudiatis omnibus voluptatibus, tu ſis tota eorum dulcedo, te ſolum quærant, tuo ſuauiſſimo amore ducti & ardentiſſima charitate inflammati.

Et venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum.) Deſcribit reditum Iudęorum à Babylonica captiuitate. Sẽd mentis oculis intuebatur eos, qui è diaboli captiuitate venturi erant ad Eccleſiam, ex qua profecturi erant ad æternam beatitudinem. Nam hæc lætitia ſempiterna hîc incipit, ſed in cœlo realiter & perfectè poſſidetur. Vtitur propheta metaphora ſumpta à re bellica. Nam vt illi, qui in prælijs hoſtes ſuperant coronantur, ſic qui in ſpirituali certamine inimicos animæ vincunt, finita hac mortali vita accipiunt in gloria coronam lætitiæ ſempiternæ. Id voluit diuinus vates his verbis ſignificare: & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. Quaſi diceret: Coronabuntur iuſti nõ lauro, non robore, non gramine, quæ omnia marceſcunt, & vetuſtate conſumũtur, ſed gaudio immarceſſibili & ſempiterno. Id appellat diuus Paulus coronam iuſtitiæ, In reliquo, inquiens, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. *2.Tim.4.* Hanc appellat Iacobus Apoſtolus coronam vitæ, quam repromiſit Deus *Iacob.1.* diligentibus ſe. Et Petrus Apoſtolorum princeps immarceſſibilem gloriæ coronam. *1.Pet.5.*

Ego ego ipſe conſolabor vos.) Orantibus Deum vt conſurgeret, eóſque conſolaretur, reſpondet ipſe Deus hæc verba. Vide eius clementiam.

Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cœlos, & fundauit terram: & formidaſti iugiter tota die à facie furoris eius, qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum. Vbi nunc eſt furor tribulantis? Cito veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vſque ad internecionem, nec deficiet panis eius. Ego autem ſum dominus Deus tuus, qui conturbo

mare

mare,& intumeſcũt fluctus eius, Domi-
F nus exercituum nomen meũ. Poſui ver-
Sup.49.a ba mea in ore tuo, & in vmbra manus tuæ protexi te, vt plãtes cœlos, & fundes terram, & dicas ad Siõ: Populus meus es tu. Eleuare, eleuare, cõſurge Ieruſalẽ, quę bibiſti de manu Domini calicẽ iræ eius, vſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & potaſti vſque ad fæces. Non eſt qui ſuſtẽtet eam ex omnibus filiis quos genuit: & non eſt qui apprehendat manum eius
Sup.47.b ex omnibus filiis quos enutriuit. Duo ſunt quæ occurrerunt tibi, quis cõtriſtabitur ſuper te? vaſtitas & contritio, & fa-
G mes & gladius. Quis conſolabitur te? Filij tui proiecti ſunt, dormierunt in capite omnium viarum, ſicut beſtia illaqueata: pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. Idcirco audi hæc paupercula, & ebria nõn à vino. Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui propũgnauit pro populo ſuo: Ecce tuli de manu tua calicem ſoporis, fundũ calicis indignationis meę: non adiicies vt bibas illum vltrà. Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ: Incuruare vt tranſeamus: Et poſuiſti vt terram corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus.

Et oblitus es Domini factoris tui.) Senſus eſt: Si me habes Deum & cõſolatorem, cur hominem times, qui vt fœnum cõſumitur, & Deum obliuiſceris cœli atque terræ effectorem, qui te creauit, & poteſt ab omnibus inimicis tuis te facilè eripere?

Cito veniet gradiens ad aperiendum.) Id eſt, filius meus vnigenitus non tardabit, ſed cito veniet in mundum ad aperiendam viam æternæ beatitudinis. Et non interficiet, non enim veniet vt per-
1.Tim.2. dat, ſed vt ſaluos faciat. Vult enim, vt ait diuus
Ioan.12. Paulus, omnes homines ſaluos fieri. Et ipſe
Ezech.8. Chriſtus apud Ioannem: Non veni, inquit, vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificem mundum. Venit igitur vt vitam daret, non vt occideret. Non enim vult, vt eſt apud Ezechielem, mortem peccatoris. Nec deficiet panis eius, hoc eſt, eius doctrina, quæ animã reficit, & eius gratia, qua anima viuit, & velut ſuauiſſimo pabulo ſuſtentatur. Hic eſt panis, quem petimus in oratione dominica, dicentes: Panem noſtrum quotidianum
Psal.101. da nobis hodie. De quo Dauid, Aruit, inquit, cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum. Poteſt totum hoc ita explanari, vt dicat Chriſtus fidelibus ſuis: Vbi eſt nũc furor tribulantis vos? Ecce ille, qui vos affligit, veniet cito ad aperiendum vobis oſtium carceris, in quem vos coniecit, & cõuertetur ad fidem, vóſque nutriet & ſuſtentabit. Poteſt hoc referri ad Cyrum, vt ſit ſenſus. Ne cadatis animo ô Hebræi in Babylonica captiuitate conſtituti: nam cito veniet Cyrus, qui vobis oſtium aperiet, & ad patriam mittet. Exiſtimo tamen referendum eſſe in primis ad Chriſtum, qui carcerem peccati, in quo mundus continebatur, aperuit, & cœlum ſuo ſanguine reſerauit. Eſt enim Chriſti ſanguis clauis aperiens ſcelerum carcerem, vt inde exeamus: & cœlum, vt illud penetremus.

Ego autem ſum Dominus Deus tuus.) Alloquitur pater filiũ iuxta carnis aſſumptæ diſpenſationẽ.

Poſui verba mea in ore tuo.) Verba quæ loqui-
tur Chriſtus patris ſunt. Ipſe enim apud Ioan- Ioan.14.
nem, Sermo, inquit, quem audiſtis, nõ eſt meus, ſed eius, qui miſit me patris.

Vt plantes cœlos & fundes terram.) Chriſtus cõſtituit alterum mundum. Apoſtoli, viri Apoſtolici, cæteríque viri illuſtres, qui in terra fuerunt vitam cœleſtem imitati, appellantur cœli, vt alibi docuimus, alij verò fideles minus dediti contemplationi terra vocantur.

Eleuare eleuare, conſurge Ieruſalem.) Verba ſunt prophetæ conſolantis Eccleſiam, eámque ad tolerantiam rerum aduerſarum cohortantis. Eleua te, inquit ô Eccleſia à tyrannis afflicta. Excitamini fideles, qui iacetis in lachrymis, qui de manu Domini bibiſtis calicem iræ eius vſque ad fundũ, hoc eſt, qui in varias afflictiones diuina permiſſione incidiſtis, & in ſummis acerbitatibus verſamini. Chriſtus Deus noſter afflictionum calicem bibit, & illũ ſuis electis porrigit & propinat. Hic eſt calix, ille de quo ipſe dicebat filiis
Zebedæi: Poteſtis bibere calicem quem ego bi- Matth.20.
biturus ſum? Et paulò pòſt: Calicem quidem Ioan.18.
meum bibetis. Et alibi, Calicem, inquit, quem ſimile.
dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Solent magni ac nobiles viri, quando ſuam erga familiares & amicos beneuolentiam oſtendere volunt, illis calicem ſuum tradere, vt ex eo bibant. Sic Chriſtus Deus noſter viris piis dilectis ſuis calicem ſuarum afflictionum propinat, vt ſuam erga eos charitatem oſtendat. Sed conſidera Dei pietatem. Permittit vt ſui calamitatibus premãtur, ſed in medio illarum eos conſolatur, ne timore debilitentur, & corruant, hortans eos, vt erigant animos, & ad cœlum aſpirent, ipſúmque Deum contemplentur. Illud eſt aduertendum duos eſſe calices, alterum Chriſti, alterum mundi. Calix Chriſti eſt guſtui amarus, ſed animæ ſaluberrimus. contrà verò calix mundi eſt guſtui ſuauis, ſed magnam animæ affert perniciem. Eſt foris aureus, ſed intus habet peſtiferũ venenum. Qui ex eo bibunt pereunt, & ruũt in interitum voluntarium. Sed tanta eſt hominum inſania, vt non deſinãt hoc venenum obbibere, quanquam intelligant eos, qui illud potãt, conceptam mor-
tem in anima continere. Si adeſſes conuiuio, & ſimile.
hauſto poculo moreretur ille, qui biberat, & quotquot biberent mortui caderent, nónne iudicares illud eſſe venenum? iudicares equidem, & ex eo nihil ſumeres, niſi penitus iudicio careres. Nunc quanta eſt amentia? quanta animi cæcitas, id velle quod ſemper detrimentum attulerit: & exiſtimare fore, vt ipſe non pereas, cùm alios perire videas? Hic eſt calix, de quo Ioannes
in Apocalypſi, Cecidit, inquit, cecidit Babylon Apoc.14.
illa magna, quæ à vino iræ fornicationis ſuę potauit omnes Gẽtes. Fugiamus calicem Babylonis, deteſtemur calicẽ mundi, & Chriſti calicem

amplectamur. Chriſtus eum bibit, priuſquam nobis illum propinaret. Cæterùm hæc verba Eſaiæ: Eleuare eleuare, conſurge Ieruſalem, quę bibiſti de manu Domini calicem iræ eius, poſſunt rectè referri ad populum Iudæorum in Babylonica captiuitate conſtitutum, quem Deus excitat, vt videat ſe eſſe ob ſua ſcelera meritò punitum.

Fames & gladius.) Explicatio eſt præcedẽtium. Dixerat duo eſſe, in quæ inciderat, nempe vaſtitatem & contritionem: modò autem explicans hæc duo, ait eſſe famem & gladium.

Quis conſolabitur te?) Quaſi dicat, nemo. Videtur eſſe explicatio eius, quod modò dixerat: Quis contriſtabitur ſuper te? Magnum eſt enim ſolatium habere aliquos, qui tecum tuas ærumnas ſentiant & plorent. Contrà verò ſumma eſt calamitas, non habere in ærumnis, qui tuam vicem doleat, & carere omni conſolatore. Id lugebat Ieremias dicẽs in Threnis: Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius. Et Salomõ in Eccleſiaſte, Vide, inquit, lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem. Et Dauid in Pſalmo in perſona Chriſti, Suſtinui, inquit, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit; & qui conſolaretur, & non inueni.

Thren. 1. Eccl. 4. Pſal. 68.

Filij tui proiecti ſunt.) Pergit oſtẽdere afflictionem populi Iudaici in Babylonicam captiuitatem relegati.

Sicut beſtia illaqueata.) In quam ſæuiunt & irruunt venatores.

Idcirco audi hæc paupercula.) Id eſt, Eã ob cauſam audi hæc Iudæorũ ſynagoga, quæ in Chaldæa detineris, paupercula, abiecta, ebria non à vino, ſed à te ipſa alienata, & ob ſcelera tua in Babylonicum carcerem coniecta. Ego, inquit, Dominus auferam à te calicem iræ meę, & te affligentibus illum propinabo. Eruam te ex Babyloniis, & illos euertam, & Cyro captiuos ſubijciam. Qui dicebant tibi: Incuruare vt tranſeamus, qui te acſi terra eſſes & lutum, pedibus cõculcabant, & incredibilibus iniuriis afficiebant. Vide Dei clementiam. Adhuc Iudæi non erant capti, & in Chaldæam adducti, & iam eos conſolabatur, acſi à Babyloniis captiui detinerẽtur.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT LI.

1 *Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci de qua præciſi eſtis.*) Totum hoc Septuaginta interpretes in hunc modum verterunt: Attendite in robuſtam petram, quam excidiſtis, & in foueam laci, quam fodiſtis. Quæ verba indicant Eſaiam non loqui de Abrahamo, quem Iudæi non exciderunt, ſed de Chriſto, quem illi vulnerarunt & occiderunt. Poſteà tamẽ Iudæos mittit ad Abrahami conſiderationem. Pro, Et ad cauernam laci, eſt in Hebraico ואל מקבת בור veel makkæuæth bor. Quod poteſt rectiſſimè verti: Et ad perforationem putei. Fuit enim pectus Chriſti puteus altiſſimus aquarum viuentium gratiæ & ſpiritualium donorum, quo perforato exiuit ſanguis & aqua, vt Euangeliſta teſtatur. Verbum enim נקב nakau perforare ſignificat, vnde nomen מקבת makkæuæth ſignificat perforationem & aperturam. בור bor autem ſignificat puteum & ciſternam. *Ioan. 19.*

Tribus mea me attendite.) Pro tribu mea eſt in Hebræo לאומי leummi. Septuaginta pro tribu verterunt reges: Theodotio genus: Symmachus Gẽtem. Quem ſecutus Pagninus vertit: Et gens mea me audite. Dixerat anteà: Attendite ad me populus meus, & ſtatim ait: & tribus mea me audite. Fortaſſe per populum ſuum intelligit Iudaicum, & per tribum ſuã tribum Iuda, ex qua carnem ſumpſit. Et quoniam ea erat tribus regalis, ex qua erãt reges Iudææ, verterũt Septuaginta interpretes, reges, & Theodotio genus, quoniam ex ea tribu natus eſt Chriſtus, & Symmachus Gentem eadem ratione eam appellauit. Ego verò exiſtimo populum Chriſtianum eſſe eum, quem Deus hoc in loco & populum ſuum & Gentem ſuam appellat. Quem alloquens diuus Petrus, Vos autem, inquit, genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Vbi vides Chriſtianos eſſe genus electum, quod conuenit cum verſione Theodotionis: & eſſe reges, quod cohæret cum verſione Septuaginta: & eſſe Gentem ſanctam, quod non diſcrepat à Symmachi atque Pagnini tranſlatione. *1. Pet. 2.*

Brachia mea populos iudicabunt.) Septuaginta habent. In brachio meo Gentes ſperabũt. Quod de Chriſto intelligitur, qui in literis diuinis brachium Dei appellatur. Ipſe enim eſt expectatio Gentium, vt prædixerat Iacob: Ipſe, inquiens erit expectatio Gentium. Qua de re alibi diſſeruimus. *Gen. 49.*

Cito veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vſque ad internecionẽ.) Symmachus ita vertit ex Hebraico: Cito infernus aperietur: & non morietur in corruptione. Subauditur Chriſtus, qui ait in Pſalmo: Non derelinques animam meam in inferno, neq; dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Pſal. 15.*

Et in vmbra manus tuæ protexi te, vt plantes cœlos, & fundes terram.) Septuaginta habent: Et in vmbra manus tuæ protegam te, in qua ſtatui cœlum, & fundaui terram. Vide quàm apertè indicent myſterium redemptionis per Chriſtum. Quis enim non videt hæc palàm ad Chriſtum referri? Per ipſum enim cœlum fuit conſtitutum, & terra fundata. De eo ait diuus Ioannes: Omnia per ipſum facta ſunt. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos: Ex ipſo, inquit, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Et ad Coloſſenſes: In ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia. Hic eſt abſque dubio ille, de quo hîc loquuntur Septuaginta, in cuius manu Deus cœlum ſtatuit, & terram fundauit. Et aduerte eos dixiſſe, protegam te, in futuro, cùm in verſione noſtra ſit protexi te in præterito. Mutant aliquando Septuaginta aliqua de Hebraico, ſed non ſine diuino conſilio & myſterio, vt ego credo. Eſt enim admirabilis eorum interpretatio, & tantæ authoritatis, vt eam ſæpe Apoſtoli citauerint, vt aliis in locis oſtendimus. *Ioan. 1. Rom. 11. Coloſſ. 1.*

Vſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti) Pro ſopo-
re eſt in Hebraico תרעלה tarelab. Quod nomen
ſignificat ſoporem, tremorem, ſtuporem, com-
Pſal.59. punctionem, & crapulam. In Pſalmo vbi verſio
noſtra habet: Potaſti nos vino compunctionis:
habet verſio diui Hieronymi, vino conſopiente.
Eſt enim ibi hoc noſtrū nomen. Quod poterat
etiam verti: Potaſti nos vino tremoris. Et illud
Zach.12. Zachariæ 12. Ecce ego ponam Hieruſalem ſuper
liminare crapulæ: poterat verti: Ecce ego ponā
Hieroſolymæ calicem ſoporiferum, vel calicem
tremoris, vel ſtuporis, vel cōpunctionis. Nomen
enim סף ſaphaph, quod ibi ſcriptum eſt, limen
ſignificat, & liminare, ſed propriè calicem & po-
Exod.12. colum. Vnde in Exodo vbi ſcriptum legimus:
Faſciculúmque hyſſopi tingite in ſanguine, qui
eſt in limine, poterat rectè trāsferri: Faſciculúm-
que hyſſopi tingite in ſanguine, qui eſt in calice,
vel in pelui, aut phiala. Omnia enim hæc ſignifi-
cat nomen סף ſaphaph. Hic calix tremoris &
compunctionis eſt afflictio, dolor, & cruciatus,
quibus Deus ſuos exercet. Et hic eſt calix, quem
Chriſtus bibit moriens in cruce, atrociſſimis in-
iuriis, indigniſſimis doloribus, acerbiſſimis cru-
ciatibus affectus. Hic eſt calix ille, quem Ioſeph
Gen.44. in ſacculo Beniamin ſui chariſſimi fratris iuſſit
abſcondi. Erat Beniamin minimus inter fratres,
qui ibi paruulus appellatur. Vbi inuenitur calix
Ioſeph, niſi in paruulis, hoc eſt in humilibus, in
iis, quos Deus diligit? eos enim permittit, in af-
flictionibus verſari. Ioſeph qui quærens fratres
ſuos venditus eſt, qui ſeruauit Aegyptū, & mun-
Gen.41. di ſaluator appellatus eſt, vt in Geneſi diuinæ li-
teræ teſtātur, fuit Chriſti figura, cuius anguſtia-
rum calix in ſacculo Beniamin reperitur, de quo
ait Ioſeph: Ipſe ſit ſeruus meus, & in illū maiora
contulit beneficia. Ille qui eſt ſeruus Chriſti, quē
Chriſtus plus amat, qui maiora munera largi-
tur, indignè aliquando patitur, & magnis affli-
ctionibus premitur. Hic eſt calix ille, de quo illu-
Pſal.115. ſtriſſimus Propheta, Calicem, inquit, ſalutaris
accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Argumentum capitis LII.

Promittit Propheta Deum liberaturum à Babylonica captiuitate Hebræos, eóſque ad fortitudinem & lætitiam exhortatur. Et ſumpta inde occaſione vaticinatur de primo Chriſti aduentu in mundum, & de Apoſtolorum prædicatione.

CAPVT LII.

A COnſurge, conſurge, induere
fortitudine tua Sion. Induere
veſtimentis gloriæ tuæ Hie-
ruſalem ciuitas ſancti, quia
non adiiciet vltrà, vt pertranſeat per te
incircuncisus & immundus. Excutere de
puluere, conſurge, ſede Hieruſalē: Solue
vincula colli tui captiua filia Sion. Quia
3 hæc dicit Dominus: Gratis venundati
eſtis, & ſine argento redimemini. Quia Gen.45.
hæc dicit Dominus Deus: In Aegyptum B
deſcendit populus meus in principio, vt
colonus eſſet ibi, & Aſſur abſque vlla
cauſa calumniatus eſt eum. Et nunc quid
mihi eſt hic, dicit Dominus: quoniā abla-
tus eſt populus meus gratis? Dominato-
res eius iniquè agunt, dicit Dominus, & Rom.2.d
iugiter tota die nomen meum blaſphe- Iere.36.d
matur. Propter hoc ſciet populus meus
nomen meū in die illa: quia ego ipſe qui
loquebar, ecce adſum. Quàm pulchri ſu- Rom.10.c
per montes pedes annuntiantis & prædi- Nahu.1.d
cantis pacem, annuntiantis bonum, præ-
dicantis ſalutem, dicenti Sion: Regnabit
Deus tuus.

EXPLANATIO.

Conſurge cōſurge.) Loquitur Propheta Iudæis, qui in Chaldæa captiui detinebantur, eóſq; hortatur vt forti atque erecto animo ſint, lugubres veſtes deponant, & decoras atque precioſas induant, quoniā erunt liberati, & in ſuum priſtinum ſtatum reſtituti. Sed per hæc promittit eſſe genus humanum à peccati captiuitate liberandum, ipſóſque peccatores exhortatur, vt exuant veterem hominem, & induant nouum, vt veſtibus nuptialibus induti poſſint ſecurè diuino cōuiuio intereſſe. Hoc enim veſtimentum gloriæ eſt illud, de quo apud Matthæum: Amice quo-
modo huc intraſti non habens veſtem nuptia- Matt.22.
lem?

Quia non adiiciet vltrà vt pertranſeat per te incircuncisus & immundus.) Hoc eſt, Non iterum Babylonius dominabitur tui. Poteſt hoc ad animā ſpiritualiter referri. Hæc enim ſe debet erigere, & ad cœlum aſpirare, vt gratia induta, & fortitudine munita non aperiat oſtium turpibus cogitationibus, non tranſeat per eam cōſenſus incircuncisus & immundus. Poteris per incircunciſum & immundum quamcunque malam co-
gitationem intelligere, quæ non ita debet per- ſimile.
tranſire animam, vt anima illi aſſentiatur. Cogitationes malæ ſunt velut hirundines, penetrant domum, cōtaminant eam, inquinant & inquietant, & exeunt, nullam vtilitatem relinquentes. Et quēadmodū non eſt in poteſtate noſtra cohibere hirundines, ne ſuper domū noſtrā tranſeāt volitantes, poſſumus tamen illas ex domo abigere, ne ibi morentur, & nidum conſtituant, ſic non eſt in manu noſtra non tentari: volitabunt enim cogitationes etiam nobis inuitis, ſed in manu noſtra eſt in illis cum Dei gratia reſiſtere, eáſque abducere & fugare, ne in corde noſtro domicilium conſtruant, & nidum efficiant. Id exiſtimo voluiſſe ſignificare Pythagoram, quando dixit, ſub eodem tecto hirundines nō eſſe habendas. Quam ſententiam tribuit illi Diogenes in eius vita, vt multi alij.

Excutere de puluere, conſurge, ſede Hieruſalem.) Non ad parietes, ſed ad Iudæos Hieroſolymæ habitantes hæc referenda ſunt. Hos in terra iacentes, puluere peccatorum pollutos, ſcelerum vinculis ligatos hortatur Propheta vt puluerem excutiant, conſurgant à peccatis, ſoluāt vincula colli ſui, & ſedeant in loco honeſto. Ait enim: Conſurge: ſede: Quaſi dicat: Relinque peccata, age pœnitentenentiam, & ſede in virtutibus. Per ſeſſionem intelligit firmitudinem & conſtantiā. Non enim ſat eſt, virtutem ſemel amplecti, ſi eā ſtatim relinquas, ſed neceſſe eſt in ea ſtabiliri & firmiter inhærere. Aſpicis quanta ſit ſceleratorū miſeria, iacent in terra, humana amplectentes, vt *Pſal.118.* de ſe quidam dicebat: Adhæſit pauimēto anima mea. Sunt puluere cōſperſi, polluti, & obcæcati, vt de Babyloniorū republica dicebat Ieremias: *Ierem.50.* Cōfuſa eſt mater veſtra nimis, & adæquata pulueri. *Pſal.115.* Sunt captiui, & vinculis alligati, de quibus vinculis dicebat quidā: Dirupiſti vincula mea. *2.Tim.2.* Et apoſtolus in epiſtola ad Timotheum, Reſipiſcant, inquit, à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

Gratis venundati eſtis, & ſine argēto redimemini.(Id eſt, immeritò & iniuria capti eſtis. Nullum enim facinus, nullum flagitium in Babylonios nec in Aegyptios admiſeratis. Ego autem vos gratis liberabo. Iam diximus Cyrum dimiſiſſe Iudæos nulla ab illis pecunia accepta. Sed hîc occultatur in litera myſteriū. Sine cauſa homo ſe vendit dæmoni, & Chriſtus eum gratis redemit, hoc eſt, nullo auro & argento, ſed ſuo puriſſimo ſanguine. Qua de re capite 50. diſſeruimus.

Et Aſſur abſque vlla cauſa.) Hoc eſt, Et poſteà Aſſyrius nulla à Iudæis iniuria laceſſitus eum vexauit, & captiuum duxit. Hic Aſſyrius eſt Nabuchodoſor, qui quoniam non ſolùm Babyloniorum, ſed enim Aſſyriorum monarchiam obtinuit, Aſſyrius appellatur. Vel per Aſſur nō Nabuchodonoſor, ſed ipſorum Aſſyriorum rex intelligitur, qui cum Babyloniis aduerſus Iudæos pugnauit.

Et nūc quid mihi eſt hîc dicit Dominus, quoniā ablatus eſt populus meus gratis.) Cur manebo Hieroſolymæ, quid faciā ibi, ſi populus Iudaicus tranſlatus eſt in Babylonē? Quanquā Deus eſt vbique, dicebatur tamen eſſe ſpecialiter Hieroſolymæ, quoniam ibi à Iudæis colebatur, & ibi reſponſa dabat, & ſola Iudæa erat receptaculū fidei, cùm Gentes omnes idola colerēt, & in erroribus verſarentur. Poſſunt hæc ad tempus gratiæ referri, vt dicat Chriſtus: Quid facio Hieroſolymæ, ſi populus Iudaicus me contemnit, ſéque gratis diabolo tradit? Diſcedam hinc, & Iudæos relin- *Ioan.14.* quam. Id dicebat idem Chriſtus diſcipulis ſuis: Surgite eamus hinc. Et volens Propheta ſignificare hūc, qui loquitur, eſſe Chriſtū, ſubdit: Quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. Quaſi dicat: Ego, qui in Prophetis loquebar, veni in mūdum, ſumpſi humanam naturam, & ecce adſum factus homo.

Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meū blaſphematur.) Per dominatores populi Iudaici intellige ſcribas, & Phariſæos, & principes Sacerdotum. Vel potius Babylonios, qui Iudæorum dominabantur. Sed vide quàm peſtilens ſit principum flagitiū, quoniam illis attribuit blaſphemias populi.

Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum.) Hoc eſt, Ideò in die illa, in tempore quo ſum liberaturus populum Iudaicum à Babyloniis, ipſe populus ſciet me eſſe Dominū Deū exercituum, quia ego ipſe qui modò hæc promitto, tunc adero promiſſionem hanc adimplens. Id eſt quòd ſonat litera. Sed quis non videt eſſe in ea Chriſti aduentum in mundum velatū? Chriſtus eſt qui hîc loquitur. Quaſi dicat: In illa die, in tempore gratiæ quando ſum iturus in mundū, & cum hominibus conuerſaturus, eóſque à diaboli captiuitate liberaturus, populus meus ſciet nomen meum: ſciet me eſſe Ieſum, hoc eſt, hominum ſaluatorem. Ieſus enim idē eſt quod ſaluator. Ego enim qui antea per viros ſanctos loquebar, tunc adero factus homo. Id quidem ait iis verbis Baruch: In *Baruch.3.* terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Quæ verba de Deo dicuntur, vt ibi ſcriptura apertiſſimè oſtendit. Id explicuit Apoſtolus dicens in epiſtola ad Hebræos: Multifariam mul- *Hebr.1.* tiſque modis olim Deus loquēs patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredē vniuerſorū, per quē fecit & ſecula. Id quod ait Chriſtus: ſciet populus meus nomē meū in illa die, fortaſſe intelligitur de nomine ineffabili tetragrāmaton, hoc eſt, quatuor literarū, quod eſt יהוה Iehouah, de quo dicebat Deus Moyſi: Ego Dominus, qui ap- *Exod.6.* parui Abrahā, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotēte, & nomen meū Adonai nō indicaui eis. Nam in litera Hebraica non eſt Adonai, ſed יהוה: ſed quoniam nomē Iehouah eſt ineffabile apud Iudæos, pro Iehouah poſuit noſter interpres adonai. Hoc nomen incognitum Iudæis manifeſtauit Chriſtus, qui apud Ioānem alloquens patrē, *Ioan.17.* Manifeſtaui, inquit, nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi. Sed quæres quomodo illud manifeſtauit. Dicam: Docuit Deum eſſe trinum & vnum. Dicens enim: Docete omnes gentes, *Mat.28.* baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, oſtendit trinitatem perſonarū. Apud Marcū dicens: Dominus Deus tuus, Deus vnus *Mar.12.* eſt, oſtendit vnitatem eſſentiæ: quemadmodum *Ioan.17.* apud Ioannem, Pater ſancte, inquit, ſerua eos, vt *Ioan.10.* ſint vnum, ſicut & nos. Et in alio capite: Ego & pater vnum ſumus. Vnde diuus Ioannes à Chriſto doctus, Tres, inquit, ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Docuit præterea Chriſtus ſe eſſe Deum & hominem, Deum, quando dixit: *Ioan.10.* Ego & pater vnum ſumus: hominē, quando di- *Ioan.14.* xit: Pater maior me eſt. Et omnia hæc ſunt incluſa in hoc admirabili nomine יהוה, quod ex quatuor literis conſtituitur, quarū prima eſt, י Iod, quæ ſignificat principium, per quam ſignificatur pater qui eſt principium ſine principio. Secunda litera huius nominis eſt, he, quæ ſonat eſſe, per quam ſignificatur filius, quoniam per ipſum omnia facta ſunt, & habent eſſe, de *Rom.11.* quo ait diuus Paulus: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Tertia litera eſt ו vau, quæ ſignificat charitatem & amorem, & eſt coniunctio copulatiua; per quam ſignificatur

tur Spiritus ſanctus, qui eſt amor, & charitas, & nexus. Qui, vt verbis vtar Auguſtini, nec patris tantum, nec filij tantum, ſed ſimul patris & filij ſpiritus dicitur, & charitas ſiue ſanctitas amborum eſſe agnoſcitur. Vltima litera eſt ה he, quæ eſt etiam ſecunda, per quam diximus filiũ ſignificari. Sed quoniam Filius Dei vnigenitus ſumpturus erat humanam naturam, duplicatur hæc litera, vt ſignificet in Chriſto duas naturas diuinam & humanam, ſed ſemper eſt vna litera, quia Chriſtus eſt vna perſona: ſunt enim duæ naturæ in vno ſuppoſito. Et ponitur in fine hæc litera, per quam ſignificatur humanitas, quoniam in fine in nouiſſimis diebus filius Dei humanam
Sup.2. naturam ſibi inenarrabili modo copulauit. Solet enim ſcriptura tẽpus gratiæ nouiſſimos dies appellare, & temporis plenitudinẽ, vt ſecundo capite oſtẽdimus. Hinc intelliges cur Deus Abrahamo literam vnã addens, non aliam quàm, ה, quæ eſt ea quæ in fine admirabilis nominis יהוה ponitur, addiderit. Cùm enim vocaretur אברם, vocatus fuit à Deo אברהם, addita ſola litera ה. Voluit enim Deus occulto illo myſterio ſignificare filium ſuum vnigenitũ eſſe ex ſemine Abrahami carnem ſumpturum. Ideò enim literam admirabilis nominis Dei tribuit Abrahamo, & eam per quam Chriſtus ſignificatur, vt oſtenderet filium Dei fore filium Abrahami ſecundum hu-
Matt.1. manitatẽ. De eo enim ait Diuus Matthæus: Li-
Ioan.8. ber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abrahã. Qui cùm ſecundũ humanitatẽ ſit filius Abrahami, ſecũdum diuinitatem tamen, Antequam, inquit, Abrahã fieret, ego ſum. Et ob eam cauſam voluit Deus vt in nomine Abrahami, quod ita ſcribitur אברהם eſſet litera, ם, quæ regni
Sup.9. Chriſti æternitatẽ ſignificat, vt capite nono explicauimus, Aſpicis igitur hoc nomen Iehouah, quod Iudæi ob eius admirabilitatem & celſitudinem nominare non audent, in ſe altiſſima myſteria ipſis Iudęis infidelibus incognita cõtinere. Et hoc eſt nomen, quod Chriſtus ſuis fidelibus indicauit, quod Chriſtianus populus cognouit, de quo hoc in loco ipſe Chriſtus ait per Eſaiã: Propter hoc ſciet populus meus nomen meũ in die illa, quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum.
Pſal.8. Hoc eſt nomẽ illud admirabile, de quo ait Dauid: Domine Dominus noſter quàm admirabile
Pſal.53. eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra. Et alibi: Deus in nomine tuo ſaluũ me fac, & in virtute tua iudica me. Et alibi inducit idem diuinus vates Chri-
Pſal.21. ſtum ita Deum patrem alloquentem: Narrabo
Hebr.2. nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te. Quem locum diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos de Chriſto interpretatur.

Quàm pulchri ſunt ſuper montes.) Dixerat Chriſtus venturum ſe eſſe in mundũ, & ſuum nomen manifeſtaturum. Et quoniã miſſurus erat Euangeliſtas, & Apoſtolos, qui pacem & ſalutẽ mundo nunciarent, qui prædicarent Euangelium, ideò Propheta eos laudat & admiratur dicens, ſpecioſos eſſe ſuper mõtes eorum pedes. Intuebatur diuinus vates pedes Apoſtolorum, qui peragraturi erant totũ terrarum orbem. Et ad uerte: Non dixit Apoſtolos ſolùm priuatis hominibus, & in eorũ propriis domibus inter priuatos parietes Euangeliũ prædicaturos, ſed eſſe aſcenſuros in montes, vt poſſent ab omnibus audiri. Voluit Propheta iis verbis ſignificare Apoſtolos omnibus concionaturos, tam nobilibus quàm obſcuro loco natis, & nuntiaturos eſſe vniuerſo mundo pacem, & ſalutem cæteráque bona, quæ Chriſtus in homines contulit. Ideò ait Propheta: Prædicantis pacem, annuntiantis bonũ, prædicantis ſalutem: Dicentis Sioni, regnabit Deus tuus. Omnia hæc ſub nomine Euangelij cõprehenduntur. Euangelium enim bonum nuntium ſignificat. Quod Chriſtus ſignificans ait diſcipulis ſuis, vt eſt apud Marcum: Euntes in mundũ Mar.16.
vniuerſum prędicate Euangeliũ omni creaturæ. Hunc locũ Eſaiæ citauit diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, cùm de Apoſtolica prędicatione Rom.10.
loqueretur. Ex quo apertè colligitur, Eſaiam in hoc capite locutũ fuiſſe de Chriſto, eiúſq; Apoſtolis, & ex cõſequenti eos in errore verſari, qui cùm nomine Chriſtiano gloriẽtur, Iudæorũ expoſitioni adhęrẽtes, caput hoc de ſola Babylonicæ captiuitatis liberatione ſub Cyro interpretẽtur, cùm diuini vatis præcipuũ propoſitũ ſit, de humani generis redemptione per Chriſtũ, déq; eius Apoſtolorum prædicatione vaticinari. Poteris hîc per mõtes altitudinem virtutum intelligere, ad quam oportet Chriſti concionatores aſcendere. Illud eſt præterea aduertendum, ante aduentum Chriſti raram fuiſſe in mũdo pacem. Si enim fuiſſet, non Apoſtoli eam tanquam rem nouam & inſolitam nuntiarent. Pax enim ſine charitate eſſe non poteſt. Ita ait alio loco Eſaias: Nõ eſt pax impiis dicit Dominus. Quod de ve- Sup.48.
ra & ſpirituali pace eſt intelligẽdum. At de tempore Chriſti dicitur in Pſalmo: Orietur in die- Pſal.71.
bus eius iuſtitia & abundantia pacis. Qua de re alibi diſſeruimus. Nec eſt ſilentio tranſeundum, prædixiſſe hoc loco Eſaiam, Apoſtolos annuntiaturos bonum, vt ſignificaret antea bonũ eiuſmodi ignotum fuiſſe. Diſſerebant Philoſophi de bono, ſed non inueniebant, quoniã illud non in ſummo ſed in imo quærebant, & in tenebris & erroribus inextricabilibus verſabantur. Bonum igitur quod verè & realiter bonum eſt, annuntiauerunt Apoſtoli, quod anteà ignorabatur à mundo, licet eſſent nonnulli viri ſancti, qui illud non ignorabant. Sed hi nomine mũdi non comprehenduntur.

Regnabit Deus tuus.) Quaſi dicat: Non amplius regnabit Moyſes cum cerimoniis ſuis, ſed Chriſtus in Eccleſia ſua in æternum regnabit. Vel ſic: Si Chriſtum receperis, eiúſque dicta obſeruaueris, non regnabit in anima tua peccatum, ſed ipſe Chriſtus per gratiam. Hanc gratiã, hoc Chriſti regnum petimus cùm dicimus: Adueniat regnum tuum. Sed tunc regnat in nobis peccatũ, quando paremus concupiſcentiis fomitis peccati. Ideò ait Apoſtolus in epiſtola ad Romanos: Rom.6.
Non regnet peccatũ in corpore veſtro mortali, vt obediatis concupiſcentiis eius. Vbi per peccatum fomitem peccati intelligit, non quòd ſit peccatum, priuſquam voluntas conſentiat, ſed quòd incitet ad peccandum.

Vox ſpeculatorum tuorũ, leuauerunt vocem, ſimul laudabunt: quia oculo ad oculũ videbunt, cùm conuerterit Domi- C

nus Sion. Gaudete, & laudate ſimul deſerta Ieruſalem, quia conſolatus eſt Dominus populũ ſuum, redemit Ieruſalem. Parauit Dominus brachium ſanctum ſuũ
Pſal.97.a 2.Cor.6.d in oculis omnium Gentium. Et videbunt omnes fines terrę ſalutare Dei noſtri. Recedite, recedite, exite inde. Pollutũ nolite tangere, exite de medio eius. Mundamini qui fertis vaſa Domini. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis, præcedet enim vos Dominus,
D & congregabit vos Deus Iſrael. Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde. Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum. Ille aſperget Gentes multas, ſuper ipſum continebunt reges os ſuum. Quia quibus non eſt nar-
Rom.15.e ratum de eo, viderunt: & qui non audierunt, contemplati ſunt.

Vox ſpeculatorum tuorum.) Subaudi audietur. Quaſi dicat: Præſules tui, quorum officium eſt ſpeculari, annuntiabunt Euangelium. Præſules vocat ſpeculatores. Sic Deus Ezechieli, Fili ho-
Ezech.3. Ezech.33. minis, inquit, ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael. Et alio in loco, Ille quidem, inquit, in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Vbi aſpicis præſulum intereſſe concionari, ſpeculari, ſubditis conſulere, & eorum vulneribus mederi. Hoc attendant qui dediti ventri & ſomno non ſubditos curant, ſed ſeipſos. Septuaginta habent: Vox cuſtodientium te exaltata eſt.

Simul laudabunt.) Subaudi Chriſtũ ob redemptionem, & peccatorum remiſſionem, cæteráque beneficia in homines collata.

Quia oculo ad oculum videbunt.) Hoc eſt, quia ipſi propriis oculis Chriſtum aſpicient in carne, cùm conuerterit Sionem, hoc eſt, cùm redemerit mundum, & multos ad ſeipſum conuerterit. Vide quomodo Propheta à liberatione Babylonicæ captiuitatis ſe transferat ad mundi liberationem.

Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium.) Præteritum pro futuro more Prophetico. hoc eſt, mittet pater filium ſuum, vt ab omnibus videatur. Appellatur filius brachium ob diuinã fortitudinem, vel quia omnia per ipſum, vt inquit diuus Ioannes, facta ſunt.
Ioan.1. Appellari Chriſtum brachium Domini, indicat
Sup.51. ſcriptura multis in locis. Capite ſuperiore ait Eſaias: Conſurge conſurge, induere fortitudinẽ brachium Domini. Vbi per brachium Chriſtus
Pſal.97. intelligitur, vt ibi annotauimus. Et in Pſalmo: Saluauit ſibi dextera eius, & brachiũ ſanctũ eius.

Et videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.) Appellari Chriſtum ſalutare Dei aliis in locis explicuimus. Id quod hîc in futuro prædicit
Pſal.79. Eſaias, tanquã iam præteritum cecinit his verbis Dauid: Notum fecit Dominus ſalutare ſuum, in conſpectu Gentium reuelauit iuſtitiã ſuam. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ & veritatis ſuæ domui Iſrael. Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri.

Recedite recedite, exite inde.) Alloquitur eos qui, erant in Babylonica captiuitate, dicens, vt exeãt inde, quoniam Deus eſt eos liberaturus. Sed eis in primis qui erant in peccati captiuitate dicit Deus, vt recedant ab ea, & exeant à Babylone, hoc eſt, à confuſione mundi, & nolint ſe tactu rerũ immundarũ cõtaminare. Sic capite 48. Egre- Sup.48.
dimini, inquit, à Babylone, fugite à Chaldæis. Et apud Ieremiam. Recedite de medio Babylo- Ierem.50.
nis, de terra Chaldæorum egredimini. Multi detrahunt de mundo, illum maledictis & opprobriis inſequuntur, ſed eum non vulnerant, quia ſe ab illo non abducunt, neque ſeparãt. Vt enim qui funda vult lapides rotare, & proiicere, quibus aliquem feriat, opus eſt vt ſe ab eo ſeiungat, quem vult percutere, alioquin cum eo coniunctus nihil efficiet, ſic qui voluerit dictis aut ſcriptis mundũ ferire, recedat ab eo, nam amplectẽs funda ſuorum ſermonum vulnerare nõ valebit: Si Dauid eſſet cum Goliath vnitus, eum funda ſua occidere nequaquã poſſet. Ideò diuus Hieronymus, & diuus Franciſcus, cæteríque viri 1.Reg.17.
charitate ardentes, omníque virtute præſtantes, mundi confuſionẽ vulnerarunt, quia ab ea longè receſſerunt.

Pollutũ nolite tangere.) Vt enim qui tangit picẽ, inquinatur ab ea, ſic qui familiaritate ſceleratorum vtitur, facilè deprauatur. Si prohibemur labiis attingere aquam contaminatã, quantò magis eam bibere? Diſcedamus igitur à mundo, ne eius pollutas aquas attingamus, ſi volumus non perire. Quamuis enim in principio claræ ac dulces videãtur, tamen ſi earum finẽ reſpexerimus, videbimus eas cõtaminatas, & veneno infectas. Apud Scythas eſt fluuius nomine Hypanis, qui Simile.
in principio purus ac dulcis apparet, ſed poſteà inficitur amaro fonte, & bibentibus perniciem parat. Talis eſt mũdus, prima ſpecie clarus & ſuauis, ſed poſteà turbulentus, pollutus, & venenoſus. Fallit in principio ſpe magnarũ rerum, quas promittit: videtur purus & ſuauis, ſed poſteà ſuã amaritudinem & immundiciã oſtendit. Deteſtemur igitur eius pollutas aquas, audiamus Prophetam dicentem: Pollutum nolite tangere.

Mundamini qui fertis vaſa Domini.) Exhortans Propheta omnes, qui in Babylonica captiuĩtate detinebãtur ad exitum & egreſſum ab illa, & ad animi puritatem, inter omnes, eorum præſertim meminit, qui vaſa Domini portabant. Rapuerat enim Nabuchodonoſor vaſa Domini templo Hieroſolymæ ad cultum diuinum dedicata, & Babylonẽ aſportauerat: quæ Iudæi poſteà Hieroſolymam retulerunt. Hortatur igitur diuinus vates eos, qui erant rebus ſacris, diuinóque cultui addicti, quibus erat cura vaſa Domini portandi, vt puri ſint, nullis immundiciis contaminati, ne manibus pollutis vaſa Domini coinquinent. Vaſa Domini ſunt Chriſtiani Deo dedica- Act.9.
ti, quorum vnus qui vas electionis appellatur, ita in epiſtola ſecunda ad Timotheum ſcriptum 2.Tim.2.
reliquit: Si quis emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorẽ ſãctificatũ, & vtile Domino ad omne opus bonũ paratũ. Qui portãt vaſa Domini ſunt

præſules,

præſules, qui ſe vitiis dedunt, & iura peruertunt,
Exod.28. non ſolùm ſeipſos polluũt, ſed alios ſuo exẽplo contaminant. Vnde Deus dicebat Moyſi, vt eſt in Exodo literis mandatum: Facies laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris, ſanctum Domini, ligabiſque eam vitta hyacinthina: & erit ſuper tiaram imminens fronti pon-
figura. tificis. Conſidera hoc. Talis debet eſſe præſul, vt eum videntes ſtatim cognoſcant eum eſſe ſanctum Domino. Multa mihi hoc in loco occurrebant ad dicendum, & multò plura ad plorandũ, quæ ſunt ſilentio prætereunda.

Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis.) Subaudi quemadmodum in exitu de Aegypto. Nam nunc mittet vos Cyrus in patriam, & in priſtinum ſtatum reſtituet.

Ecce intelliget ſeruus meus.) Dixerat Iudæos reuerſuros eſſe in patriam ſuam in pace & tranquillitate, & Chriſtum eos præceſſurum & cõgregaturum. Nunc ait deus pater: Ecce filius meus, quem ſecundũ humanã carnem aſſumptã ſeruum meũ appello, ſapienter geret banc rem. Ipſe enim intelligit quemadmodũ eſt vos liberaturus. Vide quomodo Propheta tranſeat à liberatione captiuitatis Babylonicæ ad humani generis redemptionem per Chriſtum.

Exaltabitur & eleuabitur, & ſublimis erit valde.) Hoc eſt, Morietur cruci affixus. Chriſti mortem appellat exaltationem. Et ipſe Chriſtus apud
Ioan.12. Ioannem ita ait: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Id quod Iudæi putabant eſſe ignominiam, appellat Chriſtus gloriam. Et
Ioan.3. alibi, Sicut Moyſes, inquit, exaltauit ſerpentem,
Ioan.12. ita exaltari oportet filium hominis. Et alibi: Venit hora vt clarificetur filius hominis. Et in
Cant.7. Canticis, Aſcendã, inquit, ad palmã. Fuit igitur Chriſti mors exaltatio, quia per illam triumphauit de morte, de mundo, de diabolo. Quando videbatur abiectus & humiliatus, erat gloria ſublimis: hæc eſt enim humilitatis natura. Eodem
1.Reg.5. modo arca Dei in templo Dagonis cùm videbatur abiecta & victa, tunc erat eleuata & glorioſa, & de Dagone mirabiliter triumphabat. Ex quo ſequitur, eos qui Chriſtum imitantur, & pro eo indignis contumeliis afficiuntur, tunc maiori gloria fulgere, cùm magis abiecti eſſe videntur. Vocatur etiam mors Chriſti exaltatiu, quia pro nobis moriendo ſuam bonitatem, charitatem & iuſtitiam oſtendit.

Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum. Id eſt ſicut multi Chriſti doctrinam & miracula admirabuntur, ſic multi obſtupeſcent videntes eius faciem vulneratam, alapis percuſſam, ſputis commaculatam, & ſanguine cõſperſam, & eius pulchritudinem in nigredinem mutatam. Stupuiſſe autem multos Chriſti miraculis & doctrina aſſerit multis in locis Euangelica hiſtoria. Quem enim non teneret ſtupidũ & admirantem Chriſti virtus, eiúſque diuina potentia? Et ſi impij in eum irruerent, & in illũ arderẽt eorum odia, quibus incenſi eum occidere conabantur, tamen non poterant non admirari eum, quem videbant inſanabiles ægritudines curantem, mortuos ad vitam reuocãtem, & dæmones expellentem.

Iſte aſperget Gentes multas.) Hoc eſt, multi diſpergentur per orbem vniuerſum ad prædicandã Chriſti glorioſam mortem, & eius ſacratiſſima myſteria. Vel aſperget multas Gentes ſanguine ſuo. Quaſi dicat: Patietur quidẽ Chriſtus, & ſuo ſanguine pro genere hominũ fuſo & ſparſo peccatorum maculas mundabit. Poteſt verti ex Hebraico: Cum admiratione loqui faciet Gentes multas. Acſi dicat: Tanta patietur, vt Gentes admirantes de eo loquantur.

Super ipſum continebunt reges os ſuum.) Hoc eſt, tanta afficiẽtur admiratione audita Chriſti morte, & viſis Apoſtolorum miraculis eius nomine effectis, vt nõ poſſint pro dignitate laudare eius conſilium, miſericordiam, & charitatem: & tacebunt admirantes, diuinam eius magnificentiã exprimere, & oratione cõſequi non valentes. Et non ſolùm Iudæi, qui Meſſiam expectabant, ſed Gentes quibus non fuerat narratum nec prædictum eſſe Chriſtum venturum, videbunt eius nomine multa effici miracula, & myſteria illis inaudita contemplabuntur.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT LII.

Dominatores eius iniquè agunt.) Pro iniquè agũt, eſt in Hebraico יְהֵילִילוּ iehelilu à verbo ילל ialal, quod propriè ſignificat vlulare & exclamare. Ideò poterat hoc rectè verti: Dominatores eius vlulare faciunt eũ. Et ita vertit Pagninus. Quaſi dicat: Qui dominantur populi mei, faciunt eum clamare, & in blaſphemias prorumpere. Nam ſtatim ſubdit: Et iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Vel faciunt eum præ dolore vlulare. Acſi diceret: Adeò ſæuiunt in populum immanes Babylonij, vt eum faciant ob acerbas afflictiones queribundas voces emittere. Pro quo noſter interpres Latinè reddit, & rectè quidem, iniquè agunt.

Cùm conuerterit Dominus Sion.) Pro conuerterit eſt in Hebraico eſt verbum שוב xuu, quod etiam ſignificat reſidere, & quieſcere. Ideò poteſt verti: Cùm Dominus reſidere vel quieſcere fecerit Sionem. Cùm enim aliquis ad ſe conuertitur, quieſcit, & in ſe reſidet, & ſecum adeſt. Nã anteà nulla erat quies, & extra ſe vagabatur.

Parauit Dominus brachium ſanctum ſuũ in oculis omnium Gentium.) Pro parauit eſt in Hebraico חשף chaſaph, quod verbum ſignificat diſcooperire, vt Eſaiæ quadrageſimoſeptimo: Diſcooperi Supr.47. humerum tuum. Et quoniam qui rem deregit, eam notam facit, ſumitur pro manifeſtare. Ideò poterat rectiſſimè verti: Manifeſtauit Dominus brachium ſuum in oculis omniũ Gentiũ. Quaſi dicat: Manifeſtauit Dominus mundo filiũ ſuum. Id quod aliis verbis ita cecinit regius vates: Notum fecit Dominus ſalutare ſuum, in conſpectu Pſal.97. Gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Poteſt etiam hoc in loco brachium accipi pro fortitudine, vt ſit ſenſus: Oſtendit Deus fortitudinem ſuam coram Gentibus euertens ſuperbam Babylonẽ, & liberans Hebræos ex eius captiuitate. Cui expoſitioni fauet verſio Pagnini: qui pro, parare brachium,

brachium; tranſtulit: Nudauit Dominus bra-
chium ſanctum ſuum, ſumpta metaphora ab iis,
qui volentes aliquid fortiter agere, viréſque ſuas
oſtendere brachium nudãt. Septuaginta habent:
Reuelabit Dominus brachiŏ ſanctum ſuum in
conſpectu cunctatum Gentium. Quæ interpre-
tatio quamuis huic ſecundæ expoſitioni fauere
videatur, magis tamen cum prima cohærere vi-
detur. Nam in ſequenti capite quod apertè ab
Infrà 53. Euãgeliſtis de Chriſto exponitur, dicit Prophe-
ta: Et brachium Domini cui reuelatũ eſt? Signifi-
cans Chriſtum in principio Eccleſiæ eſſe notum
paucis, vt ibi Deo volente explanabimus.

Mundamini qui fertis vaſa Domini.) Septuaginta
habent pro mundamini Separamini. Illi enim
animam mundant, qui ſe à mundo ſeparant, &
in ſolitudinem recipiunt. Vnde Deus per alium
Oſee 2. prophetam, Ducam, inquit, eam in ſolitudinem,
& loquar ad cor eius. Hæc ſolitudo eſt ſeuocatio
animi ab humanis ac turbulentis negotiis, & ad
Deum aduocatio. Viri enim virtute & ſapientia
præſtantes mentẽ à ſenſibus abducentes, & co-
gitationem à rebus viſibilibus ſeparantes, à terra
ſe loogiſſimè effetunt, & ad cœleſtium contem-
plationem rapiuntur. Et hæc eſt meditatio mor-
ris, quam Socrates vitam philoſophorum eſſe
exiſtimabat. Quid enim tum agimus cùm animũ
à corpote abducimus, quàm diſcere mori? Ea igi-
tur animi à corpore ſeparatio eſt altiſſima ſa-
pientia cum animi puritate coniuncta, de qua
hoc in loco Eſaias, Separamini, inquit, qui fertis
vaſa Domini.

*Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur, & eleua-
bitur, & ſublimis erit valde.*) Pro intelligit eſt in
Hebraico ישכיל iaſcil, quod verbum ſignificat
etiam prudenter agere. Ideò poterat hoc ita ver-
ti: Ecce prudenter aget ſeruus meus. Intelligere
enim aliquãdo ad voluntatem & actionem po-
Pſal. 40. tius quàm ad intellectum refertur, vt in Pſalmo:
Beatus qui intelligit ſuper egenũ & pauperem.
Appellat Deus pater hoc in loco Meſſiam ſeruũ
ſuum ob verbi miniſteriũ docendíq; munus: &
quia quanuis ſecundum humanitatem æqualis
ſit Patri, eſt tamen minor eo ſecundom humani-
tatem. Ideò propter naturam aſſumptam ſeruus
Zacha. 3. appellatur. Ita enim Zacharias propheta Patrem
inducit loquentem: Ecce ego adducam ſeruum
meum Orientem, quia ecce lapis, &c. Vbi pro
Oriente in Hebraico eſt צמח tſemach, quod no-
men germen etiam ſignificat. Hoc nomine vo-
Iere. 33. catur Meſſias apud Ieremiã cap. 33. & apud Eſaiã
Suprà 4. cap. 4. Intelligi autem locum illum Zachariæ de
Chriſto indicat Chaldæus paraphraſtes ita ver-
tens. Ecce ego adduco ſeruum meũ Meſſiam, &
reuelabitur, &c. Idem Deũs pater à noſtro hoc
vate capite quadrageſimoſecundo ita loquẽs in-
ducitur: Ecce ſeruos meus, ſuſcipiã eum: electus
Sup. 41. meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Eſt igi-
tur perſpicuum in hoc noſtro capite loqui pro-
phetam de Meſſia, quem hîc hominem appellat,
Philip. 2. cùm eum ſeruũ vocat. Exinaniuit enim ſemet-
ipſum, vt Paulinis vtar verbis, formam ſerui ac-
cipiens. Sed ne aliquis exiſtimaret Meſſiam eſſe
purum hominem, ſubdidit propheta: Exaltabi-
tur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde. Pro quo
Jonathan Chaldaicus vertit: Ecce proſperabi-
tur ſeruus meus Meſſias, exaltabitur pluſquam
Abraham, eleuabitur pluſquam Moyſes, & ſu-
blimis erit valde pluſquã angeli ſuperiores. Hæc
ille. Si Meſſias ſublimiorem habet ſubſtantiam
ipſis ſuperioribus angelis in ſua natura abſque
vlla contagione conſiſtentibus, apertè oſtendi-
tur, diuinam habere naturam, ſecundum quam
Deus eſt ex ſubſtãtia Patris ante ſecula genitus,
eíque æqualis. Vnde ait Paulus Apoſtolus: Qui
cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus *Philip. 2.*
eſt, eſſe ſe æqualem Deo. Nec diuinæ maieſtati
corporea Chriſti natiuitas aliquid abſtulit, quia
incommutabilis ſubſtantia minui nequaquam
poteſt. Quòd enim verbum caro factum eſt, vt
ait diuus Ioannes, non ſignificat fuiſſe naturam
diuinam in carnem mutatam, ſed fuiſſe à verbo
in vnitatem perſonæ carnem ſuſceptam. Proba-
tur ex hoc loco Chriſtum eſſe verum Deum & *Ioan. 1.*
verum hominem, quod aliis in locis fuſè oſten-
dimus.

Argumentum capitis LIII.

*Vaticinatur propheta de Chriſti morte, eiúſque acer-
biſſimis cruciatibus, & quemadmodum ſereus ini-
quitates noſtras ſe voluit in crucis ara pro nobis ſa-
lutarem hoſtiam deuouere ac conſtituere.*

CAPVT LIII.

QVis credidit auditui noſtro? & A
brachium Domini cui reuelatũ *Ioan. 12. f*
eſt? Et aſcendet ſicut virgultum *Rom. 10. d*
coram eo, & ſicut radix de terra
ſitienti: non eſt ſpecies ei, neque decor: &
& vidimus eum, & non erat aſpectus, &
deſiderauimus eum. Deſpectum & no- *Mar. 9. b*
uiſsimum virorum, virum dolorum & *Matt. 8. e*
ſcientem infirmitatem: & quaſi abſcon-
ditus vultus eius & deſpectus, vnde nec
reputauimus eum. Verè languores no- B
ſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe *Matt. 8. e*
portauit: & nos putauimus eum quaſi le- *1. Pet. 2. d*
proſum, & percuſſum à Deo, & humilia- *1. Ioa. 3. a*
tum. Ipſe autem vulneratus eſt propter
iniquitates noſtras, attritus eſt propter
ſcelera noſtra: Diſciplina pacis noſtræ ſu-
per eũ, & liuore eius ſanati ſumus. Om-
nes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſ-
que in viam ſuam declinauit: & poſuit
Dominus in eo iniquitatem omniũ no-
ſtrum. Oblatus eſt quia ipſe voluit, & C
non aperuit os ſuum, ſicut ouis ad occi- *Mat. 26. f*
ſionem ducetur, & quaſi agnus coram *Act. 8. f*
tondente ſe obmuteſcet non aperiet os
ſuum.

EXPLANATIO.

*Quis credidit auditui noſtro? & brachium Domi-
ni cui reuelatum eſt.*) Vtitur præteritis pro futuris,
quemadmodũ multis aliis in locis, vt vaticina-
tionis

donis certitudinem oſtendat. Superiore capite
prædixit diuinus vates Apoſtolorum prędicatio
nem: Sed quoniã animo intuebatur fore, vt pau-
ci ex Iudæis Euangelium reciperent, & Chriſtũ
cognoſcerent, eorum reſpectu qui erant in ſua in
fidelitate permanſuri, inducit Apoſtolorum cho
rum in hunc modum cum Deo loquentẽ: Quis
credidit auditui noſtro? & brachiũ Domini cui
reuelatum eſt? Quaſi dicat: Nos Domine annun-
tiabimus Euangelium omnibus hominibus: at
quis credet verbis noſtris? Pauci erunt qui nobis
fidem adhibeant. Et brachium Domini, hoc
eſt, Chriſtus, cui reuelabitur? Quàm pauci in-
telligent Chriſtum eſſe verum Deum & verum
hominem, ſummum generis humani cõditorem
& ſaluatorẽ, qui vt nos ex inextricabilibus erro-
ribus, cæciſque tenebris in veritatem ac lucem
vindicaret, & ad beatitudinem ſempiternam tã
dem adduceret, mortuus eſt in cruce, indigniſſi-
mis contumeliis affectus, & immaniſſimè vulne
ratus. Quomodo igitur, illi, qui ſolùm iudicio
humano nituntur, credẽt eum eſſe Deũ, qui fuit
inter homines deſpectus, cæſus, flagellatus & in
crucem tandem occiſus, niſi illis fuerit per Spiri
tum ſanctum fides infuſa? Superiore capite oſten
dimus Chriſtum appellari brachium Domini
ob eius fortitudinẽ, & quia omnia per ipſum fa-
Ioan.1. cta ſunt. Nunc verò alias rationes afferimus. Pri-
mò, appellatur brachium Domini ad eleuandũ
Supr.40. debiles, eóſque congregandum. Ita de eo Eſaias,
Pſal.88. In brachio, inquit, ſuo congregabit agnos. Secũ-
Sap.5. dò, ad conterendos eius inimicos, quemadmo-
dum de eo dictum eſt in Pſalmo: In brachio vir-
tutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos. Tertiò, ad pro
tegendum viros pios & iuſtos. Ideò eſt libro Sa-
pientiæ mãdatũ: Dextera ſua teget eos, & in bra-
chio ſancto ſuo defendet illos. Et vltimò ad am
plexandam animam ſibi deuotã, quę dicit in Cã
Cant.2. ticis: Læua eius ſub capite meo, & dextera illius
amplexabitur me. Vnde quidam, quem Chriſtus
Rom.8. amplexatum tenebat, Quis nos, inquit, ſeparabit
à charitate Chriſti? Ideò in cruce brachiis ex-
panſis emiſit ſpiritum, vt omnes ad ſe venientes
amplecteretur. Hoc brachium fuit velatum, quo
niam in humanitate diuinitas latebat, nec omni-
bus reuelatur. Tunc enim dicitur reuelari alicui,
Ioan.12. cùm in illum credit. Diuus Ioannes de Chriſto
loquens citat hunc locum ita dicens: Cùm tanta
ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum,
vt ſermo Eſaiæ impleretur, quem dixit: Domine
quis credidit auditui noſtro? & brachium Domi
Rom.10. ni cui reuelatum eſt? Et diuus Paulus in epiſtola
ad Romanos, Non omnes, inquit, obediunt Euã
gelio. Eſaias enim dicit: Domine quis credidit
auditui noſtro? Vbi vides apertiſsimè Apoſtolus
hunc locum de Chriſto, & Apoſtolorum prædi-
catione interpretari. Et cùm Eſaias dicat: Quis
credidit auditui noſtro, addunt illi verbum, Do
mine, ſignificantes prophetam induxiſſe Apoſto
los Deum ipſum alloquentes.

*Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut ra
dix de terra ſitienti.*) Hoc eſt, Et hoc brachiũ Do-
mini erit coram eo, hoc eſt coram Domino, ſicut
virgultum aſcendens, & ſicut radix producta de
terra arida & inaquoſa. Comparat Chriſtum
in paſsione virgulto & radici aſcendenti ex ſi-
tiente terra. Virgultum in hyeme eſt floribus ac
frondibus nudatum, ſed habet intus virtutem,
quam oſtendit in vere, tunc enim frondeſcit, &
floret, & baccarũ vbertate pulcherrimũ appa
ret. Sic Chriſtus in paſsione fuit contemptus,
ſquallidus, & incultus, ſed adueniente vere, hoc
eſt, in reſurrectione ſua florẽtiſsimus ac pulcher-
rimus apparuit. Comparatur etiam cum radice
arboris, quia ex ea nutritur arbor, & ſuſtentatur,
& ex ea procedũt arboris folia, flores, & fructus.
Radix nullam habet pulchritudinem, ſed ex ea
tota arbor producitur. Hæc arbor eſt Eccleſia,
radix eſt Chriſtus in paſsione ſua deſpectus, acer
biſsimis iniuriis & doloribus affectus, & in me-
dio duorum latronum conſtitutus. Sed ille ſuſtẽ
tat arborem. ille nutrit Eccleſiam, éſtque eius ra
dix, & validiſſimum fundamentum. Huic arbori
poteſt accõmodari id, quod eſt apud Danielem *Dan.4.*
ſcriptum: Ecce arbor in medio terræ, & altitu-
do eius nimia, magna arbor & fortis, & proceri-
tas eius contingens cœlum, aſpectus illius erat
vſque ad terminus vniuerſæ terræ, folia eius pul-
cherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuer-
ſorum in ea: Subter ea habitabant animalia & be
ſtiæ, & in ramis eius conuerſabantur volucres
cœli, & ex ea veſcebatur omnis caro. Dixerant
in principio: Quis credet auditui noſtro? Nunc
reddunt eius quod dixerant rationem. Acſi dicãt
Quis credet eum eſſe Deum cui nec eſt ſpecies
nec decor.

*Non eſt ſpecies ei neque decor, & vidimus eum, &
non erat aſpectus.*) Ille omnium pulcherrimus, de
quo dicitur in Pſalmo: Speciosus forma præ *Pſal.44.*
filus hominũ, diffuſa eſt gratia in labiis tuis. De
quo in Canticis ſponſa, Dilectus, inquit, meus *Cant.5.*
candidus & rubicũdus, electus ex millibus, fuit
pro nobis percuſſus, flagellatus, vulneratus &
cõſputus, & vſqueadeò deformatus, vt non ha-
beret ſpeciem neque decorem. Voluit ſummus
ille Deus, qui naturam vniuerſam immenſa vir-
tute ſua coercet & continet, vt à nobis perniciẽ
auerteret, indigniſſimas contumelias pati, inau-
ditas ignominias accipere, crudeliſſimis flagellis
percuti, duriſsimis clauis cruci affigi, ſpinea co-
rona coronari, & in ligno tandem ſuſpendi &
mori, quod mortis genus erat tunc infame &
ignominioſum. Et cùm ſpinea corona totum
eius caput vndique trãſfigeret, currebat ſanguis
per eius faciem, quæ cùm eſſet alapis cæſa, & ſpu
tis coinquinata, & tota cruentata & percuſſa,
nullũ habebat penitus decorẽ. Quod intuẽs ani-
mi oculis propheta in hæc triſtia ac flebilia ver-
ba prorupit: Non eſt ſpecies ei, neque decor: &
vidimus eum, & non erat aſpectus. Acſi diceret:
Ego mentis oculis vidi Chriſtum in cruce pẽdẽ
tem adeò deformatum, vt non videretur homo.
Hoc intuens Dauid faciebat ipſum Chriſtum in *Pſal.21.*
Pſalmo ita loquentem: Sum vermis & nõ homo,
opprobrium hominum, & abiectio plebis. Pau-
lò antè duxerat Chriſtus tres è diſcipulis ſuis in *Mat.17.*
mõtem excelſum, & transfiguratus eſt ante eos,
& reſplenduit facies eius ſicut Sol, & modò in
cruce pẽdens non habet ſpeciem nec aſpectum.
Facies illa ſacratiſsima, quam angeli aſpicere de *1.Pet.1.*
ſiderant, quæ fuerat in transfiguratione rutilans
vt Sol, pulcherrima & ſplẽdidiſsima, modò deni

grata eſt,alapis & liuore ſaucia ſputo, puluere, lachrimis,ac ſanguine couſperſa.Chriſte ſanĉte quàm diſsimilis eſt hæc tua transfiguratio ab illa,quæ fuit in monte , quem dicunt eſſe Thabor. Illa fuit in monte herbis & arboribus conſitô,hæc in monte Caluariæ oſsibus & fœtoribus repleto. Ibi eras tu Domine comitatus diſcipulis,quos elegeras,hîc ab illis derelictus,& à Petro paulò antè negatus.Voluerunt enim metu mortis vità derelinquere. Ibi fuiſti in medio duorum illuſtrium virorum collocatus , Moyſe & Elia,hîc inter duos latrones conſtitutus. Ibi in monte eleuatus,hic cruci duris clauis affixus. Ibi exultans gloria,hîc dolens,& lachrymas fundens.Ibi tangis tuos diſcipulos , hîc dira lancea percuteris.Ibi eras ſplendidis veſtibus indutus, hîc nudus,illiſque immaniter ſpoliatus.Ibi audiſti ſuauiſsimam Patris vocem te filium dilectum vocantem,hîc audis improperia & iniurias , & perditorum hominum cateruam te inauditis blaſphemiis afficiétem. O rem dignã perpetuo gemitu,& perennium lachrymarum abundantia!Vtinam oculi mei vertantur in fontes. Vtinã exitus aquarum deducant oculi mei.Quis dabit capiti meo aquam , & oculis meis diluuium lachrymarum?Deficiant præ lachrymis oculi mei. Vtinam ſint mihi lachrymę meæ panes die ac nocte.Quis mihi daret vt laborarem in gemitu , & lauarem per ſingulas noctes lectum meum , & poſſem lachrymis meis ſtratum meum irrigare? Deſine plorare Ieremia propheta ſanĉte euerſionem Hieroſolymæ,ploremus Chriſti mortem , vimque lachrymarum fundamus. Vos omnes obſecro & obteſtor Chriſtiani viri vt ei demus lachrymas,qui pro nobis dedit ſuum ſanguiné,vt totos nos illi dedamus , qui ſe totũ pro nobis dedit. Lamẽtemur dicẽtes cum Ieremia: *Thren.5.* Defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus noſter:cecidit corona capitis noſtri. Væ nobis,quia peccauimus.Paſſus eſt Deus noſter accerbiſſimos cruciatus & mortuus eſt ſuſpenſus in patibulo. Nihil vnquam Sol vidit indignius. Quò me vertam ? Vbi querar ? Quos implorem?Cur pater cœleſtis filium tuum ſanctiſſimum tot tantiſque contumeliis & cruciatibus transfixum mori permiſiſti?Et tu virgo glorioſa ſanĉta Dei genitrix aduocata peccatorum, quæ peccatoribus ſubuenis,cur filium tuum ſanctiſſimum tantis vulneribus confoſſum ſinis ita mori,omnes malorum impetus ſuo corpore ſuſcipienté,extremam ignominiam ferenté , inter duos latrones ſpirãtem ? Sed neſcio quid dicam. Ignoſce mihi Domine,ignoſce mihi ſacratiſſima virgo Maria.Sit mihi erranti medicina cõfeſsio. Quid enim fuit illuſtrius quàm pati Chriſtum pro nobis:Quę res vnquã fuit in mũdo geſta maior?quæ glorioſior?qɋ́ commodatior hominum memoriæ ſempiternæ?Voluiſti Domine tuã erga nos immenſam charitatem oſtendere,& docere in calamitatibus & afflictionibus nullã eſſe ignominiam , quin potius veram gloriam inanis gloriæ factura comparari.Voluiſti ſanguine tuo maculas noſtras delere,& vulneribus tuis vulnera noſtra curare.Quis vnquam talia cogitauit? Quò attigit tuus amor Domine Ieſu?Multa memini,multa audiui,multa legi,nihil ex omnium ſeculorum memoria tale cognoui.Qui erunt homines tam inculti & inhumani , qui te Domine non cognoſcant ſalutis authorem ? Quæ erit tam immemor poſteritas,quæ tam ingratæ literæ reperientur,quæ tuæ paſsionis ac mortis memoriam non immortalibus laudibus proſequantur?Voluiſti enim tua morte nobis vitam tribuere. Hic enim in monte Caluariæ eſt arbor vitæ plantata.Hic eſt myſtica illa atque glorioſa ſcala Iacob conſtituta.Hic finitus eſt tuus labor , & *Gen.28.* incœpit noſtra requies. Hic te vidit ſpiritu Eſaias,quando dixit:Vidimus eum,& non erat aſpectus , vt nos te in cœlo pulcherrimum videremus.

Et deſiderauimus eum.) Etſi nulla erat illi ſpecies,tamen deſiderauimus eum,quoniam ſciebamus in eius vulneribus eſſe remedium animarũ noſtrarum.Vel ſic:Vidẽtes eum vulneratum deſiderauimus videre eum in ſua pulchritudine,vt anteà videbamus.Quidam ita vertunt : Et vidimus eum,& non erat aſpectus,vt deſideraremus eum.

Virum dolorum.)Oſtendunt hęc Chriſtum eſſe verum hominem , & multis ac acerbis doloribus cruciatum.Ipſe enim de ſeipſo ait:Triſtis eſt *Mat.26.* anima mea vſque ad mortem.Non enim in corpore ſolùm , ſed in anima etiam dolores ferebat,& non ſolùm ſuos ſed matris eius. Erat triſtis mater iuxta crucem doloribus transfixa , & quot vulnera erant in corpore filij diſperſa , tot erant in anima matris coniuncta , ita vt doloris gladius eius animam pertranſiret quemadmodũ illi fuerat à Simeone prædictum. Gladius qui *Luc.2.* carnes occideret viſus eſt ſæpe , ſed qui animam cruentaret & transfigeret,ſolus hic viſus eſt. Lãcea,quæ latus filij aperuit , animam matris perculſit,& omnes ſanguinis fluuij,qui ex venis filij exibant,viſcera matris penetrabãt. Et quoniã Chriſtus vtranque anguſtiam & ſuam & matris ferebat,vit dolorũ merito appellatur. Sed illud eſt intelligendum,Chriſtum Deum noſtrum nõ ſolùm dolere vulnera , quibus erat ſuum corpus confoſſum,ſed etiam vlcera,quibus erat ſaucia anima peccatorum , non enim tantùm ſuos dolores ,ſed etiam noſtros portabat. Et peccando ſcelerati homines illi dolores augebant:quemadmodum ipſe dicit in Pſalmo : Et ſuper dolo- *Pſal.68.* rem vulnerum meorum addiderunt.Lege totam ſcripturam,neminem inuenies,quantum memini,qui præter Chriſtum vir dolorum appelletur. Solus Chriſtus vir dolorũ appellatur. Fuit Abel afflictus à Caino,Iſaac ab Iſmaele , Iacob ab Eſau,Ioſeph à propriis fratribus,Dauid à Saule, Elias à Iezabele, & fuerũt multi alij magnis doloribus preſsi,& in acerbiſsimis calamitatibus verſati.Sed inter omnes ſolus Chriſtus vir dolorum appellatur , quoniam illi ſuos dolores ferebant, *Hebr.5.* Chriſtus verò ſuos & omnium. *Hebr.4.*

Et ſcientem infirmitatem.) Experientia. Vnde Apoſtolus ad Hebræos ſcribens, Et quidem,inquit,cùm eſſet filius Dei,didicit ex iis quę paſſus eſt obedientiam.Et alibi in eadem epiſtola:Non habemus pontificem , qui non poſsit compati infirmitatibus noſtris , tentatum autem per omnia

omnia, pro ſimilitudine abſque peccato.

Et quaſi abſcõditus vultus eius & deſpectus.) Quẽ-
Ioan.8. admodum vultus eius qui iniuriis & contume-
lus afficitur. Vel abſcõditus vultus eius, hoc eſt,
iucognitus ab incredulis & impiis. Quibus ille
apud Ioannem: Nec me, inquit, ſcitis, nec pa-
trem meum. Diuinitas erat ſub humanitate abſ-
condita, ſicut alio in loco dixit Eſaias: Verè tu es
Suprà 45. Deus abſconditus Deus, Iſrael ſaluator. Et
Habac.3. Habacuc: Ibi, ſubaudi in cruce abſcondita eſt
fortitudo eius.

*Verè langueres noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros
ipſe portauit.*) Senſus eſt: Nullam culpam admiſe
rat Chriſtus Deus noſter, ob quam ſupplicium
mereretur. At voluit pro nobis pati, vt à nobis
debitã peſtem arceret. Languores noſtros, non
ſuos, hoc eſt, peccata noſtra ipſe tulit, & dolores
noſtros, id eſt ſupplicia, quæ pro ſceleribus no-
ſtris merebamur, ipſe portauit. Et hoc non fictè,
non imaginariè, ſed verè. Pro eo quod hîc ait E-
1.Petr.2. ſaias: Lãguores noſtros ipſe tulit, ait diuus Petrus
in prima ſua epiſtola: Peccata noſtra ipſe pertulit
in corpore ſuo ſuper lignũ. Vbi vides peccata
eſſe animi languores & infirmitates, quas Chri-
ſtus pro nobis tulit. Infirmus eſt in cruce, & de
fuerunt ei infirmorum ſolatia. Pro domo habet
Caluariæ montem, pro lecto durã crucẽ, pro cer
uicali coronã ſpineã, pro dapibus fel & acetum,
pro muſica blaſphemias. Sitiuit in cruce, & non
erat qui illi vrceũ aquæ porrigeret. Si virgo ma-
ter poſſet illum oculis cõtingere, illa eũ viuis la-
chrymis ſatiaret, quibus illa ſuum dolorẽ inſtilla
bat. Cogita igitur Chriſtiane Chriſtum Deum
tuum languores tuos ferentem, doloréſque tuos
portantem. Caput habet inclinatum ad te oſcu-
landum, cor apertum ad diligendum, brachia
extenſa ad amplexandum, manus perforatas ad
largiendum, & totum denique corpus expoſitũ
ad te liberãdum: vt ſic eũ figas in corde, qui pro
te fixus fuit in cruce. Poteris hos languores, de
quibus hîc loquitur Eſaias, de corporis ægritu-
Mat. 8. dinibus intelligere. De illis enim diuus Mat-
thæus euangeliſta hunc locum interpretatur.
Hinc colliges apertiſsimè, vnum eundémque lo
cũ ſacræ ſcripturæ duos ſenſus literales habere.
loquitur enim Eſaias de peccatis noſtris, vt lite-
1.Petr.2. ra ipſa demonſtrat, & eam diuus Petrus interpre
tatur. Et tamen loquitur etiam de corporis mor
bis, de quibus euangeliſta eũ literaliter exponit.

Et nos putauimus eum quaſi leproſum.) Hoc di-
cit ob Chriſti vulnerum multitudinem. Et quia
Chriſtus paſſus eſt extra ciuitatem. Solebant e-
nim leproſi extra ciuitatem proiici, vt in Leuiti
Leui.13. co ſcriptura commemorat. Sed Chriſtus voluit
extra portam ciuitatis pati, quoniam animal cu-
ius ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem
inferebatur, quod erat figura Chriſti extra caſtra
ſecundum legem cremabatur, vt liber Leuitici
Leui.16. apertiſsimè oſtendit. Quod intuens diuus Pau-
lus in epiſtola ad Hebræos has voces ſcripſit: Pro
Heb.54. pter quod & Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſan-
guinem populum, extra portam paſſus eſt. Exea
mus igitur ad eum extra caſtra improperiũ eius
portantes.

*Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates no-
ſtras.*) Id multis in locis eſt in diuinis literis ſcri-
ptum. Vnde Apoſtolus in epiſtola prima ad Co-
rinthios, Chriſtus inquit mortuus eſt pro pecca- 1.Cor.15.
tis noſtris ſecundum ſcripturas.

Diſciplina pacis noſtra ſuper eum.) Accipitur diſ-
ciplina pro flagello ſeu caſtigatione. Quaſi di-
cat: Supplicium quod nos merebamur, ipſe tulit
propter pacem noſtram. Luit pœnas noſtrorum
ſcelerum, vt nos patri reconciliaret. Nã vt ait
diuus Paulus, Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtra-
que vnum. Et alibi, Quia in ipſo, inquit placuit Eph.2.
omnem plenitudinem inhabitare, & per eum re Coloſſ.
conciliari omnia in ipſum, pacificans per ſangui
nem crucis eius. Hunc locum Eſaiæ in hunc mo
dum tranſtulit ex Hebraico Pagninus: Caſtiga-
tio pro pace noſtra ſuper eum. Quæ verſio
noſtram indicat explanationem. Poteſt ita etiam
verti: Caſtigatio correctionis noſtræ fuit ei im-
poſita.

Liuore eius ſanati ſumus. Totum corpus ægro-
tat, & phlebotomia fit in capite. Nos laboramus
morbo, & Chriſtus pro nobis vulneratur. Scindi
tur vena noſtræ ſalutis, vt durities noſtri ſcinda-
tur. Percutitur Chriſti latus, vt cor noſtrum ni- ſimile.
dus vbi infinitæ vanitates & nefariæ cogitatio-
nes colliguntur, cuſpide diuinæ charitatis vulne
retur.

*Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in
viam ſuam declinauit, & poſuit Dominus in eo iniqui
tatem omnium noſtrum.*) Aſpicis hîc Chriſtum eſſe
eum paſtorem, qui oues errantes ſuper humeros
adduxit, de quo ipſe Chriſtus loquitur apud Lu
cam, qui omnia noſtra peccata ſuper ſe portauit. Luc.15.
Vnde ipſe in Pſalmo. Supra dorſum meũ inquit, Pſal.118.
fabricauerunt peccatores. Cùm igitur homines
eſſent veluti oues errantes lupis expoſitæ, decli-
nauerunt non in viã Dei ſed vnuſquiſque in viã
ſuam. At venit Chriſtus, qui eſt vera via, vt eos
ad cælum perduceret. Vnde diuus Petrus in pri-
ma ſua epiſtola, Eratis, inquit, ſicut oues errãtes, 1.Pet.2.
ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem, & epiſcopũ
animarum veſtrarum.

Oblatus eſt quia ipſe voluit.) Ideò dicebat Chri-
ſtus apud Ioannem: Nemo tollit animam Ioan.10.
meam à me ſed ego ponam eam à me ipſo, po-
teſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem ha
beo, iterum ſumendi eam. Id voluit Habacuc Pſal.37.
propheta ſignificare, quando de Chriſti cruce
loquẽs dicebat: Et cornua in manibus eius. Qua
ſi diceret: Nõ cornua crucis manus eius tenebãt,
ſed manus eius tenebant crucem, & ipſe Chri-
ſtus ſuis manibus cornua crucis ſuſtentabat. Ipſe Hab. 3.
enim voluit ſeipſum in crucis ara hoſtiam con-
ſtituere. Oſtendit hoc loco Eſaias fuiſſe Chriſti Exod. 12.
mortem voluntariam.

*Et quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, &
non aperiet os ſuum.*) Chriſtus in paſſione ſua tacẽ
do loquebatur, docebat enim patientiam, & re-
rum humanarũ tolerãtiam. Hic eſt agnus, cuius
ſanguine Hebræi in Aegypto fuerunt ſeruati. Ierem. 11.
Et qui occidebatur immolabatúrque in paſca-
te: de quo ait Apoſtolus ad Corinthios ſcribens: 1.Cor. 5.
Etenim paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.
Hic eſt qui ait per Ieremiam: Ego quaſi agnus
manſuetus, qui portatur ad victoriam. Hic eſt Gen. 22.
aries loco Iſaac in monte occiſus & immolatus.
Hic eſt agnus ille, de quo aiebat Ioannes Bapti- Ioan.1.
ſta:

ſta: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi.
Apoc. 13. De eo ita Ioannes Euangeliſta in Apocalypſi ſcri
ptum reliquit: Quorum non ſunt ſcripta nomi-
Gen. 3. na in libro vitæ Agni, qui occiſus eſt ab origine
mundi. Ideò ait Chriſtum occiſum fuiſſe ab ori-
Gen. 4. gine mundi, quia cùm Adam & Eua in pecca-
tum inciderunt, promiſit Deus eſſe caput diabo-
li à Chriſto conterendum, quod erat morte eius
futurum. Vel hoc ait ob mortem Abel, qui inno
cens à fratre per inuidiam occiſus Chriſtum fi-
gurauit. Vide quot in locis veteris teſtamenti
fuerit Chriſti mors ſub innocentis agni nomine
adumbrata & prædicta. Et vt huius diuini agni
manſuetudinem & tolerantiam patiendique vo
luntatem oſtenderet diuinus noſter vates, ait:
Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non aperuit os
ſuum, ſicut ouis ad occiſionem ducetur & quaſi
agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non a-
periet os ſuum. O miram cæleſtis agni manſuetu
dinem & admirabilẽ erga homines charitatem!
Hanc Chriſti patientiam & voluntariam paſſio-
Pſal. 37. nem oſtendit ipſe, ita apud Pſalmiſtam dicens:
Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor
meus in conſpectu meo ſemper. Apud hunc no-
Sup. 50. ſtrum vatem capite quinquageſimo: Ego autem
non contradico: retrorſum non abij, corpus meũ
dedi percutientibus me. Attende. Non ſolùm
non reſtitit, ſed ſe obtulit: corpúſque ſuum dedit
illud vulnerantibus & conſpuentibus. Aſpice
quàm apertè indicet cruciatus ſuos voluntariè
Thren. 3. ſuſtinuiſſe. Id his verbis prædixerat in ſuis La-
Mich. 5. mentis Ieremias: Dabit percutienti ſe maxillam,
Pſal. 37. ſaturabitur opprobriis. Michæas, In virga, inquit,
percutient maxillam iudicis Iſrael. Dauid in hũc
modum facit Chriſtum loquentem: Factus ſum
ſicut homo non audiens, & non habens in ore
ſuo redargutionem. Hanc Chriſti manſuetudi-
nem prædixerunt Sibyllæ, quarum quædam di-
xit: Dabit autem ad verba omnino innocens dor
ſum. Et paulò poſt. Et colaphos accipiens tace-
bit. Et altera Hieroſolymam alloquens ait: Stul-
ta Deum tuum non cognouiſti medentem mor
talium mentibus, ſed & ſpinis coronaſti corona.
Hanc veritatem in veteri teſtamẽto prædictam
ſcimus ex Euangeliſtis fuiſſe in Chriſto comple
Mat. 26. tam. Niſi enim eius paſſio & mors fuiſſet volun-
taria, non dixiſſet Petro: Conuerte gladium tuũ
in locum ſuum: omnes enim, qui acceperint
gladium, gladio peribunt. An putas quia non
poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi
modò pluſquàm duodecim legiones angelorũ?
Mat. 27. Quomodo ergo implebũtur ſcripturæ? Quia ſic
oportet fieri. Et diuus Matthæus, Cùm accuſa-
retur, inquit, à principibus ſacerdotum & ſenio-
ribus, nihil reſpondit. Tũc dicit illi Pilatus: Non
audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? &
non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt mira-
retur præſes vehementer. Vide vtriuſque teſta-
menti cohærentiam & cõcordantiam. Perpende
quemadmodum vtrumque, Chriſtum Deum
Deut. 28. noſtrum voluntariè mortem ſubiiſſe oſtendat.
Ipſam autem Chriſti mortem ſignificauit Moy-
ſes, quando in hunc modum fuit Hebræos allo-
cutus: Erit vita tua quaſi pendens ante te, time-
bis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. Para-
phraſis Chaldaica habet: Et erit vita tua ſuſpen-
ſa ante te. Quæ eſt hæc vita niſi Chriſtus? Huius
vitæ crucifixæ geſſit imaginẽ ſerpens ille æneus *Num. 21.*
in ligno ſuſpenſus, ad quem Hebræi in deſer-
to percuſſi aſpiciebant, vt ſalutem conſequeren-
tur: Quem de ſeipſo apud Ioannem Chriſtus in- *Ioan. 3.*
terpretatur. Eum enim impij Iudæi falſis crimi- *Pſal. 93.*
nibus ad crucis ſupplicium vocarunt iuxta id, *Ierem. 12.*
quod diuinus Pſaltes præcinerat: Captabunt in
animam iuſti, & ſanguinem innocentem con-
demnabunt. Et apud Ieremiam ipſe Chriſtus, Re
liqui, inquit, domum meam, dimiſi hæredita-
tem meam: dedi dilectam animam meam in ma-
nus inimicorum eius. Facta eſt mihi hæreditas
mea quaſi leo in ſylua. Dedit contra me vocem,
ideò odiui eam. Apud Pſalmiſtam: Quoniam cir *Pſal. 21.*
cundederunt me canes multi, conſilium mali-
gnantium obſedit me. Foderunt manus meas &
pedes meos, dinumerarunt omnia oſſa mea. A-
pud Zachariam: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio *Zach. 13.*
manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in
domo eorum, qui diligebant me. Daniel prophe *Dan. 9.*
ta, Poſt hebdomadas, inquit, ſeptuaginta duas
occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui
eum negaturus eſt. In libro Sapientiæ, quem te- *Sap. 2.*
ſte Euſebio Irenæus Egeſippus omniſque anti-
quorum chorus Salomoni attribuerunt, indu-
cuntur nefarij Iudæi in hunc modum loquen-
tes: Si eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & libe-
rabit illum de manibus contrariorum. Contu-
melia & tormento interrogemus eum, vt ſcia-
mus reuerentiam eius & probemus patientiam
illius. Morte turpiſsima cõdemnemus eum. Erit
enim ei reſpectus ex ſermonibus illius. Hæc co-
gitauerunt & errauerunt: excæcauit enim illos
malitia eorum, & neſcierunt ſacramenta Dei.
Hæc ibi. Hanc mortem prædixit Sibylla Chri-
ſtum ſubiturum trium dierum ſomno ſuſcepto.
Cuius teſtimonium cum alijs aliarum Sibylla-
rum citat Lactantius libro quarto diuinarum in
ſtitutionum & Diuus Auguſtinus libro decimo-
octauo de ciuitate Dei. Nec ſolùm Chriſtiani ſed
etiam nonnulli ex antiquis Hebræorum Rabbi-
nis aſſerunt fuiſſe Meſſiam mortem ſubiturum:
inter quos eſt R. Iuda filios Amon in commen-
tarijs in pſalmos, vbi peccatum Adami ait Chri-
ſto cauſam mortis præbuiſſe. Et R. Abba in Be-
reſith raba capite decimonono ait fuiſſe ſibi re-
uelatum Meſsiam fuiſſe grauiſſimis cruciatibus
opprimendum, & veluti ignotum morte mul-
ctandum. Oportebat vt Chriſtus noſtra impia
facinora ſuo ſanguine expiaret, quod fuerat in
lege adumbratum. Nam vetus tabernaculum *Exo. 24.*
fuit ſanguine aſperſum, &, vt verbis Paulinis *Heb. 9.*
vtar, omnia penè in ſanguine ſecundum legem
mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit
remiſſio. Pontifex ille, qui ſolus ſemel in anno
cum ſanguine pro ignorantia oblato in ſecun- *Heb. 9.*
dum tabernernaculum introibat, Chriſti Dei
noſtri imaginem gerebat, qui aſsiſtens pontifex
futurorum bonorum per amplius & perfectius
tabernaculum, non manu factum, vt verba Apo-
ſtoli ſcribam, id eſt, non huius creationis, nec *Leui. 16.*
per ſanguinẽ hircorũ aut vitulorum, ſed per pro *Num. 19.*
prium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æter
na redemptione inuenta. Et quoniam animalia,
quorum ſanguis in ſancta per pontificem infe-
rebatur

rebatur pro peccato, extra caſtra cremabantur,
paſſus eſt Chriſtus extra ciuitatem. Quod intueus Apoſtolus ad Hebræos ſcribens, hæc ver-
Heb. 13. ba litteris mandauit: Propter quod & Ieſus, vt
ſanctificaret per ſuum ſanguinem pupulum, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum
extra caſtra improperium eius portantes. Hæc
diuus Paulus. Aliam etiã reddit rationem diuus
Ioannes Chryſoſtomus in ſermone de paſsione,
ita dicens: Voluit Dominus pati non ſub tecto,
nec in templo Iudaico, ne Iudæi ſubtraherent
ſacrificium ſalutare: ne putarent prò illo tantùm
populo oblatum: ideò fuit extra ciuitatem, extra
muros, vt ſcias ſacrificium eſſe commune pro
mundo oblatum, communémque eſſe purificationem. Et quoniam Chriſtus mortẽ pro nobis
acerbiſſimam voluntariè tulit, ait hoc in loco
noſter Eſaias: Et quaſi agnus coram tondente
ſe obmuteſcet.

De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt:
generationem eius quis enarrabit? Quia
abſciſſus eſt de terra viuentium: Propter
ſcelus populi mei percuſsi eum. Et dabit
1. Petr. 2. d. impios pro ſepultura, & diuitem pro mor
1. Ioan. 3. d. te ſua, eò quòd iniquitatem non fecerit,
neque dolus fuerit in ore eius. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate:
Si poſuerit pro peccato animam ſuam, vi
D debit ſemen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quòd
laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur: in ſcientia ſua iuſtificauit ipſe iuſtus
ſeruos meos multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Ideò diſpertiam ei plu
rimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo
Mat. 15. c. quòd tradidit in mortem animam ſuam,
Luc. 12. d. & cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe pec
cata multorum tulit, & pro trangreſſoribus rogauit.

De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt.) Hoc eſt, li-
Mal. vlt. beratus eſt ex afflictione, & ſceleratorum iniuſto
iudicio, quoniam reſurrexit, & victor atque glorioſus ad patrem aſcendit. Ipſe enim poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis ſuis apparens, & loquens, Data eſt, inquit, mihi omnis poteſtas in
Iob. 36. cælo & in terra. Aequũ eſt vt mundũ iuſtè iudicet,
qui à mũdo iniuſtè iudicatus eſt, ſicut ſcriptũ eſt:
Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudi-
Pſal. 109. ciúmque recipies. Hãc Eſaiæ vaticinationẽ prædixerat ïis verbis Dauid: de torrente in via bibit,
propterea exaltauit caput. Ac ſi diceret: Fuit Chriſtus afflictus, cruciatus, & mortuus, & eã ob cauſam Deus exaltauit illum, quoniam reſurrexit, & in
corpore glorificato cũ magno triumpho aſcendit
Philip. 2. ad cœlum. Id explanauit iis verbis diuus Paulus
in epiſtola ad Philippenſes: Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem
autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit
illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium & infernorum, &
omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus
Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Id voluit Eſaias
his paucis verbis ſignificare dicens: De anguſtia
& de iudicio ſublatus eſt.

Generationem eius quis enarrabit?) Senſus eſt:
Cùm Chriſtus ſit verus homo afflictus & mortuus, quis enarrabit eum eſſe à patre æternaliter genitum, & ex conſequenti verum Deum?
Quaſi dicat: Quis poterit tam altum & ineffabile
myſterium verbis explicare? Vel ſic: Quis poterit
narrare Chriſti generationem non ſolùm æternã
de patre ſine matre: ſed etiam humanam de matre ſine patre? Hunc locum citãs Diuus Leo papa in hæc verba prorumpit: In domino noſtro
Ieſu Chriſto filio Dei non ſolùm ad diuinam, ſed
ad humanam ſpectat naturam: Generationẽ eius
quis enarrabit? Vtranque ſubſtantiam in vnam
conueniſſe perſonam niſi fides credat, ſermo non
explicat: modus incarnationis eſt ineffabilis.
Hanc ſententiam ſequitur in tertia parte diuus
Thomas, qui cùm fuerit omni ſapientia & ſanctitate præſtanti, voluit ſemper ſanctorum ſententias ſequi. Eſt quidem vtraque Chriſti generatio inenarrabilis. Etſi diuus Matthæus ita ſuũ *Mat. 1.*
Euangelium incœperit: Liber generationis Ieſu
Chriſti, non tamen explicat modum incarnationis. Sed quoniam dixerat: De anguſtia & iudicio
ſublatus eſt. (quibus verbis Chriſti reſurrectionem prædixerat,) fortaſſe per generationem reditus ad vitam ſignificatur. Vt ſit ſenſus: Reſurget quidem Chriſtus, ſed erit inenarrabile myſterium reſurrectionis. Non poterit modus illius
reditus ad vitam humanis verbis pro dignitate
explanari. Accipi verò generationem pro reſurrectione, indicat Pſalmus ſecundus. Vbi cæleſtis
pater filium ſuum alloquens, Ego, inquit, hodie
genui te. Quem locum diuus Paulus in Actis A- *Act. 13.*
poſtolorum de Chriſti reſurrectione apertè interpretatur. Et Chriſtus Deus noſter apud diuũ
Ioannem loquens diſcipulis ſuis de reſurrectio- *Ioan. 16.*
ne ſua, Mulier, inquit, cùm parit, triſtitiam habet,
quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam nõ meminit preſſuræ propter gaudiũ,
quia natus eſt homo in mundum. Vbi comparat
diſcipulorum dolorem in Chriſti morte dolori
mulieris parturientis: gaudium autem reſurrectionis comparat gaudio mulieris iam nato filio,
ipſam autem reſurrectionem Chriſti comparat
cum pueri natiuitate & generatione. Poteris ita
hoc intelligere. Quis poterit oratione conſequi,
& ſermone explicare, quàm peruerſa ſit illa Iudæorum generatio, qui Chriſtum falſis criminibus ad mortem & vaſtitatem vocaruut. Et ita capitur generatio pro illa Iudaica natione, ſiue pro
ſeculo illo. Loquebatur de Chriſti morte & intelligens Iudæorum malitiam & impietatem,
inuehitur in eos, dicens: Generationem illam Iudaicam quis enarrabit? Quis eius prauitatem inauditam poterit exprimere? Vnde quidam vertunt: Seculum eius quis enarrabit? Omnes has
explanationes recipit hic locus, quarum nullam
exiſtimo reiiciendam eſſe. Ego tamen putauerim
generationem hoc in loco accipi pro prole Chriſtiana, quam Chriſtus ſuo ſanguine genuit, vt ſit
ſenſus: Quis poterit complecti ſermone eorum
multitudinem, quos Chriſtus ſuo ſanguine genuit? Quis poterit numerare multiplicatam pro-

leꞔn credentium: Quaſi dicat: Hic, qui talibus
doloribus & aſſlictionibos premitur, qui cruci
aſſixus ſanguinem ſuum fundēs, acerrimos cru-
ciatus tulit, noo ſua ſed oostra ſcelera luit, vt io
vita ſpirituali nos ſuo ſanguiue gignat, & quo-
niam in ſpiritu video innumerabiles eſſe ita gi-
Ioan. 1. guendos, has voces emitto: Generationem eius
quis enarrabit? De bac generatione ait diuus
Ioannes. Quotquot autem recepetūt eum, dedit
eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in
nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex
1. Ioan. 5. voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex
Deo nati ſunt. Et in prima ſua epiſtola: Scimus,
Iaco. 1. inquit, quia omnis qui natus eſt ex Deo, oon pec
cat: ſed generatio Dei cōſeruat eum. Et Iacobus
Apoſtolus in epiſtola ſua de Cbriſto loquens,
Voluntariè, inquit, genuit nos. Et volens Eſaias
aliquo modo explicare id, quod dixerat, addit
paulò pòſt: Si poſuerit pro peccato animā ſuam,
videbit ſemen longæuum. Quaſi dicat: Si qui-
dem Chriſtus paſſurus eſt mortem pro bominū
figura peccato, videbit ſemen longæuum, hoc eſt, gene
Exo. 1. rationem ſuam maximè propagatam & æternā.
Ioan. 12. Nunquam enim eccleſia peribit. Vt enim mor-
tuo Ioſepb creuerunt filij Iſraelis, ita mortuo
Cbriſto creuerunt Chriſtiani, qui niſi Chriſtus
figura moreretur, nequaquā creſcerent. Id voluit Chri-
ſtus apud Ioannem iis verbis ſignificare: Niſi gra
num frumenti cadens in terram mortuum fue-
rit, ipſum manet, ſi autem mortuum fuerit, mul-
Iudic. 16. tum fructum affert. Et quemadmodum Cbriſtus
morte ſua fideles genuit, ita hoſtes ſuos interfe-
cit. Vt enim Samſoo captus à Pbiliſtæis ob amo
rem, quo Dalilam Gentilem proſequebatur,
multò plures ex boſtibus interfecit moriens
quàm viuens, vt in libro Iudicum ſcriptura te-
ſtatur, ſic Chriſtus amans gentilitatē, pro eáque
captus plures hoſtes occidit morte ſua, quàm vi-
uens priuſquàm moreretur. Ideò mortuus eſt vt
mortem occideret, filióſque generaret. Ariſtote-
les in libris ortus & interitus inquit generatio-
nem vnius eſſe corruptionem alterius: quam ſen
tentiam omnes poſteà phyſici ſecuti ſunt. Vt ge-
nerentur grana, corrōpitur granum. Eodem mo
do vt generaretur eccleſia, Chriſtus mortuus eſt.
Deſtruitur vnum vt ædificetur alterum: ſecatur
arbor, vt fiat ſchapha, moritur Chriſtus, vt ec-
cleſiæ nauicula conſtruatur: ad ædificationem
domus Dei fuit Chriſtus deſtructus, boc eſt vul-
Pſal. 10. neratus & mortuus. Ita ſcriptum reliquit in Pſal
mo diuinus vates: Quoniam quem perfeciſti de-
ſtruxerunt, iuſtus autem quid fecit? Quem locū
diuus Hieronymus de Cbriſto interpretatur. Hæc
Chriſti proles, hæc Cbriſtianorum generatio, &
Sup. 6. fidelium multitudo appellatur ab hoc noſtro va
te capite uooo imperij Chriſti multiplicatio. Ita
enim ait: Et vocabitur nomen eius, admirabilis,
conſiliarius, Deus, fortis pater futuri ſeculi, prin-
ceps pacis. Multiplicabitur eius imperium, &c.
Pro multiplicabitur eius imperium, poteſt verti
ex Hebræo: Ad multiplicandum eius imperium,
vel multiplicatio principatus eius. Vbi Eſaias
pro multiplicatiooe poſuit, le-marbeb cum lite-
ra, m, clauſa, quæ nunquam niſi io fine dictionis
inueoitur. Voluit enim diuinus vates ſignificare
hanc generationem & principatus propagatio-
nem eſſe morte Chriſti futuram, quando littera
illa magna, clauſa, abſque fine, retrogrederetur:
quando ille, qui eſt immortalis, moreretur, & qui
eſt immortalis, moreretur, & qui eſt impaſſibilis,
ſummos cruciatus pro oobis toleranter ferret,
quando ille, qui eſt ſine fine Deus, pro nobis fa-
ctus homo, uos ſuo ſanguioe generaret. Quam
generationē admiratus, Eſaias has voces emiſit:
Generationem eius quis enarrabit?

Quia abſciſſus eſt de terra viuentium.) Hoc eſt, de
hominum familiaritate, de hac vita. Eodem mo- Ierem. 11.
do apud Ieremiam aiunt Iudæi: Mittamus ligoū
io panem eius, & eradamus eum de terra viuen-
tium. Acſi dicat: Mittamus crucem, vt hunc, qui
panem cœleſtem ſe eſſe aſſerit, in ea figamus,
eúmque vita priuemus. Reddit rationem quare
Chriſtus nos erat ſuo ſanguine generaturus, ni-
mirum quia erat auferendus ex hac vita, mor-
témque pro nobis ſubiturus. Qui boc intelligūt
de generatiooe æterna filij Dei, poſſunt per ter-
ram viuentium cœleſtem gloriam intelligere, vt
ſit ſenſus: Quis poterit conſeqoi oratione genera
tionem Meſſiæ, cùm ipſe ſit Deus genitus à Patre
ab æterno, & de terra viuentium, hoc eſt, de cœ-
lo deſcenderit? Appellari autem cœlum terram
viuentium indicat Pſalmiſta ita dicens: Credo
videre bona Domini in terra viuentium. Qua de Pſal. 26.
re alibi diſſeruimus.

Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.) Verba
ſunt Dei Patris, qui dicitur percuſſiſſe filium,
quoniam eum percuti permiſit. Ita intelligitur Pſal. 68.
id, quod dicitur in Pſalmo: Quoniam quem tu Zach. 13.
percuſſiſti, perſecuti ſunt. Quem Pſalmum Apo- Mat. 26.
ſtoli multis in locis de Chriſto interpretantur.
Et id, quod eſt apud Zachariam: Percute paſto-
rem, & d ſpergentur oues: aut, Percutiam paſto-
rem. Ita enim diuus Matthæus hunc locum citat
capite vigeſimo ſexto, vbi eom Chriſtus de ſeip
ſo interpretator. Aſpicis hoc in loco fuiſſe Deum
percuſſum, vt ſcelera noſtra deleret, & antiqui
hoſtis tyrannidem extingueret. Offenderant ho-
mines Deum, erant illi debitores, non poterant
per ſe ſoluere: venit Chriſtus vt ſolueret pro illis,
volens in redemptione noſtra iuſtitiam ſuam
oſtendere. Id indicauit Paulus Apoſtolus ita ad Rom. 3.
Romanos ſcribens: Iuſtificati gratis per gratiam
ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ie-
ſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per fi-
dem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ
ſuæ, propter remiſſionem præcedentium deli-
ctorum, in ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem iu-
ſtitiæ eius in hoc tempore. Hæc Apoſtolus. Vbi
vides voluiſſe Dei filium mortem pro nobis ſu-
bire, vt nos redimendo ſuam iuſtitiam demon-
ſtraret, Niſi eſſet Deus, remedium non afferret,
niſi eſſet homo, pro nobis non pateretur. Sed ita
ſe ad bumanitatis noſtræ ſuſceptionem inclina-
uit, vt manens quod erat, aſſumens quod non
erat, formam ſerui Dei formæ vniret, tantóque
fœdere vtramque conſereret naturam, vt nec
inferiorem conſumeret glorificatio, neque Figura.
ſoperiorem minueret aſſumptio. Eramus mor- 4. Reg. 13.
tui, mortuus eſt Cbriſtus, vt nos viueremus.
Hoc fuerat in Eliſæo mortuo figuratum, Eſt
enim in quarto libro Regum ſcriptum, quoſdā
ſepelientes quendam mortuum vidiſſe venientes
latrones,

latrones, quorum metu proiicientes cadauer in ſepulchrum Eliſæi, ſe in fugam coniecerũt. Cùm autem homo mortuus oſſa viri ſancti tetigiſſet, reuixit ſtatim, & ſtetit ſuper pedes ſuos. Quis eſt hic mortuus, niſi homo in peccato viués? Quod cadauer eſt hoc, niſi hominum genus vitiis contaminatum? Qui ſunt hi, qui illud ſepeliunt, niſi deprauati appetitus, falſæ voluptates, & nefariæ cogitationes? Hæ hominem non ſolùm omnibus virtutum ornamentis ſpoliant, grauiſſimiſq; vulneribus ſaucium occidunt, ſed etiam in ipſis peccatis ſepeliunt, latronibus, hoc eſt, mundo, carni, & diaboli expoſitum relinquunt. At cœleſtis ille Eliſæus Chriſtus Deus noſter morte ſua eum exuſcitat, mortuus vitam tribuit, & ſepultus reſurrectionem operatur. Omnes mortui eſſemus, niſi tu Chriſte ſancte nobis tua morte vitam tribueres, atque de morte ipſa glorioſè triumphares. Ita enim per Oſeam prophetam
Oſee.13. tuum ais: Ero mors tua ó mors, morſus tuus ero ô inferne. Nos verò qui Chriſtiano nomine gloriamur, intueamur mentis oculis Chriſtum pro nobis acerbiſsimos cruciatus ferentem: reſpiciamus ad caput noſtrum, nec velimus blandis voluptatibus nos tradere, deliciiſque affluere. Quæ proportio eſt, quæ congruentia, vt percuſſo capite, transfixo, & ſpinis coronato, membra lætitia geſtiant? Tollamus igitur crucem noſtram, Chriſtúmque ducem noſtrum ſequamur, ſi volumus ſpirituali gaudio perfundi. Non enim poſſunt duo gaudia, Dei & mundi, in eodem animo ſimul cohærere. Nam, vt diuus ait Bernardus, errat omnino, qui cæleſtem illam dulcedinem huic cineri, diuinum illud balſamum huic veneno miſceri poſſe arbitratur.

Et dabit impios pro ſepultura.) Dixerat Deus pater: Propter ſcelus populi mei percuſſi eum: nũc explicat propheta non ſolùm in vita, ſed etiam poſt mortem fuiſſe Chriſtum, à patre percuſſum. Nam pro ſepultura, inquit, dabit ei impios, hoc eſt impiorum locum. Quaſi dicat: Morietur Chriſtus in monte Caluariæ, ibíque prope crucem ſepelietur, vbi impij ſolent ſuorum ſcelerum pœnas luere. Erat enim locus ille ſuppliciis damnatorum deſtinatus. Non deſunt, qui dicant ideò appellari Caluariam montem illum, vbi vita noſtra pependit, propter caput Adami ibi ſepulti. At diuus Thomas potius inquit Caluariam vocari propter damnatorum capita, quæ ibi truncabantur, à quibus mons ille nomé accepit. Quę opinio eſt ſatis conſona rationi. Erat enim conueniens vt ibi eſſet defixa crux illa glorioſa, vbi peccata puniebantur, vt intelligeremus eam non ſolùm Adami peccato, ſed etiam totius mundi ſceleribus remedium attuliſſe.

Et diuitem pro morte ſua) Hoc eſt, Dabit Deus pater filio ſuo Ioſephum ab Arimathæa, hominem diuitem & honoratum, qui eum mortuum
Matth.27. inuoluat in ſindone munda, honorificéque in
Mar.15. monumento ſuo ſepeliat. Huic expoſitioni fa-
Luc.23. uet Pagnini verſio ita habens: Et dedit cum im-
Ioan.19. pius ſepulturam eius, & cum diuite inter mortuos ſuos. Poſſunt hæc verba ita verti: Poſuit apud impios ſepulchrum eius, & cum diuite in morte ſua. Fuiſſe hæc omnia impleta Euangelica hiſtoria teſtatur.

Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemẽ longæuum) Hoc eſt, ſiquidem ſubiturus eſt mortem, vt mundi peccata deleat, videbit infinitam prolis propagationem: videbit filios ſuos, quos ſanguine ſuo genuerit, in immenſum multiplicare. Accipitur hìc anima pro vita, vt multis aliis in locis. Vult propheta fructum Chriſtianorum oſtendere poſt Chriſti mortem. Vt enim poſt Gen.22.
Iſaac immolationem fuit à Deo promiſſa Abra- figura
hamo generis multiplicatio inſtar ſtellarũ cœli Gal.3.
& maris arenæ, & vt in eius ſemine omnes gentes benedicerentur, per quod ſemen diuus Paulus intelligit Chriſtum, ſic poſt Chriſti mortem fuerunt Chriſtiani multiplicati, & populi multi
in eccleſia ſpiritualiter geniti. In Pſalmo, vbi cõ- Pſal.86.
munis editio habet: Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. Pro hi fuerũt illic, habet verſio diui Hieronymi ex Hebræo: Iſte natus eſt ibi. Quaſi dicat: Populus harum gentium fuit in eccleſia per ſpiritualem generationem natus. De qua generatione dixit in hoc capite paulò antè Eſaias: Generationé eius quis enarrabit? Volens autem modò huius generationis propagationem oſtẽdere ait: Quoniam ſe Chriſtus eſt hoſtiam pro peccato in crucis ara immolaturus, videbit ſemen longæuum.

Voluntas Domini in manu eius dirigetur.) Hoc eſt, voluntas Patris, quæ eſt vt genus humanum redimatur, in manu Chriſti ordinabitur, eiúſque morte implebitur.

Pro eo quod laborauit anima eius, videbit.) Subaudi ſemen longæuum. Et ſaturabitur, ſubaudi eo
cibo, de quo ipſe ait apud Ioannem: Meus cibus Ioan.4.
eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius.

In ſcientia ſua iuſtificauit ipſe iuſtus ſeruos meos multos.) Pro iuſtificauit habent nonnulli codices ad marginem, iuſtificabit, & alij etiam in textu. Et pro ſeruos meos, habent, ſeruus meus. Et rectè quidem, nam in Hebraico eſt עבדי audhi in ſingulari: ſed vitio typographorum exiſtimo effectum fuiſſe vt pro, ſeruus meus, ſeruos meos ſcriberetur. Eſt igitur ſenſus: Ipſe iuſtus, qui eſt Chriſtus, quem ego pater ſeruum meum ratione humanitatis aſſumptæ appello, in ſcientia ſua iuſtificabit multos. Animaduerte. Non ait: Hic doctus cõcinnator in ſcientia ſua acquiret reditus, dignitates, epiſcopatus: ſed iuſtificabit multos. Euangelicus concionator non debet ſcientia ſua mundi diuitias quærere, ſed animas.

Ideò diſpertiam ei plurimos.) Hoc eſt propterea dabo illi partem in multis. Verba ſunt Dei pa-
tris aientis in Pſalmo: Poſtula à me, & dabo tibi Pſal.2.
Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſioné tuam terminos terræ. Septuaginta habent: Propterea ipſe poſſidebit multos, nimirum Chriſtus.

Et fortium diuidet ſpolia.) Homines, qui erãt dæmonis ſpolia, liberabit, eóſque diuidet: nam alios faciet Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios martyres, alios confeſſores, alios virgines, alios matrimonio copulatos, alios præſules, alios ſubditos. Et ita varij varia munera exercebunt. Si in naui omnes idem facerent, obrueretur abſque dubio.
Vt enim opus eſt vt hic ſedeat in puppi guberna- ſimilitudo
culum tenens, ille ſtet in prora longè perſpiciés, quidã remis incumbant, quidam ad mali ſum-

mitarem aſcendant,alij velum teneant, alij ſentinam exhauriant,alij alia muneta exerceant:ſic in eccleſia diuerſa ſunt muneta, pro diuerſis hominum qualitatibus gerenda: nec debẽt omnes in idem ſtudium incumbere, nec ad eandẽ actionem propetare. Si tex voluerit tota die contemplari,neque audiens ſubditos,nec illis conſulẽs, & neceſſaria ptouidens,malè quidem ager. Etſi enim contemplatio & mentis actio excellentiſſima, qua nulla eſt ſuauior, nulla præſtantior,& permanentior, non tamen conuenit regi, ita ſe illi dedere, vt tegni ſibi traditi gubernationẽ relinquat. Deſinat his perpetuam contemplationem,qui ſe ab humanis negotiis ſepararunt,animúmque à ſenſibus reuocauerunt. Contrà verò qui ſe totos Deo dedicarunt, nolint ſe mundi negotiis implicare,quin potius in diuinarum contemplationem toto pectore incumbant,atque in ſolitaria tranquillitate,animiq; quiete, ad quam ſe tanquam ad portum tecepetunt,permaneant. Et ita vnuſquiſque ſuum honeſtum officiũ exerceat. Illud eſt prætetea aduertendum, dæmones hoc in loco fortes appellari, à quibus Chriſtus
Luc.11. abſtulit ſpolia,quæ,vt hîc Eſaias prædixit, diuiſit. Id ſignificauit Chriſtus apud Lucam, ita dicens: Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea,quæ poſſidet:ſi autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.

Et cum ſceleratis reputatus eſt.) Id eſt,inter duos latrones crucifixus. Hunc locum ipſemet Chri-
Luc.22. ſtus apud Lucam de ſeipſo interpretatur. Diuus
Mar.15. Marcus etiam ita inquit: Et cum eo crucifixerũt duos latrones, vnum à dextris, & alium à ſiniſtris. Et impleta eſt ſcriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputatus eſt. Sunt præterea in hoc capite multa loca,quæ Apoſtoli de Chriſto interpretantur.

Luc.23. *Et pro tranſgreſſoribus rogauit.*) Dixit enim in cruce: Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Vide vltionem & iuſtitiam, quam poſtulat. Docuerat diſcipulos vt orarent pro perſe-
Mat.5. quentibus & calumniãtibus eos,vt eſt apud Matthæum capite quinto: nunc oſtendit exemplo id, quod verbis docuerat. Docet Chriſtus præſules & concionatores, vt in eas virtutis actiones incumbant, ad quas fuerint alios exhortati. Sunt qui exiſtimẽt ſat eſſe,alios in viam dirigere, cùm ipſi nolint ab inuio vitiorũ nemore exire, quorum eorum opinionem magni errores cõſecuti ſunt. Vide quàm apertè Chriſti ſaluatoris noſtri paſſionem prædixerit hoc capite Eſaias. Eſt-ne hoc vaticinium an Euangelium? Quid ad hæc Iudæi poterunt reſpondere? Totam ſummam paſſionis Chriſti hoc capite diuinus noſter vates breuiter
ſimilitudo deſcripſit. Vt enim qui vult orbem vniuerſum in parua tabula deſcribere,ſatis eſſe exiſtimat præcipuas mundi partes delineare, ſub quibus multæ particulares regiones continentur:ſic ſanctus vates volens omnes Chriſti cruciatus deſcribere, ſat eſſe duxit, in hoc capite tanquam in quadam tabella delineare ſummam quandam, ſub
Mat.27. qua multa comprehenderetur, quæ Euangeliſtæ particulariter explicarunt. Sed aduerte obſecro. In domo Præſidis interrogatus Chriſtus tacet, & in cruce non requiſitus loquitur, atq; pro tranſgreſſoribus orat. Quid eſt hoc Domine Ieſu? Ductus ad crucem obmuteſcis,vt modò aiebat Eſaias: Sicut ouis ad occiſionem ductus, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet: & coram Pilato & Herode, vbi agitur de vita tua ſiles, in cruce verò, vbi agitur de ſalute noſtra etiam nõ interrogatus voces emittis. Quid eſt hoc,niſi demonſtrare tuam erga nos immenſam charitatẽ, amoriſq; illius admirabilis in hominum genus, quo ſummè flagrabas, celſitudinem & abundantiam? Pluris noſtram ſalutem quàm vitam tuam faciebas,ideò pro trãſgreſſoribus exorabas. Quis audiuit vnquam talem amorem? Quis non admirabitur tam infinitam charitatis magnitudinem? Si eum, qui ſe pro patria telis hoſtium obiecit, ciues ſummè diligere tenentur: quanto ardentius tenemur nos te amare Domine Ieſu, quàm incredibili ſingulariq; erga te amoris amplitudine exardeſcere, qui non pro vna patria tantùm, ſed pro vniuerſo mundo te ſalutarem hoſtiam deuouiſti,cruciſque morti acerbiſſimæ obtuliſti, vbi extrema propè verba ad veniam ſalutémque à Patre petendam pro iniquis & trãſgreſſoribus reſeruaſti? Diſcamus nos hinc chariſſimi mei pro hoſtibus & calumniantibus precationes ad Dominum fundere. Imitemur Chriſtum cœleſtem doctorem, qui non vltionem à patre hoſtium ſuorum, ſed veniam poſtulauit. Hinc colliges quantum illis deſit Chriſtianæ charitatis, qui ad exitum vitæ vocati dimittere iniurias nolunt, quin potius interruptis iam ac morientibus vocibus vltionem ſe deſiderare ſignificant.

Totum hoc caput exponit de Meſsia R. Moyſes Gerundienſis explicans id, quod eſt capite vi-
geſimoquarto Geneſeos ſcriptum: Et introduxit eam Iſaac. Et R. Ieſue Galilæus, & alij nonnulli Hebræorũ Rabbini. Sed in hoc à nobis diſtant, quòd illi Meſsiam vẽturum expectant, nos verò eum veniſſe firmiter teſtamur. Sed quoniã ex illis nonnulli libros noſtros legentes, hiſtoriáſque veteres cum illis conferentes, viderũt planè hæc omnia, quę Eſaias huic capiti mandauit, & de Meſsia prædixit, Chriſto noſtro cõuenire, aiunt prophetam hoc in loco nõ de Meſsiæ, ſed de populi Iudaici afflictione fuiſſe vaticinatum. Vt nobis poſſent reſpondere, in ſuáque pertinacia perſeuerare, hanc inuenerunt euaſionem, ſtultam illam quidem, fragilem, falſam, nulliúſque momenti. Huius opinionis inuentores fuerunt R. Salomon & R. Andreas fingentes hanc Eſaiæ vaticinationem eſſe de Iudæorum miſeriis & calamitatibus, de quibus propheta, acſi vnus homo eſſet in miſera captiuitate conſtitutus, vaticinatur. Hanc falſam opinionem conuincit non ſolùm antiquorum Hebræorum ſententia, ſed etiam paraphraſis Chaldaica, tantæ authoritatis apud eos, vt nullus eam vnquam negauerit. Præterea quomodo poteſt Iudæorum populo conuenire id, quod hîc ait propheta: Generationem eius quis enarrabit? cùm eius generatio in lege Moyſi apertè demonſtretur? Item quî fieri poteſt, vt de illo hæc verba dicantur: Ipſe autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, cùm conſtet non Gen.24.

non ſolùm ex veterum prophetarum oraculis, ſed etiam ex ipſorum hiſtoriographo Ioſepho, recentiúmque annalium memoria, eos ob ſua incredibilia ſcelera fuiſſe patria pulſos, euerſos, captiuos, atque in omni dedecore, ignominiáq; verſatos? Deinde quomodò illis id poterit conuenire: Oblatus eſt quia ipſe voluit: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & illud. Et pro tranſgreſſoribus exorauit, cùm ipſi inuiti fuerint capti & afflicti, & in ſuis ſynagogis cotidie in Chriſtianos contumelias & maledicta iaciant? Poſtremò quis erit tam cæcus, qui non intelligat non poſſe ad Hebræorum populum referri id, quod hîc ait diuinus vates: Eò quòd iniquitatem non fecerit, nec dolus fuerit in ore eius, cùm non ſolùm Iudæi, ſed etiam Chriſtiani ſæpennumerò incidant in peccata? Quid dicam de iniuſto cùm de iuſto
Prou.24. dicat in Prouerbiis Salomon: Septies in die ca-
1.Ioan.1. dit iuſtus? Si dixerimus, inquit diuus Ioannes, quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Cùm igitur hęc non poſſint Iudæorum populo accommodari, imò Chriſto, ad quem ea Apoſtoli retulerunt, apertiſſimè conueniant, neceſſariò concluditur falſam eſſe & commentitiam hanc Iudæorum opinionem, contrà verò veram eſſe & perſpicuã Chriſtianorum in huius capitis explanatione ſententiam.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAP. LIII.

Sicut radix de terra ſitienti.) Pro ſitienti eſt in Hebraico ציה tſiiah, quæ dictio ſignificat rem ſitientem, deſertam & inuiam. Paguinus vertit: Sicut radix de terra deſerti. Aquila: Sicut radix de terra inuia. Admirabilis profectò interpretatio: nam quæ eſt hæc terra abſque via, per quam nemo vnquam ingreſſus eſt, ex qua hæc diuina radix exiuit, niſi virgo illa glorioſa Dei genitrix, ex qua natus eſt Chriſtus Deus noſter? Hanc appellat etiam alius propheta terrã, dicens in pſal-
Pſal.84. mo: Benedixiſti Domine terram tuam. Et paulò
Pſal.66. poſt: Veritas de terra orta eſt. Et in alio pſalmo: Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum. De hac
Supr.4. terra intelligitur id, quòd ſuprà dixit Eſaias: In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ ſublimis. Et alibi: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet ſaluatorem. Dixerat quarto capite futurum eſſe ſublimem fructum terrę, & volens modò eum fructum explicare, ait, eum eſſe
Sup.45. ſaluatorem. Vide qualem fructum hæc inuia & glorioſa terra produxit, mundi ſaluatorem. Peperit in tempore eum, qui fecit tempora. Vna & eadem mater & ſemper virgo: ipſa & genitrix, & eius creatoris, quem genuit, creatura. Quis vnquam audiuit talia? Quis vnquam talia cogitauit. Intacta genuit, & pariens virgo permanſit. Et quem peperit? Eum qui eſt Deus & homo. O admirabilis compago, ô ſublime myſterium! Creator naſcitur ex creatura, Deus factus eſt homo, incorporeus carne veſtitur, inuiſibilis videtur, immortalis occiditur, incomprehenſibilis comprehenditur. Quis non admirabitur tam altum ſacramentum, huiúſque virginis inauditum partum? Et volens Eſaias eius virginitatem ſignificare dixit, Meſſiam ex ea exiturum eſſe inſtar virgulti de terra ſitienti abſque alterius arboris inſertione pullulantis. Quid ad hæc reſpondebit blaſphemus ille Heluidius, qui ſpiritu diabolico ductus voluit virginitatis ſacratiſſimæ Dei genitricis ſplendorem maculare? Vt enim Heroſtratus homo ſcelerum maculis notatiſſimus flagrans famæ cupiditate nocte quadam templum celeberrimum Dianæ à Gentibus idolorum cul- *ſimilitudo.* tricibus dedicatum incendio combuſsit, vt nominis claritatem, cuius cupiditate incredibiliter ardebat, ſibi compararet, vt Valerius Maximus, Theopompus, & alij memorię prodiderũt, ſic nefarius Heluidius, quoniam neque virtute neque rerum geſtarum gloria famam, cuius deſiderio tenebatur, conſequi valebat, voluit quantum in ſe fuit non templum falſæ Dianę, ſed tẽplum illud ſacratiſsimum diuinæ virginis Mariæ incendio ſuæ maledictæ hæreſis cõburere, eiúſque virginitatem verbis peſtilentibus maculare.

Percuſſum à Deo.) In Hebraico eſt: מֻכֵּה אֱלֹהִים muccéh elohim. Quæ verba, ſi Latina reddas, ita transferas: percuſſum Deum. Inter מכה mucceh, quæ dictio percuſſum ſignificat, & אלהים elohim, quæ ſignificat Deum, nulla eſt præpoſitio. Voluit diuinus noſter vates oſtendere Chriſtum eſſe verum Deum & verum hominem. Dicens eum fuiſſe percuſſum eius humanitatem oſtendit: dicens autem eum eſſe Deum, eius diuinitatẽ. Sed diuinitas erat in humanitate occultata. Id intuens Habacuc aiebat: Ibi abſcondita eſt *Haba.3.* fortitudo eius. & quemadmodum ſol, vt diui *ſimilitudo.* Gregorij Nazianzeni vtar ſimilitudine, cùm in nube tegitur, abſconditur, non tamen amittitur, luménque illud, quod toto orbe diffuſum claro ſplendore cuncta illuſtrat, paruo nubis obſtaculo includitur, non tamen aufertur, ſic Chriſti deitas in humanitate illa, quam induit, fuit abſcondita, non tamen à corpore neque ab anima ſeparata. Habes in hoc loco apertiſsimum abſque dubio teſtimonium deitatis Chriſti, ſi volueris verba ipſa Hebraica, vt iacent, interpretari. Eſt admirabilis hic locus, in quo oſtendit Eſaias Deum eſſe illum, qui in cruce percuſſus erat. Deus quatenus Deus nec fuit mortuus neq; percuſſus: eſt enim impaſsibilis & ſempiternus. Sed cùm Chriſtus ſit Deus & homo, & quatenus homo fuerit percuſſus & mortuus, dicitur etiam Deus percuſſus & mortuus, quoniam Chriſtus vna eſt perſona, vnum ſuppoſitũ. Ideò verè dicimus manus Dei fuiſſe in cruce duris clauis trãſfixas, quoniã duæ in Chriſto naturæ ſunt in vno & eodem ſuppoſito, quod quidem eſt Chriſtus, qui eſt verus Deus & verus homo, quem Eſaias hoc in loco percuſſum Deum appellat. Si lapi- *ſimilitudo.* dem ignitum in medium fluminis proiicias, extinguetur ignis, lapis autem integer permanebit quoniam aquæ in ignem agere poſſunt, in lapidem verò nequaquam. Sic conſtitutus Chriſtus in medio afflictionum, quæ per aquas intelli- *Pſal.68.* guntur, iuxta illud: Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, paſſus eſt quò ad humanitatẽ, in aquam

quam afflictionum aquæ, hominúmque ſcelera
& impietates agere poterant, diuinitas autem
impaſſibilis permáſit. Ideò rectè dicimus filium
Dei vnigenitum in duabus naturis vniuſque per
ſonæ ſingulariter paſſibilem & impaſſibilem,
mortalem & immortalem, crucifixum in infirmi
tate noſtra, eundémque ſemper viuentem in vir-
tute ſua.

De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt.) Pro de an-
guſtia eſt in Hebraico מעצר meotſar, quod no-
men retentionem & carcerem ſignificat. Ideò po
terat hic locus ita verti: A carcere & à ſententia
ſublatus eſt de medio: vt ſit ſenſus: Statim poſt
vincula & Pilati ſententiam eum occiderunt. Ex-
plicat propheta Iudæorum in Chriſti cæde cele-
ritatem: quæ fuerat etiam in feſtinatione illa figu
Exo.12. rata, qua Hebræi agnum paſchalẽ comedebant:
Ita enim ait ſcriptura Deum illis dixiſſe: Come-
detis feſtinãtes. Fuiſſe autem agnum illum Chri-
Ioan.19. ſti figuram, indicat apertè diuus Ioannes capite
decimonono ſui euangelij.

Argumentum capitis LIIII.

*Vaticinatus fuit Eſaias capite ſuperiore de Chriſti mor
te. Et quoniam eum mentis oculis intuebatur ſuo
ſanguine pro nobis fuſo eſſe multos filios geniturũ,
ideò agit modò de vocatione Gentium, prædicens
plures ex illis quàm ex Hebræis eſſe fidem receptu-
ros. Et quamuis gentilitas eſſet ſterilis abſque fide,
ſpe, & charitate, eam tamen conſolatur, quòd breui
plures filios habitura ſit, quàm Hebræorum ſy-
nagoga. Prædixit dei miſericordiam nunquam eſſe
ab eccleſia ſeparandam, neque fœdus pacis Dei cum
eccleſia initum vnquam infringendum.*

CAPVT LIIII.

A LAuda ſterilis, quæ non paris:
Luc.23.d decanta laudem, & hinni, quę
Gal.4.d non pariebas: quoniam multi
filij deſertę magis quàm eius,
quæ habebat virum: dicit Dominus. Di-
lata locum tentorij tui, & pelles taberna-
culorum tuorum extende, ne pereas: lon
gos fac funiculos tuos, & clauos tuos cõ-
ſolida. Ad dexteram enim, & ad læuam
penetrabis: & ſemen tuum gentes hære-
ditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit.
B Noli timere, quia non confunderis, nec
erubeſces, non enim te pudebit, quia cõ-
fuſionis adoleſcentiæ tuæ obliuiſceris, &
opprobrij viduitatis tuæ non recordabe-
ris amplius. Quia dominabitur tui, qui
C fecit te, Dominus exercituũ nomen eius.
& redemptor tuus ſanctus Iſrael, Deus
omnis terræ vocabitur. Quia vt mulierẽ
derelictam & mœrentem Spiritu voca-
uit te Dominus, & vxorem ab adoleſcẽ-
tia abiectam, dixit Deus tuus. Ad pun-
ctum in modico dereliqui te, & in miſe-
rationibus magnis congregabo te. In mo
mento indignationis abſcondi faciem *Sup.26.*
meam parumper à te, & in miſericordia
ſempiterna miſertus ſum tui, dixit redẽ-
ptor tuus Dominus. Sicut in diebus Noë *Gen.9.b*
iſtud mihi eſt, cui iuraui, ne inducerem D
aquas vltrà ſuper terram, ſic iuraui, vt
non iraſcar tibi, & non increpem te.

EXPLANATIO.

Lauda ſterilis.) Primitiuam eccleſiam ex Gen-
tibus & aliquibus Iudæis congregatam compa-
rat propheta mulieri ſterili, quoniam reſpectu
ſynagogæ paucos habebat filios. Poteſt hoc re-
ferri ad ipſam Gentilitatem, quæ nullum habe-
bat prophetam, nullum fidelem, quam hoc in lo
co Eſaias conſolatur, quoniam innumeros ac
propè infinitos filios habitura eſſet, qui Chriſtũ
reciperent. Quibus Chriſtus dedit poteſtatem
filios dei fieri, vt diuus Ioannes teſtatur. *Ioan.1.*

Hinni.) Hoc eſt, exulta, & prorumpe in iubi-
lum. Hinnire eſt propriè equorum, ad victoriam
præ lætitia exultantium, ſed ad homines etiam
metaphoricè refertur.

*Quoniam multi filij deſerta magis quàm eius quæ
habebat virum.*) Alludit ad Saram ſterilem, & A-
gar fœcundam. Nam Sara peperit Iſaac, qui fuit *Gen.21.*
per repromiſsionem, & inde dimanauit proles
infinita. Filius autem Agar ſecundum carnẽ na-
tus eſt, qui erat filius ancillæ, Sara autem libera
erat. Sed hæc ſunt duo teſtamenta, vt ait in epi-
ſtola ad Galatas diuus Paulus. Per Agar ancillã *Gal.4.*
& fœcundam intelligitur ſynagoga, & vetus te-
ſtamentum, per Saram verò liberam & ſterilem,
quæ peperit per diuinam repromiſsionem, & in-
finitam propè multitudinem genuit, intelligitur
teſtamentum nouũ, & Chriſti eccleſia, quæ cùm
prius eſſet ſterilis Gentilitas, multò plures filios
peperit, quàm ſynagoga. Et quoniam ſynagoga
erat ob eius ſcelera reiicienda, voluit Deus vt
Agar cum filio ſuo reiiceretur, Sara autem cum
filio ſuo domi maneret, in figura earum rerum,
quæ poſteà erant venturæ. Ideo diuus Paulus in
epiſtola ad Galatas hunc Eſaiæ locum ſub nomi *Gal.4.*
ne Saræ de eccleſia, ſub nomine vero Agar de ſy-
nagoga interpretatur. De Eccleſia dixerat ſuprà *Supr.35.*
Eſaias: Lætabitur deſerta & inuia, exultabit ſo- *Ierem.15.*
litudo. De ſynagoga verò ait Ieremias: Infirma-
ta eſt quæ peperit ſeptem, defecit anima eius, oc
cidit ei ſol, cùm adhuc eſſet dies. Per ſeptem in-
telliguntur multi, ponitur enim numerus finitus
pro indefinito. Quemadmodum lib. 1. Regum *1.Reg.2.*
ait Anna: Sterilis peperit plurimos, & quæ mul-
tos habebat filios, infirmata eſt. vbi pro plurimis
litera Hebraica habet ſeptem. Hæc igitur ſterilis
eſt Eccleſia, de qua dicitur in Pſalmo: Qui ha- *Pſal.112.*
bitare facit ſterilem in domo matrem filiorum
lætantem.

Dilata locum tentorij tui.) Id eſt, Extende ô ec-
cleſia tentoriũ tuum, nequaquam Iudaici taber-
naculi imiteris anguſtiam, ſed dilata cortinas &
pelles tabernaculorum tuorum. Oſtendit iis ver-
bis multitudinẽ fidelium, & eccleſiæ per totũ or
bem

bem terrarum propagationem. Sed animaduerte. Non tribuitur eccleſiæ domus, ſed tētorium, in quo non eſt firma & perpetua permanſio. Nō *Heb. 13.* enim habemus hîc, vt verbis vtar diui Pauli, manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Qui habitant in tentoriis, non ibi commorantur, ſed ad vlteriora feſtinant. Ita de Chriſtianis dicitur: Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus *Pſal. 83.* Deorum in Sion.

Semen tuum gentes hæreditabit.) Hoc eſt filij tui poſſidebunt nationes remotiſſimas, eáſque ad fidem conuertent. Id vidimus & noſtra & patrum noſtrorum memoria apertiſsimè impletum. Iuſſu enim Emanuelis Luſitanorum regis inuictiſſimi, eiúſque filij clariſsimi Ioannis, qui non ſolùm regni, ſed etiam pietatis patris, eiúſque religionis, & animi præſtantiæ & magnitudinis, fuit hæres, luſtrarunt Luſitani terras anteà ignotas, & abſtruſas, alióſque terrarum orbes, quos Alexander magnus non poſſe conſequi ægrè ferebat, penetrarunt, earúmque gentes barbaras & infideles ſuperarunt, & ad fidem Chriſti conuerterunt. Has gentes poſſident modò Chriſtianiſſimi Luſitaniæ reges, qui Orientis oras, & ditiſſimam Indiam, & ſuis & maximorum regū præſidiis, opibúſque munitam, vicerunt & in ſuam poteſtatem redegerunt, atque crucis trophæa in regionibus immenſo ſpatio à Luſitania diſtantibus, è potentiſſimorum hoſtiū faucibus ereptis, collocarunt. Hi Chriſtianiſſimi principes & alij huiuſmodi ſunt ſemen atque filij eccleſiæ, de quibus ait hoc in loco Eſaias alloquens ipſam eccleſiam: Semen tuum gentes hæreditabit.

Et approbrij viduitatis tuæ.) Gentilitas Deum dereliquerat, & ideò vidua appellabatur. Sed cùm Euangelium recepit, & Chriſto adhæſit, non vidua, ſed ſponſa Chriſti appellatur. Synagoga verò eſt vidua, & à Deo derelicta, imò mortua & ſepulta. Hos duos populos Gentium & *Zacha. 11.* Iudæorum ſignificauit Deus apud Zachariam per duas virgas, quarum vnam appellat Deus decorem, alteram funiculum.

Quia vt mulierem derelictam & mærentē ſpiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adoleſcentia abiectam.) Fuiſti quondam veluti vxor Deo adhærēs, & legem naturalem adimplens, ſed ob delicta tua fuiſti à Deo derelicta, & in adoleſcentia tua repudiata. Nunc verò vocat te idem Deus quaſi dolentē ſpiritu ob tuum repudium & abiectionē.

Ad punctum in modico dereliqui te.) Dereliquit Deus gentilitatem, ſed poſteà miſertus eius eam in aduentu ſuo ad ſe vocauit, & adduxit. Et totum illud tempus, punctum appellat. Vbi vides totam hanc vitam cōparatione æternitatis punctum eſſe, & tanquam nihil. Id voluit diuinus vates ſignificare dicens in Pſalmo: Et ſubſtantia *Pſal. 38.* mea tanquam nihilum ante te. Subſtantia enim hoc in loco accipitur pro ſubſiſtentia ſeu vita. Quod intelligens diuus Hieronymus vertit: Et vita mea quaſi non ſit in conſpectu tuo. Id apertè ſenſit Seneca, qui in epiſtola quadrageſimanona ad Lucillum, Punctum, inquit, eſt quod viuimus. Et Cicero ætatem volare affirmat in prima quæſtione Tuſculana, vbi etiam afferens ex Ariſtotele naſci quaſdam beſtiolas apud Hypanem fluuium, quæ vnum diem tantùm viuat, inquit, hominum ætatem etiam longiſſimam cum æternitate collatam, eandem propemodum cum his beſtiolis breuitatem habere. Contemnamus igitur mundi vanitates & ineptias, totámque vim bene viuēdi in animi magnitudine, & rerum hu- G manarum deſpicientia & tolerantia, & Chriſtiana nobilitate, & in omni denique virtute ponamus. Poteris hoc ad animam referre, quā Deus permittit in calamitates & dolores incidere, vt laboris pondere preſſa ad Chriſtum ſuauiſſimū ſponſum conuertatur. Vide immenſam Dei pietatem. Calamitas, qua fideles premit, eſt breuis, at gloria, quam illis tribuit, eſt ſempiterna. Id intelligens Apoſtolus in epiſtola ſecunda ad Corinthios, Id enim, inquit, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra *1. Cor. 4.* modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Et in miſerationibus magnis congregabo te.) Homo abſque Dei gratia eſt diſperſus, ea verò eſt vnitus & congregatus. Aqua cadens ex alto ſi vnitur & *ſimile.* congregatur, aſcendit per fiſtulam aut canalem vſque ad altitudinem loci, ex quo deſcendit. Sed ſi fons ille clauſus, in quo aqua colligitur, habeat infrà aliquod foramen, non aſcendit aqua, ſed tota diffunditur, aſpergitur, & amittitur: ſic anima ſi in ſe vnitur & congregatur, aſcendit vſque ad *Phili. 3.* cœlum dicens cum Paulo: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, ſi autem fuerit veluti in fundo perforata, ſi ſe in varias cogitationes inutiliter diffuderit, nequaquam aſcendet, ſed tota diſpergetur, & diſſipabitur. Ideò diabolus conatur animam noſtram diſpergere & diffundere. At officium Dei eſt eam in miſerationibus magnis congregare. Qua de re fusè capite vndecimo & decimo nono diſſeruimus.

Sic iuraui, vt non iraſcar tibi.) Id eſt, Vt iuraui Noe, non me inducturum eſſe iterum diluuium, ſic tibi ô Eccleſia mea iuro, me nunquam te eſſe derelicturum. Aſpice Dei noſtri admirabilem clementiam.

Montes enim cōmouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea nō recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur dixit miſerator tuus Dominus, Paupercula tepeſtate conuulſa, abſque vlla conſolatione. Ecce ego ſter- E nam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris, & ponā iaſpidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles. Vniuerſos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis *Ioan. 6.* filiis tuis. Et in iuſtitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi. Ecce, accola veniet, qui non erat mecum, F aduena quondam tuus adiungetur tibi. Ecce, ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum, & ego creaui interfectorem ad diſperdendum. Omne vas quod fictum eſt G

contra

contra te, non dirigetur, & omnem linguam reſiſtentem tibi in iudicio, iudicabis. Hæc eſt hæreditas ſeruorũ Domini, & iuſtitia eorũ apud me, dicit Dominus.

Montes enim commouebuntur.) Verba ſunt, quibus Deus Eccleſiam alloquitur, quorum ſenſus eſt: Hoc quod tibi iuraui, nempe nunquam te eſſe derelicturum, eſt abſque dubio veriſſimum. Nam prius montes commouebuntur, & aliò ſe transferent, & colles contremiſcent, quàm ego te deſeram. Nunquam enim miſericordia mea à te recedet, neq; fœdus meum tecum initum rumpetur. Aſpicis quàm apertè Deus promittat eccleſiæ ſuæ nunquam eam eſſe derelicturum: Ait enim: Montes commouebuntur, & colles contremiſcent, miſericordia autem mea nõ recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur. Hæc non dicuntur ſynagogæ, quam videmus eſſe à Deo derelictã, ſed eccleſiæ, de qua diuus Paulus hoc caput in epiſtola ad Galatas interpretatur.
Gal.4. Et ipſe Chriſtus Deus noſter ex hoc capite de-
Ioan.6. prompſit id, quod apud Ioãnem capite ſexto ait: Et ſcriptum eſt in prophetis: Erunt omnes docibiles Dei. Quibus verbis oſtendit ſe eſſe Deum, qui venit, vt homines doceret, & eccleſiam conſtitueret. Cùm igitur Deus hoc in loco manifeſtè promittat, nunquam miſericordiam ſuam eſſe ab eccleſia ſeparandam, nec fœdus eius cum ea vnquam eſſe rumpendum, qui fieri poteſt, vt verũ ſit id, quod ait Lutherus, mille ab hinc annis & amplius nõ fuiſſe in eccleſia fidẽ, & ipſum modò veniſſe, vt fidem, & veram doctrinam doceret, quibus anteà eccleſia erat deſtituta? Si in eccleſia non erat fides, nec vera doctrina, cùm ſine fide, vt ait Paulus, impoſſibile ſit placere Deo,
Heb.11. profectò eccleſia erat à Deo derelicta, & miſericordia Dei ab ea ſeparata, & ruptum pactum ac fœdus pacis & amoris Dei cum Eccleſia ſua. Et ita falſum eſt id quod hoc in loco Deus eccleſię ſuæ promittit. O miſerũ Lutherũ, ò hominẽ ſubuerſum & furioſum! Quis nõ videt tam peſtiferã blaſphemiam? Vis Luthere vt omnes te veracem exiſtiment, & tu facis Deum mendacem? Dicis eccleſiam fuiſſe à Deo mille annos & amplius derelictam, cùm Deus hic iuret eam nunquam eſſe ab eo derelinquendam. Ais nulla ſacramenta conferre gratiam, ſummum Pontificem non eſſe catholicæ eccleſiæ paſtorẽ, nec caput, omnes eccleſiæ doctores vitæ ſanctimonia & ſapientia præſtantes nihil dixiſſe ſolidi, nihil veritatis, omnes erraſſe in fide, & eccleſiam hactenus fuiſſe in tenebris & erroribus verſatam. Nam cùm eccleſia ſemper tenuerit, ſacramenta cõferre gratiam, & ſummum pontificem eſſe Chriſti vica-
Matth.16. rium, eccleſiæ paſtorem & caput, & petrã illam ſuper quam Chriſtus ædificauit eccleſiam, & ita aſſeueranter affirment omnes patres, & ſancti doctores, & ſit ita in vniuerſalibus conciliis aſſertum & decretum, & literis ac perpetuis monimentis conſignatum, & tu modò dicas omnia hæc, & multa alia, quæ eccleſia firmiter tenet, & apertè confitetur, eſſe meras nugas, mera figmenta, & hæreſes intolerabiles, apertè dicis eccleſiam fuiſſe à Deo deſtitutam, & à veritate alienatam. Illam Chriſti eccleſiam, pro qua ille acerbiſſimos cruciatus tulit, & ſanguinem fudit, obediens vſque ad mortem, mortẽ autem crucis, quã 1.Tim.3.
diuus Paulus appellat columnam & firmamentum veritatis, appellas tu ſcholam mendaciorũ, errorum, & hæreſum. Illam dicis verſari in erroribus, quæ habet ſpiritum ſanctum perpetuum magiſtrum & inſtructorem. Et Chriſtum ab ec- Mat.28.
cleſia tollere moliris, cùm ipſe planè teſtatus ſit: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Et Petro Apoſtolo- Luc.22.
rum principi, Ego, inquit, rogaui pro te, vt non Ioan.14.
deficiat fides tua. Et Apoſtolos, qui tunc erant eccleſia, alloquens, Ego, inquit, rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis. Aſpicis hic Luthere Chriſtum dicentem ſemper cum eccleſia eſſe, & fidem Petri, quæ eſt eccleſiæ fides, nunquam defecturam, & Spiritum ſanctum, qui eſt conſolator, & ſpiritus veritatis, nũquam diſcedere ab eccleſia, ſed ſemper eam conſolari & docere. Si Chriſtus ſemper eſt cũ eccleſia ſua, ſi fides eccleſiæ nunquam defuit, nec deficiet, ſi eccleſia habet Spiritum ſanctum perpetuum doctorem, & magiſtrum, & conſolatorem, quomodo audes tu tam impudenter aſſerere eccleſiam eſſe à Deo deſtitutam, & nec eſſe in ea fidem, nec Spiritum ſanctum, ſed ſuperſtitiones, nugas, mẽdacia, errores, & hæreſes peſtilentes? Si Deus ſynagogam minus dilectam ſeptuaginta duntaxat annos in Babylonica corporeáque captiuitate reliquit, quî fieri poterat, vt eccleſiam ſuam dilectiſsimam ſponſam mille & ducentos annos in Babylonica ſpiritualique captiuitate relinqueret? Sed hoc ideò ais, quia cùm ab ipſa eccleſia exieris & apoſtataueris, eam vis conuiciis vulnerare. Contemnis ſanctos eius patres, irrides vniuerſalia concilia ritè congregata, totius eccleſiæ tot retro ſeculis confirmatam cõſuetudinem pro nihilo ducis, truncas diuinas ſcripturas, quarum alias penitus negas, alias deprauas & contorques; & ad id ſuperbiæ & amentiæ veniſti, vt ipſam Dei eccleſiam maculare contendas, aſſerens eam eſſe obſcuram Deóq; inimicam vſque adhuc, & ſine fide, & veritate, cùm illi dicat in Canticis Chriſtus: Surge propera amica mea,
columba mea, formoſa mea. Ad hãc miſit Chri- Cant.2.
ſtus ſponſus eius Spiritum ſanctum, qui eam omnem veritatem doceret, & apud eam maneret in æternum, vt fœdus Dei cum illa ſemper duraret, quod hoc in loco ipſe Deus per Eſaiam promittit. Quid poteris reſpondere Luthere ad tã aperta loca ſacrarum ſcripturarum, quæ contra te pugnant, imò te ipſum expugnant, & hæreſes tuas penitus euertunt? Sed cùm iam ſubuerſus ſis, & tuo proprio iudicio condemnatus, quod diuus
Paulus in epiſtola ad Titum de omni hæretico Tit.3.
tibi ſimili affirmat, poſt ſecũdam correptionem in ſua hæreſi permanẽte, non miror te nõ reſipiſcere. Sed miror, doleo, & ægrè fero eſſe tot homines, quĩ tuis diabolicis fraudibus obtemperent, & tuas peſtilentiſsimas hæreſes amplectantur. O cæci, ſtupidi, ac inſenſibiles Lutherani, qui tã craſſas & palpabiles tenebras non ſentitis! Nõnne videtis veſtrum Lutherum Deum facere mẽdacem? Dicit Deus nũquam eccleſiam ſuam derelicturum in æternum, & ipſe aſſerit eam fuiſſe mille

mille & tot annos à Deo derelictam,ſine fide, ſine veritate. Potéſtne aliqùid dici abſurdius? Quod fuit vnquam figmentum tam falſum, tam ineptum , tam ab omni , non ſolùm ratione,ſed etiam rationis ſimulatione abhorrens , & penitus alienatum?O cæcitatem & craſſitiem admirabilem,& inſaniam deplorandam! Chriſte ſancte qui pro hominum genere ſanguinem tuum preciosum in crucis ara immolatus fudiſti , ne permittas tot homines perire:aperi eorum oculos aliquando , vt ſuos errores videant & plorent , & ad eccleſiam tuam redeant , atque ad te ipſum conuertantur.

Paupercula tempeſtate conuulſa.) Alloquitur nūc Deus eccleſiam ſuam , priuſquam crederet,tunc enim cùm eſſet Gētilitas , ſine virtutum diuitiis, pauper erat,& tempeſtate conuulſa , hoc eſt,inſtabilis ſine fundamento , inter varios idolorum errores fluctuans & verſans , & ab omni diuina conſolatione deſtituta. Septuaginta pro tempeſtate conuulſa verterunt inſtabilem.

Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos.) Ego te eccleſia ædificabo tanquam vrbem regiam ex lapidibus precioſis,fundatam in ſapphiris. Propugnacula tua erunt ex iaſpide , & portæ tuæ ex lapidibus ſculptis , & fines tui ex lapidibus expetibilibus & excellentibus. Quaſi dicat : Reddam te ſimilem precioſiſſimo , excellentiſſimo, & pulcherrimo ædificio. Deſcribit propheta magnificentiam , firmitudinem , & fœlicitatem Eccleſiæ. Lapides huius ciuitatis ſunt viri fideles ſapientia ornati , & virtutibus muniti. Fundamentum verò primarium eſt Chriſtus , vt aſ-
1.Cor.3. ſerit diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios. Sed cùm Beatus Petrus ſit Chriſti vicarius,eúmque ipſe Chriſtus Petrum appellauerit, cùm anteà Simon appellaretur , eſt ſine dubio ipſe Petrus eccleſiæ fundamentum. Ideò enim nomē ab ipſo Chriſto deriuatum accepit. Chriſtus enim : vt diuus Paulus aſſerit , petra eſt.
1.Cor.10. Aequum enim fuit , vt Chriſti nomen acciperet
Ioan.21. ille,cui Chriſtus vices ſuas cōmiſit , & cui dixit,
Matth.16. vt agnos ſuos ac oues ſuas paſceret , quem denique Apoſtolorum principem conſtituit. Hic eſt ille,cui Chriſtus dixit:Tu es Petrus,& ſuper hāc petram ędificabo eccleſiam meam. Vbi vides eſſe Eccleſiam ſuper Petrum ædificatam.Ita hunc locum explanat diuus Hieronymus in commētariis in Matthæum. Et diuus Auguſtinus libro contra epiſtolam Donati , & inter ſermones de tēpore ſermone xvj. & de ſanctis ſermone xxvj. Et diuus Ambroſius ſermone xlvij.de fide Petri. Et diuus Gregorius libro ſexto Epiſtola.37.ad Eulogium. Et diuus Ioānes Chryſoſtomus Homilia 55.in Matthæum. Et diuus Baſilius aduerſus Eunomium. Et omnes denique patres tā Latini , quàm Græci ſuper Petrum eſſe Eccleſiam Chriſti ædificatam aſſeuerantet conteſtantur. Quanquam Lutherus id neget articulo vigeſimoquinto ſuarum hæreſum. Sed dicat ipſe quid velit,nos habemus contra eum omnes patres & ſanctos doctores, concilia , pontificum decreta, eccleſiæ antiquiſſimam conſuetudinem, & ipſas ſacras ſcripturas eum cōfundentes,& ſuas peſtilentes hæreſes apertiſſimè damnantes. Illud eſt aduertendum non dixiſſe Deum : Ego ſternam lapides tuos : ſed , Ego ſternam per ordinem lapides tuos : vt intelligas in Eccleſia omnia eſſe ordinata.

Vniuerſos filios tuos doctos à Domino.) Chriſtus Deus noſter apud Ioānem, Scriptum eſt,inquit,
in Prophetis : Erunt omnes docibiles Dei. Vbi Ioan.6.
ex hoc loco Eſaiæ,& aliis,oſtendit ſe eſſe Deum, qui docet veritatem in Eccleſia ſua. Vbi hunc locum de Eccleſia interpretatur. Quod paulò antè dicebam.

Recede procul à calumnia , quia non timebis.) Id eſt,tam tuta eris à calumnia, vt eam non timeas. Vel ſic : Si vis hoſtes non timere , recede ab iniquitate.

Ecce,accola veniet , qui non erat mecum.) Id eſt, Ad te ô Eccleſia venient illi, qui mecū non erāt, quoniam idola colebāt. Id prædixit etiam Deus
his verbis per Oſeam Prophetam:Et dicam non Oſee 2.
populo meo , populus meus es tu:& ipſe dicet: Rom.9.
Deus meus es tu. Ita illum locum diuus Paulus 1.Pet.1.
in Epiſtola ad Romanos interpretatur. Et diuus Petrus in prima ſua Epiſtola ad hūc locū alludit.

Ecce ego creaui fabrum.) Per fabrum prunas incendentem , & inſtrumenta aduerſus Eccleſiam conflantem,diabolus intelligitur,cum omnibus hæreticis. Inſtrumenta bellica , quibus Eccleſia oppugnatur , ſunt hæreſes. Alloquitur igitur Deus Eccleſiam ſuam in hunc modum : Vt ego creaui fabrum,qui aduerſus te arma conflet , ſic creabo protectores , qui te defendant , & arma diabolica confringant,& hæreticos confundant & euertant. Hi hæreticorum interfectores ſunt doctores catholici , pro fide Chriſti pugnantes: quemadmodum noſtris tēporibus præter multos alios fuit ſanctus ille ſapiéuſque Ioānes Roffenſis decus Angliæ,noſtræque memoriæ clariſſimum lumen, qui nō ſolùm aduerſus hæreticos libros eruditiſſimos ſcripſit , ſed pro fide Chriſti ſe immaniſſimi tyranni telis obiecit , atq; erecto inuictóque animo mortem acerbiſſimam tulit.

In iudicio iudicabis.) Hoc eſt,cunctos hæreticos tuo iudicio condemnabis.Habes hîc euidentem locum in quo Deus aſſerit Eccleſiā habere poteſtatem iudicādi hæreticos , eóſque ſuo iudicio condemnandi. Cùm igitur vos ô Lutherani ſitis ab Eccleſia iudicati & damnati , cur nō reſipiſcitis,& miſericordiam petitis ? Si enim ab hæreſibus deſtiteritis, ipſa Eccleſia pia mater vos recipiet,& cum catholicis coniunget.

Hæc eſt hereditas ſeruorum Domini,& iuſtitia eorum apud me,dicit Dominus.) Senſus eſt,Hæc Eccleſia catholica erit domus & receptaculum fidelium,extra quam nulla eſt fides , nulla iuſtitia. Iuſtitia autem ſeruorū Domini eſt apud ipſum Dominum , qui eam videt , vt pro ea viris iuſtis gloriam tribuat immortalem.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT LIIII.

Lauda ſterilis.) In Hebraico eſt רני roni , à verbo רן quod ſignificat inter alia lætari. Vnde Septuaginta verterunt:Lætare ſterilis.Et ita diuus

Paulus hunc locum citat in Epiſtola ad Galatas. *Galat. 4.* Hanc rationem ſecuti quidam vertunt: Exulta ſterilis.

Et in miſerationibus magnis congregabo te.) Pro congregabo te, eſt in Hebræo verbum קבץ Kauats, quod ſignificat congregare & colligere. At Septuaginta verterũt: Et in miſerationibus magnis miſerebor tui. Cùm verbum hoc talem ſignificationem non habeat. Sed quoniam eius miſeretur Deus, quem congregat, ideò pro congregare, miſereri poſuerunt. Intellexerunt enim in idem ferè coincidere miſereri & congregare. Hac ratione etiã illud Pſalmi, vbi litera hebraica habet: Dominus autem congregauit me, verterunt ipſi, Dominus autem aſſumpſit me. Ille qui eſt diſperſus, & in diuerſas mundi curas diffuſus *Pſal. 80.* & distractus, eſt à Deo demiſſus, iuxta id quod ille dicit in Pſalmo: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. At cùm Deus eum congregat, & in vnum colligit, & adunat, eũ aſſumit, eiúſque miſeretur.

Argumentum capitis LV.

Exhortatur propheta, & inuitat ad animæ ſalutem eos, qui eius deſiderio tenentur. Hanc autem animæ ſalutem appellat aquas, per quas intelligitur Euangelium, & gratia, & omnis animæ refectio. Arguit eos, qui vera doctrina contempta in res inanes & inutiles ſtudium & operam conferunt. Indicat Chriſtum eſſe noſtrum ducem & præceptorem. Hortatur peccatores ad quærendum Deum, & ad ſcelera omnia derelinquenda. Et tandem prædicit infidelium ad fidem conuerſionem.

CAPVT LV.

A *Eccleſ. 51. d* OMnes ſitiẽtes venite ad aquas, & qui non habetis argentum,
properate, emite & comedite: venite, emite abſque argento,
& abſque vlla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles.
B *Act. 13. c* Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentẽ quam neſciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & ſanctum Iſrael: quia glorificabit te. Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eũ dum
C propè eſt. Derelinquat impius viã ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum.

EXPLANATIO.

Omnes ſitientes venite ad aquas.) Vaticinatus fuerat propheta capite ſuperiore de gẽtium vocatione ad fidem. Et quoniam id futurum erat verbi Dei prædicatione, ideò nunc ad eam audiendam omnes deſiderantes inuitat & exhortatur. Acſi dicat: Venite omnes ſitiẽtes ad Euãgelium, ad diuina verba audienda, ad eas pleniſſimas & ſaluberrimas aquas gratiæ potandas, quarum hauſtu & potu conceptam viſceribus ſitim extinguatis, & ardorẽ ſedetis. Mundi aquæ ſunt turbidæ & amaræ, non ſolùm ſitim non ſedantes, ſed etiam augentes, at aquæ diuinæ ſunt claræ atque dulces, quæ ſumptæ explent, & ſitim reſtinguunt. De hac aqua ait apud Ioannem *Ioann. 4.* Chriſtus: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nõ ſitiet in æternum: ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitã æternam. Et alibi, Si quis, inquit, ſitit, veniat ad me, & bibat. *Ioan. 7.* Tunc impleta fuit hæc Eſaiæ prophetia. Sed aduerte: Non dicit, Venite omnes ad aquas: ſed, Omnes ſitientes venite ad aquas. Vbi aſpicis promitti gratiam ſitientibus, & venientibus ad Chriſtum. Nõ dicit: Aquæ ibunt ad vos: ſed, vos venite ad aquas: Hoc eſt, Diſponite vos ipſos ad gratiã, facite quod in vobis fuerit, quia ego vobis venientibus, & ad gratiam vos ipſos præparantibus, eam non negabo. Harum aquarum meminit propheta Ioel ita dicens: *Ioel 3.* Per omnes riuos Iuda ibunt aquę, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrẽtem ſpinarum. Riui Iuda ſunt mentes fidelium aquis gratiæ rigatæ, torrens autem ſpinarum eſt caro, in quam ſe etiam extendit gratiæ operatio, eam ſpiritui ſubiiciens. Has aquas vidit in ſpiritu regius vates *Pſal. 24.* dicens in Pſalmo: *Eccleſ. 15.* Super aquas refectionis educauit me, animam meam conuertit. Et Eccleſiaſticus, Et aqua, inquit, ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Nos verò qui hactenus ſedimus ſuper flumina Babylonis, ſurgamus, & properemus ad aquas Hieroſolymæ, ad aquas vitę. Sitiamus cum Propheta ad Deum fontem viuum, & mortiferas mundi aquas relinquamus. De iis *Pſal. 41.* aquis diſſeruimus fusè capite duodecimo.

Properate.) Sunt multi qui proponunt interdum mundum contemnere, & Chriſto ſe totos tradere. Sed differunt hoc propoſitũ, & ſenectu- *ſimile.* tem expectant, & ita priuſquã impleant id, quod decreuerãt, pereunt morte præuẽti, & in obſcuras æternáſque tenebras miſeri relegantur. Hi ſunt veluti naues pictæ velis expaſſis, quæ ſoluunt, & iam ex littore egrediuntur, ſed cùm ſint pictæ, non mouentur. Hos exhortatur iis verbis diuina ſcriptura in Eccleſiaſtico: *Eccleſ. 5.* Non tardes cõuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem, ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Et Apoſtolus, *Hebr. 4.* Feſtinemus, inquit, ingredi in illam requiẽ. *Exod. 16.* Nõ igitur ſenectutem expectemus, non veſperum, ſed ſtatim manè Deum toto animo quæramus. Manna manè colligebatur, non veſperi, ſic nos ſtatim panem illum cœleſtem Chriſtum Deum noſtrum quæramus, nec in aliud tempus bonas cogitationes differamus, & vſque ad noctem, quando operari non poſſimus, dilatemus. Sed animaduerte. Non dicit:

dicit: Properate vos diuites, qui argenti copia abundatis, ſed: Qui non habetis argeutum properate. Vult Deus iis verbis ſignificare, eos non bene currere, qui ſunt argenti pondere onerati. *Geneſ.13.* In Geneſi, vbi noſtra verſio habet: Eras antem Abraham diues valde in poſſeſſione auri & argeuti, habet litera Hebraica: Erat autem grauis valde ſiue vehementer. Et ita habet verſio Græca diui Hieronymi, βαρὺς σφόδρα, hoc eſt grauis vehemēter. Abraham enim Aegypti opum pondere grauabatur. Nam etſi diuitiæ videantur, tamē quia Aegyptiæ ſunt, viro ſancto graues ſunr. *Matth.19.* Eam ob cauſam dicebant Apoſtoli: Ecce nos reliquimus omnia. Currere enim & properare volenres pondus omne relinquunt.

Emite & comedite.) Duæ hîc dubitationes occurrunt: quarum hæc eſt prima: Si Deus inuitat pauperes ad has aquas potandas: ſi modò dixit: Qui non habetis argentum properate, quomodo ait modò, emite? Ita enim ait: Qui non habetis argentum properate, emite, & comedite. Et paulò poſt: Emite abſque argento, & abſque vlla commutatione. Si hæ aquæ gratis dātur, quare dicuntur emi, & nō potius donari? Altera dubitatio eſt hæc: Si ſunt aquæ, quomodo manducantur, & non potius bibuntur? Non enim dicit: Emite, & bibite: ſed emite, & comedite. Quis vnquam aquas comedit? Soluamus primā quæſtionem, & poſteà reſpondebimus ad ſecundam. Ad emendas mundi poſſeſſiones opus eſt auro & argento, ad emendum verò regnum cœlorum nullis talibus diuitiis opus eſt. Beati enim pau-
Matth.5. petes ſpiritu, ait Chriſtus, quoniam ipſorum eſt
Luc.10. regnum cœlorum. Imò diſcipulis ſuis, vt cœlum
Act.3. compararent, dicebat, ne vellent ſacculum portare nec peram. Et hæc admirabilis Apoſtolorum paupertas vicit mundum. Petenti claudo eleemoſynam reſpōdit diuus Petrus: Argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, tibi do: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et ſanus factus eſt ſtatim: & ſtupuerunt Iudæi, ex quibus multi crediderunt, vt in Actis Apoſtolorum ſacra hiſtoria teſtatur. Emerunt quidem Chriſti diſcipuli has aquas nullo auro & argento, ſed precio propriæ voluntatis. Simoni autem eas auro emere volenti reſpondit Pe-
Act.8. trus, vt Lucas in Actis commemorat: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri Nos igitur ſumus precium, quo hæ ſalutares aquæ emuntur. Diſponamus nos ipſos ad eas, tribuamus nos ipſos Deo, & Deus eas nobis donabit. Sed quoniam diuites, auro, argento, & mundi opibus affluentes, ſoleut eſſe potius diuitiarum, quàm ſui, & potius ipſi poſſidētur à diuitiis, quàm ab ipſis diuitiæ, ideò cōſultum eſt ad perfectionem aſpirātibus, diuitias relinquere, vt ita magis ſui ſint, & liberi remaneant. Cùm autem ſui atque liberi extiterint, opus eſt ſeipſos dare pro Chriſto. Nō enim eum poſſidebimus, niſi nos ipſos pro eo dederimus: non autem nos ipſos dare poterimus, niſi noſtri ſimus: noſtri autem non erimus, ſi nos diuitiæ poſſideanr, quoniam plerunque quandiu illis abundamus, magis ſui quàm noſtri ſumus. Igitur non ſumus prorſus liberi, niſi impedimenta omnia pro noſtra liberatione relinquamus. Relictis autem rebus noſtris, pro earum precio nos ipſos accipimus, qui talibus implicati noſtri omnino non eramus, vt rurſus nos ipſos pro Chriſto demus, non quòd tanti valeamus, ſed quòd plus dare non poſſimus. Et hoc eſt preciū, quod Deus præcipuè exigit à nobis. Eſt enim Chriſtus theſaurus abſconditus, pro quo homo debet vendere vniuerſa, quæ habet, de quo loquitur Chriſtus apud Matthæum. Vē- *Matth.13.*
dere autem omnia eſt pro Chriſto omnia relinquere, vt nos ipſos illi tradamus. Non enim ſat eſt omnia relinquere, ſed opus eſt nos ipſos illi tradere, eum ipſum ſequendo. Ideò dicebat Pe- *Matth.19.*
trus: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Acſi diceret: Omnia dimiſimus, vt noſtri maneremus, vt cùm noſtri eſſemus, tibi nosipſos traderemus, teipſum ſequentes, tuíſque conſiliis obtemperantes. Bonum eſt eleemoſynas tribuere, & diuitias pauperibus largiri: ſed niſi nos ipſos Deo tradiderimus, non ſumus perfectionem aſſecuti, nos enim ſumus precium, quod Deus exigit à nobis, quo ſumus has ſalutares aquas, de quibus hîc agit Eſaias, conſecuturi. Et ita manet, ni fallor, abſoluta quæſtio prima: nūc breuiter veniamus ad ſecundam. Hæ aquæ non ſolùm ſedant ſitim, ſed etiam famem, intelligitur enim per eas gratia, quæ eſt animæ pabulum, & panis ille ſaluberrimus, quem petimus dicentes: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et quoniam in ſpirituali animæ refectione comedere & bibere non differunt, quoniam gratia & panis appellatur, & aqua, ideò hoc in loco ait Deus, vt hanc aquam comedamus, cùm dicat *Ioan.7.*
apud Ioannem, vt eam bibamus. Si quis ſitit, inquiens, veniat ad me, & bibat. Dicens autem vt aquam comedamus, vult oſtendere, non de terrenis aquis loqui, ſed de cœleſtibus. Nihil autem aliud eſt has aquas comedere & bibere, quàm ſpiritum Dei eiúſque gratiam accipere, & donis eius gaudere, ad quas aquas vocat Deus omnes qui ſitiunt, & cœleſtis beatitudinis deſiderio tenentur.

Vinum & lac.) Gratia Chriſti non ſolùm comparatur hoc in loco aquæ abluenti, ſitim extinguenti, & refrigeranti, ſed etiam vino ob nutritionem, & fortitudinem, & lacti ob ſuauitatem, & candorem.

Quare appenditis argentum non in panibus.) Id eſt, Quare conſumitis pecunias in rebus inutilibus, & non in panibus, hoc eſt, in rebus neceſſariis? Sequitur: Et laborem veſtrum non in ſaturitate? Id eſt, Quare conſumitis laborem in rebus inanibus, quæ vobis nullam poſſunt afferre ſaturitatem? Inuehitur propheta in eos, qui contempta vera doctrina, quæ ſatiare animam poteſt, dant operam artibus inanibus & ſuperuacaneis, quæ nullum afferunt commodum, nullam ſaturitatem. Denique eos arguit, qui relictis contemptíſque rebus diuinis dant operam humanis.

Audite audientes me.) Id eſt, Qui verba mea auribus corporis auditis, audite etiam auribus mentis.

Et comedite bonum.) Id quod paulò antè vocauit aquas, vocat modò bonum. Sequitur: Et delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Aduerte:

Non dicit, Delectabitur in craſſitudine corpus veſtrũ,ſed anima veſtra. De pabulo enim loquitur non corporis, ſed animæ. Hæc enim verbo Dei & diuina gratia reficitur & ſuſtentatur. Vt enim anima eſt vita corporis, ſic gratia eſt animæ vita.

Audite, & viuet anima veſtra.) Vitam animę noſtræ quærit, quæ in Chriſti verbis habetur. Ait
Ioann.6. enim: Audite, & viuet anima veſtra. Ipſe Chri-
Ioan.6. ſtus apud Ioannem, Verba, inquit, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Et diuus Petrus, Domine, inquit, ad quem ibimus? verba
Ioan.8. vitæ æternæ habes. Ideò dicebat Chriſtus: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Viuit igitur eius anima, qui verbum Dei audit non ſolùm auribus, ſed mente, & ita audit, vt obſeruet.

Et feriam vobiſcum pactum ſempiternum.) Id dixerat capite ſuperiori his verbis: Miſericordia autem mea nõ recedet à te, & fœdus pacis meæ nõ mouebitur. Alloquitur Deus Eccleſiam ſuã. Et explicans hoc pactum ſempiternum, ait: Miſericordias Dauid fideles, hoc eſt, immobiles & infallibiles. Acſi diceret: Nunquam recedent à vobis miſericordiæ certiſſimę Ieſu Chriſti, qui nomine Dauidis ſignificatur. Significari autem
Ezech.34. Chriſtum per Dauidem indicat locus Ezechielis, apud quem Deus pater, Suſcitabo, inquit, ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid. Ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem. Qui locus de illo paſtore intelligitur,
Ioan.10. qui apud Ioannem, Ego, inquit, ſum paſtor bonus. Nam de Dauide nequaquam poteſt intelligi, qui multis retro annis è vita migrauerat. Vel
Pſal.131. ſic: Quemadmodum promiſi Dauidi, vt ſemen ſuum maneret, & ex eo naſceretur Chriſtus, dicens illi: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, qui quidem Chriſtus eſſet in Eccleſia in æternum regnaturus, ita illud ô Eccleſia complebo.

Ecce teſtem populis dedi eum.) Verba ſunt Dei patris, qui ita mundum dilexit, vt filium ſuum vnigenitum daret illi in teſtificationem ſuæ erga homines charitatis. Quod poterat eſſe maius amoris ſignum, quàm dare nobis filium ſuum vnigenitum? Ita ait ipſe Dei filius apud Ioãnem:
Ioan.3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et Paulus
Rom.8. Apoſtolus, Qui etiam, inquit, proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Fuit Chriſti præſentia quædam Epiſtola, quoddam chirographum, quo Deus ſuum erga homines amorem teſtificatur.

Ducem ac præceptorem Gentibus.) Si Chriſtus eſt noſter dux, cur eius vexillum non ſequimur? cur ſub eius cruce nõ militamus? Si noſter præceptor eſt, cur eius doctrinam relinquimus? Hic
Mich.5. eſt dux ille, de quo loquitur propheta Michæas,
Matth.2. cuius verba diuus Matthæus à Principibus ſacerdotum & Scribis prolata in hunc modũ ſcribit: Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Et hic eſt præceptor ille, quem nobis Deus pater præcepit vt audiremus. Audita eſt enim in Chriſti tranſ- Matth.17.
figuratione vox patris cœleſtis dicentis: Hic eſt 2.Pet.1.
filius meus dilectus, in quo mihi bene compla- Ioel 2.
cui, ipſum audite: vt ſcribit diuus Matthæus, & Baruch 3.
Beatus Petrus qui eam audiuit, in Epiſtola ſua ſecunda apertè conteſtatur. Eum appellat Ioel doctorem iuſtitiæ, & Baruch eum adinueniſſe omnem viam diſciplinæ affirmat.

Ecce gentem, quam neſciebas, vocabis.) Hoc eſt, idolorum cultores, quorum actiones nõ approbabas, vocabis ad fidem, qui venient, & ſeruient tibi. Id voluit Deus in Pſalmo ſignificare dicẽs: Pſal.17.
Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

Quærite Dominum, dum inueniri poteſt.) Hoc eſt, dum eſtis in corpore, dum habetis tempus pœnitentiæ. Quærite eum nõ loco, quia vbique eſt, ſed mente, & toto corde, ſi eum vultis inuenire. Sap.1.
In libro ſapientiæ ita ait ſcriptura: In ſimplicitate cordis quærite Dominum, quia inuenitur ab 3.Para.15.
his, qui nõ tentant illum, apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Et libro ſecundo Paralipomenon, Si quæſieritis, inquit, eum inuenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Et in Pſalmo, Quærite Dominum, & viuet anima Pſal.68.
veſtra. Eſt autem Deus toto animo quærendus, Ierem.29.
quemadmodum ipſe ait apud Ieremiam: Cùm quæſieritis me in toto corde veſtro, inueniar à vobis. Hinc colligitur ideò nos Deum nõ inuenire, quia quamuis eum quæramus, non tamen toto animo quærimus. Ideò dicebat Chriſtus apud Ioannem: Quæretis me, & non inuenietis. Ioan.7.

Derelinquat impius viam ſuam.) Dixerat: Quærite Dominum dum inueniri poteſt, nunc docet quomodo quærendus eſt Deus. Fieri enim non poteſt, vt quis viam Dei percurrat, niſi viã ſuam ducẽtem ad perniciem derelinquat. Duplex eſt via, altera iuſtorum, altera verò impiorum. Via iuſtorum eſt Chriſtus, via verò impiorum mundus. Hanc iubet Deus vt tanquam ducentem ad æternam damnationẽ derelinquamus, & vanas atque peſtilentes cogitationes declinemus. Ait enim: Derelinquat impius viam ſuam, & vĩr iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius. Quaſi dicat: Relinquite mundum, & conuertimini ad me, & ego miſerebor veſtri. O cæcitatem noſtram deplorandam, qui Deũ pium & miſericordem relinquimus, & mũdum impium & crudelem ſectamur, amplectimur malum, & relinquimus ſummum bonum. Mundus eſt Iahel, quæ Siſaram hoſpi- Iudith 4.
cio accepit, cúmque blanditiis deliniuit, & lacte refecit, ſed dormiẽtem immaniter occidit. Quid ſperas à mundo, qui non dicam Siſaram, ſed Dominum ſuum Chriſtum Deum noſtrum tã crudeliter tractauit? Sed dices: Si mundum reliquero, fortaſſe amittam ſubſtantiam: imò eam conſequeris. Habebis Deum, qui eſt ſummum bonum, infinita atque ſempiterna ſubſtantia. Pro Geneſ.39.
humanis diuitiis cœleſtes conſequeris. Ioſeph vt peccatum declinaret, reliquit pallium in manu dominæ eum ad crimen nefarium inuitantis, & fugit, & egreſſus eſt foras. Tu etiam mũdum fuge, egredere foras, melius eſt enim pallium amit- ſimile.
tere quàm Deum. Habebas annulũ precioſiſſima gemma adornatũ, amiſiſti gemmam, nónne

dabis

dabis pro ea facilè annulum? Quis dubitat? Annulus eſt vita, gemma verò precioſiſſima Chriſtus. Amiſiſti Chriſtũ, da pro eo non ſolùm ſubſtantiam, ſed vitam, da annulum vilem, pro excellentiſſima gemma. Et ſi annulum amittas, tamen diues manebis, ſi gemmam retinueris. Derelinque igitur mundum, & ad Dominum conuertere, & miſericordiam conſequeris.

Ioel 2. *Quoniam multus eſt ad ignoſcendum.*) Ita Ioel propheta, Conuertimini, inquit, ad Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ.

Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ, nec viæ veſtræ viæ meæ, dicit Dominus. Quia ſicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit D eam, & germinare eam facit, & dat ſemē ſerenti, & panem comedenti: ſic erit verbum meũ, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quę miſi illud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudēt manu. Pro ſaliuncula aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus. Et erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur.

Non enim cogitationes meæ.) Derelinquite veſtras cogitationes & vias, quia à meis longiſſimè diſtāt. Vel ſic: Exhortatus fuit impios, vt prauas conſuetudines & cogitationes derelinquerent, & ad eum conuerterentur, quoniam ipſe eos piè reciperet. Et ne mirarentur quomodo Deus ſtatim eos reciperet, qui ab eo receſſerant, eúmque grauiter offenderant, cùm inter homines longè aliter fiat, non eſſe mirandum inquit, cùm cogitationes ſuæ longè differant ab hominum cogitationibus.

Et quomodo deſcendit imber.) Senſus eſt: Nulla vos teneat dubitatio, audientes eſſe gentes meo verbo conuertendas. Nam verbum meũ eſt veluti imber & nix. Quemadmodum enim pluuia deſcendit de aere, & nō reuertitur inanis, ſed irrigat terram, & germinare facit, ſic prædicatio Euangelica non erit inanis, ſed terram, hoc eſt, homines rigabit, vt vberrimos virtutum fructus producant. Comparatur prædicatio Euangelica pluuiæ de nubibus egredienti. Nubes hæ ſunt Apoſtoli, & apoſtolici concionatores, quos alio
Infr. 60. in loco Eſaias nubibus volantibus comparauit.
Deut. 32. In Deuteronomio ait Moyſes, imò per ipſum Moyſem Deus noſter: Audiat terra verba oris mei. Creſcat in pluuiam doctrina mea, fluat vt
Eccleſ. 39. ros eloquium meum. Et Eccleſiaſticus, Et ipſe, inquit, tanquam imbres mittes eloquia ſapientiæ ſuæ.

Quia in lætitia egrediemini.) Nempe de peccato, de morte, de tenebris, & de mundo: & in ſpirituali pace ad Chriſtũ deducemini. Et tam admirabili gaudio perfundemini, vt mōtes & colles vobis congratulari, & coram vobis cantare videantur.

Pro ſaliuncula aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus.) Infructuoſæ plantę vertentur in frugiferas, & peccatores fient iuſti: pro iniquitate erit iuſtitia, pro temeritate fortitudo, pro ſtultitia prudentia, pro libidine temperantia, pro idolorum cultu vera Dei religio. Matthæus ex publicano fiet Apoſtolus & Euangeliſta. Magdalena ex peccatrice fiet ſanctiſſima, & amorem mundi in Chriſti amorem conuertet. Paulus ex Chriſtianorum hoſte & perſecutore fiet admirabile vas electionis. Et alij denique innumerabiles, vitiis relictis, ad Chriſtum cōuertentur. Saliuncula arbor eſt inutilis & ſterilis. Vrtica herba eſt pungens ſatis nota. Abies eſt arbor lōgiſſima, & vt Plinius ait, ad pōdus in ædificiis ſuſtinendum aptiſſima. Myrtus planta eſt medicinalis, ſalutares baccas producens, ſemper virens, odore excellenti fragans, lætificis pampinis ſuo tempore pubeſcens.

Et erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur.) Hoc eſt, Ob eā cauſam Deus magnis laudibus efferetur. Nominabunt eum homines, appellātes eum Deum miſericordem, quòd ex impiis effecerit iuſtos, eúmque hoc nomine ac perpetuo monumento appellabunt.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT LV.

Et feriam vobiſcum pactum ſempiternum.) Pro pacto eſt in Hebraico ברית berith, pro quo Septuaginta habent Teſtamētum. Ita enim verterunt: Conſtituam vobis teſtamentum æternum. Quod quidem exiſtimo eſſe de nouo teſtamento intelligendum. Et illa verba, quæ ſunt apud Ierem. 31.
Ieremiam: Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepegi cum patribus veſtris: vertit in hunc modum diuus Paulus in Epiſtola ad Hebræos: Ecce dies ve- Hebr. 8.
niet, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domũ Iuda, Teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum. Vbi vides per fœdus & pactum intelligi teſtamentum. Explicās autem propheta quod ſit hoc teſtamentum, indicat eſſe legem Dei in cordibus & viſceribus ſcriptā, quam diuus Paulus in eadem Epiſtola dicit eſſe Chriſti Euangelium. Hoc nouum Teſtamētum appellat hoc in loco Eſaias ſempiternum, quoniam lex vetus fuit antiquata & abrogata, nouum autem Teſtamentum eſt ſemper duraturum. Nam in legis veteris cōfirmatione fuit ſanguis pecudum mortuorum fuſus: at Chriſtus Deus viuus nouam legem confirmaturus, calicem oſtendit, in quo fuit proprius eius ſanguis, pro hominum ſalute fundendus. Ideò in verbis conſecrationis

Teſtamētum Chriſti nouum & æternum appellatur. Eſt igitur hoc pactum ſempiternum Euangelium Chriſti ſuo ſanguine cōfirmatum, quod appellatur hoc in loco ברית, quod nomen ſignificat fœdus, pactum, legem, & Teſtamentum.

Pro ſaliuncula aſcendet abies.) In Hebraico eſt תחת הנעצוץ יעלה ברוש tachath hānaatſuts iaalæh vetox. Nomen hoc נעצוץ, pro quo diuus Hieronymus vertit ſaliunculam, quam dicit eſſe plantam vilem, amarā, odoriſque peſſimi, ſignificat etiam ſpinam quandam naſcentem in deſerto, vt ait R. D. Pagninus vertit ſpinam albam. Nomen ברוש, pro quo diuus Hieronymus vertit abietē, ſignificat etiam cupreſſum. Ionathas in tranſlatione Chaldaica non verba, ſed ſenſum interpretās ita vertit: Pro iniquitate erigetur iuſtitia. Eum ſecutus R. Salomon dicit: Poteſtas auferetur ab impiis, & dabitur iuſtis. Vetus autē ſenſus eſt hic: Ex infidelibus & iniuſtis multi ad Chriſtū conuertentur, quos Deus fideles ac iuſtos efficiet. Nonnulli ex Iudæis verba capiunt vt iacēt. Obcæcati enim obſtinatione & perfidia tropos prophetarum, diuinæque ſcripturæ intellectum nequaquam percipiunt. Quorſum in aduentu Meſſiæ quædam arbores etant in alias mutādæ? Non igitur hoc in loco Eſaias de arboribus loquitur, ſed de hominibus cum illis comparatis.

Argumentum capitis LVI.

Prædicit Chriſtum citò venturum, & interdum exhortatur Iudæos ad iudicium & iuſtitiam, & legis obſeruationem, quæ erat vſque ad Chriſtum duratura. Iudicat apud Deum non eſſe perſonarum acceptionem, cùm omnes tam gentes quam Iudæos recipiat, eoſque in fide & charitate è vita migrantes ad cæleſtem patriam perducat. Inuehitur in paſtores iniquos, qui falſi honoris ſpecie decepti, in ignominia & ſcelere voluntantur.

CAPVT LVI.

A Hæc dicit Dominus Deus: Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiā: quia iuxta eſt ſalus mea, vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehēdet iſtud: cuſtodiēs ſabbatū, ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas, ne faciat omne malum. Et non *Sap. 11. a*

B dicat filius aduenę qui adhæret Domino, dicēs: Separatione diuidet me Dominus à populo ſuo. Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meū: dabo eis in domo mea, & in muris meis locū, & nomen melius à filiis & filiabus: nomē ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Et filios aduenæ qui adhærent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt ſint ei in ſeruos: omnem cuſtodientem ſabbatum ne polluat illud, & tenētem fœdus meū, adducam eos in mōtem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: C holocauſta eorum & victimæ eorum placebūt mihi ſuper altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis, ait Dominus Deus, qui congregat diſperſos Iſrael. Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. *Matt. 21. b Marc. 11. c Luc. 19. g*

EXPLANATIO.

Hæc dicit Dominus: Cuſtodite iudicium.) Dixerat Propheta in fine capitis præcedentis fore, vt in Chriſti aduentu pro ſaliuncula aſcēderet abies, & pro vrtica creſceret myrtus, hoc eſt eſſe infideles & impios conuertēdos ad fidem, & pietatem, ac veram religionem culturos. Et multa in toto capite prædixit de aduentu Chriſti. Nunc alloquitur homines ſui tēporis, vt ſperent Chriſtum venturum, & interea cuſtodiant iudicium, & faciant iuſtitiam. Tūc iudicium cuſtodimus, cùm nos peccatores iudicamus, & iuſtitiā, quando in virtutis actiones incumbimus. Vel cuſtodire iudicium eſt rem deliberare, facere autem iuſtitiam eſt honeſtum atque rectum eligere & exercere. Non enim ſat eſt deliberare, nam ſæpe pugnare videntur inter ſeſe virtus & vitium, & cùm vitium apparentem vtilitatē & voluptatem præ ſe ferat, vult hominem ad ſe rapere: contrà verò virtus ſua pulchritudine vult hominē trahere ad veram honeſtatem, & ad verum decus reuocare. Ex quo efficitur, vt diſtrahatur in deliberādo animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. Et tunc neceſſarium eſt, vt ratio eligat, voluntas rationi aſſentiatur, homo honeſtatem amplectatur, & in virtutis actiones ſtudium cōferat, & operam. Itaque non ſat eſt deliberare & iudicare quid ſit melius & honeſtius, ſed neceſſarium eſt, illud melius & honeſtius eligere, & exercere. Id intelligēs Dauid dicebat in Pſalmo: Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Nō ſolùm à Deo iudicium ad dei iberandum petit, ſed iuſtitiam ad iuſta exercēd um. *Pſal. 71.*

Cuſtodiens ſabbatum.) Exhortatur ad legis obſeruantiam, quandiu eſſet duratura. Per ſabbati obſeruationem intellige non ſolùm illius diei quietem, ſed etiam diuinum cultum & religionem. Hæc autē ſabbati ſanctificatio moralis eſt, quatùm attinet ad ceſſationem laborum, & cultum diuinum, ſed erat cerimonialis quantùm ad temporis determinationem. Iudæis fuit conſtitutus dies ſeptimus ob opus creationis, quoniā in eo Deus requieuit: nullus enim dies dignior præceſſerat. Nos autem obſeruamus diem octauum ob reſurrectionis myſterii. Creauit Deus mūdum in principio, & ſeptima die requieuit ab vniuerſo opere, quod patrauerat: cōpleuit enim die ſeptimo opus, quod fecerat, & præcepit, vt hic dies ſeptimus ſanctificaretur. Sed corrupto mundo, fecit Deus alterum mundum, mortuus eſt pro peccatoribus, genuit nos ſuo ſanguine, & octaua die requieuit, & reſurrexit, & compleuit opus ſuum, & ideò hic dies meritò obſeruatur. Vt enim obſeruabatur in lege veteri dies, in quo Deus compleuit creationem, ſic in noua lege obſer- *Geneſ. 2.*

obſeruatur dies in quo ipſe Deus compleuit redemptionem. Mutauit igitur Eccleſia Spiritu ſancto gubernata præceptum de ſabbati obſeruatione, quatenus erat cerimoniale: ſed quatenus eſt morale, integrum reliquit.

Et non dicat filius aduenæ.) Conſolatur iis verbis Propheta eos, qui ex Gentibus ad Iudæos veniebant, qui proſelyti dicuntur, ne timore debilitati diffiderent, quòd non eſſent ex ſemine Abrahami, ſe eſſe ſalutem conſecuturos. Nam quicunque fide & charitate munitus perſeuerauerit vſque ad finem, ſaluus erit. Vt enim verbis vtar diui Pauli in epiſtola ad Romanos, *Rom. 10.* Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci, nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Eodem modo conſolatur eunuchos exiſtimantes, ſe eſſe maledicto legis obnoxios dicentis in Deuteronomio: *Deut. 7.* Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus. Oſtendit Propheta tam poſſe beatitudinem conſequi eunuchos quàm viros. Imò eunuchus reginæ Candacis, cuius meminit Lucas in Actis, *Act. 8.* vir eo in loco appellatur. Qui cùm in via otioſus non eſſet, & legens Eſaiam eum non intelligeret, inuenit Philippum, qui ei aperuit locum, & oſtendit Chriſtum, qui in litera clauſus occultabatur.

Ecce ego lignum aridum.) Id eſt, impotés ad generandum.

Et nomen melius à filiis & filiabus) Hoc eſt, Dabo eis melius nomen quàm id, quo gloriantur Iudæi, qui legem meam non cuſtodientes, & Abrahami opera non ſectantes, filij Abrahami vocantur. Hoc ideò ait Deus, quia quicunque Chriſtum receperũt, dedit eis poteſtatem, vt ait diuus Ioannes, *Ioan. 1.* filios Dei fieri. Et in prima epiſtola ſua ait idem Ioannes: *1. Ioan. 3.* videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Hoc eſt nomen de quo Deus hìc loquitur. Et vide quemadmodum diuinus Propheta à lege ſe transferat ad Euangelium, & à proſelytis ad eos, quos ſpiritu videbat eſſe Chriſtum recepturos, & ob id filios Dei vocandos. Quis enim non videt eſſe multò illuſtrius & præſtantius filios Dei quàm filios Abrahami appellari?

Nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.) Hoc eſt, appellabo eos Chriſtianos. Quod nomẽ nullo vnquam hominũ interitu obruetur, nulla poſteritatis obliuione obſcurabitur. Vel capitur hìc nomen pro gloria, & ornamento virtutis, in luce & hominum celebritate conſtituto, de quo *Prou. 22.* in Prouerbiis Salomõ, Melius, inquit, eſt nomen bonum quàm diuitiæ multæ. De illuſtriũ & iu- *Eccle. 41.* ſtorum nomine ait Eccleſiaſticus: Bonũ nomen permanebit in æuum. De impiorum contrà, no- *Prou. 10.* men, inquit, impiorum delebitur. Et in Prouerbiis ait Salomon: Nomen impiorum putreſcet. Promittit hìc Deus ſuis daturum illis præclaram famam, de qua nulla quidem ætas conticeſcat, cui nulla hominum obliuio ſit finẽ allatura. Eſt enim in gloriæ promiſſione magna vis ad homines amorẽ pietatis inflammãdos. Velim tamen exiſtimes, me non de illa gloria loqui, quæ eſt falſa & inanis, & in populi temeritate conſtituta, ſed de ea, quæ in virtute conſiſtit, éſtque ipſius virtutis ornamentũ & decus, qua viri pietate præſtantes, etiam mouentur ad gratias Deo agendas, eiúſque laudes cœleſti quadã harmonia decantandas. Ex quo colligitur eos in errore verſari qui gloriam damnant, inanis, atque furioſæ, & falſæ gloriæ vitia ad verã gloriam transferentes. Vt enim ſi quis tenens manu *ſimile.* ligneã ſphæram, eius fragilitatem colligẽs, & in veram ac cœleſtem ſphæram conferens, vellet oſtendere cœlos eſſe ligneos, caducos, paruos, palpabiles, nullos æquabiles motus conſtanter ſeruantes, grauiter erraret, ſic qui inanis gloriæ imperitæ multitudinis errorem captantis, laudémque populi vanè appetẽtis, flagitia coniungens, & gloriæ tribuens, vellet gloriam maculare, aſſerẽs eam eſſe leuem, inanem, turbulentam, ambicioſam, & vitiorum laudatricem in errore grauiſſimo verſaretur. Inanis enim & falſa gloria tantùm abeſt à gloria, quàm ſphæra quædam lignea ab ſphęra cœleſti, & ſidera picta ab illis admirabilibus ſtellis, quę excellenti pulchritudine ornatæ, immutabili conſtãtia celeritatéque mirabili circulos ſuos orbéſque conficiũt, quarum decorẽ & claritatem admiramur. Qua de re grauiter & elegãter diſſeruit in ſuis dialogis de gloria Oſorius ille Luſitanus, alter Xenophon inter Græcos, cuius voce Muſas quaſi locutas ferunt, alter Cicero inter Latinos, qui non ſolùm eloquentes ſuæ ætatis, ſed antiquitatis etiam memoriam eloquentia ſuperauit.

Adducam eos in montem ſanctum meum.) Id eſt, in Sionem. Et lætificabo eos in domo orationis meæ, Id eſt, in templo Hieroſolymæ. Poteris per *Sup. 2.* montem Chriſtum intelligere, quem Eſaias ſe- *Mich. 4.* cundo capite, & Michæas quarto mõtem appellant. At ego exiſtimo per montem intelligi Eccleſiam, quam ſtatim domũ orationis appellat. Vocatur autem Eccleſia mons ob fidei, doctrinæ, altiſſimorúmq; myſteriorum celſitudinem.

Haulocauſta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi.) Iudæi pecora Deo immolabãt, Chriſtiani verò ſeipſos, vt ſpirituales hoſtias offerũt, de quibus exiſtimo eſſe in primis hũc locũ intelligẽdũ.

Quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.) Hũc locum citauit Chriſtus, vt Euangeliſtæ teſtantur. Cùm enim intraſſet templum, & eiiceret ementes & vendentes in eo, & menſas nummulariorum cathedráſque vendentiũ euer- *Mat. 21.* teret, dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea domus *Mar. 11.* orationis vocabitur, vos autẽ feciſtis illam ſpe *Luc. 19.* luncam latronum. Qui locus etſi de illo templo intelligitur, tamẽ ad Eccleſiam Catholicam refertur, cuius templum illud imaginẽ gerebat. Et aduerte. Non dixit: Domus mea domus hircorũ & vitulorum eſt, ſed domus orationis. Nec dixit ſolùm Iudæis, ſed cunctis populis, non in vno Hieroſolymæ loco, ſed in toto terrarũ orbe collocaris. In Eccleſia Catholica ſunt veræ præces, nã extra eã ſunt hæreſes, & blaſphemiæ, non autẽ veræ precationes. Vide quid dicat Deus: Domus mea domus orationis vocabitur. Oratio *Simile.* hæreticorum non eſt oratio dicenda. Comparat Dionyſius orationem catenæ aureę de cœlo vſque ad terrã demiſſæ, quam ſi quis apprehẽdat, vt aſcendat per illam, is videtur catenam ad ſe trahere, ſed ipſa potius eũ ad cœlum vehit. Cùm autem hæretici ad cœlum nullo modo vehũtur, ſed ad imas ac cæcas tenebras præcipitentur,

clariſſime colligitur eos eſſe non ſolùm fide & gratia, ſed etiam vera ratione deſtitutos. Et perpende quanta modeſtia & obſeruãtia in templo requiratur, ex quo Deus ementes & vendentes eiecit eos latrones appellans. De Simeone ſcri-
Luc.2. bit ita diuus Lucas: Reſponſum acceperat ab Spiritu ſancto non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. Et venit in ſpiritu in templum. Si in ſpiritu iremus ad templum, eſſemus veluti Simeon diuina conſolatione refecti. Cùm igitur templum fuerimus ingreſſi, omnes mundi curas & cogitationes ante oſtium relinquamus, ne nos Deus à templo reiiciat. Conſidera obſecro. Si illa puritas requirebatur in templo, vbi hirci & arietes immolabantur, quid tibi videtur debere eſſe in templo, vbi ipſe Chriſtus verus Deus eſt hoſtia & ſacrificium, & in ſacramento euchariſtiæ realiter continetur? Si Deus hodie omnes ementes & vendentes, & mundi negotiatores ex templo eiiceret, heu quàm pauci in templo remanerent!

Qui congregat diſperſos Iſrael.) Officium Dei eſt congregare, vt aliàs annotauimus.

Adhuc congregabo ad eum congregatos eius.) Hoc eſt, Non ſolùm congregabo Iſraelem, ſed etiam ad eum, id eſt præter eum, congregabo gentes, quæ ſunt cum eo cõiungendæ. Quaſi dicat: Erit Eccleſia mea non ſolùm ex Iudæis, ſed etiam ex Gentibus congregata.

Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandum, vniuerſæ beſtiæ ſaltus. Speculatores eius cæci omnes, neſcierũt vniuerſi: canes muti non valẽtes latrare, videntes vana, dormientes & amantes ſomnia.
D Et canes impudentiſsimi neſcierunt ſa-
Ierem.6.c turitatem: ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam
Sap.2.b ſuam à ſummo vſque ad nouiſsimũ. Venite ſumamus vinũ, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multò amplius.

Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandum.) Dixerat multos ex Gentibus & Iudæis eſſe in Eccleſia congregandos. Sed quoniã ſpiritu vidit ignauiam, amentiam, & impietatem multorum præſulum, qui futuri erant, inuehitur in eos, vocans omnes feras nemorum & ſaltuum ad eos deuorandos. Vide ſanctam iram Prophetæ, non ab odio ſed à charitate productam. Non in homines excandeſcit, quatenus homines, ſed quatenus ſunt ſcelerati, & nõ ſolùm corrupti, ſed etiã aliorum corruptores. Videbat enim, quæ mala ex præſulum depravatione proueniant. Fortaſſe iis verbis vaticinatur de Iudæorum exidio & vaſtitate per Romanos infideles, quos beſtiarum nomine intelligit. Et ſi hoc ita eſt, tunc ea verba præcedentia: Adhuc congregabo ad eum congregatos eius, poſſunt habere hũc ſenſum: Congregabo contra eum, nimirum contra populum Iudaicum, Romanos, qui congregati Hieroſolymam euertant, & durum ac pertinacem populum incredibilibus afflictionibus & calamitatibus vſque adeò opprimant, vt eius nomini interitum moliri videantur.

Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi.) Inuehitur in præſules ignorantes & cæcos, quorum eſt videre, & tanquã ex ſpecula longè proſpicere, & prouidere, ideò ſpeculatores multis in locis appellãtur. Sed ſi ſpeculator ſit cæcus, dux claudus, præco mutus, quis non videt magnam inde oriri perniciem & confuſionem: Sed hac de re aliis in locis ſatis diſſeruimus.

Canes muti non valentes latrare.) Hi quibus regendi gregem Domini cura cõmittitur, debent latrare, & lupos abigere, arguere, obſecrare, increpare, in omni patientia & doctrina. Videant Dominum apud Ezechielem in hunc modum Ezech.3.
loquentem. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum & annuntiabis eis ex me. Si dicẽte me ad impium: Morte morieris: non annuntiaueris ei, nec locutus fueris vt auertatur à via ſua impia, & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Videant hæc paſtores, & contremiſcant. Debent quidem plura ora habere quàm ea, quæ fingunt habuiſſe hydram: & pluribus oculis videre illis, quibus antiqui Argum abundaſſe fictis fabulis prodiderũt. Euſebius in libro de præparatione Euangelica refert Diodorum Siculũ dicentem Solem fuiſſe ab Aegyptiis vocatum Oſirim, hoc eſt, multos oculos habẽtem, cui princeps ſiue præſul comparatur.

Videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia.) Per ſomnia rerum humanarũ gloriam inanem, & ſomnio ſimilem intelligit. Reprehendit præſules vanitati deditos, qui ſuas dignitates nõ ad populi vtilitatem referunt, ſed ad ſuam vanitatẽ & arrogantiam. Væ illis, væ illis, quoniam dignitates ad ſuam propriã perniciem quæſierunt. Vt enim vermiculus ſericarius admirabili labo- ſimile.
re & induſtria conficit ſericum, & neſciens conſtruit caſulam, in qua conſtructa commoritur, & ſuum proprium ſepulchrum condit, ſic qui dominandi cupiditate & ambitione inflãmati falſos honores, & inanem mundi gloriam variis modis & artificiis quærunt, & ad muniendam viam ad eas dignitates tetra ſcelera moliuntur, ſibiipſis neſcientes infamem æternámq; perniciem machinantur.

Neſcierunt ſaturitatem.) Hoc eſt, ob inexplebilem voracitatem nunquam ſaturantur.

Omnes in viam ſuam declinauerunt.) Non Dei viam quæſierunt, ſed ſuam.

Vnuſquiſque ad auaritiam ſuam à ſummo vſque ad nouiſſimum.) Ita Ieremias, A minore quippe, in- Ierem.6.
quit, vſq; ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent. Parui & anguſti animi eſt amare diuitias, & auaritia torqueri. Et tamen videbis multos pecuniæ ſeruos. Nihil nominant niſi pecuniam, ſemper ore pecuniam habentes. Sunt ſimiles piſci illi ſimile.
habenti ſtaterem in ore, quem diuus Petrus aſſumpſit. De quo loquitur diuus Matthæus cap. Matt.17.
17. Vtinam veniat aliquis diuus Petrus, qui ex eorum ore & corde pecuniam auferat.

Sumamus vinum & impleamur ebrietate.) Verba ſunt malorum præſulum, quorũ Deus vẽter eſt:

qui

qui præſentibus voluptatibus non ſatiati parant futuras, multò maiores præſentibus. Hi populum ad compotationes non ad conciones inuitant.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT LVI.

Dabo eis in domo mea & in muris meis locum.) Poteſt etiam verti: Dabo eis in domo mea & in arcibus meis conſilium ſiue virtutem. Eccleſiam
Matt.23. Catholicam appellat domũ & arcem ſuam, aduerſus quam portæ inferi nullis vnquam hæreſum machinis poterunt præualere. Pro loco eſt in Hebraico יד iadh, quod nomen locum ſignificat, & conſilium, & virtutem, ſeu potentiã. Soli illi, qui in Eccleſia continentur, habent conſilium, & virtutem, & ex conſequenti omnes hæretici ſunt his rebus deſtituti. Nõ eſt enim con-
Prou.21. ſilium cõtra Dominum, vt ait in Prouerbiis Salomon. Nec eſt virtus iis, qui ſe libẽter & ignauè hoſtibus tradunt. Significat etiam hoc nomen propriè manum: ideò poteſt hic locus ita verti, Ego habitantibus in domo mea & in turribus meis porrigam manum. Hac ratione: adductus
2.Reg.18. vertit interpres Latinus 2. Regum cap. 18. Et appellatur manus Abſalom vſque ad hanc diem. Quod poteſt rectiſſimè verti: Et appellatur locus Abſalom vſque ad hanc diem. יד iadh, enim locum ſignificat.

Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem.) Septuaginta habent: Animæ ignorauerunt ſaturitatem. Acſi dicerent: Quærunt corporis voluptates, quibus ſatient voluntatem ſuam, animæ verò refectionem & ſaturitatem non curãt.

Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam.) In Hebraico eſt in hunc modum והמה רעים לא ידעו הבין vehemmah roim lo iadheu hauin. Poteſt totum hoc ita verti: Et ipſi paſcunt, nempe ſeipſos, & neſciunt intelligentiam. Acſi dicat Propheta: Ipſi illecebris & blanditiis ſeipſos deliniunt, ſuum corpus accuratè & ſplendidè curãtes, ea autem, quæ ad populi gubernationem attinent, penitus ignorant. Septuaginta verterunt. Et ſunt mali neſcientes intelligentiam. Vbi noſtra verſio habet: Ipſi paſtores, habent illi: Et ſunt mali. Dictio enim Hebraica רעים roim, quæ quatuor literis ſcribitur, poteſt eſſe à verbo רוע roaa, quod ſignificat malum eſſe, quam rationem Septuaginta fuerunt ſecuti, & poteſt eſſe à verbo רעה raah, quod ſignificat paſcere. Et hanc ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres.

Argumentum capitis LVII.

Queritur Propheta tãtam eſſe hominum obliuionem, vt ea, quæ ante oculos habent, non conſiderent. Reprehendit eos, qui viros virtutum ornamentis excultos irrident, eorúmque nomen & decus ab excellenti virtutis præſtantia productum maculare conantur. Inuehitur in Iudæos, qui vero Deo relicto falſos atque commentitios deos coluerunt, ſéque turpiſſimis ſuperſtitionibus contaminarunt. Oſtendit Dei pietatem erga homines, & hominum erga Deum impietatem.

CAPVT LVII.

IVſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordiæ colligũtur, quia non eſt qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in directione ſua. Vos autem accedite huc filij auguratricis, ſemen adulteri & fornicariæ. Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam? Nunquid non vos filij ſceleſti, ſemen mendax? Qui conſolamini in diis ſubter omne lignum frondoſum, immolantes paruulos in torrẽtibus ſubter eminentes A
petras? In partibus torrentis pars, tua hæc B
eſt ſors tua, & ipſis effudiſti libamen, obtuliſti ſacrificium. Nunquid ſuper his nõ indignabor? Super montem excelſum & ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcendiſti, vt immolares hoſtias. Et poſt oſtium & retro poſtẽ poſuiſti memoriale tuum, quia iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum: dilataſti cubile tuũ, & pepigiſti cum eis fœdus, dilexiſti ſtratum eorum manu aperta. Et ornaſti te re-
gio vnguento, & multiplicaſti pigmenta C
tua. Miſiſti legatos tuos procul, & humiliata es vſque ad inferos. In multitudine viæ tuæ laboraſti: non dixiſti: Quieſcam, vitam manus tuæ inueniſti, propterea nõ rogaſti. Pro quo ſolicita timuiſti? Quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitaſti in corde tuo, quia ego tacens, & quaſi nõ videns, & mei oblita es.

EXPLANATIO.

Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo.) Hoc eſt, Moriuntur viri iuſti, & nemo eſt qui conſideret, quare moriantur boni, manentibus malis. Tolluntur è medio viri & miſericordia & pietate præſtantes, & tanta eſt hominũ cæcitas & obliuio, vt nemo hoc perpendat, & in animo verſet. Quæritur Propheta quare regnantibus impiis, quos in fine ſuperioris capitis ſpeculatores cæcos, & mutos, deditos ventri & ſomno appellauit, & decedentibus è vita viris piis & maximarum virtutum gloria cumulatis, nemo aduertat, & huius rei cauſam inquirat.

Viri miſericordiæ colliguntur.) Hoc eſt, viri miſericordes moriuntur. Mortui enim ad patres defunctos cõgregantur. Exiſtimant nonnulli Eſaiã hoc dixiſſe ob multos viros inſigni pietate & iuſtitia, quos rex Manaſſes impius & tyrannus occidit, qui eos, quos ne verbo quidem vulnerare deberet, ferro trucidabat. Hic noſtrum Eſaiam ſerra interfecit, vt antiqui memoriæ prodiderunt

derunt de quo aiunt intelligi illud Pauli ad He-
Hebr.11. bræos ſanctorum tormenta ſcribẽtis: Secti ſunt,
pro quo quidem vertunt: Serrati ſunt. Accipi
autem colligi pro mori eſt in diuiois literis vſita-
tiſſimum.

A facie malitiæ tollectus eſt iuſtus.) Reddit cau-
ſam, quare moriatur iuſtus manentibus impiis,
quippe ne videat futurã vltionẽ, moritur enim
& diſcedit à facie malitiæ, boc eſt, à præſentia
ſupplicij imminentis. Volens Deus euertere ali-
quod regnom aut ciuitatem, tollit prius è me-
dio iuſtos, quorum precibus & virtutibus terra
illa ſuſtentabatur. Ex Sodoma ſegregauit Lot,
vt Sodomitas incendio cooſumeter: Noe ex ho-
minum familiaritate, vt muodum aquarum di-
luoio obroeret: Hebræos ex Aegypto, vt Aegy-
ptios in mari ſubuerteret. Ex quo colliges eſſe
Deum iratũ regno, à quo aufert viros ſapientes,
iuſtitia exeultos, omniúmq; virtutum pulchri-
tudine adornatos. Volens Deus euertere Hiero-
ſolymam ob Iudæorum ſcelera, prius voluit vt
Ioſias pius & iuſtus rex ex hac vita migraret. Et
enumeratis pij regis virtutibus ait illi, vt in
4.Reg.22. quarto libro Regum diuinæ literæ commemo-
rant: Idcireo colligam te ad patres tuos, & col-
ligeris ad ſepulcbrum tuum in pace, vt oon vi-
deant oculi tui omnia mala, quæ introducturos
ſum ſuper locũ iſtum. Fuit mors Ioſiæ ſignum
vltionis, quam Deus de Iuda voluit ſumere. Quĩ
enim fieri poſſet, vt ædificiũ permaneret, ſi eius
colũna auferebatur? Erat quippe iuſtus rex co-
lumna, cui regnũ innixũ ſeipſum ſuſteotabat. Vt
igitur Deus puniat mondũ, tollit de medio eius
viros præcellentes, virtutúmque diuitiis abun-
Hebr.11. dantes, quibus, vt ait Apoſtolus, dignus non eſt
mundus. Aſpice obſecru quanto honore haben-
dus & ſuſpiciendus ſit vir bonus. Naamao Sy-
rus aſportauit ſecum ex Samaria terram, in qua
ſanctus Eliſæus habitabat. Exiſtimauit enim
4.Reg.22. etiam vtilem eſſe & dignam honore terram, vbi
vir ſanctus pedes figebat. At mũdus iuſtos, quo-
rum beneficio ſuſtentatur, affligit, & odio proſe-
quitur, & è ſua familiaritate longius pellit. Ideò
Ioan.16. Chriſtus Deus noſter dicebat Apoſtolis ſuis:
Abſque ſynagogis facient vos: ſed venit hora, vt
omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium
ſe præſtare Deo. O mundi cæcitatem & malitiã.
Poteſt etiam hoc ita intelligi. Colligitur iuſtus à
facie malitiæ, hoc eſt, ne videat iniquorũ ſcelera,
eáque imitans pereat cum illis. Ita enim de iuſto
Sap.4. in libro Sapiẽtiæ ſcriptum legimus: Placẽs Deo
factus dilectus, & viuẽs inter peccatores, tranſla-
tus eſt, raptus eſt, ne malitia mutaret intellectũ
eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Vbi
aſpicis iuſtorum mortem eſſe Dei beneficium
in illos collatum.

*Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit
in directione ſua.*) Hoc eſt, veniat mors, vt iuſtus
requieſcat, & ad pacem tandem peroeniat æter-
nam. Mortem iuſtorum vocat pacem, quoniam
à mondi pugna liberati cœleſtem pacem conſe-
quuntur. O præclarum illum diem, cùm viri
ſancti ex hac turba & colluuione diſcedunt, &
ad illas beatiſſimas cœlitum ſedes proficiſcun-
tur, ſempiternam gloriam conſecuturi.

Vos autem accedite huc filij auguratricis.) Iudæos
appellat filios auguratricis, hoc eſt, Iudææ, vbi
pro diuioo cultu regoabat veneficium, & augu-
rium, & idololatria. Suprà de Iudęis loquens di- Suprà 2.
xerat: Augures habuerunt vt Philiſtiim.

Semen adulteri & fornicariæ.) Adulterum vocat
pópulum Iudaicum antiqoum patrem Iudęorũ,
qui tunc exiſtebant, quoniam Deo relicto idola
coluit. Et fornicariam Hieroſolymã, qoam eadẽ
ratione appellauit meretricẽ, dicens primo capi- Sup.1.
te: Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis?

Super quem luſiſtis?) Id eſt, Quare propheras ir-
riſiſtis? Hoc ideò ait, qoia impij Iudæi prophetas
eorum ſcelera redarguentes illudebant, & ma-
ledictis vulnerabant. Ideò ſequitur: Super quem
dilataſtis os, & eieciſtis lingoam? Omnia hæc à
principio capitis vſque ad hunc locum poſſunt
referri ad Chriſti mortẽ. Ille enim eſt iuſtus ille,
qoi pro nobis mortuus eſt, de quo dixit in prio-
cipio: Ioſtus perit, & nõ eſt qui recogitet in cor-
de ſuo. Nolunt enim Iudæi conſiderare & intel-
ligere, ſe ob Chriſti cædẽ eſſe afflictos & ærum-
noſos, & per totum mundum diſperſos. Hi ſont
qui eundem Chriſtum irriſerunt & blaſphema-
runt. Quam ob cauſam Eſaias ait: Super quem
luſiſtis, ſuper quẽ dilataſtis os, & eieciſtis linguã?

Nunquid non vos filij ſceleſti?) Cùm ſitis ſcelerũ
macolis ootati, cur viros ſanctos verbis & male-
dictis laceraris? Docet hic locus omni vitio ca-
rere debere eum, qui in alios paratus eſt dicere.

Semen mendax.) Ducebant Iudæi originem ab
Abrahamo, ſed eius opera imitari nolebãt, ideò
eos appellat ſemen mendax, hoc eſt, degeneres,
ſui progenitoris veſtigia nequaquam ſequentes.

*Qui conſolamini in diis ſubter omne lignum fron-
doſum.*) Id eſt, qui in nemoribus idola colitis, vbi
eorum fœdo amore delectamini.

*Immolantes paruulos in torrentibus ſubter emi-
nentes petras.*) In tantam cæcitatem ineiderunt
Iudæi vt Deum derelinquerẽt, & idola colerent,
& in eorum honorem ſuos proprios filios occi-
dereot. Adorabant lapides eminentes in torren-
tibus cõſtitutos, & ad pedes lapidum filios ſuos
immolabant. Si latè videre volueris idololatrias
& abominationes Iudæorum, lege cap. 16. 17. li-
bri quarti Regum, & cap. 18. libri ſecundi Para- 4.Reg.16.
lipomenon, & Pſalmũ 105. cuius hęc ſunt verba: & 17.
Immolauerũt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis, 2.Par.18.
& effuderunt ſanguinem innocentem. Pſal.105.

*Et poſt oſtium & retro poſtem poſuiſti memoriale
tuum.*) Ponebant Iudæi idolum ſoum poſt fores
domorum, vt egredientes & ingredieotes illud
ſalutareot, & memoria tenerent: ſimulachrũ dæ-
monis appellabant memoriale ſuum.

Dilataſti cubile tuum.) Hoc eſt, multa idola co-
luiſti.

Miſiſti legatos tuos procul.) Nempe ad reges ido-
lorum cultores, ad quos Deo tuo contẽpto con-
fugiſti, & te illis ſubieciſti, & à tuæ antiquæ di-
gnitatis gradu præcipitaſti. Illud, humiliata es
vſq; ad inferos, poteſt habere hũc ſenſum: Quo-
niam Deum dereliquiſti, & ad Gentes ſuperſti-
tionibus deditas obedientiã miſiſti, ad ima tar-
tara & æternos cruciatus deſcendes.

*In multitudine viæ tuæ laboraſti. Nõ dixiſti: Quieſ-
ſcam.*) Iuiſti ad regem Aſſyriorum cum muneri-
bus, & longitudioe itioeris fatigatus es, ſed tãto
deſiderio

deſiderio tenebaris accedendi ad regem, vt nolles in via requieſcere. Non enim dixiſti: Quieſcam. Vel ſic: In multitudine viæ tuæ, hoc eſt, in varietate & multitudine tuorum ſcelerum laboraſti, ſed à tuis deprauatis moribus noluiſti deſiſtere. Nihil moleſtius quàm admittere peccata. *Sap. 5.* Ideò ſcriptura in libro Sapientiæ facit impios in hunc modum loquentes: Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. *Ierem. 9.* Et Ieremias, Vt iniquè, inquit, agerent, laborauerunt.

Vitam manus tuæ inueniſti, propterea non rogaſti.) Id eſt inueniſti vitam, quam deſiderabas, ideò nullas ad me preces fudiſti. Inueniſti vitam ita tuæ voluntati aptam, acſi tu eam tibi tuis manibus feciſſes. Ereã ob cauſam ad me ſupplex accedere noluiſti. Aſpicis quantùm nobis noceat proſperitas, cùm nos Dei oblitos efficiat. *Pſal. 88.* Cõtrà verò afflictio nobis Deum ad memoriam reuocat. Cùm Dauid maximis calamitatibus premeretur, in media rerũ aduerſarum acerbitate has voces emiſit, Miſericordias Domini in æternũ cantabo.

Pro quo ſolicita timuiſti?) Quaſi dicat: neminem. Vel ſic: Túne ſolicita timuiſti me? Quaſi dicat: non quidem. Et reddens huius rei cauſam, ait: Quia mentita es, hoc eſt, quoniã à me defeciſti: & quia excidit ex animo tuo memoria mei, & quia ego tacebã, & acſi ſcelera tua non vidiſſem, diſſimulabam. Vide flagitioſorum hominum deprauationem. Deus non eos ſtatim puniebat, ſed ob miſericordiam ſuam eorũ vitia diſſimulabat: at illi hac diuina miſericordia abutentes Deum non timebant. Vt enim æger intẽperanter abutens ſalutari potione, conuertit eam in *ſimile.* perniciem: ſic impij diuinam miſericordiam cõtemnentes, ſpem impunitatis in illecebram grauius delinquendi conuertunt. Sed dices: Cur igitur Deus tanta patientia & lõganimitate vtitur erga peccatores, ſi nonnulli ex illis inde ſumunt occaſionem tetriora facinora cõmittendi? Dicam: Deus vtitur hac benignitate, vt peccatores ad pœnitentiam adducat, & multi gratiam & gloriam conſequuntur. Sin autem nonnulli inde volunt ſui excidij ſumere occaſionem, nulla eſt Deo culpa tribuenda, qui vtitur miſericordia, vt omnes vitam conſequantur. Si tu in quodam periculoſo fluuio validum & excellentem pontem conſtrueres, quo omnes poſſent ſe-*ſimile.* curè tranſire, quis tibi vitio tribueret, ſi nonnulli ſe ex illo præcipitarent? Sic diuina miſericordia pons eſt firmus & admirabilis, quo ex hac vita ad aliam tranſimus, nec eſt in Deum culpa vlla reiicienda, ſi nonnulli illa malè abutan-*Rom. 2.* tur. Hos reprehendit in epiſtola ad Romanos his verbis diuus Paulus: Ignoras quoniam benignitas ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impenitens cor tuum, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei.

Ego annuntiabo iuſtitiã tuã, & opera tua non proderunt tibi. Cùm clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & poſſidebit mõtem ſanctum meũ. Et dicã: Viã facite, præbete iter, declinate de ſemita, auferte offendicula de via populi mei. Quia hæc dicit excelſus, & ſublimis habitans æternitatẽ, & ſanctũ nomẽ eius in excelſo, & in ſancto habitãs, & cum contrito & humili ſpiritu: vt viuifi- D cet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum. Non enim in ſempiternum litigabo, nec vſque ad finem iraſcar, quia ſpiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi eum, abſcondi à te faciem meam, & indignatus ſum: & abiit vagus in via cordis ſui. Vias eius vidi, & ſanaui eum, & reduxi eum, & reddidi conſolationes ipſi, & lugentibus eius. Creaui fructum labiorũ pacem, pacem ei qui longè eſt, & qui propè, dixit Dominus, & ſanaui eum. Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationẽ & lutum. Non eſt pax impiis, dicit Dominus Deus.

Ego annuntiabo iuſtitiam tuam.) Scelera ſynagogæ iuſtitiam appellat ironicè. *Supr. 48.*

Cùm clamaueris liberent te congregati tui.) Hoc eſt, milites, quos ex Gentibus cõgregaſti. Quaſi dicat: Quoniam hominibus fidis, me autẽ contemnis, ipſi te in afflictionibus clamantem eripiant, quoniam ego te non ſum liberaturus. Ita per Ieremiam capite ſecundo, Vbi ſunt, inquit *Ierem. 2.* Deus, dij tui, quos feciſti tibi? Surgant & liberẽt te in die afflictionis tuæ.

Et omnes eos auferet vẽtus, tollet aura.) Hi in quibus ſpem tuæ ſalutis collocas non ſolùm te, ſed nec ipſos poterunt liberare, omnes enim velut fauillæ à vento rapientur. Vide quemadmodum Deus homines velit excitare vt ad ſeipſum, non ad homines confugiant.

Hæreditabit terram.) Nempe, promiſſionis.

Poſſidebit montem ſanctum meum.) Hoc eſt, Sionem. Poteris per terram & montem Dei cœlum intelligere.

Et dicam: viam facite, præbete iter, &c.) Hoc eſt, honorificè & amantiſſimè eos ad patriam ſuam reducam.

In excelſo & in ſancto habitans.) Hoc eſt, cum contrito & humili ſpiritu. Explicans enim quis ſit excelſus & ſanctus ſubdit: Et cum contrito & humili ſpiritu. Aſpicis hìc virum humilem & abiectum eſſe magnũ & excelſum. Ille magnus eſt qui ſe paruum facit: cõtrà verò qui ſe eleuat, infimus eſt & abiectiſſimus. Vera celſitudo inanis celſitudinis contemptu & iactura comparatur, inaniſq; celſitudinis auiditate amittitur. Ille nanq; eſt magnus, qui magna intuetur, ad eáque ardenter aſpirat, & ideò ſe parui facit, quia ſe cum magnis, quæ ſuſpicit, confert, magnũ enim & paruum ſine comparatione intelligi non poſſunt. At ſuperbus ſe ideò magni facit, quia ſe cum paruis, quæ intuetur, comparat. Ex quibus

colligitur

colligitur ſuperbum eſſe puſillanimũ, quoniam in paruis ſemper verſatur, humilẽ verò magnanimũ, qui ſibi res magnas & arduas ſemper proponit. Quî enim fieri poteſt, vt magnanimus nõ ſit ille, qui cœleſtem illam ac glorioſam ciuitatem intuetur, in eáq; in terra adhuc poſitus iam verſatur? Ita enim quidã humilis dicebat: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Imò ipſe humilis in diuinis literis cœlum appellatur. Ait enim Deus per Eſaiam: Cœlũ mihi ſedes eſt. Et paulò pòſt explicãs quid eſſet hoc cœlum, Ad quem autem, inquit, reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?

Philip.3. Infra 66.

Non enim in ſempiternum litigabo, nec vſque ad finem iraſcar.) Senſus eſt: Ego, inquit Deus, iraſcor, & hominibus ſuccenſeo, non quòd ſit meũ proprium opus, nec vt animas perdam, quas creaui. Sed cùm homines ſtudeant auaritiæ, & meipſum contemnant, iraſcor illis, vt relictis vitiis ad me conuertantur. Illis autem conuerſis & verum iter ſequentibus non iraſcor, nec litem intendo.

Quia ſpiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.) Id eſt, Quia à me creantur Spiritus & animæ, & ego eas facio. Vel ſic: Non ſemper iraſcar populo meo, nã à me exibit fauor, & ego eos proſperè faciam nauigare. Et ita ſpiritus capitur pro vento, quemadmodum & flatus. Metaphora ſumpta à nauigantibus, qui flantem ventum ſemper appetunt. Quaſi dicat: Etſi populus meus aliquando reflantibus ventis nauiget, ego tamen ei dabo proſperum ventum, vt expanſis velis, omnibúſq; ad voluntatem fluentibus, ad portum fœliciter vehatur.

Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum.) Vide Dei miſericordiam, ideò nobis iraſcitur, vt ſeruet. In media ira vtitur miſericordia. Ita ait ipſe in Pſalmo: Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo. Et in alio Pſalmo ait Dauid: Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum. Vbi vides Deum tunc nobis eſſe propitiũ, cùm de noſtris inuentionibus contra eum admiſſis vltionem ſumit. Punit igitur nos, vt noſtri miſereatur, eſt enim miſericordia opus ſuũ. Vnde id quod dicitur in Pſalmo: Reſpice in ſeruos tuos, & in opera tua: poteſt verti ex Hebræo, Appareat apud ſeruos tuos opus tuum. Quaſi dicat, Miſerere ſeruorum tuorum. Opus enim Dei eſt eius miſericordia. Ita hunc locum vertit ex Hebræo diuus Hieronymus. Eſſe autem miſericordiam proprium Dei opus, latè explicuimus capite 28.

Pſal.88. Pſal.98. Pſal.89.

Abſcondi à te faciem meã.) Nẽpe, vt me deſiderares, & diceres Oſtende faciẽ tuã, & ſalui erimus.

Pſal.79.

Et abiit vagus in via cordis ſui.) Hoc eſt in via ſui appetitus. Quaſi dicat: Ego populũ meum vnire & coadunare volebam, & per viam meã adducere, ille autem vagus & errans viam ſuæ voluntatis elegit, meam autem dereliquit. Caino dixit Deus: Vagus & profugus eris ſuper terram. Ex peccato procedit vagatio & inconſtantia. Ideò Ieremias in Threnis, Peccatum, inquit, peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Quandiu anima eſt cum Deo coniuncta, eſt firma & conſtans, quoniam Deus cui adhæret, non mutatur. Ait enim: Ego Deus & non mutor. Si vis firmus eſſe & immobilis, adhære Deo. Sed ſi ab eo receſſeris, eris vagus & profugus, nullam habens firmitudinem, nullam conſtantiam.

Gen.4. Thren.1. Mala.3.

Creans fructum labiorum pacem.) Pro creabo, more prophetico. Senſus eſt: Ego, inquit Deus, mutabo in pacẽ verba populi huius, qui in ore ſemper fert bellum & diſcordiam. Promittit his verbis miſſurum filium ſuum, qui, vt ait Apoſtolus, eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.

Ephe.2.

Pacem ei qui longè eſt, & qui propè.) Hoc eſt, Gentibus & Iudæis. Gentes erant à Deo remotiſſimæ, Iudæi verò viciniores. At Gentibus ait diuus Paulus: Vos qui aliquando eratis lõgè: facti eſtis propè in ſanguine Chriſti: Et paulò poſt: Et veniens, nempe Chriſtus, Euãgelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis: & pacem his, qui propè.

Ephe.2.

Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.) Pij in tranquillitate viuunt, impij verò ſimiles ſunt feruenti & inquieto mari. Vide aptiſſimam Prophetæ ſimilitudinem. Quid commodatius & ſimilius mari, quàm vir impius? Ille enim eſt amarus cõtentionibus, tumidus ſuperbia, liuidus inuidia, ſpumidus libidine, mutabilis inconſtantia, creſcens & decreſcens Luna, ſequens humanarum rerum varietatem & inconſtantiam, turbulentus, fluctuoſus, aliarúmque maris qualitatum imitator. Vt enim mare propellit in littus limum, ſpumas, & alias ſpurcitias, & vt ſe purget, littus coinquinat, ſic impius vt ſe lauder, alios vituperat, vt ſe defendat, aliis vitiorum notam inurit, eorúmque ſplendorem maculare cõtendit. Sed quemadmodum maris fluctus magni, & fremitu ſuo mare & terram perterrentes, cùm terram attingunt, franguntur, & in littore in lutum conuerſi pedibus tranſeuntium conculcantur, ſic tyranni & impij principes ſua ſuperbia & potentia mundum perterrẽt: cùm autem ſepulchrum attingunt, contemnuntur, & pro nihilo putantur. Et hoc eſt, quod voluit iis verbis Eſaias ſignificare: Et redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Et aduerte: Nõ dixit, Impij autẽ quaſi mare: eſt enim aliquibus in partibus mare aliquando quietum, ſed, impij autem quaſi mare feruens. Quemadmodum eſt Euripus in Eubœa, vbi aqua fluit, & refluit, & ſurſum deorſúmque iactatur, cui Socrates & Epicharmus Pythagoricus libidinoſum animum compararunt.

ſimile. ſimile. ſimile.

Non eſt pax impiis, dicit Dominus Deus.) Hunc verſum inuenies apud eundem Eſaiam capite 48. vbi eum explicuimus.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT LVII.

A facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus.) Pagninus magis ſenſum quàm verba vertens tranſtulit. Propter malum mundo venturum congregatur iuſtus ad patres ſuos. Quæ verſio ſenſum, quem in explanatione ſecuti ſumus, illucidat.

Et poſt oſtium, & retro poſtem poſuiſti memoriale tuum.

tuum.) Pro memoriali tuo eſt in Hebraico זברונך zichrouec, quod nomen memoriale ſiue monumentum ſignificat, vt Exodi trigeſimonono capite: In monumentum filiorum Iſrael. Eſt enim à verbo זכר zachar, quod ſignificat meminiſſe & recordari. Sed quoniam ſignificat etiam ſuffimigare, & odorificare, poteſt verti: Et poſt oſtium & retro poſtem poſuiſti ſuffimentum tuum. Solebant enim Gentes in idulorum honorem odoriferas confectiones cremare. Vnde illud Eſaiæ cap. 66. Qui recordatur thuris, poteſt verti: Qui odorificat thus. Huic interpretationi fauet Pagninus qui vertit: Et poſt oſtium: & poſtem poſuiſti ſuffitum tuum. *Exod. 39.* *infrà 66.*

Nec dixiſti, quieſcam.) Pro quieſcam in Hebraico eſt נואש noax. Et poteſt verti: Deſperatum eſt. Vt ſit ſenſus: Et ſi longa erat via, nunquam tamen diffidiſti, nec intra te dixiſti, nullam eſſe ſpem. Septuaginta tamen coincidunt cum noſtra verſione vulgata. Ita enim habent: Et non dixiſti, deſinam.

Vitam manus tua inueniſti.) In Hebraico eſt ita: חית ידך מצאת chaiath iadhec matſah. Nomen חיה ſignificat vitam, quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Significat etiã victũ & quietẽ: יד verò manũ ſignificat, & vires, & multa alia. Ex quo efficitur, vt præter cõmunem verſionem poſſit hic locus ita verti: Victum manus tuæ inueniſti, hoc eſt, reperiſti alimenta manu tua quæſita. Vel ſic: Requiem tuarum virium inueniſti, hoc eſt, non inueniſti tuas vires fatigatas. Vel ſic: Vitam virium tuarum inueniſti, hoc eſt, inueniſti vires tuas viuas & integras.

Argumentum capitis LVIII.

Præcipit Deus Eſaiæ concionatori illius temporis vt clamet conſtanter, & populi ſcelera redarguat. Deſcribit verum ieiunium. Et tandem iis, qui in actiones virtutum incubuerint pollicetur ea bona daturum, quæ animum amplificent & illuſtrent, eóſque ad eas beatiſſimas ſedes ducturum, vbi pulcherrimis ornamentis magnificentiſſimè decorati, cæleſti gloria, bonorúmque omnium copia cumulentur.

CAPVT LVIII.

A Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt, quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit: rogant me iudicia iuſtitiæ,
B & appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? Nunquid cõtorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? Nunquid iſtud vocaui ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nónne hoc eſt magis ieiunium, quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagóſque induc in domum tuam. Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuã ne deſpexeris, C
Tunc erumpet quaſi manè lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te. *Zach. 7. b.* *Ezec. 18. b.* *Matt. 15. b.*

EXPLANATIO.

Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum.) Dixerat in fine ſuperioris capitis impios inſtar feruentis maris æſtuare, nulláque tranquillitate gaudere. Nunc præcipit Deus Eſaiæ concionatori illius temporis, vt eos increpet nullis minis perterritus, ſed clamet ſemper, & populi ſcelera redarguat. Hinc diſcant concionatores veritatem intrepidè nuntiare. Eſt tamen magnopere aduertendum, ne ita dicatur veritas, vt potius offendat quàm proſit. Vt enim perdix eſt optimus cibus, ſed non comeditur cruda, nullus eſt enim ſtomachus, qui eam poſſit digerere, ſic veritas eſt excellentiſſimum pabulum, ſed non eſt proponenda cruda, ſed aſſa aut cocta, & ſale prudentiæ temperata. Nullus eſt ſtomachus, qui velit crudam veritatem recipere. Quemadmodum dicenda eſt veritas docet diuus Paulus ad Timotheũ, ita ſcribẽs: Prædica verbum, inſta opportunè importunè, argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Aſpicis diuum Paulum docentẽ eſſe cum veritate patientiam & doctrinam coniungendam. Et animaduerte. Non dicit: Loquere, ſed clama. acſi dicat: Non ſatis eſt veritatem dicere, ſed neceſſe eſt vocem eleuare. Ad tantam peccatorum ſurditatem, ad tam profundum & arctum ſomnum, opus eſt magnis clamoribus. Nec dicit: Clama, & ſtatim ceſſa, ſed clama, ne ceſſes. Nam vt qui pinum vult ſecare, etſi nec primo ictu, nec ſecundo, nec tertio, illam præcidat, non tamen à ſectione deſiſtit: ſic etſi concionator nec primo ſermone, nec ſecundo, nec tertio, moueat & perſuadeat, non debet tamen à concionibus deſiſtere. Ita ait Deus apud Eſaiam alio in loco: Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Perpende etiam. Non ſolùm dixit: Clama, ne ceſſes, ſed addidit: Quaſi tuba exalta vocem tuam. Ita Oſeæ dicebat Deus: In gutture tuo ſit tuba. Vbi vides veram prædicationem cum tuba comparari. Vt enim in fine *ſimile.* *2. Tim. 4.* *ſimile* *Oſee 8.*

B

mundi ad ſonitum tubæ, vt ait in epiſtola prima
1. Cor. 15. ad Corinthios Apoſtolus, & apud Matthæum
Mat. 24. ipſa Veritas, mortui reſurgent, ſic multi ſpiritua-
liter mortui audita concione reſurgunt. Et com-
parans Deus Eſaiæ concionem tubæ ſonanti,
voluit ſignificare Iudæos eſſe mortuos, quos vo-
lebat tuba excitari, & ad vitam animæ redire.
Comparat etiam Deus concionem cum tuba,
quoniam, vt tuba ad bellum vocat & excitat, ſic
concio ſuadet ad fortiter cum mundo, carne &
diabolo pugnandum. Præterea ſolet tuba in ſo-
lennitatibus tonare ad gaudium nunciãdum. Ita
Pſal. 80. dicitur in Pſalmo: Buccinate in neomenia tuba,
in inſigni die ſolennitatis veſtræ: ſic concionator
debet excitare ad laborem in præſenti, & ad gau-
dium in futuro. Hîc eſt locus vincendi, ibi trium
phandi: hîc breuis laboris, illic ſempiternæ quie
tis: hic pœnæ tranſeuntis, ibi gloriæ permanen-
tis. His rationibus & aliis exiſtimo concionem
tubæ comparari. Nam & alio loco apud hunc
Sup. 40. noſtrum prophetam dixit Deus: In montem ex-
celſum aſcende, qui euangelizas Sion, exalta in
fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieru-
ſalem: exalta noli timere. Hoc autem in loco
poſtquam dixit: Quaſi tuba exalta vocem tuam,
addidit: Annuntia populo meo ſcelera eorum.
Vbi vides concionatoris officium eſſe ſcelera re-
Ioan. 16. prehendere. Hoc docuit apud Ioannẽ Chriſtus,
ita apoſtolis dicens: Cùm venerit Spiritus ſan-
ctus, ille arguet mundum de peccato, &c. Quaſi
diceret: Vos pleni Spiritu ſancto mundum ar-
guetis, eiúſque ſcelera nuntiabitis, & timore de-
pulſo reprehendendi habebitis libertatem. Nul-
lum eſt mare, in quo poſſit libertas boni Spiritus
obrui, quin veritatem annuntiet. Diuus Hierony
mus tuba illa diuina ira in quodam loco ait: Li-
cet hydra ſibilet, victórque Simon incendia ia-
ctet, nunquam meum adiuuante Chriſto ſilebit
eloquium: etiam præciſa lingua balbutiet. Hæc
Eccle. 12. glorioſus ille Hieronymus. In Eccleſiaſte ita ſcri
ptum legimus: Verba ſapientium quaſi ſtimuli,
& quaſi claui in altum defixi. Non enim debent
palpare, ſed pungere. Nónne verba diui Ioannis
Mat. 3. erant ſtimuli & claui, cùm regem Herodem au-
Act. 7. dacter argueret, & Phariſæos genimina vipera-
rum appellaret? Lege concionem diui Stephani
ad Iudæos, & videbis ſtimulos & clauos pun-
gentes, ipſóſque Iudæos duriter cruciantes. Ex
quibus colligitur non debere euangelicos con-
Sup. 16. cionatores manifeſta ſcelera ſilentio tranſire,
quod Deus per Eſaiam alio in loco his verbis ſi-
gnificauit: His qui lætantur ſuper muros cocti
lateris loquimini plagas ſuas. Et hîc Annuntia
populo meo ſcelera eorum. Sed quoniam omni
vitio debet carere, qui in alterum paratus eſt di-
cere, debet concionator operibus bonis concio-
ſimilitudo nem ſuam ſuſtentare. Vt tuba dum ſonitum
emittit, manibus tenetur, ſic concio manibus,
hoc eſt, concionatoris operibus ſuſtentatur. Vo-
ces enim & actiones ſimul iunctæ harmoniam &
concentum excellentem efficiunt. Opus eſt,
vt & tuba ſonet, & manus ſint ad eam te-
nendam eleuatæ. Id voluit aliis verbis ſcriptura
Iud. 7. in libro Iudicum ſignificare, vbi ait, eos qui
figura erant cum Gedeone aduerſus Madianitas pu-
gnaturi in manibus lampades cum igne, & tubas
ſonantes portare. Tubæ ſonantes ſunt verba,
lampades verò in manibus ſunt præclaræ virtu-
rum actiones & exempla, iuxta id quod ait Chri *Luc. 12.*
ſtus: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ar-
dentes in manibus veſtris.

Me etenim de die in diem quærunt.) Ita nunc mul-
ti de die in diem proponunt ſe à vitiis ad Deum *ſimile*
conuerſuros, at nunquam conuertuntur, ſimiles
nautis in portu qui cotidie proponunt egredi, &
dare vela ventis, & nunquam ſoluunt, donec præ
terito nauigandi tempore, nauis in portu putreſ
cat & conſumatur. Prætereunt quadrageſimæ &
quadrageſimæ, & nũquã à vitiis abducũtur, quo
tidie ſe ab illis abducere proponẽtes. O ignauiam
deplorandã! Eleuate anchoras, præcidite earum
funes, quia amittitis tẽpus, & æſtum, & ventum
proſperè atque mirabiliter flantem. Iudæi de die
in diem Deũ quærebant, ſed eum non inuenie- *Mat. 7.*
bant, quia ſe à vitiis non ſeparabant. Si verè eum
quærerent inuenirent: ait enim Chriſtus: Qui
quærit inuenit. Sed ſunt multi, qui Deum cor-
pore quærere videntur, cùm animo ab eo lon-
gius fugiant. Filij Iſrael in deſerto pergebant
corpore ad terram promiſſionis, animo autem in *Num. 11.*
Aegyptum reuertebantur, eius allia, porros, &
cucumeres deſiderantes: ideò ad terram promiſ-
ſionis non acceſſerunt. Sic multi Deum non in-
ueniunt, quia interius non quærunt: quem exte-
rius quærere videntur. Poteſt hoc ita intelligi: A
me quotidie veritatem quærunt. Nam ſequitur
ſtatim: Et ſcire vias meas volunt, quaſi gens, quę
iuſtitiam fecerit.

Humiliauimus animas noſtras, & neſciſti.) Hoc eſt,
non approbaſti. Vel ſic: ieiunauimus, & abieci-
mus nos ipſos, & non reſpexiſti nos.

Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra.)
Verba ſunt Dei reſpondentis hominibus iniquis,
interrogantibus cur Deus ad eorum ieiunia non
aduerteret. Quia, inquit, quando ieiunatis, non
meam voluntatem facitis, ſed veſtram. Aſpicis
quid ſecum nobis afferat incommodi volu as
noſtra. Oportet igitur eam abnegare, & appeti-
tum rationi obedientem præbere, ſi volumus, vt
Deus ad noſtra ieiunia, & alia bona opera reſpi-
ciat. Potius enim Deus ad voluntatem noſtram *Gen. 4.*
reſpicit, quàm ad opus. Et ita ait ſcriptura: Reſ-
pexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Prius
dicitur ad ipſum, quàm ad eius munera reſpexiſ-
ſe. Et quoniam Iudæi ſcelere & maleficio paſce-
bantur, quamuis ſe à cibis abſtinerent, non ap-
probabat Deus eorum ieiunia, quoniam parum
prodeſt eſſe ſtomachum ab eſcis vacuum, ſi ani-
ma plena eſt ſceleribus. Bonum eſt ieiunium, *Mat. 4.*
nec Deus illud reprobat, imò maximè approbat,
ipſe enim quadraginta dies & quadraginta no-
ctes ieiunauit. Sed reprobat ieiunium ob malum
finem, ob illis factum, qui mortiferis ſceleribus
implicantur. Sed de ieiunio aliàs diſſeruimus.

Et omnes debitores veſtros requiritis.) Nempe ad
eos opprimendos & vexandos. Arguit Iudæo-
rum auaritiam, & in pauperes debitores ſuos
immanitatem: exigebant enim ab illis debitum
abſque vlla miſericordia.

Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem.) Non
damnat ieiunium quod maximè approbat, ſed
docet non eſſe in mortiferis peccatis faciendum,
nec

nec ad oſtentationem.

Vt audiatur in excelſo clamor veſter. Senſus eſt: Si vultis, vt ego audiam clamorem & preces veſtras in cœlo, ieiunate multò aliter, quàm hucuſque ieiunaſtis. Vel ſic: Non ita ieiunetis, vt audiantur in excelſo laudes, quibus vos ipſos ob ieiunia veſtra effertis. Non ieiunetis ad gloriam inanem captandam. Vel loquitur de clamore oppreſſorum.

Numquid contorquere quaſi circulum caput ſuum.) Hoc ideò dicit, quia ſolebant vani Iudæi ad mundi gloriam comparandam caput curuare, & ambulare gibboſè inſtar circuli, & ſacco indui, & cinere aſpergi, vt fictam ſanctimoniã oſtenderent. Tales ſunt hypocritæ, qui volunt potius orichalcum, quia ſplendidi auri colorem habet, quàm purificatum argentum, quia talem non habet ſplendorem. Fortaſſe circundabant Iudæi caput fune in modum circuli, vt hoc ſigno pœnitentiæ alios fallerent, & religionem fingerent. Sed Deus tales fictiones non vult. Salutare eſt ieiunium & neceſſarium, ſimiliter & pœnitentia, ſed debent interiora exterioribus reſpondere.

Diſſolue colligationes impietatis.) Hoc eſt, codices, in quibus debitores nomina faciunt, & fœneratores expenſum ferunt. Quaſi dicat: Reſcinde chirographa, quibus impiè obligas debitores tuos ad vſuras tibi ſoluendas. Solebant enim Iudæi miſeris pauperibus pecunias ad vſuram accommodare & ſtatuto ſolutionis tempore eos immaniter opprimere. Hæc chirographa appellat ſtatim faſciculos deprimẽtes, hoc eſt, codicillos quibus debitores opprimebãt. Ita hunc locũ intellexerunt Septuaginta illum in hũc modum vertentes. Diſſolue obligationes violentarum cautionũ. Dimittere fractos in remiſſionẽ, & omnem ſcripturam iniquam concide. Non prohibet Deus iuſtum debitum exigere, ſed iniuſtum, & extra tempus, & abſque miſericordia.

Dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos) Dimitte liberos eos, qui oppreſſi ſunt paupertate, qui tibi ſoluere nullo modo valent.

Frange eſurienti panem tuum.) Id quod tribuis pauperi, Deo tribuis, ille enim ait: Quod vni ex
Mat. 25. his minimis feciſtis, mihi feciſtis. Si Deo non tribuis buccellam panis, quo animo petis ab eo regnum? Petit à te pauper eleemoſynam, non eam petit gratis, ſed maiori precio, quàm quod poſſit in mundo excogitari, nempe amore Dei. Audis amorem Dei, audis tam incõparabile precium, & adhuc non moueris! O duriciem inſignem! Si amas diuitias, cuſtodi eas in cœlo, & illic eas inuenies cum fœnore reſeruatas. Pauperes enim eas tibi ſecurè in cœlum aſportabunt. Ait enim Salomon in Prouerbiis cap. 19. Fœneratur Do-
Prou. 19. mino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem
Prou. 21. ſuam reddet ei. Et alibi: Facere miſericordiam & iudicium magis placet Deo, quàm victimæ. Et paulò poſt: Qui obturat aurẽ ſuam ad clamorem pauperis, ipſe clamabit, & non audietur. Et
Iaco. 2. Iacobus Apoſtolus in epiſtola ſua. Iudiciũ enim, inquit, ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. Contrà verò de eleemoſyna ait Tobias: Eleemoſyna ab omni peccato & à morte li-
Tob. 4. berat, & non patietur animam ire in tenebras.
Eccle. 29. Ideò ait Eccleſiaſticus: Pone theſaurum tuum in præceptis Altiſſimi, & proderit tibi, magis quam aurum. Et alibi: Ignem ardentem extin- *Eccle. 3.* guit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.

Et egenos vagóſque induc in domum tuam.) Vnde diuus Paulus ad Hebræos ſcribens, Nolite, in- *Hebr. 13.* quit, hoſpitalitatem obliuiſci, per hanc enim placuerunt quidam angelis hoſpitio receptis. Hoc enim de Abrahamo & Lot ſcriptura commemo- *Gen. 18.* rat. Vt enim piſcatores, iactis in mare retibus ad *Gen. 19.* piſces attrahendos, attrahunt aliquando precio- *ſimile* ſas margaritas, ſic hi captantes homines piſcati ſunt angelos. Imò qui peregrinos propter Chriſtum recipiunt, ipſum Chriſtũ recipiunt. Ita aſſe- *Mat. 10.* rit idem Deus apud Matthæum 10. & apud Lucã *Luc. 10.* 10. etiam dicens: Qui recipit vos, me recipit: & qui recipit me, recipit eum, qui me miſit.

Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris.) Hoc commemorat ſcriptura multis in locis. Sed heu quàm malè hoc obſeruatur. Videmus multos precioſis ac ſuperuacaneis veſtibus abundare, & ad eorum ianuas nudos pauperes frigore perire. Operiunt parietes magnificis aulæis, eóſque picturatis & ſpectabilibus pannis obtendunt, Chriſti autem pauperes nudos relinquunt. Id quod ait: Et carnem tuam ne deſpexeris, hunc habet ſenſum: Ne cõtemnas pauperes, quoniam eiuſdem tecum naturæ ſunt. Vel refertur ad conſanguineos. Sunt enim nonnulli qui cùm diuitiis affluant, conſanguineos pauperes deſpiciunt. Huic interpretationi fauet verſio Septuaginta ita habens: Et domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris.

Tunc erumpet quaſi manè lumen tuum. Si hoc feceris, eris à Deo illuminatus, & veluti manè oritur Sol præcedentibus tenebris, ſic te Sol iuſtitiæ illuſtrabit. Vel ſic: Tunc eris felix, & omnia tibi ad voluntatem fluent. Et hoc modo capitur lumen pro proſperitate.

Et anteibit faciem tuam iuſtitia tua.) Si feceris hoc, iuſtitia tua te ducet in æternam beatitudinem, vbi cum patribus ſanctis congregaberis.

Tunc inuocabis, & Dñs exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adſum. Si abſtuleris de medio tui catenã, & deſieris extẽdere digitũ, & loqui quod non prodeſt. Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus Deus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam & oſſa tua liberabit: & eris quaſi ortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Et ædificabuntur in te deſerta ſeculorum: D
fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis: & vocaberis ædificator ſepiũ, auertens ſemitas in quietem. Si auerteris à ſabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die ſancto meo, & vocaueris ſabbatum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenietur vo-

luntas tua, vt loquaris ſermonem. Tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ, & eibabo te hæreditate Iacob patris tui: os enim Domini locutum eſt.

Tunc inuocabis.) Si hæc feceris, audiet Dominus preces tuas.

Si abſtuleris de medio tui catenã.) Nomine catenę intelligitur omnis vſuraria & impia obligatio, & tyrannicum iugum.

Et deſieris extendere digitum.) Hoc eſt, aliis pœnas minari, & ſuperbè loqui. Solent enim homines irati manus atque digitos extollere, & extẽdere, & verba ferocia & amarulenta dicere, acſi & digitis & verbis velint aliorũ oculos auferre. Vel, ſi deſieris extendere digitum ad rẽ alienã. Vel, ſi deſieris eligere indignum magiſtratum. Solebant enim veteres digitis dare ſuffragia. Septuaginta habent: Si abſtuleris à te colligationem & ordinationem. Fortaſſe per ordinationem intelligunt magiſtratuum creationẽ. Pagninus vertit: Vt non mittas digitum in rem alienam.

Cùm effuderis eſurienti animam tuam.) Hoc eſt, cùm pauperum ita miſertus fueris, vt in illos animam tuam effundere videaris. Vel capitur anima pro vita, quã pro animæ ſalute proximorum fundere debemus.

Tunc orietur in tenebris lux tua.) Hoc eſt, calamitates tuæ in gaudium conuertentur. Vel ſic: Ablatis peccati tenebris eris gratia illuminatus.

Implebit ſplendoribus animam tuam.) Vt impij anima eſt tenebris & caligine peccatorum obuoluta, ſic iuſti anima eſt gratiæ ſplendore illuſtrata. Exod.10. Id voluit ſacra ſcriptura in Exodo ſignificare, vbi ait, Aegyptiis tenebris circũfuſis, Hebræos in luce fuiſſe verſatos.

Et oſſa tua liberabit.) Id eſt, non ſolùm animam à malis interioribus, ſed etiam corpus à malis exterioribus liberabit. Sũt qui per oſſa maiores animæ partes intelligant.

Aedificabuntur in te deſerta ſeculorum.) Hoc eſt, mundi vaſtitatem reſtaurabis & vrbes euerſas tua virture reſtitues. Quaſi dicat: Virtutes quæ quondam viguerunt, & poſteà ruerunt, ſuſcitabis. Vigebit innocentia Abel, obediẽtia Abrahami, continentia Ioſeph, manſuetudo Dauidis, aliorúmque ſanctorum virtutes reflorebunt. Præbebis exemplum, quod nulla vnquam deleat obliuio.

Fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis.) Hoc eſt, reparabis fundamẽta à multis annis interrupta & imperfecta. Et vocaberis ædificator ſepium, hoc eſt, ruinarũ reſtitutor, atque laboris ſemitas in vias quietis ſpiritualis conuertes. Acſi dicat: Dabis operam vt homines in vera pace, animíque tranquillitate vitam degant.

Si auerteris à ſabbato pedem tuum.) Id eſt, Si non ambulaueris in die ſabbati. Loquitur de Sabbati obſeruatione. Sequitur: Facere voluntatem tuã in die ſancto meo. ſubaudi ſi auerteris. Quaſi dicat: Si non feceris voluntatem tuam in die ſabbati, ſed meã. Si ratio teneat & coerceat appetitus, ne modum tranſeuntes, & obediẽtiam abiicientes, animum perturbent, eiúſque conſtantiam à ſua ſede & ſtatu deiiciant.

Et vocaueris ſabbatum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum.) Hoc eſt, Si vocaueris ſabbatũ delicias tuas, & diem ſanctificatum Domino. Si ita diem feſtum ſuſpexeris & obſeruaueris, vt vias tuas derelinquas, effrænatæ voluntati tuæ obſiſtas, & ne verbum quidem, quod pias aures offẽdat, loquaris. Vide quoties Deus nos exhortatur ad propriam noſtram voluntatem fugiendã. Oportet enim eam à nobis reiicere, & in eius loco diuinam voluntatem conſtituere, pereunt enim omnes, qui ſuam propriam, non Dei volũtatem ducem ſequuntur. Irruunt in eos hoſtes animæ, & quaſi procella iactatos, fractos animo, ſuam perniciem amplectentes, conturbant, & quò volunt vehunt, donec eos obruãt, & ad ima tartara præcipitent. Ideò dicebat Chriſtus Deus noſter: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me. Mat.16. Quid eſt negare ſeipſum, niſi propriam voluntatem reiicere, deprauatúmque appetitũ à ſe penitus alienare?

Et ſuſtollam te ſuper altitudines terræ.) Hoc eſt, faciam te celebrem & glorioſum, atque laudem illuſtriſſimam conſequeris. Vel ſic: Ducam te ad cœleſtem beatitudinem, quę eſt hæreditas illa & vera promiſſionis patria, quam promiſi patriarchæ Iacob.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT LVIII.

Clama, ne ceſſes.) In Hebraico eſt. בגרון אל-תחשך קרא Kera vegaron altachxoc. Quæ verba ita poſſunt verti: Clama in gutture, ne retineas. Dictio enim garon guttur ſignificat, quæ in Hebraico ſcribitur, & fuit ab interprete noſtro prętermiſſa. Pagninus vertit: Clama in gutture, ne prohibeas clamorem. Sed in Hebraico non eſt dictio, clamor, quam Pagninus addidit. Voluit Deus iis verbis ſignificare verba concionatorum mundi ſcelera debitè increpantia non eſſe concionatorũ ſed Dei. Ideò inquit, Clama, ne prohibeas clamorem. Quaſi dicat: Clamor, quo hominum flagitia redarguuntur, non eſt tuus. Deus eſt qui loquitur, & mundum arguit, ideò noli talem clamorem prohibere. Eam ob cauſam dicebat Chriſtus apud Ioãnem concionatores ſuos alloquẽs: Ioan.16. Cùm venerit Spiritus ſanctus, ille arguet mundum de peccato. Cõcionatores loquebantur, ſed Deus erat qui per illos loquebatur, mundíque ſcelera reprehendebat.

Et omnes debitores veſtros repetitis.) In Hebraico pro debitoribus veſtris eſt עצביכם atſuechem. Nomen eſt עצב etſeu, quòd ſignificat præter alia ſubſtantiam, ſiue diuitias, & idolum. Ideò poteſt verti. Et omnes pecunias veſtras repetitis. Vel, Et omnia idola veſtra exigitis. Diuitiæ enim idola ſunt. Vnde diuus Paulus auaritiam idolorum Ephe.5. appellat ſeruitutem.

Si abſtuleris de medio tui catenam.) Pro catena eſt in Hebraico מוטה motah, quod ſignificat etiã iugum, impietatem, declinationem. R.D. exponit: Si remoueris è medio tui opera mala.

Thargum,

Thargum declinationem. Quaſi dicat:Si à recta via non declinaueris. Declinare à recta via eſt cateuam conſtruere, qua nos ipſos ligamus, & in dæmonis carcerem coniicimus:& eſt ipſius dæmonis iugum ſuſcipere.

Et implebit ſplendoribus animam tuam.) Poteſt verti:Implebit in ſiccitatibus animá tuam.Quaſi dicat:Pereuntibus aliis ſiccitate & inopia,te implebit Deus,& ſaturabit Et ita vertit Pagninus: Et ſaturare faciet in ſiccitatibus animam tuam. Nam in Hebraico eſt בצחצחות betſachiſachoth, Quæ dictio & ſplendores & ſiccitates ſignificare poteſt.

Vt loquaris ſermonem.)Septuaginta habent. Neque loqueris verbum in ira de ore tuo.

Argumentum capitis LIX.

Oſtendit Propheta flagitia noſtra nos à Deo ſeparare: Et connumeratis Iudaorum ſceleribus queritur apud eos pacem,iudicium,& iuſtitiam, veritatem; & aequitatem corruiſſe, & eſſe veluti in exilium pulſas,& è terris exterminatas. Dolet reipublica caſum,quoniam quantò quis eſt aut innocentia, aut probitate præſtantior,tantò acerbius ab impiis aliquando affligitur,ſed oſtendit Deum eſſe ſuorū acerrimum defenſorem.

CAPVT LIX.

A
Num. 11. a Sup.50.a ECce nō eſt abbreuiata manus
Domini, vt ſaluare nequeat,
neque aggrauata eſt auris e-
ius,vt non exaudiat. Sed ini-
quitates veſtræ diuiſerunt inter vos &
Deum veſtrum,& peccata veſtra abſcon
Sup.1.d derunt faciem eius à vobis ne exaudiret.
Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſangui-
ne,& digiti veſtri iniquitate:labia veſtra
locuta ſunt mendacium,& lingua veſtra
iniquitatem fatur.Non eſt qui inuocet iu
Iob.15.b ſtitiam,neque eſt qui iudicet verè:ſed cō
fidunt in nihili, & loquuntur vanitates.
Conceperunt laborem,& pepererunt ini
quitatem.Oua aſpidum ruperūt,& telas
araneæ texuerūt:qui comederit de ouis
eorum morietur, & quod confotum eſt
erumpet in regulum.Telæ eorum non e-
runt in veſtimentum, neque operientur
operibus ſuis:opera eorū opera inutilia,
& opus iniquitatis in manibus eorum.Pe
des eorum ad malum currunt,& feſtināt
B vt effundant ſanguinem innocentem:co
Prou.1.b gitationes eorum cogitationes inutiles:
Rom.3.c vaſtitas & contritio in viis eorum. Viam
pacis neſcierunt, & non eſt iudicium in
greſſibus eorum,ſemitæ eorum incurua-
tæ ſunt eis,omnis qui calcat,in eis,igno-
rat pacem.Propter hoc elongatum eſt iu
dicium à vobis, & non apprehendet vos
iuſtitia:expectauimus lucem, & ecce te-
nebræ ſplendorem,& in tenebris ambu-
lauimus.Palpauimus ſicut ceci parietē,&
quaſi abſque oculis attrectauimus,impe-
gimus meridie quaſi in tenebris in caligi
noſis quaſi mortui. Rugiemus quaſi vrſi
omnes,& quaſi columba meditantes ge-
memus.Expectauimus iudicium,& non
eſt:ſalutem,& elongata eſt à nobis.

EXPLANATIO.

Ecce non eſt abbreuiata manus Domini.) Connectuntur hæc verba ad finem capitis pręcedentis: Dixerat Deus daturum ſe viris iuſtis magna bona,ſed quia poterat aliquis dicere : Si Deus eſt omnipotens cur nos non eripit à calamitatibus, in quibus miſerè verſamur?reſpondet Propheta huic tacitę obiectioni,id eſſe nō ob Dei imbecillitatē,ſed ob eorū ſcelera.Non eſt enim, inquit, abbreuiata manus Domini,hoc eſt,non eſt nunc minor potentia diuina,quàm olim,quando vos ab Aegyptiis mirabiliter eripuit. Eſt enim Deus ſemper omnipotens,qui vniuerſam naturam immenſa virtute coercet & continet. Neque ægritudine aliqua auriū laborat,vt vos nequeat exaudire.Sed impia veſtra facinora vos à Deo ſegregarūt, eúmque à vobis auerterunt. Accipitur hic manus pro potentia,quemadmodum aliis in locis. Aſpicis hoc in loco peccatum eſſe murū nos à Deo diuidentem. Et quemadmodum mortiferū peccatū nos à Deo diuidit,ſic charitas nos cū eo cōiungit & cōſolidat. Vt enim diuiſa æra igne ſolidantur, ſic opus eſt igne charitatis, vt poſſimus eſſe cum Deo coniuncti. Nec ſolùm à Deo, ſed nos etiam à nobiſipſis peccatum diuidit, éſtque gladius acutus diuidēs animam à vita,& à nobis Dei faciem & aures auertens. Conſidera quāta nobis peccatum afferat incommoda. Ieremias appellat illud nubem noſtras preces impedientē,& Eſaias hoc in loco murum nos à Deo ſeparātem. Quomodo autem Deus non exaudiat peccatores,capite primo explanauimus. *ſimile.* *Thren.3.*

Manus enim veſtra polluta ſunt ſanguine.)Obiicit Iudæis mortem prophetarum,multorúmque virorum illuſtrium, quos ipſi falſis criminibus ad excidium vocarunt,& impiè occiderunt. Perpende obſecro,& altè conſidera Dei erga viros iuſtos charitatem. Dereliquerant Iudæi Deum ſuum,& idola Gentium turpiter coluerant,& nō illis obiicit hanc iniuriam in ſeipſum iactam,ſed cædem virorum ſanctorum. Vbi vides quanti Deus ipſos faciat & æſtimet. Fuiſſe autē Iudæos prophetarū homicidas, indicat iis verbis diuus Stephanus in oratione illa vehementi, quam apud eos habuit,quam diuus Lucas inter Apoſtolorum acta literis mandauit. Quem prophetarū non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos, qui præuuntiabant de aduentu iuſti,cuius vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis. Hic iuſtus Chriſtus eſt, de cuius aduentu Prophetæ fuerunt vaticinati. Sed quid cito Stephanum? Ipſe Chriſtus Deus noſter apud Matthæum hoc ipſum capite vigeſimotertio multis verbis oſtēdit. Vbi in fine capitis,Ieruſalem,inquit,Ieruſalem quę occidis Prophetas, & lapidas eos,qui *Act.7.* *Mat.23.*

ad te miſſi ſunt,&c. Et quamuis hæc expoſitio ſit apta & perſpicua, ego tamen exiſtimo hunc ſanguinem eſſe eum, quem Iudæi ſuper ſe acceperunt, dicentes ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Petierunt ſanguinem Chriſti, eúmque in cruce pro nobis immolatũ immaniſſimè *Matt.27.* occiderunt.

Non eſt qui inuocet iuſtitiam.) Hoc eſt, qui iuſta loquatur. Ita Septuaginta hunc locum tranſtulerunt. *1.Cor.1* Vel, nõ eſt qui clamet debere fieri iuſtitiã. Vel, non eſt qui inuocet Chriſtum. Ipſe enim, vt ait diuus Paulus, factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia. De qua iuſtitia poteſt intelligi id, quod *Matt.6.* ipſe Chriſtus ait: Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius.

Nec eſt qui iudicet verè.) Poteſt hoc huic noſtro *ſimile.* tempori rectè accommodari. Eſt enim nunc iuſtitia veluti ſtatera, quæ illi parti inclinatur, cui maius pondus apponitur, illi fauet non qui iuſtum exigit, ſed qui plus muneris iudici offert. Scio tamen multos eſſe iudices iuſtitia præſtantes. Sed ego de iniuſtis tantùm loquor.

Sed confidunt in nihili.) Mundi potentiam & o- *Ierem.4.* pes nihil appellat. Ita Ieremias, Aſpexi, inquit, terram, & ecce vacua erat nihil.

Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.) Hoc eſt decreuerunt peccare, & quæſierunt quomodo deprauatam cogitationem in effectũ producerent, inuentóque modo tetrum facinus commiſerunt. Propoſitum peccandi appellat dolorem. Nemo eſt enim tantis vitiis coinquinatus, qui virtutis altitudinem, & rationis præſtantiam non iudicet eſſe magnopere colẽdam. Ex quo efficitur, vt peccando dolore quodam afficiatur. Vel conceperunt dolorem, quo erant alios affecturi, & poſtea ſe ſcelerũ miniſtros præbuerunt, & fratres ſuos immaniter vexarunt.

Oua aſpidum ruperunt.) Hoc eſt, iniqui aperuerunt cogitationes ſuas malas, eas in effectũ producentes, & qui fuerit earum particeps, & tam tetra & peſtilentia cõſilia fuerit ſecutus, peribit. Ex talibus enim cogitationibus & cõſiliis nihil niſi venenum producitur. Comparat iniquorum nefarias cogitationes & cõſilia ouis aſpidũ quæ tũc rumpuntur, cùm operibus perpetrantur. Ex illis dicuntur comedere ij, qui ea approbant, & ſequuntur. Id quod in illis confouetur, & ex illis naſcitur eſt regulus peſtilens animal, quod etiam baſiliſcus appellatur: idem enim eſt βασιλεὺς quod rex, & βασιλίσκος quod regulus. Appellatur autem ita, quod habeat in capite cir- *ſimilia* culum quendã album inſtar diadematis. Intuere elegantem Prophetæ ſimilitudinem. Oua aſpidũ foris ſunt alba, oculis grata, & pulchra, intus autem veneno plena: ſic flagitioſorum hominũ conſilia licet prima ſpecie appareant vtilia, ſunt tamẽ pernicioſa, fallaci vtilitatis aut voluptatis imagine peſtilentem malitiam tegentia. Et quẽadmodum qui aſpidum oua frangunt, ſeipſos occidunt, quoniam ex ipſis ouis erumpit venenũ fractores inficiens & necans, ſic qui flagitioſas cogitationes & tetra conſilia in effectum producunt, ſibi ipſis perniciem machinãtur. Aſpis eſt paruus ſerpẽs veneno occidẽs, ſomniculoſus appellatus, qđ ſomnũ letiferũ percuſſis emittat.

Et telas araneæ texuerunt.) Admirabili artificio & ſubtilitate conficit aranea telam ſuam, ſed in aere. Ex quo efficitur vt ipſa tela ſimul cum aranea facilè frangatur & pereat: Sic ſceleratorum hominum cogitationes & conſilia licet ingenioſa & ſubtilia videantur, vana tamen ſunt, & in aere conſtituta. Vnde euenit, vt dum alios irretire volunt, ipſi irretiti capiantur. Vide quàm fragili rei hominum vanorũ cogitationes atque cõſilia cõparet. Cor humanum eſt textrina, vbi hæ telæ ſtruuntur. Sed homo orditur telam, Deus *ſimile.* verò eam ſcindit, & fila tenuiſſima lõgiſſimè extenſa facilimè reſecat. Vanum eſt cor hominis ſuperbi & impij, & omnia eius conſilia euaneſcũt, & omnis mundi potentia, opes, & diuitiæ, quas concipit & appetit, vanæ ſunt, & inutiles, ſimúlque cum ipſo corde, vbi ſunt ſculptæ & deſcriptæ, labefactantur, & penitus conſumuntur, anima autem in imis tenebris ſuarum vanitatũ pœ- *ſimile.* nas luit. Videbis in papyro defixa in pariete pictas turres, vrbes, alta mœnia, maria, terras, & vniuerſum denique orbem terrarum deſcriptum: cadit aquæ gutta, & papyrum cum tota mundi deſcriptione corrumpit, & penitus abſumit, & perdit. Videbatur mundus, & erat papyrus & attramentum: papyrus rumpitur, & atramentum deletur. Quid eſt ſuperbi ac vani hominis cor, niſi quædã mappa mundi, quædam orbis deſcriptio in papyro depicta? At puncto temporis omnia illa præterеũt & euaneſcunt, & inſtar fragilis papyri abſumuntur. Id voluit fortaſſe ſignificare Orontius inſignis mathematicus, qui orbis deſcriptionem in corde quodam depicto in papyro collocauit. Nos verò non pictas opes & diuitias quæramus, nec animum, in quo eſt veræ nobilitatis domicilium, talibus vanitatibus deformemus, ſed illas quæramus opes, ex quibus intellexerimus poſſe verã dignitatem effloreſcere & redũdare, quas nec caſus poſſit eripere, nec inuidia labefactare, neque vetuſtas vlla cõſumere. Ne nobis dicatur id, quod ait hoc in loco Eſaias: Et telas araneæ texuerunt. Et paulò pòſt: Cogitationes eorum cogitationes inutiles, vaſtitas & cõtritio in viis eorũ. Quaſi dicat: nõ ſolùm ſunt vani ſed impij. Nam ad hoc tendunt viæ ſuæ, vt alios vaſtent & conterant, vt aliis depreſſis, ipſi eleuentur, & falſos honores, in quibus beatitudinẽ conſtituunt, conſequantur. Sed beatus vir, inquit Propheta, cuius eſt Dominus ſpes eius, & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. *Pſal.39.*

Semitæ eorum incuruatæ ſunt eis.) Ambulant per vias obliquas & inæquales.

Omnis qui calcat in eis, ignorat pacem.) Id eſt, Omnis qui iniquorum hominum inæquabiles vias & deprauatos mores ſequitur, eſt omnino à pace alienatus. Viæ inæquales inimicæ ſũt pacis. Aſpicis hîc inequalitatẽ matrem eſſe diſcordiæ, quod alio in loco annotauimus.

Propter hoc elongatum eſt iudicium à nobis.) Aſpicis hîc peccata eſſe cauſam alienationis iudicij. Poteſt hoc de iudicio fori intelligi, vt ſit ſenſus: Ob veſtra ſcelera permittit Deus, vt opprimamini, & nõ ſit iudiciũ nec iuſtitia, quæ iniurias in vos iactas vlciſcatur. Annumerat ſe ſanctus Propheta cum populo ſcelerato, cùm nullis mortiferis peccatis eſſet aſtrictus. Quidam codices

habent:

habent: Propter hoc elongatum eſt iudicium à vobis.

In caliginoſis quaſi mortui). Verſamur in locis obſcuris, acſi eſſemus mortui, & in ſepulchris iaceremus. Quaſi dicat: premimur ſummis calamitatibus & afflictionibus. Afflicti & ærumnoſi homines etſi in vrbibus florentiſſimis, & maxima rerum omnium affluentia vitam degant, tamen in tenebris ob ærumnarũ anguſtias, quibus premuntur, eſſe videntur. Poteſt hoc referri ad obſcuritatem intellectus peccatorum à ſceleribus productam, qui etiá in luce meridiana adeò ſunt tenebris circumfuſi, vt dies vertatur illis in noctẽ, quemadmodum iuſtis contrà nox vertitur in diẽ. iuxta id, quod quidam dicebat: Nox illumina-
Pſal. 138. tio mea in delicijs meis, quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur.

Rugiemus quaſi vrſi omnes.) Clamabimus, noſtram miſeriam deplorantes.

C Multiplicatæ ſunt enim iniquitates noſtræ coram te, & peccata noſtra reſponderunt nobis, quia ſcelera noſtra nobiſcũ, & iniquitates noſtras cognouimus, peccare & mentiri contra Dominum, & auerſi ſumus ne iremus poſt tergum Dei noſtri: vt loqueremur calumniam & tranſgreſſionem: concepimus & locuti ſumus de corde verba mendacij. Et conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longè ſtetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta eſt veritas in obliuionem: & qui receſsit à malo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & malũ apparuit in oculis eius, quia non eſt iudiciũ, & vidit Deus quia non eſt vir: & aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat: & ſaluauit ſibi brachium ſuũ, & iuſtitia eius ipſa
D confirmauit eum. Indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius. Indu-
Ephеſ. 6. e tus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt
1. Thе. 5. b quaſi pallio zeli. Sicut ad vindictam quaſi ad retributionem indignationis hoſtibus ſuis, & viciſsitudinem inimicis ſuis. Inſulis vicem reddet. Et timebunt qui ab Occidente nomen Domini, & qui ab ortu ſolis, gloriam eius, cùm venerit quaſi fluuius violentus, quem Spiritus Domini
Rom. 11. d cogit, & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus, Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus. Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, nõ recedunt de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, à modo & vſque in ſempiternum.

Multiplicata ſunt enim iniquitates noſtra coram te.) Ideò dicit coram te, quia multi coram Deo ſunt nefarijs ſceleribus contaminati, quo ab hominibus iuſti cẽſentur. Contrà verò multi ab hominibus ſcelerati iudicantur, qui coram Deo iuſti ſunt.

Peccata noſtra reſponderunt nobis.) Id eſt, nos ipſos condemnauerunt. Noſtra ſcelera aduerſus nos ipſos tulerunt ſententiam.

Auerſi ſumus, ne iremus poſt tergũ Dei noſtri.) Hoc eſt, Receſsimus à Deo.

Conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia de longe ſtetit.) Ob noſtra nefaria facinora permittit Deus vt affligamur, nec tamen ſit ordo iudicij, nec qui iuſtitiam exerceat, & de afflictionibus nobis illatis vltionem ſumat. Hoc ideò dicit Eſaias quia ſuo tẽpore regnante Manaſſe impio tyranno leges nihil valebant, iudicia iacebant, mos patrius occiderat. Poteſt hoc intelligi de iudicio & intellectu humano. Eſt enim perſpicuũ ob ſcelera deprauari iudicium, iuxta id quod in libro Sapientiæ ſcriptum legimus: Excæcauit eos malitia eorum. Sap. 2.

Quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.) Ideò non eſt iudicium neque iuſtitia, quia non eſt veritas nec æquitas. Ex quo colliges ſine veritate & æquitate iuſtitiam non poſſe conſiſtere. Et animaduerte quemadmodũ propheta exaggeret veritatis caſum & ruinam. Si concideret in domo aliqua priuata, in aliquo viculo aut angiportu, non eſſet ita mirandum, ſed corruit, inquit, in platea, vbi fuit ab hominibus conculcata: cecidit in hominum cœtu & frequẽtia, & videns ſe iniurijs affectam aufugit. Aequitas autem videns veritatem oppreſſam non potuit ingredi. Hoc deplorabat ijs verbis Oſeas: Non Oſee 4.
eſt veritas, & nõ eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Heſiodus dicebat iuſtitiá hominum flagitijs offenſam mundum deſeruiſſe, & in cœlum euolaſſe. Saltem id videmus nunc impletum, quod ait Apoſtolus ad Timotheũ ſcribens: 2. Tim. 4.
Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem cõuertentur.

Et qui receſsit, à malo prædæ patuit.) Impij regnant, & potẽtia atque authoritate valẽt: qui autem ſtudet virtuti, & iuſtitiam colit, direptioni committitur. Quidam ab eo eripit opes, alius famem, hic eum ſpoliat quiete, ille infert ei contumelias. Itaque eũ illi acerbiſſimè cruciant & opprimunt, cuius beneficio ſuſtentantur. Mundus eos, quos ſuos non eſſe cognoſcit, grauiter affligit. Ita enim ait Chriſtus diſcipulis ſuis apud Ioã-
nem: Quia de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos Ioan. 15.
de mundo, propterea odit vos mundus. Et in li-
bro Sapientiæ dicunt impij: Circunueniamus Sap. 2.
iuſtum, quoniam cõtrarius eſt operibus noſtris. Poſtquam Moyſes locutus eſt cum Deo in mon-
te Sinai, poſuit velamen ſuper faciem ſuá, & po- Exod. 34.
pulus eam videre non poterat. Eodem modo mundus eum videre non poteſt, qui in altitudine virtutum collocatus cum Deo communicat, & ad illum ardẽter aſpirat, ſed illum odit, & contendit pellere, falsíſque criminibus in inuidiam
vocare. Camelus priuſquá bibat, fontem obtur- ſimile.
bat, vt aiunt, ne in aqua clara & lucida ſuam aſpiciat deformitatem, tollit aquæ claritatẽ, quia eſt

ſuæ fœditatis ſpeculum. Sic homines ſcelerati viros virtutum claritate cõſpicuos ſtudent è medio tollere, ne in illis ſuam deformitatem videãt. Eſt enim vir clarus & iuſtus ſpeculum, in quo flagitioſi ſuas notas & tetras maculas intuentur: conferentes enim ſe cum iuſtis vident ſua ſcelera virtutibus aliorũ oppoſita clarius eminere: ideò eos affligunt, & ferre non poſſunt. Qui enim, vt
2.Tim.3. verbis vtar Pauli, piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiũtur. Quid plura? Vide quomodo iniqui Chriſtum tractauerũt. Dicebat verba vitæ, & illi dicebant: Durus eſt hic ſermo.
Ioan.6. Inueniebat humana malitia, quid in virtute diuina, & in verbis ipſius veritatis reprehenderet. Faciebat miracula, & dicebant: In principe Beel-
Mat.12. zebub dæmonia eiicit. Calumniabatur hominũ
Luc.11. malitia opera ipſius Dei, donec eum falſis criminibus ad cædem vocauit, & acerbiſſimis cruciatibus ſaucium immaniſſimè occidit. Si mundus Chriſti verba, opera, & vitam, calumniatus eſt, quid exiſtimas eum ipſius Dei amicis eſſe factu-rũ? certè qui recedit à malo, & Chriſtum ſequitur, prædæ patet, vt hîc ait Eſaias.

Et vidit Deus quia non eſt vir.) In magna ciuitate, in hominum cœtu & frequẽtia nemo erat, qui verè vir appellari mereretur. Ablata enim ratione homo comparatur iumentis inſipientibus, & ſimilis, vt dicitur in Pſalmo, factus eſt illis. Eo-
Sup.50. dem modo dixerat ſupra Eſaias: Veni, & non erat vir.

Quia non eſt qui occurrat.) Nẽpe viro iuſto, cùm affligitur. Vel non erat vir iuſtus qui occurreret Deo irato, ſéq; ipſi opponeret, eum deprecans, & pro hominum ſalute intercedens. Vbi vides quanti ponderis ſint apud Deum iuſti viri pre-
Exod.32. ces. Orãti Moyſi pro duro populo reſpõdit Deus: Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos. Vbi aſpicis preces viri iuſti Deo ſe opponere, & eum quaſi tenere. Aliàs non diceret Deus: Dimitte me.

Et ſaluauit ſibi brachium ſuum.) Hoc eſt: Vidẽs Deus virum iuſtum afflictum, nec habentem defenſorem, ipſe eum eripuit brachio ſuo. Poterat hoc ita clarius verti: Et ſaluauit eũ brachio ſuo. Vel: Et ſalutem præſtitit ei brachium eius.

Indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius.) His armis dicitur Deus armatus ad iuſtos de manu impiorum defendendos. Et iis debemus nos ipſos munire, vt poſsimus tentationibus reſiſtere & de animæ noſtræ hoſtibus victoriã reportare. Ita enim ait Apoſtolus in epiſtola
Ephe.6. ad Epheſios: Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. ſtate ergo ſuccincti lũbos veſtros veritate, & induti loricam iuſtitiæ, &c. Diem malũ appellat tempus tentationum, quando nos diabolus, mundus, & caro oppugnãt ſuperbia, aut inuidia,
Pſal.14. aut voluptate, aut aliis tentationibus, quas ſcriptura diuina pericula inferni appellat. In Pſalmo vbi cõmunis editio habet: Pericula inferni inuenerunt me: habet verſio diui Hieronymi pro periculis inferni munitiones inferni. Quid enim ſunt tentationes, niſi munitiones, machinæ, & arma, quibus nos infernus per ſatellites ſuos diabolum, mundum, & carnẽ oppugnat? Ideò ne inermes reperiamur, induamur armatura Dei, quoniam ipſe Deus ea ad ſuorum defenſionem dicitur indutus, non ſolùm hîc ab Eſaia, ſed etiam in libro Sapientiæ.

Inſulis vicem reddet.) Hoc eſt, vlciſcetur inimicos ſuos etiam inſulares, & longè remotiſſimos. Vel per inſulares Iudæos Hieroſolymæ cultores intelligit. Quemadmodùm capite 20. per habitatorem inſulæ Iudæos ſignificauit. Appellat au- *Sup.20.*
tem Hieroſolymam inſulam, quoniam erat à Babyloniis & poſtea à Romanis veluti fluctibus cingẽda & exagitanda. Videtur Deus his verbis Hieroſolymæ euerſionem prædicere.

Cùm venerit quaſi fluuius violentus, quẽ Spiritus Domini cogit.) Id eſt, cùm Deus venerit euerſum Iudæos iratus & omnia vaſtãs, veluti magnus fluuius, vehemẽs & violentus, procelloſo vento ingentique tempeſtate coactus. Accipitur ſpiritus pro vẽto: & ad oſtendendum eſſe magnum, eum appellat Dei. Ea enim quæ magna ſunt, Dei appellãtur, vt mõtes Dei, hoc eſt alti & excelſi. Vnde illud Geneſis, Spiritus Domini ferebatur ſu-
per aquas, de vẽto magno exponit Hieronymus *Gen.1.*
ab Oleaſtro vir eruditiſſimus. Septuaginta hunc Eſaiæ locum ita verterunt: Veniet enim quaſi fluuius violentus ira Dei, veniet cum furore. Quæ verba noſtram expoſitionem dilucidant.

Et venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob.) Poterunt hæc verba diſtinctius ita collocari. Et cùm mundi redemptor venerit Sioni, & eis qui relictis ſuperſtitionibus idolorum ſe ad eccleſiã contulerint. Quibus verbis Chriſti in mundum aduentus, & generis humani redemptio ſignificatur.

Spiritus meus qui eſt in te.) Docet hic locus in eccleſia eſſe Spiritum ſanctũ, & verba quę & Chriſtus, & eius Apoſtoli docuerunt, nunquam eſſe ab eccleſia ſeparanda. Id enim quod modò tenet Romana & vniuerſalis eccleſia, & quod ſemper tenuit, fuit, & eſt ab Spiritu ſancto inſpiratum. Vnde qui ab ea recedit, eſt planè hereticus & Spiritui ſancto aduerſarius.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT LIX.

Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.)
Pro iniquitate eſt in Hebraico און auen. Quo no- *Supr.32.*
mine vſus eſt Eſaias capite trigeſimo ſecundo, vbi etiam noſter interpres vertit iniquitatem, dicens: Et cor eius faciet iniquitatem. Pro quo Septuaginta tranſtulerunt: Vana intelliget. Significat etiam און vanitatem, & luctum. Omnis enim iniquitas eſt vanitas & luctus. Quid poteſt eſſe vanius quàm pro rebus humanis amittere diuinas? Quid inſipientius quàm pro paruis, vilibus, & fluxis, magna, precioſa & æterna commutare, dare cœlum pro terra, animam pro corpore, vitam pro morte, Deum pro mundo? Prudentes mercatores volentes ad extraneum

ali-

aliquod regnum proficiſci, ea emunt, quæ in ſuo
diſſimile regno vili precio venduntur: in altero autem, quo tendunt, magni æſtimantur. Nos contrà ex hac vita ad aliam profecturi, ea hîc emimus, quæ maximi pendimus, & in alia vita nihil valent. Violamus iura diuina & humana ad comparandam inanem famam, vitiorum plerunque laudatricem, ad acquirendas opes, & peſtiferas voluptates. Et pro illis, quæ in altera vita nihil pro-
Pſalm. 74. ſunt, res ſummas & precioſiſſimas cõmutamus. Vnde rectiſsimè iniquitas noſtra vanitas appellatur. Et illud Pſalmi, vbi nos habemus: Dixit iniquis, Nolite iniquè agere, vertit Fœlix: Dixi inſipientibus, nolite inſanire. Eſſe autem iniquitatem luctum apertè indicat vermis conſcientię.
Pſal. 138. Vnde illud Pſalm. Et vide ſi via iniquitatis in me eſt, vertit Fœlix: Et vide ſi via afflictionis in me eſt. Diuus Hieronymus vertit viam doli. Omnis enim iniquitas affligit ſpiritum, & eſt dolus & fallacia. Cùm enim iniquè agimus, aut alios fallimus, aut nos ipſos decipimus.

Et peccata noſtra reſponderunt nobis.) Septuaginta habent: Et peccata noſtra reſtiterunt nobis.

Et aporiatus eſt, quia non erat qui occurrat.) Pro & aporiatus eſt, eſt in Hebraico, וישתומם vaiixtomem, à verbo שמם, xamam, quod ſignificat præ-
Ierem. 2. ter alia obſtupeſcere, vt Ieremię capite ſecundo: Obſtupeſcite cœli ſuper hoc. Vnde Pagninus vertit: & admiratus eſt, quia non erat, qui oraret. Nempe pro afflictis. Septuaginta habent: Et cõſiderauit, & non erat, qui defenderet. Occurrere alicui, pro eo intercedere, eum defendere, pro eodem à diuerſis interpretibus ſumuntur. Aſpicis hoc in loco velle Deum, vt eum pro afflictis oremus. Cæterùm dicens propheta, Deum aporiatum aut admiratum eſſe, loquitur de Deo humano more, vt eũ intelligere poſſimus. Si Deus viuorum precationes pro aliis fuſas exaudit, ſi vult vt viui pro proximis afflictis eum obſecrẽt, vt eis optata concedat, quantò magis ſanctos, qui eo in æterna beatitudine fruuntur, pro viuis intercedentes exaudiet? At negant hæretici diuorum inuocationem, dicentes eos nullas ad Deum fundere precationes: cùm dicat Baruch
Baruch. 3. Propheta: Domine omnipotens Deus Iſrael audi
Zach. 1. nunc orationem mortuorum Iſrael. Et apud Zachariam orat Angelus pro populo Iudaico. Sed hac de re aliàs diſſeruimus.

Cùm venerit quaſi fluuius violentus, quem Spiritus Domini cogit.) Hoc de ira Dei in explanatione interpretati ſumus, ſequentes & literæ contextũ, & verſionem Septuaginta, vt ibi oſtendimus. Pagninus tamen, & alij, hoc intelligunt de hoſte virum pium oppugnante. Ita enim vertunt: Cùm venerit veluti fluuius hoſtis. Et pro eo quod nos habemus, quem Spiritus Domini cogit, vertit Pagninus: Spiritus Domini fugabit eum. Vt ſit ſenſus: Deus proteget ſuos fideles ab hoſtibus eorum, ipſóſq; hoſtes longius fugabit. In Hebraico ita eſt: ויהוה נוססחבו בוי בא כנהר צררוח ci iauo channahar tſar ruach iehouah noſaſah bo. Pro cogere eſt in Hebraico, vt vides, verbũ נסס, quod ſignificare eleuare, ideò poterat verti: Quem Spiritus Domini leuauit. Sed quoniã quando exercitus & obſidio leuatur, diſcedũt ipſi hoſtes, qui vrbem oppugnabant, ideò pro fugare accipitur, quam rationem ſecutus eſt Pagninus. Theodotion vertit: Signatus eſt in eo. Aquila, Signaculum eius. Poteſt verti, inſtigauit. Vt hoc intelligatur de exercitu Romanorum, quem Spiritus Dei inueſtigauit, vt Iudæos infideles & ingratos euerteret, totámque Hieroſolymam ad vaſtitatem vocaret. Ex iis tot & tam variis interpretationibus poteris eam amplecti, quæ tibi magis placuerit. Mihi certè clarior, & literæ accommodatior ea videtur, quam in explanatione ſum ſecutus, quæ eſt etiam authoritate Septuaginta corroborata.

Et venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob.) Septuaginta habent: Et veniet de Sione qui liberet, & auertat impietates à Iacob. Quod apertè de Chriſto intelligitur, qui de cœleſti Sione venit in mundum, vt homines expiaret, eorúmque ſcelera ſanguine ſuo deleret. At non omnes conſecuti ſunt ſalutem, quia eam noluerunt, ſed ſolùm Iacob, hoc eſt, ſoli fideles fuerunt ab impietatibus liberati, & æternam beatitudinem conſecuti.

Argumentum capitis LX.

Vaticinatur Propheta de Chriſti aduentu, & de eius Eccleſiæ gloria & dignitate, in qua ſola aſſerit eſſe & fidei & charitatis lucem, cùm infideles omnes in tenebris verſentur. Prædicit Gentium multitudinem ad fidem conuertendam. Et de Eccleſia militante transfert ſermonem ad triumphantem. & ad gloriam illam ſempiternam, quam viri omnes charitate præſtantes conſequuntur.

CAPVT LX.

SVrge illuminare Ieruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te autem orietur Dominus & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, Sup. 45.
quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi: offerentur ſuper placabili altari meo, & domum maieſtatis meæ glorificabo. Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Me enim inſulæ expectabunt, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè: argentum

tum

tum eorum,& aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & ſancto Iſrael, quia glorificauit te. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi: in indignatione enim mea percuſsi te,& in reconciliatione mea miſertus ſum tui.

EXPLANATIO.

Surge illuminare Ierusalem.) Alloquitur Propheta primitiuam Eccleſiam ex Iudæis & Gentilibus congregatam, qui priuſquam in Chriſtum crederent,iacebant in peccatis, tenebris circunfuſi,ideò eos hortatur, vt à peccatis ſurgant, & fide atque gratia illuſtrentur. Non quòd quis per ſe poſſit a peccato ſurgere,& gratiæ ſplendore illuminari, ſed quòd facienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam. Ipſe enim per Za-
Zach.1. chariam, Conuertimini, inquit, ad me, & ego
Ierem.15. conuertar ad vos. Et per Ieremiam: Si conuerte-
Mala.1. ris conuertam te,& ante faciem meam ſtabis. Et per Malachiam: Reuertimini ad me, & reuertar ad vos. Eſt igitur ſenſus: Tu ô Hieroſolyma da operam, vt ſurgas, & illumineris, diſpone te ad gratiam, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Hoc lumen Chriſtus eſt, quem ſanctus Simeon lumen ad reuelationem
Luc.2. gentium appellat. Qui de ſeipſo ait: Ego ſum lux
Ioan.8. mundi. Qui venit,vt ait Zacharias, illuminatum
Luc.1. eos qui in tenebris & in vmbra mortis ſedebant, directum pedes noſtros in viam pacis. Poteris per lumen Euangelium intelligere. Gloria Domini eſt ipſe Chriſtus,qui in Iudæa ortus eſt.

Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem orietur Dominus.) Hoc eſt,mũdi nationibus in tenebris verſantibus tu ſola ô Eccleſia eris illuminata, quia ſuper te orietur Chriſtus ſol iuſtitiæ. Vbi aſpicis in ſola Eccleſia eſſe fidei,& gratiæ ſplendorem. Væ illis, qui Eccleſia Catholica relicta ſe votifragi Lutheri ſynagogæ tradiderunt.

Et ambulabunt Gentes in lumine tuo.) Gentes relicto idolorum cultu ad te venient, & Euangelij lumine illuſtrabuntur. Prædicit diuinus vates Euangelij prædicationem eſſe etiam ad Gentes propagandam, & ex conſequenti abrogandam eſſe legem Moyſi,quæ ſolùm erat vſque ad Euangelium duratura, de qua aliis in locis fusè diſſerui.

Leua in circuitu oculos tuos,& vide.) Hoc eſt,Reſpice ô Eccleſia primitiua ad omnes mundi partes,& videbis ad te venientem innumerabilem Gentium multitudinem.

Omnes iſti congregati ſunt.) Non vno loco, ſed vna fide.

Filij tui de longè venient.) Hoc eſt, ab vltimis mundi regionibus,& terris remotiſſimis. Vel à longè,hoc eſt,à peccato,qui homines à Deo diuidit,& longè ſeparat.

Et filiæ tuæ de latere ſurgent.) Hoc eſt, à regionibus propinquis,quæ ſunt à latere Hieroſolymę. Poteris per has filias animas intelligere,quæ relicta & repudiata mundi familiaritate Chriſto adhæſerunt,& ſurgentes à lateribus parentũ ſuorum Deum ſequebantur. Id fuerat iam Dauid hortatus dicens in Pſalmo: Audi filia,& vide,& Pſal.44.
inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum,& domum patris tui. Septuaginta habent: Et filiæ tuę ſuper humeros portabuntur. Pagninus: Et filiæ tuæ iuxta latus nutrientur.

Tunc videbis.) Nimirum ad te venientium multitudinem. Et afflues, nempe lætitia & oblectatione.

Et mirabitur, & dilatabitur cor tuum.) Nempe præ ingenti gaudio. Vt enim dolor cor arctat & conſtringit, ſic lætitia illud amplificat & dilatat. Vnde dilatare cor eſt gaudio afficere, quemadmodum in Pſalmo, Cùm inuocarem exaudi- Pſal.4.
uit me Deus iuſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi,ſubaudi cor. Acſi diceret: Cùm eſſem in afflictione conſtitutus, ad te Domine voces preceſque fudi,tu me exaudiſti, animúmque meum ſpirituali voluptate oblectaſti.

Multitudo maris.) Id eſt, oppida maritima, & nautæ. Vel hominum multitudo magno mari comparata.

Fortitudo Gentium.) Hoc eſt,Gentes fortitudine præſtantes.

Inundatio camelorum operiet te.) Id eſt, Tanta erit tunc camelorum abundantia, quibus ex variis mundi regionibus ad te munera afferentur, vt terram operiant. Hoc dicit,quia diuites & potentes,qui ad Chriſti fidẽ cõuertebantur,facultates ſuas ad Eccleſiam adiuuandam, & pauperes refocillandos ſecum aſportabãt. Et tunc aſsignat aliquas regiones, nempe Madian, Epha, Saba, Cedar, Nabaioth, ex quibus venturas opes ad Eccleſiam prædicit. Ex Madian & Epha dromedarios opibus onuſtos, ex Saba aurũ & thus, ex Cedar & Nabaioth arietes & alia pecora ventura prædicit. Per has regiones Gentiũ barbararũ, totius orbis terrarum ad fidem conuerſio ſignificatur. Dromedarius eſt animal velox à currendi celeritate dictum, δρόμος enim Latinè dicitur curſus. Aiunt idem eſſe dromedarium & camelũ, ſed ſolùm illum camelum dici dromedariũ, qui velociter currit. Offerenda fuiſſe hæc munera, vaticinatus fuerat Dauid, dicens in Pſalmo: Pſal.71.
Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Quod vatici-
nium incœpit impleri, quando Magi ab Orien- Mat.2.
te venerunt Hieroſolymam cum muneribus, quæ Chriſto obtulerunt, procidentes, eúmque verum Deum firmiter adorantes.

Qui ſunt iſti qui vt nubes volant?) Hoc eſt,q ſunt hi ô Eccleſia, qui ad te veniunt tanta celeritate, vt nubibus volantibus comparentur? Oſtendit deſiderium & velocitatem eorum, qui erant ad Eccleſiam confluxuri, eóſque non immeritò cum nubibus confert, quæ à terra eleuatæ eam irrigant, & frugiferam reddunt. Comparat eos etiam columbis ob curſus celeritatem, præſertim cùm feneſtras columbarij repetunt, & ob ingentem erga pullos ſuos amorem. Qua in re charitas fidelium ſignificatur. Sunt qui per nubes & columbas ſolùm Apoſtolos intelligant: ſed melius videtur, vt hic locus ad alios etiam pios ac iuſtos fideles extendatur. Cui expoſitioni fauet verſio Pagnini, quæ habet: Quæ ſunt

congre

congregationes iſtæ,quæ vt nubes volant.

Me enim inſula expectabunt.) Significat Deus iis verbis adducturum ſe eſſe ad Eccleſiam homines ex remotiſſimis inſulis, & naues maris in principio,hoc eſt,& nautas in principio, ſubaudi Eccleſiæ primitiuæ.

Et ſancto Iſrael.) Hoc eſt, Deo, qui ſanctimoniam tribuit Iſraeli.

Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos.) Hoc eſt,Gentes te ô Eccleſia virtutibus & ſapiétia munient, & tanquam muris circundabunt. Nónne Hieronymus,Auguſtinus,cæteríque viri ſancti,& ſapientia exculti, originem à Gentilibus ducentes virtutis & ſapientiæ muros ædificarunt? Gentiles ante fidem receptam appellat peregrinos, quos iam fideles factos diuus Apoſtolus in hunc modum alloquitur:Iam non eſtis
Eph.2. hoſpites & aduenæ,ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei.

In indignatione mea percuſſi te,& in reconciliatione mea miſertus ſum tui.) Permiſi vt in principio eſſes à tyrannis afflicta,ſed in hoc etiam tui miſerebar,quoniam te per varias calamitates ad meipſum trahebam. Non nego poſſe hoc referri ad populum Iudaicum, quem Deus permiſit capi, & Babylonem adduci,& poſtea eum ad patriam reduxit, & in priſtinam dignitatem reuocauit. Sed erat hæc liberatio figura & imago humanæ redemptionis.Et ſunt multa in hoc capite, quæ nullo modo terrenæ Hieroſolymæ, ſed Eccleſiæ Chriſti conueniunt.

Apo.21.g Et aperientur portæ tuæ iugiter,die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium,& reges earum adducantur. Gens enim & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit, & Gentes ſolitudine vaſtabuntur. Gloria Libani ad te ve-
C niet,abies & buxus & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis tuæ,& locum pedum meorum glorificabo. Et veniēt ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem Domini Sion ſancti Iſrael. Pro eo quod fuiſti derelicta & odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſeculorum, gaudium in generationem & generationem.Et ſuges lac Gentium,& mamilla regum lactaberis, & ſcies quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum : & ponam viſitationem tuam pacem,& prępoſitos tuos iuſtitiam.

Et aperientur portæ tuæ iugiter.) Quando ciuitas obſeſſa eſt,clauſæ ſunt portæ.cùm verò quieta & tranquilla,aperiuntur.Significauit iis verbis, fore vt Chriſti Eccleſia ſpirituali pace,& Euangelica ſecuritate gauderet, & per fores apertas voluit etiam oſtendere,fore vt ad Eccleſiam aditus omnibus pateret. Eam ob cauſam eam apud Lu- Luc.10.
cam ſtabulo ſiue diuerſorio Chriſtus comparauit,ad quam Samaritanus eum, qui deſcenderat Hieroſolyma,in Iericho adduxit,vt ibi plenè curaretur.

Vt afferatur ad te fortitudo Gentium.) Id eſt, vt confluant ad te Gentes fortiſſimæ. Hoc impletū fuit quando Romani, cæteríque Gentiles belliceſi, ſtrenui, & fortitudine præſtantes in Chriſtum crediderunt.

Gens enim & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit.) Aſpicis non poſſe hoc ad Hieroſolymam terrenam referri, ſed ad Eccleſiam Catholicam. Omnes enim, qui ſanctæ & vniuerſali Eccleſiæ Romanę non parent,ſed ab ea ſunt ſeparati,pereunt, & in æternas tenebras relegantur.

Gloria Libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus.) Hoc eſt,poſt reditum à captiuitate Babylonis ad te ô Hieroſolyma afferentur ligna pulchra & magna ex omni genere arborum Libani, ad ornandum templum,quod reædificabitur, & locus ſanctificationis meæ. Verba ſunt Dei promittentis Iudæis liberationem à Babylonica captiuitate, & Hieroſolymæ ac templi ædificationem. Sed quis non videt eſſe hoc ad ſpiritualem Hieroſolymam, hoc eſt, ad Eccleſiam Dei referendum, ad quam dicit venturos eſſe ex omnibus mundi nationibus homines, tam nobiles quàm obſcuro loco natos, quos nomine arborū
ſignificat. Vt enim multæ arbores non ſolùm ſimile.
ſunt fructibus vtiles,ſed etiam foliis,ſic multi fideles non ſolùm actionibus proſunt, ſed etiam verbis.Opera fructibus, folia verbis comparantur. Appellat autem Chriſtus Eccleſiam ſuam locum ſuæ ſanctificationis, & locum pedum ſuorum,quoniam in ea ipſe colitur,& homines ſanctificat,& ipſe eam gubernat & protegit.

Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerūt te.) Prædicit conuerſionem ad fidem Conſtantini Imperatoris,& illius innumerabilis multitudinis,quæ tempore diui Syluestri pontificis maximi recepit Euangelium. Tunc enim filij tyrānorum,& eorum, qui Eccleſiam vexabant, conuerſi ſunt ad Chriſtum, ad eúmque humiles ac ſupplices acceſſerunt. Nam magnus ipſe Conſtantinus illuſtriſſimus orbis imperator tēplum Romæ in honorem beati Petri Apoſtolorū principis à fundamentis excitauit, & pulcherrimis ac precioſiſſimis ornamentis muniuit, & ipſe ſuis manibus iecit fundamenta, ex quibus ſuis propriis humeris duodecim corbulas terræ in honorem duodecim Apoſtolorum aſportauit. Tunc quieuerunt Chriſtiani,& ceſſarunt eorum afflictiones & cruciatus, quibus ab infidelibus
torquebantur.Vt enim Laban perſecutus eſt Ia- Gen.31.
cob in terram promiſsionis reuertentem,& Deū figura
verum adorantem, ſic ſcelerati homines iuſtos ac fideles affligunt, eóſque ad cœleſtem patriam veram promiſsionis terram aſpirantes ad exci-
dium vocant. Nec eſt mirandum, cùm etiā Eſau Gen.27.
eius frater de eius cæde cogitaret. Diuus Paulus Gal.4.
in Epiſtola ad Galatas loquens de Iſaac & Iſmaele,Quomodo,inquit, tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat,perſequebatur eum, qui ſecun
dum

dum ſpiritum, & ita nunc. Quid voluit ſcriptura *Exod.1.* in Exodo ſignificare, quando dixit: Oderúntque filios Iſrael Aegyptij, niſi impios & flagitioſos odio proſequi viros pios, virtute ac geſtarũ rerũ gloria præſtantes? Aiunt coruum pullos ſuos in nido exiſtentes in principio nõ cognoſcere, cùm *ſimile.* eos videat plumis albis indutos, ideò eos abiicere, & contemnere: at videns eos poſteà nigris pẽnis coopertos, eos nutrit, & reficit, & vt filios ſuſtentat. Sic mundus eos, quos videt innocẽtia & virtutis candore conſpicuos, irridet & contemnit, iis tamen fauens qui tetris ſceleribus conteguntur. At quantò acerbius impij viros pios affligunt, tantò amplius illis proſunt, & ſeruiunt. Pugnantibus in vtero Rebeccæ Iacob & Eſau, di- *Gen.25.* xit Deus eorum matri: Duæ Gentes ſunt in vte- *figura* ro tuo, & duo populi in vtero duo diuidentur, populúſq; populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Hi duo populi ſunt boni & mali per Iacob & Eſau intellecti. Mali autem ſeruiunt bonis non obediendo ſed vexando. Ita Auguſtinus hunc locum interpretatur, quamuis alias etiam *ſimile* expoſitiones aſſignet. Vt enim, vt ipſe ait, paleæ in aurificis fornace ſeruiunt auro, illud purificãdo, & cùm videantur ipſum cõburere, illuſtrius reddunt, ipſæ autem comburuntur, ſic mali cùm videantur bonis perniciẽ moliri, eos ſplendidiores reddunt, ſibi autem ipſis excidium machinãtur. Occidebant tyranni vnum martyrem, & eius ſanguine rigabatur Eccleſia, eiúſque miraculis multi conuertebantur. Volentes tyranni iuſti famam obſcurare, eam amplius illuſtrabant, & volentes Eccleſiam extinguere, eam amplius extendebant & propagabant. Quemadmodum *Exod.1.* in Exodo referunt diuinæ literæ Hebræos tantò magis fuiſſe multiplicatos, quãtò durius ab Aegyptiis opprimebantur. Vide diuinam potentiã & pietatem. Hi, qui Eccleſiam affligebant, erántque tyrannorum filij, ad ipſam Eccleſiam poſteà ſupplices acceſſerunt. Quod intuens animo Eſaias, ipſam Eccleſiam in iis verbis alloquitur: Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te.

Ponam te in ſuperbiam ſeculorum.) Id eſt, in magnã dignitatis altitudinem. Sumitur hoc in loco ſuperbia in bonam partem, quemadmodum capite ſequẽti Pagninus vertit: Ponam te in gloriã perpetuam.

Et ſuges lac Gentiũ, & mamilla regũ lactaberis.) Hoc eſt, potieris bonis Gentium, & regum earũ.

Fortis Iacob.) Iacob caſus eſt genitiui. Dicitur autem Deus fortis Iacob, quia Iudæis fortitudinem ſuam oſtendit, eos ex magnis periculis liberando.

Pro ære afferam aurum.) Deus eſt qui Eccleſiam alloquitur, ac ſi dicat: Afflues ô Eccleſia diuitiis & fœlicitate. Poſt inopiam eris diues, poſt aduerſitatem fœlix.

Et ponam viſitationem tuam pacem.) Hoc eſt, Cõſtituam tibi viſitatores pacis ſtudioſos. Sed quoniam fieri non poteſt vt ſit pax, vbi non eſt iuſtitia, ait: Et præpoſitos tuos iuſtitiam. Quaſi dicat: Efficiam vt gubernatores tui ſint prædit iuſtitia & æquitate. Aſpicis hic neceſſariam eſſe iuſtitiam ad pacis conſeruationem. Iuſtitia enim & *Pſal.84.* pax, vt dicitur in Pſalmo, oſculatæ ſunt.

Non audietur vltrà iniquitas in terra D vaſtitas & contritio in terminis tuis, & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius ſol ad lu- *Apoc. 21. g & 22. a* cendum per diem, nec ſplendor Lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltrà Sol tuus, & Luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & cõplebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iuſti in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in Gẽtem fortiſsimam: ego Dominus in tempore eius ſubitò faciam iſtud.

Non audietur vltrà iniquitas in terra tua.) Ab Eccleſia militanti ſe transfert Propheta ad triumphantem.

Occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio.) Tempore belli & obſidionis in muris ciuitatis non eſt quies, nec ſalus, neque in portis auditur canticum laudis & lætitiæ, ſed hoſtium oppugnantium vox. At tu ô Eccleſia nunc militans poſtquam fueris in cœlum tranſlata, ſumma pace & tranquillitate frueris, iam enim non eris militans, ſed triumphans. Hanc cœleſtem Hieroſolymam & triumphantem Eccleſiã deſcribit multis verbis diuus Ioannes in Apocalypſi capite vi- *Apoc.21.* geſimo primo, vbi inter alia ait eam eſſe in quadro poſitam, lõgitudine & latitudine æqualem, cùm templum Salomonis, vt diuinæ literæ in libro Regum tertio teſtantur, eſſet multò longius *3.Reg.6.* quàm latum. Erat enim templum illud multis in *figura* rebus Eccleſiæ militantis figura, in qua quidem ſunt pauperes, quidam diuites, hi lætitia exultant, illi verò dolore premũtur. Eam ob cauſam templum non erat æquale, ſed longum propter patientiam & longanimitatem, & ſtrictum propter afflictionem & calamitatis anguſtiam. At in cœleſti Hieroſolyma nulla eſt paupertas, nulla calamitas, ſed ſumma bonorum omnium abundantia. Hic nulla eſt vera quies, nullum verum gaudium, ſed ſtrenuè hîc pugnantibus hęc in illa æterna ciuitate reſeruantur. O cœleſtem ciuitatem glorioſam Hieroſolymam, in qua homines charitate præſtãtes conſtituti, nullo dolore premuntur, nulla macula contaminantur, ſed ſummo & immortali gaudio redundantes, & admirabili ſplendore ac diuina luce micantes, magnificentiſſimè triumphant, & Deo ipſo in ſempiternum fruuntur. O beatiſſimas oras, diuina ac ſplendidiſsima domicilia, vbi nulla eſt nox, vbi Deus eſt ipſe Sol, vbi ſanctorum laus obrui non poteſt, quorum nomen nulla vnquam delebit obliuio. Hæc eſt ciuitas illa glorioſa, de qua hîc ait Eſaias: Occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio.

Complebuntur dies luctus tui.) Hoc eſt, finiẽtur ô Eccleſia labores & dolores tui, cùm fueris ad cœlum translata. Id multis verbis explicuit diuus *Apoc.21.* Ioannes in Apacalypſi capite 21. & idem noſter *Sup.29.* Eſaias

Eſaias capite 29.32.35.45.51.66.

Apocal. 21. *Populus tuus omnes iuſti.*) Ita diuus Ioānes, Non intrabit, inquit, in eam aliquod coinquinatum. Hîc in Eccleſia militanti ſunt boni ſimul & mali, ideò Chriſtus eam ſagenæ miſſæ in mare ex *Matth. 13.* omni genere piſcium congreganti comparauit, eiúſque diſcretionem aſſeruit eſſe in iudicio futuram, vbi ſeparati mali de medio iuſtorum in *Matth. 25.* ignem æternum mittentur. Et eam ob cauſam eam decem virginibus comparauit, quarũ quinque erant prudentes, quinque verò fatuæ. Ex quibus colliges id, quod hîc ait Eſaias, non eſſe de Eccleſia hac catholica militãte, quatenus militans eſt, intelligendum, ſed de triumphãte. Eccleſia enim non eſt ſocietas ſanctorum in gratia exiſtẽtium, nam cùm neſciamus qui ſint in gratia, non poſſemus ſcire quæ, aut vbi eſſet Eccleſia. Eccleſia verò eſt cœtus Chriſti fidelium, ſiue boni illi ſint, ſiue mali, dummodò catholici & obedientes. Nam fideles membra ſunt Chriſti, licet peccatores, atque illi cõiuncti, quia ſunt de Eccleſia, quæ eſt fidelium congregatio, & ſub Chriſto capite militat, vt fuit in concilio Conſtantienſi contra Vuitcleſum explicatum. Id in*1. Cor. 12.* telligens Apoſtolus ſcribens ad Corinthios, inter quos eſſe ſciebat aliquos ſcelere contamina*Matth. 13.* tos, vt ex eadem Epiſtola apertè colligitur, Vos, *Matt. 25.* inquit, eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Hîc aſpicis clariſſimè Eccleſiam non eſſe tantùm ſocietatem ſanctorum, vt hæretici noſtri temporis affirmant. Quomodo enim eam Chriſtus ſagenæ ex omni genere piſcium bonorũ & malorum congreganti compararet, & decẽ virginibus, quarum quinque ſunt prudẽtes, quinque fatuæ, ſi in ea ſolùm ſancti inuenirentur? Quomodo diuus Paulus Corinthios, quorum nonnulli flagitio erant aſtricti, membra Chriſti appellat, & totam Eccleſiam dicit eſſe corpus, cuius Chriſtus caput eſt? Si ſolùm iuſti ſunt de *Ephes. 1.* Eccleſia, quomodo Apoſtolus fideles Corinthios Eccleſię membra vocat? O inſipientes Lutheranos! Sed quid mirũ eſt, eos quid ſit Eccleſia ignorare, cùm ſint cæci, & ab ipſa Eccleſia ſeparati, & in ſynagoga Satanæ conſtituti? Eſt igitur firmiter tenendum fideles omnes eſſe de Eccleſia. Et quamuis illi, qui mortifero peccato aſtringuntur, à Chriſto capite non recipiãt gratiam, recipiunt tamen fidem. Sed hæc fides niſi ad eam ſpes accedat & charitas, nec vnit perfectè cum Chriſto, nec corporis eius viuum membrum efficit. Nihilominus tamen ſunt peccatores membra Chriſti, licet non viua ob charitatis abſentiam, quam diuus Paulus in Epiſtola ad *Coloss. 3.* Coloſſenſes vinculũ perfectionis appellat, quòd nos perfectè vniat cum Chriſto, eiúſque corporis viua membra efficiat. Hæretici autem quoniam ab Eccleſia receſſerunt, neque eius membra ſunt, nec fidem neque charitatem habent.

In perpetuum hæreditabunt terram.) Hoc eſt, cœleſtem patriam: Hæc autem terra, vbi nunc ſumus, à nullo homine in perpetuum poſſidetur. Ita hunc locum antiqui Hebræi explanarũt.

Germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.) Hoc eſt, filij mei, quos ego genui & plantaui, qui ſunt opus manus meæ, me in gloria æternis laudibus efferent, & glorificabunt.

Minimus erit in mille, & paruulus in Gẽtem fortiſſimam.) Hoc eſt, Pauci erunt fideles in principio Eccleſiæ, ſed multiplicabuntur in multa millia, & in populum fortiſſimum: In principio capitis locutus eſt propheta de Eccleſia militãti, poſtea conuertit ſe ad triumphantem, cùm ſeparata à ſagena malis piſcibus ſoli ſancti in cœleſti gloria quieſcent, modò ad militantem reuertitur, vnde fluxerat oratio, quoniam qui in triumphante regnant, membra huius militantis fuerunt.

Ego Dominus in tempore eius ſubitò faciam illud.) Nempe vt multiplicentur fideles. Et hæc nõ ſtatim, ſed ſuo tempore fient. Hoc ideò dicit, quoniam Eſaias multò ante aduentum Chriſti vaticinatus eſt. ferũt inter Eſaiam & Chriſtum ſexcentos annos interfluxiſſe. Septuaginta habent: Ego Dominus in tempore cõgregabo eos. Fuerunt enim ex variis ritibus & ſectis in vna fide & religione veritatis atque pietatis pleniſſima congregati.

ANNOTATIONES EX *Hebræo in* CAPVT LX.

Surge illuminare Ieruſalem.) In Hebraico non eſt Ieruſalem, ſed exiſtimo fuiſſe hanc dictionem ſumptam ex Septuaginta interpretũ trãſlatione. Inuenitur etiam in interpretatione Chaldaica Ionathæ. In Hebraico eſt in hunc modũ: אורי קומי humi ori. Surge illuminare. Verbum enim אור ſignificat lucere & illuminare. Vnde nomen אור or, quod ponitur in eodem verſu, lumen & lucem ſignificat. Hinc אור vr ignem ſignificat, & luſtrationem ignis, quã Chaldæi ſuis idolis offerebant. Luſtrare enim illuminare eſt, vt apud Vergilium: Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras. Ab hoc idolorum cultu, & Chaldæorum idololatria præſeruauit Deus Abrahamum. Et id eſt, quod ſcriptura in Geneſi voluit ſignificare, vbi ait Deus: Ego Dominus qui eduxi te de *Genes. 15.* Vr Chaldæorum. Sed veriſimilius eſt Vr eſſe op*Genes. 11.* pidum in Chaldæa hoc nomine vocatũ, de quo ita ſcriptum legimus: Et mortuus eſt Aran ante Tharah patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum.

Tunc videbis & afflues.) Pro & afflues eſt in Hebraico ונהרת venahart à verbo נהר nahar, quod *Psal. 33.* ſignificat affluere, confluere, & illuminare. In Pſalmo, vbi noſtra verſio habet: Accedite ad eũ, & illuminamini, habet diuus Hieronymus: Reſpicite ad eum, & confluite. Acſi diceret: Conſiderate Dei bonitatem, & ſtatim ad eum ſimul currite. Ideò poteſt hic locus Eſaię ita rectiſſimè verti: Tũc videbis, & illuminaberis. Quaſi dicat: Nunc ô gentilitas cæcitate laboras, ſed cùm fueris ad Chriſtum conuerſa, aperies mẽtis oculos, & diuino ſplendore illuſtraberis. Poteſt etiã verti: Tunc videbis, & eris ſplendida, hoc eſt, alacri vultu. Vt enim mœſti dicuntur obſcuri, ita læti ſplendidi. Hac ratione ducti verterunt Septuaginta: Tunc videbis & gaudebis.

Et laudem Domino annuntiantes.) In Hebraico eſt ותהלות vthehilloth, Pro quo rectè interpres noſter vertit: Et laudem. At Septuaginta intelligentes hoc eſſe ad Chriſti tempus referendum

verterunt: Et ſalutare Domini annuntiabūt. Eſt enim perſpicuum Chriſtū ſalutare Domini appellari, vt aliàs explicuimus.

Ponam viſitationem tuã pacem, & prepoſitos tuos iuſtitiam.) Septuaginta habent: Et dabo principes tuos in pace, & epiſcopos tuos in iuſtitia. Beata reſpublica, cui Deus dat principes & Epiſcopos pacificè & iuſtè gubernantes. Animaduerte. Non dicit: Principes tui & Epiſcopi tui ipſi per ſe ambitu conſequentur magiſtratus: Sed, ego dabo eos.

Argumentum capitis LXI.

Inducit Propheta Chriſtum dicentem ſe eſſe cœleſtem doctorem in terram miſſum ad veritatē docendum, noſtris vulneribus medendum, nóſque e tenebris ad veram lucem vindicandum. Oſtendit ſe eſſe noſtrum conſolatorem & remuneratorem. Deſcribit Apoſtolos, viróſque Apoſtolicos turbulentis cupiditatibus obſiſtentes, atque in dictis & factis modum & ordinem conſeruantes. Hos appellat fortes iuſtitiæ, ob eorum fortitudinem iuſtitiæ cuſtodem & propugnatricem, & mūdi reſtauratores ob eorum doctrinam & ardentem charitatem. Tandem ipſe propheta conuertit ſe ad Dei miſericordiæ contemplationem, pro qua illi gratias agit, eúmque laudibus effert.

CAPVT LXI.

A SPiritus Domini ſuper me, eò
Luc.4.c quòd vnxerit me: ad annunriandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarē captiuis indulgentiā, & clauſis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro: vt conſolarer omnes lugentes: vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Et vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorifican-
B dum. Et ædificabunt deſerta à ſeculo, & ruinas antiquas erigent, & inſtaurabunt ciuitates deſertas, diſſipatas in generationem. Et ſtabunt alieni, & paſcēt pecora veſtra, & filij peregrinorum, agricolæ & vinitores veſtri erūt. Vos autem ſacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis. Fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria eorum ſuperbietis.

EXPLANATIO.

Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me.) Ille, qui in fine ſuperioris capitis dixit: Ego Dominus, in tempore eius ſubitò faciam illud, proſequitur dicens: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me. Eſſe autem eum Chriſtum ſer-
Luc.4. uatorem noſtrum aſſerit ipſe Chriſtus apud Lucam capite quarto, vbi hunc locū de ſeipſo apertiſſimè interpretatur. Intelligitur autē hoc iuxta carnis aſſumptæ diſpenſationē, quemadmodum id, quod dixit Eſaias capite vndecimo: Requie- Eſa.11.
ſcet ſuper eum Spiritus Domini. Fuit autem ſaluator noſter vnctus non oleo, quo Deus præcepit Moyſi, vt vngeret tabernaculum teſtimonij, Exod.30.
& arcam Teſtamenti, menſámq; cum vaſis ſuis, neq; eo, quo ipſe Moyſes vnxit Dei iuſſu Aaro- 1.Reg.16.
nem, & filios eius, neque eo, quo Samuel vnxit 1.Reg.16.
Saulem & Dauidem. ſed oleo gratiæ & lætitiæ. Ita enim regius vates Chriſtum alloquens prædixerat in Pſalmo: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti Pſal.44.
iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cōſortibus tuis. Quibus verbis voluit propheta Chriſti diuinitatē & humanitatem oſtendere. Nam illa dictio, Deus, quæ primò ponitur, eſt vocandi caſus, ſecunda autē nominandi. Vbi vides Chriſtum eſſe à propheta Deum vocatum. Dicens autē propheta eſſe illū à Deo vnctum gratia & exultatione ſuper omnes homines eius conſortes & participes, apertè eius humanitatem ſignificat. Intelligi autē hunc Pſalmū de Chriſto Deo noſtro, aſſerit in Epiſto- Hebr.1.
la ad Hebræos diuus Paulus. Conſtituerat Deus vt apud Hebræos, reges & ſacerdotes oleo ſacro vngerētur. Cùm autem Chriſtus ſit & rex & ſacerdos, æquū erat, vt priſtina conſuetudine oleo ſancto atque cœleſti vngeretur. Hoc intelligentes fideles, dicebant, vt in Actis refert diuus Lu- Act.4.
cas, Deum alloquentes: Domine tu es qui feciſti cœlum & terrā, mare & omnia quæ in eis ſunt, qui Spiritu ſancto per os patris noſtri Dauid Pſal.2.
pueri tui dixiſti, Quare fremuerunt gētes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerūt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Conuenerunt enim verè in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus, cum Gētibus & populis Iſrael. Et in Actis capite decimo in hunc modum diuus Act.10.
Petrus auditores alloquitur: Vos ſcitis quòd factum eſt verbum per vniuerſam Iudæam, incipiēs enim à Galilæa poſt baptiſmum quod prædicauit Ioannes, Ieſum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute. Aſpicis itaq; ſeruatorem noſtrū vnctum eſſe à Deo, non oleo humano ſed diuino, nimirum Spiritu ſancto & virtute, quod Dauid oleum lætitiæ appellauit. Chriſtus enim idem eſt quod vnctus: Græcè dicitur χριστός, à verbo χρίω, quod eſt vngo, & Hebraicè משיח à verbo משח maxach, quod ſignificat vngere. Vnde tria hæc nomina, Chriſtus, Meſſias, Vnctus, idem ſignificāt: & in Pſalmo, vbi noſtra verſio habet: Aduerſus Chriſtum Pſal.2.
eius, eſt in Hebraico aduerſus Meſſiam eius. Et perpende: Poſt vnctionem Spiritus ſancti ſequitur annunciatio. Ait enim, Ad annuntiandum manſuetis miſit me. Prius enim concionator debet gratia vngi, quàm munus accipiat concionandi.

Ad annuntiandum mãſuetis miſit me.) Fuit Chriſtus miſſus non cum externa, & mundi pompa, & gloria, ſed in humilitate & manſuetudine, vt humilibus & mitibus viam veritatis oſtenderet, & Euangelium annuntiaret.

Vt mederer contritis corde.) Aſpicis hîc Chriſtū eſſe medicum noſtrum. Ad hoc enim venit, vt ſuis vulneribus noſtra vulnera curaret. Si medicus

cus aliquis tuæ ægritudini gratis mederetur, colleres memoriam tanti beneficij beneuolentia perpetua. Cùm igitur Chriſtus medicus noſter nos nõ ſolùm gratis curauerit, ſed etiam pro ſalute noſtra ſuum ſanguinem & vitam perfuderit, quæ erit memoria, quæ vis ingenij, quæ magnitudo religionis, quæ poſſit tã admirabili beneficio reſpondere? Ipſe Chriſtus fatetur apud Marcum ſe eſſe medicum. Cùm enim Scribæ & Phariſæi de illo detraherent, quòd cum publica-
Marc.2. nis manducaret, reſpondit: Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui malè habent: non enim veni
Eccl.38. vocare iuſtos, ſed peccatores: Et Eccleſiaſticus ait à Deo eſſe medelam omnem. Si Chriſtus ve-
Luc.10. nit vt mederetur nobis, ergo ęgroti eramus. Nos ſumus ille ſaucius & ſpoliatus, qui deſcẽderat de Ieruſalem in Iericho, quẽ Samaritanus ille cœleſtis medicus curauit. Trãſierat ſacerdos & Le-
Rom.8. uita, ſed videntes eum, præterierunt. Venit lex Moyſaica, & præteriuit, quoniam non iuſtificabat. Ita enim in Epiſtola ad Romanos ait Apoſtolus: Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem
Galat.3. ambulamus. Et in Epiſtola ad Galatas, Quoniã, inquit, in lege nemo iuſtificatur apud Deũ, manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide viuit. lex autem non ex fide: ſed qui fecerit ea, viuet in illis. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, &c. Et paulò poſt, Si enim, inquit, data eſſet lex, quæ poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia, ſed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti
Galat.2. daretur credentibus. Et in eadem Epiſtola capite ſecundo, Si enim, inquit, per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Et paulò antè, Scientes autem, inquit, quòd nõ iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidẽ Ieſu Chriſti.
Ioan.1. Et diuus Ioannes ait legem per Moyſem datam eſſe, gratiam autem & veritatẽ per Ieſum Chriſtum factam. Fuerũt quidem in lege veteri multi viri iuſti, & gratia induti, ſed non per legem, ſed per fidem, &, vt fuit in concilio Florentino aſſertum, antiquæ legis ſacramenta non cauſabant gratiam, ſed eam ſolùm per paſſionẽ Chriſti dandam eſſe figurabant. Et præterea qui tunc in gratia decedebant, non cœlum penetrabant, ſed in inferis vſque ad Chriſti mortem reſeruabantur. Vt enim Moyſes non potuit intromittere filios Iſraelis in terrã promiſſionis, ſed neceſ-
Deut.34. ſarium fuit venire Ioſue, qui eos ad illam perdu-
Ioſue 4. figura. ceret, ſic lex vetus non potuit iuſtificare, & ſuos in cœleſtem patriã adducere, ſed venit Ioſue ille cœleſtis, qui nos ad vitam æternam perduceret, ſuóque ſanguine cœlum aperiret. Hic eſt Samaritanus ille, qui nos ampliſſimis Dei beneficiis ob ſceleta noſtra ſpoliatos, ex ampla Hieroſolyma & altiſſimo dignitatis gradu præcipitatos, grauiſſimíſque vulneribus percuſſos curauit, &
Pſal.126. in diuerſorio vniuerſalis Eccleſiæ conſtituit, vt inde ad immortalem beatitudinem tandem perduceret. Samaritanus enim idẽ eſt quod cuſtos, de quo dicitur in Pſalmo: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatẽ, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.

Hic eſt qui homines curauit, qui ait hoc in loco: Ad annuntiandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde. Perpende: Non dicit omnibus mederi, ſed contritis corde, quãdiu enim cor eſt durum, & in ſceleribus obſtinatum, nullam habet ſalutem, ideò oportet vt corda noſtra lachrymis molliamus, nóſque ad gratiam Dei præparemus, ipſe enim, vt dicitur in Pſalmo, ſa- *Pſal.146.*
nat contritos corde, & alligat contritiones eo- *Pſal.50.*
rum. Et vt dicitur in alio Pſalmo: Cor contritum & humiliatum non deſpicit.

Et prædicarem captiuis indulgentiam.) Aſpicis hîc peccatores captiuos appellari. Qua de re aliàs nonnulla diximus.

Et clauſis apertionem.) Hoc eſt, cæcis viſum. Quod de vtraque cæcitate & mentis & corporis intelligitur. Vel clauſis, hoc eſt, in dæmonis carcerem coniectis, libertatem. Solent enim cuſtodes portas aperire illis, qui liberè de carcere egrediuntur. Vel loquitur de iis, qui cerimoniis Moſaicis detinebãtur, quos Chriſtus vocauit ad libertatem Euangelicam, non illam quam hæretici noſtri temporis amplectuntur, qui diſſolutionem & vitæ deprauationem libertatem vocant. Sed eam, quam Romana & vniuerſalis Eccleſia docet, quæ eſt, vt ait Apoſtolus, columna
& firmamentum veritatis. Lege cap. 42. & vide- *1.Tim.3.*
bis miſſum fuiſſe Chriſtum vt oculos cæcorum *Sup.42.*
aperiret. Ita enim eum Deus pater alloquitur: Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de cõcluſione vinctum de domo carceris. Vbi aſpicis flagitioſos cæcos eſſe mentíſque lumine priuatos.

Vt prædicarem annum placabilem Domino.) Id *2.Cor.6.*
eſt tempus gratiæ, de quo ait Paulus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Fortaſſe annum placabilem appellat, quia Deũ patrem placauit, nóſque morte ſua cum eo reconciliauit, ſéque pro nobis hoſtiam placationis conſtituit.

Diem vltionis.) Hoc eſt, diem extremi iudicij. Vel tempus euerſionis Hieroſolymę per Titum.

Vt conſolarer omnes lugentes.) Munus eſt Chri- *Matth.5.*
ſti lugentes cõſolari. Ipſe enim ait: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Pro lacrymis debitè emiſſis tribuit Deus & hîc internam cõſolationem, & in cœlo æternam beatitudinem: ſunt enim lacrymæ ſemen gloriæ. Id intelligens
Dauid dicebat in Pſalmo: Qui ſeminãt in lacry- *Pſal.125.*
mis, in exultatione metent. Loquor de lacrymis pœnitẽtiæ, & de illis, quæ ob pias iuſtáſque cauſas funduntur. Ideò ſequitur: Vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion. Non promittit Deus conſolaturum lugentes Babylonẽ, ſed Siõ. Non illi ſunt gratæ lacrymæ fuſæ ob mundi voluptates amiſſas, ſed eæ, quæ ob amiſſionem Sionis emittuntur. Plorabant filij Iſraelis, nec poterant continere lacrymas ob Hieroſolymæ ſuæ recor-
dationem, ſedentes captiui iuxta flumina Baby- *Pſal.136.*
lonis, & dicẽtes: Illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Nos ob cœleſtis Sionis deſiderio in hoc exilio oculos noſtros fontes viuarum aquarum faciamus. Lugere Sion eſt Eccleſiæ afflictiones deplorare, vel peccata in Sione admiſſa, vel præ deſiderio cœleſtis Sionis lacrymas profundere. Huiuſmodi lugentes Deus

 mirabi-

Ezec.9. mirabiliter conſolatur. Narrat Ezechiel dixiſſe Deum cuidam viro: Tranſi per mediam ciuitatē in medio Ieruſalem, & ſigna tau ſuper frontes virorum gementium & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Et ſtatim iuſſit illi, vt his ſeruatis cæteros interficeret. Eos ſeruat Deus, illiſq; vitam tribuit immortalem, qui mundi ſcelera deplorant, & finem rerum intuentur, atque nouiſſima contemplantur. Litera enim tau, quæ in Hebraico Alphabeto vltima eſt, finem rerum ſignificat, quam debemus ſemper in memoria tenere & ea veluti in fronte ſignari. Quemadmodū ω mega apud Græcos quòd in fine ſit alphabeti finem ſignificat, ſic tau apud Hebræos. Multi plorant mundi flagitia, ſed nolunt à mundo ipſo diſcedere, nec finem animo intueri. At neceſſe eſt mūdi peccata lugere, ſed ipſum mundum relinquere. *Gen.49.* Mortuus *Gen.5.* eſt Iacob in Aegypto, ſed noluit ibi ſepeliri, ſed *figura* in terra promiſſionis: & portātes eum mortuum filij ſui egreſſi ab Aegypto venerunt ad aream Atad, quæ ſita eſt trans Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleuerunt ſeptem dies, & vocatum eſt nomen loci illius: planctus Aegypti. Fortaſſe ſciebat Iacob multos eſſe cum Chriſto Hieroſolymæ reſurrecturos, ideo voluit illuc aſportari, vt eius corpus cum Chriſto reſurgeret. Ait enim Matthæus multa corpora ſanctorū reſurrexiſſe. *Matt.27.* Sed ad huius hiſtoriæ ſpiritualem ſenſum veniamus. Per mortem in Aegypto peccatum ſignificatur. Malum eſt mori in Aegypto, ſed ſepeliri ibi, eſt maximè execrabile. Mortuo Iacob in Aegypto exierunt filij eius ab Aegypto, vbi ſeptē dies plorauerunt. Ploremus mortem Aegypti, ploremus mundi impietates & tetra facinora, ploremus peccata mundi, ſed extra mūdum. Relinquamus Aegyptū, & pro Aegypti ſceleribus vim lachrymarum fundamus. Non vno die tātùm, ſed ſeptē diebus, hoc eſt toto tempore vitæ noſtræ ita lugeamus, vt dicatur vita noſtra planctus Aegypti. *figura* *3.Reg.7.* Quid ſignificabat mare illud æneum in templo Salomonis, & luteres aquarum, niſi lachrymarū abundātiam, quibus deberemus animas noſtras lauare? Eſt enim hoc admirabile in lachrymis, quòd foris exeuntes intus lauant, & deorſum cadentes aſcendunt ſurſum, & cùm ſint aquæ, de medio ignis egrediuntur, & ignis illis ardentius inflammatur. Nónne cor Magdalenæ erat Aetna mons altiſſimus, diuinis amoris incendio inflammatus? Erat quidem. Et tamē in medio illius ardentiſsimæ flammæ erat quidam Nilus lachrymarum. Ex amore fluebant ardentes lachrymæ, *ſimilitudo* & lachrymæ augebant ſanctum amorem. Si odoriferas aquas magnifacimus ex roſis, aliiſque floribus diſtillatas, quia externum odorem, & paruam fragantiam emittunt, quāti æſtimandę ſunt lachrymæ, quæ animas intus ablnūt? Eos qui tales lachrymas fundunt, conſolatur Chriſtus, vt ipſe hoc in loco apud noſtrum Eſaiam teſtatur.

Et vocabuntur in ea fortes iuſtitia plantatio Domini ad glorificandum.) Id eſt, Et qui in Eccleſia fuerint fortes in iuſtitia, & conſtantes, appellabuntur plantatio Domini, hoc eſt, arbores plantatæ à Deo, ad ipſum Deum glorificandum.

Et ædificabunt deſerta à ſeculo & ruinas antiquas erigent.) Hoc eſt, Apoſtoli & viri Apoſtolici inſtituēt ad fidem Gentes incultas, & à religione deſertas. Et eos, qui iam à multis annis defecerant, reſtaurabunt.

Et ſtabunt, & paſcent pecora veſtra.) Multi venient ad Eccleſiam, qui cùm anteà eſſent alieni à fide, tamen recepto Euangelio non in peccatis iacebunt, ſed ſtabunt erecti, & erunt præſules & concionatores, non ſeipſos paſcentes, ſed gregē & populum. Non dicit: paſcent ſeipſos, ſed pecora. Nec dicit. Occident pecora, ſed paſcent: Ita *Ioan.21.* dicebat Chriſtus diuo Petro: Paſce oues meas, paſce agnos meos. Et ter illum interrogauit, vtrum eum amaret, non quòd ipſe Chriſtus hoc ignoraret, ſed vt nobis oſtenderet quantam curām & cogitationem in eligendo præſule figere deberemus, nec eſſe aptum ad paſcendas oues, niſi qui Deum amet, aliiſque in amore præcellat. Ideò Chriſtus dixit: Simon Ioannis diligis me plus his? Oportet eſſe præſulē charitate præſtantem, alioquin non oues, ſed ſeipſum curabit. *Ezec.34.* Ad Deus per Ezechielem, Væ, inquit, paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos. uónne greges à paſtoribus paſcuntur? Legant paſtores caput illud, vbi multa inuenient pulcherrima, & notatu digniſsima.

Agricolæ & vinitores veſtri erunt.) Hoc eſt, colēt duram cordium terrā ad vberrimos fructus ferēdos, & vineam, hoc eſt, Eccleſiam Chriſti ſanguine rigatam cuſtodient.

Vos autem ſacerdotes Domini vocabimini.) Alloquitur Apoſtolos & ſacerdotes Chriſtianos, qui nō ſacerdotes Aegypti neque idolorum, ſed Dei ſacerdotes vocantur. At Lutherus aſſerit omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes, & æqualiter poſſe abſoluere & cōſecrare, deceptus verbis illis diui Petri peruersè intellectis: Vos autē genus electū, regale ſacerdotium, gens ſancta. *1.Pet.2.* Quid ais Luthere? vbi dicit hic Apoſtolus omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes? Aliud eſt appellare Chriſtianos ſacerdotiū regale, aliud dicere, omnes vos Chriſtiani eſtis ſacerdotes. Etſi diceret, Vos eſtis ſacerdotes, non tamē inferretur omnes ſacerdotes eſſe: non enim dicit: vos omnes vniuerſaliter, ſed vos indefinitè. Nam iuxta Ariſtotelis doctrinam indefinita enuntiatio in contingentibus non vniuerſali, ſed particulari æquipollet. Præterea non ait Apoſtolus: eſtis ſacerdotes, ſed ſacerdotiū regale. Cùm enim Chriſtus ſit rex & ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec, ęquū eſt, vt qui illi vniuntur, regale ſacerdotiū appellentur. Sed hinc non infertur omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. Imò ipſe Petrus Apoſtolorū princeps, quem pro te citas, in eadem epiſtola capite *1.Pet.vlt.* vltimo ſeparat ſacerdotes à laicis, nō aliter quàm paſtores à grege. Ait enim illis: Paſcite qui eſt in vobis gregem Dei. Nónne vides ipſam diui Petri epiſtolam, quam pro te affers, tuā hæreſim damnare? Quæ maior poſſet eſſe confuſio, quàm omnes tā pueros quàm ſenes eſſe ſacerdotes? Sed ais non omnes poſſe vti munere ſacerdotali, niſi ex conſenſu plebis, quamquam omnes ex ęquo ſint veri ſacerdotes. Quæro abs tē, quæ plebs diuum Paulum ſacerdotem conſtituit? nónne ipſe ita *Gal.1.* ad Galatas ſcribit: Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum,

Chriſtum,& Deum patrem,qui ſuſcitauit eum à mortuis:Imò ipſe Paulus Titum & Timotheum conſtituit ſacerdotes, vt ex epiſtolis ad eos ſcriptis apertiſſimè colligitur. Et Tito, Huius rei, inquit,gratia reliqui te Cretæ, vt ea,quæ deſunt corrigas,& conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.Multi erant in ciuitatibus illis Chriſtiani,ſed ex illis Titus eos presbyteros conſtituebat, qui illi apti tanto muneri videbantur.Vbi vides non omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes,nec omnes ſacerdotes à plebe conſtitui,& falſam eſſe vtranque tuam opinionem, & hæreſim deteſtabilem. Sunt aduerſus te omnes Catholici doctores tam antiqui quàm recentiores, tam Græci quàm Latini, pugnant contra te vniuerſalia concilia, & Eccleſiæ conſuetudo ab ipſis Apoſtolis vſque ad noſtra tempora firmiter conſeruata. Sed quoniam omnia hæc irrides & pro nihilo putas, cur te non pudet tam aperta ſacrarum literarum teſtimonia contemnere?Tu qui intellectu diuinæ ſcripturæ gloriaris, eúmq; tibi ſoli ſumis & arrogas,quomodo tam euidentes locos non vides? Dicis omnes eſſe æqualiter ſacerdotes,ſed eos munere ſacerdotali vti, qui à plebe vocantur.At diuus Paulus,inquit, in Epiſtola ad Hebræos:Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Vbi legiſti Luthere Aaronē fuiſſe à plebe ſacerdotem cōſtitutum? Nónne aſſerunt diuinæ literæ in veteri Teſtamento Deum illi ſacerdotium tribuiſſe, & diuus Paulus aſſeueranter affirmat eū fuiſſe à Deo vocatū? Si hāc dignitatem habebant ſacerdotes Synagogæ, quātò magis Eccleſiæ,pro qua Chriſtus ſanguinem ſuum profudit, quo eam mirabiliter rigauit? Quare non poteris colligere ex hoc loco Eſaiæ omnes Chriſtianos eſſe æqualiter ſacerdotes.Solū enim diuinus noſter vates Apoſtolos, & nouæ legis ſacerdotes alloquitur,quos Domini ſacerdotes appellat, vt eos à dæmoniorum ſacerdotibus diuidat: Non paulò antè eodē capite ipſos ſacerdotes diuidit ac ſeparat à plebe dicens: Et paſcent pecora veſtra: Vbi vides ſacerdotes eſſe paſtores, plebem verò & ſubditos,oues appellari.

(Marginal notes: Tit.1. — Hebr.5. — Exod.28. — Num.17. — Hebr.5.)

Fortitudinem Gentium comedetis.) Hoc eſt,potiemini opibus, quas Gentes ad Eccleſiam afferent.Refert diuus Lucas in Actis eos,qui ad fidē conuertebantur, opes ſuas afferre, & ad pedes Apoſtolorum proiicere. Vel per fortitudinem Gentium intelligitur Chriſtianorum fides,martyrium,& conſtantia. Et quoniam epulæ ſacerdotum ſunt Chriſtianorum virtutes, quibus tāquam dapibus delectantur, ideò ait:Fortitudinē Gentium comedetis, quaſi diceret: Fortitudine eorum,qui ad Chriſtum fuerint conuerſi, oblectabimini. Vt enim agricolæ lætantur videntes terræ,quam coluerunt, herbeſcentem viriditatem,eámque fruges vberrimas largiri,vites lætificis pampinis pubeſcere, ramóſque baccarum ac fructuū copia incuruari,ſic & multò amplius oblectantur præſules & cōcionatores, intuentes populum ab illis inſtructum, admirabiles virtutum fructus producere. Contrà verò vt inſignis pictor vidēs imaginem quam pulchram depinxit, in qua voluit ſummū ingenium & artificium exprimere,maculatam & deformatam, ſummo dolore premitur, nec poteſt tantum mœrorem æquo animo tolerare, ſic præſules, & pij ſacerdotes, & concionatores videntes corruptos & ſceleribus cōtaminatos eos, quos ſolicitè variiſque doctrinarum coloribus inſtruxerunt, incredibili mœrore cruciantur. Verſio tamen Pagnini fauet priori expoſitioni:Ita enim habet:Opes Gentium comedetis.

(Marginal notes: Act.4. — ſimilitudo. — altera ſimilitudo.)

Et in gloria eorum ſuperbietis.) Capitur ſuperbire pro exultate,& gaudio efferri. Quaſi dicat: Vos præſules gloria fideliū delectabimini. Vnde Paulus Apoſtolus Philippenſes alloquēs, Itaq;, inquit, fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudium meum,& corona mea. Philip.4.

C Pro cōfuſione veſtra duplici & rubore laudabunt partem eorum,propter hoc in terra ſua duplicia poſsidebūt,lætitia ſempiterna erit eis. Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocauſtum, & dabo opus eorum in veritate,& fœdus perpetuum feriam eis. Et ſcietur in Gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum:omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen,cui benedixit Dominus.Gaudēns gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo,quia induit me veſtimentis ſalutis,& indumēto iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinat, ſic Dominus Deus germinabit iuſtitiam & laudem coram vniuerſis Gentibus. D

Pro confuſione veſtra duplici & rubore.) Hæc duplex cōfuſio & moleſtia eſt afflictio,qua duo populi infideles nempe Gentium & Iudæorū Apoſtolos, cæteróſque viros ſanctos vexabant. Vel ideò appellatur duplex, quia & verbis & factis viri ſancti affligebātur. Sed quò magis,qui ſe ad fidem conuertebant,premebātur,eò magis gaudebant, & partem atq; ſortem ſuam laudabant. Ideò ait:Pro confuſione veſtra duplici & rubore laudabunt partem eorum, ſeu vt ex Hebraico poteſt verti, partem ſuam. Poteris per partem ſuam Deum intelligere, iuxta id, quod dicitur in Pſalmo: Pars mea Dominus. Quaſi dicat: in omni afflictione Deo gratias agent. Ego exiſtimo hanc particulā,duplici, accipi hoc in loco pro multiplici, quemadmodum mos eſt ſcripturę finitum pro indefinito accipere.Et eodem modo in ſequenti verſu:Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebūt. Eſt igitur ſenſus:Pro multis ac variis calamitatibus æquo & alacri animo toleratis, magna gaudia in cœleſti patria conſequentur. Pſal.71.

Et odio habens rapinam in holocauſtum.) Id eſt, execrans ſacrificia ex rebus raptis. Plus diligit Deus iuſtorum paupertatem, quàm diuitum ex rebus malè acquiſitis munera. Dicitur enim in Prouerbiis:Honora Dominum de tua ſubſtātia, Prouerb.3.

Et Tobias, Ex ſubſtãcia, inquit, tua fac eleemo- *Tob.4.* ſynam. Et apud Matthæum ait Chriſtus Deus *Matth.5.* noſter: Si ergo offers munus tuum ad altare, &c. Semper pronomen tuum apponitur. Id autem quod eſt rapina comparatum, non eſt tuum ſed alienum.

Et dabo opus eorum in veritate.) Id eſt, Et retribuam eis iuxta opus eorum abſque vllo dubio.

Et ſcietur in Gentibus ſemen eorum.) Hoc eſt, Cognoſcetur inter Gentes ſemẽ Apoſtolorum. Quaſi dicat: fideles, quos Apoſtoli verbo & exẽplo genuerint, erunt inter omnes homines co- *1.Cor.4.* gniti. Diuus Paulus Corinthiis ſcribens, Per *Pſal.21.* Euangelium, inquit, ego vos genui. Et in Pſalmo ait Chriſtus: Semen meum ſeruiet ipſi. Hoc eſt, fideles mei ſeruiẽt Domino. Si Chriſtus ciúſque Apoſtoli eos genuerunt, quos conuerterunt ad fidem, & à vitiis ſeparatunt, ergo anteà non erant, dum ſceleribus implicabãtur. Ex quo colliges impiorum vitam eſſe potius mortem dicẽdam, quàm vitam. Aſpicis præterea docere eſſe gignere, & doctores patres poſſe appellari.

Gaudens gaudebo in Domino.) Verba ſunt Eccleſiæ, quam Propheta facit loquẽtem, gaudium ſuum proferentẽ, & beneficia à Chriſto accepta prædicantem. Animaduerte: Non dicit: Gaude- *Pſal.50.* bo in mundo, ſed in Domino. Ita Dauid, Redde mihi, inquit, lætitiam ſalutaris tui. Et Apoſtolus Philippẽſibus, Gaudete, inquit, in Domino ſemper. Poteris hoc referre ad ipſum Eſaiam, vt ipſe ſit, qui has voces emittat.

Quia induit me veſtimentis ſalutis.) Hoc eſt, iuſtitia & charitate. Id quod ſequitur: Et indumẽto iuſtitiæ circũdedit me, eſt idẽ ſed aliis verbis.

Quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis,) Hoc eſt, ita me Chriſtus virtutum ornamẽtis induit, ac ſi ego eſſem ſponſus in die nuptiarum ſplẽdidis veſtibus coopertus, & corona decoratus: & ſponſã pulcherrimis ornamentis induta.

Sicut enim terra profert germen ſuum.) Prædicta Eccleſiæ exultatione cõcludit Propheta dicens, magnam fore iuſtitiam & laudem, nõ ſolùm coram Iudæis, ſed etiam coram cunctis gentibus.

ANNOTATIONES EX Hebræo in

CAPVT LXI.

Ad annuntiandum manſuetis miſit me.) In Hebraico eſt in hunc modum ענוים שלחני לבשר leuaſſer anauin ſelachani. Dictio ענו anau ſignificat mitem, manſuetum, benignum, humilem. *Num.12.* Vnde id, quod habetur Numerorũ capite duodecimo: Erat enim Moſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, interpretatur R. Salomon humilis & tolerans ſuper omnes homines. Hac ratione adducti Septuaginta verterunt: Euangelizare pauperibus miſit me. Solent enim humiles *Matth.5.* pauperes appellari. Vnde id, quod ait Chriſtus: *Luc.4.* Beati pauperes Spiritu, graues authores non de inopia, ſed de humilitate explanant. Diuus Lucas hanc autoritatẽ ex verſione Septuaginta capite quarto ſui Euangelij citauit. Poteris etiam pauperes accipere in ſua propria ſignificatione pro egẽtibus & inopibus. Vbi vides apud Chriſtum diuites & potentes non præferri pauperibus & humilibus. Homines ſæpe volunt potius diuitibus quàm pauperibus Euangelium prædicare: at Chriſtus pauperes elegit, venit enim mundi vanitatem euerſum. Regnum mundi incipit à magnatibus & potentibus, regum verò Chriſti à pauperibus. Reges & principes mundi reſpiciunt diuites, Chriſtus autem intuetur pauperes. De illo enim dicitur in Pſalmo decimo: Oculi eius in pauperem reſpiciũt. Imò apud re- *Pſal.10.* gem Herodem ab eo miraculum factum videre deſiderantem ſiluit, nec verba, nec miracula faciens: cõtrà verò apud pauperes & loquebatur, & miracula faciebat. Vt enim prudens mercator *ſimile.* non vult ocioſis, & vanè curioſis merces ſuas oſtẽdere, ſed iis, quos intelligit eſſe illas empturos, ſic Chriſtus apud eos cõcionabatur, & euidentia atque mirabilia ſigna efficiebat, quos videbat eſſe ex his vtilitatem accepturos. Et volẽs apud Matthæum diſcipulis Ioannis interrogantibus: Es tu qui venturus es, an alium expecta- *Matth.21.* mus: oſtendere ſe eſſe Chriſtum in lege promiſſum, reſpõdit rerum geſtarum teſtimonio. Factis enim corã illis magnis miraculis, Dicite, inquit, Ioanni quæ vidiſtis & audiſtis: Cæci vidẽt, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizãtur. Hoc eſt, Euangelium illis prædicatũ recipiunt. Quaſi diceret: Ego ſum ille, quem Prophetæ vaticinati ſunt eſſe hæc opera facturum. Inter quæ miracula, vt vides, citat id quod hîc ait: Euangelizare pauperibus miſit me. Sciebat enim vẽturum eſſe tempus, vt pro miraculo haberetur Euãgelium pauperibus gratis annuntiare.

Vt mederer contritis corde.) In Hebraico eſt לחבש לנשברי לב lachauos lenixbere leu. Verbũ חבש chauax ſignificat propriè alligare, vt apud Eſaiã cap.30. In die qua alligauerit Dominus vulnus *Sup.30.* populi ſui. Ideo Pagninus vertit: Vt alligarem contritos corde. Metaphora ſumpta à chirurgis vulnera faſciolis ligantibus. Vnde noſter interpres rectè vertit: Vt mederer. Diuus Lucas habet, Sanare contritos corde. Quod eſt idem. Poteſt verti: Vt curarem cõfractos animo. Hoc eſt, animum vulneribus confoſſum & ſaucium habentes. Pro quo Theodotio vertit: Ad alliganda vulnera peccatorum. Sũt enim peccatorum vulnera lethalia, mortémq; ipſam nõ multò poſteà, ſed ſtatim gignentia, iuxta id quod ait diuus Ia- *Iacob.1.* cobus Apoſtolus: Peccatum, cùm conſummatum fuerit, generat mortem.

Et clauſis apertionem.) In Hebraico eſt ולאסורים פקח-קוח Velaaſurim pekach koach. Nomẽ אסור *Gen.39.* aſur vinctum ſignificat, vt Geneſis 39. Tradidit Ioſeph in carcerem, vbi vincti regis cuſtodiebãtur. Verbum Pakach ſignificat velamẽ remouere & aperire, vt Geneſ.3. Aperientur oculi veſtri. *Geneſ.3.* Vnde nomen פקח apertionem & viſum ſignificat. Quapropter verterunt Septuaginta: Et cæcis vt videant. Quos ſecutus diuus Lucas *Luc.4.* tranſtulit: Et cæcis viſum. Poteſt verti: Et vinctis apertionem carceris. Ita enim trãſtulit Pagninus. Nam dictio קוח carcerem ſignificat iuxta ſententiam R. Ioſeph. Nonnulli tamen

mē exiſtimāt has duas dictiones פקח קוח eſſe vnā geminatā, & ſignificare viſum, & apertionem.

Vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion, & darē eis coronam pro cinere.) Verſio, cui diuus Hieronymus adiecit commentaria, non habet fortitudinem, nec eſt hæc dictio in tranſlatione Septuaginta, nec Pagnini, nec in textu Hebraico. Quare poteſt ita verti: Vt ponerem lugentibus Siun, & darem illis gloriam pro cinere. Quaſi diceret: Vt ponerem ac darem piè ac debitè plorantibus gaudium pro lachrymis. Vel ſic, Vt lugentibus ante oculos ponerē cœleſtem Sionem, vt intelligerent, eſſe pro ſanctis lachrymis æternam illam gloriam conſecuturos.

Vt vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ.) Pro fortibus iuſtitiæ eſt in Hebraico אילי צדק elcha tſedek. Si prima dictio venit ab אל dicendum eſt fortes, nam אל fortē ſignificat & Deū. Et hanc rationē ſecutus eſt noſter interpres. Si autem eſt אלה dicendum eſt, arbores, אלה enim arborē ſignificat,
Ioſue vlt. quam Latinus interpres Ioſue vltimo quercum interpretatur. Ideò Pagninus vertit. Et vocabuntur arbores iuſtitiæ. Apoſtoli enim, cæteriq; viri maximarum virtutum fructibus cumulati arbores fuerunt, & palmæ fructiferæ, ſemper virentes, in Eccleſia veluti in terreno paradiſo
Pſalm. 1. plantatæ. Eam ob cauſam cecinit Dauid: Iuſtus
Pſal. 1. vt palma florebit. Et hæc fortaſſe eſt arbor, cui in primo Pſalmo iuſtus comparatur. Ait enim: Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet. Palma enim varios fructus & mirificos producit, & nunquā foliis nudatur. Et inter alias qualitates ponderi reſiſtit, & aduerſus illud inſurgit, in quo inuicti animi fortitudo eorum, qui palmæ comparantur, clariſſimè demonſtratur.

In gloria eorum ſuperbietis.) Poteſt verti ex Hebraico: Eorum gloria oblectabimini: vel vt Pagninus reddidit Latinè: In gloria eorum exultabimini. Aquila tranſtulit: *ἐν δόξῃ αὐτῶν πορφύρᾳ ἐνδύσεσθε*. Hoc eſt, In gloria eorum purpura veſtiemini. Quaſi dicat: Nulla inuidia ob eorū fœlicitatem cruciabimini, ſed etiam precioſis veſtibus & ornamentis gaudium, quo ob eorum gloriam perfundemini, oſtendetis.

Argumentum capitis L.X I I.

Promittit diuinus vates fore vt nunquam taceat, & à concionibus deſiſtat. Vaticinatur de primo Chriſti in mundum aduentu, & de Eccleſia proſperitate.

CAPVT LXII.

A PRopter Sion non tacebo, & propter Hieruſalē non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accēdatur. Et videbūt Gentes iuſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Et eris corona gloriæ in manu Domini, &
B diadema regni in manu Dei tui. Nō vocaberis vltrà derelicta, & terra tua non vocabitur amplius deſolata, ſed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur, quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur. Habitabit enim iuuenis cū virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit ſponſus ſuper ſpōſam, gaudebit ſuper te Deus tuus. Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiſcimini Domini ne taceatis, & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Hieruſalem laudem in terra.

EXPLANATIO:

Propter Sion non tacebo.) Cùm Eſaias Chriſti aduentum prædiceret, & omnes ad virtutē verámque Dei religionem amplectendam hortaretur, ab impiis contemnebatur, ſed tamen à concionibus ſuis nō deſiſtebat. Non enim erāt apud eum tanti momenti ſceleratorum hominum iniuriæ, vt eius animum frangerent & debilitarent. Nam viri iuſti & conſtantia muniti nullis rerum aduerſarum fulminibus terrentur, nullis impiorum hominum oppugnationibus perturbantur, nullis minarum fluctibus obruuntur. Quin potius quò acerbius oppugnari ſe ſentiunt, eò liberius & erectiore animo clamant, quando opus eſt, & ratio præſcribit, nolentes veritatem neceſſario dicendam ſilentio præterire. Scribis & principibus ſacerdotum præcipientibus Petro & Ioanni Apoſtolis, ne Chriſtum annuntiarent, reſponderunt ipſi: Non poſſumus quæ vidimus
& audiuimus nō loqui, ita tradit Lucas in Actis *Act. 4.*
Apoſtolorum capite quarto. Et ſequenti capite
tradit eos iterum reſpondiſſe: Obedire oportet *Act. 5.*
Deo magis quàm hominibus, & nec cōtumeliis nec flagellis cæſos voluiſſe à prædicatione deſiſtere. Et diuus Paulus in epiſtola prima ad Co- *1. Cor. 9.*
rinthios. Væ enim, inquit, mihi eſt, ſi non euangelizauero. Et Eſaias, Væ, inquit, mihi quia ta- *Sap. 6.*
cui. Eam ob cauſam nunc ait ſe propter Sionē, hoc eſt, propter pios clamaturū eſſe, nec ab incœpto ceſſaturum. Vel propter Sionem, hoc eſt, quia ita opus eſt ciuitati Hieroſolymæ.

Donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius.) Hoc eſt, donec veniat Chriſtus. Acſi diceret: Si vſque ad Chriſtum viuerem, ſemper eius aduentum prædicarem, & homines ad virtutem exhortarer. Chriſtum appellat iuſtum Sionis, hoc eſt, à quo
omnis Sionis iuſtitia dimanat. Et Ieremias, Hoc *Iere. 23.*
eſt, inquit, nomen quod vocabunt eum, Domi- *& 33.*
nus iuſtus noſter. Et Stephanus in Actis, Occi- *Act. 7.*
derunt, inquit, eos, qui prænuntiabant de aduentu iuſti. Vbi per iuſtum Chriſtus intelligitur.

Et ſaluator eius vt lampas accendatur.) Quem iuſtum vocauit, nunc ſaluatorem appellat. Ieſus enim idem eſt quod ſaluator.

Et videbunt omnes gentes iuſtum tuum.) Non ſolùm tu Hieroſolyma, ſed omnes etiam Gentes Chriſtum videbunt, licet non oculis, tamen fide.

1. Cor.13. Videmus nunc, ait Apoſtolus, per ſpeculum in
ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem. Et Dauid,
Pſal.79. Viderunt, inquit, omnes termini terræ ſalutare
Gal.3. Dei noſtri. Perſpicuum eſt Galatas Chriſtũ cor-
poreis oculis non vidiſſe, nihilominus tamen ad
eos ita diuus Paulus ſcribit: Quis vos faſcinauit
non obedire veritati, ante quorum oculos Chri-
ſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus?

Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.) Hoc eſt, appellaberis Eccleſia ſuper
Petram fundata, ita enim te Chriſtus appellabit.
Diuus Matthæus inquit dixiſſe Chriſtum Petro:
Matt.16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo
Eccleſiam meam.

Et eris corona gloriæ in manu Domini.) Si corona
ſolet eſſe in capite, non autem in manu, quomo-
do inquit Propheta Eccleſiam eſſe coronã glo-
riæ in manu Domini? Ego exiſtimo eũ voluiſſe
oſtendere nunquam defecturã eſſe fidem Eccle-
ſiæ, quoniam eam Deus manu ſua tenet appre-
henſam. Qui fieri poteſt, vt diabolus ſpoliet fide
Eccleſiam, quã Deus habet ſua manu cuſtoditã?
Ideò portæ inferi aduerſus eam nunquã præua-
Matt.16. lebunt, vt ipſa veritas aſſeruit apud Matthæum.
Luc.22. Et apud Lucam, Ego, inquit, oraui pro te, vt nõ
deficiat fides tua. Capitur autem corona hoc in
loco pro regno, quemadmodum & diadema re-
gni. Acſi diceret: Eris ô Eccleſia regnum glorio-
ſum, nõ externum ſub rege aliquo humano, qui
tui in æternum dominetur, ſed eris regnum in
manu Domini ab ipſo nunquam derelictũ. Vel
ſic: Eris glorioſa & inclyta, & à Deo dilecta. Vel,
eris corona gloriæ in manu Domini, hoc eſt,
propter te glorificabitur Dominus. Hac exorna-
tione orationis vtitur diuus Paulus in epiſtola
Philip.4. ad Philippenſes, ita dicens: Itaq; fratres mei cha-
riſſimi & deſiderantiſſimi gaudium meum & co-
Prou.12. rona mea: & Salomon in Prouerbiis: Mulier di-
ligens corona eſt viro ſuo.

Sed vocaberis voluntas mea in ea.) Solet aliquan-
do ſcriptura nomina rebus ex euentu imponere,
Sup.8. quemadmodũ ſuprà fuit Chriſtus vocatus, Ac-
celera, ſpolia detrahe, feſtina prædari à celerita-
te, qua dæmonem ſpoliauit, & genus humanum
ab eius faucibus eripuit.

Habitabit enim iuuenis cum virgine.) Hoc eſt, tã-
ta erit pudicitia inter ſanctos Chriſti fideles, vt
virgines puellæ etiam inter iuuenes habitent ſe-
curæ & intactæ.

Et habitabunt in te filij tui.) Nullus Eccleſiæ fi-
lius extra eam eſt: at infideles ſunt ab ea alienati.
Hæretici non appellãtur Eccleſiæ filij, ſed ſyna-
gogæ diaboli.

Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam.) Quis ſit hic
ſponſus & hæc ſponſa, explicat ſtatim, dicens: Et
gaudebit ſuper te Deus tuus. Vbi vides Eccle-
ſiam eſſe dei ſponſam. Hæc eſt ea, quã Salomon
Cant.1. in Canticis facit cũ ſponſo ſuo Chriſto loquen-
tem, de qua ait Apoſtolus: Viri diligite vxores
Ephe.5. veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.

Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes.)
Hoc eſt, Apoſtolos, præſules, & doctores, quorũ
intereſt vigilare, ſpeculari, cuſtodire, & docere.
2.Tim.4 Ita diuus Paulus Timotheo dicebat: Tu verò
vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ,
miniſterium tuum imple, &c.

Qui reminiſcimini Domini ne taceatis.) Sẽſus eſt:
Vos qui Dei recordamini, orate Dominum pro
Eccleſiæ laude, & pace, nec à precibus vnquam
deſiſtatis, quandiu eam afflictam videritis.

Iurauit Dominus in dextera ſua, & in C
brachio fortitudinis ſuæ. Si dedero triti-
cum tuum vltra cibum inimicis tuis, & ſi
biberint filij alieni vinum tuum in quo
laboraſti. Quia qui congregabunt illud,
comedent, & laudabunt Dominum, &
qui comportãt illud, bibent in atriis ſan-
ctis meis. Tranſite per portas, præparate
viam populo. Planum facite iter, & eligi-
te lapides, & eleuate ſignum ad populos.
Ecce Dominus auditum fecit in extre- D
mis terræ. Dicite filiæ Sion: Ecce ſaluator
tuus venit, ecce merces eius cum eo, &
opus eius corã illo. Et vocabunt eos po- Matt.21.
pulus ſanctus, redempti à Domino. Tu Zach.9.
autem vocaberis quæſita ciuitas, & non
derelicta.

Si dedero.) Id eſt, Non dabo. Ponitur, Si, pro
non, vt in Pſalmo: Ipſi verò nõ cognouerũt vias Pſal.94.
meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in
requiem meã, Id eſt, quòd non introibunt. Pro-
mittit Deus nunquam Eccleſiã ſuam derelictu-
rum. Poteris per triticum & vinum virtutes in-
telligere, quæ ſunt animarũ dapes. Has promit-
tit Deus nunquam eſſe ab Eccleſia auferendas,
ſed illis prodeſſe, qui in illas incumbunt.

In atriis ſanctis meis.) Id eſt, in ſancta Eccleſia
mea.

Tranſite tranſite per portas.) Egredimini de Ba-
bylone vos ô Iudæi, tranſite per portas eius, quas
vobis Cyrus aperiet, & referte vos in patriã ve-
ſtram. Alloquitur populum Hebræorum in Ba-
bylonica captiuitate detentũ, de eius liberatio-
ne vaticinans. Sed per Babylonem mundus in-
telligitur, eiúſque confuſio, à qua hortatur Pro-
pheta, vt omnes egrediantur.

Præparate viam populo.) Vos magnates, ſapien-
tes, & præſules ducite populum e mundi confu-
ſione ad veritatem, oſtendite illi iter ad cœleſtẽ
Hieroſolymam. Eligite ex via lapides, eóſq; re-
mouete, vt populus poſſit ſine impedimento
tranſire. Doctores qui ad virtutes hortantur, ſed
ſunt tetris vitiis implicati, viam quidem verita-
tis oſtendunt, ſed nec eam præparant, nec lapi-
des cæteráq; impedimenta volunt ab ea remo-
uere. Nam quantò apertius eam oſtendunt ver-
bis, tantò pernicioſius eã impediunt factis. Quid ſimile.
eſt deprauata vita præſulis & concionatoris niſi
quidam ingens in via lapis? Oportet conciona-
torum & præſulem eſſe doctrina excultũ, & vir-
tute præditum. Vt enim calx ſine arena parũ & ſimile.
imbecillo quodam modo lapides conglutinat,
arena autẽ ſine calce nihil penitus efficit, at calx
cum arena fortiter & mirabiliter vnit & aſtrin-
git; ſic virtus ſine doctrina aliis nõ multùm prõ-
deſt, doctrina verò ſine virtute nõ ſolùm nõ
coadunat, ſed etiam ſæpe diuidit & deſtruit. At
virtus cũ doctrina cõiuncta mirabiliter ædificat,
& diuiſos ac diſcordes lapides aſtrictiſſimè con-
glutinat.

glutinat. Virtus eſt calx,verba ſunt arenæ,virtus verbis ornata eſt,calx cum arena aptè atq; temperatè commiſta.

Et eleuate ſignum ad populos.) Cōuocate ad Eccleſiam omnes Gentes. Hortamini omnes ab egreſſu Babylonis,& ad Hieroſolymę ingreſſum. Solent enim duces eleuare vexillum ad milites congregandos. Hoc vexillum eſt crux illa ſacratiſſima glorioſiſſimum ſignum noſtrarū victoriarum,ſub qua omnes militare debemus. Ecce enim Deus auditam fecit crucem ſuam vniuerſis mondi nationibus.

Dicite filiæ Sion: Ecce ſaluator tuus venit.) Filia Sion & Sion idem eſt, capitur autem pro Eccleſia,vt aliàs oſtendimus.Eſt igitur ſenſus: Prædicate & annuntiate in Eccleſia, Chriſti Ieſu in mundum aduentum.

Ecce merces eius cum eo.) Id eſt, ipſe Deus eſt merces,quam ſuis electis tribuit. Ita ipſe Dominus dixit Abrahamo: Noli timere Abram, Ego protector tuus ſum,& merces tua magna nimis. Quaſi diceret: Non ſolùm ſum tuus protector, ſed etiā tua merces ampliſſima. Et ita poteſt intelligi id,quod dicitur in Pſalmo: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem. Hoc eſt, propter reipſum,qui es electorum tuorum merces & retributio. Et poteſt ita verti ex Hebraico: Inclinaui cor meū ad facienda præcepta tua propter æternam retributionem. Eſt igitur ſenſus: Annuntiate Sioni Chriſti ſaluatoris aduentum,qui tā miſericors & benignus eſt, vt ſeipſum amicis ſuis tribuat in mercedem,nō ſolùm illis ſua, ſed ſeipſum dabit. Nam ſemper coram illo eſt opus ſuum,hoc eſt,miſericordia ſua. Eſſe autem miſericordiam propriū Dei opus alibi oſtendimus. Vel ita: Merces electi cum Deo eſt,eámq; Deus in promptu habet, non eam petens aliunde, & opus electi bonum & meritorium coram ipſo Deo eſt,qui omnes virtutum actiones videt, vt eas remuneret.

(Gen.15. — Pſal.118.)

Et vocabunt eos populus ſanctus redempti à Domino.) Fideles Dei electi & iuſti vocabuntur ſancti, à Chriſto redempti. Flagitioſi appellātur ſemen nequam,filij ſcelerati, & aliis huiuſmodi nominibus,vt primo capite oſtendimus:at viri iuſti & pij honeſtis ac glorioſis nominibus vocātur. Poteſt ita explanari:Et redēpti à Domino, hoc eſt, illi,qui ſunt à dæmonis poteſtate liberati, & in gratia conſtituti, vocabūt bonos populum ſanctum. Nā ſcelerati homines & flagitiis coopertí in viros excellentes, in quibus vident ſingulare quoddam virtutis lumen elucere,irruunt, eóſq; maledictis vulnerant, & falſis criminibus ad inuidiam vocant. Eorum virtutes ſilentio prætereunt:in ſin autem in eis aliquam deprehendunt culpam,licet leuē,omnia clamoribus implent. Vt enim vultures ad cadauera odore feruntur, viuorum autem corporum nullo odore mouentur,ſic deprauati homines indomitis cupiditatibus inflammati,tetriſq; ſceleribus imbuti, leues ac veniales lapſus virorū iuſtorum, ſine quibus humana vita tranſigi non poteſt,ſtatim olfaciūt, eóſque inexpiabilibus vitiis tribuunt, eōtū autem virtutes nequaquā intuentur. Eſt enim ſcelerator um proprium omnes viros virtute præſtantes odio habere, eorúmq; ſplendorem falſis criminibus maculare,& omnem denique virtutis florem velle confringere.

(Supr.1. — ſimile.)

Tu autem vocaberis quæſita ciuitas.) Tu ô Eccleſia vocaberis ciuitas,quam Chriſtus quæſiuit.Si Chriſtus nos quæſiuit, ergo anteà perditi eramus.Sumus enim ouis illa, quæ perierat, quam Chriſtus quæſiuit,& ſuis humeris aſportauit. Luc.15.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT LXII.

Tranſite tranſite.) In Hebraico eſt עברו עברו iuru iuru.Quod poteſt verti,Procedite ante eos,procedite ante eos. Et id,quod habetur Gene.33. Et ipſe progrediens adorauit, poteſt verti: Et ipſe procedens ante eos adorauit. Alloquitur hoc in loco Eſaias principes & præſules, quorū interest non ſolùm viam veritatis & virtutis aliis oſtendere, ſed etiam anteire. Vt enim teda ſiue fax non retro manet, ſed præit, ſic principes & præſules debent alios virtute & exēplo anteire, eóſque non ſolum verbis, ſed etiam vitæ ſplendore illuminare.Ideò eos Chriſtus lucem appellat,Vos,inquiens,eſtis lux mundi. (Gen.33. — ſimile. — Matt.5.)

Eligite lapides.)In Hebraico eſt: סקלו מאבן ſakkelu meeuen. Quod poteſt rectiſſimè verti: Proiicite lapides. Et ita verterunt Septuaginta. Pagninus: Lapides remouete. Quod eſt idem. Proiicere ex via lapides,eámque complanare eſt tollere ſcandala & impedimēta, quibus poſſunt alij lædi,& à via virtutis retardari.

Argumentum capitis LXIII.

Vaticinatur Propheta de Chriſti in cœlum aſcenſione, quem inſtar victoris triumphantis & hoſtium ſanguine cruentati deſcribit. Commemorat Dei in Iſraelem beneficia, eiúſque in Deum ingratitudinem & impietatem. Poſtea inducit populum Iudaicum querentem ſe eſſe à Deo derelictum, & in maximis ærumnis verſatum.

CAPVT LXIII.

QVis eſt hic qui venit de Edom, A tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiēs in multitudine fortitudinis ſuæ? Ego qui loquor iuſtitiam,& propugnator ſum ad ſaluandum.Quare ergo rubrū eſt indumentū tuum, & veſtimēta tua ſicut calcantiū in torculari? Torcular calcaui ſolus,& de Gētibus nō eſt vir mecū: calcaui eos in furore meo, & cōculcaui eos in ira mea, & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Circumſpexi, & non erat auxiliator: quæſiui, & non fuit qui adiuuaret, Apoc.19.c

uaret, & ſaluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & de-
B traxi in terrã virtutem eorũ. Miſerationũ Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorũ domui Iſrael, quæ largitus eſt eis ſecundum indulgentiã ſuam, & ſecundũ multitudinem miſericordiarũ ſuarum. Et dixit: Veruntamen populus meus eſt, filij non negantes, & factus eſt eis ſaluator. In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus, & angelus faciei eius ſaluauit eos: in dilectione ſua, & in indulgẽtia ſua ipſe redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus ſeculi. Ipſi autẽ ad iracun-
C diam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum ſancti eius, & conuerſus eſt eis in inimicũ, & ipſe debellauit eos. Et recordatus eſt dierũ ſeculi Moyſi, & populi ſui.

EXPLANATIO.

Quis eſt iſte qui venit de Edom.) Poſtquam Propheta vaticinatus eſt de Chriſti paſſione, & in capite præcedẽti multa de eius Eccleſiæ conſtitutione prædixit, nunc de eius in cœlum aſcenſione vaticinatur. Et quemadmodum rex Dauid
Pſal.23. facit angelos ita dicentes: Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ, quoniam cœlites Chriſtum in ſuperas ſedes aſcendentem comitantes mente præuidebat, eodem modo Eſaias inducit cœleſtes ſpiritus interrogantes quiſnam ille eſſet, quoniam animo intuebatur, eos tanto myſterio & rei nouitate veluti admiratos. Sunt qui dubitent cuiuſnam chori ſint hi Spiritus, qui hoc interrogant, ſed Dionyſius ille admirabili ſanctimonia & ſapiẽtia excultus capite ſeptimo cœleſtis ſuæ Hierarchiæ ait hanc quæſtionẽ eſſe ſupremorũ angelorũ à Deo immediatè illuminationes accipientium. Eſt autem ad horũ verborum intelligentiam ſciendum, Edom eſſe quandam prouinciã, Boſra autem eiuſdem prouinciæ
D ciuitatẽ. Edom ſignificat terrenum, cuius nomine mundus intelligitur. Boſra ſignificat munitã & euerſam, cuius nomine Hieroſolyma ſignificatur fortiſſimis muris munita, ſed quæ ob eius ſcelera & in Chriſtũ ingratitudinem & impietatem fuit funditus euerſa. Eſt igitur ſenſus: Quis eſt hic, qui venit de mundo, & de ciuitate Hieroſolyma, habens veſtes tinctas, ſanguineq; rubricatas? Deſcribit diuinus noſter vates Chriſtũ in cœlum aſcendentem inſtar ducis victoris, hoſtium ſuorum ſanguine cruentati, & de illis glorioſè triumphantis. Vicit enim diabolum, mundum, mortem, & peccatum. Non quòd hæc omnia ſanguinem habeant, ſed eſt hoc tropologicè intelligendum. Vult enim his verbis propheta ſignificare fructum mortis Chriſti, & glorioſam victoriam, quam de hoſtibus ſuis reportauit.

Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ?) Verba ſunt etiam angelorũ interrogantium. Vbi vides prophetam deſcribere Chriſtũ non ſolùm triumphantem, ſed pulchrũ, & virili gradu incedentem. De eo dicitur in Pſalmo: Specioſus forma præ filiis hominum, *Pſal.44.*
diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Et in Canticis ait *Cant.5.*
ſponſa: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Candidus ob ſummam pulchritudinem eius, quem diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos gloriæ ſplendorem appellat, Ru- *Hebr.1.*
bicundus ob hoſtium ſanguinem, de quibus illuſtriſſimam victoriam reportauit.

Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.) Hæc eſt, Chriſti reſponſio. Habet principium huius capitis dialogi ſpeciem. Senſus eſt: Ego ſum ille, qui homines veram iuſtitiam docui, qui, vt eos ſaluos facerem, cum hoſtibus animarũ eorum pugnaui. Huc ſpectat id, quod de Chriſto ait diuus Ioãnes in Apocalypſi, *Apo.19.*
vbi eum ita deſcribit: Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verax, & cum iuſtitia iudicat, & pugnat. Et paulò poſt: Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen eius, verbum Dei. Ea autem iuſtitia de qua Eſaias loquitur hoc in loco, intelligitur de diſtributiua. Docuit enim Chriſtus dãdum eſſe vnicuique quod ſuũ eſt, & prætereà impios eſſe dãnandos, iuſtos verò à Deo æternis præmiis afficiendos. Poteſt etiam de iuſtificatione intelligi, quam Chriſtus *Gal.5.*
docuit, non in operibus ſine fide conſiſtere, ſed in fide charitate formata, quæ, vt ait apoſtolus, per charitatem operatur.

Torcular calcaui ſolus.) Reſpondet Chriſtus ſe eſſe tinctum ſanguine hoſtium generis humani, quos ipſe ſolus vicit, & de quibus ſine hominũ ope triumphauit. Et quoniã hac victoriam perfecit Chriſtus in cruce, colligitur eam eſſe torcular, in quo hoſtes noſtri veluti vuæ fuerunt conculcati. Cùm ergo crucem aſpicimus, quid aliud facimus quàm admirabilis victoriæ monimentum, cæcorum lumen, & cœleſtẽ ſplendorem, firmiſſimum noſtræ ſalutis præſidium, & certiſſimum iter ad ſplendidiſſimas illas ac beatiſſimas oras, & ſumma ac ſempiterna gaudia intueri? Conſidera Chriſti Dei noſtri manſuetudinem, qui cùm glorioſè triumphans aſcẽderet, non dedignatur interrogantibus rationem reddere, ille quem cœleſtis pater extulit, cui dedit nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, vt ait diuus
Paulus, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur *Philip.2.*
cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Videant hoc ſuperbi, qui cùm ſint in aliqua dignitate conſtituti, ſuis ſubditis reſpondere, ſuarúmque rerum rationem reddere dedignantur.

Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit.) Nonnulli codices habent: Annus redemptionis meæ venit. Sed non multũ refert: Nam retributio pro redemptione accipitur. Appellatur tempus illud vltionis, quòd Chriſtus de dæmone, morte, & peccato pœnas ſumpſerit: redemptionis verò, quòd nos ſanguine ſuo redemerit. Vel vltionis, propter euerſionem Hieroſolymæ, infideliúmq; Iudæorũ vaſtitatẽ: redemptionis verò ſeu retributionis, propter beneficia in viros fideles à Deo collata. Sed animaduerte.

Loquens

Loqnẽs de infidelium vltione ponit diem, & de fidelium retributioue annum, vt ſuam diuinam clementiam & immenſam pietatem ſignificaret.

Circunſpexi, & non erat auxiliator. Ita in Pſal- *Pſal.61.* mo: Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur: & non fuit, & qui conſolaretur, & nun inueni. Omnes enim eo relicto fugerunt. Ideò dixit paulò antè: Torcular calcaui ſolus, & de Geutibus uon eſt vir mecum. Notanter dieit, Non eſt vir, vt nou excluderet virginem Mariam, quæ eum fuit vſque ad mortẽ comitata, gladio doloris trausfixa.

Et ſaluauit mihi brachium meum.) Subaudi eos. Quaſi dicat: Brachium meum eripuit homines à manu dæmonis, vt mihi ſeruirent, eóſque ſaluos fecit. Septuaginta habent: Et emit eos brachium meum. Quod idem ferè eſt. Id autẽ quod ſequitur: Et indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi, eſt ſuperioris repetitio. Capitur enim indignatio pro fortitudine, quemadmodum brachium paulò antè pro fortitudine accipiebatur.

Miſerationũ Domini recordabor.) Verba ſunt Prophetæ, ſuam erga Dominum gratitudinem oſtendentis. Sequitur: Et laudem Domino, ſubaudi, narrabo. Quaſi dicat: Nullum erit tempus, quo Dei in me beneficiorum memoria moriatur: imò omnis mihi erit ætas ad ea recollenda atque prædicanda. Sciebat propheta quàm deteſtabilis ſit ingratitudo, ob quam permiſit Deus, *Exod.14.* vt Aegyptij in mari Rubro obruerentur, & tantæ ingratitudinis perpetuam memoriam relin- *Exod.1.* querent. Cùm enim eſſent à Ioſeph mirabiliter conſeruati, eum obliti ſunt, eiúſque filios & cognatos incredibilibus afflictionibus & calamitatibus oppreſſerũt. Nutriuit Dauid filium ſuum Abſalom, eúmque extulit & amplificauit: at ille aduerſus patrem ſuum inſurrexit, eúmque de *2.Reg.15.* ciuitate fugauit. Sed ob hanc ingratitudinẽ fuit miſerè interfectus, & tribus haſtis tranfixus. *2.Reg.18.* Quod poteſt eſſe maius ſcelus, quàm eum, à quo acceperis beneficia, affligere, & in inuidiam vo- *ſimile.* care? Vt enim hedera per ſe ſtare nun poteſt, ſed arboris, eiúſque ramorum adiumento alta petit, & ipſam arborem adeò amplexu aſtringit, vt areſaciat, & abſumat, ſic multi, qui in obſcuritate iacebant, aliorum potentia & fauore mundi honoris gradum aſſecuti, eis, quorum præſidio *ſimile.* aſcenderunt, fuerunt perniciem machinati. Similes illis, qui imbrem & procellam declinantes, ad opacam arborem confugiunt, ſed tranſacto & finito nimbo arborem, quæ eos protexerat, ſecant, & infringunt. Quid poteſt eſſe in terra ingratitudine tetrius? quid odio maiori dignius? Quid iuri humanæ ſocietatis peſtilentius? Cùm autem tam execrandum facinus ſit hominis erga hominem ingratitudo, quid erit erga Deum illum optimum & maximum, qui nos creauit, qui noſtram humanitatem induit, qui noſtra impia facinora ſuo ſanguine luit? Nullum eſt tam affluens ingenium, nulla tam illuſtris orationis copia & facultas, quæ poſſit huius deteſtabilis vitij deformitatem & grauitatem explicare. Hoc intelligens diuinus noſter vates, has voces emiſit: Miſerationum Domini recordabor. Et ea, quæ ſequuntur.

Et dixit.) Subauditur Deus. Ea autem, quæ paulò poſt ſequuntur: Et factus eſt eis ſaluator, verba ſunt prophetæ.

In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus.) Id eſt, Cùm Hebræi ab Aegyptiis affligerentur, Deus liberauit eos. Qui amicos oppreſſos eripere nón poteſt, affligitur. Non autem dicitur affligi ille, qui poteſt eos eripere, & eripit, quando vult. Et quoniam Deus poterat Hebræos liberare, & re uera quando illi placuit, eripuit, ait Propheta eum non fuiſſe in illorum tribulatione tribulatum.

Et angelus faciei eius ſaluauit eos.) Alludit ad hiſtoriam, quæ eſt in Exodo literis mandata, de *Exod.12.* angelo, qui primogenitos Aegyptiorum occidebat, Hebræos autem ſeruabat. Vocatur autem angelus faciei eius, hoc eſt, angelus ſtans coram eo. Ait enim Chriſtus apud Matthæum: Dico *Matt.18.* enim vobis, quia angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt.

Eleuauit eos cunctis diebus ſeculi.) Hoc eſt, euexit Hebræos ad honorem, de quo nulla vnquã ætas conticeſcet. Vult propheta ſignificare tã inſigne fuiſſe beneficium illud Dei in Hebræos, quando eos ab Aegyptiis mirabiliter eripuit, vt nulla vnquã obliuione poſteritatis extinguatur.

Ipſi autem ad iracundiam prouocauerant.) Oſtenſa Dei bonitate & in Hebræos magnificentia, oſtendit eorum nefariam ingratitudinem.

Et afflixerũt Spiritum ſancti eius.) Id eſt, ſanctitatis eius. Vel vt alij codices habent, Spiritum *Ephe.4.* Sanctum eius. Quam ob rem ait Apoſtolus: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei. Fortaſſe per Spiritum ſancti eius intelligit ſpiritum Moyſi, qui fuit Sanctus Dei, de quo dicitur in Pſalmo: Vexatus eſt Moyſes propter eus, *Pſal.105.* quia exacerbauerunt Spititum eius. Eſt enim proprium optimorum præſulum affligi ſpiritu, cùm ſubditorum ſcelera intuentur. Vnde diuus Paulus, Quis, inquit, infirmatur, & ego *2. Cor.11.* non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Vt enim ſartago aliis præparat cibum, ipſa autem igni applicata inceuditur, & flammis *ſimile.* comburitur, ſic præſules pij & charitate præſtantes alios pabulo doctrinæ & exẽplo nutriũt, ipſi autem viſis aliorũ flagitiis dolore premuntur, & feruentis charitatis ardore inflammantur. Eam ob cauſam fortaſſe Deus apud Ezechielẽ *Ezech.4.* charitatem ferreæ ſartagini cõparauit. Ita enim ait: Et tu ſume tibi ſartaginẽ ferream, & pones eam in murum ferreum inter te & inter ciuitatem. Et hæc eſt cauſa, ob quam Chriſtus Apoſtolos ſuos ſalem vocauit. Vos, inquiens, eſtis ſal *Matt.5.* terræ. Perſpicuum eſt enim ſalem, vt ollam condiat, ſeipſum exinanire & attenuare. Quemadmodũ lucerna, quæ vt alios illuminet, ſe ipſam abſumit, & liquefacit. Ideò eos etiam Chriſtus *Matt.5.* cum luce comparauit, Vos, inquiens, eſtis lux mundi. Quæ autem ſit hæc lux, indicat alio in loco, cùm de Ioanne Baptiſta loquens, Ille, in- *Ioan.5.* quit, erat lucerna ardẽs & lucẽs. Prius eſt ardere charitate, quàm illuminare verbo & exẽplo.

Et recordatus eſt dierũ ſeculi Moyſi, & populi ſui.) Subauditur populus Iſraeliticus. Verba ſunt Eſaiæ dicentis ſuo tempore recordatum fuiſſe populum Iudaicum illius antiquæ fœlicitatis, quando Deus Moyſem cũ populo ſuo mirabilibus ſignis ab Aegyptiorũ ſeruitute liberauit.

Vbi

Exod.14.c Vbi eſt qui eduxit eos de mari cũ paſtoribus gregis ſui? Vbi eſt qui poſuit in medio eius Spiritum ſancti ſui? Qui eduxit ad dexteram Moyſem brachio maieſtatis ſuæ, qui ſcidit aquas ante eos, vt facerent ſibi nomen ſempiternũ. Qui eduxit eos per abyſſos, quaſi equum in deſerto non impingentem. Quaſi animal in campo deſcendens, Spiritus Domini ductor eius fuit. Sic adduxiſti populum
Leuit 26.d tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. At-
Baruch.2. tende de cœlo, & vide de habitaculo ſan-
D cto tuo, & ſolio gloriæ tuæ. Vbi eſt zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viſcerũ tuorum, & miſerationum tuarum? Super me continuerunt ſe. Tu enim pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos: tu Domine pater noſter, redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum. Quare errare nos feciſti Domine de viis tuis, induraſti cor noſtrum ne timeremus te? Cõuertere propter ſeruos tuos tribus hæreditatis tuæ. Quaſi nihilum poſſederunt populum ſanctum tuum, hoſtes noſtri cõculcauerunt ſanctificationem tuã. Facti ſumus quaſi in principio, cùm non dominareris noſtri, nec inuocaretur nomen tuum ſuper nos.

Vbi eſt qui eduxit eos de mari?) Nempe Rubro. Verba ſunt populi Iudæorum tempore Eſaiæ, quem populum ipſe propheta inducit loquentem, priſtinæ fœlicitatis ſuæ recordatum.

Cum paſtoribus gregis ſui.) Hoc dicit, quia multi ex Hebræis paſtores erant, vt conſtat ex capi-
Gen.46. te quadrageſimoſexto Geneſis, & ex aliis multis locis. Ego tamẽ exiſtimo hoc intelligi de Moyſe, & Aarone, & principibus tribuum, quos paſtores gregis appellat. Eodem modo de principi-
Ierem.3. bus intelligitur id, quod ait Deus per Ieremiã: Introducam vos in Sion, & dabo vobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Illis conſtituit Deus paſtores excellentes, qui non Babylonis, non mundi confuſionis cultores ſunt, ſed Sionis, hoc eſt, ſpeculæ, qui ſe Deo dedicarunt, totúmque altiſſimarũ contemplationi dediderunt. Lege diuinas literas, & inuenies paſſim reges & principes paſtores appellari. Nec ſolùm illæ, ſed etiam libri Gentiliũ hoc nomen illis tribuerunt. Homerus enim antiquiſſimus author, qui fuit pater bonorũ ingeniorum appellatus, reges paſtores appellat. Et vt paſtor non eſt ſuus, ſed ouium, ſic princeps totũ
ſimile. ſe debet curæ ſubditorum dedicare. Quam ob cauſam dicebat Plato ille, quem Panætius Homerum philoſophorum vocauit, neminem debere minorem partem habere in principe, quàm ipſum principem, qui debet totum populi pondus ſuſtinere. Et ob eam cauſam Græce appellatur βασιλεὺς, quaſi populum ſuſtentans. Quantò enim quis altius præponitur, tanto humilius pondere laborum grauatur. Ideo diuus Gregorius præſules baſibus domus Salomonis cõpa-
rauit. Vt enim tectum alios tegit, ipſum autem *3.Reg.7.*
imbres omnes in ſe recipit, ſic princeps vt alios *ſimile.*
protegat, & recte gubernet, & tueatur, debet labores omnes tolerare; & veluti firmiſſima baſis & validiſſimũ fundamentũ totum populi ædificium ſuſtinere. Et quoniam nullum eſt munus laborioſius officio paſtorum, ideò optimo iure reges, principes, & præſules, paſtores appellantur. Sed vtinam ipſi hoc cognoſcerent, & mentis oculis intuerentur.

Vbi eſt qui poſuit in medio eius Spiritũ ſancti ſui.) Hoc eſt, in medio Moyſi. Vel in medio eius, nempe populi Iudaici. Cũ hac poſteriori expoſitione cõuenit interpretatio Septuaginta ita habentium: Vbi eſt, qui poſuit in eis Spiritũ ſanctũ?

Qui eduxit ad dexteram Moyſem brachio maieſtatis ſuæ.) Hoc eſt, qui in mari Rubro eduxit Moyſem per virgam, quam dextera tenebat. Præpoſitio, ad poteſt verti per præpoſitionem, per. Vel ſic, & melius meo iudicio: Qui Deus Moyſem ab Aegypto honotificè eduxit. ſolent principes eos, quos vnicè diligunt, & ad ſummum honorem ampliſſimámque dignitatem euehere deſiderant, ad dexteram habere.

Spiritus Domini ductor eius fuit.) Poteris per Spiritum Domini Spiritum ſanctum intelligere, vel Angelum. Angeli enim Spiritus ſunt, iuxta
illud Pſalmi: Qui facit Angelos ſuos Spiritus, & *Pſal.103.*
miniſtros ſuos ignem vrentem. Et quoniam An-
geli ſunt Dei miniſtri, ideò Spiritus Domini ap- *Hebr.1.*
pellantur. Ita ait Paulus Apoſtolus de Angelis loquens: Nónne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæ-
reditatem capiunt ſalutis? Id etiam quod eſt à di- *Act.8.*
uo Luca in Actis Apoſtolorum ſcriptum: Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunuchus, poteſt rectè de Dei Angelo explanari: Angelus etiam apprehendit Habacuc
prophetam, eúmq; capillo capitis portauit, do- *Dan.14.*
nec eum in lacu, in quem pius Daniel fuerat iniuſtè coniectus, collocauit.

Attende de cœlo.) Precatio eſt ad Deum populi fidelis Hebræorum.

Vbi eſt zelus tuus.) Hoc eſt, amor, quo nos anteà
proſequebaris. Ita in Pſalmo: Vbi ſunt miſeri- *Pſal.88.*
cordiæ tuæ antiquæ Domine?

Et Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos.) Id eſt, nec Abraham neque Iacob nos ex Aegypto eripuerunt: multò enim anteà migrauerant e vita. Tu Domine ſolus tanquam optimus pater nos nutriuiſti, extuliſti, & in promiſſa terra mirabiliter collocaſti. Quare igitur nos derelinquis?

Quare errare nos feciſti Domine de viis tuis induraſti cor noſtrum, ne timeremus te?) Hoc eſt, cur Domine permiſiſti, vt viam veritatis derelinqueremus, eſſemúſque ita duro & obſtinato animo, vt nullo timore tui teneremur? Cur ita nos indurari permiſiſti? Hic eſt vnus, ex locis ex quibus hæretici noſtri temporis probare contendunt nullum eſſe in homine liberum arbitrium. Aiunt enim hîc peccatores ſuorum flagitiorum cauſam Deo tribuere, eúmque illorum authorem facere. Quod eſt planè falſum & impium: Deus enim nec fecit peccatum, nec eius author vnquam

vnquam fuit. Sed dicitur Deus indurare cor ali-
quorum, quando ob eorum ſcelera illis gratiam
non tribuit, quia neque illi eam volunt, nec pe-
tunt, nec ad eam ſe parare & diſponere ſtudent.
Et ita hoc in loco, Induraſti cor noſtrum, idem
eſt quod indurari permiſiſti. Hæc eſt phraſis ſcri
pturæ iuxta communem catholicorum doctorũ
explanationem. Impius Manichæus ſecutus
ſtupidum Empedoclem negauit quondam arbi-
trij libertatem, qua in re fuit damnatus, & ab
omnibus viris doctis non ſolùm Theologis, ſed
etiam Philoſophis irriſus. Et cùm hæc hæreſis
fuiſſet ab omni hominũ memoria penitus euul-
ſa, fuit noſtris hac in re infœlicibus temporibus
à Luthero renouata & aſſerta. Ait enim omnia de
neceſſitate abſoluta euenire. Et quoniam duo-
bus in locis hanc impietatem refutaui, ſtudebo
hoc loco breuitati, ea ſolum ſcribens; quæ aliis
Gen. 4. prætermiſi. Geneſeos capite quarto in hunc mo
dum Deus inuidũ Cain fuit alloquutus? Nónne
ſi bene egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim
in foribus peccatum tuum aderit? Sed ſub te
erit appetitus eius, & tu dominaberis illius,
Quę verba Thargum Hieroſolymitanum ita ver
tit: Nónne ſi emendaueris opera tua in hoc ſe-
culo, condonabitur & remittetur tibi in ſeculo
futuro? Quòd ſi non emendaueris opera tua in
ſeculo hoc, ad diem iudicij magni peccatum
tuum reſeruabitur, & ad oſtium cordis quieſ-
cit: veruntamen in manum tuam tradidi poteſta
tem concupiſcentiæ malæ, & tu dominare ei ſi-
ue ad bonũ, ſiue ad malum. Hæc Thargum. Aſpi
cis apertiſſimè Lutheri impietatẽ. Creator facit
noſtrũ arbitrium liberum, ille autẽ in creatoris
ignominiam illud ſeruũ efficere conatur. In ora-
Ioſu. vlt. tione, quã iuſtus Ioſue habuit apud Hebræos vl
timo capiti mandata, hæc ad literam ſunt verba:
Nunc ergo timete Dominum, & ſeruite ei perfe
cto corde atque veriſſimo, & auferte Deos, qui-
bus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia &
in Aegypto, ac ſeruite Domino. Sin autem malũ
vobis videtur, vt Domino ſeruiatis, optio vobis
datur. Eligite hodiè quod placet, cui ſeruire
potiſſimum debeatis, &c. Vide quàm perſpicuè
ſcriptura noſtram optionem, arbitriíque liberta
Eccle. 31. tem oſtendat. In Eccleſiaſtico ita ait ſcriptura:
Sap. 16. Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus: &
Pſal. 118. facere mala, & non fecit. Et in libro Sa
1. Cor. 7. pientiæ: Ad quod quiſque volebat, conuerteba-
tur. Et in Pſalmo: Anima mea in manibus meis
ſemper. In prima epiſtola ad Corinthios, Qui ſta
tuit, inquit Apoſtolus, in corde ſuo, non habens
neceſſitatem, poteſtatem habens ſuæ volun-
tatis. Quid plura? Chriſtus Deus noſter ita apud
Mar. 14. Marcũ diſcipulos alloquitur: Semper enim pau-
peres habebitis vobiſcum, & cùm volueritis po-
teſtis illis benefacere. Chriſtus aſſerit in noſtra
poteſtate eſſe pauperibus benefacere, Luthe-
rus negat, cui credemus? Si omnia exiſtimabas
Luthere fato ineuitabili euenire, quorſum tot li-
bros ſcribebas, tot ad populum conciones habe
bas, tot conciliato ties inculcabas? Quis nõ videt
eſſe omnia hęc ſuperuacanea, ſi nihil eſt in noſtra
poteſtate, ſed omnia ſunt neceſſariò ventura?
Tu tibiipſi repugnas. Poſſem aduerſus te ci-
tare Gregorium Niſſenum in libro illo, vbi infal
libilem neceſſitatem refutat, arbitriíque liber
tatem & actiuitatem clariſſimè demonſtrat,
ſanctum martyrem Cyprianum, libro primo e-
piſtola tertia, Beatum Ambroſium libro primo
de Gẽtium vocatione, glorioſum Hieronymum,
diuum Auguſtinum, innumerabiléſque alios ex-
cellentes authores, ſed cùm eos non admittas,
ſatis eſſe exiſtimo te vtriuſque teſtamenti teſti-
moniis conuincere, quæ nec fingo, nec depra-
uo, ſed vt iacent, in medium profero. Eſt quidẽ
Deus prima cauſa, omnes tam naturales quàm
voluntarias cauſas abſq; dubio mouens, quod
non ſolùm fateor, ſed etiam profiteor, & à Deo
eſſe omne bonum iuxta id quod ait diuus Iaco- Iaco. 1.
bus Apoſtolus: Omne datum optimum, & do- 1. Cor. 4.
num perfectum de ſurſum eſt deſcendens à pa-
tre luminum. Et iuxta id quod ait diuus Paulus:
Quid habes quod non accepiſti? Si autem acce
piſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Sed nõ
ob id tollitur liberum arbitrium, quod bonas
Dei inſpirationes acceptat, & cõcurrit actiuè ad
merita, atque gratiæ cooperatur. Ait enim Deus Apoc. 3.
in Apocalypſi diui Ioannis Apoſtoli: Ecce ſto ad
oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, &
aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœ-
nabo cum eo, & ipſe mecum. Vides quemad-
modum Deus cor noſtrum pulſet, ſed non neceſ
ſariò cogat, eſſéque electiones ipſas in nobis
ſuppoſito tamen diuino auxilio: Dei eſt nos gra-
tia præueniente trahere, ſed huic tractioni acqui
eſcere, vel non acquieſcere eſt in arbitrij noſtri
poteſtate conſtitutum. Non igitur Deus corda
noſtra ipſe per ſe indurat arbitriũ à nobis abſtra-
hendo, vt tu exiſtimas, & ex hoc Eſaiæ loco pro
bare contendis: imò nos ipſi nos induramus: alio
quin non diceret Deus: Hodie ſi vocem eius au- Pſal. 94.
dieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in
irritatione ſecundum diem tentationis in de-
ſerto.

Conuertere propter ſeruos tuos.) Fatemur, inqui-
unt, nos eſſe ſceleribus coinquinatos, nihílque
boni mereri. At propter Abrahamum, Iſaac, &
Iacob, cæteróſque viros ſeruos tuos fide, obediẽ
tia, & charitate præſtantes converte ad nos faciẽ
tuam, illóſque tuæ miſericordiæ oculos ne velis
à nobis amplius auertere. Hîc aſpicis quanti æſti
mandi ſunt viri iuſti, ſiquidem propter eos Deus 3. Reg. 2.
multa mala à peccatoribus auertit. Salomoni ob
nimium mulierum amorem deprauato dixit
Deus: Scindam regnum tuum, & dabo illud
ſeruo tuo: veruntamen in diebus tuis non fa-
ciam propter Dauid patrem tuum. Et apud Eſa Infr. 65.
iam, Sic faciam, inquit, propter ſeruos meos, vt
non diſperdam totum. Hoc voluit ſcriptura in li
bro Geneſeos ſignificare, cùm ait abegiſſe Abra Gen. 15.
hamum volucres ſuper immolata cadauera de- figura
ſcendentes. Laceraſſent & deuoraſſent volu-
cres animalia illa mortua, niſi eas ſanctus ille pa
ter longè ſeparaſſet. Quid per volucres in ca-
dauera irruentes eáque dilaniare & vorare deſi
derantes intelligitur, niſi tyrannorum, potẽtiũ
populorum, cæterorúmque hominũ immaniũ,
impius conatus & ſtudium irruendi in filios
Iſraelis, eóſque ad vaſtitatem vocandi? Quid
autem

autem per Abrahamum volucres ab immolaris animalibus arcentem,niſi ſanctorum patrũ merita & ſuffragia?Oſteudir diuina biſtoria Aegyptios,Amnrrhęos,Babylonios,cęrerósque infideles fuiſſe Iſraelem penitus enerſuros & conſumptutos , niſi Abrahami aliorúmque ſanctorum vırornm merita piæq; precationes intereeſſiſſent.

Quaſi nibiluın poſſederunt populum ſanctum tunm.) Sẽſus eſt:Babylonij poſſederunt Domine Hebræorum populum,quaſi nihil poſſiderẽt:populum ruum penitus eontempſerunt,& acſi viliſſimus eſſet:pro nihilo putarunt.

Conculcanerunt ſanctificationem tnam.) Hoe eſt, templum Salomonis,vbi tuum nomen ſanctifieabatur,euetrerunt , & pedibus eonculcarunt: nóſq; in Babylonicam captiuirarem coniecetũt, vbi fuimus templo ſacrificiiſque deſtıtuti,quemadmodum in principio prıuſquam re coleremus.

ANNOTATIONES.
ex Hebræo in
CAP. LXIII.

Quis eſt iſte,qui venit de Edom?) Pro de Edom eſt in Hebræo מאדום me Edhon:quæ dictio חמרין hoe eſt,tubedınem ſonat.Ideò poteſt hoc in loco pro Iudæorum ſynagoga accipi,quæ non ſolùm propberarum,ſed enam Cbriſti ſanguine ſe polluit,& rubicundam atque ſanguinolentam reddidit.

Gradiens in multitudine fortitudinis ſua.) Pro gradiens eſt in Hebraico צעה tſoæh,à verbo צעה tſaah,quod ſignificat gradi,migrare , & dıſcurrere. Vnde R. D. in libro radıcum , ıta hunc locum interpretatut : Demigrare faciens in multitudine fotritudinis ſuæ Iſraelem ex omnıbus locis capriuitatis ſuæ.Quæ de Deo abſq; dubio intelliguntur.

Et detraxit in terram virtutem eorum.) Pro virtute eorum in Hebræo eſt, נצחם nitſıbam. Nomen eſt , נצח natſach,quod ſiguificar forritudinẽ,ſanguinem,& perpetuitatem,quòd in ſanguine ſit hominis fottırudo,& quoniã id , quod fortitudine valet,promirtat perpetuitatem.Significar etiam finem,victoriam , & vıctorem. Vnde *Thren.3.* id,quod eſt in Ieremię Thtenıs:Perüt finis meus, poteſt rectè verti:Petiit victoria mea.Hæc dictio præfigitur ſæpe Pſalmis in hunc modum,Lamnatſeach,pro qua Sepruaginra habent ὲις τὸ τέλος,hoe eſt , in finem:quos ſecutus eſt Latinus interpres. Diuus Hıeronymus ın ſua vetſione ex Hebræo transfert:Victori Fœlix,Vincenti,vel effundenti ſanguinem , vel danti æternitatem. Quæ omnia Chriſti Deo noſtro verè conueniunt : ille enim eſt finis legis.iuxra id quod ait *Rom.10.* Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Romanos.Finis legis Chriſtus,Diuus Ioannes in Apocalypſi *Apocal.1.* Deum in hunc modum inducit loquenrem:Ego ſum alpha & o mega principıum & finis. Quid mulris?Chriſtus eſt finis ille , ad quem debemus omnia noſtra opera dirigere & referre , & ſignũ ad quod omnes noſtrarum cogirationum ſagittę debent tẽdere & ordinari,iuxta ıd quod ipſe ait in Canticis:Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuũ. *Cant.8.* Ipſe eſt victor,qui apud Ioannem,Ego , inquit, *Ioan.16.* vıci mundum:de quo ıdem Ioannes in Apocalypſi, *Apoc.5.* Vıcıt,inquit,leo de ttibu Iuda.Ipſe eſt , qui *Mat.26.* pro nobis ſanguinẽ fudıt ıuxta id,quod ipſe Apo *Apoc.5.* ſtolis ın cœna dixerat:Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti,qui pro multıs effunderur in remiſſionem peccarorum. Vnde Ioannes in Apocalypſi: Quoniã,inquit,occıſus es,& redemiſtı nos Deo in ſanguine tuo.Hic ſanguis pro nobis fuſus fuerar in lege ın agni ſanguıne aliotúmque animalium figuratus:nam vr verbıs vtar Pauli Apoſtoli,omnıa penè ın ſanguıne ſecundum legem mũ *Heb.9.* dantur,& ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.Chriſtus eſt , quı nobis æternitatem tribuit, iuxta id quod ipſe aıt:Amen amẽ dico vobis,qui *Ioan.6.* credir in me,habet vitam æternã. Quod de fide *Ioan.8.* charitate formara ınrelligirur.Er alibi:Si quis ſermonem meum ſetuauerit,non guſtabıt mortem in æternũ.Cõſidera altáq; menre inruere quemadmodum omnıa hæc Chriſto accommodẽtur, & quam ſublimıa myſteria hac dictione comprehendantur Ideò hunc Eſaiæ locũ ita poteris vertere: Et detraxıt ın terram ſanguinem eotũ , vel fortitndinem vel victoriam eorum.

In omnı tribulatione eorum non eſt tribulatus) In Hebræo eſt ın hunc modum בכל-צרתם לא צר bechal rſaratham lo tſar.Hęc particula לא ſignificat non , ſed ſi ıta ſcrıbatur, לו ,eſt datiuus huius pronominis הוא , bucest,ille.Sed aliquãdo ponitur vna particula pro alreta.Ex quo effectum eſt , vt interpretum varietas hunc locum ancipitem redderet.Pagnınus vertit:In omni anguſtıa corũ ei fuit anguſtıa.Alij vertunt:In omnı trıbularione eorũ ipſe eſt rribularus.Quod idẽ eſt,licet diuerſis verbis. Nec eſt malus hic ſenſus.Nam hoc dicitur de Chriſto,quı,vt verbis vtar noſtri Eſaiæ, *Sup.53.* verè lãguores noſtros tulit , & dolores noſtros ipſe portauıt.Et nos reputauimus eũ quaſi leproſum & percuſſũ à Deo:aut,vr eſt in Hebraıco, Percuſſu Deũ. Vel dıcir propheta Deũ ſuorum afflictione eſſe afflıctũ , vt ejus erga ſuos ſummã chariratem oſtendat.Ita R.D.hunc locum explanauit.Quomodo autẽ intelligatur noſtra cõmunıs verſio ın explanatione,oſtẽdimus.Diuus Hieronymus in commentariis neutram barum verſionum reprobat:imò aliam tertiã ponit. Ait enim poſſe ıta verti:In omni tribularione eorum nequaquam rribulauit eos.Quoniam cùm affligerentur,ipſe eos afflictione leuabat.Septuaginta habent:Non legatus,nec angelus,ſed ipſe ſaluauit eos.Acſi dicerent : Cùm genus humanum turbulentis negotiis implicatum,tetríſque flagitiis coopertum in tenebris & errorıbus inrolerabilibus verſarerur , venir in mundum ſummus ille Deus ſempiterni patris vnigenitus filius, vt ſcelera noſtra ſuo ſanguine lueret , omnem caliginem dıſpellerer,virrutum ſplẽdore & ornamẽtis nos decorater,& ſuis humeris aſportatos cœleſtis claritatis gloria redundanres,ad æternas ſedes immortalıs gaudij pleniſſimas tãdem perduceret.Noluit ſummus ille Dens ad negotium redemprionis humanæ mittere legatum,nec angelum,nec curam tam admirabilis reparationis alicui demandare.Sed ipſe voluit venire,& negotium getere,atque nobis ſuo ſanguine cœleſtis

claritatis

claritatis ianuam aperire. Hoc volentes Septuaginta ſignificare tranſtulerunt: Non legatus, nec angelus, ſed ipſe ſaluauit eos. Verbum hoc, צר, quod hîc ponitur ſignificat affligere, & corroborare, & iuxta Septuaginta ſignificat etiã ſaluos facere. *ſimilis* Nec mirum eſt vnum & idem verbum ſignificare affligere, & corrobare: Nã vt palma aduerſus pondus cõſurgit, & robuſtior efficitur, ſic vir iuſtus afflictionibus & calamitatibus roboratur. *ſimile.* Et quemadmodum arbores ad ſeptentrionalem partem ſatas frigidis ventis aſſuetas, dicunt eſſe validiores, ſic qui variis ærumnis concuti & agitari conſueuerunt, obdureſcunt ipſis afflictionibus, & fortiores efficiunt. Vnde poteſt verti: In omni tribolatione eorum roborauit eũ, ſubaudi Iſraeliticum populum. Et quanuis omnes hæ interpretationes huic loco conueniant, ea tamen, quam Septuaginta reddiderunt, mihi mirabilior cæteris videtur, quę humanam redemptionem per Chriſti aduentum diuinitus aperit. Opus enim erat vt nec per angelum nec per alium legatum eam perageret, ſed ipſe veniret. Vnde
Cant.1. dicebat in Canticis ſponſa: Oſculetur me oſculo oris ſui, nequaquam per alios ſed ipſe in mea carne appareat, & verbum caro fiat, vt ſit Emanuel, hoc eſt, nobiſcum Deus.

Qui eduxit ad dexteram Moyſem brachio maieſtatis ſuæ.) Septuaginta habent: Qui eduxit dextera Moyſem brachium gloriæ ſuæ. Pagninus vertit: Qui ambulare fecit ad dexterã Moſeh brachiũ gloriæ ſuæ. Quod idem ferè eſt. Vbi vides Moyſem fuiſſe brachium, quo Deus miracula efficiebat. Nullus ſanctorum ſuo nomine & virtute miracula efficit, ſed ſunt veluti brachia, quibus Deus operatur. Solus Chriſtus ſuo nomine & virtute ægritudines inſanabiles curabat, mortuos ad vitã reuocabat, & dæmones expellebat, & alia faciebat miracula euidentia, ſuámque diuinitatem ſignificantia. Vt Protogenes ex ſola vna linea cognouit Apellem, vt humani hiſtoriographi memoriæ prodiderunt, quoniam intellexit neminem eſſe qui tam rectam, ſubtilem & admirabilem lineam deſcriberet, præter vnũ Apellem: ſic ex vno Chriſti miraculo poteris diuinam eius potentiam intelligere. Alij miracula efficiebant, ſed non ita illuſtria, nec ſua potentia, quemadmodum ea, quæ Chriſtus faciebat. Dicebat enim Phariſæis de ſeipſo, quod paraly-
Mat.9. tico peccata dimitteret malè cogitantibus. Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico, Surge tolle lectũ tuum, & vade in domum tuam. Quod ita ſtatim fuit mirabiliter effectum. Quis non credet hoc miraculum eſſe Dei, qui virtute ſua, & in teſtimonium ſui numinis illud
Luc.6. effecit? Vnde ait diuus Lucas: Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Virtus qua viri ſancti miracula efficiunt, non exit ex illis, vt ſua propria, ſed ex Deo. At Chriſti virtus ex illo quidem exibat, quoniã ipſe verus eſt Deus, ſancti verò eius brachia, vt hîc de Moyſe teſtatur Eſaias.

Argumentum capitis LXIIII.

Iudaeos, quos diuinus vates prauidebat eſſe in Babylonicam captiuitatem ob eorum impia ſcelera conijciendos, inducit loquentes, & tanquam iam in illo miſero ſtatu conſtitutos, ſuam liberationem à Deo expectantes. Oſtendunt magna eſſe & explicatu difficilima ea bona, quæ Deus ſuis dilectis in ſplendiſſimis illis ac æternis ſedibus præparauit. Fatentur ſua flagitia, & fugiunt ad portum diuinæ miſericordiæ.

CAPVT LXIIII.

VTinam dirumperes cœlos, & deſcenderes, à facie tua montes defluerent, ſicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur. Cùm feceris mirabilia, non ſuſtinebimus, deſcendiſti, & à facie tua montes defluxerunt. A ſeculo nõ audierunt, neque A
auribus perceperunt: oculus non vidit, *1.Cor.2.b*
Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam, in viis tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es, & peccauimus, in ipſis fuimus ſemper, & ſaluabimur. Et facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pãnus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Et cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt qui inuocet nomen tuũ, qui B
conſurgat & teneat te. C

EXPLANATIO.

Vtinam dirumperes cœlos.) Omnia hæc verba in textu Hebraico ſunt capitis ſuperioris. Et incipitur hoc caput ab illis verbis, Sicut exuſtio ignis. Sed Latini codices, quotquot vidi, incipiunt caput à particula, Vtinam: ideò nos etiam ab ea incipiemus. Sunt verba Hebræorum, qui in Babylonica captiuitate detinebantur: facit propheta eos Deum vehementibus deſideriis deprecãtes, vt veniat ad liberandum eos, & acerbiſſimis ærumnis, in quibus verſabantur, eripiendum. Sed ego exiſtimo diuinum noſtrum vatem, cùm hæc mandaret monimentis, ad Chriſti in mundum aduentum mentis oculos leuaſſe. Ideò facit fideles ſuſpirantes, & humanam redemptionem per Chriſtum inflammatis verbis ex imo pectore eductis petentes. Vt autem ardens eorum deſiderium oſtenderet propheta non inquit: Vtinã iam venires, ſed, vtinam dirumperes cœlos, & deſcenderes. Quaſi dicerent: Vtinam tam citò venires, tam feruenti voluntate, & tam inflammato impetu, vt non quęreres oſtium, ſed ſubitò cœlos rumperes, & deſcenderes. Non quòd neceſſe eſſet Deũ cœlos infringere, vt veniret, ſed loquitur propheta more humano, vt feruorem deſiderij, quo antiqui patres aduentus Chriſti tenebãtur, demõſtraret. Eodem modo Dauid, Do- *Pſal.143.*
mine, inquit, inclina cœlos tuos, & deſcende.

Vide ingens illuſtriſſimi prophetæ deſiderium,
Ne Deus in aperiendis cœli foribus moram face
ret, petit propheta, vt cœlum inclinet & de
2.Reg.23. ſcendat. Quid aliud voluit hic clariſſimus rex ſi-
gnificare, quando incredibili aquæ Bethlehem
deſiderio flagrans dicebat: O ſi quis mihi daret
potum aquæ de ciſterna quæ eſt in Bethlehem,
niſi Chriſtum in carne videre? Ita hunc locũ Eu
cherius interpretatur author antiquus & doctus.
figura. Naſciturum in Bethlehem ſitiebat. Hic eſt illa
cœleſtis aqua de cælo in terram miſſa ad tetras
noſtrorum ſcelerum maculas abluendas, quæ di
Mic.5. uina aqua nata eſt in Bethlehem, iuxta Michææ
Ezech.36. vaticinium. De qua ait apud Ezechielem cœle-
ſtis pater: effundam ſuper vos aquam mundam,
& mundabimini ab omnibus inquinamentis ve
ſtris. Et vt ſignificaret Dauid non terrenam illã
aquam Bethlehem, ſed eam cœleſtem quam
per illam intelligebat, deſiderare, cùm tres viri
ad eum aquam de ciſterna Bethlehem afferrent,
2.Reg.23. noluit eam habere, vt in libro ſecundo Regum
diuinæ literæ teſtantur, non enim voluit aquam
periculo comparatam bibere, quoniam ſitiebat
fontem æternum, quem ſciebat mundum à peri
Sup.45. culis ereptorum. Hoc deſiderio flagrabant fide-
les, & antiqui patres, quos capite quadrageſimo
quinto noſter vates in hunc modum induxit lo-
quentes: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant
iuſtum, aperiatur terra, & germinet ſaluatorem.
Vbi poteris ea videre, quæ hac de re ibi annota
uimus.

A facie tua montes deſluerent: ſicut exuſtio ignis tà beſcerent.) Videtur alludere ad deſcenſionem Dei
Exod.19. in montem Sinai. Ait enim ſcriptura cœpiſſe mi
care fulgura, & nubem denſiſſimam operire mõ
tem, qui fumabat, quòd deſcendiſſet Deus ſu-
per eum in igne. Eſt igitur ſenſus: Vtinã Domi-
ne venires ad liberandum nos, quemadmodum
veniſti in montem Sinai. Vtinam venires ad dan
dum euangeliũ, quemadmodum veniſti ad dan-
dam legem. At ſi hoc volueris altè ſpectare, vide
bis hos montes, qui ob Chriſti aduentum fluxe-
runt, fuerúntque inſtar ceræ liquefacti, fuiſſe mũ
di reges & principes, qui cùm eſſent nimia ſuper
bia elati, ſe eccleſiæ ſubiecerunt, & recepta fide
ſupplices ad Chriſtum acceſſerunt, & vanos ac
falſos Deos repudiarunt. Hi ſicut exuſtio ignis
tabeſcebant, de quo igne dicitur in Pſalmo: Ignis
Pſal.96. ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu
inimicos eius. Significat hic ignis amorem, quo
Deus eos, qui anteà erant eius inimici, incẽdit, &
ſtudio æternitatis inflammauit.

Cùm feceris mirabilia, non ſuſtinebimus.) Veni
Domine nunc, nam poſteà cùm veneris, & fece-
ris miracula, non ea feremus. Tanta erit tunc Iu
dæorum malitia & impietas, vt tua ſigna & mira
cula damnent.

A ſeculo non audierant.) Dixerat: Deſcẽdiſti, &
à facie tua montes defluxerunt. Acſi diceret: Ve
niſti in mũdum, & multi ex principibus euanue
runt, te ipſum non cognoſcẽtes. Nũc confirmat
hoc dicens: Nam nunquam audierunt, nec
viderunt ea, quæ tu Deus in futurum ſanctis tuis
præparaſti. Eſſe hunc huius loci ſenſum explicat
1.Cor.2. diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios,
vbi citans hunc locum ita ait: Loquimur Dei
ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt,
quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam
noſtram, quam nemo principũ huius ſeculi co-
gnouit: ſi enim cognouiſſent, nũquã Dominũ glo
riæ crucifixiſſent. Sicut ſcriptũ eſt: Quod oculus nõ
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
aſcendit, quæ præparauit Deus iis qui dili-
gũt illum. Nobis autem reuelauit Deus per ſpi
ritum ſuum. Vbi vides diuum Paulum dicere
mundi principes euanuiſſe, & Chriſtum non co
gnouiſſe, quia abſque diuino auxilio nemo co-
gnoſcit ipſum Deum: nec ea, quæ ſuis dilectis
præparauit. Poteſt eſſe ſenſus Apoſtoli: Principes
mundi non cognouerunt Chriſtum. At nos non
ſolùm eũ cognoſcimus, ſed ea, quæ ille præpara-
uit diligẽtibus ſe, quæ ſine ipſo Deo nemo poteſt
cognoſcere: Sunt enim admirabilia, & humanũ
intellectum tranſcendentia. Vnde hic poteſt eſſe
huius loci Eſaiæ ſenſus: Si tu Deus tot ac tanta
beneficia in tuos dilectos confers in hac vita,
quid erit in altera? Tanta enim ibi eſt gloria,
tam excellens gaudium, vt nec auris illud perci-
pi t, nec oculus videat, nec animus poſſit illud
cogitatione complecti, abſque te Deus. Hoc eſt,
niſi tu illud demonſtraueris.

Occurriſti lætanti.) Subaudi in te. Licet nobis
lætari & gaudere, ſed in Domino. Ideò canebat *Pſal.31.*
Dauid: Lætamini in Domino, & exultate iuſti,
& gloriamini omnes recti corde. Et diuus Pau- *Phili.4.*
lus: Gaudete, inquit, in Domino ſemper, iterum
dico gaudete. Eſt igitur ſenſus Eſaiæ: Tu Domi-
ne liberaſti & ſeruaſti eũ, qui in te lætabatur, & o-
pera bona iuſta & ſãcta faciebat, & illis fauiſti, qui
à tuis viis non declinantes, te memoria tenebãt.
Sed boni, quos tu eripiebas, & quorum preci-
bus alios ſeruabas, migrarunt ex hac vita, & mã-
ſimus nos peccatores, quibus tu Domine meri-
tò iraſceris, quia peccauimus, & in peccatis per-
manſimus: ſed ſolebamus liberari per viros iu-
ſtos, qui iam è vita deceſſerunt. At mortuis illis,
manemus nos peccatis imbuti. Vbi noſtra verſio
habet. Tu iratus es, & peccauimus, habet Pagni-
nus: Ecce iratus es, poſtquam peccauimus. Et id,
quod nos habemus: In ipſis fuimus ſemper, &
ſaluabimur, vertit ipſe: Propter ipſos iuſtos in ſe
culum ſalui fuimus. Quæ omnia noſtram illuci-
dant expoſitionem.

Et facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pan nus menſtruata vniuerſa iuſtitia noſtra.) Senſus eſt:
Mortui ſunt viri iuſti, & charitate præſtantes, &
manſimus nos, qui facti ſumus vt coinquinati, &
omnes noſtræ iuſtitiæ ſunt ſimiles pãno infecto
ſanguine mulieris menſtruũ patiẽtis. Hæc verba
ſunt Iudæorum iniuſtorum in Babylonica capti
uitate commorantium. Hos enim facit Eſaias
loquentes, & miſeriam ſuam ſignificantes. Lege
totum caput, & videbis hæc verba non perti-
nere ad omnes homines, ſed ſolùm ea dicebant
captiui Iudæi de ſeipſis, vt ex præcedentibus &
conſequentibus patet. Nam paulò anteà dicebãt
fuiſſe inter Hebræos viros iuſtos, quibus Deus
in votis & periculis occurrebat, ſed eos de-
ceſſiſſe, & eſſe ab iniquis ſeparatos: ſe autem eſſe
iniuſtos, & ideò in duram captiuitatem conie-
ctos. Vnde paulò pòſt has voces emittunt: Ciui-
tas ſancti tui facta eſt deſerta, Siõ deſerta facta
eſt,

eſt, Ieruſalem deſolata eſt. Domus ſanctificationis noſtræ & gloriæ noſtræ, vbi laudauerunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtioné ignis. Vbi vides eos, qui hæc dicebant, captiuos eſſe in Babylone, & Hieroſolymæ ruiná per Babylonios, atque templi euerſionem & incendium deplorare. Et quoniam illi erant ſceleribus implicati, & vitiis contaminati & imbuti, & ſi quando aliqua faciebant mortaliter bona, ea malo fine deprauabant, ideò dicunt: Et facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Eſt igitur veriſſimum, noſtrum prophetam inducere hoc in loco loquétes eos Iudæos, qui in captiuitate Babylonica erat detéti, & in prauitatibus verſati, & hoc ad flagitioſos illos ſolùm pertinere, & non ad omnes homines in vniuerſali. Et ſi aliquis erat iuſtus eo tépore, ad quod hæc referuntur, in Babylonica captiuitate, de eo non loquitur Eſaias, ſed de illis qui in vtraque captiuitate & corporis & animę detinebátur, qui etſi anteà in aliquas virtutum actiones incubuiſſent, & in gratia ſtetiſſent, ceciderunt tamé, & grauia atque impia facinora admiſerunt. Quaptopter Deus illis iratus eos permiſit á Babylonius capi, & acerbis iniuriis afflictionibúſque vexati. Hoc indicant illa verba: Tu iratus es, & peccauimus. Quę poſſunt verti de Hebraico: Tu iratus es, poſtquam peccauimus. Et ita vertit Paguinus. Vnde antea quàm Deus illis iratus eſſet, non erant talibus ſceleribus contaminati. Nam paulò pòſt dicunt: Cecidimus quaſi foliú vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtolerunt nos: non eſt qui inuocet nomen tuum. Qui dicunt ſe cecidiſſe, fatétur ſe ſtetiſſe aliquando. Puſſunt enim viri iuſti gratiam amittere, & ab illo dignitatis gradu præci-
1.Cor.10. pitari. Vnde ait apoſtolus: Qui ſtat, videat ne cadat. Intelligi autem hoc de illis, & non de omnibus apertè oſtendit id, quod ſequitur: Non eſt, qui inuocet nomen tuum. Nam multi ſunt, qui nomen Domini inuocant: & literæ diuinæ conteſtantur multos nomen Domini inuocaſ-
Gen. 4. ſe. De Enos ſcriptum eſt in quarto capite Geneſis. Iſte cœpit inuocare nomé Domini: Et de A-
Gen. 13. brabamo: Reuerſus eſt per iter qoo venerat à meridie in Bethel, vſque ad locum, vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai, in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Do-
Pſal. 114. mini. Et Dauid in Pſalmo centeſimoquartodecimo, Et nomen, inquit, Domini inuocaui Et Pſal-
Pſal. 115 mo ſequenti: Calicem, ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Et Ieremias, Tu autem,
Ierem. 14. inquit, in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatú eſt ſuper nos. Si igitur multi nomé domini inuocarunt & inuocant, quî fieri poteſt, vt hæc verba, Non eſt qui inuocet nomen tuum, de omnibus hominibus vniuerſaliter intelligantur? Conſtat igitur eos in errore intolerabili verſari, qui ex hoc loco Eſaiæ volunt colligere omnes homines quantumuis iuſtos in omni opere peccare. Hoc dico propter Lutherum, qui articulo trigeſimoprimo hác propoſitionem aſſerit: In omni opere bono iuſtns peccat. Et probat eá ex hoc loco Eſaiæ. Et exiſtimat ſe eſſe victoriam conſecutum, & glotioſè triomphaſſe, cùm conſtet apertiſſimè hunc locum nihil facere pro eo, cùm de ſolis iniquis illius temporis captiuitatis Babylonicæ intelligatur. Imò militat aduerſus illum, quoniam indicat fuiſſe iuſtos inter eos, quorum precibus Deus eos aliquando ſuſtentauerat, quorum iuſtitia non erat panno méſtruatæ comparata. Citat etiam pro ſe Lutherus alia loca, ſed quæ nihil illi opitulantur, nec eſt meum ea hoc in loco refutare, eorúmque verum ſenſum oſtendere, cùm nemo ſit tam ſtupidus, qui non videat ea nihil contra nos efficere. Quis poteſt eſſe in diuinis literis locus, qui dicat, omnem virum iuſtum peccare in omni opere quantumuis bono? Quis audiuit vnquam enúntiationem tam falſam, tam ab omni iudicio & ratione alienatam, tam omni ſcripturæ tepu- Iob. 1.
gnantem? Cùm Iob calamitate oppreſſus mul- Iob. 17.
ta verba feciſſet ait ſcriptura: In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis, nec ſtultum quid contra Deum locutus eſt. Et alio in loco ait de ſe ipſe Iob: Nó peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Quid ais Luthete? quid ad hoc teſpondes? Nónne vides labefactatum eſſe atticulum tuum? Tu dicis omnem virum iuſtum in omni opere etiam bono peccare, at ſcriptura ſancta aſſerit Iob in hoc opere non peccauiſſe. Cui dabimus fidem, tibi, an ſcripturæ ſanctæ? Eligat lector an diuinis literis an Luthero potius ctedendum putet. Cùm Chriſtus Deus noſter hominem, quem ſanauerat, in templo poſtea in- Ioan. 5.
ueniſſet, ait illi: Ecce ſanus factus es, iam noli
peccare. Et mulieri in adulterio deprebenſæ: Va- Ioan. 8.
de, inquit, & iam amplius noli peccare. Si impoſſibile eſt dari opus, in quo homo non peccet, quî fieri poteſt vt Deus præciperet illis, ne peccarét? Deus enim neminem obligat ad impoſſibile, nec impoſſibilia præcipit, alioquin non eſſet iuſtus.
Diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios 1.Cor. 7.
ita ait: Et ſi nupſerit virgo non peccauit. Quid poteſt contra Lutberum apertius dici? Et
rurſum in eadem epiſtola. Euigilate, inquit, iuſti, 1.Cor. 15.
& nolite peccare. Et diuus Petrus in epiſtola ſua
ſecunda: Quaptopter fratres, inquit, magis ſata- 2.Pet. 1.
gite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis: Hæc enim facientes
non peccabitis aliquando. Et diuus Ioannes in 1.Ioan. 3.
epiſtola prima, Omnis, inquit, qui in eo manet non peccat. Et paulò póſt: Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatú non facit. Nónne vides Luthere hanc nubem teſtium? Si omnis homo in omni opere peccat, vt tu aſſetis, ergo tu, quando hanc tuam hæreſim ſcribebas, peccabas. Si te peccare ſciebas, cur ſcribebas, cur peccata peccatis cumulabas? Quem fructum afferre poſſunt eius aſſertiones, qui in illis ſcribendis & docendis ſe peccare ſciebat? Reſpódete mihi obſecro Lutherani, Vbi legiſtis Deum pro peccatis tribuere vitam ęternam? Nuſqoam ſine dubio. Ait Chriſtus
apud Matthæum: Tunc dicet rex his, qui à Matt. 25.
dextris eius eront: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me, nudus, & operuiſtis me. Et paulò poſt: Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Si omnia hæc opera ſunt peccata, quomodo pro illis Deus iuſtus iu-

dex vitam reddit ſempiternam? Quid poteſt ab-
ſurdins excogitari? Non ſolùm bona opera facta
in gratia non ſunt peccata, ſed etiam vitam æter
nam merentur. Quod indicauit Apoſtolus quã-
2. Tim. 4. do numeratis ſuis actionibus dixit: In reliquo re
Mat. 20. poſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mi
Sup. 1. hi Dominus in illa die iuſtus iudex, non ſolùm
autem mihi ſed & his, qui diligunt aduentum
eius. Aduerte: Non dixit: quam dabit mihi, ſed
quam reddet mihi. Ita apud Matthæum: Voca
operarios, & redde illis mercedem. Si merces,
ergo meritum. Si homo in omni opere peccat,
non poteſt eſſe vnquam ſine peccato. Quomodo
igitur ait Deus per Eſaiam: Lauamini, mũdi eſto
te. Et paulò poſt. Si fuerint peccata veſtra vt coc
cinum, quaſi nix dealbabuntur? Conſcientia
tetris maculis infecta non eſt inſtar niuis dealba
ta. Si verum eſt, quod tu dicis ô Luthere, ſequi-
tur apertiſſimè diuum Iuannem Baptiſtam in
ventre diuæ matris ſanctificatum in omnibus
operibus ſuis peccauiſſe, & ipſam ſemper virgi-
nem ſacratiſſimam Dei genitricem fuiſſe infini-
tis peccatis maculatã. Quis talia vnquã audiuit?
Quæ ſunt aures, quæ poſſint tam impiam hære-
Rom. 8. ſim tolerare? In epiſtola ad Romanos ait diuus
Paulus ipſum ſpiritum poſtulare pro nobis ge-
mitibus inenarrabilibus. Si homo in omni ope-
re peccat, ergo etiã peccat quando Deũ orat ge-
mitibus inenarrabilibus, at illæ preces ſunt ab
ſpiritu ſãcto, ille enim poſtulat pro nobis, vt ait
Apoſtolus, ergo illa oratio in qua ſpiritus poſtu-
lat pro nobis eſt mala, & cum peccato. Exhor-
reſcit animus talia audiẽs. O peſtilentiſſimã hæ-
reſim in officina Satanæ conflatã. Væ tibi Luthe
re, qui tam diabolico figmento tot animas perdi
diſti. Væ vobis Lutherani, quàm acerbi crucia-
tus vobis in æterno igne, in illis tetris tenebris
reſeruantur.

Cecidimus quaſi folium.) Comparant ſe peccato
res folio, quod cecidit, & iniquitatem ſuam ven
to rapido, aſſerentes non eſſe inter eus, qui cõſur
gat, & Deum teneat precibus & orationibus ne
eos ipſos euertat. Nam ſolent viri iuſti Deum
tenere, ſuíſque orationibus populum ſuſtẽtare.
Exo. 32. Id ſignificauit Deus, quando Moyſi pro populo
deprecanti reſpõdit: Dimitte me, vt iraſcatur fu-
ror meus contra eos.

Abſcondiſti faciem tuam à nobis, &
alliſiſti nos in manus iniquitatis noſtræ.
Et nunc Domine pater noſter es tu, nos
Pſal. 78. verò lutum, & fictor noſter tu, & opera
manuum tuarũ omnes nos. Ne iraſcaris
Domine ſatis, & ne vltrà memineris ini-
quitatis noſtrę. Ecce reſpice, populus
tuus omnes nos. Ciuitas ſãcti tui facta eſt
deſerta: Sion deſerta facta eſt, Ieruſalem
D deſolata eſt. Domus ſanctificationis no-
ſtræ, & glorię noſtræ, vbi laudauerunt te
patres noſtri facta eſt in exuſtionẽ ignis,
& omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt
in ruinas. Nunquid ſuper his continebis
te Domine, tacebis, & affliges nos vehe-
menter.

Abſcondiſti faciem tuam à nobis.) Hoc eſt, Nõ no
bis faues. Magnum malum eſt, quando Deus à
nobis faciem ſuam abſcondit. In Deuteronomio Deut. 31.
ſcriptum legimus dixiſſe Deum Moyſi: Iraſcetur
furor meus contra populum hunc in die illo, &
derelinquam eum, & abſcondam faciem meam
ab eo, & erit in deuorationem. Et in Pſalmo di- Pſal. 79.
citur: Deus conuerte nos, & oſtende faciem tuã,
& ſalui erimus.

Et alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.) Cùm
eſſemus in manu noſtrę malitiæ, cùm non ratio-
ne ſed clauo deprauati appetitus duceremur, tu
nos veluti nauem horribili ſcelerum noſtrorum
procella iactatam, in ſcopulos afflictionũ alliſiſti.
Vexaſti nos ob impia facinora noſtra. Nam volũ
tas noſtra paruit peruerſo appetitui, corruit vir-
tus, fuit dignitas ablata, & omnia honeſtatis or-
namenta ceciderunt.

Et nunc Domine pater noſter es.) Acſi dicant: Ne
reſpicias ſcelera noſtra, ſed clemẽtiam tuã. Non
poſtulamus iuſtitiam, ſed confugimus ad por-
tum miſericordiæ: Pater noſter es, miſerere no-
ſtri.

Ciuitas ſancti tui.) Hoc eſt Hieroſolyma vrbs
tuæ ſanctitatis. Id, quod ſequitur, eſt ſuperio-
ris repetitio.

Domus ſanctificationis noſtræ.) Hoc eſt, templũ
Salomonis, in quo te colere, ſanctificare, & lauda
re ſolebamus, fuit à Babyloniis combuſtum, &
incendio deuaſtante deletum. Sed cur Deus Iu-
dæos, qui eum in templo ſancto ſuo colebant,
permiſit capi, & in Babylonem transferri, & in
tam acerbas calamitates incidere? Ratio eſt, quia
etſi Deum ore laudarent, animo tamen ſe ab eo
ſeparabant. Hoc enim abiicit illis Deus alio in Sup. 29.
loco apud hunc noſtrum prophetam: Appropin-
quat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat
me, cor autem eius longè eſt à me. Erant Iudæi
illi tetris deſideriis incẽſi, impiis ſceleribus imbu
ti, & in ſũma deprauatione verſati, & vt omnium
ſermone celebrarentur, deteſtanda facinora
ſua fronte occultabant, fictęq; virtutis ſpecie te-
gebant. At Deus talem extrinſecam ſpeciem nõ
vult. Ideò præcipiebat in Leuitico vt animal de Leui. 1.
tracta pelle immolaretur, & membra igne flagra Prou. 4.
rent. Pellis eſt exterior virtutis ſimulatio: ignis
autem, quo interiora comburebãtur, eſt amoris
& charitatis flamma, qua debemus flagrare. I-
deò ait: Fili præbe mihi cor tuum. Ea differẽtia,
quæ eſt inter naturam & artem, eſt inter veram
& falſam virtutem. Vt enim natura in homi- ſimile.
nis generatione incipit à corde, & poſteà ad exte
riora ſe confert, ſic vera virtus incipit ab animo,
eúmque exornat & illuſtrat, & poſtea in exterio
ribus ſplendet. Cõtrà verò vt ars in humano quo
dam vultu fingendo & formando, nec cor, nec
interiora curat, ſed tota in exterioribus & appa-
rentibus occupatur, ſic hypocriſis, falſæq; virtu-
tes humanæ laudis appetentes, ſolam externam
claritatem quærunt, de animi ſplendore nequa-
quam cogitantes Et quoniam Iudæi non natu-
ram, ſed artem ſequebantur, Deúmque labiis &
cerimoniis, non autem animo, & factis colebant,
permiſit meritò Deus, vt eſſent capti, & in miſe
ram Babilonis captiuitatem coniecti, vt hæc ęrũ
narum acerbitate ad Deum ſe toto animo con
uerterent,

uerterent, ſuam ingratitudinem intelligerent, & *ſimile* ſeipſos tandem cognoſcerent. Eſt enim afflictio eos, in qua intellectus hebetudo acuitur, & animi ferrugo deletur.

Nunquid ſuper his continebis te Domine?) Cùm Babylonij ciuitatem tuam Domine & templum tuum euerterint, nóſque acerbiſſimè afflixerint, cur hæc toleras & pateris? Nunquid continebis te, ne iis rebus iraſcaris? Nunquid tacebis, non reſpondens impiis hoſtium tuorum blaſphemiis? Nunquid nos ſemper tantis calamitatibus vexabis? Acſi dicant: ſume de Babyloniis vltionem Domine, nos autem ne ſinas in iis ærumnis amplius verſari.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT LXIIII.

Sicut exuſtio ignis tabeſcerent.) In Hebraico eſt כקדח אש המסים cilkdhecha exhamaſim. Quæ verba poſſunt ita verti: Sicut exurit ignis liquefactionum, hoc eſt, ignis vehemens. המס hamas enim liquefactionem & diſſolutionem ſignificat.

Cùm feceris mirabilia, non ſuſtinebimus.) Pro nō ſuſtinebimus eſt in Hebraico לא נקוה lo nekaueh. Verbum eſt קוה, quod ſignificat inter alia expectare, quam ſignificationem ſequitur in præſenti Pagninus. Et poteſt ita Latine reddi: Cùm feceris mirabilia, non te expectabimus, nullam in te ſpem ponemus. Nec eſt mirum: nam de Chriſto dixerat Iacob: Ipſe erit expectatio Gentium. *Gen 49.* Non dixit Iudæorum, ſed Gentium. Et ex hoc verbo deriuatur dictio illa יקהת iikkehath, quæ ponitur in illa prophetia Iacob, pro qua noſter interpres rectè vertit expectatio. R. Salomon, congregatio. Alij, auſcultatio & obedientia. Quibus fauet Chaldaica translatio Onkeli, qui ita habet: Et ei auſcultabunt populi ſiue gentes. Quæ omnia Chriſto apertiſſimè conueniunt. Ille enim eſt in quo gentes ſpem ſuam collocarunt, & qui eas in vna Eccleſia congregauit, in qua eius verba audiunt, eíque obediunt.

Quaſi pannus menſtruatæ.) Septuaginta habent: Quaſi pannus ſedentis. Quod idem ſignificat. Exiſtimo enim eos per ſedentem intelligere mulierem patientem menſtruum. In Hebraico eſt וכבגד עדים vceueghedh iddim. Quod poteſt rectè verti: Et quaſi veſtimentum centonum. Nam dictio עדים ſignificat centones, quos Luſitani farrapos appellant. R. Abraham exponit: Sicut veſtimentum prædæ ſanguine inquinatum. Thargum: Sicut veſtis abominabilis. Quæ omnia in eandem coincidunt ſententiam.

Argumentum capitis LXV.

Oſtendit Chriſtus ſe fuiſſe quæſitum & inuentum à Gentibus, quæ anteà in errorum ac ſcelerũ tenebris verſabantur: aperuit enim illis Deus oculos aliquando, vt viam veritatis aſpicerent. Iudæos verò vocauit, & in cruce pendens ad eos, qui eum falſis criminibus ad mortem acerbiſſimam vocauerant, manus expandit. At illi noluerunt ab infidelitate ſua deſiſtere, quin potius adhibuerunt illi impiam contumaciam à cæca atque nefaria malitia inductam. Inuehitur propheta in Iudæorum flagitia, qui Deo relicto idola vana coluerunt. Oſtendit Deum reddere vnicuique iuxta opera ſua. Prædicit Eccleſiæ proſperitatem & concordiam.

CAPVT LXV.

QVæſierunt me, qui antè non interrogabant: inuenerunt, qui non quæſierunt me. Dixi: Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ neſciebat me, & quæ non inuocabat nomē meum. Expandi manus meas tota die ad populũ incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas. Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam ſemper, qui immolant in hortis, & ſacrificant ſuper lateres, qui habitant in ſepulchris, & in delubris idolorum dormiunt, qui comedunt carnem ſuillam, & ius prophanum in vaſis eorum, qui dicũt, recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es. Iſti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce ſcriptum eſt coram me: Non tacebo, ſed reddam & retribuam in ſinu eorum iniquitates veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum, ſimul, dicit Dominus, qui ſacrificauerunt ſuper montes & ſuper colles exprobauerunt mihi, & remetiar opus eorũ primùm in ſinu eorum. Hæc dicit Dominus: Quomodo ſi inueniatur granum in botro, & dicatur: Ne diſsipes illud, quoniam benedictio eſt, ſic faciã propter ſeruos meos, vt non diſperdam totum. Et educam de Iacob ſemen, & de Iuda poſſidentem montes ſanctos meos, & hæreditabũt eam electi mei, & ſerui mei habitabunt ibi. Et erunt campeſtria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requiſierunt me.

A — *Rom. 10. d* — B

EXPLANATIO.

Quæſierunt me.) In principio capitis ſuperioris diximus Prophetam induxiſſe Iudæos captiuos ſuam à Deo liberationem poſtulātes, ſed eũ inſpexiſſe ad peccati captiuitatem, & eius per Chriſtum redemptionem. Quod huius capitis principium oſtendit. Nam ſtatim incipit à Gentium ſalute, quæ Chriſtum quæſierunt, eíque ſe repudiatis idolis dedicarunt. Solent enim diuini vates ſæpe à liberatione terrena ſe ad cœleſtem transferre, quam cùm de humana tractabant,

menteintuebantur.Eſt igitur ſenſus: Gẽtes quæ anteà me non conſulebant,nec quærebant, quæ erant ſuperſtitionibus impeditæ, & in erroribus intolerabilibus verſatæ, me quæſierunt,& inuenerunt. Ponit pro re Gentilica Deum non interrogare & conſulere.Debent enim Chriſtiani cogitare & inquirere quæ ſit Dei voluntas,ab ipſóque Deo petere, vt illis ſuam apetiat voluntatẽ, vt nihil aduerſus eam efficiãt. Vnde Dauid Deũ alloquens,Doce, inquit, me iuſtificationes tuas. Et alibi : Doce me facere voluntatem tuam. In libro Ioſue ſcriptum eſt,incidiſſe Hebræos in errorem.Et reddens ſcriptura huius rei rationem ait: Et os Domini nõ interrogauerunt. Vbi vides non ideò ſæpenumerò errare, quia Deum non conſulimus, nec eius inſpirationi acquieſcimus,ſed noſtro corrupto appetitu gubernamur. Intelligi hunc Eſaiæ locum de Gentium ſalute, & Iudæorum duricie & pertinacia aſſerit diuus Paulus in epiſtola ad Romanos.Quod multo anteà fuerat iis verbis à Deo per Dauidem prædictũ: Populus,quẽ non cognoui,ſeruiuit mihi,in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti ſunt mihi,filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Iacob luctans cum Angelo mãſit claudus: Iudæi aduerſus Chriſtum pugnãtes claudicauerunt.

Pſal. 118.
Pſal. 142.
Ioſue. 9.
Rom. 10.
Pſal. 17.
Gen. 32.

Ecce ego,ecce ego ad Gentem quæ neſciebat me.)Vide admirabilem rerum mutationem. Fideles receſſerunt à fide, infideles autem eam receperunt. Qui erant in ſcala Iacob, deſcenderunt vſque ad terram : qui verò in terra iacebant,ad ſcalæ ſummitatem aſcẽderunt. Qui ſtat,inquit Apoſtolus, videat ne cadat.Inde cecinit Anna: Arcus fortiũ ſuperatus eſt,& infirmi accincti ſunt robore.

Gen. 28.
1. Cor. 10.
1. Reg. 2.

Expandi manus meas tota die ad populum incredulum.) Eſſe hunc populum, populum Iudaicum indicat Apoſtolus in epiſtola ad Romanos. Conſidera Dei miſericordiã.Iudæi Chriſtum crucifigebant,ille autem eos vocabat. In cruce manus expaſſas habebat,& brachia extenſa,quaſi peccatores vocãs,eóſq; amplecti deſiderãs.Ideò apud Salomonem has voces emittit: Vocaui,& renuiſtis : extendi manum meã, & non fuit qui aſpiceret.In cruce homines vocauit, & manus extendit.

Rom. 10.
Prou. 1.

Qui graditur in via nõ bona poſt cogitationes ſuas.) Hoc eſt, qui ſequens ſuas deprauatas cogitationes viam perambulat ad æternum ſupplicium ducentem. Fieri nõ poteſt,vt qui ſeipſum,ſequitur, Chriſtum ſequatur. Ipſe enim ait: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam quotidie, & ſequatur me.Væ illi,qui ducem ſequitur appetitum. Eſt appetitus veluti coruus,qui ei, à quo nutritur, oculos eruit. Sed qui appetitu ducitur, ſuam cæcitatem & perniciem non intuetur. Vt enim ceruus fœminæ cupiditate incenſus accurrit ad abſconditum venatorem rugitum ceruæ fingentem, ductúſque appetitu dum exiſtimat ſe ad deſideratam ceruam feſtinare, currit velociſſimè ad mortem ipſam, & ad venenatam venatoris ſagittam recipiendã. Sic qui indomito appetitu ducuntur, quantò celetius ad res deſideratas cõtendunt, tantò perniciofius ad mortem ipſam amplectendam accurrunt.

Luc. 9.
ſimile
ſimile

Qui immolant in hortis.) Non in templo. Reſpuit Deus Iudæorum ſacrificia extra templum. Cùm igitur nunc careant templo, qua ratione exiſtimant ſua ſacrificia Deo grata eſſe? Medicus permittit febre laboranti gelidam aquam bibere ad maius malum vitandum, ſed poſteà cùm ita opus eſſe intelligit,illi indicat eſſe à tali aqua abſtinẽdũ. Et nolente ægroto ab aqua deſiſtere medicus coram eo vrceum frangit. Sic Deus permiſit populo Iudaico carnes immolare,vt illum ab idolorum cultu auerteret. Si enim Deo non ſacrificaret,cùm eſſet Aegyptiorum ritibus videndis aſſuetus,ſacrificaret idolis. Sed veniente tempore cœleſtis ille medicus in cruce pendens illi dixit: Conſummatum eſt.Quibus verbis indicauit veteris legis ſacrificia ceſſaſſe. At nolente Iudaico populo à ſacrificiis abſtinere, nolente ab illa aqua gelida deſiſtere, corã illo vrceum fregit, templum euertit & deſtruxit, ne amplius ſacrificarent.Erat enim templum veluti omnium ſacrificiorum vas. Vnde fracto templo apertiſſimè cõſtat eſſe antiquæ legis ſacrificia abrogata. Vt enim lapis in ſummitate teſtudinis templi eſt clauis totius domus, & ruente eo lapide, euerſa illa claue ruit tota tẽpli fabrica & ſtructura, ſic euerſo templo Hieroſolymæ, quod erat clauis totius Iudaiſmi,perſpicuè oſtenditur totam Iudæorum ſynagogam eſſe euerſam & funditus conuulſam. Sed Iudæi cæca malitia ducti hoc nunquam perpendere voluerunt. Hanc ipſorum ignorantiam indicat illis ſcriptura cùm ait,Mortuũ fuiſſe Moyſem,& in valle ſepultum,nullúmque eorum eius ſepulchrum cognouiſſe. Quid per Moyſem niſi lex vetus ſignificatur?Mortua eſt lex quo ad iudicialia & cerimonialia,& ſacrificia, & in valle ſepulta,eius autem ſepulchrum ignoratur à Iudæis eam adhuc viuere exiſtimantibus. Fuit lex illa à Deo,ſed non erat niſi ad Chriſtũ duratura. Ideò diuus Paulus in epiſtola ad Galatas, Lex,inquit pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo.

ſimile.
Ioan. 19.
ſimile
Deut. 34.
figura
Gal. 3.

Et ſacrificauit ſuper lateres.)Id eſt,ſuper altaria lateritia.Pro altari,quod ex Dei lege erat cõſtructum,Iudæi multa ſuis idolis ædificabant.

Qui habitant in ſepulchris.)Solebant perfidi Iudæi mortuos conſulere, & in eorum ſepulchris ad eos interrogandum habitare,vt ibi in ſomniis reſponſum reciperent. Vnde Septuaginta tranſtulerunt: In ſepulchris & in ſpecubus dormiunt propter ſomnia.

Ius prophanum.)Id eſt,carnium animalium prohibitorum. Notat Iudæorum gulam in Dei contemptum.

Qui dicunt, recede à me.)Notat Iudæorum hypocriſim,& arrogantiam.

Iſti fumus erunt in furore meo,& ignis ardens tota die.) Hoc eſt, Ego eos in fumum redigam & in prunas.Et vt dicitur in Pſalmo: Deficientes quẽadmodum fumus deficient.

Pſal. 36.

Ecce ſcriptum eſt coram me.) Hoc eſt,ſtatutũ eſt, & ita fiet.

Et iniquitates patrum veſtrorum ſimul.) Iuxta id, quod ait Deus Exodi vigeſimo capite : Ego ſum Dominus Deus tuus,fortis,zelotes, viſitans iniquitatem patrũ in filios in tertiã & quartã generationem

Exod. 20.

ſionem eorum, qui odetunt me. Quod intelligitut quo ad corpus, & temporalitet, non autem de pœna æterna, nec de omni pœna temporali ſed de aliqua. Non enim æquum eſt vt filius pto patris ſcelere in æternas tenebtas telegetur. Ita *Deut.24.* enim in Deutetonomio ſcriptum eſt: Non occidentur patres pto filiis, nec filij pro patribus, ſed vnuſquiſque ꝓ peccato ſuo morietur. Quod eſt etiam libto ſecundo Patalipomenon mandatum. Et licet intelligatut de morte corporis, poteſt tamẽ ad animæ moitem teferri, de qua apud *Ezech.18.* Eaechielẽ dicitur: Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur: filius non portabir iniquitatem patris; & pater non pottabit iniquitatem filij. Poteſt nihilominus de pœna æterna intelligi id, quod boc in loco apud Eſaiam & in Exodo ait Deus, ſe viſitare iniquitates patrum in filios, ſi filij peccata patrum admittant, & iiſdem ſceleribus eum patribus contaminentur. Nam cùm Chriſtus apud *Mat.23.* Matthæum Scribis & Phariſæis cædes Prophetarum, quos patres ſui occiderant, obiecifſet, ait: Ecce ego mitto ad vos Ptophetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis; & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſupet terrã, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinẽ Zachariæ, filij Batachiæ, quem occidiſtis inter templũ & altate. Vbi vides veniſſe ſuper Scribas & Phariſæos peccata ſuotũ maiotum, quæ in motte ſanctorũ cõmiſetant, quoniam ipſi Phariſæi viros ſanctos etiam occiderunt. Acſi Chriſtus illis dicetet: Vos in infetno cruciabimini, quemadmodum patres veſtri, quoniam iiſdem ſceleribus eſtis contaminati. Caſtigat igitut Deus filios pto peccatis paceutum, quando eoſdem patentes in peccatis imitantut.

Et remetiar opus eorum primùm in ſinu eorum.) Hoc eſt, in primis peccatum eotum remetiar, retribuẽs eis pœnã iuxta culpam. Metaphora ſumpta ab ementibus & vendentibus. Quj vendit, non omnibus eandem mẽſuram in ſinum ptoiicit, ſed iuxta pecuniæ quantitatem.

Quomodo ſi inueniatur granum.) Dixerat Deus ſe eſſe Iudæos puniturum, eiſque iuxta eorũ peccata rettibututum. Nunc ſimilitudine quadã oſtendit nun eſſe omnes Iudæos perdendos: quoniam etant nonnulli, licet pauci, ſeruandi. Eſt igitur ſenſus: Vt ſi quis in botto arido aut cortupto acinum vnum ſiue granum inuenerit illæſum, dicit alteri ne diſsipet illud, quoniam diuina benedictione effectum eſt, vt in tanta granorum corruptotum multitudine illud ſolùm euaſerit: ſic ego, ait Deus, eos, quos fideles inuenero, liberabo, qui inter tãtam Hebtæotum infidelium multitudinem tam pauci erunt, vt vni acino comparentur. Et hoc faciã proptec ſeruos meos, ne omnes Iudæi peteãt, & in imas æternáſque tenebtas ptæcipitẽtut. Et vt oſtendat Iudæorum reliquias eſſe multiplicandas, & ſalutem conſecuturas, eas comparat ſemini, ita dicens: Et educam de Iacob ſemen, & de Iuda poſsidentem montes ſanctos meos, & hæreditabunt eam electi mei, & ſerui mei habitabunt ibi. Acſi dicat: Seligam ex Iudæis nonnullos, quibus dabo montes meos poſsidendos. Per montes intelligitur Hieroſolyma, de qua Dauid, Fũdamẽtã, inquis, eius in montibus ſanctis. *Pſal.86.* At per Hieroſolymã Eccleſia Chriſti ſignificatur, in qua habitancomnes fideles Catholici tam ex Iudæis, quàm ex Geutibus cõgregati. Ideò ait: Et hæreditabunt eam electi mei, & ſerui mei habitabunt ibi. Iudæos, qui in Chriſtum crediderunt, appellat acinum & ſemen, *Sup.1.* quemadmodum primo capite: Niſi Dominus *Sup.10.* reliquiſſet nobis ſemen. Eóſque capite decimo reli*Rom.9.*quias appellauit: quem imitãs Apoſtolus in epi*& 11.*ſtola ad Romanos eos etiam reliquias vocat. Cæterùm hic hebtaiſmus: quoniam benedictio eſt, hunc poteſt habere ſenſum: Vt maneat huius populi memoria ob ſuorũ maiorum benedictiunẽ & merita. Vnde colliges defunctotum merita viuis prodeſſe.

Et erunt campeſtria in caulas gregum.) Vult ſpiritualem Eccleſiæ fertilitatem ſignificare. Caulæ ſunt ſtabula, in quibus oues tecõduntur. Achor vallis eſt, vbi Ioſue iuſsit, vt Achan propter furtum lapidibus obrueretur, vt eſt in libto Ioſue *Ioſue 7.* memotiæ proditũ. Et quoniã ibi turbatus eſt populus, apel latus eſt locus ille Achor, hoc eſt, Turbatio. Nõ enim ſolùm viri iuſti in campeſtrium planicie, in gaudio & quiete verſantur, ſed etiam aliquãdo in turbatione & calamitate: vt triſtia cũ lætis miſceantur, & harmoniã atque ſonotum concẽtum efficiant. Vt enim in muſica nõ omnes *ſimilitudo* voces ſunt acutę, neque omnes graues, neque omnes circunflexæ, ſed ex vocum varietate ſuauis conſonantia efficitur: ſic tẽperata vitæ Chriſtianæ harmonia ex diuerſitate & miſtione gaudij & afflictionis componitur.

Et vos qui dereliquiſtis Dominũ, qui obliti eſtis montem ſanctum meum, qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis ſuper eam: numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corrueritis. Pro eo quod vocaui, & *Prou.1.c.* non reſpondiſtis mihi, locutus ſum, & nõ *Ierem.7.c* audiſtis, & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegiſtis: propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ſerui mei comedẽt, & vos eſurietis: ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Ecce ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce ſerui C mei lætabuntur præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis. Et dimittetis nomen veſtrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus, & ſeruos ſuos vocabit nomine alio. In quo qui benedictus eſt ſuper terrã, benedicetur in Domino amen: & qui iurauit in terra, iurabit in Deo amen: Quia obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores, & quia abſconditæ ſunt ab oculis noſtris. Ecce enim ego creo cœlos nouos, & ter- *Apoc.21.a* ram nouam, & non erũt in memotia priora, & non aſcendet ſuper cor.

Et vos qui reliquiſtis Dominum.) Alloquitur Iudæos

dæos infideles, præſertim decem tribuū, qui Hie
roſolyma ciuitate ſancta relicta in Samaria idola
colebant. Appellatur in diuinis literis Hieroſoly
ma ciuitas ſancta, & mons ſanctus, quia erat fide
lium receptaculum & domicilium, & quia ibi
Chriſtus Deus noſter viſibiliter inter homines
apparuit, ibi fuit eius mors, & ſepultura, & re-
Gen. 49. ditus ad vitam. Et ob eam cauſam Patriarcha Ia-
Gen. 50. cob, eiúſque filius Ioſeph in Aegypto morientes
præceperunt vt in terra illa ſancta ſepelirentur,
quoniam, vt ait Theophylactus, mentis oculis
intuebantur illic eſſe Chriſtum ſepeliendum, &
à mortuis reſurrecturum, & volebant cum eo
Matt. 27. reſurgere. Ait enim diuus Matthæus vigeſimo
ſeptimo capite ſui Euangelij monumenta aperta
fuiſſe, & multa corpora ſanctorum, quæ dormie-
rant, reſurrexiſſe, ſanctos autem exeuntes de mo-
numentis poſt Chriſti reſurrectionem veniſſe in
ſanctam ciuitatem, multíſque apparuiſſe. Verùm
per hunc montem ſanctum, cuius Eſaias ait Iu-
dæos infideles oblitos fuiſſe, poteris Chriſtum
intelligere, de quo in principio capitis ſecundi
diſſeruimus.

" *Qui ponitis Fortunæ menſam.*) Gentes Fortunā
diuerſis nominibus atque titulis vt deam colue-
runt. In id amentiæ & cæcitatis inciderunt, vt
etiam Fortunam malam adorarent. Effingebant
eam habitu fœmineo, furenti ſimilem, cæcam, in
conſtantem, ſuper volubili globo ſedentem: &
in fine anni ei menſam dapibus plenam pone-
bant. Exiſtimabāt cæci homines Fortunam eſſe
per ſe rem quandam ſeparatam, viuam, & exiſtē
tem, & ob eam cauſam eius ſimulachrum cole-
bant. Iudæi autem vt omnium idolorum potten
ta venerarentur, Fortunā etiam adorarunt, eiq;
more Gentilico menſam dapibus repletam præ-
pararunt, verúmq; Deum reliquerunt. Quam ob
cauſam hîc à Deo per Prophetā reprehēduntur.
Exod. 20. Præceperat enim Deus capite vigeſimo Exodi, vi
Leui. 26. geſimoſexto Leuitici, quarto Deuteronomij, ne
Deut. 4. quis ſculptile, ſimilitudinē, & idolum faceret ad
adorandum. Ex his locis contendunt nonnulli
probare vſum imaginum diuorum eſſe pernicio
ſum, diuiníſque literis repugnantem. Inter quos
eſt Caluinus multò hac in parte, quemadmodū
etiam in multis aliis, Luthero non ſolùm temera
rior, ſed peſtilentior. Nam Lutherus, quamuis hæ
reticus, non auſus eſt tamen vſum imaginum au
ferre: imò reprehendit Caroloſtadium imagi-
nes damnantem, eúmque obſtinatum è Saxonia
proſcribi curauit. Huius Caroloſtadij hæreſim
ſectatur Caluinus, eámq; pro viribus defendere
conatur, aſſerēs Deū in diuinis literis vſum ima-
ginū apertè prohibuiſſe. At hoc neq; oſtēdit neq;
vnquā oſtēdet. Imò Deus poſt quàm c. 20. Exo-
Exod. 25. di ſculptilia & idola prohibuit, præcepit fieri
duos Cherubim aureos productiles ex vtraque
parte oraculi, vt in eodem Exodo cap. 25. ſcriptu
ra commemorat. De quibus ita ait Ioſephus li-
bri tertij antiquitatum capite octauo: Super te-
gmen verò arcæ erant figurationes duæ, quas
Hebræi Cherubim appellant. Sunt enim anima
lia volatilem habētia figuram, quæ à nullo homi
nū eſt inſpecta. Hæc ille. R. Kimhi Hebræorum
doctiſſimus in libro radicum ait eos habuiſſe pue
rorum figuram, idémque eſſe Cherubim ac qua-
ſi pueros, & hanc eſſe antiquorū ſentētiā. Aſpicis
igitur Deū imagines fieri præcepiſſe. Neq; hoc il
lis locis repugnat, in quibus eas prohibuiſſe vide
tur. Perpēde verba ſcripturæ, & videbis Dei intē
tionē eſſe, nō prohibere diuorū imagines, ſed fal
ſorū deorū cultum & venerationē. Ita enim ait:
Nō facies tibi ſculptile, nec omnē ſimilitudinē,
quæ eſt in cœlo deſuper, neq; in terra deorſum ne
q; eorū, quæ ſunt in aquis ſub terra. Nō adorabis
ea, neq; coles. Hæc c. 20. Exodi. Pōdera hæc ver Exod. 20.
ba, & videbis ad quē finē Deus Hebræis ſculpti
lia prohibuerit, nēpe ne ea adorarēt. Veniebāt ex
Aegypto, vbi idola colebātur, erāt ad idololatriā
propenſi, facilè cadebant, ideò illis Deus toties
præcipiebat ne ſe idolorum cultu contamina-
rent. At cùm nos ſanctos pro diis non habea-
mus, nec eorum imagines latria adoratione ſoli
Deo debita adoremus, poſſumus abſque vllo cri
mine eorum imagines habere, & venerari, ipſam
venerationē nō ad lignū, neque lapides neq; ad
colores, ſed ad prototypū referētes. Hinc colliges
diuorum imagines nullum incommodum, imò
magnam in nos vtilitatem conferre: inſtruunt
enim ſimplices, admonent ſcientes, afficiunt
omnes. Quis non mouebitur viſa imagine Chri-
ſti pro nobis crucifixi, vulneribus confoſſi, ſan-
guine aſperſi, duris ſpinis coronati? Quis non
excitabitur ad ardentem charitatem intuens di-
ui Stephani vultum lapidibus percuſſi oculos
atque manus ad Deum pro percutientibus leuā
tis? Quis erit tā lapideus, qui inſpecta ſancti Lau
rētij imagine igni pro Chriſto expoſiti, flammiſ-
q; ardentibus combuſti, non concipiat in animo
deſiderium quoddā pro Chriſto etiā moriendi?
Quæſtio de habendis diuorum imaginibus fuit
in cōciliis tractata, in quibus ex vniuerſali Eccle
ſiæ catholicæ cōſenſu fuit decretum, perpetuíſq;
monimētis cōſignatum, vſum imaginum diuorū
non ſolùm non repugnare literis diuinis, ſed etiā
eſſe licitum, pium, & ſalutarem. Habes hoc de-
cretum in concilio Niceno ſecundo, & in Con-
ſtantinopolitano ſub Hirinæo, & in tribus Late-
ranēſibus ſub Gregorio ſecundo, & tertio, & Ste
phano & in Frankfordenſi. Neque exiſtimes in
his conciliis incœpiſſe imaginū vſum, ſed appro-
batum fuiſſe, quoniam iam erat: imò eum habet
Eccleſia ex Apoſtolorum traditione. Ita aſſerit li
bro quarto Damaſcenus author antiquus ſum-
mæ authoritatis, qui etiā ait Chriſtum Deū no-
ſtrum miſiſſe imaginē faciei ſuæ Abagaro Edeſ-
ſenorum regi. Hoc idem refert Euſebius libro ſe
cundo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ vir omni ſapientia
& nobilitate præſtanti. Et libro 7. loquitur de
imaginibus Petri & Pauli, meminitque Chriſti
imaginis miracula facientis: cuius etiam memi-
nit in tripartitæ hiſtoriæ li. 6. Caſſiodorus. Et di-
uus Lucas, vt celebris per totam Eccleſiā fama
vagatur, ſacratiſſimæ Dei genetricis Mariæ ima
gines depinxit, quarum nonnullas ego meis ocu
lis vidi. Athanaſius loquēs de Imagine crucifixi,
quæ fuerat Nicodemi, narrat miraculū, quod cū
ea contigerat. Sed quid cito hos authores? Pleni
ſunt libri, plenæ hominum voces, plena eſt mira
culis imaginum diuorum, non ſolùm recens me-
moria, ſed annalium etiam antiqua vetuſtas.
Niſi Deus vſum imaginum approbaſſet, non in
illis

illis tot miracula efficeret. Non eſt hoc obſeurũ,
res eſt perſpicua, ipſa per ſe loquitur & locet,
multorum oculis teſtatiſſima. Quid ad hæc reſ-
pondes Caluine? Quid pro te poteris afferre niſi
præceptum de non colendis idolis? At id pro te
nihil facit. Sed dices: Ego ita illud interpretor.
Verùm eſt: ſed Eeeleſia id multò aliter interpre-
tatur. Cui aſſentiemur tibi cum Caroloſtadio, &
aliis huiuſmodi hæreticis, an tot concilijs, tot
temporũ conſuetudini à tota Eecleſia aſſertæ &
comprobatæ? Sed dices: Non curo quid Eccle-
ſia dicat: ſatis mihi eſt poſt Dei præcepta nun-
quã licuiſſe imaginem facere. Quid ais Caluine?
Nónne legiſti Hebræos poſt illud pręceptũ ima
Exod.25. gines duorũ Cherubim ex Dei iuſſu feciſſe? Nón
2.Par.9. ne Salomõ diuina ductus inſpiratione duodecim
3.Reg.7. leunculos in ſolio fecit? Nónne ſculpſit boues in
3.Reg.6. mari fuſili, leones, boues, & Cherubim in baſi-
Num.21. bus æreis? Nónne legiſti præcepiſſe Deũ Moyſi
vt ſerpentẽ æneum faceret & cruci affigeret? Au-
di quid dicat ſcriptura c. 21. Numerorum: Fecit
ergo Moyſes ſerpentẽ æneum, & poſuit eum pro
ſigno, quẽ cùm percuſsi aſpice.ẽt, ſanabantur. E-
rant Hebræi ob eorum ſcelera à ſerpentibus vul
nerati, & cùm oculos ad ſerpentem crucifixũ diri
Ioan.3. gerent, ſanitatẽ cõſequebantur. Vexillum illud,
quo erat ſerpẽs ſuſpenſus, Chriſti crucem adum
brabat, & ſerpens ipſum Chriſtum, vt ipſe apud
Ioannẽ teſtatur. Serpens, qui nos veneno ſuo in-
Gen.3. fecerat, eſt hoſtis ille antiquus, cuius caput erat
per Chriſtum conterendum, iuxta id quod eſt ter
tio capiti Geneſeos mandatum: Inimicitias po-
nam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſe-
mẽ illius, & ipſa, vel vt eſt in Hebraico, & ipſum
cõteret caput tuum. Pro quo Hieroſolyma para-
phraſis habet: Futurũ eſt vt in diebus regis Meſ
ſiæ amoueãt morſum, qui factus eſt in calcaneo.
Vbi aſpicis intellexiſſe antiquos Hebræos vete-
rem morſum eſſe per Chriſtum ſanandum. Chri
ſtus eſt innocens ille ſerpens crucifixus, non vene
noſus, ſed æneus, qui longè latéque ſonuit, quẽ
intueri debemus. Si humanum iudiciũ reſpicias,
ſerpens ille æneus in cruce leuatus, tantũ abeſt,
vt ſerpentium morſibus medeatur, vt etiam præ
ſentiſſimum illis nocumentum videatur afferre.
Qui enim eſt à ſerpente percuſſus viſo ſerpente
èxhorreſcit, & grauius ægrotat. Propterea eam
aiunt eſſe æris candentis naturam, vt ſi quis à ſer
pente vulneratus in illo oculos defixerit, ſtatim
moriatur. Quid magis humano iudicio contra-
rium quàm mortuum hominem viuificare, in
morte eſſe vitam, in cruce gloriam? At totũ hoc
videbis & fateberis, ſi redẽptionis humanæ my-
ſteria fidei oculis aſpexeris. Admiraberis diuinũ
conſilium, ſapientiam, iuſtitiã, bonitatem. Si illa
crucis imago vulneribus intuentium medeba-
tur, cur ipſam crucem aſpicere non vis? Cur ô
Caluine viſa crucifixi imagine exhorreſcis? Cur
eam deteſtaris? Cur nec Chriſti nec eius ſanctorũ
imagines permittis? Cur tot patres, tot concilia,
tot annorum antiquiſsimum Eccleſiæ cõſenſum
negligis & execraris? O miſerum te ſi non intelli
gis tuam hæreſim, miſeriorem ſi eam intelligen-
do vis in ea perſeuerare! O inſenſati Caluiniſtæ
quis vos faſcinauit non obedire veritati! Cur
transferimini in aliud Euangelium? quod non
eſt aliud, ſed eſt Caluinus, qui vos conturbat, &
vult peruertere Euangelium Chriſti. Quis non
plorabit veſtram perniciem? quis non gemet?
quis non exardeſcet dolore? quis ob interitũ ve-
ſtrum vim lacbrymarum non fundet?

Numerabo vos gladio). Hoc eſt, vos numeratos
gladio interficiam. Vel numerabo ad cædem.

Vocaui & non reſpondiſtis mihi.) Vide Dei erga
homines miſericordiam, hominum autem erga
Deum impietatem. Eos vocat, qui neque ei reſ-
pondere volunt, neque obedire.

Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis.) Vide
elegãtem contrapoſitionem. Appellatur hæc fi-
gura antitheton, cùm contraria contrariis oppo
nuntur, vt apud quendam poetã: Frigida pugna
bant calidis, humentia ſiccis. Conſidera quanta
ſit piorum hominum fœlicitas, quanta verò im-
piorum miſeria. Sunt tamẽ hæc de ſpirituali abũ
dantia & fame intelligenda, quemadmodum id,
quod dicitur in Pſalmo: Non confundentur in
tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur. Pſal.36.
Et in Prouerbiis: Non affliget Dominus fame Prou.10.
animam iuſti.

Præ contritione ſpiritus.) Non accipitur hîc cõ-
tritio pro actu virtutis, qui dicitur pœnitentia,
nec pro ea, quæ eſt pars ſacramenti pœnitentiæ,
habens relationem ad alias partes, ſed pro dolo-
re & conturbatione proueniente ex calamitate.

*Et dimittetis nomen veſtrum in iuramentum ele-
ctis meis.)* In tantas ærumnas incideris, vt fideles
mei quando iurauerint, ſumant in execrationem
nomẽ veſtrum, dicentes: Si id feci, veniant ſuper
me calamitates Iudæorum infideliũ. Quàm exe-
crandum ſit Iudæorum nomen poſt Chriſti ne-
cem, nemo eſt qui ignoret. Nulla eſt hodie in mũ
do natio deteſtabilior & calamitoſior. Septna-
ginta habent: Relinquetis nomen veſtrum in ſa
turitatem electis meis: hoc eſt, in faſtidium.

Et ſeruos ſuos vocabit nomine alio.) Qui Chriſtũ
receperint, non vocabuntur Ethnici, nec Iudæi,
ſed Chriſtiani. Pro nomine alio tranſtulerunt Se
ptuaginta, nomine nouo. Hoc eſt nomen illud,
de quo dicitur in Apocalypſi: Vincenti dabo Apo.2.
manna abſconditum, & dabo illi calculum cãdi-
dũ, & in calculo nomen nouum, quod nemo ſcit,
niſi qui accipit. Acſi dicat Deus: Illi qui mon-
dum, carnem, & dæmonẽm vicerit, dabo cęleſtẽ
quandam dulcedinem, & puram conſcientiam,
in qua habebit ſcriptum ſe eſſe verum Chriſtia-
nũ, & moralibus coniecturis ſciet ſe eſſe in gratia
conſtitutum, quanquam alij exiſtiment eum eſſe
infidelem, aut ſaltem mortiferis ſceleribus conta
minatum. Poteſt nihilominus nomen illud no-
uum apud diuum Ioannem intelligi de ćlara di-
uinitatis notitia in altera vita, vt ait in moralibus
diuus Gregorius.

*Qui benedictus eſt ſuper terram, benedicetur in Do
mino.)* Id eſt, qui ſe in terra fœlicem ſenſerit, totã
ſuam fœlicitatem acceptam referet Deo. Et qui
aliquid iure iurando aſſerere voluerit, non deos
falſos, ſed verum Deum citabit in teſtem.

Quia obliuioni tradita ſunt anguſtiæ priores). Hoc
eſt, peccata. Quaſi dicat Deus: In hac beatitudi-
ne & Eccleſiæ fœlicitate viuent ſerui mei, qui
idolis relictis me colunt, quia iã non ero memor
ſuorum antiquorũ ſcelerum, quoniã illis dimiſ-

ſa ſunt

ſa ſunt. Hoc enim volunt ſignificare verba illa:
Et quia abſconditæ ſunt ab oculis noſtris, hoc
eſt tectæ. Tunc enim iniquitates dicuntur tectæ,
quãdo ſunt à Deo dimiſſę. Ita dicitur in Pſalmo:
Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ
Pſal.31. tecta ſunt peccata. Poſſunt hæc verba Eſaiæ nõ
ad Deum, ſed ad eos, qui fidem receperunt, refer
ri, vt ſit ſenſus: In Eccleſię fœlicitatæ verſabi-
mur, quoniam obliti ſumus priores noſtras miſe
rias, & antiquas afflictiones, & omnes illæ eua-
nuerũt ab oculis noſtris. Nũc autẽ ſpirituali gau
dio perfuſi, tã rebus aduerſis quàm proſperis læ-
tamur, & ſemper in Domino gaudemus.

Ecce enim ego creo cælos nouos, & terram nouam.)
Hoc eſt, nouum mundum conſtituo. Prædixit
Deus his verbis omnia eſſe per Chriſtum reno-
uanda, abrogandas eſſe veteres cerimonias, & Ec
cleſiam conſtituendam, vt quaſi in nouo mundo
verſari videremur. Noui cœli ſunt Apoſtoli, no-
ua terra, nouus populus, qui depoſito veteri ho-
mine nouum induit, vt ſeruiat Domino in ſpiri-
tus nouitate. Hinc illa frequens vox in Pſalmis:
Pſal.95. Cantate Domino canticum nouum. Cæci Iudæi
ſperant tempore Meſſiæ alios fore cœlos aliãm-
que terrã, non conſiderantes in diuinis literis no
uum aliquid ſæpe appellari, non quòd anteà non
fuerit, ſed ob acquiſitam nouam quandam poſ-
ſeſſionẽ, quemadmodũ per Ezechielẽ ait Deus:
Ezec.18. Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouũ. Hoc
eſt, mentis nouitate reformamini. Qua de re ea
Supr.43. poteris videre, quæ capite 43. annotauimus, illa
verba explicantes: Ne memineritis priorum, &
aliis in locis in quibus Eſaias hanc innouatiõnẽ
prædixit, de qua diuus Ioannes in Apocalypſi c.
Apoc.21. 21. latè diſſeruit.

Sed gaudebitis & exultabitis vſque in
ſempiternum, in his quæ ego creo, quia
ecce ego creo Ieruſalem exultationẽ, &
populum eius gaudiũ. Et exultabo in Ie-
ruſalẽ, & gaudebo in populo meo, & non
audietur in eo vltrà vox fletus, & vox cla
moris. Nõ erit ibi amplius infans dierum,
& ſenex qui non impleat dies ſuos: quo-
niam puer centum annorũ morietur, &
peccator centum annorum maledictus
D erit. Et ędificabunt domos, & habitabũt,
& plantabunt vineas, & comedẽt fructus
earum. Non ædificabunt, & alius habita-
bit: non plantabunt, & alius comedet. Se
cundum enim dies ligni, erunt dies popu
li mei, & opera manuum eorum inuetera
bunt. Electi mei non laborabunt fruſtrà,
neque generabũt in conturbatione, quia
ſemen benedictorũ Domini eſt, & nepo-
Pſal.31. b tes eorum cum eis. Eritque antequã cla-
Supr.11.a ment, ego exaudiam adhuc illis loquenti
bus ego audiam. Lupus & agnus paſcen-
tur ſimul, & leo & bos comedent paleas,
& ſerpenti puluis panis eius, non noce-
bunt, neque occident in omni monte ſan
cto meo, dicit Dominus.

Sed gaudebitis & exultabitis vſque in ſempiternũ.)
Gaudium veſtrum incipiet in hac vita, ſed perfi-
cietur in altera: & ita erit æternum.

Ego creo Ieruſalem exultationem.) Id eſt, conſtitu
turus ſum Eccleſiam, quæ ſit fidelibus exultatio.

Et non audietur in ea vltrà vox fletus.) Deſcribit
ſpirituale gaudium fidelium, qui Chriſti amorẽ
inflammati etiam cruciatibus oblectantur.

Non erit ibi amplius infans dierum.) Senſus eſt:
In Eccleſia nullus eorum qui pij ſunt & iuſti,
erit infans, ſed omnes erunt ſenes pleni dierum.
Hoc eſt, maturi, ſapientes, & integri. Nulla enim
maior ſapientia, quàm ſcire vitam ſempiternam
comparare. Ideò omnes iuſti ſenes vocãtur; con
trà verò iniuſti pueri & infantes dicuntur. Id in-
telligens Salomon dicebat in Prouerbiis: Vſque Prou.1.
quo paruuli diligitis infantiam? Et paulò poſt,
Auerſio, inquit paruulorum interficiet eos. Ac ſi
diceret: Homines ſcelerati, quos ob eorum inſi-
pientiam paruulos & infantes appello, ſe à Deo
auertunt, & ſeparant, vt quærant vitam, at hoc
ipſum illis mortem adducit, quo fit, vt ſibi ipſis
excidium machinentur. Et alio in loco in eiſdem
Prouerbiis, Relinquite, inquit, infantiam & viui Prou.9.
te. Et in Eccleſiaſte, Væ tibi, inquit, terra cuius Eccle.10.
rex puer eſt. Vnde Deus per Eſaiam volens per- Supr.3.
niciem Hieroſolymæ imminentem ſignifica- 1 Cor.14.
re dicebat: Dabo pueros principes eorum. Et di-
uus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios, Fra
tres, inquit, nolite pueri effici ſenſibus. Vel ideò
ait viros iuſtos longiſſimam ætatem victuros eſ-
ſe, quia acerba mors & ante tempus viro iuſto
haud quaquã accidit, vita enim honeſta & bene
acta etiã in adoleſcẽtia eſt matura, & ipſa adoleſ-
centia ſenectus appellatur. Nec dicendus eſt ali-
quis ante tempus è vita migraſſe, qui ſemper iu-
ſtitiã coluit & pietatem. Cõtrà verò qui ſe homa
nis vitiis cõtaminauit, totúmque libidinibus de-
didit, quibus excæcatus velut domeſticis flagitiis
ſe inquinauit, & in violãdo iure diuino & huma
no teterrimas fraudes concepit, etſi longiſſimã
degat ætatem, adoleſcens tamen dicitur, & parũ
vixit, quoniam nihil fecit quod illũ vixiſſe teſte-
tur. Imò nunquam explet tempus vitæ ſuæ, quã
ipſe ſibi pollicetur, & quamuis perueniat ad ex-
tremam ſenectutem, tamen veriſſima eſt hæc ſen
tentia Dauidis: Viri ſanguinum & doloſi non di Pſal.54.
midiabunt dies ſuos.

*Quoniam puer centum annorum morietur, & pec-
cator centum annorum maledictus erit.)* Hic eſt ſen-
ſus horum verborum: Quoniam iniquus moriẽs
natus centum annos puer eſt, & talis puer centũ
annorum peccator eſt & maledictus. Vel ſic:
Quoniam qui in ætate centum annorum fuerit
puer moribus, abſque prudentia & virtute, mor
te æterna moleſtabitur, & talis peccator centum
annorum audiet: Ite maledicti in ignem æternũ. Matt.25.

Secundum enim dies ligni erunt dies populi mei.)
Id eſt, Tandiu vinent, quandiu ſolet viuere arbor
viuaciſſima. Quaſi dicat, degent ætatem longiſ-
ſimam. Huic arbori comparatur vir iuſtus in pri
mo Pſalmo vbi dicitur: Et erit tanquam lignum Pſal.1.
quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarum. Et in Pſal.91.
Pſal. 91. Iuſtus vt palma florebit. Non deeſt, qui
totum hoc referat ad vitam æternã. Solent enim
aliquando Prophetæ ea, quæ ad cœleſtẽ beatitu

dinem

dinem pertinent, huiuſmodi verbis velare. Huic ſententiæ fauet tranſlatio Septuaginta, quæ habet hoc in loco: Etenim ſecundum dies ligni vitæ dies populi mei. Quod de ligno vitæ intelli-
Geneſ.2. gitur, quod erat in paradiſo. Quibus verbis voluerunt Septuaginta vitam beatorum æternam eſſe ſignificare.

Opera manuum eorum inueterabunt.) Id eſt, diu permanebunt. Poteſt ita verti: Opera manuum eorum durabunt electis meis.

Neque generabunt in conturbatione.) Id eſt, filij quos per Euangelium genuerint, non erunt geniti in conturbatione, ſed in animi quiete & tranquillitate. Ita enim dicebat Apoſtolus: Per
1.Cor.4. Euangelium ego vos genui. Poteſt etiam ad naturalem generationem referri. Nam viri iuſti legitimo matrimonio copulati abſq; peccato mouentur ad filios generandos. Quod volens propheta explicare ait: Quia ſemen benedictorum eſt. Quaſi dicat: Quia tale ſemen eſt virorum iuſtorum, qui ſunt à Domino benedicti.

Antequam clament, ego exaudiam.) Id eſt priuſquam finem faciant clamandi. Quod ſtatim explicans propheta ait: Adhuc illis loquentibus ego audiam. Vide Dei noſtri clementiam & benignitatem.

Lupus & agnus paſcentur ſimul.) Hoc eſt, Tyranni, qui ob immanitatem lupi appellãtur, recepto Euangelio vſque adeò erunt mites, vt cum hominibus piis, abiectis, & humilibus ſimul in Eccleſia habitẽt, & eundem ſpiritualem cibum ſumentes ſe ſpiritualiter reficiant. Leo & bos comedent paleas. Hoc eſt, magnates & obſcuri in vno ſtabulo, in vna Eccleſia congregabuntur. Et qui ſerpentes fuerant, nemini nocebũt ore ſuo. Sed in mõte ſancto meo, ait Deus, hoc eſt, in Eccleſia mea erit pax & concordia. Voluit propheta ĩis verbis ſignificare fore, vt in Eccleſia magna eſſet inter iuſtos charitas, magna concordia, magna humilitas & manſuetudo. Inuenies hoc vaticinium apud noſtrũ Eſaiam capite vndecimo, vbi poteris ea videre quæ ibi annotauimus.

ANNOTATIONES ex Hebræo in CAPVT LXV.

Ad populum incredulum.) In Hebraico eſt, Ad populum סורר ſorer, à verbo סור & geminata finali litera סורר, quod ſignificat declinare, vt in
Pſal.118. Pſalmo: Declinate à me maligni. Significat etiã putridum eſſe, fœtidum, & corruptum. Vnde id,
Oſee 4. quod eſt apud Oſeam prophetam: Separatũ eſt conuiuium eorum, poteſt rectè verti: Fœtidum factum eſt conuiuium eorum. Significat etiam
Thren.3. ſubuertere, vt apud Ieremiam in Threnis: Semitas meas ſubuertit. Significat præterea recedere,
Oſee 9. & non obedire, vt apud Oſeam: Omnes principes eius recedẽtes; pro quo Septuaginta inobedientes tranſtulerunt. Et alia tandem ſignificat, quæ non opus eſt recenſere. Ex quo perſpicuum apparet poſſe hunc locum ita Latinè reddi: Ad populum à veritate declinãtem, vel fœtidum, & vitiis contaminatum, vel ſeparatum à Deo, vel ſubuerſum, vel inobedientem & contumacem.

Omnia enim hæc dictio, qua hic vſus eſt propheta, ſignificat. Quæ omnia infideli populo rectè conueniunt. Quam ob cauſam interpres noſter meritò vertit: Ad populum incredulum.

Qui ponitis fortunæ menſam.) In Hebraico eſt ita: הַעֹרְכִים לַגַּד שֻׁלְחָן haorchim la gadh xulchan. Prima dictio ſignificat ponere, præparare, ordinare. Vnde id, quod dicitur in Pſalmo: Mane Pſal.5.
aſtabo tibi, & videbo, poteſt ex Hebraico verti: Manè præparabo me tibi, & videbo. Ac ſi dicat: Nocte ac tenebris meorum ſcelerũ habebo intellectũ caligine circunfuſum. At manè cùm me præueniente gratia tetigeris, præparabo me tibi, & ſplendore gratiæ gratum facientis illuminatus, mentis oculis ea aſpiciam, quæ anteà ignorabam. Secunda dictio, quæ eſt גד ſignificat fortunam, quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. R. Moſes dicit eſſe eam ſtellam, quam Iouem appellamus. Et R. Dauid hîc in commẽtariis etiam ſydus quoddã eſſe ait. Tertia dictio abſque vllo dubio mẽſam ſignificat. Ideò poteſt verti: Qui præparatis mẽſam Ioui: Eſt hæc ſtella in ſexto cœlo locata, cuius fulgorem dicũt eſſe proſperum & ſalutarem. Pagninus vertit: Qui paratis exercitui cœli mẽſam. Exiſtimat enim hanc dictionem ſignificare ſtellarum multitudinem, quam exercitum cœli appellauit. Nam גדד gadhadh ſignificat exercitum colligere, & congregare. Cum noſtra vulgata editione concordant Septuaginta, qui fortunam interpretantur. Quare hanc eſſe rectiorem interpretationẽ exiſtimo, & quia ſolebant antiqui, vt in explanatione dixi, fortunam colere, eiq; immolare: & quia dictio hæc fortunam ſignificat, vt ex verſione Septuaginta etiam demonſtratur.

Et libatis ſuper eam.) In Hebraico eſt: וְהַמְמַלְאִים לַמְנִי מִמְסָךְ veham malim lammi mimſac. Magna difficultas eſt in dictione מני, cui additur ל articulus. Nã noſter interpres habet ſuper eam, pro quo Pagninus poſuit, planetis. Ita enim habet: Implentis planetis libamen. Septuaginta, Implentis dæmoni poculũ. Pro eo quod Pagninus vertit, planetas, dixerunt illi, dæmonem. Dictio hæc deriuatur à verbo מנה manah, quod ſignificat 2.Reg.24.
numerare, vt ſecundo Regum: Vade numera Iſraël & Iudam. Vnde dictio hæc numerum ſignificat. Qua ratione adductus Pagninus vertit planetas, quaſi numerum ſeptem ſyderum. Poteſt rectè verti: Conſecratis ipſi numero libamen. Fortaſſe enim vult eos reprehẽdere, qui Pythagorizantes ita ſeipſum numerum extulerunt, vt veluti Deum adorarẽt. Pythagoras enim numeros magni fecit: & qui poſtea eum ſecuti ſunt, multò ſuperſtitioſius eos obſeruarunt. Et videtur alludere ad illum numerum, quoniã ſequitur: Numerabo vos in gladio. Quaſi dicat: Quoniam vos numero ſacrificatis, ego vos ad cædem numerabo.

Argumentum capitis LXVI.

Oſtendit Deus ſe implere cœlum & terram, & in pauperum, atque humilium animũ habitare. Increpat Iudæorum ſcelera, propter quæ illis Hieroſolymæ vaſtitatem minatur. Prædicit Eccleſiæ propagationem, & Apoſtolorum prædicationem & doctrinam. Conſolatur bonos, malos autem ait eſſe ſuorum flagitiorum pœnas daturos.

CAPVT LXVI.

A Aec dicir Dominus: Cœlum
Act.7.f ſedes mea, terra auré ſcabel-
lum pedum meorũ. Quæ eſt
iſta domus, quã ædificabitis
mihi? Quis eſt iſte locus requietionis
meæ? Omnia hæc manus mea fecit,& fa-
cta ſunt vniuerſa iſta, dicir Dominus. Ad
quem antem reſpiciã; niſi ad pauperculum,
& contritum ſpiritu, & trementem
ſermones meos. Qui immolat bouem,
quaſi qui interficiat virũ: qui mactar pe-
cus, quaſi qui excerebtet canem: qui of-
fert oblationem, quaſi qui ſanguinẽ ſuil-
lum offerat: qui recordarur thuris, quaſi
B qui benedicat idolo. Hæc omnia elege-
runt in viis ſuis, & in abominarionibus
Prou.1.c ſuis anima eorum delectata eſt. Vnde &
Ierem.7.e ego eligã illuſiones eorum, & quæ time-
Supr.65.b bant, adducam eis: quia vocaui, & non
erar qui reſponderet: locutus ſum,& non
audierunt, fecerúntque malum in oculis
meis,& quæ nolui elegerũt. Audite ver-
bum Domini, qui tremitis ad verbum
eius. Dixerunt fratres veſtri odiẽtes vos,
& abiicientes propter nomẽ meum. Glo-
rificetur Dominus, & videbimus in læti-
tia veſtra, ipſi autem confundentur. Vox
C populi de ciuitate, vox de rẽplo, vox Do-
mini reddentis retributionem inimicis
ſuis. Antequam parturiret peperit: ante-
quam veniret partus eius, peperit maſcu-
lum. Quis audiuit vnquam tale? Et quis
vidit huic ſimile? Nunquid parturiet ter-
ra in die vna? aut parietur gẽs ſimul, quia
parturiuit & peperit Siõ filios ſuos? Nun-
quid ego qui alios parere facio, ipſe non
pariam, dicit Dominus? Si ego qui gene-
rationem cæteris tribuo, ſterilis ero, ait
Dominus Deus tuus?

EXPLANATIO.

Hæc dicit Dominus: Cœlum ſedes mea.) Dixerat
Deus in fine capitis ſuperioris magnam fore pa-
cem & fœlicitatem in mõte ſancto ſuo, & ne Iu-
dæi exiſtimarent hoc eſſe intelligendum tantùm
de monte Moria, vbi erat ſitum templum Salo-
monis, putantes Deum in templo illo ſolùm de-
bere adorari, illóque paruo loco claudi & conti-
neri, ideò air Deus ſe implere cœlum & terram,
non autem in manufacto templo coerceri. Sed
quoniam Dei magnificentia magis in cœlo elu-
cet, quàm in terra, ob ipſius cœli admirabilem
pulchritudinem, excellentes influxus, & actio-
nes, & quòd ſit amplius toto orbe terrarum, il-
luſtrius,& præſtantius, poſitum in ſublimi, or-
natum innumerabilibus aſtris, quæ globoſa &
rotunda, ſplendidiſſimo candore fulgentia, cir-
culos ſuos orbéſq; conficiunt admirabili celeri-
tate, ordine,& cõſtantia, ideò cœlum appellatur
Dei ſedes atque thronus, terra antem tanquã in-
fimum elemẽtum pedum eius ſcabellum. Vnde
diuinus Pſaltes, Cœli, inquit, enarrant gloriam Pſal.18.
Dei,& opera manuum eius annũtiat firmamen-
tum. Eam ob cauſam in exordio diuinæ preca-
tionis dicimus: Pater nnſter qui es in cœlis. Húc Matth.6.
Eſaiæ locum citat glorioſus ille Stephanus pro-
tomartyr in concione, quam habuit apud Iu-
dæos, quam diuus Lucas literis mandauit. Pro- Act.7.
bat ille ex hoc loco Deum vbiq; eſſe, neq; in Sa-
lomonis templo concludi. Hoc intelligẽs Moy-
ſes in hunc modum fuit Hebræorum populum
in Deuteronomio allocutus: Cogitato in corde Deut.4.
tuo quòd Dominus ipſe eſt Deus in cœlo ſur-
ſum,& in terra deorſum. Et Dauid in Pſalmo: Si Pſal.138.
aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in
infernum, ades. Et per Ieremiam ipſe Deus: Nũ- Ierem.23.
quid nõ cœlum & terram ego impleo? Eſt enim
Deus excelſior cœlo, longior terra, latior mari,
omni profunditate profundior, totus vbiq; præ-
ſens, nõ per partes diuiſus, ſed totus in omnibus
locis, non localiter, ſed potentialiter, incompre-
henſibilis, omnem creaturam excedens. Si enim
quæras magnitudinẽ, maior eſt: ſi pulchritudi-
nem, pulchrior: ſi ſplendorem, ſplendidior: ſi cla-
ritatẽ, illuſtrior & præſtantior. Ipſe ſolus eſt qui
de ſe ait: Cœlum ſedes mea eſt, terra autem ſca-
bellum pedum meorũ. Sed cùm multi ſint cœli,
oritur dubitatio, de quo Deus hìc per Eſaiam lo-
quatur, an de Empyreo, an de Firmamẽto, an de
aliquo ex ſeptem cœlis Planetarum, an de primo
mobili poſt Firmamentum, quod etſi fuerit an-
tiquis ignotum putantibus Firmamentum eſſe
ipſum primum mobile, quorum opinionem ſe-
quitur Orontius inſignis noſtræ memoriæ ma-
thematicus, tamen experientia conſtat eſſe pri-
mum mobile aliud cœlum à Firmamẽto diſtin-
ctum, vt oſtendit Petrus Nonius magiſter meus,
mathematicorũ doctiſſimus, alter Euclides, al-
ter Ptolemæus. Huic quæſtioni reſpondendum
exiſtimo, cœlum hoc in loco nõ pro aliquo cœ-
lo particulari capi, ſed pro omnibus ſimul cor-
poribus cœleſtibus, quemadmodũ in principio
Geneſis: In principio creauit Deus cœlũ & ter- Geneſ.1.
ram, iuxta diui Chryſoſtomi ſentẽtiam. Magnus
Baſilius ideò exiſtimat cœlum ſedẽ Dei appella-
ri, quia cœleſtes virtutes in ſe firmiter retineant
inſidẽtem Dei cognitionem, terram autem ſca-
bellum pedum eius, quòd homines in terra de-
gentes vix poſſint capere vel extrema, quæ de
Deo celebrantur. Origenes & diuus Gregorius
exiſtimãt per cœlum hoc loco intelligi viros iu-
ſtos & pios, qui ob excellẽtem charitatẽ & con-
templationem, animíq; præſtantiam & altitudi-
nem cum cœlo comparãtur. Et meritò quidem,
cùm adhuc in terra conſtituti ſe ferant in ſubli-
me, iámq; in cœlis quodammodo habitent: ita
enim ait Paulus Apoſtolus: Noſtra enim cõuer-
ſatio in cœlis eſt. Quemadmodum enim rota, Philip.3.
vt diui Hilarij ſimilitudine vtar, licet in terra ſimilitudo.
voluatur, magna tamen ex parte, dum ſtete-
rit, eſt à terra eleuata, parua autem pars in terra
conſiſtit, ſic licet pars corporis ſit ambulans in
terra, anima tamen iuſti, quæ maior pars eſt ho-
minis,

minis, conuerſatur in cœlis. Eſt igitur vir iuſtus ſedes Dei iuxta id quod ſcriptū eſt: Anima iuſti ſedes ſapientiæ. Hæc ſapiētia Chriſtus eſt, quam
Prou. 8. Salomon in Prouerbiis ita facit loquentem: Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Et paulò pòſt: Et deliciæ meæ eſſe cū filiis hominum. Per hanc ſapientiam increatam intelligitur verbum, hoc eſt, Dei filius, vt ait in libro vndecimo de præparatione Euāgelica Euſebius Cæſarienſis. Solet enim ſcriptura Dei filium ſapientiam appellare: ita diuus Paulus in
1. Cor. 2. Epiſtola prima ad Corinthios, Chriſtus, inquit,
1. Cor. 2. factus eſt nobis ſapientia à Deo. Et in ſequenti capite: Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtram. Cùm autem ſedes Dei ſit cœlum, anima autē iuſti ſit ſedes Dei, apertè colligitur, eā eſſe cœlum, de quo hìc ipſe Deus ait: Cœlum ſedes mea eſt. At per terram, quam hîc appellat Deus ſcabellum pedum eius, impius peccator intelligitur, quem Deus veluti pedibus conculcat.

Ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum?) Dixerat Deus animā iuſti eſſe eius ſedē & templum: quod clarius explicans, ſubdidit: Quæ eſt iſta domus, quam ædificatis mihi? Modò multò apertius oſtendit domum, in qua requieſcit, eſſe iuſti animam, quam ſedem ſuā appellauerat. Ita
1. Cor. 3. Paulus Apoſtolus ad Corinthios ſcribens, Vos, inquit, eſtis templum Dei viui. Intuere animo quàm longè diſtet voluntas diuina ab humana. Homines volunt habitare cum diuitibus, Deus verò cum pauperculis. Homines quærūt hoſpitia amœna & feſtiua, Deus verò animas cōtritas ſermones ſuos trementes. Mundus pauperculos ærumnoſos eſſe ducit, Deus verò eos beatos eſſe oſtendit. Non ſine cauſa aiebat Lactantius: Hoc vno beati eſſe in hac vita poſſumus, ſi minimè beati eſſe videamur. Et rectè quidem. Nam quid iuxta mundi opinionem infœlicius paupertate?
Matth. 5. Et tamen ipſa veritas eā inter Euangelicas beatitudines cōnumerat, & hoc in loco, Ad quem, inquit, reſpiciam niſi ad pauperculum? Vnde ait
Pſal. 9. Dauid: Oculi Domini in pauperes reſpiciunt. Reſpicere autem in literis diuinis fauere ſignificat, & eum, quem reſpicis, gratum atq; charum
Geneſ. 4. tibi eſſe. Hoc voluit Moyſes in Geneſi ſignificare, dicēs: Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius nō
Pſal. 85. reſpexit. Et Dauid: Reſpice in me Domine, & miſerere mei. Vide quàm falſa ſit mundi de pau-
Matth. 19. pertate opinio, quam infœlicitatem vocat. Con-
Luc. 8. trà verò nihil mundus beatius diuitiis, nihil ſe-
Luc. 6. curius, nihil gratius & blandius ad vitæ curſum tranſigendū exiſtimat: cùm Deus eas ſpinas vocet: & alibi dicat: Væ vobis diuitibus. Et diuus
1. Tim. 6. Paulus in Epiſtola prima ad Timotheum: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Hæc Apoſtolus. Ex quibus aſpi-
ſimilitudo. cis quàm periculoſa ſit diuitiarum affluentia. Vt nauis graui mercium pōdere onuſta, in immenſo mari procella iactata, ventiſq; periculoſis expoſita proiicit ad mare merces & diuitias ne obruatur & funditus pereat, vtilius ducēs opes potius amittere, quàm vitam; quoniā exonerata ſecurius nauigat & celerius, ſic homines diuitiis circunfluentes mediiſq; mundi fluctibus cōmiſſi, variarúmq; tentationum exagitati debent ſe mercibus exonerare, & diuitias inter pauperes diſtribuere, ne illis intēperanter abutentes mergātur, atq; ad ima tartara præcipitētur. Ita nanq; poterunt maris curſum ſecurius trāſigere, & ad beatitudinis portum velocius, ac facilius accedere, ſi fuerint expediti, & diuitiarum pōdere exonerati. Si mundus eum fœlicem iudicat, quē rex aut princeps aliquis benignè intuetur, quàm fœlicior erit pauper, ad quem Deus piis oculis reſpicit, dicēs hìc: Ad quem reſpiciā niſi ad pauperculum? Sed dices nō poſſe eum eſſe fœlicem, qui opibus caret, quòd nullum habeat ſplendorem, nullam nominis claritatem. Hæc eſt mundi
opinio, ſed inania, impia, & ab omni veritate *ſimilitudo.*
aliena. Luna, cùm lōgius diſtat à Sole, totū ſuum ſplendorem terris oſtēdit, ad cœlum autem claritatem non mittit: cùm verò Soli coniungitur, tota in ſuperiore parte illuminatur, inferius autē nullum lumen oſtendit. Et tunc inſipientes eam obſcuram arbitrantur, cùm in eius cōiunctione cum Sole, eſt in ſuperiore parte ſplendidiſſima. Sic qui longè à Chriſto ſeparātur, humanam ſolùm inanēmq; gloriā quærunt, totum ſuū ſplendorem & numinis amplitudinē in terra defigūt, atque animi candoris & præſtantiæ obliti in humanis diuitiis, falſis voluptatibus, inani nominis claritate beatitudinē conſtituunt. At qui Soli illi iuſtitiæ Chriſto Deo noſtro cōiunguntur, animi ſplendorem ſurſum tendentem emittunt. Et tunc à mundi amatoribus obſcuri, omníque claritate deſtituti ſtultè iudicantur, cùm illa flāma diuini amoris incenſi, ſunt ſuperiore parte, hoc eſt, animo fulgentiſſimi. Ex quo efficitur, vt ad cœlum aſpirent Deum omnia prouidentē totámque vniuerſitatem moderantem intueantur, omnem veram claritatem in charitate diuiníque numinis imitatione conſtituentes, & gloriam in ipſius gloriæ contemptu collocantes.

Et trementem ſermones meos.) Vide quēadmodum diuinus vates in huius capitis exordio virū iuſtum deſcribat: eum appellat cœlū, Dei ſedem, templum & locum diuinæ quietis, pauperculū, contritum ſpiritu, diuinos ſermones tremētem. Ampla quidē & illuſtria nomina & epitheta. Et quanuis omnes Chriſtiani debent eſſe tot virtutum præſidio ſepti, tanta puritate muniti, vt illis omnia hæc conueniant, præcipuè tamen debent ad hāc perfectionem aſpirare, in eáque perpetuò permanere monachi & ſacerdotes, qui frequenter Chriſtum Deum noſtrum in admirabili eucharistiæ ſacramento ſumunt, illúdque diuinum manna, illum panem viuū, qui de cœlo deſcendit, manducant. Ipſe enim ait: Caro mea verè eſt *Ioan. 6.*
cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, qui mādu-cat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Et poſtea: Hoc eſt cor- *Matth. 26.*
pus meum. Quid clarius dici poterat? Non tulit diuinus amor, vt Chriſtus corporali præſentia à nobis ſe ſepararet, quin nobiſcum in ſacramēto maneret. Ibi eſt realiter eius corpus & eius ſanguis, & eius anima, & eius diuinitas: & in qualibet parte hoſtiæ cōſecratæ Chriſtus realiter cō-

tinetur, & verè eſt cibus. Sciebat ipſe Chriſtus
venturos eſſe hæreticos, qui dicerent, Chriſtum
non eſſe in ſacramẽto niſi figuratiuè aut ſignifi-
catiuè, ideò ad hunc errorem tollendũ dixit: Ca-
ro mea verè eſt cibus. Particula, verè, falſos in-
tellectus excludit: eius enim corpus, quod ibi
verè eſt, verè à nobis manducatur, & gratiá con-
Ioan.6. fert. Ita enim Chriſtus ait: Si quis manducauerit
ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quẽ ego
dabo, caro mea eſt pro mũdi vita. Erubeſcat igi-
tur Oecolápadius, Caluinus, & cæteri Caphar-
Ioan.6. naitæ dicentes: Quomodo poteſt hic nobis car-
nem ſuá dare ad manducandũ? Cùm ergo tá ad-
mirabile ſit hoc ſacramentũ, oportet ſacerdotes
illud miniſtrátes caſtos eſſe, & ita viuere, vt cœ-
li, Dei ſedes & téplum, meritò appellentur. Eam
ob cauſam ſanctè & iuſtè fuerunt illis connubia
in noua lege prohibita, vt conſtat ex Cócilijs, in
quibus hoc fuit aſſertum, & perpetuis monimẽ-
tis mandatum. In Concilio Carthaginenſi poſt
hanc prohibitionem ſunt hæc verba: Vt quod
Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas,
nos quoque cuſtodiamus. Aſpicis Eccleſiam af-
firmare eſſe connubia ſacerdotibus prohibita ex
Apoſtolorũ traditione. Et ne illa Apoſtolica do-
ctrina poſſet obliuione deleri, fuit in Concilijs
reiterata, & à Calixto ſummo pótificè Romano
vniuerſalis Eccleſiæ paſtore ante mille & tercẽ-
cẽtos annos mandata literis, atq; à cæteris pon-
tificibus confirmata. Fuit in primitiua Eccleſia
conceſſum, vt cóiugatus efficeretur ſacerdos ob
ſacerdorum infrequentiam, at ſacerdoté poſt ſa-
cerdotium vxorem ducere nunquam à Chriſti
morte fuit cóceſſum neque auditum: niſi noſtra,
hac in re infœlici ætate, quádo multi ſacerdotes
& monachi, qui ſe Deo deuouerát, perpetuúm-
que cœlibatum ſolenni voto profeſſi fuerát, ſe à
Chriſti Eccleſia ſepararũt, & Lutheri ſynagogæ
dediderũt. Hi aiunt impoſſibile eſſe perpetuam
1.Cor.7. caſtitatem ſeruare, & iuxta Pauli ſentẽtiam me-
lius eſſe nubere, quàm vri. Si hi diuinũ auxilium
conſiderarent, illúdque implorare vellent, nun-
quam has voces emitterent. Sunt quidem vires
noſtræ ex ſe tenues: at adiuuat nos Chriſtus, qui
nos nunquam deſerit, ſi ad eum confugimus, il-
1.Cor.10. lúmq; toto animo inuocamus. Fidelis eſt enim,
vt ait diuus Paulus, qui non patietur nos tẽtari
ſupra id, quod poſſumus, ſed faciet etiá cum ten-
tatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. Ipſi
Paulo laboranti, Chriſtúmque inuocáti reſpon-
2.Cor.12. dit idem Chriſtus: Sufficit tibi gratia mea: nam
virtus in infirmitate perficitur. Nó eſt igitur im-
poſſibile perpetuam caſtitaté ſeruare cum Dei
auxilio. Quòd ſi de illo aliquis dubitauerit, cœ-
leſtiáq; arma proiecerit, ſeipſum Chriſti præſi-
dio, de quo deſperat, indignum faciet, ſibiq; ipſe
perniciem machinabitur. Locus autem Apoſto-
li, Melius eſt nubere, quàm vri, quem pro ſe citát
hæretici, intelligitur de laicis, non auté de ſacer-
dotibus, quibus, vt oſtẽdimus, Apoſtoli connu-
bia prohibuerũt. Neque hoc in loco diuus Pau-
lus nuptias niſi infirmis cócedit. Ita enim ait. De
quibus mihi ſcripſiſtis, bonũ eſt homini mulie-
1.Cor.7. rem non tágere. Et paulò pòſt: Volo autem om-
nes vos homines eſſe ſicut meipſum. Et paulò
pòſt: Dico auté non nuptis & viduis, bonũ eſt il-
lis, ſi ſic permáſerint, ſicut & ego: quòd ſi nó cõ-
tinent, nubát, melius eſt enim nubere quàm vri.
Aſpicis diuum Paulũ hoc in loco non ſacerdoti-
bus, ſed imperfectis hominibus connubia cóce-
dere. Perpẽde eius verba: Quòd ſi nó continent,
nubát. Nó vitupetat matrimonium: eſt enim ſa-
cramentũ à Deo inſtitutũ, ſed præponit illi cóti-
nentiá, & cœlibatũ magnopere cómendat & ex-
tollit. Reddẽs autem cauſas ſui propoſiti, Volo,
inquit, vos ſine ſolicitudine eſſe: qui ſine vxore
eſt, ſolicitus eſt quę Domini ſunt, quomodo pla-
ceat Deo. Qui auté cũ vxore eſt, ſolicitus eſt quę
ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus
eſt. Si diuus Paulus laicis cœlibatũ ſuadet, quá-
tò magis ſacerdotibus & religioſis, qui caſtitatis
votum emiſerunt? Sed aiunt votũ caſtitatis eſſe
ineptum & improbatũ. Si hoc ita eſſet, cur Apo- Matth.19.
ſtolus cœlibatum & perpetuá caſtitaté ſuadet:
Quomodo Chriſtus laudat eunuchos, qui ſe ca-
ſtrauerunt propter regnum cœlorum? Qui cœli-
batum improbát, volunt Chriſtum & Paulũ cõ-
culcare. Qui votum caſtitatis frágunt, cõtemnũt
Dauidẽ dicenté: Vouete, & reddite Domino ve- Pſal.75.
ſtro, &c. Et in alio Pſalmo: Tibi reddá vota mea. Eccleſ.5.
Et eccleſiaſticum dicẽtem: Si quid vouiſti Deo,
ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis &
ſtulta promiſſio: ſed quodcunq; voueris, redde.
Quod auté dicunt neminem caſtitaté ſeruare eſt
planè falſum & impium: ſunt enim abſq; dubio
multi Chriſtiani caſtiſsimi & continentiſsimi.
Quid loquor de Chriſtianis, cùm ſit memoriæ
proditum multos Gentiles nó ſolùm caſtitatem
ſeruaſſe, ſed pro ea ſeruanda ſe morti obieciſſe?
Narrat Valerius Maximus lib.6. Græcá quandá
fœminá nomine Hipponem, cùm hoſtium claſ-
ſe eſſet excepta, ſe in mare proieciſſe, ne inconti-
nẽtes homines eius pudicitiá violarent. Sabelli-
cus etiá lib.5. ſcriptum reliquit, Democlem ado-
leſcenté Athenienſem in feruẽtis aquæ lacum ſe
proieciſſe, vt caſtitaté, quá in periculo videbat,
tueretur. Voluit potius in interitũ voluntarium
ruere, quàm cótinentiam amittere. Quid dicá de
virginibus Veſtalibus, cùm ſi aliqua in crimẽ in-
continentię incidiſſet, viua in cápo Scelerato ſe-
peliebatur, pro cuius inceſtu, vt refert Fuluius
in libro de antiquitatibus, erat in vrbe publicus
luctus? Ethnici caſtitaté ſeruát, nos auté Chriſto
dedicati, eiúſq; ſanguine redẽpti, cœleſtiq; præ-
ſidio muniti eá ſeruare non poterimus? Quis au-
diuit vnquá talẽ? Vbi igitur Chriſtiana religio?
vbi carnis mortificatio? vbi crux noſtra? vbi vo-
luptatum contẽptus? vbi vis illa Chriſtiana, quá
patitur regnum cœlorum, quod violẽti rapiunt?
vbi pudicitiæ feruor? vbi ardẽtes preces ad Chri-
ſtum fuſæ feruẽtibus lachrymis ſociatæ? vbi cœ-
leſtis præſidij fiducia? Nónne videtis ô ſacerdo-
tes Lutherani vos hac in re etiá ab ethnicis infi-
delibus ſuperari? Hæc eſt veſtra fortitudo? hæc
eſt veſtra reformatio? Quomodo audetis vocare
vos ipſos viros Euágelicus, à Deo miſſos, religio-
nis aſſertores, Eccleſiæ vindices, mũdi reforma-
tores, ſi nó ſolùm à caſtis Chriſtianis, ſed etiam à
Gẽtibus fide, ſpe, & gratia nudatis in virtute ſu-
peramini? Si à Deo eſſetis miſſi, viueretis conti-
nẽtius, veſtrámq; nouá ſectá virtutibus & mira-
culis cófirmaretis. Abrahá docuit circũciſionẽ,
rem

Geneſ.17. rem nouam in mundo: Moyſes legem ſcriptã an-
Exod.17. teà inauditã; Chriſtus eiuſq; Apoſtoli nouã legẽ, veteriſq; abrogationẽ: & omnes hi res illas nouas, quas docebãt, virtutibus & miraculis cõfirmarunt. Legite vtrunq; teſtamentum, reuocate in memoriã tẽpora præterita, reuoluite tã recentium quàm antiquorum annaliũ hiſtorias, & videbitis magnas nouitates & mutationes, quæ à Deo fuerunt, fuiſſe miraculis cõfirmatas, aut ſaltẽ à viris ſanctis, honeſtate perſpicuis, humilitate præcellentibus, charitate præſtãtibus inſtitutas & prædicatas. Erat Eccleſia in tranquillitate & quiete, nulla erat in rebus fidei diſſenſio, retinebántq; omnes Chriſtiani antiquam Eccleſiæ ſanctæ Romanæ fidẽ, & inſtitutiones. At ſurrexit quidã monachus apoſtata, nomine Martinus Lutherus, votifragus, qui omnia voluit mutare, atq; magnas ſtupendáſq; nouitates adducere. Si hæc ſunt à Deo, vbi ſunt Lutheri miracula, vbi virtutes? Pro humilitate amplectitur ſuperbiam, pro caſtitate incontinentiã, pro votorum obſeruantia perfidiã, pro abſtinentia intẽperantiã, pro exẽplis ſcandala, pro miraculis vitia. Vnde effectum eſt, vt in Germania leges nihil valeãt, iudicia iaceãt, mos patrius perierit, nulla abſtinẽtia, nulla cõtinentia, nullus pudor teneat hæreticos. Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas. Euertit Eccleſias, magnifica monaſteria, amplaque Dei tẽpla ſolo adæquauit, fuerunt bona cõmiſſa direptioni, monachi expulſi, virgines violatæ, & nihilominus tamen habet ſequaces Lutherus, eius ſectæ & libertatis ferè Mahumeticę ſectatores. O tẽpora, ô mores! O Deus immortalis vbinã Gentiũ ſumus? O amẽtes homines Lutheri ſequaces cur hæc nõ aſpicitis? cur perniciẽ veſtrã non cõſideratis? Hæc ſunt opera Euãgelica? hæc eſt Eccleſiæ reſtauratio? hæc ſunt remedia quæ affertis? O cæci homines! Veniet tẽpus, & nõ tardabit, quãdo hæreſes veſtræ finientur: at nulla erit vnquã ætas, nulla poſteritas, nulla hominũ memoria, quæ de veſtra cæcitate & amẽtia conticeſcat. Erunt omnia hæc omnium temporum annalibus mãdata, perpetuiſq; cõſignata monimẽtis. Si hæc mea ſcripta in manus veſtras fortaſſe deuenerint, vos oro & obteſtor, vt ea æquo animo feratis, nõ enim poſſum ſilere, premor dolore, inflãmor, doleo veſtrũ naufragium, deploro veſtrã triſtem calamitatẽ, fundo ad Deũ pro vobis crebras licet indignas meas precationes. Vellẽ enim, vt ita viueretis, vt vobis ea, quæ hîc ait Deus per Eſaiam, conuenirent: vt eſſetis cœlum, Dei ſedes & templum, humiles, contriti corde, Deique ſermones trementes.

Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat virum.) Senſus eſt: Abominabilia ſunt Iudæorũ impiorum ſacrificia: nã tam deprauato animo immolant bouem, quàm hominẽ. Quo propoſito ſolẽt ſuis idolis homines interficere & ſacrificare, eo mihi boues immolant. Vel ſic: Pro boue, quẽ mihi deberent immolare, immolant idolo hominẽ, pro pecoribus, quę deberent ſacrificare mihi, ſacrificant canes idolis: pro oblationibus offerũt ſanguinẽ ſuillum, pro thure, quod deberẽt in tẽplo meo incendere, colunt idola. Vel referuntur hęc ad tẽpus gratię poſt ſufficientem Euangelij promulgationẽ, vt dicat Deus: Nemo mihi offerat legalia ſacrificia, quoniam iam ſunt abrogata & mortifera: nolo legis vmbras, ſed Euãgelij veritatẽ: tã mortiferum eſt bouẽ immolare, veteriſq; legis ſacrificia offerre, quàm hominẽ occidere. Oſtendit hic locus ſoluendã fuiſſe legẽ Moſaicã, quod præter Prophetarum oracula fuit etiã à Sibylla Libyca iis verbis prædictum: Ecce venient dies, & illuminabit Dominus denſa tenebrarũ: & ſoluetur nexus ſynagogæ. Huius Sibyllæ meminit Euripides in Lamiæ proœmio, & Lactãtius Firmianus lib. 4. diuinarum inſtitutionum. De ceſſatione legalium ea poteris videre quæ primo capite annotauimus, & quadrageſimotertio duobus in locis.

Hæc omnia.) Nempe occidere homines, eóſque Moloch ſacrificare, canes idolis offerre, & ſanguinẽ ſuillum, & idolo benedicere, fecerunt Iudæi, talibúſq; abominationibus fuerũt delectati.

Vnde & ego eligã illuſiones eorũ.) Sẽſus eſt: Quoniã ipſi hæc elegerunt cõtra me, ego eligã contra eos illuſiones, nã illudentur & ſubſannabuntur. Quoniã me offenderũt, ego de illis pœnas ſumã. Verſio cui diuus Hieronymus adiecit cõmentaria habet, illuſores, & ait idẽ diuus Hieronymus, vtrunq; poſſe verti ex Hebraico. Et tunc eſt ſenſus: Quoniã ipſi, inquit Deus, elegerunt me cõtemnere, ego id permittã vt ſint, qui eos illudant & irrideant. Eſt eadẽ ſentẽtia cum ſuperiore. Vel ſic: Quoniã ipſi contra me elegerunt illuſiones, hoc eſt, idolorũ cultum, ego eligã eaſdẽ illuſiones ad ſumendũ pœnas de illis. Et ita capitur illuſio pro idololatria. Nã in literis diuinis ludere aliquando eſt idolum adorare. Ita interpretãtur
nõnulli id, quod eſt in Exodo ſcriptũ poſt vituli *Exod.32.*
conflationẽ: Sedit populus mãducare & bibere,
& ſurrexerũt ludere. & illud Geneſis: Vidit Sara *Geneſ.21.*
filium Agar Aegyptiæ ludentẽ cũ Iſaac filio ſuo, hoc eſt, eum ad idoli cultũ excitantẽ. Sed prima interpretatio mihi videtur planior & rectior.

Dixerunt fratres veſtri odientes vos.) Senſus eſt: Quoniã vocaui Iudæos, & noluerunt audire, ait Chriſtus, præbete vos aures mihi Apoſtoli mei, qui verba mea religioſè auditis. Fratres veſtri Iudæi impij & infideles, qui propter me vos odio habent & abiiciunt, in hunc modũ vos alloquentur: Vos dicitis Chriſtũ eſſe verum Deũ. Cur tam abiectum Deum introducitis? Glorificetur ille, videamus eum in ſua maieſtate cum magna lætitia veſtra, & credemus in eum. At Iudæi infideles hæc dicentes confundentur.

Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis.) Dixerat eſſe Iudæos ob ſuam infidelitatem & malitiã cõfundendos. Nunc explicat Propheta eorum ærumnas & calamitates. Acſi dicat: Obſidebuntur à Romanis, & in tantã miſeriã incident, vt præ dolore & deſperatione vehemẽtes fletus & clamoros emittant. Audietur enim clamor miſeri & ærumnoſi populi, tumultus & eiulatus ex omni parte de ciuitate & templo. Et ita ſentiẽt Deum iratum, acſi audirent vocem eius illos punientis, & duriter increpantis, quoniã erunt à Romanis capti, & occiſi, & eius ciuitas funditus euerſa. Tũc impletum fuit id, quod illis Chriſtus præ-
dixerat: Ecce relinquetur vobis domus veſtra *Luc.13.*
deſerta. Quod multò anteà Michæas Propheta

Mich.3. in hũc modum prædixerat: Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum.

Antequam parturiret peperit.) Reiecta ſynagoga, Eccleſia Chriſti propagabitur, & ante tẽpus pariendi pariet. Hoc eſt, breui & celeriter multiplicabitur. Et quoniã hoc ſuperabat humanum ingenium, ſubdit: Quis audiuit vnquam tale? Et ſtatim comparat Eccleſiam terræ fœcundæ vno die magnam herbarum multitudinẽ producen-
Act.2. ti. Nã vt in Actis refert diuus Lucas, vna die cre-
Act.4. diderunt circiter tria millia. Et in alio loco ait cõcionatum fuiſſe diuum Petrũ, & multos credidiſſe, factúmq; eſſe numerũ eorũ quinq; millia.

Nunquid ego.) Nõ mirum eſt Eccleſiam tot filios breui tempore habere. Nã ego hoc faciam, ait Deus. Et filij Eccleſiæ, mei erũt filij. Ego igitur qui aliis vim tribuo gignendi, nõ ſterilis ero. Vocat Deus viros iuſtos filios ſuos. Hoc eſt,
Ioan.1. quod ait diuus Ioannes: Quotquot autem receperũt eum, dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius. De qua generatione capite quinquageſimotertio copiosè diſſeruimus.

Lætamini cum Ieruſalem, & exultate
D in ea omnes, qui diligitis eã: gaudete cũ ea gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eã, vt ſugatis, & repleamini ab hubere cõſolationis eius, vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam ſugetis, ad hubera portabimini, & ſuper genua blandiẽtur vobis. Quomodo ſi cui mater blãdiatur, ita ego conſolabor vos, & in Ieru-
E ſalem cõſolabimini. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabũt, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuã in flamma ignis, quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino. Qui ſanctificabantur, & mundos ſe putabant in hortis poſt ianuam intrinſecus: qui comedebant carnem ſuillam, & abominationem & mu-
F rem, ſimul conſumentur, dicit Dominus. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum, venio vt congregem eum omnibus Gentibus & linguis, & venient & videbunt gloriam meam.

Lætamini cum Ieruſalem.) Inuitat Propheta fideles, vt Eccleſiæ congratulentur.

Vt ſugatis, & repleamini ab hubere conſolationis eius.) Id eſt, vt quaſi modò geniti infantes ſugatis hubera diuinæ conſolationis, vt lacte iucundioris gaudij reficiamini.

Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi torrẽtem inundantem gloriam Gentium.) Alij codices habet: Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantẽ gloriã Gẽtium. Et ita eſt in Hebraico. Promiſit Deus hoc in loco Eccleſiæ tantam pacis affluentiam, quæ non riuulo, ſed fluuio cõparetur, & gloriã Gentium ſe eſſe ad Eccleſiã tranſlaturum. Quod impletum
eſſe cognoſcimus. Nã magni principes Gentiles, ſimile.
& excellẽtes Philoſophi, aliiq; viri fortitudine & gloria præſtantes, idola repudiarunt, ſéq; Eccleſiæ ſubiecerunt. Et vt piſces in marinis aquis nati & nutriti nullum habent maris ſaporẽ, ſic hi in Gentilitate, & idolorum cultu geniti & educati, à Gẽtium vana ſuperſtitione & idololatria longiſſimè abfuerunt. Vt enim Ioſias ſtatuas idolorum cõtriuit, earúmq; loca oſſibus mortuorum
repleuit, vt in quarto lib. Reg. diuina narrat hi- 4.Reg.23.
ſtoria, ſic hi repudiatis idolis deiectíſque ex animo vanitatibus, quas veluti idola colebant, eum ipſum animum mortis meditatione repleuerũt, illúmque veluti altare Deo dedicarunt.

Et gaudebit cor veſtrum.) Mundi conſolatio at- Ioan.17.
tingit corpus, diuina autem cor penetrat. Ideò Chriſtus ſuis Apoſtolis dicebat: Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.

Et oſſa veſtra quaſi herba germinabunt.) Hoc eſt,
magno gaudio afficiemini. Nã quemadmodum Prou.17.
ſpiritus triſtis exiccat oſſa, vt dicitur Prouerb. 17. ſic ſpiritus lætus dicitur oſſa viridia & florida efficere.

Et cognoſcetur manus Domini ſeruis eius.) Id eſt, Et auxiliũ Dei erit ſeruis ſuis perſpectũ & cognitũ.

Ecce Dominus in igne veniet.) Nempe in die iudi- Pſal.49.
cij. Ita dicitur in Pſalmo: Deus manifeſtè veniet Deus noſter, & non ſilebit, ignis in cõſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida. Quadrigæ autẽ eius, quas turbini veloci propter celeritatem cõparauit, Angeli ſunt, qui venient cum Chriſto. Poteſt hoc intelligi de Iudæorum vaſtatione per Romanos, quando Hieroſolyma fuit euerſa, & templum incendio flagrauit.

Qui ſanctificabantur.) Hoc eſt, qui ſibi ſanctimoniam aſſumebant & arrogabant. Notat hypocritas.

Et mundos ſe putabant in hortis poſt ianuã intrin-
ſecus.) Id eſt, qui intrant in hortos, vbi poſtquam Marc.7.
ianuã ingrediũtur, ſe abluunt, & purificatos pu- Matth.23.
tant. Solebant Iudæi crebris vti lotionibus corporis, animi candorem minimè curantes. Eã ob cauſam dicebat illis Chriſtus, vt eſt apud Matthæum, Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, qui mũdatis quod deforis eſt calicis & paropſidis, intus autẽ pleni eſtis rapina & immundicia.

Ego autem opera eorũ & cogitationes eorum venio vt congregem cum omnibus Gentibus. Hoc eſt, Ego, inquit Chriſtus, veniã ad extremum iudicium, vbi congregabo opera & cogitationes Iudæorum cum operibus & cogitationibus Gentium, vt reddam vnicuique iuxta opera ſua.

Et ponam in eis ſignum, & mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad Gentes in mare, in Aphricam & Lydiam, tenentes ſagittam in Italiã & Græciã, ad inſulas longè, ad eos qui nõ audierunt de me, & nõ vide-

viderunt gloriā meam. Et annuntiabunt
gloriam meā genribus, & adducent om-
nes fratres veſtros de cunctis gētibus do-
num Domino, in equis, & in quadrigis, &
in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad
monrem ſanctum meum Hieruſalem, di-
cir Dominus: quomodo ſi inferant filij
Iſrael munus in vaſe mundo ad domum
G Domini. Er aſſumam ex eis in Saccrdo-
Apoc. 21. a tes & Leuitas, dicit Dominus. Quia ſicut
cœli noui, & terra noua, quæ ego facio
ſtare coram me, dicit Dominus Deus, ſic
ſtabit ſemen veſtrū, & nomen veſtrū. Et
erit menſis ex menſe, & ſabbatū ex ſab-
bato, veniet omnis caro, vt adoret coram
facie mea, dicir Dominus. Et egredien-
tur, & videbunt cadauera virorum, qui
Mar. 9. g prævaricati ſunt in me. Vermis eorū non
morierur, & ignis eorum non extingue-
tur, & erunt vſque ad ſarietatem viſionis
omni carni.

Et ponam in eis ſignū.) Locutus fuerat propheta de eccleſiæ propagatione. Sed quoniā præuiderat pleroſque Iudæorum non eſſe ad eam venturos, meminit extremi iudicij, vbi ipſi cōdemnabontur. Nunc redit ad Apoſtolorū prædicationem. Et introducit Deom dicentē, ſe ſignaturū nonnullos ex credētibus viros ioſtos, eóſq; miſſurum ad enuntiādum Euangeliū gentibus per totum orbem terrarū diſperſis. Nam per mare, Aphricā, Lydiam, Italiam, & Græciā, vniuerſus orbis intelligitur. Chriſtus nō ſolùm Apoſtolos deſignauit ad annuntiandū Euangelium, ſed vt
Luc. 10. ait diuus Lucas, deſignauir alios Septuaginta duos, & miſit illos binos ante faciē ſoā. Er quoniā Apoſtoli & alij fuerūt à Chriſto ſignati, ideò hîc ait: Et ponā in eis ſignū, & mittā ex eis, &c.
Pſal. 21. De his concionatoribus dicitur in Pſalmo: Annuntiabont cœli iuſtitiam eius, populo qoi naſcetur, quem fecit Dominus. Illi enim quos Dauid nomine cœlorum ſignificauit, Chriſti iuſtitiam annuntiarūt popolo, qui per fidem & gratiam tenatus eſt ex aqua & Spiritu ſancto.

Tenentes ſagittam.) Poteſt referri ad Lydos, vt ſit ſenſus: Mittā hos cōcionatores ad Aphros, & Lydos, qui pollent arcu & ſagittis, qui ſunt arte ſagittandi inſtructi. Vel ad ipſos Apoſtolos præclaros ſagittarios, quoniā corda infideliū ſagittis verborū ſuorū transfixeront, eóſq; in diuinum amorem excitarunt. De iis concionatoribus in-
Pſal. 63. telligitur id, quod dicitur in Pſalmo: Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum. Acſi diceret: Verba Apoſtolorum, quos ob innocentiam paruulos appello, dura hominum corda traiecerunt, & amore in Chriſtum vulnerarunt.

Et non viderunt gloriam meā.) Hoc eſt, meipſum. Vel gloriam meam, hoc eſt, mea miracula.

Et adducent.) Vaticinatur de conoerſione infidelium ad fidem & eccleſiam Chriſti. Per eqoos & quadrigas, cæteráſq; vectutas, intellige omnes rationes & modos adducēdi infideles ad Eccleſiā, quæ per montē ſanctū Hieruſalē ſignificatur.

Quomodo ſi inferant filij Iſrael.) Hoc eſt, Vt filij Iſrael offerunt in tēplo dona mūda in vaſe puro, ſic Apoſtoli adducent ad Eccleſiā Gentes veluti munus Deo gratū. Et erūt fideles ſemper in Eccleſia tāquā nouū cœlū, & noua terra. Vult ſignificare fidem nunquam in Eccleſia defuturam.

Et erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato.) Hoc eſt, omnibus mēſibus & omnibus ſabbatis. Quaſi dicat: Semper & omni tēpore veniet omnis caro vt adoret coram facie mea. Hoc eſt in perpetuū me Chriſtiani adorabūt. Et vt affectū & deſideriū colendi Deum in Chriſtiaois propheta oſtenderet, ait: Veniet omnis caro vt adoret. Solent enim homines ad rem deſideratam frequenter ire.

Et egrediētur.) Nempe viri iuſti à cōſideratione ſui, ad impiorum conſideratione: & videbunt eorū cadauera. Animaduerte. Impios appellat cadauera, & corpora abſq; anima. Quî enim fieri poteſt vt viuant ab ipſa vita alienati? Chriſtus de ſeipſo, Ego inquit, ſum via, veritas, & vita. Cùm Ioan. 14. autē ſceleribus implicati ſint ſeparati à Chriſto, qui eſt vita, nō viui ſed mortui meritò appellantur. Quapropter dicebat Chriſtus cuidam ab eo petēti, vt permitteret illi ſepelire patrem ſuom: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſoos. Et diuos Paulus in epiſtola prima ad Timotheum, Quæ, inquit, in deliciis eſt, viuens Mat. 8. mortua eſt. Miraremur abſque dubio ſi videre- 2. Tim. 5. mus loqui & ambulare cadauer hominis, quem ſciremus mortuū eſſe, & talis viſio nos teneret ſtupidos: & nō miramur vidētes quotidie homines flagitioſos, impiis atq; mortiferis ſceleribus inqoinatos, oobiſcum loquentes, & ambulātes, cum eos Chriſtus mortuos appellet. Quid aliud eſt impius peccator quàm cadauer & phātaſma? Vt anima vita eſt corporis, ſic gratia vita eſt animæ. Vnde anima abſque gratia dicitur mortua: mortua autē anima, homo ipſe manet cadauer, in ſepolchro peccatorum iacens. Debet tamen ſperare, vt veniat Chriſtus, & dicat: Lazare veni Ioan. 11. foras.

Vermis eorum non morietur.) Hoc eſt, cruciatus atque conſcientiæ morſus ſemper illis in inferno durabit, vbi in igne inextinguibili & æterno torquebuntur. Ita apud diuum Marcū ait Chriſtus: Bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quàm Mar. 9. duas manus habentē ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Ex quo colliges loqui hoc in loco Eſaiam de damnatorū in inferno cruciatibus, quos inquit eſſe ob ſua ſcelera viris iuſtis faſtidio. Oſtendit hic locus falſam eſſe eorum opinionem qui impiè aſſerunt animas eſſe mortales, nec eſſe poſt mortē pœnā neq; gloriā. Et quanuis contra eos ſint in nooo Teſtamento multi loci meridiana luce clariores, illos tamen ſilētio præteribo, qooniā qoi in hac ſunt hæreſi, nouū Teſtamentū haudquaqoā recipiūt. Eā ob cauſam veteris legis authoritatibus Gentiliúmqoe philoſophorum ſententiis eos conuincam. Capite 49. Geneſeos in illa oratiooe, qoā Iacob morti propinquus ad filios ſoos habuit, vbi nos Gen. 49. habemus: Congregamini, vt annuntiem quæ vētura ſunt, &c. habet Thargum Hieroſolymitanū, Congregamini & docebo vos finē recon-

ditum, arcana abſcondita, & præmium merce-
dis, qood monet iuſtos: pœnam item impiorum,
atque fœlicitatẽ horti Edem. Hæc ibi. Per Hor-
tum Edem intelligitur paradiſus, cuius fœlici-
tas eſt æteroum præmium mercedis iuſtorum.
Aſpice ſanctum patriarcbam in illa vaticinatio-
ne ad ſpiritualia æternáque bona reſpexiſſe. Da-
uid ille clariſſimus rex, & excellentiſſimus vates
Pſal. 48. Pſalmo 48. loquens de impijs peccatoribus ca-
nebat: Sicut oues io inferno poſiti ſunt, mors de-
paſcet eos: & dominabuntur eorum iuſti in ma-
tutino. Et auxiliũ eorum veteraſcet in inferno, à
gloria eorũ expulſi ſunt. Veruntamen Deus redi-
met animam meam de manu inferni, eùm acce-
perit me. Mortem hanc, quæ depaſcet impios,
non autem iuſtos, perſpicuum eſt noo eſſe eam
ſeparationem animæ à corpore omoibus cõmu-
nem, quam mortem appellamus, ſed pœoam in-
ferni, æternámque damnationis noctem, quem-
admodum matutinũ, io quo ioſtorum præmiũ
atq; principatus reſeruatur, eſt reſurrectio ad vi-
tam immortalẽ æternáq; charitas & beatitudo.
Prou. 14. Salomon in Prouerbiis, In malitia, ioquit, ſua re-
pelletur impius, ſperat autẽ iuſtus in morte ſua.
Cùm mors ſit terribilis & moleſta, quid poſſet
in ea iuſtus ſperare, niſi eſſet poſt eam altera vita
Dan. 12. multò illuſtrior & præſtantior? Daniel capite
duodecimo, In tempore, inquit, illo ſaluabitur
populus tuus, omnis qui inuẽtus fuerit ſcriptus
in libro. Et multi de his qui dormiunt io terræ
puluere, euigilabũt, alij in vitã æternã, alij in op-
probrium, vt videant ſemper. Qui autem docti
fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmameoti: &
qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in
perpetuas æternitates. Hæc Daniel. Verba illa:
Alij in opprobriũ, vt videãt ſemper, poſſunt ita
verti ex Hebręo: Alij ad opprobria & abiectionẽ
Iob. 19. æternã. Iob, Scio, inquit, quòd Redemptor meus
viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus
ſum: & rurſum circundabor pelle mea, & in car-
ne mea videbo Deũ, quem viſurus ſum ego ipſe.
Pſal. 16. Quid clarius dici poterat? Dauid in Pſalmo, Sa-
tiabor, inquit, cùm apparuerit gloria tua. Et in
Pſal. 26. alio: Credo videre bona Domini in terra viuen-
tium; Et in alio: Beati qui habitant in domo tua
Pſal. 83. Domine, in ſecula ſeculorũ laudabũt te. In libro
Sap. 5. Sapiẽtiæ inducũtur impij io æternis pœnis cru-
ciati ſuam miſeriã plorantes: & ſtatim ſubditur:
Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerũt. Et
paulò poſt dicitur de iuſtis: Iſti autẽ in perpetuũ
viuent, & apud Dominũ eſt merces eorum: Non
ſolùm diuinæ literæ, ſed etiã gentiũ philoſophi
hanc veritatẽ cõteſtantur. Socrates aſſeruit duas
eſſe poſt mortẽ vias, alterã, qua ibant iuſtorũ ani-
mæ ad gloriã immortalẽ, alteram, qua impij deſ-
cendebant. Nam qui ſe peſtiferis vitiis cõtami-
naſſẽt, & in diuino humanóq; iure violãdo frau-
des inexpiabiles cõcepiſſent, iis deuium quoddã
iter eſſe aiebat ſecluſum à concilio ſanctorum.
Quàm admirabiliter diſſeritur de animæ im-
mortalitate in apologia Platonis, in Phædro, in
Phædone, & aliis in locis? Ipſe Plato, Breues, in-
quit, virtutis labores æterna voluptas ſequitur.
Cyrus apud Xenophontẽ animã ait eſſe immor-
talem, quem citat Marcus Tullius in Senectute,
vbi quemadmodum in ſexto lib. de Rep. & in
ptima quæſtione Tuſculana, & aliis in locis ani-
mæ immortalitatẽ vindicat & extollit. In libro
de inſcriptionibus vetuſtatis ſcriptum legi fuiſſe
memoria patrum noſtrorũ inuentum antiquum
epitaphium in ſepulchro Aurelij Balbi ethnici
hominis, in cuius fine erant hæc verba literis
mãdata: Hîc in ſpe reſurrectionis quieſcenti lo-
cus publicè datus eſt. Nunquam Epaminundas
Thebanus, neque Codrus Athenienſis, neque
Decij Romani, cum aliis ſe pro patria telis hoſtiũ
obieciſſent, ſi nihil longius quàm vitæ termini
poſtulabãt, de animæ immortalitate cogitaſſent.
At mẽte perſpiciebant eſſe nobis exiguum vitæ
curriculũ circunſcriptũ, immẽſum gloriæ, eſſéq;
in cœlo ſplendidiſſimas mãſiones, vbi Beati æuo
ſempiterno fruuntur. Hanc de animæ immorta-
litate ſeotentiã ſequebantur etiã gentes infideles
Indiarum Orientaliũ incolæ, quas Dei præſidio
vicit, & ad Chriſti fidem conuertit admirabilis
ille Emanoel inuictiſsimus Luſitanorũ rex, cuius
facta celebrabuntur non ſolùm noſtris, ſed penè
omnium geotium literis atq; linguis, neque vlla
vnquam ætas de eius laudibus conticeſcet. Aſpi-
cis igitur non tantùm fideles, ſed gentes etiã fide
nudatas reſurrectionẽ animæq; immortalitatem
cognouiſſe. Cùm enim Deus ſit iuſtus, affecturus
eſt præmio bonos, malos autem pœna: atqui ali-
quando hoc non fit in hoc mundo, cũ iuſtos de-
primi videamus, impios autem extolli, ergo in
alio. Hoc intelligẽs Eſaias loquénſq; hoc in loco
de æternis ſceleratorum cruciatibus ait: Vermis
eorũ non morietur, & ignis nõ extinguetur, &c.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT VLTIMVM.

Qui recordatur thuris.) In hebraico eſt, לבנה
מזכיר mazcir leuooah. Prima dictio eſt à verbo זכר
zachar, quod ſignificat recordari, vt Threnorũ Thren. 5.
quioto: Recordare Domine quid acciderit no-
bis. Significat etiã fragrare, & odorem emittere.
Ideò illud Leuitici: Vt ſit panis in monumẽtum Leui. 24.
oblationis Domini, poteſt verti: Vt ſit panis in
odorẽ oblatioois Domini. Dictio enim azcarah,
quæ ibi eſt, ſignificat odorem, monumentum, &
memoriã: eſt enim deriuata à verbo hoc zachar,
quod & meminiſſe ſignificat, & fragrare, & in
tertia coniugatione facere fragrare, ſiue fumiga-
re & ſuffire. Quapropter poteſt hic locus Eſaiæ
ita verti: Qui adolet thus, vel fumigare facit. Eſt
enim adolere ſacrificare, & quaſi odorem Deo
præbere. In hac ſignificatione accipitur à Virgi-
lio dicente: Verbenáſq; adole pingueis, & maſ-
cula thura. Ita hunc locũ R. Selomoh & R. Da-
uid in cõmentariis interpretantur: quibus aſſen-
titur Ionathan in tranſlatione Chaldaica, ita ha-
bens: Qui offert thus. Vnde id quod eſt in Canti- Cant. 1.
cis ſcriptũ: Memores vberũ tuorũ ſuper vinum,
poteſt etiã verti: Fragrauit amor tuus pluſquàm
vinum. Sed quoniã pręcipua huius verbi ſignifi-
catio eſt recordari: voluit noſter interpres, & re-
ctè quidẽ, eam ſequi: cõuenit enim cum antece-
dentibus & conſequentibus, & non recedit à
communi ſignificato.

Eligam

Eligam illuſiones eorũ.) In Hebraico eſt: Eligam בתעלוליהם bethaalulehem. Ideò poteris ita vertere: Eligam effœminatos eorum, nempe vt de illis pœnas ſumam. Nam תעלול taalul, quod eſt dictionis huius ſingulare: effœminatum ſignificat, vt ſuprà capite tertio: Et effœminati dominabuntur eis. Et quoniam nonnulli exiſtimant dictionem hanc deriuari à verbo עולל olel, quod ſignificat conterere, tranſtulit Thargũ, afflictiones eorum: vt ſit ſenſus: Ego eos affligam.

Antequàm parturiret, peperit: antequàm veniret partus eius, peperit maſculum.) Ionathas Chaldaicus ita hunc locum transfert: Antequam veniret ei anguſtia, ſalua facta eſt, & antequam venirent ei dolores partus, Meſſias reuelatus eſt. Quorum verborum hic eſt ſenſus: Priuſquã Iudæa à Tito obſideretur, iam erat æternam ſalutem cõſecuta, & antequam ab eodẽ Tito euerteretur, iam Meſſiam pepererat, qui eos ſaluos fecit, qui eum receperunt. Comparat propheta Hieroſolymæ afflictiones doloribus, quibus parturientes mulieres premuntur. Ita hunc locum non ſolùm Ionathas, ſed etiam antiqui Iudæorũ Rabbini intellexerũt, quos ſequitur R. Samuel Bernahamã. Si Meſſias erat ante Hieroſolymæ euerſionẽ per Romanos venturus, eſt autem ea deſtructa mille quingẽtos retrò annos & amplius, perſpicuũ eſt veniſſe Meſſiam, falsámq; eſſe, ineptá, & impiam Iudæorũ opinionẽ Meſſiam expectantium. Fuit adeò recepta hęc Ionathę interpretatio, vt multi ex Iudæis videntes Hieroſolymã euerſam aſſeuerint Meſſiã iam veniſſe, quẽ dixerũt eſſe Barchoſſiham hominem quendam ſceleratum, qui poſteà fuit occiſus, luens ſuorum flagitiorũ meritiſſimas pœnas. Ita ait R. Moyſes Aegyptius &

Agg.2. alij. Aggæus propheta ſecundo capite loquens cum Hebræis templũ Hieroſolymæ poſt Babylonicam captiuitatem reædificantibus templum ipſum indicans, ait: Veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum eſt argentum & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquàm primæ. Hæc ibi. Duo ex hoc loco apertè colliguntur, vnum eſt templum ſecundum maiorem gloriam habuiſſe quàm primum: alterum eſt nunquam Hieroſolymæ futurum eſſe Iudæorum templum, cùm illud ſecundum appelletur hîc nouiſſimum ſiue vltimum, poſt quod aliud non eſt. Vnde conuincitur eorum cæcitas, qui templum Hieroſolymæ, vbi legalia offerant ſacrificia, ſe eſſe ædificaturos expectãt. Sed videamus in quo conſiſtit hæc fœlicitas & gloria, qua ſecundum templum excelluit primo. Non in regibus, nec in prophetis, non in auro, vaſis, pulchritudine, magnitudine & magnificentia, cùm ſit perſpicuũ in omnibus his fuiſſe primũ multò excellentius & præſtãtius, quippe ædificatum à Salomone rege ditiſſimo, tam ſumptuoſum vt omnia, quæ in illo erãt, auro tegerentur, vt Scri-

3.Reg.6. ptura commemorat. At ſecundum fuit à Iudæis ædificatum à captiuitate redeuntibus inopia laborantibus. Ex quo effectum fuit, vt ſenes qui primum templum viderant, illúdque memoria tenebant, videntes ſecundum ad excellentiam primi nulla ex parte accedere, lachrymis & lamentis aerem implerent, atque in intimo pectore ſingultus continere non poſſent. Teſtis eſt Eſdras capite quinto libri ſecundi, & Ioſephus vndecimo Iudaicarum antiquitatum. Quæ eſt igitur hæc gloria, qua ſecunda domus primam ſuperauit, niſi præſentia Meſſiæ, qui in eo futurus erat, qui illud erat ſuo ore, ſua doctrina, ſuis virtutibus, ſuis miraculis illuſtraturus? Hæc fuit gloria illa ſecundi vltimíque templi, de qua hîc loquitur Aggæus, qua nulla alia poterat eſſe maior, nulla excellẽtior, nulla illuſtrior & præſtantior. Id indicat idem vates, dicens: Veniet deſideratus cunctis gentibus. Vbi Thargum habet: Veniet Meſſias. Ac ſi diceret: Hac in re erit hæc domus glorioſior prima, quia Chriſtus verus Deus & verus homo in ea realiter apparebit, prædicabit, & miracula efficiet. Quæ omnia impleta fuiſſe ex Euãgelica hiſtoria cognoſcimus. Si Meſſias erat venturus ſtante ſecundo templo, iam venit, cùm templum illud ſit funditus euerſum: atqui erat tunc venturus iuxta hanc Aggæi vaticinationẽ, ergo iam venit. Quis eſt tam cæcus qui hanc tam claram veritatem non videat? Cum hoc oraculo conuenit id, quod ait Deus per Malachiam capite tertio: Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quæritis. Eſſe hunc dominatorem Meſſiam non ſolùm Chriſtiani, ſed etiam Hebræi aſſeueranter affirmãt. Dicens propheta Meſſiam venturum eſſe ſtatim ad templũ ſuum, indicat ſe loqui de illo ſecundo templo, ad quod ſtatim Meſſias erat venturus. Cùm autem nullum tale templum ſit, quid expectant miſeri Iudæi? Aut Meſſias iam venit, aut falſa eſt illa prophetia: at prophetia non eſt falſa, ergo Meſſias venit, & fruſtra à Iudæis venturus expectatur. Præterea Meſſias non ſolùm erat futurus ex tribu Iuda, ſed ex familia Dauid, iuxta illud Pſalmi: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Et illud Eſaiæ: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, &c. At hodie nulla eſt tribus ab alia ſeparata, cùm Hebræi per totum orbem terrarum diſperſi & peregrini vxores ducant ex quacunque tribu ſine delectu. Si nulla eſt inter eos diſtinctio & ſeparatio tribuũ, quantò magis familiarum? Si ignoratur tribus, multò magis familia. Fuit hæc tribuum ſeparatio vſque ad Meſſiam, qui de tribu Iuda futurus erat: at poſt Meſſiam nulla eſt talis ſeparatio neque diſtinctio. Præterea Daniel propheta capite nono cùm eſſet cum aliis Hebræis in Babylonica captiuitate ſcripſit reędificãdam eſſe Hieroſolymam, quæ tunc erat euerſa, & venturum eſſe Chriſtum, & perdendum eſſe populum qui eum negaturus erat, & deuaſtandam ciuitatẽ & templum à populo qui venturus erat cum duce, & ceſſatura eſſe Iudæorum ſacrificia. Et ſtatim deſcribit tempus quãdo hæc futura erant per hebdomades. Lege caput illud: numera illas hebdomades: vt volueris, dando vnicuiq; ſeptem dies, vel ſeptem menſes, vel ſeptem annos, & videbis impletũ eſſe multis ab hinc annis tempus Meſſiæ. Præterea ſi iuxta hanc Danielis vaticinationem prius erat Meſſias venturus quàm Iudæorum populus perderetur, & diſpergeretur,

Marginal notes (right margin): 2.Eſd.5. — Mal.3. — Pſal.131. — Suprà 11. — Dan.9.

tur, eiúſq; ſacrificia ceſſarent: & ſcimus Iudæorum populum eſſe perditum, & diſperſum, & ſacrificia ceſſaſſe: nam ceſſante templo in quo ſacrificia fiebant, neceſſarium erat ceſſare ipſa ſacrificia, perſpicuum eſt veniſſe Meſſiã, & ex conſequenti vanã eſſe, falſam, & impiam Hebræorũ opinionem, imò perfidiam, & pertinaciã, Meſſiã expectantiũ. Vltimo loco in mediũ proferam Iacobi patriarchæ vaticinium, quod hanc noſtram veritatẽ abſq; dubio oſtendit. Cùm vir ille præclarus, quo nullus erat iuſtior, nullus charitate inſignior, nullus vaticinatione præſtãtior, intelligeret vitę ſuæ exitũ appropinquare, vocauit filios ſuos, quibus inter alia regnũ ad tribũ Iudã venturum eſſe ſignificauit. Et animi oculis perſpiciens eſſe regnum ab ea auferẽdum, & ſtatim
Gen.49. Meſſiã venturum, has voces emiſit: Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittẽdus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium. Aſpice quàm apertè dicat, non fuiſſe regnum à tribu Iuda auferendũ niſi tẽpore Meſſiæ. Cùm autem ſit illi regnũ ablatum à tem-
Matt.2. pore Herodis Aſcalonitæ, qua ætate natus eſt Chriſtus, apertè concluditur, veniſſe Meſſiã, eſſéque ſaluatorem noſtrũ Chriſtum Dei filium. Conſtat enim non ſolùm ex Euangelica hiſtoria, ſed etiã ex Ioſepho hiſtoriographo Hebræo, & ex Rabbinorũ antiquorum dictis, quæ Finus Adrianus collegit, & literis Latinis mandauit, fuiſſe Iudæã in Chriſti aduentu à Romanis poſſeſſam & à Gentilibus gubernatã, & tribum Iuda ſpoliatam potentia, omníq; regia dignitate deſtitutam. At Hebræi ne à ſua cõtumacia deſiſtant, aiunt hoc non intelligi de Meſſia, ſed de Saule: nam vbi nos habemus: Donec veniat qui mittendus eſt, habet litera Hebraica: Donec veniat שילה xiloh. Et aiunt Siloh eſſe locum quendam, vbi defixum fuerat tabernaculum, & arca
1.Reg.4. Domini collocata, vt patet ex quarto cap. 1. Regum in quo loco aiunt Saulem fuiſſe regẽ conſtitutũ. Et quoniã Saul erat de tribu Beniamin,
1.Reg.9. vt nono capite primi Regum ſcriptura teſtatur, aiunt tunc ablatũ fuiſſe regnũ à tribu Iuda, impletámq; fuiſſe hanc Iacob vaticinationẽ. At expoſitio hæc ſtare nõ poteſt, nam locus ille Siloh non venit tunc, quando Saul regnum obtinuit, quoniã multò anteà fuerat. Huc accedit quod locus ille nõ erat expectatio Gentium. Ita enim ait Iacob: Donec veniat Siloh, & ipſe erit expectatio Gentiũ. Nec eſt verũ id, quod aiunt fuiſſe Saulẽ vnctũ à Samuele in Siloh, vbi erat vnctio in arca Domini: nam priuſquã Saul vngeretur, iã arca erat trãſlata in Cariathiarim, vt caput ſepti-
1.Reg.7. mum primi Regum apertè oſtendit. Itẽ Saul fuit
1.Reg.9. primus Hebræorum rex, vt ex primi Regũ nono capite paret: anteà enim populus per Iudices diuerſarũ tribuum gubernabatur. Quomodo igitur in vnctione Saulis ablatum fuit regnũ à Iuda, ſi Iudas illud nunquã habuerat? Imò ſtatim poſt Saulẽ regnauit Dauid de tribu Iuda, in qua vſque ad Herodem Aſcalonitã gubernatio permanſit. Alij ex Hebræis videntes eſſe hanc expoſitionem falſam, friuolam, & vanam, aiunt hoc non de Saule intelligi, ſed de Ieroboa, qui cùm eſſet de tribu Ephraim, fuit ab Iſraele rex cõſtitutus in Siloh, & abſtulit à Roboam, qui erat de tribu Iuda, regiam dignitatem. Hęc expoſitio eſt intolerabilis, quoniã Iereboam non fuit in regia dignitate conſtitutus in Siloh, ſed in Sichem, vt
patet tertij Regum cap. 12. Præterea tunc nõ fuit *3.Reg.12.* ſceptrum ablatũ à Iuda, nam Roboã manſit rex, & poſteri eius eo mortuo in regno perſeuerarũt. Alij per Siloh intelligunt Nabuchodonoſorem Babyloniorum regem, qui Iudæos in Chaldæã tranſtulit: quo tempore aiunt ablatũ fuiſſe à Iuda ſceptrũ & omnẽ poteſtatem. Hæc opinio eſt falſa & friuola: nam Nabuchodoſor nõ fuit ille, qui mittendus erat à Gentibus expectatus: neq; tunc Hebræorũ poteſtas penitus ſublata eſt. Nã etiã in Babylonica captiuitate detenti habebant ſuos gubernatores ex tribu Iuda, quos Sanhedrim appellabant, apud quos erat quidã principatus & poteſtas, quæ poſt captiuitatẽ apertius viguit, & in ea tribu vſq; ad Herodem permanſit. Ex quo colligitur nõ eſſe de Nabuchodonoſore hoc vaticinũ intelligendum. Quiſnã ſit hic de quo ait Iacob: Donec veniat qui mittẽdus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium, indicat Thargũ Caldaicũ Onkeli, ita habens: Non auferetur qui facit poteſtatem de domo Iehudah, & ſcriba de filiis filiorũ eius vſq; in ſeculum, donec veniat Meſsias, cuius eſt regnum, eiq; obedient populi. Hæc Thargũ. Qui facit poteſtatẽ iuxta hebraiſmum idẽ eſt quod rex, qui per ſceptrũ iuxta noſtrã verſionẽ intelligitur. Sed vide quàm apertè hîc & expreſsè nomen Meſsiæ ponatur. R. Salomon etiam, & multi alij ex Iudæorum Rabbinis per Siloh Chriſtum intelligunt. Conſtat igitur Siloh hoc in loco nõ accipi pro Nabuchodonoſore, nec pro loco illo, vbi quondã fuit arca fœderis collocata, ſed pro Meſsia, qui erat à Deo mittendus. Quã ob cauſã vertit noſter interpres: Donec veniat qui mittẽdus eſt. Nomẽ enim Siloh deriuatur à verbo שלח xalah, quod mittere
ſignificat, vt Geneſeos. 45. ca. Miſit me Deus an- *Gen.45.*
te vos in Aegyptum. & Ieremię 14. Maiores mi- *Iere.14.*
ſerunt minores ſuos. Et aliis in locis. Galatinus tamẽ lib. 4. de arcanis catholicę veritatis ait שילה iuxta R. Kimhi ſentẽtiã deriuari à nomine שליה xiliiah, quod ſignificat ſacculũ illum, in quo reconditur infans in vtero materno. Vnde colligit, voluiſſe hîc ſignificare ſcripturã fore, vt Meſsias ex matre abſq; patre naſceretur, conciperetúrq; de Spiritu ſancto abſq; virili ſemine. Et quanuis hęc opinio multis arrideat, mihi tamẽ magis placet ea, quã ſequitur cõmunis interpres, quòd ſit clarior & cõuenientior, non cõtorta neq; longe petita. Nõnulli Iudæi noſtri tẽporis videtes hãc Iacob vaticinationẽ de Chriſto apertiſsimè intelligi, ne ſuum errorem faterentur, inuenerunt aliã cauillationem & euaſionem, ſed falſam, vanam, & impiã. Aiunt enim voluiſſe Iacob ſignificare aduentu Meſsiæ eſſe à Iuda omnes ærumnas auferendas, in quibus tribus illa multis ab hinc annis verſatur. Nomen enim שבט xeuæt, pro quo noſter interpres vertit ſceptrũ, aiunt ſignificare afflictionem, non autem regem neque regiam dignitatem. At hoc eſt merum figmentum: nã Numerorũ 24. vbi nos habemus in prophetia Balaã: Orietur ſtella ex Iacob, & cõſur- *Num.24.*
get virga de Iſrael, pro virga eſt in Hebraico hoc idẽ nomen xeuæt, pro quo Thargũ Onkeli vertit Chriſtum:

Chriſtũ:ita enim habet: Cùm cõſurget rex de Iacob, & vngetur Chriſtus de Iſrael. Nec ſolùm Onkelos, ſed Kimhi, & Selomoh, & cæteri Rabbinorũ locum illũ de Meſſia rege ioterpretãtor. Prçterea ſi xeuæt pro afflictione in prophetia Ia-
Infrà 49. cob accipitor, ergo tẽpore Meſſię à ſola tribu Iuda erat auferẽda calamitas, nõ autẽ ab aliis. Erat igitur Meſſias ſolùm pro hac tribu in mundum venturus. Quomodo igitur ait Deus per Eſaiam Meſſiam alloquens: Parũ eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitãdas tribus Iacob, & fæces Iſrael cõuertendas, dedi te in lucem Gentiũ, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ. Quomodo ait Iacob: Et ipſe erit expectatio Gẽtiũ. Si ſola tribus Iuda erat ob aduentũ Meſſiæ gaudio afficienda, quomodo in hunc modũ Eſaias Gentilitatẽ ad Meſſiã cõuerſam alloquitur: Lætare ſterilis quæ nõ paris, &c. Dicere nomẽ xeuæt hoc in loco accipi pro affli-
Infrà 54. ctione, eſt Meſſiæ miſericordiam coarctare, omniũmq; antiquorũ Rabbinorũ ſententias cõtemnere. Thargũ Onkeli pro xeuæt tranſtulit, quæ habet poteſtatẽ, hoc eſt, rex: Thargũ Hieroſolymitanũ habet: Non deficiẽt reges de domo Iehudah. Et vtrunq; pro Silo Meſſiam vertit. Alij etiã antiqui in eadẽ ſententia cõcorditer permanſerunt. Vnde cõcluditur, voluiſſe obſtinatos noſtræ memoriæ Iudæos hunc textum ex induſtria deprauare: tã clarè enim oſtendit Meſſiã veniſſe, vt licet aliũ nõ haberemus, hic ſatis eſſet. Quare eſt obſtinatorũ Hebtæornm cæcitas & perfidia ſentienda, omniũq; lachrymarũ copia deplorãda, cùm eum expectent venturũ, qui ante eorũ calamitates, & Hieroſolymæ euerſionẽ venit, quemadmodum hoc noſtro capite iis verbis prædixerat Eſaias: Antequàm parturiret, peperit: antequàm veniret partus eius, peperit maſculum.

Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem cum omnibus Gentibus & linguis.) Septuaginta habent: Ego opera eorum & cogitationes eorum noui, & venio vt congregẽ omnes Gẽtes & omnes linguas. Quod poteſt de primo Chriſti aduẽtu explanari. Cùm enim homines eſſent diſperſi, & variis ritibus ſeparati, venit Chriſtus, vt eos in vna fide & Eccleſia con-
Suprà 56. gregaret. Vnde ait Eſaias cap. 56. Ait Dominus Deus, qui congregat diſperſos Iſrael. Congregauit Chriſtus Gentes, & eorũ idola euertit & abſumpſit. Virga Moyſi verſa in ſerpentẽ virgas & ſerpentes ſapientiũ Aegypti deuorauit. Ille ſerpens cœleſtis, cuius figura fuit ſerpẽs ille, quem
Num. 21. Moyſes extulit in eremo, ad quem cùm percuſſi aſpicerẽt, ſalutẽ cõſequebantur, Aegypti hoc eſt mundi ſapientiã, & turpem idolorũ cultũ euertit, & Iudæos atque Gentes in vno ouili, cuius ipſe paſtor eſt, cõgregauit. Gẽtes enim ſunt oues
Ioan. 10. illæ, de quibus Chriſtus apud Ioannem dicebat: Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meã audiẽt, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Ideò ait, alias oues, quia verſabatur inter Iudæos, qui etiã oues erant. At multò plures ex Gẽtibus quàm ex Iudæis in Eccleſiæ ouile introierunt. Alij enim noluerunt introire, ſed in ſua infidelitate & contumacia permanſerunt.

Et erit menſis ex menſe & ſabbatum ex ſabbatho.) Pro menſe eſt in Hebraico חדש, chodhæx, quod ſignificat renouationẽ & inſtaurationẽ, à verbo חדש, quod ſignificat reſtaurare, vt Eſaiæ 61. Et inſtaurabũt ciuitates deſertas. Vnde nomen hoc *Suprà 61.*
חדש ſignificat menſem, quòd apud Hebræos in nouilunio incipiat menſis, quando luna incipit renouari. Et quãuis totus menſis dicatur חדש, tamẽ primus dies potiſſimùm hoc nomine appellatur, quem Græci neomeniam vocãt, νέον nouũ, μήνη Lunã ſignificat, quaſi noua Luna, aut initiũ Lunæ. Et quoniã primus dies menſis erat celebris apud Iudæos, & tãquã feſtus obſeruabatur, ponitur ſæpe neomenia pro ipſa ſolẽnitate. Vnde poteſt hic locus ita verti: Et erit neomenia & neomenia, & ſabbatũ & ſabbatum. Quaſi dicat: Erunt æternæ feſtiuitates, & requies ſemper duratura. Quod poteſt de vita immortali cœleſtiq; beatitudine explanari. Ad quã non ſolùm Chriſtiani, ſed etiã nõnulli ex Gẽtibus aſpirarunt, qui tametſi neſcierũt immortalitatis viã, nec ſcire voluerũt, res tamẽ ipſa eos nõ fefellit: Solùm viri iuſti, fide & charitate præſtantes gloriã illã immortalem conſequuntur. Ibi eſt æterna ſolennitas, & requies inenarrabilis, quæ vigebit memoria ſempiterna, quã ipſa immortalitas ſemper intuebitur. Nullius eſt tantũ flumẽ ingenij, nulla dicendi aut ſcribendi tanta copia & facultas, quæ poſſit illius regionis & cœleſtiũ ſediũ ſummum gaudium oratione explicare. O æternam beatitudinẽ! O patriã cœleſtẽ! O regionẽ ſplendidiſſimam, & beatiſſimã, vbi ſancti Deum vidẽt, & illa diuina viſione ſempiterno æuo fruuntur! Ad te aſpiro Chriſte ſancte, ex hoc exilio æternã patriam ſaluto, ne permittas me ab illa in æternũ exulare, pro quo ſanguinẽ tuum profudiſti, quando te pro me in crucis ara immolaſti. Ne reſpicias flagitia mea cõtra teipſum ſæpe atque grauiter admiſſa, ſed iuxta tuam immenſam miſericordiã recipe meipſum, vt te in æternum fruar. O præclarum diem, cùm viri iuſti virtutibus fulgentes, & charitatis ornamẽtis magnificentiſſimè redundantes, in cœlũ beatorũ, in ſanctorum cœtũ proficiſcuntur, vt immortali gaudio fruantur. Precor te ſumme Deus vt ab hoc fluctuoſo mari me ducas ad illũ cœleſtem portũ, ab hoc arcto carcere ad illã ampliſſimã & permanẽtem ciuitatẽ, ab hac ima lachrymarũ valle ad illũ altiſſimum diuinæ viſionis montem, vbi viri iuſti quieſcunt, ſummis bonis affluentes, & æternis gaudiis exultãtes, qui mundũ, dæmonẽ, & carnem vicerunt, & de illis te adiuuante mirabiliter triumpharunt. Vóſque pij lectores obſecro & obteſtor, vt mihi ignoſcatis, fateor enim me hunc diuinum vatẽ ob mei ingenij tenuitatem, & literarũ penuriã pro dignitate non explicaſſe. Sed ſit ægroto medicina cõfeſſio. Hæc habui quæ in Eſaiam ſcriberẽ, quæ omnia Eccleſię ſanctæ Romanę correctioni humiliter ſubmitto. Valete igitur candidi lectores, & ſtudia atq; labores meos piis precationibus adiuuate, pro me in ſcripturarũ cãpo prçlianti manus cum Moyſe *Exod. 17.*
ad Chriſtũ extollentes, vt poſſim Amalech, hoc eſt, perfidos Iudæos & hæreticos ſuperare.

LAVS DEO.

FINIS.

RERVM MEMORABILIVM, AC HEBRAISmorum omnium, quæ his in Eſaiam Commentariis continentur, Index abſolutiſſimus.

Aron fuit à Deo ſacerdos conſtitutus pag. 305
Aaron & Moſes interpretes vocabantur 22
Aaron & Moſes principes ſancti dicuntur ibi.
Abbas quid ſignificet 126
Abel quare in terra ciuitatem uon condidit, Caiu autem condidit 135
Abimelech qoid ſignificet 126
Abies quid 281
Abtah am appellatur petra 254
Abrahæ nomini cur addita fuerit vna litera 261
Abſconditi appellantot viri iuſti 31
Abſtioentiæ laus 36
Achaz impius rex. 51. 84
acceptio perſonarum damnatut 215.
achor vallis 321.
adriani Imperatoris ſeuteotia 256
adulatio damoator 26
adulator reprebenditur ibid.
Ægrotis quid ſuadendum 193
ægroti quomodo ſe diſponere debent ibid.
aegyptus quid ſigoificet 85. 152
aegyptom relinqoere quid 256
aegyptus rigatur Nilo 112
aegypti ſimulachra, Chriſti aduẽto ceciderũt 110
aegyptus oon rigatur pluuia 112
aequabilitas laodatur 172
afflictio eſt excelleotiſſima probatio 238
afflictio eſt via ad gloriam 81
afflictio eſt fornax Babylonis 13
afflictio eſt piſcis magnus Ionæ 8
afflictionis vtilitas 4. 82. 108. 183. 146. 147. 156. 198
affligit Deus quos diligit 192
affliguntur bomines inequaliter 157
afflictio repentina periculoſa 256
afflictio quibus vtilis, quibus non 220
aioth quid 149
ala quid 58. 106
ambulare in veritate quid 143. 193
altare eſt aoima oostra 169
altaris reuerentia 46
amicitia 133
amor habet rerum omnium claues 83
amoris vis 110. 169
amatores mundi 83
anchora quid 111
angelorom creatio 225
angulus 113. 115
anima 162
anima vbi ſit 216
animæ immortalitas 331. 332
anima impij 6
auimam noſtram ſolus Deos implet 162
animi pertobatio fugienda 218
annus mercenarij quid 121
apocalypſis eſt diui Ioannis apoſtoli 136
apoſtoli annũtiarunt bona mũdò incognita 261
apoſtoli ſunt cœli 257
apoſtoli ſunt ſagittæ 246
apoſtoli conſtructores Eccleſiæ dicuntur 246
apoſtoli quus conuertebãt, filios appellabãt 254
appetitus malus damnatur 320
appenninus mons 204
aqua qoid in ſcriprura ſignificet 239
aqua gratiam ſignificat 88. 242. 278
aqua baptiſmi 85
aquarum oomine virtutes intelliguntur 176
aquæ nomine afflictio ſignificatur 220
arabia eſt triplex 120
aribia deſerta 89
aquilæ tenouatio 209
ariel quid 158
arca Dei 21
arca Noe typus Eccleſiæ 13
argenti nomine ſacra doctrina ſignificatur 2
arguere peccata debent concioоatores 7
arundini comparatur ſpes mundi 114
arundinetum eſt muudus ibid.
arundo quaſſata quid ſignificet 216
aſpis quid 294
aſſyrij vocati ſunt Babylonij 198
aſſur idem quod Ninus, Hercules & Iupiter 132
aſſyrij vocantur apes 53
aſtris omnia gubernari falſum eſt 237
aſtrologi inſipientes repreheodnntur ibid.
aſtrologia vtilis ibid.
auaritia 18. 36
azotos vrbs Palæſtinæ 116
Babylou duplex 89
Babylonis onus quid 86
Babylon priucipium regoi ibid.
Babylon deſcribitur ibid.
Babyloo appellatur mare deſertum 118
Babylonis flumina 226
Baptiſmus 9
Baſiliſcus 94. 294
Bel, Belus & Satornos idem 232
Beniamin adhęſit tribui Iuda 2
Bthlebem quid ſignificet 56
Bethſames domus Solis 183
Biblia ſacra noo debent io vernaculam linguam transferri 154
Booum eſt diffuſiuum ſuiipſius 230
bosra quid 310
brucus quid 174
CAbalæ commentum 241
Cabaliſtarum vanitas ibid.
Cabalæ joueutores ibid.
Cadere retrorſum quid ſignificet 154
Cadere in faciem ibid.

Caiui

Caini proles fuit in diluuio extincta 132
Cain condidit ciuitatem 42
Calamitas ſumma quæ 258
Calculus ignitus quid ſignificet 46
Calix Chriſti 258
Calices duo ibid.
Caluariæ mons 102.128
Caluariæ mons cur ita appellatus 271
Calninus reprehenditor 328
Cameli natura 296
Cantus abuſus 36
Carthago colonia Tyri 131
Caſtigat Deus vt ſaluet 157
Caſtigatio debet vacare contumelia 216
Caſtigatio 240
Catadupa 107
Cedrus Libani quid 20
Cedri natura 214
Celeritas 111
Cethim. 128.132
Chalaziæ natura 154
Chananitica lingua 124
Charmel 161
Charitas 4
Charitas eſt vinculum perfectionis 301
Charitas eſt ignis 293
Charitatis vis 69
Charitas eſt finis 198
Charitas eſt veſtis 117.197
Cherubim quid 127
Cherubim ſunt præſules ibid.
Chriſtus in lege abſconditus erat 61
Chiſtus eſt Deus 60.67.241.264
Chriſti feſtinatio ĩ rediměd o genere humano 57
Chriſtus ſaluator, ſalutare, ſalus 84
Chriſtus in medio inoenitur 84
Chriſti nomen 84
Chriſtus miſſus eſt 98.241
Chriſti regnum 71
Chriſtus dominator terræ 98
Chriſtus mediator 84
Chriſtus agnus 98.167
Chriſtus nos vocat 125
Chriſtus flos 77
Chriſtus mons magnus 16
Chriſtus pax noſtra 111
Chriſtus ſemen Abrahæ 6
Chriſtus medicus 302
Chriſtus, Meſſias, Vnctus idem 131.302
Chriſtus eſt verbum 242
Chriſtus eſt ſapientia increata ibi.
Chriſtus eſt ſagitta 246
Chriſti pietas 124
Chriſtus conſtituit nooum mundom 257
Chriſtus quo modo vnctus 302
Chriſtus cur dicitur brachium Domioi 262.265
Chriſtus cur dicitur virgultum & radix ibid.
Chriſtus cur paſſus eſt extra ciuitatem 267
Chriſti paſſio voluntaria 267.269
Chriſtus nos genuit ſuo ſanguine 269.270
Chriſtus Deus & homo 197
Chriſtus dux noſter 289
Chriſtus paſtor 206.207
Chriſti deitas 205.206
Chriſti humilitas 191
Chriſtus eſt vita 186
Chriſtus via & ductor 183
Chriſtus caput noſtrum 183
Chriſti dialecticæ vnus eſt locos 182
Chriſtiana nobilitas 181
Chriſtus ſalus 146
Chriſtus fundamentum Sionis 155
Chriſtus lapis angularis ibid
Chriſtus ſcutum ibid
Chriſtus Samaritanus 166.2
Chriſtus rex 170
Chriſtus non purus homo 215
Chriſtus quare dicitur ſeruus ibid.
Chriſtus venit 333. cum ſeqoentibos
Chriſti mors 140
Chriſti ſepulchrum ibid.
Chriſtiani appellantur oues 207
Chriſtiani appellantur agni 38
Chriſtiani appellantur tauri & agni 42
Chriſtiani dicuotur lilia 181
Chriſtianorum epitheta 258
Chirographum decreti quid 140
Cittim patria Zenonis 128
Ciuitas Solis 115
Circulus cur dicitor figura perfecta 198
Clauis domus Dauid eſt crux Chriſti 127
Cœlorum nomine iuſti intelliguntor 2
Cœlum & terra quomodo tranſibunt 255
Cœlum cur dicitur Dei ſedes 327
Cœlum primum mobile 326
Cœlum fuit apertum ſangoine Chriſti 197
Cœlibatus ſacerdotum 328
Cinis quid 136
Cogitatio 9.259
Cogitatio ad Deum dirigenda ibid.
Columna ignis & nubis. 30
Concordia 80.110.111
Concionator 45.46.47.109.182
Coocio quid 158
Concionatores multi ſunt excellentes 146
Concionator bonus eſt ſagitta 246
Concionator quando prædicare debet 204
Concionator quid prædicare debet ibid.
Concionator 218.289
Concionatoris eſt ſcelera reprehendere 289
Concionator debet ea facere, quæ docet 289
Concio quare appellatur tuba 290
Congregare officium Dei 80
Congregatio infidelium ad fidem 151
Conſcientia magnum theatrum 44
Commentarienſis 187
Conſideratio eſt clauis communis 92
Cooſideratio operum Dei 37
Conſilium contra Deum tela araneæ 163
Conſilium 23.115
cooſiliarij quales eſſe debent 15
Conſiliarius bonus quærendus 25
Conſolatio diuina 201
Cooſolatio humana ibid.
Conſuetudo antiquorum in luctu 100
Conſtans homo dicitur quadratus 69
Conſtantinus Magnus 249.299
Contemplatiuæ vitæ & actiuæ comparatio 135
Conniuium quid 139
Cor noſtrum dandum eſt Deo 161
Cordis vnitas 148
Cor dicitur rex 110

Cor

Cor quid 233.253.267
Cor dicitur ſacerdos 110
Cordis noſtri habemus clauem 161
Cor noſtrum quale debet eſſe 161.233
Cornu quid ſignificet 33.146
Corona iuſtitię,corona vitæ, corona immarceſſibilis,lætitia ſempiterna idem 256
Creaturæ iniurias creatori factas vlciſcuntur 88
Crux Chriſti eius principatus 67
Crux quid 310
Cyrus cur dicitur Chriſtus 227
Cyrus à Deo nominatus priuſquã naſceretur ib.
Cyri mors 229
Cyri in Hebræos beneficia ibid.
Cyprus 128
DÆmon multa ignorat 237
Dæmonis ruinã cur Moſes nõ ſcripſerit 93
Damaſcus ciuitas Syriæ 102
Dauidis victoria 142
Decem tribus cur dicuntur Ephraim 153
Delphin piſcis velociſſimus 111
Deſertum 202
Deſertum relinquere quid 256
Deſperandum nunquam 222
Deus omnia implet 326
Dei pietas 157
Dei appellantur ea, quæ magna ſunt 159
Deus quõ dicitur indurare cor alicuius 41.670
Deus plus vult cor noſtrum quàm os 161
Deũ ſignificabãt Ægyptij p oculũ ſup ſceptro ib.
Deus quid hic ſuis promittat 166
Deus cur leo appellatur 168
Deus eſt amor 169
Deus dicitur ignis 176
Deus quomodo dicitur pœnitentiam agere 193
Deus eſt principium & prima cauſa 199
Deus cur dicitur alp ha & o mega 211
Deus fons vitæ 212
Deum nunquam debemus obliuiſci 199.225
Deus quomodo dicitur facere malum pœnę 227
Deus eſt merces ipſa 309
Dei magnitudo 326
Deus quare non aufert malos de medio 146
Deus autor concordiæ 111
Dei promiſſa infallibilia 156
Deus quare permittit nos tentari 146
Deus in periculis ſuccurrit 49
Deus eſt trinus & vnus 43.47.242
Deus cur dicitur ſanctus Iſrael 4
Deus cur comminatur priuſquam puniat 34
Deus plus tribuit quàm petamus 194
Diuinum præſidium 49
Dextera ſiue ad dexteram ducere quid 312
Diabolus eſt rex ſuperborum 149
Diabolus dicitur mors 149.186
Diabolus virgã percutit 66
Diabolus eſt mercator 131
Diabolus dicitur vectis 150
Diabolus quare dicitur in mari habitare 152
Diaboli nomina 152
Diabolus illuſor 161
Diabolus multa promittit 186
Diabolus eſt ligatus 150
Diaboli arma quæ ſunt ibid.
Diaboli ſpolia quæ 56
Dies quid ſignificet 30
Dignitas 24
Dilectus dicitur Chriſtus 33
Diligentia Dei in excolenda vinea ibid.
Diſcordia 110
Diſcordiam ſeminare opus diaboli 80
Diſcordia caput excidij 111
Diſpergere opus diaboli 80
Diuites ſolẽt eſſe potius diuitiarũ quàm ſui 279
Diuitiæ impedimento ſunt perfectionem aſpirantibus 164
Diuorum inuocatio 191.297
Diuiſio 234
Dracones vitia deſignant 182
Dromedarius 298
Dulcedo diuina & humana ſimul in eodem eſſe non poſſunt 371
Duricies hominis 240
EBrietas 36
Eccleſia domus Dei 6.16.249.267
Eccleſia arca Noe,columna,firmamentum, Regnum Dei,ſagina,diuerſorium 16
Eccleſia chatholica eſt interpres ſacræ ſcripturæ 62
Eccleſiæ laus ibid.
Eccleſia Sion & Hieroſolyma 13.68.177
Eccleſiæ fundamentum Chriſtus 277
Eccleſia ſuper diuum Petrum ædificata ibid.
Eccleſiæ fides nunquam defuit,neque deerit 276
Eccleſia columba ſponſa Chriſti 62
Eccleſia quid 301
Eccleſiæ membra quæ ibid.
Eccleſiæ nomina 152
Eccleſia templum celeberrimum 155
Eccleſia inexpugnabilis 143.177
Eccleſiæ murus Chriſtus eſt ibid.
Eccleſia eſt ager fertilis 173
Eccleſiæ poteſtas cõtra hæreticos à Deo eſt 277
Eccleſiæ magnitudo & magnificentia 277
Eccleſiæ lapides ſunt viri iuſti & ſapientes ibid.
Ecclipſis Solis & Lunæ 135
Edom quid 237.310
Egredi à Babylone quid 243
Electus qualis eſſe debeat 24
Electoris intentio ibid.
Eligi quis debeat 167
Elemoſyna 291
Elohim 242
Emanuel quid ſonet 51
Emanuel rex Luſitanorũ inuictiſſimus 275.332
Ephrata 143
Eſaiæ præcipuum inſtitutum 2
Eſaiæ vita in prooemio
Eſau 237
Euangelium ſcriptum in cordibus 255
Euangelium,lex noua,lex gratiæ,aquarum ſalutarium,lex amoris idem ibid.
Euangelium dandum per Chriſtum ibid.
Euangelium dicitur conuiuium 139
Euangelium dicitur Teſtamentum æternum 137
Euangelium eſt gladius 217
Euangelium quid 261
Eucharistiæ ſacramentum 46.230.231.327
Euripus 288
Exactor 66
Exaltatur Deus impiorum vltione 38
Ezechias deſcribitur 184.192 193

Facienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam 246
Fauores mundi fallaces 186
Fautores impiorum euertuntur 103
Fictum non poteſt eſſe diuturnum 176
Fides debet eſſe charitate formata 173
Fides non ſat eſt ſine operibus 143
Fides eſt fundamentum 232
Fides viua 10
Filij Dei appellantur iuſti 3.95
Filij diaboli appellantur impij ibid.
Filius hominis quid ſignificet 191
Filius Deus Iſrael 3
Filij primogeniti neglecti ibid.
Filij deſertores qui 163
Finis in moralibus 198
Finis charitas ibid.
Finis quis eſſe debet ibid.
Finis rerum eſt memoria tenendus 236
Finis noſter debet eſſe Deus ibid.
Fœdus quid 133
Fœdus ſempiternũ eſt nouum Teſtamentũ 137
Fœnum eſt homo 204
Fons Solis admirabilis 120
Fons Epiri admirabilis 140
Fortitudo noſtra 56.142
Fortitudo in quo ſita eſt 165
Fortis quis dicendus 22
Fortuna colebatur vt dea 322
Fratres qui 24
Frontem æneum habere quid 339
Fructus terræ 29
Fugere eſt vincere 243
Fugere à mundo, & à ſeipſo ibid.
Fumus in bonam partem 31.44
Fumus quid 31
Funiculus vanitatis quid 38
Gemit⁹ & lachrymę arma cõtra peccatũ 234
Genua 204
Genus humanum eſt guttula ſitulæ 207
Gentes inſulæ appellabantur 210.216
Gentilitas eſt Agar 274
Gentilis populus eſt linum fumigans 315
Gentiles alieni vocabantur 138
Gentilitas erat deſertum 181
Gentilitas appellabatur ſterilis 274
Germen Domini quid 29
Girh quid 157
Gladius eſt ſermo Dei 152
Gladius quid ibid.
Gloria mundi eſt occidens 236
Gloria mundi eſt inconſtans 31
Gloria eſt præmium virtutis 59
Gloria mundi fœnum 204
Gloria impiorum eſt fumus 72
Gloria inanis deſcribitur ibid.
Gloria humana contemnenda 199.103
Gloria in quo conſiſtat 75.191.283
Gloria Dei oſtẽditur in caſtigatione impiorũ 244
Granum frumenti Chriſtus 279
Gratia dicitur vinum & lac 257.279
Gratia dicitur aqua 82.279
Gubernatores iniqui tiriones ſunt 49
Hæreſes ſunt inſtrumenta bellica 277
Hæretici ſunt horum inſtrumentorum opifices ibid.
Hæretici ſunt deſtructores eccleſiæ 249
Hæretici ſunt cadauera ibid.
Hæretici ſunt ab eccleſia pulſi ibi.
Hebræi infideles appellantur alieni 138
Heliopolis ciuitas Ægypti 115
Heluidius hæreticus 273
Hericius quid 90.94.180
Herodis nomine quid ſignificetur 45
Hieronymi ab Oleaſtro laus. 199
Hieronymi Oſorij laus 283
Hieroſolyma quare appelletur filia Sion 5
Hieroſolyma appellatur collum 58
Hieroſolyma quare dicatur inſula 117
Hieroſolymæ habitantes vident Babylonis pondus 86
Hieroſolyma quare dicatur vallis viſionis 122.128
Hieroſolyma quare dicatur ciuitas ſancta 322
Hiſtoria quid 187
Holocauſti & victimæ differentia 7
Homines ſignificantur per bruta 24
Homo flagitioſus terra eſt, & cibus diaboli 2
Hominis miſeria 91
Homo natus ad pacem 110
Homo terra 91.178
Hominis renouatio 116
Homines aſpides 2
Homines inſenſibiles ibid.
Hominum duricies 2
Homines quibus rebus comparentur 19
Homo quis 134
Homo Græcè quomodo appelletur ibid.
Homo fœnum 204
Homo quid 204.218
Homo bulla 204
Homo duplex 212
Homo ad imaginem Dei 340.241
Hominis pertinacia 240
Horologium Achaz 194
Hortari ad virtutem Chriſtianorum propriũ 16
Humanitas Deo grata 235
Humilitas fũdamẽtũ Chriſtianæ philoſophię 56
Hypanis fluuij natura 262
Hypocriſis 13.70.160.318
Hydria fictilis eſt vita humana 75
Iacob ſupplantator 237
Ibis quid 180
Idolis epitheta 232
Iehouah 260.261
Ieiunium 291
Ignis afflictio eſt 220
Ignis diuinus concionatori neceſſarius. 48
Ignis inferni 253
Ignorantia ex malitia non excuſat 151
Ignorantia præſulum magna phreneſis 203
Ignoratio ſui malorum cauſa 233
Ignorans eligi non debet 171
Imago Dei deturpatur ob flagitia noſtra 248
Imaginum diuorum vſus ſalutaris 322
Impij ſunt captiui & ignorantes 37
Impius quatenus impius non eſt amandus 39.119
Impij adiuuant pios eos affligendo 106
Impij ariſtis comparantur ibid.
Impij ſunt nudi 117
Impij ſunt puluis 105
Impij quare fuerunt creati 106
Impij ſunt terræ cultores 133
Impij non debent homines appellari 134

Impius tot dominis ſeruit, quot vitiis ſe tradit. ibidem
Impij ſunt cadauera 331
Impij ſunt dæmonis ſpolia 56
Impij ſunt cæci 181.217
Impiorum vita eſt mors 306
Impij indulgentia fiunt deteriores 146
Impij ſunt amentes 158
Impiorum principatus 166
Impiis non eſt pax 173
Impij longè ſunt à Deo 175
Impij à ſeipſis conculcantur 216
Impij non habent fundamentum 233
Impij extra ſe ſunt ibid.
Impij ſunt præda dæmonis 250
Impij a ſeipſis longiſſimè diſtant 148
Impius deſcribitur 288
Impij ſeruiunt piis 299
Incantator quis 27
Inconſtantia 126.188
Inconſtans 113.126
Increpare mare quid 105
India Orientalis 275
Induere aliquem nobili tunica quid 126
Infernus 91.95.167.196
Infideles ſunt vera ſapientia deſtituti 54
Infideles vincunt armis noſtrorum ſcelerum 146
Infideles oſſa arida ſunt 151
Infideles omnes ſunt cæci 181
Inimici ſunt nobis vtiles 106
Iniuria repellenda à proximo 10
Inobedientia periculoſa ægritudo 226
Inſtitores qui 129
Ingratitudo 311
Inuocatio ſanctorum 297
Ioannis Roffenſis laus. 177
Ioannes tertius Luſitanorum rex inuictiſſimus 249.275
Ioannes Baptiſta quare dicitur vox 202
Ioannes Baptiſta typus concionatorum ibid.
Ionas non prædixit falſum 192
Ionæ hiſtoria 8
Ira Dei quando dicitur magna 4
Iſrael duplex 211.220
Italia Cetim 131.132
Iudæorum duricies 139
Iudæorum ingratitudo 3
Iuda quid 143
Iudæorum cæcitas 47
Iudæorum nomina 104
Iudex iniquus 40.149
Iudicium obliquum 38.39.149
Iudicium à Deo petendum 149
Iugum Dei 66
Iugum diaboli ibid.
Iuga mundi quinque ibid.
Iuſtitia debet coniungi cum miſericordia 149
Iuſtitia circa Iouem quid 40
Iuſtitia radix pacis. 172
Iuſtificatio 10
Iuſtus eſt arca Noë 31
Iuſti quare appellantur abſconditi 30
Iuſti arbores vocantur 307
Iuſti ſunt nubes 298
Iuſtorum mors 286
Iuſti ſunt monilia Eccleſiæ 249
Iuſti ſunt annuli in manu Dei ibid.
Iuſti non derelinquuntur à Deo 248
Iuſti ſunt brachia Dei 315
Iuſtorum merita 313
Iuſti dicuntur cœli 326
Iuſti dicuntur ſtellæ 208
Iuſti in terra ſunt cœli cultores 135
Iuſti ſunt negotiatores ſpirituales 130
Iuſti 42.50.48.206.112
Iuſti ſunt nobili veſte induti 117
LAbruſcas facere quid 33
Lachrymæ Magdalenæ 246
Lachrymæ 313.304
Lacus Troglodytarum 113
Læditur nemo niſi à ſeipſo 178
Læditur à nemine iuſtus 31
Lædens alium prius ſeipſum lædit 178.255
Lamia quid 180
Lapis Chriſtus 59
Laudamus aliquãdo potius ſilẽdo q̃ loquẽdo 43
Lazarus cur nominatus à Chriſto 220
Leo dicitur Chriſtus 160
Leuare manus ad cœlum mos antiquus 7
Leuiathan quid 148.149
Lex debet conflari igne amoris 126
Lex vetus eſt ſimplex teſtudinis 7
Lex tenenda eſt corde 255
Lex noua danda per Chriſtum 255
Lex quare dicatur teſtimonium 61
Leges ſunt fundamenta ciuitatis 72
Lex vetus per ſe non iuſtificabat 307
Legis veteris abrogatio 222
Legiſlator qualis eſſe debet 72
Libanus ſonat dealbationem 161
Libani nomine quid intelligatur 161.181
Liber vitæ 30
Liberum arbitrium 11.145.312.313
Linguæ piorum & impiorum differentia 114
Limbus 194
Lateritia ædificia quid ſignificent 69
Loqui ad cor alicuius quid 20
Lucas depinxit imagines diuæ Mariæ 322
Lumbos cingere quid 129
Lunam obſcurari quid 136
Lunam paſci aquis dulcibus quid 4
Luſitani 275
Lutherus reprehenditur 10.11.16.46.63.82.91.147.160.169.201.234.276.301.305.313.317.328.329.
MAgdalenæ amor 230
Magnus quis 287
Magi 56
Malitia deprauat intellectum 158
Manè quid ſignificet 144
Manhu quid 3
Manſuetudo præſulum 216
Manum ponere in aliquo quid 13
Manum extendere, manum conuertere quid 40
Manus nomine quid ſignificetur 40.59
Manum exaltare quid 145
Mare fugere quid 256
Mariæ virginis dolor 266
Maria virgo 228
Mariæ virginitas 275
Mareotis lacus 111

Mareotis

Mayr idumæus 141
Mediator Chriſtus 84
Medium quætendum ibidem
Medicina quid doceat 110
Medicina non eſt contemnenda 196
Mendaciùm eſt tela aranea 155
Meodacium dicitur idolum ibid.
Memphis ciuitas 113
Memoria mortis & finis 236.239
Mercator eſt omnis Chriſtianus 130
Mercatores peſtileotes tres 131
Merces ſpiritualis ibid.
Meſſiæ tempus qoomodo appelletur 15
Meſſias venit 333.334
Migma quid 165
Militia cœli quid 135.208.229
Miraculorum differentia 315
Miſſa vnde dicta 170
Moab 96
Molere farioam quid 235.238
Moos Moris 101
Moderatio in caſtigando 239
Mons teſtamenti 93
Mons dicitur Chriſtus 16
Montes ſunt ſancti ibid.
Mors mortua eſt Chriſti morte 140
Mortaliter peccans ignem accedit 252
Morte nihil certius, oihil incertius 193
Mortis memoria vtilis 236
Mors Chriſti cur dicatur exaltatio 263
Mortis meditatio quid 264
Mouere caput quid 189
Moyſem velare faciem quid 6
Muodus deſcribitur 251
Mundi dolores & gaudia ibid.
Mundi ſpes fallax 121
Mundus inimicus animæ noſtræ 131
Mundi natura, ibid.
Muodus quid 120.134.219
Mundi contemptus 131
Muodus eſt lapidicina 141
Muodi varietas 77.117.183.193.201
Mundi princeps 66
Mundi fragilitas 40.112.159.233
Mundus eſt lethicho 87
Muodus quid 112.131.202
Muodus relinqoendus 66.271
Muodi ægritudines 203
Mundi fons 213
Mundi fauores 164
Muoera excæcant 12.39
Muſica quid doceat 110
Mutare fortitudinem quid 210
Mytthus quid 281
NAaman Syrus 91.286
Naas quid 199
Nabo idolum aabyloniorum 232
Nabuchodonoſor 92.198
Neomenia quæ 7.8
Nili ſemen quid 129
Nilus 111
Niti tantùm opinione maiorum ſtoltitia eſt 238
Nominare aliquem proprio nomine qoid 120
Nomina peccatorum & iuſtorum 3.4.
Nox quid ſignificet 30.163
Nubes ſunt Prophetæ & Apoſtoli 85
Nubes leuis quid 110
Numiſmatis Titi apothegma 111
Nomen Dei tetragmaton 160.161
Nundinæ ſpirituales 131
OBedientia non ſolùm conueoit ſubditis, ſed etiam regi 14
Octaua quid 134
Oculus quid 199
Oculos dexter & ſioiſter quid ibid.
Onias altare in Aegypto coodidit 115
Onocentaurus 180
Onocrotalus ibi.
Onus graue peccatum 4
Onus appellatur Prophetia dura anountians 118
Orbis dicitur ciuitas vanitatis 134
Orbis cur deſcribitur in corde 294
Opera noſtra 10
Opera abſq. charitate oõ merētur vitā ęternā 168
Opes mũdi nõ ſũt in bonis cõoumerādę 259.299
Opos Dei quod ſit 37
Oratio eſt catena aurea 283
Orationis vis 8.188
Orationes & lachrymæ ſunt piorum arma ibid.
Os Domini iorerrogare quid 165
Os Domini dicitur etiam Propheta ibid.
Oſiris quid 284
Ozias rex cur lepróſus. 43
Ozias hinomios 2
Oziæ nomine quid ſignificetur 72
PAlmæ vis 307
Palmæ cur iuſtus comparetur ibid.
Panis eſt verbum Dei 22
Panis eſt Chriſtus ibid.
Panis nomine intelligitur omne alimentum ibi.
Papa eſt vicarius Chriſti, ſucceſſor diui Petri Apoſtolorum principis 169
Paliurus quid 180
Papyrus quid 107
Paries quid deſigoet 193
Paſſio chriſti 265.266
Paſtor quis eſſe debet 304
Paſtoris officium 106.207
Patres antiqui chriſtum deſiderabant 228
Paulus Apoſtolus mortu' & crucifixus mũdo 212
Pauperes chriſtus intuetur 306
Paupertas fundamẽtũ chriſtianæ Philoſophię 36
Pax duplex 143.144
Pax 144.173
Pacis cnmmendatio 211
Pax multiplicat regnum 62
Pax ſpiritualis 17
Pax temporalis 144
Peccatum quid 8.38.117.140
Peccatum vnum eſt pœna alterius 160
Peccatum onus graue 4.78
Peccatum eſt mutus 8
Peccatum eſt nubes ibid.
Peccata ſunt funes 38
Peccator qoando non auditur à Deo 8
Peccatores ſuot inſani 133.134.294.295
Peccatores ſunt aſpides 28
Peccatores ſe dæmoni vendunt 219.251
Peccatum ſemper eſſe in homine falſum eſt 225
Pedum nomine intelliguntur affectus 236
Pedes contamioare qoid ibid.
Petra deſerti qoid 98

Petrus cur ita appellatus à Chriſto 277
Petrus Chriſti vicari' & Apoſtolorũ princeps ibi.
Petrus Eccleſiæ fundamentum ibid.
Petri Nonij Luſitani laus 326
Perfectio bonorum operũ in quo conſiſtat 142
Pharao draco appellatur 256
Pharaonis nomine quid intelligatur 44
Philippus Melancthon reprehenditur 124
Philoſophia Chriſtiana 207.243
Phœnicia 128
Phœnix 116
Pij & impij differentia 25
Piloſus quid 180
Piſcinæ duæ Hieroſolymę 49
Planta pedis quid 237
Pœnitentiæ ſacramentum à Chriſto 38
Pœnitentiæ vis 8.9.124.234
Populus horologium eſt 5
Portæ ciuitatis ſenſus ſunt 186
Porta Orientalis virgo Dei genitrix 51
Portæ inferi quæ 145
Porticus Olympiæ 186
Potentia mundi ſomnium eſt 159
Potentium fragilitas 144
Præceptum de ſabbati obſeruatione 282
Prædicatio Apoſtolorum linea ęquinoctialis 158
Præſul ſit in medio 84
Præſuli attribuitur populi delictum 5
Præſul cur appellatur cor 5
Prçſules boni ſũt lux,malitiõſescõburẽtes 49.50
Præſules ſunt ſpeculatores 262.284
Præſulis officium 262.284.311
Præſules ignaui dicuntur canes muti 284
Præſul eſt pater 126
Præſulis doctrina & virtus ibid.
Præſul baiulat clauem ſuper humeros 187
Præſul eſt Sol 136
Præſul baſis domus Salomonis 312
Præſcientia diuina 192
Princeps eſt caput,medicus,chirurgus 28
Principes clypei vocantur 76
Princeps eſt pater 126
Principem imitatur populus 15
Princeps iniquus 149
Princeps iuſtus 136.144.148.149
Princeps præſidentia 171
Principes ſint æquales 171
Princeps qualis eſſe debet 78
Principatus Chriſti quis 66.67
Prophetæ abſque diuino lumine nõ vaticinãtur 1
Prophetæ dicuntur videntes 1
Prophetia viſio ibid.
Propheta dicitur os Domini 11
Prophetia eſt à Deo aſſumpta 1
Prophetæ cur obſcurè loquebantur 51
Propheta dicitur ſpeculator 119
Prophetæ vtũtur ſępe præteritis pro futuris 155
Prophetia cur dicitur auditus 154
Prophetiæ non ſubeſt falſum 192
Promiſſionibus diuinis nunquam diffidendũ 156
Pudicia elephantorum & camelorum 57
Purgatorium 195
Q Puſillanimis quis 288
Quadratus homo quis 69
R Apſacis nomine quid ſignificetur 186
Rationale iudicij 207
Reductio filiorũ Dei p Meſſiã quõ ĩtelligẽda 281
Regis definitio 102
Rex præeſt populo,regi lex 15
Rex baſis populi 99
Rex dicitur caput 4
Rex anax 28
Rex puer quis dicatur 24
Regis eſt obedire 15
Reges dicuntur paſtores 312
Reges vngi ſolebant 231
Regis iuſti qualitates 15.99.173
Rex caput,medicus,chirurgus 28
Reges Palæſtinæ appellantur Abimelech 126
Regimen appellatur clauis 127
Regnum Chriſti abſque fine 68
Regiones duæ in hac vita quæ 65
Regio longinqua eſt obliuio Dei 247
Religioſi ſunt ſtellæ 179
Regio lõginqua quare dicit' diſſimilitudinis 247
Reliquiæ appellantur Iudæi fideles 6.30
Reſurrectio mortuorum 145.147
Romana Eccleſia eſt columna veritatis 303
Romanus pontifex eſt vicarius Chriſti & ſucceſſor Petri Apoſtoli 169
Romana Eccleſia eſt à Deo docta 296
Rotundus homo quis dicatur 69
Ruth Moabites 98
S Acra ſcriptura fuit à Chriſto aperta 160
Sacerdos ſignificatur per cor 110
Sacerdotum puritas 263
Sacerdotum cœlibatus ibid.
Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam 255
Sacramenta veteris legis gratiã nõ cauſabãt 303
Sacrificium miſſæ 170
Sagittæ nomine quid ſignificetur 246
Salus noſtra in quo conſiſtit 231
Samaria 153
Sanctus Iſrael, Dei periphraſis 30
Sanguis Chriſti eſt clauis paradiſi 197.257
Sanguinis nomine quid ſignificetur 176
Sapientes ſunt fortitudo ciuitatis 64
Sapientia mundi ſtultitia eſt 237
Sapientia 174
Sara cur appelletur cauerna laci 254
Saul vnctus & Chriſtus appellatus 238
Sceleratus omnis eſt ſtultus 172
Sceleratorum miſeria 258
Scriptura ſancta 62.267
Securitas nimia damnatur 250
Semen appellantur Iudæi fideles 6.30
Sennacheribi nomine quid intelligatur 184
Sennacheribi mors 191
Sennacheribus multis nominibus vocatus 116
Senatus theologiæ Parienſis ampliſſimus 154
Separatio à mũdo & à corpore alia philoſop. 264
Septuaginta interpretum authoritas 258
Septem ponitur indefinitè 29.274
Sepulchrum Chriſti glorioſum 79.140
Seraphim quare alas habere dicuntur 45
Seraphim quid ibid.
Serim quid 214
Sidon 129
Siloë 57
Siloh quid ſignificet 334
Silentium pro otio aliquando ſumitur. 121
Simon Cabaliſticæ artis inuentor 241
Sirenæ 90
Sol & animal gignunt animal. 9

Sol cur appelletur Oſiris 384
Sol in medio planetarum 84
Sol quibus oriatur & occidat 96
Solem paſci aquis amaris quid 4
Solem obſcurari quid 135
Sol ſtetit iuſſo Dei 240
Soliū Dei quare dicitur excelſum & eleuatū 43
Solium Dauid quid 69
Sparta 235
Spes in Deo collocanda 250
Spes mundi vana 112
Spina arbor 214
Stanni nomine hypocriſis ſignificatur 13
Stare nemo hic poteſt 183
Stellæ dicuntur militia cœli 208
Stella cadere quid 179
Stemmata Chriſtianorum quæ 111
Struthio 89.180
Subditus nō debet obedire in his quæ ſunt contra Deum 166
Superbia damnatur 93
Surditas noſtra 190.240
Synagogæ mors 72.329

Tau litera quid deſignet. 304
Tacere aliquando non licet 111
Tanis ciuitas Aegypti 113
Tela diaboli quæ 140
Telam contra Deum ordiri quid 103
Tempus Meſſiæ appellatur nouiſſimum 15
Tempus quare dicatur ſapientiſſimum 23
Tenebrarum nomine quid intelligatur 36
Tentationes ſunt machinæ inferni 296
Terra appellatur peccator 2
Terra eſt rotunda 208
Terra eſt omnis homo 91
Terra cur immobilis 172
Terra quomodo tranſibit, & quomodo ſtabit in æternum 132
Terræ cultores maledicuntur 133
Terra viuentium quæ 395
Teſtamentū vetus clauſum vſq; ad Chriſtū 60.61
Teſtamentū nouum eſt interpretatio veteris 160
Teſtamentū vtrunque ſanguine confirmatū 281
Teſtamentum vetus imago noui 160
Teſtamentum nouum eſt æternum 281
Teſtamentorum proprietas 255
Teſtamenti vtriuſque differentia 281
Teſtes fideles 55.56
Thebæ ciuitas Aegypti 116
Theſauri ſunt bona opera 198
Timere qui debeant 211
Timor filialis eſt theſaurus 174
Titulus crucis ſeruatur Romæ 84
Titul' crucis quare fuerit trib. linguis eōſcrip' 171
Titulus quid 115
Tolerantia 73
Tophed quid 167
Tomyris Scytharum regina 228
Tirthij lapidis natura 110
Trana figuratio Chriſti 266
Trinitas 43.47.142.260
Trinitatis opera indiuiſa ad extra 242
Trinitas mundum creauit ibidem
Tuba magna quæ 151
Turpe eſt a turpibus laudari 26
Turris Babylonis 69
Tyrus vrbs Phœniciæ 128.132

Varia hominum ſtudia 163
Vaſa Domini quæ 261
Vaſa Domini portantes ſunt præſules ibid.
Vaſa Samia 128
Vectis quid deſignet 148
Venire à longè quid 147.
Vepres & ſpinæ 35
Verbum pro re 198.100
Verbum Patris eſt Filius 242
Verbum à quo debeat exponi 46
Verbum quid 248
Verbum eſt gladius 78
Veritas quomodo dicenda 289.290
Veritas ad quæ ſe extendat 193
Veſtes prophetarū delicta populi plorantiū 116
Viæ noſtræ 202
Viam Domini dirigere quid 203
Vicia 157
Victoria ſui ipſius 243
Victoria Dauidis fugientis ibid.
Vincere ſe ipſum magna victoria ibid.
Victoria Dauidis parcentis Sauli 141.
Vident appellatur propheta 1
Vinea Dei 33.34
Vinea ſynagogę quare dicitur electa 34
In vineam ire quid 233
Vir dolorum cur Chriſtus appelletur 266
Virginitas ſanctæ Dei genitricis 275
Virgam portare quid 253
Viri iuſti ſunt muri 34
Viror calami eſt virtus 182
Virtus eſt firma 231
Virtus imitatur naturam 318
Virtus mons magna 204
Virtus non eſt nobiſcum nata 9
Virtutis odor 7
Virtutum ſemina nobis innata 9
Virtus non eſt perfecta abſque fide 248
Virtute præditi ſoli ſunt diuites 198.248
Viſitat nos Deus variis modis 72.
Viſitatio pro afflictione 97
Viſus certitudo 1
Viſionis idiuiſio ibid.
Viſus Dei & principum terræ differentia 46
Vita noſtra quid 134.147.395.204.275
Vitæ incertitudo 195
Vita Chriſtiana muſica 321
Vita corporis eſt peregrinatio 197.
Vita eſt diuerſorium peregrinandi ibid.
Vita eſt militia 201
Vmbra alarum 108
Vmbram apprehendere quid 136
Vmbræ ſunt mundi opes ibid.
Vnitas eſt triplex 111
Vnitas Deo grata ibid.
Vnitas cordis vera lætitia 148
Vnum tantùm hominem quare Deus creauerit in principio 110
Voicornis natura 128
Vnicornis nomine Chriſtus intelligitur ibid.
Voluntas noſtra à nobis reiicienda 290.292
Voluntas ex ſe cæca eſt 49
Voluptas malorum eſca 25
Votum caſtitatis 328
Vox Domini malleus eſt 181
Vox abſque opere eſt arena 309

Zenonis patria 128

FINIS.

FRATRIS HECTORIS PINTI LVSITANI HIERONYMIANI

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS, ET IN ACADEmia Conimbricenſi Sanctæ ſcripturæ profeſſoris,

OPERA OMNIA LATINA, QVAE ad hunc vſque diem in lucem peruenerunt. In tres tomos diuiſa.

TOMVS SECVNDVS.



LVGDVNI,
APVD STEPHANVM MICHAELEM.
M. D. LXXXIIII.

POTENTISSIMO AC INVICTISSIMO PRINCIPI SEBASTIANO,

Luſitaniæ,& Algarbiorum regi citra & vltra mare, Africo,Æthiopico,Arabico,Perſico,Indico, ac domino Guinææ , frater Hector Pintus ſalutem & æternam felicitatem.

NON me fugiebat,rex inuictiſſime , cũ hæc mea in diuinum vatem Ezechielem cõmentaria componere,meáſque cogitationes literis mandare decreuiſſem , eſſe hunc meum laborem in hominum reprehenſionem incurſurum. Inurent enim mihi notam nimiæ audaciæ, quòd nullis eruditionis ornamentis excultus profundiſſimum prophetam explanare contenderim, eáque aggreſſus ſim, ad quæ non auſi ſint accedere viri ſapiẽtes, qui præſtantibus ingenijs præditi Chriſtianam philoſophiam literis illuſtrarunt Sed cùm nihil mihi ſit antiquius, nihil magis in optatis , quàm fructum aliquem edere ſtudiorum meorũ,ad id exiſtimaui eſſe mihi potiùs reſpiciendum,quàm ad eorũ iudicium,qui nihil approbandum cenſent , niſi quod fuerit omnino perfectum,omnibuſq; numeris abſolutum. Ego enim in ea ſum ſententia pulchrum eſſe ſumma eos experiri,qui res magnas, & magnoperè expetendas concupiſcunt. Quòd ſi non poſſint aſcendere ad faſtigium, honeſtum eſſe in medijs ſaltem conſiſtere. Nam apud Græcos non ſolùm Athanaſio omni ſapientia & ſanctitate præſtanti locus eſt,aut Magno Baſilio, aut eloquenti Chryſoſtomo,ſed multis alijs: quorum nonnulli etſi tantam nominis claritatẽ non ſunt conſecuti,non tamen fuerunt ſua laude priuati. Nec apud Latinos in diuinis literis explanandis præclarum Auguſtinum deterruit à ſcribendo eruditiſſimi illius Hieronymi amplitudo,qui omnes omnium rerum ad Chriſtianam pietatem pertinentiũ fontes animo ac memoria continebat.nec ipſe Auguſtinus excellenti ingenio & ex-

¶ 2 *quiſita*

quiſita doctrina cæterorum ſtudia reſtinxit. Quare non eſt, cur me vituperent, nec cur his, qui modò incumbunt in ſtudia literarum, debilitetur animus, & langueſcat induſtria. Sed non rectè ago, sereniſſime rex, qui in opere tuæ celſitudini dedicato aliorum timeo iudicium. Fuit hic propheta munere ſacerdos, ſanguine clarus, ſapiētia inſignis, ſanctitate admirabilis, diuina charitate incenſus. Vaticinatus eſt in Babylonica captiuitate, in quam fuerat cum Ioachin Iudæorū rege coniectus. Dat operam hoc libro, vt mortales excitet ad virtutem, vt contēptis falſis mundi voluptatibus & diuitijs ad Deum aſpirent, & ad venā aquarum vitæ, ad perennem fontem remedij potiùs confugiant, quàm mundi riuulos conſectentur. Eſt enim Deus fons ille, de quo ait diuinus pſaltes: Apud te eſt
Pſalm. 35. *fons vitæ. Qui de ſe ait apud Ieremiam. Me dereliquerunt fontem aquæ*
Ierem. 2. *viuæ. Docet hunc Deum ad ſignificandam immenſam bonitatem & ſapientiam ſuam cœlum & terram, & omnia, quæ ampliſſimo cœli ambitu continentur, condidiſſe, hominemq́; rationis participem creaſſe. Cùm cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolùm hominem erexit, & ad cœli quaſi ad patriæ conſpectum excitauit. At cùm homines, ſe errorum tenebris operuiſſent, atque varijs ſcelerum maculis cōtaminaſſent, non paſſus eſt Deus eos diutius in caligine illa verſari: aperuit eorū oculos aliquando, mittens è cœli faſtigio Filium ſuum vnigenitū, qui errantibus ac vagis hominibus viam conſequendæ immortalitatis aperiret. Locutus eſt il-*
Heb. 1. *lis in Filio, per quē, vt verbis vtar diui Pauli, fecit & ſecula, qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtātiæ eius, nos ſanguine ſuo redemit, & ſuis vulneribus vulnera noſtra ſanauit, ſe pro nobis in crucis ara hoſtiā deuouens ac conſtituens. Hoc eſt ſalutare illud, quod patriarchæ & prophetæ expectabant eſſe mundo ſalutem allaturū. Hic eſt ille, de quo egregius patriarcha Iacob extremo afflatu, tremulis ac morientibus vocibus, cùm iam præcordijs mortem conceptam contineret, dixit: Salutare tuum expectabo Domine. Hoc ſalutare Chriſtū Deum noſtrū optabat diuinus ac*
Gene. 49. *regius vates, cùm ad Deum patrē has voces emitteret: Oſtēde nobis Do-*
Pſalm. 84. *mine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Illud animo ac brachys cōplectens iuſtus Simeon cecinit: Nunc dimittis ſeruum tuum Do-*
Luc. 2. *mine ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuū. Hunc Deum ait Ezechiel iuſtū eſſe & miſericordem, peccatores ad ſe conuerſos piè recipiētem, eiſque flagitia condonantē. Et poſtea de Gentium vocatione, de reditu ad vitam, & de vltimo iudicio vaticinatur. Eſt eius præcipuum inſtitutum prædicere myſteria redemptionis humanæ per Chriſtum: & eccleſiam, quæ erat ab ipſo conſtituenda, ſub imagine templi & ciuitatis deſcribere. Inde transfert ſermonem ad ciuitatem ſempiternam: & admirabilem cœleſtis beatitudinis amplitudinem & celebritatem*

britatem, vt nos diſpulſa caligine amore tantæ pulchritudinis incendamur, & ſtudio adipiſcendæ æternitatis inflammemur. Vt enim generoſus falco in manu aucupis videns ardeam auem ſublimè volantem, ſtatim expandit alas, cupiens frangere vincula, quibus habet pedes ligatos, vt poſſit volare ad prædam: ſed habens caput corio coopertum nec mouetur, nec intuetur illam: ſic homo, cuius natura cæteris animãtibus antecellit, cogitans ſupera ac cœleſtia, mentíſque oculis aſpiciens æternam beatitudinem, eius deſiderio incenditur, & ſtimulis eius conſequendæ incitatur: at ſi fuerit tenebris, & corio deſiderij rerum caducarum coopertus, nec mouebitur deſiderio cœleſtis felicitatis, nec eam contemplabitur. Eius amore raptus nobiliſſimus ille falco, & illuſtriſſimus rex Dauid concinebat: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Et diuus Paulus optans è corporum vinculis euolare, aiebat: Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Et paulò pòſt: Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et quoniam hæc omnia erant in Euangelio explicanda, vaticinatur de ipſo Euangelio, comparans illud cum fluuio dimanãte ab oſtio ſanctuarij, hoc eſt à Chriſto porta cœli, qui de ſe ait: Ego ſum oſtium, ſi quis per me introierit, ſaluabitur. Hic fluuius noſtra hac, & patrum noſtrorum memoria fluxit ex tua hac Luſitania vſque ad Gangem & Indum magnos fluuios, odoriferos ditiſſimæ Indiæ campos alluentes: rigauit Braſilium, Aethiopiã, Arabiam, Perſiam, opulentam Indiam, & regiones inſulas orientis incognitas antea & inauditas, ad quas nunquam appulerant Romanorum, nec Magni Alexandri exercitus. Ad eas oras, rex ſereniſſime, tui Luſitani tulerunt crucis vexillum, in illis veram Chriſti fidem nuntiarunt, eúmque habentes propitium Gentes propè infinitas vano & impio idolorum cultui deditas ad veram religionem pietatis pleniſſimam conuerterunt. Maiores enim tui Emanuel & Ioannes, reges Chriſtianiſſimi & inuictiſſimi regiones illas à Luſitania immenſo ſpatio remotiſſimas quæſierunt, & ſubiugarunt, in ipſis ſanctiſſimum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti celebrantes fama, eiúſque cultui templa dedicata conſtruentes. Non enim ſolùm Luſitaniæ reges regnum hoc habuerunt ſemper ſubiectum ſanctæ ſedi apoſtolicæ Romanæ, ſed magna alia regna illi ſubiecerunt. Noſtri enim homines exiguo exercitu innumerabiles Agarenorũ & Indorũ Gentes locis infinitas, armis munitas, omni copiarũ genere abundantes & reges potentiſſimos, & Turcicos exercitus fortiſſimos cum multis militaribus ſignis captiuos duxerunt. Sed non erant hæ victoriæ abſque noſtrorum ſanguinis effuſione: multi namque ex illis præclaris editis facinoribus eximiam & honeſtam vitam glorioſa morte fortiter pugnãtes obſignarunt. Illis aiebant mortem eſſe terribilem, quorum cum vita

Similit.

Pſalm. 41.

Philip. 1.

Ioan. 10.

¶ 3 nomen

nomen extinguitur, non ijs, qui pro Chriſto moriuntur, quorũ laus emori non poteſt. Et quoniam regnum hoc eſt veluti fons quidã, vnde ad alias regiones longè diſtantes fidei puritas dimanat, voluit illud Deus in fide conſeruare. Nullus in eo eſt Lutheranus, nulla factio, nulla ſecta, nulla hæreſis, ſed ſummus omnium in fide catholica conſenſus. Cui igitur eram dedicaturus prophetam, qui vaticinatus eſt de euangelio per diſtantes terrarum oras nuntiando, niſi regi Chriſtianiſsimo, qui hoc implet vaticinium, qui ab occidente vſque ad extremas orientis regiones mittit concionatores ad ſanctum Chriſti euangelium longè latéque propagandum? Tu autem, sereniſsime rex, ſuſtines non paruam expectationem imitandi & vincendi admirabilem illam regum, à quibus genus ducis, virtutis præſtantiam, Alfonſi illius præſertim primi Luſitaniæ regis, qui Chriſti fide munitus, animi fortitudine ſeptus, ampliſsimis virtutum ornamẽtis decoratus, iuſtis legibus, & incredibilibus victorijs de hoſtibus reportatis, regnum illuſtrauit, & ad amplitudinem perduxit. Is cùm quadam die paruo exercitu eſſet cùm maximis hoſtium Chriſtiani nominis exercitibus congreſſurus, vidit in cœlo Chriſti ſpeciem admirabili ſplendore circumlucentem: illóque aſpectu roboratus, quinque potentes Agarenorum reges vna die deuicit, & innumerabiles eorum copias ſuperauit. Huius, & aliorum maiorum tuorum præclara facinora, inſignem pietatem, religionem, iuſtitiam, & in virtute conſtantiam ſperamus te non ſolùm imitaturum eſſe, ſed etiam ſuperaturum. Admiranda enim iam in te in tam tenera ætate contuemur. Nos pro celſitudine tua vota facimus, & preces ad Deum fundimus. Viue tu felix, viue, vt patria viuat: & noſtra hæc commentaria ſingulari tua benignitate & clementia ſuſcipe. Progrediar enim vltrà, ſi mihi fuerit exploratum, non tibi mea ſcripta iniucunda contingere. Vale.

APPRO

AD SACRARVM LITERARVM STVDIOSOS, FRATER RODERICVS HIESPENSIS MONAchus diui Hieronymi: *de prophetica doctrina nimia obſcuritate, magna neceſſitate & fructu, atq; horum commentariorum laudibus.*

INTER cætera ſupplicia, quibus Deus Opt. Max. aduerſus populi Iſraëlitici ingratitudinem & impietatem, animaduertere voluit, illud erat grauius, & quod impijs hominibus magis nocere poſſet, quod per Eſaiam prophetam acriter illis comminatur capite vigeſimonono. Miſcuit vobis dominus ſpiritum ſaporis, claudet oculos veſtros, prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet: & erit vobis, viſio omnium, quaſi verba libri ſignati. Eſt ſiquidem infenſi Dei, & ob peccatorum ſcelera maximè irati ſignum (vt frequenter diuinis literis proditum eſt) prophetas auferre, & quòd populus doctore careat. Quo quidem ſupplicio, non deberent homines leuiùs affligi & condolere, quàm ſi corporeis oculis priuarentur. Sunt etenim prophetæ quaſi quidam noſtri oculi, quibus inter denſiſſimas ſeculi huius tenebras poſſumus diſpicere, quemadmodum ipſe ſol iuſtiſſima nomenclatura, mundi oculus compellatur, per quem videt omnia tellus. Hos igitur lucidiſſimos oculos claudet dominus, & quoniam Hebræa vox עצם Aiſem, condenſationem ſeu confirmationem ſignificat, idem eſt acſi diceret, conſolidabit ſeu comprimet, & immobiles reddet, & veluti congelatos, ad videndum prorſus inutiles. Prophetæ inquã, in quibus repoſuerat dominus diuinæ ſuæ ſapientiæ theſauros, non maiori vſui & vtilitati erunt vobis, quàm eſſe ſolent hominibus oculi excæcati aut ophthalmia cooperti, & quoniam non vulgaris erit cæcitas, alia ſimilitudine & longa verborum ſerie, ſignificare perſiſtit Eſaias, quam maximam prophetarũ & legis Dei in populo Iſraël futuram ignorationem, dum libro ſignato viſionem prophetarũ aptiſſimè comparat: quaſi diceret. Omnium prophetarum vaticinia & viſiones, tanta erunt vobis caligine obſcuræ, & ab intelligentia veſtra reconditæ, vt nihil earum percipiatis: erunt nempè vobis tanquàm verba libri obſignati & occluſi, quem cùm dederint ijs qui ſcientiam legis Dei profitentur, Scribis videlicet & Phariſæis, Rabbinis & alijs legis doctoribus, exigentes ab eis interpretationem, reſpondebunt. Non poſſumus, ſignatus eſt enim liber. Si verò dederint vulgari cuidam & indocto, duplex ſibi impedimentum ingenuè cauſabitur, hoc eſt, præter libri obſignationẽ ſe neſcire literas. Hanc verò excæcationem, & tam altam legis diuinæ ignorantiam, ob ſua ſcelera atque peccata populum Iſraël eſſe commeritum, planè oſtendit Eſaias, dum ait, Deum miſcere ſpiritum ſoporis, vt profondè dormientes à viſione longè abſint, claudere oculos & prophetas, vt intelligamus (quod ex diuinis literis affirmare ſolent theologi) vnum peccatum eſſe cauſam alterius, & peccatorem ex vno ſcelere, in alia grauiora incidere, idque iuſto Dei iudicio, non quòd Deus ſit cauſa peccati (abſit impietas) ſed dicitur Deus immittere ſpiritum erroris, & ſpiritum vertiginis, ſpiritum ſoporis, excæcare, ſeducere, vt explicat D. Auguſtinus primo non illuminando, neque diſcutiendo tenebras, deinde non auferendo occaſiones, quibus mens peccatoris magis ac magis induratur & excæcatur iuſto Dei iudicio, ſua tamen malitia exigente: vnde ſe indurare dicuntur peccatores, & ſe excæcare dicuntur Iudæi: atque hanc ſententiam alia tranſlatio huius loci clariſſimè confirmat, his quidem verbis: Facite vos ipſos tardos & obſtupeſcite oblinite vobiſipſis oculos.

Eſa. 29.
Ignoratio prophetarũ pœna ingratitudinis.
Propheta oculi.
Deum miſcere ſpiritũ ſoporis quo modo intelligatur.
Aug. lib. 5. contra. Iul. c. 3. & de gratia, & li. arb. c. 20. & 21.
Cognitio legis & prophetarum quibus exhortamur ad opera sũmũ bonum.
Socrates.
Prophetarũ munus.

Cùm ergo extremum ſupplicium impiæ gentis ſceleribus vindicandis ignoratio eſſet prophetarum facile nobis erit intelligere contraria conſequentia, ſummum bonum populo Dei eſſe repoſitum in legis & prophetarum cognitione: vt quod Socrates frequenter dicere ſolitus erat, nempe ſcientiam

vnicum eſſe bonum, contrà vnicum malum ignorantiam, id nos diuina inſtitutione informati, ad legis Dei & prophetarum ſcientiam, vel ignorantiam referamus. Et quoniam prophetarum munus & inſtitutum aliud non eſt quàm legem Dei populo enarrare, expendere, & ad illius obſeruantiam homines exhortari, coërcere à peccatis, ſpem erigere, & ad amorẽ Dei & patriæ cœleſtis accendere: ſummum vnicumque bonum in propheris intelligendis à Deo nos percipere, vnuſquiſque proculdubio fitebitur. Fuerunt namque prophetæ illius temporis in eccleſia Dei ad rudem populum edocendum miſſi concionatores: quemadmodum orto per euangelium ſole, Chriſtus redemptor noſter ad cunctas orbis plagas in lucem gentium, & in ſalutem vſque ad extremum terræ apoſtolos & doctores deſtinauit. Quo fit, vt Chriſtianorum omnium mores, doctrina prophetarum ſint componendi. Addiſcet enim per ſuos

Quid præſtit prophetæ populo & prædicatoribus.

maiores populus ex prophetis, quid amare, quid fugere teneatur, & quem affectum ad conciones gerere, & quid ex concionatoribus debeat expectare. Et rurſus ipſi verbi Dei enuntiatores addiſcere poterunt, quam doctrinam dum populo prædicant, debeant afferre, & quid potiſſimum prophetarum exemplorum veterum, ſcilicet concionatorum, in hoc concionandi munere, coram mentis oculis debeant obuerſare. Neque verò ſatis ſibi eſſe ducebant prophetæ, quòd à Deo omnium Creatore, ad ſuum populum edocendum prædicatores deſtinarentur, niſi etiam prædicationis materiam, & quid eſſent potiſſimum enunciaturi, diuinus ſpiritus illis præſcriberet ac conſignaret. Interrogabat Dominum Eſaias: Domine quid clamabo? & oraculo diuino edoctus clamare incipit. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos agri, verbum autem domini manet in æternum. Et iterum. Clama ne ceſſes, an-

Eſa. 40. 58. 13. 21. 29. 30.

nuntia populo meo ſcelera eorum & domui Iacob peccata eorum. Quod quidem ſanctiſſimus vates diligentiſſimè executus eſt. Onus (inquit) Babylonis, Onus deſerti maris. Væ Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid. Væ filij deſertores. Quibus verbis præcipuum prophetæ ſtudium erat, ad ſuæ naturæ miſeram conditionem, & rerum humanarum fragilitatem agnoſcendam populum excitare, vt Dei gloriam & honorem exquireret, & cœleſtis patriæ deſiderio afficeretur. Deinde vt ſcelera ſua homines agnoſcentes, humiliter ſeſe deijcerent: & morum correctione, emendatioréque vitæ, ad ſanctiorem aſpirantes, per pœnitentiam illius timore ex acerbiſſimis pœnis & calamitatibus propoſitis exterriti, Deum ſibi infenſum poſſent placare. Quam prædicationis formam atque doctrinam in primis amplexari debere

Seſſio. 15. c. 2. Lateran. ſub Leo. 10. ſeſ. 11. Clemens epiſt. 1. 2. Timot. 3. Tria in cõcione præſtanda.

concionatores ſancta ſynodus Tridentina ſtudioſiſſimè exhortatur. Id ipſum mirum in modum Paulus egregius diuini verbi prædicator docet, dum epiſcopum Timotheum, futurum concionatorem perfectiſſimè inſtituit his verbis. Omnis doctrina diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Quaſi omnis diuinarum literarum ad populum explicatio, neceſſariò, triplici fructu & vſu contineatur. Aut enim docendus eſt populus fidem, & legem Dei, exprobrata infidelium impietate, & ſi res poſtulet adductis in confirmationẽ fidei argumentis: aut corripiendi ſunt ob deprauatos mores iniqui: aut demum tribulatione aliqua deiecti & afflicti, conſolatione leuandi ſunt, atque vt ad vitam ſpiritualem & perfectiorem Chriſti Ieſu amore accenſi, excitatis virtutibus, prauis affectionibus mortificatis, contendant, & aſſurgant, ſunt commonefaciendi. Ac ſic tandem maximo cum fructu & vtilitate, ſuo munere concionandi functi erunt, tunc ſanè docebunt vtilia; quemadmodum diuinus ſpiritus per Eſaiam prophetam,

Eſa. 48.

ſuæ voluntatis eſſe oſtendit in hæc verba. Hæc dicit Dominus, redẽptor tuus ſanctus Iſraël, ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via, in qua ambulas.

Abuſus eorum qui concionãdi munere funguntur.

Sed proh dolor! quot habet Eccleſia Dei prædicatores inutilia docentes, & eos ſæpenumero, quos imperitum hominum vulgus maximè miratur, & audita concione in cœlum vſque ſolet efferre: cùm tamen poſt multas hebdomadas illorum prædicationibus audiendis inſumptas, nihilo tedeant meliores. Exiſtimant illi doctores & magiſtri, totam euulgandi euangelij prouinciam, in ſublimitate ſermonis, & in perſuabilibus humanæ ſapientiæ verbis, eſſe repoſitam, quod autem ſpiritus diuinus expoſtulat, vitæ ſcilicet emendationem, iuſtitiam, charitatem poſtremo ducunt loco. Quis dabit

1. Corin. 2. Hiere. 9. a.

capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte adulterantes verbum Dei, cœtum præuaricatorum, qui extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij & non veritatis. Qui obſtrepero verborum ambitu dant ſine mente ſonum: qui ne peccatores ſceleribus inquinatos, ſermone ad horam contriſtent ad pœnitentiam, illorum vitia corripiendo (quos tamen contriſtaſſe in epiſtola gaudebat Paulus) illis cupiunt morem gerere taciturnitate quadam præ-

2. Cori. 7. Ezechie. 3.

poſtera, quæ ſibijpſis in malum cedet, ac perditionem, cum ſanguis illorum de manu ſua requiretur. Illis inquam applaudere eligunt, cùm ſint populus ad iracundiam prouocans, & filij mendaces filij nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus: nolite videre, & aſpicientibus nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia. Illorum præcepto obedientes non vident illis quæ recta ſunt, verba futilia quæ demulceant aures, effundunt, quod nimirum rerum exitus probat. nam ex horum concionibus, nullus ad pœnitentiam, ad lachrymas, ad ſeculi contemptum, ad re-

Simile.

ſarcienda proximo illata damna commouetur. Sed quemadmodum in machinis, aut tormento bellico experiri licet ſi ſulphureo puluere infarcias, glande ſiue globo non adiecto, quamuis apponas ignem, neminem percuties tuo iactu, nihil habebis præter fulguris micantis quandam ſpeciem, tonitruum & fumum: ſic proculdubio iſti concionatores, verbis ſolummodo loquacibus, acclamationibus præter tempus & rem datis, plus nimio contenti, corda hominum ad pœnitentiam ſuorum peccatorum non concutiunt. Quapropter illorum ora obſtruenda eſſent nihil præter inanem loquacitatem reſonantia, ſicut olim facundiſſimum Vlyſſem feciſſe legimus, aduerſus Therſiten linguacem,

Homer. Iliad. β.

quem cohibuit dicens.

Θερσίτ' ἀκριτόμυθε, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητὴς ἴσχεο Id eſt.

Therſi

Therſite inelegans, vocalis quanquam concionator: deſine.

Nulquam his concionatoribus in animo eſt apud ſemetipſos opiniones verè euangelicas & apoſtolicas antequam ſuggeſtum conſcendant concipere, & affectus eoſdem, verè intra ſe excitare, quos in eos qui audiunt, cupiunt excitatos, quemadmodum ethnicus poëta faciendum eſſe decernit. Si vis me flere, dolendum eſt primùm ipſi tibi, tunc tua me infortunia lædent. Male ſi mandata loqueris, aut dormitabo, aut ridebo. Quod cùm minimi fiat, nihil amplius qui audiunt commoditatis excipiunt, quàm ſi ad lautiſſimas epulas & opiparam menſam conuocati, condimenta ſolùm, ad gulam irritandam quam plurima inuenirent appoſita, cum nuſquam phaſides aues, perdices aut alios ſolidos cibos afferat conuiuator. Accidit quòd ſi quando exhortatione ſua populari ad pœnitentiam & contritionem commouerint audientes, cum primum à ſuggeſto deſcendunt, ſcurriliter & prophanè conuerſantur, facetijs & nugis, (quas in ore clericorum D. Bernardus vocat blaſphemias) leuiter profluentes: quibus iacta ad virtutem ſemina conuellunt, ludicra fuiſſe non ſeria quæ ab illis dicta fuerant, hac debacchandi licentia ſignificantes: cùm interim ipſi vrbanos ſe Dei cõcionatores & curiales eſſe quam maximè glorientur. Contra hos ἀθυρογλώσσους lucutuleios, aut potius gloſſogaſtoras, euanidóſque verborum conuiuatores, acriter inuehitur beatus pater Hieronymus, tum alijs locis, tum præſertim in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum. Verba voluere & celeritate dicendi, apud imperitum vulgus admirationem ſui facere, indoctorum hominum eſt, at trita frons interpretatur ſæpe quod neſcit, & cum alijs perſuaſerit, ſibi quoque vſurpat ſcientiam. Nihil tam facile, quàm vilem plebeculam & indoctam concionem, linguæ volubilitate decipere, quæ quod minus intelligit, plus miratur. Et iterum ait. Docente te in Eccleſia non clamor populi ſed gemitus ſuſcitetur, lacrhymæ auditorum laudes tuæ ſint: ſermo presbyteri ſcripturarũ lectione conditus ſit. Nolo te declamatorem eſſe & rabulam, garrulúmque ſine ratione, ſed myſteriorũ peritum, & ſacramentorum Dei tui eruditiſſimum. Hactenus Hieronymus. Veruntamen ad noſtros prophetas iam redeat oratio, quæ calore dicendi, imò dolore animi, quò non putaram, peruagata eſt.

Horat. in arte poetica.
Simile.
Ad Eugenium de cõſiderat.
Hieron. in epiſtola ad Nepot.
Valde nota.

Nihil igitur ijs qui verbum Dei enunciandi munere cenſentur, nihil ijs qui ipſum verbum Dei audiendi deſiderio capiuntur, commodius exponi poteſt quàm ſermo prophetarum ob rationes illas quas ſuperius commemorauimus. Attamen ſermo propheticus (eſto non eſſent populo grauia peccata, quæ obſignationem libri mererentur) valde obſcurus eſt & impeditus, námque tenebroſa aqua in nubibus aëris, vt quidam non incongruè explicat, difficilis & recondita doctrina in prophetis. Et vt prætercam quamplures alias huius obſcuritatis cauſas, veluti de vna re & perſona in aliam atque aliam facilem tranſitum, figuratas locutiones, geſta etiam prophetarum externa, quibus verborum loco vtebantur frequenter: illud difficilem reddit prophetam ad intelligendum, quòd populi vitia atque prauos mores carperent prophetæ breui ſermonis ambitu, vtpote tamquam notiſſima illis ad quos loquebantur, nobis tamen non ita, ex quo fit, vt laconiſmo illo remoremur ab intelligentia. Ad hæc admiſcent interdum prophetæ nomina barbara illarum prouinciarum, vbi res agebantur, vt docet Hieronymus in commentarijs ſuper Abdiam, atque illa qualia qualia ſint, oportet bene noſſe. Deinde phraſes erant apud Hebræos & vulgari quidam dicendi mores, atque prouerbia, quæ à communi vſu hominũ huius tempeſtatis longè poſita ſunt, vt erat illud prouerbium in terra Iſraël. In longum differentur dies, & peribit omnis viſio. Et illud. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Et verba ingrati populi aduerſus concionantes prophetas quæ refert Eſaias. Manda remanda, manda remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, & id genus innumera. Siquidem ea ſolet recenſeri obſcuritatis cauſa in Ariſtotele (vt à viris doctis obſeruatum eſt) dum exempla refert illis, qui loquebantur peruia & communi vſu poſita, cæteris verò non ſimiliter, cùm ad matheſeos, & aliarum artium ſpeculationem, ex quibus exempla ſumuntur, non conſeneſcant, quemadmodum illius ætatis viri, quoniam ſacram Theologiam & alias facultates, aut ſaltem aliud melius non haberent, ſtudio philoſophiæ accenſi, facere compulſi ſunt. Accedit etiam quòd plures ex ſanctis doctoribus, quorũ ſcripta & cõmentaria ſacrã paginã nobis illuſtriorẽ reddunt: vel propter rei ſummam difficultatem, vel quòd in enarrandis alijs ſacrorum bibliorũ voluminibus occuparentur, ad explicandos prophetas minimè applicuerunt. Qui verè rem hanc conſtanti animo aggreſſi ſunt, dum aduerſus hæreticos in explicatione prophetarum, longiſſimè diſputant, quamuis maximam lucem prophetis intelligẽdis, eos interre conſpiciamus: plurima tamen diducenda & explicanda, poſteritati reliquerunt, ex quibus Theologorum eruditiori, & Chriſtianorum doctrinæ maximæ fient acceſſiones. Dum tamen antiquis patribus omnia referamus accepta, qui fontes nobis aperuerunt allegoriarum, & de rebus obſcuriſſimis loquendi initium dederunt. Inuenire enim non niſi ſapientis, explicare autem cuiuſque, vt inquit Ariſtoteles. Quamobrem qui animum ſuum, ac ſuas lucubrationes, ad enarrandos prophetas vltro deuouerit, magno beneficio, Rempub. Chriſtianorum proſequetur. Quo facto ſimul nomen & famam cum magna gloria mittet ad poſteros, eo quòd rem aggrediatur, tum magnis ſudoribus ſibi conſtantem, tum pernecessariam, & quæ hominibus magnum emolumentum ſit allatura.

Aliæ rationes obſcuritatis in prophetis.
1. Ratio.
2. Ratio.
Hieronymus ſuper Abdiam.
3. Ratio.
Ezech. 12. 18. Hie. 31.
Eſa. 28.
Quod Ariſtotelem reddat obſcurũ.
4. Ratio.
Antiquis doctoribus gratulandũ.
3. Ethi. c. 7.

Verum enimuero cum prophetis omnibus innata ſit obſcuritas, Ezechiel propheta, omnium eſt obſcuriſſimus, vel Hieronymo locupletiſſimo ac fideliſſimo teſte, qui idipſum frequenter in commentarijs ſuper eundem prophetam aſſeuerat ac reformidat tantus vir & eccleſiæ lumen. Primùm in præfatione commentariorum ſic ait. Aggrediar. Ezechiel prophetam, cujus difficultatem Hebræorum probat traditio, nam niſi quis apud eos ætatem ſacerdotalis miniſterij.i. triceſimum annum impleuerit, nec principium geneſeos, nec canticum canticorum, nec huius voluminis exordium & finem legere permittitur, vt ad perfectam ſcientiam & myſticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat. Idipſum colligere licet ex Origene in proœmio homiliæ quartæ ſuper cantica. Item ca. 44. ſuper Ezechiel ipſe Hiero-

Ezechielis prophetæ obſcuritas.
Hieronym' in proœmio cõment. ſuper Ezech.
Origenes.
Hieronymus pulcherrimè,

nymus impeditiſſimum obſcuriſſimum quæ aſſerit prophetam, & quoniam verba ſunt plena ſalibus & eruditione referre placet. Dum eſſem Romæ puer & liberalibus diſciplinis erudirer, ſolebam cum cæteris eiuſdem ætatis & propoſiti, diebus dominicis ſepulchra apoſtolorum & martyrum circuire, crebróque cryptas ingredi, quæ terrarum profunda defoſſæ, ex vtraque parte ingredientium, per parietes habeant corpora ſepultorum, & ita obſcura ſunt omnia, vt propemodum illud propheticum compleatur:
Deſcendant in infernum viuentes, & raro deſuper lumen admiſſum horrorem temperet tenebrarum,
Pſal. 54. & vt non tam feneſtram quàm foramen demiſſi luminis putes, rurſúmque pedetentim acceditur, &
Pſal. 96. cæca nocte circundatis illud Virgilianum proponitur.
Pſal. 17. Horror vbique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.
Ezechiel Hoc mihi dictum ſit vt lector prudens intelligat, quam habeam ſententiam in explanatione templi
oceano & Dei in Ezechiel, de quo ſcriptum eſt: Nubes & caligo ſub pedibus eius. Et rurſum. Tenebræ latibulum
Labyrintho eius. Vnde & Moyſes nubem ingreſſus eſt & caliginem, vt poſſet Domini myſteria contemplari, quæ
cõparatur. populus longè poſitus & deorſum manens videre non poterat. Hæc Hieronymus. Et iterum in procemio
Virgil. Æ- libri. 14. locum prophetæ Ezechielis oceanum ſcripturarum appellat & myſteriorum Dei labyrinthum,
neid. 6. illuſtris poëtæ carminibus adductis. Hic labor, ille domus & inextricabilis error. Et alibi.

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta,
Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque
Mille vijs habuiſſe dolum, quà ſigna ſequendi
Falleret indeprenſum & irremeabilis error.

Ezechieli Satis igitur nobis conſtare poteſt, quãtis ſit difficultatibus obuolutus Ezechielis prophetæ liber, ſuper
pluries ſere- eſt modò, vt cum difficultate vtilitatẽ penſemus, quæ quidẽ minor nullatenus eſt. Etenim propheta alius
uelauit non reperitur, cui toties inuiſibilis Deus ſe inuiſibilẽ exhibuerit, vt in ſalutẽ hominũ ipſum edoceret. Vn-
Deus. de per Eccleſiaſticũ, quin potius per ipſum diuinũ ſpiritum, maximè ob hanc rem cõmendatur Ezechiel,
Eccleſi. 49. qui vidit conſpectum gloriæ quam oſtendit illi in curru Cherubin, nam commemoratus eſt inimicorum
Ezech. filius in imbre, benefacere illis qui oſtenderunt vias rectas. Hæc ibi. Sæpius etiam filius hominis appellatur
hominis. Ezechiel, vt figuram eſſe intelligamus eius, qui dicit: filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet:
Ezech. exẽ- & filij hominis Chriſti doctrinam enuntiare in ſalutem: & ad tantas viſiones fuiſſe euocatũ, vt oporte-
plum forti- ret eum, ne magnitudine reuelationum ſuperbiret, recordatione humanitatis humiliari.
tudinis ad- Inſuper Ezechiel exemplum conſtituitur eximiæ cuiuſdam fortitudinis ad exprobrãda vitia, quapro-
corripienda pter κρατοκαρδιον robur domini rectè appellatur, conuocátque & adſciſcit illum Deus quaſi propugnato-
peccata. rem & vindicem ſuæ gloriæ, contra vniuerſos terræ peccatores, vt eos conſtantiſſimè coarguat. Et tu fili
Ca. 13. 20. hominis pone faciem tuam, contra filias populi tui. Fili hominis obfirma faciem tuam ſuper Themam &
Ca. 21. 29. Daron & Nageb. Fili hominis pone faciem tuam ad Hieruſalem. Fili hominis obfirma faciem tuam con-
38. tra Pharaonem regem Ægypti. Super Gog. Magog. Mirabilis ſanè Daniel qui ad presbyterum mittitur
Ezechie. 3. delinquentem, Eſaias ad principes, verùm Ezechiel non ſolùm ad principes, ſed ad vniuerſam ſimul mit-
Ezech. præ- titur corripiendam ciuitatem, quin ad vniuerſum orbem, erat ſiquidem in eo magna fides & grandis au-
cipua capi- dacia, duriſſima facies contra duritiem peccatorum, cui ideo dicitur. Vt adamantem & vt ſilicem dedi
ta religionis faciem tuam. Et præter communem illam vtilitatem quam in omnibus prophetis eſſe paulò antè aſſe-
tractat. uerauimus, Ezechiel propheta exhibet nobis, vbere ſententiarum copia, præcipua capita religionis &
Cap. 44. doctrinæ Chriſtianæ: vt ſunt illa, quod ſit munus epiſcoporũ & prælatorũ omniũ erga ſubditos ſubditorũ
erga prælatos. Qui ſint præcipui actus paſtorum, quibus potiſſimum officium ſuum adimplere, debent
exiſtimari. Requirere videlicet oues, viſitare, congregare, inducere in terram ſuam, paſcere in montibus
Præcipui Iſraël, in paſcuis vberrimis, quæ omnia exhiberi minimè poſſunt à paſtoribus, dum longè abſunt à grege.
actus epiſ- Requirere quod perierat, abiectum reducere, confractum alligare, infirmum conſolidare, nihil ſibi an-
coporum. tiquius eſſe debere, quàm incolumitatem gregis ſibi crediti. Non contra paſcere ſemetipſos, ponere no-
Abuſus pa- mina ſua in terris ſuis, maioricatus erigere, domos ac familiam augere & amplificare, qui ſi facer ſocium
ſtoralis of- Chriſti nihil aliud, quàm quæſtum ac tyrannidem eſſe putent, ita vt impunè imò impiiſſimè quidam ex
ficij ex Eze- iuriſperitis dicere auſus fuerit, tum demum epiſcopum optimè ſuo munere functum, ſi nouerit lites di-
chiele. ſcindere atque diſſoluere & vt ſuo vtar verbo (*ſi ſupiera ſubſtanciar vn proceſſo*) Qua profectò blaſphemia
maior excogitari non potuit. Sed iſthæc miſſa faciamus.
Cap. 14. Item illud vndique terrarum Deum habere iuſtos aliquos, quorum precatu & honore, cunctos alios
Cap. 40. clementer ſuſtineat, & quorum interceſſione ad miſericordiam peccatorum flecti velit, vt patet cap. 14.
Relinquetur in ea ſaluatio. Præterea etiam in ædificatione templi diuina quadam ſignificatione, perfe-
ctio vitæ ſpiritualis explicatur, illiúſque incrementa, & quamplura alia id genus ſunt, quæ longum eſſet
Authoris recenſere. Horum omnium fructum exhibent nobis prophetarum enarratores, aperientes quæ diffi-
commenda- cilia (vt diximus) ad intelligendum erant. Inter quos noſtra hac tempeſtate principem locum tenet ve-
tio. nerendus pater Hector Pintus, patria Luſitanus, qui cùm olim exhibuiſſet nobis prophetam euangelicum
Eſaiam, lucidiſſimè iam euangelicè & apoſtolicè extra ſinagogam concionantem: nunc demum prophe-
tam Ezechielem in denſiſſimis tenebris obſcuritatis deliteſcentem (quod oſtendimus) eloquentiſſimũ
facit concionatorem, ac profert in lucem: Et quem ſcripturarum oceanum & myſteriorum Dei labyrin-
thum appellat D. Hieronymus, ingreditur feliciter Hieronymiani inſtituti profeſſor Hector Pintus, imò
Æneid. 6. Theſeus, (abſit inuidia dicto) qui Dei miſericordia & auxilio fretus, ipſe dolos tecti ambageſque reſol-
uit, cæca regens filo eruditionis veſtigia: quem ſequentes ad portum explanationum prophetæ Ezechie-
lis peruenire poterimus. Cùm verò in enarratione Eſaiæ omnes partes optimi interpretis & narratoris
tanta cum laude & doctorum omnium conſenſu impleuerit, profectò in hoc opere commentatorum in
Ezechie

Ezechielem, non ſolùm meritam laudem & honorem ſuſtinuit, ac expectationi ſatisfecit, verùm etiam ſuperauit, vt ſe ipſum viciſſe, vti Origenem quondam dicere poſſe videamur. Sermo eſt terſus & planus, frequens diuinæ paginæ teſtimonijs, eloquentia perſpicuus & illuſtris, eruditione admirabilis, qualis apud ſanctiſſimos patres, religionis Chriſtianæ heroas, Hieronymum, Cyprianum, Chryſoſtomum, Lactantium, qui eloquentia, vt ſanctitate floruerunt, vbique conſpicitur. Gratiſſimum profectò eſt videre ſacras literas, tam purè tam eleganter tractatas, ne immurmurare perſiſtant barbariſſimi & infantiſſimi homines, qui quoniam ipſi nihil præter balbutire norunt, theologiam niſi in cœno & barbariſmo poſſe conſidere arnnt. Quaſi hi quos receuſuimus ſancti patres, theologi non fuerint, quòd fuerint eloquentia clari. Sed iſti perſimiles ſunt ijs, qui ſummam rerum ignorantiam ſanctitatem eſſe dicunt: quos acriter reprehendit, ac contumelia dignos iudicat Hieronymus. Nec ſum adeò (inquit) hebetis cordis & tam craſſæ ruſticitatis (quàm illi ſolam pro ſanctitate habent) piſcatorũ ſe diſcipulos aſſerentes, quaſi idcirco ſancti ſint, ſi nihil ſcierint, &c.

Authoris eloquentia & eruditio.

In doctorũ exiſtimatio de theologia

In epiſtola ad Nepotia. & epiſtola ad Marcellam.

Habetis ergo, Lectores integerrimi, commentaria in Ezechielem ab eodem authore à quo in Eſaiam commentaria, olim tam hilari vultu excepiſtis, ſed hoc loco author aſſurgit in cothurnos, & elegantiſſimè omnia perſequitur, fuſiúſque omnia tractat: quod ſanè in Eſaiæ lucubrationibus deſiderabatur, nam cùm gratiſſimæ eſſent, longiores vellent theologi. Rurſus grauiorum authorum agmina vtriuſque literatæ & diuinæ & humanæ, ſuo tempore & loco, non ad venditationem & oſtentationem (quod fieri ſolet) ſed magna cum neceſſitate & fructu afferuntur, Rabbinos & Hebræos illorúmque linguã & phraſes, in catholicæ fidei ſubſidium teſtimoniúmque peritiſſimè facit ancillari. Quamplures etiam loci ſacrarum literarum perdifficiles, nec non philoſophorum, ad reconditiorem ſapientiam & doctrinam expectantes, magna dexteritate explicantur, ita vt μεμψιμοίροι, id eſt queruli & quibus nunquam ſit ſatis, nihil habeant quod ſugillare poſſint. Neque tamen in mentem meam vnquã illa incidit exiſtimatio, dicturos eſſe aliquos me de Hectore hæc magnificè prædicare, eo quòd ad eandem familiam & religionẽ Diui Hieronymi (etſi in alio regno) pertineat: iniqua eſt hæc & indigna ſapientibus cogitatio. Porrò horum omnium (præterea quod in his operibus latiſſimè patent, ita vt mendacij poſſem facilè inſimulari & reprehendi, ſi affectu non veritate aſſererem) affatim experimentum ſumpſi per plures menſes, quibus apud nos diuerſatus eſt optimus pater in noſtro monaſterio, dum cudendi hæc commentaria facultatem & priuilegium ſibi fieri expoſtulabat. Vbi ſimul integritatis ſuæ religionis, pietatis, ac eximiæ prudentiæ, prout ſacerdotem monachum, theologúmque decent, exemplo ac conuerſatione plurimùm recreati ſumus. Ecce igitur vobis (candidi lectores) prophetas reconditiſſimos, & magna caligine cæcos, præcipuè Ezechielem, familiari quadam & gratiſſima dicendi forma loquentes, quos, vt deinceps ab eodem authore plura ac fortè maiora poſſitis expectare, hilaribus animis excipite, fruimini, ac valete. Ex noſtro cœnobio Diui Hieronymi apud Madritum, quarto idus Nouembris, anno. M. D. LVII.

APPROBATIO

FRATRIS ANTONII DE SANCTO DOMINICO VIRI DOCTIS- *ſimi, Vlyſiponenſi collegio ordinis prædicatorum primarij ſacræ theologiæ profeſſoris.*

PERLEGI totum hoc opus mandante reuerendo Patre Magiſtro fratre Franciſco Foreyro, cui à sereniſſimo cardinale cura hæc commiſſa eſt: digniſſimúmque exiſtimo, quod prælo mandetur: non ſolùm enim nihil continet, quod ſanæ ac orthodoxæ fidei aduerſum ſit: ſed quòd plurimùm poſſit iuuare ſacræ ſcripturæ ſtudioſos, & illos qui ad populum conciones habent: eſt enim plenum admirabili eruditione & Chriſtiana pietate.

Frater Antonius de ſancto Dominico.

FVIT hic liber examinatus & approbatus ab illuſtri viro domino Georgio de Almeyda ordinario Vlisbonenſi digniſsimo, & ab admodum reuerendo patre, fratre Franciſco Foreyro inquiſitore & librorum cenſore integerrimo, & ex eorum facultate & decreto typis mandatus.

Dominus Georgius de Almeyda. *Frater Franciſcus Foreyro.*

EGO frater Hieronymus à Pauia prior monaſterij Bethlehemitici, & prouincialis ordinis diui Hieronymi regni Portugalliæ do facultatem, vt hic liber fratris Hectoris Pinti fratris noſtri ordinis mandetur typis, quòd ſit verè doctus, pius, & vtilis. Datum in noſtro monaſterio Bethlehen die. 18. Iunÿ, anno à virginis partu. 1567.

Frater Hieronymus à Pauia, Prior & Prouincialis.



PROPHETIA EZECHIELIS.

Argumentum primi capitis.

EXplicat diuinus vates, quo tempore atque loco ea viderit, quæ huic capiti mandauit: nomen ſuum, genus, & munus oſtendit. Deſcribit multis verbis explicatu difficillimis admirabilem viſionem ſibi oſtenſam quatuor animalium, rotarum viuentium, throni dei, & eius imaginis ſuper throno: vt inſinuet mittentis ſe authoritatem, ſuámque confirmet vaticinationem. Aperit diuinis quibuſdam ſententiarum luminibus vtramque in Chriſto Deo noſtro naturam diuinam & humanam, eius regnum, ſacerdotium, mortem acerbiſſimam, reditum ad vitam, & aſcenſum in cælum: qui cùm eſſet totius vniuerſi moderator & rector, formam ſerui ſuſcepit, noſtram induens mortalitatem, vt immortalitatis ſuæ nos participes efficeret, quò eo in cæleſti beatitudine æuo ſempiterno frueremur. Prædicit iuſtorum charitatem, perpetuámque in recta viuendi ratione conſtantiam. Sed ita temperat hæc omnia, ne tunc rudis populus Deum eſſe corporeum exiſtimaret: eámque ob cauſam ea verborum tegumentis cooperit quæ erant poſteà oſtendenda, & in euangelio apertè reuelanda.

CAPVT I.

ET factum eſt in triceſimo anno, in quarto, in quinta mẽſis, cùm eſſem in medio captiuorũ iuxta fluuium Chobar, aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei: in quinta menſis, ipſe eſt annus quintus tranſmigrationis regis Ioachin. Factum eſt verbum domini ad Ezechielem filium Buzi ſacerdotem in terra Chaldæorum ſecus flumen Chobar: & facta eſt ſuper eum ibi manus domini.

EXPLANATIO.

ET *Factum eſt in triceſimo anno.* Obtinente Iudeæ regnum iuſto illo Ioſia, qui ſingulari ſapientia ſanctiſque inſtitutionibus patriam illuſtrauit, & ad ſummam amplitudinem perduxit, inuentus eſt in templo domini liber legis ab Helchia pontifice maximo, vt Regum libro quarto diuinæ literæ memoriæ prodiderunt. Nam impius Manaſſes, qui antea regno præfuerat, vero dei cultu neglecto, gentium idola, earúmque vanitates & ſuperſtitiones colun, & cùm eſſet cœleſti oblectatione deſtitutus, & ſcelere atque maleficio paſceretur, viros iuſtos ſapientia & pietate præſtantes eius impietati acquieſcere, atque ſubſcribere nolentes, interfecit, & diuinam legem delere, penitúſque extinguere curauit. Quod intuens, vt aiunt, vir quidam virtutum præſidio ſeptus, amore pietatis & religionis incẽſus librum diuinæ legis inuito impio rege, in quodam templi loco tuto & apto abſcondit: qui poſteà fuit tempore Ioſiæ inuentus, qui dei cultum, quem eius maiores per ſummum ſcelus violauerant, inſtaurauit, populúmque ſuũ in vera religione mirabiliter inſtruxit. Poſt legem inuentam vixit Ioſias tredecim annos, cui ſucceſſit Ioachaz filius eius, & tres mẽſes duntaxat præfuit regno, poſt quem regnauit Ioachim vndecim annos, cui ſucceſſit Ioachin, cognomine Iechonias qui cum tribus menſibus principatum tenuiſſet, fuit de dignitatis gradu deiectus, & captiuus ductus in Chaldæam cum noſtro Ezechiele, aliiſque multis, qui obſidioni reſiſtere non valentes, ſe Babylonijs facilè tradiderunt. Pro Iechonia fuit Sedechias in regia dignitate conſtitutus, & vndecimo anno ſui imperij fuit captus à Babylonijs, & oculis priuatus, vt talis eſſet eius facies, quale fuerat eius ſceptrũ: & tota Hieroſolyma fuit funditus euerſa. Et hæc appellatur vltima captiuitas, cũ ea quæ fuit ſub Iechonia potiùs trãſmigratio appelletur. Omnes hi reges dempto Ioſia fuerunt impij ſcelerúmq; maculis notati: quocirca ſuã dignitatẽ labefactarunt, patriamq; ſuã penitus deleuerũt. Cùm autẽ Ezechiel eſſet iuxta fluuium quendam Babylonis nomine Chobar, inter captiuos Hebræos, anno quinto ſuæ captiuitatis, quam ipſe regis Ioachin trãſmigrationẽ vocat, vidit ea, q̃ huic primo capiti mandauit, vt diuinarum vaticinationum veritas innoteſceret, eſſétque perpetuis monimentis conſignata. Eam ob cauſam aſſerit fuiſſe hoc anno triceſimo, nempe à libro legis reperto. Si enim ab eo tempore ad annum vſque quintum tranſmigrationis Iechoniæ annos numeraueris, inuenies triginta: tot enim inter legis inuentionẽ & hanc diuini noſtri vatis viſionem abſque dubio interfluxerunt. Lege quartũ Regum, & ſecundum Paralipomenon, ſi hæc volueris copioſius perſpicere. Et ne me exiſtimes hoc ſomniare, vide Chaldæam paraphraſin, cuius ad literã hæc ſunt verba: Factum eſt triceſimo anno ab eo tẽpore, quo liber legis repertus eſt ab Helchia ſummo põtifice, anno decimo octauo Ioſiæ. Illud eſt hoc loco aduertendũ nõ numeraſſe Ezechielem tẽpus niſi ab inuenta lege, vt oſtenderet, non debere propriè tempus appellari ætatem illam, in qua diuina lex erat ob hominũ ſcelera penè extincta, & de medio ſublata.

Marginal notes: 4. Reg. 22. (beside "Regum libro quarto"); 4. Reg. 21. (beside "gentium idola"); 4. Reg. 23. (beside "vixit Ioſias"); 4. Reg. 24. (beside "Iechonias"); 4. Reg. 24. (beside "funditus euerſa"); 4. Reg. 2. Paral. (beside "Lege quartũ Regum")

ſublata. Eã ob cauſam libro primo Regũ ſcriptum
legimus Saulem duos annos regnaſſe, cùm aſſerat
1. Reg. 13. in Actis diuus Paulus eũ ad quadrageſimũ ſui re-
gni annum vitã perduaiſſe. Nam cùm ſolùm dnn-
Act. 13. bus primis annis iuſtitiã & religionem colnerit,
tẽpore illo tantũ modò dicitur regnaſſe, quo diui-
nam legẽ ſeruauit, non autẽ illo, quo ea cõtempta
ratio nihil valebat, inſtiria iacebat, mos patrius oc
ciderat. Imò nec tunc viuebat, ſed mortuus meri-
tò poterat appellari, peccatũ enim, cùm conſum-
matũ fuerit, vt verbis vtar diui Iacobi Apoſtoli, ge
Iac. 1. nerat mortẽ. Id intuens animo diuus Paulus in a-
Rom. 8. piſtola ad Romanos aiebat: Si ſecundũ carnẽ vixe
Apoc. 3. ritis, moriemini: & diuns Ioannes in Apocalypſi:
nomen habes, quòd viuas, & mortuus es. Diſcipu-
Ioan. 15. lis ſuis dixit Chriſtus Deus noſter: Vos teſtimo-
niũ perhibebitis de me, qnia ab initio mecũ eſtis.
Ac ſi diceret: Eã ob cauſam integrũ erit & incor-
ruptũ teſtimoniũ veſtrum, quo & facta & miracu-
la mea teſtificabimini, quia ea oculis aſpexiſtis, &
tanquã vobis perſpecta & explorata narrabitis, cũ
à principio vitæ veſtræ mecũ familiariter ſitis. Sed
dices: Quid? Nónne Matthæus publicanus ætatẽ
Matt. 9. longiùs prouexerat, cũ relicto telonio ſecutus eſt
Mar. 2. Chriſtũ? Nónne erat iam vita progreſſus? Nõ qui-
Luc. 5. dem: tunc enim cœpit viuere, cùm ſe cœpit à flagi-
gitiorũ contagio ſeparare. Impiorũ quæ dicitur vi
ta, mors eſt: illi vixiſſe verè dicuntur, qui à ſcelerũ
vinculis euolauerunt, ſeque ad Chriſtum conuer-
terunt, cuius amore mirabiliter flagrarunt. Id de
Luc. 23. latrone ſancto dicendũ puto. Etſi enim ſunt, qui
aſſerant eũ vltima vitæ hora fuiſſe ſalutem animæ
conſecutũ, ego tamen arbitror, eũ prima vitæ ſuæ
hora animã ſuam expiaſſe, cùm ſe ad fontem miſe-
ricordiæ conuertit, cùm inſignes maleficiorũ ma-
culas animo conceptas acerbiſſimo contritionis
fletu deleuit, & totam ſpem ſuam, totã cogitatio-
nem, totã denique mentem in Chriſto vulneribus
traiecto fixit, atque locauit. Horã illam vitæ, quam
alij vltimam appellant, exiſtimo ego eſſe primam
appellandam. Nõ enim antea vixerat, qui cupidi-
taris ſtimulis cõcitatus, alios illibaris diuitiis ſpo-
liabat. Imò nec talis ætas tempus dici merebatur:
nam cum tempus ſit numerus, ſiue menſura mo-
tus cœli per prius & poſterius, vt aſſerit Ariſtote-
les libro quarto Phyſicorũ, & alij philoſophi mul
tis in locis teſtantur, quî fieri poteſt, vt cœli mo-
tionem attentè numerent, qui ſuarum motionum
nec numerum habent, nec menſuram, nec ordinẽ:
cùm neque vitam dirigant ad rationis menſuram,
neque officiorũ momenta perpendant? Præterea
quomodo cœlũ rectè menſurabant, qui eo contẽ-
pto ſolùm terram intuentur, & vt verbis vtar regij
ac diuini vatis, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in
Pſal. 16. terrã? Hac ratione ductus Exechiel tempus ab in-
nenta lege numerat, dicens: Et factum eſt in trice-
ſimo anno. Sed cur incipit à particula, &, copulati-
na, quæ niſi aliquid præcedat, locũ nõ habet? Exi-
ſtimo, ideo hoc feciſſe, quia voluit ſignificare, quæ
literis mandabat, priùs mentis oculis vidiſſe: eſt e-
nim prophetia intellectus acie perſpecta, & diui-
nitus inſpirata: quã ob cauſam eam diuini vates vi
ſionem appellant, ipſique videntes appellantur, vt
in noſtris in Eſaiam commentariis in primi capitis
1. Cor. 12 explanatione oſtẽdimus. In prima epiſtola ad Co-
rinthios ait in hũc modum diuus Paulus: Alius per
ſpiritum datur prophetia. Et de ea interpretantur
nõnulli id, quod anteà dixerat Iob. Inſpiratio om- Iob 32.
nipotentis dat intelligentiam. Et alibi: Et vidit o-
culus meus, & audiuit auris mea, & intellexi ſin- Iob 13.
gula. Ideo quod prædixit, ait intellexiſſe, vt verè
vaticinium eſſe oſtendat: non eſt enim prophetia
id, quod minimè intelligitur. Nec enim Pharaonis Geneſis
per ſomniũ viſio ventura prænuntians debet pro- 41.
priè prophetia appellari, quoniam id quod videtur Ioan. 11.
intellectu non percipiebat: nec Caiphas, quãuis pro-
phetauit, cùm eſſet põtifex anni illius, vt ait diuus
Ioannes, propriè propheta fuit, quoniã verborum
quæ protulit verus intellectus ipſum fugiebat. Et
quoniam diuinus noſter vates ea, quæ literis man-
dauit, viderat in ſpiritu, & comprehenderat intel-
lectu, incipit à particula copulante, continuans ea,
quæ ſcribit, ad intimam reuelationem, & ea, quæ
foris protulit iis, quæ intus aſpexerat, connectẽs,
aut certè prolepſis eſt figura in ſacris literis non
infrequens: cùm ea, quæ ſequi debent, anteponun-
tur, vt primo capite Ionæ: Et factum eſt verbum Ion. 1.
domini ad Ionã, & pſalmo octogeſimo ſexto: Fun- Pſa. 86.
damenta eius in mõtibus ſanctis, diligit dominus
portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.

In quarto, in quinta menſis. Hebraiſmus eſt, ac ſi
dicat: quinta die menſis Iulij, qui eſt quartus in or-
dine menſium. Ita Ionathas Chaldæus hunc locũ
explanat. Sunt qui per hunc quartum menſem in-
telligant Ianuarium, aſſerentes Orientis nationem
ſolitam fuiſſe incipere annum ab Octobri poſt tor-
cularia, & frugum collectionem. Et quamuis opi-
nio hæc ſit magnorũ virorum authoritate munita
ego tamen exiſtimo priorem eſſe tenendam, nõ ſo-
lùm ob Ionathæ interpretationem, ſed ob diuina-
rum literarum authoritatem. Nam Exodi capite Exo. 12.
duodecimo loquens Moyſes de mẽſe Martio, quo
Hebræi egreſſi ſunt ex Aegypto, inducit Deum in
hunc modum loquentem: Menſis hic vobis prin-
cipium menſium primus erit in mẽſibus anni. Sed
tunc oritur quæſtio: quî fieri poteſt, vt Iulius ap-
pelletur menſis quartus à Martio, ſi eſt quintus in
ordine? Huic dubitationi facilè reſpondebis, ſi mẽ
ſium rationem iuxta Hebræorum conſuetudinem
perpenderis. Illi namque menſes per lunas nume-
rant: ex quo effectum eſt, vt apud eos mẽſis appel-
letur chodex, quæ dictio innouationem ſignificat,
quòd eo luna innouetur, quo etiam nomine pri-
ma dies lunæ appellatur. Annus apud Hebræos
ſemper incipit à nouilunio propinquiore æquino-
ctio vernali. Quando autem nouilunium præcedit
æquinoctiũ, reſpondet primus menſis noſtro Mar-
tio, quando autem ſequitur, reſpondet Aprili. Sed
plerunque primus mẽſis capit partem Martij, par-
tem verò Aprilis: quocirca menſis quartus, aliquã-
do reſpondet noſtro Iunio, aliquando Iulio, ali-
quando vtrique. Eſt igitur perſpicuum eos in er-
rore verſari, qui aſſerunt Octobrem, aut, vt alij di-
cunt, Septembrem eſſe anni principium, niſi di-
cant hoc fuiſſe ante Hebræorum egreſſum ex Ae-
gypto. In qua ſententia fuerunt Rabbi Dauid, &
Elizer, exiſtimantes fuiſſe mũdum in vno ex duo-
bus iis menſibus creatum. At antiqui Romani an-
num à Martio incipiebant: anthores ſunt Marcus
Varro, & Macrobius, & alij. Et Strabus aſſerit fuiſ
ſe mundum à Deo menſe Martio conſtitutum, &
ſolem in ſuo principio primum arietis gradum te-
nuiſſe:

nuiſſe: qua in ſententia fuerunt diuus Hieronymus trium linguarum clariſſimus interpres, vitæque ſanctimonia probatiſſimus, immortalis Ambroſius, magnus Baſilius, glorioſus & inuictus Athanaſius, qui fontes veræ philoſophiæ aperuerunt, totúmque terrarum orbem ſplendore ſapientiæ illuſtrarunt: illud enim in illis lumen mirabiliter eluxit, quod nulla poſteritas extinguet, quod nulla vnquam obſcurabit obliuio. Quare eorum ſententiam arbitror eſſe tenendam & amplexandam, & ex conſequenti dicendum, hunc quartum menſem, de quo hic loquitur diuinus vates, eſſe eum, qui ab Hebræis appellatur Thammuz, noſtro Iunio, aut Iulio, aut vtrique ſimul plerunque reſpondens. Et quoniã menſe Martio fuit mundus à Deo conſtitutus, pulchrum erat, vt eodem menſe eſſet ab eodem reparatus. Ideo menſe Martio in ſacrato virginis vtero naturã humanam aſſumpſit, ſibique copulauit: & eodem menſe acerbiſſimã mortẽ tulit, ſe pro nobis in crucis ara hoſtiã deuouens atque cõſtituens, vt hominibus errantibus ac vagis viam cõſequendæ immortalitatis aperiret, eorúmq; ſcelera ſuo ſanguine expiaret. Diuus Athanaſius libro de variis quæſtionibus ſacræ ſcripturæ ad Antiochum aſſerit fuiſſe Adamum creatum die viceſimoquinto Martij, quo ſacratiſſimæ virginis Mariæ annuntiationem celebramus. Nomina menſium apud Iudæos iuxta Eucherij ſententiam libro ſecundo inſtructionum ad Salonium capite ſeptimo hæc ſunt: Miſan. Iar, ſiue Iiar, Siuam, Thammuz, Alo, Tiſri, Mareſon, Elul, Caſleu, Tebeth, Sabath, Adar. Niſan reſpondet Martio, deinde alij recto ordine noſtris etiam menſibus reſpondent.

Cùm eſſem in medio captiuorum. Non ait: cùm eſſem captiuus, ſed in medio captiuorũ, vt inſinuet ſe eſſe conſcientiæ iudicio liberum, quamuis eſſet Nabuchodonoſoris iudicio captiuus. At diuino conſilio effectum fuit, vt in Chaldæam adduceretur, quo ſuis concionibus, conſiliis, & vaticiniis Hebræos conſolaretur & inſtrueret, & ad diuinã miſericordiam implorandã excitaret. Duplex eſt captiuitas, altera animæ, altera corporis: ſed ea propriùs captiuitas appellatur, quæ animã ligat, quãdo homo in ſcelerũ vinculis retinetur. De ea ait in

Prouer. 5. Prouerbiis Salomon: Iniquitates ſuæ capiunt impiũ, & funibus peccatorum ſuorum cõſtringitur. Et in libro Sapientiæ, quẽ Irenæus, Aegeſippus, Lactantius, & omnis denique antiquorum chorus Salomoni tribuerũt; ſunt hæc verba literis man-

Sap. 17. data: Iniqui vinculis tenebrarum & longæ noctis cõpediti, incluſi ſub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. Vbi vides hominẽ maleficiis coinquinatũ, eſſe in vincula cõiectum. Impius, & ſi regnet, ſeruus tamen eſt, non vnius hominis, ſed quod peius eſt, tot dominorũ, quot ſunt vitia, quibus obtemperat. Quid prodeſt homines ſibi ſubiicere, ſi ſeipſum ſceleribus ſubiicit? Hęc intuẽs Ezechiel, de impio loquẽs, Ille quidẽ, inquit, in ini-

Infr. 33. quitate ſua captus eſt. Id voluit ſignificare diuina ſcriptura dicẽs in libro Geneſis: Aegyptios omnes

Gen. 47. captiuos fuiſſe, & in Pharaonis ſeruitutem redactos. Vnde Chriſtus Deus noſter apud Ioannem,

Ioan. 8. Qui facit, inquit, peccatũ, ſeruus eſt peccati: & di-

2. Timo. 2. uus Paulus in epiſtola ſecunda ad Timotheũ: Vt reſipiſcãt à diaboli laqueis, à quo captiui tenẽtur ad ipſius voluntatẽ. Erãt Hebræi in Chaldæa vtraque captiuitate detenti. Si enim à captiuitate animæ eſſent liberi, nõ eſſent illuc adducti, & vinculis mandati. Si animæ hoſtes, hoc eſt mundũ, carnem, & dæmonẽ viciſſent, de hoſtibus corporis victoriã reportarent. Sed quoniã ſe animæ hoſtibus ſponte tradebãt, & Deo relicto à vitiis ſuperari facilè patiebantur, fuerunt ignominioſè victi, & capti, & ideo meritò vocati infelices, quoniã ſe ſcelerũ miniſtros præbentes, Dei hominúmque iura violarunt, & patriã ſuam funditus euerterunt. Cõtrà verò Abrahamus, quoniã cùm in calamitates incideret, ad Deum tãquam ad arcem tutiſſimam confugiebat, à quo certiſſimã opem expectandam

putabat, vernaculis ſuis potẽtes quatuor reges ſimul vicit eorumq; exercitum percuſſit, & fugauit. *Gen. 14.*

Trecenti milites Gedeonis Madianitarum, Amalechitarum, & Orientaliũ gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, armis munitas *Iud. 7.*

omni copiarũ genere affluentes ſuperarũt, quoniã afflictionũ aquis probati genua non curuauerunt, ſed erecto atq; conſtãti animo rerũ humanarũ tolerantia munito in virtute permanſerunt, hydrias ſuorũ corporũ pœnitentia frangentes, ignẽ diuini amoris in cordiũ lampadibus oſtendẽtes, & tubas ardentiũ precationum ad cœlum eleuantes. Quid dicam de Dauide illuſtriſſimo rege, qui ab impio Saule afflictus, multis inuidiæ telis expoſitus, infinitis calamitatibus oppreſſus, capite & opibus vndiq; oppugnatus, nulli ærumnarũ oneri ſuccũbebat: ſed diuino præſidio munitus canebat: Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si cõſi- *Pſal. 26.*

ſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meũ, ſi exurgat aduerſus me prælium, in hoc ego ſperabo. Vide quẽadmodum nullus inimicorũ impetus extimeſcebat, ſed omnẽ fiduciam ſuã in Deo conſtituebat, mundiq; præſidia & adiumenta abſq; Deo inania exiſtere, & pro nihilo ducẽda putabat. Cùm diaboli tentationibus oppugnaretur, aiebat: Pericula inferni inuenerunt me, ſeu, vt poteſt verti ex Hebræo: Munitiones inferni apprehenderunt me. *Pſalm. 114.*

Tentationes vocat arma, & machinas, pilas ſulphuris iaculentes, cæteraſq; belli munitiones: Sed propriã imbecillitatem perſpiciens, canebat: Nomen domini inuocaui: O domine libera animam *Pſal. 17.*

meã. miſericors dominus & iuſtus. Et alio in Pſalmo: In te eripiar à tentatione, & in Deo meo traſgrediar murũ. Ac ſi diceret: Auxilio tuo domine liberabor ab hoſtibus, delens eorũ copias: eorúmq; vrbes munitiſſimas expugnabo. Qui de animæ inimicis triumphat, de corporis inimicis etiã triumphauit. Ieremię dixit Deus: Ne timeas à facie eorũ *Iere. 1.*

quia tecũ ego ſum, vt eruam te. Et paulò pòſt: Bellabunt aduerſum te, & non præualebũt, quia ego tecũ ſum, ait dominus, vt liberem te. Attende quid dicã: Non poteſt vinci ab homine, qui vitia ſua vicerit. Nõ enim quis vincitur, niſi cùm ei ab aduerſario id, quod ſummè amat, eripitur, qui ergo id ſolum ſummè amat, quod amãri eripi nõ poteſt, ille abſque dubio inuictus eſt, & ſpiritu aliter liber, & ideo verè liber. Credo tamẽ multos viros iuſtos & pietate pręſtãtes ſpiritualiter liberos eſſe, corporaliter captiuos, & in hominũ impiorũ carcerẽ coniectos. Ioſeph omni ſapientia & charitate pręſtanti fuit in Aegypti vinculis reiectus, vt in libro Ge- *Gen. 39.*

neſis litteræ diuinæ memoriæ prodiderũt. De quo

dicitur in libro Sapientiæ: Deſcendíſque eum illo
Sap. 10. in foueã,& in vinculis nõ dereliquit illũ. Ieremias
Iere. 10. fuit vinculis traditus in Iudęa: Ezechiel ductus eſt
captiuus in Chaldæam: Ioãnes Baptiſta, quo inter
natos mulierũ nullus dicitur ſurrexiſſe iuſtior, nul
lus charitate feruentior, nullus ſanctitate præſtan-
Mat. 11. tior, fuit ab impio Herode in vincula coniectus. Et
Heb. 11. infiniti alij de quibus ait Apoſtolus in epiſtola ad
Hebræos. Alij verò ludibria & verbera experti, in
ſuper & vincula & carceres lapidati ſunt, ſecti ſũt,
tẽtati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt: circuie
runt in melotis, in pellibus caprinis, egẽtes, angu-
ſtiati, afflicti, quibus dignus nõ erat mundus. Per-
mittit aliquando Deus, vt ſui incidant in ærumnas
& doloribus premantur, vt eorum patientia & cõ-
ſtantia ſit aliis perſpecta & explorata, & aliis de
cauſis, quas non opus eſſe exiſtimo connumerare.
Simili- Vt enim ſolers artifex margaritarius facilè patitur
tudo Indicũ adamantẽ percuti, & grauibus ictibus con-
tundi, quoniã ſcit malleum potiùs & incudem eſſe
vulnus accepturũ, quã adamas cõteratur, ſic ſapiẽ
tiſſimus ille artifex Deus viros virtutũ ſplendore
fulgẽtes charitatis præſidio munitos, & firmitudi-
ne atq; conſtantia ſeptos in varias calamitates pa-
titur incidere, quoniã videt eos, quãuis grauibus
dolorum moleſtiarúmque ictibus feriãtur, eſſe ta-
Amos 7. men in charitate permãſuros. Vbi Amos propheta
habet iuxta vulgatã editionẽ: Ecce dominus ſtans
ſuper murũ litum, & in manu eius trulla cæmẽta-
rij, habent ſeptuaginta: Ecce dominus ſtans ſuper
murũ adamãtinũ, & in manu eius adamas. Vbi di-
uus Hieronymus per adamantẽ in manu Dei virũ
iuſtũ, præſertim Apoſtolos interpretatur: nã vt in
libro Sapientiæ ſcriptũ legimus, iuſtorũ animæ in
Sap. 3. manu Dei ſunt. Et Chriſtus Deus noſter apud Ioã-
Ioan. 10. nem de ſuis loquens, ait: Nõ rapiet eos quiſquã de
manu mea. Eſſe autẽ viros iuſtos ſimiles adamanti
Ezec. 3. oſtẽdit Deus, dicens Ezechieli: Vt adamantẽ, & ſi-
licẽ dedi faciẽ tuã, ne timeas eos, vel vt poteſt verti
ex Hebręo: Vt adamantẽ duriorẽ ſilice reddidi frõ-
tem tuã, quã ob rem ne metuas eos. Intueris igitur
viros charitate inſignes firmos adamantes eſſe, &
in Chriſti manu contineri: & ideo Deũ permitte-
re eos variis calamitatibus agitari, vt eorũ ampli-
tudinẽ illuſtret, cũ nihil magis cõducat ad eximiæ
virtutis gloriã magnificentius illuſtrandã, quàm
Simili- calamitas ipſa. Vt ille qui filiũ habet integra vale-
tudo tudine pollentẽ, & ſeruũ ægritudine laborãtẽ, du-
riùs & ſeueriùs tractat filiũ quàm ſeruũ, non quòd
magis diligat ſeruũ, ſed quòd velit eũ incolumita-
ti reſtituere, quẽ ſcit graui morbo laborare, filium
autẽ quẽ amore incredibili proſequitur, reprehẽ-
dit, vexat, & exulcerat: ſic deus interdũ filios, quos
diligit, affligit, permittens eos in gemitu & labore
verſari, ſceleratis autem indulget, vt proſperam ę
dia, mundi opes, & externas commoditates cõſe-
quãtur, quò ab animi ægritudine liberentur. Hoc
Ier. 31. intelligens Ieremias, has voces emiſit: Caſtigaſti
me domine, & eruditus ſum. Et diuus Paulus in
Heb. 12. epiſtola ad Hebræos: quem diligit dominus caſti-
gat, flagellat autem omnem filium, quem recipit.
Rom. 5. Eam ob cauſam ad Romanos ſcribens: Gloriamur
Gala. 6. inquit, in tribulationibus: & ad Galatas: Mihi au-
tem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu
Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, &
ego mundo. Vbi per crucẽ Chriſti afflictiones in-

telligit, in quibus ipſe Apoſtolus propter Chriſtũ
verſabatur: nã omnes, vt ipſe in epiſtola ſecunda
ad Thimotheum ait, qui piè volũt viuere in Chri- *2. Thi. 3.*
ſto perſecutionẽ patiẽtur. Vbi vides perſecutionẽ
nõ eſſe infelicitatẽ, imò Chriſtus eos beatos vocat; *Matt. 5.*
qui perſecutionẽ patiũtur propter virtutem. Qua-
re non eſt mirũ Ezechielẽ noſtrũ, prophetam illu-
ſtrẽ, & ampliſſimis virtutũ ornamẽtis decoratum
fuiſſe ab hoſtibus captũ, & in Chaldęã abductum.
Cæterùm illud eſt certiſſimũ Hebræorũ populum
fuiſſe ob eorũ ſcelera illuc aſportatũ, quoniã Hie-
roſolymæ habitãs verum Deũ reliquerat, & frau-
des teterrimas cõceperat. Tu autẽ, qui Chriſtiano
nomine gloriaris, etiãſi Hieroſolymę in animi quie
te, in viſione pacis commoreris, caue ne te flagitiis
cõtamines, Deumq; contenãs, nã duceris captiuus
in Babyloniã, quæ eſt mũdi cõfuſio, & Nabucho-
donoſori, hoc eſt, diabolo traditus teipſum perdes:
erit dignitas tua ablata, ſplẽdor extinctus, & in de-
decore & ignominia verſaberis. At ſi pœnitẽtia du
ctus, ad dominũ fueris cõuerſus, à regione Babylo
niæ Hieroſolymã reuerteris, nõ dominabitur tibi
Nabuchodonoſor, ſed Ieſus filius Ioſedech, veniet
Eſdras, & reducet te in patriã tuã, in gloriã cœle-
ſtẽ, in terrã promiſſam, ad quã ardẽter aſpirabat di
uinus ille atq; regius vates, ita canẽs: Credo vide- *Pſal. 26.*
re bona domini in terra viuentiũ. Illud eſt præte-
rea hoc loco aduertendũ, non dixiſſe Ezechielẽ ſe
eſſe cũ captiuis: ſed in medio captiuorũ: omnis e-
nim præſul, & quicunq; eſt in dignitate cõſtitutus
in medio ſuorũ eſſe debet, omnibus conſulens, æ-
qualitatem ſeruans, populum ad ſummam pacem
perducens. Fieri nequaquam poteſt, vt pax exiſtat,
vbi inæqualitas regnat. Chriſtus Deus noſter ſuis *Ioan. 20.*
apparens ſtetit in medio eorum, & dixit: Pax vobis.
Qui in medio eſt omnibus prouidens, iuſtitiã, quę *Pſal. 84.*
in æqualitate cõſiſtit, amplectẽs, hic ſubditos ſuos *Pſal. 71.*
in pace cõſeruabit. Iuſtitia & pax inquit propheta,
oſculatæ ſunt. Et iterũ: Orietur in diebus eius iu-
ſtitia, abundãtia pacis. Aſpicis igitur neceſſariã eſſe
iuſtitiã ad pacẽ cõſeruandã. Imò ad hoc fuerũt re-
rũ publicarũ gubernatores conſtituti, vt ſeditioni-
bus & diſcordiis ſedatis, poſſint homines vitã ad
tranquillitatẽ, & quietẽ traducere. Hoc non ſolùm
Chriſtiani, ſed etiã gentiũ philoſophi intellexerũt.
Ex quo effectũ eſt, vt Mercuriũ, per quẽ principem
ſignificabãt, caduceum manu tenentem depinge-
rẽt: eſt quidẽ caduceus virga quædã ſerpentibus ſe
inuicem oſculantibus circũdata, & ſuprà aliis or-
nata, atq; extremo corona quadã redimita. Per vir-
gam intelligitur recta iuſtitia, de qua dicebat diui-
nus quidã vates: Virga directionis, virga regni tui *Pſa. 44.*
Per ſerpentẽ ſignificatur prudentia, iuxta illam Dei *Mat. 10.*
noſtri doctrinã: Eſtote prudẽtes ſicut ſerpẽtes. Per
oſculum ſerpentium pax, de qua diuinus Paulus,
Salutate, inquit, in oſculo ſancto. Ideo princeps iu *1. Cor.*
ſtitiam colit, & exercet, & prudentia munitur, vt *16.*
reſpublica in pace & ſecuritate vitã degat. Qui *2. Cor.*
autẽ ita rempublicam rexerit, alas habebit ad vo- *13.*
landũ in cœlũ, vbi æternã gloriæ coronã cõſeque-
tur. Si hoc principes & præſules, & quicũq; rem-
publicã gubernandam ſuſcipiunt, voluerint mẽtis
oculis perſpicere & ad veritatẽ rationẽ reuocare,
erunt in medio cõſtituti, omnibus æqualiter cõſu-
lentes, noſtrumq; Ezechielẽ imitantes: non enim
dixit: cũ eſſem cũ captiuis, ſed in medio captiuorũ.

Sed

ſed penè lapſus ſum ad materiæ longitudinem,&
propè infinitatẽ,&currẽte rota,inſtar figuli dũ vr-
ceũ facere cogitabã, amphoram manus meæ fin-
xerũt. Qui autẽ voluerit copioſè caducei rationẽ
videre,legat Macrobium in Cœnis, Polybium li-
bro quarto, Plinium libro 29. Cœlium Rhudigi-
num libro vndecimo antiquatum lectionum, Pie-
ſium Valerianum in ſuis Hieroglyphicis.

Iuxta flumum Chobar. Exiſtimant nonnulli eſſe
Euphratem: alij contendũt eſſe proprium nomen
cuiuſdam fluuij Babylonis: abundat enim flumi-
Pſa.136. nibus regio illa: iuxta id, quod dicitur in pſalmo:
Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleui-
mus,dũ recordaremur tui Sion. Poterat etiã verti:
Iuxta fluuiũ magnũ: id enim ſignificat Chobar. Le
ge diuinas literas,& inuenies magna myſteria iux-
Gene. 1. ta aquas oſtendi. In libro Geneſis,prima quę viue-
rẽt,de aqua egreſſa ſunt: dixit enim Deus: Produ-
cant aquę reptile animę viuentis,& volatile ſuper
terrã. Et Paulò pòſt: Producat terra animam viuẽ-
tem. Vbi vides prima viuẽtia fuiſſe de aquis egreſ-
Gene. 1. ſa,quoniã futurum erat,vt aquis baptiſmi regene-
Gene. 1. raremur. Id volens ſignificare Moyſes ait: Terra e-
rat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem
abyſſi,& ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Rudis
ille mundus necdũ rutilante Sole, nec ſplendente
Luna,nec micantibus aſtris incompoſitam mate-
riam abyſſi magnitudine opprimebat. At ſpiritus
Dei inſtar aurigæ ſuper aquas ferebatur, & naſcẽ-
tem mundum in baptiſmi figura generabat. Quid
eſt homo ſine baptiſmo, niſi terra vacua & inanis,
& chaos opertum abyſſo, tenebrarumq; caligine?
Hũc Dei ſpiritũ appellat Heſiodus amorẽ, & illã
incõpoſitã materiã Chaos, quã Moyſes Hebraicè
tohu & bohu appellauit, pro quo noſter interpres
vertit inanis & vacua,& ſeptuaginta: inuiſibilis &
incompoſita. Hinc effectum eſſe exiſtimo, vt Em-
pedocles duo principia cõſtitueret litẽ & amicitiã,
& Anaxagoras confuſionem & mentem, & Stoici
hylem & Deum. Id quod Moyſes appellauit ſpiri-
tum Dei,appellat Heſiodus amorem, Empedocles
amicitiam, Anaxagoras mentem, Stoici Deum,
Moles autem indigeſta,terra inanis & vacua dici-
tur ab Heſiodo Chaos,ab Empedocle lis,ab Ana-
xagora confuſio,ab Stoicis hyle. Et licet Theodo-
retus, & alij nonnulli exiſtiment per ſpiritum Dei
aërem intelligi,ego tamen Hieronymum ſecutus,
Auguſtinũ,Baſilium, Ambroſium, Cyrillũ, Iuui-
lium, Eucheriũ,& cœtum magnorum virorum &
virtute & eruditione præſtantiũ in ea ſemper ſen-
tentia fui: vt crederem voluiſſe Moyſem hoc loco
per ſpiritum domini ipſum ſpiritum ſanctum ſig-
nificare, vt ſtatim in mundi conſtitutione ſanctiſ-
ſimæ Trinitatis myſterium eluceſceret. Nec mi-
rum ſi Chriſtiani Deum appellent ſpiritum, cùm
de eo dicat Gentilis poëta.

Spiritus intus alit, totámque infuſa per artus,
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Et quoniã Deus erat hominem per baptiſmũ re
generaturus, ideo in mũdi principio ferebatur ſu-
Gene 2. per aquas. Plantatur paradiſus in Edem, & quidã
fons in quatuor flumina diuiditur. Contaminatur
Gene. 6. mundus, ſcelerumq; maculis conficitur,& abſque
1.Pet. 3. aquarũ diluuio nõ purgatur. Quod baptiſmi ſacra
mentũ,vt aſſerit diuus Petrus,adumbrabat. In e-
greſſu de Aegypto ſtatim apparẽt aquæ, in quibus
obruuntur Aegyptij,& liberantur Hebręi: quoniã Exo.14.
in baptiſmi ſacramento peccata moriuntur, & de-
lentur,& gratia atque virtutes conſeruũtur. Hoc in-
tuẽs diuus Paulus in epiſtola prima ad Corin. ait:
Omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe ba- 1.Cor.
ptizati ſunt in nube & in mari. Id intelligebat re- 10.
gius vates,ita canens: Tu cõfirmaſti in virtute tua Pſal.73.
mare,contribulaſti capita draconum in aquis: tu
cõfregiſti capita draconis. Caput draconis eſt pec-
catũ originale, quod cũ aliis peccatis in baptiſmo
deletur,in cuius typo fuit Pharao cum Aegyptiis
omnibus ſuffocatus. Rebecca inuenitur ad puteũ. Gen.24.
Rachel propter aquas iuxta puteũ à Iacob pacis Gen.29.
oſculo ſalutatur. De aqua baptiſmi prædixit Deus
in hunc modũ per Ezechielẽ noſtrum: Effundam
ſuper vos aquã mundam,& mundabimini ab om- Inf. 36.
nibus inquinamentis veſtris. Et per Zachariam: In Zac. 13.
die illa erit fons patens domui Dauid: & habitan-
tibus Hieruſalem in ablutionẽ peccatoris & men-
ſtruatæ. Quod mentis oculis aſpiciens Michæas Mich. 7.
propheta,deiq; miſericordiã in baptiſmo contem-
plãs,aiebat: Deponet iniquitates noſtras, & proii-
ciet in profundũ maris omnia peccata noſtra. De
vtero matris naſcitur homo, & de baptiſmi aqua
renaſcitur. Nicodemo dixit Chriſtus: Niſi quis re-
natus fuerit ex aqua & Spiritu ſãcto, nõ poteſt in- Ioan. 3.
troire in regnum Dei. Volens Nicodemum in re-
bus fidei inſtruere, incipit à baptiſmo tanquam à
ſacramentorũ oſtio & principio. Et quia ab aqua
incœperat, in aquis vitam finiuit: latus enim eius Ioan.19.
percutitur lancea,& baptiſmi atq; martyrij pariter
myſteria fundũtur. Dies me deficeret, ſi vellẽ om-
nes baptiſmi laudes recenſere. Volens itaq; Deus
diuino noſtro vati Ezechieli oſtẽdere eccleſiæ cõ-
ſtitutionẽ,iuſtorumq; fidem, & admirabilẽ in re-
cta viuẽdi ratione firmitudinem, collocauit illum
iuxta fluuium Chobar,vt per aquas illas ſacramẽ-
tum baptiſmi ſignificaret,quo ſcelera delentur, &
animæ ampliſſimis gratiæ ornamentis decorãtur.

Aperti ſunt cæli. Non diuiſione corporea,ſed ap-
parentia,& fide credentis. Nã non ſolùm cœlos a-
pertos nõ videmus,ſed nec ipſos cœlos aſpicimus.
Ob eã cauſam lætabatur diuinus atq; regius vates,
quòd poſt mortem viſurus eſſet cœlos, vbi varia
ſpectacula eſſet habiturus: ſic enim canebat. Quo-
niam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorũ,
lunam,& ſtellas,quæ tu fundaſti. Acſi diceret: Ea,
quæ in hac vita fluxa & mortali non video, in al-
tera,quæ eſt æterna & immortalis videbo. Ita hũc
locum Gregorius Naziãzenus in libris de theolo-
gia explanat. Nã cùm in gratia è corporum vincu-
lis euolauerimus,ſtatim, aut facta purgatione,gau
dio perfuſi in pulcherrimã & ſplendidiſſimam di-
uini numinis domum euolabimus: & tunc glo-
bos æthereos, ſublimia manuũ diuinarum moni-
menta,pulcherrima illa, atque fulgentiſſima aſtra
fixa,ſtellaſq; vagas & errãtes, & ſplendidiſſimum
ſolẽ,qui in earũ medio quartum cœlũ obtinet,ve-
lut princeps & moderator luminum reliquorum,
tanta magnitudine,vt omnia ſuo ſplendore luſtret
& cõpleat, ſumma voluptate exultantes intuebi-
mur. Quãdiu enim in corpore verſamur, à clara ac
perfecta cognitione non ſolùm creatoris, ſed etiã
creaturarũ lõgiſſimè diſtamus,earũ veluti vmbras
& imagines intuemur. At Ezechieli noſtro aperti
ſunt cœli eo modo, quo D. Ioanni in Apocalypſi Apoc. 4.

dicentū:Poſt hæc vidi:& ecce oſtiū apertū in cœlo ſignificat Apoſtolus loco illo illo apparere ſibi in viſione imaginaria ianuā in cœlo patefactā,vt ſummi Dei maieſtas ſub ſpecie rerū corporearū ſibi oſtenderetur,ad innuendū ſibi deſuper ea reuelari, quæ literis mandabat. Iuxta hunc modū ait Ezechiel apertos ſibi fuiſſe cœlos, & vidiſſe viſiones Dei. Acſi diceret:Reuelata ſunt mihi deſuper hæc cœleſtia ac diuina myſteria,quæ volo monimentis conſignare. Et diuus Stephanus non timens pro
Act.7. Chriſto vitā cum morte commutare, vt tali morte immortalitatem conſequeretur,cùm raperetur ad ſuppliciū,oculis in cœlū erectis aiebat:Video cœlos apertos, & filiū hominis ſtantē à dextris Dei. Eodē modo in Chriſti baptiſmo cœli leguntur a-
Mat. 3. perti.Illud eſt hoc loco aduertendum viros iuſtos dūtaxat apertos cœlos aſpexiſſe.Dū in hac vita ſumus,poſſumus diuina gratia cœlū nobis aperire,ſi verā dignitatē in virtute collocantes,omnē noſtrā curā & cogitationem ad cōparandas animi diuitias contulerimus.Acſi deo relicto fuerimus flagitiis cooperti, & falſa voluptatis ſpecie decepti in ſceleribus volutati,cœlū ipſum nobis claudemus. Quid erit in die iudicij:quādo iuſti gaudio cumulati cœlos viderint apertos, impij autē cœlos ſibi clauſos,inferos autē apertos conſpexerint? Quos luctus percipient?quo dolore cōficientur? quibus ærumnis cruciabuntur? Tunc iuſtè damnati, & à cœtu ſanctorum ſecluſi,in tenebras obſcuras,æternáſque miſerias relegabuntur: quoniam dum hîc vitam degerent, ſcelerum furiis exagitati ſe à Deo ſepararunt, & quocunque eos cupiditatum æſtus pellebat,eò infelices præcipites ruebant.

Et vidi viſiones Dei.Hoc eſt,vidi deū,queadmodū ipſe mihi ſe voluit oſtendere: Vel vidi viſiones à Deo mihi reuelatas.Acſi dicat:Non hominū ſomnia narro,ſed Dei veritates,viſiones ſcribo nō humanas,ſed diuinas.Fortaſſe ideo has viſiones dicit eſſe Dei,vt eas magnas eſſe & admirabiles ſignificet:ſolet enim hebraiſmus,ea quę magna ſunt,dei appellare:nā omnia eius opera ingētia ſunt noſtra autē parua.Hinc mōtes Dei,cedri,ciuitas Dei,cæteraq; huiuſmodi locutiones in diuinis literis frequētęs.Aduerte.Erat Ezechiel in Chaldæa,pulſus patria in regionē illā idolorū cultricem, vbi mœſtus in cōmunibus miſeriis præcipuo quodā mœrore angebatur:ſed quia ad diuinū numen tanquā ad arcem tutiſſimā confugiebat,voluit eum Deus his viſionibus mirabiliter reficere, ſolet enim eos, qui ad illū aſpirant, in medio calamitatū recreare. Tres viros in Babylonis fornacem ab impio rege miſſos quod eius ſtatuā colere noluiſſent, cōſolatus eſt Deus,eripiēs eos à flāmis ipſos Babylonios
Dani.3. cōburentibus. Cū autē tres eſſent in mediū ignis cōiecti,&vinculis aſtricti,dixit Nabuchodonoſor: Ecce ego video quatuor viros ſolutos,ambulātes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt,&
Dan.13. ſpecies quarti ſimilis filio Dei.Suſanna etiā cū eſſet morti addicta,& horā neci deſtinatā videret, non habēs ad humanū præſidiū recurſum, flens reſpexit ad cœlū inſtar auis,quæ in terra ab aucupibus & canibus circūcincta nullū habet refugiū,niſi volet in altū,ſeq; ferat in ſublime.Et fuit à Deo refecta,& mirabiliter liberata.Ipſe enim Deus ait per
Pſa.90 os Dauidis:Cū ipſo ſum in tribulatione: eripiā eū, glorificabo eū.Nō poteſt calamitas impedire, quò minùs viri pietate & charitate præſtātes ſuaui voluptate interdum potiātur, eamq; alant in diuina miſericordia contemplanda & imploranda.

Regis Ioachin. Appellatur à diuo Matthęo Iechonias,erat enim binomius. Matt.1.

Factum eſt verbum domini ad Ezechielem. Per verbum domini prophetia intelligitur, & diuina reuelatio, quæ & viſio, & verbum eò appellatur, quòd diuini vates ea,quę ventura prædicunt,interioribus oculis videant,& mentis auribus audiāt.

Filium Buzi. Explicat genus ſuum. Buzi ſonat contemptum,Ezechiel roboratum à Deo. Illum, quem mundus contemnit, Deus corroborat, & fauore proſequitur.

Sacerdotem. Explicat, quo munere fungebatur.

In terra Chaldæorum iuxta fluuium Chobar. Indicat locum viſionis. Illud eſt hoc loco aduertendum poſſe homines pios magniſq; laudibus decoratos habitare inter nefarios ex omnium ſcelerum colluuione compoſitos.Cùm homines eſſent flagitiis contaminati,omniſque caro,vt verbis vtar diuinæ ſcripturæ, corrupiſſet viam ſuam, dixit dominus Gen.7.
Noë:Te vidi iuſtum corā me in generatione hac. Aſpicis inter impios virum pium habitaſſe.Iuſtus Iob in terra Hus inter iniuſtos commorabatur, de quibus ipſe ait:Frater fui draconum:&ſocius ſtruthionum. Ioſeph inter Aegyptios, Tobias inter Iob.1.
Niniuitas, & noſter Ezechiel inter Chaldæos in Iob.30.
medio Iudæorum, qui Deum reliquerant: & pa- Gen.39.
triæ ſuæ ſplendorem maculauerāt. Quam ob cau- Tob.1.
ſam illi dicebat Deus:Increduli & ſubuerſores tecum ſunt,& cum ſcorpionibus habitas. Et multi Ezec.2.
alij viri virtutibus inſignes inter flagitioſos habitarunt,ſeque integros ſeruauerunt: eum enim vitæ curſum conficiebant, qui nō in vitiorū humanorum, ſed in quadā diuinæ bonitatis imitatione conſiſtebat,non auaritiæ ſtimulis obtemperabant, ſed eas diuitias quærebāt,quæ animū amplificant & diuitē faciunt,ex quibus ſciebant poſſe verum decus redūdare.Hoc intelligens diuus Paulus dicebāt Philippenſibus: Omnia facite ſine murmu- Phili.2.
rationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij Dei,ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo. Sed quamuis hoc ita ſe habeat,pręſtat tamen habitare inter iuſtos.Oportet enim ad beatā vitam conſequendam, eorū fugere familiaritatē,qui nos poſſunt à recto Dei cultu,& honeſta viuēdi ratione ſeparare.In libro Exodi loquēs Deus cū populo Iſraelitico præcipiebat Exo.34.
illi vt ſe abſtraheret à Philiſtinorū familiaritate, dicēs;Caue ne vnquā cum habitatoribus terrę illius iūgas amicitias,quę ſint tibi in ruinā.In libro Nu- Nu.16.
merorum aiebat Moyſes: Recedite à tabernaculis hominū impiorū,& nolite tāgere,quæ ad eos pertinent,ne inuoluamini in peccatis eorum. Eam ob Leu.11.
cauſam prohibebat Deus immundorum animaliū eſum,vt refert Euſebius Pāphilus libro de præparatione euangelica octauo, mundorū autē concedebat,vt homines à maleficiis deterreret,& ad virtutes hortaretur. Si mūda animalia tangēda nō erant,quî fieri poteſt,vt ſceleratos homines, quorū vitia ſunt omnibus perſpecta &explorata,nobiſcū coniunctos cōſuetudine,& vetuſtate amicitię abſque ignominia teneamus? Hoc intuens pſalmo- Pſal.1.
graphus,Beatus vir,inquit,qui non abiit in cōſilio impiorum,

impiorũ, & in via peccatorum non ſtetit, & in ca-
thedra peſtilẽtiæ non ſedit. Quibus verbis indicat
impiorum hominum conſilia eſſe magnopere de-
clinanda, eorumq́; deprauatos mores ad æternos
cruciatus ducẽtes, quos viam peccatorum vocat,
atque eorum congreſſus eſſe penitus fugiẽdos. Ver
bũ, ſedere, conſuetudinẽ & familiaritatẽ ſignificat:
Pſal. 25. in qua ſignificatione eo vtitur alio in loco idẽ pſal-
mographus, dicens: Nõ ſedi cum cõcilio vanitatis,
& cum iniqua gerentibus nõ introibo: odiui eccle
ſiã malignantium, & cum impiis nõ ſedebo. Et E-
Eſa. 48. ſaias, Egredimini, inquit, de Babylone, fugite à
Iere. 50. Caldæis. Ieremias itẽ: Recedite de medio Babylo-
1. Eſdr. nis, & de terra Caldæorum egredimini. Eſdras in
10. oratione, quam habuit apud Iudæos. Separamini à
populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Lictores
Saulis quærentes Dauidem, cùm ad diuinos vates
1. Reg. accederent, vaticinari cœperunt. Venit impius
19. Saul, & ipſe vaticinatus eſt. Vide quàm pernicio-
ſum ſit impiorum vti familiaritate, & quàm vtile
inter bonos verſari. Id quodammodo intelligens
Antiſthenes aiebat, abſurdum eſſe non repurgare
à lolio triticum, hoc eſt, non remouere à republica
homines vitiis implicatos, ne ſceleratorum ſocie-
tate viri boni coinquinarentur. Ita locum illum
interpretatur Plutarchus, aſſerens non minus de-
trimenti afferre bonis homines iniquos, quàm lo-
Mat. 26. lium tritico. Diuus ille Petrus Apoſtolus, qui ad-
mirabili erga Chriſtum charitate flagrabat, tunc
Ioan. 18. cœpit frigere, cùm atrium Caiphæ ingreſſus, ſce-
leratorum hominum ſe impleuit colloquiis, illúm-
que negauit, quem paulò anteà Dei viuentis fi-
lium confeſſus fuerat. Sed cùm illum Chriſtus re-
ſpexit, ipſeq́; oculos coniecit in Chriſtum, pœni-
tentia ductus fleuit amarè, & maculam lachrymis
Simile deleuit. Vt luna ea parte clara & cõſpicua eſt, qua
ſolẽ intuetur, ea verò obſcura & inanis, qua diuer-
tit à ſole, ſic ille reſpiciens in Chriſtum ſolẽ iuſtitiæ
fuit illuſtratus, cùm verò ab illo auerſus ſe cũ im-
piis cõiunxit, fuit metu obfuſcatus, & tenebris cir
1. Cor. cunfuſus. Corrũpunt enim, vt verbis vtar Paulinis,
15. bonos mores, colloquia praua: & vt eſt Eccleſiaſti
Eccl. 13. ci libro mãdatum, Qui tetigerit picem inquinabi-
tur ab ea. Quare eos familiaritate deuinctos tenea
mus, quos intellexerimus, non ſolùm à ſcelere &
flagitioſe abducere, ſed etiam animi agitationẽ ca-
ſtam inuiolatamq́; conſeruare: ab eorum autẽ con
ſuetudine refugiamus, qui maleficiorum maculis
Simile notati, ſceleribus paſcuntur. Vt enim Hypanis flu-
uius aquarum puritate & dulcedine celebratus,
poſtquam fontis Exampei amaras & turbulẽtas a-
quas in ſe recipit, & inficitur, & inutilis redditur,
ſic multi magno & excellẽti ingenio viri, qui puris
ac dulcibus virtutum aquis fluebãt, cùm ſe poſteà
in hominum improborum familiaritatẽ immerſiſ
ſent, fuerunt morũ amaritudine & impuritate infe
cti, & fraudes inexpiabiles cõcipientes, vitiis teter
Simile rimis ſe totos cõtaminarunt. Quẽadmodum in po
morum recõditorio corruptis nonnullis illud, qđ
illis adhæſerit, etiã vitiabitur, ita in hominum ſo-
cietate qui nefarios cõſuetudine habuerint impli-
catos, animi præſtantiã turpi dedecore plerũq́; ma
culabunt, quãuis anteà fuiſſent egregia quadã glo-
2. Cor. ria cumulati. Id intelligẽs diuus Paulus, ad Corin
6. thios ſcribebat: Nolite iugum ducere cum infide-
libus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquita

te? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Et Chriſtus Mat. 7.
Deus noſter, Attẽdite à falſis prophetis, qui veniũt
ad vos in veſtimentis ouiũ, intrinſecus autẽ ſunt lu-
pi rapaces. Multi enim ſunt, vt verbis vtar Apoſto 2. Tim.
li, ſpeciem pietatis habentes, virtutem autem eius 3.
abnegantes: horum & ſceleratorum omnium fa-
miliaritatem fugere debemus, etiam ſi fratres no-
minentur. Ideo aiebat ad Corinthios diuus Pau- 1. Cor. 5.
lus: Si is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut
auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut
ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi nec cibum ſu-
mere. Hæc ille. Præuidebat enim facilem eſſe tran
ſitum à virtutibus ad vitia, niſi ipſæ virtutes eſſent
conſiliis, exemplis, & conſuetudinibus bonorum
virorum confirmatæ. Proditum eſt memoriæ à vi-
ris doctiſſimis ſtatuas Dædali, cùm eſſent magno Simile
artificio perfectæ, & eximia pulchritudine decora-
tæ, niſi tamen arctiſſimis vinculis conſtringeren-
tur, ſolitas eſſe dilabi, & facilè per fugere. Meminit
huius hiſtoriæ in Menone, & in Hippia maiore
Plato vir admirabilis, non ſolùm intelligendi, ſed
etiam dicendi grauiſſimus author, vt Socratis di-
ſcipulum poſſis agnoſcere. Et Ariſtoteles libro po-
liticorum primo, & primo de Anima capite. 3. refel
lens opinionem Democriti Philippum comicum
ſequentis, iſtarum ſtatuarum ſeipſas mouentium
mentionẽ facit. Eodem modo mores optimi vir-
tutum ornamentis illuſtrati, niſi fuerint virorum
ſapientia & charitate præſtantium conſiliis & fa-
miliaritatibus roborati, facilè fluent, & fugient, &
penitus amittentur. Vincet voluptas rationem, &
appetitus relicta obedientia modum tranſibit, &
erit dignitas ablata, & ſplendor extinctus. Aſpicis
igitur, quàm vtile ſit à bonorum virorum amici-
tia & conſuetudine non declinare, ab iniquorum
verò familiaritate abduci. Quam ob cauſam ho-
mines impios à nobis reiiciamus ne ſermonibus
ſuis impuris, moribuſque deprauatis tetram ma-
culam nomini noſtro inurant, iuſtorum autem a-
micitia & conſociatione magnopere delectemur.
Illud tamen velim exiſtimes, me non ita tutam
eſſe bonorum ſocietatem credere, quin ſciam mul
tos inter viros ſanctos cecidiſſe. Iudas in Apoſtolo
rum collegio Chriſti doctrina nutritus, ſeipſum Mat. 27.
teterrimis vitiis deformauit, & laqueo ſuſpendit,
fuitq́; ad ima tartara præcipitatus. Angelus ceci- Act. 1.
dit de cœlo, & Adam in paradiſo peccauit. Solus Luc. 10.
Deus eſt firmus ac munitus locus, & domus refu- Gene. 3.
gij, vbi ſecuri poterimus habitare. Ideo canebat re- Pſal. 30.
gius pſaltes: Eſto mihi in Deum protectorem, &
in domum refugij, vt ſaluum me facias. Et paulò
pòſt de iuſtis loquens: Abſcondes eos in abſcondi
to faciei tuæ à conturbatione hominum. Quibus
verbis explicat, quàm tuti ſint, qui ad diuinum nu-
men tanquam ad arcem munitiſſimam cõfugiunt,
totóſque ſeſe diuinæ miſericordiæ committunt.
Tales erant Apoſtoli qui aiebant. Ecce nos reli- Mat. 19.
quimus omnia: & ſecuti ſumus te. Talis noſter
Ezechiel, qui cùm eſſet in terra Chaldæorum in-
ter homines ſceleribus coopertos, & vitiis obſtina
tos, tamen ad Deum aſpirabat, & confugiebat,
& in terra corpore exiſtens, in cœlo animo com-
morabatur.

Et facta eſt ſuper eũ ibi manus domini. Id eſt, dedit ei
Deus ſpiritũ prophetiæ. Ita hunc locum Ionathas
Chaldæus interpretatur. Eſt igitur huius inſcriptio

nis ſenſus: trigeſimo anno ab inuenta lege, quinta
die menſis Iulij anno quinto primæ captiuitatis
Babylonicæ, cùm ego Ezechiel ſacerdos filius Bu-
zi eſſem in Chaldæa inter Hebræos captiuos iux-
ta fluuium Chobar, accepi à Deo ſpiritũ vaticinan
di, vidiq; mẽtis oculis, & interioribus auribus au-
diui ea, quæ iis literis mando, vt vigeant memo-
ria omnium ſeculorum, ſintque ab ipſa perpetui-
tate confirmata. Sed de inſcriptione hactenus.

B Et vidi: & ecce ventus turbinis veniebat
ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuol-
uens, & ſplendor in circuitu eius: & de me-
dio eius quaſi ſpecies electri, id eſt, de me-
dio ignis, & in medio eius ſimilitudo qua-
tuor animalium, & hic aſpectus eorum, ſi-
militudo hominis in eis. Et quatuor facies
vni, & quatuor pennæ vni. Et pedes eorum
pedes recti, & planta pedis eorum, quaſi
planta pedis vituli, & ſcintillę quaſi aſpectus
æris candentis. Et manus hominis ſub pen-
C nis eorũ in quatuor partibus, & facies & pen
nas per quatuor partes habebant. Iunctęque
erant pennæ eorum alterius ad alterum.
Non reuertebantur, cùm incederent, ſed
vnumquodque ante faciem ſuam gradie-
batur. Similitudo autem vultus eorum, fa-
cies hominis, & facies leonis à dextris
ipſorum quatuor, facies autem bouis à ſi-
niſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ de-
ſuper ipſorum quatuor. Et facies eorum, &
pennæ eorum extentæ deſuper, duæ pennæ
ſingulorum iungebantur: & duæ tegebant
corpora eorum, & vnumquodque eorum
coràm facie ſua ambulabat, vbi erat impe-
tus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec reuerte-
D bantur, cùm ambularent. Et ſimilitudo ani-
malium, & aſpectus eorum quaſi carbonum
ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampa-
darum

Et vidi. Viſione quadam imaginaria, & intelle-
ctuali.

Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone. Hoc eſt,
ecce ventus rapidus & tẽpeſtuoſus flabat à Baby-
lonia, quæ ſita eſt ad Aquilonem reſpectu Hieroſo
lymæ. Aquilo ventus eſt violentus, ſiccus, & frigi-
Eccl. 43. dus, ſic dictus à rapidiſſimo aquilæ volatu. In Ec-
cleſiaſtico ſcriptum legimus: Tẽpeſtas Aquilonis,
& congregatio ſpiritus. Et paulò pòſt: Frigidus vẽ-
tus Aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua. Ac
cipitur ſępe in ſacris literis pro Babylonia, vt apud
Iere. 1. Ieremiã: Ollam ſuccẽſam ego video, & faciẽ eius
à facie Aquilonis. Et dixit dñs ad me: Ab Aquilo-
ne pandetur omne malũ ſuper omnes habitatores
terræ. Per ollã ſuccenſam afflictionẽ ſignificat: vel,
vt Ionathas ait, regem Babylonis inſtar ollæ pro-
pter calorem in bullas reſolutæ. Erat enim crude-
litate incenſus, & ſtudio Hebræos euertendi in-
flammatus. Et alibi adducit ipſe Propheta Deũ in
hunc modum loquentem: Malum ego adduco ab
aquilone. Quẽadmodũ per ollã igne ſuccẽſam ve- Iere. 4
nientẽ ab Aquilone apud Ieremiã, ærũnarũ vis in-
telligitur, qua Babylonij Hebræos lacerabant, ita
per ventũ, turbinem & procellã flantem à Babylõ
nia apud noſtrũ Ezechielẽ calamitas ſignificatur,
qua Hebræi premebãtur, quãdo in eos Babylonij
irruebant, eóſq; ad excidiũ & vaſtitatẽ vocabant.

Et nubes magna. Aquarum nomine in literis diui
nis calamitas aliquãdo ſignificatur, iuxta id, quod
dicitur pſalmo: Intrauerunt aquæ vſq; ad animam Pſal. 68.
meam. Nubes plenæ aquis ſunt pericula minantia
tẽpeſtates & dolores. Vnde Ioel Propheta tempus Ioel. 2.
periculi & timoris vocat diem nubis, turbinis, cali
ginis, & tenebrarũ. Vult hoc loco Ezechiel, pericu
la, quæ Iudæis imminebãt, nomine magnæ nubis
ſignificare. Tu verò ſi tibi impendẽtia pericula cõ-
ſpexeris, ad Deum confuge, ipſe enim ait in libro
Geneſis ſe arcum ſuũ in nubibus in ſignum fœde- Gene. 9.
ris poſiturum. In nubibus noſtrarũ moleſtiarum
oſtẽdit Deus arcum cœleſtem, & irim ſuæ miſeri-
cordię & propitiationis. Hic eſt arcus, quem diuus
Ioannes in Apocalypſi in capite Chriſti ſe aſpexiſ- Apocal.
ſe teſtatur. Volebat enim ſignificare Chriſtum cru 10.
cifixum noſtrum eſſe propitiatorem. Fortaſſę ideo
voluit Deus myſteria ſua in caliginoſa nube oſten-
dere, vt ſignificaret latere in viſione hac arcanum
aduẽtus Chriſti: quam etiam ob cauſam Deus le-
gem ſuam dedit in caligine.

Et ignis inuoluens. Innuit vidiſſe fulmina ignifera Exo. 19.
& micãtia. Omnia hæc ſunt plena timoris, & minia
rũ: quibus Deus voluit ſuperbos Iudæos terrere.
Quẽadmodum clara fulmina liquãt aurum, argen Simili-
tũm, & æs, non cõbuſtis ſacculis in quibus hæc re tudo
cõduntur, ferrũ in capſula cerea cõterunt, ne cõfu
ſo quidẽ ſigno ceræ, vt ait Plinius libro ſecũdo na-
turalis hiſtoriæ, dura deniq; frãgũt, mollia intacta
relinquũt, ſic vltio diuina impios homines, duros,
& obſtinatos euertit, ſummiſq; calamitatibus in-
terdum vlcerat, & infringit, pios autẽ, ſupplices, &
abiectos cõſeruat, eiſq; animi trãquillitatẽ & ſecu-
ritatẽ impertit. Eſt enim diuinis literis conteſtatũ, Iacob.
Deũ ſuperbis reſiſtere, humilibus verò gratiã tri- 4.
buere. Et vt fulmina pinnacula, & faſtigia in acu- 1. Pet. 5.
mẽ tendẽtia, pyramides in flãmæ formã deſinẽtes, Altera
& altas atq; natura munitas rupes petunt, & deii- Simili-
ciũt, ſic acerbiſſimæ ærũnæ iuſto Dei iudicio exci tudo
tatæ eos feriunt & frangunt, qui inanẽ mundi glo-
riã, incertas opes, & in caſu ſitas adepti, in excelſa
dignitate cõſtituti, alios contẽnunt, & ſeipſos vanè
ferunt in ſublime. Huiuſmodi erãt Iudæi, qui cùm
de potentibus regibus diuino auxilio victoriã re-
portarent, terramq; promiſſam obtinerent, imme-
mores horum Dei beneficiorum ſe ſuperbia extu-
lerũt. Dei fauorem contẽpſerunt eiúſq; legem per
ſummum ſcelus violarunt. Eã ob cauſam eis Deus
fulgura ignifera minitatur, quibus illis prædicit
Hieroſolymæ incendium tẽpore Sedechiæ, eiúſq;
miſerabile excidium. Septuaginta pro igne inuol-
uente habent ignẽ fulgurantẽ. Poterat verti: Ignis
inflammatus, aut, ignis ſeſe reciprocans. Accipi
ignẽ pro calamitate & dei indignatione indicat his
verbis pſalmographus: Tranſiuimus per ignem & Pſalm.
aquam. Et alibi. Exardeſcet ſicut ignis ira tua. Et 65.
Nahũ Propheta capite primo: Indignatio eius, ni- Pſal. 88.
mirũ Dei, effuſa eſt tanquã ignis. Vbi Aquila pro, Nahum
effuſa eſt, vertit: cõflata eſt, vt oſtẽderet creſcere di- 1.
uinam

uinam indignationem creſcẽtibus flagitiis noſtris: nos enim vitia vitiis cumulantes Dei iram in nos conflamus, quæ tempore ſuo inſtar ignis erumpentis terribili impetu infundatur. Quando ſe Deus
Exod. 3. oſtendit Moyſi in rubo ardente, cuius ſtipitem & excelſa ramorum cacumina ignis occupabat, voluit illi ſignificare fore, vt ignis ille, qui ardebat, ſed rubum non comburebat, AEgyptios horrendis calamitatibus vaſtaret, Iſraelitas autem mirabiliter eriperet. Id exiſtimo ſignificaſſe Deum igne il-
Act. 1. lo cœlitus delapſo, qui die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos linguarum ignitarum effigie mirabiliter deſcendit. Etſi enim linguarum ardentium ſimilitudo eximiam Apoſtolis donari dicendi libertatem & copiam ſignificaret, non poſſum tamen cogitare, quin ignis ille certiſſimã diuini numinis opem & præſentiam diſcipulos corroborantem innueret, & totam illam vrbem Hieroſolymam eſſe miſerabili incendio & excidio delendam ob eius incredulitatem, & impia facinora, quibus ſe in dies polluebat, ſignificaret.

Et ſplendor in circuitu eius. Reſpõdet tacitæ obiectioni. Poterat aliquis dicere: Si nubes erat denſa, & tenebris circunfuſa, quî fieri poterat, vt ea, quæ intus erant, aſpicere valeres? Reſpondet Propheta, ideo ſibi perſpecta fuiſſe, quæ in nube erant quoniam erat ipſa nubes in circuitu illũſtrata. Vult indicare, fuiſſe ſibi aperta Dei iudicia. Igitur per ventum & procellam aquilonarem, & nubem denſam & fulgura intelliguntur ærumnæ, quibus diuinus vates videbat eſſe Iudæos à Babyloniis afficiendos, atque incendium templi, & totius vrbis vaſtatio, per ſplendorem autem clara diuini iudicij reuelatio facta Ezechieli. Poteris per ſplendorem in nube lucentem Dei miſericordiam in eius ira micantem intelligere: nam in medio præconiorum ſuæ iuſtitiæ non obliuiſcitur ſuæ miſericordiæ. Id intelligens diuinus pſaltes concinebat,
Pſalm. 144. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. vel, vt poteſt verti ex Hebræo: Miſericordiæ eius in omnibus operibus eius. Vbi apertè indicat nullum eſſe Dei opus, etiam in quo ſe iratum oſtendat, in
Haba. 3. quo non vtatur miſericordia. Hoc ſentiens Habacuc aiebat. Cum iratus fueris, miſericordiæ re-
Tob. 3. cordaberis. Et Tobias: Cùm iratus fueris, miſeri-
Iere. 9. cordiam facies. Ieremias inducit deũ in hunc modum loquentẽ: Ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam & iudicium, & iuſtitiam. Ideo non eſt quòd fugias à Deo irato, niſi ad ipſum Deum miſe-
2. Cor. 1. ricordẽ: eſt enim, vt ait diuus Paulus pater miſericordiarũ & Deus totius cõſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Non eum vocat patrem miſericordiæ, ſed miſericordiarum, nec Deum alicuius, ſed totius cõſolationis, vt eius pietatis immenſitatem ſignificet. Hic eſt cœleſtis
Luc. 10. ille Samaritanus, qui, vt refert diuus Lucas, miſericordia motus acceſſit ad eum, qui deſcenderat à Hieruſalem in Iericho, & incidens in latrones fuerat ab illis vulneratus & ſpoliatus, cuius vulnera ille curauit. Samaritanus idem eſt quod cuſtos, de
Pſal. 12. quo ait pſalmographus: Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam. Ille generis humani vulnera ſuis vulneribus curauit in quod hoſtes animæ irruerant, illud virtutum ornamẽtis ſpoliantes, & grauiſſimis vulneribus ſaucium relinquẽtes. Hic eſt pater, qui miſericordia motus, filiũ prodigum recepit. Hic eſt, qui ait. Miſe-
reor ſuper turbam hanc. De quo ait Zacharias: Per Luc. 15. Mar. 8.
viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Qui non ex operibus iuſti- Luc. 1.
tiæ, quæ fecimus nos, vt ait Apoſtolus in epiſtola ad Titum, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſal- Tit. 1.
uos nos fecit. Hic deniq; eſt, qui in medio iræ oſtẽdit miſericordiam: quemadmodũ hoc loco apud Ezechielem, vbi indicans cædes & calamitates, quas erat Hebræis illaturus, aperit etiam pietatẽ ſuam, nubis ſplendorem orbiculatim oſtendens: proſequitur enim amore creaturam ſuam, eamq; monitis & ſignis ad cognitionem ſui, rectámque viuendi rationem reuocare contendit.

Et de medio eius quaſi ſpecies electri. Exibat de medio ignis color quidam aureus repræſentans electrum: Eſt aũt electrum genus quoddam bituminis profluens ex ſaxis, primò liquidum, poſteà verò maris frigiditate cõdenſatum, quod à Luſitanis appellatur *alambre.* Deus etſi ſit vbique eſt tamen incõprehenſibilis, incircunſcriptibilis, & infinitus. Vnde dicebat Empedocles philoſophus: Deus eſt ſphæra incomprehenſibilis, cuius centrum eſt vbique, circunferentia nuſquam. Et alter Philoſophus nomine. Secundus, Deum vocat celſitudinem inconceptibilem, inquiſitionem incogitabilem. Nihilominus tamen ex rebus ab eo creatis eius bonitatem cognoſcimus. Id voluit hoc loco diuinus vates ſignificare: nam per electri ſpeciem & aureum colorem Dei bonitas intelligitur: quæ cùm ſit nobis inuiſibilis, ex viſibilium tamen contemplatione videtur, iuxta id, quod eſt à diuo Pau- Rom. 1.
lo literis conſignatum: Inuiſibilia ipſius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Acſi diceret: Dei bonitas, & ſapientia, & ſimilia, intellecta ex ipſius effectis à mundi creatione conſpiciuntur. Ex rerum enim creatarum conſideratione, ad creatoris cognitionem tanquam à riuis ad fontẽ peruenire poterimus. Hinc effectum eſt, vt quidam eorum, qui quondam ſapientes vocabãtur, ſeculum hoc ſpeculum rerum inuiſibilium, quidam earum librum, alij verò vtrumque appellarent. Nam Triſmegiſtus in tertio Pymandri has voces emiſit: Tota mundi conſpiratio, & rerum pulcherrimus ordo, contemplandi Deum ſuggerit materiam, eſt enim natura velut liber vnus diuinitate plenus, ſpeculumque diuinorum. Id oſtendit grauiter & ſapienter diuus Athanaſius in oratione, quam habuit aduerſus idola. Magnus Baſilius homilia vndecima in Examerum diuini opificij hæc verba ſcripta reliquit: Vniuerſa hæc mundi moles perinde eſt ac liber literis exaratus palàm conteſtans atq; prædicãs Dei gloriam, illiúſque auguſtiſſimam maieſtatem arcanam, alioquin & inuiſibilem tibi intellectuali creaturæ copioſè annuntians. Diuus Auguſtinus in explanatione pſalmi 34. Duo, inquit, ſunt, quæ in Dei cognitionem adducunt, ſcriptura ſcilicet, & creatura. Et in explanatione Pſalm. 26. Ipſæ ſpecies creaturarum voces ſunt quædam creatorem laudantium. Cùm beatus Antonius eremita à cœtu hominum frequentiaque tanquam in portum ſe in ſolitudinem recepiſſet, interrogatus à quodam viro docto, quî fieri poterat, vt in eremo ſine libris vitam degeret, reſpondit, vt refert in hiſtoria eccleſiaſtica Nicephorus, librum ſuum

ſuum mundum eſſe,& rerum creatarum naturam,
vbi quádo erat opus,dei oracula legebat:ibi enim
dei ſapientiam,potentiam,& virtutem admiraba-
tur. Terra odoratis floribus cooperta,pulcbritudo
opacarum atq; feracium plantarum , metalla,flu-
mina,fontes ſcaturienres,& pecorum varietas,&,
vt de cœlo loquamur , ſol nitens ſubter mediam
ferè regionē, luna quæ in infimo cœlo radiis ſolis
incenſa conuertitur,ceteráq; aſtra tá fixa quàm va
gantia , quæ circulos ſuos conficiunt celeritate &
cóſtantia mirabili,omnia hæc quid aliud ſunt quā
diuinæ ſapientiæ,& potentiæ, & bonitatis ſpecu-
lum nitēs, & liber quidam literis aureis exaratus?
Quis intuens cœleſtē ambitum , & aſtrorúm cur-
ſus,diuerſos illos quidem,ſed in diuerſitate illa or-
dinem ſuum æqualiter ſeruantes, nó ſecum ratio-
cinetur eſſe ſapientiſſimum & potentiſſimum ea-
rum rerum conditorem & gubernatorem ? Quis
item aſpiciens quatuor elementa inter ſe contra-
ria eſſe ita coaptata,vt harmoniam quandam con-
ficiant,calida,frigida, ſicca,& humida,non ſtatim
cogitet, & animo percipiat ſummam harum re-
rum creatoris & moderatoris vim & poteſtatem?
Non enim pugnantia ex ipſa natura in vnum coa-
leſcerent, niſi Deus,cui hæc obtemperant, infini-
ta facultate & ſapientia præſtaret. Eos,qui Dei in
uiſibilia nolunt ex viſibilibus agnoſcere vocat di-
uina ſcriptura in libro Sapientiæ vanos, vbi ad li-
Sap. 13. teram hæc ſunt verba. Vani ſunt omnes homines,
in quibus non ſubeſt ſcientia Dei,& de his,quę vi
dentur bona , non potuerunt intelligere eum, qui
eſt. Et paulò póſt: A magnitudine ſpeciei & crea-
turæ cognoſcibiliter poterit creator horum vide-
ri. Et alio in loco eiuſdem libri ſunt hæc verba li-
Sap. 1. teris mandatá. Hoc, quod continet omnia, ſcien-
tiam habet vocis. Ac ſi diceret : Mundus continēs
vniuerſa ſcit ſuo modo Deum laudibus extollere:
omnes enim creaturæ , ad diuini numinis cogni-
tionem ducūt; & de eius laudibus haudquaquam
Eſai. 5. conticeſcunt. Vnde Eſaias in illos inuehitur, qui
creaturarum conſiderationem contemnunt , ita
dicens : Væ qui opus Dei non reſpicitis ,nec opera
manuum eius conſideratis. Eam ob cauſam rerum
naturam Deus admirabiliter conſtituit , huiuſque
vniuerſitatis machinam pulchrè conſtruxit,vt qui
ſuapte natura erat inuiſibilis, poſſet ex operibus
cognoſci. Sæpe quidem ex operibus cognoſcun-
tur artifices , etiam ſi oculis minimè perſpician-
tur. Id referunt de Phidia inſigni ſtatuario, quem
imagines ſuæ ex commenſione , ſymmetria, &
partium inter ſe proportione etiam abſentem, &
vultu incognitum repræſentabant. Ita quoque,
ſed multò excellentius abſque vlla comparatione
ex mundi conſtitutione, ordine,pulchritudine,&
conſonantia eſt eius opifex & conditor intelligen-
dus, tametſi intuitum noſtrum ſubterfugiat , nec
poſſit corporis oculis ſpectari. Quid eſt mundus
niſi cōgruens vndecunque diſpoſitio , & concẽtus
inuiſibilia Dei oſtendēs. Id quod nós habemus in
Prou. 8. Prouerbiis dictum à ſapientia in mundi conſtitu-
tione: Ludens in orbe terrarū, poteſt verti ex He-
bræo, Delicians in vniuerſi conſonantia. Eſt enim
mundi machina muſica quædam & admirabilis
conſonantia Deum ipſum ſuo modo prædicans
& laudans. Id quod apertè cecinit Orpheus , aſſe-
uit Pythagoras , docuit Plato , & qui eum ſecuti
ſunt, Iamblicus, Chalcidius, Syrianus, & Proclus.
Quemadmodum ſi è longinquo citharam audias Simile
ex multis variſque neruis compoſitam acutis, gra
uibus , & circumflexis , qui omnes pariter conſo-
nent,& diſtinctos interuallis ſonos ſuos,melóſque
conficiant,intelligis planè vnum illic eſſe peritum
pulſatorem , qui fidium voces ex arte muſicæ ad
harmoniæ concentum miſceat,& ęquabiliter tem
peret, tametſi illum minimè intuearis : ſic ex con-
cordia,& conſona mundi vbique diſpoſitione, vbi
nec inferiora contra ſuperiora , neque infima ad-
uerſus ſublimia eriguntur & inſurgunt , ſed om-
nia vnum ordinem admirabilem ſeruant confe-
ſtim ad vnum Deum animo recurris , omnia hæc
ſua virtute mouentem, diuinæque ſapientiæ ſplen
dore illuſtrantem. Ille quidem rerum vniuerſita-
tem, vt lyram tenens , copulat cœleſtia cum aë-
reis , aërea cum terrenis , vniuerſa cum ſingulis
coaptans & coagmentans : & ita mundi concen-
tum , ordinem , & harmoniam congruenter ab-
ſoluit. Ipſe eſt , qui omnia mouet , cùm ipſe qui-
dem immobilis perſeueret. Eius nutu cœlum mi-
cantibus aſtris refulget , & circulorum ſuorum
ordinem conſeruat , ingens Oceanus terribilibus
fluctibus criſpatur & intumeſcit, ſed intra legiti-
mos fines motus ſuos coërcet & continet: terra va
riis ſtirpibus cómata frondeſcit , diffunditq; her-
beſcentem viriditatē,quæ nixa fibris ſtirpiū ſenſim
adoleſcit , & omnia tandem elementa inter ſe di-
ſtantia cohærent , diuinamq; virtutem ſuo modo
oſtendunt. Tota mundi machina eſt veluti ciuitas
quędam ſui regis magnitudinem, & excellentiā de
clarant. Vt enim viſa ciuitate ex multis variiſq; ho Simile
minibus cóſtáte, magnatibus & plebeis, opibus af
fluentibus, & inopia laborantibus, adoleſcẽtia flori
dis,& ſenectute decrepitis , vbi omnes tametſi in-
ter ſe diuerſi,in magna concordia degāt,rectáq; di-
ſciplina contineantur,ſtatim indicas eſſe eius prin-
cipē iuſtum,potentē,& ſapientia præſtantē. quan-
quam illum non videas : ſic conſiderata mundi
mole, ciúſque rerum inter ſe diſtantium cócordia
& ſerie,totiuſque vniuerſitatis coaptitudine, fieri
non poteſt,quin aliquo modo cócipias animo eſſe
ſummum quendam harum rerum creatorē & con
ſeruatorem. Nec ſolùm ex cognitione magni mun
di,ſed etiam parui, hoc eſt hominis,qui à philoſo-
phis microcoſmus , id eſt, paruus mundus appel-
latur,in admirabilem Dei ſcientiam peruenimus.
Vnde Dauid Deum alloquens canebat: Mirabilis Pſalm.
facta eſt ſcientia tua ex me. Ac ſi diceret: Ex cogni- 138.
tione mei aſcendi dominem admirabilem ſcien-
tiam tui. Ideo Deus non ſolùm nos mittit ad alia-
rum creaturarum conſiderationem,vt quando ait:
Conſiderate volatilia cœli,& lilia agri,ſed ad con- Matt. 6.
ſiderationem noſtri, cùm dicit: Præuaricatores re- Luc. 12.
dite ad cor , & cùm nos ad vineam, hoc eſt ad nos Eſa. 46.
ipſos ire iubet , vt à cognitione noſtræ fragilita- Mat. 20.
tis ad cognitionem Dei virtutis aſcẽdamus. Hanc
Dei virtutem ſignificat hoc loco ſcriptura per
hanc ſpeciem electri aureo colore fulgentis. Eſt
etiam altera ratio, cur Dei bonitas electro compa-
retur. Vt electrū paleas ad ſe attrahit à terra,ſecúm Simile
que vnit,& amplectitur,ſic Dei virtus nos ad ſe al-
licit à rebus terrenis, nóſque ſecum retinet & adu
nat. Quid eſſemus abſq; diuinę bonitatis fauore ni Pſalm.
ſi paleæ in terra iacẽtes? Adhæſit pauimẽto anima 118.
mea

mea, dicebat quidam acſi diceret : Palea eram ad-
hærens pulueri, humi eram proſtratus, ſcelere op-
preſſus: at tu domine me attraxiſti ad te, & vt pre-
cioſum ſuccinum eteaiſti, & ad te ipſum eleuaſti.
Fit enim diuino auailio, vt à terra eleuemur &
ad cælum erigamur, Deoque adhærentes ſimus in
1. Cor. ipſum transformati. Vnde diuus Paulus, Qui adhę
6. ret, inquit, Deo, vnus ſpiritus eſt. Et rurſus: Nos ve
2. Cor. rò reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in
3. eandē imaginem transformamur à claritate in cla-
1. Ioan. ritatem, tanquā à domini ſpiritu. Et diuus Ioānes:
4. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo
Ioan. 15. manet, & Deus in eo. Id quod ſeruator noſter apud
eundem Ioannem prædixerat: Qui manet in me,
& ego in eo. Amor vim habet vnitiuam, &, vt ait
Dionyſius, transfert amantem in amatum. Et Au-
guſtinus ait animam magis eſſe, vbi amat, quàm
vbi animat: aſſeruit enim veritas ipſa ibi eſſe no-
Matt. 6. ſtrum cor, vbi eſt theſaurus noſter: ac ſi diceret a-
nimam noſtram rei illi adhærere, quam ſingulari
amore proſequitur, in eamq; transformari. Quam
ob cauſam dei virtus eſt meritò cum ſuccino com
parata.

Et in medio eius. Subauditur, ignis: nam in me-
dio nubis ſplendore illuſtratæ erat ignis inuolu-
tus, ſeſe reciprocans, in orbē ipſius nubis reſplen-
dens, ex quo exibat quaſi ſpecies electri, & in me-
dio huius ignis erat animalium ſimilitudo. Qui-
dam codices habēt: Et in medio eorum: alij: Et in
medio earum. Correctiores tamen habent: In me-
dio eius, nimirum ignis.

Similitudo quatuor animalium. Non erant tenera
quatuor animalia, ſed res vna habens quatuor ani
Infr. 10. malium ſimilitudinē. Capite decimo, vbi hæc vi-
ſio iterum narratur, ait propheta hæc animalia eſ-
ſe cherubim, vt intelligamus hoc eſſe quippiā cœ-
leſte & diuinum, terminos noſtri intellectus exce-
dens. Quid autē ſint cherubim, indicat his verbis.
Flauius Ioſephus capite 8. libri tertij Antiquita-
tum. Super tegmen arcæ fœderis erant figuratio-
nes duę, quas Hebræi cherubim appellant: ſunt e-
nim animalia volatilem habentia figuram, quæ à
nullo hominū eſt inſpecta: Hæc dixit Moyſes ſe in
Dei ſede figurata conſpexiſſe. At R. Cimhi in libro
Radicum ait cheruhim habuiſſe puerorū figuras,
idémq; eſſe cherubim, ac quaſi pueros. Et hāc ait
fuiſſe Hebræorum veterum ſententiā. Dionyſius
Areopagita in libro de celeſti hierarchia nouem
ordines angelorū enumerat in tres hierarchias, ſu
premam, mediam, & infimam, diſtributorum ſu-
prema cōtinet ſeraphim, cherubim, & thronos: me
dia dominationes, principatus, & poteſtates: infi-
ma virtutes, archangelos, & qui angeli proprio vo
cabulo, quod eſt alioquin omnibus cōmune, no-
minātur. Et capite ſeptimo eiuſdem libri ait, che-
rubim multitudinē aut infuſionem ſcientiæ ſigni-
ficare ex ipſo enim ſapientiæ fonte ea hauriunt, &
ſcientiæ fluēta refundunt. Itaque quod capite de-
cimo Ezechiel vocat cherubim, ait hîc eſſe qua-
tuor animalium ſimilitudinē, quorū vnumquod-
que habebat etiam ſimilitudinem quatuor anima
lium. Similitudo vultus eorū erat facies hominis,
facies leonis, facies bouis, facies aquilę. Eſt hęc vi-
ſio tot difficultatibus implicata, vt Hebræos ab
eius explanatione deterruerit. Inter Latinos ſcri-
ptores fuerūt, qui per hæc quatuor animalia qua-
tuor intelligerēt elementa, ex quibus cōſtant om-
nia iſta, quatuor enim ſunt nota illa principiorum
genera, è quibus magni philoſophi omnia oriri te
ſtātur. Quidā aiunt eſſe quatuor mūdi plagas, O-
rientē, Occidentem, Meridiē, & Septentrionem.
Alij per hæc quatuor animalia quatuor illas virtu
tes intelligūt, quas theologi cardinales vocāt, qua
tū prima in perſpicientia veri ſolertiaq; verſatur,
quā prudentiam appellarunt: ſecunda in tribuēdo
cuiq; ſuū, hominúmq; ſocietate conſeruanda, quæ
dicitur iuſtitia: tertia in animi celſitate fortiter pro
æquitate pugnantis, cui nomē fortitudinis tribue
sunt, quæ eſt in iraſcibili: quarta in modeſtia, ani-
miq; perturbationum ſedatione, & voluptatū re-
preſsione, in qua eſt vitæ ornatus, & rerū modus,
quæ tēperantia vocatur, quæ eſt in concupiſcibi-
li. Diuus Hieronymus, qui lectione aſſidua, & me-
ditatione diuturna pectus ſuum Chriſti fecerat bi
bliothecā, qui non ſolùm cum Latinis Gręca con-
iunxit, vt par eſſet in vtriuſque orationis facultate,
ſed etiam Hebraicarum literarum arcana penetra
uit, exiſtimat hæc quatuor animalia quatuor eſſe
euāgeliſtas cuius ſententiam diuus ille Gregorius
admirabili ſapientia præditus, omnibuſque virtu-
tum ornamentis excultus, non ſolùm amplectitur,
ſed etiam multis verbis amplificat. Per hominem
intelligunt Matthæum à Chriſti humanitate inci- Matt. 1.
pientē: per leonē Marcū, in quo vox leonis in ere- Mar. 1.
mo rugientis auditur: Vox clamantis in deſerto,
parate viam domini: per vitulum Lucam à Zacha
ria ſacerdote ſumentē initium: per aquilam Ioan- Luc. 1.
nem, qui altiſſimè volās de diuinitate mirabiliter
diſſerit, In principio, inquiens, erat verbum, & ver Ioan. 1.
bum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hæc
eſt eorum ſententia, quæ fuit ab omnibus ferè re-
cepta & meritò quidem: eſt enim vera, & ſublimis
& tam ſanctis atque ſapientibus viris digna. Eam
ego amplector, vt potè à magiſtris doctiſſimis aſ-
ſertam, qui præſtantibus ingeniis in vita humana
ſtudia diuina coluerunt. Quatuor euāgeliſtæ ſunt
hæc quatuor cœleſtia animalia. Sunt etiā quatuor Gene. 2.
flumina de paradiſo voluptatis egrediētia, vniuer
ſum orbem t[illegible]rrarum rigantia, hæc egrediūtur ab
vno fonte, hoc eſt, à Chriſto, de quo dicitur in Pſal
mo: Apud te eſt fons vitæ: qui ait per Ieremiā: Me Pſal. 35.
dereliquerūt fontē aquæ viuæ. De quo ait Zacha- Iere. 2.
rias: In die illa erit fons patēs domui Dauid, & ha- Zac. 13.
bitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatoris &
menſtruatæ. Ex hoc fonte manarunt quatuor illa
flumina de quibus ait diuinus vates: Eleuauerunt Pſal. 92.
flumina domine, eleuauerunt flumina vocē ſuam.
Sunt etiā quatuor elementa mundum ſuſtentan-
tia, quorum ſupremum eſt diuus Ioannes, qui ob
ſapientię altitudinem diuiníque amoris feruorem,
quo mirabiliter flagrauit, meritò cū altiſſimo igne
comparatur. Præterea ſunt quatuor illæ literæ no-
minis Dei ineffabilis tetragrāmaton, quia ipſi qua
tuor, nomen Dei mundo notum fecerunt euange-
lia ſcribentes, & ſanctiſſimi numinis cognitionem
per omnes terrarum oras propagantes. Nihilomi-
nus tamen poteſt locus hic aliam admittere in-
terpretationem, quam ego pro viribus explanare
contendam. Nam etſi tantam ingenij præſtantiam
conſequi nō poſſum, voluntate tamen & auidita-
te proximè accedendi abſque dubio incendor. E-
go exiſtimo, hunc, quem vidit Ezechiel, ſimilitu-
dinem

dinem quatuor animalium habentem, Christum
eſſe ſeruatorem noſtrũ, verum Deũ, & verum ho-
minẽ, quem diuinus noſter vates vidit eſſe ventu-
rũ, vt homines à vera Babylonis captiuitate, hoc
eſt, a peccato liberaret, & ad verã dignitatem reſti
tueret. Poſtquam propheta præmiſit ventum tur-
binis flantem ab Aquilone, nubemq; magnam, &
ignem inflammatum, per quæ omnia Babyloni-
cã captiuitatẽ, omneſque calamitatum anguſtias
illatas a Babyloniis ſignificauit, ait ſe vidiſſe Chri-
ſtum venturum, vt homines ab his ærumnis eripe-
ret. Quis non videt Babylonicam illam Hebræo-
rum captiuitatem ſub Nabuchodonoſore flagitio-
rum colluuionem & peccatorum ſeruitutem ſub
dæmone in mundi confuſione ſignificare, à qua
nos Christus ſaluator noſter eripuit? Eam ob cau-
ſam eum redẽptorem appellamus. De illo loquẽs
Ephe. 1. in epiſtola ad Epheſios diuus Paulus ait: In quo
habemus redemptionem per ſanguinem eius. Et
in prima ad Corinthios: Chriſtus factus eſt nobis
1. Cor. 1. ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.
1. Pet. 1. Et diuus Petrus in prima ſua canonica: Non cor-
ruptibilibus auro vel argento redẽpti eſtis de va-
na veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed
pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti &
incõtaminati. Nec ſolùm nos à peccati captiuitate
redemit, ſed etiã ab igne & nube, hoc eſt, à mundi
afflictionibus liberat, ſi ad illum toto animo con-
fugimus. Sed iam oſtendendum eſſe arbitror, qua
ratione Chriſtus per hæc animalia ſignificetur. Ca
Inf. 10. pite decimo, vbi Ezechiel hanc repetit viſionem,
ait: Et eleuata ſunt cherubim, ipſum eſt animal,
quod videram iuxta fluuium Chobar. Et paulò
pòſt: Ipſum eſt animal, quod vidi ſubter deum Iſ-
rael iuxta fluuiũ Chobar. Vbi apertè indicat hæc
quatuor animalia eſſe vnum animal. Id quod etiã
hoc primo capite innuit, dicens: Quatuor facies
vni. Habet Chriſtus faciem hominis, quia verus
eſt homo. Id cecinerat diuinus pſaltes de terra Iu-
dææ dicens: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit
Pſal. 86. eam altiſſimus. Natus eſt in Iudæa filius dei, factus
homo, vt homines filios dei efficeret: ideo è cœlo
deſcendit in terram, vt homines è terra in cœlum
perduceret. Id ſignificabat ſcala illa, quam in ſom-
Gen. 28. niis aſpexit Iacob, cœlum & terram attingen-
tem, quia futurum erat, vt per Chriſti incar-
nationem per ſcalam ſignificatam terrena cum
Matt. 8. cœleſtibus coniungerentur. Et quia Chriſtus eſt
Mar. 2. verus homo, ideo ſe toties apud euangeliſtas fi-
Luc. 9. lium hominis vocat. De illo loquens Dauid aie
Pſal. 8. bat: Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut fi-
lius hominis, quia viſitas eum? Minuiſti eum pau-
lò minus ab angelis, gloria & bonore coronaſti
eum. Quem locum diuus Paulus in epiſtola ad
Heb. 2. Hebræos de Chriſto interpretatur. Fieri non pote-
terat, vt Deus pro nobis pateretur, niſi carnem in-
duiſſet. Habet faciem leonis, quia eſt verus rex,
mũdi victor: eſt enim leo animalium rex, fortis, &
Pſal. 2. inuictus. Ait namque Chriſtus in pſalmo: Ego au-
tem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion mon-
tem ſanctum eius. Quod eſt intelligendum qua-
tenus ille homo eſt, ſic enim pater tradidit illi re-
gnum, nam quatenus Deus regnum ſemper obti-
Pſal. 73. nuit. Et alio in pſalmo ait regius vates: Deus autẽ
Eſa. 33. rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in me-
dio terræ. Et Eſaias: Dominus rex noſter ipſe ſal-
uabit nos. Et Ioannes in Apocalypſi: Vicit leo de Apoc. 5.
tribu Iuda. Habet faciem vituli, quia vitulus pro
peccato offerebatur, & mactabatur, vt eſt in pri-
mo capite Leuitici literis conſignatum. Et quia Leui. 1.
vitulus ille Chriſtum adumbrabat, qui pro nobis
ſpontè mortuus eſt, &, vt ait Eſaias, Oblatus eſt, Eſaias
quia ipſe voluit, interpretantur nonnulli id, quod 53.
ipſe dei filius ait in pſalmo: In capite libri ſcriptũ Pſal. 39.
eſt de me, vt facerem voluntatem tuam, de princi-
pio Leuitici. Per librum ſacrificiorum intelligunt
Leuiticum, & per eius caput eius principium, vbi
agitur de vitulo, hoc eſt de Chriſto, qui erat pro
mundi peccato immolandus. Intelligi autem ver-
ba illa pſalmographi de Chriſto teſtatur Apoſto-
lus Paulus in epiſtola ad Hebræos. Hic vitulus Heb. 10.
non ſolùm fuit ſacrificium, ſed etiam ſacerdos ſe-
ipſum in crucis ara immolãs, vt nos patri recõcilia
ret, & ſcelera noſtra ſuo ſanguine deleret. Hic eſt Gen. 14.
verus ille ſacerdos, qui panem & vinum, hoc eſt
ſuum corpus & ſanguinem obtulit: iuxta id, quod
eſt ſcriptum in pſalmo: Tu es ſacerdos in æternũ Pſal.
ſecundùm ordinem Melchiſedech. Quem locum 109.
ad Hebræos ſcribens diuus Paulus, de Chriſto in-
terpretatur. Quemadmodum Melchiſedech non Heb. 7.
ſolùm regno, ſed etiam ſacerdotio fungebatur, ſic
dominus Ieſus non ſolùm rex eſt, ſed etiam ponti-
fex. Ille enim hominibus verum dei cultum ape- Gen. 14.
ruit, eiſque docuit religionem pietatis pleniſſimã,
& per vniuerſas terrarum oras longè latéque dif-
fudit, eorũ ſcelera ſacrificio deleuit ſanguiniſque
ſui precioſiſſimi effuſione expiauit. Habet faciem
aquilæ altiſſimè volantis, ſeque in ſublimè feren-
tis, quia virtute ſua ad cœlos aſcendit. Id mentis Pſal. 46.
oculis præuidens cecinit diuinus pſaltes: Aſcen-
dit deus in iubilatione, & dominus in voce tu-
bæ: vt declararet, cœlitûm gaudium, triomphum
ſuo imperatori gratulantium, ſummiſque laudi-
bus proſequentium. Et in alio Pſalmo: Aſcen- Pſal. 67.
diſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona
in hominibus. Quæ verba Apoſtolus in epiſtola
ad Epheſios exponit de admirabili Chriſti aſcen- Ephe. 4.
ſione. Et Michæas: Aſcendet enim, inquit, pan- Mich. 2.
dens iter ante eos. Id viderunt propriis oculis Chri
ſti diſcipuli, vt refert diuus Lucas in actis Apoſto- Act. 1.
lorum. Et quia nemo per ſe, ſuaque virtute poteſt
aſcendere in cœlum, præter deum, iuxta id, quod
ipſe ait apud Ioannem: Nemo aſcendit in cœlum, Ioan. 3.
niſi qui deſcendit de cœlo, & per aquilam Chriſti
in cœlum aſcenſus ſuapte virtute indicatur, dici-
mus per aquilam eius diuinitatem ſignificari. Aſpi
cis igitur hoc animal Chriſtum eſſe, & per ſimili-
tudinem quatuor animalium indicari eum eſſe
verum hominem, & verum regem, & verum ſa-
cerdotem, & verum deum. Habebat vnumquod-
que animal quatuor facies, quia hic homo eſt
etiam rex, ſacerdos, & deus. Hic rex eſt homo, ſa-
cerdos, & deus. Hic ſacerdos eſt homo, rex, &
deus. Hic deus eſt homo, rex, & ſacerdos. Mirabi-
lis quippe viſio, ſed mirabilior eius adimpletio. In-
telligi viſionem hanc de deo indicat Ezechiel in
fine capitis, dicens: Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ
domini. Quæ verba ſunt in nonnullis codicibus
in principio ſecundi capitis conſignata. Hæc tam
ampla Chriſti myſteria comprehendit paucis
verbis diuus Matthæus ſtatim in principio, & ve- Matt. 1.
luti frontiſpicio ſui ſacrati euangelij, ita dicens:
Libet

Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham, in eo quod illum filium vocauit Dauidis & Abrahami eius humanitatem explicuit, & hæc eſt facies hominis, quam vidit Ezechiel. Chriſtus idem eſt quod vnctus, vngebatur autem
Exo. 29. rex, & ſacerdos, vt eſt in veteri teſtamento multis
Exo. 40. locis aſſertum, & perpetuis monimentis conſi-
1. Re. 10. gnatum. Aſſerens igitur Matthæus redemptorem
1. Re. 15. noſtrum eſſe Chriſtum, apertè innuit eum eſſe
4. Re. 11. regem & ſacerdotem. Et hæ ſunt facies leonis & vituli Ezechieli in ſpiritu oſtenſæ. In eo autem quòd eum vocat Ieſum, oſtendit eum eſſe Deum: Ieſus enim idem eſt quod ſaluator. Ideo dixit an-
Matt. 1. gelus Ioſepho: Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Saluare à peccatis nemo poteſt, niſi Deus.
Eſa. 43. Vnde apud Eſaiam volens homini ſuam oſtendere diuinitatem: Ego ſum, inquit, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas. Et idem propheta ho-
Eſa. 35. mines alloquens ait: Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos. Et hæc eſt facies aquilæ ab Ezechiele perſpectæ Chriſtum ad cœlum ſuapte virtute aſcendentem ſignificantis. Intuere animo quàm paucis verbis noſter euangeliſta magna illa, & illuſtria myſteria contineat, quæ fuerunt ab Ezechiele longa & difficili oratione ſignificata. Hæc eſt meo iudicio vera & germana huius loci explanatio: Sed quia Matthæus tractat præcipuè de Chriſti humanitate, Marcus de eius regno, Lucas de eius ſacerdotio, & Ioannes de eius diuinitate, ideo hæc viſio meritò fuit illis à viris & ſapientia & ſanctimonia præſtantibus applicata. Poteris per faciem hominis incarnationem Chriſti intelligere, per faciem vituli paſſionem, per faciem leonis reſurrectionem, per faciem aquilæ aſcenſionem. Quæ
Pſal. 8. omnia Dauid his verbis complexus eſt: Quid eſt homo quòd memor es eius, aut filius hominis, quia viſitas eum? Minuiſti eum paulò minùs ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum. In verbis, homo, & filius hominis, oſtenditur incarnatio: in verbis, minuiſti eum, paſſio: in verbis, gloria & honore, reſurrectio: in verbis, conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, aſcenſio. Poteris etiam per faciem hominis Chriſti manſuetudinem & miſericordiam intelligere, per faciem bouis, eius labores: per faciem leonis, eius iuſtitiam: per faciem aquilæ, eius ſapientiam. Nos verò qui Chriſtiano nomine gloriamur, nitamur has quatuor facies imitari, & diuinæ bonitatis effigiem in noſtris moribus & factis adumbrare, omnéſque noſtras actiones ad Deum ipſum referre. Simus homines in ratione, humanitate, & manſuetudine: leones in fortitudine, iuſtitia, & rerum aduerſarum tolerantia: boues in laboribus, in gubernatorum obſequio, & in vtilitate communi quærenda: aquilæ in diuinarum rerum cõtemplatione, in veritatis perſpicientia, & in actionum, in quibus virtus conſiſtit, celeritate. Ille verè poteſt homo appellari, qui eo munere fungitur, cuius colendi efficiendíque cauſa illum Deus ſui ſanctiſſimi numinis ſimilem creauit, naturámque rationis participem illi impertiuit. Quemadmodum eſt ignis proprium flammã ſurſum emittere, & terræ in ima ſede, cùm ſit mundi centrum, conglobari, ſic eſt in natura hominis inſitum Deũ colere, eiúſque præcepta cuſtodire. Id intelligens Salomon in fine eius libri, qui inſcribitur Eccleſiaſtes, hæc verba ſcripta reliquit: Deum ti- *Ecc. vlt.*
me, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo. Ille poteſt meritò nomen leonis vſurpare, qui ſeipſum vincit, appetitum coercet, & aduerſus animi hoſtes fortiter pugnat. Eſt enim fortitudo claua illa Herculi tributa, quem vetuſtas pro idea poſuit virtutis, qua ipſe monſtra domuit, hoc eſt, tentationes vicit, & de vitiis triumphauit. Debet Chriſtianus fortitudine muniri, eáque ſecum gloriari. Ethan idẽ eſt quod fortitudo, & hæc fuit ter-
tia manſio filiorum Iſraelis ab Aegypto egredien- *Num.*
tium: magna eſt enim fortitudo Aegyptum hoc *33.*
eſt mundum relinquere, & cum tẽtationibus pu-
gnare. Intuere diuum Paulum fortiter prælιantem *1. Cor. 9.*
& has voces emittentem: Sic pugno non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in
ſeruitutem redigo. Et rurſus: Bonum certamen *2. Tim.*
certaui, fidem ſeruaui, curſum conſummaui. *4.*
Ille dicetur bos, qui in Deo ſeruiendo, & in communem vtilitatem comparãdo omnem ſuam curam & cogitationem fixerit, & locauerit. In Chri
ſtu Ieſu loquit, Apoſtolus, ego laboro, certando *Coloſ. 1.*
ſecundum operationem eius. Et rurſus: In omni- *2 Tim.*
bus labora: opus fac euangeliſtæ. Et ille præ- *4.*
terea qui ſeipſum Deo offert in holocauſtum. Qui
enim Chriſti ſunt, vt ait Apoſtolus, carnem ſuam *Gal. 5.*
crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Denique ille appellabitur aquila, qui in corpore humano vitam cœleſtẽ fuerit imitatus, qui ad eum aſpirauerit, & in eius contemplatione inſiſtens, fuerit animo in cœlum ſublatus & mundi dignitates, & voluptates, & opes contempſerit, ad quas plerique mortales auiditate inflammati rapiuntur. Vide aquilam illam ſe in ſublimè conferentẽ, & cla-
mantem. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Id ceci- *Phili. 3.*
nerat diuinus vates, & illuſtriſſimus rex Dauid:
Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Ieruſalem. *Pſalm.*
Hæc Hieroſolyma, vbi Dauidis pedes, hoc eſt ani- *121.*
mi affectus erant, eſt ciuitas illa cœleſtis, vbi ſancti nullo dolore affecti, nulla deformitate maculati, ſed mirabilibus ac fulgentibus ornamẽtis muniti, gloria cœleſti cumulantur. Omnes igitur homines qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animantibus, ſumma ope niti decet, vt horum quatuor animalium, quæ hîc vidit Ezechiel hominis, leonis, bouis, & aquilæ ſignificationẽ in ſuo mores transferre conentur. Quod ſi fecerint, poterunt gloriari nomine Chriſtiano: & tunc ſi illud ſibi aſſumpſerint, videbuntur id ſuo iure quodammodo vendicare.

Et ſimilitudo hominis in eis. Id eſt, hæc quatuor animalia ſimul iuncta formam humanam habere videbantur: erat enim res vna, hoc eſt vnus Chriſtus, qui vt verbis vtar Apoſtoli, cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe
æqualẽ Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam *Phili. 2.*
ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo. Volens Ezechiel ſignificare fore, vt qui ſine tempore erat, in tempore naturam aſſumeret: humanam hominis ſimilitudinem in eo conſpexiſſe teſtatur.

Et quatuor penæ vni. Vnum quippiam erat quatuor habens facies, & ita erat vnum, vt quatuor eſſent, quorum ſingula quatuor alas habebant.

Nomine alatum, quibus aſcenditur ad alta, virtu-
tea ſiguificantur. Eſt igitur ſenſus: Siue Chriſtum
conſideres vt bominem, ſiue vt regem, ſiue vt pon
tificem, ſiue vt Deum, ſemper eum alis, hoc eſt
virtutibus plenum innenies. Vel per alas eius ver-
ba intelliguntur, quæ ideo dicũtur quatuor, quia
per quatuor mundi partes Ortũ & Occaſum, Se-
ptentrionem & Auſtrum fuerunt diffuſa, & per
vniuerſas terrarum nationes loogè laréque pro-
pagata. Id mentis oculis multò anteà intuena Da-
Pſal. 18. uid, has protulit vocea: In omnem terram exiuit
ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
Quem locum diuus Paulus io epiſtola ad Roma-
Rom. 10. oos de ſono euangelij, & concionibus virorom
Apoſtolicorum interpretatur. Nec eſt mitum ha-
bere vnumquodque animal quatuor alas, cùm
etiam babeat quatoor facies, ſitque quatuor ani-
maliom ſimilitudo. Numerus quaternarius perfe-
ctus eſt, & parium numerorum primos, nam bi-
narius imperfectus eſt, quòd careat medio: omnis
enim numerus perfectus principium habet, & me
dium, & finem. Præterea numeros binarius re-
fert materiam & formam, vt ait Pſellus in libello
de arimethica, oulláque cum Deo baber ſimili-
rudioem. Eam ob cauſam inter numeros pares
quaternarius eſt, qui primnm obtinet locum. Ha
bet etiam quadratum in architectura principatum
cùm omnes ſapientes architecti illi ſemper primas
ſine controuerſia tribuerint. Cùm autem Chriſtus
venerit ad eccleſiæ ædificium cooſtruendum, tam
ſumptuoſum, vt ſanguinem pro eo fuderit in pre-
tium redemptionis humanæ, tantáque firmitudi-
Mat. 16. ne roboratum, vt ipſe dixerit apud Matthæum, ne
portas quidem inferi ad illom euertendum vim
vllam habituras, æquum erat, vt ſimilitudioem
haberet qoatoor animalium, & eſſent quatuor fa-
cies, & qoatuor alæ, omoiáque illa quadraturam
referreot, cui primæ in ædificiis referuntur. Cùm
enim videret Deos falſorum Deorum cultus per
orbem terræ inualuiſſe, bominéſque relicta verita-
te ad colenda figmenta dæmonom fallaciis dece-
pros per tenebras inextricabiles vagari, eccleſiam
conſtituit, ad quam traduceret gentes ab impia
ſuperſtitione ad caſtiſſimum ſui numinis cultum
pleniſſimámque ſanctitatis religionem. Ideo vo-
luit quadrati ſimilitudinem repræſentare. Diuus
Apoc. 4. Ioannes in Apocalypſi narrat vidiſſe quatuor ani-
malia: quam ob cauſam exiſtimarunt nonnulli
hanc Ezechielis viſionem vnam eſſe cum illa, &
eandem. Ego verò exiſtimo multùm inter eas di-
ſtare: nam Ioannis animalia plena ſunt ocolis antè
& retrò, hîc autem in Ezechielis animalibus oul-
la fit mentio oculorum: illic vnomqoodque ani-
mal habet ſex alas, hîc qoatuor: illic quodlibet
animal vnam duntaxat faciem habet, hîc qoatuor:
illic denique per qoatuor animalia quatuor euan-
geliſtæ propriè ſignificantur, hîc per vnum animal
quatoor animalium referens ſimilitudinem Chri-
ſtus propriè intelligitur.

Et pedes eorum pedes recti. A parte totom iotelli-
gir: figura eſt ſynecdoche. Vult ſignificare crura
recta eſſe, promptáque ad pergendum quoquo ver
ſos: erant enim æquabiliter deſinentia abſque ge-
nibos & poplitibus, apta ad currendum, ad quam-
conqoe partem. Senſus eſt. Vidi filiom Dei ve-
nientem in mundum, eum magna cum celeritate
à dæmonis tyrannide erepturum, totúmque orbẽ
terrarum in magnis errorum tenebris iaceotem
breui tempore illuſtraturũ. Cùm volumos ionue-
re eſſe aliquem velocem, & promptum ad curren-
dum dicimus eum pedes agiles babere: ita volens
propheta oſtendere fore, vt Chriſtus eſſet mundo
opem celeriter laturus diait eum rectos pedes ba-
buiſſe. Cùm primum Chriſtus natus eſt ſtatim
cœpit muodo perdito ſalutem afferre, vocans pa
ſtores Hebræos, & Magos Orientis, vt eos ad vitã
perduceret beatam & immortalem. Hoc mentis
oculis præuiderat Eſaias, cùm illi pater cœleſtis Eſa. 8.
de filio ſuo loquens, qoem erat in mundum miſſu
rus, dixit, Voca nomen eius: accelera, ſpolia de-
trahe, feſtina prædari. Hæc ſpolia erant bomines,
quos Chriſtus de diaboli immaniſsimi hoſtis tyrã
nide velociter eripuit. Nos verò Chriſtum imite-
mur, & afflictis celeriter ſubueniamus. Quid enim
tam proprium Chriſtianorom, quid tam magni-
ficum, quid tam regium quam opem ferre ſuppli-
cibus, moleſtia leuare miſeros, occidentíque rei-
publicæ opitulari? Habeamus igitur pedes rectos,
& iuxta Eſaiæ ſententiam, rectas faciamus ſemi- Eſa. 40.
tas Dei noſtri. Audiamus diuum Paulum in epiſto-
la ad Hebræos dicentem: Soluta genua erigite, & Heb. 12.
rectos greſſus facite pedibus veſtris.

Planta pedis eorum, quaſi planta pedis vituli. Pes bo
ois maturè incedit, & eſt diuiſus & fortis. Huiuſ-
modi debent eſſe pedes ooſtri. Non ita feſtine-
mus, vt conſiderationem & deliberationem con-
temnamus, ſed iuxta id, qood iam tritum eſt ve-
tuſtate prouerbium, feſtinemus lentè. Habenda
eſt etiam diuiſio & diſcretio in electiooe, & firmi-
tudo io opere, vt ratio retineat appetitus, ne mo-
dum tranſeuntes, & conſiliũ abiicientes, animum
perturbent, eiúſque conſtantiam è ſua ſede & ſta-
tu deiiciant.

Et ſcintilla quaſi aſpectus æris candentis. Hoc eſt,
Chriſti pedes erant fulgentes inſtar chalibis poli-
tiſsimi, & puri atque ſcintillantes. Pedes Apoſto-
lorom appellat Eſaias pulchros, dicens: Quàm Eſa. 52.
pulchri ſuper montes pedes anunciantis & prædi
cantis pacem. Quem locum in epiſtola ad Roma- Rom. 10.
nos diuus Paulus de concionatoribus euangelicis
expooit. At puros & ſcintillantes non appellat:
ſolũ Chriſti pedibus hoc tribuitur. Imò de Apo-
ſtolis ait Chriſtus apud Ioannem: Qui lotus eſt, Ioan. 13
non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus
totus. Et Petro dixit: Niſi te lauerim, non habe-
bis partem mecum. Ipſe enim, vt verbis eiuſdem
diui Ioannis in Apocalypſi vtamur, lauit oos à pec Apoc. 1.
catis noſtris io ſanguine ſuo. Et qui lauacrum hoc
renuerit æternam gloriam minimè conſequetur.
Pedes noſtri affectus noſtri ſunt, quos lauare, &
de quibus calciamenta ex mortuorũ animalium
coriia confecta, hoc eſt, mortiferas labes ſoluere
debemus: iuxta id, quod in Exodo dominus in Exo. 3.
flamma ignis de medio rubi Moyſi præcipiebat,
dicens: Ne appropies huc: ſolue calciamenta de
pedibus tuis. Iuſtus erat Muyſes, & tameo coria
pecorum mortoorum è pedibus proiicere iubeba-
tur. Amore Chriſti flagrabant Apoſtoli, propter
quem omnia reliquerant, & nihilominus pedes
non ita puros habebant quin tunc lotione indi-
gerent. Multos eſſe fateor, qui nunc in corporibus
humanis vitam cœleſtem quodammodo iuitan-

tur, atque diuinæ bonitatis effigiem in vita ſua repræſentare videntur, non tamen ſunt tam inſigni iuſtitia prædıti, quin labantur aliquando: tanta eſt enim vis natiuæ labis & corruptelæ, vt non poſſimus toto vitæ tempore culpa ſaltem venia-
1. Ioa. 1. li vacare. Si dixerimus: inquit diuus Ioannes, nos peccatum non habere, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Deus eſt ille, qui eſt ipſa ſanctitas, cuius pedes vidit Ezechiel inſtar æris politiſſimi fulgentes, ſummóque ſplendore micantes. Illud eſt hoc loco aduertendum, hos pedes non ligni eſſe, nec lapidis, ſed æria: eſt enim æs ſonorum metallum. Vnde ſerpens ille, quem Moyſes extulit in deſerto, Chriſtum in cruce pendentem adumbrans fuit æneus, quia futurum erat, vt crucis prædicatio per vniuerſum orbem ſonaret, iuxta id quod cecinerat regius vates: In
Pſal. 18. omnem terram exiuit ſonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum. Nos etiam ſtudeamus pedes æneos, hoc eſt affectiones ſonantes habere, ex quibus exeant ardentes ſcintillæ, vt deſideria noſtra ſonent verbo; & ardeant amore diuino, fundántque animi noſtri pias átque frequentes ad dominum preces, flagréntque ſancta rerum cœleſtium cupiditate.

Manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus. Senſus eſt. Ad partem animalium ad Orientem ſitam erant quatuor manus humanæ; ad eam, quæ erat ad Occidentem ſimiliter quatuor, totidem ad partem Auſtralē, totidem verò ad Septentrionalem. Itaque ſub qualibet ala erat manus vna. Cùm autem alæ eſſent ſedecim, totidem erant & manus. Habebant partes hæ reſpectum ad mundi ſitum, non ad facies animalium. Per alas virtutum habitus intellige, eſt enim virtus habitus animi iudicio ſuſceptus, in mediocritate conſiſtens, ex qua oritur vera illa gloria, quæ radices agit, atque etiam propagatur. Et quoniam virtutis laus omnis in actione conſiſtit, per manus opera intellige, ſine quibus fides, vt ait diuus Iacobus, mortua eſt. Fides enim, quæ valet apud deū ea eſt, vt ait diuus Paulus, quæ per charitatem
Iaco. 2. Gal. 5. operatur. Vnde ait diuus Iacobus: Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm; fallentes vos-
Iaco. 1. metipſos. Vt enim qui incidit in flumium, ſi nec brachia mouet, nec manus, nec crura, ſtatim obruitur, & mortuus in profundum decidit, ſin autem
Simile natat, eripitur, ſic qui in ſola fide nixus virtutis actiones reliquerit, in profundiſſimum barathri gurgitem mergetur: qui autem manus pedéſque agitauerit, illiſque remorum loco vſus fuerit: & fidei coniunxerit opera charitatis, hic incolumis exibit in terram, & portum æternæ ſecuritatis obtinebit. Poteris per alas contemplationem intelligere, qua anima fertur in ſublime, quādo ſeipſam reuocat à corporis ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducit. Opus eſt homini conſue-
Pſa. 54. tudo recedendi à ſenſibus exterioribus, & animam in ſeipſo colligendi, vt ſeipſum cognoſcat, & ad rerum diuinarum contemplationem perueniat. Hanc optabat regius vates, cùm has voces proferebat. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Et meritò quidem, nam omnium actionum, quæ à virtute dimanant, nulla eſt præſtantior contemplatione, nulla ſuauior, nulla diuturnior, & permanentior. Vt ex- cuſorium ferramentum feriens ſilicem excudit Simile
ſcintillas, ſic pia rerum diuinarum meditatio elicit ex duro corde ignem diuini amoris. Id ſentiens diuinus pſaltes concinebat: Concaluit cor meum Pſal. 38.
intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Anima quæ fuerit virtutibus prædita rerúmque diuinarum contemplatione munita alas habebit celerrimas, meritóque vocabitur suis petens alta, Pſa. 123.
ſe à terræ laqueis eripiens. Huiuſmodi erat Dauidis anima dicentis: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Nos quibus volandi data eſt facultas, feramur in Deum, Phili. 3.
& poſteriora obliuiſcētes, ád priora nos ipſos extendentes, atque ad cœleſtia aſpirántes, ad palmam ſupernę vocationis Dei in Chriſto Ieſu tendamus. Fugiamus procul à falſis mundi voluptatibus, à peſtiferi ſeculi æſtibus. ne quod docti homines fictis hiſtoriis memoriæ prodiderunt, nimio ſolis calore cerà reſoluta Icareos volatus penna relabente deſtruat. Nam qui prudenter volant, ad tutum prouehuntur, qui verò iuuenilem leuitatem ſequentes illicitis cupiditatibus obnoxiam, ſe per mundi æſtus efferunt, pereunt abſque dubio, & refluentibus pennis meritorūq; compage reſoluta, perniciem ſibi pariunt, & in profundum ignominioſè relabuntur. Auis illa cœleſtis Chriſtus Deus noſter ita ad cœlum volauit; vt nos vmbra protegat alarum ſuarum. In illā omnem ſpem noſtram conferre debemus, aientes
cum Dauide: In vmbra alarum tuarum ſperabo, Pſal. 56.
donec tranſeat iniquitas. Non enim ſolùm eius brachia manus cruci affixæ fuerunt inſtar volantium alarum extenſæ, ſed eius etiam opera velut cœleſtis vmbra mundi feruentis incendia temperārunt. Et quoniam ipſe vtramque nos vitam docuit, & eam, quæ in contemplatione, & eam, quæ in actione conſiſtit, ideo manus illi, & pennæ tribuuntur. Et quia vita contemplationi dedita vitæ negotioſæ antecellit, eam ob cauſam pennę locum obtinent ſuperiorem, ſub quibus manus hominis collocantur. Hæ manus erat horum animalium, de quibus hic agitur, ſed appellantur manus hominum, quia habebant cum manibus humanis ſimilitudinem: habere autem hæc animalia
manus, indicat poſteà Ezechiel capite decimo. Infr. 10.

Et facies & pennas per quatuor partes habebant. Vnumquodque animal habebat quatuor facies, vnam antè, alteram retrò, tertiam dextrorſum, quartam ſiniſtrorſum: & eodem modo ſex alas. Explicat diuinus vates quomodo & facies & alæ eſſent ſitæ & quo ordine collocatæ.

Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. In Chriſto omnia, quæ diximus, nempe eſſe Deum & hominem, regem & ſacerdotem, erant cohærentia & coniuncta. Poteris hoc de virtutibus interpretari, quæ omnes ſibi mutuò cohærent.

Non reuertebantur, cùm incederent. Non reſpiciebant retrò, ſed ibant perpetuo greſſu, quò cœperant. Chriſtus enim nunquam amiſit cōſtantiam.
Apud Ioannem cum patre loquens. Opus, inquit Ioā. 17.
conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam. Tu verò ne de gradu firmitudinis deiiciaris, elige potiùs à loco dimoueri, quàm à virtute, & vitam potiùs amittere, quàm conſtantiam. Eſt enim conſtantia animi firmitudo in propoſito perſeuerans, In hoc à perſeuerantia differens, quòd conſtantia ſit

in propoſito, perſeuerantia in opere, quam philoſophi appellant in ratione benè conſiderata ſtabilem & perpetuam permanſionem: ſed pro eodem ſæpenumero accipiuntur. Vide quemadmodum diuus Paulus nos ad conſtantiam adhortetur.
Ephe. 4. Ad Epheſios ſcribens, Nō ſimus, inquit, paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento do-
1 Cor. 7. ctrinæ. Ad Corinthios: Vnuſquiſque, ſicut vocauit Deus, ita ambulet.
1. Cor. 9. Rurſus: Sic currite, vt comprehendatis.
2. Ti. 4. Ad Timotheum: Bonum certamen
Heb. 12. certaui, fidem ſeruaui, curſum conſumma-
Mat. 10. ui. Ad Hebræos. In diſciplina perſeuerate. Et Chriſtus Deus noſter apud Matheum: Qui perſeuerauerit, inquit, vſque ad finem, hic ſaluus erit. Volés Deus eripere Lot à Sodomorum interitu & incendio, præcepit illi, vt ab impia ciuitate diſcederet,
Gene. 19. & non reſpiceret poſt tergum, ſed in montem aſcéderet. Sed reſpiciens eius vxor retrorſum, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Hic mons eſt perfecta virtus omnibus numeris abſoluta, quæ altitudine ſua nubes tranſcendit, & cœlum attingit: efficit enim, vt homo in terra corpore conſtitutus ſit in cœlo animo collocatus. Id ſentiebat diuus Paulus, cum
Phili. 3. ad Philippenſes ſcribens conuerſationem ſuam in cœlis eſſe teſtaretur. Hunc excelſum virtutis mõtẽ vult Deus, vt relicto mũdo ante oculos proponamus, ad eum aſcendamus, & in eius aſcenſu conſtanter perſeueremus: At ſi retrò reſpexerimus mundi vanitates & impietates iterum cupientes, erimus omnibus virtutum ornamentis ſpoliati, & in ſalis ſtatuam conuerſi. Hec ſtatua permanſit ad eccleſiæ vſque tempora: & Flauius Ioſephus libro primo Antiquitatum aſſerit ſe illam vidiſſe. Sed cùm Deus ſtatueret, vt hæc ſtatua vigeret memoria tot ſeculorum, eámque poſteritas intueretur, quæres fortaſſe, cur eam non ex duro marmore, aut ſilice, aut ex aliqua alia dura & firma materia, ſed ex ſale eſſe voluerit. Reſponſio eſt in promptu. Voluit Deus, vt conſcientias noſtras ſale illo condiremus eiúſque ſtatuę cauſam memoria repetentes, cuncta deteſtaremur flagitia, vt ita conſtantia muniti nullo modo reſpiceremus retrò, ſed ad montis faſtigium & ſummitatem feſtinaremus. Inter cauſas quibus Hebræi animi præſtantiam turpi dedecore macularunt, hæc vna extitit, quòd cùm ex Aegypto egreſſi eſſent ſe in promiſſam terram per deſertum corporis pedibus conferebant, animi autem affectus ad Aegyptum reuertebantur: panẽ cœleſtem, quo eos Deus ſatiabat, contemnebant, ollas autem Aegyptias vehementer optabant. Nemo, vt ait apud Lucam ipſa ve-
Exo. 16. ritas, mittens manum ad aratrum, & aſpiciẽs retrò, aptus eſt regno Dei. Hoc volens Deus ſignificare apud noſtrum Ezechielem, præcepit ne homines templum ingreſſi, eo oſtio exirent, quo
Luc. 9. introierant, ſed vltrò tenderent, ne terga verterent,
Eze. 46. Déumque relinquere viderentur. Ibunt de virtute in virtutem, vt ait regius ac diuinus vates, & videbitur Deus Deorum in Sion. Et diuus Pau-
Pſal. 83. lus: Quæ quidem retrò ſunt obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor ad brauium ſupernæ voca-
Phili. 3. tionis Dei in Chriſto Ieſu. At ſentienda eſt inconſtantia noſtra, omnique lachrymarum copia deploranda. Vt enim delicata aurificis ſtatera paruo quodam pondere mouetur, vt quolibet grano ſuprà poſito deorſum tendat; ſic nos
Similitudo. quacunque re ſiue proſpera ſiue aduerſa perturbamur, & fundum petimus, & mutamus propoſitum, modò lætitia efferimur, modò dolore comprimimur: quos nunc toto ore laudamus, ſtatim de cœlo deiicimus & maledictis laceſſimus: quos modò amore proſequimur, illico ad exitium & vaſtitatem vocamus: nunc virtutem amplectimur, in eáque veram amplitudinem collocamus, ſed confeſtim eam obiicimus, & contemnimus: obtemperat voluntas effrænato appetitui, corruit conſtantia, & verus ſplendor extinguitur. Quemadmodum chamæleon ad ſpeciem rerum, quibus admouetur, mutat colorem, ſic nos quacunque tentatione
Simili. obiecta mutamus virtutis propoſitum, & quæcunque nefariæ cogitationes nos mouent, & quò volunt, impellunt, vt ita in ſcelere & ignominia volutemur. Et quemadmodum chamæleon colorem album non recipit, cùm cæteros recipiat, ſic nos ad omnia facilè & frequenter præterquam ad animi candorem mutamur. At qui iuſtitiam coluerit, fueritque conſtantia roboratus, etſi violentis rerum aduerſarum ictibus concutiatur, tamen nec frangetur, nec vllis ſceleratorum oppugnationibus debilitabitur. Cùm enim ſit magnitudine conſilij, tolerantia rerum humanarum, contemptione inanis gloriæ, firmitudine denique & conſtantia, vt mœnibus ſeptus, quamuis oppugnetur, non tamen expugnabitur, nec retrò reuertetur; ſed ſequetur ſancta animalia, de quibus hìc ait noſter Ezechiel: Non reuertebantur, dum incederent.

Sed vnumquodque ante faciem ſuam gradiebatur. Hoc eſt, anteriora petebãt, & directe procedebant. Vnumquodque animal quocunque ibat, habebat ante ſe vultum vnum abſque corporis ſui conuerſione, habebat tamen quatuor vultus verſus quatuor partes appoſitas. Id volens propheta explicare, addit paulò pòſt: Vnumquodque eorum coram facie ſua ambulabat. Poteris hoc ita intelligere, vt gradi ante faciem ſuam, & coram facie ſua
Eſa. 46. ambulare, ſit ſeipſum cognoſcere. Hæc eſt magna ſapientia, & ſublimis philoſophia cognoſcere ſeipſum, eſſéque ſibimet præſentem. Impij non ſolùm ſe non intelligunt, ſed à ſeipſis abſunt, & immenſo ferè diſtant intervallo. Id intelligens Eſaias aiebat: Reddite præuaricatores ad cor. Redeamus igitur ad nos ipſos, ponamus nos ante nos, & coram facie noſtra gradiamur. Videamus, & opera noſtra, & nos, & de nobis, ac ſi eſſemus alij, ſententiam feramus. Hoc apophtegma, Cognoſce teipſum, ait Plato fuiſſe quondam in foribus templi Delphici inſcriptum, veluti dignum, quod Deo tribueretur. Sed eſt magnopere aduertendum, ne noſtri cognitionem eripiat à nobis philautia, quæ ſolet mentis oculos occludere, intellectum tenebris cooperire.
2. Tim. 3. Quæ nunc ita viget, vt exiſtimem de temporibus hiſce noſtris dixiſſe diuum Paulum: Inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes. Multi nánque ſe non coram ſe habent, ſed retrò, quò fit vt ſua nec aſpicientes, nec curantes, aliena tantùm inquirant, & cùm alio-

sum

rum ſcelera acutiſſimè cernant, in ſuis protſus cæcutiant: erga alios ſunt lynces, erga ſeipſos talpæ. Conſignatum eſt literis dixiſſe quendam philoſophum ſingulos mortales binas habere manticas, ſiue peras viatorias, alteram ante pectus, alteram à tergo propendentem, ſed in priorem aliena vitia conijcere, in poſteriorem ſua. Vnde ortū eſt tritum illud vetuſtate prouerbium: Mantica à tergo. Ad quod alludens Perſius ait: Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo: ſed præcedenti ſpectatur mantica tergo. Vnde diuus Hieronymus: Illa, inquit, eſt vera inter amicos reprehenſio, ſi noſtra opera non videntes, aliorū iuxta Perſium manticam cōſideramus. In quodam pſalmo loquens Deus cum impio aliorum crimina execrante, ſuáque non vidente, Arguam te, inquit, & ſtatuam cōtra faciem tuam. Acſi diceret: Ego tecum diſceptabo, tua ſcelera tibi oſtendam, & ponam te coram te, vt teipſum planè aſpicias. Non ſe cognoſcit, quiquid in ſe laudat, aut diſſimulat, in aliis execratur, eóſque ſuo nomine flagitioſos appellat. Hic contra Dei legem duobus vtitur ponderibus, altero ſibi, altero aliis, dicente Deo in Leuitico: Statera iuſta, & ęqua ſint pondera, iuſtus modius, æquúſque ſextarius. Et Salomon in Prouerbiis: Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrunque abominabile eſt apud Deum. Vnde hæc ponderum varietas niſi ex ignoratione noſtri? Vt in ſemine cauſa eſt arborum & ſtirpium, ſic flagitiorum noſtrorum cauſa eſt ignoratio noſtri. In Creta proditum eſt memoriæ, fuiſſe labyrinthum quendam à Dędalo factum, tot viarum ambagibus inflexum, tot curſibus & recurſibus inextricabilē, tot difficultatibus impeditum, vt nemo in illum ingreſſus poſſet ad primum oſtium reuerti: quo efficiebatur, vt omnes illuc introeuntes perirent. Theſeum autem accepto fili glomere labyrinthum penetraſſe, & incolumem regreſſum eſſe ope fili, quod manu tenebat, interfectóque Minotauro victorem reduſſe. Hæc poetæ, qui omnia ſibi licere arbitrabantur. Ego exiſtimo hoc labyrintho ſignificari mundum, & filo hoc cognitionem ſui: quid enim mundi negotiis implicatius? quid ſuperbiæ, auaritię, libidinis, & vanitatis laqueis inenodabilius? Ingreſſi mortales falſas & inexplicabiles huius ſeculi vias, irretiti eius fraudibus, negotiis, blanditiis, & voluptatibus, exitum ignorant huius labyrinthi, & exiſtimantes irremeabiles eſſe errores, in quibus verſantur, pereunt in mundo, tetras maculas ſibi ipſis inurentes, & Chriſtianæ dignitatis amplitudinem labefactantes. At qui ſecum aſportat filum cognitionis ſui ipſius, exit è ſeculo, & de occiſo effrænato appetitu victoriam admirabilem reportat, quoniam ſeipſum cognoſcens, & fragilitatem ſuam animo perſpiciens non ſe extollit, & inſolentem reddit, non vanitatibus fidit, non ſe vitiis contaminat, non in falſa gloria ſpem ponit rerum ſuarum, quin potius dat operam, vt ipſa virtus eum trahat ad verum decus. Eam ob cauſam inſtitutum ſuum ad certam honeſtatis regulam dirigit, & officiorum omnium momenta perpendit. Qui huiuſmodi vitæ curſum conficiunt, cum glomere lini, hoc eſt, cum ſui cognitione inueniunt exitum; qui autem ſine eo procedunt, perniciem ſibi machinantur. Agnoſcamus igitur nos ipſos, & expulſis erroribus, atque cupiditatum ardore reſtincto mundum contemnamus, & ad cœlum aſpiremus. Non in præmiis humanis, ſed in Deo noſtro totam ſpei noſtrę anchoram figamus, ad eum tendamus, & iuxta id quod ait Ezechiel, ante faciem noſtram ambulemus.

Psal. 4. — *Leui. 16* — *Prou. 20* — *Similitudo*

Similitudo autem vultus eorum. Id eſt, quatuor animalia habebant ſedecim facies, vnumquódque quatuor, nimirum in fronte faciem hominis, ad dexteram faciem Leonis, ad ſiniſtram Vituli, à tergo Aquilæ, cæteris eminentiorem. Nam cum Chriſtus videretur, id quod ſe prius hominibus obiiciebat, erat eius humanitas, quam ob cauſam erat facies hominis in fronte. Erat facies Vituli ad ſiniſtram, quia ob eius mortem per Vitulum ſignificatam multi fuerunt preſſi dolore: facies verò Leonis ad dextram, quia ob eius reditum ad vitam per Leonem intellectum multi fuerunt gaudio affecti: per dexteram enim proſperitatem intelligimus, quemadmodum per ſiniſtram aduerſitatem. At facies Aquilæ à tergo erat, ſed altior & ſublimior, quia in Chriſto diuinitas in facie Aquilæ oſtenſa, erat in humanitate abſcondita, ſed multò excelſior & illuſtrior, quam ob cauſam inter alias facies eminebat.

Et facies eorum. Hic debet eſſe punctum. Senſus eſt: Ita, quemadmodum dixi, erant facies diſpoſitæ & collocatæ: & de iis hactenus.

Et pennæ eorum extentæ deſuper. Hoc eſt tendebant in cœlum. Intuere quales debeant eſſe virtutes noſtræ nimirum ad cœlum directæ non ad terram. Quæ ſurſum ſunt, quærite, ait Apoſtolus, non quæ ſuper terram. Hoc docebat Chriſtus, *Coloſ. 3.* quando oculos ad cœlum leuabat, quod non ſine *Mar. 7.* cauſa Euangeliſtæ commemorant. Oculus noſter *Ioan. 6.* eſt intentio noſtra, quæ debet in Deum conferri. Id ſignificauit Salomon dicens: Sapientis oculi in capite eius. Caput noſtrum Chriſtus eſt, vt ait *Eccleſ. 2* Apoſtolus, in quem debent coniici oculi noſtri. *Coloſ. 1.* De iniquis ait Pſalmographus. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Et Oſeas: Victimas *Pſal. 16.* declinaſtis in profundum. Qui humana laude, ina- *Oſe. 5.* niſque gloria ductus in virtutum actiones incumbit, eas amittit. Nulla eſt tinea, quæ ita veſtem terat, ac inanis gloria virtutem. Sacrificante Abrahamo ait diuina ſcriptura deſcendiſſe volucres *Gene. 15* ſuper cadauera, cúmque illas abegiſſe. Quid aliud eſt Abrahamum volucres abigere, quam debere virum iuſtum laudes rerum geſtarum fugere, hominúmque rumuſculos declinare? Chriſtus de- *Can. 8.* bet eſſe finis, quò mentem & propoſitum dirigamus: ille enim ait in Canticis: Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. Ac ſi diceret: Conſtitue me ſcopum in corde tuo, quò omnia tela tuarum cogitationum, verborum, & operum dirigantur. At qui ſermonis hominum inanem celebritatem conſequi deſiderant, & in populi temeritate vitiorum plerunque laudatrice gloriam conſtituunt, hi non propter Chriſtum, ſed propter inanem gloriam virtutibus vtuntur, ſeu vt verius loquar ſcelera ſua nefaria, & teterrimas fraudes ſpecie honeſtatis occultant, fictæque ſanctimoniæ ſpecie tegunt. Vt organorum pulſatores, niſi eis vento- *Similitudo* ſos folles quis leuet nullum penitus ſonitum efficient, ſic vani homines, niſi laudibus efferantur, in virtutis actionem nullo modo incumbent. Quem- *Similitudo* admodum nautæ qui ventorum curſu feruntur,

exiſtentes in portu non ſoluunt abſque venti proſperitate ad voluntatem flantis, & ſæpe longi tem potis interuallo expectant ventum, aliàs non nauigaturi, ſic hypocritæ populi plauſum quærunt, hominúmque tumuſculos,& inanem faucem au cupantur, alioquio nulli bono ſtudio operam daturi. Hi non rectè facta,ſed rectè factorum præmia ſequuntur,Deúmque minimè intuentur. Hos nul lo modo imitari debemus, dicente Chriſto apud

Mat. 6. Mathæum : Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes:amen dico vobis, quia recepe

Pſal.15. runt mercedem ſuam. At regius vates aiebat:Prouidebã Dominum in conſpectu meo ſemper, quo niam à dextris eſt mihi ne commonear. Acſi diceret. Deus mihi ſemper ante oculos obuerſatur:nihil cogito,aut loquor,aut efficio , quin illud ad eũ dirigam,illúmque adeſſe cogitem. Et meritò quidem,nam ille mihi animi fortitudinem,& conſtãtiam tribuit, ne vlli æ rumnarum oneri ſuccumbã.

1.Cor.10 In epiſtola prima ad Corinthios ait diuus Paulus: Siue manducatis,ſiue bibitis, ſiue quid aliud faci-

Simili-tudo tis,omnia in gloriam Dei facite. Vt omnes vmbriferum, prima fronte amœnum tanta oblectatione paſcit oculos virẽtium plantarũ varietate & denſitate , vt videamt voluptatis cauſa comparatum, eùm intus ſit plenum ſerpentibus venenoſis,lupis rapacibus,aliiſq; e feris nociuis & immanibus, ſic hypocrita,cùm foris ſanctus appareat,omn búſque virtutum ornamentis exculrus oblectat oculos videntium:at intus latet ſuperbia,auaritia,inuid a,cæteráque ſcelera indomitarum ferarum more in cor d ſylua paſſim vagantia. Hypocriſis iuxta Chryſologi deſcr pt onem eſt ſubtile malum, ſecretum virus,venenum latens, virtutum fucus, tinea ſanctitatis. Et vt ego ex ſtimo illi ſunt teterrimi iudicandi, qui cùm maximè fallunt, tum id agunt, vt virtute præditi eſſe videantur. Illud tamen velim tibi perſuadeas me inanem gloriam vituperare, non eamq æ ſolida eſt, & virtutum conſectatrix, quæ altis radicibus innititur, quæ eſt honeſtatis præmium,& virtut s ſplendor. Hæc gloria eſt inanis gloriæ contemptr x,ambitionis expultrix, non popularem auram affectat, non ambit præfecturas ſed Dei gloria delectatur, ad quam abſq; e dubio refertur. Qui vir s magnanimi,ſapientia atque vir tute illuſtribus,qui ſe ad literarum ſtudia excolenda,vel ad rempublicam pace aut bello adminiſtrandam contulêre, hanc veram ſolidámque gloriam

Simili-tudo. probibere volverit,is mihi videbitur nautis præcipere,vt onerariam nauim vi remorum duntaxat impellant,& in mari nauigent abſque velis & ventis.Præceptum quidem aſperum & difficile. Poſſumus igitur veram gloriam ad Dei gloriam relatam appetere,ad quam pennas & alas noſtras extendere & dirigere debemus.

Et duæ tegebant corpora eorum. Volabant,& corpora cooperiebant.Da operam vt viles virtutibus, ſed teipſum tegas,ne opera tua oſtentes. Laudabiliora ſunt, quæ abſque vendi.atione:& ſine populo teſte fiunt:nullum theatrum conſcientia maius eſt. Vera gloria in virtute cõſiſtens radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia inſtar floſculorum decidunt,nec ſimulatum quicquam poteſt diu permanere. Qui pro rebus à ſe bene geſtis,& beneficiorum collatione inanes appetit laudes, non ſe

Deo offert,ſed ſua.Cain de fructibus terra Deo mu nera offerebat, & Abel de primogenitis pecorum Gene.4. ſuorum. At reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius,ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit.Cur hoc niſi quia Cain malè diuidebat , dabat enim Deo aliquid ſuum , ſibi autem ſeipſum. Abel contrà prius ſeipſum Deo offerebat, poſteà ſua:coram muneribus ibat in patina cor ſuum Deo oblatum,non illud ſibi reſeruabat , ſed in holocauſtum ſeipſum totum penitus Deo offerebat. Ideo non ait ſcriptura,reſpexiſſe Dominum ad munera Abel,& ad Abel,ſed reſpexiſſe ad Abel,& poſteà ad munera eius , prius enim reſpicit animum , quàm opus, priùs nos,quàm noſtra.

Vbi erat impetus ſpiritus,illuc gradiebantur. Impetu ſpiritus ducuntur iuſti, impetu autem carnis ſcelerati. Impetus ſpiritus animum excitat ad virtutes, impetus carnis ad vitia. Si Dei es, ſpiritum ſequeris,ſi diaboli carnem.Cõſiderta quo impetu ducaris,& intelliges,cuius ſis ſeruus. Si Deo ſeruieris, fueriſq; eius amore inflammatus, gloriam conſequeris æternã,ſi autẽ te vitiis cõtaminaueris falſiſq; voluptatibus dedideris,erit tibi iter facilimum à cœlo cœlitũ, & in tenebras æternas relegaberis.

Aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium. Flãmam diu ini amoris ſignificat. Hic eſt ignis ille,in quo fuit immolatus agnus diuinus, qui morte ſua nos immortalitatis fecit eſſe participes.In ara enim crucis ſiue in Caluariæ monte ſe pro nobis holocauſtum conſtituit, vt nos patri reconciliaret. Ex Mar.11. monte illo,qui erat ſpelunca latronũ, fecit locum Luc.19. orationis,cùm illi,qui eum ad interitũ vocauerãt, ex loco orationis ſpeluncã feciſſent latronum. At ille vſque adeo hom nes dilexit,tanto erga illos amore flagrauit,vt nõ dubitauerit etiam pro iis,qui ince. ſi odio eum occidere conabantur, crucẽ ſubire,& acerbiſſima ſupplicia tolerare, vt hominum genus e tenebris inextricabilibus ad veritatis ſplendorem adduceret,viámq; oſtenderet ad gloriã immortalem conſequendam.Intuere tantã vim amoris,& erga eum,qui te ita dilexit, diuina quadam charitate ita inflammare , vt ſit aſpectus tuus quaſi ignis prunarum ardentiũ.Hic eſt ignis rubi,qui ar- Exod.3. debat,& nõ cõburebatur.Hic eſt ignis, in quo Deus Leui. 2. præcipiebat ſpicas ſibi oblatas torreri : vult enim opera bona abſq; fuco,ab ariſtis inanis gloriæ per purgata,& virtutum grana ſolida & pura. Nõ vult opera frigida,& ariſtis humanarũ laudũ circũdata, ſed amoris diuini igne ſuccẽſa, & ad ipſum diuinũ numen relata. Hic eſt ignis, quẽ Deus in altari ſem Leui. 6. per ardere præcipiebat, vt in ara cordis noſtri omnia noſtra deſideria,omnéq; voluntatẽ igne charitatis immolaremus. Diuinus hic amor currus eſt igneus,quo aſcendit Elias in cœlum , qui nos etiã 4.Re. 2. illuc aſportabit. Et quoniam Chriſti Euangelium lex eſt amoris, ait diuina ſcriptura in libro Deuteronomii apparuiſſe eum de monte Pharan legem Deu.33. igneam dextra tenentem. Pharan idem eſt quod frugiferum,quo ſignificatur Dei Eccleſia mons fertilis,mirabiles fructus producens. Et quoniam per dextram id quod magni facimus & amore proſequimur,intelligimus,dicitur Deus tenere Euangelium dextra,& non ſiniſtra. Vnde filius, quem Iacob ex chariſſima Rachele genuit in ſenectute,fuit Gen.35. ab eo appellatus Beniamin, hoc eſt filius dextræ, quaſi filius dilectus. Et quoniã lex erat ignea, eam

ob

Act. 2. ob cauſam apparuerunt Chriſti diſcipulis diſper-
titæ linguæ tanquam ignis,& repleti ſunt Spiritu
ſancto. Cùm enim eſſent legem amoris annuntia-
turi,oportebat eſſe amore repletos,& linguis cœle
ſtibus munitos,vt charitatis igne flagrarent,& ve
ritatem intrepidè proferrent. De hoc diuinæ chari
tatis igne ait Chriſtus apud Lucam: Ignem veni
mittere in terram,& quid volo niſi vt accendatur?
Hæc terra cor noſtrum eſt , terram amans & in
terram conuerſum. Et quemadmodum frigidum
hoc & infimum elementum in media eſt mundi
ſede conglobatum, ſic cor humanum eſt in medio
corporis conſtitutum. Hoc cor vult Deus vt diui-
na concipiat,quæ illud amore incendant,& ſtudio
immortalitatis inflamment. Illud eſt hoc loco ad-
uertendum comparari aſpectus animalium prunis
ardentibus , & lampadibus illuminantibus,quia
in nobis priùs debet eſſe ardere,& poſteà illumi-
nare: debemus ardere charitate,& illuminare mo-
ribus & exemplo. De hoc ardore loquebantur
duo illi diſcipuli euntes in caſtellum Emmaus,vbi
Chriſtus euanuit ex oculis eorum : Nonne cor
noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in
via,& aperiret nobis ſcripturas ? Oportebat eos
Ioan. 5. priùs ardere , & poſteà illuminare. De Ioanne
Baptiſta ait Chriſtus apud Ioannem: Ille erat lu-
cerna ardens & lucens. Sed quoniam hæc ani-
malia vnum eſſe animal diximus, per quod Chri-
ſtum intelligimus,poſſumus per ignem & lampa-
darum ſplendorem eius diuinitatem explanare: ait
enim diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos Deum
Heb. 12. noſtrum ignem eſſe conſumentem: & in Deutero-
nomio alloquens Moyſes Iſraeliticum populum
Deut. 4. aiebat: Deus tuus ignis conſumens eſt. Ad He-
bræos de Chriſti diuinitate ſcribẽs ait Apoſtolus,
Heb. 1. eum eſſe ſplendorem gloriæ,& figuram ſubſtantię
eius: vbi per gloriam intelligit patrẽ veluti ſolem,
per ſplendorẽ filiũ coæternũ patri,vt explicet eſſe
Simile Deũ de Deo,lumen de lumine. Vt ſol nunquã fuit
abſq; ſplẽdore,& cũ ſplẽdor procedat à ſole,eſt ta-
mẽ ſimul cũ eo,ſic pater nunquã fuit ſine filio , &
cùm filius procedat à patre,eſt ſimul cum patre: in
Trinitate enim nihil prius aut poſterius,nihil ma-
ius aut minus,ſed totæ tres perſonæ coæternę ſibi
ſunt,& coæquales. Nõ me fugit poſſe etiã hoc ani-
maliũ ſplẽdore ſignificari ſapiẽtiam,quam omnes
Chriſtũ ſequẽtes diligere tenẽtur: monet enim Sa-
Sap. 6. lomõ,vt diligamus lumen ſapiẽtię. Et Daniel, Qui
docti,inquit,fuerint,fulgebunt quaſi ſplendor fir-
mamenti. Illud eſt hoc loco aduertendum , viros
iuſtos,qui ſe ad Chriſti Ieſus imitationem contu-
lêre,prunas eſſe ignis ardentis,& lampades radiã-
tes. Quo fit,vt quemadmodũ qui ignem attingit,
incendatur,ſic qui viris ſapientia & charitate prę-
ſtãtibus,familiariter vtitur,Dei exardeſcat amore,
Simi- & æternitatis incendatur ſtudio. Et quemadmodũ
lia prunæ lucem proximè emittũt,lãpades verò ſplen
dorem longiùs fundunt,ſic qui & virtute & ſapiẽ-
tia ſunt præditi,& charitate inflammati,nõ ſolùm
propinquos ſed etiam longè diſtantes illuſtrãt do-
ctrina , & vitæ ſanctimonia , ne errorum caligine
Simile circunfundantur & in cæcarum tenebrarum obſ-
curitate verſentur. Quo nihil poteſt eſſe glorioſus,
nihil excogitari præſtantius. Huiuſmodi fuerunt
Hieronymus, Auguſtinus , Chryſoſtomus , & alij
qui mundum illuſtrarunt,quorum ſapiẽtię & vir-
tutis munimenta ad immortalitatem , & religio-
nem,& memoriam æternam celebrantur.

Hæc erat viſio diſcurrens in medio anima
lium,ſplendor ignis & de igne fulgur egre-
diẽs. Et animalia ibant, & reuertebantur in
ſimilitudinem fulguris corruſcantis. Cúm-
que aſpicerem animalia , apparuit rota
vna ſuper terram iuxta animalia , habens
quatuor facies. Et aſpectus rotarum , &
opus earum quaſi viſio maris : & vna
ſimilitudo ipſarum quatuor & aſpectus ea-
rum & opera quaſi ſit rota in medio
rotæ, Per quatuor partes earum eun-
tes ibant , & non reuertebantur , cum
ambularem. Statura quoque erat rotis,
& altitudo , & horribilis aſpectus : &
totum corpus oculis plenum in circuitu
ipſarum quatuor. Cúmque ambularent ani-
malia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: E
& cùm eleuarentur animalia de terra eleua-
bantur ſimul & rotæ. Quocunque ibat
ſpiritus , illuc eunte ſpiritu, & rotæ pa-
riter eleuabantur , ſequentes eum. Spiri-
tus enim vitæ erat in rotis. Cum eunti-
bus ibant,& cùm ſtantibus ſtabant , & cum
eleuatis à terra pariter eleuabantur & ro-
tæ ſequentes ea , quia ſpiritus vitæ erat
in rotis.

Hæc erat viſio diſcurrens. Hoc eſt , & de viſione
ſplendentis ignis,atque fulguris ex igne egredien-
tis,quæ inter animalia diſcurrebant , hæc habui,
quæ dicerem.

De igne fulgur egrediens. Significat ingentẽ Chri
ſti claritatem,& miraculorũ ſplendorem. Vel ſic:
Ex igne amoris egrediebatur fulgur calamitatis.
Ideo Chriſtus ſuos affligit,quia eos amore proſe-
quitur. Hac ratione ductus aiebat in epiſtola ad He
bræos diuus Paulus: Quem diligit dominus caſti- *Heb. 12.*
gat: flagellat autem omnem filium , quem recipit, *Similitudo*
Vt fulgur ferit terram. ſed cœlum illuſtrat, ſic affli-
ctio propter Deum placatè & moderatè tolerata
corpus debilitat,& dolore frangit,mentem autem
purificat , & clariorem reddit. Quemadmodum *Ioan. 5.*
in probatica piſcina per aquæ motionem & tribu
lationem operabatur Deus ſanitatem,ita per mo-
leſtiarum exagitationem efficit tranquillitatem,
per paupertatem diuitias , per mortem vitam,per
dolorem gaudium. Hæc eſt cauſa , cur permittit
Deus, vt viri iuſti incidant ſæpe in calamitates,&
in communibus miſeriis præcipuo quodam an-
gantur dolore: fulgent enim iuſtorum dignitas &
amplitudo calamitatibus ipſis,& ſceleratorum ho
minum iniuria illuſtrantur.

Et animalia ibãt, & reuertebantur. Anteà dixerat:
Nec reuertebantur, cùm ambularent: nunc ait: Et
reuertebantur, Hæc, quæ inter ſe prima fronte re-
pugnare videntur, magnopere cohærent: nam
priùs ſignificatur , vt diximus in opere incepto

firma conſtantia, hic autem poſt opus finitum obedientia. Igitur euntia non reuertebantur, donec munus ſuum perficerent, & functionem ſuam accuratè & perfectè exercerent: at abſoluto opere reuertebantur ad aliam functionem obeundam parata. Reuerſio inſtar fulguris coruſcantis indicat curſus diligentiam & velocitatem. Vel ſic: Reuertebantur, quia ad quamlibet partem ambulabant, & non reuertebantur, quia vultus non conuertebant: cùm enim vnumquodque animal quatuor facies haberet, abſque earum conuerſione mouebatur.

Apparuit rota vna ſuper terram iuxta animalia habens quatuor facies. Hoc eſt, vidi quatuor rotas: nã vnũquodque animal habebat ſub ſe rotã vnam. Eſſe quatuor rotas indicat illud, quod paulò pòſt ſequitur: Et vna ſimilitudo ipſarũ quatuor. Id quod capite vndecimo, vbi hæc eadẽ viſio iterum narratur, apertè oſtẽditur. Sed hę rotę ita erant quatuor, vt eſſet vna, quia vna erat earum ſimilitudo, & & ita erat vna, vt quatuor eſſe viderentur: id quod de animalibus anteà diximus. Inter Chriſtianos etiam tanta debet eſſe concordia, tanta animorum coniunctio, vt vnũ habeant animũ, vnã & eandem voluntatẽ: iuxta id, quod de eccleſia primitiua ait in actis Apoſtolorum diuus Lucas: Multitudini credentium erat cor vnum, & anima vna. Hæ ro-
Act. 4. tæ erant in loco minùs ſublimi: nec enim erant intra terram, nec accedebant ad animalium altitudinem. Per has rotas Chriſtũ ſequẽtes viri iuſti ſignificantur: & ideo quatuor ſunt, quia in quatuor mũdi partibus iuſti reperiuntur: cùm vera Dei cognitio ſit per vniuerſum terrarũ orbẽ longè latéq; propagata. Quemadmodum rotę facilè currũt, ita iuſti ad quamcunque virtutis actionẽ oblatã facilè
Similia mouentur. Et vt rota vna tãtùm particula terram attingit, cæteris autẽ ab ea eleuatur, ſic vir iuſtitia & pietate præſtante ſolùm corpore habitat in terra, cùm & affectu, & deſiderio feratur in ſublimè, & in cœlo cogitatione cõmoretur. Vt enim in noctis ſerenitate tranſeuntes iuxta profundum fluminum vident inquieto pelago globoſæ lunæ & micãtium ſtellarũ pulchras imagines, illa autẽ aſtra, etſi illic eſſe videantur, ſunt tamen in cœlis collocata, ſic viri ſapientia præſtantes, vitáque ad virtutis libellam dirigẽtes, licet in huius vitæ fluuio ad mortis mare tendente exiſtere videãtur, ipſi tamen ſpiritu & mente in cœlo ſunt fixi atque locati, & vitam cœleſtẽ imitantes ea contemnunt, quę flagitioſis eximia & præclara vidẽtur, ad quę plerique mortales impia auiditate inflãmati rapiũtur.

Et aſpectus rotarum, & opus earum quaſi viſio maris, & vna ſimilitudo. Senſus eſt: Hæ rotæ, quod attinet ad colorem & opus earum, repræſentabãt mare, quòd verò attinet ad modum & diſpoſitionẽ, ita erant ſimiles, vt viderentur eſſe vna & eadem. Harum rotarum nomine verè Chriſtiani ſignificãtur: & ideo vna eſt rota, quia vna eſt catholica eccleſia ex cunctis fidelibus in vnum pulcherrimum
Similitudo corpus à Spiritu ſancto coagmentato, cuius corporis caput eſt Chriſtus Ieſus, qui ſibi obedientes ad
Eph. 4. vitã perducet beatam & immortalem. In hac Ro-
& 5. mana & vniuerſali eccleſia nõ ſolũ boni ſunt, ſed
Coloſ. 1. etiam mali: eſt enim ſimilis ſagenæ miſſæ in mare, ex omni genere piſcium congreganti. Sed quia in
Mat. 13. hac vita non eſt gratia niſi in hac Chriſti eccleſia, meritò ſancta dicitur, & rotæ Chriſtum ſequenti cõparatur. Eã ob cauſam ait propheta eã ſimilem eſſe mari, quia in eo fuit Pharao cum ſuis obrutus & ſubmerſus: Iſraelitæ autem mirabiliter erepti: in baptiſmo enim peccata delentur, & gratia atque virtutes cõferũtur. Erat in tẽplo Salomonis mare quoddam fuſile & æneum, vbi abluebãtur, qui e- Exo. 14.
rant ad ſacrarium ingreſſuri: ita in eccleſia eſt lauacrum, vbi peccatorum ſordes & labes abluuntur, vt cœlum ingrediantur. Fortaſſe huic mari ęneo in colore & opere comparat diuinus vates rotam, 3. Re. 7.
quam viderat. Vel eccleſiam mari Oceano ſimilẽ dicit, ob eius magnitudinem & propagationem.

Quaſi ſit rota in medio rotæ. Quatuor erant rotæ, ſed ita implicatæ, vt ſphæram quaſi conſtituerent. Erat currus quatuor rotarum ita diſpoſitarum, vt rota vna ſecaret alteram ad angulos circulares, &, alia aliã eodem modo: quemadmodum cùm quatuor circuli ita ſunt inſerti vt ſeſe interſecẽt ad angulos rectos ſphærales. Hæc animalia vocantur capite decimo cherubim: vnde in libro Eccleſiaſtici ſunt hæc verba literis mandata. Ezechiel qui vidit Eccle.
conſpectum glorię, quam oſtendit ei in curru cherubim. Currus erat, & rota in modum crucis per 49.
medium rotæ, & ita implicatæ erãt rotæ, vt vnius rotæ ſimilitudinem indicarent. Significat mutuam charitatẽ, quæ debet eſſe inter Chriſtianos, qui ita debent eſſe ſpiritualibus vinculis coniuncti, vt crucem potiùs quàm voluptatem ſequantur. Fuerunt nonnulli, qui per hunc currum rotarũ ipſum cœlum intelligendum putarent, quòd rota ſiue ſphæra ab ipſis appelletur. Vt autẽ hoc probarent, Platonem citarunt ſuæ explanationis teſtem, qui cœlum appellauit volucrem currũ. Per animalia autem intellexerunt ſigna cœleſtia in Zodiaco conſtituta, quę ſunt aries, taurus, & cetera, quorum nomina mathematici finxerunt, At opinionem hanc irridet diuus Ambroſius in libro de Abraham patriarcha, & meritò quidem, quoniam non in veritate theologica, ſed in opinione philoſophica nitĩtur. Nos per currum hunc vnumquemque virũ iuſtitia & pietate inſignem iuxta diuinarum litterarum morem interpretamur: nam libro quarto Regum Elias currus appellatur, ſimiliter & Eliſæus. 4. Re. 2.
In Pſalmo etiam per currum Dei multiplicem quidam electos Dei interpretantur. 4. Re. 13. Pſal. 67.

Ibant, & non reuertebantur. Oſtendit iuſtorum conſtantiam.

Statura quoque erat rotis. Id eſt habebant rotæ hæ magnitudinem. Poteris per ſtaturam terga intelligere, id enim ſignificat dictio hebraica. Sẽſus eſt: Hæ rotæ tam ingentia habebant terga, tãtámque altitudinem, vt horribiles aſpiciẽtibus apparerẽt. Viri nanque verè chriſtiani, qui verã dignitatem collocãt in virtute, eáque, muniti nullo modo expugnantur, illis metum incutiunt, qui animam flagitiis deformantes, peſtilentibus voluptatibus ducuntur. Poteris per rotarum terga intelligere in laboribus patientiam, rerúmque aduerſarum tolerantiam, per altitudinem verò honorem, & veram nobilitatem in virtute conſiſtentem.

Et totum corpus oculis plenum. Rotarum corpus erat totum oculorum multitudine ornatum. Si corpus fuerit plenum oculis, ſeruiet animo, ſin autem cæcum fuerit, animum à virtute detorquebit, & veluti effrænatus equus præcipitabit

Trime

Trimegiſtus in ſeptimo Pymandri hæc verba literis mandauit: Oportet veſtem, quam circumfers, exuere, indumentum inſcitiæ, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem, ſenſitiuum cadauer, ſepulchrum circumuectibile, domeſticum furem, qui dum blanditur, odit, dum odit, inuidet. Huiuſcemodi eſt, quo circumtegeris vmbraculum inimicum. Hæc ille de cæco corpore, animo oculis priuato: quod ſi oculis redundat, inſtrumentum eſt, quo homo ſeruit numini ſanctiſſimo. Nihil eſt in corpore pretioſius oculis, qui in illo obtinent altiſſimū, ex quo plurima cōſpiciētes, veluti diligētes ſpeculatores ſuo munere funguntur. Eſſe totas oculis circūquaque repletas, indicat debere nos prouidos eſſe & cautos, propter varias hoſtium animæ inſidias, & non ſolùm præterita in memoriā reuocare, & præſentia conſpicere, ſed in poſterum quàm lōgiſſimè prouidere. Debemus itaque ſummo ſtudio vigilare, ne in errore verſemur, & diligēter circūſpicere, ne in carnis, mūdi, & demonis inſidias incidamus. Sobrij eſtote, inquit in epiſtola prima diuus Petrus, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquā leo
1.Pet.5. rugiens circuit quærens, quē deuoret. Diuus Paulus in prima ad Corinthios: Nō dormiamus ſicut cæteri, ſed vigilemus. Et apud Matthæū Chriſtus
1. Cor. 15. Deus noſter: Vigilate, quia neſcitis diem, nec horam. Chriſtianum hominem comparat in Apolo-
Mat.25. getico Gregorius Nazianzenus funābulo. Vt illum qui per diſtrictos in excelſo funes incedit, oportet diligenter videre, & celeriter animo circūſpicere, ne huc vel illuc declinet, interibit enim, ſi vel aliquātulū, quamuis exiguo deuiauerit, ſic nos opor-
Simile tet oculatos eſſe, & accuratè aſpicere, vbi pedes figamus, ne in profundū præcipitemur: ſi enim pedes affectionū cum deliberato cōſenſu in mortifero peccato poſuerimus illud perpetrantes, ſtatim à gratia excidemus, & in culpæ barathrum præcipites ruemus, & ita ob noſtrā cæcitatē in prōptu erit noſtrum exitium. Quare danda opera eſt, ne
Iudic. 16. oculos amittamus: amittemus autē eos ſi nos falſis voluptatibus tradiderimus. Hoc fuit in Samſone adumbratum: non enim Palæſthini illius admirabilis viri oculos eruerunt, niſi poſtquam in Dalilæ ſinu obdormiuit: ſic nos te inimici obcęcabūt, niſi fueris voluptate deſinitus. Quid voluit allegoricè ſignificare diuina ſcriptura aſſerens Nabuchodonoſorem oculos Sedechiæ eruiſſe, eūque captiuum adduxiſſe in Chaldæam, niſi dæmonem eos obcęcare, & in mundi cōfuſionem captiuos addu-
Iere.39. cere, qui ſeſe voluptatibus dedunt & in hominum ſocietate violandi fraudes inexpiabiles cōcipiūt? Nam dominante libidine nullus eſt temperantiæ locus, nec in cupiditatis regno virtus poteſt conſiſtere. Vbi autem virtus deeſt, ibi non adeſt prudentia, vbi prudentia non eſt, ibi non eſt viſus, ſed miſera mentis obcæcatio, vbi mentis obcæcatio, ibi certus interitus, & exitium luctuoſum. Id intelligēs diabolus conatur priuare nos oculis, quod
1.Re.11. ſignificauit diuina ſcriptura ſub nomine Naas, qui voluit oculos extrahere habitatorib' Iabes. Naas ſonat ſerpentem, qui nobis oculos intellectus tenebris obruere contendit. Tanto nos odio proſequitur diabolus ſerpens antiquus, vt virtuti inſidietur, quò poſſit eam ſtatim in principio interficere. Quam ob cauſam multis oculis, multiſque vigiliis opus eſt, vt eius inſidias declinemus. Pharao in partu volebat filios Iſraëlis occide-
re, ne Dei populus propagaretur: diabolus vult bona opera ſtatim interficere, ne creſcant, & dilatentur. Hic eſt draco ſeptem capitum, qui, vt ait in Apocalypſi diuus Ioannes, ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cùm peperiſſet, filium eius deuoraret. At natus puer, fuit à Deo liberatus. Hęc mulier eſt anima Deo deuota, quę cùm bona cogitat, & facienda proponit, cōcipere dicitur, cùm verò fructum cogitationis bonæ in lucem edidit, atque in virtutis actionem incubuit, tunc peperit. Id intelligens Eſaias, A facie tua, inquit, concepimus, & parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Sed adeſt dæmon ſeptem capitum, ad ſeptem mortifera inuitans flagitia, qui deſiderat fructum virtutis interficere. At ſi anima eſt oculis circunſepta, & dęmonis inſidias cauere curat, eripitur honeſtatis fructus & gratus eſt Deo: ſin autem ſe à dæmone patitur obcæcari, non ſolùm eius fructus, ſed ipſa etiam amittitur. Eam ob cauſam ſtudet diabolus noſtræ mentis oculos tenebris circunfundere. Sed Chriſtus Deus noſter, vera illa lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, volens cæco à natiuitate mederi, eius oculos liniuit luto, & ad fontem Siloë miſit lauandum. Vult Deus, vt ante oculos lutum ſcelerum noſtrorum habeamus, vt flagitiorum noſtrorum maculas cognoſcentes, accedamus ad ſacramentum confeſſionis, ad fontem Siloë, cuius aquæ, vt ait Eſaias, currunt cum ſilentio, vt ibi abſolutionem, lumenquē gratię recipiamus. Væ illis, quorum intellectus eſt caligine coopertus, de quibus ait Apoſtolus in epiſtola ad Romanos: obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Et ad Epheſios: Tenebris obſcuratum habentes intellectum. Meritò antiqui illi, qui apud gentes ſapientes habebantur, fictis fabulis ſcriptum reliquerunt, Gerionem Hiſpanorum regem tricorporem fuiſſe, & ſex oculis ornatum, & Ianum vetuſtiſſimum Italiæ regē geminā faciē prætuliſſe, & oculis antè, & retrò præterita & futura conſideraſſe. Hoc enim abſque dubio ad prudentiam, & ſolertiam, & vigilantiam referebant, quemadmodum etiā Argum paſtorem totum oculis ſcatere fabulabantur. Et iuxta Mineruam draconem acutiſſimi viſus pingebant, ſignificantes opus eſſe ſumma ſolicitudine vigilare, ne ſapientiam per Mineruam ſignificatā amitteremus. Per Mineruam autem non carnis prudentiam, quam diuus Paulus mortem vocat, ſed ſapientiam eam honeſtate coniunctam intelligebant, quam ob cauſam aſſerebant eam eſſe virginem, & ex cerebro Iouis prognatam, ad innuendum non eſſe veram ſapientiam carnis inuentum, ſed ex ipſo hauſto diuinæ ſapientiæ fonte depromptam. Nos habemus Ezechielem diuinum vatem, cuius animum diuinus ſpiritus afflauit, qui rotas ait vidiſſe oculis plenas, vt nos ad perſpiciētiam, & vigilātiā, & diuinarū humanarūque verúmque rerum contēplationē excitaret: Eodē modo diuus Ioānes in Apocalypſi ait quatuor vidiſſe, animalia oculis plena antè & retrò, & paulò pòſt aſſerit eſſe int' oculata: nō enim exteriora ſolùm, ſed interiora etiā ſūt nobis perſpicienda & exploranda. Et vbi hæc omnis

Exod. 1. Apo. 12. Eſa. 26. Ioan. 1. Ioan. 9. Eſai. 8. Rom. 1. Ephe. 4. Roma. 8. Apoc. 4.

omnia prouiderimus,iam mētis acie perpurgata, oculos ad cœlum eleuemus,& diuina myſteria ſole fulgentiora intuentes,atque animum ad æternitatem alentes,in ipſius Dei contemplationem rapiamur,& reuelata facie gloriam domini ſpeculātes in eandem imaginem à claritate in claritatem, tanquam à domini ſpiritu transformemur. *2.Corin. 3.*

Cum ambularent animalia,ambulabant pariter & rota iuxta ea. Rotæ viri iuſti ſunt qui diuinum animal,hoc eſt,Chriſtum ſequuntur,Eleuantur à terra humana contemnentes,& animum à cogitatione rerum fragilium & inanium abducentes,atque ad cœtum mentium beatarum aſpirantes,Chriſtū ſequuntur , vt eo in ęterna beatitudine fruantur. Vide quemadmodū Apoſtoli Chriſtum ſecuti fuerint,Ecce nos,ait quidam ex illis loco omnium,reliquimus omnia , & ſecuti ſumus te. Cùm Chriſtus curreret,exultauit enim vt gigas ad currendā viā,neceſſe erat,vt currerent & diſcipuli:at nō poterant ita expeditè currere,niſi eſſent exonerati:eā ob cauſam omnia pro eo reliquerunt,ne diuitiarū pondere grauarentur. In Geneſi , vbi communis editio habet : Erat Abrahā diues valde,habet verſio Gręca; Βαρὺς σφόδρα , id eſt,grauis vehemēter. Pondere Aegypti grauabatur; licet enim diuitiæ leues videantur,tamen quia Aegyptię ſunt , viris ſanctis graues ſunt. Omnia igitur reliquerunt , vt nudi nudum ſequerentur. Multi nunc ſequerentur etiam Chriſtum,niſi detinerentur proprio amore ſui eſſétque eorum nauis remora philautiæ impedita,Refert Plinius libro nono & trigeſimoſecundo,& Aelianus libro duodecimo,& magni alij authores eſſe quendam piſciculum cruſtis tectum nomine remoram , qui etiam ſi ruant venti , & ſæuiant procellæ,remoratur magnum nauigium, quod nullæ anchoræ , nulla vincula efficere potuerunt, Vt igitur remora naui ex paſſis velis nauiganti curſum impedit,ſic philautia nos detinet & retardat,ne ſequamur Chriſtum nos ducentem ad portum æternæ ſecuritatis. Hoc plorabat iis flebilibus vocibus Eſaias , Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate , filiis ſceleratis , ſemini nequam , dereliquerunt dominum , blaſphemauerunt ſanctum Iſrael , abalienati ſunt retrorſum, volens Abſolon impius illuſtriſſimi Dauidis filius Hieroſolymam expugnare , & optimum patrem expoliare regno , bellum illi parauit. Et ait ſancta ſcriptura omnes toto corde ſecutos fuiſſe Abſolonem. Abſolon filius ſceleratus eſt noſter deprauatus appetitus,in nobis genitus : hic vult regnare,& lōgiùs euagari,nullóque modo à ratione retineri:qui relinquens obedientiā,bellū aduerſus Hieroſolymam,hoc eſt aduerſus animā conſtituit, & in certamen deſcendit, Et ferè omnes contēpto vero rege,hoc eſt,deo relicto,Abſolonē ſequimur, omnibúſque virtutum ornamentis nudati,in maxima ignominia verſamur , & clauſis oculis imus ad mortem. Nonnulli apertè relinquūt Chriſtum, alij malitiam diſſimulantes virtutem fingunt , & quò magis Chriſtum ſequi videntur,eò maiore fuga ab illo alienantur. Vt ſtruthiocamelus ingens auis pennas habet,ſed non volat , nec fertur in ſublime,ſic multi pennis cæremoniarum ad cœlum extolli videntur,illi autem à terra non eleuantur. Non damno cęremonias,quas ſemper bonas, pulchras,& vtiles duxi , ſed eſſe apud multos virtute

Margin: *Mat.19.* — *Pſal.18.* — *Gene. 13.* — *2.Reg.15.* — *Similitudo*

deſtitutas , hoc quidem eſt,quod doleo. Miluus ales rapaciſſimus aſcendit in altum,& volitans expandit alas,ſed in illa altitudine conſtitutus, oculos habet fixos in terra , videns an poſſit pullum gallinaceum, aut aliquid ſimile vnguibus arripere:aſcendit quidem , ſed non aſpicit cœlum , ſed terram. Ita nonnullos videbis ſanctimoniam fingentes , qui etſi contemplatione rerum altiſſimarum à terra tolli exiſtimentur , nihil tamen niſi terram aſpiciunt , vt poſſint gloriam humanam, aut reditus,aut dignitates , aut principum fauorē acquirere,& mundi opibus abundare Hi à Deo fugiunt,& terga vertunt,quam ob cauſam à vero ſe deſtituti,quem videbantur quærere , in cæcarū tenebrarum caligine verſantur. At qui Deum ſequuntur,animum à terra longiſſimè efferunt , & ad cœlum aſpirant , quam ob cauſam ſunt diuinæ gratiæ ſplēdore illuſtrati:ipſe enim dominus ait apud Ioannem:Qui ſequitur me non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitæ. Ideo rotæ Chriſtū ſequentes,erant oculorum luminibus ornatæ,Sed eum non ſequemur , niſi nos ipſos reliquerimus: ait namque ipſa veritas apud Matthæum : Si quis vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam,& ſequatur me. Toties nos abnegamus,inquit diuus Hieronymus,quoties priora vitia calcantes deſinimus eſſe quod fuimus,& incipimus eſſe,quod nō fuimus:& iuxta id , quod ait Apoſtolus,deponentes nos ſecundū priſtinā conuerſationem veterem hominē,qui corrũpitur ſecundū deſideria carnis,renouamur ſpiritu mentis noſtrę. At nos Deo contempto,propriæ noſtrę voluntatis imperium ducem conſtituimus. Quò imus ? quò tendimus ? quem ſequimur ? quid facimus? cur perniciem , quam nobis ipſis machinamur, non conſideramus?Contemnamus terram,aſpiremus ad cœlum , ſequamur Chriſtum Deum noſtrum,& iuxta Apoſtoli doctrinam , in epiſtola ad Hebræos,Deponentes omne pondus , & circunſtans nos peccatum,per patientiam, curramus ad propoſitum nobis certamen,aſpicientes in authorem fidei,& conſummatorem Ieſum , qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta. Et iuxta Ezechielis noſtri viſionem,veluti rotæ cœleſtes Chriſtum imitemur.

Spiritus enim vitæ erat in rotis. Id eſt mouebantur ſpiritu vitę,quem habebant,Nō ait trahi rotas ab impulſu extrinſeco animalis, ſed habere vitam & voluntatem,& moueri ab ſpiritu intrinſeco viuificante,Iuſti viuunt , & Deo adiuuante voluntariè operantur;ſunt autem rotis ſimiles , quia inſtar currus Chriſtū vehunt ; ait enim diuus Paulus in prima ad Corinthios:Glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Poteris per ſpiritum vitæ ſpiritū Chriſti intelligere,qui ait: Ego ſum via,veritas, & vita ; vt ſit ſenſus: Rotæ ſequebantur Deum, quia eius ſpiritu ducebantur. Et quoniam hæ rotæ erant viuentes , ait diuus Ambroſius libro tertio de virginibus,rotam in medio rotæ eſſe veluti vitam in medio vitæ , quod ſanctorum ſibi vita non diſſonet,ſed qualis fuerit ſuperioris ætatis,talis ſit & ſequentis. Vel quòd in hac vita corporis vitę vol uatur vſus æternæ. Hæc ille. Tunc ſpiritus vitæ eſt in rota,cùm eſt vita in medio vitæ , & vt paulò anteà dixit,cùm eſt rota in medio rotæ , tunc eſt vita in vita , cùm eſt gratia in anima : vt enim anima

Margin: *Altera ſimilitudo* — *Ioan.8.* — *Mat.16.* — *Ephe.4.* — *Heb.12.* — *1.Cor.6.* — *Ioã.14.*

anima ipſi corpori vitam tribuit, ita gratia animæ. Quod vitam corpori tribuit, eſt anima, quod animæ vitam tribuit, eſt gratia: quam ob cauſam ait diuus Auguſtinus gratiam eſſe animã animę, quod eſt eſſe rotam in medio rotæ, ſeu eſſe ſpiritum vitæ in rota.

F Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis, & extenti ſuper capita eorum deſuper. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. Vnumquodque duabus alis velabat corpus ſuum, & alterum ſimiliter velabatur. Et audiebam ſonum alarum quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei, cùm ambularent, quaſi ſonus erat multitudinis vt ſonus caſtrorũ. Cúmque ſtarent, demittebantur pennæ eorum. Nam cùm fieret vox ſuper firmamẽtũ, quod erat ſuper caput eorum, ſtabãt, & ſummittebãt alas ſuas. Et ſuper firmamẽtũ, quod erat imminens capiti eorũ, quaſi aſpectus lapidis ſaphiri ſimilitudo throni: & ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectũ ignis intrinſecus eius per circuitum à lumbis eius, & deſuper & à lumbis eius vſque deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu, velut aſpectus arcus, cùm fuerit in nube in die pluuiæ. Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum.

Et ſimilitudo. Hoc eſt ſuper capita animalium erat quædam ſimilitudo cœli ſtellati, cuius color erat veluti aſpectus cryſtalli admirabilis, & eximij ſplendoris. Firmamentum eſt cœlum octauũ micantibus aſtris diſtinctum, ſub quo ſunt ſeptem orbes cœleſtes ſeptem aſtra errantia continentes. Cryſtallus eſt gemma candida, tranſparens, & perlucida ex qua confecta, & vehementi gelu cõtracta. Per cryſtallũ voluit Deus ſignificare omnia in cœlo eſſe pura & ſplendida, atque eſſe cognitionem Dei perſpicacem, cui nihil eſt occultum, nihil abſconditum. Per hanc firmamenti ſimilitudinem ſignificat gratiæ plenitudinem in Chriſto, de *Ioan. 1.* cuius plenitudine, vt ait diuus Ioãnes, nos omnes accepimus. Cæterùm in literis diuinis nomine firmamenti non ſolùm octauum cœlum, ſed cœlum, omnes octo globos cœleſtes cõprehendens ſignificatur. Cùm enim in Geneſi ſcriptum legimus: *Gene. 1.* Fecitque Deus firmamentum, &c. per firmamentum, totum corpus cœleſte multis orbibus conſtans intelligitur. Quod cœlum vt ait Theodoretus, quia ex fluxa aquarum natura cõſtitit, & quæ priùs liquabilis eſſet natura, effecta eſt ſolidiſſima, eam ob cauſam appellatum eſt firmamentum. De eo ait diuinus vates: Cœli enarrant gloriam *Pſal. 18.* Dei, & opera manuum eius annũciat firmamentum.

Pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. Directæ erant eorum alæ, ſibique mutuò cohęrebant, & altera alteri correſpondebat. Pennas rectas habebimus, ſi mutuã inter nos habuerimus charitatem. Pennæ noſtræ, inquit diuus Gregorius, iam rectæ non ſunt, ſi ad vtilitatem noſtram ſolummodò reflectuntur: ſed tunc rectæ ſunt, cùm ad vtilitatem proximi referimus, quòd habemus. Duæ alæ, quibus ſumus volaturi, ſunt intellectus & affectus. Quemadmodum auis non vna duntaxat ala volat, ſed duabus, ſic non nobis ſat eſt bene intelligere, ſed opus eſt diuino amore inflammari. Seraphim etiam, quos vidit Eſaias, duabus alis volabant. Sed quærendum videtur, quomodo horũ animaliũ alæ extẽtæ ſint, & erectæ, cùm dicat ſtatim Ezechiel vnumquodque eorum corpus ſuum alis ſuis velaſſe? Huic obiectioni facillimè reſpõdebis dicens: vnumquodque animal quatuor alas habere, quarum duabus corpus tegit, cùm alias duas erectas ſurſum habeat ad rectitudinem & charitatem oſtendendam. Sed cur ſe occultant hæc animalia. Nimirum vt nos doceant, vt in alios beneficia conferentes, & in virtutum actiones incumbentes, inanem gloriam vitemus. *Simili-tudo* *Eſai. 6.*

Audiebam ſonum alarum. Nimirum quando volatu mouebantur. Tegebant ſe, ſed virtutes ſonabant. Contemne gloriam, ait Chryſoſtomus, & eris glorioſus. Ideo Ezechias theſauros amiſit, quia eos Babyloniis oſtendit. Si virtutes oſtentaueris, eas abſque dubio perdes, ſi populi oſtentationem quæſieris, recepiſti mercedem tuam. Poteris per hunc ſonum ſublimem euangelicã intelligere prædicationem, ſuauem ob bona promiſſa, terribilem ob comminationes. *Eſa. 39.* *4. Reg. 20.*

Quaſi ſonum ſublimi Dei. Id eſt quaſi ſonum magnum, nam Hebraiſmus, quæ magna ſunt, Dei ſolet appellare, vt alibi oſtendimus. Vel erat ſonus, qualis Deo conueniebat, iuxta illud pſalmographi: Vox domini in virtute vox domini in magnificentia. Per ſublimem Deum intelligit Chriſtum, *Pſal. 28.* vt ſit ſenſus: Virtutes & miracula magnum ſonum emittebant, erant enim Chriſti per hoc animal ſignificati. Vel ſic: Voces Chriſti per Apoſtolos prolatæ magnopere ſonabãt. Fuerat enim Dauidi prædictum: in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Pſal. 18.*

Cúmque ſtarent, demittebantur pennæ eorum. Alæ, quæ ſurſum erant erectæ ad volãdum demittebantur, quando à volatu ceſſabant. Aliquando enim Chriſtus intermittebat conciones, & miracula, & opera viſibilia. Chriſtus eſt verus Deus, oportebat *Exo. 28.* enim, vt pontifex ille cœleſtis, qui nos erat expiaturus, Deus eſſet: in cuius figuram pontifex veteris legis laminam ferebat in fronte, in qua erat ſcriptum Dei nomen. Sed quoniam Deus quatenus Deus mori non poterat, aſſumpſit humanam naturam, vt quatenus homo moreretur, & quatenus Deus crimina noſtra deleret, & pro nobis ſatisfaceret. Et licet eius corpus carneum eſſet, & humanum, tamen quia erat diuinitati vnitum, effectus habebat diuinitatis. Magnes rapit ad ſe ferrum, deinde ferro illi à ſe rapto ita vim ſuam impertit, vt illud attrahat ad ſe alterum ferrum, & ſuſpenſum teneat: atque vt prius ferrum lapidi, ſic alterum illi priori cohæret. Quod diuus Auguſtinus libro in viceſimo primo de Ciuitate Dei aſſerit

pro

propriis oculis vidiſſe. Vt igitur ferrum magneti vnitum habet magnetis effectum, ita Chriſti corpus à diuinitate aſſumptum, habebat
Similitudo effectus diuinitatis. Vnde ægrotatione laborantibus diuinitus medebatur, & mortuos ad vitam
Ioã. 20. reuocabat. Tangens incredulus Thomas Chriſti latus fuit fide repletus, exclamans ſtatim: Dominus meus, & Deus meus. Ioannes Damaſcenus vtitur hac
Similitudo ſimilitudine. Vt ferrum ignitum calefacit, & vrit vt ignis, ſic Chriſti humanitas à verbo aſſumpta habebat diuinitatis effectus, & miracula ingentia paſſim edebat, quibus diuinam ſuam potentiam declarabat. Et tunc alas erectas habere dicebatur, cùm verò ceſſabat à miraculis, alas demittebat.

Cùm fieret vox ſuper firmamentum. Cum Deus pater ſedens in throno loqueretur, intermittebãt animalia ſonitum alarum, vt audiretur Dei vox. Vel ſic. Cùm Deus pater vellet, vt animalia ſonarent, ſonabant, cùm autem vellet vt tacerent, tacebant. Ad eius nutum ſtabãt & volabant animalia. Vox patris erat vox filij, vnaque erat vtriuſque voluntas, vna ſubſtantia, vna diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas. Ideo aiebat Chriſtus. Sermonem, quem audiſtis, non eſt meus, ſed eius, qui
Ioã. 14. miſit me, patris. Erat quidem filij, ſed ita, vt eſſet patris, quaſi diceret: Sermo meus non ex authoritate humana, ſed diuina vim habet. Eodem
Ioan. 7. modo alibi dicebat: Doctrina mea non eſt mea. Hoc
Ioan. 5. eſt à meipſo non loquor, aut ex proprio corde, ſed ex voluntate patris. Et alibi: Non quæro
Ioan. 6. voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me. Et rurſum: Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Quibus verbis Chriſtus naturam ſuam diuinam non oſtendit imbecillem, ipſe enim eſt, per quem omnia facta ſunt, ſed diuinam ſuam voluntatem eſſe cum patris voluntate vnam & eãdem,
Ioan. 1. Nam, vt verbis vtar Cyrilli in quintum caput Ioannis, quoniam ex patria ſubſtantia filius eſt, ac omnes genitoris perfectiones naturaliter poſſi
Ioan. 5. dens, vnà cùm ipſo identitate naturæ continetur. Ideo ſuorum operũ virtutem irreprehenſibiliter ac verè patri attribuit, non quia ipſe minus
Thrẽ. 4. poſſit hoc faciens, ſed quia vni deitatis actioni vniuerſa ſunt accommodanda. Diuus Auguſtinus verba illa explanans: Non quæro voluntatem meam, ſed eius qui miſit me, ita ait: Sanctiſſimæ Trinitatis vna eſt voluntas, vna poteſtas, vna maieſtas. Ideo amen ait filius; Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me, quia Chriſtus non eſt de ſe, ſed de patre ſuo eſt, æqualis eſt patri, ſed tamen hic de illo, non ille de iſto. Quod autem habuit. vt homo appareret, de creatura aſſumpſit, quam ipſi formauit,

Quaſi aſpectus ſaphiri ſimilitudo throni. Id eſt, erat ſolij ſimilitudo inſtar lapidis ſaphiri. Eſt autem ſaphirus ſplendida gemma, de qua agit Plinius libro trigeſimo ſeptimo, capite nono. Diuus Hieronymus explicans locum illum Threnorum Saphiro pulchriores, ait eſſe ſaphirum aerij
Pſal. 88. coloris, cuius ſententiam hîc ſequitur diuus Gregorius. Vult Deus ſignificare, ſui throni puritatem, pulchritudinem & ſplendorem. De hoc throno dictum eſt in Pſalmo: Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo. Soli comparatur, vt eius perpetuitas & claritas ſignificetur. De illo
ait in epiſtola ad Hebræos Apoſtolus. Adeamus Hebr. 4.
cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Similitudo quaſi aſpectus hominis. Erat ſuper thronum ſimilitudo Dei inſtar hominis, Cùm homo factus ſit ad Dei imaginem & ſimilitudinem,
æquum erat, vt appareret eius ſimilitudo quaſi aſ- Gene. 1.
pectus hominis. Non ſolùm ſecundum animam eſt hæc imago & ſimilitudo, ſed etiam in corpore habet homo quandam proprietatem hoc ipſum indicãtem, eſt enim erecta ſtatura in cœlum aſpiciens. Cùm cæteros animantes natura abieciſſet ad paſtum, ſolũm hominem erexit, & ad cœlum tanquam ad propriæ patriæ conſpectum excitauit. Nec terra pulchra & admirabili plantarum, & fluuiorum varietate ornata, ima ſede ſemper hæres, in quam feruntur omnia nutu ſuo pondera, nec Luna, quæ in infimo cœlo radiis ſolis incenſa conuertitur, nec ſol quartum obtinens globum æthereum, princeps & moderator luminum reliquorum, nec cætera aſtra micantia radiis, nec orbes ipſi cœleſtes admirabili conuerſione & celeritate concitati, ſed ſolus homo tanquam creatura illis nobilior fuit ad Dei imaginem & ſimilitudinem procreatus. Etſi enim Dei imago ſit etiam in angelis ſecundum id, in quo primo conſideratur ratio imaginis, quod eſt intellectualis natura, non tamẽ in eo eſt quo ad id, in quo altero modo cõſideratur: nã nõ eſt angelus de angelo, vt Deus de Deo: id quod cõuenit homini. Præterea hominis anima eſt tota in toto eius corpore, & tota in qualibet eius parte, quemadmodum Deus ſe habet ad mundum: id quod ſpiritibus cœleſtibus, & ab omni concretione mortali ſegregatis conuenire non poteſt. Cùm igitur Deus hominem excelſum creauiſſet, eiſque vim memoriæ, intellectus, & voluntatis impertiiſſet, illumque in hoc medio mundi globo tanquam dominum collocaſſet, voluit in eius ſimilitudine apparere. Sunt etiam, qui dicant Deũ ſumpſiſſe hominis figuram, quando hominem
creauit, idque voluiſſe ſignificare ſcripturam, Gene. 1.
cùm ait fuiſſe hominem ad Dei imaginem & ſimilitudinem creatum. Diuus Athanaſius in quæſtionibus veteris teſtamenti ait in hunc modum: Præuidens Deus vnigeniti ſui incarnationem, & humanæ naturæ aſſumptionem, cùm ſic illum, qui verus erat Deus, fore verum hominem præcognoſceret, atque vnam eándemque ſibi adorationem offerendam intelligeret, ipſi vnigenito filio dixit: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Non cum angelis, nec cum aliis creaturis, ſed cum filio ſuo ſermonem hunc arbitror contuliſſe. Hanc ſententiam iiſdem ferè verbis ſequitur Theodoretus. Hic Deus, quem hic vidit Ezechiel ſedentem in throno, eſt cœleſtis pater: hoc diuinum animal eſt filius, æqualis patri ſecundùm diuinitatem, minor patre ſecundùm humanitatem. Spiritus ille, de quo ait diuinus noſter vates: Quocunque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu & rotæ pariter eleuabãtur, eſt Spiritus ſanctus à patre filióque procedens. Aſpicis igitur tres perſonas ſanctiſſimæ Trinitatis coæternas ſibi & coæquales fuiſſe ab Eze-

chiele

chiele mẽtis oculis perſpectas,& intellexiſſe, non tres deos eſſe, ſed vnum, ait enim in principio ſe Dei viſiones vidiſſe,& in principio ſecũdi capitis, Hæc,inquit,viſio ſimilitudinis gloriæ domini.vbi pro domino eſt in Hebraico Iehouah nomen tetragrammaton, quod ſoli Deo conuenire perſpicuum eſt. Quibus in locis vnom Deum nominat, & tres eſſe perſonas aſſerat, vt diuinæ eſſentiæ vnitatẽ,& perſonarum diſtinctionẽ,& ſanctiſſimę denique Trinitatis myſterium ſignificet. Quę omnia in libris veteris legis,& apud diuinos vates multis in locis continentur. Sed ideo Deus legem dedit Exo.25. in caligine,vt eſt in libro Exodi literis mandatum, quia in ea obſcurè diuina myſteria continebantur: quæ etſi non omnibus erant explicitè nota,illis tamen perſpecta erant,qui Deo adhærentes,eiúſque arcana contemplantes, ſe totus diuinæ voluntati committebant, quibus denique Deus ea reuelare volebat. Sed Iudæi ideo Trinitatis myſterium in libris ſuis contentum, diuiniſque monimentis teſtatum non credunt, quia ſunt & malitia & perfidia obſtinati. Eam ob cauſam in ſancto euangelio Matt.3. & 12. 23. Luc. 3. progenies & genimina viperarum appellantur. Nam vt viperæ matris ſuæ ventrem lacerant, & exedont, vt egrediantur, ſic Iudæi matrem ſuam antiquam legem lacerant, & prophetarum,ac doctorum ſuorum intellectum & verba tanquã ventrem & viſcera corrumpunt,vt à fide egrediantur, Similitudo & in perfidia confirmentur. Imò ipſos prophetas ſapientia & charitate præſtantes, diuina oracula proferẽtes ad exeidium crudeliſſimum vocarunt.

Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum. Totam hanc orationem ita vertes: Et vidi veluti figuram electri, in medio cuius figuræ videbatur ſplendor tanquam ignis ipſam in orbem ambientis. Per electrum diximus ſuprà Dei bonitatem ſignificari, per ignem autem eius amorem. Voluit Deus ſignificare diuino vati, ſe charitate incenſum miſſurũ eſſe in mundum filium ſuum,vt aſperrimam diaboli tyrannidẽ euerteret, quò iuſti viri, cùm ex corporum vinculis euolaſſent,non iam in latebras inferorum deſcenderent,ſed gaudio perfuſi, in ſedem illã cœleſtem, & ſplendiſſimam domum peruolarent. Quid fuit hoc,niſi diuini ignis, ſummæque charitatis & bonitatis effectus? Sic Deus dilexit mundum, vt verIoan. 3. bis vtar diui Ioannis, vt filium ſuom vnigenitum daret,vt omnis,qui credit in eum,non pereat, ſed habeat vitam æternam. Vides non ex operibus & meritis noſtris,ſed ex Dei voluntate proueniſſe,vt ipſe Dei filius humanitatem aſſumpſiſſet,quo mortalitate noſtra indutos,ſuam nobis impertiret im1. Ioan. 4. mortalitatem. In hoc,inquit diuus Ioannes, apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas, nos quaſi non dilexerimus Deum ſed quoniã ipſe prior dilexit nos. Tit.3. Et diuus Paulus in epiſtola ad Titum : Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos,ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. HaSimilitudo bens vir quidam ampullam ſeu phialam plenam aqua odorifera & pretioſa, ſingulis amicis ſuis petentibus impertit ex illa parum quippiam,ſed volens magna vti liberalitate, ſingularemq́; amorem ſuum erga aliquem oſtendere, totum ipſum vas infundit,totámq́; illi aquam tribuit.Sic Deus contulit in Abrahamum aliósque amicos ſuos beneficia ex cœlo, at nobis dedit filium ſuum, infudit cœlom ipſum, & omnia bona nobis donauit:&,vt ait regius pſaltes : inclinauit cœlos, & deſcendit. Pſal.17. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos: Qui pro Rom.8. nobis omnibus tradidit filiom ſuum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Filius Dei inquit Chryſoſtomus, factus eſt filius hominis,vt filios hominis faceret filios Dei. Elegit autem paupertatem,vt nos ad diuinas opes quærendas & conſequendas excitaret. Scitis,ait diuus Pau 2. Cor. 8. lus,gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti, qui propter vos egenus factus eſt,cùm eſſet diues, vt vos illius inopia diuites eſſetis. Tanta fuit eius inopia,vt eũ natum virgo mater in præſepio reclinaret, vt ait diuus Lucas, quia non erat ei locus in diuerſorio. Luc.2. Non erant illic peripetaſmata picturata, & verſicolori textura ſpectabilia, nõ pretioſa tapetia, non aulæa nobilia, quibus in ſplendido apparatu magnatum parietes obtenduntor, quia non erat in præſepio,qui hæc aſpiceret: nam oculi immaculatæ virginis Mariæ,& Ioſeph iuſti erant in puerum Ieſum coniecti:non erat illic, qui aliud præter Ieſum vellet intueri. Cũ princeps aliquis vrbẽ quandam primò ingreditur, ſi eſt veſtibus admirabilibus ex ſericu & auro confectis inductus, non ad ſe,ſed ad pretioſa indumenta : quibus admirabilitatem facit,oculos hominum rapit. Volens autem Dei filius, vt ad eum oculos conuerteremus, non ad veſtes,nec ad mundi opes, & magnificos apparatus,nudus ingreſſus eſt in mundum, naſcens in loco humili & abiecto, poſitus inter paleas præſepij,vbi infantulus frigore tabeſcens vagiebat, quì erat cœli & terræ cõditor & moderator. Quid fuit hoc niſi magna vis amoris,& diuinæ bonitatis admirabilis effectus?O charitatem immenſam, ô ſingularem Dei noſtri miſericordiam,ô ſummam ineffabilis pietatis abundantiam! Id volens Ezechiel ſignificare,ait ſe in Dei throno electri ſpeciẽ vidiſſe,& in medio eius ignis ſplendorem.

Et à lumbis eius vſque deorſum vidi quaſi ſpeciẽ ignis. Senſus eſt, vidi Deum quaſi in hominis ſimilitudine, & ab aſpectu lumborum ſurſum tendentem vidi ſpeciem electri.& ſpeciem ignis,qui ignis erat intrinſecus in medio electri, quam ob cauſam nullum foras emittebat ſplendorem:totus ſplẽdor erat intus.Hoc erat in parte ſuperiore à lumbis vſque ad ſummum. At in parte inferiore nimirum à lumbis vſque deorſum ſplendebat ignis foris, & micabat in orbem. Vult ſignificare Dei bonitatem,ſapientiam,& charitatem,vt in ipſo ſunt, eſſe res nobis inuiſibiles,& incomprehẽſibiles, ſed per ſuos effectus eſſe nobis vtcunque cognitas & exploratas. Quanquam enim animi noſtri, quandiu in corporibus verſantur, longè abſunt à clara diuini numinis cognitione, quòd eorum acies ſit caligine quadam circumfuſa,Deus autem ſit infinitus & immenſus, poſſunt tamen & ex creatarum rerum conſideratione ad ipſius creatoris cognitionem deuenire : conſiderantes enim elementorum proprietates, & qualitates, mirabili quadam diſcordia inter ſe conſentientium, globos æthereos diuinarum manuum monimenta, candorem Solis & Lunæ,aſtra vaga, & fixa, cæteráſque creaturas in ſuo genere mirabiles, hominum vtilitatibus

ſeruientes, eum, qui eas produxit, animo intue-
mur,& incredibili quadam voluptate admiramur.
Creaturæ qnatenus crearuræ, omnes ſunt bonæ,à
Dco enim uibil malum: nihilominus tamen mala
mulra tes creatas ſæpenumero ſeqnnntur, inſtar
Simile rubiginis ęra ſequentis. Sed quemadmodum ferra
mentorum opifex non induxir tubiginem, nec vi-
tuperatur, quòd eius opera contrahant ex bnmore
nimio ferruginem, ſic Dens opifex cœleſtis non
inducit peccatum, nec poteſt reprehendi, ſi eins
ereaturæ ſe maeulent, ſceletúmqne rubigine con-
Gene.1. tamincut: ipſe enim eas bonas conſtituit. Vidit
Deus cuncta, quæ fecerat, inquit dinina ſetiptura,
& eranr valde bona. Libto quattodecimo de Ciui
tare Dei ait ita diuus Auguſtinus: Bona ſine malis
eſſe poſſunt, mala anrem ſine bonis eſſe non poſ-
ſunr: quia naturę, in quibus ſunt mala, in quantùm
naturæ ſunr, vtique bonæ ſunt. Snnt enim à Deo,
ad cuius cognitionem nos ducunt. Id intelligens
Pſal.91. dininus pſaltes concinebat: Quàm magnificara
ſunt opera tua domine, nimis profundæ factæ ſunt
cogitationes tuæ. Vir inſipiens non eognoſcit, &
ſtulrus non intelligir bæc. Et quamnis Deus per
ſnos effectns nobis bonitatem, & charitarem, & ſa
pientiam ſuam oſteudat, nulla tamen in te magis
hoc elucet, quàm in generis bumani redemptio-
ne, quando omninm rerum dominus & effector
Philip. 2. Deus noſtræ ſalutis cauſa formam ſerui ſuſcepit,
& poſt ſummos labores & acerbiſſimos crucia-
tus ſe pro nobis in ara crucis hoſtiam conſtituit,
vitámqne profudit, vt denicta morte conſeqnere-
mur vitam, pareréique nobis aditus ad concilium
angelorum, & ad ſedes mentium beatarum ſem-
piternas. Cùm igitur Deus per effectus ſuos, &
maximè per ſuum in mundum aduentum admi-
rabilem, & mortem acerbiſſimam nobis chatira-
tem ſuam erga nos aliaque inuiſibilia oſtenderer,
quæ licet immenſa ſint, & incomprebenſibilia,
nobis tamen ex effectibns apparent, voluit ſe
oſtendere diuino noſtro vati in parte ſupetiore
plenum igne non apparenre foris, & in parte infe-
riore ex ſuis admirabilibus operibus apparente.
Qua de re ea poreris videre, quæ copioſè ſuprà an-
notauimus, verba illa explanantes: Et de medio
eins quaſi ſpecies electri.

Velut aſpectum arcus, cùm fuerit in nube. Hic arcus
eſt iris, quæ apparer in aëre tempore plnuiæ, cùm
ſolis radius cauæ nubi immiſſus, repulſa acie in ſo-
lem refringitur: & propter inæqualitatem nubis
exprimit eximiam illam areus varietatem. Hic ar-
cus cœleſtis eſt ſignum miſericordiæ, nam finito
Gene.9. diluuio dixir Deus Noë. Arcum meum ponam in
nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter
terram. Itaqne iris in circuitn throni, in quo erat
pater, qui erar miſſurus filium, ſignificar diuinam
miſericotdiam. Non enim erar venturus Dei filius
in mundum, vr rigorem iuſtitiæ exerceret, ſed vt
benignitate & clementia vteretur. Ideo air diuus
Ioan. 3. Ioannes: Non miſit Deus filium ſuum in mun-
dum, vr iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus
per ipſum. Erat autem bie arcus ſplendidns in cir-
cuitu ad oſtendendum eſſe diuinam miſericor-
diam per vniuerſum orbem terrarum nuntian-
dam. Id quod ira effectum fuiſſe apertiſſimè co-
gnoſcimus. Chriſti namque diſcipuli, & alij viri
Apoſtolici eius ſanctiſſimũ nomen ſummamque
erga nos chariratem per cũctas nationes fama cele
brarunt, omnes gentiũ oras peragrantes, & Chri-
ſtianam religionem veritatis pleniſſimam docen-
tes. Hunc arcum vidit eriam diuus Ioãnes, vt ipſe
in Apocalypſi teſtatur, vbi poſtquam dixit vidiſſe Apoc.4.
Deum in throno ſedenrem, ſubdidit: Et iris erat in
circuitn ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ. Sma-
ragdus eſt inſignis gemma eximiæ viriditatis. Eam
ob cauſam eſt iris ſimilis ſmaragdo, quia diuina
miſericordia vetuſtatẽ noſtrã in nouitatem & pul-
chritudinem æternæ viriditatis reformabit. Et
quemadmodum iris eſt diuerſorum colorum va-
rietate ornata, ſic diuinæ miſericordiæ multa ſunt
dona, & varia munera. Hunc arcũ vidit eriã diuus
Ioannes in Chriſti capite nube bumanitatis ami
cti, vt eum propitiatorem eſſe oſtenderet. Propo- Apo. 10.
ſuit eum Deus, ait Paulus Apoſtolus, propitiato- Rom. 3.
rem per fidem in ſanguine ipſius. Et diuns Ioan- 1. Ioã.2.
nes in ſua prima epiſtola: Ipſe eſt propitiatio pro
peccatis noſtris. Et quoniam Deus viros virtute
præditos, & pietate cõſpicuos permittit aliquando
in ærũnas incidere, eóſq; magnis calamitatũ angu-
ſtiis exercet, & per varios caſus plerunq; ad vitã
ducit beatã & immortalem, monet eos, ne in mole
ſtiis & tẽpeſtatibus cadant animo, ſed in diuina mi
ſericordia totam ſpem collocẽt & cõſtituant, ſint-
que perpetua in recta viuendi ratione conſtantia
muniti: ipſe enim Deus eos non derelinquet, quin
potiùs in medio nubis, in medio afflictionis arcum
ſuæ propitiationis oſtendet, & calamitatibus op-
preſſos ſua miſericordia ſubleuabit. Per nubẽ ſigni
ficatur afflictio: eam ob cauſam appellat Ezechiel Inf. 30.
tempus calamitatis diem nubis, & Ioel, Propè eſt, Ioel.2.
inquit, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis &
turbinis. Et quemadmodum iris apparet in nube,
ſic diuina miſericordia in calamitate. Eis Deus in
maioribus procellis, impendentibus periculis ſuc
currit, qui ad eum vera cum fiducia confugiunt, ab
eo certiſſimam opem expectantes. Id volens ſigni-
ficare diuinus noſter vates ait vidiſſe iuxta Deum
aſpectum arcus, quemadmodum eſt in nube in die
pluuiæ.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. I.

Facta eſt ſuper eum ibi manus domini. Pro manu do-
mini eſt in Hebræo יד יהוה iadh iehonah: pro
quo ſeptuaginta verterunt: *χεὶς κυρίου* hoc eſt ma-
nus domini: quos ſecutus eſt noſter interpres: &
rectè quidem, nam dictio iadh, Apud Hebræos ma
num ſignificat, quemadmodum chir apud Gręcos.
Capite 11. Numerorum, vbi communis verſio ba- Num.
bet: Numquid manus domini inualida eſt? Pro ma 11.
nu, eſt dictio bæc iadh. Similiter capite 29. primi 1. Para.
Paralipomenon: Cuncti filij regis Dauidis dede- 29.
runt manum, & ſubiecti fuerunt Salomoni regi.
Vbi dare manum, idem eſt, quod obedientiam pro
mittere. Significat etiam hic Hebraiſmus pactũ ac
fœdus confirmare, vt quarto Regum 10. Da mihi 4. Reg.
manum tuam: qui dedit ei manum ſuam. Hoc eo- 10.
dem tropo vtitur diuus Paulus in epiſtola ad Ga- Gala.2.
latas, dicens: Qui videbantur columnæ eſſe, dex-
tras dederunt mihi & Barnabę ſocietatis, &c. Nec
apud Hebręos ſolùm, ſed etiam apud Latinos mos
fuit manus mutuò dare in ſignum fœderis ſeruãdi,

vt qui

vt qui mutuo ſeſe amore amplecterentur, dextras inuicẽ iungerẽt:eſſetq; manuũ coniunctio animorum coniunctionis apertiſſimũ ſignũ. Vnde Marcus Tullius in ſecunda Philippica dextram appellat teſtem fidei ſeu fœderis. Hanc excellentem conſuetudinem intuemur in eccleſia catholica obſeruari, vt quos animorum puritas, & caſta dilectio, & ſpontaneus conſenſus perpetuo matrimonij vinculo coniungere decernunt, hi dextras inuicẽ dent coram ſacerdote, perpetuam ſtabilis matrimonij ſocietatẽ & dignitatem corroborantes. Præterea dare manus apud Hebræos ſignificat aliquãdo auxilium poſtulare, in quam ſignificationem accipi-
Thre. 5. tur à Ieremia aiente in quinta lamẽtatione: AEgypto dedimus manum. Acſi dicat: Ereximus manũ noſtram AEgyptiis, vt nos iacentes & debilitatos ſubleuarent, atq; occidentibus opem ferrent. Cùm autem dare alicui manũ ſit ab eo opem implorare, extendere deorſum ad aliquem manum, erit illi opitulari, & labenti ac inclinato præſidium ferre. Manus etiam apud Hebræos ſignificat conſilium,
2. Reg. 14. quam ob cauſam locus ille ſecundi Regum: Nunquid manus Ioab tecum eſt? poterat verti: Numquid conſilio Ioab agis hæc omnia? Vel: Nonne te Ioab in omnibus his conſilio inſtruxit? Significat
Num. 33. præterea poteſtatem & præceptum, vt Num. 33. Egreſſi ſunt de AEgypto per turmas ſuas in manu Moyſi & Aaron, hoc eſt ſub Moyſi & Aaronis poteſtate, illis obtẽperantes: vel eorum iuſſu & præcepto. Tandem ſignificat vaticinationem: ex quo effectum eſt, vt factam eſſe ſuper aliquem manum Dei, ſignificet eum eſſe dono prophetiæ erectum & roboratum. Hoc intelligẽs Ionathas Chaldæus vertit hunc Ezechielis locum: Manſit ſuper eum ſpiritus prophetiæ. Et Pagninus: Erat ſuper eum ibi prophetia domini. Sunt qui aſſerant eam ob cauſam accipi manum pro vaticinatione, quia manus ſignificat poteſtatem, vaticinatio autem funditur à Deo cum fortitudine & potentia. Eo-
Infr. 3. 8. 37. dem idiomate vtitur etiam Ezechiel capit. 3. & 8. & 37.

Et de medio eius quaſi ſpecies electri. Pro electro eſt in Hebraico חשמל hachaamal: pro quo ſeptuaginta verterunt, ἤλεκτρον quæ dictio abſque dubio ſuccinum ſignificat. Priſci exiſtimarunt electrum ſiue ſuccinum ſuccũ eſſe ex arboribus profluentem, naſcique in inſulis Exoticis, vt Plinius refert. At exploratum eſt memoria noſtra, nihil aliud eſſe quàm quoddam bituminis genus ex ſaxis dimanans, primò liquidum, poſteà verò ob maris frigiditatem in duritiem conuerſum: ex quo fiunt globuli, quibus ſolemus preculas numerare. Eſt aureo colore decoratum, & nonnullis ægritudinibus vtile remedium. Naſcitur in inſula maris Germanici non procul à littore Prutenico: ex cuius inſulæ ſcopulis in maris aquas delabitur, ex quibus à quærentibus colligitur. Eſt etiam quoddam metalli genus electrum appellatum, quod ex auri & argenti commiſtione conficitur. Pagninus in Theſauro linguæ ſanctę ait dictionẽ hanc chaxmal eſſe nomen angeli, vel coloris ſimilis igni: at hîc in textu vertit: Color electri, ſequens & ſeptuaginta, & vulgarem editionem. Paraphraſtes Chaldaicus reliquit idem vocabulum chaxmal, fortaſſe, quia propriam eius ſignificationem animo percipere non potuit.

Et facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. Dictio, deſuper, nec eſt in Hebraico codice, nec in Græco apud ſeptuaginta. In editione vulgata inuenitur, ſed in multis codicibus notata obelo, quaſi vacans, aut addita aliunde. Poteſt accipi pro vltimo loco, vt ſit ſenſus: Primo loco erat facies hominis, ſecundo leonis, tertio bouis, vltimo autem aquilæ. Vel ob eam cauſam ponitur hîc particula, deſuper, coniuncta aquilæ, quia cùm tres primæ facies denotent humanitatem, regnum, & ſacerdotium, facies verò aquilæ diuinitatem, illi tantùm conuenit dictio hæc, quoniam diuinitas in infinitum ſuperat humanitatem. Secundùm humanitatem ait *Ioã. 14.*
Chriſtus: Pater maior me eſt: ſecundùm diuinitatem: Ego & pater vnum ſumus. In verbo, ſumus, *Ioan. 8.*
ſignificauit perſonarũ diſtinctionem, in verbo, vnum, ſubſtantiæ vnitatem. Qui hoc referunt ad diuum Ioannem euangeliſtam, poſſunt dicere, dictionem hãc, deſuper, illi meritò conuenire, quoniam altiùs cæteris de Chriſti diuinitate locutus eſt: incipientem enim euangelium, & quæ viderat, mandare literis, vt eſſent perpetuis monimentis conſignata, eum diuinus ſpiritus procul à terra arripuit, & erexit, atque in altum ab omnium penè conſpectu abſtraxit. Ideo ait Ezechiel eum eſſe ſuper alia quatuor animalia conſtitutum. Sed oritur quęſtio, quî fieri poteſt, vt Ioannes ſit ſuper quatuor euangeliſtas, ſi ille eſt vnus ex ipſis quatuor? Si diceret ſcriptura eſſe aquilam ſuper tria animalia, nulla eſſet dubitatio: ſed cùm dicat eſſe ſuper quatuor, magnam ingerit difficultatem. At altè ſpectare ſi voles, & intellectus oculos ad veritatem erigere, videbis abſque dubio diuum Ioannem non ſolùm ſuper alios eſſe, ſed ſuper ſeipſum, non enim alios tantùm, ſed ſeipſum etiam ſuperauit: ea enim vidit, ea animo percepit, ea ſcripſit, quæ omnes humani ingenij terminos excedunt. Quam ob cauſam ſe ſuper ſeipſum altiùs erexit: & iuxta id, quod ait in Lamentis Ieremias, leuauit ſe ſuper ſe. Et ſi qua- *Thre. 3.*
tuor euangeliſtæ ſint quatuor elementa ſpiritualia mundum ſuſtentantia, diuus tamen Ioannes velut ignis ſurſum tendens altiorem obtinet locum. Hic eſt aquila cœleſtis obtinens inter omnes aues principatum, quæ nec ictu fulminis læditur, nec ſolis radium metuit, ſed eius fulgorem poteſt ſecura inconniuentibus oculis aſpicere. Hic eſt, qui ſuper pectus domini in cœna recubuit, cui reuelata *Ioan. 13.*
ſunt arcana cœleſtia, qui de ipſo ſacro dominici pectoris fonte euangelij fluenta potauit. Hic eſt, quem Chriſtus ſummè diligebat, de quo dicitur in euangelio: Vidit Petrus diſcipulum illum, quem *Ioan. 12.*
diligebat Ieſus. Explicans Chryſoſtomus locum illum euangelij: In finem dilexit eos: ita ait: Chri- *Ioan. 13.*
ſtus nihil reliquit eorum, quæ illum, qui valde amat, oportet facere. Acſi diceret: Proſecutus eſt Chriſtus diſcipulos ſuos ſumma charitate: acceſſit amor vſque ad finem, vſque ad terminos amoris, dilexit eos. At cùm plus Ioannem diligeret quàm cæteros, videtur concludi Chriſti amorem erga illum finem tranſiſſe, noſtrumque intellectum ſuperaſſe. Iure igitur per aquilam ſignificatur, quæ erat deſuper ipſorum quatuor, quoniam rapiebatur in cœlum, in corpore humano vitam imitans angelicam, & ambroſia cœleſti altiſſimarum viſionum animum ad æternitatem alens, in admirabilem ſplendorem myſteriorum cœleſtium aquili-

nos oculos, mentíſque aciem perpurgaram intendebat.

Et animalia ibant: & reuertebantur. Pro ibāt eſt in
Hebræo רצוא ratſo, à verbo רצה ratſah, quod
ſignificat ire, currere, velle, complacere, & perficere.
Pſal. 48 re. Vnde illud pſalmi: Si videbas furem, currebas
cum eo, poteſt verti: Si videbas latronem, volebas
eſſe cum illo, vel complacebat tibi, ſeu eo oblecta-
Pſa. 48. ſtabaris. Et illud. Hæc via illorum, ſcādalum ipſis,
& poſteà in ore ſuo complacebunt, poteſt ita tranſ
ferri. Hoc eſt illorum inſtitutum, obliuio eſt ipſis:
& poſteri eorum iuxta os ſuū, current. Acſi dicat:
Impij pecudibus inſipientibus comparantur. Hu-
iuſmodi eſt eorum modus viuendi, quia obliuiſcā-
tur ſui. Et non ſolùm illi obſunt, quòd corrum-
puntur, ſed quòd alios corrumpunt, non ſolùm
peccato nocent, ſed etiam exemplo, nam poſteri
eorum iuxta eorum ſermones current, viam flagi-
tiorum, qua eorum maiores cucurrerant, eligen-
tes. Vel ſic: Nam eorum filij & nepotes, ſcelera,
quæ parentes dictauerint, perficient. Illud etiam
Iob. 14. Iob: Donec optata veniat ſicut mercenarij dies e-
ius, ita poteſt Latinati reddi. Donec perficiāt ſicut
mercenarius diem ſuum. Sunt qui dicant dictio-
nem hanc ratſo, qua hîc vtitur Ezechiel, eſſe à ver-
bo ruts, quod ſignificat currere, & præuenire. Vn-
de illud pſalmi: AEthiopia præueniet manus eius
Pſal. 67. Deo, poterat verti in hunc modum: AEthio-
pes current ad expandēdas manus ſuas ad Deum.
Solent enim, qui preces fundunt, manus ad cœ-
lum erigere. Volebat ſignificare diuinus vates fo-
re, vt tempore Meſſiæ etiam AEthiopes agreſtes
& inculti currerent ad eccleſiam, Chriſtum ado-
raturi. Id quod euēniſſe apertiſſimè cognoſcimus.
Ita hunc locum explanat Ionathas Chaldæus. At
R. Dauid doctus inter Hebræos ita locum hunc
interpretatur: Congregatio AEthiopiæ currere fa-
ciet manus ſuas cū muneribus Deo offerēdis. Acſi
dicat: Tanta erit AEthiopum lætitia myſterium
humanæ redemptionis agnoſcentium, tam prom-
pta voluntate ſe Deo deuouebunt, vt ad illum non
ſolùm pedibus currāt, ſed manibus, quibus mune-
ra Deo oblaturi aſportabūt. Sed licèt nonnulli exi
ſtimēt, verbum hoc, quo hoc loco vtitur Ezechiel
eſſe ruts, doctiores tamē aſſerunt eſſe verbum rat-
ſah, vt anteà diximus. Et quoniam verbum hoc, vt
oſtendimus, perficere ſignificat, poteſt locus hic
Ezechielis ita conuerti: Et animalia perficiebant,
& reuertebantur. Acſi dicat: Ibant animalia con-
ſtanter, nec reuertebantur niſi impleto opere: cùm
autem munus ſuum perficerent, redibant ad fun-
ctionem aliam obeundam. Conſidera meam hanc
verſionem, & fortaſſe non tibi diſplicebit.

Et aſpectus rotarum, & opus earū, quaſi viſio maris.
Pro mari eſt in Hebraico תרשיש tharſis, pro quo
ſeptuaginta habent θαρσις tharſis. Sed tunc oritur
quæſtio, quid ſit tharſis. Pagninus in theſauro ait
eſſe lapidem pretioſum, cuius color declinat ad co-
Exo. 28. lorem hyacinthi. Capite 28. Exodi, vbi agitur de
quatuor ordinibus lapidum pretioſorum, quibus
erat ornandum rationale, in quarto ordine eſt hæc
eadem dictio, pro qua loco illo ſeptuaginta verte-
runt χρυσόλιθος & noſter interpres chryſolithus.
Eſt autem chryſolithus gēma aureo nitore tranſ
lucens, dicta à chryſos Græcè, quæ dictio aurum ſi-
gnificat, & lithos, lapis, quaſi lapis aureus. R. Dauid
in commentariis explicans hūc Ezechielis locum,
ait etiam dictionem tharſis gemmam quandam ſi-
gnificare. Aquila etiā capite decimo Danielis pro 10. Dan.
tharſi chryſolithum vertit, quem ibi ſecutus eſt 10.
noſter interpres. Significat præterea ciuitaté quan-
dam, ex qua afferebantur Salomoni dentes elephā-
torum, paui, aurum, argentum, & aliæ diuitiæ, vt
tertio Regum, & ſecundo paralipomenon literæ 3. Reg.
diuinæ conteſtantur. Hanc ciuitatem, vbi claſſis 10.
parabatur, ait Ioſephus eſſe Tharſum Ciliciæ me- 2. Para.
tropolim, quem nonnulli ſequuntur. Alij exiſti- 9.
mant eam eſſe, quæ hodie appellatur Suez, ſita in
littore maris Rubri, vbi claſſis Turſica etiam pre-
paratur. Ophir autem, vnde hæc deducebantur ad
illam ciuitatem, aiunt eſſe Sophalam, etiam ſi non
nulli Malacham eſſe contendant. Quæ duæ inſi-
gnes ac celebres ciuitates fuerunt à Luſitanis for-
titer expugnatæ, & hodie ab inuicto Luſitanorum
rege poſſidentur. Diuus Hieronymus in libro de
locis Hebraicis ait Carthaginem etiam appella-
tam fuiſſe Tharſim. Et capite. 23. Eſaiæ, vbi nos Eſai. 23.
habemus: Vlulate naues maris, pro mari eſt in He-
braico Tharſis, pro quo ſeptuaginta verterunt Car Sup. 38.
thaginem. Capite quoque. 38. Ezechielis, vbi com-
munis editio habet, Negociatores Tharſis, habent,
ſeptuaginta: mercatores Carthaginenſes. Sed &
Hieronymus & docti inter Hebræos exiſtimant di-
ctionem hanc Tharſis ſæpenumero ſignificare quē
admodum illic apud Eſaiam, & hîc apud Ezechie
lem, & multis aliis in locis. Et ita intelligunt non-
nulli id, quod ſcriptum legimus in pſalmo: In ſpi- Pſal. 47
ritu vehemente conteres naues Tharſis. Acſi di-
cat: impetu procellæ poteris tu omnia maris naui-
gia obruere, & diſſipare. Et capite ſecundo Eſaiæ, Eſai. 2.
vbi communis verſio habet: Et ſuper omnes na-
ues Tharſis, habent ſeptuaginta: Et ſuper omne na
uigium maris. Cùm igitur vocabulum hoc æqui-
uocum ſit, in eam ſignificationem ſumitur, quæ
propriùs literæ conuenire videtur. Ex quo effe-
ctum eſt, vt pro viſione Tharſis Ezechielis loco
latinus interpres viſionem maris interpretaretur.
Sed capite decimo, vbi hæc eadem viſio reperitur,
eſt, ita: Species autem rotarum erant quaſi viſio la- Inf. 10.
pidis chryſolithi, vbi pro chryſolitho eſt in He-
braico hæc eadem dictio Tharſis. Quamobrem re-
ctiſſimè poterat verti hic locus: Et aſpectus rota-
rum & opus earum quaſi viſio chryſolithi: Nihilo
minus tamen non eſt improbanda communis ver-
ſio, quæ pro chryſolitho habet mare, cùm eadem
dictio vtrumque ſignificet: & mare ſolis radiis re-
percuſſum colorem chryſolithi repræſentet. Vnde
ſi profundè intuearis, idem eſt colorē habere chry
ſolithi, & maris fulgentibus ſolis radiis percuſſi,
cùm illud reuerberatus fulgor ſplendidum quo-
dammodo reddit, quemadmodum hoc loco ac-
cipitur.

Et totum corpus oculis plenum. In Hebraico eſt:
וגבהם מלאות עינים ve gabbotham meleoth enaim.
Prima dictio eſt gab, quæ ſignificat excelſum, dor-
ſum, altitudinem, corpus. Quæ ferè omnia à pri-
ma ſignificatione deducuntur, Ideo poterat verti,
Et dorſa earum plena oculis. Et ita habent ſeptua-
ginta: καὶ οἱ νῶτοι. hoc eſt & dorſa ſiue terga. Per
rotas populum fidelium intelligimus, per eius dor
ſa, & partes excelſas, & eminentes, principes &
præſules, qui ſuper ſe pondera portare debent. Id
gens

4. Reg. 2. intelligẽs Eliſæus Eliam vocabat currum Iſraelis, & aurigam eius. Auriga eſt, qui ducit, & viam oſtẽdit, currus verò, qui ſupra ſe pondera ſuſcipit, illa efficiens, quæ aliis præcipit facienda. Debet Chriſtianus princeps & præſul aperire quid ſit de ſanctiſſimo numine ſentiendũ: quæ ſit vera ſanctimonia, quæ pura & pia religio, quid in vita ſequendum, quid fugiendum, iuxta eccleſiæ catholicæ documenta, ne ſubditi in errorum tenebris verſentur, ſed ad virtutem excitentur, & ad labores pro Chriſto ſubeundos moueantur. Hoc quidem eſt aurigæ officium, & præſulis Chriſtiani munus. Sed non ſat eſſe putandum eſt, quòd errantibus viam indicarit, & recta ſuaſerit, niſi ipſe portauerit pondera, quæ aliis portanda monuerit, & hoc quidem eſt, currum eſſe pondera ſuſtinentem. Inueniẽs præſulem, qui currus vocari poteſt, ſed nõ auriga, aliũ qui nomine aurigæ gaudet, ſed currus appellari non valet, alium, qui nec currus nec aurigæ nomẽ meretur, alium, qui vtroque dignus eſt. Hic eſt dorſum populi: oculis plenum, omnibus conſulens, omnia circunſpiciens, ſemper immortalitatis amore flagrans, cuius laudes dignæ ſunt: quæ celebrentur omnium penè gentium literis, & linguis, de quibus nulla vnquam ætas conticeſcat. Talis eſt, qui Dei ſcientiam habet, & iuxta illam opera-
Sap. 9. tur. Hoc intuens Salomon aiebat: Mitte domine ſapientiam de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret. Nõ ſat eſſe exiſtimabat alios excitare ad laborem, niſi ipſe etiã laboraret. Non ſolùm habebat in optatis, vt ſapiẽtia cum eo eſſet, ſed vt cũ eo laboraret. Hebræorum magnates in murorum inſtauratione vna manu faciebant opus, altera tenebant gladiũ,
Nehe. 4. vt in libro Nehemiæ ſcriptũ legimus. Gladius acutus, vt ait in epiſtola ad Epheſios diuus Paulus, eſt
Ephe. 6. verbum Dei. Hic eſt gladius, quem de ore Chriſti procedentem vidit in Apocalypſi diuus Ioannes.
Apoc. 1. & 19. Quid eſt principem altera manu tenere gladium, altera in opus incumbere, niſi debere eum, qui inter alios obtinet principatum, non ſolùm docere, ſed id, quod docet efficere? Hic eſt verè præſul, qui & verbo & opere omnibus cõſulit, qui omnia prouidet, tanquã ex aliqua ſpecula futura proſpiciẽs.
Inf. 3. Hunc appellat Deus per Ezechielem ſpeculatorem, qui cùm ſit in loco eminentiore conſtitutus, debet eſſe ſolicitudine affectus, & in illam curam & cogitationem ſemper incumbere, quæ illi ſummam afferat dignitatem. Hoc ſuo modo complectens animo Latinus poeta, voléſque AEneam ſuum laudibus efferre, ait illum ſemper ſecum habuiſſe Achatem comitem indiuulſum. Dicitur autem Achates à verbo Græco acheos, quod curam ſignificat, innuens debere principem in perpetua cura verſari, & dorſum eſſe, quod populi onera ſuſtineat. Si hæc cura & ſolicitudo ſeculi principibus conuenit, quantò magis paſtori eccleſiaſtico, qui debet animam ſuam ponere pro ouibus ſuis, illumque imitari qui ait: Ego ſum paſtor bonus,
Ioã. 10. qui pro ouium ſalute ſanguinem ſuum fundere non dubitauit?

Spiritus enim vitæ erat in rotis. In Hebræo pro ſpiritu vitæ eſt רוח החיה ruach hacha iah. Hoc eſt ſpiritus animalis, ſeu, vt vertit noſter interpres: Spiritus vitæ, chaiah enim viuere ſignificat: vnde dictio hæc, qua hîc vtitur Ezechiel, & animal ſignificat, & vitam. Pro animali eſt in pſal. 67. Animalia tua Pſal. 67.
habitabũt in ea. pro vita in pſal. 142. Humiliauit in Pſalm.
terra vitam meam. Sunt qui aſſerant hoc in loco 142.
Ezechielis accipi pro animali. Et tũc eſt ſenſus: Spiritus huius animalis, hoc eſt Chriſti, erat in fidelibus nomine rotarũ ſignificatis. Vnde colliges hoc animal vnum eſſe, per quod Chriſtum ſignificari ſuprà oſtendimus. Huic interpretationi fauet Pagninus vertens: Voluntas animalis erat in rotis. Non dicit animalium, ſed animalis, Chriſti myſteria repræſentantis. Beatus ille, qui propria voluntate auulſa, in corde ſuo Dei inſerit volũtatem, & ad tantam peruenit perfectionem vt non ſolũ ab omni ſcelere ſe abducat, ſed etiã animi cogitationẽ inuiolatam conſeruet, & ita Deum amplectatur, ita illi adhęreat, ita eius amore inflammetur, ita mentem ipſam cum eo connectat & cõiungat, vt ſit vnus ſpiritus cum eo, iuxta id, quod ait Apoſtolus:
Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt: nihilque aliud 1. Cor. 6.
velit, nihil aliud amet, quã quod deus vult, & quod amat. Hæc eſt Chriſtiana philoſophia, hęc eſt beatitudo, quæ poteſt in hac vita comparari, quã gentium philoſophi ignorauerunt. Etſi enim ſe ad inquirendæ veritatis ſtudium contulêre, & in quo vera felicitas conſiſtit intelligere concupiêre, tamen non id aſſecuti ſunt quoniã non diuino auxilio, ſed proprio ingenio freti arcana diuina ſe poſſe adipiſci exiſtimabant. Pythagoras cẽſebat eſſe veram beatitudinem in perfecta numerorum ſciẽtia conſtitutã, Anaxagoras in ſpeculatione vitæ, Herilus in ſciẽtia, Antiſthenes in alacritate, Hecathæus in ſufficientia, Timon in tranquillitate, Simonidês in ſanitate, & pulchritudine, & diuitiarũ abũdantia, Epicurus in voluptate, & alij aliis in rebus, quas magnas eſſe, & magnopere expetendas arbitrabãtur. At illa cõſiſtit in ſanctiſſimi numinis imitatione, in abnegatione propriæ voluntatis, & in vera charitate. Ille eam cõſequitur, qui Chriſti amore incenſus loco propriæ voluntatis diuinam voluntatem conſtituit. Hic eſt ſublimis illa rota, à Deo non diſcedẽs, Chriſti volũtate ducta, de qua ait Exechiel. Voluntas animalis erat in rotis.

Quaſi ſonum ſublimis Dei. Septuaginta habẽt. Quaſi vocem omnipotentis, cùm ambularent, ipſa vox verbi, &c. Vbi pro voce Dei vocem verbi verterunt, innuentes hoc verbum Deum eſſe. Triſmegiſtus vetuſtiſſimus author in quarto Pymandri ait vniuerſum mundum fuiſſe verbo conſtitutum. Et Plato in libro quem legibus ſuis additum Epimonidẽ inſcripſit, vbi Ficinus ait eius latere theſaurum, verbum appellat mundi opificem: legerat enim apud Moyſem dixiſſe Deum, & omnia facta
fuiſſe. Si dixit, ergo per verbũ. Adeo enim verſatus Gene. 1.
fuit Plato in lege vetere, vt dicat Numenius Pythagoricus eſſe Platonẽ alterum ferè Moyſem Atticè diſſerentem. Iuſtinus martyr & philoſophus aſſerit, omnia quæ Plato bene & ſapiẽter dixit fuiſſe à Dei lege deſumpta: Id quod Euſebius & Ambroſius conteſtantur. Eam ob cauſam non eſt mirum fuiſſe mundi conditorem à Platone verbum appellatum, quem hoc loco ſeptuaginta interpre-
tes verbum vocarunt. in libro ſapientiæ, in oratio- Sap. 9.
ne ſapientis ſunt hæc verba literis mandata: Qui feciſti omnia verbo tuo. Hoc verbum filius Dei
eſt, de quo ait pſalmographus: Verbo domini cœ- Pſal. 23.
li firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

rum. Vbi per cœlorum virtutẽ, eorum intelligitur ornatus, nimirum aſtrorũ ſplendor & pulchritudo, quibus cœli vndiq; diſtincti & ornati iucũdum mortalibus ſpectaculum præbent. Hoc eſt verbũ, de quo ait diuus Ioannes in ſuo euangelij princi-
Ioan. 1. pio. In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. In epiſtola Didymi Brachmanorum principis ad magnum Alexandrum, quam refert in prima parte hiſtoriali Antoninus, ſunt hæc verba literis mandata: Verbum Deus eſt: hoc mundum creauit, hoc regit, ac alit omnia, hoc diligimus, ex hoc ſpiritum trahimus.

Argumentum Cap. II.

Oſtendit diuinus vates vſum admirabilis viſionis, quam ſuperiori capiti mandauit. Mittitur à Deo ad Hebræos in Chaldea ob eorum perfidiam & pertinaciam detentos, vt eos reprehendat, illeruat, & ad virtutem cohortetur: ne velint Dei nomen maculare, ſed dent operam, vt ſint omnia eorum ſtudia ad illud magnifice illuſtrandum deſtinata. Præcipit ei Deus, ne impios timeat quanquam eum valtterent maledictis, in illumque irruãt & impetum faciant, ſed erecto & inuicto animo ſuo munere fungatur. Nihil eſt enim homini tutius, nihil ex omni parte munitius, nihil ad animæ ſecuritatem conſequendam & conſeruandam præſtantius, quam eſſe armis diuinis indutum cœleſtique præſidio ſeptum.

CAPVT II.

HAEC viſio ſimilitudinis gloriæ domini. Et vidi, & cecidi in faciem meam. Et audiui vocem loquentis, & dixit ad me, Fili hominis ſta ſupra pedes tuos, & loquar tecum. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſtquam locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos. Et audiui loquentem ad me, & dicentem. Fili hominis mitto ego te ad filios Iſrael, ad gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt à me, patres eorum præuaricati ſunt pactum meum vſque ad diem hanc.

EXPLANATIO.

Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ domini. Hæc verba ſunt in nonnullis codicibus in fine capitis ſuperioris, ſimiliter in verſione ſeptuaginta interpretum, & Pagnini, & nonnullorum aliorum. Eſtque eorum ſenſus: Huiuſmodi eſt viſio ſimilitudinis gloriæ Dei, quæ mihi apparuit, quemadmodum dictum eſt, & de illa hactenus. Pro domino eſt in Hebraico יהוה nomen Dei ineffabile, quòd ſoli Deo conuenire non ſolũm catholici doctores, ſed etiam Hebræorum Rabini teſtantur. Non ait Ezechiel vidiſſe Deum in ſua eſſentia, ſed eius gloriæ ſimilitudinem: nam Dei viſionem in ſua natura habere in corpore mortali nequaquam poſſumus:
Exo. 33. Stat enim firma Dei ſententia: Non videbit me homo, & viuet. Ac ſi dicat: Nemo in vita mortali me vnquam videbit. In patria Deum videbimus in ſua eſſentia, non autem in via: Videmus nunc ait Apoſtolus, per ſpeculum in ænigmate, tunc autem 1. Cor.
facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc au- 13.
tem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Et diuus 1. Ioa. 3.
Ioannes in prima epiſtola ſua de viſione in gloria cœleſti loquens, Scimus, inquit, quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Si intellectus noſter eſſentiam Dei videre nunquam poſſet, nunquam ſummam beatitudinem conſequeretur. Eſt igitur fatendum beatos in gloria Dei eſſentiam intueri, in hac autem vita fragili & caduca id fieri non poſſe. Etſi enim ſit diuinis literis conſignatum Moyſem & alios vi- Exo. 24.
ros ſanctitate & diuinæ vaticinationis ſpiritu præ- Eſai. 1.
ſtantes Deum vidiſſe, illud eſt intelligendum fuiſſe imaginaria quadam viſione factum, aut ſub alia ſpecie, qua ſeſe Deus volebat illis oſtendere. Si enim ipſam Dei ſubſtantiam putam aſpexiſſent, nulla ea parte eam differentem intuerentur, quippe quæ ſimplex eſt & pura, non cõpoſita, nõ deſeriptibilis: non iacet, nõ ſtat, non ambulat. Cùm autem illi Deum diuerſis figuris viderint, apertè oſtenditur, non eum in ſua eſſentia & propria ſpe-
cie vidiſſe. Differens diuus Ioannes de differentia Ioan. 1.
legis & gratiæ euangelicæ, eam ob cauſam præſtantiorem ait eſſe gratiam, quòd eam Chriſtus attulerit, qui cùm Deus ſit, Deum ſemper intuetur: legem autem attulerit Moyſes, qui Deum non viderat ſicut nec alius quiſquam, ait enim: Deum nemo vidit vnquam. Et diuus Paulus in epiſtola ad
Timotheum, Deus, inquit, lucem inhabitat inac- 1. Tim. 6
ceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec
videre poteſt. Et in epiſtola ad Hebræos: Si enim Heb. 2.
qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, &c. Quibus verbis vult oſtendere eſſe euangelium lege vetere præſtantius, debereque diligentius obſeruari: quoniam lex Moyſi data eſt per angelos, euangelium autem per Chriſtum angelorum
dominum: Si Deus locutus eſt Moyſi, illique in Exod. 3.
ſua eſſentia apparuit, aut fuit in rubo, aut poſteà Exo. 20.
cùm illi legem daret in monte Sinai, ſed nec fuit in rubo, nec poſteà in monte: ergo nuſquam. Non fuiſſe in rubo oſtendit diuus Stephanus in concione, quam habuit apud Iudæos, ita inquiens: Apparuit Moyſi in deſerto montis Sina angelus in igne flammæ rubi. Non fuiſſe autẽ poſteà in monte oſtendit idem Stephanus eodem loco, vbi diſſe-
rens de legiſlatione ait: Hic eſt Moyſes, qui fuit in Actor. 7.
eccleſia in ſolitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus noſtris, qui accepit verba vitæ dare nobis. Hæc ille. Aſpicis igitur nec in rubo, nec in mõte, & ex conſequente nuſquam fuiſſe Deum viſum à Moyſe in propria eſſentia, ſed in angeli ſpecie. Id confirmatur verbis
illis, quæ illi dixit Deus, nimirum: Non poteris Exo. 33.
videre faciem meam. Motus his locis & aliis nonnullis aſſerit Athanaſius aduerſus Arrianos Deum non fuiſſe ab antiquis patribus viſum niſi in aſſumptione creaturæ, ſecundùm diuinitatẽ verò eſſe penitus inuiſibilem. In hac ſententia eſt Tertullianus in opere aduerſus Praxeam, Chryſoſtomus in primum caput Ioannis: & homilia quarta de incõprehẽſibili Dei natura, Gregorius lib. 17. Moralium, Damaſcenus libro primo ſuæ theologiæ,

Ambroſius multis in locis,præſertim libro de in-
carnatione domini & in primum caput Lucæ tra-
ctans de angeli apparitione Zachariæ, Non tamē
me fugit diuum Auguſtinum in libro de videndo
Deū,& duodecimo ſuper Geneſim exiſtimare Moy
ſem & diuū Paulum vidiſſe Deū in eſſentia: tantā
enim gratiam ait fuiſſe eos conſecutos,vt etiam in
hac vita vſque ad diuinæ ſubſtantię viſionē eleua-
rentur. Hanc eius ſententiam ſequuntur nonnul-
li , illius autoritate commoti , quorum vnus eſt
diuus Thomas Aquinas prima parte, & latiùs ſe-
cunda ſecundæ,vbi de de raptu diui Pauli diſſe-
ruit,qui cùm ſit admirabili doctrina præcellens,&
omnia ſanctitate inſignis,viros etiā grauiſſimos &
doctiſſimos ſua authoritate frangit & cōuincit, vt
ſuæ ſententiæ acquieſcāt, Quibus ſi obiiciās loca di
uinarū literarū à me citata , & ſanctorū doctorum
ſententiā literis conſignatam aſſerentium Deum à
nullo fuiſſe vnquā in hac vita in ſua eſſentia con-
ſpectum,reſpondent eū diuo Thoma, hoc eſſe in-
telligendum de viſione per modum formæ imma-
nentis,nam ſic nemo Deum in propria ſpecie vn-
quam vidit: at per modum paſſionis tranſeuntis
eū vidit Moyſes,& Paulus in ſua propria eſſentia.
Id quod & authoritatibus & rationibus confir-
mant. Vtra harum ſententiarum vera ſit, alij vide-
rint,ego ingenuè fateor ignorare, quæ autē veriſi-
milima, magna quæſtio eſt. Duæ ſunt opiniones
validiſſimis rationibus roboratæ prima tamē ma-
gis meo quadrat intellectui. Vnum hoc aſſero, no-
ſtrum Ezechielem nō Dei eſſentiam aſſerere ſe vi-
diſſe,ſed eius gloriæ ſimilitudinem.

Et vidi,& cecidi in faciem meam. Hoc eſt, poſtquā
vidi hanc Dei glorię ſimilitudinem,cecidi pronus
in terram ſuper faciem meam,tāto ſplendore per-
territus tantaq́; maieſtate ſtupefactus. Eodem mo-
Gen.17. do Abraham conſiderata fragilitate ſua viſo do-
mino cecidit pronus in faciem, Et Eſaias , Corrui,
Eſa. 21. inquit,cùm audirem,conturbatus ſum,cùm vide-
rem. Et Daniel: Vidi viſionem grandē hanc , & nō
Daniel 10. remanſit in me fortitudo. Et paulò pòſt : Domine
mi,in viſione tua diſſolutę ſunt compages meæ,&
nihil in me remāſit virium.Si diuini vates tāto ſplē-
dore & amplitudine obruuntur viſa Dei ſimilitu-
dine,quāta erit Dei in ſua eſſentia maieſtas ? Illud
eſt hoc loco aduertendum non cecidiſſe hos ſan-
ctos retrorſum,ſed in facies ſuas:impios verò retrò
cecidiſſe: quoniam qui ante faciem ruunt , vident
foueam,& facilè ſurgūt,qui autē retrorſum,haud-
quaquam. Vnde ait ſcriptura: Fiat Dan coluber in
via,ceraſtes in ſemita , mordens vngulas equi , vt
cadat aſcenſor eius retrò. Per Dan iuxta Hierony-
Gen. 46 mi ſententiam in libro de quæſtionibus Hebraicis
& Euſebium Emeſenū intelligitur Sāſon, qui fuit
de tribu Dan. Hic vixit Philiſtæos , eorum equos
eneruauit,& aſcēſores eorū retrorſum deiecit, qui
Chriſtum adumbrauit,qui impios Iudæos à perti-
nacia ſua deſiſtere nolentes in terram retrorſum
proſtrauit. Heli qui ſceleratos filios ſuos,nō vt de-
1.Reg. 4 cebat,caſtigabat, eoſq́ue effrænatos , ſibiq́; præſi-
dentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ nō
ducebat,cecidit retrò, & fractis ceruicibus animā
efflauit. Qui Chriſtum Deum noſtrum compre-
hendere & ligare volebant , auditis his Chriſti
Ioan. 18. verbis : Ego ſum,abierunt retrorſum , & cecide-
runt in terram. Vna Chriſti vox lenis & dulcis
terribilem cohortem armis munitam percuſſit,
perterruit,& proſtrauit. Eſt etiam hoc loco conſi-
deranda Dei bonitas , qui eum , qui ob animi hu-
militatem ceciderat,erexit , inclinato opem tulit,
eumq́ue mirabiliter ad cœleſtia myſteria intelli-
genda ſublimauit.

Et audiui vocem loquentis. Deus erat , qui illi lo-
quebatur:ſed cùm ob tantam maieſtatem , & tam
eximium ſplendorem eſſet ferè attonitus, nō om-
nino intellexit,quis eſſet,qui loqueretur. Eam ob
cauſam non ait audiſſe Deum loquentem , ſed vo-
cem cuiuſdā loquentis. Cùm autem ad ſe reuerte-
retur,percepit intimo deū eſſe,qui ſibi loquebatur.

Fili hominis. Filius hominis conſuetudine He-
bfææ linguæ ſignificat verum hominem obnoxiū
calamitatibus & doloribus. Eā ob cauſam ſe Chri
ſtus filiū hominis ſæpenumero appellabat, oſten-
dens ſe,cùm eſſet Deus,infirmitates noſtras ſuſce-
piſſe, vt mentibus noſtris ægritudine vitiorum la-
borantibus mederetur. Hinc voces illæ: Quē dicūt
hominēs eſſe filium hominis ? Filius hominis non Mat.16.
habet,vt caput ſuum reclinet:& cæteræ huiuſmo- Matt.8.
di,quæ paſſim in euangeliis reperiuntur. Eſaias eū Ioan.13.
vocat virum dolorum:& paulò pòſt ait. Verè lan- Eſai.53.
guores noſtros Ipſe tulit , & dolores noſtros ipſe
portauit. Cùm igitur filius hominis accipiatur pro
re abiecta, voluit Deus tali nomine Ezechielē ap-
pellare,vt eum de fragilitate ſua conſideranda ad-
moneret, ne ob illam diuinam viſionem ſibi oſtē-
ſam nimio gaudio efferretur. Tali fauore proſe-
quitur Deus amicos ſuos,vt nō inflentur,quin po-
tius ſeipſos abiiciant, & imbecillitatem ſuam co-
gnoſcant. Cōtrà verò principes terræ eos,quos di-
ligūt,fauore ſuo ſæpenumero ſuperbos vſq; adeò
efficiūt,vt eos etiā atq; etiam ad maximos errores
adducāt. Videntes enim in ſe principū oculos cōie-
ctos,omnes deſpiciūt,ſuæq́; fragilitatis obliti,ſum
miſq́; ſuperbię ſtimulis cōcitati,omnia iura diuina
atq; humana peruertūt. Reuelans igitur deus Eze-
chieli arcana ſua cū vocauit hominē , ne elatione
afficeretur. Quid eſt enim fragilius homine ? quid
imbecillius? quid calamitoſius? Homo, inquit Iob,
quaſi flos egreditur & cōteritur:& fugit velut vm- Iob. 14.
bra: & nunquā in eodē ſtatu permanet. Et regius
vates: Homo ſicut fœnū dies eius,tanquā flos agri
ſic efflorebit. Quoniā ſpiritus pertrāſibit in illo, & Pſa.102.
nō ſubſiſtet.& non cognoſcet amplius locū ſuū. Et
Eſaias: Omnis caro fœnū,& omnis gloria eius qua
ſi flos agri. Qui modo vigebat, & admirabili pul- Eſa. 40.
chritudine ornatus oculos videntiū oblectabar,di
cto citiùs tabeſcit,& inſtar floris vento rapti deci-
dit,& ad interitū vocatur. Nullum vitæ tēpus eſt
aut metu liberum,aut calamitatibus vacuum, aut
mœroribus ſolutum. Vitā ingredientes ſtatim nos
tradimus lamentis,& in ſignū futurarū ærumnarū
exordium ducimus à ploratu. Homo, inquit Iob,
natus de muliere , breui viuens tempore repletur Iob. 14.
multis miſeriis. Cū Ionas ſub vmbra hederæ, quæ
celerrimè creuerat,requieſceret,eſſetq́; gaudio per Ion. 4.
fuſus,venit vermis,& percuſſit hederā, & exaruit.
Quā ob cauſam fuit Ionas tot cutis confectus, tot
doloribus implicatus,vt exitū vitæ optaret. Quæ
eſt hedera hęc viriditate florēs, citò pullulaſcēs, &
ſtatim euaneſcens, niſi vitæ iucunditas , & cætera
illa, quæ magnopere deſideramus,in quibus volu-
ptatem conſtituimus? Quæ adepta ſtatim amittū-

tur. Venit vermis mortis aut mœroris, & omnia
conſumit. Quot homines vidimus, qui diuitias,
honores, & dignitates expectantes, ad quas auidi-
tate inflammati rapiebantur, eas fuerunt conſe-
cuti, ſed in medio ſuæ lætitiæ omnia illa momen-
to temporis euanuerunt, & ipſi ad ſummam mun-
di gloriam floreſcentes illico calamitatibus preſ-
ſi, & in dedecore verſati, aut ſtatim conſumpti
ſunt, aut vitam ſibi acerbam eſſe putarunt. O fal-
ſam mortalium ſpem, ô variam volucrémque mũ-
di commutationẽ, ô cæcam noſtram cupiditatem,
ô præpoſteram gratulationem, quam citô vitã no-
ſtram, mundi opes, & honores ex fallaci voluptate
ad verum luctum recidere intuemur! Omnia hæc
inſtar imaginis cõſumũtur, & pereũt, &, vt Pinda-
ri vtar verbis, cum vmbræ ſomnio comparantur.
Sap. 5. In libro ſapientiæ ſunt hæc verba literis mandata:
Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra, & tanquam
nũtius percurrens, & tanquã nauis, quæ pertranſit
fluctuantẽ aquam, cuius cùm præterierit, nõ eſt ve
ſtigiũ inuenire, nec ſemitam carinæ illius in fluci-
bus. Hoc intuens diuus Ioannes in prima ſua ca-
1. Ioã. 2. nonica; Nolite, inquit, diligere mundũ, nec ea, quę
in mundo ſunt. Et paulò pòſt, Tranſit mundus, &
concupiſcentia eius. Et diuus Paulus in prima ad
1. Cor. 7. Corinthios, Præterit figura huius mundi. Nõ ſub-
ſtantiã dicit, ſed figuram huius mundi præterire.
Si mũdus tranſit, ſi id, quod ſubſtantiam eſſe exi-
ſtimamus, figura eſt, cur vitam noſtrã, ſpem, opes,
& voluptates cogitamus permãſuras? Quid eſt, in-
Iaco. 4. quit diuus Iacobus, vita veſtra? Vapor ad modicũ
parens. Aſpice cui rei tam fragili vitã noſtrã com-
Sap. 2. pararit. In ſapientiæ libro ſcriptũ eſt: Tranſibit vi-
ta noſtra tanquã veſtigium nubis, & ſicut nebula
Simile diſſoluetur. Videbis aliquando in aëre nubem ho-
minis magni figuram habentem: quæ mox expan-
ditur, & turres excelſas repræſentat: ſed ſtatim vẽ-
to rapta diſſoluitur, & euaneſcit. Huiuſmodi eſt
ſpes noſtra in mundo collocata. Ponit nobis mun-
dus in imaginationis cõceptu futuros nos eſſe ma
gnos homines, & nomẽ ac celebritatẽ conſecutu-
ros: promittit nobis mõtes aureos, & turres gloriæ
& dignitatũ, ſed omnia hæc ſunt arces in aëre fa-
bricatę, & caſtella ex vento compoſita, in vanitate
fundata, quæ celerrimè diſſipãtur. Ea pleroſq; mor
tales falſis promiſſionibus oblectarunt, ſed ſpem
Eccl. 34. ſuarũ cogitationũ ſæpenumerò fefellerunt. Vnde
eccleſiaſticus, Hoc inquit, ſecundũ hoc viſio ſom-
niorum. Ac ſi diceret: Diuitiæ, quæ appellantur,
quæ reuera non ſunt diuitiæ, ſed diuitiarum
imagines, & alia huiuſmodi, quæ non ſunt res
ſolidæ & perpetuę, vt mũdus exiſtimat, ſed earum
rerũ vmbræ, & figurę, & ſimulacra, omnia denique
quæ nõ ſunt hoc, ſed id, quod videtur hoc, ſunt abſ
que dubio res quædam viſæ in ſomniis, fallaces &
Eccle. 1. inanes. Ideo exclamat Salomon: Vanitas vanitatũ
Pſal. 36. & omnia vanitas. Et pater eius in Pſalmo. Vidi im-
piũ ſuperexaltatũ, & eleuatũ ſicut cedros Libani,
& tranſiui, & ecce non erat: quæſiui eum, & nõ eſt
inuentus locus eius. Oculi non vident ſe, at vidẽ-
Similitudo tes ſpeculum ſeipſos intuentur: nos non conſide-
ramus fragilitatem noſtrã, ſed ſi ſpeculum memo-
riæ mortis, & cognitionis noſtri coram oculis po-
ſuerimus, illud aſpicientes, nosipſos in illo aſpicie-
mus. Hoc ſpeculũ nobis tribuit ſancta mater eccle
ſia feria quarta cinerum, vt illud manu tenentes, &
ante mentis oculos conſtituentes, nos puluerẽ ci-
neremq; eſſe cognoſcamus. Memento homo, in-
quit illa, quia cinis es, & in cinerẽ reuerteris. Ac ſi
dicat: Cognoſce teipſum, ne decipiaris, conſpice
te in hoc ſpeculo veritatis. Vide quid ſis, & quid
futurus es, redige in memoriã te eſſe hominem &
ex conſequente puluerem & cinerem. O excellen-
tẽ memoriã, ô veritatem amplexandam, ô ſpeculũ
admirabile, & nunquam è manibus deponẽdum.
Priuſquã eſſes homo, inquit Auguſtinus, terra eras
& priuſquam terra eſſes, nihil eras. Aſpice tuam
progeniem, tuam nobilitatem, & generis ſplen- Eccl. 10.
dorem & amplitudinem. Quid igitur ſuperbis ter-
ra & cinis? Philippus Lacedæmoniorum rex cùm
in palæſtra proſtratus ſurgeret, videretque in pul-
uere corporis veſtigium, papè, inquit, vt minimam
terræ partem natura ſortiti orbem appetimus vni-
uerſum? Author eſt Plutarchus in Apophtegmatũ
libro. Appelles, cui fuit pingendi palma reſeruata,
pinxit Alexandrum Magnum fulmen manu tenẽ-
tem, vt ait Plinius libro. 35. vt oſtenderet eſſe eius
gloriam per totum orbem terrarum volitaturum,
ſeculiq; principes & magnates territuram, ſed in-
ſtar fulminis ſubiti eſſe celeriter labefactandam, &
penitus conſumandam. Ariſtoteles apud Sto-
bæum ita hominem definit. Homo eſt imbecilli-
tatis exemplum, temporis ſpolium, fortunæ luſus,
inconſtantiæ imago. Et Herodotus, Homo inquit
nihil omnino aliud eſt, quàm calamitas ipſa. Inter
rogatus à quodam rege quidam philoſophus quid
eſſet homo, reſpõdit, vt refert in tertia parte theo-
logali diuus Antonius. Homo eſt mancipiũ mor-
tis, hoſpes loci, viator tranſiens. Interrogatus rur-
ſus quomodo ſe haberet, reſpondit, vt lucerna ad
ventum, quę citò extinguitur, vt ſcintilla in mari,
quæ citò ab vndis abſorbetur, vt ſpuma gracilis,
quæ citò à procella diſpergitur, vt lanugo, quæ
ſubitò à vento rapitur. Diuus Auguſtinus de ver-
bis domini Homo, inquit, vitreo vaſe fragilior eſt.
Cùm homo ſit fragilis, debilis, caducus, morbis va
riis oppreſſus, & incommodis propè infinitis agi-
tatus, oportet imbecillitatẽ ſuam conſiderare, ſeq;
hominem eſſe intelligere. At nos quocũque fauo-
re efferimur, atque in rebus proſperis, & ad volup-
tatem fluentibus noſtri confeſtim obliuiſcimur: &
ignorantes noſtra, alia etiam ignoramus. Quî fie-
ri poteſt, vt alia cognoſcat, qui ſui ipſius non ha-
bet cognitionem? Hanc noſtri cognitionem ap- Apoc. 3.
pellat Deus collyrium, dicens in Apocalypſi Ioan-
nis: Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Eſt au-
tem collyrium medicamentum aduerſus oculo-
rum lyppitudinem. Qui ſuam miſeriam intelligit
viſum, quem per ſuperbiã amiſerat, recuperat. Nec
ſolũ fideles, ſed etiam Gentes fide deſtitutæ hoc a-
nimo perſpiciunt. Ait Proclus Platonicus in libro
ſuo de Anima, principium dialogorum Platonis,
eiuſque philoſophiæ præcipuum inſtitutum eſſe
naturæ noſtræ cognitionem. Et rectè quidem, nã
hæc eſt prauitatis cauſa ignoratio ſui. Eã ob cau-
ſam Deus Ezechielem, cui arcana ſua oſtende-
bat, non filium viri, ſed filium hominis vocat,
filium Adæ, filium terræ, vt ſe eſſe intelligeret
fragilem, fluxum, & calamitatibus ac mœro-
ribus obnoxium. Ideo ait: Filij hominis, &c.

Sta ſuper pedes tuos. Id eſt, ſurge. Sic Ieremiæ di-
xit Deus: Surge, deſcende in domum figuli, & ibi Ier. 18.
audies

Ion.1. audies verba mea. Et Ionæ: Surge, vade in Niniuẽ ciuitatem magnam, & prędica. Hoc in loco ſurgere & ſtare ſuper pedes, non ſolùm ad corpus, ſed ad mentem arbitror pertinere. Acſi dicat Deus: Erige Ezechiel non ſolùm corpus ad ambulandum, ſed animam ad cœleſtia myſteria intelligendum. Vigila, expergiſcere, circunſpice, ne iaceas in ſilentio & otio, nam qui alios eſt excitaturus, non debet ipſe dormire. His tribus, nimirum Ezechieli, Ieremiæ, & Ionæ demandauit Deus curam concionandi, & omnibus illis iuſſit, vt irent, & alios quærerent. Qui ſunt concionaturi, non ſolùm debent ſurgere, ſed à ſe exire, & propriam relinquere voluntatem, & proximos adducere ad Chriſtum. Id voluit ſignificare diuina ſcriptura, cùm prodidit memoriæ dixiſſe Ioſephum fratribus ſuis: Non videbitis fa-
Gen.43 ciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum. Debent igitur concionatores à peccato ſurgere, & alios erigere. Quî fieri poteſt, vt iacentes alios erigant, & in tenebris verſati alios illuminent? Moyſes locuturus cum Deo in monte Sinai ſtetit cum eo, dixerat námque illi Deus: Stabis mecum ſuper verticem montis.
Exo.34 Qui iacet, non bene percipit animo diuinos ſer-
Dani.10 mones. Iacenti Danieli dixit Deus: Vir deſideriorum intellige verba, quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo. Et regius pſaltes, Eduxit me, in-
Pſal.39. quit, de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, & ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos: & immiſit in os meum canticum nouum. Intuere diuini vatis gradationem: primò ait fuiſſe eductum & ereptum à profunda peccati voragine, poſteà ſtetiſſe, deinde ambulaſſe, & tandem Deum noua illum carmina docuiſſe, quibus alios ad virtutem excitaret: illíque nouam ſuppeditaſſe materiam diuinæ prouidentiæ & miſericordiæ cele-
Ephe.6. brandæ. State, inquit diuus Paulus, ſuccincti lum-
Acto.9. bos veſtros in veritate. Eidẽ Paulo ſæuienti, & paulò antè minarum & cædis in diſcipulos domini aſpiranti ait ipſe dominus: Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere: Iuxta Platonicorum ſententiam duplex eſt arbor, altera rationis particeps, altera ſenſus expers. Senſus expers eſt plãta notæ ſignificationis, arbor rationis compos, quam appellãt inuerſam, homo eſt qui radices habet erectas ad cœlum, vnde illi venit alimentum. Quò fit, vt hominẽ definientes di-
Similitudo cant eſſe arborem inuerſam. Vt enim planta radices agit propagatas per terram, vnde illi venit nutrimentum, ſic homo, quoniam epulis cœleſtibus paſcitur, & diuina gratia nutritur, radices, hoc eſt, caput, mentem, cogitationem eleuat ad cœlum, habens ramos, hoc eſt, pedes in terra collocatos. Huiuſmodi ſunt, qui contemnunt humana, & aſpirãt ad diuina. At homines impij, qui ſcelere & maleficio paſcuntur, arbores ſunt inſenſibiles, cœleſtia non contemplantes, ſed radices omnes in profundum terræ mittentes. Hi non ſunt ſuper pedes ſuos, ſed ſub pedibus, quoniam radices habent in terra defixas, ramos autem in aëre pendentes. Habent igitur ſe ſub ſe, & cor pedibus cõculcant, & tandem præcipites in æternum exitium rapiuntur. At viri iuſti ſtant ſuper pedes ſuos, quia cùm terrã
Heb.11. pedibus terant, animum habent in ſublimi, cogitationem ab omni ſcelere abducentes, mentem à corporis ſenſibus abſtrahentes, & Deum animo contemplantes. Hoc exiſtimo eſſe ſuper pedes ſtare: quemadmodum hi faciunt, qui patriam cœleſtem, & beatas illas ſedes, ſanctorum domicilia deſiderant longè, eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitẽtes ſe eſſe peregrinos & hoſpites ſuper terram. Vt enim auicula in cauea concluſa, quamuis *Similitudo*
pretioſa ſit cauea, ſiue ex cedro, ſiue ex ebore, ſiue ex auro confecta, exire tamen cupit, & ad patriam, ad locum ſuum euolare contendit, & præ deſiderio egrediendi roſtellum foras extra rete caueæ emittit, ſic anima viri pij, diuino amore incenſi incluſa in corporis cauea, & ſi omnibus ad vitam humanam neceſſariis circunfluat, patriam tamen ſuam, hoc eſt cœlum ardenter appetit, & piis illuc eundi ſuſpiriis & deſideriis flebili gemitu ſociatis inflammatur, vt finito hoc exilio, in ſempiterno illo animarum beatarum domicilio requieſcat, vbi Deo fruatur, & vitam beatiſſimam degat. Omnis Chriſtianus & ſi opibus abundet, & tecta habeat magnifica, ebore & auri fulgentia, ad cœlum tamen aſpirare debet, & ad patriam deſiderio atque animo euolare, dicens cum Paulo: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Qui autem huiuſmodi *Phili.1.*
eſt, ſtat ſuper pedes ſuos. Sed quia pedes in literis diuinis pro affectionibus ſæpe accipiuntur, fortaſſe ſtare ſuper pedes erit affectus qui hominem huc atque illuc rapiunt, conculcare. Vult Deus, ne affectibus ducamur, quin potiùs in eos dominemur. Si eos liberos dimittimus, longiùs euagantur & tanquam exultantes ſiue cupiendo, ſiue fugiendo finem tranſeunt, & modum, à quibus non modò animi perturbantur, ſed etiam corpora. Præterea nihil eſt, quod magis intellectum tenebris circunfundat, quam hæc, de qua loquimur, affectio deprauata. Ex quo efficitur vt ſi duo homines erga quendam tertium affecti ſunt, vnus amore, alter odio, nunquam eius res geſtas verè & purè narrent, nec de illis iuſtam ſententiam ferant. Vt enim eandem rem diuerſa ſpecula variè præ- *Similitudo*
ſentant, pro diuerſitate formarum eorum, ſic idem factum homines diuerſi variè interpretantur, pro varia animorum affectione. Quod huic amplum & illuſtre, illi videtur vile & abiectũ. Quod vnus laudat, alter vituperat. Quod hic aſſerit non poſſe eſſe maius, nec glorioſius, nec accommodatius hominum memoriæ ſempiternæ, alter paruum, terrum, & obliuione perpetua delendum cenſet. Hos affectus pedibus ſignificatos, animum perturbantes, & è ſua ſede & ſtatu deiicientes pręcipit Deus, vt conculcemus: quod nihil aliud eſt, quàm ſtare ſuper pedes, vt appetitiua obtemperet rationi, & homo mentis oculos reuocet ad veritatem, detque operam, vt ipſa virtus eum tradat ad veram dignitatem.

Et loquar tecum. Volens Deus loqui cum Ezechiele, priùs eum excitat, vt ſtet ſuper pedes ſuos. Ita Samuelem in templo domini dor- *1.Reg.3.*
mientem vocauit Deus, & erexit, & ſic eum docuit.

Et ingreſſus eſt in me ſpiritus. Hoc eſt, vbi Deus mihi locutus eſt, ipſe introiuit in me per ſplendorem ſapientiæ, & gratiæ accretionẽ. Poteris per ſpiritũ vires animi & corporis intelligere, vt ſit ſenſus. Cũ primùm me Deus allocutus eſt, recepi animum, & recuperaui vires: manſi & animo & corpore

robuſtus

robuſtus, & diuino præſidio munitus.
Et ſtatuit me ſupra pedes meos. Id eſt erexit me, de-
dit mihi ſpiritum ſubſiſtendi: nõ ſurgerem, niſi ip-
ſe me eleuaret, & ſuper pedes meipſum conſtitue-
ret. Poteſt quis flagitiũ capitale admittere, in ſce-
lere volutari, & in caligine iacere: at reſurgere à
peccato ad gratiam, ex ſuis viribus non poteſt. Ea
poſſumus cogitare & moliri, quæ ſint imbuta ma-
leficio, inquinata vitio, ſcelere maculata & infecta:
at peccatum euertere, à crimine ſolui, è vinculis
emitti, & gratiam obtinere, nemo poteſt abſque
fauore diuino. Fieri non poteſt, vt impius abſque
Oſe. 13. Dei gratia veram iuſtificationẽ conſequatur. Stat
enim Dei ſententia ab Oſea diuino vate literis mã
Cant. 1. data: Perditio tua Iſrael, ex te tantummodo in me
auxilium tuum. Vnde ſponſa ſponſum Chriſtum
Pſal. 77. alloquens, Trahe, inquit, me poſt te. Et pſalmogra
Tren. 5. phus: Spiritus vadens, & non rediens. Et Ieremias:
1. Cor. 5. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Et
Ioan. 14 Paulus: Gratia Dei ſum id quod ſum. Et Chriſtus
Deus noſter: Nemo venit ad patrem niſi per me. At
homines ſceleribus capitalibus maculati poſſunt
ſe ad gratiã præparare virtutis actionibus, quę ani
mum diſponant ad Dei iuſtitiã recipiendam. Ideo
1. Reg. 7. dicebat Samuel: præparate corda veſtra domino,
& ſeruite ei ſoli, & eruet vos. Nã ſi actus noſtri nul-
2. Cor. 7 lo modo eſſent cauſa ablutionis & ſanctificationis
noſtræ, quorſum diceret Paulus: Mundemus nos
1. Ioã. 3. ab omni inquinamento carnis & ſpiritus perficiẽ-
Daniel tes ſanctificationẽ in timore Dei. Et Ioannes: Om-
4. nis, qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe. Et Daniel:
Prou. 15 Peccata tua eleemoſynis redime. Et Salomon in
Prouerbiis: Per miſericordiã & fidẽ purgãtur pec-
Prou. 16 cata. Et iterũ: Miſericordia & veritate redimitur
iniquitas? Et quorſum alia multa eiuſmodi diui-
nis literis conſignata? Eſt igitur certum, & de fide
tenendum opera bona noſtra in capitali peccato
effecta: & ſi ex condigno gratiã non mereantur, nos
tamen ad gratiam præparare, deumque ex miſeri-
cordia ſua nobis crimina omnia condonare, & in
gratia conſtituere. Verùm & ſi ille pro omnibus
mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius bene-
ficiũ recipiunt, ſed ij duntaxat, quibus meritũ paſ-
ſionis eius communicatur: vt eſt in ſancto cõcilio
Tridentino ſeſſione ſexta de iuſtificatione decre-
tum. Nam quemadmodũ homines niſi ex ſemine
Adæ propagati naſcerentur, nõ naſcerentur iniu-
ſti, ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iu-
ſtificarentur. Iuſtificatio autẽ eſt peccatorum re-
miſſio, & ſanctificatio, & renouatio interioris ho-
minis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & do-
norum. Vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex ini-
mico fit amicus, vt ſit hæres ſecundùm ſpem vitę
æternæ, & ita in iuſtificatione cũ remiſſione pec-
catorum accipit charitatem. Nec audiendus eſt
impius Lutherus procella patriæ, turbo, ac tem-
peſtas pacis, aſſerens omnes homines quãuis pie-
tate inſignes, & iuſtitia præſtantes, & erga Deum
admirabili charitate ardente eſſe mortiferis crimi-
nibus implicatos, & funeſtis ſceleribus imbutos.
Vult ille Chriſti gratiam labefactare, eius gloriam
obſcurare, & omnem denique eius doctrinã fun-
ditus euertere. Si Chriſtus maculas noſtras nõ de-
leret, ſi nos à criminibus non mundaret, ſi mundi
Ioan. 1. peccata non tolleret, falſum eſſet Ioannis teſtimo-
niũ dicentis: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec-
cata mundi. Ego ſum, inquit Deus apud Eſaiã, ego *Eſa. 43.*
ſum, qui deleo iniquitates tuas. Et apud Ezechie- *Eze. 36.*
lem: effundã ſuper vos aquã mundam, & munda-
bimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Zacha- *Zac. 13.*
rias etiã perennem illum fontem prædixit, & lau-
dibus mirificis extulit, qui erat in tempore huma-
næ redemptionis aperiendus ad omniũ ſcelerum
maculas abluendas. De quo ait in Apocalypſi di- *Apoc. 1.*
uus Ioannes: Dilexit nos Chriſtus, lauit nos a pec-
catis noſtris in ſanguine ſuo. Qua igitur fronte ô
cæci hęretici audetis aſſerere Chriſtum Deum no-
ſtrum peccata nõ delere, nec iis, quos gratia proſe-
quitur, & amicitia cõprehendit? Vnum ex duobus
fateri cogimini, aut Chriſtum iis, quos in amicitiã
recipit, peccata delere nõ poſſe, aut nõ velle. Si nõ
poteſt, non eſt omnipotens, & ex conſequente nec
Deus: ſi poteſt, & nõ vult non eſt clemens nec iu-
ſtus, qui eis, qui ad ipſum confugiunt, illique to-
tos ſe dedunt, non vult peccata remittere. Aut igi-
tur eũ poteſtate & diuinitate priuatis aut clemẽtia
& iuſtitia. Vtrumq; impium eſt, immane, ſcelera-
tum, & execrandũ. O cęca hominũ pectora, ô mẽ-
tes cimmeriis, vt aiunt, tenebris tetriores. Tu es ô
Chriſte Ieſu verus Deus, qui eorũ, qui ad te cõfu-
giunt, ſcelera funditus euertis, & flagitia noſtra ra
dicitus extrahis, & penitus excindis, qui ſacramẽ-
ta gratiam conferentia conſtituiſti, inter quæ eſt
confeſſio, pœnitentiæ ſacramentum, per quod te
excitante, lapſi tanquam per ſecundam poſt nau-
fragium tabulam amiſſam gratiam recuperant.
Tu es ille, qui nos ſubleuas à peccato, & ſuper
pedes noſtros erigis & ſtatuis.
Mitto ego te ad filios Iſrael. Cõcionaturus mittitur
à Deo, & priuſquã mittatur, gratia impletur. Eodẽ *Eſai. 6.*
modo Eſaias ad munus concionatoris obeundum
priùs mundatur, & ita à Deo mittitur. Audiant
hoc euangelici concionatores. Quo modo prædi- *Rom. 10*
cabunt, inquit Apoſtolus, niſi mittantur? Ex quo
colliges, ad miniſterium verbi neminem niſi miſ-
ſum accedere debere. Cùm enim actus conciona-
di authoritatem muneris ſupponat, oportet verbi
Dei concionatorem vel à Deo mitti, vel ab eius
authoritatem gerente. Nec debet concionari ſciẽs
ſe eſſe mortiferis labibus coinquinatum, ſed priùs
animum expiare, & ſic ad concionem accedere.
Rex Dauid priuſquam diceret in pſalmo: Docebo
iniquos vias tuas, has voces emiſit: Cor mundum *Pſa. 50.*
crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in vi-
ſceribus meis: Ne proiicias me à facie tua, & ſpiri-
tum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi
lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confir-
ma me. Vbi aſpicis eum ter Dei ſpiritum poſtulaſ-
ſe, priuſquam aliis viam æternæ ſalutis conſequẽ-
dæ demonſtraret. Abſque gratia & Dei miſſio-
ne concionandi munus renuebat. Qui hoc nõ cu- *Iere. 23.*
rant, à Deo per Ieremiam his verbis reprehen-
duntur. Non mittebam eos, & ipſi currebant,
non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Eſt
quidem concionatoribus neceſſaria puritas men-
tis, & illa ſpiritus ſancti vis, per quam animus ſplẽ-
dore gratiæ illuminatus, & charitatis ardore incẽ-
ſus, & fortitudine ac conſtantia munitus popu-
lum imbuat doctrina ſancta, erecto animo vitia
reprehendat, ad virtutem adhortetur & auditores
mittat ad ipſum ſapiẽtiæ vberrimũ fontem, cuius
hauſtu ac potu cõceptã viſceribus ſitim ſedẽt, flã-
mam-

..amque humanarum rerum reſtinguant.

Ad gentes Apoſtatrices. Hebræos in Chaldæa detentos vocat gentes apoſtatrices, quoniam à fide receſſerant, & Dei iura violauerant. Relicto diuino cultu idola coluerunt, cùm in Iudæa habitarẽt & poſteà in Chaldæa etiam gentium ſuperſtitionibus adhæſerunt, ſeq; immanitatibus cõtaminarunt. Ad huiuſmodi homines impios & immanes mittit Deus diuinum ſuum vatem, quemadmodũ Chriſtus diſcipulos ſuos inter barbaros, crudeles, Mat.10. & incultos, quibus aiebat: Ecce ego mitto vos ſicut agnos in medio luporum.

Et filij dura facie, & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos. Hæc dicit dominus Deus: ſi fortè vel ipſi audiant, & ſi fortè quieſcant, quoniam domus ex-
D aſperans eſt: & ſcient, quia propheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, nec ſermones eorum metuas, quoniam increduli & ſubuerſores ſunt tecum: & cum ſcorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exaſperans eſt. Loqueris ergo verba mea ad eos, ſi forte audiant, & quieſcant, quoniam irritatores ſunt. Tu autem fili hominis, audi quæcunque loquor ad te: & noli eſſe exaſperans, ſicut domus exaſperatrix eſt. Aperi os tuum, & comede quæcunque ego do tibi. Et vidi: & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus & foris: & ſcriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

Et filij dura facie, & indomabili corde ſunt. Ad maiorem eorum perfidiam eos vocat deus filios ſeipſum optimum patrem relinquentes, & ad irã prouocantes. Eodem modo Eſaias eos filios ſcelera-
Eſai.1. tos, & ſemen nequam vocauit, ad impia eorũ ſcelera apertiùs oſtendenda. Vel filij his locis vocantur, nõ ad Deũ relati, ſed ad impios eorum maiores
Exo.32. qui in exitu ex Aegypto vitulum coluerunt pro Deo, & poſteà gentium idola ſepænumero adorarunt. Appellat eos Deus duros facie, quia abſque rubore adbibebant flagitiis effrænatam contumaciam, à ſuperbia & perfidia inductam, non ab animi fortitudine & conſtantia. Cor etiam habebant indomitum. Quare ait Deus: Et indomabili corde ſunt. Nullo modo volebant ad Deũ cõuerti, quin potiùs diuturnitate peccandi modeſtiam amiſerãt & flagitiorum conſuetudine callum iam obduxerant conſcientiæ, & corda habebant dura & efferata, & ad omnia ſcelera propenſa. Tales ſunt hodie multi ex Chriſtianis duri & obſtinati, quibus id rectè accommodatur, quod ait Zacharias propheta: Cor ſuum poſuerunt vt adamantem. De iis
Zach.7. ait Eccleſiaſticus: Cor duorũ malè habebit in no-
Eccle.3. uiſſimo. Aiunt magni authores nihil eſſe in rerum vniuerſitate durius adamãte, præſertim Indico, qui inter omnes principatum tenet in firmitudine, duritie, & pretio. At ego exiſtimo multò durius eſſe cor hominis: nam adamas ſanguine hirci molleſcit, & domatur: cor autẽ hominis deprauati, ſcelerum obſtinatione induratum nec ſanguine hirci molleſcit & ſedatur, nec ſanguine illius agni immaculati, qui ſe pro nobis in crucis ara hoſtiam conſtituit, & ſanguinem profudit, vt animos noſtros perturbationum callo efferatos mitigaret, viamq; muniret ad vitam immortalem conſequẽdam. Hoc intuens diuus Bernardus exclamat: O duri & indurati filij Adam, quos non emollit tanta vis amoris. Per Eſaiam ait ita Deus: Sciui, quia durus es tu: & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Et per Ieremiam: Indurauerũt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Vtinam hoc de Iudæis tantùm diceretur, & nullis Chriſtianis cõueniret. Sed ita ſunt multi ſceleribus imbuti, libidinibus dediti, perturbationũ multitudine obruti, caligine circunfuſi, & contumacia indurati, vt veluti penitus indomiti, & ferè inſanibiles, ſint lachrymarũ abundãtia deplorandi. Illis accõmodari poteſt, id quod dixerat Ieremias: Peccatum Iuda ſcriptũ eſt ſtylo ferreo in vnguine adamantino ſuper latitudinẽ cordis eorũ. O infelices illos, ô deplorandos, ô miſeros, ſi ſe intelligunt, miſeriores ſi ſe intelligere nolunt, quorum peccata ſunt literis indelebilibus in duriſſimo eorũ corde conſcripta. Narrat Plinius libro ſecundo eſſe fluuium quendã Lucaniæ nomine Silarum tam admirabilis naturę vt virgulta & folia in illum immerſa lapideſcant. Huius naturæ eſt etiam fons in Germania, in quẽ quicquid proiicitur, dureſcit in lapidem. Id quod Albertus Magnus aſſerit ſe experientia comprobaſſe. Nos ſumus folia vento rapta in Silarum coniecta, & flagitiorum conſuetudine in lapides conuerſa, atque ſcelerum duritie obſtinata. Cecidimus in frontem Germaniæ, vbi indurati ſumus. Hanc mortalium duritiem & immanitatem videntes ij, qui à gentibus idolorum cultricibus docti habebantur, dixerunt hominum genus diluuio abſumptum, fuiſſe ex ſaxis à Deucalione Pyrrhaq; proiectis inſtauratum. Nõ quòd ita fuiſſe crederent, ſed quòd eos reprehenderent, qui corde duro, ingenióque agreſti immanitatem colunt, & duritie gloriantur. Eos etiam ex ſaxis natos prouerbialiter vocamus. Si Chriſtus reprehendit diſcipulos ſuos, & vt ait diuus Marcus exprobrauit duritiam cordis eorũ, cùm reſpectu noſtri eſſent cera molliores, quid faciet noſtræ duritiei? Quibus ſuppliciis noſtram obſtinationem caſtigabit? Quas pœnas illi noſtrorũ facinorũ dabimus, qui vt equi effrænati, ferocitate exultãtes impetu volũtario ad omnia flagitia abſq; vllo cœleſtis numinis metu incitamur? Sed vide diuinã miſericordiã. Dicebat eſſe Iudæos impios & obſtinatos, de quorum duritie loquitur diuina ſcriptura Exodi trigeſimoſecũdo, Deuteronomij trigeſimoprimo, Actorum Apoſtolicorum ſeptimo, & multis aliis in locis. Plenæ ſunt diuinæ literæ querelis aduerſus Iudæos, plena diuinorum vatũ oracula, plenum denique vtrumque teſtamentum. Et tamen ad eos mittit Deus Ezechielem prophetam ſuum, vt eos ad virtutem cohortetur. Vult eos eripere, ne pereant, & in ima barathra in æternum præcipitentur. O ſingularem pietatem, ô immenſam bonitatem, ô prædicandam clementiam

Diſſimi-litudo
Eſa.48.
Iere.5.
Iere.7.
Simili-tudo
Mar.16.
Exo.32.
Deu.31.
Acto.7.

riam,ô infinitam Dei noſtri miſericordiam? Quid
eſt hoc bone Deus? Quò attigit tua benignitas?
Quis non admirabitur tuæ manſuetudinis immẽ-
ſitatẽ? Fateris eſſe Iudæos dura facie & indomabi-
li corde, vt potè qui te derelicto, gẽtium idola co-
luerint, & fraudes ex ſe inexpiabiles concipientes
nulla pœnitentia moueantur, & nihilominus eo-
rum ſalutem quæris, illóſque ad pœnitentiam in-
Eſa. 42. uitas. Præclarè dixit Eſais te eum eſſe, qui calamũ
caſſatum non conteris, & linum fumigans non ex-
tinguis. Tã miſericors eſt Deus, vt in medio præ-
Mat. 21. conum ſuæ iuſtitiæ, non obliuiſcatur ſuæ miſeri-
cordiæ, nóſque puniat, non vt perdat, ſed vt ſeruet
Simile & eripiat. Sartor recidit, & ſcindit, efficit, & deſtruit
& omnia hæc vt veſtem efficiat. Scindit in hac
parte vt connectat in illa, integrum pannum lace-
rat, ſed vt coniungat, & ex eo pulchrum conficiat
indumentum. Ita ſe habet Deus erga nos: cùm
nos calamitatibus lacerat, non eſt cauſa lacerandi,
ſed coniungendi: diuidit, vt congreget, ſecat, vt
ſarciat: recidit mundi voluptates, vt in animo no-
ſtro cœli gaudia connectat, euertit diuitias cadu-
cas, vt nos diuitiarum æternarum participes effi-
ciat: ſecat nos, vt religet, & vinciat, ac vt ex nobis
vtilem veſtem patientiæ & tolerantiæ abſoluat. Id
Eſa. 28. intelligens Eſaias ait: Vt faciat opus ſuum, alienũ
opus eius, vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt
opus eius ab eo. Opus Dei proprium appellat mi-
ſereri, opus verò alienum ab eo ærumnis premere
& affligere. Sed angit nos calamitatibus, vt ad ſe
conuertat, & in nos beneficia miſericorditer con-
ferat. Id aſſerit his verbis Ieremias in lamentatio-
Thre. 3. nibus ſuis: Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecun-
dùm multitudinem miſericordiarum ſuarum: non
2. Cor. 1 enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios ho-
minum. Et diuus Paulus: Pater miſericordiarum,
& Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos
in omni tribulatione noſtra. Quibus verbis o-
ſtendit, non eſſe conſolationem, quæ à Deo non
eſt. Nulla eſt verior miſeria, quàm falſa lætitia.
Pſa. 76. Ideo ait diuinus pſaltes: Renuit conſolari anima
mea. Et ſubdit ſtatim, Memor fui Dei, & delecta-
tus ſum. Vide quàm facile & promptum remediũ
ad veram oblectationem inueniendam. Quid
promptius memoria? Quid paratius? Memor, in-
quit, fui Dei, & delectatus ſum. Omnem dolorem
Dei recordatione leuabat: & repudiãs inanem ſe-
culi voluptatem ad memoriam Dei confugiebat
tanquam ad ſingulare moleſtiarum remedium. O
quàm facile remedij genus, quanta medicinæ ve-
locitas. Si tã dulcis eſt memoria, quid erit preſentia
Quid erit frui eo, qui eſt pater miſericordiarũ, &
Deus totius cõſolationis? Quis deſperabit de diui-
na miſericordia, cùm Deũ habeat, qui eſt pater, &
pater miſericordiarum? Qui latronem in cruce ob
flagitia propria pendẽtem ſaluum fecit, qui Mag-
Luc. dalenã è mundi vanitatibus eripuit, & tanta gratia
23. impleuit, vt in terra corpore cõſtituta, vitã cœleſtẽ
Luc. 7. imitaretur, qui publicanos liberauit, qui peccato-
Mat. 21. ribus facinoroſis, ſceleri ùmque maculis notatiſſi-
Luc. 5. mis gratiã tribuit, qui neminẽ eum pœnitẽti cor-
de inuocantem contemnit, qui denique, vt verbis
vtar Apoſtoli, vult omnes homines ſaluos fieri,
1. Ti. 2. quomodo nos derelinquet, ſi ad illum confugeri-
mus, omnem noſtram ſpem & fiduciam in eũ con-
ferẽtes? Qui fieri poteſt, vt qui pro omnibus mor-
tuus eſt, nos, pro quibus ſanguinem fudit, penitus
abiiciat, ſi ad illum fuerimus toto animo cõuerſi?
Scala illa, quã vidit Iacob altera parte terrã, altera Gen. 28.
cœlũ tangẽtẽ, quid eſt niſi via cœli: & gradus eius
quid ſunt, niſi virtutes, quibus tenditur ad vitam
immortalem? Per eam vidit patriarcha quoſdã a-
ſcendentes, quoſdã verò deſcendentes. Qui ſe exi- 1. Cor.
ſtimat ſtare, inquit Apoſtolus, videat, ne cadat. 10.
Quemadmodũ fieri poteſt, vt qui ſunt in virtutum
faſtigio collocati, decidant, & præcipitẽtur, ſic fie-
ri poteſt, vt qui ſunt ſcelere contaminati, & in imo
vitiorũ conſtituti, qui cœlo contempto terrã tan-
tummodo amplexantur, reſipiſcant, in ſe conuerſi
pœnitentiã agant, & per ſcalæ gradus ad cœlũ ten-
dant, vt in cœleſtibus ſedibus ſint tandẽ collocati.
Adhærebat terræ rex Dauid, cùm in crimen adul- Pſalm.
terij & homicidij incidiſſet, & dicebat: Adhæſit 118.
pauimento anima mea: & alibi: De profundis cla- Pſalm.
maui ad te domine: & ſcimus eum diuino adiutum 129.
fauore ſcalã aſcendiſſe, & cœlum penetraſſe. Non Gen. 21.
eſt igitur, cur de diuina pietate deſperemus. Cùm
Iſmael è domo patris egreſſus, cùm Agara mater
ſua erraret in ſolitudine, & præ ſiti animam ferè
efflaret, extulit ploratum, qui fuit à domino exau-
ditus. Iacebat ille ſub quadam arbore, vbi eum A-
gara poſuerat, ne eum moriẽtem oculis aſpiceret.
Sed oſtendit illis Deus fontem aquæ, cuius potu
ſitim ſedarunt, & ſeipſos refecerunt. Nos qui è do-
mo patris egreſſi ſumus, qui Deum optimum pa-
trem reliquimus, & in mundi ſolitudine erramus,
in peccatorum ſylua impediti, in vitiorum deſer-
to inuio & inaquoſo verſati, ne velimus peccatis
noſtris adhibere deſperationem: ſed labes noſtras
deteſtantes, & vim lachrymarum fundentes, acce-
damus ad arborem crucis, ad Chriſtum crucifixũ
ad arborem vitæ, vbi fontem miſericordiæ pleniſ-
ſimum inueniemus, cuius ſalutari potu lethalem
ſitim, qua aridi animi noſtri laborãt, extinguemus
vt ardore inutilium cupiditatum ſedato, in tran-
quillitate viuamus. Adeamus igitur cum fiducia, Heb. 4.
vt ait diuus Paulus, ad thronum gratię eius, vt mi-
ſericordiã conſequamur. Qui enim dura Hebręos
in Babylonica captiuitate detentos non deſeruit,
qui ad illos miſit diuinum ſuum vatem, ad gentes
apoſtatrices & feritate barbaras, ad homines dura
facie & indomabili corde, multò minùs nos, quo-
rum ſcelera ſuo ſanguine expiauit, derelinquet.

Et dices ad eos: hæc dicit dominus Deus. Hæc erat
diuinorum vatum præfatio. Senſus eſt, ego te pro-
phetam conſtituo: ito ad Hebræos, & incipe loqui
illis more aliorum prophetarum. Dices enim te,
non qua ratione homo es, ad eos verba facere,
ſed quatenus diuinus es vates: imò Deum eſſe, qui
per te loquitur, qui nec fallere poteſt, nec falli. At Pſa. 115.
omnis homo mẽdax, vt ait regius vates. Sed dicet
aliquis fortaſſe: Si omnis homo eſt mendax, cùm
Dauid homo eſſet, videtur concludi eum eſſe mẽ-
dacem. Si mendax, ergo ei non eſt adhibenda fi-
des, ſi ei fides adhibenda non eſt, non eſt hoc illi
credendum, nimirum omnem hominem eſſe mẽ-
dacem: ille enim eſt, qui ait: Omnis homo mẽdax.
At non hoc dixit quatenus homo, ſed quatenus
Dei propheta, cuius ore Deus loquebatur. Ita e-
nim ait: Ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo
mendax. Hoc dixit in exceſſu, cùm eſſet ſpiritu
prophetiæ agitatus.

Si fortè vel ipſi audiant. Dictio hæc, fortè, non de-
Iere. 26. notat in Deo ignorantiam, ſed in nobis liberum
Mat. 21. arbitrium. Sic Deus Ieremiæ: Noli ſubtrahere ver
bum, ſi fortè audiant, & conuertantur. Et apud
Matthæum. Fortè filium meum verebuntur.

Et ſi fortè quieſcant. Hoc eſt, ſi fortaſſe nolint te
audire. Acſi dicat Deus: Loqueris eis, ſiue te audiãt
ſiue non. Et ſi Deus certò ſciat, multos eſſe, qui ei
non ſunt obtemperaturi, eos tamẽ vocat, ne poſt-
eà dicant non fuiſſe ſe monitos ab eo: & vt nos do
ceat debere nos conferre beneficia etiam in eos,
qui ingrati videantur. Vt Sol nõ deſinit micare ra-
Simile diis, etiam ſi nubes velit eius lucem obſcurare, ſic
nos non debemus à beneficiis deſiſtere, etiam erga
eos, qui noſtrorum benefactorum ſplendorem ma
Simile culare voluerunt. Vt enim nux & oliuæ notiſſimæ
plantæ, etſi virgis cædantur, vberrimos tamen fru-
ctus producunt, ſic nos etiam ob pręclaras virtutis
actiones obiurgati, maledictis læſi, & ingratitudi-
ne laceſſiti, eas relinquere nolimus, quin potiùs in
illas toto pectore incumbamus. Eſt quidem mor-
talium labes quædam & macula virtuti inuidere,
velléque ipſum florem dignitatis labefactare. Poſ-
ſunt etiam verba hæc ita explanari, vt ſi fortè quieſ
çant, ſit idem, ac ſi fortè à vitiis deſiſtant: impij e-
nim quàm diu impij non quieſcunt, ſed vt ait
Eſa. 57. Eſaias, ſunt quaſi mare feruens, quod quieſcere
non poteſt. Nam perturbationibus commoti, fre-
munt inſtar Euripi, & cupiditatum motibus ma-
gnoperè concitantur. Viri autem pietate & chari-
tate viuunt, & animi ſecuritate & quiete, quæ illis
afferunt cùm conſtantiam, tum etiam dignitatem.

Domus exaſperans eſt. Id eſt, rebelles ſunt, meq;
prouocant ad iram.

Et ſcient, quia Propheta fuerit in medio eorum. Hoc
eſt, tunc intelligent Deum miſiſſe Prophetam, qui
eos ſalutis admoneret. Et ita ſeruabuntur, qui in-
ter eos pietatem coluerint, impij verò Deum ac-
cuſare non poterunt.

Ne timeas eos. Ne taceas ob eorum metum, an-
nuntia illis intrepidè ſcelera ſua. Huiuſmodi debet
eſſe Euangelicus concionator. Etſi maledictis vul-
neretur, permaneat tamen in veritate nuntianda,
& ita beatitudinem illam obtinebit, de qua Chri-
ſtus apud Matthæum: Beati eſtis, cùm maledixe-
Matt. 5. rint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & di-
xerint omne malũ aduerſum vos, mentientes pro-
pter me. Diſcipulis ſuis dicebat Chriſtus: Nolite ti
Luc. 12. mere puſillus grex. Et alibi, Non turbetur cor ve-
Ioan. 14 ſtrum, nec formidet. Vt aqua quieta & tranquilla
Simile oſtendit nobis eam intuentibus imaginem noſtrã
inſtar ſpeculi: ſed mota & perturbata nequaquam,
ſic cor noſtrum, ſi placidum eſt & ſedatum: repræ-
ſentat nobis figuram noſtram, vt nos ipſos agno-
ſcamus, id quod fieri, non poteſt, ſi eſt concitatio-
ne agitatum, & metu perterritum. Eam ob cauſam
oportet, vt cor noſtrum non perturbetur, nec for-
midet. Vt ſera penſilis, cùm turbata eſt, non poteſt
Similitudo claue aperiri, quia non illi accurrit artificium ob
intemperiem ſuam, ſic cor noſtrum, cùm eſt per-
turbatione concitatum, nulla vult exhortationis
claue reſerari, quia non obtemperat rationi appe-
titus: quo fit, vt cor impij ob artificij intemperiem
non aperiatur Deo per Salomonem clamanti: Prę-
Pro. 23. be fili mi cor tuum mihi, aperiatur autem dæmo-
Pſal. 54. ni claue adulterina abutenti. Cor meum, dicebat
quidam, conturbatum eſt in me. Et alibi: Dormi-
ui conturbatus. Sed qui ſuam conturbationem
dolebat, Deo volebat aperiri. Ille verſatur in ma-
gno periculo, cuius cor perturbatione & formidi-
ne motum Deo clauditur, nolens veritatem nun-
tiare, & munere concionandi intemperanter abu-
tens. Quid timet, qui ſecum Deum habet adiu- Pſal. 56.
torem? Dominus protector vitæ meæ, aiebat Rex Pſal. 26.
Dauid, à quo trepidabo? Et alibi, Non timebo ma-
la, quoniam tu mecum es. Et Salomon in Prouer- Pſa. 22.
biis: Iuſtus quaſi Leo confidens abſque terrore Pro. 28.
erit. Et diuus Paulus in Epiſtola ad Romanos: Si
Deus pro nobis, quis contra nos? Quid poteſt eſſe Rom. 8.
tutius nobis, quàm arma diuina induere, & ani-
mum habere Chriſti gratia roboratum? Quid for-
tius? quid munitius? quid inexpugnabilius? Si al-
tè ſpectare voles, & ad veritatem mentis oculos
reuocare: videbis apertè, nihil poſſe eſſe vel ad vi-
tæ ſuauitatem iucundius, vel ad vtilitatem accom
modatius, vel ad animi pulchritudinem elegan-
tius, vel denique ad fortitudinem & firmitatem
obtinendam & conſeruandam præſtantius. His
armis indutos mittebat Chriſtus diſcipulos ſuos, Mat. 10.
dicens illis: Ecce ego mitto vos ſicut oues in me-
dio luporum. Acſi diceret: Mitto vos oues inter lu Luc. 10.
pos, vt lupos in oues conuertatis. Oues eſtis, qua-
rum lana alij induentur, quarum lacte, & caſeis
veſcentur. Vos manſuetudine veſtra eorum iram
vincetis: veſtra tollerantia eorum excandeſcen-
tiam, veſtra humilitate eorum ſuperbiam, veſtra
manſuetudine eorum duritiem, veſtra virtute eo-
rum iniquitatem ſuperabitis. Et tandem his armis
de illis mirabiliter triumphabitis: ideò ne timeas
eos.

Quoniam increduli & ſubuerſores ſunt tecum. Hoc
prædixit Deus Prophetæ, ne eum moleſtiæ impa-
ratum inuenirent. Illis enim calamitas eſt grauis,
quibus eſt repentina.

Cum Scorpionibus habitas. Scorpio animal eſt ve-
nenoſum, quod placidè incedit, ſed vulnerat cau-
da: non ferit facie, ſed parte poſteriore. Talis eſt ille
qui etſi blandus videatur, occidere tamen deſide-
rat, intus Nero, foris Cato. Vt Apis ore portat flo- Simile
rem, ſed retrò aculeo ferit, ſic nonnulli blandè &
ſuauiter loquuntur, vt eos verbis demulceãt, qui-
bus ob malitiam perniciem machinantur. De illis
aiebat Regius vates: Circundederunt me ſicut A- Pſa. 117.
pes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Illud eſt huc
loco aduertendum comparari impios homines
cum beluis & feris: nam hîc vocantur Scorpiones:
apud Eſaiam hericij, apud Matthæum, & apud Ioã Eſa. 14.
nem Lupi, apud Lucam Vulpes, apud Matthæum Mat. 10.
& Lucam progenies Viperarum. Vnde Pſalmo- Ioã. 10.
graphus, Homo, inquit, cùm in honore eſſet, non Luc. 13.
intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, Matt. 3.
& ſimilis factus eſt illis. Cæterùm Scorpiones poſ- Luc. 3.
ſunt hîc accipi pro herbis quibuſdam: eſt enim Pſal. 49
Scorpio ſiue Scorpius herba quędam ſemen habẽs
inſtar Scorpionis, de qua Plinius libro 22. Et
quoniam hæ herbæ ſpinas habent, quibus calcan-
tes feriunt, ideò cum illis Iudæi meritò comparan-
tur. Pagninus vertit: Et cum tribulis habitas: eſt
enim tribulus herba duris ſpinis plena. Vnde ſti-
muli ferrei, & virgæ, quibus ſolebant quondã no-
centes homines flagellari, tribuli vocãtur, & Scor- 3. Re. 12.
piones. Ita intelligitur id, quod eſt libro 3. Regum

mandatum: Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos Scorpionibus. Illud eſt magnoperè aduertendum, dicere Deum Ezechieli, ne timeat Hebræos, ad quos eum mittebat, quoniã ſubuerſores ſunt, & Scorpiones, & cõtumaces. Ac ſi diceret: Si virtute ornati eſſent, ſi eſſent fide muniti, & charitate roborati, eſſent abſque dubio timẽdi: at cùm ſint omniũ ſcelerum maculis notati, cùm apud eos lex diuina nihil valeat, iudicia iaceant, vera religio occiderit, nolis eos timere. Plus poteſt vnus virtute munitus, quàm multi virtute nudati.
4. Reg. 6 Eliſæus obſeſſus à Syris dixit puero ſuo innumerabiles hoſtium copias aſpicienti, & metu laboranti, Noli timere, plures enim nobiſcum ſunt, quàm cũ illis. Et vidit puer exercitum angelorum Eliſæo
1. Re. 18. opem ferentium. Et fuerunt Syri cæcitate percuſſi, & Regi Iſraëlis traditi in Samaria. Volebat impius Saul pium interficere Dauidem, & ait diuina ſcriptura in hunc modum libro primo Regũ. Timuit Saul Dauidẽ, eò quòd eſſet Dominus cum eo. Rex erat Saul magnis diuitiis affluens, multiſque militum copiis ſtipatus, & tamen pauperem Dauidem, exulem, & derelictum, quòd eſſet virtute præditus metuebat. Magnas vires virtus habet: nõ enim aſpicis quã debiles ſint impij aduerſus iuſtum, & quã formidabilis ſit iuſtus aduerſus impios? Sed dices: impietas poterit detrahere de me, & notam ignominiæ mihi inurere, & mei nominis claritatem & amplitudinem ſuis maledictis deformare: cur igitur eũ non timebo? Quid ais? Nonne intelligis magnificum eſſe ab impiis reprehendi? Eorum de te detractio eſt vitæ tuæ approbatio. Tunc oſtendes eſſe te iuſtitia inſignem, ſi illis diſpliceas, qui Deo nõ placent.
Pſal. 37. Hoc intelligens Dauid aiebat: Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Antiſthenes inſignis Philoſophus, cùm aliquando ab improbis & ſceleratis efferretur laudibus, dixit, vt refert Diogenes Laertius, O me miſerum, metuo ne in crimen aliquod inciderim. Et alibi dicenti cuidam, multi te laudant, Quid, inquit, mali feci? Sentiebat illuſtris Philoſophus opinionem impiorum hominum ſolere eſſe laudatricem vitiorum, & virtutum obiurgatricem. Hoc intuebatur animo Seneca, modeſtis clarus, & philoſophia admirandus, cùm diceret argumentum eſſe recti malis diſplicere. Et pater Latinæ eloquentiæ Cicero, ea, inquit, eſt profectò iucunda laus, quæ ab his proficiſcitur, qui & ipſi in laude vixerunt. Cùm igitur facinoroſi & ſceleribus contaminati, nihil valeant apud Deum, non ita ſunt metuendi, vt ob eorum timorem Dei veritatem celemus, nos qui concionandi munus ſuſcepimus, quin potiùs opus eſt, vt munere noſtro bene, liberè & intrepidè fungamur.

Aperi os tuum. Hoc eſt, diſpone te ad intelligendum, & ego in te ſcientiam infundam. Quæ dixeris mea erunt: erit os tuum diuinis verbis abundans. Sic in Pſalmo: Dilata os tuum, & implebo illud. Et
Pſal. 8. alibi dicebat Dauid: Os meum aperui, & attraxi
Pſal. 118 ſpiritum. Hebraiſmus eſt, quo oſtendit diuinus Vates animum ſuum præ deſiderio cœleſtis ſapientiæ anhelantem fuiſſe à Deo ſpiritu prophetiæ illuſtratum.

Et comede quæcunque ego do tibi. Ad hoc erat aperturus os ſuum, vt ea comederet, quæ Deus erat illi daturus. Volebat Deus, vt Ezechiel, quæ dicturus erat priùs comederet. Debet enim concionator ea quæ dicit, non ſolùm primoribus labiis attingere, ſed comedere, & intus guſtare, & diligenter perpẽdere, & memoria repetere. Si ille animi morbo, & ſenſus ſtupore ſuauitatem euangelicæ doctrinæ non ſentit, nec eorum, quæ prædicat, guſtum habet, quî fieri poteſt, vt alij rectè & ardenter, vt oportet, ad comedendum perſuadeat? Colliges hinc diuinam doctrinam eſſe ſpiritus alimentum & eſcam. Nullus cibus eſt ſuauior ſapientia cœleſti, nullæ epulæ dulciores. Hæc eſt ambroſia diuina animum alens ad æternitatem, qua incredibilis percipitur voluptas. Hac illuſtratus animus oculos ad cœlum tollit, Deum intuetur, & cœleſtia myſteria aſtris fulgentiora contemplatur.

Inuolutus liber. Hoc eſt, papyrus quędam circumplicata, ex vtraque pagina ſcripta. Erat veluti libellus memorialis circunuolutus, habens vtranque partem literis exaratam: in quo continebantur ſcelera, quæ Iudæi admittebant, & pœnæ, quas erant pro illis daturi. Itaque erat prophetia calamitatum, quibus Iudæi propter eorum maleficia erant miſerè opprimendi, erat ibi Hieroſolymæ euerſio, tẽpli combuſtio, Hebræorum captiuitas, & eorum incredibiles ærumnæ: quæ omnia Ezechiel erat illis nũciaturus. Ideo fortaſſe libellus erat circunuolutus, quia prophetiam rerum futurarum cõtinebat: ſunt enim futura contingẽtia hominibus occulta. Solus Deus ea cognoſcit, & ij, quibus ille ea voluerit reuelare. Poteris per hunc librum ſacram ſcripturã intelligere, quæ inuoluta eſt, & obſcura multis in locis explicatu difficillimis. Sed expandit eã Deus coram Propheta: quia etſi ſit circumplicata, eam tamen illis aperit Deus, quibus vult ſuorum myſteriorum ſcientiam cõmunicare, hoc eſt viris piis, animi ſubmiſſione inſignibus, & virtute præcellentibus. Diuina ſapientia homines ſuperbos & impuros non vult in ſua ſacraria admittere. Quo fit, vt qui animi impuritate & elatione infecti, & flagitiis contaminati ad diuinam ſcripturam explanandam arroganter & audacter accedunt, in hæreſes ſæpe incidant, & in erroribus peſtilẽtibus verſentur. Lutherus ait diuinas literas facillimas eſſe, & apertiſſimas, & eam ob cauſam non indigere magiſtro, ideo contemnendum eſſe diuum Hieronymũ, diuum Auguſtinum, & alios ſanctos, diuinarũ literarum interpretes. Vt autẽ hoc probet, affert locum illum Pſalmographi: Declaratio ſermonũ tuorum illuminat, dicens, in Hebraico pro declaratione eſſe oſtium ſiue portam: vt ſit ſenſus: Diuina ſcriptura in oſtio in introitu ſtatim cùm in eam ingredi cœperis, mentem illuſtrat. Pſal. 118
Hæc eſt eius probatio. Et non videt cæcus, & ſuperbus homo id, quod in eodem pſalmo ſtatim ſequitur: Et intellectum dat paruulis. Vult enim diuinus ac regius vates ſignificare diuinam legem etiam in principio mentes illuminare eorum, qui ad eam humiliter accedunt, paruuli enim pro humilibus accipiuntur. Horum intellectum illuſtrant diuinæ literæ, non ſuperborum, non arrogantium, non antiquos patres, & ſanctos doctores contemnentium. Oſtium diuinæ ſcripturæ eos illuminat, qui per illud ingrediuntur, ingrediuntur autẽ per illud paruuli, ſubmiſſi, & humiles, qui ſe ſubijciunt, & inclinant, non autẽ elati, inſolentes, arrogãtes: hi enim cùm ſe nolint ad oſtij introitum inclinare, retrorſum cadunt. Præterea

non

non ſequitur: Non ſolùm qui ſanctæ ſcripturæ in-
tima arcana penetrant, ſed etiam qui vel eius oſtiū
ingrediuntur, lumine quodam illuſtrātur, ergo to-
ta ſcriptura eſt facilis & perſpicua. Vnde hæc con-
ſecutio? Et quamuis ſequeretur hoc, non tamen
tibi intellectum daret ô Luthere, qui inaudita ar-
rogantia omnes contemnis, &, acſi diuina oracula
funderes, te ſolum audiendum prædicas. Audi di-
Pſa. 118. uinum pſaltem ita canentem. Declaratio ſermo-
num tuorum illuminat, & intellectum dat paruu-
lis. De iis ait Chriſtus Deus noſter apud Matthæū:
Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, qui
Mat. 11. abſcōdiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & re-
uelaſti ea paruulis. Horum ait eſſe regnum cœlo-
Mat. 19. rum. Niſi enim conuerſi humiliemur & efficiamur
vt paruuli, non intrabimus in regnum cœlorum.
Aiunt perſpectiui hominem in profundo & obſcu
ro antro, ſiue in imo altiſſimi putei abſq; aqua cō-
ſtitutum etiam in luce meridiana videre ſtellas in
cœlo, quas fieri non poterat, vt videret, ſi eſſet ſu-
Simile per antrum ſiue puteum collocatus. Sic qui ſe ob
animi ſubmiſſionem abiicit, & ad id humilitatis
deſcendit, vt in profundo ſpecu cognitionis ſui ip-
ſius ſedeat, aſpiciet meridie alta myſteria in cœlo
ſacræ paginæ inſtar micantium ſyderū fulgentia,
quæ nequaquam intueretur, ſi eſſet faſtu & ſuper-
cilio inſignis, & ſuperbia ac inſolentia elatus. In
Prou. 11. prouerbiis ait ita Salomon: Vbi fuerit ſuperbia, ibi
erit contumelia, vbi autem eſt humilitas, ibi & ſa-
pientia. Vnde ait Chryſoſtomus: Inter ſapientes
ſapientior eſt, qui humilior eſt: Didymum philoſo-
phum legimus hæc verba Alexandro Magno dixiſ-
ſe: Paratus eſt Deus ad dandum tibi ſapiētiam, ſed
non habes, vbi eam recipias, cùm ſis ſuperbia refer-
Simile tus. Quemadmodū arboris ramus, quò eſt plenior,
eò eſt grauior, quantò plures & vberiores fructus
producit, tantò profundiùs ſe abiicit, ſic qui ſapiē-
tior eſt, humilior eſt, quò quiſque magis eſt ſapien-
tiæ fructibus onuſtus, eò magis ſe deorſum ſubmit-
tit & inclinat. At ſuperbus inſtar inanis rami ſe eri
git in ſublime, non animæ vtilitatem quærens, ſed
vanitatem. Quam ob cauſam ad diuinam accedēs
ſcripturam interitum ſibi ipſi machinatur: ea enim
Exod. 19 eſt mons ille, quò ſi quis accedat in figura hominis
vitam belluę gerens, lapidibus obruitur, vnde ve-
ram ſapientiam poterat obtinere, ſi ad literas ſan-
ctas cum humilitate, & reuerentia, & diligenti ani
mi præparatione accederet, inde exitium certū re-
fert, quoniā eas vult ingenio tumente penetrare.
De huiuſmodi hominibus ait Salomon in Prouer-
biis: Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à
Prou. 25 gloria. Quemadmodum ſi quis vellet in ſplendidā
ſolis Sphæram fixè aſpicere, obcæcaretur, quia fra-
Simile gilis oculorum acies non poteſt per ſe tantum ſplē
dorem ſuſtinere, ſic qui ſuo fretus ingenio tenta-
uerit in admirabilem diuinorum arcanorū clarita
tem mentis oculos conicere, obruetur tāto ſplen-
dore, & obcęcata mētis acie id, qđ volebat, nequa
quam cōſequetur: quoniā ſummi Dei myſteria nō
poſſunt hominum ingenio ſuperbia elato compre-
hendi, alioquin nihil inter Deū hominémq; diſta-
ret, ſi arcana illius maieſtatis æternæ literis diuinis
cōſignata cogitatio aſſequeretur humana. Id ſigni
Exo. 40. ficabant ea, quæ in ſanctis ſanctorum erant quodā
3. Reg. 6. & 6. tecta & velata. Fidens forte Paulus ingenio ſuo,
volebat, priuſquā Chriſti fidē reciperet, eius my-
ſteria penetrare, ſed ea non percipiens, in magno
errore verſabatur, cùm incenſus odio Chriſtianos
affligeret, eóſq;, quos ne voce quidē vulnerare de-
beret, ferro trucidare cupiebat. At circūfulſit eum
lux de cœlo, qui cadens in terrā nihil videbat, etiā
apertis oculis. Quæ in re fuit eius diſpoſitio ſignifi- *Act. 9.*
cata. Sed poſteà cùm ſe abiiceret, cùm animi hu-
militatem amplecteretur, & depoſita omnino ani-
mi elatione accederet ad Ananiam, viſum recepit.
Et in hac humilitate conſtitutus aiebat: Ego ſum
minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vo-
cari Apoſtolus, quoniā perſecutus ſum Eccleſiam *1. Cor. 15*
Dei. In Pſalmo, vbi communis editio iuxta tranſla
tionem ſeptuaginta habet: Firmamentum eſt Do-
minus timentibus eum, pro firmamento eſt in He- *Pſal. 25.*
braico ſod, quæ dictio arcanum ſignificat. Qua ra-
tione ductus vertit diuus Hieronymus in hūc mo-
dum locum illum. Secretum domini timentibus
eum. Quibus verbis promittit Deus, ſe humilibus
pietate & humilitate conſpicuis ſecreta & arcana
aperturum, quæ ſanctæ ſcripturæ monimentis cō-
tinentur. Hoc eſt magnum Dei beneficium in ho-
mines manſuetos, ſéq; ſubmiſſe gerentes collatum
quo nihil excellentius, nihil ſalutarius, nihil iucū-
dius excogitari poteſt. Ad huiuſmodi homines re-
ſpicit Deus, dicēs apud Eſaiam: Ad quem reſpiciā *Eſai. 66.*
niſi ad pauperculum, & contritū corde, & tremen-
tem ſermones meos? Vbi ſeptuaginta habent: Su-
per quem intuear niſi ſuper humilē & quietum, &
trementē ſermones meos? Vnde beatiſſima virgo:
Reſpexit, inquit, humilitatē ancillæ ſuæ. Cùm autē *Luc. 1.*
tu ô Luthere & humilitatē & Dei timorem deſpi-
cias, & damnes, quō fieri poteſt, vt tibi diuina ſcri-
ptura intellectū illuſtret? Tibi, tibiq; ſimilibus im-
plicata eſt, & liber inuolutus, quē Deus ſuis expā-
dit. Ait enim diuus Lucas Chriſtum diſcipulis ſuis *Luc. 24.*
ſcripturas aperuiſſe. Ille eſt, qui iuxta diui Ioannis *Apoc. 5.*
ſententiam habet clauē Dauidis, qui aperit, & ne-
mo claudit, qui eſt dignus, qui aperiat librū, quem
Eſaias aſſignatū vocat, & Ezechiel librum inuolu *Eſai. 29.*
tum. De quo Chriſtus apud Ioannem: Scrutamini, *Ioan. 5.*
inquit, ſcripturas, quia illæ ſunt, quæ teſtimonium
perhibent de me. Quibus verbis innuit, nō ſat eſſe
earū ſuperficiē intueri, & ſenſum hiſtoricū ab aper
to orationis argumēto non recedentē intelligere,
ſed opus eſſe earū etiā interiores ſententias, & ſu-
blimes intellectus, atq; altas & profundas diuina-
rum rerū cognitiones mentis acie perpurgatā dili-
genter perſpicere, ſummáq; cura inueſtigare. Eam
ob cauſam ait Ezechiel eſſe librum hunc ſcriptum
intus & foris, quia vtrumq; habet ſenſum, & litera-
lem & ſpiritualē, quem veteres in tres ſenſus diui-
ſerunt, allegoricum, tropologicum, & anagogicū.
Lege totum vetus teſtamentum, vbique illud de
Chriſto loquens inuenies. Chriſtus eſt fructus vir-
ginis, quem Deus promiſit eſſe dæmonis caput cō
triturum. Ipſe eſt verus Melchiſedech rex & ſacer-
dos, qui panem obtulit, & vinum: idem ipſe hoſtia *Gene. 3.*
qui & ſacerdos Ipſe eſt verus Iſaac, qui holocau-
ſto deſtinatus ligna ſuper humerum portauit, ba- *Gen. 14.*
iulans crucem ad Caluariæ montem, de quo dixit
Eſaias: Principatus eius ſuper humerum eius. Ipſe *Gen. 22.*
eſt verus Ioſeph, à fratribus venundatus, & poſteà *Eſai. 9.*
mundi ſaluator appellatus. Ipſe eſt verus Samſon *Gen. 39.*
ob amorem Dalilæ, hoc eſt ob eccleſiæ dilectio- *Gen. 41.*
nē iniuriis affectus, qui facta magna ſtrage inimicorum *Iudi. 16.*

ſtrage occubuit. Ipſe eſt verus Dauid ſuperans Go-
liam ligno & quinque lapidibus, qui ligno crucis
1.Re.17. & quinque vulneribus mundum ſuperauit. Ipſe eſt
De⁹, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis apud
Eſai. 9. Eſaiam, Ipſe germen iuſtitię apud Ieremiã. Ipſe eſt
Iere.23. paſtor vnus & princeps apud Ezechielē. Ipſe eſt la
& 34. pis abſciſſus, qui factus eſt mons magnus, & imple
Eze.34. uit vniuerſam terram apud Danielem. Ipſe eſt rex
Dani.2. Sionis, iuſtus, & ſaluator apud Zachariã. Ipſe eſt do
Zach.9. minator Iſraël apud Michæam. Ipſe eſt deſideratus
Mich. 5. cunctis gentibus, qui ſtante ſecundo tēplo ventu-
AEga.2. rus erat in mundum, & in templo illo Hieroſoly-
mæ prædicaturus, apud AEgæum. Ipſe eſt doctor
iuſtitiæ apud Ioelem, & ſol iuſtitię apud Malachiã.
Ioel.2. Dies me deficeret, ſi vellem locos omnes diuina-
Mala.4. rum literarum recenſere, qui de Chriſto Deo no-
ſtro loqnūtur. Illud vnum aſſero totam veteris te-
ſtamēti ſummam illius myſteria ſpirare. Id voluit
Pſal.39. diuinus pſaltes innuere, cùm ipſum Chriſtum in
hunc modū loquentem inducit: In capite libri ſcri
ptū eſt de me. Ac ſi diceret: Tota legis & diuinorū
oraculorum ſumma de me loquitur: in veteri teſta
mento ſunt mea myſteria literis ac perpetuis mo-
nimentis conteſtata. Poſſumus per hunc librum
ſcriptum intus & foris conſcientiam intelligere
hominis maleficijs imbui ex vtraque parte cōſcri
ptam. Eſt enim veluti codex accepti & expenſi. In
quadam pagina ſunt ſcripta, quæ nobis Deus im-
pertiuit, nimirum anima, corpus, memoria, intelle-
ctus, voluntas, ſenſus, pulchritudo, ingeniū, ſciētia,
opes, & dignitates, & omnia denique talenta, quæ
nobis ad negotiandum tradidit; nam aliis dedit
Luc. 19. quinq; aliis duo, aliis vnum, vt ipſe apud Matthæū
Mat.25. apertiſſimè teſtatur. Et apud Lucam, Negotiami-
Luc.19. ni, inquit, dum venio. Ex altera parte referimus in
codice peccata, errores, affectus, facinora, ſcelera,
& ſexcenta maleficia, quæ omnia in cōfeſſionis ſa-
cramento remittuntur, & de libro conſcientiæ de-
lentur, ne pro illis pœnis æternis cruciemur. Con-
ſtituit Deus in eccleſia ſua diuinos quoſdã quæſto-
res, ad quos cum rationibus librorum conſcientiæ
confugeremus, illiſq; errata oſtenderemus, vt ipſi
Ioan.20 nos à peccatis omnibus abſoluerēt. Illis enim dixit
Deus: Accipite ſpiritum ſanctū: quorum remiſeri-
tis peccata, remittūtur eis, & quorum retinueritis,
retenta ſunt. Sed ſi hos diuinos quæſtores, hoc eſt
ſacerdotes reliquerimus, & pœnitentiæ ſacramen-
tum contempſerimus, ad æterna ſupplicia damna-
bimur iuxta mortifera crimina in noſtræ conſcien
tiæ libris exarata. Hi ſunt libri de quibus ait Da-
Dani.7. niel: Iudicium ſedit: & libri aperti ſunt. Ac ſi dice-
ret; Vidi mentis oculis Chriſtum mundum iudica
turum, coram quo libri conſcientiarum, in quibus
Apo. 20. ſcripta ſunt acta noſtra, patebunt. Et diuus Ioan-
nes in Apocalypſi, Vidi, inquit, mortuos magnos
& puſillos ſtantes in conſpectu throni: & libri aper
ti ſunt, Et alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ: & iu-
dicati ſunt mortui ex iis, qui ſcripta erant in libris
ſecundum opera ipſorum. In his libris non ſolùm
actiones, & verba, ſed etiam cogitationes ſcribun-
Rom. 2. tur, Et teſte diuo Paulo, teſtimonium reddet illis
conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogi-
tationum accuſantium, aut etiam defendentium
in die, cùm iudicabit Deus occulta hominum. Le-
gamus hunc librum conſcientiæ noſtræ plenum
peccatis, videamus crimina noſtra, vt ea lachry-

mis deleamus, & ab illis in ſacramento confeſſio-
nis abſoluamur. Si hoc facere neglexerimus, quid
faciemus, cùm libri aperti fuerint, cùm vnicuique
noſtrum cœleſtis ille iudex iuſtus & ſeuerus dixe-
rit: Redde rationem villicationis tuæ? Quid illic Luc. 16.
reſpondebunt ſuperbi? quid auari? quid illi, qui
turpibus voluptatibus ducuntur? quid illi qui vi-
rorum inſignium pietate ſplendorem extinguere
voluerunt? quid illi, qui homines innocentes ad
excidium & interitum vocarunt? quid illi, qui bel-
lum intulerunt quieſcentibus, vt eorum veteres il-
libatáſque diuitias in profundiſſimam vanitatum
ſuarum voraginem profunderent? Quid denique
illic reſpondebunt ſcelerati, qui Deo contempto
huius ſeculi amore flagrarunt? Demus igitur ope-
ram vt liber conſcientiæ noſtræ in diuino conſpe-
ctu bonorum operum plenus appareat: hoc enim
erit glorioſum, & illuſtre & ampliſſimis laudibus
decorandum. Et vbi librum conſcientiæ perpo-
lierimus, ad intelligenda myſteria diuinæ ſcriptu-
ræ accedamus, & librū illum, de quo ait Matthæus:
Liber generationis Ieſu Chriſti, legamus, in quo, Matt. 5.
quid nos oporteat facere ad vitam æternam con-
ſequendam, inueniemus.

Et ſcripta erant in eo lamētationes, & carmen, & va.
Diximus in hunc librum inuolutum intelligi pro-
phetiam calamitatum quibus Iudæi erant ob ſua
impia facinora conficiendi. AEquum enim erat, vt
in ærumnas inciderent, luctus perciperent, ſum-
mis doloribus angerentur, qui Deo contempto ſe
vitiis cōtaminauerant, quibus obcæcati veluti do-
meſticis flagitiis ſe inquinauerāt, & in lege diuina
violanda fraudes impias cōceperāt. Ideò liber ille
ſcriptus erat intus & foris, quia in vna pagina erāt
ſcripta eorū ſcelera, in altera eorū ſupplicia. Eam
ob cauſam ſcriptæ erant in eo lamentationes, ele-
giæ & planctus, quia declarabat, quibus pœnis eſ-
ſent miſeri illi homines cruciandi. Hunc exiſtimo
eſſe germanum huius loci intellectum. Sin autem
per hunc librum ſacram intellexeris ſcripturam,
poteris per lamenta, & lugubria carmina, & mi-
ſerabiles gemitus, exponere comminationes, cru-
ciatum, quibus damnati in inferno iuſtè torquen
tur: quorū cruciatuū memoria & cōminatione nos
vult diuina ſcriptura terrere, & à vitiis abſtrahere.
Sin autem per hunc librum interpretari volueris
peccatoris conſcientiam, non eſt dubium, quin ſit
plena cauſis lamentationum, & materia continui
ploratus & gemitus. Huic interpretationi fauet
verſio ſeptuaginta interpretum, quæ habet: In eo
ſcripta erāt, quæ antè, & quæ retrò, hoc eſt, ea, quæ
palàm facimus, & ea, quæ occultè cōmittimus. Po-
teris per hunc librum concionem intelligere, quã
Ezechiel erat apud Hebræos habiturus. Ideo in
fine erant lachrymæ & lamenta. Debent enim cō-
cionatores ſermones ſuos ploratu, querelis, ſuſpi-
riis, & commiſerationibus concludere. Ita concio-
nes ſuas terminauit Ieremias: ita diuinus conciona-
tor Chriſtus ſeruator noſter intuens ſe concioni- Luc.19.
bus ſuis non conuertiſſe Hieroſolymam, videns
ciuitatem fleuit ſuper illam. Deplorauit Dauid in-
felicem occaſum filij ſui Abſolonis, qui fuerat i-
gnominioſè interfectus, dicens: Fili mi, Abſalon, 2.Re.18.
Abſolon fili mi, quis mihi daret, vt ego morerer
pro te. Deplorauit cœleſtis Dauid filium ſuū popu-
lum Iudaicum, dicens: Si cognouiſſes & tu. Et pro

bb

eo,

Luc.19. eo, qui erat & animam & corpus amiſſurus, vim
lachrymarũ profudit. Moyſes ſuffocauit precibus
Exo.14. ſuis inimicos populi Dei in aquis mari rubri, Chri
ſtus voluit peccata noſtra ſuffocare in aquis lachry
Hebr.5. marum ſuarum. Ideò non ſolùm ſuper ciuitatem,
ſed in cruce pendens pro peccatis noſtris cum la-
chrymis & clamore valido è vita migrauit.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. II.

Fili hominis In Hebraico eſt: בן אדם ben Adam:
hoc eſt filius Adami. Adam idem eſt quod homo:
& licèt ſit commune nomen, eo tamen vocatus eſt
Gene.2. primus noſter parens. Cùm enim rebus aliis nomi
na imponeret, ſibi tamen imponere recuſauit: Nã
ad nomina rebus conuenientia imponenda opor-
tet earum naturas intelligi: cùm autem Adam in
ſtatu innocentiæ haberet earum rerum cognitio-
nem, quæ naturaliter poterant cognoſci, facilè fuit
nomina illis imponere: ſibi autem nomen pro-
prium non ſumpſit, quia non auſus eſt dicere, ha-
bere ſui ipſius cognitionem. Vnde intelliges, quàm
ſublimis philoſophia ſit ſeipſum cognoſcere.
Quemadmodum homo dicitur ab humo, ita A-
dam ab adamah, quæ dictio idem eſt quod humus
ſiue terra. Ea vtitur diuina ſcriptura capite viceſi-
Deu.21. moprimo Deuteronomij, pro qua noſter interpres
terram vertit, dicens: Quando inuentum fuerit
in terra: ex quo effectum eſt, vt apud Hebræos fi-
lius Adam, ſeu filius hominis accipiatur pro homi
ne abiecto & obſcuro, quem Latini vocant filium
terræ. Contrà verò virum clarum & nobilem, & in
hominum celebritate verſatum appellant Hebræi
filium viri: appellatur autem vir איש, vt primo
1.Re.26. Regum capite 26. Nunquid non tu vir es? Acſi di-
cat: Nonne tu clarus es, & illuſtris? Et capite 15.
Exo. 15. Exodi, quod nos habemus: Dominus quaſi vir
pugnator, poteſt verti ex Hebræo: Dominus vir
belli: hoc eſt magnus & ſtrenuus in bello. In Pſal-
Pſal.48. mo, vbi communis editio habet: Quique terrige-
næ, & filij hominum, habet verſio Complutenſis
ex Hebræo deſumpta: Tam filij Adam, quàm filij
viri: hoc eſt, tam abiecti homines, & obſcuro loco
nati, quàm nobiles, & celebritate generis illuſtres.
Pſal.61. Verba etiam illa pſalmographi: Veruntamen va-
ni filij hominum, mendaces filij hominum in ſtate
ris: poſſunt in hunc modum transferri: Tam ho-
mines ignobiles, & infimo loco orti, quàm magna
tes, & nobilis generis laude celebrati ſunt vani &
mendaces, quandiu non ſunt diuini ſpiritus affla-
tu perfuſi. Eam ob cauſam Deus Ezechielẽ vocat
filium hominis, vt ſuam fragilitatem agnoſceret, nõ
ſe ob Dei familiaritatem & fauorẽ extollat, & in-
ſolentem efficiat. Qua in re monentur principes, vt
quos diuitiis aut honoribus cumulauerint, ita eos
gratia & fauore proſequantur, vt eos tamen coer-
ceant, ne illos ſinant efferri ſuperbia, & alios con-
temnere, atque humanæ ſocietatis iura violare.

Ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſtquam locutus eſt mihi & ſtatuit me ſupra pedes meos. Septuaginta habent:
Venit ad me ſpiritus, & aſſumpſit me, & eleuauit
me, & ſtatuit me ſuper pedes meos. Aduerte: De-
iecerat Deus Ezechielem, eum filium hominis ap-
pellans, ſed ita eũ deiecit, vt eleuaret. Contrà verò
mũdus eleuat, vt deiiciat. Deus inſignes pietate vi-
ros per varios plerunq; caſus, magnáſq; calamita-
tum procellas ad vitã ducit beatam & immortalẽ,
eos à faſtigio & amplitudine gloriæ mundi ad imã
vſq; abiectionem deiiciens, vt eos inde ad æternã
gloriam extollat. At mundus homines vitiis conta
minatos effert in ſublime, vt illos inde ad æternas
pœnas, quæ eorum ſcelera ſequuntur, præcipitet.
Qui ſapiens eſt, rebus mundi ſecundis non fidit,
nõ tumet, non turgeſcit, ſed ſemper eius animus ſu
perbia vacat. Quemadmodum volens, vt parua i-
gnis flamma eleuetur, & in altum feratur, eã flabel Simile
li impetu, & veloci vẽtilatione deprimit, ſic Deus
nos deprimit, vt extollat, & eiicit deorſum, vt eri-
gat ad excelſum. Contrà vt luctator eum, qui ſecũ
in palæſtra contendit, amplectens, fert in ſublime, Simile
vt eum inde proſternat in terram, ſic mundus ideò
nos extollit, vt præcipitet, vt ex vertice falſæ & flu
xæ gloriæ ruamus ad profundum veræ & perpe-
tuæ ignominiæ. Id intelligẽs diuus martyr Cypria-
nus in epiſtola ad Donatum hæc verba ſcripta re-
liquit: Arridet, vt ſæuiat, blanditur, vt fallat, illicit,
vt occidat, extollit, vt deprimat: Fœnore quodam
nocendi quàm fuerit amplior ſumma dignitatis &
honorũ, tam maior exigitur & vſura pœnarũ. Vna
igitur placida & fida tranquillitas, vna ſolida & fir
ma, & perpetua ſecuritas, ſi quis ab iis inquietantis
ſeculi turbinibus extractus, ſalutaris portus ſtatio
ne fundatus, ad cœlum oculos tollit à terris, & ad
domini munus admiſſus, ac Deo ſuo mente iã pro-
ximus, quicquid apud cæteros in rebus humanis
ſublime ac magnum videtur, intra ſuam conſcien-
tiam iacere gloriatur. Hæc ille.

Patres eorum præuaricati ſunt pactum meum. In He
braico eſt: Ipſi & patres eorum præuaricati ſunt.
Ita eſt in verſione Pagnini, & ita habent ſeptuagin
ta. Eſt etiam hæc particula, ipſi, in nonnullis bibliis
correctis ad marginem adiecta.

Quoniam increduli & ſubuerſores tecum ſunt. Pro
Incredulis eſt in Hebræo: סרבים ſarauim. pro quo
Pagninus vertit rebelles. Septuaginta totam hanc
orationem ita verterunt: Quia inſanient, & cõgre-
gabuntur contra te in circuitu. Pro incredulis, ha-
bent illi παραιστρήσουσι, hoc eſt, inſanient: à verbo
παραιστρῶ quod eſt inſanire. Intellexerunt ſapiẽtes
viri incredulos omnes, & impios furere, & inſanos
eſſe. Quæ maior poteſt eſſe inſania, quàm velle pro
fluxis voluptatibus gaudia amittere æterna, & cœ-
lum pro inferno cõmutare? Contrà verò quæ ma-
ior poteſt eſſe ſapientia, quàm imperare cupiditati
bus, refrænare libidines, contẽnere voluptates, te-
nere iracundiam, coercere auaritiã, cæteras animi
labes repellere, & tandem gloriam immortalem
comparare? Cùm autem hæc impij non curent,
inſani quidem ſunt. Quemadmodum furioſi & Simile
dementes ſibi ipſis manus iniiciunt, ſic impij & ſce
lerati vulnera ſibi infligũt inſanabilia. Ideò ait Ec- Eccl.21.
cleſiaſticus: Quaſi rõphæa bis acuta omnis iniqui-
tas, plagæ illius nõ eſt ſanitas. Imò ſeipſos interficiũt Sap.16.
nã vt eſt in libro Sapientiæ literis mandatũ, homo
per malitiã occidit animã ſuã. Quæ poteſt eſſe ma-
ior inſania quàm ruere in interitum voluntarium.
Volens Iob impiorum oſtendere ignorantiam, eſ- Iob.5.
ſéq; omnes illos etiã in rebus apertis ſapientia de-
ſtitutos ait: Per diem incurrent tenebras & quaſi
in nocte ſic palpabunt in meridie. Cùm timor Dei

vt ait Dauid in pſalmo,& filius eius in Prouerbiis,
Pſa.110. ſit ſapientiæ principium, homines autem ſceleri-
Prou.1. bus imbuti ſint à timore domini alienati, apertè
cócluditur eos non ſolùm ſapientia carere, ſed ne
eius quidem habere principium. Verba illa pſal-
Pſal.74 mographi: Dixi iniquis nolite iniquè agere, verti
poſſunt ex Hebræo: Dixi dementibus, nolite inſa-
nire, vel, vt ea tranſtulit Pagninus: Dixi inſanis, ne
inſaniatis, Idem verbum & improbum ſignificat
& inſanum, quoniam omnes improbi inſani ſunt.
Sap.5. Eos in inferno cruciatos inducit liber Sapientiæ
in hunc modum loquentes: Nos inſenſati vitam
illorum æſtimabamus inſaniam. Et paulò pòſt:
Pugnabit cum illo orbis terrarũ cõtra inſenſatos.
Vbi aſpicis apertiſſimè impios omnes inſenſatos
Rom.1. appellari. Id intuens diuus Paulus in epiſtola ad
Romanos ait: Euanuerunt in cogitationibus ſuis,
& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes
enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Vnde rectè
ait Auguſtinus peccata eſſe animarum tenebras: &
Chryſoſtomus omnem malitiam appellat cæcam;
& Gregorius mentem malignitate captam cæteris
eſſe ſtultiorẽ aſſeueranter affirmat. Lactantius Fir-
mianus, Omnis, inquit, ſapiẽtia hominis in hoc v-
no eſt, vt Deũ cognoſcat, & colat. Socrates idẽ in-
quit eſſe ſapientiam & virtutẽ, intelligens eſſe ve-
ram ſapientiam cum virtute copulatam. Et quoniã
videbat mortales flagitiis contaminatos, aſſeruit
nullam eſſe inter illos ſapientiam. Eam ob cauſam
fortaſſe veteres Socratici Mineruam, quam Deam
ſcientiæ fingebant virginem eſſe dixerunt, vt ve-
ram ſcientiam à nullo homine eſſe cognitam ſi-
gnificarent. Nam Gentes illæ ob infidelitatis cæci
tatem veritatem non aſſequebantur. Nam cùm ve
ram ſapientiam nemo poſſit obtinere, niſi fuerit
diuino lumine illuſtratus, illud autem abſque fide
nemo adipiſcatur, apertè oſtenditur, nullũ eorum
qui ſunt à fide alieni eſſe verum ſapientem, quin po
tiùs ſtultum eſſe, denſiſque tenebris circunfuſum.
Eccle.1. Fons ſapientiæ, inquit eccleſiaſticus, verbum Dei
in excelſis. Cùm autem Gentes abſque fide neſcie-
rint verbum Dei, quis non videt eas ex fonte ſapiẽ
tiæ non bibiſſe? Eſt igitur perſpicuum ſeptem il-
los, quos Græcia iactat ſe habuiſſe ſapientes nomẽ
hoc iniuſto titulo poſſediſſe. Alcinous in libro de
doctrina Platonis ait philoſophiam eſſe ſolutionẽ
animæ à corpore, & conuerſionem quandam ad
ea, quæ vera ſunt, atque diuina. Vbi vides philoſo-
phiam potiùs eſſe in virtute ſitam, quàm in cogni-
tione, & ſapientes omnes, qui vera ſapientia ſunt
præditi, eſſe ad Deum conuerſos, improbos autem
omnes amentes eſſe atque in caligine tenebriſque
verſatos. Id quodammodo intelligens Pſeuſippus
Platonicus in libro definitionum, Philoſophia eſt,
inquit, deſiderium ſapientiæ, contemplatio verita-
tis: vt veritas eſt cura animæ iuxta rectam rationẽ.
Et Philo Platonicus in libro de vita contemplati-
ua philoſophiam ait auocare hominem à rebus ca
ducis ad cœleſtes, ita vt præ deſiderio immortalis
beatæque vitæ quaſi iam hac mortali vita defun-
Inf.28. ctus humana relinquat. Illud eſt prætereà annotã-
dum pro ſubuerſoribus eſſe in Hebraico: וסלונים
veſallonim quæ dictio ſpinam etiam ſignificat, vt
apud eundem Ezechielem.28. Et non erit vltra do
mui Iſrael ſpina dolorẽ inferens. Sunt enim impro-
bi ſpinæ, quibus viri boni punguntur. Ideò vertit
Pagninus: Et ſpinæ tecum ſunt.

Argumentum Cap. III.

Dixit in fine capitis ſuperioris fuiſſe ad ſe librum diuinitus miſſum & coram ſe apertum. Nunc oſtendit fuiſſe intelligẽtiã illius veluti admirabilibus dapibus refectũ & recreatũ: & accepta à ſanctiſſimo numine animi magnitudine & conſtantia, atque tolerantia rerum humanarum, miſſum fuiſſe ad Hebræos in Babylonica captiuitate detentos: & poſteà à cœtu hominum frequentiáque tanquam in portum ſe in ſolitudinẽ recepiſſe, vbi Deum audiuit ſibi loquentem, & futura nuntiantem.

CAPVT III.

ET dixit ad me: Fili hominis, A
quodcunq; inueneris comede,
comede volumen iſtud, & va-
dens loquere ad filios Iſrael. Et
aperui os meum, & cibauit me volumine il-
lo, & dixit ad me. Fili hominis vẽter tuus co
medet, & viſcera tua complebuntur volumi
ne iſto, quod ego do tibi. Et comedi illud, &
factum eſt in ore meo ſicut mel dulce. Et di-
xit ad me, Fili hominis vade ad domum Iſ-
rael, & loqueris verba mea ad eos.

EXPLANATIO.

Et dixit ad me. Subauditur Deus, qui illi librum porrigebat.

Quodcunq; inueneris comede, comede volumen iſtud, Hoc eſt, intellige oĩa, quæ ſunt in libro hoc cõſcripta. Vnus erat liber, & tamen ait: Quodcunq; inueneris, comede: quia multa erãt in eo literis conteſtata. Da, inquit, operam, vt ea animo percipias, & memoriæ mandes, atq; illis mentẽ veluti cibis ſuauiſſimis paſcas, & oblectes. Nullum eſt alimentum dulcius verbo Dei. Id intelligẽs diuinus pſaltes ca
nebat: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſu- Pſa.118.
per mel ori meo? Et alibi: Iudicia Domini vera iu- Pſal.18.
ſtificata in ſemetipſa: deſiderabilia ſuper aurũ, & la
pidem pretioſum multũ, & dulciora ſuper mel &
fauũ. Hic eſt fauus, qui ex ore leonis mortui exiuit, Iud.14.
de quo dicitur in libro Iudicũ: Examen apũ in ore
leonis erat ac fauus mellis. Et paulò pòſt: De forti
egreſſa eſt dulcedo: leo fortis Chriſtus eſt, de quo
ait in Apocalypſi diuus Ioannes: Vicit leo de tribu Apo.5.
Iuda: morte enim ſua mortẽ ſuperauit. De huius diuini leonis ore verba cœleſtia fauis dulciora prodierunt. Nulla eſt eſca ſuauior illis, nulla dulcior ambroſia. Verba Dei recreãt animos, inanes ſolicitudines pellunt, cupiditates ſedãt, detrahũt noxios timores, mẽtes alunt ad æternitatẽ, & vitę trãquillitatẽ largiuntur. Nulla poſſeſſio, nulla vis auri & argenti, nulla marmorea tecta ebore & auro fulgẽtia, nullæ ſyluarũ amœnitates, nullæ ſuppellectiliũ deliciæ, nullæ epularũ delectationes ſunt cũ voluptatibus diuinorũ verborum vllo modo cõferendæ. At hoc nõ intelligunt homines impij, qui ſcelere & maleficio paſcuntur, & impuris mundi voluptatibus oblectantur. Nã vt ſenſus ob ægrotationẽ aliquam deprauatus, & corruptus dulcem fauum iudicat amarum, ſic animus peſtiferis opinionibus

corruptus

corruptus ſuauia Dei verba contemnit, & inſuauia exiſtimat. *Simili-tudo* Vt ſoes roſas proiiciunt, & lutū qoęrunt, perdices & bellaria reſpount, & glandibus agreſtibus atque immunditiia auidiſſimè paſcuntur: ſic amentes bomines verborum Dei guſtū non habent, & ad mundi opes incertas & in caſu ſitas aſpirant, eiúſq; ſalſis voluptatibos, & peſtilētibus illecebris delin:untut. Diuinus noſter vates paſcitur verbo Dei, & ſub figura libri comeſti reficitur ſpiritu diuino, & dono propheriæ, & poſteà ex Dei iuſſu proficiſcitur ad filios Iſraelis. Debet enim cócionator verba Dei priùs intelligere, & guſtare, & animo repetere, quàm ea referat, & auditoribus guſtanda propooat. Illud eſt boe loco aduertendum, non dixiſſe Deū: Fili hominis comede aliquid ex hoe libro, ſed quodcunque inueneris, comede: nihil eſt diuinis literis mandatum, quod non ſit animis noſtris vtiliſſimum. Quæcunque ſcripta ſunt, *Roma. 15.* inquit Apoſtulus, ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt. Et alibi: Omnis ſcriptuta diuinitus inſpirata vtilis *2. Timo. 3.* eſt ad docendum. In libtis bumanis puſſunt errores inueniri, etiam ſi eorum authores ſint ſeientia exculti, & admirabili quadā doctrina preclari. Vt enim in agro ferrili inter medicinales herbas oriūtur etiam aliquæ veuenoſæ, *Simile* ſic hominum ingenia inter ſalutaria monita producuot interdum humanos errores. Gentium philoſophi etſi conremptis omnibus & publicis & priuatis actionibus ſe ad inquireudæ veritatis ſtodium contolerunt, inanes tamen cogitationes ſuas, & inoumeras penè vanitates literis mandarunt. Omnis enim homo, vt ait *Pſa. 115.* pſalmographus, mendax eſt. Quid dicam de inutilibus poetarum figmentis? Mira canunt, ſed non credenda poetæ, Si aliquid boni afferunt aliquando, illud mille cóſpergunt mendaciis. At ſacra ſcriptura tota eſt vera, tota legenda, tota inquirenda, tota deuoranda. Vt qoi eruunt metalla, ne minima *Simile* quidem fruſtula contemnuot, verùm ſi venam aliquam auream inueniunt, meatus omnes accuratè circunſpiciunt, & terram ſimol erount cum aoro, & diligenter obſeruant, ſic nos in ſacra ſcriptura agere debemus. Nihil prætereamus, ne vnum quidem verbum diuinarum literarum contemnamus, imò moltò auidius & diligentius huic theſaoro inquirendo operam demos, & totom eruere conemur: non enim eſt ibi terra auro commiſta: totum eſt aorum puriſſimū omnibus gradibos pro*Pſa. 118.* batiſſimū: imò, vt ait regios vates, ſuper millia auri & argenti. In diuina ſcriptura, quoniā eius author Deus eſt, qui nec falli, nec fallere poteſt, quicquid ſcribitur, eſt veritas, qoicquid docetur, virtus, quicquid promittitur poſt mortē eſt immortalitas, & felicitas ęterna. *Pſa. 118.* Verbom Dei illominat, & in viam dirigit cœlorum, ait enim diuinus pſaltes: Locerna pedibus meis verbū tuum. Quam ob cauſam Dei amatores illud audire percopiunt. Vnde ait Chri*Ioan. 8.* ſtus Deus noſter: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. *Luc. 11.* Et apud Lucam: Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. O admirabiles reliqoias, tam pretioſas, & in mundo tā patui æſtimatas! Si magnificamus veſtes ſanctorum, ſi vel fruſtula indumēti eorum veneramur, & meritò quidem, quia eorum corpora tetigerunt, quantò ploris ęſtimare debemus Chriſti verba, quæ ab eius corde per eios os ſanctiſſimum dimanarunt, eiúſque linguam & labia tetigerunt? Omnia ſunt diuina, ſanctitatis plena, myſteria cœleſtia ſpirātia. Moyſes incepit librū ſoum à generatione creaturarum, *Gene. 1.* diuos verò Mat*Matt. 1.* thæus à generatione creatoris, dicens: Liber generationis Ieſu Chriſti. Et licèt tota ſacra ſcriptura vnus dicatur liber, eſt tamen in particulares libros diſtincta, inter quos illi ſunt excellētiores, qui nouo teſtamento cótinentur, quorum primus eſt euangelium Matthęi, quod ipſe appellauit librum generationis Ieſu Chriſti: Hoc eſt chronicū Chriſti, hoc eſt eius teſtamentum. Quis filius non legit patris ſui teſtamentū? Quis eſt qui audire nolit vltimam patris volontatem? Hoc nouum teſtamentum eſt dioinæ ſapientię, & cœleſtium diuitiatum theſaurus inexhauſtus. *Geneſ. 1.* In Geneſi ſcriptū eſt creaſſe Deum cœlum, ſtellas, & alias creaturas, in Euāgelio autem conſtituiſſe alteram nouam lucem, nimitum, eccleſiam, alios nouos cœlos, nimirum Apoſtolos, alios ſacerdotes, alios pōtifices, aliam legęm, aliam vitā. Quod intuēs Eſaias inducit Chri*Eſa. 57.* ſtum in hunc modum loquentem: Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nooam. In mundi creatione dedit Deus hominibus eſſe naturale, in mundi redemptione eſſe ſupernaturale, ibi eſſe naturæ humanæ, hic eſſe gratiæ, quæ eſt participatio naturæ diuinę. Sed vtrumque teſtamentum vnus liber eſt, vna ſacra ſcriptura, vnum diuinorum arcanorū recoudi toriom, vnus cœleſtis cibus ex admirabilibus dapibus confectus. Ideo præcepit Deus Ezechieli, vt quicquid inuenitet, comederet, totúmque librum deuoraret. Id qood Deus diuo etiam Ioanni præcepit, vt ipſe in Apocalypſi teſtatur. *Apo. 10.*

Aperus os meum. Hoc eſt, animum appuli ad dioinam ſcripturam intelligendam, méque ad librum deuorandum præparaui. Non ait, aperuit, ſed, aperui, ad arbitrij libertatem oſtendendam. Dicitur tamen Deus aperire os noſtrom, quia eſt prima caoſa, omnes tā naturales, quàm volūtarias cauſas abſque dubio mouens: & ab eo tanquam à fonte bo*Iacob. 1.* num omne procedit: quam ob cauſam ait dious Iacobus Apoſtolos, omne datom optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſſe deſcendens à pa*Pſal. 50.* tre luminum. Ideo ait Pſalmographus: Domine la*Eccle. 15.* bia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam: & Eccleſiaſticus: In medio eccleſiæ aperuit os eios, & impleuit illom ſpititu ſapientiæ & intellectus.

Venter tuus comedet. & viſcera tua implebuntur volumine iſto. Id eſt, accipe, & ſerua verba mea, & donom prophetiæ. Non ſolùm hæc ore comedes, ſed etiam in ſtomacho retinebis: nó ſolùm verba mea intelliges, ſed ea ſerutaberis, in animo verſabis, & in ſtomacho intellectus coquēda & digerenda ſer*Simile* uabis. Quemadmodum nihil prodeſt plantam inſerere, ſi priuſquā fructū ferat torbine aut procella euellatur, ſic parū nobis vtilitatis afferet verbū Dei auditum, & in animo inſertum & plantatū, ſi priuſquam froctum producat, fuerit tentationis vento conuulſum. *Pſal. 1.* Beatus vir, inquit regius vates, cuius volūtas eſt in lege domioi, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Noo ait eum eſſe felicem, qui Dei verbum legerit, aut audierit, ſed, qui illud in animo verſauerit, & in ſtomacho intellectus concoxerit, illique ſtudioſè obtemperauerit, in eiúſque meditatione dies ac noctes conſumpſerit. Eam ob cauſam ait Deus: Venter tuus comedet: pro quo Ionathas habet A-

Anima tua ſaturabitur. Et adiecit ſtatim: Et viſcera tua complebuntur volumine iſto: nam multi comedunt verbum Dei, ſed vacui manét: multi illud ſumunt, quorum viſcera, hoc eſt interiora animi non replentur, quia illius ſtatim obliuiſcuntur, aut illud non ad vtilitatem, ſed ad curioſitatem quærunt: nec ea obſeruant, quæ obſeruanda animo percipiunt. Id obiiciebat Deus ingratis Iudæis per Aggæum prophetam dicens: Seminaſtis multùm, & intuliſtis parum, comediſtis, & nõ eſtis ſaturati. Illi multùm comedunt, ſed minimè reficiũtur, qui multa legunt, & audiũt, ſed malè viuũt, ſe vſque adeò vitiis contaminantes, vt cum eorum vita mirabiliter pugnet ſtudium.

Agge. 1. Matt. 5.

Et commedi illud. Hoc eſt, videbar mihi imaginaria viſione me ipſum librum comedere.

Vade ad domum Iſrael. Priùs comedit librũ, & poſteà iuſſus eſt alios docere. Priùs ſe debet alimento ſpirituali reficere, qui alios reficiendos gerit. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Sed dices: Si Ezechiel erat in medio captiuorum Hebræorum, vt fuit capite primo oſtenſum, quomodo nunc iubetur ad eos ire? Huius quæſtionis facilis eſt reſponſio: nam licèt eſſet in Chaldæa cum captiuis Hebræis, ab illis tamen ſe abducebat, quia ſceleratorum offendebat raſpectu, & quietem ſolitariam diligebat, vt ſe poſſet tranquillius dedere contemplationi, & ad Deum ſuum pias preces liberius profundere.

Et loqueris verba mea. Non tua. Qui enim nõ Dei verba, ſed ſua proferebant, iis verbis à Ieremia reprehẽduntur. Nolite audire verba prophetarũ, qui prophetant vobis, & decipiunt vos, viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore domini.

Ierẽ. 23.

Non enim ad populum profundi ſermonis, & ignotæ linguæ, tu mitteris ad domũ Iſrael, nec ad populos multos profundi ſermonis & ignotæ linguę, quorũ non poſsis audire ſermones. Et ſi ad illos mittereris, ipſi audirẽt te. Domus autem Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Iſrael attrita fronte eſt, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos, nec metuas à facie eorum, quia domus exaſperans eſt. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes ſermones meos, quos ego loquor ad te, aſſume in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade, ingredere ad transmigrationem ad filios populi mei, & loqueris ad eos, & dices. Hæc dicit dominus Deus, ſi forte audiant, & quieſcant. Et aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem commotionis magnæ, benedicta gloria domini de loco ſuo, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum ſequentium animalia, & vocem commotionis magnæ. Spiritus quoque leuauit me, & aſſumpſit me, & abij amarus in indignatione ſpiritus mei. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et veni ad trãſmigrationem ad aceruũ nouarum frugum, ad eos, qui habitabant iuxta fluuium Chobar: & ſedi, vbi illi ſedebant, & manſi ibi ſeptem diebus mœrens in medio eorum. Cùm autem pertranſiſſent ſeptem dies, factum eſt verbum domini ad me dicens. Fili hominis ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum, & annunciabis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaueris ei, nec locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.

Apo. 10. B C D Inf. 33.

Non enim ad populum profundi ſermonis. Non te mitto, inquit Deus, ad viros eloquentes, non proficiſceris ad Græcos, qui ſemper incredibili dicendi ſtudio flagrauerunt, ſed ad Hebræos, qui nulla vnquam fuêre illuſtri laude eloquentiæ celebrati.

Ad domum Iſrael. Non te mitto ad ignotos, ſed ad fratres tuos, ad familiares tuos, ad filios Iſraelis, quos ſemper implicatos conſuetudine habuiſti.

Nolunt audire te, quia nolunt audire me. Qui euangelicas conciones contemnunt, & audire nolunt, Deum non audiunt, nec illi parere deſiderant. His verbis conſolatur Deus Ezechielem, ac ſi diceret: Ne mireris eſſe homines, qui te non audiant, cùm nec me velint audire. Samuelem ſimiliter à Iudæis è principatu eiectum volens Deus mœrore leuare, ita allocutus eſt. Non te abiecerunt ſed me: ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt diis alienis, ſic faciunt & tibi. Et apud Lucam diſcipulis ſuis ait: Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit. Intuere & mentis oculis aſpice infinitam Dei pietatem: & vt verbis vtar diui Pauli, diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis conſidera. Negligebatur à Iudæis eum audire nolentibus, & tamen eos expectabat, & ad pœnitentiam adducebat. Dicebat Ezechieli: Nolunt te audire, quia nec me audire volunt, & tamen eum ad illos mittebat. O ſummam Dei benignitatem, & immenſam miſericordiam. Contrà verò cogita, & memoria repete inſolentiam noſtram. Volumus vt omnes attentiſſimis animis, ſummáque cum benignitate nos audiant: ſin autem nos contemni ſentimus ſtatim excandeſcimus, munus concionandi relinquimus, ſtomachamur, mœrore laceramur, & conficimur, virus acerbitatis in alios euomentes, eóſque ad iracundiam prouocantes. Quemadmodum qui proceram cupreſſum flebilem & funeſtam arborem ſecare contendit, vt aliæ plantæ fructiferæ creſcant, quæ ob eius noxiam vmbram comprimuntur, non deſperat, tametſi eam nec primo ictu, nec ſecundo excidat, ſed ſenſim percutit ſecuri, donec eã proiiciat in terrã, ſic concionator etſi nullã ſuę cõcionis vtilitatem

1. Reg. 8. Luc. 10. Rom. 2. Simile

vtilitatem videat, non tamen adhibere debet in
conſilio ſuarum cogitationum deſperationem: cô-
cionetur iterum, atque iterum, vt ſecuri diuini ver
bi inſtrumento illo vitia ſecandi arborem infru-
ctuoſam deprauatæ conſuetudinis excidat, quo
poſſint nouę virtutũ plantę pullulare Non eſt hoc
Exo.14. loco ſilẽtio prętereunda Iudæorum durities, & ob
ſtinatio, Deum, qui eos à Pharaone mirabiliter eri-
Exo.28. puerat, qui eis legẽ ſuã tradiderat, qui eos ad ſum-
mam dignitatem euexerat, audire nolebant. & Ni
niuitæ in quos hæc beneficia non contulerat, eius
Ion.3. prophetam Ionã receperunt, illi aures præbuerũt,
eiúſque dictis obtẽperarunt. De gentibus in commu-
Pſa.17. muni ait per Dauidem Deus: Populus, quem non
cognoui, ſeruiuit mihi, auditu auris obediuit mihi.
Et de Iudæis ſubdit ſtatim: Filij alieni mentiti ſunt
mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerũt à
ſemitis ſuis. Ideo ſubdit hoc loco Deus: Omnis
quippe domus Iſrael attrita fronte eſt, & duro cor-
de. Eodem modo capite ſecundo, Filij eorum dura
facie & indomabili corde.

Dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum. Hoc
eſt, dedi tibi magnam fortitudinẽ & firmitudinem.
Maior eſt conſtantia tua in bono, quàm eorum
pertinacia in malo. De ſeipſo aiebat Eſaias: Poſui
faciem meam vt petram duriſſimam.

Vt adamantem. Adamas eſt pretioſiſſimus lapis,
cuius duritia inenarrabilis eſt. Sunt autem adamã-
tum quatuor genera, nẽpe Indicus, Arabicus, Ma-
cedonicus, & Cyprius. Sed inter omnes Indicus
tenet principatum, eſt enim indomabilis & duriſſi
mus victor ignis nunquã incaleſcens. Hic diſſidet
cũ magnete lapide, tantaq; illi vis eſt, vt iuxta ma-
gnetẽ poſitus ferrum ab eo abſtrahi nõ ſinat, aut
Simi- abſtractũ ad ſe rapiat. Eodem modo vir ſapiẽtia &
lia iuſtitia inſignis, firmus eſt & conſtans victor ignis
calamitatum, nulla flãmarum dolorũ vi ita incaleſ-
cens, vt comburatur, & conſtantiam amittat. Tan
túmque eſt illi cum mundo diſſidium, vt in mũdo
collocatus non patiatur ab eo homines abduci &
attrahi, ſin autẽ mundus inſtar magnetis eos ad ſe
rapiat, dat operam, vt cõſiliis, monitis, vita, & exẽ-
plo eos ad ſe adducat, & trahat ad verum decus. Et
quemadmodũ adamas venena facit irrita, & lym-
phationes, vanéſque metus abigit & expellit, ſic
ille oſtendit hominibus vitiorum venena, vt ea de
teſtentur hortans illos vt inanes timores, vanáſq;
ſolicitudines depellant, & animi quietem & ſecu-
ritatem ſtudeant adipiſci. Hæc quę de adamãtibus
diximus, ſunt ex Plinio deprompta libro 37. ca. 4.
quem ſequitur Gaudentius Merula libro 4. ſuorũ
memorabilium. Has ob qualitates & admirabilẽ
fortitudinem cõparat Deus Ezechielem cum ada-
mãte, quo nihil eſt firmius, nihil diuturnius, & per
manẽtius. Aſpice, quàm admirabilis & firmus ada-
Pſal. mas erat regius ille vates, qui nullis dolorũ, nullis
118. calamitatum ictibus frangebatur, quin potiùs pe-
riculis expoſitus, ac flammam & ferrum vocatus,
& in ſummum capitis diſcrimẽ arceſſitus aiebat:
Anima mea in manibus meis ſemper, & legem tuã
non ſum oblitus. Accipi animam pro vita eſt in li-
teris diuinis frequentiſſimum. Afferre animam in
manibus iúxta morem hebrææ linguæ eſt vitam
omnibus periculis expoſitã habere: quod enim ma
Iudic. nu portamus, facilè amittimus. Hinc illud in libro
12. Iudicum: Poſui animam meam in manu mea.

Quibus verbis explicat Iepte ſe fuiſſe in ſummo
vitæ periculo conſtitutum: nam locum illum ita
vertit Ionathas Chaldæus: In periculo fuit ani-
ma mea. Eodem modo Iob calamitatum flu-
ctibus iactatus, & periculis vndique cinctus a-
iebat: Quare lacero carnes meas dentibus meis,
& porto animam meam in manibus meis? Fundẽs
Ionathas filius Saulis preces ad patrem pro Daui-
de aiebat: Poſuit animam ſuam in manu ſua. Ac ſi 1.Re.19.
diceret: Propter te ſe mortis periculo expoſuit, &
in dimicationes terribiles obiecit. Hoc hebraiſmo
vtitur etiam diuina ſcriptura libro primo Regũ ca
pite viceſimo octauo. Eſt igitur ſẽſus carminis Da
uidis: Sum periculis expoſitus, & calamitatibus ſe-
ptus, & tamen legem tuam ô domine non ſum obli
tus. Semper tibi parebo, ſemper te amore cõplectar,
legem tuam à memoria mea nulla vnquam delebit
obliuio, etiã ſi verſer in gemitu, & luctu, & magno 1.Re.28.
vitæ diſcrimine. Quæ memoria, quæ vis ingenij,
quæ magnitudo obſeruantiæ tuis in me beneficiis
reſpondere poterit? Quare nihil eſt, nec erit, quod
me à voluntate tua poſſit vnquam auertere. Id de
ſe, ſibique ſimilibus aſſerebat diuinus ille Paulus
dicẽs in epiſtola ad Romanos: Quis nos ſeparabit
à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fa- Rom. 8.
mes? an nuditas? an periculũ? an perſecutio? an gla-
dius? Certus ſum, quòd nec mors, nec vita, nec vlla
creatura nos poterit ſeparare à charitate Dei. Vide
diuini Apoſtoli exaggerationem, orationis ornatũ,
& vehementẽ charitatis ardorem, & intuere cœle-
ſtis adamantis firmitudinẽ. Appellatur figura hęc
à rhetoribus auxeſis græcè, quam Latini augmen-
tum vocant. Eligit potiùs Apoſtolus charitatẽ per
omnes labores & calamitates transeuntem, quàm
omnia mundi bona abſq; charitate. Hinc feruen-
tem amorem ignẽ ærumnarum probatum appellat
Deus in Apocalypſi Ioãnis aurum ignitum: quo il-
le munitur, qui adamas merito appellatur. Quomo
do autem vir iuſtus appelletur adamas in manu
Dei, oſtendimus primo capite, verba illa explanan-
tes. Cùm eſſem in medio captiuorum.

Et vt ſilicem. Tota hæc oratio ita verti poteſt: Si-
cut adamantem ſilice duriorem reddidi frontem
tuam, ideo eos non timebis.

*Omnes ſermones meos, quos ego loquor ad te, aſſume
in corde tuo.* Non ſat eſt ſermones Dei audire; ſed
opus eſt illos in corde cuſtodire, & iuxta illos ope-
rari. Colliges hinc cor noſtrum librum eſſe, de quo
capite ſecũdo diximus, verba illa explanantes:
liber inuolutus. In Deuteronomio ait Deus per
Moyſem: Erũt verba mea in corde tuo, narrabis eã Deut.6.
filiis tuis, eritq; quaſi ſignũ in manu tua. Per ma-
nus opera intelligimus: eam ob cauſam per doctri-
nã Dei veluti gemmam in manu voluit Deus ſigni
ficare debere nos actiones noſtras iuxta legẽ ſuam
dirigere, ab eáque nullo modo diſcrepare. Id innuit
Chriſtus, quando apud Matthæum euangelicam
doctrinam cũ margarita & lapide pretioſo, qui in Mat.13.
manu geſtatur, cõparauit. Prætereà ponere aliquid
vt ſignum in manu, eſt illud memoriæ mandare:
cùm enim quis vult recordari alicuius rei, ligat pro
ſigno filum in manu. Ita illud Exodi intelligitur:
Erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monimen- Exo.13.
tum ante oculos tuos. Debet igitur verbum Dei
eſſe in manibus noſtris, vt illius nunquam obli-
uiſcamur. Sed non erit in manu, niſi ſit prius

in corde. Ideo priuſquam Deus dicat: Erunt verba mea in manu tua, ait: Erunt in corde tuo. Qui voluerit non incidere in peccata, ſermonem Dei in corde aſſumat. Id voluit iis verbis diuinus vates oſtendere: *Eſa. 118.* In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Tanto amore diuina verba proſequebatur, vt ea veluti pretioſiſſimum theſaurum, & excellentiſſima monilia in intima animi arcula recondita ſeruaret. Et Salomon in Prouerbiis de diuina doctrina loquens. *Prou. 6.* Liga, inquit, eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo: cùm ambulaueris, gradiatur tecum. *Exo. 16.* Quemadmodum in arca teſtamenti erat diuina lex, & manna, vt litteræ diuinæ multis in locis memoriæ *Exo. 25.* prodiderunt, ſic in anima, vbi verbum Dei cuſto*2. Par. 5.* ditur, eſt etiam Chriſtus per gratiam, manna illud *Hebr. 9.* abſconditum & diuinum, de quo dixit Eſaias: Verè tu es Deus abſconditus. *Eſai. 45.* Et idem Chriſtus apud Ioannem: *Ioan. 6.* Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. In anima hoc diuino cibo refecta eſt lex Dei ſcripta, non atramẽto, vt verbis vtar diui Pau*2. Cor. 3.* li, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Eos, qui legem Dei in animo habent expreſſam, ait diuus Pau*Rom. 2.* lus, oſtẽdere opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Hi Deo parent, cúmque amore amplectuntur. *Ioã. 14.* Vnde ait apud Ioannem ipſa veritas: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. *Luc. 11.* Et apud Lucã: Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt il*Rom. 2.* lud. Nam vt ait in epiſtola ad Romanos diuus Paulus: non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Et Iacobus Apoſtolus in canonica ſua: Eſtote factores verbi, non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos. *Iacob. 1. Simile* Vt ille, qui vult in hoſtes irruere, & impetum facere, aut ſe ab illis protegere, indiget gladio, quo manu apprehenſo eos percutiat, vt poſſit de illis victoriam reportare, ſic qui voluerit, de mundo, carne, & dæmone triumphare, hoſtibus animæ acerrimis, debet in manibus, hoc eſt in operibus verbum Dei geſtare: Eſt enim verbum Dei gladius *Ephe. 6.* diuinus, de quo ait diuus Paulus in epiſtola ad E*Apoc. 1. & 19.* pheſios, Aſſumite gladiũ ſpiritus, quod eſt verbũ Dei. Et diuus Ioãnes in Apocalypſi ait de Chriſti *Geneſ. 48.* ore gladium proceſſiſſe. Cùm Iacobus patriarcha ad exitum vitæ vocaretur, dixit Ioſepho filio ſuo: Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. At nuſquam in diuinis literis ſcriptũ legimus Iacobũ intuliſſe bellũ Amorrhæo, nec cũ eo pugnaſſe. Quis eſt igitur gladius hic diſtrictus, quem aduerſus illum vibrauit, & quo illũ percuſſit, niſi verbũ Dei? Amorrhæus, qui ſonat rebellẽ, diabolus eſt, qui aduerſus creatorẽ rebellauit. Hunc vicit Iacobus patriarcha inſignis non modò domi clarus, ſed foris etiã admirandus, qui moriens extrema verba ad laudẽ & memoriã diuinorum verborum reſeruabat, & interruptis ac morientibus vocibus, quæ ventura erant tempore Meſſiæ, diuinitus prædicebat. Arma illa fortia, quibus dæmonem ſuperauit non ferrea erant, ſed ſpiritualia, hoc eſt, diuina verba in eius anima ſculpta, & manibus, id eſt operibus vibrata. His armis munitus vicit hoſtem, de quo liberauit animam ſuam quam moriens filio ſuo Ioſepho ſingulari quodam modo commendabat. His armis debemus indui, & hoc exiſtimare nobile & illuſtre. Hæc debet eſſe noſtra voluptas & gloria diuinam legem ſeruare: Id animo percipiens diuinus pſaltes concinebat: *Pſa. 118.* Portio mea domine, dixi, cuſtodire legem tuam, Acſi diceret: Dixi, & mecũ ſtatui, meas opes eſſe legem tuã cuſtodire, ac totam meam hæreditatem, totum patrimonium, omnes denique diuitias meas in legis tuæ obſeruatione conſiſtere, Nihil mihi magis eſt in optatis, quàm verba tua cuſtodire, & animo ſeruare, non eos ſequens, qui religionis ſimulatione ea ore iactant, cùm ab illorum amore animũ habeãt abhorrentem. Eam ob cauſam præcepit hoc loco Deus *Exo. 32.* Ezechieli noſtro, vt omnes ſermones ſuos aſſumeret in corde ſuo.

Ad filios populi tui, Non mei. Eodem modo dixerat Moyſi: Vade; populus tuus peccauit, quem eduxiſti ex Aegypto.

Et aſſumpſit me ſpiritus. Id eſt, raptus ſũ in ſpiritu.

Audiui poſt me vocem commotionis magnæ. Voluit Deus magna hac vocis commotione promiſſionem ſuam confirmare: promiſerat enim Ezechieli daturum illi magnam animi fortitudinem & conſtantiam. Eodem modo volens Deus Apoſtolos ſuos implere gratia, eóſque admirabili animi fortitudine, & inexpugnabili cõſtantia munire, quemadmodũ illis promiſerat, illud voce commotionis *Act. 2.* magnæ ſignificauit. Factus eſt, inquit in actis diuus Lucas, repentè de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domũ, vbi erant ſedentes. Explicans autem Ezechiel, quæ eſſet hæc vox, ait: Benedicta gloria domini de loco ſuo. Acſi dicat: Hoc audiui, nimirũ: Benedicta gloria domini de loco ſuo. Hæc erat vox, quę ſonabat. Et quoniam primo capite explicuimus, per hanc animalium viſionem Chriſtum ſignificari, qui erat in mundum venturus, ideo illa apparẽte, vox auditur magnæ commotionis, ſignificãs admirabilem eſſe Chriſti aduentum, magnamque habere vim & poteſtatem. Ideo ait hæc vox: Benedicta gloria domini de loco ſuo. Ac ſi dicat: Hic eſt filius Dei vnigenitus, hic eſt gloria patris, hic eſt benedictus, qui veniet in nomine domini de cælo, qui deſcendet de loco ſancto ſuo. Filius ſapiens, *Prouer. 10.* inquit Salomon, lætificat patrem. Quare non eſt mirum, filium vocari gloriam patris. Eſaias enim eum gloriam domini appellat, *Eſa. 40.* nam cùm prædixiſſet, eum aſſumpta humanitate ſe mundo viſibilem præbiturum, has voces emiſit, Reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter, quòd os domini locutum eſt. Et Malachias, *Mala. 3.* Ecce, inquit, dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet: Locus autem eius, ex quo deſcẽdet, cœlũ eſt, vbi eſt eius ſedes, iuxta id, quod ipſe ait per Eſaiã: *Eſa. 66.* Cœlũ ſedes mea eſt. Et iuxta diui Ioãnis ſententiam, *Ioan. 1.* locus Chriſti ſinus eſt patris, quem locũ diuus Paulus in epiſtola prima ad Timotheum lu*1. Ti. 6.* cem inacceſſibilem appellat. At filij Dei deſcenſus non eſt intelligendus ſecundum motum localem, nam Deus vt Deus eſt, non mutatur, qui ait per *Mala. 3.* Malachiam: Ego dominus, & non mutor. Et *Iere. 23.* per Ieremiam: Cœlum & terram ego impleo. Sed *Phil. 2.* dicitur deſcendere, quia ſeipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, cùm eſſet Deus. Non igitur cœlum deſeruit, ſed humanam naturam aſſumpſit in vnitatem perſonæ. Poteris per hanc vocem dicentem: Benedicta gloria domini de loco ſuo

canti

Luc. 2. canticum illud intelligere à diuo Luca relatum
mentium beatarũ laudantium Deum in eius or-
tu, & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in ter
ra pax hominibus bonæ voluntatis. Fortaſſe per
hanc vocem ſtrepitus magni voluit Deus excidiũ
Hieroſolymæ Ezechieli ſignificare: dicebat enim
hæc vox: Benedicta gloria domini de loco ſuo,
ſubauditur, mox diſceſſura eſt. Acſi diceret pro-
pheta: Audiui magnam vocem dicentem diſ-
ceſſuram eſſe gloriam domini è templo Hieroſo-
lymæ. Appellabatur templum locus domini, quia
ibi erat propitiatorium, vbi Deus preces audie-
bat, & reſponſa dabat. Et hæc videtur huius lo-
ci germana explanatio, ſequitur enim: Spiritus
quoque leuauit, & aſſumpſit me, & abij amarus in
indignatione ſpiritus mei. Cur obſecro abiit ama-
rus, cur dolore angebatur, cùm anteà gaudio per-
funderetur, quãdo dulci cibo libri paſcebatur, niſi
quia ex illa voce intellexit, & animo percepit, eſſe
Hieroſolymam euertendam, & templum domini
igne flagraturum? Intuebatur mentis oculis de-
bitas eſſe & iuſtas pœnas illas, quas Iudæi ob eo-
rum ſcelera erant perſoluturi. Et licèr ſpiritus e-
ius promptus eſſet, atque à diuina voluntate non
diſcreparet, erat tamẽ caro infirma: & eam ob cau-
ſam acie mentis aſpiciens diuinus vates cõſangui-
neorum ſuorum excidium, templi incendium, &
Hieroſolymæ dulcis patriæ ſuæ vaſtitatem, confi-
ciebatur curis in communi calamitate erat ſolli-
citus, & præcipuo quodam dolore angebatur. Id
autem, quod ait, fuiſſe ſe à ſpiritu leuatum, &
aſſumptum, non liquet, fuerit ne in corpore, an in
ſpiritu extra corpus. Habacuc prophetam ſcimus
fuiſſe ab angelo apprehenſum, & in corpore è Iu-
Dan. 13. dęa in Chaldæam aſportatum, vt Danielem in
lacum leonum coniectum cibo reficeret. Et
ita fieri potuit, vt Ezechielem etiam in corpore du
ceret Dei angelus, quò vellet. Sed probabilius eſt,
fuiſſe non corpore leuatum, ſed ſpiritu.

Manus domini erat mecum confortans me. Hoc eſt,
diuina conſolatio me reficiebat, & recreabat. Ad-
uerte: Eos Deus conſolatur, qui alienas calamita-
tes, vt proprias ſentiunt, eorumq́ue dolore angun
tur, & communem vtilitatem optant. De Simeone
Luc. 2. ſcriptum legimus apud Lucam: Homo iſte iuſtus
& timoratus, expectans conſolationem Iſrael.
Bene quidem iuſtus dicitur, quia non propriam,
ſed populi conſolationem requirebat. Charitas, vt
1. Cor. ait Apoſtolus, non quærit, quæ ſua ſunt. Et ſubdit
13. ſtatim euangeliſta: Et Spiritus ſanctus erat in eo:
quaſi oſtendens in illis Spiritum ſanctum habita-
re, qui bonorum virorum oblectationem quærũt,
commune commodum deſiderant, & alienis mi-
ſerijs cruciantur. Huiuſmodo erat Simeon, quem
Deus præſentia ſua conſolatus eſt: huiuſmodi e-
tiam erat Ezechiel, cui afflicto ob aliorum afflictio
nes diuina conſolatio occurrebat.

Et veni ad tranſmigrationem. Id eſt, ad Hebræos,
qui Hieroſolyma migrauerant Babylonem. Fue-
rat priùs cum eis, ſed poſteà abſceſſerat, & nunc
ad eos ex iuſſu Dei reuertebatur.

Ad aceruum nouarum frugum. Ad locum quen-
dam ſic appellatum. Vel ipſum populum Iudai-
cum aceruum vocat nouarum frugum, quia ex
illo erat futuri populi ſeminarium. Fortaſſe erant
Hebræi iuxta areas, vbi triturabatur frumentum
& in aceruum conferebatur.

Et manſi ibi ſeptem dies mœrens. Videns propheta Iu
dæorum ſcelera, & animi contumaciam & duri-
tiem mœrore conſumebatur, & nõ poterat lachry
mas continere. Intuebatur enim, quos luctus eſ-
ſent ob id percepturi, & quibus calamitatibus op-
primendi. Sed non vacat myſterio deploraſſe Eze
chielem ſeptem diebus Hebræorũ ærumnas. Sep-
tem etiam diebus ſederunt cum Iobo eius amici, Iob. 2.
qui cùm eum calamitatibus affectum viderent, ex
clamantes plorauerũt: vt diuina ſcriptura teſtatur
in libro Iobi. In Geneſi quoque ſcriptũ legimus, Ia Gen. 50.
cobum patriarcham in Aegypto è vita exceſſiſſe,
& fuiſſe extra Aegyptum ſepultum, fuiſſéque vi-
ros multos eius funus comitatos: de quibus ita ait
ſcriptura: Venerunt ad aream Atad, quæ ſita eſt
trans Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu
magno atque vehementi, impleuerunt ſeptẽ dies.
Et vocatum eſt nomen loci illius planctus Aegy-
pti. Mirandum videtur, ſemper in mœrore & plan-
ctu ſeptem dies conſumi. Primus omnium nume-
rus eſt ternarius. Vnitas enim non eſt numerus,
ſed numerorum procreatrix & fons: binarius verò
non eſt propriè numerus, quia medium nõ habet,
cùm aſſerat Ariſtoteles libro primo de cœlo
capite primo, omnes numeros tribus eſſe rebus de
finitos, principio, medio, & fine. Et quoniã omnia,
quæ conſtant materia & forma, ſunt fluxa & mor-
talia, numerus autem binarius materiam referat &
formam: dixit Pſellus in libro ſuo de Arithmeti-
ca, eum nullam cum Deo habere ſimilitudinem,
eámque ob cauſam verè numerum non eſſe. Sed
altera ratio eſt, nimirum quia diuidit ab vnitate:
Hanc cauſam affert diuus Hieronymus libro pri-
mo aduerſus Iouinianum, quare cùm ſcriptura in
primo, & tertio, & quarto, & quinto die, expletis
operibus ſingulorum dixerit: Vidit Deus, quia
bonum eſt, in ſecundo die hoc omnino ſubtraxit.
Hanc etiam rationem refert Iunilius epiſcopus
Africanus in commentariis in Geneſim. Primus
igitur numerus eſt ternarius, principium habens,
medium, & finem, myſteriorum pleniſſimus: ſed
impar eſt. At numerorum parium primus eſt qua-
ternarius, per quem Pythagoras iurabat, & qui e-
ius ſectam ſequebantur, vt refert Macrobius Aure
lius in expoſitione in Somnium Scipionis: quoniã
per quatuor eius vnitates quatuor litteras nomi-
nis Dei tetragrammaton intelligebant. Ait enim
Hermippus philoſophus Pythagoram à lege
Moyſaica plurima in ſuam philoſophiam transtu-
liſſe. Id quod eleganter refert Picus Mirandulanus
primo ſuo prologo in Geneſim: Illa fortiſſimo
vinculo colligantur: quibus interiecta medietas
præſtat vinculi firmitudinem, cùm verò medietas
geminatur quæ extima ſunt, indiſſolubiliter vin-
ciuntur. Ternarius vnam habet medietatem, qua-
ternarius duas, quibus Deus elementa deuinxit, vt
eſt in Timæo Platonis literis conſignatum. Terra
& ignis elementa inter ſe repugnantia duobus me
diis, nimirum aqua & aëre colligantur. Ex his
duobus primis numeris ternario & quaternario
componitur ſeptenarius, quem numerum Cicero
in ſexto libro de republica ait eſſe ferè nodum om
nium rerum. Et Macrobius adeò eſſe plenum
& perfectum, vt nullus alius numerus ſit
tam varia maieſtate fœcundus. Septimo die Gene. 1.
requieuit

Leui.25. requieuit Deus ab omni opere, quod patrauerat.
Nu. 36. Iubileus ſeptem hebdomadis conſtabat. Et ſepté
Eſa. 11. ſunt dona ſpiritus ſancti, de quibus Eſaias capite
Apoc. 5. diſſerit vndecimo: de quibus loquitur diuus Ioannes in Apocalypſi, cũ ait vidiſſe agnum ſtantẽ tanquá occiſum habẽtem cornua ſeptẽ, & oculos ſeptem. Et ſubdit ſtatim: Qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei. Et hi ſunt ſeptem oculi ſuper vnum lapidem,
Zach. 3. de quibus loquitur Zacharias. Lege diuinas ſcripturas, & inuenies numerum ſeptenarium eſſe Spiritui ſancto familiarem. Præterea ſeptem ſunt vagantia aſtra: & Oceanus in ſuo incremento numerum ſeptenarium obſeruat: in fabrica concepti corporis in vtero matris Hippocrates in libro de natura pueri, & Straton Peripateticus, & Diocles, Cariſtius magnam vim habere numerum ſeptenarium aſſeruerunt. Et quolibet ſeptenario hominis complexio mutatur. Et tandem omnis ætas numero ſeptenario tranſigitur, ſeptem enim ſunt dies hebdomadæ, quibus tempus curſum ſuum conficit celeritate mirabili. Eam ob cauſam per numerum ſeptenarium tota vita, eiúſque perpetuitas intelligitur, rerumq́ue omnium conſummatio ſignificatur. vnde Latinus poëta mathematicæ diſciplinæ non expers conſummatè & ſemper beatos exprimere volens, ait: O térque quatérque beati. Nos itaque Ezechielem nuſtrum imitantes ob nuſtram intemperantiam, omniúmq; ſceleratorum in omni vitiorum genere effrenatam immanitatem ſeptem diebus, hoc eſt toto vitæ ſpatio mœrentes vim lacrymarũ profundamus. Septem dies, hoc eſt, ſemper cum Iobo
Iob. 2. in tolerantia & virtute ſedeamus, vitæ miſeriam contemplantes, & mortem Iacobi perpetuò extra Aegyptum deploremus. Mori in Aegypto, eſt crimen mortiferum admittere, ſed mandare cadauer
Gen. 50. tumulo Aegypti, eſt in peccatis permanere, in ſceleribus volutari, & in vitiis tandem ſepeliri. Sceleſtum eſt mori in Aegypto, ſed multò ſceleſtius, multò peſtilentius, & immanius in Aegypto humari. Egrediamur igitur ab Aegypto, à mundi tenebris, à ſuperbia, ab auaritia, & à cæteris flagitiis nomine Aegypti ſignificatis, & mortem Aegypti, lethale crimen in mundo perpetratum extra mundum deploremus, illúdque ſeptem diebus, hoc eſt, tota vita luctibus & lamentis
Pſa. 118. proſequamur. Exitus aquarum deducant cum Da
Iere. 9. uide oculi noſtri: & cum Ieremia dicamus: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Vtinam caput noſtrum eſſet in perennem aquarum abundantiam conuerſum, quæ per oculos tanquam per canales iugiter manarent, vt poſſet vita noſtra planctus Aegypti meritò vocari. Tetras ſcelerum maculas acerbiſſimo fletu deleamus, & mœrore cur debilitemus quo-
Pſa. 50. niam animus fractus, ac propter flagitij conſcientiam dolore deiectus, eſt ſacrificium Deo gratiſſimum: & vt ait regius vates: ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Non eſt hoc loco prætereũda ratio, cur in euangelio, quod tertia dominica poſt paſcha canit eccleſia, verbum hoc, mo-
Io. n. 16. dicum, ſepties inueniatur. Nam cùm tota vita, & quicquid videmus in ea, numero ſeptenario ſignificetur, meritò modicum ſepties nominatur, vt intelligamus parua eſſe omnia, quæ in terra videmus, magna autem ea, quæ in cœlo ſperamus. Iere-
mias terram ait nihil eſſe: & mathematici eam mũdi centrum ac punctum appellant. Si punctum indiuiſibile eſt, ſi quantitatem nõ habet, licet ad quá- *Iere. 4.*
titatem referatur, qui fieri poteſt, vt magna ſint, quæ in re tam parua continentur? Quare modicum eſt, quicquid in terra eſt animus autem qui ea, quæ mortales magna iudicant, ad quæ auaritia exagitati aſpirant, parua ducit, & pro nihilo putát, ſe ad cœleſtia extullit, hic magnus eſt, dignúſque, qui magnis laudibus celebratur.

Speculatorem dedi te domus Iſrael. Idem illi dixit ca. *Inf. 33.*
33. Speculatorem eum conſtituit, & ſcientiam illi tribuit, ſed priùs eum mittit ad aceruum nouatum frugum, hoc eſt ad virtutes, & ad rerum præclarè geſtarum fructus. In legis veteris victimis ſacerdos ſibi animalis pectus, & dextrum brachium ſumebat, vt in pectore ſcientiam & boná cogitationem, in brachijs verò opera ſignificaret. Sed quoniam nõ opera impia & ſiniſtra, ſed recta & dextra debent eſſe in ſacerdote cum ſcientia copulata, ideo non brachium ſiniſtrum aſſumebat, ſed dextrum: vt quòd piè & ſapienter mente conceperat, exemplo vitæ probaret. Eratque brachium illud ſeparatum, ad innuendum debere in ſacerdote tantum eſſe virtutis faſtigium, vt ſint eius opera à cũctis hominibus ſeparata, eorúmque operibus multò excellentiora. Eam ob cauſam in veſte ſacerdo- *Exo. 28.*
tali ſuper humerale copulabatur rationali, ne *Leui. 8.*
quid eſſet laxum aut diſſolutum, ſed hæ duo ſibi inuicem cohærerent, ratio enim indiget operibus, quemadmodũ opera ratione, vt quod ratione percipitur, opere perficiatur. Superhumerale in humeris poſitum opera bona ſignificabat, rationale verò in pectore rationem & ſcientiam, quam ob cauſam erant in illo hæ literæ: Doctrina & veritas. Sed priùs erat ſuperhumerale, quàm rationale: ná *Leu. 8.*
priùs debemus facere, quàm docere, ne doctrinæ authoritas impiis actibus euertatur. Imò priùs eſt bene operari, quá bene intelligere, iuxta id quod *Pſa. 118.*
ait pſalmographus: A mandatis tuis intellexi. Aſpicis igitur debere ſacerdotem ſcientiam habere, & in virtutum actiones toto pectore incumbere. Specula locus eſt eminens & excelſus, vnde fiunt excubiæ ad vidẽdos hoſtes, & quot ſint, & veniantne, an maneant? Qui autem ea ſpecula proſpectát, ſpeculatores dicuntur. Horum munus eſt acriter vigilare, ſuíſque referre, aduentare inimicos, & alia huiuſmodi. Et quoniam præſules & eccleſiaſtici paſtores debent ſubditos monere, & in ouium ſalutem curas & cogitationes conferre, & diligenter vigilare, meritò ſpeculatores appellãtur. Cùm autẽ ſpeculatores ſint in excelſo loco collocati, debent etiam eſſe præſules non in imo peccatorum, ſed in vertice virtutum, vt ſint in excelſitate veræ dignitatis conſtituti. Vnde ait Eſaias: Super mon- *Eſa. 40.*
tem excelſum aſcende, tu qui euangelizas Sion. Et diuus Gregorius, Quiſquis, inquit, populi ſpeculator ponitur, in ſublimi debet ſtare per vitá, vt poſ- *Ioan. 21.*
ſit prodeſſe per prouidentiam. Non tradidit Deus primatũ Petro, niſi poſtquá mare & retia reliquit. Vis eſſe perfectus antiſtes, mare mũdi relinque, & retia ſuarum fraudum, quibus irretitus teneris. Quid eſt mundo ſimilius quàm mare? Vt enim il- *Simile.*
lud fluit, & refluit, & omnes eius fluctus in terram tandem dilabuntur, ſic mundus non quieſcit, hos

extollit,

extollit,illos deprimit,ſed omnes eius vanitates in
ſepulchro terminãtur. Si mare eſt periculis expo-
ſitum,quid periculoſius mundo? Si mare eſt pro-
cellis agitatum,quas tẽpeſtates ſubeunt,qui mun-
du ſeruiunt? Quibus odij, inuidiæ,laborum nim-
bis iactantur:Concitat eos ſuperbiæ, cupiditatis,
libidinis,& doloris procella,&c.vt verbis vtar poë-
tæ,Velum aduerſa ferit, fluctuſque ad ſydera tol-
lit.Si mare eſt amarum.quid amarius mũdo, quid
inſuauius,quid aſperius?Mœrore conficit,calami-
tatibus opprimit,ſummis cruciatibus torquet. Et
quemadmodum mare oſtra, & conchylia, & tur-
Simili- pedines,& algas proiicit in littus extra aquam,ſed
tudo non multò pòſt iterum hæc omnia ſorbet, & pro-
iicit in profundum,ſic mundus nos modò expellit
modò recipit: & quando in littore tranquillo ar-
bitramur eſſe,& otium requieſcendi, atque animũ
ad præclara ſtudia referendi,nobis conceſſum eſſe
exiſtimamus, tum nos deceptos aſpicimus, & re-
rum diſcriminibus plerumque, magniſque cala-
mitatum anguſtiis concitatos:quoniam ſpem no-
ſtrarum cogitationũ varij caſus,falſæq; mũdi pro-
miſſiones feſellerunt. Qui igitur præſulum mune-
re rectè fungi deſiderãt, mare fugiant, retia relin-
quant,& Chriſtũ ſequantur. Prius Deus dixit Pe-
Mat. 4. tro. Veni poſt me,quàm paſce oues meas. Extraxit
Ioã. 21. eum à mari,vocauit illum, & ſic eum antiſtitem,
& Apoſtolorũ principem conſtituit, & in ſummo
eccleſiæ principatu collocauit. Cùm magna eſſet
frumenti penuria,& homines ob pluuiæ defectum
incredibili fame laborarẽt,extraxit Elias ſuis pre-
cationibus nubeculam ex mari, veſtigium homi-
nis repræſentantem,quæ operuit cælum, & in a-
quam reſoluta mundum impleuit, & tanta viguit
3. Reg. pluuia,vt fames ceſſaret. Elias Chriſtum Deũ no-
18. ſtrum adumbrauit,nõ ſolùm rebus, ſed etiam no-
mine. Elias Hebraicè idem eſt Latinè quod Deus
dominus Quis eſt hic verus Deus,& verus homo,
omnium dominus, niſi Chriſtus ſeruator noſter?
Ipſe eſt verus & diuinus Elias,qui ex mari Galilęę
Petrum eduxit, nubeculam illam hominis figurã
repræſentantẽ,& animal quoddam rationis parti-
ceps præ ſe ferentem. Non magnus aliquis homo
erat,ſed vilis,abiectus,piſcator,rudis,inductus, vt
potiùs quaſi veſtigiũ hominis,quàm homo appare
ret. Hunc Deus ex mari ſeuocauit, vt mũdum ari-
dũ pluuia adimpleret,& homines fame verbi Dei
reficeret,& aquã cœleſtis doctrinæ per orbem ter-
rarũ funderet, & per oras longè lateque diſtantes
propagaret. Aquæ nomine doctrina ſignificatur,
Deu.32. Ideo Moyſes,Concreſcat, inquit in pluuiã doctri-
Eccl.15. na mea,fluat vt roa eloquium meum. Eccleſiaſti-
Eſai.40. cus:Aqua ſapientię ſalutaria potauit illum. Eſaias:
Inf.47. Omnes ſitiẽtes venite ad aquas. Hæc eſt aqua,quã
Ezechiel vidit de templi ſacrario egredientem, &
terrã irrigantem. Hanc nubeculam, hũc abiectum
piſcatorem abduxit Chriſtus à mari, vt eum præ-
ſulem,& concionatorem, & ſpeculatorem ſemper
vigilantem conſtitueret. Ex omnibus animalibus
curuas vngues habẽtibus ſolus leo videt, cùm pri-
mùm editur in lucem. Vnde effectum eſt,vt à Plu-
tarcho animal ſolare appellaretur. Dormiens ha-
bet oculos apertos & claros: quam ob cauſam fue-
runt multi, qui exiſtimarunt leones nũquam dor-
mire,vt refert Manethon Aegyptius in libro, quẽ
Herodoto dicauit: quamquã me non fugiat, Ari-
ſtotelem aſſerere omnia animalia dormire. Hac ra-
tione ducti veteres ſapientes per leonem præſulẽ
& cuſtodem ſignificabant. Vnde inoleuit trita illa
vetuſtate conſuetudo,vt refert Pierius Valerianus
vt in portis ædium ſacrarum leonũ ſimulacra ſta-
tuerunt. Cuius conſuetudinis Gaudentius Merula
etiam meminit libro tertio ſuorum memorabiliũ
Paſtorem illum egregium Iacobum patriarcham
debẽt eccleſiaſtici paſtores imitari de ſeipſo aien-
tem:Die noctuq; æſtu vrgebar & gelu: fugiebatq; *Gen. 31.*
ſomnus ab oculis meis. Sed & mortalium ſapiẽtiſ-
ſimus Salomon in baſibus, per quas præſules ſi- *3.Reg.*
gnificantur, leones iuſſit ſculpere, vt eorum in- *7.*
nueret vigilantiam. Et Ieremias, Virgam, inquit,
vigilantem ego video. Acſi diceret: Deum aſpicio
præſulis munus repræſentantem. Eſt enim verus *Iere. 1.*
præſul virga recta,æqualiter iuſtitiam exercẽs, at-
que ſemper vigilans. Non me latet, pro vigilante
poſſe verti ex Hebræo conſtantem, aut perſeuerã-
tem,vt referatur ad iuſtitiam, quæ eſt conſtans &
perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuendi:
hoc eſt, animi habitus, quo munita voluntas ha-
bet in tribuendo vnicuique ſuum perpetuam con-
ſtantiam. Verbum enim Xachad,quod eſt in He-
bræo, & vigilare ſignificat,& perſeuerare. Et no-
ſter interpres primam ſignificationem elegit, &
meritò quidem, cùm ſit præſulis proprium vigila-
re. Negligentes & impij antiſtites ſemper dormiũt
ſunt nuntij & curſores claudi,præcones muti,ſpe-
culatores cæci,dediti ſomno & ventri, ſeipſos re-
ficientes,& dignitatis præſtantiam turpi dedecore
maculantes, Nec ſolùm de Eccleſiaſticis præſuli-
bus,ſed etiam de ſeculi principibus id intelligen-
dum puto. Non enim exiſtimare debent, ſat eſſe,
rempublicam gubernandam tradere prætoribus,
iudicibus,conſiliariis,ſenatoribus,illiſque tanquã
miniſtris totam iuſtitiam,regnique pondus com-
mittere,ſi ipſi principes totos ſeſe deliciis dedunt.
Oportet eos vigilare, & onus humeris etiam ſuis
imponere,ne iuſtitia pereat, & regnum euertatur.
Qui apud Gentes ſapientum nomine gloriaban-
tur,philoſophiam ſuam fictis hiſtoriis tegẽtes me-
moriæ prodiderunt AEetam regem vellus aureũ
habuiſſe, quod draconi multorum oculorum ſer-
uandum præbuit. At Iaſon pulueribus à Medea
aſſumptis draconem ſopiuit, & obcæcauit, atque
ita vellus illud aureũ ſummi pretij arripuit. Quid
eſt draco multorum oculorum, niſi ſenatus & re-
latio,vbi multi viri docti ſunt congregati, quibus
rex vellus aureum pretioſum, hoc eſt regni iuſti-
tiam ſeruandam tradit? Sed quemadmodum non
proficit Aeetæ vellus illud, in quo eius vita cum
recta regni gubernatione conſiſtebat,draconi per-
uigili ſeruandum committere, cùm omnes illius
oculi pulueribus clauderentur,ſi nec regi & prin-
cipi iuſtitiam cuſtodiendam & exercendam tra-
dere ſenatoribus iuſtitiæ miniſtris, ſi eorum oculi
muneribus ſopiuntur & obcęcabuntur. Pulueres Ia-
ſonis magno incantamenti artificio confecti quid
aliud ſunt quã largitiones,quibus litẽ intendentes
iudices corrumpunt,& veluti philtris irretiunt; &
incantationibus ligant? Hæc ſunt munera, quæ o-
culos claudunt eorum,qui aut ſententiam ferunt,
aut ad principẽ referunt. Et ita ſurripitur iuſtitia,
& veritas venditur auro. Eã ob cauſam ait in libro
Exodi Deus: Non accipies munera,quæ excæcant. *Exo.23.*

Eſai. 1. etiam prudentes. Et Eſaias iu catalogum ſceletum gubernatorum retulit accipere munera. Et iterum, Væ, inquit, qui iuſtificatis impium pro mu- *Eſai. 5.* neribus, & iuſtitiam aufertis ab eo. Tu, quē Deus principem aut antiſtitem conſtituit, quem in eminēte ſpecula collocauit, vigila, ſpeculare, vide cui iuſtitiæ officia commiſſus, curre vt nunties, & in concionibus tuis vocem tuam animo erecto, & virtutibus exaggerato extolle. Eos ſpeculatores imitare, qui ſemper vigilarunt, animos à corporū contagio ſeuocarunt, atque totos ſeſe ad Chriſti imitationem contulerunt.

Et nuntiabis ex me. Hoc eſt, meo uomine.

Morte morieris. Non ſolùm temporali, ſed etiam æterna.

Non annuntiaueris ei. Explicatur pœna paſtoris ſcelera populi illi non annuntiantis.

Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Ideſt, tibi imputabitur eius pernicies. Tu mihi mortis *Infr. 33.* illius pœnas dabis. Hoc hebraiſmo vtitur etiā capite 33. Requirere ſanguinem in diuinis literis, eſt *Pſal. 9.* cædem alicuius vlciſci, vt apud pſalmographum: Quoniam requitēs ſanguinem eorum recordatus eſt. Acſi diceret: Iuſtus Deus noſter nō eſt oblitus ſuorū, qui in gemitu & luctu verſantur, quin potius acerrimè vltus eſt iniurias & cędes, quas illis ſcelerati homines intulerant. Libro ſecundo Regū *2. Reg. 4.* ſunt hæc verba literis mandata: Nonne quæram ſanguinē eius de manu veſtra? Acſi dicat: Vos abſque dubio occidiſ. Eſſe reum ſanguinis ſignificat luere pœnas pro eius morte, qui fuerit occiſus, vt *Exo. 22* conſtat ex capite. 22. Exodi, & 19. Deuteronom: *Deu. 19.* At ſanguinem ipſius eſſe in capite eius, eſt eum ſibi cauſam mortis eſſe, ſibi ipſi interitum moliri, vt *Ioſue 2.* patet ex capite ſecundo Ioſue. Sanguis in literis diuinis accipitur aliquando pro morte & calami- *Gen. 42* tate, vt Geneſis capite. 42. Etiam ſanguis eius ex- *1. Para. 11.* quiritur, aliquando pro vita, vt primo Paralipomenon vndecimo: Abſit, vt in conſpectu Dei mei hoc faciam, & ſanguinem iſtorum virorum bibā, ali- *Pſa. 50.* quando pro peccatis, vt in pſalmo: Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ. aliquando *Mat. 16.* pro operibus carnis, vt apud Matthæum: Caro & ſanguis non reuelauit tibi. Etiamſi caro & ſanguis pro quolibet homine poſſint aſſumi, vt ſit ſenſus: Nullus hominū, ſed pater meus reuelauit tibi. Eodem modo intelligi poteſt id quod ait Apoſto- *Gala. 1.* lus in epiſtola ad Galatas: continuò non acquieui, carni & ſanguini, nec veni Hieroſolymam. Hoc eſt acceptum a Chriſto euāgelium cum nullo hominum tunc contuli, ſed abij in Arabiam, vt Euangelium nuntiarem. Et hoc loco Ezechielis accipitur ſanguis pro animæ damnatione, licèt etiā pro corporis cæde & pernicie poſſit intelligi. Intuere præſulis periculū, ſi tacuerit, & ſubditos in crimina incidere paſſus fuerit, ſubditi exitium ſibi ipſis machinantur, ſed horum delictorum ipſe præſul rationem Deo reddet, & pœnas perſoluet. Vnde *Eſa. 16.* Eſaias: Væ mihi, quia tacui. Et Apoſtolus: Væ mi- *1. Cor. 9.* hi, ſi non euāgelizauero. Eſaiæ dicebat Deus: An- *Eſai. 58.* nūtia populo meo ſcelera eorū. Et Paulus Timo- *2. Tim. 4.* theo epiſcopo, & diſcipulo ſuo: Prædica verbū, inſta opportunè importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Præſulum verba nō debent eſſe blandientia, ſed, vt ait Salomon, ſtimuli ſunt, & quaſi claui in altum defixi.

Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia, ipſe quidem in impietate ſua morietur: tu autem animam tuam liberaſti. Sed & ſi conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo, ipſe morietur, quia non annuntiaſti ei, in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria iuſtitiæ eius, quas fecit: ſanguinem verò eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iuſto, vt non peccet iuſtus, & ille non peccauerit, viuens viuet, quia annuntiaſti ei, & tu animam tuam liberaſti.

Si autem tu annuntiaueris. Si tu diſertè monueris impium, vt ſe abſtrahat à vitiis, & virtutem amplectatur.

Ponam offendiculum coram eo. Senſus eſt. Non eū ſtatim occidam, non illico eū in tenebras æternas relegabo, ſed expectabo eum, vt ſe ad meliorē frugem recipiat: ponam offendiculum coram eo, ne per viā illam iniquitatis incedat. Sed quæres, quomodo ponat deus hoc offendiculū illi, qui cùm iuſtus eſſet, incidit in crimen lethale. Exiſtimo hoc offendiculum acerbā eſſe quādam calamitatē, qua Deus virū iuſtum errare incipientem opprimit, vt conuertatur. Hoc offendiculo conuerti Dauidem *Pſal. 31.* dicentem: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. Spinam vocat calamitatem eum pungentem & torquētem. Ita intelligitur id, quod Deus ait per Oſeam prophetam: Sepiam viam tuā *Oſe. 2.* ſpinis, & ſepiam eam maceria: & ſemitas ſuas non inueniet. Aſpicis per offendiculum intelligi ſpinā, per ſpinam verò calamitatem. Huic expoſitioni fauet verſio Theodotionis, qui hoc loco Ezechielis pro offendiculo tormētum ſeu cruciatum vertit. Solet Deus homines virtute ac pietate præcellentes, ſi aliquando crimen aliquod admittunt, calamitatibus exercere, & expiare, & per magnas ærumnarū anguſtias à peccato auertere, & ad vitam perducere immortalem. Vidētes enim ſe doloribus vrgeri, conuertuntur ad Deum, ad quem contriti ardenter aſpirant. Vnde ait regius vates de *Pſa. 36.* iuſto loquens: Cùm ceciderit, non collidetur, quia dominus ſupponit manum ſuam. Acſi dicat: Vir pius contaminare animum flagitio poteſt, Deumque aliquando grauiter offendere, ſed Deo fauente citò reſipiſcet, & pœnitentiam aget: atſi de peccatis deſiſtere noluerit, in æternum peribit. Poteſt Deus hominem à iuſtitia diſcedentem, cùm ſcelua admitrit, ſtatim occidere, & in æternū barathrum præcipitare: ſed tanta eſt eius miſericordia, vt ſoleat eum ad pœnitētiam expectare, vt eum ad priſtinam gratiam reſtituat.

Viuens viuet. Hebtaiſmus eſt, acſi diceret. Vitā deget. Vel ſic: Viuens per gratiam viuet per gloriam.

Et facta eſt ſuper me manus domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Et ſurgens egreſſus ſum in campum: & ecce ibi gloria domini ſtabat, quaſi

quaſi gloria, quam vidi iuxta fluuium Cho-
Sup. 1. bar. Et cecidi in faciem meam. Et ingreſſus
eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſuper pedes
meos, & locutus eſt mihi, & dixit ad me,
Ingredere, & includere in medio domus
tuæ. Et tu fili hominis, ecce data ſunt ſu-
per te vincula, & ligabunt te in eis, & non
egredieris in medio eorum. Et linguam
tuam adhærere faciam palato tuo, & eris
mutus, nec quaſi vir obiurgans, quia do-
mus exaſperãs eſt. Cum autem locutus fue-
ro tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos:
Hæc dicit dominus Deus. Qui audit, au-
diat, & qui quieſcit, quieſcat, quia domus
exaſperans eſt.

Et facta eſt ſuper me manus domini. Id eſt, accepi
ſpiritum prophetandi. De hoc Hebraiſmo diſſe-
ruimus primo capite.

Surgens egredere in campũ. Vt ſcilicet ſolitudini
deditus poſſis expeditius diuinas percipere reuela
tiones. Ita per Oſeã ait deus: Ducã eã in ſolitudinẽ,
Oſe. 2. & loquar ad cor eius. Vita ſolitaria, quę agitur in
ſeceſſu, & procul ab hominũ frequentia eſt diuinæ
philoſophiæ cõuenientior & acõmodatior, quã ea
quæ in foro & hominũ cœtu & celebritate verſa-
tur. Deſpicit enim mundi vanitates, & ea quæ exi-
mia & præclara pleriſq; mortalibus videtur, ſtabi
li ratione contemnit, ad diuina verò ardenter aſpi-
rat. De eorum ſolitudine loquor qui ſe à ſeculi tu-
multibus ſegregarunt, totoſq; ſeſe diuinarum rerũ
contemplationi dediderunt. Poteris hoc de Euan-
gelica doctrina gentibus nuntianda intelligere.
Poſtquam Deus præcepit Ezechieli, vt Iudæis lo-
queretur, viſa eorum contumacia & perfidia eum
iubet ingredi in campi latitudinem diuinam do-
ctrinã propagaturũ. Quod in Ezechiele fuit adũ-
bratum, ſcimus fuiſſe tempore apoſtolorũ adim-
pletum. Vnde voces illæ Pauli & Barnabæ ad Iu-
Acto.13. dæos relatæ à Luca in Actis Apoſtolorum: Vobis
oportebat primùm loqui verbũ Dei, ſed quoniam
repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ
vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Et de Hebræis
Rom. loquens in epiſtola ad Romanos ait: Illorum deli-
11. cto ſalus eſt gẽtibus: Acſi diceret: Pertinacia & ob-
ſtinatio Iudæorũ occaſio fuerunt ſalutis Gentiliũ,
quoniam Iudæis Euangeliũ reiicientibus aſſumpti
ſunt illi. Ideo dicebat deus per Eſaiã: Dedi te in lu
Eſa. 49. cem gentiũ, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum ter-
ræ. Quæ verba diuus Paulus in actis ſibi, aliiſq; A-
Acto.13. poſtolis dicta eſſe teſtatur. Et per Oſeã: Dicã nõ po
Oſe.2. pulo meo: populus meus es tu: & ipſe dicet: Deus
meus es tu. Quẽ locũ diuus Paulus in epiſtola ad
Rom.9. Romanos de gentiũ vocatione interpretatur. An-
teà celebris erat in Iudæa Deus, & inter filios Iſ-
raelis illuſtris erat eius fama & amplitudo, &, vt
verbis vtar pſalmographi, notus in Iudæa Deus, &
Pſal.75. in Iſrael magnũ nomen eius At adueniente Chri-
ſto, & per Apoſtolos ſuos fidem ſuam per vniuer-
ſas terrarum oras propagante, impletum eſt id,
quod diuinus pſaltes cecinerat: Notũ fecit domi-
Pſal.97. nus ſalutare ſuum, in cõſpectu gentium reuelauit
iuſtitiam ſuam. Et quod hîc ſignificauit Deus præ-
cipiens Ezechieli, vt ſe à Iudæis concionem ſuam
pro nihilo ducentibus ſeduceret, & ad campũ, hoc
eſt ad gentium latitudinem ſe conferret.

Et cecidi in faciem meam. Omnia hæc explanata
ſunt primo capite.

Ingredere & includere in medio domus tuæ. Senſus
eſt: Nunc non loqueris, omnia tempus habent: tẽ- Eccl. 3.
pus tacendi, & tempus loquẽdi. Sed ingredere do-
mũ tuã, & poſteà tibi nũtiabo, quid ſis locuturus,
& quãdo. Intereà includere, & in domicilio tuo ve
luti obſeſſus detineberis, vt hoc ſigno exteriore ſi-
gnifices eſſe Hieroſolymam à Babyloniis obſidẽ-
dam, & Iudæos intus includendos. Solebant diui-
ni vates ſignis interdũ exterioribus ventura nun-
tiare, vt Eſaias, qui nuditate ſua ſignificauit Aegy- Eſai.20.
ptiorũ & Aethiopum nuditatẽ & calamitatem. Et
Ieremias olla igne ſuccenſa Hieroſolymæ euerſio- Iere. 1.
nẽ, & templi Dei incendiũ & excidiũ. Volens autẽ
Deus hoc apertiùs oſtendere, ait: Data ſunt ſuper
te vincula, &c. Acſi diceret: Tui famuli, & quibus
familiariter vteris: te funibus ligabũt, & in vincula
coniicient, vt hoc facto oſtendas eſſe Iudæos non
ſolùm obſidendos, ſed etiã captiuos vinculis man-
cipandos: Itaque his ſignis de Iudæorum ærumnis
vaticinaberis, qui ſub Sedechia habitant Hieroſo-
lymæ, vbi non ceſſant diuinam legem per ſummũ
ſcelus violare. Fortaſſe enim ligabat Deus, ne ſe ad
Iudæos conferret. non enim tunc poſtulabat tem-
pus, vt apud illos haberet orationẽ, qui non erant
ei aures præbituri, cùm eſſent exagitati ſcelerum
furiis, ſummiſque cupiditatis ſtimulis concitati.

Qui audit, audiat, & qui quieſcit, quieſcat. Senſus
eſt: Audiant, qui voluerint qui autẽ audire recuſa-
uerint, non audiant. Eodem modo in Apocalypſi: Apo.22.
Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc, & qui iuſtus
eſt, iuſtificetur adhuc. Verba ſunt dolorem præ-
ſe ferẽtia. Vos aiebat noſter vates, qui adeſtis cor-
poribus, adeſtote animis, erigite mentes, auréſque
veſtras, & me dicentẽ attendite. Vos autẽ, qui ani-
mum à ſcelerum contagio nõ ſeuocatis, qui tetras
flagitiorum maculas delere non vultis, qui me au-
dire contemnitis, me, quando ita vobis placuit, nõ
audiatis. At vnũ ſic habetote eſſe in inferno æter-
nas pœnas impiis reſeruatas. His verbis, quibus
bonus Ezechiel videtur nefarios Iudæos à ſermo-
nibus ſuis repellere, vult eos ad ipſos trahere, & ad
audiendam veritatem adducere.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. III.

Comede volumen iſtud. Septuaginta interpretes
pro volumine habẽt κεφαλίδα quæ dictio caput ſi-
gnificat, & partem diuiſam, aut locum ſeparatũ li-
bri, quem vulgus capitulũ vocat. In Hebraicó ve-
rò eſt מגלה megillah, quæ dictio propriè ſignificat
librũ reuolutũ, deriuatur enim à verbo galal, quod
inter alia ſignificat reuoluere. Vnde Prouerbio-
rum illud: Reuela domino opera tua, poteſt e- Pro.16.
tiam verti: Reuolue ad Deum opera tua. Acſi dice-
ret: Opera tua duas habent facies, alterã ſimulatæ
virtutis, alteram veræ iniquitatis, quarum primã
hominibus oſtendis, vt in luce & oculis hominũ
iuſtus videaris, ſecundã verò tegis, vt flagitia tua
honeſtatis tegumento cooperias, & exiſtimas ho-
mines in te probitatis & virtutis ſplẽdorẽ intueri.

Sed reuolue Deo actiones tuas, & earum faciem flagitiorũ maculis contaminatam ante eius oculos pone, eum vehementer orans & obſecrans, velit *Similitudo* labes tuas teterrimas delere & expiare. Vt enim mendicus mẽbra ſana tegit, ea autẽ oſtendit, quæ ſunt ſaucia, & tabe confecta, & vulnere labefactata, vt eleemoſynã obtineat, ſic peccator nõ eſt virtutis actiones Deo oſtenſurus, ſed vlcera animę, & mẽbra ægritudine vitiorum extabeſcentia, vt miſericordiã conſequatur. A verbo hoc galal deſcendit nomẽ galgal, quod cœlũ ſignificat, quod ſemper reuoluatur, & in orbẽ moueatur, circuloſque ſuos admirabili ordine conficiat. Significat etiam ſphærã, quia volubilis eſt, & rotam eadẽ ratione. *Pſal. 76.* Eã ob cauſam illud pſalmi: Vox tonitrui tui in rota, poteſt etiã verti: vox tonitrui tui in cœlo. Quidam verterũt: Vox tonitrui tui in ſphęra, per ſphęram cœlũ intelligentes: quemadmodũ ibi per rotã cœlum etiam ſignificari nonnulli arbitrantur. Alij per rotã currum Pharaonis intelligunt in mari rubro ſubmerſum. Alij de Apoſtolorũ concionibus per orbem terrarũ veluti in rota & circuitu diſcur*Exo. 14.* rentiũ locum illum explanant. Ego exiſtimo, Dauidẽ celebrare illic miraculũ ſubuerſionis Aegyptiorũ in mari rubro, quãdo coeuntibus aquis, quę filiis Iſraelis tranſeuntibus locum dederunt, impij fuerunt obruti, cœlo eos terrente fragoribus nubium, erumpentibus fulminibus. Et quoniam ſolet diuina ſcriptura aërem appellare cœlum, diait, auditã fuiſſe vocem & clamorem tonitrui in cœlo, hoc eſt in aëre. Cùm enim anteà dixiſſet: Vocẽ dederunt nubes, etenim ſagittæ tuæ tranſeunt, intelligens per ſagittas nimbos & grandines vehemẽtes, ſubdit ſtatim: vox tonitrui tui in rota: vt non ſolùm mare fluctibus agitatũ, ſed etiã aërem ſignificaret procellis & tonitruis cõcuſſum. Narrat igitur diuinus vates facta Dei mirabilia, ſuæque miſericordiæ & potentiæ clariſſima monimenta, digna quæ ad æternã poſteri temporis memoriã tabulis publicis mãdarentur. A verbo hoc galal denominatur Galilęa, ad quã miſſus eſt Gabriel Angelus *Luc. 1.* à Deo, vt virginẽ conſolaretur, eique nuntiaret dei matrẽ eam eſſe futurã. In Galilęa etiam voluit poſt reditũ ad vitã ſuis diſcipulis apparere, vt euange*Mat. 28.* lica narrat hiſtoria. Vis, vt ad te Deus cœleſtẽ mittat oblectationẽ, vis, vt tibi ſpiritualiter appareat, vis eum mẽtis oculis intueri placabilem, benignũ ſuauiſſimum, amabiliſſimum, da operam, vt habites in Galilæa. Galilæa reuolutionem ſignificat: reuolue conſcientiã, conſidera teipſum, verſa in animo vitam tuã, muta actiones tuas, tranſi à vitiis ad virtutes, à dedecore flagitij ad amplitudinem honeſtatis, & eris Galilææ cultor, & deum animo cõtemplaberis, ad illum aſpirabis & rapieris, & tales ac tantas voluptates percipiet quales & quantas nullus mundi cultor non dicam percipere, ſed ne cogitare quidem vnquam potuit.

Et aperuit os meum. Septuaginta habent. Et aperuit os meũ nimirum Deus. Oſtendunt bona quæ agimus, à Deo eſſe. Ipſe enim, vt verbis vtar diui Pau*1. Cor. 12.* li in epiſtola prima ad Corinthios, operatur omnia in omnibus. Et in epiſtola ad Philippenſes operari *Phili. 2.* ait in nobis velle, & perficere. Non ſumus nos, ſoli, qui rectè & præclarè operamur, ſed nos cũ gra*1. Cor. 15.* tia diuina. Ideo ait Apoſtolus: Non ego, ſed gratia Dei mecum. Sumus igitur Dei cooperatores: & liberum arbitrium cooperatur gratiæ: & ita Deus in nobis bona opera operatur, vt nos etiam ea operemur. Hoc intuens diuus Ioannes in vltima epiſtola ſua ait: Cooperatores ſumus veritatis: hoc eſt *Ioan. 3.* Dei, qui de ſeipſo ait: Ego ſum veritas. *Ioã. 14.*

Ad filios populi mei. In Hebraico eſt: Ad filios populi tui. Et ita habent ſeptuaginta interpretes, & ita vertit Pagninus, & multi alij. Et ita habet verſio Complutenſis, quam dicunt eſſe propriam diui Hieronymi: & verſio cui idem adiecit commentaria. Et eodem modo habẽt ad marginem nonnulli codices correcti. Quare loco mei, ſcribendum eſt, tui. Fuit enim librariorum incuria, vt pro tui mei ſcriberent.

Percutientium alteram ad alteram. Pro percutiẽtium eſt in Hebræo משיקות maxxicoth, à verbo נשק naxac, quod ſignificat oſculari, vt Canticorũ *Cant. 1.* primo: Oſculetur me oſculo oris ſui. Vnde illud pſalmi: Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur dominus. *Pſal. 2.* Poteſt etiam verti: Oſculamini filium, ne quãdo iraſcatur. Dixerat anteà in eodem Pſalmo cœleſtis pater filium alloquẽs: Filius meus es tu: nunc diuinus vates nos hortatur, vt eundem Dei filium vnigenitum colamus, illi ſeruiamus, & obtemperemus. Oſculũ enim manuum more Palæſtinorum ſignum erat ſubiectionis, quemadmodum apud nos, qui principum manibus oſculandis ſolemus noſtram erga eos pietatem & obſeruantiam teſtificari. Eas manus ſumus oſculaturi, quæ pro nobis clauis perforatæ cruci fuerunt affixæ, ſauciæ, & vulneribus affectæ: quæ diuinum illum vatem Zachariam tenuerunt quaſi ſtupidũ & ad*Zac. 13.* mirantem, & has voces emittẽtem: Quæ ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Eum Deum, qui ſe pro nobis in crucis ara hoſtiam conſtituit, debemus ſumma pietate venerari, illi nos in ſeruitutem libenter dicare, qui nos poteſt ad vitã perducere immortalem. Cùm igitur verbum hoc naxac oſculari ſignificet, erit horum verborum ſenſus: Audiui ſonum alarum, quæ perinde ſe contingebant, ac ſi ſe ipſas oſcularentur. Diximus in explanatione nomine alarum virtutes ſignificari: quam ob cauſam non eſt mirum ſe inuicem oſculari, cùm dicat propheta: Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. *Pſa. 84.* Hæ enim virtutes beneficio Chriſti coniunctæ ſunt: ipſe enim nos iuſtos reddidit ex iniuſtis, & patri reconciliauit: atque ita iuſtitia & pax inter ſe cohærere, ſeque mutuò oſculari dicuntur.

Et manſi ibi ſeptem diebus mœrens. Septuaginta habent: Et ſedi ibi ſeptẽ diebus conuerſans. Pro mœrente verterunt conuerſantẽ: Theodotio admirantem, quẽ ſequitur Pagninus. In Hebraico eſt משמים maxmim, à verbo xamam quod ſignificat diſperdere, mœreri, admirari, obſtupeſcere, tacere præ admiratione: quæ omnia huic loco poterunt conuenire. Aquila habet: Manſi ibi quieſcens, & ſeorſum poſitus. Acſi eſſet corpore in medio captiuorum, ſed animo ab illis ſeparatus. Tales eſſe debẽt, qui inter nefarios homines degunt: ab eorum colloquio familiaritate debẽt ſe abducere, ne ſermonibus impuris, moribuſque deprauatis viri pietate præſtantes tetrã maculam ſuo nomini inurant. Sed cũ apud eos corpore ſint, animo tamẽ in cœlo cõmorẽtur, dicentes cũ Dauide: Stantes erant pedes *Pſa. 121.* noſtri in atriis tuis Ieruſalem, & cum diuo Paulo: *Phili. 3.* Conuerſatio noſtra in cœlis eſt.

Argu-

Argumentum Cap. IIII.

Sub deſcriptione & figura ciuitatis obſeſſa in latere, ſignificatur Hieroſolyma obſidio & vaſtatio. Prædicit Ezechiel obſidendos & opprimendos eſſe Iudæos à Babylonijs. & Hieroſolymam expugnãdam, & funditus euertendam.

CAPVT IIII.

ET tu fili hominis, ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem. Et ordinabis aduerſus eã obſidionem, & ædificabis munitiones, & cõportabis aggerem, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro. Et tu ſume tibi ſartaginem ferream inter te & inter ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam: & erit in obſidionem, & circundabis eam. Signum eſt domui Iſrael.

EXPLANATIO.

Et tu fili hominis. Hactenus præcepit Deus diuino vati, vt animo erecto & intrepido peccata populi redargueret: nũc eũ docet, quid acturus ſit. Et ne extolleretur videns ſe eſſe vocatum à Deo, vocatur filius hominis, hoc eſt fragilis & abiectus. De quo hebraiſmo capite ſecundo diſſeruimus, & in explanatione, & in annotationibus ex Hebræo.

Sume tibi laterem. Solebant diuini vates, vt iam explicuimus, nõ ſolùm verbis, ſed etiã factis & picturis ventura oſtendere, & futura nunciare. Eam ob cauſam præcipit hoc loco Deus Ezechieli, vt ſumat laterem quendam, in quo pingat atque delineet veluti in mappa mundi ciuitatem Hieroſolymam à Babylonijs obſeſſam & oppugnatam, vt tali pictura aut graphide ſignificaret, quemadmodum Babylonij erant Hieroſolymam obſeſſuri, & oppugnaturi.

Pones eum coram te. Nimirum, vt expeditiùs & meliùs delineare, & effigiare poſſis, quę tibi deſcribenda præcipio, illorum more, qui accuratè aliquid depingere conantur.

Et deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem. Conſidera Dei bonitatem & miſericordiam, qui rebus viſibilibus oſtendit Iudæis velle patriam ſuam euertere vt metu perterriti reſipiſcãt, ſcelera relinquant, & animos expient pœnitentia, vt non pereant. Hic habent geometræ locũ ad ſuæ artis dignitatẽ laudibus efferendã. Solent illi in lateribus lineas ſuas ducere, & figuras depingere: id quod Deus hoc in loco præcipit Ezechieli faciendum. Hoc videbis clariùs & copioſiùs apud eundem prophetam ca-
Infr. 40. pite quadrageſimo cum ſequẽtibus. vbi agit de figura & menſura templi, & ciuitatis futuræ. In li-
Ioſu. 18. bro Ioſue ſcriptum legimus, miſſos fuiſſe explora-
Zac. 2. rores, qui terram deſcriberent. Et apud Zachariã prophetam capite ſecundo multa etiam de menſuris tractantur: quæ omnia ad geometriam pertinent: eſt enim illa, ars quędam terrã aliúdue quippiam dimetiendi & delineandi. Sed conſidera qua in te præcipiebat Deus, vt magna illa & opulenta ciuitas deſcriberetur, in paruo luto, in quodam latere. Vide quam fragile fundamentũ. Opes, & magiſtratus, regna, & imperia, & omnia denique, quæ magna mortalibus & præclara vidẽtur, parua ſunt & fragilia, ſita & delineata in puluere, & paruo quodã luto, in exiguo & vili latere. Si tota terra à mathematicis punctũ appellatur, quid erit paruũ terræ fruſtũ & modicũ lutũ? Seneca ait: Punctũ, & adhuc puncto minus eſt id, quod colimus. Plinius libro ſecũdo cap. 68. nõ aliud eſſe, inquit terrã vniuerſam, quàm punctũ. Eſt enim in medio mũdi ſita, ad vniuerſi cœli cõplexũ puncti inſtar obtinens
quod philoſophi centrũ vocant. Sed quemadmo- *Simile*
dum admirabilem illam Babylonis turrem in paruo numiſmate depictã reſpectu parui tugurij iuxta illam coloribus repræſentati, incredibilis magnitudinis eſſe exiſtimamus, quia arcis illius Babylonicæ ſimilitudinẽ animo cõcipimus, illa autẽ pictura adeò eſt exigua, vt numulo quodam comprehẽdatur, ſic ea, quæ in mundo ingentia & ſublimia nobis videntur, adeò parua ſunt, vt in terra, in puncto, in latere quodam luteo contineantur. Apparent autem magna, qui ea cum minimis cõferimus, & quia eorum magnitudinis imaginariũ conceptum apprehendimus, ea magna exiſtimantes. Quĩ fieri poteſt, vt magna ſint, quæ punctum capit? Quomodo nõ minimum erit, quod cũ puncto cõparatur? Imò Boetius libro ſecundo de philoſophica conſolatione terram ait eſſe punctum puncti. Hæc eſt ſedes diuitiarum, pro hac dimicant mortales, hîc tumultuantur, hanc maximam & ampliſſimam & latiſſimam inſipientes homines exiſtimant, pro qua ſummis infinitæ cupiditatis ſtimulis concitati cœlum amittere non dubitant. Cùm igitur tota terra tam exigua ſit, ne mirandũ ducas, vrbem Hieroſolymam in paruo quodam latere fuiſſe ab Ezechiele ex Dei iuſſu depictam. Lateres conficiuntur ex luto, & aqua diſſoluũtur: & ædificia ex illis constructa lateritia vocantur.
Talia erant, quæ ab Hebræis in Aegypto ex Pha- *Exod. 1.*
raonis decreto fiebant. Qui mundi cultores ſunt, *& 5.*
qui Pharaoni, hoc eſt diabolo parent, non ædificia conficiunt ex lapide & calce, non opera firma ędificant, perpetuitatem promittentia: ſed fragilia & inconſtantia, ex paleis & luto. Ex hac materia erat later hic, de quo hoc loco ait Deus; Sume tibi laterem, & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem.

Et ædificabis munitiones. Pinges etiam in latere turres ligneas, & propugnacula, quæ Babylonij extruent ad oppugnandam Hieroſolymã. Munitiones ſunt præparationes bellicæ, quibus duces caſtra ſua muniũt aduerſus hoſtes, ſiue propugnaculis ligneis, aut terriplenis, ſiue foſſa, ſiue vallo, ſiue tormẽtis ignitos globos iaculantibus, ſiue quibuſcunque aliis machinis & armis.

Et comportabis aggerem. Aggeres ſunt coacervationes terrę & lapidum, quibus valla foſſæque implentur.

Dabis contra eam caſtra. Hoc eſt, depinges exercitus Chaldæos ciuitatem oppugnantes.

Et pones arietes in gyro. Arietes ſunt machinæ quædam bellicæ, habentes capita duriſſima ferro tecta, quibus muri ſubruuntur, & lapidum iuncturæ diſſoluuntur. Sic appellari, quòd inſtar animaliũ huius nominis retrocedant, vt poſſint vehemẽtiùs capitibus ferire.

Sume tibi ſartaginem ferream. Satago eſt patella illa, in qua cibi friguntur, per quã hoc loco Iudęo-

rum fiducia ſignificatur,ſimilis ſartagini ferreæ, & denigratæ. Ferrea erat,quia ex cordis duritie procedebat,denigrata,quia ex malitia eos ipſos inquinante oriebatur.Eſt igitur ſenſus : Non ſolùm deſcribes militum copias ciuitatem oppugnãtes,ſed etiam Iudæorum fiduciam euertentes. Tu autem pones faciem tuam: contra hanc fiduciam ſeu potiùs contumaciam , quæ erit veluti murus inter te & ciuitatem,diuidens te à cęteris Hebræis:non enim illorum perfidiæ & pertinaciæ aſſentiris,quin potius ab illis es diuiſus , & animo ſeparatus. Et hæc illorum pertinax fiducia erit obſeſſa & euerſa,& funditus corruet. Poteris per hanc ſartaginẽ inter prophetam & ciuitatem poſitam, iram Dei intelligere vrbem Hieroſolymam euertere decernentis. Cum Iudæi ſe vitiis contaminaſſent, & ſe totos libidinibus dediſſent quibus obcæcati iura diuina & humana violarent, & dolos teterrimos conciperent,decreuit Deus conſtanter euerſurum eſſe eorũ ciuitatẽ, & eos in miſeram captiuitatem adducturũ. Eam ob cauſam præcipit Ezechieli,vt inter ſe & ciuitatem deſcribat murũ ferreũ,ne eius precationes obtineãt vrbis ſalutem, quoniam inter eum & vrbem opponebatur iuſta Dei ira,quę inſtar muri ferrei effectum precum ipſius prohibebat. Tunc Dei ira eſt inflexibilis, cùm peccator eſt obſtinatus & indomabilis. Orant quidem Deũ viri iuſti,vt afflictis peccata condonet, eoſq; à calamitatibus eripiat, ſed ad Deum eorũ piæ precationes nõ dicũtur accedere, vt effectum obtineãt, quia afflicti illi nolunt ſcelera dimittere,ſeque ad dominum conuertere.Tunc oſtendit nobis Deus iram ſuam,cùm preces iuſtorum nõ audit. Ita po-
Pſal.31. teſt intelligi illud pſalmographi:Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Verũtamen in diluuio aquarum multarũ ad eum non approximabũt. Acſi diceret: Pij homines veniam erratis poſtulabunt tempore precationibus apto,ne peccatores pœnas luant debitas & iuſtas.At in diluuio aquarum multarum , hoc eſt , in maximis ærumnis , vigente ſæuiſſima calamitatum procella non approximabunt, non appropinquabũt deo iuſtorum preces,quoniam impij,pro quibus orãt, Deum ipſum offendere non deſiſtunt.Ideo aiebat
Eſa. 59. Eſaias, iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum.Ponit Deus rupem altiſſimam in-
Thren.3 ter ſe & peccatores aut nubem denſiſſimam preces detinentẽ.Id intelligens Ieremias aiebat in Lamentationibus. Nos iniquè egimus & ad iracundiã prouocauimus, idcirco inexorabilis es: Operuiſti in furore,& percuſſiſti nos:occidiſti,nec pepercisti.Oppoſuiſti nubẽ,ne trãſeat oratio.Id quod Ieremias appellat nubem preces impedientem, & Eſaias rupẽ, appellat Ezechiel ſartaginẽ ferream, & murum inter Deum & peccatores obſtinatos.

Et obfirmabis faciem tuam ad eam. Nimirum ciuitatem.Quaſi dicat Deus: Dirige faciem tuam aduerſus Hieroſolymam vultu irato & truculento. Cõnumeratur Ezechiel cum hoſtibus Hebræorũ nõ quod hoſtis eſſet,ſed quòd eos argueret, illiſq; futuram perniciem,& vaſtitatem nũtiaret:veritas
3.Reg. 18. enim odium parit. Iudæorum reges diuinos illos vates veritatem ſibi proferẽtes,quos ne voce qui-
Nehe.9. dem lædere deberent,ad excidium crudeliſſimum
Matt.23. vocabãt. Poteris hoc ita intelligere vt obfirmare-
Luc.13. tur Ezechielis facies ad ſartaginem ferream,cõtra quam deſcriberetur obſidio.Et ita per ſartaginem intelligitur Iudæorum pertinacia,& vana fiducia, vt anteà explicuimus.

Signum eſt domui Iſrael. Hoc eſt, Id erit certa ſignificatio obſidionis & euerſionis Iudæorum.

Hic eſt planus huius loci ſenſus , ab aperto literæ argumento non diſcedens, quẽ theologi literalem vocant,cui primas inter omnes ſenſus abſque cõtrouerſia tribuunt.Sed ſi verba hæc ad mores traducamus,ad eamque interpretandi rationẽ aperiamus aditum,quã moralem appellamus, intelligemus,Deũ hîc cum quocũque peccatore loqui,velleq; his verbis noſtros turbulentos motus componere, & animos noſtros ad æternæ gloriæ deſideriũ excitare.Ita enim ait:Tu ô peccator,qui ob flagitia tua nõ Dei filius nominari mereris, ſed filius hominis,ſume tibi laterem, ſume cor tuũ durum, & pone illud iuxta te, nam longè à te diſtat, deſcribes in eo ciuitatem Hieroſolymam cœleſtẽ. In primis oſtendit Deus peccatoris cor durum eſſe, terram recoctam, & laterem in lapidem ferè conuerſum. Ideo aiebat in Deuteronomio: Non *Deu.15.*
obdurabis cor tuum, nec contrahes manum. Et *Pſa.94.*
per os Dauidis:Nolite obdurare corda veſtra. Et *Eſa. 46.*
per Eſaiã:Audite me duro corde.Hi neſciẽtes quid agant,æternam ſibi perniciem moliuntur.Ideo ait *Rom. 2.*
in epiſtola ad Romanos diuus Paulus: Secundum duritiam tuã, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iuſti iudicij.Deinde oſtendit Deus cor impij peccatoris longè ab illo abeſſe.Vnde Dauid dicebat:Cor meum dereliquit *Pſal.39.*
me. Et in libro ſecundo Regũ cum Deo loquens *2.Reg.7*
aiebat. Inuenit ſeruus tuus cor ſuũ. Si illud inuenit,ergo antea nõ habuerat.Et Ieremias: Audi po- *Iere.5.*
pule ſtulte,qui non habes cor.Et Daniel de tyran- *Dani.7.*
no quodã,quẽ rationis expertẽ vocat,loquens,ait: Cor eius datũ eſt ei: Vnde diuus Gregorius, Cor, inquit, noſtrũ non habemus, cùm grauiter delinquimus.Et alibi:Nihil nobis vicinius eſt corde, & tamen ſæpe euagatur. Nihil longius à nobis quàm nos. Mali,inquit Seneca, vbiq; ſunt præterquã ſecũ.Et cùm longè à ſeipſis diſtent,à Deo etiã longè recedunt.Ideo ait per Eſaiã Deus: Audite me, qui *Eſai.33.*
longè eſtis.Et Paulus in epiſtola ad Epheſios:Qui *Ephe.2.*
eratis longè,facti eſtis propè.Hinc effectum eſt, vt ſceleratorũ habitatio dicatur terra longinqua. Id intelligẽs Ieremias aiebat: Vox clamoris filiæ po- *Iere. 8.*
puli mei de terra lõginqua. Et filius prodigus diſ- *Luc. 15.*
cedẽs à domo patris ſui ſe in terrã contulit longinquã. Apud Marcũ volens Chriſtus turbas paſcere *Mar. 8.*
ait: Quidã ex eis de lõngè venerunt. Id interpretans Beda ait:Qui poſt magna peccata veniunt,de longinquo veniunt. Et regio illa longinqua terra mortuorum appellatur:cum iuſtorũ regio terra ſit viuorum,vt in pſalmo: Placebo domino in regio- *Pſa.114*
ne viuorum. Et:Credo videre bona domini in ter- *Pſal.26.*
ra viuentiũ. Terram viuentium appellat Iudæam, quod in ſola ea Deus verè coleretur. Aberat tunc Dauid à patria ſua,Hieroſolyma,à templo Dei, & exul metu Saulis ſolitudines peragrabat. Sed ingraueſcẽte rerũ aduerſarũ mole,nulli oneri ſuccũbebat,quin potius diuinæ miſericordiæ nitẽs ſperabat fore,vt Hieroſolymã introiret,ſacrificiis deo ſolennibus intereſſet, & Dei ſolennitates in templo celebraret.Hæc erãt bona,quæ credebat ſe eſſe viſurum in terra viuentium. Non tamen me fugit poſſe

git poſſe per terram viuentium cœleſtem illam re-
gionem ſignificari, vbi beati ſempiterno gandio
perfuſi, Dcum ipſum intuētur. Illi enim, qui è cor-
potum vinculis euolarunt, & illic Deo fruentes re
quieſcnnt, verè viuunt, noſtra namq;, quæ dicitnr
vita, mors eſt. Veruntamen prior ſenſus videtnc
germanior, & literę accomodatior. Cum igitnr re-
gio iuſtotnm appelletur terra viuentium, conſe-
quens eſt, vt impiorum regio terra mortuorum vo
Matt. 8. cetur, de quibus ait Chriſtus apud Matthænm: Di
mitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Id hac re-
gione cum filio prodigo, qui ſubſtantiam ſuam
diſſipauerat, ſunt impij paſcentes ſues, hoc eſt, ap-
petitibus ſuis immnndis nihil omnino denegātes,
quò eos pertraxit effrenatnm falſæ libertatis deſi-
derinm. Ad hanc regionem fugiunt à Deo pecca-
Gene. 3. tores. Adam admiſſo ſcelere fugit, & abſcondit ſe
à facie domini poſt eſum funeſtarum epnlarum, ad
Gen. 4. quas eum Eua infeliciter inuitanerat. Cain percuſ
ſo fratre cgreſſns eſt à facie domini, & profugns,
vel, vt poteſt verti ex Hebræo, fluctuans & inſta-
Ion. 1. bilis habitauit in terra, &c. Ionas fugit à facie do-
Prou. mini. Et, vt ait Salomon in prouerbus, fugit im-
28. pius nemine perſequente. Quanquam peccatores
in hac mortuorum regione conſtituti, dediti volu
ptatibus, & in omni vitiorũ genere verſati, Deum
ore nominant aliquando tamen eorum animus ab
eo longiſſimè diſtat: de quibus ait idem Deus per
Eſai. 29. Eſaiam prophetam: Cor eorum longè eſt à me. Sed
Mat. 15. qnid mirum abeſſe cor impiorum à Deo, cum ille
Eſa. 46. ab ipſis impiis longiſſimè abſit? Vnde ait per Eſaiã
Deus Redite præuaricatores ad cor. Eam ob cau-
ſam oportet illud quærere, & tenere, ne iterum fu-
Nahũ. 3 gam arripiat. Id voluit propheta Nahum innnere
ita dicens: Intra in lutum, & calca ſubigens, tene
laterem. Acſi diceret. Intra in cor tuum, conculca
illud, protere, & comprime eius ſuperbiá, illudque
tene & apprehende, ne aufugiat, & in maximis
verſetur erroribus. Ideo præcipit hoc loco Deus
peccatori, vt cor ſuum lateri duriſſimo ſimile ſu-
mat, iuxta ſeipſum ponat, & illud non ſinat lon-
giùs euagari: innuens longè diſtare à ſeipſo. Et ſub-
dit ſtatim: Et deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem.
Acſi dicat: Deſcribe in eo gandia immortalia, &
patriam cœleſtem. Ne in corde tuo ſculpas aut de
pingas mundi gloriam inanem illam & fluxam,
quæ inſtar floſculi decidit, & perit: illud remanet,
qnod virtute & rectè factis fueris conſecutus. Ne
in animo tuo veluti in topographia & mappa mũ-
di Babylonem deſcribas ciuitatem confuſionis,
quin potius imaginem mundi ex eo dele, quæ ve-
lis nolis fluit & præterit. Id intelligens regins va-
Pſal. 72. tes cum domino ſermonem conferens canebat: Ve
lnt ſomnium ſurgentium domine in ciuitate tua
imaginē eorum ad nihilũ rediges. Acſi diceret. Eua
neſcet vana mortalium felicitas, quã in fluxis mun
di rebus cõſtituunt, tanquã ſomnium hominis ex-
pergiſcentis, qnod cùm eſſet inane, eum tamē dor-
mientē falsò delectabat. Tu domine in ciuitate tua.
in gloria ſempiterna imaginē mundi, quã inſipien
tes homines in corde ſuo depingebant, ad nihilum
eſſe redactam oſtendes. Imaginem appellat mun-
di vanitatem, opes, dignitates, generis ſplendorē,
& nominis amplitudinem, quibus rebus vani mor
tales inflantnr, quas inaniter ſculptas in animo in-
tuentur: cùm nihil aliud ſint quàm vmbræ quæ-
dam, & imagines fallaces, de qnibus dicitur in li-
bro Sapientię: Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra. Sap. 5.
Deleamus igitur ex animo Babylonem, & deſcri-
bamus in eo ciuitatem Hieroſolymã, viſionem pa-
cis, gloriam cœleſtē, ſedes beatarum mentium im-
mortales, cantica illa dulcia Sionis, patriã promiſ-
ſionis, beatitndinem æternam, cuius volnptatē &
ſplendorē nulla eſt tanta dicendi aut ſcribendi vis,
tantaq; copia, quæ non dicã exornare, ſed enarrare
poſſit. Quis ea recēſere pro dignitate poterit, quę,
vt verbis vtar diui Pauli, oculus non vidit, nec au-
ris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Ad ea 1. Cor. 2.
rapiamur, & diuino amore inflãmati aſpiremus: ea
cogitemus, ea in animo verſemus, ea deſideremus,
& in corde deſcripta ante oculos mētis dies atqne
noctes ponamus. Dicamus cũ diuino ac regio va- Pſa. 41.
te: quemadmodum deſiderat ceruus ad fōtes aqua
rnm, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Quemad Simile
modum gnomō nauigatorius, quem vulgus acum
nanticam appellat, ſemper polnm ad arcticum in-
tuetur, ad illumq; quomodocunq; eũ conſtituas,
ſemper cōuertitur, quod certè eſt mirabile in hoc
inſtrumento, & in verſoria hac, qua nautæ curſum
ventorum cognoſcunt, ſic omnis homo ſemper ad
Chriſtum debet mentis oculos & affectus dirige-
re. Ille eſt noſter polus arcticus, aſtrum illud bo-
reale fixum & conſtans, quo gubernari debemus.
Ille eſt ſpes & fiducia noſtra, & omnis noſtra fir-
mitudo, quam ſumus perpetuò aſpecturi. Et qnem
admodum gnomon nauigatorius ſiue ſit in arcula
aurea incluſus, ſiue argentea, ſiue lignea, ſemper
borealem reſpicit ſtellam, nunqnam naturam
ſuam amittens, ſic Chriſtanus ſiue diuitūs affluat,
ſiue inopia laboret, ſiue inſtitntum vitæ mediocre
obtineat, ſemper debet Chriſtum intueri, & ab
hoc ſancto mentis affectu nnnqnam deſiſtere, ipſe
enim ait in Canticis. Pone me vt ſignaculum ſuper Cant. 8.
cor tuũ. Quaſi dicat: Conſtitue me ſcopum in ani-
mo tuo, quo ſemper omnes tnarũ cogitationum,
verbornm & actionũ ſagittæ dirigãtur. Dele mun-
di ſcopnm, & me colloca vt finem, ad quem tēdant
propoſita tua: in quo omnes tuæ curæ figantur, &
collocentur. Vide quàm admirabilis gnomon, quã
præcellens verſoria erat illuſtriſsimns rex ille Da- Pſa. 15.
uid, cùm diceret: Prouidebam dominnm in con-
ſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne
commouear. Attende quemadmodum in Deum
ſemper reſpiciebat. Conſidera cœleſtem illam na-
uigandi acum, diuinum Paulum aientem: Curra- Heb. 12.
mus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in
anthorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui
propoſito ſibi gaudio ſuſtinnit crucem: recogitate
eum, qui talem ſuſtinnit à peccatoribus aduerſus
ſeipſum contradictionem. Reſpiciebat ſemper di-
uinus Apoſtolus in Chriſtum Deum noſtrum, &
de illius ſententia omnia vitæ cōſilia capiebat: om
nē viuēdi rationē ad illins voluntatē dirigebat: in
eo omnes curas & cogitationes firmiter colloca-
bat. Nos igitnr leuemus oculos ad Chriſtum, &, vt
verbis vtar diui Auguſtini, intueamur caput no-
ſtrũ. Et vt flumina omnia tendunt in mare, quoniã Simile
exeũt ab illo, & vt ait Salomō in Eccleſiaſte, ad lo
ca, vnde exeũt flumina reuertũtur: ſic nos ad Deũ Eccle. 1.
tēdamus, quoniã ab eo prodiuimus, & creati ſum' e-
enm intueamur, eius gloriam contēplemnr: ſancto
rũ beatitudinem, cœtũ beatorũ aſpiciamus, cœle-

ſtē amorem concipiamus, qui animos noſtros incē dat, & ſtudio immortalitatis ac ſupernæ Hieroſolymæ toros inflāmet. *Pſalm. 114.* Dicamus cū propheta: Conuertere anima mea in requiē tuam, quia dominus benefecit tibi: vel, vt poteſt conuerti ex Hebræo: quia dominus reddidit te tibi. Acſi diceret: Cùm tu ô anima mea corpori ſeruires, non erat mirum eius quæſiſſe voluptates: at modò quoniam tua es, quoniam dominus reddidit tibi, non alienam, ſed propriā quære voluptatē, quære requiē tuam, non corporis, non carnis, non mundi: quære Deum, oblectare illo, ad eum cōfuge, in eo conquieſce, in eius amore & ſuauitate omnes moleſtias depone. Cogita æternam beatitudinē, eamq; in te ipſo imprime, & ſculpe. Hæc eſt ſpiritualis requies, hęc eſt oblectatio tua. Conuertere igitur ad eam, quoniam Dei beneficio reddita es tibi. Nos deſeribamus hanc ciuitatem cœleſtem in corde noſtro, iuxta id, quod hîc ait Deus: Et deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem.

Et ordinabis aduerſus eam obſidionē, & ædificabis munitiones. Sed ne exiſtimes poſſe te ad ciuitatem ęternā peruenire abſq; labore, depinges hoſtes, deſcribes dæmones te obſidione cingentes, tibi bellum inferentes, & interitum crudeliſſimum machinantes. Nuntiabis animæ terribiles pugnas eſſe aduerſus eam paratas. Id intelligens Apoſtolus aiebat in *Ephe. 6.* epiſtola ad Epheſios: Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: quia non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. Et diuus Pe- *1. Pet. 5.* trus in ſua prima canonica: Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Sic velim tibi perſuadeas te eſſe tētationibus oppugnandū, cùm primùm ad cœlum aſpiraueris, Deoque ſerui- *Eccle. 2.* re contenderis. Vnde ait Eccleſiaſticus: Fili accedens ad ſeruitutē Dei, ſta in iuſtitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationē. Chriſtus *Matt. 4.* Deus noſter ſtatim poſt baptiſmum ductus eſt in deſertum ab ſpiritu, vbi eum diabolus tentare voluit. Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, vt dicebant Chriſti Apoſto- *Act. 14.* li, quemadmodū refert in Actis diuus Lucas. Nunquam tam durè fuerunt à Pharaone filij Iſraelis *Exod. 5.* oppreſſi, quàm cùm Aegyptum relinquere conarentur. Eodem modo tunc nos dęmon fortiùs tentat, cùm mundi dolos, vanitates, voluptates, & fla- *Mar. 9.* gitia fugere decernimus. Cùm Chriſtus eiiceret quoddā dæmonium ab homine ab eo poſſeſſo, exiit ab eo exclamās, & multùm diſcerpens eū: vt euangelica narrat hiſtoria. Cùm homo ille vellet à dæmone ſeparari, tunc ab eo grauiùs premebatur. Et licet diabolus nos interdum non tentet, ne illi vnquam fidamus, tametſi videamur in tranquillitate vitam degere. Hoc intuens animo diuus Hieronymus ita ad Heliodorum ſcribebat: Erras frater, erras, ſi putas vnquam Chriſtianum perſecutionem non pati. Tunc maximè oppugnaris, ſi te oppugnari neſcis. Tranquillitas hæc tempeſtas eſt. Hæc ſanctus ille. *Iob 7.* Iob, Militia, inquit, eſt vita hominis ſu- *2. Cor. 10.* per terram. Vnde Paulus Apoſtolus, Arma, inquit, militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum. His armis muniti ſuperamus dæmonum tentationes, & victoriæ coronam adipiſcimur. Ita enim ait Iacobus *Iaco. 1.* Apoſtolus: Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Hæc eſt corona illa, de qua dixerat diuinus vates: Poſuiſti domine ſuper caput eius coro- *Pſa. 20.* nam de lapide pretioſo. Eam vocat Paulus coro- *2. Timo. 4.* nam vitæ, & Petrus immarceſcibilem coronam gloriæ. *1. Pet. 5.* Diuus martyr Cyprianus ita ait: Semel vincit, qui ſtatim patitur, at qui manens ſemper in pœnis & tentationibus congreditur cum dolore, nec vincitur, quotidie coronatur. Hæc ille. Quoties dæmonis, aut mundi, aut carnis tentationes vincimus, toties à Deo corona victoriæ exornamur. Et quantò quis iuſtior, tantò grauiùs aliquando tentatur. Vt fragilis paries facile ruit, & *Simile* quacunque machina euertitur: ſed fortiſſimus murus, ſeu arx munitiſſima & firmiſſima fortiter reſiſtit, & opus eſt hoſtibus machinas bellicas adhibere, & mœnia illa validiſſimis tormentis, ſaxa, tela, globos ferreos, & plumbeos iaculantibus torquere, & fortiter concutere: Sic diabolus homines fragiles, parumque in virtute conſtantes quacunque tentatione euertit: ſed ad ſuperandos viros iuſtitia & charitate munitos, & firmitudine ac conſtantia ſeptus, variis vtitur artificiis, & fortiſſimis tentationibus. Quem non tentabit, ſi Chriſtum verum Deum tentare conſtituit? Vnde *Matt. 4.* Paulus Apoſtolus in epiſtola ait ad Hebræos: Non *Heb. 4.* habemus pontificem, qui nō poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Ne exiſtimes eos eſſe à Deo derelictos, qui tentatione exercentur. Pa- *Simile* ter duos habēs filios, alterū virtutis ſtudioſum, viribus corporis robuſtū, & animi fortitudine præſtātē, alterum deprauatū ingenio, deditū deliciis, imbecillū, & parui animi. Primum mittit ad bellū, & periculis exponit, vt ſe laboribus exerceat, alteri indulget, ſecundas res facilè cōcedit, domi illum babet deliciis matris ſuæ delinitum. Sed ad extremū qui fortiter pugnauit, præmium magnū obtinuit, qui verò voluptatibus ducebatur, vacuus remāſit. Sic pater noſter cœleſtis homines fortes & cōſtantes per varios caſus interdum, & per acerbas calamitatum & tentationū anguſtias ducit, & prælijs aduerſus animæ inimicos exercet, eóſque per magnos labores in virtute roborat, atq; cōfirmat: hominibus autem fragilibus ab honeſtate abhorrentibus, fundamenta naturæ violantibus res proſperas permittit, & ad voluntatē fluētes. Sed ad extremùm, qui fortiter pugnarunt, æternam gloriā conſequūtur, qui verò ſe illecebris, turpiq; otio dediderunt, & vtilitatem ab honeſtate ſepararunt, ſunt ignominioſè conſumpti, & in æternas miſerias relegati. Vide deliciarum detrimentum, & ærumnarum vtilitatem. Vt frumentum in cellario, niſi pa- *Similia* la & ventilabro verſetur, & moueatur, gurgulione abſumitur: & veſtis in repoſitorio & apodyterio niſi concutiatur, & exerceatur, à tinea corroditur, ſic homo, niſi fuerit tentationibus agitatus, & calamitatibus concuſſus, facilè corrumpetur, & labefactabitur. At iis rebus probatus redditur firmior, & fortiter pugnans coronam gloriæ adipiſcetur. Non coronabitur, inquit *2. Thi. 2* diuus Paulus, niſi qui legitimè certauerit. Et alibi: *1. Cor. 10.* Fidelis eſt Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cùm

tenta

tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Sed opus eſt vt nos diuinis armis muniamus: nam hoſtes nos variè oppugnant, & fortiter tentant: conficiunt aduerſus nos excelſas turres vanitatis, vt inde nos expugnẽt. Et comportant aggeres, adducunt aduerſus nos terræ diuitias, vt earum cupiditate & affluentia foſſas impleant, & euangelicã auferant paupertatem, vt ſic nos poſſint facilè expugnare. Aggeres enim, vt diximus, ſunt terræ coaceruationes, quibus foſſæ adimplentur. Poteris etiam per aggeres tetras cogitationes intelligere terram intuentes, cœlum autem minimè contemplantes, quæ veluti montes terræ cordis foueas adimplent. Et quoniam diabolus nos vndique cingit & circundat, ait Deus. Et pones arietes in gyro. Acſi diceret: Nuntia animæ eſſe à dæmone oppugnandam machinis ſuperbiæ, aggeribus auaritiæ, & cæteris flagitiis, eſſeque obſeſſam, & ex omni parte circundatam. Et quia ſeculi milites in ſiniſtro tantùm latere clypeum portant, & nos vndique oppugnamur, & oportet tegere vtrũque latus, ideo ſcuto diuino indigemus nos vn-
Pſal. 90. dique circundente. Scutum hoc Chriſtus eſt, veritas ipſa, filius vnigenitus æterni patris, de quo ait diuinus vates: Scuto circundabit te veritas eius. Ipſe nobis dat arma, quibus à dextris & à ſiniſtris protegamur: de quibus ait Apoſtolus in
2. Cor. 6. epiſtola prima ad Corinthios: Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. Poterat quidem Deus terram promiſſionis tradere abſque armis filiis Iſ-
Ioſu. 11. raelis, ſed voluit, vt eam armis acquirerent, & gentes immanitate barbaras, & copiis abundantes debellarẽt, permittens vt ſemper aliquæ huiuſmodi gentes in terra illa manerent, aduerſus quas Hebræi ſtrenuè dimicarent. Eodem modo vult Deus, vt diuinis armis pugnantes vincamus tentationes, & in hoc bello ſpirituali nos ipſos exercentes, de animæ hoſtibus, dæmone, mundo, & carne victoriam admirabilẽ reportemus. Hæc ſunt ampla, hæc immortalia, hæc digna, quę fama celebrentur, monimentis annalium mandentur, & nulla vnquam obliuione deleantur. Et quoniam Ezechiel erat hæc nuntiaturus, præcipit illi Deus, vt ſumat ſibi ſartaginem ferream, quæ ſit illi inſtar muri, quo ſeptus & munitus expugnari non poſſit. Hæc ſartago erat ferrea & firma, & in ea cibi non ſibi, ſed aliis frigebantur, dum ipſa flamma ignis flagraret. Quid eſt hoc? niſi Charitas forti-
Cant. 8. tudine pollens, de qua ſcriptum eſt in Canticis: Fortis vt mors dilectio. Hæc amoris flammis incenſa omnibus prodeſſe cupit, aliiſque præparans ci-
2. Cor. 12. bos ipſa comburitur. Vnde Apoſtolus, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcanda-
Similia lizatur, & ego non vror? Quemadmodum lucerna, vt aliis præbeat lumen, ipſa vtitur, & conſumitur, & ſal vt cibis condimentum & ſaporem præſtet, & ipſe confringitur, & liqueſcit, ſic verè Chriſtianus, præſertim qui eſt in dignitate conſtitutus, vt in alios conferat beneficium, aut poſsit aliis prodeſſe, debet ſeipſum comburere, & confringere, & laborẽ quencunque ſubire. Sunt enim Chriſtiani, præcipuè præſules & ſpeculatores, cuiuſmodi erat Ezechiel, lux mundi, & ſal terræ: &
Matt 5. debent magnopere colere charitatem. Charitas
1. Cor. 13. autem, teſte Apoſtolo, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt. Ideo poſtquam Deus dixit: Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones, &c. ſubdit: Et tu ſume tibi ſartaginem ferream. Sed de his hactenus.

Et tu dormies ſuper latus tuum ſiniſtrum, B
& pones iniquitates domus Iſrael ſuper eo, numero dierum quibus dormies ſuper illud: & aſſumes iniquitates eorum. Et ego dedi tibi annos iniquitatis eorum numero dierum trecentos & nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Iſrael. Et *Num. 14.*
cùm compleueris hæc, dormies ſuper latus tuum dextrum ſecundò, & aſſumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus, diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. Et ad obſidionem Ieruſalem conuertes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum, & prophetabis aduerſus eam. Ecce circundedi te vinculis, *Reg. 5. 42.*
& non te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obſidionis tuæ. Et ſume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam, & mittes ea in vas vnum, & facies C
tibi panes numero dierum, quibus dormies ſuper latus tuum, trecentis & nonaginta diebus comedes illud.

Et tu dormies. Hieroſolymæ obſidio per Babylonios durauit annum vnum, & ſexaginta quinque dies, excepto tempore, quo Babylonij fuerunt occupationibus diſtracti ob AEgyptiorum exercitum. Nam aduentantibus AEgyptiis ad opem Iudæis ferendam iuerunt Babylonij obuiam illis omiſſa Hieroſolyma vt licet videre apud Ieremiam *Iere. 39.*
capite trigeſimo nono. Volens autem Deus nuntiare Iudæis per prophetam ſuum numerum dierum, quibus erat Hieroſolyma obſidenda, ait prophetæ, vt dormiat ſuper latus ſiniſtrũ trecentos & nonaginta dies, & ſuper dextrum quadraginta, qui ſimul iuncti efficiunt numerũ quadringentorũ & triginta dierũ. Samaria dedita fuit idololatriæ annis trecẽtis & nonaginta, & Hieroſolyma quadraginta, vt diuus Hieronymus probat ex diuina ſcriptura, qui ſimul iuncti efficiunt annos quadringentos & triginta. Si autem pro annis ſumas dies quẽadmodũ ait Deus, inuenies annum vnum, & duos mẽſes, & quinq; dies. Et tot diebus fuit Hieroſolyma obſeſſa à Babyloniis. Cõſidera Dei iudicia. Tot diebus fuerũt Iudęi graui obſidione oppreſsi, quot annis idolis ſeruierant. Hoc vaticinatus fuit Ezechiel non ſolùm verbis, ſed etiam factis, dormiens ſuper latus ſiniſtrum trecentos & nonaginta dies, & ſuper dextrum quadraginta. Per latus ſiniſtrum *3. Reg. 12.*
intelligitur Samaria, quę tempore Ieroboam vitulos aureos colere incœpit, quæ ideo dicitur ſiniſtra, quia debilior & fragilior erat, & priùs fuit capta ab Aſſyriis, quàm Hieroſolyma à Babyloniis, *4. Reg. 17. & 18. et 25.*
vt conſtat ex quarto Regum, & ſecundo Paralipomenõ. Hieroſolyma verò vt fortior, dextra appel- *Par. 36.*
latur. Samaria, & decem tribus, & Iſrael, & domus Iſrael idem ſunt: quemadmodum Hieroſolyma, & Iuda

Iuda,& duæ tribus, nam Beniamin Iudæ adhære-
bat, pro eodem accipiuntur. Hic autem ſomnus
non fuit realis tot integros dies,quî enim fieri po-
terat, vt Exechiel ſuper vnum latus trecentos &
nonaginta dies continuò dormiret,& ſomno ſolu-
tus ſuper aliud latus quadraginta?Sed fuit hoc fa-
ctum in viſione quadam intellectuali & propheti-
ca:videbatur enim illi tot dies dormire. Et viſio-
nem hanc mandauit literis, vt eſſet omnibus co-
gnitum & perſpectum, quot dies eſſet Hieroſoly-
ma obſidenda.

Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum. Hoc
eſt, verti annos ſcelerum Iudæorum in dies, qui-
bus tu dormies,& ipſi obſidione opprimentur, in
eaque varijs calamitatibus cruciabuntur. Et ſi de-
cem tribus eſſent iam adductæ in Aſſyriam, tamen
multi ex illis erant Hieroſolymæ, ad quam metu
hoſtium confugerant.

Et portabis iniquitatem domus Iſrael. Id eſt,tot dies
dormies,quot dies Iudæi obſidebũtur,& quot an-
nos idolorum cultui adheſerunt. Et quia Ezechiel
dolebat,& grauiter ferebat Hebræorum ſcelera,&
pœnas,quas pro illis luebant,atque pro illis ad do
minũ preces & lachrymas fundere nõ ceſſabat,di-
citur portare iniquitatem eorum. Officium erat ſa
cerdotum & prophetarum in lege populi flagitia
deplorare, eiúſq; pœnas portare, & pro eo quodã
Leuit.9. modo ſoluere:vt ex libris Leuitici,& Numerorum
Nu. 18. conſtare videtur. Vnde Ieremias: Quis dabit, in-
Iere. 9. quit,capiti meo aquam, & oculis meis fontem la-
chrymarum,& plorabo die ac nocte interfectos fi-
Oſe. 13. liæ populi mei! Et Oſeas: Conſolatio ablata eſt ab
oculis meis,quia ipſe inter fratres diuidet. Et Apo
Act. 20. ſtolus in Actis: Per triennium nocte & die non ceſ
ſaui cum lachrymis monens vnumquenque ve-
ſtrum. Sed dices: Si propheta & ſceleribus & ęrum
nis Hebræorum affligebatur, cur tanto temporis
ſpatio dormiebat, & requieſcebat? Quia viri iuſti
&ſi ex vna parte & ſuis & aliorum calamitatibus
premantur, & dolore lacerentur, tamen ex altera
parte afficiuntur gaudio, quòd aſpiciant gloriam
Dei illuſtrari, & peccatores à maleficio deterreri,
dum qui peccarunt, & pœnas ſuorum erratorum
Pſa. 57. perſoluunt, iuxta id quod ait Pſalmographus: Læ-
tabitur iuſtus,cùm viderit vindictam,manus ſuas
lauabit in ſanguine peccatoris. Imò inter calami
tates ſuas etiam minimè meritas voluptate affi-
ciuntur, nihil propter Deum aſperum, nihil du-
rum,nihil intolerandum putant. Illis id accõmo-
Deut. 33. datur, quòd ait in Deuteronomio diuina ſcriptu-
ra: Inundationes maris quaſi lac ſugent,& theſau-
ros abſconditos arenarum. Inundationes maris
ſunt mundi moleſtiæ, & afflictiones acerbæ & a-
maræ,quas viri pietate & charitate præſtantes ve-
luti ſuaue lac ſugunt, inuenientes in illis dulces
oblectationes. Et cùm ipſi ſint arena fluctibus ma-
ris concuſſa,mundi calamitatibus agitata, in me-
dio ſui,in intimo corde inueniunt theſauros abſcõ
ditos, diuinas conſolationes, quibus ſuauiſſimè
Act. 5. etiam in ærumnis oblectantur. Vnde in Actis ait
diuus Lucas: Ibant Apoſtoli gaudẽtes à conſpectu
concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine
Ieſu contumeliam p ti. Et diuus Hieronymus in
epiſtola ad Aſellam, Gratias,inquit,ago Deo meo,
quòd dignus ſim, quem mundus oderit. Et in epi-
ſtola ad Furiam, vbi oſtendit quemadmodum eum
ſcelerati maledictis laceſſerent, ait, Addant,ſi vo-
lunt, Samaritanum, vt domini mei titulum reco-
gnoſcam.

Et ad obſidionem Ieruſalem conuerte faciem tuam. Id
eſt, intuere vultu irato & truculento Hieroſoly-
mam,ciuitatẽ illam, quam in latere obſeſſam de-
pinxeris. Solebant diuini vates, cùm ciuitatis ali-
cuius euerſionem prædicerent, aduerſus eam fa-
ciem vertere.

Et brachium tuum erit extentum. Vt ſignifices ala-
critatem,& extremam huius obſidionis executio-
nem. Hebraiſmus eſt deſumptus à luctatoribus,
aut à gerentibus aliquid fortiter & ſtrenuè, qui
ſolent brachium nudare,& extendere.

Et prophetabis aduerſus eam. Nuntiabis, & ſermo
ne,& actione eſſe Hieroſolymam non ſolùm obſi-
dendam,ſed penitus vaſtandam.

Circundedi te vinculis. Id fuit in viſione imagi-
naria.

Obſidionis tuæ. Id eſt,de qua vaticinaris.

Et tu ſume tibi frumentum & hordeum. Significat
imminere Hieroſolymæ maximam famẽ, qua ob-
ſeſſi, vt in quarto libro Regum proditum eſt me- 4. Reg.
moriæ,laborarunt. Tanta enim fuit,vt obſeſsi ex di vlt.
uerſis leguminibus nempe frumento, hordeo, fa-
bis, lentibus,milio,& viciis panes paucos confice
rent, quibus non ad ſaturitatem vterentur, ſed
modicè & vnciatim.

Cibus autem tuus, quo veſceris, erit in
pondere viginti ſtateres in die, à tempore
vſque ad tempus comedes illud. Et aquam
in menſura bibes, ſextam partem hin: à
tempore vſque ad tempus bibes illud. Et
quaſi ſubcinericium hordeaceum comedes
illud: & ſtercore, quod egreditur de ho-
mine, operies illud in oculis eorum. Et di-
xit dominus: Sic comedent filij Iſrael pa-
nem ſuum pollutum inter gentes, ad quas
eiiciam eos. Et dixi, a, a, a, domine Deus,
ecce anima mea non eſt polluta, & mortici-
num, & laceratum à beſtiis non comedi ab
infantia mea vſque nunc, & non eſt ingreſſa
in os meum omnis caro immunda. Et dixit Inf. 5. &
ad me. Ecce dedi tibi fimum boum pro ſter- 14. d.
coribus humanis: & facies panem tuum
in eo. Et dixit ad me: Fili hominis, ecce
ego conteram baculum panis in Ieruſalem:
& comedent panem illum in pondere, &
in ſolicitudine, & aquam in menſura, &
anguſtia bibent: vt deficientibus pane &
aqua corruat vnuſquiſque ad fratrem
ſuum, & contabeſcat in iniquitatibus ſuis.

Cibus autem tuus. Vult ſignificare magnam fa-
mem tempore obſidionis,quoniam Iudæis obſeſ-
ſis præſcribebatur vilis nutrimenti pondus,& cer
ta menſura. Nemo in toto die comedere poterat ni
ſi viginti panis ſtateres: viginti autẽ ſtateres cõti-
nẽt decẽ vncias iuxta diui Hieronymi ſententiã.
Itaq; in toto die naturali nemo edere poterat pluſ
quam

quam panem vnum decem vnciarum, quò magis anima traheretur, quàm ſuſtentaretur. Sunt qui aſſerant viginti ſtateres quinque ſolùm vncias continere: nam ſtater idem eſt quod ſiclus, ſiclus autem continet quartam partem vnciæ, viginti autem quartæ vnciarum quinque vncias efficiunt. Ioſephus ait apud Hebræos ſiclum quatuor drachmas continere. Budæus exiſtimat ſtaterem eſſe nummum valentem quatuordecim ſolidos. Et ita variant authores. Vtcunque ſit, hac parua menſura & modico pondere intoleranda fames prædicitur.

Sextam partem hin. Hin erat genus menſuræ Hebrææ duos ſextarios Italicos continentis, quos pſs unus vrceus capiebat. Non ſolùm in illa obſidione Hebræi fame magna, ſed incredibili etiam ſiti laborarunt.

Operies illud. Hoc eſt, coques illud: & ita eſt in Hebraico. In nonnullis regionibus ob lignorum defectum concoquitur panis ſtercore boum deſiccato. Et ita fieri poſſet de humano ſtercore, ſed eſſet nimis horrẽdum & abominabile. Volens Deus ſignificare eſſe Iudæos in alienis prouinciis panẽ horridum immundumque manducaturos, præcipit Ezechieli, vt in humani fimi deſiccari igne concoquat panem. A qua re abhorrens diuinus vates Deum obſecrat, ne illi hoc præcipiat, quod quidem impetrauit.

A a a. Totum hoc locum habet interiectionis ad
Iere.1. mirantis, qua vſus eſt Ieremias cum Deo loquens capite primo.

Morticinum. Hoc eſt, ꝙ abſque ſanguinis effuſione vitam amittit. Præceperat Deus Hebræis ne morticinum, & laceratũ à beſtia comederent: vt
Exo.22. in Exodo, & Leuitico diuina ſcriptura cõmemo-
Leui. 17. rat. At exiſtimabat ꝓpheta multò grauius ſibi eſſe, & deteſtabilius pane ſic abominabili veſci.

Leu.22. *Ecce ego conteram baculum panis in Ieruſalẽ.* Panem vocat baculum, quòd eo homines ſuſtententur.

Corruat vnuſquiſque. Non valens ſe præ fame ſuſtentare: ſed ob admiſſa ſcelera luctu confectus, & inopia debilitatus, ſuccumbet ægritudini & cadẽs animo & corpore, excedet è vita. Hæc de Babylonica captiuitate interpretati ſumus, hunc eſſe germanum ac hiſtoricum ſenſum exiſtimantes. At Iudæi tẽpore Titi & Veſpaſiani videntes Hieroſolymã funditus euerſam aſſeruerũt hos quadringẽtos & triginta dies accepto anno pro die duraturum eſſe captiuitatẽ & ignominiã ſuã: illis autẽ peractis venturũ eſſe Meſſiam ſuũ, qui eos à poteſtate gentiũ & Chriſtianorũ liberaret, mundi opibus & dignitatibus cumularet, & in priſtinã libertatem & legis cæremonias reſtitueret. Sed quã vana & falſa fuerit hæc eorũ interpretatio, nemo eſt, qui nõ videat, cùm hodie poſt mille & quingentos ferè annos ab illa captiuitate nec tẽplũ habeãt, nec cæremonias, nec ſacrificia, nec ſacerdotẽ, nec regẽ, nec ciuitatẽ, ſintq́; exules, abiecti, calamitoſi, ab omnibus nationibus contẽpti, & in dedecore, & ignominia verſati. Nihilominus tamẽ tãta adhuc cęcitate laborant, tã craſſa caligine eorũ intellectus obfunduntur, vt Meſſiã expectent terrenũ illũ quidẽ, qui in eos bona terræ conferat, vt poſſint corporis voluptatibus perfundi, humaniſq; opibus redũdare. Terreni homines terrenũ cupiunt Meſſiã. At verus Meſſias in eorũ lege promiſſus Chriſtus Deus noſter non terræ ſed cœli diuitias attulit, quæ ſunt veræ diuitiæ, animos amplificantes, eóſq; virtutibus, diuina gratia & donis cœleſtibus adimplentes, quibus gloriam ſempiternam conſequãtur. Zacha- Zach.9.
rias propheta de Meſſia loquens ait: Exulta, ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalẽ, ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper, & aſcendẽs ſuper aſinã, &c. Id quod impletum eſt, cùm dominus
Ieſus introiuit Hieroſolymã ſedens ſuper aſellum, Matth. 21.
ſternentibus hominibus veſtimenta ſua in via, &
arborum ramos cædentibus, quibus viã tegebant: Mar. 11.
vt euangelica narrat hiſtoria. Cùm rex aliquis ſe- Luc.18.
culi vrbem celebrem cũ regia pompa ingreditur, Ioã. 12.
& magnificè excipitur, fertur ſub pretioſo peripetaſmate, aut eleuato pallio ex ſerico & auro confecto ad aeris intẽperiem euitandam, & ſummũ apparatum oſtendendum: Et ita ſub hoc nobili tegumẽto virgis eleuato incedit princeps, terram vidẽs non autem cœlum: nec mirum, cùm rex ſit terræ non cœli. At Chriſto Deo noſtro, qui rex eſt cœle-
ſtis, qui de ipſo ait: Regnũ meũ non eſt de hoc mũ- Ioan.18.
do, non cœlũ operiebant pallio aut peripetaſmate, ſed terram veſtibus & ramis. Et vt verus Meſſias paupertatẽ diligendam oſtẽderet, non ſuper equũ ſedens introiuit, ſed iuxta Zachariæ prophetiam ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ. In eius
perſona dixerat Dauid: Infirmata eſt in paupertate Pſal.30.
virtus mea. Et rurſum: Pauper ego ſum, & in labo- Pſal.87.
ribus à iuuentute mea. Vbi igitur ſunt apparatus regij? vbi magnificentia munerũ terræ? vbi phalerati equi? vbi magnificæ põpæ? vbi militum copiæ? vbi temporalis regis ornamenta? Si Meſſias venturus eſſet mũdi diuitias daturus, diceret Zacharias: Ecce rex tuus venit tibi potens, diues, equo, aut curru triumphali vectus, & ſatellitum turba comitatus. At intelligens Meſſiam fore ſpiritualem, & cœleſtem regem, & mundi opes contempturum, eum pauperem & ſaluatorem appellauit, omnéſque eius apparatus deſcripſit. Eodẽ modo regius vates eũ inopem fore prædixit, ſed mundi ſcelera deleturum eſſe apertiſſimè oſtendit. Ita enim ait: Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus
eius. Dicens, ex omnibus iniquitatibus, declarauit Pſalm.
fore Chriſtum animorum redẽptorẽ: iniquitates 129.
enim vincula ſunt, quibus impij in dæmonis captiuitate detinentur. Hoc docuit idẽ Meſſias per Ie-
remiã ita loquẽs: Propitiabor iniquitati eorum, & Iere. 31.
peccati eorũ nõ recordabor amplius. Et per Eſaiã: Eſa.44.
Deleui vt nubẽ peccata tua, & quaſi nubeculam iniquitates tuas. Hic eſt Meſſias in Iudæorum lege promiſſus, non terrenus, non mũdi diuitiis afluẽs, ſed diuinus, & diuinas tribuens opes, paupertatẽ verò in hoc ſeculo & verbis & factis docens. Hoc
intelligens diuus Paulus has voces emiſit. Scitis 2.Cor.8
gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cũ eſſet diues, vt vos illius inopia diuites eſſetis. Eum Meſſiã expectabãt antiqui patres, eius aduentũ cupiebant fideles, de eo vaticinabãtur diuini vates, cuius ſanguine erãt, mundi maculæ abluendæ, & iniquitatis expiandæ, qui erat infinitã hominum multitudinem è tenebris erepturus, & fidei atq; gratiæ lumine illuſtraturus. Sed quoniã in eum credere Iudęi noluerunt, fuerunt à Romanis obſeſſi, & victi, & in miſeram ſeruitutem redacti. Et de hac obſidione & euerſione poteſt totum hoc caput explanari. Eã præuidens dominus lachrymis, proſecutus eſt, quando,

Iaco.19. quando, vt refert diuus Lucas, videns ciuitatẽ fleuit ſuper illam, dicens: Si cognouiſſes & tu, &c. Per primos trecentos & nonaginta dies ſuper latus ſiniſtrum intelligitur tempus obſidionis, per quadraginta verò, quibus quadraginta anni ſignificãtur, intelligitur tempus, quod inter mortem Chriſti, & Hieroſolymæ per Titum Veſpaſianum filium Veſpaſiani euerſionem interfluxerunt. In ea obſidione tanta fuit fames, teſte Ioſepho libro 7. de bello Iudaico, vt nec cingulis, nec calciamentis abſtinuerint, & coria ſcutis detracta manducauerint. Et, quod dictu quidem horrendum, auditu autem incredibile videtur, quædam mulier Eleazari filia proprium filium, ſuum fame coacta occidit, & comedit. Viç vrbis plenæ erant mulieribus exanimatis, & infantibus ac ſenibus mortuis, & adoleſcentibus palpitantibus. Quidam præ fame penitus excedebant è vita, alij veluti mortuorum vmbræ inter defunctorum cadauera verſabantur, & vbi eos mors occupabat, ibi cadebant. Captiuorum qui toto bello comprehenſi ſunt nonaginta & ſeptem millium, iuuentus eſt numerus mortuorum vero vndecies centum millia. Cùm enim paſcha eſſet Iudæorum, & ex multis oppidis multi ad feſtum congregarentur, fuerunt ſubito bello circumfuſi, & in ciuitatem velut in carcerem coniecti. Hæc omnia Flauius Ioſephus natione Hebræus, teſtis oculatus literis mandauit, vt eſſent perpetuis monimentis conſignata. Euſebius in libro de temporibus breuiter ſed egregie ſuper hoc philoſophatur. Oportuit, inquit ille, iiſdem diebus paſchæ eos in vrbe includi ad ſuam ipſorum cædem, quibus ſaluatorem cruci affixerunt. Aequum fuit, & iuſto Dei iudicio effectum, vt illi eo tempore interirẽt, quo immaculatum illum & cœleſtem agnum ad interitum falſis criminibus vocarunt, & vulneribus confectum crudeliter occiderunt. Perſpicuum eſt enim fuiſſe Chriſtum die paſchæ Iudæorum *Ioan.18. & 19.* occiſum. Et quoniam perfidi Iudæi nec cœleſtem patrem, nec eius filium vnigenitum venerati ſunt, imò nec cognouerunt, quia cognoſcere noluerunt *Ioan.16.* ob malitiæ ſuæ obcæcationem, dicente Chriſto diſcipulis ſuis: Hoc facient vobis, quia nõ nouerũt patrem, nec me: ideo de illis Veſpaſianus pater & Titus filius triumpharũt: vt Paulus Oroſius libro 7. ſuarum hiſtoriarum grauiter & ſapienter annotauit. Eius enim ad literam hæc ſunt verba: Pulchrum & ignotum anteà cunctis mortalibus, inter centum & viginti triumphos, qui à condita vrbe vſque ad id tẽpus acti erant, hoc ſpectaculum fuit, patrẽ & filium vno triũphali curru vectos, glorioſiſſimam ab his, qui patrem & filium offenderunt, victoriã reportaſſe. Hæc ille, Nos autem, qui totum hoc caput de Hieroſolymæ per Titum & Veſpaſianum obſidione & euerſione etiam interpretamur, Deum vehementer obſecramus, vt nos à mundo, dæmone, & carne vndique obſeſſos eripiat, atq; de iis hoſtibus triumphantes, cœleſtique ſplẽdore fulgentes, ad vitã immortalem perducat.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. III.

Et pones arietes in gyro. Pro arietibus eſt in Hebraico כרים carim. Nomen כר ſignificat agnum, arietem, principem, ſeu ducem. Vnde illud Eſaiæ: Emitte agnum domine dominatorẽ terræ. *Eſai.16.* Poterat etiã verti: Emitte ducem domine dominatorẽ terræ. Hic enim erat dux ille, de quo prædixerat Michæas ad Bethlehem dirigens ſermonem: Ex te *Micha. 5.* enim exibit dux, qui regat populum meum Iſrael. Ideo R. Dauid hunc Ezechielis locũ ita vertit: Et pones duces in circuitu. Vt oſtenderet eſſe Hieroſolymam à ducibus Chaldæorum obſidendam.

Et viciam. In Hebraico eſt in plurali. כסמים cuſſemin. Eſt quoddam leguminis genus dictũ zea, ſiue ſpelta, vt ait R. Dauid. Speltæ autẽ duo ſunt genera authore Dioſcoride lib. 2. ca. 80. alterũ ſimplex, alterũ duplicis grani. Symmach⁹ & Aquila in prima editione habẽt zeas. Sunt qui exiſtiment eſſe legumẽ illud, qđ Luſitanè appellatur cruilha. Septuaginta habent: ὄλυραν, pro quo verſio Cõplutenſis deſumpta ex Græco habet ſiliginem. Et Theodorus ſiliginem etiam vocat: tametſi alij auenam interpretentur. Vtcunque ſit, genus eſt vilis leguminis, ex quo cum aliis præcipiebat Deus Ezechieli, vt panem vilem & cibarium conficeret.

Conteram baculum panis. Septuaginta pro baculo panis habent στήριγμα ἄρτου pro quo Latinus interpres vertit, firmamentum panis. Symmachus & Theodotio, & Aquila in ſecunda verſione habent Στήριγμα quòd idẽ ferè eſt. In Hebraico eſt מטה matih, quæ dictio virgam ſignificat, vt Numer. 16. *Ezec.7.* Accipe ab eis virgas ſingulas. Et Ezech. 7. Floruit *Num.17* virga germinauit ſuperbia. Sed quoniã dictio hæc ſignificat etiã declinationẽ & iniuſtitiã, poterat illud verti: Floruit declinatio ſiue iniuria. ait R. Ionah qui hũc locũ interpretatur. Et videtur pulchra eius expoſitio, nam ſequitur: & germinauit ſuperbia. Significat etiã robur, firmamentum, & ſuſtẽtaculum, vt in pſalmo: Omne firmamentũ panis con *Pſalm. 104.* triuit. Acſi diceret: Fecit Deus vt deeſſet frumẽtũ, quod eſt firmamentum humani corporis, vt omnes fame laborarent. Vtinã hæc panis egeſtas non opprimat etiam Chriſtianos. Panis hic verbũ Dei eſt, de quo poteſt illud pſalmographi explicari: Et *Pſalm. 103.* panis cor hominis confirmat. Et id propter qđ lamentabatur Ieremias. Paruuli petierũt panẽ, & nõ *Thre.4.* fuit, qui frangeret eis. Acſi diceret: Infirmi & inſipiẽtes, qui non valent intellectu comedere fortes & excelſas diuinarũ literarum ſentẽtias, & arcana atq; alta myſteria, perierunt à viris doctis, vt panem verbi Dei ſibi frangerẽt, & comminuerẽt, ſacram illis ſcripturã explanãtes, & non erat, qui hoc facere vellet. Multis hodie poſſet hoc accõmodari, qui cũ alios docere deberẽt, dediti vẽtri & ſomno vitam ſilentio, turpiq; otio trãſeunt, & debitos labores contẽnentes, indebitis voluptatibus ducuntur, Eam ob cauſam multis in locis deeſt panis hic, ob cuius penuriã debilitati multi in interitũ ruerũt: &, vt ait Eſaias, nobiles interierũt fame, & mul *Eſai. 5.* titudo ſiti exaruit. Et nõ ſolùm multi panẽ euãgelicæ doctrinæ nõ guſtant, cũ ſe euangelicos appellent, ſed etiã ſanctiſſimum euchariſtię ſacramentũ, *Ioan. 6.* panem illum diuinum, panem viuum, qui de cœlo deſcendit, penitus negarunt, & fidem catholicam relinquentes Oecolampadij, & Caluini, & cæterarum huiuſmodi peſtium hæreticorum Capharnaitarum perfidiæ adhæſerunt. Aiunt enim cum *Ioan. 6.* Capharnaitis: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Nos vero captiuemus

mus intellectum in obſequium Chriſti, qui dixit:
Hoc eſt corpus meum. Et panis, quem ego dabo,
2.Cor.10 caro mea eſt pro mundi vita. Hæc Chriſtus, hæc ip
Mat.26. ſa veritas. Non poteſt mentiri veritas. Verbum do-
mini manet in æternum. Vide quid dicat Ioannes
Ioan.6. Damaſcenus: Nõ eſt figura panis & vini, corporis
& ſanguinis Chriſti. Abſit hoc. Sed eſt ipsũ corpus
Eſa.40. domini deificatũ, ipſo domino dicẽte: Hoc eſt cor-
pus meũ: nõ figura corporis, ſed corpus, nõ figura
ſanguinis, ſed ſanguis. Hęc ille. Idẽ Cyprianus mar
tyr indicat in ſermone de cœna domini dicens: Pa
nem angelorũ ſub ſacramento mãducamus in ter-
ris, eundẽ ſine ſacramento manifeſtiùs edemus in
cœlis. Explicãs Auguſtinus illã pſalmi inſcriptionẽ:
Pſal.33. Pſalmus Dauid, cũ mutaret vultũ corã Abimelech
& dimiſit eum, & abiit, ac locum illũ ex libris Re-
gum iuxta editionem ſeptuaginta interpretũ per
1.Re.21. tractans: Ferebatur in manibus ſuis. Hoc verò fra-
tres, inquit, quomodo poſſit fieri in homine, quis
intelliget? Quis enim portatur in manibus ſuis?
Manibus aliorũ portari poteſt homo, ſuis manibus
nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipſo Da
uide ſecundum literam, non inuenimus: in Chri-
ſto autem inuenimus. Ferebatur enim Chriſtus in
manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus
ſuum aiebat: Hoc eſt corpus meum: ferebat enim
illud corpus in manibus ſuis: ſeipſum atque fere-
Pſa.71. bat Chriſtus in manibus ſuis. Hæc Auguſtinus. In
pſalmo ſeptuageſimoprimo, qui de Chriſti tempo
re non ſolùm iuxta Chriſtianorum, ſed etiam iux-
ta Hebræorum ſententiam explanatur, ſunt hæc
verba literis mandata: Erit firmamentum in terra
in ſummis montium. Vbi diuus Hieronymus pro
firmamento vertit memorabile triticum. Et Reu-
clinus ait vocabulum hoc Hebraicum ſignificare
placentulã frumẽti. Et R. Kimhi ait eſſe maſſã fru-
menti. In Hebraico eſt פסת בר piſſath bar, hoc
hoc eſt particula ſeu placenta frumẽti, dictio enim
bar frumentum ſignificat abſque controuerſia. Si-
Pſal.2. gnificat enim filium, & puritatem. Vnde id quod
eſt in pſalmo: Apprehendite diſciplinam, verti po-
teſt: Apprehendite ſiue oſculamini filium, ſiue pu-
ritatem. Acſi dicat: Amplectimini, & ſummè diligi
te Meſſiã, qui eſt filius Dei, & ipſa puritas. Poteſt e-
tiam verti: Seruite frumẽto, hoc eſt Chriſto, qui eſt
panis vitæ. Vnde verba illa: Erit firmamentũ in ter
ra in ſummis montium, poſſunt rectè verti ex He-
bræo: Erit placenta tritici in terra in capitibus mõ-
tium. Tharghum habet. Erit panis cõfortans in ter
ra. Paulus epiſcopus Burgenſis citat quandã para-
phraſim Chaldaicã, quæ ita habet: Erit placenta tri
tici in capitibus ſacerdotũ. Quæ interpretatio eſt
abſque dubio admirabilis: eſt enim ſanctiſſimi ſa-
cramenti altaris diuina vaticinatio, in quo ſub ſpe
cie placentulæ tritici, ſub ſpecie panis, & maſſę tri-
ticeæ coctæ præſens nobis adeſt Chriſtus, verus
Deus, & verus homo. Rectè quidẽ iuxta Hierony-
mi verſionem memorabile triticũ hoc ſacramentũ
appellatur, cùm ſit panis viuus, & diuinum manna
Ioan.6. de quo ait Chriſtus: Qui mãducat meam carnẽ, &
bibit meũ ſanguinẽ, habet vitam æternam. Et verè
ait Tharghũ eſſe panem confortantem, cùm de illo
Phili.4. dicat diuinus Paulus: Omnia poſſum in eo, qui me
confortat. Et verè ait paraphraſtes Chaldæus, eſſe
hanc diuinam placentulã in capitibus ſacerdotum,
quoniã ſuper eorũ capita hoſtia conſecrata eleua-
tur, vt populo in miſſæ ſacrificio oſtẽdatur adorã-
da. Et R. Achilas transfert locũ illũ pſalmographi
in hunc modũ: Erit panis ſubſtantialis in terra in
capitibus mõtium. Et R. Ionathas Erit ſacrificium
panis in terra in capite montiũ. Quę omnia diuino
euchariſtię ſacramento accõmodantur. Hic eſt pa-
nis diuinus, hic eſt cibus cœleſtis, hoc eſt pignus
æternæ noſtræ beatitudinis, & ſummæ felicitatis.
Cùm Deus ſit ſũmè bonus, & eã ob causã ſummè
cõmunicatiuus, & ſui diffuſiuus, decebat ſe nobis
ſummè cõmunicare. Quę maior poterat eſſe cõmu
nicatio, quã poſt diceſſum ſuum, poſt aſcenſum in
cœlũ manere nobiſcũ in ſancto euchariſtiæ ſacra-
mento? Non paſſus eſt eius amor, vt à nobis corpo
raliter diſcederet, quin nobiſcũ ſacramẽtaliter ma-
neret, vt eum videremus ſub accidentibus, ſub ſpe
ciebus panis & vini, vt eum coleremus, & mandu-
caremus, vt in ipſo maneremus, & ipſe in nobis. Ioan.6.
Ipſe enim ait: Qui mãducat meã carnẽ & bibit meũ
ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Hunc diuinũ
cibum, hunc panẽ cœleſtẽ reiecerũt noſtri tẽporis
hæretici, ſiliquis porcorũ ſeipſos paſcentes, doliſq;
dæmonum ſuã peſtilentẽ ſectam ſuſtẽtantes. Chri-
ſti charitatẽ immenſam negarunt, eiúſque infinitæ
pietatis ſplendorem maculare voluerunt. O rẽ in-
dignam, ô ſcelus deteſtandum! Nihil vnquam ſol
vidit indignius. Quid dicã? Quò me vertã? Quę res
vnquam geſta eſt maior, quã Chriſtum nobis ſeip-
ſum relinquere in ſacramento? Quò vltra poterat
amor accedere? Quid diuinius, qd glorioſius, quid
accõmodatius hominũ memorię ſempiternæ? Me-
moriã fecit mirabiliũ ſuorum miſericors & miſera Pſa.110.
tor dominus, eſcam dedit timentibus ſe. Et tamen
hanc eſcã, hoc magnificentiſſimũ beneficium, hunc
ampliſſimum munus irrident Caluiniſtæ, & Buc-
ceriſtæ, & Oecolampadiſtæ tenebris circunfuſi, &
in caligine obſcuriſſima verſari. Quẽadmodũ Na-
buzardã princeps militię Nabuchodonoſoris Hie 4.Re.25
roſolymam euertit, & tẽpli vaſa profanauit, ſic no
ſtri temporis hæreſiarchæ principes militiæ diabo
li eccleſiam Chriſti conantur euertere, & ſacra tẽ-
pli vaſa, hoc eſt ſancta eccleſię ſacramenta nõ à Sa-
lomone, ſed à Chriſto cõſtituta penitus delere, aut
ſaltẽ maculare. Nabuzardan ſonat ſermonem alie-
ni domini, ſeu alieni iudicij. Tales ſunt hæretici,
quorum ſermo non eſt Ieſu Chriſti domini noſtri,
ſed alieni domini, hoc eſt diaboli, quem Chriſtus
principem mundi appellauit. Hũc ſequuntur per-
diti homines rectorẽ tenebrarum & dominũ im- Ioã.12.
piorũ, quam ob cauſam non eſt mirũ eorũ iudiciũ & 14.
alienum eſſe à veritate, ab eccleſia, & à Chriſto. Te
precor clemẽtiſsime Deus, vt eorum animos ſplẽ-
dore veritatis illuſtres, ne tot homines ad imaginẽ
tuam creati ex errorũ tenebris, in quibus verſan-
tur, ad caliginem æternã præcipitentur. Aperi eo-
rum oculos, incende amore tuo eorum voluntates
ne in flãmas inextinguibiles æterni barathri pro-
iiciantur. Proiicientur enim niſi tu eos illuminaue
ris, & ad fidem ſanctæ eccleſiæ Romanæ perduxe-
ris. Quoniam reipſum panem diuinum reliquerunt,
& baculum panis, de quo hîc loquitur Eze-
chiel, repudiarunt.

Et contabeſcent in iniquitatibus ſuis. Pro iniquitati
bus eſt in Hebræo, עונם auonam. quæ dictio ini-
quitatem ſignificat, & pœnã. Vnde illud pſalmo- Pſal.68.
graphi: Appone iniquitatem ſuper iniquitatẽ eorũ

verti poteſt: Appone pœnã ſuper iniquitatem eorum. Aeſi dicat: Puni eos domine iuxta eorum flagitia. Quare poterat locus hic Ezechielis ita trãſferri: Et contabeſcent in ſupplicijs ſuis.

Argumentum cap. V.

Cum Hebræi diuina monita contemnerent, eſſétque eorum ratio obſcura flagitijs, & voluntas conſtricta ſceleribus, & animus à mente diuina penitus alienatus, voluit Deus eos vlciſci, vt tantorum maleficiorũ pœnas luerent. At tanta eſt eius miſericordia, vt prius illis peſtem, & ferrum, & flammam minaretur, quò ſe ad illum conuerterent, eiúſque miſericordiam implorarent. Eam ob cauſam præcepit Ezechieli, in quo tunc diuinum quoddam & fidei vaticinationis lumen elucebat, & charitatis flamma oſtẽdebatur, vt illis Hieroſolymæ euerſionem prædiceret, & ſub pilorum ænigmate eorum interitum, & exilium nuntiaret.

CAPVT V.

A ET tu fili hominis ſume tibi gladium acutum, radentem pilos: & aſſumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam, & aſſumes tibi ſtateram ponderis, & diuides eos. Tertiam partem igne combures in medio ciuitatis iuxta completionẽ dierum obſidionis. Et aſſumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius, tertiã verò aliã diſperges in ventũ, & gladium nudabis poſt eos. Et ſumes inde paruum numerum, & ligabis eos in ſummitate pallij tui. Et ex eis rurſum tolles, & proiicies eos in medio ignis, & combures igne, & ex eis egredietur ignis in omnem domum Iſrael. Hæc dicit dominus Deus. Iſta eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam, & in circuitu eius terras. Et contempſit iudicia mea, vt plus eſſet impia quàm gentes, & præcepta mea, vltra quàm
B terræ, quæ in circuitu eius ſunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hæc dicit dominus Deus. Quia ſuperaſtis gentes, quæ in circuitu veſtro ſunt, & in præceptis meis non ambulaſtis & iudicia mea non feciſtis, & iuxta iudicia gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt non eſtis operati, ideò hæc dicit dominus Deus.

EXPLANATIO.

Et tu fili hominis. Totum hoc caput continet ænigma quoddam pilorum: quo vaſtatio Hieroſolymę ſignificatur. Gladius acutus ſiue raſorius, hoc eſt nouacula, eſt Dei voluntas & decretum: caput vrbis Hieroſolyma, pili verò eius habitatores. Hi fuerunt in tres partes diſtributi: pars vna obiit fame & peſte in obſidione, cum Chaldæi Hieroſolymam cingentes, eam vndiq; oppugnarent: altera gladio hoſtium: tertia verò fuit per orbem terrarum diſperſa, quæ dederat ſe fugæ ob Chaldæorum metum. Mortui fame & peſte intelliguntur per capillos igne combuſtos, occiſi ferro ſignificantur per capillos conciſos gladio, qui verò ſe in fugam contulerunt, per capillos in ventum diſperſos oſtenduntur. Eſt autẽ ænigma figura, cùm per occultam rerum ſimilitudinem obſcura ſententia ſignificatur, vt infrà capite 39. Dic omnia volucri, & vniuerſis auibus, cunctiſque beſtiis agri, &c. Et primo capite Ioannis: Ecce ſecuris ad radicem arboris poſita eſt: Cur autem Ezechiel appelletur filius hominis oſtendimus ſecundo capite. *Infr. 39.* *Ioan. 1.*

Et duces per caput tuum. Hoc eſt dabis operam, vt tonſoris manu per caput tuum ducatur.

Stateram ponderis. Hoc eſt, iuſtam & æquam, aptam ad ea ponderanda, quæ non populari quadam trutina, ſed aurificis ſtatera examinantur.

In medio ciuitatis. Nimirum in qua habitas. non intelligit Hieroſolymam, quia Ezechiel erat tunc temporis in Chaldæa, ſed vrbem quandam, quam tempore illo incolebat. Vel intelligit vrbem illã, quam ex Dei iuſſu deſcripſerat in latere, vt capite præcedente explicuimus, per quam Hieroſolyma ſignificabatur.

Igne combures. Famis ac peſtis afflictionem cõparat eũ ardore ignis: inedia enim reddit homines nigros & ſqualidos, & peſtis eos febre cõburit.

Et gladium nudabis poſt eos. Hoc eſt, ſignificabis eſſe illis vitam ferro eripiendam. Multi ex Hæbręis Babylonios fugientes ſe in AEgyptum contulerunt. Sed Nabuchodonoſor Babyloniorũ rex intrauit AEgyptũ, vbi eos partim occidit, partim in vincula coniecit, & captiuos in Chaldæam inde abduxit. Lege quartum Regum, & Ieremiam hæc omnia narrantem. *4. Re. vl.* *Iere. 42.*

Et ſumes inde paruum numerum. Ex illa tertia parte pilorum, quos in ventum diſperges ſume exiguum numerum, quos in ora veſtis tuæ ligabis, & ex illis coniicies aliquos in ignem, vbi incendio flagrent: ex quibus egredietur ignis Iudæorũ poſteritatẽ comburens. Senſus eſt: Ex magna Iudæorum multitudine, qui ex AEgypto & Iudæa fuerint in Chaldæã abducti, pauci Hieroſolymã reuertẽtur, veluti in pallio reſeruati. Et ex iis nõnulli calamitatibus & ęrũnis prementur, ob quas aliqui ſe gentium regibus tradent eos ad Hieroſolymæ vaſtitatem excitantes. Totum hoc impletũ fuiſſe diuina narrat hiſtoria. Nam fuiſſe Iudæos in Iudæam ex Chaldæa reuerſos, & in ædificanda & inſtauranda Hieroſolyma labores incredibiles ſubiuiſſe, & in libris Eſdræ literis mandatũ. Præterea deſeruiſſe nonnullos ex Iudæis patriam, & Antiocho tyranno aliiſq; regibus adhęſiſſe, qui reges à perfidis & fugitiuis Iudæis concitati Iſraelis populum ad excidium & vaſtitatem vocabant, & odio incẽſi, ſuperbiáq; inflati eum penitus delere conabantur, eſt in Machabæorum libris monimentis conſignatum. Poſteà verò tanta fuit inter Iudæorum magnates Hircanum & Alexandrũ diſſenſio, tanto odio mutuò ardebant, vt occaſionem Pompeio præberent Iudæam expugnandi. Quæ omnia ſunt à Ioſepho in libris & de Antiquitate, & de Bello Iudaico apertis monimentis teſtata. Ex illis ergo egreſſus eſt calamitatũ ignis in omnem Iſraelem. At ego exiſtimo dixiſſe hoc prophetã propter Phariſæos, qui ex illis Hebræis deſcendentes de Chriſto occidendo cogitarũt, & in eius cædem acriter vigilauerunt. Tãta fuit eorũ cæcitas, tantæ fraudes, tot flagitia, vt ei, quem ne *Eſd. 1. & 2. libro.* *Mach. 1. & 2. lib.*

voce quidem offendere deberẽt,interitum machi-
narentur.Homines ad oĩa ſcelera paratiſſimi Chri
Luc. 14. & 18. ſtum ſeruatorem, quẽ colere deberent vt patrem,
venerari vt dominũ,extimeſcere vt iudicem,ſequi
vt ducem,ſitire vt fontẽ bonorum omniũ,eum cõ-
tempſerunt,ſummis cruciatibus affecerunt,& fal-
ſis criminibus in odium & cædẽ crudeliſſimã vo-
carunt.Quã ob cauſam Deus eos à perfidia & ob-
ſtinatione recedere nolentes ærumnis terribilibus
oppreſſit , ciuitatẽ Hieroſolymã funditus deleuit,
& eius agros penitus vaſtauit.In tantam ignis flã-
mam fuerunt Iudæi coniecti,in tot ærumnis verſa
ti,vt tã dura tormenta,tam aſperã captiuitatẽ,tam
inſuetam ignominiam,tam inauditos cruciatus fer
re nullatenus valerent. Hi igitur Phariſæi ſunt illi,
ex quibus egreſſus eſt calamitatis incendium, quo
populus Iudaicus miſerè flagrauit.

Hæc dicit dominus Deus. Reddit cauſam iræ Dei
in populum Iudaicum.

In medio gentium poſui eam. Erat enim Iudæa gen
tibus idolorum cultricibus circũdata. Vel dicitur
Hieroſolyma eſſe in medio gentium,hoc eſt in me
dio terræ:nam eſt in quarto climate terrę habitabi
lis,in ſeptem climata diuiſæ.Et hic idem propheta
Infr. 38. eam capite 38.vmbilicum terrę appellauit. Et pſal
Pſal. 73. mographus:Deus autem rex noſter ante ſecula o-
peratus eſt ſalutem in medio terræ. Ac ſi diceret:
Dei filius vnigenitus à cœli faſtigio ad terram deſ-
cendens humanam induit formam,& in Iudæa na
tus eſt,ibi docuit,ibi fuit vulneribus affectus , ibi
fuit mortuus,& ſepultus,& redditus ad vitam, ibi
deniq; operatus eſt ea humanæ redemptionis my-
ſteria,quibus homines , qui in caligine verſantur,
diuino lumine luſtraret , & à morte ad vitam per-
duceret.Et quoniam hæc omnium ſalus,hæc redẽ
ptio fuit in Iudæa,quæ eſt in medio mundi ſita:tã-
quam in theatro peracta ſpectantibus mortalibus,
ait diuinus vates eam à Deo fuiſſe in terræ medio
effectã.Terra Iudææ à parte orientis cingitur Aſia,
ab occidente Europa,& mari Mediterraneo, à me
ridie Africa,à Septentrione Scythia, Armenia , &
cunctis Ponti nationibus. Et ita manet in medio
terræ collocata. Qui enim pro mundo paſſus eſt,
pulchrum fuit,vt in medio mundi pateretur. Sic
Ioan. 3. Deus dilexit mundum , ait diuus Ioannes , vt filiũ
ſuum vnigenitum daret,vt omnis,qui credit in eũ
non pereat,ſed habeat vitam æternam. Et quoniã
Deus eſt veluti centrum,à quo deducuntur lineæ
pulchritudinis circuli decebat vt in medio ſphęræ
terrenæ genus humanum redimeret.

Quia ſuperaſtis gentes. Subaudi flagitiis& ſceleri-
bus.Quaſi dicat:quia multò eſtis peiores genti-
bus idolorum cultricibus , & legem meam contẽ-
pſiſtis.Vel ſic:Quia cùm ope mea de gentibus im-
manitate barbaris , numero infinitis , fortitudine
pollentibus,bellicarum munitionum copiis abun-
dantibus victoriam reportaretis,tanta eſtis ingra-
titudine cõtaminati,tanto ſcelere cõſtricti, vt me-
ipſum contemneretis , & præcepta atque iudicia
mea repudiaretis.

Iuxta iudicia gentium. Hoc eſt , infideliores eſtis
ipſis infidelibus:nã gẽtes idolorũ ſuperſtitionibus
deditæ deos ſuos venerantur,& amplectuntur,vos
aũt me deſpexiſtis,& pro nihilo putaſtis, & cõmẽ-
titiorũ deorum vanitatẽ coluiſtis , vos ipſos perfi-
dia maculantes,& in recto Dei cultu, puráq; reli-
gione perſeuerare nolẽtes. Vel ſic. Non eã viuendi
rationẽ tenetis,quam etiam gentes lumine natura
li illuſtratæ iudicãt eſſe tenendã:ipſæ enim monẽt
ad vitã felicẽ pertinere,iuſtitiã colere, corũ autem
conſuetudinẽ declinare,qui nõ ſolũ ſe maculis cõ-
taminant,ſed alios cõtaminare,& ab honeſta viuẽ
di ratione conantur abducere. Vos autẽ neutrum
horũ efficitis. Quare multò eſtis illis deteſtabilio-
res.Hunc eſſe exiſtimo germanũ huius loci intelle
ctũ.Poteris etiã per capillos ſuperuacanea intelli-
gere.Explicans diuus Auguſtinus pſalmum 51.ait,
capillis intelligi rerũ ſuperfluitatem,& quia ſine ſen
ſu præciduntur,ideò qui animo Deo adhærẽt , ita
habent hæc terrena tanquã capillos.Hæc ille. Qui Luc. 7.
pauperũ miſerentur,illíſq; ſubueniunt,mulierẽ il-
lam euãgelicã imitãtur,quæ Chriſto pedes lachry
mis abluit,& capillis terſit. Pedes Chriſti paupe-
res ſunt,quos tunc capillis tergis, cùm quæ habes
ſuperflua in eorũ eleemoſynis cõſumis. AEs frigi-
dum & gelatũ in vaſe minutis foraminibus & fiſtu
lis pleno eſt integrũ,in vna tantũ reſidẽs parte, ſin
autẽ eſt igne liquefactũ,omnia implet foramina:ſic
diuitiarũ copia frigore auaritię gelata,eſt in arcula Similitudo.
nemini vtilis , at ſi diuini amoris igne liqueſcit &
funditur:fluit ad omnes inopũ partes , & indigẽti-
bus ſubueniẽs implet oĩa paupertatũ foramina.Eo
dem modo cor humanũ abſq; amore diuino frigi-
dum & gelatum eſt:diuino autẽ amore incenſum
liqueſcit & funditur, omnibúſq; inopis deſiderat
ſubuenire.Vnde ait in Cãticis ſponſa:Anima mea
liquefacta eſt,vt dilectus locutus eſt. Et pſalmogra
phus:Factum eſt cor meũ tanquã cera liqueſcẽs.Et
rurſum:Emittet verbũ ſuũ, & liquefaciet ea,flabit
ſpiritus eius,& fluẽt aquæ. Et qa homines nefarij, Cant. 5.
ſcelerũq; vinculis aſtricti eũ viris iuſtis & pietate
præſtãtibus lites intẽdũt , eóſq; affligũt,& ſpoliãt Pſal. 21. 147.
& variis calamitatibus cõturbare nitũtur, nõ illis
pietatẽ eripiũt,nõ animi fortitudinẽ,nõ virtutẽ nõ
cõſtantiã,nõ deniq; ea,quæ ſunt verè bona,& im-
mortalẽ pariunt memoriã , ſuntq; ad cõſequendã
ęternã beatitudinẽ neceſſaria,ſed opes & magiſtra
tus,quæ oĩa poſſunt ſuperflua vocari,quæ gẽtium
philoſophi ludibria Fortunæ appellarũt.cum vita
etiã hæc,vt ait Aurelius Auguſtinus,aliã vitã co-
gitantibus ſit cum ſuperfluis cõnumeranda, ideò
impij cum nouaculis raſorlis capillos ſuperfluos
reſecantibus cõparantur. Vnde aduerſus Doegum
hominẽ ſcelerũ maculis notatũ ait propheta:qua-
ſi nouacula acuta feciſti dolum.Qui in alios exci
tat procellas,ſelpſum in anima,alios autẽ non niſi Pſa. 51.
in corpore lædit , imò ſeipſum tantũ lædit.Id in-
tuens quidã philoſophus,qui Græcorum philoſo-
phiã literis Latinis illuſtrauit,aduerſus flagitioſũ
hominẽ aiebat:Iactã & immiſſã à te nefariã in me
iniuriã ſemper duxi,perueniſſe ad me nunquã pu-
taui. Hoc ideò dixit , quia ſceleratus ille ſolũ illi
capillos,hoc eſt ſuperuacanea eripuerat.Si ab of-
fenſo petẽda eſt venia,à ſeipſo eam petat, qui aliũ
lædere exiſtimauit,nã ſeipſum læſit,ſibi abſq; du-
bio intulit detrimentum.Sed ah miſer,quos inter
ſcopulos fragilem cimbam agis,qui aliis detrimẽ-
tum molitis?Significant etiam capilli inanes cogi
tationes. Vt enim anima gignit cogitationes , ita
caput capillos. Ideo ait Eucherius fuiſſe iuſſum à
Deo librum Numerorum,vt Leuitæ pilos omnes Num. 8.
ſuos abraderẽt.Et diuus Gregorius in moralibus,

Capiit,inquit,tondere eſt cogitationes ſuperfluas
à mente reſecare. Iacto igitur hoc fundamẽto,dici-
mus per hos pilos,quos nobis hoc loco Deus no-
mine Ezechielis præcipit,vt ex capite pręcidamus
& ponderemus,ſuperuacanea omnia tã in opibus
quã in cogitationibus ſignificari. Ea debemus ab-
radere,& põderare in iuſta ſtatera,& quã ſuperflua
nobis ſint,quã varia,quã incerta,quã fluxa mẽtis
oculis intueri. Hæc autẽ animo percipiẽtes ea de-
bemus gladio & igne cõſumere,& maculas ob illa
contractas lachrymis & pœnitentia delere,ea verò
in pauperes diſtribuere,vt iuſtitiã perpetuò manẽ-
rem cõſequamur. Ita enim ait diuinus ac regius va
Pſa.111. tes: Diſperſit: dedit pauperibus,iuſtitia eius manet
in ſeculũ ſeculi. In libro 2. Regũ eſt literis cõſigna-
2.Re.18. tum Abſalonẽ mulo ex prælio fugientem fuiſſe in
quercu per capillos ſuſpẽſum. Capilli erãt eius de-
liciæ,& illi mortẽ eidem obtulerũt. Mulus,cui inſe
derat,pertranſiuit,& ille manſit ſuſpenſus: contra
quẽ Ioas dux exercitus equũ concitauit, & in eius
corde tres haſtas infixit. Quid per Abſalonis capil
los niſi inania & ſuperflua intelliguntur,quę vanis
mortalibus perniciẽ parãt? Futilis res eſt homo, &
Pſal.38. imago quædã vana & adumbrata,& vt ait prophe
ta: Vniuerſa vanitas omnis homo viuẽs. Igitur ho-
mo eſt inanis,& mulus mundi gloria: tranſit gloria
& remanet id,qđ eſt inane,nam mulus tranſit illo
1.Ioã.2. in aëre manente. Et,vt ait diuus Ioannes: Mundus
tranſit,& cõcupiſcentia eius. Quærebat miſer ho-
mo ille gloriã inanẽ,ſed aufugit gloria,& remanſit
inane. Ioas,hoc eſt mundus, tribus haſtis eius cor
1.Ioã.2. traiecit: nã quicquid eſt in mundo iuxta diui Ioan-
nis ſententiã,cõcupiſcẽtia carnis eſt, & cõcupiſcẽ-
tia oculorũ & ſuperbia vitæ. Sed conſidera Dei iu-
dicium: Volebat Abſalon terrã acquirere cœlo cõ-
tempto,& per ſummũ ſcelus regnũ terrenũ cõpa-
rare: at non ſolũ cœlũ amiſit, ſed terrã, quia in aëre
mortu' eſt,capillis ſuſpẽſus,nec cœlũ attingẽs nec
terrã. Permittit aliquando Deus,vt qui cœlo ſpre-
to ſolũ ad terrã aſpirãt,neutrũ cõſequãtur. Ideò ait
Matt.6. Deus: Quærite primò regnũ Dei,& iuſtitiã eius,&
omnia alia adiicientur vobis. Nos igitur capillos
præcidẽtes,& ſuperuacanea reſecantes mundi va-
nitates contemnamus,& ad cœleſtia aſpiremus.

Ecce ego ad te,& ipſe ego faciã in medio
tui iudicia in oculis gentiũ, & faciam in te,
quod nõ feci,& quibus ſimilia vltrà nõ faciã
propter omnes abominationes tuas. Ideo pa
tres comedent filios in medio tui,& filij co-
medent patres ſuos. Et faciã in te iudicia, &
ventilabo vniuerſas reliquias tuas in omnẽ
B vẽtũ. Idcirco viuo ego,dicit dominus Deus.
Niſi pro eo,quòd ſanctũ meũ violaſti in om
nibus offenſionibus tuis,& in cũctis abomi-
nationibus tuis, ego quoque cõfringã & nõ
parcet oculus meus,& no miſerebor. Tertia
pars tui peſte morietur,& fame conſumetur
in medio tui,& tertia pars tui in gladio cadet
in circuitu tuo: tertiã verò partem tui in om
nem ventum diſpergam, & gladium euagi-
nabo poſt eos. Et complebo furorem meum,
& requieſcere faciam indignationem meam
in eis,& conſolabor. Et ſcient quia ego do-
minus locutus ſum in zelo meo cùm imple-
uero omnem indignationem meam in eis.
Et dabo te in deſertum,& in opprobriũ gen- D
tibus,quæ in circuitu tuo ſunt, in conſpectu
omnis prætereuntis. Et eris opprobrium, &
blaſphemia,exẽplum,& ſtupor in gentibus,
quæ in circuitu tuo ſunt,cùm fecero in te iu-
dicia in furore,& in indignatione,& in incre
pationibus iræ, quæ ego dominus locutus
ſum,quando miſero ſagittas famis peſſimas, *Sup.4.d*
quæ erunt mortiferæ,& quas mittam vt diſ- *& infr.*
perdam vos. Et famem cõgregabo ſuper vos: *14.d.*
& conteram in vobis baculum panis. Et im-
mittam in vos famem,& beſtias peſſimas vſ-
que ad internecionem. Et peſtilentia & ſan-
guis vaſtabunt per te: & gladium inducam
ſuper te. Ego dominus locutus ſum.

Ecce ego ad te. Subaudi veniam iratus.

Et ipſe ego faciam in medio tui iudicia. Id eſt ſumam
de te pœnas,debitas illas quidem & iuſtas. Dicens
iudicia,oſtẽdit ſententiam fore iuxta veritatem,&
iram non excedere pœnarum menſuram.

In oculis gentium. Id eſt,vidẽtibus cũctis gẽtibus.

Et faciam in te quod non feci. Hoc eſt, maiores vl-
tiones de te ſumam,quàm vſq; huc ſumpſerim de
nationibus aliis. Maiores mihi pœnas dabis,quàm
gentes infideles. Sed nunquid non exterminauit
Deus Chananæos? Nonne ſubmerſit AEgyptios,
Verum eſt: ſed maior vltio eſt eiicere filiũ è domo
paterna,quã aduenam, atqui populus Iſraeliticus
erat filius, alij autem aduenæ. Ita enim in Exodo *Exod.4.*
aiebat Deus. Filius meus primogenitus Iſrael. Et *Oſe.11.*
per Oſeam: Ex AEgypto vocaui filiũ meum. Et per *Eſai. 1.*
Eſaiam: Filios enutriui,& exaltaui,ipſi autem ſpre-
uerunt me.

Et quibus ſimilia vltrà non faciam. Sed nonne tem-
pore Titi & Veſpaſiani aſperioribus calamitatib'
oppreſſi fuerunt? Fuerunt quidem, ſed flagella illa
non fuerunt ſimilia,ſed maiora: hoc autẽ loco non
dicit Deus. Nõ faciam vobis vltrà maiora,ſed ſimi
lia. Poteris etiam reſpondere pœnã hanc quam hîc
Deus minatur Iudęis,de illa intelligi,quam ipſi in
obſidione & captiuitate per Titũ iure luerunt. De
ea ait Chriſtus apud Matthæũ: Erit enim tunc tri- *Mat.24*
bulatio magna,qualis nõ fuit ab initio mundi. Aut
certè intelligitur hoc de vtraque,nimirũ de Baby-
lonica,& de Romana. Sed ſi de ſola Babylonica in-
telligere volueris,nulla erit etiã contradictio, nam
particula,vltrà,in diuinis litteris non ſemper deſi-
gnat à parte poſt perpetuitatem, ſed interdum inſi
gnem aliquam temporis durationem. Libro quar-
to Regum ſcriptum inuenies: Et vltrà non venerũt
latrunculi Syriæ in terram Iſrael. Et tamen poſteà *4.Re.6.*
venerunt,vt ex eodem capite apertiſſimè conſtat.
Et in Geneſi eſt literis mandatum apparuiſſe Deũ *Gen.35.*
Iacobo de Meſopotamia reuerſo: eique dixiſſe: Nõ
vocaberis vltrà Iacob,ſed Iſrael erit nomen tuum.
Et tamen ſcimus eum poſteà Iàcobum fuiſſe ap-
pellatum. Et Eſaias loquens de pace,quæ viguit in
aduentu Meſſiæ tempore Octauiani Auguſti,cùm
Chriſtus Deus noſter à ſummo cœli vertice in ter- *Eſa.2.*
ram

rum deſcendit, ait: Non leuabit gens cõtra gentē gladium, nec exercitabuntur vltra ad prælium. *Eſai. 2.* Quod ita effectũ eſt, nam aliquo tempore tanta vi guit pax, vt oſtiũ templi Iani Romæ clauderetur iuſſu Auguſti, quod non niſi ſumma pace fiebat. Nam quemadmodum aduolante aquila aulu regia catteræ aues alas ſubmittũt, & in pace quieſcunt, pugnare non audentes, ſic adueniente è cœlo aquila illa diuina, Chriſto Deo noſtro, rege regum, & domino dominantium, reges terræ quieuerunt, quoniam ille apparebat, qui eſt vera pax, de quo ait Apoſtolus: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum. Quem Eſaias principem pacis appellat, qui à cœli veniens faſtigio terras luſtrauit, mortalium animos turbulentis mentibus concitatos ſedauit, & pacem illis ſpiritus mirabiliter tribuit. Fuiſſe autē tēplum Iani clauſum ab Auguſto Octauiano aſſerit Suetonius Tranquillus in eius vita, quod ab vrbe cõdita nunquam niſi ſemel, aut bis clauſum fuiſſe aſſeuerat. Fuit autem templum illud à Numa Põpilio conditum, vt apertum, in armis eſſe ciuitatē, clauſum verò vigere pacē ostenderet, vt ait in libro 2. inſtauratæ Romæ Blondus Flauius. Aſpicis igitur, particulam, vltra, non perpetuitatem ſemper, ſed durationem quandam temporis aliquando ſignificare.

Simili-tudo

Ephe. 2.
Eſai. 9.

Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij, &c. Tanta fuit fames in obſidione Hieroſolymæ per Chaldæos, vt patres filios comederent, filij autem patres. Hinc ait Ieremias in Threnis Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos, facti ſunt cibus earum. Et iterum: Melius fuit occiſis gladio quàm interfectis fame. Vide quartũ Regũ de Babyloniorum obſidione. Sin autē hoc de obſidione per Romanos duce Tito intelligere volueris, vide Ioſephum libro 7. de bello Iudaico. Poteris tamē hoc ita intelligere, vt dicãtur patres comedere filios, & cõuerſo, quãdo vtriq; vtriuſque cibum ſurripiebant. Qui meũ mihi victũ ripit, ita vt ego fame conſumar, me dicitur occidere. Ita dicitur in Pſalmo: Nõnne cognoſcent omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis? Illi dicuntur populum deuorare, qui eum afficiunt calamitatibus, ci eripiunt cibum, & ſubſtantiam eius inexplebili deuorant cupiditate. Ita intelligitur illud pſalmi, Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas, Et illud de abſcõditis tuis adimpletus eſt venter eorum. Abſconditos appellat viros iuſtos: nam in Pſalmo, vbi nos habemus Cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos, habet litera Hebræa: Cogitauerunt, ſeu conſultauerunt aduerſus abſcõditos tuos. Et in alio. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ. Vnde diuus Paulus, Et vita, inquit, veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in Deo. Igitur horum verborum: De abſcõditis tuis adimpletus eſt venter eorum: hic eſt ſenſus: Hominum nefarij, qui libidinum facibus inflammantur: qui ſe hominum cruore ſatiant, qui aliis victum eripiunt, qui rapina & maleficio paſcuntur, viros pios & iuſtos deuorant, eos ſpoliantes, eorúmq; diuitias in cupiditatum ſuarum gurgitem profundentes. Aſpicis igitur, comedere aliquem eſſe eius bona diripere, ſibiq; vendicare. Illud eſt hoc loco aduertendũ Deum decora & honeſta ſibi tribuere, non autem ea, quæ ſe digna non ſunt. Ideo non ait: Ego

Thren. 4.

Pſal. 13.

Pſal. 26.

Pſal. 16.

Pſal. 82.
Coloſ. 3.

faciã, vt patres comedant filios, & filij patres. Sed illis hoc tribuit, dicens: Patres comedēt filios, &c. Quod autem decorum eſt, diuinaq; maieſtate non indignum, ſeipſum facere dicit. Sequitur enim: Et faciã in te iudicia, & vētilabo vniuerſas reliquias tuas. Id in maledictis in Deuteronomio ſcriptis licet videre: vbi ita ait Deus: Glorificantes me glorificabo: qui autem me deſpiciunt, ad nihilũ deducentur. Quibus verbis oſtendit eũ iis fauere, eóſq; ad claritatem & amplitudinem adducere, qui eum laudibus efferunt, qui verò eum contemnunt, à ſeipſis euerti, & ad nihilum deduci. *Deut. 28*

Idcirco viuo ego. Quaſi dicat: Quoniã ô popule Iudaice me grauiter offendiſti, tēq; ſcelerum maculis coinquinaſti, ideò quemadmodum verum eſt me viuere, ſic verum eſt, quod dico nimirũ eſſe te mihi pœnas grauiſſimas tuorum ſcelerum daturum.

Ego quoque confringam. Hoc eſt tuam gloriã delebo: admirabilem tuæ antiquæ dignitatis ſplendorem extinguam. Inimicis tuis te tradam, & ciuitatem tuam funditus euertam.

Et non miſerebor. Hoc eſt, non deſinam te affligere, hoc autem faciã, vt conuertaris, & ad me cõfugias. At hoc, nõ miſereri, qd eſt niſi miſereri? Ideo aiebat diuinus pſaltes: ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Et Habacuch: Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis. Vnde Apoſtolus Pater inquit, miſericordiarũ, & Deus totius cõſolationis. Et beatiſſima Dei genitrix apud Lucam: Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eũ. Sed quãuis Dei miſericordia ſit infinita, eſt tamen fatendũ eſſe etiã infinitã iuſtitiam eius, ne cùm miſericordię nitimur, iuſtitiã contemnamus. Qui ob aciem oculorum obtuſam non bene reſpiciunt, vtuntur ſpecillis, vt res illis maiores appareant. Sunt autem ſpecilla vitrei illi orbiculi, quos vt clarius cernamus, oculis admouemus. At tranſeuntes pontem lignum arctum, ponentes in naſo ſpecilla, exiſtimant latiorem eſſe pontem, & figentes pedes in aëre cadunt in profundum gurgitem, vbi miſerè obruuntur. Dei miſericordia pons eſt, ſine quo ab hac vita fluxa, ad eam, quæ eſt æterna, tranſire nõ poſſumus. Sed ſi ſpecillis noſtræ ſuperbiæ, & iactationis, & vanæ fiduciæ vſi fuerimus, tantũ diuinæ miſericordiæ tribuemus, vt nihil diuinæ iuſtitiæ relinquamus. Et ita ſceleta ſceleribus addentes, & pedes in aërē cõſtentes ruemus ignominioſè, & in barathrum æternæ damnationis miſerè præcipitabimur. Debemus igitur in diuina miſericordia niti, ſed ita vt in diuinam etiam iuſtitiam intueamur.

Pſal. 29.
Haba. 3.
2. Cor. 1
Luc. 1.

Simili-tudo.

Tertia pars tui. Ediſſerit Deus ænigma pilorum.

Et complebo furorem meam. Quid eſt hoc domine Deus? Nõne tu es ille, qui populum Iſraëliticum ab aliis nationibus tuebaris? qui eorũ ſalutem tutiſſima cuſtodia tegebas? Vbi ſunt miſericordię tuę antiquæ Domine ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? Cur te domine mutaſti? Nõne tu es ille, qui dixiſti per Malachiam prophetam tuum: Ego dominus, & non mutor? Ea quidem, & abſque dubio immutabilis es. Tu enim qui hoc aſſeris es veritas ipſa: & veritas mentiri non poteſt. Nos ſumus qui mutamur, & vētо velociores ſumus. Dicitur Deus nobis eſſe aliquando mutatus, quia ipſi nos mutamus. Quemadmodum columna modò tibi eſt dextra, modò ſiniſtra, quia tu ſitum mutaſti; cùm

Pſal. 88.
Mala. 3.

Simili-tudo

illa ſit imobilis,& ſemp vnà, ſic Deus modò eſt tibi benign⁹ modò iratus, q̃a tu à virtute te ad vitiũ cõtuliſti, cũ ille ſit ſemp idẽ immutabilis & ſempiternus. Si in virtutũ actiones toto pectore incubueris, habebis diuinã columnam totum vniuerſum ſuſtentantem tibi dextram & propitiã, ſi verò virtuti nuntium remiſeris, téque flagitiis cõtaminaueris, eam habebis ſiniſtram & iratam. Aſpicis igitur nos eſſe mutabiles, Deum verò immutabilem. Imò ſolus Deus immutabilis eſt, quæ autem fecit, quia ex nihilo ſunt, mutabilia ſunt. Et quanquam formæ inuariabiles ſunt, quòd nõ poſſint eſſe ſubiectum varietatis, ſubiiciuntur tamen varietati, quatenus ſecundum eas ſubiectum variatur.

Requieſcere faciam indignationem meam in eis. Id eſt permanebit in illis indignatio mea, donec iuſtas pœnas perſoluant. Loquitur Deus more humano, vt eum intelligamus.

Et conſolabor. Id eſt, vlciſcar eorum flagitia, loquitur eorum more, qui dũ vltionem de hoſtibus ſumunt oblectantur. Hoc Hebraiſmo vtitur Eſa-
Eſa. 1. ias inducens Deum in hunc modum loquentem: Heu cõſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.

Quando miſero ſagittas famis peſſimas. Hoc eſt, cũ fame incredibili laboraueritis, cùm ego meſſes deleuero. Hæ ſagittæ famis ſunt grandines, locuſtæ,
Similitudo erucæ, rubigines, & cæteræ plagæ, quibus fruges læduntur. Quemadmodum herus, cum ei famuli voluntatem gerunt, præcipit vetulæ cuidam rei familiaris diſpenſatrici, vt eis alimenta omnia neceſſaria largiatur: ſin autem illi eum offendunt, & infideliter agunt, præcipit, vt illis alimenta adiman-
Pſal. 23. tur: ſic Deus, cuius eſt quicquid eſt, de quo ait diuinus pſaltes: Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo, ſi illi obtẽperamus, eúmq; ſumma, vt par eſt, colimus veneratione præcipit terræ eius antiquæ diſpẽſatrici, vt nobis alimentorum tribuat abundantiam: ſin autem eum contẽnimus, & aduerſus illum admittere flagitia non dubitamus, præcipit terræ, vt nobis neget alimenta, nõ producat fruges, nos affligat acerbiſſimè, quo ad nos cõuerſi ad ipſum cõfugiamus ſcelera noſtra cõfitẽtes & dolẽtes, eiúſq; miſericordiam implorãtes. Cùm aliquid volumus antiquum eſſe affirmare, dicimus eſſe vetuſtiua terra: eſt enim terra antiqua illa villica, quæ domino diſponente nobis neceſſaria miniſtrat.

Et conteram in vobis baculum panis. De hoc Hebraiſmo diſſeruimus capite præcedente, & in explanatione, & in annotationibus ex Hebræo.

Et beſtias peſſimas. Quæ ſolent ſequi terræ depo-
Pſal. 73. pulationem. Vel per beſtias gentes intelligit immanes & barbaras, ab omni veri Dei cultu abhorrentes. Ita intelligi poteſt pſalmographi illud: Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi. Beſtias appellat infideles homines, & propter ignorantiam, & propter immanitatem. Vnde paraphraſis Chaldaica in hunc modum verſum illum vertit. Ne tradas populis ſimilibus animalibus ſylueſtribus animas eruditas in lege tua. Accipitur anima pro ho-
Gen. 46 mine, vt Geneſis cap. 46. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in AEgyptum, fuẽre ſeptuaginta. Et multis aliis in locis. Nec eſt mirum diuinas ſcripturas docere homines immanes & inſipientes: & intemperantiæ ſtimulis agitatus, vocari feras & bruta, cùm etiam gentium philoſophi illud etiam tradant. Reddẽs Socrates cauſam quare Circe, cùm Vlyſſis ſocios in bruta animalia mutaſſet, ipſum Vlyſſem mutare non potuerit, ait ideò hoc fuiſſe, quia illi erant incontinentes & intemperantes, ille verò continentia & temperantia præditus. Ita hoc refert Michael Volaterranus. Et quoniam Prometheus fuit ſcientia excultus, eámque homines ſuæ ætatis docuit, à quibus abſtulit imperitiam & feritatem, finxerunt veteres poëtæ eum homines creaſſe, innuentes eos anteà non homines eſſe, ſed feras, & belluas immanes. Ita figmentum hoc interpretatur Euſebius in libro de temporibus.

Ego dominus locutus ſum. Acſi dicat: Ne dubites, nam ego dominus, qui fallere non poſſum, hæc aſſero. Sciebat Deus ad id contumaciæ, & perfidiæ veniſſe Iudæos, vt nulla eos conſilia à flagitiis abducerent, nulla monita eos ab incepto vitiorum curſu retardarent, eámque ob cauſam eſſe eos ſuorum ſcelerum pœnas daturos.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. V.

Et gladium nudabo poſt eos. In nõnullis codicibus eſt: Et gladium nudabis poſt eos. At in margine codicum correctiorum eſt, nudabo. Et ita eſt in Hebraico, & in Græco, & ita habet verſio Cõplutenſis, & Pagnini, & Brixiani. Gladium nudare poſt aliquem Hebraiſmus eſt in literis diuinis non infrequens: nam in hoc capite bis eo vtitur Ezechiel: ait enim paulò pòſt: Et gladium euaginabo poſt eos: vbi pro nudare & euaginare vnum & idẽ verbum eſt in Hebraico, & in Leuitico cap. 26. Euagi-
Leui. 26 nabo poſt vos gladium. Significatur hoc idiomate indignatio alicuius irati aduerſus aliquem, quem affligit minitãs illi cædẽ. In Hebraico eſt חרב אריק veeherec aric. gladium nudabo. Verbum eſt ריק raiac quod ſignificat euacuare & euaginare, euaginato enim gladio euacuatur vagina. Geneſis illud
Gen. 37. cap. 37. Miſeruntq́; eum in ciſternam veterem. poteſt etiã verti: Miſerúntq; eum in ciſternã vacuam. Ab hoc enim verbo deriuatur nomen rec, & in plurali recim, quod ſignificat vacuũ. Et quia ſtulti
2. Reg. 6. vacui ſunt intellectu, accipitur pro ſtultis. Vnde illud ſecundi Regum: Quaſi ſi nudetur vnus de ſcur-
2. Para. 13. ris, poterat transferri: Quaſi ſi nudetur aliquis ſtultus: Et 2. Paralipomenon: Congregati ſunt ad eum viri vaniſſimi: pro vaniſsimis eſt in Hebraico hoc
Matt. 5. nomen recim. Inde eſt raca, quod ſignificat vilem hominem, futilem, & vacuum, vt apud Matthæũ: Qui dixerit fratri ſuo raca, reus erit concilio. Significat etiam verbum hoc effundere, vt Canticorum
Cant. 1. primo: Oleum effuſum nomen tuum. Vbi nomen accipitur pro fama & claritate. Et quemadmodum effuſo vnguento euacuatur vas, in quo reconditum erat: ſic propagata nominis amplitudine à virtute dimanans, oſtenditur animus, in quo virtus continetur, cuius ſplendor & odor eſt fama ipſa diffuſa. Vbi vides bonam famam cum vnguento odorifero, cùm diffunditur, cõparari. Ea eſt vnguenti excellẽtis natura, vt cũ eſt in vaſe recluſum, parũ aut nihil redoleat, ſed effusũ ſuauiſsimũ odorẽ procul emittat, & tota domus fragantia repleatur. Sic fama quò longiùs extẽditur & propagatur, eò

ſuauio-

ſuauiorem mittit odorem. Creſcit enim in dies, &
vt ait Latinus poeta: Mobilitate viget, vireſq; ac-
quirit eundo. Hæc eſt Pegaſus, equus ille alatus,
quem veteres poetæ & inſignes philoſophi ex ſan
guine Meduſæ, quã Perſeus interemit, natũ eſſe fi-
ctis hiſtoriis memoriæ prodiderũt. Meduſa illa mor
talibus pernicioſa turpe otium eſt, quod diuus Ber
Eccle. nardus ſentinam appellat omnium malorum: & re
38. ctè quidẽ, nam vt ait Eccleſiaſticus: multã malitiã
2. Re. 11. docuit otioſitas. Et ingenioſus poeta. Otia ſi tollas,
periere cupidinis arcus. Cũ rex Dauid deberet ad
bellum procedere, domi otioſus remãſit: & in illo
otio adulteriũ & homicidiũ cõmiſit. Vide quã pe-
riculoſũ ſit otioſum eſſe. Vnde ait dominus. Quid
Mat. 20. ſtatis hîc tota die otioſi? Equus alatus fama eſt, &
nominis celebritas & amplitudo, quę ex morte pe
ſtilentis otij, ex cæde illius deteſtandi mõſtri nomi
ne Meduſæ ſignificati abſq; dubio naſcitur. Interfi-
ce otium, & orietur fama. Ideo aiebat Euripides la
borem eſſe patrẽ famę. & Heſiodus virtutẽ per la-
bores incedere aſſerebat. Hęc eſt fama illa virtutiſ
quæ ſplẽdor & claritas, de qua ait in prouerbiis Sa
Proue. lomõ? Melius eſt nomẽ bonum, quã diuitiæ multę.
20. Et Auguſtinus de doctrina Chriſtiana: Sic doctor
bonam eligat vitam, vt etiam bonam non negligat
famã. Et Caſſiodorus epiſtola 24. Laborẽ quippe
nõ refugit, qui virtutis gloriam cõcupiſcit. Occide
igitur turpe otiũ, & nominis celebritatẽ conſeque
ris, quæ inſtar effuſi odoriferi vnguenti odorẽ lon-
Simile gius emittat. Quemadmodũ vt globus ferreus ex-
tẽdatur, vt ex eo magna fiat lamina, aut bractea, o-
portet mitti in ignẽ, atque in incude malleo cõtun
di, ſic vt fama propagetur longiùs, neceſſe eſt, vt i-
gne laboris confletur & moleſtiarum ictibus tũda
tur. Et ita nomẽ eũ oleo effuſo meritò conferetur.
Poterat etiam Canticorum illud transferri: Inſtar
vnguẽti euacuati fama tua: eſt enim illud effuſum
à verbo raiac, quod euaginare, & nudare, & euacua
re ſignificat. Eo vſus eſt hoc loco Ezechiel, dicens:
Et gladium nudabo poſt eos.

*Et contempſit iudicia mea, vt plus eſſet impia quàm
gentes.* Pro, & cõtempſit, eſt in Hebraico ותמר vatte
mer, à verbo מרה marach, quod ſignificat rebella-
re, ſiue non obedire, vt 3. Reg. 13. Quia non obediẽ
3. Re. 13. tes fuiſti ori domini. Pro quo Thargũ habet. Quia
rebellaſti. Eã ob cauſã poterat locus hic Ezechie-
lis conuerti: Rebellauit, vel non obediuit iudiciis
meis. Significat etiã verbũ hoc mutare: Vnde illud
4. Reg. 4. Reg. Vidit dñs afflictionẽ afflictionis Iſrael ama-
14 rã nimis, vertũt nõnulli videtat dominus afflictio
nẽ Iſraelis mutabilem valde, hoc eſt, quę in dies in
peius mutabatur, & grauior euadebat. Eã ob cau-
ſam Pagninus & alij nonnulli ita hunc Ezechielis
locum vertunt: Cõmutauit iudicia mea in impie-
tates, pluſquam gẽtes. Symmachus habet: Cõmu-
tauit iudicia mea in impietates, quas didicit à gen
tibus. Acſi diceret Deus: Populus Iſraeliticus le-
ges meas ſanctiſſimas pro vaniſſimis gentium riti
bus commutauit, quos ritus non à me didicit, ſed
ab idolorum cultoribus. Pro cœleſtibus terrena,
pro futuris præſentia, pro æternis caduca, pro ſum
mis exigua, pro diuinis humana, pro vero Dei cul
tu dæmonũ venerationem, atque denique pro bo-
nis mala complexus eſt. Quare incidet in calamita
tes, & tantorũ ſcelerum pœnas debitas perſoluet.

Quia ſuperaſtis gentes, quæ in circuitu veſtro ſunt.
Pro ſuperaſtis, eſt in Hebræo המנכם hamanaccem,
à verbo המן hamã, quod ſignificat ſuperare, & multi-
plicare. Poterat hoc ita verti: Quia multiplicaui
vos prę gẽtibus, quæ in circuitu veſtro ſunt, ideo
in præceptis meis nõ ambulaſtis. Vt ſit ſẽſus. Quia
vos auxi & propagaui familias veſtras, vobíſque di
uitiarũ affluentiam largitus ſum, contra me calci-
tratis, & effranati atque præſidẽtes omnia pręce-
pta mea contempſiſtis. Iuxta id, quod eſt in Deute-
ronomio literis mãdatum. Incraſſatus eſt dilectus, Deut.
& recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilata- 32.
tus, dereliquit Deũ factorẽ ſuũ, & receſſit à Deo ſa
lutari ſuo. Septuaginta ita totã hãc orationẽ verte-
rũt. ἀνθ᾽ ὧν ἡ ἀφορμὴ ὑμῶν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν.
Hoc eſt pro eo quod occaſio veſtra ex gẽtibus quę
in circuitu veſtro ſunt. Acſi dicat Deus. Quoniã oc
caſionem ad impietates perpetrãdas ſumpſiſtis ex
gẽtibus, & flagitia multa admiſiſtis, ideo mihi pœ-
nas dabitis grauiſſimas. Symmachus habet: Quia
multitudo veſtra fuit ex gentibus, quæ in circuitu
veſtro ſunt. Et ita etiã habet Pagninus. Vt ſit ſẽſus:
Ideo pœnas luetis, quia ad id impietatũ veniſtis, vt
non mereamini appellari populus ex fideli Iſraęle
deſcendens, ſed multitudo ex gẽtibus idolorũ cul-
tricibus procedens. Eundem ſenſum poteſt habe-
re verſio Aquilæ ita hunc locum transferentis. Pro
pterea quod numerati eſtis inter gentes, quę vos in
orbem cingunt, & circundant. Et licet hæ inter-
pretationes verbis differant, omnes tamen ſi aduer
tis, in ſententia cohærent.

Sanctum meum violaſti. Pagninus habet Sanctua-
riũ meũ violaſti. Sumitur pro tẽplo, vt in pſalmo:
Mittat tibi auxiliũ de ſancto, & de Siõ tueatur te,
Acſi dicat, Reſpiciat Deus, quibus fluctib⁹ iacteris
in quib⁹ periculis verſeris, quibus calamitatib⁹ pe
riculis verſeris, quibus calamitatibus premaris: & Pſal. 19.
è ſanctiſſimo templo ſuo, vbi eſt arca fœderis, ad te
mittat auxiliũ, & de Sione vbi eſt domus arcæ tibi
ferat opem, vitãq; tuã tutiſſima cuſtodia tueatur.
Poſſumus per ſanctũ ſiue ſanctuariũ intelligere cœ
lũ, iuxta id, quod paulò pòſt ſubditur in eodẽ pſalmo.
Exaudiet illũ de cœlo ſãcto ſuo. Videtur ſignificare Pſa. 66.
diuinus vates, ſe per ſãctũ, è quo Deus erat regẽ au Inf. 48
diturus, illicq; opẽ laturus intelligere diuini numi-
nis domicilium ſempiternũ, de quo ipſe Deus ait
per Eſaiã: Cœlum ſedes mea eſt. At ſignificare no- Exo. 25.
mẽ hoc miedax, quo hîc vtitur Ezechiel, templũ,
indicat eidem cap. 48. vbi ita ſcriptũ eſt: Et erit ſan Pſa. 67.
ctuarium in medio eius. Et Exo. 25. Et faciẽt mihi
ſanctuarium. Illud aũt, quod habetur in pſalmo:
Mirabilis Deus in ſãctis ſuis, vertũt quidã. Terribi
lis Deus in ſanctuariis ſuis: Et per ſanctuaria tẽplũ
Dei. aũt tabernaculũ Moyſi intelligunt in tres par
tes diſtributum, in porticum, tẽplũ externũ, & ora
culũ ſeu adytum? Nos per ſanctuaria viros ſanctita
te præſtantes intelligimus, in quibus Deus inhabi-
tat per gratiã: de quib⁹ ait Apoſtolus. Neſcitis, quia
tẽplũ Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si
quis aũt tẽplũ Dei violauerit, diſperdet illũ Deus. 1. Cor. 3.
Templũ enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et
iterum: Vos eſtis templũ Dei viui. Cùm igitur no-
mine tẽplorũ ſiue ſanctuariorũ ædes ſacræ, & viri 2. Cori.
fideles ſignificẽtur, perſpectũ manet & exploratũ 6.
id quod hic Deus ait per Ezechielem: Sanctum, ſi
ne ſanctuarium, ſiue templũ meum violaſti, duos
habere ſenſus: Vnus eſt: Ideo te ô popule Iudaice

calamitatibus opprimã, quia templum ſanctum
meum Hieroſolymæ, cultui meo dedicatum, vbi
ego preces audiebam, & reſponſa dabam, violaſti,
in eóque gentium idola coluiſti. Alter eſt: Eam ob
cauſam te ô Hebræorum popule ad peſtem, fa-
mem, excidium, & vaſtitatem vocabo, quia cùm
eſſes fidelis, fidem abiecisti, me dereliquiſti, & ani
mum à corporis contagio non ſeuocaſti. Vnuſquiſ
que veſtrum mentem ſuam, in qua eſt veræ nobili
tatis ſedes ac domicilium flagitiis deformauit, Dei
templum, hoc eſt, ſeipſum criminum maculis pol
luit, & maleficiorum vinculis aſtrinxit.

Argumentum Cap. VI.

*Deſcripta ſuperioribus capitibus dira Hieroſolymæ ob
ſidione, & vaſtitate quã diuinus vates fore mentis oculis aſ
pexerat, nunc prædicit totius Iudææ euerſionem eſſéque po
pulum ob idolorum cultum grauiter puniendum, qui ve-
ri Dei religione contempta, ad falſos & commentitios
gentium Deos confugerat. Vaticinatur tamen fore, vt
nonnulli ex Iudæis conuertantur, & à Babylonica capti-
uitate liberentur.*

CAPVT. VI.

A ET factus eſt ſermo domini ad me
diceńs: Fili hominis pone faciem
tuam ad montes Iſrael, & prophe
Infr.36. tabis ad eos: & dices. Montes Iſ-
rael audite verbum domini Dei. Hæc dicit
dominus Deus montibus, & collibus, rupi-
bus, & vallibus. Ecce ego inducam ſuper vos
gladium & diſperdam excelſa veſtra, & de-
moliar aras veſtras, & confringentur ſimula
cra veſtra. Et deiiciam interfectos veſtros an
te idola veſtra. Et dabo cadauera filiorum Iſ
rael ante faciem ſimulacrorum veſtrorũ: &
diſpergam oſſa veſtra circa aras veſtras in
omnibus habitationibus veſtris. Vrbes deſer
tæ erunt, & excelſa demoliẽtur, & diſſipabũ
tur, & interibunt aræ veſtræ, & confringen-
tur, & ceſſabunt idola veſtra, & conterentur
delubra veſtra, & delebuntur opera veſtra,
& cadet interfectus in medio veſtri, & ſcie-
tis, quia ego ſum dominus.

EXPLANATIO.

Et factum eſt ſermo domini ad me dicens. Hebraiſ-
mus eſt in diuinis literis frequens, acſi dicat: Locu
tus eſt mihi dominus.

Pone faciem tuam ad montes Iſrael. Hoc eſt, intue
re eos vultu irato, & firmo, eſtóque fortis & con-
ſtans. Soliti erant diuini vates, cùm aduerſus locũ
aliquem mala ventura prædicerent, faciem ad illũ
dirigere truculẽtã. Vaticinatur Ezechiel aduerſus
mõtes, & colles, rupes, & valles, quia his in locis e-
Exo. 14 rãt aræ idolorum collocatæ, quibus vero Deo teli-
Ioſ. 11. cto Iudæi immolabant. Cùm deberent ſanctiſſimũ
& 12. Dei nomẽ, qui eos à Pharaone mirabiliter eripue-
& 13. rat, & in terra promiſſionis collocarat, per cunctas
nationes fama celebrare, & purum Dei cultum nõ
ſolùm in Iudæa, ſed in aliis etiam terrarum oris
propagare, ipſi tamen ſummis infinitæ cupidita-
tis ſtimulis concitati, turpiúmque criminum fa-
cibus incenſi, caſtiſſimam Dei religionem con-
tempſerunt nullum locum relinquentes, in quo
idolis aras non erigerent, & dæmonibus immo-
larent. Aduerſus hæc loca dirigit Ezechiel vatici
nium ſuum, dicens eſſe ſuper ea Babyloniorum
gladium venturum, qui ea vaſtet, aras idolorum
euertat, & eorum cultorum ante ipſas aras vitam
eripiat.

Montes Iſrael audite verbum domini. Quid ais diui
ne vates? Confer ſermonem tuum cum homini-
bus, non autem cum montibus. Cur inſenſibilia al
loqueris, Iudæos autẽ ſenſus participes relinquis?
At altè ſpectare ſi velimus: videbimus, apertè Eze-
chielẽ ob Iudæorum duritiem, & perfidiã, & cõtu
maciam, iratũ ad res inſenſibiles ſe merito cõtuliſ-
ſe, vt homines multò illis inſenſibiliores eſſe ſigni
ficaret. Quærens alius propheta à mari quid eſſet, Pſa.113.
quod in exitu Iſraelitarum ex Aegypto fugiſſet, &
à Iordane, cur fuiſſet retrorſum conuerſus, inducit
has creaturas in hunc modum reſpondentes: A fa-
cie domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob. Qui
cõuertit petrã in ſtagna aquarũ, & rupes in fontes
aquarum. Acſi diceret. Quid mirum ſi nos Deo pa-
reamus, cũ terra multò nobis craſſior ei antea præ
buerit, & mirabiliter obtẽperauerit. Nec ſolùm ter
ra, ſed etiam duriſſimę rupes fuerint ex eius iuſſu
in fontes aquarum conuerſæ? Figura eſt proſopo-
pœia, cùm mutis rebus ſermonem damus. Eſt e-
nim proſopopœia perſonæ fictio, vt apud Eſaiam:
Dixit Sion: Reliquit me dominus. Et in libro Iudi Eſai. 48
cũ: Iuerunt ligna, & vnxerunt ſuper ſe regẽ. Et alio Iud.9.
in Pſalmo ſignificare volens regius vates terrę obe
dientiam Deo. Commota eſt, inquit, & cõtremuit Pſal.17.
terra, & fundamenta montium conturbata ſunt, &
commota ſunt, quoniam iratus eſt eis. Et in alio:
Terra tremuit & quieuit, cùm exurgeret in iudi-
cium Deus. Quid quæris? Cùm Chriſtus ſe in cru- Pſal.75.
cis ara hoſtiã pro nobis cõſtitueret, & ſanguinẽ pro
funderet, atque vulnerib' cõfoſſus expiraret, ſol ob
ſcuratus eſt, quaſi creatoris cædẽ indigniſſimã pro Mat.
ſequeretur luctu, & petræ ſciſſæ ſunt, quaſi frange- 24.
rentur mœrore: Iudæi autem lætitia efferreban-
tur, cor úmque corda lapidibus duriora nulla
la contritione frangebantur. Res inſenſibiles vi-
debantur ſuo modo ſentire, ſenſus autem compo-
tes non ſentiebant. Imperante domino ventis ſæ-
uientibus, & mari exagitato procella, factáque trã-
quillitate magna, dicebant homines: Qualis eſt Matt.8.
hic, quia mare & venti obediunt ei? Idem quærũt
modò multi a nobis, quis ſit hic, quem colimus,
Quis eſt? Eſt filius Dei vnigenitus, ſplẽdor gloriæ, Hebr.1.
& figura ſubſtantiæ eius. Eſt verus Deus & verus Luca.2.
homo. Eſt ille, qui natus eſt ex virgine inter pa-
leas, & reclinatus in præſepio, quia nõ erat ei locus
in diuerſorio; qui pro nobis alapis percuſſus eſt, &
flagellis ſauciatus, qui tormenta crudeliſſima, &
cruciatus acerbiſſimos noſtrę ſalutis cauſa tolerã-
ter pertulit, qui tanquam ouis ad occiſionem du- Eſai.35.
ctus eſt, & quaſi agnus coram tondente ſe obmu-
tuit, qui vniuerſi hominum generis flagitia ſuo ſan
guine luit, qui tot acerbitates & dolores pro no-
bis perpeſſus eſt, quot nemo vnquã poterit verbis
vllis explicare. Qui in ſepulchro mortuus iacuit,
vbi

vbi ab illis fuit ſepultus,qui cum eo gaudia ſua ſepelierunt.O admirabile ſpectaculum! Quis videtur vnquam vitam in ſepulchro iacentem?O admirandum ſepulchrum!ô arca fœderis diuina,in qua fuit abſconditus panis cœleſtis?Cùm quondam *1. Reg. 5.* arca domini capta à Philiſtæis ad templum Dagonis deferretur,cecidit in terram Dagonis ſimulacrum. Quæ eſt anima in qua non ruat ſimulachrũ falſę lætitiæ, & vanitatis idolum, quod peccator fabricatur in illa, ſi huius ſancti ſepulchri in eam memoria ingrediatur?Quis non ſtatim contemnet impias mundi voluptates,videns Deum ſuum pro ſeipſo mortuũ & ſepultũ?Hic igitur eſt,quẽ adoramus,cui mare & vẽti obediũt,cui elemẽta ſeruiũt, cuius vocem res inſenſibiles ſuo modo audiũt,cuius pulchritudinẽ aſtra cœleſtia admirãtur. *Pſa.148.* In pſalmo,vbi propheta res etiam inanimatas ad diuinas laudes cõciuendas & prædicãdas hortatur,innuẽs, eas Dei voluntati parere,ait: Præceptum poſuit, & non præteribit. Inſenſibilia & inanimata præceptũ ſibi à Deo poſitum cuſtodiunt: ſolus homo eſt,qui illud renuit cuſtodire.Solus homo eſt,qui Deũ audire nõ vult,qui eius præceptis,& diuinis monitis non acquieſcit,littore ſurdior,lapide durior, terra *Eſai.1.* craſſior.Hoc intuẽs Eſaias dolore affectus, diuinoque amore inflammatus,quaſi neſciens quò ſe verteret,& apud quem haberet orationem,aiebat: Audite cœli,auribus percipe terra,quia dominus locutus eſt.Et noſter Ezechiel: Montes Iſrael audite verbũ domini.Dolor animi,ſpiritualis libertas,prõpta virtus,excellens animi magnitudo diuinos vates hortabãtur,vt relictis hominibus aliquãdo cœlũ,& terrã,& mõtes Iſraelis,& res deniq; ſenſu audiendi carẽtes alloquerentur.Et ſi Ezechiel eſſet in Chaldæa,& cũ Hebręis in captiuitate detentis ſermones cõferret,conuertebat ſe tamẽ interdum ad res abſentes,vtens ea figura,quæ gręcè ἀποστροφὴ latinè conuerſio appellatur,cũ ſermonẽ à præſenti ad abſentem transferimus Poteris per hos montes,& colles,rupes, & valles homines in his locis habitantes intelligere: vt ſit figura metonymia, cũ continens pro eo,quod continetur,vſurpamus: vt *Eſai.23.* apud Eſaiam: Vlulate naues maris,hoc eſt, qui in nauibus per mare curſum conficitis. Et apud Lu-*Luc.13.*cam: Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas,hoc eſt,ô Iudæi Hieroſolymæ habitatores,qui cędem diuinis vatibus infertis. Fortaſſe per mõtes intelligit Ezechiel magnates, illuſtríque loco natos,per colles ciues,& homines ordinis equeſtris, per rupes milites,per valles homines obſcuros & plebeios.Omnibus enim opus eſt verbũ Dei audire tã nobilitate aliqua inſignibus, quàm infimo loco natis: vt ſit metaphora,quàm Cicero tranſlationem vocat.Poteris nomine montium & colliũ mundi ſapientes intelligere,nomine verò rupium & vallium inſipientes.Et ſi omnes has expoſitiones recipiat hic locus, tamẽ eam arbitror eſſe literę accõmodatiorẽ: quæ fuit primo loco explanata.

Et diſperdam excelſa veſtra. Loca, vbi idola erant collocata.

Et confringentur ſimulacra veſtra. Id eſt,idola veſtra. Vtinam Deus idola noſtra cõfringat. Id,quod relicto Deo colimus,& in quo felicitatẽ cõſtituimus idolũ noſtrũ eſt. In Pſalmo,vbi nos habemus *Pſal.15.* Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſteà accelerauerunt, pro infirmitatibus poteris vertere ex Hebræo idola: flagitia enim idola ſunt & ęgritudines. Ambitio,libido,nimia pecuniæ cupiditas,ſuperbia, & cætera eiuſmodi ſcelera eorum ſunt idola,qui in illis ſummum bonum collocarũt,& ęgritudines, quas philoſophi appellãt animi cõtractiones aduerſante ratione,in quas qui incidũt, grauiter ægrotãt & nõ facilè curãtur. Id,quod communis editio habet in pſalmo: Trãſierunt in affectum cordis,poteſt verti ex hebræo: trãſierunt picturas cordis. Verbum enim maſcciioth eſt in Hebraico, *Pſal.72.* cogitationes ſignificat, & picturas,ſiue imagines, ſiue idola.Senſus eſt: Habebant vani homines in corde imagines diuitiarum & voluptatum,& hæc erant eorũ idola & ſimulacra.Sed tot,tãtęque fuerũt eorũ proſperitates vt etiã ſupra ſpẽ omnia illis feliciter euenerint,bona enim mundi,quę illis obueniunt, ſuperant picturas & imagines illas, quas in corde habebant ſculptas: itaque tranſierunt vltrà, & ſuperarunt cordis picturas & imagines,ex quibus eſt illa,de qua dicitur in eodem pſalmo: Imaginem eorum ad nihilum rediges.Et licèt hoc ſignificet ſimulacrum & idolum. Ezechiel tamen hoc loco accipit ſimulacra pro falſorum Deorum ſtatuis & imaginibus.

Et deuciam interfectos veſtros ante idola veſtra. Occidentur Hebræi,falſorum Deorũ cultores,& eorum cadauera ego proſternam corã altaribus idolorum. Erũt oſſa eorũ inſepulta,& carnes in vẽtribus auiũ & ferarum ſepultæ,Itaque qui me relicto in idolis ſpem poſuerint miſere peribunt,& veluti arbores ſteriles excidẽtur,& in ignẽ æternum pręcipitabuntur. *Iere.17.* Hos cõparat Ieremias cum myrica in loco arido & inculto nata. Eſt enim myrica virgultum abiectum & ſylueſtre, quod nec fructu, nec vmbra affert vtilitatẽ, nec amœnitatis ſpecie iucunditatem, nec radice medicinam, aut remedium aliquod ſalutare,ad nullum vſum reſeruatũ, niſi ad ſecandum,& incendio conſumendum.

Et diſperdam oſſa veſtra circa aras veſtras. Hoc ideo ait,quia tunc qui volebãt loca aliqua polluere,cadauera ibi,aut oſſa quæcunque mortuorum ponebant.Ideo rex ille Ioſias,in quo diuinus fidei *4. Reg. 23.* ſplẽdor priſcis illis temporibus mirabiliter eluxit, ſtatuas idolorum confregit eorúmque aras impleuit oſſibus mortuorum. Nos etiam demus operã, vt peccata,quę ſunt idola noſtra cõteramus, & in anima,quæ eſt ara idolorum, ponamus mortuorũ oſſa,hoc eſt mortis memoriam, vt mortem cogitãtes,& iterum atque iterum animo repetentes, viuamus in tranquillitate,ſedata omnium cupiditatum perturbatione. Vt enim apes,cùm inter ſe cõtendunt, & motu aliquo vehementi concitantur, *Similitudo* iactu pulueris componuntur,ita nos, cùm exagitamur turbulentis perturbationibus, memoria pulueris,in quem ſumus conuertendi, & mortis recordatione placamur,appetitúſque longiùs euagantes,& obedientiam rationi debitam abiicientes retinemus,& comprimimus.

Vrbes deſertæ erũt,& excelſa demolientur. Vrbes veſtræ erũt à Babyloniis euerſæ,& in ſolitudinẽ redactæ,& loca eminentia,vbi dęmonibus immolatis confringentur & deſolabuntur. Aſpice iuſta Dei iudicia: Flagrabant Iudæi diuitiarum cupiditate, & mũdi gloria,in vanitate cõſtituta, quas ob cauſas Deũ verum reliquerunt,& gentium idola adorarunt. At coràm ipſa idola & dæmonum ſimula-

cra

cra amiſeruut diuitias,& oomiuis amplitodioem.
Coutrà verò qui propter Deum dioitias & oomi-
nis claritatem deſpicioot, eas ipſas res,quas amit-
tere,vt Deum non amittereot,nō dubitabant,mul
tò præſtantiores abſq́oe dubio cōſequuntur.Moy-
Exod. 1. ſes Pharaonis fauotem , Aegyptíque opes & fa-
Heb. 11. ſtum cootempſii,& poſteà fuit ipſo Pharaone illu
Exo. 7. ſtriot & potentior , nam Pharaoni parebāt homi-
Exo. 14. nes,Moyſi verò bomines,matia,flumina,rupes,&
Exo. 17. aliæ creatutæ.Qui mundi gloriam ardēter quętit,
ipſam nō inoeoit,qui verò eam contemnit , ipſam
adipiſcitut, glotiam enim contemnete eſt illā ob-
tinere. Hac ratione doctus aiebat diuus Chryſo-
ſtomos:Contemne diuitias,& eris diues, contēne
gloriā,& etis glotioſus.Cùm olim pictot quidā in
ſignis cùm pinxiſſet,vellétq; illi iuata os ſpumā de
Simile pingere,nūquā potuit.Quocitca ſpōgiā,in qua tet
gebat penicilla,quā manu tenebat,iratus in pictu-
ram proiecit,vt refert Plutarcbus,vt illā lineret,&
macularet , & penitus euetteret. Sed multò aliter
euenit,nā ſpongię variis imborę coloribus cōactu
ſpumā,quā ſolers artis magiſter oeqoiuerat effice-
re,caſo ea preſſit.Vbi exiſtimauit picturā diſſipare
eā perfecit.Sic ſi magno ingenij arrificio mūdi glo
riā comparare volueris,id efficete non poteris:nā
ioanē illā gloriam appetere,& inquirere ignomi-
nia eſt:ſin antē huiuſmodi gloriā ſpreueris inanē,
& in temeritate mnltitudinis conſtitutam,locám
que proleceris contemprionis ſpoogiā,veram pro
fectò gloriā conſequeris:illa enim falſæ gloriæ ab
iectio eſt veræ gloriæ cōſecutio.Vt atbor,quæ eſt
Simile altioribus defiaa tadicibus,excelſius fettur in ſo-
blime,ſic homo,quò profundiùs pet humilitatem
abiicitut,eò magis aſcendit,& ſurſum pet virtutē
Simile eleuatut.Et quemadmodū arbot in vertice mōtis
ſita ventotū turbine cōquatitur, & facilè conuelli
tor,ſic homo,quantò in maioti dignitate eſt con-
ſtitutus, tantò maiori periculo eſt obnoxius.Vnde
ait ingenioſus poeta:Sūma petit liuot,petflār altiſ-
ſima venti:Sūma petūt dextra fulmina miſſa Iouis.
Hæc eſt voa ea cauſis,ob qoas io euangelio bomo
cum atbore cōparatur.Cùm igitot arbotes ſimus,
opottet,vt fragilitatis noſtrę cōſideratioos radices
Matt. 7. profundæ humilitatis longiùs mittamus,& in val-
Marc. le cognitionis noſtræ miſeriæ,in ſtatu bumili , ſed
Luc. 3. virtutibus flotente conſiti ſimus,vt oulla nos pro-
& 6. cella cōuellat,nulla vanitas diſperdat,nulla ambi-
tio cōturbet,nolla auaritia cōtorqueat,nullū deni
que tēpus oos poſſit ab humilitate & animi abie-
ctiooe,& mūdi cōtēptu,& ab honeſtatis laudibus
otoamētis abducete.Tantò ædificiū erit firmius &
validius, qnantò eius fundamentum fuerit pro-
fundius iactum:cùm autem philoſopbiæ Chriſtia
næ fundamentum ſit humilitas , quantò ea fuerit
profundior , tantò religionis ædificium erit ſecu-
rios & permanentius. At eùm Hebræi non eſſent
in humilitate , ſed in vanitate & auaritia fundati,
cùm vrbes celebres,& magnificas aulas habere cu
perent,non ob Dei honorem,ſed ob ſuam cupidi-
tatem,& iactationem,& ſuperbiam,eáque ob cau-
ſam excelſa cōſtituerēt,vbi cōmētitiorum Deorū
ſimulachra colerēt,omnia pariter amiſerūt,nā eorū
vrbes fuerunt ab boſtibus penitus deletæ, & eorū
excelſa deiecta,& ſolo æquata;& qui ſe in alritudi
nem ſuperbiæ efferebant , in profunditatem i-
gnominiæ cecideruut. Manet enim firma domi-
ni ſeotentia:Qui ſe exaltat,humiliabitut,& qui ſe *Luc. 14.*
humiliat,exaltabitut. *& 18.*

Et delebuntur opera veſtra, Id eſt ſtatuæ idolorum,
quas manibus veſtris artificioſè cooficitis.

Et relinquā in vobis eos qui fugerinr gla
dium , in gentibus , cùm diſperſero vos in C
terris. Et recordabuntur mei liberati ve-
ſtri in gentibus , ad quas captiui ducti ſunt,
quia contriui cor eorum fornicans , & rece-
dens à me,& oculos eorum fornicantes poſt
idola ſua.Et diſplicebunt ſibimet ſuper ma-
lis quæ fecerant in vniuerſis abominationi-
bus illis,& ſcient,quia ego dominus non fru
ſtrà locutus ſum,vt facerem eis malum hoc.
Hæc dicit dominus Deus : percute manum
tuam , & allide pedem tuum , & dic. Heu
ad omnes abominationes malorum domus
Iſrael , quia gladio , fame , & peſte ruituri
ſunt.

Et relinquam in vobis. Hoc eſt,non omnes inter-
ficiemini,ſed ex vobis relinquam nonnullos, qui
gladium eoadant Babyloniorum.Hi ducentur ca-
ptiui,& inter gentes & natiooes barbaras vitā de-
gent:& ibi ad me cōfugient , nullúmq; etit tēpus,
quo apud eos meorū erga popolū Iſraelis benefi-
ciorū memoria moriatur.Hoc ideo ait Deus, quia
ſciebat fore,vt in illa Babylonica captiuitate non-
nulli viri detinereotur,qui fide,gratia,& ſpiritu va
ticioādi eſſent illoſtres,qui diuini numinis memo
riā iuſtiuā miſericotdiā,& immenſa beneficia cole
rent beneuolentia ſempiterna.Quod ita euenit:nā
aliqui non ſolū dū viuerent,fuerunt diuino amore
incenſi,& immortalitatis ſtudio inflammati , ſed
etiam poſt mottem monimenta diuinorum bene-
ficiotum teliqueruot. Hi videntes Dei popolum
ob eius impia ſcelera captiuum,& ad maximas ca
lamitatum anguſtias traductum,& ſæuiente ærum
natum procella iactatum , nihílque aliud intuen-
tem niſi graula pericola mortem horribilem mini
tantia , eum ad diuinam miſericordiam implotan-
dam excitabant , ſéqoe Deo totos tradebant. Hi
fuerunt Ezechiel,Daniel,Aggæus,Zorobabel, Ie-
ſus filius Ioſedech,Eſdras,Nehemia,& alij nōnul-
li , qui ad Deum confugientes tanqoam ad por-
tum rutiſſimum , omnem ſuæ ſpei anchoram in
illo fixerunt atque locaront. Nonnulli etiam ex
perfidis Iudæis , qui ſe flagitiorum tetris maculis
contaminauerant , Deúmque reliquerant,fuerunt
in captioitate conuerſi , & Deum inter gentes
idolorum cultrices laudibus extuleront. Cæte-
rùm hæc omnia erant figuræ futurotum bono-
rom. Cùm Iudæi eſſent vinculis auaritiæ conſtri-
cti , & Hieroſolymæ exiſtentes colerent Babylo-
nem,boc eſt mondi confuſionem diligerent,omní
que viriorom genere ſe polluerent, & coinquina-
uerent,venit Chriſtos Deus noſter à cœli faſtigio,
ad terrā deſcendeos,vt mentes bominū,quæ in te-
nebris verſabārur,diuino lumine luſtraret à Baby-
lonica ſeruitute ad ſpiritualē libertatē,& ad cœle-
ſtis Hieroſolymę amplitudinē reuocaret,& à mor-
te æterna ad vitā immortalē rādem perduceret. At
eum Iudæi ſcelerum maculis notati contempſe-
runt , & ad cædem crodeliſſimam innocentiſſi-

mum

nium agnini vocarunt. Quare vtraque morte & té
porali & æterna eos deuorante fuerunt miserè con
ſumpti, & in pœnas æternas præcipitati. Fuerunt
tamē ex illo populo ad Chriſtum cōuerſi Apoſtoli,
& cæteri illi, qui fidē ſuſceperūt. Hi ſunt, de quibus
Eſai. 5. prædixerat iis verbis Eſaias: Niſi dominus exerci-
tuum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſe
mus, & quaſi Gomorrhæ ſimiles eſſemus. Ita hunc
Rom. 9. locum diuus Paulus in epiſtola ad Romanos expla
nat. Paucos illos, qui ex magna illa Iudæorum mul
titudine Chriſti fidem amplexati ſunt, appellat Eſa
Eſai. 10. ias ſemen, volens agricolas imitari, qui cùm meſ-
Rom. 11. ſium ſterilitatem conqueruntur, aiunt, vix ſemen
ſuperfuiſſe. Hos appellat etiam reliquias idem pro
pheta, dicens: Si fuerit populus tuus Iſrael quaſi a-
rena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Et diuus
Paulus in epiſtola ad Romanos: Sic in hoc tempo-
re reliquiæ ſecundùm electionem gratiæ ſaluæ fa-
ctæ ſunt. Appellans Eſaias reliquias Iſraelis eos,
qui Chriſto adhæſerunt, indicauit non eſſe Iudæo-
rum populum in Chriſtum crediturum, ſed tantū
paucos ex eo. Id alio loco apertiùs explicās inducit
eundem Chriſtum ita loquentem: Tota die expan-
di manus meas ad populum non credentem, ſed
Eſai. 65. contradicentem mihi. Et Ieremias, Negauerunt, in
Iere. 5. quit dominum, & dixerunt: non eſt ipſe. Et Amos,
Amos. 5. Odio habuerunt corripientem, & perfectè loquen
tem abominati ſunt. Vnde Dominus Ieſus dirigēs
Mat. 23. ad Hieroſolymā ſermonē ſuū aiebat: Quoties volui
congregare filios tuos, quemadmodum gallina cō
gregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti. Ecce re
linquetur vobis domus veſtra deſerta. Quibus ver
bis incredibilem Iudæorum ingratitudinem & im
pietatem oſtendit, & eorum excidium prædicit. In
ſipientes & iniqui pueri irridebant Eliſæum in mō
4. Re. 2. tem aſcendentem, ſed venerunt duo vrſi, qui illos
lacerauerunt. Iudæi amentes & impij Chriſtū ad
montem Caluariæ aſcendentem illudebant, ſed ve
nerunt duo crudeles vrſi Veſpaſianus & Titus, qui
eos ad ferrum & flammam vocarunt, & immani-
ter occiderunt. Ex quibus qui viui relicti ſunt, fue
runt in miſeram ſeruitutem redacti: quorum po-
ſteà nonnulli Chriſti fidem receperunt. Cū igitur
ex tanta Iudæorum multitudine pauci eſſent pu-
ram Chriſti religionem accepturi, ait hoc loco
Deus per Ezechielem ſe eſſe nonnullos relicturū,
qui eius memores eſſet, qui eius amore incēſi euā
gelium mūdo nūciarēt, & infideles ab impia & im
pura ſuperſtitione traducerent ad puriſſimū diuini
numinis cultum, pleniſſimumq; ſanctitatis religio-
nem. Ideo ait: Et relinquā in vobis, &c. Relinquā
Eſai. 10. ait, vt ad verbū alludat Eſaiæ, qui eos, quos domi-
nus reliquit, reliquias appellat, quas conuerſūdas
prædixit. Sunt qui totum hoc intelligendum di-
cant de Babylonica illa captiuitate ſub Nabucho
donoſore, in qua aiunt fuiſſe nōnullos, qui Dei me
mores fuerunt, quos Deus liberauit à gladio Baby
loniorum, vt per eos Dei notitia eſſet gentibus per
Tob. 13. ſpecta. Ita enim dixerat Tobias: Cōfitemini domi-
no filij Iſrael, & in conſpectu gentiū laudate eum,
quoniam ideo diſperſit vos inter gentes, quæ igno
rant eum, vt enarretis mirabilia eius, & faciatis eas
Dan. 4. ſcire, quia non eſt alius Deus omnipotens præter
& 5. eum. Hoc impletum eſt in Daniele, cuius doctri-
Heſt. 9. na Nabuchodonoſor, & multi alij ad quādam Dei
& 10. cognitionē peruenēre. Similiter in Heſter, & Mar
dochæo, qui multos ad veri Dei fidem cōuerterūt;
& in aliis nonnullis, qui inter gentes diuini numi
nis ſanctitatem & iuſtitiam prædicauerunt. Hoc
aiunt illi, & rectè quidem: ſed in eo, quòd illud ad
myſterium redemptionis noſtræ per Chriſtum nul
latenus referendū dicunt grauiter errant, & litera
rum diuinarū ſtudio indoctè abutuntur. Homines
terreni nō ſe extollūt è terra, & alis altæ cognitio-
nis deſtituti, humi repunt, ad rerū ſublimiu ſapien
tiam haudquaquā volantes. Quis nō videt omnia
illa vmbras fuiſſe veritatis futuræ, & vt verbis vtar
Apoſtoli, omnia hæc illis in figura contigiſſe? Nam
vt ait idem Apoſtolus, Lex vmbram habet futuro *1. Corin.*
rum bonorum, non ipſam imaginem rerū. Hoc eſt, *10.*
vmbram habet veri ſacrificij, & redemptionis per
Chriſtum, non autem viuam rerum imaginem & *Hebr.*
expreſſam veritatem. Ita Chryſoſtomus hunc locū *10.*
explanat. Poſſumus tamen per imaginem rerum,
imaginem gaudiorum cœleſtiū in gloria æterna in
telligere. Et ad hanc explanationem accedit Gre-
gorius Nazianzenus. Vt ſit ſenſus: Lex vetus vmbra
tantùm erat, & obſcura quidē myſteriorum Chri-
ſti, & rerum in nouo teſtamēto ſcriptarū: at ipſum
nouum teſtamentum, ipſa lex, & vita euangeli-
ca imago eſt cœleſtium bonorum, quæ nobis in vi-
ta ſunt repræſentantur: ad quæ ſancti accedunt, ex
hac vita decedentes: Cùm igitur teſte Apoſtolo ea,
quæ Hebræis contingebant, figuræ eſſent earum
veritatem, quas in lege gratiæ conſpicimus, quis
eſt, qui non animo percipiat fuiſſe Babylonicam
captiuitatem, à qua Iudæi fuerunt liberati per
Cyrum, figuram captiuitatis peccati, à qua genus
humanum fuit ereptum per Chriſtum, & eos qui
ex Hebræis Deum inter gentes nontiabant, imagi
nē Apoſtolorū geſſiſſe, qui per orbē terrarū Chri-
ſti fidem prędicauerunt, niſi fuerit Iudæorū opinio
nibus addictus, & à ſanctorū doctrina deſtitutus.

Quia contriui cor eorum, Id eſt, quia eis contritio
nem dedi, dura eorum corda confringens, Cor
fornicans appellat, quod vero Dei cultu relicto
cum idolis coniungitur, ea colens, & amore com-
plectens. Oculos ſimiliter fornicantes vocat, qui
idola reſpiciebant, in ea aciem intendentes, atque
erga ea amorem ſignificantes. Sumi fornicationē
in literis diuinis pro idolatria, nemo eſt in ipſis vel
mediocriter verſatus, qui neſciat.

Et diſplicebunt ſibimet ſuper malis, &c. Explicat
quid ſit id, quòd dixerat. Quia contriui cor eorum.
De ratione contritionis eſt diſplicentia. Siue enim
accipias contritionem prout eſt virtutis actus nun
cupatus pœnitentia, ſiue prout eſt pars ſacramen-
ti pœnitentiæ habens ad alias partes relationem,
ſemper eſt dolor voluntariè aſſumptus pro pecca-
tis. Eſt autem duplex contritionis dolor, vnus in-
tellectualis, qui eſt diſplicentia voluntatis, alter ve
rò ſenſualis, qui producitur à primo. Sed horum
dolorum, ſolus primus eſt de contritionis eſſentiâ. *Simile*
Vt enim voluntatis complacentia requiritur, &
ſufficit ad peccatū, ſic voluntatis diſplicētia requi-
ritur, & ſufficit ad cōtritionē. Nā vnūquodque, vt
ait Chryſoſtomus, per quaſcūque cauſas naſcitur,
per eaſdem diſſoluitur. Et oportet vt peccatum
ſummè diſpliceat, quò amor proprius in Dei
amorem conuertatur. Si in ſuccenſam fornacem
ligna arida, & ſarmenta incendio apta
conieceris: reſplendebit pura ignis flamma, ſin au-
tem

ſem conieceris ligna viridis,& ioncos paluſtres,ar debont quidem,ſed tota fornax erit fumo repleta, & denigrata ob caliginem è fumi déſirate produ-ctam. Sic cor noſtrum fornax eſt ſemper ardens, ſi illud cogitationibus amoris diuini nutriuetis,ſplen debit flamma charitatis,ſi autem illud cogitationibus amoris tui fouer is,totum fumabit, eritque cæca obſcuritate circunfuſum. Euanoerũt in cogita-
Rom. 1. tionib' ſuis,inquit diuus Paulus,& obſcuratũ eſt inſipens cor eorum, Fons & origio omnium malorum,& centrum,vnde lineę flagitioſi omniũ di msnant,eſt amor inordinatus ſui. In libro quattodecimo de ciuitate dei ait Auguſtin' in hũc iui amorém priùs Adamũ incidiſſe,quã pomũ prohibitum comederet. Hi duo amores,vt ait Auguſtinus,duas ciuitates cõdiderũt,amor Dei Hieroſolymã,amor ſui Babylonem. Hic amor proprius eſt ille, de quo ait Chriſtus apod Ioannem: Qui amat animam
Joan. 12. ſuam, perdet eam. Et diuus Paulos in epiſtola ſe-
2. Timo. 3. cũda ad Timotheum. Erunt in nouiſſimis temporibus homines ſeipſos amantes,cupidi,elati,ſuperbi. Et ad Romanos: Debemus firmiores imbecilli-
Rom. 15. tates infirmiorum ſuſtinere, & non nobis placere.
2. Pet. 2. Et diuus Petrus in epiſtola ſua ſecunda eos,qui ſui amore ducuntor, iniquos appellat, audaces, ſibi placẽtes. Nulla eſt verior miſeria,quàm ſuã nõ cognoſcere miſeriam. Contrà verò pœnitentes ſibi diſplicent, dignóſque ſe eſſe grauiſſimis cruciatibus arbitrantur. Sed quò imperfectiores ſe eſſe exiſtimant, eò propriùs ad perfectionẽ accedunt, hæc nanque eſt magna perfectio ſuæ imperfectionis cognitio. Hi torquentur dolore ob admiſſa peccata, & repudiato nimio illo & inordinato ſui ipſius amore, ardenti Dei amore incenduntur. De iis ait hoc loco Deus per Ezechielem: Et diſplicebant ſibimet ſuper malis,quæ fecerant. &c.

Vt facerem eis malum hoc. Loquitur de malo pœnæ,non autem de malo culpæ, Ideo pro malo quidam calamitatem vertunt.

Percute manu tua,& allide pedem tuum. Qui ſunt irati & admirati, ſolent brachia mouere, & manibus aerem aut femur percutere,& pede terram cõplodere. His ſignis volebat Deus, vt Ezechiel oſtenderet Hebræis,quanta eſſet aduerſus eos ira commotus,& quàm grauia ſupplicia eſſet Deus de illis ſumpturus. Vt hoc viſo & conſiderato, ſcelerum, quorum tam graues pœnas eſſent daturi grauitatem & magnitudinem intelligerent. Prædicit igitur diuinus vates obſtinatorum excidium & vaſtitatem.

Et dic, Heu, ad omnes abominationes domus Iſrael. Hoc eſt, duces ſuſpiria, & verſaberis in gemitu & lamentis,& luctum percipies ob Iudæorum ſcelerata,propter quæ ſunt grauiter puniendi,& vita priuandi. Si pro morte corporis aliorũ ploraturi ſumos,quid eſt pro morte animæ faciẽdũ? Si amicorũ exiliũ lachrymis proſequimur,quod non ſint ad tempus patriã viſuri,quid ſumus pro illis facturi,
Iere. 22. qui ſunt à cœleſti patria ad æternũ exilium damnati: Nolite flere mortuum, inquit Ieremias, nec lugearis ſuper eum fletu:plãgite eum,qui egreditur, quia non reuertetur vltrà: nec videbit terram natiuitatis ſuæ. Acſi dicat: Ne proſequamini lachry-
Iob. 10. mis funera volgi,ſed æternum regis veſtri exilium in Babyloniam. Infernus eſt Babylonia, hoc eſt, confuſio,vbi nullus ordo,ſed ſempiternus horror inhabitat. Illi patria expolſi in æternum exiliũ mittuntor,qui à cœtu ſanctorum ſeparati in pœnas æternas relagantur. Deploremus igitur ſcelera non ſolùm noſtra,ſed aliena: dicamus cum Dauide: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cu- *Pſa. 118.*
ſtodierunt legem tuam domine. Et cum Iere-
mia. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis *Iere. 9.*
fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei: Fleamus ergo,& inſignes ſcelerũ maculas acerbiſſimo luctu deleamus. Diuus Ambroſius de obitu Valentini, Paſcunt, inquit, frequentes lachrymæ,& mentem alleuãt fletus. Id di- *Pſa. 41.*
xerat anteà regius vates: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et diuus Hieronymus in Eſaiã: Oratio Deum lenit,ſed lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit. Diuus Ioannes Chryſoſtomus in Matthæum hac vtitur ſimilitudine: Vt poſt ve- *Similitudo*
hementes imbres aer purus efficitur, ſic & poſt lachrymarum pluuias ſequitur mentis ſerenitas, &
tranquillitas. Fletus eſt lauacrum ſcelerum,& refe- *Luc. 18.*
ctio animarum. Tota maris aqua non extinguit vnam prunam purgatorij,& lachrymæ eius prunas & flammas extingũt. Lachrymis obtinoit Magdalena criminum remiſſionem, & fratris mortui redditum ad vitam. Et Chriſtus videns ciuitatem fle- *Pſa. 54.*
uit ſuper eam. Quare nos vidẽtes animæ noſtrę ciuitatem ſceleribus inquinatã, de qua dixit regius vates: Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate: die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas,& labor in medio eius, & iniuſtitia: fleamus ſuper illam, & dicentes Heu, ad omnes abominationes, vim lachrymarum fundamus.

Qui longè eſt peſte morietur,qui autem propè gladio corruet:& qui relictus fuerit, & obſeſſus,fame morietur. Et complebo in- *D*
dignationem meam in eis. Et ſcietis, quia ego dominus, cùm fuerint interfecti veſtri in medio idolorum veſtrorum, in circuitu ararum veſtrarum; in omni colle excelſo,& in cunctis ſummitatibus montium, & ſubtus omne lignum nemoroſum, &, ſubtus vniuerſam quercum frondoſam, locum, vbi accenderunt thura redolentia vniuerſis idolis ſuis. Et extendam manum, meam ſuper eos, & faciam terram eorum deſolatam, & deſtitutam à deſerio Deblatah in omnibus habitationibus eorum. Et ſcietis,quia ego dominus.

Qui lõgè eſt, Id eſt, qui lõgè ab hoſtib' abfuerit.
Et qui relictus fuerit. Subaudi, à peſte, & gladio.
Et complebo indignationem meam in eis. Hoc eſt, eos puniam, donec vltus fuero iniurias meas. Nõ deſinam eos opprimere, donec dent mihi pœnas omnium maleficiorum ſuorum,

Et ſcietis, quia ego dominus. Subaudi, per effectum iuſtitiæ meæ. Acſi dicat: Cùm de vobis ſumpſero pœnas iuſtas illas quidem, veſtriſque flagitiis debitas, tũc vobis erit perſpectũ & cognitũ, me eſſe Deũ omnipotentem, & iuſtũ,& omnia gubernãtem.

Cùm fuerint interfecti veſtri. Id eſt, cùm videritis multos ex vobis occiſos inter idola veſtra, circa eorum altaria.

Et ſub: as vniuerſam quercum frondoſam. Id eſt, ſub omni quercu condenſa: Solebant idolorum cultores, ſub arboribus condenſis & amœnis altaria ſimulachris idolorum conſtituere. Cæterùm pro quercu habet paraphraſis Chaldaica vlmum.

Et extendam manum meam ſuper eos. Extendere manum ſuper aliquem, eſt illum caſtigare. Hebraiſmus eſt in literis diuinis frequentiſſimus, de quo in noſtris in Eſaiam commentariis copioſè diſſeruimus.

A deſerto Deblatah. Deſertũ hoc teſte diuo Hieronymo eſt in terra Emath, vbi Nabuchodonoſor manſit, cùm eius exercitus oppugnaret Hieroſolymam. Hic locus eſt terminus Iudææ ex vna parte. Eſt igitur ſenſus eſſe Deum vaſtaturum totam Iudæã per Chaldæos à principio vſque ad finẽ, à termino ad terminum. At libro 4. Regum appellatur *4. Reg. 25.* hic locus Reblathah, etiam ſi in Græco ſit Deblatha. Et Ieremias, Comprehẽderunt, inquit, Sede- *Iere. 39.* chiam in cãpo ſolitudinis Ierichontinę, & captum abduxerunt ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Reblatha, quæ eſt in terra Emath. Fortaſſe eſt idem nomen, ſed nunc Reblatha appellatum, nunc Deblatha ob librariorum imperitiam, nam apud Hebræos magna eſt inter has duas literas, d, & r, ſimilitudo. In Hebraico enim aliquando eſt דבלתה aliquando רבלתה Significat autem Reblathah multitudinem, ſeu multa. Sedechias Hieroſolymã relinquens, fugiens à templo Dei Reblathah, fuit ibi à Nabuchodonoſore oculis priuatus. Qui enim viſionẽ pacis, & animi quietem, & ſecuritatẽ contemnit, & vnitatem relinquens, multis ſe implicat rebus, & variis atque inextricabilibus mundi negotiis ſe inuoluit, obcæcatus à dæmone, & vitiis, atq; perturbationibus obcæcatus, corruptelarũ illecebris irretitus, atq; peſtilẽtibus opinionibus inductus, illud vnum relinquit, quod eſt ſupre- *Luc. 10.* mum ens ſuper omnia entia, de quo eſt apud Lucã ſcriptum: Porrò vnum eſt neceſſarium. De eo autem ita Trimegiſtus in Pymandro. 4. Deus monas eſt, vnitas illa, quæ eſt principium omnem numerum continens, à nullo contenta. Et Pſellus: Vnitas numerus cùm non ſit, numerorum tamen procreatrix eſt, fons, radix, & cauſa multitudinis omnis: expreſſáque Dei imago, qui cùm rerum naturalium nulla ſit, eſt tamen rerum naturalium effector. Parmenides Pytagoreus, cùm aſſeruit vnum eſſe id, quod eſt: Deum intellexit, ſi credimus Simplicio. Soli Deo veram entis appellationem concedebat, quoniam per ſe eſt, omniáq; alia per ipſum. *Exod. 3.* Vbi nos legimus in Exodo: Ego ſum, qui ſum: eſt in Græco. ἐγώ εἰμι ὁ ὤν Hoc eſt, ego ſum ens. Ab illa igitur vnitate, ab illo ente & vno, quod eſt neceſſarium, quod per ſe eſt, quod Deus eſt, nullo modo diſcedamus, ne in Reblathah, in multitudine, in diſtractione, varia mundi negotia & turbulenta diſſidia ſtatum animarum noſtrarum conuellant, & lumen intellectuum extinguãt: vt mentis oculis priuari, in æterna caligine verſemur. Quin potiùs voluptates mundi obliuiſcentes, & Hieroſolymæ habitantes, ad illum qui eſt verè vnus, animum tollamus, ad eum mentis aciem intendamus, in eo ſpem omnium noſtrarum cogitationum collocemus.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. VI.

Hæc dicit dominus Deus montibus, & collibus, rupibus & vallibus. Pro rupibus eſt in Hebraico לאפיקים la aphicim à verbo אפק quod ſignificat vim ſibi facere, vt Geneſ. 45. Non ſe poterat vltra cohibe- *Gen. 45.* re Ioſeph. Acſi diceret: Non poterat vltrà ſibi vim facere Ioſeph: adeò enim amor vicerat ſimulationem, vt non poſſet lachrymas continere, cũ ſe fratribus cognoſcendum præberet. Nam, vt ait in libro de cõtritione cordis diuus Cyprianus, is amãtium mos eſt, vt amorem ſuum ſilentio tegere nequeant, A verbo hoc deriuatur אפיק aphic, quòd ſignificat rem fortẽ: ex quo effectum eſt, vt ſignificaret rupem, quemadmodum hoc loco. Significat etiam regem, quod fortitudine polleat & poteſtate, vt apud Iob, Baltheum regũ diſſoluit. Hoc eſt, *Iob 14.* Deus poteſtatem fortium & principum aliquando confringit. Et quoniam aqua tempore nimborum & procellarum defluit cum impetu & vi, accipitur pro torrente, vt apud Iob: Fratres mei præ- *Iob 6.* terierunt me ſicut torrens, qui raptim tranſit in cõuallibus, ſeu, vt poteſt verti ex Hebræo: Amici mei fefellerunt me, inſtar torrentis, qui raptim decurrit in conuallibus. Vt enim torrens hyeme impetu *Simile* magno fertur, fluens vehementi aquarum abundantia, cùm aqua neceſſaria non eſt, ſed æſtate areſcit, cùm aqua deſideratur, ad quem viatores ſitibundi accurrentes ſpe potus falluntur: ſic fictus amicus multa tibi promittit tempore proſperitatis, cũ tibi omnia ad voluntatem fluunt: ac ſequiente aduerſitate penitus areſcit: & tu ſi ad illum in afflictione tua confugias, eris ſpe potus deceptus. Vt *Simile* enim vmbra eum ſequitur: qui ſolis radiis illuſtratur, ſin autem ſol lateat, preſſus nubibus, ſtatim aufugit vmbra, & penitus euaneſcit, ſic fictus amicus eũ comitatur, qui opum aut gratiæ principum ſplendore illuſtratur, & nominis celebritatẽ cõſequitur: ſin autem in calamitates inciderit, & fuerit diuitiis, & nobilitatis ornamentis ſpoliatus, eum cõfeſtim deſerit, & pro nihilo putat. At verus amicus ſemper eſt idem. Vnde Salomõ in prouerbiis, *Prouer. 17.* Omne inquit tẽpore diligit, qui amicus eſt, & frater in anguſtiis cõprobatur. Et Eccleſiaſticus: Non *Eccl. 12.* cognoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. Et diuus Auguſtinus lib. 83. Quęſtionum: Nihil ſic probat amicum quemadmodum oneris amici ſupportatio. Et Iſiodorus libro. 3. de ſummo bono: In proſperitate incerta eſt amicitia, nec ſentitur verũ perſona, an felicitas diligatur. Et Boetius libr. 3. de Conſulatione: Quem felicitas amicum facit, infortunium facit inimicum. Vnde aiebat Ariſtoteles libro 7. Moralium Endemiorum, tempus indicare quis ſit, qui vero amore proſequatur. Et Periander, vt refert Diogenes Laertius: Aurum igne probamus, amicum autem in aduerſitatibus diſcernimus. Et Ouidius libro 1. de Triſtibus elegia octaua: Donec eris felix, multos numerabis amicos, Tempora ſi fuerint nubila, nullus erit. Vt hirundines verno tempore adſunt, *Simile* ſed adueniente frigore recedunt, ita adulatores amicorum perſonam induentes tranquillo vitæ tempore, in ſtatu florẽte, in rebus proſperis, & ad voluntatem decurrentibus præſto ſunt: ſed ſi hye-

mem calamitatis viderint, omnes euolabunt. Ideo eos Iob cum torrentibus cõparauit: vbi pro torrẽti bus vſus eſt hoc nomine aphic. Cùm autẽ nomen hoc & rupẽ ſignificet & torrentẽ, poteſt hic locus Ezechielis variè verti. Ex quo effectum eſt, vt & Latinus interpres & ſeptuaginta tranſtulerint rupes, Pagninus verò & alij nonnulli torrentes: Poteris per torrentes quemadmodum per rupes viros intelligere fortitudine præſtantes, & ſibiipſis vim inferentes. Et ita etſi varient vocibus editiones, conſentiunt tamen ſententia.

Quoniam contriui cor eorum fornicans Pro contriui eſt in Hebræo נשברתי nixbbarthi. Verbum eſt

Eſa. 14. שבר, quod ſignificat conterere, vt apud Eſaiam. Contriuit dominus baculum impiorum. R. Dauid hoc Ezechielis loco ait verbum hoc eſſe paſſiuum, quam ob cauſam illum ita vertit: Contritus ſum, quod illorũ cor fornicans ſit. Et Pagninus: Contriui me propter cor eorũ fornicans. Loquitur Deus more humano, oſtendens ſe eſſe ob Iudæorum ſcelera affectum mœrore. Nihilominus tamen cõmunis verſio recta eſt, & iure defendi poteſt. Signifi-

Gen. 41. cat etiam verbum hoc emere, vt Gene 41. Omnes prouinciæ veniebant in AEgyptum, vt emerẽt eſcas. Eam ob cauſam poteſt hic locus ita verti, & rectè meo quidẽ iudicio: Quoniam emi eorum cor à me recedens, ſimiliter eorum oculos à me diſtractos, & auerſos. Vt ſit ſenſus: Eorum cor, quod ſe dæmonibus tradiderat, eorumq́; oculos, qui vanitatibus ſeruiebãt, ego emi: eorum animos & oculos meos feci, cum antea eſſent mũdi dæmonis, & carnis. Homines ex impiis cupiditatibus veluti cõflati, ſceleribus imbuti, nefariis illecebris voluptatibúſque delmiti nihil habent ſuum, nec cor, nec oculos, nec manus, nec pedes, cùm omnia hæc vanitatibus & impietatibus tradiderint, & animæ hoſtibus mãcipauerint. At viri iuſti omnia hęc ha-

1.Cor.3. bent, imò omnia eorum ſunt, dicente Apoſtolo: Omnia veſtra ſunt, vos autẽ Chriſti. Ideo ſui ſunt, quia Chriſti ſunt. Hæc eſt ſpiritualis libertas, de

2.Cor.3. qua ait Apoſtol[9]: Vbi ſpiritus domini, ibi libertas.

Gala.4. Qua libertate: vt alibi ait idẽ Apoſtolus, Chriſtus nos liberauit. Ille nos emit, vt ſui eſſemus, vt illi ſ[?]r uiẽtes regnaremus: ſeruire enim Deo regnare eſt:

1.Cor.6. Ideo ait diuus Paulus: Empti enim eſtis pretio ma

Apo.14. gno. Et diuus Ioannes in Apocalypſi de iuſtis loquẽs, Hi, inquit, empti sũt ex hominibus, primitiæ

1.Pet.1. deo & agno. Et diu[9] Petrus in epiſtola ſua prima: Nõ corruptibilibus auro & argẽto redẽpti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. Cùm igitur hic Ezechielis locus de illis intelligatur, vt in explanatione oſtẽdimus, qui ſe ad Chriſti fidẽ conuerterunt, illos autẽ Chriſtus emerit, perſpicuum eſt poſſe locũ hunc, ita vt diximus verti, cùm verbum hoc emere ſignificet, & qui loquitur, Chriſtus ſit.

Et diſplicebunt ſibimet propter mala, quæ fecerunt. Pro diſplicebunt eſt in Hebraico ונקטו venacottu, à verbo קוט cut, quod ſignificat ſuccidere, vt ſit ſenſus: Succidentur à facie ſua, hoc eſt pudore afficientur. Significat etiã verbũ hoc litigare & cõtendere: Qua ratione ductus R. Menachem vertit: Et litigabunt vnuſquiſque ſecum ob admiſſa ſcele

Pſa.94. ra. Vnde pſalmi illud: Quadraginta annis proximus fui generationi huic, trãsferri poteſt: Quadraginta annis contendi & litigaui cum hoc Iudæorum populo in deſerto. Ita habet Tharghum. Et in hanc ſententiam vertit ex Hebræo diuus Hieronymus, dicẽs: Quadraginta annis diſplicuit mihi generatio illa. Ex hac verbi æquiuocatione orta eſt verſionum varietas: nam ſeptuaginta habent: Et plangent ante faciem ſuam. Pagninus: Et ſuccidentur à facie eorum. Alij: Et ſecum pugnabunt. Quæ omnia cum verſione communi coincidere videntur, quæ habet: Et diſplicebunt ſibimet.

Percute manum tuam, & allide pedem tuum. In margine librorum correctiorũ eſt: Percute manu tua, & allide pede tuo. Pagninus vertit: Percute femur manu tua, & extende lutũ pede tuo. Pro allidere eſt in Hebraico verbum רקע racagh ꝙ ſignificat firmare & extendere, vt apud Eſaiã. 42. Firmans Eſa. 42.
terram. Vel, vt alij vertunt, extẽdens terrã. Et quoniam cùm ferrum extẽditur, percutitur, ideo verbum hoc ſignificat percutere & allidere: & quoniã qui percutit pede lutũ illud extendit, vertit Pagninus: Et extẽde lutum pede tuo. Thargum habet, Conculca terram ſub pede tuo. Vnde illud pſalmo Pſal. 17.
graphi: Vt lutum platearum delebo eos: poterat verti: Vt lutum platearum cõculcabo eos, vel percutiam eos, vel extendam eos. Et quoniam cœlum eſt extenſum & expanſum, ideo raciagh cœlum ſignificat, vt Gene. 1. Fiat firmamentum in medio Gene. 1.
aquarum.

Vbi accẽderunt thura redolentia. Septuaginta habent: Vbi dederunt illic ὀσμὴν εὐωδίας, hoc eſt odorem ſuauitatis. Quidam vertunt ex Hebræo: Vbi obtulerunt odorem quietis. Odorem quietis appellat propheta gratum & ſuauẽ: nihil eſt enim quiete & tranquillitate iucundius, nihil gratius, nihil præſtantius. Hanc animi quietẽ appellabat Democritus ſummam huius ſeculi felicitatẽ. Diuus Auguſtinus de ea loquens ait: In rebus creatis nihil gratioſius ſolet audiri, nihil delectabilius concupiſci, nihil vtilius poſſideri. Qui tranquillitatem hãc obtinẽt, beatitudinẽ illã conſequuntur, de qua ait Chriſtus Deus noſter: Beati pacifici, quoniam Matt. 5.
ipſi filij Dei vocabuntur. Si Dei vocantur filij, qui pacis ſunt amantiſſimi, erũt procuhdubio à contrario ſenſu diaboli filij, qui animi fluctibus & perturbationibus concitati nullam habent quietem, nullam tranquillitatẽ: ſed pacẽ confundunt, & cõuellunt. Imo ipſi cõfunduntur, & conuellũtur, & pereunt: omne enim quod eſt, tandiu eſt, quãdiu vnũ eſt, ens enim & vnum conuertũtur. Cùm autem homines inquieti diſſidia & contentiones quærentes, & non ſolum cum aliis, ſed etiã ſecum pugnantes, ſe diſtrahant, & diſſoluãt, & in varias partes fundant, & ſeparent: perſpicuum eſt eos vnitatem non habere, nec vnum eſſe, & ex conſequenti non eſſe. Si nulla eſt domus tã ſtabilis, nulla ciuitas tam firma, quæ ſi concordia caruerit, non odiis ac diſſidiis funditus euertatur, quî fieri poteſt, vt homo diuiſus, contentioſus, ex cõtrariis diuerſiſq́; inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis, & diſcordiis quaſi conflatus poſſit ita exiſtere, vt vnum quippiam appelletur? & non potius ędificium euerſum & ruptum dicatur? Id intuens Plato in libris de republica aſſeueranter affirmat nihil eſſe ciuitati perincioſius diuiſione, nihil vtilius pace. Pacem amantes Deum pacis authorẽ amant, & non modò cum hominibus, & ſecum pacem habent, ſed cum vir-

tutibus & probis moribus, cum bellum perpetuum inferant vitiis & impietatibus. Et ita eam animi quietem & ſecuritatem poſſident, vnde vera dignitas efflorelcit.

Argomentum Cap. VII.

Capite ſuperiore deſcripſerat bella à Chaldæis aduerſus Hebræos concitanda, & Hieroſolymam penitus euertendam. Nunc prædicit finem totius Iudæa citò venturum, huiúſque excidij & vaſtitatis cauſam deſignat.

CAPVT VII.

A ET factus eſt ſermo domini ad me dicens: Et tu fili hominis, Hæc dicit dominus Deus terræ Iſrael, Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. Nũc finis ſuper te: & immittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor, ſed vias tuas ponam ſuper te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis, quia ego
B dominus. Hæc dicit dominus Deus. Afflictio vna, afflictio ecce venit, finis venit, venit finis, euigilauit aduerſum te: ecce venit. Venit contritio ſuper te, qui habitas in terra: venit tempus, prope eſt dies occiſionis, & non gloriæ montium. Nunc de propinquo effundam iram meam ſuper te, & complebo furorem meum in te, & iudicabo te ſecundum vias tuas, & imponam tibi omnia ſcelera tua. Et non parcet oculus meus, nec miſerebor, ſed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis, quia ego ſum dominus percutiens.

EXPLANATIO.

Et factus eſt ſermo domini ad me. Explicatum eſt hoc idioma capite præcedente. Id autem, quod ſequitur: Et tu fili hominis, capiti ſecundo.

Finẽ venit. Hoc eſt, iã interitus imminet, & vaſtitas totius regionis Iſraelitarum ſuper omnes quatuor partes Iudææ: nam tota vaſtabitur ab oriente ad occidentem, ab aquilone ad meridiem. Hoc vaticiniũ fuit litteris mandatũ anno quinto principatus Sedechiæ ab Ezechiele in Babylonica captiuitate detento, & impletum fuit anno vndecimo
4. Reg. vlt. eiuſdem Sedechiæ, quando ipſe fuit captus, & tota terra Iudææ euerſa, & penitus vaſtata. Itaque inter vaticinium hoc & eius effectum ſex tantùm anni interfluxerũt. Ideo ait imminere Dei vltionem, ne Iudæi, qui Hieroſolymæ erant, hanc euerſionem tempore nepotum ſuorũm poſt longam poſteritatem futuram eſſe exiſtimarent.

Et iudicabo te iuxta vias tuas. Hoc eſt, non iniuſtè, ſed meritò punieris. Pœnas tuis ſceleribus debitas mihi dabis. Viæ peccatorũ ſunt turpes & flagitioſæ viuẽdi rationes, quæ ad inferorũ tenebras & cruciatus æternos ducũt. Ideo nõ hîc ait Deus: Animaduertam in te iuxta vias meas ſed iuxta vias tuas. Ita apud Oſeã: Viſitatio domini ſuper Iacob
Oſe. 12. iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei. Iudæorum flagitia, & vitioſam vitæ inſtitutionẽ appellat vias & adinuentiones eorũ. Beatus vir, inquit pſalmographus, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit. Et Pſal. 1. Salomon in prouerbiis: Via impiorum tenebroſa. Prou. 4. Vnde de Ioanne Baptiſta prædictum fuerat: Vox Eſa. 40. clamantis in deſerto, parate viam domini, rectas Ioan. 1. facite ſemitas eius: Non ait: Parate viam veſtram, Luc. 3. ſed viam domini.

Et ponam contra te abominationes tuas. Hoc eſt, ponam coram te ſcelera tua, vt ea mentis oculis aſpicias. Particula contra, accipitur ſępe pro è regione, Pſa. 50. vt in pſalmo: Et peccatum meũ contra me eſt ſemper. Hoc eſt peccatum meũ aſſiduè video, ſemper corã me habeo, dies ac noctes mihi ante oculos verſatur. Et Eccleſ. 6. Si humiliauerit ſe contra te. Et Eccle. 6. Matt. 27. Sedẽtes contra ſepulchrũ. Nec ſolùm hoc Mat. 27. eſt in literis diuinis, ſed etiã humanis, vt apud Virgiliũ: Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuêre coloni, Carthago, Italiam contra. Hoc eſt è regione Italiæ. Ait igitur Deus ſe eſſe poſiturum è regione Iudæorũ, ſiue corã ipſis eorũ impia facinora. Ita in Pſalmo: Pſa. 49. Arguam te, & ſtatuã contra faciẽ tuam. Acſi diceret. Oſtendã tibi flagitia tua, & ſtatuam te coram te, vt ea valeas aſpicere. Poteris etiã hæc Ezechielis verba ita intelligere. Ponã aduerſum te hoſtes, qui te oppugnent, & ad excidium vocent. Hi autẽ hoſtes ſunt flagitia tua, quæ tibi perniciem machinabuntur. Eodem modo calamitates in quibus reſpublica Chriſtiana verſatur, ob crudelia bella, quę Turci & Sarraceni nobis inferunt, peccatis noſtris fouentur. Scelera noſtra aduerſus nos pugnant, & ob noſtra delicta expetit à nobis pœnas Deus noſter. Ceſſent flagitia noſtra, & prælia, clades, & ſtrages ceſſabunt. Vt ignis pyræ magnæ ſedabitur, & Simile tandem extinguetur, ſi ligna ſubtraxeris, ſic Chriſtianorum afflictio conſumetur, ſi eorum peccata ceſſauerint. Peccata noſtra ligna ſunt, quibus infidelium pyra aduerſus nos fouetur, & in dies inflammatur. Hæc peccata noſtra ſunt hoſtes noſtri, quos Deus ſtatuit ante oculos noſtros, vt eos intuentes deteſtemur, & ad ipſum dominum toto corde conuertamur.

Et non miſerebor. Vt pius ac ſolers chirurgus vo- Simile lẽs tabida ægroti vulnera incidere, putridaſq́; carnes reſecare, aut cauterio adurere, nõ miſeretur infirmi, vt eius magis miſereatur, cùm morbum ſectione vel vſtione curare velit, ſic Deus cœleſtis ille medicus, & diuinus chirurgus percutit, vt ſanet, ſecat, & vrit, vt curet: ferit quẽ diligit, & vt illi medeatur, caſtigat, vt ait Apoſtolus, omnẽ filiũ, quem Heb. 12. recipit. In libro Deuteronomij ait Deus: Ego occi- Deu. 32. dam, & ego viuere faciã: percutiam, & ego ſanabo. Et per Amos prophetam loquens cum Iſraelitis, Amos 3. Tãtummodo, inquit, vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, ideo viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras. Hoc eſt, vlciſcar, & puniã om- Pſal. 88. nia flagitia veſtra. Viſitare enim aliquando punire eſt iuxta illud pſalmi: Si iuſtitias meas prophanauerint, & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Miſericordiã autem meã non diſpergam ab eo, nec nocebo in veritate mea. Vel, vt poteſt verti ex Hebræo: nec fallã illi veritatem meam, Acſi dicat: Si ſe ſcelerum maculis contaminauerit, animaduertã in illũ, at miſerebor eius, & promiſſis ſtabo: dedi enim fidem, me eſſe illius miſerturũ. Vbi

vides Dei flagellū miſericordiā eſſe. Qnātò filij Iſ-
Exod. 3. taelis in AEgypto acetbioribus calamitatibus pre-
mebantur,tantò magis creſcebant. Nec enim ſo-
lùm ſceleratos homines,ſed iuſtos interdum Deus
calamitatibus exercet,vt virtutem ſuam oſtendāt.
Si volueris vim & ſapientiam gubernatoris nauis
Simile intelligere, artende ſæuientem pelagi furorem. Vt
enim in mari fluctibus ingentibus exagitato oſtē-
ditur nauicularij prudentia & animi fortitudo, ſic
vir pietate & religione inſignis in mediis ærumna
rum tēpeſtaribus,cùm in mille diſcriminum vrgea
tur procellis,tum ſuam patientiam,& animi altitu
dinem , & firmam in virtute conſtantiam declarat.
2. Reg. Dauid ærumnis afflictus,fugiens à facie Abſalonis
16. iactas in ſeipſum cōtumelias à ſeruo ſuo ęquo ani-
mo tulit, æterna nobis tolerantiæ monimenta re-
linquens:at obtenta victoria,inani quadam gloria
elatus populū iuſſit rēcenſere, qua in re Deum of-
fendit, quapropter fuit populus grauiter punitus.
2. Reg. Aſpicis igitur calamitatis vtilitatē ,& tum Deum
24. miſereri noſtri,etiam cùm nobiſcum nulla vti mi-
ſericordiā videatur.Vide,quæ capite quinto expli-
cuimus,hæc eadem verba ibi ſita explanantes. Et
non miſerebor,&c.

Vias tuas ponam ſuper te. Quoniam leuia reputas
peccata tua,ego ea ponam ſuper te, vt eorum ſen-
tias pondus & grauitatem. Id fecerat Deus Dauidi
dicenti. Quoniā iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt
Pſal.37. caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſu-
per me. Vide quemadmodum ſceleris admiſſi pon
dere grauabatur. At videre licet multos hac noſtra
ætate ea omnium ferè flagitiorum colluuione na-
tos,omniumq́; turpiū facinorum maculis inuſtos,
qui ita ſecuri viuunt, ita geſtiunt.ita animi lætitia
efferuntur,acſi Deum nunquā offenderint. Tanta
mentis cæcitate laborant miſeri,vt grauiſſima ſce-
lerum pondera , fœdiſſimas animæ labes non vi-
deant , nec quantum diſtent à puritate & præſtan-
tia Chriſtianæ,religionis conſiderent. Poteris etiā
peccatū pro peccati pœna intelligere , iuxta id qđ
Gen. 4. eſt 4. Geneſis capiti mandatum: Si malè egeris,ſta-
tim in foribus peccatum tuum aderit. Acſi Deus
diceret Caino: Si ſcelus amiſeris, ſtatim aderit pu-
nitio & pœna peccati : ſi te flagitio pollueris , pœ-
nam illius iuſtā perſolues. Horum igitur Dei ver-
borum, quæ ſunt hîc ab Ezechiele literis manda-
ta,hic eſt ſenſus: Ponam ſuper te ô popule Iudaice
pœnas quas lues pro tuis impiis ſceleribus. Accipi
vias pro moribus ſuprà oſtendimus.

Abominationes tuæ in medio tui erunt. Hoc eſt,affli-
gam te pro meritis,& pœnam maleficiis tuis debi-
tam perſolues.

Afflictio vna,afflictio ecce venit. Calamitas ſingula
ris, qualis antea non fuit , te opprimet & iam qui-
dē propè eſt. Vel crebritatem calamitum ſe contin
Simile gentium vnam calamitatē appellat. Vt enim quo-
tidianas febres adeò crebras vt finita vna altera cō
feſtim incipiat,ita vt ſe inuicem attingant, vnā fe-
brem continuam dicimus,ſic ærumnarum multitu
dinem,& frequentes procellarum perturbationes
mœrore quotidiano lacerantes vnam miſeriā ap-
pellamus. Huic expoſitioni fauet paraphraſis Chal
daica ita habens: Multa mala tibi aduenient: Vnde
alij vertunt : Calamitas calamitatem excipit. Vo-
luit Deus ſignificare eſſe Iudæos omni miſeriarum
genere conficiendos , nihilq́ue eſſe tam miſerum,
tam aſperum , tam metuendum , quod illi non eſ-
ſent perpeſſuri.

Finis venit. Profert ſępe eadem verba,eam repli-
cans ſententiam , vt populum ſceleratum vrgeat
ad pœnitētiam , eúmque veluti ab obliuionis ſom
no dormientem excitet, & à ſceleribus reuocet, &
abducat. Solent enim qui dolore premuntur, ver-
ba,quibus calamitatem ſuam oſtendunt, ſæpenu-
mero repetere. Battologia eſt , ſed neceſſaria ver-
borum redundantia.

Euigilabit aduerſum te. Id eſt, excitabitur aduer-
ſum te finis tuus,acſi hucuſque dormiret.

Venit contritio ſuper te. Hoc eſt,calamitas te con-
fringens,atque miſerè comprimens iam imminet,
iam tibi ferrum & flammam minitatur:iam ſecu-
ris ad radicem poſita eſt.

Qui habitas in terra. Nimirum Iſraelis. Vel ſic.
Euerteris omnino tu,qui non cœlum colis,ſed ter
rā,qui in terra,quæ eſt exilium , tanquā in propria
& perpetua patria,mundi diuitias quæris, ſtimulis
cupiditatis cōcitatus,& ad gloriam aſpiras fluxam
& inanē,atq; terris ignominię maculis deformatā.
Huiuſmodi hominibus minitatur æternam dam-
nationem aquila volans,dicens apud ſublimē aqui
lam volantem : Væ, væ , væ habitantibus in terra. Apoc.8.
At viri pietate præcellentes,ſtudióque immortali-
tatis flagrantes in terra vt hoſpites & peregrini vi-
tam degunt tanquā in diuerſorio, non tanquam in
domicilio,vt pote qui mortem expectent,& ita vi-
uant,acſi eſſent propediē è vita exceſſuri. Id intelli
gens Dauid has voces emiſit:vt literæ diuinę in li-
bro 1. Paralipomenō memoriæ prodiderunt: Pere- 1. Para.
grini ſumus coram te domine,& aduenę ſicut om- 29.
nes patres noſtri. Dies noſtri quaſi vmbra ſuper
terram,& nulla eſt mora. Hanc ſententiam repetit
in pſalmo dicens : Ne ſileas quoniam aduena ſum Pſal.38.
ego apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei.
De quibus ita ait in epiſtola ad Hebræos diuus Heb.11.
Paulus : Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non
acceptis repromiſſionibus, ſed à lōgè eas aſpicien-
tes & ſalutātes,& cōfitētes , quia peregrini ſunt &
hoſpites ſuper terram. Et in epiſtola 2. ad Corin- 2.Cor.5.
thios ait idem Apoſtolus. Dum ſumus in corpo-
re,peregrinamur à domino. Reliquū eſt vt ad Deū
aſpiremus,& dicamus cū diuo Paulo: Conuerſatio Phili.3.
noſtra in cœlis eſt,ne terræ habitatores dicamur.

Et non gloria montium. Hoc eſt venit tēpus, quan
do ô Iudæa in montibus tuis nulla erit lætitia,nul-
la gloria. Qui in mōtibus fuerint,percipiēt luctus,
& in gemitu & lamentis verſabuntur. Hoc ideo di
cit,quia ſolebant Hebræi in montibus ludos exer-
cere,& in honorē idolorum dies feſtos celebrare.

Et ſcietis quia ego ſum dominus percutiens. Hoc eſt,
tūc me eſſe deū cognoſcetis cū iuſtitiā meā fueritis
experti. Ita Hebræi à ſerpētibus ignitis lacerati deū Nu.21.
cognouerunt,& diuinam miſericordiam implora- 2. Para.
runt. Et impius Manaſſes in vincula Babylonio- 33.
rum cōiectus,atq; calamitatibus vndiq; cinctus,ad
dominū confugit,ſcelera ſua cognouit , & ardētes
preces mittens in cœlum fuit à domino exauditus.
Vnde ſcriptum eſt in libro Nehemiæ: In tribulatio Neh. 9.
nis tempore clamauerūt ad te domine,& tu de cœ
lo exaudiſti eos. Vt enim vua ad vinū proferēdum Simile
ad torcular defertur,vt prælo comprimatur,ita ho
mo ad calamitatem ducitur,vt mœrore preſſus, &
in ærumnis verſatus,virtutis liquorum producat,

ſitq́ue

ſitque ad veram dignitatem reuocatus. Calamitas plerunque temerarias cupiditates coercet, animũ ad Deum extollit, & in vera pietate corroborat, atque confirmat. Contrà rerum proſperitas & voluptas, & diuitiarum affluentia, & mundi honores & dignitates virtutum ſępenumero vires illidunt, & alas ligant, ne poſſit anima ad cœlũ euolare. In virentibus enim & amœnis arboribus eſt aliquando mollis viſcus, quo incautæ aues capiũtur. Hinc fit, vt viri ſapientes calamitatibus glorientur. In Epiſtola ad Romanos ait Apoſtolus. Gloriamur in
Rom. 5. tribulationibus: & in prima ad Theſſalonicenſes:
1. The. 1. Vos imitatores noſtri facti eſtis, & domini, accipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio ſpiritus ſancti.

Ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt cõtritio, floruit virga, germinauit ſuperbia. Iniquitas ſurrexit in virga impietatis: nõ ex eis, & non ex populo, nec ex ſonitu eorum, & nõ erit requies in eis. Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, non lætetur, & qui vẽdit non
D lugeat, quia ira ſuper omnẽ populum eius: quia qui vendit, ad id quod vendidit, nõ reuertetur, & adhuc in viuentibus vita eorum. Viſio enim ad omnẽ multitudinem eius non regredietur, & vir iniquitate animæ ſuæ nõ confortabitur: Canite tuba, præparẽtur omnes: & nõ eſt, qui vadat ad prælium. Ira enim mea ſuper vniuerſum populũ eius. Gladius foris, & peſtis, & fames intrinſecus: qui in agro eſt gladio morietur, & qui in ciuitate peſtilentia & fame deuorabuntur. Et ſaluabuntur, qui fugerint ex eis, & erunt in montibus quaſi columbæ conuallium: omnes trepidi, vnuſquiſque in iniquitate ſua. Omnes manus diſſoluẽtur, & omnia genua fluẽt aquis.
E Et accingent ſe ciliciis, & operiet eos formi-
Eſa. 15. do, & in omni facie confuſio, & in vniuerſis
Iere. 48. capitibus eorum caluitium. Argentum eo-
Prouer. 11. rum foras proiicietur, & aurum eorũ in ſterquilinium erit. Argentum eorum & aurum
Soph. 1. eorum non valebit liberare eos in die furo-
Eccl. 5. ris domini. Animam ſuam non ſaturabunt, & ventres eorum non implebuntur, quia ſcandalum iniquitatis eorum factum eſt.

Ecce dies. Hoc eſt, inſtat tempus finis & interitus tui.

Egreſſa eſt contritio. Hoc eſt calamitas. Eadem eſt ſententia aliis verbis repetita.

Floruit virga. Hoc eſt, creuit, grandiſque facta eſt virga, qua te ſum flagellaturus. Minitatur Deus populo Iudaico acerbam calamitatem, & durum ſupplicium. Vel accipitur virga pro ſceptro, vt ſit ſenſus: Regnum Nabuchodonoſoris eſt florens, pollet authoritate, & potentia. & ab ipſo ſuperaberis, & euerteris. Creuit & germinauit eius ſuperbia, ideò aduerſus te bella parabit, & tu eius poteſtati non poteris reſiſtere. Nabuchodonoſor cùm virgam ſuam florentem vidit, elatus eſt ſuperbia, & omnia iura diuina & humana peruertit propter eum, quem ſibi ipſe acquiſiuit, principatum.

Iniquitas ſurrexit in virga impietatis. Hoc eſt iniuſtitia Nabuchodonoſoris apparebit in flagello impio, quo Iudæos verberabit. Præteritum pro futuro. Capitur itaq; virga pro fuſte, quo dominus ſeruos flagellat. Pro iniquitate vertunt quidam violentiam qua Nabuchodonoſor homines opprimebat. Poteſt totum hoc ad Iudæos referri vt ſit ſenſus. Iniquitas Iudæorum ſurrexit in virgam impiam Nabuchodonoſoris. Acſi dicat: Hebræorum flagitia in cauſa fuerunt: vt contra eos immanis tyrannus impiè ſæuiret. Eorum iniuſtia durum aduerſus eos Babyloniorum flagellum excitauit. Solet diuina ſcriptura virgam pro flagello vſurpare, vt in prouerbiis: Qui parcet virgæ, odit filiũ ſuum. Prouer. 13.
Et rurſum: Noli ſubtrahere à puero diſciplinam. ſi
enim percuſſeris eum virga, nõ morietur, tu virga Prouer.
percuties eum, & animã eius de inferno liberabis. 23.
Vnde Paulus in prima ad Corinthios: Quid vul- 1. Cor.
tis, in virga veniã ad vos, an in charitate, & ſpiritu 4.
manſuetudinis? Poterit etiam accipi virga pro ſceptro regio, vt ſit ſenſus: Magna creuit iniquitas in Babyloniorũ regno, nã eius tyrannus Nabuchodonoſor populum Iſraeliticum immaniſſimè oppreſſit. Quã ob cauſam poſteà regnum illud fuit à Medis & Perſis captum, & Babylon eius metropolis funditus euerſa. Id intuens Eſaias, has voces emi-
ſit: Contriuit dominus baculum impiorũ, virgam Eſa. 14.
dominantium cædentem populos in indignatione, plaga inſanabili, ſubiicientem in furore gentes. Tyrannidem Nabuchodonoſoris appellat baculũ impiorum, & virgam dominantium, qua impius rex populos crudeliter flagellabat & percutiebat, inferens illis vulnera incurabilia.

Non ex eis, & non ex populo. Id eſt, nullus ex Iudęis, ſiue ſit generis claritate inſignis, ſiue obſcurus & infimo loco natus calamitatem poterit declinare. Pro populo vertunt nonnulli opulentiam: idem enim vocabulum, & multitudinem hominum, & multitudinem diuitiarum ſignificat. Et ita erit ſenſus: Non ſolùm ipſi peribunt ſed nec ex eorum diuitiis aliquid remanebit.

Nec ex ſonitu eorum. Hoc eſt, non remanebit ſonus eorum: ita exterminabuntur, vt nemo ibi remaneat, qui eorũ meminerit. Exaggerat Iudęorum cladem, & euerſionem vrbis, & totius terræ vaſtitatem. Quidam vertunt: Nec ex eorum cœtu relinquetur, qui poſſit à miſera captiuitate euadere. Hoc ideo ait, quia cùm ex eis quidã in AEgyptum fugiſſent, fuerunt ibi capti à Babyloniis, & incredibilibus tormentis affecti, quemadmodum fuerat illis à Ieremia prædictum. Vnde ſequitur: Et
non erit requies in eis. Hoc eſt, nullã in AEgypto Iere. 42.
quietẽ habebunt, nulla ibi afficientur lætitia. Quidam vertunt: Nõ erit luctus propter eos, vt ſit ſenſus: Non ſolùm Babylonij non prementur dolore ob Iudæorum ærumnas, ſed etiam in eos inſultantes lætitia efferentur.

Venit tempus. Subaudi calamitatum veſtrarum.

Qui emit, non lætetur, & qui vendit, non lugeat. Emptor non lætetur vanè, nam breui eſt rem emptam amiſſurus: venditor autem non defleat, nam breui erat penitus ſpoliandus.

Ad id, quod vendidit, non reuertetur, & adhuc in viuentibus vita eorum. Hoc eſt, qui poſſeſſionem ali-

quam vendiderunt, nunquam ad illam redibunt, etiam ſi tunc viui ſupereſſent. Alludit ad annum iubilei, in quo vnuſquiſque reducebatur ad poſſeſ- Leuit. ſiones, quas alienauerat, vt eſt in libro Leuitici 25. literis mandatum. Cùm autem iubileus eſſet quin quageſimo anno, & Iudæi eſſent in Babylonyca captiuitate ſeptuaginta annos detinendi, non poterant: etiam ſi tunc eſſent ſuperſtites, vti legis priuilegio. Præterea quomodo poterant ad ædificia reduci, ſi omnia erant penitus euertenda?

Viſio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur. Hoc eſt, vaticinium hoc de euertenda Iſraelis multitudine non reuertetur vacuum: nam omnia hæc abſque dubio euenient. Vel ſic: Viſio hæc prophetica ſuper omnem opulentiam, hoc eſt, prædicens perdendas eſſe Iudæorum diuitias, non erit inanis: non erunt duntaxat verba, ſed res ſequentur. Vel ſic: Oraculum hoc dirigitur ad Hebræorum cœtum, ſed non regredietur à via ſua nefaria: pręcipit Deus populo Iſraelitico ne in flagitiorum via procedat, ſed regrediatur, & reſipiſcat, & pœnitentiam agat, ſed non regredietur, nec ab obſtinatione ſua deſiſtet, quin potius impia eius contumacia longiùs propagabitur.

Et vir in iniquitate vitæ ſuæ non confortabitur. Nulli ex ſceleratis Iudæis proderit malitia ſua, vt eum poſſit à Babyloniis eripere: nemo ob iniquitatem ſuam gaudio efferetur.

Canite tuba, præparentur omnes: & non eſt qui vadat ad prælium. Iocus eſt cum amaritudine: & irriſio cum inſultatione. Iubet Iudæos congregari ad dimicationem, & vanos eorum conatus irridet. Eſai. 8. Eodem modo Eſaias: Congregamini populi, & vincimini. Appellatur à Rhetoribus figura hęc ſarcaſmus.

Foris. Id eſt, extra ciuitatem, intrinſecus, id eſt, in vrbe,

Omnes trepidi. Pauci illi, qui confugerint ad montes, erunt ibi inſtar trepidantium columbarum, quæ metu aucupum à conuallibus ad excelſa loca conuolauere. Poteſt verti: Omnes gementes, vt ſit ſenſus: Erunt veluti columbæ gemitum habentes pro cantu.

Omnes manus diſſoluentur. Trement, flacceſcent, nullo modo pugnare valentes. Et omnia genua erũt nimio ſudore in aquas reſoluta ob incredibilem metum. Sunt qui hebraiſmum hunc ita explanandum afferant. Tanto timore afficientur Iudæi, vt manus eis tremore cõcutiantur, & veſicæ vrinã continere non valeant, quo efficietur, vt crura madeſcãt. Diſſoluere manus eſt cadere animo, & præ timore & ſocordia nihil efficere: vt libro ſecundo 2. Para. 15. Paralipomenon: Vos ergo confortamini, & non diſſoluãtur manus veſtræ. Et apud Sophoniã: Noli Soph. 3. timere Sion, non diſſoluantur manus tuæ. Dominus Deus tuus in medio tui fortis. Et apud Eſaiã: Eſai. 35. Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate. Et diuus Paulus in epiſt. ad Hebræos: Re- Heb. 12. miſſas manus & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, Acſi dicat: Eſtote animo forti & conſtante. Dixerat paulò anteà Apoſtolus, vt ad propoſitum currerent certamen, quod athletarum eſt & pugilum, qui validis manibus ad luctandum, & fortibus pedibus indigent ad currendum, nunc eandem ſeruans metaphoram, remiſſas animi manus, & ſolutos pedes, hoc eſt opera & affectus iubet erigere, & in cœlum leuare, vt propoſitum æternæ gloriæ præmium conſequantur.

Et in omnibus capitibus erit caluitium. Hoc erat tũc mœroris ſignum, vt videre licet apud Eſaiam 3. & Eſai. 3. Ieremiam 48. & Michæam 1. Iere. 48. Mich. 1.

Argentum eorum. Volentes fugere abiicient à ſe aurum & argentum, vt poſſint ſe expeditiùs in fugam conferre. Non proderunt diuitiæ in die vltio- Prouer. nis, vt ait Salomon, iuſtitia autem liberabit à mor- 11. te. Et Eccleſiaſticus: Non proderunt tibi diuitię in Eccle. 5. die vltionis & vindictæ.

Animam ſuam non ſaturabunt. Hoc eſt voluntatem ſuam nequaquam adimplebunt.

Quia ſcandalum iniquitatis eorum factum eſt. Hoc eſt, quia ceciderunt ob iniquitatem ſuam. Acſi diceret: Talibus ob flagitia ſua calamitatibus prementur, & caſtigabuntur.

Et ornamentum monilium ſuorum in ſu- F perbiam poſuerunt, & imagines abominationum ſuarum, & ſimulacrorum fuerunt ex eo. Propter hoc dedi eis illud in immunditiam, & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terræ in prædam, & contaminabunt illud. Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt arcanum meum, & introibunt in illud emiſſarij, & contaminabunt illud. Fac concluſionem, quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et adducam peſſimos de gentibus, & poſſidebunt domus eorum. Et quieſcere faciam ſuperbiam potentium, & poſſidebunt ſanctuaria eorum. Anguſtia ſu- G perueniente requirent pacem, & non erit. Conturbatio ſuper conturbationem veniet, & auditus ſuper auditum, & quærent viſionem de propheta, & lex peribit à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus. Rex lugebit, & principes induentur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciã eis, & ſecundum iudicium eorũ iudicabo eos. Et ſciẽt, quia ego dominus.

Et ornamentum monilium ſuorum. Sẽſus eſt, Ideo Hebræi aurum ſuum amittent, quia eo intemperanter abuſi ſunt, nam ex eo ſuperuacanea monilia, & inania ornamenta ex collo pendentia ad iactationem & oſtentationem confecerunt: & quod capitalius eſt, & deteſtabilius, ex auro, inquit de⁹, quod ego illis dederã, vt ſibi conſulerent, illudque pauperibus largirentur, & ita mihi honorificè ſeruirent, fabricati ſunt idola, quæ me derelicto coluerunt. Dederat dominus diuitias Hebræis, vt in eorum honeſtum ornamentum redeundarent, illi autem in ſuperbiã, gloriamq; inanem, & quod peius eſt in commentitiorum deorum ſimulacra eas turpiter cõuerterũt. Ea, quibus animas lucrari poterãt, in dæmonũ ſtatuas conſumpſerũt, quo priſtinam ſuã dignitatẽ turpi dedecore macularũt. Hoc faciũt nunc hæretici, qui eloquentiã, & ſanctarum ſcripturarũ lectionem, quæ hominibus data ſunt, vt in eorum cederent ornamentum & vtilitatem, ſumunt ad materiam ſuperbiæ & iactãtię, & perfidiæ &

diæ,& aliorum maleficiorum,atq; ex illis conflāt varia idolorum monſtra,& dæmoonum ſimulacra. Deprauāt literas diuinas,&ex illis hæreſum peſtilentium , peruerſorumq; dogmatum portentoſas imagines fabricantur.Iraque iiſdem rebus numen ſanctiſſimū offeodunt, quibus illud poterāt laudibus efferre,& Chriſtianā religionem puritatis pleniſſimā illuſtrare. Tales fuerunt Lutherus,Buccerus,Munſterus,Zuinglius.Caluinus,& cæteri huiuſmodi Epicurci,nooíq; milites Veneris,qui virgioitarē,& pudicitiam,& conrinentiā irrideor, ieiunia & abſtinentiā pro nihilo putant, & id, quod etia infideles in religiune noſtra Chriſtiana miris laudibus extollebaot,& admirabantur, ipſi volūt penitus conuellere,& ſe ab eccleſia ſancta catholica ſeparantes , caſtitatem quam publicè ſolenni voto Deo ſanctè promiſerant , impudicé repudiarunt,& ſub titulo matrimonij ſe turpi voluptati,& perpetuo meretricio & ſacrilegio tradiderūt. *Simile* Quēadmodum ignis lignorum ſtrue accenditur, ſic libidiois flamma gulæ vitio cōcitatur. Et non erubeſcunt miſeri,ſed,vt verbis vtar Eſaiæ, *Eſai. 1.* Peccatum ſuū ſicut Sodoma prędicaueruot, nec abſcōderūt. Ex amiſſione abſtinentiæ adducti ſuot in cōtinentiæ amiſsionem. His autem virtutibus ſpreris & repodiatis,fuit etiā ſpreta & repudiata fides,&, vt ait in epiſtola ad Romanos Apoſtolus, *Rom. 1.* tradidit illos deus in reprobnm ſenſum. Nam cæci & amētes ſunt poteſtati libidinum traditi , vt qui honeſtatis pulcbritudinem diligere noluerūt , in ſordibus,& vitiorum luto volutentur,& in perfidia, & hęreſum contumacia permaneant. Quemadmodū ex nimia ſtomachi repletione & ciborum redundantia oritur obſtructio illa, quam medici oppilationem vocant,ex qua producitur cōtinuus capitis dolor,& phreneſis ad inſaniam producēs, ſic ex deprauata vitæ cupiditate , & morum corruptela, & gula , & voracitate oritur effrænata libido, ex qua producitur phrenetica illa hæreticorum inſania,& in rebus fidei intellectus deprauatio. Qoi cōſcientiam cootemnunt,ad fidei contemptum ſæpenumero perducuntur. Id iotelligens diuus Paulus ita in epiſtola prima ad Timotheum ait: *1. Tim. 1* Habēs fidem,& bonam cooſcientiam , quam quidam repellentes circa fidem naufragaueront. Sunt etiam multi,qui etſi non reliquerint fidem , relinqount tamē charitatem. Hi ſunt diuites illi,qui opes ſuas vanè conſumunt , ex quibus vanitatis ſuæ gloriæ que inanis idula couficiūt,quæ intueantur & colāt quibus deus hoc loco perniciem minatur. Hi ornamentum monilium ſuorum & opes ſuas poſuerunt in ſuperbiā ex illis idola conflantes,atq; vanitates ſuas colētes , pauonibus vaniores qui caudæ pennas gemmantes in rotam expandentes vario illo colorum fulgore, & oculorum pulchritudine gloriantur. Qui aurū colit,in eoq; ſummā cōſtituit felicitatem , idoli cultor appellatur. Vnde Eccleſiaſticus: *Eccl. 31.* Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantiū,væ illis,qui ſectātur illud. Vbi vides eos idolo ſacrificare,qui auaritia & auri cupiditate ducūtur. *Coloſ. 3.* Id intelligens Apoſtolus aiebat: Mortificate auaritiam,quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus. *Ephe. 5.* Et hanc ſententiam in alia epiſtola iterum refert. Auarus,inqoit Auguſtinus,antequam lucretur pecuoiam,ſeipſum perdit priuſquam aliquid capiat,capitur. Et Chryſoſtomus Auaritia,inquit,eſt crudelis tyrannus. Diuitię ſunt idola,quibus illud accommodari poteſt,quod dixit deus per Ieremiam: *Iere. 16.* Seruietis diis diis alienis die ac nocte, qui non dabūt vobis reqoiem, Volentes antiqui philoſophi carminibus auaritiam deſcribere , finxerunt Tantalum apud inferos io medio aquarum ſiti cruciari,ſignificantes eſſe auaritiam barathrnm quoddam, vbi cupidi amore diuitiarum flagrantes,eas ardēter appetunt,quibus abundant,& quò magis illis affluunt, eò vehementiore cupiditate torquentur. Etſi auarus ſit auro onuſtus,& diuitiarum plenior naue illa,quæ veniebat ad Salomonem ex Opbir,ounquā tamen ſatiabitur. Quò amplius theſaurus diuitis *3. Reg. 9* augetur,eò magis populi opes extenuantur,& exhauriuntur. *2. Par. 8* Imperaror Traianus theſaurum diuitiarum cum liene comparabat,authore Sexto Aurelio io vita Iuliani. *Simile* Vt enim creſcente liene reliqui artus tabeſcunt, ſic creſcente fiſco tyranni debilitātur diuitiæ ſubditorum,cùm eas illis diripiat,vt ſe locupletem faciat. Et quemadmodū creſcente liene,decreſcunt alia membra , ſic creſcente auaritia deficiunt penitus virtutes,areſcit benignitas,liberalitas,chariras,veritas, iuſtitia , & cæteræ huiuſmodi excellentes qualitates. Nec ſolùm auari , ſed etiā prodigi ob diuitiarum abundantiā incidunt ſæpenumero in flagitia , qoibus ſibiipſis perniciē machinantur. Dat deus diuitias hominibus,dat illis ingenium,induſtriam,ſcientiam , & multa alia *Mat. 25* nomine talentorum ſignificata,vt illi ſeruiant , vt ſanctiſſimo numini bonorum omnium largitori miniſteriū ſumma cum venrratione exhibeant, & vt verbis vtar euangelicis,vocauit ſeruos ſuos , & *Mat. 25.* tradidit illis bona ſua : ipſi aotem ea appetitui tradunt deprauato, vt ipſe ad libitū ea turpiter cōſumat. Conſidera euangelij verba: Tradidit illis bona ſua. *1. Cor. 4* Diuitię,quas habes,dei ſunt,& bona alia ſimiliter. Quid habes,quod non acceperis? Domini eſt terra,& plenitudo eius,orbis terrarū,& vniuerſi,qui habitāt in eo. *Pſal. 23.* Tu ſeruus es,diſpēſator,& villicus. Quæ habes,dei ſunt,bona ſua ſuot,quæ tradidit tibi,vt illi ſeruires , & æternā gloriā lucrareris. Tu autem dei bona ab eo tradita tibi,in obſequiū carnis,dæmonis,& mūdi,cōtra ipſius domini volūtatē erogas & cōſumis. O proditionē nefariā, ô ingratitudinē deplorandā? Quot ſunt qui diuitiia & bonis,ac dotihus naturalibus , & talentis à Deo acceptis exitiū ſibi neſciētes moliōtur? Ideo dicebat Eccleſiaſticus: Multos perdidit aurū & argentū. *Eccle. 8.* Et Chryſoſtomus. Nouerca virtutū proſperiras. beatulis ſuis applaudit, vt noceat,& infelici ſucceſſu,ſic in via felices obſequitur , vt in fine perniciē operetur. Fluuij quāuis dulciſſimi , cùm tamē mare ingrediontur,ſunt amatiſsimi: dū curſum conficiunt,poterunt ſuauitate præſtare , at in fine amareſcunt. *Similitudo* Sic mundi opes & proſperitates &ſi in vitæ curſu aliquos poſſeſſores ſuos oblectent, in fine tamen dū mare mortis attingunt, quò omnia flumina tandem ingrediuntur,triſtes,amaræ,& intolerabiles videntur. Sciunt enim diuites opes,& ſecundas res ſuas fuiſſe ſæpe illis flagitiorū cauſam. Beatus Auguſtinus ſermone quodam , Diuitiarū, *Ser. 24.* inquit, morbus ſuperbia eſt. Et de verbis domini : Aurum eſt materia laborum , periculum poſſidentium,eueruatio virtutum. Et Chryſoſtomus homilia ſeptima de pœnitentia, Opes inquit, ſunt ſchola malitiæ , Doctor ille cœleſtis , Chriſtus

Matt.5. Deus noſter ita ait: Beati pauperes ſpiritu, quoniã
ipſorum eſt regnum cœlorum. Et iterum: Nolite
theſaurizare vobis theſauros in terra. Et rurſus:
Matt.6. Non poteſtis Deo ſeruire & Mamonæ. Et rurſum:
Nolite portare ſacculum, nec peram. Verùm opes,
Luc.10. vt ait in Lucam diuus Ambroſius, vt impedimento
ſunt improbis, ita adiumenta virtutum ſunt
bonis. Nam viri iuſti poſſident diuitias, & non
poſſidentur ab illis: diuitiæ illis ſeruiunt, non illi
diuitiis. Et, vt ait diuus Gregorius, omnia poſſu-
Simile mus relinquere etiã retinẽdo. Vt aurum probatur
lapide, ita homo auro: & vt ait apud Laertium
Chilo Lacedæmonius, aurum noſtri dat apertum
documentũ. Ait Plutarchus in Apophthegmatũ
opere dixiſſe eundem Chilonem, id quod lydius
lapis eſt auro, eſſe aurum homini: lapis index affri-
ctu prodit quale ſit aurum, ipſum autem aurũ pro
dit qualis ſit homo: iuxta illud: Magiſtratus virum
oſtendit. Nullus lydius eſt ità probans gradus vir-
tutum aut vitiorum, ac aurum, & diuitiarũ abun-
dantia. Hebręi propenſi ad Aegyptiorum ſuperſti-
Exo.32. tiones ſtatim ex Aegypto egreſſi, ex auro monili-
bus vitulum conflarunt in deſerto, quem pro deo
venerati ſunt, & in terra promiſſionis ſæpe in fa-
bricandis idolis aurum conſumpſerunt. Vnde or-
Oſe.2. ta eſt illa dei per Oſeã aduerſus illos querela. Ar-
gentum multiplicaui & aurum, quę fecerunt Baal.
Acſi diceret: Dedi Hebræis magnam auri & argẽ-
ti copiam, quam in conflatione idoli Baal perfidè
Oſe.8. conſumpſere. Et iterum apud eundem prophetã:
Aurum ſuum & argentum ſuum fecerunt idola
ſibi. At viri pietate & religione præſtantes in fa-
bricandis templis diuino cultui dedicaris, in pau-
peribus alendis, in captiuis redimendis, & in aliis
huiuſmodi operibus piis & ſanctis diuitias ſuas
1.Eſd.2. expendũt. Nobiles Iſraelitarum à Babylonica ca-
ptiuitate redeuntes opes ſuas ad templum domini
Tob. 1. ædificandum obtulerunt. Et Tobias alebat eſu-
& 2. rientes, & nudis veſtimenta præbebat. Et Magi
Mat. 2. Orientales apertis theſauris ſuis obtulerũt domi-
no aurum, thus, & myrrham. Amedeus Sabaudius
nepos ex parte patris Amedei ducis Sabaudiæ, &
ex parte matris Iani Cypri regis ex Anna filia ne-
pos à quibuſdam oratoribus, qui cũ eo ſermones
conferebant, interrogatus haberet ne canes vena-
ticos, oſtendit eis mendicorum multitudinem ſi-
mul diſcumbentium, vt refert libro tertio geogra-
phiæ Raphael Volaterranus. Atque hi ſunt, inquit
canes mei quos alo quotidie: quibus cœleſtem glo
riam me ſpero venaturum. Magnifica verò vox, &
Chriſtiano principe digna. Eleemoſyna, inquit Au
guſtinus, emundat peccata, & ipſa interpellat pro
nobis ad dominũ. Et, vt ait Hieronymus, pars ſa-
crilegij eſt rem pauperum nõ dare pauperibus. Id,
quod inter pauperes diſtribuis, non amittis, nã vt
Prou.19 ait in prouerbiis Salomon, fœneratur domino, qui
miſeretur pauperis. Nos qui paupertatem & mo-
Matt.8. naſticam religionẽ profeſſi ſumus, eum ſequamur
qui ait: Vulpes foueas habent, & volucres cœli ni-
dos, filius autem virginis non habet, vbi caput ſuũ
reclinet. Qui virtute præditi ſunt, ſoli ſunt diuites.
Eas igitur opes quæramus, quas nec caſus poſſit
eripere, nec inuidia labefactare, nec vetuſtas vlla
cõſumere. Mundi opes pro nihilo putemus, & ita
veras opes cõparabimus. Nam, vt ait Chryſoſto-
mus, Si vis eſſe diues, contemne diuitias. Et Sene-
ca. Breuiſſima, inquit ad diuitias per contemptũ di
uitiarũ via eſt. Quid poteſt eſſe dimiſſius, quid ab-
iectius, quàm amare diuitias? Contrà verò quid
magnificentius, quid illuſtrius, quàm eas contem-
nere, ſi non habeas, ſi habeas inter pauperes diſtri-
buere, eáſque propter Chriſtum ad beneficentiam
& liberalitatẽ cõferre? Hæc ſunt magna & immor-
talia, digna profectò, quæ vigeant memoria omniũ
ſeculorũ, quæ ipſa poſteritas ſemper intueatur. Si
Hebræi diuitias ſuas ſanctè & prudẽter diſtribuiſ-
ſent, nõ eſſent ob illas grauiter puniti. At fuerũt à
Babyloniis obſeſſi, & ad extremum capti, cæſi, &
in ſeruitutẽ acerbiſſimam adducti, quia, vt hîc ait
Deus per ſuũ diuinum vatem, ornamentum mo-
nilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt, & imagi-
nes abominationum & idolorum fecerũt ex auro.
Idola appellat imagines abominationum; eſt enim
in diuinis literis vſitatum idolum abominationẽ
appellari: vt 4. Regũ: Melchom abominationi filio *4. Reg.*
tum Ammon. Erat enim Melchom idolum Am- *23.*
monitarũ. Et ſecundo Paralipomenõ: Abſtulit Io- *2. Para.*
ſias cunctas abominationes de vniuerſis regioni- *34.*
bus filiorũ Iſrael. Hoc eſt omnes ſtatuas idolorũ.
Vnde illud apud euangeliſtas: Cùm videritis abo- *Mar.13.*
minationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele *Mat.24*
propheta, ſtantem in loco ſancto, vbi per abomi-
nationẽ intelligunt nonnulli ſtatuam Adriani in
dei templo collocatam: quam infideles adorabant.

Et violabunt arcanum meum. Babylonij Hieroſo-
lymam expugnantes violabũt locum templi abſ-
conditum & ſecretum, hoc eſt ſancta ſanctorum,
quò nullus laicus ingreditur.

Et intrabunt in illud emiſſarij. Hoc eſt ſagittarij,
ſanctum ſanctorũ ingredientur, & contaminabunt.
Vel emiſſarij, hoc eſt exploratores, qui ante exerci
tum mittuntur ad explorandum, vel ad laceſſendũ
ad prælium. Emiſſarij etiam dicuntur calumnia-
tores ab amicis ſubornati. Aſconius Pędianus ait
eos eſſe, qui emittuntur, vt res furto opportunas
explorẽt. Vnde Pagninus pro emiſſariis, vertit di-
ruentes. Itaque ſunt homines cõſcientia ſcelerum
profligati, abſque pudore, latrocinia exercẽtes. Hi
templũ dei violarũt: Deplorauit hoc Ieremias di- *Thre. 1.*
cens in prima lamentatione: Vidit Ieruſalẽ gentes
ingreſſas ſanctuariũ ſuum, de quibus præceperas
ne intrarent in eccleſiam tuã. Id dolorem augebat
acerbiſſimum prophetæ ſancto, videre templum
ſanctum contaminari, & in eo ab infidelibus Deo
vero iniurias inferri, & contumelias intolerandas
conflari. Nihil enim vir pius magis expetebat, ni-
hil erat illi magis in optatis, quàm eſſe omnibus
perſuaſum de bonitate, & potentia, & iuſtitia dei.
Sed ingraueſcente rerum aduerſarum mole debi-
litabatur diuinus vates, & videns iniurias in Deũ
iactas ab iis, qui eius numẽ irridebant, percipiebat
luctus, remque indigniſſimam lamentabatur.

Fac concluſionem. Hoc eſt, annuntia ſummam ca-
lamitatum imminentium. Conclude, & in quadã
ſumma, in epitome quadam prædic Iudæis omnia
mala, quæ perpeſſuri ſunt. Poteris per concluſionẽ
catenam intelligere, vt ſit ſenſus: Fac catenam
quandam, quam oſtendes Iudæis, vt hoc ſigno in-
telligant ſe eſſe in vincula coniiciendos. Accipi-
tur concluſio pro catena ſeu carcere, & concluſus
pro coniecto in vincula: vt apud Eſaiam: Vt e- *Eſa.25.*
duceres de cõcluſione vinctum. Et primo Macha-
bæorum:

1. Mac. 5 bæorum: Conclusi sunt ab eo in turribus. Et pri-
1. Pet. 3. ma epiſtola Petri: Hi, qui in carcere concluſi. Et aliis in locis, Hanc interpretationem ſequuntur Pagninus & Brixianus, qui verterunt: Fac catenam.

Iudicio ſanguinum. Id eſt, iudicio mortis. Aequũ eſt, vt Iudæi, qui ſanctorum vatum ſanguinem fuderũt, ſanguinem ſuum fundant, & crudeliter oc-
4. Reg. 21. cidantur. Eſt enim literis mandatum fuiſſe Iudæã plenam ſanguine prophetarum, præſertim regnã-
4. Reg. 21. te Manaſſe.

Mat. 23. *Superbiam potentium.* Hoc eſt, Sedechiæ, & magnatum Hieroſolymæ.

Et poſſidebunt ſanctuaria eorum. Id eſt, & Chaldæi poſſidebunt templum Hieroſolymæ. Vtitur plurali, quia templum erat in tres partes diuiſum, atrium, templum, & ſancta ſanctorum.

Auditus ſuper auditũ. Crebri rumores ſpargentur de aduentu Chaldæorum. Omnia erunt plena rumoribus, clamoribus, & calamitatibus.

Quærent viſionem de propheta, & lex peribit à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus. In ſummo periculo cõſtituti confugient ad diuinos vates, quos ſæpe cõtempſerunt, vt ab eis quærant vaticinia: ſed omnia
Ier. 39. inuenient aduerſus ſe. Lege caput. 39. Ieremiæ, vbi hoc apertè videbis, Confugiebant etiam Iudæi ad ſacerdotes & ſeniores, at ſacerdotes erant immemores legis, & ſeniores conſilio deſtituti. Itaque nullam miſeri Iudæi inueniebant conſolationem. Opprimebãtur, & dolori nequaquam reſiſtere valebant. Neſciebant quò ſe verterent, vbi cõquieſcerent, quẽ implorarent: neminem habebãt, cuius in ſermone & conſilio curas ſuas, doloréſque deponerent: nã nec in prophetis, nec in ſacerdotibus nec in ſenibus oblectationẽ aliquam inueniebant. Ea illos ſolaria deficiebãt, quæ cæteris, quorum ſibi exempla proponebant, non defuerunt. Vide quàm periculoſum ſit, quàm malum, quàm calamitoſum Deũ relinquere, & in hominibus duntaxat fiduciam locare. Si hi vero corde confugerent ad Deum, ſi ad illum extollerent animum, & intẽderent mentis aciem, ſi ſpem ſuam haberẽt in eius clementia defixam, ille eos non deſtitueret, nec ſineret in tot calamitatibus abſque patientia verſari. Illud eſt hoc loco aduertendũ, pro inſigni malo, & certo vaſtitatis argumento poni hîc ab Ezechiele eſſe ſacerdotes legis oblitos, & ſenes abſque conſilio. At hodie multi ſunt ſacerdotes non ſolùm legis obliti, ſed penitus ignorantes: & multi ſenes iuuenilibus leuitatibus dediti, & perditorũ adoleſcentiũ vitiis implicati. O rem indignam auditu, ſed dignã ploratu. Peribit, inquit, lex à ſacerdote, & conſiliũ à ſenioribus. Hebraiſmus eſt, quo v-
Ier. 18. titur etiam Ieremias capite 18. dicens. Non peribit
Iere. 49. lex à ſacerdote, nec cõſilium à ſapiente, nec ſermo à propheta. Et capite 49. Periit cõſiliũ à filiis, inutilis facta eſt ſapientia eorũ. Eſaias capite 29. Peribit
Eſai. 29. ſapientia à ſapientibus. Amos 2. Peribit fuga à ve-
Amos 2. loce. Et pſalmographus. Periit fuga à me, & nõ eſt,
Pſa. 142 qui requirat animã meam. Acſi diceret: Præcluſum eſt mihi refugium, non habeo quò confugiam, nec eſt, qui ſtudeat eripere vitam meam. Itaque perire aliquid ab homine, idiomate linguæ Hebrææ eſt, eſſe hominem re illa deſtitutum. Tunc perire dicitur lex à ſacerdote, cùm ſacerdos caret legis ſcientia, & conſilium à ſenioribus, cùm qui ſunt ætate progreſſi, & maturitate ſenectutis prouecti, qui alios conſilio inſtruere deberent, ſunt ab omni prudentia & conſilio alienati. Apex ſenectutis eſt conſilium: & quemadmodum vani, & amentes ſenes, conſilio deſtituti, contemnuntur, ita magnifiunt, & admiratione quadam afficiuntur, qui anteire cæteros conſilio & ſapientia putantur.

Rex lugebit. Intelligit Sedechiam.

Secundum viam eorum. Id eſt, iuxta id, quòd corũ ſcelera merentur. Hunc hebraiſmum explanauimus in principio capitis.

Secundum iudicium eorum iudicabo eos. Ita Chriſtus apud Mathæum: Quo iudicio iudicaueritis, iudi- Mat. 7.
cabimini. Et Iacobus Apoſtolus: Iudicium ſine mi Iaco. 2.
ſericordia ei, qui non fecerit miſericordiam. Non quòd ibi nulla ſit dei miſericordia, ſed quòd in tali iudicio euidentiùs reluceat iuſtitia, quàm miſericordia.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. VII.

Venit contritio ſuper te. Pro contritione eſt in Hebræo צפירה tſephirah, à verbo צפר, quod ſignificat ſurgere, & gyrare. Hic tſephirah coronã ſignificat, quòd in altum ſurgat, & caput cingat, & circum voluat. Eſa. 28. Erit dominus exercituũ coro
na gloriæ, & ſertum exultationis. Pro ſerto eſt in Eſa. 28.
Hebraico hæc noſtra dictio tſephirah, ſertum autem idem eſt, quod corona. Eam ob cauſam poterat hic Ezechielis locus ita verti: Venit corona ſuper te. Hoc eſt, Nabuchodonoſor Babyloniorum rex, corona regia redimitus: venit contra te regnum Caldææ. Huic expoſitioni fauet paraphraſis chaldaica ita habens: Reuelatum eſt aduerſos te regnum. In diuinis literis poteſtas appellatur regnum, ſceptrum, virga, baculus, & clauis. Poteſt accipi corona pro obſidione: ſignificat enim corona hominum circunſtantium conuentum, vt apud Ciceronem pro Milone: Non enim corona veſter conſeſſus cinctus eſt, vt ſolebat. Erit igitur ſenſus: Tota eris ô Hieroſolyma obſeſſa in orbem, & veluti corona quadam circundata: cinget te vndique Babylonicus exercitus. Pagninus habet: Venit ſententia tibi: & ita nonnulli ex Hebræorum commentariis vertendum dicunt: vt ſit ſenſus: Venit ſuper te ſententia dei, & non tardabit. Eris breui oppugnata, & iuſto dei iudicio euerſa. Septuaginta pro contritione habent πλοκή pro quo Latinus interpres vertit complicationem, & rectè quidem, vt ſit ſenſus: Veniet tibi omnium malorum nexus & complicatio. Sed quoniam vocabulum hoc Græcum auulſionem etiam ſignificat, poterat ex Græco etiam conuerti: Venit ſuper te auulſio: Acſi diceret: Eris deleta, & radicitus auulſa. Textus, cui diuus Hieronymus adiecit comentaria, habet. Venit contractio ſuper te. Et in nonnullis codicibus correctis editionis communis pro contritione eſt ad marginem contractio. Eſt autem contractio quidam doloris affectus, vt apud Marcum Tullium Tuſculana quarta: Eodem in vitio eſt effuſio animi in lætitia, quo in dolore contractio. At verſio communis Complutenſis habet

cum

cum communi antiqua contritione, & rectiſſimè abſque dubio: eſt enim hoc loco contritio afflictio magna, & intoleranda calamitatis anguſtia. Si diligenter perpédas, videbis omnes has verſiones à me recitatas cum noſtra communi coincidere: ea enim eſt aliis præſtantior, & tutior. Quare illa eſt ſemper tenenda, & colenda, & meritò amplexanda.

Et non gloria montium. In Hebraico eſt ולאהד הרים velo hed harim. Difficultas eſt in dictione hed, quę celeuſma ſignificat, hoc eſt, clamorem nautarum, & calcantiũ vuas, aut aliorũ, cùm vno aliquid iubẽte omnes vniformiter reſpondent. Et tunc erit ſenſus: Propè eſt dies euerſionis Hieroſolymę, vbi erit ſummus clamor, nõ vt celeuſma montiũ: non erit ſimilis clamori calcantium vuas in mõtibus Hieroſolymæ vinearũ plenis, ſed multò maior, & horribilior. Vel ſic: In montibus non erit celeuſma, nõ erit cantus lætitiæ, ſed triſtis & queribundus, qui terram & aerem implebit, & omnia occupabit.

Iere. 48 Eodem modo Ieremias Moabitarum excidium prædicens aiebat: Ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo, & de terra Moab: & vinum de torcularibus ſuſtuli: nequaquã calcator vuæ ſolitum celeuſma cantabit. De clamore Eſebon vſque Eleale & Iaſa dederunt vocem ſuam. Et quoniã cantus ille celeuſma vocatus lætitiã & gloriã deſignabat, capitur etiã pro gloria. Vnde noſter interpres vertit: Et non gloriæ montium. Et ita habet etiã trãſlatio Theodotionis, quem ſequitur R. Ionah doctus inter Hebræos. Quorũ verborũ ſenſum in explanatione oſtendimus. Pagninus habet: Et non echo montium, vt ſit ſenſus: Inſtat verus clamor, non autem fictus, qualis eſt, qui editur repercuſſu concaui loci, quando clamante aliquo inter montes reparabilis aſſonat vocis reciprocatio. Id volẽs Brixianus apertiùs ſignificare, vertit: Et non voces montium.

Violabunt arcanũ meum. Septuaginta habẽt, viſitationẽ meam: hoc eſt ſancta ſanctorum, vbi Deus ſuos viſitabat, ibi eos exaudiens, illiſq; reſpondẽs. Pagninus transfert: Violabunt adytum meum. In Hebraico eſt צפוני tſephuni, à verbo tſaphar, quod ſignificat abſcondere. Vt ſit ſenſus: Violabunt locũ

Pſal. 82. meum abſconditum. In pſalmo, vbi nos habemus: Cogitauerũt aduerſus ſanctos tuos, eſt in Hebraico, aduerſus abſconditos tuos, eſt enim ibi dictio tſephuneca, ab hoc verbo thſaphar. Et rectè profectò ſeptuaginta interpretes ſanctos verterũt. Sãcti enim dicũtur viri iuſti, quos Deus abſcõdit, & cuſtodit, vt ſub eius alis deliteſcant, & protegantur.

Pſa. 26. Vnde alio in pſalmo aiebat regius pſaltes: Abſcõdit me in tabernaculo ſuo in die malorum, protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. Et illud eiuſ-

Pſal. 9. dem diuini vatis: Oculi eius in pauperẽ reſpiciũt; poteſt etiam transferri. Oculi eius in paupere abſconduntur. Eſt enim idem verbum in Hebræo. Oculi Dei accipiuntur pro gratia & diuino fauore. Et tunc eſt ſenſus: Fauet Deus humili ſeipſum abiicięti, & pro nihilo putãti: at hoc fauoris genus abſconditũ eſt hominibus exteriora tantùm intuẽtibus. Imò aliquando viri pij à Deo negligi & derelinqui exiſtimantur, cùm eos Deus maxima beneuolentia proſequatur. Sed homines ſtulti, veræque pietatis expertes eos ſolùm putant protegi à Deo, quos vident nominis celebritatem conſequi, atque opibus, mundique honoribus abundare.

Anguſtia veniente. Aquila habet: Calamitas adeſt. Septuaginta: Propitiatio venit. Moleſtias & ærumnas vocat propitiationẽ. Miſeretur deus eorũ, quos premit calamitatibus, illiſq; ſe oſtẽdit propitium. Contrà verò aduerſus eos ſe maximè oſtendit iratũ, quibus non iraſcitur. Ideo per hunc eundẽ prophetam volens oſtendere eſſe ſe aduerſus Hieroſolymam magnopere iratum, ait: Auferetur zelus

meus à te, & quieſcam, nec iraſcar amplius. Aſpice Infr. 16.

afflictionis vtilitatẽ: Vt equi ferocitate exultantes Similitudo ſolent fræni duritia domari, ita effrenatę cupiditates & indomitæ appetitiones fręno calamitatis cohibẽtur, & tanquam in gyrũ rationis contrahũtur.

Argumentum Cap. VIII.

Deſcribit quemadmodum ſibi apparuerit Dei ſimilitudo, eúmque ſpiritu adduxerit Hieroſolymam, vbi Iudæorum flagitia conſpexit, qui numine ſanctiſſimo contempto & relicto, vana gentium idola colebant, atque in ſcelere & ignominia verſabantur.

CAPVT VIII.

ET factum eſt in anno ſexto, in ſexto menſe, in quinto menſis. Ego ſedębam in domo mea, & ſenes Iuda ſedebant coram me. Et cecidit ſuper me ibi manus domini Dei. Et vidi, & ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis: ab aſpectu lumborum eius & deorſum ignis, & à lumbis eius & ſurſum quaſi aſpe- Dan. 15.

ctus ſplendoris, vt viſio electri. Et emiſſa ſimilitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me ſpiritus inter cœlum & terram. Et adduxit me in Ieruſalẽ, in viſione Dei iuxta oſtium interius, quod reſpiciebat ad Aquilonem, vbi erat ſtatutum idolum zeli ad prouocãdam æmulationem. Et ecce ibi gloria Dei Iſrael, ſecundum viſionem quam videram in campo.

EXPLANATIO.

Et factum eſt. Dixerat ſuperioribus capitibus propheta euertendam eſſe Hieroſolymam ob eius ſcelera, nũc explicat particularem quandam huius euerſionis cauſam, quæ erat idolorũ cultus. Oſtendens autẽ quo tempore ea viderit quæ huic capiti mandauit, ait fuiſſe anno ſexto, nimirũ à transmigratione Ioacim regis Iuda, menſe ſexto, qui erat Auguſtus, vt primo capite explicuimus: & die

quinta menſis. Ex quo perſpicuum eſt fuiſſe hanc Sup. 1.

viſionem anno integro cum duobus mẽſibus poſt eam, quæ fuit primo capiti mandata: nam illa fuit anno quinto transmigrationis, mẽſe quarto, quinta die menſis, vt ibi licet videre: hæc autem anno ſexto, menſe ſexto, die quinta menſis.

Sedebam in domo mea. Sedere accipitur aliquãdo

pro principatum tenere, vt in Exodo: A primo- Exo. 11.

genito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam.

Hoc

Hoc eſt, à primogenito regis, qui inter alios erat præcipuus, & maiorem dignitatem & potentiam obtinebat. Aliquando idem eſt quod verſari, &
Pſa. 15. familiariter vti, vt in pſalmo: Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo: odiui eccleſiam malignãtium, & cum impiis non ſedebo. Et ita intelligi poteſt id quod dicitur primo pſalmo. Et in cathedra peſtilentiæ nõ ſedit. Acſi diceret: Et hominum peſtilentium cõſuetudinem declinauit. At hoc loco Ezechielis ſedere idem eſt, quod manere, & immorari, quemad-
Deut. 1. modum in Deuteronomio: Sediſtis in Cades Barne multo tempore.

Et ſenes Iuda ſedebant coram me. Venerant enim, vt cum eo conferrent ſermones eumque de ſtatu Hieroſolymæ interrogarent. Vel fortaſſe vt illi pararent inſidias. Ezechiel fugiebat hominum frequentiam & conſuetudinem, ſeque in ſolitudinẽ recipiebat: at nefarij homines eum ibi quærebant, vt illi, qui eis veritatem nuntiabat, perniciem molirentur.

Et cecidit ſuper me ibi manus domini. Manus domini accipitur pro diuina conſolatione & Dei auxilio, vt apud hunc eundem prophetã capite tertio:
Sup. 3. Manus domini erat mecũ confortans me: & apud
Eſa 8. Eſaiam: In manu forti erudiuit me. Aliquando pro
Pſa. 143 opere, vt in pſalmo: Qui docet manus meas ad
Eccl. 4. prœliũ. Et in Eccleſiaſte: Stultus complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas. Manus complicare eſt illas ad opera non extendere, ſed turpi otio ſe tradere, carnes autem ſuas comedere eſt carnis operibus oblectari, & carnis prudentiam ſequi, quã di-
Rom. 8. uus Paulus montẽ appellat, quod aduerſus Deum, qui vita eſt, feratur: nã ſubdit ſtatim: Sapientia carnis inimica eſt deo, vel, vt poteſt etiã verti ex Græco inimicitia eſt aduerſum Deum. Qui non vult operã dare virtuti, manus hoc eſt, opera claudit, & contrahit, & carnibus ſuis paſcitur & oblectatur. Vbi vides manum capi pro opere. Ita capite pri-
Hagge. 1. mo Haggæi prophetæ: Factum eſt verbũ domini in manu Haggæi prophetæ: Hoc eſt locutus eſt dominus Haggæo, qui talia geſſit opera, vt illũ Deus alloqueretur. Aliquando pro officio, vt in prouer-
Prou. 17 biis: Mors & vita in manibus linguæ. Aliquando
Ioſue 9. pro poteſtate, vt apud Ioſue: Et nunc ecce nos in manu tua. Aliquando pro flagello & percuſſione,
Eſai. 1. vt apud Eſaiam: Conuertam manum meam ad te.
Pſal. 20. Et in pſalmo: Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat eos, qui te oderũt.
Iob. 19. Et Iob: Manus domini tetigit me. Aliquando pro ſpiritu prophetiæ, vt apud hunc eũdem Ezechie-
Infr. 37. lem: Fuit ſuper me manus domini. Et hoc in loco: Et cecidit ſuper me ibi manus domini. Hoc eſt fui diuino lumine illuſtratus, & raptus: & ſplẽdore interiore ſpiritus prophetici repletus. Eam ob cauſam Pagninus pro manu domini vertit ſpiritum prophetiæ. Qua de re ea poteris videre, quæ in prima annotatione primi capitis literis mandauimus, hunc Hebraiſmum explicantes.

Et vidi. Nimirum viſione imaginaria & intellectuali.

Et ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis. Hoc eſt apparuit mihi ignea quædam hominis ſimilitudo, quæ ſplendebat inſtar ignis ardentis à parte inferiore: ſed à lumbis ad partem ſuperiorem fulgebat inſtar electri. Hæc hominis ſimilitudo ſignificabat Deũ fore hominem. Inferior pars ſignificabat humanitatem, ſuperior diuinitatem per electrum ſignificatam à ſeipſo habens ſplendorem. Sunt in Chriſto duæ naturæ, diuina & humana: & quia vnio verbi incarnati facta eſt in perſona, non autem in natura, credimus & confitemur filium Dei vnigenitũ non eſſe in duas perſonas diuiſum, ſed vnũ & eundẽ eſſe dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, in quo duas naturas cognoſcimus, vnam autem perſonã, vnam hypoſtaſim, vnum ſuppoſitũ. Id, quod ait, diuus Cyrillus diuinã naturam eſſe incarnatam & diuus Gregorius Nazianzenus humanam naturã eſſe deificatam, ita intelligitur, vt ait diuus Ioãnes Damaſcenus, vt natura diuina dicatur incarnata, quia eſt vnita carni perſonaliter, non quòd ſit in naturã carnis conuerſa. Similiter & caro dicitur deificata non per conuerſionem, ſed per vnionem ad verbum ſaluis ſuis proprietatibus naturalibus, vt intelligatur caro deificata, quòd facta ſit dei verbi caro, non quòd facta ſit Deus. Cùm igitur in Chriſto ſint duæ naturæ nempe diuina & humana ſecundũ humanam paſſus, & mortuus eſt, non autem ſecundũ diuinam: Deus enim quatenus Deus immortalis eſt, & impaſſibilis. Eã ob cauſam erat hæc ſimilitudo in parte inferiore igne ſuccenſa, hoc eſt, in humanitate tormẽtis affecta. Quẽadmodũ ſuperiore parte diuinitas intelligitur, ſic inferiore humanitas ſignificatur. Ignis autẽ dolor eſt &
cruciatus, vt apud Iob: Deuorauit eum ignis, qui Iob. 20.
nõ ſuccenditur: ſeu, vt poteſt verti ex Hebræo: Deuorauit eũ ignis nullis follibus excitatus. Acſi dicat: Ignis à quo comburetur, nõ erit fornacis fabri ferrarij, qui follibus ventilatur, ſed fornacis moleſtiarũ & dolorũ, opprimetur enim calamitatibus
incredibilibus. Et in pſalmo. Igne me examinaſti, Pſa. 16.
& nõ eſt inuẽta in me iniquitas, Erat tunc Dauid, ab impio Saule acerbiſſimè vexatus, & maximis calamitatibus preſſus. Et vt aurũ igne exploratur, ita ille igne doloris probatus fuit ærumnarũ facibus
incenſus. Et rurſum: Tranſiuimus per ignem & a- Pſal. 65.
quam, & induxiſti nos in refrigeriũ. Etſi Chriſtus in inferiore parte, hoc eſt quatenus homo, eſſet vulneratus, & acerbiſſimis cruciatibus affectus, nõ tamẽ in ſuperiore, hoc eſt, quatenus Deus, quia
ſic nec mori vnquam potuit, nec pati. Carbuncu- Simili-
lus gemma eſt igniti carbonis ſimilitudinẽ referẽs tudo
eximio ſplendore refulgens, quæ, vt Plinius aſſerit ignem non ſentit. Si gemmam hanc anulo plumbeo incluſam & vnitam in ignem conijcias, videbis plumbum liquefieri, & conſumi, eam autẽ integram manere: ignis enim in plumbum agit, in carbunculum autem agere nõ poteſt. Ita Chriſtus Deus noſter in igne tormentorum cõſtitutus paſſus & mortuus eſt vt homo, non vt Deus: ignis afflictionum & cruciatuum egit in plumbum humanitatis, gemma verò diuinitatis integra permanſit. Eam ob cauſam rectè dicimus fuiſſe Chriſtũ mortuum in infirmitate noſtra, ſemper autem viuentẽ
in virtute ſua. Vt culpas noſtras ſuo ſanguine ex- Phili. 2.
piaret, exinaniuit ſemetipſum, vt verbis vtar diui Pauli, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. At diuinitatis ſplẽdor eclypſim non patitur, fuit enim ſemper Chriſtus æqualis patri ſecundũ diuinitatẽ. Aduerte. Non ait hìc pro-

hic propheta fuiſſe Chriſtum igne combuſtũ, ſed igne inflammatum. Ille enim dicitur igne calamitatum comburi, qui patientiam amittit: at qui iniurias & cruciatus patienter tulerit, qui rerum aduerſarum molem, & acerbas ærumnarũ anguſtias æquo animo ſuſtinuerit, qui fuerit animi magnitudine munitus, rerumque humanarum tolerantia ſeptus, ardere dicitur, non autem comburi. Id ſignificabat rubus ille, in quo deus erat, qui ardebat
Exo.3. ſed non comburebatur: vir enim iuſtus, ab omni contagio impietatis ſeuocatus, cuius anima eſt dei ſedes atq; domicilium, rubus eſt, in quo Deus eſt, quoniam flammis rerum aduerſarum expoſitus & infinitis calamitatibus preſſus, ardet quidem, ſed non conſumitur incendio, cùm nullæ eum poſſint calamitates de gradu dignitatis eiicere, nec à virtute abducere, nec ab incepto honeſtatis curſu retardare. Diuinus ille Paulus in medio flammarum
1.Cor. 4. conſtitutus aiebat: Maledicimur, & benedicimus, perſecutiones patimur, & ſuſtinemus, blaſphemamur, & obſecramus. Et alibi: Quis nos poterit ſe-
Rom. 8. parare à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? &c. Acſi dicat: Nihil horum. Nullus eſt ignis, qui nos poſſit incendio comburere. Hæc eſt ratio cur dominus apparuit igne incenſus, ſed nõ combuſtus. Fortaſſe eam ob cauſam apparuit deus in figura ignis, vt ſuam agilitatem & puritatem oſtenderet: voluit enim ſuam celeritatem, hoc eſt vim omnia penetrantem, & cuncta cœlo, terraque perluſtrantem ſignificare.

Vt viſio electri. Hoc fuit primo capite explicatum, & in explanatione, & in annotatione,

Et emiſſa ſimilitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei. Hoc eſt, ignea illa hominis ſimilitudo porrexit ſimilitudinẽ quandam manus, qua me apprehẽdit per intortos & calamiſtratos crines, & eleuatus ab ſpiritu per aerẽ aſſumptus ſum in tẽplũ Hieroſolymę, nõ corpore, ſed ſpiritu: fuit enim viſio hæc imaginaria. Nomine manus opera ſignificantur, vt paulò antè oſtendimus. Aduerte, Spiritus diuinus eum eleuauit, quem manus apprehendebat: imo manus eum etiam eleuabat. Bona opera ſunt, quæ nos apprehendunt, & rapiunt in cœlum, viamque muniunt ad gloriam immortalem cõſequendam. Eos Deus effert in ſublime, qui virtute præditi ſunt, qui in honeſtatis opera incumbẽtes, animos ſuos à corporis contagio abducentes, & cogitationes à populi temeritate ſeuocantes ſe totos ad Chriſti imitationem contulerũt. Da operam, vt virtus te apprehendat, & trahat ad verã dignitatem: manus enim, hoc eſt, bona opera in gratia facta, decorata ſanguine Chriſti, ex quibus Chriſtiana nobilitas redundat, & effloreſcit, te ad cœleſtẽ patriam, ad mentium beatarum ſedes eleuabunt. Sequere Chriſtũ, adhęre illi, eum amplectere, & amore proſequere ſingulari, & eris etiã viuus à terra eleuatus, & in cœlo mente & cogitatione conſtitutus. Et dices cum Apoſtolo: Conuer-
Phili.3. ſatio noſtra in cœlis eſt. Itaque in terra exiſtens, nõ eris terræ habitator, ſed cœli, cuius omnia tibi contẽplanti præclara & mirabilia videbuntur. Et tũc ſi ad terrã oculos retuleris quibuſdã redimitã & circundatam cingulis, parua tibi videbitur, & inſtar puncti reſpectu cœli: & intelliges planè eſſe humana omnia contemnẽda, cœleſtia autem ſemper ſpectanda. Et mentis acie contemplaberis ſedes illas æternas admirabili ſplendore fu[illegible] vbi ſancti requieſcunt, ad quas illi aſcend[illegible] ſunt operibus præclaris inſignes, in [illegible] fundati charitate conſpicui, diuinar[illegible] templatione præſtantes, qui effigie[illegible] uinæ bonitatis in ſuis moribus & fa[illegible] & præſtantibus ingeniis in vita h[illegible] ſtudia ſectantur. Hos ſuſcipit virtu[illegible] eleuat in cœlum. Cùm Chriſt[illegible] De[illegible] cendit in cœlum, eleuatus eſt, &, vt [illegible] eas in Actis Apoſtolorum, nubes [illegible] oculis diſcipulorum. Vbiq; cre[illegible]tura [illegible] præſtat obſequiũ: aſtra eum ind[illegible]ant na[illegible] obnubunt patientem, recipiunt nubes [illegible] abeuntem: Aſcendit Chriſtus non [illegible]eno [illegible]culo, ſed propria virtute, nã, vt ait in homi[illegible] dam diuus Gregorius, redemptor noſter non cu[illegible]ru, non angelis ſubleuatus legitur, quia qui fe[illegible]cerat omnia, ſuper omnia virtute ſua ferebatur. Fr[illegible] quãuis virtute ſua eleuatus eſt, nubes tame[illegible] eum ſuſcepit, quam aiunt fuiſſe lucidã, ab eximi[illegible] ſplendore diuinæ maieſtatis quaſi procedẽtem. Nos [illegible]ciamus ſplendentes nubes quæ nos erigant in cœlum, quæ exeant à nobis, à corde procedentes. Sint nubes bonorum operum, precationum, ieiunio[illegible] eleemoſynarum, & omnium denique virt[illegible]um. Hæ nubes ſunt manus, quæ nos apprehendent, & in cœlum aſportabunt.

In viſione Dei. Hoc eſt, non corpore, ſed ſpiritu in viſione, quam mihi Deus reuelauit: hæc enim deo illuſtrante mentis oculis aſpexi. Fortaſſe viſionem hanc Dei eſſe dicit, vt eam magnam eſſe oſtendat: ſolet enim diuina ſcriptura quæ magna ſunt, Dei appellare.

Iuxta oſtium interius. Nimirum templi Salomonis. Habebat enim templum illud tria atria. Primũ erat immundorum, habẽs tria oſtia vnum ad Oriẽtem, alterum ad Meridiem, tertium ad aquilonem Secundum atrium erat mundorum, habens ſimiliter alia tria oſtia. Tertium erat ſacerdotũ habens vnũ tantùm ingreſſum, nimirum ad orientem. Loquitur nunc Ezechiel de templo Salomonis, non autem de templo illo, de quo agit capite quadrageſimo vſq; ad finẽ libri. In primo atrio prope ianuam aquilonarẽ erat altare quoddam, vbi erat ſtatua Baal, de qua hic loquitur propheta dicens, eſſe ibi ſtatutum idolum zeli. Appellatur autem idolum zeli, quia Iudæi ob eius cultum iram Dei cõtra ſe prouocabant. Eam ob cauſam ſubditur ſta- Exo.10.
tim: Ad prouocandam æmulationem, hoc eſt indignationem Dei aduerſus eos. Eſt enim Deus zelotes: ita enim ait in Exodo: Ego ſum dominus Exo.34.
deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem pa- Deu.32.
trum in filios, &c. Et iterum, dominus zelotes nomen eius, Deus æmulator. Et in Deuteronomio: Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis. Vbi Thargum habet: Et iraſci fecerunt me propter idola ſua. Pro Pſal.77.
vanitatibus interpretatur idola. Ita in Pſalmo: In 3.Reg.
ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouoca- 16.
uerunt. Seruiſſe autem Hebræos Baal gentium 3.Reg.
idolo, illudque pro Deo coluiſſe, aſſerit diuina ſcri- 18.
ptura multis in locis. 4. Reg

Et ecce ibi gloria Dei Iſrael. Subaudi apparuit mi 10.
hi. Gloria Dei patris eſt Chriſtus, qui in tẽplo ap- Iere.31.
paruit, ibi docuit, & miracula fecit. Oſe 2.

Secundum

Secundum viſionem, quam viderã in campo. De qua
capite primo & tertio diſſeruimus.

Et dixit ad me: Fili hominis leua oculos
tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui oculos
C meos ad viam Aquilonis. Et ecce ab Aquilo
ne portæ altaris idolum zeli in ipſo introitu.
Et dixit ad me: Fili hominis putas ne, vides
tu quid iſti faciunt: abominationes magnas,
quas domus Iſrael facit hic, vt procul recedã
à ſanctuario meo? Et adhuc conuerſus vide-
bis abominationes maiores: Et introduxit
me ad oſtium atrij, & vidi. Et ecce foramen
vnum in pariete. Et dixit ad me, fili hominis
fode parietem, & cum fodiſſem parietem,
apparuit oſtium vnum. Et dixit ad me ingre-
dere, & vide abominationes peſſimas, quas
iſti faciũt hic. Et ingreſſus vidi. Et ecce om-
nis ſimilitudo reptiliũ & animalium abomi-
natio, & vniuerſa idola domus Iſrael depicta
erãt in pariete in circuitu per totum. Et ſep-
tuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael, &
D Iezonias filius Sapham ſtabat in medio corũ
ſtantium ante picturas, & vnuſquiſque habe
bat thuribulum in manu ſua, & vapor nebu-
læ de thure cõſurgebat: Et dixit ad me. Cer-
tè vides fili hominis, quæ ſeniores domus Iſ-
rael faciũt in tenebris, vnuſquiſque in abſcõ
dito cubilis ſui. Dicunt enim, non videt do-
minus nos, dereliquit dominus terram.

Et dixit ad me. Oſtendit Deus Ezechieli Iudæo-
rum abominationes.

Porta altaris. In atrio immundorum extruxerãt
Iudæi altare Baal in porta ſeptentrionali, quæ eam
ob cauſam porta altaris dicebatur.

Idolum zeli. Hoc eſt, Baal. In diuinis literis idolũ
appellatur fornicatio, mendaciũ, vanitas, abomina
tio, Baal. Eſt igitur Baal nomen vniuerſale idolorũ,
etiam ſi aliquando accipiatur pro idolo quodam
ſingulari. Narrat diuus Hieronymus in cõmenta-
riis in Oſeam Ninum filium Beli in Aſia regnaſſe,
& Niniuem vrbem Aſſyriæ condidiſſe, fuiſſeq; tan
tam nominis celebritatem conſecutum, vt patrem
ſuum Belũ referret in deum. Ad id dementiæ per-
ductus eſt, vt vellet filius Dei appellari. Hanc ciui-
tatem Niniuem appellat Ptolomæus Ninũ in Aſſy
riæ deſcriptione, de qua vrbe loquitur Plinius li-
bro 6. Strabo in principio libri 2. Et quoniam hic
Belus ab ſtultis gentibus pro Deo colebatur, & ab
Hebræis appellabatur Bel, ſeu Bal, ideo quodcun-
que idolum nomen hoc ſortitũ eſt. Hæc fuerat an-
teà Beroſi ſentẽtia, qui hunc Ninum dixit regnum
Babylonicum propagaſſe, & templum Belo patri
erexiſſe, vnde dimanauit idololatriæ principiũ. Nec
ſolùm Ninus ſtatuã patri ſuo Belo erexit, ſed etiã
eius vxor Semiramis vaſtas ſtatuas & magnitudine
mirãdas erexit, vt refert libro 4. Diodorus Siculus.

Vt procul recedam à ſanctuario meo. Per ſubtractio
nem gratiæ & fauoris: nam per eſſentiam, præſen-
tiam, & potentiam vbique eſt Deus. Ita Chriſtus
Deus noſter apud Ioãnẽ Apoſtolis loquẽs, ait, Sur
gite, eamus hinc. Acſi diceret: Recedamus ab in- *Ioan. 12.*
grata Hieroſolyma, à terrena ciuitate ab vrbe ſan-
guinum, ad conſtruendam eccleſiam, ad ædifican-
dam ciuitatem ſpiritualem, & congregationem fi-
delium. Exeamus à templo hoc materiali Hieroſo-
lymæ ad verum Dei tẽplum cõſtruendũ, in quo co
latur Deus in ſpiritu & veritate. Egreſſus eſt igitur
Chriſtus ex Iudæorum templo, exiuit lux mundi,
& cæco populo tenebras reliquit & noctem perpe-
tuam. Et fuit impletum id, quod ipſe dixerat Iu- *Mat. 23.*
dæis: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.

Fili hominis fode parietem. Intus erãt animalia de-
picta, quæ illa parte introeuntibus erant propter pa
rietem, qui ſe oculis offerebat, abſcõdita. Præcipit
igitur Deus prophetæ, vt perforet parietem, quò
poſſit imagines idolorum intueri. Per parietẽ quæ
intra domum fiebant occultantem, intelligitur hy
pocriſis prauas cordis intentiones abſcõdens. Per-
foditur autem paries, cùm hypocrita laceſsitur in-
iuriis, & calamitatibus vrgetur, & malleo moleſtia
rum percutitur: nam ſtatim oſtium aperitur, & ap-
parent maledicta, ira, excandeſcentia, impatientia,
intemperantia, & aliæ huiuſmodi abominationes.
Quemadmodum paries totus foris dealbatus non *Simile*
cognoſcitur, ſitue ex lapidibus, an ex luto con-
ſtructus, niſi malleo concutiatur, ſic homo bonis
exterioribus, & pulchris cæremoniis foris ornatus
non facilè iudicatur, ſit necne tolerantia, charitate,
cæteriſq; virtutibus munitus, niſi fuerit malleo cõ
tumeliarũ, ærumnarũ, & tentationũ contuſus. Vn-
de diuus Paulus cuidã, qui ſcelera nefaria volebat
virtutis tegumento cooperire, dixit: Percutiet te *Act. 23.*
Deus paries dealbate. Monetæ, quibus emitur cœ-
lum, longè diuerſæ ſunt ab iis, quibus emitur terra. *Simile*
Intentio ſãcta eſt aurũ illarum, inſignia autẽ ſunt
exteriora opera, veluti orare Deum, eleemoſynas
facere, frequentare tẽpla, & cætera huiuſmodi. Hy
pocritæ cudunt monetas, ſed adulterinas, ſculpũt
inſignia ſcutorum aureorum in orichalco deaura-
to, effigiant inſignia bonorum operum in orichal-
co deprauati propoſiti, & intẽtionis corruptæ. Nul
lus eſt hypocrita, qui non ſit monetarius falſus: pa
ries eſt dealbatus, tegens multa flagitia calce virtu
tum: perfora parietẽ, & apparebit reptilium ſimili-
tudo. Diuus Gregorius libro 26. Moralium expli-
cans hunc locum, ait ita: Parietem fodere, & aſpe-
ris correptionibus duritiam cordis aperire. Et tũc
apparet oſtium, qa cùm cordis duritia aſperis cor-
reptionibus aperitur, quaſi quædam ianua oſten-
ditur, ex qua omnia in eo qui corripitur, cogita-
tionum interiora videantur. Hæc ille.

Apparuit oſtium vnum. Hoc eſt, ex foramine fa-
ctum eſt oſtium quoddam.

Et ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium.
Hæc abominatio ideò erat priore deteſtabilior,
quia erat in loco interiore & ſacratiore tẽpli: nam
ſtatua Baal erat in atrio primo, hæc autem idola in
ſecundo, ulmirum in atrio mundorum, vbi erant
ſenes imaginibus reptiliũ in pariete depictis ſacri-
ficantes. Ad id amentiæ & cæcitatis deuenerant
Hebræi, vt omnia gentiũ idola colerẽt, &, vt ait E-
ſaias, talpas & veſpertiliones adorarent. Quid erãt *Eſai. 2.*
cæci homines niſi cæca animalia culturi? Per Amos
prophetam ait illis in hunc modum Deus. Porta- *Amos 5.*
ſtis tabernaculum Moloch, & imaginẽ idolorũ ve-

ſtrorũ,ſydus Dei veſtri Rẽpham,figuras,quas feciſtis vobis,adorare eas. Et in libro Sapientiæ oſtendit Deus magnam hominũ in idolorũ cultura cæcitatem. Vnde in epiſtola ad Romanos ita ait Apoſtolus: Mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis incorruptibilis hominis, & volucrũ,& quadrupedũ,& ſerpentiũ. Atſi in cordis noſtri domicilium fuerimus ingreſſi,eáſdẽ abominationes mentis oculis aſpiciemus. Penetremus cõſcientias noſtras,& in cubilibus earũ imagines idolorũ propè infinitas intuebimur. Ea enim,quę Deo cõtempto colimus, in quibus felicitatẽ conſtituimus,idola ſunt,quibus ſacrificamus. Quidã vanitatem colunt,quidã aurũ,qui dam voluptatẽ, quidã omnia hæc,& alia innumera. Qui viris bonis detrahunt, eorúmq; famam lacerare contendunt,inuenient canes latrantes, & mordẽtes. Qui ſe corporis illecebris dediderunt,earúmq; ſe quaſi miniſtros præbuerunt, atque Dei,hominúmq; iura violarunt,inuenient ſues iacentes in volutabro. Qui leuitate & iactatione ducũtur,& rumuſculos aucupantur,inuenient pauones oblectantes ſeipſos pennarum in orbem conſtitutarum pulchritudine, & chamæleontes ſeipſos aëre paſcentes. Qui crudelitate gloriantur,inuenient leones: qui pecuniæ ſunt cupidi, & auaritiæ ſerui, inuenient rubetas,& talpas in terra defoſſas,non audentes ſe terra ſatiare:loquaces inuenient ranas, inuidi viperas,raptores lupos:& ita de cæteris. Vide hominũ miſerias & ærumnas. Qui deberent non ſolùm ſe ab omni flagitio abducere,ſed etiam omnem animi cogitationem integram caſtámque ſeruare ſe vitiis coinquinant,& contaminant, & turbulẽtis ac concitatis animi permotionibus agitantur, & violento quodam œſtro impetu vitiorum rapiuntur,& nunquàm ſatiantur. Vt mare quamuis in ſe incurrentium fluminum multitudinem excipiat, nunquam tamen redundat, ſic flagitioſi homines nunquam vitiis ſatiantur,ſed quorundam ſcelerũ ſtimulis ad alia deteſtabiliora excitantur: ita vt abyſſus abyſſum inuocet, quoniam vanis falſorum bonorũ ſimulacris deluſi,vera & ſolida bona contemnunt,& pro nihilo ducũt: ſceleribus autem & maleficiis ſe paſcunt,licèt ſe illis præ deſiderio ſatiare non poſſint. Hi ſi penetralia cordis ſui intrauerint,omnem ſimilitudinẽ reptiliũ intuebuntur.

Sap. 13. & 14. et 15. *Rom. 1.* *Similitudo* *Pſal. 41.*

Et ſeptuaginta viri. Hi fuerunt conſtituti ad legẽ Dei docendum:& ipſi aduerſus eam gentium idola colebant. Si hoc faciebant ſenes, quid facerent iuuenes? ſi in id impietatis incidebant,qui incumbebant in ſtudium diuinarum literarum,quid exiſtimas illos facturos fuiſſe,qui legem ignorabant? Moyſes ex conſortio ſermonis Dei fuit in facie mirabiliter illuſtratus,& nunc etiam lumine admirabili illuſtrantur,qui Dei verba, eiúſq; legem ſtudio intelligendi,benéque operandi legunt, & in eius meditatione dies atque noctes cõſumunt: vt animo percipiant Dei voluntatem,ad illam obſeruandam,& quas pœnas flagitioſi luant, quæ præmia viri iuſti conſequantur. Sed hoc debet eſſe in monte cum Moyſe,in virtutum altitudine,non in perfidiæ vitiorumque vallis profunditate. Hi ſenes Dei legem legebant,ſed quia erant in ima terra,in ſcelerum valle conſtituti, nullam inde vtilitatem reportabant.

Exo. 34.

Et Iezonias. Hic eos excitabat ad ſimulacrorum cultum,erátque princeps impiorum. Ideo appellatur filius Saphan: Saphan enim iudicium ſonat & damnationem. Non ſolùm peccabat, ſed aliis ad peccandum perſuadebat. Currus erat dęmonis quo multi vehebantur in infernum. Vide cæcorum hominum impietatem: in templo Dei non Deũ,ſed dæmones colebãt. O cæcitatẽ deplorãdã

Et vnuſquiſque habebat thuribulum in manu ſua. Nimirum ad ſacrificandũ picturis quas colebant.

Dicunt enim: non videt Dominus nos. Ad id amentię & cæcitatis perducti ſunt Iudæi illi, vt diuinam negarent prouidentiam. Audierant quidem,Deũ cœlum & terram,& reliqua omnia, quæ ampliſſimo cœli complexu coërcentur, creauiſſe, omnia aſpicere & gubernare,& non ſolùm hominum actus,ſed etiam eorum cogitationes intelligere:& tamen tantis ſe vitiis contaminauerant,in tam tetra flagitia inciderant, tam obſcuris ſcelerum tenebris intellectum operuerant, vt quæ de Deo à diuinis vatibus,aliíſque viris virtute inſignibus, ſapientia conſpicuis,& ſanctimonia præſtantibus audierant,& in ſcriptura diuina legerant, nõ curarent,quin potius ea penitus ex animo delerent. Verſabantur in erroribus intolerabilibus, &, vt eſt in libro ſapientiæ literis mandatum, excæcauit eos malitia eorum. Et,vt verbis vtar diui Pauli: obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Inde euenit,vt vitæ ratio & ordo peruerteretur,eſſéntque illi omnia plena confuſione. Id quidem eſt, quod ait regius vates: Neſcierunt,nec intellexerunt, in tenebris ambulant,mouebuntur omnia fundamẽta terræ. Gentes abſque fide,lumine naturali illuſtratæ aſſeruerunt Deum omnia videre. Ideò hieroglyphci volentes ſignificare Deum, pingebant ſceptrum rectũ & erectum,cum oculo ſupra omnia circunſpiciente: innuentes,vt ait diuus Cyrillus libro aduerſus Iulianum nono, Deum eſſe iuſtum & rectum,& omnia videntem, illiúſque nutu & poteſtate mundum gubernari. Per baculum rectum intelligebant regiam dignitatem, & rectam iuſtitiam, nullóque modo poſſe diuinam naturam labefactari: per oculum verò diuinam prouidentiam. Imò Deus appellatur Grecè theos, à verbo theaome,qđ eſt videre, & ſpectare, quaſi omnia perſpiciens: quò fit,vt thea ſignificet viſionem. Homines à veri Dei cultu alienati hoc ſciebant, Iudæi verò diuinæ legis lacte nutriti illud ignorabant. Aſpice Iudæorum cæcitatẽ. Colebant idola vana & inſenſibilia,& exiſtimabant hos falſos & commentitios deos omnia videre,Deum autem verum,mundi conditorem non videre. Quæ poterat maior inſania excogitari? Hæc fuit falſa & impia ſtultorum illorum opinio,quos in hunc modum Iob inducit loquentes: Deus noſtra non conſiderat,& circa cardines cœli perambulat: Hi aiebãt apud pſalmographum: Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Homines nefarij, & errorum tenebris circunfuſi, videntes viros iuſtos, & pietate Chriſtiana præcellentes variis agitari caſibus,aliquando,& in acerbis calamitatum anguſtiis verſari,& magnis cruciatibus interdũ torqueri,contrà verò homines impuros,omniúmque ſcelerum maculis coinquinatos opibus circunfluere,dignitatibus extolli, rebus deniq; ſecũdis abũdare,negant etiã nunc prouidentiam diuinã: non intelligentes miſeri homines eſſe aliam vitam, vbi iuſti

Sap. 2. *Rom. 1.* *Pſal. 81.* *Iob. 22.* *Pſal. 41*

iuſti diuinis bonis cumulantur, impij autem torquentur, eſſéque ſempiternas pœnas illas, quæ eorum ſcelera ſequuntur.

Dereliquit dominus terram. Hoc eſt, non curat mortalia.

Et dixit ad me. Adhuc conuerſus videbis abominationes maiores, quas iſti faciunt. Et introduxit me per oſtiũ portæ domus domini, quæ reſpiciebat ad Aquilonẽ. Et ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem. Et dixit ad me, Certè vidiſti fili hominis. Adhuc cõuerſus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus domini interius. Et ecce in oſtio tẽpli domini inter veſtibulũ & altare quaſi vigintiquinque viri dorſa habentes contra templum domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum ſolis. Et dixit ad me. Certè vidiſti fili hominis. Nunquid leue eſt hoc domui Iuda, vt facerẽt abominationes iſtas, quas fecerũt hic, quia replentes terram iniquitate conuerſi ſunt ad irritandum me? Ecce applicant ramum ad nares ſuas. Ergo & ego faciam in furore, non parcet oculus meus, nec miſerebor, & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

Adhuc conuerſus videbis abominationes maiores. Maiores dicuntur præcedentibus, quia erant in porta atrij ſacerdotũ, quæ appellabatur porta domus domini: & quò interiùs fiebant, eò maiores vocabantur. Vel ideò maiores dicuntur, quia in præcedente abominatione homines ſtabant, hîc autem mulieres ſedebant: per ſeſſionẽ autẽ conſuetudo intelligitur. Illud autẽ eſt abſque dubio perſpicuum in malis peiorem eſſe habitum, quã actum. Magnum malum etiam in paruis eſt cõſuetudo. Cùm Plato, vt narrat in eius vita Laertius, quendam increparet, ille autem parua ea eſſe aſſereret, quæ admittebat, dixit Plato: Nõ eſt res parua conſuetudo. Vt enim qui febre laborat lẽta illa quidẽ, ſed ethica & aſſidua, ſi fortè ob aliquam intẽperantiã incidit in febrem quandam acutã & perurgentẽ, facilè eam expellit, & quacunq; medicina curatur, manente tamen ſemper ethica febre: ſic actus quidã vitioſus citò curatur, cõſuetudo autem peccandi difficillimè. Poteris per ſeſſionem hanc turpe otiũ intelligere, fontem libidinis, & fomẽtum multorum malorum. Huic expoſitioni fauet id, quod ſequitur. Simile

Et ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem. Adonis, vt aiunt, fuit filius Cinyræ Cypriorum regis, quem ob eximiam pulchritudinẽ Venus fuit incredibili amore proſecuta. Et cùm eum haberet in delitiis, fuit ille ab apro percuſſus, & interfectus, quã ob cauſam illa ſe dedit lachrymis & lamẽtis. Hãc fabulã tangit Theocritus, & Ouidius, & multi alij. Tanta autem fuit Hebrææ gẽtis ſtultitia, vt mulieres huius Adonidis Amaſij Veneris ſtatuam in templo conſtitutam colerẽt, eiúſque interitum in Veneris honorem lachrymis proſequerentur. Macrobius exiſtimauit Adonidem eſſe Solem: at ferè omnes eum Veneris amicum eſſe fatentur. R. Salomon ait idolum hoc fuiſſe concauum: & quia artificio quodam videbatur plorare, ideò à mulieribus plorantibus colebatur. R. Moyſes Aegyptius ait fuiſſe quendam maximum idolorum cultorem, qui cùm eſſet interfectus, triſte ſui deſiderium reliquit. Et quoniam gentes à fide alienatæ exiſtimabant idola cædem eius deploraſſe, ideo eum plorantes venerabantur. Sed quoniam Ezechiel ait non eum homines, ſed mulieres ſedentes deploraſſe, credibilius eſt loqui de Adonide Veneris Amaſio.

Inter veſtibulum & altare. De quo ait Ioel; Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes.

Dorſa habentes contra templum domini. Ideo hæc abominatio erat aliis peſtilentior, quia erat in loco templi interiore: & quia qui eam perpetrabãt, Ioel.2. Deũ penitus contẽnebant. In Deuteronomio prohibuerat Deus, ne Hebræi in Dei cultu gentes imi Deut.12. tarentur, quæ deos ſuos colentes ſe cõuertebãt ad Orientẽ. At hi Iudæi terga vertebant ad altare, & ad ſolis ortũ reſpicientes idola colebant. Id plorabat Eſaias, dicens: Dereliquerunt dominũ, blaſphemauerunt ſanctũ Iſraël, abalienati ſunt retrorſum. Esai. 1. Quatuor idolatriæ genera numerat hoc loco diuinus vates: primũ fuit ſtatua Baal in introitu primi atrij templi: ſecundũ, cultus picturarum in pariete in atrio ſecundo: tertium, ſeſſus mulierũ colẽtium Adonidem in atrio tertio: quartum, vultuum conuerſio ad Orientem aduerſus Dei altare in ipſo tẽplo, in loco ſacratiore & interiore. Prima abominatio eſt in deſiderio flagitij adhuc re ipſa non commiſſi, ideò erat idolum in introitu, quoniam turpis cogitatio initium eſt ſceleris: ſecunda eſt perpetratio delicti, tertia eſt peccandi conſuetudo, quarta eſt defenſio ſcelerum cum Dei cõtẽptu & obſtinatione. Hæc vltima eſt abominatio maxima, & vltimus ferè gradus excidij. Tria genera flagitiorũ cõdonabit tibi Deus, ſi ad illum pœnitens cõfugeris: at quartum quoniã ad Deum nõ cõfugies, nequaquam, quoniã eſt impœnitentia, delicti cõplacentia, & obſtinatio: quandiu enim tibi in ſcelere placueris, Deúmque neglexeris, quî fieri poteſt, vt remiſſionem conſequaris? Eam ob cauſam ait Deus per Amos prophetã: Super tribus ſceleribus Damaſci: & ſuper quatuor nõ conuertã eum. Ac ſi dicat: Prima tria ſcelera tibi remittã, quartum autem minimè. Auguſtinus ait: Qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Poteſt hic locus Amos prophetæ Amos.1. Ita exponi, vt per tria & quatuor flagitia ſeptẽ intelligas, & per ſeptẽ infinita, numerus enim ſeptenarius apud Hebræos rerũ multitudinẽ ſignificat, vt ſit ſenſus: Si ſemel aut bis in flagitia incidiſſet, pepercissem illi: at quia peccãdi nullum facit finem, luet mihi pœnas omnium delictorum. Si fueris ad dominum conuerſus, & cõfugeris ad ſacramentalẽ cõfeſſionẽ, ſanctúmq; hoc pœnitentiæ ſacramentum fueris amplexatus, conſequeris abſque dubio remiſſionem; ſin autẽ peccandi finem nullum feceris, nunquam gratiam conſequeris: & decedens in finali impœnitentia, eris in æternos cruciatus præcipitatus.

Ad ortum ſolis. Solẽ cùm oriretur, colebant, verum autem iuſtitiæ ſolem pro nihilo putabant. Phariſæi ideo contemnebant ſolem iuſtitiæ, & ſplendorem gloriæ, quia nominis ſplendorem, &

falſam mundi gloriam & celebritatem cupiebant. Ambiebant opes, honorea, magiſtratus, & vanitates, veram autem amplitudinem, quæ in virtute, diuiniq; numinis imitatione conſiſtit, aſpernabātur. Ideò illis dicebat Chriſtus apud Ioannē: Quo- *Ioan. 5.* modo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Vbi vides huiuſmodi gloriæ mundi, potentiæ & opum auiditatem afferre ſecum perniciem. Non ſolùm non ſatiat, & ſitim extinguit, ſed nocet, & ſecum detrimentum ducit, & mortem. *Similitudo* Vt enim quæ non ſunt apta noſtræ naturæ, nullámque cum ea habent proportionem, veluti ignis & ſulphur, & cætera huiuſmodi manducata, non modo vtilitatem non afferunt, ſed lædunt, & necant, ſic falſæ mundi diuitiæ nimis optatæ, honorum pompa, & vana oſtentatio, & reliqua illa, ad quæ multi decepti aſpirant nimia flagrantes cupiditate, non ſolùm animam non alunt ad æternitatem, nec eius impia deſideria mitigant, & ſedant, ſed etiam excidium illi ſempiternum machinātur. Cibus illi conueniens virtus eſt, cuius eſt propriū, Deum ſummè diligere, illum optare, illi adhærere, nihil extimeſcere, vt ob timorem relinquatur virtus, omnia humana propter Chriſtum contemnere, nihil quod homini accidere poſsit, intolerandum putare. Poſſunt quidem diuitiæ & honores poſsideri abſque peccato, ſed ſitiens earum rerum *1. Tim. 6* cupiditas, & ambitio, quam diuus Paulus radicem omnium malorum vocat, abſque peccato poſsideri non poteſt.

Applicant ramum ad nares ſuas. In idolorum venerationem & obſeruantiam applicabant ramos ſtatuis, & poſteà eos oſculabantur, & olfaciendos ad nares adiungebant. Vel ſic: Non ſolùm peccant, ſed peccatis oblectantur: idolatriæ fœtore ſeipſos reficiunt. Qui peccant, & peccaſſe gaudent, dicuntur herbam fœtidam ad nares applicare.

Non parcet oculus meus. Hæc explanata fuerunt capitibus præcedentibus.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. VIII.

Vbi erat ſtatutum idolum zeli ad prouocandum æmulatione. In Hebraico eſt: Vbi erat ſedes idoli הַקִּנְאָה *Pſal. 36.* הַמַּקְנֶה hacinaeh bamacne, hoc eſt, zeli zelare facientis. Pro quo paraphraſis Chaldaica habet: Vbi erat idolum zeli iraſci facientis, hoc eſt Deum ad iracundiam prouocātis. Verbū eſt קנא cana, quod ſignificat zelare, æmulari, inuidere, iraſci. Vnde in Pſalmo: Noli æmulari in malignantibus, nec zelaueris facientes iniquitatem. Vel, vt poteſt verti ex Hebræo: Ne ſuccēſeas ob improbos, nec inuideas impiorum proſperitati. Sequitur enim: Quoniam tāquam fœnum velociter areſcent. Ac ſi dicat: Ne grauiter mouearis ob ſecundas impiorum res, eorúmque ſucceſſus ad voluntatem fluentes, quoniā nullam habent firmitudinem, nullam perpetuitatem: quin potiùs fluxæ ſunt eorum proſperitates, *Pſal. 72* & inſtar floſculorum euaneſcent. Et alio in pſalmo: Quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Vel, vt poteſt etiam ex Hebraico transferri: Quia vrebat me ira & æmulatio propter ſtultos cùm impiorum proſperitatem viderem. Ac ſi dicat: Fuit animus meus vehementer cōmotus, cùm aſpicerem inſanos opibus & dignitatibus florere, & adeò conturbatus, vt parum abfuerit, quin de recta ſententia abducerer, & impiorum infelicitati inuiderem. Vbi aduerte, pro iniquis eſſe in Hebraico ſtultos: omnis enim improbus eſt ignorās. Vnde Apoſtolus optata mala & impia in epiſtola *Ephe. 4.* ad Epheſios deſideria erroris appellat. Sed quid mirum, cùm infideles hoc etiam intellēxerint: Ariſtoteles enim peruerti iudiciū iniquitate ait, omnēque iniquum ſtultum eſſe: & Cicero in oratione in Piſonem ita inquit: Sua quenque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate & mente deturbat. Cæterùm hunc Ezechielis locum ſeptuaginta in hunc modum verterunt: Vbi erat ſtatua poſsidentis. Voluerunt innuere hoc idolū eſſe Baal, idem enim eſt Baal, quod poſsidens, ſiue habens, authore diuo Hieronymo in libro de nominibus Hebraicis. Sed attende: eum colebant, eius ſtatuā adorabāt, qui eos poſsidebat: ſunt enim impij mācipia diaboli, cùm ei ſeruiant, & obtēperent. Vnde diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, An neſci *Rom. 6.* tis, inquit, quoniam cui exhibetis vos ſeruos, ad obediēdum, ſerui eſtis eius, cui obediſtis? Et diuus Petrus in epiſtola ſua ſecunda. A quo quis ſuperatus eſt, huius ſeruus eſt. *2. Pet. 2.* Et Chriſtus Deus noſter apud Ioannem: Qui facit peccatū, ſeruus eſt pec- *Ioan. 8.* cati. Diuus Auguſtinus ita ait: Bonus homo ſi ſeruit alicui domino tēporali, liber eſt: malus homo ſi regnet, ſeruus eſt, non vnius hominis, ſed quod peius eſt, tot dominorum, quod vitiorum. Brachmanes, vt narrat hiſtoria tranſmarina, & refert Sanctus Antonius quarta parte theologali, verba hæc ad Alexandrum Magnum ſcripſerunt: Tu hoſtes exteriores expolias, vt interiores nutrias, tu homines tuæ ſeruituti ſubiicis, & intus tuis appetitibus ſeruis. Magna profectò, ſed laudabilis & philoſophica audacia. Seruus præditus virtute, corpore tantùm captiuus eſt, rex autem vitiis deditus, captiuus eſt anima. Ex quo colliges multò maiorē eſſe principis ſeruitutem, quàm ſerui: quantò enim anima præſtantior eſt corpore, tantò eius ſeruitus eſt deteſtabilior, & deterior. Loquens Seneca de viris iuſtis, qui erant in vincula coniecti, Errant, inquit, qui exiſtimant ſeruitutem in totum hominē deſcendere, pars melior excepta eſt: corpora dicimus obnoxia, mens ſui iuris eſt. Contrà verò domini impij verè ſunt ſerui, qui peccato eos poſsidenti ſeruiunt.

Vnuſquiſque in abſcondito cubilis ſui. Poteſt verti ex Hebræo: Vnuſquiſq; in depictis cubilibus ſuis. Pagninus vertit: Vnuſquiſque in cubiculis picturæ ſuæ quod in idem recidit. In Hebræo eſt: In abſcondito מַשְׂכִּיתוֹ maſcitho, à verbo ſacah, quod ſignificat depingere. Vnde Eſaiæ illud capite 2. Su- *Eſai. 2.* per omne, quod viſu pulchrum eſt, poteſt etiā verti: Super imagines, ſeu picturas deſiderij. Vel, vt habet Targhum: Super aulas pulchritudinis, hoc eſt, ſuper palatia pulchra, imaginibus depicta. Fortaſſe imagines deſiderij ſunt ſimulacra vana, quæ in corde noſtro collocata tanquam idola colimus. De quibus dicitur in pſalmo? Velut ſomnium ſur- *Pſal. 72* gētium domine, in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Acſi diceret: Similis eſt impiorum proſperitas ſomnio expergiſcentis inani & fallaci: Et tu domine in ciuitate tua oſtendes

eſſe

eſſe contemptibiles,& ad nihilum redactas vanas
illas imagines,quas ipſi habēt in corde fiſas. quas
colunt,& venerantur , cùm nihil aliud ſint quàm
vmbræ,& nugæ,& inania ſimulacra. Cùm autem
cubile excellentibus ornatum imaginibus & ſu-
pellectilibus ſit clauſum & abſconditum , rectè
noſter interpres tranſtulit: Vnuſquiſq; in abſcon-
dito cubilis ſui.

Plangentes Adonidem. In Hebraico pro Adonide
eſt תמוז tammu. Eſt autem tammu nomen menſis
cuiuſdam apud Hebræos. Et quoniā aiebant fuiſ-
ſe Adonidem Veneris amaſium occiſum hoc mē-
ſe, illi menſis nomen impoſuerunt: & in eodem
menſe eius feſtū celebrabant. Sunt qui dicant eſſe
brutum quoddā animal: alij principē quendā ido
lolatrarū: alij aliter. At prima interpretatio eſt di-
ui Hieronymi,aliorūmq; catholicorum interpre
tum. Quare eam arbitror tenendam eſſe. Mulieres
amatoriis leuitatibus deditæ,& libidinis facibus
inflāmatæ,mortē Adonidis dolebant: vt obſequio
Venerem ſibi haberent propitiā. Fortaſſe per mu-
lieres non ſolùm fœminas intelligit , ſed homines
etiam effœminatos,traditos delitiis. totā felicitatē
in voluptatibus corporis cōſtituentes. Huiuſmo-
di homines mulieres iure appellantur, qui Salma
ci dant ſpolia ſine ſudore & ſanguine. Hi ſibiipſis
interitum parant , quoniā animæ languenti nullā
volunt adhibere medicinam: nec enim volunt cor
pus domare, nec effrǣnatos appetitus coërcere, ſed
voluptatibus defluentes ad excidium ducuntur.
Simili- Quemadmodum cùm pars vna nō eſt remedij ca-
tudo pax, remedium illud ad alterā applicamus , quam
ob cauſam laborātes graui capitis dolore ſcindi-
mus venam brachij, quia caput nō eſt capax phle-
botomiæ,& venæ percuſſionis : ſic vt medeamur
animæ, oportet opprimere carnem. At Hebrǣi il-
li non caſtigabant corpora, quin potiùs ſe in dies
in voluptates ingurgitabant,& Adonidē colebāt.

Argumentum Cap. IX.

Dixerat Deus in fine ſuperioris capitis eſſe ſe ſuppliciū ſumpturum de Hebræis, quoniam in templo ſuo colebant idola, & diuinam negabant prouidentiam: eiſque ferrum & flammam minitatus fuerat. Nunc explicat propheta terribilem harum minarum effectum. Deſcribit ciuium Hieroſolymæ cædes & vrbis vaſtitatem, in qua illi ſolum ſeruantur, qui ſunt thau, hoc eſt vltima Hebraici alphabeti litera conſignati.

CAPVT IX.

ET clamauit in auribus meis vo-
ce magna, dicens: Appropinqua
uerunt viſitationes vrbis,& vnuſ
quiſque vas interfectionis ha-
bet in manu ſua. Et ecce ſex viri veniebant
de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aqui
lonem,& vniuſcuiuſque vas interitus in ma-
nu eius, vir quoque vnus in medio eorum ve
ſtitus erat lineis,& atramentarium ſcriptoris
ad renes eius. Et ingreſſi ſunt,& ſteterunt iux
ta altare æreum. Et gloria domini Iſrael aſ-
ſumpta eſt de cherub , quæ erat ſuper eū ad *Exod. 12*
limen domus & vocauit virum , qui indutus *Apoc. 7.*
erat lineis, & atramētariū ſcriptoris habebat
in lūbis ſuis:& dixit dominus ad eum: Tranſi
per mediam ciuitatem in medio Hieruſalē,
& ſigna thau ſuper frontes virorum gemen-
tium & dolentium ſuper cunctis abomina-
tionibus, quæ fiunt in medio eius.

EXPLANATIO.

Et clamauit in auribus meis voce magna. Hoc eſt,
me audiente , clamauit Deus non ſuppreſſa voce,
ſed magna, vt me veluti dormientē excitaret, ma-
gnámque eſſe viſionem hanc oſtenderet. Hæc Dei
verba audiebat Ezechiel auribus interioribus:
fiebant nánque hæc omnia repræſentatione qua-
dam imaginaria intus exhibita, exteriorum ſen-
ſuum vſu ſuſpenſo.

Appropinquauerunt viſitationes vrbis. Id eſt propin
quæ ſunt calamitates Hieroſolymæ. Solet diuina
ſcriptura nomine viſitationis cædes, ſtrages, ærū-
nas, punitiones,& calamitates ſignificare. Ita illud *Eſa. 16.*
Eſaiæ intelligitur: Quid facietis in die viſitationis?
Ieremias itidem Hieroſolymæ euerſionem & va- *Iere. 6.*
ſtitatem ſignificare volens eam appellat ciuitatem
viſitationis. Et paulò pòſt: In tēpore, inquit, viſita
tionis ſuæ corruent. Et alio in loco: Afferam ſu-
per eos mala, annū viſitationis eorū ait dominus.
Acſi diceret. Eos opprimam calamitatibus & la- *Iere. 23.*
cerabo dolore. Annū viſitationis appellat tempus
dolorum & moleſtiarum, quibus erat Iudæos op-
preſſurus. Et Dauid ita Deum inducit loquētem: *Pſal. 88.*
Si iuſtitias meas prophanauerint,& mandata mea
non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eo-
rum,& in verberibus peccata eorum. Viſitare in
literis diuinis aliquando eſt implere promiſſum, *Gen. 21.*
vt in Geneſi. Viſitauit dominus Sarā, ſicut promi
ſerat. Hoc eſt, ſtetit promiſſis,& præſtitit, quod fue *Luc. 1.*
rat pollicitus. Ita poteſt illud intelligi Zachariæ,
Benedictus dominus Deus Iſraël, quia viſitauit,&
fecit redemptionem plebi ſuæ. Hoc eſt , quia im-
pleuit promiſſum, redimens populum ſuum, quē-
admodum fuerat per diuinos ſuos vates pollicita-
tus. Eodē modo id, quod Chriſtus dixit, cū vide-
ret Hieroſolymā & fleret ſuper illam: eò quòd nō *Luc. 19.*
cognoueris tempus viſitationis tuæ. Acſi diceret
In acerbiſſimas incides calamitates, quia non co-
gnoſcis hoc eſſe tēpus, quod tibi promiſit Deus,
in quo erat filiū ſuū miſſurus, vt te à peccatorū vin
culis eriperet & à dæmonum tyrānide liberaret. Id *Luc. 1.*
intelligēs virgo Dei genitrix canebat: Suſcepit Iſ-
raël puerū ſuum, recordatus eſt miſericordiæ ſuæ.
Hoc eſt, vt oſtēderet memorē ſe eſſe promiſsionis
ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abrahā &
ſemini eius in ſecula. At hoc Ezechielis loco acci-
pitur viſitare pro punire,& ad interitū & vaſtitatē
vocare. Poterat hic locus ita verti: Appropinqua-
uerunt viſitatores vrbis,& ſinguli portabant gla-
dium, quo erant ciues eius occiſuri. Erant enim hi
viri ad ſumendum de Iudæis ſupplicium deſtinati.
Id intelligentes ſeptuaginta interpretes verterunt:
Appropinquauit vltio vrbis,&c.

Vnuſquiſq; vas interfectionis habet in manu ſua. Vnuſ
quiſque tenebat manu gladium ad interficiendum
populum. Vas interfectionis periphraſis eſt gladij.
Eſt autē periphraſis figura authore Quinti.in lib.
8.cùm quod vno, aut certè paucioribus verbis dici
poterat, pluribus explicatur: qua vtitur frequenter
diuina ſcriptura. Vas accipitur pro quocunq; in-
ſtrumento, & ſupellectile, & mulierū monilibus.
Sumitur aliquando pro corpore humano, vt 1.Re-
1.Reg.21 gum: Fuerunt, inquit Dauid, vaſa puerorū ſancta,
hoc eſt corpora impolluta, nullo mulierū cōtagio
contaminata. In hanc ſignificationem accipitur à
1.The.4 diuo Paulo in 1.ad Theſſalonicenſes aiente. Sciat
vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſancti
2. Cor. ficatione & honore. Et in 2.ad Corinth. Habemus
4. theſaurum illum in vaſis fictilibus. Sed & Marcus
Tull.in prima Tuſculana quęſtione. Corp^9, inquit,
quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum. Ac-
cipitur etiam vas pro ſacculo aut pera, ſiue manti-
ca, vt apud hunc noſtrum Exechielē capite 12. Fac
Infr.12. tibi vaſa transmigrationis, Eſaias hoſtes, quibus
Eſai.13. Deus improbos affligit, & occidit, appellat vaſa fu
roris Dei. D.Paulus in epiſtola ad Romanos, homi
Rom.9. nes ſceleratos, ad infernum præſcitos appellat va-
ſa iræ, vaſa autem miſericordiæ homines miſeri-
corditer ad gloriā prædeſtinatos. Pſalmographus,
Confitebor, inquit, tibi in vaſis pſalmi, hoc eſt, in
muſicis inſtrumentis. Et alibi: Arcum ſuum teten-
Pſal.72. dit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis,
Pſal. 7. hoc eſt ſagittas ad occidendum directas, & morti-
fera tela. Ita hoc loco Exechiel vaſa interitus appel
lat arma offenſiua, nimirum gladios aut ſecures,
quibus hi ſex viri erāt ad mortem nefariis Iudęis
inferendam inſtructi atque parati. Pro vaſe inte-
ritus ait D.Hieronymus poſuiſſe ſeptuaginta inter
pretes ſecurim: ſed tranſlatio græca, qua ego vtor,
non habet ſecurim, ſed vaſa exterminationis. For-
taſſe fuit librariorum inaduertētia in cōmentariis
D.Hieronymi, qui pro alio tranſlatore ſcripſerunt
ſeptuaginta. At quicunq; illi fuerunt, qui ſecurim
interpretati ſunt, rectè quidem fecerunt. Securis e-
nim accipitur pro Dei ira, & iuſta eius vltione: de
qua ait Chriſtus apud Matthæum: Iam ſecuris ad
Matt.3. radicem arborum poſita eſt: omnis enim arbor,
quæ nō facit bonum fructum, excidetur, & in ignē
mittetur. Non ait iam ſecat, ſed iam poſita eſt ad ar
borem, vt ſignificet eſſe in hac vita tempus huius
iræ per pœnitētiā effugiendæ. Nec ait eſſe ſecurim
hanc admotam ad arboris ramos, vt maneat poſt
mortem ſpes vlla pullulādi, ſed ad radicem, vt fun
ditus euellatur, & in ignem inextinguibilem pręe-
cipitetur. Hac ſecuri ſecti & occiſi ſunt impij illi
Hebręi, de quibus hoc loco agit Exechiel, qui Deo
vero relicto inania gentiū idola, earúmq; portento
ſas ſuperſtitiones coluerunt, qui in perfidia ſua de-
cedentes, fuerunt vtraq; morte puniti, & præcipi-
tes in exitium abſque termino à dęmonibus rapti.
Tales ſunt, qui fraudes inexpiabiles concipiunt, ſé-
que mortiferis labibus contaminant, quibus in le-
thalibus peccatis à vita migrantibus eſt deuium
quoddam iter ſecluſum à concilio cœlitum, & ad
damnatorum barathrum, tenebráſque profundas
directum, vbi in æternum cruciantur.

Et ecce ſex viri. Miniſtri Dei erant ad impios Iu-
dæos interficiendos. Aiunt nonnulli eſſe Dei An-
gelos, & non eſſe inconueniens eſſe eos Dei vlto-
res, & impiorum interfectores: nam Dei angelus
tranſiens nocte quadam omnes AEgypti primo- *Exo. 12.*
genitos occidit. Et libro quarto Regum ſunt hæc *4.Re.19.*
verba literis mandata: Factum eſt in illa nocte, ve-
nit angelus domini, & percuſſit in caſtris Aſſy-
riorum centum octogintaquinque millia. Eſt e-
tiam hæc hiſtoria in libro Eſaiæ, & in aliis locis *Eſa. 37.*
veteris teſtamenti perpetuis conſignata monimen *Tob.1.*
tis. Fuerunt autem hi viri ſex, quia tot futuri erant *Mach.7.*
Chaldæorum principes, qui erant venturi Hiero-
ſolymam oppugnatum, quorum nomina expli-
cat Ieremias capite trigeſimonono. Et licet ibi
plures eſſe videantur, vnum tamen ſic habeto ſo- *Iere.39.*
lùm ſex eſſe, ſunt enim ibi nomina cum cognomi-
nibus. Vel ideò fortaſſe fuerunt ſex, quia ſexto die
fabricationis mundi creati ſunt homines, quorum
illi ſcelera puniebant. Vel quia flagitioſi homines
mundo ſex diebus conſtituto intemperanter abu-
tebantur. Vel ſex mundi ætates per ſex Dei mini-
ſtros ſignificantur. Atqui ſignatos eripuit, li-
neis veſtitus, ſeptimus erat, mundi creator & re-
demptor, humana carne opertus, qui toto ſepti-
mo die, toto ſabbatho requieuit in ſepulchro mor
tuus pro nobis, vt nos à mortis faucibus eriperet,
& ad cœleſtem requiem die ſeptimo ſignifica-
tam, ad æternum ſabbatiſmum perduceret, vbi
eſſemus ſumma gloria cumulati: quem ſabbatiſ- *Heb. 4.*
mum ait diuus Paulus relinqui populo Dei, ad
quem debemus aſpirare, & ad ingrediendum in
illam requiem feſtinare.

De via portæ ſuperioris. Hæc erat porta ſepten-
trionalis atrij mundorum, quæ appellabatur ſu-
perior reſpectu alterius portę ſeptentrionalis atrij
immundorum. Templum erat in monte ſitum: &
hæc tria atria procedebant ſurſum aduerſus tem-
plum: cùm autem hæc porta eſſet ſuperior, perſpi-
cuum eſt ſecundam eſſe, aut tertiam, non erat ter-
tia, quia tertium atrium vnum duntaxat habebat
portam, vt anteà oſtendimus, quæ erat ad Orien-
tem, verſus præcipuam templi portam, erat igi-
tur ſecunda. Tria erant atria in templo Salomo-
nis: primum immundorum, quod erat inferius,
alterum mundorum, quod erat ſuperius, tertium
ſacerdotum, quod erat ſupremum. Hoc vltimum
vnum duntaxat habebat ingreſſum, aliorum ve-
rò vnumquodque tres, vnum ad Orientem, alte-
rum ad Meridiem, tertium ad Septentrionem. De-
ſcribit propheta diligenter hanc portam, vt oſten-
dat venturos eſſe hoſtes ad euertendam vrbem, &
templum ab Aquilone, hoc eſt, à Babylonia, quæ
erat ad Aquilonarem partem reſpectu Hieroſo-
lymæ.

Vir quoque vnus in medio eorum veſtitus erat lineis.
Veſtis linea candorem & puritatem ſignificat. Hic
eſt Chriſtus Deus noſter veſte pontificis indutus:
de quo illud pſalmi intelligitur: Tu es ſacerdos in *Pſal.109*
æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, vt *Hebr.5.*
ait in epiſtola ad Hebræos diuus Paulus. Et in ea- *& 7.*
dem epiſtola ſummū legis ſacerdotem multis ver- *Hebr.9.*
bis aſſerit imaginem Chriſti geſſiſſe. Septuaginta
pro lineis habent poderem: eſt autem poderis
vna ex octo veſtibus pontificis, quæ latinè dicitur
talaris. Et diuus Ioannes in Apocalypſi ait vidiſ- *Apoc.1.*
ſe filium hominis, hoc eſt, Chriſtū, veſtitū podere.
Induit enim filius Dei humanitatē noſtram factus
homo, vt homines filios Dei efficeret. Hæc Chri-

ſti

ſti caro veſtis linea ob puritatem appellatur, nam etſi erat in ſimilitudinem peccati, erat tamen abſq; peccato. Miſit Deus, inquit Apoſtolus filium ſuũ, in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit pecatum in carne. Hoc eſt, de tota maſſa, quę manauit ab Adam, Chriſtus pro corpore ſuo conſtruendo aliquid ſuſcepit, ad peccati damnationem. Totam illam maſſam à primo homine procecedentem appellat peccatum, quòd peccato ſit obnoxia, & quòd peccati virus imbiberit. Ideo dixit: in ſimilitudinem carnis peccati, vt verè carnem intelligas, non verè peccatricẽ, ſed ſimilẽ peccatrici abſq; peccato, ita purã & ſanctã, vt ea indutus, lineis veſtitus dicatur. Diuus Cyrillus li. 5 aduerſus Iulianum, Corpus, inquit, Chriſti nõ erat peccati corpus ſed ſimilitudo carnis peccati. Scio tamen Originem multò aliter hunc Apoſtoli locũ explanare: nam per peccatum intelligit hoſtiã pro peccato, vt ſit ſẽſus: Miſit cœleſtis pater in mundum filium ſuũ, vt humanitatem noſtram aſſumeret: de peccato, hoc eſt, de Chriſtio hoſtia pro peccato damnauit peccatũ, per holocauſtũ carnis ſuæ, quam obtulit pro mundi peccato, damnauit illud. Hãc interpretationem ſequitur Auguſtinus libro tertio contra duas epiſtolas Pelagianorum, & Primaſius Vticenſis eius diſcipulus in commẽtariis in epiſtolam ad Romanos, & alij. Et rectiſſimè quidem: nam in epiſtola ſecunda ad Corinthios videtur Apoſtolus eandem ſẽn etiam iis verbis explicare: Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in illo: Euertit igitur Deus peccatum veteris Adæ Chriſto facto victima pro peccato in carne, ab Ezechiele ob cãdorem & ſanctitatem lineo indumento comparata.

Rom. 8. *2. Cor. 5.*

Et attramentarium ſcriptoris ad renes eius. Qui erat ſign aturus gementes & dolentes litera thau.

Ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta altare areum. Duo erant altaria, vnum tymiamatis aureum intus, alterum aheneum holocauſtorum ante templum, in atrio ſacerdotum.

Et gloria domini Iſrael aſſumpta eſt de cherub. In templo Dei erat arca fœderis, & propitiatorium, & duo cherubim vtrumque latus propitiatorij tegẽtes, & expaſſis alis oraculum celantes, quemadmodum fuerat in tabernaculo. Ex illo propitiatorio loquebatur Deus, & reſponſa dabat. Hinc dicitur in Pſalmo: Qui ſedes ſuper cherubim. Sublata eſt gloria Dei à cherub, & apparuit in limine domus, vnde vocauit eũ, qui erat veſte linea indutus. Recedens Deus à propitiatorio ſignificauit fore, vt ab illo templo recederet: erat enim eccleſiæ catholicæ templum conſtructurus, vbi ſemper erit. Vnde ipſe ait apud Matthæum: Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſeculi. Poteſt hoc etiã intelligi de viſione illa, quæ apparuit Ezechieli in cãpo, vbi erat Deus ſuper cherubim.

Exo. 25. 25. 37. *3. Reg. 8.* *Hebr. 9.* *Pſa. 79.* *Matt. 8.*

Et ſigna thau ſuper frontes virorum. In libro Exodi eſt literis conteſtatum tranſiſſe dominum, & omnes primogenitos percuſſiſſe, præter eos, qui erant ſanguine agni ſignati. Diuus Lucas ait de ſignaſſe dominus alios ſeptuaginta duos, eóſque binos ante faciem ſuam concionatum miſiſſe. Diuus Ioannes in Apocalypſi ait Dei angelum ſeruis Dei in frontibus ſignũ impreſſiſſe, & eos, qui fuerunt vitam æternã adepti, fuiſſe ſigno notatos. Ex tribu Iuda erant duodecim mille ſignati, ex tribu Ruben duodecim mille ſignati, & ita de cæteris tribubus. Diuus Paulus Epheſios illos, qui erant veram religionem amplexati, & in Chriſtiana dignitate conſtituti, hortati volens, ne animi præſtantiam turpi dedecore macularent, in hunc modum alloquebatur: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Acſi diceret: Ne admittatis ſcelera, quibus Spiritus ſanctus inſtar hominis moleſtia affecti vos relinquat: reuocate ad memoriã eſſe vos in illo ſignatos in die baptiſmi. Et noſter Ezechiel eos tantùm ait fuiſſe à morte ſeruatos, qui fuerũt litera thau à viro lineis induto conſignati. Omnia hæc in idem recidunt, & vnam eãdemque rẽ meo quidem iudicio ſignificãt. Agnus ille, cuius ſanguine Iſraelitæ ſignabantur, vt vitam conſequerẽtur, abſque macula, & aſſus igne, cuius oſſa nõ erãt cõfringẽda, vt literæ diuinæ in libro Exodi memorię prodiderunt, quid niſi Chriſtum adũbrabat? Hoc voluit ſignificare diuus Ioãnes, aquila illa cœleſtis altiſſimorũ myſteriorum penetratrix, quando narrans nõ fuiſſe Chriſti crura in cruce fracta, ſubdit: hoc factum fuiſſe, vt adimpleretur ſcriptura dicẽs: Os non comminueris ex eõ. Hic eſt agnus ille immaculatus, de quo dixerat Eſaias: Quaſi agnus corã tondente ſe obmuteſcet. Qui ait per Ieremiam: Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam. De quo aiebat Baptiſta apud euangeliſtam. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Hic fuit igne amoris incenſus, & acerbiſſimorũ cruciatuum flãmis aſſus, immolatus pro nobis in ara crucis, vt ſcelera noſtra ſuo ſanguine expiaret, nóſque ad veram terram promiſſionis perduceret. Qui nõ fuerint eius ſanguine inſigniti, qui eius mortis nõ habuerint memoriam animis impreſſam, eã credẽtes, in eáque remedium noſtrum collocantes, qui eius charactere, quem ipſe nobis imprimit per baptiſmi ſacramentum, qui character non eſt ſicut in ſubiecto in animæ eſſentia, ſed in eius potẽtia, non fuerint ſignati, vitã æternam nequaquam adipiſcẽtur. Demus igitur operam, vt nõ ſolùm indelebili charactere ſacramẽtali, ſed etiã ſigno gratiæ ſimus conſignati, ſi voluerimus, vt ſit Deo gratum obſequium noſtrum. Huiuſmodi erant hi, quos ſeruator noſter miſit concionaturos, qui ideo erant ſeptuaginta duo, qui erãt veluti ſol mundum illuſtraturi: cùm autem ſol viginti quatuor horis orbem ſuũ perficiat, illi autem fidem Trinitatis prædicarent, debebant eſſe ter viginti quatuor: numera ter viginti quatuor, inuenies ſeptuaginta duos. Hos ſignauit dominus fidei ſigno, & ſpei, & charitatis. Et qui in gratia ſignati migrãt è vita mortali, vitã immortalem cõſequuntur. Hoc ſignũ habebant in anima impreſſũ omnes illi, quos vidit in gloria diuus Ioãnes pulcherrimis ornamentis magnificentiſſimè munitos. Id abſq; dubio eſt, quod ait hoc loco Ezechiel, illos ſolùm fuiſſe ſeruatos ad vitam, qui erãt litera thau in frõtibus inſigniti. Litera hęc thau eſt vltima Hebraici alphabeti, velut omega alphabeti Græci. Et quoniã ω eſt finis literarũ, ſolẽt Græci per hãc literã finem ſignificare. Vnde ait in Apocalypſi Deus noſter, Ego ſum α, & ω, principiũ & finis. Et quemadmodum apud Græcos hac litera ω ſignificatur finis, quia eſt finis eorũ alphabeti, ita quoque litera thau, apud Hebræos, quoniam

Exo. 12. *Luc. 10.* *Apo. 7.* *Ephe. 4.* *Exo. 12.* *Num. 9.* *Ioan. 19.* *Eſa. 53.* *Iere 11.* *Ioan. 1.* *Luc. 10.* *Apoc. 7.* *Apoc. 1.*

eorũ alphabeti eſt etiã finis. Accedit ad hoc, quòd
ipſa litera thau ſignificat finem & conſummatio-
nem, vt in libro de nominibus Hebraicis aſſerit di
uus Hieronymus: omnes enim literæ Hebraicæ
ſuas habẽt ſignificationes. Cùm autẽ Chriſtus ſit
finis iuxta locum quem modò citaui ex Apocaly-
pſi, & iuxta id, quod ait diuus Paulus in Epiſtola
Rom. 10. ad Romanos: Finis legis Chriſtus eſt, apertè cõclu
ditur eum eſſe, quo debemus eſſe conſignati. Hoc
Cant. 8. ipſum ait ille in Cãticis Canticorum: Pone me vt
ſignaculũ ſuper cor tuũ. Acſi dicat: fige me in cor-
de tuo tanquã ſcopũ, quò tendant omnia tela tua-
rum cogitationũ, verborũ, & operum. Hoc ſignum
eſt illud Lamnaſſeach, quod Dauid præponit vt ti
tulum multis in pſalmis, pro quo ſeptuaginta ver
terũt in finẽ inuentes fuiſſe pſalmum illum cõpo-
ſitum & cantatum in honore Chriſti, eiúſque glo-
riæ dedicatũ, qui Chriſtus finis eſt, ſcopus, & ſignũ
in corde noſtro. Si enim cor noſtrum fuerit hoc ſi-
gno impreſſum, ſi fuerimus Chriſti ſanguine deco
rati, ſi eius mortis memoria ex animo noſtro non
exciderit, ſi eius charitatem in animo habueri-
mus ſculptam, ſi hac imagine, hoc ſigno, hac lite-
ra thau, ſi denique ipſo Chriſto fuerimus inſi-
gniti, erimus in æterna beatitudine cõſtituti. Quî
Ioa. 14. fieri poteſt, vt vitam cõſequamur, niſi eo, qui eſt ve
ra vita, ſimus cõſignati? Hæc ſunt inſignia, quibus
gloriabatur diuus Paulus, dicens in epiſtola ad Ga
latas: Ego ſtigmata domini Ieſu in corpore meo
Gal. 6. porto. Hic, qui nos ſignat Chriſtus eſt, ita enim ait
Apoſtolus in epiſtola ſecunda ad Corinthios: Qui
2. Cor. 1. vnxit nos, Deus eſt, & qui ſignauit nos. & dedit pi
gnus ſpiritus in cordibus noſtris. Signat autẽ nos
nõ ſolum charactere ſacramentali, qui nunquã ex
anima deletur, ſed etiã gratia ſua, quę deleri poteſt,
& amitti per peccatum: eſt enim gratia in anima ſi
cut quædam forma habens eſſe completum in ea,
character autẽ vt quędã virtus inſtrumẽtalis à Chri
ſti ſacerdotio deriuata: vt grauiter & ſapienter aſſe
rit in tertia parte diuus Thomas, decus Aquini, &
ordinis prædicatorum fulgentiſſima gemma. Si-
gnat igitur nos Chriſtus ſua gratia, ſua charitate,
ſeipſo, vt nos eripiat ab æterna morte, & viam no
bis muniat ad vitam immortalem conſequen-
dam. Ipſe eſt ſignũ, quo debemus gloriari, etiã ſi vi
deamus mortales impietatibꝰ imbutos illi repugna
re. Hoc enim prędixit apud Lucã iuſtꝰ ille Simeõ,
Luc. 2. cũ puerũ Ieſum brachiis tenens, in quo ſpem om-
nem ſuam locauerat, has voces emiſit: Ecce poſi
tus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multo-
rum in Iſrael, & in ſignum, cui contradicetur.
Signum eſt, quo debemus ſignari: ſed cui à mundo
contradicitur: ipſe enim amat humilitatem, mun-
dus ſuperbiam, ipſe benignitatem, mundus auari-
tiam, ipſe honeſtatem, mundus incontinentiam,
ipſe charitatem, mundus inuidiam, ipſe pacem
mundus diſcordiam, ipſe denique virtutem, mun-
dus impietatem. Sed peribunt mundi amatores,
ipſe verò, cui illi cõtradicũt, permanebit. Ita enim
Eſa. 55. ait Eſaias: Erit dominus nominatus in ſignum æ-
ternum, quod non auferetur: Et ſignum ipſum æ-
Pſal. 17. ternum, cui contradicitur, ait in pſalmo cum patre
loquens: Eripies me de contradictionibus populi,
conſtitues me in caput gentiũ. Diuus Cyprianus
contra Demetrium tractatu primo ſignum hoc ad
paſſionem & ſanguinem Chriſti pertinere aſſeue-
ranter affirmat, illúmque duntaxat ſaluũ ac incolu
men reſeruari, qui fuerit Chriſti ſanguine inſigni-
tus. Quod noſtram corroborat expoſitionem. Hęc
eſt interpretatio viri lineis induti, & ſigni thau, &
ſecuriũ in manibus ſex virorũ, quã exiſtimo eſſe ve
rã & germanã. Nos autẽ ſtudeamus, vt ſemper ſi-
mus Chriſto, eiúſq; gratia ſignari, ipſúmq; Chriſtũ
amplectamur, atque tã firmo propoſito teneamus,
vt eius amorem nihil à nobis auferat, eiúſq; memo
riam ex animo noſtro nulla vnquã deleat obliuio.
Poteris per virum lineis ſiue podere veſtitum in-
telligere ſacerdotẽ, qui inſtrumentaliter abſoluit
& ſacramenta gratiã cõferentia miniſtrat. Qui etſi
vita & exẽplo cãdori lini nõ reſpondeat non tamẽ
eius ſacrificiũ nocet aliis, ſed illi: valet enim illius
ſacrificiũ ex opere operato, licèt nõ ex opere operã
tis. Mali bona miniſtrantes ſe tantummodò lędũt.
Vt enim fax accenſa ſibi detrimentum infert, aliis Simile
autem in tenebris lumen præfert, alios illuſtrat, ſei
pſam verò vrit, & vnde aliis exhibet commodum,
inde ſibi præbet diſpẽdium, ſic ſacerdos, qui fue-
rit vitiis coinquinatus, & lethalibus criminibus a-
ſtrictus, ſibi exitiũ machinabitur ſacramenta mini
ſtrãs, alios autem illuſtrabit. Et quamuis in ſancto
miſſæ ſacrificio, ſi eam in mortifero peccato cele- Simile
brat iudicium ſibi mãducat & bibit, impetrat tamẽ
à Deo, quod pro offerentibus petit, ſimilis procu- 1. Corin.
ratori captiuorum, cui eorum cõtemplatione pro 11.
quibus petit, largè datur elemoſyna, cùm tamẽ ipſi
pro ſe petẽti nihil daretur. Debet tamẽ ſacerdos eſ-
ſe tanta virtute præditus, tanta charitate munitus,
vt iudicẽt alij, quaſi lumen aliquod cæteris extin-
ctis eius ſanctitatẽ elucere. Poteris præterea per li-
teram thau mortem intelligere: cùm enim thau fi-
nis ſit alphabeti, & mors finis ſit vitæ, poteris me
ritò per eam literam interitum ſignificare. Erit igi
tur ſenſus, vt moriãtur, qui mortem nõ habent in
memoria impreſſam, & viuant, qui cogitant, & me
moria ſæpenumero repetunt, ſe eſſe morituros. In
mortẽ incidunt æternam, qui mortis tẽporalis obli
ti ita degunt, ita ſe labiis peſtilentibus contami-
nant: acſi nunquã eſſent è vita exceſſuri. Id vult ec-
cleſia ſignificare, cum feria quarta cinerum nos ſi-
gnat cinere & puluere, dicens: Memẽto homo quia
cinis es, & in cinerem reuerteris. Hic cinis eſt thau
Ezechielis, hæc eſt memoria mortis, quæ nunquã
nobis debet excidere ex mente. In illius diei euan
gelio ait Chriſtus, vt caput vngamus, & eccleſia Matt. 6.
nobis illud cinere vngit, tanquã pretioſo & odori-
fero vnguento. Sunt qui per literã thau intelligant
crucem, aſſerentes literam hãc apud Hebræos cru
cem eſſe: ſed longè falluntur opinione, nullã enim
habet crucis figuram: ita enim ſcribitur ת. Niſi di-
cat mutatos eſſe literarum characteres apud He
bræos, & manſiſſe apud Samaritanos, nã diuus Hie
ronymus aſſerit ſua ætate vſos fuiſſe Samaritanos
cruce quadam loco huius literæ. Sed iam tempore
diui Hieronymi iidem erant characteres apud He
bræos, qui nunc ſunt. Etſi locus hic omnes has reci
piat interpretationes, tamen prima mihi videtur li
teræ accommodatior, & diuini vatis inſtituto con
uenientior, & ob diuinarum authoritatũ conſonan
tiam præſtantior. Quare eam amplector, exiſti-
mans non eſſe alias cum illa conferendas.

*Super frontes virorum gementium & dolentium ſu-
per cunctis abominationibus.* Hi ſignantur thau, & ſer-
uantur

uantur ad vitam, qui mundi ſcelera aduerſus Deũ admiſſa deplorant, & ob ea mœrore afficiũtur. Væ illis, qui blaſphemias in Deum videntes non ſolũ eas prætereunt, ſed quod capitalius eſt, gaudio afficiũtur. Samuel planxit Saulem, & querela voce, qua ſuum ſignificabat dolorem, eius inDeum inobedientiam lamentabatur. Dauid aliorum ſcelera lachrymis proſequebatur, dicens: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierũt legem tuam domine. Ieremias perfuſus lachrymis, & totus deditus lamẽtis aiebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac noctẽ interfectos filię populi mei. Diuus Paulus afflictionem ſuam ob Iudæorum cæcitatem, & in Deum impietatẽ & perfidiã iis verbis in epiſtola ad Romanos oſtendit: Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo: optabã enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Et in ſecunda ad Corinthios: Qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati. Et Chriſtus Deus noſter videns ingratam ciuitatẽ, & flagitiis coopertam, quæ erat ob ſcelera perfidiamque euertenda, fleuit ſuper illam. Si Chriſtus lachrymas fudit, ſi iniuriis affectus, vulneribus traiectus, ad mortem acerbiſſimam falſis criminibus vocatus, cum clamore valido & lachrymis preces Deo patri pro nobis obtulit, vt ait Apoſtolus, cur nos non plorabimus? Cur delicias, voluptates, & falſam mundi gloriam quæremus? Pudeat mẽbra, quibus caput ſuum exhibetur inglorium, ſectari gloriam: pudeat ardenter concupiſcere fallacem & fugacem corporis pulchritudinem, cùm eius Deus fuerit affixus cruci vſqueadeò vulneratus, vt non eſſet ei ſpecies nec decor. de quo ait Eſaias: Vidimus eum, & nõ erat ei aſpectus, & deſideraui mus eũ: deſpectũ, & nouiſſimũ virorũ. Intueamur caput noſtrum ſpinis circundatum, & non optabimus mẽbra fieri delicata. Deploremus mũdi flagitia admiſſa aduerſus Deum noſtrum, vt ſuper nos gementes & dolentes ſuper cunctis abominationibus ſit litera thau perpetuò ſculpta. At nos contũmelias in Deum iactas, & impia aduerſus ipſum facinora prætermittimus, ſi autem ipſi vel ſolo verbo vulneremur, ſtatim excãdeſcimus, & ſtomachamur, & in eos, à quibus fuimus iniuria laceſſiti, impetum facimus. O cæcam noſtram vanitatem, ô vanam cæcitatem, ô ſuperbiam intolerandã! Chriſtus Deus noſter iniurias ſuæ humanitati illatas toleranter ferebat, eas autem, quæ diuinitatem directè reſpiciebant, non præteribat. Hinc effectum eſt, vt primas duas diaboli tẽtationes à diuo Matthęo relatas æquo animo ferret, & dæmoni placatè reſponderet, tertiam verò, in qua diabolus cultum & obſequium diuinitati debitum ſibi arrogare & aſſumere volebat non tulit, quin potiùs tentatori durè reſpondit, dicens: Vade Satana: ſcriptũ eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Lege diuinas literas, & replica annalium memoriam, inquire ſanctorũ patrum hiſtorias, & inuenies paſſim viros pietate illuſtres, animi magnitudine præcellẽtes, & diuina charitate præſtantes, ob aliorũ ſcelera, quibus Deus offendebatur, oculos ſuos conuertiſſe in viuarũ lachrymarũ fontes. Vt hydria aut ampulla liquore plena, ſi fuerit ſubitò reuoluta, liquorẽ fundit ſic piũ cor lachrymarũ plenum, ſi dolore moueatur ob illatas Deo contumelias, ſtatim veluti à ſummo ad imũ reuoluitur, vimque lachrymarum profundit. Ob iniurias in Deum iactas diluuium ex oculis emittunt iuſti, ſuas autem moderatè & placatè tolerandas ducunt. Hæc eſt vera humilitas, hæc eſt Chriſtiana philoſophia ſe demittere & abiicere, Deũ autẽ ſummis laudibus efferre, & magnificentiſſimis honoribus pro viribus extollere. Vt qui ſcaphã aut cymbam perticis per fluuium ducũt ob flatus proſperi defectum, currũt per eã à prora ad puppim deorſum, vt aſcendãt ſurſum: reuertũtur retrò, vt vltrà progrediantur, ſic nos ſi voluerimus aſcendere ſurſum, deſcẽdamus deorſum per cordis ſubmiſſionem & humilitatem: regrediamur retrò per fragilitatis noſtræ conſiderationẽ, vt in ſublime progrediamur. Nam, vt ait Chriſtus Deus noſter, Qui ſe exaltat, humiliabitur, qui ſe humiliat, exaltabitur. Nõ ait: Qui corpus, aut veſtes humiliat, ſed qui ſe humiliat, qui cor ſuũ, qui ſeipſum abiicit, & demittit. Debet enim humilitas eſſe vera, nõ ficta, more eorũ, qui animi fingũt ſubmiſſionẽ, vt alios fallãt, & mundi gloriam aucupentur. Quemadmodũ feræ prædam inuaſuræ ſe inclinant, vt fortiore conatu in eam irruant, & inſiliant, ſic ſuperbi & flagitioſi homines vafri & callidi ſe aliquando demittũt, & ſupplices gerũt, vt hac virtutis ſimulatione ſimplices decipiãt, ſibi dignitates acquirãt, aliis verò excidium machinentur. Id voluit diuinus vates ſignificare, cùm de ſuperbo & impio loquẽs dixit: Inclinabit ſe, & cadet, cũ dominatus fuerit pauperũ: vel, vt poteſt verti ex Hebræo: Inclinabit ſe, & ſupplex curabitur, vt fortius dominetur in pauperes. Nos non ita, ſed veram animi ſubmiſſionẽ amplectamur, eũque imitemur, qui ait: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Detractiones in vitam noſtrã immiſſas, ventos in nos excitatos, iniurias innocentię noſtrę cõflatas, quibus improbi contendunt bonorũ virorũ ſplẽdorẽ maculare, florémque Virtutis infringere, dimittamus, & facile illis condonemus, iniuriis verò Deo factis conemur reſiſtere, eáſque lachrymarũ crebritate deplorare, vt ſimus inſigniti thau, ſuſpiria educentes, & nos ipſos dolore lacerãtes ſuper abominationibus aduerſus Deum perpetratis: quò mereamur vitam adipiſci, vbi nullo dolore ſimus affecti, ſed bonorũ omnium copia cumulati. Diuus Auguſtinus libro ſecundo contra epiſtolam Parmeniani ita ait: Cũ idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis reſtat, quàm dolor & gemitus, vt per illud ſignũ, quod Ezechieli ſancto reuelabatur, illæſi euadere ab eorũ vaſtatione mereãtur. Quę verba ſunt in ſacros canones relata 23. quęſt. 4. Nõ poteſt eſſe.

1. Reg. 15. & 16 — Pſa. 118. — Iere. 9. — Rom. 9. — 2. Cori. 5. — Luc. 19 — Hebr. 5. — Eſai. 53. — Mat. 4. — Deut. 6. — Simili-tudo — Simili-tudo — Luc. 14 — Simili-tudo — Pſal. 9. — Mat. 11

Et illis dixit audiente me: Tranſite per ciuitatem ſequẽtes eũ, & percutite. Nõ parcat oculus veſter, neque miſereamini. Senẽ, adoleſcentulũ & virginẽ, paruulũ, & mulieres interficite vſque ad internecionẽ. Omnẽ autẽ, ſuper quẽ videritis Thau, nec occidatis: & à ſanctuario meo incipite. Cœperũt ergo à viris ſenioribus qui erat ante faciem domus Et dixit ad eos: Contaminate domũ, & implete atria interfectis. Et egredimini. Et egreſſi ſunt & percutiebant eos, qui erant in ciuitate. C

Sup. 7. a. Iud. 2. b. — Sup. 8. f.

Et

Et cæde cõpleta remanſi ego, ruique ſuper faciem meam, & clamans animo; Heu, heu,
D heu, domine Deus: ergóne diſperdes omnes reliquias Iſrael, effundẽs furorem tuũ ſuper Hieruſalẽ? Et dixit ad me: Iniquitas domus Iſrael & Iuda magna eſt nimis valde, & repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione. Dixerũt enim: Dereliquit dominus terram, & dominus non videt. Igitur & meus non parcet oculus, neque miſerebor. Viã eorũ ſuper caput eorũ reddam. Et ecce vir, qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorſo ſuo, reſpondit verbum dicens: Feci, ſicut præcepiſti mihi.

Et illis dixit. Nimirum ſex viris, qui vaſa interitus manibus tenebant.

Audiente me. Pro quo paulò antè dixit: In auribus meis.

A ſanctuario meo incipite. Hoc eſt, ab iis, qui in tẽplo meo idola colunt. Vel à ſanctuario, hoc eſt, à ſacerdotibus & leuitis. Grauiùs peccat ſacerdos, ſi in crimen aliquod incidit ob exemplum, & muneris obligationem, quã laicus idẽ ſcelus admittẽs. Ideo diabolus voluit Chriſtũ in tẽplum ducere, quia eũ
Matt. 4 optabat ex pinnaculo præcipitare: maior enim eſt eorũ ruina, qui in tẽplo Dei ſunt, hoc eſt, qui ſacerdotio ſunt aucti, quàm eorum, qui non ſunt ſacris initiati. Hanc Ezechielis ſententiam profert aliis
1. Pet. 4 verbis in prima epiſtola ſua beatus Petrus inquiẽs:
Malach. 3. Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei. Diuus Hieronymus explicans verba illa Malachiæ: Et purgabit filios Leui, ita ait: Tẽpus enim eſt, vt iudicium à domo Dei incipiat. Et alibi ſcribitur: A ſanctis meis incipite. In filiis autem Leui omnẽ ſacerdotalem intelligit dignitatem. Hæc ille. Quibus verbis per filios Leui, & per domum Dei, & per ſanctuarium Dei ſacerdotes intelligit. Habentur verba hæc 50. diſt. cap. Et purgauit.

Cœperunt ergo à viris ſenioribus. Ideo excidiũ orſi ſunt à ſenioribus, quia illi nõ ſolùm grauiter Deũ offendebant, quòd ipſi corrupti eſſent ſed etiam quòd alios corrumperent, non tantũmodò peccato, ſed etiam exemplo nocentes. Eã ob cauſam Deus pœnas ab illis ob exectabiliora delicta priùs expetiit, quàm ab aliis.

Et dixit ad eos. Dixit Deus tenẽtib⁹ manu ſecures.

Contaminate domum & implete atria interfectis. Id eſt, polluite templum ſanguine idololatrarum, & templi atria implete corporibus mortuorum. Hæc ſunt tria illa atria, de quibus diſſeruimus capite ſuperiore.

Egredimini. Nimirum à templo. Vbi in templo, interfecerunt ſceleratos idola colentes, præcepit illis Deus, vt egrederentur è templo. & in eos, qui erant in ciuitate irruerent, & impetum facerent. Quod ita effectum eſt.

Remanſi ego. Fuit enim Ezechiel ſignatus thau, quia hominum ſcelera aſpiciens dolebat, & vehementer angebatur.

Ruique ſuper faciem meam. Præ animi dolore, tantæque cædis ſtupore. Cur ceciderit ſuper faciem ſuam, non retrorſum, diximus ſuprà, verba illa capitis ſecũdi explanantes: Et cecidi ſuper faciẽ meã,

Iniquitas domus Iſrael & Iuda magna eſt nimis valde. Senſus eſt: Ideo Iudæos grauiſſime punio, inquit Deus, quia grauiſſima ſunt eorum flagitia: debent enim pœnæ eſſe delictis proportionatæ: Ita enim ait Deus in Deuteron. Pro menſura peccati erit, & plagarũ modus. Et in libro Sapientiæ: Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Et per Eſaiã. Ponã iudiciũ in pondere & iuſtitiam in menſura. Vbi Deu. 25.
vides falſum eſſe Socratis paradoxũ omnia peccata aſſerentis æqualia eſſe, ſi quidem eſſet peccare Sap. 11.
tãquam tranſilire lineas. At perſpicuũ eſt, grauius Eſa. 28.
eſſe patrem optimũ vita priuare, quàm ſeruũ peſſimum. In ſeruo enim occidendo minus peccatur: in patris verò cæde deteſtabilius & capitalius, nã violatur is, qui procreauit, is, qui aluit, is, qui erudiuit, is, qui in dignitate conſtituit, is, qui ad honores & diuitias euexit. Eam ob cauſam pœna maior vni delicto debetur, quàm alteri. Aſſerebant tamen Stoici omnia crimina æqualia eſſe, quia exiſtimabant nullam eſſe vim, quæ homines magis à minoribus improbitatibus arceret, quàm ſi putatent, nullum eſſe in delictis diſcrimen.

Et repleta eſt terra ſanguinibus. Sanguines in diuinis literis ſcelera ſignificãt, iuxta illud pſalmi: Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Hoc eſt, eripe me à peccatis commiſſis, quibus me Pſa. 50.
ſubieci, & da mihi gratiam, ne illis amplius ſubiiciar. Vide hominis improbi miſeriam, qui ſe vltrò ſubiicit peccato Nihil eſt in mundo nobilius homine ad Dei imaginem & ſimilitudinem creato, nihil vilius peccato, quoniam nõ eſt ens, ſed priuatio entis. Quæ igitur eſt maior dementia eſt eſſe rem pretioſiſſimam rei omnium abiectiſſimæ ſubiectã? Ideo aiebat Dauid: Libera me de peccatis Deus Gene. 1.
Deus ſalutis meæ. Poteris per ſanguines cædem intelligere, quam rex per nefarium ſcelus Vriæ parauit: vt ſit ſenſus: Eripe me domine de flagitio, in quod impiè fateor incidiſſe, cùm Vriæ interitum machinatus ſum: condona mihi huius cædis reatum. Vel ſic: Libera me domine à pœna ob Vriæ mortem mihi debita. Vnde viri ſanguinum illi vocantur, qui alios vocant ad interitum, de quibus ait pſalmographus: Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meã. Homines humano ſanguine cruẽti plerũque Pſa. 25.
crudeliter occidũtur. Habere manus ſanguine plenas dicitur de homicidis, iuxta illud Eſaiæ: Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt, etiam ſi poſſit illud rectiſſimè de Chriſti ſanguine intelligi, quem petierunt Iudæi dicentes: Sanguis eius ſuper nos, & ſu- Eſai. 1.
per filios noſtros. Poteſt igitur hic Ezechielis locus ita explanari. Repleta eſt terra peccatis. Vel repleta eſt Hieroſolyma cædibus & homicidiis. Vel ſic: Ma. 27.
Repleta eſt Iudæa hominum immanium interitum innocentibus machinantium. Paraphraſis Chaldaica per ſanguines intelligit homines dignos morte, quibus Deus etſi pro ſua ſingulari lenitate diuturnam ſæpenumerò concedat impunitatem, aliquãdo tamen iram ſuã oſtendit ad iudicia exercenda, atque ad vim ſeueritatis ſuæ apertiſſimè declarandam. Exiſtimo tamen per ſanguines hoc loco homicidia ſignificari, quibus plena erat Hieroſolyma. Manaſſes enim ſanguinẽ innoxium fudit, & vt verbis vtar diuinæ ſcripturæ, impleta eſt Hieruſalem ſanguine vſque ad os.

Sed

Sed quid cito locum vnum? Lege vetus teſtamen-
4. Reg. 21. tum, præſertim libros Regum & Paralipomenon,
& inuenies paſſim viros pios & iuſtos fuiſſe ab
impiis & flagirioſis per ſummum ſcelus crudeliter
Matth. 23. trucidatos. Id illis obiicebat Saluator noſter dicẽs
apud Matthæum: Hieruſalem Hieruſalem, quæ
occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi
Act. 17. ſunt. Et diuus Stephanus, vt refert in Actis Apoſto
lorum diuus Lucas, in oratione, quã habuit apud
Iudæos, ait: Quem prophetarum nõ perſecuti ſunt
patres veſtri? Et occiderunt eos, qui prænunciabãt
de aduẽtu iuſti. Et diuus Paulus in epiſtola ad He
Heb. 11. bręos: Lapidati ſũt, ſecti ſunt, tentati ſunt, occiſio
ne gladij mortui ſunt. Vt aquilarũ pennæ aliarũ a-
Simile uium pennas ſuo tactu corrumpunt, ſic potẽtes &
magnates Iudæorum crudelitate & impietate ſua
debiles & innocentes ad excidium vocabãt: & po
Simile tentia ſua impiè abutebantur. Vt magna flumina,
cùm extra alueum diffluunt, & propter impetuo-
ſam aquarum alluuiem & inundationem diffun-
duntur, vix poſſunt agros implere, & vndis obrue
re, quin illis noceãt, & meſſes euertant, ſic magnæ
diuitiæ, potentiæ, & dignitates cùm creſcunt im-
petu apud impios, & inundat, vix reipublicæ cam
pos operiunt, quin eos lędãt, debiliũ opes eradicẽt
& innocentium ſanguine foſſas impleant, & ſecũ
quicquid inuenerint, rapiant: vnde procedunt cæ-
des, clades, ſtrages, & multorum calamitates & de
trimenta. Sed illi præcipuè, qui talia inferunt aliis
ſibiipſis nocẽt, & neſciẽtes interitum conflãt, quo
niam cùm alios vulnerant in corpore, ſuam ani-
mam interficiunt. Ipſi ruunt in perniciem volunta
riam, & ſibi ipſis æternam mortem moliũtur, cùm
alios opprimunt iniuriis, innocentes autẽ qui eas
Simile propter Deum toleranter ferunt, æternam gloriæ
coronam adipiſcuntur. Quemadmodum ſi quidã
ira commotus, & excandeſcentia perturbatus vo-
lens alium occidere, in eum iaceret pretioſas gem
mas & margaritas, & ingentis pretij monilia, nul-
lum illi inferret detrimentum, qui pretioſa illa col
ligebat, ſibique obſeruabat: ita tyranni volentes vi
ros pietate & charitate præſtãtes lapidibus obrue
re, & ferro ac flamma vita priuare, eos calamitati-
bus & variis martyrij generibus premunt, quibus
rebus illi gloriantur, & diteſcunt, & tolerãtia mu
niti, omnes cõtumelias, quas ęquo animo propter
Deũ ferunt, pretioſas & inæſtimabiles diuitias eſſe
rectè arbitrãtur. Huiuſmodi erant Chriſti marty-
res, qui cum raperentur ad ſupplicium, ita lęti pro
grediebantur, ac ſi ad excellentiſſimum variarum
epularum conuiuium ducerentur.

Et ciuitas plena eſt euerſione. Hoc eſt, defectione à
Deo. Qui idola colunt, à Deo deficiũt ſéque amo-
re creaturarũ à creatoris amore auertunt: & ita ſe-
Prouer. 1. ipſos in anima occidũt. Vnde in prouerbiis ait Sa-
lomõ: Auerſio paruulorũ interficiet eos. Paruulos
vocat nefarios homines, qui adeò ſtulti ſũt, vt pro
pter res fluxas & fugaces velint amittere æternas
& immortales, & Deum, qui vita eſt, relinquentes,
in mortem irruant æternã. Poteſt tamen locus ille
Ioſu. 4. ita conuerti in Latinum ſermonem ex Hebręo: O-
tium ignauorum illos occidet, eſt enim turpe o-
tium infinitorum malorum cauſa.

Dereliquit dominus terram. Hoc eſt mortalia non
curat. Hoc dicebant infideles Iudæi, qui à Deo de-
fecerant.

Viam eorum ſuper caput eorum reddam. Id eſt da-
bũt mihi pœnas ſuorũ ſcelerũ. Omnis eorum ini-
quitas & impia viuendi ratio in eorũ caput redun
dabit. Iuxta eorum maleficia eos caſtigabo.

Et ecce vir, qui erat indutus lineis, &c. Hoc eſt, his
geſtis dixit Chriſtus Deo patri: Mãdatũ tuũ cõfeci,
& opus abſolui. Qui occiderãt alios, nõ tale referũt,
quia nũtiũ erat mœroris. Chriſtus ſecurim manu
nõ tenebat, non enim venit in mũdũ, vt occideret,
ſed vt vitam tribueret. Ego veni, inquit ille apud
Ioãnẽ, vt vitã habeãt, & abũdãtius habeãt. Et rur- *Ioan. 10.*
ſum: Nõ veni, vt iudicẽ mũdum, ſed vt ſaluificẽ mũ *Ioan. 12.*
dũ. Id, quod hic ait: Feci, ſicut præcepiſti mihi, ait
etiã his verbis apud Ioannẽ: Ego te clarificaui ſu-
per terrã: opus conſũmaui, quod dediſti mihi, vt fa *Ioan. 17.*
ciã. Fuit enim, vt ait Apoſtolus, obediens vſque ad
mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Si Chriſtus nõ venerat,
vt occideret, ſed vt occideretur, vt eius ſanguine *Phili. 2.*
nos vngeret, & ſignaret, & redimeret, non decebat
portare gladium aut ſecurim, ſed atramentarium,
quo nobis ſuum ſcriberet characterem, nóſque in
libro vitæ deſcriberet. Ideo eo tempore voluit na- *Luc. 2.*
ſci, quo deſcribebatur vniuerſus orbis, quia ille
veniebat in carne, qui nos in æternitate deſ-
criberet. Id docuerunt diuini vates, cùm Meſ-
ſiæ aduentum non in rigore & ſeueritate, ſed
in miſericordia & veritate futurum eſſe prædixe- *Pſal. 88.*
runt. Dauid diuino ſpiritu afflatus Dei filium
vnigenitũ in hũc modũ alloquitur. Miſericordia &
veritas pręcedẽt faciem tuã. Hãc ſentẽtiã cõfirmat
Deus pater, dicens in eodẽ pſalmo: Veritas mea &
miſericordia mea cũ ipſo. Eſaias itẽ, præparabitur, *Eſai. 16.*
inquit, in miſericordia ſoliũ eius. Vnde Zacharias *Luc. 1.*
has voces emiſit: Sicut locutus eſt per os ſanctorũ,
qui à ſeculo ſunt prophetarũ eius. Salutẽ ex inimi-
cis noſtris, & de manu omniũ, qui oderunt nos, ad
faciendã miſericordiã cum patribus noſtris, & me
morari teſtamẽti ſui ſancti. Et virgo Dei genitrix:
Et miſericordia eius à progenię in progenies timẽ *Luc. 1.*
tibus eum. Cæterùm hoc Ezechielis loco oſtendit
Deus iuſtitiam & miſericordiam, iuſtitiam in occi
ſis, miſericordiam in reſeruatis, iuſtitiam in ſecuti
bus, miſericordiam in ſigno thau.

ANNOTATIONES EX Hebræo in CAPVT IX.

Appropinquauerunt viſitationes vrbis. Pro viſitatio
nibus eſt in Hebraico פקודת peccudoth, à verbo pa
cad, quòd ſignificat viſitare, vt in pſalmo: Deus vir
tutum conuertere, reſpice de cœlo, & viſita vineã *Pſa. 79.*
iſtam. Significat etiã punire, vt Numer. 14. Qui vi
ſitas peccata patrum in filios. Significat quoque re *Nu. 14.*
cordari. Et ita vertunt nõnulli illud Zacharię: Vi- *Zacha. 10.*
ſitauit dominus exercituum gregem ſuum. Pro
quo Thargũ habet: Recordatus eſt dominus vir-
tutum populi ſui. Eodẽ modo interpretatur locũ
illũ Geneſeos, Viſitauit dominus Saram, Significat *Gen. 21.*
prætereà ſcrutari, vt apud Iob: Quis poterit ſcruta-
ri vias domini? Quaſi dicat, nemo. Poteſt etiam *Iob. 36.*
verti: Quis ſuper eum viſitabit vias eius? Ac ſi di-
cat: Quis maior Deo eum corrigere poteſt? Signi-
ficat demum præficere. Vnde pacid ſignificat præ-
poſitum & præfectum, vt 4. Reg. 25. Qui erat præ-
fectus ſuper bellatores viros. Ideo peccudoth *4. Reg.*
ſignificat vrbium præfecturas, & ipſos præ- *25.*
fectos

fectos. Eã ob cauſam hic Ezechielis locus poterat trãsferri: Appropinquauerũt præfecti ciuitatis. Ita tranſtulit Pagninus. Pro quo paraphraſis Caldaica habet: Appropinquauerunt conſtituti ſuper ciuitatem. Hi impios trucidarunt, pios autem ſuperſtites reliquerunt. Tales debent eſſe iudices, & prætores, & cæteri iuſtitiæ miniſtri: verſatur enim iuſtitia in hominum ſocietate tuenda, tribuendoque ſuum cuique, & denique remuneratione & animaduerſione: quam ob cauſam legislatores præmia proponunt virtutibus, & ſupplicia vitiis. Hac ratione ductus Solon Athenienſium legislator rempublicam duabus rebus dixit contineri præmio, & pœna. Hæc eſt legum ſumma. Archidamus interroganti cuidam quinam eſſent Spartanæ ciuitatis præfecti, reſpondit: leges: ac legitimi magiſtratus. Ciconia ſerpentes dilacerat, & animalia venenata ea cauernis extrahit, & interficit, qua in re hieroglyphicum eſt iuſtitiæ, quæ in homines ſceleribus imbutos animaduertit, & eos, qui virus flagitiorum ſuorum in alios infundunt, grauiter punit. Habet etiam hæc ales proprietatem hanc, vt parentes ſenectute defectos viciſſim alat, & volandi poteſtate priuatos humeris ſuis geſtet: qua in re pietatis ſymbolũ gerit. Vide de Ciconia Pliniũ lib. 10. ca. 23. Iſidorũ de natura auiũ, & libro 12. etymologiarũ ca. 7. Crinitũ lib. 4. cap. 15. Pierium Valerianum in hieroglyphicis. Quibus in locis huius alitis bellum aduerſus ſerpentes & venata reptilia, & pietatem erga parentes videbis. Eam ob cauſam ſolebant veteres ſapientes ſuper regum ſceptris imaginem ſculpere Ciconiæ, vt refert Suidas, innuentes debere principes, & qui reſpublicas gubernandas ſuſceperunt, iuſtitiam & miſericordiam colere, improbos punire, & in viros pietate, & virtute præditos beneficia conferre. At nunc multi iudices & rectores, & cæteri iuſtitiæ miniſtri, vt ea adipiſcantur, quæ cupiunt, iuſtitiam omnem peruertunt. Quid refert eſſe regem iuſtitia præſtantem, ſi eius famuli iuſtitiæ adminiſtratores ſunt auari, & iniuſti, & immenſæ cupiditatis ſtimulis concitati? Vt ſtatua Nabuchodono- *Simile Dani. 2.* ſoris, etſi caput haberet aureum fuit tamen, & fuit penitus confracta, quia pedes habebat luteos, qui cùm fuerunt lapide tacti, totam machinam euerterunt: ſic iuſtitia cadit ſæpenumerò, quia etſi princeps, qui rectè caput appellatur, ſit iuſtus, & ex auro virtutis veluti conflatus, adminiſtratores tamen iuſtitiæ fictiles ſunt, terram, & lutum intuentes, & muneribus ac largitionibus mouentur, ob quarum cupiditatem vendunt ſententiam, & præcipitant iuſtitiam: & tacti lapide aliquo pretioſo, monili aureo, vaſibus auro fulgentibus, cælato auro, & argento, magna pecuniarum copia, aut aliis huiuſmodi muneribus omnia iura diuina atque humana peruertunt. Et quamuis hoc ita ſe habeat, credo tamen multos eſſe iuſtitiæ miniſtros rectos, & iuſtos, viam ad certam rationis normam dirigentes, momenta officiorum perpendentes, iuſtitiam vitiorum expultricem nulla in re violantes. Sed ego in illos inuehor duntaxat, qui veri iuris, germanæque iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenent, vmbra tantùm vtuntur, quam vtinam ſequerentur: ſunt enim nonnulli non ſolùm à iuſtitia, ſed etiam à iuſtitiæ vmbra alienati. At hi, de quibus loco hoc agit Ezechiel, qui appropinquauerũt vt vrbi præfecti, iuſtitiam ſimul cũ miſericordia rectè exercuerunt.

Et vnuſquiſque vas interfectionis habet in manu ſua. Pro vaſe eſt in Hebraico כלי cele, quæ dictio præter ea, quæ diximus in explanatione arma etiã ſignificat: vt Geneſ. 27. Sume arma tua. Et ca. 59. Vaſa iniquitatis bellãtia. Ideo poterat verti locus hic: Et vnuſquiſque tenebat manu arma ad interficiendũ: *Gen. 27.* ſiue interfectionis: pro quo eſt in Hebraico משחתו *Gen. 59.* maachetho, à verbo xachah, quod ſignificat interficere, diſperdere, delere, & corrũpere. Id quod ait Oſeas, aut potiùs Deus per illum: Perditio tua Iſrael, tãtummodo in me auxilium tuũ: poteſt verti *Oſe. 13.* ex Hebræo: Perdidit te ô Iſrael, & ſubauditur, vitulus: vt ſit ſenſus, Vitulus, quem coluiſti ô Iſrael, te euertit: ego ſum, qui tibi poſſum ferre opem, & mittere auxilium, non autem idola tua. Hunc locũ ita tranſtulit paraphraſtes Chaldæus: vt dicat dominus: Quando tu ô popule Iſraelitice perdebas opera tua, dominabantur tibi gentes, quando verò reuertebaris ad legis obſeruantiam, ego tibi eram auxilio, Colens idola vincebaris, colens meipſum reportabas victoriam. Et vbi ait ſcriptura libro quarto Regum abſtuliſſe Ioſiam idola, quæ erant ad dexteram partem montis offenſionis, pro *4. Reg. 23.* offenſione eſt eadem dictio, quæ hoc loco apud Ezechielẽ. Et pro offenſione poterat verti, perditio, ſiue interfectio, ſeu deſtructio. Ita enim appellabatur mõs Oliueti ob idolatriã, quæ ibi exercebatur. Nam explicare volens Thargum, quis eſſet mons ille perditionis ſeu offenſionis, montẽ oliuarũ tranſtulit, qui hominibus perniciem moliebatur, eorum animas perdens ob idolorum cultum. Ita etiam appellat. Ieremias Babylonem, quæ erat hominum contaminatrix, ob idolatriã, & varia vitio- *Iere. 51.* rum genera, quibus ſe homines coinquinabãt. Nã capite 51. vbi diuinus vates inuehitur in Babylonem vaticinatus de eius excidio & euerſione, pro eo quod nos habemus: Ecce ego ad te mons peſtifer, eſt in Hebraico nomen hoc maachith, quã ob cauſam poteſt etiam conuerti. Ecce ego aduerſus te mons perditionis, ſeu interfectionis, ſeu corruptionis. Quanquam Babylon erat in planicie ſita, teſte Strabone, libro primo, & Herodoto libro etiam primo, tamen vocatur mons perditionis ob ſcelerũ magnitudinem: quàm ob cauſam eã interpres Latinus montem peſtiferum meritò appellauit. Et Eſaias eam montem vocauit caliginoſum, *Eſai. 13.* Et noſter Ezechiel gladios ſeu ſecures, quibus ſcelerati fuerunt interfecti, vaſa vocat interfectionis. Et paulò pòſt repetens eandem ſententiam ait: Et vniuſcuiuſque vas interitus in manu eius, vbi pro interitu non maxehith, vt anteà, ſed mappatſo poſuit. Eſt enim à verbo napats, quod ſignificat conterere, frangere, diſperdere, allidere, vt in pſalmo; *Pſa. 136.* Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram. Acſi dicat: Beatus ille erit ô ciuitas Babylon, qui filios tuos paruulos, qui infantes tuos crudeliter occiderit, Prædixit pſalmographus calamitatẽ, qua poſteà fuerunt Babylonij oppreſſi, cùm eos Cyrus euertit, & occidit, & in acerbiſſimos cruciatus adduxit, eorũ filios à ſinibus & pectoribus matrũ auulſos ad duros lapides comminuens, vt ad eos alliſi immaniter interficerentur.

Attramentarium ſcriptoris ad renes eius. Aquila eodem

dem ferè modo tranſtulit:ita enim babet:Atramé-
tarium ſcribæ ad lumbos eius.Symmachus vertit:
Tabulas ſcriptoris habet in renibus ſuis. Tabulis
quondá pro libro vtebantur ſcribæ. Hic eſt liber,
quē habet Chriſtus,in quo ſunt ſcripti viri ad glo-
riam prædeſtinati.Eſt enim ex vſu ſcripturarú per-
ſpicuum eſſe apud Deum librum quendam vitæ,
Exo.32. de quo aiebat Moyſes:Aut dimitte eis hanc noxá,
aut dele me de libro,quem ſcripſiſti. Et pſalmo-
Pſa.68. graphus,Deleantur de libro viuentiú, & cú iuſtis
Luc.10. nó ſcribantur.Et Chriſtus Deus noſter: Gaudete,
quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et de
hoc libro intelligunt nónulli id,quod Chriſtus ait
Pſa.39. in pſalmo:In capite libri ſcriptum eſt de me,vt fa-
Apo.20. cerem voluntaté tuam. Et in Apocalypſi ait diuus
Ioannes:Qui non eſt ſcriptus in libro vitæ, miſſus
eſt in ſtagnú ignis.Eſt autem hic liber diuina præ-
Simile ſcientia.Vt in ſpeculo apparent formæ ſenſibiles,ſic
in libro relucent veritates intelligibiles. Vnde di-
uina præſcientia,in qua relucét omnes veritates,li-
ber vocatur:in quo legerunt diuini vates,& Chri-
ſti diſcipuli,quorum mentes Deus diuinæ ſcientię
ſplendore illuſtrauit, & diuino amore mirabiliter
incendit,vt in corporibus humanis vitam cœleſté
imitantes futura prædicerent,& in ſuis moribus &
actionibus diuinę bonitatis effigiem quodá modo
adumbrarent. Apparet Chriſtus cum libro, vbi
ſuos ſcribebat:ideo iuxta Symmachi verſionem li
brú portat,ſiue tabulas ſcriptoris, & iuxta noſtrá
editionem attamentarium ad renes. Pro quo ſep-
tuaginta interpretes habent: Et zona ſaphiri ſu-
per lumbos eius. Eſt auté ſaphirus lapis pretioſus
coloris aerij,aureis punctis collucens: de quo agit
Plinius lib.37. Et hic lapis erat in ornamétis prin-
Exo.28. cipis ſacerdotú,vt in Exodo diuinæ literæ teſtan-
tur,nimirú in rationali quadrato,in quo erát duo-
decim lapides cú nominibus filiorú Iſrael.At zona
ſummi ſacerdotis legalis non erat ſaphirina ſed
Exo.28. erat cinctorium quoddá opere plumarij, ſiue bal-
Exo.29. theus,de quo in Exodo multa dicuntur. Hic bal-
Exo.39. theus erat in ſimilitudiné pellis colubri, qua exuit
ſenectutem,polymita arte diſtinctus, vt aſſerit di-
uus Hieronymus epiſtula ad Fabiolam de veſte ſa-
cerdotali.At baltheus hic, quo erat Chriſtus ſuc-
cinctus, ſaphirinus eſt,& longè pretioſiſsimus:vt
oſtenderetur multò eſſe præſtantius Chriſti ſacer-
dotiú legali illo & Aaronico: ná legis ſacerdos of-
ferebat vitulos, Chriſtus autem obtulit ſeipſum,
nobis corpus ſuú ſacratiſsimum, & ſanguiné pre-
tioſiſſimum ſub ſpeciebus panis & vini relinqués,
& ſe in crucis ara pro nobis hoſtiam deuouens ac
Pſa.109. conſtituens.Fuit enim,vt dicitur in pſalmo, ſacer-
dos in æternú ſecundú ordinem Melchiſedech.Si-
gnificat quippe Melchiſedech regé iuſtitię,qui rex
Pſa.84. erat Salé,quæ pacé ſonat,iuſtitia enim & pax oſcu
latæ ſunt. Et erat ſine patre & matre: quæ omnia
Chriſto cóueniunt.Ipſe enim eſt rex iuſtitię & pa-
Hebr.7. cis,ſine matre ſecundú generationé diuinam æter-
Eſa.53. nitatis,de qua dixit Eſaias: Generationé eius quis
enarrabit? ſine patre verò ſecundú temporalem ex
immaculata ſemper virgine Maria abſq; virili ope
ratione.Adumbrauit prætereà Melchiſedech Chri
ſtum deum noſtrú,quòd pané obtulit & vinú in ſi-
gnú ſacramenti Eucharistiæ, quod Chriſtus erat
cóſtituturus.Ideo nó zona opere plumarij cótexta
præcinctus apparet ſacerdos noſter ſecundum or-
diné Melchiſedech, ſed zona ſaphirina pretioſa.
Ea illú vidit indutú & præcinctú diuus Ioannes,
dicés in Apocalypſi:Vidi in medio ſeptem candela-
brorú ſimilé filio hominis veſtitú podere, & præ- *Apo.1.*
cinctum mámillas zona aurea.Significat auté zo-
na aurea dignitaté nó ſolú ſacerdotalé, ſed etiá re-
giá,de qua dixerat regius vates:Dominus regnauit
decoré indutus eſt,indutus eſt dominus fortitudi- *Pſa.92.*
né,& pręcinxit ſe. Et alibi:Ego autem cóſtitutus *Pſal. 2.*
ſum rex ab eo ſuper Sion monté ſanctum eius.Aſ-
picis igitur Chriſtum regem eſſe & ſacerdotem,
indutum lineis, & ſaphirina zona præcinctum.

Et gloria Dei Iſrael.Pro Deo eſt in Hebraico אלהי
elohe in regimine.Dictio eſt elohim, quæ Deú ſi-
gnificat, vt Geneſis primo: In principio creauit *Gen.1.*
Deus cœlú & terram:Elohim eſt in plurali,& ferè
ſemper in eo numero inuenitur,vt trium perſona-
rum in diuinis deſignet diſtinctionem. Significat
etiá angelos,vt in pſalmo:Minuiſti eum paulò mi- *Pſal.8.*
nus ab angelis.Pro quo quidá verterunt:Minuiſti
eú paulò minus à Deo.Sed quorſum opus eſt rece-
dere ab ea tranſlatione, quá ſequitur diuus Paulus
Apoſtolus in epiſtola ad Hebręos,vbi hunc locum *Hebr.2.*
de Chriſto interpretatur,qui ratione humanæ na-
turę minoratus eſt ab angelis,quæ tráſlatio eſt ec-
cleſiæ authoritate cófirmata?Imò Dauid Kimhi in-
ſignis inter Hebræos cómentator ſequitur verſio-
né ſeptuaginta interpretú,quam diuus Paulus ci-
tat,& exponit,& quam eccleſia comprobat & có-
firmat:teſtatur enim hic Rabbinus poſitú eſſe hoc
loco elohim pro angelis.Eodé modo in alio pſal- *Pſa.137.*
mo:In conſpectu angelorú pſallá tibi.Prætereà ſi-
gnificat iudices: vnde id,quod eſt in libro Exodi:
Quod ſi dixerit ſeruus: Diligo dominum meú, & *Exo.21.*
vxoré,ac liberos,nó egrediar liber; offeret eú do-
minus diis,poterat verti: Offeret eú dominus iudi
cibus,& ita habet Chaldęa paraphraſis:ná pro diis
in Hebraico eſt elohim. Eodem modo,id quod eſt
capite ſequéte:Diis non detrahes, tráſferri poteſt: *Exo.22.*
Iudices non vulnerabis maledictis. Et rectè quidé
in verſione noſtra pro iudicibus poſuit Latinus
interpres deos,quoniá debent iudices iuſtum deú
in terris modo ſuo repræſentare:nam iuſtitia legis
vtique finis eſt lex,iudicis opus,iudex imago quę-
dam Dei eſt vniuerſa gubernantis. Hanc auté ima
ginem conſequitur iudex non Phidiæ,& Polycleti
induſtria, ſed iuſtitiæ exercitatione, quæ hominú
vitæ ſuppoſita veluti fabrile læuigatorium, quod *Simile*
rectum eſt,non contingit, quod verò tumens, &
nodoſum,& ſuperuacaneum eſt,recidit. Cùm igi-
tur elohim ſignificet Deum, quid mirum ſi iudi-
cem Dei imaginem quandam repræſentantem ſi-
gnificet?Sed cú in literis diuinis Deus multis no-
minibus vocetur,illud eſt aduertendú, elohim ſi-
gnificare Deum iudicé,vt punit, & flagitioſos vl-
ciſcitur:deriuatur enim à verbo alah, quod male-
dicere: & execratoriè iurare. & vlciſci ſignificat.
Quam ob cauſam hoc loco Ezechiel inducens
Deum aduerſus Iudæos iratum,præcipientem vi-
ris vaſa interitus manu tenentibus,vt per mediam
Hieroſolymam tranſirent,omnéſque interficerent
qui non eſſent litera thau ſignati, eum vocat elo-
him.Sed dices: Quî fieri poteſt, vt elohim Deum
ſignificet iudicem, & vindicem, cùm in mundi có-
ſtitutione Moyſes eum efferat ſub nomine elohim
ita enim ait, In principio creauit elohim cœlum

& terram. Ibi enim creationis meminit ſcriptura, non vltionis. Huic obiectioni reſpondendum exiſtimo, ideo Moyſem Deum hoc nomine appellaſſe, vt Dei timorem & prouidentiam cum creatione conculcaret: acſi diceret: Res, quas videtis, ille produxit, qui non ſolùm rerum, ſed etiam punitionum eſt author; qui poteſt malè geſta punire. Ille qui res omnes creauit, in eos grauiter animaduertet, qui illis fuerint intemperáter abuſi. Ita nodum hunc ſoluit in ſuis commentariis in Geneſim Hieronymus ab Oleaſtro, qui elapſis diebus obiit ſuum diem non ſine multorum dolore. Fuit eius mors luctuoſa ſuis, acerba patriæ, grauis viris doctis cum viderint è vita migrare virum ſapientia, & eruditione, & Chriſtiana pietate præſtantem, & eximium quoddam ordinis prędicatorum ornamentum. Primum dei nomen eſt El, ſecundum Eloha, & Elohim, tertium Tſabbaoth, quartum Helion, quintum Aſerhie, ſextum Adonai, ſeptimum Ia, octauum Iehouah, nonum Saddai. Habet etiam Deus multa alia nomina, de quibus vide Martinũ Cantapetrenſem virum hac noſtra ætate eruditiſſimum libri ſecundi capite ſecũdo ſuarũ hypotypoſeon, quem librum edidit Salmanticæ, vbi ſacrorum bibliorum tribus in linguis primarius eſt, ac perpetuus interpres.

Ciuitas repleta eſt auerſione. Pro auerſione eſt in Hebraico מטה muttheh, à verbo נטה natah, quod ſignificat auertere, declinare, & peruertere. Hac ratione adductus Pagninus tranſtulit: Ciuitas plena eſt peruerſo iudicio.

Argumentum Cap. X.

Repetit viſionem, quam primo capiti mandauit, animalium, rotarum viuentium, firmamenti ſuper capita cherubim, & throni ſaphirini ſuper firmamentum. Et in ſignũ euerſionis Hieroſolymæ ait ſe vidiſſe virum è medio rotarum & animalium prunas accipientem, quibus erat ciuitas comburenda.

CAPVT X.

A ET vidi, & ecce in firmamento, quod erat ſuper caput cherubim, quaſi lapis ſaphirus, & quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij apparuit ſuper ea. Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait. Ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quæ ſunt inter cherubim, & effunde ſuper ciuitatẽ. Ingreſſúſque eſt in conſpectu meo, cherubim autem ſtabant à dextris domus, cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata eſt gloria domini deſuper cherubim ad limen domus, & repleta eſt domus nube. Et atrium repletum eſt ſplendore gloriæ domini, & ſonitus alarum cherubim audiebatur vſque ad atrium exterius, quaſi vox Dei omnipotentis loquentis.

EXPLANATIO.

Et vidi, & ecce in firmamento. Hæc viſio fuit imaginaria: ſpiritu enim ea vidit, quæ ſequũtur: nimirum thronum ſiue ſolium, quod videbatur cõſtare lapide ſaphirino, quemadmodum in fine capitis aſſeuerat, & firmamẽto ſub throno, & cætera, quæ in huius capitis diſcurſu licet videre. Et licèt primo capite dictum fuerit eſſe firmamentum inſtar aſpectus terribilis cryſtali, hîc autem dicatur firmamentum ſuper caput cherubim, quaſi lapis ſaphirus: facilè tamen hic nodus ſoluitur: nam hæc verba: quaſi lapis ſaphirus, referuntur ad ſolium, non autem ad firmamentum. Quid autem per firmamentũ, & ſolium, & ſaphirum, & animalia, & rotas intelligatur, oſtendimus copioſè, niſi me fallit opinio, primo capite.

Quod erat ſuper caput cherubim. Quæ primo capite appellat animalia, vocat hoc loco cherubim: vt oſtendat animalia illa cœleſtia eſſe, & myſteria per illa ſignificata res omnes naturales ſuperare. Sed quare hîc, non autẽ primo capite appellat ea cherubim? Ratio eſt, quia hic erat propheta diuino ſplẽdore plenius illuſtratus: & quantò propiùs ad viſionem accedebat, tantò illi mirabilior videbatur. Quò enim homines magis illuminantur, eò illis Chriſti myſteria ſublimiora videntur. Vt pretioſa monilia ex puriſſimo auro confecta, magno artificio ſubtiliter elaborata, quò propiùs acceſſeris ad illa, & attentiùs atq; clariùs aſpexeris, politiora & præſtãtiora iudicabis, ita tibi ad arcana diuina propiùs accedenti, eaq; ſplendidiore animi puritate, & clariore diuinæ gratiæ luce contẽplanti ſublimiora in dies & illuſtriora videbũtur. Opus eſt quidẽ diuina reuelatione, nam abſq; ea nihil proficies. Id intelligens regius vates canebat: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Nã qui peſtilentibus animi labibus cõtaminatus, vitiis cõſtrictus, & ſceleribus imbutus voluerit proprio fretus ingenio, ſolũ viribus ſuis diuina myſteria intueri, & in eorũ admirabilem ſplendorẽ mentis aciem dirigere, & altiſſima arcana percipere, & penetrare, operã perdet & induſtriam, & in erroribus intolerandis verſabitur. Ideo aiebat Dauid: A mãdatis tuis intellexi: Acſi diceret: Poſtquã domine mandata tua ſeruaui, maximarũ rerum intelligentiam acquiſiui. At qui voluerit propriis viribus fiſus ſe altiùs erigere, & efferre, ſeipſum amittet. Vt enim accipiter tunc perditur, cùm fretus alis vult volare excelſiùs, & extolli in ſublimiùs, ſic vani homines tunc labuntur, cùm volunt ſolo humano ingenio alta dei myſteria percipere: acſi æternæ illius maieſtatis cõſilia & diſpoſitiones propriis ſenſibus, & humanis cogitationibus comprehenderentur. Ideo ait in epiſtola ad Romanos diuus Paulus: Noli altum ſapere, ſed time.

Simile · *Pſa.118.* · *Pſa.118.* · *Simile* · *Rom.11.*

Et quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij. Senſus eſt: Et ſaphirus ille referebat ſimilitudinem throni ſuper firmamentum imminens cherubim. Ideo ait: Apparuit ſuper ea: hoc eſt ſuper firmamentum & cherubim.

Et dixit ad virum. Nimirum ille, qui ſedebat in throno ſaphirino, per quẽ Deus pater intelligitur, vt primo capite explicuimus. Alloquitur igitur pater filium ſuũ vnigenitum, per virum indutum lineis ſignificatum, vt oſtendimus capite præcedẽte. Spe-

te. Species glorię domini, quæ primo capite apparuit Ezechieli in firmamento ſuper capita animalium, fuit ſuperiore capite tranſlata de cherubim ad templi limen: nunc redit ad firmamentum, non multò pòſt inde receſſura. Cum autē eſſet in throno ſuper firmamento, alloquitur virum lineis indutum.

Imple manum tuam prunis ignis. Nam dictum fuit capite primo: Aſpectus animalium quaſi carbonū ignis ardentium. Et paulò pòſt: Hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium: ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens.

Effunde ſuper ciuitatem. Subaudi, Hieroſolymā. Significauit Deus eſſe Hieroſolymam incēdio flagraturam, & ob eius ſcelera penitus delendā. Aduerte. Vir ille lineis indutus, & ſaphirina zona præcinctus, per quem Chriſtus intelligitur, verus ſacerdos, & verus iudex, qui capite præcedēti ſignauit thau electos ſuos, vt erepti à morte vitā immortalem conſequerentur, nunc mandatum accipit à patre perdendæ ciuitatis, quoniam qui primo aduentu venit ad vitam tribuendam, in ſecundo veniet ad iudicandū, & impios ad ignem inextinguibilem damnandū, vbi in æternum crucientur. De primo aduentu ait ipſe Chriſtus apud Ioannē: *Ioan. 3.* Nō miſit Deus filium ſuum in mundū, vt iudicet mūdum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Et iterum *Ioan. 10.* Ego veni, vt vitam habeant, & abundantiùs habeant. *Mat. 9.* Et apud Matthæū: Diſcite quid eſt, miſericordiam volo, non ſacrificium. Id autem, quod ait *Ioā. 12.* idem Chriſtus apud Ioannem: Ego in iudiciū veni in mundū: Et Nunc iudicium eſt mundi, intelligitur non de iudicio iniquorum, ſed iniquitatū: nō de damnatione ſceleratorū, ſed ſcelerum. De ſecūdo verò aduentu ait Eſaias: *Eſa. 66.* Ecce dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorē ſuū, & increpationē ſuā in flāma ignis. *Pſal. 9.* Et pſalmographus: Parauit in iudicio thronū ſuum: ipſe iudicabit orbē terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia. *Pſal. 8.* Et rurſus: Cognoſcetur dominus iudicia faciens: in operibus manuū ſuarū cōprehenſus eſt peccator. Et diuus Paulus ad Timotheum ſcribens: *2. Tim. 4.* Teſtificor coram Deo, & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos. Et ſi primo aduentu venit in humilitate, tamen in ſecundo veniet in maieſtate: ipſe enim ait apud Matthæum, *Mat. 24.* de die vltimi iudicij loquens: Plangēt omnes tribus terræ, & videbunt filiū hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maieſtate. *Mat. 25.* Et rurſum: Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cū eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ad eū omnes gentes. Et paulò pòſt: Ibūt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Aſpicis igitur nō eſſe inconueniens eundem virū lineis indutū & vitā tribuere, & ad mortē damnare: ſi ad duos eius aduentus volueris reuocare rationē. Poteris etiā hæc duo de primo aduentu intelligere: nā Chriſto adhærentes vitā receperunt, eum autē ſubſannantes impegerunt in illum: quam ob cauſam fuerunt in æternas pœnas relegati. Id prædixerat his verbis Eſaias, *Eſa. 8.* loquēs de Meſſia: Erit vobis in ſanctificationē: in lapidē autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael. Hoc etiam conteſtatus eſt apud Lucā pius ille ſenex Simeō, *Luc. 2.* cùm amplectens puerum Ieſum, tenens eum brachiis, ore, & animo, dixit, Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum. Loquēs diuus Paulus de Iudæis illis, qui Chriſtum recipere noluerunt, alludit ad hunc Eſaiæ locum, dicens: *Rom. 9.* Offenderunt enim in lapidē offenſionis. Et dominus Ieſus apud Matthæum: Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. *Mat. 11.* Dicitur autem Chriſtus petra ſcandali occaſionaliter, vt ita loquar, quoniam impij ex mera malitia ſumebant ex ſanctiſſimis Chriſti verbis & factis ſpiritualis ruinæ occaſionē. *Simile* Vt claros ſanóſque oculos habentes à ſolis ſplendore lumen recipiunt, à quo qui ægrotatione laborāt offenduntur, ſic viri pietate præſtātes luce illa diuina, quæ ait: Ego ſum lux mundi, *Ioan. 9.* illuminabantur, qua impij & flagitioſi in maiorem animi cæcitatem & ægritudinem incurrebant. Calx, & aggates lapis authore Plinio aqua incendūtur, *Simile* qua omnia refrigerantur. Ita Chriſto Deo noſtro, aqua illa cœleſti, de qua ait per Ezechiel ē Deus pater: *Inf. 36.* Effūdam ſuper vos aquam mundā, qua pij ſitim rerum humanarū extinguebant, & animarum refrigerationem cōparabant, impij Iudæi odio inflammabātur. Ardebant in agnum innocentem eorum furiæ ipſíque ira incenſi, atque ſtimulis inuidiæ concitati illum ad excidium crudeliſſimum vocarunt, eiúſque ſplendorem penitus extinguere voluerūt.

At hæc pernicies in eorum peccata redundauit, nā fuit eorum ciuitas euerſa, & igne cōſumpta, & ipſi in perpetua ignominia volutati, & in inferno in æternum ſepulti. Intueris igitur poſſe duo hæc, nimirum vitam & mortem de gratia & obſtinatione in primo Chriſti aduentu explanari: vita ſignificata fuit per ſignum thau, mors autem per ignē, de quo agitur hoc loco. Poteris nihilominus per hunc ignem charitatem intelligere: ignis enim, quem Chriſtus miſit in terram, amor eſt, quo hominū corda incendere volebat. Hic eſt ignis ille, de quo ipſe ait apud Lucā: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur? *Luc. 12.* Vaticinatus fuit Ezechiel capite præcedente de ſalute electorum, quos Chriſtus ſignauit, nunc vaticinatur de eorū charitate, qua eos Chriſtus incendit, vt poſſent in obſequio diuino permanere, & variis mūdi dæmonis, & carnis tētationibus fortiter ac firmiter obſiſtere. Vt olla dulci liquore plena, ſi vi ignis *Simile* agitata ferbuerit, muſcas abiget, & lōgiùs fugabit, ſin autē friguerit, muſcas recipiet, quæ in illā ſtatim ingredientur, ſic cor igne charitatis inflammatum tentationes ſuperuolantes non admittit, quin potius propellit, & longiùs amouet: at ſi languidū & remiſſum frigeſcit, eſt omnibus tētationibus patulum & apertū, & fit muſcarū & malarum cogitationū reconditoriū & domicilium. Præterea per ignem ira ſignificatur, vt apud Ieremiā: *Iere. 15.* Ignis ſuccēſus eſt in furore meo: Chriſtus autē in corda electorum ignem, hoc eſt iram aduerſus ſcelera mittit, & vult, vt contra illa pugnemus. Ipſe enim ait apud Matthæum: *Mat. 10.* Non veni pacē mittere, ſed gladium. Quid eſt hoc? Nonne Chriſtus Deus noſter docuit pacē? Docuit quidē. Imò ad hoc venit in mundū, vt pacē doceret, vt ait Gregorius, cuius verba ſunt ſacris canonibus mandata 23. quæſt. 1. capit. Niſi bella. Adeò diligit Deus pacē, vt eam ob cauſam nec ad Cain, nec ad eius munera reſpexerit, quia cū fratre non pacem, ſed zeli diſcordiā habebat. Hāc rationē affert diuus Cyprianus, quæ

eſt in ſactos canones relata diſtin.90.cap. Nec ad
Cain.Chriſtus eſt pax noſtra, vt aſſerit in epiſtola
Ephe. 2. ad Epheſios diuus Paulus, quē in ſecunda ad Co-
2.Cor. 13. rinthios deum pacis appellat. Qui igitur fieri po-
teſt, vt author pacis diſcordiā doceat? At aliè ſpe-
ctare ſi voluerimus videbimus apertiſſimè abſque
diſcordia hac euangelicā pacem eſſe nō poſſe.Fie-
ri nequaquā poteſt, vt qui pacem habet cum vitiis
concordiam ſeruet cum virtutibus: diſtant enim
hæc maximè, toto differūt diametro, & nullo mo-
do cohęrent. Qui eſt ſceleribus aſtrictus, mundoq́;
deditus, oportet, ſi vult conſequi ſalutē, & adhęre-
re Deo, vt diuidatur à mundo, & conglutinatā cū
flagitiis concordiam deponens, concitet aduer-
Luc. 2. ſus ea diſcordiam, mundoq́; inferat bellum, vt ſit
Act. 2. Chriſti amore inflammatus Eam ob cauſam ſpiri-
tus ſanctus in Chriſti baptiſmo apparuit in ſpecie
colubæ, & ſuper apoſtolos in ſpecie ignis: columba
pacē & manſuetudinē ſignificat, ignis verò diſcor
1.Ioā.2. diā & iram. Pax cum Deo dicit diſcordiam cū mū-
do. Id intelligens diuus Ioannes Apoſtolus ait in
prima ſua epiſtola: Si quis diligit mundum, nō eſt
charitas patris in eo, quoniam omne, quod eſt in
Iaco. 4. mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcen-
tia oculorum & ſuperbia vitæ. Et diuus Iacobus:
Neſcitis quia amicitia huius mūdi inimica eſt deo
Quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius
inimicus dei conſtituitur. Si hirundines, vt ait So-
linus, in domo minaute ruinā non nidificant, imò
fugiunt à malè materiatis ædificiis, quanto magis
homines debent à mundo recedere, quē ſciunt eſſe
caducū, & ruinoſum, & ſibiipſis pericula molien-
Ioā. 19. tem? Quid dico fugere? imò debet illi bellū forti-
ter inferre. Hanc exiſtimo eſſe vnā ex cauſis, qua-
re ex Chriſti latere ſanguis fluxerit, & aqua. Aqua
gratiā deſignauit, gratia pax eſt & amor, & ſuper-
naturalis qualitas in animæ eſſentia, à Deo infuſa,
faciēs creaturam gratam creatori: ſanguis autem
bellum dicit, & diſcordiam: nam verus Chriſti ſe-
ctator ſumma ope niti decet, vt cum Chriſto pacē
habeat, cum mundo vero diſcordiam: cum Chri-
ſto ſit amore coniunctus, aſtrictus, & deuinctus, à
mundo verò diuiſus, auulſus, & ſeparatus. Hanc
mundi diſcordiam, hoc eius diſſidiū voluit Deus
hoc loco nomine ignis ſignificare, quē hic ait Eze
chiel à Chriſto in ciuitatem immiſſum, hoc eſt in
electorum corda infuſum.

Egreſſúſque eſt in conſpectu meo. Hoc eſt, me viden-
te introiuit in medium rotarū. Hæc fiebant in vi-
ſione imaginaria intellectuali per rerū ſimilitudi-
nes menti Ezechielis repræſentatas: quarū ſignifi-
cationes Deo intus illuminante intelligebat.

Et nubes impleuit atrium interius. Hæc nubes deſi-
Exo. 19. gnabat dei præſentiam, nam aſcendenti Moyſi in
montem Sinai dixit Deus: Veniam ad te in caligi-
ne nubis: & cùm nebula impleret templum dixit
3.Reg.8 Salomon: Dominus dixit, vt habitaret in nebula:
2.Par.6 vt in tertio Regum, & ſecundo Paralipomenon li-
Mat 17. teræ diuinæ memoriæ prodiderunt. In euangelio
Marc.9. etiam ſcriptū legimus in Chriſti transfiguratione,
Luc. 9. & aſcenſione nubem apparuiſſe. Fortaſſe ideo per
Acto.1. nubē dei præſentia deſignatur, vt intelligamus nul
lam mentis aciē eſſe tam acutam & perſpicacem
quæ illū poſſit intueri: nulla enim humana cogita-
tione poteſt eius natura cōprehendi. Qui fieri po-
teſt, vt in carne poſiti, in exilio hoc cōſtituti, diui-
nam intueamur eſſentiam? Id ſignificabant nubes,
quæ montem Horebum, & Salomonis templum *Pſal. 17.*
deo aduentante oppleuerūt. Ideo ait diuinus pſal-
tes: Inclinauit cœlos, & deſcendit, & caligo ſub pe
dibus eius. Et paulò pòſt. Et poſuit tenebras lati-
bulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius. *1.Tim.6*
Dei habitatio eſt lux inacceſſibilis, vt aſſerit Apo-
ſtolus: quā ob cauſam per lucem tabernaculū eius
ſignificatur iuxta Theodoreti, & Theodori Antio
cheni ſententiam. At huic tabernaculo circunfudit
dominus nubē in mundū deſcenſurus, vt oſtende-
ret non poſſe carnis oculis eius eſſentiam videri.

Et eleuata eſt gloria domini. Significauit Deus ſe
eſſe locum illum relicturum per gratię ſubtractio- *Pſa.126*
nem: & ex conſequenti venturum eſſe excidiū illi:
nam niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vi
gilat, qui cuſtodit eam.

Et ſonitus alarum cherubim. Subaudi, quibus vo-
labant.

Quaſi vox dei omnipotentis loquentis. Hoc eſt, qua-
ſi vox omnipotentis Dei, quando loquebatur in *Exo.19.*
mōte Sinai. Vel ſic: Erat ſonus alarum, quibus vo-
labant animalia, tam ingens, vt audiretur non ſo-
lùm in templo, ſed etiam vſq; ad atrium exterius,
quod erat immundorū, & ita reſonabat tanquam
ſonus magnificus atq; admirabilis, qualem eſſe de- *Pſa. 28.*
cet vocem Dei omnipotentis, cum eam emittit: de
qua præcinit diuinus pſaltes: Vox domini in virtu
te, vox domini in magnificentia. Capite primo di-
xit etiam Ezechiel: Audiebam ſonū alarum, quaſi *Sup. 1.*
ſonum aquarum multarum quaſi ſonum ſublimis
dei. Quæ verba ibi à nobis fuerunt explanata.

Cúmque præcepiſſet viro, qui indutus e- B
rat lineis, dicens: Sume ignem de medio ro-
tarum, quæ ſunt inter cherubim: ingreſſus il-
le ſtetit iuxta rotam. Et extendit cherub ma-
num de medio cherubim ad ignem qui erat
inter cherubim, & ſumpſit, & dedit in ma-
nus eius, qui indutus erat lineis: qui accipiēs
egreſſus eſt. Et apparuit in cherub ſimilitu-
do manus hominis ſubtus pennas eorum. Et
vidi: & ecce quatuor rotæ iuxta cherubim,
rota vna iuxta cherub vnum, & rota vna iux
ta cherub alterum. Species autem rotarum,
erat quaſi viſio lapidis chryſolithi, & aſpe-
ctus earum ſimilitudo vna quatuor: quaſi ſit
rota in medio rotæ. Cúmque ambularent in
quatuor partes gradiebantur: & non reuerte
bantur ambulantes: ſed ad locum, ad quem C
ire declinabat, quæ prima erat, ſequebantur
& cæteræ: nec reuertebantur. Et omne cor- *Sup. 1.*
pus earū, & colla, & manus, & pennæ, & cir-
culi plena erāt oculis in circuitu quatuor ro
tarū. Et rotas iſtas vocauit volubiles audien-
te me. Quatuor autem facies habebat vnū.
Facies vna facies cherub, & facies ſecunda
facies hominis, & in tertio facies leonis, &
in quarto facies aquilæ: & eleuata ſunt che-
rubim.

Cúmque præcepiſſet viro. Repetitio eſt eius, quod
dixerat ſuprà: Ingredere in medium rotarum. Fi-
gura

gura eſt Epimone in ſancta ſcriptura non infre-
quens.

Et apparuit in cherub manus hominis. Explicat ver-
ſum ſuperiorem: acſi dicat: Ne mireris extendiſſe
cherub vnam manum ad ignem, illumque acce-
piſſe, nam cherubim non tantum habebant alas,
ſed etiam manus, quibus vnus ipſorũ ignem ſum-
pſit, quem porrexit viro albis veſtibus induto. Pri
mo capite vocantur animalia, quæ hîc appellãtur
cherubim, vt paulò antea diximus. Quid autẽ per
manus ſignificetur, fuit ibi explicatum.

Et ecce quatuor rotæ. Ex hoc loco colligitur pla-
nè rotas animalium primi capitis quatuor eſſe, nõ
autem duas tantum, vt nonnulli exiſtimarunt. Sed
ita quatuor erant vt videretur vna, quia vna erat
earum ſimilitudo, & ita erat vna, vt quatuor eſſe
viderẽtur. Eam ob cauſam ait hic paulò pòſt Eze-
chiel: Et aſpectus earum ſimilitudo vna quatuor.
Acſi diceret: Omnes quatuor habebant vnam &
eandem ſimilitudinem, erant enim ſimillimæ, &
maximè concordes. Tales debent eſſe fideles per
Simile — has rotas ſignificati. Quemadmodum in horolo-
gio certo rotæ temperatæ, & debita proportione
diſtinctæ circulos ſuos æquabiliter conficiunt, &
mota vna aliæ ſimiliter mouentur, & quieſcente
quieſcunt, ita vt cùm multæ ſint numero, ſint vna
tantum conformatione & cõſonantia, ſic in Chri-
ſtiana republica omnibus debet eſſe eadem volũ-
tas, & tanta concordia & animorum coniunctio
virtute conciliata, vt cùm multi ſint corpore, ſint
tamen vnus homo conſenſu, & vnanimitate. Ad
Luc. 1. — hoc venit Chriſtus, vt verbis vtar Zachariæ, ad di-
rigendos pedes noſtros in viam pacis. Quam ob
cauſam monet nos diuus Paulus in epiſtola ad E-
Ephe. 4. — pheſios, vt ſimus ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus
in vinculo pacis. Et ad Romanos: Non eſt, inquit,
regnum dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax. At ne-
farij homines diſcordiam ſeminant iuxta id, quod
Eſa. 48. — eſt apud Eſaiam: Non eſt pax impiis, dicit domi-
Prou. 6. — nus. Eos autem connumerat Salomon in Prouer-
biis in catalogo inimicorum dei, dicens: Sex ſunt,
quę odit deus, & ſeptimum deteſtatur anima eius.
Explicans autem hoc ſeptimum, quod eſt capita-
lius, inquit, eum, qui ſeminat inter fratres diſcor-
diam. Hi nunquam quieſcunt, quin potius illis
turbulenta diſſidia ſtatum animi cõuellunt. Nihil
eſſe exiſtimo homine diſcordiæ amatore demen-
tius, nihil eo furiis odij cõcitato deteſtabilius. Ar-
dent eius oculi, toto ex ore crudelitas emicat, por-
tum quietis & ſecuritatis non agnoſcit, ſemper in
procelloſo mari verſatur, fluctibus agitatus, ſcele-
re atque furore incenſus, & in graui periculo con-
ſtitutus. Quid poteſt eſſe diſcordia turbulentius?
quid inſuauius? quid execrabilius? Contrà verò
quid poteſt eſſe pace ſuauius, & ad vitæ dulcedi-
nem iucundius? quid ad vtilitatem accommoda-
tius? quid ad veram animi pulchritudinem elegã-
tius? Hanc nobis Chriſtus in teſtamento reliquit,
dicens: Pacem meam do vobis, pacẽ relinquo vo-
Ioã. 14. — bis. Quam ob cauſam hæreditatem domini non
poterit adipiſci, qui noluerit teſtamentum pacis
obſeruare. Quemadmodum humanus ſpiritus
Simile — nunquam vegetat membra, niſi fuerint coagmẽ-
tata, ſic ſpiritus ſanctus non viuificat eccleſiæ mẽ-
bra, niſi fuerint pace coniuncta, qui enim non di-
1. Ioã. 3. — ligit, manet in morte. Diuus Auguſtinus de verbis
domini in hunc modum pacem definit: Pax eſt ſe-
renitas mẽtis, tranquillitas animi, ſimplicitas cor-
dis, vinculum amoris, conſortium charitatis. Gre-
gorius in paſtorali, Qui ſeruare, inquit pacem nõ
curat, fructum ſpiritus recuſat. Cyprianus libro
primo epiſtolarum: Concordia ſimul iuncta vin-
ci non poteſt Cicero in Philippicis. Nomen pacis
dulce eſt, & res ipſa ſalutaris. Et Silius Italicus li
bro ſecundo. Pax optima rerum, quas homini no-
uiſſe datum eſt, pax vna triumphis innumeris me-
lior, pax cuſtodire ſalutem, &c. Scilurus Scytha ho
mo prudẽtia præditus, & pacis ſtudioſus cum vo-
caretur ad exitum vitæ, porrexit ſingulis filiis ſuis
iaculorum faſciculum, vt ea confringerent: cum
autem ſinguli recuſaſſent, quod videretur fieri nõ
poſſe: ipſe iacula diuiſit, & ita vnumquodque fa-
cilè confregit: filios admonens, vt amicitiam &
concordiam conſeruarent: nam ſi eſſent pace ani-
míque conſenſu conglutinati & coniuncti, validi,
& inuicti permanerent, ſin autem diſſidio & diſ-
cordia ſepararentur: eſſent fragiles & imbecilli, &
faciles expugnatu, & quilibet eos poſſet facillimo
negotio cõfringere. Magnificum profectò apoph-
thegma, & meritò à Plutarcho inter ſententias re-
latum. Sed quid cito homines, cùm habeamus Dei
doctrinam dicẽtis, Beati mites, quoniam ipſi poſ- — Mat. 5.
ſidebunt terram. Beati pacifici, quoniam filij Dei — Mat. 12.
vocabuntur? Et alibi: Omne regnum in ſe diuiſum — Luc. 11.
deſolabitur. Et diſcipulos ſalutans aiebat: Pax vo- — Ioã. 20.
bis. Hanc euangelicam pacem, hanc Chriſtianam
concordiam voluit Deus hac rotarum ſimilitudi-
ne & concentu ſignificare. Oſtendimus enim co-
pioſè capite primo eſſe iuſtos his rotis concordi-
bus ſignificatos.

Rota iuxta cherub vnum. Videtur periſſologia,
hoc eſt ſermonis redundantia: ſed non eſt niſi
Hebraiſmus: acſi dicat: Singulæ rotæ erant iux-
ta ſingulos cherubim, quot illi erant, tot erant
illæ.

Quaſi viſio lapidis chryſolithi. Primo capite dicitur:
Quaſi viſio maris. In Hebraico eſt vnum & idem
vocabulum, quod & mare ſignificat, & lapidem
chryſolithum. Qua de re diſſeruimus in explana-
tione, & fuſè in annotationibus ex Hebræo in pri-
mum caput. Chryſolithus eſt gemma aureo colo-
re refulgens, compoſitum nomen à dictione chry-
ſos, quæ aurum ſignificat, & lithos lapidem: quaſi
ſit lapis aureus. Per lapidem firmitudo intelligitur
per aurum charitas, de qua ait Deus in Apocalyp- — Apoc. 3.
ſi Ioannis: Suadeo tibi emere à me aurum ignitũ.
Innuit diuina ſcriptura debere Chriſtianos ſerua-
re firmam in charitate conſtantiam. Ideo funda-
menta ciuitatis, quam vidit in Apocalypſi diuus — Apo. 21.
Ioannes, erant lapidibus pretioſis ornata, quorum
fundamentorum ſeptimus erat chryſolithus. Vi-
detur enim gemma hæc ſcintillas ardenter emit-
tere, quibus Chriſtiani in eccleſia Chriſti debent
ardere, & alios ad amorem dei & proximi inflam-
mare. Et quoniam gemma hęc purificat intellectũ,
meritò charitatem deſignat, quæ non ſolùm vo-
luntatem accẽdit, ſed intellectum illuſtrat, vt enim
vitium mentem tenebris cooperit, ita charitas eã
ſuo illuminat ſplendore. Poteris per hanc gem-
mam aurei coloris intelligere ſapientiam, qua ſo-
lùm præditi ſunt fideles: nam de infidelibus ait
Apoſtolus in epiſtola ad Romanos: Euanuerunt — Rom. 1.

in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et Socrates in Phedro Platonis animi ſa- *Simile* pientiam vocat aurum diuinum. Vt nauclerus abſque claritate ſiue ſolis ſiue lunæ non poteſt capere portum terræ, ita homo lumine gratiæ deſtitutus non poteſt capere portum gloriæ, & exiſtimans ſe anchoram iacere in locum tutum, eam iacit in ſcopuloſum, vbi nulla ſupereſt ſpes ſalútis.

Quaſi ſit rota in medio rotæ. Hæc & ſequentia fuerunt primo capite explanata.

Et rotas iſtas vocauit volubiles Id eſt, vocauit Deus ipſas volubiles rotas, & clamauit ad illas. Eadem dictio Hebraica & rotas ſignificat, & volubiles. Ideo poterat verti locus hic: Et rotas, has vocauit, dicens: ô rotæ. Deus vocat rotas, & ipſæ eum ſequuntur. Iuſti à Deo vocati eum audiunt, illi adhærent, eum charitate amplexantur. Id ſignificat, quod paulò pòſt ſequitur: nimirum rotas ſecútas eſſe cherubim. In ſcuto aureo monetali eſt virtute centuſſis argenteus, & obolus cupreus, & nobilius quàm in ſe: nam in ſe centuſſis eſt argẽtum, & obolus eſt cuprum, in nobiliore autem & pretioſiore moneta nempe ſcuto aureo ſunt aurú. Ita nos ſumus in Deo nobiliore modo, quàm in nobis ipſis, nam in nobis ſumus caro, in Deo autem ſpiritus. Qui adhæret Deo, inquit Apoſtolus,
1.Cor.6. vnus ſpiritus eſt. Ei autem adhæremus, cùm illum ſummè diligimus. Et præter hoc ſumus etiam in
Acto 17. Deo, vt indicat diuus Paulus in Actis Apoſtolorum, dicens: In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Bifariam verò in Deo ſumus, vno modo quatenus diuina virtute continemur & conſeruamur, altero quatenus ab eo cognoſcimur, & vt in primo exemplari. Et hoc ſecundo modo multò nobiliùs ſumus in Deo, quàm in nobis: nam vt grauiter & ſapienter oſtendit prima parte diuus Thomas, viuere Dei eſt eius intelligere: in Deo autẽ idem eſt intellectus, & quod intelligitur, & intelligere: ex quo efficitur, vt quicquid eſt in Deo, vt intellectum ſit ipſum Dei viuere, vel eius vita, cùm autẽ nos ſimus in deo vt intellecti, apertè concluditur eſſe nos in ipſo ipſam vitam diuinam, & ex conſequenti eſſe in illo præſtantiùs & illuſtriùs quàm in nobis, cùm in illo vt intellecti ſimus vita diuina & immortalis, in nobis autem vitam habeamus humanam & mortalem, quæ potiùs mors eſt, quã
Sup. 5. vita, cùm dicat diuina ſcriptura: Nos nati cõtinuò deſiuimus eſſe. Cùm autem viuere ſit deſinere eſſe: deſinere autem eſſe ſit mori, planè oſtenditur vitam noſtram mortem eſſe. Ita intelligitur lo-
Gene 1. cus ille Geneſis: In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Nam cùm Adam incidit in crimen, quando eum Eua ad lethales dapes inuitauit, ſtatim mortuus eſt, & tota eius vita fuit mors quędã dilatata, quoniam ſtatim manſit obnoxius morti quæ durauit ſimul cũ vita, quæ quoniam mortalis erat, mors potiùs quã vita à viris ſapientibus appellatur. Diuus Auguſtinus. lib. 13. de ciuitate Dei ita inquit: Homo in morte & in vita ſimul eſt in vita in qua viuit, donec tota detrahatur, in morte quia iam moritur, dũ vita detrahitur. Deum igitur audiamus, illi obtemperemus, eũ quæramus, illius amore inflammati ſimus, illi adhæreamus, ſimus cũ illo vnus ſpiritus, vt in illo ſimus multò meliùs quàm in nobis, multò illuſtriùs & præſtantiùs.

Facies vna facies cherub. Hoc eſt, prima facies quę mihi directiùs apparuit, quæ ſe mihi prius obtulit oculis, fuit facies cherub, ſecunda fuit facies hominis, tertia leonis, quarta aquilæ. Primo capite dixit primã faciẽ fuiſſe hominis, quia illa apparuit tũc eius vultui directius. Sed oritur hinc quæſtio, cur hæc facies dicatur hoc loco facies cherub, cùm capite primo dicatur facies bouis. Cherub eſt in numero ſingulari, cherubim vero plurali more Hebræorum. Huic dubitationi reſpondet diuus Hieronymus, ideo Ezechielem hoc dixiſſe, quia facies cherub eſt penitus ſimilis faciei vituli, ſeu bouis, imò eſſe eandem & eam ob cauſam nullam eſſe diſſonantiam inter hæc duo loca. At nonnulli aduerſus hanc Hieronymi ſententiam magnas excitant tragœdias, dicentes hoc eſſe falſum, quod probare contendunt authoritate Flauij Ioſephi aſſerentis faciem cherub eſſe faciem auis nunquam ab hominibus viſæ, cuius ſimilitudinẽ deus oſtendit Moyſi in Horebo, vbi vidit exemplar omniũ, quæ erant in tabernaculo faciẽda, iuxta id, quod eſt in Exo- *Exo.25.*
do ſcriptum: Inſpice, & fac ſecundũ exẽplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Et non vident homines parum conſideratè loquentes maioris eſſe authoritatis Hieronymum quàm Ioſephum. Præterea multi Iudęorum hoc loco diſcrepant à Ioſepho, nam R. Salomon ait cherub eſſe puerum elegantem, cuius ſententiam ſequitur hic Nicolaus Lyranus. Et explicans caput viceſimum quintum Exodi, ait R. Salomonem & alios doctores dixiſſe cherubim habuiſſe ſimilitudinem puerorum vel iuuenum habentium alas: quem in hoc ſequitur Paulus Burgenſis in additione ſecunda ad poſtillam capitis viceſimi libri Exodi. Quibus fauet Pagninus, dicens in Theſauro doctores Hebræorum putaſſe cherub idem eſſe quod quaſi puer. Sũt igitur de facie cherub tres opiniones, prima diui Hieronymi, altera Ioſephi, tertia communis omnium fere ſcriptorum, & vnaquæque ſuas pro ſe habet rationes: quam ob cauſam ego nullam earũ audeo reprobare. At hoc loco ſequens opinionem communẽ exiſtimo imagines cherubim fuiſſe inſtar puerorũ alis & pulchritudine præditorũ: quẽadmodum eos videmus multis in locis depictos. Reſpondens autem obiectioni arbitror ideo vidiſſe Ezechielẽ primo capite faciem bouis ſiue vituli, quia illic vidit Chriſtũ, qui ſe erat pro nobis in crucis ara oblaturus, vbi ſe ſacrificium deuouit ac conſtituit: vitulus enim pro peccato mactabatur, & victimã deſignabat. vt copioſè primo capite explicuimus. At hic Chriſtũ mentis oculis vidit poſt *Rom.6.*
mortem, ideo non vituli faciem intuetur, ſed cherub. Nam, vt verbis vtar diui Pauli in epiſtola ad Romanos, Chriſtus reſurgens ex mortuis iam nõ moritur, mors illi vltrà nõ dominabitur. Diximus enim per illa quatuor animalia, quæ hîc dicuntur cherubim, Chriſtum ſignificari. Et meritò apparet facies cherub pueri alati, vt oſtendat diuina ſcriptura Deũ non ſeneſcere, ſed eſſe ſempiternum & immortalem. Id intelligentes antiqui philoſophi aiebant Deum eſſe ſphæram abſque principio & fine, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam. Hinc effectum eſt, vt Apollinem, per quem Deum intelligebant, pingerent puerum impuberem, perpetuam illi adoleſcentiam aſcriben-

tes.

tes, AEſculapium verò eius filium, per quem res naturales à Deo creatas ſignificabant, barbarum & ſenectute deficientem: vt ſignificarent Deum eſſe immortalem, entia verò naturalia caduca. Apparuit etiam facies pueri alati: vt ſignificaret Chriſti innocentiam, qui vt innocens agnus ad occiſionẽ
Eſa. 53. ductus eſt, &, vt verbis vtar Eſaiæ, oblatus eſt, quia ipſe voluit. Quam ob cauſam ſolet diuina ſcriptu-
Pſa. 68. ra Chriſtum appellare puerũ, vt in pſalmo, quẽ &
Ioan. 2. diuus Ioannes capite ſecundo ſui euangelij, & di-
Rom. 15. uus Paulus in epiſtola ad Romanos de Chriſto loquente interpretantur: in hunc modum ſaluator noſter tormentis vexatus patrem alloquitur: Ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribu-
Eſa. 49. lor, velociter exaudi me. Et Eſaias inducit patrem ita cum Chriſto loquentem iuxta ſeptuaginta trãſlationem: Magnum tibi eſt, vt voceris puer meus, vt ſuſcites tribus Iacob. Et de Chriſto intelligunt
Eccl. 4. Origenes & Victorin' illud Salomonis in Eccleſiaſte: Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto. Per bouem ſignificatur labor & laborans.
Deut. 25. Vnde id, quod ait Deus in Deuteronomio: Non alligabis os boui trituranti, Diuus Paulus de concionatoribus euangelicis in verbo & doctrina laborantibus in epiſtola prima ad Corinthios & in pri-
1. Cor. 9 ma ad Timotheum interpretatur. Id voluit ſignifi-
1. Tim. 5. care Salomon, cũ in baſibus templi boues ſculpſit: in præſulibus enim pondus populi ſuſtinentibus
3. Reg. 7. debet reſplendere labor. Nec ſolùm literis diuinis, ſed etiam humanis eſt veritas hæc conteſtata. Vnde AEgyptij volentes laborem ſignificare, caput bouis pingebant, vt ait in ſuis hieroglyphicis Pierius Valerianus. Ex quo effectum eſt vt antiqui Romani bouis caput corollis redimitum facerẽt, corymbos & ſerta inde à cornibus ſuſpendẽtes: cuiuſmodi faſcia molem AEliam, quæ hodie caſtellum ſancti angeli vocatur, ambibat, vt fruſta, quæ adhuc Romæ integra permanent, oſtendũt. Huiuſmodi faſcia eſt nunc in choro cœnobij Bethlehemitici ſuper arcubus molem chori ſuſtentantibus ex parte exteriore, quæ templum reſpicit, vbi iacẽt Chriſtianiſſimi & inuictiſſimi Luſitaniæ reges ſepulti, qui monaſterium hoc conſtruxere magnificentiſſimum, & in toto terrarum orbe celeberrimum. Capitibus boum ſignificantur labores, corollis verò, & corymbis fructus ex laboribus dimanantes. Cùm igitur per bouem mors & labor ſignificentur, meritò in prima Ezechielis viſione facies bouis oſtenditur, quando diuinus vates Chriſtum contemplabatur moriturum, & labores acerbiſsimos ſubiturum, nunc autem in ſecunda, quando eum reſpiciebat poſt reditum ad vitam, non facies apparet laborantis bouis, ſed cherub volantis, & in cœlum aſcendentis. Sed dices: Si quatuor hæc animalia in hoc capite appellantur cherubim, quomodo ait vnum ex illis eſſe cherub? Vult propheta ſignificare omnia hæc quatuor animalia alata ſimilitudinem quandam habere cum cherubim, & imaginem quandã eorum præ ſe ferre, ſed vnumquodque eorum quatuor facies habere, nempe faciem cherub, & hominis, & leonis, & aquilæ. Et quia prima facies vniuſcuiuſque, quæ diuino vati ſe obiiciebat, erat facies cherub, eam ob cauſam omnia illa animalia appellantur cherubim, quia vnumquodq; faciem vnam habebat cherub. Et quamuis aliæ facies in aliquo eſſent ſimiles cherubim, multò magis erat facies illa, quã capite primo faciem bouis appellauit, quæ illi propiùs accedenti, & clariùs contemplanti ſublimior apparebat, & cherub faciẽ repræſentabat. Imò quò magis accedebat, & illuſtrabar, eò excellentiora hæc animalia illi videbantur. Et volens ſignificare cœleſtia eſſe & diuina, vocat ea cherubim, ne aliquis eſſe terrena exiſtimaret.

In quarto facies aquilæ. Tã in primo capite quàm in decimo facies aquilæ vltima eſt, quoniam ea, vt primo capite oſtendimus, Chriſti aſcenſio ſignificatur, vltimum myſteriorum, quę per alata animalia ſignificantur. Sed dicet aliquis fortaſſe: Quî fieri potuit, vt hęc aquila aſcenderet, & filios ſuos, diſcipulos illos, quos tenerè diligebat, de quibus vnus ex illis ait: Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finẽ dilexit eos, Hieroſolymæ relinque- *Ioan. 13.*
ret? Huic obiectioni reſpondet apud Ioannem ipſe *Ioã. 14.*
Chriſtus, dicens diſcipulis ſuis: Vado parare vobis locũ. Et paulò pòſt: Expedit vobis, vt ego vadam: ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. *Ioan. 16.*
Aquila quandiu pulli non ſunt omnibus ſuis plumis cooperti, non eos ſinit egredi è nido, & altè volare: ſed poſtquam ſunt pennis omnibus induti & ornati, ipſa eos proiicit è nido, vt ſe ferant in ſublime. Ita Chriſtus Deus noſter aquila diuina habuit *Similitudo*
in nido diſcipulos ſuos poſt reſurrectionẽ, donec in die Pentecoſtes eos ſpiritus ſanctus gratia adimpleuit: tũc enim præcepit illis, vt mundũ peragrantes per varias terrarum oras euangelium longè lateque propagarent. Et quemadmodum aquila habens filios in nido incluſos, etſi volitet in altum, & aerem penetret excelſum, non tamen abducit *Similitudo*
oculos ab illis, & illi etiam clamitantes extẽtis collis eam intuentur: ſic ſeruator noſter aſcendens in cœlum reſpiciebat in diſcipulos, qui ad illum aſpirãtes, in eo quoque oculos ſuos figebant, nec eum ab intuitu ſeparabant. Et licet ab eo corpore diuiderentur, animo tamen eũ ſequebantur. Sed aquila diuina videns accipitrem contra nidum ſuũ venire, vt diſperderet illum, deſcendit, aduerſus accipitrem, eumque proiecit in terram, humique proſtrauit. Hic accipiter erat Saulus, qui, vt verbis vtar ſcripturæ, ſpirans minarum & cædis in diſcipu- *Act. 9.*
los domini acceſſit ad principẽ ſacerdotum, & petit ab eo epiſtolas in Damaſcum aduerſus Chriſtianos. Sed proiecit eum dominus Ieſus in terram, eumq; eccleſiæ ſuæ, pullis nidi ſui, quos ipſe euertere volebat, dedit in cibũ, qui Paulus appellatus, *4. Reg. 2.*
totam Dei eccleſiam doctrina ſua reficit & recreat. Vide quomodo dominus nido ſuo conſulebat. Vt Elias aſcendens curru igneo, reliquit Eliſæo diſci- *Eſa. 52.*
pulo ſuo pallium ſuum quo poſſet Iordanis aquas penetrare, ita Chriſtus curru diuini amoris in cœlum aſcendens, collegio diſcipulorum ſuorum reliquit veſtem, qua poſſent mundi aquas, hoc eſt calamitates & labores ſuperare. Hæc eſt veſtis, de qua ait Eſaias: Induere veſtimentis glorię tuę Ieruſalẽ. *1. Pet. 4.*
Quę eſt hæc veſtis niſi charitas? Hęc eſt, de qua ait *Rom. 13.*
diuus Petrus: Charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos: Induimini dominum Ieſum Chriſtum. De qua denique ait Chriſtus Apud Matthæum: Amice quo- *Matth. 22.*
modo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Fuit Chriſti aſcenſio in monte Oliueti, vbi ait diuus Hieronymus in libro de locis Hebraicis

vltima domini veſtigia humo impreſſa tune demonſtrari. Cúmque terra eadem quoridie à credentibus hauriretur, nihilominus tamen eadem ſancta veſtigia priſtinum ſtatum continuò recipere. Denique cum templum in illo loco, in euius medio veſtigia erant, rotundo ſchemate, & pulchertimo opere eonderetur, ſummum tamen faſtigiom propter dominici corporis meatum nullo modo potuit eontegi & concamerari, ſed in ſignum tranſitus eius à terra in cœlum manſit ſemper patulum & apertum. Hæc ille. Eo in loco apparuit diſcipolis ſuis dominns Ieſus, & poſtquã loeutus eſt eis, aſſumptus eſt in eœlum, & ſedet à dextris Dei. Et
Mar. 16. vt ait in Actis diuus Lucas, videntibus illis eleua-
Acto. 1. tus eſt, & nubes ſuſcepit eom ah oculis eorum: & ipſi in cœlum iutuebantur. O ſeparatio, ô deſiderium, O Chriſte ſancte, ô Deos, ô pater, ô domine, ô dulcedo & ſuauitas mea, quis mihi daret illie eſſe, vt te aſpicere potuiſſem, & vltimo vale ſalutaſſem? Suſpiro adte domine, ſed grauatos non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Vtinam tecum aſcenderem, vtinam mundum relinquerem, vtinam tibi adhærerem, vtinam te ſummè diligerem, vtinam te ſolum deſiderarem, vtinam eſſem heatis flammis tui ſanctiſſimi amoris incenſus, & torus dulciſſima memoria, & admirahili quodam deſi-
Cant. 1. derio tui penitus ahſorptus. Trahe me poſt te, in odorem vnguentorum tuorum curram, vt poſſim tibi in perpetuum adhærere. Tu es aquila dinina, cuius facies fuit Ezechieli oſtenſa: de qua ipſe ait hoe loco: Et quarto facies aquilæ, &c.

Ipſum eſt animal, quod videram iuxta fluuium Chobar. Cumque ambularent cheru-
Sup. 1. bim, ibant pariter & rotæ iuxta ea, & eùm eleuarent eherubim alas ſuas, vt exaltarentur de terra, non reſidebant totæ, ſed & ipſæ iuxtà erant. Stantibus illis ſtabant, & eum eleuatis eleuabantur: ſpiritus enim vitæ erat in eis. Egreſſa eſt gloria domini à limine templi, & ſtetit ſuper cherubim. Et eleuantia
D cherubim alas ſuas exaltata ſunt à terra coram me: & illis egredientibus rotæ quoque ſubſecutæ ſunt. Et ſtetit in introitu portæ domus domini Orientalis, & gloria Dei Iſrael erat ſuper ea. Ipſum eſt animal, quod vidi ſubter Deum Iſrael iuxta fluuium Chobar: & intellexi, quia cherubim eſſent: Quatuor per quatuor: vultus vni, & quatuor alæ vni & ſimilitudo manus hominis ſub alis eorum. Et ſimilitudo vultuum eorum, ipſi vultus, quos videram iuxta fluuium Chobar & inruitus eorum, & impetus ſingulorum ante faciem ſuam ingredi.

Ipſum eſt animal. Hinc colliges qoatuor illa animalia vnum eſſe animal, quo Chriſtus ſignificatur, vt primo capite eopioſe oſtendimos. Nec eſt
Exo. 25. inconoeniens ſignificari Chriſtum, per animal
Exo 27. hoc, quod habehat ſimilitudinem quatuor cheru-
1. Ioã. 2. bim, & per virum indutum veſte ſacerdotali, quoniam idem Chriſtus ſignificabatur per propitiatorium, quod erat in ſanctis ſanctorum: nam ipſe
eſt, ait diuus Ioannes, propitiatiatio pro peccatis Ioan. 10.
noſtris. Et ſiguiſicabatur per oſtium, nam ipſe ait: Ego ſum oſtium. Et ſignificahatur per ſummum ſacerdotem, qui per oſtium ingrediebatur ad propitiatorium: vt aſſerit Apoſtolus in epiſtola ad He-
bræos. Nam eùm in prius tahernaculum ingrede- Heb. 9.
rentur quotidie ſaeerdotes, vt ſacrificiorum officia Exo. 30.
conſummarent, in ſecondum tameu hoc eſt, in ſan Leu. 16.
ctum ſanctorum, vhi erat propitiatio, ſolus pontifex ſemel in anno, & non ſine ſanguine inttuibat. Quod ſignificahat fore, vt Chriſtus aſsiſtens pontifex futurorum honorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, hoc eſt cœlum, & vera ſancta ſanctorum, per proptium ſanguinem æterna redemptione inoenta ingredere-
tur. Eodem modo apud diuum Ioanuem, vbi Ioan. 10.
Chriſtus loquitur de ouili, & paſtore, ait ſe eſſe oſtium ouilis, & illius paſtorem. Quare non eſt ineonueniens hîc per duas res ſignificari.

Sed & illæ iuxta erant. Id eſt, Sed rotæ ipſæ prope cheruhim erant.

Cum eleuatis eleuabantur. Cùm eherubim eleoarentur, eleuahantur etiam rotæ eum illis. Hoc eſt viri iuſti, & charitate excellentes Chriſtum ſequuntur, & exiſtentes corpore in terra, hahent in
cœlo auimum affixum. Margaritæ lapilli illi can- Similitudo
didi & ſplendentes: qui naſcuntur in mari intra conchas marinas ſunt in hoc admirahiles, quòd cùm in mari naſcantur, & procreentur, nullam tamen habent cum eo ſimilitudmem: mare eſt ceruleom, margaritæ verò candidæ: mare triſte & horrihile, illæ lætæ, & aſpectu adeò pulchræ, vt oculos moueant, & ad ſe alliciant: mare amarum, illæ amabiles ahſque vlla amaritudine, Quin potius elaritate & ſplendore eœlum qoodammodo repręſentant: euius rei cauſa eſt, quia ex cœlo influẽtias accipiunt. Huiuſmodi ſunt viri eharitate inſignes, & chriſtiana religione præſtantes, qui in mundo nati & educati nullam cũ eo habent ſimilitudinem, nullam repræſentationem: animo ſunt ah eo aſtracti, cogitatione diuiſi, verhis differentes, operihus diſcrepãtes. Quin potius cœlum ſuo
modo referunt, vnde illis influit gratia. In Apoca- Apoc. 21
lypſi narrat diuus Ioannes vidiſſe ciuitatem ſanctam, deſcendeurem de cœlo, cuius duodecim portæ erant duodecim margaritæ. Ciuitas hęc eſt ecclesia catholica: duodecim portæ ſunt duodecim apoſtoli, per qoos Deo adiuuante gẽtes ad eccleſiam iutroihant: qoos ideo vocat margaritas, quia cùm fuiſſent in mundi mari procreati & nutriti, non ex mundo, ſed ex eœlo eſſe videbantur.
Hæ ſunt portæ illæ Sionis, de quibꝰ ait regius pſal
tes, Diligit dominus portas Siõ ſuper omnia taber Pſa. 86.
nacula Iacob. Chariores enim ſunt Deo portæ eccleſiæ quam fuerit vnquam vniuerſa ſynagoga. Cũ autem eos miris laudibus diuus Ioannes extollat, qood eſſent portæ eceleſiæ militantis, quãtò maiorihus laudihus efferenda eſt virgo illa Dei mater, quæ eſt porta eccleſiæ triumphantis? & non quælibet, ſed felix cœli porta: ita enim in eius hymno canit eccleſia. Multò purior margarita cæteris ſãctis, multò pretioſior, multò fulgentior, & præſtantior. Vnde exclamat diuus Hilarios: O virgo benedicta ſoper omnes fœminas, quæ angelos vineis puritate, ſanctos ſuperas pietate! Nos verò virginẽ

hanc

hanc ſacratiſſimam quibus laudibus efferemus? quibus ſtudiis proſequemur? qua charitate amplexabimur? Nulla eſt tanta dicendi vis, tantaque copia, quæ poſſit eius merita non dicam exornare, ſed ne narrare quidem. Si iuſti in hac vita conſtituti rotæ ſunt, quæ Chriſtum ſequuntur, quantò magis rota illa admirabilis Maria ſemper virgo Dei genitrix, quæ in terra collocata in cœlo verſabatur?

Spiritus enim vita erat in rotis. Hoc eſt, ſpiritus Chriſti de ſeipſo dicentis: Ego ſum reſurrectio & vita;
Ioan.11. Alij vertunt: Voluntas animalis erat in eis. Sed eadem eſt ſententia, nam per animal hoc cœleſte Chriſtus intelligitur.

Et ſtetit in introitu portæ. Nimirum cherub. Alij vertunt: Steterunt, vt intelligamus cherubim. Et ita habent Septuaginta. Steterunt in veſtibus. Itaque cherubim ſteterunt in introitu portæ orientalis, quæ erat in atrio, vbi populus orabat ad occidentem: quam ob cauſam oſtium erat ad orientem. Illud eſt aduertendum hæc animalia modò à diuino noſtro vate appellari quatuor, modò vnum, nunc cherubim in plurali, nunc cherub in ſingulari: qua de re capite primo diſſeruimus, cùm per hoc animal Chriſtum ſignificari oſtendimus.

Quod vidi ſubter Deum. Primo capite dixerat, ſuper throno ſimilitudinem eſſe quaſi aſpectus hominis, vbi per illum hominem nos diximus intelligi deum patrem: quòd hoc loco apertiſſimè oſtenditur: illum enim, quem illic Ezechiel vocauerat hominem, hîc Deum vocat. Diuina ſcriptura ſeipſam interpretatur, locus vnus alterum explanat.

Et intellexi, quia cherubim eſſent. Primum videbantur illi animalia, ſed propiùs intuens intellexit eſſe cherubim. Fortaſſe in hac viſione priùs vidit vultum illum, quem capite primo appellarat faciem bouis, & hîc intellexit eſſe cherub, & exiſtimauit alios vultus eſſe animalium: ideo dixit: Facies vna facies cherub, & facies ſecunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto facies aquilæ. Sed cùm poſteà attentiùs & propiùs vidiſſet alios vultus eſſetque maiori ſplendore illuſtratus, intellexit omnia illa eſſe quatuor cherubim, ſed ita quatuor, vt vnus cherub dici poſſet, & ita vnus, vt quatuor eſſent. Et eam ob cauſam ait: Et intellexi, quia cherubim eſſent.

Quatuor per quatuor vultus vni. In codicibus correctis eſt: Quatuor vultus vni. In aliis verba hæc per quatuor, ſcripta ſunt, ſed notata obelo.

Et ſimilitudo vultuum. Hoc eſt, licèt apparentia vultuum videretur mutata, vultus tamen erant iidem, quos videram iuxta fluuium Chobar. Quorum viſionem primo capite narrauit.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. X.

Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis. Pro lineis eſt in Hebraico בדים baddim. Nomẽ eſt בד quòd ſignificat linum. Septuaginta verterunt: Et dixit ad virum, qui erat indutus ſtola. Et paulò pòſt: Qui indutus erat ſtola ſancta. Stolam ſanctam vocant veſtem ſacerdotalem, de qua ſcriptum legimus li-
1.Mach. 10. bro primo Machabæorum: Stola ſancta induit ſe Ionathas. Et Eccleſiaſticus loquens de Aarone,
Ecc.45. ciúſq; veſtibus ſacerdotalibus: ait induit eum dominus ſtolam gloriæ. Voluit ſignificare ſeptuaginta hunc virum eſſe Chriſtum ſummum ſacerdotem. Significat etiam dictio hæc baddim fortitudines: ideo poterat verti locus hic: Qui indutus erat fortitudine, vel fortitudinibus. Significat etiã ramos, & filios, quòd ſint veluti rami arboris. Vnde
id quod ait Oſeas: Cœpit gladius in ciuitatibus e- Oſe. 11.
ius, & conſumet electos eius, poterat verti: Cœpit gladius in vrbibus eius, & interficiet filios eius, vel fortes eius. Eſt enim ibi idem nomen baddim, quod veſtes lineas, fortitudines, fortes filios, & electos ſignificat.

Quæ ſunt ſubtus cherubim. In margine codicum correctorum pro cherubim eſt cherub in ſingulari, & ita eſt in Hebræo. Nihilominus tamen ſeptuaginta habent cherubim in plurali. Sed eadem eſt ſententia, cùm idem ſignificetur per cherub ac per cherubim, vt in explanatione oſtenſum fuit.

Quaſi viſio lapidis chryſolithi. Aquila habet eodẽ modo. Symmachus: Quaſi viſio lapidis hyacinthi. Hyacinthus cum aere mutatur, nam in ſereno eſt
perſpicuus, in nubilo ſubobſcurus. Tales eſſe debẽt Simile
doctores & concionatores, omnibus auditorũ moribus, ætatibus, & qualitatibus ſe attemperãtes. Di-
uus Paulus, qui in epiſtola prima ad Corinthios 1.Cor.2.
aiebat: Sapiẽtiã loquimur inter perfectos, eiſdẽ Co-
rinthiis imperfectis aiebat: Nõ potui vobis loqui 1.Cor.3.
quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potũ dedi, non eſcã
nondũ enim poteratis. Et iterum: Omnibus om- 1.Cor.9.
nia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. Quemad- Simile
modum non omnibus ægrotantibus vna atq; eadem medicina adhibetur, ſed variè pro morborum varietate, ſic non omnibus auditoribus vna atque eadem conuenit doctrina; ſed eorum varietati eſt
oratio accommodanda. Vt diligens & peritus me- Simile
dicus priuſquam adhibeat ægro medicamen, non ſolùm morbum eius, cui vult mederi, debet inquirere & cognoſcere, ſed mores, conſuetudinem, & corporis naturam, & qualitates, ſic ſapiens & ingenioſus cõcionator, diſertus, & cordatus præſul daturi ſunt operam, vt ægritudines, mores, & ingenia ſubditorum animo percipiant, vt poſſint medicamina vnicuique apta opportunè adhibere. Sed de Symmachi verſione hactenus. Septuaginta locum hunc ita tranſtulerunt ὡς ὅρασις λίθου ἄνθρακος. Hoc eſt, quaſi viſio lapidis carbunculi. Carbunculus eſt gemma fulgentiſſima inter ardentes gemmas obtinens principatum, ſic dictus, quòd vt ignitus carbo reſplendeat, cuius nec nocte vincitur fulgor: lucet enim in tenebris, adeo vt flammas vibret ad oculos. Per hunc lapidem ſignificatur glo-
ria virtutum: quam ob cauſam Eccleſiaſticus eum Eccl.32.
cum auro copulatum in auri ait cedere ornamentum: auro enim ſapientia ſignificatur, quæ virtu-
tum ſplendore fit illuſtrior & præſtantior. Et quem Simile
admodum carbunculus in tenebris ſplendorem non admittit, ita virtute præditus in calamitatum nocte, inter medios calumniatores patientiam oſtendit & tolerantiam, & veluti cæteris luminibus extinctis ipſe micat radiis, cũ nihil magis conducat ad eximiæ virtutis gloriam excelſius extollendam, quã calamitas ipſa, qua viri ſapientia inſignes, virtute admirabiles, & vera nobilitate præcellentes iniuſtè aliquando opprimuntur. Meritò igitur ſpecies totarũ erat quaſi viſio carbũculi, ſplendidiſſima

didiſſimæ gēmæ, quoniam his rotis, vt diximus, fideles ſignificantur, qui debent virtutum claritate micare, cum infideles in cæcarum tenebrarum obſcuritate & caligine verſentur. Quam ob cauſam ait Paulus Apoſtolus: Eratis aliquando tenebræ;
Ephe.5. nunc autem lux in domino. De hyacintho & carbunculo vide Plinium lib. 37. naturalis hiſtoriæ.

Et intuitus eorum, & impetus ſingulorum. Poteſt verti ex Hebræo: Et aſpectus eorum, & ipſi ſinguli. Hoc eſt, non ſolùm eorum aſpectus, ſed eorum ſubſtātia. Pagninus habet: Aſpectus earum, & ipſæmet, vt totum hoc ad facies referatur.

Argumentum Cap. XI.

Abſoluit viſionem, quam inceperat capite octauo, eorum, qui Hieroſolyma remanſerant euerſionem prædicent. Aduerſus eos præſertim vaticinatur, qui ciuitatem gubernantes, eam impiè ſeducebant. Nam Deo verò relicto ſuique propheta Ieremiæ vaticinio contempto, clauū vrbis tenere, & gubernacula reipublicæ tractare in maximo curſu, & ſæuiſsima procella poſſe arbitrabantur. Prædicit futuram captiuorum reductionem per Cyrum regem Perſarum & Babyloniorum, adumbrans redemptionis humanæ myſterium per Chriſtum Deum noſtrum. Eos denique ait liberandos, qui ſunt virtute præditi, & in vera dignitate conſtituti, eos verò euertendos, qui corporis voluptatibus ducuntur, & ſceleribus oblectantur.

CAPVT XI.

A ET eleuauit me ſpiritus, & introduxit me ad portam domus domini orientalem, quæ reſpicit ad ſolis ortum. Et ecce in introitu portæ vigintiquinque viri. Et vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiā filium Banaiæ, principes populi. Dixitque ad me. Fili hominis, hi ſunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant conſilium peſſimum in vrbe iſta, dicentes. Nonne dudum ædificatæ ſunt: Hæc eſt lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. Et irruit in me ſpiritus Domini, & dixit ad me. Loquere. Hæc dicit dominus, Sic locuti eſtis domus Iſrael, & cogitationes cordis veſtri ego noui. Plurimos occidiſtis in vrbe hac, & impleſtis vias eius interfectis.

EXPLANATIO.

Et eleuauit me ſpiritus. Nimirum angelicus. Acſi dicat: Fui eleuatus à quodam angelo. Vel per ſpiritum intelligit Spiritum ſanctum; vel ſuum proprium ſpiritum; vt ſit ſenſus: Ego non corpore, ſed ſpiritu fui raptus, & cùm eſſem corpore in Chaldæa, fui ſpiritu leuatus Hieroſolymam. Ex quo colliges fuiſſe hanc eleuationem ſpiritualem, & imaginariam, non autem corporalem. Sed aduerte. Qui ſpiritu reguntur, eleuantur ad aſpicienda myſteria diuina, qui verò ducuntur carne, deprimuntur, & in ſemetipſis ſepeliuntur; viui enim
Rom. 8. mortui ſunt. Ideo ait Apoſtolus: Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini, ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Septuaginta habent: Aſſumpſit me ſpiritus. Qui enim propter Deum à mundo eiicitur, ab ipſo Deo aſſumitur.

Ad portam domus domini orientalem. Hoc eſt, ad portam atrij interioris templi Salomonis, quæ reſpicit ad Orientem. Spiritus nos ad oſtium ducit orientale, hoc eſt ad Chriſtum, qui ait apud Ioannem. Ego ſum oſtium, ſi quis per me introierit, Ioan.10.
ſaluabitur. Eſt autem oſtium orientale, quia de illo ait Deus pater apud Zachariam prophetam: Ecce enim ego adducam ſeruum meum Orientem. Zach.3. Luc.1.
Vnde alius Zacharias apud Lucam dixit: Viſitauit nos Oriens ex alto, illuminare iis, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent. Non tamen inficior poſſe verti ex Hebræo locum illum prophetæ: Ecce ego breui adducturus ſum ſeruum meum nomine germen. Idem enim vocabulum Hebraicum & Orientem ſignificat, & germen: & eſt perſpicuū multis diuinarum literarum locis appellari Chriſtum germen. Eſaias enim capite quarto germen Eſa.4.
domini vocat, & Ieremias trigeſimo tertio germen iuſtitiæ. Iere.33.
Quibus locis Chaldæus paraphraſtes vertit Meſſiam. Nihilominus tamen rectiſſimè vertit interpres noſter, quemadmodum capite ſexto Zach.6.
Zachariæ: Ecce vir, Oriens nomen eius, & ſubter eum orietur, & ædificabit templum domino. Vbi ſeptuaginta quemadmodum etiam capite tertio Orientem interpretantur. Eleuatus igitur Ezechiel ad portam orientalem, vbi diuini ſolis radiis illuſtratus eſt, ea myſteria mentis oculis aſpexit, quæ huius capitis literis mandauit.

Iezoniam. Alij codices habent: Iechoniam. Hic non eſt ille, de quo locutus fuerat capite octauo: nam ille erat filius Saphan, hic autem Azur, niſi fortè pater eius binomius fuerit, dictus Saphan, & Azur, quemadmodum multi alij, quorum multis in locis meminit diuina ſcriptura.

Et Pheltiam. Hi duo erant præcipui, qui publicè populum à vera fide auertere conabantur. Eam ob cauſam hîc eorum nomina ponuntur: publici peccatores publicè nominantur; quod de occultis non fit.

Hi viri cogitant iniquitatem, & tractant conſilium peſſimum in vrbe iſta. Pro iniquitate poterat verti ex Hebræo vanitas. Idem vocabulum & prauitatem ſignificat, & vanitatem. Hi igitur hortabantur populum ad ſumptuoſa ædificia extruēda, ac ſi nūquam eſſet ex vrbe migraturus: & cōſiliis ſuis vanis & pernicioſis homines ſeducebant, & ad ſcelera perpetranda excitabant. Cor hominis eſt veluti prunarium, ſiue thuribulum prunis refertum, paratū ad recipiendum quicquid conieceris in illud. Simile
Et quemadmodum ſi in prunarium coniicias aromaticos paſtillos, tota dom⁹ ſuaui replebitur odore & ſuffimento, ſin autem immiſeris ſulphur, tota horribili odore contaminabitur, ſic ſi in cor alicuius ſalutaria cōſilia immiſeris, ſi hominem vtilibus inſtruxeris cōſiliis, illiq; fontē aperueris veritatis, efficies, vt ex eius corde odoris ſuauiſſimi fragrantia producatur; ſin autem illum deprauatis cōſiliis contaminaueris, ſi impietates, odia, ſcelera, & cæteras huiuſmod. peſtes in eius conſilium adhibueris, eris cauſa profectò intolerandi fœtoris, egredietur ex illius corde fœtidus fumus, qui non ſolùm ipſius cor, ſed totā domum, totā rempublicā corrumpat

rumpat. Aſpicis, bona conſilia eſſe odoratorios paſtillos, mala aut ſulphurea & fœtida ſuffimenta. Vide conſiliorum differentiā, & attende, à quo illa ſuſcipias. Hi duo homines, de qoibus hoc loco agit Ezechiel, magnates erant, & docti, & in lectione legis domini verſati, & nihilominus copiá aliis
Simile pestiferorū conſiliorū faciebant. Vt ex myropolio, ex pharmácopolæ officina, vbi ſalutaria medicamēta, & pretioſa vnguenta venduntur, exit aliquādo toxicum & mortiferum venenum, ſic ex hominibus ſcientia excultis peſtiferū interdum egredi-
Eccl. 6. tur conſilium. Ideo ait Eccleſiaſticos: Conſiliarius
Eccl. 8. tibi ſit vnus de mille. Et iterum: Cum extraneis
Eccl. 37. cōſilium non habeas: Hoc eſt ab hominibus à virtute alienis nō capias conſilium. Et rurſum: A malō cōſiliario ſerua animam tuam. Ille te rectè cōſilio inſtruet, qui animam tuā fuerit amore proſecutus, eiúſque ſalotem optaoerit. Vnde Gregorius libro 1. Regiſtri: Nullos fidelior tibi ad conſilium poteſt eſſe, quàm qui non tua, ſed te diligit. Opus eſt conſilio, ſed intoere conſiliarium. Conſiliorom gubernaculom, inqnit Cyprianus, eſt lex diuina. Domus, quę huiuſmodi conſiliis regitur, omnibus eſt ioſtructior, & apparatior rebus, quàm ea, quæ temerè, & nullo conſilio adminiſtratur.

Nonne dudum ædificatæ ſunt domus? Vaticinatus fuerat Ieremias euertendos eſſe eos, qni Hieroſolymæ remāſerant, nolentes in Chaldæam migrare cum Iechonia & Ezechiele. Et ita euenit, oam pro
4. Reg. Iechonia fuit in regia dignitate conſtitutos Sede-
vlt. chias, qui anno 11. ſui regni fuit capt⁹ à Babyloniis, & fuit eius dignitas ablata, & tota Hieroſolyma funditus euerſa. At hoc non credentes Iudæi, qui Hieroſolymę remanſerant, inſana ędificia ſubſtruebant, impio Iezoniæ, & Pheltiæ conſilio adhærentes, qui Ieremię vaticinationem ſubſaunantes aiebant: Non ne dudum poſt Ieremiæ oracula ædificatæ ſuot domus? Ac ſi dicerent: Nullam debemus prophetiæ Ieremiæ fidem adhibere de ciuitate hac delenda, nam poſtquam ille hoc aſſeruit, non ſolùm ciuitas non fuit euerſa, ſed etiam aucta, quoniam perſpicoum eſt nos ædificia coonſtruxiſſe.

Hæc eſt lebes, nos autem carnes. Hæc cioitas eſt lebes, ſeu olla, nos autem incluſę carnes in illa. Et quemadmodum carnes conſeruantur in olla vſq; ad earum perfectā decoctionem, ſic Hieroſolyma nos conſeruabit vſqoe ad extremam ſenectutem. Hoc dicebāt illi, qui Dei prophetis fidē nullam ad
Iere. 1. hibebant. Fortaſſe alludebant ad verba Ieremiæ 1. capiti ſuæ prophetiæ mandata, vbi ille Hieroſolymæ afflictionem ſub metaphora ollæ incenſæ à Babylonia prouenientis prædixerat: in qoa olla Iudæi igne calamitatū afflicti continerentur. Cùm igitur Ieremias Babylonem vocaret incenſam ollam, quæ Iudæos affligeret, & concoqueret, aiebāt illi oon ita eſſe, ſed Hieroſolymam eſſe ollam, in qua illi erant ſemper conſeruandi. Ita poteſt intel-
Pſal. 59. ligi locus ille Dauidis: Moab olla ſpei meæ. Hoc eſt, ſpes mea cōſeruabitur in Moab. Nam ex Moab
Ruth. 4 fuit Ruth, ex qua proceſſit Chriſtus ſecundum car
Matt. 1. nem, vt non ſolùm ex veteri teſtamento, ſed etiam ex euangelio conſtat.

Et irruit in me ſpiritus domini, & dixit ad me. Ex hoc loco cum moltis aliis colligit Chryſoſtomos ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium tomo tertio, ſermone de Trinitate. Si Deus dixit ergo per ſuum verbum: hoc illi dixit, cùm in eum irruit domini ſpiritus. Per Deom intelligit patrem, per verbum, filium, per ſpiritum domini, ſpiritom ſanctum.

Cogitationes cordis veſtri ego noui. Vnde 1. Regum
1. Reg. 16. ait Deus: Non iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea, quæ patent, dominus autem
Iob 42. intuetur cor. Hinc Iob, Scio, inqnit, domine, quia
3. Re. 8. omnia potes, & nulla te latet cogitatio. In 3. Regū alloquitur iis verbis Salomon Deum: Tu noſti ſolus cor omniū filiorum hominū. Qnæ verba ſunt
2. Para. 6. etiam 2. Paralipomenon literis conſignata. Vnde diuus Auguſtinus de definitionibus eccleſiaſticorum dogmatum, Internas, inquit, animi cogitationes diabolū non videre certi ſumus. Sed motu eas corporis ab illo, & affectionum indiciis colligi, experimento didicimus, Secreta autem cordis ſolus Deus nouit, cui dicitur: Tu ſolus noſti corda filio-
Similitudo rum hominom. Hæc ille. Quemadmodum arundinē manu tenentes, eſcáque hamatili in obſcuro & turbulento pelago piſcantes, etſi piſcem non videant in eſcā irruiſſe, intelligūt tamē eſſe illum hamo abſq; dubio captum, quòd corticula lineæ piſcatoriæ bolis appellata, ſubmergatur: ſic dæmones piſcatores ſubtiliſſimi, etſi cogitationes noſtras in profundo cordis noſtri gurgite non aſpiciant, ſignis tamen exterioribua eas ſæpenumerò cognoſcunt: motu bolidis, & actione corporis, & verborū modo eas explorant & intelligont. Exire
Mat. 15. autē è corde cogitationes malas aſſerit apud Matthæū Chriſtus Deus noſter Et Salomoo in Prouer
Prou. 6. biis inter mala Deo odibilia numerat cor machinās cogitationes peſſimas. Vnde colligitur nō oēs noſtras malas cogitationes forinſecos aduenire, dæmonis inſtinctu excitatas, ſed emergere aliquando ex motu arbitrij humani. At cū eas diabolus cognoſcit, ſtatim accēdere illas ad vitia conatur: intimis viſceribus ſtimulos cōturbat, & cōmouet, ottum inflāmat, ardorē, & faces admouet tētationū.
Similitudo Vt faber ferrarios prunas non efficit in officina, ſed follibus ignis exuſcitatoribus eas aſcendit, ſic diabolus cogitationes malas in animo conceptas follibus tentationem ſufflat, & inflāmat, & incendiū cōflare nitens vitiis pabulū ſubmioiſtrat. Cor noſtrū eſt ferraria officina, cogitatiooes malæ ſunt prunæ, diabolus ſufflator. Dolendum quidem eſt, & acerbe ferēdum nutriri in anima cogitatios peſtilētes, qui inſtar filiorum & viperæ eā miſerè occi-
Similitudo dant, aut certè polluant & contaminēt. Anima noſtra eſt viridis ſmaragdus, gēma tranſlucida, exigui pretij in regione mortalium, ſed in ſeipſa pretioſa, & immortalis: quam margaritarius ille cœleſtis Deus noſter ſumma ſapiētia ſua perpoliuit, & annulo plūbeo corporis noſtri copulauit. Et quemadmodū peritus margaritarius premitur dolore, aſpiciēs ꝑtioſoa lapillos ſua induſtria elaboratos, quos ipſe magno ingenio & artificio excoluit, & perpoliuit, in manibos puerorū, & hominum agreſtium, qoi cùm eos nec cognoſcant, nec magnifaciant, illos cōtaminant, ſic Deus cū videt animas noſtras qoas ipſe ad imaginem ſuā creauit, in poteſtate vanorū & immundorū cogitatuom eas coinquinantiū & contemnētium, ægrè fert, & veluti id grauiter ſentiens, exclamat: Vt quid cogitatis mala in
Matt. 9. cordibus veſtris? Et hoc loco: Cogitationes cordis veſtri ego noui. Et paulò pòſt illis ferrū minatur dicens

cens: Gladium metuiſtis, & gladium inducã ſuper Mar. 2. vos. Heli audiens ſcelera, quæ eius filij admitte- 1.Reg.2. bant, leniter eos reprehendit, cùm æquum eſſet, vt eos durè caſtigaret. Quam ob cauſam illum ita allocutus eſt Deus: Magis honoraſti filios tuos, quã me. Propterea ecce dies veniunt, & præcidam bra- 1.Reg. 4. chium tuũ, & brachium domus patris tui. Et paulò pòſt narrat diuina ſcriptura, filios eius in prælio corruiſſe, ipſumque Heli cecidiſſe de ſella retrorſum, & fractis ceruicibus animam efflaſſe. Filij noſtri noſtræ cogitationes ſunt, quas debemus grauiter punire, ſi modum tranſeuntes, imperium rationis repudiauerint, Deumque offenderint: alioquin à Deo grauiter puniemur.

Plurimos occidiſtis. Nimirum iniuſtè, præſertim ſub rege Manaſſe, qui ſe flagitiorũ miniſtrum conſtituit, & in vrbe peruertenda dolos peſtilentes concepit: & iura diuina & humana per ſummum ſcelus violauit.

Propterea hæc dicit dominus Deus Iſrael. Interfecti veſtri, quos poſuiſtis in medio eius, hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes, & educam vos de medio eius. Gladium metuiſtis, & gladium inducam ſuper vos, dicit dominus Deus. Et eiiciam vos de medio eius, daboque vos in manum hoſtium, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis, in finibus Iſrael iudicabo vos, & ſcietis, quia ego dominus. Quia in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis, ſed iudicia gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, eſtis operati. Et factum eſt, cum prophetarem, C Pheltias filius Banaiæ mortuus eſt. Et cecidi in faciem meam, clamans voce magna, & dixi, Heu, heu, heu, domine Deus, conſummationem tu facis reliquiarum Iſrael? Et factum eſt verbum domini ad me dicens. Fili hominis fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Iſrael, vniuerſi, quibus dixerunt habitatores Hieruſalem, longè recedite à domino, nobis data eſt terra in poſſeſſionem, propterea hæc dicit dominus Deus. Quia longè feci eos in gentibus, & quia diſperſi eos in terris, ero eis in ſanctificationem modicam in terris, ad quas venerunt. Propterea loquere, hæc dicit dominus Deus.

Interfecti veſtri. Id eſt, ij, quos immaniter interfeciſtis.

Hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes. Dicitis, vos eſſe intra ollam ſecuros & conſeruatos inſtar carnium, ſed longè fallimini opinione: eritis enim ſummis calamitatibus oppreſſi. Contrà verò innocentes, quos crudeliter occidiſtis, hi ſunt carnes ſeruatæ, quoniam in gratia è vita migrauerunt: & Hieroſolyma eſt lebes, vbi ſepulti ſunt: de Huiuſmodi de- Pſa.115. cedentibus ait Pſalmographus: Pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Et diuus Ioannes Apo.14. in Apocalypſi: Beati mortui, qui in domino moriuntur. Vel ſic. Hi, quos dolore laceraſtis, & tandem ſæuè occidiſtis, ſunt carnes confractæ, hos concidiſtis tanquam carnes, quas ſolent ſecare, cùm eas volunt in lebetem coniicere, vt coquantur. Eodem modo loquitur Michæas, cùm inuehi- Mich.3. tur in tyrannos, dicens: Oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ. Sunt igitur viri innocentes carnes à vobis laceratæ, & Hieroſolyma eſt olla calamitatum, vbi eos compreſſiſtis. Prima tamen expoſitio mihi magis placet, propter id, quod ſequitur. Educam vos de medio eius. Eſt enim ſenſus: Non eſt Hieroſolyma olla, in qua vſque ad extremam ſenectutem conſeruemini: nam ego vos abſtraham ab illa, & tradam Babyloniis, qui vos in vincula coniiciant, & in Chaldæam captiuos abducant, vbi immenſis calamitatibus occidamini, & trucidemini.

Gladium metuiſtis. Timuiſtis, ne à Babyloniis occideremini, ideo confugiſtis ad AEgyptum: ſed nihil vobis proderit, occidemini nanque gladio Babyloniorum.

Faciam in vobis iudicia. Id eſt, ſumam de vobis pœnas, debitas illas quidem, & iuſtas.

In finibus Iſrael iudicabo vos. Hoc eſt, in Reblata, quæ eſt in terra Emath. Ibi Nabuchodonoſor occidit filios Sedechiæ regis Iudæorum coram eo, ei autem oculos eruit, eúmque in vincula coniecit, vt licet videre apud Ieremiã capite nono, & quar- Iere.9. to libro Regum capite vltimo. 4. Reg. vlt.

Hæc non erit vobis in lebetem. Id eſt, non remanebitis Hieroſolymæ vſque ad ſenectutem, vt exiſtimatis, ſed in alienam terram captiui ducemini.

Quia in præceptis meis non ambulaſtis. Hoc eſt, quia præcepta mea non cuſtodiſtis. Hebraiſmus eſt, in ſacris literis frequens vt in pſalmo: Beati immacu- Pſa.118. lati in via, qui ambulant in lege domini. Tertio 3. Reg. 9. Regum: Ambulemus in decretis eius. Quarto Regum: Ambulauit in via regum Iſrael, Hoc eſt: ſer- 4. Reg. 16. uauit rationem viuendi regum Iſrael. Ambulare in conſilio ſceleratorum, eſt eorum conſilium ſequi: vt pſalmo 1. Beatus vir, qui non abiit in conſilio Pſal. 1. impiorum. Ambulare coram domino, eſt ita vitam degere, vt facta omnia ad Deũ dirigantur, illíq; ſint grata, vt Gen. 17. Dixit dominus ad Abraham: Gen.17. Ego dominus omnipotens: ambula corã me. Hoc eſt, da operam vt inculpatè viuas, & ad me tanquã ad ſcopum dirigas, quicquid egeris, dixeris, & cogitaueris. Ambulare aliquando idem eſt, quod viuere: Vnde Apoſtolus in epiſtola Ad Romanos: In Rom. 6. nouitate vitæ ambulemus. Et iterum: Non ſecun- Rom.8. dum carnẽ ambulamus, ſed ſecundũ ſpiritũ. Et ad Epheſios: Vt filij lucis ambulate. Nec eſt mirum Epheſ.5. ambulare idem eſſe, quod vitam degere, quoniam tota hæc vita, via eſt, & deambulatio quædam ad alteram vitam. Si in præceptis Dei ambulauerimus, finita via in patriam ingrediemur æternam, ſi in operibus carnis, in pœnas ſemper duraturas.

Iuxta iudicia gentium. Id eſt, iuxta mores & conſtitutiones gentilium.

Et factum eſt, cum prophetarem, Pheltias, &c. Ezechiel erat corpore in Chaldæa, & raptus ſpiritu vidit ea, quæ fiebant Hieroſolymæ, & quemadmodũ hic Pheltias diuino iudicio fuit vita priuatus. Quæ omnia Iudæis in Chaldæa cõmorantibus narrauit, vt in fine capitis fatetur. Et fuit exploratum & perſpectũ eadẽ die, & hora, qua Ezechiel dixit, exceſſi

exceſſiſſe è vita Pheltiam, collatis dictis prophetę cum dictis nuntiorum, qui à Iudæa in Chaldæam veniebant.

Et *cecidi in faciem meam.* Nimirum affectu compatientis, & vt ſupplex Deum orarem, ne clades multiplicaretur.

Conſummationem tu facis reliquiarum Iſrael. Hoc eſt, nunquid domine omnes qui ſuperſunt ex Iudæis tua vltione conſumes? Suſpicabatur fortaſſe Ezechiel reliquias Iſraelis, quę videbantur ſupereſſe, eſſe ad interitum vocandas, & penitus delendas. Nam cùm Pheltias ſonet ſalutem domini, exiſtimauit forſitan videns eum mortuum fore, vt etiam liberati à domino tunc morerentur.

Fratres tui. Hucuſq; vaticinatus fuit de excidio eorum, qui remanſerant Hieroſolymæ: nunc eorũ conſolationem prædicit, qui Ieremiæ obtemperantes ſe Babylonijs tradiderant, & in Chaldæam migrauerãt. Solet Deus læta triſtibus miſcere, vt a-
Eſai. 1. pud Eſaiam capite primo: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, &c. Deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili: & derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario. Et paulò pòſt: Lauamini, mundi eſtote. Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona ter-
Amos 5. ræ comedetis. Eodem modo Amos capite quinto: Luo ſuper vos plãctum domus Iſrael. Cecidit, & nõ adiiciet vt reſurgat virgo Iſrael. Et paulò pòſt: Hæc dicit dominus Deus: Quærite me, & viuetis.

Fratres tui. In nonnullis codicibus non ſunt verba hæc niſi ſemel: at in correctis bis poſita ſunt. Palilogia eſt figura ſatis frequẽs in diuinis literis, cùm
3. Reg. 13. repetitur idem verbum, vt tertio Regum: Altare
Mat. 23. altare hæc dicit dominus Deus. Et Chriſtus Deus noſter apud Matthæum: Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas. Hanc figuram vocant nonnulli epizeuxim.

Quibus dixerunt habitatores Hieruſalem. Exiſtimãtes ſe eſſe felices, & poſſeſſuros eſſe quietè Hieroſolymam.

Longè recedite à domino. Quaſi indigni eius ciuitate. Reputabant eos eſſe à Deo deiectos, & derelictos, qui ſe tradiderant Babylonijs.

Ero eis in ſanctificationem modicam. Hoc eſt, dabo eis diuinos vates, qui eos poſſint mœrore aliqua ex parte leuare, & ab idolorum cultu auertere. Et qui ob peccata abducti ſunt à patria, ob pœnitentiam redibunt ad illam. Vel ſic: Ero eis in ſanctificationem, ſanctos reddam illos, ſed non omnes: nõ enim ero eis in ſanctificationem magnam, vt omnes ſancti ſint, ſed in ſanctificationẽ paruã, vt pauci ſalui fiant. Illos ſaluos faciam quorum ſpem videro in me ſitam, qui veram gloriam concupierint, eam autem contempſerint, quæ incerta eſt, & caduca, poſita non in virtute, ſed in populi temeritate. Eſſe autem Chriſtum quibuſdam in ſanctifica-
Eſa. 8. tionem, aliis autem in ruinam, aſſerit Eſaias, dicẽs: Erit vobis in ſanctificationem, in lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael. Qua de re capite ſuperiore diſſeruimus: verba illa explanantes. Effunde ſuper ciuitatem.

Congregabo vos de populis & adunabo de terris, in quibus diſperſi eſtis: dabóque vobis humum Iſrael, & ingredientur illuc. Et auferent omnes offenſiones, cunctáſque abominationes eius de illa. Et dabo eis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in D
præceptis meis ambulent, & iudicia mea *Ierem.*
cuſtodiant, faciántque ea, & ſint mihi in po- *23. f.*
pulum, & ego ſim eis in Deum. Quorum *Inf. 36. f.*
autem cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat, horum viam in capite ſuo ponam, dicit dominus Deus. Et eleuauerunt cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis, & gloria Dei Iſrael erat ſuper ea. Et aſcendit gloria domini de medio ciuitatis, ſtetitque ſuper montem, qui eſt ad Orientem vrbis: & ſpiritus leuauit me, adduxítque in Chaldæam ad tranſmigrationem in viſione, in ſpiritu Dei. Et ſublata eſt à me viſio, quam videram. Et locutus ſum ad tranſmigrationem omnia verba domini, quæ oſtenderat mihi.

Congregabo vos de populis. Suadet Deus Iudæis, qui in Chaldaica captiuitate detinebantur, vt quamuis in variis calamitatibus verſentur, in eo tamen ſpem omnem ſuam fixam habeant atque locatã. Promittit enim illis ſe eſſe eos ad patriam reducturum. Quod factum fuiſſe tempore Cyri Perſarum regis literæ diuinæ in libro Eſdræ teſtificãtur. Nec
ſolùm hoc loco, ſed multis aliis Ezechiel, & alij di- *1. Eſd. 1.*
uini vates de hoc reditu Babylonicæ captiuitatis *& 2.*
poſt annos ſeptuaginta vaticinati ſunt. Sed quis nõ videt per hanc liberationem intelligi redẽptionem humanam per Chriſtum verum ſaluatorem? Ipſe genus hominũ in vincula dæmonis coniectũ in mundi captiuitate retẽtum, in carnis operibus tanquam in carcere, vinculis ſcelerum compeditum, ſanguine ſuo liberauit, & ad ſpiritus libertatem, ad verum decus, ad ſummam amplitudinẽ illuſtriſſimis virtutũ ornamentis decoratã perduxit. Seruitus Babylonica erat infidelitas, carcer peccati, & cõfuſionis, mũdi captiuitas, vnde nos Chriſtus abſtraxit, & ad verã religionem, ad eccleſiam catholicam, ad verã Hieroſolymã perduxit. Ipſe eſt enim rex ille cœleſtis, qui iuxta diuinorũ vatũ ora-
cula erat homines diſperſos in vnã eccleſiã cõgre- *Eſa. 11.*
gaturus. Audi Eſaiam dicentem: Cõgregabit filios Iſraelis, & diſperſos Iuda colliget à quatuor parti-
bus terræ. Ieremias de hac congregatione vatici- *Iere. 32.*
nans inducit Chriſtum ita loquentem: Congregabo eos de vniuerſis terris, & reducam ad locum i-
ſtum, vt habitent confidenter. Vnde Oſeas, Cõgre- *Oſe. 1.*
gabũtur, inquit, filij Iſrael, & filij Iuda pariter, & po-
nent ſibi caput vnum. Et pſalmographus; Aedifi- *Pſa. 143*
cans Hieruſalem dominus diſperſiones Iſraelis congregabit. Et idẽ Chriſtus apud Ezechielem: Aſſu- *Inf. 36.*
mam de medio nationum filios Iſrael, ad quas abierunt: & congregabo eos vndique: & erunt mihi populus. Et hoc loco: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus diſperſi eſtis, dabóque vobis humum Iſrael. In omnibus his locis, & multis aliis promiſerat Deus ſe eſſe congre-

gaturum homines ex omnibus mundi regionibus
in vnam eccleſiam. Erant diſperſi mortales, & per
tenebras inextricabiles vagabantur. At non tulit
Deus eos diutius errare, ſed venit in mundum, in-
duit humanã formam, & à cœli ſummitate deſcen
dẽs terras illuſtrauit, & hominum oculos aperuit,
qui veluti Agar & Iſrael errabãt in ſolitudine, & a-
Geneſ. 21. quæ veræ doctrinæ penuria laborabant, & oſtẽdit
illis fontẽ vitæ, vt erranti bus illis ac vagis viã conſe
quẽdæ immortalitatis apperiret, eóſque ſiti pereũ
tes reficeret, & cœlo exules, veriſq; bonis prorſus
expulſos, ac variis ſectis diuiſus in vna eccleſia ca-
tholica cõgregaret. Hæc eccleſia in diuinis literis
appellatur Hieruſalẽ: eſt enim eccleſia viſio pacis,
id nanque ſonat Hieruſalem. Hæc eſt mons Siõ, ſpe
cula illa, ex qua Deum fide contemplamur. Hæc
eſt domus Iacob, dæmonis ſupplantatrix, vitiorũ-
que mundi, & carnis expultrix, quæ aduerſus ho-
ſtes animæ lucta contendit, vt veram animæ pacẽ
conſeruet. Hæc eſt templum Salomonis, vbi habi
tat dominus, viuis lapidibus, hoc eſt fidelibus cha
ritate pręſtãtibus extructũ. qui cũ priùs eſſent toto
terrarum orbe diſperſi, varia idola & mõſtra colen
tes, fuerunt ſub vno Chriſto cõgregati in vna eccle
ſia, vna religione Chriſtiana, vna fide, vno baptiſ-
mo coniuncti. Chriſti ſaluatoris noſtri prædicatio
& cognitio ſic omnium gentium oras peragrauit,
vt repudiatis ſuperſtitionibus, & diis falſis ac cõ-
mentitiis, homines etiam agreſtes & inculti eũ hu
ius vniuerſitatis effectorem & moderatorẽ intelli
gerẽt, & pro eius fide & honore ſe morti deuoue-
re non dubitarent. In eccleſia hac regnat Chriſtus,
cuius regnũ erit ſempiternũ. De hoc Chriſti regno
Pſal. 144. in eccleſia cecinit diuinus pſaltes: Regnum tuũ re
gnum omnium ſeculorũ, & dominatio tua in om-
ni generatione & generationem. Et Eſaias: Multi-
Eſai. 9. plicabitur eius imperium, & pacis nõ erit finis. Su
per ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt
confirmet illud, & corroboret à modò, & vſque in
ſempiternũ. Daniel: Regnum eius regnũ ſempiter
Danie. 3 num & poteſtas eius in generatione & generatio-
nẽ. Micheas: Regnabit ſuper eos in monte Sion, ex
Mich. 3. hoc nũc, & vſq; in æternũ. Id explicuit Deus dicẽs
per Gabrielẽ angelũ Mariæ ſemper virgini: Dabit
Luc. 1. illi dominus ſedẽ Dauid patris eius, & regnabit in
domo Iacob in ęternum, & regni eius nõ erit finis.
Domus Iacob eſt eccleſia, quæ ſemper durabit, de
qua ait Chriſtus: portæ inferi non præualebũt ad-
uerſus eam, in qua ipſe Chriſtus regnabit in æter-
Mat. 16. num. Vnde colligitur, non conuenire Salomoni ea
Dei patris promiſſio, quæ eſt libro ſecundo Regũ
literis mãdata: Suſcitabo ſemen tuũ poſt te, quod
2. Reg. 6. egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius:
ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam
thronũ regni eius in ſempiternum. Cùm thronus
Salomonis defecerit, eiúſq; regnum eſſe deſierit,
quî fieri poteſt, vt regnum, quod à Deo, qui eſt ipſa
veritas, aſſeritur, ſẽpiternũ, illi poſſit cõuenire? Eſt
igitur hęc Dei promiſſio ad verum Salomonẽ, ad
Chriſtum regẽ, pacis amantiſſimũ, cuius Salomon
vmbram gerebat, rẽferenda. Salomõ ex mortuis la
pidibus templum conſtruxit, Chriſtus ex viuis ani-
mis eccleſiam ædificauit. Dauid ſanguinis fuſor tẽ
plum ædificare non potuit, ſed Salomon, hoc eſt,
pacificus, idem enim ſonat nomẽ Salomonis, quo-
niam rex pacificus erat venturus, qui non alieno fu

ſo ſanguine, ſed proprio erigeret eccleſiã, pacis a-
deò amans, vt ne quiſquam periret, ipſe per ſangui
nem ſuum nos eriperet à morte, mortem tolerãtes
ferẽs, vt nos immortalitate donaret: & vt verbis v-
tar diui Pauli ad Coloſſenſes, pacificãs per ſangui- Coloſſ. 1.
nem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœ-
lis ſunt. Quã ob cauſam ab Eſaia fuit meritò prin-
ceps pacis vocatus: qui vt pacẽ doceret, eccleſiam Eſa. 9.
conſtituit, in qua regnat in æternum: Vnica eſt ec-
cleſia, militans & triumphans, militãs finietur qua
tenus militans, ſed eius ciues in gratia decedentes,
erunt in triumphantem tranſlati, quæ nullum vn-
quam habebit finem, cuius rex Chriſtus eſt, cuius
habitatio ſemper eſt duratura, cuius ciues can-
tica Sionis perpetuò concinentes, ipſum regẽ in
æternum laudabunt. Id intelligens diuinus pſaltes
præcinebat: Beati qui habitant in domo tua domi
ne, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Sed quoniã Pſal. 83.
ad hanc triumphantem eccleſiam aſcẽdere nemo
poteſt, niſi ſit eccleſiæ militantis membrum, inſtru
xit Deus eccleſiam hanc catholicam, quæ eſt apud
diuinos vates regnum Dauid, vera Hieroſolyma,
mons Sion, domus Iacob, populus Iſraelis. Quicũ
que enim veram Chriſti Dei noſtri fidem habet, Iſ
raelita eſt, ſiue genus ducat à gentibus, ſiue ab He
bræis. Ideo voluit per ſe, & per Apoſtolos ſuos ſan
ctiſſimum nomen ſuum per cũctas nationes fama
celebrare, & caſtiſſimam, pleniſſimãque pietatis
religionem longè lateque propagare, vt aſperrimã
diaboli tyrannidem funditus euerteret, & eccleſiã
hanc conſtitueret, in qua fideles congregaret. Hoc
quippe eſt, quod hîc ait per Ezechielem: Congre-
gabo vos de populis, & adunabo de terris, in qui-
bus diſperſi eſtis, dabóque vobis humum Iſrael,
hoc eſt Hieroſolymam, qua eccleſia ſignificatur.

Et auferent omnes offenſiones. Id eſt, omnia ſcelera.

Cunctaſque abominationes. Hoc eſt, omnia idolo-
rum ſimulacra.

E*t dabo eis cor vnum*. Idem ait Deus infrà apud
hunc prophetam capite 36. & apud Ieremiam tri- Infr. 36. Iere. 32.
geſimo ſecundo. Id impletum fuiſſe in eccleſia pri
mitiua aſſerit diuus Lucas, dicens in Actis Apoſto
lorum: Multitudinis credentium erat cor vnum, Act. 4.
& anima vna. Et non ſolùm tunc, ſed nunc etiam
in rebus de fide, & ſemper, fidelium cor fuit, & eſt
vnum: vna eſt enim fides omniũ, vnus eccleſiæ in
credendo conſenſus. Sed hæc Dei verba non tantũ
de fidei cõſenſu, ſed de animorum congregatione
& coniunctione intelligenda videntur, fuit enim
ſumma inter Chriſtianos pax & concordia: de qua
dixerat regius vates, Orietur in diebus eius iuſti-
tia & abundantia pacis. Et rurſum: Factus eſt in Pſa. 71.
pace locus eius. Huius Chriſtianæ pietatis memi- Pſa. 75.
nit Aggæus, qui cùm diceret: Veniet deſideratus
cunctis gentibus, adiecit ex Chriſti perſona: Im- Agg. 2.
plebo domum iſtam gloria, & in loco iſto dabo
pacem. Nec hoc ſilentio præteriuit Eſaias Chri- Eſa. 57.
ſtum in hunc modum faciens loquentem: Creaui
fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè eſt,
& qui propè. Vnde Malachias: Pactum vitæ & pa-
cis fuit cum eo, & lex veritatis in ore eius. Sed
pax hæc ſpiritualis eſt, quæ nos inter nos coniun- Mala. 2.
git, & Deo connectit & conciliat. Deniq́ue eſt pax
Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, qua carent Phili. 4.
homines flagitioſi. Ait enim Eſaias: Non eſt pax Eſa. 57.
impiis, dicit dominus. Etſi enim impij ſint ali-

quando

quādo pac,cnoiuncti, ea tamē pax mūdi eſt,& vitio
rū in:erdū propagatrix. Eā ob cauſā ait Chriſtus:
Pacem meā do vobis,pacem relinquo vobis : non
Ioan.14. quomodo mundua dat,ego do vobis. Mundi pax
quærit propriam vtilitatem , & corporis oblecta-
tionem,paa verò Chriſti conſiſtit in vera animo-
rum concordia iutet ſe,& inter ſe & Deum , cuius
glotiam quærit.Hanc pacem , banc teconciliatio-
nem inrer Deum & hominem adduxit Chriſtus
Ieſus, quam ob cauſam ait Apoſtolus in epiſtola
Coloſſ.1. ad Coloſſenſes eſſe nos per ipſum reconciliatos:
eumque in epiſtola ad Romanos propitiatorem ap
Rom. 3. pellat,dicens:Præpoſuit eum Deus propitiatorem
per fidē in ſanguine ipſiua. Et diuua Ioannes in pri
1.Ioā. 2. ma ſua epiſtoia : ipſe eſt propitiatio pro peccatis
1.Ioā.4. noſtris. Et iterum: Miſit Deus filium ſuum propi-
tiationem pro peccatia noſtris.Hoc fuerat in legis
veteris tabernaculo adumbratum,vbi erat arca fœ
Exo.25. deris,ſuper qua erat propitiatotium ex auro pu-
tiſſimo,quod duo cherubim tegebant alas eapaſ-
26. 27. ſas habentes,ſeque mutuò contemplantes. Super
propitiatorium erat oraculum , ex quo dominus
reſponſa dabat,ſeque propitium oſtendebat. Arca
illa eccleſiæ Chriſti gerebat imaginem , quæ erat
tecta propitiatorio,quo Chriſtus figurabatur,ec-
cleſiam protegens & gubernans. Duo cherubim
ſe mutuò reſpicientes ſunt duo teſtamenta inter
ſe admirabili concentu cohærentia,nulláque in re
diſcrepantia.Id quod indicar nomenclatura, che-
rubim enim idem eſt quod plenitudo ſcientiæ.
Reſpiciunt enim hi cherubim ad propitiatorium,
quia vtrunque teſtamentum Chriſtum intuetur,
de illo loquitur , eum oſtendit , ita vt vetus ſit
veluti vaticinium noui,nouum verò eapoſitio ve-
teris. Deſuper erat oraculum , vnde Deus loque-
bātur , oſtendens miſericordiam ſuam , quoniam
dominus noſter Ieſus Chriſtus,propitiator noſter
Deum patrem nobis reddidit propitium & bene
uolum,nóſque illi reconciliauit,& in concordiam
eum illo reduait , qui ab illo ob impia ſcelera no-
ſtra eramus diuiſi,& penitus alienati. Hāc pacem
conquirere debemua , & amplecti, eáque ſummè
oblectari.Si hominum paa à gentium philoſophis
veluti numen quoddam celebrabatur , quî fie-
ri poteſt , vt Chriſtianæ philoſophiæ cultores
Dei pacem ſine ſcelere nefario contemnant ? In
monte Palatino fuit quondam Romæ templum
Concordiæ dicatum , vt ait Blondus libro ſe-
cundo de Roma inſtautata , quod templum ait
Suetonius fuiſſe à Tibero imperatore conſtru-
ctum:tametſi alij contendant fuiſſe à Liuia Ger-
manici matre ædificatum. Et prope montem
Palatinum, vbi quondam via, quæ ſacra diceba-
tur,erat , fuit à Veſpaſiano imperatore inſtauratū
templum pacis,cuius ruinæ hodie apparent,facilè
oſtendentes magnificentiſſimum ædificij appara-
tum. Nullum enim fuit tunc in tota vrbe ædificiū
ſumptuoſius,nullum admirabili pretioſarum re-
rū amplitudine pręſtātius. De eo ait ita diuus Hie
ronymua in Ioelis prophetæ commentariis,Veſpa
ſianus & Titus Romæ templo pacis ædificato va-
ſa templi Hieroſolymitani , & vniuerſa donaria in
delubro illius conſtituerunt: quæ Græca & Roma
na narrat hiſtoria. Si igitur infideles pacem cole-
bant, quantò magis nos eam colere debemus,qui
legem pacis,qui pacis,pręceptoris euangelium ſer
uare gloriamur? Cùm Neptunus & Minerua de di
gnitate contenderent , & Neptunus , vt antiqui
ſcriptores literis mādarunt,allegaret ſe eſſe aquæ,
rei vtiliſſimæ inuentorem , Minerua autem pro
ſe adduceret , ſe oliuam fructiferam plantam in-
ueniſſe,cecidit cauſa Neptunus , fuitque pro Mi-
nerua ſententia lata , quia oliua arbore fructuo-
ſa ſignificabatur pax : quia nihil eſſe dicebant
iucundius , nihil vtilius , nihil ad ſecuritatem
& tranquillitatem conſequendam accommoda-
tius. Voluerunt homines illi qui tunc ſapientes
dicebantur,hac fictione ſignificare eſſe pacem vti
liſſimam , eámque ob cauſam auidiſſimè quæren-
dam & conſeruandam. Proclus Platonicus vnum
vni eſſe dicebat : ſignificans dandam eſſe operam,
vt omnes vnum eſſemus Deo,qui erat vnus. Hæc
ſunt eius verba in libro de anima & angelo.per in
tellectum noſtrum diuinum attingimus intelle-
ctum:ſic & primum vnum , à quo omnibus ineſt
vnio per vnum,per quod ſanè noſtrum vnum diui
no maximè iungimur.Et pauló pòſt: Diuini per v-
nitatem efficimur,quando omnem multitudinem
fugientes , in ipſam vnitatem noſtram confugi-
mus,vnúmque efficimur,& conformiter agimus.
Titus Liuius lib.10.Deca.3 Melior eſt, inquit , tu-
tior pax:quàm ſperata victoria. Et Saluſtius in Iu-
gurtha : Concordia paruæ res creſcunt , diſcordia
maximæ dilabuntur. Si gentiles tot laudibus effe-
rūt pacem,quid nos agere debemus,quibus Deus
noſter illam dedit? Ipſe eſt enim , qui hoc loco ait
apud Ezechielem: Et dabo eis cor vnum.

Et ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum.
Hoc petebat regius vates, cùm diceret: Cor mun-
dum crea in me Deus , & ſpiritum rectum innoua *Pſal.50.*
in viſceribus meis.Hæc ſpiritus nouitas ſeu reno-
uatio eſt animi puritas,& vis illa,per quā nihil ni-
ſi rectum & ſanctū deſideratur. Acquiritur autem
inſtauratio hæc lachrymis & pœnitentia. Que-
madmodum aquila,vt aiunt,renouatur aquis , ita
anima lacbrymarum abūdantia. Vt oliuæ vbi ſunt
perticis concuſſæ, & virgultis omnibus confractis *Simile*
amittunt pulcbram amœnitatem , niſi pullulaue-
rint,& nouis ſurculis atque ramulis germinaue-
rint,& denuò fronduerint,infructuoſæ manent,ſin
autem ſylueſcunt,& germina emittunt , ſpem tri-
buunt vberrimos fructus producēdi, ſic homines
poſt peccatum , niſi inſtaurentur ſpoliantes veterē *Simile*
hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum,
ſteriles indicantur : ſin autem ſpiritu nouo germi-
nauerint , & per pœnitentiam floruerint , fue-
rintque in Chriſto renouati , pulcherrimos vir-
tutum fructus ferent , & vberrimarum baccarum
copia exornabuntur. Aſpice oliuam illam poſt
peccatum adulterij & homicidij per pœniten-
tiam vireſcentem,lætiſſimorúmque fructuum pul
chritudine abundantem quomodo dicebat in
pſalmo : Ego ſicut oliua fructifera in domo Dei. *Pſal.51.*
Et Eccleſiaſticus virum iuſtum comparat cum *Eccle.*
oliua pullulante. Hanc pullulationem & inſtau- *50.*
rationem promiſit hoc loco Deus,dicens ſe eſſe fi-
delibus ſuis ſpiritum nouum tributurum.

Auferam cor lapideum. Id eſt , abducam ab illis
cor durum , & dabo illis cor tenerum , vt veluti
blanda cera impreſſionem meę doctrinæ facilè re-
cipiant. Cordi lapideo ex diametro opponitur
cor carneum , hoc eſt,pium , docile , & quod di-

uino amore molleſcat. Id voluit diuus Paulus in e-
2.Cor.3. piſtola ſecunda ad Corinthios ſignificare, dicens: Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quę ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati, quòd epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Appellat Apoſtolus Corinthios epiſtolam ſuam, quòd eos ſcriptos haberet indelebiliter in corde, & epiſtolam Chriſti, quod illi Chriſtũ haberent in cordibus ſuis ſcriptum. Et ideo ait hanc Chriſti epiſtolam eſſe à ſeipſo ſcriptam non atra-
Exo.31. mento, ſed ſpiritu Dei viui, vt ſignificaret inter ſe
Exo.34. ipſum & Moyſem differentiam: Moyſes enim tabu
Deu.20. las lapideas adornauit, vt in illis lex vetus ſcriberetur, Paulus autem Corinthiorũ animos parauit non inſtrumẽto corporeo, ſed ſpiritu Dei viui, quẽ ipſo Deo largiente in illis ſculpſerat. non in tabulis lapideis duris, vt quondam lex ſed in cordibus, mollibus, & ad recipiẽdam euangelicam doctrinã ab eo paratis. Sed heu, quot ſunt hodie, qui cor habent lapideum rupibus multò durius! Horum cor eſt petra illa, de qua ait Chriſtus: Aliud ſemen ceci-
Luc. 8. dit ſuper petram, & natum aruit, quia nõ habebat humorem. Vide petrã illam, de qua ait diuina ſcriptura: Induratũ eſt cor Pharaonis. Talis eſt homo
Exo. 7. impius & obſtinatus, de quo ait Iob: Cor eius indu-
Iob.4. rabitur quaſi lapis. Et Deus per Ioelem prophetã: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiu-
Ioel.2. nio, & fletu, & planctu. Scindite corda veſtra, & nõ veſtimenta veſtra. Ac ſi dicat: Corda veſtra volo, ſed non indurata: volo corda mollia & contrita. Diuus Bernardus in libro de cõſideratione ita ait: Cor durum eſt, quod contritione non ſcinditur, precibus non flectitur, minis non cedit, flagellis ob-
Simile duratur. Vt lapis tendit ad centrum: ita corde induratus deſcendit ad infernum. Ita dicitur de obſtina-
Exo.15. tis Aegyptiis: Deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Corpora deſcenderunt in profundum maris, animæ in profundum infernorum. Ideo ait Eccle-
Eccle.3. ſiaſticus: Cor durum malè habebit in nouiſſimo. At de ſeipſo ait Iob: Deus molliuit cor meum. Et
Iob.23. diuina ſcriptura in libro Exodi, & Numerorum
Exo.17. narrat fuiſſe à Moyſe petrã percuſſam virga, & flu-
Nu. 20. xiſſe aquarum abundantiã. Ad quod alludit his verbis pſalmographus: Percuſſit petrã, & fluxerunt a-
Pſa.77. quæ, & torrentes inundauerunt. Vtinam Deus virga crucis, & memoria paſſionis ſuæ percutiat cor meum lapideũ, cõterat durã cordis mei petram, vt fundãtur lachrymarum flumina, & conuertat pe-
Pſa.109. tram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Diuus Auguſtinus libro de gratia & libero arbitrio ad Valentinum cap. 14. ita ait: Liberum
Pſal.94. hominis arbitrium pulſatur, vbi dicitur: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Sed niſi poſſet Deus etiam duritiam cordis auferre, non diceret per prophetam: Auferam ab eis
2.Cor.3. cor lapideum, & dabo eis cor carneum. Quod de nouo teſtamẽto fuiſſe prędictũ ſatis Apoſtolus oſtendit, vbi ait: Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta non atramento: ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Quod nõ ideo dictum putemus, vt carnaliter viuant, qui debent ſpiritualiter viuere; ſed quia lapis ſine ſenſu eſt, cui comparatum eſt cor durum. cui niſi carni ſentienti cor intelligens debuit compara-
ri. Hæc ille.

Quorum autem cor poſt offendicula. Hoc eſt, eos grauiter puniam, qui peccatis, quibus Deus grauiter offenditur, paſcuntur, & idolorũ cultum relinquere nolunt. Ponere eorum viam in capite ſuo, eſt in eos iuxta ſcelera ſua animaduertere. Sẽſus eſt: Eos, qui Ieremiæ prophetæ méæque voluntati obediẽtes ſe Babyloniis tradiderunt, & fuerunt in Chaldæam tranſlati, conſolabor, & in priſtinam dignitatem reſtituam, eos autem, qui Hieroſolymę mãſerunt, qui falſis voluptatibus ducuntur, & in ſceleribus verſantur, acerbiſſimis opprimam calamitatibus. Illi mihi pœnas ſuis flagitiis debitas perſoluent.

Et aſcendit gloria domini de medio ciuitatis. Significauit ſubtractionem protectionis diuinæ. Id etiam
ſignificauit Chriſtus dicens apud Ioannem: Surgi- Ioã. 14.
te, eamus hinc. Et apud Lucam. Relinquetur vo- Luc.13.
bis domus veſtra deſerta. Narrat Ioſephus fuiſſe in templo vocem angelorum auditam dicentium: Abeamus ab his ſedibus. O ingrata ciuitas, quæ illum, qui in te contulit innumera beneficia, ad crudeliſſimum interitum vocaſti! O ciuitas infelix, quam Deus meritò reliquit per gratię, ſuæque protectionis ſubtractionẽ! O impij & nefarij Iudęi, qui Meſſiam veſtrum, quẽ expectabant antiqui patres, cuius aduentum optabant patriarchæ, de quo vaticinati ſunt prophetæ, aſſerentes eſſe illum humanam formam induturum, eiúſque miſericordia eſſe mundi maculas abluendas, acerbiſſimis cruciatibus affectum, ſcelere & inuidia incitati interfeciſtis! Qui erunt homines tam barbari, tam agreſtes, tam inculti, qui veſtram impiam crudelitatem & perfidiam non deteſtentur, qui Chriſti Dei noſtri immẽſam pietatem, ſummam miſericordiam non immortalitatis memoria proſequantur! Dereliquit vos, quia vos eum dereliquiſtis. Ideo aſcendit gloria domini de medio ciuitatis.

Stetitque ſuper montem. Chaldæus paraphraſtes ait montem hunc eſſe Oliueti. Diſtat ab vrbe vno
miliario, vt habetur Actorum Apoſtolicorum pri- Act. 1.
mo. Ex hoc monte aſcendit Chriſtus ad patrem, vt ex eodem capite colligitur. Eam ob cauſam exiſtimo voluiſſe hoc loco Ezechielem aſcenſum Chriſti in cœlum ſignificare.

Et ſpiritus leuauit me. Erat realiter in Chaldæa, ſed ſpiritu fuit ductus Hieroſolymam, vbi ea mentis oculis aſpexit, quæ huic capiti mandauit. His autem geſtis videbatur ſibi imaginaria viſione à Iudæa in Chaldæam reuerti ad Iudęos, quos hîc tranſmigrationem vocat.

Omnia verba. Id eſt, res omnes. Narrauit Iudæis omnia, quæ viderat ſpiritu, & eorum ſignificationem. Accipi autem verbum pro re quacunq; præ-
ter hunc locum oſtendit Eſaias capite 39. vbi vo- Eſa.39.
lens ſignificare oſtendiſſe Ezechiam regem nunciis Babyloniæ omnia, quæ habebat, ait: Non fuit verbum, quod non oſtenderet ei Ezechias in do-
mo ſua. Et in hanc ſignificationem ſumitur Deute- Deut.8
ronomij capite 8. Non in ſolo pane viuit homo,
ſed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Matt.4.
Quem locum citauit Chriſtus apud Matthæum Luc. 4.
& Lucam, ſignificans quacunque re, qua Deus
voluerit, poſſe hominem ſuſtentari. Id, quod dici- Pſa.111.
tur in Pſalmo: Iucundus homo, qui miſeretur, & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio, poteſt

teſt verti ex Hebræo. Iucundus vir. qui confert in
alios beneficia, & dat mutuò, & diſtribuit res ſuas
recto iudicio. Pro ſermonibus ſuis poteris trans-
ferre verba ſua, & per verba ſua ſubſtantiam, opes
& omnes alias res ſuas intelligere: vt ſit ſenſus eũ
eſſe iucundum & beatum virum, qui propenſus
eſt ad homines iuuandos, qui de re ſua familiari i-
nopia laborantibus impartitur, ſed iudicium adhi
bet in bonorum ſuorum diſtributione, omniaque
rectè, atque prudenter miniſtrat.

ANNOTATIONES EX *Hebræo in cap. XI.*

Nonne dudum ædificata ſunt domus? Septuaginta in
terpretes habent: Nonne nouiter ædificatæ ſunt
domus? Eadem eſt ſententia, quam in explanatio-
ne expoſuimus. Pagninus vertit: Non in pro-
pinquo eſt contritio, ædificemus domos. Bri-
xianus eodem ferè modo: Non eſt propinqua
vaſtatio, ædificemus domos. In Hebraico, non
eſt contritio, nec vaſtatio. Ideo alij transferunt:
Non eſt propè, ædificemus ædes. Quod in idem re
cidit. Horum verſionum hic eſt ſenſus: Id quod
dixit Ieremias eſſe citò vrbem hanc vaſtãdam, non
eſt verum: nam non eſt propè eius euerſio & vaſta
tio: ideo non timeamus, quin potiùs conſtruamus
ædificia. In Hebraico eſt ita. לא בקרוב בנות בתים Lo-
becarob benoth battim. Quæ verba poſſunt ita
verti: Non citò: ædificemus filios. Acſi dicerent
impij homines? Nihil nos moueat vanum Ie-
remiæ vaticinium de vrbis euerſione, ſed vo-
luptatibus ducamur, & filio generemus. Di-
ctio benoth eſt à verbo banah, quod ſignificat ædi
Geneſ. ficare, & filios ſuſcipere: Capite 16. Geneſis, vbi
16. vulgata editio habet: Si forte ſaltẽ ex ea ſuſcipiam
filios, eſt in Hebraico: Si fortaſſe ſaltem ex ea ædi-
ficer, Inde deriuatur ben, quę dictio filium ſignifi-
cat, quod ſit veluti ædificium parentum. Vnde be-
noni idem eſt, quod filius doloris mei, & benia-
min filius dextræ, hoc eſt, filius dilectus: ſolebant
enim antiqui nomine dextræ ea ſignificare, quæ
Geneſ. magnoperè diligebant. Ideo Iacob filium ſuum ſe
35. cundum, quem habuit ex Rachele, quam incredi-
bili cõplectebatur amore, vocauit Beniamin, hoc
eſt filium chariſſimum, quòd illum genuiſſet in ſe-
nectute: quam ob cauſam eum admirabili amore
proſequebatur. Cùm eum pareret Rachel ſummis
oppreſſa doloribus, eum filium doloris ſui appel-
lauit interruptis ac morientibus vocibus, quibus
prolatis, efflauit animam, & obitus ſui triſte viro
ſuo chariſſimo deſiderium reliquit. Patet autem
pueri nomine mutato, ne cùm illud audiret, me-
moriam illius lachrymabilis mortis renouaret, &
graui tã triſtis recordationis dolore, etiã ipſa, quæ
iam conſenuiſſe videretur, recrudeſceret, impoſuit
Geneſ. ei nomen Beniamin, vt amorẽ filij & matris ſe eſſe
15. ſemper conſeruaturum declararet. Significat præ-
terea dictio hæc ben multa alia adiunctis ſubſtan-
Iob. 41. tiuis. Geneſ. 15. Filius domus meæ, id eſt vernacu-
Tren. 3. lus meus. Iob. 41. Filius arcus, id eſt ſagitta. Thren.
Eſai. 21. 3. Miſit in renes meos filias pharetræ ſuæ. Hoc eſt
1 Re. 20. ſagitta me vulnerauit. Eſai. 21. Filius areæ meæ, id
Pſal. eſt frumentum. Primo Regum 20. Filius mortis,
101. id eſt dignus morte. Illud Pſalmi 101. vbi nos iuxta

translationem ſeptuaginta habemus: Vt ſolueret
filios interemptorum, poteſt verti ex Hebræo.
Vt è vinculis eripiat filios mortis, hoc eſt homi-
nes morti addictos. Primo Regum 9. Filius vnius 1. Reg. 9.
anni erat Saul. Id eſt innocens inſtar infantuli. Qui
bus verbis vult ſignificare Saulis virtutem, & mo
rum integritatem, priuſquam fuiſſet in regia digni
tate conſtitutus. At cùm ad principatum euectus
eſt, ſcelera impia perpetrauit. Vbi vides quàm peri
culoſa ſit magna potentia, & opum abundantia.
Exemplum ſit etiam tibi Dauid, qui ſubditus ini- 1. Reg.
mico pepercit, & vitam tribuit, rex autem ami- 24.
cum per ſummum ſcelus interfecit. 1. Reg.
Et cogitationes cordis veſtri ego noui. Septuaginta 26.
habent: Cogitationes ſpiritus veſtri ego ſcio. In 2. Reg.
Hebraico pro cogitationibus cordis veſtri eſt: Ve- 11.
maaloth ruacem, Hoc eſt, & aſcenſiones ſpiritus
veſtri, Verbum עלה alah aſcendere ſignificat, vt Ge-
neſ. 19. Vidit aſcendentem fauillam de terra. Ideo Geneſ.
vertit Pagninus: Quæ aſcendunt in ſpiritu veſtro 19.
noui. Et quoniam cogitationes cordis aſcendunt,
meritò vertit interpres noſter cogitationes. De hu Pſal. 83.
iuſmodi aſcẽſionibus in corde humano ait regius
vates: Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Et Chri- Luc. 24.
ſtus Deus noſter apud Lucam: Quid turbati eſtis, &
cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Eodem 1. Cor. 2.
reſpicit, quod ait in prima epiſtola ad Corinthios
diuus Paulus: Nec in cor hominis aſcendit: Hoc i-
diomate vtitur Eſaias cap. 65. Ieremias 13. Ezechiel Eſa. 65.
38. Aſcendere autem ſuper labiũ linguæ apud He- Ierem.
bræos eſt in fabulam traduci, quando in aliquem 13.
coniiciuntur opprobria. Hebraiſmus eſt, quo vti- Inf. 38.
tur Ezechiel cap. 36. Significat etiam verbum hoc
alah euaneſcere. In hanc ſignificationem poteſt ac
cipi id, quod eſt apud Zachariam: Et conſeretur Inf. 36.
manus eius ſuper manũ proximi ſui, vt ſit ſenſus: Zacha.
Si quis tempore illo petierit opem ab amico ſuo 14.
ad oppugandam Hieroſolymam, fruſtrà id faciet:
nihil vires humanæ aduerſus diuinum conſilium
valebunt: nam ſi apprehenderit quiſpiam manum
proximi ſui euaneſcet manus eius in manu opem
illi promittentis. Eam ob cauſam poterat etiam lo
cus hic Ezechielis ita transferri, Ea quę euaneſcũt
in cordibus veſtris, ſunt mihi ſatis perſpecta. Im-
pij enim, vt ait diuus Paulus in epiſtola ad Roma-
nos, euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſ- Rom. 1.
curatum eſt inſipiens cor eorum.
Ero eis in ſanctificationem modicam. In Hebraico
eſt. Ero eis. למקדש מעט Lemicddas meat. Id eſt, in
ſanctificationem paruulam. Pagninus tranſtulit: In
ſanctuarium paruũ. In Theſauro verò ait nomen
hoc meat ſignificare paucitatem. Ideo poteſt verti:
Ero eis in ſanctuarium paucitatis, ſiue paucorũ, vt
ſit ſenſus. Eos paucos in Chaldæa audiam perinde
atque in templo celebri Hieroſolymę: ero illis pau
cis loco templi, vbi populi celebritatem audire ſo
lebam: Nihilominus tamen communis translatio
rectiſſima eſt, cuius ſenſum in explanatione oſten-
dimus, & ita verterunt ſeptuaginta dicentes: εἰς
ἁγίασμα μικρόν.
Conſummationem tu facis reliquiarum Iſrael. Pagni
nus eodem modo vertit, ſed cum interrogatione.
Et ita manet altera ſententia: aliud eſt enim rem aſ
ſerere, aliud interrogare. Aliquando enim eadem
oratio quæ affirmat, ſi interrogatiuè proferatur, &
admiratiuè negat. Verba illa Michææ: Et tu Be-

thlehem Ephrata parvula es in principibus Iuda, longè diuerſum ſenſum videntur prima facie habere apud Matthæum illa in hunc modum citantem: Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda. Apud Michæam aſſe-
Mich. 5. runt Bethlehem paruulam eſſe in principibus Iu-
Mat. 2. dæ, Apud Matthæum aſſeueranter oſtendunt non eſſe paruulã. At ſi hæc verba legeris apud Micheã Interrogatiuè,& admiratiuè, quemadmodum profectò legi debent, videbis nullam eſſe inter prophetam & euangeliſtam diſſonantiam. Ita enim ait Michæas: Et tu Bethlehem Ephrata paruula es in principibus Iuda? Quaſi dicat, non. Et afferẽs negationis cauſam ait: Ex te enim egredietur,&c. Et id quidem eſt, quod ait Matthæus: Nequaquam minima es. Nec in eo diſcrepant, quod Micheas ait, Ephrata. Matthæus verò, terra Iuda, nam vtroque modo appellabatur Bethlehem. Prætereà Ephrata ſignificat fructiferam. Iuda verò confeſſionem: at ex cõfeſſione producitur vbertimus fructus. Nihil eſt fructuoſius confeſſione, ſiue eam accipias pro laudatione diuina, ſiue pro peccatorum confeſſione. Confiteri de peccatis, eſt nunciare virtutes. Quid eſt ſacramentalis culparum confeſſio, niſi ſanctitatis præconium? Aſpicis igitur nullam eſſe inter hos duos locos diſcrepantiam, quin potiùs vnum eſſe alterius expoſitionem.

Argumentum Cap. XII.

Parabola vaſorum tranſmigrationis prædicit diuinus vates modum captiuitatis regis Sedechiæ, eorúmque qui illum ſequebantur, quos ſciebat eſſe Dei immemores, & ſui oblitos, contrà verò in ſcelere vigilantes, & in rebus nefariis diligentes. Studebat hortari Iudæos variis argumentis, vt prophetarum oraculis fidem adhiberent, ſeque repudiatis idolis ad verum Deum conuerterent, in quo ſpem omnem ſuam collocarent.

CAPVT. XII.

A ET factus eſt ſermo domini ad me, dicẽs: Fili hominis in medio domus exaſperantis tu habitas, qui oculos habẽt ad videndum, & non vident, & aures ad audiẽdum, & non audiunt, quia domus exaſperãs eſt. Tu ergo fili hominis fac tibi vaſa tranſmigrationis, & tranſmigrabis per diem coram eis. Tranſmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conſpectu eorum, ſi fortè aſpiciant, quia domus exaſperans eſt. Et efferes foras vaſa tua, quaſi vaſa tranſmigrationis per diem in
B conſpectu eorum. Tu autem egredieris veſpere coram eis, ſicut egreditur migrans ante oculos eorum. Perfode tibi parietem, & egredieris per eum in conſpectu eorum. In humeris portaberis, in caligine efferetis. Faciẽ tuam velabis, & non videbis terrã, quia portentum dedi te domui Iſrael. Feci ergo ſicut præceperat mihi dominus. Vaſa mea protuli quaſi vaſa tranſmigrantis per diem, & veſpere perfodi mihi parietem manu, & in caligine egreſſus ſum, & in humeris portatus in conſpectu eorum.

EXPLANATIO.

Et *factus eſt ſermo domini ad me.* Parabola eſt rerũ diſſimilium ſimilitudo, quã Cicero collationem vocat, quòd illa res inter ſe conferantur & comparentur. Eſt autem duplex, altera verborum, quando quibuſdam dictis alia intelliguntur, altera factorum, quando per quædam facta alia ſignificãtur, quemadmodum in præſenti. Vtraque eſt diuina ſcriptura frequentiſſima. Non ſolùm Iudęi Hięroſolymæ habitatores, ſed etiam plerique eorum qui erant in Babylonica captiuitate detenti irridebant Ieremiæ conſilium & vaticinationem. Inſtruxerat Ieremias ſuo conſilio Iudæos, vt ſe traderent Babyloniis, & vaticinabatur in maiores ærumnas incurſurós eſſe eos, qui Hieroſolymę manebãt, quã qui in Chaldæam tranſmigrabant. Cùm autẽ trãſmigrati ſe captiuos aſpicerent, eos autem, qui in patria remanſerant, liberos, inuehebantur in Ieremiam, aſſerentes falſum eſſe eius vaticinium, eiúſque dignitatem maledictis violantes. Sed poſteà experti ſunt vera eſſe omnia, quæ Ieremias prædixerat. Eã ob cauſam voluit Deus, vt Ezechiel oſtẽderet Iudæis fore, vt rex Sedechias, & omnes, qui cum eo erant magnis cruciatibus afficerẽtur, & in Chaldęam ignominioſè ducerẽtur captiui, qui crudelem cædem euaderẽt: nam rex erat oculis priuandus à Nabuchodonoſore, & eius filij coram eo trucidandi, & omnes ſimul incredibilibus calamitatibus opprimendi. Ex quo efficiebatur, vt vero infallibilique Ieremiæ oraculo fides adhiberetur. Et ita omnia euenerunt, quemadmodum Ezechiel vaticinatus fuit, quæ in hac prophetica parabola continentur.

In medio domus exaſperans tu habitas. Hoc eſt, in medio Hebræorum contumacium, Deum ad iracũdiam prouocantium. Quam ob cauſam ita in eos inuehitur Baruch propheta: In ira Dei ad iracun- Bar. 4.
diam prouocaſtis dominum: traditi eſtis aduerſariis, exacerbaſtis enim eum: qui fecit vos, Deũ ęternum, Aduerte. Non ait, cum exaſperantibus habitas, ſed in medio domus exaſperantis: vt oſtendat diuina ſcriptura tantam eſſe Ezechielis virtutẽ, vt cæteris luminibus extinctis, ipſe refulgeat, & in medio inquinatorum purus ipſe permaneat. Inter nefarios honeſtatem ſeruare fortis animi magniq; ducendum eſt: eorum autem cõtumelias ita ferre, vt nihil à ſtatu naturę diſcedas, nihil à dignitate ſapiẽtis, virtutis eſt inſignis, admirabiliſque conſtãtiæ. Vt ſpeculum quamuis mũdũ & ſplendidũ ſit, cõ- Similitudo
taminato tamen ſtatu circunſtantium inficitur, ſic vir quamuis honeſtate pręditus, virtutúmque ſplẽdore conſpicuus, impiorum tamen cõſuetudine & familiaritate cõtaminatur. Vnde ait Eccleſiaſticus: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui cõ- Eccl. 13.
municauerit ſuperbo, induet ſuperbiã. Si contigerit, vt planeta alioquin beneuolus & ſalutaris aliis Similitudo
aſtris maleuolis & malè influentibus fuerit coniũctus, malã mittet influẽtiam; ita vir pius, ſi impios

nimia familiaritate cõprehenderit, impius efficietur. Vnuſquiſq; denique eorum mores, quibus familiariter vtitur, plerumq; imitatur: niſi eã habuerit animi firmitudinẽ, & virtutis conſtantiã, qua erat munitus Ezechiel: fueritq; ea veluti muro fortiſſimo vndiq; ſeptus. Ezechiel enim cũ eſſet Hebræorum concionator, & præſul, quẽ illis Deus, vt
Sup. 3. ſuprà vidimus, ſpeculatorem cõſtituerat, meritò in eorum medio habitabat, etiã ſi ſæpenumero ſe, vt anteà diximus, in ſolitudinem reciperet. Cùm quidam gymnoſophiſta nomine Calanus viſeret quõdam Magnum Alexandrum, attulit ſecum, vt narrat Ioannes Monachus, corium bouis durũ admodum, & ſiccum, quod in terram proiecit: cùm autẽ ſuper vnam eius extremitatem pedes poneret, erigebatur corium ex altera: & in omnibus extremis partibus ſimiliter eueniebat: cùm autẽ ſe in medio illius collocaret, & pedes figeret, conſtitit corium, & ex omni parte quieuit. Voluit hac re inſignis philoſophus perſuadere Alexandro, vt medium eligeret, ſi vellet regnum ſuum in trãquillitate ſeruare. Columna in medio domus ſuſtinet eius põdus, ſin autem in alteram partem declinat, ruit totum ædificium. Cor hominis eſt in medio corporis, ſol in medio aſtrorũ errantiũ, centrum in medio ſphæræ, virtus in medio extremorum. Ideò Ariſtoteles lib. quarto Politicorum, Quãtò magis, inquit, aliquid accedit ad medium, tantò melius eſt. Horatius ita ait: Eſt modus in reb', ſunt certi deniq; fines, quos vltra citráq; nequit conſiſtere rectum. Et Ouidius ſecundo Metamorphoſeos: Medio tutiſſimus ibis. Sed quid cito authores humanos, cùm habeamus ſacros? Diuus Bernardus libro ſecundo de cõſideratione, Medium, inquit, tene, ſi nõ vis perdere modum. Et diuus Ioannes Chryſoſtomus homelia 12. in Acta Apoſtolorum: Mediocritate ſecluſa vbique malum eſt. Arbor vitæ fuit in medio paradiſi. Gene. 2.
Ioa. 20. Christus in medio diſcipulorum. Stetit enim, vt
Luc. 2. ait diuus Ioannes, in medio, & dixit, pax vobis. Na
Ioã. 20. ſcitur in medio animalium, inuenitur in medio do
Ioã. 19. ctorum, ſtat in medio diſcipulorum, moritur in
Ioan. 1. medio latronum. Medius veſtrum ſtetit, dicebat diuus Ioannes, quem vos neſcitis. Quare Chriſtum in medio inuenies docentem nos, vt medium
Simile teneamus. Quemadmodum motis elementis ſola terra quieſcit, quia eſt in medio mundi conſtituta, ſic aliis perturbatione concitatis, nulláque firmitudine conſiſtentibus tu firmus & cõſtans permanebis, ſi medium tenueris, ab eóque non declinaueris. Ex extremis procedit peccatum, ex peccato inſtabilitas. Audi Ieremiam dicentẽ. Peccáuit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. De hac in-
Thren. 2 ſtabilitate dicebat Eſaias: Quaſi pilã mittet te De'
Eſa. 22. in terrã latam & ſpatioſam. Et Dauid: Deus meus
Pſal. 82. pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Vis non moueri, non fluctuari, non duci varietate, non agitari inconſtantia? Amplectere medium, & nullatenus ab eo abſtraharis: & ita ratio coercebit temeritatẽ, & eliges potiùs à vita, quàm à virtute dimoueri: dabíſque operam, vt ipſa virtus te trahat ad veram dignitatem. Id efficiebat diuinus noſter vates, qui vt medium doceret eligendum, non in domo Hebræorum, ſed in medio domus dicitur eſſe conſtitutus. Et quamuis virtus ſit habitus electiuus in mediocritate conſiſtens, vt ait Ariſtoteles ſecundo Ethicorum, eiúſq; bonũ conſiſtat in adæquatione ad menſuram rationis & ita in medio, hoc tamen non intelligitur de virtutibus theologicis, ſed de moralibus & intellectualibus etiam, nam virtus intellectualis ſuam habet menſuram, & per conformitatem ad ipſam accipitur in ipſa medium. At cùm in omnibus, in quibus cõſiſtit virtus in medio, contingat peccare per exceſſum, ſicut per defectum, circa Deum autẽ, qui eſt obiectum virtutis theologicæ, non contingat peccare per exceſſum, iuxta id, quod ait Eccleſiaſticus, Benedicentes Deum exaltate illum, quantum poteſtis, maior enim eſt omni laude, perſpicuum eſt virtutem theologicam in medio non conſiſtere. Eccl. 43.
Fieri non poteſt, vt homo tantum Deum diligat, quantum ipſe diligi meretur, & tantum credat, & ſperet in ipſum, quantũ debet. Ex quo apertè concluditur non poſſe hic exceſſum eſſe, ſed tantò melius eſt harum virtutum bonum, quantò magis accedit ad ſummum. Ideo aiebat diuus Bernardus, amãdi Dei modum eſſe amare cũ ſine modo. Quædam gloſſa de pœnitentia diſt. 2. cap. Charitas eſt aqua, in verbo, ſunt itáq; gradus, aſſerit in charitate non habere locum id quod dicitur de mediocritate virtutum, quia ei vnum ſolum vitium opponitur, ſcilicet odiũ, ſuprà diſtinct. 1. Omnis, qui non diligit. Eſſe autẽ mediũ ſpectandũ oſtendunt multa iura, cap. Cùm tu. extra de teſti. & 45. diſt. Diſciplina. & cap. Sunt nãnq;. Et ff. de pœ. reſpiciendũ. cũ multis aliis. Qua de re ea poteris videre, quæ ſuprà annotauimus, verba illa primi capitis explanãtes: Cum eſſem in medio captiuorum: Et illa: In Sup. 1.
terra Chaldæorum iuxta fluuium Chobar.

Qui oculos habent ad videndum, & non vident. Et ſi oculos habent corporis, mẽtis tamen oculis ſe ipſi priuarunt. Tales ſunt omnes impij homines & ſceleribus cõtaminati, qui in rebus fluxis, vanis & tetris immerſi, intellectum nõ erigunt ad diuina cõſideranda. Et licèt hoc omni ſcelerato coueniat, multò magis ei, qui eſt in inſigni dignitate cõſtitutus: in quem Zacharias propheta in hunc modũ inue- Zach. 11
hitur: O paſtor, & idolum. Idolum eum vocat, qui oculos habens non videt, & aures habens nõ audit Nam, vt ait idem propheta eodem capite: Oculus dexter eius tenebreſcens obſcuratur. Oculus capitur aliquando pro intentione, vt apud Salomonẽ in Eccleſiaſte: Sapientis oculi in capite eius: inten Eccl. 11.
tio enim ſapientum eſt in Chriſto capite noſtro: intentio autem ſtultorum in terra, qui iuxta pſalmographi ſententiam, Oculos ſuos ſtatuerunt de- Pſal. 16.
clinare in terram. Vnde apud Matthæum ait Chriſtus: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totũ corpus tuũ Matt. 6.
lucidũ erit. Et ita intelligitur id, qđ eſt apud Zachariam: Hæc eſt amphora egrediens: & dixit: hæc eſt
oculus eorũ. Amphora eſt menſura, & ſumitur pro Zach. 5
intẽtione impiorum, qui omnia non iuxta Dei iudicium, ſed iuxta eorum cupiditatẽ & appetitum metiuntur: ideò ſubdit ſtatim: ſedere impietatẽ in amphora illa, vt impiã nefariorum hominum intentionẽ ſignificet. Et volens apertè oſtendere amphoram illam eſſe impiorum intentionem, aſſerit eſſe oculum eorum. Eam ob cauſam poteſt hic locus Ezechielis de intẽtione explanari, vt ſit ſenſus: Flagitioſi Iudæi deprauatam habent intẽtionem, ideò habentes oculos carnis dicuntur cæci, quia qui intentionem habent corruptam, in tenebris verſantur. Nam iuxta Dei noſtri ſententiam

apud Matthæum: Si oculus tuus fuerit nequam, Matt. 6. totum corpus tuum tenebroſum erit. Cùm autem impia eſſet Iudæorum intentio, erãt ipſi tenebris circunfuſi, & videntes non videbant: dixerat enim Deus per Eſaiam, Audite audientes, & nolite in- Eſai. 6. telligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius. Hoc eſt, annuntia eſſe ob eius impietates obcæcandum. Non enim Deus homines obcæcat, eruens illis oculos, aut rationem, ſed non dando gratiam, qua illi ſunt indigni, quia nec eam quærunt, nec petunt, ſed cõtemnunt, & pro nihilo putant, & circonfundentes ſe tenebris, à via Dei ſe abducunt, iuxta id, quod ait Ephe. 4. in epiſtola ad Epheſios diuus Paulus, Alienati à via Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis eorum. Cæci in rebus diuinis lynceos ſæpe oculos habent in rebus humanis. Hi ſignificantur per noctuam, vt ait D. Baſilius, quæ cùm nocte videat, interdiu tamen cæcutit. Ideò Leui. 11. præcipiebat Deus, ne hanc auem quis in lege comederet, eòs enim deteſtatur, qui cùm in rebus prophanis ſint periti, in ſpiritualibus ſunt penitus obcæcati. Non tamen me latet Heſychium Hieroſolymitanum aſſerere per noctuam eos ſignificari, qui cùm legem veterem ſe intelligere glorientur, quæ obſcura eſt, euangelicam claritatem ferre non poſſunt.

Et aures ad audiendum, & non audiunt. Habentes aures corporis ſunt aur bus cordis ob ſua ſcelera Luc. 8. priuati. De iis auribus ſpiritualibus aiebat Chriſtus: Qui habet aures audiendi, audiat. Audire e- Gen. 42. nim hoc loco eſt intelligere. Vnde capite quadrageſimoſecundo Geneſis, vbi nos habemus: Neſciebant enim, quod intelligeret Ioſeph, eſt in Hebraico: Ignorabant enim, ꝙ audiret eos Ioſeph. Itaque videre & audire hìc apud Ezechielem eſt per ſenſus in animum inducere, & ſibi perſuadere. Hoc autem dicit ob verbi Dei contemptum, nec enim Ieremiæ, nec ipſi Ezechieli credebãt captiui, quin potiùs in eos inuehebãtur, & inter ſe nõ cohærere aſſerebant. Ioſephus libro decimo capite decimo ita inquit: Ezechiel apud Babylonem eo tempore quo Ieremias apud Hieroſolymam vaſtationẽ templi prædicebat: idq́ue vaticinium Hieroſolymam trãſmiſit. Sed his oraculis nõ credebat Sedechias, quia etſi hi duo vates in omnibus conuenirent, ꝙ ciuitas caperetur, & Sedechias captiuus adduceretur, in hoc tamen diſcrepare videbantur, quòd Ieremias aſſereret Sedechiam intraturum eſſe Babylonem, Ezechiel autem aſſeuerabat eum non eſſe Babylonem viſurum. Quare cùm hic repugnantia dicere eos videret Sedechias, ne illa quidem vera putabat, in quibus cõſentiebant. Hæc ille. At poſtea experimẽto didicit iniuſtus rex verũ eſſe vtrũq; vaticinium, nã iuxta Ieremiæ oraculum ingreſſus captiuus Babylonem, & iuxta Ezechielis prophe- 4. Re. vl. tiã non eam vidit, quia fuit in Reblatha oculis priuatus à Nabuchodonoſore, & intrans ciuitatem eam non vidit.

Quia domus exaſperans eſt. Id eſt, quia populus eſt rebellis, & Deum prouocans ad irã. Notat Iudęorum pertinaciam, & obſtinationem.

Fac tibi vaſa tranſmigrationis. Hoc eſt, inſtrumenta apta viatoribus, qualia ſunt baculus, pera, mantica viatoria, ſacculi à collo ad ventrẽ lũbóſq; pendentes. Et ſume omnia iis neceſſaria qui aliò ſunt trãſmigraturi. Poſteà explicat hui⁹ parabolę ſenſũ.

Si fortè aſpiciant. Subaudi, quæ facis, vt credant & pœnitentiam agant. Quoniam Iudæi verba prophetæ non curabant, præcipit ei Deus, vt ſacculos viatorios accipiat, & tranſmigret de loco ad locũ, & parietem fodiat, vt admirati Iudęi hac rerũ nouitate, eum interrogẽt, quid hæc ſignificent: & inſtruãtur factis, qui verbis inſtrui nolebãt. Videbatur extra propoſitũ ſe ad viã præparare illum, qui erat in captiuitate detentus, & parietẽ domus aperire, vt per illũ tranſiret, cùm oſtiũ haberet apertũ. Sed faciebat hoc diuin⁹ vates, vt homines hac admirabili nouitate excitaret ad quærẽdũ, quid hoc eſſet. Cũ volumus homines mouere, vt aduertant, nóſq; diligẽter attendant, aliquid agimus inſuetũ & portentoſũ, quò alij in nos oculos conijciant & nouitatis cãm inquirant. Et ita id, quod fieri extra propoſitũ videbatur, eſt optimè propoſitum: vt eo homines aliàs obliti, ad Dei propoſitũ intelligendum animam intendant. Eodem ferè modo Chriſtus Deus noſter Hieroſolymã proficiſcens cũ admirabili hominum applauſu & lætitia, canentibus aliis, & viã ramis ſternentibus, in medio triumphi Mat. 21. cœpit plorare, & vim lachrymarũ profundere, vt Luc. 19. Iudæos ad cauſam tãti mœroris in feſto tanti gaudij inquirendã exercitaret. Quò ploratus cauſam intelligentes, ſe à peccatis ad virtutes conferrent, & eas opes acquirerẽt, ex quibus intelligerẽt poſſe illuſtrem laudẽ effloreſcere, verámq; dignitatẽ redundare. Offerebãt Deo veſtes exteriores, & nõ corda interiora, ramos arborũ, non autẽ truncum & radicem, tradebant ei verba, non autẽ voluntatem. Ideò tã citò fuerunt de ſententia deiecti: nam qui eum tunc filiũ Dauidis vocabant, poſteà eum Ioan. 18. malefactorem appellarunt, & qui eum tunc miris laudibus extollebant, non multo pòſt eum intolerandis opprobriis affecerunt: & lignis ramorum, quibus illi ſternebant viam, eum poſteà percutiebant & vulnerabant. Intuere hominum ſcelera, & mundi varietatem & commutationem.

Per diem. Id eſt, interdiu, vt planè & perſpicuè videaris ab illis.

Sicut egreditur migrans. Hoc eſt, mœſtus, & affectus dolore, inſtar eorum, qui in exiliũ ducuntur.

Perfode tibi parietem. Subaudi domus tuæ.

In humeris portabis. Nimirum ſacculos, & ſarcinulas. Alij codices habent: Portaberis: vt ſit ſenſus: Tui te famuli in humeris ſuis aſportabunt inſtar hominis deffeſſi, magnóque dolore vexati.

In caligine efferreris. Id eſt, nocte. Interdiu te ad iter præparabis, ſed migrabis aduentante nocte. Vel in caligine, hoc eſt, oculis clauſis, & velato capite: ſequitur enim: Faciem tuam velabis.

Portentum dedi te domui Iſrael. Hoc eſt, ſignum admirabile & ſtupendum captiuitatis & ærumnarum Sedechiæ, & eius ſequacium. Hac ratione volo ſignificare, quid illis accidet.

Feci ergo. Vide prophetæ obedientiam etiam in re, quæ portentoſa & extra propoſitum videbatur.

Et factus eſt ſermo domini manè ad me, dicens, Fili hominis nunquid non dixerunt C ad te domus Iſrael, domus exaſperans: Quid tu facis: Dic ad eos: Hęc dicit dominus Deus Super ducem onus iſtud, qui eſt in Hieruſalem

lem, & ſuper omnem domum Iſrael, quæ eſt in medio eorum. Dic: Ego portentum veſtrũ. Quomodo feci, ſic fiet illis. In traſmigrationem & in captiuitarem ibunt, & dux, qui eſt
D in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur. Parietem perfodient, vt educant eum, facies eius operietur, vt non videat oculo terram. Et extendam rete meum ſuper eum, & capietur in ſagena mea, & adducam eum in Babylonem, in terram Chaldæorum, & ipſam non videbit, ibique morietur, & omnes, qui circa eum ſunt. Præſidia eius, & agmina eius diſpergam in omnem vẽtum. Et gladium euaginabo poſt eos. Et ſcient, quia ego dominus, quando diſperſero illos in gentibus, & diſſeminauero eos in terris. Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & peſtilentia, vt enarrẽt omnia ſcelera eorum in gentibus, ad quas ingredientur. Et ſcient, quia ego dominus.

Et factus eſt ſermo domini manè. Id eſt, & poſtridie locutus eſt mihi dominus.

Nunquid non dixerunt ad te. Ad hoc illud faciebat vt alios ad interrogandũm, quid illud innueret, excitaret.

Dic ad eos: Hæc dicit Dominus. Id eſt, explica illis parabolam, doce eos, quid ego velim illis hoc vaticinio ſignificare.

Super ducem onus iſtud. Vaticinium triſte, nun-
Eſai. 13. tians futuram calamitatem, appellatur onus. Sic
Eſai. 15. Eſaias: Onus Babylonis, onus Moab. Vbi ſeptuaginta modò oraſin, hoc eſt, viſionem contra Babylonem, modò thima hoc eſt, verbum contrà Moab. Heſychius ait tunc prophetiam appellari onus, cum dominus graue quippiam comminatur, plenum ponderis & laboris. quemadmodum hoc loco aduerſus regem Sedechiam, & Iudæos eum ſequentes. Eſt igitur ſenſus: Hæc prophetia granem calamitatem denuntians, eſt aduerſus Sedechiam ducem atque regem Hieroſolymæ, & contra populum Iſraeliticum ibi commorantem.

Ego portentum veſtrum. Ita illis dices: Ego ſum figura & typus ærumnarum, quibus Iudæi miſerè opprimentur. Iuxta id, quod feci, eueniet illis. Et ita factum fuit. Nam Ezechiel oſtendit ſe mitti in exilium ſumens vaſa tranſmigrationis, & proficiſcens mœſtus, & dolore laceratus: ſignificans Sedechiam, eiúſque ſequentes migraturos eſſe ex Iudęa in Chaldæam: & in acerbum exilium & duram captiuitatem ducendos. Aperuit parietem, per quem fugeret, oſtendens id Sedechiæ euenturũ: qui cùm eſſet miſera Babyloniorum obſidione vndique ſeptus, & incredibilibus calamitatibus exagitatus, fugit noctu ex ciuitate, non valens hoſtium viribus reſiſtere, & perfodit parietem ſui viridarij &
Iere. 39. hortus, vt exiret loco abſcondito, & via ſubterra-
4. Reg. nea ne à Babyloniis videretur: vt eſt apud Ieremiã
vlt. capite 39. quarto libro Regum capite vltimo. Et tamen captus eſt ab illis, & variis iniuriis affectus. Nam in cãpo ſolitudinis Ierichontinæ fuit ab exercitu Chaldæorum comprehẽſus, & ductus ad regẽ Babylonis in Reblatha, quæ eſt in terra Emath, vbi Babylonius eius filios coram eo occidit, eúmque oculis priuauit, & compedibus vinxit, atque captiuum in Chaldęã adduxit: & omnes Hebręos partim ferro trucidauit, partim in vincula coniecit. Et fuit aula regis igne combuſta, & tota vrbs direptione commiſſa incendio flagrauit.

In humeris portabitur. Quia mœſtus & debilitatus non poterit ſe ſuſtinere. Id vaticinatus fuit Ezechiel, quando ſe humeris famulorum fecit aſportari. Ideò id, quòd paulò antè ſcriptum eſt in nonnullis codicibus: In humeris portaberis, rectius vi videtur, quàm id, quod alij codices habent: In humeris portabis.

In caligine egredietur. Id eſt, noctu, id quod Ezechiel ſignificauit egrediens noctu.

Facies eius operietur, vt non videat oculo terram. In ſignum ſcilicet ignominiæ. Vel deſignatur excæcatio Sedechiæ.

Extendam rete meum ſuper eum. Rete & ſagenam appellat exercitum Chaldæorum. Concedente enim domino fuit Hieroſolyma à Babyloniis expugnata, & penitus deleta. Iudæos illos tanquam piſces in profundo flagitiorum pelago voluit Deus capere ſagena quadam, & in terrã Babyloniæ mittere, & pro ſagena vſus eſt exercitu Chaldæorum.

Et ipſam non videbit. Indicat aperte Sedechiæ excæcationem. Ductus eſt Sedechias Babylonem, in qua erat, & ipſam non intuebatur. Babylonia regio eſt Aſiæ maioris, ſic dicta à Babylone vrbe amplissima, olim totius Chaldææ capite, & metropoli, à qua etiam magna Meſopotamia, Aſſyriæq; pars fuit Babylonia appellata, vt libro ſexto aſſerit Plinius. Fuiſſe vrbem hanc Babylonem à Semiramide conditam oſtendit Strabo, Iuſtinus, Solinus, & multi alij. Beroſus verò ait Belum ſecundum Aſſyriorum regem fundamenta Babylonis ieciſſe, poſteà Semiramidem auxiſſe eam, & ex oppido vrbem feciſſe. Primũ huius vrbis nomen fuit Babel, hoc eſt confuſio, à confuſione linguarum, quæ in eo accidit loco, vt in libro Geneſeos diui- Gen. 11.
næ literæ teſtantur. Huius confuſionis meminit Sybilla iis verbis. Cùm omnes mortales vna lingua vterentur, quidam ex iis altiſſimam turrim ædificarunt, cœlũ per eam cupientes ſcandere. Deus verò turbines mittens euertit turrim, & propriam ac diuerſam vnicuique tribuit linguam. Vnde contigit vrbem quoque appellari Babylonem. Hęc refert Ioſephus cap. 9. primi antiquitatum. Itaque vrbs appellatur Babylon, regio verò Babylonia. Ad hanc ciuitatem fuit ductus miſer Sedechias Iudæorum rex, quam incolens nunõ videbat. Eodem modo populus Iudaicus in Babylonica captiuitatẽ conſtitutus, ſuam perfidiam, cauſam calamitatis ſuæ non videt, & legem veterem manu tenens
non intelligit, quoniam velamẽ, quo operiebatur Exo. 34.
Moyſes, vt eius faciem non aſpicerent Hebręi ma-
net hodie illis in lectione veteris teſtamenti, & vt 2. Cor. 3.
ait diuus Paulus, velamen poſitum eſt ſuper cor Iudæorum. Cùm autem conuerſi fuerint ad Chriſtũ verum Deum, verum hominem, verum Meſſiam, auferetur velamen. Nunc cæci ſunt, & in Babylonica ſuæ Infidelitatis captiuitate detẽti, à qua nolũt miſeri homines liberari, nec eũ recipere, q eos liberatum venit. Legem Moyſi ſecũ portant, exiſtimantes eam eſſe vitam illis tributuram, & non
vident

uident inſipientes homines, inde ſibi ipſis mortem conflari, vnde vitam conſequi arbitrantur. Eadem enim lex æternum illis minatur excidiũ, qui Chriſtum recipere noluerint. Quemadmodum Vrias literas Dauidis ſecum portans, quibus rex duci exercitus præcipiebat, vt ipſi Vriæ cędē moliretur, exiſtimans magnum aliquid literis afferre, in illis mortem ſibi portauit: ſic perfidi Iudæi ſecum literas Dei portant, quibus ipſi damnantur, & ad mortem ſempiternam ducuntur. Lex & prophetæ, & omnis denique ſancta ſcriptura, qua Iudæi gloriãtur, oſtendunt veniſſe Meſſiam eſſeque Chriſtum Saluatorem noſtrum, quem ipſi Iudæi ob eorum inuidiam, & ſuperbiam, & auaritiam, & alia nefaria ſcelera occiderunt. Id quod fuerat antè à diuinis vatibus prædictum; qui illis qui Chriſtum recipere nolunt, æternum interitum minãtur. Illud eſt prætereà aduertendũ, & magnopere dolendũ, multos eſſe hodie non ſolũ ex Iudæis, ſed etiã ex Chriſtianis, qui in medio Babylonis collocati, eam nõ vident. Babylon mundus eſt, quę vt verbis vtar diui Ioãnis, totus eſt poſitus in maligno. Quid eſt ſuperbia, auaritia, gula, incontinentia, quid denique mundus, & cõgeries malorum, niſi Babylon, & deteſtanda cõfuſio? Quot hodie in mundo verſantur qui illũ nõ agnoſcunt? Quot mundi cõfuſione circonfuſi, ipſam confuſionē minimè intuentur? Mũdus eſt veluti calculorum ludus, vbi ſunt varia latrunculorum genera. Et quēadmodum hoc in ludo euenit ſæpe, vt ipſi ludentes veluti oculis capti ob nimiam confuſionē non videant, quomodo latrũculos mouere debeant, vt pro eis ſtet ludus, cùm illi, qui extra ludum ſedent, ipſum foris conſiderãtes, id rectè perſpiciãt: ſic qui inextricabilibus mũdi negotijs implicantur, & ſceleribus imbuuntur, cæcutiunt mentis acie tenebris cooperta, cùm illi qui animum à mundo ſepararunt, ſeque in ſolitariam quietē receperunt, mundi dolos, labores, calamitates, vanitates, & confuſiones acutè intueantur. Vt aliquid videamus, oportet eſſe aliquod interuallum inter oculos & obiectum, ſic vt intueamur mundum, neceſſe eſt, eſſe aliquam diſtantiam inter nos & illum. Cùm autem homines nefarij, flagitiis imbuti ſint mundus ipſe, quî fieri poteſt, vt mundum perſpiciant, ſi inter eos & illum nullum eſt interuallum? Quēadmodum oculus palpebras ſuas perſpicere nõ valet, quia nullum eſt inter eum & illas medium interiectum, ita flagitioſi mundũ non vident, quia nulla diſtantia ab illo ſeparãtur. Eam ob cauſam in medio Babylonis eam intueri non valent, quia ab illa fugere nullatenus volunt, ſed obcęcati à Nabuchodonoſore, à diabolo, à principe huius mundi, in tenebris verſantur. De iis ait regius vates: Supercecidit ignis, & nõ viderunt ſolem. Hic ignis eſt amor ſui inordinatus & corruptus, qui obfundit tenebras, quibus cooperit intellectum, ſi ſe homo ei totum tradit. Hic autem ſol eſt ille, de quo eſt libro ſapientiæ mandatum. Sol intelligentiæ non eſt ortus eis. Eſt igitur illius pſalmi ſenſus: Homines ſeipſos nimio amore proſequentes in magnis erroribus verſantur: non enim ſunt ſole ſapientiæ illuſtrati, qui igne amoris proprij incenduntur. Cõparatur amor cum igne, quia vt ignis eſt primum quatuor elementorum; ſic amor eſt prima quatuor paſſionum, & quemadmodum vehemens ignis in ſinu celari non poteſt, vt verbis vtar Salomonis, ſic nec vehemens amor poteſt abſcondi. Hic eſt ignis, qui oues & pueros Iob incendio conſumpſit: hoc eſt, qui innocentes cogitationes comburit, & pios affectus concremat, & deuorat. Si iuſto Iob materialis ignis opes tenera abſumpſit, quid mirum ſi peccatori ignis proprij amoris animi diuitias cõburat? Hic proprius amor, hæc blanda philautia eſt Dalila illa, quę Sanſonem, hoc eſt quemlibet parum cordatum hominem tradit Philiſtæis, id eſt, appetitibus & deſideriis, qui eum penitus oculis mentis priuent. Et quoniam ex hoc deprauato amore ſui procedit nimia erga varia mundi negotia ſolicitudo, ait diuina ſcriptura fuiſſe Sedechiam obcæcatum in Reblatha, quæ ſonat multitudinem. Qui enim Hieroſolymam, qui pacis viſionem, qui ſpiritus vnitatem dereliquerit, ſeque in Reblatha, in multitudinem, in mundi negotia, in varia flagitia contulerat, quid aliud quàm mentis & corporis cæcitatem ſperabat? Proclus philoſophus in libro de anima & Angelo has voces literis mandauit. Plato & Pythagoras iubent fugere multitudinem, vt veritatem ſimpliciſſimam conſequamur, non ſolùm multitudinem exterioris populi, ſed etiam interioris, quæ magis diſtrahit atque fallit. Hæc ille: quibus oſtendit veterum philoſophorum ſententia debere nos non ſolùm hominum frequentiam, ſed etiam inutilium cogitationum multitudinem vitare, ſi volumus ſummum bonum adipiſci. Sed ſi relicta Hieroſolyma nos in Reblatha contulerimus, erimus à Nabuchodonoſore captiui, & obcæcati, & in vincula coniecti, & ingreſſi Babylonem eam nequaquam intuebimur. Dæmon nomine Nabuchodonoſoris intellectus eſt etiam per Regem Ammonitarum, qui vocabatur Naas, rectè ſignificatus. Voluit enim dextros oculos eruere viris Galaaditis. Hoc eſt dæmonis officium homines obcæcare, id quod efficit omni ei, qui ſe illi committit. O miſerum illum qui ſe cæcum intelligens, non deponit cæcitatem, miſeriorem qui non intelligit, & tam tetris flagitiis corruptus eſt: vt ipſam cæcitatem colat, & reputet acutiſſimum viſum. Neſcis, inquit in Apocalypſi diuus Ioannes, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus? Dic igitur cum pſalmiſta: Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Tu qui Hieroſolymam colis, qui mentis acie diligenter perpolita oculos tollis ad cœlum diuináq; myſteria contemplaris, caue ne deſcendas in Reblatha, oculis captus Babyloniis tradaris. Nam ſi contempta vnitate fueris in varias turpéſque cogitationes diſtractus, obtemperabit voluntas effrænato appetitui, corruet conſtantia, erit ſplendor honeſtatis extinctus, & denique in medio Babylonis conſtitutus eam haudquaquam intueberis.

[Margin: 2.Re.11. · 1.Ioã.5. · Simili-tudo · Simile · Simile · Pſal.57. · Sap.5. · Simile · Simile · Prou.6. · Iob.1. · Iudi.16. · 1.Reg.11. · Apoc.3. · Pſal.37.]

Diſpergam in omnem ventum. Id eſt, in omnes quatuor mundi plagas. Nam fugerunt multi ad diuerſas partes, regémque Sedechiam reliquerunt: multi quoque ſe contulere in AEgyptum, vbi fuêre à Babyloniis interfecti, qui AEgyptum expugnarunt. Ideò ait Deus: Et gladium euaginabo poſt eos. Noluerunt Iudæi Ieremiæ conſilio acquieſcere, illis ſuadenti, ne confugerent ad AEgyptios, vt ipſe narrat capite quadrageſimo tertio. Iere.43.

Vt enarrent omnia ſcelera eorum. Vt videãt ea homi-

nes

nes eorum flagitia, prædicent iuſtitiam diuinam in eorum punitione.

Et ſcient, quia ego dominus. Hoc eſt, meam iuſtitiã & potentiam experimento cognoſcent.

Et factum eſt verbum domini ad me di-
E cens: Fili hominis panem tuum in conturba-
tione comede, ſed & aquam tuam in feſtina
tione & mœrore bibe. Et dices ad populum
terræ: Hæc dicit dominus Deus ad eos,
qui habitant in Ieruſalem in terra Iſrael.
Panem ſuum in ſolicitudine comedent.
& aquam ſuam in deſolatione bibent: vt de-
ſoletur terra à multitudine ſua, propter ini-
F quitatẽ omniũ, qui habitant in ea. Et ciuita-
tes quæ nunc habitabantur, deſolatæ erunt,
terráque deſerta: & ſcietis quia ego domi-
nus. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicẽs:
Fili hominis quod eſt prouerbium iſtud in
terra Iſrael dicentium. In longum differẽtur
dies, & peribit omnis viſio? Ideo dic ad eos,
Hęc dicit dominus Deus: Quieſcere faciam
prouerbium iſtud, nec vulgò dicetur vltrà in
Iſrael. Et loquere ad eos, quod appropinqua
G uerint dies, & ſermo omnis viſionis. Non e-
nim erit vltrà omnis viſio caſſa, nec diuina-
tio ambigua in medio filiorum Iſrael, quia
ego dominus loquar, & quodcũque locutus
fuero verbum fiet. Non prolongabitur am-
plius, ſed in diebus veſtris domus exaſperãs
loquar verbum & faciam illud, dicit domi-
nus Deus. Et factus eſt ſermo domini ad me
dicens: Fili hominis, ecce domus Iſrael dicẽ-
tium, Viſio quam hic videt in dies multos, &
in tempora longa iſte prophetat. Propter-
ea dic ad eos. Hæc dicit dominus Deus. Nõ
prolongabitur vltra omnis ſermo meus. Ver
bum, quod locutus fuerit complebitur dicit
dominus Deus.

Panem tuum in conturbatione comede. Ponit aliam pa
rabolam, qua ſignificat famis & ſitis calamitatem,
qua erant Iudæi Hieroſolymæ habitantes oppri-
mendi. Nam in graui obſidione conſtituti ob ino-
piam victus incredibili fame & ſiti laborarunt: &
ob perpetuam fatigationem & laborem in defen-
ſione ciuitatis nec tẽpus, nec facultas illis dabatur
comedendi. Hoc ſignificauit Ezechiel comedens
in conturbatione & tremore, & bibens feſtinãter.
Docebat eos Deus ſchematibus, imaginibus, &
portẽtis, vt nõ ſolùm auditu, ſed etiam viſu futu-
ram ſuam recognoſcerent calamitatem: Nõ ſolùm
diuinorum vatũ dicta, ſed etiã facta oracula erant.
Oſe.12. Id volens Deus ſignificare ait per Oſeam prophe-
tam. In manibus prophetarũ aſſimilatus ſum. Hoc
Gene.2. eſt, in eorum operibus nomine manuum ſignifica
tis. Adã dormiẽs fuit Chriſti imago in cruce dor-
miẽtis, ex cuius latere fuit Eua, hoc eſt eccleſia for
1.Re.17. mata. Dauid Goliam baculo & quinq; lapidibus
vincẽs adumbrauit Chriſtum, qui baculo crucis &
quinque vulneribus ſuis de dęmone triumphauit.
Et Ionas tertio die egrediens de ventre ceti Chri-
ſti reditum ad vitam futurum oſtendit. Eam ob- Ioan. 2.
cauſam paulò antè vocatus fuit Ezechiel porten-
tum. Et apud Zachariam inducit Dei Angelus ita Zach. 3.
loquens magno ſacerdoti: Audi tu, & amici tui,
qui habitant corã te, quia viri portendentes ſunt:
vel, vt poteſt transferri ex Hebræo: quia viri por-
tentorum ſunt: id eſt viri, qui ſignis & factis ſuis,
ventura prænuntiant.

Vt deſoletur terra à multitudine ſua. Per multitudi
nem intelligit diuitias & opes vel hominum fre-
quentiam.

Et ciuitates quæ nunc habitantur. Nimirum ab He
bræis in terra Iudææ.

Fili hominis quod eſt prouerbium iſtud? Prædictarũ
calamitatum acceleratio prædicitur. Impij Iudæi
aſſerebant nunquam, aut poſt tempora ferè infini
ta implendas eſſe Ieremiæ & Ezechielis vaticina-
tiones. Et eas irridentes aiebant: In longum diffe-
rentur dies & peribit omnis viſio. Acſi dicerent: In
mundi fine euenient, quæ à diuinis vatibus prædi
cuntur, aut omnino peribit eorum prophetia, quã
ipſi viſionem appellant. Traducebãt in prouerbiũ,
& veluti in fabulam diuina oracula. Sed multò a-
liter ac putabant omnia illis euenêre.

In longum differentur dies. Hęc longitudo non re-
fertur ad tempus, ſed ad numerum, non vt longi Pſal. 92
ſint dies, ſed multi. Ita in pſalmo: Domum tuam
decet ſanctitudo domine in longitudine dierum.

Quieſcere faciam prouerbiũ iſtud. Id eſt, breui eos
calamitatibus opprimam, eorúmque ciuita-
tem. Et tunc intelligent falſum eſſe eorum pro-
uerbium, veras autem eſſe diuinorum vatum
prophetias.

Non enim erit vltrà eius viſio caſſa. Non erit pro-
phetia vana: non fruſtrabitur effectu ſuo.

Non prolongabitur vltrà. Oſtendit oraculum hoc
cito effectum ſuum habiturum, iamq; imminere
Hieroſolymæ vaſtitatem.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. XII.

Fac tibi vaſa tranſmigrationis. In Hebraico eſt: Fac
tibi כלי גולה cele golah. Prima dictio ſignificat vas,
inſtrumentum, & ſupellectilia. Primo Regum ca- 1.Re. 17.
pite 17. vbi nos habemus: Miſit Dauid manũ ſuã
in peram, eſt in Hebraico hoc noſtrum vocabu- 1. Para.
lum. Quam ob cauſam quidam vertunt. Miſit Da- 16.
uid manum ſuam ad vas. Primo Paralipomenon.
16. vbi noſtra tranſlatio habet: Et omnia muſico-
rum organa, habet litera Hebræa: Et omnia canto
rum inſtrumenta illud Eſaie: In vaſis papyri ſuper Eſa. 18.
aquas poterat verti: In nauigiis ex papyro. Aſſerit
Plinius libro 13. ſolitos fuiſſe antiquos conſtruere
nauiculas ex papyro. Eſt autem papyrus arbuſcu-
la, in AEgypti paluſtribus naſcens, in cuius foliis
olim ſcribere ſolebant: vnde chartas noſtras papy-
rum vocamus. In Geneſi, vbi editio vulgata habet; Gen. 31.
Scrutatus es omnem ſupellectilem meam: eſt hoc
idem vocabulum: vnde quidã vertunt: Contrecta-
ſti omnia vaſa mea. Dictio altera eſt golah, quæ &
tranſmigrationẽ ſignificat, & captiuitatẽ: verbum
enim

enim galah migrare ſignificat, & captiuum duci. Eam ob cauſam ſeptuaginta tranſtulerunt: Fac tibi vaſa *αἰχμαλωσίας*, Hoc eſt captiuitaria: vt ſit ſenſus: Sume quæcunq; vtẽſilia captiuis accõmodata.

In humeris portabis. Septuaginta habent; Super humerum portaberis. Et ita habet communis editio Complutenſis: In humeris portaberis. Codices Latini variant, quidam habent actiuè, quidam paſſiuè. Vtrunque poteſt eſſe: ſed ſenſui prophetæ magis conuenire videtur, portaberis, in ſignum, quòd Sedechias captiuus in humeris portaretur.

Panem ſuum in ſolitudine comedent. Codices Latini correctiores habent in ſolicitudine. Dictio Hebraica ſolicitudinem ſignificat, & trepidationem.

Neque diuinatio ambigua. Pro ambigua eſt in Hebræo חלק chalac, à verbo חלק, quod ſignificat blandiri. Pro. 29. Id, quod nos habemus capite 29. Prouerbiorum: Homo qui blandis fictiſq; ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius: poterat ita ad verbum transferri ex Hebræo: Homo qui blanditur proximo ſuo, extendit rete greſſibus eius. Quaſi dicat: Officium adulatoris eſt dare operam, vt blanditiis ſuis homines capiat, & vinctos teneat. Vnde ait Chryſoſtomus: Quemadmodum oratoris finis eſt dictione perſuadere, & medici medicina ſanare, ita adulatoris finis eſt ſuauiloquio decipere. Et Seneca, Malum, inquit, hominem blãdè loquẽtem agnoſce tuum laqueum eſſe. Ab hoc verbo chalac eſt id, quod impij dicebant diuinis Eſai. 30. varibus apud Eſaiam: Loquimini nobis placentia. Acſi dicerent: Delinite nos illecebris, & verbis blãdis, audituíque gratis: Nolumus veritatem audire, quæ nobis aſpera videtur. Significat etiam verbũ hoc diuidere, & ſeparare, quoniam qui blanditur homini, eúmq; decipit adulationibus, à ſeipſo ſeparat & diuidit, vt ſeipſũ nec videat nec cognoſcat. Ipſe à ſeipſo ſeparatus & alienatus quî fieri poteſt, vt ſeipſũ cognoſcat? Eã ob cauſã Plato in Phædro adulatorem appellat feram humano generi peſtilentem, ſimilémque eſſe aſſerit impuro dæmoni animos incautos funeſtis epulis fouenti; & ſordibus noxiis coinquinanti. Et in Menexeno eũ cum præſtigiatore comparat & venefico. Eſt quidem adulator omni latrone deterior & capitalior, quoniam non ſolùm pecuniam, ſed rationis iudicium Leuit. 2. ſurripit & aufert. Eã ob cauſam prohibebat Deus in lege vetere offerri mel in ſacrificiis, quia per illud dulcis adulatio ſignificatur. Qui enim blandimentis & adulationum dulcedine perfunduntur, myſteriorum Dei dulcedinem nõ ſentiunt. Quam ob rẽ paſcha comedebatur cũ amaritudine, quòd ſit auſtera diſtrictio veritatis. Duo ſunt genera perſecutorum, inquit Auguſtinus, vituperantium & adulãtium, ſed plus perſequitur lingua adulatoris, quàm manus perſecutoris. D. Hieronymus, Nihil eſt, inquit, quod tam facilè corrumpat mentes hominum quã adulatio. Et rurſum: Nos ad patriam feſtinantes mortiferos ſyrenarũ cantus ſurda aure tranſire debemus. Et rectè quidem, nulla eſt enim muſica auribus dulcior & ſuauior quàm adulatio, ſed nulla pernicioſior & peſtilentior. Id intelligẽs Pſa. 104 Dauid aiebat; Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me, oleũ autẽ peccatoris nõ impinguet caput meum. Explicans D. Gregorius verba hæc ait: Tune oleum peccatoris caput alicuius impinguat, cùm demulcet mentem fauor adulantis. Quẽadmodum oleum flãmam ignis accendit, ſic adulatio erroribus fomẽtũ adminiſtrat. Ne credas adulatori, quoniam ſub amici ſuauiſſimi perſona Simile eſt acerrimus inimicus. Vt ſpeculũ quicquid obiicitur, imitatur, & intuentium imagines repræſen- Similitudo tat, ſed viceverſa, nã dextrum repræſentat ſiniſtrũ, ſiniſtrum verò dextrum, & reſpicientem Orientem verſus refert ad Occidentem, ſic adulator voce, & geſtu te imitatur, ſi rides, cachinnatur, ſi ploras lachrymas fundit, ſi detrahis de aliquo, eundem illa vulnerat maledictis, ſi te laudas, mirificis teipſum laudibus effert. Verſatili ingenio ſuo huc atq; illuc ſeipſum torquet & flectit. Cum triſtibus agit ſeuerè, cum remiſsis iucundè, cum ſenibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis turpiter. Habet denique permulta magnæ non expreſſa ſigna amicitiæ, ſed adumbrata. Sed omnia verſat, & deludit, & trãſuerſum agit, & retrorſum conuertit. Si Orientem intueris, te repræſentat, ſed ad Occaſum intuẽtem. Te præſentem laudat, abſentem irridet. Huic tali accommodari poteſt tritum illud vetoſtate prouerbium natum ex apologo Auiani: Ex eodem ore calidum Simile & frigidum efflatur. Refert libro 2. Plinius fontem eſſe in Dodona, qui faces extinctas accendat, accẽſas extinguat, ſic adulator bilinguis modò laudibus extollit, modo iniuriis deprimit. Id intelligebat D. ille vates Eſaias, cùm Deum ita loquentem Eſai. 3. inducebat: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi Eſai. 5. te ſeducunt. Et iterum: Væ qui dicitis bonum malum, & malum, bonum. Et pſalmographus: Qui loquuntur pacẽ cum proximo ſuo, mala autem in Pſal. 27. cordibus eorum. Et alibi; Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Vel, Pſal. 9. vt vertit paraphraſtes Chaldæus, Iactatur impius ſuper concupiſcentia animæ ſuæ, & qui benedicit hominem raptorem, reiicit Deum. Et Salomon in Prouerbiis: Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm Pro. 27. fraudulenta oſcula blandientis: Nam quem coràm prædicat, retrò vituperat. Vnde ait D. Paulus: Nec aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſci- Gala. 2 tis. Hanc adulationem & fallaciam reprehẽdit his verbis in epiſtola ſua D. Iacobus Apoſtolus: Ex ip- Iac. 3. ſo ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Hæc Apoſtolus Chriſti in adulationis vituperationem, quæ audientes ſeducit, eíſque iudicium eripit. Ex quo effectum eſt, vt verbum Hebraicum chalac blandiri ſeu adulari ſignificet, & diuidere, atque dubitare, eſt enim adulator diuiſor, & dubius atque ambiguus, quoniam ſeipſum cum tempore mutat, ille autem qui adulationibus delinitur & capitur, à ſeipſo eſt diuulſus & alienatus. Id quod eſt apud Oſeam; Diuiſum eſt cor eorum, poterat verti: Delinitũ eſt cor eorũ: eſt enim ibi verbũ hoc Oſe. 10. chalac. Ex hac verbi æquiuocatione fluxit interpretum varietas in hoc Ezechielis loco nam communis tranſlator vertit: Nec diuinatio ambigua: Pagninus autem: Nec diuinatio blandientis. Alij: Nec diuinatio blãda. Poterat verti: Nec vaticiniũ adulatoriũ. Septuaginta habent: *καὶ μαντευόμενος τὰ πρὸς χάριν*, Hoc eſt, & diuinans quæ ad gratiam: vt ſit ſenſus: Nõ erit vltrà prophetia aliqua falſa, nec erit propheta, qui ea, qui ad hominum gratiam aucupandam faciunt, vaticinetur.

Argu-

Argumentum Cap. XIII.

Inuehitur in eos, qui verbis dulcibus ſeducebant populum, tantumque ſibi aſſumebant & arrogabant, vt ſe eſſe diuinos vates falſò & impudenter aſſererent, cum nullam à Deo haberent viſionem, nullam reuelationem, nullum vaticinium: Quia petius verorum prophetarum oculis nullam eſſe adhibendam fidem affirmabant. Arbitrabantur nihil eſſe præſtantius, quàm poſſe dicendo tenere hominum cœtus, etiam cõtra diuina præcepta, mẽtes allicere, voluntates impellere quò vellent, vnde autem vellent deducere. Promittebat ſe opem laturos eſſe ſupplicibus, luctu leuaturos afflictos, & in pace perpetua eſſe homines in ciuitate retenturos. At omnia hæc vana erãt, & fallacia, & credentibus ea interitum machinantia: nam totam horum cogitationum ſpem acerbiſſima calamitates fefellerunt.

CAPVT XIII.

A ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis vaticinare ad propheras Iſrael, qui prophetant, & dices prophetantibus de corde ſuo. Audite verbum domini. Inf. 14. Hæc dicit dominus Deus. Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident. Quaſi vulpes in deſerto prophetæ tui Iſrael erant. Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt B ſtaretis in prælio in die domini. Vident vana & diuinant mendacium, dicentes: Ait dominus, cum dominus non miſerit eos, & perſeuerauerunt confirmare ſermonem. Nunquid non viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem mendacem locuti eſtis: Et dicitis: Ait dominus, cùm ego non ſim locutus. Propterea hæc dicit dominus Deus.

EXPLANATIO.

Vaticinare ad prophetas Iſrael. Id eſt, argue & obiurga vaticinatione tua falſos prophetas, qui blandientes Iſraelitis læta illis, & grata nunciant, cùm à Deo ſpiritum non habeant vaticinandi. Prophetas falſos appellat prophetas, non quòd prophetæ ſint, ſed quòd vulgò prophetæ vocarentur: quemadmodum in variis diuinarum literarum locis pro Tit. 1. phetæ Baal. Et diuus Paulus in epiſtola ad Titum, Epimenidem Cretenſem poetam vocat prophetam, dicens: Dixit quidam ex illis proprius ipſorum propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Non deſunt tamen, qui prouerbium hoc referant ad Callimachum Cyreneũ. At verè & propriè prophetæ illi ſunt, de quibus ait 2. Pet. 1. Apoſtolorum princeps in ſecunda epiſtola ſua: Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.

Et dices prophetantibus de corde ſuo. Explicat de quibus prophetis loquebatur, nimirum de illis, qui nec diuina reuelatione nec inſpiratione, ſed propria cogitatione & voluntate ea vaticinantur, quæ deſiderant, ſuáque ſomnia pro veris oraculis obtrudunt. De quibus ait Deus per Ieremiam: No Iere. 23. lite audire verba prophetarum, qui decipiunt vos, viſionem cordis ſui loquuntur, nõ de ore domini.

Qui ſequuntur ſpiritum ſuum. Non Dei. De rotis, per quas fideles ſignificantur, dixerat primo capite Sup. 1. in hunc modum Ezechiel: Cùm ambularent animalia, ambulabant pariter rotę iuxta ea. Quocunque ibat ſpiritus, rotæ pariter eleuabantur, ſequentes eum: ſpiritus enim vitæ erat in rotis. Hæ rotæ ſpiritum vitæ, voluntatémque Chriſti ſequebantur: ideo eleuabantur à terra, & ferebantur in ſublime: hi autem, in quos inuehitur noſter vates, non Dei ſpiritum ſequebantur, ſed proprium & fallacem: quam ob cauſam terræ adhærebant. Felices illi, quorum Chriſtus dux eſt, qui ſequuntur ſpiri- Ioan. 11. tum eius, qui ait: Ego ſum reſurrectio & vita. Spi- Pſalm. ritus tuus domine, inquit regius vates, deducet 142. me in terram rectam. Et rurſum: Deduc me domine in ſemitam rectam. Pſa. 118. Cupiebat Deum habere ductorem, vt omnes ſuas viuendi rationes ad normam diuinæ legis ipſe Deus dirigeret, eumque ab omni ſcelere integrum, purumque cõſeruaret, quo poſſet ad cœleſtem patriam tandem peruenire. Id adumbrabat columna Dei, quæ populum ducebat, vt Ægyptum relinquens, poſſet ad ve- Exo. 13. ram promiſſionis terram penetrare. Quî enim fieri poteſt, vt abſque Deo duce cœlum ingrediamur? Eam ob cauſam alloquens Moyſes Deum aiebat: Exo. 33. Si nõ tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto. Et Eſaias iuſtos in hunc modum alloquitur: Præ- Eſa. 53. cedet vos dominus, & congregabit vos: Nos igitur non ſpiritum noſtrum, ſed Chriſtum ſequa- Ioan. 8. mur aientem: Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

Et nihil vident. Id eſt, nihil illis reuelat Deus: quod populo annuncient. Dici prophetiam viſionem diximus capite primo. Vel nihil vident, hoc eſt, tenebris flagitiorum circunfundũtur. Quî fieri poteſt, vt ſpiritualiter videant, qui lucem diuinã amiſerunt, de ſe dicentẽ: Ego ſum lux mũdi?

Quaſi vulpes in deſerto. Appellat eos fallaces, omnia mendaciis ac fraudibus peruertentes. Vt vul- Simulia pes inſidiantur auibus domeſticis, ſic illi familiares ſuos decipere conabantur. Quidam vertunt: quaſi vulpes in maceriis. Latent enim vulpes in vinearum maceriis, vt inſperatò prodeuntes eas vaſtent. Eodem modo hypocritæ malitiam ſuam ſub virtutis tegumento operiunt, vt cùm vires & tempus habuerint, incautis aliis inferant detrimentum. Vipera quamuis peſtilens, dum tamen frigo- Simili- re torpet, tutè tractatur, non quòd deſit venenum, tudo ſed quòd illud non poſſit exercere. Sic hypocritis perniciofis ad impia facinora ſua executioni mandanda tempus deeſt aliquando & poteſtas, non voluntas, quæ in dies creſcit. Ideo danda opera eſt, vt ſtatim in principio capiantur, ne eorum flagitia in immenſum augeantur. Id quippe eſt, quod ait ſpõſus in Canticis: Capite nobis vulpes paruulas, Cant. 2. quæ demoliuntur vineas. Viro ſapienti vita ſua vinea ſua eſt, plena vitibus virtutum, & botris bonarum actionum: vinea impij tota ſpinis ſyluescit. Peſſima vulpes hypocrita eſt, & blãdus adulator. Dabit autem vir iuſtus operam vt illas Deo capiat monitis ſalutaribus, precibus feruentibus, beneficiis præſtantibus, ne ſpirituales vineæ, cul-

Simili- tæ, & froctiferæ deuſtentur. Vt pellis vulpis in
tudo pretio eſt, caro autem nihil valet, ſic exteriora hy-
pocritæ magni æſtimantur, interiora autem nihili
penduntur. Volena Carbo prudens homo Syllam
crudelem & fallacem vocare, aiebat, vt refert Plu-
tarchus, eum leonem eſſe & vulpem. Et Lyſander
addendam eſſe dicebat vulpinam pellem, ſi leoni-
na non ſatis eſſet, hoc eſt addendam eſſe calidita-
tem & fraudem quando vires deeſſent. Itaque om
nes veteres per vulpem intelligebant hominem va
ſtum, & verſipellem, & dolos ſub virtutum tegu-
mento conflantem, & vt vno verbo comprehen-
dam hypocritam. Vnde fluxit vetus prouerbium.
Matt.8. Vulpes anoſa haud capitur laqueo. Explicans di-
uus Cyrillus locum illum euangelij: Vulpes fo-
Luc. 9. ueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem
hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Quæ
verba Deus dixit cuidam dicenti velle eum ſequi.
intelligit per vulpem hypocriſim, per auem iactan-
tiam. Acſi diceret Chriſtus: Cùm vulpes & volati-
lia in corde tuo habeant manſionem, quî fieri po-
teſt, vt in te Chriſtus requieſcat? non eum ſequitur
Simile hypocrita, nec arrogans. Hypocrita eſt pomum fo-
ris pulchrum, intus verò corruptum, & totum la-
befactatum. Arrogans eſt populus arbor procera,
quæ fertur in ſublime, ſed nullum fructum produ-
cit. Cùm Herodes vellet per ſummum ſcelus Chri
ſtum occidere, & flagitium hoc virtutis ſpecie oc-
cultaret, dixit Chriſtus illis, qui hoc ad illum refe-
Luc.13. rebant: Ite, & dicite vulpi illi, &c. Et diſcipolis ſuis:
Matt.7. Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in
veſtimentis ouium, intrinſecus autē ſunt lupi ra-
paces: à fructibus eorum cognoſcetis eos. De iis
2.Tim.3. ait Apoſtolus in epiſtola ſecunda ad Timotheum:
Speciem pietatis habentes, virtutem autem eius
2. Cor. abnegantes. Et in ſecunda ad Corinthios. Satanas
11. transfigurat ſe in angelum lucis: non ergo eſt ma-
gnum, ſi miniſtri eius transfigurentur, velut miniſtri
iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundum opera eorum.
Iob 13. Iob, Spes, inquit, hypocritæ peribit: non ei place-
bit vecordia ſua, & ſicut tela aranearū fiducia eius.
Iob 20. Et rurſum: Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.
Pſal. 54. Et pſalmographus. Molliti ſunt ſermones eius ſu-
per oleum, ipſi autem ſunt iacula. Eam ob cauſam
Luc.12. ſunt magnoperè euitandi. Vnde aiebat Chriſtus:
Attendite à fermento phariſæorum, in quo eſt hy-
pocriſis. Pythagoras non ob aliam cauſam aiebat,
non eſſe ea guſtanda, quibus nigra erat cauda, niſi
vt nos doceret eſſe hypocritarum inſidias decli-
nandas. Etſi enim candorem & animi puritatem
prima facie habere videantur, cauda tamen & fi-
nis terra eſt, & propoſitum deprauatum. Dulces
ſunt verbis, ſed ita dediti vitiis, vt cum eorum vita
mirabiliter pugnet oratio. Infelices homines, fu-
riis deprauatæ conſcientiæ cruciari: induunt per-
ſonam ſanctorum, intus autem alunt alta mente
dolos, quibus ipſi torquentur. At magna voluptas
eſt æqualem ac parem verbis & cæremoniis vitam
agere, atque ita viuere, vt omnis oratio moribus
conſonet, & exteriora cum interioribus cohæ-
reant. Qui ita vitam degunt, cum ouibus poſſunt
comparari, non autem cum vulpibus, quemad-
modum hypocritæ, de quibus hic ait noſter Eze-
chiel. Quaſi vulpes in deſertis.

Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael. Non increpaſtis populum; noluiſtis
eius ſceleribus reſiſtere, quibus Deus offendeba-
tur: nec oppoſuiſtis vos tanquam murum Deo ira-
to, ne populum vaſtaret: loquitur cum falſis pro-
phetis munus verorum prophetarum non exer-
centibus. Eſt autem officium viri iuſti, qui à Deo
habet ſpiritum vaticinandi, eos, qui in errore ver-
ſantur, arguere, & pro illis preces fundere ad domi
num, præſertim ſi eſt eorum præſul, & in dignita-
te conſtitutus. Eſaiæ dicebat Deus: Annuntia po- *Eſa. 58.*
pulo meo ſcelera eorum & domui Iacob peccata
eorum. Et diuus Paulus Timotheo: Argue, obſe- *2. Tim.*
cra, increpa in omni patientia & doctrina. Quòd *4.*
autem ſe debeat opponere pro muro iræ diuinæ,
vt in ſe potiùs recipiat ictus, & ignea machinarum
iacula, indicat Moyſes, qui Deo iram ſuam aduer- *Exo.32.*
ſus rebellem populum oſtendenti aiebat: Quieſ-
cat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia popu-
li tui. Et paulò pòſt: Aut dimitte eis hanc noxam,
aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſi-
ſti. Et diuus Paulus: Optabam ego ipſe anathema *Rom. 9.*
eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Cùm Iudæi ob *Nu. 16.*
impia ſcelera ſua incendio flagrarent in deſerto, &
ingratitudis ſuæ pœnas luerent, cucurrit Aaron ad
mediam populi multitudinem, qui igne à Deo miſ
ſo conſumebatur, & obtulit thymiama, ſtanſque
inter mortuos & viuos precationes ardentes pro
populo ad dominum fundebat. Et ita plaga ceſſa-
uit. Poſuit enim ſe pro muro, & iram domini de-
tinuit, eamque lachrymis profuſis placauit. Ad
hanc hiſtoriam alludit his verbis liber Sapientiæ: *Sap.18.*
Properans homo ſine querela deprecatus eſt pro
populis, præferens ſeruitutis ſuæ ſcutum oratio-
nem, & per incenſum deprecationem allegans re-
ſtitit iræ, interſtetit, & amputauit impetum, & di-
uiſit illam, quæ ad viuos viam ducebat. Feruentes
preces dominum mouent, & quaſi ligant. Vnde il- *Exo.32.*
le dicebat Moyſi pro populo oranti: Dimitte me,
vt iraſcatur furor meus contra eos. Et Ieremię: Ne *Iere. 7.*
obſiſtas mihi. Hoc intelligens Eſaias triſtes illas &
queribundas voces emittebat: Non eſt domine, *Eſa.64.*
qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & te-
neat te. Poſſunt etiam hæc Ezechielis verba refer-
ri non ad falſos prophetas, ſed ad vrbis præfectos
& gubernatores, qui falſa prophetantes non pu-
niebant. Eſtque metaphora ſumpta à re bellica:
cùm enim hoſtes partem muri euertunt, oportet,
vt ciuitatis cuſtodes ſe ponant in muri rupturis,
ſintque loco muri obſeſſis. Et tunc eſt ſenſus: Pſeu-
doprophetæ irruerunt in murum, impetum fece-
runt in vrbem, eius ambitum diruerunt, docentes
falſa: vos autem, qui ad omnes eorum impetus au-
thoritatem veſtram veluti muniriſſimum murum
opponere deberetis, tacuiſtis, illis reſiſtere nolen-
tes. Diuus Gregorius in Paſtorali, ſecunda parte,
cap. 4. ita ait: Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt pro
defenſione gregis voce libera huiuſmodi poteſta-
tibus contraire: & in die domini in prælio ſtare, eſt
prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere.
Paſtorē enim recta timuiſſe dicere quid eſt aliud,
quàm tacendo terga præbuiſſe? Qui nimirum ſi
pro grege ſe obiicit, murum pro domo Iſrael hoſti
bus opponit. Hæc ille, quæ ſunt in ſacros canones
relata 43. diſt. capit. 1.

Vt ſtaretis in prælio. Precibus dimicantes, & Dei
iræ obſiſtentes. Vel non pugnaſtis contra pſeudo-
prophetas.

In die domini. Dies domini appellatur tempus illud, quo ille inimicos ſuos grauiter punit, oſtendens iuſtitiam ſuam. Eam ob cauſam dies vltimi Phili. 1. iudicij dies Chriſti à diuo Paulo in epiſtola ad Philippenſes appellatur, quoniam impij in pœnas æternas relegabuntur. Vocatur etiam in diuinis literis vaſtitas, grando, turbo confringens, ventilabrum, aqua diluuij, flagellum inundans, & alijs eiuſmodi nominibus.

Vident vana. Mutat perſonas more prophetico: nunc alloquebatur eos, modò loquitur de illis.

Ait dominus. Hic erat modus loquendi diuinorum vatum, quem falſi prophetæ ſibi aſſumebant, & atrogabant.

Et perſeuerauerunt confirmare ſermonem. Hoc eſt, permanent in fraudibus ſuis, perſuadentes populo vera eſſe, quæ dicunt.

Quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium, ideo ecce ego ad vos, ait dominus Deus: & erit manus mea ſuper propheras, qui vident vana, & diuinanr mendacium. In conſilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, nec in terram Iſrael ingredientur, & ſcietis, quia ego dominus Deus. Eò quòd deceperint populum meum dicentes, pax, & non eſt pax. Et ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto abſque paleis. Dic ad eos, qui liniunt abſque remperatura, quòd caſurus ſit. Erit enim hymber inundans, & dabo lapides per grandes deſuper irruentes, & ventum procellæ diſſipantem, ſiquidem ec-
C ce cecidit paries. Nunquid non dicetur vobis, vbi eſt litura, quam liniſtis? Propterea hæc dixit dominus Deus. Et erumpere faciam ſpiritum tempeſtatum in indignatione mea & hymber inundans in furore meo erit, & lapides grandes in ira in conſummationem. Et deſtruam parietem, quem liniſtis abſque temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet, & conſumetur in medio eius, & ſcietis, quia ego ſum dominus. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his, qui liniunt eum abſque remperamentó, dicámque vobis: Non eſt paries & non ſunt, qui liniunt eum. Prophetæ Iſrael qui prophetant ad Ieruſalem, & vident ei viſionem pacis, & non eſt pax: ait dominus Deus.

Quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium. Hoc eſt, quia vos ó pſeudoprophetæ ſeduxiſtis populum, & vaticinati eſtis mendacium.

Ideo ecce ego ad vos: Qui dixiſtis: Dominus loquutur nobis, modò mo audietis vobis loquentem, ſed longe diuerſo modo. Id enim quod vobis dico, eſt eſſe vos mihi daturos pœnas flagitiorum veſtrorum. Vel ſic: Ecce ego ad vos, ſubauditur; venio, vt in vos animaduertam. Apoſiopeſis figura eſt, quam Latini reticentiam vocant: cum intra nos ſupprimimus ea, quæ dicturi videmur. Paraphraſis Chaldæa habet. Miſſurus ſum itam meam aduerſum vos.

Erit manus mea ſuper prophetas, qui vident vana. Hoc eſt, grauiter caſtigabo falſos prophetas. Ponere manum ſuper aliquem hebraiſmus eſt, quo punitio ſignificatur, vt in pſalmo: Eleuauit manum ſuam Pſa.150 ſuper eos. Et apud Sophoniam: Extendet manum Sophon. ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur. Qua de 2. re alibi diſſerui. Ideo Pagninus vertit: Erit percuſſio mea ſuper prophetas.

In concilio populi mei non erunt. Id eſt, delebuntur de cœtu populi Iſraelitici. Erunt interfecti, & luēt morte ſua pœnas fraudum ſuarum. Vel, non erunt in cœtu beatorum: erit illis iter ſecluſum à concilio ſanctorum.

In ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur. Quando Iudæi rediere à Babylonica captiuitate, fuereque in priſtinam illam dignitatem reſtituti, quam animo retentam, longo interuallo intermiſſam reuocarunt, ſcripſerunt nomina ſua in catalogo quodam & familias, & progenies, vt poſſet vnuſquiſque maiorum ſuorum hæreditatem recuperare, vt eſt in libro Eſdræ literis mandatum. Voluerunt 1.Eſd.2. etiam omnia illa ſcribere, vt eſſent venturæ poſteritati monimentis illis conſignata. Et quoniam ſciebat Ezechiel falſos illos prophetas eſſe à Babylonijs interficiendos, & non eſſe in patriam redituros, ideo ait non eſſe ſcribendos in libro Hebræorum. Vel ſic: Non erunt, in libro iuſtorum: de quo aiebat Moyſes: Aut dimitte eis hanc no- Exo.32. xam, aut ſi non facis, dele me libro tuo, quem ſcripſiſti. Hic eſt liber vitæ, de quo ait regius vates: Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis Pſa. 58. nō ſcribantur. Et diuus Paulus in epiſtola ad Phi- Phili.4. lippenſes: Cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ. Et Chriſtus Deus noſter diſcipulis ſuis: Gaudete, quòd Luc.10. nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Qui Chriſtum ſequuntur, ſcripti ſunt in cœlo, qui abſtrahuntur ab illo in terra. Vnde ait Ieremias conferens Iere.17. cum Deo ſermones ſuos: Recedentes à te domine in terra ſcribentur.

Nec in terram Iſrael ingredientur. Nimirum, poſt reditum à Chaldæa. Poteris per terram hanc intelligere cœleſtem patriam, veram promiſſionis terram. De qua ait regius vates. Credo vi- Pſa.26. dere bona domini in terra viuentium. Et diuus Heb. 4. Paulus: Feſtinemus ingredi in illam requiem. Matt.5. Et Chriſtus apud Matthæum. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Hæc eſt cœleſtis regio, mentium beatarum domicilium, quam illi incolunt, qui in gratia migrarunt ex hoc mundo, qui tum verè viuunt, cùm è corporum vinculis euolant, noſtra enim, quæ dicitur vita, mors potiùs eſt. Hanc patriam appetebant antiqui patres, ad has cœleſtes manſiones, & æternas illas ſedes ardenter aſpirabant viri iuſti, de quibus ait diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos: A longè eas aſpi- Heb. 11. cientes, & ſalutantes, & confitentes peregrinos ſe eſſe & hoſpites ſuper terram. Qui hoc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſi quidem illius meminiſſent, de qua exierant, habebant vtique tempus reuertendi: nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cœleſtem. Hæc diuinus Paulus: quibus ſignificat veteres illos patriarchas fide, &

charitate præſtantes ſpem habuiſſe poſt huius vitæ calamitates & labores migrandi aliquando in oras illas beatiſſima, vbi dulciſſim s concordia, placidiſſima tranquillitas, & iucundiſſima voluptas viget, vbi numen illud ſanctiſſimum non guttam & ſtillam, ſed admirabilem ſuauitatis abundantiam, & fluuios æternorum gaudiorum dulciſſimos ſanctis eo fruentibus ex vberrimo ſuę bonitatis foute perfundit. Hoc perſpiciens animo diuinus atque regius pſaltes concinebat: Inebria-
Pſa. 35. buntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

Dicentes: pax, pax, & non eſt pax. Dicebant populo falſi prophetæ: Erit vobis pax: quia non venturi ſunt Babylonij oppugnatum vos. Et licet veniant, nihil illis proderit. Ac multò aliter euenit. Ideo ait propheta: Et non eſt pax. Eodem modo apud
Iere. 6. Ieremiam. Pax, pax. Et non erat pax.

Et ipſe ædificabat parietem. Populus ipſe deceptus promiſſionibus pſeudoprophetarum ædificabat muros & domos, aeſi nulla ei ætas eſſet finem allatura. Fidebant Iudæi muro vrbis, loci natura, & hominum ingenio munitæ, Dei autem oracula contemnebant. Pſeudo autem prophetæ liniebant cum luto abſque paleis, hoc eſt, vanis & blandis verbis populo plaudebant, eum in errore ſuo confirmantes. Hunc locum explicans diuus Gregorius in Moralibus ait. Parietis quippe nomine peccati duritia deſignatur. Aedificare ergo parietem, eſt contra ſe quempiam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerſe agentes ædificant, ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. Hæc ille. Quæ ſunt in ſacros canones relata 46. diſtinctio. capite. Sunt nonnulli. Significari autem per parietem peccatum indicat id, quod ait
Eſai. 59. Eſaias: Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum. Acſi dicat: Congeries ſcelerum veſtrorum eſt durus paries vos ſeparans à Deo ve-
Eſa. 38. ſtro. Hic eſt paries, ad quem Ezechias faciem ſuam conuertit, vim lachrymarum profundens. Conſiderans enim peccata ſua lachrymas continere non
Iob 1. potuit. Hic eſt paries, qui ſuper filios Iob ſimul cecidiſſe, eóſque oppreſſiſſe legitur. Hic eſt paries,
Sup. 8. quem Ezechiel perforare iubetur, quem debemus mentis oculis intueri, & cogitatione penetrare, vt cognoſcentes flagitia noſtra, Deum ad iram prouocantia, ea lachrymis & lamentis deleamus. Hunc parietem ædificabant Hebræi non acquieſcentes conſilio Ieremiæ, ſed ſcelera ſceleribus accumulantes. Cùm autem pſeudoprophetæ homines adulatores, & diuitiarum cupidi eos toto ore laudarent, meritò dicuntur hoc loco à propheta parietem luto linire. Lutum eſt deprauatum propoſitum totum terrenum, nequaquam cœlum aſpiciens. Eſt igitur ſenſus: Populus incidebat in grauia flagitia, & eius falſi prophetæ ei blandiebantur, comprobantes eius impia facinora, eiúſque perfidiam laudibus mirificis extollentes: Qui ex luto conſtruunt parietem, ſolent priùs ligna diſponere, & plicare, & poſteà lutum adhibere. Hæc lignorum ordinata congeries appellatur paries hoc loco. Et eſt ſenſus: Populus figebat & diſponebat ligna, falſi autem prophetæ adhibebant lutum. Populus peccabat, illi autem peccata confirmabant, aſſerentes veram eſſe doctrinam ſuam, firmam, & ſtabilem. Volens autem Ezechiel oſtendere eam eſſe vanam, fragilem, & fluxam, ait eos ædificare luto abſque paleis: tuit enim ſtatim paries lignorum & luti abſque palearum miſtura. Aſpicis hîc flagitiorum ædificia terrena eſſe & lutea, atque nullæ perpetuitatis: cuiuſmodi illa erát, quæ Hebræi in AEgypto ſub Pharaone conſtrue- *Exod. 1. & 5.*
bant. Poteris per linire parietem luto, intelligere, illum iam effectum luto complanare & incruſtare. Sed eadem manet ſententia. Theophylactus in Lucam cap. 3. Qui, inquit, ad gratiam loquuntur, & arguunt peccata populi tantùm in ſuperficie, liniunt peccata populi veluti parietem quendam.

Dic ad eos, qui liniunt abſque temperatura. Id eſt, qui in ædificando non miſcent luto paleas. Senſus eſt: Dic falſis prophetis, non eſſe eorum ædificium permanſurum: nam breui venient Babylonij, qui eos calamitatibus incredibilibus lacerabunt, crudeliter occident, & totam Hieroſolymam funditus euertent.

Erit enim imber. Calamitatem, qua erant opprimendi Iudæi ab exercitu Chaldæorum, comparat cum imbre, & grandine, & vento procelloſo omnia conuellente.

Siquidem ecce cecidit paries. Quandoquidem caſurus eſt paries, & murus eſt à Babyloniis euertendus, quem vos perpetuum fore affirmatis, nonne irridebimini? Tunc apparebit falſitas inanis veſtræ vaticinationis, Tunc dicetur vobis: Vbi eſt pax, & ſecuritas, quam nobis promittebatis falſi adulatores?

Et conſumetur in medio eius. Subauditur populus.

In pariete, & in iis, qui liniunt eum abſque temperamento. Hoc eſt, euertam ædificium, & ædificantes: dirnam vrbem, & habitatores. Delebo populum, & magnates: perdam falſam doctrinam, & falſos magiſtros. Oſtendam eſſe pſeudoprophetas totos ex adulationibus & mendaciis conflatos.

Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde ſuo, & vaticinare ſuper eas, & dic. Hæc dicit dominus Deus. Væ iis, qui conſuunt puluillos ſub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas. Et cùm caperent animas populi mei, viuificabant D
animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis: vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo, credenti mendaciis. Propter hoc dicit dominus Deus. Ecce ego ad puluillos veſtros, quibus vos capitis animas volantes, & dirumpam eos de brachiis veſtris, & dimittam animas, quas vos capitis animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia veſtra, & liberabo populum meum de manu veſtra: nec erunt vltrà in ma-
nibus

niſbus veſtris ad prædandum. Et ſcietis, quia ego dominus. Pro eo quòd mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter, quem ego non contriſtaui, & confortaſtis manus impij, vt non reuerteretur à via ſua mala, & viueret, propterea vana non videbitis: & diuinatione non diuinabitis amplius: & eruam populum meum de manu veſtra, Et ſcietis, quia ego dominus.

Pone faciem tuam contra filias populi tui. Hoc eſt,
vaticinare contra falſas prophetiſſas, quæ ſomnia
ſua, & meras nugas vaticinantur. Tanta fuit tunc
temporis audacia, vt non ſolùm viri, ſed etiam ne-
fariæ fœminæ ſe à Deo ſpiritum prophetandi ha-
bere affirmarent. Vel fortaſſe viros ipſos effœmi-
natos mulieres vocat. Ponere faciem contra ali-
quem apud diuinos vates aduerſus eum venturas
calamitates prædicere. Accipitur enim facies pro
oculo, oculus pro viſione, viſio pro prophetia, vt
Infr. 20. hoc loco, & capite 20. Pone faciem tuam contra
& 21. viam auſtri. Et 21. Pone faciem tuam ad Ieruſa-
lem, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra hu-
mum Iſrael. Capitur etiam facies pro terrore, ira,
Pſal. 33. & vltione abſque prophetia, vt in Pſalmo: Vultus
autem domini ſuper facientes mala, vt perdat de
terra memoriam eorum. Loquitur more humano,
nam homines irati ſolent vultu toruo & trucu-
Pſal. 67. lento inimicos ſuos aſpicere. Et rurſum: Sicut fluit
cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie
Inf. 14. Dei. Et apud noſtrum Ezechielem, Deus, Ponam,
inquit, faciem meam ſuper hominem illum, & fa-
ciam eum in exemplum, & prouerbium, & diſper-
dam eum de medio populi mei. Accipitur quo-
Pſal. 12. que facies pro fauore, vt in pſalmo: Vſquequo
Pſal. 79. auertis faciem tuam à me. Et iterum: Oſtende no-
bis faciem tuam, & ſalui erimus. In hunc ſenſum
Pſal. 4. interpretantur nonnulli locum illum pſalmogra-
phi: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui do-
mine, dediſti lætitiam in corde meo. Lumen vul-
tus vocat faciem lucidam & lætam. Et eſt ſenſus:
Fauore tuo domine, nos proſecutus es, reſpiciens
nos vultu hilari inſtar amantis, dilectum ſuum ſua-
uiter intuentis. Hinc effectum eſt, vt reſpicere, &
oculos figere in aliquem, ſignificet eum proſequi
Gen. 4. beneuolentia & fauore. Ita intelligitur Geneſeos
illud: Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera
Leu. 26. eius. Et Leuitici illud. Reſpiciam vos, & creſce-
re vos faciam. Hoc intelligens regius vates cane-
Pſal. 80. bat: Reſpice in me, & miſerere mei. Et alibi: Ocu-
Pſa. 50. li domini in pauperem reſpiciunt. Acſi diceret:
Eum Deus amore complectitur, erga eum benigni
tatem ſuam oſtendit, qui animi ſubmiſſione ſe-
ipſum abiicit & contemnit, nihil de ſe altum co-
gitans, nihil magnificum. Ita verba illa Dei apud
Eſa. 66. Eſaiam intelliguntur: Ad quem reſpiciam niſi ad
pauperculum, & contritum ſpiritu. Vbi ſeptuagin
ta pro pauperculo tapinon, hoc eſt humilem tran-
ſtulerunt. Nec ſolùm in literis diuinis, ſed etiam in
humanis oculi ſignificant fauorem, & beneficen-
tiæ ſignum. Vnde Latinus poeta de ſuo Ioue lo-
quens, ait: Conſtitit, & Libyæ defixit lumina re-
gnis. Et licet reſpicere, figere lumina, ponere fa-
ciem, & aliæ huiuſmodi locutiones multas habe-
bant ſignificationes, hoc tamē loco ponere faciem
eſt ærumnas venturas vaticinari.

Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus. Hoc eſt, Væ illis, qui componunt & coniungunt mollia ceruicalia plumis delicatis referta, eáque non ſolùm in lectis ſubiiciunt capitibus dormientium, nec ſolùm in ſellis & ſcamnis, vt mollior ſit ſeſſio, ſed etiam ea ſub cubitis manuum ponunt, vt brachia molliùs, ac blandiùs quieſcant. Tranſlatio, cui diuus Hieronymus adiecit commentaria, habet: Væ illis, quæ conſuunt puluillos: vt referatur ad falſas prophetiſſas. Sed parum refert, dicatur-ne de viris, an de fœminis, dummodò intelligatur eſſe aduerſus adulantes. Illi conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & ponunt ceruicalia ſub capite aliorum, qui eos adulationibus, illecebris, ficto amore, & ſermonibus blandis ſeducunt, vt illis quicquid velint, perſuadeant. Hunc locum iis verbis enarrat in Moralibus diuus Gregorius: Quiſquis malè agentibus adulatur, puluillum ſub cubito, vel ceruical ſub capite iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat.

Sub capite vniuerſæ ætatis. Volebant enim omnes decipere, cuiuſcunque eſſent ætatis, ſiue adoleſcentes, ſiue iuuenes, ſiue ſenes.

Ad capiendas animas. Id eſt, ad decipiendos homines dolis & fallaciis.

Viuificabant animas eorum. Id eſt, promittebant
illis vitam, & perpetuam quietē. Vel ſic. Cùm ani-
mas aliorum ſeducebant, tum animas ſuas viuere
exiſtimabant. Eorum vita erat aliorum vitam con
ſumere. Huiuſmodi ſunt modò multi, qui vitam
ſibi acerbam ducunt, niſi aliis perniciem machi-
nentur. Vt ignis faculæ cereæ tandiu viuit, quan- *Simile*
diu ceram conſumit, conſumpta verò cera ille
confeſtim extinguitur, ſic tota maleficiorum pe-
ſtilentiumque hominum vita, tota eorum volu-
ptas in aliorum morte & calamitate conſiſtit. Hæc
eſt eorum lætitia aliorum mœror, hæc eorum ſa- *Prou. 1.*
lus aliorum pernicies. De illis ait in Prouerbiis Sa-
lomon: Lætantur, cùm male fecerint, & exultant
in rebus peſſimis. Sed væ illis, quoniam interitus,
quem aliis moliuntur, in eorum caput redunda- *Prou.*
bit. Qui ruina lætatur alterius, inquit Salomon, *17.*
non erit impunitus.

Et violabant me. Hoc eſt, Perſuadebant populo, me illis voluptatibus oblectari.

Propter pugillum hordei. Hoc eſt, ideo adulatores
hominibus blandiuntur, vt ab illis aliquid acci-
piant. Qui falſis laudibus ducuntur, adulatores
ſuos muneribus fouent, illi verò eos ſpoliant &
diripiunt. Quemadmodum ligna ignem nutriunt, *Simile*
ignis autem ea incendio deuorat, ſic adulati ſuſten-
tant adulatorem, adulator autem eos abſumit.
Quando viri illi priſci, qui eruditione habeban-
tur inſignes fictis fabulis memoriæ prodiderunt,
fuiſſe Actæonem à canibus ſuis, quos alebat, de-
uoratum, ſignificare voluerunt, vt ait Phauorinus
Philoſophus, eum, qui laudum ſuarum illecebris,
& adulationum blanditiis delinitur, ab illis deuo-
rari & conſumi, quos ipſe ſæpenumero educauit.
Et non ſentiunt miſeri adulatores æternas eſſe pœ-
nas, quæ eorum ſcelera ſequuntur. Sed intuere ob
quam paruam rem amittunt cœleſtem gloriam,
ob pugillum hordei, & fragmentum panis. Quid

eſt enim quicquid lucrari poſſunt, niſi paruum quippism fluxum, & caducum, quod breui conſumitur, eripitur, & euaneſcit? Vera virtus eſt illa, quæ nec conſumi poteſt, nec direptioni exponi, nec vi tempeſtatum euelli, nec temporum commutstione labefactari: qua qui præditi ſunt, ſoli verè diuites à ſapientibus appellantur. Hanc contemnant inſipientes homines, & æternam illam beatitudinẽ, quam ea poterant adipiſci, pro nihilo ducunt. Commutant & relinquunt cœlum pro terra, animam pro corpore, ſpiritum pro carne, Deum pro mundo, virtutem pro vitio. Nihil eſt illis magis in optatis, qnam conſequi mundi diuitias & dignitates, & voluptatibus perfundi, cas inquitunt, illarum ſe miniſtros prębent, sique Dei hominumque iura violant & peruertunt. Et exiſtimantes ſe eſſe magnum aliquid conſequutos, per-
Simile dunt ſeipſos, & omnia pariter amittunt. Conſtruit Architectus msgnificum quoddam templum ſumptuoſum, induſtria elaboratum, magnoque artificio ſubſtructum. Et volens vltimam illi manum imponere, faſtigium conſummare, & ſuperbam fornicem claue concludere, ruit rotum ædificium, & euertitur tota machins, & artifex incredibili dolore obſtupeſcit. Talis eſt mundi lætitia, quam longo tempore quæſiuiſti: cùm enim exiſtimas te eſſe rebus ſecundis & ad voluntstem fluentibus abundantem, nihilque tibi deeſſe ad perfectam proſperitatem præter vltimam clauem, ruit & labefactstur omnis illa lætitia, & cadit, atque euertitur totum ædificium falſæ mundi vo-
Prouer. 14. luptatis. Et, vt ait Salomon in prouerbiis, Extrema gaudij luctus occupat. Quam ob rẽ clsmat in
Eccl. 1. Eccleſiſte idem ſapiens: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ msior vanitas eſſe poteſt, quàm pro pugillo hordei, pro re cadueа velle amittere æternam felicitatem? Mundi opes & diuirias appellat Ezechiel pugillum hordei, & buccellam panis. Vide quàm psruis rebus ea compsret diuinus vates, quæ homines ſumms arbitrantur, sd quæ auiditate inflammati rapiuntur. Sed dicunt adulatores ſe non ob diuitias acquirendas, nec ob fauorem aucupandum blanditiis vti, ſed vt amicitiam foueant, & conſeruent. Videre errorem intolersndum. Nulla in amicitiis peſtis maior eſt, quàm adulatio, delet enim veritatem, ſine qua nomen amicitiæ valere non poteſt. Ego in ea ſẽtẽtia ſum, vt in amicitia comitas adſit, ſed aſſentio procul smoueatur, eſt enim adiutrix vitiorum, expultrix virtutum, illis abſque dubio pernicioſa, qui ea vtuntur, & qui eam recipiunt, esque delectantur. Eam ob csuſam dicebat quidam ſapiens, melius eſſe in coruos, quàm in aſſentatores incidere, quoniam corui mortuos, adulatores verò viuos exedunt. Corui tantùm mortuos impetunt, adulatores etiam viuis inſidiantur. Qoare falſum eſt, quod aiunt ſe aſſentationibus vti ad amicitiæ confirmationem, cùm id efficiant ad gratiam eorum aucupandam, quibus blandiuntur, vt ab illis aliquid acquirant.

Vt interficerent animas, quæ non moriuntur. Id eſt, volebant occidere ſuis adulstionibus & falſa doctrina aliorum animas, quæ ſuapte natura immortales ſunt: propriis autẽ animabus ſuis mortuis per pecesrum vitã tribuere tũc enim viuere exiſtimabãt, cùm alios decipiebant. Apertè aſſerit eſſe animas immortales ex natura, ſed mori per peccatũ. Anima enim abſq; gratia gratũ faciẽte dicitur mortua. Anima dat vitã corpori, gratia autẽ animæ, eſt enim gratia veluti anima animę. In libro de ſpiritu & anima ait diuus Auguſtinus: Vita animæ Deus eſt, mors animæ pecestũ: anima nanq; quæ peccauerit, ipſa morietur: quæ autem iudicium fecerit & iuſtitiã, viuet, & non morietur. Ita immortalis eſt anima, vt mori poſſit, ita mortalis, vt mori non poſſit: immortalis per nsturã, mortalis per peccatum. Hæc ille. Animæ immortalitatem aſſeruerunt non ſolùm fideles, ſed etism philoſophi à fide alienati. Nam Pythagorss, vt ait diuus Auguſtinus libro 3. cõtra Academicos commotus Pherecidę Siry philoſophi rationibus immortalem eſſe animam credidit. Quod poſteà Socrates apertiſſimè docuit, & Plato multis argumentis confirmauit: quorũ nonnulla ſunt à Cicerone noſtro literis Lstinis illuſtrata, & in librum ſextum de Republica, in Senectutem, in ptimsm quęſtionem Tuſculanam grauiter & eleganter relata. Sed minimè mirandum eſt aſſeruiſſe Platonem animæ immortalitatẽ, cum fuerit vſque adeò in lege Moyſi verſatus, vt dicat Euſebius libro nono de præparatione euangelica bons eius dogmata fuiſſe à lege verere deſumpta. Quod approbat Ariſtobolus in primo ad Philomerora. Et diuus Ambroſius libro de bono mortis accepiſſe ait Platonem hortos ſuos à Canticis Salomonis. Etſi Plato ſecutus fuerit in phyſicis Heraclitum, in moralibus Socratẽ, in msthematicis Theodorum Cyreneũ, in methaphyſicis Pythagoram, tamen illud eſt perſpicuum, in diuinis nõnulla ex Dei lege deprompſiſſe. Quid autem ſenſerit de animæ immortslitate Ariſtoteles, non eſt omnino perſpicuum: nam Gregorius Niſſenus, Plutarchus, & Alexander Aphrodiſæus contendunt ſenſiſſe Ariſtotelem animam eſſe mortalem: contra vero diuus Thomas, Theophraſtus Ariſtotelis diſcipulus, Hãmonius, Philoponus, Simplicius, Sophonius, Theodorus Metoclites, & alij propè infiniti, qui ex Ariſtotelis fontibus hortulos ſuos irrigarunt, aſſeuetanter affirmant credidiſſe Ariſtotelem animæ immortalitatem. Quæ opinio cùm communior eſt, rum etiam credibilior. Demoſthenes, cùm fugeret Antipattum, vt refert Beſſarion pro defenſione Platonis, reſpondit Archię pollicenti ſibi vitam verbis blandiſſimis ſi rediret: Abſit, vt viuere turpiter malim, quàm honeſte mori, poſtquam Xenocratem & Platonem audiui de animi immortalitate diſſerentes: Mercurius ille Triſmegiſtus, hoc eſt ter maximus, ita enim eum vocarunt, quòd dicerent eum eſſe maximum regem, maximum ſacerdotem, maximum philoſophum, in primo dialogo Pymandri ex vniuerſis terrenis animantibus ſolùm hominem ait duplicis eſſe naturæ, mortalis propter corpus, immortalis propter snimsm. Et paulò pòſt de animo iuſti viri diſſerens, ait, eum harmoniæ motione exutum ad cœlum aſcendere, vbi vnà cum cœtu mentium beatarũ laudat Deũ, quo omnes illic fruuntur. In eadem ſententia erãt priſci Romani, qui in funere imperatoris tabernsculum extruebant, à quo aquilam cum igne quodsm mittebant ætherem petituram, quæ ab illis animam defuncti ad cœlos vehere credebatur, vt æternitatem beatitudinis conſequeretur. Tradit hoc Herodianus, & refert Blondus libro 2. Ro-

mæ

mæ triomphantis. Et ſi veteres illi viam immortalitatis ignorabant ob fidei defectum, res tamen ipſa eos non fugiebat. Ná niſi multorum præceptis, multiſque literis ſibi ab ineúte ætate perſuaſiſſent eſſe aliam vitam, vbi iuſtorum animæ in æternum qoieſcentes ſummis gaudiis redundarent, pro qua obtinenda, erant omnia pericula pro nihilo putáda, nunquam ſe pro ſalute patriæ in tot ac tantas dimicationes, atque in nefariorum hominum tam terribiles impetus obieciſſent. Eſt enim memoriȩ proditum, non ſolùm Romanos duces, ſed vniuerſos etiam exercitus ad non dubiam morté cucurriſſe. Nec eſt credendum eos hæc pro fama ſolùm feciſſe, motos vana tátum modò nominis celebritate, quæ de nullo vnquá perennis fuit, ſed pro fama ſimul, & animæ immortalitate, quæ nec obruitur hominum interitu, nec obliuione poſteritatis extinguitur. Hinc fluxit opinio Elyſiorú camporú quos canit Vergilius lib. 6. Aeneidos, quos Homerus in extrema ponit Hiſpania, vbi Zephiri ſpirát, & alij in inſulis Fortunatis. Plato in Phædone in cœlo ſtellato regioné eſſe deſcribit admirabili pulchritudine decoratam, eximiúſque gaudiis effluétem, quá ait eſſe mentium beatarum domicilium, quæ ex hac vita ſanctè migrarunt, Alij in cauo lunaris globi, vt Seruius refert, vbi purus eſt æther, nullis tempeſtatibus agitatus: quá ob cauſam Vergilius aeris cápos appellat. Proclus in libro de anima & angelo apertè inquit iuſtorú animas à corpore ſeparatas in cœlo quieſcere, improború auté in tartaro: Valerius Maximus capite de miraculis, & de ſomniis multa dicit, quibus approbat animȩ immortalitaté. Didymus ille, qui inter Brachmanes obtinuit principatum, in epiſtola quadam ad Alexandrum Magnú ita ait: Non ſumus huius múdi incolæ, ſed aduenæ: nec ita in orbem terrarum venimus, vt in eo libeat cóſiſtere, ſed tranſire, properamus enim ad larem patriam. Seneca philoſophus inſignis in epiſtola quarta & quinta, & in libro de morte immatura, & multis aliis in locis: Macrobius in Somnium Scipionis, Galenus libro de ſpermate, Apuleius in libro de deo Socratis, & omnes denique philoſophi ſapiétia exculti, & inſigni laude celebrari animæ immortalitatis ſe aſſertores vindices & patronos exhibuerunt. Et fuit hæc aſſertio omnium prudentium hominum aſſenſu & authoritate confirmata. Nam cum in omni natione, religione, & ætate conſtet inter omnes homines doctos pariter & indoctos Deum eſſe iuſtiſſimum, apertè cócluditur, eum nullum bonum relinquere irremuneratum, nullum malum impunitú. Atqui hoc non eſt in hac vita, eſt igitur in alia. Videmus nanq; in hoc mundo magnos viros pietate conſpicuos, virtutibus exaggeratos, ſapientia admirabiles, iniuriis acerbiſſimis affici, incredibilibuſque calamitatibus lacerari: cótrà verò homines peſtilentes, ab omni honeſtate relictos, ſummis infinitæ cupiditatis ſtimulis concitatos, rebus proſperis & ad voluntaté fluentibus abundare. Oportet igitur eſſe animam immortalé, vt in alia vita ſit plena remuneratio & punitio. Prætereà cum nó inueniatur corruptio, niſi vbi cótrarietas inuenitur, in anima auté intellectuali nulla ſit cótrarietas, cùm etiá contrariorú eadé ſit ſciétia, neceſſariò colligitur animá intellectualé eſſe incorruptibilé, & ex conſequente immortalé. Si anima in corpore colligata non ad corporis exiguitaté contrahitur, ſed ſæpe corpore in lecto iacente ipſa viribus ſuis excubat, corporiſque tranſgreditur conditionem, cœleſtia ſpectat, & immortalia cótemplatur, qui fieri poteſt, vt eadé à corpore abſoluta non habeat excellentiorem immortalitatis cognitionem? Si antea corpori colligata ab ipſo veluti ſeiuncta extra illud vitá degebat, quanto magis cùm fuerit à corporis vinculis ſeparata? Nihil omnino mortale poteſt immortalia intelligere, cùm auté anima intelligat immortalia, apertè cócluditur eá nó eſſe mortalé. Vt corpus mortale ſuis ſéſibus corruptibilia intuetur, ita anima immortalis æterna cogitat & contéplatur. Eá ob cauſam Socratici philoſophi duas eſſe vias aſſeruerút animarum è corpore exeuntium. Nam qui ſe humanis vitiis contaminant, & ſe totos flagitiis dedunt, iis deuium quoddam iter eſt ſecluſum à cócilio beatorú. Qui autem ſe integros impollutoſque ſeruant, quibus eſt minima cú corporibus contagio, his ad cœlú, ad ſanctorum domicilium facilè patet aditus. Qui enim rectè & honeſtè curriculum viuendi à natura datum conficiunt, gloriam ſempiternam conſequuntur. Hæc habui nunc, quæ dicerem de animȩ immortalitate ex philoſophis deprompta aduerſus eos, qui diuinas literas contemnút, & ſola humana philoſophia ducútur. In ſacra ſcriptura ſunt innumera teſtimonia, quorum tria tantum citabo. Propheta Daniel iis verbis hanc aſſeruit veritaté: *Dan. 12.* Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant ſemper. Chriſtus Deus noſter, veritas illa ſempiterna ait ita apud Matthæum. *Mat. 10.* Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Quibus verbis aſſerit corpus noſtrú mortale eſſe, animam verò immortalem. Et rurſum de impiis & iuſtis ait: Ibunt hi in ſupplicium æternú, *Mat. 25.* iuſti autem in vitam eternam. Sanctorum doctorum authoritates adducere ſuperuacaneum eſſe exiſtimo, & laborem infinitum: pleni enim ſunt eorum libri, plenæ ſunt eorum voces hac veritate: plena eſt præſens confeſſio, & plena antiquorum vetuſtas. Multi ſunt & propè infiniti Chriſtiani doctores, qui veritatem hanc teſtantur, quos idcirco non nomino, ne mea oratio, ſi minus de aliquo dixero, ingrata, ſi ſatis de omnibus, infinita eſſe videatur, cum nullus ſit, qui vnquam de hac veritate dubitauerit. Eam aſſeuerat hoc loco Ezechiel dicens: Vt interficerent animas, quæ non moriuntur.

Ecce ego ad puluillos veſtros. Subaudi, miſſurus ſum iram meam. Apoſiopeſis eſt. Ac ſi dicat: Ego perdá omnia inſtrumenta, quibus ſeducitis populú, vos & adulationes ac fraudes veſtras delebo.

Quibus vos capitis animas volantes. Comparat falſas prophetiſſas retibus aues capientibus, ipſas autem animas illis credentes paſſeribus volantibus, qui retibus capiuntur. Vel animas volantes, nimirú à corporibus. vt ſit ſenſus: Perdam aſſentationes & dolos, quibus capitis animas, quæ cum corpore nó moriuntur, ſed à corpore ſeparatæ volant ad locum ſuorum meritorum. Vel ſic. Quibus bláditiis capitis animas liberas, quæ poterant volare, ne à vobis caperentur. Quemadmodum aues vt aucu *Simile* pum retia fugiant, in altum volant, ſic homines vt tentationum vincula declinent, debent ad Deum

Simile confugere,& ſublime ſe efferre. Et quemadmodū volatilia,quæ deſcendunt ad grana aucupum capienda,capiuntur,ſic qui dæmonis,mundi, & carnis ſuggeſtionibus acquieſcunt,in eorum vincula Simile incidunt,vbi miſerè occiduntur.Quemadmodum triplex eſt vita,nempe naturæ,gratiæ, & gloriæ,ſic triplex eſt mors,nimirū naturæ, culpæ, & gehennæ. Volemus igitur animo ad Deum, ne in hoſtiū laqueos coniiciamur, &, vt verbis vtar diui Bernardi,ſtudeamus furari aliquando noſmetipſos,& à peſſimis cogitationibus ſurripere vel ad horam.

Et dirumpam eos. Subaudi puluillos.

Pro eo quòd mœrere feciſtis cor iuſti mēdaciter. Hoc eſt,quoniā multis prædixiſtis , quibus cor iuſti affeciſtis dolore,afferentes dolos veſtros eſſe diuina vaticinia,cùm ego noluerim premere mœrore viros iuſtos:& quoniā impios lætitia extuliſtis,cū illis proſpera & læta vaticinaremini , ex quo effectū eſt,vt illi nō relinquerēt flagitia ſua:propterea ego vos perdam,& acerbis calamitatibus afficiā. Et ita populū meum à manu veſtra liberabo, Cùm autē mihi dederitis pœnas ſcelerū veſtrorum, erit mea iuſtitia vobis perſpecta,& me eſſe Deū cognoſcetis. Intuere quàm graui pœna ſunt digni, qui iuſtos mœrore vrgent,nefarios autem afficiunt voluptate. Quid eſt enim crudelius,quid ſceleſtius, quid deteſtabilius quàm dare operam , vt viri pij , & virtutibus exaggerati luctus percipiant, & in ęrumnis verſentur,flagitioſi autem ex omniū ſcelerum colluuione nati,lætitia geſtiant , & gaudio perfundantur?Illud eſt aduertendum iniquos plarumq; proſperitate fieri deteriores,& in vitioſitate confirmari , diuitias enim & potentiam comitatur ſuperbia,ſuperbia exit in tyrannidem, dū fœnum migrat in cornua.Ideo ait hoc loco Deus: Confortaſtis manus impij , vt non reuerteretur à via ſua mala,& viueret. Nam confirmati in ſceleribus ſuis præcipitantur , & in ſempiternum exitium rapiuntur.

Propterea vana non videbitis. Hoc eſt, non prædicetis poſthac vanitates.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. XIII.

Non aſcendiſtis ex aduerſo. In Hebraico eſt: Non aſcendiſtis בפרצות ba peratſoth,à verbo פרצ parats, ſiue pharats,quod ſignificat diuidere , & euertere, 2.Reg.5. vt 2.Regum 5.Diuiſit dominus inimicos meos coram me.Quod poterat etiā verti, Diſſipauit ſeu euertit Deus inimicos meos coram me.Cùm Thamar geminos filios in vtero haberet , & in partu Gen.38. priùs appareret manus eius,qui vocatus eſt Zara, & tamen Phares priùs natus eſſet , dixit illi obſtetrix: Quare diuiſa eſt propter te maceria? Acſi diceret:Cur diuiſiſti tibi ſecūdas?Cur rupiſti membranam,qua operiebaris,vt prodires ante fratrem tuum?Membrana illa,qua infantulus in vtero matris coopertus eſt,quā Latinus interpres maceriā, appellauit,Hebraicè dicitur pheres,hoc eſt diuiſio ſeu ruptura,quòd rupta illa prodire ſoleat infans, Thargū ita hunc locū vertit : Quā magna fortitudo fuit tibi,vt præualeres?Ideo infans ille vocatus eſt Phares,hoc eſt,diuidens ,ab hoc verbo pharats, Vnde phariſæi hoc eſt diuiſi,quia erāt ab aliis hominibus ſeparati. Ideo poterat verti locus hic Ezechielis:Nō aſcendiſtis ex diuiſo, Sed quoniam qui diuiſi ſunt & diſcordes aduerſi ſunt , ideo meritò Latinus interpres tranſtulit:Nō aſcendiſtis ex aduerſo. Pagninus vertit ; Non aſcendiſtis in fracturas. Brixianus:Non aſcendiſtis per interruptiones. Poterat verti : Non aſcendiſtis per diuiſiones. Et omnes hæ tres verſiones in eandem recidunt ſententiam. Vt dicat Deus:Falſi prophetæ veluti vulpes ruperunt maceriem , vt vineam meam deuaſtarent,vos autem vrbis gubernatores non poſuiſtis vos in rupturis & diuiſionibus parietis,ne vulpes in vineā introirent : ſed omnia vaſtare permiſiſtis. Septuaginta habent : οὐκ ἔστησαν ἐν στερεώματι. Hoc eſt,non ſteterunt in firmamēto. Acſi diceret: Non fuerunt conſtantes in virtute, non habuerūt ſtabilitatē,nec firmitatē.Huiuſmodi ſunt,qui non ædificarunt domum ſuam ſuper petram,de qua ait Apoſtolus;Petra autē erat Chriſtus: ſed ſuper arenam,& venerunt flumina,& flauerunt venti,& cecidit domus illa. 1.Cor. 10. At de viro iuſto & conſtante ait dominus apud Matthæū:Aſſimilatur viro ſapienti,qui ædificauit domum ſuā ſuper petrā. Mat.7. Hic poterit canere cū Dauide:Statuit ſuper petram pedes meos,& direxit greſſus meos. Pſa.39. Propriū autem conſtantiæ eſt ferre ſapienter caſus aduerſos, retinere in rebus ſecundis temperantiā,& in aſperis dignitatē,mortem propter Chriſtū contemnere, eſſe ad omnes dolores paratum , nullam ob cauſam à virtute dimoueri,nihil quod homini accidere poſſit intolerandum putare, Qui hac conſtātia munitus migrauerit è vita gloriam immortalem conſequetur: nam vt ait apud Matthæum Chriſtus Deus noſter.Qui perſeuerauerit vſque ad finem,hic ſaluus erit. Mat.10.

Illi autem liniebant eum luto abſque paleis. In Hebraico eſt:Ipſi autē liniebant eum luto תפל aphel. Dictio hæc ſignificat inſulſum,vt apud Iob 6.Nūquid poterit comedi inſulſum quod nō eſt ſale cōditum? Iob 6. Quaſi dicat:Si homo comedere non poteſt rem inſulſam,& inſipidam,quî fieri poteſt , vt comedam dolorem,quo premor? In Threnis ait ita Hieremias:Prophetæ tui viderūt tibi falſa & ſtulta. Thren.2 Vbi in Hebraico pro ſtulta eſt dictio hæc taphel. Ideo poterat verti locus ille : Vates tui vaticinati ſunt tibi falſa & inſulſa. Poterat igitur locus hic Ezechielis ita verti : Illi autē liniebant eū luto inſulſo,hoc eſt abſq; firmitudine:pro quo paraphraſis Chaldaica habet,luto ſine palea,& verſio communis, luto abſque paleis. Septuaginta interpres explicātes quid per lutū abſq; paleis intelligeretur tranſtulerunt: Et iſti liniunt eū ſtultitia. Cæterùm verſio,cui diuus Hieronymus adiecit commentaria,non habet liniebant ſed linebant, & rectè meo quidem indicio,nam verbum hoc ſignificat complanare & linere.Linire ſignificat vngere,mulcere & tenuiter fricare : linere verò incruſtare & complanare,quod eſt eorum proprium,qui luto parietes cooperiunt.

Quibus vos capitis animas volantes. Pro volātibus eſt in Hebraico לפרחות lephorchoth : quod verti poteſt:ad volandum. Verbum eſt parach , quod ſignificat volare , & fluere, & germinare, vt in Numeris:Inuenit germinaſſe virgam Aaron. Num.17 Et apud Oſeam:Florebit ſicut liliū. Oſe.14. Paraphraſtes Chaldęus vertit;Quibus vos venamini animas , vt pereant.

Tunc

Tunc enim animæ pereunt, cùm ſe per vanas & turpes cogitationes diſpergunt,& latè diffundunt illis aſſentientes, & per aërem vanitatis volantes.

Argumentum Cap. XIIII.

Permittit aliquando deus, vt ſuorum verborum contemptores à pſeudoprophetis decipiantur. Impij obſtinati luent ſuorum ſcelerum iuſtas pœnas, tametſi iuſti pro illis fundant ad dominum precationes. Conſolatur Ezechiel eos, qui in Babylonica captiuitate detinentur.

CAPVT XIIII.

A ET venerunt ad me viri ſeniorũ Iſrael,& ſederunt coram me. Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis, viri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt cõtra faciem ſuam. Nunquid interrogatus reſpondebo eis? Propter hoc loquere eis,& dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Homo homo de domo Iſrael, qui poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo,& ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit cõtra faciẽ ſuã, & venerit ad prophetam, interrogans per eum me: ego dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum: vt capiatur domus Iſ-

B rael in corde ſuo, quo receſſerunt à me in cunctis idolis ſuis. Propterea dic ad domum Iſrael: Hæc dicit dominus Deus: Conuertimini,& recedite ab idolis veſtris, & ab vniuerſis contaminationibus veſtris auertite facies veſtras. Quia homo homo de domo Iſrael,& de proſelytis quicunque aduena fuerit in Iſrael, ſi alienatus fuerit à me,& poſuerit idola ſua in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam,& venerit ad prophetam, vt interroget per eũ me, ego dominus reſpondebo ei per me, & ponam faciem meam ſuper hominem illum & faciam eum in exemplum, & in prouerbium, & diſperdam eum de medio populi mei,& ſcietis quia ego dominus.

EXPLANATIO.

Et venerunt ad me. Quemadmodum pſeudoprophetæ Hieroſolymæ exiſtentes deciperent eos, qui ibi remanſerant à transmigratione Babylonica fuit ſuperiore capite explicatum. Nunc eorum dolus & perfidia oſtenditur, qui erant in Chaldæa, eorum præſertim, qui cæteros ætate antiebant. Narrat enim Ezechiel veniſſe ad eum nonnullos ex ſenibus eum interrogatũ multa grauia fortaſſe, & digna tanto viro: ſed quoniam ea iniquo animo interrogabant, & prophetæ dignitatem deformare cupiebant, volentes eum capere in ſermone, erant enim idolorum cultores,& ſcelerum maculis notati, ideo eos Deus grauiter per prophetam reprehendit, oſtendens non eſſe illos dignos reſpõſione. Qui idolorum ſuperſtitioni adhærebant, dolis & fraudibus conſtabant,& flagitiis delectabantur, nullam habebant veram ſapientiam: erant vera doctrina deſtituti, quia illi eam repellebant: & nec ſcire volebant: nec diuini vatis reſponſionem merebantur.

Viri ſeniorum Iſrael. Duabus rebus eorum ſcelera exaggerat,& quòd eſſent ſenes, & quòd eſſent Iſraelitæ. Pari gradu ſceleſtius eſt & indignius peccatum ſenis, quàm iuuenis: quoniam ſenex rerum experientia & ſapientia præſtat, & debet alios nõ ſolùm conſilio inſtruere, ſed etiã vita & exemplo. Incidens autem in flagitia non ſolùm obeſt, quòd corrumpitur, ſed quòd corrumpit: pluſque aliquãdo exemplo quàm peccato nocet. Ideo ait Eccleſiaſticus: Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum: pauperem ſuperbum, Eccl. 25 diuitem mendacem,& ſenem fatuum & luxurioſum. Quare eſt eius crimen grauius, & nonnunquam periculoſius, quemadmodum apparet in auaritia & cupiditate. Vt incendium periculoſius Simile eſt in veteribus ædificiis, quàm in nouis, ſic flagitium plus nocet in ſenectute, quàm ætate eflorescente. Primum igitur, quod eorum peccatum aggrauabat, erat ætas, ſecundum genus: erant namque filij Iſraelis, quos Deus lege ſua inſtruxerat,& ad terram promiſſionis adduxerat, & in ſumma amplitudine & dignitate collocauerat. Hoc intelligens Ionas propheta, interrogatus à nautis, quod Ion. 1. ſcelus admiſiſſet: Hebræus, inquit, ego ſum,& dominum Deum cœli ego timeo. Non ſolùm peccatum, ſed peccati circunſtantiam confitetur. Eam ob cauſam ait hoc loco Ezechiel. Venerunt ad me viri ſeniorum Iſrael. Sed non ait, omnes ſeniores Iſrael, ne exiſtimemus omnes eos in errore,& deorum commẽtitiorum ſuperſtitione verſari, ſed indefinitè, vt nonnullos intelligamus impios fuiſſe, non omnes.

Et ſederunt coram me. Priùs quàm aliquid quærerent à diuino vate, ſederunt,& ſedentes cauſam aduentus ſui ſilentio præterire videbãtur. At deus, qui eorum calliditatem, malitiam, & iniquas cogitationes intelligebat, eorum propoſitum Ezechieli reuelauit.

Poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis. Hoc eſt, immundis cogitationibus, deprauatis propoſitis, & turpibus ſceleribus corda ſua macularunt. In animo ſuo firmiter ſtatuerunt eſſe ſe idola culturos.

Scandalum iniquitatis ſua ſtatuerunt contra faciem ſuam. Id eſt, iniquitatem ſuam, qua præbent aliis occaſionem peccandi, decreuerunt habere ſemper ante oculos tãquam rem ſibi charam & dilectã. Solẽt enim homines ea, quæ amore proſequũtur ante oculos ponere, vt ex illis capiant voluptatẽ. Quo fit, vt aſpicere accipiatur aliquando pro oblectari, vt in Pſalmo: Iniquitatẽ ſi aſpexi in corde meo nõ exaudiet dominus. Hoc eſt, ſi ego in animo meo delector iniquitate, nõ exaudiet deus preces meas. Ita intelligitur Geneſeos illud: Dixit de⁹ Fiat lux:& facta eſt lux:& vidit deus lucẽ. Et paulò pòſt: Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: Hebraiſmus eſt, quo frequẽter vtitur diuina ſcriptura: Vbi videre, idẽ eſt quod delectari. Vnde non

Pſa.65. Gen. 1.

non videre,ſeu faciem auertere,eſt iratum ſe oſtẽdere,vt apud Iob: Quare faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum ? Cæterùm pro ſcandalo habẽt ſeptuaginta tormentum. Et ita eſt ſenſus: Ante oculos intellectus habent ruinam & tormentum,& ærumnarum anguſtias, in quas inciderãt ob impia facinora ſua, & nihilominus decreuerunt à flagitiis ſuis non recedere. Parati ſunt ad omnia ſupplicia potiùs ferẽda,quã ſtudeãt pietati. Volũt potiùs in calamitatibus verſari,quã vero deo obedire. O impiã pertinaciã! ô deplorandũ flagitiũ! Poteſt accipi ſcandalũ iniquitatis pro idolo,vt ſit ſenſus: Corã oculis ſuis collocant idolum ſuũ:vt illud ſummè venerentur. Id quod eſt flagitiorum cauſa ſcandalum iniquitatis appellatur. *Iob 13.*

Nunquid interrogatus reſpondebo eis. Hæc interrogatio vim habet negandi:acſi diceret deus:Etſi me interrogent,tamen nõ reſpondebo eis:ſed cognoſcent eſſe me ſuarum malarum cogitationum perſpectorem. Interrogant enim non voluntate ſciẽdi nec animo ſe à ſceleribus ſeparandi,ſed curioſitate quadam inutili & vana commoti, & vt me tentẽt, & videant,poſſintne oracula meorum vatum obiurgare. Quemadmodũ peritus mercator non oſtẽdit merces ſuas iis , quos intelligit nõ eſſe eas empturos,qui ad officinam veniunt, vel vt nimis curioſi,vel vt exploratores & proditores,non animo emendi,eos autẽ vocat, quos intelligit velle emere,ita deus nõ oſtendit alta myſteria ſua iis , quos ſcit vanè ea & curioſè inquirere,vel animo deprauato inueſtigare,vt ea proterant & cõculcent:eos verè vocat ad eorũ intelligentiã eos inſtruit & docet,quos ſcit eſſe ſibi,aliiſq; profuturos. Hoc videbis plerunque. Vnde Chriſtus Deus noſter apud Matthæũ, Nolite, inquit, ſanctũ dare canibus,nec proiiciatis margaritas veſtras ante porcos. Eã ob cauſam ligatus corã impio Herode deſiderãte miraculũ aliquod ab eo,de quo multa audierat, curioſis oculis aſpicere,tacuit omnino,nolens illi oſtium officinæ ſuorum myſteriorũ & miraculorũ reſerare. Et Iudæi dicentibus , Volumus à te ſignũ videre, reſpondit: Generatio mala & adultera ſignum quærit,& ſignum non dabitur ei , niſi ſignũ Ionæ prophetæ:& coram diſcipulis ſuis & aliis viris piis miracula magna edebat, ea ipſa non petẽtibus. Petebant Iudæi ſigna , & poſteà viſis multis aiebãt: Quid facimus,quia hic homo multa ſigna facit? Sed aduerte. Non dicunt: Magiſter volumus cõuerti miraculis tuis,ſed volumus ea videre. Exploratores erant:& curioſi indagatores , volentes Chriſtum capere vel in verbis , vel in factis: ideo aiunt:Volumus à te ſignum videre. Sed inſipiẽtes homines priùs deberent petere à Chriſto oculos, quibus viderent. Quî enim fieri poterat,vt viderẽt qui viſu carebant? Cæci erant,& duces cæcorũ: & vt eſt in libro Sapientiæ literis mandatum: Excæcauit eos malitia eorum. Erant talpis cæciores , & leberide inaniores. Vt enim pellis illa ſicca, quam ſerpens exuit ad ętatem renouandam,effigiem habęt oculorũ,& membranam tenuiſſimam, qua oculi anguis præteguntur , oculos tamen verè non habet, ſic impij Iudæi oculos habere videbantur, cùm tamẽ cæci eſſent,& pelles inanes,& in hominum figura homines non eſſent. Chriſti miracula ſpecula erãt diuina:cùm autẽ Iudæi illi cæci eſſent, quomodo illa abſque viſu videre volebant ? Et vt dicitur in prouerbio ab Stobæo ex Epicarmo recitato:Quid cæco cum ſpeculo? Si ſpeculum non videbant , quomodo ſe poterant in ſpeculo videre? Ait euangeliſta,eos ad dominum acceſſiſſe , vt eius myſteria deſpicerent. Et dicebant : Hic vnde ſit neſcimus. Sed quoniam pedibus ad eum ibant, animo autem ab illo longè recedebant , quoniam fictè,vanè,curioſè,fraudulenter acceſſerunt , fuerunt à Deo grauiter obiurgati:& id quod petebãt, non impetrarunt. In libro Sapientiæ ſunt hæc verba monimentis conſignata : Sentite de domino in bonitate,& in ſimplicitate cordis , quærite illum: quoniam inuenitur ab iis,qui non tentant illũ,apparet autẽ his,qui fidem habent in illũ. Et Eſaias, Quẽ,inquit,docebit dominus ſcientiã , & quẽ intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte,auulſos ab vberibus. Acſi dicat:Eos inſtruet Deus altiſſima doctrina ſua,illis arcana cœleſtia reſerabit, qui ſpirituales fuerint, cibique ſolidi capaces. De illis qui ſolùm attingunt rudimenta & incunabula virtutis,ait in epiſtola ad Hebræos diuus Paulus: Facti eſtis,quibus lacte opus ſit,non ſolido cibo. Nos verò Chriſtũ rectè quæramus , dũ inueniri poteſt, &,vt ait diuus Paulus,accedamus ad eũ cum vero corde,in plenitudine fidei. Ingrediuntur multi tẽplum verbum Dei à concionatore audituri:omnes illi præbent aures , ſed non omnes vtilitatem capiunt, quia non omnes recto animo illuc acceſſerunt. Vt ex multis aurificis officinam introeuntibus hic emit catenam auream,ille anulum pretioſum , quidã accipit monile elaboratum induſtria, & emblemate pictũ, alius vas elegans & pulchrũ: ſed quidã nigrum tantum carbonẽ ſumit ex pauimento,quẽ manu tractat,& atterit , & nihil aliud vult ex officina,quàm carbonẽ illum , quo inquinatur,ſic cũ multi eant ad concionẽ, & vnuſquiſq; documentũ aliquod animę ſuæ vtile,& conſcientiæ aptum accipiat:non deeſt tamen, qui tetrũ aliquid quærit,attẽdens diligenter vtrũ concionator aliquid ſtultè,vel minus ſapiẽter dicat, aut verbis aliquibus barbaris vtatur,vt illud irrideat,cõtemnat,& damnet. Et nõ conſiderat miſer homo,cùm vult atterere concionatorem,ſeipſum contaminare. Eſt quidẽ concio euangelica officina aurarij ditiſſima,excellentibus monilibus pleniſſima, diuinarũ literarum,ſacrorumque doctorum ſententiis vberrima. Sed oportet ſancto propoſito accedere ad illã,animoq; pio, ſciendi & proficiendi percupido. Qui ita ad dominũ accedunt,ea diſcunt,quę ad animæ pertinẽt ſalutem. Eos Deus docet,& inſtruit,& reficit,& amore rerum diuinarũ mirabiliter inflammat. Contrà verò eos dimittit, qui ab eo animo fugientes,eũ corpore quærere videntur,pleni dolo,imbuti ſceleribus,contaminati flagitiis,& malitia obſtinati. Tales erãt hi , de quibus hoc loco agit Ezechiel,qui cum eum viſerent , vt per eũ interrogarent dominum , ſuamq; malitiam ſpecie pietatis occultaſſent,non meruerunt reſponſionẽ. Quã ob cauſam ait deus Ezechieli:Nunquid interrogatus reſpondebo eis ? quaſi dicat:nequaquam.

Simile · *Matt.7.* · *Luc.23.* · *Mat.12.* · *Ioan.11.* · *Mat.15.* · *Sap.2.* · *Simile* · *Matt.2.* · *Ioan.9.* · *Sap.1.* · *Eſai.21.* · *Heb.5.* · *Heb.10.* · *Simile*

Homo homo de domo Iſrael. Id eſt, quilibet homo Iſraelita. Exaggerat eorum crimina , quoniam in ea incidiſſent,cùm eſſent non ſolùm homines, ſed homines ex genere Iſraelis,ex populo dei, vbi erat fides & ratio, ipſi autem nec haberent fidem nec rationem.

Qui

Qui poſuerit immunditias. Explicat vt ſuprà.
Ego dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum. Hoc eſt, reſpondebo ei, prout eius
ſcelera merentur. Acſi dicat: Et non reſpondebo:
quoniam flagitia ſua non ſunt digna reſponſione
mea. Vel ſic: Reſpondebo ei, ſed ita obſcurè, acſi
nō reſpondiſſem. Vel ſic: Reſpōdebo ei non ad interrogationem
ſuam, ſed ſuam increpans malitiā.
Vel ſic, & clariùs meo quidem iudicio: Ego ei reſpondebo,
etiā ſi veniat plenus multitudine idololatriarum
ſuarū. Huic expoſitioni fauet paraphraſtes
Chaldęus ita hunc locum vertens: Reſpondebo
illi, licèt veniat ad me refertus idolorum cultu
Vt capiatur domus Iſrael in corde ſuo. Hoc eſt, vt decipiatur
in cogitationibus ſuis. Sed particula, vt, nō
accipitur cauſaliter, ſed conſecutiuè: deus enim nō
eſt cauſa mali culpæ. Eſt quidem author mali pœ-
Amos 3. næ iuxta id, quod eſt apud prophetā Amos: Si erit
Eſa. 45. malum in ciuitate, quod dominus non fecerit? Et
Mich. 1. apud Michæam: Deſcendit malū à domino in portam
Hieruſalē. Author autem peccati nequaquā.
Ipſe enim eſt, de quo ait Eſaias: Iniquitatem non
fecit, nec dolus fuit in ore eius, quā ſententiam repetit
diuus Petrus prima ſua epiſtola canonica. Et
Eſai. 53. apud Eſaiam: Faciens pacem, & creans malum. Et
1.Pet. 2. vt ait liber Sapientiæ, Deus mortem non fecit, nec
Sap. 1. lætatur in perditione viuorum. Sed cùm Iudæi illi
obſtinati in erroribus & flagitiis verſarentur, &
Deus illis aut non reſponderet, aut obſcurum reſponſum
daret, hinc efficiebatur eos in erroribus
ſuis permanere. Poteſt hoc ita explanari. Ita domui
Iſrael reſpondebo, vt eā capiam in cogitationibus
ſuis, vt videant apertè me eius dolus intelligere.
Oſtendam nefariis Hebræis nihil eos loqui
aut agere, aut cum animo ſuo cogitare, quod ego
non intelligam. Et hoc modo particula, vt, accipitur
cauſaliter
Conuertimini, & recedite ab idolis veſtris. Aſpice dei
clementiam & miſericordiam. Eos, quos ſuæ legis
contemptores videbat, qui eo relicto deos falſos
& commentitios colebant, vocat, & hortatur, vt
Pſa. 29. conuertantur. Intueris hîc quàm verum ſit, quod
de eo dixerat regius vates: Ira in indignatione eius,
& vita in voluntate eius.
Auertite facies veſtras. Hoc eſt, non ſolùm ſcelera
non admittatis, ſed ne ea quidem videre velitis.
Et de proſelytis. Proſelytus idē eſt quod aduēritius
& peregrinus. Propriè autē in literis diuinis accipitur
pro eo, qui ex ethnicis ad Iudaiſmū veniebat.
Ego dominus reſpondebo ei per me. Reſpondebo ei
operibus, vt eius flagitia merentur. Reſponſio erit
eius punitio. Vel reſpondebo ei propter me, vt reuelem
ei ſecretum ſuarum malarum cogitationū.
Et ponam faciem meam ſuper hominem illum. Hoc
eſt, eum caſtigabo. Dabit mihi pœnas ſuorum ſcelerum.
Metaphora eſt ſumpta à pugnantibus, cùm
enim quidam eorum cadit, & alter eum opprimit
& percutit, qui ſuperior eſt dicitur ponere faciem
ſuam ſuper victum. Quid ſignificet in literis diuinis,
explicuimus copioſè capite præcedente.
Faciam eum in exemplum & in prouerbium. Hoc eſt,
tam ærumnoſus erit, tot calamitatibus opprimetur,
vt traducatur in maledictionē, ita vt cùm aliquis
inimico ſuo dira precatus fuerit, dicat: Deus
tibi det ærumnas illius.
Et *ſcietis, quia ego dominus.* Calamitas vehit hominē
ad cognitionē Dei: ita enim ait Eſaias: Vexa- *Eſa. 28.*
tio dat intellectū auditui. Ideo nos caſtigat dominus,
vt eum cognoſcamus, à vitiis abducamur, & à
propria volūtate noſtra ſeparemur. Obſidēte Ioab *2.Reg.*
Iſraelitarū duce vrbē Abelā, dabat exercitus ope- *20.*
ram, vt muros fortiter concuteret: quod ciues obſeſſi
ęgrè ferebant: & vehementer ſoliciti in omnibus
periculis ſummis doloribus angebantur. Et
clamanti nomine ciuitatis cuidā prudenti mulieri,
de oppugnatione illa conqueſtę reſpōdit Ioab
ſe vrbē ideo oppugnare, quia intus receperat Sebā
filiū Bochri magnū proditorem. Sed ſi eum ex vrbe
proiicerent, dabat fidē eſſe eam ſtatim relicturum,
& obſidionē ſoluturū. Ciuitas hæc vnuſquiſque
noſtrū eſt, vbi debet ratio dominari, & ſenſus
obedire. Sed ſi in hac republica habitat philautia,
proprius amor noſtri, traditor ille, cœleſtis regis
inimicus, obſidet nos deus, & opprimit doloribus
ferit & concutit muros noſtri corporis variis moleſtiis
ęgrotationibus, & cruciatibus, & calamitatum
machinis nos fortiter oppugnat. Omnia hæc
efficit, vt amorem propriū deiiciamus, nos ad dei
odiū & execrabilia vitia excitantē. Vult Deus, vt ſimus
ab omni impuritatis cōtagio abſtracti, & beata
diuini ſui amoris flamma incenſi. Nō igitur nos
affligit, vt perdat, ſed vt nos à nobis ipſis eripiat, &
ad ſeipſum conuertat. Duo amores cōdidere duas
ciuitates, vt ait diuus Auguſtinus, amor dei Hieroſolymam,
id eſt viſionem pacis, amor proprius Babylonē,
hoc eſt confuſionē mundi. Deſiderat deus
eſſe nos Hieroſolymā, non Babylonem. Ideo nos
affligit, vt à nobis amorem noſtrum inordinatum
in odiū Dei tendentem euellat, ſuumq; inſerat &
cōfirmet. Ait Strabo, & nonnulli alij authores, eſſe
genus quoddā lapidis linei, quod in lanæ mollitiē
contuſum netur in vſum intimarum veſtium: pannus
huius lapidis ſeu lini ſi fortè inquinatur, mit- *Simile*
titur in ignē & manens illæſus incendio mundatur.
Sic qui ob inordinatū ſui amorem vitiis polluuntur,
igne calamitatum perpurgantur: non eos
lædit aduerſarum rerū flamma, quin potiùs deter-
git. Ita enim dicitur in libro Numerorum: Omne *Num. 31.*
quod poteſt tranſire per flāmas, igne purgabitur.
Eodē modo multi ærumnarum igne deterguntur.
Et manētes iuſti ideo aliquādo affligūtur, ne iterū
in vitia labantur. Vt enim myrrha corpora incorrupta
cōſeruat, & pręſeruat à putredine, vt ait Pli- *Simile*
nius libro duodecimo, ita calamitas æquo animo
tolerata multū prodeſt ad animas præſeruandas à
ſcelerū corruptione, & incontaminatè cuſtodiendas.
Confugiunt enim afflicti ad deū ſingulare refugiū
ſuum, diuinam implorantes clementiam, &
ad iucundam diuini numinis cogitationem recurrunt.
Quanquā exules ęrumnoſos, abiectos, expulſos
ab hominū cœtu, & vaſtas atq; incultas ſolitudines
peragrantes ſe videant, nō deponunt tamen
ex mente memoriā Dei. Verſatur illis ante oculos
diuina bonitas & pietas: & eorū calamitas in ſuauiſſima
cœleſtiū rerum memoria cōquieſcit. Premuntur,
ſed non opprimuntur: in luctu & mœrore
triūphant gaudio: laborant paupertate, & poſſidēt
omnia: quotidie reſecantur, ſed redundant & ſeſſo
reſcūt: affliguntur, ſed recreantur. Quo fit, vt erga
clementiſſimū numen admirabilis illis exardeſcat
amoris & obſeruātię magnitudo, intelligunt enim
ideo in ærumnis verſari, vt ad diuinū conſolato-
rem

rem tanquam ad arcem tutiſſimam confugiant,&
Tob.3. à peccatis auertãtur.Id intelligens Tobias aiebat.
Cùm iratus fueris domine, miſericordiam facies,
& in tempore tribulationis peccata dimittis iis,
Iob.5. qui inuocãt te. Iob,Deus,inquit,vulnerat, & me-
detur,percutit,& manus eius ſanabũt.Regius va-
Pſal.31. tes:Tu es refugium meum in tribulatione,quę cir
Pſal.33. cũdedit.Et iterum:Iuxta eſt dominus his, qui tri-
bulato ſunt corde,& humiles ſpiritu ſaluabit. Per
Oſe.2. Oſeam ait Deus:In tribulatione ſua manè conſur-
gent ad me.Ipſe autem ſolet afflictis diuinam con-
ſolationẽ implorantibus opitulari. Ideo ait apud
Ioannem: Triſtitia veſtra cõuertetur in gaudium.
Ioan.16. Et diuus Paulus in epiſtola ſecunda ad Corin-
2.Cor.1. thios : Sicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & cõ-
Act.14. ſolationis: Et in Actis apoſtolorũ: per multas tri-
bulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et
Apoc.7. diuus Ioãnes in Apocalypſi de ſanctis in cœlo deo
fruentibus: Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione
magna. Vnde diuus Auguſtinus in Ioannem ait:
Quòd te dominus permiſit pati flagellũ corrigen-
tis eſt,non pœna damnãtis. Et diuus Hieronymus
in epiſtola ad Heliodorum.Quis non tribulari ve-
lit,qui ſe non maledici deſideret, vt mereatur lau-
dari Chriſti voce,& cœleſti copioſaq́; mercede mu
nerari?Hi,& cæteri viri ſapientia & charitate prę-
ſtãtes in mediis calamitatibus ſe homines eſſe re-
cordabãtur ea lege natos,vt omnibus telis ærum-
narũ eſſet obnoxia vita, nec eſſe recuſandum quò
minus ea, qua nati fuiſſent cõditione vitam dege-
rent, euentiſq; aliorum memoria repetendis nihil
ſibi noui accidiſſe cognoſcebant. Leuat enim do-
lorem communis quaſi legis,& humanæ cõditio-
nis recordatio. Sed quod præclarius eſt,cum ſe aſ-
piciebant propter Chriſtum iniuriis affici,& cala-
mitatibus vrgeri, tum ſe beatos eſſe arbitraban-
tur. Et non ſolùm viri ſanctitate excellentes, ſed
multi qui ſe flagitiis dediderant, fuerunt afflictio-
ne curati, tanquam cœleſti quadam medicina. O
diuinam bonitatem,ô ſummam clementiam,ô in-
finitam dei noſtri miſericordiam!Quis non admi-
rabitur benignitatem tuam Deus ſancte, qui ideo
nos affligis, vt reficias,ideo nos premis, vt conſo-
leris,ideo permittis, vt in varias calamitates inci-
damus,vt noſtram miſeriam cognoſcamus, & iu-
ſtitiam ac miſericordiam tuam cõtemplemur. Ita
enim hoc loco ait per Ezechielem:Ego vos tot æ-
rumnis exagitabo,vt in prouerbium calamitoſorũ
traducamini,ita enim poſtulat iuſtitia mea, & me-
rentur flagitia veſtra. Sed hoc faciam, non vt vos
euertam,nolo enim mortem peccatoris,ſed vt me
cognoſcatis,quo ad meipſum conuertamini. Non
igitur nos perdere vis,ſed ad gloriam tuam perdu-
cere,

C Et propheta cùm errauerit, & locutus
fuerit verbum,ego dominus decepi prophe-
tam illum. Et extendam manum meam ſu-
per illum, & delebo eum de medio populi
mei Iſrael, & portabunt iniquitatem ſuam.
Iuxta iniquitatem interrogantis, ſiç iniqui-
tas prophetæ erit, non erret vltrà domus Iſ-
rael à me, neç polluatur in vniuerſis præua-
ricationibus ſuis,ſed ſit mihi in populum, &
ego ſim eis in deum,ait dominus exercituũ,

Et factus eſt ſermo domini ad me, dicẽs: Fi- D
li hominis,terra cùm peccauerit mihi,vt prę
uaricetur præuaricans, extendam manum
meam ſuper eam,& conteram virgam panis
eius, & immittam in eam famem, & interfi-
ciam de ea hominem & iumẽtum. Et ſi fue-
rint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel,
& Iob,ipſi iuſtitia ſua liberabũt animas ſuas,
ait dominus exercituum. Quod etſi beſtias
peſſimas induxero ſuper terram, vt vaſtem
eam,& fuerit in via,eò quòd non ſit pertrã-
ſiens propter beſtias,tres viri iſti ſi fuerint in E
ea,viuo ego dicit dominus deus,quia nec fi-
lios nec filias liberabunt, ſed ipſi ſoli libera-
buntur:terra autem deſolabitur.

Et propheta cùm errauerit. Intelligitur de falſo
propheta.Nolẽte rege Acab audire Michæam ve- 3.Reg.
rum prophetam, ſed acquieſcente conſilio & ex- 24.
hortationi pſeudoprophetarum dixit Michæas, ſe
vidiſſe dominũ ſedentem in ſolio, & ſpiritũ quen-
dam erroris ſe obtuliſſe ad decipiendum regem &
dixiſſe: Ero ſpiritus mendax in ore prophetarum
regis. Qui prę ualuit,falſos vates ſeducens. Permi-
ſit Deus, vt rex Acab deciperetur per ſuos vates,
quoniam impius erat,& nefarius,& verorum pro-
phetarum oracula contemnebat. Ex quo effectum
eſt,vt rex ipſe in prælio occideretur,& ſanguinem 3.Reg.
eius canes lingerent. Magna dei ira oſtenditur, cũ 22.
ipſe permittit,vt aut rex,aut populus non verã do
ctrinam,ſed falſam amplectatur.In Prouerbiis ait Prou.3.
de Deo ita Salomon:Ipſe deludet illuſores,& mã-
ſuetis dabit gratiam. Hoc eſt permittet, vt diuini
verbi illuſores illudantur.

Ego dominus decepi prophetam illum. Nonnulli mo-
ti hoc loco ab illis perperam intellecto aſſeruerũt
Deum nonnunquam homines decipere, etſi non
per ſe, miniſterio tamẽ vel humano vel angelico.
Ego verò firmiter aſſero Deum non eſſe decepto-
rẽ,quin potius eos deceptos eſſe, lõgeq́; opinione
falli,qui exiſtimant Deũ fallere,aut falli. Quòd au
tem aſſerunt de Iacob,quẽ dicunt ex diuina reue- Gen.27.
latione patrem ſuum Iſaac mẽdacio fefelliſſe, cùm
illi diceret ſe eſſe primogenitum ſuũ Eſau,vt ab eo
acciperet benedictionem,nihil pro illis facit. Nam
etſi Iacob mendacium diceret,non tamen inde ſe-
queretur Deũ eſſe mendacem. At nos dicimus Ia-
cob non fuiſſe mentitum,quin potius eius dicta &
facta Gentilium fidem adumbraſſe,& futurę veri-
tatis imaginẽ habuiſſe. Nã diuus Paulus in epiſto-
la ad Romanos volens oſtendere exemplo Iſmae- Rom.9.
lis & Iſaac, Iacob & Eſau fuiſſe præfiguratã abie-
ctionẽ populi Iudaici,qui maior erat, Gentilici ve-
rò,qui minor erat aſſumptionẽ, ait duo eſſe gene-
ra filiorum Abrahæ. Non enim omnes,inquit ille,
qui ex circũciſione ſunt Iſrael,ij ſunt Iſraelitæ,nec
qui ſemẽ ſunt Abrahę,omnes filij. Sed in Iſaac vo-
cabitur tibi ſemen. Id eſt, non qui filij carnis, hi fi-
lij Dei ſunt,ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimã-
tur in ſemine. Et paulò pòſt:Rebecca ex vno con- Gen.25.
cubitu habens Iſaac patris noſtri,&c. Acſi diceret, Malach.
Cùm cõcepiſſet ex Iſaac, haberetq́; in vtero Eſau 1.
& Iacob,dictum eſt ei: quia maior ſeruiet minori.
Quibus verbis Apoſtolus ſemen Abrahæ appellat
popu-

populũ Gentiũ, eúmque filium ait eſſe Iſaac, & fra-
trem minorem reſpectu Eſau, qui erat ipſi minori
ſeruiturus. Quemadmodum igitur abſque menda
cio Gentium populus vera Chriſti fide munitus,
& Iudæorum hæreditatem conſecutus dicere po-
teſt: Ego ſum ſemen Abrahæ: ita & Iacob quoniam
ſciebat ſe ius habere ad ſibi debitã primogenituram,
Mala.1. in quam fuerat ea diuina volũtate ſubſtitutus, di-
cente Deo: Iacob dilexi: Eſau autem odio habui,
verè abſq; dubio dixit: Ego ſũ primogenitus tuus
Mat.11. Eſau. Quid? Nõne Chriſtus dixit, Ioannẽ Baptiſtã
Eliam eſſe? Quis negat. Nõ quòd eſſet Elias natu-
ra, ſed officio. Quare igitur Iacob quẽ Deus lege-
rat, qui ea diuino propoſito erat primogeniturã,
patríſque benedictionem conſecututus, nõ potuit
eodem modo ſe eſſe primogenitum abſq; menda-
cio affirmare? Sed quoniam ſunt, qui doctorum au
thoritate potiùs quàm rationibus moueãtur, cita-
bo nonnullos, qui Iacob aiunt non fuiſſe mentitũ.
Hi ſunt Auguſtinus quæſtione 74. ſuper Geneſim.
Chryſoſtomus homilia ſexta in epiſtolam ad Co-
loſſenſes. Ambroſius libro ſecundo de Iacob & vi
ta beata. Gloſſa Græca in caput 27. Geneſis. Et ibi
Lyranus Innocentius de diuor. c. Gaudemus. Ma-
giſter ſententiarũ lib. 3. Gratianus vigeſimaſecun-
da quæſt. 2. c. Quæritur. Diuus Thomas ſecunda ſe
cundæ. quæſt. 110. art. 3. Alexander de Alis 3. parte,
quæſt. 139. Gabriel 3. diſtinctio. 38. quæſt. vnica. cum
aliis aſſerentibus Iacob non decepiſſe patrem
ſuum, quin potius verum dixiſſe. Nec obſtat id,
quod aduerſarij adducunt ex Iob dicente: Qui im
Iob 12. mutat cor principum, & decipit eos, & errare
Eſa.63. eos facit quaſi ebrios. Et illud Eſaiæ: Quare errare
nos feciſti domine de viis tuis. Et illud Apoſtoli in
Rom. 1. epiſtola ad Romanos: Tradidit illos Deus in re-
probũ ſenſum. Et hoc loco per Ezechielem: Ego
dominus decepi prophetam illũ. Nam omnia hæc
loca intelliguntur concedendo & permittẽdo, nõ
autẽ efficiendo & operãdo. Nõ enim Deus aliquẽ
decipit, ſed iuſto iudicio permittit, vt decipiatur.
Iac.1. In epiſtola ſua ait diuus Iacobus: Deus intentator
malorũ eſt: ipſe autẽ neminẽ tentat, vbi de ea tẽta-
tione loquitur, quæ eſt ad peccatũ ſolicitatio. Et ta
men Chriſto docente Deum oramus, ne nos indu
Matt.6. cat in tentationem. Hinc verba illa Dei patris lite
Zacha. ris à Zacharia conſignata: Percutiam paſtorem, &
13. diſpergẽtur oues gregis. Quæ Chriſtus apud euan
Matth. geliſtas de ſeipſo percutiendo interpretatur. Non
26. percuſſit pater filiũ ſuum, ſed percuti permiſit. Cle
Marc. mens Alexandrinus libro Strom. 1. explanans Mat
14. thæi illud: Ideo in parabolis loquor, &c. Non. do-
minus inquit, præbet ignorationem, hoc enim ſen
Matth. tire eſt nefariũ, ſed ipſam, quę inerat, propheticè ar
13. guit. Sic etiã homines tradit Deus in reprobum ſen
Pſal.80. ſum, & paſſiones ignominiæ, omiſſum permiſſiuè.
Dimiſit eos, inquit pſalmographus, ſecũdum deſi-
deria cordis eorum: ibũt in adinuentionibus ſuis.
Ita intelliguntur verba illa ſcripturæ: Indurauit
Deus cor Pharaonis. Et, quẽ vult Deus, indurat.
Exo.10. Hoc eſt, iuſto iudicio permittit, vt induretur, auxi-
Rom.9. liũ alioquin nõ debitum ſubtrahẽdo. Ita patres ve
teres, ita doctores antiqui, ita viri ſapientia & ſan-
ctimonia præſtantes, ita omnis interpretũ chorus,
ita omnes recẽtiores, ita in tota eorũ Theologorũ
ſchola, qui quæſtiones tractarunt, ita denique om-
nes catholici huiuſmodi locutiones indurationis,
cæcitatis, erroris, flagitiorum, quæ Dei actionem
ſonare videntur, interpretantur: ſolùm permiſſio-
nem cognoſcẽtes, Deum autem ſemper iuſtum &
miſericordem eſſe affirmãtes. Eſt ille quidem pri
ma cauſa, quod Gentium philoſophi etiam faten-
tur, & generali naturalíque concurſu cum omni-
bus cauſis agentibus operatur: at cauſam eſſe mor
talẽ erroris aut ſceleris nullo modo admittimus.
Quî fieri poteſt, vt à ſole ſempiterno oriatur cæci
tas? à fonte ſapientiæ dimanet error? à centro boni
tatis deducatur linea flagitij? ab arbore vitę fructus
mortis producatur? Quare id, quod hoc loco ait
Deus, ſe prophetam decipere, intelligitur permiſ-
ſiuè, exigentibus illud populi peccatis. Tunc Deus
dicitur aliquem decipere, cùm illi nõ dat ſcientiã,
& veritatis cognitionem, quia nec ille eã meretur,
nec ad eam adipiſcendam animum diſponit. Que- *Simile.*
madmodum aër ſolis ſplendore illuſtratur, ſed
occidente ſole manet tenebris coopertus, ſic ani-
mus diuina ſapientia claritate ſplendeſcit, ſed cùm
eſt à vera illa luce deſtitutus, caligine circumfundi-
tur, & in cæcarum tenebrarũ obſcuritate verſatur.
Tales erant falſi prophetæ, de quibus hoc loco lo-
quitur Deus, qui diuini ſolis abſẽtia, in vmbra ter-
ræ collocati, nefariis ſceleribus imbuti, non ſolùm
erant errorum caligine cooperti, ſed alios etiam ea
dem caligine cooperiebant. Cyrillus in Ioann. ca.
7. ita ait: Longè à veritate aberrant, qui nõ erubeſ-
cunt Deum ſeductorem appellare, qui meritò au-
dient: Væ qui dicitis bonum malum, & malum
bonum: qui putatis tenebras lucem, & lucem tene
bras. Seducebantur igitur falſi prophetæ, quia ſce
lerati erant, & ſeducebatur flagitioſus populus,
quia veros Dei prophetas contemnebat, falſos ve-
rò & impios amplectebatur.

Extendam manum meam ſuper eum. Hoc eſt, illum
puniam. Hebraiſmus eſt, de quo alibi diſſerui-
mus.

Portabunt iniquitatem ſuam. Tam fictè interro-
gans, quàm falſò reſpondens luent iuſtas ſuorum
flagitiorum pœnas.

Et non erret vltra domus Iſrael à me. Subaudi rece
dendo & falſis vatibus adhærendo.

Terra cùm peccauerit. Ponit Deus differentiam in
ter punitionem terræ Gentilium, & terræ Iudæo-
rum. Nam ſi vna ex quatuor calamitatibus hîc ex
plicatis inferatur alicui ciuitati Gentium, eam
penitus euertet, & ad vaſtitatem reducet abſ-
que vlla inſtauratione, vt euenit Sodomæ & *Geneſ.*
Gomorrhæ. Sed etſi omnes hæ calamitates pre- *19.*
mant Hieroſolymam, eamque euertant, aliqui
tamen reſeruabuntur ad futuram ciuitatis inſtau-
rationem. Hoc fuit Ezechielis vaticinium, & ita
euenit: nam euerſa Hieroſolyma à Babyloniis fue- *1.Eſd.1.*
runt nonnulli ex Iudæis reſeruati, qui poſteà à *& 2.*
Babylonica captiuitate redierunt cum Zorobabe-
le nepote Iechoniæ, & Eſdra & Nehemia, ſub qui-
bus fuit templum erectum, & vrbis mœnia in pri-
ſtinam dignitatẽ reſtituta. Voluit hac vaticinatio-
ne Ezechiel reficere & conſolari Hebræos in ca-
ptiuitatem Babylonicam coniectos, eóſque ex par-
te aliqua luctu leuare. Eſt autem metonymia figu-
ra, nam accipitur terra pro terræ habitatoribus, &
continens pro eo, quod continetur: vt apud Eſaiã; *Eſai. 1.*
Audite cœli, auribus percipe terra. Et iterum: Vlu- *Eſa.23.*
late naues Tharſis. Et apud Lucam. Hieruſalem *Luc.13.*

Hieruſalem, quæ occidis prophetas.

Et conteram virgam panis eius. Hebraiſmus eſt, Hoc eſt, auferam ab ea panem: caſtigabo eã fame. Sic apud Eſaiam: Auferet à Hieruſalem omne robur panis. Et apud noſtrum Ezechielem: Conteram baculum panis in Hieruſalem. Virga panis, robur panis, baculus panis, idem ſunt. Appellatur ita panis, quia eo vites ſuſtentantur.

Eſai. 2. Sup. 4.

Interficiam de ea hominem & iumentum. Id eſt, nullum terrenum animãs viuum euadet, ſine ſit rationis particeps, ſiue expers. Poteris per hominem eũ intelligere, qui vtitur ratione, per iumentũ autẽ hominẽ immanẽ, ſceleratum, inſanũ, qui in hominis figura vitam bruti imitatur. Ita enim ait diuinus vates: Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis: Quando Deus præcepit, ne iumentum aſcenderet in montem Sinai, quid voluit ſignificare, niſi diuinam ſcripturam eſſe montem excelſum, quò ſi quis accederet gerens in hominis figura vitam belluæ, nolens ſuperbiam, cæteraſq; e ſu neſtas animi labes relinquere, mortem ſibi eſſe paraturum, vnde poterat vitam ſibi comparare? Diuus Ioannes Baptiſta impios homines progeniem viperarum vocabat. Chaldæorum ſententia fuit in hominis nefarij corde beſtias habitare: appetitus enim effrænati, qui longiùs euagantur, & à ratione minimè retinentur, beſtiæ vocantur. Hinc effluxit illud eorum apophthegma: Vas impij inhabitant beſtiæ terræ. Vnde Aegyptij veteres per cerauum ſerpentes ex cauernis eruentem indicem intelligebant impios homines caſtigantem. Id voluit Pythagoras ſignificare, cũ dixit ſceleratos homines migrare in bruta, hoc eſt effici belluas ob impios mores. Hinc orta eſt fabula Circes homines in varia animalia transformantis. Vnde Theocritus, Illi, inquit, quos virtus & ſapiẽtia aſpexerint, non poterunt Circeis poculis labefactari. Quando Aeſchylus dixit non eſſe leonẽ in republica alẽdũ, quid per leonẽ niſi homines immanes & ſuperbos, & raptores intellexit? Et quoniam ſæpe in republica huiuſmodi homines, & alij belluinis moribus imbuti alũtur, dixit Plato in republica ſua nos habere domi diuerſa genera brutorum. Ariſtoteles in Politicis hominem à lege & iuſtitia ſeparatum eſſe ait peſſimũ omniũ animaliũ. Diuus Ioãnes Chryſoſtomus in Matthæum de homine improbo loquẽs, ait: Qualibet beſtia vnum habet & proprium malum: homo autem omnia. Quare iumentum hoc loco Ezechielis meritò appellatur, imò inmenſum immaniſſimum.

Pſal. 48. Exod. 19. Matt. 3.

Noe, Daniel, & Iob. Hos præcipuè nominat, quoniam fuerunt charitate feruentiſſimi, & pro aliis ardentiſſimas ad dominum preces fuderunt. Chryſoſtomus homilia 43. in Geneſim ita ait: Vide minarum grauitatem, & quales iuſtos in medium adduxerit: quoniam & illi ſuis temporibus etiam aliis ſalutis cauſa fuerunt.

Nec filios ſuos, nec filias liberabunt. Si in ſceleribus prmanere decreuerint.

Quòd ſi & beſtias peſſimas. Quatuor plagis punit Deus terram peccatricem, fame, ſerpentibus, gladio, peſte.

Eò quòd non ſit pertranſiens propter beſtias. Quod nemo per eam tranſeat ob metum ferarum.

Vel ſi gladium induxero ſuper terram illam, & dixero gladio: tranſi per terram, & interfecero de ea hominem & iumentum, & tres viri iſti fuerint in medio eius, viuo ego, dicit dominus Deus, non liberabunt filios nec filias, ſed ipſi ſoli liberabuntur. F Si autem & peſtilentiam immiſero ſuper terram illam, & effudero indignationem meam ſuper eam in ſanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum, & Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius, viuo ego, dicit dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt, ſed ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas: quoniam hæc dicit dominus Deus. Quòd etſi quatuor iudicia mea peſſima, gladium, & famem, ac beſtias malas, & peſtilentiam immiſero in Hieruſalem, vt interficiam de ea hominem & pecus; tamen relinquetur in ea ſaluatio educentium filios, & filias. Ecce ipſi egredientur ad vos, G & videbitis viam eorum, & adinuentiones eorum: & conſolabimini ſuper malo, quod induxit in Hieruſalem in omnibus, quæ importaui ſuper eam. Et conſolabuntur vos, cùm videritis viam eorum, & adinuentiones eorum, & cognoſcetis, quòd non fruſtrà fecerim omnia, quæ feci in ea, ait dominus Deus.

Vel ſi gladium induxero ſuper terram illam. Subaudi, quæ in me grauiter peccauerit: Senſus eſt: Si adduxero hoſtes, qui gladiis ſuis interficiant huius terræ habitatores me ſuis maleficiis ad irã prouocãtes, & ibi fuerint Noe, Daniel, & Iob, viri charitate inſignes, & ſanctimonia clari, non poterunt aliis ſubuenire, etiam ſi filij ſint ſui. Seipſos tantùm liberabunt, aliis autem, ſi à peccatis deſiſtere noluerint, opem nullam ferẽt, nec ſalutẽ impetrabũt.

Ipſi ſoli liberabuntur. Propter iuſtitiam ſuam.

In ſanguine. Id eſt in vita, quæ eſt in ſanguine, vt conſtat ex Leuitici capite 17. vt ſit ſenſus: Si oſtendero iram meam auferens eorum vitam. Vel ſic: Si effudero furorem meum ſuper habitatores illius terræ corrumpendo eorum ſanguinẽ aere peſtilenti: nam corrupto ſanguine, totum corpus corrum pitur. Leui. 17.

Quatuor iudicia mea peſſima. Id eſt, quatuor effectus vltionis meæ. Flagella, quibus homines caſtigat, appellat Deus peſſima reſpectu pœnæ. Ideo calamitates & ſupplicia mala pœnę appellantur.

Tamen relinquetur in ea ſaluatio. Vaſtantibus quatuor plagis Hieroſolymam relinquam in ea nonnullos homines ob miſericordiam meam, qui è Iudæa abducant filios ſuos in Babyloniã, quò veniẽt captiui, vt vos qui hîc eſtis, eorum ſcelera & calamitates videntes intelligatis me eſſe iuſtũ, & gaudeatis quòd obtemperaueritis conſilio Ieremiæ, voſque Babyloniis tradideritis, ne manẽtes Hieroſolymæ in ſimilibus ærumnis verſaremini. Et tunc cognoſcetis me non fruſtrà, nec immeritò, ſed iuſto iudicio afflixiſſe Hieroſolymam.

Egredientur ad vos. Hoc eſt adducẽtur Babylonẽ.

Et videbitis viam eorum. Id eſt, & cognoſcetis eo-
rum flagitia ex effectu calamitatum, quibus ego il
lòs laceraui. Via flagitioſorũ hominum eſt vitio-
ſus viuẽdi modus. Illa enim vita eſt hominibus nõ
ſãtis & ſceleribus imbutis via nõ ſolùm ad ærumnas
temporales, ſed etiã ad obſcuras inferorũ tenebras,
& exitium æternum. Hæc eſt turpis illa ratio vi-
Pſal. 1. tæ, de qua aiebat diuinus pſaltes: Beatus vir qui nõ
abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum
non ſtetit. Ille dicitur non ſtare in via flagitioſorũ,
qui etſi incidat in aliquod peccatum, ſtatim tamẽ
ſurgit, & ad rectum vitæ curſum redit. Nihil eſt
hic homini felicius, nihil bonis omnibus affluen-
tius, quã nõ ingredi viam improborum, ſed proxi-
mum eſt, in ea diu non conſiſtere, ſed ſummopere
ſtudere, vt ad viã iuſtorum, à qua fuerat digreſſus,
quàm celerrimè reuertatur. Vnde ait D. Hierony-
mus: Nomen iuſti nõ amittit, qui per pœnitẽtiã ci-
Simile tò reſurgit. Quemadmodũ in ludo pilæ, non ſolũ
dicitur bona pila, & aptus globulus luſorius, cũ ex
peditè volat, & fertur altius per aërẽ, ſed etiã ſi at
tingat pauimentũ cadens in terrã, dummodo ſtatim
ob terræ reuerberationem ſaliat, ferens ſe in ſubli-
me, & reciprocetur: ſic nõ ſolùm dicitur iuſtus qui
nunquam cecidit in terram peccati, ſed ille etiam,
qui etſi aliquando cadat, confeſtim tamẽ reſurgit.
Per actũ criminis mortiferi amittit gratiã & iuſti-
tiã, nomẽ tamẽ iuſti nõ amittit, ſi celerrimè ad gra
tiam redit. Cæterùm multi ſunt, qui etſi reſurgãt,
non tamẽ ſtatim. Cecidit Dauid, & ob crimina ad
2. Reg. 11. uerſus dominũ admiſſa in terrã ruit: & non reſurge
bat, donec Nathan vir ſingulari virtute præditus
2. Reg. 12. eum grauiter reprehenderet, aſſerens Deũ tam tur
pia ſcelera nequaquam impunita eſſe relicturum.
Pſa. 118. Et deplorans Dauid maculas ſuorum ſcelerum, eaſ
que lachrymarũ fluuio delẽs, aiebat: Adhæſit pani
mẽto anima mea. Acſi diceret: Cecidit pila mea, ad
hæſit terræ, non pullulabat per pœnitẽtiã, non ſe
per contritionẽ in altũ ferebat. Nec eſt magnope-
re mirãdum: nã omne graue naturaliter tẽdit deor
Iob. 10. ſum: nos autẽ terreni ſumus. Vnde Iob aiebat: Me-
mento domine, quòd ſicut lutum feceris me: Sed
dices: Ego cadam, ſed ſtatim reſurgam. Ne decipia
ris: vnum ſic habeto multos hac fiducia grauia cri
mina admiſiſſe, à quibus non ſurrexerunt, vt ipſi
exiſtimabant. Pilæ ſaltus minuuntur, & paulatim
decreſcunt, donec pila omnino quieſcit in terra.
Sic ſi peccaueris multoties, & toties per pœni-
tentiam ſurrexeris, amittes ſenſim feruorem vir-
tutis, & poſteà tepidius reſurges, donec aſſuetus vi
tio omnino non reſurgas; ſed in terra iacens, ſcele-
re delectatus, nõ ſolùm eris à charitate, & iuſtitia,
& Chriſtiana pietate, & pura religione deſti-
tutus, ſed quod deteſtabilius eſt, & omnis im-
probitatis caput, eos, qui hæc colunt, irridebis,
& alios peſtifero exemplo & deprauatis moribus,
& peſtilenti doctrina corrumpes. Huiuſmodi
fuerunt Hebræi illi, qui Hieroſolymæ manſerunt,
præſertim magnates, qui & deprauati erant, &
alios deprauabant. Hunc eorum deteſtabilem vitę
curſum appellat hoc loco Ezechiel viã illorũ, & ad
inuentiones eorũ: ſcelera enim, quibus ſe contami
nabant, non texerant diuinæ, ſed inuentiones hu-
manæ. Vnde ait Deus per pſalmographum: Dimiſi
Pſa. 80. eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in ad-
inuentionibus ſuis. Magnum eſt profectò ſuppli-
cium pati Deum, vt eo relicto cupiditatibus no-
ſtris pareamus, noſtriſque inuentis, quibus nobis
ipſis perniciem molimur, obtemperemus. Contra
verò magna Dei miſericordia eſt, cùm punit ſce-
lera noſtra. Quod intuens regius vates canebat. Pſal. 98.
Deus tu propitius fuiſti eis, & vleiſcens in omnes
adinuentiones eorum. Frequens eſt in literis diui-
nis hominum peccata adinuentiones humanas ap
pellari, vt apud Eſaiam: Adinuentiones eorum cõ Eſa. 3.
tra dominum. Et apud Oſeam: Propter nequitiam Oſe. 9.
adinuentionum ſuarum. Et aliis in locis.

*Et conſolabimini ſuper malo, quod induxi in Hieru-
ſalem.* Quoniã videbitis felices vos fuiſſe reſpectu
eorum. Vel lætabimini, non eorum ærumnis inſul
tantes, ſed videntes gloriam Dei illuſtrari: illuſtra-
tur enim impiorum punitione, quoniam multi dũ
vidẽt improbos dare pœnas ſuorum ſcelerum, Dei
iuſtitiam celebrant, & à maleficiis deterrentur. Vn
de ait pſalmiſta: Lætabitur iuſtus, cùm viderit vin Pſa. 57.
dictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.

Et *cognoſcetis, quòd non fruſtrà fecerim omnia, quæ
feci in ea.* Erit vobis mea iuſtitia perſpecta & explo
rata: & cognoſcentes meipſum ad me conuertimi
ni, videbitis effectũ meæ iuſtitiæ, & potentiæ. Que Simile
madmodum amara potio non dicitur inutilis, &
ſpes fruſtrata, ſi ſequitur ſanitas, etiã ſi ſumẽti acer-
bitatem attulerit, ſic nec aſpera calamitas, quæ
Deus nos exercet, appellatur inanis, & fruſtrà rece-
pta, cùm ſequitur inde animarum ſanitas, vt cùm
diuina iuſtitia oſtenditur, multi corriguntur, mul-
ti etiam ob patientiam & tolerantiam illuſtrãtur.
Nihil enim magis conducit ad eximię virtutis glo
riam nobilitandam, quàm calamitas ipſa æquo ani
mo propter Chriſtum tolerata.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XIIII.

Paſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis. Pro im
munditiis ſuis eſt in Hebraico, גלוליהם gillulehem,
à galal, quod ſignificat reuoluere, & reuelare, vt Pſal. 36.
pſalmo 36. Reuela domino viam tuam. Vel, vt ex
Hebraico tranſtulit diuus Hieronymus. Volue
ſuper dominum viam tuam. Hoc eſt, committe do
mino, & commenda illi inſtitutum vitæ tuæ, &
omnes tuas delibetationes & actiones: atque proii
ce ſuper ipſum omnem tuã curam, ſolicitudinem,
& ponderis ſubleuationem. Vel, vt tranſtulit
Felix: Circonuolue ſecus dominum viam tuam.
Id eſt, quicquid egeris, dixeris, & cogitaueris,
non recedat à domino, & quocunque ambulaue-
ris, ſempe permane cũ Deo, ne diſcedas ab ipſo, adhę
re illi, & ita ſecurus permanebis. Quãdiu enim cir
ca eum circũuolueris viam tuam, in tuto eris. Que Simile
madmodũ pulli ſecuri ſunt ab accipitre, quandiu
circumuoluunt circa matrem viam ſuam, ab ea au
tem longiùs diſcedentes facilè capiuntur, ſic qui à
Deo non diſcedunt, ſed circa ipſum ambulãt, ab eo
cuſtodiuntur ne à dæmone rapiantur, ſin autẽ Deũ
relinquunt, & ab eo ſe longiùs ſeparant, incidunt
in voracem illum accipitrem tartareũ, qui circuit 1. Pet. 5.
quærens quem deuoret. Eandem ſententiam ha-
bent verba illa Salomonis in Prouerbiis: Reuela Prouer.
domino opera tua. Eſt enim ibi idem verbum ga- 16.
lal. Vnde galil ſignificat reuolutionem, circulum,

rotam, & globulũ, quòd ſuper terram voluatur.
Pſal.82. Et eodẽ modo galal, vt in pſalmo: Deus meus pone
illos vt rotã, id eſt, permitte vt inſtabiles ſint, &
Eccle. agitati inſtar rotæ. Eodem tropo vtitur Eccleſiaſti
33. cus ſtultorum inconſtantiam notans: Præcordia fa
tui quaſi rota carri, & quaſi axis verſatilis cogita-
tus illius. Permittit enim Deus aliquando impios
homines in circuitu inſtar globulorum ambulare,
nullamque in deliberatione ſuarum impieta-
tum habere firmitudinem, ne pios homines
Pſa.12. perdant. Ita intelligitur id, quod ait regius vates:
In circuitu impij ambulant: ſecundum altitudi-
nem tuam multiplicaſti filios hominum. Acſi di-
cat: Inſtabiles ſunt immanes, & ſcelerati homines,
non habent in ſuis deprauatis conſilijs conſtan-
tiam, quibus de euertendis viris iuſtis cogitabant:
nam tu domine, quæ tua eſt altitudo, & potentia,
& iuſtitia, & bonitas, ſeruas homines, qui cũ ſe fi-
lios Adam cognoſcãt, fragileſque eſſe & caducos,
totos ſeſe tuæ tutelæ committunt. Hæbrei tamen
aiunt ita poſſe verſum hunc ex Hebraico tranſfe-
ri: In circuitu impij ambulant, cùm exaltati fue-
rint viliſſimi filiorũ hominum. Et ita habet tranſ-
latio diui Hieronymi ex Hebraico. Et tunc poteſt
eſſe ſenſus: Impij inſaniunt more eorum, qui in or
bem lõgo temporis interuallo voluũtur, eamque
ob cauſam afficiuntur inſania, quia vident pios ho
mines à Deo efferri in ſublime, & honore ac fama
extolli, quos ipſi vt viliſſimos filiorum hominum
contempſerunt. Paraphraſtes Chaldęus habet: Cir
cuitu circa impius obambulat ſicut ſanguiſuga, qui
ſugit ſanguinem filiorum hominum. Et tunc am-
bulare in circuitu eſt circumire & obſidere, vt ſit
ſenſus: Impij circũueniunt, & vndique cingũt pios
homines, cùm ipſi principatum & tyrannidem ob
tinuerint, qui inter filios hominum ſunt perditiſſi
mi. Significat etiam hoc nomen galal excremen-
tum & ſordes, vt apud Sophoniam: Et corpora eo
Sophon. 1. rum, ſicut ſordes. Vnde effectum eſt, vt idola appel
larentur ſordes & immũditiæ. Qua ratione dictus
vertit ita Pagninus hunc Ezechielis locum: Aſcen
dere fecerunt idola ſua ſuper cor ſuum. Et Brixia-
nus. Poſuerunt idola ſua. Symmachus & Theodo
tio idola etiam verterunt. Nec eſt mirum, nã mul-
tis in locis diuinarum literarum immunditiæ pro
idolis accipiũtur. Ita libro quarto Regũ: Manaſſes
4. Reg. 21. peccare fecit Iudam in immunditijs ſuis. Acſi dice
ret: Manaſſes fuit in cauſa, vt tribus Iuda coleret i-
1. Mac. 13. dola. Libro primo Machabæorũ capite 13. ſcriptũ
legimus Hebræorum ducem Simonem expugnaſ-
ſe ciuitatem Gazam, & idola confregiſſe, eaque ex
vrbe eieciſſe. Et ſubdit ſtatim ſcriptura, Et eie-
cta ab ea omni immunditia collocauit in ea viros,
qui legem facerent. Aſpicis igitur hoc loco Eze-
chielis immunditias accipi poſſe pro idolis. Sed
quoniam iniquę cogitationes peccatorum, quibus
ſe homines delectant, in quibus felicitatem conſti
tuunt, ſunt quædam idola & ſimulachra in altari-
bus cordium conſtituta, ideo ſeptuaginta interpre
tes pro immunditijs, pro quibus alij idola poſue-
rũt, verterũt τὰ διανοήματα αὐτῶν, hoc eſt, cogita-
tiones ſuas, ſiue imaginationes ſuas.

Conuertimini, & recedite ab idolis veſtris. Septuagin
ta habent: Conuertimini, & recedite ab inuentio-
nibus veſtris. Idola vocant Iudęorum inuentio-
nes, quoniam quotidie noua idola inueniebãt, quę
adorarent. Pagninus vertit: Conuertimini, & con-
uerti facite alios ab idolis veſtris.

Et *ponam faciem meam ſuper hominem illum.* Pa-
nim apud Hebræos ſignificat faciem: & quia ita ap
paret in facie, iram etiam ſignificat. Eam ob cau-
ſam R. Dauid in libro Radicum hunc locum ita
vertit: Et dabo iram meam ſuper hominem illum.
Vnde illud Exodi: Non habebis Deos alienos corã
me, poteſt verti ex Hebræo: Nõ habebis Deos alie Exo.20.
nos in iram meam. In Hebraico eſt: Non habebis
Deos alienos על פני al panai. hoc eſt in faciem meã,
vel in iram meam. Et tunc eſt ſenſus: Noli me ido-
lis prouocare & concitare ad iram. Quemadmo- Deut.
dum in Deuteronomio: Prouocauerũt eum in dijs 32.
alienis, & in abominationibus ad iracundiam con
citauerunt. Et paulò pòſt: Ipſi me prouocauerunt
in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vani-
tatibus ſuis. Idolum appellatur in diuinis literis
abominatio, immunditia, ſordes, vanitas, fornica-
tio, adulterium, lignum frondoſum, menda-
cium, truncus ligni, & alijs nominibus quæ
frequenter in ſacra ſcriptura repetiuntur.

Sed ſit mihi in populum, & ego ſim illis in Deum, Pro
Deo eſt in Hebraico אלהים elohim, quæ dictio Deũ
ſignificat, vt in libro Geneſis. Videntes filij Dei fi-
lias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſi- Gene.6.
bi vxores ex omnibus, quas elegerãt. Pro filijs Dei,
eſt in Hebraico filij elohim. Vnde orta fuit diffici-
lis quæſtio qui ſint hi filij Dei, qui pulchras mulie
res ardente amore fuerint proſecuti: qui ita Deum
offenderunt, vt diceret: Non permanebit ſpiritus Gene.6.
meus in homine in æternum, quia caro eſt. Lactan
tius Firmianus libro ſecundo de falſa religione ca
pite 15. Exiſtimat fuiſſe angelos, deceptus opinio-
ne aliquorum hominum parum in literis diuinis
verſatorum. Hanc opinionem confirmabat Iulia-
nus apoſtata in libro, quem aduerſus Chriſtianos
edidit, quam Cyrillus ſapienter refutat libro nono
contra eundem Iulianum. Reddens autem huius
loci intelligentiam ait tempore Noe homines qui
ex ſanguine Enos ſuam ducebant progeniem, dile-
xiſſe mulieres pulchritudine ornatas, quæ erant
ex genere Cain, quas duxerunt, vt totos ſeſe de-
derent voluptatibus, quarum ſe miniſtros præbue
runt, & quibus ſe contaminauerunt: & ea ob ſcele
ra & multa alia Deum vitiorũ vltorẽ immiſiſſe di-
luuium. Theodoretus hunc enarrans locum ait, Fi
lios Dei quidam angelos malè intellexerunt, nec
enim caro ſunt, nec terminus vitæ eorũ definitus
eſt. Attẽtè ergo ſcriptura diuina legi debet: quę ait,
ex Adam Seth, ex Seth Enos natum eſſe, deinde ad
dit iuxta interpretationem Aquilę: Tunc cœptum
eſt vocari in nomine domini: Id eſt, Enos primus
ob inſignem pietatem Dei appellatione dignus eſt
habitus. Vnde ex illo nati, filij Dei dicti ſunt. Filij
etiam Seth dij dicti ſunt, quod virtutem colerent,
ea ratione, qua principes & iudices dij in pſalmis
& Moyſe dicuntur. Qui quidẽ generi Cain à Deo
maledicti nulla ratione ſe immiſcuerũt per multos
annos. Longo tamen poſt tempore pulchritudine
mulierum ex ſtirpe Cain delectati ſunt, & muſicis
inſtrumentis, quæ à Iubal è generatione Cain orta
inuenta ſunt: atque ita illis ſe immiſcuerunt. Hæc
Theodoretus. Intelligi autem per filios Dei homi
nes & non angelos, indicat id, quod ſtatim ſequi-
tur. Et dixit dominus Deus: Non permanebit ſpiri
tus

tus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Priùs vocauit eos ſcriptura filios Dei, poſteà homines & carnem. Spiritu Dei facti fuerant filij Dei: ſed cùm ſe turpibus inquinaſſent voluptatibus, & humanis vitiis tradidiſſent, homines vocantur nomine naturæ, non gratiæ. Intelligi hoc autem de filiis Seth aſſerit diuus Auguſtinus lib. 15. de ciuitate Dei. Chryſoſtomus in explanatione ſexti capitis Geneſeos. Gennadius, Lyranus, & alij. Aquila pro filia Dei, vertit filios Deorum, per deos viros iuſtos intelligẽs, qui erant ex genere Seth procreati. Cùm enim in genere Cain vigerent homicidia, ſtupra, veneficia, & cætera huiuſmodi ſcelera, in genere tamen Seth vigebat pietas, honeſtas, religio, & ſumma Dei veneratio. Quare filij Cain filij hominum, filij verò Seth filij Dei vocabantur, & filij iuſtorum. Symmachus tranſtulit: Videntes filij potentum filias hominum. Vt hoc de magnatib⁹ tantùm intelligatur. Sed hæc non videtur germana expoſitio: nam hęc cauſa particularis eſt diluuij, quoad nobiles ſolùm & potentes: at litera ait omnem carnem viam ſuam corrupiſſe: niſi dicamus inouiſſe diuinam ſcripturam non eſſe mirum, eſſe populum deprauatum omniumque hominum cœtus ſceleribus imbutos, cùm principes & magnates eſſent impiis facinoribus implicati, omniúſque flagitiis irretiti. Corruptis enim principibus, facilè reliqui corrumpuntur, in quos principum impuritas deriuatur. Huic explanationi aſtipulatur paraphraſis Chaldaica, quæ filios principum habet. Sunt igitur huius loci duæ pręcipuæ explanationes, vna vt per filios Dei viros iuſtos intelligamus, filios Seth, altera vt per eoſdem principes, & potentes explanemus. Has duas ſententias tangit Pagninus in theſauro in verbo banah: & in verbo alah ait elohim ſignificare Deum, iudicem, & angelum. Vnde locus hic Ezechielis poterat ita verti: Sed ſit mihi in populum. & ego ſim illi vt princeps, ſiue vt iudex. Vt ſit ſenſus: Quemadmodum populus obtemperat ſuo principi, ſic domus Iſrael pareat mihi, & ego eam gubernabo, & tanquam iuſtus & clemens princeps eam protegam, & ad veram amplitudinem perducam. Nam ſi hoc facit rex terræ, qui iuſtitiam colit & pietatem, quantò magis cœleſtis princeps, rex regum, & dominus dominantium? De hoc nomine elohìm, quid ſignificet, & quàm variè accipiatur, diſſeruimus ſuprà copioſè, niſi fallit opinio, in annotatione quadam in caput nonum.

Argumentum Cap. XV.

In toto hoc opere viſionum Ezechielis prædicitur varijs ſimilitudinibus euerſio Hieroſolymæ. Et in hoc capite comparatur hæc ciuitas vi[...] aridæ & inutili, quæ nihil prodeſt, niſi ad comburendum, ad ſignificandum vrbis incendium & excidium. Si Hebræi conſideraſſent, quæ eſſet hominum dignitas & amplitudo, eorum præſertim quos Deus ſignis & miraculis à magnis ac imminentibus periculis eripuit, intelligerent, quàm turpe eſſet relinquere Deum, diffluere voluptatibus, molliter atque iniuſtè viuere, quámque honeſtum Deum ſummè diligere, continenter ac ſobriè vitam degere, omnium officiorum momenta grauiter perpendere. Sed quoniam hoc nec intellexerunt, nec intelligere voluerunt, tradiderunt ſe vitiis, conceperunt fraudes teterrimas, & infinitis denique flagitiis ſe contaminarunt. Quam ob cauſam comparantur vitibus aridis, infructuoſis, igne comburendis: quia futurum erat, vt eſſent à Babylonijs victi, & interfecti, & incendio traditi: & qui viui manerent, eſſent afflicti, in vincula coniecti, & ad ignominiam traducti.

CAPVT XV.

ET factus eſt ſermo domini ad A
me, dicens: Fili hominis quid fi-
et de ligno vitis ex omnibus li-
gnis nemorũ, quæ ſũt inter ligna
ſyluarum? Nunquid tolletur de ea lignum,
vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus,
vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce
igni datum eſt in eſcam, vtrãnque partem
eius conſumpſit ignis, & medietas eius re-
dacta in fauillã.. Nunquid vtile erit ad opus?
Etiam cùm eſſet integrum non erat aptum
ad opus, quantò magis cùm illud ignis deuo-
rauerit, & combuſſerit, nihil ex eo fiet ope-
ris? Propterea hęc dicit dominus deus: Quo
modo lignum vitis inter ligna ſyluarũ, quod B
dedi igni ad deuorandum, ſic tradam habi-
tatores Hieruſalem, & ponam faciem meam
in eos. De igne egredientur, & ignis con-
ſumet eos. Et ſcietis quia ego dominus cùm
poſuero faciem meã in eos, & dedero ter-
ram inuiam & deſolatam, eò quòd pręua-
ricatores extiterint, dicit dominus Deus.

EXPLANATIO.

Et factus eſt ſermo domini ad me. Hoc eſt, locutus eſt mihi dominus.

Quid fiet de ligno vitis? Quaſi dicat nihil. Non pro
deſt vitis ſterilis, infœcunda & exciſa. Hæc interro
gatio vim habet negationis. Appellatam fuiſſe do-
mum Iſraelis vineam domini, eſt omnibus incum
bentibus in ſtudium diuinarum litterarum ſatis *Eſa. 5.*
perſpectum & cognitum. Eſaias ait: Vinea domini *Ierem.*
exercituum domus Iſrael eſt. Deus apud Ieremiá *2.*
cum Hebræorum populo loquens, Ego, inquit, *Pſal. 9.*
plantaui te vineam electam. Et pſalmographus cũ
illo: Vineam de Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gen-
tes, & plantaſti eam. Gentes verò erant veluti ſteri
les, & nemora arborum agreſtium nullum religio
nis fructum producentium. Sed Iudæa, quæ vinea
Dei electa appellabatur, quæ ſaluares vuas produ
cere deberet, tulit labruſcas, & conuerſa eſt in vi-
tes infructuoſas, quę cùm non ferrent fructum fue
runt in ignem coniectę, quoniam nulla ex illis pro
ueniebat vtilitas. Aliæ plantæ etſi ſteriles ſint, pro-
ſunt tamen ad trabes, ad naues, ad haſtas, ad vaſa,
& ad plurima ædificiorum genera: at vitis infructi-
fera ad nihil prodeſt, niſi ad ignem. Quemadmodũ
inter omnes plantas nulla eſt iucundior vite fron-
doſa & fructuoſa, nulla gratior, nulla vtilior: ita ſi
exareſcat, nulla eſt triſtior, nulla deformior nulla
inutilior. Gẽtes idolorum cultrices etſi ſteriles erãt

in teb'fidei & religionis,& arbores infructiferæ,erāt tamē multarū vtilitatum vſibus accōmodatæ: at Iudæi infructuoſi, qui Deo vero relicto vanis gentium ſuperſtitionibus adhæſerunt, & in republica violanda ſcelera inexpiabilia perpetrauerunt, ad nullum penitus vſum prodeant, niſi ad ignem. Ideo fuerunt euerſi à Chaldæis, & poſteà à Romanis,& in vtraque vaſtatione incendio flagrarunt. Hanc eorum vaſtationem per Chaldæos hoc horribile vrbis incendium vaticinatur hoc loco Ezechiel ſub figura vitis, quæ erat ab igne deuoranda.

Ex omnibus lignis nemorum, quæ ſunt inter ligna ſyluarum: Hoc eſt, ex omnibus plantis infructuoſis. Eſſe arborem inter ligna ſyluæ more linguæ Hebræç, eſt eſſe ſterilem, & agreſtem, nullāque lætiſſimorum fructuum vtilitate exornatam.

Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus? Quaſi dicat non. Senſus eſt, Ex omnibus lignis infœcundis nullum eſt inutilius vite in fœcunda: nam ex ea non poteſt fieri opus aliquod. Non tolletur ex ea lignum aut materia, nec ad ſtatuas, nec ad ædificia, nec ad vaſa. Ne paxillus quidem fiet ex ea. Paxillus eſt clauus ligneus infixus parieti, in quo aliquid ſuſpendatur.

Vtranque partem eius conſumpſit ignis & medietas eius, &c. Vitis arida in ignem coniecta ſtatim tota conſumitur, nam & extremitates & medium & tota deniquè illa in fauillam redigitur. Hoc totum eſt Iudææ accommodandum, quæ duas extremitates habebat, & medium: vna extremitas erat ad Samariam, altera ex illa parte, vbi erant ſita oppida Iudæorum, medium erat Hieroſolyma. Significat propheta & Hieroſolymam, & totam deniquè Iudæam eſſe deuaſtandam, & igne comburendam.

Ponam faciem meam in eos. Hoc eſt, iratus eos puniam. De hoc Hebraiſmo diſſeruimus capite ſuperiore in explanatione, & in annotationibus. Vult Deus ſignificare eualſurum ſe eſſe populū Iudaicum tanquam arborem ſterilem, eamque in ignem miſſurum. Exciduntur arbores inutiles ne terram fruſtrà occupent, vt de ficu infructuoſa apud Lucam. Oſtendit ſimilitudo hæc animæ detrimentū, quæ eſt exciſa à Deo: nam cùm nullum edat virtutis fructum ſecetur, & in ignem æternum proiicitur variis cruciatibus torquenda. Intuere quid ſecū detrimēti afferat peccatū: offendit Deū & homines, & ſecum affert æterna tormenta. Sed tam turpe eſt, vt etſi Deum lateret & homines, tamen propter eius deformitatem eſſet vitandum. Debet enim nobis eſſe perſuaſum, ſi creatorem & creaturas celare poſſemus, nihil tamen auarè, nihil pernicioſè, nihil impudicè, nihil iniuſtè eſſe faciendum. Cùm autē peccatum per ſe ſit tetrū & turpe, & prę ter hoc offendat Deū & homines, & pariat mortem ſempiternam, quia non videt vitandum eſſe, & fugiendum, & penitus deteſtandum?

Luc. 13.

De igne egredientur, & ignis conſumet eas. Id eſt, ex vna calamitate incidēt in aliam: nullus erit dolor, quo non premantur: nulla ex parte luctu leuabuntur, nec tam miſerum erit quicquā, quin in eorum calamitoſam vitam cadere videatur. Exibunt non nulli ex ciuitate obſeſſa, dabunt ſe fugæ vt vrbis tormenta euadant, ſed incident in hoſtes, qui eos capient, & incredibilibus cruciatibus afficit. Hoc dicit propter Sedechiam regem eiúſque ſectatores, qui fugientes ab vrbe, fuerunt capti à Babylonii, & immaniſſimis cruciatib' lacerati. Et propter Iohanam filium Careæ, & alios, qui poſtvr bis euerſionem ſe in Aegyptum contulerunt, vbi fuerunt à Babyloniis crudeliter trucidati, & tēpla Aegypti incendio conſumpta. Lege Ieremiam, & quartum Regum, ſi hoc volueris copioſè intueri. Poteſt etiā hoc ita explanari. De igne concupiſcentiæ carnis exibunt per mortem, & ad ignem cruciatuum æternorum relegabuntur. Ignis præter communem acceptionem ſignificat aliquando carnis concupiſcentiam, vt in Prouerbiis: Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo? Aliquādo pœnam æternam, & ignem inferni, vt apud Eſaiam: Ignis eorum non extinguetur. Et apud Matthæum: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Accipitur præterea pro charitate, vt apud Lucam. Ignem veni mittere in terram. Pro ipſo Deo vt in Deuteronomio Deus veſter ignis conſumens eſt. Pro euangelio, vt apud Ieremiam: Dedi verba mea in ore tuo in ignem Pro calamitate, vt apud Malachiam ipſe enim quaſi ignis conflans, Pro angelis, vt apud pſalmographum, & diuum Paulum: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammā ignis. Pro auaritia, vt apud Michæam: Adhuc ignis in domo impij. Pro iracūdia, vt in Pſalmo: Supercecidit ignis, & non viderūt ſolem. Pro tētatione dęmonū, vt apud Diuū Paulū: in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Hoc autem loco Ezechielis pro calamitate meo quidem iudicio accipitur. Non eſt enim infrequens capi ignem pro dolore & moleſtia etiam apud authores humanos, vnde natum eſt tritum illud Prouerbium: Ignem igni ne addas. Et illud: Ignis non extinguitur igne, etiam ſi in hoc ſecundo prouerbio ignis poſſit accipi pro ira, vt ſit ſenſus: ira non curatur ira, ſed lenitate, excandeſcentia vincitur manſuetudine & tolerantia.

Ierē.43. 4. Reg. 25. Prou.6. Eſa.66. Mat.25. Luc.12. Deut.4. Ierē.5. Mala.3. Pſal. 10 Hebr.1. Mich.6. Pſa.17. Ephe. 6.

Eò quòd præuaricatores extiterint. Quoniam legē meam violauerunt, & pro nihilo putarunt. Populus Iſraeliticus cùm Deo obtemperabat, cùm in illo diuinum quoddam fidei & religionis lumen mirabiliter elucebat, fuit magnam nominis celebritatem conſecutus, & in ore hominum cum gloria & dignitate verſatus. At poſtquam virtuti nuntium remiſit, & diuina lege penitus repudiata & cōtempta idolorum Gentium cultui adhæſit, ſeque omni vitiorum genere contaminauit, fuit à Deo acerbiſſimis calamitatibus oppreſſus, & ab omnibus iriſus, & in fabulam traductus. Viderunt infelices illi Iudæi ciuitatem ſuā euerſam, domos ſuas funditus deletas, templum ſuum incendij flammis conſumptum, opes ſuas direptioni commiſſas, corpora ſua cruciatibus infecta, filios ſuos, parentes, amicos, & propinquos paſſim inter fectos, vias plenas ſanguine, & in illis mōtes cadauerū, viduas deplorātes, & virgines ac matronas ſparſis capillis aërem lamentis, gemitibus, triſtibuſq; lachrymis implētes. Vel ſabautur in gemitu patriæ ſuæ, & in afflictorum miſerrimis querelis. Oculi augebāt dolorem, quia ea, quæ cæteri audiunt, intueri cogebātur, nec auertere ab ærumnis, & cladib', & incēdiis, & lachrymis cogitationem ſinebant. His miſeris lacerati, in vincula coniecti fuerunt, & in Chaldæam

dæam tradnči,exceptis his,qui fugerunt in AEgy
ptum,vbi fuerunt gladio Babyloniorum traditi,
& immaniſſimè interfecti. Er qui in ſua perfidia &
impietate migrarunt è vira, fuerunt in horribiles
tenebras relegari,& in inferno ſepulti,vbi in ætet
nũ cruciabũtur. Aſpice peccati pœnã, & ſcelerum
aduerſus Deũ admiſſorũ terribilẽ effectũ. Deus ille
Exod. 4. qui ſe Iudęis pium oſtẽderat,qui eos per mare ru-
Exo. 14. brũ mirabiliter euexerat,qui eos filios vocauerat,
Oſe. 11. fueráтque ſummo fauore proſecutus,poſteà ſe illis
Eſas. 1. iratum oſtendit,& furorem ſuum in illis exercuit.
Sed dices: Nonne Deus eſt immurabilis? Eſt qui-
dem: ipſe enim ait per diuinum ſuum vatem Ma-
Mala. 3. lachiam: Ego dominus, & non mutor. Sed cùm
Deus dicitur mutare voluntatem, vt quibus lenis
erat,verbi gratia,reddatur iratus, illi potiùs mu-
tãtur,quàm ipſe,& eum quodammodo mutatum
Simile. in iis,quæ patiuntur,inueniunt. Quemadmodum
ſol,qui ſanis oculis gratus erat, ipſis morbo labo-
rantibus moleſtus efficitur,cùm ipſe apud ſeipſum
maneat ſemper idem,qui fuit,ſic Deus, qui beni-
gnis benignus oſtendebatur, & miſericordibus
miſericors, ipſis in flagitia incidentibus: & im-
manitatis ęgritudine laborantibus iratus appaſet,
cùm ipſe ſit idem Deus immutabilis, qui anteà e-
rat. Vides igitur talem ſe Deum gerere erga homi-
nes,quales ſunt ipſi. Id intelligens regius vates aie
Pſal. 17. bat. Retribuit mihi dominus ſecundum iuſtitiam
meam,& ſecundum puritatem manuum mearum
in conſpectu oculorum eius. Cum ſancto ſanctus
eris,& cum peruerſo peruerteris. Acſi diceret: Iu-
ſtus es domine,nam bonos beneficiis afficis, im-
probos verò dignis pœnis. Et licèt alij aliter hunc
pſalmum interpretentur, tamen diuus Athana-
ſius, & Theodoretus aſſerunt voluiſſe Dauidem
iis verbis ſignificare,qualem quiſque ſe oſtenderit
talem aduerſus eum ſe Deum oſtendere. Quare in
illum,qui iuſtitiam coluerit & pietatem,conferet
Deus magna beneficia,in eum verò,qui iura diui-
na & humana peruerterit,ſeuerus ac acerbus exi-
ſter, ita vt peruerſus exiſtimet Deum aduerſus ſe
Simile peruerſe agere,cùm tamen iuſtiſſimè agat. Vt ſpe-
culum,quicquid obiicias,refert, ſi te placidum &
benignum illi oſtendis, placidum & benignum ſe
tibi oſtendit,ſi verò iratus es,& exagitatus excan-
deſcentia,vultum ſpeculi ſentis ſimiliter trucẽ, &
furore commotum,cùm tamẽ ſpeculum ſit vnum
atque idem, ſic cùm Deus ſit vnus ſemper idem,
immutabilis,& ſempiternus,& vt dicitur in libro
Sap. 7. Sapientiæ,ſpeculum ſine macula, modò compara
tur agno manſueto,modò leoni terribili. De eo ait
Eſas. 53 Eſaias: Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & tan
quam agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Et di
uus Ioannes Baptiſta: Ecce agnus Dei, ecce qui
Ioan. 1. tollit peccata mundi. Et ipſe de ſeipſo: Diſcite à
me, quia mitis ſum, & humilis corde. Vide eius
Mat. 11. manſuetudinem. At de illo ait Eſaias: Iratus eſt fu-
ror domini in populum ſuum. Et paulò pòſt: Ru-
Eſai. 5. gitus eius vt leonis. Et Amos: Leo rugiet,quis non
timebit? Et diuus Ioannes in Apocalypſi: Vicit
Amos. 3. leo de tribu Iuda. Eſſe Deum miſericordem erga
miſericordes aſſerit ipſe, dicens: Beati miſericor-
Matt. 5. des, quoniam miſericordiam conſequentur. De
immanibus autẽ aſſerit diuus Iacobus: Iudicium
Iacob. 2. ſine miſericordia illi,qui non facit miſericordiam.
Nonne aſpicis quam variè ſe Deus oſtendat,mimi-

cum miſericordibus miſericordem,crudelibus ſe-
uerum. Apud Matthæum ait dominus dicturum Mat. 25
ſe eſſe bonis in vltimo iudicio: Venite benedicti
patris mei,poſſidete paratum vobis regnum à cõ-
ſtitutione mundi, eſuriui enim, & dediſtis mihi
manducare,&c. Impiis verò: Diſcedite à me male-
dicti in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo,
& angelis eius, eſuriui enim & non dediſtis mihi
manducare,&c.

Eam ob cauſam Chriſtus Deus noſter ſe in euan- Ioã. 10.
gelio cum variis rebus comparauit, aliquando ſe Mat. 13.
paſtorem vocat,aliquando agricolam, modò ho- Luc. 8.
minem,modò patremfamiliàs: nunc regem ponẽ- Mat. 25.
tem rationem cum ſeruis ſuis,præmio afficientem Luc. 14.
fideles,damnantem verò ingratos, nunc regẽ om-
nes ad nuptias & prandium inuitantem. Ita enim
ipſe ait apud Matthæum: Simile factũ eſt regnum
cœlorum homini regi,qui fecit nuptias filio ſuo.
Rex hic ideò vocatur homo,vt eius benignitas,&
miſericordia oſtendatur: ſed paulò pòſt dicitur: Mat. 20
Rex autem cùm audiſſet,iratus eſt. Modò vocatur Mat. 21.
benignus,modò iratus, & quando oſtenditur ira- Mat. 18.
tus, non dicitur homo rex, vt anteà, ſed rex tan- Luc. 19.
tummodo. Præterea appellatur Chriſtus in literis Mat. 22
diuinis admirabilis,germen,iuſtus, decorus, ſpe-
cioſus formâ,Ieſus,Meſsias,Saluator,ſalus,ſaluta-
re,petra,lapis angularis,conſiliarius,fortis,ſol,di-
lectus,dux,gygas,ſponſus,oriens, princeps pacis,
pater futuri ſeculi,dominus, pontifex, medicus,
Emanuel,Aquila,mediator,fons aquæ viuæ, fru-
ctus terræ,panis vitæ,via,veritas,vita, lux, radix
Ieſſe,velox ſpoliator, & aliis nominibus ſe paſſim
offerentibus iis, qui ſacras attentè ſcrutantur. In-
tueris igitur eundem eſſe Deum ſemper immuta-
bilem,qui populum Hebræorum ad magnam di-
gnitatem adduxit,& ad ſummam ignominiam ab
iecit. Idem eſt ille, qui eum in terra promiſsionis
collocauit,& qui eum in Babylonicam captiuita-
tem coniecit: quibus in rebus Deus & miſericor-
diam ſuam oſtendit & iuſtitiam,ſemper vnus atq;
idem. Qua de re ea poteris videre, quæ ſuprà dixi-
mus capite quinto,verba illa explanantes: Et com
plebo furorem meum.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. XV.

Vtranque partem eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillam. Pro vtraque parte ver-
tit Aquila, duo nouiſſima eius. Symmachus
duas ſummitates eius. Quem ſequitur Pagninus.
Alij vertunt,duas extremitates. Quod in idem re
cidit. Vult ſignificare propheta,Iudæam inſtar li-
gni tres partes habuiſſe,nimirum duo extrema,&
vnũ medium,quod erat Hieroſolyma: quæ partes
omnes inſtar vitis aridę cõiectæ in ignẽ erãt ſimul
abſumendæ. Septuaginta verò interpretes habẽt.
Annuam purgationẽ eius cõſumit ignis,& dimit-
tit in finem. Quorum verborũ hic eſt ſenſus: Quẽ-
admodum aurũ purgatur igne, ita populus Iſraë-
lis afflictione non breui & parui temporis,ſed lõ-
ga & annua. Quæ afflictio ideo eos igne repurgat,
vt ad finem,hoc eſt,ad Deum mittat, qui eſt finis,
ad quem debent dirigi non ſolùm actus noſtri,ſed
mentis cogitationes. Ad hunc finem dirigebat re-

gius vates hymnos ſuos,quibus loco tituli prępo
nebat lamnatſeach,pro quo ſeptuaginta traſtule-
runt εἰς τὸ τέλος,hoc eſt in finē.De eo ait diuus Pau
Rom.10. lus in epiſtola ad Romanos : finis legis Chriſtus
eſt.Hebræi illi Deum offendere conabātur, Deus
autē eos calamitatibus præmebat,vt ſceluſ ſuum
cognoſcentes illud deteſtarentur, ſéque ad domi-
num conuerterent.

Quomodo lignum vitis inter ligna ſyluarum. Pro li-
Oſe. 4. gno eſt in Hebraico: עץ ets , quod ſignificat ido-
lum , vt apud Oſeam : Populus meus in ligno ſuo
interrogauit.Hoc eſt,populus Iſraeliticus ab ido-
lo oracula quæſiuit.Significat crucem,vt apud Ie-
Iere. 11. miam:Mittamus lignum in panem eius.Acſi dice-
Ioan. 6. rent Iudæi:Ponamus crucem in humeris eius,qui
ait ſe eſſe panem vitæ.Accipitur pro incarnata Dei
ſapientia,vt in prouerbiis.Lignum vitæ iis,qui ap
Prou. 3. prehenderint eam.Capitur pro arbore,vt in libro
Gen. 2. Geneſis:Lignum vitæ in medio paradiſi.Et in pſal
Pſal. 1. mo:Erit tanquam lignum,quod plantatum eſt ſe-
cus decurſus aquarum.Hoc eſt,erit vir iuſtus in-
ſtar arboris fœcundæ ſatæ ad vberrimos fontes,
rigatus ſacræ doctrinæ fluminibus , & vberrimos
virtutum fructus producens. Solent diuinæ lite-
ræ homines cum arboribus comparare , vt apud
Infr. 17. Ezechielem;Ego dominus humilians lignum ſu-
blime,& extuli lignū humile. Et hoc loco,vbi per
Matt. 7. ligna & Iudęos intelligit,& gentiles. Et apud Mat
thæum;Omnis arbor,quæ non facit fructum bo
Simile num,excidetur,& in ignem mittetur.Quemadmo
dum ſurculus arboris fructiferæ , inſitus in trun-
co & ſtipite arboris agreſtis eam trahit ad natu-
ram ſuam,vt iam alia folia,& alios fructus ferat,ſic
Chriſti doctrina inſita in anima noſtra ſterili, eam
mutat,& ad ſeipſam traducit & conuertit, vt iam
alia verborum folia, alios virtutum fructus pro-
ducamus. Sed neceſſe eſt vt ramos peccatorum
noſtrorum amputemus,quò in nobis Chriſtus in-
ſeratur : & ita lætiſſimos fructus feremus. Arbor
bona quatenus bona non poteſt malos fructus fer
re,nec mala quatenus talis bonos. Nemo ſimul &
turpibus voluptatibus oblectatur , & cœleſtibus
gaudis perfunditur:nemo ſimul eſt & terum diui
natum contemplationi deditus,& carnis pruden-
Ioan. 15 tiæ intentus,non ſimul miſcentur vera vanis,æter
na caducis,ſpiritualia corporalibus , ſumma imis,
vt pariter ſapias , quæ ſurſum ſunt , & quæ ſuper
terram , vt pariter feras fructum bonum & ma-
lum,vt pariter ſis ſterilis,& fœcundus. Si mūdum
diligis infructuoſus es ,ſi Deum, fructuoſus ; ipſe
enim ait : Qui manet in me , & ego in eo . hic fert
fructum multum. Qui autem virtutis fructum nō
tulerit, dabitur , vt hoc loco ait Ezechiel , igni ad
deuorandum , vt non ſolùm igne calamitatum in
hac vita,ſed igne æternorum cruciatuum in altera
torqueatur.

Argumentum Cap, X VI.

*Enarraturus diuinus vates Iudæorum flagitia , pri-
mùm Dei erga eos beneficia commemorat. Inuehitur in
eorum ingratitudinem,perfidiam,& impiam ſuperſtitio
nem,qui Deo vero contempto, qui in eos ſumma contu-
lerat beneficia,falſos ac commentitios Gentium deos co-
luerunt. Minitatur eis ferrum & flammam , vaticinans
de iuſtis pœnis,quas erunt daturi ſuorum ſcelerum, quæ
indicat eſſe tam grauia , vt eorum comparatione impia
Barbarorum infidelium facinora iuſtificentur. At in fine
capitis aperit myſterium inſtaurationis humanæ per
Chriſtum Deum noſtrum,qui à cœli faſtigio delapſus, ad
terram deſcendens,humanam induit formam , vt homi-
num animos,qui in caligine verſabantur, diuino lumine
luſtraret.*

CAPVT XVI.

ET factus eſt ſermo domini ad A
me dicens. Fili hominis , notas
fac Ieruſalem abominationes
ſuas , & dices. Hæc dicit domi-
nus Deus Ieruſalem.Radix tua , & genera-
tio tua de terra Chanaan:pater tuus Amor-
rhæus,& mater tua Cethæa. Et quando na-
ta es,in die ortus tui non eſt præciſus vmbi-
licus tuus , & aqua non es lota in ſalutem,
neç ſale ſalita,nec inuoluta pannis. Non pe-
percit ſuper te oculus , vt faceret tibi vnum
de his , miſertus tui : ſed proiecta es ſuper
faciem terræ in abiectione animæ tuæ in
die , qua nata es. Tranſiens autem per te
vidi te conculcatam in ſanguine tuo, & dixi
tibi,cùm eſſes in ſanguine tuo,viue. Dixi,in-
quam,tibi in ſanguine tuo,viue. Multiplica-
tam quaſi germen agri dedi te,& multiplica
ta es,& grādis effecta,& ingreſſa es,& perue
niſti ad mundum muliebrem. Vbera tua in-
tumuerunt,& pilus tuus germinauit, & eras
nuda,& confuſionis plena.Et tranſiui per te,
& vidi te,& ecce tempus tuum tēpus aman-
tium. Et expandi amictum meum ſuper te,
& operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi,
ingreſſus ſum pactum tecum , ait dominus
Deus,& facta es mihi. Et laui te aqua , & e-
mundaui ſanguinem tuum ex te : & vnxi te
oleo,& veſtiui te diſcoloribus , & calciaui te
hyacintho,& cinxi te byſſo, & indui te ſubti
libus,& ornaui te ornamento. Et dedi armil- B
las in manibus tuis,& torquem circa collum
tuum,& dedi inaurem ſuper os tuum,& cir-
culos auribus tuis,& coronam decoris in ca-
pite tuo.Et ornata es auro & argento , & ve-
ſtita es byſſo & polymito , & multis colori-
bus:Similam,& mel,& oleum comediſti, &
decora facta es vehementer nimis. Et profe-
ciſti in regnum,& egreſſum eſt nomē tuum
in gentes propter ſpeciem tuam, quia perfe-
cta eras in decore meo , quem poſueram ſu-
per te,dicit dominus Deus. Et habens fidu-
ciam in pulchritudine tua fornicata es in no
mine tuo,& expoſuiſti fornicationem tuam
omni tranſeunti:vt eius fieres. Et ſumens de
veſtimentis tuis feciſti tibi excelſa hinc inde
conſuta , & fornicata es ſuper eis ſicut non
eſt factum,nec futurum eſt.

EXPLANATIO.

Notas fac Ieruſalem abominationes ſuas. Hoc eſt, Eſa. 58. explica populo Iſraelitico, eiíque in memoriam reuoca flagitia ſua. Eodẽ modo dicebat Deus Eſaiæ: Annuntia populo meo ſcelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. Per populum ſuum, & per domum Iacob apud Eſaiam, & per Ieruſalem hîc apud Ezechielem idem intelligit. Vbi aſpicis munus eſſe concionatorum clamare, & populi ſcelera reprehendere. Ideò Chriſtus eos comparat cũ Matt. 5. ſale dicens: Vos eſtis ſal terræ: Et Salomon in Eccleſiaſte: Verba ſapientiũ ſicut ſtimuli. Quẽadmo- Eccl. 12. dum in omni ſacrificio ponebatur ſal, vt eſt Leui- Leuit. 2. tici literis conſignatum, ita in omni concione debet eſſe aliqua reprehẽſio cũ debita proportione. Id intelligens Chryſologus aiebat: Omnium ciborum ſal eſt ſalubre condimentum, niſi deſit menſura: alioquin ſi ſine modo eſt, & ipſe perit, & qđ ſalierit, perdidit: amarat enim nimietas, qđ cõdiret oẽ ſura. Sed ſal non erit, qui ea reprehenderit vitia, Simile quibus ipſe eſt imbutus & inquinatus. Sal cõficitur ex aqua maris, ſed quandiu eſt in mari, non eſt ſal. Oportet egredi è mari, & penetrare terram, vt in foſſis marinis exiſtens radiis ſolis ſuperuenientibus, & flatu aëris ſpirante, aqua illa cõdenſetur, & in ſalem cõuertatur. Mundus hic mare eſt: quãdiu in mundo verſamur, tumidis ſuæ ſuperbiæ fluctibus traditi, æſtibus ſuæ mutabilitatis accedentibus & recedentibus exagitati, amariſſimis ſuorũ ſcelerum vndis ſubmerſi, ſal adhuc non ſumus. Egreſſuri ſumus è mundo, & terram, hoc eſt, nos ipſos penetraturi, noſtrã imbecillitatẽ & miſeriam cõſiderãtes, & ita interueniẽte radio ſolis iuſtitiæ, & ſpirãte diuina gratia, erimus fauore ſplẽdoris diuini illuſtrati, & in ſalẽ admirabilẽ cõuerſi. Et tue in aliorum ſcelera inuehemur, moderatè tamẽ, vt par eſt, ſed exclamantes, & aduerſus crimina præ- Ioel. 2. ſertim aperta vocẽ extollẽtes. Ita enim ait per Ioelem prophetã Deus: Canite tuba in Siõ, vlulate in mõte ſancto meo. cõturbentur oẽs habitatores terræ. Et per Eſaiã: Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta Eſai. 58. vocem tuam. Hoc vult diuina ſcriptura ſignificare, cùm aſſerit præcepiſſe Deum Moyſi, vt faceret Num. 10 duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocaret multitudinẽ, cùm eſſent caſtra mouenda. Incitabatur enim populus illarum ſonitu ad bellum, & ad feſtos etiam dies celebrandos, quibus Deo ſacrificia offerebantur Eodem modo concionator vocare debet peccatores ad amouenda caſtra ſua à mũdo languentem labentémque populum ab errore deducere, & ad decus excitare, dicens cum Eſaia. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus co- Eſai. 55. gitationes ſuas, & reuertatur ad dominum. Et cum Ioanne in Apocalypſi: Fugite populé meus Apoc. 18 de medio Babylonis, ne participes ſitis delictorum eius. Acſi diceret. Amouete & ſeparate vos à rebus mundi caducis & vanis, relinquite eius flagitia, & caſtra veſtra per ſanctam cogitationem, piúmque animi affectum in cœlo collocate. Debet enim euangelicus concionator auditores aduerſus animæ hoſtes præparare, & exemplo ſuo in- Epheſ. 6 citare. Ita diuus Paulus in epiſtola ad Epheſios. Induite vos, inquit, armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus mundi carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. Et in Rom. 13 epiſtola ad Romanos, Induamur arma lucis. Et in 1. Cor. 9. prima ad Corinthios: Ego ſic pugno, non quaſi 2. Cor. 10. aerem verberans. Et in ſecunda: Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum. Et in prima ad Timo- 1. Tim. 1. theum: Hoc præceptum commendo tibi, vt milites in illis bonam militiam. Eſt enim, vt verbis vtar Iob, vita hominis militia ſuper terram. De- Iob. 7. bet itaque prudens concionator auditores ad pugnam inuitare, & eorum etiam animos deſiderio cœleſtis patriæ incendere exemplo Chriſti, & ſanctorum, qui bona illius miris laudibus extulerũt, de quibus ait Paulus in prima ad Corinthios: O- 1. Cor. 2 culus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt ea, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum. Et in epiſtola ad Hebræos: Fe- Hebr. 4. ſtinemus ingredi in illam requiem. In primis tamen dabit operam concionator verbi Dei, vt vitia vituperet, & ex animis auditorum quantum potuerit, radicitus euellat. Quemadmodum pru- Simile dens agricola priùs carduos, ſentes, & venenoſas atque ſylueſcentes herbas ex agris extrahit, & radicitus euellit, & poſteà illis ſemina mãdat, ſic ſapiens doctor priùs vitia extirpare debet, & animos colere atque ex illis pro viribus ſcelera radicitus extrahere, vt illos præparet ad ſatus accipiendos, eáque ſeminet, quæ adulta, fructus vberrimos ferant. Et licèt virtus improbis hominibus videatur horrida & amara, cùm ipſa ſit pulchra & ſuauis, nihil tamen eſt tam aſperum & difficile, quod dicendo non fiat lene & facile, nihil tam obſcurum & incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur. Si hoc ita ſe habet in rebus incredibilibus, quantò magis in rebus certiſſimis, ipſius ſempiternæ veritatis teſtimonio comprobatis? Excitent igitur concionatores populum ad virtutes, & notas ei faciant abominationes ſuas, quemadmodum hoc loco Deus Ezechieli illius temporis concionatori faciendum præcepit. Accipitur hîc Hieroſolyma pro habitatoribus eius metonymicôs, vt apud Matthæum: Ieruſalem Ie- Mat. 23. ruſalem, quæ occidis prophetas.

Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Id eſt, origo tua & patria tua eſt terra Chanaan: ex qua velut è radice prodiuiſti. Nã in regione illa habitauit Abraham, ibi natus eſt filius eius Iſaac, & Gen. 12. 17. 21. nepos eius Iacob pater duodecim patriarcharum. 25. 33.

Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Hoc eſt, tanta eſt iniquitas tua, vt videaris genita ex parentibus infidelibus, omniúmque ſcelerum collunione contaminatis. Amorrhæi & Cethæi fuerũt immanitate Barbari, à veri Dei cultu penitus alienati, & incredibilibus flagitiis polluti. Harum nationum vocat Deus filiam ſynagogam Iudæorum, non quòd ita eſſet per naturã, ſed per imitationẽ. Matt. 3. Eodẽ modo phariſæos appellat Chriſtus genimina viperarum. Et gloriãtibus illis ſe patrẽ habere Ioan. 8. Abraham dixit: Vos ex patre diabolo eſtis. Eũ locũ explicans Cyrillus, ait: Cõſuetudinis eſt ſacræ ſcripturæ ex imitatione vel ſimilitudine filios appellare, vt hic. Quia enim Iudæi imitati fuerant iniquitates Amorrhæorum, & Cethæorum, inde parẽtes

eos

eos habuiſſe dicuntur, de quibus per ſcelerũ pro-
paginem naſceretentur, & eum quibus pro ſimili
ſcelere dãnarẽtur Hæc ille. Vides igitur quemad-
modum dominus Iudæorum gloriam inanẽ illam
& inutilem confregit, qui ſe vanè iactabant ab A-
brahamo omni ſapientia & virtute præſtanti ge-
Simile nus ſuum ducere. Quid prodeſt riuulo fluere ex
puro & ſalutari fonte, ſi ipſe eſt ſpurcitia plenus,
corruptus, & omni ex parte cõtaminatus? Eodem
modo quid prodeſt filio nobilitas patris, & ſtẽma
maiorum, ſi ipſe eſt vitijs omnibus imbutus, & ve-
neno flagitiorum infectus? Qui nõ eſt ob facta ſua
cognitus, qui ex operibus ſuis nulla eſt laude cele-
bratus, quam claritatem & nominis amplitudinẽ
putat adipiſci, ſi aliorum res geſtas, & præclaras
Simile virtutes ſibi iactabundus arroget? Quemadmodũ
AEſopicus graculus pulchris aliarum auium plu-
mis indutus, pulchritudinem ſibi vanè aſſumebat,
ſed exutus mãſit irriſus, & propria nigredine affe
ctus, cùm quælibet auiũ ſuã ab eo pennã ſuſtuliſ-
ſet, ſic qui maiorum ſuorum rebus præclarè geſtis
gloriantur, aliorũ bonis ſeſe venditant, & nobilita
tem alienam ſibi vſurpant, cùm nulla ſint propria
virtute muniti, exuunt ignominioſe in foro aliena
indumenta. Et, vt verbis vtar Horatij. moueat cor
nicula riſum, furtiuis nudata coloribus. Illuſtriũ
eſt propriis virtutibus & rebus geſtis florere, quã
maiorum opinione niti. Ex terra fertili producitur
aliquando cicuta venenoſa, & ex terra ſterili naſci
tur pretioſum aurũ. Qui maioribus ſuis honeſtate
propria prælucent, vt ſi priùs noti non fuerint, ab
illis accipiãt initiũ memoriæ ſuæ, ſunt magnis lau
dibus efferendi: contrà verò qui vita turpiter acta
magnas ſuis obfundunt tenebras, vt etiã ſi nobili-
tate floruerint, veniãt in obliuionẽ, ſunt acriter vi
tuperandi. Si filij Abrahæ eſtis, dicebat Chriſtus,
Ioan. 8. Iudæis ſtirpe ſua gloriãtibus, opera Abrahæ facite,
Erant quidẽ illi natura filij Abrahæ. ſed imitatio-
ne filij Amorrhæi & Cethæi, Amorrhæi & Cethæi
terrã illam Chanaan quõdam coluerant, & Iudæi
eorum impietatem imitari voluerunt. Poteris per
Iob. 14. Chanaan mundum intelligere, Chanaan enim idẽ
Sap. 4. eſt quod cõmutatio, & mundus nunquam in eodẽ
ſtatu permanet: Amorrhæus, qui amarum ſonat,
diabolus eſt, cuius inuidia mors intrauit in orbẽ
Ioã. 12. terrarum: qui imitatione pater dicitur impiorum,
14. Huius domus eſt mundus, cuius ille princeps ap-
pellatur. Hæc eſt domus illa, de qua dicitur in pſal
Pſal. 44 mo: Obliuiſcere populũ tuũ, & domum patris tui,
Acſi dicat ſpõſus ſponſæ ſuæ, hoc eſt Chriſtus ani-
mæ ſibi deuotę: Transfunde in me omnẽ amorem
tuum, omniáq; illa deleat obliuio, quæ anteà vanọ
proſequebaris affectu. Obliuiſcere populũ impio-
rum, excidat tibi ex animo memoria mundi, qui
eſt domus Amorrhæi, quõdam patris tui. Cethæa,
quæ ſonat confractam, affectio eſt corrupta, quæ
hominem cõſtringit, & intra ſeipſum variis appeti
tibus conſcindit, ex qua perturbationes prorè in-
Simile finitæ dimanãt. Vt enim ex luna, vt ex philoſopho
rũ ſentẽtia cõſtare videmus, procedũt maris æſtus,
& perpetui fluctus, & procellæ, ſic ex deprauata af
fectione prodeunt animi cõmotiones, cõtentiones
impiæ cupiditates, & turbidi inquietudinum flu-
ctus. Hanc Cethæam improbi homines ſequun-
tur, quam ob cauſam eius filij vocantur.

Non eſt præciſus vmbilicus tuus. Solẽt obſtetrices
præſcindere vmbilicum infantulis naſcẽtibus, eo-
rum corpuſcula repurgare à ſanguine & ſordibus
aqua tepida, vt facilè eorũ membra cõponãtur: &
cutem ſale ſolidare, & pannis inuoluere. Cõparans
autem Deus ſynagogam cum infantula nuper na-
ta ait omnia hæc ei defuiſſe, ſed ipſum eam vt in-
fantulam expoſitã & eiectã, iacentem in terra ſuo
ſanguine inuolutam, & pedibus conculcatam eri-
puiſſe, & nutriuiſſe, & in magna dignitate collocaſ
ſe. Iacebat populus Iudaicus in AEgypto abiectus
& contemptus, & Deus eum inde mirabiliter eri-
puit, & ſanctis legibus, atq; inſignibus victorijs de
infidelibus reportatis, aliíſq; immortalibus bene-
ficiis illuſtrauit, & ad ſummã amplitudinẽ perdu-
xit. Cæterùm negatione exciſionis vmbilici ſigni-
ficat propheta populum illum non fuiſſe penitus
ab idolorũ cultu ſeparatũ. nã ſtatim poſt tranſitum
maris rubri coluit vitulum, & impiis Gentium ſu
perſtitionibus ſæpenumero adhæſit. Dicẽs nõ fuiſ- Exo. 32.
ſe ſynagogam lotam aqua, ſignificat eius duritiem
quæ inſignes flagitiorum maculas & ſordes ani-
mo conceptas lachrymarum abundantia nõ dele-
bat. Dicens non fuiſſe ſale conditam, Innuit fuiſſe
multoties ſalutari ſapientia deſtitutam, quia ipſa
eam repellebat. Etſi enim aliqui eſſent ex Iudæis
ſapientia & charitate præſtantes, frequens tamen
populus ſæpenumerò in errores incidebat. Dicens
non fuiſſe indutam pãnis, indicat fuiſſe ſæpe virtu
tum indumentis nudatam. Poteris per negationẽ
præciſionis vmbilici Iudæorum incontinentiam
intelligere, iuxta id, quod de fœmina dicitur in li- Iob. 40.
bro Ioh: Virtus illius in vmbilico vẽtris eius. Per
lotionem aquæ baptiſmum, quem Iudæi recipere
noluerunt. Per veſtem charitatem, de qua ait Eſa- Eſai. 52.
ias: Induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem. Et
diuus Paulus: Induimini dominum Ieſum Chriſtũ, Rom. 13.
Et diuus Ioannes in Apocalypſi: Mulier amicta ſo Apoc. 12
le, & luna ſub pedibus eius. Hic ſol Chriſtus eſt,
ſol iuſtitiæ, Deus noſter,

Non pepercit ſuper te oculus. Offenſo à te Deo non
inueniebatur, qui te oculo pietatis aſpiceret, vt in
te aliquod ex iis beneficijs conferret,

In abiectione animæ tuæ. Ideſt, in contemptu vitæ
tuæ. Ac ſi dicat: Eras penitus ſpreta.

Tranſiens autem Loquitur ſcriptura de Deo mo-
re hominis tranſeuntis, qui videns infantulam eie
ctam & expoſitã in via miſeretur eius, cùm tamen
Deus nõ moueatur de loco ad locũ: ipſe enim ait:
Ego dominus & nõ mutor. Fortaſſe alludit hoc lo Malac. 3
co Deus ad verba illa Exodi: Trãſibit enim domi-
nus percutiẽs AEgyptios: cũq; viderit ſanguinẽ in
ſuperliminari, & in vtroq; poſte, trãſcendet oſtiũ Exod. 12
domus. Sed aduerte. Si Deus tot beneficia cõfert
tranſiens, quid faciet ſedens? Vide quid dicat euã-
gelium: Cùm trãſiret inde Ieſus, vidit hominẽ ſe- Matt. 9.
dentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi:
Sequere me. Trãſibat, & hominẽ oculis miſericor-
diæ ſuæ aſpiciens, eum vocauit.

Vidi te. Subaudi oculis pietatis.

Viue. Non ſolùm loquitur de vita naturæ, ſed e-
tiam gratiæ.

Multiplicatam. Ideſt, auctam prole, opibus, & di-
gnitatibus.

Ingreſſa es, & perueniſti ad mundum muliebrem. Id
eſt, acceſſiſti ad ætatem, qua ſolent puellæ nubiles
ornari. Mundus muliebris eſt ornatus fœminarũ ve-
luti

Inti ſpeculum, inaures, anuli, armillæ, gemmę, monilia. Senſus eſt: fuiſti infantula eiecta, & pauperrima, ſed meo beneficio creuiſti, & perueniſti ad annos pubertatis, quando iam puellæ maturæ viro ſolent ornamentis muliebribus muniri. Et facta es nobilis, & verſata es in omnium ore cum gloria & dignitate: & duxi te in ſponſam. Et tu me relicto, à quo innumera acceperas beneficia, multa commiſiſti adulteria, adhærens idolorum cultui. Quot enim Deos coluiſti, tot adulteria perpetraſti. Hac metaphora explicat Deus ſuam erga ſynagogā pietatem, eiúſque erga eum ingratitudinem. Symmachus habet: Perueniſti ad ornamentum mulierum. Pagninus: Ingreſſa es ad ornamentum ornamentorum.

Et eras nuda. Hoc ideò ait, vt intelligant Iudæi à Deo fuiſſe omnino bona, quæ habuerunt. Nudi
1.Cor.7. erant, ſed Deus eos induit virtutibus, & bonis ſpiritus, & corporis. Quid habes, inquit Paulus, quod non accepiſti?

Tempus tuum tempus amantium. Quando puellæ ſolent amatoriis leuitatibus deliniri. Veneras ad ætatem nuptiis aptam.

Expandi amictum meum ſuper te. Hoc eſt, te nudam texi pallio meo.

Et iuraui tibi. Id eſt, iuraui meipſum eſſe te ducturum: & inij tecum fœdus.

Et laui te. Eras ò ſynagoga contaminata ſanguine, hoc eſt, contaminata peccatis, & ego te ablui ab illis. Capi ſanguinem pro peccato indicat Da-
Pſal.50. uid, dicens: Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ. Ita appellat cædis & adulterij ſcelera deteſtabilia, quæ cōmiſerat, cùm ſtuprū Berſabeę, eiúſq; viro mortē tulit. Aqua hæc, qua Deus lauit ſynagogam, eſt infuſio Spiritus ſancti. Ita enim ait
Ioan. 7. Chriſtus apud Ioānē: Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina aquæ viuæ de vētre eius fluent. Interpretās aūt euangeliſta, quid per hanc aquā ſignificaretur, ait: Hoc aūt dixit de ſpiritu, quē accepturi erāt credētes in eū. Vel laui te aqua, hoc eſt, ſciētia legis, dās tibi ſacrā ſcripturā. Accipi aūt a-
Eccl. 15. quam pro legis ſapiētia indicat Eccleſiaſticus, dicens: Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illū. Vel laui te aqua, id eſt, afflictione, in quā ſignificationem accipitur à pſalmographo dicente: Intrauerunt a-
Pſal.68. quæ vſque ad animam meam. Et iterum: Libera me de aquis multis.

Pſa.143. *Vnxi te oleo.* Subaudi gratiæ meæ. Oleum lætitię eſt diuina gratia, vt in pſalmo. Vnxit te Deus, De⁹
Pſa.44. tuus oleo lætitiæ præ cōſortibus tuis. Quem locū diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos de Chriſto
Hebr. 1. interpretatur: qui ſecundum humanitatem habet participes, quorum ipſe caput eſt, quibus gratiam impertit, quam pręomnibus habet opulētiſſimā. At ſecundum diuinitatē tales participes nō habet cùm Deus ſit, & Deus vnus ſolus ſit. Etſi in diuinis tres ſunt perſonę, tamen vna eſt eſſentia, vna diuinitas, vna ſubſtātia. Vel ſic: Cùm eſſes in AEgypto inter barbaros & immanes homines nutrita, eras etiā immanitate affecta, à qua ego te abduxi, vngēs te oleo pietatis & miſericordiæ, vt eſſes mitis & lenis, eſſetq; humanitas tua omnibus perſpecta & explorata. Oleū enim pro miſericordia ſępe accipitur: ſuperfertur nanq; cęteris liquoribus, atque ſupernatat: ita miſericordia ſupereminet Dei operibus, & plus cæteris in homine eluceſcit. Ita intelligitur locus ille Pſalmiſtæ: Et miſerationes Pſalm.
ſuper omnia opera eius. Ideò dicebat idē prophe- 144.
ta: Impingnaſti in oleo caput meū. Vbi Didymus Pſal.22.
ait accipi caput pro mente. Et tunc eſt ſenſus: Tu domine animam meam oleo miſericordiæ pinguem feciſti. Quemadmodum oleum lucē nutrit, Simile
& faciem exhilarat, ſic miſericordia lumen animi fouet, & alios reficit, & lætificat. Eam ob cauſam præcipiebat Deus, vt altare holocauſti, & omnia vaſa oleo cōſecrarentur: vult enim, vt omnia opera noſtra miſericordia condiantur. Reddens Chri- Exo.40.
ſtus cauſam apud Matthęū, cur iuſti cœleſtē gloriā cōſequantur, opera miſericordiæ connumerat. Id Mat.25.
voluit diuina ſcriptura ſignificare, quando ait fe- 3. Re. 6.
ciſſe Salomonem in ingreſſu oraculi duo oſtia de lignis oliuarum. Oraculum illud, & ſanctū ſanctorum figura erat cœleſtis patriæ, vt aſſerit in epiſto Hebr.9.
la ad Hebræos diuus Paulus. Portæ autem, quibus ad illā ingredimur, opera miſericordię ſunt in charitate conflata: quæ ideò oliuarum dicūtur, quia per oleum & oliuā miſericordia ſignificatur. Quo oleo Deus hoc loco ait ſynagogam olim vnxiſſe. Quidā ita hunc locum interpretantur: Laui te aqua in baptiſmo, & mundaui te à ſanguine peccatorū, & vnxi te oleo chriſmatis. Tūc ornata fuiſti auro gratiæ, & argento præclaræ famæ, & virtutū ornamentis ac monilibus decorata: quibus gloriā cōſequeteris æternā. Hæc ſunt beneficia, quę Chriſtus Deus noſter contulit in Hebræos, quæ nonnulli ex illis acceperunt, etiam ſi plerique ea contempſerunt, & pro nihilo putarunt.

Veſtiui te diſcoloribus. Id eſt, veſtibus acu pictis. Ac ſi diceret: Ego te indui variis virtutū ornamētis. De eccleſia dicitur in pſalmo: Omnis gloria e- Pſal.44.
ius filiæ regis ab intus, in fimbris aureis, circū amicta varietate: vbi per aurū & pretioſas ac varias veſtes præclaræ, multæ, ac variæ virtutes ſignificantur. Vel per hos varios pannorū colores intellige cortinas tabernaculi, quæ erāt pluribus coloribus ornatæ, & per partē totum tabernaculum, vt ſit ſynecdoche figura, veluti quando ait ſcriptura diui-
na: Erant omnes animæ eorum, qui egreſſi ſunt de Exod. 1.
fœmore Iacob, ſeptuaginta, vbi capitur anima pro homine, pars pro toto. Et aliquando caro pro toto
homine, vt Verbum caro factum eſt. Vult Deus ſi Ioan. 1.
gnificare dediſſe ſynagogæ poſt cultum vituli con Exo.40.
flatilis tabernaculum fœderis & reconciliationis.

Et calciaui te hyacintho. Id eſt, dedi tibi calceamenta ex hyacintho pretioſo. Quaſi dicat: Calcia-
ui te pace. De iis calceis ait diuus Paulus in epi- Ephes.6.
ſtola ad Epheſios: Et calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Qui habet pacem calciatus eſt: ſed pax hæc debet eſſe Dei, non mundi: pax cum virtute, non cum vitio. Ideò non ait: Calciaui te coriis animalium mortuorum, nam talia calciamenta pacem mundi, & amorem rerum caducarum ſignificant, ſed hyacintho pretioſo cœlum quodammodo referente. De calceamentis
mortuorum animalium dicebat Deus: Solue cal- Exod. 3.
ciamentum de pedibus tuis. Hoc eſt, ſolue mortiferas cogitationes ab affectibus tuis: aufer à deſideriis tuis, ab anima tua labes mortuorum peccorum, crimina mortem animæ inferentia. Per pedes, quibus corpus mouetur, intelliguntur affectus, quib⁹ anima ambulat, & mouetur. Eā ob cauſam dicebat Chriſt⁹ diſcipulis ſuis: Nolite portare

calceā

calceamenta. Nõ enim hoc ſolùm de pedibus cor-
poris intelligitur, ſed etiam de animæ affectibus.
Probibebat Deus illis animalium mortuorũ, non
autem hyacinthi calceamenta. Vel accipitur hîc
Luc. 10. calceamentum hyacinthi pro toto ornamento ſa-
cerdotis: erat námq; hyacinthus in veſte ſacerdota
Exod. 28 li, vt patet ex libro Exodi. Et tunc eſt ſenſus: Dedi
tibi veſtes ſacerdotales, & ſacerdotes, qui pro po-
pulo funderẽt ad me preces. Hyacinthus eſt gem-
ma colorẽ habens amethyſto nõ abſimilẽ, hoc eſt,
rubeum. Capitur etiã pro flore quodam, quem ap
pellant violam purpurei, ſeu ſub obſcuri coloris.
Philo Platonicus ait per hyacinthum ſignificari
cœlum, ſeu cœleſtia. Ideò poteſt eſſe ſenſus, vt di-
cat Deus, In pedibus tuis, in affectibus animæ tuę
poſui cœleſtia, quæ cogitares, ad quæ aſpirares,
quorũ amore incẽdereris. Fortaſſe per calceamina
hyacinthina intelligit calceos colore hyacinthino
affectos. Sũt tamen nõnulli qui per hyacinthũ hoc
loco nec gẽmam intelligant, nec florem, nec colo-
rem, ſed coriũ taxi: eſt autem taxus animal quod-
dam ſylueſtre, infeſtum aluearibus, cuius pellem
aiunt eſſe ad calceos accommodatiſſimam: quod à
Luſitanis appellatur texugo.

Cinxi te byſſo. Hoc eſt, præcinxi renes tuos zona
byſsina. Quaſi dicat dedi tibi caſtitatem. Iuxta il-
Luc. 12. lud: Sint lumbi veſtri præcincti.

Indui te ſubtilibus. Dedi tibi acutiſſimum intel-
lectum: Quidã per byſſum & ſubtilia intelligũt ve
Exo. 28 ſtes pontificis, quæ erant ex byſſo ſubtiliter con-
fectæ: vt patet ex libro Exodi.

Dedi armillas in manibus tuis. Per armillas in ma-
nibus intelliguntur bona opera. Seruus Abrahæ
Gen. 24 inueniens Rebeccam ad fontẽ, aquam haurientẽ,
eámque tribuentem hominibus & camelis, dedit
ei armillas brachiorum & inaures. Et hæc fuit ſpõ
Luc. 1. ſa Iſaac filij domini ſui. Miſſus eſt Gabriel angelus
à Deo patre ad quærendã ſpõſam filij ſui Iſaac, &
inuenit eã largientẽ aquas, hoc eſt gratiam impe-
trantẽ, eámq; inter homines & camelos hoc eſt in-
ter iuſtos & peccatores diuidente. Inuenit prope
fontẽ diuinæ bonitatis diſpenſatricẽ gratiæ, per a-
Eſai. 12. quam illã ſignificatã de qua dixerat Eſaias: Haurie
tis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris, de qua
Ioan. 4. dicebat Chriſtus: Aqua, quã ego dabo, fiet ei fons
aquę ſalientis in vitam ęternam. Et in Apocalypſi:
Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Hæc
Apoc. 21. virgo ſacratiſſima fuit ſponſa & mater Chriſti, ve-
ri illius Iſaac, qui humeris tulit lignum, quo erat
immolandus. Hæc eſt gratiæ impetratria, cui debe
mus offerre brachialia & inaures: hoc eſt, opera &
preces.

Gen. 22 *Et torquem circa collum tuum.* Per torquem circa
collum ſignificatur abſtinentia, per monile ſuper
os ſilentium, per circulos auriũ preces, & auditus
verbi Dei, per coronã decoram in capite victoria
aduerſus vitia, & præmiũ virtutis. Sed omnia hæc
Eſai. 3. amiſit ſynagoga ob ſuorum ſcelerum magnitudi-
nem; vt eſt apud Eſaiam capite tertio.

Et ornata es auro & argento. Id eſt, charitate &
eloquentia. Eſt enim charitas aurum illud, de quo
Apoc. 3. ait Deus apud Ioannem in Apocalypſi: Suadeo ti-
bi emere à me aurũ ignitum, probatum, vt locu-
1. Reg. 2. ples fias. Eloquentia autẽ eſt nũmus ille argenteus
Deo oblatus, de quo loquebatur Deus libro 1. Re-
Num. 10 gum: & tuba argentea ductilis, de qua agitur li-
bro Numerorum decimo.

Veſtita es byſſo & polymito. Pro quo anteà dixerat:
Cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus. Veſtis poly-
mita eſt variis coloribus affecta. Dicitur polymi-
ta, id eſt multis liciis cõtexta. Tali veſte indutus e- *Gen. 37.*
rat Ioſeph, vt in Geneſi proditum eſt memoriæ.

Similam & mel. Simila eſt flos farinæ triticeæ.
Hoc eſt, dedi tibi rerũ omniũ abundantiã, non ſo-
lùm earum, quæ pertinent ad veſtiũ ornamentũ,
ſed earum quæ pertinent ad victũ, & delicatas e-
pulas. Omnia tibi in terra promiſſionis affluenter
ſuppeditaui.

Et profeciſti in regnum. Fuiſti in regnum conſtitu
ta, habens reges ditiſſimos & potentiſſimos, Da-
uidem, Salomonem, & alios.

Et egreſſum eſt nomen tuum in gentibus. Id eſt, fama
tua per omnes orbis oras vagabatur. In omni ho-
minũ cœtu celebrabatur. In omnibus regionibus
verſabatur nominis tui gloria & amplitudo. Nulla
erat natio, quæ nõ admiraretur pulchritudinẽ tuã, *4. Re. 11*
quæ de tuis rebus conticeſceret. Regina Saba ve-
nit è regno ſuo Hieroſolymam viſum celſitudinẽ
& ſapientiã Salomonis, vt eſt literis diuinis cõte-
ſtatum. Et de populo Iſraëlitico dixit diuina ſapiẽ-
tia: Et radicaui in populo honorificato & in par- *Eccl. 24*
tes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſan-
ctorũ detentio mea. Tãti æſtimabatur Salomonis
ſapientia, vt eius epiſtolæ ad regem Tyri ſcriptæ
ſeruarentur à Tyriis etiam tempore Flauij Ioſe-
phi, vt ipſe aſſerit libro primo aduerſus Apionem
Grammaticum.

Fornicata es in nomine tuo. Coluiſti varia idola,
expoſita es omnibus idololatrię generibus, & hoc
vinoſitate tua, ea nomine tuo, nõ autem ex nomi-
ne meo: tu ita voluiſti, non autem ego. Vel ea no-
mine tuo, id eſt, propter famam tuã, qua gloriaba-
ris. Fiducia tuæ pulchritudinis & celebritatis te
extulit, & vt me relinqueres atq; cõmentitios Gẽ-
tiũ deos adorares, excitauit. Aſpice, quã periculoſa
ſit pulchritudo, & vana numinis celebritas, ac fal-
ſa mundi gloria. Loquor de corporis pulchritudi-
ne, qua multi efferũtur, ſed vanitate decepti, ruunt *Prou. 31*
præcipites in exitium ſempiternũ. In prouerbiis
ait Salomon: Fallax gratia, & vana eſt pulchritu-
do. Diuus Auguſtinus ita ait: Pulchritudo bonum
Dei donum noſtro abuſu fit malum. Ouidius pri-
mo Faſtorũ: Faſtus ineſt pulchris, ſequitur ſuper-
bia formã. Et alibi: Lis eſt cum forma magna pu-
dicitiæ, Iuxta Socratis ſententiã, pulchritudo eſt
modici tẽporis tyrãnis. Et iuxta Theophraſtũ eſt
tacita deceptio. Euripides in Helena, pulchritu-
do, inquit, res infelix eſt. Petrarcha lib primo de
remediis vtriuſq; fortunæ, corporeã pulchritudi-
nem appellat velum oculis, laqueum pedibus. vi-
ſcũ alis, vt nõ facilè vera diſcernat, nec virtutẽ ſe-
quatur, nec in altũ poſſit animo volare. Et paulò
pòſt eã ait eſſe hoſtẽ domeſticum, raptorem quie-
ris, materiam laboris, tormentum libidinis. Diuus
Hieronymus amorẽ corporeæ pulchritudinis ait
eſſe obliuionem rationis. Proclus Platonicus lib.
de anima. Animæ, inquit, quæ ob peruerſam edu-
cationem à ſuperno munere decidunt, in ſimula-
cra pulchra incidentes, propter veræ pulchritudi
nis ignorantiam corporeas formas admirantur &
depereunt. Et Satyricus ait: Rara adeò eſt con-
cordia formæ atque pudicitiæ. Hæc corporea
pulchri-

pulchritudo, & hie exterior ornatus pepererunt
Hebræis vanitatem & ſuperbiam, quibus tumidi
& elati à deo ſuo defecerunt,& freti fama & nomi
nis célebritate à vulgi opinione pendente,falſiſque
honoris ſpecie decepti,ſe penitus deformarūt, at-
que omnibus veræ nobilitatis ornamētis deſtitu-
ti,in ſummam ignominiam inciderunt.

Expoſuiſti fornicationem tuā omni tranſeunti. For-
nicatio in diuinis literis accipitur ſæpe pro receſ-
Iere. 3. ſione à deo,& idolorum cultu,vt apud Ieremiam:
Tu fornicata es cum amatoribus multis.Et paulò
pòſt:Nūquid vidiſti,quid fecerit auerſatrix Iſrael?
Abiit ſibimet ſuper omnē montem excelſūm, &
ſub omni ligno frondoſo,& fornicata eſt ibi. Hoc
ideo ait,quia in móribus excelſis,& ſub lignis frō-
Pſal.72. doſis erant ſtatuę idolorum collocatæ. Et pſalmo-
graphus:Perdidiſti omnes,qui fornicantur abs te.
Igitur exponere fornicationem ſuam omni tran-
ſeunti, eſt omnes falſos Deos admittere, omnia
idola colere,nullam impiam ſuperſtitionem repu-
diare. Hoc fecerunt Iudæi,cum deus illis cultum
Exo.20. idolorum frequenter prohibuiſſet: vt Exod. 20.
Leu.19. Leuit.19.Deuteronomio 4.Eſai.40.Iere.2.& aliis
Deu. 4. in locis,quos numerarē,niſi innumerabiles eſſent.
Eſa.40. Fides efficit inter Deum & animam matrimoniū,
Ierem.2 vt apud Oſeam: Sponſabo te mihi in fide. Sed
Oſe.2. charitas illud conſummat,iuxta id,quod ait diuus
1.Cor.6. Paulus:Qui adhæret Deo,vnus ſpiritus eſt. Fides
enim, qua gloriam æternam adipiſcimur, ea eſt,
Gala.5. quæ vt ait idem Apoſtolus, per charitatem opera-
tur. Fides eſt caſtitas mentis, & auerſio à fide a-
dulterium.

Vt eius fieres. Id eſt,vt idolo illi ſeruires.Quidam
vertunt:Cui erat deſiderium tuum. Acſi diceret:
Planè proſtituiſti te omnibus idolis, quorum de-
ſiderio flagrabas.

Feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta. Id eſt, lectos
& cubilia, ſiue lupanaria ex multis pannis confe-
cta.Septuaginta habent:Feciſti tibi idola conſuta.
Poteſt verti: Feciſti tibi altaria pannis variorum
colorum ornata.

Et tuliſti vaſa decoris tui de auro meo &
argento meo, quæ dedi tibi: & feciſti tibi
imagines maſculinas, & fornicata es in eis.
Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, &
operuiſti illas, & oleum meum, & thymia-
ma meum poſuiſti coram eis,& panem meū
quem dedi tibi,ſimilam,& oleū,& mel, qui-
bus enutriui te,poſuiſti in conſpectu eorum
C in odorem ſuauitatis. Et factum eſt ait do-
minus Deus,& tuliſti filios tuos & filias tuas
quas generaſti mihi, & immolaſti eis ad de-
uorandum. Nunquid parua eſt fornicatio
tua? Immolaſti filios meos, & dediſti illos
conſecrans eis. Et poſt omnes abominatio-
nes tuas & fornicationes non es recordata
dierum adoleſcentiæ tuæ, quando eras nu-
da & confuſione plena, cōculcata in ſangui-
ne tuo. Et accidit poſt omnem malitiam
tuam,væ, væ tibi, ait dominus Deus. Et ędi-
ficaſti tibi lupanar,& feciſti tibi proſtibulum
in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædi-
ficaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abomi-
nabilem feciſti decorem tuum. Et diuiſiſti
pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti
omnes fornicationes tuas. Et fornicata es
cum filiis Aegypti vicinis tuis magnarum
carnium, & multiplicaſti fornicationem tuā
ad irritandum me. Ecce ego extendam ma-
num meam ſuper te,& auferam iuſtificatio-
nem tuam. Et dabo te in animas odientium
te filiarum Palæſtinarum:quæ erubeſcunt in
via tua ſceletata. Et fornicata es in filiis Aſ- D
ſyriorum, eò quòd necdum fueris expleta.
E poſtquam fornicata es,nec ſic es ſatiata,&
multiplicaſti fornicationem tuam in terra
Chanaam cū Chaldæis, & nec ſic ſatiata es.
In quo mūdabo cor tuum,ait dominus deus
cum facias omnia hæc opera mulieris mere-
tricis & procacis.

Et tuliſti vaſa decoris tui. Hoc eſt vaſa ſacra cul-
tui diuino dedicata. Vel inaures, armillas, catenu-
las,& alia pulchra monilia,quibus ornabaris.

Et feciſti tibi imagines maſculinas. Permanet in
metaphora meretricis, quæ cum viris alienis co-
pulatur. Senſus eſt: Ex auro & argento, & monili-
bus,quę tibi impertiui,conflaſti idola,quæ me re-
licto adorares. Eodem modo per Oſeam prophe- Oſe. 2.
tam dicebat Deus: Argentū multiplicaui ei,& au-
rum,quæ fecerunt Baal. Sunt qui exiſtiment has
imagines maſculinas fuiſſe idola Priapi,quæ mul-
tis in locis colebātur. Vnde libro Regū tertio ſcri-
ptū legimus Aſam regem amouiſſe matrē ſuam, 3.Reg.
ne eſſet in ſacris Priapi princeps. Hanc imaginem 15.
turpis idoli, & alias huiuſmodi faciebāt Iudæi ex
diuitiis, quas illis dominus ſuppeditabat. Tales
ſunt illi, qui opes ſuas vanè ac turpiter conſumūt
& quod ad Dei gloriam, ſuámque ſalutē domino
concedente obtinuerant, in Dei vituperiū,ſuámq;
perniciem conuertunt. Qua de re ea poteris vide
re quæ ſuprà fuſè diximus, verba illa ſeptimi capi-
tis explanantes: & Ornamentum monilium ſuo-
rum.

Oleum meum, & thymiama meum poſuiſti coram eis.
Obtuliſti idolis ea, quæ mihi offerre debebas. In Exo.25
templo Dei offerebatur oleum ad nutriēdum ignē Exo.27
lampadarum, & thymiama in altare incenſi ad o- Exo.30.
dorem emittendum. Et hæc offerebant Iudæi Leui.16.
Gentium idolis.

Et immolaſti eis ad deuorandum. Hoc eſt,immola-
ſti idolis filios tuos, vt igne deuorarentur,& incē-
dio combuſti è vita migrarent. Vide Iudæorum
ſtultitiam,qui filios proprios morti tradebant, vt
placerent idolis Id dixerat iis verbis regius vates:
Immolauerunt filios ſuos,& filias ſuas dæmoniis, Pſa.105
effuderunt ſanguinem innocentem,ſanguinem fi-
liorum ſuorum,& filiarum ſuarum,quas ſacrifica-
uerunt ſculptilibus Chanaan. Et quamuis in ho-
norem multorum idolorum filios trucidarūt, hoc
præſertim faciebant in honorem Moloch,in cuius
conſpectu eos comburebant. Aiunt ſtatuam Mo-
loch fuiſſe æream, in cuius concauitate accende-
batur ignis,qui exibat per eius foramina: & pone-
batur puer in manibus ſtatuæ,vbi cremabatur. Et

ne parentes pueri lamenta eius audirent, percutiebant ſacerdotes tympana, quam ob cauſam locus ille appellabatur Tophet, hoc eſt tympanum. O inſaniam deteſtabilem, ô crudelitatem inauditam, ô ingratitudinem erga Deum omni lachrymarum affluentia deplorandam!

Eſai. 1. *Immolaſti filios meos*. De quibus apud Eſaiam ait: Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Septuaginta habent: Filios tuos.

Adoleſcentiæ tuæ. Quando eras in Aegypto plena opprobriis,

Et accidit poſt omnem malitiam tuã, væ, væ tibi. Hoc eſt, primum verſata es in magna miſeria, poſtea fuiſti conſtituta in magna gloria: nunc autem accidit, vt propter malitiam tuam in priſtinam incideres ignominiam. Vel ſic: Duplex væ, duplex pœna tibi accidit propter ſcelera tua, nimirum temporalis & æterna. Vel altera ab Aſſyriis, altera à Chaldæis.

In cunctis plateis. Exaggerat Iudæorum idololatriam.

Fornicata es cum filiis Aegypti. Id eſt, nullum fuit idolum, quod non coleres. Hoc ait, quia nulla erat natio, quæ plura idola haberet, quàm Aegyptus.

Extendam manum meam ſuper te. Hoc eſt, te caſtigabo.

Et auferam iuſtificationem tuam. Hoc eſt, auferam à te legem tuam: Accipi iuſtificationem pro diuina lege eſt in literis diuinis admodum frequens: vt
Pſa. 104 in pſalmo: Dedit eis regiones Gentium, & labores populorum poſſederunt, vt cuſtodiant iuſtifica-
Pſa. 118. tionem eius. Et rurſum: Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ. Acſi diceret Cantiones meæ erant leges tuæ. Appellat Deus legem ſuam Iudæorum legem quia illis data fuerat: ſed quoniam ea intemperanter abuſi ſunt, abſtulit eam Deus ab
Mat. 21. illis. Ita dixerat illis Chriſtus Deus noſter: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti
Gen. 3. fructus eius. In libro Geneſis ſunt hæc verba literis mãdata: Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. Ex Iapheth deſcendunt Gentiles, ex Sem Iudæi. Et quoniam Gentilitas multò maior futura erat, quã populus Iudaicus, voluit deus, vt per Iapheth ſignificaretur, ſignificat enim Iapheth latitudinem. His igitur verbis: Dilatet deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, innuebat ſcriptura fore, vt reiecto Iſraele, maneret ſcriptura & vera dei cognitio in Gẽtibus, & à Chriſtianis vindicaretur. Ita hũc locum explanat Eucherius. Iudæi nunc non habent Dei legem, habent quidem literam legis, ſed legem nequaquã. Nos verò, qui ex Gentilitate deſcendimus, legem veterem habemus, intelligentes ex ea ceſſaſſe eius ceremonias, & ſacrificia & iudicia: habemus enim teſtamentũ nouum, quod quidem eſt ſpiritus literæ teſtamenti veteris. Iudæi habent ſolùm literam, quæ, vt ait diuus Paulus occidit, nos habemus ſpiritum, qui
2. Cor. 3. viuificat. Lex vetus erat figura & veluti vaticiniũ nouæ, noua autem ſpiritus & explanatio veteris. Vetus erat antiquanda, & antiquata eſt, noua verò
Gen. 16. ferenda & lata eſt. Miſera Iudæorum ſynagoga eſt Agar errans in ſolitudine, vbi ei deeſt aqua gratiæ, & ſapientiæ ſalutaris, eiecta à domo dei, à patria ſua, ſine ſacerdotio, ſine ſacrificio, ſine rege, ſine tẽplo, mundum peragrans abſq; via, quæ Chriſtus eſt, dicens de ſeipſo: Ego ſum via. Sed non ſo- Ioã. 14.
lùm Gentilibus, ſed etiam Iudæis ad veram Chriſti fidem conuerſis dedit Deus nouum teſtamentũ Itaque omnes fideles ſiue ex Gentibus, ſiue ex Iudæis, hoc eſt, omnes verè Chriſtiani, qui meritò Iſraelitæ ſecundùm ſpiritum, & domus Iſrael & Iuda appellãtur, legem gratiæ habent à Deo, quã ipſe illis per diuinos ſuos vates promiſerat. Ieremias Iere. 31.
ea, quæ ſequuntur, literis mandauit. Ecce dies venient, dicit dominus: & feriam domui Iſrael, & domui Iuda teſtamentum nouũ, non iuxta pactum, quod pepigi cum patribus eorũ in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerũt, & ego dominatus ſum eorum, dicit dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael. Poſt dies illos dicit dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in populum. Hoc vaticinium confirmauit Deus per prophetam Ba- Baruc. 2.
ruc dicens: Statuam illis teſtamentum alterũ ſempiternum, vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Vide quàm apertè promiſerit Deus nouum teſtamentum. Et ne exiſtimaret aliquis eſſe teſtamentum illud, quod Deus dederat Iudæis in monte Sinai, quando eos eripuit ab Aegypto, ait ſtatim: Nõ iuxta pactum quod pepigi cum patribus veſtris, quando eorum manum apprehẽdi: vt educerem eos de terra Aegypti. Illa enim lex data fuit in monte Sinai, lex autem noua erat ferenda in monte Sion. Ita enim prædixerat eximius ille vates Eſaias, omni ſapientia & nobilitate præſtanti, cum de Chriſti aduentu, eiúſque cœleſti do- Eſai. 2.
ctrina ita vaticinaretur: Docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem. Nónne vides teſtimoniũ luce meridiana ſplendidius. Illud confirmat Deus rurſus per eundem prophetam, dicẽs Eſa. 51.
Lex à me exibit, & iudicium meum in luce populorum requieſcet. Planè conſtat non loqui Deum de lege vetere, quoniam iam lata erat, ſed de noua. quæ erat ferenda. Quod confeſtim explicare volens, ait: Et iudicium meum in luce populorum requieſcet, Satis eſt enim perſpectum & cognitum legem Moyſi in vno tantùm populo requieuiſſe, ab eoque ſolùm quo ad cerimonias, & iudicia, & ſacrificia fuiſſe receptã. At Chriſti euangelium fuit per omnes mundi oras longè latéque propagatũ, & in hominum cordibus ſcriptum, & Chriſti ſacramenta mundo nuntiata. Hęc ſunt noua illa, de
quibus aiebat Deus per eundem Eſaiam: Ecce ego Eſa. 43.
facio noua, & nunc orientur: vtique cognoſcetis ea. Ponam in deſerto viam, & in inuio flumina, & glorificabit me beſtia agri, dracones, & ſtruthiones. Quid per has feras niſi gentes barbaræ & incultæ ſignificantur, quæ euangelium receperũt, & deum laudibus efferentes feritatem in manſuetudinem mutarunt? Acſi diceret Deus: Non ſolùm homines virtute morali præditi, & ſciẽtia exculti, ſed etiam agreſtes & indomiti legem meã nouam recipient: & illi, quos nec ferrum, nec ignis, nec vlla humana potentia potuit frãgere & domare, qui veluti indomiti adamantes nulla armorum vi valebant miteſcere & manſueſcere, & fuerunt ſanguine agni immaculati Chriſti Dei noſtri domiti & mites, & fuit eorum barbaries compreſſa & duri-

ties fra-

ties fracta. Et quoniam noua lex nouum populum conſtituit, nouos mores, noua ſacramenta, nouas *Eſa.65.* cærimonias, dixit Deus per Eſaiam: Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora. Noui cœli, & noua aſtra mundũ *Daniel 12.* illuſtrantia ſunt Apoſtoli, de quibus ait Daniel: Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiũt multos, qua- *Mat. 5.* ſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Quibus aiebat Chriſtus: Vos eſtis lux mundi. Hi ſunt Chriſti diſcipuli, & ſancti doctores, & catholici viri ſapientia inſignes, & religione præſtãtes. Terra noua nouus populus eſt, qui exuto vetere homine nouum induit, vt ſeruiat deo non in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus. Hinc frequentes voces illæ apud *Pſal.32. 95. 97. 143. & 149.* pſalmographum: Cantate domino canticum nouum. Quid eſt cantare domino canticum nouum, niſi gratias illi agere, quòd per nouum Adamum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum inſtaurauit & reparauit nos, qui per peccatum veteris Adami *Ephe.4.* perieramus? Accepto enim euangelio depoſuimus ſecundum priſtinam conuerſationem hominem veterem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris, & renouamur ſpiritu mentis, induentes nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt *Exo.24.* in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Et volens deus ſignificare fore, vt vetus teſtamentum ceſſaret, nouum autem æternum eſſet, voluit vt vetus ſanguine animalis mortui confirmaretur, nouum autem ſanguine ſuo dum viueret, & cum diſcipulis ſuis *Mat.26.* cœnaret. Dixit enim Chriſtus in vltima illa cœna: Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti. Ac ſi diceret: Hic eſt meus ſanguis confirmatiuus nouæ *Zach.9.* & æternæ legis. Id vaticinatus fuerat olim Zacharias has voces emittẽs, & cum Chriſto, quem ſpiritu prophetico venturum aſpiciebat, conferens: Tu in ſanguine teſtamenti emiſiſti vinctos. Quam *Heb. 13.* ob cauſam diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos legem nouam appellat teſtamentum æternum. Nec caret myſterio, Deum, & diuinum ſuum vatem, & ſanctum eius Apoſtolum meminiſſe illis in locis teſtamenti potiuſquàm legis: nam cùm audimus teſtamentum nouum, abiicimus vetus: hæc eſt enim teſtamentorum lex, vt nouum dero- *Hebr.9.* get antiquum: & morte confirmetur. Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris: teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet, dum viuit, qui teſtatus eſt. Ideo Chriſtus noui teſtamẽti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationũ, quæ erant ſub priore teſtamento remiſſionem accipiant, qui vocati ſunt ad æternã hæreditatem. Ideo vetus teſtamentum confirmatũ *Exo.24* fuit morte vituli Chriſtum adumbrantis. Sed cùm res illæ veteres vmbræ eſſent & figuræ futurorum bonorum, opus erat, vt ceſſarent adueniente veritate. At nouum & æternum teſtamentum fuit ipſius Chriſti Dei noſtri morte confirmatum. Ideo *Heb.10.* ait diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos: Nũc autem Ieſus melius ſortitus eſt miniſterium, quantò *Hebr.8.* melioris teſtamenti mediator eſt. Et rurſus intercedente Chriſti morte ait acceptam eſſe remiſſionem veterum delictorum & omnium, qui vocati ſunt, vt participes fiant æternæ hæreditatis. Meminit autem æternæ hæreditatis, vt oſtendat in lege vetere ſolùm quò ad literam bona terræ fluxa & fragilia promiſſa eſſe, vt ex quarto & ſeptimo capite Deuteronomij, & aliis ex locis cõſtat apertiſ- *Deu.4.7* ſimè, & in euangelio, in nouo teſtamento eſſe à Chriſto deo noſtro bona cœleſtia & æterna clariſſimè promiſſa: vt patet ex capite quinto Matthæi, *Matt.5.* vbi Chriſtus ait: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et rurſus: Gaudete & exultate, quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Aſpicis igitur ceſſaſſe iam, & finita eſſe legis veteris ſacrificia, eſſeque penitus abrogata. Id quod ipſamet lex multis in locis palàm non ſolùm confitetur, ſed etiam profitetur. Eſaias facit Deum in *Eſai.1.* hunc modum loquentem: Quò mihi multitudinẽ victimarum veſtrarum? Plenus ſum: holocauſtum, arietem, & ſanguinem hircorum nolui. Nónne intueris noluiſſe Deum ſanguinem brutorum? Sanguis Chriſti erat ille, quo ipſe erat reconciliandus & æternum teſtamentum ſtabiliendum. Per Amos *Amos 5.* diuinum vatem ait Deus. Si obtuleritis holocauſtomata, & munera veſtra, non ſuſcipiam. Similiter per Ieremiã. Holocauſtomata veſtra non ſunt ac- *Iere. 6.* cepta, & victimæ veſtræ non placent mihi. Et per *Oſe. 6.* Oſeam: Miſericordiam volui, & non ſacrificium. Non reſpuebat Deus miſericordiam, non pietatẽ, non opera charitatis, nec aiebat eſſe hæc abroganda: ſed legis veteris ſacrificia, quæ erant vmbræ noui teſtamenti, quæ adueniente Chriſto erant finienda, quemadmodum finiuntur vmbræ noctis adueniente ſole, & poſt diuulgatum euangelium futura erant execrabilia & peſtilẽtia. Quemadmo- *Simile* dum apparente luce diſparet caligo, ſic apparente Chriſto, & diuulgato euãgelio ceſſauit lex vetus. Ipſe enim Chriſtus de ſe ait: Ego ſum lux mundi: *Ioan.8.* Et de lege vetere ait Apoſtolus. Lex vmbram ha- *Heb.10.* bet futurorum bonorum, Ceſſauerunt itaque legis antiquæ hoſtiæ, quia venit hoſtia illa, cuius aliæ figuræ erant: venit Chriſtus verus Meſſias, qui ſanguine ſuo mundi ſcelera deleuit, ſeque in ara crucis pro nobis ſacrificium conſtituit, vt cœleſtem patrem placaret, nobiſque viam aperiret ad gloriã immortalem conſequendam: At obſtinati Iudæi eum contempſerunt & qui eos liberatum venerat falſis criminibus ad mortem crudeliſſimam vocarunt. Quare fuit illis ciuitas ſua euerſa, direptioni commiſſa, atque incẽdio tradita, & templum funditus deletum, ad quod Aggæus propheta prædi- *Agg. 2.* xerat venturum eſſe Meſſiam. Si Meſſias venturus erat ad templum illud, quemadmodum Deus per diuinum ſuum vatem promiſit, & templũ eſt penitus deletum, apertè conſtat veniſſe Meſſiam ad illud, cùm extaret. Et tamen tanta eſt Iudæorum cæcitas, tanta contumacia, tanta obſtinatio, vt adhuc Meſſiam venturum expectent, & legem Moyſi mordicus retineant. Vident ſe ob perfidiam ſuã & impiam pertinaciam per terrarum orbem diſperſos, vitam degentes ignominioſam & abiectam abſque proprio rege, abſque ciuitate, abſque ſacerdotio, abſque ſacrificio, abſque propheta, abſque cærimoniis, abſque legis intellectu, quia Meſſiam ſuum non receperunt, nec recipere volunt, & adhuc cæci & flagitioſi homines Meſſiam expectant. Eſt illis ablata nominis amplitudo, extinctus ſplẽdor, deleta omnino antiqua gloria. Solùm illi, qui ex eis fuerunt Chriſtum amplexati, in honore & hominũ celebritate verſantur. Cæteri qui in perfidia permanent, ſunt miſeri, calamitoſi, abiecti, ſce-

leribus infinitis imbuti. Nulla eſt apud eos veritas, nulla iuſtitia, nulla fidelitas, nulla animi fortitudo, nulla denique virtus. Legem Moyſi habent in membranis ſcriptam, ſed ipſam penitus ignorant. Cùm ego Romæ ordinis noſtri negotia gererem ex iuſſu primatis & aliorum patrum diſputaui ſæpe cum Iudæis, eoſque lege ſua coouici: ſed nullus erat eorum, qui vellet ad fidem conuerti. In vno tantùm inueni ſigna quædam deſiderandæ ſalutis, qui à me petiuit, vt locum quendam euangelij illi explicarem, & oſtendis velle mecum cõmunicare, ſed ob aliorum Iudæorum metum non audere. Omnium aliorum admirabar impudentiã ignorantiam, & cæcitatem: nam aut penitus nihil aut ferè nihil ex vetere ſua lege intelligebant. Et conuicti à me authoritatibus ſuorum prophetarum ita manebãt obſtinati vt anteà. Tanta eſt eorum pertinacia, vt quidã ex illis mihi diceret: Etſi luce meridiana clariùs mihi oſtendas Chriſtum eſſe Meſſiam, tamen non credam. Deplorabã eorum miſeriam, dolebam eorum infelicitatem: & illi meipſum irridebant, & conuiciis, atque maledictis aliquãdo vulnerabant. Gloriantur cæci homines ſe legem dei habere, cùm reuera legem non habeant, ſed ſolùm legis literam quoniam lex fuit ab illis ob eorum ſcelera ablata. Quod illis hoc loco Deus per Ezechielem prædixerat: Et auferã iuſtificationem tuam. Vbi ſeptuaginta pro iuſtificationem, habent, legitima tua, hoc eſt legem tuã. Quod noſtram corroborat ſententiam. Accipi autem legitima pro lege, cõſtat multis ex locis diuinarum literarum. Leui. 18. Iuxta morem regionis
Leui. 18 Chanaan, ad quam ego introducturus ſum vos, non ageris, nec in legitimis eorum ambuletis. Et
4. Reg. 17. paulò pòſt: Cuſtodite legitima mea. Et 4. Reg. 17. Noluerunt ſeruire domino deo ſuo, & abiecerunt legitima eius. Lex in diuinis literis appellatur iuſtificatio, legitimum, teſtimonium, iudicium, mãdatum, via, vita, ſtatutum, & aliis nominibus paſſim repertis.

Et dabo te in animas odientium te filiarum Palæſtinarum. Id eſt, permittam, vt hoſtes tui te in ſuam poteſtatem redigant. Filiæ Palæſtinæ ſunt oppida
Eſa. 16. regionis illius, quemadmodum apud Eſaiam, filiæ
Iudic. 1. Moab. Et libro Iudicum, vbi nos habemus: Manaſſes quoque non deleuit Bethſan, & Chanath cum viculis ſuis, eſt in Hebraico, cum filiabus ſuis.

Eò quòd nec dum fueris expleta. Hoc eſt, ideo Aſſyriorum idola coluiſti, quia nõdum eras cultu alio-
4. Reg. 16. rum idolorum ſaturata. Vide caput ſextumdecimum quarti Regum.

In quo mundabo cor tuũ? Intuere dei miſericordiã Ita apud Oſeam: Quid faciam tibi Epbraim, quid faciam tibi Iuda? Et apud Eſaiam: Super quo percutiam vos vltrà?

Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelſum tuum feciſti in omni platea. Nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pretium, ſed quaſi mulier adultera, quæ ſuper virum ſuum inducit alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dediſti mercedem cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum: factumque eſt in te contra conſuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te non erit fornicatio. In eo enim quòd dediſti mercedes, & mercedes non accepiſti, factum eſt in te contrarium. Propterea meretrix audi verbum domini: Hæc dicit dominus Deus: Quia effuſum eſt æs tuum, & reuelata eſt ignominia tua in fornicationibus tuis ſuper amatores tuos, & ſuper idola abominationum tuarum in ſanguine filiorum tuorum, quos dediſti eis: ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commiſta es, & omnes, quos dilexiſti cum vniuerſis, quos oderas. Et congregabo eos ſuper te vndi- E
què, & nudabo ignominiam tuam coram eis. Et videbunt omnem turpitudinem tuã, & iudicabo te iudiciis adulterarum, & effundentium ſanguinem, & dabo te in ſanguinẽ furoris & zeli, & dabo te in manus eorum. Et deſtruent lupanar tuum, & demolientur proſtibulum tuum, & denudabunt te veſtimentis tuis, & auferent vaſa decoris tui. Et derelinquent te nudam, plenámque ignominia, & adducent ſuper te multitudinem. Et lapidabunt te lapidibus: & trucidabũt te gladiis ſuis: & comburent domos tuas igne, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum. Et deſines fornicari, & mercedes vltrà non dabis. Et requieſcet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te: & quieſcam, nec iraſcar ampliùs, eò quòd non fueris recordata dierum adoleſcẽtiæ & prouocaſti me in omnibus his. Quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait dominus deus & nõ feci iuxta ſcelera tua in omnibus abominationibus tuis.

Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis via. Id eſt, quia ædificaſti fornicem tuum ad initia omniũ viarum. Quaſi dicat: Ideo te meretricem impudentem voco, quia vias Gentium quærebas, vt earum idololatrias exerceres. Non contenta fuiſti idolis vnius nationis, ſed multarum nationum ſimulacra deſideraſti, & omnia illa relicto vero deo coluiſti.

Faſtidio augens pretium. Meretrix pretium reſpuit niſi fuerit magnum, tu verò cõtrà amatoribus tuis pretium pollicebaris. Alia ſcorta munera ab hominibus oblata ſolent contemnere, vt ſe haudquaquam digna, quò maiora ab illis accipiant, tu contrà facere ſoles, inuitas enim amaſios, quibus munera largiaris, vt cum illis exerceas adulteria. Oſtendit ardentiſſimum Iudæorum deſiderium colendi impios Gentium ritus, & commentitios Deos.

Et poſt te non erit fornicatio. Subauditur talis, quæ cum hac tua poſſit comparari. Tanta eſt idololatria tua, vt aliæ reſpectu huius non debeant idololatriæ appellari.

Ecce ego congregabo. Minatur ei pœnam.
Dabo te in ſanguinem furoris & zeli. Hoc eſt, ego
te interficiam, quemadmodum facere ſolent viri
zelotypi, furore pleni, cum vxores ſuas in adulte-
rio comprehenſas inueniũt. Significat Deus euer-
ſurum ſe eſſe Iudæam ob eius idulolatriam & im-
pia ſcelera.
Vaſa decoris tui. Hoc eſt, vaſa tua pulchra, vt ſunt
monilia, & ornamenta pretioſa.
Adducent ſuper te multitudinem. Hoc eſt, magnum
exercitum, qui te oppugnet, & expugnet.
Et facient in te iudicia. Hoc eſt, afficient te acer-
biſsimis calamitatibus in conſpectu aliarum ciui-
tatum.
*Et requieſcet indignatio mea in te, & auferetur zelus
meus à te.* Hoc eſt, non te amplius caſtigabo, ſed a-
uertar à te. Recedet à te zelotypia mea, & ſingula-
ris illa dilectio, qua te vt ſponſam proſequebar. Nõ
te amplius eo amore complectar, quo ſolitus erã:
nec iraſcar tibi, vt anteà faciebam. Magna dei ira
eſt non eam oſtendere: tunc enim nobis maximè
Simile iratus eſt, cùm nobis nõ iraſcitur. Vt medicus ama
ris potionibus & medicamentis eum curat, quem
intelligit curabilem eſſe, eum verò, de cuius ſani-
tate deſperat, naturæ relinquit, nullam illi adhibẽs
medicinam, ſic deus dilectos ſuos amaris potioni-
bus exercet, in quos vult conferre ſanitatem, illis
medetur, ducens eos plerunque per magnas cala-
mitatum anguſtias ad vitam immortalem, eos ve-
rò, quos videt incurabiles & obſtinatos, in mani-
bus ſuorum deſideriorum relinquit tãquam æter-
næ nocti propinquos. Ex quo efficitur, vt hi ſæpe-
numero affluant mundi opibus & voluptatibus.
Magnum profectò eſt & dolendum ſupplicium,
quando nos Deus ſupplicio non coërcet: quando
nos ob ſcelera noſtra repudiat, quando in nos ſo-
lita caſtigatione paterna non animaduertit, Lo-
quitur Deus more hominis vxorem ſuam adulte-
ram repudiantis, & iam non curantis. Ita ſe Deus
habet ad impios, dum illos liberè & impunè pec-
care permittit, quaſi ad ſe nõ pertineant, vt poſteà
acerbiſſimis cruciatibus in æternum torquean-
Pſal. 80. tur. Eam ob cauſam ait in Pſalmo: Dimiſi eos ſe-
cundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuẽ-
Oſe. 4. tionibus ſuis. Et apud Oſeam: Non viſitabo ſu-
per filias veſtras, cùm fuerint adulteratæ. Contrà
Pſa. 88. verò de electis ait per pſalmngraphum: Viſitabo
in virga iniquitates eorum, & in verberibus pec-
Apoc. 3. cata eorum. Et in Apocalypſi. Ego quos amo ar-
Heb. 12. guo, & caſtigo. Vnde ait in epiſtula ad Hebræos
diuus Paulus: Quem diligit dominus, caſtigat, fla-
gellat autem omnem filium, quem recipit. Et pau-
lò pòſt: Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, ergo adul-
teri, & non filij eſtis. Nullo ferè maiore ſupplicio
hîc afficit Deus illos, qui eum contemnunt, quàm
ſi in eos non animaduertat, ſed ſinat eos ſuis ob-
temperare cupiditatibus, & quà eos vehat appeti-
tus, libenter euagari, & voluptatibus blandiſſimis
deliniti. Nam iis rebus, quibus vitam ſibi adipiſci
putant, peſtem, & perniciem ſibi ipſis æternam
machinantur, idque tum maximè, cum ſibi præcla
rè conſulere videntur. Si affligi propter Deum in
hac vita erat expetendum tempore veteris teſta-
menti, quantò magis noui, poſtquam Deus ipſe
fuit propter nos iniuriis & calamitatibus affectus,
Eſa. 53. & vt ait Eſaias: Dolores noſtros tulit, & languores
noſtros ipſe portauit? Quemadmodum cenſetur Simile
illuſtre & glorioſum portare militem ſecum inſi-
gnia & ſtemmata ſui ducis, ſic ad veram Chriſtiani
amplitudinem & claritatem conducit affici mole-
ſtiis & calamitatibus. Hæc enim ſunt Chriſti arma
& inſignia. Vnde diuinus ille Paulus, qui propter Galat. 6
Chriſtum erat moleſtiis cinctus, & tempeſtatibus
vndique exagitatus, aiebat: Ego ſtigmata domini
Ieſu in corpore meo porto.
*Eò quòd non fueris recordata dierum adoleſcentiæ
tuæ.* Hoc eſt, beneficiorum, quæ in te cõtuli in Ae-
gypto, vnde te mirabiliter eduxi. Reprehendit Iu-
dæorum ingratitudinem. Nihil eſt tam inhuma-
num tam incultum tam immane, quàm obliuiſci
beneficiorum acceptorum. Cùm gratia referri nõ
poteſt, quanta debetur, habenda tamen eſt, quàm
maxima haberi poteſt. In libro Eccleſiaſtici ait ita
diuina ſcriptura: Nõ obliuiſcaris amici tui in ani- Eccl. 37.
mo tuo, & nõ immemor ſis illius in operibus tuis.
Iuxta Heſiodi ſententiam debemus imitari terram
fertilem, quæ plus multò affert, quàm accepit. Si
hominis erga hominem execrabilis eſt ingratitu-
do, quid erit erga Deum?
Vias tuas in capite tuo dedi. Hoc eſt, pœna tuis ſce-
leribus debita te puniuit: flagitia tua in caput tuum
redundarunt. Sed adhuc multò maiora ſupplicia
merebaris. Id quidem eſt, quòd ſtatim ait: Et non
feci iuxta ſcelera tua. Acſi dicat: Non te caſtigaui
eo rigore, quo ſcelera tua puniri merebantur. Ex
Hebręo poterat hoc ita verti: Et nõ feciſti cogita-
tionem in omnibus abnminationibus tuis, vt ſit
ſenſus: Exercui te calamitatibus, vt te corrigeres,
ſed tu ne cogitaſti quidem de reſipiſcendo: nullum
iniſti conſilium, nullã deliberationẽ derelinquen-
dis vitiis. Nulla tormenta, nulla ærumnarum tela
tuum verſabant in deliberando animum, ſed ob-
ſtinata in peccandi propoſito manebas. Noluiſti
tuum peſſimum relinquere conſilium, cùm opti-
mus ſit portus pereunti mutatio conſilij.

Ecce omnis qui dicit vulgò prouerbium,
in te aſſumet illud, dicens: Sicut mater, ita &
filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit
virum ſuum & filios ſuos: & ſoror ſororum
tuarum es tu, quæ proiecerunt viros ſuos, &
filios ſuos. Mater veſtra Cethæa, & pater ve-
ſter Amorrhæus, & ſoror tua maior Samaria
ipſa & filiæ eius, quæ habitant ad ſiniſtram
tuam. Soror autem tua minor te, quæ habi-
tat à dextris tuis. Sodoma, & filiæ eius. Sed F
nec in viis earum ambulaſti, nec ſecundum
ſcelera earum feciſti. Pauxillum minus penè
ſceleratiora feciſti illis in omnibus viis tuis.
Viuo ego, dicit dominus Deus, quia non fe-
cit Sodoma ſoror tua ipſa, & filiæ eius, ſicut
feciſti tu, & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas
Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia, ſaturitas pa-
nis, & abundantia, & otium ipſius, & filia-
rum eius, & manum egeno & pauperi non
porrigebant. Et eleuatæ ſunt, & fecerunt
abominationes coram me, & abſtuli eas, ſi-
cut vidiſti. Et Samaria dimidium peccato-

rum tuórum non peccauit, ſed viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.

Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbiũ. Id eſt, omnes qui prouerbiis delectantur, tibi prouerbiũ hoc accommodabũt: Qualis eſt mater, talis eſt filia. Mater tua eſt Cethæa, eſt terra Chanaam, quæ verum non coluit deum. Natio illa Chanaam idola colebat, quam ob cauſam fuit à terra ſua eiecta, ita tu ô ſynagoga, quoniam verumdeum reliquiſti, & Deos commentitios veneraris, teque omnibus idolorũ ſordibus contaminas, eiicieris è Iudæa, & in dedecore atque ignuminia verſaberis. Imitata es patrẽ tuum Amorrhæum, & matrem tuam Cethæam, & inſuper duas ſorores tuas Samariam & Sodomam, deteſtabilibus ſceleribus contaminatas. Quæ etſi abſolutè impiæ fuerunt, tui tamen comparatione iuſtificãtur: vincis enim omnem impietatem. Appellat Samariam maiorem ſororem Hieroſolymæ, quia maior populus erat decem tribuum in Samaria habitantium, quàm Iudæ & Beniamin, quę duę tribus in Iudæa commorabantur: populus autem Sodomæ minor erat vtroque. Prouerbium hoc qualis eſt mater, talis eſt filia etiam hodie vulgo profertur: cui ſimile eſt illud: Qui naſcitur ex gallina, ſcalpit.

Et filiæ eius. Hoc eſt, oppida ei ſubiecta. Diximus enim paulò antè per filias oppida intelligi. Solebãt Iudæi per matres ſignificare vrbes metropoles & præcipuas, per filias verò oppida illis parentia.

Viuo ego, dicit dominus deus. Modus eſt iurandi aut aſſerendi deo in vetere teſtamento non infrequẽs, quemadmodum in nouo, amen amen dico vobis. Significabat Deus verbis illis ſe viuum eſſe, & nihil præter illum viuere. Sed dicet aliquis: Quid, nónne homines viuunt. Sed quid loquar de hominibus viuis, cum multi etiam ex mortuis viuere dicantur? Illi enim, qui dum hîc vitam degerent, præditi erãt virtute, & charitate muniti, poſt mor-
Marc. 12. tem abſque dubio viuunt. Id aſſerit apud Marcum
Chriſtus Deus noſter, qui Sadducæis aiebat: Non
Exod. 3. legiſtis in libro Moyſi ſuper rubum, quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego ſum Deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob. Non eſt deus mortuorum,
Pſa. 114 ſed viuorum. Et in Pſalmo ait Dauid: Placebo domino in regione viuorum. Si ex hominibus quidã viuũt, quidam mortui ſunt, quî fieri poteſt, vt ſolus Deus viuere dicatur? Huic obiectioni facilè reſpondebis, ſi dixeris homines inter ſe comparatos partim viuos eſſe, partim mortuos: atſi cum deo compatentur, viuere haud quaquam dicũtur: ſolus enim Deus propriè & abſolutè viuit. Eodem modo multa inter ſe comparata dicuntur eſſe, cũ
Exo. 3. tamen dicat Deus: Ego ſum, qui ſum: & multa ſimiliter dicuntur bona, cùm tamen dicat Deus: So-
Luc. 18. lus Deus bonus eſt. Nam id verum eſt per ſe, & per naturam ſuam: per participationem verò dicitur homo bonus, arbor bona, ſeruus bonus, & cætera huiuſmodi. Quemadmodum Deus eſt ipſum ens, ipſa bonitas, ſic eſt ipſa vita, & fons, vnde rebus a-
Pſal. 35. liis vita dimanat. Id voluit ſignificare regius pſaltes, ita canens: Apud te eſt fons vitæ. Acſi diceret: Tu es domine fons vitæ quemadmodum alibi di-
cit: Apud dominum miſericordia, & copioſa apud Pſalm.
eum redemptio. Hebraiſmus eſt, quo ſignificauit 129.
Deum eſſe fontem vitæ, ipſam miſericordiam & redemptionem. Eſſe autem Deum fontem vitæ, & primum bonum, non ſolùm fideles, ſed etiam Gẽtes à fide alienatæ dixerunt: nam Triſmegiſtus in ſeptimo dialogo has voces literis mandauit: Reſpicite iam ô mortales, & reſipiſcite, & ad fontem vitæ recurrite. Et Alcinous in libro de doctrina Platonis, Noſtrum bonum, inquit, ſi quis Platonis libros accuratè & conſideratè legerit, in ipſa primi boni contemplatione poſuiſſe reperiet: quod quidem primum bonum & Deum, & primam mentẽ vocare licet. Hæc ille. Aſpicis igitur Gentium philoſophos aſſeruiſſe Deum eſſe primam vitam & primam bonitatem.

Superbia. Narrans cauſas ob quas Sodoma in turpia ſcelera inciderit, incipit à ſuperbia: nam vt
ait Eccleſiaſticus, initium omnis peccati eſt ſuper- Eccl. 10.
bia. Hæc eſt in ſphæra vitæ humanæ centrũ illud, vnde exeunt lineæ ad circunferẽtiam iniquitatis. Superbus nullã habet iuſtitiam, nullam æquitatẽ, nullã ſecum admittit virtutem: omnes deſpicit, ſu
per omnes vult ſeipſum collocare. Vt in area extol Simile
litur palea ſuper granum, nõ quòd ſit dignior, ſed quòd ſit leuior, & cùm ſit vilior, altiorem tamen obtinet locũ, ſic in hac vita ſuperbus fertur ſuper humilem, non ob meritum & veram virtutem, ſed ob vanitatem, & falſam de ſe opinionem: & cùm ſit parui momenti ſe aliis anteponit, à quibus virtute, ſapientia, & nobilitate ſuperatur. Humilis verò ſe abiicit, non quòd ſit minoris pretij, ſed quòd ſit maioris ponderis. Granum cùm ſit pretioſius, quærit ſubmiſſum locum, humilis cùm ſit Deo gratior, gaudet inferiore gradu: ſuperbus autem ſuper omnia ſe extollit. Ex quo efficitur, vt iura omnia diuina & humana peruertat, propter eum, quem ſibi fingit deberi principatum. Tobias ille iuſtus, qui omnes ſuæ ætatis & charitate & ſapientia præibat, his verbis filio
ſuo animi ſubmiſſionem perſuadere volebat: Su- Tob. 4.
perbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo Eccle. 7.
dominari permittas. Eccleſiaſticus, Humilia, inquit, valde ſpiritum tuum, quoniam vindicta carnis impiis ignis & vermis. Et rurſum:
Odibilis coram Deo & hominibus eſt ſuperbia. Ecc. 10.
Quid habes, inquit Apoſtolus, quod non acce-
peris? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi 1. Cor. 4
non acceperis? Et Chriſtus Deus noſter. Omnis Luc. 14.
qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, Luc. 18.
exaltabitur. Vnde ait Auguſtinus: Vitanda nobis eſt ſuperbia, quæ & angelos voluit decipere, quantò magis homines diſſipare. Ambroſius,
Superbia, inquit, ex angelis dæmonia fecit. Et Simile
Iſidorus: Superbia ſicut origo eſt omnium criminum, ita & ruina cunctarum virtutum. Volebant duo homines ingredi in magnificam quandam aulam per poſtem depreſſum, quorum quidam ſe deprimens & inclinans tranſiuit, & alter verò erectus magno impetu conans introire, læſo capite cecidit retro. Hæc magnifica aula eſt domus cœleſtis, ſanctorum habitatio, cuius via arcta eſt, vt ait Chriſtus Deus noſter, cuius oſtium vſqueadeò depreſſum eſt & conſtrictum, vt
cum foramine acus illud Deus compararit. Mat. 19
Qui ſe humiliat & abiicit, intrat in diuinis regis Luc. 18.
ampli-

ampliſſimas ædes:at qui ſuperbia tumidus, & inſolentia elatus ſe ipſum abiicere non vult, non valens ingredi oſtiolum, cadit in terram, ſuperbia eius eum retro eiiciente. Vnde ait Auguſtinus: Excelſa eſt patria: humilis eſt via. Id voluit ſignificare magiſter ille humilitatis, cùm de ſe ait: Diſcite à
Mat. 11. me, quia mitis ſum, & humilis corde: cùm aduocans paruulum, eumque collocans in medio diſcipulorum, dixit illis: Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœ-
Mat. 18. lorum. Superbia, vt ait Auguſtinus quartodecimo de Ciuitate Dei, eſt peruerſæ celſitudinis appetitus: & differt ab inani gloria, vt poſt diuum Thomam ſecunda ſecundæ ait Antonius ſecũdo tomo ſummę theologalis, quòd ſuperbiæ materia eſt propria excellentia, inanis autem gloriæ eſt ipſius excellentiæ manifeſtatio. Et hæc eſt peſtilens quædam animæ ægritudo. Sed vt vanũ eſt, inanes aucupari rumores, & vmbras gloriæ ſectari, ſic agreſtia hominis eſt, & ſibi ac reipublicæ crudelis iuſtam gloriam illam, quæ eſt ſplendor virtutis, qua alij ad virtutem excitantur, contemnere & maculare, honeſtum vitę benc actę fructum confringere, bonamque famam ſuam, à qua aliæ dependent, deformare. Sed ita conſulendum eſt famæ, vt inanis gloria vitetur, & ſuperbia penitus deuciatur. Efficit autem ſuperbia, vt homo ſit à Deo, & à ſeipſo, & à proximo diuiſus, & in varia vitia diſperſus & diſtractus. Id ſignificauit ſacratiſſima illa Dei geni-
Luc. 1. trix, cùm in admirabili cantico ſuo has voces emiſit: Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Nos vitemus ſuperbiã, & omnem animi inſolentiam & elationem, ne animi pręſtantiam turpi dedecore maculemus, & gloriam æternam penitus amittamus.

Saturitas panis. Quatuor vitia tribuuntur Sodomæ, nimirum ſuperbia in appetitu propriæ excellentiæ, & inani de propriis viribus præſumptione: gula in vſu alimentorum, quam hoc loco propheta appellat panis ſaturitatẽ, nã panis nomine omnis cibus ſignificatur: diuitiarũ affluẽtia in deliciis & vanitatibus diſtributarum, quam appellat abundantiam: & vacationẽ à bonis operibus, quam appellat otiũ. Ex quibus ſecutũ eſt vitium illud turpiſſimum ineffabile, quod Sodomitæ teſtãte ſcriptura admittebant. Nã tradidit illos Deus in reprobũ
Gen. 19. ſenſum, in deſideria cordis eorũ, vt verbis vtar Apoſtoli, in immunditiam, vt contumeliis afficerent
Rom. 1. corpora ſua in ſemetipſis. Poſt ſuperbiam numerat
Gen. 2. ſtatim gulã, qua diabolus tentauit Euã, cum eã ad prohibitas & mortiferas epulas excitauit. Eſt quidẽ gula multorum vitiorũ mater. De Hebræis vi-
Exo. 32. tulum aureũ colentibus ait ſcriptura. Sedit populus mãducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, vbi ludere capitur pro adorare idolum. Ita interpretantur etiã nonnulli Geneſis illud: Vidit Sara Iſmae-
Gen. 21. lem ludentẽ cum Iſaac, hoc eſt adorantẽ idolum illudq; Iſaac oſtendentẽ, vt illud veneraretur. In li-
Deu. 32. bro Deuteronomij loquens Deus de Hebræis, ait, Cùm comederint, & ſaturati, craſſiq; fuerint, auer-
Oſe. 13. tentur ad Deos alienos. Et per Oſeã: Saturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei. Vnde
Luc. 6. ait Chriſtus apud Lucam: Væ vobis, qui ſaturati
Simile eſtis, quia eſurietis. Gula eſt lignorum ſtrues, quibus inflãmatur libido. Eã ob cauſam ait in epiſtola ad Furiam diuus Hieronymus: Non Ethnæ ignes, non Vulcania tellus, non Veſuuius & Olympus tantis ardoribus æſtuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapibus inflammatæ. Colens rex Ba-
bylonis Belũ idolum, quod viuũ eſſe, & comedere *Dan. 14.*
exiſtimabat, cùm eius ſacerdotes omnia, quę idolo apponerẽtur, comederẽt, & regem deciperẽt, iuſſit eſcas poni in altari idoli. Sed Daniel accipiens cinerẽ cribrauit per totum templum corã rege, qui oſtio clauſo & ſignato abiuit. Sacerdotes autẽ ingreſſi ſunt nocte, & omnia comederunt. Surrexit autẽ rex primo diluculo, & Daniel cum illo, & aperiens oſtiũ, reſpiciens ad altare carnium & epularũ exclamauit: Magnus es Bele, exiſtimauit enim idolum ſuũ omnia deuoraſſe. At Daniel ſubridens orauit regem: vt videret pauimentum, & pedum veſtigia in cinere expreſſa. Cùm verò rex aſpiceret ad cinerem pauimenti, ſtatim ei fuerunt ſacerdotum fraudes perſpectæ & exploratæ. Dum locum carnium, & eſcarum intueretur, deceptus eſt, cùm verò cinerẽ contemplatus eſſet, intellexit veritatem. Si ad eſcas, ad gulã, ad ebrietatem reſpexerimus, ſi in his rebus voluptatẽ cõſtituerimus, erimus abſque dubio decepti, & idolum colemus, & in erroribus intolerãdis verſabimur. At ſi cinerem, ſi puluerem, in quẽ ſumus conuertendi, animo contẽplati fuerimus, reuocabimus ad veritatẽ rationem, & abſtinẽtiæ ſtudẽtes, noſtramq; frigiditatẽ contemplantes, dabimus operam, vt carnem animo ſubiiciamus, eumq; nullis flagitiis deformemus. Ieiu-
niũ eſt cos vbi anima acuitur, & perpolitur. Quem *Simile*
admodum auceps in eſcario tendit rete ad aues ca-
piendas, ſic dæmon, vt Euã caperet, in gula ei tetẽ- *Gene. 3.*
dit tentationem: & in ea volebat etiã Chriſtum ir-
retire, cùm illi dixit. Si filius Dei es, dic vt lapides *Mat. 4.*
hi panes fiant. Dæmon qui Euã decepit, qui filium Dei etiã decipere conabatur, qui multos ad gulam incitauit, his noſtris temporibus perſuaſit Luthero, eiúſq; ſectatoribus, vt ieiunia ab Apoſtolis inſtituta, & ab ipſis vſq; ad noſtra tẽpora ſemper ab eccleſia catholica approbata & obſeruata, contemnerent & eiicerent, & eorum loco colerent voracitatẽ, intemperantiam, & gulam. Diuus Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ, & lib. 2. aduerſus Iouinianum, & in Eſaiam cap. 68. miris laudibus extollit ieiunium quadrageſimale, & aſſerit eſſe ab Apoſtolis conſtitutum, Ieiunauit Chri-
ſtus quadraginta diebus & quadraginta noctibus: *Mat. 4.*
& eam ob cauſam Apoſtoli quadrageſimale ieiu- *Mat. 16*
nium inſtituerunt. Dixit enim idẽ Dominus: Qui *Luc. 9.*
vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Vnde Hieronymus ad Marcellam aduerſus Montanum ait: Nos quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum ieiunamus. Id quod vniuerſa tenet eccleſia, & ſemper tenuit, quod nec eſt in ſacra ſcriptura conſtitutum, nec conciliis, nec decretis ſummorum pontificum, rectè ab Apoſtolis traditum eſſe creditur. Cùm enim conſuetudinem videamus in tota eccleſia obſeruatam, cuius origo eſt adeò antiqua, vt nullum demus concilium, ante quod iam non eſſet, nullum decretum patrum, quod ipſa nõ præcedat, nullum doctorem eccleſiaſticum, ad quem poſſit referri, cũ ante ipſum fuerit, & ad Apoſtolorum vſq; tempora retro trahatur, eſt abſq; dubio ab ipſis Apoſtolis profecta. Huiuſmodi eſt cõſuetudo ieiunandi, quæ fuit ab Apoſtolis conſtituta. Huius mẽtionem facit Auguſtinus ad Caſulanum

epiſtola 86. & ad Ianuarium epiſtola. 118. & 149.
Ambroſius ſermo. 25. & 38. Chryſoſtomus ad po-
pulum Antiochenum homilia 3. & 16. Baſilius in
cócioое de ieiunio, & in ea, qoam habuit in ebrio-
ſos. Otigenes homilia decima in Leuiticum. Ire-
næus apud Eoſebium cap. 24. libri quinti Eccleſia
ſticæ hiſtoriæ, & lib. 1. cap. 1. ſuorum operum. The-
leſphorus papa vicinus temporibos Apoſtolorum
in epiſtola ad vniuerſos. Ignatius cpiſtola qoarta
ad Philippenſes. Theophilus Alexandrinos libro
Paſchali primo & tertio. Epiphanios hæreſi 80.
Leo papa in concione de Pentec. quæ incipit, Ple-
niſſimè. Sozomenus hiſtoriæ tripartitæ capite 10.
Maximus epiſcopus, & multi alij, quos longum eſ-
ſet recenſere. Habemus etiá canonem Apoſtolo-
rom 68. probatum etiam à Trulla. ſynodo, canone
9. & 20. In concilio Niceno cap. 5. expreſſa ſit men
tio ieiunij quadrageſimę, tanquá rei in eccleſia có-
ſuetiſſimæ. Et refertur capot illud 18. diſt. cap. Ha-
beatur. Concilium etiá Agatenſe, Aureliéſe, & Lao
dicenſe icionij meminerút, illudq; laudibus extu-
lerunt. Nullus eſt catholicus doctor, ſiue recés ſiue
antiquus, qoi ieiunij mentionem faciens, illud nó
laudet, qui non dicat ſanctam eſſe Dei legem de ie-
iunio. Solùm hæretici illud damnant & irrident,
quibus nihil eſt magis in optatis, quàm ſe in epu-
las ingurgitare, & Epicoreom dogma contra Chri
ſti doctrinam ſequi, & Gentiom cæcarum Baccha
nalia reſtiruere. In euágelio aiebat Chriſtus Deus
Mat. 9. noſter: Venient dies, cùm auferetor ab eis ſponſus,
Luc 5. & tunc ieiunabunt. Illud opere impleuerunt Apo-
Act. 13. ſtoli: nam vt ait in Actis diuus Lucas: miniſtrátibus
Act. 14. illis domino, & ieiunantibus, dixit illis ſpiritus ſan
ctus: Segregate mihi, &c. Et rorſus: Cùm conſtituiſ
ſeot illi ſuper ſingulas eccleſias presbyteros, & oraſ
ſent cum ieiunationibos, cómendaoerunt eos do-
1. Cor. 6. mioo. In epiſtola prima ad Corinthios ait ita diuus
Paulus: Io omnibus exhibeamus nos ſicut Dei mi-
niſtros in multa patientia, in laboribus, in vigiliis,
Mat. 6. in iciuniis. Ipſemet Chriſtus Deus noſter ita ait:
Tu cùm ieiunas, voge caput tuum, & facié tuam la
ua, ne videaris ab hominibus ieiunás, ſed patri tuo,
qui eſt in abſcódito: & pater tous, qui videt in ab-
ſcondito, reddet tibi. Si pater cœleſtis reddit mer-
cedem ieiunanti, ergo ieiunium meritorium eſt.
Chriſtus ait ieionium eſſe bonum & meritorium,
diuus Paulus ait, vt exhibeamus nos dei miniſtros
in ieiuniis. Apoſtoli ieiunauerunt, & legem de ie-
iunio obſeruando tulerunt, concilia hoc aſſerunt,
omnes ſancti patres hoc affirmant, tota eccleſia ca
tholica hoc præcipit & ſeruat: Lutherani illud exe
crátur. Cui crédemus, Chriſto an Luthero? Apoſto
lis, an hæreticis? Eccleſiæ Chriſti, an ſynagogæ dia
boli? Chriſtú ſequentibus, an Epicurum imitaori-
bus? Mitot abſque dubio hęreticorum noſtri tem-
poris cæcitatem, impodentiá, & iotemperantiam,
qui vt ſe totos tradant comeſſationibos & ebrieta
tibus, cooantor auferre ab eccleſia id, qood in ea
non ſolùm catholici, ſed etiam ethnici admirátor,
& ſummis laudibus extolluur. Ieiunium enim &
ciború abſtinentiá etiam Gétes à fide alienatæ lau
daruot. Liuius libro 35. ita ait: Prodigiorum cauſa
libros Sibyllinos ex ſenatusconſulto decem viri
cùm adiiſſent, renontiarunt ieiunium inſtituédom
Cereri eſſe. Et Ouidius io Faſtis ait Numam Pom-
pilium, quando orationem habuit pro frugibus,
carnium eſu abſtinuiſſe. Seneca epiſtola 61. Ven-
tri, inquit, obedientes brutorum animalium loco
nomcremus, noo hominum. Eſt præclara epiſtola
Platonis ad Dionis propinqoos, in qua ſcriptum
eſt his ferè verbis: Nullo modo placuit bis in die
ſaturum fieri. Ninioitæ in calamitatibus couſtitu- Iona. 3.
ti, ad ieiunium confugerunt, quo Dei iram aduer-
ſus ſeipſos placarunt. Contrà verò gula cauſa fuit
excidij Sodomotum, vt aſſerit hoc loco Ezechiel.

Et abundantia. Subaodi diuitiarum. Quàm peri-
culoſa ſit mundi opum afloentia, aſſerit Chriſtus Luc. 6.
Deus ooſter, dicens: Vę vobis diuitibus, qui habe-
tis hîc conſolationem veſtrá. Et diuus Paulus: Qui 1. Tim. 6
diuites volunt fieri in hoc mundo, incidunt in teo
tationem, & in laqueum diaboli. Capite 39. aſſerit Iere. 39.
Ieremias omnes Hebręos, qui opibus abundabát,
ductos fuiſſe à Nabuchodonoſore captiuos Baby
lonem, ſolùm autem pauperes Hieroſolymæ man-
ſiſſe. Hieroſolymá idem eſt quod viſio pacis, Baby
loo idem quod confuſio. Illi ſunt in mundi coufu-
ſionem, in ſcelerum vincula à dæmone couiecti,
qui Deo contempto amore diuitiarum ducuntur,
illi verò Hieruſolymam coluut, in viſione tranquil
la, & ſolitaria quietè vitá deguut, qoi propter deú
paupertatem amplexantur. Ea quæ ſunt ad finem
aliquem directa, debent habere cum illo aliqoam
ſimilitudinem & proportionem: cùm autem nos
ſimus ad æternam beatitudinem tanquam ad vlti-
mum finem directi, in qoo qoieſcit deſiderium oo-
ſtrum, oportet habere ad illam beatitudinem ali-
quam proportionem. Eſt aotem hæc proportio
ſeruare octo beatitudines à Chriſto in euangelio Matt. 5.
explicatas, quarum prima eſt paupertas ſpiritus.
Et in fine harum beatitodioum eſt æterna beatitu
do: illa eſt vltima & fruitiua, hæ autem ſuot diſpo-
ſitiuæ & præparatiuæ. Per has ambulaueront ſan-
cti, qui fuerunt æternam felicitaté conſecuti. Ibút, Pſa. 83.
inquit diuinus pſaltes, de virtute in virtutem, vide
bitor Deus Deorum in Sion. Si rex quidam domú
haberet clauſam, plenam auro & gemmis, & mo- Simile
nilibus pretioſis, quæ omnia promitteret ei, qui
eam aperiret: & duas tibi claues porrigeret, vnam
auream ex reſticula pendentem ex filis ſericis &
aureis confecta, ſed quæ domum illam non aperi-
ret: alteram verò ferream ferrugine labefactatam,
ligatam vili funiculo, ſed quæ domum aperiret, vt
vtráuis eligeres, nóne melios & vtilius eſſet ferreá
accipere, quàm aureá? Quis dubitat? Aurea pretio-
ſior eſt: ſed quid refert, cùm ſit ad aperiendú inuti-
lior? Paſcit oculos, ſed oon códucit ad aperiendos
& cóſeqoédos theſauros: ferrea verò abiectior eſt,
ſed præſtantior. Hic rex Deos eſt, hæc domus eſt
cæleſtis illa habitatio, vbi ſont theſauri ineshauſti,
gaudia æterna, & bona inenarrabilia, quæ non poſ
ſunt pro dignitate explicari: qoę, vt verbis vtar Apo 1. Cor. 2
ſtoli, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor
hominis aſceoderunt, quæ præparauit domious
diligentibus ſe. Hæc omnia promittit Deos illis,
qui illuc ingreſſi fuerint. Clauis aurea eſt diuitia-
rum abundantia, cum auaritia coniuncta, quæ do-
mum illam cœleſtem, bonis pleniſſimam non ape
rit quin potius obſcurum mundi domiciliom ſce-
leribus repletum freqoéter patefacit: Clauis ferrea
& vilis eſt paopertas ſpiritus, quæ apetit regnú cœ
lorú: ait enim Chriſtus: Beati pauperes ſpiritu, quo Mat. 5.
niam ipſorum eſt regnum cœlorum. Eam ob cau-
ſam

ſam nos clauem auream, & múdi opes, quæ vtiles
pleriſq;, & præclarę vidétur, propter Chriſtú con-
temnamus, & pro nihilo putemus: paupertaté ve-
rò, & ea, quæ abiecta & acerba videntur, quę mul-
ta & varia in hominum vita verſantur, placatè &
moderatè feramus, & pio animo amplectamur.
Quæramus eas opes, quæ animú amplificát, ex qui
bus vera dignitas redundat. De diuitibus delinitis
Iob 21. dehetis dicitur in libro Iob: Ducunt in bonis dies
Pſal.46. ſuos, & in puncto ad infernú deſcédunt. Et Dauid,
Relinquent, inquit, alienis diuitias ſuas: & ſepul
chra eorú domus illorú in æternum. Et Salomó in
Prouer. Prouerbiis: Nó ꝓderunt diuitię in die vltionis: iu-
11. ſtitia autem liberabit à morte. Et in libro Sapiétiæ.
Sap.5. Quid ꝓfuit nobis ſuperbia, & diuitiarum iactátia
quid cótulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquá
vmbra, & ſicut nuntius præcurrens. Ideo ait diuus
1.Tim.6 Paulus in epiſtola ad Timotheú prima: Diuitibus
huius ſeculi præcipe nó ſublime ſapere, nec ſpera-
re in incerto diuitiarum. Et Chriſtus Deus noſter
Matt.6. Apud Matthæú: Nolite theſaurizare vobis theſau-
Mat.19. ros in terra. Et rurſum: Facilius eſt camelum per fo
ramen acus introire, quàm diuitem intrare in re-
gnú cœlorú. Camelus eſt reſtis ex filis cótorta. Et
Simile quemadmodum huiuſmodi funis etſi per foramen
acus introire nó poſſit, ſi tamen in fila diuiditur, in
greditur, ſingulis per ſe filis ingredientibus, ſic di-
ues etſi cú diuitiis ligatus in regnú cœlorú introi-
re non poſſit, ſi tamen diuitiarum ſuarum fila di-
ſtribuit, hoc in pauperé, illud in viduá, hoc in ęgro
tum illud in pupillum, hoc in peregrinum, illud in
cóiectum in carçeré. Si ſubuenit miſero, ſi opitula-
tur inopi, ſi deniq; opes ſuas ob Chriſti amorem in
ter egenos diſtribuit, eáſq; piè & rectè diſpéſat, re-
gnum cælorum penetrabit. At ſi fuerit auaritia du-
ctus, in infernum relegabitur, vbi in tormentis vi-
uens in æternum morietur. Immo in hac vita iam
mortuus eſt, & ſui ipſius ſepulchrum. Chryſoſto-
mus ait auari animum ſepulchrú eſſe. Præcepit Io-
Ioſue 6. ſue ne aliquis ex Iericho quicquam acciperet, &
cum Achá regulam quandá auream caperet, fuit
iure interfectus, imo propter eius auaritiam & cu
Ioſue 7. piditatem amiſit Ioſue victoriá. Ioſue qui potuit
Ioſue 10 ſolem ſiſtere, ne procederet, auaritiam hominum
non potuit ſiſtere, ne ſerperet, ad vocem eius ſtetit
ſol, auaritia Acham non ſtetit. Stante ſole confecit
Ioſue triumphum, auaritia procedente amiſit vi-
ctoriam. Licet Chriſtianis diuitias poſſidere, ſed
Simile nó ab earum auaritia poſſideri. Muſca accedens ad
patinam mellis, ſi ſe totam non immittit in illud,
ſed ore tantum attingit & prælibat, atque neceſſa-
rium ſumit, tutò abſcedit, & aliò aduolat, ſin auté
ſe totá ingurgitat in mel, inuiſcatur in eo, & nó va-
lens volare, perit omnino. Sic homo ſi ex diuitiis
eas tátum ſumit, quibus indiget, vt poſſit ſeipſum
honeſtè ſuſtentare, poteſt eripi, & volare ad cœ-
lum, ſin autem cupiditatis & auaritiæ ſtimulis agi-
tatus ſe totum in diuitias immergit, colligatur il-
lis, & inuiſcatus animi alis perniciem ſibi machina
tur. Plutarchus ait contéptum diuitiarum eſſe phi-
loſophiæ inſtrumentum. Et Seneca breuiſſimá ad
diuitias viá eſſe per diuitiarú contéptioné. Si Gen
tium philoſophi paupertaté magnis laudibus effe-
runt, quid acturi ſunt Chriſtiani, quorú dux, quo-
rum magiſter, quorum Deus paupertatem dilexit
& docuit, naſcens inter paleas, & nudus in cruce
moriens? Priuſquam Chriſtus appareret in carne,
poterat inopia mortalibus acerba & ignominioſa
videri: at poſtquam totius vniuerſi imperator & re
ctor induit paupertatem, & de ſe dixit: Vulpes fo- Matt.8.
ueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem Luc. 9.
hominis non habet, vbi caput ſuú reclinet, quis nó
videt eſſe paupertatem decoram, & honoratam, &
Chriſtianæ nobilitatis clariſſimum ſignum?

Otium ipſius. Quemadmodú fax immota torpet, Simile
& paulatim extinguitur, mota autem & agitata re
ſtituit flámam, ſic vita otioſa extinguit ſenſim vir-
tutem, ſed labore excitata eá accédit. Ideo dicitur Iob 5.
in libro Iob: Homo naſcitur ad laborem. Et Eccle Eccl.33.
ſiaſticus, Multam, inquit, malitiam docuit otioſi-
tas. Eam ob cauſam ait diuus Paulus in epiſtola ſe- 2. Tim.
cunda ad Timotheum: Tu verò vigila, in omnibus 4.
labora. Et in prima ad Corinthios: Vnuſquiſque 1.Cor.3.
propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum la-
borem. Aiunt iureconſulti hæreditatem acquiri
cum ſuo onere, cùm autem verè Chriſtiani ſint hæ
redes Dei, cohæredes autem Chriſti, vt ait Apoſtó Rom. 8.
lus, oportet vt hanc ſublimem hæreditatem cum
onere & labore conſequantur. Si nos dederimus
ſomno & otio, erimus à dæmone decepti: ná cùm
dormirent homines, vt verbis vtar euangelij, ve- Mat.13.
nit inimicus, & ſuperſeminauit zizania. Vnde
Chriſtus otium damnat dicens: Quid ſtatis hîc
tota die otioſi? Et paulò pòſt: Voca operarios ad Mat.20.
mercedem. Non otioſi ad mercedem vocantur,
ſed qui laborauerunt. Vocantur à labore ad requié,
à paupertate ad diuitias, à calamitatibus ad volú-
ptates ſempiternas. Itaque beati mortui, vt inquit
in Apocalypſi diuus Ioannes, qui in domino mo- Apo.14.
riuntur: amodò enim iam dicit ſpiritus, vt requie-
ſcant à laboribus ſuis. Cùm dormiret Tobias, ce- Tob. 2.
cidit ſuper eius oculos immunditia ex nido hirun
dinum, quę illum obcæcauit: ita dormientibus no-
bis ſomno otij & ignauiæ, ex nido cordis exeunt
cogitationes nefariæ, & peſtilentes, quæ obcecant
intellectum.

E*t manum egeno & pauperi non porrigebant*. Vidua 4. Reg.
Eliſæi quandiu ex vaſe ſuo oleum infudit in vaſa 4.
vacua, ſenſit creſcere oleum, cùm verò non infu-
dit, ſtetit oleum, & fuit retentum, vt amplius non
creſceret. Si vaſa vacua, hoc eſt pauperes oleo elee
moſynarum impleueris, augebuntur tibi diuitiæ,
ſin autem ſiſtere eleemoſynam volueris, ceſſabit di
uitiarum affluentia. Ait enim dominus apud Lu- Luc. 6.
cam. Date, & dabitur vobis. Et apud Matthæum: Mat.19.
Omnis qui reliquerit aliquid propter me, centu-
plú accipiet, & vitá æterná poſſidebit. Nónulli hu
ius temporis Chriſtiani non relinquunt opes pau
peribus niſi in morte, quando illę eos relinquunt.
Sunt veluti pecora, que nó manducantur niſi mor Simile
tua & cocta. Non poteſt ex illis pauper quicquam
comedere, niſi eos concoquat prius mors. Dum vi
uunt, nullam tribuunt pauperibus eleemoſynam,
ſed in teſtamento legata quædam relinquunt poſt
morté. At quantò tutius eſſet in vita manú paupe-
ri porrigere. Non dánno legata inopibus poſt morté
tribuenda, ſed illis eleemoſynas in vita antepono.
Cóſidera homo vnde nomen ſumpſeris, ab humo
vtique, quæ nihil eripit cuiquá, ſed multa largitur
omnibus, & varios in vſum omnium animantium
fructus ꝓducit, & miniſtrat. Vide quemadmodum
Deus arguat hoc loco illarum gentium auaritiam,
& mag

Prouer. & magnam erga pauperes immanitatem. In pro-
14. uerbiis ait Salomon: Qui miſeretur pauperis, bea-
tus erit. O quanta beatitudo pro paruis magna re-
cipere, pro fluxis æterna, pro morituris ſemper vi-
uentia, & dominum denique habere debitorem!
Proue. Et iterum idem Salomon: Fœneratur domino, qui
19. miſeretur pauperis. Et rurſus: Qui obturat autem
Prouer. ſuam ad clamorem pauperis, ipſe clamabit, & non
21. exaudietur. Et Eccleſiaſtic[a]: Aqua extinguit ignẽ,
Eccl. 3. & eleemoſyna reſiſtit peccato. Diuus Paulus aua-
Ephe. 5. ritiam appellat idolorum ſeruitutẽ, & auarum ait
Coloſ. 3. non habere hæreditatem in regno Dei. Qui non di
I. Ioã. 4. ligit fratrem ſuum, quem videt, inquit diuus Ioan
nes, Deum, quem nõ videt, quomodo poteſt dili-
Luc. 12. gere? Ideo ait dominus apud Lucam: Facite vobis
ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non defi
Mat. 7. cientẽ in cœlis. Et apud Matthæum. In qua menſu-
ra menſi fueritis, remetietur vobis. Et, beati miſe-
ricordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequen-
Matt. 5. tur. Anima auro auarè retento non ſolum libera-
tur, ſed perit. Væ illis, qui cupiditatis & auaritiæ
ſtimulis commoti, non modo indigentibus nõ ſub
ueniunt, ſed eos ſpoliant, quoniam in dæmonum
laqueis capti detinentur, vt inde in æternas pœnas
proiiciantur. Auro parietes, auro laquearia, auro
fulgent capita columnarum: & nudi atque eſurien
tes ante fores pauperes Chriſti moriuntur. Longè
Pſa. 90. aliter faciebat miſericors ille Dauid, qui aiebat. Li-
berauit me à laqueo venantium, & à verbo aſpero.
Sed videamus quiſnam ſit hic venator, à cuius la-
queo anima Deo deuota ſe ereptãm eſſe lætatur.
1. Tim. Explicet nobis hoc diuus Paulus Apoſtolus do-
6. mini ſanctiſſimus, Qui volunt, inquit ille, diui-
tes fieri in hoc ſeculo, incidunt in tentationem,
& in laqueum diaboli. Heu quam paucos inueni-
mus, qui ab hoc laqueo liberari velint, & ab hoc
venatore ſe eſſe ereptos exultẽt. Quàm multi ſunt,
qui ſibi videntur parum irretiri, qui ſe in dies in
hoc dæmonis laqueo inuoluere & intricare con-
tendunt, quibus nihil eſt magis cordi, quàm eſſe ſe
in fallacium diuitiarum vincula perpetuò conie-
ctos! Quid habent hi miſeri, quid conſequuntur,
quid poſſident, ſi ſeipſos non poſſident? Habent
velum oculis, viſcum alis, laqueum pedibus. Illos
ego felices voco, qui reliquerunt omnia, & ſequu-
ti ſunt Chriſtum, qui gaudio affecti, gratiáſque
Pſal. 90. Deo agentes cõcinunt cum Dauide: Ipſe liberauit
Simile nos de laqueo venantium. Diuidebat quoddam
flumen duo regna quod ob nimiam latitudinem
põtem non habebat, & ob impetum fluctuum at-
que ingentes aquarum moles vi procellarum con
citatas cymbam non admittebat. Itaque nullus e-
rat per illud tranſitus: tranſibat illud ſed nemo illò
tranſibat. Volebant homines regnum ditiſsimum
vltra illud penetrare, ſed tranſire minime vale-
bant. Venit quidam rex diuitiis affluens, & illic
pulchrum ſumptuoſumq́ue pontem ſuis expen-
ſis fabricatus eſt, per quem omnes tranſirent, dùm
modo nũmum aliquẽ ſuis famulis ſoluerent, quos
illic poſuit ad pecuniam recipiendam: Hæc duo re-
gna ſunt cœlum & terra, regnum æternum, & re-
gnum caducum hic mundus & alter. Ante aduen-
tum Chriſti nullus erat trãſitus, nulla via à terra ad
cœlum. Fluuius diuidens erat peccatum, iuxta id,
Eſa. 59. quod ait Eſaias: Peccata veſtra diuiſerunt inter
vos & Deum veſtrum. Eamob cauſam nemo in
cœlum introibat. Quis eſt homo, qui viuet, inquit
regius vates & non videbit mortem, & eruet ani- Pſa. 88.
mam ſuam de manu inferi? Quaſi dicat, nullus. Ve-
nit filius Dei immenſus ille Deus de Deo, mundi
conditor & conſeruator, vt homines è tenebris in-
explicabilibus ad veritatis ſplendorem adduceret,
tranſitumq́ue pararet, viamq́ue muniret ad glo-
riam æternam, ad regnum immortale: & conſtituit
firmum & magnificum pontem, qui iter præberet
omnibus à terra ad cœlum tranſire cupientibus.
Sed non ſine magnis ſuis ſumptibus & laboribus:
nam propter eius ſtructionem, & tanti operis fa-
bricam fuit alapis percuſſus, & cruciatibus affe-
ctus. Illi enim, quibus pontem fabricabatur, eius
capillos indignè auulſerunt, eius corpus duris fla-
gellis ceciderunt, & manſuetiſſimum illum, ac in-
nocentiſsimum agnum iactis in illum infinitis con
tumeliis immaniter vulnerarunt. Ardebant in il-
lum deteſtanda Iudæorum odia, qui diabolico fu-
rore incenſi, & impiis inuidiæ ſtimulis cõcitati eũ,
quem ſummè venerari deberent, in crucis patibu-
lo tormentis terribilibus affectum, totum vulneri
bus ſauciatum ſuſpenderunt: vbi ſanguine ſuo ſa-
cratiſsimo fuſo migrauit è vita, vt nobis viã muni
ret ad vitã immortalem conſequendam. Mortuus
eſt, vt nos eius morte immortalitatem obtinere-
mus. Aſpicis igitur, quemadmodum pro ponte illo
conſtruendo & ædificando fuerit eius ſanguis effu
ſus & vita ſublata. Huius pontis fundamentum eſt
bonitas diuina, eius arcus & fornices ſunt ex cha-
ritate, eius roſtra verſus fluctus exporrecta ſunt ex
firmitudine, & tota moles ædificij appellatur põs
miſericordiæ. Qui noluerint aliquid dare huic do-
mino, pontis conditori, nullum habebunt aditum
per illum. Famuli pecuniam accipientes ſunt pau-
peres, de quibus ait idem dominus: Quod vni ex Mat. 25.
his minimis feciſtis: mihi feciſtis, oportet tamen
eleemoſynas cũ iudicio diſtribuere, iuxta id, quod Pſa. 111.
ait pſalmographus: Iucũdus homo qui miſeretur,
& commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio.
Per ſermones intelliguntur res, verbum enim He-
braicum rem ſignificat, & opes, & verbũ. Eſt igitur
ſenſus: Vir ille bonus eſt, qui miſericordiam colit,
qui beneficus eſt & liberalis, & de ſubſtãtia ſua, de
rebus ſuis familiaribus impartitur egẽtibus, ſed iu
dicium in diſtribuendo adhibet, omniaq; ſapien-
ter, & ordine recto miniſtrat. At qui nihil habent
quod poſsint pauperibus tribuere, habeant ſaltem
bonum deſideriũ. Nam, vt ait diuus Auguſtinus,
Coronat Deus intus bonitatem, vbi non inuenit
facultatem. Si non habes pecuniã, nec victum, nec
tegumentum, nec quicquam aliud, quo poſsis pau
peri ſubuenire, da Deo animum, da gemitum, da
deſiderium, da ſuſpirium, da cor, da teipſum. Cùm
Dauid à patria ſua, domoq; paterna longius abeſ-
ſet, & fugiens à facie impij Saulis exul, & abiectus
nemora deſerta & inculta peragraret, ſeq; ad Palæ-
ſtinos conferret, emittens ad dominũ has voces, ca
nebat: In me ſunt Deus vota tua, quæ reddã lauda
tiones tibi. Aeſi diceret: Etſi ingratus tyrannus à Pſal. 55.
me mea abſtulit, nunquã tamẽ à me poterit aufer-
re meipſum nec ab animo meo deſideria ſeruiendi
tibi: nunquam intermittam te venerari, laudes tuę
dies ac noctes mihi in animo & in ore verſabũtur:
& deſideria tui à corde meo non recedent. In me
enim Deus ſancte, ſunt vota tua, deſideria ſeruiẽdi
tibi.

tibi, teque laudibus extollendi, quæ reddam tibi. Quanquam omnia mihi deſint, hęc tamen me nunquam deficient. Nos igitur ponte hoc tranſire volentes, eleemoſynas pauperibus tribuamus, & cùm opes defuerint, bona ſaltem voluntas non deſit: quia ædificium hoc eſt, pons miſericordiæ, per quod nulli niſi miſericordes tranſeunt ad regnum cœlorum. ne de nobis id, quod hoc loco Deus gentibus illis impiis obiicit, dicatur. Manum egeno & pauperi non porrigebant.

Sicut vidiſti. Cùm tamen te eius exemplo non caſtigaueris. Quidam legēdum putant: Sicut vidi, vt ſit ſenſus: Vt ea ſcelera vidi, volui ciuitates illas euertere. Sunt qui legant: Sicut decreui. Et tunc eſt ſenſus: Vrbes illas deleui, quemadmodum ſtatui.

Iuſtificaſti ſorores tuas. Id eſt, oſtendiſti te eſſe multò illis flagitiorem. Tot ſcelera commiſiſti, vt Samaria & Sodoma tametſi impiiſſimæ comparatione tamen tui iuſtæ videantur. Ideo ait domi-

Mat. 10. nus: Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm ciuitati illi. Fuit Iudæa iniuſtior, quàm Sodoma, quoniam habens maiorem Dei cognitionem, fraudes teterrimas

Luc. 12. concepit, & impia ſcelera commiſit: & vt ait dominus: Ille ſeruus, qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit: & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis. Sed quod deteſtabilius & capitalius eſt dominum Deum ſuum interfecit, & ſanguinem eius petiuit, dicens:

Mat. 27 Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Id

Eſa. 1. quod ei obiicit Deus per Eſaiam, Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Effudit ingrata Hieroſolyma Chriſti ſanguinem, eumque ad interitum crudeliſſimum vocauit.

Ergo & tu porta confuſionem tuam, quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratiùs agens ab eis, iuſtificatæ ſunt enim à te. Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iuſtificaſti ſorores tuas. Et conuertam reſtituens eas conuerſione Sodomorum cum filiabus ſuis, & conuerſione Samariæ & filiarum eius, & conuertam reuerſionem tuam in medio earum, vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omni-

G bus, quæ feciſti, conſolans eas. Et ſoror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam, & tu & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem veſtram. Non fuit autem Sodoma, ſoror tua audita in ore tuo in die ſuperbiæ tuæ, antequam reuelaretur malitia tua, ſicut in hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæſtinarum quæ ambiunt te per gyrum. Scelus tuum & ignominiam tuam tu portaſti, ait dominus Deus: Quia hæc dicit dominus Deus. Et faciam tibi ſicut deſpexiſti iuramentum, vt irritum faceres pactum: & recordabor ego pacti mei tecum in diebus adoleſcentiæ tuæ: & ſuſcitabo tibi pactum ſempiternum. Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis, cum receperis ſorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, ſed non ex pacto tuo. Et ſuſcitabo ego pactum meum tecum: & ſcies, quia ego dominus, vt recorderis, & confundaris, & non ſit tibi vltrà aperire os præ confuſione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus, quæ feciſti: ait dominus Deus.

Ergo & tu porta confuſionem tuam. Id eſt, Quia tot ſceleribus te implicaſti, tolera ignominiam tuam.

Quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis. Hoc eſt, quæ fuiſti ſceleratior quàm Sodoma & Samaria. Quidam legunt: Quæ iudicaſti ſorores tuas, vt ſit ſenſus: Eſt tibi ignominia tua placatè ferēda, quoniam tu es ea, quę iudicaſti Sodomam & Samariam fuiſſe meritò ob flagitia ſua vaſtatas.

Iuſtificata ſunt enim à te. Id eſt, ſi tecum conferantur, iuſtæ videbuntur.

Et conuertam reſtituens eas. Promittit Deus ſe conuerſurum eſſe Gentiles & Iudæos per Chriſtum: quod fecit: nam eccleſia catholica eſt fidelium congregatio tam ex Gentibus, quàm ex Iudæis, qui Chriſti fidem receperunt. Intuere magnam Dei miſericordiam. Narrauit & Gentium & Iudæorum ſcelera, & cum videretur ſequi: Ego eos mittam in infernum, vbi æternis cruciatibus torqueātur, ipſe tamen ita concludit. Ego eos conuertam ad veram fidem, & in priſtinam reſtituam dignitatem. Quis non admirabitur tam admirabilem Dei noſtri clementiam? Vna concione diui Petri tria *Act. 2.* millia Iudæorum crediderunt. Et non ſolùm ex Iudæa & Samaria, ſed ex omnibus mundi regionibus multi receperunt fidem, & fuit hoc Ezechielis oraculum tempore Chriſti & Apoſtolorum apertiſſimè completum. Sed ad literæ explanationem veniamus. Conuertam, inquit Deus, & reſtituam conuerſionem Sodomæ cum oppidis ſuis, & conuerſionem Samariæ ſimiliter cum ſuis oppidis. Conuertam regiones Sodomorum & Samaritanorum, & te etiam ô Iudæa, quæ ſita es in medio harum duarum regionum, conuertam. Et cùm fueris conuerſa, feres ignominiam tuam, erubeſcens, & dolens, & pœnitētiam agēs, quòd Meſſiam tuum interfeceris, & ſcelera impia commiſeris. Et conſolaberis Samariam & Sodomam, & totam gentilitatem, quia ex te exibunt Apoſtoli, qui Chriſti nomen per omnes nationes fama celebrabunt, & euangelium, hoc eſt, bonum nuntium prædicabunt: ex quo efficietur, vt fidelium mentes ſint gaudio affectæ, & diaboli tyrānis è medio tollatur. Sed dices: Quî fieri potuit, vt Iudæa Samaria ad antiquam dignitatem reuerterentur? Quæ fuit hæc dignitas antiqua? Reſpondeo in regionibus illis habitaſſe quondam Abraham, Iſaac, & Iacob, & poſteà Ioſue, Dauidem, Ioſiam, Eſaiam, & multos alios viros fideles, in quibus diuina quædam charitatis flamma priſcis illis temporibus mirabiliter eluxit. Fides, quam illi habuerunt de Chriſto eadem eſt cum ea, quam nos habemus, niſi quòd illi expectabāt Chriſtū venturum, nos autem credimus eum veniſſe. Habuerunt igitur illi veram fidem, ſpem, & charitatem, virtutum aliarum abundantiam: quibus in rebus

vera

vera dignitas conſiſtit. Ad hanc dignitatem reſti-
tuta eſt Iudæa & Samaria, cùm molti ex Iudæia &
Samaritanis receperunt Chriſti fidem, & fuerunt
virtutibus præditi, & charitate inflammati. Fuiſſe
Samaritanos ad fidē conuerſos, indicat diuus Ioan
Ioan. 4. nes capite quarto, & copioſiùs diuus Lucas capi-
Act. 8. te octauo Actorum. Nam Apoſtoli cœperunt præ-
dicare verbum Dei io Iudæa & Samaria, & in re-
gionibos propinqoioribus, quæ ſunt Moabita-
rum, & Ammonitarum. Et quoniam Moab & Am
Gen. 13. mon fuerunt filij Loth, eiúſque filiarum, quæ natæ
fuerunt Sodomæ, vt eſt libro Geneſis mandatom;
ideo per Sodomam intelligũtor Moabitæ & Am-
monitæ, qoi ad veram fidem, quá habuerat quon-
dam iuſtus Loth eorom pater, redieruot. Poteris
per Samaritanos & Sodomæos intelligere pecca-
tores indefinitè: nam Iudæi quemcunque homi-
Ioan. 8. nem nefariom vocabaot Samaritanum. Vnde effe-
ctom eſt, vt cùm eorum odia in Chriſtum Deum
noſtrum arderent, eum Samaritanum appellarent.
Et Eſaias capite primo impios Iudæorum magna-
tes vocat principes Sodomorum, & plébeios ſcele
ratos popolum Gomorrhæ. Eſt igitur ſenſus: Ve-
nient dies ô Iodæa, quibus non ſolùm tu, ſed Gen-
tes etiam ſceleribus infinitis imbutæ fidem reci-
pient, & ioſtitiam atque pietatem colent.

Vt portes ignominiam tuam. Particula, vt, accipi-
pitur cõſecutiuè. Acſi dicat: Hinc efficietur, vt por-
tes ignominiam tuam, & ſcelera tua cognoſcas.

Conſolans eas. Nam Apoſtoli eos, qui conuerte-
bantur, reficiebãt. Vel loquitur de alijs nationibus
more homano, acſi dicat: Priuſquam conuertaris,
ego te premam: & aliæ nationes gaudebunt viden
tes te dare pœnas ſcelerum tuorum: nã vt ait qui-
dam: Solatiom eſt miſeris ſocios habere pœnarũ.

Non fuit autem Sodoma. Cùm tibi omnia eſſent
proſpera, & ad voluntatem fluentia, cũ pompis de-
lectateris, eſſéſque ſceleribos coinquinata, oblita
eras Sodomæ, eam cootemnebas & pro nihilo po-
tabas. Moabitas & Ammonitas, qui à Loth Sodo-
mæ habitatores procedũt, aſpernabaris. At tũc eos
Gen. 13. nominas & times, quoniá fuerunt mundo cogni-
Gen. 19. ta & perſpecta flagitia tua, pro quibus es à me affli-
cta, calamitatibus lacerata, & in miſerijs conſtitu-
ta. Proſperitate inſaniebat, aduerſitate verò iudi-
ciũ limauit, & aciẽ intellectus perpoliuit. Ideo aie-
Eſa. 28. bat Eſaias: Sola vexatio intellectum dabit auditui:

Sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ. Hoc
eſt, omnes te contemnent, quemadmodum faciũt
nunc oppida Syriæ, & oppida Palæſtinæ, quæ te
cingunt per gyrum. Hoc ideo ait, quia Iudæa ſita
eſt in medio Palæſtinæ. Id quod noſtra editio ha-
bet: Quæ te ambiunt per gyrum, poteſt verti ex
Hebræo: Quę te diripiunt vndequaque.

Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portaſti. Hoc
eſt, perſoluiſti pœnas flagitiorũ toorum, Fuiſti affli
cta à Palæſtinis ratione maleficiorum tuorum.

Et faciam tibi, ſicut deſpexiſti iuramentum. Animad
uertam in te grauiter, & ſeuerè te puniam, vt ſce-
lera toa merentur: qooniam fregiſti pactum, quod
mecom inieras, & fidem, quam mihi dederas vio-
laſti. Quando Deus popolum Iſraeliticum ex AE-
gypto liberauit, eique legem dedit in monte Si-
nai, dixit populus: Omnia, qoæ locutus eſt domi-
nus faciemus, & erimus obedientes: vt in libro
Exo. 24. Exodi literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Sed

poſteà ſe à Deo ſepararont, legemque ſuam peni-
tus contempſerunt. Vbi hoc dixit Deus, quo iuſti-
tiam ſuam oſtẽdebat, voluit etiam miſericordiam
ſoam oſtendere: quam ob cauſam dixit ſtatim: Et
recordabor ego pacti mei tecum io diebus adoleſ-
centiæ tuæ. Hoc eſt, implebo id, quod tibi promi-
ſi, quando te ex AEgypto reduxi, nimirum miſſu-
rum ad te Meſſiam. Nam capite 18. Deuterono- Deu. 18.
mij promiſit cœleſtis pater ore Moyſis miſſurum
ſe eſſe Chriſtum, qui ſecundum humanitatem ſum
pturus eſſet carnem ex genere Abrahæ. Sed quo-
niam ſolent Iudæi vti ſæpenomero futuris indica-
tiui pro ſubiunctiuis, poteſt totus hic locus ita ex-
planari, vt dicat Deus: Ego tecum agerem, quem-
admodum tu mecum egiſti ô ſynagoga, quæ iura-
mentum, & fœdus mecum initum violaſti, niſi a-
liud poſtularet meæ miſericordiæ magnitudo. Sed
ego ad te mittam filium meum, quemadmodum
tibi promiſi, qui te in errorum, & ſcelerum caligi-
ge verſatam illuſtret, & ad æternam gloriam adi-
piſcendam iter oſtendat. Ibit lux ad cæcos, vita ad
mortuos, via ad errantes, veritas ad falſitate dece-
ptos, ſalus ad ægros, redemptio ad captiuos, iuſti-
tia ad iniuſtos. fortitudo ad fragiles, fons aquæ vi-
uæ ad aridos, princeps pacis ad diſcordes, panis vi-
tæ ad laborantes fame, Deus ad peccatores.

Et ſuſcitabo tibi pactum ſempiternum. Hoc eſt, da-
bo tibi nouum teſtamentum, cui nulla ætas eſt fi-
nem allatura. Vetus ceſſauit quo ad cæremonias,
& iudicia, & ſacrificia, quia æternum non erat, ſed
ad tempus, nimirum vſque ad Meſſiam. Etſi deci-
mo ſeptimo capite Geneſis, & 12. Exodi, & 20. Le- Gen. 17.
uitici videatur dicere diuina ſcriptura cæremo- Exo. 12.
nias, & ſacrificia, & victimas Iudæorum æternas Leu. 20.
fore, non tamen hoc ait: longo tempore duraturas
dixit, non autem ſemper. Dictio adolam Hebrai-
ca, quæ æternum ſignificat, aliquando etiam ſigni-
ficat longi temporis durationem, non autem per-
petuitatem & infinitatem. Deus enim qui fallere
non poteſt, dixit Abrahamo: vt eſt in libro Gene- Gen. 13.
ſis literis conſignatum capit. 13. & 16. Dabo terram & 17.
hanc ſemini tuo in ſempiternom. Sed quis non vi-
det ſempiternum illic non tempus abſque fine ſi-
gnificare, cùm ſit omnibus perſpectum ſemen A-
brahami terram illam promiſſionis amiſiſſe, & nec
eam poſſidere, nec multis retrò ſeculis in ea habi-
taſſe. Quemadmodum Deus dixit æternam fore
terræ promiſſionis poſſeſſionem, ita dixit æter-
nam fore circoncifionem, & Iudæorum ſacrificia:
Prætereà ſacrificia illa etſi non maneant iuxta li-
terę corticem, maoent tamen iuxta ſpiritum, quo-
niam pro circunciſione carnis habet eccleſia cir-
cunciſionem ſpiritus, & baptiſmum: pro agno
paſchali habet Chriſtum in ſancto Euchariſtiæ ſa-
cramento, pro terra promiſſionis regnum cœlo-
rum. Quam ob cauſam pacta illa veteris teſtamen-
ti poſſunt appellari æterna, quia licèt iuxta vm-
bram & literam deleta ſint, manent tamen iuxta
virtutem & ſpiritom, & ideo excellentiore mo-
do, quo ſemper durabunt: nam nulla erit poſte-
ritas quæ afferat illis finem, quin potiùs vigebunt
memoria omnium ſeculorum: quia veteris illios
teſtamenti ſpiritus eſt ipſum nouum teſtamen-
tum: legem enim veterem appellat Apoſtolus li- 2. Cor. 3.
teram occidentem, nouum verò teſtamentum ſpi-
ritum viuificantem. Hoc teſtamentum nouum ap-
pellat

pellat hoc loco Deus per Ezechielem pactum ſempiternum. Vbi ſeptuaginta pro pacto ſempiterno habent teſtamentum ſempiternum Quod noſtram ſententiam confirmat. Et quoniam teſtamentum morte teſtatoris confirmatur, mortuus eſt Chriſtus, vt eius morte noſtra morerentur peccata, & nos à tenebris ad lucem transferremur. Id adumbratum fuit in agno paſchali in
Exo. 12. exitu Iſraelis ab Aegypto immolato. Mortuus eſt agnus vt morerentur primogenita Aegypti, & liberarentur Hebræi, mortuus eſt Chriſtus, vt mundi ſcelera morerentur, & Chriſtiani à tyrãnide Pharaonis, à poteſtate dæmonis, ab Aegypti caligine à mundi tenebris ad patriam promiſſionis, ad libertatem ſempiternam, ad lucem cœleſtem, ad gloriam immortalem ducerentur.

Cùm receperis ſorores tuas. Subaudi Sodomam & Samariam. Has ſuſcepit Apoſtolorum congregatio, cùm ſe ad Chriſti fidem conuerterunt.

Te maiores cum minoribus tuis. Nam ex regionibus, quæ conuertebantur, quædam erant maiores Iudæa, quædam minores,

Et *dabo eas tibi in filias.* Nationes, quæ fuerint ad fidem conuerſæ, tuæ filiæ erunt. Hoc ideo ait, quia
Eſa. 2. eccleſia incepit in Iudæa, &, vt prędixit Eſaias: De Sion exiuit lex, & verbum domini de Hieruſalem. Omnes autem, qui Apoſtolis adhærebant, erant filij eccleſiæ à Chriſto & Apoſtolis inchoatæ. Fuit igitur Hieroſolyma, vt mater, aliæ verò regiones, vt filiæ

Sed non ex pacto tuo. Id eſt, non ex merito tuo, quoniam pactum meum initum violaſti, ſed ex miſericordia mea, qui ſalutem tuam deſidero, Septuaginta habent: Et non ex teſtamento tuo. Hoc eſt, non ex virtute veteris teſtamenti, ſed noui: non virtute antiquæ legis, ſed per meritum Chriſti. Vt ſit ſenſus: Introibis in regnum cœlorum non ob victimas legis Moyſi, ſed ob fidem Chriſti, quæ per charitatem operetur: nam oſtium paradiſi non aperietur ſanguine taurorum & arietum, ſed ſanguine Ieſu Chriſti. Veniet tempus, quando ſacrificia legis veteris ceſſabunt, & Meſſias erit verum ſacrificium, qui morte ſua vitam tibi tribuet immortalem:

Et *ſuſcitabo ego pactum meum tecum.* Id eſt, dabo tibi nouum teſtamentum. Vel dabo tibi Meſſiam, quemadmodum tibi promiſi.

Et non ſit tibi vltrà aperire os. Id eſt, videns beneficia mea in te collocata, tuamque aduerſus me ingratitudinem, nihil habebis, quo me poſſis obiurgare, & te defendere.

Cùm placatus tibi fuero. Per carnis aſſumptionem filij mei, per eius ſanguinem, & per opera tua bona eius ſanguine decorata.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XVI.

Proiecta es ſuper faciem terræ. Septuaginta habent ſuper faciem campi. Vt ſit ſenſus: Proiecta es in viá latam & ſpatioſam, de qua ait ſaluator noſter apud Matthæum: Lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, via, quæ ducit ad vi-
Matt. 7 tam, arcta eſt & anguſta, quæ Chriſtus eſt, qui de
Ioan. 14. ſe ait: Ego ſum via veritas & vita. Ipſe eſt oſtium, qui de ſe ait: Ego ſum oſtium, per me ſi quis intro-
Ioan. 10. ierit, ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.

At via ducens ad æternam mortem latus eſt campus, in quo Cain occidit Abel, vbi hominibus im Gen. 4.
piis ſecũdæ res ſæpenumerò cõcedũtur, iuſtis autẽ & pietate præſtantibus denegantur. Hîc admittuntur homicidia, & impij inſurgũt in viros pios, eóſque premunt, maledictis lacerant, & factis affligũt. Eſt enim huius ſeculi labes cõtemnere virtutem, vel honeſtatis florẽ infringere. & veræ dignitatis ſplẽdorẽ & pulchritudinẽ maculare. Sed quemadmodum herinaceus marinus vt aiũt, & refert Baſi Simile
lius homilia. 7. in Hexameron, cùm perturbationẽ ventorũ præſenſerit, præſcius futuræ procellæ petrã ſubit, ſuper qua tãquã ſuper anchora ſeipſũ firmat & figit, ne fluctib⁹ trahatur & agitetur ſic vir iuſtus in mũdi mari cõſtitutus, pręſcius calamitatũ & dolorum, quibus viri iuſti premuntur ab iniuſtis, quibus ipſe poteſt angi & vrgeri, ad petram illã cõfugiat, de qua ait Apoſtolus: Petra autẽ erat Chriſtus, 1. Cor. 10.
eiq; adhærens liberabitur à mũdi tẽpeſtatibus, & quamuis à moleſtiarũ & tẽtationũ fluctibus cõcutiatur, firmus tamẽ, & cõſtãs in virtute permanebit.

Tempus tuum tempus amantium. In Hebraico eſt: Tempus tuum tempus דודים dodihim, à ſingulari דוד dodh, quod ſignificat amorẽ, & vber. Vnde id, quod habet in Cãticis editio vulgata: Meliora ſunt vbera tua vino, verti poteſt: Meliores ſunt amores Cant. 1.
tui vino, ſiue, amores tui vinum bonitate ſuperãt. Significat etiam amantem, & dilectum, vt in Canticis: Quò abijt dilectus tuus, ſiue amans te? Hanc Cant. 5.
ſignificationem ſecutus eſt communis interpres. Pagninus & Brixianus habent: Tempus amorum. Symmachus tẽpus dilectionis. Aquila in prima editione tempus vberum, in ſecunda tempus nuptiarum. Septuaginta tempus diuertẽtium, hoc eſt ab itinere declinantiũ. Tunc enim puellæ ſolent à via innocentiæ deflectere, & ad nuptias, ſeu amatorias leuitates aſpirare. Vides igitur ea, quæ inter ſe diſtare videbãtur, in vnũ eũdẽque, ſenſum cõſpirare.

Expandi amictum meum ſuper te. Septuaginta habent: Expandi alas meas ſuper te, iuxta illud: Quo Mat. 23. Luc. 13.
ties volui congregare filios tuos, Quemadmodum Matt. 23.
gallina congregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti. Per amictũ ſiue pallium intelligitur charitas: quæ 1. Pet. 4.
eſt veſtis nuptialis: de qua ait diuus Petrus: Charitas operit multitudinem peccatorum.

Auferam iuſtificationem tuam. Pagninus habet: Diminuam ſtatutum cibi tibi. Brixianus: Diminuam ſtatutum cibum tibi. Quidam vertunt: Auferam à te demenſum. Eſt autem demenſum menſura, quæ ſeruis datur frumenti ſingulis menſibus. Alij exiſtimant vertendum eſſe: Auferam à te annonam. Quæ omnia in idem recidunt. Ego exiſtimo multò rectiorem eſſe verſionem communem, cum qua aliæ nullo modo ſunt conferendæ. Nã pro iuſtificatione tua, eſt in Hebraico חקך chuccec, à verbo חקק chacac, quod ſignificat ſtatuere, ſcribere, & leges condere, vt apud Eſaiam: Væ qui condunt leges Eſai. 10.
iniquas. Illud libri Iudicum: Cor meum diligit Iudi. 5.
principes Iſrael, poteſt verti rectiſſimè: Cor meum diligit legislatores Iſraelis. Sed quoniam principes leges ferunt, eam ob cauſam vertit interpres noſter, & meritò quidem, principes. Et Geneſi. ca. 49. Gen. 49.
Non auferetur ſceptrum de tribu Iudah, nec dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittẽdus eſt, pro duce eſt in Hebraico eadem dictio. Quam ob cauſam poteſt verti: Non auferetur ſceptrum, & legiſ-

lator ſiue princeps, qui cōdat leges, &c. Ab hoc ver
bo chacac deriuatur nomē choc, quo vtitur hoc lo
co Ezechiel, quod nomen abſque dubio legem ſi-
gnificat, & ſtatutum, & ius, & præceptum. Eſai. ca.
Eſa. 5. 5. Mutuarunt ius. Pſalmo 2. Prædicans præceptum
Pſal. 2. eius. Quibus in locis eſt idem nomen, pro quo e-
ditio vulgata habet iuſtificationem, hoc eſt, le-
gem, quæ, vt in explanatione oſtendimus, iuſtifi-
catio in diuinis literis appellatur. Huic verſioni
fauet tranſlatio ſeptuaginta, ita habens: Et auſe-
ram νομίμασου hoc eſt iura tua, vel legitima tua, ſeu
leges tuas. Quēadmodū autē Deus abſtulerit à Iu
dæorū ſynagoga legē ſuā, oſtēdim' in explanatione.
Quia effuſum eſt as tuum. In Hebraico pro ære tuo
eſt נחשתך nechuxttec. Significat hoc nomen ſerpē
tem, vt Num. 21. Fecit Moyſes ſerpentem æneum.
Num. Significat etiam turpitudinem: quam ob cauſam
21. Thargum vertit in hunc modum locum hūc. Diſ-
cooperta eſt turpitudo tua. Acſi diceret: Reuelata
ſunt ô Iudæa ſcelera tua, & ſunt maleficia tua per
ſpecta & explorata. Hunc ſenſum explicans Pagni
n' vertit: Effuſa eſt turpitudo tua. Brixianus: Effuſa
eſt impuritas tua. Significat prętere a dictio hęc ęs.
Eſa. 48. Vnde Eſaias. 48. Frons tua ærea. Et Ierem. 6. Am-
Ierem. bulantes fraudulenter vt æs, & ferrum. Acſi di-
6. ceret: Quemadmodum chalybs & ferrum copu-
lantur & miſcentur, vt fiat gladius ad occidēdum,
ſic hi omnes tam magnates, quàm obſcuro loco
nati aduerſus te conſpirarunt, vt te occiderent.
Et quoniam æs accipitur pro pecunia, poterat ver-
ti hic locus Ezechielis: Quoniā effuſa eſt pecunia
tua. Obiecerat enim illi Deus tantam eſſe eius libi
dinem, vt opes ſuas amatoribus ſuis largiretur, &
ſubſtantiam ſuam cum profuſione diſtribueret.
Hunc eſſe exiſtimo germanum huius loci ſenſum,
quem communis editio per ęris effuſionem voluit
explicare.

Et abundantia & otium ipſius. Pro abundantia, eſt
in Hebraico שלוה xaluat, à verbo שלה xalah, quod
ſignificat abundare, vt Thren. 1. Inimici eius locu-
pletati ſunt, hoc eſt, diuitiis ſunt abūdantes & proſ
peri. Significat etiam quieſcere, atque in pace &
Thren. 1. tranquillitate vitam degere. Ideo poterat verti lo-
cus ille Threnorum: Hoſtes eius quieti ſunt, vel, vt
vertit R. Selomoh, in pace habitauerunt. Vt ſit ſen
ſus: Hoc accedit ad miſeriam Iſraelitici populi,
quòd cùm ille bello ſit preſſus & afflictus, inimici
eius in tranquillitate vitam agunt. Nomen Xala-
uah pacem, quietē, & tranquillitatem ſignificat: &
etiam abundantiam, & diuitiarum affluentiā. Vn-
Pſal. 29. de illud pſalmographi: Ego dixi in abundantia
mea: non mouebor in æternum: Cùm eſſem in trā-
quillitate mea, dixi in animo meo non eſſe me di-
mouendum in æternū. Quibus verbis ſeipſum ob
iurgat Dauid, qui cùm videret regnum ſuum con-
firmatum, & vitam ageret quietam, exiſtimauit fie
ri non poſſe, vt à pace illa & quiete dimoueretur.
At poſteà cùm Deus ab eo fauorem ſubtraheret,
& faciem auerteret, vidit ſeipſum commotum &
perturbatum: & tunc intellexit debere viros pru-
dentes ita ſe gerere in rebus proſperis, vt aduerſas
2. Re. 11. viciſſim expectarent. Nā poſtquā regnū obtinuit,
cùm omnia ei ex animi ſententia euenirent, incidit
in grauia ſcelera, & fuit in tam acerbis calamitati-
bus verſatus, vt non ſolùm extranei, ſed etiā filius
eius aduerſus illum bella pararet. Ideo ſequitur.
Auertiſti faciem tuam a me, & factus ſum con- 2. Re. 17.
turbatus. Nonnulli ex Græcis interpretibus exiſti
mant, vt ait Euthymius, hæc regis Ezechiæ perſo
na dici. Sed eadem manet ſententia. Diuus Au-
guſtinus arbitratur hoc dictum eſſe ſub Adami
perſona qui cùm in paradiſo tranquillitate bo-
norumq́ue copia afflueret, putauit fore, vt nulla
vis eum poſſet de illo florenti rerum ſtatu dimo-
uere, ſed cùm Deus auerteret paulisper oculos Gen. 2.
ſuos: illico incredibilis facta fuit rerum commuta Gen. 3.
tio. Nam pomum prohibitum comedit: & fuit ab
illa felicitate deiectus. Illud etiam pſalmographi:
Et abundantia in turribus tuis, poterat verti: Et Pſal.
quies in ædibus tuis. Et illud Prouerbiorum: Pro- 121.
ſperitas ſtultorum perdet eos, conuerti poterat: Prou. 1.
Pax, ſiue quies inſanorum euertet illos. Otium e-
nim eſt ſceleratis cauſa magnorum flagitiorum.
Septuaginta verterunt hunc Ezechielis locum:
Et in abundatiis affluebat ipſa deliciis. Pagni-
nus: Et abundantia otij fuit ei. Poteſt verti: Quies
otioſa fuit illi. At editio cōmunis non hæc conne-
ctit, ſed ſeparat, vt præter alias, has duas cauſas aſ-
ſignet euerſionis illius gentis, nimirum opum
abundantiam, & turpe otium: quod Seneca
appellat ſepulchrum hominis viui. De quo
ait ingenioſus poeta: Otia ſi tollas, periere Cu-
pidinis arcus: Contemptæq́ue iacent, & ſine luce
faces. Et diuus Auguſtinus libro primo de Ciui-
tate Dei, Otio, inquit periit Roma deleta Cartha-
gine. Et Chryſoſtomus in Geneſim: Otium om-
nem malitiam docet. Cùm interrogaretur Cleo-
menes, vt narrat Plutarchus, cur Lacedæmonij
cùm Argiuos ſæpe vincerent, eos non delerent.
Nolumus, inquit, vt habeamus, qui iuuenes no-
ſtros exerceant. Parabant ſæpe Argiui bellum ad-
uerſus Lacedemonios, & erat bellum illud veluti
cos, vbi iuuenes Lacedemonij acuebantur, & per
poliebantur, ne turpi otio diffluētes fortitudinem
amitterent, ſeq́ue vitiis coinquinarent.

Argumentum Cap. XVII.

*Sub Parabola aquilarum, arboris, & vinea hoc capi-
te contenta narratur transmigratio regis Iechonia, & aſ
ſumptio Sedechia in regnum. Hic Aegyptiorum amicitia
& auxilio fretus defecit à Nabuchodonoſore, eiq́ue fidē
frangens rebellauit. Quare fuit ab eo oppugnatus & cap
tus., & in Chaldæam cum cæteris Hebræis cum magno
dedecore adductus. Hanc Sedechia captiuitatem & miſe
riam, & Hieroſolyma euerſionem prædicit nunc Ezechiel
ad oſtendendam diuinam iuſtitiam: ſed in fine capitis He-
bræos ſpe futura libertatis erigit & conſolatur, ad oſten-
dendam diuinam miſericordiam. Eſt eius inſtitutum Iu-
dæorum vitia reprehendere, eóſque ad virtutem excita-
re, ne ſe in tot vitia ingurgitarent. Et per captiuitatem
Babylonicam oſtendit peccati ſeruitutem, & per reductio
nem ab ea inſtaurationem per Chriſtum, quem ventu-
rum eſſe mentis oculis intuebatur.*

CAPVT XVII.

ET factum eſt verbum domini
ad me, dicens Fili hominis pro
pone ęnigma, & narra parabo-
lam ad domum Iſrael, & dices.
Hæc

Hæc dicit dominus Deus. Aquila grandis
magnarum alarum, longo membrorum du-
ctu, plena plumis, & varietate, venit ad Liba-
num, & tulit medullam cedri. Summitatem
frondium eius euulſit, & tranſportauit eam
in terram Chanaan, in vrbe negotiatorum
poſuit illam. Et tulit de ſemine terræ, & po-
B ſuit illud in terra pro ſemine, vt firma-
ret radicem ſuper aquas multas: in ſuperfi-
cie poſuit illud. Cúmque germinaſſet, cre-
uit in vineam latiorem, humili ſtatura reſpi-
cientibus ramis eius ad eam, & radices e-
ius ſub illa erant. Facta eſt ergo vinea, & fru-
ctificauit in palmites, & emiſit propagines.
Et facta eſt altera aquila grandis, magnis alis,
multiſque plumis, & ecce vinea iſta quaſi
mittens radices ſuas ad eam, palmites ſuos
extendit ad illam, vt irrigaeet eam de areo-
C lis germinis ſui. Quæ in terra bona ſuper a-
quas multas plantata eſt, vt faciat frondes,
& portet fructum, vt ſit in vineam grandem.
Dic. Hæc dicit dominus Deus: Eegóne proſ-
perabitur?

EXPLANATIO.

Et factum eſt verbum domini ad me. Hoc eſt, dixit mi-
hi dominus, vt proponerem ænigma filijs Iſraelis,
illúdque eis explicarem. Eſt autem ænigma obſcu-
ra allegoria, quæ non facilè intelligitur, niſi à pro-
ponente explicetur. Huiuſmodi eſt illud Samſonis
Iudi. 14. in libro Iudicum: De comedente exiuit cibus, &
de forti egreſſa eſt dulcedo. Quibus verbis ſignifi-
cabat ſe abſtuliſſe mel de ore leonis, quem occide
rat. Nam cùm poſt aliquos dies à cæde leonis eius
cadauer inuiſeret, inuenit in eius ore apum exa-
men, & mellis fauum, quem ſumpſit, & comedit.
Huiuſmodi ænigmata appellabant veteres ſcru-
pos autbore Gellio libro duodecimo cap. 6. Quæ
ænigmata cùm ſint in literis diuinis frequẽtia, ſunt
Sup. 2. tamen apud noſtrum Ezechielem frequentiſſima,
vt capite 5. de gladio radente pilus, & hoc loco de
duabus aquilis, & omnibus ferè capitibus.

Ad domum Iſrael. Hoc eſt, contra populum Iſrae-
liticum Hieroſolymæ commorantem Vel narra
parabolam hanc Iſraelitis, qui tecum ſunt in Ba-
bylonica captiuitate. Vel accipitur domus Iſrael
pro omnibus Hebræis in communi.

Aquila grandis. Hoc eſt, Nabuchudonoſor rex Ba
bylonis, qui ideo per magnam aquilam intelligi-
tur, quia quemadmodum ea habet inter aues prin
cipatum, ſic ille inter homines. Aquilæ nomine ali
quando intelligitur diuinæ aſcenſionis volatus, &
ſublimis intelligentia, vt primo capite explicui-
Sup. 1. mus, cùm de quatuor animalium ſignificatione diſ
ſereremus. Aliquãdo congregatio concionatorum
fidelium, vt in Apocalypſi: Vidi, & audiui vocem
Apoc. 8. vnius aquilæ volantis per medium cœli, dicentis
voce magna: væ, væ, væ habitantibus in terra. Ali-
Abd. 1. quãdo diabolus, pater ſuperbiæ, vt apud Abdiã: Si
exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſidera poſueris
nidũ tuũ, inde detraham te, dicit dominus. Aliquã
do res velocitate prædita, vt apud Ieremiam: Velo *Thre. 4.*
ciores fuerũt perſecutores noſtri aquilis cœli. Ali-
quando rex aliquis magnus & potens, vt apud Ie-
remiam de Aſſyriorũ rege ita aientẽ: Quaſi aquila *Iere. 48.*
volabit, & extẽdet alas ſuas ad Moab. Et de Nabu *Oſe. 8.*
chodonoſore ait Oſeas: Quaſi aquila ſuper domum
domini. Et Ezechiel hoc loco Aquila grãdis, &c.

Magnarum alarum. Id eſt, magnos habens exerci-
tus, qui alarum nomine ſignificantur, vt apud E-
ſaiam: Erit extenſio alarum eius implens latitudi- *Eſai. 8.*
nem terræ, &c. Et apud Ieremiam: Extendet alas *Ierem.*
ſuas ad Moab. Apud Latinos etiam ala dicta eſt e- *49.*
quitum turma, quòd pedites tegat alarum vice. Et
in acie ala dextra locatus, & ſiniſtra, inſtar alarum
auium.

Longo membrorum ductu. Rex dicitur caput, ſubdi
ti membra. Vult ſignificare populorum multitudi
nem, quæ erat Nabuchodonoſori ſubiecta.

Plena plumis & varietate. Erat hic rex ditiſſimus &
& potentiſſimus. Per pennas pictas, varietate colo
rum decoratas ſignificat mundi opes, potentiam,
& proſperarum rerum abundantiam. Cõſidera ob
ſecro altè rem hanc, illamq́ue tecum perpende, &
memoria repete. Mundi gloria cum leuibus plu-
mis, quæ vento circunferuntur, hoc loco compa-
ratur, Quemadmodũ plumę aues ferũt in ſublime,
ſic mundi diuitiæ & dignitates ſolent homines ex
tollere & in vanitatis aerem eleuare. Quemadmo- *Similia.*
dum accipitres pennis freti volentes altiùs aſcẽde
re, & nubes penetrare, ob nimis excelſum volatũ
amittuntur, ſic qui proſperitatis plumis innixi ela-
tione erigũtur, quò altiùs aſcendunt, eò infeliciùs
præcipitãtur. Hę ſunt plumæ vanitatis, quas Deus
in Leuitico præcipiebat euellere, & in locum cine
rum proiicere. Locus cineris eſt memoria mortis, *Leui. 1.*
vbi ea, quæ mortales indicant eximia, ad quę cupi
ditate inceſſi rapiuntur, reuoluere debemus, cõſide
rantes quàm breui omnia illa euaneſcant, & conſu
mantur, & nos cum illis in cinerem conuertamur.
Arbores in ſylua cognoſcuntur, quædam ob trun-
corum differentiam, quædam ob frondium, aut
florum, aut fructuum proprietatem. Hoc quippe *Simili-*
eſt, dum viuunt: ſed traditæ igni, & in cinerem *tudo*
conuerſæ cognoſci nequeunt. Quî fieri poteſt, vt
miſtis cineribus proceram pinum, aut excelſam
populum ab humili myrto, & paruo frutice poſſis
vnquam diſcernere? Sic homines dum in mundi
degunt ſylua, cognoſcuntur, quidam ob malorum
ſtipitem, quidam ob verborũ folia, hic in flore pul
chritudinis, ille in honeſtatis fructu, nõnulli in cor
tice ruſticitatis, alij verò in lenitate mãſuetudinis.
Sed cùm mors eos redigit in cinerẽ, & omnia miſ-
cet & cõfundit, quis poterit ex cineribus, ex terra,
ex puluere illos cognoſcere? Miſtis cineribus quid
intereſt inter excelſum principem, & infirmum co
lonum? In horum cinerũ memoriã proiicere debe
mus pulchras mundi plumas, ne inflati opinioni-
bus temperãtiam amittamus, & in erroribus into-
lerandis verſemur. Eſt enim perſpicuum dominã
te inani gloria temperantiæ locũ nõ eſſe, nec in va
nitatis regno virtutem poſſe cõſiſtere. Falco, & ni- *Simili-*
ſus, & aliæ aues ex accipitrum genere dum viuũt, *tudo*
magni æſtimãtur: nutriuntur magnis delicijs, & in
manibus geruntur magnatum: ſed cùm moriũtur,
proiiciuntur in ſterquilinium. Contrà verò per-
dices dum viuunt, affligũtur ab omnibus, quili-

bet agricola in eas irruit,& impetũ facit: ſed mortuæ afferuntur ad principis menſam , eique honorificè offerũtur.Ita multi qui in hac vita illuſtres & præclari cenſentur,rebúſque vtuntur ſecundis,illis ad voluntatem ſtantibus,migrantes è vita mittuntur in inferni ſterquilinium in æternum cruciãdi:alij autem qui in vita variis torquentur calamitatibus,& ob præclaras virtutis actiones in hominum ſceleratorum odia incurrunt,& à mundo cõtemnuntur,cùm excedunt è vita,ad menſam afferũtur principis cœlorum,vbi requieſcunt , in gloria illa ęterna ſummo honore,ſummiſque gaudiis abũdantes.Horum vitam cenſet mundus eſſe ornamẽtis omnibus ſpoliãdam,cùm eã deberet perpetuis monimẽtis ornare.Contrà verò eos celebrat ſæpe numerò,pleniſq; laudibus extollit,atque nominis amplitudine, claritateque illuſtrat,qui ſe in impia ingurgitant ſcelera,qui ſunt nõ ſolùm ab honeſtate,ſed etiã ab honeſtatis veſtigio relicti.Hi ſunt variis plumis honorũ mũdi inaniter ornati,quas breui amittũt:& ea,quę ſunt diu,ac multo labore quęſita: vna eripit hora,& ipſi ad ęternas pœnas relegãtur.Ideo ait Eccleſiaſticus:Subſtãtiæ iniuſtorũ ſicut fluuius ſiccabuntur,& ſicut tonitruum magnũ in pluuia perſonabunt.Et pſalmographus : Homo vanitati ſimilis factus eſt,dies eius ſicut vmbra pręteteunt. Moritur homo,& cum eo eius falſa gloria & proſperitas.Sed nec dum viueret vitam in tranquillitate traducebat : ſed acerbis ſæpe moleſtiis implicatus,in timore & dolore verſabatur. Quem admodũ fumus excelſa petit,ſic calamitas eos potiſſimum inuadit,qui ſunt in altiore gradu conſtituti.Quo fit,vt eos inde ſæpenumerò in puncto tẽporis ignominioſè pręcipitet. O inanem mundi famam comparatam hominum temeritate vitiorũ plerumque laudatrice ! O impiorum gloriam fluxã,& tetris dedecoris maculis deformatam ! Vbi eſt hic Nabuchodonoſor,quem diuinus noſter vates cum aquila magna,variiſque plumis decorata cõparat hoc loco?Vbi eſt eius potẽtia,& diuitiarũ abundantia?Euanuerunt omnia illa, & vt eſt in libro Sapientię literis mandatum:Tranſierunt ſicut vmbra,& tanquam nuntius præcurrens. Reſtat igitur,vt mundi gloriam inanem illam & fallacem contemnamus,ſiquidem aſpicimus eam hoc loco cum leuibus pennis comparari.

Eccle. 40.

Pſalm. 143.

Simile

Sap. 5.

*Venit ad Libanum.*Hoc eſt,ad templum Salomonis,ſic vocatum propter eminentiam & excelſitatem:vel quia erat ex lignis Libani cõſtructum , vt patet ex tertio Regum.Et per templũ intellige Hieroſolymã.Figura eſt ſynecdoche, vbi ponitur pars pro toto.Eodem modo Zacharias : Aperi Libane portas tuas.Vbi paraphraſtes Chaldæus pro Libano vertit tẽplum.Vel intelligitur hoc loco Hieroſolyma nomine Libani. Vt enim mons ille erat arborum denſitate plenus,ita Hieroſolyma hominum ac ſtatuum varietate referta.Fortaſſe per Libanum intelligitur tota terra promiſſionis,in qua ſitus erat mons Libanus.

3.Reg.5. 2.Para.2. Zacha. 11.

*Tulit medullam cedri.*Aſportauit ſecũ , quicquid erat pretioſum : vel ſtatum nobilium,nã cũ inter arbores ędificiis aptas cedrus teneat principatum, ſitque procera & odorifera , meritò eius nomine magnatum ſtatus ſignificatur. Vel per medullam cedri intelligitur rex Iechonias , per ſummitates verò frondium nobiles præclaris orti natalibus, Sẽſus eſt:Venit Nabuchodonoſor Hieroſolymam, eam expugnauit,& ſecum in Chaldæam regem Iechoniã,& optimates ferè omnes adduxit. Cedrus eſt ciuitas eius,medulla eſt rex,ſummitates ramorum ſunt magnates,trunci ſunt plebeij. Quemadmodum ex arboris medulla progreditur vis qua rami refloreſcunt,& fructus producunt,ſic ex principe debet exire virtus,qua populus commotus & excitatus vberrimis bonorum operum fructibus exornetur.

*Et tranſportauit eum in terra Chanaan.*Hoc eſt, in Chaldæam.Chanaan ſignificat negotiationem,& quoniam Chaldæi,præſertim Babylonij erant magni mercatores & negotiatores , appellatur eius terra mercatura & negotiatio.Eſt igitur hoc loco Chanaã nomen appellatiuũ , non autẽ proprium: nam propriè terra promiſſionis appellabatur terra Chanaan,vbi quondam Chananæi habitauerunt, ex qua fuerant per Hebræos eiecti. Id volens propheta indicare ſubdit : In vrbe negotiatorum poſuit illam.Brixianus pro terra Chanaan habet terram negotiatorum : quod noſtræ fauet ſententiæ.Ita poteſt intelligi illud Oſeæ:Chanaan,in manu eius ſtatera doloſa.Solent enim nefarij mercatores fallacibus ſtateris ponderare.Igitur ad terram mercatorum adduxit Nabuchodonoſor Iechoniam,& alios Iudæos,qui eum ſecuti ſunt, vt patet ex 4.Regum.

Oſe.12.

4. Reg. 24.

*Et tulit de ſemine terræ.*Loquitur nunc de Sedechia,quem Nabuchodonoſor regem Iudęæ pro Iechonia cõſtituit.Hic Sedechias erat de ſemine terræ,hoc eſt vnus ex iis , qui in terra illa Iudææ nati ſunt.Appellabatur antea Nathanias , erat patruus regis Iechoniæ,de ſtirpe regũ Iudah.Hunc poſuit Babylonius in terra pro ſemine Iechoniæ. Præfecit illum terræ Iudææ, vt maneret ſemen ſtirpis regiæ.Vel poſuit illum in terra pro ſemine,vt creſceret.Ac ſi dicat Mãdauit illum terræ,vt ſemẽ,quod naſceretur,vt viriditas herbeſcens , nixa fibris ſtirpis ſenſim adoleſceret, lætóſque fructus produceret.Quidam vertunt:Poſuit illum in terra ſeminis, hoc eſt fertili,& fœcunda:quibus fauet tranſlatio ſeptuaginta habens : Dedit illud in campo ſeminabili.

4.Reg. 24.

*Vt firmaret radicem ſuper aquas multas.*Hoc eſt,vt ſatus eſſet prope flumina,& perennes fontes totã terram irrigantes. Quaſi diceret:vt regnaret in terra frugifera & opulenta ſemper virẽs,nullos æſtus reformidans. Vel ſic : Vt regnaret ſuper populos multos:nam nomine aquarum populi ſignificantur iuxta illud Apocalypſis:Aquæ,quas vidiſti, populi ſunt.

Apo.17.

*In ſuperficie poſuit illud.*Non eum alta regni radice firmauit.Præfecit eum Iudææ,ſed ita ei vires fregit,vt ſupplex maneret,ne in magna potentia conſtitutus rebellaret.

Creuit in vineam latiorem humili ſtatura. Regnum Iudææ fuerat quondam excelſa cedrus:at fuit regnum hoc euerſum tempore Iechoniæ : & loco cedri floruit abiecta vitis. Nam tempore Sedechiæ nulla fuit ibi celebritas , nulla amplitudo. Creuit quidem vitis,& fuit latè propagata , ſed humili ſtatura,non creuit in altum , non ſe tulit in ſublime:quin potiùs parebat Babyloniis Denique nõ erat alta cedrus,ſed depreſſa vitis.At quãdiu obediuit Nabuchodonoſori,tulit fructus,ſed cũ ab ea defecit

fecit,& fidem frangens cōfugit ad Aegyptios,exa-
cute:& non ſolùm rex,ſed populus fuit ad interi-
tum & vaſtitatem vocatus.

Reſpicientibus ramis eius ad eam. Vitis erat regnū,
palmites erant magnates,qui nō eleuabantur,quo
niam reſpiciebāt ad aquilam,hoc eſt,ad regem Ba
bylonis, cui obtemperabant.

Et radices eius ſub illa erant. Hoc eſt,firmitudo re-
gni Sedechię erat ſub aquila,pendebat à Nabucho
donoſore. Vel ſic : Et rex Sedechias impius erat.
Homo iuſtus eſt arbor inuerſa, iacēs radices ad cœ
Apo.21. lum,vnde ad illum venit alimentum, & aqua gra-
tiæ cœleſtis. Hæc eſt aqua,de qua ait Deus in Apo
calypſi: Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gra-
Eſai.55. tis. Hæc eſt animi eſca,de qua ait Eſaias: Venite &
emite abſque argēto,& abſque vlla cōmutatione
vinum & lac. Hoc alimētū de ſurſum venit à patre
Iacob.1. luminū: nā vt ait diuus Ioannes Baptiſta apud diuū
Ioannem euangeliſtam,non poteſt homo accipe-
Ioan. 3. re quicquam,niſi fuerit ei datum de cœlo. Alimen
tum animæ eſt illud: de quo ait dominus: Operami
Ioan. 6. ni cibum,qui non perit,ſed qui permanet in vitam
æternam,quem filius hominis dat vobis. Hoc ali-
mento,his dapibus cœleſtibus reficitur vir iuſtus:
at impius radices iacit in terram,qui cœlo cōtem-
pto ad terram tantummodo aſpicit,& terram co-
medit: ſiquidē reb' terrenis paſcitur & delectatur.
Nam cùm diabolus terram comedat cunctis die-
Gene.3. bus vitę ſuę,vt eſt literis diuinis libri Geneſis mā
datū,quid mirum ſi ſeruos ſuos iiſdē paſcat alimen
tis,quibus ipſe paſcitur. Itaque qui iuſtitiam colit
& pietatem,radices habet ſuper ſe,qui verò ſcele-
re & maleficio paſcitur,ſub ſe. Volens igitur diui-
nus vates flagitia Sedechiæ ſignificare ,ait eius ra-
dices ſub ipſo eſſe.

Et facta eſt altera aquila grandis. Hic erat rex Ae-
gypti,qui aquila etiam dicitur ob magnam poten
tiam,& diuitiarum abundantiam. Cùm autem ille
eſſet hoſtis Babyloniorum, confugit ad illum Se-
dechias,totum ſe ad eius fidem & amicitiam con-
ferēs:& fœdus cum Nabuchodonoſore initum, &
iureiurando confirmatum violauit,qua in re ius di
uinum humanumq́ue peruertit.

Et ecce vinea iſta. Hoc eſt,rex Sedechias. Poteſt
verti,vitis hæc.

Quaſi mittens radices ſuas ad eam. Adhæſit regi
Aegypti,qui aquila dicitur , ſed cùm prima nullo
modo comparanda. Ad eum miſit legatos Sede-
chias petens ab eo auxilium aduerſus Babylo-
nios.

Vt irrigaret eam areolis germinis ſui. Hoc eſt , vt
rex Aegypti hanc vitem,nempe Sedechiam tuere-
tur contra Nabuchodonoſorem. Videtur alludere
ad Nilum , qui irrigat Aegyptum immiſſus in a-
Deut.6. gros per ſulcos.
Nu.14. *In terra bona.* Hoc eſt,in terra promiſſionis ferti
Eccle. li & ferace,manante lacte & melle. Poterat Sede-
46. chias regnum dilatare,opibus affluere , fructus v-
bertimos ferre , & quietè atque honorificè viuere:
ſed non illud ſcelera eius merebantur. Ipſe pertur
bationes quærebat,& concitatis animi permotio-
nibus agitabatur. Torquebatur effrænata cupidita
te,& inani ſolicitudine: modò lætitia temerè exul-
tabat,modò dolore animū demittebat. Huiuſmo-
di ſunt inſipientes homines , qui cùm ſint ipſa va-
nitas,neſciunt puſillum illud temporis,quod ipſis
datū eſt,placatè atque leniter traducere. Adeò de-
ſipiunt,in his rerum imaginibus & vmbris ita am
bulant,tumultuantur,belligerantur,& ſtudio flu-
xas mundi opes occupandi ſe conturbant ,quaſi e-
ximia bona ſint & immortalia. Id volens explica
re regius vates canebat; In imagine pertranſit ho Pſal.38.
mo,ſed & fruſtrà cōturbatur: Theſaurizat,& igno
rat,cui congregabit ea. Eodē modo rex Sedechias
cùm poſſet quietè viuere,ſeipſum & totum regnū
perturbauit. Permiſit Deus ob eius aliorumq́ue Iu
dæorum flagitia, vt à Babyloniis deficerent , eiſ-
que fidem violarent , vt expugnarentur, & miſeri
ac calamitoſi adducerentur in Chaldæam , v-
bi eſſent in acerbiſſimis calamitatibus ver-
ſati.

Dic. Verbum eſt Dei præcipientis Ezechieli, vt
ea Iudæis dicat,quæ ſtatim ſequuntur.

Ergóne proſperabitur? Subauditur vinea hęc. Qua
ſi dicat; non. Habent huiuſmodi interrogationes
vim negationum,

Nónne radices eius euellet? Quaſi dicat euellet qui
dem. Senſus eſt: Prima aquila nimirum Nabucho-
donoſor delebit Sedechiam , euellet radices eius,
hoc eſt,maiores eius euertet,& fructus eius diſtrin
get,hoc eſt,filios eius occidet , & omnes eius pal-
mites,hoc eſt,omnes eius conſanguineos & famu-
los labefactabit. Et hoc non in brachio grādi,hoc
eſt,non cum magno exercitu,nec cum magna po- 4.Re.
tentia. Lege 4.Reg.& 2.Paralipome.& Ieremiam, 25.
& videbis fuiſſe omnia hæc adimpleta. 2 Para.
vlt.

Nonne cùm tetigerit eum ventus vrens, Iere.39.
ſiccabitur.& in areis germinis ſui areſcet?
Et factum eſt verbum domini ad me , di-
dicens: Dic ad domū exaſperantem: Neſci
tis quid iſta ſignificent? Dic. Ecce venit rex
Babylonis in Ieruſalem & aſſumet regem,
& principes eius,& adducet eos ad ſemet-
ipſum in Babylonem. Et tollet de ſemine re
gni,feriétque cum eo fœdus, & ab eo acci-
piet iuſiurandum,ſed & fortes terræ tollet,
vt ſit regnum humile , & nōn eleuetur,ſed
cuſtodiat pactum eius,& ſeruet illud. Qui
recedens ab eo miſit nuntios ad Aegyptū,
vt daret ſibi & equos,& populum multum.
Nunquid proſperabitur vel conſequetur
ſalutem,qui facit hæc? Et qui diſſoluit pa-
ctum,nunquid effugiet? Viuo ego,dicit do-
minus Deus,quoniam in loco regis,qui cō
ſtituit eum regem,cuius fecit irritum iura-
mentum,& ſoluit pactum quod habebat
cum eo, in medio Babylonis morietur. Et
non in exercitu grandi,nec in populo mul
to faciet contra eum Pharao prælium,in ia
ctu aggeris,& in extructione vallorum , vt
interficiat animas multas. Spreuerat enim
iuramentum,vt ſolueret fœdus,& ecce de-
dit manum ſuam,& cùm omnia hæc fece-
rit,non effugiet

Nonne cùm tetigerit eam ventus vrens. Hoc eſt , e-
xercitus Chaldæorum.

Dic ad domum exaſperantem. Hoc eſt, ad populum Iudaicum rebellem, & me ad iram prouocanté.

Ecce venit rex Babylonis. Parabolæ explicatio.

Et aſſumet regem. Futura pro præteritis quemadmodum aliquando præterita pro futuris ponuntur more prophetarum. Senſus eſt: Venit Nabuchodonoſor Hieroſolymam, & tulit eius regem Iechoniam, & magnates, & diuites: & tráſtulit eos in terram ſuam.

Et tollet de ſemine regni. Id eſt, eleuauit Sedechiá, eúmque conſtituit regem, qui eſt ex progenie regia: & pepigit cum eo fœdus, vt ſcilicet ipſe Sedechias regnaret, & tributum ei ſolueret ſingulis annis. Quod iuramento confirmauit.

Vt daret ſibi equos, & populum multum. Hoc eſt, equites, & magnam peditum multitudinem aduerſus Babylonios.

Nunquid proſperabitur? Quaſi dicat, Qui violauit fœdus iuramentó confirmatú non meretur proſpe
Ioſue.9. ritatem. Fides eſt proximo ſeruanda: ná Ioſue Ga-
Eccle. baonitis promiſſam ſeruauit fidem, dicens: Iuraui
29. mus eis in nomine Dei Iſrael, & idcirco nó poſſumus eos contingere. Et Eccleſiaſticus, Vir, inquit, bonus fidé facit cú proximo ſuo. Et hoc loco oſtédit Ezechiel ſeruandam eſſe fidem etiam inter hoſtes, & non conſiderandum cui, ſed per quem iuraueris. Multò fidelior ille inuenitur, qui tibi propter nomé Dei tui credidit, & deceptus eſt, quá tu, qui violato iureiurádo hoſti tuo, imò iá amico tuo inſidias paraueris. Hominis eſt ſceleratiſſimi amicitiam ſoluere iuramento confirmatá, eúque fallere, qui læſus nó eſſet, niſi credidiſſet. Diuus Ambroſius libro ſecúdo officiorú. Fides, inquit, eſt etiá perfidis præſtáda. Et diuus Auguſtinus ad Bonifaciú: Fides quádo promittitur etiá hoſti ſeruáda eſt. Et eſt hoc in ſactos canones relatum 23. quæſtio. 2. ca. Noli exiſtimare. Sed intelligendum eſt, ſi hoſtis nobis fidam ſeruet, alioquin non, vt patet multis ex locis à gloſſa ibi in verbo, hoſti, citatis. Nec mirandum eſt fidem à fidelibus cum hoſtibus ſeruari, cú etiam eam illis cóſeruauerint infideles. Primo bello Punico Marcus Regulus Romanus captus à Pœnis, cùm eſſet Romam miſſus ad captiuos commutandos iuraſſetque ſe rediturum, rediit quidem nó commutatis captiuis. Etſi ab iis, qui eum vnicè diligebant, retineretur Romæ, maluit tamen redire, quam fidem hoſtibus datam fallere. Reuerſus eſt Carthaginem ad exquiſita ſupplicia, ad hoſtes crudeliſſimos, á quibus fuit incredibilibus cruciatibus affectus. At nemo illú eam ob cauſam ærumnoſum, nemo infelicem vnquam putauit: nó enim magnitudo animi eius torquebatur ab hoſtibus, non grauitas, non virtus, non conſtantia. Amiſit opes, & magiſtratus, & ea, quæ deceptis mortalibus eximia, & præclara videntur, virtutem autem non amiſit. Quemadmodum fulmen quicquid in-
Simile uenit in terra, ferit, præter laurú, vt ait Plinius libro 2. cap. 55. ſic magna calamitas omnia poteſt auferre & euertere præter firmam virtutem. Eſt enim conſtans virtus pulchra laurus, ſemper virens, nullo igne è nubibus erumpente, nullo impetu tormentorum & ærumnarum exuſta, aut labefactata. Ad hác firmá virtuté nos hortatur Apoſtolus, di-
1.Cor. cés in epiſtola prima ad Corinthios: Fratres mei di
15. lecti ſtabiles eſtote, & immobiles, abúdátes in omni opere domini ſemper quo omnia fugiédæ turpitudinis, adipiſcendæque honeſtatis cauſa faciút, in amore Chriſti fundati, non ſolú mœroris faces, ſed múdi fulmina cótémnút. Si Gétiú duces, & philoſophi malebát vitá potiùs, quàm fidé hominibus datam amittere, cùm nullis perfectis virtutibus moralibus eſſent prædici ob theologalium defectum, vbi ſunt Chriſtiani fide Chriſti decorati, qui fidé frangunt, cùm multò magis debeát eá hominibus datá conſeruare, daréque operam, ne gradu conſtátiæ dimoueantur, atque ne quicquam excellentia atque præſtátia Chriſtianæ religionis veritate pleniſſimæ indignum committant? Si autem mundi ictibus nos vulneratos ſenſerimus, & calamitatibus vndique preſſos, nó frágamur, nec animo cadamus, ſed ſit præſtò regina ratio, quę ira animú corroboret atque confirmet, vt mori potiùs velimus, *1.Tim.5.*
quàm fidem iuramento aſſertam violare. Fides aliquando accipitur pro ſpóſione, vt apud diuú Paulum prima ad Timotheum: Primam fidem irritá *Roma*
fecerunt. Aliquando pro cóſcientia, vt in epiſtola *14.*
ad Romanos: Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Aliquando pro fide theologali, de qua ait *Hebr.*
Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos: Sine fide impoſ *11.*
ſibile eſt palcere Deo. Quæ aliquádo eſt informis, *1. Cori.*
aliquádo formata. De informi ait Apoſtolus in pri *13.*
ma ad Corinthios. Et ſi habuero omnem fidem, ita vt mótes transferá, charitatem autem nó habuero, &c. De formata ait in epiſtola ad Galatas: In Chri *Gala.5.*
ſto Ieſu, nec circuncíſio aliquid valet, nec præputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur. De ea *Rom.5.*
ait in epiſtola ad Romanos: Iuſtificati ex fide pacé habemus ad Deú. Nonnúquá fides idé eſt quod fi- *Apoc.2.*
delitas, vt in Apocalypſi: Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. De hac fide ait Ec *Eccle.*
cleſiaſticus: Fidem poſſide cum amico in pauperta *22.*
te illius. Hoc modo accepta fides eſt dictorum cóuentorúmque conſtantia & veritas. Ita eá Marcus Tullius definit libro primo Officiorú, vbi ait eam quia fiat, quod dictum eſt, appellatam fidem. De illa modò diſſerimus, aſſerimúſque eſſe non ſolùm amicis ſed inimicis etiam ſeruandam. Hanc veteres Romani tanti faciebant, vt eam tanquam numen aliquod ſanctiſſimum colerent, eiuſque imaginé in capitolio prope Iouẽ, quẽ inter vanitaté ſuorum Deorú venerabantur, collocarét. Huius virtutis proprium eſſe dicebát, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poſſet, intolerandum putare. Hanc fidem iureiurando confirmatá fregit Sedechias deficiés à Nabuchodonoſore: quá ob cauſam permiſit Deus, vt eſſet incredibilibus ærumnis laceratus, & non ſolùm ſe, ſed totum ſuum regnum penitus euerteret, quod fidem nec Deo, nec hominibus ſeruabat.

Nunquid effugiet? Subaudi pœnam. Quaſi dicat: non. Vel loquitur de fuga, cui ſe mandare volebat *4. Reg.*
Sedechias, quando fuit à Babyloniis captus, vt li- *vlt.*
bro quarto Regum licet videre.

In loco regis. Hoc eſt, in terra Nabuchodonoſoris.

Et non in exercitu grandi. Hoc eſt, Pharao rex Aegypti, qui promiſerat Sedechiæ ſe eſſe paraturú cótra Nabuchodonoſoré exercitú magnum, eumque ſuperaturú: non ſtabit promiſſis, ná paruú exercitú aduerſus eum mittet: & nec iaciet aggeré, nec extruet vallorú foſſas, vt multos ex Babyloniis interficiat. Miſit quidem rex Aegypti aliquos, qui Sede- *Iere.37.*
chiæ opé ferrent, vt conſtat ex ca. 37. Ieremię, ſed

metu

metu perterriti reuerſi ſunt in Aegyptum.

In iactu aggeris. Hoc eſt, iaciens aggerem. Eſt autem agger coaceruatio terræ & lapidum ad muros vrbis oppugnandos.

Vt interficiat animas multas. Hoc eſt multos homines. Capitur pars pro toto metonymicôs, vt multis in locis diuinarum literarum.

Et ecce dedit manum ſuam. Nimirum regi AEgypti. Acſi dicat: Sedechias ſe tradidit Pharaoni. Dare enim alicui manum eſt ſe ei cõmittere. Vel confirmauit iuramentum, quod fecerat Pharaoni: ſolebant veteres tactu manus fœdera cõfirmare. Nũc etiã eodem modo apud nõnullos fit, qui pactũ corroborare volentes, manus mutuò porrigunt more antiquorum. Vnde aiebat Pythagoras nõ eſſe vnicuique dexteram porrigendam. Acſi diceret non eſſe quempiam in fœdus amicitiæ temere recipiẽdum. Citat hoc ſymbolum Plutarchus in hanc ſententiam in libro de multorum amicitia. Nunc ſolent Chriſtiani tangere manu euangeliorũ librum cùm rem aliquam magni momenti volunt iureiurando confirmare.

Propterea hæc dicit dominus Deus. Viuo ego, quoniam iuramentum, quod ſpreuit, & & fœdus, quod præuaricatus eſt: ponam in caput eius. Et expandã ſuper eum rete meũ, F & comprehendetur in ſagena mea, & adducam eum in Babylonẽ, & iudicabo eum ibi in præuaricatione, qua deſpexit me. Et omnes profugi eius cum vniuerſo agmine ſuo gladio cadent, reſidui autem in omnem ventum diſpergentur. Et ſcietis, quia ego dominus locutus ſum. Hæc dicit dominus Deus: Et ſumam ego de medulla cedri ſublimis & ponam de vertice ramorũ eius: tenerum diſtringã, & plãtabo ſuper montẽ excelſum, & eminentem. In monte ſublimi Iſrael plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam, & habitabunt ſub ea omnes volucres, & vniuerſum volatile ſub vmbra frondium eius nidificabit. Et ſcient omnia ligna regionis, quia ego dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile? & ſiccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus ſum, & feci.

Sup. 12. D. Infr. 32. A.

Iuramentum quod ſpreuit. In Hebraico eſt iuramentum meum, quod violauit. Hoc eſt, iuramentum meo nomine initum, ictum inuocato nomine meo.

Ponam in caput eius. Hoc eſt, luet pœnas tanti flagitij, quoniam iuramentum meum violauit. Ponere in caput alicuius flagitium, eſt illum prout eius ſcelus meretur, caſtigare. Hebraiſmus eſt in diuinis literis frequens.

Expandam ſuper eum rete meum. Hoc eſt, exercitum Chaldæorum. Hoc tropo vſus eſt capite 12. & 32.

In omnem ventum diſpergentur. Hoc eſt, per omnes mundi partes: venti enim vndique perflant.

Et ſumam ego de medulla cedri ſublimis. Id eſt, ſumã Meſſiam, qui ſecundum carnem erit ex ſemine Dauidis, & conſtituam eum regem in eccleſia catholica: & hic erit arbor magna & cedrus excelſa, & mũdi ſalus. Verba ſunt Dei patris, quibus promiſit miſſurum ſe eſſe ex cœlis filiũ ſuũ vnigenitũ, qui miſeros mortales è Babylonica captiuitate, è diaboli tyrannide, è tenebris obſcuriſſimis ad ſpiritus libertatem, ad purũ Dei cultũ, ad beatiſſimã regni ſui claritatem traduceret. Ipſe autẽ Chriſtus ſe ad hoc excellẽtiſſimum munus exequẽdum veniſſe, verbis, factis, & miraculis oſtẽdebat: & verum eſſe hanc Dei patris promiſſionẽ teſtificabatur. Id prædixerat idem Chriſtus dicens ore Dauidis: Iuſtitiã tuam non abſcõdi in corde meo: veritatẽm tuã, & ſalutare tuum dixi. (Pſal. 39.) Faciens ea, quæ pater per diuinos vates ſuos prædixerat, illũ in perſoluẽdis promiſſis verũ eſſe demonſtrabat. Hunc conſtituit pater regem ſecundum humanitatem; nam ſecundũ diuinitatem æqualis eſt patri, & regnũ ſemper obtinuit. Eſt autem rex ſuper eccleſiam per montem Sionis ſignificatã iuxta id, quod ipſe ait in pſalmo: (Pſal. 2.) Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptũ eius. Ad hoc enim venit in mundum, vt teſtimonium perhiberet veritati, vt eſt apud Ioannem, & quicunque ex veritate eſt, audit vocẽ eius. (Ioan. 18.) Diuus Hieronymus transfert. Annũtiabo præceptum dei, uã dictio, el, Hebraicè ſignificat Deum: ſcripta cũ duobus punctis, cum tribus verò ſignificat eum. Et paraphraſis Chaldaica habet: Recitabo Dei pactum. Inducit igitur pſalmographus Chriſtũ Dei legem & pactum, & decretum narrantem & prædicantẽ, & ſeipſum verum eſſe regem promiſſum docentẽ. Sed quoniam per medullam cedri rex Iudææ intelligitur, ſunt, qui dicant hoc loco hunc, quem Deus dixit ſumpturum eſſe de ſemine regis, eſſe Zorobabelem, qui erat ex regia progenie, qui reduxit Iudæos à Chaldæa in Iudæam tẽpore regis Cyri: cum quibus non contendam, dummodo fateantur fuiſſe hac in re Zorobabelem Chriſti figuram, & prophetam ad humani generis redemptionem per Chriſtũ reſpexiſſe, cuius imago fuit reductio illa ex Babylonica captiuitate. Nam Chriſtus erat omnium prophetarum ſcopus quẽ non ſolùm Hebræorum liberatores, vt Ioſue filius Nun, Gedeõ, Ioſue filius Ioſedech, Zorobabel, & alij, ſed etiam legis Moſaicæ inſtituta & ſacrificia adumbrabant. Hic eſt rex ille ex ſemine Dauidis ſecundũ humanitatem de ſtirpe regia, de medulla cedri ſublimis, de quo hîc loquitur diuinus noſter vates. Eſſe autem Chriſtum ex progenie Dauidis ſecundum carnem aſſerit in epiſtola ad Romanos diuus Paulus, (Rom. 1.) & diuus Matthæus initio ſui euãgelij. Id promiſerat Deus, & fuit oraculis diuinorũ vatum proditũ. (Pſalm. 131.) In pſalmo ſcriptum legimus: Iurauit Dominus Dauid veritatẽ, & non fruſtrabitur eum: De fructu vẽtris tui ponã ſuper ſedem tuam. Hoc pertinet Dei promiſſio facta Dauidi iis verbis, ſecundo libro (4. Reg. 6.) Regum explicata: Suſcitabo ſemen tuum poſt te, & firmabo regnum eius: & ſtabiliã thronum regni eius in ſempiternum. Quis nõ videt vaticinationẽ hanc non eſſe ad fluxũ Salomonis regnũ, ſed ad æternũ Chriſti regnũ referendã qui futurus erat ex ſemine Dauidis, & in æternũ regnaturus? Id vaticinatus fuit Eſaias, dicens: Egredietur virga de ra- (Eſai. 11.)

dice Ieſſe,& flos de radice eius aſcẽdet,& requieſcet ſuper eum ſpiritus domini.Hæc virga eſt virgo Dei genitrix,hic Ieſſe,à quo virga hæc proceſſit,eſt pater Dauidis:hic flos ex virgine natus, eſt Chriſtus verus Deus,& verus homo, qui de ſe ait in Canticis: Ego flos campi,& lilium conuallium. Flos eſt nõ horti,hoc eſt nõ particularis,ſed cãpi, flos cõmunis,ſaluator omnium,Hic eſt rex ille,de quo prędixerat pſalmographus:Rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terrę.Et rurſus: Lætetur Iſrael in eo,qui fecit eũ, & filiæ Sion exultent in rege ſuo. Et Eſaias: Dominus Iudex noſter,dominus legifer noſter, dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos.Hic eſt rex de medulla cedri,qui homines à Nabuchodonoſore,à diaboli poteſtate eripuit,& Hieroſolymã,hoc eſt,ad eccleſiam duxit bonis excellentibus refertã,ad verum ac pium Dei cultum,ad Chriſtianã religionẽ ad cõſcientiæ trãquillitatem, vt eos inde ad cœleſtem patriam, ad æternas manſiones, ad eccleſiam triumphantem tandẽ perduceret,vbi eſt eorum bonorum affluentia,quam nec aſpectũ oculorum cõprehendimus, nec auribus percipimus,nec vlla animi cogitatione complectimur.

Cant.2. Pſal.73. Pſa.149. Eſai,33.

Tenerum diſtringam. Hoc eſt, de regia ſtirpe decerpã ramum tenerum;tollam Zorobabelem nepotem regis Iechoniæ,& plantabo illũ in monte Sionis. Conſtituam Chriſtum filium meum regem eccleſiæ catholicæ. Tenerum vocat Chriſtum propter eius pietatem & miſericordiam.

Et plantabo ſuper montem excelſum. Hoc eſt,ſuper eccleſiam nomine Sionis intellectam.Hæc eſt mõs ille, de quo ait Eſaias: Erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium,&eleuabitur ſuper omnes colles.Poteris per hunc montẽ excelſum,in quo plãtata fuit hæc arbor ſublimis,montẽ Caluariæ intelligere,vbi fuit arbor vitæ plantata.Hæc arbor eſt crux illa ſacratiſſima in monte Caluariæ erecta,refugium noſtrũ & diuinæ victoriæ clariſſimũ monimentum.Cùm puer Iſmael exul à domo patris in vaſta & inculta erraret ſolitudine, & ſiti maxima cruciaretur, abiectus eſt ab Agara matre ſua ſubter arborem quandam,vbi pias voces lachrymis ſociatas ad cœlum emittens,fuit à domino exauditus, qui ei fontem oſtendit, quo fuit mirabiliter refectus & recreatus.Tales ſunt peccatores, qui patrẽ æternum Deum relinquentes,diuino fauore indigni ſyluas vitiorum peragrantes,laborant ſiti diuinæ conſolationis,& nulla cœleſtis gratiæ aqua recreantur. De iis ait diuinus vates. Errauerunt in ſolitudine, in inaquoſo.Sed nemo adhibeat peccatis ſuis de diuina pietate deſperationem,Eleuet oculos ad Chriſtum crucifixum, fundat ad ipſum vim lachrymarum,confugiat ad arborem veræ crucis,& ibi inueniet vberrimum diuinæ conſolationis fontem. Videbit Deum ſuum cruci affixum, eum aquis gratiæ inuitantem, & dicentem. Omnes ſitientes venite ad aquas. Et iterum: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Et rurſus: Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitę gratis. Chriſti latus fons eſt mirabilis,vnde exiuit ſanguis & aqua. Curramus ad crucem hanc in monte Caluariæ ſitam,amplectamur eam,in qua fructus æternæ redemptionis pependit. Huius arboris folia ſunt verba de eius laudibus prolata,quibus illud accommodari poteſt,quod ait Ezechiel: Folia eius ad medicinam, & diuus Ioannes in Apocalypſi: Folia eius ad ſanitatem gentium.Flores eius ſunt charitas,humilitas,patientia,obedientia,paupertas ſpiritus,& aliæ virtutes,quas,ſi eas in ſumo gradu,in altiſsima perfectione videre deſideras,in cruce Chriſti omnibus numeris abſolutas abſque dubio reperies. Fructus eius eſt ipſemet Chriſtus filius Dei, pomum pulchrum,è cœlis dimiſſum,de quo ipſemet ait:Qui manducat me,viuet propter me. Et in Leuitico ſcriptum legimus: Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ.Eſt igitur crux ſancta arbor nobiliſsima,omnium in omnibus pulcherrima,in foliis,in floribus,in fructu.Hæc nobis repreſentat Chriſtum crucifixum,qui eſt ipſa arbor vitæ,& ſapientia patris, de qua ait in Prouerbiis Salomon: Lignum vitæ eſt iis,qui apprehenderint eam. De quã ait hoc loco cœleſtis pater:Et plantabo ſuper montem excelſum & eminentem.

Eſai. 2. Geneſ.2. Gene.21. Pſal. 106. Eſai. 55. Ioan. 7. Apo.21. Ioan.19. Ezec.47 Apoc.22 Ioan. 6. Leui.23 Prou.3.

Et erit in cedrum magnum. Erit Chriſtus ſublimis & glorioſus. Vnde poſt eius reditum ad vitam ait: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et diuus Paulus,propter quod,inquit,Deus exaltauit illum,& donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.Vnde apud Danielem appellatur lapis præciſus de monte, hoc eſt,de virgine Maria virtutũ altitudine præſtante,ſine manibus, hoc eſt ſine opere humano, qui creuit in montem excelſum omnem terram adimplentem. Et Eſaias inducit patrem ita cum filio loquentem:Dedi te in lucẽ gentium,vt ſis ſalus mea,vſque ad vltimũ terrę.

Mat.vlt. Philip.2. Danie.2. Eſai.49.

Et habitabunt ſub ea omnes volucres. Sub Chriſto habitabunt fideles,qui quoniam alis fidei & charitatis altiùs volant,meritò volucres appellantur. Vide auem illam cœleſtem aientem: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt.Conſidera ſublimem eius à terra ad cœlum volatum.Hæ ſunt aues,quas Abrahã non diuiſit,cũ animalia cætera diuiſiſſet,vaccã,caprã,& arietẽ.Impij his animalibus intellecti ſunt à ſeipſis,& à Deo diuiſi & ſeparati; at viri iuſti de ſe aiunt: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Qui fieri poteſt, vt à Deo ſint ſeparati, qui quicquid efficiunt, ad eius gloriam dirigunt, ſempérque ipſum Deum mentis oculis intuentur? Quęadmodum in medio ſphæræ eſt centrum, à quo omnes lineæ deductæ tendunt ad circunferẽtiã ſic vir iuſtus charitate & pietate pręſtãs habet Deũ pro circunferentia.Quicquid cogitat,loquitur,& agit,tendit ad Chriſtum,qui eos circũdat:nam vt dicitur in pſalmo: Dominus in circuitu populi ſui.Et iterum circundabit te veritas eius,nõ timebis à timore nocturno.Et rurſum:Sperantem autem in domino miſericordia circũdabit. Eſt enim Chriſtus diuina circunferentia cingẽs viros iuſtos & eſt arbor cœleſtis vmbra ſua protegens & circũdans omnes,qui ad ipſum confugiunt.Ideò ſubditur ſtatim:Vniuerſum volatile ſub vmbra frondiũ eius nidificabit.Hęc eſt vmbra illa,de qua dixerat regius vates:Sub vmbra alarũ tuarũ ſperabo. Sub qua protecti viri iuſti cõmorantur,iuxta illud eiuſdẽ prophetæ.Qui habitat in adiutorio altiſſimi,in protectione Dei cœli commorabitur.

Philip.3. Gene.15 Rom. 9. Simili Pſa.124 Pſal.90. Pſal.31. Pſal.56. Pſal.90.

Ego dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile. Hoc eſt, Ego iuſtus Deus depreſſi Sedechiam, qui ſe extulerat, & extuli Zorababelẽ,qui ſe humiliauerat.Abieci diabolũ ſuperbum, &

& extollam Chriſtum humilem. Ipſe Chriſtus de
Mat. 11. ſe ipſo ait: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis
corde. De illo ait in epiſtola ad Philippenſes diuus
Philip. 2 Paulus: Semetipſum exinaniuit, formam ſerui ac-
cipiens. Et paulò pòſt: Humiliauit ſemetipſum, fa-
ctus obediens vſque ad mortem, mortem autem
crucis. Sed vide quid ſequatur. Propter quod Deus
exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper
omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flecta
tur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et om
nis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chri-
ſtus in gloria eſt Dei patris. Id prædixerat idem
Dei filius his verbis apud Eſaiam: Mihi curuabitur
Eſai. 45 omne genu, & iurabit omnis lingua, ergo in domi
no. Vel, vt alij vertũt, Et iurabit omnis lingua dũ-
Rom. 14 taxat per dominũ. Quę verba diuus Paulus Chriſti
eſſe indicat in epiſtola ad Romanos, ſed ea ita tráſ-
fert. Mihi flectetur omne genu, & omnis lingua
confitebitur Deo: vel vt, verti poteſt, confitebitur
me eſſe Deum. Intuere animo quẽadmodum cœ-
leſtis pater eum extulerit, qui ſe abiecerat & exi-
naniuerat. Cõtrà verò diabolum è cœlo in profun
dum barathrum deiecit, quia ſe extulerat. Hoc in-
Luc. 1. telligens virgo Dei genitrix canebat: Depoſuit po
tentes de ſede, & exaltauit humiles. Et idem Deus
Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humi
Luc. 14. & 18. liat, exaltabitur. Et D. Iacobus in epiſtola ſua: De⁹
ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et
Iacob. 4 paulò pòſt: Humiliamini in cóſpectu domini, & ex
altabit vos. Et D. Petrus in prima ſua canonica:
1. Pet. 5. Humiliamini ſub potente manu Dei, vt vos exal-
Abdi. 1. tet in tempore viſitationis. Et Abdias: Si exaltatus
fueris vt aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum
Pſal. 36. tuum, inde detraham te, dicit dominus. Et pſalmo
graphus: Vidi impiũ ſuperexaltatum, & eleuatũ ſi-
cut cedros Libani, & tráſiui, & ecce non erat: quę-
ſiui eum, & nõ eſt inuẽtus locus eius. Superbi enim
& elati etſi florere, rebúſq; ſecundis vti videantur,
infelices tamẽ ſunt, quoniá miſeros exitus conſe-
quuntur, & ex illo illuſtri rerũ ſtatu ſæpenumero
cadunt, & quod peius eſt, in pœnas æternas præci
Simile pitantur. Quẽadmodũ hyeme frigore vigente, &
æſtate nimio calore omnia inflámante rarò cadũt
ingentia fulmina, vt ait Plinius libro 2. ſed verè &
autumno, quando aër eſt ſerenus & tranquillus,
tunc maximè adurunt & feriunt, ſic maximæ cala
mitates & acerbiſſimæ ærumnæ proſperitati inſi-
diantur: nõ eos quærunt, qui frigore & æſtu in hu
mili ſtatu laborant, ſed illos repentino vulnerant
impetu, eos deiiciunt, & incẽdio cõburunt, qui in
tráquillo proſperitatis vere & autumno, ſuperbia
extolluntur, & inani mundi gloria inſoleſcunt &
in ſublime vanitatis eleuantur. Nihil eſſe exiſtimo
in vita ſecurius, nihil vtilius, nihil præſtantius, ni-
hil ad virtutem magnificentiſſimè illuſtrandá ac-
commodatius, nihil denique tranquillitate aliiſq;
bonis affluentiùs, quá vera humilitas, & Chriſtia-
Simile na animi ſubmiſſio. Hæc eſt goſſipium, in quo cõ-
ſeruatur virtutum moſchus præſtantiſſimum ſpi-
rans odorem. In arte arithmetica eſt quædam no-
tula appellata ſiphra, deriuata, vt mea fert opinió,
Simile à verbo Hebraico ſaphar, quod ſignificat numera
re, vnde ſiphara Hebraicè numerũ ſignificat. Hæc
notula nihil valet, ſed facit valere: coniuncta enim
cum notula valente decem, efficit, vt valeat centũ:
auget valorem, cum illum non habeat. Sic animi
ſubmiſsio, & ſuipſius abiectio, cùm ex ſe in hac vi-
ta apud homines nihil valeat, præſtat tamen valo-
rem. Iuxta eſt dominus, ait pſalmographus, iis,
qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſalua- Pſal. 33.
bit: Et iterum: Excelſus dominus, & humilia reſpi Pſa. 137
cit, & alta à longè cognoſcit. Acſi diceret: Altiſſi-
mus Deus humiles diligit, & eos qui ſe ſubmiſſè
gerunt, effert in ſublime, elatos verò & ſuperbos,
mundi honores & dignitates ſibi aſſumentes & ar
rogantes à longè videt, quaſi res deteſtabiles, no-
lés eos è propinquo vt ſibi charos intueri: quippe
qui indigni ſint, qui ab eo vt amici cognoſcantur.
Animi demiſsio eſt vas, vbi virtutes secõduntur, Simile
vt ait D. Bernardus, humilitas cordis receptaculũ
eſt gratiæ. Chryſoſtomus, Humilitas, inquit, eſt ſa-
crificium maximũ. Et iterum, Humilitas eſt ſubli
mioris philoſophiæ mater. Humiles, vt ait D. Gre
gorius, dum ſe deiiciunt, ad Dei ſimilitudinem aſ-
cendunt. Superbi contrà dum ſe extollunt, diabo-
lum imitantur. At eo deiicit Deus & humiles ex-
tollit, quemadmodum hoc loco ait per Ezechielẽ:

Siccaui lignum viride. Hoc eſt, regem Sedechiam:

Frondeſcere feci lignum aridum. Hoc eſt, Iecho-
niam, qui etiam Ioachin appellabatur. Hoc ideò 4. Regũ.
ait, quia Nabuchodonoſor ſoluit illum à carcere, vlt.
& honorificè tractauit, Sedechiam verò infinitis
calamitatibus affecit. Poteſt hoc referri ad popu-
lum Iudaicum, quem Deus lignum viride appel-
lat, quia in eo fuit fides & vera religio: & ad po-
pulum Gentilicum, qui eam ob cauſam lignum a-
ridum dicitur, quia erat à fide & religione penitus
alienatus. At lignum vireſcens, arbor illa fructife-
ra, nobilis illa quondam Iudæorum ſynagoga a-
ruit omnino, & nullum fert verę virtutis fructum,
arbor autem Gentilica, quæ fuerat arida, ſterilis,
& infœcunda eſt lætiſsimorum fructuum copia
exornata: in ea viget Chriſti fides, ſpes, charitas,
iuſtitia, ſapientia, verus Dei cultus, & cæteræ vir-
tutes, quibus eccleſia repleta, aquis gratiæ ſpiritus
ſancti rigata ſemper virebit, nullóſque æſtus re-
formidabit. Hoc prædixerat his verbis Eſaias Eſai 54.
Lauda ſterilis, ſeu vt alij vertunt, Lætare ſterilis,
quæ non paris, decanta laudem, & hinni, quæ non
pariebas, quoniam multi filij deſertæ, magís quàm
eius, quæ habebat virum. Gentilitatem appellat
ſterilem, quæ nullos habuerat prophetas, nullos
fideles, nullam charitatem: ſed fidem Chriſti reci-
piens multò plures fructus edidit, quàm Iudæo-
rum ſynagoga. Alludit diuinus vates ad Saram
ſterilem, ex qua productus eſt populus infinitate Gene. 21
innumerabilis à Deo aſſumptus, cum filius Agaræ
fuerit eiectus. Eam ob cauſam diuus Paulus locum
hunc in Epiſtola ad Galatas ſub nomine Saræ de Gala. 4.
eccleſia, ſub nomine verò Agaræ de Synagoga in-
terpretatur. De eccleſia dixerat Eſaias: Lætabitur
deſerta & inuia, exultabit ſolitudo. De ſynagoga Eſai. 35.
verò Ieremias: Infirmata eſt, quæ peperit ſep- Iere. 15.
tem defecit anima eius, occidit ei ſol, cùm adhuc
eſſet dies. Vbi per ſeptem multi intelliguntur mo-
re Hebræorum. De hac quondam ſterili hoc ora- Pſa. 112.
culum literis mandauit regius vates: Qui habi-
tare facit ſterilem in domo matrem filiorum læ-
tantem. Acſi diceret: Deus eſt ille, qui miſeri-
cordia ſua efficiet, vt Gentilitas, quæ ſterilitate
laborat, habitet in domo Dei, in eccleſia catholica
& facta fœcũda infinitate filiorũ oblectetur. Hæc
catho

carholica eccleſia coaceruata eſt ex gentilibus , &
Eſai, 2. ea Iudæis,quos ſacra ſcriptura ſemen & reliquias
Eſai, 10 appellat,quoniam licet multi ex Genöbus, paoci
ra men ea Hebræis fidem receperũt. Cæteri Iodæi
Rom.11, infideles ſunt abiecti & reprobati, & eorum ſyna-
goga euaouit,& exaruit à Deo penirus alienata &
Oſe, 2. gentilitas ab eo aſſumpta. De ea air Deus per Oſeã;
Miſerebor eius,qoæ fuit abſque miſericordia:& di
eam non populo meo:populus meus es to:& ipſe
dicet:Deus meus es ru.Qnem locum D.Paulus in
Rom. 9. epiſtola ad Romanos,& diuus Petrus in prima ſua
canonica de eccleſia ea Gentibus congregata in-
rerpretantur. Eſt igitur Gentilitas arbor anteà ſte
1.Pet.2, rilis & arida , cui Deus hoc loco prædixit ſe eſſe
frondes præbiturum,vt admirabiles virtutum fru
ctus producetet, ex quibus vera dignitas eſſloreſ-
ceret & redundaret.Hanc eaſtimo eſſe huius loci
intelligentiam. Qui verò torum hoc ad tedirum
ex Babylonica captioirate referendnm putant,
quando Hebræi ſub Zorababele dnce ad pa-
triam , ex qua fuerant magna iactati procella ex-
pulſi ſe retulerunt , nullámque volunt de Chriſto
nec à propbera,nec à ſeipſis fieri mentionem,in er
rore intollerabili meo quidem iudicio verſantur.
Scio enim nonnullos, qui cùm nomine Chriſtia-
no glorientur ,vſque adeò ſeſe opinionibus Iudæo
rom addixetnut . & qoaſi conſecrarunt , vt nihil
doctnm,nihil literale eſſe dicant,niſi qood ea tur-
bulentis eorum riuulis banriatur , cùm nihil Hæ-
bræis ſit magis in optatis , qnàm literam peruer-
tere,& verum ſenſum delere , & ſanctam noſtram
religionem labefactare.

ANNOTATIONES ex Hebrao in Cap. XVII.

Plena plumis. Septuaginta habent πλήρης ὀνύχων.
plena vnguiom. Acſi dicerent. Hæc aquila erat ra-
paciſſima. Nabuchodouoſoris tyrannidem ſignifi
ear , qui alienas diuirias rapiebat , & extranea re-
gna vaſtabat. Huinſmodi ſunt,qui belom inferunt
qoieſcentibus,vt eorum veretes illibatáſque opes
iu peofundom ſuorum appetituum gurgitem pro
fundant. Hiper aquilam , & haliærum , & cæteras
alites curuungues in literis diuinis ſigoificantur;
Leui 11. cùm Deus earum vſom prohibeat in Leuitico , &
Deu.14. Deoteronomio. Heſychius his alitibns eos intel-
ligeudos exiſtimat,qui cùm ſobtilia perſcrutari vi
deantur , parant aliis inſidias inexplebili auaritia
æſtoantes. Pythagoræ præceptum fuit nõ eſſe ani-
malia curuarum vnguiũ nutrienda. Volebar enim
ſignificare eſſe rapacitatẽ ex ciuirare penitus alie-
nandam. Ita Tryphoo,& poſt eom Valerianus ſym
bolum hoc interpretantur.

Et tulit medulam cedri, Pro medulla in Hebraeo
את צמרת et tſamaret. R.Dauid in libro radieum,&
R. Selomoh in commentariis aiunt eſſe ramum al
tiorem omuibus in arbore. Vode Pagniuus vertit;
Et tulit ſummitatem cedri:Et Brixianus;Er tulit ſu
premum faſtigium cedri. Sepruaginta:Et tulit ele-
cta cedri. Rex eſt medulla,& ramus altior & emi-
nentior,qui non ſolùm dignitate,ſed virtote& ſa-
pientia debet alios ſnperare. Et qui in ſublimiore
loco eſt conſtitutus debet eſſe in excelſiore virtu-
tis gradu collocatus, vt non ſolùm vitã dirigat ad
notionis normam,ſed etiam ſubditis ad id facien-
dum exẽplũ præbeat. Ei enim,qui reipublicæ pre-
futurus ſit,duo tenenda ſunt, vnũ, virtutẽ eolere,
alterum,totũ corpus reipublicæ curare,& ad eius
vtilitatem munus ſuum referre. Ad quod maaimè
conducit mores babere incorruptos, vt eos popu Gene.30
lus imitetur. Vt enim qualis erat color virgarũ Ia- Simile
cob,talis erat color pecorum,quæ naſcebantur ex
ouibus iu aſpectu virgarum cõcipientibus,vt lite-
ræ diuinæ memoriæ prodiderunt , ſic quales ſunt
regis ac præſolis actiones,tales ſolent ſubditi cogi
tationes concipere. Iacob eſt princeps , virgæ ſunt
eius opera,ooes ſubditi , conceptus cogitationes.
Vnde ait Eccleſiaſticns: Qualis rector eſt ciuitatis Eccl. 10.
tales & habitanres in ea. Quare deberẽt principes
leges,quas condunt obſeruare, vt exẽplo ſuo exci
tarent ſubditos ad earum obſeruationem. Interro
garus Alcamenes cur à Meſſeniis oblata munera
recuſaſſet, quoniam ſi recepiſſem , inqnit,cum le-
gibus pacem habere non poteram. Magnifica ve-
rò voa,& tãto principe digna,quæ declarat eſſe le-
gũ aothoritatẽ magno obuióq; lucro antepooẽdã.

In vrbe negotiatorum poſuit illam. Pro vrbe uego-
tiatorum habent ſeptuaginta ciuitatem mnratã.
Hoc eſt Babylonem,eoius muros fuit à veteribus
inter mundi mirabilia connumeratus. Eam Iulius
Solinus hoc modo deſcribit. Cbaldææ gẽris caput
Babylon eſt,à Semiramide condita , tam nobilis,
vt propter eam & Aſſyrij & Meſopotamij in Baby
loniæ nomen tranſierint. Vrbs eſt ſcaaginta millia
paſſuum circuito patens,muris circundata,quorũ
altitudo dncentos pedes detinet , latitudo quin-
quaginta: in ſingulos pedes ternis digitis vltra
quàm menſura noſtra eſt altioribus. Hæc ille ſtra-
bo lib.16.ita enim deſeribit: Babylon in cãpo iacet
muri ambitum babet,385.ſtadiorũ,eius craſſitudi
ne pedom.32.altitndinem inter torres cubitorom
quinqoagennm,turriõ ipſarum ſexagenum, viam
ſoper mœnibos tam latã,vt quadrigæ occorrentes
facilè pertranſire poſſint. Vnde & hoc ex ſeptem
ſpectaculis orbis vnum dicitur. Hæc Strabo. Cùm
igitor vrbs illa fuiſſet muris celeberrima,rerúmq;
geſtarum gloria florentiſsima, nomine vrbis mu-
tatæ per antonomaſiã intelligitur. Verùm pro in
vrbe negotiatorum eſt in hebraico: in vrbe רכלים
roclim à verbo רכל racal, quod ſignificat negotia-
ri,& vendere;vt apud Ezecbielem.27. Cartaginẽ- Infr. 27.
ſes negotiatores tui. Id,qood eſt in canticis: Quæ
eſt iſta,quæ aſcendit per deſertum ſicot virgula fu Canti. 3
mi ex aromatibos myrrhæ , & thuris , & vniuerſi
pulueris pigmẽtarij,poterat verti ea Hebræo: Quæ
eſt hæc qnæ aſcẽdit per deſertum quaſi colnmna
fumi odorati ex aromatibus myrrhæ , & thuris,&
omnis pulueris mercatoris. Nam pro pigmentario
eſt in Hebraico rocel,quod propriè ſignificat mer
catorem & negotiatorem. Per quem ille hoc loco
intelligitur,qui ſpecies vendit aromaticas,qoæ cõ
tuſæ in polueres rediguntur. Significat locus ille
efficere religionem Chriſti, vt homines bona ve-
rè Chriſtiauorum opera videntes admirentur , &
glorificent patrem,qui in cœlis eſt. Per myrrham
intelligitur continentia, per thus ſuanitas oratio-
nis , per pulueres aromaticos omnes virtutes. Et
quẽadmodũ hæc aromata in igne maximè effun- Simile
dunt odorem,ſic vir iuſtos in igne calamitatis po-
ſitus maximè virtutem oſtendit , & fragrantia pa-
tientiæ

tientiæ redolet. Sed quamuis in Hebraico ſit : Et
vniuerſi pulueris mercatoris, rectè tamẽ interpres
Latinus tranſtulit : Et vniuerſi pulueris pigmen-
tarij, vt explicaret qualis eſſet hic puluis. Ab hoc
verbo racal deriuatur nomen racil, quod ſignifi-
cat mercatorem, & detractorem; quòd ſoleant
mercatores de aliorum mercibus detrahere, vt
ſuas cum aliorum vendant iactura. Pro hoc nomi-
ne vertit interpres Latinus criminatorem & ſu-
Leui.19. ſurronem capit.19. Leuitici, dicens : Non eris cri-
minator, nec ſuſurro in populo. Pro quo vertunt
nonnulli : Non incedas mercator in populo tuo.
Nec ineptè: ſolent enim mercatores technis & do
lis homines circumuenire, & mendaciis ac periu-
Prouer. 11. riis lucrum ſuum augere. Id quod eſt in Prouer-
biis : Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana.
transferunt nonnulli : Ambulat vt mercator, qui
arcanum reuelat, & per mercatorẽ intelligunt de-
latorem & ſuſurronem, & hominem veluti ex do-
lis conflatum.

In monte ſublimi Iſrael plantabo illud. Septuagin-
ginta habent: Et ſuſpendam illum in monte ſubli
mi Iſrael. Hoc eſt, permittam, vt in cruce ſuſpenda
tur in monte Caluariæ. Loquebatur cœleſtis pa-
ter de filio ſuo Meſſia venturo, & dixit ſe eſſe illum
ſuſpenſurum in crucis patibulo. Multa dicuntur
Zach.13 concedendo non iubendo, vt apud Zachariã: Per-
cute paſtorem, & diſpergentur oues. Verba ſunt
Dei patris; quibus ait ſe permittere, vt populus Iu-
daicus Chriſtũ interficeret. Quæ verba diuus Mat
Mat.26. thæus per futurum vertit primæ perſonæ, dicens:
Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſper
gentur oues gregis. Ita intelligitur id, quod eſt in
Matt.6. oratione dominica: Et ne nos inducas in tentatio-
nem. Hoc eſt, ne permittas, vt inducamur in ten-
tationem. Eodẽ modo pater dicitur filium in ma-
nus impiorum tradidiſſe, & illum in cruce ſuſpen-
diſſe. Ait Damaſcenus libr.4. capit.14. morem eſſe
diuinæ ſcripturæ permiſsionem Dei actionem
eius vocare. Quemadmodum hoc loco ait pater
ſe eſſe filium ſuum in crucis arbore ſuſpenſurum.
in ea pependit Chriſtus Deus noſter, de quo fue-
rat in libro Deuteronomij perpetuis monimentis
Deut.28 conſignatum: Erit vita tua pendens ante te. Acſi di
ceret: Chriſtus qui eſt vita: pro te morietur, & erit
coram te cruci affixus. Ipſe de ſe ait : Ego ſum re-
Ioan.11. ſurrectio & vita. Cuius figura fuit ſerpens æneus,
Num.21 quem Moyſes extulit in deſerto, de quo ait Chri-
ſtus apud Ioannem. Sicut Moyſes exaltauit ſerpen
Ioan. 3. tem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis
vt omnis, qui credit in ipsũ, nõ pereat, ſed habeat
vitam æternam. Fuerunt in cruce duo ligna, vnum
erectum, alterum tranſuerſum, ſed ambo coniun-
cta. Natura angelica lignum rectum eſt, natura ve
rò humana tranſuerſum. Qua in re voluit nobis
Deus ſignificare per Chriſti mortem & crucis my
ſterium homines eſſe ſimiles angelis effectos in eo
quòd in cœlo vtriq; Deo in æternũ fruuntur. Fuit
hæc crux, vt ait Origenes, virga illa Moyſi, quæ vi
cit AEgyptũ, mare aperuit, & de Pharaone trium-
phauit. Hæc fuit in mõte Caluariæ fixa, in qua pe-
pendit redemptor noſter. Quam ob cauſam ait
hîc Ezechiel iuxta ſeptuaginta translatio-
nem. Et ſuſpendam illum in monte
ſublimi Iſrael.

Argumentum Cap. XVIII.

Inducit diuinus vates Deum loquentem, & errorem quendam in quo Iudæi verſabantur, execrantem: non enim agnoſcebant culpam ſuam, quod eſt totius improbitatis caput & metropolis: quin potius aiebant ſe non ob ſua, ſed ob maiorum ſuorũ flagitia calamitatibus premi, & alienorum ſcelerum pœnas iniuſtè dare. Explicat illis Deus ab vnoquoque eſſe pœnam proprij peccati perſoluendam. Promittit ſalutem impio, ſi reliquerit impietatem, & ad diuinum numen confugerit, iuſto verò exitium ſi contempta iuſtitia, inexpiabiles fraudes conceperit, ſéque impiorum facinorum maculis contaminauerit. Tandem hortatur peccatores ad pœnitentiam, ne præcipites in æternum exitium rapiantur.

CAPVT XVIII.

ET factus eſt ſermo domini ad me A
dicens, Quid eſt, quòd inter vos
parabolam vertitis in prouerbiũ
in terra Iſrael? dicentes : Patres
comederunt vuam acerbam, & dentes filio-
rum obſtupeſcunt. Viuo ego dicit dominus *Iere.31. e.*
Deus, ſi erit vobis vltrà parabola hæc in pro-
uerbium in Iſrael. Ecce omnes animæ meæ
ſunt, vt anima patris, ita & anima filij mea eſt.
Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et vir
ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſtitiã,
in montibus non comederit, & oculos ſuos
non leuauerit ad idola domus Iſrael, & vxo-
rem proximi ſui non violauerit, & ad mulie-
rem menſtruatam non acceſſerit, & hominẽ B
non contriſtauerit, pignus debitori reddide-
rit, per vim nihil rapuerit, panem ſuum eſu-
rienti dederit, & nudum operuerit veſtimen *Eſai.58. b.*
to, ad vſuram non accommodauerit, & am-
pliùs non acceperit, ab iniquitate auerterit *Mat.25. c.*
manum ſuam, & iudicium verum fecerit in-
ter virum & virum, & in præceptis meis am-
bulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt fa-
ciat veritatem, hic iuſtus eſt, vita viuet, ait do
minus Deus. Quòd ſi genuerit filium latro- C
nem effundentem ſanguinem, & fecerit v-
num de iſtis, & hæc quidem omnia non fa-
cientem, ſed in montibus comedentem, &
vxorem proximi ſui polluentem, egenum &
pauperem contriſtantem rapiẽtem rapinas,
pignus non reddentem, & ad idola leuan-
tem oculos ſuos, abominationem faciẽtem,
ad vſuram dantem, & ampliùs accipientem,
nunquid viuet? Non viuet: Cùm vniuerſa
hæc deteſtanda fecerit morte morietur, ſan-
guis eius in ipſo erit.

Quid eſt quòd inter vos parabolam vertitis in prouerbium? Parabola eſt ſermo obſcurus, aliud verbis proferens, aliud ſenſu explicans, rerúmque genere diſſimilium cõparatio. Prouerbium eſt ſententia

in

in omnium ore verſana rebus tẽporibúſq; accom-
modata. Oratio hæc: Patres comederunt vuã acer-
bam, & dentes filiorũ obſtupeſcunt, parabola eſt,
qua ſignificatur: filios ſcelerum maiorum ſuorum
pœnas luere. Hanc parabolã ferebant in ore Iudæi
vſq; eò frequẽter, vt eam in prouerbiũ cõuerterẽt.
Volebant enim Deum arguere: & in eius iuſtitiam
inuehebantur, aſſerentes ſe eſſe iniuſtè punitos, cũ
nullas conſcientiæ labes haberent in animo, nulla
vulnera, nulla flagitia: ſed propter patrũ ſuorum
ſcelera immeritò vexari. Si illi iuſti fuiſſent, culpas
Prou. 14 ſuas agnoſcerẽt: ſepties enim in die cadit iuſtus, vt
Prou. 18 ait Salomon in Prouerbiis. Et in eodẽ libro ait: Iu
Matt. 21 ſtus prior eſt accuſator ſui. Inter alias cauſas, cur
Marc. 11 Deus ficũ nõ ferentẽ fructum ariditate percuſſit,
Gen. 3. hanc aſſignat diuus Athanaſius: quòd Adam poſt
transgreſſionem acceperit folia ficus, quibus nudi
tatẽ ſuã obtexit. Cùm autem Chriſtus deſtrueret
transgreſsionis peccatum, illúdq; deleret, & in cru
ce cõfigeret, areſcit operculum peccati, hoc eſt fo
lia ficus, quibus Adam tegebatur poſt peccatum.
Tegebat Adã transgreſsionem ſuam, & Iudæi ſimi
liter ſcelera ſua, & ea ad maiores ſuos referebant.
Tanta erant mẽtis obſcuritate cooperti, tot erro-
rum tenebris circunfuſi, vt minimè viderent im-
pietates ſuas, ſed eas reiicerẽt in maiores ſuos deó
que iniuſtitiæ tribuerẽt, quòd eos in tot ærumnis
verſari permitteret. Ideò hoc iã trito prouerbio v-
tebantur, Patres comederunt vuam acerbam, &c.
Hoc eſt, illi cõmiſerũt ſcelera Deũ ad irã prouocã
tia, pro quibus nos filij luimus pœnas. Hæc verba
ita vertit paraphraſtes Chaldæus. Patres peccaue-
runt, & filij vapulant. Reprehẽdit igitur eos Deus,
quia parabolã hanc vertebant in prouerbium, illis
oſtendens nõ eſſe eos punitos ob maiorũ ſuorum
ſcelera, ſed ob propria: nam à fide defecerant, & va
na Gentium idola coluerant, & nullam veri iuris
germanæque iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiẽ
tenebant, ſed ſe in dies teterrimis vitiorum macu-
lis coinquinabãt. Quã ob cauſam eos hortabatur,
ne deinceps tam falſo prouerbio vterentur, ſed ſci
rent nec filium puniri pro iniquitate patris, nec
patrem pro iniquitate filij, ſed vnumquenque pœ
nam ſui peccati ſuſtinere.

Si erit vobis vltrà parabola hæc in prouerbium. Apo
ſiopeſis eſt, figura à Latinis reticẽtia appellata, cũ
intra nos ea ſupprimimus, quę dicturi videbamur.
Eſt igitur ſenſus: Si deinceps hoc vtemini prouer
bio, ego in vos grauiter animaduertam. Sed quo-
niam particula, ſi, apud Hebræos habet ſæpe vim
negationis, poteſt hic accipi pro non, acſi dicat:
Non erit vobis vltrà hæc parabola frequens in o-
re, quoniam ego eius falſitatem oſtendam. Per Ie-
Iere. 31. remiam ſimiliter ait Deus: In diebus illis non di-
cetur vltrà: Patres comederunt vuam acerbam, &
dentes filiorum obſtupuerunt: ſed vnuſquiſque in
iniquitate ſua morietur. Omnis homo qui come-
derit vuam acerbam, obſtupeſcent dentes eius.

Ecce omnes animæ meæ ſunt. Subaudi per creatio-
nem: non enim ſunt ex traduce, ſed creando infun
duntur, & infundendo creantur. Senſus eſt: Etſi pa
tres generent filios, animas tamen eorum nõ gene
rant, ego enim eas creo. Eam ob cauſam nec pater
torquebitur pro filio, nec filius pro patre: ſed ani-
ma, quæ peccauerit, ipſa morietur morte peccati
in via, & morte æterna in gehenna, niſi per pœni-
tentiam ſurrexerit. Peccatum mors eſt, & peccatis
imbuti mortui dicuntur. In libro Sapientiæ ait
diuina ſcriptura: Homo occidit per malitiam ani- Sap. 6.
mam ſuam. Et diuus Paulus in epiſtola ad Ephe-
ſios: Cum eſſemus mortui peccatis: conuiuificauit Epheſ. 2.
nos Chriſtus. Hoc eſt, cùm per peccata nos pari-
ter vobiſcum, qui idolorum cultores eratis, mor-
tui eſſemus, tribuit nobis vitam cœleſtis pater per
Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Et diuus Iacobus Iacob. 1.
in epiſtola ſua: Peccatum cùm conſummatũ fue-
rit, generat mortem. Æternus etiam in inferno
cruciatus mors eſt: & qui in perpetuas illas tene-
bras ſecluſi à cœtu & concilio iuſtorum relegan-
tur, mortui dicuntur. Eam ob cauſam ait pſalmo- Pſal. 1.
graphus: Non reſurgunt impij in iudicio. Reuoca-
buntur quidem conuerſi mortales ad vitam, cùm
venerit Ieſus Chriſtus ad iudicium vltimum exer-
cendum: ait enim Apoſtolus: Omnes quidem re-
ſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Sed pſal 2. Cor.
mographus non loquitur de corporum reſurre- 15.
ctione ad vitam æternam, quæ eſt vera vita. Cùm
autem reſurgere ſit ad vitam redire, vita autẽ dam
natorum mors potiùs æterna ſit, quàm vita, verè
aſſeritur, eos non reſurrecturos eſſe, quia non reſur
gent ad vitam, ſed ad mortem æternam. Scio tamẽ
verbum Hebraicum non ſolùm reſurgere ſignifi-
care, ſed conſiſtere, & cauſam in iudicio obtine-
re, cuius cõtrarium eſt cauſa cadere, & litem amit-
tere. Quam ob cauſam poterit eſſe ſenſus illius ver
ſus: Ideò non conſiſtent impij in iudicio Dei, ſed
cauſa cadentes, æterno ſupplicio adiudicabuntur. Apoc. 21.
De iis ait ita D. Ioannes in Apocalypſi; Erunt in
ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſe-
cunda. Aſpicis igitur præter mortem naturalẽ duas
eſſe mortes, vnam animæ per mortiferum peccatũ
in hoc mundo, alteram æternã in inferno. De vtra-
que loquitur hoc loco Deus, cùm ait: Anima, quæ
peccauerit, ipſa morietur. Sed quoniam in diuinis
literis frequenter anima accipitur pro homine, vt
Geneſ. 14. Dixit rex Sodom Abrahæ: Da mihi ani- Gen. 14.
mas, & ſupellectilem tu capito, vbi ſeptuaginta ha
bent τοὺς ἄνδρας, ideſt, viros. Et multis aliis in locis
diuinæ ſcripturæ, ideò forſitã hoc loco anima pro
homine accipitur. Et tunc erit ſenſus: Quicunque
homo flagitium dignum morte commiſerit, mor
te corporis multabitur: & in peccato illo lethali
excedens è vita, erit in interitum ſempiternum
præcipitatus.

Et fecerit iudicium & iuſtitiam. Hoc eſt, iuſtè vixe
rit. Hebraiſmus eſt in literis diuinis nõ infrequẽs
Facere iudicium & iuſtitiam eſt id efficere, quod
decet virum ſapientia & iuſtitia præditum. Poteſt
hoc loco accipi iudicium & iuſtitia pro gradu pœ
nitentiæ ad ſalutem, cùm homo ſeipſum accuſat
apud Deum, & cognoſcens delicta ſua, aduerſus 2. Cor.
ſeipſum ſententiam fert. Eam ob cauſam ait Apo- 11.
ſtolus: Si noſmetipſos iudicaremus, non vtique à
domino diiudicaremur. Cùm noſmetipſos accuſa
mus & damnamus, abſoluimur à Deo, ſi eius bo-
nitati fidentes, ad tutum diuinæ miſericordiæ
portum confugimus. Audi Dauidem ſcelus ſuum
cognoſcentem, & clamantem: Iniquitatem meam Pſal. 50.
ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt
ſemper. Hoc eſt aſſiduò mihi ante oculos mentis
verſatur. Viciſsitudo fuit, inquit Chryſoſtomus,
Deus dedit Dauidi Miſericordiam, Dauid dedit

Deo

Deo confeſſionem: Acſi diceret: Scio domine non futurum eſſe impunitum flagitium meum, noui eius iuſtitiam, cuius imploro miſericordiam. Sed ideo à te domine peto, ne ſcelus meum punias, quia ego illud punio: ideo precor vt ignoſcas, quia ego cognoſco: & quia te offendi, vim lachrymarum profundo.

In montibus non comederit. Id eſt, non fuerit idolorum cultor. Solebant, qui commentitios Deos venerabantur, in montibus eorum ſtatuas colloca re, ibique cibos illis oblatos comedere. Ad id dementiæ & impietatis venerunt Iudæi, vt vanos Gentium Deos colerent, eóſque idola domus Iſraelis appellarent. Volens autem propheta explica re quid eſſet, in montibus non comedere, ſubdit: Et oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael, ea ſcilicet adorando.

Et hominem non contriſtauerit. Hoc eſt, non læſerit, eum vulnerãdo, aut maledictis & conuicijs laceſſendo. Oportet, vt neminem triſtitia afficiamus niſi ob vtilitatem aut ſuã, aut aliorum, ita ratione exigente. Eam ob cauſam ait in epiſtola ſecunda ad Corinthios diuus Paulus: Etſi contriſtaui vos in epiſtola, non me pœnitet. Gaudeo enim, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Et paulò poſt: Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. De hac triſtitia ait Salomon: Cor ſapientium vbi triſtitia, cor ſtultorum vbi lætitia. *2. Cor. 7* *Eccl. 7.*

Pignus debitori reddiderit. Hoc ob eos fortaſſe dicit, qui cùm pro mutuata pecunia pignus maioris pretij recipiant, illud poſteà negant. Vel vt hortetur diuites ad reddenda pignora, etiam ſi illis pecu nia non reddatur, non cuicunque debitori, ſed ino pia laboranti, quemadmodum in Exodo eſt literis conſignatum. Incidunt aliquando tempora, cùm quæ maximè videntur viro virtute prædito conuenire, commutantur, fiuntque contraria. Nam depoſitum furioſo reddere, aut pignus debitori dimiſſo omnia ſua in turpium voluptatum gurgitem profundenti, contra officium erit. *Exo. 22*

Panem ſuum eſurienti dederit, nudum operuerit veſtimento. Commendat opera miſericordiæ. Etenim beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Per Eſaiam ait Deus: Frange eſurienti panem tuum, & hîc dicit, vt panem tuum diſtribuas inter eſurientes, ſi voluetis viuere. Quomodo vis, vt Deus te audiat, ſi tu eũ non putas audiẽdũ? Quo corde audes ab eo petere regnum, cui non vis bucellam panis porrigere? Quomodo tibi dabit veſtem gloriæ immortalem, qui eius pauperi nudo, frigore tabeſcenti vnam ex veſtibus ſuperuacaneis corruptibilem dare recuſas? Quid ad hoc reſpondebunt vani homines, qui diuitias ſuas in res inanes profundũt, & magnificis apparatibus inaniter delectantur? Canes & accipitres alũt, pauperes & inopes nec in extrema inopia curant: induunt parietes pretioſis aulæis, & Chriſti pauperes nuditate deficiunt: cooperiunt lapides, qui nihil ſentiũt, & carnes proximorum nuditatem ſuam ſentientium cooperire nolunt. In phaleris conſumunt aurum, in collo ferunt torques, & in auribus inaures pendentes, & pretioſa monilia, quibus poſſent captiuos redimere, viduas indigẽtes alere, virgines pupillas dotare, & miſeris inopibus ſubuenire. Sũt, qui conferant aliquando in aliquos opes ſuas illis non indigẽtes, non charitate & miſericordia, ſed vanitate & inani gloria ducti, & repentino quodam quaſi vento impetu animi concitati. Sunt ſimiles fluminibus aquas ſuas in mare mittentibus, terras autem ſitientes minimè rigantibus. At domi nus ait, vt pauperi opitulentur, & nudum veſte cooperiant. Quid ad hoc reſpondere poterunt auari, qui opes ſuas reconditas colunt, & veluti idola venerantur? Hi autum tantùm reſpiciunt, fratrẽ non aſpiciunt. Audiunt pauperis lamenta, ſed nec eius lachrymæ eos ad miſericordiam mouent, nec eius ſuſpirijs eorum corda molleſcunt. Aurum cupiũt, ad illud aſpirant, illud eſt eis dormientibus inſomnium, & vigilantibus deſiderium. Libentiùs vidẽt aurum, quàm ſolem, illudq; ſplendidius & micantius omnibus aſtris iudicant & aſſerunt. Quæcunque intuentur, in autũ verti ardentiſſimè cupiunt. Permanat morbus hic in venas, & inhæret in viſceribus, & inueteratus nõ euellitur, ſed mores indies corrumpit. Nihil eſt tam ſanctum, quod inſatiabilis diuitiarum cupiditas non contendat violare, nihil tam munitum, quod non oppugnet. Vnde Latinus poeta: Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames? O inſatiabilem auaritiam, ô impiam cupiditatem, ô amentiam deplorandam! Non intel ligunt cæci homines nihil magis cõducere ad opes conſequendas, quàm eas inter pauperes diſtribuere. Ait enim ipſa veritas: Omnis, qui aliquid reliquerit propter nomen meum, cẽtuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Et Salomon in Prouerbiis: Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt nõ ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Et diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos: Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus: ipſe enim dixit: Non te deſeram, nec derelinquam. Quemadmodum frumentum in horreo reconditum non augetur, imò ſæpe à curculione corroditur, & abſumitur, in terram autem proiectum vberrimũ fert fructum, & proijcienti maximum lucrum parit, ſic pecunia in arcula recondita ſæpenumero direptioni committitur, aut quocunque alio modo conſumitur: in pauperes autem collata, fructum centuplum producit, & ſummam in poſterum producit vtilitatem. Vt putei & lacus aquarum viuentium ſordibus obturati, & inquinati, ſi exhauſti fuerint, fluent vberiore & pulchriore aqua, dimiſſi verò & quieti corrumpuntur, & putent, ſic opes diſtributæ, & in egenos tranſlatæ creſcunt, & opes edunt copioſas & ſalutares: nam accipientes reficiunt, dantium autem animos alunt ad æternitatem, reconditæ verò & quieſcentes ſunt penitus inutiles. Vide quid dicat regius vates: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Miſericordiam appellat ad beatam vitam certiſſimum aditum, & diem malam vocat tẽpus aſperum & calamitoſum, quod Deus viros non deſerit miſericordia præſtantes. Et rurſus: Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Audi Chriſtum Deum noſtrum ita apud Lucã dicentem: Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Acſi dicat: Diſtribuite inter pauperes diuitias veſtras, vt cum migraueritis è vita, recipiamini ob eleemoſynas veſtras in gloria ſempiterna. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quòd prudenter feciſſet, nam aliena pecunia *Matt. 5.* *Eſai. 58.* *Simile* *Mat. 19.* *Prouer. 11.* *Heb. 13.* *Simile* *Simile* *Pſa. 40.* *Pſa. 111.* *Luc. 16.*

comparauit ſibi amicos, qui eum reciperent. Sed dices: Si villicus iniquus erat, ſi iniquè fecit, cur Simile fuit à domino laudatus? Audi obſecro. Vt in crudeli homicidio eleganter depicto artem pictoris miris laudibus effers, rem verò ipſam deteſtaris, ſic dominus induſtriam villici laudat, rem verò ipſam vituperat: iniquum enim erat domini ſubſtantiam ſibi traditam perdere, ſed induſtria fuit amicos, qui eum reciperent, eique poſtea conſulerent, acquirere. Eodem modo qui pauperibus diuitias largiuntur, prudentes ſunt, quoniam comparant amicos, quorum precibus in æterna gloria recipiantur. Et licèt pauperes pro illis non fundant preces, ipſæ tamen eleemoſynæ pro illis dominum deprecantur. Et non ſunt villici iniquitatis, ſed miſericordiæ, nec villicum iniquitatis in eo imitantur, quòd ſubſtantiam à domino ſubripiebat, ſed in eo, quòd diuitiis amicos, qui in eum conferrent beneficia, comparabat. Qua de re ea poteris videre, quæ ſuprà annotauimus, capit. 16. verba illa explanantes: & manum egeno & pauperi non porrigebant.

Ad vſuram non commodauerit. Aſpicis in vniuerſum vſuram prohiberi. Nec obſtat conceſſiſſe Deu. 23. & 24. Moyſen Hebræis commodare extraneis ad vſuram: nam illud fuit permiſſiuè ob eorum imperfectionē, quemadmodum vxores repudiare. Quę Mat. 19. Deuter. 24. rentibus enim illis à Chriſto, cur Moyſes mandarit dare libellum repudij: & vxores dimittere, reſpondit ipſe: Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras. Idem exiſtimo de vſura dicendum. In deſcriptione viri iuſti ait diuinus pſaltes: Pſa. 14. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Simile Quemadmodum manus formatæ fuerunt, vt ſe mutuò iuuarent, ſimiliter, & pedes, quoniam membra ſunt corporis vnius, ſic nobis inuicem ſubuenire debemus, cùm eccleſia ſit corpus quoddam, cuius nos membra ſumus, vt ait A- 1. Cor. 12. poſtolus. Imò non ſolùm Chriſtiani, ſed omnes homines proximi ſunt, & huius vniuerſitatis mem- Eph. 5. bra. Et quemadmodum naturæ repugnaret pedes ſe mutuò impedire, ita rationi aduerſatur, homines ſeipſos inuicem lædere, & alterum alteri in Gala. 6. neceſſitate non opitulari. Alter alterius onera portate, inquit Apoſtolus, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Non longè aberat ab huius exhortationis intelligentia Chryſippus inſignis philoſophus, cùm aiebat, homines ad homines iuuandos fuiſſe editos in lucem. Natura ipſa vi rationis hominem conciliat homini, ingeneratq́; amorem quendam inter ipſos. Et quamuis qui pecuniam accipit vſurariam exiſtimet magnum in ſe eſſe benefi- Simile cium collatum, poſtea tamen detrimentum ſentit. Vt percuſſus ab aſpide, vt aiunt, voluptate delinitus ſomnum capit, & in illa ſoporis ſuauitate quieſcit, donec vult animam exhalare, quoniam venenum latens per omnia membra diſcurrit, ſic qui accipit ſub vſura, pecunia oblectatur, ſed vſurę venenum per omnes eius facultates diſcurrit, illúmque totum in debitum conuertit: & qui antea liber erat, poſteà in alienis ſummis verſatur. Ideo ait dominus: Mutuum date, nihil inde ſperantes: & Luc. 6. erit merces veſtra multa, & eritis filij altiſſimi. Vide quid dicat Ambroſius libro de bono mortis, & habetur 14. quæſt. 4. capitulo. Siquis. Siquis vſuram accipit, rapinam facit, vita non viuet. Alludit ad verba noſtri Exechielis in hoc capite. Et Chryſoſtomus in Matthęum: Nihil vſuris turpius, nihil crudelius: alienas hic negotiatur miſerias, & lucrum ſuum alterius detrimentum facit. Similis eſt ei, qui aliquem manu ſuſcipiens, eum extollit, vt in naufragium impellat.

Iudicium verum fecerit inter virum & virum. Hoc pertinet ad iudices, & arbitros, qui debent iuſtam ferre ſcientiam.

Et iudicia mea cuſtodierit. Hoc eſt, leges meas ſeruauerit. Colligit in ſumma id, quod diſtribuerat in partes, & quod in vniuerſum quicunque tenetur facere, vt poſsit iurè vir iuſtus appellari.

Vita viuet. Hoc eſt, non morietur pro delicto patris, ſed vitam deget non ſolùm corpoream, ſed ſpiritualem, hîc per gratiam, poſtea per gloriam. Impij verò nullam vitam habent ſpiritualem, imò nec corpoream, cùm citò diſcedant è vita: & immatura ac cerba morte corripiantur. Ita enim ait Pſa. 54. pſalmographus: Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Et quamuis aliquando vſque ad ſenectutem perueniant, tamen parum viuunt, quoniam nihil efficiunt, quod eos vixiſſe teſtetur. Et ita ſemper eſt vera diuini vatis ſententia. At viri ſapientia & charitate præſtātes, quibus nihil eſt iucundius virtute, nihil antiquius, diu viuunt, etiam ſi in adoleſcentia eos à vita migrare contingat. Nam puritas animæ, & integritas morum tempus maturum mortis affert. Eam ob cauſam non eſt dicendus parum vixiſſe, qui iuſtitiam coluit & pietatem, quoniam vinculis corporis ſolutus, ad æternam patriam volauit, & in ea virtutis ſtudia hîc incubuit, quæ ei eam famam pepererūt, quæ breuitatem vitæ memoria poſteritatis conſolatur, quæ efficit, vt abſens adſit, & mortuus viuat.

Rapientem rapinas. Hebraiſmus eſt, hoc eſt, aliena rapientem.

Ad idola leuantem oculos ſuos. Id eſt, idola venerantem.

Abominationem facientem. Antea dixerat: Ad mulierem menſtruatam accedere.

Cùm vniuerſa hac deteſtanda fecerit. Id eſt, vnum aliquod ex iis. Capitur dictio vniuerſa, diſtributiuè, non collectiuè.

Sanguis eius in ipſo erit. Id eſt luet pœnas ſuorum ſcelerū: illi imputabitur eius pernicies, quia grauiter peccauit. Ita aiebant Iudæi: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Acſi dicerent: Si culpa Mat. 27. eſt occidere Chriſtum, volumus, vt nos cum filiis noſtris huius culpæ pœnam perſoluamus. Hic eſt ſanguis, de quo illis dixerat Deus per Eſaiam: Ma- Eſai. 1. nus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Quemadmodum eſſe ſanguinem alicuius in illo, eſt ipſum ſui ſceleris pœnas dare, & pro delicto ſuo puniri, ſic requirere ſanguinem vnius de manu alterius, eſt ipſum luere pœnas pro eius morte, cuius ipſe cauſa fuit. Ita ait Deus apud noſtrum Exechielem ca- Sup. 3. pitulo tertio: Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Vbi de ſanguinis ſignificationibus latè diſſeruimus.

Quòd ſi genuerit filium, qui videns omnia peccata patris ſui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit ſimile eis, ſuper montes non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad ido

la domus

D la domus Iſrael, & vxorem proximi ſui non violauerit, & virum non contriſtauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento, à pauperis iniuria auerterit manum ſuam, vſuram, & ſuperabundantiam non acceperit, & iudicia mea fecerit, & in præceptis meis ambulauerit, hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet. Pater eius quia calumniatus eſt, & vim fecit fratri, & malum operatus eſt in medio populi ſui, ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et dicitis: Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius

Deuter. 24.c. iudicium & iuſtitiam operatus eſt: omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit illa, viuet

4. Reg. 14.b. 1. Para. 25.b. vita. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iuſtitia iuſti ſuper eum erit, impietas impij erit ſuper

E eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor in iuſtitia ſua,

Pſa. 29. a. Infr. 33. c. quam operatus eſt, viuet. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat?

Quod ſi genuerit filium. Hoc eſt, ſi impius genuerit filium, qui pietatem colat & iuſtitiam, qui ſcelera patris perpendens ea deteſtetur, non punietur pro peccatis patris ſui, quem noluit imitari.

Super montes non comederit. Subaudi in honorem idolorum. Hæc fuerunt paulò antè explicata.

Et vim fecit fratri. Id eſt, per vim rem proximi rapuerit.

Ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Id eſt, ratione flagitij ſui, & non alieni.

Et dicitis. Id eſt, ſin autem dixeritis.

Anima quæ peccauerit. Ionathas Chaldæus habet: Homo qui peccauerit.

Filius non portabit iniquitatem patris. Id eſt, vnuſquiſque iuxta opera ſua præmio afficietur, aut pœna: nec filius punietur pro delicto patris, in quo non conſenſit, & cuius particeps non fuit: & eodem modo nec pater iuſtus pro flagitio filij iniuſti.

Deut. 24. 4. Reg. 14. 2. Para. 25. Hæc ſententia eſt etiam à Moyſe literis mandata cap. 24. Deuteronomij. & refertur lib. 4. Regum cap. 14. & 2. Paralipomenô cap. 25. Sed dices: Quid eſt hoc? Nónne Deus loquens populo Iſraelitico ait in lib. Exodi: Ego ſum dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me? Ait quidē.

Exo. 20. Exo. 34. Et rurſum in eodem libro ait Moyſes: Dominator domine miſericors & clemēs, patiens, & multæ miſericordiæ, & verax, qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam ac quartam progeniem. Ieremias etiam,

Iere. 32. Domine deus, inquit, qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos fortiſſimè. Præterea lib. 2. Regum ſcriptum legimus fuiſſe pro peccato Dauidis eius populum percuſſum. Et in Geneſi, mortuos fuiſſe infantes propter peccata Sodomorum. 2. Reg. 24. Gen. 14.

Cùm igitur ex iis locis, aliiſq; huiuſmodi colligamus apertè filios pro patrum ſceleribus, alióſque pro aliis puniri, quî fieri poteſt, vt verum ſit id, quod hîc ait Ezechiel, aut Deus per illum, neminem pro peccato alterius puniri? Quomodo poſſunt hæc cohærere? Quoniam in hanc incidimus quæſtionem opus eſt, vt eam abſoluamus. Pœna conſideratur dupliciter, primo modo ſub ratione medicinæ peccati. Pœna primo modo ſumpta non debetur niſi peccato, quoniam per pœnam reparatur æqualitas iuſtitiæ: & hac pœna non punitur niſi peccator. Et de ea agit hoc loco Ezechiel, dicens, nec filium puniri pro peccato patris, nec patrē pro peccato filij. Pœna autem ſecundo modo ſumpta prout eſt medicina, irrogatur aliquibus abſq; propria culpa, ſed non abſque cauſa. Huiuſmodi pœna non ſolùm conſeruat virtutem, ſed præſeruat à vitio, illamq́ue æquo animo ferentibus mirabiliter prodeſt. Et de illa intelliguntur authoritates, quibus oſtendebatur, alios aliquādo pro aliorum peccatis puniri. Sed ita affligūtur, vt pro peccatis aliorum non amittant bona ſpiritualia & æterna, ſed corporalia & temporalia tantum. Et quoniam filij & ſerui ſecundum corpus ſunt res & poſſeſſio patrum & dominorum, puniuntur aliquādo pro eorum peccatis: & ita ipſi patres & domini puniūtur in illis pœna, vt eſt pœna, ipſi autem filij & ſerui, vt eſt medicina, ne ſimilibus ſceleribus contaminentur. Et ita huiuſmodi pœna cedit in bonum patientium: aliquando enim calamitate ſe ad meliorē frugem recipiunt, aliquando è vita migrant, ne incidant in ſcelera. Vnde illi, qui propter Dauidis peccatum occiſi ſunt, ſi iuſti erant, fuerunt erepti à mundi laboribus, & ærumnis, & à flagitiis, in quæ incidere poterant, præſeruati. 2. Reg. 24. Similiter innocentibus Sodomæ vtilis fuit mors, ne viuentes ſe vitiis parentum coinquinarēt. Gen. 14. Itaque concedimus alios aliquando pro aliorum peccatis puniri, ſed non in ſpiritualibus, & æternis, niſi ipſi conſentiant aliorum flagitiis, illorumq́ue ſe participes efficiant. Tūc enim punit Deus patres in filiis & nepotibus vſq; ad tertiam & quartam generationem, & ita intelliguntur authoritates citatæ, quando filij parentum vitia imitantur. Ideo aiebat Chriſtus Iudæis. Mat. 23. Implete menſuram patrum veſtrorum. Id innuūt verba Dei dicentis in Exodo: Viſitās iniquitatem patrum in filios in tertiā & quartam generationē eorum, qui oderunt me. Exo. 20. Vbi verba hæc, qui oderunt me, referuntur ad filios, qui patrū ſcelera imitantes Deum odio habuerunt. Quāquam me non fugit poſſe etiam ad patres ipſos referri. Sed quare filij innocentes puniuntur propter patrum ſcelera in corpore, non autem in anima? Ratio eſt in promptu; quia filij ſunt res patrum, quo ad corpora, quæ genuerunt, nō autem quo ad animas, quas Deus creauit. Anima enim, vt ſuprà diximus, non eſt ex traduce, nec à patre generatur, ſed à deo creatur & infunditur. Ideo ait hoc loco Deus: Anima, quę peccauerit, ipſa morietur. Et dixerat paulò antè. Ecce omnes animæ meæ ſunt. Dicimus igitur poſſe filios puniri pro patrum peccatis, corporaliter, & temporaliter, prout ipſa pœna medicina eſt,

nou autem ſpiritualiter & æternaliter, quia anima
Dei eſt, non autem patris. Hinc effectum eſt, vt
intra humana præcipiant animaduerti in filios eo-
rum, qni crimen læſæ maieſtatis commiſerunt, &
in filios hæreticorum etiam innocentes. Sed hi
ſolùm mulctantur pœna pecuniæ & infamiæ, non
autem mortis nec flagelli. Qua de re vide Alphon-
ſum à Caſtro virum eruditiſſimum libro ſecundo
de iuſta hæreticorum punitione capite vndecimo,
& Ioannem Arboreum omni ſapientia excultum
libro ſexto ſuæ Theoſophiæ capite nono.

Egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis. Non
dicit ab aliquibus, ſed ab omnibus peccatis, contri
tio nanque integra eſſe debet: non enim dimitti-
tur vnum mortale ſine alio.

*Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, ampliùs
non recordabor.* Id eſt, non eum puniam æternaliter.
Punietur quidem in hac vita, & in altera etiam in
purgatorio, niſi tanta hic fuerit contritio, tantus
peccati dolor, vt pro eo ſatisfaciat in hac vita, ita
vt non ſolùm culpa, ſed etiã tota ei remittatur pœ
na, Perſpicuũ eſt cõtritionẽ delere peccatum quo
ad culpam, tãtumque eſſe poſſe, vt illud etiã deleat
quo ad pœnam. Sed conſidera obſecro immenſam
Dei miſericordiam: cõnumerauit impij flagitia: &
videbatur inde ſequi ſe eſſe illũ abſque vlla remiſ
ſione in æterna ſupplicia relegaturum. At tanta eſt
eius pietas, vt dicat ſe eſſe omnia condonaturum,
ſi egerit pœnitentiam, & diuina præcepta cuſtodie
rit. Omnium, inquit, iniquitatum, in quas incidit,
ampliùs non recordabor. O admirabilem clemen
Eſa. 55. tiã, ô infinitam Dei noſtri benignitatẽ! Ideo aiebat
Eſaias: Derelinquat impius viam ſuam, & vir ini-
quus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominũ,
& miſerebitur eius: & ad Deum noſtrum quoniam
multus eſt ad ignoſcendum. Vel vt poteſt verti ex
Hebræo: quoniam multiplicat ad ignoſcendum.
Acſi dicat: Nõ ſolùm ſemel ignoſcit, ſed ſæpiſſimè:
Iere. 3. Eodem modo Ieremias inducit Deum cũ Iudæo-
rum ſynagoga in hunc modum loquentem: Tu for
nicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere
ad me. Et iterum cùm dixiſſet ſe eſſe eradicaturum
& deiecturum impios, adiecit: Si pœnitentiam ege
rit gẽs illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus
eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod
Iere. 18. cogitaueram, vt facerem ei. Intuere ſummam Dei
clementiam. Ideo eum vocat Apoſtolus patrem
2. Cor. 1 miſericordiarum, & Deũ totius cõſolationis. Cùm
Saul Dauidi perniciem machinaretur, eúmque ad
interitum crudeliſsimum vocaret, congregauit ad
uerſus eum exercitum magnum, vt illum caperet
in deſerto. At ipſe Dauid clam noctu ingreſſus eſt
tentorium Saulis, quem arctior quàm ſolebat, ſom
nus complexus erat. Cùm autem eum Dauid occi
dere poſſet, dimiſit illum intactum, & abiit ferens
ſecum eius ſcyphum & haſtam. Et recedens inde
clamauit voce magna, narrans quæ fecerat. Id au-
diens Saul iam ſomno ſolutus, fractus animo has
voces emiſit: Peccaui, nequaquam vltrà te lædam,
quoniam cùm me poſſes vno ictu interficere, vitã
meam ſeruaſti. Id quod fecit pius ille Dauid, fuit
1. Reg. 26. primo Regum libro mandatum, illiſque con-
ſignatum monimentis, quorum memoriam nul-
la obruet vetuſtas, nulla vnquam delebit obli-
uio. Dauid ille Chriſtum adumbrauit pietati

pleniſſimum. Saul autem impium peccatorem
aduerſus Deum exercitum impiorum cogitatuum
& operum congregantem. Tunc peccator ad-
uerſus Deum parat exercitum, cùm impias
deliberationes addit impiis deliberationibus:
& flagitia adiicit flagitiis: in ipſa enim deli-
beratione facinus ineſt, etiam ſi ad id non per-
uenerit, dummodo voluntas plenè conſentiat.
Qui itaque in hæc impia ſcelera iterum, ac ite-
rum incidit: omnibuſque virtutum ornamentis nu
datus in ſumma ignominia verſatur: copias in-
ſtruit aduerſus Deum, illique inferre bellum
conatur. Sed Chriſtus illum euertere, & perde-
re, vnoque ictu & corpus & animam occide-
re valens, & in tenebras æternas emittere, il-
lum expectat, & vocat ad pœnitentiam: non
enim vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur
& viuat. Aufert tamen ab illo ſcyphum, quo
oblectabatur: hoc, eſt voluptates corporeas, vi-
res & ſanitatem corporis, & illecebras ac de-
licias: aufert etiam ab eo aliquando haſtam,
hoc eſt potentiam, & opes quibus rebus pecca-
tor corroborat impietatem ſuam, qua pugnat ad-
uerſus ipſum Deum. Affligit illum, & permittit,
vt magnos percipiat luctus, & in variis calami-
tatibus verſetur, quò cognoſcat ſcelera ſua, & Dei
miſericordiam, qui cùm ipſum poſſet perdere,
ſeruauit, & ad diuinam pietatem, ad portum
miſericordiæ, ad arcem tutiſſimam diuinæ pro-
tectionis contritus confugiat. Ipſe enim Deus
eum benignus recipiet, qui ait hoc loco: Om-
nium iniquitatum eius, quas operatus eſt, am-
plius non recordabor. In ſua iuſtitia, quam opera-
tus eſt, viuet:

Nunquid voluntatis mea eſt mors impii? Quaſi di-
cat: Non, confirmat Deus id, quod dixerat ſuam
erga peccatores miſericordiam oſtendens. Hæc ea Inf. 33.
dẽ ſententia eſt infrà literis conſignata ca. 33. Quid
hic vides, quod nõ indicet Dei miſericordiã, quod
non clamet & prædicet eius pietatem? Non ſolùm
dixit ſe eſſe peccatorum ſcelera obliturum, ſed e-
tiam cauſam reddidit, dicens ſe mortem non velle
peccatoris, ſed eius conuerſionem & vitam. Si hoc
intelligas morte culpæ perſpicuum eſt, Deum eam
non cupere: ſin autem de pœna culpæ, vult eam di
uina ita exigente iuſtitia, ſed non directè, nec per
ſe, ſed iniquitate noſtra ſuppoſita. Ideo ſcriptum
eſt in libro Sapientiæ: Deus mortem non fecit, nec
lætatur in perditione viuentium. Quæ verba ſunt Sap. 1.
etiam libro Tobiæ mandata. Intuens Deum nul-
lum hominis excidium per ſe & directè velle. Imò Tob. 3.
vult, vt verbis vtar diui Pauli, omnes homines ſal
uos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Quæ ſunt
de voluntate antecedente intelligenda, non autem 1. Ti. 2.
de conſequente: quemadmodum multa alia quę in
diuinis literis inueniuntur. Voluntas Dei conſe-
quens ſemper impletur, antecedens autem nõ ſem
per. Id quod grauiter & ſapiẽter docet diuus Tho
mas prima parte quæſt. 19. articulo ſexto. Vides e-
nim hoc loco apud Ezechielem velle Deum vitã
impiorum, quæ per conuerſionem ad ipſum, veráque
contritionem acquiritur: quod non ſemper ad
impletur ob impiorum ſcelera & obſtinationem,
qui ad Deum nolunt conuerti. Premit eos calami
tatibus aliquando cœleſtis pater, non vt eos per-
dat

dat ,ſed vt illos à flagitiis abducat:ſed illi induraue
rũt facies ſuas ſupra petrã,vt ait Ieremias,& nolue
Iere. 5. rũt reuerti.Hic oſtẽditur verũ eſſe id,quod de Deo
cecinit diuinus pſaltes:Ita in indignatione eius, &
Pſa.29. vita in voluntate eius. Ira iuxta Euthymij ſenten-
tiam caſtigatio eſt,quæ eſt in excandeſcentia Dei:
ſed licet vt iuſtus puniat,tamen vt miſericors vitã
tribuere deſiderat.Duo efficit,nimirum punire &
miſereri:vnum non eſt ex eius electione , ſed pro-
pter noſtra delicta , alterũ eſt ex eius natura & vo-
lũtate. Ex quo efficitur vt eius caſtigatio ſit breuis,
miſericordia autẽ,qua nos proſequitur,duret om-
nẽ vitam.Id oſtendit verſus hic,ſi eum voluerimus
profundius ſcrutari.Nam pro ira eſt in Hebraico
regagh,quod nomen ſignificat momentum ſiue in
ſtans,hoc eſt breuiſſimum tẽpus. Quare poteſt in
hunc modum verti ex Hebræo:Quoniam ad pun
ctum temporis eſt indignatio eius, & vita in volun
tate eius:ſeu vt habet tranſlatio Complutenſis : &
vita in repropitiatione eius. Poteſt etiam trãſferri:
Et vita in amore eius. Vt ſit ſẽſus: Et ſi in nos Deus
grauiter aliquãdo animaduertat,momẽtanea tamẽ
eſt hæc eius excandeſcentia:at amor ,quo nos am-
plectitur,quo ſuæ erga nos charitatis fontem ape-
rit , quo vult vitam nobis tribuere immortalem,
ſemper durat.Id voluit ipſe apud Eſaiam ſignifica
Eſai. re, dicens:Ad punctum in modico dereliqui te , &
54. in miſerationibus magnis congregabo te.

Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua,
& fecerit iniquitatem ſecundum omnes abo
minationes,quas operari ſolet impius , nun-
quid viuet?Omnes iuſtitiæ eius , quas fece-
rat , non recordabuntur. In præuaricatione
qua præuaricatus eſt,& in peccato ſuo , quo
peccauit,in ipſis morietur.Et dixiſti: Nõ eſt
æqua via domini. Audite ergo domus Iſrael.
F Nunquid via mea non eſt æqua,& non ma-
gis viæ veſtræ prauæ ſunt?Cùm enim auerte
Infr.33. rit ſe iuſtus à iuſtitia ſua , & fecerit iniquita-
d. tem,morietur in eis:in iniuſtitia,quam opera
tus eſt,morietur. Et cùm auerterit ſe impius
ab impietate ſua.quam operatus eſt,& fece-
rit iudicium & iuſtitiam , ipſe animam ſuam
viuificabit. Conſiderans enim,& auertens ſe
ab omnibus iniquitatibus ſuis,quas operatus
eſt,vita viuet,& non morietur. Et dicunt fi-
G lij Iſrael, Non eſt æqua via domini.Nunquid
viæ meæ non ſunt æquæ domus Iſrael, & nõ
magis viæ veſtræ prauæ?Idcirco vnumquen-
que iuxta vias ſuas iudicabo domus Iſrael,
ait dominus Deus.Conuertimini , & agite
pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ve-
Matt.3. ſtris , & non erit vobis in ruinam iniquitas.
4. Proiicite à vobis omnes iniquitates veſtras,
in quibus præuaricati eſtis & facite vobis
cor nouum & ſpiritum nouum. Et quare mo
riemini domus Iſrael? Quia nolo mortem
Infra. morientis, dicit dominus Deus. Reuertimi
33.e. ni,& viuite.

Si autem auerterit ſe. Iuſto ſe à via recta auerten
ti mors prædicitur.

Omnes iuſtitiæ eius,quas fecerat,non recordabuntur.
Subaudi ad conſequendam beatitudinem immor
talem. Senſus eſt: Si iuſtus peccatum lethale com-
miſerit:cuius pœnitentiam non egerit,in æternum
peribit iam enim deſinit eſſe iuſtus : & ob virtutes
illas,in quas anteà incubuerat,vitam æternam nõ
obtinebit. Bona opera in gratia facta gloriã æter-
nam merentur,ſed per crimen mortiferum morti-
ficantur:ita enim loquũtur ſcholaſtici: verum per
pœnitentiam & conuerſionem ad Chriſtum reui-
uiſcunt. Quod non conuenit operibus mortuis.
nam hæc fieri non poteſt , vt fiant viua per pœni-
tentiam. Opera mortua ſunt,quæ fiunt in crimi-
ne lethali , opera autem mortificata,quæ in gratia
fiunt,ſed per mortiferum flagitium mortificantur.
Illud eſt aduertendum iuſtitias accipi hoc loco
pro virtutum actionibus,vt apud Matthæum : At-
tendite,ne iuſtitiam veſtram faciatis coram homi- *Matt.6.*
nibus , vt videamini ab eis. Et apud diuum Pau-
lum in epiſtola ad Hebræos : Operati ſunt iuſti- *Hebr.*
tiam,adepti ſunt repromiſſiones. Et multis aliis in *11.*
locis. Vbi vides homines iuſtitiam facere,& iuſti-
tiam operari. Et hoc loco ait Ezechiel: Omnes iu-
ſtitiæ eius , quas fecerat , non recordabuntur.
Et paulò antè dixit:In iuſtitia ſua quam operatus
eſt , viuet. Vbi ſunt , qui aſſerunt hominem nihil
facere,ſed omnia à Deo neceſſariò venire;Quid ad
hæc loca reſpondebit Lutherus , qui liberum tol-
lit arbitrium , & homines facit ſtipites , habentes
ſe merè paſſiuè,& nihil penitus efficiẽtes:Quid ad
hoc reſpondere poterit Melancthum,qui in anno-
tatione in epiſtolam ad Romanos aſſerit Iudam
in traditione ſua nihil feciſſe,ſed Deum illam fuiſ
ſe operatum:& æquè proprium eſſe Dei opus pro-
ditionem Iudæ,& vocationem Pauli ? Latinus ille
quidem,impius tamen,vt Lutheri diſcipulum poſ
ſis agnoſcere. Quid ex hæreticæ impietatis ſchola
exire poterat niſi hæreticum & impium? Quid de-
teſtabilius quàm omnia flagitia,omnem malitiam
ad fontem bonitatis referre , & impuritates ipſas
puriſſimo Deo tribuere? Deus ait iuſtos facere iu-
ſtitias,hæretici negant: Deus ait impios operari im
pietates,ipſi aiunt impios nihil efficere , ſed ſolum
Deum eſſe omnium impietatum authorem & effe-
ctorem. O impietatem deteſtandam! Quis non vi-
det eſſe hæc eorum verba in Satanæ officina con-
flata? Quis non intelligit , pectora vnde illa exie-
rint , eſſe à dæmone inimico Chriſti occupata?
Nihil , inquiunt hæretici,eſt in noſtra poteſtate,ni
hil facimus omnino , ſed omnia fataliter eue-
niunt. Si hoc Lutheri dogma eſſet verum,nec iuſti
præmio afficerentur,nec impij pœna : & ita inin-
ſtus eſſet Deus,qui toto hoc capite aſſeuerat ſe pu-
nire impios pro ſceleribus ſuis,iuſtos autẽ pro vir
tutibus ſuis præmio afficere : ſceleratos homines
pœnas luere ſuorũ flagitiorũ non ſolùm hîc ad tẽ-
pus,ſed etiam in inferno abſq; fine,virtute autẽ præ
ditos & charitate præſtantes non ſolùm in hac vi-
ta habere gratiam,ſed etiam in altera æternam bea
titudinem,& tandem vnũquemq; iuxta opera ſua
iudicari. Cur hoc,niſi quia cũ in hominũ poteſtate,
quibus Deus dedit liberum arbitriũ,ſit eligere bo
num aut malum,vitam,& mortem, illi qui virtuti
ſtudent,& vitam ad normam honeſtatis dirigunt,
& ad Deum ipſum confugiunt , digni ſunt præ-

nuo: qui autem ſe vitijs dedunt, & Deo relicto
fraudes tetras concipiunt, & iura diuina atque hu-
mana peruertunt, digni ſunt pœna? Ait enim diuus
Paulus in epiſtola ad Romanos: Deus reddet vni-
cuique ſecundũ opera ſua. Et Chriſtus Deus noſter
Rom. 2. apud Matheum, Filius inquit, hominis venturus
Ma. 15. eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc
reddet vnicuique ſecundum opera eius. Quid po-
teſt apertius dici? Sunt igitur opera, quæ facimus
noſtra, & nos ea operamur, & in manu noſtra eſt
illa operari ob arbitrij libertatem. Fatemur Deũ
eſſe primam cauſam omnium rerum, nihilque
ſine ipſo fieri poſſe, & ad omnem effectum natu-
ralem generaliter influere, & ad bonas hominum
operationes concurrere ſpeciali quodam influxu,
& ab eo eſſe omnem ſalutarem inſpirationem. At
noſtræ poteſtatis eſt illi acquieſcere. Aſſerimus
quippe Dei tractum per gratiam præuenientem &
cooperantem, ſed acquieſcere tractioni hoc eſt in
arbitrij libertate: quod bonas Dei inſpirationes
acceptat, & concurrit actiuè ad merita, atq; gra-
Apoc. 3. tiæ cooperatur. Vnde D. Ioannes in Apocalypſi
inducit deũ in hũc modũ loquẽtẽ: Ecce ſto ad oſtiũ
& pulſo ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit
mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo,
& ipſe mecum. Nónne intueris Deum corda no-
ſtra pulſare, ſed non neceſſariò cogere, quin potius
electiones ipſas in nobis eſſe, ſuppoſito tamen di-
uino auxilio? Sunt innumera ſacrarũ literarũ teſti
monia nõ ancipitia, nõ dubia, nõ obſcura, ſed aper
ta, perſpicua, & luce meridiana clariora, quę liberá
eſſe humanæ voluntatis facultatem conteſtãtur,
Eccle. quorum pauca ſolummodo citabo. In Eccleſiaſti-
15. co ſunt hæc verba litteris conſignata: Deus ab
initio conſtituit hominem, & reliquit illum in
manu conſilij ſui: adiecit mandata & præcepta. Si
volueris mandata conſeruare, conſeruabunt te: &
in perpetuam fidem placitam ſeruare. Appoſuit ti-
bi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere
manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonũ
& malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Hæc ibi.
Deut. In Deuteronomio alloquitur Deus populum his
30. verbis: Conſidera quòd hodie poſuerim in conſ-
pectu tuo vitam & bonum, & è contrario mortem
& malum, vt diligas dominum Deum tuum, & am
bules in viis eius, & cuſtodias mandata illius & cę
remonias atque iudicia & viuas, ac multiplicet te,
benedicatque tibi in terra, ad quã ingredieris poſ
ſidẽdã. Sin autẽ auerſũ fuerit cor tuũ, & audire no-
lueris, atq; deceptus adoraueris Deos alienos, & ſer
uieris: eis prædico tibi, quod pereas, & paruo tẽpore
moreris in terra, ad quã Iordane trãſmiſſo ingredie
ris poſſidendam. Teſtes inuoco hodie cœlum &
terram, quod propoſuerim vobis vitam & mortem
benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitã,
vt & tu viuas, & ſemen tuum. Hæc Dei verba eſſẽt
prorſus ſuperuacanea & ridicula, ſi nullum eſſet in
homine liberum arbitrium. Imò omnia præcepta
Iere. 5. & conſilia, quibus plena eſt diuina ſcriptura, eſſẽt
inutilia, & ſtultè tradita, & mera figmenta. Si nulla
eſſet in poteſtate noſtra electio, quomodo diceret
Ieremias: Et eligent magis mortẽ quã vitam om-
nes qui reſidui fuerint de hac cognatione peſſima?
Quî fieri poſſet, vt verum eſſet id, quod ait diuina
2. Reg. ſcriptura libro ſecundo Regum fuiſſe datam Da-
24. uidi optionem vnam ex tribus plagis eligendi?

At quis non videt optionem ſine libero ar-
bitrio eſſe non poſſe? In libro Sapientiæ ſcriptum
legimus: Ad quod quiſque volebat, cõuertebatur. Sap. 16.
Ieremias ait: Ecce locuta es, & feciſti mala, & po- Iere. 3.
tuiſti. Et Chriſtus Deus noſter apud Matthęum Mat. 23.
alloquens Hieroſolymam, Quoties, inquit, volui
congregare filios tuos, quemadmodum gallina
congregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti. Nónne
videtis Lutherani volente Deo hominem non vel
le per liberum arbitrium? In epiſtola ad Philemo- Phile.
nem ait ita diuus Paulus: Sine cõſilio tuo nihil vo-
lui facere, vti ne velut ex neceſſitate bonum tuum
eſſet, ſed voluntarium. At Lutherus omnia neceſſa
riò fieri profitetur. Profectò tam apertè, tam diluci
dè, tam ſimpliciter omnia hæc loca, quæ citaui oſtẽ
dunt arbitrij libertatem, vt ſi ego vellem teſtimo-
nia ex induſtria confingere, nulla apertiora excogi
tare valerẽ. Sed Martinus Lutherus voluit euertere
non ſolùm ſanctorum doctorum libros, & ſaluta-
rem eccleſiæ catholicæ doctrinam, & ipſam diuinã
ſcripturam, ſed etiam legem naturę. Id nãque quod
eſt ſine cõtrouerſia veterum, omnium prudentium
& eruditorũ hominũ authoritate probatũ, quod ho
mines docti & indocti pariter affirmant, eſt abſq;
dubio iudicandum legem eſſe naturæ. Atqui nihil
eſt maiore cõſenſu omnium mortalium aſſertum,
quàm eſſe in hominibus liberam arbitrij volunta-
tem, eamque ob cauſam legibus ac ſtatutis indige
re, quæ eos excitent præmio atque pœna ad impie
tatem fugiendam, & virtutem amplexandã. Sunt
enim leges vitiorum emendatrices, commendatri
céſque virtutum: ab eis enim viuendi doctrina du
citur. Docent domitas habere cupiditates, effræna
tos coercere appetitus, tueri noſtra, animum ab a-
lienis & manus abſtinere. Nulla natio eſt tã inculta,
nulla gẽs tã barbara & fera, quæ etiã ſi ignoret qua
lis debeat eſſe lex, non tamen intelligat vtilem eſſe
& hominum ſocietatis cõſeruationi accommoda-
tam. Hoc illos docet lex illa, quæ eſt iuſtorum in
iuſtorúmque diſtinctio ad illam antiquiſſimam &
rerum omnium principem expreſſa naturam, ad
quam leges hominum diriguntur: quæ ideo ſup-
plicio improbos afficiunt, bonos autem tuentur,
quia cùm in hominum poteſtate ſit bona eligere,
mala autem declinare cum auxilio diuino, flagi-
tioſi pœnam, iuſti autem pręmium merentur. Fla-
gitioſi enim legem violarunt, iuſti autem eam cu-
ſtodierunt. Et Salomon ait in Prouerbiis. Qui cu-
ſtodit legẽ, beatus eſt. Quod nullo modo eſſet to-
lerandum, ſi omnia fataliter & neceſſariò eueniſ-
ſent. Sed nemo eſt, cui non ſit perſpectum & ex- Prouer.
ploratum eſſe multa contigentia, vt Ariſtoteles 29.
in libro de interpretatione, capite de futuris con-
tingentibus, & omni doctrina ſua apertiſſimis
rationibus oſtendit, Pythagoræ, Socratis, Plato-
nis, cæterorúmque nobilium philoſophorum au-
thoritatem ſecurus. Quare aſſerere nulla eſſe con-
tingentia, nullum liberum arbitrium, ſed omnia
neceſſariò, & fatali neceſſitate venire, eſt non ſo-
lùm theologiam, ſed etiam philoſophiam de me-
dio tollere, & iura omnia naturalia, diuina, & hu-
mana conculcare. Sed dices: Nónne Lutherani
hoc vident? Vident quidem, ſed aſſerunt & tuen-
tur contrarium, ne quis eorum vitia reprehẽdat,
cùm dicant non eſſe in eorũ poteſtate illa euitare,
ſed omnia fato ineuitabili euenire. Vt autem pro

ſe au

ſe authores aliquos citēt, cōfugiūt ad poetas, quorum nōnulli videntur omnia fato tribuere, quomā, vt ipſi dicūt, fatum nominār aliquādo. O cæcitatē inauditā, ô amentiā deplorandā! O homines talpis obſcuriores, denſiſſimis tenebris circunfuſos, qui humana philoſophia ſubſannata, ſanctorum patrū eruditione contēpta, eccleſiæ catholicæ doctrina relicta, omnium doctorum virorum cōſenſu repudiato, diuinorū vatū oraculis ſpretis, ſāctorū Chriſti Apoſtolorū, martyrū, & confeſſorū documentis pro nihilo habitis, vtroq; Dei teſtamēto veteri & nouo reiecto, Chriſti præceptis & conſiliis repulſis, poëtas amplectuntur, eorū ſapiētiam laudibus efferunt eamq; diuinę ſapiētiæ anteponūt. Sed quoniam ad fatum confirmandū recurrunt ad poëtas, volo illis ex ipſorum poëtarum libris oſtēdere falſa eſſe & cōmentitia ea, quæ de fato & ineuitabili neceſſitate dicūt. Homerus Græcorū poëtarū facilè princeps, qui non ſolùm ſuæ ętatis homines, ſed etiā antiquitatis memoriā artificio poëtico, & philoſophico ſuperauit, libro primo Odyſſeæ Iouem, quē ſummū eſſe Deū cæcę Gētes exiſtimabāt, inducit in hunc modū loquētē: Quam temerè incuſans mortales numina, nóſque authores faciunt, ſi quid ſenſēre malorū: cùm prę ter fatū his pariat mēs ſtulta dolores. Vergilius etiā, qui Latinæ poeſia fontes aperuit, eāque Latio ſermone illuſtrauit, qui maieſtate verborū & grauitate ſententiarū alios poetas mea ſententia facilè vicit, totam de fati ſentētiam libro quarto Aeneidos hoc vno verſiculo de Didonis interitu locutus comprehendit. Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. Non poterant apertioribus verbis fati neceſſitatem tollere hi duo, qui inter poetas obtinēt principatum. Clariſſimè aſſerunt nullam eſſe fatalem neceſſitatē. Sed non me fugit eſſe hunc meum laborē in varias hominum reprehēſiones incurſurum, quòd in tam craſſo hoc Lutheri errore refutando tempus conſumpſerim: cùm iam multi ex ipſius Lutheri familia hac in re defecerint à magiſtro, eiuſque ſuperbam inſaniam damnarint. Reliquum eſt, vt intelligamus nos eſſe operum noſtrorū authores, & arbitrium noſtrorum liberū eſſe, & gratiæ cooperari, & bona opera facta in charitate meritoria eſſe vitæ æternæ: pro quibus reponitur iuſtis in cœlo iuſta corona,
Timo. 4. iuxta id, quod ait diuus Paulus, poſtquam benefacta ſua connumerauit: In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Nō ait: Quā dabit mihi, ſed quam reddet mihi, reddere enim, eſt dare alicui id, quod meretur ille, eique debetur: debetur autē iuſto vita æterna ex iuſtitia fundata in diuina miſericordia. At ſi iuſtus in ſcelus inciderit mortiferū, amittit gratiam, & vt hoc loco ait Deus Ezechielis ore, omnium iuſtitiarum eius, quas fecerat, non erit recordatio.

Animam ſuam viuificabit. Quæ anteà erat mortua quo ad vitā gratiæ per peccatū: peccatū enim cùm
Iacob. 1. conſummatum fuerit generat mortem, vt ait diuus Iacobus. Sēſus eſt: Qui anteà mortuus erat per
Rom. 6. peccatum, reſurget per pœnitentiam. Ait enim diuus Paulus: Serui eſtis eius, cui obeditis, ſiue pecca
Mat. 5. ti ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiā. Et Pau
20. lò pòſt: Stipendia peccati mors, gratia autem Dei
Mar. 9. vita ęterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. Hoc eſt,
Luc. 6. ſicut merito peccati tanquam ſtipēdium redditur mors, ita merito iuſtitiæ tāquā ſtipendiū vita æterna, vnde etiā multis diuinarū literarū locis merces appellatur. Sed quia hęc iuſtitia noſtra, omniúmq; noſtratum virtutum congeries ſine diuina gratia inefficax eſt, cū diuina autem gratia meritoria eſt æternæ beatitudinis, ideo ait diuus Paulus vitā æternam dari ob gratiam Dei. Noluit Apoſtolus vt merita ipſa, quibus datur vita æterna, noſtris viribus aſcriberemus, cū gratiæ Dei nitantur. Sed mortē appellat ſtipēdium peccati, à qua liberamur per pœnitentiam reſurgendo ad vitam gratiæ, in qua gratia exiſtētes bona opera efficimus, quibus æternam conſequimur felicitatem.

Conſiderans enim. Nimirum ſe iuſtum Deū, piúmque patrem offendiſſe: & conſiderans quis fuerit, & quis debuerit eſſe, & verſans in animo Dei erga ſe pietatem, ſuámque in Deū ingratitudinē. Si hęc, inquit, cogitauerit, & memoria ſæpenumero repetierit, ſéque à vitiis ſuis abduxerit, vitam abſque dubio habebit.

Et dicunt filij Iſrael. Verti poteſt: Sin autem dixerint filij Iſraelis.

Idcirco. Quia viæ meæ iuſtæ ſunt.

Conuertimini. Subauditur: ad me. Sequitur: Et agite pœnitentiam. Hortatur peccatores ad pœnitē Matt. 3.
tiam. Eodē modo Ioannes Baptiſta: Pœnitentiam Luc. 3.
agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. Et rurſus: Facite fructus dignos pœnitentia.

Facite vos cor nouum, & ſpiritum nouum. Hoc eſt, cor & ſpiritum per pœnitentiam & bona opera cū Dei gratia renouate. Hoc ait, non quòd homo per ſe, ex ſuis viribus tantūmodo id facere queat: quoniam gratiæ infuſio à ſolo Deo eſt: ſed quòd ſe homo ad gratiā diſponere poſſit per liberū arbitriū, & attritionem cum Dei auxilio. Et facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam. Quid ad hęc Dei verba dicent Lutherani? Deus ait: faciamus nobis cor nouum, ſpiritum nouum: illi aiunt, nos nihil facere poſſe. Si nihil poſſumus efficere, cur nobis Deus præcipit, vt hoc faciamus? Deus nobis non præcipit impoſſibilia, alioquin iniuſtus eſſet & impius: id nobis præcipit, quod eſt in manu noſtra cōſtitutum: atqui præcipit, vt hoc faciamus, vt operemur, ergo poſſumus facere & operari. Falſū eſt igitur, quod aiūt Lutherani nos nihil omnino efficere, nihil penitus operari poſſe. Illud eſt hoc loco aduertendū ſpiritum, & cor noſtrum gratia innouari. Ideo ait Apoſtolus in epiſtola ad Epheſios: Reno Ephe. 4.
uamini ſpiritu mentis veſtræ: & induite nouū hominem. Et ad Coloſſenſes: Expoliantes veterē ho Coloſ. 3.
minē cum actibus ſuis, & induentes nouū, eū qui renouatur in agnitionem Dei. Et ad Romanos: In Rom. 6.
nouitate vitæ ambulemus. Sed quoniam hæc innouatio fieri non poteſt abſq; Deo, aiebat regius vates: Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum re Pſa. 51.
ctum innoua in viſceribus meis.

Et quare moriemini domus Iſrael? Senſus eſt: Cur ô Iudæi datis operam, vt moriamini? Ea enim committitis, quæ vobis perniciem machinantur. Si ſuetitis in tartari tenebras relegati, & æterno interitu puniti, vos eſtis in cauſa: ego enim nolo mortem peccatoris, ſed pòtius vt conuertatur & viuat. Exitium veſtrum non prouenit à parte mei, qui ſum clementia pleniſſimus, ſed à parte veſtri, qui eſtis 1. Tim.
ſcelerū maculis notatiſſimi. Ego volo omnes ho 2.
mines ſaluos fieri, vos verò animi ſalutē repudiatis.

ANNOTATIONES ex Hebræo in Cap. XVIII.

Oculos ſuos nõ leuauerint ad idola domus Iſrael. Pro idolis eſt in Hebraico גלולי gillule. à verbo galal, quod ſignificat voluere. vt Prouerb. 26. Qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Vnde galal ſignificat reuolutionem, vel reuolutam rem. Hinc effectum eſt, vt immunditia à ſe voluendo hoc nomine appelletur. Eam ob cauſam Hebræi, qui erant inſtructi fide per contemptum Gentium idola gillulim, hoc eſt ſordes & immunditias appellabant. Quare meritò communis interpres hoc in loco pro gillulim traſtulit idola: quem ſequitur Pagninus & alij. At ſeptuaginta interpretes pro idolis tranſtulerunt ἐνθυμήματα, hoc eſt cogitatus, ſeu animi conceptus: Impiæ enim animi commẽtationes, & turpes illæ cogitationes, quibus homines relicto deo oblectantur, in quibus felicitatem conſtituunt, idola ſunt & ſimulacra, quæ more colunt gentium, quæ infinitos ferè deos ſummè venerabantur. Ait Heſiodus, & refert Blondus libro primo Romæ triumphantis triginta deorum millia fuiſſe in terris ab hominibus culta. Vtinam nunc non tot nefaria commẽta, tot impiæ cogitationes, tot ſcelera, tot vanitates colerẽtur. Vnus eſt Eſa. 45. Deus, quem adorare debemus: ipſe enim ait: Ego Dominus, & non eſt alius amplius: extra me non Deut. 6. eſt Deus. Et fidelis eius amicus: Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. Eſt autẽ Deus immẽſus, quam ob cauſam non poteſt ab homine verbis enarrari, aut ſenſibus æſtimari, aut intellectu comprehendi. Plato in libris legum ait non eſſe quærendũ quid omnino ſit Deus, cùm nec carnis oculis videri poſſit, nec ſermone explicari. Libro primo de natura Deorum ait Marcus Tullius quæſiſſe tyrannum quendam à Simonide quid eſſet Deus. Simonidem verò deliberandi ſibi vnum diem poſtulaſſe. Cùm idem ex eo poſtridie quæreret, biduum petiit. Cùm ſæpius duplicaret numerum dierum, requiſiuit tyrannus cur ita faceret: cui ipſe reſpondit: Quia quãtò diutiùs conſidero, tantò mihi res videtur obſcurior. Alij dicunt admiratum tyrannum, quòd philoſophus in dies tẽpus duplicaret, dixiſſe. Hoc eſt quippiam infinitum, & reſpondiſſe philoſophũ: Id ipſum eſt Deus. Diuus Hieronymus ita ait: Deum cùm audis, ſubſtãtiam intellige ſine initio, ſine fine, ſimplicem, ſine vlla admiſtione, inuiſibilem, incorpoream, inæſtimabilem. Diuus Auguſtinus, Deus, inquit, eſt in ſeipſo ſicut alpha & omega, in mundo ſicut rector & author, in angelis ſicut ſapor & decor, in eccleſia ſicut paterfamilias in domo, in anima ſicut ſponſus in thalamo, in iuſtis ſicut adiutor & protector, in reprobis ſicut pauor & horror. Et quamuis Deus ſit incõprehenſibilis, nulla tamen natio tam barbara eſt & inculta, quæ neſciat Deum eſſe. Quid enim poteſt eſſe tam perſpicuum, cùm cœlum ſuſpicimus, cœleſtiaq; intuemur, quàm eſſe numẽ vnum immenſum, à quo hæc regantur? Et tamen tanta fuit Iudæorum cæcitas, vt hunc Deum negarent. & ad vana Gentium idola confugerent.

Et iudicium verum fecerit. Quidam vertunt: Et iudicium ac veritatem fecerit. Facere veritatem tropus eſt Hebraicus ſignificans candidè & bono animo operari, quemadmodum ambulare in veritate. Apud Eſaiam, & libro quarto Regum aiebat Eſa. 38. 4. Reg. 20. rex Ezechias: Obſecro domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate. Ita hoc noſtro capite dicitur paulò pòſt: Et iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatẽ. Vbi ſeptuaginta habent: Et leges meas cuſtodierit, vt faciat eas. Quibus in locis veritas potiùs eſt ad voluntatẽ, quàm ad intellectum referẽda. Duplex eſt veritas, vna in verbis, altera in factis: veritas in verbis eſt adæquatio verborum ad rem, veritas in factis eſt adæquatio operũ ad verba. De hac ſecũda veritate, quando id quod docetur, efficitur, intelligitur hic locus. Vult enim Deus vt vita noſtra reſpondeat doctrinæ. Qui alios ſalutari inſtruit doctrina cũ ſeipſum Simile ita vitiis contaminet, vt cum eius vita apertè pugnet oratio, eſt ſimilis farrario, quo decutitur farina, quod pollinem & ſimilam extra emittit, & furfures ſibi retinet: aliis florẽ, & medullam triticeæ fa- Exod. 28. rinæ porrigit, ſibi autẽ aſſumit furfurea purgamenta. Eã ob cauſam præcipiebat Deus, vt in rationali ſacerdotis eſſent hæc verba ſcripta: Doctrina & veritas. Ille enim verus eſt doctor, qui id efficit quod docet. Hoc quidẽ eſt in veritate docere. Id innuere volebant phariſæorũ diſcipuli, cũ adulantes Chriſto, vt eũ caperent in ſermone, dicebant ei: Scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Vbi Mat. 22. prima veritas ad verba, ſecunda ad vitam refertur.

Quòd ſi genuerit filium latronem. Pro latrone eſt in Hebraico פריצ parits, à verbo parats ſiue pharats, quod ſignificat diuidere: vnde deriuatur pha- 2. Re. 6. riſæus. hoc eſt diuiſus; vt ſecundo Regum quinto Diuiſit dominus inimicos meos coram me, ſicut diuiduntur aquæ. Significat etiam inundare, vt Oſe. 4. apud Oſeam quarto capite: Maledictũ, & mendacium, & homicidium, & furtũ & adulterium inundauerũt. Acſi dicat: Capitalia flagitia cumulatim creſcunt: & inſtar diluuij omnia adimplent: fuit quondam mundus aquis obrutus inundantibus, at nunc eſt vitiorum diluuio ſubmerſus. Poterat etiam ita verti locus ille: Dant homines operam maledictu, mendacio homicidio, furto, adulterio & diuidunt, vel vt vertit paraphraſtes Chaldæus, rũpunt, nimirum ſepem & cuſtodiam diuinorum præceptorum, ſcelera multiplicantes. Ita hunc locum R. Dauid in commentariis interpretatur. Significat etiam verbum hoc euertere & vaſtare, vt Eccle. 3. apud Eccleſiaſtem: Tempus deſtruẽdi, & tempus ædificandi. Hinc effectum eſt, vt nomen hoc parits latronem ſignificaret ab euertendis domibus ita vocatus. Significat etiam præuaricatorẽ, vt apud Dani. 11. Danielem: Filij quoque, præuaricatorum, populi tui extollẽtur. Illud pſalmi: Ego cuſtodiui vias duras, poteſt etiam verti: Ego cuſtodiui vias la- Pſa. 16. tronum, ſeu præuaricatorum: eſt enim ibi hoc nomen parits. Acſi diceret regius vates: Nõ ſolùm dedi operam, vt ipſa virtus me traheret ad verum decus, ſed etiam intuens quemadmodum ſe mortales ſceleribus inquinarent, tanto tenebar deſiderio obſeruantiæ legum tuarum, vt nefariorum hominum vias cuſtodirem, ne pereas ambularent. Eos à maleficio deterrebam, & ad præcepta tua domine colenda & obſeruanda excitabam. Eſt Gene. 3. igitur cuſtodire vias, prohibere ne iis quis incedat. Eodem mod Geneſis 3. Collocauit Deus ante paradiſum voluptatis cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Hoc eſt, ad prohibendum, ne quis via

illa ad arborem vitæ tendente ambularet. Aſpicis igitur nomen hoc parits æquiuocum eſſe, ex cuius æquiuocatione fluxit hoc loco interpretũ varietas. Nã editio vulgata habet: Quod ſi genuerit filiũ latronem. Septuaginta habent filium peſtilentem. Symmachus tranſgreſſorem. Alij graſſatorem. Poteris etiam vertere diuidẽtem: hoc eſt diſcordiam ſeminantem. Verbum enim pharats, & vt diximus diuidere ſignificat & ſeparare.

Et fecerit vnum de iſtis. Pro vno, eſt in Hebraico אח ach, quæ dictio fratrem ſignificat, vt in pſalmo
Pſa. 48. 48. Frater non redimet, redimet homo: Vt ſit ſenſus: Si in die iudicij frater fratrem nõ redimet, quî fieri poteſt, vt ibi homo hominem extraneum poſſit liberare? Iden nonnulli hunc Ezechielis locum vertunt: Et fecerit fratrem, ſed per fratrem vnum aliquid intelligitur: vnaquæque enim res reſpectu ſocij ſui frater appellatur, aut ſoror. Vnde in Exo-
Exod. 26. do capit. 26. vbi nos habemus: Cortinæ ſibi iungẽtur mutuò, eſt in Hebraico. Vnaquæq; cum ſorore ſua iungetur. Ionathas Chaldæus habet. Et fecerit fratri aliquid ex iſtis.

Argumentum Cap. XIX.

Arguit impietatem domus regiæ ſub duplici metaphora, altera leæna, altera vineæ. Oſtendit filios iuſti Ioſiæ fuiſſe ſcelerum maculis notatos, & immanitatibus inſignes: quam ob cauſam ait eos meritò fuiſſe in vincula coniectos, & ex alto regiæ dignitatis gradu præcipitatos. Nam Ioachaz fuit captus à Pharaone Nechao, ab eóque ductus in Aegyptum, pro quo fuit eius frater Ioachim vocatus anteà Eliachim in regia dignitate conſtitutus, qui à Babylonijs oppugnatus ſe tradidit illis, manens tamen in regno: ſed cùm poſteà rebellaſſet, incidit in acerbiores ærumnas. Nam Chaldæi eius hoſtes irruerunt in eum, omnibus diuitiarum ornamentis illum ſpoliauerũt, & grauibus calamitatibus ſaucium deformarunt. Et ita ex luctuoſa vita ignominiosè migrauit. Huic ſucceſsit Iechonias filius eius vocatus Ioachim, qui oppugnatus à Nabuchodonoſore, eíque reſiſtere non valens, ſe tradidit illi, fuítque in Chaldæam aſportatus pro quo fuit regno præpoſitus Sedechias vocatus anteà Matthatias, qui cùm fœdus Babylonijs violaret, fuit captus ab illis, & priuatus oculis, & in Chaldæam adductus, & in acerbiſsima calamitate verſatus. Et in hũc modum fuit regibus Iuda dignitas ablata, & claritas extincta, & omnia denique regiæ amplitudinis ornamenta ceciderunt. Quæ omnia ſunt libro quarto Regum ſcripta, & ad diuinam iuſtitiam oſtendendam perpetuis monimentis conſignata. Horum principum calamitates deplorat hoc capite Ezechiel, eorúmque infelicitatem à flagitijs productam lamentatur.

CAPVT XIX.

A ET tu aſſume plãctum ſuper principes Iſrael, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit: in medio leunculorum enutriuit catulos ſuos? Et eduxit vnum de leunculis ſuis, leo factus eſt: & didicit capere prędam, hominémque comedere. Et audierunt de eò Gentes, & non abſque vulneribus ſuis ceperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram Aegypti. Quæ cùm vidiſſet, quoniam infirmata eſt, & periit expectatio B
eius, tulit vnum de leunculis ſuis, leonem conſtituit eum. Qui incedebat inter leones & factus eſt leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare. Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in deſertum adducere: & deſolata eſt terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerunt aduerſus eum Gentes vndique de prouinciis, & expanderunt ſuper eum rete ſuum: in vulneribus earum captus eſt. Et miſerunt eum in caueam, C
in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis, miſerúntque eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltrà ſuper montes Iſrael.

EXPLANATIO.

Et tu aſſume planctum. Verba ſunt Dei ad Ezechielem, quorum hic eſt ſenſus: Deplora captiuitatem & infelicitatem Ioachaz, & Ioachim, & omnium denique principum Iſraelis, qui cùm eſſent à Ioſia progeniti rege illuſtriſsimo ſingulari ſapientia & iuſtitia exculto, ſe vitiis cõtaminarunt, & patris decus & ſplendorem extinxerunt. Oſtende lamentis eſſe te ob eorum calamitates mœrore confectum.

Quare mater tua leæna? Iudęorum ſynagogam leænã vocat, quia viguerat fortitudine, floruerat regia dignitate, & alias hominum ſocietates fide ſuperauerat. De ea dixit ſapiẽtia: In Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Hieru *Eccle. 24.*
ſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorum detentio mea. Eam ob cauſam appellatur leæna: quia principes & magnates nutrierat fortitudine pręſtantes, qui inſtar leonum abſque metu non ſolùm Gentium regibus reſtiterãt, ſed etiã de illis inſignes victorias reportauerãt. Vocatur etiã lęęna, quòd in medio leonum ſecura conſiſteret. Poteris per hanc matrem leænam intelligere Hieroſolymam, vel domum regiam ob aſſignatas rationes. Fortaſſe domum regiam vocat leænam ob crudelitatem & rapacitatem. Et tũc erit ſenſus. Quare regia progenies inter leones accubuit? Hoc eſt, quare hominũ crudeliũ cõſilio acquieuit? Cur homines indomitos & truculẽtos, immanitate barbaros, & ferocia exultantes cum leonibus crudelibus comparatos in conſilium adhibuit, & eorũ impietatẽ piæ atque rectæ iuſtorũ virorũ ſententiæ antepoſuit? In medio horum leonum crudelitate ferorum enutriuit catulos ſuos, hoc eſt principes ſuos, filios Ioſiæ, qui ad crudelitatem declinarunt, ſéque ſceleribus teterrimis inquinauerunt. Enutriti inter homines crudeles quid niſi crudelitatẽ ſequerẽtur? Vnde ſcriptũ legimus in libro Iob: Conſilium impiorum longè ſit à me. Et *Iob. 22.*
in pſalmo: Beatus vir, qui non abiit in conſilio im *Pſal. 1.*
piorum. Initium actionum noſtrarum eſt conſiliũ, & danda opera eſt, ne iniquis conſiliariis adhæreamus. Adam impium Heuæ conſiliũ ſecutus, Heua autem ſerpentis fallacis conſilio acquieſcens, ſibi parauerunt interitum, & poſteritatem ſuam in mi-

ſetias

ſerias magnas adduxerunt. Primus impij conſilij authoꝛ fuit diabolus,qui nõ deſinit de noſtra pernicie cogitare:& quod per ſe nõ poteſt,per impios conſiliarios agit tãquam per ſuos miniſtros. Quare eſt eorum familiaritas omnino euitanda, & ſapientium conſuetudo ample&c;tenda. In Prouerbiis
Prou.13 ait Salomon:Qui cum ſapientibus graditur,ſapiẽs
Eccl.13. erit; amicus ſtultorum ſimilis efficietur.Er Eccleſiaſticus:Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiã.
1.Cor.5 Et diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios: Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Quemadmodum chamæleon modò niger eſt,mo-
Simile dò viridis,modò pallidus, modò cæruleus, ſumit enim colorem rei, quam è proximo intuetur,& cuiuſcunque rei obiectæ colorem refert, & repræſentat,ſic princeps eorum plerumque ingenium & mores imitatur, quorũ vtitur conſilio & familiaritate. Id intelligẽs illuſtriſſimus ille rex Dauid in
Pſa.100 pſalmo,vbi optimi principis officia deſcribit,eiúſque virtutis expreſſam effigiem proponit, has voces emiſit:Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabit, Non habitabit in medio domus meę qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. Acſi diceret:Diligenter perquiram,quinam ſint,qui in hac terra,in hoc meo regno fidem colant & iuſtitiam, eorúmque inſtruar conſilio, & vtar familiaritate. At ſuperborum & nefariorum cõſuetudinem repudiabo,& penitus reiiciam.Non conſiciam oculos meos niſi in viros fide inſignes, virtute præditos,ſapientiæ excultos, vt eis familiariter vtar,eorúmque conſilio acquieſcam.

Et eduxit vnum de leunculis ſuis. Hoc eſt, extulit Ioachaz filium Ioſiæ eúmq; regem conſtituit: qui ſubditorum opes rapiebat,& in profundum appetituum ſuorum gurgitem profundebat, ſéq; eorũ ſanguine ſatiabat. Vnde eius vitæ meritò notã immanitatis & rapacitatis inurebant.

Leo factus eſt. Id eſt,rex impius. Quidam ex Hebraico vertunt:Leunculus,quòd eius regnum debile fuerit.

Et didicit capere prædam. Arguit regis Ioachaz auaritiam & rapacitatem. Et volẽs etiam eius crudelitatem reprehẽdere,ſubdit: Hominémque comedere. Tropus eſt,quo vtuntur Hebræi volentes hominem crudeliſſimum ſignificare. Fuit hic Ioachaz regno expulſus, & infinitis ærumnis oppreſ-
Simile ſus:& non ſolùm ſe,ſed regnum ſuũ euertit. Cùm in corpore humano cor nõ impertit membris ſpiritus vitales, ſed arteriæ occluduntur, & ſanguis venas relinquit,ſignum eſt mortis: aut homo ille exceſſit è vita,aut breui excedet. Ita cùm rex non præbet ſubditis ſuis influxum munerum ſuorum, & ſemitę atq; fiſtulæ,quibus ſolent fluere eleemoſynæ,obſtruuntur,& charitatis opus pauperes derelinquit,argumentum eſt interitus regni, regiſq; exitij apertiſſimum ſignum. At principis clementia & charitate in ſubditos refloreſcit regnum, & in ipſum principem tranquillitas & ſecuritas re-
Prou.20 dundant. Vnde ait Salomõ:Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem,& roboratur clemẽtia thronus
Prou.25 eius. Et rurſum: Aufer impietatẽ de vultu regis, &
Eſt. 13. firmabitur iuſtitia thronus eius. In libro Eſter ait in hunc modũ Artaxerxes: Cùm plurimis gẽtibus imperarem,& vniuerſum orbem meę ditioni ſubiugaſſem , volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine,ſed clemẽtia & lenitate gubernare ſubiectos. Diuus Hieronymus ita ait:Sicut miſericordia hominem ſurſum eleuat ad Deum,ita deorſum crudelitas in infernum deiicit. Si in priuato crudelitas eſt deteſtanda,quantò magis in principe, qui debet eſſe ſubditorum paſtor? Loquens Ieremias Iere.23.
de Iudææ regibus, dirigẽnſque ad Iudæam ipſam ſermonem ſuum, ait; Omnes paſtores tuos paſcet ventus. Hoc eſt,vani ſunt,& res inanes futileſque moliuntur. Cùm veluti paſtores deberent paſcere ſubditos,ipſi tãquam chamæleontes aëre paſcuntur. Et per Eſaiam loquens Deus de Cyro Perſa- Eſa.44.
rum rege,ait:Qui dico Cyro:paſtor meus es. Et iterum:Vbi eſt, qui eduxit eos de mari cum paſtori- Eſa.63.
bus ſuis? Paſtores appellat Moyſem, & Aaronem, & alios Iudæorum principes & magnates. De Aſſyriorum rege ait ita Michæas:Suſcitabimus ſuper Mich.5.
eũ ſeptem paſtores. Ponitur numerus finitus pro indefinito. Voluit ſignificare ſuſcitãdos eſſe aduerſus Aſſyriam principes Perſarum & Medorũ. Vbi per paſtores principes intelliguntur. Diuus Gregorius,Summus,inquit, locus bene regitur, cùm is, qui præeſt, vitiis potiùs quàm fratribus dominatur. Nomine Aegypti intelligitur mundus cũ omnibus vitiis:quam ob cauſam ait Origenes,voluiſſe diuinam ſcripturam ſignificare,quando dixit in libro Geneſis fuiſſe Ioſephũ toti Aegypto domi- Gen.45.
natum victoriam eum de vitiis omnibus reportaſſe,falſas domuiſſe voluptates,& omnem impietatem viciſſe. Id ait etiam Philo voluiſſe diuinas literas oſtendere,cùm aſſerunt Iacobũ tenuiſſe ma- Gen.25.
nu plantas fratris ſui Eſau:planta enim pedis,quæ terram attingit, ſymbolum eſt vitiorum, quæ vir fortitudine & ſapientia præſtans debet coercere, ne ipſa dominentur in eum, ſed ipſe potiùs in illa. Debet qui gubernat,ratione gubernari, & cùm ſit aliorum paſtor, clementiam ac pietatem in primis ample&c;ti. Et hoc non ſolùm fideles, ſed ethnici etiam conteſtantur. Homerus regem Agamemnonem paſtorem vocat. Ariſtoteles octauo Ethicorum ait regem ſe debere ad ſubbitos habere, quemadmodum ſe habet paſtor ad oues. Ageſilaus apud Plutarchum, Ille, inquit, rex tutus eſt, qui ſic ſubditis imperat, vt filiis pater. Intueris igitur principes non ſolùm paſtores eſſe debere,ſed patris pios & clementes. Seneca libro de Clementia ait;Si dij placabiles & qui delicta potentium non ſtatim fulminibus ſequuntur,quantò æquius eſt hominem hominibus propoſitum miti animo exercere imperiũ? Et in epiſtola ad Neronẽ: Inexpugnabile monimentũ eſt amor ciuium. Quid pulchrius,quã viuere optãtibus cunctis? In nũmis imperatoris Antonij Pij ſculptũ erat fulmẽ ſedens in throno. Volebat clemẽs princeps, nomine & re pius oſtendere ſe fulmen habere, hoc eſt, poteſtatẽ alios feriendi,ſed nõ ea vti: nam ſedebat in tranquillitate & quiete fulmen illud. Quemad- Simile
modũ inter omnes apes ſola ea, quæ regit, aculeũ non habet,aut certè non eo vtitur,ſic inter omnes homines nulli magis conuenit clementia, quàm principi. Quare oportet dare operã, vt hilaritatem & clementiã populo oſtendat. Ideo ait Salomõ: In Prou.16
hilaritate vultus eius vita,& clementia eius quaſi imber ſerotinus. Refrænet princeps animi impetum,cohibeat iracundiam, deteſtetur crudelitatẽ,

cæteras

cæteras animi labes repellat: tũ incipiat aliis imperare, cùm immanitati, furori, & dedecori parere deſierit. Cùm exigente iuſtitia aliquos interfecerit, fundat prius lachrymas ex oculis propriis, quã ſanguinẽ ex corporibus alienis. Sed ita pietatem colat, vt iuſtitiam non derelinquat. Ita enim ait Deus

Sap. 1. in libro Sapientię: Diligite iuſtitiam, qui iudicatis

Prou. 29 terram: Et per Salomonem: Rex iuſtus erigit terram. Si clementiam & iuſtitiam coluiſſent principes Hebræorũ, regnum ſuũ non euerterent: at ſtuduerunt diripere hominibus imbecillis vitam & opes, ſuorumq; maiorum gloriam, & nominis celebritatem & amplitudinem ex hominum memoria funditus delere. Dæmones acerrimos humani generis inimicos venerati ſunt, illoſq; numini ſanctiſſimo prætulerunt. Inter omnes qui hunc infœlicem vitæ curſum confecerant, vnus eminebat Ioachaz, de quo ait hoc loco Ezechiel: Didicit capere prædam, hominémque comedere.

Et *audierunt de eo gentes*. Id eſt, fuit rumor crudelitatis eius per orbẽ diſſipatus: percrebuit eius cupiditatis & auaritiæ fama.

Non abſque vulneribus ſuis ceperunt eum. Expugnauerunt Aegyptij eius ciuitatem, eúmque captum in vincula coniecerunt, ſed non abſque ſanguine ſuo: fuerunt enim nonnulli eorum vulneribus traiecti. Reportarunt quidem de rege Ioachaz victoriam, ſed cruentam.

Quæ cùm vidiſſet. Subauditur leæna: per quam, vt diximus, Iudæorum ſynagoga, aut Hieroſolyma, aut domus regia ſignificatur.

Quoniam infirmata eſt, & periit expectatio eius. Hoc eſt, cùm vidit euaneſcere ſpem ſuam, eſſéq; regem ſuum abductum à Iudæa in Aegyptum abſque ſpe redeundi, tulit vnum de leunculis ſuis, hoc eſt Ioacim fratrem Ioachaz, eúmq; in regia dignitate cõſtituit: Etſi enim eum Pharao regno præfecit, fuit

4. Reg. 23. tamen de Hieroſolymæ conſenſu.

Qui incedebat inter leones. Id eſt, qui hominum crudelium conſilium ſequebatur, & fratris impietatem ſecutus impiorum familiaritate vſus eſt. Vt leo alia animalia dilacerat, ſic rex impius & ſuper-

Prou. 10 bus ſubditos. Ideo ait Salomõ in Prouerbiis: Ver-

Prou. 28. ba impiorum inſidiantur ſanguine. Et rurſus: Regnantibus impiis ruinæ hominum. Nec ſolùm alij ſed ſibiipſis perniciem machinãtur: euaneſcit eorum poteſtas & amplitudo, perit eorum vita, & ipſi ad infernũ relegantur: Vidi impiũ ſuperexaltatũ,

Pſa. 36. & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum, & nõ eſt inuentus locus eius. Expandit enim ramos potentiæ ſuæ, ſed citò areſcit & euaneſcit. Vbi noſtra editio habet: & trãſiui, eſt in Hebraico, & trãſiuit, ſiue præterijt & fluxit, vt referatur ad impium. Et ita per tertiam perſonam vertit paraphraſtes Chaldæus. Et ita legit Dauid Kimhi. Et Chryſoſtomus in capite 3. epiſtolæ Pauli ad Coloſſenſes homilia nona, vbi hũc locũ citat, legit καὶ παρῆλθε, Hoc eſt, præteriit. Diuus tamen Hieronymus, & Felix, & alij vertunt per primam perſonam cum noſtra editione. Sed eadẽ manet ſententia, infelicem impij interitum explanans. Huiuſmodi fuit huius regis finis, qui leo dicebatur, & inter leones habitabat, hoc eſt inter magnates ſuos & cõſiliarios immanitatibus inſignes. Vel ideo dicitur inter leones inceſſiſſe, quia duos reges immanitate barbaros Babyloniũ & Aegyptiorum amicitia comprehendebat, & obſequio tuebatur. Hic fuit etiam teterrimus, deditus vitiis, præſertim auaritiæ & crudelitati, & diuini numi- 4. Reg. 23.
nis contemptor.

Et didicit prædã capere. Idẽ dixerat de rege Ioachaz.

Didicit viduas facere. Viros earum interficiendo ob eius immanitatem & auaritiam.

A voce rugitus illius. Hoc eſt, exterrita eius comminationibus, & ferocibus verbis. Indicat crudelitatem & impietatẽ regis Ioachim, comparans illum cũ leone rugiente. Eodẽ modo Salomon, Leo inquit rugiens, & vrſus eſuriens princeps impius Prou. 7.
ſuper populum pauperem. In numis Traiani imperatoris ſculptũ erat leonis caput cum claua quadam deſuper, ad deſignãdum imperatorẽ eſſe leonem, ſed debere obtemperare doctrinæ & rationi, quæ per clauam, qua Hercules monſtra domabat, intelligitur. Nihil enim aliud volebant ſignificare veteres ſcriptores, cùm aiebant robuſtum Herculem claua quadam monſtra ſuperare, quàm debere potentiam eſſe cum ſapiẽtia coniunctam, & corporis vires animi rationi obedire, vt vitia per mõſtra ſignificata vincerentur. Erat igitur Ioachim leo, ſed qui clauæ rationis minimè pareret.

Expanderunt ſuper eum rete ſuũ. Hoc eſt, exercitũ quo illum obſederunt, & expugnarunt.

Et *miſerunt eum in caueam*. Hoc eſt, in carcerem, vbi eum compedibus ligauerunt, & ita ligatum eum Chaldæi adduxerunt ad Nabuchodonoſorem: ſed mutato in via conſilio eum reduxerunt Hieroſolymam, ante cuius muros eum interfecerunt, quemadmodũ prædixerat Ieremias. Quidam Iere. 22.
exiſtimant hunc fuiſſe Iechoniam vocatũ Ioachin filium Ioachin, alij Sedechiam, quem aſſerit diui- 4. Reg. vlt.
na ſcriptura fuiſſe in vincula coniectum, & ignominioſe in Chaldæã tranſlatum. Nã Iechonias tradidit ſe Babyloniis, à quibus non fuit ita immaniter tractatus. At quoniã Ezechiel deplorat hoc capite calamitoſum filiorum Ioſiæ occaſum, quorũ vnus fuit captus ab Aegyptiis, alter à Babyloniis, videtur rationi accommodatius, & literæ textus cõgruentius, vt hoc intelligatur de Ioachin fratre Ioachaz, qui fuit à Babyloniis coram conſiliariis ſuis ignominioſè interfectus: cuius cadauer fuit extra portas Hieroſolymæ proiectum. Et quamuis hic dicat Ezechiel fuiſſe illum ad regem Babylonis adductum, non intelligit eum ibi manſiſſe. Iuit enim, ſed ex via ligatus reuerſus eſt Hieroſolymã, in qua ex Nabuchodonoſoris decreto fuit publicè occiſus.

Miſerúntque eũ in carcerem. Ionathas Chaldæus vertit: Poſuerunt ei torquem ferreum, & compedes. Alij transferunt: Introduxerũt eũ in munitiones, hoc eſt, in caſtellũ quoddam munitum, vbi ligatus cuſtodiretur.

Ne audiatur vox eius vltra ſuper montes Iſrael. Id eſt, vt deſtituatur regno. Permanet in metaphora leonis, cuius rugitus in montibus auditur, donec interficiatur.

Mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo ſuper aqua plãtata eſt: Fructus eius & frõdes eius creuerunt ex aquis multis, & factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptra dominantium & exaltata eſt ſtatura eius inter frondes. Et vidit altitudinem ſuam in multitudine palmi-

tum

tum ſuorum. Et euulſa eſt ira in terrámque proiecta, & ventus vrens ſiccauit fructum eius, marcuerunt, & areſactæ virgæ roboris eius. Ignis comedit eam. Et nunc tranſplantata eſt in deſertum in terra inuia & ſitienti. Et egreſſus eſt de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit, & non fuit in ea virga fortis, ſceptrum dominantium. Planctus eſt,& erit in planctum.

Mater tua quaſi vinea. Hæc eſt altera metaphora: in prima cõparabatur ſynagoga leænæ, in hac vinea. Senſus eſt: Hieroſolyma plantata eſt in terra uberi & fœcũda inſtar vineæ fructiferæ, eratq́; florẽs & fertilis in ſanguine tuo, hoc eſt, in regia progenie. Plãtatã eſſe ſuper aquã, ſignificat eſſe in terra Sup. 17. irrigua & fœcunda, vt ſupra oſtẽdimus cap. 17. vbi Eſa. 32. dixerat Ezechiel: Vt firmaret radicẽ eius ſuper aquas multas. Eodẽ modo Eſaias, Beati, inquit, qui ſeminatis ſuper omnes aquas. Per ſanguinẽ intelligitur genus regiũ, vel ſanguis Iudæorum, hoc eſt Abrahã, Iſaac, & Iacob, à quibus Iudæi geniti fuerunt. Et quoniam his tribus patriarchis Deus promiſit terram Chanaan ſuis poſteris poſſidendam, ideo ait: Mater tua ſynagoga veluti admirabilis vinea fuit in terra optima conſita ob ſanguinem tuũ hoc eſt, ob merita maiorum tuorum virorum illuſtrium, fide & charitate præſtantium: quibus tu ô Iudæa vitiis tuis tenebras obfudiſti.

Factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptra dominantium. Hoc eſt, habuit multos viros fortitudine inſignes de genere regio.

Et exaltata eſt ſtatura eius inter frondes. Hoc eſt, vinea hæc ſe extulit ſuperbia. Quidam vertunt; ſuper ramum medium: qui altiorem locum tenet in arbore. Sed eadem manet ſententia.

Et vidit altitudinem ſuam. Id eſt, animo elato reſpexit in dignitatem ſuam. Quare euulſa eſt magno impetu & furore à Babyloniis ita diuina iuſtitia 1. Pet. 5. permittente. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humili- Iaco. 4. bus autem dat gratiã: vt & diuus Petrus, & diuus Iacobus literis conſignarunt. Conuerſa eſt vitis illa nobilis in labruſcam: extulit ſe aduerſus Deum ſuum nullum charitatis & humilitatis fructũ producebat: ideo eã Deus per Babylonios euulſit: & poſtea per Romanos: Igitur ſub metaphora vineæ euulſæ oſtenditur calamitas ſynagogæ, quæ culpa ſua fuit penitus euerſa.

Ventus vrens ſiccauit eam. Id eſt, exercitus Aegyptiorum, Aſſyriorum, Babyloniorum, & poſteà Romanorũ. Quidam vertendũ putant: Ventus orientalis areſecit eam, & tunc non poteſt intelligi de Aegyptiis, quoniã ſunt ad auſtrum reſpectu Iudææ nec de Romanis, quoniã ſunt ad occidentẽ, ſed de Babyloniis, qui etſi ſint ad aquilonẽ, vergũt tamẽ ad orientẽ. Poteris per ventũ vrentẽ, Iudæorũ aduerſus Deum ingratitudinem intelligere, quæ illis perniciẽ machinata eſt, vt ait diuus Bernardus, ingratitudo eſt ventus vrens, ſiccans fontes pietatis Simile & gratiæ fluenta. Cùm omne graue tendat deorſum, nubes tamẽ aqua plenæ & grauidæ aſcendũt ſurſum, quoniã ſol eas effert à terra in ſubline, & attrahit virtute ſua: quæ in aëre eleuatæ conglobantur, & cõdenſantur: & ſolis, cuius auxilio & attractione fuerunt eleuatæ ſurſum, claritatẽ abſcõdũt. At ipſis inuitis & diſſipatis ſol tenebrarum victor micat ſuis radiis. Ita Hebræi cùm iacerent in ſilentio apud Aegyptios, terræq́; adhæretẽt, fuerũt à ſole iuſtitiæ eleuati, & in inſigni dignitate conſtituti, ſed poſteà ipſius Dei, cuius beneficio fuerant nominis claritatẽ adepti, ſplendorẽ extinguere voluerunt. At cùm eſſent tetris nubibus ſimiles, fuerunt diſſipati, & euanuerunt, Chriſti autẽ gloria eluxit, eiuſq́; nominis ſplendor Iudæis inuitis totũ terrarum orbẽ illuſtrauit. Impios & ingratos appellat diuus Petrus in epiſtola ſua ſecunda, nebulas tur- 2. Pet. 2 binibus exagitatas. Chriſtus autem eſt ſol ille ſummus & ſempiternus, de quo ait cœleſtis pater per prophetam Malachiam: Vobis timentibus nomẽ Malach. meum orietur ſol iuſtitiæ. Hic eſt, qui mundum il- 4. luminat inuitis Iudæis, qui tenebris circũfuſi, ſunt per vniuerſas mũdi nationes diſperſi. Ita enim eſt libro ſapientiæ mandatum: Ingrati ſpes tanquam Sap. 16. hyemalis glacies tabeſcet, & diſperibit tãquã aqua ſuperuacanea. Id intelligens diuinus pſaltes cane- Pſa. 102 bat: Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Sed Iudæi immemores beneficiorũ dei, qui eos ad magnũ extulerat hono- Eccl. 5. rẽ, eũ impiè contempſerunt. Ipſe enim ait per Eſaiã: Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autẽ ſpreuerunt me: Quare fuerũt meritò oppreſſi, & vineæ euulſæ & aridæ comparati, quam ventus vrens ſiccauit.

Ignis comedit eam. Ignis deuorauit & combuſſit Hieroſolymam. Nomine ignis intelligitur calamitas, vt in Pſalmo: Igne me examinaſti, & nõ eſt in- Pſa. 16. uenta in me iniquitas. De quo igne ait Apoſtolorũ princeps: Vt probatio veſtræ fidei multò pretio- 1. Pet. 1. ſior auro quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorẽ, in reuelatione Ieſu Chriſti. Et iterum regius vates: Probaſti nos Deus, Pſa. 65. igne nos examinaſti ſicut examinatur argẽtum. Et paulò pòſt: tranſiuimus per ignem & aquam. Vbi ait diuus Hilarius, per hęc duo cõtrariarum qualitatum elementa omne ſuppliciorum genus quibus in hoc mundo viri iuſti premuntur ſignificari. Quemadmodum aurum igne exploratur, ſic Simile Deus viros iuſtos aliquàndo rebus aduerſis comburi permittit, atque ærumnarum facibus incendi. Hic eſt ignis, de quo aiebat Deus per Ieremiã: Iere. 15. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ſuper vos ardebit. Et per Amos: Mittam ignem in domum Amos 1. Azabel. Et per Nahum: Comedet te ignis. Et hĩc Nahũ 3. per Ezechielem: Ignis comedit eam. Vel per ignẽ intelligitur ira Babyloniorũ. Vel ignis, quo templum Salomonis flagrauit, & tota ferè ciuitas fuit combuſta. Poteris nomine ignis inuidiam intelligere, quæ animum comburit. Appellat enim Chryſoſtomus inuidiam ignem inextinguibilem. Et Iſidorus, Inuidia, inquit, cuncta bona deuorat ardore peſtifero. Inuidia pectus vrit, mẽtem affligit. Eſt quidem inuidia meo iudicio inferni quędam imago, quæ torquet abſque vlla vtilitate & voluptate. Quemadmodum tinea non naſcitur in cedro Simile arbore nobili, odorifera, & perpetuò virente, cuius ligna cariem non ſentiunt, ſic inuidia non gignitur in corde hominis ſapientis, & virtute præſtantis, ſed in animo hominis ſcelerati, qui aliorũ bonis mœrore afficitur, triſtior iis, qui in Trophonij antrum deſcendebant, Zoilum inuidentia ſuperans, illis maxime inuidens, quos ſe relicto videt euulare. Viri iuſti, virtute vndique ſepti, & animi fortitu-

fortitudine muniti hoſtes ſuos vincere poſſunt, at eorum inuidiam non poſſunt, eſt enim penitus indomita. Ea eſt ignis corda abſumens incendio perpetuo, quo ardebant Iudæi, quoniã flamma ex alienis rebus ſecũdis exorta flagrabant, quam ob cauſam ſibiipſis excidiũ parauerũt. Hoc enim morbo interficiuntur multi, qui quoniã ab aliis ſe ſuperari arbitrantur, paruuli iure dicuntur. Hoc ſignificant verba illa Iob dicentis: paruulum occidit inuidia. *Iob.5.* Vnde Salomon in Prouerbiis: Ne comedas cũ homine inuido, & ne deſideres cibos eius. *Prouer. 23.* Et diuus Paulus in epiſtola ad Galatas: Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidẽtes. *Gala.5.* Diuus Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem, Oro te, inquit, quid ei delectationis præſtat inuidia? Quem ſecretis quibuſdam conſcientiæ angulis liuor ipſe diſcerpat, & alienam felicitatem eius tormentum facit. Hæc ille. Nefarius homo oblectatur ſuo malo, ſed inuidus torquetur alieno bono. Ait Quintus Curtius libro Octauo de geſtis Alexandri dixiſſe Alexandrum inuidos homines nihil aliud eſſe, quàm ſui ipſorũ tormenta. Proſper in via regia inuidentiam cum igne etiam comparat, dicens: Inuidia cuncta virtutum culmina concremat, cuncta bona peſtiferè deuorat. Hic eſt ignis, qui Iudęos deuorauit, quo eorum ſynagoga fuit combuſta, quemadmodum ait hoc loco Ezechiel: Ignis comedit eã.

Et nunc tranſplantata eſt in deſertum, in terra inuia & ſitiente Hoc eſt, in acerbiſſima calamitate, in terra Chaldæorum.

Et egreſſus eſt ignis de virga ramorum eius. Hæc virga fuit Sedechias, de quo exiit ignis, qui filios eius deuorauit. Nam propter ſcelera Sedechiæ fuerunt eius filij interfecti, vt eſt libro quarto Regum memoriæ proditum. Vel ſic: De virga ramorum huius vineæ, hoc eſt de genere regio egreſſus eſt Iſmaël filius Nathamæ, qui Godoliam, quem Nabuchodonoſor præfecerat Iudæis, occidit, & fructum *4. Reg. vlt.* eius comedit, hoc eſt, filios eius interfecit, & omnes, qui cum eo erant, dolo percuſſit. Quæ omnia Ieremias literis mandauit. *Iere.41.*

4. Reg. vlt. *Et non fuit in ea.* Nimirum vinea. Senſus eſt: Et deinceps non fuit in Iudæa vir aliquis animi fortitudine præſtans, qui eam gubernaret: nam interfecto Godolia fugerunt Iudæi in Aegyptum, nolentes Ieremiæ conſilio acquieſcere: vbi fuerunt à Babyloniis capti, & propè infinitis calamitatibus affecti. *Iere.43.*

Planctus eſt, & erit in planctum. Hoc eſt, plena ſunt hæc mea verba lachrymis & lamentis. Nam quis eſt, qui audiens iuſti Ioſiæ regis illuſtriſſimi & optimi filios tot percepiſſe luctus, in tam acerbas & varias calamitates incidiſſe, in tot ęrumnarũ anguſtiis fuiſſe verſatos, & tam crudeliter & ignominioſe interfectos, qui poſſit lachrimas continere? Conuertantur igitur oculi noſtri in fontes, & corda noſtra vim lachrimarum profũdant. Hic eſt horũ verborũ ſenſus, quę ego exiſtimo nõ fuiſſe à diuino vate abſque lachrymis & ſuſpiriis literis conſignata.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XIX.

Non abſque vulneribus ceperunt eum. Pagninus habet: Reti eorum captus eſt. Vt permaneat in metaphora ſumpta à venatoribus, feras retibus capientibus. Eundem ſenſum refert Brixianus vertens: Et retibus ſuis ceperunt eum. Alij transferunt. Comprehenſus eſt in fouea eorum. Eodem modo paulò pòſt: In vulneribus earum captus eſt. Quibus in locis ſeptuaginta habent ἐν τῇ διαφθορᾷ, Hoc eſt, in corruptione. Quod cum vulgata editione coincidere videtur. Et rectè quidem, nam in Hebraico eſt בשחיתם bexachitam, à verbo xachath, quod ſignificat corrumpere: vt Geneſis. 6. Corrupta *Gene.6.* eſt autem terra coram Deo. Vnde xachath corruptionẽ ſignificat, & vulnus, Significat etiã hoc nomen foueam. Vnde id, quod eſt in pſalmo: Et eripuit eos de interitionibus eorum, poterat verti: Et *Pſa.106.* eruit eos de foueis eorum, ſeu de ſepulchris eorũ, ſeu de retibus eorum. Illud etiam Iobi: Eruẽs animam eius à corruptione, vertunt nonnulli: Prohibens animam eius à fouea. *Iob. 33.* Quare omnes verſiones citatas rectas eſſe exiſtimo, cùm idem nomẽ omnes has ſignificationes amplectatur, eaſque literas recipiat, ſine vllo incommodo ſententiæ.

Didicit viduas facere. Diximus in explanatione Ioachim immanitate & auaritia cõmotũ multos viros occidiſſe. Et quoniam eam ob cauſam eorũ vxores viduæ manebant, Ait Ezechiel eum didiciſſe viduas facere. In Hebraico eſt וידע אלמנותיו vaiedhagh almenothau. Prima dictio eſt ידע iadhagh, verbum actiuum, quod ſignificat ſcire, cognoſcere, conterere, acceſſum ad mulierem habere. Exod.1. Surrexit in terra rex nouus in Aegyptũ, *Exod. 1.* qui non cognoſcebat Ioſeph. Deuteronomij. 31. Scio enim cogitationes eius. *Deu. 31.* Geneſ.4. Adam verò cognouit vxorem ſuam Heuam. *Gene.4.* Id quod eſt apud Eſaiam: Scientem infirmitatẽ, poterat verti. *Eſa. 53.* Contritum ſeu confractum infirmitate. Altera dictio eſt almenothau à ſingulari almanah, quæ ſignificat viduam, vt Threno. 1. Facta eſt quaſi vidua domina gentium. *Thre 1.* Significat etiam domum, vt apud Eſaiam 13. Vlulæ in ædibus eius, vel vt quidã vertunt: in magnificis domibus eius. *Eſa. 13.* Iacto hoc fundamẽto poteſt rectè locus hic Ezechielis ita cõuerti: Cognouit viduas eorũ. Vt ſit ſenſus: Nõ ſolũ viros occidebat, ſed cũ eorum vxoribus habebat cõgreſſum. Ita hunc locũ interpretatur R. Ioſeph: quẽ ſequitur Pagninus ita trãsferẽs: Et cognouit viduas eius. Vel ſic: Et cõfregit ſiue diruit ædes eorũ: Acſi dicat: Non ſolùm homines ad excidiũ vocabat, ſed magnificas eorum domos funditus euertebat. Ita hũc locum interpretatur paraphraſtes Chaldæus: quẽ ſequitur R. Ionah. At R. Dauid in libro radicũ cõtendit nomẽ hoc almanah hoc loco viduã ſignificare: ſed per viduas intelligit ciuitates deſolatas: quemadmodum Ieremias prima ſua lamentatione euerſam à Babyloniis Hieroſolymam deplorans, *Thre. 1.* ait: Facta eſt quaſi vidua domina gentium. Nam vt ciuitas florens, hominũ illuſtrium cœtu referta, diuitiis rerumque neceſſariarum copia affluens cõparatur cum muliere nupta, ita ea quæ expugnata fuit & direptioni commiſſa, & funditus euerſa, vidua meritò appellatur. Poteſt verti locus hic: Contriuit viduas eorum viros ſcilicet illarum interficiendo. Et hũc ſenſum ſecutus eſt cõmunis interpres. Septuaginta nõ tam verba, quàm ſenſum hoc loco curantes, tranſtulerunt. Et paſcebatur audacia ſua. Acſi diceret propheta: Nullum erat impiũ

qq facinus,

facinus, quod non admitteret: non ſolùm in viros nobiles irruebat, & impetum faciebat, ſed hac impia audacia oblectabatur.

Quaſi vinea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata. In explanatione per ſanguinem expoſuimus maiores, à quibus ſynagoga originem ſuam ſumebat. Septuaginta habẽt: Quaſi vinea ὡς ἄνθ῀ ῥοᾶς, hoc eſt, quaſi flos maligranati. Vt ſit ſenſus: Fuit hæc vinea pulchra, ſimiliſq; floribus purpureis maligranati. Tantus erat eius ſplendor, tanta pulchritudo, vt poſſet cum floribus pulcherrimis comparari. In Hebraico eſt: Quaſi vinea בדמך bedbamac. Dictio eſt deriuata à verbo damah, quod ſignificat similẽ eſſe, ſilere, & excidere, ſeu interficere. Illud
Pſa.101. pſalmi: Similis factus ſum pelicano ſolitudinis, poterat etiam verti: Silui inſtar pelicani ſolitarij. Et
Pſa.48. illud: Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, poteſt verti: Comparatus eſt brutis inſipientibus, quæ exciduntur, ſiue interficiuntur. Vt ſit ſẽſus: Homo ad imaginẽ Dei factus, & ab eo in excelſa dignitate conſtitutus, qui niſi in crimen incideret, eſſet immortalis, abiecit ſeipſũ per peccatum, & cùm Deo parere, & cœleſtia expectare deberet, pomum prohibitum comedit, quo mortem ſibi parauit, & manſit mortalis, ſimilis animalibus brutis, quę intereũt. Etſi enim anima immortalis eſt, corpus tamẽ perit & corrũpitur: Sunt quidẽ homines ex terra, nõ vt incolæ & habitatores, ſed quaſi ſpectatores & contẽplatores rerum ſuperarum, quarum conſiderationem nullis aliis animantibus conuenire intelligimus. Sed qui nolunt intueri hominis dignitatẽ & excellẽtiã, ſed diffluũt belluinis voluptatibus, ſéque in vitia ingurgitãt, cùm belluis meritò comparantur. Et quoniã animalia exciſa, & interfecta ſanguinem fundunt, accipitur hoc nomen noſtrũ pro ſanguine. Et hãc ſignificationẽ ſecutus eſt noſter interpres. Et quoniã ſanguis auget fortitudinem & pulchritudinem, poteſt eſſe ſẽſus: Mater tua Hieroſolima quaſi vinea fœcunda in virore, & fortitudine, & elegantia tua, in terra feraci & irrigua plantata tulit olim vberrimos fructus. Sed quoniam nomen hoc ſignificat
Geneſ.1. etiam ſimilitudinem, vt Geneſ.1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: vertit Pagninus: Tanquam fructificans vitis in ſimilitudinem tui. Id eſt, vt te ſimilem ſibi gigneret. Acſi diceret diuinus vates: Maiores tui ó popule Iudaice, Abraham, Iſaac, & Iacob, & nonnulli viri alij virtute præcellentes cõcupierunt te ſimilẽ ſibi efficere ſed deſideriũ illud, & ſpẽ ſuarũ cogitationũ fraudes tuæ teterrimæ fefellerũt. Poteſt etiã verti, Mater tua quaſi vinea in ſilẽtio tuo ſuper aquã ſata Hoc eſt, in quiete & trãquillitate tua fructus lætiſſimos quõdam producebat. Ab hoc verbo deriuatur nomẽ dumiiah, quod ſignificat ſilentiũ, & decorum, ſiue decentiam. Hac ratione ductus di-
Pſal.64. nus Hieronymus locum illum Pſalmographi: Te decet hymnus Deus in Sion, trãsfert ex Hebraico: Tibi ſilentiũ laus Deus in Siõ Vt ſit ſenſus: Tacet laus, nã tam excelſa & illuſtria ſunt opera tua domine Deus, vt nemo te poſsit pro dignitate laudibus efferre. Quę memoria, quę vis ingenij, quę magnitudo obſeruantię tuis erga homines beneficiis reſpondere poteſt? Quę erit tã eximia orationis copia & facultas, quæ tam admirabilis dicendi amplitudo, quæ poſſit laudes tuas non dico ornare dicendo, ſed ne ſtrictim quidem attingere numerando? R. Dauid Kimhi transfert: Tibi expectatio hymni Deus in Sion. Hoc eſt, te expectat laus Deus in monte Sione. Exiſtimat enim diuinum pſaltem induxiſſe hîc Hebræos in Babylonica captiuitate detentos, in hunc modum loquentes, acſi dicerent: Nõ poſſumus te domine in hoc exilio dignis laudibus celebrare: at cùm nos in priſtinã dignitatem reſtitueris, cùm nos ad patriam noſtram cuius deſiderio tenemur, reuocaueris, tunc te mirificis laudibus efferemus in monte illo Sione, in tẽplo ſancto tuo, quod ad hoc delegiſti & conſecraſti. Ibi te expectat hymnus, ibi tibi crebras laudes concinemus. His conſonant verba illa: Quomodo cãtabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Ieruſalem; obliuioni detur dextera
mea. Nullo loco præterquã Hieroſolymæ fas erat Pſa.136.
tunc ædificare tẽplum, aut facere ſacrificium. Sed locus ille eccleſiam Chriſti ſignificabat, extra quã nec eſt fides, nec charitas, nec perfecta virtus, nec vera religio, nec honeſtas omnibus numeris abſoluta. Poterat quidem verſus hic ita rectiſſimè transferri: Te manet hymnus Deus in Sion. Hoc, eſt in eccleſia militante, ſed multò trãquilliùs & ſuauiùs in eccleſia triumphante. Ideo ſequitur: Beatus quẽ elegiſti, & aſſumpſiſti: habitabit in atriis tuis. Quaſi dicat: Felix eſt ille quem tu domine ſelegiſti ex innumerabili mortalium multitudine, & tibi filium adoptaſti, & ad gloriam cœleſtem perduxiſti, ad atria tua ſempiterna, vbi gloria cumulatus habitabit, téque in æternum fruetur.

Argumentum Cap. X X.

Obiicit Deus Hebræis in Babylonicam captiuitatem coniectis eorum ingratitudinem qui cùm memoriam diuinorum beneficiorum deberent colere obſeruantia ſempiterna, vt etiam poſt mortem tantæ pietatis monimenta in poſteros propagata relinquerent, obliti ſunt Dei, eóque contempto, falſos & commentitios Gentium Deos coluerunt. Quam ob cauſam ait Deus non eſſe ſe illis ad votum reſponſa daturum. At ob miſericordiam ſuam promiſit illis à captiuitate Babylonica liberationem, miſſurúmque filium ſuum vnigenitum, qui mortalium animos miſera ſeruitute oppreſſos ſuo ſanguine redimeret, & in Chriſtiana dignitate conſtitueret.

CAPVT XX.

ET factum eſt in anno ſeptimo, in quinto, in decima menſis, venerunt viri de ſenioribus Iſrael, vt A
interrogarent dominum, & ſederunt coram me. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ſenioribus Iſrael: & dices ad eos; Hæc dicit dominus Deus: Nunquid ad interrogandum me vos veniſtis? Viuo ego, quia non reſpondebo vobis, ait dominus Deus. Si iudicas eos, ſi iudicas fili hominis? Abominationes patrum eorum oſtende eis. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: In die, qua elegi Iſrael, & leuaui manum meam pro ſtir-

pe domus Iacob , & apparui eis in terra
Aegypti,& leuaui manum meam pro eis di-
cens:Ego dominus Deus veſter. In die illa le
uaui manum meam pro eis, vt educerem eos
de terra Aegypti, in terram, quam proui-
deram eis,fluentem lacte & melle , quæ eſt
egregia inter omnes terras. Et dixit ad eos:
Vnuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum
abiiciat,& in idolis Aegypti nolite pollui:e-
go dominus Deus veſter. Et irritauerũt me,
noluerúntque me audire. Vnuſquiſque abo
minationes oculorũ ſuorũ non proiecit,nec
idola Aegypti reliquerunt. Et dixit,vt effun-
derem indignationem meam ſuper eos , &
B implerem iram meam in eis,in medio ter-
tæ Aegypti. Et feci propter nomen meum,
vt non violaretur coram Gentibus , in qua-
Leui. 18.a. rum medio erant , & inter quas apparui eis,
Rom. 10.a. vt educerem eos de terra Aegypti. Eieci er-
go eos de terra Aegypti,& eduxi eos in de-
Exod. 20. b. ſertum , & dedi eis præcepta mea , & iudi-
cia mea oſtendi eis,quæ faciens homo viuet
Exod. 31. c. in eis. Inſuper & ſabbata mea dedi eis, vt eſ-
ſet ſignum inter me & eos,& ſcirent,quia e-
Deut. 5.b. go dominus ſanctificans eos. Et irritauerunt
me domus Iſrael in deſerto , in præceptis
C meis non ambulauerunt,& iudicia mea pro
iecerunt,quæ faciens homo viuet in eis , &
ſabbata mea violauerunt vehementer. Dixi
ergo, vt effunderem furorem meum ſuper
Exod. 16.f. eos in deſerto , & conſumerem eos. Et feci
propter nomen meum ne violaretur coram
Gentibus , De quibus eieci eos in conſpe-
ctu earum.

EXPLANATIO.

Et factum eſt in anno ſeptimo. Senſus eſt: euenit id, quod ſum hoc capite narraturus anno ſeptimo à tranſmigratione Iechoniæ,quinto menſe,qui vocatur ab Hebræis Alo , decima die menſis. Iuxta numerum & computationem annorum apud Hebræos contigit hoc anno à mundi creatione 3343. ſed iuxta computationem Euſebij Ceſarienſis in libro de temporibus , contigit anno à mundi conſtitutione. 4067. Ait enim fuiſſe captiuitatẽ ſiue tranſmigrationem Iechoniæ anno mũdi 4600. hoc autem euenit anno ſeptimo à tranſmigratione,regnante Romæ Tarquinio Priſco,olympiade,45.

Venerunt viri de ſenioribus Iſrael Id eſt , acceſſerunt ad me quidam ex magnatibus Iudæorum,qui cæteros ætate & authoritate anteibant:& in Chaldęa populum ſuum captiuum quodammodo gubernabant,vt per me Deum interrogarent. Solebant Hebręi à Deo per prophetas ea quęrere,de quibus dubitabãt. Saul quærens aſinas pergit ad videntẽ,ita (1. Re. 9.) enim prophetam appellabant, Aegrotante filio Ieroboam , mittitur vxor eius in Silo ad Abiã prophetam. (3. Reg. 14.) Dauid etiam cùm diuinus eſſet vates Nathan diuinum quoque vatem interrogat , (2. Re. 7.) eſſétne templum domino erecturus. (Ioſue. 9.) Cùm Gabaonitæ filiis Iſraelis fraudulenter loquerentur,ait diuina ſcriptura eos deceptos fuiſſe , & os domini non interrogaſſe , vbi per os domini intelligitur diuinus vates , per quem Deus loqui ſolebat, quem interrogare deberent. Cùm igitur mos eſſet Hebræorum à Deo per diuinos ſuos vates ea quærere , quæ verſabant in deliberando eorum animos,afferebantq́ue ancipitem curã cogitãdi, venerunt quidam ex ſenioribus interrogatum Deum per prophetam Ezechielem nonnulla , de quibus dubitabant. Sed quoniam iniquo animo veniebant,non Dei gloria ductu , ſed iniquitate ſua cõmoti,nõ meruerunt accipere reſpõſionẽ. Volebãt hi quidem diuinam habere ſcientiam,ſed nolebant iuxta illam operari. Huiuſmodi ſunt multi, qui ſunt ſcientia illuſtrati,ſed factis ſuis obſcuri:intelligunt temperandum eſſe ab omni maleficio,eſſeque mentem ipſam ab omni nefario cõtagio puram integramq́ue ſeruandam , ſed ſceleribus nihilominus paſcuntur,& omni vitiorum genere cõtaminantur. Vt ſol menſe Decembri etſi eos illuminet,qui Noruegiam regionem ſeptẽtrionalem incolunt,non tamen illos calefacit, (Simile) ſic ſcientia multos,quos inſtruit quid ſit faciendum , non continuò ad faciendum accendit:eos attingit ad ſciendum,non ad operandum. Quemadmodum non ille dicitur diues,qui multas intelligit diuitias , ſed (Simile) quid poſſidet eas , ſic nõ ille iuſtus eſt, qui ſcit de virtute diſſerere,eiúſque definitionem cognuſcit, ſed qui illa præditus,eam colit & exercet. Sciẽtia, vt ait Apoſtolus , inflat , charitas verò ædificat. (1. Cor. 8.) Quod intelligitur de ſcientia,quæ eſt abſque charitate. Omnes trahimur & ducimur ad ſcientię & cognitionis cupiditatem : ſed danda opera eſt , vt ſciẽtia ſit cũ virtute copulata. Qui alios docet quid ſit faciẽdũ,ipſe verò in rectè facta illa,ad quæ alios hortatur,non incumbit , qui aliis ſuadet vitia ſua videre,vt ea declinent,ipſe autem ſeipſum non cognoſcit, ſimilis eſt claro ac perſpicuo ſpeculo, quod aliis maculas ſuas oſtendit,ipſum autem ſeipſum nõ videt. Vt enim ſpeculũ imagines obiectas (Simile) illud intuentibus repræſentat,vt ſe præclarè poſſint colere & ornare , cùm illud ſeipſum minimè perſpiciat,ſic eloquens,ſed deditus vitiis concionator,verum virtutum cultum & ornatum auditores docet,cùm ſeipſum non doceat,nec curet. In huiuſmodi magiſtros inuehitur his verbis in epiſtola ad Romanos diuus Paulus: Qui alium doces, teipſum non doces:qui prædicas non furandum, furaris:qui dicis non mœchandum,męcharis. (Rom. 7.) Marcus Tullius in Verrem has voces emiſit. Non modò accuſator ſed ne obiurgator quidem ferendus eſt is,qui quod in altero vitium reprehendit,in eo ipſe deprehẽditur. Et in Salluſtium: Omni vitio debet carere,qui in alterũ paratus eſt dicere. Eos qui recta dicerent , nec facerent comparabat Diogenes apud Laertium cum cithara,quę cùm ſuauem concentum efficiat,quò alios oblectet, ipſa tamen ſeipſam nec audit nec ſentit. Imò plerúque etſi de- (Simile) lectet,parum tamen aut nihil prodeſt. Nam vt ait in Moralibus diuus Gregorius: loquendi authoritas perditur,quando vox operibus nõ iuuatur. Et iterum : Tunc eſt ſermo viuus & efficax, cùm eſt prædicantis pura ſanctitas , & virtus perfecta. Si ſcientia eſt cum virtute coniuncta , admirabiles habet effectus , & hæc eſt ſcientia , quam ſum-

mopere oportet comparare, Nam velle ſcire, tantum vt ſcias, curioſitas eſt, velle ſcire, vt ſciaris, vanitas eſt, velle ſcire, vt opes, aut honores acquiras, turpis quęſtus eſt, velle autem ſcire, vt ardentiùs diuino amore inflammeris, & alios excites ad eiuſdem amoris flammã, virtus eſt. Sed quoniam hi ſeniores Hebræorum, de quibus hoc loco agit Ezechiel, Dei ſcientiam habere volebãt, ſed quod illa docet, repudiabant: non enim ad eã virtute, nec prudentia, nec charitate incitabãtur, ſed curioſitate, vanitate, & propoſito iniquo abſ-
Pſa. 110. que timore domini, ideo eam non compararunt, nam vt ait diuinus ac regius vates: Initium ſapien
Prou. 1. tiæ timor domini. Id quod poſteà filius eius in Prouerbiis prædixit.

Viuo ego. Ita ſolebat Deus loqui apud diuinos vates, cùm volebat rem aliquam confirmare.

Quia non reſpondebo vobis. Subauditur ad votum veſtrum. Vel, nullum vobis dabo reſponſum ob ingratitudinem veſtram: video enim propoſitum veſtrum iniquitate plenum. Septuaginta habent: Si reſpondero vobis. Vt ſit oratio imperfecta, oſtendens Dei irã. Eſt enim apoſiopeſis figura, quã alij reticentiã appellant, cùm intra nos ob iram ſuperuenientẽ ea ſupprimimus, quę dicturi videbamur.

Si iudicas eos, iudicas fili hominu, abominationes patrum eorum oſtende eis. Hoc eſt, ſiquidem ô fili hominis, Hebræos iudicas iudicio diſcretionis, oſtende eis quomodo viuere debeant. Cùm ego te eorũ ſpeculatorem conſtituerim, ne illis blandiaris, ſed erecto animo annuntia eis ſcelera maiorũ ſuorum, quos ipſi imitantur: vt eorũ ſupplicia metuãt, quo
Eſa. 53. rum flagitia ſequuntur. Itaque particula, ſi, hoc loco accipitur, pro ſiquidem, vel quia, vt apud Eſaiã: Si poſuerit pro peccato animã ſuam, videbit ſemen longæuum. Acſi diceret: Siquidem Chriſtus poſiturus eſt vitam ſuam, ſe in crucis ara pro mundi ſceleribus hoſtiam conſtituens, videbit Chriſtianorum multitudinem ſanguine ſuo genitorũ, & veram religionem longè latéque propagatam. Apud authores Latinos etiam ſi, pro ſiquidem ſæpe inuenitur, vt apud Vergilium Georgicorum primo: Veſtro ſi numine tellus Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. Poterunt hæc Dei verba ita verti ex Hebræo: Cur iudicas eos? Cur iudicas fili hominis? Et tunc erit ſenſus: Ne iudices eos penitus periiſſe, quin potius da operã, vt eos reuoces ad pœnitentiam, reducens illis in memoriam flagitia parentum, quibus ipſi ſunt etiam irretiti. Septuaginta habẽt: Si vltus eos fuero vltione fili hominis. Et tunc eſt ſenſus: Si ego in eos grauiter animaduertero ô fili hominis, oſtẽde eis cauſam, vt ſciant me eſſe iuſtum, eos autem meritò ſuorum ſcelerum pœnas perſoluere.

In die qua elegi Iſrael. Id eſt, quando elegi Iſraelitas in populum meum, miſiq́ue ad eos Moyſen,
Exo. 3. qui eos educeret ex Aegypto.

Et leuaui manum meam pro ſtirpe domus Iacob. Hoc eſt, cùm propter Hebræos percuſſi Aegyptios. Manum leuare, eſt vehementer percutere: quoniam qui flagellat, quantò plus erigit manum, tantò grauiùs ferit. Ideo vidẽs ſe Dauid à Deo grauiter percuſſum aiebat: Die ac nocte grauata eſt ſu
Pſal. 31. per me manus tua. Eſt etiam manum leuare pro-
Num. mittere, vt in libro Numerorum, Non intrabitis,
4. inquit Deus, terram, ſuper quam leuaui manum meam. Sunt qui dicant leuare manum eſſe oſtẽdere vires & potentiam ad aliquem protegẽdum, & geſtibus ac ſignis animum ad id promptum ſignificare. Quę omnia huic loco conueniunt. Nã Deus in exitu Iſraelitarum ex Aegypto promiſit eis terram Chanaan, & in eorum protectione potentiam ſuam oſtendit.

Et apparui eis in terra Aegypti. Septuaginta habent: Et cognitus ſum illis in terra Aegypti.

Quæ eſt egregia inter omnes terras. Fuit terra promiſſionis quondam fertiliſſima, ideo appellabatur fluens lacte & melle: hoc eſt, bonis omnibus abundans. Diuus Hieronymus aſſerit nunquã totã terrã promiſſionis poſſeſſã fuiſſe ab Hebræis, quoniam ipſi ob eorum flagitia eam non meruerunt: quin potius ſemper in ea habitaſſe Gentes barbaras & incultas, quas Iudæi ex illa nunquam eiecerunt. Sed etſi terra illa eſſet amœna & fœcũda, exiſtimo tamen ideo eam inter omnes terras egregiã appellari, quia futurum erat, vt in illa Chriſtus ſecundum carnem naſceretur. Sed poſtquã ipſe in ea fuit occiſus, facta eſt ſterilis, & infructifera: & eſt
vaſtata, & inutilis. Id vaticinatus fuerat Eſaias di- Eſa. 1.
cens: Deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili, & derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas, quę vaſtatur.

Vnuſquiſque offenſiones oculorum ſuorũ abiiciat. Hoc eſt idola repudiet. Quod ſtatim explicat, dicens: Et in idolis Aegypti nolite pollui. Pro offenſionibus vertunt nonnulli abominationes: ita enim ſolent
idola in diuinis literis appellari. vt Exod. 8. Abo- Exod. 8.
minationes Aegyptiorum immolabimus domino
Deo noſtro: Et quarto Regũ vigeſimotertio. Mel- 4. Reg.
chon abominatio filiorum Ammon. Et ſecundo 23.
Paralipomenon. 34. Abſtulit Ioſias cunctas abomi
nationes. Hoc eſt, omnia idola. Poteris per oculo- 2. Par.
rum offenſiones ea intelligere, quibus homines ad 34.
turpia deſideria excitantur. Qui ſunt ex Aegypto, ex mundi ſeruitute, ex Pharaonis, hoc eſt dæmonis poteſtate egreſſi, qui mundi voluptates & vanitates reliquerunt, dent operam, vt ea penitus abii-
ciant, quibus oculi offenduntur. Dicant cum Da- Pſa. 118.
uide: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, in via tua viuifica me. Ea relinquant, quibus mun
di amatores oblectantur, ne, vt verbis vtar Iere- Iere. 9.
miæ, aſcendat mors per feneſtras eorum.

Et dixi, vt effunderem indignationem meam. Dixi
mecum, & ſtatui, me eſſe in illos grauiter animad Exod. 1.
uerſurum. Et ita factũ fuit: nã eos per Pharaonem
caſtigauit, qui eorũ filios interficiebat, eóſque ope Exod. 5.
ribus luti & palearum vexabat. Aſſerunt nonnulli voluiſſe Deum multos ex Hebræis poſt viſionem ſignorum in plagis Aegypti interficere, quoniam Moyſi parere nolebant. Et hoc voluiſſe hoc loco Ezechielem ſignificare. Nam quartodecimo ca-
pite Exodi ſcriptum legimus, eos etiam viſis Dei Exo. 14.
miraculis verbis Moyſi repugnaſſe. Erant in Aegypto multi ex Hebræis, qui idola colebant, ſéque labibus Aegyptiæ contaminabant: etiam ſi ibi eſſent multi fide inſignes, & charitate præſtantes. Sed noluit Deus cædem illam iniquis inferre, ne dicerent Aegyptij eum non poſſe populum ſuum eripere, & incolumen reducere. Ideo ſubdit: Et feci propter nomen meũ, vt nõ violaretur corã Gentibus. Acſi diceret: Sed benignè eos tractaui: & mirabili-

tèr eſpui,ne nomen meum blaſphemaretur inter
Gentes,quin potius eſſet io omnibua terrarum o-
Exod.4. ris illuſtri laude celebratum. Ea ſigna & mirabilia
edidi in Aegypto,& tranſitu maris rubri,quæ nul-
la eſſet obſcuratura obliuio, de quibus nulla vn-
quam ætas conticeſceret.

Inter quas apparui eis. Innotui illis per ſigna diui-
nitatem meam oſtendentia.

*Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea oſtendi
eis.* Per præcepta hoc loco moralia, & cære-
monialia intelliguntur, per iudicia verò iudi-
cialia.

Quæ faciens homo viuet in eis. Hoc eſt,legem illis
tuli,quæ mortem minaretur eam violantibus, vitá
autem polliceretur eam cuſtodientibus. Ideo hoc
ait, quia iudicialia legis Moyſi multa flagitia mor-
te multabant,eos autem qui legem ſeruabant, vi-
uere ſinebant. At Ioonathas Chaldæus hoc intelli-
git de vita ęterna:& rectè quidẽ meo iudicio,ſi hoc
de illis intelligas,qui fidem venturi Chriſti habe-
bant,& propter Deum legem ipſam ſeruabant:ná
Mat.19. apud Matthæum ait Chriſtus Deus noſter: Si vis
ad vitá ingredi ſerua mádata. Vbi abſq; dubio de
vita loquitur æterna:nam præceſſerat hæc quæſtio
adoleſcẽtis: Magiſter bone,quid faciendo vitá ęter
ná poſſidebo. Et apud Lucá cũ legiſperitus Dei prę-
cepta recitaret, reſpondit Chriſtus:Hoc fac, & vi-
ues. Ante aduentum Chriſti nemo in regnum cœ-
Luc.10. lorum introibat:erat enim clauſum:at Chriſti ſan-
guis illud aperuit:quam ob cauſam eum diuus
Hieronymus vocat clauem paradiſi. Qui ta-
men Dei legem obſeruabant, in fide Chriſti ventu
ri ſaluabantur,& migrantes ingratia deſcend.bát,
ad limbum,ſiue ad purgatorium, vbi Chriſtum ex-
pectabant,qui eos ad æternam vitam perduceret.
Sed dices: Ergo opera legis veteris iuſtificabant.
Gala.2. Minime,ait enim Apoſtolus in epiſtola ad Galatas:
Ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro. Et
paulò pòſt: Si enim per legem iuſtitia, ergo gra-
tis Chriſtus mortuus eſt. Et rurſus: Si data eſſet lex,
Gala.3. quę poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia. Sed
Rom.3. concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſ-
ſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Et in
epiſtola ad Romanos: Ex operibus legis non iuſti-
ficatur omnis caro corá illo: Vbi appellatione car-
nis homines intelligit ſecundum vires naturæ au-
xilio diuini ſpiritus deſtitutos, qui etſi toto pecto-
re & naturæ conatu contendant opera legis effice
re nequeant abſque fide præuia, diuinique numi-
nis auxilio veram obtinere iuſtitiam: per opera ve
rò legis exiſtimo intelligere diuum Paulum non
ſolùm cæremonialia, ſed etiam moralia, ipſumque
decalogum, cuius opera per ſe non iuſtificabant.
Nam explicans de qua lege loqueretur, ſubdit: Per
legem enim cognitio peccati. Atqui illud eſt planè
perſpicuum, legem per quam nobis innoteſcit pec
catum eſſe decalogum, quæ eſt norma quædá mo-
rum, ad quam debemus vitam dirigere. De qua ait
Rom.7. capite ſeptimo eiuſdem epiſtolæ, Concupiſcen-
tiam neſciebam, niſi mihi lex diceret: Non concu-
piſces. Quod quidem eſt in decalogo literis man-
datum. Vnde diuus Auguſtinus aſſeueranter affir-
Exo.20. mat, non ſolùm literam cæremoniarum, ſed ope-
Deu.5. ra decalogi per ſe occidere: quòd peccatum o-
& 7. ſtenderent, vnde noſter excitatur appetitus, per ſe
autem remedium non præſtarent. Nulla eſt lex, cu

ius operibus nos ex viribus naturæ noſtræ iuſtifi-
caremur, niſi præuia fide, & diuino auxilio adiu-
ti. Qui autem diuina gratia fuerit iuſtitiam con-
ſecutus, Deoque, qui eſt æterna iuſtitia recon-
ciliatus, poterit verè implere legem, & opera il-
la in gratia facta vitam æternam merentur. Hæc Mat.19.
ſunt opera, de quibus aiebat Chriſtus: Si vis ad vi- Rom.2.
tam ingredi, ſerua mandata. Et diuus Paulus: Non
auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores
legis iuſtificabuntur. Et iterum: Circuncíſio nihil 1. Cor.
eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio manda- 7.
torũ Dei. Sed ſi hæc legis opera ſint abſque fide, Heb.11.
nullo modo iuſtificant apud Deum: ſine fide enim
impoſſibile eſt placere Deo. Ideo ait Apoſtolus, ex Hebr.7.
operibus legis non iuſtificari omnem carnem. Et Simile
alibi, Lex, inquit, nihil ad perfectum adducit. Que
madmodum laniſta ſciomachiæ ludo pręfectus do
cet percutere inimicos, eorúmque ictus declinare,
ſed nec præbet animum nec vires, ſic lex ve-
tus docebat quemadmodum homines eſſent cum
animi hoſtibus, nempe mundo, dæmone, & carne
pugnaturi, at nec gratiam conferebat, nec vitam
æternam. Per legẽ inquit Apoſtolus, cognitio pec
cati: ſed iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti. Iuſtifica Rom.3.
mur enim gratis per gratiam Dei, per redemptio-
nem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hoc eſt certum, à
Chriſti paſſione, quæ eſt cauſa humanæ iuſtificatio
nis, deriuari virtutem iuſtificatiuam ad ſacramen-
ta nouæ legis, non autem ad veteris legis ſacramẽ
ta. Iuſtificabantur tamen per fidem paſſionis Chri
ſti antiqui patres, ſicut & nos. Erant enim ſacramẽ-
ta illa vetera quædam illius fidei proteſtationes, qua
tenus acerbos Chriſti cruciatus, eiuſque mortẽ in
nocentiſſimam ſignificabant: erantque ſolùm ſi-
gnũ fidei iuſtificantis. Id intuẽs Apoſtolus ait in e-
piſtola ad Romanos Abraham recepiſſe ſignũ cir- Rom.4.
cunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei. Conferéba-
tur quidem in circunciſione gratia, quatenus erat
ſignum paſſionis Chriſti futuræ, ſed non ex ope-
re operato. Vnde rectè dicimus opera legis veteris
ex propria vi ſua gratiam nõ contuliſſe. Nihilomi
nus tamen legem illam obſeruanti, ſi faciebat,
quod in ſe erat, Deus vitam gratiæ largiebatur. At
lex ipſa per ſe eius præcepta coram hominibus cu
ſtodientibus vitam tantummodò corporis pollice
batur. His rationibus adductus exiſtimo Ezechie-
lem hoc loco de vtraque vita & corporis & ani-
mæ locutum fuiſſe, cùm dixit: Quæ faciens homo,
viuet in eis:

Inſuper & ſabbata mea dedi eis. Præcepi illis, vt ſab
bata ſanctificarent, & laboribus ſeruilibus abſtine
rent, quò poſſent totos ſeſe mihi dedere, & myſte-
ria mea in animo verſare: eſſetque ſignum inter me
& eos, hoc eſt mutui amoris ſignificatio eorum er
ga me, quod mihi adhærerent, oſtenderentque cæ-
teris populis eſſe meæ legis cultores: meique erga
eos, quòd illos voluerim requieſcere, & vitam ęter
nam adipiſci. Præcepit etiá Deus, vt ſabbatũ obſer
uaretur, in quo ipſe requieuerat in mundi creatio-
ne poſt opera ſex dierum: vt eſſet omnibus perſpe
ctum & cognitum non fuiſſe mundum ſempiter- Gene.1.
num abſque principio, ſed ab eo creatum. Creauit
Deus mundum, & die ſeptimo requieuit: ideo dies
illa obſeruabatur. At contaminatis hominibus, &
morum corruptela deprauatis mortalibus, fecit
Deus alterum quodammodo mundum & rùm

multis diebus laboraret,& pro nobis mortẽ cru-
deliſſimam pateretur,requieuit die dominica, re-
ſurgens à mortuis,vt nos à morte liberaret: & vt
Rom.4. verbis vtar diui Pauli:traditus eſt propter delicta
noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã,
Eam ob cauſam decreuit eccleſia, vt pro ſabbato
Gene.1. dies dominica obſeruaretur. Nam quẽadmodum
In lege vetere ideo dies ſeptima obſeruabatur,
quia in ea requieuit Deus ab omni opere, quod
patrarat,ſic in lege noua obſeruatur dies octauus.
quia in eo Chriſtus quieuit patratis humanæ redẽ
ptionis operibus. Sed dices: Si ſabbati obſeruãtia
eſt diuinum præceptum morale, quî fieri potuit,
vt mutaretur? Nã etſi cęremonialia ablata fuerint,
moralia tamen auferri non poterãt. Huic obiectio
ni facilè reſpondetur:In ſabbati ſanctificatione e-
rat quippiã morale,quippiam verò cæremoniale:
morale eſt obſeruari diem vnum in hebdomada,
& hoc non abſtulit eccleſia:eſſe autem hũc diem,
vel illũ,hoc erat cæremoniale:& hoc meritò muta
uit,quia mutare poterat:imò mutare debebat ob
reſurrectionis myſterium. Et nonnulli pſalmi in-
ſcribuntur: Pro octaua:per quam diuus Hierony-
mus diem reſurrectionis intelligit. Et ipſa lex ve-
tus innuebat Iudæorum ſabbata eſſe abroganda,
Oſe. 2. ſolumque vſque ad Chriſtum duratura. Oſeas di-
uinus vates Deũ in hũc modũ inducit loquentẽ:
Ceſſare faciã omne gaudium eius,ſolẽnitatẽ eius,
neomeniam eius,ſabbatum eius,omnia feſta tẽpo
ra eius. Vide quàm apertè ipſorum Iudæorum pro
pheta,cuius ore ipſi Deũ loqui teſtabãtur, eorum
ſabbata & feſtiuitates abrogandas eſſe prædixerit.
Amos.5. Per Amos prophetam ait hoc modo Deus. Odi,&
proieci feſtiuitates veſtras,& non capiã odorẽ cœ
tuum veſtrorum. Non ſolùm dixit eſſe Iudæorum
ſolennitates ceſſaturas,ſed etiam ſibi moleſtas eſſe.
Eſai. 1. Eodem modo per Eſaiam Neomeniã, & ſabbatũ,
& feſtiuitates alias non ferã. Iniqui ſunt cœtus ve-
ſtri. Calẽdas veſtras & ſolẽnitates veſtras odiuit a-
nima mea:facta ſunt mihi moleſta. Non quòd tũc
feſta impia eſſent,ſed quòd Iudæi eſſent impij: E-
rant illa quidem lege durãte bona,ſed adueniente
euangelio ceſſatura. Et intuens idẽ propheta men-
Pſal.18. tis oculis venturum eſſe Chriſtum,qui alterũ quo
Pſa.95. dammodo mundum cõſtitueret,qui nouos cœlos,
hoc eſt nouos Apoſtolos, qui enarrarent gloriam
Dei,efficeret & nouum populum,qui cantaret do
mino canticum nouum, illique non vmbris & fi-
Pſa.97. guris,ſed ſpiritu veritate ſeruiret,has voces emiſit:
Sicut cœli noui,& terra noua, ſtabit ſemen veſtrũ
Eſa.66. coram me:& erit menſis ex mẽſe, & ſabbatum ex
ſabbato,& veniet omnis caro,vt adoret corã facie
mea. Nõne intueris,quã apertè prædixerit eſſe no-
ua feſta inſtituẽda in lege gratiæ, nouóſq; dies di-
uino cultui dedicandos? Erãt feſta illa vetera vm-
bræ quædam futurorũ,quæ erant adueniente ſole
diſceſſura. Eam ob cauſam ait diuus Paulus in epi
Colo.2. ſtola ad Coloſſenſes: Nemo vos iudicet in cibo,
aut potu aut in parte diei feſti,aut neomeniæ, aut
ſabbatorũ,quæ ſunt vmbra futurorũ. Vult ſignifi-
care Apoſtolus feſta legis Moſaicæ eiuſq; cęremo
nias & ſacrificia iam ceſſaſſe:quoniam adumbraue
rant venturum Chriſtum,qui iam venerat. Et quo
niam vmbra erant,Chriſtus autem erat eorũ ſub-
ſtantia & veritas,& ipſe Meſſias, quem illa omnia
figurabant, oportebat adueniente ſole abſcedere
vmbram, & adueniente veritate abſcedere figurã.
Agnus paſchalis immolatus ſignificat Chriſtũ pro
nobis in crucis ara immolandũ:arca fœderis ec Exo.12.
cleſiam:duo cherubim ſuper ea duo teſtamenta: Ioã.19.
propiciatorium Chriſtum,qui nos erat patri recõ Exo.25.
ciliaturus. Iſaac faſcem lignorum humeris impoſi
tum ferens,quibus erat immolandus adumbraue
rat Chriſtũ,qui erat crucem humeris baiulaturus, Geneſ.
in qua ſe hoſtiã pro mundi peccato conſtitueret, 22.
vt ſanguine ſuo animas noſtras expiaret, & ſcele-
rum noſtrorum pœnas perſolueret. Serpens ęneus,
quem Moyſes extulit in deſerto,in quem ſaucia-
ti oculos coniiciebant,vt à vulneribus curarẽtur, Mat.27.
Chriſtum crucifixum deſignabat,in quem ſuſpici Ioan.18.
mus,vt à peccati vulneribus ſanemur,nam in eius Num.
cruce eſt remedium animæ noſtræ. Ionas qui ter- 21.
tia die egreſſus eſt de ventre ceti imaginem geſſe- Ioan.3.
rat reditus Chriſti ad vitam. Manna ſanctum Eu- Ioan.3.
chariſtiæ ſacramentum figurauit. Elias aſcendens Mat.12.
in cœlum, Chriſti aſcenſum glorioſum præoſten Exo.16.
derat, de quo præcinerat regius vates? Aſcendit Nu. 11.
Deus in iubilatione,& dominus in voce tubæ. Et Ioan.6.
Michæas:Aſcendet pandens iter ante eos. Neome 4.Re.2.
niæ,quæ erant feſta innouationis lunæ,imaginem Pſa. 46.
gerebant eius innouationis,quæ erat in animis fa Mich.2.
cienda tempore gratiæ,quando Deus erat in ſpiri-
tu & veritate colendus. Sabbatum Chriſti requiẽ
in die reſurrectionis adumbrabat. Omnia denique
Iudæorum feſta in lege conſtituta fuerunt noſtro
rum feſtorum vmbræ & figuræ. Sed dices: Nónne Deut.5.
in lege vetere tenebantur Iudæi ſabbatum obſer- Exo.20.
uare? Tenebantur quidẽ,vt patet ex lege: nã Deus
elegit populum illum,in quo ſe oſtẽderet mundo,
& cui legem ſuam traderet, ex quo filius ſuus vni
genitus carnem ſumeret,& in quo de illo nato te-
ſtimonia extarent:quemadmodum oſtendit Apo-
ſtolus in epiſtola ad Romanos. Et conſtiruẽs Deus Rom.3.
hanc politiam & corporale regnũ vſque ad Chri- & 9.
ſti aduentum,volenſque Hebræos ab aliis populis
diſcernere & ſeparare, tribuit illis certos ritus &
cæremonias, & dies feſtos,& alia,quæ voluit, vt
durante lege illa vſque ad Meſſiæ aduentum ſerua
rentur ab illis,eſſentque ſigna fœderis inter Deum
& illos. Sed in aduentu Chriſti altera lex ferretur,
quæ prædicaretur in omnibus terrarum oris,& re
pudiata ſynagoga,atque eccleſia cõſtituta omnia
veteris legis ſacrificia,ceremoniæ,& iudicialia ceſ
ſarent,& ſabbatum quod erat datum in ſignum,in
diem dominicam mutaretur. Irenæus lib.4.capi.
30. hunc Ezechielis locum enarrans ita ait: In ſi-
gno data ſunt hæc, non autem ſine argumento &
otioſa,tanquam quæ à ſapiente artifice darentur.
Sabbata autem perſeuerantiam totius diei erga
Deum deſeruitionis edocebant. Aeſtimati enim ſu
mus,ait Apoſtolus Paulus, tota die vt oues occiſio
nis,ſcilicet & conſecrati,& miniſtrantes omni tẽ- Rom.4.
pore fidei noſtræ,& perſeuerãtes ei,& abſtinentes Pſa.43.
ab omni auaritia Et paulò pòſt. Manifeſtatur au-
tem & tanquam de ea, quæ facta ſunt, requietio
Dei. Hæc ille.

Et irritauerunt me. Id eſt, prouocauerũt me ad i-
rã. Nonnulli vertunt:Rebellauerunt in me domus
Iſrael in deſerto. Nam ibi vitulũ cõflauerunt,& a- Exo.32.
dorauerunt:& innumerã fecerunt, quibus Dei le-
gẽ violarũt. Vnde aiebat Deus ore pſalmiſtæ:Qua Pſa.94.
draginta annis proximus fui, vel vt poteſt verti
ex

es Hebræo, offenſus fui generationi huic, vel cum tædio pertuli generationem hanc, & dixi: Semper hi errant corde.

Et ſabbata mea violauerunt vehementer. Nam ſta-
Exo.16. tim ea fregerunt, vt patet ex libro Exodi ca. 16. & poſteà ſæpiſsime.

Dixi ergo, vt effunderem furorem meum ſuper eos. Dixi, & mecum ſtatui me eſſe eos grauiter puniturum. Eodem tropo vſus fuit paulò antè. Dixi, vt effunderem indignationem meam.

Ne violaretur coram Gentibus. Id eſt, ne nomen meum malè audiret apud Gentes, quibus ſpectantibus Iſraelitas eripui ab earum poteſtate.

Ego igitur leuaui manum meam ſuper eos in deſerto, ne inducerem eos in terram quã dedi eis, fluentem lacte & melle præcipuam terrarum omnium, quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & ſabbata mea violauerunt. Poſt idola
C enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus ſuper eos, vt non interficerem eos, nec conſumpſi eos in deſerto. Dixi autẽ ad filios eorum in ſolitudine, in præceptis patrum veſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Ego dominus Deus veſter, Et exacerbauerunt me filij, & in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non cuſtodierunt vt facerent ea, quæ cùm fecerit homo, viuet in eis & ſabbata mea violauerũt. Et cõminatus ſum, vt effũderem furorẽ meum ſuper eos, & implerem iram meam in eis in deſerto. Auerti autẽ manũ meã, & feci propter nomen meũ, vt non violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. Iterum leuaui manum meam in eos in ſolitudine, vt diſpergerem illos in nationes & ventilarem in terras, eò quòd iudicia mea nõ feciſſẽt, & præcepta mea reprobaſſent, & ſabbata mea violaſſent, & poſt idola patrum
D ſuorum fuiſſent oculi eorũ. Ergo & ego dedi eis præcepta nõ bona, & iudicia, in quibus nõ viuent, & pollui eos in muneribus ſuis, cum offerrent omne, quod aperit vuluam, propter delicta ſua, & ſcient, quia ego dominus. Quamobrem loquere ad domum Iſrael fili hominis, & dices ad eos. Hæc dicit dominus Deus: Adhuc & in hoc blaſphemauerũt me patres veſtri, cùm ſpreuiſſent me contemnentes, & induxiſſem eos in terram, ſuper quam leuaui manum meam, vt darem eis

Leuaui manum meam ſuper eos in deſerto. Hoc eſt, grauiter eos punivi. Etſi non omnes eos interfeci, tamen variis calamitatibus laceraui. Poſtulabat iuſtitia, vt eos occiderem in deſerto, ne terram promiſsionis ingrederentur, ſed præualuit miſericordia mea. Leuare manum hoc loco, eſt caſtigare & ferire. Vel eſt promittere: ſolemus enim, cùm aliquid promittimus, erigere manum. Vel eſt mortem alicui vel vulnera minitari. Et tunc eſt ſenſus: Minatus ſum Hebræis ferrum & flammam, & varias ærumnas, niſi relicto idolorum cultu, & repudiatis ſceleribus ſuis ad me ipſum conuerterentur. Hoc tropo vſus eſt Ezechiel paulò antè.

Poſt idola enim cor eorum gradiebatur. Id eſt, idola colebant. Ire cor, vel cor gradi poſt aliquam rem, eſt illam deſiderare, colere, & diligere. Cor enim accipitur pro anima, vt apud Ieremiam: Lauaà malitia cor tuum. Aliquando pro opinione. In Geneſi Iere. 4.
cap. 31. Vbi nos habemus, Noluitque Iacob confiteri ſocero ſuo, quòd fugeret, habet litera Hebraica: Iacob verò furatus eſt cor Labam Syri, quod Geneſ. 31.
non indicaret ei, quòd fugeret. Opinabatur Labam eſſe Iacob cum pecudibus ſuis, & ipſe fugerat. Accipitur aliquando pro iudicio & intellectu, vt apud pſalmographum: Cor meum dereliquit me, & apud diuum Paulum. Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Et quoniam intellectus debet eſſe cum virtute copulatus, & ſcientia cum bonis Pſa. 39. Rom. 1.
operibus coniuncta, ait Eccleſiaſtes: Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Quaſi Eccle. 10.
dicat: Qui verè ſapiens eſt, habet ſcientiam cordis ſignificatione deſignatam in manu, hoc eſt in opere, & non in manu ſiniſtra, ſed in dextra, non in operibus iniquis, ſed præclaris: inſipiens verò econtrariò. Aliquando ſumitur pro medio, vt apud Ezechielem. O Tyre tu dixiſti: Perfecti decoris ego ſum, & in corde maris ſita. Id eſt, Inf. 27.
in medio maris. Ita intelligitur illud pſalmographi: Non timebimus, dum turbabitur terra, & Pſal. 4.
transferentur mõtes in cor maris. Et illud ſaluatoris noſtri: Sic erit filius hominis in corde terræ trib' dieb' hoc eſt, in foſſa, & ſepulchro, in medio terrę. Mat. 12.
Accipitur aliquando cor pro voluntate, vt pſalmo 56. Paratum cor meum Deus. Et apud Eccleſiaſticum: Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſus. Hoc eſt voluntas propenſa ad vitia, eáque amplectens, ſed virtutem fingens, & tegens ſcelera honeſtatis ſpecie, ambulans coram Deo Pſa 56. Eccle. 3. Prouer. 15.
per viam flagitiorum, & coram hominibus per viam virtutum, infelicem habebit ſucceſſum. Itaq; ire cor poſt virtutem, eſt eam diligere, & in eius actiones incumbere, contrà verò tunc cor dicitur ire poſt vitia, cùm ad illa voluntas eſt propenſa, eáque cupit, & amplectitur, & ipſis oblectatur. Eodẽ modo accipitur hoc loco gradi cor poſt idola.

Vt non interficerem eos. Non mirum filios cum patribus. Occideram patres, ſed filios reliqui ſuperſtites, quibus dixi, ne parentum ſcelera ſequerentur. Sed nec filij me audire voluerunt.

In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere. Seruate præcepta mea, patribus autem veſtris vobis, vt à me deficeritis ſuadentibus, atque ad impia facinora vos ipſo excitantibus nolite parêre. Ne eorum imitemini flagitia, quorum vidiſtis tormenta. Docet hic locus ſatis apertè non teneri filios parentibus obedire in illicitis: imò debere impia eorum præcepta repudiare. In Prouerbiis ait Salomon: Mens iuſti meditabitur obedientiam. Sed hoc intelligitur, niſi id, quod præcipitur. Dei legi repugnet.

Auerti autem manum meam Deſtiti à punitione.

Noluj eos penitus delere, cum poſſem.

Iterum leuaui manum meam. Interpretare, vt paulò antè,

Poſt idola patrum ſuorum fuiſſent oculi eorum. Id eſt
obſeruarent parentum ſuorum idola: eorumque
ſimolacra venerarentur.

Dedi eis præcepta nō bona. Si Dei præcepta bona nō
Rom. 7. ſunt, quomodo ait diuus Paulus in epiſtola ad Ro
manos: Lex quidem ſancta, & mādatum ſanctum,
& iuſtum, & bonum. Et Dauid Lex domini imma
Pſa. 118. culata, cōuertens animas? Huic obiectioni reſpon-
dent nonnulli, ideo legis veteris mandata mala di
ci, quod bona reſpectu meliorū quaſi bona nō ſint.
Bona ſunt illa, ſed reſpectu legis gratiæ non bona
appellantur. Nam ſicut grauiùs delinquēti Iudæi,
quàm Sodoma & Samaria dicitur apud noſtrum
Sup. 16. Ezechielem: Iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus
abominationibus tuis, ita excellentioribus noui
teſtamenti præceptis ſubſequentibus præcepta bo
na, quæ rudi populo data ſunt, non bona eſſe dicun
tur. Vel ſic: Etſi bona eſſent veteris legis præcepta,
Iudæis tamen qui ea violabant, bona non erant,
Rom. 3. quoniam grauiùs puniebantur. Cùm enim per le-
gem peccata intelligerent per legem enim cogni-
tio peccati, & per eam eis Deus præciperet, vt iuſti
tiam colerēt & charitatem, ipſi autem ſe vitiis pol
luerent, grauiùs peccabant, iis qui legem non ha-
Luc. 12. bebant. Vnde dicitur apud Lucam: Seruus qui co-
gnouit voluntatem domini ſui, & non ſe præpara-
uit, & non fecit ſecundum voluntatem eius vapu-
labit multis. Poteris hoc intelligere de præceptis
cæremonialibus, quæ ideo dicuntur nō bona, quia
gratiam non conferebant, nec erant duratura niſi
ad tempus. Hanc explanationem tangit diuus Hie
ronymus, & Dionyſius. Eam tenet diuus Thomas
in prima ſecundæ, & Dominicus Soto in commen
tariis in epiſtolam Pauli ad Romanos, explicans
locum illum capitis ſeptimi. Itaque lex quidē ſan-
cta, & mādatum ſanctum: intelligi autem locu hūc
Ezechielis non de moralibus præceptis, ſed de cæ
remonialibus, indicat id, quod ſubditur ſtatim: Et
iudicia, in quibus non viuent. Vnde colligitur, lo-
qui prophetā de cæremonialibus, & iudicialibus,
quæ erant ceſſatura, non autem de moralibus, quę
nunquam erant delenda. Vel ſic: Quoniam præce-
pta mea, inquit Deus, ſeruare noluerunt, permiſi,
vt eſſent ſubiecti Gētibus idolorum cultricibus,
quæ illis præcepta non bona, leges aſperas, & tri-
buta intoleranda imponerent. Hinc effectum eſt,
ex eorum flagitiis, vt impiis Gentium ritibus obtē
perarent, & primogenita ſua dæmonibus offerrēt.
Pſa. 105. Id quod illis diuinus pſaltes obiiciebat Pſal. 105.
Id accidit Græcis, qui cùm eſſent Chriſtiani, ſed
Chriſti legem peruerterent, ſeque vitiis contami-
narent, fuerunt à Turcis infidelibus capti, qui eos
opprimunt tributis illiſque leges acerbiſſimas fe
runt. Nam filius primogenitus Chriſtiani traditur
Turcis, & nutritus ab illis fit Chriſtianorum acer-
rimus hoſtis,

In quibus non viuent. Nam iudicialia ob multa fla
gitia mortem inferri iubebant. Vel loquitur de vi-
ta gratiæ & gloriæ, eo modo quo paulò antè dixi-
mus. Poterit hoc ita explanari: Permiſi, vt Iudæi
ob impietatem ſuam Gentium iudiciis ſubiiceren
tur in quibus nullam inuenirent tranquillitatem,
nullam quietem, nullam vitam,

Pollui eos in muneribus ſuis, Hoc eſt, permiſi, vt pol
luerentur in muneribus oblatis idolis, quæ mihi
offerri deberent. Cùm Deus alicui gratiam non tri
buit, ſed eū in manu relinquit deſideriorū ſuorū, di
citur illum indurare, aut ſceleribus polluere: non Exo. 10.
quod illum aut induret, aut polluat, ſed quòd illi & 14.
gratiam non impertiat, quam nec ille meretur, nec
efficaciter petit, Ita intelligitur id, quod eſt diuinis
literis mandatum; Indurauit Deus cor Pharaonis.
Vel ita: Pollui eos, hoc eſt, oſtendi eſſe pollutos in
oblationibus ſuis. Offerebant enim filios ſuos pri-
mogenitos dæmoniis more Gētium agreſtium &
incultarum, quæ eos, quos ardentiore amore proſe
quebantur, in honorem ſuorum idolorum & vano
rum ſimulacrorum comburebant.

Omne quod aperit vuluam. Hoc eſt, omne primoge
nitum.

Super quam leuaui manum meam vt darem eis. Hoc
eſt, quam promiſeram me eſſe illis daturum. De
hoc Hebraiſmo diſſeruimus paulò antè.

Viderunt omnem collem excelſum, & om
ne lignum nemoroſum, & immolauerunt
ibi victimas ſuas, & dederunt ibi irritationem
oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſua-
uitatis ſuæ, & libabunt libationes ſuas: Et
dixi ad eos: Quid eſt excelſum, ad quod vos
ingredimini? Et vocatum eſt nomen eius ex
celſum vſque ad hanc diem. Propterea dic
ad domum Iſrael: Hæc dicit dominus Deus,
Certè in via patrum veſtrorum vos pollui-
mini, & poſt offendicula eorum vos fornica-
mini. Et in oblatione donorum veſtrorum
cum traduceritis filios veſtros per ignem, vos
polluimini in omnibus idolis veſtris vſque
hodie, & ego reſpōdebo vobis domus Iſrael?
Viuo ego dicit dominus Deus, quia non reſ-
pondebo vobis, nec cogitatio mentis veſtræ
fiet, dicentium: Erimus ſicut Gentes, & ſicut F
cognationes terræ, vt colamus ligna & lapi-
des. Viuo ego dicit dominus Deus, quoniam
in manu forti, & in brachio extento, & in fu-
rore effuſo regnabo ſuper vos. Et educam
vos de populis, & congregabo vos de terris,
in quibus diſperſi eſtis. In manu valida, & in
brachio extento, & in furore effuſo regnabo
ſuper vos, & adducam vos in deſertum po-
pulorum: & iudicabor vobiſcum ibi facie ad
faciem. Sicut iudicio contendi aduerſus pa-
tres veſtros in deſerto terræ Aegypti, iudica-
bo vos, dicit dominus. Et ſubiiciam vos ſcep-
tro meo, & inducam vos in vinculis fœderis.
Et eligam de vobis tranſgreſſores & impios,
& de terra incolatus eorum educā eos & ter
ram Iſrael non egredientur: & ſcietis quia
ego dominus. Et vos domus Iſrael, hæc dicit
dominus Deus; Singuli poſt idola veſtra am
bulate, & ſeruite eis.

Vide

Viderant omnem collem excelſum. Id eſt, loca ſublimia, & arboribus conſita, ad exercendam idololatriam apta elegerunt, Quaſi dicat Deus: Tanta fuit Hebræorum ingratitudo, vt cùm ego eos intromitterem in promiſsionis terram, ſtatim me contemnerent, & loca quærerent, vbi idola collocarent.

Et dederunt ibi irritationem oblationis ſuæ. Id eſt, obtulerunt ibi idolis ſacrificia, quibus me ad iram irritauerunt.

Poſuerant ibi odorem ſuauitatis ſuæ. Hoc eſt, thura & thymiamata, & alias odoriferas confectiones dæmoniis obtulerunt.

Quid eſt excelſum, ad quod vos ingredimini: Præceperat Deus Hebræis, vt in templo ei ſacrificarent: illi autem Gentium ſuperſtitioni adhærentes, altaria conſtituebant idolis extra templum in locis excelſis. Soliti enim erant idolorum cultores in locis eminentibus aras erigere, vbi ſimulacra collocabant, Poſteà effecit vſus, vt omnis locus etiam ſi infimus eſſet, vbi dæmonibus ſacrificia offerebãtur, excelſus vocaretur. Nec ſolùm loca ſacrificiorum, ſed ipſa etiam dæmoniorum ſacrificia excelſa vocabantur. Eſt igitur ſenſus: Quid facitis? Quid eſt excelſum, quò conuenitis? Nonne hic eſt locus idolorum, quæ ego vobis prohibui? In libro Deutero-
Deu.33. nomij allocutus eſt Deus in hunc modum Hebræos: Quando tranſieritis Iordanem intrãtes terram Chanaan, diſperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos, & ſtatuas comminuite, atque omnia excelſa vaſtate. Illi autem ea con-
3. Reg. 12. tra hoc Dei præceptũ in dies erigebant. De Ieroboam, qui fecit vitulos aureos, ait ſcriptura: Fecit
3. Reg. 15. & 22. phana in excelſis. De iis excelſis fit mentio libro Regum tertio capite. 15. & 22. & 4. Reg. 12. & mul-
4. Reg. 12. tis in locis diuinarum literarum.

Et poſt offendicula coram vos fornicamini. Id eſt, poſt eorum idolulatriam vos etiam idola colitis. Accipi fornicationem pro idolorum cultu eſt in diuinis literis frequentiſsimum. Pro offendiculis vertunt quidam abominationes, alij idola.

Cùm traducitis filios veſtros per ignem. Solebãt bar-
4. Reg. 17. bari & impij homines filios ſuos igne comburere, vt idola ſua placarent. Ita aſſerit diuina ſcriptura
4. Reg. 21. lib. 4. Reg. ca. 17. Vnde impius Manaſſes impiarũ Gentium morem ſecutus, filium ſuum per ignem traduxit, vt conſtat ex eodem libro. Et de Achaz ait ita ſancta ſcriptura libro ſecundo Paralipome-
2. Par. 28. non: Luſtrauit filios ſuos in igne iuxta ritum Gentium. Nonnulli filios penitus comburebant, quidam verò eos per ignem tantummodo tranſmittebant, exiſtimantes omnia flagitia igne illo purgari. Chaldæi exiſtimabant ignem materialem Deũ eſſe, ideo illum ſummè venerabantur, & pro Deo colebant: quamobrem per illum currentes tranſibant, vt manerent ab omnibus animi labibus perpurgati. Vnde Heraclitus & Empedocles ignem intelligibilem Deum eſſe ſtatuerunt. Poterit igitur locus hic vtroque modo explanari, & de traductione filiorum per ignem eos necantem, quando penitus incendio flagrabant & de tranſmiſſione per ignem, vt luſtrarentur, & mundarentur. Vide deplorãdam hominũ ſuperſtitionẽ & cęcitatẽ.

Et ego reſpondebo vobis domus Iſrael? Quaſi dicat: non. Venerant magnates Hebræorum ad Ezechielem, vt per illum Deũ interrogarent, quibus Deus oſtendit non eſſe eos dignos reſponſione ſua, quoniam Gentium idola colebant. Intuere Iudæorum pertinaciam. Fuerunt eiecti è patria ſua, quòd fuiſſent idolorum cultores, & in Babylonica captiuitate ob idololatriam conſtituti, idola etiam colebant. Meritò de illis aiebat Ieremias: Indurauerũt
faciem ſuas ſuper petram & noluerunt reuerti. Iere. 5.

Regnabo ſuper vos. Promittit Deus Iudæis reditũ è captiuitate Babylonica ob miſericordiam ſuam, cùm ipſi illum ad iram prouocarẽt. Verũ eſt enim
id, quod dixit Ionas propheta: Scio enim quia tu Ion. 4.
Deus clemens, & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitiam. Ait igitur Deus: Non vos penitus derelinquam, ſed etiam vos, etiam ſi de hoc non cogitetis. Multi ex Iudæis illis in captiuitate detẽtis quærebãt à Deo reſponſa per Ezechielem, vt ſi Deus illis ad votũ reſponderet, illiſque mũdi opes & voluptates promitteret, eum colerent, eiúſque fidem proteſtarentur. Sin autẽ aliter reſponderet, ſe ſtatim ab eo penitus alienarent, & deficerent, atq; omnes Gentiũ ritus & ſuperſtitiones omnino amplecterentur. At Deus nec illis ad votum reſpondet, nec permittit vt penitus extinguantur. Vide Iudæorum aduerſus Deũ impietatẽ, & Dei erga eos miſericordiam.

Educam vos de populis. Nimirum Babyloniis, inter quos captiui detinemini. Non ſinam vos eſſe in perpetua captiuitate. Permiſi, vt vos Babylonij expugnarent, & in vincula coniiceremini, non vt vos omnino perderent, ſed vt pœnitentiam agẽtes ad me ipſum cõuertimini. Hinc diſces, quàm ſalutaris ſit calamitas illis, qui eã tolerãter ferũt. Prodeſt
quidem non ſolùm illis qui vitiis contaminantur, Simile.
ſed illis etiam, qui virtutibus muniũtur. Pater qui filio, quem ſingulari proſequitur amore, thoracẽ ſericum dedit ſub tunica induendum, permittit, vt prædatur aliquibus in locis exterius indumẽ-
tum, vt interius ſericum foris appareat. Ita pater il- 2. Cor. 1.
le miſericordiarum, & Deus totius conſolationis eum, quem diligit, vulnerari ab impiis permittit aliquãdo, & calamitatibus feriri, vt ſericus ille patientiæ thorax, quo enim intus induerat, foris oſtẽ-
datur. Eam ob cauſam ait in epiſtola ad Hebræos Heb. 12.
diuus Paulus: Quem diligit dominus caſtigat, flagellat autem omnẽ filium, quẽ recipit. Et in Apo-
calypſi diui Ioãnis ait ipſe Deus: Ego quos amo ar- Apoc. 3.
guo & caſtigo. Et apud Matthęũ: Beati qui perſecu- Matt. 5.
tionem patiũtur propter iuſtitiã. Beata patientia,
quæ, vt verbis vtar diui Pauli, probationem ope- Rom. 5.
ratur, probatio ſpem, ſpes autẽ nõ cõfundit. Indui-
te vos, inquit idem Apoſtolus in epiſtola ad Coloſ- Coloſ. 3.
ſenſes, ſicut electi Dei patientiam. Et ad Hebræos:
Per patientiam curramus ad propoſitũ nobis cer- Heb. 12.
tamen, aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contẽpta. Oportet enim nos in calamitatibus cõſtitutos ad dominũ confugere, eumque precari, vt ope ſua tãquam ſplẽdidiſſimi ſolis fulgore diſſipet noctem ærumnarũ noſtrarum, ne creſcentibus malorum tenebris arctiſ-
ſimo peccatorũ ſomno cõſopiamur, nec obdormia- Pſa. 12.
mus in morte, ne dicat inimicus noſter: præualui aduerſus eos. Si enim Deum fuerimus toto corde amplexati, erimus abſque dubio tutiſſimi. Etſi flagitioſi homines, impietate barbari, & immanitate feri pios homines affligant ſeque efferant

efferant Inſolenter, quòd poteutia ad perniciem virorum iuſtorum toleranria inſignium abutantur, tameu boni præualebunt, & ad gloriam æternam *Pſal. 9.* perdncentur. Nam vt ait regius vates, patiẽtia pauperum non peribit in finẽ. Etſi enim ad tẽpus ſinat eos Deus afflictionibus angi ad virtutis perfectiouem, & majorem vitæ futuræ gloriam: tempore tameu illis opportuno eos ex omnibus moleſtiarum ictibus ac procellis eripit, & conſortes efficit regni ſui iu gloria ſempiterna. Id volens ſignificare in eodem Pſalmo diuiuus vates, ſnbdit paulò pòſt: Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu etis adiutor. Impij autem, qui Dei cultores calamitatibus premunt, pœnas luent ſuæ immanitati debitas, & ad cæcas inferorum tenebras tandẽ detrudentur. Nec ſolùm poſt mortem, ſed in hac etiã vita exercet Deus aliquãdo in impios iudiciũ ſuũ, illos coerceudo & flagellãdo, vt intelligant ſe eſſe mortales & caducos, & calamitatibus obnoxios, reſq́ne mnndi proſperas & florentes nullam habere firmitndinẽ, uullam perpetnitatẽ: eſſeq́ue illos iufelices, qui in illis ſpem ſuam locant & figunt, illos autem felices qui per varios caſus plerumque, & magnas calamitatnm anguſtias patieutia induti, rerumq́ue humauatum tolerantia muniti ad vitam immortalem perducuntur. Qui poſſident animas ſuas, conſequẽtur immortalitatem, atqui qui *Luc. 21.* ſũt patiẽtia induti, eas poſsident, dicente Chriſto: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras illi igitnr immortalitatem adipiſceutur. Hoc intel*Iac. 5.*ligẽs diuns Iacobns Apoſtolus ait in epiſtola ſna: Patientes eſtote & vos, & confirmate corda veſtra. Et dinus Gregorius: Nos ſine ferro & flãma martyres eſſe poſſumus, ſi patieutiam in animo verè cuſtodierimus. Poſtquam Deus minatus eſt Hebræis ærumnas & tẽmpeſtates, vt flagitia ſua intelligerent, & lachrymis delerent, excitat eos ad patientiam, ne calamitatibus adhibeant deſperationem, ſed eas æquo animo ferant, nam illis promittit ſe eſſe eos ab illa captiuitate erepturum, iu quã illos coniecerat, non vt perderet, ſed vt ad ſni cognitionem adduceret. Nos autem qui Chriſtiano nomine gloriamur, eo animo eſſe oportet, quem veritas & ratio præſcribit, vt nihil præter culpam & peccatum homini accidere poſſe arbitremur, quod ſit horribile aut pertimeſcendum: omnia alia humaua placatè & moderatè feramus. Cùm nos abiectos, afflictos, calamitatum fluctibus vehementer agitatos viderimus, euenta ſanctorum memoria repetamus, nihilq́ue nobis noui accidiſſe cogitemus. Adſit nobis princeps fortitudo, quę nobis animum eriget, & aduerſa obruet memoria virorum Illuſtrium, qui variis fuerunt ærumnarum procellis concuſſi: leuat enim moleſtiam cõmunis quaſi legis, & hnmanę conditiouis recordatio. Sed nullnm eſt ſalutarius remediũ, nulla promptior & *Pſal. 90.* efficacior medicina, quàm cõfugere ad Chriſtum Deũ noſtrum, tanquam ad arcem tutiſſimam qui *2. Cori. 1.* ait: Clamauit ad me, & exaudiam eum, cum ipſo ſũm in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Ipſe eſt pater miſericordiarum, vt verbis vtar Apoſtoli, & Deus totius conſolationis qui cõſolatur nos iu omni tribulatione noſtra.

In furore effuſo. Hoc eſt, effundens furorem cogã vos flagellis ad obſequium meum, Id intelligens *Oſe. 2.* Oſeas propheta indncit Iudæorum populum hoc modo loquentem. Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis qnàm uunc. Loquitur ſynagoga more adulteræ ſe ad virum conuertentis, quæ cum Gentium diis fuerat fornicata.

Adducam vos in deſertum populorum. Hoc eſt, reducam vos à Chaldæa in Iudæam per deſertum, quod eſt inter Babylonios & Hieroſolymitanos.

Et iudicabor vobiſcum ibi facie ad faciem. Ideſt, diſceptabo vobiſcum ſignis apertiſſimis, arguens vos remotis arbitris, & oſteudens me non vos ex odio afflixiſſe, ſed ex amore, vt vos ad pietatem & religiouem reducerem.

Inducam vos in vinculis fœderis. Vt ſcilicet his vinculis ligati, ab amore meo uon recedatis. Vincnla fœderis ſunt amoris ligamina, quibus Deus uos vult vincere, & in ſuauiſſimum diuini amoris carcerem coniicere, in iiſq́ue dulciſſimis vinculis retinere. De iis ait ipſe per Oſeam: In funiculis Adam *Oſe. 2.* traham eos in vinculis charitatis. Hoc eſt, ligaminibus blãdis, quibus nõ tauri & leones, ſed homines trahuntur, clemeuter & ſuauiter te traham ad meipſum.

De terra incolatus. Id eſt, Babylonica.

Singuli poſt idola ſua ambulate. Id eſt, colat vnuſquiſque idola ſna, illiſq́ue ſeruiat. Irouia eſt.

Quòd ſi & in hoc non audieritis me, & nomen ſanctum meum pollueritis vltrà in muneribus veſtris, & in idolis veſtris, in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait dominus Deus, ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſrael, omnes inquam, in terra, in qua placebunr mihi. Er ibi quæram primitias veſtras, & initium decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus veſtris. In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos, cùm eduxero vos de populis: & congregauero vos de terris, in quas diſperſi eſtis, & ſanctificabor in vobis in oculis nationum. Et ſcietis quia ego dominus, cùm induxero vos ad terram Iſrael in terram, pro qua leuaui manum meam, vr darem eam patribus veſtris. Et re- G
cordabimini ibi viarum veſtrarum & omnium ſcelerum veſtrorum, quibus polluti eſtis in eis, & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris, quas feciſtis, & ſcietis quia ego dominus, cùm benefecero vobis propter nomen meum, & non ſecundum vias veſtras malas nec ſecundum ſceleta veſtra peſſima domus Iſrael, ait dominus Deus. Er factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis pone faciem tuam contra viam Auſtri, & ſtilla ad Aphricum, & prophera ad ſaltum agri meridiani, & dices ſaltui meridiano: Audi verbum domini: Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego ſuccendam in re ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum.

Non extinguetur flamma ſuccenſionis : &
comburetur in ea omnis facies ab Auſtro vſ
que ad Aquilonē :& videbit vniuerſa caro,
quia ego dominus ſuccendi eam,nec extin-
Sa.4.4. guetur Et dixi: A,a,a,domine Deus , ipſi di-
cunt de me:Nunquid non per parabolas lo-
quitur iſte?

Quod ſi & in hoc non audieritis me. Si in Chaldæa
me nō colueritis,faciā,vt in terra promiſſionis me
colat omnis Iſrael. Per montem ſanctum intelligit
Sionem: per quem mons ſpiritualis, hoc eſt,eccle-
ſia catholica ſignificatur. Eſt igitur ſenſus : Quo-
niam mihi ô Iudæi parere non vultis, quin potiùs
nomen meū violare contenditis , efficiam , vt co
lar à Gentibus in eccleſia mea, vbi tota dumus Iſ-
rael,hoc eſt,omnis fidelium concio me adorabit.
Perſpicuum eſt diuinas literas intuētibus per mō-
tem Sionem eſſe eccleſiam intellectā. Ita illud Mi-
Mich.3. chææ intelligitur:Regnabit ſuper eos in mōte ſan-
Eſa.33. cto ſuo,ex huc nunc & vſque in ſeculum: Et Eſaiæ
illud:Reſpice Sion ſolennitatem ciuitatis noſtræ:
oculi tui videbunt Ieruſalem habitationem opu-
Pſa.131. lentam. Et illud pſalmographi: Elegit dominus
Sion,elegit eam in habitationem ſibi.

In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos. Id eſt , ero
vobis propitius. Proſequar vos amore & fa-
uore.

Sanctificabor in vobis in oculis nationum. Hoc eſt,
ſanctum me dicent Gentes,cùm meo ſanguine mū
dum à peccati captiuitate liberauero : erit nomen
meum per cunctas orbis terrarum horas laude ce-
lebratum,eiúſque cognitio ita omnes vniuerſita-
tis ſines peragrabit,vt repudiatis falſis & cōmenti
tiis diis nō ſolū homines docti & pollitici,ſed agre
ſtes & inculti me cœli ac terræ effectorem & mo-
deratorē,mūdique redēptorē eſſe nō modò fatean
tur,ſed profiteantur. Id præuiderat regius vates ita
Pſal. 8. canēs:Domine dominus noſter quàm admirabile
eſt nomen tuū in vniuerſâ terra: quoniam eleuata
eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Ex ore infantiū
& lactentium perfeciſti laudem propter inimicos
tuos,vt deſtruas inimicum & vltorem. Infantes ap
pellat homines ſimplices & rudes, quales fuerunt
Apoſtoli,per quos Deus ſalutarem potentiam ſuā
mundo oſtendit,cùm per illos nomen ſuum anteà
ſolùm in Iudæa notum per cunctas nationes fama
celebrauit. Hi ſunt cœli gloriam Dei enarrantes,
Pſal.18. de quibus ait idem propheta. In omnem terram e-
xiuit ſonus eorum,& in fines orbis terræ verba eo
rum. Quem locum diuus Paulus in epiſtola ad Ro
Roma. 10. manos de Chriſti Apoſtolis interpretatur. Poſſu-
mus & veriſſimè per infantes & lactentes eos
intelligere,quos diuinus ac regius vates præuidit
in ſpiritu in ciuitate, & tēplo Hieroſolymæ clamā
tes in introitu Chriſti,& dicētes:Hoſanna filio Da
uid. Narrat enim Matthæus indignatos fuiſſe prin
Mat.21. cipes ſacerdotū,& ſcribas,quod infantes Chriſtum
mirificis laudibus extollerēt,Criſtum autē illis di-
xiſſe:Nunquam legiſtis , quia ex ore infantium &
lactentium perfeciſti laudem? Sed illud eſt loco il-
lo aduertendum in primo verſiculo,vbi nos habe
mus,Domine,eſſe in Hebraico Iehouah , nomen
Dei tetragrammaton , ſoli Deo tributum,vbi au
tē habemus:dominus noſter,eſſe in Hebraico ad-

hon , quod homini tribuitur. Quibus verbis vo-
luit diuinus pſaltes Chriſti diuinitatem & huma-
nitatē ſignificare. Ideo primo loco eum appellat
Deum, ſecundo autem dominum noſtrum,quia ſe
cundum humanitatem noſter eſt , ex carne noſtra
humana,quam ſibi copulauit. Et licèt ratione po-
tentiæ ſuæ,quæ immenſa eſt,& infinita , dominus
ſit omnium,tamen quia naturam noſtram aſſum-
pſit,peculiari quadā ratione dominus noſter appel
latur,& ſanctus in oculis omniū nationū dicitur.

Pro qua leuaui manum meam. Hoc eſt,quam patri
bus veſtris promiſi.

Viarum veſtrarum. Hoc eſt,veſtrorum morum. Io-
nathas Chaldæus vertit: Operum veſtrorum. Via
peccatoris appellatur modus ille viuendi vitioſus
viam muniens ad æternos cruciatus. De ea ait pſal Pſal. 1.
mographus: Beatus vir,qui non abiit in conſilio
impiorum,& in via peccatorum non ſtetit.

Diſplicebitis vobis. Recordabimini ſcelerum ve-
veſtrorum , eorumque pœnitebit vos , habe-
bitis dolorem , & diſplicentiam ob peccata ve-
ſtra : agetis flagitiorum veſtrorum pœniten- Iere.18.
tiam. Vbique Deus pœnitentiam commen-
mendat. Apud Ieremiam : Si pœnitentiam egerit
gens illa à malo , quod locutus ſum aduerſus
eam , agam,& ego pœnitentiam ſuper malo,quod
cogitaui,vt facerem ei. Et per Ezechielem : Si im- Sup. 18.
pius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis
ſuis,quæ operatus eſt,& cuſtodierit omnia præce-
pta mea,& fecerit iudicium & iuſtitiā , vita viuet,
& non morietur: omnium iniquitatum eius , quas Matt.3.
operatus eſt , non recordabor. Cœpit Ioannes Ba
ptiſta prædicare,& fuit eius thema : Pœnitentiam Marc.1.
agite. Eodē modo cœpit Chriſtus dicēs: Pœnitemi
ni,& credite euangelio. Et rurſus: Non veni voca-
re iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiā. Et in Actis Luc. 5.
Apoſtolorum refert Lucas dixiſſe diuum Petrum: Acto. 3.
Pœnitemini,& conuertimini,vt deleantur pecca- 2.Cor.7.
ta veſtra. In epiſtola ſecunda ad Corinthios ait di
uus Paulus: Nunc gaudeo , non quia contriſtati e-
ſtis,ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam , quę
enim ſecundum Deū eſt triſtitia , pœnitentiam in
ſalutem ſtabilem operatur. Quid ad hanc nubē au
thoritatum reſpondebunt hæretici noſtri tempo-
ris,qui pœnitentiā negant? Aiunt enim nihil aliud
eſſe pœnitētiam,quàm colere virtutē,nihilque ha
bere cū lachrymis,diſplicentiā,dolore,& triſtitia. 2. Cori.
Si pœnitentia nihil habet cū triſtitia,quorſū ait A- 7.
poſtolus : Gaudeo quia contriſtati eſtis ad pœ-
nitentiam , quæ enim ſecundum Deum eſt triſti-
tia , pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur?
Nónne hic confunditur hæreticorum inſania? A-
iunt bonam eſſe peccatoris conuerſionem ad Deū,
ſed nec lachrymas requiri,nec dolorum,nec diſpli Ioel. 2.
centiam criminum. Quorſum igitur ait Deus per
diuinum ſuum vatem Ioelem : Conuertimini ad
me in toto corde veſtro , in ieiunio , & fletu , & Pſa.50.
planctu:& ſcindite corda veſtra,& nō veſtimēta ve
ſtra ? Quorſum caueret regius vates : Sacrifi-
cium Deo ſpiritus contribulatus , cor contritum,
& humiliatū Deus non deſpiciet: Et pœnitentiam Pſal. 6.
ſuam explicans ait: Laboraui in gemitu meo,laua-
bo per ſingulas noctes lectum meum , lachrymis
meis ſtratum meum rigabo. Nónne intueris quàm
acerbum animi dolorem & cruciatum ſignifi-
cet , quo ob Dei legem violatam , & tur-
pitudinem

pitudinem ſceleris admiſſi torquebatur? Verſabatur in perpetuo luctu, & noctes inter flebiles gemitus & amara ſuſpiria conſumebat, lectulumque ſuum perpetuo lachrymarum fluuio lauabat. Glorioſus martyr Cyprianus ſermone quinto de lapſis ita ait: Agite pœnitentiam plenam doloris, acclamãtis animi probate mœſtitiam. Vir hic, qui fuit omni prǽditus boneſtate & ſanctimonia, qui pectus ſuum fecerat armarium diuinarum literarum, qui fuit omnibus virtutum, bonarumque artium ornamentis excultus, qui fuit pro Chriſti fide interfectus, & animo firmo & recto, oculiſque in cœlum eleuatis emiſit animam, quæ angelis ſociata diuinas laudes vndique concinentibus in cœlum glorioſè euolauit, aſſerit pœnitentiam plenam doloris eſſe debere, cum alijs ſanctis, cum diuo Paulo, cum Chriſto, cum omni ſacra ſcriptura: Lutherus negat, homo libidinũ ſeruus, ſeditioſus, impius, inſatiabili voracitati & ebrietati deditus, qui ob nimiã ſtomachi repletionẽ noctu mortuus eſt, morte ſubita correptus, cũ nocte illa recta corporis valetudine cœnaret, & cubitum iret. Vtri credemus ſancto Chriſti martyri, an impio Hæretico? ei qui pro Chriſti fide mortem ſubiuit, an illi, qui à Chriſti fide defecit, & apoſtatauit? Ephrem ille, quem diuus Hieronymus in catalogo de viris illuſtribus aſſerit tantam nominis celebritatem fuiſſe cõſecutum, vt eius ſcripta publicè in eccleſiis recitarentur, duos libros, & ſermonẽ vnũ ſcripſit de pœnitentia, vbi peccatores ad lachrymas & dolorem mirum in modum hortatur. Gregorius Nazianzenus in ſermone de ſanctis luminibus pœnitentiam vocat baptiſmũ lachrymarũ, & Ioannes Damaſcenus libro. 4. ſuæ Theologiæ baptiſmum laborioſum. Ioannes Chryſoſtomus homilia 22. ad populum Antiochenum. Si magnus, inquit, eſt lapſus tuus, maior ſit torrens tuarum lachrimarum. Euſebius Emiſenus homili. 5. Multo opus eſt fletu, multo gemitu, multo dolore cordis ad ſanandos ipſius cordis dolores. Tota inſiſtendũ eſt ſpiritus contritione, vt vetuſta mala tanquam ſagittæ de conſcientia euellantur. Dies me deficeret, ſi vellem antiquorum patrũ authoritates, quibus peccatores magnopere hortantur ad pœnitentiam recenſere. Quid quæris? Ipſa naturæ lex nos docet ſcelerum pœnitere. Etſi enim pœnitentia, vt eſt nouæ legis ſacramentum, fuit à Chriſto inſtituta, non à lege naturæ præcepta tamen vt eſt virtus, aut virtutis actus, res eſt, ad quam tenemur lege naturæ. Et ethnici ſecum anguntur dolore, ob memoriam ſuorum flagitiorum, ducti ipſa lege naturæ. Ouidius de Ponto ita ait. Pœnitet ô ſi quid miſerorum creditur vlli. Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo. Cumque ſit exilium, magis eſt mihi pœna dolori: Eſtque pati pœnam, quàm meruiſſe minus. Et Iuuenalis: Euaſiſſe putas, quos diri conſcia facti Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit. Hinc orta eſt apud Gentium poetas furiarum opinio: de quibus Virgilius tertio Aeneidos: Et ſceleris furiis agitatus Oreſtes. Nihil aliud furiarum nomine ab illis ſignificatur, quàm animus ſibi malè conſcius, & quibuſdam quaſi ſtimulis conſcientiæ ſcelerum exagitatus. Vnde Marcus Tullius in oratione pro Roſcio Amerino, Sua, inquit, quemque fraus; & ſuus terror maximè vexat; ſuumque quemque ſcelus exagitat. Macrobius ex Paulino aſſerit morem eſſe apud Gentes, vt qui ſacra facturus eſſet ſe in primis reum eſſe fateretur, ac ſi aſſereret ſe ſuorũ maleficiorum pœnitere. Refert hoc Blondus libro primo Romæ triumphantis. Quid plura? Natura ipſa nos docet impiorum facinorum pœnitentiam. Et volunt voluptarij homines defendere debere peccatorem nullam agere pœnitentiam, nullam crucẽ tollere, quin potiùs deliciis affluere. Huiuſmodi eſt Lutherus, & eius ſectatorum multitudo, qui ſe vocant euãgelicos, cùm nihil illis ſit magis in optatis, quàm euãgelium de medio tollere, & ſectam Epicuri inſtaurare. Si nemo debet crucem ſuam baiulare, quomodo ait Chriſtus. Qui
vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat *Mat. 10.*
crucem ſuam, & ſequatur me? Quomodo laudat *Mat. 16.*
euangelium lachrymas Magdalenæ, quibus riga- *Luc. 9.*
uit pedes Ieſu: & fletũ Petri, qui egreſſus foras fle- *Luc. 7.*
uit amare? Quomodo ait Eccleſiaſticus: Si pœni- *Mat. 26.*
tentiam non egerimus, incidemus in manus Dei? *Eccle. 2.*
Quomodo ait Chriſtus: Gaudium erit in cœlo ſu *Luc. 15.*
per vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœ
nitentia? Si tota vita eſt in deliciis & voluptatibus *Matt. 7.*
conſumenda, quorſum ait ipſa veritas: Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui
intrant per eam? Quorſum ait diuus Ioãnes in A- *Apoc. 2.*
pocalypſi: Memor eſto, vnde excideris, & age pœnitentiam? Quorſum Euangeliſtæ pœnitentiam laudant, eiúſque præconia extollunt? Quorſum Chri
ſtus nos ad pœnitentiam exhortatur? Hoc docet *Marc. 1.*
ſanctum Chriſti euangelium, ſecta autem Lutheri contrarium affirmat. Et audent Lutherani ſe euangelicos appellare, cùm ex diametro euãgelio repugnent. Niſi ſe eo euangelicos vocent, quòd euangelium euertere, & penitus delere contendant, quemadmodum vocatus eſt Scipio Aphricanus, qui Aphricam euertit, & Numantinus qui Numantiam celebrem Hiſpaniæ vrbem debellauit. Vt enim quondam Romanorum duces cognomina ab vrbibus quas expugnabãt & vaſtabant, ſumebant, ſic Lutherani ab euangelio, quod oppugnant, & euertere conantur, cognomẽ ſibi aſſumpſerunt, & arrogarunt. Appellãt ſe eccleſiæ reformatores, inſtauratores puritatis, & fideliũ magiſtros, cùm nihil illis ſit antiquius, nihil magis cordi, quàm eccleſiam deformare, mores corruptiſſimos introducere, & Chriſti fidem penitus euertere. Negant pœnitentiam, quam tota eccleſia catholica à principio Apoſtolorum vſque ad noſtram ætatem ſemper prędicauit, & magnificis laudibus extulit, quam ipſe cœleſtis doctor Chriſtus Deus noſter docuit, & ad quam omnes viri ſapientia & ſanctitate præſtantes eos, qui in crimina inciderunt, ſemper excitarunt. Nos verò pœnitentiam amplectamur, & vt hîc ait Deus per Ezechielem, de peccatis noſtris nobis ipſis diſpliceamus. Vel, vt poteſt verti ex Hebræo, nos ipſos intra nos dolore ſuccidamus & conteramus.

Pone faciem tuam contra viã Auſtri. Hoc eſt, reſpice in Iudæam, coniice oculos in Hieroſolymam, quæ reſpectu Babylonis ſita eſt ad meridiem: & vaticinare intrepidè aduerſus eam.

Et ſtilla ad Aphricum. Hoc eſt, loquere aduerſus plagam meridionalem. Stillare ſiue pluere idẽ eſt

quod

quod doctrinam proferre:& pluuia idem eſt quod
Deu.32. doctrina. Vt in Deuteronomio: Concreſcat in plu
uiam doctrina mea, fluat vt roa eloquium meum:
quaſi imber ſuper herbã,& quaſi ſtillæ ſuper gra-
Iob 29. mina. Eodem modo in libro Iob: Super illos ſtilla-
Eſa.5. bat aloquium meum. Vnde apud Eſaiam ait deus:
Nubibus mandabo, ne pluant ſuper eum imbrem.
Mat.7. Hoc eſt, viris apoſtolicis prohibebo, ne velint da-
re ſanctum canibus, & ſublimem doctrinam velu-
ti pretioſas margaritas ne mittant ante porcos.
Pſalm. Vnde regius pſaltes de diuina ſapientia loquens
71. canebar: Deſceudet ſicut pluuia in vellus, & ſicut
ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Acſi diceret: Simi
lis erit pluuiæ roranti, irriganti terram ſitientem,
& in mortales beneficia conferenti.

Et propheta ad ſaltum agri meridiani. Hoc eſt, va-
ticinare aduerſus Hieroſolymam. Ponere faciem
cõtra viã Auſtri, ſtillare ad Aphricum, & prophe-
tare ad ſaltum meridianum idem eſt, etiam ſi di-
uerſis verbis proferatur. Appellatur Hieroſolyma
ſaltus agri meridiani, quia erat ad meridiem reſpe-
ctu Babylonis, vbi erat Ezechiel, cùm hæc literis
Ierem.1. mãdabat. Volens Ieremias ſignificare excidiũ euẽ-
turũ Hieroſolymæ à Babylonia, dixit vidiſſe ollam
ſuccẽſam à facie Aquilonis, ſignificãs per Aquilo-
nem Babyloniam reſpectu Hieroſolymæ: eſt enim
Aquilo vẽtus flans à ſeptẽtrione. Appellatur Hie-
roſolyma ſaltus, quia quemadmodum in nemore
& ſaltu feræ vagantur, ita in ea feri & immanes
homines habitabant. Et vt in ſaltu varia ſunt plã-
tarum genera, quædam ſunt fructiferæ, quædam
ſteriles, & inutiles, ita Hieroſolymæ diuerſi homi-
nes, quidam iuſti, quidam impij morabantur. Ideo
ſolebant diuini vates eam cum ſaltu & ſylua com-
Eſa.9. parare. Eſaias: Succẽndetur in denſitate ſaltus. Ie-
Iere.21. remias: Succendam ignem in ſaltu eius, & deuora-
Zach. bit omnia in circuitu eius. Zacharias: Succiſus eſt
11. ſaltus munitus. Fortaſſe per ſaltum intelligitur
mons Libanus, & per Libanum templum Salo-
monis, quòd eſſet ex lignis Libani conſtructum.
Vtcunque ſit vaticinatio eſt aduerſus Hieroſoly-
mam, qua diuinus vates eam incendio flagratu-
Ierem. ram eſſe prædicit: id quod anteà Ieremias vatici-
1. natus fuerat.

Omne lignum viride, & omne lignum aridum. Hoc
eſt, tam nobiles, quàm plebeios. Acſi dicat: Erit
tota ciuitas incendio tradita, & conſumpta. Pote-
tis per lignum viride bonos intelligere, per aridũ
vero improbos. Sed cur Deus occidit iuſtos cum
iniuſtis? Nimirum ne iuſti in flagitia cadant, & fiãt
iniuſti iniuſtorum facta imitãres: quemadmodum
Sap.4. libro Sapientiæ eſt literis mandatum, ita dicentis:
Placens Deo factus eſt dilectus, & viuẽs inter pec-
catores tranſlatus eſt: raptus eſt, ne malitia muta-
ret intellectum eius: aut ne fictio deciperet animã
illius. Cùm impij viros iuſtos interficiunt, non illis
auferũt quietem, ſed laborem, iuxta illud eiuſdem
Sap.5. libri Sapientiæ: Stabunt iuſti in magna conſtantia
aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtule
runt labores illorum. Exeunt enim viri pij & iuſti
ex calamitatibus, & euolant in æternam beatitu-
dinem, vbi magnis gaudiis cumulati in ſuauiſſima
pulcherrimi numinis viſione conquieſcunt. Ideo
aliquando iuſti ſimul cum iniuſtis moriuntur. Aut
ideo eos Deus aufert ex vita, ne imminentibus ca-
lamitatibus, & ſummis ærumnis opprimantur. Hi

enim caſus ſequuntur interdum, vt non erepta vi-
ris charitate præſtantibus à Deo vita, ſed donata
mors eſſe videatur. Non enim corporeis oculis in-
tuentur cædes ſuorum crudeliſſimas, & ignomi-
nias acerbiſſimas, & in omni genere deformatam
eam ciuitatem, in qua ipſi florentiſſima multùm
aliis dignitate, nominiſque amplitudine præſtarẽt.
Chriſtus Deus noſter apud Lucã ſe comparat cum Luc.23.
ligno viridi, Iudæos autem cum arido: ita enim
inquit: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid
fiet? Acſi diceret: Si me innocentem ita affligunt,
quas pœnas dabũt Iudæi ſuorum flagitiorum, apti
ad incendium.

Non extinguetur flamma ſuccenſionis. Alij legunt:
ſucceſſionis, vt ſit ſenſus: Flamma ſuccedens flam-
mæ non extinguetur. Acſi dicat Deus: Ego te cre-
bris calamitatibus caſtigabo.

*Et comburetur in ea omnis facies ab Auſtro vſque ad
Aquilonem.* Hoc eſt, tota vrbs cõburetur ab extre-
mo ad extremum.

Et videbit vniuerſa caro. Ideſt, omnis homo. So-
let enim diuina ſcriptura per omnem carnem om- Gene.6.
nes homines intelligere. Ita intelligitur illud Ge Pſalm.
neſis. Omnis caro corruperat viam ſuam. Et illud 64.
pſalmographi: Ad te omnis caro veniet. Et illud Eſa.40.
Eſaiæ: Omnis caro fœnum. Et illud Lucæ: Et vi- Luc.3.
debit omnis caro ſalutare Dei. Et illud Apoſtoli: Rom.3.
Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Gala.2.

Nunquid non per parabolas loquitur iſte? Dolet Eze
chiel, quòd eum Iudæi non intelligerent. Imò nec
eum intelligere vellent: dicebant enim eum vti
metaphoris obſcuris. Eam ob cauſam verbis apec
tis prædicit illis ſequente capite Hieroſolymæ va-
ſtitatem & euerſionem.

ANNOTATIONES
ex Hebræo in Cap. XX.

*In die, qua elegi Iſrael, & leuaui manum meam pro
ſtirpe domus Iacob.* Quid ſit manum leuare diximus
in explanatione. Septuaginta habent: Ex qua die
elegi domum Iſrael, & notus factus ſum ſemini
domus Iacob. Non verbum ad verbum tranſtule-
runt, ſed ſenſum verborum verbis aliis expreſſe-
runt. Tunc enim Deus notus factus eſt ſemini do-
mus Iacob, cùm pro illo manũ ſuper Aegyptios le
uauit, eos plagis percutiendo, & mirabilia perpe-
trando. Leuare enim manum contra aliquem eſt
illum percutere, iuxta id, quod dicebat Ioab, cùm
quæreret Sebam filium Bochri ad occidendum il- 2.Reg.
lum: Leuauit manum ſuam contra regem Dauid. 20.
In Hebraico pro leuare eſt verbũ נשא naſa, quod
ſignificat leuare, ſiue extollere, vt 4. Regum cap.
25. Subleuauit Euilmerodach rex Babylonis ca- 4. Reg.
put Ioachin regis Iuda. Hoc eſt, eum proſecutus 25.
eſt fauore: honorauit illum, & euexit ad amplitu-
dinem. Id quod nos habemus in Threnis: Facies Thren.
ſacerdotum non erubuerunt, verti poteſt: Facies 4.
ſacerdotum non leuauerunt, eſt enim ibi verbum
hoc naſa. Leuare caput, vel faciem alicuius He-
bræorum more, eſt illum honorare. Significat etiã
verbum hoc ferre, vt apud Eſaiam: Verè languo- Eſa.53.
res noſtros ipſe tulit. Significat etiam parcere, &
remittere, vt in pſalmo: Beati quorum remiſſæ ſunt Pſal.31.
iniquitates. Et quia qui alicui parcit, offenſionis

re eius

eius obliuiſcitur, accipitur pro obliuiſci, vt Ge-
Geneſ. neſi. 50. Obſecro, vt obliuiſcaris ſceleris fratrum
50. tuorum. Quod poterat verti: Cōdona queſo fratri-
bus tuis iniquitatem eorū. Hoc eſt, parce illis. Vbi
Oſe. 1. nos habemus apud Oſeam 1. Nō addam vltrà mi-
ſereri domus Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorū,
pro obliuiſcar, eſt in Hebraico hoc noſtrum ver-
bum. Ideo poterat verti locus ille: Nō miſerebor
vltrà domus Iſraelis, quin potius in vniuerſum
tollam eos. Hoc eſt, auferam eos à facie mea. Signi-
ficauit his verbis diuinus vates nūquam regnum
decem tribuum inſtaurandum: nam iſraelitæ illi,
qui fuerunt in Aſſyriam ducti, nūquam poſteà re-
dierunt, aut certè pauciſſimi. At Thargom ita ver-
tit locum illum. Si conuerſi fuerint, remittendo
remittam eis. Quaſi dicat Deus. Ipſi ob eorum im
pietates & nefaria ſcelera captiui ducti fuerunt ab
Aſſyriis, ſed tāta eſt miſericordia mea, vt illis par-
çam, eis flagitia condonem, ſi egerint pœnitētiam.
Poteſt etiam verti locus ille. Sed eleuando eleua-
bo ſuper eos, ſubaudi inimicum. Et ita interpreta-
tur R. Dauid in commentariis. Vt ſit ſenſus. Aufe-
ram miſericordiam meam antiquam à decem tri-
bubus, & eleuabo ſuper eos regem Aſſyrium, qui
eos incredibilibus calamitatibus premat. Illud
Pſal. 4. etiam pſalmographi: Signatum eſt ſuper nos lumē
vultus tui domine: poteſt verti ex Hebræo: Eleua-
tum eſt ſuper nos, vel eleua ſuper nos lumen vul-
tus tui domine. Lumen vultus Dei, quo illumina-
mur, fides eſt: quę eleuata eſt vt vexillum erectum,
ſub quo debemus militare. Si enim ſignum hoc
charitate ornatum ſecuti fuerimus, non deſtitue-
mur neceſſario ad militiam commeatu, ſed diuino
præſidio adiuti, de animæ hoſtibus admirabiles vi-
ctorias reportabimus. Deriuatur enim verbū hoc
naſa à nomine nes, quod ſignificat vexillum mili-
tare. Ideo Septuaginta tranſtulerunt: Signatum eſt
ſuper nos, &c. ad ſignum ſiue vexillum alludētes.
3. Reg. 2. Significat denique verbum hoc portare, vt 3. Re-
gum ſecūdo: Quia portaſti arcam domini. Ex om-
nibus his ſignificationibus elegit noſter interpres
eam, quæ eſt proprior huic loco, dicens: Et leuaui
manum meam pro ſtirpe domus Iacob. Nihilomi
nus tamen poterat ita verti locus hic: Et peperci
manui meæ pro familia domus Iacob. Quaſi dicat
Deus: Cùm decreui me non eſſe Hebræos caſtiga-
turum, vt eorum peccata poſtulabant. Vel ſic: Et
portaui in manu mea ſtirpem domus Iacob. Hoc
eſt, cùm elegi Iſraelitas in populum meum, eoſque
vt puerulos inſtar nutricis in manibus meis por-
taui, educēs eos mirabiliter ex Aegypto, & in ter-
ram promiſſionis adducens.

In terram quam prouideram eis. Septuaginta ha-
bent: In terram, quam præparaui eis. Pro prouide-
ram eſt in Hebraico תרתי tarti. Verbum eſt tur,
Num. quod ſignificat explorare: vt Num. 14. Exploraſtis
14. terram. Ideo poterat verti locus hic: In terram, quā
exploraueram eis. Vel diſpoſueram eis. Ab hoc ver
bo deriuatur תורה thorah, quæ dictio diſpoſitionē
ſignificat. Vnde lex appellatur thorah, quòd ſit ver
borum Dei diſpoſitio & forma: vel per quam Dei
voluntas ſit nobis explorata & perſpecta. Sunt ta-
men, qui dicant thorah deriuari à verbo ירה iarah,
quod ſignificat docere, q nos doceat viam rectam.

Quæ eſt egregia inter omnes terras. Pro egregia eſt
in Hebraico צבי tſebi, à verbo צבה tſabah, quod ſi-
gnificat tumeſcere: vnde tſebi ſignificat gloriā, pul
Eſa. 13. chritudinem, deſiderium, amorem. Eſa. 13. Erit
Babylon illa glorioſa in regnis. Vel vt poteſt verti
ex Hebræo. Gloria regnorum. Ideo poterat hic E-
zechielis locus transferri. Quæ eſt gloria omnium
Dan. 11. terrarum. Illud etiam Danielis: Stabit in terra in-
clyta, vertunt nōnulli: Stabit in terra deſiderij, hoc
eſt deſiderabili. Hinc effectum eſt, vt id, quod hîc
ait Ezechiel, variè ab interpretibus verteretur. Nā
ſeptuaginta habent: *κηρίον ἐστὶ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν*
Hoc eſt, fauus eſt vltrà omnem terram. Quaſi dicat
terra eſt dulcis & fertilis. Aquila in prima editio-
ne pro egregia ſiue fauo vertit firmamentū. Theo-
dotio fortitudinē. Symmachus religionem: quòd
in ea eſſet templum, & vigeret fides, & diuinus cul
tus. Pagninus habet: Deſiderabilis eſt omnibus
terris. Quæ omnia in ornamentum cedunt terræ
promiſſionis, & in idem ferè coincidunt.

Vt non violaretur. In Hebraico eſt: לבלתי החל le-
bilti chechel. Verbum eſt chalal, quod ſignificat
Pſa. 76. occidere, violare, incipere. Illud pſalmi: Et dixi:
Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelſi, poteſt ver-
ti: Et dixi nunc occiſus ſum: ſed memini annorum
dexteræ excelſi. Vt ſit ſenſus: Tam acerbis ærūnis
premebar, vt cogitationibus de ſalute mea deſpe-
rationem penè adhiberē. Dixi enim apud me: Pe-
rij. Sed in tot calamitatum anguſtiis hæc mihi oc-
currebat conſolatio, memoria antiquæ Dei pieta-
tis, nam diuinæ miſericordiæ, & antiquæ Dei cle-
mentiæ recordatione ſuſtentabar. Confugiebā ad
memoriam annorum antiquorum, intuebar men-
tis oculis diuinæ pietatis clariſſima monumenta,
cum dextera excelſi eos, qui ad ipſum confugerāt,
ex terribilibus procellis eripuerat, & ad vitæ tran-
quillitatem reuocauerat. Significare verbum hoc
Iere. 14. occidere indicat Ieremię locus capite 14. Ecce oc-
ciſi gladio. Significare verò incipere oſtēdit locus
Deut. 3. Deuteronomij cap. 3. Tu cœpiſti oſtendere ſeruo
Geneſ. 4. tuo magnitudinem tuam. Et Geneſ. 4. Iſte cœpit
inuocare nomen domini. Nimirū Enos. Tūc enim
inſtauratus eſt Dei cultus, cœpitque Deus paſſim
coli, & inuocari. Caietanus explicans locum illum
Gen. 4. ait, fuiſſe iam Deum inuocatū ab Abelo & Caino,
cùm illi munera offerrent: ſed non fuiſſe inuocatū
Iehouah, nomen Dei quatuor literarum: voluiſſe
autem Moyſem initium vocationis in hoc nomi-
ne explicare. Tribuebāt enim Hebræi huius nomi
nis inuocationi admirabiles virtutes. Sed quoniā
verbum hoc non ſolùm ſignificat incipere, ſed vio
lare, & contaminare, ideo R. Dauid in libro radicū
exponit: Tunc violatum, aut prophanatum eſt no-
men domini. Nam tempore Enos coluerunt homi
nes idola, illis nomen domini tribuentes. Euſebius
Emiſenus legit: Hic ſperauit inuocari nomen do-
mini, hoc eſt dici Deus. Non quòd eum Deum eſſe
exiſtimarent, qui illum nomine Dei vocabant, ſed
ob eximias eius virtutes nomen elohim illi tribue
bant. Vnde effectum eſt, vt qui ex eo deſcenderēt,
Gene. 6. filij Dei vocarētur, vt ex capite 6. Geneſis conſta-
re videtur. Qua de re in annotatione quadam ad
caput 14. ſuprà diſſeruimus. Chaldaica paraphra-
ſis habet: Tunc cœperunt hominum filij orare in
nomine domini.

Poſt idola enim eorum gradiebatur. Septuaginta ha
bent: Poſt cogitationes cordium ſuorum ambula-
bat. Impias cogitationes, quibus homines oble-

ctantur,

ctantur, idola vocauerunt.

Iudicabor vobiſcum. Thargum habet. Vlciſcar de vobis. Et paulò pòſt, vbi nos habemus: Iudicio cõtendi aduerſus patres veſtros, habet Thargum: Vltionem ſumpſi de patribus veſtris.

Argumentum Cap. XXI.

Vaticinatur de clade & excidio Hieroſolymæ, & in communibus calamitatibus præcipuo quodam dolore conficitur. Videbat enim improbos Babylonios opibus & potentia florentes eſſe templum illud euerſuros ob Iudæorũ ſcelera, in quo ſolita erant diuinæ laudes celebrari. Prædicit lamentabilem regis Sedechiæ occaſum, & Ammonitarum euerſionem.

CAPVT XXI.

A ET factus eſt ſermo domini ad me dicens. Fili hominis pone faciem tuam ad Hieruſalem, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta cõtra humum Iſrael, & dices terræ Iſrael. Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego ad te, & eiiciã gladium meum de vagina ſua, & occidam in te iuſtum & impium. Pro eo autem quòd occidi in te iuſtum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem ab Auſtro vſque ad Aquilonem, vt ſciat omnis caro, quia ego dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irreuocabilẽ.

B Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemiſce coram eis. Cúmque dixerint ad te. Quare tu gemis? dices: Pro auditu, quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus, & per cũcta genua fluent aquæ. Ecce venit, & fiet, ait dominus Deus. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicẽs: Fili hominis propheta, & dices. Hæc dicit dominus Deus, Loquere. Gladius gladius exacutus eſt, & limatus. Vt cædat victimas: exacutus eſt, vt ſplendeat: limatus eſt.

C Qui moues ſceptrum filij mei, & ſuccidiſti omne lignum. Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu. Iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, vt ſit in manu interficiẽtis. Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſrael, qui fugerant, gladio traditi ſunt cũ populo meo. Idcirco plaude ſuper fœmur, quia probatus eſt, & hoc cùm ſceptrum ſubuerterit, & non erit, dicit dominus Deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum.

EXPLANATIO.

Fili hominis pone faciem tuam ad Hieruſalem. In fine capitis ſuperioris queſtus fuerat Ezechiel de Iudæorum hebetudine, quòd eius vaticinia non intelligerent: dicebant enim velle ſe audire ſententias apertas, non autem parabolas obſcuras, quas non poterant animo percipere. Eam ob cauſam explicat nunc clariùs, quæ dixerat obſcurè. Pro eo quod dixerat: Pone faciem tuam contra viam Auſtri, ait nũc: Pone faciem tuam ad Hieruſalem. Eſt enim Hieroſolyma ad Auſtrum ſiue meridiem reſpectu Babylonis, vbi tum erat Ezechiel, cùm hæc literis mandabat. Pro eo quod dixerat: Stilla ad aphricum, ait nunc: Stilla ad ſanctuaria, hoc eſt, ad templum Hieroſolymæ. Pro eo quod dixerat: Propheta ad ſaltum agri meridiani, ait nunc: Propheta contra humum Iſrael. Ac ſi dicat Deus: Ne dicãt Iudæi eſſe oracula tua intellectu difficillima, & percipi animo non poſſe, prædic illis apertè eorum miſerabilem interitũ, & acerbas calamitates. Quid ſit ſtillare, diximus capite præcedente. Templum Salomonis appellat ſanctuaria numero multitudinis, quòd eſſet in tres partes diuiſum, in atriũ, domum, & ſancta ſanctorum, vt conſtat ex 3. Regum cap. 6. *3. Reg. 6.* Vel ideo de templi euerſione loquens illud pluraliter nominauit, vt ſignificaret eſſe bis euertendum, prius per Babylonios, poſteà per Romanos. Septuaginta habent: Vaticinare fili hominis, & obfirma faciem tuam contra Hieruſalẽ, & aſpice ad ſancta eorum.

Ecce ego ad te. Hoc eſt, contra te.

Eyciam gladium meum de vagina ſua. Hoc eſt, educam exercitum Babyloniorum de Chaldæa, qui te interficiat. Ac ſi dicat: Chaldæi me volente te ô Hieroſolyma ad excidium & vaſtitatem vocabũt. Exercitus ſceleratorum eſt gladius, quo Deus occidit populum ſuum, quando deficit ab eo, ſeq́ue ſceleribus contaminat. Hunc gladium appellauerat capite ſuperiore flammam, quæ erat ſaltũ, hoc eſt Hieroſolymam combuſtura. Apud Eſaiam Sẽnacheribus Aſſyriorum rex, qui Samariam euertit virga furoris Dei appellatur. *Eſai. 10.* Et id, quod ait pſalmographus: Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ, *Pſal. 16.* vertit diuus Hieronymus ex Hebræo. Salua animam meam ab impio, qui eſt gladius tuus, à viris manus tuæ. Vel vt alij vertunt, à viris, qui ſunt manus tua. Intuemur enim ſæpenumero Deum loco armorum vti hominibus flagitioſis ad improborum facinora caſtiganda, & iuſtorum virtutem exercendam. Et nõ ſolùm impios homines appellat gladium Dei, ſed manum: illis enim vtitur Deus ad maleficia impiorum punienda, & ad piorum tolerantiam declarandam. Nec ſolùm qui alios calamitate premit & lacerat, ſed etiam ipſa calamitas manus Dei appellatur. Ideo ait Iob: Manus domini tetigit me. *Iob 19.* Et iterum: Manum tuam longè fac à me. *Iob 13.* Et Eſaias: Iratus eſt furor domini in populo ſuo, & extendit manum ſuam ſuper eum. *Eſa. 6.* Poteris per gladium Dei eius iram intelligere, iuxta illud pſalmographi: Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum. *Pſal. 7.* Quibus verbis immanem Saulem per ſummam ignominiam prædicit interiturum, & diuinę vltionis pœnam ſubiturum, niſi eum ſcelerum ſuorum pœniteret.

Et occidam in te iuſtum & impium. Pro quo dixerat capite ſuperiore: Comburam in te omne lignũ viride, & omne lignum aridum. Cur autem Deus iuſtos pariter cum iniuſtis puniat aliquando, ibi

oſtendimus. Poteris etiam per iuſtum eum intel-
ligere, qui cùm ſit ſceleribus imbutus, ſibimet in-
ſtus videtur, nomenque iuſti ſibi inſolenter arro-
gat. Hoc intelligentes ſeptuaginta pro iuſto & im-
Simile pio verterunt iniquum & iniuſtum. Vt lanx libræ
quantò lenior eſt, tantò ampliùs ſurſum aſcendit,
ſic quantò homo vanior eſt, & inutilior, & iniu-
ſtior, tantò ſublimiùs ſe extollit: & cùm ſit impius,
iuſtitiam ſibi iactabundus aſſumit, & iuſti nomen
impudenter vſurpat. Contrà verò quemadmodum
bilancis pars plenior & grauior ſe deprimit deor-
ſum, ſic vir virtute clarus, & honeſtate inſignis, ſe
abiicit & inclinat: & quantò eſt apud alios virtu-
tibus onuſtior, tantò apud ſeipſum iudicatur im-
perfectior. Hæc eſt enim magna perfectio, ſuæ im-
perfectionis cognitio: Sed etſi ſe demittat, illum
tamen Deus erigit, efficiens, vt eius fama perpetuò
Pſa.111. vigeat. Nam vt ait pſalmographus: In memoria
Pro.10. æterna erit iuſtus. Et Salomon in Prouerbiis: Me-
moria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum pu
treſcit. Eos Deus effert, qui ob animi ſubmiſſionē
ſe deprimūt, eos deprimit, qui ſe elatione vanè ef-
ferunt in ſublime. Huc pertinet reſponſio Chilo-
nis Lacedemonij, qui interrogatus quid ageret
Iupiter, Excelſa, inquit deprimit, depreſſa extollit.

Pro eo autem quòd occidi in te. Senſus eſt: Quoniā
te ô Hieroſolyma occidi, ideo occiſurus ſum om-
nes gentes ab Auſtro ad Aquilonem, hoc eſt, à te
vſque ad Chaldæam. Nam hæ gentes fuerunt ærū-
nis tuis delectatæ: quam ob cauſam eas opprimam
ærumnis: & procella, quam tibi optabant, in eorū
caput redundabit. Gaudent quidem viri iuſti, im
mortaléſque gratias agunt numini ſanctiſſimo, cū
vident flagitioſos homines puniri, ſuorumque ma
leficiorum iuſtas pœnas perſoluere, iuxta id, quod
Pſal.57. ait regius vates: Lætabitur iuſtus, cùm viderit vin
dictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccato-
ris. Abluere manus in ſanguine peccatoris, eſt in-
Pſalm. genti affici lætitia. Et alio in pſalmo: Lætentur, &
66. exultent gentes, quoniam iudicas populos in æqui
tate, & gentes in terra dirigis. Poſtulat enim æqui-
tas, vt nefarij pœnis afficiantur. At non licet illorū
calamitatibus inſultare, nec in eos iacere contume
Prouer. lias, nam vt ait Salomon in Prouerbiis: Qui ruina
17. lætatur alterius, non erit impunitus: imò dolēdum
eſt, & acerbè ferendum illos in tam acerbas ærum-
nas incidiſſe, & tam graui pœna fuiſſe multatos.
Sed debemus affici voluptate aſpicientes imma-
nes homines, ſcelerumque maculis notatos dignas
ſuis flagitiis pœnas luere, non aliam ob cauſam, ni-
ſi quia iuſta punitione Dei gloria illuſtratur, & ho
minum ſocietas ſecuritate & quiete conſeruatur,
& tam virtute præditi, quàm labibus contamina-
ti repetita iuſtitiæ memoria, à maleficiis deterren-
tur. Nihil enim ferè eſt, quod magis hominum
animos excitet ad diuinam religionem colendam,
& ad ſanctiſſimum numen laudibus celebrādum,
quàm diuinæ iuſtitiæ in homines ſceleratos exe-
cutio. Tūc Deum ſummis efferunt præconiis, cùm
ille inſigni aliquo ſupplicio flagitia impiorū coer-
cet, & diuinæ vltionis illuſtria documenta conſti-
Pſal. 7. tuit. Eam ob cauſam petebat à Deo Dauid, vt in
impios animaduerteret, dicens: Exurge domine
in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum tuo-
rum. Et exurge domine Deus in præcepto, quod
mandaſti, & ſynagoga populorum circundabit te.
Acſi diceret: Declara domine vim ſeueritatis tuæ,
opprime impios calamitate: fac vt pœnas luāt ſuo
rum ſcelerum, quemadmodum gubernatoribus
vrbium faciendum præcepiſti: nam ſi vltionem
iuſtitiæ tuæ in nefarios oſtenderis, congregatio
populorum te ſummis laudibus efferet, & hymnis
perpetuis celebrabit. Sed illud eſt hoc loco aduer-
tendum. Si Deus eos grauiter punit, qui aliorum
calamitatibus inſultant, etiam ſi earum non ſint
authores & conflatores, quantò grauius in illos
animaduerteret, qui viros iuſtos affligunt, oppu-
gnant, & ad capitis periculum vocant? Sunt enim,
qui tum maximè lætantur, cùm maiora detrimen-
ta viris virtute præditis, & ſapientia præſtantibus
inferunt, & cùm illis deſint vires, conſiliis ſuis ad
aliorum interitum vtuntur, & impiis exhortatio-
nibus viris claris & honeſtate perſpicuis perniciē
machinantur. Aman, vt in libro Eſther proditum *Eſther*
eſt memoriæ, ſuſpenſus eſt in patibulo, quod Mar- *7.*
dochæo virtutis ornamentis exculto parauerat. Et
quemadmodum Perillus Athenienſis faber, qui vt *Simile.*
Phalaridi tyranno gratus eſſet, taurum illi æneum
donauit, vbi incluſi homines nouo tormento cru-
ciarentur, ſuo periit inuento, vt ait Plinius libro
34. & refert Sabellicus libr. 10. exemplorum: nam
iuſſu impij tyranni machina illa incluſus, quam fa-
brefecerat, vt immaniſſimi Phalaridis aures dele-
ctaret humanis lamentis & cruciatibus, ipſe pri-
mus pœnam illam expertus eſt, & tam elaboratū
opus ſui ipſius imbuit ſupplicio: ſic immane con-
ſilium, in authorum caput aliquando redundat. Et
vt ait diuinus pſaltes: Laqueum aperuit: & effodit *Pſal. 7.*
eum, & incidit in foueam, quam fecit. Conuertē-
tur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius
iniquitas eius deſcendet.

Irreuocabilem. Id eſt, qui à nullo homine poſſit
impediri.

Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborū.
Verba ſunt Dei ad Ezechielem, quorū hic eſt ſen-
ſus. Tu intuens animo eorum corpora confracta
& conciſa educ de intimo pectore tuo gemitus &
lamenta: & eorum crudeliſſimum exitium deplo-
ra. Itaque per lumborum contritionem intelligi-
tur cadauerum confractio, & corporum ſauciato-
rum in partes diuiſio. Vel contritio lumborum
ipſius Ezechielis, vt ſit ſenſus: Ingemiſce magno
dolore per lumborum tuorum confractionem de-
ſignato. Erat tunc Ezechiel in Chaldæa, & iubetur
coram Iudæis ingemiſcere, & futurum interitum
Hebræorum Hieroſolymæ habitantium lamenta-
ri, qui de hoc non cogitabant, quin potiùs lætitia
geſtiebant. Fuit hoc ita effectum fortaſſe, vt ipſi
Iudæi ab eo quærerent, quam ob cauſam lachry-
mas illas profunderet, vt cognita pernicie ſua ob
admiſſa flagitia, ad Deum tanquam ad arcem mu-
nitiſſimam confugerent. Eodem modo Chriſtus *Luc.19.*
Deus noſter in medio triūphi concinentibus aliix,
eiuſque aduentum mirificis laudibus celebranti-
bus, videns ciuitatem illam ingratam, quæ illum
erat occiſura, ſciens eſſe eam ob immane illud fla-
gitium penitus euertendam, vim lachrymarum
profudit, vt Iudæi eius pietatem videntes, lachry-
marum cauſam interrogarent, & ſceleribus ſuis
nuntium remitterent.

Pro auditu. Hoc eſt, pro rumore aduētantis exer-
citus Babylonici: vt ſuprà capite ſeptimo: Contur- *Sup.7.*
batio

batio ſuper contorbationem:veniet auditus ſuper auditum. Vnde ſeptuaginta pro auditu nuntium verterunt. Vel accipitur auditus pro prophetia, quam diuini vates audiunt ex Deo: ex quo efficitur, vt ſermo,& verbum domini appelletur: quemadmodum in principio huius capitis: Et factus eſt ſermo domini ad me. Prophetia in diuinis literis appellatur viſio, verbum, ſermo, auditus, onus, oraculum, vaticinatio.

Et tabeſcet omne cor. Hoc eſt, & animo cadent Iudæi videntes Babyloniorum exercitum. Manus præ nimio metu palpitabunt tremore,& arma tenere non poterunt:& fortitudo in ſtuporem conuertetur. Metus procedit ex corde: cùm autem ſanguis ſit carnis amicus, & ſuccurrat membris deliquium patientibus, ſubuenit cordi metu deficienti, & ita alias corporis partes derelinquit: quo fit, vt ſanguine deſtitutæ pallidæ maneant & trementes.

Per cuncta genua fluent aquæ. Solet enim ob nimium timorem veſica diſſolui ita vt vrina per genua fluat. Vel ita: Omnia genua tremēt inſtar aquarum agitatarum. Hoc tropo vſus eſt etiam ſuprà cap.7. Sup.7.

Ecce venit. Nimirum quod dico.

Et limatus. Hoc eſt, terſus & expolitus, vt ſplendore ſuo terreat hoſtes.

Qui moues ſceptrum filij mei. Alloquitur Deus Nabuchodonoſorem, dicens: tu qui conturbas regnū populi Iſraelitici, es gladius acutus, vt interficias omne lignum, tam viride quàm aridum. Non parces plebeiis, nec nobilibus, ſed totam Hieroſolymam euertes,& incredibilem ei cladem inferes ciuium ſuorum. Sceptrum filij ſui appellat Deus regnum populi Iſraelitici. Vbi aſpicis populum Iſraelis vocari à Deo filium ſuum. Eodem modo in

Exod.4. Exodo ſcriptum legimus: Hæc dicit dominus: Filius meus primogenitus Iſrael. Et per Oſeam: Ex

Oſe.11. Ægypto vocaui filium meum. Et per Eſaiam: Fi-

Eſai.1. lios enutriui & exaltaui. Conturbabat autem rex Babylonis ſceptrum ſiue regnum Iudaicum, bellū illi inferendo & ſceptrum à Iudæa in Chaldæam transmutando. In Chaldæa enim non fuit ſceptrū ablatum de tribu Iuda: nam ibi per gubernatores quoſdam eiuſdem tribus regebantur Hebræi. Nō

Geneſ. 49. fuit ſceptrum ablatum niſi tempore Meſſiæ, iuxta id quod prædixerat Iacob. Non auferetur ſceptrū de Iuda,& dux de fœmore eius: donec veniat, qui mittendus eſt. Pro quo paraphraſtes Chaldæus habet: Donec veniat Meſsias. Quem locum copioſe explicuimus in noſtris commentariis in Eſaiam in annotatione ex Hebraico in caput vltimum: vbi Iudæorum & catholicorum explanationes latè recenſuimus. Etſi in Sedechia regnum Hebræorum finem habuit quatenus ad vnctionem & ſucceſsionem illam antiquam, ſemper tamen vſq; ad Chriſti aduentum fuit in Iuda quidam principatus,& ſceptrum atque dominium. Poteris hæc verba ad Ezechielem referre: vt ille Nabuchodonoſorem alloquatur. Tu qui amouiſti ſceptrum Iechoniæ regis, omnes Iudæos, qui Hieroſolymæ manſerunt, interficies. Vocat Iechoniam filium ſuum, quod eius præcepto paruiſſet, tradens ſe Chaldæis. Solent namque magiſtri eos, quos docēt filios vocare. Quidam per ſceptrum intelligūt tribum,& per filium Dei Chriſtum Deum noſtrum, ac ſi dicat Deus: Tu ô rex Babylonis ducis in Chaldæam tribum Iuda, quæ eſt tribus filij mei, ex qua ille ſumpturus eſt carnem. Eſt enim perſpicuum Chriſtum ſecundum carnem eſſe de tribu Iuda, vt ait diuus Matthæus primo capite ſui euangelij & Mat.1. diuus Lucas capite 3. in catalogo maiorum eius, Luc.3. & diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos. Heb.7.

Dedi eum ad leuigandum. Ne pondere premat manum, ſed commodiùs teneatur. Vel ad complanandum & perpoliendum, vt meliùs occidat. Vt Nabuchodonoſor & eius milites aptiùs eo vtātur ad cladem Iudæorum.

Clama & vlula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo. Hoc eſt, imminentes ærumnas ô Ezechiel lamentatione teſtare, non tantùm quia interficiēdi ſunt Iudæi, ſed præcipuè quia gladius, quo ſunt interficiendi, ab ipſis cōflatus eſt. Ipſi fabricati ſunt arma, quibus ſunt crudeliter occidendi. Quæ ſunt arma hæc, niſi ſcelera, quæ commiſerunt? Qui flagitia perpetrant, quid aliud efficiunt, quàm arma, quibus ſibi perniciem machinantur? Quemadmodum Golias Philiſtæus fuit ſuo proprio gladio iugulatus, eiuſque caput proprio ferro præciſum in vrbem fuit allatum, ſic nefarij homines ſuis maleficiis animas ſuas occidunt, iuxta id quod eſt in 1.Reg. 17. libro Sapientiæ literis mandatum: Homo per malitiam occidit animam ſuam. Et non ſolùm perditi homines animæ perniciē machinantur, ſed etiā ſæpenumero corpori. Quando infideles homines Sap.16. vrbes noſtras expugnant, & de nobis victoriam reportant, nos illis arma porrigimus: flagitia enim noſtra nos oppugnant,& vincunt. Nec ſolùm actiones impiæ nefariorum hominum, ſed etiā eorum ſenſus & membra arma ſunt, quibus ſeipſos traiiciunt,& crudeliter vulnerant,& occidunt. Id intelligens diuus Paulus ait in epiſtola ad Romanos: Non exhibeatis membra veſtra arma iniqui- Rom.6. tatis peccato, ſed exhibete vos Deo tanquā ex mortuis viuētes,& membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Ac ſi dicat: Nolite membris veſtris intemperanter abuti, nolite ex illis arma conflare flagitij ad peccati executionem, cùm ea vobis Deus tribuerit, vt ſint arma virtutum, quibus aduerſus animę hoſtes pugnetis, ſed illi ſeruire tanquam à morte culpę ad vitam gratiæ ſuſcitati, exhibentes membra veſtra arma iuſtitiæ, actiones per illa virtutum exercentes. Homo vitiis imbutus,& à virtute ſeparatus vtitur membris ſuis tanquam gladiis & haſtis, quibus animam ſuam transfigit, ſin autem vitia deteſtatur,& ad Chriſtum confugit, gladios in vomeres conuertit, quibus ſui ipſius agrum euangelica colit doctrina, & haſtas in falces, quibus vberrimas virtutum fruges metit. Et hoc eſt, quod in Chriſti aduentu Eſaias fore prædixerat, cū has voces emi- Eſa.2. ſit. Et conflabunt gladios ſuos in vomeres,& lanceas ſuas in falces. Vt enim ager quamuis fertilis, Simile ſine cultura tamen fructuoſus eſſe non poteſt, ſic ſine Chriſtiana doctrina animus. Id autem quod eſt vomer apud iuſtum, eſt gladius apud impium. Sed aduerte, Non, ait Deus: Quia hic factus eſt in populo Iudaico, ſed in populo meo: ac ſi dicat: non haberes tantam plorandi cauſam, ſi gladius hic cō flatus eſſet in populo extraneo, at cùm ſit in populo meo conflatus, æquiſsimum eſt lachrymarum copiam profundas, & perniciem hanc lamentis proſequaris.

Qui fugerant, gladio traditi ſunt. Eos intelligit, qui
relicta Hieroſolyma ſe fugæ mandarunt, & contē-
pto Ieremiæ conſilio in Aegyptum contulerunt:
vbi fuerunt à Babyloniis interfecti. Non deſunt,
qui hoc intelligant de nonnullis, qui ex oppidis
immunitis Hieroſolymam confugerunt tanquam
ad tutum aſylum in aduentu Babyloniorum, vbi
fuerunt cum ciuibus gladio hoſtium immaniter
occiſi.

Plaude ſuper fœmur. Hoc eſt, oſtende ſignum do-
loris, pulſans manu fœmur more hominum, qui
ingenti cruciatu torquentur. Hoc Hebraiſmo vti-
Iere.31. tur Ieremias cap.31.

Quia probatus eſt. Nimirum à me gladius Baby-
lonicus. Caſtigabat Deus Hieroſolymam per Ba-
bylonios: ideo ait eſſe ſibi gratam Iudæorum cędē.
Sed quoniam Babilonij diuinæ iuſtitiæ miniſtri
iniquo animo iram ſuam in populum Iudaicum
exercebant, fuerunt à Deo grauiter puniti, & cele-
bris eorum ciuitas à Medis & Perſis funditus euer
ſa. Ideo ait Ezechiel: Et hoc cùm ſceptrum ſub-
uerterit, & non erit. Acſi dicat: Potentia Babylo-
niorum eſt mihi grata, quatenus euertit ſceptrum
Iudæorum, eos affligendo, & in vincula conijciē-
do, & morte mulctando: ſed non erit: nam finietur
hæc Babyloniorum potentia, peribit eorum gla-
dius, delebitur eorum metropolis, & ampliùs non
erit. Babylon enim ciuitas illa florentiſſima inter
ſeptem orbis ſpectacula numerata, fuit à Medis &
Perſis funditus euerſa, quemadmodum prædixe-
Eſa. 13. rat Eſaias, & alij diuini vates: & Babyloniorum
& 14. regnum fuit labefactatum, & penitus conuulſum:
Nam Babylon Aegypti, de qua loquitur Strabo li-
bro 17. fuit à Babyloniis quibuſdam condita, qui
finibus patriæ expulſi ſedem ibi delegerunt, & no-
mine Babylonis euerſæ eam appellarunt, quæ ho-
die Cayro vocatur. Sed hæc eſt in Aegypto, illa au-
tem antiqua, in qua Iudæi captiui detinebantur,
erat in Chaldæa ad Euphratem fluuium ſita, de
qua ait hoc loco Ezechiel: Et non erit. Babylonis
Aegyptiæ meminit Stephanus & Ptolemæus, &
poſt eos Cęlius libro quinto lectionum antiquarū.
Poteſt hoc referri ad populum Iſraeliticum: & tūc
erit ſenſus: Hic populus probatus eſt calamitati-
Simile bus. Quemadmodum aurum igne perſpicitur, ſic
ego illum rebus aduerſis explorabo, & tunc maxi
mè cùm ſceptrum ſuum labefactatum fuerit mor-
tuo rege Sedechia. Nam etſi illis maneat ſceptrum
& quidam principatus in tribu Iuda, non tamen
illis manebit regia illa dignitas, & ſacra vnctio,
quæ ante Babylonicā captiuitatem in Iudæa flo-
ruerat. Premetur igitur calamitate ſceleratus po-
pulus, & non erit, hoc eſt, & ita non erit impius.
Pro.12. Ita intelligitur Prouerbiorum illud: Verte impios,
& non erunt. Hoc eſt, conuerte domine impios, &
non erunt ampliùs impij, ſed iuſti. Non erunt qua-
les fuerint, ſed quales eſſe debent: peribunt nō quo
ad ſubſtantiam, ſed quo ad flagitia non amittēdo
vitam, ſed impietatem. Eodem modo regius vates
Chriſtum venturum alloquens acſi eum iam ve-
Pſal. 9. niſſe mentis oculis perſpiceret, canebat: Increpaſti
gentes, & periit impius: nomen eorum deleſti in
æternum, & in ſeculum ſeculi. Id prædixerat in li-
Num. bro Numerorum iis verbis Balaam, Orietur ſtella
24. ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet
duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth. Acſi
diceret: Veniet Chriſtus, & percutiet dæmones, &
peribūt peccatores. Per duces ſiue principes Moab
diabolos intelligit, quos diuus Paulus principes *Ephe.6.*
appellat, & poteſtates, harumque tenebrarum re-
ctores. Hos percuſſit Ieſus Chriſtus verus Deus:
de illis glorioſè triumphans. Per filios Seth homi-
nes ſignificantur impuri, & flagitiis contaminati,
quos cùm Chriſtus ad ſe conuerteret, deleuit, non
ab illis ſalutem auferendo, ſed peccatum. Intelligi
autem hunc locum de Chriſto apertè indicat pa-
raphraſis Chaldaica, ita habens. Conſurget rex de
domo Iacob, & vngetur Chriſtus de domo Iſrae-
lis, & occidet principes Moab, & dominabitur ſu-
per omnes filios hominum. Vbi vides vaſtationē
illam & interitum filiorum Seth eſſe flagitiorum
cædem non perſonarum: eſſéque ſeruitutem Deo
debitam, quæ eſt vera ſpiritus libertas, magnáque
claritas & amplitudo: ſeruire enim Deo regnare
eſt. Quare verba hæc: Et non erit, ad populum Iſ-
raeliticum referuntur, quem Deus calamitatibus
exercuit, vt non eſſet impius, ſed periret, non quo
ad vitam, ſed quo ad perfidiam, & contumaciam,
& idolorum cultum. Nam poſtquam è Babyloni-
ca ſeruitute reuerſus eſt in Iudæam, nō coluit ido-
la: imò templum Dei inſtaurauit, vbi eum vene-
raretur.

Percute manu ad manum. Id eſt, manuum percuſ-
ſione ingentem oſtende dolorem & calamitatem.

Et duplicetur gladius atque triplicetur. Hoc eſt, an-
nuntia magnam fore cladem interficiendorū. For-
taſſe ideo dixit triplicandum Babyloniorum gla-
dium, quia Babylonij ter Hieroſolymam expugna
runt, & ſtragem Iudæis intulerunt, nimirum ſub *4.Reg.*
rege Ioacim, & ſub rege Iechonia, & ſub rege Se- *24.&*
dechia, vt literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. *25.*

Hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui ob- D
ſtupeſcere eos facit, & corde tabeſcere, &
multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum
dedi conturbationem gladij acuti & limati
ad fulgendum, amicti ad cædem. Exacuere,
vade ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram, quocū-
que faciei tuæ eſt appetitus. Quin & ego
plaudam manu ad manum, & implebo in-
dignationem meam. Ego dominus locutus
ſum. Et factus eſt ſermo domini ad me, di-
cens: Et tu fili hominis pone tibi duas vias,
vt veniat gladius regis Babylonis, de terra
vna egredientur ambo. Et manu capiet con
iecturam, in capite viæ ciuitatis conijciet.
Viam ponēs, vt veniat gladius ad Rabbath
filiorum Ammon, & ad Iudam in Hieruſalē E
munitiſſimam. Stetit enim rex Babylonis in
biuio in capite duarum viarum, diuinationē
quærens, commiſcens ſagittas. Interrogauit
idola, exta conſuluit. Ad dexteram eius fa-
cta eſt diuinatio ſuper Hieruſalem, vt ponat
arietes, vt aperiat os in cæde, eleuet vocem
in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt
comportet aggerem, vt ędificet munitiones.
Eritque quaſi conſulens fruſtrà oraculum in
oculis eorum, & ſabbatorū otiū imitās. Ipſe
autem

autē recordabitur iniquitatis ad capiēdum. F Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod recordati eſtis iniquitatis veſtræ, & reuelaſtis præuaricationes veſtras, & apparuerunt peccata veſtra, in omnibus cogitationibus veſtris: pro eo, inquam, quod recordati eſtis, manu capiemini.

Hic eſt gladius occiſionis magnæ. Id eſt, quo occidēdi ſunt principes & magnates Iudæorum.

In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij. Nulla erat porta, in qua non iacerent occiſi aliqui. Ionathas Chaldæus habet: in omnibus portis eorum erant cædes gladij. Quod noſtram explicat interpretationem.

Amicti ad cædem. Hoc eſt, præparati ad occidendum. Ille gladius dicitur amictus ad cædum, qui eſt capulo inſertus.

Exacuere. Verba ſunt Dei ad Babyloniorum gladium: ac ſi diceret: Tu ô gladie eſto ſemper acutus ad occidendos Iudæos, qui me ſuis flagitiis offenderunt. Interfice ad dextram ſiue ad ſiniſtram, quemadmodum volueris.

Quin & ego plaudam manu ad manum. Tu ô Babyloniorum exercitus ingredere audacter, quò volueris, nam me habebis fautorem contra populum Iudaicum, à quo ſum grauiter offenſus. Plaudere manu ad manum hoc loco, eſt ſignis exterioribus alicui fauere, & congratulari, & ſignum lætitiæ oſtendere. Vnde verbum, plaudite, in fine comœdiarum dicebatur. Non deſunt tamen, qui dicant plaudere manu ad manū, hoc loco idem eſſe quod manū ad manū percutere, qua locutione vſus eſt paulò antè propheta volens manuum percuſſione acerbū dolorem ſignificare. Et tūc eſt ſenſus: Tu ô Sap. 10. Ezechiel, inquit Deus, deplora populi Iſraelitici vaſtitatem & excidium, oſtēde te eſſe dolore compreſſum, & ego etiam tecum dolorem oſtendam, & perniciem Iudæorum lugebo. Dicitur autem Deus plorare, & præ dolore ingemiſcere, quando viros charitate præſtantes ſibique amore vnitos plorare, & ingemiſcere permittit. Id quod illi patiūtur, ipſe etiam dicitur pati. Eodem modo Saulo Act. 9. Chriſtianos tormentis perſequenti dixit Chriſtus Deus noſter: Saule Saule quid me perſequeris? At prior expoſitio videtur aptior, & literæ congruentior, & tropo loquēdique modo diuinæ ſcripturæ accommodatior. Eſt enim perſpicuum plaudere manu, ſibi manibus lætitiam, & plauſum, & riſum Psal. 46. ſignificare: vt in pſalmo: Omnes Gentes plaudite Psal. 97. manibus, iubilate Deo in voce exultationis. Et in alio: Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à conſpectu Domini, quoniam venit iudicare terram. Quibus in locis regius ac diuinus vates, nō ſolùm omnes nationes, ſed fluuios, & montes, & res alias ſenſu carentes hortatur ad plauſum & lætitiam ob Chriſti in mundum aduentum, ob victoriam eius de dæmone reportatam, & ob veri Dei cultum toto terrarum orbe diffuſum. Eodem Esa. 55. modo Eſaias eccleſiæ gaudium ob idolorum ſuperſtitionem euulſam, & puram Chriſti religionem per cunctas mundi oras propagatam his verbis prædixit: Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Vbi per montes, & colles, & ligna poteris Chriſtianos diuerſi generis intelligere, qui manuū plauſu erant in Chriſti aduentu gaudium oſtenſuri. Volens Ieremias ſummam populi Iſraelitici ca- Thren. 2. lamitatem in euerſione Hieroſolymæ ſignificare ait: Plauſerunt ſuper te manibus tranſeuntes per viam, ſibilauerunt, & mouerunt capita ſua. Ac ſi diceret: Cæteræ nationes, quæ fuerunt ærumnis exagitatæ, habuerunt quò confugerent, vbi cōquieſcerent, & tandem inueniebant aliquem, in cuius ſermone & ſuauitate partem curarum ſuarum deponere potuiſſent: at Hebræi nullum habuerunt conſolatorem. Nam gentes, quæ prætcribant, illos irridebant, geſtientes lætitia de eorum calamitatibus, & manuum plauſu gaudium ſignificantes. Quibus ex locis, & aliis, quos breuitatis cauſa relinquo, intelliges plane, plaudere manu ad manum, hoc loco actionem ſignificare lætitia exultantis.

Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis. Repetit euerſionem Hieroſolymæ ſub rege Sedechia, de qua modù vaticinatus fuerat. Ad cuius intellectum ſciendum eſt regem Babylonis exiuiſſe ex vrbe cum exercitu ſuo, & ſtetiſſe in quodam biuio. Via qua fuerat egreſſus, in duas ſe diuidebat, quarum altera ducebat in Iudæam, altera verò in Ammonitarum regionem. Et quoniam Chaldæi dediti erant ſuperſtitionibus, iecit ſortes, per quam iret. Decreuerat quidem Iudæos euertere, & Ammonitas ſucceſſiuè, & volebat videre, vtra via eſſet ſibi priùs eligenda pro victoria futura, an ea, quæ Hieroſolymam tēdebat, an quæ in Ammonitas. Et quia cecidit ſors & diuinatio ſuper viam ducentem in Iudæam, ideo priùs Nabuchodonoſor aduerſus eam exercitum direxit. Sed priuſquam hoc eueniſſet, fuit ab Ezechiele prædictum, & literis mandatum.

Pone tibi duas vias. Exeuntes ab eodem loco.

Et manu capiet coniecturam. Nimirum qua illarum deberet ire.

In capite viæ ciuitatis coniiciet. Explicatio eſt ſuperioris. Senſus eſt: Ponet ſe in principio viarum, vbi illæ propè Babylonem coeunt: ibique coniectura conſequetur, vtram ſit electurus.

Vt veniat gladius. Id eſt, vtrum veniat priùs exercitus Babylonicus Rabbath, an Hieroſolymam. Rabbath eſt metropolis Ammonitarum. Exiſtimant nonnulli eam eſſe quæ poſteà fuit Philadelphia appellata.

Commiſcens ſagittas. Miſcuit in pharetra ſagittas, quarum vna habebat nomen Hieroſolymæ, altera Rabbath, & indifferēter erat vna extrahenda: ſi extraheretur ea, quæ habebat nomen Hieroſolymæ, erat priùs exercitus ad vrbem illam ducendus, ſin autē ea, in qua erat Rabbath ſimiliter erat Rabbath priùs oppugnanda. Sunt qui dicant, ſagittas fuiſſe in aerem coniectas, vt aſpicerent, in quam partem caderent, vtrum verſus Hieroſolymam, an verſùs Rabbath, & cecidiſſe verſus Hieroſolymam. Præter hoc erant apud Gentes dūo genera diuinandi, alterum ex idolorum reſponſis, aliud ex extorum inſpectione. Intuentes enim harioli viſcera animalis immolati futura prædicebant, ſed ſæpenumero fallebātur, & fallebant. Harū ſuperſtitionū nullā reliquit Nabuchodonoſor. Ideo ait Ezechiel: Interrogauit idola, exta cōſuluit. Omnia hæc triā diuinandi

nandi genera in hoc conuenerunt, vt exercitus
viam Hieroſolymæ, quæ erat ad dexteram, ſeque-
retur. Et ita factum eſt, ſuadentibus hoc ipſum
Leui.20. hariolis & Magis. Hi harioli & haruſpices erant in
Deu.18. lege prohibiti Leuitic.20. & Deuterom.18. & apud
Ier. 27. Ieremiam 27. Imò morte multabantur. Leuitico
Leu. 20. 20. 1. Reg.28.
1.Re.28.

Et ponat arietes. Decreuerunt, vt rex arietibus muros Hieroſolymæ concuteret. Eſt autem aries machina bellica, qua ædificia concutiuntur.

Vt aperiat os in cæde. Id eſt, vt milites ad cædem Iudæorum hortetur. Vel vt voce furibunda hostes terreat. Quod ſtatim explicat, dicens: Vt eleuet vocem in vlulatu.

Eritque quaſi conſulens fruſtrà oraculum in oculis eorum. Hoc eſt, Iudei mutis vrbis ſuæ fidentes contemnent Nabuchodonoſorem, dicentes eum fruſtrà ſuas diuinationes conſuluiſſe: nec plus effectu-
rum eſſe quàm qui maximè quieſcit, & in ſummo
Exo.16. eſt otio. Et id quidem eſt, quod ait: Et ſabbatorum
& 20. otium imitans. Erat enim in ſabbato magna quies.
Deut. 5. Vel ſic: Hæc diuinatio videbitur Iudæis ridicula,
Iere.7. & ipſe rex ſortes mittens videbitur illis ludere, &
per iocum & otium ſabbatorum illa facere.

Ipſe autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.
Id eſt, ipſe Nabuchodonoſor memor violatæ fidei
4. Reg. à Sedechia decernet ſe eſſe Hieroſolymam expu-
24. gnaturum. Sedechias fregit fœdus inter ſe ipſum &
Sup.16. Nabuchodonoſorem iureiurando confirmatum.
17. Quam ob cauſam ſperabat Babylonius ſe eſſe de il-
lo triumphaturum, quoniam Deus non erat ei la-
turus opem, qui iura diuina & humana peruertiſ-
ſet. Hinc apud Ieremiam princeps militiæ regis
Iere.50. Babylonis dixiſſe legitur ipſi Ieremiæ: Dominus
Deus tuus locutus eſt malum hoc ſuper locũ iſtum:
& adduxit, & fecit dominus, ſicut locutus eſt, quia
peccaſtis domino, & non audiſtis vocem eius.

Pro eo quòd recordati eſtis iniquitatis veſtræ. Hoc eſt, quoniam iniquitate veſtra gloriamini. Vel ſic: Quoniam ea ſcelera admiſiſtis, quibus perpetuam iniquitatis memoriam relinquetis, & in poſteritatem propagabitis.

Tu autem prophane, impie dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Hęc dicit Dominus Deus. Aufer cidarim, tolle coronam. Nónne hæc eſt, quę humilem ſubleuauit, & ſublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Et hoc non factum eſt, donec venerit, cuius eſt iudicium: & tradam ei. Et tu fili hominis propheta, & dic: Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum, & dices: Mucro, mucro euagina te ad occidendum: lima te, vt interficias, & fulgeas: cùm tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia, vt dares ſuper colla vulneratorum & impiorum, quorum veniet dies in tempore iniquitatis præfinita. Reuertere ad vaginam tuam, in loco, in quo creatus es. In terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam ſuper te indignationem meam. In igne furoris mei ſufflabo in te, dabóque te in manus hominum inſipientium, & fabricantium interitum. Igni eris cibus: ſanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis, quia ego dominus locutus ſum.

Tu autem prophane. Fœdifragum Sedechiam alloquitur, eiuſque deiectionem prænuntiat: cuius pernicies imminebat, & tempus excidij eius præfinitum aduentabat.

Aufer cidarim, tolle coronam. Prædicit expoliandũ eſſe Sedechiam regem eius diademate. Poteſt verti, auferam cidarim, &c. Acſi dicat Deus: Ego te priuabo regno & principatu. Sunt qui dicant Sedechiam non ſolùm regno præfuiſſe, ſed etiam ſacerdotium vſurpaſſe: eamque ob cauſam prædixiſſe Ezechielem eſſe ab illo cidarim, & coronam au-
ferendam, nam cidaris pertinebat ad pontificem,
corona verò ad regem. In Exodo, vbi agitur de or- Exod.
natu ſacerdotis, præcipiebat Deus, vt cidaris fieret 28.
Aaroni. Et in Leuitico ſcriptum legimus texiſſe Leuit.8.
Moyſem caput pontificis cidari, ſuper quam verſus frontem poſuit laminam auream conſecratam. Erat autem cidaris vitta, qua ſacerdotis caput erat redimitum, & circumuolutum. Accipitur tamen aliquando pro capitis tegumento, quo reges præſertim Perſarum peculiariter vtebantur. Quintus Curtius libro tertio ſuæ hiſtoriæ cidarim regum capitis inſigne vocauit.

Nónne hæc eſt, quæ humilem ſubleuauit? Senſus eſt: Hæc eſt corona regum Iuda, hæc eſt Sedechiæ poteſtas, quæ nihil effecit iuſtè, nam eos, quos deberet abiicere, extulit, eos autẽ, quos deberet extollere, abiecit. Accipitur hoc loco humilis pro homine infimo, virtute deſtituto, ſublimis autem pro viro animi celſitudine excellenti, & virtute ac ſapientia præſtanti. Ideo Sedechias fuit regno priuatus, & patriæ finibus expulſus, quia iuſtitiam non ſeruauit. Eſt quidem iuſtitia habitus animi cõmuni vtilitate ſeruata, ſuam cuiq; tribuẽs aut pœnam aut dignitatem. De illa ait Deus in libro Sapientię:
Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Nam ſi re-
ctores iuſtitiam contemnunt, labefactatur omnis Sap.1.
ſtatus reipublicæ, quoniam, vt ait Eccleſiaſticus, Eccl.10.
Qualis eſt rector ciuitatis, tales habitantes in ea.
Quemadmodũ mare præſertim mediterraneũ aërẽ Simile
imitatur, vt ſi aër eſt tranquillus, viget maris tranquillitas, ſi procelloſus, eſt etiã mare procellis exagitatũ, ſic populus regẽ plerumq; ſequitur: ſi princeps eſt iuſtus, colunt ſubditi iuſtitiam, ſi verò eſt ſceleribus coopertus, ipſi ſcelera amplectũtur. Meritò igitur fuit à viris ſapientibus obſeruatum, literis & memoriæ proditum eſſe populum principis vmbram. Quam ob cauſam rex teterrimus ſcelerumq; maculis notatiſſimus plus aliquando exẽplo nocet, quam peccato, ꝙ permulti eius imitatores exiſtãt. Videmus enim, quæcunq; mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo ſecutã. Non enim ſolùm virtutes aut vitia concipiũt
ipſi principes, ſed ea quæ cõcipiunt, in ipſam ciui-
tatem infundunt. Vt riuulus fontis ſequitur natu- Simile
ram ſic populus principis ingenium. Turbato fonte turbatur riuulus, turbato rege turbatur popu-
lus. Id intellexit diuus Matthæus, cum dixit: Tur- Matt.2.
batus eſt rex Herodes, & tota Hieroſolyma cum illo regnante regnabat impietas, leges nihil valebant,

bant: iudicia taccbant, mors patrius occiderat: nulla vigebat tranquillitas, nulls pax, quæ eſt finis humanæ gubernationis: ad hoc enim gubernator eligitur, vt in pace viuatur. Id intelligens Eſaias ait: *Eſa. 32.* Erit opus iuſtitiæ pax. Et regius vates: *Pſa. 84.* Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et rurſus: *Pſal 71.* Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. *Simile* Quemadmodum corrupta penitus arboris radice nō poſſunt rami pullulaſcere, & lætos fructus ſuo tempore ferre, ſic violata iuſtitia fieri nō poteſt, vt floreat pax, & fru- *Simile* ctus vberes producat. Vt cùm aliqua diuerſa, quæ ſub vna virtute continentur, non diſponuntur in proportione cuicunque parti debita, totus ordo labeſactatur: vt licet in harmonia lyrica videre, vbi nerui niſi à manu pulſatoris æquali proportione tangantur, ſonum reddunt diſſonum & confuſum diſſipato muſico concentu, ſic in humana ſocietate, vbi varia eſt hominum vita, varij mores, varia merita, diuerſæ virtutes, diſtantia flagitia, niſi præmia & pœnæ æquali proportione diſtribuantur, magna in republica oritur diſſonantia, & totus politiæ ordo labefactatur, & corrumpitur. Vt ſonus ſit dulcis & temperatus, oportet vt interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata proportione diſtinctis impulſu ipſius principis & gubernatoris efficiatur, qui nobiles & illuſtri laude celebratos cum obſcuris & plebeiis, ſapientia & virtute præſtantes cum inſipientibus, & ſcelerum maculis notatis temperans, tribuens vnicuique quod meretur, admirabilem efficit concētum. Hoc contemnebat Sedechias: quin potiùs viros illuſtres, quos ipſa virtus trahebat ad verum decus, deſpiciebat: eos autem, qui ſe voluptatum miniſtros præbuerant, atque Dei, hominumque iura violauerant, fauore proſequebatur. Itaque iuſtitiam, quæ eſt in principe fundamentum perpetuæ commendationis & famæ, cui ineſt maximus virtutis ſplendor, peruertebat.

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Subaudi coronam, Quaſi dicat Deus: Deponam regiam coronam à Sedechia ob eius triplicem iniquitatem, nam iniquè egit aduerſus me, & aduerſus populum ſuum, & aduerſus Babyloniorum regem, violans illi fœdus iureiurando confirmatum. Quam ob cauſam eum penitus euertam.

Et hoc non factum eſt. Id eſt, ſed hoc non faciam, niſi cùm ex Babylonia venerit Nabuchodonoſor, qui aduerſus ipſum Sedechiam ſententiam feret, vt filij eius luce communi priuentur, & ipſe oculis orbetur, & per ſummum dedecus in Chaldæam adducatur: & ipſe Nabuchodonoſori tradā eum. Quæ omnia ita euenerūt, vt liber quartus Regum *4 Reg. vlt.* capite vltimo teſtatur. Poteris hoc ita interpretari. Ego, ait Deus, auferam ſceptrum & coronā à populo Iudaico, vt nullum penitus habeat proprium regem, ſed hoc non erit niſi tempore Meſſiæ, cuius eſt iudicium, & illi regnum tradam, eritque verus rex, cuius regni non erit finis. Verba ſunt Dei patris, à quo Chriſtus quatenus homo fuit rex in eccleſia conſtitutus. Id prædixerat regius vates, inducens in pſalmo in hunc modum ipſum Chriſtum loquentem: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper montem ſanctū eius. Vbi per Sionem montem ſanctum eccleſia ſignificatur, quemadmodum multis aliis in locis diuinarum literarum. Intelligi autem pſalmum hunc de Chriſto, non de Dauide iudicat diuus Lucas Actorum quarto: & diuus *Act. 4.* Paulus apud eundem Act. 13. & in epiſtola ad He- *Act. 13.* bræos capite primo, & quinto, & diuus Ioannes in *Heb 1. 5.* Apocalypſi capite. 2. *Apoc. 2.* Et licèt hi ſancti id ſilentio præterirent, veritas tamen ipſa per ſe loqueretur. Nam quî fieri poteſt, vt verba ipſa, quæ ſtatim ſequuntur, poſſint ad Dauidem referri? Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Quando dixit Deus Dauidi: Ego hodie genui te? Quando dedit ei in hæreditatem Gentes, & omnes terrarum oras in poſſeſſionem? Nunquam quidem. Chriſtus Deus noſter eſt ille, cui Gentes obediunt: de quo *Gen. 49.* dixerat Iacob: Ipſe erit expectatio Gentium. Et *Gen. 22.* Deus Abrahamo: Benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes. Per quod ſemen Apoſtolus in epi- *Gala. 3.* ſtola ad Galatas Chriſtum ait ſignificari. Sin autem verba hæc ad Iſaac referre volueris, oſtende quo modo Gentes fuerint per Iſaac benedictæ. Cùm autem admirabilem hanc Dei promiſſionem in Iſaac impletam eſſe haud quaquam poſſis oſtendere, fatere fuiſſe Gentes in Chriſto, cuius typus fuit Iſaac, illuſtratas & benedictas. Reliquerunt enim vanas ſuorum rituum ſuperſtitiones, & peſtilētem commētitiorum Deorum cultum. Qui in errorum tenebris verſabantur, fuerunt diuino ſplendore illuſtrati, & Chriſtianam religionem veritatis ac puritatis pleniſſimam amplexati, fuerunt in diuina gratia conſtituti, vt vitam immortalem obtinerent, & ipſo Deo in æterna beatitudine fruerentur. Non eſt paſſus Deus eos diutiùs oberrare, & tenebris inextricabilibus cooperiri. Aperuit eorum oculos aliquando, & mortalibus errantibus viam immortalitatis oſtendit. Hæc fuit per Chriſtum Gentium benedictio. *Eſa. 49.* Id prædixit Eſaias, cùm Deum patrem inducit cum Chriſto ita loquētem: Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Et rurſus: Ecce teſtem populis meis dedi te, ducem ac præceptorem Gētibus: Ec- *Eſai. 55.* ce Gentes, quas neſciebas, vocabis & Gentes, quæ non cognouerunt te, ad te current. Et rurſum: Am- *Eſa. 60.* bulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. *Iere. 16.* Ieremias in hunc modum alloquitur Chriſtum: Ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium poſſederunt patres noſtri, vanitatem, quæ non profuit eis. Id intelligens iuſtus ille, ac venerabilis ſenex Simeon, cùm dulciſſimum puerum Ieſum amplecteretur, voce cignea cecinit: *Luc. 2.* Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Vbi vides eſſe Chriſtum lumen ad reuelationem Gentium. Hic eſt ille, qui *Pſal. 2.* fuit à Deo patre conſtitutus rex ſuper Sionē montem ſanctum eius. Cui pater dedit omnem poteſtatem, & cuius eſt iudicium, vt hoc loco ait Ezechiel. Id vaticinatus fuerat diuinus pſal- *Pſal. 71.* tes, dicens: Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam

iuſtitiam tuam filio regis. Intelligi autem verba
hæc de Chriſto, non autem de Dauide, aut Salo-
mone, indicant ea, quæ ſequuntur: Et permanebit
cum ſole, & ante lunam in generatione & genera-
tionem. Acſi dicerent: Hic rex, de quo agitur hoc
loco, tandiu permanebit in regno ſuo, tandiu eius
ſanctiſſimũ numen mortales venerabuntur, quan-
diu ſol aſtrorum princeps mundum luſtrauerit, lu-
naque radiis ſolis incenſa circulos ſuos confecerit.
Nunquam regnum eius finietur, ſed erit abſq; du-
bio perpetuum, quod ipſa æternitas ſemper intue-
Dan. 7. bitur. Id quod indicat Daniel capit. 7. & Michæas.
Mich. 4. 4. & angelus ſacratiſſimæ virgini dicens: Regnabit
in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit
Luc. 1. finis. Qui fieri poteſt, vt poſſint verba hæc ad Salo-
monem aut purum aliquem hominem referri? &
multa alia: quæ ſunt in eodem pſalmo, quẽadmo-
dum ſunt illa: Et dominabitur à mari vſque ad ma-
re, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.
Hoc eſt, ab oceano orientis vſque ad oceanum oc-
cidentis. Et illa: Adorabunt eum omnes reges, om-
Pſal. 71. nes Gentes ſeruient ei. Et alia nonnulla quæ ibi
ſunt literis mandata. Eſt igitur perſpicuum regem
hunc, quem diuinus pſaltes prædixit iudicium &
iuſtitiam à patre accepturum, vt mundum iudica-
Ioann. 5. ret, Chriſtum eſſe, qui ait apud Ioãnem: Pater non
Mat. 28. iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio.
Et apud Matthæum: Data eſt mihi omnis poteſtas
in cœlo & in terra. De illo dixit cœleſtis pater hoc
loco apud Ezechielem, non auferendam eſſe coro-
nam à populo Iudaico, donec veniret Meſſias, cu-
ius eſt iudicium, cui erat regnum traditurus. Simi-
Gen. 49. lis huic fuit vaticinatio illa Iacob dicentis: Non
auferetur ſceptrũ de Iuda & dux de fœmore eius,
donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expe-
ctatio Gentium. Quæ verba interpretatio Chal-
daica typis mandata iuſſu Leonis decimi põtificis
maximi ita vertit: Non auferetur habens principa-
tum à domo Iuda, nec ſcriba à filiis filiorum eius,
donec veniat Meſſias, cuius eſt regnum, & ei obe-
dient populi. Vbi vides per eum, qui mittẽdus erat,
intelligi Chriſtum, quem Deus pater erat iuxta
humanitatem regem conſtituturus.

Ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum. Id eſt, ad
Ammonitas in opprobriis verſatos, fuerunt enim
ignominioſè victi & oppreſſi à Babyloniis: fuerunt
eorum mœnia euerſa, ipſique ferro ac flamma con-
ſumpti. Vel ad opprobrium, quo affecerunt He-
bræos vidẽtes eos ærumnis laceratos, ſummóque
mœrore confectos.

Mucro mucro euagina te ad occidendum. Prædicit
Ammonitarum interitum & excidium. Chaldæi
euerterunt Iudæos, & poſteà Ammonitas.

Cùm tibi viderentur vana. Hoc eſt, cùm tui vates
1. Reg. 9. tibi vana annuntiarent. Ea, quæ Dei prophetæ
prædicebant, mentis oculis intuebantur: quam
ob cauſam appellabantur videntes, & prophetia
viſio vocabatur. Vt viſio Eſaiæ filij Amos. Et liber
Eſa. 1. viſionis Nahum. At falſus propheta dicebatur vi-
Nahũ. 1. dens vana, eiuſque vaticinium viſio mendax. De
Iere. 14. huiuſmodi vatibus ait Deus per Ieremiã: Non ſum
locutus eis viſionem mendacem, & diuinatione m
fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophe-
Oſe. 10. tant. Et per Oſeã: Loquuntur verba viſionis inuti-
Sup. 13. lis. Et per Ezechielem: Vident vana, & diuinant
mendaciũ. Et hoc loco: Cùm tibi viderentur vana.

Vt dareris ſuper colla vulneratorum impiorum. Falſi
vates Ammonitarum prædixerãt illis non eſſe eos
à Babyloniis ſuperandos. Quam ob cauſam Am-
monitæ cùm ſe ad bellum non pararent, capti fue-
runt, & interfecti. Hoc vult hoc loco Ezechiel ſi-
gnificare, acſi diceret: Falſi veſtri prophetæ ô Am-
monitæ vaticinati ſunt vobis falſa: ex quo effectum
eſt, vt daretis colla & ceruices gladio impiorum
vulnerantium, & ab immanibus Babyloniis occi-
deremini. Sed quoniam hoc nondum euenerat, ſed
erat euenturum, ſubdit Ezechiel: Quorum veniet
dies in tẽpore iniquitatis præfinita. Hoc eſt, Inter-
ficiemini vos ô Ammonitæ, ſed erit, cùm tempus,
quod eſt à Deo præfinitum ad excidium veſtrum,
venerit.

*Reuertere ad vaginam tuam in locum, in quo creatus
es.* Tu ô gladie Babyloniorum, poſtquã & Iudæos
& Ammonitas interfeceris, redibis ad vaginã tuã,
ad locum tuum: reuerteris ad Babyloniam, vnde
exiuiſti. Ibi te iudicabo, effundẽs ſuper te furorem
meum. Et ita factum eſt: nam cùm Babylonij ſu-
perbia commoti, & cupiditatis ſtimulis exagitati
Hebræos & Ammonitas immaniter occidiſſent,
æquum erat, vt ipſi etiam crudeliter occiderentur.
Ideo permiſit Deus: vt eſſent à Perſis & Medis ſu-
perati, & incredibilibus calamitatibus affecti, &
immaniter occiſi, & eorum reliquiæ omniũ rerum
egeſtate atque exilio perpetuo multarẽtur. De hac *Pſalm.*
Babyloniorum euerſione vaticinatus fuerat pſal- 136.
mographus, ſed copioſiùs Eſaias & Ieremias, & *Eſa.* 13.
hoc loco Ezechiel. Huius euerſionis hiſtoriã man- 14. 21.
dauit literis Herodotus Halicarnaſſæus libro pri- *Iere.* 50.
mo, & Flauius Ioſephus Antiquitatum decimo, & 51.
multi alij authores. Vide Dei arcana & iudicia, mũ-
dique viciſſitudines & varietates. Iudæi & Am-
monitæ fuerunt per Babylonios ſuperati, Babylo-
nij per Medos & Perſas, hi per Alexandrum, Ale-
xander verò cùm magnam nominis celebritatem
conſequeretur, & ad ſummum imperium per om-
nes honoris gradus efferretur, eamque obtineret
potentiam, quam decepti mortales exiſtimarẽt eſ-
ſe omnium ſeculorum memoria duraturam, ruit
ad interitum voluntarium. Aſſerunt enim nonnul-
li fuiſſe eum tanto dolore compreſſum, vt ſe ferro
traiiceret, & vita priuaret. Scio tamen Solinum ca-
pite quartodecimo dicere eum, qui alios ſuperaue-
rat, fuiſſe à vino ſuperatum, & apud Babylonem
morbo vinolentiæ extinctum: alios verò aſſerere
eum fuiſſe ab Antipatro veneno infectũ, & ſtatim
acerbo dolore conſumptum, etiam ſi eius cuſtodes
cauſam morbi intemperiem ebrietatis fuiſſe diſſe-
minarẽt. Hanc opinionẽ cum aliis multis refert in
eius vita Plutarchus. Itaque ille fuit victus, & mi-
ſerè conſumptus, & eius regna diuiſa, & ciuitates
ſeiunctę, quæ dum imperare ſingulæ cuperent, im-
periũ omnes amiſerunt. Hæ ſunt humanarũ rerum
cõmutationes. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, non
debemus falſæ hominum potentiæ, mũdique opi-
bus incertis, & in varietate ſitis confidere, ſed ad
Chriſtum Deum noſtrum confugere, & omnem
noſtram ſpem & cogitationem in eius infinita mi-
ſericordia collocare. Mundi proſperitas eſt ſereni-
tas hyemis, tranquillitas maris, ſtabilitas lunæ.
Quemadmodũ hæc vacillant, & ſtatim mutantur, *Similia*
ita opum, humanarumque rerum ſtatus nullam
habet firmitatem, nullam perpetuitatem, nullam
con

Sap.5. conſtantiam. Et, vt ait Sapientia: Tranſeunt omnia illa ſicut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Iob 14. Et Iob: Homo fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Fit enim aliquãdo, vt cùm exiſtimas te eſſe magnas diuitias & dignitates adeptũ, & in honoris faſtigio eſſe cõſtitutum, ſpolieris in inſtanti omnibus tuis ornamentis, & ex illa ſublimi mundi gloria præcipiteris. Nam ex eo loco, quem quietis & ſecuritatis pleniſſimum eſſe exiſtimabas, maximę interdum calamitates, & Simile turbulentiſſimæ procellæ ſubitò oriuntur. Quemadmodum in ora Dalmatiæ ſpecus eſt vaſto in præceps hiatu, ex quo, ſi in illum leue pondus deiicias quanuis die tranquillo, magna protinus, vt ait Plinius, oritur tẽpeſtas, ſic in vita humana cùm tranquillitas vigere videatur, ex leui quadam cauſa incredibiles moleſtiarum turbines, omnia turbãtes repente excitantur. Eripiuntur voluptates, aufertur dignitas, deletur honor, omnes denique mundi opes & ornamenta in temporis puncto amittũtur. Luc.4. Eam ob cauſam narrat diuus Lucas oſtendiſſe diabolum Saluatori noſtro omnia regna mũdi in momento temporis, vt mentis oculis intueremur eſſe mũdi diuitias & voluptates caducas, & in momẽto fluere, & euaneſcere, illud antẽ remanere, quod ſimus ſolida virtute, rectéque factis cõſecuti. Conſidera quẽadmodum obſcuratus ſit Babyloniorum gloria & potentia, & quàm citò omnia illa ex lætitia & voluptate in lachrymas & mœrorem reciderint. Id volens oſtendere diuinus noſter vates prædicit hoc loco luctuoſum florentiſſimæ Babylonis excidium, eiuſque incredibilem vaſtitatem.

In igne furoris mei. Hoc eſt, in magna mea ira.

Dabo te in manus hominum inſipientium, & fabricantium interitum. Id eſt, tradam te Perſis & Medis idolorum cultoribus, qui tibi perniciem machinabuntur.

Igni eris cibus. Hoc eſt, igne conſumeris, incendio flagrabis.

Sanguis tuus erit in medio terræ. Id eſt, effundetur per terram. Vel erit abſconditus intra terram. Acſi diceret: Nemo vlciſcetur mortem tuam: non erit, qui de interitu tuo ſumat vltionem. Quemadmodum mater cùm vult, vt viri ſui interfecti cædem filius vlciſcatur, ei patris ſanguinẽ, eiuſque veſtes cruore contaminatas oſtendit, ſic cùm viri occiſi vltionem non vult, ſanguinem abſcondit. Eam ob cauſam ſanguinis occultatio impunitatem ſignificat, nullámque eſſe culpæ memoriam. Ita intelligũt nõnulli id, quod ait Iob. Terra ne operias ſanguinẽ meum. Exiſtimo tamen voluiſſe Iob iis ver-
Iob 16. bis ſignificare eſſe ſibi in optatis notã omnibus eſſe calamitatem ſuam, neminemque latere ſuum caſum.

Obliuioni traderis. Id eſt, erit iniuria tua impunita. Non erit, qui cogitet calamitatẽ tuam, qui memoria repetat contumeliam in te iactam, vt eius pœnas velit ab aliquibus expetere. Vel ſic: Eris penitus euerſa: non eris ampliùs audita, nec laude vlla celebraberis. Id prædixerat iis verbis Deus per
Eſa.14. Eſaiam: Perdam Babylonis nomen. Et meri-
Pro.10. tò quidem, nam, vt ait Salomon in Prouerbiis, Memoria iuſti cum laudibus, nomen autem impiorum putreſcet.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXI.

Qui moues ſceptrum filij mei, ſuccidiſti omne lignum. Quid his verbis propheta ſignificare voluerit, oſtendimus in explanatione. Septuaginta habẽt: Iugula, contemne, repelle omne lignum. Vt alloquatur Deus gladium Babylonis, quo velit Iudæorum ſcelera punire, quòd nec diuini numinis amore, nec metu voluerint ſe à maleficiis cõtinere. Pagninus totam hanc orationem ita vertit: Quomodo gaudebimus de hoc gladio tribum filiorum Iſrael abiiciente, & omne lignum? Acſi diceret propheta: Quî fieri poteſt ô magne Deus, vt gaudeam, cùm tu filios meos reprobaueris, excidendo eos, acſi eſſent ligna? Sunt qui hoc ita explanẽt: Præcipis mihi domine, vt annuntiem populo Iudæorum paratum eſſe gladiũ, qui eos terreat, & interficiat: quo nuntio ego acerbo dolore conficior, cùm videam eſſe in manu Babyloniorum ferrum ad occidẽdum non ſolùm ſceptrum filij mei, hoc eſt tribum Iuda, ſed ligna, hoc eſt, multos ex aliis tribubus. Appellat propheta tribum Iuda ſceptrum filij ſui, quòd ſoleant magiſtri diſcipulos appellare filios. Certè in Hebraico hæc oratio eſt ſatis obſcura, breuis, & conciſa, veluti prolata animo dolore vlcerato.

Hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit. Pro, qui obſtupeſcere eos facit, eſt in Hebraico: לחבם חרת חחד hachod hereth lehẽ. Prima dictio deriuatur à nomine chedber, quod ſignificat conclaue & cubiculum, ſiue locum interiorem & abſconditum: vt in Cãticis: Introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meę. Cant.3.
Iob capite nono de Deo loquens, ait: Qui facit arctutũ, & orions, & hyadas, & interiora Auſtri. Per Iob 9.
arctutum intelligit conſtellationem vrſæ maioris circa polum arcticum, per oriona alteram in cancro, ſiue vt aliis placet, in tauro & geminis, per hyadas aliam in fronte tauri ſeptem ſtellarum: per interiora auſtri intelligit ſidera circa polum antarcticum, quod etiam polum meridianum, & auſtri ſeu auſtrale appellatur. Et quoniam nec polum antarcticum, nec aſtra ei proxima à nobis videntur, qui ſumus in oppoſito hemiſphærio, quemadmodum etiam erat Iob, eam ob cauſam rectè interiora ſiue Iob 37.
abſcondita auſtri appellantur. Imo ipſe auſter ſiue meridies Hebraicè dicitur chedber, hoc eſt abſcõditus, ſiue occultus. Id quod eſt apud Iob: Ab interioribus egredietur tempeſtas: & ab arcturo frigus, poterat verti: ab Auſtro egredietur procella, & ab Aquilone frigus. Pro interioribus eſt in Hebraico hoc nomen chedher, ſolet enim Auſter ſeu meridies procellas excitare: & quia polus antarcticus ſiue meridianus, ſiue auſtralis eſt nobis occultus, appellatur chedher. Qua ratione ductus Pagninus vertit locum illum: A meridie veniet turbo. Ab hoc nomine chedher venit verbum chadhar quod ſignificat penetrare & latere, ſiue occultum & abſconditum eſſe, & terrere, ſeu obſtupefacere. Solent enim ea, quæ ſunt in locis obſcuris, timorem inücere. Ex hac verbi æquiuocatione fluxit interpretum in hoc Ezechielis loco varietas. Quidam vertunt; Hic eſt gladius cædis magnæ penetrans eos. Alij: Hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui ver

qui verſabitur in cubiculis illis. Hoc eſt, qui Iudæos latitantes occidet. Alij: Qui hactenus delituit in cubilibus. Hoc eſt, hic eſt gladius Iudæis occidendis incognitus. Pagninus: Qui percutit eos in cubiculis. Brixianus: Penetrás ad interiora eorum. Acſi diceret: Hic eſt gladius, qui Hebræorũ viſcera traiiciet. R. Dauid in libro radicum: Qui inſidiatur in cubiculi. In commentariis verò exponit: Hic eſt gladius magnæ ſtragis, qui percutiet Iudæos in penetralibus domorum ipſorum. Thargum habet: qui terret, vel obſtupefacit eos. Diximus enim verbum hoc & terrere, & facere obſtupeſcere ſignificare. Hanc ſignificationem ſecutus eſt interpres vulgatæ editionis; & rectè quidem: explicuit enim latinè verbi proprietatem apertè & diſtinctè, & ſecutus eſt paraphraſim Chaldaicam, & ſeptuaginta interpretes, qui ita verterũt καὶ ἐκστήσῃς αὐτούς Hoc eſt, & obſtupeſcere facies eos. Quare eſt communis verſio hoc loco amplexanda, & ſimpliciter & abſolutè omnibus aliis anteponenda.

Exacuere. In Hebraico eſt: התאחדי hithachadi, Hoc eſt, vnicum fac te ipſum. Nomen echadh ſignificat vnum, vt in Geneſi; Offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium. Et apud Zachariam: Vnam vocaui decorem, alteram vocaui funiculũ. Id quod eſt apud Eſaiam: Lupus & agnus paſcentur ſimul, eſt in Hebraico: Lupus & agnus paſcentur vt vnus. Hinc verbum eſt hithpahal, quod ſignificat vnicum. Vnde Pagninus vertit: Solus eſto in aliquo loco. Septuaginta tamen vertunt: Exacuere. Quos ſecutus eſt noſter interpres: & rectiſſimè abſque dubio: nam quandiu gladius intra thecam eſt, ſimul eſt cum vagina, cùm autem eſt à vagina eductus & exacutus, vnicus dicitur, & ad interficiendum paratus. Id explicare volens noſter interpres, ſtudens & claritati & breuitati, dixit: Exacuere, vade ad dextram ſiue ad ſiniſtram.

Gen.22. Zac.11. Eſa.65.

Commiſcens ſagittas. In Hebraico eſt. קלקל בחצים cilcal bachitſim, à verbo calal, quod ſignificat leuem & velocem eſſe, vt apud Iob: Dies mei velocius tranſierũt, quàm à texente tela ſucciditur. Vel vt poteſt verti ex Hebræo: Dies mei fuerunt velociores radio textoris. Eſt quidem radius textoris inſtrumentum, quo ſubtegmen ſtamini inſeritur: appellatur Luſitanè *lançadeira.* Et Ionas, Miſerunt, inquit, vaſa, quæ erant in naui, vt alleuiaretur, Hoc eſt, vt nauis maneret leuior & velocior, & ad nauigandum aptior. Ita apud Eſaiam: Alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtalim. Hoc factum fuit, quando Theglath Phalaſar abduxit duas tribus Zabulon & Nephtalim à Samaria in Aſſyriam. Comparat Eſaias Samariam naui mercibus onuſtæ, quæ cùm ob nimium pondus naufragium minetur, alleuiatur coniectis mercibus in mare. Aſſyria eſt mare, quò fuerunt filij Zabulonis & Nephtalim ob nimium peccatorum eorũ pondus coniecti, vt terra Samariæ velox eſſet, & ad nauigandum apta, eiuſque habitatores poſſent tranquilla mente conſiſtere. Significat etiam verbum hoc tergere, & polire, & cãdidum reddere, vt apud Ezechielem. 1. Quaſi aſpectus æris candentis. Vel vt poteſt etiam verti: Quaſi aſpectus chalybis politi, ſiue terſi, ſiue candidi. Eam ob cauſam vertit Pagninus: Terſit ſagittas. Alij, vt perpoliat ſagittas. Solebant enim veteres illi idolorum cultores ferrum ſagittarum perpolire, & ſplendidum reddere, vt in eo harioli & diuinatores viderent futura, quemadmodum in ſpeculo dæmonis artificio faciebant: Significat præterea verbum hoc proiicere, & miſcere res aliquas ad proiiciendum. Quam ob cauſam R. Ioſeph hunc locum ita tranſtulit: Iecit ſagittas, ac volare fecit in aere, vt videret, in quam partem caderent: Tharghum quoque vertit: Iecit ſagittas. Et noſter interpres: Commiſcens ſagittas, nimirum ad eas in aerem proiiciendum.

Iob.7. Iona.1. Eſai.9. Sup.1.

Nónne hæc eſt, quæ humilem ſubleuauit, & ſublimem humiliauit. Septuaginta habẽt: οὐ τοιαύτη ἔσται Hoc eſt, ipſa non erit ſimilis aut talis. Et poſteà ſequitur: Humiliaſti excelſum, & ſubleuaſti humilem. Quorum verborum hic eſt ſenſus: Hæc tua corona, ô Sedechia, hæc tua poteſtas longè diuerſa eſt à Meſſiæ corona. Ille nanque æquitate vtetur, tu autem iniquitate: nam improbos ſolida & expreſſa bona contemnentes muneribus afficis, ſed caducis illis, & celeriter interituris, viros autem virtute præditos, iuſtitia & pietate præſtantes facibus calamitatum incendis, & ad interitum & vaſtitatem vocas. Deus autem contrà viris charitate munitis ampliſſima præmia pro virtute & charitate perſoluit, in eos autem, quos morum corruptela à recta viuendi ratione abducit: ſeuerus & vltor exiſtit. Pagninus vertit: Hæc, quæ modò eſt, non erit: humilem ſubleuabo, & ſuperbum humiliabo, Acſi dicat Deus: Hæc corona, qua nunc vteris ô Sedechia, non erit amplius tua: nam humilem Iechoniam, qui Ezechielis conſilio inſtructus ſe tradidit Babyloniis, honoribus afficiam, te autem, qui ſuperbia elatus me ipſum contemnis, deprimam, & ex ſublimi regiæ dignitatis gradu præcipitabo. Quæ omnia ita eueniſſe, eſt in quarto libro Regum memoriæ proditum. Deus enim, vt verbis vtar virginis ſacratiſſimæ, depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Et vt aiũt Apoſtoli, ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã. De eo ait Eſaias: Humiliabit gloriam eius. Vel, vt poteſt verti ex Hebræo: Deprimet & eiiciet ſuperbiam elati. Et ipſe deus apud Ezechielem cap. 17. Ego dominus, inquit, humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile. Et pſalmographus: Quoniam tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis. Solet enim deus viros pios, animi humilitate & demiſſione inſignes, quando magis afflicti & iacentes videntur, extollere, eos autem, qui ſe ob ſuperbiam efferunt in ſublime, deprimere, aut præcipitare. Eos, qui ſe demittunt, ad altum dignitatis gradum erigit deus, eos verò, qui opinionibus inflati, ſibiq́ue præfidentes animos in excelſum ſuſtulerũt, præcipites ad ima deturbat.

4.Reg.1. Luc.1. Iac.4. 1.Pet.5. Eſai.25. Sup.17. Pſal.17.

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem. Pro iniquitate eſt in Hebraico עוה auach, quæ dictio iniquitatem ſignificat & euerſionem. Primam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres cum ſeptuaginta: ſecundam Pagninus cum nonnullis aliis. Sunt qui vertant diminutionem, vt ſit ſenſus: Ego inquit deus, diminuam regiam Hebræorum dignitatem vſque ad aduentum Meſſiæ, qui erit quatenus homo in regia, ſummáque dignitate conſtitutus, rerúmque maximarum gloria præſtantiſſimus.

Argumentum Cap. XXII.

Deplorat Hebræorum perniciem, qui virtutum præſidio nudati, quas penitus abiecerant, terra committebant flagitia,

flagitia, quorum exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate muniebant. Vituperat impiam falſorum vatum, ſceleratorúmque ſacerdotum doctrinam, & inexplebilem auaritiã, qui opibus circumfluentes ea maximè cupiebant, quibus abundabant, quoniam non eorum ſatiebatur cupiditatis ſitis. Inuehitur in principum tyrannidem, quorum fidei & poteſtati omnium ciuium ſalus, vita, libertas, diuitiæ, foci, & domicilia erant credita ac commiſſa, quibus illi intemperanter abutebantur, Hieroſolymam vaſtantes, omnéque Iſraelitica nobilitatis patrimonium diripientes.

CAPVT XXII.

A ET factum eſt verbum domini ad me dicens. Et tu fili hominis nõne iudicas ciuitatem ſanguinum & oſtendis ei omnes abominationes ſuas? Et dices, Hæc dicit dominus Deus Ciuitas effundẽs ſanguinem in medio ſui, vt veniat tẽpus eius, & quæ fecit idola contra ſemetipſam, vt pollueretur. In ſanguine tuo, qui à te effuſus eſt, deliquiſti, & in idolis tuis, quæ feciſti, polluta es. Et appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tempus annorum tuorum. Propterea dedi te opprobriũ Gẽtibus, & irriſionem vniuerſis
B terris, quæ iuxta ſunt, & quæ procul à te. Triũphabunt de te, ſordida, nobilis, grandis interitu. Ecce principes Iſrael ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te, ad effundendum ſanguinem, patrem & matrem contumeliis affecerunt in te, Aduenam calumniati ſunt in medio tui, pupillum, & viduam contriſtauerunt apud te. Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbata mea polluiſtis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendũ ſanguinem, & ſuper montes commederunt in te, ſcelus operati ſunt in medio tui. Verecundiora patris diſcooperuerunt in te, immunditiam menſtruatæ humiliauerũt in te. Et vnuſquiſque in vxorem
Leui. 5. proximi ſui operatus eſt abominationem, & ſocer nurum ſuã polluit nefariè, frater ſororem ſuam filiã patris ſui oppreſſit in te. Mu-
C nera effuderunt apud te ad effundendũ ſanguinem: vſuram & ſuperabũdantiam accepiſti, & auarè proximos tuos calumniabaris, meique oblita es, dicit dominus Deus.

EXPLANATIO.

Et tu fili hominis nónne iudicas, nónne iudicas ciuitatem ſanguinum? Repetit ſæpe Ezechiel Iudæorum ſcelera, ne aliquis exiſtimaret eorum Deum aut crudelem eſſe in eorum ſupplicijs, aut nõ potuiſſe eos ab hoſtium manu liberare. Nihil in eorum ore niſi fraus inueniebatur, nihil in eorum manibus niſi rapina, nihil in eorũ corde niſi effrænatæ cupiditates, & impiæ cogitationes. Nihil erat tam tetrum, tam nefarium, tam aſpernandum, quod non admitterent. Sitiebant ob impiam crudelitatem humanum ſanguinem, violabant Dei, hominúmque leges, & ad id amentiæ & perfidiæ progreſſi ſunt, vt diuino numine contempto vana colerent ſimulacra, & idola prope infinita. Quam ob cauſam expulit eos Deus de ciuitate ſua, tradidit illos Babyloniis, ſummiſque calamitatibus oppreſſit, vt eos ad virtutem reduceret, & ad ſeipſum conuerteret, & vt eius iuſtitiæ & ſeueritatis apud cunctos mortales immortalia monimenta permanerent. Et quoniam Deus diuinũ noſtrum vatem Ezechielem populo illi præfecerat, & ſpeculatorem conſtituerat, vt ipſe Deus ei capite tertio dixerat: Speculatorẽ dedi te domui Iſrael, ideo *Sup. 3.* eum nunc alloquitur, vt ciuitatem crudelem, humanique ſanguinem paſſim effundentem iudicet & reprehẽdat, proponẽs Hebræis ante oculos impia eorum flagitia. Ait igitur Deus: Nõne tu Ezechiel iudicas Hieroſolymam immanẽ ciuitatem? Quaſi dicat: iudicas profectò. Accipitur hoc loco iudicare pro inſtruere, concionari, viam veritatis aperire, vocibus & ſcriptis docere, reuocare à vitiis, cohortari ad virtutem, vituperare homines flagitiis cõtaminatos, excitare iacẽtes, laudare virtute præſtantes. Hoc eſt ſpeculatoris officiũ, quod tam ardenter exercere debet, vt nõ ſolùm alios incendat, ſed ipſe ſit diuino quodam amore inflam- *Simile* matus. Vt enim faciliùs gẽmis inſculpes, quæ voles, ſi terebra ferueat, ſic magis mouebit concionator, ſi exarſerit, & diuini numinis charitate flagrauerit. Hoc eſt præſulis munus non langueſcere, non tacere, ſed clamare, & ſubditis conſulere. Id volens Deus ſignificare dicebat Eſaiæ: Pone ſpeculatorem, & quodcunque viderit, annunciet: per *Eſai. 21.* quem ſpeculatorem ipſe Eſaias intelligitur: qui de eccleſiæ catholicæ felicitate vaticinãs, aiebat: Vox *Eſai. 52.* ſpeculatorum tuorum: Subaudi audietur. Et ſubdit ſtatim; Leuauerunt vocem, ſimul laudabunt. Nam ſi præſules & primates populi flagitia ſilentio prætererint, pœnas mortis eius ipſi perſoluent quemadmodum Deus capite tertio dixit Ezechie- *Sup. 3.* li. Huiuſmodi præſides vocat Eſaias canes mutos *Eſai. 56.* non valẽtes latrare. Eam ob cauſam diuus Paulus *1. Timo.* in epiſtola prima ad Timotheum, vbi epiſcopum *3.* & præſulem deſcribit, ait eum debere eſſe doctorem. Et quoniam ipſe Timotheus epiſcopus erat *2. Tim.* ita illum in epiſtola ſecunda corbortatur. Prædica *4.* verbum, inſta opportunè importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Verùm Hieroſolimam appellat hoc loco Deus ciuitatem ſanguinum, quoniam multa in ea homicidia committebantur, & innocentium ſanguis fundebatur. *Eſai. 1.* Id obiiciebat Deus Hebræis per Eſaiam his verbis: Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Eſt igitur *Pſalm.* ſanguis cædes inſontium. Ideo regius vates, Libe- *50.* ra me, inquit, de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Sanguines appellat crudelitatem, & ſcelus illud, quod in cæde Vriæ commiſerat, decernens, vt ille immaniter trucidaretur. Igitur ciuitas ſanguinum ea reſpublica eſt, in qua potentes trucidãt infimos, vt ſuæ ſuperbiæ & crudelitati ſatisfaciãt, & alienas diuitias diripiant. Quæ reſpublica mortua potiùs appellari debet, quàm viua. Vt enim *Simile* corpus abſque anima mortuum dicitur, quòd nec neruis, nec membris vtatur, ſic ciuitas abſque lege quod nec iuſtitiam exerceat, nec virtutem, quæ ſunt hominum ſocietatis vincula, & præcipuæ

Inf. 23. reipublicæ partes. Capite 22. appellat etiam Deus Hieroſolymam ciuitatem ſanguinum. Hoc tropo Nahum propheta capite tertio vtitur in Niniuem, & Habachuc in principes immanes. (Nahū. 3. Habac. 2.)

Ciuitas effundens ſanguinem in medio ſui. Id eſt, hæc eſt ciuitas, quæ publicè interficit innocentes.

Vt veniat tempus eius. Subaudi euerſionis. Particula, vt, non eſt hoc loco cauſalis, ſed conſecutiua: eſt enim ſenſus: Hæc ciuitas eſt homicidiorũ perpetratrix: ex quo efficietur, vt citò veniat eius vaſtitas & euerſio. Deus eam breui funditus euertet & vim ac furorem hominum immanium, qui aliorũ vitã ferro atque inſidiis appetunt, infringet. Non igitur ideo Iudæi ſcelera admiſerunt, vt punirentur, ſed potiùs ideo puniti ſunt, quia ſe ſceleribus contaminarunt.

Et appropinquare feciſti dies tuos. Id eſt, immanitate & ſceleribus tuis feciſti, vt acceleraret finis dierũ tuorũ. Ob tua flagitia feſtinauit tempus tuæ luctuoſæ euerſionis: Id ait etiã his verbis regius vates: Viri ſanguinũ & doloſi nõ dimidiabũt dies ſuos. Excedũt enim è vita morte plerumque immatura. (Pſal. 54.)

Et adduxiſti tempus annorum tuorum. Repetitio eſt ſuperioris.

Sordida, nobilis, grandis interitu. Sordida vitiorũ maculis: nobilis ob templi magnificẽtiam & amplitudinem, & antiquorum regum diuinorũmque vatum celebritatum, grandis interitu, cui paratum imminet magnũ exitiũ, & luctuoſiſſima calamitas. Vel ſic: Sordida nobilis, hoc eſt, quæ anteà nobilis eras, & in omnium ore verſabaris, in qua vera Dei religio floreſcebat, & virtus redũdabat, modò iaces in obſcuro, vitiorũ labibus cooperta. Fuit tibi ob tetra facinora tua honor ablatus, gloria obſcurata, claritas extincta: quã ob cauſam magnus tibi imminet interitus. Vel accipitur nobilis pro inſigni ſceleribus: quẽadmodum apud Matthæum: Habebat autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. Nomen hoc nobilis, vſurpatur à Latinis authoribus eloquentia præcellẽtibus pro inſigni in quacũque re etiã mala. Cicero in oratione quarta in Verrẽ, in qua eius tetra ac nefaria facinora commemorat, Accipite, inquit, nunc aliud eius facinus nobile. Et Titus Liuius: Nobilis ille clade Romana locus. Poteſt hic locus verti ex Hebræo: Sordibus nobilis, vel, flagitiis inſignis. (Matt. 27.)

Ecce principes Iſrael ſinguli in brachio ſuo. Id eſt, vnuſquiſque ex principibus tuis pro virili homicidia faciebat: periculũ capitis innocentibus afferebat: & odium vſque ad ſanguinem excitabat. Eodem modo Eſaias Hieroſolymam alloquebatur: Principes tui infideles, ſocij furum. (Eſai. 1.)

Patrem & matrem. Exponit eorum crimina ſigillatim.

Sanctuaria mea ſpreuiſtis. Id eſt, templum meũ violaſtis, in eo idola collocantes.

Viri detractores. Homines impij, qui alios maledictis vulnerabant, in odium & inuidiam arceſſebant, vt eorum ſanguinem profunderent. Ita de Ieremia dicebant: Iudicium mortis eſt viro huic. Aliquãdo grauiùs offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia apertè narrant, quàm qui committũt. Et ſæpenumero accidit, vt qui alios maledictẽtia laceſſunt, ipſi grauioribus madeant vitiis. In Prouerbiis ait Salomõ: Remoue à te os prauũ, & detrahẽtia labia ſint procul à te. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, detractores Deo odibiles, & in prima ad Corinthios: Nec maledici, nec rapaces regnum Dei poſſidebunt. (Ierem. 26. Prouer. 4. Rom. 1. 1. Cor. 6.)

Super montes comederunt. Quando idola adorabant. Comedere in montibus Hebraiſmus eſt ſignificans idolorum cultum: quo vſus eſt etiam Ezechiel capite 18. (Sup. 18.)

Scelus operati ſunt in medio tui. Hoc eſt, Quid plura? Omne flagitiorum genus publicè admiſerunt.

Verecundiora patris diſcooperuerunt in te. Hebraiſmus eſt ſignificans filiorum cum nouercis ſuis inceſtum. Id quod in Leuitico Deus iis verbis prohibuit: Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies. (Leui. 18)

Meique oblita es. Hoc eſt, in hæc flagitia incidiſti ô Hieroſolyma, quia mei oblita es: Aſpice quæ mala ex obliuione Dei procedant. A

Ecce comploſi manus meas ſuper auaritiam tuam, quam feciſti, & ſuper ſanguinẽ, qui effuſus eſt in medio tui. Nunquid ſuſtinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi? Ego dominus locutus ſum, & faciam. Et diſpergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te: & poſſidebo te in conſpectu Gentiũ: & ſcies, quia D
ego dominus. Et factum eſt verbum domini ad me, dicens, fili hominis verſa eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam: omnes iſti æs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, ſcoria argẽti facti ſunt. Propterea hæc dicit dominus Deus: Eò quòd verſi eſtis omnes in ſcoriã, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ieruſalẽ congregatione argenti, & æris, & ſtanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: vt ſuccendã in ea ignem ad E
conflandum. Sic cõgregabo in furore meo, & in ira mea, & requieſcam. Et cõflabo vos: & congregabo vos: & ſuccendã vos in igne furoris mei: & cõflabimini in medio eius. Vt conflatur argentum in medio fornacis, ſic eritis in medio eius. Et ſcietis quia ego dominus, cùm effuderim indignationem meam ſuper vos.

C

Ecce comploſi manus meas ſuper auaritiam tuam. Loquitur Deus more humano, vt eum intelligamus. Senſus eſt: Ego inſtar hominis dolore affecti ob auaritiam tuam ô Iudæorum ſynagoga, & ob alia ſcelera tua percuſſi, & coniunxi manus. Cùm Balaac rex Moab eſſet mœrore preſſus ob verba Balaã, ait diuina ſcriptura, eum comploſis manibus fuiſſe aduerſus Balaam locutũ. Vel ita: Comploſi manus meas ſuper auaritiam tuam, hoc eſt, punivi te ob auaritiæ ſcelus. Diſpoſui manus meas ad vltionem auaritiæ tuæ. (Nume. 24.)

Nunquid ſuſtinebit cor tuum? Nimirum ſupplicium, quo ſum te affecturus. Quaſi dicat: nõ tanta erunt flagella, quibus te feriam, vt non poſſis ea ſuſtinere.

Et poſſidebo te in conſpectu gentium. Hoc eſt, non tu ô Iudæorum ſynagoga me poſſidebis? non eris vt an-

vt anteà hæreditas tua: quin potiùs ſcient Gentes
te elie a me poſſeſſam, captiuam, & afflictã ob te-
tra facinora tua. Poteſt hoc in bonã accipi partẽ,
vt ſit ſenſus: Poſtquam te in Chaldæam diſperſe-
ro, calamitatibus vlcerauero, & igne ærumnarum
polieto, reducam te in patriam tuam, reuertaris
Hieroſolymam, vbi mea eris, vt anteà: ibi te poſ-
ſidebo in Gentium conſpectu. Tanta eſt clementia
mea, vt hæ procellæ tibi in tranquillitatem ver-
tantur, & placata ira mea meam experiaris miſeri-
cordiam. Te affligo, vt abluaris ab immũditia tua,
vt ſis hereditas mea, & in priſtinam dignitatẽ re-
Eſai. 10. ſtituaris. Eodem modo apud Eſaiã ait Deus: Hæ-
reditas mea Iſrael. Acſi diceret: Auertam à te faciẽ
meam ob ſcelera tua ô Iſraelitice popule: ſed cùm
ad me cõuerſus fueris, oculos meos placatus ad te
conuertam: non enim me peccantium interitus &
pernicies, ſed adhibita correctione & pœnitentia,
Sap. 18. conuerſio & vita delectat. Non enim volo mor-
tem impij, ſed vt conuertatur, & viuat.

Verſa eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam. Ex puro ar-
gento conuerſa eſt in immundam ſcoriam, eius
fides conuerſa eſt in perfidiã, eius prudentia in de-
mẽtiam, eius fortitudo in timorem, eius iuſtitia in
iniquitatem, eius temperantia & perturbationum
ſedatio in turbulẽtam appetituum immoderatio-
nem: appetitus eius longiùs euagantur effrænati &
indomiti, ſiue cupiendo, ſiue fugiendo, nullo mo-
do à ratione retinẽtur. Cùm fuiſſes populus meus
electus, deſeciſti à me & innumeris te vitiis cõta-
minaſti. Id dixerat ei Deus his verbis per Eſaiam:
Eſai. 1. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena
iudicij. Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homi-
cidæ: argẽtum tuum verſum eſt in ſcoriã, vinũ tuũ
mistum eſt aqua. Et rurſus idem Eſaias: Plantauit
Eſai. 5. vineam electam, & expectauit, vt faceret vuas, &
fecit labruſcas.

*Omnes iſti æs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum
in medio fornacis.* Aes propriè ſpecies eſt metalli
rubro colore, ſimilitudinẽ quandã habẽtis auri cũ
aurum non ſit. Stannum etiam argẽtum imitatur,
Simili- cùm nihil minus ſit quàm argentũ. Tunc tetriores
ſunt, cùm ſe candidiores oſtẽdere nituntur. Totius
enim improbitatis nulla pernicioſior eſt quàm
eorum, qui cùm maximè fallunt, tum id agunt, vt
viri virtute præditi eſſe videantur. Et quãuis cùm
laudantur ab hominibus, exultent, eorum tamen
voluptas fluit ſtatim, & euaneſcit. Id intelligens
Iob. 20. Sophar dicebat apud Iob: Laus impiorum breuis
eſt, & gãudiũ hypocritæ inſtar puncti. Et Salomon
in Eccleſiaſtice: Vidi impios ſepultos, qui etiam
Eccle. 8. cùm adhuc viuerent, in loco ſancto erãt. & lauda-
bantur in ciuitate quaſi iuſtorũ operũ. Sed & hoc
vanitas eſt. Et Chriſtus Deus noſter apud Mat-
Matt. 6. thæum, Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocri-
tæ triſtes. Et rurſus: Attẽdite à falſis prophetis, qui
Matt. 7. veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus
autẽ ſunt lupi rapaces. De his ait Apoſtolus in epi-
2. Timo. 3. ſtola ſecunda ad Timotheũ: Speciẽ pietatis habẽ-
tes, virtutẽ autẽ eius abnegãtes. Quemadmodum
Simili-tudo qui ficto bono perdices aucupatur, non eſt ille bos
ſed ſub ſpecie illius ſimplicis animalis auibus illis
inſidiatur, vt eas capiat, & occidat, ſic qui ficta vir-
tute flagitia tegit, gloriã quærẽs humanã, nõ eſt ille
iuſtus, ſed ſub ſpecie iuſtitiæ aliia perniciẽ machi-
natur, vt eorũ diuitias poſſideat & nominis cele-
britatem cõſequatur. Et quãuis ex hypocritis nõ-
nulli opes ſuas relinquãt eas in pauperes cõferen-
do, hoc tamen efficiunt, vt alias multò ampliores
obtineãt. Vt enim falco accipitrum velociſſimus *Simili-*
arripere cupiens ardeã auẽ altè volãtem, de qua ait *tudo*
Latinus poeta: Atque altã ſupra volat ardea nubẽ,
non ſtatim cùm primùm eam videt, ad eam recto
tendit volatu, ſed potiùs primo curſu & anfractu
videtur eam relinquere, & contẽnere & ab ea fuge
re, & ſeparari, at ſecundo volatu aut tertio ad eam
admirabili tendit impetu, & incredibili velocita-
te, vt illam vnguibus rapiat in aeris altitudine, ſic
hypocritæ primo anfractu vidẽtur aliquando mũ-
di opes & dignitates relinquere & aſpernari, ſed
hoc fingunt, vt eas altiores aucupentur, cum illu-
ſtriore nominis amplitudine & celſitate: ſecundo
enim aut tertio volatu mira celeritate & induſtria
eas arripere conantur. Nihil eſt illis magis cordi,
nihil magis in optatis, quàm ea cõſequi, quæ deſpi
cere videntur: Id quod in nonnullis conſpeximus,
qui ad ea, quæ contemnere, & pro nihilo puta-
re fingebant, cupiditate incitati rapiebantur. Sed
quoniam ea cùm flagitioſi eſſent, cõſequi non poſ-
ſent flagitia ſua charitatis colore ornabãt, & æs va
nitatis & malitiæ auro charitatis & virtutis co-
operiebant. Eſt enim charitas aurũ ignitũ, de quo
ait Deus in Ioannis Apocalipſi: Suadeo tibi emere *Apoca. 3.*
à me aurum ignitum probatum. Hypocrita eſt fal-
ſum numiſma æneum, ſed deauratum, virtutẽ fin-
gens, cùm ſit vitio imbutus. Omnis homo numiſ-
ma eſt, in quo eſt imago Dei. Sed, vt ait diuus Hie-
ronymus, etſi ad imaginem & ſimilitudinem Dei
cõditi ſimus, ex vitio tamen noſtro perſonas nobis
plurimas induimus. Adami peccatum, vt ait Epi-
phanius, imaginem Dei non perdidit, ſed cõtami-
nauit. Tetri & nefarij homines Dei imaginem ſce-
leribus ſuis quãtum in ſe eſt, polluunt & contami-
nãt. Et, vt ait in Lamentis ſuis Ieremias: denigrata *Thren. 4.*
eſt ſuper carbones facies eorũ. Nihilominus tamẽ
numus Dei ſunt, eius imagine inſigniti. Quare red
dendi ſunt Deo, quemadmodum numus Cæſaris
Cæſari. Quærit Chriſtus numũ ſuum, quærit Cæ-
ſar ſuum. Ille enim ait: Reddite quæ ſunt Cæſaris, *Mat. 22*
Cæſari, quæ ſunt Dei, Deo. At vult, vt numus ſuus
ſit ex auro aut argento, nõ autem ex ære & ſtãno.
Cupit virtutem ſolidam & expreſſam, non fictã &
adulterinã: eos diligit, qui pietatem & iuſtitiã di-
ligunt & colunt, nõ qui harum rerum vmbris ſo-
lùm vtuntur. Hi ſunt, de quibus ait ſcriptura. Væ *Eccle. 2.*
duplici corde, & labiis ſceleſtis, & manibus male-
facientibus: & peccatori terrã ingrediẽti duabus
viis. Duab' viis terrã ingreditur hypocrita, cùm a-
liud recõdit in animo, aliud factis oſtẽdit: aliud elo
quitur, aliud agit. De eo dicitur in Deuteronomio:
Non indueris veſtimento, quod ex lana linoque *Deut. 22.*
contextum eſt. Acſi dicat: quod ſubtilitatem mali-
tiæ ligno deſignatæ cooperit, & ſimplicitatem in-
nocentiæ lana ſignificatæ exterius fingit. Quem-
admodum fecit Herodes, qui Magis Orientalibus
deuotionem in Chriſtum exterius demonſtrabat, *Matt. 2.*
ſed gladium acuens, nefariam cordis immanita-
tem colore virtutis depingebat. Huiuſmodi erant
Hieroſolymæ habitatores regnante Sedechia, qui
Dei lege gloriabantur, ſed eam ſeruare nolebant.
Vera virtus eſt æqualem ac parem verbis vitam
agere, atque ita viuere, vt verba conſonent factis.

Sunt, qui cùm iuſtitiam oppugnent, verbis conſe-qui volunt, vt iuſti eſſe videátur. Vt C. Gracchus cùm largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet æ-rarium, verbis defendebat ærarium. Eodem mo-do Hebræi illi vocibus protegebant virtutem, fa-ctis veró eam de medio tollere nitebátur. Eos hoc loco Deus non aurum argentum, ſed æs & ſtannũ appellat. Vocat eos etiam ferrum ob cordis duri-tiem & contumaciam, & ob nimiam ſcelerum fer-ruginem: plumbum ob effrænatá libidinem, quo-niam metallum hoc ad ignis colorem confeſtim liqueſcit: & ob graue peccatorum pondus. Nam

Zach.5. Zacharias peccatum talentum plumbi appel-

Pſa.37. labat ob eius onus grauiſſimum. Vnde pſal-mographus, Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt ca-put meum, & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſu-per me. Ac ſi diceret: Tanta vi, tam graui onere fla-gitiorum opprimor, vt humeros tanto póderi pa-res non habeam: ſed animus fractus & debilitatus

Eſa.1. penitus ſuccumbet, niſi diuina miſericordia ad-iuuetur. Vnde Eſaias Iudæorum populum appel-lat grauem iniquitate. Cum his metallis cõparat Deus Hebræos Hieroſolymæ habitantes, & vt eo-rum ſcelera exaggeret, ait eos non ſolùm eſſe hæc vilia metalla, ſed etiam ſcoriã argenti quæ eſt ſpur-citia illa, quæ ex metallo inter coquendum velu-ti ſpuma quædam egreditur, nulli vſui ſeruiens, nullam penitus, habens vtilitatem. Erant Hebræi illi nefarij, & ſcelerum maculis inſignes, miſit eos Deus in calamitatis fornacem, vt expurgarentur: ſed illi peiores euaſerunt. Erant vilia metalla, & re-manſerunt inutiliſſimæ ſcoriæ. Eam ob cauſam ait Deus: Omnes iſti æs, ſtãnum, & ferrum, & plũ-bum in medio fornacis, ſcoria argenti facti ſunt.

Eſai.1. Hac dicendi exornatione vtitur Deus per Eſaiam

Malac. 3. dicens: Excoquam ad purum ſcoriam tuam. Et per Malachiam: Ipſe erit quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans, & emundãs argentũ, &c. Deus eſt, vt ait diuina ſcriptura, ignis

Deut.4 Hebr. 12. cõſumens, afflictio autem eſt fornax. Mittit Deus homines aliquando in calamitatis fornacem, vt eos mundus exploret, & cognoſcat, ſintne aurum, an æs, an ſtannũ, ſed nihil interdũ inuenit niſi ſco-riam ſordes & immunditias metalli. Id volens ſi-gnificare Ezechiel, ait: Et ſcoria argenti facti ſunt. Ac ſi diceret: Et inuenit Deus eos nihil eſſe præter vilem ſcoriam, & inutilem metallorum ſpumam.

Propterea ego congregabo vos in medio Ieruſalem cõ-gregatione argenti, &c. Hoc eſt, quemadmodũ ſolẽt cõgregari argentum, & æs, & cætera metalla, vt in ignis fornacem mittãtur, & ibi probentur, ſic ego vos in hac ciuitate explorabo. Erit Hieroſolyma fornax afflictionũ, vbi eritis congregati, & obſeſſi à Babylonijs & infinitis ærumnis oppreſſi. Sufflabo flãmas calamitatum, affligã vos fame, ſiti, peſte, cla-

Sup.21. de, & alijs moleſtiis acerbiſſimis. Et quoniã cum ſceleratis afflicti etiam fuerunt nõnulli iuſti vt fuit capite ſuperiore oſtenſum, ideo ait: Cõgregatione argẽti, nã viri pij argẽti nomine ſignificãtur. Acci-pitur aliquando argentum pro diuina lege, vt in

Pſalm. 11. pſalmo: Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum: aliquando pro viro virtute præ-

Prouer. 10. dito & eloquente, vt in Prouerbiis: Argentum ele-ctum lingua iuſti. Hoc autem loco accipitur pro viro candido & innocente.

Et requieſcam. Inſtar hominis irati, qui poſtquã ſeruũ iniquũ flagellat, requieſcit. Loquitur, Deus more humano. Quidã vertunt: Et relinquã vos in fornace. Quaſi dicat Deus: Permittã, vt diu duret calamitas veſtra.

Et conflabimini in medio eius. Hoc eſt, in medio Hie-roſolymæ liquefietis. Comparat Hieroſolymam cum fornace ardente.

Et factum eſt verbum domini ad me, di-cens: Fili hominis dic ei: Tu es terra immũ-da, & non compluta in die furoris. Coniura-tio prophetarum in medio eius ſicut leo ru-giens rapiẽſque prædam, animas deuorane-runt, opes & pretium acceperũt: viduas eius multiplicauerunt in medio illius, Sacerdotes eius cõtempſerunt legem meam, & pollue-runt ſanctuaria mea, inter ſanctum & pro-phanum non habuerunt diſtantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt. Et à ſabbatis meis auerterunt oculos ſuos, &

coinquinabar in medio eorũ. Principes eius Mich.

in medio illius quaſi lupi rapientes prædam, 3.d.

ad effundendum ſanguinem, & ad perden- Sopho.

das animas, & auarè ſectanda lucra. Prophe- 3.d.

tæ autem eius liniebant eos abſque tempe-

ramento, videntes vana, & diuinãtes eis mẽ- G

daciũ, dicentes: Hæc dicit dominus Deus, cũ dominus nõ ſit locutus. Populi terræ calum-niabãtur calumniã, & rapiebãt violẽter: ege-nũ, & pauperẽ affligebant, & aduenã oppri-mebant calumnia abſque iudicio. Et quæſi-ui de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſ-ſiparem eam, & non inueni. Et effudi ſuper eos indignationem meam, & in igne iræ meæ conſumpſi eos, viam eorum in caput eorum reddidi: ait dominus Deus.

Fili hominis dic ei. Nimirum Hyeroſolymæ.

Et non compluta. Hoc eſt, non irrigata pluuia tem-pore opportuno, quia flagitiis tuis dominum ad i-racundiam prouocaſti. Quemadmodũ terra nõ cõpluta infrugifera eſt & infœcunda, ita Hieroſo-lyma abſque pluuia diuinæ gratiæ arida erat & ſte-rilis. Poteris per hãc ſiccitatẽ defectum diuinæ do-

ctrinæ intelligere: pluuia enim doctrinã ſignificat. Eſai. 5.

Ita intelligitur illud Eſaiæ: Nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem. Vbi per nubes ſignifi-

cantur diuini vates & Chriſti Apoſtoli, de quibus Eſai. 60

ruſum ait Eſaias. Qui ſunt hi, vt qui nubes volãt? Deut.

Vnde Moyſes inſtar nubis terram irrigãtis aiebat: 32.

Creſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros elo-quiũ meum. Et Eccleſiaſticus cum Deo loquens

has voces emittit: Aqua ſapientiæ ſalutaris pota- Eccle.1

bis eos.

Coniuratio prophetarum. Scilicet falſorum. Sep-tuaginta habent: Cuius duces in medio eius quaſi leones rugientes. Vt ſit ſenſus: Hieroſolymæ ma-gnates ſunt immanes & raptores. Pſeudopprophe-tæ, & qui apud Hieroſolimitanos potentia valé-bant, aduerſus veros prophetas coniurarunt. Exci-

tarunt

tarunt aduerſus eos populum, illiſque perniciem machinantes eorum opes rapiebant. Non vitupero rei familiaris amplificationem nemini nocentem, ſed illud aſſero, non ferre naturã, vt aliorum ſpoliis noſtras facultates & diuitias augeamus.

Animas deuorauerant. Accipitur anima pro vita. Quaſi dicat vitam illis ferro eripiebant. Sin autem accipiatur pro anima, tunc eſt ſenſus: Pſeudoprophetæ animas populi perdebant, eum ad necem diuinorum vatum incitantes.

Inter ſanctum & prophanum non habuerant diſtantiam. Hoc eſt, inter Dei templum & alias ædes nullam fecerunt differẽtiam. Ita idolis in templo im- *Levi. 18* molabant quemadmodum in locis prophanis. Ni- *Leu. 20.* bil intereſſe putabant inter animalia munda & im- *Deu. 14* munda, contra id quod Deus illis præceperat. Poteris per pollutum & mundum vitium & virtutem intelligere.

A ſabbatis meis auerterunt oculos. Nolentes ſabbati fractionem videre: non corripiebãt eos, qui ſabbata violabant. Arguit ſacerdotum impietatem, qui ad humana aſpirantes, diuina non curabant: *Iere. 2.* de quibus ait Deus per Ieremiam: Sacerdotes nõ dixerunt: vbi eſt dominus? & tenentes legem neſcierunt me. Vel auertere oculos à ſabbatis, capitur pro diuini cultus contemptione.

Principes eius. Nempe Hieroſolymæ. Vt ex saluta- *Simile* ri medicina nihil proficiſcitur, niſi quod ad corporis ſanitatem & vtilitatem pertinet, quoniam eius cauſa eſt inſtituta, ſic à legibus, quas tulerit princeps, nihil debet exire, niſi quod ad reipublicæ cõmodum ſpectet, quoniã illius cauſa fuerunt inſtitutæ. Narrat Iudæorum principum legiſlatorũ flagitia, qui leges iniquas ferebãt, & populum ſpoliabant, iniuſtè ferentes ſententiam, & aliorum incommodo ſuum cõmodum amplificantes: ſic cõmodum dici poteſt, quod aliorum augetur iniuria. Eodem modo inuehitur in principes iniuſtos Mi- *Mich. 3.* chæas capite tertio: & Sophonias codẽ capite. Etſi *Soph. 3.* eos temeraria populi multitudo iudicat beatos, qui præſtant valetudine, viribus, forma, qui poſſident diuitias, honores, imperia, opes, gloriam, tamen ſi fuerunt hi, qui hæc habent, improbi, iniuſti, vitiis cooperti, hi erunt profectò non ſolùm infelices ſed infeliciſſimi, nõ ſolùm miſeri, ſed miſerrimi. Huiuſmodi erãt hi, quos hoc loco arguit propheta.

Et auarè ſectando lucra. Arguit auaritiam, quam diuus Paulus appellat idolorum ſeruitutẽ, & om- *Ephe. 5.* nium malorum radicem. Ex illa enim tanquam ex *Coloſ. 3.* ſtirpe cæteræ flagitiorum peſtes oriuntur, quę cordis occupant terrã, & admirabilia illa virtutum ſe- *1. Timo. 6.* mina noſtris ingeniis innata adoleſcere non ſinũt. *Eccle. 31.* Beatus vir, inquit Eccleſiaſticus, qui poſt aurum nõ abiit, nec ſperauit in pecunia & theſauris. Omnia animantia manus habentia illis terram attingunt præter hominem, qui manus à terra habet eleuatas. Cùm enim bruta creata nõ ſint ad poſſiden- *Simile* dum cœlum, ſed terrã, decet eã manibus terere & attingere: at homo ad Dei imaginem & ſimilitudinem creatus ad cœleſtem beatitudinẽ poſſidendam, nõ terit manibus terram, ſed pedibus eam cõculcat. Voluit Deus vt ipſa noſtra compoſitio nos moneret, vt vellemus contemnere terram, & ad cœlũ ſemper aſpirare. Eam ob cauſam cùm cæteras animantes natura abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, eius manus abduxit à terra, & oculos ad cœli conſpectum quaſi ad proprium domicilium excitauit. Si conſiderare velimus quæ ſit in natura hominis excellentia & dignitas, quid differat à cæteris animantibus, & ad quid fuerit creatus, intelligemus quàm turpe ſit duci auaritia, diuitias ardẽtius quàm cætera omnia cupere, & pro rebus fluxis velle amittere æternas: Quemadmo- *Simile* dum aquila fertur in ſublime, ad terram autem nõ deſcendit niſi ad neceſſarium victum quærẽdum; capta autem præda ſtatim volat nec in ima terra detinetur: ſic nos debemus in cœlo animo verſari & depoſita ſuperuacanea rerum humanarum ſolicitudine, Deum mentis oculis contẽplari, & quieta ac tranquilla mente conſiſtere. Ad terram non debemus deſcendere, niſi vt ea, quæ ſunt vitæ neceſſaria accipiamus: quibus obtentis, debemus ad ipſum Deum cogitatione volare, & animo cõfugere. Ad id nos hortatur diuus Paulus iis verbis in epiſtola prima ad Timotheum: Habentes alimẽta, & quibus tegamur, iis cõtenti ſimus: nam qui vo- *1. Tim. 6.* lunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Salomon ille, qui antiquitatis memoriam ſapientia ſuperauit, fundens ad Deum precationes ſuas, has voces emiſit: Tribue tantùm victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad *Prou. 30.* negandum: Et rurſus: Melius eſt parum cum timo- *Prou. 15.* re domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles. Id quod his verbis dixerat eius pater: Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorũ multas. Eam *Pſal. 36* ob cauſam dixit Eccleſiaſticus: Noli anxius eſſe in diuitiis iniuſtis: non enim proderunt tibi in die ob- *Eccle. 5.* ductionis & vindictæ. Paupertas, vt ait Chryſoſtomus in epiſtola ad Hebræos, eſt manuductrix in viam, quæ ducit ad cœlum. Et diuus Auguſtinus in pſalmum 76. Omnis inquit, philoſophiæ magiſtra nobis eſt inopia. Sed quid mirandũ, cùm Gentium philoſophi idipſum cõteſtentur? Plutarchus, Contemptus, inquit diuitiarum eſt inſtrumentum philoſophiæ. Bias: Quis diues? qui nihil cupit. Quis pauper? auarus. Seneca: Breuiſſima ad diuitias per contẽptum diuitiarũ via eſt. Crates ille Thebanus, qui opibus affluebat, cùm ſe Athenas ad philoſophandũ tanquã ad bonarũ artium mercaturam cõferret, magnum dicitur auri põdus in mare conieciſſe, quoniam non putauit ſe poſſe ſimul & virtutes & diuitias poſſidere, & cùm illud in altum gurgitẽ profunderet, dixiſſe aiunt: Abite peſſum malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipſe mergar à vobis: Melius feciſſet, ſi diuitias illas propter Deum inter pauperes diſtribueret: nec ego in eo laudo perdere illas, ſed eas aſpernari. Felices illi, qui paucis contenti, opes ſuas propter Chriſtum inopibus largiuntur, & ad eas opes aſpirant, ex quibus credunt poſſe verũ decus refloreſcere, veramque dignitatem redundare: qui poſſunt dicere cum Apoſtolis: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Horum animi cùm è vinculis corporum euola- *Matt. 19.* uerint, nõ ad æterna ſupplicia, & cæcas inferorum tenebras relegabũtur, ſed gaudio exultantes, ſedes illas cœleſtes, & ſplendiſſimam domum conſequentur, vbi pulcherrimam diuini numinis, cæterarumque rerum ſcientiam obtinebũt diuitiis nũquam interituris redundabunt, & Deo ipſo æuo ſempiterno fruentur. Auari homines contrà cupiditatis ſtimulis concitati, dabunt ſuorum flagitiorum pœnas: & qui poſthabita animi cura, & diui-

narum rerũ contemplatione omnes cogitationes ſuas conferunt ad fallaces diuitias conquirendas, totóque ſtudio in eam curam incumbunt, vt vitã aliis & opes per ſummum ſcelus eripiant,in æternum torquebuntur. Et vt ait diuinus pſaltes: Relinquent alienis diuitias ſuas,& ſepulchra eorum domus illorum in æternum.Loca inferni,vbi impiorum animæ ſunt ſepultæ, vocat domum illorũ in æternum. Erit illis ſecluſum iter à concilio cœlitum,excludentur à cœtu mentium beatarum,& æternis pœnis in inferno cruciabũtur. Huiuſmodi homines obiurgat hoc loco Ezechiel,eos præſertĩ qui inter cæteros principarum obtinebãt,qui cùm deberent in alios cõferre beneficia,lucra auarè ſectabantur. Nullũ eſt vitium terrius auaritia & inſatiabili cupiditate,præſertim in iis,qui rempublicam gubernandam ſuſceperunt:habere enim quæſtui rempublicam non ſolùm non eſt laudabile, ſed etiam crudele & nefarium.

Pſa.48.

Prophetæ autem eius liniebant eos abſque temperamento. Hoc eſt,falſi prophetæ decipiebant magnates Hieroſolymæ ſua falſa doctrina. Methaphora eſt ſumpta ab iis, qui parietes cõplanant luto abſq; firmitate. Cùm enim parietes pulchri videãtur, excidit lutum,& remanent deformati. Eodem modo pſeudoprophetæ res proſperas promittentes fallebant magnates, & in erroribus ſuis confirmabant, ſed ſtatim fraus eorum apparebat. Pro abſq; temperamento,verti poteſt,luto inſulſo, ſeu luto abſque firmitate. Hac dicendi exornatione vſus eſt etiam ſuprà Ezechiel capite 13.

Sup.13. *Populi terræ calumniabantur calumniam.* Hoc eſt, ſcelerati erant pleni fraudibus & dolis. Non erat in Iudæa iuſtitia in principibus, nec virtus in populo. Iam innocentię,probitati,rectis ſtudiis nihil erat loci. Populus imitabatur regẽ. Et vt ait Eccleſiaſticus:qualis eſt rector ciuitatis,tales habitantes in ea. Inter populi flagitia priùs numerat calumniam, quæ eſt vexatio alicuius in litibus præcipuè per fraudem & ſubdolam ac ſubtilem rationem,aut rei alicuius malitioſa interpretatio ad aliquem decipiendum. Cùm Theatridas gladium cote acueret, interrogatus à quodã eſſetne acutus, acutior, inquit, calumnia. Author eſt Plutarchus in primo apophthegmatũ libro. In Leuitico ſunt hæc Dei verba: Non facias calumniam proximo tuo. Et quoniam impij virtutis ſplendorẽ extinguere,& iuſtorum pulchritudinem deformare cupiũt, aiebat Dauid: Feci iudicium & iuſtitiam non tradas me calumniantibus me. Et Ioannes Baptiſta: Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis.

Eccle.10

Leu.10.

Pſa.118

Luc.3. *Quæſiui de eis virum,qui interponeret ſepem.* Id eſt, quæſiui aliquos, qui ſe ponerent pro ſepe, ne ego totum agrum vaſtarem,ſed non erat,qui inſtauraret interruptionem, & poſſet ingreſſum ſeueritatis meæ cohibere. Acſi diceret: Quæſiui, qui me precibus ſuis placaret, ne euerterem Hieroſolymãm,& non inueni. Vide Dei miſericordiam: Exigebat diuina iuſtitia, vt Hieroſolyma eſſet ob ſcelera ſua deleta:& ille quærebat aliquem, qui eum pro eius ſalute obſecraret. Illud eſt hoc loco aduertendum,virum iuſtum pro aliquo orantem, & feruentes preces ad Deum fundentem ſepem eſſe & murum illius. Moyſi pro populo orãti dixit Deus: Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos. In libro Geneſis ſcriptum legimus apparuiſſe dominum Iacobo,cùm remanſiſſet ſolus,& à familiæ frequentia ſe in ſolitudinem recipiſſet, & cùm eo fuiſſe luctatum. Ex quo certamine effectum eſt, vt neruus fœmoris Iacobis èmarceſceret,& ipſe dominus ei benediceret. Quid aliud lucta hæc Iacobi cùm Deo ſignificat,quàm vehementem orantis feruorem,& piarum precationum vim,& admirabilem effectum. Duo brachia luctantis ſunt fletus & deuotio. Ideo ait Oſeas hunc Iacobum & fleuiſſe & rogaſſe. Superauit autem Deum, quia vſque mane orauit,& in precationibus permanſit: In hac contentione exaruit fęmoris neruus,quia vi & feruore orationis extinguitur carnis appetitus, aut ſaltem ſedatur,& acquiritur benedictio,hoc eſt,diuina quædam conſolatio. Sed hoc loco occurrit difficilis quædam quæſtio. Quomodo non inuenit Deus virum iuſtum, qui oraret pro Hieroſolyma,ſi in ea erat Ieremias,& Baruch,& viri alij virtute inſignes, qui pro populo pias & ardentes ad dominum preces fundentes, dies ac noctes inter mœſtos gemitus, & amara ſuſpiria conſumebant? Et ſuprà dixerat Deus cap. 21. ſe eſſe in clade Hieroſolymæ interfectnrum iuſtum & impium. Huic obiectioni reſpondet Nicolaus Lyranus hoc loco numerum ſingularem accipi pro plurali Quæſiui de eis virum pro quæſiui viros in numero ſufficiente, propter quos parcerem ciuitati. Nam cùm Abraham quæreret à domino vtrum parceret Sodomæ pro decem iuſtis, non auſus eſt quærere ampliùs de numero minore. Eam ob cauſam ſubditur hoc loco: Et non inueni: ſubaudi viros in numero ſufficiente. Erant enim Hieroſolymæ flagitia multa, quemadmodum dixerat propheta in principio huius capitis: & fuſe ſcriptum eſt quarto Regum, & ſecundo Paralipomenon. Hæc eſt reſponſio huius doctoris ſapientis quidem, qui in diuinis literis explanandis & ſi non fuerit verborum elegantia perpolitus, in eam tamẽ curã toto pectore incubuit, vt verum ſcripturæ intellectum explicaret. Paulus tamen Burgenſis homo etiam doctus hac ſolutione minimè contentus aliã quærit, Ait enim hoc reuera de viro tãtùm vno intelligi, vt litera ſonare videtur. Et quãuis tunc eſſent Hieroſolymæ nonnulli viri iuſti, qui deũ orarent pro populo,nullum tamẽ ex illis tanti meriti fuiſſe,vt per eius precationes Deus iratus placaretur. Alij, quibus hoc loco Burgenſis nõ arridet, quòd videatur eximiæ Ieremiæ ſanctitati derogare, cuius merita ſunt in litteris diuinis perpetuis conſignata monimẽtis,aiũt Deũ iuſtos aliquos in ciuitate inueniſſe,inſignes illos quidẽ,virtutibus & meritis præſtãtes,ſed nullũ,qui ſe poneret ſepem pro ea,quoniam erat ciuitas illa definitiua Dei ſententia delenda. Non igitur hoc loco defectũ aiũt fuiſſe virtutum aut meritorum intercedentiũ,ſed eam ob cauſam neminẽ ſe murum conſtituiſſe ad ciuitatem protegendam,quoniã ob eius impia facinora decreuerat Deus eſſe illam euerſurum ſententiã irrefragabili & definitiua. Eam ob cauſam allocutus eſt Deus iis verbis prophetã Ieremiã: Tu ergo noli orare pro populo hoc,nec aſſumas pro eis laudem & orationem,nõ obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. Hæc verba mandauit Ieremias capite ſeptimo, & vndecimo, & quartodecimo. Capite autem quintodecimo ita facit Deum loquentem: Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me non

Exo.32.

Geneſ. 31.

Oſe.12.

Supr.21

Gen.18.

4.Reg. 2.Para.

Iere. 7. Iere. 11. & 14.

Iere.15.

non eſt anima mea ad populum iſtum. Et apud noſtrum Ezechielem dixit euerſurum eſſe vrbem, etiam ſi Noe, Daniel, & Iob pro illa intercederent. Sap.14. Vaticinia comminatoria non ſemper adimplentur, quando non ſunt diffinitiua, vt patet in Niniuitis apud Ionam, Ioan.13. & in morte Ezechiæ apud Eſaiā, Eſai.38. & libro quarto Regum. 4.Re.20. At quia hæc Dei ſententia hoc vaticinio explicata de delenda Hieroſolyma non erat comminatoria tantùm, ſed diffinitiua, ideo nullus inuentus eſt, qui eam protegeret. 2.Para. 32. Harū opinionum nullam audeo reiicere: omnes enim mihi placent. Quæ verior ſit, docti viderint: mihi quidem vltima veriſimilior videtur.

Et *effudi*. Pro effundam: præteritum pro futuro more prophetarum. Senſus eſt: Eos ob ſcelera ſua grauiter puniam.

Viam eorum in caput eorum reddidi. Hoc eſt, vnumquenque affligam iuxta criminis eius magnitudinem. Pro qualitate & quantitate ſcelerum luet vnuſquiſque pœnas. Homines immanitate barbari, humano ſanguine creti, ingurgitati in flagitia, non ſolùm occidentur corpore, ſed ſecluſi à concilio cœlitum ſempiternis cruciatibus afficiētur. Vel ita: Pernicies, quā aliis machinabātur, in eorū caput redundabit. Fortaſſe accipitur caput pro rege: & tunc erit ſenſus: Sedechias mihi pœnas perſoluet non ſolùm ſuorum, ſed etiam populi criminum. Eorum enim ſcelerum, quę ſubditi exemplo impij regis cōmittunt, ipſe rex, qui fuit eorū cauſa, Pſa.18. reddet rationē. Eāob cauſā aiebat Dauid: Ab alienis parce ſeruo tuo. Hoc eſt, à peccatis aliorū, quæ meo malo exemplo fuerūt perpetrata. Pro alienis eſt in Hebraico zedhim, quæ dictio ſuperbum & ſuperbiā ſignificat. Quare hic poteſt eſſe huius loci ſenſus: A te domine mirandum in modum peto, vt qui mihi tolerantiam ad calamitates æquo animo tolerandas dediſti, animi etiam ſubmiſſionem & humilitatem præſtes, vt me à deteſtabili & intoleranda ſuperbia eripias: nulla eſt enim capitalior peſtis importunitate & ſuperbia, nulla pernicioſior, nulla deteſtabilior & immanior. Verùm quia dictio Hebraica alienum etiam ſignificat, meritò ſeptuaginta interpretes trāſtulerūt: Et ab alienis parce ſeruo tuo. Quoniam qui exemplo ſuo alios excitat ad peccandum, eorum ſanguinem perſoluit. Eodē modo apud Ezechielē ait Deus præſuli Sup.3. ſcelera ſubditi nō curāti: Sāguinē eius de manu tua requiram. De Hebraiſmo ibi fuſè diſſeruimus.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXII.

Viri detractores fuerunt in te. Septuaginta habent ἄνδρες λῃσταὶ, Hoc eſt, viri latrones. Qui enim de aliorū vita detrahunt, eorum famam diripiunt, & latrones multò peſtilentiores iis, qui diuitias rapiunt: quò enim fama nobilior eſt opibus & diuitiis, tantò pernicioſiores ſunt latrones famę, quā pecuniæ. Nihil eſt velociùs maledicto, & detractione nihil faciliùs emittitur, nihil latiùs diſſipatur: Nulla res eſt, quæ faciliùs direptioni cōmittatur, quę breuiùs amittatur, quàm gloria, qua detractor ſpoliat poſſidentē. Quod de falſa mundi gloria intelligendū puto, quæ eſt temeraria, & inaniſſimis ſplendoris inſignibus collecta & à ſapientibus omnibus repudiata. Vera enim gloria ſolida eſt & expreſſa, non adūbrata: ea eſt verus virtutis ſplendor, benefactorū comes, conſentiens laus bonorū incorrupta vox bene iudicantiū de excellenti virtute, quæ radices agit ac lōgiùs propagatur. In Hebraico pro detractoribus eſt רכיל racil, quæ dictio detractatorē ſignificat, & mercatorē, & deceptorē. Vnde id quod eſt apud Ieremiā: Ambulātes fraudulēter, vt æs & ferrū, poterat verti. Iere. 6. Ambulātes in detractione, aut in fraudibus, ſimiles ſūt æri & ferro. Hoc eſt impudētes ſunt, frontē habētes Chalybeā & ferreā. Id etiam, quod ait Ezechiel c.17. In vrbe Sup. 17. negotiatorū poſuit illā, verti poterat: In ciuitate latronum, vel detractorum. Qua de re ea poteris videre, quæ ibi annotauimus.

Et poſſidebo te. In Hebraico eſt ונחלת בך venichalt bac. Verbum eſt nachal, quod ſignificat hęreditare, accipere, poſſidere: vt apud Zachariā: Et poſ- Zacha. ſidebit dominus Iudam partē ſuam. 2. Et apud pſalmographū: Surge Deus iudica terram, quoniam tu Pſal.18. hæreditabis in omnibus gentibus. Acſi diceret: Obſecro te domine Deus, vt ex alto cœli faſtigio deſcendas, & regendi negotium ſuſcipias: intueor enim mentis oculis eſſe ad te gentes omnes peruētutas, quæ priùs erāt ob dæmonis tyrānidē oppreſſę: tu eas poſſidebis, & erunt hæreditas tua. Hāc ſignificationē ſecuti ſeptuaginta interpretes tranſtulerūt: καὶ κατακληρονομήσω, Hoc eſt & hæreditate poſſidebo. Quam etiam ſignificationę ſecutus eſt cōmunis interpres. Pagninus vertit: Et eris capiens hæreditatem in te. Et in Theſauro ait R. Dauid eam in libro radicū hunc locum ita etiā vertere: vbi ait hūc eſſe ſenſū illius: Olim ô ſynagoga, inquit Deus, fuiſti hæreditas mea, & populus meus: at cū te ſceleribus contaminaueris, non eris hæreditas mea, ſed tua: non eris in me, ſed in te. Sed quoniam radis huius verbi poteſt eſſe chalal, quod ſignificat polluere, & prophanare, ſunt, qui hūc locū ita vertāt: Et pollueris, vel prophanaberis in te inter Gētes. Hoc verbo vſus eſt pſalmographus in loco illo: Prophanaſti in terra ſanctuarium eius. Vel vt poteſt verti ex Hebræo: Polluiſti in terra diadema Pſa.88. eius. Acſi diceret: Regnum Dauidis, eiuſque dignitatem penitus contempſiſti. Voluit igitur ſignificare Ezechiel fore, vt Iudæi in Babylonica captiuitate detenti ſe impiis Gentium ritibus, vaniſque ſuperſtitionibus coinquinarent. Thargum habet: Et ſanctificabor in te. Vt ſit ſenſus: Reuerteris ô popule Iudaice ex captiuitate Babylonica, & meipſum coles in Iudæa, vbi ego ero in te ſanctificatus. Hæc interpretatio etſi verbis differat à vulgata editione, in ſenſu tamen coincidit cum illa.

Verſa eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam. Pro ſcoria eſt in Hebraico סוג ſiug, quæ dictio abſque dubio ſcoriam ſignificat, vt apud Eſaiam 1. Excoquam ad Eſai. 1. purum ſcoriam tuam. Id quod eſt in pſalmo: Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, verti poteſt ex Hebræo: Scoriam reputaſti omnes pec- Pſalm. catores terræ. 118. Septuaginta tamen in hunc Ezechielis locum tranſtulerunt: Facta eſt mihi domus Iſrael commiſta, ſeu in commiſtionem. Vt ſit ſenſus: Populus Iſraeliticus eſt nunc quædam metallorū miſtura, nō eſt purum argentum, ſed cum ſtanno & plūbo, & ferro miſtum: at ego eū igne afflictionis purgabo, vt poſt captiuitatem remaneat argentum purum abſque vlla idolorum cultus miſtione. Hinc poteris colligere quàm vtilis ſit calamitas. Pſal.25. Hoc intelligens regius vates canēbat:

Pſa.25. Proba me domine, & tẽta me: vre renes meos, &
cor meũ. Vbi pro tentare, eſt in Hebraico tſarphab,
quod verbum explorare ſignificat, more eorum
qui igne experiuntur aurum & argentum, ſitoe
purum ab ſcoria. Per renes voluptates ſignificat,
quòd libidinum ſedes in renibus eſſe perhibea-
tur, per cor occultas cogitationes, quòd earum of-
ficina & receptaculum cor ſit. Quaſi dicat: Scruta
re domine, experire quis ſim: explora igne non ſo-
lùm opera mea, ſed animi cogitationes & conſi-
lia. Fac periculum innocentiæ meæ: nam quem-
Simile admodum aurum & argentum igne perſpiciun-
tur, ſic in ærumnarum fornace corporis opera, &
intimæ animi affectiones explorantur. Hoc alebat
pius Dauid non temeraria audacia: ſed cùm falſis
criminibus vocaretur ad interitum, quòd necem
Sauli regi moliretur, dominũ appellabat, qui eſſet
ſuæ cauſæ diſceptator, cui erat copertũ eũ nunquã
violaſſe Saulem, quin potiùs hac in re animũ ſem-
per ab omni flagitio & ſcelere alienum habuiſſe.
1. Reg. Id quod poſteà fuit omnibus cognitum & explo-
24. ratum per id quod in ſpelunca Engaddi factum
1. Re. 26. legimus, & in deſerto, vbi haſtam & ſcyphum Sau
li dormienti eripuit: & per rerum aduerſarum to-
lerantiam, & in virtute firmitudinem.

Sacerdotes eius contempſerunt legem meam. In He-
braico pro contempſerunt eſt ṿvun chameſu, à ver
bo כמה hamas, quòd ſignificat contemnere, & ra
Prou. 8. pere, & lædere. Vnde illud Prouerbiorum: Qui in
me peccauerit, lædet animam ſuam, poteſt etiam
verti: Qui in me peccauerit, expoliabit animam
ſuã. Nã anima flagitium mortiferum committens
manet bonis gratiæ, quæ verè ſunt bona, ſpoliata.
Eam ob cauſam poterat etiam locus hic Ezechie-
lis ita verti; Sacerdotes eius ſobripuerunt legem
meam. Acſi dicat Deus; Nefarij Hieruſolymæ ſa-
cerdotes legem meam populo nuntiare & expla-
nare noluerunt. Qui eã tenebãtur populo expone-
re, illã nõ exponebãt, eã dicebantur populo furari.
Vtinã hoc præſules illi eccleſiaſtici cõſiderarẽt, &
iterum ac iterum memoria repeterent, vt furta ſua
viderent, & deteſtarentur: qui cùm Dei verbum
ſubditis nuntiare teneantur, populumque diui-
na inſtruere doctrina, nec per ſe hoc, nec per alios
efficiunt; quin potiùs dediti ventri, & ſomno in
perpetua ignominia verſantur. Nõ loquor de illis,
qui ſunt virtute & ſapiẽtia prædit, qui populum
vita, doctrina, & pietate ad diuinum amorem,
Chriſtique euangelij obſeruantiam excitare con-
tendunt, quorum multos ſcio eſſe in eccleſia ca-
tholica. Illos ſolùm duco obiurgandos, qui turpi
otio diffluunt, tetras ſibi maculas inurunt, & popu
li ſibi crediti ſalutem contemnunt: Non damno
vacationem à laboribus aliquando, & honeſtam
Simile requiem. Vt enim aues aſpicimus cum labore &
induſtria nidos cõſtruere, eaſdem autẽ poſt fatiga-
tionem leuandi laboris ſui cauſa paſſim ac liberè
ſolutas opere volitare, ſic animi noſtri magnis cu-
ris & laboribus defeſſi deſiderant interdum quieſ
cere, & veluti laboribus vacui volitare, & hone-
ſto ac pio otio vti. Illud eſt otium deteſtãdũ quod
alit delicias & flagitia, & labor ille amplectẽdus,
qui famam parit immortalẽ, qui ob Chriſti gloriã
ſumitur, quo ea conficiuntur, quæ vigent memo-
ria omnium ſeculorum. Si quid feceris honeſtum
cum labore, labor abit, honeſtum manet: ſi quid tur
pe cum voluptate, turpitudo manet, voluptas abit.
In libro Geneſis ſcriptum legimus: Tulit dominus Gene. 1.
Deus hominẽ, & poſuit eum in paradiſo volupta-
tis, vt operaretur, & cuſtodiret illum. Et Salomõ Proue.
in Prouerbiis egeſtatem, inquit, operata eſt manus 10.
remiſſa, manus autem fortium diuitias parat. Vn-
de diuus Paulus in prima ad Corinthios, Labora- 1. Cori.
mus, inquit, operantes manibus noſtris. Et in pri- 4.
ma ad Theſſalonicenſes: Memores enim facti eſtis 1. Teſſa.
fratres laboris noſtri, & fatigationis, nocte ac die 2.
operantes. Et in ſecunda ad Corinthios: Inſtantia 2. Cor.
mea quotidiana, & ſolicitudo omnium eccleſiarũ. 1.
Vtinã hãc diuini præſulis Pauli ſolicitudinem præ
ſules noſtri temporis aſpicerent. Qui docet, inquit
ille in epiſtola ad Romanos, in doctrina, qui præ- Rom. 12.
eſt, in ſolicitudine. Et paulò pòſt: Solicitudine non
pigri, ſpiritu feruentes, domino ſeruientes. Et in 1. Teſ. 2.
prima ad Theſſalonicẽſes: Fiduciam habuimus in
Deo noſtro loqui ad vos euangelium Dei in mul-
ta ſolicitudine. Et quoniam hanc in annuntianda
Dei lege ſolicitudinem contemnebant ſacerdotes
& antiſtites Iudæorum, ait hîc Deus per Ezechie
lem, eos legem ſuam furatos eſſe, aut, vt vertit com
munis interpres, contempſiſſe.

Argumentum Cap. XXIII.

*Inuehitur in Hieroſolymam & Samariam ſub nomi
ne Ohola & Oholiba incontinentium ſororum, quæ ne-
glecto pio dei cultu, repudiata vera religione adhæſerint
vana Gentium ſuperſtitioni, & falſos ac commentitios
Deos coluerint. Oſtendit impudentiorem eſſe Hieroſoly-
mæ impietatem & perfidiam, quàm Samariæ. Deplorat
nefariam Iudæorum viuendi rationem, lamentatur eo-
rum perniciem ſibi ob ſcelera ſua conflatam, & de eo-
rum luctuoſiſſima euerſione per Chaldæos vaticinatur.*

CAPVT XXIII.

ET factus eſt ſermo domini ad A
me, dicens, fili hominis duæ mu-
lieres filiæ matris vnius fuerunt,
& fornicatæ ſunt in Aegypto, in
adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt. Ibi ſubacta
ſunt vbera earum, & fractæ ſunt mammæ
pubertatis earum, nomina autem earum
Ohola maior, & Oholiba ſoror eius mi-
nor. Et habui eas, & pepererunt filios & fi-
lias. Porrò earum nomina Samaria Ohola,
& Ieruſalem Oholiba. Fornicata eſt igitur
ſuper me Ohola, & inſaniuit in amatores
ſuos, in Aſſyrios propinquantes, veſtitos hya
cintho: principes & magiſtratus, iuuenes cu-
pidinis vniuerſos, equites, aſcenſores equo-
rum, & dedit fornicationes ſuas ſuper eos, e-
lectos filios Aſſyriorum vniuerſos, & in om-
nibus, in quos inſaniuit, & in immunditiis eo
rũ polluta eſt. Inſuper & fornicationes ſuas, B
quas habuerat in Aegypto, non reliquit. Nã
& illi dormierunt cum ea in adoleſcen-
tia ſua, & illi confregerunt vbera pu-
bertatis eius, & effuderunt fornicatio-
nem

B nem ſuam ſuper eam. Propterea tradidi eã in manus amatorum ſuorum, & in manus filiorum Aſſur, ſuper quorum inſaniuit libidine. Ipſi diſcooperuerunt ignominiam eius, filios, & filias eius tulerunt; & ipſam occiderunt gladio. Et factæ ſũt famoſæ mulieres, & iudicia perpetrarunt in ea. Quod cùm vidiſſet ſoror eius Oholiba, pluſquam illa inſaniuit libidine, & fornicationem ſuam ſuper fornicationem ſororis ſuæ ad filios Aſſyriorum præbuit impudenter, ducibus & magiſtratibus ad ſe venientibus indutis veſte varia, equitibus qui vectabantur equis, & adoleſcentibus forma cunctis egregia. Et vidi, quòd polluta eſſet via vna ambarum, & auxit fornicationes ſuas. Cùmque vidiſſet viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expreſſas coloribus, & accinctos balteis renes, & thyaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, ſimilitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorum, in qua orti ſunt, inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum, & miſit nuntios ad eam in Chaldæam. Cùmque veniſſent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarum, polluerũt eam in ſtupris ſuis, & polluta eſt ab eis, & ſaturata eſt anima eius ab illis. Denudauit quoque fornicationes ſuas, & diſcooperuit ignominiam ſuam. Et receſſit anima mea ab ea, ſicut receſſerat anima mea à ſorore eius.

Sup.16.

EXPLANATIO.

Duæ mulieres filiæ matris vnius Hoc eſt, Hieroſolyma & Samaria, quæ fuerũt ab vna matre Sarach progenitæ. Populus Hebræorum mortuo Salomone fuit in duas partes diuiſus: tribus Iuda & Beniamin obedierunt Roboã filio Salomonis, aliæ autem tribus ſecutæ ſunt Ieroboam. Et cùm tempore Saulis, & Dauidis, & Salomonis vnum eſſet regnũ, tẽpore tamen Roboam propter verborum eius duritiẽ decẽ tribus ſe ab eo ſegregarũt, & adhæ-
3.Re.12. ſerũt Ieroboam, vt litteræ diuinæ libro tertio Regum memoriæ prodiderũt. Et deinceps fuerũt duo regna diuiſa, vnũ erat duarũ tribuum, quod appellatur regnum Iuda, regnum Ieruſalem, & duæ tribus, alterum erat decem tribuum, & appellabatur regnum Samariæ, ſiue Iſrael, ſiue Ephraim, ſiue decem tribus. Samaria cùm primùm ſe tradidit Ieroboam, defecit à fide, & poſteà Hieroſolyma: & ita Iudæorum populus varia Gentium ſimulacra colebat, exceptis quibuſdã viris pietate præſtãtibus, in quibus diuinũ quoddã fidei lumen cæteris extinctis infelicibus illis tẽporibus mirabiliter eluxit. Hos nullæ tẽtationes potuerunt à virtute abducere, nec à fide remouere, nec ab honeſtatis curſu retardare. Hoc clariùs elucebat Hieroſolymæ, propter Dei tẽplũ diuino cultui dedicatũ. Et quoniã obtinẽte Saule Iudæorũ regnum, illud vnum erat, quãuis ſe poſteà diuiſit in duo, ideo ait hoc loco diuinus vates duas has mulieres, hoc eſt, duo hæc regna nẽpe Samariæ & Iuda fuiſſe vnius matris filias & ſorores: præſertim cùm omnes Iudæi fuiſſent ab vna matre, hoc eſt, à Sarach vxore Abrahami progeniti. Eã ob cauſã Iudæos alloquẽs Eſaias, aiebat: Attẽdite ad petrã, vnde excisi eſtis: & ad cauernã laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos. Sed quoniã ſuprà Ezechiel capite 16. Hieroſolymam per contemptum filiam appellauerat Cethææ, quæ fuerat idolorum cultrix, ideo fortaſſe hoc loco Hieroſolymam & Samariam filias huius matris appellat, hoc eſt, ſimulacrorum cultrices, quæ impiæ matris flagitia imitabantur. Cùm Iudæi gloriarentur ſe eſſe filios Abraham, viri eximij, ſapiẽtia & charitate præſtantis, cuius virtutes imitari nolebant, vocat eos Deus filios Cethææ, cuius impias ſuperſtitiones ſequebãtur. Oſtẽdit illis Deus, veram nobilitatem non conſiſtere in maiorũ celebritate, ſed in propria virtute, à qua illi erãt relicti. Vir nobilis, virtutum ornamentis decoratus eſt veluti cœlum ſerenum, pulchrum ſyderum varietate diſtinctum. Et quemadmodũ denſæ tetræque nubes ſplendida obſcurant ſydera, ſic poſteri degeneres, & ſcelerum labibus cõtaminati maiorũ ſplẽdorẽ, eorumque inſignium virtutum claritatem extinguũt, ſuorumque vitiorum tenebras illis obfundunt: vt etiam ſi fuerint nobiles, certè veniant in obliuionem. Satius eſt propriis rebus geſtis florere, quàm maiorum opinione niti. Nõ debent nobilium hi filij appellari qui in perpetua verſantur ignominia, ſed nefariorum, quorũ viuendi rationẽ imitari cõtendunt. Vnuſquiſq; eius dicitur filius, cuius ſequitur opera. Eã ob cauſã Chriſtus Deus noſter impios Iudæos apud Ioannem filios diaboli appellat. Et idẽ Ioãnes de Chriſtianis ait: Quotquot autem eum receperunt, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Et hoc loco Ezechiel idolorũ cultores filios impiæ Cethææ meritò vocauit. In Chriſto enim Ieſu, vt ait diuus Paulus, nec circuncisio aliquid valet, nec præputiũ, ſed noua creatura. Significat Apoſtolus veram apud Deum nobilitatem eſſe animæ renouationem per fidem charitate formatã, quæ nõ in ſtemmatibus maiorum, & generis amplitudine conſiſtit, ſed in nouitate vitæ, & in diuini numinis imitatione. Nos qui ex Gentibus originem ducimus, potiùs filij Abrahæ ſumus, cùm illius fidem referamus, quã ij, qui ſe ortos ab illo putant, nec tamen domeſtico exemplo à ſcelere & impietate reuocãtur. Cùm enim in diuina cognitione omnia ſint à ſenſu corporis ad mentis dignitatem cõferenda, non multùm refert, cuius ſanguine procreemur, ſed cuius veſtigiis ingreſſi vitam inſtituamus. Ita hoc explanat Hieronymus Oſorius epiſcopus Algarbiorum digniſſimus in libro quem cõpoſuit de nobilitate Chriſtiana, vbi dulci & admirabili eloquentia ſua, veluti ſuaui quadam Orphei cithara veram Euridicem, hoc eſt, pulcherrimam philoſophiam ab obſcuris tenebris tanquam ab inferis reuocauit.

Eſai.51.

Sup.16.

Simile.

Ioan.8.

Ioan.1.

Gala.5.

Et *fornicatæ ſunt in Aegypto*. Hoc eſt, idolorum cultui ſe tradiderunt, cùm eſſent in Aegypto. Perſpicuum eſt in literis diuinis nomine fornicationis idololatriã ſignificari, vt ſæpe oſtendimus: animus enim à vero Deo per illã ſeparatur, & ad falſos deos conuer

conuertitur. Hic habes locum apertè oſtendentē
fuiſſe multos ex Iudæis in Aegypto idolorum cul-
tores. Non enim eis de Aegypto egredientibus
lex idolorum cultũ prohiberet, niſi ibi fuiſſent Gē
Exo. 20. tium ſuperſtitiones imitati. In Exodo dixit illis
Deus: Nō facietis Deos argēteos, nec Deos aureos
Exo. 23. facietis vobis. Et iterũ: Non adorabis Deos eorũ,
Leui. 19. nec coles eos, nec facies opera eorum. Et in Leuiti
co: Nolite conuerti ad idola, nec Deos cōflatiles fa
ciatis vobis. Ego dominus Deus veſter. Eodē mo-
Deut. 9. do in Deuteronomio: Et multis aliis in locis.

Obola maior, & Oboliba ſoror eius minor. Samariā
vocat maiorem nō natiuitate, ſed populi multitu-
dine: cōprehēdebat enim decē tribus, Hieroſolyma
verò duas. Samaria erat ciuitas quædā metropolis,
à qua totum regnũ Samaria etiā vocabatur: quēad
modũ Hieroſolyma metropolis erat regni Iuda. Sa
mariā appellat Deus Obolam, hoc eſt tabernacu-
lum eius. Acſi dicat: Non eſt tabernaculum meũ,
ſed ſuum, quoniam templo meo relicto decem tri
bus coluerunt vitulos aureos, & templum Baal
3. Reg. 12. ædificarunt. Hieroſolymam verò appellat Oboli-
bam, hoc eſt tabernaculum meum in ea: quoniam
4. Reg. 10. ibi erat templum diuino cultui dedicatum. At v-
trumque regnum Deo vero contempto Deos
commentitios venerabatur.

Habui eas, & pepererunt filios & filias. Hoc eſt, mi
hi quondam obtemperarunt, & varios virtutum
fructus produxerunt.

Inſaniuis in amatores ſuos, in Aſſyrios propinquantes.
Hoc eſt, Samaria deperiit Aſſyrios ſibi propin-
quos, nō tam loco, quàm moribus, & turpi viuen-
di ratione; eorũque ſuperſtitiones impatiēter ada-
4. Reg. 15. mauit, Manahem rex Samariæ petiuit à rege aſſy-
riorũ, vt illũ in regno cōfirmaret: quā ob cauſā ma-
4. Reg. 17. gnum illi tributum ſoluebat. Et contra Dei præce
ptum Iudæi inito fœdere cum Gētibus omnia eo
rum idola coluerunt. Et, vt ait pſalmographus, cō
Pſa. 105. miſti ſunt inter Gentes, & didicerunt opera eorũ,
& ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt il-
Simile lis in ſcandalũ. Quēadmodum dulcis Iordanis flu-
uius cùm in Aſphaltiten inſalubrem Palæſtinæ la-
cum ingreditur, redditur inſuauis, & virtutē amit-
tit, ſic qui eſt cũ ſceleratis amicitia cōiũctus, & fa-
miliaritate copulatus, flagitioſus efficitur plerũq;,
eorumque vitiis contaminatur, etiā ſi anteà in vir
Eccle. 7. tutē incubuiſſet. Meritò igitur dicebat Eccleſiaſti-
cus: Diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te. Et
1. Cor. 5. Apoſtolus in prima ad Corinthios, & in ea, quæ
Gal. 5. ſcripſit ad Galatas: Modicum fermētum totā maſ
ſam corrumpit. Nō ſatis habuerunt Iudæi omnia
ſcelera moliri, quibus humanam læderent ſocieta
tem, niſi etiam ſummi Dei religionem polluerent,
& verum Dei cultum penitus violarent.

Iuuenes cupidinis. Hoc eſt, ad libidinē prouocātes.

*Fornicationes, quas habuerunt in Aegypto non reli-
quit.* Colebant Iudæi in Aegypto lapides & ſerpē-
tes, & idola propè infinita, quorum cultum in ter
ra promiſſionis etiam obſeruabant. Ideo ſequitur:
Nam & illi dormierunt cum ea in adoleſcētia ſua.
Hoc eſt, ipſi Aegyptij ſuis idololatriis Iudæorum
nationē corruperũt in adoleſcētia ſua. Appellat E-
zechiel adoleſcentiā ſynagogæ tempus illud, quo
fuit in Aegypto ſub Pharaone. Poterit hoc ita ex-
planari: Iudæorum ſynagoga in Aegypto non ſo-
lùm Aegyptiorum, ſed aſſyriorum coluit idola: nā
illi, nimirum Aſſyrij non ſolùm nunc eam conta-
minant, ſed etiam in Aegypto eam ſuis ſuperſtitio
nibus corruperunt.

Ipſam occiderunt gladio. Quando Aſſyrij Sama-
riam penitus euerterunt. 4. Regu. 17.

Et facta ſunt famoſæ mulieres. Hoc eſt, inſignes fla
gitiis. Verſabātur in dedecore & ignominia. Acci
pitur nomen hoc, famoſē, in malam partē, vt apud
Plautum: Qui etiam me miſerum famoſum fecit
flagitiis ſuis.

Iudicia perpetrarunt in ea. Aſſyrij tanquam diui-
næ iuſtitiæ miniſtri eam variis, acerbiſq; calamita-
tibus oppreſſerunt.

Quod cùm vidiſſet ſoror eius Oboliba. Cùm Hiero-
ſolyma vidiſſet fuiſſe Samariā ob eius idololatriā
meritò euerſā, nō ſolùm ſe non recepit ad meliorē
frugē, quin potiùs ſe in deteſtabiliora vitia ingur
gitauit. Et facta eſt peior quàm Samaria. Vnde Ie- Iere. 3.
remias: Iuſtificauit, inquit, animam ſuam auerſa-
trix Iſrael comparatione præuaricatricis Iudæ. Vi 4. Re.
de 4. Regum 16. & 21. 10. & 21.

Cùm vidiſſet viros depictos in pariete. Solent enim
multi bella, & inſignia virorum illuſtrium facta, i-
mò etiā ipſos illuſtres viros depingere in tabulis,
auleis, & ædium parietibus. Narrat Vergilius pri-
mo Aeneidos Troianos, cùm appellerent Cartha-
ginem, ſe ſuaſque ærumnas, & varios caſus, & Græ
corum victorias vidiſſe in parietibus depictas.

Et ſaturata eſt anima eius ab illis. Hieroſolyma
cùm priùs Babylonios vnicè dilexiſſet, poſteà fuit
ab illorum amicitia diſiuncta: & omnem fœderis
memoriam perpetua diſcordia delendam cenſuit.
Hinc colliges inter impios & flagitioſos homi-
nes amicitiam eſſe diu non poſſe: cùm enim eam
vtilitas aut voluptas inter eos cōglutinet, ea com-
mutata illam diſſoluit. Vt flos ſolſtitialis herbæ il-
lius, quam ephemeram appellant, quo die oritur
marceſcit, & euaneſcit, & vrente ſole penitus con-
ſumitur, ita multorum amicitia fluxa eſt, & adue-
niente quacunque moleſtia ſtatim areſcit, & om-
nino amittitur. Id quod Ariſtoteles etiam de ephe
mero animalculo prope Hypanim fluuiũ narrat:
cuius vita ſpatium non excedit vnius diei. Quem-
admodum columbæ in domum dealbatam ſe vl- Simile
trò conferunt, & candida tecta frequentant, tetra
autē domicilia contēnũt, ſic infidi amici eorũ ami
citiam conciliant, quorũ opibus rebuſq; proſperis
iuuentur, inopes & abiectos pro nihilo ducũt. Sed
cũ moleſtia aliqua eorum fallit opinionē, amicitiā
etiam diuitum confeſtim abſcindunt. De amico fi-
deli ait Salomon in Prouerbiis: Omni tempore di
ligit, qui amicus eſt, & frater in anguſtiis compro- Prou. 17.
batur. De infidis autē ait: Diuitiæ addunt amicos
plurimos, à paupere autem & hi, quos habuit, ſepa
rantur. Eſt igitur perſpicuum inter ſceleratos non Prou. 19.
permanere diu amicitiam. Sed quid dico? Imò nul
lo modo inter nefarios homines amicitia poteſt
vnquā eſſe: ſi de vera amicitia loquamur. Nā virtus
amicitiam gignit & continet: quam ſine virtute,
qua conglutinatur, nullo pacto poſſe eſſe exiſti-
mo. Ea eſt diuinarum humanarumque rerum cū
beneuolentia & charitate conſenſio. Hanc viri ſa-
pientes in expetendis ducunt, aſſerentes nullam
vim auri & argenti eſſe pluris æſtimandam. Ideo
ait eccleſiaſticus: Beatus qui inuenit amicũ verũ.

Et receſsit anima mea ab ea. Verba ſunt Dei dicẽtis ſe à Hieroſolyma receſsiſſe, vt iam à Samaria receſſerat. Primus euerſa fuit Samaria ab Aſſyriis, & poſteà Hieroſolyma à Babyloniis. Et quoniam hoc fuit ob Iudæorum ſcelera, ait Deus receſsiſſe animam eius à ciuitate illa ingrata. Eodem modo per Ieremiam, Non eſt, inquit, anima mea ad populum iſtum. Acſi diceret: Quoniam Iudæi receſſerunt à me, & diis falſis adhæſerunt, receſſit ab illis dilectio mea. Iere. 15.

Multiplicauit enim fornicationes ſuas, recordãs dies adoleſcẽtiæ ſuæ, quibus fornicata eſt in terra Aegypti: & inſaniuit libidine ſuper concubitum eorum, quorum carnes ſunt vt carnes aſinorum & ſicut fluxus equorum fluxus eorum. Et viſitaſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ, quando ſubacta ſunt in Aegypto vbera tua, & confractæ ſunt mammæ pubertatis tuæ. Propterea Oholiba, hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ſuſcitabo

D omnes amatores tuos contra te, de quibus ſaturata eſt anima tua, & congregabo eos aduerſum te in circuitu, filios Babylonis, & vniuerſos Chaldæos, nobiles, tyrannóſque, & principes omnes, filios Aſſyriorum, iuuenes forma egregia, duces & magiſtratus vniuerſos, principes principum, & nominatos aſcenſores equorum. Et venient ſuper te inſtructi curru, & rota, & multitudo populorum lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te vndique; & dabo coram eis iudicium: & iudicabunt te iudiciis ſuis, & ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore: naſum tuum, & aures tuas præcident, & quæ remanſerint, gladio concident. Ipſi filios tuos & filias tuas capient, & nouiſſimum tuum deuorabitur igne. Et denudabunt te veſtimentis tuis, & tollent vaſa gloriæ tuæ. Et requieſcere faciam ſcelus tuum de te, & fornicationem tuam de terra Aegypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Aegypti non recordaberis amplius. Quia hæc dicit dominus Deus: Ecce ego tradam te in manus eorum, quos odiſti, in manus, de quibus ſatiata eſt anima tua, & agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos; & dimittent te nudam & ignominia plenam: & reuelabitur ignominia fornicationum tuarum, ſcelus tuum, & fornicatio

E nes tuæ. Fecerunt hęc tibi, quia fornicata es poſt Gentes, inter quas polluta es in idolis earum. In via ſororis tuæ ambulaſti: & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit dominus Deus: Calicem ſororis tuæ bibes profũdum & latum: eris in deriſum & in ſubſannationem, quæ eſt capaciſſima. Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ. Et bibes illum, & epotabis vſque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis, quia ego locutus ſum, ait dominus Deus. Propterea hæc dicit dominus Deus. Quia oblita es mei, & proieciſti me poſt corpus tuum, tu quoque porta ſcelus tuum, & fornicationes tuas.

Multiplicauit enim fornicationes ſuas, recordans dies adoleſcentiæ ſuæ. Id eſt, auxit idolatrias ſuas, memor temporis adoleſcentiæ ſuæ quando in Aegypto infinita idola colebat. Itaque dictio, recordans, refertur ad regnum Iuda. Poteſt ad Deum referri, vt ſit ſenſus: Cum populus Hieroſolymæ in dies ſe ingurgitaret in vitia, & impia coleret idola: eáque quotidie multiplicaret, meminit Deus eius temporis quo populus ille in Aegypto vana ſimulacra adorabat. Deus videtur obliuiſci flagitiorum noſtrorum cùm ea non punit: cùm autem nos calamitatibus exercet, videtur meminiſſe.

Inſaniuit libidine. Id eſt, adamauit Aegyptios omni ſuperſtitioni generi deditos. Vult ſignificare Aegyptiorum idololatriam ſummam fuiſſe, eiúſque inſatiabile Iudæorum deſiderium, ſub libidinoſorum perſona.

Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te. Prædicit Hieroſolimæ euerſionem per Chaldeos, quos ipſa fuerat amore proſecuta, & quorum ſuperſtitiones elegerat Hieroſolima poſthabito Dei amore dilexit Babylonios, à quibus poſteà fuit diſtracta & ſeiuncta, & tandem deuicta, & penitus deleta. Aequum eſt, vt ea quæ Deo relicto ſummè diligimus, perniciem nobis moliãtur. Vide quid inter ſe differant amor Dei, & amor mũdi: de quo ait diuus Iacobus Apoſtolus: amicitia huius mundi inimica eſt Deo: quicunque voluerit eſſe amicus ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur. Iaco. 4.
Amor Dei confert in nos vitam, amor mũdi mortem. Ideo dicebat Deus in Deuteronomio: Elige vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum, & diligas dominum Deum tuum, vtque obedias voci illius, & illi adhæreas: ipſe enim eſt vita tua; qui Deum toto animo diligunt, eumque ſummo amore proſequũtur, immortalem vitæ coronam obtinebunt, de qua ait Apoſtolus Iacobus: Accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Qui verò mundum Deo pro nihilo habito amplectũtur, in æternas pœnas mittentur. Ideo ait diuus Ioannes: Nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo ſunt: ſi quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo. Et diuus Paulus: Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. In Deuteronomio dicebat Deus: Diliges dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Et in euangelio ait Chriſtus hoc eſſe maximum & primum mandatũ. Cur eum non amabimus, qui nos amat, qui de ſeipſo ait: Ego diligẽtes me diligo: & qui mane vigilãt ad me, inueniẽt me. Et rurſum: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerẽs. De quo ait diuus Ioannes: Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo? Eum debemus diligere non ex parte cordis, ſed ex toto corde, ipſe enim ait: Præbe mihi fili mi, cor tuum. Totum

Deu. 30. Iaco. 1. 1. Ioan. 2. Rom. 8. Deut. 6. Matt. 22. Mat. 12. Luc. 10. Prou. 8. Iere. 31. Apoc. 1.

cor noſtrum poſtulat à nobis. Non vult vt eum
Prou. eius amore mundi amorem copulemus: amor e-
14. nim euertit amorem, corporalis ſpiritualem, terre
renus cœleſtem, Filij Aaronis, quoniam in thuri-
Leui. bus ignem alienum poſuerunt, fuerunt igne com
10. buſti. Ignis alienus in thuribulo eſt amor mundi
in corde. Si aues quærunt aërem, piſces aquam, I-
Simile gnis terræ ignem elementarem, cuius locus eſt ſpa
cium inter conuexum aëris & concauum lunæ, ſi
omnia denique quærunt ſuum locum & centrum,
& illuc tendunt, quare nos non quæremus Deum,
qui eſt quies noſtra, noſtrũ cẽtrũ, & ſummũ bonũ?
Si flumina magno impetu tendunt in mare, quia,
Eccle. 1. vt ait Salomon, exeunt è mari, cur nos non amabi
mus, non aſpirabimus, non tendemus omni cona-
ru amoris in Deum, in illud immenſum mare bo-
nitatis diuinæ, vnde procedimus: ipſe enim nos
Gene. 1. creauit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam? Si te
tenemur præcepta Dei ſeruare, quantò magis hoc,
quod eſt maximum & primum, quod eſt præceptũ
charitatis, quæ tenet inter omnes virtutes princi
patum, cuius obiectum eſt Deus, omnium obie-
ctorum excellentiſſimum? Vt ad curſum equus, ad
arãdum bos, ad indagandum canis, ſic, imò mul-
tò magis ad amandum Deum natus eſt homo.
Eſt enim Deus excellens illud præſtantiſſimæ
bonitatis numen, ſummum, & ſempiternum,
perennis vitæ fons, vniuerſi cõditor & opifex, qui
cùm ſapientiæ ſuæ opes hominibus communica-
re decreuiſſet, eos creauit immortali anima illu-
ſtratos, vt eum ipſum diligerent, eum contempla-
rentur, eius amore flagrarent, quò vita beatiſſima
æuo ſempiterno fruerentur. Hic igitur eſt ad æter
nam beatitudinem certiſſimus aditus, ſi Deũ ar-
denter amauerimus, ſi id effecerimus, cuius cauſa
nos Deus ſui ſanctiſſimi numinis ſimiles creauit,
& naturam rationis participem impertiuit. At ſi
eo contempto Babylonem vnicè dilexerimus, ſi
mundi amore incenſi ad inania & caduca aſpira-
uerimus, ea ipſa, in quibus quietem & vitam inue
nire putabimus: perturbationem nobis & interi-
tum conflabunt. Quemadmodum Dei amor ſedat
effrænatas appetitiones, eáſque coërcet, & efficit,
vt obtemperent rationi, conſeruátque recta ani-
mi iudicia, ita hic aduerſarius mundi amor, om-
nem animi ſtatum exagitat, incendit, & perturbat.
Et mundus ipſe amatores ſuos dilacerat, exulce-
rat, affligit. Intuere Iudæos illos Hieroſolymæ ha-
bitatores, eorumque ſtatum alta mente repete, &
id, quod dico, in illis expletum apertiſſimè cognoſ
ces. Arſerũt amore erga Babylonios, & cõtra Dei
præceptum impias eorum ſuperſtitiones ſuſcepe-
runt: dilexerunt eorum diuitias, contulerunt ſe ad
eorum amicitiam: & ipſi Babylonij eos vndique
oppugnarunt, & ad interitum crudeliſſimum vo-
cauerunt. Ideò alloquens hoc loco Deus Iudæo-
rum populum ait: Ecce ego ſuſcitabo omnes ama
tores tuos contra te.

Et dabo coram eis iudicium. Id eſt, permittam eis
poteſtatem te ſuis legibus iudicandi, faciam eos
miniſtros iuſtitiæ meæ.

Et iudicabunt te iudicijs ſuis. Explanatio eſt ſupe-
rioris.

*Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum
furore*. Hoc eſt, oſtendam contra te iram meã, quã
Chaldæi exercebunt, te grauiter punientes. Acci-
pitur zelus aliquando pro amore, vt in libro Nu- Nume.
merorum: Zelo meo commotus eſt. Et tertio libro 25.
Regum dicebat Elias. Zelo zelatus ſum pro do- 3.Re.19.
mino. Quaſi diceret; Ardente amore erga Deum
flagro: crucior ob Dei amorem, quod videam mul
tos ab eo deficere. Eodem modo Chriſtus apud
pſalmographũ: Zelus domus tuæ comedit me. Id Pſa.68.
enim expletum in Chriſto fuiſſe diuus Ioannes te Ioan. 2.
ſtatur: Aliquando verò accipitur zelus pro ira &
furore, vt apud Eſaiam: Sicut vir præliator ſuſcita- Eſa.42.
bit zelum. Et apud Sophoniam: In igne enim zeli Sopho.
deuorabitur omnis terra. Et apud diuum Pau- 1.
lum: Cùm ſit inter vos zelus & contentió, nónne
carnales eſtis? Et hoc loco apud Ezechielem. 1.Cor.3.

Naſum tuum, & aures tuas præcident. Deforma-
bũt te & membra tua mutilabunt. Poteris per na-
ſum, qui eminet in facie, & medium obtinet locũ,
regem intelligere: per aures verò, quibus diſcitur
ſcientia, ſacerdotes, de quibus ait Aggæus prophe Agg. 2.
pheta: Interroga ſacerdotes legem. Et Malachias: Mala.2.
Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem Sap.7.
requirent ex ore eius. Et noſter Ezechiel: Non pe
ribit lex à ſacerdote.

Et nouiſſimum tuum deuorabitur igne. Id eſt, &
templum tuum, quod euerſis aliis ædificiis inte-
grum remanebit, tandem ruet, & incendio fla-
grabit.

Et tollent vaſa gloriæ tuæ. Hoc eſt, vaſa templi.
Vel loquitur de monilibus, & veſtibus pretioſis
Iudæorum.

Et *requieſcere faciam ſcelus tuum de te*. Tam acer-
bis calamitatibus te opprimam, vt nulla tibi ido-
la colendi detur facultas. Ideo te ærumnis lacera-
bò, vt impios Gentium ritus deteſteris, & ad me Pſa.82.
ipſum conuertaris. Vide afflictionis vtilitatem. I-
deo aiebat regius ac diuinus vates: Imple facies eo
rum ignominia, & quærent nomen tuum domi-
ne. Acſi diceret: Permitte domine eos in ærumnas
incidere, & percipere luctus: afflige eos, & preme
dolore, vt potentiam tuam ſentientes diuinum nu
men tuum venerentur, noménque tuum quæ-
rant, vt illud perpetua memoria, & obſeruantia
colant.

De terra Aegypti, Id eſt, quam didiciſti in Ae-
gypto.

In via ſororis tuæ ambulaſti. Id eſt, ſecuta es ô Hie
roſolyma flagitia Samariæ: turpem eius viuendi ra
tionem amplexata es.

Dabo calicem eius in manu tua, Hoc eſt, eius cala-
mitates ſubibis, cuius flagitia imitata es. Puniam
te eadem pœna, qua puniui Samariam, quæ eam i-
mitata in eadem vitia te ingurgitaſti. Verſabimini
ô Hieroſolymæ cultores in eadem calamitate cum
decem tribubus, Illæ fuerunt captæ, vos etiam ca-
piemini, ſed decem tribus ab Aſſyriis, vos à Baby
loniis: Bibere calicem eſt calamitatem ſuſtinere:
perſpicuum eſt enim in literis diuinis nomine cali
cis afflictionem ſignificari. Ita in pſalmo: Pluet ſu- Pſa.10.
per peccatores laqueos ignis, & ſulphur, & ſpiri-
tus procellarum. Et ſubdit: Pars calicis eorũ. Acſi
dicat: Hæc erit eorum calamitas: hæc erit portio,
quæ in eos conferetur. Metaphora eſt ſumpta à ve
tere conuiuiorum conſuetudine, vbi præſes ſym-
poſij cuique ſuam portionem vini in calice im-
partiebat. Sed aduerte obſecro, & impiorum ſup-
plicia alta mente perpende. Dicens: pluet, ſignificat
pœna

pœnarum multitudinem: Dicens: laqueos, oſten-
dit nullam eſſe ſpem declinandi ſupplicia, quæ à
Deo exhibentur: contra Deum enim non eſt ſpes.
Nominans ignem, ſulphur, & ventum procellarū,
terribilem ſuppliciorum magnitudinem, & acer-
Pſal.74. bitatem declarat. Et in alio pſalmo: Calix, inquit,
in manu domini, vini meri plenus miſto. Et incli-
nabit ex hoc in illud: veruntamen fæx eius non eſt
exinanita: bibent omnes peccatores terræ. Acſi di-
ceat: Habet Deus in manu ſua iuſtæ vltionis diſpen
ſationem, quam improbis propinat. Vinum huius
calicis ira Dei eſt: quod vinum dicitur merū abſq;
miſtione aquæ: & nihilominus dicitur miſtū, hoc
eſt turbulentum & fæcis plenum, ad atrocitatem
& amaritudinem pœnarum ſignificandam. Ex hoc
calice potū propinat Deus omnibus impiis, quos
ſimul damnat iudicio. ideo calicem hunc ex impio
inclinat in impium: ſed fæx eius ſemper durat, cùm
Eſai.51. ex eo bibant omnes peccatores. Volens Eſaias acer
biſſimas Iſraelitici populi calamitates exprimere
ait: Cōſurge Hieruſalē, quæ bibiſti de manu domi-
ni calicem iræ eius: vſque ad fundum calicis ſopo-
ris bibiſti, & potaſti vſque ad fæces. Primoribus
labiis, hunc calicem guſtare eſt pœnam leuem ſu-
ſcipere: illum autem vſque ad fundum, & fæces
potare, eſt pœnas luere grauiſſimas, ſummiſq; do-
Iere. 25. loribus cruciari. Ieremias inducit Deum ſibi in
hunc modum loquentem: Sume calicem vini fu-
roris huius de manu mea, & propinabis de illo
cunctis Gentibus, ad quas ego mittam te. Et in
Thren. Threnis alloquens Idumæam, Ad te quoque, in-
4. quit, perueniet calix. Diuus Ioannes in Apocalyſi
Apoca. de pœnis loquens quas nefarius luet, has voces e-
14. miſit: Hic bibet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt
merò, in calice iræ ipſius. Vinū furoris domini me-
rum appellat, hoc eſt, forte abſque aqua, & miſtum
hoc eſt, fæculentum, & turbulentū, tropum immi
tans pſalmographi. Ex hoc calamitatum calice bi-
bunt non ſolùm impij, ſed iuſti, quos Deus per va-
rias ærumnarum: anguſtias ad vitā ducit immor-
talem. Sed quid dico? Imò ille, qui eſt ipſa iuſtitia,
ipſa bonitas, ipſe Chriſtus Deus noſter afflictionis
calicem bibit, vt doloribus ſuis animos noſtros
expiaret. Quam ob cauſam ait diuus Bernardus:
Super omnia reddit te amabilem mihi domine Ie-
ſu calix, quem bibiſti. Hic eſt calix, de quo ipſe di-
Ioan.18. xit diuo Petro: Calicem, quem dedit mihi pater,
non vis, vt bibam illum? Et Iacobo ac Ioanni pri-
matum affectantibus: Poteſtis bibere calicē, quem
Mat.20. ego bibiturus ſum? Hic eſt calix boni Ioſeph in-
uentus in ſacco Beniamin, quem Ioſeph incredibi
Geneſ. li complectebatur amore: quoniam illis, quos bo-
44. nus Ieſus diligit, ſuum afflictionis calicem propi-
Simile nat. Quemadmodum magni piſces non in fluuiis
dulcibus nutriuntur, ſed in aquis maris, ſic magni
viri, excellenti virtute præditi, non falſis mundi
voluptatibus oblectantur, ſed amaris calamitati-
bus, quas propter Deum tolerantèr ferunt, nutriū-
tur. Et veluti eſt glorioſum & illuſtre militi, arma
& ſtemmata ſui principis portare, ſic nihil eſt ho-
mini præſtantius, nihil illuſtrius, nihil perpetuæ
hominum memoriæ accommodatius, quàm eſſe
Chriſti armis indutum, hoc eſt, calamitatibus affe-
ctum, & tolerantia munitū. Audi ſtrenuum illū ac
Galat. diuinum militem Paulum aientē: Ego ſtigmata Ie-
6. ſu Chriſti in corpore meo porto. Imò omnes, vt

verbis vtar eiuſdē Apoſtoli, qui piè volunt viuere 2.Timo.
in Chriſto Ieſu, perſecutiones patiētur. Si eas paſ- 3.
ſus eſt Chriſtus, quid mirum ſi illas eius membra
patiātur? Has calamitates, & mortē ipſam propter
Deum æquo animo toleratam appellat diuina ſcri
ptura calicē. Hic eſt calix, ad quem recipiendū ob
Dei gloriam paratus erat regius vates, cùm ita ca-
nebat: Calicē ſalutaris accipiā, & nomen domini Pſalm.
inuocabo. Explicās autem quis eſſet hic calix, ſub- 115.
dit: Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum
eius. Habet Chriſtus calicē ſuum, habet etiā mun-
dus ſuum: Chriſti calix potionem habet amaram,
ſed ſalubrem, mundi verò contrà aureus eſt foris,
& intus voluptatis plenus, ſed peſtilens & morti-
fer, potionē habet ſenſibus dulcē, ſed animę letha-
lem. Quemadmodū medicus amara quædā & in- Simile
ſuauia ægrotis propinat, vt noxius corporis hu-
mor expellatur, ſic Deus medicus cœleſtis volens
ſceleribus noſtris mederi, porrigit nobis calami-
tatis & moleſtiæ calicem, vt ablatis ſceleribus in-
ſtauremur, & ad priſtinam ſalutem reſtituamur. At
mundi calix pulcher apparet, ſed plenus eſt vene-
no: oblectat oculos & guſtum, ſed perniciem ani-
mis infert, & interitum ſempiternum. Id voluit di-
uus Ioannes in Apocalypſi ſignificare, cum literis Apo.17.
mandauit ſe mulierem quandam vidiſſe nomine
Babylonem, per quam mundum intelligebat, auro
ornatam & margaritis, habentem poculum aureū
in manu ſua plenum abominatione & immūditia.
Hunc calicem deteſtemur, non nos decipiat exte-
riore auro, & guſtus ſuauitate, quoniā intus mors
eſt, ducens ad excidium ſempiternum. Calicē do-
mini lęti accipiamus, pœnas iuſtas, noſtris flagitiis
debitas ęquo animo luamus, quibus ſcelera noſtra
expiemus. Hunc calamitatum & moleſtiarū cali-
cem propinauit Deus Hieroſolymæ, vt eam à ma-
leficiis abduceret, & ad ſeipſum conuerteret, dicēs
hoc loco: Dabo calicem eius in manu tua. Sed cō-
ſidera ſummam Dei miſericordiā, qui volens Hie-
roſolymam punire, priùs ei futuram annuntiauit
calamitatem, vt præmeditatio futurorum malorū
leniret eorum aduentum, ſunt enim omnia repen-
tina grauiora, & prouiſio ac præparatio moleſtias
extenuant & diluunt: ſubita maris procella plus
terret nauigantes, quàm anteà prouiſa: & repenti-
nus hoſtium aduentus magis ſæpenumerò pertur-
bat quam expectatus: & omnia denique mala im-
prouiſa acerbiora videntur.

Calicem ſororis tuæ bibes profundum & latum. Ma-
gnitudinem pœnæ ſignificat intenſiuè, & extenſi-
uè. Sequitur: Et eris in deriſum & in ſubſannatio-
nem, quæ eſt capaciſſima. Hoc eſt, incides in ma-
ximam contemptionē opprobriorum omniū ca-
paciſſimam. Poteſt dictio, capaciſſima ad pateram
ſiue calicem referri. Quā ob cauſam vertit Pagni-
nus: Magnus, vt multùm capiat vini. Poteſt ita ver
ti locus hic: Eris in deriſum & contemptū, quòd
hic calix multæ ſit capacitatis.

Et potabis vſque ad faces. Innuit acerbiſſimam ca-
lamitatem. Et quemadmodum qui totum vinum
bibit, videtur quodammodo vas ipſum deglutire,
ſic tu totam ſuſtinens calamitatē, videberis ipſam
deuorare. Id indicans ait: Et fragmenta eius. ſiue
teſtas eius deuorabis. Hoc eſt, eris ſummè afflicta.

Proiecisti me poſt corpus tuum. Hoc eſt, auertiſti à
me faciem tuam, & me ipſum fugiens ad mūdum

confugiſti. Verba ſunt Dei aduerſus Hieruſolymā. *Iere.2.* Eodem modo apud Ieremiam: Elongauerunt ſe à me patres veſtri, & ambulauerunt poſt vanitatē, & vani facti ſunt. Et paulò pòſt: Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ non valent aquas continere. Et rurſum: *Iere.32.* Verterunt ad me terga, & non facies. Id lamentabatur *Eſai.1.* Eſaias has flebiles voces emittens: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis: dereliquerunt dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Et quoniam Iudæi Deū ſuum eiecerunt, ideo *Oſe.9.* eos eiecit Deus per Oſeam prophetā: Propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos: non addam vt diligam illos.

Tu quoque porta ſcelus tuum. Hoc eſt, tu etiā Hieroſolyma perſolues pœnas tuis flagitiis debitas. *Mich.7.* Cum hoc cohæret id, quod eſt apud Michæā prophetam: Iram domini portabo, quia peccaui ei.

Et ait dominus ad me, dicens. Fili hominis nunquid iudicas Oholam, & Oholibam, & annuntias eis ſcelera earum? Quia adulteratæ ſunt, & ſanguis in manibus earum: & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt. Inſuper & filios ſuos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum. Sed & hoc fecerūt mihi: polluerunt ſanctuarium meum in die illa, & ſabbata mea prophanauerunt. Cúmque immolarent filios ſuos idolis ſuis, & ingrederentur ſanctuarium meum in die illa, vt pollucrent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. Miſerunt ad viros venientes de longè, ad quos nuntium miſerant. itaque ecce venerunt: quibus te lauiſti, & circuliniſti ſtibio oculos tuos: & ornata es mundo muliebri. Sediſti in lecto pulcherrimo: & menſa ornata eſt ante thymiama meum, & vnguentum meum poſuiſti ſuper eū. Et vox multitudinis exultantis erat in ea, & in viris, qui de multitudine hominum adducebātur & veniebant de deſerto, poſuerunt armillas in manibus eorum, & coronas ſpecioſas in
G capitibus eorum. Et dixi ei, quæ attrita eſt in adulteriis. Nunc fornicabitur in fornicatione ſua etiam hæc. Et ingreſſi ſunt ad eam quaſi ad mulierem meretricem, ſic ingrediebantur ad Oholam & ad Oholibam mulieres nefarias. Viri ergo iuſti ſunt: hi iudicabūt eas iudicio adulterarum & iudicio effundētium ſanguinem: quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manibus earū: & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt. Hæc enim dicit dominus Deus: Adduc ad eas multitudinem & trade eas in tumultum, & in rapinam: & lapidentur lapidibus populorum & cōfodiantur gladiis eorum, filios & filias earum interficient & domos earum igne ſuccendent. Et auferā ſcelus de terra, & dicent omnes mulieres, ne faciant ſecundum ſcelus earum. Et dabūt ſcelus veſtrum ſuper vos: & peccata idolorum veſtrorum portabitis, & ſcietis, quia ego dominus Deus.

Nunquid iudicas Oholam & Oholibam? Quaſi dicat iudicas: tu debes iudicium ſuorum ſcelerum illis nuntiare. Vel ſic: Nónne abſque ſingulari iuſſu nūtiabis Iudæis eſſe ob ſcelera ſua iuſtè affligendos? Non proferes eorum interitus iudicium, niſi ego tibi hoc præcipiam?

Sanguis in manibus earum. Hoc eſt, innocentes interficiunt. Sic apud Eſaiam: Manus veſtræ ſangui- *Eſai.1.*
ne plenæ ſunt. Vel loquitur de ſanguine animaliū, quæ Iudæi idolis immolabant: non enim ſolùm bruta, ſed filios etiam ſuos in idolorum honorem interdum trucidabant. Ita enim ait pſalmogra- *Pſalm.*
phus: Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmo *105.*
niis: & effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaam. Solebant Gentes ſanguine humano aras imbuere, nec ſolùm eæ, quæ erant barbaræ & incultæ, ſed illæ etiam, quæ erāt, literis & doctrina perpolitæ. Nam Græci ferè omnes, priuſquam bellum hoſtibus inferrent hominum cæde templa funeſtabant, & Romani interdum, etiam ſi minus frequenter, diis ſuis homines immolabant, quibus diuinum numen placari credebant. Quid dicam de natione Scythica ab omni humanitatis cultu relicta, & de aliis huiuſmodi nationibus ab omni doctrinæ cultu abhorrentibus, quæ nulla crudelitate ſatiabantur? Dæmonū enim impulſu exagitatæ Gentes illæ filios ſuos, quos ſingulari amore proſequebantur, in magnis ærumnis ſuis iugulabant. Hanc nefariam & funeſtā conſuetudinem ſecuti ſunt Iudæi, quam ob cauſam eis obiicit diuinus vates ſanguinem. in quo impij homines verſabantur. Qua de re alibi locuti ſumus.

Polluerunt ſanctuarium meum. Id eſt, contaminauerunt templum meum, in eo idola collocantes. Hoc factum fuit præcipuè tempore Achaz, & *4.Reg.*
Manaſſes. *16.&*

Miſerunt ad viros venientes de longè. Deſcribit ſu- *21.*
perſtitionem & idolorum cultum Samariæ & Hieroſolymæ ſub nomine harum duarum mulierum, tanta libidine ardentium, vt non ſolùm homines præſentes ad libidinem excitarent, ſed abſentes quærerent, & ad eos etiam longè diſtantes nūtios mitterent, vt ad eas ingrederentur. In quorum aduentum ſe abluunt, & ornant, & oculos ſtibio fucant, & lectum pulcherrimum parant. Denique nihil omittunt, quo poſſint homines ad ſe turpiter allicere. Exaggerat diuinus vates Iudæorum idololatriam.

Thymiama meum. Præcipiebat Deus in libro Exo *Exod.30*
di vt ipſi ſoli offerretur thymiama, at Iudæi illud idolis offerebant. Verba Dei ſunt hæc: Sanctum ſanctorum erit vobis thymiama. Talem compoſitionem non faciatis in vſus veſtros, quia ſanctum eſt domino. Erat autem Thymiama compoſitio quædam odorifera, quæ in ignem coniecta ſuffitū & vaporationem efficiebat ſuauiſſimi odoris.

Et vox multitudinis exultantis erat in ea. Deſcribit hominum multitudinem, qui congregabantur ad laudes idolorum concinendas.

Viri ergo iuſti ſunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum.

rarum. Hieroſolymam & Samariam comparat cũ duabus mulieribus nuptis, viros contemnẽtibus, & infinitis ſe propè adulteriis contaminantibus. Et quoniam fuerunt grauiter punitæ earum more, quæ adulteria & homicidia perpetrarunt, ideo ait viros earũ iuſtos eſſe, qui eas grauiſſimis pœnis multarunt. Nominat propheta viros numero multitudinis, quoniam duarum mulierum fecerat mentionem, ſed vnus reuera erat earum vir, nimirum Deus, qui cùm eas anteà ardenter amaret, & incredibilibus beneficiis afficeret, poſteà tamẽ eas magnis calamitatibus oppreſſit, & Aſſyriis ac Babyloniis capiendas & iugulandas tradidit ob earum ſuperſtitiones, & idololatrias, & cætera flagitia, quibus paſcebantur. Nec mirandum eſt, ſi Deũ
1. Ioan. 5. quem Ezechiel vnum eſſe ſciebat, numero plurali, appellauerit, quoniam eum eſſe credebat trinũ in perſonis. Tres ſunt, inquit diuus Ioannes, qui teſtimonium dant in cœlo: pater, verbum, & Spi-
Pſal. 49 ritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt. In pſalmo 49. vbi nos habemus: Deus deorum dominus locutus eſt, eſt in Hebraico: el elohim iehouah diuer, Quæ verba ita poſſunt rectiſſimè verti: Deus, Deus, Deus, locutus eſt. Dicens ter, Deus, oſtendit trium perſonarum diſtinctionem, ſed vt eſſentiæ vnitatem ſignificaret, dixit: locutus eſt, non autem locuti ſunt. Diuus Antoninus quarta parte theologali titulo decimo aſſerit fuiſſe à Mercurio Triſmegiſto homine Ethnico hæc verba literis mandata. Monas genuit monadem, & in ſeipſo reflectit ardorẽ. Hoc eſt, vnus genuit vnum, pater ingenitus genuit filium vnigenitum: & Spiritus ſanctus procedit ab vtroque. Ardor reflexus ſiue amor ille à patre & filio procedens eſt abſq; dubio Spiritus ſanctus. Fieri potuit, vt Ethnicus ille verba illa nõ in-
Exod. 7. telligeret, quoniam Aegypti ſapientes poſtquam
Exod. 8. virgæ ſuæ fuerunt à virga Moyſi deuoratæ in tertio ſigno defecerunt, hoc eſt, Gentium philoſophi admirabile Trinitatis ſanctiſſimæ myſteriũ ignorarunt: quemadmodum multis verbis aſſerit libro primo magiſter Sententiarum. Nihilominus tamẽ id, quod Triſmegiſtus dixit, Deo ita diſponente,
Num. 22. qui aſinæ Balaam dedit loquelam, admirabile Trinitatis arcanum continere videtur. Perſona ſignificat in diuinis relationem vt rem ſubſiſtentem in natura diuina, cùm autem in diuinis ſint plures relationes reales, apertè concluditur plures eſſe res ſubſiſtentes in diuina natura: & hoc eſt, eſſe plures perſonas in diuinis. Id intelligens Ezechiel, Deũ hoc loco numero multitudinis expreſſit, dicens: Viri. &c.

Adduc ad eas multitudinem. Hoc eſt, vaticinare me aduerſus eam magnum Chaldæorum exercitum eſſe adducturum, qui eas oppugnet, & funditus euertat, Sed dices: Quomodo Deus per exercitum Chaldæorum erat euerſurus decem tribus, ſiue Samariam per Oholam ſignificatam, ſi eam iã per Aſſyrios euerterat? Huic obiectioni reſpondẽdum eſt, multos ex decem tribubus ſe fugæ mandaſſe in vaſtatione Samariæ, ſeque Hieroſolymam contuliſſe. Eſt enim perſpicuum multos confugiſſe ad regem Iuda, fuiſſéque in Iudæa ſeruatos. Et ita ex omnibus tribubus fuerunt Hebræi in Babyloniã adducti, & inde in Iudæam reuocati, etiam ſi plu-
Luc. 2. res fuerint ex tribu Iuda & Beniamin. Vnde legimus in euangelio fuiſſe Hieroſolymæ Annam prophetiſſam filiam Phanuel de tribu Aſſer, cum virgo Dei genitrix puerum Ieſum illuc ferret, vt ſiſteret eum domino.

Et trades eam in tumultum & rapinam. Hoc eſt, vaticinaberis eſſe Hieroſolymam magno cum tumultu vaſtandam, & direptioni committendam.

Et diſcent omnes mulieres. Et aliæ nationes vidẽtes Hieroſolymam ob flagitia ſua deletam, diſcent in virtutem incumbere, eiúſque ſcelera non imitari.

Et dabunt ſcelus veſtrum ſuper vos. Hoc eſt, videntes cæteræ nationes ærumnas veſtras, eas veſtris maleficiis imputabunt: vos autem luetis eorũ pœnas. Alloquitur diuinus vates Iudæos, quorum luctuoſiſſimam calamitatem lamentabatur.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXIII.

Iuuenes cupidinis. In Hebraico eſt: Iuuenes חמד chemedh: quod nomen ſignificat deſiderium. Eam ob cauſam vertit Pagninus: Iuuenes deſiderabiles. Deriuatur à verbo חמד chamadh, quod ſignificat deſiderare, vt in Canticis: Sub vmbra illius, quem Cantic.
deſideraueram, ſedi. Illud Geneſis: Veſtibus Eſau 2.
valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eũ. Geneſ.
poteſt etiam ita verti: Veſtibus deſiderabilibus 27.
Eſau, &c. nam in Hebraico eſt החמודות hachamudhoth, ab hoc verbo chamadh, pro quo noſter interpres vertit valde bonas, & rectè quidem: nam veſtes illæ dicuntur deſiderabiles, quæ valde bonę & prætioſæ ſunt. Illud etiam Danielis: Vir deſide- Daniel.
riorum es, poterat verti: Vir deſiderabilis eſ. Hoc 9.
eſt bonus, & Deo gratus. Pro quo quidam vertũt: Rerum expetendarum cupidus es. Et quoniam Ezechiel hoc loco elegantem Aſſyriorum ornatum & decorem deſcribit, quos Ohola & Oholiba ardenter amabant, poteris vertere: Iuuenes elegãtes, ſeu pulchritudine ornati. Solet enim apta membrorum compoſitio oculos mouere & oblectare. Septuaginta habent: Iuuenes ἐπιλέκτους hoc eſt ſelectos. Id enim dicitur ſelectum, quod eſt cum iudicio inter alia electum: quemadmodum Romani iudices ſelectos eos appellabãt, qui erant cum delectu & magna deliberatione ex ordine equeſtri electi, & in honore conſtituti. Vnde Cicero pro Cluentio, Iurati, inquit, debent optimum quemq; in ſelectos iudices referre.

In immunditiis eorum polluta eſt. Pagninus habet: In cunctis idolis eorum polluit ſe. Dictio Hebraica gillulim & ſordes ſignificat & idola. Septuaginta autem explicantes quid per hæc idola, & per has immunditias ſignificaretur, tranſtulerunt: In omnibus deſideriis ſuis polluta eſt.

Indutis veſte varia. Pro veſte varia eſt in Hebraico dictio vna nimirum מכלול micelol, quæ ſignificat vniuerſitatem, perfectionem, & venuſtatem, & pulchritudinem. Senſus eſt: Erãt quidem induti omni genere pulchrarum veſtium. Ita vertit hunc locum Pagninus. Poteſt verti: Indutis venuſtate & decore. Septuaginta habent: Induti ſpecioſis. Illud
Pſalmi: Ex Sion ſpecies decoris eius, Deus mani- Pſalm.
feſtè veniet. poteſt ita transferri: Ex Sione vniuer- 49.
ſitate decoris eius Deus reſplendebit. Vt ſit ſenſus: Deus ex terra Sionis, in qua eſt vniuerſus decor, vbi reconditur omnis aliarum regionum pulchritudo,

tudo,lucem ſuam emittet, quæ vniuerſas orbis
terrarum oras illuſtrabit. Id quod ita euenisſe eſt
omnibus cognitum & perſpectum. Nam Chriſtus
Deus noſter ex Sione diſcipulos ſuos ad omnes
mundi prouincias concionaturos miſit,qui mor-
talium aoimos veritatis ſplendore illuminarunt.
Miſit Deus ex Sione lucem fidei,& ſpleodidiſſimã
ſuæ ſapieotiæ claritatem. Ex illo enim loco egreſſa
Eſai.2. eſt euangelij prædicatio,& vt dixit Eſaias: De Siõ
exibit lex,& verbum domini de Hieruſalem. Vo-
cat pſalmographus Sionem vniuerſitatem decoris
ſeo perfectionem pulchritudinis, quia mẽtis ocu-
lis intuebatur fore, vt in ea regione crux reſplen-
deret,euangelium inciperet,nouę legis ſacramen-
ta conſtituerentur,& alia multa à Chriſto pręcla-
rè geſta micarent. Illic edita ſunt ſigna & miracu-
la:illic fuit Chriſti prædicatio,mors,reditus ad vi-
tam,aſcenſus in cœlum:illic inceperunt proœmia
& initia nôſtræ ſalutis,& nontiata fuerunt arcana
diuina,& alta redemptionis humanæ myſteria.

Saturata eſt anima eius ab illis. Septuaginta habẽt:
Receſſit anima eius ab illis. Quos ſequuntur Pa-
gninus,Brixianos,& alij. Sed eadem eſt ſententia.
Qui enim amicitiam diſſuit, & deponit, & ab eo,
quem amore comprehendebat,animum diſtrahit,
dicitur eſſe ſatur,& faſtidio plenus.

Et viſitaſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ. Pro viſitaſti eſt
in Hebraien: ותפקדי vatiphcedhi, à verbo פקד pa-
cadh,quod ſignificat viſitare. Et hanc ſignificatio-
nem ſecutus eſt communis interpres:& aote eum
ſeptuaginta,vt ſit ſenſus: Iterum rediiſti ad ſcele-
ra,quæ commiſeras in Aegypto, cùm adhuc eſſes
in tenera ætate. Ad ea te flagitia retuliſti, quæ lon-
go temporis interuallo intermiſſa reuocaſti, in Ge
Geneſ. neſi capite quinquageſimo,vbi nos habemus: Poſt
50. mortem meam Deus viſitabit vos,eſt verbum hoc
Exod.3. pacadh:& capite tertio Exodi, vbi nos habemus:
Viſitans viſitaui vos. Et multis aliis locis, vbi hãc
retinet ſignificationem. Significat etiam verbum
hoc præter alia recordari,& reſpicere. Eá ob cau-
ſam Pagninus ita hunc tranſfert locum: Et recorda
ta es fœditatis adoleſcentiæ tuæ. Ideo locus ille
Geneſis paulò antè citatus ita poterat conuerti.
Poſtquam exceſſero è vita,Deus recordabitur ve-
ſtri. Et illud Exodi: Reſpiciens reſpiciam vos. Id
Zach. quod eſt apud Zachariam: Viſitauit dominus exer
10. citutum gregem ſuum,vertit R. Dauid: Recorda-
tus eſt dominus exercitoum. Et eodem modo pa-
Pſal 97 raphraſtes Chaldæus. Vnde illud pſalmi: Viſita
vineam iſtam,poteſt verti: Recordare vineã hanc.
Populum Iſraelitieum comparat cum vinea. Qua
Eſa.5. ſimilitudine vtitur etiam Eſaias capite quinto: &
Mat.21. Chriſtus in euãgelio: Similiter illud pſalmi: Quid
Marc. eſt homo,quod memor es eius,aut filius hominis,
12. quia viſitas eum? poteſt in hunc modum trãsferri:
Luc.20. Quid eſt homo,quòd memor ſis eius,aut filius ho-
Pſal.8. minis, quòd illũ intuearis? Ac ſi dicat diuinos va-
tes: Conſideranti mihi domine, & incredibilem
tuam erga nos beneficentiam memoria repetenti
illud mirabile in primis videtor, quòd hominem
memoria teneas,& in illũ oculos tui fauoris conii-
cias. Cùm enim ſis omnium rerum dominus & ef-
fector,libertatis nôſtræ cauſa ſuſcepturos es for-
mam ſerui, & vt nobis immortalitatem largiaris,
noſtram mortalitatem es induturus. Quare tanti
beneficij admirabilitate ſtupefactus exclamo: Quid
eſt homo, quòd eius à te nõ excidat memoria aut
filius hominis,quòd cum tam admirabili benigni-
tate proſequaris?

Argumentum capitis XXIIII.

Nomine ollæ liquefactæ ſignificatur Hieroſolymæ incendium. Explicatur parabola de vxore Ezechielis, quæ extefferat è vita. Oſtenduntur Iudæorum ſcelera propter quæ pœnas debitas perſoluerunt.

CAPVT XXIIII.

ET factum eſt verbum domini ad A
me,in anno nono,in menſe deci-
mo,decima die menſis,dicẽs,Fili
hominis ſcribe tibi nomen diei
huius,in qua confirmatus eſt rex Babylonis
aduerſus Hieruſalẽ hodie. Et dices per pro-
uerbium ad domum irritatricem parabolã:
& loqueris ad eos: Hæc dicit dominus Deus.
Pone ollam, pone inquam, & mitte in eam
aquam: congere fruſta eius in eam omnem
partem bonam,& fœmur,& armum, electa,
& oſſibus plena. Pinguiſſimum pecus aſſu- B
me: compone quoque ſtrues oſſium ſub ea,
efferbuit coctio eius, & diſcocta ſunt oſſa il-
lius in medio eius. Propterea hæc dicit do-
minus Deus. Vę ciuitati ſanguinum,ollę cu-
ius rubigo in ea eſt:& rubigo eius non exiuit
de ea: per partes & per partes ſuas eiice eam:
nõ cecidit ſuper eam ſors: ſanguis enim eius
in medio eius eſt, ſuper limpidiſſimam petrã
effudit illum: nõ effudit illum ſuper terram,
vt poſſit operiri puluere. Vt ſuperinducerem
indignationem meam,& vindicta vlciſcerer,
dedi ſanguinem eius ſuper petram limpidiſ-
ſimam, ne operiretur. Propterea hæc dicit C
dominus Deus. Væ ciuitati ſanguinũ, cuius Nahũ.
ego grandem faciam pyram. Congere oſſa, 3.
quæ igne ſuccendam, conſumentur carnes, Habac.
& coquetur vniuerſa compoſitio, & oſſa ta- 2.c.
beſcent.

EXPLANATIO.

Et factum eſt verbum domini ad me in anno nono.
Quando Ezechiel hæc literis mandauit, erat in Ba
bylonia cum Iudæis, qui cum Iechonia illuc trãſ-
migrauerant. Cùm autem Sedechias deſeciſſet à
Nabuchodonoſore,qui eum in regia dignitate cõ-
ſtituerat, parauit ipſe Nabuchodonoſor exercitũ
aduerſus illum:& obſedit Hieroſolymam,eamq́ue
euertit, & incendio conſumpſit. Hoc Hieroſoly-
mæ excidium oſtendit nunc Ezechiel ſub ollę li-
quefactæ metaphora. Et deſcribit ac deſignat diẽ,
quo Hieroſolyma obſeſſa fuit, cùm ipſe tunc in
Chaldæa habitaret: vt Iudæi,qui cum eo erant, &
alij intelligerent eum eſſe verum prophetam, qui
in Chaldæa exiſtens ea,quæ Hieroſolymę fiebant,
mentis oculis intuebatur. Diuini vates nõ ſolùm
de futuris vaticinantur,ſed etiã de pręteritis,quẽ-
admodum Moyſes,qui mundi conſtitutionem de- Gene. 1.
ſcripſit. Et de præſentibus, quemadmodum hoc
loco

loco Ezechiel, qui ea, quæ alio loco longo interuallo diſtante fiebant, apertè oſtendebat, & diem deſignabat, dicens: Scitote hodie obſeſſam eſſe Hieroſolymam. At propriè vaticinatio eſt futurorum prædictio.

In anno nono. Subaudi, tranſmigrationis Iechoniæ, qui alio nomine appellabatur Ioacbin, qui fuit annus etiam nonus regni Sedechiæ eius ſucceſſoris. Narrat diuina ſcriptura lib. 4. Regum, & capite trigeſimo nono Ieremiæ fuiſſe Hieroſolymam obſeſſam à Babyloniis anno nono regis Sedechię, menſe decimo, qui fuit nonus à tranſmigratione, vt ait hoc loco Ezechiel, & duraſſe obſidionem vſque ad annum vndecimum, quo ciuitas fuit funditus deleta. *4. Reg. vlt.* *Iere. 39.*

Scribe tibi nomen diei huius. Vt hæc tua enuntiatio ſit perpetuis monimentis conſignata. Non ſolùm Ezechiel diē obſidionis deſignauit, ſed quotus eſſet, literis ac memoriæ prodidit.

In qua confirmatus eſt rex Babylonis. Hoc eſt, quo die ſe Nabuchodonoſor aduerſus Hieroſolymam roborauit, eamq́ue cœpit obſidere. Pagninus habet: In qua appropinquauit rex Babel aduerſus Hieruſalem, ipſomet die.

Ad domum irritatricem. Hoc eſt, ad Iudæorum populum, qui ob ſcelera ſua miſericordem Deum ad iram prouocauit.

Pone ollam. Nimirum, vt poni ſolet ad ignem, vt in ea carnes excoquantur. Appellatur Hieroſolyma olla, quia in eam conuenerunt Iudæi omnes, qui erant per Iudæam diſperſi, vt in ea ſe poſſent à Babyloniis protegere. Vel quia in illa Deo ita diſponente fuerunt calamitatum igne inſtar earuṁ concocti, & diluti.

Emitte in eam aquam. Per hanc aquam, quā Ezechiel fudit in ollam illam, intelligebatur Babyloniorum exercitus, qui Hieroſolymam obſidebat. *Eſai 8.* Prædicens Eſaias aduentum Aſſyriorum in Iudęā, qui eam præter Hieroſolymam vaſtarunt, his voces emiſit: Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis, fortes, & multas. Explicans autē quid aquarum nomine intelligeret, ait: Regem Aſſyriorum, &c. Vbi aſpicis per aquas intelligi populos, iuxta *Apoc. 17* id, quod ait in Apocalypſi diuus Ioannes: Aquæ, quas vidiſti, populi ſunt; & ex conſequenti hanc aquam, de qua hìc loquitur propheta, eſſe Babyloniorum populum Hieroſolymæ bellum inferentē. Poteris nomine aquæ calamitatem, & pericula, & res aduerſas intelligere: id enim ſæpe in literis diuinis per aquas ſignificatur. Id volens innuere *Pſal. 17.* regius vates aiebat: Miſit de ſummo, & accepit me & aſſumpſit me de aquis multis. Ac ſi diceret: Cùm ego eſſem maximè afflictus, vndique oppugnatus, & in ſummum capitis periculum falſis criminibus adductus, miſit Deus manum ſuam de cęlo, & ex profundis ærumnarū gurgitibus, quæ me propè *Pſalm. 68.* obruerant, extraxit. Et alio in pſalmo: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerūt aquæ vſque ad animam meam. Et paulò pòſt: Libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarū. Non me demergat tempeſtas aquæ, nec abſorbeat me profun- *Pſalm. 123.* dum. Et in alio: Cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentē pertranſiuit anima noſtra, forſitan pertranſiiſſet anima noſtra aquam intolerabilē. Hæ ſunt aquæ, de qui- *Cant. 8.* bus in Canticis: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. His aquis fuerunt Gedeonis *Iudi. 7.* milites explorati. Et quoniam has calamitatum & tentationum aquas non poſſumus abſque diuino auxilio firmiter tranſire, & ſecurè penetrare, ait diuina ſcriptura Iacobū patriarchā Iordanis aquas *Gen. 32.* baculo tranſiſſe, cùm moleſtiis angeretur, per quē baculum crux Chriſti ſignificatur, in quo innixi poterimus ab afflictionum pelago liberari. Hic eſt baculus ille, quo amaræ aquæ Maræ ſunt in dulcedinē conuerſæ. Eliſæus abſque pallio Eliæ Iordanis aquas non tranſiuit: quia abſque Chriſti fauore nemo poteſt à tentationū & moleſtiarum fluctibus eripi, & profundas ac inundantes calamitatū aquas cōſtanter penetrare. *Exod. 15* *4. Reg. 2.* Id intelligens Ieremias, aiebat in ſuis lamentis: Inundauerunt aquæ ſuper caput meum: Dixi, perij: inuocaui nomen tuū domine de lacis nouiſſimis, vocē meā audiſti. *Thren. 3.* Lacus nouiſſimos appellat altiſſimos dolorum gurgites, quibus erat penitus obruēdus, niſi eum dominus liberaret. Has aquas ſignificauit hoc loco Ezechiel eſſe in ollam Hieroſolymæ mittendas. Hanc ollam collocauit Ezechiel inter oſſa, quæ erant loco lignorum: fecitq; ea, quæ ſunt huic capiti mandata, vt per ea Hieroſolymæ obſidionem & calamitatem, & luctuoſum deniq; excidium ſignificaret.

Congere fruſta eius in eam. Hoc eſt, mitte Iudæorum partes & frequentiam in illam. Maiora fruſta erant Iudæi nobiles, illuſtri aliqua laude celebrati, minora verò erant ij, qui in ſilentio iacebāt, obſcuro loco nati, in nulla dignitate conſtituti. Carnes poſitæ in olla erant indifferenter Iudæi, vrbis mœnibus ſepti, vndique oppugnati.

Omnem partem bonam, fœmur, & armum. Per fœmur, quod dicitur à ferendo, quòd fœmora totum corpus ferant, & præcipuè ſuſtineant, intelligitur rex, qui debet totius regni corpus & pondus ſuſtinere. Quam ob cauſam appellatur græcè Baſileus: baſis ſedes & fundamentū eſt, laos populus: quaſi rex populum ſuſtentet: quantò enim ſublimiùs rex iuſtus & clemens collocatus eſt, tantò ampliùs laborum pondere grauatur. Illud pſalmi, quod nos *Pſal. 18.* iuxta ſeptuaginta tranſlationem habemus; Quoniam quæ tu perfeciſti, deſtruxerunt: poteſt verti ex Hebræo: Quoniam fundamenta euerterūt. Vbi per fundamenta pij principes, & iuſtitia præſtātes intelliguntur. Quanquā R. Selomoh doctus inter Iudæos intelligat ſacerdotes Deo ſeruientes, quos ait eſſe mundi fundamenta, pondus omne ſuſtinētia. Nec mirandum accidat alicui eſſe reges fœmora, & baſes, ac fundamenta appellatos, cùm eos diuina ſcriptura clypeos appellet, quòd in ſe ictus pro ſubditorum ſalute recipiant, eorumq́; virtuti & tutelæ ſit regnum commendatum. Deplorans *2. Reg. 1.* Dauid luctuoſum Hebræorum interitum in montibus Gelboe, has lamentabiles voces emiſit: Ibi abiectus eſt clypeus fortiū: intelligens per clypeū regem Saulem. Id quod eſt apud Oſeam: Dilexerunt *Oſe. 4.* afferre ignominiam protectores eius: poteſt verti ex Hebræo: Dilexerunt inferre alijs ignominiā clypei eius. Vt ſit ſenſus: Principes Iſraelis, qui ſcuta ſunt populi, non ſolùm illum non tuebātur, ſed etiam opprobrijs afficiebant. Nomē enim magen, quod eſt in Hebraico, clypeum ſignificat, vt *Iud. 5.* in libro Iudicum: Clypeus & haſta ſi apparuerint in quadraginta millibus Iſrael. Illud etiam pſalmi: *Pſalm. 46.* Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt:

transferri poteſt: Quoniam principes, qui ſunt clypei terræ, vehementer erecti ſunt. Vel, vt vertit diuus Hieronymus, Dij ſcuta terræ vehementer eleuati ſunt. Quibus verbis ſignificat diuus ac regius
vates fore, vt principes & reges eſſent veram dignitatem & amplitudinem conſecuturi, quoniam erãt in Chriſto cógregandi, qui eſt verus ille Deus
Ioan.8. quẽ coluit Abraham: qui exultauit, vt videret diẽ eius: vidit, & gauiſus eſt. Aſpicis igitur reges clypeos appellari: quibus illud poteſt accommodari,
1. Mach. 6. quod eſt primo Machabæorum libro mandatum: Refulſit ſol in clypeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis. Debet enim virtutum ſplendor in magnatibus micare, vt vita, doctrina, & exemplo mótes terræ illuſtrent, hoc eſt ſubditos terrã colentes excitent ad cœleſtia contemplanda, & ad deſideriũ æternas beatorũ ſedes poſſidendi. Rex igitur, qui baſis populi, & fundamentum, & ſcutũ vocatur, per fœmur hoc loco intelligitur. Per armum autem, hoc eſt, per humerum, intelliguntur nobiles & magnates. Per electa oſſibus plena, viri fortes & robuſti. Per pecus pinguiſſimum diuites, & opibus affluentes. Omnes hi erant in olla, hoc eſt in vrbe concludendi, & calamitatum igne diluendi, atque ſummo dolore lacerandi.

Compone quoque ſtrues oſſium ſub ea. Hoc eſt, loco lignorum pones ſub olla magnam oſſium multitudinẽ, quæ incenſa efficient, vt carnes intra ollã cóquantur. Per hæc oſſa intelliguntur cædes innocentum, quos immanes Iudæi cruciatibus affectos ad interitũ vocauerant. Quod fuit in cauſa, vt Hieroſolyma nomine ollæ ſignificata, ærumnarũ igne torqueretur. Fortaſſe per hæc oſſa incenſa, quæ nó facilè ab igne conſumuntur, voluit propheta ſigni
4. Reg. vlt. ficare eſſe obſidioné Hieroſolymæ longo tépore duraturam. Permanſit enim ab anno nono vſq; ad vndecimũ principatus Sedechiæ. Sunt qui exiſtiment hæc oſſa non eſſe extra ollam ſtruenda lignorũ loco, ſed intra ollã: vt ſit ſenſus: Pones in fundo ollæ oſſa, & partes duriores, quæ alias ſuſtẽtẽt. Acſi diceret Deus: Ita erũt diſpoſiti habitatores Hieroſolymæ, vt fortiores ſint fragilibus fulcimentũ.

Et efferbuit coctio eius. Præteritum pro futuro. Sẽſus eſt: Efferueſcat olla vehemẽter, & ebulliat: tam concitata ſit coctio vt non ſolùm carnes, ſed etiam dura oſſa concoquantur. Tantus enim erit calamitatis ignis, vt non ſolùm debiles & imbecilli, ſed fortes & robuſti ſint acerbiſſimis doloribus preſſi, ſummíſque ærumnis exagitati: quam ob cauſam efferuentes extra olla exibunt. Nam multi fracto muro ſe in fugam contulerunt: vt eſt quarto libro
4. Reg. vlt. Regum memoriæ proditum: ſed fuerunt capti à Babyloniis variíſque pœnis cruciati. Ieremias etiã
Iere. 4. per ollam ſuccenſam ſignificauit ſuccendendam eſſe Hieroſolymam, & igne per Babylonios comburendam. Quam ob cauſam ait ſe faciem illius ollæ bullientis à facie Aquilonis vidiſſe.

Væ ciuitati ſanguinum. Explicat quodãmodo parabolam. Olla eſt Hieroſolyma, aqua Babyloniorum obſidio, ignis calamitas, carnes & oſſa intra ollam Iudæi tam nobiles, quàm obſcuro loco nati, oſſa incenſa cædes innocentũ, ob quas Hieroſolyma, hoc loco ciuitas ſanguinum vocatur: Eam ob
Mat. 23. cauſam illã alloquens Chriſtus aiebat: Hieruſalem
Luc. 13. Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos,
Mat. 21. qui ad te miſſi ſunt. Hoc ſignificauit etiã in parabola de vinea agricolis locata, qui ſeruos domini occiderunt, variíſque modis vulnerauerunt. Solẽt diuini vates vrbes, in quibus cædes innocentibus inferuntur, ſanguinum ciuitates appellare: vt hoc loco Ezechiel, & paulò pòſt hoc eodem capite: & Naũ 3.
Nahum cap. 3. & Habacuch. 2. Habac. 2.

Cuius rubigo in ea eſt, & rubigo eius non exiuit de ea. Hæc olla ænea plena eſt rubigine: nam nec aqua nec ignis eam purgarunt. Significat Hieroſolymæ malitiã & obſtinationẽ, in qua etiã afflicta permãſit. Ille dicitur rubigine affectus, qui eſt peccato cõtaminatus. Quemadmodũ gladius rubigine inqui Simile
natus abluitur cinere & oleo, ſic anima ſordibus peccatorum polluta mundatur cinere, hoc eſt memoria mortis, & pœnitentia, atq; oleo miſericordiæ & eleemoſynarum. Et ita remanet anima perpolita, & ſplendida. Quemadmodũ ſunt nonnulli, Simile
qui cùm primum vident gladium rubigine aliqua affectum, illum ſtatim exacuunt & perpoliunt, alij ſemel in annũ, alij nũquam, niſi ſint in extrema neceſſitate conſtituti, & tunc accidit ſæpe, vt nó poſſint gladium è vagina educere, ex quo efficitur, vt enſis cum vagina in ſterquiliniũ mittatur, ſic ſunt nonnulli, qui cùm animam intelligunt eſſe crimine aliquo contaminatam, confeſtim ſe conferunt ad expolitorem, vt eam excolant & perpurgẽt, hoc eſt ad confeſſarium, ad ſanctum pœnitentiæ ſacramentum, vbi anima expietur & perpoliatur. Præclarè illi quidem, qui ilico ad confeſſionis lauacrũ confugiunt. Alij ſemel in anno minus pij, Chriſtiani tamen. Alij nunquam, niſi fortè cùm iam habẽt mortem viſceribus conceptam, tunc enim magis metu commoti quàm Chriſtiana pietate confeſſionem petunt, ſed accidit plerunque vt non poſſint de peccatis confiteri: tanta enim rubigine contaminatus eſt gladius, tantis ſordibus inquinata eſt anima, vt non poſſit educi è vagina, & oſtendi ſacerdoti: & ita abſque contritione, abſque cõfeſſione, abſque ſatisfactione, abſque eccleſiæ ſanctæ ſacramentis diſcedit è vita, & in ſterquiliniũ pœnarum æternarum proiicitur, quoniam migrat ſceleribus polluta, à quibus ſe non abluit. Lauamini, in
quit Eſaias, mundi eſtote: auferte malũ cogitatio- Eſa. 1.
num veſtrarũ. Et diuus Paulus in epiſtola ad Ephe Ephe. 4.
ſios: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Et in ſe- 2. Cor.
cunda ad Corinthios: Mundemus nos ab omni in- 7.
quinamento carnis & ſpiritus.

Per partes & per partes ſuas eiice eam. Id eſt, oſtende eſſe carniũ partes, quæ ſunt in olla, extra eã eiiciendas abſq; diſcrimine. Hoc eſt, annuncia occidendos eſſe habitatores Hieroſolymæ, & extra muros ſine delectu proiiciendos: nó enim cadet ſuper eorum cadauera ſors: ſed abſq; ordine & conſideratione dignitatis eiicientur extra vrbem. Hoc ideo ait, quia in obſidione illa factæ ſunt magnæ cædes & immanitates à Babyloniis: & intra vrbẽ ex Hebræis multi perierunt fame, multi peſte, multi gladio: & eorum cadauera ob nimium fœtorem extra vrbem per muros proiiciebantur.

Sanguis enim eius in medio eius eſt. Senſus eſt. His calamitatibus opprimitur Hieroſolyma, quia plena eſt ſanguine prophetarum, & aliorum virorum pietate præſtantiũ, quos ad interitũ publicè vocauit. Ideo ſubdit: Super limpidiſſimã petrã effudit illũ. Acſi diceret: Nó effudit ſanguiné in locũ occultũ, ſed ſuper lapidé purũ & lucẽtẽ, vt ab omnibus videretur.

videretur. Explicat publicã Iudæorũ immanitatẽ.

Dedi ſanguinem eius. Quoniam ipſa publicè aliorum ſanguinem fundebat, ideo ego permittam, vt Babylonij eius ſanguinem publicè etiam fundant. Aegiptij obruebant filios Hebræorum aquis fluminis: (Exod. 1.) & poſteà aquæ illæ verſæ ſunt in ſanguinem: (Exod. 7) & bibebant Aegyptij ſanguinem, qui videbatur eſſe eorum infantium innocentum, quos illi in flumine ſuffocauerant. (Exod. 14. Sap. 18.) Sed quid dico? Imò iidem Aegyptij fuerunt maris rubri aquis obruti, & in profundum demerſi. Aquis peccarunt, aquis pœnas ſuorum ſcelerum luerunt.

Cum ego grandem faciam pyram. Hoc eſt, quam ego magno incendio conſumam. Et eius habitatores concoquentur. Indicat acerbiſſimas Iudæorum ærumnas.

Oſſa tabeſcent. Viri fortitudine pollentes labefactabuntur, & timore hoſtium penitus tabeſcent. Balylonij feri & immanes furore incitati ad Hebræorum cædem rapiebantur.

Pone quoque eam ſuper prunas vacuam, vt incaleſcat, & liquefiat æs eius, & conflentur in medio eius inquinamentum eius, & conſumatur rubigo eius. Multo labore ſudatum eſt: & non exiuit de ea nimia rubigo
D eius, nec per ignem. Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis. Sed nec mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam in te. Ego Dominus locutus ſum. Veniet, & faciam, non tranſeam, nec parcam, nec placabor. Iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te, dicit Dominus. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis ecce ego tollo à te deſiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges nec plorabis, nec fluent lachrymæ tuæ: Ingemiſce tacens, mortuorum luctum non facies. Co-
E rona tua circumligata ſit tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus ſum ergo ad populum manè, & mortua eſt vxor mea veſperi. Fecique manè ſicut præceperat mihi. Et dixit ad me populus. Quare non indicas nobis, quid iſta ſignificent, quæ tu facis? Et dixi ad eos: ſermo Domini factus eſt ad me, dicens: Loquere Domui Iſrael: Hæc dicit dominus Deus.

Pone quoque eam ſuper prunas vacuam. Id eſt, dices eam eſſe ponendam vacuam ſuper prunas, vt ab igne abſumatur. Explicat Hieroſolymæ incendium. Non modò carnes & oſſa intra ollam lacerabuntur, ſed etiam ipſa mœnia incendio flagrabunt. Voluit Deus vti potentia ſua, & oſtendere vim ſeueritatis & iuſtitiæ contra magnitudinem ſcelerum Iudæorum.

Et conflatur in medio eius inquinamentum eius. Hoc eſt, & malitia eius erit in ea. Acſi dicat: In flagitiis ſuis peribit.

Multo labore ſudatum eſt. Loquitur Deus more humano, acſi diceret: Dedi operam, vt mundaretur Hieroſolyma: ſed ipſa noluit mundari. Eodem modo apud Eſaiam, Laboraui, inquit, ſuſtinẽs. Et rurſum: In vacuum laboraui ſine cauſa, & vanè fortitudinem meam conſumpſi. (Eſai. 1. Eſai. 49 Iere. 15.) Et apud Ieremiam: Laboraui rogans & diſperdam eos ventilabro in portis terræ. Vbi per portas terræ intelliguntur fines, & egreſſus atque limites terræ ſanctæ, vt ſit ſenſus: Laboraui, rogãs eos, vt relictis flagitiis ad me confugerent: ſed quia mihi patêre noluerunt, mittam eos in exilium extra terram promiſſionis. Poteris hoc de diuinis vatibus intelligere, vt ſit ſenſus: Toto pectore in ſtudium hoc incubuêre diuini vates, vt Hieroſolymam à vitiis abducerent, & ad virtutem impellerent: ſed oleum & operam perdiderũt. Lege totum Ieremiam, & videbis eius conciones nihil Iudæis profuiſſe, quia nequitia & obſtinatione indurati prophetam contemnebant, cuius labores fruſtrà ſuſceptos, pios illos quidem, & ſanctos, vitio tribuebant, eumque ad odium, & interitum falſis criminibus vocabant. Nemo eos cohortabatur ad virtutem ardentiùs, nemo eorum flagitia vituperabat aſperiùs, nemo viros virtute præſtantes laudabat ornatiùs, nemo in vanas nefariorum hominum ſuperſtitiones inuehebatur vehementiùs. Et pro iis laboribus in eum procellas excitabant. Quid dicam de diuino illo Eſaia, tanta eloquentia excultio, vt non ſolùm homines ſuæ ætatis, ſed antiquitatis memoriam vi admirabili dicendi ſuperauerit? Hic pro rectè factis, & conſtantibus diuinarum ſuarum concionum laboribus fuit à Iudæia neglectus, & ad interitum luctuoſiſſimum reſeruatus. Audi diuum Paulum in epiſtola ad Hebræos ita de viris iuſtis aientem: (Heb. 11.) Alij ludibris & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Multi damnantur mundi iudicio, quos Dei iudicium laudabiles oſtendit. Suſanna à laſciuis ſenibus accuſata, damnata mundi iudicio, fuit per Danielem erepta. Daniel enim ſonat iudicium Dei. (Dani.) Multi mundi iudicio damnãtur, qui Dei iudicio abſoluuntur. Sed quamuis impiorum gladius viris iuſtitiam & pietatem colentibus vitam eripuerit, eorum tamen laudes nulla vnquam obſcurabit obliuio: quin potiùs vigebunt memoria omnium ſeculorum. (Similitudo) Cœlum primum mobile appellatum vehementi ſuo impulſu & incitata conuerſione alios globos ætherios coërcet, & rapit, atque efficit, vt ab Oriente ad occidẽtem violenter, & per accidens moueantur. Nihilominus tamen hi inferiores cœli inuito primo mobili mouentur ſuapte natura proprio motu ab Occidente ad orientem: ſic quamuis tempus ſuo diſcurſu omnia, quæ poſſunt labefactari, conſumat, ea rapiens, & ad occaſum adducens, tamen velit nolit rectè facta & admirabiles virtutes ſemper habent ſuum curſum & motum in ſphæra famæ immortalis, quæ veluti cœlum variis ſyderibus ornatum, pulchriſque luminibus diſtinctum de tempore ipſo triumphat, quoniam illam ipſa perpetuitas ſemper intuetur. Nec ſolùm viri iuſti, qui ſeſe à contagione corporis integros caſtoſque ſeruarunt,

totóſque ſeſe diuini numinis venerationi dediderunt, in hominum cœtu in hac vita celebrantur, ſed etiam, quod illuſtriùs eſt, in cœlum peruolant, vbi requieſcunt, in beatiſſimis ac ſplendidiſſimis ſanctorum ſedibus, nullo dolore affecti, nulla deformitate maculati, ſed rerum ſuperarum contemplatione fruentes, & gloria immortali redundantes. Et tamen hi ſunt, qui dum in hoc mundo vitam agerent, non poterant nefarios homines à vitiis deterrere. Scribens diuus Paulus ad Galatas, aiebat illis: Timeo vos, ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. Et Timotheo: In hoc enim laboramus, & maledicimur. Poteſt etiam locus hic ita explanari. Multo labore ſudauit Hieroſolyma. Hoc eſt, multis ſe flagitiis contaminauit. Nullus labor maior eſt impietate. Eos, qui animum à corporis contagio non ſeuocantes fuerunt ſummis cupiditatis ſtimulis concitati, & infinitis flagitiis coopetti, inducit liber Sapientiæ in hunc modum loquentes. Laſſati ſumus in via iniquitatis: & perditionis, ambulauimus vias difficiles. Alloquens Eſaias nefariam Babylonem ſceleribus imbutam, ait: Sta cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laboraſti ab adoleſcentia tua. Et Ieremias de Hebræis illis, qui erant ſcelerum nota inuſti, & in facinoribus impiis verſati, aiebat: Vt iniquè agerent, laborauerunt. Et regius vates verba faciens de anima flagitioſi hominis, quam ciuitatem nequitia & controuerſia plenam vocat, Iniquitas, inquit, & labor in medio eius, & iniuſtitia. Qui ſe vitiis dedunt, & tetras fraudes concipiunt, non poſſunt vitam tranquillè leniterque traducere: quin potiùs turbulentis animi permotionibus exagitati, ſemper inani ſolicitudine, aut effrænata cupiditate cruciantur. Et licet videantur foris lætitia geſtientes, intus tamen dolore torquentur: nam aut odio & inuidia ad vltionem, aut violento auaritiæ impetu ad diuitias, aut incitata aduerſus rationem libidine ad peſtiferas voluptates rapiuntur. Ex quibus omnibus gignuntur pœnæ illæ interiores, quas poëtæ & philoſophi furias vocabant. Hinc voces Didonis apud Vergilium Aeneidos quarto: Heu furiis incenſa feror. Et multa apud Euripidem in Oreſte. Id intelligens diuus Hieronymus, Quot, inquit, ſunt vitia, tot ſunt animi tormenta. Et diuus Ambroſius: Impius ipſe ſibi pœna eſt, iuſtus gloria. Et diuus Bernardus: Nihil eſt in hac vita laborioſius, quàm deſideriis terrenis æſtuare, & nihil quietius, quàm ſeculi huius nihil appetere. Hæc viri hi & ſanctitate & ſapientia inſignes. Sua quemque fraus, ſuus terror, ſuum ſcelus vexat, & exagitat: ſuæ conſcientiæ & peſtilentes cogitatus, eos qui aliquid impiè commiſerunt, veluti ardentes tædę vrunt, terrent, & excruciant. Hæ ſunt canes illæ latrantes, de quibus ait Latinus poëta ſexto Aeneidos: Viſæque canes vlulare per vmbram. Quid acerbius, quid plenius dolore & labore, quàm memoria peccati? Contrà verò quid poteſt eſſe vel ad vitæ ſuauitatem dulcius, vel ad animi tranquillitatem comparandam accommodatius, quàm colere virtutem, amplecti Deum, ſuauiſſimo eius amore inflammari? Nec ſolùm ſcelera, priuſquam dimittantur, ſed etiam poſtquam ſunt per pœnitentiam dimiſſa, & acerbo fletu deleta, pœnam in animo relinquunt. Vt enim abſtracto à corpore telo non ſtatim ſanatur vulnus, ſic remiſſo peccato non ſtatim neceſſe eſt remitti pœnam peccati. Remittitur tamen in purgatorio: & tanta ac talis poteſt eſſe pœnitentia, vt etiam in hac vita remittatur. Quemadmodum non eſt idem abſtrahere telum, & vulneri mederi, ſic non eſt idem condonare peccatum, & pœnam illi debitam remittere. Duplex eſt pœna, prima debita culpæ, altera verò, qua homines afficiuntur, dum ſe peccaſſe recordantur. Et vtraque poteſt poſt peccatum in animo remanere. Cùm igitur vita ſcelerati ſit laborum pleniſſima, & non ſolùm ipſa culpa ſit labor, ſed etiam nutrix laboris, rectè dixit hoc loco Ezechiel, Hieroſolymam, quæ ſe vitiis contaminauerat, multo labore ſudaſſe. Poſſunt itaque verba hæc referri ad Deum, & ad Hieroſolymam: ſi ea referas ad Deum, ſignificant, illum laboraſſe in Iudæorum ſalute; ſi ad Hieroſolymam, ſignificant eam in vitiis ſuis exercendis laborem ſubiuiſſe, & peccando laboraſſe.

Gala.4. 1.Tim.4. Sap.5. Eſa.47. Ier.9. Pſa.54. Simile. Simile.

Mundare te volui, & non es mundata. Verba ſunt Dei ad ingratam & fœdifragam Hieroſolymam. Eodẽ modo Chriſtus in euangelio: Hieruſalẽ Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodũ gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Sed dicet aliquis: Si Deus volebat Hieroſolymam expiare, quomodo illud non fecit? Quomodo non impleta eſt voluntas eius: cùm ipſe dicat apud Eſaiam: Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Et dicat per pſalmographum: Omnia, quæcunque voluit, fecit Deus? Huic obiectioni facile reſpondebis, ſi dixeris, voluntatẽ Dei, quæ in ipſo eſt, quæ eſt ipſemet volens, ſemper habere effectum ſuum: non autem eam voluntatem, quæ voluntas ſigni appellatur. Fieri quidem poteſt, vt aliquid fiat extra ordinem alicuius cauſæ particularis agentis, non autem extra ordinem cauſæ vniuerſalis, ſub qua omnes cauſæ particulares comprehenduntur: nam ſi accidat, vt cauſa aliqua particularis effectum ſuum non obtineat, hoc erit ob alicuius cauſæ particularis impedimentum, quæ ſub ordine cauſæ vniuerſalis neceſſariò contineatur. Cùm autem voluntas Dei ſit cauſa vniuerſalis omnium rerum, fieri non poteſt, vt ſuum effectum non conſequatur. Eam ob cauſam id, quod recedere videtur à diuina voluntate iuxta quẽdam ordinem relabitur in ipſam iuxta alterum: quemadmodum qui tetra facinora committit, ſéque à Deo abducit & ſeparat, & ſi ſecundum ordinem gratiæ recedit à voluntate diuina, tamen ſecundum ordinem iuſtitiæ incidit in eam, cùm pœnas luit ſuis ſceleribus debitas & iuſtas. Volebat Deus mundare Hieroſolymam à delictis ſuis, imò vt verbis vtar Apoſtoli, vult omnes homines ſaluos fieri, ſed hoc, vt ait Damaſcenus, intelligitur de voluntate antecedente, non autem de voluntate conſequente. Quicunque iuſtus index vult omnem hominem viuere voluntate antecedente: ſed voluntate conſequente vult, vt homicida vita priuetur. Eodem modo vult Deus antecedenter, vt omnes gloriam immortalem conſequantur, at conſequenter vult, illud diuina iuſtitia exigente, quoſdam in cæcas tenebras relegari, vbi ob nefaria facinora ſua in æternum crucietur. Volebat voluntate antecedente mundare & conſeruare Hieroſolymam, ſed quia illa noluit, voluit voluntate

Mat.23. Luc.13. Eſai.46. Pſal.113. 1.Tim.2

voluntate conſequente eam vaſtare & euertere: Et hæc voluntas eius impleta eſt, quæ eſt propriè voluntas. Nam voluntas antecedens non eſt ſimpliciter voluntas, ſed ſecundum quid: & vt verbis vtar ſcholaſticis, potiùs dicitur velleitas, quàm ſimpliciter voluntas Ex quibus concluditur, omne id, quod Deus ſimpliciter vult fieri, etiam ſi id, quod antecedenter vult, aliquando non fiat. Hæc Dei voluntas, quæ propriè voluntas eſt, appellatur voluntas beneplaciti, & voluntas conſequens, altera verò voluntas ſigni, & voluntas antecedens.

Veni, & faciam. In libris nonnullis eſt, Venit: vt ſubaudiatur calamitàs tua. Et ſubditur: Non tranſeam. Hoc eſt, non deiiciar à ſententia mea: ſed implebo, quod dico. Verba ſunt Dei promittentis ſe eſſe Hieroſolymam euerſurum.

Ecce ego tollo à te deſiderabile oculorum tuorum in plaga. Hæc eſt altera metaphora: cuius hic eſt ſenſus: Ecce ego auferam à te vxorem tuam chariſſimam interitu repentino, & tamen non plorabis. Solent homines oculos in rem dilectam coniicere: & Ezechiel, vt par erat, vxorem ſuam magno proſequebatur amore. Viri, inquit Apoſtolus in epiſtola ad Epheſios: diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam. Et in epiſtola ad Coloſſenſes: Diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Et tamen præcepit illi Deus, ne mortem vxoris ſuæ, quam ardenter in Deo amabat, lachrymis & lamentis proſequeretur. Quemadmodum ſanies vlceris intus latitans ægrotum magnopere angit, & exagitat: ſin autē exeat, & erumpat, mitigatur dolor, ſic mœror in corde incluſus vehementer affligit, ſed ſi per lachrymas & ſuſpiria fundatur, animum placat & lenit. Quo fit: vt illi mirum in modum crucientur, quibus ſit erepta flendi & ſuſpirandi facultas. Exceſſit è vita chariſſima Ezechielis vxor, & fuit ei mors hæc grauis & acerba: & inſuper augebat illi dolorem non poſſe ſuum dolorem deplorare. Eſt in corde fons doloris, cuius aquæ niſi fluant per oculos obruunt cor ipſum, & cogitationem à languoribus auertere non ſinunt. Vt magnus frequenſque fumus ex nigro igne exhalans niſi habeat luculentum caminum, aut apertam ianuam, qua egrediatur foras, totam domum denigrat, ſic mœror ex igne calamitatum procedens, in cordis domo incluſus eam afficit nigredine, & atrabile corrumpit, niſi per os & oculos erumpat, & fiat ſuſpiriorum exhalatio, quæ ab imo pectore egrediatur. Non laudo muliebrem eiulatum, non gemitus lamentabiles, abiectos, & ſeruiles: turpe enim viro eſt muliebriter lamentari, dolore omnino debilitari, & frangi: at deplorare mortuos, eos præſertim, quos in vita chariſſimos habueras, idque moderatè & honeſtè, non ſolùm non vitupero, ſed pium eſſe & laudabile exiſtimo. Oportet tamen non ita opprimi dolore, vt temperantia amittatur: ſed quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ ſenſim progrediens dolorem extenuat & diluit, id nos præripere debemus conſilio, nec expectare temporis medicinam, quam conſequi ratione valemus. Notum eſt illud Anaxagoræ, quem ferunt nuntiata filij morte dixiſſe: Sciebam me genuiſſe mortalem. Et illud Lacænæ illius clariſſimæ, quæ cùm filium, quē vnicè amabat, in prælio interfectum audiſſet, Idcirco, inquit, genueram, vt eſſet, qui pro patria non dubitaret mortem ſubire. Illud tamē velim tibi perſuadeas, nūquam mihi gratam fuiſſe illam Stoicorum opinionem Sapientem nunquam moueri: nec miſericordia, nec dolore, nec ira concitari. Nam commotiones animi ratione, & conſilio, & prudentia oportet moderari, non autem radicitus euellere. Illud enim præclarum eſt, & in poteſtate noſtra cum diuino fauore ſitum, hoc autem fieri nec poteſt, nec ſi fieri potuiſſet, expetendum eſſet, & in bonis connumerandum. Quemadmodum in mari non ea optatur tranquillitas, quæ eſt omnis venti expers omnino, ſed illa potiùs in qua perflat aura, qua fluctus mouentur, & nauis proſpero curſu impellitur, ſic in animo non eam debemus cupere quietem, quæ ſit languida, & ab omni ſenſu abhorrens, ſed temperatam commotionem, qua animus in vaſto mundi gurgite ad æternæ gloriæ portum tendat, & felicem vitæ curſum conficiat. Illa eſt eximia ac præclara virtus, quæ procedit ab animo commoto amore Chriſti, & ſtudio æternæ beatitudinis conſequendæ incitato. Quare non ſunt audiendi, qui omnem animi commotionem penitus euellendam dicunt, qui aſſerunt neminem debere mortem alicuius deplorare. Quanquam enim Ezechiel necem vxoris ſuæ nullis lachrymis proſecutus eſt, hoc fuit particulari quadam ratione, quæ rarò inuenitur: communiter autem laudabile eſt pro iis, qui excedunt è vita, lachrymas fundere, & ſigna mœroris oſtendere. In libro Eccleſiaſtici ait ita diuina ſcriptura: Mortuum lamenteris, quòd ſit luce priuatus. Et rurſus: Fili in mortuum produc lachrymas: & quaſi dira paſſus, incipe plorare. Cùm Maria Magdalena mortem Lazari fratris eius deploraret, & alij cum ea lachrymas etiam funderent, tantùm abfuit, vt Chriſtus hoc reprehenderet, vt potiùs ipſe defleret: Ita enim ait diuus Ioannes: Et lachrymatus eſt Ieſus: Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

Corona tua circunligata ſit tibi. Hoc eſt, contine intus dolorem tuum: non illum ſignis exterioribus oſtendas. Solebant olim, qui rem aliquam ſibi charam amittebant, non ſolùm lachrymas fundere, ſed etiam capita pileis & coronis nudare. Quod erat doloris apertiſsimum ſignum. Id quod prohibet hoc loco Deus Ezechieli: Pro corona vertunt nonnulli tiaram, quæ erat capitis ornamentum, quo ſacerdotes vtebantur. Erat enim Ezechiel ſacerdos. Ieremias deplorans miſerum Iudæorum excidium, aiebat: Verſus eſt in luctum chorus noſter, cecidit corona de capite noſtro. Poteris per coronam comam intelligere: nam antiqui in ſignum doloris capillos tondebant. Vnde Iob cum opes & filios amiſiſſet, ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit. Volens Ieremias ſummum Moabitarum mœrorem explicare, ait: Omne caput caluitium, & omnis barba raſa erit. Et per Amos prophetam annuntiat Deus iis verbis Iudæis ſuam luctuoſam calamitatē: Conuertā feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum, & inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium. Huic expoſitioni fauet translatio ſeptuaginta, qui pro corona habent crines. Et paulò pòſt, vbi nos habemus: Coronas habebitis

Marginalia: Epheſ. 5. Coloſ. 3. Simile. Simile. Simile. Eccl. 22. Eccl. 38. Ioan. 11. Thren. 5. Iob 2. Ier. 48. Amos 8.

bitis in capitibns veſtris, habent illi: Comæ veſtræ ſuper capita veſtra.

Calciamenta tua erunt in pedibns tuis. Hoceſt, non ambulabis nudis pedibus more lugentium & afflictorum. Qui quondã cùm angorem ſuũ oſten-
2. Reg. 15. dere volebant, pedes nudabant. Dauid in magna calamitate verſatus, cùm fugeret Abſalonẽ, aſcendit cliuum oliuarum ſcandens, & flens, nudis pedi-
Eſai. 20 bus incedens. Volens Deus vt Eſaias oſtenderet imminentem Iudæis calamitatem, dixit illi: Calciamenta tua tolle de pedibus tuis. Soliti etiam erant mœſti homines die funeris caput velare pannis tetris, & nõ comedere niſi cibos miſſos ab aliis, qni appellabantur cibi lugentium. Hoc etiam Ezechieli probibet Deus, dicens; Nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Sed cur Deus præcipiebat ei, vt in die funeris vxoris ſuæ, quam ardente complectebatur amore, nec ploraret, nec ſigna aliqua mœroris oſtenderet? Nimirum vt Iudæi huius rei tam inſolitæ admirabilitate ſtupidi, ab eo cauſam quærerent tam portentoſæ & inſuetæ nouitatis, & ita intelligerent ſummam ſibi imminere calamitatem.

Locutns ſum ergo ad populum manè. Id eſt, manè prædixi populo vxorem meam eſſe illo die à vita migraturam, & ita euenit; nam veſpere eiuſdem diei mortua eſt.

F Ecce ego polluam ſanctuarium meum, ſuperbiã imperij veſtri, & deſiderabile oculorum veſtrorum, & ſuper quo pauet anima veſtra, & filij veſtri, & filiæ veſtræ, quas reliquiſtis, gladio cadent. Et facietis, ſicut fecit: ora amictu non velabitis, & cibus lugẽtium non comedetis: coronas habebitis in capitibus veſtris, & calceamẽta in pedibus, & non plangetis, nec flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, & vnuſquiſque gemet ad fratrem ſuum, eritque Ezechiel vobis in
G portentum. Iuxta omnia quæ fecit facietis, cùm venerit iſtud: & ſcietis, quia ego Dominus Deus. Et tu fili hominis ecce in die, qua tollam ab eis fortitudinẽ eorum, & gaudium dignitatis, & deſiderium oculorũ eorum, ſuper quo requieſcunt animæ eorum, filios & filias eorum, in die illa cùm venerit fugiens ad te, vt annũtiet tibi: in die inquam illa aperietur os tuum cum eo, qui fugit, & loqueris, & non ſilebis vltrà, eriſque eis in portentum, & ſcietis quia ego Dominus.

Ecce polluam ſanctuarium meum. Explicat parabolam, cnius hic eſt ſenſus: Quærentibus Iudæis, inquit diuinus vates, cur ego contra omnium morem hæc facerem, ita reſpondi, Quemadmodum Deus abſtulit à me vxorem meam, quam ſingolari amore proſequebar, ita auferet à vobis templum Hieroſolymæ, & filios ac fratres, & cæteros quos ibi reliquiſtis, quibus eſtis admirabili amicitia deuincti. Et cùm inter Babylonios habitetis, non audebitis deplorare calamitatem veſtram, & Hieroſolymæ euerſionem, ne videamini ob Babyloniorum victoriam comprimi dolore, eorumque triumphum proſequi lamentis. Si enim vos intellexerint dolore angi ob eorum gaudium, torquebunt vos, & ad excidium crudeliſſimum vocabũt. Præterea tantus erit dolor veſter, cùm audieritis cladem & ſtragem amicorum & conſanguineorum veſtrorum, & patriæ veſtræ vaſtitatem & incendium, vt veluti ſtupidi & admirantes ob ſummam veſtram miſeriam & calamitatem nec flere poſſitis, nec ordinem ac conſuetudinem mœſtorũ ſeruare, cùm dolor veſter aliorũ ſuperet dolorem, & ea vos ſolatia deficiant, quæ cæteris, qui poterãt lugere, in ærumnis ſuis non defuerunt. Verum illud eſt hoc loco aduertendum per ſanctuarium intelligi templum Salomonis, de qno Deus ait: Ecce ego polluam ſanctuarium meum. Hoc eſt, pollui permittam, ſinam enim Babylonios illud contaminare & euertere.

Superbiam imperij veſtri. Hoc eſt, templum, quo ſuperbè & arrogauter gloriamini. Tanta erat Iudæorum inſolentia, vt non modò rebus humanis, ſed etiam diuinis intemperanter abuterentur, non ad Dei cultum, ſed ad eorum ſuperbiam. Eam ob cauſam fuerunt victi, abiecti, & calamitoſi ita Deo Iacob. 4
permittente, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus au- 1. Pet. 5.
tem dat gratiam, vt eius Apoſtoli teſtantur. Et, vt Pſal. 17.
ait pſalmographus: Quoniam tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis. Solet enim Deus homines humiles ſubmiſsè de ſe ſentientes, extollere, inſolẽtiam autem ſuperborum ſeſe efferentium deprimere. Nam vt ait Eccl. 10.
Eccleſiaſticus: Odibilis coram Deo & hominibos eſt ſuperbus. Et paulò pòſt: Initium omnis peccati eſt ſoperbia. Et Iob de diabolo loquẽs, ait: Ipſe eſt Iob. 41.
rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Egreſsi latrunculi 4. Reg. 5
quidam de Syria captiuam duxerunt puellã Iſraeliticam, quam Naaman Syriæ principi tradiderunt. Syria cuius Naaman princeps erat, ſonat elationem & ſuperbiam, cuius dæmon princeps eſt, qui dixit: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimi- Eſai. 14
lis ero altiſsimo. Naaman idem eſt quod pulcher, ſiue præparans motum. Talis fuit Lucifer, admirabili pulchritudine decoratus, ſed præparans motũ ſibi à cœli faſtigio ad inferni profunditaté, imò ipſe eſt, qui in hominum cordibus motus ſuperbiæ, & perturbationes arrogãtiæ præparat. Latrones ſunt appetitus noſtri, qui puellam hoc eſt, animam noſtram principi Syriæ tradunt, cùm ſuperbia elati omnem nobis excellentiã ſumimus & arrogamus, & in domicilio & arce inſolentiæ collocati omnia contemnimus, nobiſque inferiora ducimus: atque ipſo Dei templo vanè & ſuperbè gloriamur. Tanta eſt mortalium ſuperbia, vt etiam opera alioquin bona deprauẽt, cùm illis iactantiam, & populi rumuſculos quærant, eaque ob vanitatem efficiant. Quemadmodum Athenienſes, vt illis obiecit Ana- Simile
charſis philoſophus, non habebant numos, niſi vt eos numerarent, ſic multi non aliam ob cauſam in virtutum actiones incumbunt, niſi vt eas arrogan- Simile
ter prædicent, & mundi gloriam aucupentur. Fumus initio ingens & denſus, ſurſum aſcendens facilè diſsipatur & amittitur; ſic gloria ſuperborum ſenſim obſcuratur, & penitus euaneſcit. Id fatebantur impij pœnis æternis cruciati, quos libet Sapientiæ ita facit loquentes: Quid nobis Sap. 5.
profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra,

vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Nos igitur cœleſtia expectemos, homana fluxa & fragilia contemnamus: ſi enim voluerimos altè conſiderare, & æternam beatitudinem contueri, nec nos dabimus ſermonibos volgi, nec vanos hominum rumuſculos aucupabimur, nec in præmiis humanis locabimus ſpem rerum noſtrarum, ſed ad Deum ipſum aſpirabimus, qui ſemper eſt, quē nulla conficit, & conſumit vetuſtas, de quo ait Dauid: Tu
Pſal. 101 autem permanebis, & omnes vt veſtimentum ve-
Hebr. 1. teraſcent: Et velut amictum mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non de-
Exod. 3. ficient. Eam ob cauſam dicebat Dominus Moyſi, Ego ſum, qui ſum. Sic dices filiis Iſrael: Qui eſt, me miſit ad vos. Hoc eſt, qui ſemper fuit, qoi eſt, qoi ſemper erit, cuius ſempiternitas nullis finibus comprehenditur, ille me miſit ad vos. Si nos humana mouent, quorum nulla eſt tanta vis, quæ tempore non debilitetur, & penitus conſumatur, ſi id qood non eſt ſtabile in vita, ſed ſubitò frangitur, & perit, aut ſaltem ſenſim defloreſcit, & vetuſtate extinguitur, nos excitat ad labores magnos ſubeundos, cur nos ad eos, imò ad multò maiores non mouebit, non excitabit ille, qui ſemper eſt, quem ipſa æternitas ſemper intuebitur, qui ſeipſum ſummo amore proſequentibus præmia largitur immortalia, eoſque in cœleſti beatitudine collocat & cōſtituit, vbi eo in æternum fruantur? Relinqoamus igitor ea, qoæ ſunt caduca & mortalia, & ſtudio immortalitatis inflammati, Deom ipſom, ſempiternam illam pulchritudinem contemplemur, & amore ardentiſſimo amplectamur, ne Iudæos imitantes, coniiciamur in vincula Babyloniorum, qui lapidibos templi gloriantes, & in rebus etiam ſpiritualibos vanam mūdi gloriam qoærentes, Deum verum repudiarunt, & gloriam imperij ſui amiſerunt.

Deſiderabile oculorum veſtrorum. Hoc eſt, quod magnoperè diligitis. Idem repetit ſeqoētibos verbis, dicens: Et ſuper quo pauet anima veſtra. Solent enim amantes timere, ne rei amatæ aliqua veniat calamitas.

Quas reliquiſtis. Nempe in Iudæa, cùm vos contuliſtis in Chaldæam.

Ora amictu non velabitis. Hæc ſuprà explicuimus.

Eritque Ezechiel vobis in portentum. Hoc eſt, in ſignum calamitatis, qua opprimemini: nam vt ille vxoris ſuæ interitum noo deplorauit, ſic vos nec amicorum cædem, nec patriæ euerſionem flere poteritis, ſed afflicti & ærūnoſi in doloribus acerbiſſimis verſabimini.

Fortitudinem eorum. Templum, quod paulò antè appellauerat ſanctuarium, & gloriam imperij Iudæorum, & deſiderabile oculorum, ſuper quo pauebant, appellat modò fortitudinem Hebræorum, & gaudium dignitatis ſuæ, & deſideriom oculorum, & reqoiem animarum.

Cùm venerit fugiens ad te. Id eſt, cùm aliquis, qui euaſerit, fugerit, & venerit ad te, vt tibi Hieroſolymæ narret euerſionem. Poteſt totum hoc referri ad tempus Titi Veſpaſiani, qui Hieroſolymam vaſtauit, & funditus euertit: quoniam Iodæi Chriſtum Deum noſtrum, qui eos liberatum venerat, immaniter occiderunt. Eam ob cauſam ait hoc loco Ezechiel: Væ ciuitati ſanguinum. Hic ſanguis eſt cædes agni innocentiſſimi, de quo ſanguine aiebat Eſaias alloquens Iodæos: Manus veſtræ Eſai. 1.
ſangoine plenæ ſont. Ipſi enim dixerunt: Sanguis Matt.
eius ſoper nos, & ſuper filios noſtros. Et quoniam 27.
Chriſtus eſt petra illa, de qua ait Apoſtolus: Petra 1. Cor.
autem erat Chriſtus, ait hoc loco propheta fuiſſe 10.
hone ſanguinem ſuper limpidiſſimam petram effuſum, hoc eſt, ſoper Chriſtum innocentiſſimom & puriſſimum, qui plenus & aſperſus ſanguine ſuorum vulnerum noſtra vulnera ſanauit. Hic eſt filios hominis: cuios vxor, hoc eſt, ſynagoga mortua eſt veſperi, hoc eſt in fine tēporis: nam à Chri-
ſto ad mundi finem vltima ætas eſt. Hi ſunt vltimi Gen. 49
illi dies, de quibus vaticinatus fuerat Iacob, cùm iam mortem in viſceribus conceptam teneret, di-
cens filiis ſuis: Congregamini, vt annuntiem, qoæ
ventora ſont vobis in diebus nouiſſimis. Et Eſaias: Eſai. x.
Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons do-
mus Domini in vertice montium. Et quemadmo- Luc. 19.
dum Ezechiel Iodæis prædixit euerſionem Hieroſolymæ per Babylonios, ita eis Chriſtus prædixit vaſtitatem & incendium eius per Romanos. Quod ita abſque dobio euenit.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXIIII.

Compone quoque ſtrues oſſium ſub ea. Pro componere ſtrues eſt in Hebraico vnum tantom verbum, nimirum, דור dur, qood ſignificat ſtruere ligna ad pyram, aot incendere rogum: vnde medhurah ſignificat pyram, vt paulò pòſt: Grandem faciam pyram. Vel, vt poteſt etiam verti, crebreſcere faciam combuſtionem. Et quoniam vita conſumitur inſtar pyræ, ponitur hoc nomen dur pro tem-
pore vitæ. Vnde verba illa Ezechiæ apod Eſaiam: Eſai 38.
Generatio mea ablata eſt. Poſſunt verti: Tempus vitæ meæ ablatom eſt. Vel peregrinatio mea finita eſt. Septuaginta hunc Ezechielis locum ita trāſferunt: Succende oſſa ſub eis. Pagninus: Incende oſſa ſob ea.

Super limpidiſſimam petram. Pro limpidiſſima eſt in Hebraico צחיח ſechiach: quod nomen ſignificat locom eleuatum & eminentem in petra. Eam ob cauſam vertit Pagninos ſuper eminentem petram. Septuaginta habent: ἐπὶ λεωπετρίαν. Hoc eſt ſuper leniſſimam petram. Thargum habet: Super lenitatem petræ nudæ. Acſi dicat: Super petram puram, in qua nullos ſit pulois. Poteſt verti: Super petram aridam, vbi emineat, & non poſſit occultari. Significat enim dictio hæc locum aridum: pro quo ſeptuaginta alibi tranſtulerunt ſepulchrum: Vnde il-
lud pſalmi: Similiter eos qoi exaſperant, qui habi- Pſal. 67.
tant in ſepolchris, poteſt transferri: Similiter rebelles, qoi habitant in locis aridis. Quem locum diuus Hieronymus ita tranſtulit ex Hebræo: Increduli autem habitauerunt in ſiccitatibus. Vt ſit ſenſus: Viros iuſtitia munitos, & virtutum præſidio ſeptos abducit Deus à locis incultis & agreſtibus ad terras fertiles & amœnas, nefarij autem & Dei contemptores loca incolunt ſterilia & arida. Et licèt ij, qui ad id flagitij & furoris perducuntur, vt quicquid impetet effrænatus appetitus, quicqoid ſuadeat inſatiabilis intemperantia, expetendom ducant, in florentibus ciuitatibus, atque in ſumma rerum omniom affluentia vitam ad extremam ſenectutem perducant, verum eſt

tamen,

tamen,cos vaſtas & incultas terras habitare, quoniam etiam in hominum cœtu ſoli ſunt. Quomodo non erunt ſoli,qui abſque remperantia ſunt ſine charitate,ab omni virtute penitus derelicti? Quẽadmodum viri pij, honeſtate & charitate præſtantes, quocunque loco vitam degant, in cœlo commorantur, iuxta id quod aiebat Apoſtolus: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt, ſic impij vitiis contaminati vbique miſeri ſunt, & tanquam relegati in ſterilem ſolitudinem, vitam degunt aridam & infructiferam. Omnes enim ſceletati, & flagitiis deditì, quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiam ſi ſolum non mutarunt. *Phili.3.*

Multo labore ſudatum eſt. Septnaginta habẽt. Humiliabitur, ſiue affligetur rubigo eius. Vt ſit ſenſus: Contundetur Hieroſolyma ob eius nequitiam. Solet enim Deus improbos coercere & affligere: ne ob diuturnarũ impunitatem teriora ſcelera admittant. Pagninus habet: Mendacia faciendo laborare fecit ſeipſam. Vt ſit ſenſus: Dedit Hieroſolyma operam mendaciis. Et ita R.Dauid hunc locum interpretatur. Dictio hæc auen, Hebraica mendacium ſignificat, & nihil, & iniquitatem, & afflictionem. Nihil eſt enim, quod magis animum affligat, quàm conſciẽtia malefactorum. Pro labore accipitur à pſalmographo dicente: Si autem in potentatibus octoginta anni, & ampliùs eorum labor & dolor. Acſi dicat: Anni vitæ noſtræ ad ſummum ſunt octoginta in vitis robuſtis, poſt quos quicquid eſt, labor eſt & moleſtia. Vel, vt alij interpretantur. Tota vita noſtra non excedit ſpatium octoginta annorum, quorum præcipuum plenum eſt laboris & calamitatis. Quid eſt enim vita humana, niſi quædam rota viuens laborum? Alij verba illa. Ampliùs eorum labor & dolor, ita exponũt Fortitudo eorum eſt nihil. Dictio ſignificans ampliùs, ſignificat etiam præcipuũ, & fortitudinem, & dictio ſignificans laborem ſignificat etiam nihil. Id quod fortius, & præcipuum, & magnificentius apparet in vita vanitas eſt, & nihil, non vita ſolida, ſed vitæ quædam vmbra & imago. Ideo aiebat idem diuinus vates: Vniuerſa vanitas omnis homo viuens: veruntamen in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtrà conturbatur. Non ſolùm hominem appellat vanum, ſed ipſam vanitatem: nec ait eum in ſubſtantia pertranſire, ſed in imagine, per quam intelligit inanem quandam vmbram rerum. Et alibi: Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui. Pro iniquitate accipitur nomen hoc ab Habacuc prohpeta, cùm ait: Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ. Acſi dicat: Aſpicio mentis oculis fore, vt propter iniquitatem tentoria inferni conturbentur, cùm Chriſtus humanum genus morte ſua ex mortis faucibus liberauerit, Non deſunt tamen qui loco illo pro iniquitate vertant, nihilum, vt ſit ſenſus: Quemadmodum Aethiopiæ tentoria Gedeonis fuerunt trita & euerſa, ſic mentis oculis intueor futurum eſſe tempore Meſſiæ, cœleſtis Gedeonis: morte enim ſua cœtus Gentium idolorum cultricium diſſipabuntur, & in nihilum redigentur. Ab hoc nomine deriuatur dictio teunah, qua vtitur hoc loco Ezechiel, quæ ſignificat laborẽ, & mendacium: primam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres, ſecundam Pagninus. *Pſal.89.* *Pſal.38.* *Pſal.101* *Haba.3.*

Veni, & faciam. Veni viſum ſcelera hominum & faciam, quod illis minitatus ſum. Verba ſunt Dei more humano loquentis. Eodem modo cùm diuina ſcriptura impiam eorum temeritatem narraret, qui Babylonis turrim ædificabant, ait: Deſcendit autem Dominus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam. Docet nos Deus, ne temerè ſolo rumore fratres damnemus, niſi priùs certi reddamur. Ideo ait capite decimooctauo Geneſis: Deſcendam, & videbo: vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. At in nonnullis codicibus eſt. Venit, in tertia perſona, vt ſit ſenſus: Venit Hieroſolymæ calamitas: ſeu venit, quod Deus decreuit. Septuaginta habent. Veniet, de futuro. Et ſubditur: Et faciam. Quaſi dicat Deus: Veniet excidium Hieroſolymæ, quemadmodum dixi, & faciam, quod promitto. Pagninus habet: Venit: quod decreuit, nimirum Deus. *Gen.11.* *Gen.18.*

Super quo pauet anima veſtra. Septnaginta tranſtulerunt: Quibus parcunt animæ veſtræ. Hoc eſt, quibus nimium indulgetis. Pagninus habet Indulgentiam animæ veſtræ. Quod idem eſt. Accipitur enim indulgentia pro molli permiſſione oppoſita ſeueritati, quæ indulgentia neruos allidit virtutis, & nimium oſtendit amorem.

Super quo requieſcunt animæ eorum. Pro ſuper quo requieſcunt eſt in Hebraico ſolùm vna dictio, nimirum משא maſſa, quę ſignificat requiẽ, eleuationem, prophetiam, pondus, ſiue onus Eſai.13. Onus Babylonis, Hoc eſt vaticinium nuntians futuram Babylonis calamitatẽ. Septuaginta verterunt: Elationẽ animæ eorum: quos ſecutus eſt Pagninus, & alij. Significat Ezechiel templũ, quod Iudæi diligebãt, & quo magnopere oblectabãtur. Solent enim homines, ad rem, quam amore complectũtur, animum extollere, in eamque mentis oculos conijcere, atque in illa conquieſcere. Verbum eſt נשא naſa, quod ſignificat extollere, recipere, condonare. Vtitur eo diuina ſcriptura capite quarto Geneſis pro recipere: Cùm enim Cain iratus eſſet, & vultus eius concidiſſet, dixit ei Deus: Nónne ſi bene egeris, recipies? Subaudi mercedem à Deo. Poteſt tamen locus ille ita verti: Nónne ſi bene egeris, condonabit tibi Deus peccatum tuum? Vel ſic: Nónne ſi bene egeris, attolles vultum? Tharghum habet: Nónne ſi benefeceris, remittentur tibi opera tua? ſin autem non benefeceris, ad diem iudicij peccatum tuum reſeruatur. Sunt, qui ita vertant: Nónne ſi bene egeris, exaltatio ſeu gloria erit tibi? Acſi dicat: Fers animo iniquo eſſe te à fratre tuo ſuperatum, quòd ego eum maiore fauore proſequar, quàm te: ſed ſi in virtutum ſtudium incubueris, eris ad honorem euectus, vt ille, eris à me eodem fauore affectus, & in eadem gloria conſtitutus. Significat etiam verbum hoc quieſcere, & nomen ab eo deriuatum quietem: Et hanc ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. *Eſai.13.* *Gen.4.*

Argumentum Cap. XXV.

Vaticinatur de futura Ammonitarum, Moabitarum, Idumaeorum, & Palaſtinorum vaſtitate & euerſione, qui cum opibus & potentia florerent, & diuturnam ſcelerum ſuorum impunitatem obtinerent, ſe lætitia extulerunt, videntes decem tribus è Samaria in Aſſyriam adductas, & in miſeram captiuitatem coniectas, & duas tribus tempore Iechoniæ partim Hieroſolymæ afflictas, partim

partim in Babiloniam tranſlatæ. Et poſteà Hebræorum calamitatibus inſultarunt, intuentes Hieroſolymam à Babylonis expugnatam, & templum contaminatum tempore Sedechiæ, quando vrbs fuit direptioni commiſſa, & penitus deleta, & tẽplum incendio flagrauit, & Hebræi fuerunt partim immaniter occiſi, partim in miſeram captiuitatem abſtracti, & ſummis doloribus oppreſſi.

CAPVT. XXV.

A ET factus eſt ſermo domini ad me dicens, fili hominis, pone faciem tuã contra filios Ammon, & prophetabis de eis, & dices filiis Ammõ, Audite verbũ domini Dei, Hæc dicit dominus Deus, Pro eo quòd dixiſti, euge euge ſuper ſanctuarium meum, quia pollutum eſt, & ſuper terram Iſrael, quoniam deſolata eſt, & ſuper domũ Iuda, quoniam ducti ſunt in captiuitatem, idcirco ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem & collocabunt caulas ſuas in te, & ponẽt in te tentoria tua.
B Ipſi comedent fruges tuas, & ipſi bibent lac tuum. Dabóque Rabba in habitaculum camelorum, & filios Amon in cubile pecorum, & ſcietis, quia ego dominus, quia hæc dicit dominus Deus. Pro eo quòd plauſiſti manu, & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto affectu ſuper terram Iſrael, idcirco ecce ego extẽdam manum meam ſuper te & tradam te in direptionem Gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & cõ
C teram, & ſcietis, quia ego dominus. Hæc dicit dominus Deus, Pro eo quod dixerunt Moab & Seir, ecce ſicut omnes Gentes domus Iuda, idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius, & de finibus eius inclytas terræ, Bethleſimoth, & Beelmeon, & Cariathaim filiis Orientis cum filiis Amon.

EXPLANATIO.

Pone faciem tuam contra filios Ammon. A ſecundo capite vſque ad hunc locum vaticinatus eſt Ezechiel contra Hebræos, pauca inſerens de Gẽtibus: nunc aduerſus eas ſuam dirigit vaticinationem, in primis contra Ammonitas, qui cùm deberent dolore affici ob Iſraelitarum ærumnas, qui afflicti & oppreſſi, atque auxilio humano deſtituti in luctu & mœrore iacebãt, eóſque aliqua ſaltẽ ex parte angore & moleſtia leuare deberent, quòd deſcenderẽt ab Ammone filio Loth cõſanguineo Abrahã, *Gen. 19* à quo Iudæi genus ſuum ducebant, eorum calamitatibus inſultabant. Non ſolùm non opitulaban- *Gen. 12.* tur illis, ſed ob eorum excidium efferebãtur lætitia: Eam ob cauſam permiſit Deus, vt ipſi in ærumnas acerbiſſimas inciderent, & in eiſdem calamitatibus verſarentur. Non enim debemus aliorum aduerſitate lætari. Volens Iob innocentiam ſuã o- *Iob. 31.* ſtendere, non vt virtutes ſuas prædicaret, aut iuſtitiã iactaret, ſed vt qui eũ obiurgabant, in quo accuſabatur, culpa vacare cognoſcerent, aiebat: Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui, quòd veniſſet in eum malum. Vbi particula, ſi, ponitur pro nõ, vt in pſalmo: Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Hoc eſt, iura- *Pſal. 94* ui, impios Hebræos non eſſe terram promiſſionis ingreſſuros, quam ipſorum quieti deſtinaueram. Et multis aliis in locis, vbi huic particulæ, ſi, vis ineſt negandi. Cùm immanis Saul ne verbo quidẽ violatus, à Dauide animum alienaſſet, illumque ad *1. Reg. 24.* crudeliſſimum excidium vocauiſſet, tãtum abfuit, vt pius Dauid iniurias grauiſſimas vlciſceretur, vt *1. Reg. 26.* cùm illi bis eius occidendi facultas accidiſſet, noluerit eum tangere, quin potiùs eius vitã ſeruauit, & propriæ ſuæ præpoſuit. Et poſteà audito triſti cædis Saulis nũtio clementiſſimus ille, & illuſtriſſimus rex Dauid non ſolùm eius calamitati & ex- *2. Reg. 1* cidio non inſultauit, ſed etiã dolore confectus vim lacrymarum profudit. In Prouerbiis ait ita Salomõ: Qui in ruina alterius lætatur, nõ erit impuni- *Prou. 17.* tus. Et rurſum: Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuũ. Et Ec- *Prou. 24.* cleſiaſticus. Non deſis plorantibus in cõſolatione, & cum lugentibus ambula. Et iterum. Laqueo pe- *Eccl. 7.* ribunt, qui oblectantur caſu iuſtorũ: dolor autem cõſumet eos, antequam moriantur. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos. Benedicite perſequẽ- *Eccle. 27.* tibus vos: benedicite, & nolite maledicere: gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Sed quo- *Roma. 12.* niam Ammonitæ huic doctrinæ repugnãtes Deũ grauiter offenderũt, præcepit hoc loco dominus Ezechieli, vt cõtra eos poneret faciẽ ſuã: acſi diceret: Dirige aduerſus Ammonitas vultum tuũ minacẽ, & vaticinare cõtra eos. Vocat eos filios Ammon, quemadmodum Vlyſipponẽſes appellamus filios Vlyſipponis, ſiue Vlyſſeæ: ita enim Strabo libro tertio hãc celebrem ciuitatem vocat. Et Luſitanos vocamus filios Luſitaniæ. Amnon fuit quondam ciuitas Arabiæ, quæ poſteà, vt ait diuus Hieronymus in libro de nominibus Hebraicis, appellata fuit Philadelphia. Ab hac ciuitate denominata eſt tota illa prouincia Ammon: de qua hîc agit Ezechiel, cuius etiam ſuprà meminit capite vigeſimoprimo. Aduerſus eam vaticinatus eſt etiam Ieremias capite quadrageſimonono multis verbis. *Ierem. 49.* Et Amos capite primo in hũc modũ inducit Deũ loquentẽ. Super tribus ſceleribus filiorũ Ammon, *Amos. 1* & ſuper quatuor non conuertã eum. Acſi diceret: Ammonitæ luent pœnas ſuorũ ſcelerũ: euertã eos, quoniã nullũ peccãdi finẽ faciunt. Per tria & quatuor intelligit numerũ ſeptenarium, qui apud Hebræos infinitam multitudinẽ ſignificat. Vt ſit ſenſus: Si ſemel, aut bis inciderent in flagitia & iterum ac iterũ ſe polluerent vitiis, & agerent pœnitentiã, ego illis omnia maleficia cõdonarem. Sed quoniã eorum delicta nullum habent terminũ, nec ſolùm ipſi nullam agũt pœnitentiam, ſed flagitia cumulant, & in dies augent, ſum ego de omnibus illis vltionem ſumpturus.

Euge euge. Interiectiones ſunt exultantiũ & plaudentium, quibus Ammonitæ Iudæorum calamitati inſultabant, videntes eorum templum à Babiloniis cõtaminatum, quod hîc quemadmodũ aliis in locis appellatur ſanctuarium. Contaminarunt illud Gentes ingreſſu ſuo, & eius vaſa rapientes, & 2 illud poſtremò penitus vaſtantes.

Et ſuper terram Iſrael. Hoc eſt ſuper decẽ tribus.
alias autem duas appellat domũ Iuda. Ammonitæ
torquebantur inuidia, videntes res Iudæorum ſe-
cundas & florentes. Et rectè illis cõgruebat nomẽ
Ammõ, quod præter alias ſignificationes ſonat po
pulũ mœroris: erant enim mœrore affecti ob alio-
rum felicitatem. Et videntes eos poſteà magnos
luctus percipere, & in miſeriis incredibilibus ver-
ſari, lætitia geſtiebant. Magnum eſt profectò inui-
dorũ malum, qui alienis malis inſultãt, alienis autẽ
bonis excruciantur. Magna eſt eorum infelicitas &
miſeria, qui aliorum infelicitate & miſeria perfun-
duntur gaudio, felicitate verò & proſperitate in-
feliciter & aduerſe torquentur. Inuidus eſt ſepul-
chrũ ſuiipſius, ipſe eſt ſuus hoſtis & carnifex. Sed
Iob.5. quid dico? Eſt ſuiipſius infernus. De eo ait Iob:
Prou. Paruulũ occidit inuidia. Et Salomõ in Prouerbiis:
14. Putredo oſſium eſt inuidia. Quemadmodum rubi-
Simile go ferrum, ſic inuidia inuidum conſumit. Torquẽ-
tur inuidi felicitate ſuperioris, quoniam illi nõ æ-
quantur: inferioris, ne ſibi æquetur: paris, quia ſibi
Simile æquatur. Diuus Baſilius, & poſt eum Diuus Ber-
nardus comparant inuidum cum vipera: vt enim
Simile illa concipit prolem, quæ, vt aiũt, abrupto matris
vẽtre naſcitur ipſam matrẽ occidẽs, ſic inuidus eã
cõcipit inuidiam, quæ eum ipſum corrodit & lace
rat, illique interitũ machinatur. Inuidia eſt imago
inferni, dãnum abſque vllo cõmmodo. Huius ſti-
Geneſ.3 mulis concitatus Cain occidit iuſtum Abelũ fra
trem ſuum. Et filij Iacobi innocentẽ Ioſephũ, ſuum
etiã fratrẽ inuidentia exagitati vendiderũt. Et per-
turbatus Saul fideli Dauidi vitam ferro eripere
Geneſ. cupiebat, eum ad periculũ capitis arceſſens, qui vt
37. eum ab hoſtibus liberaret mortis periculũ in ſin-
1.Reg. gulari certamine non timuit, quin potiùs pro eius
18. ſalute ſe in aſperam dimicationẽ, & fortiſſimi Go-
1 Reg. liæ, vaſta proceritate terribilis impetũ obiecit. Et,
17. vt eſt in libro Sapientiæ literis mandatum, Inuidia
Sap. 2. Diaboli mors intrauit in orbẽ terrarum. Quid plu
ra? Phariſæorum inuidia Chriſtũ Deum noſtrũ ad
interitũ crudeliſſimum falſis criminibus vocauit.
Matt. Id quod etiam impius Pilatus intellexit, vt euãge-
27. lica cõteſtatur hiſtoria. Eſt enim huius ſeculi labes
Marc.15 quædam & macula virtuti inuidere, velléque ip-
ſum florẽ decoris labefactare, & honeſtatis ſplẽdo-
rem extinguere. Si volueris legere hiſtorias, & an-
nalium replicare memoriam, videbis apertiſſimè
nullum fuiſſe hominẽ ingenio excellenti, doctrina
exquiſita, fortitudine admirabili, animi magnitu-
dine illuſtri, virtute præſtante, qui nõ fuerit ab in-
uidis oppugnatus, & eorũ telis ſæpenumero per-
cuſſus. Hoc intelligens Pittacus philoſophus aie-
bat, vt refert Stobæus, Tandiu mihi videbor felix,
Simile quandiu inuidioſus fuero. Quẽadmodum iter fa-
cientes per ſolem neceſſariò comitatur vmbra, ſic
incedẽtibus per gloriam comes eſt inuidia. Nulla,
inquit Valerius Maximus, tã modeſta felicitas eſt,
quæ inuidiæ dẽtes vitare poſſit. Vnde cùm quidã
virum doctum interrogaret, quomodo inuidos nõ
haberet, ſi nihil, inquit ille, ex magnis reb' habue-
ris, aut nihil feliciter geſſeris. Virtutis ſocia eſt
inuidia, & viros præcellẽtes plerunque inſectatur,
ſola miſeria nõ admittit inuidiam. Omnis inuidus
etſi aliis in rebus ſit inuidioſo ſuperior, in hoc ta-
Simile men quod inuidet, inferior eſt. Vt enim planeta in
ferior ſuperiorem obſcurat eclipſi, non autẽ cõtrà
ſic qui minus ſapientia, & fortitudine, & virtute
valent, digniorum decus nituntur maculare, eorũ-
que ſplendorem extinguere. Ideo Iob, eum qui in- Iob.5.
uidentia diſcrutiatur, paruulum appellat. Inuidus
tam inutilis eſt ciuitati, quàm lolium tritico, igna-
uus bello. Inter omnes labores, quos vetuſtas tri-
buit Herculi, nullus fuit maior illo, quem ſubiuit
aduerſus hydram. Erat hydra, vt antiqui ſcriptores
fictis fabulis memoriæ prodiderunt, ſerpens mul-
torum capitum in Lerna palude viuens, qui ob id
inuictus dicebatur, quia pro vno capite exciſo A
multa ei capita continuò renaſcebantur. Per Her-
culem ideam virtutis intelligebant. Quã ob cau-
ſam aiebant eum magnos ſubiuiſſe labores, & ter-
ribilibus certaminibus obiectum fuiſſe, quia vir-
tus magnas habet in hac vita ab impiis aduerſus
ſeipſam cõtradictiones: accumulant nãque omnes
impij contra eam ſuarum detractionum aceruos,
& in illam inuehuntur. Sed præcipua aduerſus vir
tutem contradictio eſt inuidia per hydram ſigni-
ficata, quæ ideo fingitur paluſtris, & è cœno ſordi-
do pullulare, quòd non niſi in abiecto & polluto
animo reperiatur. Non in terra fertili & feraci, ſed
in paludibus, & aquis ſtagnantibus: hoc eſt, nõ in
cordibus nobilibus, & fructuoſis nutritur, ſed in
ſordidis, impuris, vitiorumq; luto infectis. Et quo
niam inuidus, ſi eum in vno cõuincas, & rebus ad
dicas neceſſariis, iterum inuidet, & ex victoria, quã
de illo reportaſti, alia atque alia illi oritur inuidia,
dixerunt veteres parum prodeſſe capita hydræ ſe-
care, cùm ei alia confeſtim orirentur. Eam ob cau-
ſam aſſerebant, Herculẽ in nullo monſtro doman-
do magis laboraſſe, quàm in hoc. Qui in virtutum
ſtudium toto pectore incumbunt, non debẽt ca-
dere animo, cùm ſe viderint inuidorum pondere
premi: premantur, ſed non opprimantur: non ce-
dant oneri: ſed ſurgant aduerſus illud inſtar palmę,
cui Plutarchus in octauo Sympoſiacorum, & Ari-
ſtoteles in octauo Problematum, & Gellius in ter-
tio Noctium Atticarum, eam vim & naturam tri-
buunt, vt oneribus impoſitis renitatur. Si Chriſtus
verus ille Deus noſter contradictionem ſuſtinuit,
& vt de illo dixit iuſtus Simeon, poſitus eſt in rui Luc.2.
nam & reſurrectionem multorum, & in ſignũ, cui
cõtradicetur: quid mirum, eos, qui illi adhærent, à
mundo contradictiones ſubire? Sed debent recogi
tare, vt ait in epiſtola ad Hebræos diuus Paulus,
eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus Heb.12.
ſeipſum contradictionem: & iuſtorum calamitates
ab impiorum inuidia ortas additum aliquando ad
gloriam & nominis celebritatem aperuiſſe. Niſi
fuiſſet inuidia filiorum Iacob, non obtinerent Io-
ſeph Aegypti principatum. Inuidia fuit beſtia illa,
& hydra paluſtris, de qua aiebat Iacob: Fera peſſi- Gen.37.
ma deuorauit eum. Sed quæ illi perniciem machi-
nabatur, eiuſque lucem extinguere volebat, in
cauſa fuit, vt ipſe conſequeretur nominis claritα-
tem & amplitudinem, eſſetque in omnium ore
cum illuſtri laude verſatus, & in magna dignitate
conſtitutus. Cùm autem poſteà eius fratres cala-
mitatibus premerẽtur, aiebant inter ſe: Meritò hęc
patimur, quia peccauimus in fratrẽ noſtrum. Philo
Platonicus in libro qui inſcribitur πολιτικὸς βίος, Gen.41.
ait, id quod Gentium literæ ſub Herculis ænigma
te ſignificarunt, fuiſſe re vera in Ioſepho adimpletũ,
& hydram illam in Lerna fuiſſe fratrum inuiden-
tiam

tiam. Per Ioſephum etiam qui rectè factis aduerſus ſeipſum incitauit æmulationem, eos intelligendos cenſet, qui rerum publicarum tractant guberbernacula, & in præclara virtutum facinora incũbunt, per fratres verò Ioſephi exiſtimat inuidos omnes ſignificari. Huiuſmodi fuerunt Ammonitę, qui quoniam in Hebræos peccauerunt, eorum priſtinæ felicitati inuidentes & poſteà eorum ærumnis inſultantes, fuerunt calamitatibus oppreſſi, & incredibilibus doloribus lacerati.

Tradam te filiis orientalibus in hereditatem. Hoc eſt, Perſis & Medis, qui ſunt ad Orientem reſpectu terræ Ammonitarum. Sunt, qui per filios Orientis intelligant Chaldæos. Quod poteſt cum prima opinione cohærere: nam Perſæ & Medi euerſa Babylone in Chaldæa habitarunt. Ego exiſtimo hos
Sap. 21. filios Orientis fuiſſe milites Nabuchodonoſoris, qui Ammonitas ſuperarũt, vt ſuprà explicuimus, capite vigeſimoprimo. Etſi Iudæi fuerunt ob ſcelera ſua in captiuitatem adducti, erant tamen inter eós nonnulli, in quibus lumen fidei eluceſcebat iuſtitia inſignes, & in omni virtutum genere admirabiles. Quare impium fuit gaudere Ammonitas eorum calamitatibus. Et quamuis omnes illi Hebræi impij eſſent, non tamen Ammonitæ eos deberent odio habere, ſed ſcelera eorum: nec eorum ærumnis lætari ob inuidiam & maleuolentiam, ſed ob iuſtitiam, & Dei gloriam. Sed quoniam iniquo animo illis inſultabant, fuerunt immanibus Babyloniis traditi, & in cæcas inferorum tenebras detruſi, indigni luce, quoniam lucis largitorem aſpernabantur.

Et collocabunt caulas ſuas in te. Hoc eſt, pecorum habitacula.

Dabóque Rabbath in habitaculum camelorum. Id eſt, ita vaſtabo regionem Ammonitarum, vt vbi erant vrbes inſignes, ſint foueæ & paſcua iumentorum.
Eſa. 34. Eodem modo Eſaias de regione alia deuaſtanda dicebat: Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum. Rabbath ciuitas fuit Ammonitarum, & vt ait diuus Hieronymus, totius regni metropolis.

Et ſcietis quia ego dominus, Nimirum cùm iuſtitiã meam ſenſeritis. Tãta eſt Dei miſericordia, vt etiam ad hoſtes nominis ſui reſpiciat: non tantùm Deus eſt vnius nationis, ſed omnium. Ideo non ſolùm eorum, qui ipſum colunt, curam gerit, ſed impiorum etiam, qui ab eo animum habent penitus alienatum. Eos punit, vt intelligant eum eſſe Deum, & ad illum conuertantur: eos coercet, vt cognoſcentes diuinam iuſtitiam & potentiam ſe non efferant in ſublime, ſed timeant, & diuitiis, rebuſque proſperis, & ad voluntatem fluentibus non abutantur ad excidium miſerorum, ſed intelligant aliquando, & animo perſpiciant eſſe ſe mortales & caducos, ea lege natos, vt florentes eorum res poſſint marceſcere, & in luctum ac mœ
Pro. 19. rorem mutari. In Prouerbiis ait Salomon: Peſtilente flagello ſtultus ſapientior erit: ſi autem corripueris ſapientem, intelliget ſapientiam.

Extendam manum meam ſuper te. Hoc eſt, puniam te: Hebraiſmus eſt, de quo alibi diſſeruimus.

Moab & Seir. Vaticinatur aduerſus Moabitas, & Idumæos. Moab eſt vrbs Arabiæ quæ tẽpore diui Hieronymi, vt ipſe teſtatur, vocabatur Areopolis: dicta Moab ab vno ex filiis Loth appellato Moab,
Gen. 19. hoc eſt, à patre: filiã enim Loth eum habuit à patre ſuo. Quod iis verbis literæ diuinæ memoriæ prodiderũt. Conceperũt duæ filiæ Loth de patre ſuo; pepericq; maior filiũ, & vocauit nomẽ eius Moab: *Gen. 36.* ipſe eſt pater Moabitarũ vſque in præſentẽ diem. Minor quoque peperit filium, & vocaui nomen eius Ammon, &c. Ab vrbe Moab appellata eſt tota illa regio hoc nomine. Seir mons eſt in terra Edom in qua habitauit Eſau in regione Gabalena: quæ, quia Eſau piloſus erat, appellata eſt Seir, hoc *Eſai. 21.* eſt piloſus. Meminit Eſaias montis Seir in viſione *Mala. 1.* Idumææ: & Malachias capite primo, & noſter Eze *Infr. 35.* chiel capite trigeſimoquinto.

Ecce ſicut omnes Gentes domus Iuda. Id eſt, derelictus eſt populus Iſraeliticus, ſicut populi idolorum cultores. Gloriari ſolebat populus Iudaicus eſſe ſe populum Dei, & ſibi ipſi tantùm notum eſſe dominum, iuxta illud pſalmographi: Notus in *Pſal. 75.* Iudæa Deus, & in Iſrael magnum nomen eius. Sed vidẽtes Moabitæ eum eſſe calamitatibus preſſum, & in ſeruitutem adductum, illum irridebant, exiſtimantes fortaſſe Deum nulla tangi cura rerum humanarum, nullum iuſtorum iniuſtorumque habere delectum. Hac opinione erant imbuti nõnulli, qua nulla eſt deterior peſtis, nulla capitalior, delet enim fundamentum religionis, omniaque iura diuina & humana peruertit.

Ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus. Hoc eſt, apperiam muros & arces munitas ciuitatum Moab, vt in eas ingrediantur hoſtes eáſque capiant, & direptioni committant. Humerum appellat quemcunque locum fortem & munitum. Vel ſic: Ego puniam vrbes Moab, nam aperire humeros alicuius eſt eum flagellis grauiter vulnerare. Vel ſic: Ego infringam omne robur vrbiũ Moab, Verba illa Dei apud Eſaiam: Dorſa regum ver- *Eſa. 45.* tam, ita poſſunt verti: Humeros regum aperiam. Hoc eſt, reddam reges imbecillos, & auferam ab illis vires & fortitudinem. Quæ verba ſeptuaginta in hunc modum tranſtulerunt. Fortitudinem regum confringam: Hunc autem Ezechielis locum ita verterunt. Ecce ego diſſoluam humerum Moab. Hoc eſt, omne robur eius labefactabo, & confringam.

Bethieſimoth, & Beelmon, & Carithaim. Ciuitates erant Moab inſignes, quibus Deus euerſionem minatur.

Filij Orientis cum filiis Ammon. Conſtructio pendet à ſuperioribus. Dixerat ſe eſſe aperturum muros ciuitatum Moab, nunc eos explicat quibus erat illos aperturus, vt per illos introirent, & vrbes expugnarent. Hi erant filij Orientis, qui ingreſſi ſunt ciuitates Moabitarum cum filiis Ammon. Nam poſtquã milites Nabuchodonoſoris, qui per filios Orientis intelliguntur, victoriam reportarũt de Ammonitis, nonnullos ex ipſis captiuis ſecum duxerunt ad Moabitas expugnandos. Vel cum filiis Ammon, hoc eſt, quemadmodum dixi tradendos eſſe filios Ammon. Poteſt totum hoc ita verti ex Hebraico: Idcirco ecce ego aperiam muros ciuitatum Moab, ciuitatum inquam, quæ ſunt in finibus, ſeu limitibus eius inclytæ, & nobiliores: quę ſunt Bethieſimoth, & Beelmeon, & Cariathaim: & tradam eas filiis Orientis euntibus contra Moab, & contra filios Ammon.

Et dabo eam in hæreditatem, vt non ſit

vna vltrà

vltrà memoria filiorum Ammon in Gentibus. Et in Moab faciam iudicia, & ſcient, quia ego dominus. Hæc dicit dominus Deus, Pro eo quòd fecit Idumæa vltionem, vt ſe vindicaret de filiis Iuda, peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis, idcirco hæc dicit dominus Deus, Extendam manum meã ſuper Idumæam, & auferam de ea hominem & iumentum, & faciam eam deſertam ab Auſtro, & qui ſunt in Dedam, gladio cadent. Et dabo vltionem meam ſuper Idumæam per manum populi mei Iſrael, & facient in Edom iuxta iram meam & furorem meum: & ſcient vindictam meam, dicit dominus
D Deus: Pro eo quòd fecerunt Palæſtini vindictam, & vlti ſe ſunt toto animo, interficientes & implentes inimicitias veteres, propterea hæc dicit dominus Deus: Ecce ego extendam manum meam ſuper Palæſtinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis: faciamque in eis vltiones magnas: arguens in furore. Et ſcient, quia ego dominus, cum dedero vindictam meam ſuper eos.

Et dabo eam. Subaudi Ammon ciuitatem, ſeu regionem. Totam illam regionem dedit Deus Babyloniis.

Vt non ſit vltrà memoria filiorum Ammon in Gentibus. Hoc eſt, vt nulla ſint inter gentes illuſtri laude celebrati: Euaneſcet & obſcurabitur eorum
Pſal. 36 memoria. Vidi impium ſuperexaltatum, ait diuinus pſaltes, & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum, & non eſt
Prou. 10. inuentus locus eius. Et Salomon in Prouerbiis: Memoria iuſti cum laudibus, & nomẽ impiorum putreſcet. Scelerati homines, qui maleficiis paſcũtur, etſi exitus proſperos aliquando, & nominis celebritatem conſequantur, non diu tamen permanent in illo florente rerum ſtatu. Qui illos laudibus efferebant, poſteà de illis penitus conticeſcunt. Nam illi gloriam illam falſam, poſitam non in virtute, ſed in populi temeritate amittunt in vita, aut ſaltem poſt vitam, quando in æternas miſerias præcipitantur. Non eſt igitur in falſa mundi
Eſai. 40 gloria nitendum: quoniam, vt ait Eſaias, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Et
Eccl. 14. Eccleſiaſticus: Omnis caro, inquit, ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore viridi, alia generantur, & alia deiiciuntur. Loquens
Pſa. 48. Dauid de impio potente, & mundi fama celebrato, ait: Cùm interierit, non ſumet omnia, nec deſcendet cum eo gloria eius. Quòd ait non ſumet omnia, Hebraiſmus eſt pro quo nos dicimus: ni-
Eccl. 10. hil ſumet. Et Eccleſiaſticus: Memoriam ſuper bonum perdidit Deus, & reliquit memoriam humi-
Eſa. 16. lium. Ideo aiebat Eſaias: Auferetur gloria Moab,
Eſa. 21. Et rurſus: Auferetur gloria Cedar. Et poſteà indu-
Eſa. 45 cit Deũ iis verbis loquentem: Ego glorioſos terræ humiliabo. Similiter Oſeas ita aduerſus impios Iudæos Deũ hæc verba dixiſſe teſtatur: Gloriã eorũ in ignominiam commutabo. Oportet nos Dei Oſe. 4.
gloriam quærere, &c., vt admonet Apoſtolus, 1. Cor.
omnia in gloriam eius facere, vt gloriam immor- 10.
talem comparemus. Nam mundi gloria fluxa eſt, & caduca, quoniam obruitur hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur. Audi diuinũ Gala. 5.
Paulũ aientẽ: Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocãtes, inuicẽ inuidẽtes. Si gloriã cupis, inquit Chryſoſtomus, gloriã deſpice: & omnibus eris glorioſior. Et Hieronymus: Si verè laudabilis eſſe cupis, laudes hominum non requiras. Falſa gloria eſt veræ pœnæ procreatrix: & quamuis te dilatet, & magnum oculis populi efficiat, in ſummo te tamen periculo conſtituit. Quemadmodum Simile
ſagittarius ſcopum magnum facilè attingit, à paruo autem aberrat, ſic Diabolus eum, qui ſe inani mundi gloria amplificat, ictu ſagittarum ſuarum facilè percutit, ſubmiſſum autem & abiectum nõ itẽ. Omnis inanis gloriæ cupidus inſipiẽs eſt, quoniam apud dæmonem inflatur, vt eius transfigatur telo & ſagitta. Ideo ait in prouerbiis Salomõ: Neſcit, quòd ad vincula ſtultus trahatur, donec transfigat ſagitta iecur eius. Vera gloria in virtute conſi- Prou. 7
ſtit, quæ radices agit, ac longiùs propagatur: vana omnia celeriter decidunt, nec inane quicquam poteſt eſſe perpetuũ. Ammonitæ & Moabitæ in omnium ore quondam cum gloria verſabantur, ſed ita ab illa deciderunt, vt non eſſet eorum memoria in gentibus, vt ait hoc loco Ezechiel. Sed dices:
Nonne Ieremias poſtquam de Ammonitarum e- Ierem.
uerſione vaticinatus eſt, ſubdidit: Poſt hæc reuer- 49.
ti faciam fugientes & captiuos filiorum Ammon, ait dominus? Subdit quidem: Imo poſt Moabita- Ierem.
tum excidium prædixit, adiunxit: Et conuertam 48.
captiuitatem Moab in nouiſſimis diebus, ait dominus. Sed hæc non repugnant huic Ezechielis vaticinio: nam Ezechiel loquitur de varia mundi proſperitate & amplitudine, in temeraria vulgi opinione conſtituta, quam Ammonitæ & Moabitæ amiſerunt, quæ vſque adeò euanuit, vt poſteà longo temporis ſpatio nulla eſſet eius memoria: Ieremias autem loquitur de vera nobilitate, in virtute collocata, quã erant in tempore gratiæ per Chriſti fidem conſecuturi. Multi enim ex regionibus illis per Apoſtolorum prædicationem fuerunt ad Chriſti fidem conuerſi & repudiatis idolis ad numen ſanctiſſimum confugerunt. Ideo dixit Ieremias illud implendum eſſe in nouiſſimis diebus. Solent nanque diuinæ literæ tempus Meſſiæ nouiſſimos dies appellare. Ita patriarcha Iacob, quo nemo tunc erat ſanctior, nemo ſapientia illuſtrior, nemo charitate feruentior, cùm ad exitum
vitæ vocaretur, conuocatis filiis ſuis has voces Gen. 49
emiſit: congregamini, vt annuntiem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Et tunc myſteria Chriſti venturi illis altè prædixit. Hi ſunt dies,
quos Apoſtolus in epiſtola prima ad Corinthios 1. Cori.
fines ſeculorum vocauit: & in epiſtola ad Galatas 10.
temporis plenitudinem. Gal. 4.

In Moab faciam iudicia. Id eſt, eos grauiter caſtigabo. Septuaginta habent: In Moab faciam vltionem.

Pro eo quòd fecit Idumæa vltionem, Idumæa appellatur etiam Edom, ſumpto nomine ab Eſau illius Gen. 25.
regionis habitatore, qui vocabatur Edom, hoc eſt Gen. 27
rufus, & terrenus. Et quoniam Iacob obtinuit primoge-

mogenituram & benedictionem paternam, quam fratri ſuo Eſau maiori natu ſubripuit, fuit vexatus ab illo. Similiter Idumæi poſteri Eſau Iſraelitas à Iacob originem ducentes odio proſequebantur. Et in vltionem primogenituræ & benedictionis inſultarunt Hebræorum calamitatibus, eóſque oppugnarunt, & opprobriis affecerunt. Quā ob cauſam (Deut. 32.) euertit Deus Idumæos: nam ipſe ait: Mihi vindictam & ego retribuam. (Eze. 9.) Quem locum affert diuus Paulus in epiſtola ad Romanos (Rom. 2.), dicens, Non voſmetipſos defendentes, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Vbi participium, defendentes, non accipitur pro ſe protegere, vimque vi repellere, & bona ſua tutari, id enim cuique licet, dummodò bono fiat animo. Nam ipſe Apoſtolus dedit operam, vt ſe à Iudæorũ coniuratione per milites tribuni tueretur. (Act. 23) Vult enim natura eſſe conſeruatrix ſui, eſtque omni animantium generi à natura tributum, vt ſe, vitam, corpúſque tueantur, declinéntque ea, quæ eis nocitura videntur. Eſtque lex hæc non ſolùm ſcripta, ſed nata, quam non ſolùm didicimus, accepimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non modò docti, ſed facti, non ſolùm inſtituti, ſed imbuti ſumus: vt ſi vita noſtra in hoſtium incidat inſidias, ſi vim nobis inimici inferāt, ſi nos ad excidium vocauerint, liceat nobis defendere nos ipſos cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quis nō videt honeſtam eſſe rationem expediendæ ſalutis? Poteſt accidere aliquando, vt laudabilius ſit ſeipſum non protegere, iuxta id, quod dixit dominus (Matt. 5.): Si quis te percuſſerit in vna maxilla, præbe ei & alteram, & id quod ait Apoſtolus in prima ad Corinthios (1. Cor. 6): Quare non magis iniuriam accipitis, quare nō magis fraudem patimini? Verum id, quod ait Chriſtus de maxilla altera præbenda eſt animi præparatione præcipuè obſeruandum, vt cùm opus fuerit, non ſolùm maxillam, ſed corpus & vitam pro Dei fide & honore iniuriis, & opprobriis, & vulneribus, & gladiis, & flammis offeramus. Sed communiter vnicuique ſe protegendi datur facultas. Quare defendere loco illo apud diuum Paulum non ſignificat protegere, ſed vlciſci. Id quod oſtenditur ex ſequentibus: ſubditur enim: ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam. Vbi vides vindictam eſſe prohibitam, non autem defenſionem. Solent tamen literæ diuinæ verbum defendere pro vindicare & vlciſci aliquando vſurpare, vt in libro Iudith (Iudi. 2.), vbi ſcriptum legimus iuraſſe Nabuchodonoſorem ſe eſſe defenſurum de regionibus his, à quibus nuntij ſui fuerant cum dedecore repulſi. Et loco illo apud Apoſtolum modò citato. Neque exiſtimes prohibitam eſſe omnem vltionem, ſed eam, quæ propria fit poteſtate, poteſt enim quis iure per publicam poteſtatē aduerſarium punire, vt iuſtitia exerceatur, & hominum ſocietas conſeruetur: dūmodo abſit ira, & ſpiritus non iuſtitiæ, ſed vltionis. Ideo ait: Sed date locum iræ. Hoc eſt deponite iram, cum qua nihil rectè, nihil conſideratè fieri poteſt. Vel date locum iræ inferentis iniuriam. Vel relinquite locum iræ Dei, ipſe enim vltionem ſumet, qui ait: Mihi vindictā & ego retribuam. Sed quoniam Idumæi ſeipſos cum Babylonijs ad Iudæorum euerſionem & excidium coniunxerunt, & propria authoritate eos vlti ſunt, in eoſque ventos excitarunt, nulla iuſtitia moti, ſed odij & inuidiæ ſtimulis concitati, quoniam quæ vitia in aliis reprehendebāt, in iis ipſis deprehendebantur, meritò fuerunt puniti, & ab iiſdem Iudæis ſuperati, & in ſummam ignominiam adducti. Per quæ enim quis peccat, vt dicitur in libro Sapientiæ per hæc & torquetur. Sapi. 11.

Extendam manum meam in Idumæam. Hoc eſt, animaduertam grauiter in illam. Extendere Deum manum in aliquem eſt in eo facere iudicium: qua dicendi exornatione vſus eſt paulò antè cùm dixit: In Moab faciam iudicia.

Ab Auſtro, & qui ſunt in Dedam gladio cadent. In Hebraico pro Auſtro eſt Theman, quę dictio Auſtrum ſignificat. Eſt etiam nomen cuiuſdam ciuitatis, Latinè Auſter appellatæ. Igitur Auſter & Dedam nomina ſunt vrbium inſigniū Idumęæ. Sunt, qui dicant non eſſe vrbes, ſed loca quædam ita vocata. Diuus Hieronymus ita ait, Theman regio eſt principum Edom in terra Gebalitica à Theman filio Eliphaz, filij Eſau ſortita vocabulū. Sed & vſque hodie eſt villa nomine Theman diſtans ab vrbe Petra quinque milibus, vbi Romanorum militum præſidiū ſedet. Hæc ille in libro de locis Hebraicis. In libro autem de nominibus Hebraicis ait Theman ſonare Auſtrum.

Et dabo vltionem meam. Id eſt ſumam vltionem de Idumæis per manus Hebræorum. Solet enim deus aliquādo homines per homines punire. Vnde impium & immanem Aſſyriorum regem vocat virgam furoris ſui, quoniam eo ſceleratos caſtigabat. Eſai. 10. Vbi autē ſcripta ſit victoria hæc, quam Iudæorum populus obtinuit de Idumęis non inuenio in ſacra ſcriptura, niſi ſit ea, de qua agitur libro primo Machabæorum capite quinto. I. Mach. 5.

Pro eo quòd fecerunt Palæſtini vindictam. Prædicit Palæſtinorum excidium. Philiſtim fuit quædā ciuitas celebris, quæ poſteà amiſſo nomine tempore diui Hieronymi, vt ipſe teſtatur, vocabatur Aſcalon, à qua tota regio denominata eſt Philiſtæa & Palęſtina, eiuſque habitatores Palæſtini, & Philiſtiim & Philiſtini: de quorum excidio vaticinatur hoc loco Ezechiel, quod eo paſſi ſunt, quòd de filiis Iſraelis vltionem ſumpſerāt. Hi fuerunt antiqui Iudæorum hoſtes, qui cùm vidiſſent Babyloniorum exercitum aduerſus Hieroſolymam adhæſerunt illis, vt omnes ſimul Iudæos oppugnarent, & acerbis calamitatibus opprimerent.

Et perdam reliquias maritimæ regionis. Id eſt, Palæſtinæ, quæ ſita eſt ad mare mediterraneum. Vaticinans Sophonias de Palæſtinorū excidio ait: Væ qui habitatis funiculū maris, gens perditorum. Sophon. 2. Verbum domini ſuper vos Chanaan terra Philiſtinorum. Quaſi dicat: Væ vobis, qui habitatis in ora maritima terræ ſanctæ, hoc eſt, in Palæſtina. Væ vobis qui eſtis gens vaſtatrix & perdita: latum eſt contra vos verbum domini Chananæi quo indicat ſtatuiſſe perdere vos, & totā terram Chanaan euertere & deuaſtare. Vbi nos habemus: gēs perditorum, poteſt verti ex Hebræo gens Cæretheorum, ita enim appellabantur Palæſtini.

Et ſcient quia ego dominus. Per experientiam diuinæ iuſtitiæ.

Cùm dedero vindictam meam ſuper vos. Id eſt, cùm vos puniero: cùm mihi dederitis pœnas ſcelerum

veſtrorum. Tunc enim apparet gloria Dei, cùm de impiis ſumit vltionem. Eodem modo loquens Eſaias de ſceleratorum Iudęorum excidio, ait: *Eſa.2.* Exaltabitur autem dominus ſolus in illa die. Et rurſum: *Eſa.3.* exaltabitur dominus exercitnũ in iudicio, & Deus *Pſal.9.* ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia. Et pſalmographus: Cognoſcetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Pro cognoſcetur, eſt in Græco, & in Hebraico cognoſcitur, ſed parum refert, dummodò intelligas falſam eſſe & impiam eorum opinionem, qui ſomniantes aiunt, Deum non curare res humanas, ſed ſinere mundum temerè ferri, impios impunè graſſari, innocentes affligi, & opprimi, nullamque eſſe Dei prouidentiam, nullum iudicium, cùm appareat ſapienter intuentibus Deum mundi eſſe opificem & gubernatorem, & iuſtitiam ac potentiam ſuam in ſceleratorum hominum caſtigatione oſtendere: tunc enim cognoſcitur, cùm iudicia facit. Tunc eum gentes miris laudibus efferunt, cùm impios ſuperbos deiectus vident, & publicorum maleficiorum ſuorum iuſtas pœnas perſoluere. Solēt tum homines Deum iuſtum eſſe experimento cognoſcere, cùm eum vident confringētem vires & opes improborũ ferocitate exultantium, eoſque calamitatibus inſignibus opprimentem. Nihil eſt, quod vulgi animos magis excitet ad diuinam religionem colendam, quàm vltio diuina, vbi Deus iuſtitiæ ſuæ manifeſta documenta conſtituit, bonos eripiens, iniquos autem *Pſal.7.* delens. Ideo ait Dauid: Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum. Exurge domine Deus meus in præcepto quod mandaſti, & ſynagoga populorum circundabit te. Acſi diceret: Oſtende domine iuſtitiam tuam, ne me ſinas tandiu impiorum hominum calamitatibus exerceri, & vndique oppugnari: extolle teipſum in ira contra hoſtes meos immanes. Tu iuſte Deus mundi gubernator, & rector fac quod rerum publicarum gubernatoribus faciendum præcepiſti: vleiſcere impios bellum & interitum innocentibus publicè inferentes: & ita populorum cœtus te toto ore laudabit, cùm aperta tuæ ſeueritatis monimenta conſpexerit.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXV.

Ecce ego tradam te filiis orientalibus. Pro orientalibus eſt in Hebraico קדם cedem quæ dictio ſignificat orientem: & quoniam Oriens appellatur mũdi principium, accipitur pro principio: & quoniam principiũ rei eſt antiquius medio, & fine, *Gen.2.* accipitur etiam pro antiquitate. Capite ſecundo Geneſis vbi nos habemus: Plantauerat autem dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, eſt in Hebraico plātauerat autē dominus Deus paradiſum בעדן מקדם behedem micedem. Dictio bedē ſignificat voluptatē, & delicias: pro quo Symmachus tranſtulit paradiſum florentem. Cedē eſt dictio, de qua agimus, pro qua Aquila tranſtulit ἀπὸ ἀρχῆς, Hoc eſt, à principio: Symmachus verò ἐκ πρώτης, quòd idē ferè eſt. Eodē modo paraphraſis Chaldaica: Plantauit dominus Deus hortũ in loco voluptatis ab exordio. Hos omnes ſecutus eſt noſter interpres, & rectè quidē. At ſeptuaginta verterũt κατὰ ἀνατολὰς, hoc eſt ad oriētē: Ita enim habēt: Et plātauit dominus Deus paradiſum in Edē ad orientem. Quos præter authores Græcos ſecutus eſt diuus Ambroſius in libro de paradiſo, cuius ad literam hæc ſunt verba: Legimus in Geneſi à Deo paradiſum eſſe plantatũ ſecũdum orientē. Et diuus Hieronymus in quæſtionibus in Geneſim: Et plātauit dominus Deus paradiſum in Edem contra Orientem. Eodem modo legit diuus Auguſtinus octauo de Geneſi ad literam. Qui legunt plantatum fuiſſe paradiſum voluptatis à principio, non ita intelligunt à principio, vt eum plantatum fuiſſe credant ante cœlum & terram, ſed à principio, hoc eſt, à tempore creationis mundi, quando Deo iubente terra herbam lignaque germinauit. Ita Rupertus abbas, & Hugo de ſancto Victore locum illum interpretantur. Eodem modo apud Ioannem, vbi dominus de Diabolo loquens ait: ille *Ioan.8.* homicida erat ab initio, hoc eſt, à ſexto die, in quo homo per peccatum incidit in mortem, quam illi Diabolus machinatus fuit. Aſpicis igitur nomen hoc cedem Orientem ſignificare & principium. Capite vigeſimonono Geneſis, vbi nos ha- *Gen.29* bemus: Profectus ergo Iacob venit in terram Orientalem: pro Orientali, eſt in Hebraico dictio hæc cedem: pro qua etiam ſeptuaginta tranſtulerunt orientē: & ſimiliter paraphraſtes Chaldæus. In Hebraico ita eſt ſi verbum verbo reddere volueris: Et erexit Iacob pedes ſuos, & abiit in terram filiorum Orientis. Vbi per filios Orientis gētes illæ ſignificantur, quæ vltra Euphratem habitabant, & Meſopotamiam incolebant, quæ reſpectu Iudææ erant ad Orientem. Accipitur nomen hoc cedem pro re antiqua capite trigeſimotertio Deuteronomij, vbi ita ſcriptum eſt: De pomis fru- *Deu.33.* ctuum ſolis ac lunæ, de vertice antiquorum montium. Vel vt poteſt ex Hebraico verti ad literā: de vertice mōtium antiquitatis. Quorum verborum hic eſt ſenſus: Sic terra Ioſeph benedicta à Deo, plena excellentibus fructibus, qui ſolent produci & matureſcere beneficio caloris ſolis, & influentiæ lunæ, & fructibus prouenientibus in cacuminibus montium antiquorum, vel mōtium Orientalium, ſeu reſpicientium ad Orientem, vel montium qui fuerunt à principio mũdi. Ab hoc nomine cedem deriuatur nomen cidmath, quod ſignificat princi- *Gen.2* pium, Orientem, antè, contra. Capite ſecundo Geneſi vbi nos habemus: Nomen fluminis tertij Tigris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Pro contra, eſt in Hebraico cidmath: Eā ob cauſam paraphraſis Chaldaica habet: Ipſe fluit ad orientem Aſſyriæ. Et reuera hic fluuius vt ait Strabo, fertur in partem Aſſyriæ, quæ ſpectat ad Orientem. Noſter autem interpres tranſtulit: Contra Aſſyrios: ſecutus ſeptuaginta, qui eodem modo vertunt: & rectè quidem, quoniam perſpicuum eſt dictionem hanc id etiam, vt diximus ſignificare. Appellatur autem fluuius hic Tigris, vt ait diuus Hieronymus de locis Hebraicis inſtar beſtiæ hoc nomine appellatæ admirabili pernicitate currētis: qui fluuius vt aſſerit Ioſephus, poſt multos circuitus influit in mare rubrum. Et quoniam dictio cedem, qua hoc loco vtitur Ezechiel ſignificat, vt dictum eſt, antiquitatem, poterat hic locus ita verti: Ecce ego tradam te filiis antiquitatis, vel filiis antiquorum. Hoc eſt, Chaldæis: nam ab illis ducebant Idumæi ge- *Gen.26*

nus

Geneſ. 21. nus,& originē ſuã:Idumæi enim deſcēdebāt ab E-
ſau,Eſau ab Iſaac,Iſaac ab Abrahã,Abrahã,verò à
Geneſ. 21. Chaldæis. Ergo à primo ad vltimum antiquita-
tem ſuam ducebat à veteribus Chaldæis qui hoc
Gen. 11. loco antiqui appellantur. Filij autem antiquo-
rum erant recentiores Chaldæi, à veteribus Chal
dæis principium familiæ ſuæ aſſerentes, qui qui-
dem veteres Chaldæi fuerunt maiores & antiqui
Idumæorum. Septuaginta interpretes noluerunt
dictionem mutare, ſed eandem intactam relin-
quentes verterunt: Ecce ego tradam vos filiis
Cedem.

Ecce ego extendam manum meam ſuper Palæſtinos, & interficiam interfectores. Pro interfectoribus eſt
in Hebraico כרתים Cerethim, à verbo carath,
quod ſignificat præcidere,vaſtare,perdere,interfi-
Ezech. 16. cere. Vt apud Ezechielem decimoſexto: Non eſt
præciſus vmbilicus tuus. Vnde Cerethim ſignifi-
cat vaſtatores,præciſores,& interfectores. Et hāc
vltimã ſignificationē ſecutus eſt noſter interpres.
R. Dauid in libro radicum ait Cerethim ſiue Cere
thæos eſſe familiam quandam,& nomen gentilita
tis,ac magni generis apud Palæſtinos: poſſeque
hunc locum ita verti: Caſtigabo Palæſtinos, & oc
cidam Cerethæos, qui ſunt apud eos nobiles, &
magnæ atque illuſtris gentilitatis & familiæ. Vbi
communis verſio apud Sophoniam habet: Vę qui
habitatis funiculum maris,gēs perditorum: habet
litera Hebraica: Væ qui habitatis ad tractū maris,
gens Cerethæorum. Quidam exiſtimant Cere-
Sopho. 2. thæos idem eſſe quod ſagittarios: nam ſecūdo Re-
gum octauo,vbi communis verſio habet: Banaias
2. Re. 8. autē filius Ioiadæ erat ſuper Cerethi,& Phelethi:
habet paraphraſis Chaldaica: erat ſuper ſagitta-
rios,& fundibularios. Sunt, qui arbitrentur fuiſſe
duas nobiles familias & cognationes,quæ ab aula
Dauidis nunquam recedebant. Diuus Hierony-
mus duas aſſerit fuiſſe legiones, quarum vna ideo
Cerethæorum vocabatur,quòd homines interfi-
ceret & iugularet. Aquila,Symmachus,& Theodo
tio pro Cerethim ſiue Cerethæis verterunt interfe-
ctores. Pagninus nomen ipſum non mutat: ita e-
nim hunc Ezechielis locum vertit: Succidere fa-
ciam Cerethæos. At ſeptuaginta pro Cerethęis ha
bent Cretenſes. Ita enim tranſtulerunt: Et diſper-
dam Cretenſes. Locum etiã Sophoniæ paulò antè
Soph. 2. citatum ita verterunt: Væ qui habitatis funiculū
maris aduenæ Cretenſium. Hi Cretenſes ſunt hi,
de quibus ait Epimenides, Cretenſes ſemper men
daces,malæ beſtiæ,ventres pigri. Quem locum ci-
Tit. 1. tat diuus Paulus in epiſtola ad Titum. Etiam ſi nō
deſint,qui teſtimonium hoc ad Callimachum Cy
renęum referant,apud quem initium huius carmi
nis inuenitur. Erant Cretenſes vafri & fallaces.
Vnde ortum eſt tritum vetuſtate prouerbium:
Cretiza cum Cretenſi. Quo vſus eſt Plutarchus in
vita Lyſandri,& in vita Pauli Aemilij. Creta eſt in
ſula in mari mediterraneo, quæ hodie appellatur
Candia celebris centum vrbium fama, quarum
præcipua fuit Gnoſſus, Minois regia, & Strabo
nis coſmographi patria. Fortaſſe fuit apud Palęſti-
nos ciuitas aliqua vel regio appellata Creta cuius
habitatores appellarentur Cretenſes, de quibus
iuxta editionē ſeptuaginta loquitur hoc loco Eze
chiel: quemadmodum apud Scythas teſte Valerio
Flacco oppidum eſt appellatum Creta. Sed in di-
uinis literis huiuſmodi vrbis mentionem factam
non inuenio,nec talium Cretenſium: niſi fortaſſe
ſint illi, de quibus ait in Actis diuus Lucas: Iudæi Act. 2.
quoque,& proſelyti,Cretes,& Arabes,audiuimus
eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei. Sed
credibilius eſt Cretes illos eſſe inſulæ Cretę habi-
tatores,qui tempore Apoſtolorum negotia Hieru
ſolymæ gerebant.

Argumentum Cap. XXVI.

Tyrum nobilem Phœnicia ciuitatem, totius regni me tropolim euertendam prædicit, quòd in Hieroſolymam deletam inſultauerit,& in Iudæos calamitoſos ærumnis acerbiſſimis oppreſſos inſolentes contumelias iecerit.

CAPVT XXVI.

ET factum eſt in vndecimo an- A
no prima menſis,factus eſt ſer-
mo domini ad me dicens: Fili
hominis pro eo quòd dixit Ty-
rus de Ieruſalem: Euge,confractæ ſunt por-
tæ populorum: conuerſa eſt ad me, Imple
plebor, deſerta eſt: propterea hæc dicit
dominus Deus: Ecce ego ſuper te Tyre, &
aſcendere faciam ad te gentes multas,ſicut
aſcendit mare fluctuans. Et diſſipabunt mu
ros Tyri,& deſtruent turres eius. Et radam
puluerem eius de ea,& dabo eam in limpi-
diſſimam petram: ſiccatio ſagenarum erit
in medio maris, quia ego locutus ſum, ait
dominus Deus,& erit in direptionem Gen
tibus. Filiæ quoque eius,quæ ſunt in agro, B
gladio interficientur,& ſcient,quia ego do
minus: quoniam hæc dicit dominus Deus:
Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodo
noſor regem babylonis ab Aquilone, regē
regum cum equis & curribus,& equitibus,
& cœtu,populóque magno: Filias tuas,quæ
ſunt in agro,gladio interficiet,& circunda-
bit te munitionibus, & comportabit agge-
rem in gyro: & eleuabit contra te clypeum,
& vineas & arietes temperabit in muros
tuos,& turres tuas deſtruet in armatura ſua.
Inundatione equorum eius operiet te pul-
uis eorum, à ſonitu equitum & rotarum, &
curruum mouebūtur muri tui. Cùm ingreſ-
ſus fuerit portas tuas quaſi introitum vrbis
diſſipatæ,vngulis equorum ſuorum concul
cabit omnes plateas tuas, populum tuum C
gladio cædet,& ſtatuæ tuæ nobiles in terrā
corruent. Vaſtabunt opes tuas,diripient ne- Iere. 7.
gotiationes tuas, & deſtruent muros tuos.
& domos tuas præclaras ſubuertent,& lapi
des tuos,& ligna tua, & puluerem tuum in
medio ponent. Et quieſcere faciam multitu
dinem canticorum tuorum,& ſonitus citha
rarum tuarum non audietur ampliùs.

EXPLANATIO.

Et factum eſt in vndecimo anno. Subaudi tranſmi-
grationis Iechoniæ, quo anno captus eſt Sede-
4. Reg. chias, vt vltimo capite quarti libri Regum diuinæ
vlt. literæ memoriæ prodiderunt. In fine capitis ſupe-
rioris vaticinatus eſt Ezechiel aduerſus Palæſti-
nos: & quia Palæſtinæ ſuccedit Phœnicia, cuius
metropolis & emporium erat Tyrus, aduerſus eã
dirigit nunc vaticiniũ ſuum. Vocata fuit quondã
hæc vrbs Sarra, vt refert Aulus Gellius libro quar
todecimo noctium Atticarum. Meminit eius Pli-
nius libro quinto, capite decimonono iis verbis:
Tyrus quondam inſula præ alto mari ſeptingentis
paſſibos diuiſa, nũc verò Alexandri oppugnantis
operibus continẽs. Huius vrbis fuit Colonia Car
thago illa inſignis Romani imperij æmula, terra-
rum orbis auidiſſima, vt ait idem Plinius, & Ioſe-
phus contra Apionem, & oſtendit iis verbis Vir-
gilius: vrbs antiqua fuit, Tyrij tennere coloni: Car
thago, Italiam contra, &c. fuiſſe Tyrum ab Alexan
dro Magno expugnatã aſſerit Ioſephus libro Anti
quitatum vndecimo, Nicolaus Damaſc enus, &
Pomponius Mela libro primo de ſitu orbis, capite
duodecimo: vbi ait fuiſſe illam quondam inſulam
in corde maris ſitam, ſed ab Alexandro propter ex
pugnationem multis breui comportatis aggeri-
bus & in fretũ iactis factã fuiſſe terrã continentem;
quod Plinius anteà dixerat, & Diodorus in vita
Alexandri, vbi eã appellat dominã maris, & orbis
emporium. Ioſephus libro primo contra Apio-
nem aſſerit ſeruatas fuiſſe etiam ſuo tempore apud
Tyrios epiſtolas multas Salomonis regis ad Hira-
mum Tyriorũ regẽ, & Hiramj ad Salomonẽ. Fuiſ-
3. Re. 5. ſe enim hos duos reges amicitia coniunctos literæ
diuinæ libro tertio Regũ teſtantur. Beroſus Chal-
dæus ait vrbem hanc à quodam, qui Tyrus vocaba
tur, conditam fuiſſe anno poſt diluuium 189. Io-
ſephus ait conſtructam fuiſſe ante templum Salo-
monis anno 240. Iuſtinus libro decimooctauo re-
fert fuiſſe conditã à Sidoniis. Fuit hæc vrbs à Mau
Ioſu. ris exuſta, à Dominico Veneto capta, & à Soldano
19. anno à virginis partu 1290. incendio tradita, &
funditus euerſa. Huius ciuitatis meminit diuina
ſcriptura libro Ioſue, capite decimonono, dicens,
3. Re. 5. Reuertitur in Horma vſque ad ciuitatem munitiſ-
Eſa. 23. ſimam Tyrum. Et libro tertio Regum capite quin
Ierem. to. Et apud Eſaiam capite 23. vbi eius euerſio præ-
47. dicitur. Et apud Ieremiam 47. Et apud Amos 1. &
Amos. 1. multis aliis in locis.

Pro eo quod dixerit Tyrus de Ieruſalem: euge. Ideſt,
quia Tyrij videntes Hieroſolymam euerſam, illi
verbis inſolentibus inſultarunt, lætitia geſtientes
ob eius vaſtitatem.

Confractæ ſunt portæ populorum. Id eſt, euerſa eſt
vrbs, quæ erat porta omnia gentium: Periphraſis
eſt Hieroſolymæ, quæ ideo porta populorum dice
batur, quia ex omnibus terrarum orbis multi ad
Acto. 2. eam conueniebant. Id indicat diuus Lucas, Acto-
rum ſecundo, vbi ait fuiſſe ibi tempore Apoſtolo-
rũ Parthos, & Medos, & Elamitas, Meſopotamios,
& Cappadoces, & qui incolebant Pontum & Aſiã.
Phrygiam, & Pamphiliam, Aegyptios, Lybios, Ro
manos, Cretes, & Arabes. Ioſephus libro ſeptimo
de bello Iudaico ait in euerſione Hieroſolymæ
fuiſſe numerum captiuorum nonaginta & ſeptẽ
millia, mortuorum verò vndecies centum millia,
quorum multi Gentiles erant. Poteris per portas
fortitudinem & robur intelligere, vt ſit ſenſus: E-
uerſa eſt vrbs, cuius fortitudinem homines ad-
mirabãtur. Apud veteres enim in portis vrbium a-
gitabantur iudicia quã ob cauſam ait ſancta ſcri-
ptura in libro Deuteronomij: Deferent ſigna virgi Deut.
nitatis eius ad ſeniores vrbis, qui in porta ſunt. Et 22.
in pſalmo: Non confundetur, cùm loquetur inimi
cis ſuis in porta. Ac ſi dicat: Non timebit vir iu-
ſtus, cùm ei aduerſarij intenderint litem, nulla affi Pſalm.
cietur ignominia: cùm reſponderit accuſatoribus 126.
ſuis in iudicio, quod fieri ſolet in vrbis porta. Ibi
erant iudices & ſatellites, & arma, & tormenta
bellica. Vnde dixit Deus Abrahamo: Poſſidebit Geneſ.
ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Volens 22.
Ieremias ſignificare nullum eſſe Hieroſolymæ ro-
bur, nullam fortitudinem, dixit: Luxit Iudæa, Iere. 14.
& portæ eius corruerunt. Ex quo effectum eſt, vt
portæ pro fortitudine & potentia accipiantur. In
hanc ſignificationem accipiuntur apud Matthæũ,
cùm Chriſtus dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc Mat. 16.
Petram ædificabo eccleſiam meam; & portæ in-
feri non præualebunt aduerſus eam. Fortitudo infe
ri, eius potentia, vires, & arma ſunt tentationes dæ
monum, immanitates tyrannorum, hæreticorum
perfidiæ, & impiorum hominum fraudes & ſcele-
ra: quæ omnia non poterunt Dei eccleſiam delere.
Hoc enim Dei templum vigebit memoria om-
nium ſeculorum: nullo poterit incendio amitti,
nulla vi tempeſtatum obrui: nullis dæmonum ma
chinis expugnari. Hæc eſt enim arca Noe, quæ nul Gene. 6.
lis potuit diluuij fluctibus ſubmergi. Hæc eſt vera
illa ſpecula, de qua ait diuinus pſaltes: Diligit do- Pſa. 86.
minus portas Siõ, ſuper omnia tabernacula Iacob.
Hæc eſt turris illa Dauidis, quæ ædificata eſt cum
propugnaculis, vt dicitur in Canticis, ex qua mille Can. 4.
clypei pendent, & omnis fortium armatura. Hæc 2. Tim.
eſt domus illa Dei, vt ait Apoſtolus, columna & fir 3.
mamentum veritatis, quam diuus Ioannes in Apo Apo. 21.
calypſi appellat tabernaculum Dei cũ hominibus.
Hæc eſt vera Hieroſolyma inexpugnabilis, nõ ter
rena illa, quæ fuit in cineres conuerſa, ſed cœleſtis,
quam ipſa perpetuitas ſemper intuebitur: quam
diuus Ioannes vidit deſcendentem de cœlo, à Deo Apo. 21.
paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, admira-
bilibus ac pulcherrimis ornamẽtis magnificẽtiſſi
mè decoratã, & Deo ipſo munitã. De ea ait Eſaias
Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ſaluator ponetur in
ea, murus & antemurale. Et ipſe ſaluator ait apud Eſa. 26.
Zachariam prophetam: Ego ero eis murus ignis in Zacha.
circuitu, & in gloria ero in medio eius. Hæc eſt ad 2.
uerſus quam inferorum portæ nunquam poterunt
præualere.

Conuerſa eſt ad me, implebor: deſerta eſt. Verba ſunt
Tyri dicẽtis: Conuerſa eſt ad me Hieroſolyma, to-
ta eius opulentia & negotiatio ad me tranſibit.
Ideo ea euerſa ero ego in magna dignitate conſti-
tuta: implebor diuitiis & deliciis, abũdabo merci
bus: eius euacuatio erit mea impletio, eius vaſtitas
erit mea celebritas, eius ignominia redundabit in
meam gloriam. Illa deſerta eſt, ideo ego ero fre-
quentior mercatorum multitudine referta. Intue
re mundi conditionẽ & qualitatẽ: nõ ornat hos,
quin ſpoliet illos: ſi quendã cumulat diuitiis, aliũ
premit

premit inopia,nõ poteſt impleri hic, quin euacue tur ille,nec vnus affluere diuitiis,quin alius opum
Simile ſuarum naufragium faciat. Quemadmodum fieri non poteſt,vt ſol hemiſphærium noſtrum cõpleat ſplendore,quin alteri hemiſphærio tenebras obfũdat,quo fit,vt cùm nobis dies eſt,illis ſit nox,qui è regione nobis,è contraria parte terræ ſtant contra noſtra veſtigia,quos antipodas vocamus: & è contrariò:ſic non his effulget dies proſperarum rerũ, quin alios atra calamitatum nox tenebris obſcuret:quo fit,vt cùm quidam lucrantur, alij amittãt, cùm quidam lætitia efferuntur,alij mœrore comprimantur. Vt in hauſtrorum rota non poſſunt
Simile quidam modioli impleri,quin alij euacuentur, ita in huius mundi varietate ſi quidam opes & dignitates conſequuntur,alij eas amiſerunt, & ſine miſeria horum non poſſunt illi mundi amplitudinẽ comparare:ſine tenebris vnius nõ poteſt alter ſplẽ
Eccl. 12. dorem adipiſci.Ideo monet Salomon in Eccleſiaſte,vt creatoris meminerimus,antequam tenebreſcat ſol & lumen , hoc eſt,dum fluunt ſecundæ res, dum micat claritas proſperitatis , priuſquam veniat atra & triſtis rerũ aduerſarum caligo. Nemo confidat ſemper ſibi illud ſtabile & firmũ permanſurum,quod in aliis fluxum & fragile intuetur. O vanam mundi gloriam,incertam & fallacem,& terris ignominiæ maculis deformatam, ad quam ſine alterius ruina nemo aſcendit! Nos igitur ad eas opes & dignitates aſpiremus , quas abſque aliorũ detrimẽto cõparare poſſimus,quas nec caſus eripit,nec inuidia labefactat,nec vetuſtas vlla conſumit. Hæ à viro iuſto poſſidentur,de quo ait diui-
Pſa. 111. nus vates:Gloria & diuitiæ in domo eius,& iuſti-
Pſal. 38. tia eius manet in ſeculum ſeculi.Et alibi : Spera in Deo,& fac bonitatẽ,& inhabita terrã,& paſceris diuitiis eius. Acſi dicat:Si pietatẽ & virtutẽ colueris,velim tibi perſuadeas eſſe te vitã placidè & trãquillè traducturum,& magnis diuitiis abundaturum,non illis quę tranſeunt,& fluunt,& tanquam floſculi decidunt,ſed quæ permanent, & animum verè diuitem faciunt,ex quibus vera nobilitas refloreſcit.His carebant Tyrij,& eam ob cauſam Iudæorum mœſtitia lætabãtur , vt humanas diuitias augerent,& portum ſuum variis mercibus amplificarent.

Ecce ego ſuper te Tyro. Subaudi veniam, vt te euertam. Poteſt verti: Ecce ego contra te. Quaſi dicat Deus:Quoniam tu aliorum euerſione delectaris, ego te euertam. Conſidera quàm nefarium ſit aliena pernicie delectari. Qua de re diſſeruimus initio capitis ſuperioris.

Sicut aſcendit mare fluctuans. Id eſt, quemadmodum procelloſum mare extollit in aerem fluctus ſuos turbulentos & innumerabiles,ſic ego efficiã, vt Babylonia aduerſus te mittãt milites immanitate barbaros,& numero infinitos. Comparat Babyloniã cũ mari ſæuo atque tẽpeſtuoſo, milites verò eius cũ fluctibus innumeris,vi ventorũ cõcitatis.

Et diſſipabunt muros Tyri ,& deſtruent turres eius. Euerterunt enim Babylonij mœnia omnia vrbis. Poteris per muros & turres magnates intelligere
Eſai. 2. & ſuperbos,quemadmodum apud Eſaiam. Super omnem turrim excelſam , & ſuper omnem murũ munitum. Explicans autem ſeipſum ait. Super omnem ſuperbũ & excelſum. Ita poteſt Illud Ieremię
Thre. 2. in Lamentationibus explicari:Cogitauit dominus diſſipare murum filiæ Sion. Et id , quod ſequitur: Luxit antemurale ,& murus pariter diſſipatus eſt. Vel vt poteſt etiam verti ex Hebræo : Luxerunt propugnacula,& muri pariter euerſi ſunt.

Et dabo eam in limpidiſſimam petram. Hoc eſt, non manebit in ea lapis ſuper lapidem. Ita eius ędificia delebo,vt ſolùm remaneat rupes,vbi vrbs ſita eſt, & nullum appareat priſtinæ ciuitatis veſtigium.

Siccatio ſagenarum erit in medio maris. Vbi nunc eſt Tyrus ciuitas frequentiſſima & florentiſſima, erit locus deſertus,vbi piſcatores retia expandant. Nonnulli codices ad marginem pro ſiccatione habent expanſionem.

Filiæ quoque eius,quæ ſunt in agro. Hoc eſt eius oppida,quæ ſunt in continente. Vrbs præcipua dicitur mater,villę verò & oppida filiæ, vt primo capite Iudicũ:Manaſſes quoq; nõ deleuit Bethſan,&
Canath cum viculis ſuis:vbi pro viculis eſt in He *Iudi. 1.*
braico cũ filiabus ſuis. Vbi Eſaias ait:Sicut filiæ
Moab in trãſcenſu Arnõ,per filias Moab intelligit *Eſa. 16.*
oppida & vicos. Eodem modo Ieremias : Oculus *Thre. 3.*
meus deprædatus eſt animã meã in cũctis filiabus vrbis meæ. Quaſi dicat:Oculi mei dolore affecerũt animam meã in omnibus oppidis regni Iuda euerſis & deuaſtatis:fleui amarè ob oppidorum Hieroſolymæ excidium. Quæ verba ita vertit paraphraſtes Chaldæus:Fletus oculi mei aſcendit , vt noceat animæ meæ propter deſolationem regionis populi mei , & propter euerſionem filiarum Hieruſalem vrbis meæ. Ezechiel etiam capite
16. Dabo te in animas odientium te filiarum *Sup. 16.*
Palæſtinarum : ſeu filiarum Palæſtinæ. Vbi vides filias oppida eſſe , & villas , & vicos , reſpectu ciuitatis metropolis. Accipitur etiam filia pro ipſa metropoli,ſi eam ad totam contuleris regionem,cuius ipſa metropolis pars eſt. Hinc *Thre. 2.*
efficitur vt Hieroſolyma appelletur filia Hieruſalem,vt apud Ieremiam : Mouerunt capita ſua ſuper filiam Hieruſalem. Et apud Sophoniam: Lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalem. Et apud Zachariam:Exulta ſatis filia Siõ, iubila filia *Sopho. 3.*
Hieruſalem. Et apud pſalmographum. Filia Babylonis miſera. Et alibi: Et filiæ Tyri in muneribus *Zach. 9.*
vultũ tuũ deprecabũtur omnes diuites plebis. Vbi *Pſa. 136.*
in Hebraico eſt filia Tyri,ſimiliter in Græca tranſ *Pſa. 40.*
latione. Voluit enim diuinus vates ſignificare fore,vt Tyrus idolorũ cultrix,dona offerret Chriſto, & tẽpla conderet diuino cultui dedicata,cùm ſe ad Chriſti fidẽ Apoſtolorũ prædicatione cõuerteret. Accipitur etiam filia pro tribu: vt apud Lucã:Fuit
in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidã no *Luc. 1.*
mine Zacharias de vice Abiæ:& vxor illius de filiabus Aaron: hoc eſt,de tribu ſacerdotali. Hoc tamen loco apud Ezechielem accipitur filia pro oppidulo & vico.

Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor. Dixerat miſſurum Gentes aduerſus Tyrum : modò explicat,quæ eſſent Gentes illæ.

Et comportabit aggerem in gyro. Id eſt,circundabit vndique vallo,& coaceruatione lapidum & terræ. Id enim ſignificat agger.

Et vineas & arietes temperabit in muros tuos. Hoc eſt,collocabit è regione ad muros tuos machinas bellicas , quibus te concutiat. Vinea eſt bellicum inſtrumentum , ex lignis compactum , crudis ac fortibus coriis exterius contectum. Aries tor-

mentum

mentum eſt inſtar capitis arietis,quo hoſtes ſolent muros diruere.

Statuæ tuæ nobiles in terram corruent. Hoc eſt,idola tua aurea & argentea decident in terram. Poteris per has ſtatuas trophæa intelligere, & monimẽtaà victoribus erecta in ſignum victoriæ. Vnde Põpeius deuictis Hiſpaniis,vt narrat Salluſtius, trophæa in iugis Pyrenæi montis collocauit. Et Romæ ſolebant veteres trophæorum loco fornices ſiue arcus triumphales conſtruere,quorum nonulli nunc extant,vt eſt arcus Conſtantini imperatoris in radicibus montis Palatini verſus amphiteatrũ, quod nunc appellatur Colloſſeum, erectus ob victoriam de Maxentio reportatam. Et arcus Seueri in radicibus Capitolij verſus Aquilonem & Zephyrum:& arcus Veſpaſiani in via ſacra,ob deuictam Hieroſolymam extructus. Et arcus Domitiani ad ſanctum Syluestrum,qui vulgò dicitur arcus Portugalliæ. Quos ego vidi Romæ, cùm ibi ordinis noſtri negotia gererem. Cùm Saul mirabilem de Amalechitis victoriã reportaret,ait diuina ſcriptura libro primo Regũm eum ſibi fornicem triũphalem erexiſſe, etiam ſi aliqui interpretentur eũ trophæum in loco victoriæ collocaſſe. Sunt, qui per has nobiles ſtatuas,excelſas turres intelligant, & munita propugnacula. Alij aiunt eſſe imagines virorum illuſtrium. Solebant enim antiqui ſimulacra ex lapide, aut ære,aut aliqua alia materia illis decernere,& in loco cõſpicuo collocare,qui facto aliquo inſigni rempublicã illuſtrabãt, vt nulla de illis obmutefceret vetuſtas,& vt aliis adderent ſtimulum ad virtutum labores. Quemadmodum vt globus ferreus expãdatur,vt ex eo fiat extẽſa lamina,oportet illũ in ignis fornacem mittere,& in dura incude poſteà cõtũdere,& recudere,ſic non poteſt fama extendi & propagari,niſi ſit in honeſtorũ laborum ignem coniecta, & calamitatum ictibus percuſſa. Etſi enim veteres illi cognoſcerẽt ſatis in ipſa conſcientia pulcherrimi facti fructũ eſſe,tamẽ mortalibus immortalitatem illam non exiſtimabant eſſe contemnendam. Sed quoniam multi ad id idololatriæ perducti ſunt,vt ſtatuas colerent,illis ſummum honorem, & latriam venerationem ſoli Deo debitam tribuentes, prohibuit Deus, ne ſimulacra erigerent,ne idola venerarentur. Ait enim diuus Paulus eos mutaſſe gloriã incorruptibilis Dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis,& volucrum,& quadrupedũ, & ſerpẽtium. Non tamen prohibuit Deus imagines ſanctorum. Imò pium eſt & laudabile eas venerari: eas autem confringere,deteſtari,& delere impium eſt, & hæreticum & diabolicum. Qua de re copioſè diſſeruimus in noſtris in Eſaiam commentariis,verba illa capitis ſexageſimiquinti explanantes. Qui ponitis Fortunæ menſam.

1.Re.15. — Simile — Exo.34. Nũ.33. Deu.7. Rom.1.

Et quieſcere faciam multitudinem canticorum tuorum. Eodem modo Eſaias euerſionem prædicens Moabitarum,ait: Auferetur lętitia & exultatio de Carmelo,& in vineis non exultabit,nec iubilabit. Et Ieremias Deum in hunc modum inducit loquentem, Quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Hieruſalẽ vocẽ gaudij, & vocẽ lætitiæ.

Eſa.16. — Iere.7.

Et dabo te in limpidiſſimam petram:ſiccatio ſagenarũ eris:nec ædificaberis vltrà, quia ego dominus locutus ſum, dicit dominus Deus de Tyro:Nunquid non à ſonitu ruinæ tuæ,& gemitu interfectorũ tuorum, cum occiſi fuerint,in medio tui commouebuntur inſulæ, & deſcendent de ſedibus ſuis omnes principes maris, & auferent exuuias ſuas, & veſtimenta ſua varia abiicient,& induentur ſtupore? In terra ſedebunt,& attoniti ſuper repentino caſu ſuo admirabuntur, & aſſumentes ſuper te lamentum, dicent tibi: Quomodo periſti, D qui habitas in mari vrbs inclyta,quæ fuiſti fortis in mari cum habitatoribus tuis,quos formidabant vniuerſi? Nunc ſtupebunt naues in die pauoris tui,& turbabuntur inſulæ in mari, eò quòd nullus egrediatur ex te:quia hæc dicit dominus Deus: Cùm dedero te vrbem deſolatam, ſicut ciuitates, quæ non habitantur,& adduxero ſuper te abyſſũ, & operuerint te aquæ multæ,& detraxero te cum his, qui deſcendunt in lacum ad populum ſempiternum, & collocauero in terra nouiſſima ſicut ſolitudines veteres cum his,qui deducuntur in lacum:vt non habiteris. Porrò cùm dedero gloriam in terra viuentium,in nihilum redigam te, & non eris: & requiſita non inuenieris vltrà in ſempiternum,dicit dominus Deus.

Et dabo te in limpidiſſimam petram. Explica vt ſuprà paulò antè.

Nec ædificaberis vltrà. Eſaias capite vigeſimoſecũdo,vbi de Tyri vaſtatione & excidio vaticinatur, itaait: In obliuione eris ô Tyre ſeptuaginta annis, ſicut dies regis vnius. Poſt ſeptuaginta autem annos erit Tyro quaſi canticum meretricis. Acſi dicat: Septuaginta annis eris euerſa ô Tyre,tot enim annos durabit captiuitas Babylonica,in qua erunt filij Iſraelis detenti,quorũ calamitatibus tu inſultaſti. Sed finito hoc tẽpore inſtauraberis: dabiſq; operam, vt ad te negotiatores allicias, quemadmodum ſolet meretrix canticis ſuis ad ſe amatores excitare. Cùm autẽ Ezechiel dicat hoc loco non eſſe Tirũ vltrà ædificandã,non videntur prima frõte hæc duo vaticinia cohærere. Præterea quî fieri poteſt,vt verum ſit id,quod hîc ait Ezechiel,nõ eſſe Tyrum vltrà inſtaurandam,cùm conſtet eã poſt euerſionem à Nabuchodonoſore ſibi illatã inſtauratam fuiſſe,& ab Alexandro Magno iterum deletam,& poſteà ad priſtinam dignitatem reſtitutam? Nam quo tempore Chriſtus Deus noſter humanã formam induit, & terras luſtrauit,ac cum hominibus vixit,extabat Tyrus,vt ex multis locis euangelij conſtat. Ait enim Matthæus: Egreſſus inde Ieſus ſucceſſit in partes Tyri & Sidonis. Et Marcus: Qui circa Tyrum & Sidonem audientes quæ faciebat,veniebant ad eum. Huic obiectioni reſpondendum eſt, particulam vltrà,non ſignificare hoc loco in æternum,ſed longum tempus,quẽadmodũ multis aliis in locis, vt in explanatione quinti capitis ſuprà oſtendimus. Dicens Ezechiel non eſſe Tyrum vltrà ædificãdam, intelligit hoc eſſe ſpatio ſeptua

Eſa.23. — Mat.15. Marc.3.

ſeptuaginta annorum. Et ita nõ diſſentit ab Eſaia, imò vtriuſque oracula maximè cohærent. Poterja etiam dicere fuiſſe inſtauratam poſt ſeptuagiota annos iuxta Eſaię vaticinatiooem, ſed uon eodem loco, uec eadem ſtructura & magnificentia iux ta Ezechielis oraculum. Fuerat priùs in mari ſita, poſteà io terra firma coniectis in mare innumeris aggeribus, priùs excelſis muris, fortibus propugnaculis, munitis arcibus, pulchris mœnibus conſtructa, poſteà abiectu muro ſepta, & humilibus ædificiis inſtaurata.

Commouebuntur inſulæ. Id eſt, qui inſolas iucolunt ruam euerſioně audientes terrebuntur. Metonymia eſt, ponitur enim locus pro locato.

Omnes principes maris. Hoc eſt, omnes inſularum dominatores. Vel omnes duces claſſium in alto nauigantes.

Auferent exuuias ſuas, & veſtimenta ſua varia abiicient Deſcribit admirationem & ſtuporem, quo illi renereotur, qui euerſiooem Tyri audirent: & multò magis qui eam viderent, nam oculi augent dolorem quia ea, quæ cæteri audiunt, aſpicere coguntur, nec ſinunt cogitationem ab ærumnis ſeparare. Exuuiæ ſunt veſtes, etiã ſi pro ſpoliis hoſti detractis propriè ſumantur. Veſtimẽta varia ſunt ex multis liciis cõfecta, variſque coloribus diſtincta, quæ polymitæ veſtes appellantur: qualis erat, qua induebatur Ioſeph. Huiuſmodi erat velu tabernaculi, & ſuperhumerale ſacerdoris, & rationale, & veſtis ea, qua indura erat Hieroſolyma, iuxta id quod ſuprà dixit Ezechiel cap. ſextodecimo. Sciẽtes igitur principes maris excidiũ Tyri, ornamẽta ſua abiiciebant: & admirari ac ſtupidi reddebãtur. Id ſolent diu ni vates literis mandare, cũ volunt magnam alicuius ciuitatis vaſtitatem ſignificare. Ita Eſaias prædicens Babyloniis ruinã has voces cõſignauit mooimentis: Corrui, cùm audirẽ, conturbatus ſum, cùm viderẽ, emarcuit cor meũ: tenebræ obſtupefecerunt me. Et Nahum de euerſione Niniuæ, Omnis, inquit, qui viderit te, reſiliet à te, & dicet: Vaſtata eſt Niniue. Quis commouebit ſuper te caput, &c. Verùm pro exuuiis, habent ſeptuaginta interpreres cotouas.

Geneſ. 37. Exo. 36. Exo. 28. Exo. 39. Sap. 16. Eſa. 26. Nahũ. 3.

Attoniti ſuper repentino caſu tuo admirabuntur. Solent eoim repentina videri grauiora: non eſt enim dubium, quin omoia quæ mala exiſtimeotur, ſint improuiſa acerbiora. Eã ob cauſam ſapienter cogitaot, qui tẽporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant: oportet enim, cũ res ad voluntatẽ fluunt, meditari, quo pacto aduerſarum rerum moles declinetur, aut feratur. In humanis hiſtoriis ſcriptũ legimus imperatorem Adrianum anulum geſtaſſe, quem aiebat fuiſſe Druſij Germanici, in quo erant hæ literæ ſculptæ. Illis grauius eſt Fortuna, quibus eſt repentina. Auguſtinus de ſingularitate clericorum, Vbicunque, inquit, fuerit prouidẽtia, fruſtrãtur vniuerſa contraria: vbi autẽ prouidẽtia negligitur, omoia contraria dominãtur. Et Gregorius in homilia: Minus iacula feriuot, quæ præuidẽtur, & tolerabiliùs mundi mala ſuſcipimus, ſi contra hæc per prouidẽtiæ clypeũ munimur. Et Seoeca in Prouerbiis: Grauiùs nocet, quodcuoq; inexpertum accidit: melius eſt præcauere, quàm cauere. Et Scipio Maior dicere ſolebat turpe verbum eſſe: Non putaram. Ideo oporter cooſilio vti, quod eſt veluti oculus futurorum: Nam vt ait Salomon in Prouerbiis: Aſtutus omnia agit cũ conſilio. Et Eccleſiaſticus: Fili, inquit, ſine cõſilio nihil facias, & poſt factum nun pœnitebis. Et Moyſes: Vtinam ſaperent, & intelligerent, & nouiſſima prouiderẽt.

Prou. 13. Eccle. 32. Deu. 32.

Non ſtupebunt naues. Hoc eſt, nauigantes. Metonymia eſt.

Eò quòd nullus egrediatur ex te. Hoc eſt, quòd nullus mercator exeat ex portu tuo. Quidam vertunt: Terrebũtur inſulæ, quæ ſunt in mari ab exitu tuo, hoc eſt, ob exilium tuum, quod ciues tui captiui ducuntur.

Et adduxero ſuper te abyſſum. Hoc eſt, aquarũ multitudinem, quæ te obruant, & penitus operiant. Erat Tyrus inſula: quam ob cauſam ait Deus adducturum ſe eſſe ſuper eam abyſſum aquarum: ſolent enim aliquando oppida maritima inſularum fluctuũ maris inundatione ſubuerti. Sed per has aquas intelligit diuinus vatis afflictiones: & nominãs abyſſũ innuit ſummã calamitatũ magnitudinẽ. Volens regius vates deſcribere rerum aduerſarum anguſtias, & vim ærumnarũ, atq; calamitatũ multitudinem, quibus penè fuerat demerſus. Exaudiuit inquit, preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. vbi pro lacu miſeriæ, poteſt verti ex Hebræo, ciſternę ſtrepitus. Quaſi dicat: Cùm eſſem periculis cinctus, eripuit me Deus de ciſterna calamitatum, in quã turbulentæ & impetuoſæ moleſtiarũ aquæ vndiq; irruebãt, & cum ingenti ſtrepitu decidebãt, ac præ nimia agitatione reſonabant. Cùm autẽ aquarũ nomine intelligãtur ærumnæ, dolores, & cruciatus, par eſt, vt per abyſſum ſumma calamitatũ magnitudo ſignificetur: abyſſus enim aquã ſignificat pro fundiſſimã. Id quod eſt in libro Geneſis ſcriptum: Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, ſignificat eſſe aquarum vim & profunditatem tenebris coopertam. Et de Aegyptiis in mari rubro mirabiliter obrutis ait diuina ſcriptura in Exodo: Abyſſi operuerũt eos, deſcẽderũt in profũdum quaſi lapis. Eſt igitur abyſſus aduerſitas acerbiſſima, periculis pleniſſima, & ferè intolerãda. In hanc ſignificationem accipitur à regio vate in pſalmo dicente: Abyſſus Abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum. Hoc eſt calamitas magna alteram ſecundam ducit non minus ingentem calamitatem, in voce nubium pluuiam vehementem effundentium. Vna afflictio alteram ſecum trahit, te domine pluente ſuper me calamitates: finis vnius eſt principium alterius. Infinita imbrium copia, & ingens aquarum procella mẽ ferè obruũt & ſubmergunt. Et ſubdit ſtatim. Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me trãſierunt. Acſi dicat: Eheu quare me tot premis ærumnis, refugium meum, & ſingularis ſpes mea? nam excelſa tua, hoc eſt tonitrua, & fulmina, & grandines, quæ te diſponeore in aere fiunt, & fluctus aquarum in terræ fluuiis agitatarum, omnia deniq; aſpera & aduerſa, plena moleſtiarum & dolorum ita decidunt ſuper me, vt nulla detur à miſeriis intermiſſio. Quod ait: in voce cataractarum tuarum, poteſt transferri ad imitationem vocis cataractarum tuarum. Sunt autem cataractæ ianuæ penſiles, & vaſa penſilia, vbi aquæ ſiſti ſolent, & vnde demittuntur pro hominum arbitrio. Imò ipſæ aquæ ex alto cum impetu defluentes, & nubes in aquas reſolutæ, & ipſæ etiam pluuiæ ex nubibus vehementer decidentes cataractæ appellantur

Pſal. 39. Gene. 1. Exo. 15. Pſa. 14.

pellantur, atque in hanc ſignificationem hoc loco accipiuntur, vt horribiles calamitates ſignificent. Sed quoniam in his ærumnis confugiebat ad diuinum numẽ, & in eius ſuauiſſima memoria Pſa.70. conquieſcebar, fuit ab illis ereptus, vt ipſe iis verbis in alio pſalmo teſtatur: Quantas oſtendiſti mihi domine tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me. Vbi etiam per abyſſos calamitatum profunditas & immenſitas ſignificantur.

Et detraxero te cum his, qui deſcendunt in lacum ad populum ſempiternum. Hoc eſt, cùm te interfecero, Poteſt verti; Tunc detraham te cum deſcendentibus, &c. Senſus eſt: Cùm te vaſtauero, & abyſſo calamitatũ oppreſſero, tunc te deponã cũ his, qui deſcẽdũt in ſepulchrũ ad eos, qui ante multa ſecula à vita migrarunt. Accipi lacum pro fouea & ſepulchro indicat locus ille pſalmographi: Deus meus ne ſileas à me, ne quando taceas à me; & aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Hoc eſt, ne ad preca Pſa.27. tiones meas obſurdeſcas Deus meus: præbe mihi aures miſericordiæ tuæ, ne ſi mihi opem non tuleris, ſimilis ſim illis, qui demittuntur in ſepulchrũ. Pſa.87. Et illud: Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Vel accipitur hîc ab Ezechiele lacus pro inferno; in quam ſignificationem accipitur in loco illo Eſaiæ: Veruntamen ad infernum Eſai.14. detraheris, ad profundum laci. Et à Zacharia: Tu Zach.9. quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Chriſtum alloquitur, qui ſanguine ſuo mundum redemit, & patres detraxit è limbo, quem vocat carcerem ſiue lacum ſine aqua. Noſter etiam Ezechiel trigeſimoprimo infernum his verbis lacum appellat; Tradi- Inf. 31. ti ſunt in mortem ad terram vltimã in medio filiorum hominum ad eos, qui deſcendunt in lacum. Populum ſempiternum vocat Ezechiel eos, qui in cæcas inferorum tenebras relegantur, vbi in æternum torquentur. Ibi cruciantur omnes, qui abſque gratia decedunt è vita, etiam ſi dum viuerent, in virtutum nonnullarum actiones incumberent. Nulla enim virtus abſque charitate perfecta eſt. Quemadmodum ſol lunam illuminat & ſtellas, ſic Simile charitas illuſtrat, & perficit virtutes. Audi Paulũ Apoſtolum dicentem: Si diſtribuero in cibos pau 1. Cori. 13. perum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Hęc autem charitas ſine gratia eſſe non poteſt, gratia autem cum peccato mortifero nunquam eſt. Quicunque ergo eſt funeſto delicto contaminatus, eſt charitate & gratia alienatus, & vinculo diaboli aſtrictus: & migrans hoc modo è vita, in mortem æternam, & pœnas ſemper duraturas relegatur, & in lacum inferorum proiicitur.

Et collocauero te in terra nouiſſima. Hoc eſt, in inferno. Eſt enim infernus locus pœnarum impiorum in medio terræ, ideo eum hîc vocat terram nouiſſimam: & capite trigeſimoprimo terram vltimam, quod eſt idem. Vide periphraſes inferni. Prętereà appellatur in literis diuinis gehenna, terra obliuionis, vmbra mortis, abyſſus, puteus, interitus, lacus mortis. Quidam pro terra nouiſſima vertunt inferiorem terræ: at ex Hebraico rectiùs verti po- Inf. 31. teſt in inferioribus terræ. Quemadmodum in pſalmo: Ipſi verò in vanum quæſierũt animam meam Pſal.62. introibunt in inferiora terræ. Ac ſi dicat diuinus vates: Hoſtes mei fruſtrà conati ſunt eripere mihi vitam, nequicquam machinati ſunt mihi perniciẽ, quoniam tu domine protexiſti me: ipſi autem ad inferos detrudentur. In Hebraico pro in vanum eſt leſoah, quod poteſt rectè verti; in excidium: vt ſit ſenſus. Inimici mei ad excidium quæſierunt vitam meam, ſed ego ereptus ſum, ipſi autem æternos ſuorum ſcelerum cruciatus in inferno perſoluent.

Sicut ſolitudines veteres. Deſcendes ad inferos: & locus, vbi nũc ſita eſt vrbs, erit diu deſertus inſtar ſolitudinum antiquarum. Eodẽ modo dixit Deus per Ieremiam, loquens de Iudæis, qui erãt in Chal Iere.25. dæam captiui ducendi: Ponam eos in ſtuporem & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas. Sempiternas vocat eas vaſtitates, quæ durauerunt ſpatio annorum ſeptuaginta. Nam tot annis durauit captiuitas Babylonica; quibus elapſis reuerſi ſunt Iudęi in terram ſuam, quę erat in ſolitudinem redacta.

Porrò cùm dedero gloriam in terra viuentium. Hoc eſt, cùm per vltionem, quam ſumpſero de te, oſtendero gloriam meam in mundo. Acſi dicat Deus: Ego te ô Tyre ciuitas opulenta euertam ob ſuperbiam & immanitatem tuam, & ob cætera flagitia, quibus es contaminata; & in hoc apparebit iuſtitia mea, & gloria mea, cùm oſtendero me eſſe iuſtum & potentem. Oſtendere autem Deum gloriã ſuam in hominum ſceleratorum punitione oſtendimus copioſè in fine capitis viceſimiquinti. Hunc medium mundi globum appellat propheta terrã viuẽtium, ad differentiam inferni, qui vocatur terra mortuorum & obliuionis: vt in pſalmo: Nun- Pſal.87. quid cognoſcẽtur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra obliuionis? Appellari autem hanc terram, in qua viuimus, terram viuentium, indicat locus ille pſalmographi: Propterea Deus diſtruet Pſal. 51. te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Quæ verba ita poſſunt ex Hebraico in Latinum conuerti, Deus etiam perdet te in æternum, conſternabit te, & euellet te de domicilio tuo, & generationem tuã de terra viuentium, vt nulla tibi in vita poſteritas relinquatur. Acſi dicat: Non ſolùm tu, ſed domus tua, & poſteri tui, omnes peribitis. Pſa.26. Vbi vides terram viuentium eſſe terram hanc, in qua vitam degimus. In eãdem ſignificationem accipitur ab eodẽ propheta in verſiculo illo; Credo videre bona domini in terra viuẽtiũ; cuius hic eſt ſenſus: Et ſi me video periculis expoſitũ, & ab inimicis meis vndique oppugnatum, qui me ad cædem crudeliſſimam vocant, & hanc lucem mihi eripere conantur, tamen credo eſſe me viſurum in hoc mundo ea bona, quæ mihi promiſit Deus, nimirum regnum ſecurum, vitam tranquillam, & cęterorum bonorum abundantiam. Eſaias etiam volens Chriſti Ieſu mortem ſignificare, ait: Abſciſſus eſt de terra viuẽtiũ. Quare nõ eſt dubiũ, quin terra viuentium mundũ hunc ſignificet. Sunt, qui hunc Ezechielis locum ita interpretentur. Ego te ô Tyre delebo, cùm affecero gloria Hieroſolymam, cãque finita captiuitate Babylonica inſtaurauero, & Eſa. 53. ad priſtinam dignitatem reſtituero. Dixerat Deus euerſurum ſe eſſe Tyrum. Sed quoniam poterat quis interrogare, quando futura eſſet euerſio hæc,

reſpon

reſpondit tunc fore, cum Hieroſolyma amiſſam gloriam recuperaſſet. Tunc enim aiunt euerſam fuiſſe Tyrum, cùm Iudæi reuerſi ſunt ex Babylonica captiuitate in patriam ſuam. Et hoc modo accipitur terra viuentium pro ſola Iudæa, in qua tantũ erat verus cultus, & ſacrificia Deo verò oblata: ibi erat fides & religio, & vera vita: quare terra *Gal. 5.* viuentium vocabatur. Illi enim viuere dicuntur, qui fide, quæ per charitatẽ operatur, muniti, Deo ſeruiunt, eumq́; ſummè venerantur. Illi verò mortui ſunt, qui ſceleribus imbuti, maleficiis paſcuntur, & omnes, qui ſunt à fide alienati. Nõ enim viuunt, qui Deo grati non ſunt: at qui ſine fide, vt ait *Heb. 11.* Apoſtolus, impoſſibile eſt placere Deo. Eorũ enim *Pſalm. 114.* quæ dicitur vita, mors eſt. Hæc terra viuentiũ eſt illa, de qua ait regius pſaltes: Placebo domino in regione viuorum. Appellabatur igitur Iudæa terra viuentium, & terra ſancta, quia ſolùm fideles viuunt, & ibi fides erat. Vel quia viri iuſti, qui ibi è vita migrauerant, reſurrexerunt cum Chriſto. Ita *Mat. 27.* enim ait diuus Matthæus: Monumẽta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Fortaſſe id intuentes mentis oculis ſpiritu prophetico illuſtratis Iacob & Io*Gen. 49.* ſeph, illuſtres patriarchæ, qui in Aegypto exceſſe*Gen. 50.* runt è vita, dederunt operam, dum viuerent, vt eorum oſſa ad terram promiſſionis afferrentur, vt ibi ſepulti cum Chriſto ad vitam redirent. Sed tunc inſurgit difficilis quædam quæſtio. Si Tyrus euerſa eſt, cùm Hieroſolyma fuit per Iudæos à Chaldæa in Iudæam reuerſos inſtaurata, quomodo ve*Dan. 5.* rum erit id, quod hîc dixit Ezechiel eam euertẽ*1. Eſdr. 1.* dam eſſe per Nabuchodonoſorem, ſi iam Nabuchodonoſor erat mortuus, eiuſque memoria extincta? Nã vt literæ diuinæ teſtantur, Perſæ & Medi Babylonẽ expugnauerunt, & vaſtauerunt, eiuſque regem vita priuarunt. Et tunc Cyrus rex perſarum Iudæos liberauit, & in patriã miſit, vt Hieroſolymam inſtaurarent, & ad antiquam magnificentiam reſtituerent. Huic obiectioni reſpondebis facilè, ſi per Nabuchodonoſorẽ intelligas Cyrum, qui rex fuit totius Babyloniæ: qui & Iudęos liberauit, & Tyrios deuicit: Nec eſt inconueniẽs, Cyrum vocari Nabuchodonoſorem: nam conſuetudo eſt ſcripturarum reges omnes Babylonios Nabuchodonoſores appellare. Eodẽ modo reges Palæſtinæ quondam Abimelech appellabantur, vt aſſerit Lyppomanus vir omni ſapientia & virtute *Gen. 21.* præſtanti in Catena ſua in Geneſim, explicans locum illũ capitis viceſimiprimi: Abiit Iſaac ad Abimelech regem Palæſtinorum. Abimelech, inquit ille, non perſonæ nomen eſt, ſed regiæ dignitatis nomenclatura apud Palæſtinos: eſt enim Abimelech idem quod pater meus rex. Huiuſmodi enim debent eſſe, qui populis præficiuntur, patres, & reges. Eodem modo reges Aegypti dicti ſunt Pharaones, & poſteà Ptolomæi, & reges Perſarum Arſacidæ, & Athenienſium Cecropidæ, & Romani imperatores Auguſti, & Cæſares. Sed quoniã non inuenimus in hiſtoriis Cyrum euertiſſe Tyrum, cùm Iudæos miſit in patriam ſuam: & multi ſcriptores magni & graues aſſerunt fuiſſe Tyrũ ab Alexandro Magno deletam, per Nabuchodonoſorem intelligũt Alexandrũ, Nabuchodonoſor rex Chaldæorũ capta Hieroſolyma templum incẽdit: quod vt ait Euſebius de temporibus, & Clemens in primo ſtromate ab initio ædificationis ſuæ manſerat annis 442. Mortuo Nabuchodonoſore obtinuit imperium Euilmerodach, cui ſucceſſit frater eius Balthaſar, qui vidit ſcripturam in pariete mirabiliter oſtenſam, quam Daniel interpretatus eſt, ſigni*Dan. 5.* ficans imperiũ Chaldæorum eſſe ad Perſas & Medos trãsferendũ. Et eadem nocte mortuus eſt Balthaſar: & Babylõ capta fuit. Et regnauerũt in Chaldæa Cyrus rex Perſarum, & auunculus eius Darius rex Medorum: ſed poſteà totum imperiũ fuit ad Cyrum redactum. Hic Hebræorum captiuitate ſoluta eos miſit honorificè in Iudæã: & fuit primus rex Perſarum, Medorum, & Chaldæorũ. Poſt eum conſecuti ſunt principatum duo fratres, qui Magi appellabantur: quibus ſucceſsit Darius: poſt quẽ regnauerunt Xerxes, Artabanus, Artaxerxes, Xerxes ſecundus, Sogdianus, Darius cognomẽto Nothus, Artaxerxes ſecundus, Artaxerxes tertius, Arſes, Darius Arſani filius, in quo fuit imperium Chaldæorum & Perſarum euerſum: fuit enim vi*1. Mach. 1.* ctus ab Alexandro, qui Dario interfecto Babyloniam obtinuit, & Tyrum expugnauit, & euertit: & de illa euerſione loquitur hoc loco Ezechiel. Vide chronica Euſebij de temporibus, vbi hæc copioſius inuenies. Cùm igitur à Cyro, à quo fuerũt Hebræi in priſtinam dignitatẽ reſtituti, & gloria Hieroſolymæ inſtaurata vſque ad Alexandrum Magnũ, qui Tyrum deleuit, quatuordecim reges regno Chaldææ præfuerint, & inter Nabuchodonoſorẽ & Alexãdrum, tot anni interfluxerint, in quibus Tyrus non fuit deleta, niſi tempore Alexãdri, videtur concludi hũc Nabuchodonoſorẽ, de quo hic loquitur Ezechiel, Tyri euerſorẽ eſſe Alexandrum Magnum, qui Dario interfecto imperiũ totius Chaldææ fuit magnificentiſsimè adeptus, qui more aliorum Babyloniæ regum fuit etiã Nabuchodonoſor ab Ezechiele hoc capite meritò appellatus. Prætereà omnibus illis veteres tribuebãt nomen Nabuchodonoſoris, qui per inſolentiam & immanitatẽ viribus imperij abutebantur. Talis fuit Alexander Magnus, qui fratribus ſuis, & vxori patris ſui, & Amintæ conſanguineo ſuo cædem immaniter intulit. Inſuper amicum ſuum Parmenidem, & Philiotam, & venerandum ſenem Clitũ patri ſuo multis de cauſis amiciſsimum, & condiſcipulum ſuum Caliſthenem, & Attalum, Eurilochum, Pauſaniam, multóſq; alios Macedonię principes, & viros ſapientes, animiq; magnitudine pręſtantes crudeliter occidit: & quos nẽ verbo quidẽ violare deberet, ferro vita priuauit: quia ei veluti Deo diuinum cultum tribuere noluerunt. Quam ob cauſam eũ Paulus Oroſius magnum miſeriarũ gurgitem vocat, & totius Oriẽtis atrociſsimũ turbinem. Et eadem ratione Ezechiel eum hoc capite Nabuchodonoſorẽ appellauit. Sed dices: Quî fieri poteſt, vt de euerſione Tyri per Alexandrũ loquatur hic Ezechiel, cùm dixerit, hoc futurum eſſe, cũ Deus daret gloriam Iudææ? Quæ fuit gloria hæc? Reſpondendum exiſtimo hanc Hieroſolymæ gloriã fuiſſe, cùm idem Alexander, qui vt libro primo Machabæorum ſcriptum legimus, obtinuit om*1. Mach. 1.* nium munitiones, & interfecit reges terræ, & obtinuit regiones Gentium, & Tyrannos, capta Tyro ingreſſus eſt Hieroſolymam, vbi Deo victimas

immolauit, & templi pontificem ſummis honoribus proſecutus eſt, & Iudæorũ religionem coluit, & alia fecit in ornamentum & gloriam Hieroſolymæ cedentia: quæ Ioſephus libro Antiquitatum vndecimo capite octauo multis verbis deſcripſit, & tanquam veriſſima perpetuis monimentis conſignauit: quorum meminit Euſebius in Chronico de temporibus. Aſſerunt nihilominus graues authores fuiſſe Tyrũ bis euerſam, ſemel à Nabuchodonoſore, & iterum ab Alexandro. Verò tota hæc euerſio, de qua hoc loco agit diuinus noſter vates, poteſt ad vitia referri, acſi dicat Deus: Ego te delebo ô Tyre, non quo ad ſubſtantiam, ſed quò ad flagitia, & idolorum cultũ: deſines eſſe, nõ quò ad mœnia, ſed quò ad peccata. Peribis, nõ quò ad perſonas, ſed quò ad impietates. Ita intelligitur locus
Pſal. 9. ille pſalmographi: Increpaſti gentes, & periit impius, nomen eorum deleſti in æternũ, & in ſeculũ ſeculi. Increpauit Deus Tyrios idolorum cultores per Apoſtolos ſuos: & relicta vana idolorum ſuperſtitione fidem receperunt: & animorũ pulchritudinem, quam flagitiis deformauerant, fidei, cæterarúmque virtutum ornamentis inſtaurarunt. Eã ob cauſam loquẽs hoc capite Deus de hac ſcelerum euerſione, dixit eam futuram eſſe, cùm ipſe in terra viuentium gloriam ſuam oſtenderet: hoc eſt, cùm ad terras ex cœli faſtigio filium ſuum mitteret, quem diuus Paulus ſplendorẽ gloriæ in epi-
Hebr. 1. ſtola ad Hebræos appellauit. Et hoc eſt, quod ait: Cùm dedero gloriam meam in terra viuentium.

In nihilum redigam te, & non eris. Poteſt hoc referri ad ædificiorum euerſionem, vt ſit ſenſus: Delebo te ô Tyre, & longo tempore non habitaberis. Sequitur: Et requiſita non inuenieris. Ita dicitur in
Pſalm. 36. pſalmo: Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatũ ſicut cedros Libani: tranſiuit, & ecce nõ erat: quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Et in Apo-
Apoc. 18 calypſi: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà iam non inuenietur. Vel, non eris quò ad flagitia, & idolorum cultum, vt paulò antè dicebam. Id autem quod ſequitur. Vltrà in ſempiternum: non æternitatem ſignificat, ſed longi temporis ſpatium, nimirum ſeptuaginta annorũ, iux-
Eſai. 23. ta Eſaiæ vaticinium. Dictio Hebræa, pro qua noſter interpres vertit in ſempiternum, ſignificat tẽporis continuitatem vſque ad terminum præſcriptum rei, de qua agitur. Vnde ſi attribuatur Deo, qui nullum habet præſcriptum terminum, quoniã ipſe eſt ſua vita, & ſuum eſſe, & ſemper fuit, eſt, & erit, ſignificat veram ſempiternitatem. Sed ſi attribuatur temporis ſpatio, ſignificat totum ætatis interuallum vſque ad rei, de qua agitur, præſcriptum finem. Sin autem attribuatur homini viuẽti, ſigni-
Iere. 10. ficat eius vitæ curriculum. De Deo ait Ieremias:
Dan. 4. Ipſe eſt Deus viuens, & rex ſempiternus. Et Da-
Rom. 1. niel: Poteſtas eius poteſtas ſempiterna. Et diuus Paulus: Sempiterna quoque eius virtus. De ætate ad ſpatium præfinitum intelligitur id, quod Deus
Exod. 12 dixit filiis Iſrael de feſto paſchali: Habebitis hunc diem in monumentum, & celebrabitis eam ſolennem domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno. Hoc eſt, vſque ad Meſſiam, quouſque durabant veteris legis ſacrificia, & ceremoniæ. Eodẽ
Exod. 31 modo de ſabbato: Cuſtodiant filij Iſrael ſabbatum
Num. 28. & celebrent illud in generationibus ſuis: pactũ eſt ſempiternum inter me & filios Iſrael. Similiter illud Numerorum: Hæc ſunt ſacrificia, quæ offerre debetis: agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocauſtum ſempiternum. Tres ſunt ætates, in quas Hebræi mundum diuidebant, prima à principio mundi vſque ad exitum filiorum Iſraelis de Aegypto, & legẽ Moyſi: altera à lege ad Chriſtũ: tertia à Chriſto vſque ad finem ſeculi. Et quoniam ſacrificia, & cæremoniæ, & iudicia, quæ Deus illis conſtituit, duratura erant tota illa ætate ſecũda vſque ad Meſſiam, ideo æterna vocabantur. Significari vero æternum & ſempiternum vitæ humanæ ſpatiũ indicant verba illa Achis regis Get: Erit mihi Dauid ſeruus ſempiternus. Hoc eſt, quã- *1. Reg. 26.*
diu vixero. Ita intelligunt nonnulli verſiculũ illũ regij vatis: Quoniam dixiſti: In æternum miſericordia ædificabitur. Vt ſit ſenſus: Tu domine promiſiſti Dauidi eſſe miſericordiam tuam cum illo *Pſal. 88.*
duraturam, quandiu ipſe viueret: hoc eſt, te illi vſque ad mortẽ regnum Iſraeliticum, potentiam, diuitias, & opes daturum. Et quoniam Eſaias prædi- *Eſai. 23.*
xerat duraturã eſſe Tyri vaſtitatem ſpatio annorũ ſeptuaginta, quod eſt vitæ humanæ curriculũ: iuxta illud pſalmi: Dies annorum noſtrorum in ipſis *Pſal. 89.*
ſeptuaginta anni: & toto illo ſpatio deſertam eſſe vrbem illam, & non inueniendam, ideo ait hoc loco Ezechiel. Et requiſita non inuenieris vltrà in æternum. Hoc eſt annis ſeptuaginta, ſiue toto vitæ ſpatio vnius hominis, quod idem eſt. Eodẽ modo vaticinans Ieremias de captiuitate Iudæorum in *Iere. 25.*
Chaldæa, vbi fuerunt ſeptuaginta annis detenti, inducit Deum ita loquentem: Interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem, & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas. Sempiternas eas vocat, quæ annos ſeptuaginta durarunt.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXVI.

Confractæ ſunt portæ populorum. Septuaginta habent: Contritæ ſunt: perierunt Gentes. Iudæos vocat Gentes, quod Gẽtium idola colerent, eorumque ritibus & ſuperſtitionibus adhærerent. Ad id amentiæ & perfidiæ deuenerunt Iudæi, vt Deo ſuo, vero vniuerſi conditore relicto, falſos & vanos Gẽtium Deos adorarent. Eodẽ modo Eſaias: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis, dereliquerunt dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. *Eſai. 1.*

Implebor, deſerta eſt. Septuaginta verterunt: Quæ fuit plena, deſerta eſt. Poterat hoc ita trãsferri: Quæ fuit exciſa, euerſa eſt. Pro implebor, eſt in Hebræo אמלאה immaleah. Verbum eſt מלא male, quod ſignificat implere, excidere, & perire. Pro implere accipitur etiam à Iob aiente: Nunquid ſapiens reſpondebit, quaſi in ventum loquens, & implebit ardore ſtomachum ſuum? Acſi dicat. Loquetúrne ſapiens verba inania, & vento ſimilia? Stomachabitúrne & implebit ſe furore? Quaſi dicat: nõ. Pro ardore ſeu furore poteſt verti ex Hebraico Eurus. Paraphraſis Chaldæa habet: Et replebit tanquam vento Orientali ventrem ſuum? Per ventrem ſiue ſtomachum intelligit animum, per ventum Oriẽtalem vanas opiniones. R. Moyſeh ita vertit hunc locum: Nunquid ſapiens reſpondebit ſociis ſuis verba ventoſa, & eius cogitationes erunt ventus & vanitas? *Iob 15.*

vanitas. Et paulo poſt in eodem capite: Antequam dies eius compleantur, peribit. Pro peribit, eſt in Hebraico idem verbum. Loquitur de homine ſceleribus imbuto, quem ait morte immatura excedere è vita. Id quod dixit regius vates: Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Mors immatura viro iuſto nunquam accidit: nam integritas vitæ ipſam adoleſcentiam in ſenectutē conuertit. Nec decedus eſt aliquis parum vixiſſe, ſi vitam ad certam rationis normam direxit, & officiorum momēta perpēdit. Poterat verſus ille Iob ita verti ex Hebraico: Ante diem ſuum ſuccidetur. Thargum vertit. In die non ſuo implebitur ſepulchrū ſuum. Illic iacent à vermibus deuorati qui in hac vita homines deuorabant: illic conuertuntur in terram, qui in hoc mundo terram cupiebant, & terræ pompis & diuitiis abundabant. Vox quædiu profertur, quia multa ad eius articulationem concurrunt, vt dentes, lingua, guttur, palatum, labia, videtur quippiam magnū, exiſtēs, ſolidum, & admirabile: at in domo teſtudine concamerata, vbi nihil præter ſonum quendā percipitur, ſtatim iudicas id, quod magnum videbatur, nihil eſſe præter aerem quendam percuſſum, & inanē tonū. Eodem modo principes & magnates quandiu vitam degunt, quoniam multa conueniunt quæ eos augere & amplificare videntur, vt opes, potentia, dignitates, mundi gloria, & celebris nominis amplitudo, videntur magni, ſtabiles, & permanentes: at poſiti in ſepulcbro, in domicilio illo concauo, & veritatem oſtendente, confeſtim cognoſcis, & animo cōprehendis eos, qui illuſtres videbantur, pulueē eſſe fœtidum, & parum quippiam venti. Vbi eſt inanis eorum gloria? vbi eorum pulchritudo? vbi eorum pompa? Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Nihil in vita ſemper floret: nemo eſt, quanuis ſit adoleſcēs, cui ſit exploratum ſe ad veſperum eſſe victurum. Sed quanuis in terram conuertantur, & naturalia corpora eò abeant, vnde orta ſunt, tamen ea manent, quæ rectè factis obtinentur. Moriuntur viri iuſti, ſed non moritur eorum virtus, quoniam nec obliuione eorum, qui ſunt, nec reticentia poſterorum poteſt eſſe ſepulta. Breuis eſt vita & mortalis, ſed gloria, quæ vita bene acta comparatur, magna & ſempiterna. Exiguum nobis vitæ curriculum Deus dedit, immenſum gloriæ, cuius ſpe mortales ad immortalitatem excitantur. At homines nefarij, in lethali crimine migrantes in die non ſuo implent ſepulchrum ſuum cadaueribus, & eorum animæ deſcendunt ad inferos, æternis cruciatibus torquendæ.

Pſalm. 54. Simile Sap. 5.

Et dabo eam in limpidiſſimam petram. Pagninus habet. Et ponam eam, vt eſt ſummitas petræ. Brixianus dabo eam in eminentem petram. Paraphraſis Chaldaica: Dabo eā ſuper lenitatem petræ nudæ. Quæ omnia in idem recidunt. Vult diuinus vates ſignificare Tyri euerſionem. Ac ſi dicat: Publicè punietur ciuitas hæc: non ſub tecto occulto, ſed ſuper lapidem lenem & eminentem, vt ab omnibus videatur. Hæc dicendi exornatione vſus eſt etiam capite vigeſimoquarto. Lapis accipitur aliquando pro eo, quod eſt totum, quod lapis ſit corpus vnū iuxta ſententiā R. Kimhi. Vnde effectum eſt, vt id

Sup. 24.

quod habet communis editio quadrageſimonono capite Geneſis: Inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſrael vertant nonnulli: Inde paſtor eſt lapidis Iſraelis. Quaſi dicat Iacob. Filius meus Ioſeph diues, & pulcher, varijs calamitatibus fuit preſſus à fratribus, & domina ſua, ſed ex omnibus illis eum eripuit Deus Iacob: obtinuit enim magnum in Aegypto principatū, & ipſe pauit totū Iſraelem: paſtor fuit totius lapidis, hoc eſt, totius corporis, ſeu omnis congregationis Iſraelis. Poteſt tamen locus ille ita explicari. Etſi Ioſeph fuit multis ac acerbis ærumnis expoſitus, ſemper tamen ſtabilis ac firmus permanſit: nullæ eum tentationes potuerunt de gradu conſtantiæ deijcere. Quin potiùs ea voluntate Dei Iacob fuit paſtor & princeps totius Aegypti, ille qui ſemper fuit lapis immobilis Iſraelis, qui fuit firmamentum ſuſtentans Iſraelitas, cuius firmitas & fortitudo lapidi firmo & valido compatantur. Sed quoniam præcedunt verba hæc. Et diſſoluta ſunt vincula brachiorū & manuum Ioſeph per manus potentis Iacob, hoc eſt, per manus Dei Iacob, qui potēs eſt, & ſubditur ſtatim, inde paſtor & lapis Iſrael, poſſunt hæc verba ad Deū, de quo loquitur, referri: vt ſit ſenſus: Multa perpeſſus eſt Ioſeph, ſed protexit eum Deus Iacob, ex quo Iacob egredietur ſecundum carnem Meſſias, qui erit paſtor, & lapis Iſraelis, qui Iſraelitas nō ſolùm paſcet, ſed firmiter ſuſtentabit, qui verè credentes & fideles doctrina, gratia, & virtutum dapibus oblectabit, & firmiter tuebitur. Ipſe eſt lapis ille, de quo dixerat cœleſtis pater apud Eſaiā: Ecce ego mittā in fundamentis Sion lapidē, lapidē probatum, angularē pretioſum. De eo prædicat Dauid: Lapidē, quē reprobauerunt ædificātes, hic factus eſt in caput anguli. Quem locū diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, & D. Petrus in prima ſua epiſtola de Chriſto exponūt: imò ipſe Chriſtus de ſeipſo apud Matthæum interpretatur. Accipitur etiā lapis pro pōdere. Ideo cap. 25. Deuteronomij pro eo quòd eſt in Hebraico: Nō habebis in ſaeculo diuerſos lapides, vertit cōmunis interpres: Non habebis in ſaeculo diuerſa pondera. Illud etiā Michææ: Nunquid iuſtificabo ſtateram impiā, & ſacelli lapides doli? vertit ille & rectè quidem: Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſacelli pōdera doloſa? Accipitur etiam lapis pro re pertinaci & obſtinata: vnde cor lapideum apud Ezechielē capite vndecimo ſignificat animum impium & induratum. Hic autem petra limpidiſſima capitur pro publica punitione: idem enim eſt, dabo eam in petram limpidiſſimam, ac publicè eam enertam.

Geneſ. 49. Eſa. 28. Pſalm. 117. Rom. 10. 1. Pet. 2. Mat. 21. Deut. 25 Micha. 6. Sup. 11.

Et ſtatua tua nobiles in terram corruent. Pro ſtatuis eſt in Hebraico: מצבות matſeuoth, à verbo נצב iatſau, quod ſignificat ſtare, ſtatuere, erigere: vt cap. 29. Geneſis: Vidit ſcalam ſtantem ſuper terrā, ſiue erectam. Illud quarti Regum: Fecerunt ſibi ſtatuas. Poterat verti: Erexerunt ſibi ſtatuas. Vbi Ieremias habet: Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, pro ſtatue, eſt in Hebraico hoc noſtrum verbū: Eſtque horum verborum ſenſus. Erige ſpeculam ô Iſraelitice popule, pone te in excelſo quodā loco, vnde vias omnes circunſpicias, & videbis te non virtutū ſed vitiotū vias percurriſſe: aſpicies infinita ſcelerata, intueberis vias, quibus ambulaſti, impias, & ad infernū ducentes. Et cùm hoc perſpexeris, pone tibi amaritudines in animo tuo, do-

Gen. 29. 4. Reg. 17. Iere. 31.

le flagitia tua,& dolore confectus ob tuas impietates,age pœnitentiam, & ad viam veritatis conuertere. Pro ſpecula eſt in Hebraico tſinuim, pro quo quidam vertunt titulos,alij ſigna,alij aceruos lapidũ. Pro amaritudinibus eſt in Hebraico: tamrurim, pro quo nonnulli vertunt lapides erectos, ſeu titulos. Quibus verbis aiunt Deum velle populum Iudæorum in captiuitatem Babylonicam euntem cõſolari,ac ſi diceret: Vias has, quibus iter facis ductus in Chaldæam,ſigna titulis, & alijs lapidum aceruis, vt cùm in patriam tuam redieris, poſſis vias,quibus trãſiuiſti, facilè cognoſcere: reuerteris enim Hieroſolymã, & in dulcem patriam tuam longo interuallo intermiſſam reuocaberis. Nec eſt inconueniens, dictionem pro qua noſter interpres poſuit amaritudines,titulos erectos ſignificare,nã deriuatur à verbo marar, quod & amarũ
Oſe 12. eſſe,& erigere ſignificat. Vnde illud Oſeæ: ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, hoc eſt,in ſuis ſceleribus, quibus conſcientia amareſcit & torquetur: poteſt verti ex Hebræo: Ad iram me prouocauit Ephraim in titulis, & ſtatuis ſuis. Quaſi dicat Deus, Volebam ob pietatem meã decem tribus magnis honoribus afficere,illiſque libertatem ac quietem largiri: at ipſe me derelicto ſtatuas ac ſimulacra coluerũt, quibus me ad iram prouocarunt. A verbo hoc נצב deriuatur dictio מצבה quæ ſtatuam ſignificat, & titulum erectum in rei alicuius inſignis memoriã, & per-
4.Reg. 18. manſurum monimentũ, vt quarto Regũ: Ipſe diſſipauit excelſa, contriuit ſtatuas: & capite trigeſimo
Gen. 35. quinto Geneſis: Hic eſt titulus monimẽti Rachel.
1.Reg. 13. Significat etiam ſtationem, vt primo Regũ. Egreſſa eſt autem ſtatio Philiſtiim. Eſt autem ſtatio locus,in quo milites conſederunt,qui præſidium dicitur, & capitur pro ipſis militibus cum ſuo præfecto præſidentibus vniuerſo exercitui, vel cuſtodiæ arcis, ſeu oppidi, ſeu principis. Quam ob cauſam ſtationes ſignificãt anteſignanos, & præcipuos milites caſtra cuſtodientes. Ideo poterat verti locus hic Ezechielis: Et duces tui nobiles, ſeu præcipui tui milites corruent in terram. Pro quo ſeptuaginta tranſtulerunt: καὶ τὴν ὑπόστασιν τῆς ἰσχύος σου ἐπὶ τὴν γῆν κατάξει. Hoc eſt, Et ſubſtantiam fortitudinis tuæ in terram deducet. Quaſi dicat Deus. Euerteris ô Tyre ciuitas celeberrima, & exercitus hoſtium tuorum proſternet in terram robuſtiores & fortiores milites tuos, qui ſunt tota ſubſtantia fortitudinis tuæ.

Argumentum capitis XXVII.

Idem eſt argumentum huius capitis & ſuperioris, nimirum euerſio Tyri. Sed additur altera cauſa, quæ eſt ſuperbia ex nimia opum, rerúmque proſperarum affluẽtia proueniens. Eſt hoc caput ita apertum & clarum, vt nulla ferè indigeat explanatione, niſi in aliquorum nominum ſignificationibus.

CAPVT XXVII.

A ET factum eſt verbũ domini ad me, dicens: Tu ergo fili hominis aſſume ſuper Tyrum lamẽtum,& dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad inſulas multas: Hęc dicit dominus Deus: O Tyre, tu dixiſti: Perfecti decoris ego ſum & in corde maris ſita. Finitimi tui qui te ædificauerunt, impleuerunt decorem tuum, abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabularis maris. Cedrum de Lybano tulerunt, vt facerent tibi malum: quercus de Baſan dolauerunt in remos tuos: trãſtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico,& prætoriola de Inſulis Italiæ. Byſſus varia de Aegy B
pto texta eſt tibi in velum, vt poneretur in malo, hyacinthus & purpura de inſulis Eliſa facta ſunt operimẽtum tuum. Habitatores Sidonis & Aradij fuerunt remiges tui: ſapientes tui Tyre facti ſunt gubernatores tui, ſenes Byblij, & prudentes eius præbuerunt nautas ad miniſterium variæ ſupellectilis tuæ. Omnes naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ: Perſæ, & Lydi, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum & galeam ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cum exercitu ſuo ſuper muros tuos in circuitu, ſed & Pygmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum. Ipſi compleuerunt pulchritudinem tuam. Carthaginenſes negotiatores tui. A multitudine cunctarum diui C
tiarum, argento, ferro, ſtanno, plũbóque repleuerũt nundinas tuas. Græcia, & Thubal, & Moſoch ipſi inſtitores tui: Mãcipia, & vaſa ærea adduxerunt populo tuo de domo Thogorma: equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum. Filij Dedan negotiatores tui. Inſulæ multę negotiatio manus tuæ. Dentes eburneos & hebeninos cõmutauerunt in pretio tuo. Syrus negotiator tuus. Propter multitudinem operum tuorũ guttam, & purpuram, & ſcutula, & byſſum, & ſericũ, chodchod poſuerunt in mercatu tuo. Iuda & terra Iſrael, ipſi inſtitores tui: in frumento primo, balſamũ, & mel, & óleum, & reſinam propoſuerunt in nundinis tuis.

EXPLANATIO.

Tu ergo fili hominis aſſume ſuper Tyrum lamentum. Præcipit Deus Ezechieli, vt Tyrum euertendam lamentetur. Vt eſt cœli proprium in orbẽ moueri, & ignis ſurſum aſcendere, & terræ in ima ſede veluti mundi centro conglobari, ita eſt in animo hominis inſitũ miſereri afflictorũ, eorumque calamitates deplorare, aut ſaltẽ dolere. Fera appellari poteſt & nõ homo, qui hominũ ærumnis nõ mouetur. Agreſte eſt & immane non tangi mœrore eos, qui in aliorum gemitu, & ruina, & flebilibus querelis verſantur. Etſi Iſraelitæ fuerant à filiis Beniamin grauiter offenſi, tamen videntes eorũ cladem, & luctuoſum excidiũ, omnes lamentabilibus vocibus plorauerunt. Audiens Dauid cædem Saulis hoſtis ſui acerrimi, & cladẽ populi Iudaici planxit amarè. Iud. 12. 2.Reg. 1.

amarè, & lachrymarum affluentiá profudit. Hoc
1.Reg.15 excidiū intuens mentis oculis Samuel lamētis il-
lud proſequebatur, vt ait iis verbis diuina ſcriptu
ra: Lugebat Samuel Saulem, quoniam dominum
pœnitebat, quòd conſtituiſſet eum regē ſuper Iſ-
Eſa. 16. rael. Prædicens Eſaias Moabitarū excidiū has vo-
ces plenas doloris emiſit: Super hoc plorabo in fle-
tu Iazer. Et paulò pòſt: Super hoc venter meus ad
Eſa. 21. Moab quaſi cithara ſonabit. Et Babylonis euerſio-
nē his verbis deplorauit: Repleti ſunt lumbi mei
dolore: anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia partu-
Iere.48. rientis: Et Ieremias: Cor meū ad Moab quaſi tibia
Iere.9. reſonabit. Et alio in loco, Quis, inquit, dabit capi-
ti meo aquá, & oculis meis fontē lachrymarum, &
plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei?
Eius lachrymarū abundantiá oſtendunt triſtes illę
lamentationes, quas ſedens, & amaro animo ſuſpi-
rans cōpoſuit, ac mœſtiſſimus literis mandauit. Et
Luc.19. Chriſtus Deus noſter vidēs euertendá ciuitatem
fleuit ſuper illá. Eodē modo Ezechiel intuens ani-
mo futurá Tyri vaſtitatē, eá hoc capite lamētatur
inquiens eſſe ſibi à Deo iuſſum ſumere lamentum
ſuper illá. Sed vt planctus triſtior appareat, deſcri-
bit huius ciuitatis nobilitatem, opulentiá, diuitias
& celebritatē ex ſitu, & mœnium pulchritudine &
magnificentia, & magnatū frequentia, & mercato-
rū varietate. Fuit enim hæc vrbs florentiſſima, vt
capite ſuperiore oſtendimus, & celebre totius or-
bis emporiū. Sed quoniá pro hac proſperitate cu-
ius memoriá Tyrij beneuolētia & pietate perpe-
tua colere tenebátur, Deo nullo modo gratias age
bant, quin potius immemores, & ingrati, & impij
extiterunt, fuerunt meritò vi calamitatū oppreſſi
& victi, & partim captiui, partim ferro trucidati:
& ciuitas proſtrata, ac diruta, & funditus euerſa.
Eam etiam ob cauſam connumerat diuinus vates
eorum opes, rerumque ſecundarum abundantiá,
vt eorum appareat ingratitudo, & in eorum pœ-
nis diuina iuſtitia oſtendatur.

Quæ habitat in introitu maris. Id eſt, quæ eſt inſu-
la iuxta oſtia maris. Erat Tyrus cincta mari, ſed
littori propinqua.

Negotiationi populorum. Negotiationē populorū
eá vocat, quia ad eá vndiq; mercatores cōcurrebát.

O Tyre, tu dixiſti. Scilicet te iactando, & diuitias
tuas tibi arroganter tribuendo. Crimen eſt bona
ſua non Deo attribuere, ſed ſibi.

In corde maris ſita. Hoc eſt, intra mare. Ita intelli-
Pſalm. gitur verſiculus ille pſalmographi: Non timebi-
45. mus, dum turbabitur terra, & transferentur mon-
tes in cor maris. Quaſi dicat: Nos diuino prę́ſidio
freti, vitá in animi ſecuritate & tranquillitate de-
gemus, etiamſi terra terribilibus motibus tremat,
& concutiatur, & montes intra mare proiiciat. Ma
gnus Baſilius hæc verba dicta exiſtimat ſub om-
niū illorum perſona, qui fiducia roborati, & vincu
lis charitatis aſtricti Deo adhærent, propter quem
nihil timent, nihil intolerandum ducunt. At diuus
Auguſtinus per terram intelligit Iudæá, quæ Chri
ſti prædicatione perturbata eſt, ac tandem adeò
commota, vt montes, hoc eſt Apoſtoli transferrē-
tur inde in cor maris, hoc eſt, in corda gentilitatis,
quæ cū mari magno comparatur. Et licet hæc Au-
guſtini expoſitio pia ſit, vera, & præclara, illa tamē
Baſilij promitur magis ex litera, quæ per cor ma-
Mat.12. ris profundum maris intelligit. Ita illud intelligi-
tur euangelij: Sic erit filius hominis in corde terræ
tribus diebus & tribus noctibus. Vbi cor terræ ſi-
gnificat intra terram, hoc eſt, foueam & ſepulchrū.
Cor etiam accipitur aliquando pro opinione: vn-
de furari cor alicuius, eſt aliquid efficere eo inſcio,
idque non opinante. Hebraiſmus eſt, quo vtitur
diuina ſcriptura capite trigeſimoprimo Geneſis, Geneſ.
dicens: Iacob furatus eſt cor Laban Syri, quod fu- 31.
gam ſuam ei non indicaſſet. Pro quo noſter inter-
pres tranſtulit: & rectè quidem: Noluitque Iacob
confiteri ſocero ſuo, quod fugeret.

Abietibus de Sanir extraxerunt te. Loquitur cum
Tyro, quaſi cum naui in medio maris. Sanir mons
eſt abietū proceritate inſigniū plenus, qui autho-
re diuo Hieronymo appellatur etiam Samor: vnde
afferebantur ligna abietina ad conſtruendas naues
Tyri cum omnibus ſuis tranſtris & tabulatis.

Vt facerent tibi malum. Id eſt, nauis arborem, vbi
vela expanduntur. Ex Libano monte Phœniciæ
deducebantur ligna cedrina ad nauium malos. In
hac Phœniciæ regione ſunt Tyrus & Sidon vrbes,
& Carmelus & Libanus montes.

Quercus de Baſan. Baſan eſt regio trans Iordanē,
vnde quercus proceritate inſignes deducebantur
Tyrum ad remos conficiendos. De iis loquitur E-
ſaias capite ſecundò. Tranſtra ſunt remigum ſedi- Eſai 2.
lia in nauibus. Prætoriola verò ſunt cellaria nauiū,
& reconditoria, vbi victualia ſeruantur.

De inſulis Italiæ. Quæ ſunt Sicilia, & Corſica, &
aliæ, ex quibus ligna pulchra deferebantur ad vr-
bem Tyriorum, ad prætoriola nauium conſtruen-
da, & ad naues ipſas ornandas.

De inſulis Eliſa. Eliſa fuit filius Iauan, qui cū aliis
fratribus ſuis inſulas coluit, vt in libro Geneſis Gen. 10.
memoriæ proditum eſt. Ab hoc Eliſa denominatæ
ſunt nonnullæ inſulæ, quæ ſunt hæ, de quibus hîc
loquitur Ezechiel. Ionathas Chaldæus per Eliſam
intelligit Italiam. Alij inſulas maris Ionij.

Habitatores Sidonis & Arady. Sidō vrbs eſt Phœ-
niciæ, cuius paulò antè meminimus, Chananæo-
rum terminus. Aradius eſt inſula in mari Phœni-
cio, cuius meminit Plinius libro 5. capite trigeſi-
mo, & Strabo libro ſextodecimo.

Sapientes tui Tyre facti ſunt gubernatores tui. Effert
laudibus Tyrum, quod viros eligeret ſapientes, à
quibus gubernaretur. Verè ſapientes nihil admi-
rantur, cùm accidit, nihil priuſquam accidat, non
euenire poſſe arbitrantur. Non pendent ex inſipiē
tium ſermone, nec extrinſecas ab imperita & te-
meraria multitudine aut bene aut malè viuendi
ſuſpenſas habent rationes: ſed incumbunt in vir-
tutum actiones, & quicquid homini accidere poſ-
ſit, præmeditantur, & priuſquam calamitas adue-
niat, eam declinant, aut ſaltem tolerant & mo-
deratè ferunt. Eam ob cauſam ſunt eligendi ſapiē-
tes ad rempublicam gubernandam, qui eam con-
ſeruent, qui intercludant omnes ſeditionum vias,
qui ſi eam viderint labefactari, valeant opem ferre
patriæ, ſuccurrere communi omnium ſaluti, occi-
denti reipublicæ opitulari. Ei, cui reſpublica com-
mittitur, neceſſaria eſt ſapientia, qua regat populū
leges ferat, puniat ſceleratos, fauore proſequatur
viros virtute prę́ditos, reuocet à vitiis, cohortetur
ad virtutes. Tum ait Plato poſſe ciuitates appella-
ri felices, cùm aut philoſophi regnant, aut reges
philoſophantur. Volens Moyſes gubernatores po-

puli conſtituere, in hunc modum fuit Hebræos
Deut. 1. allocutus: Date è vobis viros ſapientes, & gnaros,
quorum conuerſatio ſit probata in tribubus ve-
ſtris, & ponam eos vobis principes. Sapiens Muy-
ſes ſapientiā in principibus populi in primis opta
bat. Debet enim, qui alios regit, eos ſapientia an-
3.Reg.3. teire. Hoc intelligens Salomō non diuitias à Deo
poſtulauit, ſed ſapientiam. Id illi optauerat eius ſa-
piens pater, cùm ad Deum has preces emiſit: Deus
Pſal. 71 iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio re-
Pſal. 2. gis. Et in alio pſalmo: Erudimini, qui iudicatis ter
Oſea 4. ram. Per Oſeam ait Deus: Quoniam tu ſcientiam
repuliſti, repellā ego te. Cùm Salomon non ſolùm
homines ſuæ ætatis, ſed antiquitatis etiam memo-
Sap. 6. riam ſapientia ſuperaret, aiebat in libro illo Sapiē-
tiæ, quem viri & ſanctitate & eruditione præſtātes
illi tribuerunt: Si delectamini ſedibus & ſceptris ô
reges populi, diligite ſapientiam, vt in perpetuum
regnetis. Diligite lumen ſapientiæ omnes, qui pręe-
ſtis populis. Et paulò pòſt: Rex ſapiens ſtabilimē-
Eccle. tum populi eſt. Et Eccleſiaſticus: Rex, inquit, inſi-
10. piens perdet populum ſuum. Eam ob cauſam di-
Ierem. cebat Deus per Ieremiam: Introducā vos in Sion,
3. & dabo vobis paſtores, ſecundum cor meū, & pa-
ſcent vos ſciētia & doctrina. Intuere animo, quàm
neceſſaria ſit ſapientia rempublicam gubernanti-
bus, cùm aſſerat ipſe Deus, eos ſibi placere, qui po
Similia pulum ſcientia & doctrina paſcunt. Gubernator
reipublicæ abſque ſcientia eſt nauis abſque clauo,
& auis abſque pennis. Gubernandi dignitas magi-
ſtratus appellatur à magiſtro, vt ait Varro, quoniā
qui aliis præeſt, eorū vitæ debet eſſe magiſter. Vn-
Epheſ. de diuus Paulus in epiſtola ad Epheſios, Deus, in-
4. quit, dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem
prophetas, alios verò euangeliſtas, alios autem pa-
ſtores & doctores. Paſtores & doctores ſimul co-
pulat & connectit: Non ait: alios paſtores, alios do
ctores, ſed alios paſtores & doctores, ſignificās de-
bere illos pręditos eſſe doctrina, qui rempublicam
1.Tim. gubernandam ſuſceperūt. Id quod in epiſtola pri-
3. ma ad Timotheum, & in epiſtola ad Titum in epi
Tit. 1. ſcopi deſcriptione apertiſſimè oſtendit. Apud Plu-
tarchum ait ita Antiſthenes: Non ſolùm ſapientia
præſtare eum par eſt, qui antecedit alios imperio,
ſed religione etiam & pietate. Et Vegetius de arte
militari, Nullus, inquit, eſt, quem oporteat vel plu-
ra, vel meliora ſcire, quàm principem, cuius doctri
na debet omnibus prodeſſe ſubiectis. Prometheus
fuit ſapientia præſtanti: promiϑhias enim idem eſt
quod prudentia. Ideo fictis hiſtoriis dixerunt poe-
tæ hunc fuiſſe hominum creatorem, quòd cùm ſa-
piens eſſet, hominum feritatem & imperitiam ad
humanitatem & ſciētiam traduxerit: vt aſſerit Eu-
ſebius de temporibus. Non eos vocabāt homines,
qui inculti, indocti, ab omni eruditione alienati vi
tam degebant. Eum verò qui eos vagos & errātes
ratione quadam compulit in vnum locum, docuit
inſtruxit, & mites reddidit, hominum conditorem
appellauēre. Vide quantum principi erudito tri-
buerint. Sed debet princeps cum viris ſapiētibus
communicare, & ſermones cōferre, ac philoſophis
doctrina præſtantibus familiariter vti, vt ſciētiam
conſequatur. Hinc natum eſt vetus illud Prouer-
bium: Commercio ſapientium rex ſapit: quod Ze-
nodotus refert ex Aiace Locrenſi: & Plato tribuit
Euripidi. Si princeps fuerit ſapientia munitus, nō
ſolùm dum vixerit, populum in trāquillitate & iu-
ſtitia gubernabit, ſed etiam poſt eius mortem du-
rabit aliquo tempore eius regendi ratio, & guber-
nandi inſtitutio. Vt enim ſol poſt occaſum ſuum *Simile*
non ſtatim lucem penitus abſcondit, quin potiùs
claritatem quandā relinquit, quæ aduentante no-
cte ſenſim euaneſcit, donec tetra caligine penitus
obſcuratur, ſic princeps ſapientia ornatus, & vir-
tutum pręſidio ſeptus, etiam poſtquā excedit è vi-
ta, relinquit pacem & iuſtitiam, & admirabilē illā
gubernandi rationem, quæ aliquādiu durat, donec
ſenſim labefactatur, & adueniente alterius princi-
pis tyrānide penitus conſumitur. Quēadmodum
triremis non ſolū mouetur, dū à remigibus vi bra- *Simile*
chiorū exagitatur, ſed etiā quieſcētibus illis ea cur
rit, & vi prioris impetus aquas ſcindit & ſulcat, ſic
reſpublica nō modò eo rege viuente, qui eā ſapiē-
tis & iuſtitia illuſtrauit, & vi ſuæ virtutis ad ſum-
mam amplitudinē perduxit, rectè gubernatur, ſed
vbi ille migrat è vita, formam illam pręclaram ad-
miniſtrandi aliquo temporis ſpatio conſeruat. Nō
aliam ob cauſam veteres mathematici eruditione
inſignes, dixerunt Iouē & Saturnū eſſe in cœlo cō-
iunctos, nullo eos ſydere diuidente, niſi vt ſignifi-
carent non debere potentiā à ſapiētia ſeparari: per
Iouem enim potentiā, per Saturnum verò ſapien-
tiam intelligebāt. Illa reſpublica poterit dici bea-
ta, quam viri ſapientia præſtantes adminiſtrādam
ſuſcipiunt. Talis eſſet Tyria illa, quam hoc loco ait
diuinus vates fuiſſe à ſapientibus gubernatam, niſi
eorū ſapientia humana fuiſſet, & cum malitia con-
iuncta: de qua ait Apoſtolus: Sapientia carnis ini- *Roma. 8.*
mica eſt Deo. Vera ſapientia cœleſtis eſt, & cū vir-
tute copulata, & vt verbis vtar Lactantij Firmiani
libro primo de diuinis inſtitutionibus, Omnis ſa-
pientia hominis in hoc vno cōſiſtit, vt Deū cogno-
ſcat, & colat. Cùm autē Tyri ſapientes à veri Dei
cultu deuiarēt, & ſceleribus imbuti, in idololatriis
& erroribus intolerandis verſarentur, perſpicuum
eſt eorum ſapientiam fuiſſe potiùs ignorantiā. De
huiuſmodi ſapientibus dicitur in libro Iob: Appre *Iob 5.*
hendit Deus ſapientes in aſtutia eorū, & conſilium
prauorū diſſipat. Et Eſaias, Sapientes, inquit, con- *Eſa. 9.*
ſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. *Rom. 8.*
Prudētia carnis, inquit Apoſtolus, mors eſt. Et ali- *1. Cor. 1.*
bi: Scriptum, inquit, eſt enim: Perdā ſapientiam ſa-
pientium, & prudentiam prudentium reprobabo.
Et rurſus: Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud *1. Cori.*
Deum. Non eſt vera ſapientia ea, quæ eſt à fide, ſpe, *3.*
& charitate ſeparata. Vnde Gentes illæ, quæ fide
carebant, non fuerunt veram ſapientiam conſecu-
tæ: ipſi enim philoſophi confuſionē ſuam aſpicien
tes id aliquando veritate coacti fatebantur. Nam
Socrates, cui Apollinis oraculum primas ſapiētiæ
tribuit: in Apologia planè aſſeruit eſſe mortales ve
ra ſapiētia deſtitutos, & ſe nihil ſcire niſi id ipſum.
Et iudicatus fuit cæteris præſtare, quòd illi, quæ
neſcirent, ſe ſcire putarent, ille ſe nihil ſcire, id vnū
ſciret. Id quod etiam aſſeruit poſteà Carneades.
Hinc fluxit Academicorum ſecta, qui nihil omni-
no aſſerebant: quoniam nullam eſſe ſapientiā exi-
ſtimabant. Hoc ſignificare volentes antiqui dixe-
runt Mineruam, quam ſapientiæ deā finxerūt, vir-
ginem fuiſſe, à nullo homine tactam, vt à nullo co-
gnitam eſſe veram ſapientiam oſtenderent. Quod
ita reuera erat in iis, qui erāt à fide alienati. Demo-
critus

critus & Empedocles, & alij veteres philoſophi aiebant nihil verè percipi, nihil ſciri, anguſtos eſſe ſenſus, imbecillos animos, breuia curricula vitæ, in profundo veritatem eſſe demerſam, opinionibus omnia teneri, nihil ſolidæ veritati relinqui, omnia denique tenebris circunfuſa eſſe dixerunt. Arceſilas, qui altero nomine Arceſilaus appellatur: negabat eſſe quicquam, quod ſciri poſſet, ne illud quidem ipſum, quod Socrates ſibi reliquiſſet. Lælius apud Ciceronem aſſeruit à nemine fuiſſe poſſeſſam ſapientiam, quam Stoici interpretantur. Vide quibus tenebris cooperiebantur homines illi miſeri, qui veri Dei fide carebant. Chriſtus eſt ſa-
Eccl. 1. pientiæ fons, & vt verbis vtar Eccleſiaſtici: fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis. Cùm autem Gentiles hoc Dei verbum ignorauerint, apertè concluditur eos fontem ſapientiæ non cognouiſſe, & ex conſequenti non eſſe veram ſapientiam conſecutos. Et quoniam eam mortales inquirebant, non eſt paſſus Deus eos diutiùs oberrare, aperuit eorum oculos aliquando, & errantibus ac vagis viam adipiſcẽdæ immortalitatis aperuit. Miſit filium ſuum vnigenitum, doctorem cœleſtem, ducem virtutis, fontem ſapientiæ, cuius hauſtu ac potu poſſent homines diuinam philoſophiam comparare, conceptam viſceribus ſitim ſedare, ardoremq́; rerum humanarum reſtinguere. Illi ſunt vera inſtructi ſapientia, qui huic diuino parent præceptori, qui Chriſti Dei noſtri doctrinam ſequũtur, eumq́; pro viribus cum eius gratia imitantur. Chriſtiana philoſophia medetur animis, vanas ſolicitudines detrahit, impiis cupiditatibus liberat, noxios timores expellit. Hæc eſt vitæ mortalium dux, virtutis indagatrix, expultrixq́; vitiorum, quæ conſcientiæ tranquillitatem largitur, & mortis terrorem docet auferendum, & viam oſtendit ad beatitudinẽ ſempiternam comparandam. O mortalium philoſophia magiſtra, ô vera animorum cultura, quid ſine
Hebr. 1. te eſſe potuiſſemus? Chriſte ſancte, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, tu nobis hanc cœleſtem tradidiſti doctrinam, tu nos ad veram ſapientiam inuitaſti, tu vt nobis vitam tribueres, mortẽ ſubire non dubitaſti, ſed te in crucis ara pro nobis hoſtiam cõſtituiſti. Quare nulla erit memoria, nulla vis ingenij, nulla magnitudo obſeruantiæ, quæ tot tantiſq́; beneficiis poſſit vnquã reſpõdere.

Perſa, & Lydij, & Lybies. Perſia regio èſt orientalis, deliciis abundans, quam Ptolemæus lib. 5. deſcribit. Lydia regio eſt Aſiæ minoris Crœſo rege notiſſima, Phrygiæ vicina. Lybia eſt tertia pars orbis, quam Africam vocamus. Ex omnibus his oris conueniebant Tyrum milites ſtrenui, qui eam defenderent, & aduerſus eius hoſtes pugnarent.

Pygmæi. Hi erant homines paruæ ſtaturæ, qui vt Plinius ait lib. 7. cap. 2. ternos dodrãtes nõ excedebant. Ariſtoteles ait eos in cauernis habitare. Verũ pro Pygmæis verterũt ſeptuaginta, cuſtodes. Symmachus, Medos: Aquila tamen trãſtulit Pygmæos.

Carthaginenſes negotiatores. Carthago fuit vrbs Africæ celeberrima, à Didone condita, à Scipione Aemiliano penitus euerſa.

Græcia, & Thubal, & Moſoch. Græcia Europæ regio eſt, omnium bonarum artium quondam mercatura, & Muſarum domicilium: nunc impiis Turcis ſubiecta. Thubal eſt Hiſpania. Moſoch Cappadocia, cuius metropolis appellabatur Mazaca: quę poſteà ab Auguſto Cæſare fuit vocata Cæſaria. Inſulæ & regiones poſt diluuium obtinuerunt nomina à conditoribus & primis occupatoribus, vt in libro Geneſis ſcriptum legimus. Noe habuit Gen. 10.
tres filios, Sem, Chan, & Iaphet. Iaphet habuit ſe- Gen. 6.
ptem filios, vrbium principes & conditores, Go- Gen. 10.
mer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Moſoch, Thiram. Iauã coluit Ioniam & Græciam, Thubal Hiſpaniam, Moſoch Cappadociam: de quibus regionibus hîc loquitur Ezechiel. Gomer habuit quendam filium nomine Thogormam. Iauan genuit Eliſam, Tharſim, Cittim, & Dodanim. Gomer occupauit Galathas, Thogorma Phryges & Troianos, Eliſa Aelios ſiue Italiam, Tharſis Ciliciã, Cittim, Cyprios, Dodanim Rhodios. Filij Cham fuerunt Chus, Meſraim, Phut, Chanaam. Chus conſtituit Aethiopiam, Meſraim Aegyptum, Phut Africam, & Lybiam, Chanaan populum Chananæorũ. Chus habuit filium nomine Saba, vnde Sabæi: & alterum nomine Regma, vnde Regmæi populi in Arabia. Hic Regma habuit filium nomine Dadan, qui conſtituit veteres Idumæos, priuſquã Idumæi appellarentur. Chanaan genuit Sidonem, qui condidit vrbem eo nomine appellatam: & Aradium, qui Aradum inſulam coluit, & Hethęum, & Iebuſæum, & Amorrhæum, & alios, qui populum Chananæorum deſeminarũt. Sem habuit filios Aelam, vnde Aelamitæ, & Perſæ: Aſſur, vnde Aſſyrij, Lud, vnde Lydij: Aran, vnde Aramæi. Aſpicis igitur per Thubal Hiſpanorum conſtitutorem Hiſpaniam ſignificari. Hic Thubal, vt ait Beroſus libro quinto deflorationis Chaldaicæ floruit tempore Nini filij Beli, & Celtiberos, qui nunc Hiſpani vocantur, legibus inſtruxit. D. Hieronymus & Euſebius aiunt eum fuiſſe primum Hiſpanorũ regem. Quod etiã ex Hebræis concedit Ioſephus, quemadmodum ex Chaldæis Beroſus. Prima vrbs Hiſpaniæ, vt aiunt, appellata eſt Thubal ab ipſo conditore nomine deſumpto, quã viri docti eam dicunt eſſe, quæ nunc Setubal appellatur, in hac noſtra Luſitania ſita, ad Occidentem in littore pulcherrimo maris Oceani, circundata muro admirabili, toto iaſpideo. Omnes eius lapides ſunt pretioſi, & magna pars tẽplorum & ædium eſt ex iaſpidibus conſtructa. Prope Setubalum eſt magna quædã ciuitas euerſa, & ſolo adęquata in pulchro illo & ſpatioſo littore, quam incolæ Troiam appellant, vbi hodie multa antiquitatis ſigna conſpiciuntur. Illuc ego me contuli appetitu has ciuitates videndi, de quibus memoranda nonnulla audieram, quæ ibi oculis aſpexi. Sed licèt viri magni contendant, ciuitatem Thubalum à Thubal cõditam eſſe hanc, de qua loquor, in noſtra Luſitania ſitam, non tamen me fugit eſſe nonnullos, qui teſtimonio quodam Pomponij Melæ perperam mea quidem ſententia intellecto, eam in Bætica ſitam eſſe contendant. Eſt autem Bætica pars quædam Hiſpaniæ in tres partes diſtributæ, Tarraconam, Luſitaniam, & Bæticam.

De domo Thogorma. Hoc eſt, de Phrygia quæ fuit poſteà à Troo rege vocata Troia. Vel à Thogorma Troia dicta fuit, & Teucria quæ hodie appellatur Turcia: nam Iudæi noſtri temporis pro Turcia Thogormam dicunt. Diximus paulò antè Thogormam fuiſſe filium Gomer, & Phryges, ac Teucros conſtituiſſe.

Filij Dedan. Id eſt Idumæi. Pro Dedan ſcribunt

nonnulli Dadan, ſed idem eſt. Diximus ſuprà fuiſſe Dadan filium Regmæ, & Idumæam coluiſſe. Hic condidit vrbem quandam in Idumæa, quam à nomine ſuo Dedan appellauit, cuius ſuprà meminit Ezechiel capit. 25.

Hebeninos. Hebenus eſt arbor in India & Aethiopia naſcens, quæ, vt ait Plinius libro duodecimo, capi. 4. dureſcit in lapidem.

Guttam. Lachryma eſt ab arbore quadam fluens in Libya, quæ deſtillans decidit in ſubiectam arenam, vbi in grumos inſtar thuris cócreſcit. Eſt odorifera, & appellatur etiam ammoniacum, ſiue ammonica. De ea dicitur in pſalmo: Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis. Vbi Baſilius ait guttam eſſe ſpeciem myrrhæ tenuiſſimam: ex hoc enim aromate contuſo omne quod exit liquidum in guttam ſeparatur, reliquum, quod reſtat craſſius appellatur myrrha. Dioſcorides aſſerit eá eſſe eximiam guttam, magniq́ue pretij, quæ ex myrrhæ flore exprimitur. Eius meminit Eccleſiaſticus, dicens: Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris: & quaſi ſtorax, & galbanus, & vngula, & gutta.

Pſal. 44 · *Eccl. 24*

Scutulata, & byſſum. Scutulata ſunt veſtes habentes quoſdam orbes, quaſi ſcutulis diſtinctos, quales habet ſericum Damaſcenum. Sunt qui exiſtiment eſſe indumenta variis coloribus depicta. Byſſus genus eſt lini tenuiſſimi, ex quo delicatiſſimæ fiunt veſtes. Sunt qui duas has dictiones ita coniungant: polymitambyſſum.

Chodchod. Dictio eſt Hebraica quam interpretes ferè omnes ita reliquerunt, vt erat in Hebræo: Aiũt nonnulli ex Hebræis ſignificare pretioſas merces, alij exiſtimant eſſe carbunculum pretioſum lapidem: alij margaritam: quos ſecutus Pagninus vertit, vniones.

D Damaſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum in multitudine diuerſarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi, Dan, & Græcia, & Mozel in nundinis tuis, propoſuerunt ferrum fabrefactum, ſtacten, & calamum, in negotiatione tua. Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum. Arabia, & vniuerſi principes Cedar ipſi negotiatores manus tuæ, cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui. Venditores Saba, & Rema ipſi negotiatores tui, cum vniuerſis primis aromatibus, & lapide pretioſo & auro, quod pro-
E poſuerunt in mercatu tuo, Aram, & Channe, & Eden negotiatores tui. Saba, Aſſur, & Chelmach venditores tui, ipſi negotiatores tui, multiphariam inuolucris Hyacinthi, & polymitorum, gazarúmque pretioſarum, quæ obuolutæ & aſtrictæ erant funibus: cedros quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. In aquis maris adduxerunt te remiges tui, ventus Auſter contriuit te, In corde maris diuitiæ tuæ, & theſauri tui, & multiplex inſtrumẽtum tuum. Nautę tui, & gubernatores tui, qui tenebant ſuppellectilem tuam, & populo tuo præerant, viri quoque bellatores tui, qui erant in te cum vniuerſa multitudine tua, quæ eſt in medio tui, cadent in corde maris, in die ruinæ tuæ.

Damaſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum. Hoc eſt, Damaſcenus negotiatur tecum propter copiam rerum miro artificio effectarum, quæ inter alia præclara videntur. Damaſcus eſt ciuitas florentiſſima, caput Syriæ: & regio ipſa, quæ totam illam Syriæ partem complectitur, quæ adiacet monti Libano, Damaſcene appellatur. Autores ſunt Pomponius Mela libro 1. &. Strabo libro 16.

In vino pingui. Hoc eſt, excellenti. Solet diuina ſcriptura res optimas pingues appellare. Ita in libro Geneſis, capite 27. dicebat Iſaac filio: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ. Præpoſuit cœlum terræ, nam per rorem cœli intellexit bona animi, per pinguedinem terræ ea, quæ in terra electa ſunt & optima ad corpus pertinentia. Capite etiam Geneſis 45. vbi nos habemus: Vt comedatis medullam terræ, habet litera Hebraica: Vt comedatis pinguedinem terræ. Et capite 49. eiuſdem libri, id quod habet editio vulgata: Aſer pinguis panis eius, poteſt verti ex Hebræo: Ex Aſer pingui terra panis eius, Quaſi dicat. Abundabit Aſer omnibus ad vitam neceſſariis, nam terra eius erit electa & frugifera, & frumentum hubertimum producet. Sacrificiũ pingue appellatur illud, quod eſt electum & Deo gratum, vt in pſalmo: Memor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat. Acſi dicat: Gratum ſit Deo munus tuum, & holocauſtum tuum ſit optimum. Quidam vertendum ducunt: Et holocauſtum tuum pingue faciat, nimirum Deus: ſeu pingue æſtimet. Alij vertunt. Et holocauſtum tuum in cinerem conuertat. Vt ſit ſenſus: Immittat Deus ignem de cœlo, qui holocauſtum tuum deuoret & abſumat: atque ita illud gratum ſibi eſſe oſtendat. Eodem modo teſtatus eſt Deus gratam ſibi eſſe primam illam Aaronis oblationem, cuius meminit ſcriptura nono capite Leuitici: & ſacrificium Eliæ, cuius meminit capite decimoſeptimo libri Regum tertij.

Gen. 27. · *Gen. 45.* · *Gen. 49.* · *Pſal. 19.* · *Leu 9.* · *3. Reg. 17.*

Dan, & Græcia, & Mozel. Dan locus eſt, in quo habitauit tribus Dan. Fuit Dan filius Iacob, à quo & tribus, & locus nomen acceperunt. Græcia & Mozel regiones ſunt, quarum habitatores ad nundinas Tyri conueniebant. *Gen. 3.*

Arabia. Regio eſt inter Iudæam, & Aegyptum. Iuxta Plinium triplex eſt Arabia, vna felix, altera Petræa, tertia deſerta.

Cedar. Regio eſt Agarenorum, aduerſus quam vaticinatus eſt Ieremias. Fuit autem Cedar filius Iſmaelis, à quo prouincia nomen accepit. *Ier. 49.* *Gen. 25.*

Ipſi negotiatores manus tuæ. Ideſt, tecum negotiantur manibus mutuò datis.

Venditores Saba. In hac regione regnauit regina Saba, quæ venit viſum Salomonem, De ea dicitur in pſalmo: Reges Arabum & Saba dona adducent. Pro quo alij vertunt. Reges Arabiæ felicis, & reges Aethiopiæ munera honoraria offerent. Quod Tertulianus libro vno aduerſus Iudæos de Magis orientalibus exponit, qui Chriſto aurum, thus, & myrrham obtulerunt, Et, vt ait diuus Auguſtinus

3. Reg. 3. · *Mat. 12.* · *Pſal. 17.* · *Matt. 2.*

libro

libro quarto de ſymbolo ad Catechumenos, non ſolùm hæc, verumetiam animas ſuas obtulerunt Domino.

Chelmach. Paraphaſtes Chaldæus exiſtimat eſſe Mediam. Eſt autem Media regio. Aſiæ terminata à Septentrione mari Hyrcano, à meridie Perſide.

Maltipharium, inuolucris hyacinthi & polymitorum, gazarumq; pretioſarum. Totum hoc poteſt ita verti: In multis generibus rerum, in palliis hyacinthinis, & polymitis, in ſcriniis veſtium pretioſarum.

In aquas multas adduxerunt te. Hoc eſt, ad multas te adduxerunt calamitates. Significari calamitates aquarum nomine oſtendimus capite 24. & 26.

Ventus Auſter contriuit te. Hoc eſt, exercitus Babylonicus: Babylonia enim eſt ad Orientem reſpectu Tyri.

F A ſonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur claſſes, & deſcendent de nauibus ſuis omnes, qui tenebant remum. Nautæ, & vniuerſi gubernatores maris in terra ſtabunt, & eiulabunt ſuper te voce magna, & clamabunt amarè. Et ſuperiacient puluerem capitibus ſuis, & cinere conſpergẽtur, & radent ſuper te caluitium: & accingentur ciliciis. Et plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amariſſimo, & aſſument ſuper te carmen lugubre & plangent te. Quæ eſt vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari impleſti populos, multos in multitudine diuitiarum tuarum & populo-
G rum tuorum ditaſti reges terræ. Nunc contrita es à mari: in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua, quæ erat in medio tui, ceciderunt. Vniuerſi habitatores inſularum obſtupuerunt ſuper te, & reges earum omnes tempeſtate perculſi mutauerunt vultus. Negotiatores populorum ſibilauerunt ſuper te. Ad nihilum deducta es: & non eris vſque in perpetuum.

Conturbabuntur claſſes. Hoc eſt, tantus erit nautarum clamor, vt claſſes omnes maris conturbentur. Verti poteſt ex Hebræo: Conturbabuntur ſuburbia. Tyrus erat inſula prope litus, in littore autem erant ædes ſuburbanæ Tyri, quæ ob horribilem nautarum clamorem turbabantur.

Superiacient puluerem capitibus ſuis. Hoc erat quoddam ſignum doloris & luctus. Cùm capta eſſet arca fœderis à Philiſtæis, ait diuina ſcriptura: Currẽs
1.Reg.4 autem vir de Beniamin ex acie venit in Silo in die
2.Reg.1 illa, ſciſſa veſte, & conſperſus puluere caput. Eodem modo interfecto Saule in prælio, apparuit homo veniens de caſtris Saulis veſte conſciſſa, & puluere conſperſus caput. Id etiam, quod ſequitur: Et cinere conſpergentur, idem ſignificat. Sedere in cinere ſignum erat planctus & miſeriæ. Ideo
Eſai.47 dicebat Eſaias. Sede in puluere virgo filia Babylõ. Quaſi diceret: Indica clariſſima doloris ſigna ciuitas Babylon, quia funditus euerteris. Et Niniue
Ion 3. rex audita Ionæ prophetæ concione indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.

Radent ſuper te caluitium. Hoc erat quoque ſignũ luctus, & mœroris, vt alibi oſtendimus: quẽadmodum etiam accingi ciliciis, ſeu ſaccis.

Quæ eſt vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Hoc eſt, quænam ciuitas fuit vnquam ſimilis Tyro, quę præ timore obmutuit, cùm eſſet in medio maris? Poteſt verti: quæ ſuccisa eſt, ſeu euerſa eſt in medio mari. Vt ſit ſenſus. Nulla vrbs fuit vnquam ſimilis Tyro, quæ cùm inexpugnabilis eſſet in medio maris, fuit tamen expugnata.

Et non eris vltrà in perpetuum. Hoc eſt, annis ſeptuaginta, vt prædixerat Eſaias. Qua de re in fine Eſai.23.
capitis ſuperioris diſſeruimus.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXVII.

De inſulis Italiæ. In Hebraico eſt: De inſulis כתים Cittim. Paraphraſtes Chaldæus habet: De inſulis Apuliæ. Quod cum lectione communi maximè cohæret: eſt enim Apulia Italiæ regio mari Adriatico contermina inter Dauniam & Calabriam in regno Neapolis. Inſulæ Italiæ ſunt Sicilia, Corſica, & aliæ huiuſmodi, ſitæ in mari Mediterraneo, littoribus Italiæ propinquæ. Septuaginta habent. ἀπὸ νήσων τῶν χιττιίμ. Hoc eſt, de inſulis Chettiim. Pagninus: De inſulis Chettiim. Pagninus: De inſulis Cittim. Sunt qui exiſtiment Cittim eſſe numeri pluralis: & ſignificare eos, qui incolunt inſulas maris Ionici & Græci. R. Dauid Kimhi aſſerit eſſe in numero ſingulari, etiam ſi formam habeat pluralem. Ex literis diuinis conſtat Cittim fuiſſe filium Iauan, Iauan autem fuiſſe filium Iapheth: Ia- Gen.10.
pheth autem filium Noe. Habuit hic Iauan quatuor filios, quorum hæc ſunt nomina: Eliſa, Thar-
ſis, Cittim, & Dodanim: vt in libro Geneſis literæ Gen.10.
diuinæ memoriæ prodiderunt: Et ab iis, vt ibi aſſerit diuina ſcriptura, diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis. Et quoniam ex his inſulis quædam eſt Cyprus, exiſtimant nonnulli eam eſſe Cittim. Quam ob cauſam per has inſulas, de quibus hîc loquitur Ezechiel intelligũt Cyprum, & nonnullas paruas inſulas illi ſubiectas. Huc accedit eſſe in Cypro vrbem quandam celebrem nomine Cittium, patriam Zenonis philoſophi, cuius meminit Laertius in eius vita: quam ob cauſam Zeno Citieus appellabatur. Hæ ſunt coniecturæ, quibus inducti nonnulli poſſunt exiſtimare Cittim eſſe Cyprum inſulam nobilem in Carpathio mari ſitam inter Syriam & Ciliciam: hodie Venetiis ſubiectam. At rectiùs eſt meo quidem iudicio, vt per Citiim Italia intelligatur: nam capite vigeſimo-
quarto Numerorum eſt hoc idem nomen Citiim, Numer.
per quod abſque dubio Italia intelligitur: & eam 24.
ob cauſam Latinus interpres pro illo Italiam vertit, dicens: Venient in trieribus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebræos. Verba ſunt Balaam, qui vbi vaticinatus fuit de Chriſti aduentu in mundum, vidit mentis oculis eum eſſe à Iudæis crucifigendum, & eam ob cauſam Iudæos à Romanis vaſtandos tempore Veſpaſiani, & venturum eſſe exercitum ab Italia, qui de Aſſyriis victoriam reportaret, & Hieroſolymam funditus euerteret. Et quoniam exercitus Romanorum vectus fuit nauibus vſque ad portum Iudææ, dixit Balaam: Venient in trieribus de Italia. Sunt enim trieres naues oblongæ, quas Latini à tribus remo-

rum

rum ordinibus trieres vocarunt. Vbi ſeptuaginta
habent: Et exibit de manu Italorum, & affligent
Aſſur, & affligent Hebræos. Paraphraſis Chaldaica
Oncelli ita hunc locum vertit: Et naues venient à
Romanis. Thargum Hieroſolymitanum vertit:
Egredientur copiæ multæ ex prouincia Italiæ vnà
cum multis legionibus Romanorum. Eſt etiam
Dan.11. dictio hæc Citiim apud Danielem capite vndeci-
mo, pro quo etiã noſter interpres Romanos tran-
ſtulit, dicens: Et venient ſuper eum trieres, & Ro-
mani. Quem locum R. Abraham in commentariis
de Romanis etiam interpretatur. Inuenitur quo-
Iere.2. que dictio hæc apud Ieremiam capite ſecundo di-
centem: Tranſite ad inſulas Cetiim: vbi in Hebrai-
co eſt Citiim, non Cetiim. Eodem modo apud
Eſai.23. Eſaiam capite 23. De terra Cittiim reuelatum eſt
eis, & paulò pòſt: In Cittiim eõſurgens trans freta,
Quibus in locis per Cittiim intelligitur Italia,
Quare rectè hoc loco tranſtulit noſter interpres:
De inſulis Italiæ. Beroſus Chaldæus libro quinto
deflorationis Chaldaicæ aſſerit Cittim regnaſſe
apud Ianigenas, à quibus fuit Italus vocatus, Ia-
nigenæ verò appellabantur hi, qui Italiam colebãt
à Iano antiquiſſimo rege denominati: à quo nomẽ
deſumpſit Ianiculus mons trans Tyberim prope
Romam & antiquum oppidum in eo ab eodẽ Ia-
no conditum, Ianiculum vocatum. Hic Italus Cit-
tim authore Fabio Pictore in libro de Aureo ſecu-
lo regionem illam Italiam vocauit. Et ab eo fuit
etiam vocata Cittim, cum anteà Oenotria à Iano
vocaretur: quem enim Aramæi Ianum dicunt, vo-
cant Græci Oenotrium. Duo igitur fuerunt Cit-
tiim, vnus filius Iauan, qui inſulam Cyprum co-
luit, qui fuit Nepos Iapheth filij Noe, alter poſteà
appellatus Italus, qui in Italia obtinuit principa-
tum, à quo regio illa denominata fuit Cittim de
qua loquitur hoc capite noſter Ezechiel. Scribi-
tur autem Cittim cum litera, i, non autem cum li-
tera, e, nam Cethim, quæ per, e, ſcribitur, vrbs eſt
Macedoniæ, cuius meminit ſcriptura capite primo
1. Mach. 1. libri primi Machabæorum.

Senes Biblij. Biblina eſt Thraciæ regio vino excel-
lenti quondam inſignis. Huius regionis ſenes &
viri prudentes, terræ adminiſtratores præbuerunt
nautas ad miniſterium nauium Tyri. Vel loquitur
de Byblo vrbe Phœniciæ, quæ, vt aît Strabo 16.
libro, ſita eſt in excelſo quodam loco non procul à
mari. Eſt etiam quædam parua inſula maris Medi-
terranei vocata Byblis: cuius meminit Plinius li-
bro quarto, capite duodecimo. Quidam vertunt:
Senes Gebal: eſt enim Gebal regio quædam Palæ-
ſtinæ authore Stephano: In Hebraico eſt: Et ſenes
גבל à verbo גבל gabal, quod ſignificat terminare.
Exod.28 Vnde illud Exodi: Facies in rationali catenas ſibi
inuicem cohærentes ex auro puriſſimo: poteſt ver-
ti: Facies in rationali catenas termini opere tortili
ex auro puriſſimo. Catenas termini ſeu terminales
vocat, quia erant in fine & termino pectoralis. Alij
dicũt eas appellari catenas termini, quia erant par-
uæ, & terminatæ magnitudinis. Ab hoc verbo de-
riuatur gebelim, quæ dictio ſignificat dolatores la-
pidum ad terminum & menſuram, dicti à gebul,
hoc eſt, à termino, quòd terminum menſuræ lapi-
dibus imponant. Ita intelligunt nonnulli id, quod
3. Reg. 5. eſt in tertio libro Regum capite quinto: Porrò gi-
blij præparauerunt ligna & lapides ad ædificãdam
domũ. Hoc eſt latomi periti & fabri ſolertes præ-
parauerunt lapides & ligna ad conſtruẽdum tem-
plum Salomonis. Et hunc Ezechielis locum ita
vertendum ducunt: Senes & latomi prudentes in-
ſtaurauerunt in te ruinas tuas. Exiſtimo tamen &
in tertio Regum, & hîc apud Ezechielem Giblios
accipi pro hominibus Gebal, qui erant optimi ar-
tifices, & in nauibus efficiendis, ac ædibus fabri-
candis principatum tenebant.

Dentes eburneos & hebeninos. Pro hebeninis eſt in
Hebraico הובנים hoobenim. Exiſtimant nonnulli
eſſe genus ligni, de quo locuti ſumus in explana-
tione. R. Abraham ait eſſe beſtias quaſdam, ex qua-
rum cornibus fiebant opera elaborata & ſubtilia.
Alij arbitrantur eſſe pauones, inter quos eſt Iona-
thas Chaldæus, & Pagninus Lucenſis. Diuus Hie-
ronymus, ait eſſe ligna nigra pretioſa.

Gutta. In Hebraico eſt: נפך nophec. Pagninus
vertit carbunculum. Eſt autem carbunculus lapis
Exod.28 pretioſus, ſplendidus. In Exodo præcepit Deus, vt
in rationali ſacerdotis eſſent quatuor ordines gem-
marum, in quorum primo eſſet ſardius, topazius,
ſmaragdus, in ſecũdo nophec, ſaphirus, iaſpis. Vbi
pro nophec poſuit noſter interpres carbunculum.
Et ita tranſtulerunt ſeptuaginta, & paraphraſtes
Chaldæus, Quare hoc loco pro gutta poterat trãſ-
ferri, carbunculus. Et nonnulli codices habent ad
marginem gemmam pro gutta. Dictio hæc abſque
dubio, vtrunque ſignificat, & guttã, & gemmam.
Quare rectè vertit interpres noſter. Quid autem
ſit gutta, diximus in explanatione.

Græcia & Mozel. Pro Mozel eſt in Hebraico. מאוזל
meuzal, à verbo אזל azal, quod ſignificat abire, &
1. Reg. 9. tranſire, & proficiſci. Capite nono libri primi Re-
gum, vbi editio vulgata habet: Panis defecit in ci-
ſtariis noſtris, pro defecit, eſt in Hebraico verbum
hoc azal. Ideo poterat locus ille ita verti: Panis
abiit è vaſis noſtris: Acſi diceret: Panem iam non
Deu.32. habemus. Capite 32. Deuteronomij pro azal ver-
tit noſter interpres infirmari, dicens: Videbit quod
infirmata ſit manus, & clauſi quoque defecerunt
reſiduique conſumpti ſunt. Quæ verba poterant
in hunc modum in Latinũ conuerti: Videbit abiiſ-
ſe fortitudinẽ, & nullos eſſe clauſos neminemque
relictum eſſe, qui non ſit in captiuitatem ductus.
Per manum intelligitur fortitudo & robur, per
clauſos ij, qui erant in arcibus concluſi, per reli-
ctos hi, qui à pugna euaſerũt. Eſt igitur ſenſus poſt-
quam Deus oppreſſerit populum, illumque hoſti-
bus tradiderit, miſerebitur eius, cùm eũ aſpexerit
fortitudine deſtitutum, & eius arces expugnatas,
& vacuas habitatoribus, & eos, qui ſuperſtites eua-
1. Reg. 20 ſerint, eſſe in vincula coniectos. Libro primo Re-
gum, vbi communis verſio habet, Sedebis iuxta
lapidem, cui nomen eſt Ezel, exiſtimant nonnulli
dictionem Ezel eſſe ab hoc verbo azal, eſſéque il-
lorum verborum ſenſum: Sedebis prope lapidem
tranſeuntis, hoc eſt, qui indicat viam trãſeuntibus.
Quidam vertunt: Moraberis iuxta lapidem viæ, in-
dicem itineris, quod idem eſt. Cùm igitur verbum
hoc azal abire ſignificet & tranſire: poteſt hic lo-
cus Ezechielis ita verti: Græcia abiẽs, ſiue inquie-
ta, ſiue vagabunda. Erant enim Græci negotiato-
res diuitiarum cupidi, quam ob cauſam huc atque
illuc gradiebantur. Symmachus tranſtulit. Græcia
deferens, vt ſubintelligas merces ad nundinas.

Argumen

Argumentum capitis XXVIII.

Vaticinatur aduerſus principem Tyri, qui cùm in domicilio ſuperbiæ, & in ſede inſolētiæ collocatus omnia ò-xima ſibi attribueret, & arrogaret, incidit in ſummam abiectionem & calamitatem, & ciuitatem ſuam funditus euertit. Inuitatur diuinus vates ad eius miſerias deplorandas. Et poſteà Sidonis euerſionem prædicit. Multa tamen dicit ſub nomine regis Tyri, quæ ad literam de diabolo, eiuſq; ſuperbia & caſu intelliguntur.

CAPVT XXVIII.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis dic principi Tyri: Hęc dicit Dominus Deus: Eò quod eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti: Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris cùm ſis homo, & non Deus: & dediſti cor tuum quaſi cor Dei: Ecce ſapientior es tu Daniele: omne ſecretum non eſt abſconditum à te. In ſapientia & prudentia tua feciſti tibi fortitudinem, & acquiſiſti aurum & argentum in theſauris tuis, in multitudine ſapiētiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicaſti tibi fortitudinem, & eleuatum eſt cor tuum in robore tuo. Proptereà hæc dicit Dominus Deus: Eò quòd eleuatum eſt cor tuum, quaſi cor Dei, idcirco ecce ego adducam ſuper te alienos, robuſtiſſimos gentium: & nudabūnt gladios ſuos ſuper pulchritudine ſapientiæ tuæ, & pollueut decorem tuum: Interficient, & detrahent te, & morieris interitu occiſorum in corde maris. Nūquid
B dicens loqueris: Deus ego ſum coram interficiētibus te, cùm ſis homo, & non Deus, in manu occidentium te? Morte incircunciſorum morieris, in manu alienorum, quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis leua planctum ſuper regē Tyri, & dices ei: Hæc dicit Dominus Deus: Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore, in deliciis paradiſi Dei fuiſti. Omnis lapis pretioſus operimentum tuū, ſardius, topazius, & iaſpis, chryſolithus, & onyx, & beryllus, ſapphyrus, & carbunculus, & ſmaragdus. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, præparata ſunt. Tu cherub extentus, & protegens, & poſui te in mōte ſancto Dei. In medio lapidum ignitorum ambulaſti, perfectus in viis tuis, à die conditionis tuæ donec inuenta eſt iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & eieci te de monte Dei, & perdidi te ô cherub, protegens de medio lapidum ignitorum.

EXPLANATIO.

Eo quòd eleuatum eſt cor tuum. Regis Tyrij ſuperbiam arguit, qui tanta ſe extulit inſolentia, vt Deū ſeipſum vocaret. Deteſtabilis eſt homo ſuperbus, & vt ait Eccleſiaſticus: Odibilis coram Deo & hominibus eſt ſuperbia. *Eccl.10.* Eam ob cauſam illam Deus opprimit: & vt ait diuus Iacobus Apoſtolus: Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Iaco. 4.* Ideo ait Eccleſiaſticus: Humilia valde ſpiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis. *Eccl.7.* Et rurſus: Quid ſuperbit terra & cinis? *Eccl.10.* Et Iob: Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans attonitos habet oculos? *Iob.15.* Cùm Alexander Magnus ad id ſuperbiæ deueniſſet, vt ſolus vellet eſſe totius orbis imperator, & Dario dimidium regni ſui offerenti reſponderet, nec terram duos ſoles, nec Aſiam duos reges ferre poſſe, decreuit vt illum omnes Deum appellarent. At oſtendit ei Deus fragilitatem ſuam: nam cùm in prælio vulnus ſagittæ acciperet in crure, multis occurrentibus, qui ei diuinitatem tribuebāt, dixit: Vos vocatis me Deum, impatibilem, & immortalem, at hic ſanguis oſtendit me eſſe hominem, fragilem, & caducum. Id euenit principi Tyrio; qui cùm ſe efferret in ſublime, ſummamque ſibi poteſtatem vſurparet, tum cognouit ſe eſſe hominem cùm fuit vulneratus, & variis calamitatibus oppreſſus. Cecidit animo, amiſit vires, ruit præceps in ignominiam, & fuit deſperatione penitus labefactatus. Vt oſtrea & cōchylia cum luna creſcunt pariter, & decreſcunt, ſic *Simile* inſipientes homines, qui à mundi pendent opinione nunc ſe ſuperbia extollunt, nunc penitus imbecillitate debilitantur, cum inopinato accidentium rerum euentu ſeipſos mutantes. Nunc turgeſcunt, & intumeſcunt, ſeque magnos iactant: nunc animo fracti quacunque calamitate ſe abiiciunt, & turpiter deprimunt, & paruos oſtendunt. At viri ſapientes ſemper iidem ſunt: & cōtra omnes mundi ictus muniti nihil intolerandum putant, nihil à quo culpa abſit, in malis numerandum ducunt. Ea, quæ habent ſpeciem gloriæ, collecta, ex inaniſſimis ſplendoris inſignibus contemnunt, breuia, fugacia, caduca exiſtimant: verum decus in virtute, & diuini numinis imitatione collocant & conſtituunt. At cùm Tyri princeps à vana & temeraria diuitiarum fiducia penderet, & in mūdi potentia beatitudiné collocaret, ea mutata mutatus eſt, rempublicam ſuam funditus euertit, & ipſe lāguit animo, & cum mundi gloria vires & fortitudinem amiſit. Vide eius ſuperbiæ finem, & ad quam miſerum caſum eum adduxerit eius arrogantia. Humilitas homines ſanctis angelis quodammodo afficit ſimiles, ſuperbia angelos in dæmones conuertit. Superbia turrem contra Deum erexit: ſed illam *Gen. 11.* euertit ille, eaque ædificantium linguas confudit. *Exod. 14.* Hæc obruit Pharaonem in mari rubro, proſtrauit Goliam, ſuſpendit Aman, interfecit Sennacheribum, *1.Re. 17.* *Eſter.7.* euertit Antiochum, Nabuchodonoſorē eiecit è regno, vt fœnū comederet, & cum beſtiis habitaret. *1.Mac.6* *Dan. 4.* Hęc denique regem Tyri ex alto dignitatis faſtigio in profundū ignominiæ barathrum præcipitauit. Non rueret fortaſſe Tyrus, ſi regē haberet prudentia munitum, humilitate præditum, iuſtitia

orna

ornatum, cæteriſque virtutibus tanquam mœnibus ſeptum, quas ſubditi aſpicerent, & imitarentur. *Simile* Quales enim in republica principes ſunt, tales ſolent eſſe & ciues. Vt anima in corpore omnibus membris motum tribuit & vitam, ſic optimi regis prouidentia omnibus regni ſui partibus adeſt, excitans ad virtutem totam rempublicam, eamque tanquam præſens iuſtè gubernans. Duabus rebus dicebat Solon contineri rempublicam præmio & pœna. *Simile* Vt oportet viros virtute præſtantes præmiis afficere, ita flagitioſos pœna multare. Vt medici membrum putrefactum ſæpenumero incidunt, ne alia membra corrumpat, & labefactet: ſic oportet, ſi rempublicam ſaluam eſſe volumus, homines peſtilentes ex illa extirpare, ne corrupti integris, violati caſtis, impij iuſtis labem infringant. Sed nulla debet eſſe in principe temeraria feſtinatio, nulla inconſiderata celeritas, ſed maturitas & pru-*Simile* dentia. Vt enim Saturnus, qui ex aſtris errantibus ſummum obtinet locum, quamuis motu violento & rapto celerrimè circumagatur, motu tamen proprio & ſecundum naturam tardiſſimè mouetur, ſic princeps, & quicunque eſt in excelſa dignitate conſtitutus, quamuis cura & cogitatione debet omnia diligentiſſimè percurrere, vt poſſit omnibus conſulere & prouidere, debet tamen à præcipitatione longiſſimè abeſſe, & cum prudētia magna & deliberatione gubernare. Hoc ſignificare volentes veteres philoſophi bouem pingebant humano vultu præditum cum delphino ſuper caput, per delphinum velocitatem, per bouem tarditatem ſignificantes. In omnibus enim rebus conſilium priùs cum deliberatione, deinde factum cum celeritate, poſteà felices euentus ſpectantur. Sed regnante ſuperbia hæc omnia excluduntur, non enim admittit conſilium, non regitur ratione, expellit æquitatem. Quare in rebus ſecundis & ad voluntatem noſtram fluentibus ſuperbia magnopere cum omni inſolentia & arrogantia fugienda eſt. Si hoc conſiderare & imitari vellet Tyrius princeps, non ſe efferret in excelſum aërem, vnde miſerè in calamitatum mare decideret. Id quod Icaro eueniſſe veteres fictis fabulis memoriæ prodiderunt. Vnde ingenioſus poeta canit: Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis, Icarus Icareas nomine fecit aquas. Cum Phaethon patri ſuo in regno ſucceſſiſſet, illudque ob ſuperbiam & temeritatem perderet, finxerunt antiqui eſſe eum filium Solis, cui pater currum tradidiſſet, vt eius curſum cōficeret, eumque cùm exceſſiſſet viam ſolis ruiſſe, totumque orbem incendio vaſtaſſe. Id accidit regi Tyri, qui ob inſipientiam ſuam regnum à maioribus ſuis partum & cōſeruatum, funditus euer-

Eccl. 10. tit. Verum eſt id quod ait Eccleſiaſticus: Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates habitabuntur per ſenſum prudentium. Et paulò pòſt: Sedes ducum ſuperborum deſtruet Deus, & ſedere

Eſai. 24 faciet mites pro eis. Et Eſaias, Diſſipatione, inquit, diſſipabitur terra, & direptione prædabitur, quia tranſgreſſi ſunt reges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum.

Et dixiſti: Deus ego ſum. Non poterat maior ſuperbia & impudentia excogitari. Hoc vel ſecum cogitauit, vel ore protulit. Duo ſunt, quæ Deus ſibi retinet, vltio & gloria: de primo ait Deus in libro

Deu. 32. Deuteronomij: Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore. Et Eccleſiaſticus: Qui vindicare vult, *Ecc. 28.* à Domino inueniet vindictam. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos: Date locum iræ: ſcriptum eſt *Rom. 12* enim; Mihi vindictam, & ego retribuam dicit Do- *Pſal. 93.* minus. Eam ob cauſam Dominus Deus vltionum appellatur. De ſecūdo autem ait Deus per Eſaiam: *Eſai. 42* Gloriam meam alteri non dabo. Et Dauid primo *& 48.* Paralipomenon: Tua eſt Domine magnificentia, & *1. Para.* potentia, & gloria. Quam ob cauſam eum in pſal- *29.* mo regem gloriæ vocauit, cùm angelos Chriſtum in aſcenſu in cœlum comitantes in hunc modum facit loquentes. Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Vel, vt poteſt verti ex Hebræo: Attollite portæ *Pſal. 23.* capita veſtra, & tollamini portæ, quæ ab æterno fuiſtis clauſæ, & ingredietur rex gloriæ. Vt ſit proſopopœia, figura in literis diuinis non infrequens. *A.* Qui igitur vltionem à contumeliis in ſe iactis ſumere vult, & gloriam ſibi de diuitiis, pulchritudine, ſcientia, & rebus geſtis vendicare, hic Dei officium vſurpat; & Deum ſeipſum appellat. Talis fuit princeps, de quo hîc loquitur Ezechiel. Fortaſſe ob nimiam ſuperbiam volebat, vt ſibi diuinus cultus exhiberetur: quemadmodum Nabuchodo- *Dan. 3.* noſor apud Danielem præcepit, vt omnes ſtatuam eius adorarent. Narrat Suetonius Tranquillus Iulium Cæſarem fuiſſe ad id arrogantiæ perductum, vt ampliores honores humano faſtigio decerni ſibi pateretur, nimirum templa, aras, ſimulacra iuxta Deos & è ſuo nomine menſis appellationem. Fuerunt etiam multi alij ex Romanis imperatoribus, qui diuinitatem ſibi per ſummam inſolentiam tribui voluerunt. Populus verò eos Deos appellabat, & ſummis honoribus venerabatur. Sed quid mirum, cùm Iouem, Saturnum eius patrem, Martem, Venerem, Iunonem, Bacchum, & alios huiuſmodi maxima veneratione coluerint, diuina eſſe numina aſſerentes, quorum acta eos non ſolùm mortales fuiſſe indicant, ſed mortalium omnium teterrimos, & cūctorum ſcelerum maculis notatiſsimos? Illi ipſi hoc fatentur, qui eos Deos prædicauerunt, & eorum res geſtas monimentis mandarunt. Iupiter rapuit Ganymedem, corrupit Iunonem ſororem ſuam, quam & vxorem habuit, & ſororem: in Lædam, Alcmænam, Dianam, Maiam, Danaem, Anthiopam ſtupra, & ſcelera portentoſa patrauit. Nulla erat turpis voluptas, cui non ſuccumberet. Inſuper patrem ſuum vulnerauit, & ea admiſit flagitia, quæ nullæ humanæ leges impunita reliquerunt. Quis erit tam agreſtis, & incultus, & ab omni intellectu alienatus, qui hæc audiens non ipſum vituperet, & morte multandum cenſeat? Et tamen tanta fuit hominum cæcitas, tanta inſania, vt eum, quem funeſtam terræ peſtem, & vitiorum voraginem eſſe crederent, pro ſummo Deo adorarent. Fatebantur Martis cum Venere adulterium, & Vulcani contra vtrunque inſidias, & alios Deos fuiſſe à Vulcano ad ſtupri ſpectaculum vocatos, qui etiam ſcelere & maleficio paſcebantur, & nihilominus tantis tenebris erant miſeri homines circunfuſi, vt quos ea committere crederent, quæ erant peſtilentia & execranda, & ſuis legibus prohibita, & perpetuam ignominiam ſecum ferentia, illos eſſe Deos immortales cenſerent, ad eorum aras ſupplices accederent, eoſque numina ſanctiſſima vocarent. Et non ſolùm homines pro diis co-

luerunt,

luerunt,ſed, vt ait diuus Paulus in epiſtola ad Ro-
Rom. 1. manos, mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei
in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis,
& volucrum,& quadrupedum, & ſerpentium. Et
paulò pòſt,ait: Tradidit illos Deus in reprobū ſen-
ſum. Pro quo vertunt nonnulli in improbā men-
tem,aientes rectiorem eſſe hanc ſuam verſionem.
Gala. 5. Sed mihi magis placet tranſlatio noſtra. Mens e-
nim,quæ dicitur ſpiritus,cōcupiſcit aduerſus car-
nem:& quamuis caro præualeat praua adiuta cō-
ſuetudine,non videtur tamen ſpiritus ipſe, qui eſt
in homine quippiam ſupremum,fieri poſſe repro-
bus,cùm ſemper aſpiret ad bona, & mala deteſte-
tur. Senſus tamen reprobus dici poteſt, per quem
intelligitur intellectus, vt diuus Bernardus in ſer-
mone de intellectu & affectu ait. Ita accipitur in
Sapi. 9. loco illo Sapientiæ: Deprimit terrena inhabitatio
ſenſum multa cogitantem. Nec improbus ſenſus,
ſed reprobus illic dicitur ab Apoſtolo: nā etſi quā
diu quis in crimine lethali Dei permiſſione per-
maneat,ſenſum habeat improbum, quemadmo-
Luc. 22. dum diuus Petrus in trina negatione,non tamē ſta
tim neceſſarium eſt reprobum habere ſenſum,vel
in ſenſum reprobum tradi: quod non niſi obfir-
matis in malitia ſua,& in ſceleribus obſtinatis cō-
uenire videtur. Grauius enim eſt tradi in ſenſum
reprobum,quàm in ſenſum improbum. Quare nō
illis aſſentior,qui vulgatam editionem ab eccleſia
approbatam reprehendūt. Non damno verſiones,
ex quibus fructus vberrimus colligitur, ſed omni-
bus illis eam anteponendam duco, quæ commu-
nis eſt, qua vtitur Romana eccleſia,quæ eſt in cō
ciliis vniuerſalibus approbata. Huiuſmodi eſt ea,
quæ habet: Tradidit illos Deus in reprobum ſen-
ſum. Nónne reprobum habebāt intellectū,qui exe
crandarum impietatum authores tanquam ſancti-
tate pleniſſimos colebant, & in Deos referendos
putabant? Nónne reproba erat in illis vis ratio-
nalis ſecundum inferiorem ſui portionem, cùm ſe
affectu corrupto, firmo cum carne fœdere coniū-
gens, bruta animalia, & res inſenſibiles Deos eſſe
iudicabat? Ait diuus Athanaſius in oratione,quā
habuit aduerſus idola,non apud omnes eoſdem e-
xiſtimari Deos,ſed quot eſſent gentes, totidē Deo
rum genera confingi. Nam crocodilus apud quoſ-
dam, vt Deus colebatur, apud alios habebatur a-
bominationi. Leo apud nonnullos habebatur lo-
co Dei in ſumma veneratione, apud alios vt bel-
Simile lua immaniſſima necabatur. Vt ij, qui Solē ob lip-
pitudinem auerſantur, oculos aperire non auden-
tes delectantur locis vmbroſis & obſcuris,& cùm
ſolem non videant,circūferuntur per multa inuia,
ſic qui verum Deum contemnunt ob animi cali-
ginem,tenebris errorum reficiuntur,& verā illam
ac diuinam lucem non conſiderantes, per multas
opiniones falſas Deorum incedunt. Hæc & multa
alia pulchra, & lectu digniſſima Athanaſius Ale-
xandrinus. Sed ſi inſanum gentiliorum Deorum
cultum, & deplorandam deceptorum hominum
cæcitatem copioſè videre volueris, lege Blōdum
libro primo de Roma triumphante: vbi præter alia
refert ſolitos fuiſſe duces in prælio effigies anima-
lium in galeis ſculptas ferre, & ea animalia, quo-
rum imagines geſtaſſent, parta victoria in Deos re
ferre & adorare. Et ait, dixiſſe Heſiodum poetam,
fuiſſe ſuo tempore in terris triginta Deorum mil-
lia,præter ea quæ poſt eā culta fuerunt. Nam ligna
& lapides,& æra, & infinitas res alias pro diis ve-
nerabātur. Sed illi erant omni ſuperbia & inſolētia
elati qui dum viuerent in terris,ſe Deos faciebant,
ſibique diuinum cultum arrogabant, cuiuſmodi
fuit rex Tyri,cui hoc loco ait Ezechiel: Et dixiſti:
Deus ego ſum.

In cathedra Dei ſedi in corde maris. Hoc eſt, quem
admodum Deus inhabitat lucē inacceſſibilem &
ſecuram, ita ego locum tutum poſſideo: ille in lo-
co cœleſti,ego in vrbe ſublimi. Nemo poteſt ad ci-
uitatem meam me inuito accedere, cùm ſit intra
mare ſita,& vndique munita, tuta, & inexpugna-
bilis. Cor maris medium maris, ſeu intra mare ſi-
gnificat,vt oſtendimus ſuperiore capite.

Cùm ſis homo. Hoc eſt,fragilis,imbecillus,cadu-
cus, miſeriis,laboribus,& calamitatib⁹ obnoxius.
Hoc explicuit Iob planè his verbis: Homo natus Iob. 14.
de muliere, breui viuens tempore,repletur multis
miſeriis,qui quaſi flos egreditur, & conteritur, &
fugit velut vmbra, & nunquam in eodē ſtatu per-
manet. Vide quàm breuiter & apertè hominē deſ-
cribat,omnemq́ue eius imbecillitatē, & vitæ bre-
uitatem complectatur. Et alibi: Memento domine, Iob. 10.
quòd ſicut lutum feceris me,& in puluerem redu- Pſa. 143
ces me. Et pſalmographus, Homo, inquit, vanitati Pſa. 101
ſimilis factus eſt. Et rurſus: Dies mei ſicut vmbra
declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui. Et Salo-
mon in Eccleſiaſte: Cuncti dies hominis dolori- Eccl. 2.
bus & ærumnis pleni ſunt,nec per noctem mente
requieſcit: & hoc nónne vanitas eſt? Cùm quidam
Philoſophus interrogaretur,quid eſſet hominis vi
ta,mouit ſe ſubitò in orbem,& ſtatim diſparuit, ſi
gnificans eſſe breuiſſimum circulum, non quietū
ſed perturbatum,& laboribus plenū. Volens Ioā-
nes Damaſcenus hoc idem oſtendere: hac vtitur ſi-
militudine ab Antonino in primam partem theo-
logalem relata. Fugiens quidam à facie rhinocero
tis ſæuiſſimi animalis, ne ab illo deuoraretur, inci-
dit in quoddam profundum barathrum: & ruens,
arbuſculam quandam manibus apprehendit,& in
baſi lubrica & inſtabili pedes affixit. Reſpiciēs ve-
rò vidit duos vermes, vnum album, alterum nigrū,
radicem fruticis, quem apprehenderat, continuò
corrodentes, & propè reſecantes. In imo autem
barathri vidit draconem terribilem,ſpirantem ig-
nem,apertis faucibus ipſum deglutire cupientem.
Cùm autem oculos extolleret,exiguúmque mellis
in fruticis ramis aſpiceret, oblitus periculorū,qui-
bus erat vndique cinctus,totum ſe voluptati de-
dit,mel illud exiguum ſuauiſſimè guſtans. Rhino-
ceros eſt mors, quę hominem ſequitur, & appre-
hendere cupit,vorago eſt mundus malorum mul-
titudine plenus,qui,vt ait diuus Ioannes, totus in Ioan. 5.
maligno poſitus eſt: arbuſcula eſt vniuſcuiuſque 1. Ioa. 5.
vita, quæ per dies & noctes tanquam per vermes
albos & nigros corroditur,& conſumitur: baſis lu
brica eſt corpus fragile & caducum: draco terribi-
lis eſt infernus omnes deuorare deſiderans: dulce-
do ramuſculi melliti eſt fallax mūdi voluptas, quā
deliniti mortales ſeducuntur, ne pericula, quibus
ſunt expoſiti, intueantur. Et ita cùm voluptas vin-
cat rationem,blandæq́ue deliciæ,quę celeriter de-
floreſcunt & conſumuntur, homines teneant im-
peditos, illiq́ue ſeipſos libentiſſimè tradant peſti-
feris mundi oblectationibus & illecebris,nō vidēt

 ſe eſſe

ſe eſſe è vita exceſſuros. Et hoc modo conſumpta arbuſculæ radice, corrupta, & euerſa baſe terrena in voraginem præcipitantur, & à leonis faucibus abſorbentur. Si volueris planè hominis miſeriam & fragilitatem intueri, lege ea, quæ literis mandauimus, verba illa ſecundi capitis huius diuini vatis explanantes: Fili hominis ſta ſupra pedes tuos. & commentaria noſtra in quadrageſimum caput Eſaiæ, vbi verba illa explicuimus: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri.

Et dediſti cor tuum, quaſi cor Dei. Hoc eſt, exiſtimaſti diuinum eſſe cor tuum, eique diuinam tribuiſti ſapientiam.

Ecce ſapientior es tu Daniele. Ironia eſt. Eodẽ modo poſtquam Adam funeſtas epulas comedit, ad Gen. 3. quas eum Heua inuitauit, dixit Deus: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt ſciens bonum & malum. Cùm quondam tractabatur de eximia ſapientia, afferebatur in mediũ Daniel quaſi loco prouerbij: fuit enim admirabili ſapientia præditus, vt ex eius libro apertiſſimè conſtat. Poteſt hoc legi per interrogationem.

1. Cor. 3 *In ſapientia.* Quæ erat apud Deum ſtultitia, quoniã erat à virtute ſeiuncta. Initium enim ſapientiæ Pſa. 101 timor domini. Sapientes huius ſeculi inſipientes Eſai. 5. ſunt: de illis ait Eſaias: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Et Ieremias: Sapientes ſunt, vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt. Et diuus Paulus in epiſtola Rom. 8. ad Romanos: Prudentia carnis mors eſt, prudentia autem ſpiritus vita & pax. Quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo, legi enim Dei nõ eſt ſubiecta. Vel vt poteſt verti ex Græco: inimicitia eſt Deo. Et ita vertit Eraſmus. Sed Origenes legit inimica eſt Deo, quẽadmodum eſt in editione vulgata. Eodem modo Theophylactus. Et ex Latinis Hieronymus & Auguſtinus. Quare eſt verſio noſtra cõmunis hoc in loco, imò in omnibus tranſlationibus aliis præferenda, cùm ſit à cœtu omnium doctorum recepta, & ab eccleſia cõprobata, & omnibus aliis grauior, conuenientior, & præſtantior.

Feciſti tibi fortitudinem. Hoc eſt, paraſti milites fortitudine præſtantes. Vel conſtruxiſti mœnia, & arces munitiſſimas, & fortiſſimas. Quidam vertũt: Paraſti tibi diuitias. Mundus enim fortitudinem in opibus conſtituit.

Adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos gentium. Hoc eſt, Chaldeos, qui cæteris hominibus præſtant robore & fortitudine.

Nudabunt gladios ſuper pulchritudinem ſapientiæ tuæ. Hoc eſt, ſuper Tyrum ciuitatem tuam, quam ſapientia tua pulchram feciſti, & variis mœnibus & ornamentis decoraſti. Vel ſuper te, qui ſapientem te eſſe arbitraris. Ac ſi dicat: Perdent tuam pulchram ſapientiam.

Et morieris in interitu occiſorum in corde maris. Hoc eſt, morieris vulneribus confoſſus in vrbe tua, quę eſt in medio maris ſita, quam tu inexpugnabilem putabas, & in qua fiduciam tuam figebas. Vel ſic: Vbi fueris hoſtium gladiis traiectus, proiicieris in cor maris, vbi ſepelieris. Mare erit frigidum & inquietũ ſepulchrũ tuũ, vbi à piſcibus deuoraberis, in quorum vẽtre erit cadauer tuum miſerè ſepultum. Vide obſecro ſuperbi regia infeliciſſimum finem: & alta mente conſidera, in quam miſerã calamitatem fuerit eius inſolens potentia conuerſa. Vidit vrbem ſuam euerſam, opes ſuas direptioni commiſſas, & ſeipſum inimicorũ telis traiectum, qui eum in profundũ maris gurgitem proiecerũt. Quid illi profuit potentia, quid ſapientia, quid opum abundantia? Meritò dixit Salomon: Vanitas Eccle. 1. vanitatum, & omnia vanitas. Et rurſum: Riſum re- Eccl. 2. putaui errorẽ, & gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis? Moriuntur potentes, & aiunt in inferno: Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa ſi- Sapi. 5. cut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Extulit ſe princeps Tyri in ſuperbiam, ſed eum dedit Deus paſtũ piſcibus. Eodẽ modo de Pharaone ait diuinus pſaltes cum Deo loquens: Tu confregiſti capita draconis, dediſti eum eſcã populis Aethio- Pſa. 73. pum. Et in alio pſalmo: Deieciſti eos, dum alleuarentur. Quomodo facti ſunt in deſolationẽ? ſubitò Pſa. 72. defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuã. Et ſi impij valuerunt potentia, omniũq; affluẽtibus rerũ copiis floruerunt, tamen eorũ exitus infelix fuit, fluxit eorũ proſperitas, euanuit eorũ memoria, obſcurata eſt eorũ claritas & nominis amplitudo & ipſi fuerunt tandem in æternas pœnas præcipitati. Hanc eorum miſeriam expreſſit Eſaias, alloquens Eſa. 14. iis verbis Nabuchodonoſorem: Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum, ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuũ erunt vermes. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris? Corruiſti in terrã, qui vulnerabas gentes, &c. Cõfert diuinus vates regem Babylonis cũ Lucifero, qui ob ſuperbiam ſuam de dignitate, in qua fuerat conſtitutus, decidit in infernum.

Nunquid dicens loqueris: Deus ego ſum coram interficientibus te? Quaſi dicat: non. Tunc te eſſe hominẽ fateberis, cùm te ſummis ærũnis preſſum videris.

Morte incircunciſorum morieris. Hoc eſt, mors tua erit infeliciſſima, non ſolùm tẽporalis, ſed æterna. Morieris, quemadmodum mori ſolent homines ſceleribus imbuti, qui fide carent, & à veri Dei cultu ſunt omnino alienati. Incircũciſos appellat Gentiles qui nec corpore, nec animo circũcidebantur. Incircunciſi etiam appellabantur Iudæi illi, qui etſi erant corporis circunciſione à Gẽtibus diſtincti, cor tamen non circuncidebant, nec malas cogitationes, & impia facinora reſecabant. In Deu- Deu. 10 teronomio ſunt hæc Dei verba literis mãdata: Cir- Eſa. 1. cuncidite præputium cordis veſtri. Et apud Eſaiã: Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Et apud Ieremiam: Vſquequo morabun- Iere. 4. tur in te cogitationes noxiæ? Vnde diuus Stephanus in oratione, quam habuit apud Iudæos, Dura, Act. 7 inquit, ceruice, & incircũciſi cordibus & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. In libro Deu- Deu. 21. teronomij ſunt hæc verba literis cõſignata: Si mulierem pulchram poſt bellũ victis hoſtibus captã voluerit, qui eam ceperit, habere vxorem, introducet in domum ſuam: quæ radet cæſariem, & circũcidet vngues, & deponet veſtem, in qua capta eſt, & flebit patrem & matrẽ menſe vno: & ſic erit illi vxor. Mulier hæc anima noſtra eſt, pulchra Dei imagine decorata, quam victo mundo, & tenebrarum principe eiecto foras Chriſtus cepit in prælio paſſionis ſuæ: Hæc ſi Chriſto cupit deſponſari, in eius domum, hoc eſt eccleſiam, debet per fidem introduci. Deinde pilos ſuperuacanearum & inutilium cogitationum eſt diligẽter abraſura, & vn-

gues

gues, hoc eſt prauarum actionum ſordes circūciſu
ra. Sed opportet deponere veſtem, hoc eſt veterē
peccādi conſuetudinem relinquere, iuxta id, quod
Ephe.4. ait diuus Paulus: Deponite vos ſecundum priſti-
nam conuerſationem hominem veterem, qui cor-
rumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouami-
ni autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum
hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iu-
ſtitia & ſanctitate veritatis. Demum ob patris &
matris ſeparationē, quòd ſe à Dei, & eccleſiæ præ-
ceptis aliquando ſeparauerit, vim lachrymatū pro
fundat. Anima hoc modo circunciſa erit per cha-
ritatem Chriſto copulata. Ipſe etiam Chriſtus vo-
luit octauo die circuncidi, quia nos erat ſuo ſan-
guine redempturus. Inſignis mercator nūdinis ma
Luc.2. gnis cùm ab alio etiā noto mercatore merces emit,
Simile non ſtatim pretium omne perſoluit: ſed relicto ſi-
gno, ſoluta parte aliqua pretij, cùm poſteà fiūt nun
dinæ, reliquum perſoluit. Hic mundus eſt empo-
rium, ad quod venit ex cœli faſtigio filius Dei cœ-
leſtis ille mercator, vt animas noſtras emeret ſuo
ſanguine: Octauo die partem eius diſperſit in no-
ſtræ redemptionis ſignum, & pretium, ſed poſteà
in crucis nūdinis totum ipſum profudit, & in pre-
tium emptionis noſtræ perſoluit. Ideo ait diuus
1.Cor.6. Paulus in epiſtola prima ad Corinthios: Empti e-
nim eſtis pretio magno. Et diuus Petrus in prima
1.Pet.1. ſua canonica: Non corruptibilibus auro & argen-
to redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione pa-
ternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni
immaculati Chriſti, & incōtaminati. Hic eſt agnus
Iere.11. ille, qui dixerat per Ieremiam: Ego quaſi agnus
Simile manſuetus, qui portatur ad victima. Solent ali-
quando periti medici, cùm ægrotus totius corpo-
ris torpedine laborat, capitis venam ſcindere, vt
Coloſ.1. ſanguinis effuſio poſſit corpus morbo illo leuare.
Chriſtus eſt caput noſtrum, vt ait diuus Paulus,
nos autem membra: ſcinditur vena capitis, vt to-
tum corpus ſanetur, patitur Chriſtus, vt genus hu
manum redimatur. Cùm venit plenitudo tempo-
Gala.4. ris, ait Apoſtolus, miſit Deus filium ſuum factum
ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege e-
rant, redimeret. Mortuo autem Chriſto, mortua
eſt corporalis illa circunciſio, & euangelio pro-
mulgato non, ſolùm mortua eſt, ſed mortifera: nā,
Gala.5. vt ait diuus Paulus in epiſtola ad Galatas: Si cir-
cuncidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt. Reli-
ctum eſt nobis id, quod illa adumbrabat nimirum
baptiſmus, & vera cordis ſuperfluitatum reſectio.
Iere.4. Id præuidens Ieremias, has voces emiſit: Nouate
vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas: circun-
cidimini domino, & auferte præputii cordiū ve-
Ier.19. ſtrorum. Et rurſum: Ecce dies venient, dicit domi-
nus, & viſitabo ſuper omnem qui circūciſum ha-
bet præputium: Aſpicis igitur circunciſionem
Deo gratam ſpiritualem eſſe, rerumque inutilium
& peſtilentium amputationem. Fuit circunciſio
corporalis neceſſaria ad ſalutem ante aduentum
Chriſti, at nunc peſtilens eſt, ſed nihilominus ab
impiis & pertinacibus Iudæis obſeruata, qui incir
cunciſi appellantur, quòd non reſecent flagitia,
impietatem, & perfidiam.

Leua planctum ſuper regem Tyri. Inuitatur pro-
pheta ad regis Tyri mortem lugendam, eiuſque lu
ctuoſam perniciem deplorandam. Pium eſt mor-
Gen.23. tuos deplorare. Nam diuina oſtendit hiſtoria ve-
niſſe Abraham in ciuitatem Arbeæ, vt vxorem
ſuam Saram, quam ſingulari amore fuerat proſe- *Gen.37.*
cutus, mortuam lugeret. Iſaac matrem ſuam fleuit
& Iacob ſciſſis veſtibus luxit Ioſeph filium ſuum, *Gen.50.*
quem è vita migraſſe arbitrabatur. Ipſe autem Io-
ſeph, cùm cognouit patrem ſuum Iacob clauſiſſe
ſuum diem, flens & deoſculans eum prorupit in
lachrymas, pro quo factus fuit planctus ſeptua-
ginta diebus. Filij Iraelis videntes Aaronem ex- *Nu.20.*
ceſsiſſe è vita, eum deplorarunt triginta diebus, &
totidem Moyſem in Campeſtribus Moab. Dauid *Deu.34.*
ille, quo nemo tunc ſapientior, nemo charitate illu
ſtrior, nemo pietate præſtantior, non ſolùm mor-
tem Ionathæ, quem ſingulari comprehenderat a-
more, ſed Saulis, qui eum afflixerat, & ad excidium *2.Re.1.*
vocauerat, fuit lachrymis & lamentis proſecutus:
& filium ſuum Abſalonem acerbiſsimo luctu de- *Ioan.11.*
fleuit. Martha etiam & Maria Magdalena ſorores
Lazari, eius mortem deplorarūt. Et in Actis Apo-
ſtolorum: Euangelio coruſcante fecerunt fratres *Acto.8.*
Stephano protomartyri planctum magnum. Et *Eccl.22.*
Eccleſiaſticus ait: Supra mortuum plora, defecit
enim lux eius. Sed quia oportet calamitates tole-
ranter ferre, nihilque quod accidere poſſit, intole-
randum putare, monet ſtatim, ne nimis & abſque
temperantia lugeamus, dicens: Modicum plora
ſuper mortuum, quoniā requieuit. Memoriæ pro-
ditum eſt diuum Ambroſium lachrymas contine-
re non poſſe, cùm alicuius iuſti viri mortem audie-
bat, tum quòd præceſſerat ad præmium, tum quòd
ablata eſſet à fidelibus talis colūna. Nec repugnat
hoc verbis illis diui Pauli in prima ad Theſſaloni- *1.The.4.*
cenſes epiſtola: Non contriſtemini de dormien-
tibus, ſicut cæteri, qui ſpem nō habent: nam Apo-
ſtolus eos reprehendit, qui deſperatione futuræ
reſurrectionis eos, qui è vita migrabant, intem-
peranter lugebant. Non prohibet amicorum obi-
tum deplorare, moderatè, & affectu pietatis, & hu
manitatis intuitu, ſed deſperationem, & intem-
perantiam reprehendit. Nos qui reditum ad vi-
tam, & animæ immortalitatem credimus, debe-
mus abſorbere dolores, quibus pro amicorum in-
teritu angimur, ne videamur argumentum infide-
litatis præbere in nimia lachrymarum effuſione.
In epiſtola ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ ait ita
diuus Hieronymus: Ignoſcimus matris lachrymis,
ſed modum requirimus in dolore. Si parentem co
gito, non reprehendo, quòd plangis, ſi Chriſtia-
nam & monacham, iſtis nominibus mater exclu-
ditur. Recens vulnus eſt, & tactus iſte quò blan-
dior, nō tam curat, quàm exaſperat: attamen quod
tempore mitigandum eſt, cur ratione non vinci-
tur? Hæc ille. Illud eſt hoc loco aduertendum di- *Deu.34*
xiſſe ſcripturam factum fuiſſe plāctum ſuper Moy-
ſe, non autem ſuper Ioſue eius ſucceſſore. Nam in
Moyſe hoc eſt, in lege vetere per Moyſem ſignifi-
cata omnes ad inferos deſcendebant: in Ioſue ve-
rò, hoc eſt, in euangelio per illum deſignato, cùm
fuit apertus paradiſus, non deſcribitur planctus,
quia iuſtorum animæ ad cœleſtem beatitudinem
cœtu Angelorum comitante ingrediuntur. Meritò
flebant antiqui, quia nondum de cœli faſtigio ve-
nerat Dei filius, qui fontem illum lachrymarum
ſua reſurrectione ſiccaret: meritò lamentabantur,
quia adhuc cœlum clauſum erat, & inferorū por-
tæ patebant. At modò nos qui fide inſtructi, ſancto-

rum animas ſcimus ad cœlum euolare, eorũ mortem moderatè lugeamus, & quód allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ ſummos luctus veſtutate delet, id nos præripere conſilio, & prudentia debemus.

Tu ſignaculum ſimilitudinis. Eius dotes commemorat, & laudibus extollit, vt miſerior appareat eius calamitas: nihil eſt enim infelicius, quàm fuiſſe felicem. Horum verborum hic eſt ſenſus: Tu eras perfecta imago, quam alij imitari deberent: tu eras omnibus numeris abſolutum exemplar. Poterat hoc ita verti ex Hebraico: Tu eras ſigillum figuræ. Et quoniam qui ſigillum imprimit epiſtolę, eam perficit & abſoluit, accipitur ſigillum pro re perfecta in quam debemus oculos conijcere, vt ſimilem alteram faciamus. Quare poterat locus hic ita verti: Tu eras perfecta figura, aut conſummata imago ad imitandum propoſita. Vel poteſt hoc ita intelligi: Et ſi omnes homines ſint ad Dei imagi-
Gen.1. nem & ſimilitudinem creati, tamen in te hoc expreſſiùs apparebat. Loquitur ad literam de rege Tyri, ſed ita, vt etiam de primo Angelo, qui ſuperbia elatus à Deo receſſit, & fuit in æternum præ-
Eſa.14. cipitatus, loquatur. Eodem modo Eſaias ſub ſpecie Nabuchodonoſoris loquitur de Luciferi caſu. Id intuens Cyrillus in Ioannẽ lib.6. cap 6. ait: Quid boni non habuit Lucifer, ſi ſignaculum Dei ſimilitudinis fuit? Propheta ſub typo & nomine regis Tyri, qui membrum erat Diaboli, de Diabolo dicit: Tu ſignaculum, &c. Hæc ille. Loquuntur aliquando diuini vates permiſtim de diabolo & reprobis, quoniam eius ſunt membra. Diuus Gregorius in Moralibus, & habetur de pœniten. diſtinct. 2. principium exponit totum hoc de primo Angelo, quem vocat Behemoth, Luciferum, & cherub, dicens: Licet homo ad ſimilitudinẽ Dei creatus ſit, Angelo tamen quaſi maius aliquid tribuẽs, non eum ad ſimilitudinem Dei conditum, ſed ipſum ſignaculum ſimilitudinis Dei dicit, vt quò ſubtilior eſt natura, eò in illo ſimilitudo Dei credatur expreſſa.

In delicijs paradiſi Dei tu fuiſti Hoc eſt, in magna rerum proſperarum abundantia. Omnia tibi ad voluntatem fluebant. Deſcribit regis Tyri proſperitatem, & deliciarum affluentiam, qui in aula gẽmis coruſcante habitauerat, & margaritis auro incluſis veſtes ſuas adornauerat. Vtitur propheta hyperbolica locutione, & ferè tragica, ad deliciarum & opum regis Tyri explicandam. Eodem modo loquitur diuina ſcriptura in libro Geneſis, cùm ait regionem circa Iordanem irrigari inſtar para-
Gen.13. diſi Dei. Vel ſic: In deliciis paradiſi Dei tu fuiſti, hoc eſt, in ciuitate Tyria quam tu paradiſum Dei eſſe putabas, habitaſti tu, qui te Deum eſſe credebas. Aſſerebas te eſſe Deum, & ciuitatem tuam eſſe paradiſum tuum. Totum hoc refertur etiã ad primum Angelum, qui in deliciis cœli fuit, ex quo ob ſuperbiam ſuam præceps ruit in infernũ. Sed quoniam propheta mentionem facit paradiſi Dei, videtur regis Tyri proſperitatem ſub perſona Adam ſignificare, qui fuit in paradiſo Dei omnibus bonis affluens, ex quo ob peccatum eiectus eſt. Adam etſi non fuit natus in paradiſo, in eo tamen habitauit, quoniam fuit illuc à Deo tranſlatus, Tertullianus libro ſecundo aduerſus Marcionem ita ait: Nemo hominum in paradiſo Dei natus eſt, ne ipſe quidem Adam, tranſlatus potiùs illuc. Auguſtinus ſermone 16. in natali domini Primus, inquit, homo, quo cadente omnes cecidimus, cuius ruina eſt mortalitas noſtra, non eſt natus, ſed factus, patre nullo, nulla matre, ſed Deo operante. Hæc eſt hominis prima conditio, Adam de terra: ſecunda hominis conditio eſt, cum Deus creauit fœminam de latere viri: tertia, qua natus eſt homo ex viro & fœmina: quarta conditio eſt Dei & hominis, qua natus eſt Chriſtus de fœmina ſine viro, Non eſſe autem creatum in paradiſo, ſed illuc tranſlatum, indicant hæc verba ſecundi capitis Geneſeos: Tulit ergo dominus Deus hominẽ, & poſuit eum in para Gen.2.
diſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illũ.

Omnis lapis pretioſus operimentum tuum. Hoc eſt, eras lapidibus pretioſis ornatus. Et ſtatim ponit nouem gemmarũ ſpecies, quoniam nouem ſunt chori angelorum quibus ille primus & ſupremus apoſtata fertur ornatus, quoniã erat ſplendidior illis, & quodãmodo ſuperior. Angeli vt ſimul facti ſunt lux facti ſunt, vt ait diuus Auguſtinus libro 11. de ciuitate Dei. Et æqualis felicitatis omnes ab initio creati ſunt, iuxta eiuſdẽ Auguſtini in eodem libro ſententiam, licet alij alijs ingenij acumine & ſubtilitate præcellerent, vt è Dionyſij ſententia conſtare videtur. Diſtinguit etiam hierarchias angelorũ, & in qualibet tres ordines diſtinguuntur ſecundũ diuerſos actus & officia. Lucifer autẽ eminens inter alios & illis veluti lapidibus pretioſis indutus
appetiuit æqualitatẽ cũ Deo dicens: Ero ſimilis al- Eſai.14.
tiſſimo. Fuit peccatum ſuperbiæ ſuæ in hoc, quòd ad conſequendam ſupernaturalẽ beatitudinẽ ſuã, quæ in plena Dei viſione conſiſtit non, ſe erexit in Deũ tanquam in vltimã perfectionẽ, ex eius gratia deſiderans cum aliis ſanctis: ſed eam conſequi voluit virtute ſuæ naturæ: non ſine Deo in natura operante, ſed ſine Deo gratiam conferente. Et quia habere vltimam beatitudinem virtute ſuæ naturæ omnino abſque gratia alicuius ſuperioris eſt propriũ Dei, apertè oſtenditur, quò ad hoc cõcupiuiſſe angelum Dei æqualitatẽ. Quo fit, vt quò ad hoc appeteret Deo non ſubiici, vt ſcilicet, eius gratia ſupra ſuæ naturæ virtutem indigeret.

Et foramina tua. Hoc eſt, ianuæ tuæ, vel veſtium inciſiones, quæ gemmis iungebantur. Vel per foramina intelligit foſſas auri, in quibus gemmæ includebantur. Senſus eſt: Cum natus es, ſtatim tibi fuerũt omnia præparata, quæ ad regium ornatum & ſummam potentiam pertinere videbantur. Septuaginta habent: Auro repleſti theſauros tuos, & horrea tua in te. Quidam verterunt: Aurum opus tympanorum tuorum, ac fiſtularum tuarum eſt in te. Per foramina fiſtulas intelligunt.

Tu cherub extentus, & protegens. Alludit ad cherubim, qui erant in templi ſanctuario expandentes alas, & arcam teſtamenti tegentes Senſus eſt: Quẽadmodum cherub alas extendebat, & arcam tu-
tabatur, ſic tu dilatabas potentiam tuam, propaga 3. Re. 6.
bas lõgè nomen tuum, illius claritatem per multas regiones celebrando, & vrbem tuam ab hoſtium impetu defendẽdo. Alis tuæ potẽtiæ, & tuorũ exercituum populum tuum fortiter protegebas. Comparat diuinus vates regem cum cherub arcam Dei tegente: nam iuſtus rex debet eccleſiam Dei ſuis alis protegere. At quemadmodum angelus apoſtata creatus ad protegendum ſubuertit inferiores, ſic impius rex conſtitutus ad eccleſiæ defenſionẽ,

eam

eam opprimere conatur. Comparatur autẽ rex Ty
ri huc loco cum cherub, nõ cum ſeraph, quia che-
rub ſignificat plenitudinem ſcientiæ, quæ inflat a-
liquando, ſeraph autem ſignificat feruorem chari-
tatis, quæ ædificat. Ita Diabolus ob ſcientiã appel-
latur dęmõ, dæmo enim græcè idem eſt quod ſcio,
Plato in Cratılo ait dæmones ita à rerum pruden-
tia dici: quẽ ſequitur Capella, & Lactãtius Firmia-
nus libro ſecundo diuinarum inſtitutionum, &
Chalcidius in Timæum Platonis, & diuus Augu-
ſtinus libro nono de ciuitate Dei, vbi ait dæmoni-
bus eſſe ſcientiam ſine charitate, ideo eſſe inflatos
1. Cor. 8. & ſuperbos. Id enim, quod ait diuus Paulus, Sciẽ-
tia inflat, interpretatur ille, quando eſt à charitate
ſeiuncta, nam cum charitate ædificat, & fructus
mirabiles producit.

Et poſui te in monte ſancto Dei. Vt cherub erat in
templo in monte Sione, ita tu in inſula Tyri, vbi te
poſui, & regem conſtitui. Quoniam Hyram rex
Tyri fuit Salomoni multis de cauſis amiciſſimus,
miſitque ad eum ligna cedrina & abiegna ad tem-
3. Re. 5. pli conſtructionem, vt in libro Regum tertio ſcri-
tum legimus, & confetebat ſe Hieroſolymam, vbi
pacifice & honorificè recipiebatur, ideo putant
nonnulli Deum ei hoc dixiſſe: Et poſui te in mon-
te ſancto Dei. Sed hoc videtur longè petitum: rex
enim hic, de quo agitur hoc loco, fuit multò pòſt
Hyram. Poteris per montem ſanctum Dei cœlum
intelligere, & cœleſtem Hieroſolymam, vbi Deus
poſuit angelum Luciferum: nam hoc, vt paulò an-
tè oſtendimus, de illo etiam ſub ſpecie Tyri intelli-
gitur. Hic eſt mons ille, de quo dicitur in pſalmo:
Pſa. 23. Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit
Pſa. 14. in loco ſancto eius? Et rurſus: Domine quis habi-
tabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in
monte ſancto tuo?

In medio lapidum ignitorum ambulaſti. Id eſt, gem
mis fulgentibus ornatus incedebas. Fortaſſe aula
regia erat lapidibus pretioſis aliquib9 in locis ſtru
cturæ decorata. Sunt, qui per lapides ignitos non
quaſcũq; gemmas intelligant, ſed ſolùm carbúcu-
los inſtar luminis micantes. Et in hac ſententia eſt
Ionathas Chaldæus. Alij per gemmas viros intel-
ligũt ingenio excellenti, & doctrina exquiſita, in-
ter quos verſabatur rex Tyrius. Alij exiſtimãt eſſe
lapides pretioſos templi Hieroſolymæ. nã paulò
antè regem cum tẽpli cherub comparauit. Sũt, qui
exiſtiment hos lapides non eſſe gemmas, ſed com-
3. Re. 6. munes lapides templi, qui quoniam erant deaura-
2. Pa. 3. ti, igniti appellantur: ait enim ſcriptura nihil fuiſ-
ſe in tẽplo, quod nõ tegeretur auro. Sed quoniam
totũ hoc de Lucifero etiã intelligitur, poteris per
lapides ignitos angelos intelligere, qui non ſolùm
igniti, ſed ignis appellantur: iuxta id, quod ait pſal-
Pſa. 103 mographus, & refert in epiſtola ad Hebræos di-
Hebr. 1. uus Paulus: Qui facis angelos tuos ſpiritus, & mi-
niſtros tuos ignem vrẽtem. Non ſolùm angeli bo-
ni ſplendidi ſunt, ſed etiã in angelis malis poſt lap
ſum dona naturæ ſplendida mãſerunt, vt ait diuus
Dionyſius capite quarto de diuinis nominibus.

Peccaſti, & eieci te de monte ſancto Dei. Si angelus
Gen. 3. peccauit in cœlo, & Adam in paradiſo, quis locus
erit tutus in terra? Et ſi multi angeli peccarunt, ta-
men cum Lucifero præcipuè loquitur Deus, quia
ipſe fuit ſupremus inter omnes, ita enim ait diuus
Gregorius in homilia de centum ouibus: Primus
angelus, qui peccauit, dum cunctis agminibus an-
gelorum prælatus eorum claritatem tranſcẽderet,
ex eorũ cõparatione clarior fuit. Et præterea eius
peccatum fuit aliis cauſa peccandi, nõ cogens eos,
ſed quadam quaſi exhortatione inducens. Eam ob
cauſam ait diuus Ioannes in Apocalypſi, draconem Apoc. 12
traxiſſe ſecum tertiam partem ſtellarum.

Et eleuatum eſt cor tuum in decore tuo.
Perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo,
in terram proieci te, ante faciem Regum de C
di te, vt cernerent te. In multitudine iniqui
tatum tuarum, & iniquitate negotiationis
tuæ polluiſti ſanctificationem tuã. Producã
ergo ignẽ de medio tui, qui comedat te, &
dabo te in cinerẽ ſuper terrã in comſpectu
omnium vidẽtium te. Omnes qui viderint
te in gentibus, obſtupeſcent ſuper te. Nihil
factus es, & non eris in perpetuum Et factus
eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili homi-
nis pone faciem tuam contra Sidonem, &
prophetabis de ea, & dices: Hæc dicit domi
nus Deus: Ecce ego ad te Sidõ, & gloriabor
in medio tui. Et ſcient quia ego dominus,
cũ fecero in ea iudicia, & ſanctificatus fue-
ro in ea. Et immittã ei peſtilẽtiam & ſangui D
nem in plateis eius: & corruent interfecti
in medio eius gladio per circuitũ, & ſcient,
quia ego dominus. Et non erit vltrà domui
Iſrael offendiculum amaritudinis, & ſpina
dolorem inferens vndique per circuitũ eo-
rum, qui aduerſantur eis, & ſcient, quia ego
dominus Deus. Hæc dicit dominus Deus.
Quando congregauero domũ Iſrael de po-
pulis, in quibus diſperſi ſunt, ſanctificabor
in eis coram gentibus: & habitabunt in ter-
ra ſua, quam dedi ſeruo meo Iacob, & ha-
bitabunt in ea ſecuri. Et ædificabũt domos,
& plantabunt vineas, & habitabunt confi-
denter, cum fecero iudicia in omnibus, qui
aduerſantur eis per circuitum, & ſcient,
quia ego dominus Deus eorum.

Perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo. Hoc eſt, ela
tus ob pulchritudinẽ tuã intumuiſti ſuperbia, quæ
tibi intellectum obſcurauit, & ignorantię tenebris
circũfudit. Aſpicis hîc omnes ſuperbos inſipientes
eſſe. Nam vt ait diuus Paulus: Obſcuratum eſt inſi
piens cor eorũ: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtul
ti facti ſunt. Vbi nomine cordis animus intelli- Rom. 1.
gitur, qua parte carneus factus, ſubſidet iis rebus,
quæ ſenſu percipiuntur: qui ideo obſcuratus eſt,
quia illi ſe à vero ſole auertentes, tenebras ipſas
quæſierũt. Superbia enim inflati eam ſibi gloriam
arrogauerũt, quã Deo tribuere deberẽt. Vnde effe-
ctũ eſt, vt quilibet ſectam inuenire & tueri conare-
tur, vt nominis ſibi celebritatẽ cõpararet. Sed quò
ſe ad altiorẽ ſapientiam perueniſſe exiſtimabãt, eò
denſioribus tenebris offundebantur, Eos alloquẽs
Eſaias aiebat: Væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris.
Quẽadmodum Narciſſus tribuẽs ſibi eximiã pul-
chritudinis prę̃ſtantiã, vt eſt fictis hiſtoriis proditũ Eſa. 5.

memoriæ vidẽſq; ſeipſum in fonte quodã, tã ardenti amore imaginis ſuæ cõſpectæ captus eſt, vt cõtabeſceret, & in vanũ florẽ cõuerteretur, ſic vani philoſophi excellentẽ ſibi ſcientiã arrogantes, vidẽtes ſe in ſpeculo vanitatis, tã incredibili ſui amore flagrarũt, vt penitus euaneſcerẽt. Noluerũt oculos in Deũ conicere, ſed terrã deorſum intueri voluerũt, nõ quæſirũt fontẽ vitæ & ſapientiæ, qui De⁹ eſt, ſed fontẽ mortis & ignorãtiæ, & originẽ omnis peccati, quæ eſt ſuperbia, vnde effectũ eſt, vt quaſi humana effigie deſtituti abirẽt in vanitatem, & vt ait
Rom. 1. Apoſtolus: Euanuerunt in cogitationibus ſuis.

In terram proieci te. Hoc eſt, penitus te abieci, &
Thre. 2. decus tuũ in ignominiã commutaui. Ita Ieremias in ſecunda lamentatione, Proiecit de cœlo in terram inclitam Iſrael. vel, vt poteſt verti ex Hebræo gloriam Iſraelis. Apud Ciceronem detrahere aliquem de cœlo eſt obſcurare eius ſplendorem, & extinguere eius famam.

Polluiſti ſanctificationem tuam. Id eſt, contaminaſti virtutem tuam. Sunt, qui per ſanctificationem intelligãt templũ Salomonis, cui aiũt hoc loco aulam regis Tyri in ſtructuræ magnificentia, auro, & ornamentis comparari. Vel ſic: Maculaſti tu ô Lucifer ſanctitatem tuam. Omnes enim angeli in gratia creati ſunt, quam ob ſuperbiã multi amiſerunt.

Producam enim ignem de medio tui, qui comedat te. Alloquitur vrbem, cui ſui ciues excidium machinati ſunt. Labefactata æquitate, humanę ſocietatis conciliatrice, amittitur pax, & ſuccedit diſcordia, malorum multorum inuentrix, & tranquillitatis expultrix, & totius reipublicæ pernicies. Hoc fuit à Tyriis ſatis perſpectũ & exploratum. Nam cùm eſſent inter ſe diſcordes, & in varias ſententias diſtracti, & odio incenſi, inuicem ſibi perniciem machinabantur. Hinc euenit, vt nõnulli ex illis ad Babylonios confugerent, eóſque ad euertendã Tyrũ excitarẽt. Hoc odium appellat Ezechiel ignem de Tyria republica productum, qui eam combuſſit. Vel ad literam loquitur de igne, quo Tyrus flagrauit: fuit enim fortaſſe incendio abſumpta & combuſta.

Dabo te in cinerem ſuper terram. Non ſolũ igne flagrabis, vt maneas carbo, ſed tota in cinerẽ redigeris.

Pone faciem tuam contra Sidonem. Hoc eſt, vaticinare aduerſus eam. Eſt Sidon vrbs Phœniciæ, cuius ciues, vt aiunt, Tyrum condiderunt. Eſt igitur Tyrus colonia Sidonis, quemamodum Carthago colonia Tyri. Ioſephus ait dictam eſſe Sidonem à Sichem filio Canahan, & ab Hebræis Sichem appellatam fuiſſe. Euſtathius tamen à Side Beli filia dictam putat Sidonem.

Glorificabor in medio tui. Hoc eſt, in euerſione tui victor glorioſus apparebo. Tot vitiis eſt cõtaminata, vt homines me laudibus efferant, & potentiam meam pleno ore celebrẽt, cum te per Babylonios deleuero.

Et non erit vltrà domui Iſrael offendiculũ amaritudinis. Poſtquam euerſa fuerit Sidon, manebunt Hebræi liberi à calamitatibus, quibus à Sidoniis opprimebantur. Erant Sidonij acerrimi Hebræorum hoſtes, & in illos ſæpe ventos excitabant. Pomponius Mela libro primo, capite duodecimo vocat Sidonem opulentam, & maximam vrbium maritimarum.

Quando congregabo domum Iſrael. His verbis promiſit Deus congregaturũ ſe eſſe Iſraelitas in Babilonica captiuitate detentos, eoſq; in patriam ſuam reducturũ. Quod ita euenit, cùm Cyrus facultatẽ illis dedit redeũdi in terrã promiſſionis, & Hieroſo- 1. Eſd. 1.
lymam inſtaurandi. Sed hæc requies, quã Deus hîc promittit Iſraelitis, potius eſt ſpiritualis, quàm corporalis. Hieroſolyma eſt eccleſia, Babylon mũdus idolorum plenus, à quo Chriſtus eos, qui eum credere voluerunt, abduxit, & in eccleſia collocauit, vbi poſſent in animi quiete & ſecuritate viuere reſtincto peſtilentium cupiditatum ardore. Verè Iſraelitæ ſunt veri Chriſtiani, tranquilli & quieti. Ad hãc tranquillitatem nos vocat & inuitat Chriſtus
Deus noſter apud Matthæũ dicens: Venite ad me Mat. 11.
omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã vos: & inuenietis requiẽ animab⁹ veſtris. aduerte, non ait: & inuenietis requiẽ corporibus veſtris ſed animabus. Non nos Deus ad carnis delicias inuitat, ſed ad animi tranquillitatẽ, quæ non in regione mortis, non in falſis voluptatibus, non in peſtilentibus flagitiis, ſed in mũdi contemptione, in vera virtute, & in Chriſti imitatione conſiſtit. Hoc intelligens diuus Auguſtinus in libro confeſſionum deceptos mortales in mũdi peccatis requiem quærẽtes iis verbis alloquitur: Nõ eſt requies, vbi quæritis eam: quærite, quod quæritis: ſed ibi non eſt, vbi quæritis. Vitã beatã quæritis in regione mortis: non eſt illic: quomodo enim beata vita, vbi nec vita? Hæc ille. Vocat Chriſtus omnes laborantes ſub ſarcina peccatorum: nihil enim grauius peccato.
Vnde Zacharias propheta, Ecce, inquit, talentum Zac. 5.
plumbi portabunt, & ecce mulier vna ſedens in
medio amphoræ: & dixit: hæc eſt impietas. Et Da- Pſal. 37.
uid: iniquitates meæ ſupergreſſę ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Et paulò pòſt: Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſq; in finẽ. Cognoſcẽs peccator põdus ſuorũ ſcelerũ ita frãgitur & debilitatur, vt tãto oneri penitus ſuccũbat, niſi ad diuinã cõfugiat miſericordiã, & ad Chriſtũ accedat, qui omnes ad requiẽ inuitat animarũ. Sed qui in maxima ſui ignoratione verſantur, & errorũ tenebris circunfunduntur, nec grauitatem maleficiorum ſentiunt, nec quãtum abſint à Chriſtianæ philoſophiæ præſtantia cognoſcũt. Ideo Chriſtum non quærunt, portum diuinæ pietatis deſpiciunt, fontem ſuauitatis contemnunt, & amaros ri-
uulos conſectantur. Quid aliud eſt mundus, quàm Eſa. 13.
onus laborum & calamitatũ? Onus Babylonis, ait Eſa. 19.
Eſaias, onus Aegypti. Solus Deus eſt, qui à laboribus liberat, & veram tribuit quietẽ. Hoc intelligẽs Dauid canebat: Iacta ſuper dominũ curã tuam &
ipſe te enutriet. Vel, vt poteſt verti ex Hebræo: Ia- Pſal. 34
cta ſuper dominũ põdus tuum, & ipſe te ſubleuabit: Et diuus Petrus, Omnem, inquit, ſolicitudinẽ 1. Pet. 5.
veſtram proiicientes in Deum, quoniam ipſi eſt cura de vobis. Et Diuus Paulus: Dominus propè eſt,
nihil ſoliciti ſitis. Ac ſi dicat: Reiicite in illum om- Phil. 4.
nia veſtra pondera, qui ait: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.
Cum omnibus veſtris ſolicitudinibus, curis, one- Mat. 11.
ribus, calamitatibus, & tentationibus confugite ad Chriſtum vos ipſos vocantem, eaq; omnia, quæ grauia exiſtimatis, in ſinum diuinæ miſericordiæ reiicitè. Ipſe vos moleſtiis leuabit, & tranquillitatem tribuet, vt nulla vos procellarum vis poſſit de ſpe abducere, nec de gradu firmitudinis vnquam

quam depellere.
Cùm fecero iudicia. Hoc eſt, cùm caſtigauero. Hebraiſmus eſt & frequens in literis diuinis.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXVIII.

In cathedra Dei ſedi. In Hebraico eſt מושב אלהים ישבתי moxau elohim iaxautti. Verbũ iaxeu
ſignificat ſedere, & habitare, vnde moxau ſignificat
cathedrã & habitationẽ. Elohim ſignificat Deũ, &
fortẽ, & principes. Ideo poteſt totum hoc ita verti.
Habitaui in habitatione forti. Hoc eſt, in inſula ſita
in medio maris vndique munita, & arcib⁹ ac propu
Pſa. 1. gnaculis cincta. Similiter illud: Et in cathedra peſti
lentiæ nõ ſedi: poteſt ita transferri: In habitatione
peſtilẽtiũ nõ habitauit. In hanc ſignificationẽ accipit
à pſalmographo, vbi in hũc modũ inducit Deũ
Pſa.131. loquentẽ: Hæc requies mea in ſeculũ ſeculi, hic ha
bitabo, quoniã elegi eã. Quib⁹ verbis voluit Deus
ſignificare ſe eſſe in eccleſia catholica perpetuũ do
micilium collocaturum. Dixerat anteà: Elegit Do
minus Siõ, elegit eã in habitationẽ ſibi. Et ne aliquis
exiſtimaret per Sionẽ intelligi Hieroſolymã
illam terrenam, quã ſcimus fuiſſe poſteà euerſam,
& in cineres redactam, ſubdit ſtatim Dei verba,
quibus ſignificat eſſe hoc de Sione perpetua, hoc
eſt, de eccleſia catholica intelligendum, quæ eſt
ſemper duratura. Ciuitatẽ illã mentis oculis intue
batur diuinus vates, quam diuus Ioannes in Apocalypſi
ait ſe vidiſſe de cœlo deſcẽdentem. Aſpicis
Apo.21. igitur verbum hoc iaxau non ſolùm ſignificare ſe
dere, ſed etiam habitare. Hanc ſignificationem ſecuti
ſeptuaginta verterunt: κατοικίαν θεοῦ κατῴκησα.
Hoc eſt, habitationem Dei habitaui.

Tu ſignaculum ſimilitudinis. In Hebraico eſt: אתה חותם תכנית attah cothẽ chacenit. Dictio thacenith,
ſiue vt alij habent thnenith, ſignificat ſummã, aut
numerum aliorum numerorum: deriuatur enim
à verbo tacan, quod ſignificat numerare, & ponde
Prou. rare, & appendere. Vt in Prouerbiis: Appendit au-
21. tem corda dominus. Acſi dicat: Ille qui ponderat
& expendit hominum corda Deus eſt. Vel qui nu
merat hominum cogitationes. Vnde verba illa
1.Re. 2. cantici Annæ libro primo Regum mandata: Deus
ſcientiarum dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes:
ita poſſunt verti: Deus ſcientiarum
dominus eſt, ab ipſo numerantur cogitationes.
Vel, ab ipſo ponderantur hominum opera & ſtudia.
Sed quoniam particula lo, ſignificat ipſum, &
eſt etiam negatiua, ſignificans nõ, ideo poſſunt ita
verti verba illa: Non ſunt numerata operata eius:
Acſi dicat: Tot ſunt magnifica opera Dei, vt nullo
modo poſſint præ multitudine numerari. Eam ob
cauſã poterat hic locus Ezechielis ita verti: Tu es
ſignaculũ ſummæ: ſeu numeri perfecti. Hoc eſt, tu
perficis totam ſummam, tu es totum ſigillũ. R. Dauid
in commentariis ita hunc locum interpretatur.
Tu es plenus ſapientia: tu es ſigillum ſummæ
& numeri omnium ſcientiarum, gloriæ, & opum.
Ionathas Chaldæus. Tu es ſimilis monetæ figuratæ,
quæ directa eſt in ſapientia, & perfecta in pulchritudine
ſua, Pagninus vertit: Tu ſigillas ſummam.
Septuaginta: Tu es ſignaculũ ſimilitudinis.
Can. 8. Ab hoc verbo eſt cothã pro ſignaculo, vt in Canti
cis: Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuũ, vt ſignacu
lũ ſuper brachiũ tuũ. Quibus verbis ſponſus amo
rem erga ſponſam ſingularem ſignificat: acſi diceret:
Nec me ſepares à corde tuo, nec à manibus
tuis. Quemadmodũ anulus, quo literæ ſigillantur,
non remouetur à manu ſigillantis, ſic nec tu me ſepares
à te. Quicquid cogitaueris corde, & feceris
manibus ſit in me ipſum directũ. Ideo ait ſpõſæ, vt
eũ in manu portet loco annuli ſigilli, quia ſolet ſcri
pturatẽ dilectã nomine annuli in manu ſignificare.
Apud Ieremiam ait Deus: Si fuerit Iechonias filius Iere.22.
Ioacim regis Iuda annulus in manu dextera mea;
inde euellam eũ. Quaſi dicat: Etſi mihi Iechonias
antè fuerit dilectiſſimus, etſi eum fuerim admirabi
li amore proſecutus, & tanquam annulum ſignato
rium pretioſiſſimum in manu mea dextera geſtauero,
tamen ſi in mortifera ſcelera inciderit, ſi frau
des teterrimas commiſerit, illum proiiciam, & in
Chaldæam traducam.

Omnis lapis pretioſus operimentum tuum. Septuaginta
habent: Omni lapide pretioſo indutus es
Quod in idẽ recidit. In Hebraico eſt: Omnis lapis
pretioſus מסכתך meſucathecaià verbo maſae, quod
ſignificat miſcere, vt in pſalmo: Potum meũ cũ fle
tu miſcebam. Ideo poterat hic locus ita verti: Om- Pſalm.
nis lapis pretioſus mistio tua. Vel omni lapide pre 101.
tioſo miſtus es. Poteſt eſſe à verbo ſuc, quod ſignifi
cat ſepire, & circundare. Et tunc erit ſenſus: Se
ptus eras, & redimitus lapidibus pretioſis. Brixianus
habet: Omnis lapis pretioſus tabernaculum
tuum. Alij: Lapis pretioſus vmbraculum tuum.

Tu cherub extentus, & protegens. In Hebraico eſt: את כרוב ממשח הסוכך at cerub mimxach haſocec. Di
ctio cerub deriuatur à carab, & ſignificat figuram:
& cherub, qui erat in ſacrario humanam habebat
effigiem: ob cuius magnitudinẽ & dignitatem rex
appellabatur cherub. Ita ait R. Dauid in libro radi
cum. Eam ob cauſam hic in loco per cherub ex-
tentum regem magnũ interpretatur. Dictio mim-
xach, pro qua noſter interpres vertit, extentus, deri
uatur à verbo maxach, quod ſignificat vngere: vt 1.Re.15.
in libro primo Regum: Me miſit dominus, vt vnge Eſai.21.
rem te in regem. Id quod eſt apud Eſaiam capit. 21:
Surgite principes, arripite clypeum: poterat verti:
Surgite principes, vngite clypeũ. Acſi dicat: Actum
eſt de vita Baltaſſaris regis: eã ob cauſam vos ma-
gnates regem conſtituite, qui ſit populi clypeus.
Diximus alibi in literis diuinis regem clypeũ appellari.
Sunt qui exiſtiment vngere clypeum eſſe
illo loco ſcuta oleo lenire, ne illa penetrent ho-
ſtium gladij. Et ita explanant verba illa Dauidis ſe
cundo libro Regum mandata. Ibi abiectus eſt cly 2.Reg.1.
peus fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnctus
oleo. Solebant enim veteres præſertim nobiles par
mas & ſcuta inungere, vt inimicorum ictibus facilius
reſiſterent. Quanquam per clypeum poſ-
ſit illo loco intelligi Saul, vt ſit ſenſus: Illic occi
ſus eſt Saul, clypeus & defenſor populi, ac ſi non eſ
ſet vnctus oleo, quo reges Iſraelis vngebatur. A
verbo hoc maxach deriuatur mexiach, qui Græ-
cè dicitur Chriſtus, Latinè verò vnctus: vt in
pſalmo: Aduerſus dominũ, & aduerſus Chriſtum
eius. In Hebraico eſt aduerſus dominũ, & aduerſus
Meſſiã eius. Eã ob cauſam poterat hic Ezechielis
locus ita verti: Tu cherub vnctus ſiue rex. Rex e- Pſal. 2.
nim vnctus vocabatur, quòd eſſet oleo vnctionis
delibutus, & quoniam vnctus idem eſt quod
Chriſtus; ideò rex appellabatur Chriſtus. Hinc

1.Reg. 24. effectum eſt, vt Dauid Regem Saulem Chriſtum vocaret, dicens: Non faciam hanc rem domino meo Chriſto domini hoc eſt, Sauli, qui fuit vnctus à domino. Et in pſalmo: Nolite tangere Chriſtos meos, hoc eſt reges ſiue ſacerdotes qui etiã vngebantur. Septuaginta interpretes ita hunc Ezechielis locum verterunt: Præparatus eſt cum cherub vnctus oleo. Thargum habet: Tu rex vnctus ad regnum. Pagninus: Tu cherub magnus tegens. Poterat rectiſſimè verti. Tu cherub vnctus vnguẽto pretioſo. Dictio enim ſocec, pro qua communis editio habet; protegens, poteſt eſſe à verbo ſuc, quod etiam vngere ſignificat: vt apud Danielem: Nec vnguento vnctus ſum. Hæc eſt opinio R. Ionah aſſerentis dictionem ſocec vnguentum optimum ſignificare.

Psalm. 164.

Danie. 10.

Polluiſti ſanctificationem tuam. In Hebraico eſt: Polluiſti מקדשיך mixdaxeca, à verbo קדש cadhax, quod ſignificat ſãctificare, vt in Exodo 29. Omnis, qui tetigerit altare, ſanctificabitur. Significat etiã præparare. Vnde id, quod eſt apud Michæã: Si quis non dederit in ore ipſorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium. poteſt verti: Si quis illis nõ dederit, quod petunt, præparant prælium aduerſus illum. Non dare in ore alicuius Hebraiſmus eſt, vbi os accipitur pro verbo & petitione: & ſignificat totum hoc, negare alicui quod petit. Poteſt nihilominus verbum cadhax accipi illic pro ſanctificare, & rectè quidem. Nam ille dicitur ſanctificare prælium contra aliquem, qui aſſerit iuſtum eſſe prælium illud, ſanctumque eſſe bellum impiis hoſtibus inferre. Illud etiam, quod eſt primo capite Iob: Mittebat ad filios ſuos Iob, & ſanctificabat illos: poterat verti: Mittebat Iob nuntium ad filios ſuos, & præparabat eos: nimirum ad ſanctitatem. Vel ſanctificabat eos, hoc eſt ſuadebat illis abſtinentiam & cæteras virtutes. Hinc codhax ſanctitatem ſignificat, & ſanctificationem. Ita appellabatur locus, vbi erat arca domini, vt in pſalmo: Mittat tibi auxilium de ſancto. Hoc eſt de loco arcæ teſtamenti. Vbi Ionathas habet: de domo ſanctuarij tui. Et in alio pſalmo. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Vel de monte ſanctitatis ſuæ. Hoc eſt, de monte Sione, vbi erat propitiatorium ſuper arcam fœderis, è quò Deus promiſerat, exauditurum ſe eſſe illos, qui preces ad illum ardentes funderent. Aſſerit iis verbis Dauid in grauiſſimis calamitatibus ſuis ad ſanctum Dei templum erexiſſe ſupplices manus, Deumque ei attentas aures ad preces ſuas adhibuiſſe, eumque à periculis, quibus vndique erat expoſitus, liberaſſe. Vel per montem ſanctum Dei intelligit cœlum, quo oculos dirigebat, ad Deum ipſum aſpirans; quemadmodum alibi dicebat: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis, Ab hoc verbo deriuatur nomen hoc micdax, quod ſignificat ſanctuarium, vel aulã regiam. Apud Amos prophetam ſunt hæc Dei verba literis mãdata. In Bethel nõ adiicias vltrà, vt prophetes, quia ſanctificatio regis eſt, & domus regni. Vbi pro ſanctificatione poterat verti ſanctuarium regis. Ita appellabatur mõs Bethel, quia illic erat vitulus aureus, quem impius rex Iſrael pro Deo adorabat. Quidam pro ſanctificatione ſiue ſanctuario regis aulam regis verterũt: exiſtimantes eſſe illic ſitum regis Iſraelis palatiũ. Eodem modo hunc locum Ezechielis interpretãtur. Vbi enim nos habemus: Polluiſti ſanctificationem tuam: habent illi: Polluiſti palatium tuum.

Exo.29.

Mich.3.

Iob.1.

Pſal.19.

Pſal. 3.

Pſalm. 122.

Amos.7.

Argumentum Cap. XXIX.

Prædicit Pharaonis calamitatem, & Aegypti per Babylonios euerſionem. Inducit Deum pollicentem ſe poſt annos quadraginta eſſe Aegyptum reſtituturum.

CAPVT XXIX.

IN anno decimo, decimo mẽſe, duodecima die menſis, factum eſt verbum domini ad me, dicens: Fili hominis pone faciẽ tuã contra Pharaonem regem Aegypti, & prophetabis de eo: & de Aegypto vniuerſa loquere, & dices: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum: & dicis: Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum: Et ponam frænum in maxillis tuis: & conglutinabo piſces fluminum tuorum ſquamis tuis. Et extraham te de medio fluminum tuorum: & vniuerſi piſces tui ſquamuis tuis adhērebunt. Et proiiciam te in deſertum, & omnes piſces fluminis tui. Super faciem terræ cades: non colligeris, nec congregaberis. Beſtiis terræ, & volatilibus cœli dedi te ad deuorandum, & ſcient omnes habitatores Aegypti, quia ego dominus. Pro eo quod fuiſti baculus arundineus domui Iſrael, quando apprehenderunt te manu, & confractus es, & laceraſti omnem humerum eorum, & innitentibus eis ſuper te comminutus es, & diſſoluiſti omnes renes eorum, propterea hæc dicit dominus Deus: Ecce ego adducam ſuper te gladium meum, & interficiam de te hominem & iumentum. Et erit terra Aegypti in deſertum, & in ſolitudinem: & ſcient quia ego dominus. Pro eo quòd dixeris: Fluuius meus eſt, & ego feci eum: idcirco ecce ego ad te, & & ad flumina tua: Dabóque terram Aegypti in ſolitudinem gladio diſſipatam, à turre Syenes vſque ad terminos Aethiopiæ. Non pertranſibit eam pes hominis, nec pes iumenti gradietur in ea: & non habitabitur quadraginta annis. Dabóque terram Aegypti deſertam in medio terrarum deſertarũ, & ciuitates eius in medio vrbium ſubuerſarũ: & erunt deſolatæ quadraginta annis.

A

B

EXPLANATIO.

In anno decimo. Subaudi tranſmigrationis Iechoniæ, & principatus Sedechiæ: tunc enim fuit Sedechias in regia dignitate conſtitutus, cùm Iechonias fuit in Chaldæam tranſlatus. Sed occurrit quædam dubitatio. Quî fieri poteſt, vt hæc viſio facta fuerit anno decimo, cùm viſio, quæ præceſſit, tribus præcedẽtibus capitibus cõtẽta, facta fuerit anno 4.Re.3.

no vndecimo,vt ex principio capitis viceſimi ſexti
apertiſſimè conſtat?præſertim cùm hæc viſio illius
meminerit,vt perſpicuum eſt caput hoc legenti.
Sup.26. Huic quęſtioni reſpondẽdũ puto diuuas viſiones
fuiſſe à prophetis in libris ſuis nõ ſẽper diſpoſitas
iuxta ordinẽ temporis,ſed aliquando ſecundũ re-
gionum connexionẽ. Priùs vidit Ezechiel viſionẽ
hanc Aegyptiæ calamitatis,quã eã,quę tribus prę
cedentibus capitibus mandata fuit,euerſionis Ty
riorum, ſed ideo priùs conſignauit monimentis
prophetiam aduerſus Tyrum & Sidonem, quam
aduerſus Aegyptum,quia hæ duæ vrbes Tyrus &
Sidõ propinquiores ſunt Hieroſolymæ,quàm Ae-
gyptus,& acerbiores iniurias iecerant in Iudæos.
Eſt enim diuini noſtri vatis propoſitum hoc libro
onera gentium vaticinari, à quibus Iudæi fuerant
afflicti,& calamitatibus oppreſſi. Præterea etſi
priùs diuinus vates mentis oculis aſpexerit Aegy-
pti calamitatem & euerſionẽ,tamen priùs erat Ty
rus euertenda:quod hoc caput intuenti erit ſatis
perſpectum,cùm Babylonij fuerint in Aegypti va
ſtatione pro Tyri labore remunerati. Quare poſt
onus Tyri agitur de Aegypti excidio & vaſtitate.

Duodecimo menſe. Qui ab Hebræis appellatur A-
dar, à Latinis autem Februarius:nam primus men
ſis,qui ab Hebræis vocatur Niſan, eſt Martius a-
pud Latinos.

Duodecima die menſis. Quidã codices habent: V-
na die menſis. Hoc eſt,prima die menſis. Ita in li-
bro Geneſis. Factum eſt veſpere & mane dies v-
Gene. 1. nus,hoc eſt primus. Et apud Marcum: Valde mane
Mar.16. vna ſabbatorũ veniunt ad monimentum. Et a-
Luc.24. pud Lucam: Vna autem ſabbati valde diluculo ve
nerunt ad monumentum. Hoc eſt, prima die poſt
ſabbatum. Vna ſabbati periphraſis eſt dominicę.

Pone faciem tuam contra Pharaonem. Hoc eſt,va-
ticinare contra regem Aegypti. Omnes Aegypti re
ges Pharaones vocabantur.

Ecce ego ad te. Hoc eſt, ecce ego contra te ve-
niam.

Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum.
Draco aquatilis vocatur rex Aegypti in medio flu
minis,veluti cete magnum in medio maris. Nam
Aegyptus Nilo fluuio magno rigatur: & cùm fit
aquarum inundatio,tota terra campeſtris ita tegi-
tur aquis,vt mare videatur. Ad hoc alludens pro-
pheta vocat Pharaonẽ draconẽ magnũ fluminũ,&
ipſum Nilum flumina,quoniam ſeptẽ oſtiis mare
mediterraneũ ingreditur. Authores ſunt Plinius
libro decimo. Solinus capite quadrageſimoquin-
to, Pomponius Mela libro primo capite nono. Da
Pſa. 73. uid etiã Pharaonem draconẽ vocat ita canens: Tu
confregiſti capita draconis,dediſti eum eſcam po-
pulis Aethiopum. Quibus verbis miraculum ma-
Exo.14. ris Rubri, & Pharaonis excidium commemorat.
Eſa.51. Ad quod alludens Eſaias ita dominum alloquitur,
Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti
draconem? Nunquid tu non ſiccaſti mare? Draco
Eſa.27. hic appellatur leuiathã,de quo ait Eſaias: In die illa
viſitabit dominus in gladio ſuo duro,& grandi,&
forti ſuper leuiatham ſerpentem veterem. Per
hunc draconem Aegypti regem,poteris diabolum
intelligere,quem Chriſtus principem huius mun-
Ioan.12. di appellauit. Cùm Aegyptus tenebras ſignificet,
14. 16. impij autem ſint tenebræ,iuxta id, quod ait diuus
Paulus: Eratis aliquando tenebrę, apertè cõcludi-
tur,principẽ Aegypti eſſe principem impiorum. Ephe.4.
Cùm autem diabolus ſit Aegypti princeps,planè
oſtẽditur,eum habere ſuper impios principatum.
Eam ob cauſam dæmones appellat diuus Paulus
rectores tenebrarum,hoc eſt,principes impiorum:
quos anteà tenebras eſſe dixerat. Id voluit Chri Ephe.6.
ſtus ſignificare,cùm dæmonem principem mũdi
vocauit:nomine enim mũdi impij ſignificãtur:vt Ioan.12.
apud Ioãnem: Mundus eum non cognouit. Et rur
ſus: Vos non eſtis de hoc mundo,ſed ego elegi vos Ioan. 1.
de mundo. Hic mundi princeps eſt draco ille flu- Ioan.15.
uiatilis,qui in aquis verſatur turbulentis & cœno
ſis: à quibus, Ieremias his verbis homini ſuadet,vt Iere. 2.
ſeparet ſeipſum: Quid tibi vis in via Aegypti, vt bi
bas aquã turbidam. Contrà verò Chriſti aqua mũ
da eſt & ſalubris, de qua ipſe ait apud Ezechielem:
Effundam ſuper vos aquam mundam,& mũdabi- Inf. 36.
mini. Et apud Ioannem: Aqua,quam ego dabo ei, Ioan. 4.
fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam ęternam. Ad Eſa.55.
huius aquæ affluentiã nos inuitat per Eſaiam ipſe
dominus dicens: Omnes ſitientes venite ad aquas.

Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum. Vide into
lerabilem Pharaonis ſuperbiam qui non ſolùm ait
ſe eſſe dominum Nili, ſed eſſe ſui ipſius factorem.
Imitabatur regis Tyri ſuperbiam,qui ſe Deum vo Sup. 28.
cabat, vt ſuperiore capite oſtenſum fuit. Vel ſigni-
ficat ſe ob prudentiam ſuam eſſe in ſumma digni-
tate conſtitutũ. Omnia ſibi tribuit, nihil autẽ Deo, 1.Cor.
cùm dicat diuus Paulus: Quid habes quod nõ ac- 4.
ceperis? ſin autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi
non acceperis? Poteris per fluuium totam Aegy-
pti planiciem Nilo irrigatam intelligere. Id autẽ,
quod ait: Ego feci memetipſum, poteſt ita verti: E-
go feci eum mihimetipſi. Nam paulò pòſt ſubdi-
tur: Pro eo quòd dixeris: Fluuius meus eſt, & egó
feci eum.

Et *ponam frænum in maxillis tuis*. Te hominem ef
frænatum, tibique præſidentem coercebo, vt miſe
riam tuam,rerumque humanarũ varietatẽ cognoſ
cas. Vt equus coercetur fræno, ita tu eris conſtri-
ctus calamitate,& in gyrum rationis ductus. Poteſt
verti: Ponã hamum in ore tuo,vt te capiã, & extra
ham è regno tuo,& premam acerbiſſimis ærum
nis. Eodem modo apud Eſaiã dixit Deus Aſſyrio
rum regi: Ponam circulum in naribus tuis,& fræ- Eſa.37.
num in labiis tuis.

Et conglutinabo piſces. Non modò te magna op-
primam calamitate,ſed omnes alios teipſum imi-
tantes. Quemadmodum extracto è flunio magno Simile
aliquo piſce,extrahuntur ſimul cum eo alij mino-
res ei adhærentes,ſic Aegyptij tibi amore & imi-
tatione deuincti,ſimul tecum euertentur: efficiam
enim,vt impij tecũ agglutinẽtur,quò vnà tecũ de
leãtur. Et ita factũ eſt: nã rex,& eum ſequẽtes fue-
runt à Babyloniis immaniter occiſi. Aſpicis hoc lo
co homines eſſe piſces in aquis mundi verſatos,
Quid eſt mundus niſi mare tẽtationũ fluctibus exa
gitatũ, procellis moleſtiarũ concitatũ, ventis vani
tatum concuſſum? Quis Euripus, quæ Syrtes, quæ
Charybdis, quod promõtoriũ bonæ ſpei tot, tan-
toſq; fluctus habet,& tã varios ac procelloſos mo
tus quã mundus? Quis gurges tã vaſtus, quod fretũ
tam anguſtum, tot turbinibus concutitur, tot ven-
tis commouetur, tam furentibus tempeſtatibus,
tam denſis nimbis, tam ſæuis procellis horribili
cum fragore coortis concitatur? In hoc mari ſunt
duo

duo præcipui piſcatores, vnus eſt Chriſtus ſerua-
tor noſter, alter dæmō immaniſſimus hoſtis. Chri
ſtus piſcatur homines, non vt illis mortē tribuat,
Simile ſed vitam, diabolus contrà. Quēadmodū piſces in
uicem lacerantur, & quidā alios deglutiunt, ſic ho
mines lites ſibi inuicē intendunt, & alij alios euer
tunt, & eorum ſanguine ſatiantur. Aqua huius ma
ris amara eſt: quo magis ex illa biberis, eò maiore
ſiti cruciaberis. Huiuſmodi ſunt mūdi opes, tecta
magnifica, magiſtratus, & ea, quibus decepti mor
tales aſtrigūtur, peſtiferę voluptates: quę omnia vi
ri ſapientes nunquam in rebus magnopere expe-
tendis eſſe duxerunt: quippe cùm aſpicerent, ho-
mines his abūdantes ea tamē maximè deſiderare,
quibus circunfluerēt, & tū ardētiùs ſitim cupidita
tis augeri, cū plus ſe in amaras huius ſeculi aquas
ingurgitarēt. At Chriſti aqua ſitim extinguit, & cu
piditatū ardorē ſedat: ipſe enim ait: Omnis, qui bi-
bit ex aqua mundi, ſitiet iterū, qui autē biberit ex
Ioan. 4. aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternū. Chri
ſtus homines piſcatur, vt extractis illis ex aqua ma
ris ſuauiſſimam gratiæ aquam impertiat. Sed Chri
ſtus piſcatur arūdine hamatili, & paucos extrahit,
dæmon autem impius piſcator retibus & ſagenis
piſcium extrahit multitudinem, qui ſe illi ſponte
tradunt, ab eóq; capi patiūtur. O inſaniam inſignē,
& deplorādā hominū cęcitatē! Piſcatur Chriſtus,
Matt. 4. vt conferat gratiam, & vitam tribuat æternam, &
piſces eum fugiunt: piſcatur diabolus, vt occidat,
& ad æternos cruciatus perducat, & piſces ad eum
confugiunt. Ambulans diabolus iuxta mare ſecu-
li infinitam piſcium multitudinem venabatur. Ie-
ſus autē ambulans iuxta mare Galilææ vidit duos
fratres Simonē, qui vocabatur Petrus, & Andreā
fratrem eius: & procedens vidit alios duos, Iacobū
Zebedæi, & Ioannem fratrē eius. Qui omnes qua
tuor relictis retibus eum fuerunt ſecuti. Quatuor
piſcatus eſt bonus Ieſus, cùm impius dæmon infi-
nitos piſcaretur. Piſcatur enim diabolus hamo, &
plures prehendit, quàm Chriſtus: & cauſa eſt, quia
eius eſca dulcior eſt humano appetitui, & gratior
deprauatæ hominū volūtati. Eſca diaboli eſt falſa
voluptas, opum abundantia, inanis mundi gloria,
diuitiæ, magiſtratus, potentia, vanitas, & inſatiabi
lis dominandi cupiditas. His eſcis decepti piſces
non ſentiūt hamū niſi poſtquā ſunt diabolo tradi-
ti, & in eius vincula miſerè cōiecti. Grauiſſimus ille
Plato, quē Panætius ſapiētiſſimū, & Homerū phi-
loſophorum vocabat, eſcam malorū appellat volu
ptatē, quod ea videlicet homines capiātur, vt ha-
mo piſces. Et Archytas Tarentinus aſſerebat, vt re
fert in Senectutis libro Marcus Tullius, libidine
dominante tēperantiæ nullū omnino locū eſſe, nec
in voluptatis regno virtutē poſſe cōſiſtere. At Chri
ſtus Deus noſter cœleſtis ille piſcator, qui vult ani
mas noſtras in beatitudinem traducere ad cœle-
ſtem immortalitatem obtinendam piſcatur aſpera
eſca, & corrupto appetitui inſuaui, nimirum ieiu-
nio, precū crebritate, vigiliis, honeſtis laboribus,
mundi deſpiciētia, paupertate ſpiritus, piis lachry
mis, ardentibus ſuſpiriis, humilitate & ſubmiſsio
ne cordis, manſuetudine, pace, patientia, iuſtitia, re
rū humanarū tolerata, aliiſque huiuſmodi rebus,
quæ etſi amore diuino incēſis ſuaues ſunt, volūta-
ti tamen carnis amicæ difficiles, & deprauato gu-
ſtui amaræ videntur. Diuus Bernardus comparat

monaſteria ſtagnis aut viuariis, in quæ Deus con- Simile
iicit piſces, quos extrahit ex mūdi mari, vt ibi eos
in trāquillitate animi cuſtodiat, gratia ſua nutriat
ad gloriā. Diabolus in iactu retis hoc vtitur artifi-
cio: quærit aquæ venam, qua vnuſquiſque currit:
non enim omnes eodem modo aggreditur. Hunc
diuitiis tentat, illum voluptatibus, hunc ſuperbia,
illum inuidentia, prout conſpicit vniuſcuiuſq; pro
penſionē & affectū. Os retis latiſſimū eſt, & introi-
tus apertiſſimus, ſed exitus difficilis, inſtar naſſæ,
quo cùm ingreſſus fuerit piſcis, exire abſq; magno
labore non poteſt. Quemadmodum piſcator, cùm
magnum aliquem piſcem capit non ſtatim violen Simile
ter aſtringit, ſed extendit filum piſcatoriū, donec
piſcis deuoret penitus hamum, ſibiq; machinetur
perniciē, ne ſi confeſtim nimis coerceat, ſcindatur
filū & ſeta, & ita piſcis aufugiat: ſic diabolus cùm
peccatorem hamo ſuo deiectum tenet, mortifero
ſcelere conſtrictum, & illecebris voluptatum alli-
gatum, non illum ſtatim opprimit, & exaſperat, ne
vehementer à dæmone irritatus & concitatus vin
cula abrumpat, & euadat. Mulcet illū, eumq; per-
mittit in aliquas virtutum actiones incumbere, vt
paulatim homo flagitij irretitus, ipſe ſibimet exi-
tiū pariat. Extēdit itaq; dæmō ſetā ſeu filū piſcato
rium, non vt peccatorē dimittat, ſed vt ſecuriùs te
neat. Herodi hamo ſuo apprehenſo permittebat,
vt Ioannem Babptiſtā audiret, eiúſq; conſilio non Luc. 6.
nulla facta ad iuſtitiæ normam dirigeret, donec
illum penitus horribilibus maleficiis occiſum in
naſſam ęternorum cruciatuum coniecit. Præ-
ſules & concionatores, & omnes denique piſ-
catores animarum cùm aliquem extraxerint è mū
di flagitiis, non debent illum illico conſtringe-
re, vt vno die perfectus euadat; abſcindet enim
filum, & aufugiet, tam ſubita territus difficultates
ſed arundinem mediocriter extendentes, & hama
tilem ſetā prudenter aliquando laxātes apprehen
dant animas eſca diuini amoris eaſque ad littus ec
cleſiaſticæ doctrinæ diuino fauore adducant: piſ-
cantes cautè & ſapienter, hamum difficultatis hu
manitate tegentes, ne homines in principio perter
riti, & deſperatione debilitati, experiri virtutis fa-
ſtigium nolint, quod ſe aſſequi poſſe diffidant;
& ad ſolita ſcelera reuertantur, ſed aſſueſcant
aſcendere paulatim, donec ad euangelicæ perfe-
ctionis verticem perueniant. Nihil eſt ſimul & in-
uentum & perfectum: nihil ſe vniuerſum profun-
dit, nihil totum euolat repentè, ſed omnia, quæ
fiunt, paruis exordiis natura ipſa prætexit. Efficere
Deus poteſt, vt aliquid ſit repentè omni ex parte
perfectū, non tollo diuinam potentiam, ſed de iis
rebus loquor, quæ ferè ſemper accidūt. Sed aduer
tant eccleſiaſtici præſules & concionatores ſe non
eſſe honorū, redituum, opum piſcatores, ſed homi
num animas quærere debent, non mundi diuitias.
Id docuit Chriſtus, dicens Petro: Faciam vos fieri Mat. 4.
piſcatores hominum. Hominum ait, nō redituū.
Ea potiùs curare debent, quæ pertinent ad ſpiritū,
quàm quæ ad corpus. Tales fuerunt hi duo Apoſto
li Petrus & Andreas, quos Chriſtus elegit, vt per
eos multos alios piſcaretur. Sed dices: Cur homi-
nes elegit tam obſcuro loco natos? Huic obiectio
ni ita reſpōdet diuus Auguſtinus: Si rex electus eſ
ſet, diceret: Dignitas mea electa eſt? Si diuites,
diuitiæ meę electæ ſunt: Si imperator, poteſtas ſi
orator

oratot,eloquentia:ſi philoſophus,ſapientia. Paupe
ribus dictum eſt: Venite poſt me. Quia enim vacui
erant,multum erat in illis implendum. Ad hanc
veritatem defendendam ſurrexerat diuus Paolus,
1.Cor.1 ita in epiſtola prima ad Corinthios dicẽs: Quę ſtul
ta ſunt mundi elegit Deus,vt confundat ſapientes:
& infirma mundi elegit Deus , vt confundat for-
tia : ignobilia , & contemptibilia, & ea ,quæ
non ſunt ,vt ea,quæ ſuot,deſtrueret. Inter omnia,
in quibus diuina ſapientia illuſtriùs reſplenduit,
vnu fuit ,Apoſtolorũ vocatio,vt per illos mũdum
expognaret. Non arma quæſiuit,nõ machinas ſul-
phuteas,oon munitiones,non bellica inſtrumẽta,
non corpotis vires,non opes,non potentiã,oon ge
neris nobilitatẽ & amplitudinem:ſed paucos piſ-
catores,eóſq; inermes, inopes , obſcuro loco na-
Mat.10. tos,abſq; nominis ſplẽdore & claritate. Eos miſit,
Luc.18. dicẽs illis: Mitto vos ſicut agnos inter lupos. Illi au
Simile tẽ Deo fauente lupos in oues cõuerterunt. Quęad
modũ ex multis tráſeũtibus,magnóſq; lapides im-
politos prope viã videntibus,ſolus ſtatuarius & ſo
lers ædificandi magiſter lapides cõtẽplatur,& ani-
mo perſpicit poſſe ex illis admirabiles confiel colũ
nas,& cupit ſtatim artem ſuam exercere,& colum
narum induſtria elaboratarum ſtructura ſuum o-
ſteodere artificium,ſic ea multis iuxta mare Gali-
lææ ambulantibus ſolus ille cœleſtis ſtatuarius,
& admirabilis architectos Chriſtus Deus noſter,
Sap. 7. quẽ diuina ſcriptura libro Sapiẽtiæ omniũ artificẽ
Heb. 11. vocat,& diuus Paulus io epiſtola ad Hebræos ciui
tatis cœleſtis artificem & conditorem, doos illos
impolitos lapides Simonẽ & Andreã intuitus , ad
mirabiles ex illis eccleſiæ columnas cõficiendas in
tellexit. Quid eſt hoc domine,nónne hi lapides ia-
cent impoliti? Nõne ſunt paupeces piſcatores? Ve
rùm eſt,inquit Chriſtus,ſed ego,qui non ſolùm ex
teriora,ſed ioteriora cognoſco,in illis ea video me
eſſe facturum,quæ alij videre non poſſunt. Et cu-
piens ſtatim cœleſtis ille architectus,qui è faſtigio
cœli conſtecõtum eccleſiam venit in illis artẽ ſuã
Mat. 4. exercere diuinam,vocauit eos dicens. Venite poſt
me, faciam vos fieri piſcatores hominum : qui re-
lictis omnibus eum fuerunt ſecuti,& piſces mul-
tos piſcati. Aſpicis igitur homines piſces eſſe, & re
gem piſcem magnum : qui ſi flagitioſus eſt , &
ſcelerum maculis inquinatus,moltos ſecum con-
taminat:qui ei adhærentes,illiuſque nequitiam i-
mitantes cum eo ſimul euertuntur , & parem ſibi
perniciem machinantur. Hoc illis Deus his ver-
bis hoc loco minatur : Conglutinabo piſces flu-
minum tuorum ſquamis tuis,&c.

Et proiciam te in deſertum. Allodit ad piſcium ca
pturam,qui cùm extrahuntur è mari, proiiciũtur
in terram,vbi moriuntur. Fortaſſe fuit prelium in
deſerto aliquo,vbi Pharao occubuit. Ex Hebræo
verti poteſt: Deſeram te in deſerto.

Non colligeris,nec congregaberis. Hoc eſt, non ſepe
lieris: inſepultum iacebit cadauer tuum, donec il-
lud feræ & volucres deuorent. Hebraiſmus eſt in
diuinis literis non infrequens accipi , colligi, &
cõgregari pro ſepeliri. Capite trigeſimoprimo Nu
Nũ. 31. merorum ſunt hæc verba literis mandata: Collige
4. Reg. ris ad populum tuum. Et capite 22. Libri quarti
22. Regom: Colligam te ad patres tuos , & colligeris
ad ſepulchrum tuum in pacẽ. Hoc eſt ſepeliam
te cum maioribus tuis , & deferent te in ſepul-
chrum tuum. Hoc tropo vſus eſt Eſaias dicens: Vi Eſa.57.
ri miſericordiæ colliguntur. Hoc eſt,viri pietate
præſtanti humo mandantur.

Beſtiis terræ. Hoc eſt,brutis animalibus. Vel per
beſtias terræ intelligit Babylonios,crudeles,imma Pſa. 73.
nitate barbaros,ipſas feras feritate ſuperantes. Ita
intelligitur locus ille pſalmographi: Ne tradas be
ſtiis animam confitentem tibi. Pro quo Chaldæa
paraphraſis habet: Ne tradas populis ſimilibus a-
nimalibus ſylueſtribus animas diſcentium le-
gem tuam. Vbi per beſtias hoſtes intelligit , ni-
mirum Palæſtinos , aut Babylonios , qui He-
bræis vim inferebant. Felix vertit : Ne des fe-
ris animam turturis tuæ. Hoc eſt , ne tradas
hoſtibus populum tuum , qui pro canticis vtitur
gemitibus , & teipſum aſſidue meditatione con-
templatur. Hoc eſt enim turturis officium,geme-
re & meditari. Per aues etiam homines ſuperbi in
telliguntur,qui inflati opinionibus,in magnis er-
roribus verſantur. Hi ſunt,de quibus ait Chriſtus:
Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, fi- Mat. 4.
lius autem hominis non habet,vbi caput ſuum re Luc. 9.
clinet. Cyrillus per vulpes & aues dæmones intel-
ligit: vt ſit ſenſus: Cùm vulpes & volucres,hoc eſt,
cùm demones manſionem in te habeant, qualiter
Chriſtus in te requieſcet? Quidam per aues in ae-
rem ſe efferentes elatos & iactabundos homi-
nes intelligunt , per vulpes verò hypocritas.

Pro eo quòd fuiſti baculus arundineus domui Iſrael.
Id eſt,quoniam tibi fidentes Iſraelitæ,& innixi in
promiſſione tua fuerunt decepti , & ſpem ſuarum
cogitationũ grauiſſimę calamitates feſellerũt. Pro
miſerat Pharao ſe Hebræis aduerſus Chaldæos o-
pem laturum,ſed nõ ſtetit promiſſis. Baculus fuit
in promiſſione,ſed arũdineus in ſolutione ; quam
ob cauſam fuerunt Iudæi miſerè occiſi. Hoc per-
miſit Deus,quia illi Deo ipſo relicto & cõtempto
ad Aegyptios confugerunt. Auxilium mundi abſ-
que Deo baculus eſt,non ligneus & firmus , ſed a-
rundineus & fragilis, Cùm autem facilè confringa
tur,ſi ei fueris innixus,vulneraberis,& corrues. Id
intelligens ait Ieremias: Maledictus homo, qui cõ Iere.17.
fidit in homine,& ponit carnem brachium ſuum,
& à domino recedit cor eius. Acſi diceret: Maledi-
ctus homo qui vero Deo relicto ad mundi præſi-
dium confugit,quod eſt vanum & fallax , & deni-
que baculus arundinis. Hic eſt baculus, de quo di Mat.10.
cebat Chriſtus: Nolite portare virgam. Acſi dice-
ret: Nolite mundo fidere,ſed omnem veſtram fidu
ciam & ſpem in me figite ac locate. Ad id horta-
batur Eſaias , dicens : Speret in nomine domini, Eſa.50.
& innitatur ſuper Deum ſuum. Vt baculus a-
rundineus eſt vacuus,ſic mundi fiducia eſt inanis, Simile
Ideo præcipiebat Deus populo Iſraelitico per E- Eſa.31.
ſaiam,ne ad Aegyptum confugeret , eiuſque illuc
confugientis iis verbis denunciat excidium : Væ
qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium. Et rur Eſa.36.
ſus apud eundem Eſaiam aiebat Rabſaces : Ecce
confidis ſuper baculum arundineum confractum
iſtum,ſuper Aegyptum : cui ſi innixus fuerit ho-
mo , intrabit in manum eius , & perforabit eam.
Non ſolùm Aegyptij non tulerunt opem Iudæis,
ſed ipſis detrimentum intulerunt. Tale eſt huma- Exod.7.
num auxilium,ad quod mortales ſpreto Deo con Exo.14.
fugiũt. Nos verò virgæ diuinæ innitamur,quæ vir Pſa. 22.
gas Aegyptiorũ deuorauit : & mare rubrũ diuiſit:
de qua

quia dicitur in pſalmo: Virga tua & baculus tuus
ipſa me conſolata ſunt. Vbi per virgam & baculú
diuina protectio intelligitur. Euthymius tamen
grauis pſalmorum interpres per virgam corre-
ctionem intelligit, per baculum verò ſuſtenta-
tionem.

Laceraſti omnem humerum eorum. Hoc eſt, fregi-
ſti eorum vires. Idem ſtatim repetit, cùm ait, diſſol
uiſti omnes renes eorum. Humeri pro viribus ac-
cipiuntur, quemadmodùm & renes. Videntes Iu-
dæi Aegyptios victos à Chaldæis, fuerunt perter-
riti, & timore confracti.

Exo. 18. *Ecce ego adducam ſuper te gladium.* Cladem Aegy
ptiorum prædicit. Gladius in literis diuinis accipi
tur aliquando pro poteſtate, vt in Exodo dicebat
Moyſes: Eruit me de gladio Pharaonis. Pro quo ſep
Eſai. 1. tuaginta habēt: De manu Pharaonis. Accipitur e-
tiam pro hoſtili indignatione, & cæde ab inimicis
illata. vt apud Eſaiam: Quòd ſi nolueritis, & me
ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit
Luc. 2. vos. Aliquando pro acerbiſſimi doloris magnitu-
dine, vt apud Lucam: Tuam ipſius animam per-
tranſibit gladius. Aliquando pro verbo Dei: vt a-
Ephe. 6. pud diuum Paulum in epiſtola ad Ephesios: Sumē
tes gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Hic eſt
Apoc. 1. gladius acutus, quem diuus Ioannes in Apocaly-
pſi aſpexit exire de ore Chriſti Dei noſtri. De eo in
Can. 3. telligitur id, quod ait ſponſus in Canticis: En lectu
lum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſ
ſimis Iſrael omnes tenentes gladios, & ad bella do
ctiſſimi. Lectus eſt pax eccleſiæ. Salomon, qui ſo-
nat pacificū, eſt Chriſtus pax noſtra, qui fecit vtra
Ephe. 2. que vnum, nóſque patri reconciliauit, fortes, qui
pacem cuſtodiunt, ſunt verè concionatores, qui
ſunt ex fortiſſimis Iſraelis, hoc eſt, qui inter fideles
præſtant animi fortitudine, qui dicuntur ſexagin-
ta, hoc eſt multi, numero definito pro indefinito,
gladius eſt verbum Dei, bellū eſt perpetuum cer-
tamē inter nos & hoſtes animarum, iuxta id quod
Iob. 7. ait Iob: Militia eſt vita hominis ſuper terram. Vn-
de aiebat diuus Paulus in epiſtola prima ad Timo
1. Tim. theum: Hoc præceptum commendo tibi, vt mili-
1. tes in illis bonam militiam. Ad bellum hoc indi-
gemus verbo Dei, quod eſt gladius ille, de quo
Chriſtus aiebat: Non veni mittere pacem, ſed gla-
dium. Hoc autem loco apud Ezechielem accipi-
tur gladius pro clade, quàm Babylonij erant Aegy
ptiis illaturi.

Fluuius meus eſt. Nilum intelligit, vt diximus pau
lò antè.

A turre Syenes vſque ad terminos Aethiopiæ. Hoc eſt,
ab vno termino vſque ad alterum: à principio Ae-
gypti vſque ad finem. Acſi dicat: Totam terram
Aegypti vaſtabo. Syene eſt vrbs in confinibus Ae
gypti. Hæc ſunt verba Solini capite 45. Ditionis
Mat. 10. Aegyptiæ eſſe incipit à Syene, in qua fines Aethio
pum. Pomponius Mela connumerat Syenen inter
præcipuas Aegypti ciuitates. Plinius libro ſecun-
do ait eam eſſe ſupra Alexandriam quinque milli-
bus ſtadiorum.

Erunt deſolata. Ex Hebraico verti poteſt: Erunt
ipſa deſolatio.

Et diſpergam Aegyptios in nationes, &
ventilabo eos in terras. Quia hæc dicit do-
minus Deus, poſt finem quadraginta anno
rum congregabo Aegyptum de populis, in
quibus diſperſi fuerant, & reducam capti-
uitatem Aegypti, & collocabo eos in terrâ
Phathures, in terram natiuitatis ſuæ, in ter-
ra, de qua ſumpti ſunt, & erunt ibi in regnū
humile: Et inter cætera regna erit humilli-
ma, & non eleuabitur vltrà ſuper nationes,
imminuam eos, ne imperent gentibus. Nec
erunt vltrà domui Iſrael in confidentia, do D
centes iniquitatem, vt fugiant, & ſequan-
tur eos: & ſcient, quia ego dominus Deus.
Et factum eſt in viceſimo & ſeptimo anno,
in primo, in vna menſis, factum eſt verbum
domini ad me, dicens: Fili hominis, Nabu-
chodonoſor, rex Babylonis ſeruire fecit e-
xercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus
Tyrum. Omne caput decaluatum, & omnis
humerus depilatus eſt, & merces non eſt
reddita ei nec exercitui eius de Tyro, pro
ſeruitute, qua ſeruiuit mihi aduerſus eam.
Proptereà hæc dicit dominus Deus: Ecce
ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylo
nis in terra Aegypti, & accipiet multitudi-
nem eius, & deprædabitur manubias eius,
& diripiet ſpolia eius, & erit merces exerci-
tui illius. Et operi, pro quo ſeruiuit aduer-
ſus eam, dedi ei terram Aegypti, pro eo
quòd laborauerīt mihi, ait dominus Deus.
In die illo pullulabit cornu domui Iſrael, &
tibi dabo apertum os in medio eorum, &
ſcient, quia ego dominus.

Et diſperdam Aegyptios in nationes. Ad quas capti
ui ducentur. Sequitur: Et ventilabo eos in terras.
Metaphora eſt ſumpta à paleis, quæ in area, cùm
granum trituratur, à vento in diuerſas partes pro-
iiciuntur. Vbi aſpicis homines impios & vanos cū Mat. 3.
paleis comparari. De illis aiebat Baptiſta: Ventila- Luc. 3.
brum in manu domini, & permūdabit areā ſuam:
& congregabit triticum ſuum in horreum, paleas
autem comburet igne inextinguibili.

Et collocabo eos in terra Phatures. Phatures eſt in
Aegypto. Aiunt nonnulli eſſe Aegypti metropo-
lim. Diuus Hieronymus libro de locis Hebraicis
ait regionem eſſe, in qua profugi Iudæi habitaue
runt.

Et erunt ibi in regnum humile. Reſtituentur qui-
dem in patriam, ſed non in priſtinam pompam &
potentiam.

Et factum eſt in vigeſimoſeptimo anno. Subaudi, à
Tyri euerſione, de qua Ezechiel ſuperioribus tri- Sup. 26.
bus capitibus vaticinatus eſt. Annectitur hæc vi- 26. & 27.
ſio ſuperiori, quia in vtraque de eadem agitur re.
Sunt, qui exiſtiment hos annos computari à Iecho
niæ tranſmigratione. Sed tunc inſurgit hæc dubi-
tatio. Anno vndecimo tranſmigrationis euerſa eſt
Hieroſolyma, vt ex quarto libro Regum, & ex Ie- 4. Reg. vlt.
remia apertiſſimè conſtat. Et fuerunt Iudæi in vin
cula coniecti, & in Chaldæam tranſlati, exceptis Iere. 39. & 52.
paucis, qui Hieroſolymæ manſerunt, quibus Nabu
chodo

chodonoſor Godoliam præfecit. Septimo autem menſe irruerunt Iudæi in Godoliam, quo occiſo ad Aegyptum confugerunt. Quod ſcientes Babylonij parauerunt aduerſus Aegyptum bellum, & totam eius terram deuaſtarunt multò ante annum viceſimumſeptimum, quo factum fuit Ezechieli hoc verbũ domini, de quo agir in præſentia. Cùm igitur ante annum viceſimumſeptimum à prima tranſmigratione euerſa fuerit Aegyptus, nõ videtur fieri potuiſſe, vt anno viceſimoſeptimo fuerit Ezechiel de euerſione illa vaticinatus. At altè ſpectare ſi voluerimus, videbimus apertè fuiſſe hanc Aegypti vaſtationem ante annum viceſimũſeptimum factam, ſed Ezechielem hoc loco nõ illã vaticinari, ſed solùm cauſam reddere, cur Deus Aegyptum tradiderit Babyloniis, quia videlicet in euerſione Tyri laborarunt, & loco mercedis laborum ſuorum Aegyptum receperunt. Anno decimo fuit reuelata diuino vati clades & vaſtatio Aegypti, vt in principio capitis oſtendimus. Hoc autem loco multò poſt cladem & excidium non prædicit factum, ſed narrat facti rationem. Ex quo fit, vt tres cauſæ huius euerſionis aſſignentur: prima Aegyptiorum ſuperbia & inſolentia, altera eorum fraus & perfidia, quia ſuaſerant Iudæis, vt relicto Deo ad ipſos confugerent, qui eos erant protecturi, quod minimè fecerunt: tertia, quia Deus volebat tradere Babyloniis Aegyptum, & præmium ob acceptũ laborem in oppugnatione Tyri in illos conferre. Sunt tamen qui aſſerant hanc Aegypti euerſionẽ, de qua hîc agitur, non eſſe eam, quæ facta fuit poſt cædem Godoliæ, ſed aliam multò poſt illam.

Seruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna. Nimirum in oppugnatione Tyri: qua in re mihi ſeruierunt: vbi milites præ frequenti galearum armatura calui reddebantur, cùm diu noctúq; capita haberent galeis cooperta: & humeri eorũ eſſent detriti præ crebra ponderum & ſarcinarum magnitudine: baiulabant enim aggeres, & machinas bellicas ad muros cõcutiendos. Et cùm miniſtri mei eſſent, inquit Deus, ego enim eos miſi, non fuerũt præmio affecti. Aiunt nõnulli ideo Babylonios in illa Tyri expugnatione ſpolia non inueniſſe, quia Tyrij de ſalute deſperantes omnes diuitias ſuas partim in mare proiecerunt, partim igni tradiderunt: & ij qui ſe potuerunt in fugam conferre, eas ſecum aſportarunt. Eam ob cauſam Deus dedit terram Aegypti ſpoliandam Babyloniis. Ex quo infertur eos, qui ſunt mortiferis criminibus implicati, aliquid temporale mereri pro aliquibus virtutum actionibus, in quas aliquando incumbunt: ſed hoc non ex condigno, vt ego mihi ſtatuo, ſed ex congruo, vt verbis vtar ſcholaſticis. Hinc colligitur non omnem actionem infidelis peccatũ eſſe: poteſt enim infidelis bonum opus facere in genere moris, ſeu bonum morale, quemadmodũ ſi parentes honore proſequatur, ſi inopibus ſubueniat, ſi innocentum cauſam ſuſcipiat. Quibus in rebus, & aliis huiuſmodi non peccat: infidelitas enim, & quodcunque lethale flagitium etſi vitam auferant gratiæ, non tamen tollunt bonum naturæ, & morale, ad quod ſe extendit naturalis potentia. Deus, inquit Eccleſiaſticus, ab initio conſtituit hominẽ, & reliquit illũ in manu conſilij ſui. Et paulò pòſt: Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. At ſi infidelis bonũ, Eccl.15.

quod facit, referat ad finẽ perfidiæ ſuæ, incidit abſque dubio in peccatum: nam actio recipit ſpeciem à termino ad quẽ: & boni moralis vel mali ratio ab agentis intentione: cùm autem agentis propoſitum ſit deprauatum, deprauatur etiam ipſa virtutis actio. Illud velim ſic exiſtimes me de virtute loqui imperfecta, cùm infidelium virtutis mẽtionẽ facio: virtus enim vera, & perfecta, & Deo grata abſque fide eſſe non poteſt, dicẽte Apoſtolo: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Imò vera & perfecta virtus abſque charitate eſſe non poteſt: tunc enim habet abſolutũ omnibus numeris nomen, cùm operatur bonum in ordine ad vltimum finem ſupernaturalem, ad quem perficit & ordinat hominem ſimpliciter: quod abſque charitate fieri non poteſt. Vnde diuus Auguſtinus virtutẽ ait eſſe ordinẽ amoris: quia vera virtute præditus Deũ ſummo amore proſequitur, proximum autẽ ſicut ſeipſum diligit. At qui non diligit, vt ait diuus Ioãnes, manet in morte: cùm autem veris & perfectis virtutibus vita ſpiritualis perficiatur, apertè concluditur ſine charitatis dilectione eſſe illas nõ poſſe. Non eſt tamen negandum, poſſe homines, non ſolùm fideles mortifero ſcelere aſtrictos, ſed etiam infideles eſſe aliquibus moralibus virtutibus ornatos, & aliquid efficere, quod peccatum non ſit. Nec huic ſententiæ repugnat id, quod ait in epiſtola ad Romanos diuus Paulus: Omne, quod non eſt ex fide: peccatum eſt. Nam verba illa hunc habent ſenſum: Omne id, quod eſt contra conſcientiam: peccatum eſt. Agebat Apoſtolus de ciborum ſumptione, & ait, eum, qui comedit id, quod impurum & prohibitum eſſe exiſtimat, peccare, quoniã contra perſuaſionẽ & conſcientiam facit: id enim quod fit non ex fide, hoc eſt repugnante cõſcientia, peccatum eſt. Hic eſt germanus huius loci intellectus. Hæc eſt ſententia diui Auguſtini libro tertio Hypognoſtici contra Pelagianos: & libro de ſpiritu & litera capite 28. & aliis in locis. Fuit hæc ſententia decreto ſanctæ Tridentinæ ſynodi ſeſſione ſexta confirmata, canone ſeptimo, cuius ad literã hęc ſunt verba: Si quis dixerit opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacunque ratione facta ſint verè eſſe peccata, vel odium Dei mereri, aut quãtò vehementiùs quis nititur ſe diſponere ad gratiam, tantò eũ grauius peccare, anathema ſit. Quare de hoc non eſt amplius dubitandum. Id autem quod ait Apoſtolus in epiſtola ad Titum. Inquinatis & infidelibus nihil eſt mundum: intelligitur de iis, quæ agunt ex ſua infidelitate, maláque intẽtione. Sin autem ea, quæ ex genere ſuo bona ſunt, faciant ſolo fine à natura eis præſcripto, ſunt abſq; dubio moraliter bona. Et à fortiori, ſi ea dirigãt ad Deum. Eam ob cauſam Deus, cùm nullum bonũ relinquat irremuneratum, ea bona opera munere aliquo compenſat, vt conſtat ex hoc Ezechielis loco, vbi Deus ait tradidiſſe Aegyptum loco mercedis his, qui in euerſione Tyri ei ſeruierant.

Heb.11. 1.Ioan.3. Rom.4. Tit.1.

Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylonis. Aſſerunt nonnulli hunc Babylonis regem, qui Aegyptum expugnauit, fuiſſe Cambyſem filium Cyri: Aſſerit enim Herodotus hunc Cambyſem totam Aegyptum ad excidium & vaſtitatem vocaſſe, & omnia eius ſimulacra deleuiſſe. Nec eſt inconueniens appellari hoc loco Nabuchodonoſorem, nã vt alibi diximus, hæc erat omnium Babylonis re-

gum nomenclatura.

Et accipiet multitudinem eius. Hoc eſt, accipiet ſibi promiſcuam plebem in ſeruitutem ſuam. Omnes erunt ſerui eius.

Et operi pro quo ſeruiuit aduerſus eam, dedi ei terrã Aegypti. Hoc eſt, pro opere, quo mihi miniſtrauit aduerſus Tyrum, dedi ei loco præmij terram Aegypti.

In die illa pullulabit cornu domui Iſrael. Hoc eſt, cùm hæc euenerint, faciam, vt refloreſcat regnum
1. Eſdr. 5. Iſraelis, & robur eius pulluleſcat: quia illum rex
Cyrus inſtaurabit, & in priſtinam dignitatem reſtituet, & in illo florenti rerum ſtatu vigebit, cùm Cambyſes rex Cyri Aegyptum vaſtauerit. Sũt qui hoc ad tempus illud referant, quo Iechonias in Babylonica captiuitate conſtitutus fuit à rege Babylonis magnis honoribus affectus, & in throno regio collocatus, vt diuina hiſtoria libro quarto Re
4 Reg. vlt. gum teſtatur. Accipi autem cornu pro potentia, & robore, & regno, colligitur ex primo capite Zacha
Zach. 1. riæ prophetæ, vbi agens de regnis, à quibus Hieroſolyma afflicta fuit, ait: Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et paulò pòſt: Hęc ſunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Iſrael, &
Dan. 7. Hieruſalem. Et decem cornua regnatura Daniel propheta capite 7. ſe vidiſſe teſtatur. Vnde illud
Luc. 1. Zachariæ apud Lucam: Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui. Vbi per cornu regnũ & potentia, & robur, & propugnaculum inexpugnabile intelligitur. Sed hæc Ezechielis verba ad Chriſti regnum referuntur. Expugnata Aegypto, euerſa mundi idololatria, pullulabit, inquit, fortitudo credentium, qui ſunt Iſraelitæ ſecundum ſpiritum: & Chriſti regnum fide, ſpe, & charitate, do-
Rom. 9. ctrina, miraculis, & virtutibus florebit. Hanc exiſtimo eſſe veram huius loci intelligẽtiã. Erat enim
Simile Chriſtus omnium diuinorũ vatum ſcopus. Et quẽadmodum qui ſunt in denſas tenebras cõiecti, ibique diu detenti, non poſſunt ſubitam ſolis lucem intueri, ſed oportet in ſublucido aere eos priùs verſari, alioquin erunt repentino obcæcati ſplẽdore, ſic mortales ſcelerum maculis contaminati, errorum caligine cooperti, & in ignorantiæ tenebris ſepulti, non poſſent in ſplendidiſſimam illã claritatem Chriſtum Deũ noſtrum fidei oculos repentè cõiicere, niſi priùs diuinorũ vatum oracula veluti ſtellulæ quædam emicuiſſent, & aerem modo
Mala. 4. ſuo illuſtraſſent. Chriſtus ſol eſt, de quo ait per Malachiam Deus pater: Vobis timentibus nomẽ meũ orietur ſol iuſtitiæ. Ipſe eſt lux illa, de qua ait diuus
Ioan. 1. Ioannes: Ille erat lux vera, quæ illuminat omnem
Ioan. 8. hominem venientem in hũc mundum. De qua ait ipſemet Deus: Ego ſum lux mundi. Eum appellat
Hebr. 1. diuus Paulus ſplendorem gloriæ, & figuram ſubſtantiæ eius. Fuerunt itaque prophetæ ſapientia præſtantes, & vaticiniis ſuis aliquid lucis afferentes, quo homines erroribus obrutos, & in antiqua ignoratione verſatos, ad veram ſalutis claritatem intuendam præpararẽt. Vt igitur ſol præmittit luciferum, & ſtellas alias ad diem prænuntiandam, ſic Chriſtus patriarchas & prophetas præmiſit ad ſuum futurum aduentum in mundum oſtendendum. Lege vtrunque teſtamẽtum, & videbis apertè nouum teſtamentum fuiſſe in vetere incluſum. Id intelligens diuus Auguſtinus in libro de catechizandis rudibus ait nihil aliud eſſe vetus teſtamentum, quàm occultationem noui, & nouum nihil aliud, quàm reſerationem veteris. Et explanans primum Ioannis caput aſſerit euangelium eſſe veritatem, quæ latebat in lege veteris teſtamẽti: lex enim, vt ait diuus Ioannes, per Moyſem data eſt, Ioan. 1.
ſed gratia & veritas illius legis per Chriſtũ in euãgelio facta eſt. Origenes in Matthæũ ait teſtamentum vetus ſepulchrum fuiſſe, in quo erat clauſum euangelium, & velum quoddam, quo operiebatur euangelica veritas: ſed in Chriſti morte velum tẽ- Mat. 27.
pli ſciſſum fuiſſe, & aperta monumẽta, & tũc fuiſſe reſeratam veritatem euangelicam, quæ ibi recondita latebat. Ideo dicebat Chriſtus Iudæis: Scruta- Ioan. 5.
mini ſcripturas, quia ipſæ ſunt, quæ teſtimonium Luc. 24.
perhibent de me. Et diuus Lucas, Incipiẽs, inquit, Ieſus à Moyſe, & prophetis interpretabatur illis omnia, quæ de ipſo erant ſcripta. Hoc dico, vt oſtẽdam prophetarum vaticinia eſſe de Chriſto intelligenda, & ex conſequenti eos in erroribus intolerabilibus verſari, qui vſque adeo ſeſe opinionibus Iudæorum addixerunt, vt nihil, aut certè parũ ad Chriſtum referant, nihil doctum, nihil literale, nihil denique approbandũ ducunt, niſi quod ex turbidis Hebræorum fontibus hauſerint. Teſtimonia de Chriſto apertiſſima, noſtræque redemptionis myſteria altiſſima continẽtia trahunt violenter ad res geſtas Iudæorum, eaque de illis dũtaxat interpretantur. Ego non ſolùm fateor, ſed etiam profiteor, nunquam mihi horum hominum iudicium fuiſſe probatum: quin potius illud iudico deteſtabile, à Chriſtiani profeſſione alienum, & veræ religioni veritatis ac pietatis pleniſſimæ contrariũ.

Et tibi dabo apertum os in medio eorum. Hoc eſt, dabo tibi loquendi libertatem. Vel ſic, & melius meo quidem iudicio: Tunc faciam, vt vaticinium tuum ſit apertum inter verè Iſraelitas. Tunc intelligent completa fuiſſe oracula tua, & ſcient me eſſe Deũ, de quo tu fuiſti mirabiliter vaticinatus.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXIX.

Draco magne. In Hebraico eſt: התנים הגדול hatanim hagadhol. Nomen tanim draconem ſignificat & magnis piſcibus commune eſt, cuiuſmodi ſunt balænæ, orcæ, thynni, & ſimiles, qui omnes nomine ceti intelliguntur. Vnde noſter interpres apud
Eſaiam pro tanim cetum vertit, dicens: Et occidet Eſa. 27.
cetum, qui in mari eſt. Vbi Franciſcus Forerius vir hac noſtra ætate eruditiſſimus, & concionator regius eximius pro ceto vertit draconem, per quem in commentariis diabolum intelligit & antichriſtum, per dracone verò animal intelligit marinũ, non terrenum. Quare hoc Ezechielis loco per draconem piſcis magnus intelligitur: pro quo Pagninus vertit cetum, & alij nonnulli. Accipitur etiam hoc nomen tanim pro dracone terreno, vt capite
32. Deuteronomij. Fel draconum vinum eorum, & Deut.
venenum aſpidum inſanabile. Vel vt poteſt verti 32.
ex Hebræo: Toxicum ſerpentium eſt vinũ eorum, & virus aſpidum citò necans. Quaſi dicat: Homines impij, & idolorum cultores vites ſunt peſtiferæ, producentes pro vino venenum, nefaria ſunt eorum opera, & impij eorum cogitatus. Pro hoc
nomine tanim vertit etiã noſter interpres lamias Thren.
apud Ieremiam, Threnorum quarto: Sed & lamię 4.
nudauerunt

nudáuerunt mammam. Sunt autẽ lamiæ feræ quę-
dam in intima Africa, muliebri facie, vt ait Dion
Chryſoſtomus, & huberibus pulchris, quæ homi-
nes alliciunt in fraudem, captóſque deuorant. Vn-
de pro veneficis illis accipiuntur, quæ ſitiunt ſan-
guinem infantium, de quibus copioſè diſſerit Cœ-
lius Rhodiginos. Eſt igitur Ieremię ſenſus: Imma-
nes feræ catulos ſuos alunt, ſola Hieroſolyma fi-
lios ſuos penitus relinquit.

Et diſſoluiſti omnes renes eorum. In explanatione
diximus diſſoluere renes, hoc loco eſſe vires in-
fringere. At Pagninus vertit: Et ſtare facies eis om-
nes renes. Quorum verborũ hic eſt ſenſus: Tu qui-
dem confringeris, es enim baculus arundineus: &
ita in cauſa eris, vt ſtent recti renes eorum. Quãdu
in te innitebantur, curui erant, ſed remoto ſuſten-
taculo ſtabunt recti. Huic interpretationi fauet pa
rapharaſis Chaldaica ita habẽs: Stare facies eos ſu-
per lumbos ſuos, vt vltrà tibi non nitantur. Quidã
codices ad marginem pro diſſoluiſti habẽt firma-
bis. Quod cum Pagnini & Ionathæ Chaldæi trãſ-
latione cohæret. Harum verſionum varietas pẽdet
ab Hebraico, vbi pro diſſoluiſti eſt המעדת ha-
madhta: quod poteſt eſſe à verbo amadh, quod ſi-
Pſalm. gnificat ſtare, & ſtatuere, vt in pſalmo: Stantes erãt
121. pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem. Vnde am-
mudh ſignificat fulcimentum & columnã, vt cap.
Exod. 13. Exodi, Columna nubis. Hanc opinionem ſecu-
13. tus eſt paraphraſtes Chaldæus & Pagninus, & alij.
Poteſt etiam eſſe à verbo maadh, quod ſignificat
Pſal.68 diſſoluere, & incuruare, vt in pſalmo: Obſcurẽtur
oculi eorum, ne videant & dorſum eorum ſemper
incurua: vel diſſolue: hoc eſt, adime eis domine iu-
dicium, & vires nocendi: labefacta peruerſa eorum
conſilia: diſſolue eorum dorſum, atque robur illis
confringe, ne innocentes calamitatibus opprimãt
eiſq; vim inferant, & per ſummum ſcelus ad exci-
dium vocent. Deum obſecrat diuinus vates, vt im
piorum intellectum tenebris circunfundat: non
quòd ſcientia ex ſe mala ſit, ſed quòd flagitioſi &
impij eam non habeant, niſi vt illa ad aliorum per-
niciem intemperanter abutantur. Non detrahit de
ſapientibus, non in eos inuehitur diuinus pſaltes,
qui ſcientiam cum virtute coniungunt, ſed ſcele-
ratorum aſtutiam aliis perniciem machinantẽ de-
teſtatur. Non eorum habebat ingenium: qui viris
verè ſapientibus notam ignorantiæ inurunt: qui
nõ exiſtimant ſe efferre poſſe ſurſum, niſi alios deii
ciant deorſum. Quàm ob cauſam obliti Chriſtiani
decori viros catholicos & doctos maledictis inceſ-
ſunt, reprehendunt, & maculant, volentes eorum
famam extinguere, eorúmque nominis ſplendorẽ
Simile tenebris commentitiis obfuſcare. Vt qui ſtadium
currit, eniti & contendere debet pro viribus, vt ſu
perior euadat, ſupplantare autem concertatorem,
aut manu depellere non debet, ſic in ſtudio litera-
rum debemus toto pectore incumbere, ſummaq;
ope niti, vt palmam conſequamur. at eos reprehẽ-
dere, in eos inuehi, eos obiurgationibus inſectari,
qui nobiſcum certant, & literis ſtrenuè operã na-
uant, inurbanum eſſe & nefarium ſemper duxi. Po
teris hæc pſalmographi verba ita rectiſſimè meo
quidem iudicio exponere, vt non ſint precationes,
ſed vaticinia: quaſi dicat: Obſcurabuntur oculi eo
rum ne videãt, & dorſum eorum ſemper incurua-
bitur. Hoc eſt, Auferetur illis verus intellectus ſa-
cræ ſcripturæ: erunt Iudæi tenebris circunfuſi, nõ
intelligent cœleſtia diuinarum literarum myſteria
malitia obcæcati: & ita manentes ſub iugo ſeruitu
tis, & libertatem ſpiritus non recipientes, porta-
bunt onera legis, quo fiet, vt eorum dorſum ſem-
per incuruetur pondus ſuſtinentes legis veteris ſa-
crificiorum, & cæremoniarum, à quibus liberi eſ-
ſent, ſi Chriſtum recipere voluiſſent. Vbi vides ver
bum maadh incuruare & diſſoluere ſignificare. Et
hanc deducendi rationem ſecutus eſt & rectè qui-
dem noſter interpres, vertens: Et diſſoluiſti omnes
renes eorum.

*Nec erunt vltrà domui Iſrael in confidentia docentes
iniquitatem.* Hoc eſt, Non fident poſthac Iſraelitæ
Aegyptiis docentibus iniquitatẽm: Solebãt enim
Aegyptij docere Hebræos impium idolorum cul-
tum. Vbi nos habemus docentes, eſt in Hebraico:
מזכיר mazcir, à verbo zachar, quod ſignificat re-
cordari, reminiſci, memorare, mentionem facere,
adolere, ſuffire, odorari. Vt in pſalmo: Recordatus Pſalm.
eſt, quoniam puluis ſumus. Et in alio pſalmo: Me- 102.
mor ſit omnis ſacrificij tui. Vel olfaciat ſacrificiũ Pſalm.
tuum. Solebant enim Hebræi thus incendere in ſa 19.
crificiis, vt conſtat ex capite ſecundo Leuitici. Si- Leui. 2.
gnificat iis verbis populus, qui pro rege ſuo Dauí-
de ad bellum difficile proficiſcente preces funde-
bat, ſe cupere, vt eius ſacrificium eſſet Deo gratiſ-
ſimum. Verba illa pincernarũ magiſtri capiti qua-
drageſimoprimo Geneſis mandata: Cõfiteor pec- Geneſ.
catũ meum, poſſunt ita verti: Commemoro pecca 41.
tum meum, vel recordor peccati mei: eſt enim ibi
verbum hoc zachar. Ab hoc verbo deriuatur
mazcir, pro quo noſter interpres vertit à cõmen-
tariis, dicens cap. 8. lib. ſecundi Regum: Porrò Io- 2. Reg.
ſaphat filius Ahilud erat à commentariis. Hoc eſt, 8.
qui res geſtas memorabiles mãdabat literis, vt po-
ſteritatis memoria vigerent. Vel qui negotia ge-
renda cõmemorabat. Aiunt nonnulli regẽ Dauidẽ
conſtituiſſe miniſtrum quendam, qui ei ad memo-
riã reduceret eos, qui pro illo aliquid fecerant in-
ſigne, vt rex illud munere & præmio compẽſaret.
Iomere admirabilem regis iuſtitiam & æquitatẽ,
qui hominem iuſtum mercede conducebat, vt ſibi
ſubditorum ſuorum præclara facinora in memo-
riam reuocaret, vt illa digno præmio remuneraret
& alios ſtudio eorundem benefactorum incende-
ret. Cùm rex Aſſuerus noctem quandam duxiſſet Eſter. 1.
inſomnem, iuſſit ſibi afferri hiſtorias & annales, &
cùm coram eo legerentur, inuenit illic ſe beneficiũ
quoddam accepiſſe à Mardochæo, & ſtatim illud
remunerauit. Qui igitur principi ſuadet, vt ſuorum
benefacta dignis præmiis recompenſet, eique illos
in memoriam redigit, qui pro eo labores ſubierũt,
& in dimicationes & pericula pro republica ſe cõ-
iicere non dubitarunt, à commẽtariis vocatur de-
ducto nomine à verbo zachar, quod commemora-
re, & in memoriã reducere ſignificat. Quare poteſt
locus hic Ezechielis ita verti. Non erunt deinceps
domui Iſrael in confidentiam, ei in memoriam re-
digentes iniquitatem. Vel ita: Non erunt poſt hac
domui Iſrael in confidentiam reducentem iniqui-
tatem in memoriam. Hoc eſt, in confidentiam, quę
ſit cauſa, vt Deus memor ſit illorum ſcelerum. He
bræi cùm deficiebant à Deo, freti Aegyptiorũ pro-
miſſis ad eos confugerent, à Deo puniebantur. Et
cã ob cauſam tunc dicebantur venire in mentem

Deo, quoniam eorum ſcelera reminiſcebatur, vt de illis pœnas debitas ſumeret, qui eo relicto in humano auxilio ſpem omnẽ ſuã figebant ac locabant.

Argumentum capitis XXX.

Inuitat diuinus vates homines ad lachrymas & lamenta ob Aegyptiorum calamitatem, eorúmque vrbium per Chaldæos luctuoſiſſimam euerſionem, de qua fuerat capite ſuperiore vaticinatũ.

CAPVT XXX.

A ET factũ eſt verbum domini ad
me, dicens Fili hominis prophe
ta, & dic: Hæc dicit dominus
Deus: Vlulate, væ, væ diei, quia
iuxta eſt dies, & appropinquabit dies domi
ni, dies nubis tempus gentium erit. Et ve-
niet gladius in Aegyptum, & erit pauor in
Aethiopia, cũ ceciderint vulnerati in Ae-
gypto, & ablata fuerit multitudo illius, &
deſtructa fundamẽta eius. Aethiopia, & Li-
bya, & Lydi, & omne reliquum vulgus, &
Chub, & filij terræ fœderis cum eis gladio
B cadent. Hæc dicit dominus Deus: Et cor-
ruent fulcientes Aegyptum, & deſtruetur
ſuperbia imperij eius, à turre Syenes gladio
cadent in ea, ait dominus Deus exercituũ:
& diſſipabuntur in medio terrarum deſola-
tarum & vrbes eius in medio ciuitatum de-
ſertarum erunt. Et ſcient quia ego domi-
nus, cum dedero ignem in Aegypto, & at-
triti fuerint omnes auxiliatores eius. In die
illa egredientur nuntij à facie mea in trie-
ribus ad conterendam Aethiopiæ confidẽ-
tiã, & erit pauor in eis in die Aegypti: quia
C abſque dubio veniet. Hæc dicit dominus
Deus, Et ceſſare faciam multitudinem Ae-
gypti in manu Nabuchodonoſor regis Ba-
bylonis. Ipſi, & populus eius cum eo fortiſſi-
mi gentium adducentur ad diſperdendam
terram, & euaginabunt gladios ſuos ſuper
Aegyptum & implebunt terram interfectis:
& faciam alueos fluminum aridos, & tradã
terram in manus peſſimorum: & diſſipabo
terram & plenitudinem eius in manus alie
norum. Ego dominus locutus ſum. Hæc di-
cit dominus Deus: Et diſperdã ſimulacra,
Zach. & ceſſare faciam idola de Memphis & dux
13.d de terra Aegypti non erit amplius: & dabo
D terrorem in terra Aegypti. Et diſperdã ter-
ram Pharhures, & dabo ignem in Taphnis,
& faciam iudicia mea in Alexandria: & ef-
fundam indignationem meam ſuper Pelu-
ſium robur Aegypti: & interficiam multitu
dinẽ Alexandriæ: & dabo ignẽ in Aegypto.

EXPLANATIO.

Et factum eſt. Superiore capite prædixit Aegypti vaſtationem: nunc eam deplorat, tempus illud calamitoſum vocans, & infelicem diem, quo Aegyptus erat euertenda.

Vlulate. Nempe vos ô Aegyptij, & cæteri, quorũ calamitatem prænuntio. Hoc ideo illis dicebat, vt ærumnarum ſuarum timore perterriti à ſceleribus deſiſterent, & intimis ſuſpiriis, flebilibúſq; lamentis dediti ad diuinum numen tanquam ad arcem munitiſſimam confugerent. Ita fecerunt Niniuitæ, & fuerunt ab euerſione, quam Ionas propheta il- Ion.3.
lis prædicebat, liberati. Solet namque Deus homines afflictos, ſeipſum vocãtes in lachrymis & ſqualore iacentes, placidis oculis intueri: eſt enim, vt verbis vtar Apoſtoli, pater miſericordiarũ, & Deus 2.Cor.1
totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Niſi Ionas liberè & intrepidè concionatus fuiſſet, illiſque ob flagitia ſua excidiũ nuntiaſſet, non eſſent à vitiis ſuis ad pœnitentiam conuerſi. Huiuſmodi debet eſſe euangelicus concionator, Eſaiæ, Ieremiæ, Ezechielis, Ionæ, Ioannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum imitator, quos diuinus amor, libertas ſpiritus, excellens promptáque virtus excitabant, vt pro veritate nuntianda nec exilium, nec cruciatus, nec mortem ipſam timerẽt nihilque, quod ipſis propter Deum accidere poſ-
ſet, intolerandum putarent. Quemadmodum Ale- Simile
xander Magnus prohibuit, ne quis illum pingeret præter vnum Apellem, cui in arte pictoria antiquorum ætas primas abſque controuerſia tribuit, ſic non decet Chriſtum Deum noſtrum à quolibet concionatore timido, indocto, adulatore prædicari, ſed à viris animi fortitudine præſtantibus, & ſapientia ac virtute excellentibus, qui poſſint labentem & iacẽtem populum ad decus erigere, ab errore deducere, omnes in rerum cœleſtium amorẽ incendere, de arcanis redemptionis noſtræ grauiter diſſerere, & quemcunque in animis hominum
morum res & cauſa poſtulet, vel excitare, vel ſeda- 1.Tim.
re: qui denique iuxta diui Pauli doctrinam poſſint 4.
rectè arguere, obſecrare, increpare in omni patiẽtia & doctrina. Diuus Ambroſius in ſermone de ieiunio, & habetur diſt. 35. ſexta die, ita ait: Qui Chriſtum annuntiat, ab omni vitiorum incentiuo præſtare ſe debet alienum. Et diuus Gregorius in homilia quadam: Cuius, inquit, vita deſpicitur, reſtat, vt eius prædicatio contemnatur.

Quia iuxta eſt dies. Id eſt, quia iam imminet tempus acerbiſſimæ veſtræ calamitatis. Hoc tempus appellat diẽ domini, hoc eſt diuinæ vltionis, quoniam tunc Aegyptij Deo ſuorum flagitiorum pœnas dederunt.

Dies nubis. Hoc eſt, tempus triſte & nubiloſum,
plenum mœrore & moleſtia. Idem ſignificare vo- Infr.32.
lens, ait capit. 32. Solem nube tegam, & luna non Ioel 2.
dabit lumen ſuum. Et Ioel: Quia venit dies domini, quia prope eſt dies tenebrarũ, & caliginis: dies nubis & turbinis. Fortaſſe per nubẽ intelligit hoc loco Ezechiel Babyloniorum exercitum, vt oſtendat, ſubitam procellam, quam mẽtis oculis intuebatur eſſe Aegyptios oppreſſuram & obruturam.
Vt enim ex nube oritur aliquando repẽtina & ſæ- Simile
ua tempeſtas, ſic ex Babyloniorum exercitu erat Aegyptiis prouentura ſubita & horribilis vaſtatio.
Eã ob cauſam Eſaias Aſſyriorum exercitum nubẽ Eſa.19.
leuẽ appellat, nubem ob nimbos & procellas, leuẽ ob velocitatẽ & agilitatẽ: tã celeriter enim, & cõcitato impetu ad Aegypti cladẽ & excidiũ properabant

rabant Aſſyrij, vt potiùs volare, quã ambulare viderentur. Erant Aegyptij leti, in voluptatibus verſati, & repentè fuerũt afflicti, & partim capti, partim occiſi. Intuere mundi varietatem & viciſſitudinem: poſt lætitiam & voluptatem ſequitur mœror, & calamitas: &, vt ait Salomon in Prouerbiis, *Prouer. 14.* extrema gaudij luctus occupat. Si cœli aſtra nonnullam aliquando recipiunt mutationem, nam ſol & luna, & planetæ patiuntur eclipſim, nónne ſumma erit dementia, terrena ſtabilia & fixa ducere? Verum eſt id, quod ait poeta quidam: Sola manet virtus, labuntur cætera quæque. Et Seneca: Momento mare euertitur, & eodem die vbi luſerunt nauigia, ſorbentur.

Tempus gentium erit. Hoc eſt, tempus Babyloniorum, qui tunc de Aegyptiis vltionem & ſuppliciũ ſument. Poteris per Gentes Aegyptios intelligere, vt ſit ſenſus: Tempus calamitatis Aegyptiorum erit. Huic expoſitioni fauet paraphraſis Chaldaica ita habens: Tempus erit, quo affligentur Gentes.

Veniet gladius in Aegyptum. Hoc eſt, inferentur cædes Aegyptiis ab exercitu Chaldæorum. Et timebunt Aethiopes videntes Aegyptios tẽpeſtate calamitatum iactatos, huc ac illuc impulſos, partim occiſos, partim in vincula cõiectos: & munitas ac celebres eorum vrbes incendio commiſſas, & penitus conſumptas. Erant enim Aegyptij & Aethiopes vicini & fœderati.

Et deſtructa fundamenta eius. Hoc eſt, munita militum caſtra. Poteris per fundamenta vrbes intelligere: vel principes & magnates, quibus populi ſuſtentantur: vnde rex Græcè dicitur baſileus, hoc eſt baſis & fundamentum populi. Vel per fundamẽta intelligit leges in quibus nititur omnis ciuitatum *Pſalm. 10.* ſalus. Id quod dicitur in pſalmo. Quoniã quæ perfeciſti, deſtruxerunt: vertunt nonnulli ex Hebræo: Quoniam fundamenta deſtruxerunt, vel diſſipata ſunt. Vbi pro fundamentis intelligunt leges, iuxta Symmachi tranſlationem, qui ita hunc locum vertit: Quoniam leges diſſipatæ ſunt. Quem ſequitur diuus Hieronymus in verſione iuxta Hebraicam veritatem.

Aethiopia, & Libya, & Lydi. Aethiopia eſt pars Africæ Aegypto finitima, torridæ zonæ ſubiecta. Libya eſt altera pars Africæ, vbi habitaſſe aiunt Lybiam filiã Epaphi. Lydia prouincia eſt Aſiæ, Phrygiæ vicina. Sed hi Lydi, de quibus hîc agitur, non ſunt ex Lydia, ſed ex Lyda vrbe Paleſtinæ Aegypto finitima. Chub eſt ciuitas Arabię. Sũt qui exiſtiment eſſe ipſam Arabiam, inter quos eſt Symmachus, qui pro Chub Arabiam vertit. Fortaſſe hi Chubi ſunt hi, quos Ptolemæus Cobios vocat.

Et filij terræ fœderis. Id eſt, omnes illarum regionum cultores, quæ cum Aegypto fœdus ferire voluerunt. Sunt, qui per terram fœderis intelligant Iudæam, quæ fecerat cum Deo fœdus, & per eius filios Iudæos, qui in legiſlatione fuerunt cũ domino fœderati. Fortaſſe ideo terra promiſſionis terra fœderis vocatur, quia fuit à Deo promiſſa Abrahamo, & ſemini eius in fœdere, quod iniit cũ eo: *Gen. 15.* cuius meminit ſcriptura Geneſis capite quinto decimo. Hoc ideo ait quia Iudæi, qui poſt cædẽ Godoliæ ſe in Aegyptum contulerũt, fuerunt à Chaldæis partim interfecti, partim vinculis ligati.

Et corruent fulcientes Aegyptum. Hoc eſt, peribũt qui opem tulerint Aegyptiis. Sed dices: Nõne erãt laudibus efferendi, qui Aegyptiis, quibus erãt fœdere coniuncti, opem tulerunt? Quis negabit debere homines opitulari miſeris, & calamitoſis, eorúmq; ærumnas dolere? Iob enim ita ait: Auris audiẽs beatificabat me, & oculus videns teſtimoniũ *Iob 19.* reddebat mihi, eò quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adiutor. Et paulò pòſt: Oculus fui cæco, pes fui claudo, &c. Audiens Nehemias miſerabilem Hieroſolymę ſtatum fleuit diebus multis, & tandem conſilium adhibuit, & auxiliũ opportunum. Et Eſaias aiebat; *2. Eſd. 2. Eſa. 22. Rom. 12.* Recedite, amarè flebo: nolite incumbere: vt conſolemini me ſuper vaſtitate filię populi mei. Et Apoſtolus ſuadet flere cum flentibus & gaudere cũ gaudentibus. Tunc enim innoteſcit membrorũ in corpore vno colligantia, cùm vnius affectione reliqua alia afficiuntur, vt rerum proſperarũ affluentia amici vnà cum illo afficiamur gaudio, eiúſque rerum aduerſarum molem ſimul doleamus. Amicus enim, vt philoſophorum ſententia conſtare videtur, eſt alter idem: & amicitia eſt diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate ſumma conſenſio. Hanc aſſerebant antiqui ſapientes eſſe rebus humanis anteponendam, nihilque eſſe tam naturæ aptum, tam conſentaneum ad res vel ſecundas vel aduerſas, nihil eſſe amabilius, nihil copulatius morum ſimilitudine bonorũ. In quibus enim ſunt eadem ſtudia, eædem volũtates, in his efficitur, vt æquè quis altero ac ſeipſo delectetur. Sed cùm in amicitia fuerint aliqua poſtulata, quæ honeſta non ſint, oportet ipſi amicitiæ fidẽ & religionem præferre. Nõ enim lætitia efferri debemus, quotieſcunq; amicus lætitia geſtit, nec quocunque mœrore ſuo angi dolore, ſed iuxta charitatis præſcriptum, quæ non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. *1. Cori. 13.* Si enim amici lætitia afficiuntur ob ſcelus aliquod perpetratum, & iuxta id, quod ait Solomon in Prouerbiis, lætãtur, *Prouer. 2.* cùm male fecerint, potiùs dolendum nobis eſt eorum impiũ gaudium & ęgrè ferenda eorũ miſeria, quàm lætitia oſtendenda ob impia facinora. Verũ eorum felicitati ſine Dei offenſione debemus cõgratulari, eorumq; calamitatibus ſubuenire. Quid plura? Hic noſter Ezechiel in hoc capite homines ad ærumnas Aegypti deplorandas inuitat. Quare non æquum videbatur, vt qui Aegyptiis oppreſſis opitulabantur, ob id ipſum corruerent. Sed Deus potius reſpicit ad animũ, quã ad opus. Cùm Cain *Gen. 4.* Deo de fructibus terræ munera offerret, & Abel de gregibus ſuis, ait diuina ſcriptura reſpexiſſe Deum ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non reſpexiſſe. Abel ſeipſum, & ſua Deo offerebat: priùs cor ſuum, quàm munera prębebat: ideo ait diuina ſcriptura Deum reſpexiſſe ad Abel, & ad munera eius, priùs reſpexit ad illum, quàm ad munera, potiùs vult animum, quàm opus etiam ſi velit vtrunque. Ad munera Cain nõ reſpexit, quia malè diuidebat dãs Deo aliquid ſuũ, ſibi autem ſeipſum. Deo offerebat fruges, ſed cor ſuum ſibi ipſi reſeruabat: cùm dicat Deus: Fili prębe mihi cor tuum. Opitulari Aegyptiis calamitate oppreſſis ex ſe bonum opus videbatur, ſed illud *Prou. 23.* deprauabant hi, qui illis opem ferebant, cùm non Dei honorem, nec bonũ commune, ſed propriam quærerent vtilitatem, & Babyloniorũ perniciẽ, & animo deprauato & obſtinato vellent Dei volun-

tari reſiſtere. Fieri poteſt, vt duo homines in idem
opus tam diuerſo animo incũbant, vt vnus Deo ſit
gratus, alter eũ ad iracũdiam prouocet. Corã Pha-
Exod. c. 7. raone ediderunt mirabilia Moyſes & Aaron, qua
in re fuerunt Deo grati, & malefici Aegyptiorum,
qua in re fuerunt Deo inuiſi. Chore & Aarõ thus
Num. in thuribulis Deo obtulerunt: ſed non æqualis fuit
16. eorũ acceptio apud Deũ: nam Aaron Deum placa
Exo. 20. uit, Chore autẽ eũ offendit & laceſſiuit. Grata erat
31. durante lege veteri feſtorum obſeruatio: & tamen
Eſai. 1. impiis Iudæis dicebat per Eſaiam dominus: Calẽ-
das veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima
Luc. 12. mea. Vnde dominus oblationẽ viduæ duo minuta
offerentis diuitũ muneribus antepoſuit: obtulit e-
nim quicquid habebat, & quod præſtãtius eſt ob-
tulit ſeipſam. Qui autẽ munera offerebãt Deo, ſei-
pſos ante mũdo, non Dei honorẽ, & pietatem, ſed
inanẽ mundi gloriã & populi rumuſculos quærẽ-
tes, tantũ ab erant à gloriæ merito, vt æternã pœ-
nã mererentur. Huiuſmodi fortaſſe erant, qui Ae-
gypto auxiliũ dederunt. Hos innuẽs Ezechiel, ait:
Fulciẽtes Aegyptũ: acſi dicat; Qui tenebras fulciũt
qui ſcelera ſuſcitãt, qui mundi flagitia defendũt, æ-
ternã ſibi pernicẽ machinãtur. Chriſtus Aegyptũ
hoc eſt mundũ vicit, eiuſq; impietatẽ euertit: flagi-
Ioan. 16. tioſi autẽ mundi ſcelera & vanitates renouant &
fulciũt: & ciuitatẽ Iericho, quã Ioſue deleuerat hoc
eſt mũdi nequitiã, quæ Ieſu Chriſti prædicatione
corruerat, inſtaurãt, cũ ſit libro Ioſue mãdatũ: male
Ioſue. 6. dictũ eſſe qui ſuſcitauerit & inſtaurauerit Iericho.

Et deſtruetur ſuperbia imperij eius. Hoc eſt, peri-
bunt Aegypti opes, peribit eius rex: & omnis eius
imperij gloria & ſuperbia ſubitò euaneſcet. In li-
bro Sapientiæ inducuntur dãnati has voces in in-
Sapien. 5. ferno mittentes: Quid nobis profuit ſuperbia, &
diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſie-
runt omnia illa ſicut vmbra, & tanquã nũtius præ-
currens. Cur igitur tantopere deſideratur, quod
tam facilè amittitur? Etſi opũ affluentia perpetuò
duraret, deberemus tamen eas ratione ſtabili fir-
máq; contemnere, & in expetendis nõ connume-
rare. Quemadmodũ luna non patitur eclipſim, niſi
Simile cũ plena eſt, ſic homo tum maximè ſolet obſcura-
ri, cùm plenus diuitiis eſt, & mundi opibus abun-
Simile dat: Et quẽadmodum luna cùm plena eſt, longius
diſtat à ſole, ſic multi ex iis, qui mundi opibus cir-
cumfluunt, ſolent ſe à Deo longiſſimè ſeparare. Et
quanquã in illis virtutes aliquæ apparere videan-
tur, obruuntur tamen ſolicitudinibus, & diuitiarũ
Matth. curis opprimuntur. Eá ob cauſam ſaluator noſter
diuitias cum ſpinis cõparauit: explicás enim, quid
13. per ſpinas illas intelligeretur, in quas cecidit ſemẽ
Marc. 4.
Luc. 8. quod ſuffocatum ab illis fructum nõ tulit, dixit eſ-
ſe mundi diuitias, quæ licet colore oblectẽt, opere
Eſa 34. tamen pungunt. De iis ait Eſaias. Orientur in die-
bus eius ſpinæ, & vrticę. Et diuus Auguſtinus, Di-
uitias, inquit, inueniſti, requiem perdidiſti. Vnde
Crates ille Thebanus philoſophus inſignis num-
morũ ſacculum in mare proiecit, exiſtimans fieri
non poſſe, vt ſimul & corporis diuitias poſſideret,
& animi quietem: auferunt enim plerunque ani-
mi ſecuritatẽ, in qua nonnulli ex philoſophis bea-
titudinem cõſtituerunt. Sunt tamen multi, qui eã
ob cauſam aiunt, ſe mundi opes ardenter cupere,
vt in vita obtineant amplitudinem, & inter homi
nes nominis celebritatẽ: in eos enim aiũt eſſe om-
nium oculos cõiectos, qui diuites exiſtimãtur. Sed
cauſa hæc vana eſt, & inanis, & omni homine, præ-
ſertim Chriſtiano indigna: non enim veram ampli
tudinem diuitiæ pariunt, ſed virtutes. Qui virtuti-
bus eſt ornatus, etſi pauper ſit, eſt tamen in hono-
re conſtitutus. Vt enim gemmæ, quanuis abiiciã- *Simile*
tur in lutum, fulgorem tamen & proprietatem nõ
amittunt, ſic viri honeſtate præditi, quanuis iaceãt
in ſilentio, & à mundo cõtemnãtur, nõ tamẽ ſplen
dorem, & verum decus in diuini numinis imitatio
ne conſiſtens, amiſerũt. Qui virtute muniũtur, ſunt
magni, quanuis eos mundus paruos exiſtimet; qui
verò vitiis cõtaminantur, ſunt infimi, etiam ſi eos
mundus in honorum vertice conſtituat. Nihil al-
tius eſt, nihil ſublimius virtute: nihil depreſſius, ni
hil inferius vitio. Vbicunque eſt iuſtus, ibi eſt ma-
gnus, vbicunque impius, ibi exiguus. Vt exigua *Simile*
ſtatua etiã ſi ſit in excelſo monte collocata, puſilla
tamen eſt, coloſſus autem in ima valle magnitudi-
nem ſuam non amittit, ſic homo nefarius & ſcele-
ribus imbutus in ſublimi mundi honore, rerumq;
proſperarum abundantia, puſillus eſt: contrà verò
vir ſapientia & pietate præſtans in ſua inopia &
abiectione eſt abſque dubio magnus.

A turre Syenes. Capite ſuperiore de turre hac diſ-
ſeruimus.

In medio ciuitatum deſertarum. Hoc eſt, vrbes eius
erunt de numero regionum vaſtatarum.

Et ſcient quia ego dominus. Pharao in rebus pro-
ſperis & ad voluntatem fluentibus aiebat, vt in E-
xodo narrat diuina hiſtoria: Quis eſt dominus? Ne *Exod. 5.*
ſcio dominũ. Deum non cognoſcebat, à quo om-
nia facta ſunt, qui eſt totius orbis moderator & re-
ctor: At poſteà calamitatibus preſſus Moyſem & *Exod. 8.*
Aaronẽ rogabat, vt pro eo ad Deũ funderent pre- *& 9. &*
cationes. Mundi proſperitas & vitæ turpitudo eũ *10.*
ad id dementiæ perducebant, vt Deum ipſum ne-
garet, & creatorem ſuum non cognoſceret. Quæ
poterat maior excogitari ſtultitia? De huiuſmodi
ignorãtibus ait diuinus pſaltes: Dixit inſipiens in *Pſal. 13.*
corde ſuo: Non eſt Deus. Et licet Chryſoſtomus
hoc de Saule dictũ eſſe exiſtimet, quod relicto Deo
conſuluerit Pythoniſſam: & Arnobius de illis hoc *1. Reg.*
intelligendum putet, qui Chriſtum ob carnis hu- *28.*
militatem, & formam ſerui, cõtempſerunt, & Deũ
eſſe negarunt, exiſtimo tamen diuinum vatẽ in ge-
nere hoc dixiſſe de omnibus his, qui vitioſitate de
prauati, & ſtultitiis ducti diuinã prouidentiã nega-
runt. Pro inſipiẽte eſt in Hebraico Nabal, quod no
men ſignificat nõ quemcunq; inſipientem, ſed ſtul
tum malitioſum. Hic in cordis penetralibus ſtatuit
non eſſe Deum, qui mortalia curaret. Huius peſti-
lẽtis opinionis omnia iura diuina & humana per-
uertentis originem eſſe exiſtimo opum affluentiã
& morum corruptelam. Nam qui inflantur ob di-
uitiarum poſſeſſionem, qui paſcũtur furiis, qui in-
flãmantur libidinum facibus, qui torquentur inui
dia, qui ob diuitias, & potentiã, & ſpem impunita-
tis alia huiuſmodi ſcelera concipiunt, quibus ſe
coinquinant & contaminant, hi ad id deueniunt
inſaniæ, vt ſit ex eorum animis Dei cognitio & me
moria deleta, & penitus euulſa. Sed cùm calamita-
tum opprimantur anguſtiis, cõuertuntur ad Deũ
aliquando, eum in tormentis cognoſcentes, quem
in deliciis negauerunt, Ideo canebat diuinus pſal- *Pſalm.*
tes: Imple facies eorum ignominia, & quærent *82.*

Eſa.26. nomen tuum Domine. Et Eſaias, Cùm feceris, in-
quit, iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habita-
tores orbis. Et paulò pòſt: Domine in anguſtia
quæſierunt te. Aſpice, quàm vtilis ſit afflictio,
quæ te excitat ad cognoſcendum & quærendum
Deum, quem in proſperitate nec quærebas, nec
cognoſcebas: quin potius in erroribus intolerabi-
libus verſabaris. Nec ſolùm impiis hominibus vti-
litatem affert calamitas, ſed etiam piis. Ait enim
Chriſtus Ieſus diſcipulis ſuis apud Ioannem: Tri-
Ioan.16 ſtitia veſtra cõuertetur in gaudium. Et diuus Pau-
lus in epiſtola ad Romanos: Gloriamur in tribula-
Rom. 5. tionibus, ſcientes quia tribulatio patientiam ope-
ratur, patientia autem probationem, probatio ve-
rò ſpem, ſpes autem non confundit. Intuere horum
verborũ emphaſim: non ſatis eſſe exiſtimauit dice-
re ſe calamitates æquo animo tolerare, & placatè,
ac moderatè ferre, ſed quod præſtantius eſt, ſe illis
gloriari. Docebant antiqui philoſophi & Gentium
ſapientes eſſe ærumnas toleranter ferẽdas, & quic-
quid mortalibus accidiſſet, non eſſe intolerabile
putandum, & caſus non ſolùm aduerſos, ſed fun-
ditus euerſos, quos nullo modo vitare poſſent, eſſe
fortiter & ſapienter ſubeundos: at calamitatibus
propter Deum gloriari, & ærumnarum procellis
oblectari, & gaudio perfundi, hoc fuerat mortali-
Matt.5. bus inauditum, priuſquã Deus diceret: Beati pau-
peres: beati, qui lugent: beati, qui perſecutionem
patiuntur. Nonne glorioſum eſt, & illuſtre tollere
crucem, & ſequi Chriſtum ducem & magiſtrum,
colaphis cæſum, ſputis conſperſum, flagellis ver-
beratum, haſta percuſſum, & vulneribus immani-
ter ſaucium, in cruce pendentem, & pro perſecu-
toribus exorantem? Eam ob cauſam gloriabatur
Apoſtolus afflictionibus, ſciens afflictionem ope-
rari patientiam, patientiam probationem, proba-
tionem ſpem, ſpem autem non confundere. Grada-
tio eſt figura oratoribus non infrequens, quæ Græ-
Iac. 1. cè climax, Latinè verò ſcala poterat appellari: Hãc
diui Pauli ſententiam explicat his verbis diuus Ia-
cobus: Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm
in tentationes varias incideritis, ſcientes quod pro-
batio fidei veſtræ patientiam operatur, patientia
autem opus perfectum habeat. Et paulò pòſt: Bea-
tus vir, qui ſuffert tẽtationem, quoniam cùm pro-
batus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repro-
miſit Deus diligentibus ſe.

*Cùm dedero ignem in Aegypt*a. Hoc eſt, cùm Aegy-
ptum igne combuſſero. In hac Aegyptiorum va-
ſtatione eorum vrbes incendio flagrarunt. Vel ac-
cipitur ignis pro calamitate in communi.

Egredientur nuntij à facie mea. Hoc eſt, exibunt
Chaldæi à finibus ſuis Aethiopiam oppugnaturi,
quos ego mittam, ait Dominus. Ibunt autem vecti
nauibus ad vaſtandos Aethiopes, qui in otio degẽt.

Erit *pauor eis in die Aegypti.* Id eſt, ita terrebuntur,
quẽadmodũ Aegyptij tẽpore ſui excidij terrebãtur.
Vel erit pauor Aegyptiis in die ſuarũ calamitatũ.

Quia abſque dubio veniet. Subauditur, Aethiopiæ
vaſtatio.

Et *ceſſare faciam multitudinem Aegypti in manu Na-
buchodonaſor.* Hoc eſt, Aegyptus quæ populis & vr-
bibus frequens eſt, amittet frequentiam & celebri-
tatem, quoniam Nabuchodonoſor omnia vaſtabit
& perdet.

Et *faciam alueos fluminum aridos.* Tanta erit mili-
tum multitudo, vt bibãt omnes aquas fluuiorum.
Vel tanta fuerunt Aegyptiorum ſcelera, vt iratus
Deus Nili alueos ſiccaret, quo poſſent Babylonij
tranſire & terram omnem penetrare. Facile erat
Deo ſiccare fluuios Aegypti: de illo ait diuinus Pſal.73.
pſaltes: Tu ſiccaſti fluuios Ethan: hoc eſt, fluuios
fortes & rapidos, qualis erat Iordanis, quẽ Deus in
trãſitu Hebræorũ ſiccũ fecit: Ethã enim fortitudinẽ
ſignificat, Eã ob cauſam vertit diuus Hieronymus
ex Hebræo: Tu exiccaſti flumina fortia. Chaldæus
paraphraſtes per hæc flumina fortia intelligit Arnũ
& Iordanẽ. Symmachus vertit: Fluuios antiquos,
hoc eſt celebres: alij vehementes & rapidos.

*Diſperdam ſimulacra, & ceſſare faciã idola de Mem-
phis.* Euerſa Aegypto euertentur eius ſimulacra &
idola. Memphis fuit vrbs pyramidibus celebris, &
philoſophis inſignis, qui Memphitici vates appel-
labantur: fuit totius Aegypti metropolis, plena ſu-
perſtitionibus, & omnium vanitatum domiciliũ.
Exiſtimant nonnulli eam eſſe, quæ hodie vocatur
Dammiata: alij contendunt vocari nunc ò Cayrot
alij Meſſer. Verum nomine Aegypti hoc loco mũ-
dus intelligitur, à quo Chriſtus Deus noſter ab-
ſtulit idolorum cultum. Loquens diuinus vates
Zacharias de Meſſiæ aduentu eum facit in hunc Zac.13.
modum loquentem. Diſperdam nomina idolorum
de terra, & non memorabuntur vltrà. Eſaias: Ele- Eſai. 2.
uabitur, inquit, Dominus ſolus in die illa, & idola
penitus conterentur. Et paulò pòſt: In die illa pro-
iiciet homo idola argenti ſui, & ſimulacra auri ſui.
Et rurſus: In die illa inclinabitur homo ad facto-
rem ſuum, & oculi eius ad ſanctum Iſrael reſpiciẽt,
& non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt ma-
nus eius, & quæ operati ſunt digiti eius, non reſpi-
cient lucos & delubra. Michæas facit Deũ in hunc Mich.5.
modum loquentem, Perire faciam ſculptilia tua,
& ſtatuas tuas de medio tui: & non adorabis vltrà
opera manuum tuarum. Quia non videt ceſſaſſe
ob euangelicam prædicationem Gentium hono-
res olim Ioui, & Saturno, cæteriſque diis commen-
titiis & falſis exhibitos, & vanè conſecratos? Vbi
eſt cultus Iunonis, & Dianæ, & Mercurij, & Mar-
tis, cæterorumque portentorum veneratio? Periit
vt prædixerat pſalmographus, memoria eorum Pſal.9.
cum ſonitu, & Dominus in æternum permanet.
Nomen Ieſu vanas ſuperſtitiones deleuit: eſt enim
nomen ſuper omne nomen, vt verbis vtar Apoſto- Phil. 2.
li, in quo flectitur omne genu cœleſtium, terreſtriũ,
& infernorum. Id prædixerat his verbis Dominus
per Eſaiã: Mihi curuabitur omne genu. Noſter etiã Eſai.45
Ezechiel Deum inducit has voces emittentem: Sup.6.
Ecce ego inducam ſuper vos gladium, & diſperdã
excelſa veſtra, & demoliar aras veſtras: & confrin-
gentur ſimulacra veſtra. Et paulò pòſt: Ceſſabunt
idola veſtra, & conterentur delubra veſtra. Sed hic
gladius ſpiritualis eſt, de quo dixerat Eſaias: Cadet Eſai.31
Aſſur in gladio non viri: & gladius non hominis
vorabit eum. Gladius hic, quo Chriſtus de mun-
do victoriam reportauit, verbum Dei eſt, cuiũs
meminit diuinus pſaltes, dicens: Accingere gla- Pſal.44
dio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſime. Et diuus Ephe.6
Paulus in epiſtola ad Epheſios: Aſſumite gladium
ſpiritus, quod eſt verbũ Dei. Hoc gladio ita Chri-
ſtus ſuperauit Aegyptum, hoc eſt mundum, vt non
ſolùm homines obſcuri, & humili loco nati, ſed
magnates illuſtri laude celebrati, & reges illu-

ſtres,potentia valentes repudiatis idolis ipſius iu-
go colla ſubmiſerint. Id vaticinatus fuerat quoo-
Eſai. 49 dam his verbis Eſaias:Reges videbunt,& conſur-
gent principes, & adorabunt propter Dominom.
Et rurſum:Ambulabunt Gentes in lumine tuo,&
Eſai. 60 reges in ſplēdore ortus tui. Et qnoniam per Mem-
phiticam vrbem,quæ erat olim doctrinarnm mer-
1. Cor. 3 catura, ſeu potiùs inſipientiæ Academia, mundi
ſcientia intelligitur,quam Apoſtolus ait eſſe ſtulti-
tiam apod Deum, ait hoc loco Deus per Exechie-
lem eſſe ſe de Memphis idola deletnrum. Hoc præ-
Eſai. 9. dixerat in hunc modum Eſaias: Peribit ſapientia à
ſapientibus, & intellectus prodentinm abſconde-
Eſa. 44 tur. Et rurſus: Connertens ſapientes retrorſom, &
ſcientiam eornm ſtultam faciens. Vnde dinus Pau-
1. Cor. 1. lus in epiſtola prima ad Corinthios, Scriptnm eſt
enim, inquit: Perdam ſapientiam ſapiennium, &
prodentiam prndennnm reprobabo. Vbi ſapiens,
vbi ſcriba, vbi inquiſitor huios ſeculi? Nonne ſtul-
tam fecit Deus ſapientiam huins mundi? Aſpicis
igitor hoc Ezechielis vaticininm eſſe nnnc com-
pletom, eſſeque de idolorum cultus per euangeli-
cam prædicationem ceſſatione intelligendnm, &
de Gentium ad Chriſti fidem vocatione, iuxta id
Eſa. 49 quod prædixerat Eſaias ex perſona patris ad filiū:
Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque
Ier. 16. ad extremom terræ. Ieremias etiam ita Chriſtum
alloquitur: Ad te Gentes venient ab extremis ter-
ræ: & dicent: Verè mendacium poſſedernnt patres
Gen. 22 noſtri, vanitatem, qoæ non profuit eis. Hoc fuerat
Abrahamo à cœleſti patre his verbis promiſſum:
Benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes. Quæ
Gala. 3. verba ita explanat in epiſtola ad Galatas Apoſto-
lus: Nō dicit: in ſeminibus, qnaſi in multis, ſed qna-
ſi in vno: & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc intel-
Gen. 49 ligens Iacob ipſius Abrahami nepos ex filio, de
Luc. 2. Chriſto loquens dixit: Ipſe erit expectatio Gētinm.
Vnde Simeon ille virtute & pietate præſtāti pue-
rum Ieſum brachiis tenens ipſum lumen ad reue-
lationem Gentium vocauit. Illum, quem habebat
in corde, & in ore, manibus amplexabatur, inſinuās
tenendum eſſe Chriſtum non ſolùm cogitationi-
bus, & verbis, ſed etiam operibus & factis: eumq́;
eſſe gentiom ſalutem, qui iuxta id, qood hoc loco
prædixit Ezechiel, euertit ſimulacrorum cultum,
& ceſſare fecit idola de Memphis, cùm perdidit
falſam, Inanemq́ue mundi ſapientiam, & eornm,
qnos decepti mortales vocabant prudentes, qoi
1. Cor. 1. inflati falſis opinionibus in erroribus verſabantur
intolerandis, prudentiam reprobauit.

Et dux de terra Aegypti non erit amplius. Id eſt, per
longum tempus. Non amplios, & non vltrà, lōgum
temporis ſpatium ſignificant aliquando, non aeté
Sup. 26. æternitatem. Qua de re capite 26. diſſeruimos.

Diſperdam terram Phathures. Phathures regio eſt
Aegypti, vt capite ſuperiore diximus. Taphnis ſi-
ne Tanis, & Alexandria ciuitates ſunt Aegypti. A
Tani accepit nomen quoddam Nili oſtium, quòd
Taniteum vocatur. Aiunt in hac ciuitate Moyſem
miracula ſua ediddiſſe. Alexandria fnit ab Alexādro
Macedone condita, & ob fertilitatem & commo-
ditatem eſt totins Aegypti emporiom. Date ignem
in Taphnis, eſt ciuitatem illam incendio combu-
rere, facere verò iudicia in Alexandria, eſt in illam
grauiter animaduertere. Quando hæc vaticinaba-
tur Ezechiel, noodum erat Alexandria condita ab
Alexandro: ſed dixit hoc per anticipationem. Ita
Vergilius: Italiam fato profugus, Lauináque venit,
littora, &c. Quando Aenas acceſſit ad Lannm, nō-
dnm littora illa appellabantur Lauina: ſed poſteà
eo nomine dicta ſunt à Lauinio, vrbe condita ab
Aenea à nomine Lauiniæ vxoris ita appellata. Erat
in Aegypto quædam parua vrbs, appellata No,
quam poſteà Alexander auxit: ampliſſimis mnris
cinxit, & nobiliſſimis mœnibus decorauit, & Ale-
xandriam vocari iuſſit. De hac vrbe loqnitur hoc
loco Ezechiel: & eam ob cauſam textus Hebrai-
cus non habet Alexandriam, ſed No, ita enim vo-
cabatnr tunc, quæ poſteà fuit Alexandria vocata. *Ier. 46.*
Huius ciuitatis meminit Ieremias cap. 46. & Na- *Nahu. 3*
hum tertio.

*Effundam indignationem meam ſuper Peluſium, ro-
bur, Aegypti.* Hoc eſt, euertā Peluſiom, fortiſſimam
Aegyptiarum ciuitatem. Peluſium vrbs eſt Aegy-
pti, à qua vnum ex Nili oſtiis nomen accepit. Di-
citur hæc ciuitas robnr Aegypti, quia erat muni-
tiſſima, & portū habebat amplū tutomq́ne, qnam
ob cauſam erat opibns & mercibos florentiſſima.

Quaſi parturiens dolebit Peluſium, &
Alexādria erit diſſipata, & in Memphis an- E
guſtiæ quotidianæ. Iuuenes Heliopoleos, &
Bubaſti gladio cadent: & ipſæ captiuæ du-
centur. Et in Taphnis nigreſcet dies, cùm
contriuero ibi ſceptra Aegypti, & defecerit
in ea ſuperbia potentiæ eius, ipſam nubes
operiet, filię autem eius in captiuitatem du-
centur. Et iudicia faciam in Aegypto, &
ſcient, quia ego Dominus. Et factum eſt in
vndecimo anno, in primo menſe, in ſeptima
menſis, factum eſt verbum Domini ad me
dicens, Fili hominis, brachium Pharaonis
regis Aegypti confregi, & ecce non eſt ob-
uolutum, vt reſtitueretur ei ſanitas, vt liga-
retur pannis, & faſciretur linteolis, & rece-
pto robore poſſit tenere gladium. Propterea
hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad Pha- F
raonem regem Aegypti, & comminuā eius
brachium forte, ſed cōfractum, & deiiciam
gladium de manu eius. Et diſpergam Aegy-
ptum in Gentibus, & ventilabo eos in ter-
ris. Et confortabo brachia regis Babylonis,
dabóque gladium meum in manu eius. Et
confringam brachium Pharaonis, & gemēt
gemitibus interfecti corā facie eius, & con-
fortabo brachia regis Babylonis, & brachia
Pharaonis concident. Et ſcient, quia ego
Dominus, cùm dedero gladium meum in
manum regis Babylonis, & extenderit eum
ſuper terram Aegypti, & diſpergam Aegy-
ptum in nationes, & vētilabo illos in terras,
& ſcient, quia ego Dominus.

Quaſi parturiens dolebit Peluſium. Hoc eſt, ingen-
tibus doloribus premetur, quales ſolent eſſe mu-
lieris parturiētis. Ex Hebraico poterat hoc ita ver-
ti: Dolendo dolebit Sin. Peluſiom enim appella-
batur olim Sin.

Iuuenes

Inuenes Heliopoleos & Bubaſti. Heliopolis ciuitas erat Aegypti: idem eſt Heliopolis ac ciuitas ſolis: Eſa 19. de ea ait Eſaias: Ciuitas ſolis vocabitur vna. Huius ciuitatis erat ſacerdos Putiphar ſocer Ioſeph, vt Gen. 41. libro Geneſis literæ diuinæ memoriæ prodiderũt. Bubaſtus fuit etiam Aegypti vrbs, vocata quondã Phibeſeth.

Nigreſcet dies. Hoc eſt, non erit lux lætitiæ, ſed nox & luctus mœroris. Omnia erunt dolorum tenebris circunfuſa.

Ipſam nubes operiet. Idẽ eſt diuerſis verbis. Quaſi dicat: Erit ſummo mœrore compreſſa: nullus apparebit ſolis ſplendor, qui tam atram calamitatum Simile noctem diſpellat. Vt nubes obſcurat aërem, & ſolem regit, ſic calamitas animum obnubilat, & gaudium tollit. Et non ſolùm ipſa Taphnis vaſtabitur, ſed eius filiæ in captiuitatem ducentur: hoc eſt eius oppida & villæ euerterũtur, & habitatores in regiones hoſtium relegabuntur. Diximus alibi per vrbis filias oppida illi ſubiecta, villas, & vicos ſignificari.

Et factum eſt in vndecimo anno. Subaudi, tranſmigrationis Iechoniæ, quo tempore fuit captus Sede- 4. Reg. 25. chias, vt librorum Regum diuina narrat hiſtoria.

Brachiũ Pharaonis regis Aegypti confregi. Præteritum pro futuro more prophetarum. Senſus eſt: Ego conteram vires Pharaonis, & ita eum calamitatibus opprimam, eiúſque fortitudinem & ſuperbiam confringam, vt nunquam ſe poſſit ad priſtinam dignitatem reſtituere: vſque adeò eum deiiciam, vt non poſſit amplius ſtatum ſuum inſtaurare. Metaphora eſt ſumpta à chirurgia: nam cùm brachium percuſſum non ligatur pannis aut faſciis, non po- Eſai. 1. teſt ſanitatem recuperare. Ita Eſaias de animorum ægritudine, & ſcelerum Iudæorum vulneribus loquens, quæ volebat incurabilia eſſe oſtendere, aiebat: Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Fortaſſe loquitur hîc Ezechiel de calamitate, qua Aegyptij fuerant oppreſſi quarto anno regis Ioachin, quando Pharao Nechao cæſus eſt à Chaldæis, à quo vulnere curatus poſteà non fuit. Significari autem vires, & ſuperbiam nomine brachij, indicat Pſal. 9. locus ille pſalmographi: Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Acſi diceret: Infringe Domine vires & ſuperbiam flagitioſi, ſcelerum maculis notati: conſtitue quæſtionem de maleficiis eius, & ille non apparebit: ſed in tenebras æternas relegabitur. Vel ita: Quære Domine peccatum impij, ad illud puniendum, & non inuenietur, qui ſit impius: perterriti enim nefarij homines vltione & pœnis aliorũ reſipiſcent, & flagitiis relictis ad te ipſum conuertentur. Vel ita: Tanta eſt vis iudicij tui, vt ſi quæratur impius ad reddendam ſuorum peccatorum rationem, exterritus euaneſcat præ timore, haud ſecus atque tenebræ ad lucis ingreſſum, aut puluiſculus à facie procellæ: & ita conteretur brachium peccatoris & maligni. Illis conterit Deus aliquando brachia & vires, qui opibus, & gloria inani tumeſcunt, & ſuperbia inflantur: præſertim ſi ad illam potentiam & amplitudinem ex infimo loco venerunt. Multi enim nulla commendatione maiorum, ſed ficta beneuolentia & virtute, ad verticem dignitatum extolluntur: qui cùm in vita priuata affabilitatem, comitatem, & animi ſubmiſſionem animorum conciliatricem præ ſe ferrent, adepto tamen magiſtratu inſolentiam, auſteritatem, & ſuperbiam voluptatum irritatricem apertiſſimè oſtendunt. Huiuſmodi homines ſignificabant antiqui per crocodilum & ouum: eſt enim crocodilus incredibilis magnitudinis animal ex ouo quodam paruo productum, ſoli Aegypto, & iis regionibus, quæ Nilo alluuntur, cognitum, & hac in re admirabile, quòd nullum eſt animal, quod à tam exiguo principio in tantam excreſcat magnitudinem. Vt Bucephalus Alexandri Magni equus, cùm Simile eſſet phaleris & ornamentis deſtitutus, equiſonem in tergum admittebat, inſtratus verò regio ornatu neminem præter vnum Alexandrum recipiebat in ſedem, autore Plinio libro octauo: ſic multi inopia laborantes, & in abiecto ſtatu iacentes, quemuis ferunt, beneuolentiam ac obſeruantiam erga omnes fingunt, grauitatem, & ſingularem mãſuetudinem vnicuique oſtendunt: intus Nerones, foris Catones. Multis ſimulationum inuolucris tegunt iram, odium, malitiam, & impietatem. At diuites facti, & in mundi honoribus conſtituti, omnes præter vnum illum deſpiciunt, cui ſunt ſubiecti lege principatus. Tunc detegunt occultam voluntatem, & multiplicem naturam, & ſuperbiam ac immanitatem, quam ſpecie ſubmiſſionis operuerant, apertiſſimè demonſtrãt. Hos ita ſuperbia inflatos, omníque maleficiorum genere inſtructos & imbutos, ſolet Deus opprimere ſæpenumero: eos autem, qui eum colunt, & vera animi ſubmiſſione, pietate, tolerantia, & cæteris virtutibus tanquam mœnibus muniuntur, extollit in ſublime, etiam ſi apud homines abiecti & contempti videantur. Hi verũ obtinent honorem, & admirabile decus, non qui generis amplitudine, opibus, & magiſtratibus florentes Deum relinquunt, ſed qui iuſtitia præſtantes ſeſe ab omni vitiorum labe puros ac integros ſeruauerunt, & humana ac caduca contemnentes ad cœleſtia ac immortalia aſpirarunt. De impiis, ſuperbia elatis ait diuinus pſaltes: Deieciſti eos, Pſal. 72. dum alleuarentur. Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam. Velut ſomnium ſurgentium Do- Pſal. 91. mine in ciuitate tua imaginẽ ipſorum ad nihilum rediges. De piis autem & iuſtis canit: Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Pſal. 111. Et rurſus: In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit.

Ecce ego ad Pharaonem. Subaudi, veniam, vt eum puniam. Apoſiopeſis eſt, quæ à Cicerone dicitur reticentia. Quidam vertunt: Ecce ego contra Pharaonem.

Et deijciam gladium de manu eius. Ideſt, vincetur, & corruet in terram. Solent victores in ſingulari certamine, poſtquam aduerſarios ſuperant, & in terram proiiciunt, gladium de manu eorum deiicere.

Dabóque gladium meum in manum eius. Id eſt, dabo regi Babylonis robur, arma, & exercitus vt expugnet Aegyptum. Per eum tanquam iuſtitiæ meæ miniſtrum feriam Aegyptios.

Et gement gemitibus interfecti coram facie eius. Hoc eſt, clamabunt Aegyptij confoſſi vulneribus, more interfectorũ, qui eiulant coram hoſte gladiis eiecti.

Et extenderit eum ſuper terram Aegypti. Ideſt, cùm rex Babylonis cædem Aegyptiis intulerit, totamque Aegypti regionem vaſtauerit. Extendere gladium ſuper aliquem eſt illum occidere.

ANNOTA

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXX.

Et filij terræ fœderis. Septuaginta habent: ex filiis teſtamenti mei. Quare Hebræi appellentur filij terræ fœderis, diximus in explanatione. Appellabantur etiam filij teſtamenti Dei: quià vetus teſtamentum vſque ad Chriſti aduentum acceperant obſeruandum. Hæc eſt teſtamentorum natura, vt primum per ſecundum derogetur: eſt enim teſtamentum vltimæ voluntatis teſtimonium. Cùm autem euangelium ſit nouum & ſecundum teſtamentum, quod Deus per diuinum ſuum vatem Ieremiam promiſerat, apertè concluditur, primum Iere. 31. ruptum & irritum eſſe, & abrogatum. Hæc ſunt verba Ieremiæ: Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda teſtamẽtum nouum, non iuxta pactum, quod pepigi cum patribus veſtris, &c. Hanc promiſſionem confirmauit Bar. 2. Deus iis verbis apud Baruc: Statuam illis teſtamẽ Exod. 24. tum alterum ſempiternum. Teſtamentum quippe vetus fuit ſanguine vituli roboratum, nouum ve-Heb. 9. rò ſanguine Ieſu Chriſti, Dei noſtri. Vide vtriuſq; differentiam. De hoc ſanguine fuerat quõdam vaZach. 9 ticinatus Zacharias, dirigens ita ad Chriſtum ſermones ſuos: Tu quoque in ſanguine teſtamenti Mat. 26 emiſiſti vinctos. De quo ſanguine ait idem Chriſtus: Hic eſt ſanguis meus noui & æterni teſtamenti, qui pro multis effundetur. Cùm igitur nouum audimus teſtamentum, intelligere debemus ceſſaſſe vetus. Eam ob cauſam Apoſtolus in epiſtola ad Hebr. 8. Hebræos de Chriſto loquens has voces emiſit: Hunc autem melius ſortitus eſt miniſteriũ, quantò & melioris teſtamenti mediator eſt. Et rurſus: Vbi Heb. 9. teſtamentũ eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris, teſtamẽtũ enim in mortuis cõfirmatũ eſt. Vnde nouum teſtamentum fuit morte Chriſti confirmatum. Ex quo ſequitur non eſſe nunc Iudæos filios teſtamenti Dei, quòd teſtamentum illud primum, quod ipſi quò ad cæremonias, iudicia, & ſacrificia obſeruant, fuit per ſecundum abrogatum. Illi nũc filij teſtamenti Dei appellantur, qui Chriſti fidem Ioan. 1. amplectuntur: de quibus ait diuus Ioannes: Quotquot autem eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, iis, qui credunt in nomine eius.

Egredientur nuntij à facie mea. Pro nuntiis eſt in Hebraico; מלאכים malacim, quæ dictio nuntios ſi-Iob. 1. gnificat, & angelos: Iob. 1. Nuntius venit ad Iob. Et Gen. 16. Geneſis 16. Cúmque inueniſſet eam angelus Do-Pſalm. 103. mini. Et pſalmo 103. Qui facit angelos ſuos ſpiritus. Eodem vocabulo vſus eſt Nahum, dicẽs: Non Nahũ 2 audietur vltrà vox nuntiorum tuorum. Vaticinabatur Aſſyriorum euerſionem, qui cùm eſſent ſuperbi, & opibus ac potentia florerent, volebant aliorum ciuitates ſibi ſubiicere, & ſolebant eas priùs nuntiis & præconibus terrere, vt illas minis ad ditionem ſuam inuitarent. Aſpicis igitur dictione hac & nuntium ſignificari, & angelum: angeli enim nuntij Dei ſunt, & vt verbis vtar Apoſtoli in Hebr. 1. epiſtola ad Hebræos. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, ad miniſterium miſſi. Sed quoniam diuini vates à Deo mittuntur, malacim etiam appellantur. Vnde cùm populus Iſraeliticus peteret à rege Num. 26. Edom, vt liceret illis per terram ſuam tranſire: inter alia hæc ad illum retulerunt: Noſti, quomodo in Aegypto clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miſeritque angelum, qui educeret nos de Aegypto. Per angelum intelligebant Moyſem, quem Deus miſit, vt eos educeret, eiſque futura prædiceret. Ideo loco illo pro angelo poteſt verti propheta, ſeu nuntius. Eodem modo ſecundi Paralipomenon capite trigeſimoſexto loquens diui- 2. Par. 36. na ſcriptura de Iudæorum perfidia & contumacia, ait: Illi ſubſannauerunt nuntios Dei. Vbi per Dei nuntios prophetæ abſque dubio intelliguntur. Ab hoc nomine melacim deriuatur melacah, quod ſignificat opus: ad hoc enim nuntij mittebantur, vt opus aliquod efficerent. In hanc ſignificationem accipitur capite 16. Leuitici. Omne opus non facietis. Pro hoc nomine vertunt nõnulli opus apud Leu. 16. Ieremiam capite ſeptimo: vbi volens propheta magnum idololatriæ ſtudium indicare, quo populus Iudaicus tenebatur, ait: Filij colligunt ligna, & Iere. 7. patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas opere cœli, vt libent Diis alienis. Vbi pro opere eſt hoc nomen in Hebraico. Placentas opere cœli appellat panes latos & rotundos ex farre & melle, cum ſtellulis quibuſdam depictis. Solebant enim Gentes falſis diis offerre dulciaria quædam, & liba tenuia & lata cruſtarum ſeu laganorum imaginem referentia ſtellulis ſigillata. Ideo huiuſmodi placentas ait eſſe opere cœli, hoc eſt rotundas & ſtellatas. Sunt tamen, qui exiſtiment hoc nomen malach hoc loco deriuari à verbo malac, quod ſignificat regnare, & ſignificare reginam: quam ob cauſam vertunt: Vt faciant placentas reginæ cœli, hoc eſt lunæ, quam Gentes cœli reginam eſſe exiſtimabãt. Et ita tranſtulit noſter interpres. Tharghum vertit: Vt faciãt genera libi ſtellæ cœli. Septuaginta habent: Vt faciãt placentas τῇ ϛρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, hoc eſt, militiæ cœli. Vbi per cœli militiam ſeu exercitum omnia aſtra intelliguntur, quæ inſipientes homines vt diuina quædam numina colebant. Etſi omnes has verſiones recipiat locus ille, ea tamen rectior videtur, quæ communior eſt, quæ eſt editionis vulgatæ. Cùm autem malacim angelos, & nuntios, & prophetas ſignificet, hoc Ezechielis loco pro nuntiis accipitur: quos Deus dixit à facie ſua egreſſuros: ita enim ait: Egredientur nuntij à facie mea. Sed videndum eſt, quid ſit in literis diuinis egredi, ſeu ire, aut fugere à facie Dei. Cùm Deus Ionæ præciperet, vt ſe Niniuem conferret ad concionandum, Ion. 1. & Niniuitarum excidium prædicandum, ait diuina ſcriptura ſurrexiſſe Ionã, vt fugeret à facie Domini in Tharſis. Exiſtimant nõnulli fugere Ionam à facie Domini eſſe tendere velle in locum aliquem, vbi Deum non videret, vbi eius præſentiam declinaret. Facies Dei idẽ eſt quod eius præſentia: eſt autem Deus vbique per eſſentiam, potentiam, & præſentiam: vt cauſa in effectibus eius bonitatem participantibus. Ideo Deus apud Eſaiam, Cœlum, inquit, ſedes mea eſt, & terra ſcabellum pe- Eſai. 66 dum meorum. Et apud Ieremiam: Cœlum & ter- Iere. 23 ram ego impleo. Ab hac Dei præſentia nemo fugere poteſt, teſte Dauide aiente: Quò ibo à ſpiritu Pſalm. 138. tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades. Eſt autem altera præſentiæ ratio, quæ dicitur ſpiritualis: quam ſolùm ſentiunt viri pietate & virtute præſtãtes. Hoc modo dicitur Deus illic præſens eſſe, vbi cognoſcitur & colitur. Et quia in ſola Iudæa tunc cognoſcebatur & colebatur Deus, iuxta illud Pſal. 75 pſalmographi: Notus in Iudæa Deus, & in Iſrael

magnum nomen eius:ideo per Dei præſentiã terra ſancta intelligitur, à qua Ionas fugere volebat, ne apud Niniuitas cócionaretur. Exiſtimabat eſſe Niniuitas ad eius concionẽ conuertẽdos, & ideo non eſſe eorum ciuitatem deleudã, quam ipſe delẽdam prædixiſſet, eamque ob cauſam arguendum eſſe mendacio. Vel exiſtimabat eſſe Iſraelitas eiiciendos à Deo, qui ad prophetarum prædicationem conuerti nolebant. Ideo mandabat ſe fugæ, exiſtimás Deum ei, ſi extra Iudæam eſſet, prouinciam illam Niniuitarum non demandaturum: potiùs enim Hebræorum, quàm Niniuitarum ſalutem cupiebat. Poteſt tamen locus hic multò aliter explanari. Fugere Ionam à facie domini idem eſt quod properare ad Niniuitas ob præceptum Domini, & fugere à Iudæa in celebrem illam ciuitatem, ad quam mittebatur à Domino. Nam queadmodum hîc apud Ezechielem egredi nuntios à facie Dei eſt properare Chaldæos ab Aegypto ad Aethiopiam, quò mittebantur à Deo, vt ex eius præcepto eam vaſtarent, ita fugere Ionam à facie Dei eſt celeriter tendere Niniuem, quò mittebatur à Deo, vt ex eius præcepto eam ad pœnitentiam excitaret. Sed quoniam nihil ei erat magis in optatis, quàm Hebræorum ſalus, & exiſtimabat eos eſſe ad excidium, & vaſtitatem vocãdos, ſi Niniuitæ ad Deum conuerterentur, dabat operam, vt velociter iret, Deique præceptum citò adimpleret, ne interim ſi moram faceret, Deus ſignũ aliquod & miraculum oſtenderet, quo moti Niniuitæ ei fidem adhiberent, ſeque à vitiis ſepararent: quod eſſet cauſa excidij Iudæorum. Ideo ſe mari commiſit, vt breuiùs munus ſibi demandatum perficeret. At miſericors
Ion.2. Deus, qui eius nouerat propoſitum, dedit ei ſignũ in mari: nam nautæ illi, qui eum in mare proiecerant, & à ceto deuorari conſpexerant, cùm ſe conferrent Niniuem, ibi eum ſuperſtitem agnouerunt, & populo rem mirabiliter geſtam nuntiarunt. Ex quo effectum eſt, vt miraculi fama percrebreſcente, & ad regem volitante, omnes illum audirent, eique tanquam à Deo miſſo obtemperarent. Id quod Ionas efficere nitebatur, ne ei Niniuitæ fidem adhiberent, vertit Deus in contrarium. Verũ enim
Pro.21. eſt id, quod ait Salomon in Prouerbiis: Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominũ. Fugiebat à facie Domini, hoc eſt, dabat operam vt breui munus ſuum obiret, & ideo mare traiiciebat, ne Deus in terra ederet aliquod miraculum, aſt Deus in mari edidit illud: & nauigatio, quam ipſe elegit, ne Niniuitæ ei fidem adhiberent, in cauſa fuit, vt ei aures attentè præberent, & ſummam fidem tribuerent. Eodem modo
Gen.41. explanari poſſunt verba illa Geneſis: Egreſſus Cain a facie Domini habitauit profugus in terra. Dixerat ei paulò antè Deus: Vagus & profugus eris ſuper terram: & paucis interpoſitis ſequitur. Egreſſus Cain facie Domini, hoc eſt, miſſus à Domino, vt breui eius adimpleret præceptum, in terra profugus habitauit. Fortaſſe ideo dicitur Cain egreſſus à facie Domini, quia Deus eum eo loquebatur in figura humana. Quia à diuinitate, quæ vbique eſt, nullus poteſt egredi, egreſſus eſt Cain à facie ſimilitudinis, vel creaturæ, in qua Deus illi loquebatur. Et eodem modo poſſumus dicerere de Iona.

Ceſſare faciam idola de Memphis. Septuaginta habent: Ceſſare faciam magnates de Memphis. Eos, qui opibus & potentia florentes honores ſoli Deo debitos ſibi aſſumunt & attribuunt, idola vocauere. Pro idolis eſt in Hebraico אלילים elilim, ab elil, quod nomen ſignificat vanum, inutile, nihil, & ido- Leu.26.
lum. Vt capite 26. Leuitici: Non facietis vobis idola. Idolum enim vanitas eſt, imò nihil. Vnde ait 1.Cor.8.
diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios: Scimus, quia nihil eſt idolum in mundo. Hoc eſt, nec Deus eſt, nec diuinitatem habet, nec animam, nec aliquam potentiam. Hoc intelligens Eſaias aiebat: Eſai.42
Confundantur confuſione, qui cófidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili: Vos dij noſtri.

Argumentum capitis XXXI.

Comparat felicitatem regis Aegypti cum felicitate Aſſyriorum regis, & ſimilem vtriuſq; calamitatem & interitum prædicit. Explicat admirabili verborum maieſtate & amplitudine, ſtylo ferè tragico regis Aſſyriorum opes, potentiam, & celebritatem, vt eius lamentabile excidium calamitoſius appareat. Quò enim excelſius eſt, & magnificentius ædificium, eò maior eſt, & inſignior eius ruina. Oſtendit quanti æſtimanda ſit virtus, quæ nec eripi poteſt, nec naufragio amittitur, nec incendio abſumitur, nec vi procellarum euellitur, nec vlla temporum varietate labefactatur, quæ qui præditi ſunt, ſoli poſſunt meritò diuites appellari. Mundi potentia obruitur fluctibus rerum aduerſarum, diuitiarum fama extinguitur poſteritatis obliuione, vires corporis vincuntur ferro, & debilitantur ætate, vrbes mœnibus fortiſſimis ſepta expugnantur ab hoſtibus, ſapientis animus mundi contemptione, rerum humanarum tolerantia, virtutum denique muro cinctus poteſt diuina gratia tanta firmitudine conſiſtere, vt quamuis oppugnetur, non tamen expugnetur, nec vincatur.

CAPVT XXXI.

ET factum eſt in anno vndecimo: tertio menſe, vna menſis, A
factum eſt verbum Domini ad me, dicẽs: Fili hominis dic Pharaoni regi Aegypti, & populo eius. Cui ſimilis factus es in magnitudine tua? Ecce Aſſur quaſi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemoroſus, excelſuſque altitudine: & inter condenſas frondes eleuatum eſt cacumen eius. Aquæ nutrierũt illum, abyſſus exaltauit illum: flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos ſuos miſit ad vniuerſa ligna regionis. Proptereà eleuata eſt altitudo eius ſuper omnia ligna regionis, & multiplicata ſunt arbuſta eius, & eleuati ſunt rami eius præ aquis multis. Cúmque extẽdiſſet vmbram ſuam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cœli: & ſub frondibus eius genuerunt omnes beſtię ſaltuum, & ſub vmbraculo illius habitabat cętus Gentium plurimarum. Erátque pulcherrimus in magnitudine ſua, & in dilatatione arbuſtorum ſuorum, erat enim radix illius iuxta aquas multas. Cedri non

non fuerũt altiores illo in paradiſo Dei, abietes non adæquauerunt ſummitatem eius: & platani non fuerũt æquæ frondibus illius. Omne lignum paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi & pulchritudini eius. Quoniam ſpecioſum feci eum, & multis condenſiſque frondibus. & æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiſo Dei.

EXPLANATIO.

Et factum eſt in anno vndecimo. Nimirum à trãſmigratione Iechoniæ: tertio menſe, qui ab Hebræis appellatur Siuam reſpondens noſtro Maio. Qua de re ea poteris videre, quæ de menſium ratione primo capite explicuimus. Dicitur autem Maius à maioribus authore Macrobio, quorum conſilio reſpublica gerebatur, quemadmodum Iunius à iunioribus, qui rempublicam armis defendebant.

Dic Pharaoni regi Aegypti. Nuntia Aegyptiorum regi, quomodo rex Aſſyriorum à ſua gloria ceciderit, cùm eſſet illo potentior & excelſior: Eos coniunge in vaticinatione, ſiquidem ſunt in tormento coniungendi. Et quoniam eadem eſt cauſa calamitatis amborum, nempe ſuperbia & iactantia, idem erit interitus vtriuſque: par culpa pari
4. Reg 19. pœna punitur. Aiunt hunc regem Aſſyriorum fuiſſe Sennacheribum, cuius exercitus fuit mirabiliter
Tob. 1. occiſus, cùm Dei angelus in caſtris Aſſyriorum
Eccl. 48 centum octoginta quinque millia virorum nocte vna interfecit: & ipſi regi fuit à propriis filiis vita
1 Mach. 7. ferro erepta, vt literæ diuinæ conteſtantur. Alij exiſtimant non eſſe Sennacheribum, ſed alium, qui
Eſai. 37 fuit à rege Babylonis in prælio ſuperatus. & miſerè occiſus. Imperium Aſſyriorum fuerat ſeparatum ab imperio Babyloniorum: ſed fuit poſteà coniunctum, & appellatum imperium Babylonicum.

Cui ſimilis factus es in magnitudine tua? Senſus eſt: Tu ais eſſe te in celſitudine, & potentia & celebritate ſimilem Aſſyriorum regi: at longè falleris opinione; ille enim omnibus his rebus te ſuperauit: fuit enim te ipſo potentior, ditior, & illuſtrior. Sed eſto: ſis illi ſimilis & æqualis. Nonne omnes eius voluptates & deliciæ in luctum & lachrymas reciderunt? Si ille fuit omnibus mundi ornamentis ſpoliatus & à propiis filiis immaniter occiſus, & eorum gladiis impiè traiectus, & ad ima tartara immiſſus: quomodo poteris tu euadere, & eandem calamitatem fugere? Erit tibi potentia tua ablata, nominis claritas extincta, ad ferrum ac flammam vocaberis, eris immaniter occiſus, & in cæcas & æternas tenebras tandem relegatus.

Ecce Aſſur quaſi cedrus in Libano. Oſtendit felicitatem regis Aſſyriorum, eumque comparat cum cedro altiſſima montis Libani. Eſt enim diuinæ ſcripturæ mos hominem potentem, florentem opibus, & diuitiis, & mundi gloria cum cedro Libani
Pſal. 36. comparare. Ita in pſalmo: Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat. Etſi enim viri pij & iuſti grauiter premantur, impiis autem & nefariis omnia videãtur fluere ad voluntatem, tamen viri virtute præditi exitus proſperos conſequuntur: illi verò qui ſunt flagitiis contaminati ex illuſtri & florente rerum ſtatu in æternos cruciatus relegantur. Voce vna Dei cadunt impij iuxta id, quod ait pſalmographus: Vox Domini confringentis cedros, & *Pſal. 28.*
confringet Dominus cedros Libani: & comminuet eas tanquam vitulum Libani. Vbi per cedros Libani potẽtes & ſuperbi huius mundi principes intelliguntur, qui fulmine Dei verbi percuſſi corruunt, & euaneſcunt inſtar vituli illius, quem ab Hebræis in Horeb fabricatum comminuit ac diſſi- *Exod. 32.*
pauit Deus per Moyſem. Quam ob cauſam verba huius carminis ita connectuntur. Et comminuet eas arbores Libani, tanquam vitulum, qui fuit in puluerem redactus, vel, vt legit Euthymius: Et comminuet eas tanquam vitulum Libanum. Vt ſit ſenſus. Quemadmodum Deus confregit vitulum ab Hebræis conflatum in Horeb, ſic has cedros comminuet. Deinde poſito puncto, legitur per ſe dictio, Libanum: Quaſi dicat: Non ſolũ con- *Eſai. 2.*
fringet & comminuet arbores Libani, ſed ipſum Libanum totum. Eſaias etiam, Dies, inquit, Domini ſuper omnes cedros Libani ſublimes & erectas. Hoc eſt, ſuper principes & magnates. Et quoniam inter plantas nulla erat, quæ ſe in altitudine cedro Libani adæquaret, volens ſignificare diuina ſcriptura diſſeruiſſe Salomonem de plantarũ omnium natura ab altiſſima arbore vſque ad infimam *3. Reg. 4*
herbam, ait: Diſputauit ſuper lignis à cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum, quæ egredietur de pariete. Quemadmodum cedrus Libani omnes alias arbores ſuperabat magnitudine, ita rex Aſſyriorum gloria, & diuitiis, & potentia omnes alios anteibat.

Pulcher ramis. Hoc eſt, filiis ornatus, ab eo tanquam à radice productis.

Frondibus nemoroſus. Hoc eſt, ſylua & frondium multitudine faciens vmbram. Quaſi dicat: multis principibus & magnatibus ſtipatus. Quemadmodum arbor ramorum magnitudine extenſa locum occupat latum, ita rex Aſſyriæ diuerſas prouincias & regiones obtinebat, & potentiam ſuam per orbem terrarum propagabat.

Aqua nutrierunt illum, & abyſſus exaltauit illum. Abyſſus eſt aquarum altitudo & profunditas. Per aquas & abyſſum intelligit diuitias & potentiam. Hę ſunt aquę, quibus Aſſur irrigatus creuit, & mirum in modum dilatatus eſt. Hæ duæ res eum extulerũt, & ex ſublimitate in imam profunditatem præcipitarunt, nimirum opum abundantia & potentia. Solent enim hæc duo intellectum tenebris circunfundere, & errorum ac vitiorum caligne operire. Eam ob cauſam appellauit ea Ezechiel hoc loco aquas & abyſſum, ad abyſſum illam alludens, de qua in Geneſi ſcriptum legimus: Tenebrę *Gen. 1.*
erant ſuper faciem abyſſi. Acſi diceret: Tenebræ tegebant immenſam aquarum profunditatem. Per tenebras re vera lucis priuatio & abſentia intelligitur: non dæmonum multitudo, vt quidam ineptè dixerunt: in quos diuus Baſilius, & diuus Ambroſius in illius loci explanatione grauiter inuehitur. Nihilominus tamen in ſenſu allegorico, cùm ſcripturæ verba ad ſpirituales & arcanas ſententias traducuntur, nomine abyſſi magna mundi potentia intelligitur, quam ſæpe ſuperbia ſequitur, qua intellectus obſcuratur. Hinc effectũ eſt, vt locus quidã Perſephones, ſiue Proſerpinæ, in quo ſumma vis

ma vis auri erat multis ſeculis congeſta, abyſſus, vt ait Suidas, vocaretur. Sed quid profuit Aſſyrio diuitiarum abyſſus, ſi quidem eas amiſit, & ex abyſſo diuitiarum ad abyſſum miſeriarũ peruenit? Nõne aſpicimus quotidie multos, qui ex ſumma opulentia ad ſummã deſcendunt inopiam? Hoc intuẽs ingenioſus poeta cecinit: Irus erit ſubitò, qui modò Crœſus erat. Fuit Crœſus Lydorum rex ditiſſimus, Irus autem mendicus quidam apud Ithacenſes, cuius meminit Homerus in Odyſſea. Poteris per abyſſum illam aquarum multitudinem tenebris coopertam in ſenſu myſtico Gentium multitudinem intelligere. Ita enim ait diuus Ioannes in *Apoc.17* Apocalypſi: Aquæ, quas vidiſti populi ſunt, & gentes, & linguæ. Sed hæ aquæ tenebris erant circun-*Gene. 1.* fuſæ abſentia ſolis. Secundo die fecit Deus firmamentum, & diuiſit aquas ab aquis: tertio die ſegregauit aquas ab arida: quarto fecit ſolẽ & aſtra. Sed adhuc aquæ non proferebãt piſces. Quinto autem die cùm iam ſol appareret, aquæ fructũ produxerunt. Priuſquam ſol ille ſempiternus in carne appareret, de quo ait per Malachiam pater cœleſtis: Vo-*Mal.4.* bis timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ. Gentes non ferebant charitatis fructum. Ante aduentum Chriſti Gentes abſque fide opinionibus inflatæ in erroribus intolerandis verſabãtur. Et vt *Hebr.11* ait diuus Paulus in epiſtola ad Hæbreos: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Aquæ erant, ſed abſque piſcibus, Gentes erant, ſed abſque fide, nullum charitatis fructum ferentes. Terra ante ſolis apparitionem protulerat plantas, ſed non peccora, aqua nihil. Terra Iudææ, populus Iudaicus fructum protulerat, ſed non omnino perfectum: quia lex authore diuo Paulo, nihil ad *Heb. 7.* perfectum adduxit. Habebãt nõnulli ex Hæbræis fidem, & veram colebant pietatem, ſed è vita migrantes cœlum ingredi non poterant, donec ſol *Ioan. 8.* ille eluxit, qui de ſe ait: Ego ſum lux mũdi. Qui eſt *Ioan.14* via, veritas, & vita: cuius ſanguis fuit clauis paradiſi: qui morte ſua viam nobis muniuit ad vitam immortalem conſequendam. Ergo ante ſempiterni ſolis apparitionem terra, hoc eſt Iudæa fructum aliquem producebat, ſed minus perfectum, aqua *Gene. 1.* verò, hoc eſt, Gentilitas nullum. At poſt Chriſti aduentũ & terra & aqua admirabiles fructus, omnibus numeris abſolutos protulerunt. Secũdo creationis die factum fuit cœlum, ſed nondum apparebat ſol: ideo in die ſecundo non ait ſcriptura: Vidit Deus, quòd eſſet bonum. Quarto die apparuit ſol, quia quaternarius eſt primus numerus par, & perfectus: nam binarius propriè non eſt numerus, cùm careat medio, vt alibi oſtẽdimus. Itaque dies quartus eſt optata illa temporis plenitudo, de qua *Gala.4.* ait Apoſtolus in epiſtola ad Galatas: Cùm venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Cœlum ſecundo die ſine ſole, luna, & ſyderibus, eſt lex obſcura, de qua dixerat diuinus *Pſa.17.* vates. Tenebroſa aqua in nubibus aeris. Nubes ſunt prophetæ, & veteris teſtamẽti ſcriptores, qui ob ſententiarum obſcuritatem dicuntur pleni aqua tenebroſa. Hi ſunt illi, de quibus ait Eſaias: *Eſa. 60* Qui ſunt hi, qui vt nubes volant? Venit dies quartus, venit tẽporis plenitudo, & apparuit ſol Chriſtus Deus noſter, qui legem explicuit, & illuſtrauit: apparuit luna, hoc eſt eccleſia, & ſtellæ, hoc eſt Apoſtoli, quibus dixit dominus. Vos eſtis lux mun- *Matt.5.* di. De quibus dixerat Daniel: Qui ad iuſtitiam eru- *Dan.12.* diunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et quemadmodum ſol non diſſoluit cœlũ, ſed *Simile* perficit, ſic Chriſtus non venit ſolutum legem *Matt.5.* ſed impletum. Hic dies quartus eſt ille, de quo *Pſa.117* ait diuinus pſaltes: Hæc dies quam fecit do- *Ioan.8.* minus, exultemus, & lætemur in ea. Et de quo ait Chriſtus: Abraham exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauiſus eſt. Hoc die, fuit, impia dæmonis tyrannis euerſa, mors extincta, via ad immortalitatem munita, & vera religio pietatis pleniſſima per omnes terrarum oras propagata. Apparuit ſol, apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei: & aquæ tulerunt piſces, hoc *Tit.3.* eſt, Gentes fructus virtutum vberrimos produxerunt. Tenebræ, quæ erant ſuper faciem abyſſi aduentu ſolis diſparuerunt, quia cæcitas Gẽtium & idolorum cultus, & impiæ mortalium ſuperſtitiones prædicatione Chriſti, & Apoſtolorum ceſſarunt. Aquæ & aquarum abyſſi, hoc eſt Gentes & populi relictis nefariis falſorum Deorum vanitatibus amplexati ſunt veram Chriſti fidem, & calore ſolis incenſi, hoc eſt, diuino Chriſti amore inflãmati, pro iniquitate & impietate iuſtitiã & pietatẽ coluerunt. Aſpicis igitur nomine aquarum populos intelligi, quibus erat Aſſyriorum rex nutritus, & irrigatus, vt ait hoc loco Ezechiel.

Flumina eius manabant. Hoc eſt, fluuij eius abyſſi fluebant circa radices. Vult ſignificare, tantam fuiſſe diuitiarum affluentiam regis Aſſyrij, tantam opum abundantiam & abyſſum, vt ex ea fluerent ad ſubditos diuitiæ: & aliæ arbores vbertate aquarum huius cedri irrigarentur. Regis opulentia ſubditos fouebat, qui erant vſque adeò diuites & potentes, vt diceret Rabſaces quarto libro Regum, *4.Re.18* totam Hieroſolymam non poſſe reſiſtere vni ex minimis ſatrapis Aſſyriorum regis.

Multiplicata ſunt arbuſta eius, & eleuati ſunt rami eius. Hoc eſt filij & nepotes eius.

In ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cœli. Hoc eſt, principes & magnates ei adhæſerunt pendentes ab illo, ſeque illi ſubiicientes. Et omnes beſtiæ ſaltuum, hoc eſt, homines agreſtes & immanes, brutis comparati ei obtemperarunt: domuit enim gentes incultas & immanitate barbaras, & copiis abundantes, quæ ei tributum ſoluebant,

Cedri non fuerant altiores illo in paradiſo Dei. Hyperbole eſt, figura à Cicerone vocata ſuperlatio, ab aliis exceſſus, cum ſententia aliqua fidem excedit augendæ rei gratia: vt cùm dicimus eſſe aliquid niue candidius: Huiuſmodi videtur eſſe id quod ait Chriſtus: Facilius eſt came- *Mat.19* lum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Et illud: Non cognoſ- *Mat. 6* cat dextera tua, quid faciat ſiniſtra tua. Ac ſi dicat: Tantùm abſit, vt aliis oſtentes eleemoſynam quam feceris, vt ne tu quidem illud ſcias, quod facis. Exaggerat verbis, quàm fugienda ſit in benefactis oſtentatio, & gloria inanis. Volẽtes exploratores à Moyſe miſſi magnitudinem vrbium terræ promiſſionis ſignificare, & earum murorum altitudinẽ, dixerunt: Vrbes ſunt magnæ, & ad cœlũ vſque munitæ. Hyperbolicè quidem quẽadmo- *Deut.1.* dum hoc loco Ezechiel, qui volens ſignificare nul

A aa lum

lum fuiſſe regem ſimilem Aſſyrio,qui tot diuitiis,
rantáque potentiaflotetet, ait nec iu Dei paradiſo
fuiſſe cedros altiores Aſſyriorum tege. Poteris per
paradiſum Dei magnum aliquem pomariũ, amœ-
num,arborumque proceritate inſignem intellige-
re.Solet enim diuina ſcriptura ea,quæ magna ſunt
Dei appellare,vt cùm dicit eedros Dei,mótes Dei
Pſal.79 viſiones Dei, &c. Paradiſus idem eſtquod hortus.
Pſal.35. Vnde locũ hunc ita vertit Pagninus: Cedri nó ab-
Sup.1. ſcondetunt eam in horto Dei.Hoc eſt non eam ra-
mis cooperuerunt, quia illa erat eacelſior illis in
illo magno horto.

Abietes. Nec eacelſæ abietes,nec ſublimes plata-
ni,nullæ denique plantæ ad huius cedri altitudiné
aſcenderunt, nulli principes quãuis diuites & po-
tétes ſe Aſſyriorum regi adæquarunt. Abies arbor
eſt altiſſima rectiſſimáque,cuius pars inferior ſapi-
nus vocatur,ſuperior verò ſuſterna authore Plinio
libro ſextodecimo. Accipitur aliquãdo in diuinis
literis pro magnatibus, & hominibus potétia, &
rerum proſperarũ abundantia florétibus: vt apud
Eſai.14. Eſaiam: Abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te. Qui
bus verbis ſignificat lætitiam, qua efferebantur
optimates interitu Nabuchodonoſoris. Et apud
Zach.11 Zachariam: Vlula abies,quia cecidit cedrus. Acſi
diceret: Lamentamini, & vim lachrymarum pro-
fundite magiſtratus Hieroſolymæ,quia ruit digni
tas regia, & princeps veſter ex eminente dignita-
tis gradu præcipitatus eſt. Et hoc loco apud noſtrũ
Ezechielem: Abietes non adæquarunt ſummitaté
eius. Platanus etiam eſt opaca, latè diffundens ra-
Eccl.24 mos, vmbræ ſolùm cauſa eapetita. Gaudet maxi-
mè aquarum decurſibus: quam ob cauſam Eccle-
ſiaſticus inducit ſapientiam in hũc modum loqué
tem: Quaſi platanus eaaltata ſum iuxta aquas.

Omne lignum paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi.
Hoc eſt, nulla arbor in magno aliquo pomario in-
ueniri potuit,quæ poſſet cum rege Aſſyriorum in
pulchritudine comparari. Pagninus vertit: Omnis
arbor in horto Dei non fuit ſimilis ei in pulchritu-
dine ſua. Vbi per hortum Dei magnũ aliquod in-
telligit viridarium. Diuus Gregorius libro 32. Mo
ralium per hunc regem Aſſyrium intelligit Ange-
lum apoſtatam, reliquis angelis eminentiorem, &
per eedros, abietes, & platanos virtutum cæleſtiũ
agmina in ſummæ lætitiæ viriditate plantata, quæ
quamuis eacelſa ſint condita, Lucifero tamen nec
prælata ſunt nec æquata: Hic ſpecioſus factus in
multiscondenſiſque frõdibus eſſe dicitur, quia præ
latum cæteris legionibus tanta illum ſpecies pul-
chriorem reddidit, quãta & ſuppoſita angelorum
multitudo decorauit. Iſta arbor in paradiſo Dei
tot quaſi condenſas frondes habuit, quot ſub ſe po
ſitas ſupernorum ſpirituum legiones attédit. Hæc
ille grauiter quidé & ſapienter, qui ſub ſpecie Aſſy
riorum principis diabolum intelligendum ducit.
Nos verò explanationem de rege Aſſyrio proſe-
quamur.

Aemulata ſunt eum omnia ligna voluptatis. Id eſt,
omnes reges & principes ei inuidebant: ſequitur
enim inuidia eũ, qui aut diuitiis, aut ingenio, aut
rectè factis, aut gloria alios ſuperat. Cain per inui-
Gen.4. diã occidit Abel, quia eius opera iuſta erãt, & Deo
Iud. grata: & de iis qui ſequuntur Cain ait Iudas in epi-
Simile ſtola ſua: Væ illis, qui in viam Cain abierunt. Quẽ-
admodum vmbra ſequitur corpus, ſic inuidia vir-
tutem. O tetram peſtem, & deplorandã hominum
maculam qui de monumentis pulcherrimorum
facinorum detrahunt, volentes obliuione ſempi-
terna pulchram eorum memoriam delere, qui fal-
ſis voluptatibus ſpretis in excellentiũ virtutũ a-
ctiones toto pectore incũbunt, nulliſque laboribus
perterriti ad res magnas, & magnupere expeten-
das aſpirant. Eorum vitam dicunt inuidi eſſe ſpo-
liandã ornamentis, quorum etiam mortem debe-
rent perpetuis monimentis ornare. Id intuens Io-
ſephus in libro de bello Iudaico hanc ſententiam
literis mandauit. Fieri nullo modo poteſt, vt in re-
ctè factis effugias inuidiã. Quis enim vmbram effu
giat inuidiæ niſi pariter & virtutem effugerit? Gra-
uiter ille quidem & eleganter. Cohærét enim glo-
ria & inuidia, atque rem omniũ pulcherrimam res
turpiſſima comitatur. Sin autem dederis operã vt
virtutis magnitudine opprimas inuidétiam, nunc
eam videbis acriùs inuehi, & contentioſius intu-
meſcere. Quemadmodum ignis alta petit, ſic liuor Simile
in altum inſurgit, & excelſam virtutis gloriam ſu-
perare contendit. Etſi fortes & ſapientes viri nó tã
præmia ſequi ſoleant rectè factorum, quàm ipſa re
ctè facta, & gloriæ inanis rumuſculos cõtemnant,
tamen mortalibus immortalitatem non eſſe exiſti-
mant contemnendam. Hãc inuidus vult labefacta-
re, & per ſummum ſcelus penitus illis auferre, om
nia in eos maledicta conferendo, & ventos eacitan
do: ſimilis Diabolo, qui hominis gloriæ inuidens,
ei voluit perniciem machinari. Ideo ait diuina ſcri Sap.2.
ptura in libro Sapientiæ. Inuidia Diaboli mors in
trauit in orbem terrarum. Vſque adeo peſtilens eſt
inuidiæ vitium, vt hortetur Salomon in Prouer- Prouer.
bis, ne quis comedat cum homine inuido. Et in li- 23.
bro Sapientiæ: Nec cum inuidia, inquit, tabeſcéte Sap.6.
iter habebo, quoniam talis homo nó erit particeps
ſapientiæ. Et diuus Paulus in epiſtola ad Galatas: Gal.5.
Nó efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem pro-
uocantes, inuicem inuidentes. Quemadmodum Simile
ciconia veſcitur ſerpentibus venenatis, ſic inuidus
paſcitur aliorum detrimentis. Vt noctua caligine Simile
oblectatur, lucem autem odit, ſic inuidus aliena
lætatur calamitate, luce autem bonorum operum,
& ſplendore rectè factorum. O infelicem miſero-
rum hominum conditionem. Vt ferrum nutrit fer Simile
ruginem, quæ ipſum corrumpit, ſic inuidus con-
cipit inuidiam, quæ ipſum conſumit. Inuidus alio-
rum errata cõſiderat, imò inquirit, vt ea narret &
vituperet, rectè verò facta aliorum ſilentio præte-
rit, nec ea vult aſpicere, nec in lucem proferre, niſi
vt detrahat de illis. Huc poteſt referri id, quod ait
Aulus Gellius libro nono Noctium Atticarum,
capite quarto, eſſe apud Albanos homines, quĩ
nocte melius quàm die viderent. Aiebat Apol-
lonius Tyaneus, vt refert Raphael Volaterranus,
ſapiẽti maius periculũ imminere ab inuido, quàm
vel nauiganti à tempeſtate, vel prælianti ab hoſti-
bus. Gubernator prudens poteſt è maris procellis
tutus euadere: dux ſtrenuus poteſt hoſtium forti-
tudinem vincere: at maleuolorum inuidiã nequa- Simile
quã poſſunt ſuperare. Vt in Græcis artificibus aiũt
eos aulædos eſſe, qui citharœdi fieri nó potuerint,
ſic multos aſpicimus, qui cùm nec ad ſcientiæ, nec
ad fortitudinis, nec ad honeſtatis excellẽtem glo-
riam poſſint peruenire, cùm ſe tetris vitiorum ma
culis contaminent, fiunt detractores alienarũ lau-
dum

dum, hoc eſt eorum munus, virorum memorabilium ſplendorem obfuſcare. Infimum profectò officium, imò deteſtabile maleficium. Polypus piſcis eſt, qui non ſolùm piſces alios deuorat, ſed etiã propria brachia aliquando corrodit & comedit. Ita aſſerunt Aegiptij, quos ſequitur Plutarchus, Aelianus, & Alceus, qui ait: Ipſum me comedo, vt polypus. Quem verſum citat Athenæus, & refert Pierius Valerianus in libro de antiqnis characteribus: etiam ſi me non fugiat Ariſtotelem & Pliniũ multò aliter ſentire. Quis eſt, qui & alios & ſeipſum lacerat, niſi inuidus, qui tectè aliorum facta reprehendit, & ſeipſum inuidia corrodit? Quot ſunt aliorum laudes, tot ſunt eius ſupplicia. Sed quid dico ſeipſum corrodere? imò ſeipſum occidit: ita
Iob. 5. enim ait Iob: Paruulum occidit inuidia. Huiuſmodi erant magnates illi & principes, qui regis Aſſyrij diuitiis, celebritate, & potentia torquebantur. Hos ait hoc loco Ezechiel fuiſſe veluti arbores in paradiſo Dei inſitas & collocatas, hoc eſt floruiſſe diuitiis & dignitatibus, fuiſſeque in magnis mundi honoribus conſtitutos: & nihilominus Aſſyriorum regi inuidiſſe, eúmque fuiſſe æmulatos.

D Propterea hæc dicit dominus Deus: Pro eo quòd ſublimitas eſt in altitudine, & dedit ſummitatem ſuam virentem ac cõdenſam, & eleuatum eſt cor eius in altitudine ſua, tradidi eum in manibus fortiſſimi Gentium: Faciens faciet ei iuxta impietatẽ eius. Et eieci eum: ſuccident eum alieni, & crudeliſſimi nationum. Et proiiciẽt eum ſuper montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius. Et confringentur arbuſta eius in vniuerſis rupibus terræ, & recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinlinquent eum. In ruina eius habitauerunt omnia volitia cœli, & in ramis eius fuerunt vniuerſæ beſtiæ regionis. Quam ob rem nõ eleuabuntur in altitudine ſua omnia ligna aquarum, nec ponent ſublimitatem ſuam inter nemoroſa ac frondoſa, nec ſtabunt in in ſublimitate ſua omnia, quæ irrigantur aquis, quia omnes traditi ſunt in mortem ad terram vltimam, in medio filiorum hominum, ad eos, qui deſcendunt in lacum.

Et dedit ſummitatem ſuam virentem ac condenſam. Id eſt, quia ſuperbia motus ſe extulit in ſublime, & poſuit faſtigium ſuum condenſum, & ſtipatum multitudine principum & magnatum.

Tradidi eum in manibus fortiſſimi Gentium. Hoc eſt, Nabuchodonoſori regi Chaldæorum. Quoniam ſe ſuperbia extulit, deieci ego illum ait dominus. Vt potentiam Pharaonis cum Aſſyriorum celſitudine cõtulit, ita ſimile eius excidium eſſe dicit. Aſpiciant reges & principes ad exemplum hoc, & ſupplices ſe rationi ſubiiciãt, ne à Deo deiiciãtur. Illud eſt hoc loco aduertendum quondam diuerſum fuiſſe imperium Chaldæorũ ab imperio Aſſyriorum, vt anteà diximus. Metropolis Chaldæorũ
4 Re.18 erat Babylon, metropolis verò Aſſyriorum Niniue. Decem tribus captæ fuerũt ab Aſſyriis, duæ ve-
4 Re.25 rò nempe Iuda & Beniamin à Chaldæis. Sed ineſſo odio inter hæc duo imperia bellũ ſibi inuicem intulerunt, in quo victi fuerunt Aſſyrij: & fuit eorum imperium extinctum, & tota eorũ terra Chaldæis ſubiecta, & res geſtæ Chaldæorum laudibus Aſſyriorum obſcuritatem attulerunt. Hinc factum eſt, vt aſſyrij & Meſopotamij in Babyloniæ nomẽ, vt ait Iulius Solinus tranſierint. Babylon eſt vrbs præcipua Chaldææ, Babylonia verò tota regio à metropoli regni denominata.

Et faciens faciet ei. Nimirum quidquid voluerit. Hæc verborum geminario eſt Hebræis familiaris & diuinis literis frequens.

Iuxta impietatem eius eieci eum. Ita dixit Deus regi Tyrio, Peccaſti, & eieci te de monte, vt capite Sup.28.
28. licet videre.

Et ſuccident eum alieni, & crudeliſſimi nationum. Hoc eſt Babylonij immanitate inſignes. Dicens eueniſſe euerſionem Aſſyrio ob eius immanitatem, hortatur Babilonium ad miſericordiam.

Recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ. Subaudi, quibus imperabat. Populi ei ſubiecti vidẽtes eum victum ſe ab illo ſeparabunt, eum cõtemnent & relinquent. Conſidera mundi varietatem.

In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cæli Hoc eſt, mortuo rege magnates Chaldæorum poſſederũt Aſſyriam. Vel ſic: Super trunco huius arboris, poſtquam cecidit, & confracta fuit, ſederunt volucres: id eſt, ſuper regem Aſſyriorum occiſum, & humi proſtratum ſe conſtituerunt magnates volatilium nomine ſignificati, & ſuper eius ramis ſe poſuerunt plebeij, & agreſtes homines, infimo loco nati, nomine beſtiarũ intellecti. In eum, quẽ dũ viueret, & floreret, ſummis laudibus celebrabãt, poſt ærumnas & luctuoſum obitum contumelias iaciebant. Eum occiſum cõculcabant, & aſpernabãtur, ad quem anteà accedere non audebãt. Intuere obſecro rerũ humanarũ incõſtantiam & viciſſitudinem. Vel ſic: Poſt huius arboris ruinam, poſt regis Aſſyrij, eiuſque exercitus interitũ conuenerunt aues & feræ, vt eorum cadauera deuorarẽt. Hic fuit tam excelſi principis exitus: Hic fuit miſerabilis eius finis: fuit interfectus ab hoſtibus, eiúſque cadauer inſepultum in campo iacuit, vbi fuit à volucribus, & beſtiis ſyluarũ deuoratũ. Præclarè quidẽ diuus Ioannes Apoſtolus: Nolite, inquit diligere 1.Ioa.2.
mundum, nec ea, quæ in mũdo ſunt. Et paulò pòſt: Mundus tranſit, & cõcupiſcentia eius: qui autem facit voluntatem Dei manet in æternum. Cùm Siſara princeps exercitus regis Iabin fatigatus è præ Iud.4.
lio ſe in fugam conferret, ingreſſus eſt in tentorium Ioelis vxoris Cinæi, quæ eum vocauerat, vt ad ſeipſam cõfugeret. Hæc illum ſuſcepit benignè, & blãditiis delinitum lacte panit, & pallio cooperuit. Quem feſſum de via, & quòd ad multum diem laboraſſet arctus ſomnus complexus eſt. Illa verò eum dormientem interfecit. Hæc Iael mundi tenet imaginem, qui nos ad voluptates, & opes, & potentiam inuitat, vt perniciem nobis & excidiũ machinetur. Magnus ille princeps Siſara, qui Exo.14.
in oculis gentium verſabatur, in quem omnes coniiciebant oculos, fuit à fragili quadã muliere interfectus. Magnus ille Pharao, qui potentia ſua terrarum orbẽ perterrebat, fuit cum curribus, & equitibus, & innumerabili exercitu in mari rubro mirabiliter ſubmerſus. Rex Saul ad tantam peruenit calamitatem, vt amitteret exercitum, & ipſe dolo- 1.Re.31.

te compteſſus rueret ad interitumvoluntariũ. Ab- 2.Re. 18 ſalon, qui patris ſui regnum affectauerat, & copias innumerabiles parauerat, periit miſerè ex arbore ſuſpenſus. Et vt humanas attingam hiſtorias, Achæus rex Lidiæ in factione populari ſuſpẽſus eſt ignominioſè, & ita viam finiuit. Polycrates Samiorum rex, cùm tota vita fuiſſet ditiſſimus, & rerum proſperarũ ac ad voluntatẽ fluentiũ perpetuũ ſenſiſſet decurſum, fuit ad extremũ ab hoſte cõprehẽſus: & in furcã erectus docuit cũ Solone nihil in mundo ex omni parte beatum. Valẽs Imperator frater Valẽtiniani prælio ſuperatus à Gothis in tugurio, quo ſpe ſalutis cõfugerat, ab eiſdem cõbuſtus eſt. Dies me deficeret, ſi vellem ærumnas & triſtes caſus principum, aliorumq́ue clarorum virorum narrare, qui cùm eſſent ſummos honores conſecuti, exiſtimantes ſe firma & illuſtria claritatis fundamẽta ieciſſe, & perpetuam poſteritatis memoriã comparaſſe, ruerunt ad imam ignominiam, fuerunt ad ſummũ dedecus præcipites deuoluti, & eos penitus ex hominũ memoria perpetua deleuit obliuio. Non eſt igitur cur mundo fidamus, nõ eſt cur 1.Cor.6. in eo ſpem noſtram collocemus. Qui vtuntur hoc mundo, inquit Apoſtolus, tanquam non vtantur, præterit enim figura huius mundi.

Quam ob rẽ non eleuabuntur in altitudine ſua. Hoc eſt, eã ob cauſam Aſſyrij magnis plantis iuxta fluuios aquarum comparati non reſtituentur in priſtinam potentiam & dignitatem: ſed morientur, & ad infernum relegabuntur. Non eos opes ſuæ poterunt eripere, nec potentia & amplitudo à morte liberare.

Pſal.62 *Ad terram vltimam.* Hoc eſt, ad infernum, qui eſt in imo terræ. Ideo dicitur in pſalmo: Introibunt in inferiora terræ. Volens autem Ezechiel hoc expli- Pſa.142 care, ſubdit: Ad eos qui deſcendunt in lacum. De hoc lacu ait diuinus pſaltes: Non auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum. Sup.26. Eodẽ modo dixit de rege Tyri diuinus noſter vates, aut potiùs Deus per illum: Cùm detraxero te cum his, qui deſcendunt in lacum ad populũ ſempiternum, & collocauero te in terra nouiſſima. Id quod illic appellauit terram nouiſſimam, appellat Eſa.14. hic terram vltimam, & paulò pòſt, terram infimã. Et Eſaias infernum, & profundũ laci. Pro terra vltima vertit hoc loco Pagninus, terram inferiorem, quod eſt idem.

Hæc dicit dominus Deus: In die quando deſcẽdit ad inferos, induxi luctum, operui eum abyſſo, & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas. Contriſtatus eſt ſuper eum Libanus, & omnia ligna agri concuſſa ſunt. A ſonitu ruinæ eius commoui gentes, cùm deducerem eum ad infernum cum iis, qui deſcendebant in lacum. Et conſolata ſunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia ac pręclara in Libano vniuerſa quę irrigabantur aquis. Nam & ipſi cum eo deſcẽdent ad infernum ad interfectos gladio, & brachium vniuſcuiuſque ſedebit ſub vmbraculo eius in medio nationum eius. Cui aſsimilatus es ô inclite atque ſublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam. In medio incircunciſorum dormies, cum eis, qui interfecti ſunt gladio. Ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo eius, dicit dominus Deus.

Induxi luctum. Ob mortem regis Aſſyriorum induxi amicis eius lachrymas & mœrorem. Pro induxi, vertunt nõnulli, indixi, ſed eadem manet ſententia. Diuus tamen Hieronymus & in textu, & in commentariis legit, induxi.

Operui eum abyſſo. Hoc eſt, multitudine pœnarũ fecit vt eum abyſſus inferni abſorberet. Vel operui eum diuitiarum affluentia per abyſſum ſignificata: vt ſit ſenſus: Quauis opertus eſſet diuitiis, tamẽ ad infernũ deſcendit, ſequitur enim ſtatim: Et prohibuit flumina eius. Acſi diceret: Rigaui eum abyſſo diuitiarum: ſed poſteà prohibui, ne eum flumina rigarent, ne eum opes comitarẽtur. Omni opulentia priuaui illum. Diximus anteà per aquas & abyſſum opes & potentiam ſignificari: quas rex ſecum non aſportauit. Ait enim pſalmographus: Cũ interierit, non ſumet omnia, nec deſcendet cum eo gloria eius. Pſa.48.

Contriſtatus eſt ſuper eum Libanus. Hoc eſt, mons ille feraciſſimus, vbi plantata fuerat hæc arbor excelſa, hæc cedrus ſublimis, affectus eſt mœrore ob eius exciſionem & ruinam. Senſus eſt: Aſſyria fuit dolore preſſa ob ſui regis excidium. Quidam codices habent: Contritus eſt ſuper eum Libanus: Hoc eſt, dolore confractus eſt: ſed ſenſus idem eſt.

Et omnia ligna agri concuſſa ſunt. Hoc eſt, omnes Sup.26. populi videntes luctuoſum Aſſyrij occaſum fuerunt timore perterriti. Poteris per Libanum arbores montis illius intelligere, & per eas principes & magnates, per arbores verò agri homines plebeios nulla illuſtri laude celebratos. Aſſyrij enim exceptis paucis nonnullis ob cædem ſui regis communi dolore angebantur.

A ſonitu ruinæ eius commoui gentes. Eodem modo dictum eſt de Tyri rege: A ſonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum, cùm occiſi fuerint, commouebuntur inſulæ.

Et conſolata ſunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia. Id eſt, magnates illi, qui in hoc mũdo fuerant: veluti arbores Libani proceritate inſignes, qui deliciis affluẽtes, voluptatibus deliniti, gloria cæteris præſtantes, fuerant ab Aſſyrio rege afflicti, & tandẽ ob eorũ ſcelera in ima tartara præcipitati, cùm ibi vidiſſent regem, à quo in vita fuerant oppreſſi, læti ſunt: nam ſolatium eſt miſeris, vt quidam ait, ſocios habere pœnarum, præſertim eos, à quibus fuerant dolore affecti, & inſigni aliqua calamitate vexati. Eodem modo Eſaias capite Eſa.14. quartodecimo, vbi Nabuchodonoſoris ad infernũ deſcenſum deſcribit eos, qui in inferno torquebãtur, quos ille vulnerauerat, facit in hunc modum loquentes & de eius excidio exultantes: Et tu vulneratus es, ſicut & nos: noſtri ſimilis effectus es. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea, & operimentũ tuum erunt vermes. Illud eſt hoc loco aduertẽdum in inferno nullam eſſe lætitiam, nec hos principes ſimpliciter ob Chaldæorum & Aſſyriorum regum excidium fuiſſe lætatos: ſed habuerunt ſe ad modum eorum, qui gaudio aliquo afficiuntur.

Vel ideo ait propheta eos oblectatos fuiſſe, quia reſpectu cruciatuum regis eorum pœna exigua videbatur. At illi ſemper cruciantur. Ita enim ait Eſaias: Vermis eorũ nõ morietur: & ignis eorũ nõ extinguetur. Et apud diuum Marcum ait Chriſtus: Bonũ tibi eſt debilẽ introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Iob pœnas damnatorũ deſcribens. Ad nimium calorem, inquit, tranſeat ab aquis niuium, & vſque ad infernos peccatum illius. Id intuens animo diuinus pſaltes, deſcribens miſerabilem impiorum exitum canebat: Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos: & dominabuntur eorum iuſti in matutino: & auxilium eorũ veteraſcet in inferno à gloria eorum. Vbi impios in inferno cruciatos cum ouibus comparat, nõ ad animi manſuetudinem, & vitæ innocentiam, quam non habuerunt, ſed ad ignauam eorum imbecillitatem ſignificandam, qua nec effugere nec depellere ſupplicia vnquam potuerunt. Paſtor qui tales paſcit oues, crudeliſſimus eſt, nempe mors æterna, & ſupplicium, quod nũquam finietur. Eſaias cap. 30. infernum, & damnatorum pœnas multis verbis deſcribit.

Eſa. 66.
Mar. 9.
Iob. 24.
Pſa. 48.
Eſa. 30.

Nam ipſi cum eo deſcendent ad infernum. Codices correcti habent, deſcenderunt, ſenſus eſt: Qui in inferno erant, gauiſi ſunt, quòd omnes illuc deſcenderant, non ſolùm ipſi, ſed rex etiamſi temporibus diuerſis.

Et brachium vniuſcuiuſque ſedebit ſub vmbraculo eius. Id eſt, vnuſquiſque principum illorum in medio nationum, quæ erant in inferno requieſcet ſub pœna regis Aſſyrij, quaſi ſub vmbraculo quodam. Videntes enim eius tormenta quodammodo exultabunt, quod eorum minora ſint. Metaphora eſt ſumpta ab iis, qui defeſſi de via, & ſolis feruore fatigati accedentes ad opacam arborẽ, ſub eius vmbra requieſcunt. Quidã ita vertunt: Sed & ipſi deſcenderunt cum eo ad infernos, ad interfectos gladio, qui ſub vmbra brachij eius ſederunt in medio gentium. Dilucidè profectò & diſtinctè.

Cui aſſimilatus es ô inclyte. Apoſtrophe eſt ad Pharaonem. In principio capitis direxit diuinus vates verba ſua ad Pharaonem regem Aegypti, qui ſe ſimilem in opibus, & potentia, & nominis celebritate regi Aſſyriorum faciebat: etiam ſi multò eſſet inferior illo, vt fuit ex capitis proceſſu perſpectum & exploratum. Sed etſi Aegyptius ſe vellet Aſſyrio comparare, non deberet tamen ſibi perpetuitatem promittere, cùm luctuoſiſſimum Aſſyrij exitũ conſpiceret. Narrata igitur florente Aſſyriorũ regis fœlicitate & miſerabili excidio, vt vnde digreſſa fuerat, rediret oratio, reuertitur ad Pharaonem, dicens: Cuite ſimilem feciſti ô rex illuſtris? Quæ eſt hæc tua verborum iactatio? Quid inflaris, & intumeſcis? Tu certè calamitoſum habebis exitum, & eum rege Aſſyriorum ad infernum deſcendes, vbi in æternum cruciaberis. Et eni te ſimilem in vita feciſti, ſimilis eris in morte. Ne exiſtimes fieri nõ poſſe, vt calamitati ſuccũbas, acſi eſſes immortalis, ſemper fœlix: nam eris abſq; dubio ærumnis oppreſſus, nihilq; erit tam miſerum, & calamitoſum, quod in te cadere non videatur: & poſtremò ad cæcas inferorum tenebras, & æternas tartarorum pœnas relegaberis.

Et ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terrã vltimam. Id eſt, tu cum aliis principibus, qui tibi ſimiles, mundi voluptatibus ducebantur, æternis in inferno cruciatibus torquęberis. Ita ait diuus Ioannes in Apocalipſi: Quantùm glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantùm date illi tormentum & luctum. Vide loci damnatorum epitheta. Hoc capite appellatur terra vltima, infernus, abyſſus, terra infima, lacus, infernus. Aliis autem locis appellatur fouea, gehenna, terra obliuionis, puteus interitus. Apo. 18

In medio incircunciſorum. Hoc eſt, inter infideles, qui enim circunciſi erant, & in gratia migrabant, ad limbum patrum deſcendebant, non ad locum impiorum. Durante lege vetere ſolùm circunciſi fideles vocabantur: at vera cordis circunciſio à veris Chriſtianis obſeruatur. De ea dicebat Deus: Circũcidite præputiũ cordis veſtri. Qua de re ea poteris videre, quæ ſuprà diximus capite 28. verba illa explanantes. Morte incircunciſorum morieris. Deu. 10. Sup. 28.

Ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo eius. Hoc eſt, hic eſt finis Pharaonis, hic eſt triſtis & ærumnoſus exitus illius, & multitudinis ac faſtus eius, In hac miſeria clauſit ſuum diem ille, qui opibus, & mũdi gloria, magnos principes ſuperabat. In hoc conuerſa eſt eius ſuperbia & arrogantia, & diuitiarum opulentia. Ita obſcuratus eſt eius ſplendor, ita extincta eſt eius claritas, ita labefactata eſt eius amplitudo. Conſidera quæſo mundi inconſtantiam: In hoc ſolùm eſt conſtans, quòd nullam habet conſtantiam: eius ordo eſt non ſeruare ordinem, eius firmitudo nullam habere firmitudinem: Eius opes & potentiam appellat meritò Eſaias puluerem te nuem, fauillam pertranſeuntem, ſomnium viſionis nocturnæ. Et libro ſapientiæ vmbram, nuntiũ per currentem, nauem fluctuoſas aquas velociter permeantem, cuius veſtigium, cùm præterierit, inuenire non poteſt, & auem aere peruolantem, cuius itineris ne ſignum quidem videtur, & ſagittam emiſſam, cuius tranſitus non apparet. Id intuens cecinit diuinus pſaltes: Beatus vir, cuius eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Inanẽ mũdi gloriam, fallacẽ eius ſpẽ, & in certas diuitias appellauit vanitates & inſanias & nõquaſcunque, ſed inſanias falſas. Voluit illuſtriſſimus rex, & ſapientiſſimus propheta ſuadere mortalibus eſſe immortalitatem quærendã, & ad Deũ ſumma cum fiducia confugiendum, fallacem verò mundi felicitatẽ non eſſe in bonis cõmemorandã, cùm vana ſit, & inſana, & mẽdax, & ab iis ſæpe poſſideatur, qui ſibi temerè præſidunt, & ſcelerũ maculis contaminãtur, & cogitationes ſuas in res inanes abiiciunt, quæ eos ſæpenumero fefellerunt. Id intuens Eccleſiaſticus dixit: Subſtantiæ impiorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabunt. In humanis hiſtoriis ſcriptum legimus fuiſſe tempore Octauiani Augu ſti quendam inſignem pictorem, qui tabulam manu ſua depictam, & ſingulari induſtria elaboratam obtulit imperatori, in qua erant omnes illi principes depicti, qui illuſtri laude celebrati nomẽ ſuũ immortalitati commendauerant, quorum res geſtæ fuerant annalium monimentis conſignatæ, & poſteritati propagatæ: inter quos in loco eminentiore erat idem Octauianus Imperator, tanquam eorum princeps, collocatus. In parte verò inferio- Eſa. 29. Sap. 5. Pſal. 39 Eccl. 40

re tabulæ erant omnes tyranni immanitate notati,
& ſcelerum maculis imbuti, quorũ princeps erat
Phalaris impius Siciliæ rex, tyrãnorum quondam
altricis. Cùm autem Auguſtus oculos in tabulam
ſibi dedicatam, conieciſſet, miris laudibus extulit
eius picturam, nũ aotem inneotionem. Dixit enim
non eſſe æquũ, vt Phalaris illic pooeretnr, tanquã
tyrannorũ princeps, cùm ſapieotes viros proſecn-
tns fuiſſet fanore & amore, inſipientes verò mini-
mè. Prçtereà nõ decere ſeipſum imperatorẽ adhoc
viuẽtem principem conſtitui mortnorum, qui ob
res præclarè geſtas eam memoriam reliquiſſent, de
qua nulla ætas cootiſceret: oam durante vita nul-
lus erat homo, qnamuis in excelſo dignitatis gradu
conſtitutus, qui non poſſet & à ſublimi mũdi glo-
ria, & ab inſigni virtute præcipitari. Eam ob cau-
ſam Solon Salaminius Athenienſiũ legiſlator Crœ
ſo Lydorum regi ditiſſimo ingentes ei opes oſtẽ-
tanti intrepidè dixit neminẽ eſſe felicem, dum vi-
ueret, cùm temporum varietati ſubiaceret: & tum
denique iudicari, beatúſne quis fuerit, cùm extre-
mum vitæ diem morte confeciſſet. Cuius ſentẽtiæ
Crœſus quanquã tunc fuit irriſor, poſteà tamẽ me
minit, cùm captus á Cyro ad vitæ exitum vocare-
tur. Authores ſunt huius hiſtoriæ Herodotus libru
primo, & Plutarchus in vita Solonis, & alij. Hanc
Sòlonis ſententiam confirmauit Darius Perſarum
rex, qui Alexãdrum Macedonem cõtemnens bel-
lo eum aggreſſus eſt, de qno Alexander exiguis co
piis victoriam reportauit. Ditiſſimus fuit Darius,
& faſtu ac potẽtia mortales omnes ſuperabat: ſed
in tantam incidit calamitatem & inopiam, & igno
miniam, vt amitteret regnum, & opes, & videret
exercitum ſuum profligatum, vxorẽ & filias ſuas
captiuas, & eos, quos amore proſequebatnr, inter-
fectos. Et cùm eſſet vulnetibus traiectus, & mortẽ
in viſceribus haberet conceptam, petiit à Polyſtra
to poculum aquæ, quam cùm ſitiẽs obbibiſſet, Ad
id, inquit, ærumnarnm perueni, vt tibi beneficium
hoc, quod in me cõtuliſti, nullo poſſim præmio re
compenſare. Quibus dictis efflauit animam, ſigni-
ficans interruptis ac moriẽtibus vocibus in quam
infimam miſeriam ex alto dignitatis gradu incidiſ
ſet. Authot eſt Ioannes Monachus poſt Quintum
Curtium in vita Alexandri. Multos ſilentio præte
reo, qui cùm ingentibus opibus, & magna poten-
tia floruiſſent, in grauiſſimas ærumnas ad extremũ
inciderunt. Sed dices fortaſſe: Cur permittit Deus,
vt impij tyranni aliquando diuitiis circunfluant?
Huic obiectioni reſpondit qnõdam Dionyſius ty-
rannus in hunc modũ, vt refert Euſebius libro de
Simile præparatione euangelica octauo. Vt animalibus,
quæ ſaginantur, ſolet copia cibi & potus offerri,
non ad aliud quàm ad eorum perniciem, vt occi-
dantur, & comedãtur, ſic mundus eos reficit & re-
creat aliquando, qoi ſunt intolerandis vitiorum la-
bibus contaminati, vt eos interficiat, & deuoret.
Simile Vt arborum rami nimia vbertate, & fructuum põ-
dere frangũtur, ſic multis immoderata diuitiarum
affluentia & proſperitas perniciem machinatur. Et
quemadmodum ab excelſo potentiæ loco, à mun-
di gloriæ faſtigio multi præcipites ad extremã ruũ-
tunt ignominiam, ita à virtutum vertice ad infi-
ma & execranda flagitia. Id voluit diuina ſcriptu-
Gen. 28. ra in illa altiſſima ſcala ſignificare, quam vidit Ia-
cob, per quam quidam aſcendebant, quidam verò
deſcendebant. Cecidit ex ſcala ille, qui aiebat: Ad-
hæſit pauimeoto aoima mea. Qui anteà erat io ca- Pſa. 118
cumine conſtitutus, ruit in terram, vbi proſtratus
pauimeoto adhærebat. Ideo ait diuus Paulus: Qui 1. Cor.
ſtat, videat, ne cadat. Hoc homini illi euenit, qui 10.
deſcendebat à Hieruſalem in Ierieho, & incidens Luc. 10.
in latrones, fuit omnibus virtutum ornamẽtis ſpo
liatus. Qui à virtute, à gratia, ab animi ſecuritate &
quiete, à viſione pacis, qui denique à Hieroſolyma
in peccatum mortiferum, in mundi ſcelera, in pe-
ſtilentia flagitia, qui deoique in Iericho deſcendit
& ab ſcalæ faſtigio ad pauimentum cecidit in la-
trones incidit immaniſſimos, in impios cogitatus,
in dæmonem, carnem, & mundum, crudeliſſimos
animorum inimicos, qui in illum irruerunt, om-
nibuſque virtutum diuitiis ſpoliauerunt, grauiſſi-
miſque vulneribus ſaucium deformarunt: Vt au-
tem intelligeremus peccatum ſummè Deo diſpli-
cere, noluit Christus hominem illum nominare: Luc. 10.
tantùm ait: Homo quidam deſcendebat de Hieru- Luc. 16.
ſalem in Ierieho. Eodem modo cùm Chriſtus hiſto
riam narraret de iuſto mẽdico & diuite epulone,
dixit mendicum appellari Lazarum, nomeo autem
diuitis impij noluit exprimere: nomioari non me
retur, qui ſe vitiis contaminat. Diſcipulis ſuis di-
xit Chriſtus: Nomina veſtra ſcripta ſunt io cœlis.
Et diuus Paulus in epiſtola ad Philippenſes, vbi Luc. 10.
adiutorium ſuorum meminit, ſubdit: Quorum no Phil. 4.
mina ſunt in libro vitæ. De impiis verò ait pſalmo
graphus: Deleantur de libro viuẽtium, & cum iu-
ſtis non ſcribantur. Idem videtur eſſe & iuſtorum Pſa. 68.
& viueotium liber: qui non ſcribuntur cum iuſtis,
etiam cum viuis noo ſcribentur: iuſtus enim ex fi- Hab. 2.
de viuit. Diuus tamẽ Hilarius exiſtimat in libro vi-
uentium eos eſſe, qui omnia legis præſcripta ſer- Rom. 1.
uabant abſque Chriſti cognitione, iuxta id quod
ait Apoſtolus in epiſtola ad Galatas: Quia qui fe- Gala. 3.
cerit ea, viuet in illis, in libro autem iuſtorum eos
ſcriptos eſſe quibus iuſtitia Chriſtus factus eſt. Ita
que in libro viuẽtium ſcriptum eſſe, eſt iuxta eius
ſententiam, prædeſtinatum eſſe ad vitam, eſſe au-
tem in libro iuſtorum ſcriptum, eſt eſſe iam per
Chriſtum iuſtificatum. Et vt hic homo, qui de-
ſcendit à Hieruſalem in Iericho, quem Deus
ob eius flagitium noluit nomioare, ruit ad de-
decus & miſeriam, ita magni principes à mun-
di gloria ad infamiam interdum deſcendunt,
& amiſſis opibus & honoribus ad cæcas illas
& æternas tenebras relegantur, vbi perpetuis cru-
ciatibus torquentur. Huiuſmodi fuit rex Aſſur, &
rex Aegyptius, vt hoc loco diuinus noſter vates te
ſtatur. Hic eſt verus, & germanus meo quidem iu-
dicio huius capitis ſenſus. Poteris nihilominus
per regem Aſſyrium Luciferum intelligere princi
pem apoſtatarum angelorum, qui ſuperbia elatus
è cœlo cecidit in infernum, per regem verò Ae-
gypti antichriſtum. Et tunc eſt ſenſus: Si Lucifer
cecidit è cœlo in infernum, cùm eſſet angelus Dei,
quomodo tu ô antichriſte non corrues, cùm ſis ho
mo, ſi quidem es incredibili ſuperbia elatus.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXXI.

Frondibus nemoroſus. Septuaginta habent: Den-
ſus in vmbra. Pagninus: Ramis denſis inum-
brans.

brans. Quæ omnia in idem recidunt: In Hebraico eſt חרש מצל chorex metſal. Nomen chorex proprie *Eſa.17.* ramum ſignificat, & aratrum. Vbi Eſaias ait: In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ ſicut aratra. Pro aratris verti poteſt, ſicut rami. Vt ſit ſenſus: Quemadmodum Euæi, & Amorrhæi venientibus ex Aegypto Hebræis relinquebant in ſylua ramos & ligna, quæ cædebant, ſeque fugæ mādabant ſic ô Samaria aduenientibus Aſſyriis ciuitates tuas munitas relinques. Vertit autem interpres Latinus aratra, quoniam deriuatur dictio hæc *Pſal.128.* à verbo חרש charax, quod ſignificat arare & fabricare, vt in pſalmo: Supra dorſum meum fabricauerūt peccatores, prolōgauerunt iniquitatē ſuā. Quæ verba in hunc modum vertit ex Hebræo diuus Hieronymus: Super ceruicem meā arabant arantes, prolongauerūt ſulcum ſuum. Et Felix: Supra dorſum meum arauerunt arantes, protraxerunt ſulcum ſuum. Vult ſignificare impoſuiſſe ſceleratos homi- *Mat.11.* nes eius dorſo grauiſſimum pondus, & acerbiſſimas in illum contumelias ieciſſe, quibus eum dominus leuauerat. Ipſe enim ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis & ego reficiam vos. Significare autē verbū hoc arare indicat aper- *Oſe.10.* tè locus ille Oſeę: Araſtis impietatē, iniquitatē meſſuiſtis. Significat etiā ſilere, & obſurdeſcere, vt in pſalmo: Deus meus ne ſileas à me. Vel, vt poteſt verti: Ne obſurdeſcas mihi. Prophetica loquēdi for- *Pſal.27.* ma & conſuetudine tunc Deus dicitur reſpondere fundenti precationes, cùm eū exaudit, eiq; poſtulata concedit: tunc autē dicitur ſilere, cùm non exaudit, & orantis voluntati reſiſtit, aut ei petita non *Pſal.32.* largitur. Loqui Deū idem eſt quod facere: Ipſe dixit, & facta ſunt: tacere autem & ſilere eſt nō facere. Videbatur Deus Dauidi ſilere, cùm permittebat affligi, & variis calamitatibus torqueri, & exagitari Ideo has pias & ardētes voces ad dominum *Pſal.48.* fundebat: Ad te domine clamabo: Deus meus ne ſileas à me, ne aſſimiliter deſcendentibus in lacum. Clamabo dixit Hebræorum more, pro, clamo iugiter. Significat præterea verbum hoc cogitare, & machinari: Ideo Prouerbiorum illud. Errāt qui o- *Prou. 4.* perantur malum: vertit Pagninus: Errant cogitantes malum. Poteſt verti: Fruſtrabuntur, qui malum machinantur. Ab hoc verbo deriuatur nomē charax, quod ſignificat artificem ab excogitādo, quòd ſolers & ingenioſus artifex nihil faciat abſq; cogitatione, & deliberatione, & conſilio. Vel à tacendo quòd alios faciat ſilere, & attonitos reddat atque ſtupefactos. Eam ob cauſam erat Patauij ſtatua Titi Liuij ſuper fores prætorij claudēs os digitis ſuis. voluerūt imaginis illius opifices ſignificare, tantā fuiſſe Liuij eloquentiam, vt alios redderet ſtupidos & admirantes, eiſq; indiceret ſilentium. Propriè tamen nomen hoc ſignificat fabrum lignariū: locus autem arborum & lignorum, ex quibus ille efficit opera ſua, dicitur chorxah. Vnde chorex ſignificat arboris ramum, & ipſius rami frondes: & hanc ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres, dicens: Frondibus nemoroſus.

Riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis. Pagninus habet: Ad vniuerſa ligna agri. Dictio Hebræa & regionem ſignificat & cāpum. Senſus eſt: Vorago illa opum nutriebat ſubditos, in omni Aegypti regione habitantes.

Operui eum abyſſo. In Hebraico eſt: האבלתי heouolti. Verbum eſt aual, quod ſignificat operire, & lugere. Eam ob cauſam verterunt ſeptuaginta interpretes: Luxit eum abyſſus. Diximus in explanatione nomine aquarum ſignificari populos, & ex conſequente nomine abyſſi multitudinem populorum. Sit igitur ſenſus iuxta tranſlationem ſeptuaginta: Multitudo & celebritas gentium, & populorum regi Aſſyrio ſubiectorum, & omnes denique qui eū viuum laudibus efferebant, mortuū deplorauerunt. Quidā vertūt: Operui ſuper eū abyſſum. Vt ſit ſenſus: Pro eius nece operui luctu omnem populum ſuū. Huic interpretationi fauet Pagninus, qui tranſtulit. Operire feci ſuper eum voraginem ſacco. Solebat quondam populus pro obitu regis ſe ſaccis induere. Per voraginem aquarū profunditatem intelligit, hoc eſt, innumerabilem hominū multitudinē, qui fuerūt ob luctuoſū ſui regis interitū ſaccis induti. Si hi pro corporis mor- *Iaco.1.* te lacbrymas fundebāt, & ſaccis induti iacebāt in ſqualore, nōnne debemus pro animarum morte nos multò acerbiùs affligere? Peccatū, cū cōſumatū fuerit, generat mortem. Sin autē homo mortuus per peccatū nō reſurgit per gratiā, ſed in lethali migrat flagitio, moritur in æternū. Quæ eſt cauſa huius mortis? Peccatum. Ita dicitur in libro Sapientiæ: Homo per malitiam occidit animam ani- *Sap.16.* mam ſuam. Et Ezechiel, Anima, inquit, quæ pec- *Sup.18.* cauerit, ipſa morietur. Sed mors hæc, dum homo viuit, mori poteſt, & per Chriſti gratiā deleri. Ait enim Chriſtus: Venit hora, & nunc eſt quādo mor- *Ioan.5.* tui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos: Sti- *Rom.6.* pendia peccati mors, gratia autem Dei vita ęterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. At mors inferni æterna penitus eſt, à qua nemo eorū, qui illic iacēt, liberatur. De illa ait diuus Ioānes in Apocalypſi: Infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnū ignis: hæc eſt *Apo.20.* mors ſecunda, Cū autē ignis ille ſit æternus, vt ait Chriſtus Deus noſter: æterna eſt etiā illorū mors, qui eo cruciantur. Ideo ait idē dominus: Ibunt im- *Mat.25.* pij in ſupplicium æternum, iuſti autē in vitam æ- *Marc.9.* ternā. Quam ob cauſam canit eccleſia: In inferno nulla eſt redemptio. Nec ſolum Chriſtiani, ſed nō- *Mat.25.* nulli ex ethnicis hoc aſſeruerunt, quorum vnus fuit Vergilius, qui poſtquam in ſexto Aeneidos dixit facilē eſſe deſcēſum ad infernum, ſubdit; Sed reuocare gradum ſuperáſq; euadere ad auras, hoc opus, hic labor eſt. Plutharcus in libro de his, qui ſerò à Deo puniuntur, quendam aſſeretē inducit, homines teterrimos, ſcelerumq; maculis notatiſſimos poſt mortem in obſcurum quendam, & qui reſeratus neque at locum intrudi. Socrates apud Xenocratem ait impij animam in occultū ſub terræ locum migrare, & regionem illam æneis catenis vndiq; vinciri. Mercurius Triſmegiſtus multis etiā verbis æternam mortē in inferno deſcribit. In hac ſententia fuit Orpheus Iāblicus, Plotinus, & ante hos duos admirabilis ille Plato, quē Aurelius Auguſtinus Chriſtianæ veritati facit propinquiorē. Mercurij, & Platonis verba refert Cœlius Rhodiginus lib. 6. lectionū antiquarum. Et quamuis ethnici & fide & charitate carerent, ſeq; in ſcelera nefanda ingurgitarēt, multa tamē dixerunt vera & vtilia, quibus perpetuā ſibi famā cōpararunt. Vt ex vili terra pre- *Simile* tioſum aurū aliquando producitur, ſic permittēre Deo ex infideli homine bona aliquando procedit

doctrina. Et vt aurũ eligitur,& terra relinquitur: ſic nos ab iniquis doctrinam ſalutarem accipere debemos.ſi eam protulerint,deprauatos antem eorum mores deteſtari:nec ob eorum infidelitatem debemus elegantes eorum libros contemnere, & penitus repodiare, dommodò non ſint prohibiti, quin potiùs moderatè & cautè legere interdum, ſi opus ſit. Vt ſi vigente ſolis æſtu iter fecerimus, e- *Simile* tiam ſi aliam ob caoſam illud faciamus, fiet natura ramen,vt coloremur,ſic ſi eorum libros attentè legerimos,qui eloquentia & philoſopbia præſtiterunt, etiam ſi non eam ob caoſam, ſentiemus tamen orationem noſtram eorum elegantia ,qoaſi colorari.

Argumentum Capitis XXXII.

Capite ſuperiere oſtendit multis verbis regis aſſyriorum opes,potentiam,celebritatem, qua omnia ad extremum miſer ille princeps amiſit,nam omni bumano præſidio nudatus,fuit ſummis calamitatibus oppreſſus, immaniter occiſus,& ruit preceps ad exitium ſempiternum.Et in fine capitu prædixit fore,vt ſimilibus arumnis rex Aegypti vrgeretur.Nunc eius deiectionem & miſeriam verbis perſequitur,& flebilibus vocibus lamentatur.Sed priùs eius felicitatem deſcribit, vt infelicitatis exaggeret magnitudinem, nulla eſt enim maior moleſtia,quàm ea qua eſt cum præterita voluptatis recordatione ſociata. Nihil magis calamitoſum eſt, quàm fuiſſe felicem,graue eſt magnum aliquid amittere,quod vebementer diligebas,ſed facilis eſſet hac iactura, niſi eſſet rei amiſſa recordatio.

CAPVT. XXXII.

A ET factum eſt duodecimo anno, in menſe duodecimo,in vna mẽſis: Factum eſt verbum domini ad me dicens:Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonẽ regem Aegypti:& dices ad eum:leoni gentium aſsimilatus es, & draconi,qui eſt in mari.Et ventilabas cornu in fluminibus tuis,& conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flu-
Sup.12. mina earum. Proptereà hæc dicit dominus
d.& Deus:Expandam ſuper te rete meũ in mul
17.f. titudine populorum multorum & extrahã te in ſagena mea,& proiiciam te in terram, Super faciem agri abiiciam te, & habitare faciam ſuper te omnia volatilia cœli, & ſaturabo de te beſtias vniuerſæ terræ.Et dabo
B carnes tuas ſuper montes,& implebo colles
Eſa.13. tuos ſanie tua. Et irrigabo terram fœtore
b. ſanguinis tui ſuper montes, & valles im-
Ioel.3.c, plebuntur ex te.Et operiam,cùm extinctus
Matth. fueris, cœlos, & nigreſcere faciam ſtellas
24.c. eius:ſolem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum:Omnia luminaria cœli mœrere faciam ſuper te, & dabo tenebras ſuper terram tuam, dicit dominus Deus. Cùm ceciderint vulnerati in medio terræ, ait dominus Deus. Et irritabo cor populorum multorum, cùm induxero contritionem tuam in gentibus, ſuper terras quas neſcis, & ſtupeſcere faciam ſuper te populos multos.Et reges eorum horrore nimio formidabunt ſuper te propter vniuerſas iniquitates, quas operatus es, cùm volare cœperit gladius meus ſuper facies eorum, & obrupeſcent repentè ſinguli pro anima ſua in die ruinæ tuæ: quia hæc dicit dominus Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi:in gladiis fortium deiiciam multitudinem tuam. Inexpugnabiles omnes gentes hæ. Et vaſtabunt ſuperbiam Aegypti, & diſsipabitur multitudo eius.Et perdam omnia iumenta eius,quæ erant ſuper aquas plurimas, & nõ conturbabit eas pes hominis vltrà, nec vngula iumentorum turbabit eas.

EXPLANATIO.

Et factum eſt duodecimo anno. Subaodi à trãſmigratione Iechoniæ,menſe duodecimo,qui ab Hebræis appellatur Adar, noſtro Februario reſpondens: Diximos enim primo capite primũ apud Iudæos mẽſem appellari Niſan, qui eſt Martius apud nos, Vna menſis,hoc eſt prima die Februarij,Iuxta Hebreorũ cõputationẽ fuit hoc anno à mũdi creatione 3348.anno autẽ ante aduentũ Chriſti. 614. ſed iuxta computationẽ Euſebij Cæſarienſis in libro de temporibus fuit anno à mundi conſtitutione 4612.Aſſerit enim contigiſſe Iechoniæ transmigrationem anno mũdi 4600. hoc autem contigit anno doodecimo à tranſmigratione, obtinente Romæ regnum Tarquinio Priſco,olympiade 45.

Aſſume lamentum ſuper Pharaonem. Quoniam fuit à ſumma mundi gloria ad ſummam miſeriam præcipitatus. Hortatur nos Deus ad miſericordiam, quæ eſt iuxta Damaſceni ſententiam triſtitia in malis alienis.De illa ait Chriſtus:Beati miſericor- *Mat. 5.*
des, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Et rurſus:Euntes diſcite, quid eſt: miſericordiam *Mat. 9.*
volo,non ſacrificium.

Leoni gentium aſſimilatus es,& draconi,qui eſt in mari. Vt leo inter terrena bruta obtinet principatũ in fortitudine,& crudelitate,& draco ſiue cetus inter aquatilia in magnitudine & potentia,ſic tu gẽtes omnes ſuperas potẽtia,immanitate,& nominis amplitudine.Leo,vt ait Salomõ in Prouuerbiis eſt *Prou.*
fortiſſimus beſtiarũ Eã ob cauſam ſolet ſcripturæ *30.*
tyrãnos leones appellare.Loquẽs Dauid de tyrãnide Saulis,eumq́; ſeqnentiũ,qui enim ipſum ad cædem cupidiſſimè quærebant,ait: Suſceperunt me *Pſal.16.*
ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis. Et rurſus: ſalua me ab ore, & à cornibus vnicornium humilitatem *Pſa.21.*
meam. Vbi leones & vnicornes appellantur homines potentes & feri, & immanitate barbari. Pſalmo 33.vbi editio vulgata habet:Diuites eguerunt, *Pſal.33.*
& eſurierunt: babet tranſlatio diui Hieronymi ex Hebraico:Leones indiguerũt,& eſurierũt. Ita appellat

pellat tyrannos & potentes,qui ſolent infirmiores
Eſa.11. opprimere.Eodem modo Eſaias:Vitulus inquit,&
leo,& ouis ſimul morabuntur. Quibus verbis ni-
hil aliud voluit diuinus vates ſignificare , quàm
gentium indomitarum & immanium à tauris &
leonibus non differentium ad pios & mites mores
eorum,qui manſuetudine & pietate cũ ouibus cõ
feruntur,futurã cõuerſionẽ.Loquebatur de admi
mirabili Chriſti in mũdum aduentu & de Gentiũ
ad fidẽ vocatione,& tũc more prophetico eas,quę
feræ erant propter mores ferinos prædixit relicta
feritate eſſe ad religionem pietatis pleniſſimã con
uertendas.Ita hunc locum interpretatur verè qui
dem & ſapienter Euſebius Cæſarienſis libro ſecũ
do de demonſtratione euangelica,capite 41. & li-
Iere. 2. bro tertio,capite 2.Ieremias etiam volẽs Hebręo-
rum excidium per crudelem Nabuchodonoſorem
narrare,ait: Percuſſit eos leo de ſylua. Aſpicis igi
tur nomine leonis ſignificare hominem potentem
& immanẽ.Sed volentes antiqui ſignificare debe-
re potentiam cedere ſapientiæ,leonem pingebant
caput noctuæ inclinantem, per noctuam Mineruę
dicatam ſapientiam ſignificãtes,cui leo,hoc eſt,hu
mana potentia ſe ſubiicere debet. Poteris per leo-
nẽ rapacitatẽ intelligere,quæ eſt è republica proii
cienda & expellenda.Id ſignificabat Pythagoricũ
illud pręceptum,animalia curuunguia non eſſe nu
triẽda.Id intelligit Aeſchilus,cũ leonis catulũ aſſe
ruit non eſſe in republica nutriendum,ſed ex ea ſe
parandum. Intelligi autem per cetũ ſiue draconẽ
Eſa.27. maris mundi principes & tyrannos. indicat locus
ille Eſaiæ:In die illa occidet dominus cetũ , qui in
mari eſt.Et rurſus de Pharaonis interitu in mari ru
bro ait:Nunquid non tu domine percuſſiſti ſuper-
Eſa. 51. bum,vulneraſti draconem?Nunquid non tu ſicca
Pſa.73. ſti mare?Et pſalmographus:Tu confregiſti capita
Sup.29. draconis.Et noſter Ezechiel ca.29.eundem Pha-
raonem,de quo loquitur in præſenti,draconẽ ma
gnum vocauit.Quemadmodũ draco aquatilis ſiue
cetus alios deuorat piſces,ſic Pharao homines mi
nus potẽtes trucidabat,& eorum veteres,illibataſ
que opes in profundiſſimum libidinum ſuarum
gurgitem profundebat.Fortaſſe ideo Pharao com
paratur cũ leone terreno,& dracone marino,quia
dominum terræ,& maris ſe eſſe exiſtimabat. Vel
quia Aegypti regione dominabatur, quæ non ſo-
lùm magnam obtinet terræ planitiem,ſed propter
maximam Nili inundationem eſt aliquãdo ferè to
ta aquarum pleniſſima. Et quoniam hæc Aegypti
inundatio incipit ſingulis annis menſe Iulio,intrã
te ſole leonis ſignum , tunc enim incipit creſcere
Nilus & aquarum inundatio totam operire ter-
ram,ideo per caput leonis ſignificabant quondam
Aegyptij aquarum multitudinem.

Et *ventilabas cornu in fluminibus tuis.* Hoc eſt , in
Aegypto aquis Nili redundante tuam fortitudinẽ
& potentiam oſtendebas.Ventilare cornua eſt ſu-
perbiam,& potentiam,& ferociam oſtendere, &
diuitias iactare.Metaphora à tauris deſumpta. Po-
teſt dictio hæc cornu,in ablatiuo eſſe,vt ſit ſenſus:
Tu cornu tuo,hoc eſt,potẽtia tua alios vulnerabas,
Pſa. 43. & longè proiiciebas.Ita intelligitur illud pſalmo-
graphi:In te inimicos noſtros vẽtilabimus cornu.
Hoc eſt,ſi tu domine tuleris nobis opẽ,hoſtes no-
ſtros ſuperabimus,& à nobis longè propellemus.
Vẽtilabat Pharao ſuperbia ſua imbecillicos homi-
nes,nõ cõſiderans ſe eſſe mortalẽ,nec aduertẽs eſſe
Deum ſummũ iudicem,cui erat ſuorũ factorum ra
tionem redditurus.Nõ exiſtimabat ſe eſſe moritu-
rum,nec verſabat in deliberando animũ,ſed quic
quid illi veniebat in mentem,deprauato appetitui
gratum,abſq; deliberatione faciebat,A prima co-
gitatione ad opus nulla erat diſtãtia,quoniã nulla
intererat ratio,nulla deliberatio ,nullũ conſilium:
pro ratione ſuccedebat voluntas,pro deliberatio-
ne voluptas. Non intuebatur deliberandum eſſe
diu,quicquid ſtatuendum ſit ſemel. Vita noſtra ſca
la quædam eſt in excelſo loco conſtituta, cuius pri Simile
mus gradus cogitatio eſt,vltimus verò opus:in me
dio autem ſunt multi alij gradus cõſiderationis &
deliberationis. Vt autẽ homo facilè caderet, ſi vel
let à primo ad vltimum abſq; mediis peruenire: ſic
qui primam cogitationem ſtatim exequitur abſq;
deliberatione,quæ affert vtilem curam cogitandi,
nec conſiderat,offendat necne Deum , aut proxi-
mum, nec aſpicit rerum humanarum exitum, &
mundi varietatẽ,facilè ruit,& præceps in exitium
cadit.Oportet deliberationum gradus priùs attin
gere,& per eos firmiter incedere,vt in vltimo & al
tiſſimo gradu tranquilli maneamus. At ſuper-
bus hic Aegypti princeps ob conſiderationis defe
ctum ruit in interitum miſerabilem , quem nunc
noſter Ezechiel flebilibus vocibus deplorat.

Et *conturbabas aquas.*Hoc eſt,populos : diximus
capite ſuperiore nomine aquarum populos ſignifi
cari iuxta illud Apocalypſis:Aquæ,quas vidiſti,po Apo.17.
puli ſunt,& gentes,& linguæ.Vel per aquarum cõ
turbationem intelligitur turbulenta gubernandi
tatio.Princeps debet populum paſcere pabulo pin
gui , & aquis claris & ſalutaribus. Aqua lucida &
pura eſt vitæ modeſtia & tranquillitas,& pia ac ca
tholica doctrina,iuxta illud Eccleſiaſtici:Aqua ſa- Eccl 15.
pientiæ ſalutaris potabit illum.Hæc eſt illa recrea Pſa.22.
trix aqua,de qua ait regius vates:Super aquam re
fectionis educauit me.At Pharao rex Aegypti om
nia miſcebat & conturbabat,erat enim impius , &
immanis,& diſcordiæ amãtiſſimus.Poteris nomi-
ne clararum aquarum viros pios,virtute pręditos,
& ſapiẽtia præſtantes intelligere,quos nefarius ho
mo cõturbare contendit,opprimere,& lõgiùs pro
pellere,ne eius ſcelera apertè videãtur. Camelus,vt Simile
author eſt Plinius lib.8.cap.18. accedens ad puras
& claras aquas,priùs eas conturbat, quàm bibat.
Nã ſi tranquillę & lucidæ extiterint,terretur came
lus,videns in illis ſuam deformitatem & fœdita-
tem.Aquæ lucidæ & quietę ſpeculum ſunt,in quo
reſplendent proſpicientium vultus.Eodem modo
viri iuſti & ſapiẽtes aquę ſunt perſpicuę,in quibus
veluti in claro ſpeculo apparẽt nõ ſolùm virtutum
imagines,& earum claritas & pulchritudo,ſed fœ
dæ ſceleratorum labes,& maculæ teterrimæ.Ideo
impij homines & ſceleribus imbuti viros honeſta
te cõſpicuos,& doctrina excellentes affligere con-
tendunt , in eóſque contumeliis iaciunt , & ven-
tos excitant , vt eos perturbent, & ea conſpe-
ctu ſuo longè proiiciant , ne coram illis impia
eorum flagitia apertè conſpiciantur. Efferunt ſe
homines flagitioſi inſolenter , & potentia ſua ad
aliorum perniciem abutuntur. Eſt memoriæ Simile
proditum pictorem quendam , qui malè pin-
xerat gallos gallinaceos , iuſsiſſe famulo , vt ve-
ros gallinaceos longè propelleret à tabula , ne fa-
cta

ƈta comparatione eius deprehenderetur ignauia. Sic qui ſpecie honeſtatis flagitia cooperit, qui virtutis imaginem malè depingit: viros virtutibus inſignes procul abigere conatur, ne ex illorum collatione eius fictæ virtutes apertè cognoſcantur. Ex quo efficitur, vt homines impij vitam iuſtis conétur eripere, & eorum nomen ex hominum memoria funditus delere. Hæc eſt cauſa cur nefarij Iudęi Chriſtum Deum noſtrum eos à maleficiis & ſceleribus deterrentem, & ad virtutem & ſincerum diuini numinis cultum adhortantem iniuriis acerbiſſimis proſequerenrur, nec ab impio illo furore deſiſterent, donec eũ maximis cruciatibus affectũ, & grauiſſimis vulneribus cõfoſſũ immaniſſimè interfecerũt. Vt cátharides venenoſi vermiculi inter triticum vberrimum & lætiſſimum naſcuntur, & inter roſas odoriferas, & maximè florentes, ſic impiorũ inuidia in præclaris aliorum virtutibus verſatur, res pulcherrimè geſtas illuſtrium virorũ cogitat, eos comitatur, qui virtute & ſapientia aliis præſtant, ex quibus vera gloria effloreſcit, & redũdat. Hinc procedit detractio & maledictum: eſt enim inuidus vſque adeo corruptus, vt quò clariora ſint iuſtorum facinora, eò magis ea deteſtetur. Illi accõmodantur verba illa Eſaiæ: Væ qui dicitis bonũ malũ, & malum bonũ, ponentes tenebras lucẽ, & lucem tenebras, ponentes amarũ in dulce, & dulce in amarum. Hanc inuidiæ corruptionem innuit iis verbis Salomon in prouerbiis: Putredo oſſium eſt inuidia. Vt veſtis putrefacta nõ recipit ablutionem, ſic anima corruptione inuidentiæ putrida non faclè abluitur. Quin potius quò ampliùs creſcit aliorum gloria, eò magis ipſa corrũpitur, & deprauatur. Nec ſolùm inferiores ſuperioribus inuident, ſed qui in excelſiore loco ſunt cõſtituti, ſubditorum virtute aliquando cruciantur: quo fit, vt eos affligant, & conturbent, quemadmodum faciebat Pharao. Cui dicit Ezechiel: Quj conturbas aquas.

Simile — *Eſa. 5.* — *Prou. 14.* — *Simile*

Et conculcabas flumina earum. Non ſolùm quaſcũque aquas pedibus conculcabas, & conturbabas, ſed aquarum flumina. Qujdam codices habent: Flumina eorum, hoc eſt, aliorum agros aquis affluentes. Fortaſſe hoc ait propter Pharaonici exercitus magnitudinem, qui omnes Aegypti aquas poterat ttanſiens conculcare.

Expandam ſuper te rete meum. Ego, ait Deus, te capiam, & occidam. Metaphora eſt ſumpta à piſcatoribus retia in mare proiicientibus ad piſces capiendos & necandos. Rete ſuum appellat Deus regem Babylonis, quo miniſtro homines ſuperbos & impios euertebat. Hac dicendi exornatione vſus eſt ſuprà Ezechiel capite duodecimo, & decimoſeptimo aduerſus Sedechiam vaticinans.

Sap. 12. & 17.

Super faciem agri abiiciam te. Id eſt, poſtquam fueris interfectus, proiiciam cadauer tuum in terram, vbi erit auibus expoſitum, & beſtiis.

Montes & valles implebuntur ex te. Hoc eſt, cadaueribus exercitus tui. Tu morieris, & copiæ tuę tecum euertentur.

Et operiam, cum extinctus fueris, cœlos, & nigreſcere faciam ſtellas. Hoc eſt, erit tẽpus illud ærumnoſum, doloribus & calamitatibus pleniſſimũ. Nulla erit quies nulla ſecuritas, nulla oblectatio, ſed terror, clades, & turbulẽtiſſima tẽpeſtas. Audientur ſuſpiria, gemitus, eiulatus, flebiles querelæ, & omnia mortem intentabunt. Tanta erit mœſtitia & miſeria veſtra, vt omnia vobis obſcura videãtur. Ne ſol, nec reliqua aſtra vobis videbuntur fulgere, ſed obſcura eſſe abſque vlla claritate. Nox calamitatũ veſtrarum omnem ſolis candorem diſſipabit. Solet diuina ſcriptura magnum timorem, & acerbas ærumnas ſolis, & lunæ & cæterorum ſyderum obſcuritate ſignificare. Volẽs Eſaias triſte Babyloniorum excidium deſcribere, ait: Stellæ cœli, & ſplendor earum non expandent lumẽ ſuum: obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna nõ ſplẽdebit in lumine ſuo. Et Iudæorum excidium prædicens, ita Deũ loquentem facit: Induam cœlos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum Eodem modo Ioel: Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et noſter Ezechiel cap. 34. tempus ærumnis plenum vocat diem nubis & caliginis. Chriſtus Deus noſter in euãgelio: Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo. Latini etiam per tempora nubibus operta calamitatem ſignificant. Vnde ingenioſus poëta primo de triſtibus: Tẽpora ſi fuerint nubila, ſolus eris. Verũ ſunt, qui hæc diuinarũ literarũ loca de ſignis intelligant diem iudicij pręcedẽtibus, cùm Deus venturus eſt iudicatum viuos & mortuos. Sol autẽ, & luna, & ſtellæ contra naturã ſuam obſcurabuntur, vt oſtendant eſſe alienum à clemẽtiſsimo Deo oſtendere rigorem in diſtrictiſsimo illo vltimo iudicio. Oſtendent igitur cœli mœrorem, quia Deus ille qui ſemper pius eſt & miſericors, cuius proprium eſt miſereri, tũc durè caſtigabit reprobos, & ad ſupplicia æterna abſq; vlla remiſsione relegabit, eo iuſtitię rigore vtẽs, qui à blãda & ſuaui clementia ſua, & ab antiqua pietate videbitur alienus. Ille enim eſt, qui vult omnes homines ſaluos fieri qui eſt pater miſericordiarũ, & Deus totius conſolationis. Sed tũc ſeueritatẽ iuſtitię exercebit, & diſtrictè iudicabit: Qui ſigna hæc ad myſticã intelligentiã traducũt, per ſolẽ intelligũt principes eccleſiaſticos, per lunã ſeculares, per ſtellas monachos, qui in religione tanquã in cœlo fixi alios debent virtutum ſplendore illuſtrare: qui tales eſſe debent, vt poſsint dicere cum Apoſtolo: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. At tunc obſcuratur, & luna non ſplẽdet claritate, cùm principes & præſules, contempta iuſtitia & æquitate, & poſthabita religione, affectibus gubernãtur, & gubernãt, & iniquitate concitati falſis voluptatibus ducuntur. Stellæ de cœlo cadentes ſunt monachi illi, qui ſolitariam quietem, & monaſticam tranquillitatẽ relinquunt, & ad mundũ reuertuntur. Vt enim piſces nõnulli marini aquã fluuiorũ dulcẽ fugiunt, amara autẽ, & maris ſalſedine delectãtur, ſic nõnulli tranquillam religionis obſeruantiã deſpiciũt, & turbulẽtas mundi tẽpeſtates eligunt, dulcedinẽ vitæ contemplatiuæ faſtidiunt, & ad amaras mundi perturbationes decepti homines rapiũtur. Sed qui ſolitudinem & quietem colunt, & eorum, qui ad mundum redierunt, ſcient pericula, flagitia & calamitates, illis ſimiles ſunt, qui ex terra aliorum naufragium intuentur.

Eſa. 13. — *Eſa. 50.* — *Ioel. 2.* — *Inf. 34.* — *Mat. 24.* — *Mar. 13.* — *Luc. 21.* — *1. Tim. 2.* — *2. Cor. 1.* — *Phili. 3.* — *Simile* — *Simile*

Nigreſcere faciam ſtellas. Hoc nunquam fuit, ſi vt litera ſonare videtur, intellexetis: ſed voluit ſignificare fore, vt omnia Aegyptiis triſtia & obſcura apparerent, etiam aſtra ſplendidiſsima.

Dabo tenebras ſuper terram tuam. Obſcurato ſole

le obſcuratur etiam terra. Sic vitioſo rege, & flagi-
tiorum labibus corrupto, populus quoque ſceleri
bus contaminatur.

Et irritabo cor populorum multorum. Subaudi, con
tra te: cùm te afflictum captiuum duxero ad gen-
tes tibi penitus ignotas. Vel ſic: Cõcitabo aduerſus
populos multos, cùm calamitatem tuam perſpe-
ctam fecero nationibus illis, ad quas tui poſt cla-
dem tuam confugerint.

Cùm volare cœperit gladius meus ſuper facies eorum.
Hoc eſt, cùm gladius iræ meæ vibrare, & coruſca-
re cœperit ante facies eorum. Poteris per gladium
Dei Nabuchodonoſorẽ intelligere, quo Deus im-
Eſa. 10. pios occidebat. Eodem modo apud Eſaiam apel-
lat Deus regem Aſſyriũ virgam furoris ſui. Impius
Tamorlanus, qui attritis Turcis eorum imperato
rem catenis vinctum, curtui, quo vehebatur, adiũ
xerat, qui Armenos, Perſas, Aegyptios, Damaſce-
nos ſuperauerat, & infinitam hominum multitu-
dinem immaniter interfecerat, dixit ſe eſſe flagel-
lũ Dei: & vt ait Palmerius Florentinus, quocũq; e-
ius trãſcenderat nomẽ, ſola fama, quaſi fuiſſet miſ
ſus à Deo peccatorum vltor, terribilis imminebat.
Sabellicus libro octauo exemplorum refert, eũ ro
ganti cuidam, cur nullis precibus flecteretur, tor-
uo ac excandeſcenti aſpectu reſpõdiſſe: An tu me
hominẽ putas, & nõ potiùs Dei irã ad hominũ per
niciem in terris agentem? Idẽ aiunt dixiſſe Lupo
epiſcopo Cretenſi Hunnorum regem crudeliſſi-
Prou. mum. De huiuſmodi hominibus dixit Salomon in
27. Prouerbiis: Ira non habet miſericordiam, nec e-
rumpens furor: & impetum concitati ſpiritus fer-
re quis poterit?

Et diſsipabitur multitudo eius. Nam Aegyptij par-
tim fuerunt occiſi, partim capti, & in diuerſas par
tes diſperſi.

Quæ erant ſuper aquas plurimas. Id eſt, ſuper agris
aquarum abundantibus.

Et non conturbabit eas pes hominis vltrà. Id eſt, tanta
erit Aegypti ſolitudo propter hominũ excidium,
& iumentorum interitum, vt multo tempore nec
hominis, nec iumenti pedibus aquæ eius contur-
bentur. Vaſtationem Aegypti à rege Babylonis
venturam his verbis prædicit.

Tunc puriſſimas reddam aquas eorum,
& flumina eorum quaſi oleum adducam:
ait Dominus Deus: cùm dedero terram Ae
gypti deſolatam, deſeretur autẽ terra à ple-
nitudine ſua, quando percuſſero omnes ha
bitatores eius, & ſcient, quia ego dominus.
Planctus eſt, & plangent eum, plangent eũ
filiæ Gentium, ſuper Aegyptum, & ſuper
multitudinem eius plangent eum, ait domi
D nus Deus. Et factum eſt in duodecimo an-
no, in quintadecima menſis, factum eſt ver-
bum domini ad me, dicens: Fili hominis ca
ne carmẽ lugubre ſuper multitudinem Ae-
gypti, & detrahe eã ipſam & filias Gentium
robuſtarum ad terram vltimam, cum his
qui deſcendũt in lacum. Quò pulchrior es,
deſcẽde, & dormi cum incircumciſis. In me-
dio interfectorum gladio cadent. Gladius
datus eſt: & attraxerunt eam, & omnes po-
pulos eius. Loquentur ei potentiſſimi robu-
ſtorum de medio inferni, qui cùm auxilia-
toribus eius deſcenderunt, & dormierunt
incircuncisi, interfectique gladio. Ibi Aſſur,
& omnis multitudo eius in circuitu illius ſe
pulchra eorum: omnes interfecti, & qui ce-
ciderunt gladio, quorum data ſunt ſepul-
chra in nouiſſimis laci. Et facta eſt multitu- E
do eius per gyrum ſepulchri eius, vniuerſi
interfecti cadẽtéſque gladio, qui dederant
quondam formidinem ſuam in terra viuen
tium. Ibi Aelam, & omnis multitudo eius
per gyrum ſepulchri ſui: omnes hi interfe-
cti, ruentéſque gladio, qui deſcenderunt in
circumciſi ad terram vltimam, qui poſue-
runt terrorem ſuum in terra viuentium, &
portauerunt ignominiam ſuam cùm his qui
deſcenderunt in lacum. In medio interfe-
ctorum poſuerunt cubile eius in vniuerſis
populis eius, in circuitu eius ſepulchrum il-
lius. Omnes hi incircũciſi, interfectique gla F
dio, dederunt enim terrorem ſuum in terra
viuentium, & portauerunt ignominiam ſuã
cum his, qui deſcendũt in lacum, in medio
interfectorum poſiti ſunt.

Tunc puriſsimas reddam aquas. Alij vertunt: Tunc
profundas reddam aquas eorum ſed eadem manet
ſententia, ſolent enim aquę altæ limpidæ eſſe, &
tranquillæ.

Et deſeretur terra à plenitudine ſua. Id eſt, cùm ter
ra Aegypti fuerit hominibus, & iumentis de-
ſtituta.

Planctus eſt. Hoc eſt, hæc eſt lamentatio, cuius ſu
pra memini, ad quam me dominus inuitauit. Eo- Eſa. 22.
dem modo apud Eſaiam: Vocauit dominus Deus
exercituum in die illa ad fletum, & ad plãctum. Et Amo. 5.
Amos, Ego inquit, leuo ſuper vos planctum. Su- Sup. 19.
pra etiam dixerat Deus Ezechieli cap. 19. Aſſume Sup. 28.
planctum ſuper principes Iſrael. Et cap. 28. Leua Sup. 31.
planctum ſuper regem Tyri.

Et factum eſt in duodecimo anno. Eodem anno &
eodem menſe facta eſt hæc viſio cum ſuperiore,
ſed non eodem die: præcedens enim facta fuit pri-
ma die menſis, hæc die quintadecima: precedens
nouilunio, hæc plenilunio. Lamentatur Ezechiel
deſcenſum Aegyptiorum ad inferuum.

Et *detrahe eam ipſam, & filias gentium robuſtarum.*
Hoc eſt, vaticinare non ſolùm Aegyptiorum mul-
titudinem, ſed filias gentium, hoc eſt, ciuitates alia
rum regionum Aegypto vicinarum eſſe ad inferos
proiiciendas, atque in tenebroſum pœnarum la-
cum relegandas. Infernum vocat terram vltimam,
& lacum. Qua de re præcedente cap. diſſeruimus.

Quo pulchrior es deſcende. Pro deſcendes: impera-
tiuus pro indicatiui futuro, more ſcripturæ. Allo
quitur Pharaonem, acſi dicat: Quantò es aliis af-
fluentior deliciis & opibus, tantò duriùs in infer-
no torqueberis. Quò quis blãdiùs carnem nutrit,
eamque blandiùs reficit illecebris, & corporis pul
chritudinem animæ pulchritudini anteponit: quò
eſt potẽtior, & turpibus voluptatibus inquinatior

cò

rò acerbioribus cruciatibus punitur iuxta illud
Sap. 6. Sapientiæ:Iudicium duriſſimum in his, qui præſunt,fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia,
potentes autem potenter tormenta patientur. Et
Apo. 18. iuxta illud Apocalypſis:Quantùm glorificauit ſe,
& in deliciis fuit tantùm date illi tormentum &
luctum. Eſt enim coërcenda caro, & abſtinentia
domanda,atque iuxta Pauli Apoſtoli ſententiam,
Gal. 5. cùm vitiis & concupiſcentiis crucifigenda. Vt e-
Simile nim equo ferocienti,& ſeſſorij minimè obtemperanti pabulum ſubducitur, & pro hordeo tribuitur ei palea,ſic carni noſtræ ſpiritui aduerſatrici,&
ob dapes,& delicias,& epularum varietates ratione rebellatrici ſubducenda eſt eſcarum copia, &
cibus ſobrius ſuppeditandus:vt ſedata & caſtigata
anima ſeſſori ſuo libenter obediat. Audi diuum
1. Cor. 9. Paulum dicentem:Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo, ne cùm aliis prædicauerim, ipſe
reprobus efficiar.Domato corpore, & in ſeruitutem redacto liberiùs inſurgit ſpiritus ad obſequiũ
Dei,ad diuina myſteria contemplanda. Nam, vt
ait idem Apoſtolus:Licet is, qui foris eſt noſter
2. Cor. 4. homo corrumpatur,tamen is,qui intus eſt renouatur de die in diem.Vt inimici in obſidione ſe de-
Simile dunt hoſtibus,ſi illis alimenta auferantur,ita caro
& ſenſualitas hoſtes animæ ablatis epulis ſe tradunt ipſi animæ,& ieiunio inutilia deſideria coercentur. His cauſis adducta ſancta mater eccleſia
Mat. 4. Romana catholica,ieiunia inſtituit à tempore A-
Luc. 4. poſtolorum nõ ſine exemplo Ieſu Chriſti ſeruato-
Marc. 1. ris noſtri,qui in deſerto quadraginta diebus ieiu-
Mat. 16. nauit. Cùm autem ipſe dicat; Si quis vult venire
Marc. 8. poſt me abneget ſemetipſum,& tollat crucẽ ſuam,
Luc. 9. & ſequatur me,oportet nos ieiunare, vt illum ſequamur:Si commortui ſumus, inquit Apoſtolus
2. Tim. 2. in ſecunda ad Timotheum:conuiuemus:ſi ſuſtinebimus, conregnabimus. Et in ſecunda ad Corinthios:Sicut ſocij paſſionũ eſtis,ſic eritis & cõſola-
2. Cor. 1. tionis.Et ad Romanos:Si filij,& hæredes,hæredes
quidem Dei,cohæredes autẽ Chriſti:ſi tamẽ com-
Rom. 8. patimur, vt & conglorificemur. Nónne aſpicis apertè opus eſſe compati cum Chriſto, vt cùm illo
glorificemur:Id intelligens diuus Ioannes Chriſoſtomus ait:Si vis regnare cum Chriſto, patiaris
cum Chriſto.Noſtra in hac vita beatitudo in Chriſti imitatione conſiſtit.Sed eñ miramur eos, qui
Chriſtum imitati ſunt, Chriſtũ ipſum imitamur.
Eam ob cauſam aiebat diuus Paulus in prima ad
1. Cor. 11. Corinthios: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego
Chriſti. Sed diabolus, qui Chriſtum tentauit, vt
Mat. 4. frangeret ieiunium,& comederet,videns nihil aduerſus Chriſtum profeciſſe,ſe ad eius membra cõuertit,Chriſtianis ſuadens,vt ieiunio repudiato,epulis ſe dedant, & corporis voluptatibus. Et his
ſuggeſtionibus & inſidiis magnam hominum multitudinem hac noſtra ætate decepit,& omnino ſuperauit,qui contempto ieiunio,defecerunt à fide,
ſéque ad Lutheranos contulerunt, qui à diabolo
poſſeſſi ieiunia irrident,alimentorum abſtinentiã
ſubſannant,ſeſeque totos in turpes voluptates ingurgitant. Tandem ſequuntur magiſtrum ſuum
Lutherum,hominem deditum ventri, libidinum
facibus incenſum, qui nocte quadam ob nimiam
comeſſationem & ebrietatem fuit morte ſubita
correptus,& à dæmone ſubfocatus.Hic eſt præceptor,quem hæretici noſtri temporis ſequũtur:qualis magiſter,tales diſcipuli.Et cùm ſint ab eccleſia
catholica ſeparati,& Satanæ ſynagogæ addicti, &
lumine gratiæ deſtituti,ſe vocant euangelicos, &
Chriſti ſectatores: cùm tota eorum perfidia in
hoc potiſſimum conſiſtat,nempe in euertendo &
conculcando Chriſti euangelio, & ipſius eiúſque
Apoſtolorum imitatione delenda.Vnde ieiunium
vituperant, quod Chriſtus obſeruauit, & miris laudibus extulit. Tanta eſt ieiunij vis,vt interrogantibus diſcipulis quare non potuiſſent dæmonium quoddam eiicere reſponderit Ieſus vt aſ-
ſerit in euangelio diuus Marcus: Hoc genus in Mar. 9.
nullo poteſt exire,niſi in oratione & ieiunio. Sed
quoniã ieiuniũ eiicit dæmonium, præcipit ipſum
dæmonium Lutheranis ieiunium penitus repudiare.Nec ſolùm Chriſtus ieiunauit, & ieiunium lau-
dauit,ſed etiam voluit eius modum docere, ne res Mat. 6.
tam eximia ob inanem gloriam amitteretur, Eam
ob cauſam ait:Cùm ieiunatis,nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.Nihilominus tamen audẽt hæretici ieiunium irridere,& repudiare.Nónne illud eſt
euangelium Chriſti velle delere,eiúſque doctrinam extinguere?Quis non videt? Et tamen tanta
eſt eorum inſania,tam intolerabilis inſolentia, tã
deteſtanda ſuperbia, tam impudens obſtinatio,vt
ſe euangelij vindices eſſe,& eccleſiæ catholicæ inſtauratores iactent, & Chriſti ac Apoſtolorum imitatores appellent.O inaudita dementia, ô cæci-
tas deploranda!per diuinum vatem Ioelem ita ait Ioel. 2.
Deus:Conuertimini ad me in toto corde veſtro,in
ieiunio, & fletu,& planctu. In libro Tobiæ ſunt Tob. 12.
hæc verba literis conſignata:Bona eſt oratio cum
ieiunio,& eleemoſyna,magis quàm theſauros au-
ri recondere.In libro Iudith: Scitote quoniam e- Iudi. 4.
xaudiet dominus preces veſtras,ſi manentes per-
manſeritis in ieiuniis.Diuinus pſaltes cecinit:Ge- Pſa. 108.
nua mea infirmata ſunt à ieiunio,& caro mea im-
mutata eſt propter oleum.Et alibi: Humiliabam Pſa. 34.
in ieiunio,animam meam. Et iterum: Operui in Pſa. 34. Pſa. 68.
ieiunio animam meam.Eſdras libro primo:Prædi 1 Eſd. 8.
caui ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligere-
mur coram domino Deo noſtro.Moyſes ieiunauit Deu. 10.
quadraginta dies,ſimiliter & Elias:quam ob cau- 3. Re. 16.
ſam ait diuus Hieronymus eos apparuiſſe in mon- Mar. 9.
te cum Chriſto transfigurato, qui quadraginta Mat. 17.
dies ieiunauerat.Ideo aiebat diuus Paulus Apoſto-
lus in epiſtola prima ad Corinthios; In omnibus 1. Cor. 6.
exhibeamus nos metipſos ſicut Dei miniſtros, in
vigiliis,in ieiuniis. Quid poterunt ad tantam nubem teſtimoniorũ diuinorum hæretici reſpondere?Quid contra hæc poterunt dicere illi, qui nomen Chriſtianũ pro Lutheranico mutarunt? qui
Chriſtum pro Luthero reliquerunt? Abſtulerunt
ieiunium,deleuerunt abſtinentiam, tradiderunt
ſeſe totos epulis, & potibus, & voluptatibus,
prædicant libertatem carnalem, ſpiritus libertati inimicam, & audent ſe Chriſti cultores,
veri Chriſtianiſmi reformatores appellare. O cultores Bacchi,ô ſectæ Epicureæ inſtauratores!Creuiſtis libertate ipſa Mahumetica liberiore accedẽte,& vultis arcem ſanctæ eccleſiæ Romanæ munitiſſimam & tutiſſimam expugnare,& Ieſu Chriſti,
ac ſanctorum patrum doctrinam penitus delere:
ſed illud nunquam poteritis efficere:eſt enim ſancta & vniuerſalis Romana eccleſia turris illa Dauidis,ex qua mille pendent clypei, & omnis fortiũ
armatura:

armatura : de qua ait Deus noſter : Et portę inferi
Cant.4. non præualebunt aduerſus eam. Inferi portę ſunt
Mat.16. impiæ hæreſes veſtræ,quæ etſi eccleſiá oppugnét,
eam tamen nunquam expugnabunt:imò Chriſtia-
ni inuicti ſemper in vera fide permanebunt. Stat
Mat.28. enim firma Dei promiſſio illis facta : Ecce ego vo-
biſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſumma
tionem ſeculi. Doleo Lutherani, & ægrè fero ve-
ſtram ruinam,& ob excidium veſtrum vim lachry
matum profundo:qui ex veritate in errorem exci-
diſtis,ex eccleſia in Lutheraniſmum,ex fide in per-
fidiam , ex excelſo illuſtris gloriæ gradu fuiſtis in
ſummam ignominiam præcipitati , ex qua eſtis in
æternos inferni cruciatus relegandi, niſi vos ad fi-
dem conuerteritis,& ad ſanctam, ac piam matrem
eccleſiam confugeritis,quæ vos viſceribus miſeri-
cordiæ recipiet,ſi ad eam volueritis ſupplices acce
dere. Sed dicetis fortaſſe eſſe in ſancta ſcriptura lo
cum aliquem,qui faciat aduerſus ieiunium:qua in
re apertiſſimè fallimini. Nullus eſt in diuinis lite-
ris talis locus,niſi vos illum fingatis , aut deprauc-
tis: ſenſus autem,quē depromitis ex illo, falſus eſt,
& impius,& toti ſcripturæ ſanctæ repugnás.Qua-
re non eſt,cur talem ſenſum ſummis laudibus ef-
Simile feratis,& aureum vocetis. Vt aurum extra templũ
Mat.23. non erat ſanctificatum , nam templum non ſancti-
ficabat aurũ.quod extra ipſum erat , ſed quod erat
in ipſo,ſic ſenſus extra diuinam ſcripturam , licèt
quibuſdam admirabilis videatur , ſanctus tamen
non eſt,nam ſancta ſcriptura non approbat ſenſum
ipſi repugnátem,qui extra illam eſt,ſed qui in ipſa
eſt,& cum illa cohæret,non approbat ſenſum fal-
ſum,impium,hæreticum, qualis veſter eſt:ſed ve-
rum, pium,catholicum,cuiuſmodi eſt ille , quē te-
net ſancta mater eccleſia Romana , quæ abſtinen-
tiam à cibis,& vitiis laudat,& aſſerit tantò vnum-
quemq; maiorem pœnam mereri , quantò magis
fuerit deditus ventri,& turpibus delicijs & illece-
bris. Quò enim quis maiorem ſtudio corporis pul
chritudinem affectauerit, contemptis ornamentis
animi,eò ad acerbiora tormenta deſcendet , quem
admodum hoc loco ait Ezechiel. Sed de ieiunio
ea poteris videre , quæ cap. 16.diximus verba illa
explanantes:Saturitas panis,& abundantia.

Et *dormi cum incircuncisis.* Hoc eſt, cum ſcelera-
tis,qui corde ſunt incircunciſi, dormies:iacebis in-
ter eos , qui fuerunt gladio interfecti tu , & Aegy-
ptij tecum.

Gladius datus eſt. Subaudi , à Deo regi Babylo-
nis : ei enim dedit Deus facultatem Aegyptios in-
terficiendi.

Attraxerunt eam. Subaudi, Aegyptum. Séſus eſt:
Babylonij Aegyptios ad mortem adduxerunt.

Ibi Aſſur,& omnis multitudo eius. Hoc eſt,in infer-
no eſt rex Aſſyrius,& ij,qui cum eo occiſi fuerunt.
Capite ſuperiore diximus fuiſſe hunc Aſſyrium à
rege Babylonis victum , & interfectum ante Pha-
raonis euerſionem , & magnam cum eo Aſſyriorũ
multitudinem. Hos omnes,nempe regem , & eos,
qui eius impietatem ſecuti ſunt, ait hoc loco Eze-
chiel fuiſſe in nouiſſimis laci,hoc eſt in inferno ſe-
pultos. Hac dicendi exornatione vſus eſt diuus
Luc.16. Lucas,dicens.Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in
inferno.

In terra viuentium. Hoc eſt,in hoc mundi globo.
Terra viuentium eſt orbis terrarum , cui opponi-
tur terra mortuorum,quæ eſt infernus. Vel per ter
ram viuentium intelligit Iudæá,in qua iuſti erant,
qui viui dicuntur. Impiorũ quæ dicitur vita, mors
eſt. Omnis illa terra , vbi viget verus Dei cultus,
ſpes,fides,charitas,eſt terra viuentium:atqui in Iu
dæa hæc omnia vigebant,ea igitur erat viuentium
terra. In Iudæa erat illuſtre nomē domini, & vt ait
regius ac diuinus vates:Notus in Iudæa Deus,& in *Pſal.75.*
Iſrael magnum nomen eius. Fuiſſe autem Iudęam
perterritam à Syriorum rege iudicat diuina ſcri- *4.Reg.*
ptura quarto Regum,& ſecundo Paralipomenon, *18.& 19.*
& cap.36.& 37. Eſaię. Hęc eſt terra illa,de qua aie- *2.Par.*
bat diuinus pſaltes:Credo videre bona domini in *32.*
terra viuentium. Erat tunc Dauid exul à Iudæa , à *Eſai.36.*
Saule vndique oppugnatus,& periculis incredibi- *& 37.*
libus cinctus:ſed ſperabat fore,vt poſt longũ exi-
lium , & graues calamitates Hieroſolymam redi-
ret,vbi templum,& diuinum cultum,& arcam do-
mini conſpiceret. Euthymius tamen cum aliis nõ-
nullis in illius verſiculi explanatione per terrá vi-
uentium hunc mundum intelligunt, vt dicat Da-
uid:Cecidiſſem animo,niſi credidiſſem fore, vt in
hac vita regno meo potirer mihi diuinitus pro-
miſſo,& bonis illis,quæ mihi dominus pollicitus
eſt viuenti. Vel per bona domini intellige Chriſtũ,
quem Dauid ſperabat viſurum in terra viuentium
hoc eſt,in eccleſia Dei : ipſe enim vt par eſt crede-
re,cũ Chriſto reſurrexit,eumq; vidit,& lętatus eſt
in die illo reſurrectionis,de quo die ipſe cecinerat:
Hæc eſt dies quá fecit dominus,exultemus, & læ- *Pſalm.*
temur in ea. De qua dixit Chriſtus:Abrahã exulta- *117.*
uit,vt videret diem meum,vidit, & gauiſus eſt. A- *Ioan. 8.*
braham enim fuit vnus ex illis,vt credibile eſt, qui
cum Chriſto ad vitam redierunt, de quibus ait di-
uus Matthæus:Multa corpora ſanctorum, qui dor *Mat.27.*
mierant, ſurrexerunt:& exeuntes de monumentis
poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciui
tatem,& apparuerunt multis.

Ibi Aelam. Hoc eſt rex Aelamitarum,qui gladio
interfecti ad inferos deſcenderunt. Diuus Hiero-
nymus hoc loco ait Aelamitas eſſe Perſas. In libro
autem de locis Hebraicis ait Aelamitas ſic voca-
tos fuiſſe ab Aelam filio Sem. Ioſephi Flauij libro
antiquitatũ primo,capite 14.hæc ſunt verba:Sem
verò tertio Noe filio quinque fuerunt nati: Aelam
ſiquidem Aelamitas , qui Perſarum fuit princeps,
dereliquit , &c. Plinius lib. 6. capite 28. meminit
Aelamitarum. Quid plura? Ieremias propheta bo- *Iere. 49*
rum Aelamitarum facit mentionem capite 49.vbi
eorum euerſionem prædicit. Hi ſunt Aelamitæ , de
quibus ait in Actis diuus Lucas:Parthi,& Medi,& *Act.2.*
Aelamitæ. Ait igitur nunc Ezechiel, Aelamitas in
inferno iiſdem pœnis torqueri cũ rege Aſſur. Nam
omnes hi fuerunt in infernum relegati,quem hoc
loco appellat terram vltimam , & lacum. Qua de
re ſuprà diſſeruimus.

Et *portauerunt ignominiam ſuam.* Id eſt,ſecũ aſpor
tarunt opera ſua ignominiæ plena. Ait enim diuus
Ioannes in Apocalypſi:Opera enim illorũ ſequun- *Apoca.*
tur illos. Vel portauerunt ignominiam ſuá ſecum *14.*
cum his,qui deſcenderunt in lacum,hoc eſt , hi &
alij qui ad æternos cruciatus deſcenderunt , nõ ſo-
lùm hic dum viuerent,erant ignominia affecti,ſed
in æternum erunt ignominioſi.

Poſuerunt cubile eius in vniuerſis populis eius. Hoc
eſt,dæmones poſuerunt infernale habitaculũ. Aelã

regis Aelamitarum inter vniuerſos populos, qui dum viuerent, paruerant ei. In circuitu eius erant ſepulchra populi ſui.

Ibi Moſoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius ſepulchra illius: omnes hi incircuncisi, interfectique, & cadentes gladio, quia dederunt formidinem ſuam in terra viuentium. Et non dormient cum fortibus, cadentibúſque & incircuncisis, qui deſcenderunt ad infernum cum armis ſuis, & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis: & fuerunt iniquitates eorũ in oſſibus eorum, quia terror fortium facti ſunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircunciſorum contereris, & dormies cum
G interfectis gladio. Ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati ſunt cum exercitu ſuo cum interfectis gladio, & qui cum incircuncisis dormierunt, & cum his, qui deſcenderunt in lacum. Ibi principes Aquilonis omnes, & vniuerſi venatores, qui deducti ſunt cũ interfectis, pauentes, & in ſua fortitudine confuſi, quia dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio, & portauerunt confuſionem ſuam cum his, qui deſcẽdunt in lacum. Vidit eos Pharao, & conſolatus eſt ſuper vniuerſa multitudine ſua, quæ interfecta eſt gladio, Pharao, & omnis exercitus eius, ait dominus Deus. Quia dedit terrorem ſuum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircunciſorum cum interfectis gladio, Pharao, & omnis multitudo eius, ait dominus Deus.

Ibi Moſoch, & Thubal. Moſoch eſt Cappadocia, Thubal eſt Hiſpania. Sunt qui per Thubal intelligant Italiam, quoniã apud Eſaiam capite vltimo, Eſa. 66. in loco illo: Tenentes ſagittam in Italiam, pro Italia eſt in Hebraico Thubal, pro quo ſeptuaginta habent Thobel. Paulus Burgenſis explicans hunc Ezechielis locum ait per Thubal Hiſpaniam ſignificari. Lyranus per Thubal intelligit Iberiã: quod in idem recidit: Iberia enim eſt Hiſpania. Sed quoniam duplex eſt Iberia, vna orientalis, altera occidentalis, orientalis eſt iuxta Pontum inter Cholchida & Armeniam, occidentalis eſt Hiſpania, non deeſt, qui aſſerat hoc loco Thubal Iberiam orientalem ſignificare. Fuit Thubal nepos Noe ex filio Iaphet, vt ait Hieronymus & Euſebius, qui condidit Hiſpaniam anno à diluuio centeſimo quadrageſimo, ante Troiam conditã annis ſeptem & triginta ſuper ſexcentos, & ante annum Chriſtianæ ſalutis annis quatuor & ſeptuaginta ſupra centum & duo millia, vt videre licet apud Euſebiũ, & Beroſum. De his duobus nominibus Moſoch & Thu- Sup. 27. bal diſſeruimus capite 27.

Et non dormient cum fortibus. Id eſt, non ſepelientur cum incircunciſorum magnatibus, qui morte naturali non violentã exceſſerũt è vita, qui vt ſtrenui equites honorificè fuerunt ſepulti cum mũdi pompa & gloria. Sed potiùs interficientur gladio, & iacebunt in campis inſepulti, feris, & volucribus expoſiti: & eorum oſſa in vltionem, & ſupplicium ſuorum ſcelerũ confringentur. Hoc ideo ait, quia ſolebant tunc, qui fuerant inuicti, cum armis ſepeliri, quibus anteà induti pugnauerant, vt oſtenderent nunquam ſe arma amiſiſſe in bello. Sed quoniam erant ſceleribus contaminati, ad infernũ deſcendebant. Non ſolùm dum viuerent, iniqui erãt, ſed poſt mortem in eorum oſſibus videbatur quodammodo eorum nequitia inhærere. Id fortaſſe ſignificant verba hæc: Et fuerunt iniquitates eorum in oſſibus eorũ. Sunt nonnulli, qui proponunt flagitia in æternum committere, & quamuis moriantur, non tamen moritur impium eorum deſideriũ. Contrà verò viri iuſti parati ſunt ad virtutũ actiones in æternum: & licèt eis vita deſit, non deeſt tamen prompta voluntas. Eam ob cauſam dicebat regius vates: Inclinaui cor meum ad faciendas iu- Pſalm. 118. ſtificationes tuas in æternum propter retributionem. Vel vt poteſt verti ex Hebræo: propter finẽ, vt ſit ſenſus: Ego conſiderans finem rerum, paraui domine cor meum, ad ſeruãdas leges tuas in æternum. Non tamen me fugit poſſe literam illam ita diſponi: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem æternã. Eſt autem retributio æterna ipſe Deus, quo beati in cœlo fruuntur, qui eius præcepta in hac vita fideliter ſeruarunt. Poteris per arma, cum quibus ait Ezechiel impios ad infernum deſcendere, eorum mẽbra intelligere, de quibus ait Apoſtolus in epiſtola ad Romanos: Nõ exhibeatis membra veſtra ar- Rom. 6. ma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuẽtes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Quemadmodum iuſtorum membra arma ſunt, quibus ipſi aduerſus hoſtes animæ pugnãt, ita impiorum membra arma ſunt, quibus & alios vulnerãt, & traiiciũt, & animã ſuã occidunt. Filij hominũ inquit regius vates, dẽtes eorũ arma & ſagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Vnde di- Pſal. 56. uus Gregorius in Moralibus libro nono, cap. 46. Arma, inquit peccantiũ ſunt mẽbra eorũ, quibus peruerſa, quæ concipiunt, deſideria exequuntur.

Et tu ergo. Subauditur, Pharao. Alloquitur regẽ Aegypti, quem dicit eſſe cõfringendum inter impios, & ſepeliendum in inferno cum his, quibus vita fuit ferro erepta.

Ibi Idumæa. Hoc eſt in inferno erunt Idumæi. Eſau filius Iſaac appellatus fuit Edom, à quo regio, Gen. 25. quam coluit, appellata fuit Idumæa.

Ibi principes Aquilonis. Hoc eſt, Babylonis. Erat enim Babylon ad Aquilonem reſpectu Hieroſolymæ: quamobrem ſolẽt eam diuini vates per Aquilonem ſignificare: vt Ieremias capite primo, & Eze- Iere. 1. chiel capite etiam primo, quemadmodum ibi ex- Sup. 1. plicuimus, verba illa explanantes: Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.

Et vniuerſi venatores. Hoc eſt, omnes tyrãni. Venatores enim oppreſſores ſunt animalium, eorúmque deceptores, & occiſores. Loquens diuina ſcriptura de Nemrod, ait: Ipſe cœpit eſſe potẽs in ter- Gen. 10. ra: & erat robuſtus venator coram domino. Ac ſi diceret. Nemrod primus omnium affectauit tyrannidem, & cœpit dominari genti ſuæ, fuitq́ tyrannus omnibus potẽtior, qui erãt ſub cœlo. Id quod dicitur, coram domino, hebraiſmus eſt, ac ſi diceret ſub cœlo, ſeu ſub ſole. In Hebraico eſt, in facie domini.

mini. Quæ verba hunc poſſunt habere intellectũ. Erat fortis oppreſſor contempto conſpectu Dei. Quaſi diceret: Non timebat Deum eius ſcelera videntem. Exaggerare volens ſcriptura tyrannidem & flagitia Nemrod, ait ea feciſſe in facie Dei. Vel in facie Dei, hoc eſt, ſimulans ſe eſſe Dei cultorem & Deum ante oculos habere. Vt enim ſubditi eum ferre poſſent, ſuadebat illis ſe eſſe à Deo miſſum, & ea eius decreto principatum obtinere: exercebat tyrannidem, & populum opprimebat, fingens virtutẽ, & tegens ſub ea innumera maleficia. Non tamen me latet diuum Auguſtinum libro ſextodecimo de ciuitate Dei pro coram domino legere, contra dominum: cuius ad literã hęc ſunt verba: Tutã, veramq; in cælo viam molitur humilitas, ſurſum leuans cor ad dominum, non contra dominum, ſicut dictus eſt gigas: Iſte venator contra dominum. Hoc deprompſit Auguſtinus ex trãſlatione ſeptuaginta, quæ habet: Hic cœpit eſſe gigas ſuper terrã, iſte erat gigas venator contra dominum. In Græco enim pro contra dominum eſt ἐναντίον κυρίου. Et paulò pòſt ἐναντίον κυρίου, Dictio enantió ſignificat cõtra, & coram. Vnde enantios ſignificat cõtrarium. Quare vtroque modo poteſt ex Græco in Latinũ transferri. Sed rectiùs eſt meo quidem iudicio vt transferatur coram domino, ſiue in conſpectu domini, nam dictio enanti propriè ſignificat, in conſpectu. Diuus Hieronymus ait venatorem in literis diuinis nunquam accipi in bonam partem. Iſ-

Gen. 21. mael & Eſau venatores fuerũt: quorum vnus proſecutus eſt odio fratrem ſuum Iſaac, alter fratrem ſuum Iacob. Volens diuinus vates ſignificare fuiſ-

Gala. 4. ſe diuino fauore à periculis illis ereptum, quæ in

Gen. 27. illum nefarij ac potentes homines machinati fue-

Pſal. 90. rant, ait: Liberauit me de laqueo venantiũ. Et rurſum: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Hoſtiũ impiorũ inſidias laqueos venãtium vocat. Talis erat Nemrod, qui venator appellatur, quòd eſſet hominum oppreſſor, & extinctor, aut quòd eſſet animarum deceptor.

Vidit eos Pharao, & conſolatus eſt. Aſpiciet Pharao aliorum miſerias, & communis calamitas leuabit ei quodammodo dolorem. Leuis eſt conſolatio ex aliorum moleſtiis, ſed efficit aliquo modo aliorum perpeſſio, vt ea, quæ nobis accidunt, minora videãtur. Aeſtimabat Pharao in inferno tormẽta ſua leuiora, cum multis communicata. Impij in imo tartaro nullam habent conſolationem. ſed dicuntur, quodammodo lætari, cùm alios vident ſimilibus, aut grauioribus pœnis torqueri. Qua de re ea poteris videre, quæ diximus capite præcedente. Verùm præterita hæc, quibus vtitur propheta hoc loco, pro futuris accipiuntur more propheticũ, nondum enim mortuus fuerat Pharao, de quo loquitur in præſenti.

Quia dedit terrorem ſuum in terra viuentium. Id eſt, quia Pharao potentia ſua mortales in vita hac perterruit. Quidam codices correcti habent ad marginem. Quia dedi terrorẽ meũ. Quaſi dicat Deus: Fiet hoc, quia ego tempore ſuo homines terrebo.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXXII.

Ventilabas cornu in fluminibus tuis. Eodem modo habent ſeptuaginta interpretes. Ex Hebraico poteſt rectè transferri. Educebas per flumina tua, ſubaudi, aquas. Pagninus vertit: Educebas flumina tua, Alij: Laſciuiſti in fluminibus tuis. Quæ omnia in idem coincidunt.

Et implebo colles tuos ſanie tua. In Hebraico eſt. ומלאתי הגאיות רמותך Vmillethi hageaioth ramutheca. Dictio ramutheca poteſt eſſe à verbo רום rum, quod ſignificat extollere, vt apud Eſaiam: Super aſtra Dei exaltabo ſolium meum. *Eſa. 14.* Inde dictio rum ſignificat altitudinem, vt apud eundem prophetã: *Eſai. 2.* Humiliabitur altitudo virorum. Hoc eſt, magnatũ ſuperbia deiicietur. Et apud Habacuc: Altitudo *Haba. 3.* manus ſuas leuauit. Id eſt, ſeculi potẽtia in primordiis naſcentis eccleſiæ manus ſuas ô domine aduerſus diſcipulos tuos leuabit, eoſq; variis moleſtiis afficiet. Quidam hoc referentes ad tranſitum Iudæorũ per Iordanẽ aiunt voluiſſe hoc loco prophetam ſignificare, fluuij illius altitudinem manus ſuas ex parte ſuperiore extuliſſe hoc eſt, aquas ſuas in tumulum eleuaſſe. Sed rectior eſt prior expoſitio, & diuini vatis propoſito congruentior. Cùm igitur verbum hoc ſignificet leuare, & efferre in ſublime, cõſequens eſt, vt dictio ab eo deriuata altitudinem ſignificet & celſitatẽ. Quare poteſt hic Ezechielis locus ita verti: Et implebo colles tuos altitudine tua, hoc eſt, aceruo militum tuorum, vt capiatur altitudo pro cumulo cadauerum. Pro collibus poteris etiam vertere valles, colles enim reſpectu montium valles quodammodo appellãtur. Vnde Pagninus habet: Implebo valles celſitudine tua Poteris per Pharaonis celſitudinem & altitudinem duces & magnates Aegyptiorum intelligere, quibus ipſe gloriabatur. Hæc erat eius ſublimitas & altitudo ſubditos habere illuſtri loco natos, fortitudine ac potentia inſignes. At omnes hi in prælio ceciderunt, & fuerunt valles & colles eorũ cadaueribus pleni. Poteſt deduci dictio hæc à verbo ramah, quod ſignificat proiicere. Vnde quidam vertunt: Implebo valles proiectionibus tuis, hoc eſt militibus tuis in terram proiectis. R. Dauid in commentariis legit: Implebo valles cadaueribus tuis. Thargum: Implebo valles cadaueribus exercituum tuorum. Poteſt rectiſſimè deduci à nomine rimmah, quod ſignificat vermem & saniẽ: quã ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Eſt enim ſanies ſanguis corruptus. Vnde ſeptuaginta tranſtulerunt. Replebo valles τοῦ αἵματος σου. Hoc eſt, ſanguine tuo.

Et irrigabo terram fœtore ſanguinis tui ſuper mõtes. Pro fœtore eſt in Hebraico צפתך ſapbatheca, à verbo צוף, quod ſignificat natare, & inundare. vt apud Ieremiam. Inundauerunt, ſiue natauerũt aquæ ſuper caput meum. Quibus verbis ſummam cala- *Threno.* mitatem, qua premebatur, ſignificat. Vnde pote- *3.* rat locus hic verti: Irrigabo terram natantem ſiue inundantem ſanguine tuo ſuper montes. Vt ſit ſenſus: Terra tua Aegyptia, quæ aquis inundat, nunc inundabit ſanguine exercitus tui: ex quo tanta occidetur multitudo, vt interfectorum ſanguis montes excedat. Hyperbole eſt, à Cicerone appellata ſuperlatio, qua vult ingentem Aegyptiorum cladem ſignificare. Hac ratione ductus vertit Pagninus: Irrigare faciam terram inundantem tuam ſanguine tuo vſque ad montes. Poteſt dictio hæc deduci à verbo tſaphah, quod ſignificat ſpeculari, & proſpicere. Eam ob cauſam R. Dauid ita hunc locum

Bbb 2 inter-

interpretatur:Irrigari faciam terram ſpeculationis
tuæ ſanguine tuo. Acſi diceret Deus : Non ſolùm
profundas valles, ſed loca etiã excelſa , ex quibus
tu longè diſtantia proſpiciebas. ſanguine tui exer-
citus rigabo. Significare autem verbum hoc ſpe-
Sup.3. culari indicat Ezechiel Deũ ita inducens loquen-
tem:Speculatorem dedi te. Sophim autem ſpecu-
latores ſignificat , & homines contemplationi , &
1.Reg.1. philoſophiæ deditos. Ideo verba illa primi Regũ:
Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim, poſſunt re-
ctè verti:Fuit vir quidam ab altera Ramatha,nem
pe ab ea,quæ eſt ſpeculatorum. Duo erant oppida
vocata Ramatha,in quorum altero habitabant di-
uini vates,& viri cœleſti philoſophiæ dediti, quĩ
Sophim,hoc eſt,ſpeculatores dicebantur , vbi El-
cana cõmurabatur.Ramathaim eſt in plurali : hoc
eſt ex vna illarum ciuitatum, quarum vtraque di-
cebatur Ramatha. Thargum habet:De Ramatha
de diſcipulis prophetarum. Vt ſit ſenſus : Erat El-
cana ab oppido Ramatha,& erat ex diſcipulis pro
phetarum,qui vocantur Sophim. Significat etiam
verbum hoc operire : & quia immunditia ſolet te-
gi,accipitur pro immunditia,& ſtercore, & fœto-
re. Hac ratione ductus vertit,& rectè quidẽ noſter
interpres: Et irrigabo terram fœtore ſanguinis tui.
Pro quo ſeptuaginta verterunt:Et irrigabitur ter-
ra ſtercoribus tuis.

Cùm volare cœperit gladius meus ſuper facies eorum.
Pro,cũ volare cœperit,eſt in Hebraico: בעופפי Ver-
bum עוף eſt vph , quòd ſignificat volare , vt apud
Eſa. 11. Eſaiam: Et volabũt in humeros Philiſtiim per ma
re. Acſi dicat:Et Chriſti diſcipuli pleni ſpiritu ſan-
cto celeriter ſe cõferent in Palæſtinam , Syriã,Idu-
mæam,& alias orbis terrarum oras,in quibus ſan-
ctũ Ieſu Chriſti nomen fama celebrabunt eiúſque
ſacrum euangelium docebunt. Significat etiã illu-
ſtrare,& coruſcare. Quamobrem vertit Pagninus:
Cũ coruſcare fecero gladiũ meũ ſuper facies eorũ.

Et non conturbabit eas pes hominis vltrà. Pro vltrà
eſt in Hebraico עוד quæ dictio hoc loco , & multis
aliis longum temporis ſpatium ſignificat, non au-
Sup.26. tem æternitatem. Qua de re capite 26. diſſeruimus.
Eſt dictio hæc deriuata à verbo עוד auadh , quòd
Pſalm. ſignificat expoliare. Vnde verba illa pſalmographi:
118. Funes peccatorum circumplexi ſunt me , poſſunt
verti ex Hebræo , Funes impiorum expoliauerunt
me. Per funes impiorum cateruas intelligit homi-
num immanium,qui ſcelere & maleficio paſcebã-
tur.qui eum omnibus mũdi opibus expoliauerãt,
eum cogentes vt domo propria relicta ſe in ſolitu
dinem conferret. Thargum habet: Cœtus nefario-
rum congregati ſunt aduerſus me. Sunt , qui ver-
ſum illum in hunc modum explanẽt:Dolores, qui
bus me flagitioſi homines vrgẽt,inſidias mihi pa-
rantes,& perniciem molientes , mihi tranquillita-
tem eripuerunt.

Quò pulchrior es. Poteſt verti ex Hebræo : Quo
magis es deditus deliciis. Verbum eſt naam, quod
ſignificat pulchrum eſſe,& illecebris ac voluptati-
Pſalm. bus delinitum. Vnde verſus ille pſalmographi : Et
140. non communicabo cum electis eorum : poteſt ita
verti:Et non comedam de voluptatibus eorũ. Acſi
diceret diuinus pſaltes : Velim nunquam delectari
his deliciis,quibus impij homines paſcuntur. Vti
nam animus meus nulla peſtifera voluptate deli-
niatur,ſed ea firmo propoſito repudiem,& cõtem-
nam , ad quæ ſcelerati homines nefaria auiditate
incenſi rapiuntur.

Et dormi cum incircuncisis. Pro & dormi eſt in He
braico : והשכבה à verbo xacab,quod ſignificat dor
mire,vt apud Iob 7. Ecce nunc in puluere dormiã. Iob 7.
& ſi manè me quæſieris,non ſubſiſtam. Hoc eſt,ec-
ce mox in terra dormiam , nam breui moriturus
ſum:ſi autem me poſteà quæſieris, vt in me in hoc
mundo aliquod conferas beneficium , non me in-
uenies , cùm citò ſim à vita migraturus. Significat
coæquare,proſternere,& deiicere : vt ſecũdo Reg. 2.Reg.
8. Percuſſus eſt Moab , & menſus eſt eos funiculo, 8.
coadæquans terræ. Hoc eſt , Subiugauit Dauid
Moabitas,& veluti ad funiculum, & certam men-
ſuram eos exegit , quos voluit interficere , eoſque
mortuos in terram proſtrauit, & deiecit. Thargũ
habet: Percuſſit Moabitas,& menſus eſt eos forte,
proiiciendo eos in terram. Et quoniam verbũ hoc
ſignificat proiicere,nomen mixcab ab eo deductũ
ſignificat vas,ex quo proiicitur aqua ad manus ab-
luendas,quod gutturniũ appellatur:ſignificat etiã
ſtratum,ſeu lectum. Vnde id , quod eſt capite deci-
moſeptimo libri ſecundi Regum : Obtulerunt ei 2.Reg.
ſtratoria & tapetia,poteſt verti:Obtulerunt ei le- 17.
ctos & tapetia. Vel,vt alij volunt,gutturnia & cra-
teres. Nomen enim,quo ibi vtitur ſcriptura:nẽpe
mixcab,ſtratorium,ſignificat,& lectum,& guttur-
nium:ab ſternendo , & proiiciendo. Ideo poterat
hic Ezechielis locus ita verti : Et proiicieris cum
incircuncisis.

Gladius datus eſt. Poteſt verti ex Hebræo:Gladio
data eſt: Vt ſit ſenſus:Aegypti regio tradita eſt gla-
dio Babyloniorum. Ita tranſtulit Pagninus cum
multis aliis.

Ibi Moſoch,& Thubal. Symmachus & Theodotio
habent:Ibi cubile eorum. Hoc eſt,infernus eſt im-
piorum cubile. Moſoch ſonat inſaniam,Thubal v-
niuerſam,vt ait hoc loco diuus Hieronymus. Vni-
uerſa inſania habet in inferno domicilium ſuum.
Omnes,qui ad infernum relegantur,inſani ſunt,&
viros pietate & ſapientia præſtantes ſtultos eſſe ar-
bitrãtur. Impios in inferno cruciatos inducit liber
Sapientiæ in hunc modum loquentes : Nos inſen- Sap.5.
ſati vitam illorũ æſtimabamus inſaniam. Et paulò
pòſt, Pugnabit,inquit , orbis terrarum contra in-
ſenſatos. Vbi vides omnes impios inſanire. Hæc
fuit ſententia Socratica, longéque veriſſima , im-
probos omnes non ſolùm ſtultos eſſe, ſed demen-
tes & inſanos. Eam ob cauſam ſapientiam à virtu-
te non ſeparabat:quæ autem eſſet à virtute ſeiun-
cta,eam ignorantiam eſſe aſſerebat. Non diſcrepa-
bat à ſententia hac diuus Auguſtinus, cùm veram
philoſophiam eſſe diceret Deum ſummo amore
complecti. Et ſi quis ſit in illuſtri mundi gloria, &
ſublimi dignitate conſtitutus , tamen ſi eſt vitiis
imbutus & contaminatus,abiectus eſt, & inſanus:
imò quò altiorem obtinet dignitatem , eò maiore
cauſa irridetur , ſi eſt flagitiis coopertus. Vt citha- Simile
rœdus prodiẽs ornatus,pretioſa veſte indutus,va-
riis coloribus intexta,citharam ferens politiſſimã,
auro & ebore diſtinctam , ipſe prætereà forma ſit
præditus eleganti, & appoſita ad decorem , & his
rebus magnam populo expectationem cõmoueat,
ſi ſubitò indicto ſilentio citharam abſurdiſſimè pul
ſet,& vocem emittat raucam , agreſtem, & acerbã
cũ turpiſſima corporis actione, quò pretioſiùs or-
natus

natus ſit,& auidiùs expectatus,eò magis deriſus,& deſpectus deiicietur:ſic quantò quis in ſublimiore dignitate fuerit collocatus, & amplioribus bonis & mundi,& naturæ prȩditus,eò vehementiùs erit deriſus & contemptus,ſi pulchram reipublicæ citharam inſipiēter attigerit,& flagitia anteà occulta palam oſtenderit.Quò magis cæteris rebus erat celebris & expectatus,eò maiore ratione ſubſannabitur,& indignior cenſebitur.

Argumentum capitis XXXIII.

Hortatur populum, vt diuinorum vatum oraculis fidem habeat,oſtendens obiter,quid ſit & præſulu officiū, & ſubditi.Dat operam, vt hominum voluntates a vitiis abducat,& ad virtutem impellat.Eos, qui animo cecide rant,& in conſilium ſuarum cogitationum deſperationē adhibuerant,erigit,& ſpe diuinæ miſericordiæ corroborat atque confirmat: ne deſperatione oppreſſi,id experiri nolint,quod ſe aſſequi poſſe diffidant,ſed ad Deū confugiant clementiſſimum patrem, animumq; transferant ad ea,quibus ſecundæ res ornantur, aduerſæ adiuuātur. Narrat luctuoſum Hieroſolymæ excidium, quòd anteà prædixerat multis verbis flebilibus: & poſtremò impios ſuarum vaticinationum irriſores obiurgat.

CAPVT XXXIII.

A ET factum eſt verbū domini ad me,dicens: Fili hominis,loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra,cum induxero ſuper eam gladiū, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem, & ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina,& annuntiauerit populo,audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non obſeruauerit, veneritque gladius,& tulerit eum,ſanguis ipſius ſuper caput eius erit.Sonum buccinæ audiuit,& nō ſe obſeruauit: ſanguis eius in ipſo erit. Sin autem ſe cuſtodierit, animā ſuam ſaluabit.

B Quòd ſi ſpeculator viderit gladium veniētem,& non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit,veneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidē in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autē eius de manu ſpeculatoris requiram.Et tu fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Audiēs ergo ex ore meo ſermonem, annuntiabis eis ex me.Si me dicente ad impium. Impie morte morieris,non fueris locutus,vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autē eius de manu tua requiram.Si autem annuntiāte te ad impium, vt à viis ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua, ipſe in iniqui

C tate ſua morietur, porrò tu animam tuam liberaſti.Tu ergo fili hominis dic ad domū Iſrael. Sic locuti eſtis dicentes:Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus, quomodo ergo viuere poterimus?Dic ad eos, viuo ego dicit dominus Deus.Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua,& viuat. Conuertimini à viis veſtris peſſimis,& quare moriemini domus Iſrael? Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui, Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit,& impietas impij non nocebit ei,in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Et iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua, in quacunque die peccauerit. Etiam ſi dixero iuſto,quòd vita viuet, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem,omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate ſua,quam operatus eſt,in ipſa morietur.

Sup.3.d. — Sup.2.d — Sup.18.g.

EXPLANATIO.

Fili hominis,loquere ad filios populi tui. Hoc eſt, ad Hebræos. A primo capite vſque ad finem viceſimiquarti locutus eſt Ezechiel de Iudæis: à capite viceſimoquinto vſque ad finem triceſimi ſecundi de variis Gentium nationibus.Nunc ad Hebræos, vnde digreſſa fuerat oratio,reuertitur. Idem eſt,loquere ad filios populi tui,ac ad populum tuū. Aduerte:Non ait Deus:Loquere ad populum meum, quoniam ei non ſeruiebat. Non erat dignus, qui populus Dei vocaretur, qui Deo parere nolebat. Eodem modo dixit Deus Moyſi in monte Sinai, cum filij Iſraelis vitulum aureum coluiſſent: Vade,deſcende,peccauit populus tuus, quem eduxiſti de terra Aegypti.Non dixit populus meus,ſed, tuus.Vel ideo ait Ezechieli:Loquere ad filios populi tui,vt intelligant præſules ſe eſſe patres populi, quibus conuenit eum à vitiis reuocare, ad virtutē excitare,atque fontem illi veræ philoſophiæ aperire.Ideo ait diuus Bernardus: Solicitudo officiū prælati eſt,non celſitudo.De Eliachim, quem cōſtituit dominus loco Sobnæ præpoſiti ſcriptū legimus apud Eſaiam:Erit quaſi pater habitantium in Ieruſalem.Vnde abbas idem eſt quod pater. Exod.32. Eſa.22.

Terra,cùm induxero ſuper eam gladium. Solent ciuitates,quæ hoſtium metuunt aduentum, hominem aliquem in alta quadam ſpecula collocare, qui eam ob cauſam dicitur ſpeculator,vt inde poſſit longè proſpicere inimicorum exercitum, eiúſque aduentum ciuibus nuntiare,vt ſe in vrbem recipiant,& aduerſus hoſtes muniant & præparent. Ab hoc more bellico ſumit Ezechiel præſentem metaphoram à Deo ſibi nuntiatam,in qua inducit Deum in hunc modum loquentem.Cùm ego permiſero, vt veniat contra vrbem aliquam hoſtium exercitus, illa autem ciuitas eligerit ſpeculatorē, oportet ei credere. Nam ſi ſpeculator viderit inimicorum copias aduentantes,& nuntiauerit populo,populus autem ſe non ſeruauerit,& eam ob cauſam perierit, culpa huius interitus ſibi imputabitur, non autem ſpeculatori. Sin autem ſpeculator aduentum hoſtium ſilentio præterierit,& ob id aliquis fuerit captus & occiſus, ſpeculator reddet rationem huius excidij,illíque culpa imputabitur

& vitio tribuetur, qui cùm deberet clamare, ſub-
ticuit. Peribit quidem populus, ſed de manu ſpecu
latoris ſanguinem eius requiram. Non aliter eue-
nit eccleſiaſtico ſpeculatori. Collatio eſt inter duos
ſpeculatores corporeum, & ſpiritualem. Præſul eſt
ſpeculator, cuius munus eſt ſubditis nuntiare exer
citum, & inſidias, & potẽtiam, & imminentia præ-
lia dæmonis, mundi, & carnis. Si populus præſuli
fidem habuerit, ſéque aduerſus hoſtium tentatio-
nes munierit, & in virtutum actiones incubuerit,
animæ ſalutem conſequetur, ſin autem illi nõ cre-
diderit, quin potius eius monita contempſerit, ſé-
que vitiis contaminauerit: in æternas pœnas rele-
gabitur, & tota culpa imputabitur ei ſe polluenti,
non autem præſuli veritatem nuntianti. Obſcurãt
quidem quodammodo ſcelerati ſubditi præſulis
nomen, & Chriſtianæ reipublicæ ſplendorem, de-
decorãtes & religionis authoritatem, & magiſtri.
At ſi præſul vitam ad certam rationis normam di-
rigit, & officiorũ momenta diligenter perpendit, ſi
toto pectore contẽdit ſubditos à vitiis acriter re-
uocare, ad virtutem incẽdere, caſtigare improbos,
præmiis afficere virtute præditos: ſi deniq; Chri-
ſtũ imitatur, ipſe inuitis impiis, & nominis cele-
britatem in hac vita, & in altera æternam beatitu-
dinem conſequetur: ipſi autem impij vtroque pri-
uabuntur. At ſi prçſul fuerit diuturno ſilentio vſus,
& flagitia non reprehenderit, nec populi ſalutem
curauerit, peribunt quidem improbi, ſed eorũ exi-
tium præſuli tribuetur, qui eam ob cauſam meritò
dãmnabitur. Eadem metaphora ſpeculatoris vſus
Sup. 3. eſt etiã Ezechiel capite tertio. Erigant igitur men-
tes Chriſtiani præſules & concionatores, & hanc
Dei ſententiã diligenter attendant. Apertè hoc lo-
co ait Deus illis tacentibus imputari populi per-
niciem: eorũ enim munus eſt populũ à vitiis deter-
Eſai. 56. rere. Quã ob cauſam eos, qui tacẽt vocat Eſaias ca
Exod. nes mutos, non valentes latrare. Et in libro Exodi
28. ſcriptum legimus ſummũ ſacerdotẽ ingrediẽtem
ſanctuariũ, & ex eo egredientem tintinnabula ſo-
Eſa. 58. nantia habuiſſe alioquin moriebatur. Eſaiæ illius
tẽporis concionatori dixit Deus: Clama, ne ceſſes,
quaſi tuba exalta vocem tuã, & annuntia populo
meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ.
Non ſolùm debet loqui euangelicus concionator,
ſed clamare, nec ſolùm clamare, & ſtatim tacere,
ſed à clamore nõ deſiſtere. Ideo ait: Clama, ne ceſ-
ſes. Sed non cõtentus Deus his dũtaxat verbis, ad-
iecit: Quaſi tuba exalta vocem tuã, & annuntia po-
pulo meo ſceleſtra eorũ. Et diuus Paulus, imò Deus
2. Timo. per illum Timotheo ait: Prædica verbũ, inſta op-
4. portunè importunè. Argue, obſecra, increpa in om
Ioan. 13. ni patiẽtia & doctrina. Lauans Chriſtus pedes di-
ſcipulis ſuis, oſtẽdit debere magiſtros, & prçſules,
& concionatores ſubditorum immũditias ablue-
Matt. 5. re reprehenſionibus, & cæteris remediis ſalutari-
bus. Ideo dominus diſcipulos ſuos, quos præſules
& concionatores conſtituit, cum ſale comparauit
exulcerante, non cum melle deliniente. Væ cõcio-
natori, qui principum & magnatum gratiam aucu
pans, & populi laudes affectans, loco reprehenſio-
num vtitur adulationibus, & cùm loquendi liber-
Simile tatem oſtendit, tum magis adulatur. Cicuta herba
eſt venenoſa teſte Plinio libro 25. capite 13. cuius
ſucco Athenienſes iudicio capitis damnatis necem
inferre ſolebant. Sed vinum eſt promptum aduer-
ſus eam remedium, nã eius venenum penitus ex-
tinguit: at ſi cicutæ parum vini admiſceas, redde-
tur venenũ perniciofius, & prorſus immedicabile,
quòd vini calor & vis venenum citiùs deferat ad
cor. Sic adulatio eſt vitæ Chriſtianæ venenum: ſed
exhortãdi & reprehendẽdi libertas extinguit adu-
lationem: at ſi nonnihil libertatis cum adulatione
coniungas, vt tum maximè blandiaris, cùm maxi-
mè reprehendere videris, iam huiuſmodi adulatio
immedicabilis eſt. Totius enim aſſentationis nul-
la eſt capitalior illa, qua vtuntur illi, qui ita blan-
diuntur, vt libertatis amantiſſimi eſſe videantur.
Tunc impletur id, quod ait regius pſalmographus: *Pſal. 9.*
Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & ini-
quus benedicitur. At melius eſt, vt ait Salomon in
Prouerbiis, à ſapiẽte corripi, quàm ſtultorũ adula- *Prouer.*
tionibus decipi. Et diuus ille Paulus admirabilis *27.*
concionator, An quęro, inquit, hominibus placere *Gal. 1.*
ſi adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non
eſſem. Et iterũ: Neque enim aliquãdo fuimus in ſer- *1. Theſ.*
mone adulationis, ſicut ſcitis. Intueris igitur, quã- *2.*
ta arguendi libertate debeat vti euangelicus con-
cionator. Sed quẽadmodũ periti medici pharma- *Simile*
cis amaris dulce aliquid admiſcẽt, vt eos, quorum
ægrotationibus mederi cupiũt, alliciant, ſic prudẽ-
tes cõcionatores reprehenſionũ acerbitatẽ debent
ſuauitate quadã, ſi opus ſit moderari, & ex aſperi-
tate & lenitate ſalutarẽ medicinã conficere. Omni
bus enim quæ fiũt, & dicuntur, adhibenda eſt mo-
deſtia & temperãtia vt perturbationũ ſedatio cer-
natur, & decorũ conſeruetur. Eſt enim in omni re
conſiderandũ quid aptum ſit, & conſentaneũ tem-
pori, & perſonæ: tũ quid in dictis actionéq; dede-
ceat. Vt periti oratores in cauſis agendis nõ vtun- *Simile*
tur ſemper eodẽ ſtatu, ſed, illud accõmodant ad lo
cum, tẽpus, & perſonas, prout controuerſiæ ac litis
poſtulant qualitates, ſic prudentes concionatores
& præſules nõ ſemper aſperitate, nec ſemper leni-
tate vtuntur, ſed quid poſtulet ægritudo, & quam
quiſque curationem recipere poſſit diligenter aſpi
ciunt. In primis autem opus eſt, vt cõcionatori in
ſtudiũ diuinarũ literarum toto pectore incũbant:
eſt enim verbũ Dei lucerna, & lux, vt ait Salomon
in Prouerbiis, vitæ verò via, & correptio, & caſti- *Prouer.*
gatio. Et vt ait diuus Paulus in ſecunda ad Timo- *6.*
theũ, Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt *2. Tim. 3.*
ad docendũ, ad arguendum, ad corripiẽdum, & ad
erudiendum in iuſtitia. Sunt nõnulli qui priuſquã
diuinam ſcrutentur ſcripturam, volunt conciona-
ri, & vi ventorũ inanis gloriæ verba ſua proiiciũt:
quo fit, vt nullam populo afferant vtilitatẽ. Vt po- *Simile*
ma immatura, quæ vento decutiuntur, nec ſuaui-
tatem habent, nec ſtomacho proſunt, ſed quæ ſunt
matura, & manu collecta, hæc grata & ſuauia ſunt,
ſic huiuſmodi conciones, quę humani fauoris gra-
tia habentur, quæ ante tempus vi venti decidunt,
nec dulcedinem habent ſpiritualem, nec vtilitatẽ
mentibus afferunt: at quæ ſunt tempore opportu-
no ex ſacris literis collectæ, & ad Dei honorẽ di-
ſpoſitæ, hæ laudabiles ſunt, & vtiles, & ſuaues, &
ſalubres. Nec ſatis eſt diuinas perlegere literas, ſed
oportet iuxta illas vitam degere, & poſteà cõciona
ri, & nõ ſemper tacere. Nã, vt ait Eccleſiaſticus: Sa *Eccle.*
pientia abſcondita, & theſaurus occultus, quę vti- *20.*
litas in vtriſque? Et Chriſtus Deus noſter: Nõ ac- *Matt. 5.*
cendunt lucernã, & ponũt eã ſub modio, ſed ſuper
candela-

cádelabrum,vt luceat omnibus,qui in domo ſunt.
Si ſacerdotibus Dianæ , quam Gentes abſque fide
inter falſorum numinum vanitates numerarunt,
tria tempora erant conſtituta , vt ex antiquorum
monimentis conſtare videmus,primum,in quo ſa-
pientiam diſcerent,& virtutes, alterum,in quo eas
exercerent,tertium,in quo alios inſtruerent : quid
faciendum cenſes euangelicis cócionatoribus, qui
debent eſſe admirabili ſapientia præditi,inſigni vi-
tæ puritate ornati,& in magna authoritate conſti-
Simile tuti?Vt lucerna vna alteram incendere non poteſt,
ſi illa fuerit extincta : ſic præſul , aut concionator
alios non inflammabit amore diuino , ſi ille fuerit
lumine eiuſdem amoris deſtitutus. Non tamen me
fugit fieri poſſe , vt Deus per vnú flagitioſum præ-
ſulem aut concionatorem,ſi velit,peccatores con-
Simile uertat. Nam vt herus per famulum nunquã bonam
aliquando porrigit eleemoſynam , ſic Deus mini-
ſterio ſceletati hominis poteſt ad ſe impios allice-
re. Nihilominus tamen daturus eſt operam præſul,
vt careat omni vitio,& tunc vitia vituperet. Forci-
3.Reg. 17. pes,& emunctoria , quæ erant in templo Salomo-
nis,quibus lampades emungebantur , ex auro erãt
puriſſimo,vt diuinæ literæ memoriæ prodiderunt,
ad ſignificandam eorum puritatem, qui aliorú im-
mundicias purgare & corrigere, eorumque ſcele-
ra obiurgare tenentur. Eorum enim munus eſt ſpe-
culari,& reprehendere,& vigilanter prouidere , &
Simile lucernam in candelabro locare. Vt hominum ma-
lectis vulneratur,qui triticum abſcondit , ne fame
laborátibus ſubueniat,laudibus verò effertur, qui
vendit illud , ſic obiurgandus eſt præſul , qui non
vult ſcientiam ſuam cum ſubditis communicare,
nec illis horreum doctrinæ aperire,ille verò laudi-
bus extollendus,qui docet,concionatur,& ſpecu-
latoris munus exercet. Vnde Salomon in Prouer-
Prou.11 biis : Qui abſcondit frumenta, maledicetur in po-
pulis , benedictio autem ſuper caput vendentium.
Iere.48. Hinc Ieremias: Maledictus, qui prohibet gladium
ſuum à ſanguine. Hic eſt gladius , de quo ait pſal-
Pſal.48 mographus : Gladius meus deuorabit carnes. Et
quia Eſaias gladium prohibuerat à ſanguine , hoc
Eſai. 6. eſt verbo Dei non reprehenderat peccata, dixit: Væ
Apoc.22 mihi , quia tacui. Et diuus Ioannes in Apocalypſi:
Et qui audit , dicat : Veni : At tacet præſul,dormit
nauclerus , cùm periclitatur nauis : medicus , cùm
graſſatur peſtilentia : ianitor, cùm deprædatur fur:
ſpeculator,cùm hoſtium exercitus aduentat : vigil
cùm ciuitas obſidetur. Id intuens Chryſoſtomus
in epiſtolam ad Hebræos, Miror,inquit,ſi quem ex
his,qui obtinent principatum,contigerit æternam
beatitudinem comparare in tanta eorum deſidia,
& in tot Dei aduerſus eos cóminationibus. Dor-
Mar.14. miebant Petrus, Ioannes,& Iacobus,& ſoli Simo-
ni dixit Deus: Simon dormis?Quare,niſi quia vo-
luit innuere,quid inter ſomnum præſulis & ſubdi-
torum intereſſet ? Credo equidem innumerabiles
eſſe in Dei eccleſia pontifices, præſules , & concio-
natores , quibus ſpeculatorum nomen aptiſſimè
conuenit,qui curam habent ſubditorum, qui ani-
mos à corporum contagio ſeuocarunt , ſeq́ue ad
Chriſti imitationem contulerunt. Sed ego in eos
duntaxat inuehor,qui non curant de officio & mi-
niſterio,ſed de honoribus & redditibus,qui dediti
voluptatibus vitam in ſilentio tranſeunt veluti pe-
cora,quæ natura prona, ventriq́ue obtemperantia

finxit. Hi ſi hunc Ezechielis locum attentè lege-
rent,& has terribiles Dei minas intelligerẽt,multò
aliter fortaſſe vitæ ſuæ rationem inſtituerent. Sed
de ſpeculatoris munere hactenus.

Et tulerit populus terræ virũ vnum de nouiſſimis ſuis.
Hoc eſt , & populus regionis illius elegerit ſpecu-
latorem quẽdam,etiam ſi ſit ex iis , qui ſunt infimo
loco nati , debet tamen ei fidem adhibere. Per no-
uiſſimos intelligit plebeios homines, nulla illuſtri
laudatione euectos. Eodem modo tenentur ſubdi-
ti præſuli obedire , etiam ſi ſit ſanguine obſcurus,
nullaq́; generis nobilitate inſignis: vera enim no-
bilitas in virtutum amplitudine conſiſtit. Præſtat
quidem virum nobili progenie eligere,ſi commo-
dè fieri poteſt,quoniam virtus cum generis ſplen-
dore copulata illuſtrior apparet & pretioſior,inſtár
gẽmæ in auro puriſſimo incluſæ. Sed vera claritas
eſt eſſe clarũ virtutibus. Vt enim neceſſe eſt lãcem *Simile*
in libra pondere impoſito deprimi,ſic hominẽ im-
poſita obedientiæ ſeruitute obedire primati,& ce-
dere maiori: Vel de nouiſſimis, hoc eſt de nobilio-
ribus,& magnatibus, & conſularibus , Nouiſſimũ
ſignificat vltimum: qui autem in republica eſt ſan-
guine illuſtrior,& rerum geſtarum gloria præſtan-
tior, vltimus eſt in aſcendendo. Quemadmodũ in *Simile*
ſcala altiſſimus gradus vltimus dicitur & nouiſſi-
mus,ſi aſcendas,ſic vir ille poteſt vltimus & nouiſ-
ſimus appellari in republica , qui eſt in altiſſimo
nobilitatis gradu conſtitutus. Ita poteſt intelligi
locus hic: nam ſpeculator hic refertur ad Ezechie-
lem,qui erat ex genere regio , & ſacerdotali. Exi-
ſtimo tamen per nouiſſimos homines, qui eligen-
di ſunt,intelligi humiles, qui ſe propter Deũ abii-
ciunt, & infimos reputant : qui nec inanem aucu-
pantur rumorem , nec vmbras falſæ gloriæ conſe-
ctantur. Hi debent in principatu,& dignitate con-
ſtitui,& ſpeculatores eſſe, vt quantò ſe inferius per
humilitatem demittũt, tantò ſublimius per digni-
tatem erigantur. Et in dignitate poſiti debent pri-
ſtinam humilitatem ſeruare. Rectorem,inquit,Ec- *Eccl.32.*
cleſiaſticus,te poſuerunt, noli extolli , eſto in illis,
quaſi vnus ex ipſis. Et Dominus Ieſus , apud Mat- *Matt.20*
thæum. Scitis, quia principes gentium dominãtur
illis , & qui maiores ſunt , poteſtatem exercent in
eos. Nó ita erit inter vos : ſed quicũq; voluerit,in-
ter vos maior fieri, ſit veſter miniſter,& qui volue-
rit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus: ſicut fi-
lius hominis nó venit miniſtrari,ſed miniſtrare. Vn
de diuus Paulus in epiſtola ad Philippẽſes de Chri- *Philip.2*
ſto loquens, Semetipſum,inquit,exinaniuit,formã
ſerui accipiens. Hinc effectum eſt,vt ſummus pon-
tifex,cùm anteà eſſet Dominus,agens priuatã per-
ſonam, vbi eſt in ſumma illa dignitate conſtitutus,
ſe ſeruum ſeruorum Dei appellat. Inſignis quidem
titulus,& præclara antiſtitis Chriſtiani nomencla-
tura. Pótifex verè Chriſtianus eſt ſeruus publicus:
& quo primum die eligitur,ſuis deliciis debet mo-
ri, vt aliorum vtilitatibus viuere incipiat: nec eligi
debet ſuperbus,ſed humilis. Vt nónullæ aues prius *Simile*
quam euolent, ſeq́ue erigant in ſublime caput de-
primunt,roſtroq́ue terram attingunt,ſic animi hu-
militatem,ſuiq́ue abiectionem oſtendere quis de-
bet,priùs quàm ad excelſas euehatur dignitates.

Et ille viderit gladium venientem. Hoc eſt, hoſtium
exercitum aduerſus ciuitatem aduentantem.

Et cecinerit buccina. Hoc enim ſigno ſignifica-

bant ſpeculatores hoſtium aduentum, vt ſe ciues in vrbem reciperent,& aduerſus inimicos pararẽt, & appellabatur illud pulſare ſeu canere receptui. Sed hæc buccina eſt verbum Dei, quo concionatores & præſules debent tonare. *Eſai.58* Apud Eſaiam ait Dominus: Quaſi tuba exalta vocem tuam. Et apud *Oſe.5.* Oſeam: Clangite buccina in Gabaa. Et rurſum: In *Oſe.8.* gutture tuo ſit tuba. *Ieſu.6.* In libro Ioſue ſcriptum legimus tuliſſe ſacerdotes buccinas,& clanxiſſe, & ad earum ſonitum corruiſſe muros Iericho. Ciuitas hæc Iericho, quæ vt ibi ait diuina ſcriptura, ob timorem filiorum Iſraëlis clauſa erat,& munita, myſticè ciuitas eſt diaboli, ciuitati Dei viuentis ſemper aduerſatrix. Huius ciuitatis muri, & turres, & propugnacula ſunt ſuperbia, auaritia, ira, & cætera flagitia lethalia, quæ ad euãgelij prædicationem euertuntur. Sed non caret myſterio id, quod non ſolùm in libro Ioſue, ſed etiam apud diuum Pau- *Heb.11.* lum in epiſtola ad Hebræos memoriæ proditum eſt muros Iericho circuitu ſeptem dierũ, corruiſſe. Septem diebus totum tẽpus, quod ſpatio voluitur ſeptẽ dierum, intelligitur: nam vſque ad finem mundi Chriſti euangelium prædicabitur, & mundi corruet elatio, eiúſque delebitur infidelitas. Primaſius epiſcopus Vticenſis beati Auguſtini quondam diſcipulus locum illum diui Pauli explanans per tubas concionatores intelligit, per Ioſue, qui arcam circunducit, Chriſtum, qui eccleſiam ſuam per hunc mundum gubernat: Arca enim illa eccleſiæ imaginem gerebat.

Sanguis ipſius ſuper caput eius erit. Hoc eſt, ipſe erit ſui interitus cauſa. Tota ei culpa imputabitur, Hebraiſmus eſt in diuinis literis non infrequens. Aduerte: vnuſquiſque ex officio ſuo iudicatur, præſul ſi mutus fuerit, populus, ſi ei non obedierit, cũ debeat præſul clamare, populus parere.

Veneritque gladius,& tulerit de eis animã. Hoc eſt, aliquem hominem. Solet diuina ſcriptura hominẽ appellare animam, quoniam cùm conſtet ex corpore & anima, eſt anima excellẽtior corpore, eiuſq; forma: & vt ait libro ſecundo de anima Ariſtoteles capite primo, ipſa eſt perfectio prima, primuſque actus corporis naturalis. Et quamuis omnis forma intendat eſſe perpetuum, quantùm poteſt, nulla tamen forma rei corruptibilis perpetuitatem ſui aſſequitur præter animam rationis participem: non eſt enim materiæ corporeæ omnino ſubiecta inſtar aliarum formarum, quin potius propriam habet operationem immaterialem, & proportionata eſt ſuo fini, qui eſt æterna beatitudo. Quã ob cauſam diuinæ literæ homines appellant animas à parte præcipua, vt conſtat ex capite quartodecimo Ge- *Gen.14.* neſis,& ex capite 46.& Actorum 28.& multis aliis *Gen 46.* ex locis. *Actor. 28.* Plato etiam in dialogo de natura hominis, qui Alcibiades primus inſcribitur ipſo Alcibiade venuſtiore, ait apertè hominem eſſe animam rationis compotem, mentis participem, corpore vtentem. Vt compos eſt rationis in ſeipſam circulo quodam ratiocinationis reflectitur, vt mentis particeps, in diuinum numen veluti riuulus in fontem ſuum refluit: vt vtens corpore, in humana negotia gubernanda incumbit. Intelligebat Plato abſolutũ hominis munus eſſe, ſe priùs cognoſcere, deinde à natura ſua tanquam ab effectu ad primam cauſam ſe conuertere, eiuſque alta myſteria aſtris ſplendidiora contemplari, cuius lumine animus illuſtratus ipſum iuſtum, ipſum pulchrum, ipſum ſummũ bonum cognoſceret, cuius ſe amore inflammaret. Poſtremò quoniam ex corpore fragili conſtabat, ſibi, aliiſque neceſſaria conſuleret, quoniam non ſolùm nobis, ſed aliis etiam nati ſumus.

Ille quidem in iniquitate ſua captus eſt. Omnis impius captus eſt. Loquens diuus Auguſtinus de ſeipſo adoleſcente in libro octauo ſuarum confeſſionum, has voces emittit, Suſpirabam ad te Domine grauatus non ferro alieno, ſed mea ferrea volũtate. Velle meum tenebat inimicus, & inde catenam mihi fecerat,& conſtrinxerat me. Hęc ille: ex quibus colliges propriam voluntatem catenam eſſe noſtram. Sed quoniam decepti homines ſuaue eſſe exiſtimant ita viuere, vt velint, ideo cùm maximè conſtringuntur, tum ſe maximè liberos eſſe arbitrantur. Eſt enim carnis libertas miſera captiuitas.

Sanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Id eſt, ipſe ſpeculator pœnas mihi dabit huius interitus, quoniam eius cauſa fuit. Aſpicis hoc loco, iniquum præſulem ſubditos occidere, cùm eorum excidij ſit cauſa. Id intelligens diuus Auguſtinus ait: Paſtor malè viuens homicida eſt. Requirere ſanguinem de manu alicuius Hebraiſmus eſt, *Sup.3.* quo vſus eſt Ezechiel capite 3. vbi de illo diſſeruimus.

Speculatorem dedi te. Explicat Deus metaphorã, acſi dicat. Tu es ſpeculator ille, de quo loquor, quẽ ego dedi populo Hebræorum. Quare oportet te ei veritatem nunciare, illum autẽ tibi credere & obedire. *Sup.3.* Hæc Dei verba ſunt etiam tertio capiti mandata,& ibi à nobis expoſita.

Annunciabis eis ex me. Non ait: Ex te illis ventura nũtiabis, ſed ex me: autoritate mea vteris ſed miniſterio tuo. *Pſal.44* Lingua tua ſit inſtrumentum,& veluti calamus, quo ego, ſcribã. Huiuſmodi erat ille, qui dicebat: Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Quibus verbis oſtendit ea, quæ dicebat, nõ eſſe à ſeipſo excogitata,& compoſita, vt ait Chryſoſtomus, locum illum exponens, ſed ea eſſe Dei, ſe autem eis linguam accommodaſſe. Acſi diceret: Qui commouit cor meum ad eructãdum verbum bonum, vtitur lingua mea ad proferendum ea, quæ animo ſuggeſſit, tanquam velociſſimus ſcriba, qui omnia in promptu habens vtitur calamo ad ſcribendũ. Id voluit Chriſtus ſuis diſcipulis tribuere, quibus dixit: Cum tradẽt vos, nolite cogitare quo- *Matt.10* modo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.

Vt ſe cuſtodiat impius à via ſua. Hoc eſt, ab impia viuendi ratione.

Dic ad domum Iſrael. Hoc eſt, ad Iudęos qui nunc tecum ſunt in Chaldæa. Vel Hebræos in communi Iſraelis domum appellat.

Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt. Hoc dicebant nefarij homines, ſceleribus cõtaminati,& deſperatione oppreſſi. Acſi dicerent: Grauamur ponderibus flagitiorum noſtrorum: tot, tantaque ſunt ſcelera noſtra, vt ab illis liberati nequaquam poſſimus, quoniam ſunt penitus inexpiabilia. Et in ipſis nos tabeſcimus. Hoc eſt, nulla iã vulneribus noſtris proderit medicina. Sequitur: Quomodo ergo viuere poterimus? Hoc eſt, quî fieri poteſt, vt in hac vita habeamus vitam gratiæ,& in altera vitam glorię, cum ſimus teterrimi,& omnium

ſcelerum

ſcelerum maculis notatiſſimi? Hec erant verba de diuina miſericordia deſperantinm. Hæc eſt hæreſis Caina, quæ diuinę pietati & miſericordiæ finē ponit & menſuram, cùm ea ſit infinita & immenſa. In *Mat.27.* hac hæreſi fuit Iudas Scarioth: qui conſiderans impiam proditionem, & deſpetans de dinina pietate, laqneo ſe ſuſpendit. Magis peccauit deſperando de miſericordia Dei, quàm vēdendo ipſum Deum. In bunc modum ait diuns Anguſtinns libro primo de ciuitate Dei, cap.17. Iudæ factū meritò deteſtamur: eū́que veritas iudicat, cùm ſe laqneo ſuſpēdit, ſceleratæ illins tradiriouis anxiſſe potiùs, quā expiaſſe commiſſum: quoniá de Dei miſericordia deſperando exitiabiliter pœnitens, nullum ſibi ſalubris pœnitentiæ locū reliquit. Hæc ille, quæ ſunt in ſacros canones relata 23.quęſt.5. Si non licet. Et Leo Papa, Sceleratior, inquit, omnibns ô Iuda, & inſelicior extitiſti, qnem non pœnitentia renocauit ad Dominum, ſed deſperatio traxit ad laqneū. Simili inducti deſperatione dicebant Indæi: Iniquitates noſtrę & peccata noſtta ſuper nos ſnnt: ideo deſperamns. Et quanuis in boc errabant Indæi illi, quòd de Dei elementia deſperabant, in eo tamen verum dicebant, quòd affirmabant, ſuper ſeipſos eſſe flagiria ſua veluti pondera grauiſſima. Nam cùm Dauid in Berſabæam & Vriá deteſtāda facinora com- *Pſal.37.* miſiſſet, aiebat: Iuiqnitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meū, & ſicut onns graue grauatæ ſunt ſuper me. Verba ſunt hominis peccata ſua cognoſcentis, ſed ſibi illa remitti ac condonari deprecantis. Multi tamen ſcelera ſua non vident: nec mirum, cùm ea ſuper eaput habeant, non coram oculis: aliorum antem ſceleta intnētur, quia in ea oculos cōiiciunt.

Nolo mortē impij. Erigit Hebræos Ezechiel promiſſione miſericordiæ Dei, cohortans illos, vt animum recipiant, & ſpem conferant in dininam pietatem. Etſi enim eſſent grauiſſimis ſeeleribus irretiti, tamen intelligerent infinitis partibus eſſe maiorem diuinam clementiam, qna freti veniam ſnis flagitiis ſuppliciter poſtularent. Indncit igitur Deū miſerieordiam ſnam promittentem peccatoribus, eoſq́ue ſpe infinitatis ſuæ couſolantem, ſi ſeà maleficiis ſeparatent, & ad ipſum eonuerterent. Conſidera, & iterum atqne iterum memoria repete infinitam Dei miſericordiam. Cófugiamus ad illum, qnem inneniemns maiore alacritate pararum ad nos recipiēdum, quàm nos ipſos ad Denm amplexandum. Ipſe eſt, qui ſalutem noſtram deſiderat, *1.Tim.2* qui pro nobis acerbiſſima tormenta ſubiuit, qui in crucis ara ſe cōſtituit hoſtiam, vt ſuo ſanguine cri- *Matt.18* mina noſtra expiaret. Ipſe eſt, vt verbis vtar diui Pauli, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ipſe eſt, qni dixit Pe- *Luc.15.* tro dimittendnm eſſe proximo non ſolùm ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. Ipſe eſt, qui onem perditam *Luc.15.* qnęſiuit, & innenit, & ſuis humeris aſportauit. Ipſe eſt, qui filium prodigū, qni ómnia bona ſua turpiter diſſipanerat, beuignè recepetit. Ipſe eſt, parer miſericordiarum, & Deus torius cōſolationis. Ae- *2.Cor.1* cedamus ergo ad eū, & vt ait dinus Panlus, Adeamus cnm fiducia ad thronnm gratiæ eius, vt miſe- *Heb.4.* ricordiam eonſequamur, & gratiam inneniamns. *Gen. 4.* Impius Cain vbi inſtum Abel per ſnmmum ſcelus interfecit, dixit Deo: Maior eſt iniquitas mea, *Iere.2.* quàm vt veniam merear. Ieremias indncit impios ita loquentes, Deſperauimns: poſt eogitationes noſtras ibimus: & vnuſquiſque prauitatem eordis ſni mali faciemus. Et diuus Paulus aiebat: Deſperātes *Ephes.4* ſemetipſos tradiderunt impndicitiæ. Contrà verò Iob dicebat: Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. *Iob.13.* Et Eſaias: Domine miſerere noſtri, te enim expe- *Eſai.33.* ctanimns. Et Dauid: Viriliter agite, & eonfortetur *Pſal.30.* cor veſtrū, omnes qui ſperatis in Domino. Et rurſus: Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eins. *Pſal.31.* Et Eccleſiaſticus. Reſpicite filij nationes hominū, *Eccl. 2.* & ſcitote, qnia nullus ſperauit in Domino, & derelictus eſt. Et diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos: *Heb. 10.* Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. Quis deſperaturus eſt de miſericordia illius Dei, qui ait: Viuo ego: Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur à via ſua, & viuat. Viuo ego, eſt Dei affirmatio, & velnti iuramentum. Vel ſunt verba hæc Chriſti reſurgentis, quaſi dicat: Velit nolit Iudæus, viuo ego. Nolo mortem peccatoris, qni mori volui pro peccatoribus. Volo, vt fructuoſa ſit mors mea, vt viuāt hi, pro quibus mortuus ſum. Hæc ea- *Sup. 18.* dē ſententia fuit cap.18. mādata, vbi eam explicnimus, verba illa explanantes: Omuium iniquitatum eius, qnas operatus eſt, ampliùs non recordabor.

Et quare moriemini? Hoc eſt, ſi ad me fueritis cōnerſi: & in gratia permanſeritis, non ineideris in mortem æternam.

Iuſtitia iuſti non liberabit eum. Vt iuſto, ſi ad peccādum ſe addixerit, & in peccatum incideⲧit mortiferum, non prodeſt prior iuſtitia ad vitam æternam eonſeqnendam ita impio pœnitenti & verè contrito anteacta peccata uou impntantur, vt propter ea ad infernnm in æternnm cruciandus relegetur. Hæc omnia fuerunt capite decimooctano explanata.

Etiam ſi dixero iuſto, quòd vita viuet. Subanditur, ſi permanſerit in ſua iuſtitia: tunc enim vitam obtinebit, hîc per gratiam, poſteà per gloriam.

Si autem dixero impio: Morte morieris: D & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudicium, & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapinámque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum, vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius, quæ peccauit non imputabuntur ei: iudicium & iuſtitiam fecit, vita viuet. Et dixerunt filij populi tui: Non eſt æqui ponderis via Domini, & ipſorum via iniuſta eſt. Cùm enim receſſerit iuſtus à iuſtitia ſua, feceritque iniquitates, morietur in eis. Et cùm receſſerit impius ab impietate ſua, feceritque iudicium & iuſtitiam, viuet in eis. Et dicitis: Non eſt recta via *Sup. 18.* E. Domini, Vnumquemque iuxta vias ſuas iudicabo de vobis domus Iſrael. Et factum eſt in duodecimo anno, in decimo menſe, in quinta menſis tranſmigrationis noſtræ, venit ad me qui fugerat de Ieruſalem, dicens, vaſtata eſt ciuitas. Manus autē Domini facta fuerat ad me veſpere, antequā veniret, qui fugerat: aperuitque os meū, donec veniret ad me manè, & aperto ore meo non

ſilui amplius. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his ſuper humum Iſrael, loquentes aiunt. Vnus erat Abrahã, & hæreditate poſſedit terram, nos autem multi ſumus nobis data eſt terra in poſſeſſionem. Idcirco dices ad eos. Hæc dicit Dominus Deus. Qui in
F ſanguine comeditis, & oculos veſtros leuatis ad immunditias veſtras, & ſanguinẽ funditis, nunquid terram hæreditate poſſidebitis? Stetiſtis in gladiis veſtris, feciſtis abominationes, & vnuſquiſque vxorẽ proximi ſui polluit, & terram hæreditate poſſidebitis?

Si autem dixero impio: Morte morieris. Indicat hic locus apertè neminẽ debere de diuina miſericordia deſperare, etiam ſi ipſe Deus ei dicat eum eſſe damnandum in æternum. Meritò ait diuus Thomas primo ſententiarum, ſi reuelaretur alicui ſe eſſe reprobatum, & damnandum, non debere credere, ſed exiſtimare eſſe illud illuſionem diaboli ſub ſpecie angeli lucis. Etſi ſciret à Deo eſſe talẽ reuelationem, tamẽ debere credere dictam eſſe ſub conditione, videlicet niſi pœnitentiam egerit, & ad Deum cõfugerit. Ait enim Dominus apud Lucam: Non eſt voluntas patris, vt pereat vnus ex his pu-
Luc. 18. ſillis. Et hoc loco poſtquam dixit: Nolo mortẽ peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat, ſubdit paulò pòſt: Si autẽ dixero impio: Morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, vita viuet.

Et *egerit pœnitentiam à peccato ſuo.* Pœnitentia, vt ait diuus Hieronymus, eſt ſecũda tabula poſt naufragium. Et habetur de pœni. diſt. 1. cap. Secunda. Prima tabula eſt baptiſmus, ſecunda pœnitentia: Hæc nos ducit ad portum ſalutis, delet enim omnem culpam, ſiue ſit venialis, ſiue mortifera. Et quoniam lethalia flagitia ea parte auerſionis à Deo habet connexionem, eam ob cauſam iuxta approbatam diui Thomæ ſententiã vnum ſine alio nõ dimittitur: at reſurgenti per pœnitentiã omnia
Luc. 15. dimittũtur. Et vt Chriſtus ait: Gaudium eſt in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouẽ iuſtis, qui non indigent pœ-
Luc. 24. nitentia. Hæc eſt pœnitẽtia in Chriſti nomine prędicata, de qua ait ipſe Dominus: Sic oportebat pati Chriſtũ, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiam, & remiſſionem
Act. 3. peccatorum in omnes Gentes. De illa dicebat Petrus Apoſtolorum princeps: Pœnitemini, & cõuertimini, vt deleãtur peccata veſtra. Et quamuis omnia peccata pœnitentia deleantur, non tamẽ dicendum eſt neceſſe eſſe eum, qui à lethali crimine per pœnitentiã reſurgit, in eodem gradu gratiæ & charitatis, quam amiſerat, reſurgere: poteſt enim reſurgere in maiore, vel minore, vel æquali iuxta ipſius pœnitentis conatum. Communiter melior eſt innocentia, quàm pœnitentia, quemadmodũ melior eſt veſtis integra, quã diſſuta, & ſciſſa, etiã ſi commiſſuris quibuſdam reſarciatur. Sed tanta poteſt eſſe pœnitentia, tã ardens, & inſignis, & in tam excelſo charitatis gradu, vt ſit incorruptione & inno-
Simile centia præſtantior. Vt veſtis cæſuræ ſi aureis funiculis, & pretioſis gemmis copulentur, pulchriorem reddunt veſtem ipſam, quàm ſi tota ſana fuiſſet, & integra: ſic fieri poteſt, vt tam acerbo animi dolore, tanto feruore, tanta vi lachrymarum, tanta gratia & charitate quis reſurgat, vt pulchrior reddatur, quàm ſi in crimen non incidiſſet. Sed de pœnitentia capite viceſimo fusè diſſeruimus.

Preceritq; iudiciũ & iuſtitiã. Hoc eſt, honeſtè & iuſtè vixerit. Hebraiſmus eſt, de quo alibi diſſeruimus.

Et pignus reſtituerit. Hoc explanatum fuit capite decimo octauo.

In mãdatis vitæ ambulauerit. Id eſt, & in præceptis Dei ambulauerit, quæ ſunt media ad vitam æternã conſequendam. Ita enim ait Deus. Si vis ad vitam *Mat. 19.*
ingredi, ſerua mandata. In lege etiam vetere cuſtodientibus Dei mandata vita promittebatur. Capi- *Leui. 18.*
te decimooctauo Leuitici ſunt hæc verba literis mandata: Cuſtodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. Et quanquam ſint, qui dicant illud intelligi de vita duntaxat temporali, paraphraſtes tamen Chaldęus de æterna intelligit, ita vertẽs: Quæ faciens homo viuet in eis vita ſempiterna. Deuteronomij capite quarto ait ita Deus: *Deut. 4.*
Audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas. Et ſuprà apud noſtrum Ezechielem *Sup. 18.*
capite 18. & capite 20. eadem eſt ſententia. Diuus *& 20.*
Paulus in epiſtola ad Romanos capite 10. ait ita: *Rom. 10.*
Moyſes ſcripſit quoniam iuſtitiam, quę ea lege eſt, qui fecerit homo, viuet in ea: quæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit: Ne dixeris in corde tuo, &c. Vbi Apoſtolus innuit Moyſem in lege vetere de vita locutum fuiſſe corporis, quæ præcepta ſeruantibus promittebatur. Similiter in epiſtola ad Galatas ca- *Gala. 3.*
pite tertio idem aſſerit his verbis: Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide viuit: lex autem non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea, viuet in illis. Hæc Apoſtolus: quibus oſtendit promiſſam fuiſſe corporis vitã legis obſeruatoribus, non autem vitam animæ. Sed hoc intelligitur de iuſtitia, quæ ea lege erat, ſeparata, & excluſa fide. At ſi illi fidem habebant Meſſiæ venturi & ſpem ac charitatem, illa legis obſeruantia, & virtutum actionibus vitam æternã conſequebantur, & cœlorum ingreſſum poſt Chriſti mortem: viuentes, & bona opera in gratia efficientes vitam æternam merebantur, & cœlorum gloriam immortalem, quam fuerũt poſt Chriſti mortem conſecuti. Appellãtur ergo hoc loco legis pręcepta mandata vitæ, quia ea cuſtodientibus ea vitam pollicebatur. Pro mandatis vitæ poteris vertere, mandata viuentis: nam viri probi, qui viuẽtes appellãtur, ſolent Dei præcepta ſeruare: impij enim mortui dicuntur. In mandatis viuentes ambulant.
Quod iis verbis expreſſit regius vates: Beati imma- *Pſal. 118*
culati in via, qui ambulant in lege Domini. Et rurſus: Beati omnes, qui timent dominum, qui ambulant in viis eius. De impiis verò dicit: Neſcierunt, *Pſalm. 127.*
nec intellexerunt, in tenebris ambulant. Ipſe verò *Pſal. 81*
Dauid nõ ſolũ in via Dei ambulabat, ſed etiã currebat. Viã, inquit ille, mãdatorũ tuorũ cucurri, cùm *Pſalm. 118.*
dilataſti cor meũ. Et in Canticis ait eccleſia. Trahe me poſt te, curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ. Et diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios: *1. Cor. 9*
Sic currite, vt cõprehẽdatis. Et paulò pòſt: Ego igitur ſic curro, nõ quaſi in incertũ. Et in epiſtola ſecunda ad Timotheum: Curſum conſummaui. Et *2. Tim. 4*
ad Hebræos: Per patientiam curramus ad propoſi- *Heb. 12.*
tum nobis certamen aſpicientes in autorem fidei, & conſummatorem Ieſum. Non igitur in via ſedere, ſed

re,ſed ambulare debemus, imò currere. Matri fi-
liorum Zebedæi dicenti. Dic,vt hi duo filij mei ſe-
deant,vnus ad dexteram, & alter ad ſiniſtrã tuam,
Mat.20. reſpondit Chriſtus: Neſcitis, quid petatis: ipſi nã-
que per matrem petebant. Poteris per mandata vi-
tæ præcepta Chriſti, qui vita eſt, intelligere: ipſe
enim de ſe ait: Ego ſum reſurrectio,& vita. Et rur-
Ioan.11. ſus: Ego ſum via, veritas, & vita. Hæc eſt vita, de
Ioan.14. qua dicebat Moyſes populo Iudaico: Erit vita tua
Deut.28 quaſi pendens ante te. In monte enim Caluariæ
coram Iudæis pependit Chriſtus Deus noſter: qui
eſt vita illa, de qua hîc ait Ezechiel: In mandatis
vitæ ambulauerit. Ambulare in mandatis, eſt man-
data ſeruare. Hebraiſmus eſt, quo vtitur etiã Eze-
Sup.5. chiel cap.5. dicens: In præceptis meis non ambu-
lauerunt. Tertio libro Regum dicebat Salomon.
3.Reg.8. Sic cor noſtrum perfectum cum Domino Deo no-
ſtro,vt ambulemus in decretis eius. Explicans au-
tem quid eſſet ambulare in decretis eius, ſubdit: &
cuſtodiamus mandata eius. Vbi particula, &, poni-
tur pro, id eſt. Accipitur etiam ambulare pro viue-
re & conuerſari,vt apud diuum Paulum: Sic vt in
Rom.13. die honeſtè ambulemus. Pro ſequi & imitari. 3. Re-
3.Reg.15 gum cap.15. Ambulauit in via patris ſui. Et ſecũdo
2.Par. 17. Paralipomenõ cap.17. Ambulauit in viis Dauid pa
tris ſui. Et apud diuũ Paulũ in epiſtola ad Galatas:
Galat.5 Spiritu ambulate,& deſideria carnis ne perfeceritis.

Non eſt æqui ponderis via Domini. Hoc eſt, iniquè agit Dominus. Hoc dicebant impij. Si malitia humana detrahit de bonitate diuina, quid mirum, ſi viros pietate & ſapientia præſtãtes voce vulneret, & maledictis proſequatur.

Et factum eſt. Narrat excidium Hieroſolymæ, de quo anteà fuerat vaticinatus.

Manus autem Domini facta fuerat ad me. Hoc eſt, fueram afflatus ſpiritu prophetico. Diximus alibi accipi aliquando manum pro vaticinatione,& ſpiritu prophetico. Explicans autem quãdo hoc fuerat, ait fuiſſe veſpere, pridie quàm nuntius veniret: quod tempus apud Iudæos eſt principium diei, qui diem incipiunt à noctis crepuſculo.

Qui habitant in ruinoſis his. Hoc eſt, Hieroſolymę, quæ poſt euerſionem à Babyloniis manſit plena ruinis. In his ruinis vrbis reliquit Nabuzardam quoſdam pauperes, qui terram colerent: vt conſtat ex Ieremia, & quarto Regum. Alij ſe mandarunt
Ier. vlt. fugæ, & in agros contulerunt. Alij ſe in ſpeluncis
4.Reg. vlt. occultarunt. Aduerſus hos omnes vaticinatur modò Ezechiel. Nam cùm audiſſent populi gemitum, & flebiles querelas, verſarenturque in vrbis ruinis,& aliorum direptionibus, deberent dolere, & vehementer angi, atque ob admiſſa flagitia lacerari: ipſi lætitia efferebantur, quòd exiſtimarẽt ſe eſſe totã promiſſionis terrã poſſeſſuros. Sed multò aliter illis euenit: nã mortuo Godolia cõtulerũt ſe in Aegyptum, vbi eos Babylonij immaniter occiderunt.

Qui in ſanguine comeditis. Exprobat illis comedere carnem cum ſanguine, quod tunc erat lege
Leui.19. prohibitũ, vt patet ex capite 19. Leuitici. Vel vult ſignificare eos inter comedendum de fundendo ſanguine proximi tractare.

Et oculos veſtros leuatis ad immũditias veſtras. Hoc eſt, oculos coniicitis in idola veſtra, ea ſumma veneratione colentes. Solet diuina ſcriptura idola appellare immunditias,& abominationes. Fortaſſe per immunditias libidinem intelligit, & vitia turpia, quibus ſe Iudæi contaminabant. Leuare oculos in rem aliquam eſt eam diligere,& venerari,& ſuſpicere: vt in pſalmo: Leuaui oculos meos Pſal.120
in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et ſurſus: Pſa.122
Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Et Eſai.15.
apud Eſaiam: Leuate in cœlum oculos veſtros.

Et ſanguinem funditis. Subaudi, innocentum. Vel quorumcunque nullo iuſtitiæ ordine ſeruato.

Steteſtis in gladijs veſtris. Nimirum ad effundendum ſanguinem innocentum: Notat habitum paratorum ad occidendum: appellat eos ſanguinolentos & homicidas. Stare in gladio eſt non ſolùm ſemel occidiſſe, ſed inſtructum eſſe & paratum ad occidendum ſæpe, & arte militari ſibi comparare victum,& tandem crudelem eſſe, & ſanguinis diffuſorẽ. Idem etiam ſignificat viuere in gladio: qua dicendi exornatione vſus eſt Iſaac, cùm filio ſuo
Eſau benedixit. Benedixerat patriarcha ille filio
ſuo Iacob ſecũdo genito: & quia Eſau primogeni- Gen.27.
tus calamitatẽ ſuam deplorauit, dixit illi: Viues in
gladio,& fratri tuo ſeruies. Quæ verba arcanã cõti-
nẽt ſentẽtiã, & excelſum myſteriũ. Eſau primoge-
nitus populus eſt Iudaicus, quẽ Deus filiũ ſuũ pri-
mogenitũ vocauit, vt ex capite quarto Exodi con- Exod.4
ſtat apertiſſimè. Iacob verò ſecundo genitus po-
pulus eſt Gentilicus, qui Chriſti fidem recepit,
quẽ Chriſtus genuit ſanguine ſuo: de quo ait diuus
Ioannes: Quot quot autem eum receperunt, dedit Ioan. 1.
eis poteſtatem filios Dei fieri, qui non ex ſanguini-
bus, nec ex voluptate carnis, ſed ex Deo nati ſunt.
Hi ſunt filij ſecundo geniti, Deo placẽtes: Iudæi au-
tem infideles primogeniti, Deo odibiles, de quibus
ipſe ait per Eſaiam: Filios enutriui, & exaltaui: ipſi
autem ſpreuerunt me. Fuit populus Iudaicus ad- Eſai.1.
umbratus in Caino, Iſmaele, Eſau, primo genitis:
Gentilicus verò in Abel, Iſaac, & Iacob, ſecundo
genitis. Eam ob cauſam in genealogia ſaluatoris,
nec apud Matthęum, nec apud Lucam vllum ex iis Matth.1
primogenitis ingreſſum fuiſſe reperies. Reproban- Luc.3.
tur quidem, quoniam populum Iudaicum in per-
fidia ſua manentem adumbrabãt, quem Deus me-
ritò reprobauit. Quid igitur voluit diuina ſcriptu-
ra in Geneſi ſignificare, dicens: Eſau audita bene-
dictione Iacob cum eiulatu magno fleuiſſe, niſi in- Gen.27.
nuere impiam Iudęorum ſynagogã ingemiſcere, quòd
ſe videat à Deo derelictam, eccleſiam autẽ catho-
licam benedictam & electã? Porrò Deus per libros diuinorum vatum,& Chriſtianorũ prędicationem quotidie dicit Iudæorum ſynagogæ, ſe filio ſecundo, hoc eſt, Gentium populo benedixiſſe, in eumq; omnem excellentiã & amplitudinem contuliſſe, fidemq; ſuam per vniuerſas Gentium oras fama celebraſſe. Primogenita,& benedictio, & ea, quæ doler Eſau fuiſſe ſibi ſublata & Iacob cõceſſa ſunt fides, ſpes, charitas & cæteræ virtutes, & nominis claritas, & honorũ amplitudo: in quibus omnibus aſpicit planè ſynagoga eſſe ſibi Chriſti eccleſiam antepoſitam. Et quemadmodum pater filio ærumnas ſuas deploranti aliquid impertiuit benedictionis, ita Deus derelictæ ſynagogæ rorẽ æris, & terſæ pinguedinẽ tribuit, non eam omnino in mundi opibus deſtituens. Sed ait illi: Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies. Nam populus Iudaicus diuinorũ vatum ſanguinem fudit, & viros omnes, qui ſingulari pietate, & eximia ſapientia alios anteibant, ad perniciem & vaſtitatem vocauit. Quid plura?

ipſum

ipſum ſuom Meſſiam, verum Deum, qui humanitate aſſumptà illum veritatem docuit, viamque ad æternam beatitudinem conſequendam aperuit, qui è cœli faſtigio deſcendens cum eo contulit ſermones ſoos, vt illum qui in caligiue verſabatur, diuino lumine luſtraret, & ad gloriam immortalem tandem perdoceret; impius populus ad omuem immanitatem pararus, flagellauit, percuſſit, vulneribus traiecit, & cruci duris clauis affixit. Et ſanctos eius diſcipulos, quos ne voce quidem lædere deberet, cùm in eum magna conferrent beneficia, ingratus populus trucidare conabatur. Et nunc omnia Iudæorum odia in Chriſtum, eiuſque pios *Gen.27* ſectatores crudeliter ardent: &, vt de illis vaticinatus eſt Iſaac, In gladio viuunt, hoc eſt, in odio & impietate: ſed fratri ſuo minori, hoc eſt, populo Gentium ſeruiũt: nam nec regem habent Hebræũ, *Gen.21.* nec patriam ſuam colunt, nec templum poſſident, nec legis ſacrificia exercent. Errat Agar in ſolitudine, errat ſynagoga exul à patria: neſcit viam, *Ioan.14* ignorat Chriſtum, qui de ſe ait: Ego ſum via. Vitã agunt Iudæi infelicem, omni dedecore & ignominia plenam, per totum orbem terrarum diſperſi, contempti, calamitoſi, & execrabiles. Qui autem ex illis ad Chriſtum conuertuntur, in honore & celebritate verſantur. Et quoniam Iudæi illi, qui tempore Ezechielis manſerant Hieroſolymæ, crudeles erant, & ſanguinolenti, ait illis hoc loco diuinus vates: Stetiſtis in gladiis veſtris. Sunt qui exiſtiment ſtare in gladiis eſſe enſes manu portare ad occidendum: vt ſit ſenſus: Quemadmodum alij baculos portant, vt ſe ſuper eos ſuſtentent, ita vos gladios, vt illis alios interficiatis. Accipitur aliquãdo gladius pro ira, & indignatione, & hoſtili po*Eſai.1.*tentia: vt apud Eſaiam: Si me ad iracondiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Vnde gladium ſanguine inebriare eſt occidere: vt apud eundem *Eſai.34* Eſaiam. Inebriatus eſt in cœlo gladius meus. Acſi dicat Dominus: In cœlo decreui interficere Idumæos. In præſenti tamen gladius pro enſe accipitur ſanguinem immaniter effundente.

Hæc dices ad eos: Sic dicit Dominus Deus: Viuo ego, quia qui in ruinoſis habitant, gladio cadent: & qui in agro eſt, beſtiis tradetur ad deuorandum, qui autem in præſidiis & ſpeluncis ſunt, peſte morientur. Et dabo terram in ſolitudinem, & in deſertum, & deficiet ſuperba fortitudo eius, & deſolabuntur montes Iſrael, eò quòd nullus ſit, qui per eos tranſeat. Et ſcient, quia ego Dominus, cùm dedero terram eorum deſolatam, & deſertam propter vniuerſas abomi-
G nationes ſuas, quas operati ſunt. Et tu fili hominis fili populi tui, qui loquuntur de te iuxta muros, & in oſtiis domorum, & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum ſuum loquentes, Venite, & audiamus, quis ſit ſermo egrediens à Domino. Et veniunt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedent coram te populus meus, & audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris ſui vertunt illos, & auaritiam ſuam ſequitur cor eorum. Et es eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui, dulcique ſono canitur, & audiẽt verba tua, & non faciẽt ea. Et cùm venerit, quod prædictũ eſt, ecce enim venit, tunc ſcient, quòd prophetes fuerit inter eos.

Viuo ego. Hoc eſt, id quod dico abſque dubio veniet. Et veluti quædam forma iurandi: acſi dicat Deus: Quàm verum eſt me viuere, tam verum erit, eos euertendos eſſe. Et ita reuera impletum fuit. Nam qui in ruinis Hieroſolymæ habitabant, & qui ſe in agros contulerant, & qui ſe in ſpelũcas, & locos abſtruſos receperant, omnes periêre, & fuêre miſerabilem exitum conſecuti. Quidam mortui ſunt hoſtium gladio, quidam beſtiarum dentibus, quidam fame & peſte.

Et deſolabuntur montes Iſrael. Hoc ideo ait quia terra promiſſionis montoſa erat. Vel per montes homines intelligit ſuperbia elatos, vt in pſalmo: *Pſal.96* Montes ſicut cera fluxerũt à facie Domini. Et apud *Eſai.64* Eſaiam: A facie tua montes defluent. Et apud Ha- *Haba.3.* bacuc: Aſpexit, & diſſoluit Gentes, & contriti ſunt montes ſeculi. Per montes ſeculi, ſiue æternos, vt vertunt alij, intelliguntur reges ſuperbi, qui multis ſeculis regnauerant.

Et tu fili hominis. Locutus fuerat de Iudæis, qui capto Sedechia, & tranſlato in Chaldæam remanſerant Hieroſolymæ: nunc ad eos reuertitur, qui ſecum erant in Babylonia, eiuſque verba irridebãt. Monebat eos diuinus vates, deterrens eos à vitiis, & exhortans ad virtutes, atque illis prædicens futura: ſed illi hæc omnia in cantileoas deriſorias traducebant. Eũ audiebant, ſed ſubſannabant. Oſtendebant velle dictis eius obedire: & ad illum ſe conferebant: ſed poſteà iuxta muros ad ſolem in hyeme, & inter priuatos parietes, ſeu ad ianuas domorum in æſtate de illo detrahebant, eumque opprobriis vulnerabant, contra Domini ſententiam dicentis: Maledictus, qui clam percuſſerit proximum *Deu.27* ſuum. Ideo aiebat Dauid: Detrahentem ſecretò *Pſalm. 100.* proximo ſuo, hũc perſequebar. Et Iob: Cùm ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi. *Iob.19.*

Quaſi ſi ingrediatur populus. Hoc eſt, ad te veniũt cateruatim. Septuaginta habent: Veniunt ad te, quomodo populus congregari ſolet.

Et audiunt ſermones tuos Curioſitate adducti, fingentes ſe velle illos ſeruare: ſed eos complere nequaquam volunt. Beati qui audiunt verbum Dei, *Luc.11.* inquit Dominus, ſed ſi cuſtodiunt illud. Beati qui *Pſalm. 102.* memores ſunt mandatorum eius, ſed vt faciant ea. Verba enim vitæ æternæ habet. *Ioan.6.*

Et es eis quaſi carmen muſicum. Audiunt te voluptatis cauſa: ſed doctrinam tuam minimè ſequuntur. Quemadmodum nonnulli oblectantur muſica, & muſicos aliquorum fortitudinem, & res geſtas, ac facta præclara canentes libenter audiunt, ſed virtutes: quas illi laudibus efferunt, & cantu celebrant, imitari non curant, ſic filij Iſraelis oblectationis & recreationis ſolummodò cauſa te audiunt, conſilia autem tua penitus contemnunt. Huiuſmodi ſunt, qui nunc concionatores audiunt vt eorum mulceantur artificio, eloquentia, & doctrina: non autem vt iuxta eam rationem dirigant viuendi. Vt apes multa percurrentes, ſolùm flori- *Simile*
bus

bus delectantur,& illos decerpunt, alia relinquũt: ſic hi auditores totam concionem audientes nihil volunt niſi flores,& pulchrè dicta. Hec tantùm curant, ſolidam autem doctrinam cõtemnunt,& iuxta eam viuere penitus ſpernunt. Adulationes quærũt & fabulas, vtilem veritatem faſtidiunt. Id præuidens diuus Paulus in epiſtola ſecunda ad Timotheum, aiebat: Erit tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coacervabũt ſibi magiſtros prurientes auribus, ad fabulas autem conuertẽtur. *2.Tim. 4.* In Actis Apoſtolorum ſcriptum legimus Athenieſes ad nihil aliud vacaſſe, quàm vt aliquid noui dicerẽt, aut audirent. *Act.17.* Sed nõ proptereà concionatores relicturi ſunt munus concionandi, nam etſi nonnulli ſunt auditores curioſi, vani, & impij, ſunt tamẽ multi graues, docti, & pij, qui animi vtilitatem quærunt. Et quanuis omnes abirent præter vnum, ei tamen eſſet veritas nuntianda. Notum eſt illud Antimachi clari poetæ dictum, qui, vt refert Cicero de claris Oratoribus, cùm conuocatis auditoribus legeret eis volumen ſuũ, eumque loquentem omnes præter Platonem reliquiſſent: Legam, inquit, nihilominus, Plato enim mihi vnus inſtar eſt omnium.

Et cùm venerit. Hoc eſt, aiunt impij te non eſſe verum prophetam: ſed cùm venerit id quod tu prędixiſti, quod quidem iam venit, ſcient te eſſe diuinum vatem.

ANNOTATIONES EX *Hebræo in Cap. XXXIII.*

Et tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis. In Hebraico pro de nouiſſimis ſuis eſt מקצהם mictſehẽ: à verbo קצה catſah, quod ſignificat ſuccidere, & finem facere. Vnde nomen cetſeh ſignificat finem, extremitatem, vltimum, & nouiſſimum. *Hab. 2.* Apud Habacuc cap.2. vbi communis editio habet: Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos & peccauit anima tua: Pro cõcidiſti eſt in Hebraico cetſoth, quæ dictio poteſt eſſe verbum & nomen. Noſter interpres tranſtulit: concidiſti, vt ſit verbum noſtrum carſath: & rectè quidem. Alij exiſtimant eſſe nomen. Ideo poteſt trãſferri: Cogitaſti conſilium ad confuſionem domus tuæ, in finibus multorum populorum: & peccaſti in animam tuam. Acſi diceret propheta: Tu ô Nabuchodonoſor cepiſti conſilium, quod non ſolùm in regno tuo, ſed etiam in extremitatibus aliorum populorum, in omnibus terrarum otis in ignominiam domus tuæ redundauit. Nam propter illud eiectus fuiſti ab hominũ conſortio, & oſſa tua fuerunt deiecta è ſepulchro. Eam ob cauſam hoc Ezechielis loco pro de nouiſſimis ſuis, potaſt rectè verti: ex finibus ſuis, vel ex terminis ſuæ regionis. Vt ſit ſenſus: Si elegerit populus virum aliquẽ in ſpeculatorem de his, qui intra ſuos limites commorantur. Vel de extremis ſuis: hoc eſt, de his, qui in finibus habitant regionis. Vnde ſeptuaginta tranſtulerunt: Et tulerit populus terræ hominem vnum de ſuis. Solent enim ſpeculæ in finibus prouinciæ conſtitui: & in illis ſpeculatores in eiſdem extremitatibus degentes collocari, quoniam hi terram melius cognoſcunt, & hoſtes vicinos maiore odio proſequuntur. Huiuſmodi eſſe debent præſules, qui ſubditos optimè cognoſcant, & hoſtium animæ acerrimi ſint hoſtes, & veritatem intrepidè ſed cum modeſtia annuntient, & rempublicam prudenter gubernent, potius amari, quàm timeri cupientes. Nam ſi omnia voluerint timore, & aſperitate, & inſolentia menſurare & tegere, ea facilè euertent. *Simile* Vt aqua magni ac profundi lacus cùm natura ſua tranquilla ſit, vt tamen venti agitatur, & commouetur, ſic populus etſi ſua ſponte mitis ſit & quietus, nimia tamen ſeueritate & aſperitate præſulis veluti violenta procella concitari ſolet, & perturbari. *Pro.16.* Ideo ait Salomon in Prouerbiis: In hilaritate vultus regis vita, & clementia eius quaſi imber ſerotinus. *Pro.20.* Et rurſus: Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clemẽtia thronus eius. *Mat.23.* Et Chriſtus Deus noſter: Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Ita tamen debet princeps & præſul miſericordiam & tranquillitatem colere, vt iuſtitiam non omittat. *Pro.29.* Ita enim ait Salomon: Rex iuſtus eriget terram, vir auarus deſtruet illam. *Sap.1.* Et liber Sapientiæ: Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Oportet reipublicæ gubernatorem animum ad Deum erigere, eiúſque præcepta ſeruare, vt ſubditos ſuos rectè ac ſapienter regat. *Pſal. 2.* Ideo dicebat rex Dauid: Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam, &c. Quibus verbis principes & antiſtites exhortatur, vt reſipiſcant, ne veſano furore ſe illi opponant, cuius potentiæ nemo poteſt reſiſtere, ſed potiùs eum colant, eius mandata obſeruent, & ſapienter expẽdant, quid faciãt. Vbi nos habemus: Apprehendite diſciplinam, habet litera Hebraica נשקו בר Quæ verba poſſunt latinè verti: Adorate filium, ſiue oſculamini filium. Id quod dixit: Seruite domino in timore, intelligitur de Deo patre. Id quod ait: Adorate ſeu oſculamini filium, intelligitur de filio Meſſia: qui hoc ait eſt ſpiritus ſanctus, qui per os Dauidis loquebatur. Vbi vides ſacroſanctę trinitatis expreſſum myſterium, illis latens, qui illud nolunt conſiderare. Huic ſanctiſſimæ & indiuiduæ trinitati ſeruire, & parere debẽt principes, ſi volunt, vt eis ſeruiant & pareant ſubditi, & virtutum momentis perpendẽt. *Eccl.10* Nam vt ait Eccleſiaſticus: Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes eam.

Oculos veſtros leuatis ad immunditias veſtras. Septuaginta pro immunditiis tranſtulerunt abominationes. Pagninus idola. Solent enim idola in literis diuinis immunditiæ appellari, & abominationes.

Et es eis quaſi carmen muſicum. Septuaginta habent: Et es eis quaſi vox pſalterij. Targhũ habet: Es quidem illis quaſi canticum organorum. Verti poteſt: Es illis veluti cãticum amorum ſiue amatorium. In Hebraico enim eſt agauim, à verbo agau, quod ſignificat amare: *Ierem.4* vt apud Ieremiam capite quarto: Contempſerunt te amatores tui. *Sup.23.* Et apud noſtrum Ezechielem cap.23. Tradidi eam in manus filiorum Aſſur, ſuper quorum inſaniuit libidine. Inſanire libidine Aſſyriorum, eſt amare eorum ritus, & eorum idolorum cultum vehemẽter diligere, & amplecti. Significat illis verbis dominus, ſe ideo Samariam hoc eſt, decem tribus Aſſyriis tradidiſſe, quoniam ingratus ille Iudæorũ populus Deo vero contempto commentitios Aſſyriorum Deos coluit, & impiis eorum ſuperſtitiones deperiit, ardenterque, & impatienter corrup-

tus eorum mores amauit.

Argumentum capitis XXXIIII.

Inuehitur in paſtores, qui grege neglecto ſeipſos paſcunt voluptatibus & deliciis: & vt verbis vtar diui Pauli, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Inducit Deum promittentem ſe eſſe oues ſuas in ouili eccleſiæ cõgregaturum. Vaticinatur de magni illius, veriq; paſtoris in mundum aduentu, hoc eſt, de Chriſto Deo noſtro, qui deſcendit è cœlis, humanamque induit formam, vt oues errantes diuino lumine luſtraret, & coadunaret, & vberrimis paſcuis gratiæ, rerúmque diuinarum contemplatione, atque aquis cœleſtium donorum, ſanctarúmque literarum reficeret, & ad cœleſtem beatitudinem perduceret, vbi admirabilibus, immortalibúſque oblectationibus paſcerentur.

CAPVT XXXIIII.

A ET factum eſt verbũ domini ad me dicens, Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael: propheta, & dices paſtoribus: Hæc dicit dominus Deus: Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiemini: & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmũ fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum nõ ſanaſtis: quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectũ eſt non reduxiſtis, & quod perierat, non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cũ potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eò
B quòd non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt. Errauerunt greges mei in cũctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo, & ſuper omnem faciem terræ diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret. Propterea paſtores audite verbum domini. Viuo ego, dicit dominus Deus, quia pro eò quòd facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in in deuorationem omnium beſtiarum agri, eò quòd non eſſet paſtor, nec enim quæſierunt paſtores mei gregem meum, ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant, propterea paſtores audite verbum domini. Hæc dicit dominus Deus.
C Ecce ego ipſe ſuper paſtores, requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam, vt vltrà non paſcant gregem meum, nec paſcant ampliùs paſtores ſemetipſos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltrà eis in eſcam. Quia hæc dicit dominus Deus, Ecce ego ipſe requirã oues meas, & viſitabo eas. Sicut viſitat paſtor gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarũ, ſic viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis.

EXPLANATIO.

Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael. Hoc eſt, aduerſus Hæbræorũ præſules, & magnates quibus gubernandi populi cura commiſſa eſt. Sed omnia hæc ad Chriſtianos etiam illos antiſtites & principes referri poſſunt, qui non ſuos, ſed ſeipſos tantùm curare contendunt.

Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſeipſos. Subauditur, neglectis ouibus. Senſus eſt: Aeternũ illis exci dium annũtio, qui cùm principatum obtineant, ſe illecebris tradunt, & ſceleribus contaminãt: ſaluti autem animarum nolunt conſulere. Intelligens Moyſes quàm neceſſaria eſſet paſtoris cura & diligentia, aiebat: Prouideat dominus, Deus ſpirituum, omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, vt poſſit exire, & intrare ante eos, & educere eos, vel introducere, ne ſit populus domini ſicut oues abſque paſtore. Et alibi dicebat Hebræis: Date ex vobis viros ſapientes, & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponam eos vobis principes. De iniquis autem ait Deus per Oſeam: Ipſi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Hoc eſt non approbaui. Et per Zachariam: Ego ſuſcitabo paſtorem, qui derelictum non cuſtodiet, & qui diſperſa non quæret. Et paulò pòſt: ô paſtor & idolum derelinquens gregem. Permittit aliquando Deus ob hominum peccata, vt paſtores eligantur, qui ſubditis perniciem machinentur. Tales paſtores idola ſunt foris imaginem præſulum oſtendentia, intus vana. Qui oculos habent, & non vident, aures, & non audiunt, qui flagitia publica diſſimulant, qui veritatem audire nolunt, nonne idola meritò vocantur? Deus, inquit Iob, regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Ideo dicebat Deus per Eſaiam: Dabo pueros principes eorum effœminati dominabuntur eis. Et paulò pòſt: Vos depaſti eſtis vineam meam, & rapina pauperis in domo veſtra. Et per regium ac diuinum vatem: Qui deuorãt plebem meam ſicut eſcam panis. Multi enim principes & præſules ſtimulis auaritiæ & cupiditatis concitati populũ per ſummum ſcelus ſpoliant, & lacerant, ciúſque diuitias inexplebili deſiderio deuorãt, & in altum ſuorum flagitiorum profundunt. Huiuſmodi principes & paſtores mundi honores quærũt & diuitias, non autem ſolicitudinem & laborem. At paſtor ille cæleſtis, Chriſtus Deus noſter titulum dignitatis regiæ in cruce habuit non immenſa: in laboribus non in deliciis. Et de ſeipſo ait: Ego ſum paſtor bonus: bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Ea cognomina ſumit, quibus homines amore ad ſe alliciat. Ipſe eſt, qui omnia paſcit: pauit populum Iſraeliticum quadraginta annis in deſerto: Pauit Moyſem & Eliã cibo inuiſibili quadraginta dies, & quadraginta noctes ieiunantes: paſcit naturalibus eſcis cuncta animantia: fideles ſuos pane gratiæ, & excellentibus ſacramentorum epulis admirabiliter reficit, & recreat. Vocãs Deus ſe paſtorem ſuam erga nos charitatem & ſolicitudinem

Num.27. Deut.1. Oſe.8. Zac.11. Iob.34. Eſa.3. Pſa.52. Ioa.10. Exo.16. Exo.24 Deut.9. 3.Re.19

dinem oſtendit. De eo ait Dauid: Dominus regit
Pſa.22. me,& nihil mihi deerit:in loco paſcuæ ibi me col-
locauit. Et ruſus dominus illuminatio mea,& ſa-
Pſa.26. lus mea,quē timebo? Et ipſe paſtor ait ore Zacha-
Zach.2. riæ prophetæ: Ego ero murus igneus in circuitu
Eſa.46 eorū. Et ore Eſaiæ: Etiāſi mater obliuiſcatur infan
tis ſui,ego tamen non obliuiſcar tui. Et Petro quē
vniuerſalem eccleſiæ paſtorem cōſtituit,dixit:Paſ-
Ioa.21. ce oues meas. Non dixit paſce te ipſum, ſed oues:
nec dixit:Occide illas,ſed paſce eas: Non ſuperbiā,
faſtum,& inſolentiam,ſed ſolicitudinē, curam, &
vigilantiam illi commēdauit. Et idem Petrus aliis
1.Pet.5 paſtoribus dicebat:Paſcite, qui in vobis eſt, gregē
Dei. Docens diuus Paulus tribuentium, & præſu
Rom.12 lum munus, ait: Qui tribuit,in ſimplicitate, qui
præeſt,in ſolicitudine. Et curā ſuā oſtendens con-
2. Cor. numeratis laboribus ſuis ait: Præter illa, quæ ex-
11. trinſecus ſunt Inſtātia mea quotidiana, ſolicitudo
omnium eccleſiarum. Qui in functione præfecturæ
ſolicitudinem præſtat, reliquos numeros ſuæ di-
gnitatis facilè explebit. Sed hæc ſolicitudo erga
oues debet eſſe, vt illas ſpirituali cibo, & corpo-
reo alimento paſcat, non erga mundi honores &
vanitates. Sunt enim nonnulli,qui eam,quam ec-
cleſiæ debent ſolicitudinem,ſeculo tradiderūt,va-
nam nominis celebritatem quærentes, ſuum ſan-
guinem,non Ieſu Chriſti illuſtrare conantes. Hinc
effectum eſt,Deo ita permittente,vt ſubditi aduer-
ſus præſules ſæpenumero inſurrexint & contra ex
celſas eccleſiæ dignitates oſtēderint rebellionem,
quoniam ipſi præſules eccleſiarum ſolicitudinem
reliquerunt. Vltionem diuinam eſſe arbitor, &
iuſtum Dei iudicium, ita peccatis exigentibus, vt
ſubditi à præſulum obedictia deficiant,quod præ-
ſules à ſolicitudine eos paſcendi defecerint. Anti-
qui philoſophi principem & præſulē cum ſole cō-
parabant, quem appellabant rheon,hoc eſt,currē-
tem,vt ſignificarent debere illū omnia animo per-
currere, eſſeq; ei ſolicitudinem, & curam,& vigi-
lantiam ſummè neceſſariā. Eam ob cauſam ei ſcep
trum rectum abſq; foliis tribuebant, vt innuerent
iuſtitiam debere eſſe rectam & affectionibus deſti-
tutam. Vt autem firmitudinem eius in æquitate &
iuſtitia oſtenderent,Martem,per quem principem
ſignificabant,indutum tunica adamantina pinxe-
runt. Vt autem ipſum principem veritatis cultorē
eſſe debere indicarent, principis ſtatuam colloca-
uerunt in quodam Aegypti ædificio, vbi erat rex
Simandius ſepultus, & habebat ſtatua illa princi-
pis veritatem ex collo pendentem tanquam pre-
tioſum monile,in quod ipſe oculos habebat con-
iectos. Author eſt Diodorus Siculus libro 2. Bi-
bliothecæ. Nolebant veteres illi, vt princeps aſpi-
ceret affectus corruptos,adulationes,& vanitates,
ſed vt in veritate oculos figeret,qua adductus gu-
bernaret,vt ſe non paſceret deliciis,& traderet vo
luptatibus,ſed ſubditorū ſaluti conſuleret, & pro
illis curas, & labores ſubiret. In vita Alexandri
Magni,quā Ioannes Monachus literis mandauit,
proditum eſt memoriæ Alexandrum has voces e-
miſiſſe. Seruile eſt dedere ſe voluptatibus, labori-
bus autem ſe exercere, res eſt principibus digna.
Si hoc Gentes abſque fide animo perſpiciebant,
quam rationem Deo reddent fideles, ſi illud intue
ri noluerint:quibus Deus dicit:Væ paſtoribus Iſ-
rael, qui paſcunt ſeipſos? Si ſeculi principes ſaluti
populi cōſulere tenentur,quātò magis paſtores ec
cleſiaſtici & religioſi, qui ſunt aureæ monetæ in
gētis pretij in eccleſia Chriſti? Oportet eos nihil in
tra ſe habere vilis cupri, nullā alienæ materiæ mi-
ſtionem recipere,nullum raucum ſonum plumbi
edere,nihil adulterinum intrinſecus admittere. Et
quoniā ſunt virtutis pictores præcipui,à quib⁹ ſub
diti artē pingēdæ virtutis diſcunt,vt ait in Apolo-
getico Gregorius Nazianzenus, ſumma ope nitē-
dum eſt, ne inueniantur pulchræ virtutis peſſimi
pictores, vel certè ne aliis p ctoribus,qui eā debēt
in ſeipſis depingere,imaginis eius peſſima præbeāt
exemplaria. Pulchrā autem depingent virtutem, ſi
in eius actiones toto pectore incubuerint,& eccle- Heb.13.
ſiæ ſolicitudinem præſtiterint. Audiant diuū Pau-
lum dicentem:Obedite præpoſitis veſtris, & ſub- 1.Tim.3
iacete eis:ipſi enim peruigilant quaſi rationē red-
dituri pro animabus veſtris. Et alibi:Oportet epiſ-
copum irreprehenſibilem eſſe. Et rurſum:Attēdite Act.20.
vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſan-
ctus poſuit epiſcopos,regere eccleſiam Dei, quam
acquiſiuit ſanguine ſuo.

Lac comedebatis,& lanis operiebamini. Nomine la-
ctis intelligit opes, nomine lanæ veſtium varieta-
tem. Ionathas Chaldæus habet:Comeditis,& abſu
mitis ſubditorum diuitias.

Quod craſſum erat occidebatis. Hoc eſt, diuitibus
mortem inferebatis,vt eorum diuitias acciperetis.
Arguit paſtores impios, quod pietatis momenta
perpendere noluiſſent. Eſt enim eorum munus me
deri ægrotis,infirmos conſolidare,fractos alligare,
abiectos reducere, perditos quærere, & leniter ac
iuſtè gubernare. Ideo ait Apoſtolus:Corripite in- 1.Theſſ.
quietos,conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infir- 5.
mos,patiētes eſtote ad omnes. Paſtor ille cœleſtis,
Chriſtus Deus noſter relictis nonaginta nouem o- Mat.18.
uibus in deſerto venit eam,quæ errauerat, quæſi- Luc.15.
tum,eamq; inuētam aſportauit in humeris. Nona-
ginta nouem oues ſunt angeli electi, ouis, quæ pe-
rierat, genus humanum, deſertum cœlū eſt à no-
bis ſeparatum,aduentus ad quærendam ouem per
ditā eſt Chriſti incarnatio,ouis impoſitio in hume-
ros eſt generis humani in proprio corpore redem-
ptio, reuerſio ad deſertū eſt reditus Chriſti ad vi-
tam, eiúſque in cœlum admirabilis aſcenſus. Feli-
ces illi paſtores,qui quærunt oues perditas,impo-
nunt ſ is humeris,earum ſaluti conſulunt, & mu-
nus Chriſtiani paſtoris exercēt. At væ illis, de qui
bus hoc loco loquitur Ezechiel, quibus per Iere- Iere.23
miam ait Deus: Væ paſtoribus,qui diſperdunt, &
dilacerant gregem paſcuæ meæ. Ait diuus Grego-
rius tot mortibus prælatos dignos eſſe,quot ad ſub
ditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. De-
bet paſtor primò panem habere in pera,hoc eſt,ſa-
cram ſcripturam in cognitione, iuxta id quod ait
Deus per Malachiam:Labia ſacerdotis cuſtodiunt Malac.
ſciētiā. Et per Oſeā:Quoniā tu ſciētiā repuliſti, re- 2.
pellā ego te,ne ſacerdotio fungaris mihi. Vnde di- Oſe. 4.
uus Paul⁹ in Epiſtola prima ad Timotheū præſulē 1.Tim. 3
ait debere eſſe doctorē.& ad Titū:Oportet, inquit, Tit.1.
continentē eſſe,amplectentē eum, qui ſecundū do
ctrinā eſt,fidelem ſermonē, vt potens ſit exhortari
in doctrina ſana,& eos,qui cōtradicūt arguere. Se- 1.Tim.5
cūdo debet habere baculū ad delinquentiū corre- 2. Tim.
ctionem. Ideo ait Apoſtolus:Peccantes coram om- 4.
nibus argue,vt& cæteri timorē habeāt. Et rurſum:

Argue obſecra,increpa,in omnì patiētia & doctri
na. Oportet enim infundere vinum & oleū, more
cœleſtis Samaritani, vt correctio & pietas,iuſtitia
& miſericordia , ſeueritas & elemētia copulentur.
Et quoniā præſules paſtores vocantur, in quatuor
illos inſignes paſtores oculos coniiciāt,vt eos imit
tētur,de quibus loquitur diuina ſcriptura,eos ſum
mis laudibus efferens. Primus eſt Abel iuſtus quē
Gen. 4. liber Geneſis aſſerit fuiſſe ouium paſtorem. Abel
idē eſt,quod lugens, debent enim paſtores populi
Ioel.2. ſcelera deplorare. Id exercebant illi,de quibus ait
Ioel: Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdo
tes miniſtri domini,& dicent: Parce domine,parce
Ierem.9 populo tuo.Id intelligēs Ieremias aiebat: Quis da
bit capiti meo aquam,& oculis meis fontē lacbry
marū,& plorabo die ac nocte interfectos filiæ po-
puli mei.Alter paſtor eſt Iacob,qui de ſeipſo dice-
Gen. 31. bat: Die noctúq; æſtu vrgebar,&gelu: fugiebátque
Ioan.17. ſomnus ab oculis meis. Et Chriſtus cœleſtis paſtor
apud Ioannem patrem cœleſtem alloquens: Quos
inquit,dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis
periit,niſi filius perditionis.Tertius paſtor eſt Da-
uid. qui de ſe ait : Paſcebā patris mei gregē,& ve-
1.Re.17. niebat leo,vel vrſus,& tollebat arietem de medio
gregis,& perſequebar eos,& percutiebā,eruebáq;
prædam de ore eorum,& ſuffocabā, interficiebáq;
illos. Oportet ſe bonos paſtores leoni illi oppone-
1.Pet.5. re, de quo ait diuus Petrus in prima ſua canonica:
Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens
circuit,quærens quem deuoret. Quartus eſt Moy-
Exod.3. ſes,qui oues Ietro paſcebat.Hic pro populo ad do-
Exo.32. minū ardētes preces fundens aiebat: Quieſcat do-
mine ira tua,& eſto placabilis ſuper ira populi tui.
Debent enim præſules pro ouibus ſuis Deū orare,
eaſque ex Aegypto auferre,& in terrā promiſſionis
dirigere,hoc eſt,ex mundi flagitiis auertere , & ad
cœleſtis patriæ deſiderium exhortari.Tenetur bo-
nus paſtor communem vtilitatem ſuæ propriæ an-
teponere. Vt contēnendus eſt,qui in nauigando ſe
Simile mauult incolumem ſeruare, quàm nauim,ſic eum
vituperandum exiſtimo , qui in reipublicæ diſcri-
mine ſuū propriū cōmodum temporale communi
animarū ſaluti anteponit. At præter hos quatuor
paſtores, de quorum laudibus nulla vnquam ætas
conticeſcet,quorū res geſtæ ſunt diuinis literis cō-
ſignatæ ad memoriā poſteritatis ſempiternā,opor-
tet principes & præſules verè Chriſtianos paſtorē
illum cœleſtem imitari , Chriſtum Deum noſtrū,
Ioan.10 qui de ſeipſo ait : Ego ſum paſtor bonus. Ille pro
nobis ſanguinem fundere,& crucis mortem ſubi-
re non dubitauit. Ideo humanam naturam aſſum-
pſit immenſus ille Deus, mundi conditor & con-
ſeruator, vt oues in tenebris inextricabilibus errā
tes,ad veritatis ſplēdorem adduceret, viámq; illis
muniret ad gloriam immortalem conſequendam.
Illum expectauerant patres antiqui,de eius aduen
tu vaticinati fuerant diuini vates , aſſerentes fore,
vt diuinus hic paſtor veniret,cuius ſanguine mūdi
maculæ abluerentur , & iniquitates expiarentur:
cuius numine prædicebant eſſe infinitam hominū
multitudinem ex impia idolorū ſuperſtitione ſe-
uocandam,& ad veram Dei fidem & religionē cō
uertendam.Huius paſtoris veſtigia ſequuntur præ
ſules illi,qui pro terrenis quærunt cœleſtia,pro flu
xis æterna,pro exiguis magna, & pro animarū ſa-
lute corporis vitam,ſi opus ſit, periculis exponūt;
quorum multi in Dei eccleſia fuerunt,ſunt, & fu-
turi ſunt.Et licet nōnulli aliquādo reperiantur præ
ſules,& principes immanes , & impij , qui ſcelere
paſcuntur & maleficio, & viros opprimunt iuſtos
& pios, eoſque vocant ad cædem & vaſtitatem,nō
eſt tamen cur animo cadamus, & ſcandalo aſſum-
pto aduerſus Deum aliquid cogitemus. Etſi enim
impios tyrannos interdum regnare permittit,illiſ-
que pro ſua ſingulari pietate diuturnam ſæpe con
cedit impunitatem , non tamen flagitia impunita
relinquit : quin potius ea differt æternis cruciati-
bus punienda. Solet etiā ex impiorū malis magna
bona colligere. Vt qui pulchram aurificis officinā, Simile
pretioſis monilibus ornatam ingreditur,nō debet
ægre ferre fornacem , & carbones, quos ibi videt,
quoniam ad annullos illos & inaures , & cætera
auri monilia & ornamenta conficienda opus eſt i-
gne,eſt carbonibus: ſic qui in Dei eccleſia,vbi ſunt
infiniti viri ſapientia inſignes , pietate conſpicui,
charitate feruentes , omni virtutum genere præ-
ſtantes,aliquos viderit indoctos, fallaces,nefarios,
tyrannos,& impios,non debet occaſionem ſume-
re ruinæ,quia non eſſent martyres,niſi eſſent tyrā-
ni.Non permitteret Deus malos, niſi poſſet ex illis
bonum aliquod elicere. Capite decimooctauo li-
bri vndecimi de ciuitate Dei ait ita diuus Auguſti
nus: Nec Deus vllum, non dico angelorum,ſed vel
hominum crearet,quem malum futurum eſſe præ-
ſciſſet, niſi pariter noſcet,quibus bonorum vſibus
accōmodaret. Atque ita ordinem ſeculorum tan-
quam pulcherrimum carmē etiam ex quibuſdam
quaſi antithetis honeſtaret.Hęc Aurelius auguſti-
nus ibi. Et multis aliis in locis iniquos ait vtiles i-
deo eſſe quia viros pios exercent ad virtutem pa-
tientiæ,& ad honeſtatis conſtantiam: cum afflictio
maximè conducat ad immortalitatis coronam ob
tinendam. Vnde aiebat apud Tobiam Sara cum Tob.3.
Deo loquens: Hoc habet pro certo omnis,qui co-
lit te,quòd vita eius,ſi in probatione fuerit, coro-
nabitur,ſi autem in tribulatione fuerit , liberabi-
tur.Et Dauid: Iuxta eſt dominus his qui tribulato Pſal.33.
ſunt corde , & humiles ſpiritu ſaluabit. Et diuus
Paulus Placeo mihi in infirmitatibus meis,in cōtu 2.Cor.
meliis,in neceſſitatibus,in perſecutionibus,in an- 12.
guſtiis pro Chriſto. Sed infelices illi, qui affligētes
iuſtos ſeipſos crudeliter affligunt , & alios calami-
tatibus lacerantes æternum ſibi ipſis conflant exci
dium.Infelices paſtores, qui cùm ouium ſaluti cō-
ſulere teneantur,quod craſſum eſt , occidunt. Dei
gregem nō paſcunt,& ſeipſos in vitia ingurgitant:
in quos hoc loco inuehitur Ezechiel.

Sed cum auſteritate imperabatis eis,& cum potentia.
Hoc eſt aſperè,inſolenter,& ſuperbè illis domina-
bamini,& vt paucis dicam,tyrannidem exerceba-
tis in eos. Per Eccleſiaſticū ait Deus: In manſuetu- Eccle.3.
dine opera tua perfice , & ſuper hominū gloria di-
ligeris. Quantò maior es,humilia te in omnibus,&
corā Deo inuenies gratiā. Et rurſum: Rectorē te po Ecc.32.
ſuerūt,noli extolli,eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.
Et diuus Paulus in epiſtola ad Titum, Oportet,in- Tit.1.
quit,epiſcopum ſine crimine eſſe,ſicut Dei diſpen
ſatorem: non ſuperbum,nō iracundum, non vino-
lentum,non percuſſorem. Quemadmodum æſta-
te cùm vehementius tonuerit,quàm fulſerit ſignū Simile
eſt ventorum,vt Plinius ait,ſic qui in aliorū pecca
ta vehementer inuehitur,& clamores queribūdos
attollit,

attulit, cùm ipſe nõ perinde vitæ puritate minus erit, facilè oſtendit animum habere auſteritatis potius, & ambitionis, ac vanitatis vento tumentem, quàm colentem iuſtitiæ, & Chriſtianæ pietatis. Bariona ſonat filium columbæ, & talis debet eſſe, qui alios ſuſcipit gubernandos. Quorſum enim Chri-
Matth. 16. ſtus Deus noſter promittens Petro ſummum põtificatum, ei dixit: Beatus es Simon Bariona, niſi vt oſtenderet debere eccleſiaſticum paſtorem columbæ habere manſuetudinem & ſimplicitatem: Sed quoniam oportet vti aliquando auſteritate, & grauiter punire: & obiurgationes nonnunquam incidunt neceſſariæ, in quibus neceſſe eſt vti acerbiore contentione verborum, & acriore reprehenſionis & ſupplicij ſeueritate, ſed ita vt procul abſit ira & intemperantia, ait Gregorius Nazianzenus in libro de Ieremiæ dictis, difficile eſſe ſcire regere ſeipſum, ſcire autẽ regere alios difficilius. Et in Apologetico, Reuera, inquit, mihi videtur ars artiũ, & diſciplina diſciplinarum hominem regere, vel imbuere, qui eſt inter omnes animantes maximè & moribus varius, & volũtate diuerſus. Vt in cor-
Simile poribus multæ inueniuntur diſſimilitudines, alios enim aſpicimus celeritate inſtructos ad curſum, alios viribus ad palæſtram, quoſdam facie nigro colore affectos: quoſdã albo, alios formæ grauitate præditos eſſe, alios venuſtate, ſic in animis exiſtunt diuerſæ propenſiones, & infinitæ varietates. Quas omnes debet cognoſcere, qui rempublicam gubernandam ſuſcipit. Videant igitur electores, ne rempublicam amentibus & ſceleratis committant. Latrunculi Syriæ ceperunt puellam Iſraeliticam, eámque Naaman Syro lepra contamina-
4. Reg. 5 to tradiderunt. Eodem modo faciunt nõnulli electores, impiè quidem illi, & nefariè, qui religionem eripiunt virginẽ pulcherrimã, quam leproſo cuidã, flagitioſo, inerti, indocto, vitiis imbuto gubernandam committunt, vt ipſe eis ſuorum vitiorum impunitatem largiatur, & cùm erga eos ſit indulgentiſſimus, ſit aduerſus alios aſperrimus, imperans illis cum auſteritate.

Et diſperſa ſunt oues meæ. Eſt enim hoc magnum periculum: Nam lupus in oues ſimul congregatas non audet impetum facere, at ſi diſpergantur, in eas ſtatim inuehitur.

Errauerunt greges mei in cunctis montibus. Alludit ad loca excelſa, vbi ſolebant Iudæi idola conſtituere, & ibi ea colere.

Super omnem faciem terræ. Hoc eſt, terrena ſectabantur, non cœleſtia. At in epiſtola ad Coloſſenſes ait Apoſtolus: Quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chri-
Coloſſ. 3 ſtus eſt, in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Si altè ſpectare voluerimus, & æternas beatorum ſedes contueri, & ſupera ac cœleſtia gaudia cogitare, omnia terrena contemnemus, & exigua ac fragilia reputabimus.

Et non erat qui requireret. Nec rex, nec princeps, nec ſacerdos, nullus deniq; erat, qui errantem populum ad viam Dei reuocaret, quoniam hi extra viam ſyluas vitiorum peragrabant. Omnes tam nobiles, & illuſtri loco nati, quàm obſcuri, & plebeij
Eſa. 1. erant ſceleribus imbuti. Hoc intelligens Eſaias dicebat: A plãta pedis vſq; ad caput non erat in eo ſanitas. Hoc eſt, ab agricola vſq; ad principem, ab infimo vſq; ad ſupremum, omnes erant flagitiorum labibus infecti. Verba hæc repetit Ezechiel ad tanti mali magnitudinem exaggerandam.

Ecce ego ipſe ſuper paſtores. Subaudi veniam, vt in eos grauiter animaduertam.

Requiram gregem meum de manu eorum. Id eſt, petam ab illis rationem excidij populi mei, eiúſque detrimentum illis imputabo.

Vt vltrà non paſcant gregem meum. Auferam ab eis oues meas, quas opprimunt & perdũt. Hoc fuit impletum tempore Chriſti, cùm ipſe electos ſuos liberauit ab ſcribis & phariſæis, qui populũ oneribus grauibus opprimebant, vt apud Matthæũ, & Lu- Matt. 23
cam licet videre. Ab hac legis ſeruitute, & onerum Luc. 11.
impoſitione liberati ſunt fideles per euangelicã libertatem, vt copioſè oſtendit Apoſtolus in epiſtola ad Galatas. At oportet, quid ſit libertas hæc intelligere: ne eam malè intellectam in ſcelerum occaſionem ſumamus. Ita enim ait diuus Apoſtolus: Gala. 4. & 5.
Vos in libertatẽ vocati eſtis fratres, tantùm ne libertatem in occaſionem detis carni, ſed per chari- Gala. 5.
tatem ſpiritus ſeruite inuicẽ. In epiſtola ad Romanos ait ita Apoſtolus: Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati, & mortis. Et in ſe- Rom. 8.
cunda ad Corinthios: Vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas. Sed ad Romanos, Liberati, inquit, à 2. Cor. 3
peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ. A duplici dãnatio- Rom. 6.
ne, in quam incurrimus per Adam, nimirum peccati & mortis, liberati ſumus per Chriſtũ. Eam ob cauſam ſanctus Apoſtolus eius legem, appellat legem ſpiritus contra peccatum, & legem vitæ contra mortem, dicens: Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. Vnde li- Rom. 8.
bertas noſtra ſpiritualis eſt, non carnalis.

Et non erit vltrà eis in eſcam. Id eſt, non amplius poſthac impij paſtores gregem meum deuorabũt.

Requiram oues meas, & viſitabo eas. Eodem modo apud Eſaiam: Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leua- Eſa. 40.
bit: fœtas ipſe portabit. Et apud Zachariam: Viſi-
tabit dominus exercituum domum ſuam, do- Zach. 10
mum Iuda.

In die nubis & caliginis. Hoc eſt tempore calamitatis. Qua de re ea poteris videre, quæ capite 32. di- Infr. 32.
ximus, verba illa explanantes. Et operiam cœlum.

Et educam eas de populis, & congrega- D
bo eas de terris, & inducam eas in terram ſuam: & paſcam eas in mõtibus Iſrael, in riuis, & in cunctis ſedibus terræ, In paſcuis vberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum, ibi requieſcẽt in herbis virẽtibus, & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ego paſcam oues meas & ego eas accubare faciam, dicit dominus Deus. Quod perierat requirã, & quod abiectum erat, reducam, & quod confractum fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat conſolidabo, & quod pingue & forte cuſtodiã, & paſcam illas in iudicio. Vos autẽ greges mei, hæc dicit dominus Deus. Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietũ & hircorum. Nonne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci? Inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarum cõculcaſtis pedibus veſtris:

&cũ puriſſimã aquam biberitis reliquã pedibus veſtris turbaſtis. Et oues meæ his, quæ conculcata fuerant pedibus veſtris paſcebantur, & quæ pedes veſtri turbauerãt, hæc
E bibebant. Propterea hæc dicit dominus meus ad vos. Ecce ego ipſe iudico inter pecus pingue, & macilentum, pro eo quòd lateribus & humeris impingebatis, & cornibus veſtris vẽtilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras. Saluabo gregem meum, & non erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus, & pecus.

Et educam eas de populis, & congregabo eas. Per populos regiones intelligit Chaldeorum. Sed quis non videt intelligi hoc præcipuè de Chriſto Deo noſtro, qui eos, qui diſperſi erãt, & vanis, ac variis Gentium ſuperſtitionibus addicti, ad veram Hyeroſolymã, hoc eſt, ad eccleſiam catholicam duxit, vbi eos congregauit: vt impio idolorum cultu relicto religionem veritatis pleniſſimam amplecterentur? Qua de re nõ ſolùm alibi apud hunc noſtrũ Ezechielem, ſed etiam in noſtris in Eſaiam commentariis fuſè diſſeruimus, verba illa vndecimi capitis explanantes: A Pheros, & ab Aethiopia, & verba illa capitis vigeſimiſeptimi: Et erit in die illa, clangetur in tuba magna.

In montibus Iſrael, in riuis, & in cunctis ſedibus terra. Hoc eſt, in mõtibus, & vallibus aqua fluminum irriguis, & in omni denique loco fertili & herboſo. Explicans autem ſeipſum, ait: In paſcuis vberrimis paſcã eas. Felices illi, qui ſe Deo cõmittunt, & tam diligenti paſtori cuſtodiendos & paſcendos
Pſa.22. tradunt. Audi vnũ ex illis aiẽtẽ: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animã meam cõuertit. Locum paſcuæ vocat vberrimum contemplationis rerum diuinarum paſtum, quo mentes admirabili voluptate afficiuntur: aquam verò refectionis gratiam Spiritus ſancti, & amœna diuinarum literarum flumina. Ex his rebus tantum roboris animis iuſtorum accedit, vt nullis calamitatum fulminibus terreantur, nullis ſceleratorum oppugnationibus debilitentur.

Simile *Quod perierat requiram.* Quemadmodum paſtor ouem perditam requirens ſolet in locum excelſum aſcendere, vt inde ad eam clamet, ita Chriſtus genus humanum requirens in excelſam crucem in monte Caluariæ defixam aſcendit, vt nos ad ſeipſum clamore magno vocaret. Et quamuis impij Iudæi Chriſti voces contẽnunt, quod ipſe iam iis ver-
Prou.1. bis dixerat per Salomonẽ: Vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & nõ fuit qui aſpiceret: eius tamen voces emiſſas è cruce audiunt electi, veluti oues ſibilum ſui paſtoris attendentes. Ipſe enim di-
Zach. 10. xerat per Zachariam prophetam: Sibilabo eis, & cõgregabo illos, quia redemi eos. Sibilat Chriſtus, ſibilat etiam diabolus. Vis ſcire cuius paſtoris ſis ouis, intuere cuius ſibilum ſequaris.

Quod confractum fuerat, alligabo. De eo dixerat
Eſa.42. Matth. 12. Eſaias: Calamũ quaſſatũ non cõteret. Quẽ locũ diuus Matthæus de Chriſto interpretatur. Per calamum quaſſatum homines intelligit imbecillos, & fragiles in fide, quos Chriſtus roborauit, congregauit, & viuxit.

Quod infirmum fuerat, conſolidabo. Præſulis & cõcionatoris munus eſt vulnera curare, non exulcerare, morbis mederi, non eos efficere. De Chriſto dixerat Eſaias. Verè dolores noſtros ipſe tulit, & Eſa 53. languores noſtros ipſe portauit. Quem locum diuus Matthæus & diuus Petrus de Chriſto interpretantur. Sed Matthæus de corporis languoribus, Matt. 8. quibus ipſe mirabiliter medebatur, Petrus autem autem de animi ægritudinibus, hoc eſt, de peccatis, 1.Pet.2. à quibus genus humanum liberauit. Et vterque rectiſſimè, & literaliter: nam vnus ac idẽ ſcripturæ locus duos poteſt habere ſenſus literales.

Quod pingue & forte cuſtodiam. Ne ſcilicet ægrotet. Aegros curabo, vt reſtituantur in priſtinam ſanitatem: robuſtos autem ac valentes præſeruabo, ne incidant in morbũ. Pro cuſtodiam, verti poteſt, exterminabo, ſiue diſperdam. Et tunc erit ſenſus: Pingues & potentes qui opprimunt imbecillos, & in viros innocentes contumelias iaciũt, caſtigabo. Exod. Id voluit diuina ſcriptura in Exodo ſignificare: cũ 21. dixit eſſe bouem cornupetam lapidibus obruendũ. Quid per bouem cornu percutiẽtem niſi homo immanis intelligitur, qui alios vexat, & ad excidiũ vocat. Aſpicis hic totũ præſulis mun' numeris ſuis abſolutũ. Debet enim bonos remunerare, malos verò punire, vitia euellere, & virtutes plãtare. Vnde Ieremiæ dixit Deus: Conſtitui te hodie ſuper gẽ Iere.1. tes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Sed ad hoc opus eſt habere præſulem, amorem charitatis in animo, laborem in negotiis, fortitudinem in periculis, conſilium in prouidendo, induſtriam in agendo, conſtantiam in perſeuerando.

Et paſcam illas in iudicio. Hoc eſt, ſapienter, ſciens quid cuique conueniat. Vel in iudicio, id eſt, in rectitudine, & æqualitate, dãs vnicuique quod ſuum eſt. In hoc conſiſtit iuſtitia, quæ eſt omnium moralium domina, ac regina virtutum,

Vos autem greges mei. Increpatis iniquis principibus increpat modò ſubditos iniquos, qui cùm lautè & ſplendidè vitam agant, volunt alios opprimere, & inter eos diſcordiã ſeminare. Ideo ait: Ecce ego iudico inter pecus, & pecus, hoc eſt, inter bonos & malos. Id explicare volẽs ſubdit: & inter arietem & hircum. Per arietem ſubditum bonum intelligit, per hircum malum: per aquas pedibus conculcatas pacem perturbatam. Poteſt hoc hæreticis accommodari, qui cùm legant ſacrã ſcripturam, quæ aqua pura, & lucida, eam turbant, & & conculcant, & perperam interpretãtur: Et ita decipiũt multos quibus familiariter vtũtur. Quã ob cauſam oportet eos ſummopere vitare. Hæreticum hominem, inquit diuus Paulus in epiſtola ad Ti- Tit.3. tum: Poſt vnam, & ſecundã correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condẽnatus. Et diuus Ioãnes in epiſtola ſua ſecunda. Si quis venit ad 2.Ioã.1. vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domũ, nec aue ei dixeritis. Etſi hæretici velint ſanctitatem oſtentare, non eſt illis habenda fides. Ideo dicebat Chriſtus: Attendite à falſis pro- Matt.7. phetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis eos. Citant quidem diuinas

ſcripturas

ſcripturas, ſed deprauatè:& ad hæreſes ſuas confir
mandas locos afferunt ſacrarum literarum, ſed
Simile qui illud minimè dicant. Vt qui regis imaginem
ex auro,& gemmis pretioſis à ſolerte artifice fabri
catam diſſoluunt, & transferunt aurum illud &
gemmas in canis imaginem,quam ex eadem ma-
teria conficiunt,aiunt imaginem illam ſuam ca-
nis eſſe regia imaginem,quoniam idē eſt aurū, &
iidem pretioſi lapilli: ſic hæretici imaginem fidei
diſſoluunt,& ex iiſdem ſacræ ſcripturæ authorita
tibus perperam ac falſò expoſitis imaginem perfi-
diæ conficiunt, & ornant: & aiunt illam eſſe fidei
& veritatis imaginem,quoniam eſt ex iiſdem lo-
cis ſanctarum ſcripturarum conſtructa. Et hoc mo
du imbecillos & fragiles homines ſępenumerò fal
lunt,ſuadentes illis turpem illam canis figurā,hoc
eſt,peſtiferam ſuam hæreſim eſſe pulchram regis,
hoc eſt,expreſſā veritatis imaginē. Hac ſimilitudi-
ne vritur Irenęus libro aduerſus Valentinū primo.

Prs es quod lateribus & humeris. Metaphora ſum-
pta à bouibus pinguibus & robuſtis,qui imbecil-
los & macilentos impellunt,& lateribus,humeris,
ac cornibus eos percutiunt.

Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum,
qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid ipſe
Ioā.1.g. pafcet eas,& ipſe erit eis in paſtorem. Ego
Ioan 10. b. autem dominus ero eis in Deum, & ſeruus
Iſai.40. c meus Dauid princeps in medio eorum. E-
go dominus locutus ſum. Et faciam cum
Dane. 98. eis pactum pacis: & ceſſare faciam beſtias
peſsimas de terra, & qui habitant in deſer-
ro ſecuri dormient in ſaltibus. Et ponam
eos in circuitu collis mei benedictionē: &
deducam imbrem in tempore ſuo, & plu-
uiæ benedictionis erunt. Et dabit lignum
G agri fructum ſuum, & terra dabit germen
ſuum, & erunt in terra ſua abſque timore,
& ſcient,quia ego dominus,cùm contriue-
ro catenas iugi eorum,& eruero eos de ma
nu imperantium ſibi, & non erunt vltrà in
rapinam in Gentibus, nec beſtiæ terræ de-
uorabunt eos: ſed habitabunt confidenter
abſque vllo terrore. Et ſuſcitabo eis germē
nominatum:& non erunt vltrà imminuti fa
me in terra, neque portabunt vltrà oppro-
brium Gentium. Et ſcient quia ego domi-
nus Deus eorum cum eis, & ipſi populus
meus domus Iſrael,ait dominus Deus. Vos
autem greges mei,greges paſcuæ meæ ho-
Ioan.10. b. mines eſtis,& ego dominus Deus veſter di
cit Dominus Deus.

Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum,qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid. Verba ſunt Dei patris verū pa-
ſtorem Chriſtum promittentis. Cùm Moyſes ad e-
xitum vitæ vocaretur,populo Iſraelitico benedi-
xit. Et poſtquam multa de Chriſti protulit aduen
tu,has voces emiſit: Habitabit Iſrael confidenter
Deu 33. ſolus,oculus Iacob in terra frumēti,& vini, cœliq́;
caligabunt rore Iſraelem,qui vocatur Iacob,ocu-
lum appellat per oppoſitionem,non corporis ocu-
lum,ſed aquæ,hoc eſt fontem à quo deductus eſt
populus Iſraeliticus veluti fluuius à fonte. Oculus
fuit & vena aquarum multarum, à qua deriuatus
eſt populus,qui Iacob etiam appellatur. Hunc Iſ-
raeliticum populum,hos Hebræos à Iacob genus
ſuum ducentes dixi loco illo Moyſes eſſe tempore
Chriſti cum animi ſecuritate in eccleſia catholica
habitatores. Eccleſiam autem vocat terram fru-
menti & vini,hoc eſt,in qua futurus erat Chriſtus
in ſancto euchariſtiæ ſacramēto ſub ſpeciebus fru-
menti & vini. Vel per vinum & frumentum intelli
git abundantiam donorum cœleſtium, quod aliis
verbis idem ſignificantibus repetit dicens: Cœliq́;
caligabūt rore: Hoc eſt,ea cœlis diſtillabūtur plu-
uiæ eccleſiam fœcundantes: erit eccleſia irrigata
affluentia gratiæ,& diuinorum bonorum. Hæc eſt
terra illa fertiliſſima,de qua dixit pſalmographus: Pſa. 22.
In loco paſcuæ ibi me collocauit,ſuper aquam re-
fectionis educauit me. Per Iſraelitas hi intelligun-
tur,qui erant fidem Chriſti recepturi,qui ſunt Iſ-
raelitæ ſecundum ſpiritum, ſiue ſint ex Hebræis,
ſiue ex Gentibus. Qui autem ſunt infideles,hi etiā
ſi ſint Iſraelitæ ſecundum carnem,non autem ſunt
ſecundum diuinam promiſſionem. In epiſtola ad
Romanos ait ita diuus Paulus: Non enim omnes, Rom. 9.
qui ex circunciſione ſunt Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ,
neç qui ſemen ſunt Abrahæ,omnes filij. Sed in I-
ſaac voçabitur tibi ſemen. Id eſt,non qui filij car-
nis hi filij Dei ſunt,ſed qui filij ſunt promiſſionis,
ęſtimātur in ſemine. Et in epiſtola prima ad Corin 1.Cor.
thios. Videte,inquit,Iſraelem ſecundū carnem: in- 10.
nuens alterum eſſe ſecundum ſpiritum. De hoç Iſ-
raele ſecundum ſpiritum vaticinatus eſt loco illo
Deuteronomij Moyſes,prædicens illum eſſe in ec
cleſia Dei fidenter habitaturum. Id aſſeruit poſteā
Ieremias ita diçens: Ecce dies venient,diçit domi- Iere.23.
nus,& ſuſcitabo Dauid germē iuſtum & regnabit
rex,& ſapiēs erit,& faciet iudiciū & iuſtitiā in ter-
ra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habita-
bit cōfidenter. Et hoç eſt nomen, quod vocabunt
eum: dominus iuſtus noſter. Vbi in editione vul-
gata eſt dominus,eſt in Hebraico Iehouah, quod
nomen ex omniū & Hebræorū & Chriſtianorum
ſententia tantùm de vero Deo dicitur: & illi ſoli
tribuitur. Indicat apertè Ieremias his verbis Meſ-
ſiam eſſe verum Deum,in cuius aduentu erant Iſ
raelitæ cum animi fiducia & tranquillitate in ec-
cleſia commoraturi,& æternā ſalutem conſecutu-
ri: ipſumq́; futurum eſſe paſtorem,& regē, & verū
Dauidem,& ſuper Dauidis thronum ſeſſurum. Illū
autem locum intelligunt de Chriſto omnes,tā Iu-
dæi quàm Chriſtiani,ſed variant in tempore. Idem
repetit Ieremias trigeſimotertio,dicens: Ecce dies
venient,dicit dominus: & ſuſcitabo verbū bonū,
quod locutus ſum ad domum Iſrael, & ad domū
Iuda in diebus illis: & in tēpore illo germinare fa- Iere.33.
ciā Dauid germen iuſtitiæ. & faciet iudiciū & iu-
ſtitiā in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda & Iſ-
rael habitabit confidenter: & hoc eſt nomē, quod
vocabunt eum, dominus iuſtus noſter. Vel vt alij
vertūt, Deus iuſtitia noſtra. Chriſtus enim eſt ille,
qui iuſtificat nos,de quo ait diuus Paulus in epiſto 1 Cor.1.
la prima ad Corinthios: Qui factus eſt nobis ſapiē
tia,& iuſtitia, & ſanctificatio,& redēptio. Hic eſt
ſupremus rex,cœleſtis Dauid,ex eius ſemine ſecū-
dum carnem, de quo dixerat Eſaias: ſuper ſo- Eſai.6.
lium Dauid ſedebit, & ſuper regnum eius. Ideo

dixit Gabriel angelus ſacrariſſimæ virgini : Voca-
bis nomen eius Ieſum:hic erit magnus,& filius al
riſſimi vocabitur. Et dabit illi duminus Deus ſe-
Luc. 1. dem Dauid patris eius,& regnabitin domo Iacob
in æternnm , & tegui eius noueritfinis. Et quia
Chriſtus proceſſit ex genere Dauidis, fuitque pa-
ſtor,& rex quemadmodum Dauid, & multis in re
bus fuit adumbratus iu Dauide,ideo Ezechiel hoc
loco appellat eum Dauidem, imo Deus pater per
illum diceus : Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem v-
nnm,qui paſcat eas,ſerunm meũ Dauid.Et ruſus
Infr.37. capite 37.Et ſernus meus Dauid rex ſuper eos , &
paſtor vnus erit omnium eorum. Eam ob cauſam
Ieremias duobus locis paulò antè citatis eum vo-
cat Dauidem,regem & paſtorem,quemadmodum
Ezechiel. Eſſe autem Chriſtum paſtorem à patre
Eſa.40. cœleſti miſſũ indicat Eſaias iis verbis : Ecce Deus
veſter , ecce dominus Deus in fortitudine veniet,
& brachium eius dominabitur : ecce merces eius
cũ eo,& opus illius coram illo.Sicut paſtor gregé
ſunm paſcet,in brachio ſuo congregabit agnos,&
in ſinu ſuo leuabir , fœtas ipſe portabit. Intuere
quàm dilucidè aſſerat Chriſti diuinitatem & hu-
maniratem:apertè eũ vocat Deũ & dominum , &
paſtorem humeris ſuis oues portantem. Poſtquam
Mich. 5. Michæas capi.5.locutus eſt de vtraque Chriſti nati
nitate tẽporali & æterna,ſubdit:Stabit,& paſcet iu
fortitudine domini.Hoc eſt,perpetuo regnabit in
eccleſia paſcens ones ſuas magna fortitudiue,effi-
cienſq;per ſe,& per Apoſtolos ſuos clariſſima mi-
racula. deo Dauid in perſona eccleſiæ canebat:
Pſa.78. Nos autẽ populus eius,& oues paſcuæ eius. Oues
ſnnt Chriſtiani & fideles omnes paſtoris illius,qui
Ioan.10. de ſe ait:Ego ſum paſtor bonns : & cognoſco oues
meas. Aſpicis non eſſe nouum nomen hoc paſto-
ris,quo ſe Chriſtus cognominauit,ſed tributum ei
fuiſſe à prophetis:nec eſſe nomẽ, quo nos terreret,
ſed quo nos ad amorem excitaret. Ipſe enim ait
Oſe.11. per Oſeam:In funiculis Adam traham eos,in vin-
1. Theſ. 2. culis charitatis:Hũc paſtorem imitabatur ille,qui
ouibus dicebat:Cupidè volebamns tradere vobis
nou ſolùm euangelium Dei,ſed etiam animas no-
ſtras,qnnniam chariſſimi nobis facti eſtis. Vocans
ſe Chriſtus paſtorem oſtendit qnanta cura nos paſ
cat,& quanto nos labore redemerit, vt ea remedij
qualitate periculi noſtri magnitudinem cogite-
mus.Cùm duplex ſit paſtus,alter animæ,alter cor
poris,multò magis ſe Chriſtus ſolicitum oſtende
bar erga oues ſuas in paſtu animæ, quàm corporis:
nam præ fame ſpicas vellebant aliquando,& cala-
mitatibus premebãtur , at in paſtu animæ ſummã
curam habuit.concionabatur,docebat, arguebat,
couſolabatur. At hodie à multis ille vocatur præ-
ſtantior paſtor , cui maior eſt cura corporum quã
animarum: famem panis permiſit Chriſtus diſci
pulis ſuis,non autem famem doctrinę:eſt enim ve
rus animarum paſtor : Quapropter diuus Paulus
in epiſtola ad Hebræos Ieſum Chriſtum appellat
Heb. 13. magnum paſtorem.Ei aſſentiens Petrus Apoſtolo
1.Pet.2. tum princeps in prima ſua canonica,Conuerſi,iu-
quit , eſtis nunc ad paſtorem , & epiſcopum ani-
marũ veſtrarũ. Id prædixit hoc loco Ezechiel in-
ducens promittentem Deum patrem ſe eſſe ſuſcita
turum paſtorem , vnum ſeruum ſuum Dauidem.
Oſe. 3. Et Oſeas dicens. Poſt hæc reuertentur filij Iſrael,
& quærent dominum Deum ſuum , & Dauid re-
gem ſuum. Pro quo habet tranſlatio Chaldaica:
Poſt hæc reuertentur filij Iſraelis,& quærent cul-
tum Dei ſui,& obedient Meſſiæ,filio Dauidis,re-
gi ſuo,Perſpicuum eſt,nec Ezechielem , nec Iere-
miam,nec Oſeam , nec alios prophetas illius me-
moriæ de Dauide patre Salomonis locutos fuiſſe,
cùm eum venturum prædicebant , quoniam iam
exceſſerat è vita,& inter eos & illum longum an-
norum interuallum interfluxerat. Sed intelligebã
tur vaticinia illa de cœleſti Dauide,cuius ille terre
nus eximia pietate præſtante geſſerat imaginem.
Quemadmodum Dauid baculo & quinque la- 1.Re.17.
pidibus vicit Goliam , ſic Chriſtus cruce , &
quinque vulneribus mundum ſuperauit. Ipſe e-
nim de ſe ait : Confidite : ego vici mundum.Tan- Ioan.16.
ra eſt eius fortitudo,vt manus eius in cruce vulne-
ribus confoſſæ , & duris clauis traiectæ mundum
vincerent , & dæmonis tyrannidem depellerent.
Manus enim illæ Dei ſunt,quæ mundum condide
runt: quoniam Chriſtus Deus eſt & homo , duas
in eo naturas cognoſcimus, vnam autem perſo-
nam , vnum ſuppoſitum , vnam hypoſtaſim,Per-
ſona ſuper hypoſtaſim non addit niſi determina-
tam naturam nempe rationalem , & in Chriſto
non eſt alia hypoſtaſis præter hypoſtaſim verbi.
Quam ob cauſam in concilio Epheſino aſſertum
& decretum fuit factam fuiſſe vnionem in hypo-
ſtaſi aut ſuppoſito , quemadmodum in concilio
Chalcedonenſi factam fuiſſe in perſona. Et ita verè
aſſerimus manus illas ,quæ in cruce affixæ fuerũt
eas eſſe,quæ cælum formarunt,quoniam, harum
manuum ſuppoſitum & perſona eſt Deus . Videba
tur ille,qui erat inuiſibilis , tangebatur ille , qui
erat intangibilis , moriebatur ille , qui erat im-
mortalis. Et brachiis extenſis pulſabat citharam
cœleſtis ille Dauid,& dæmon vincebatur. Hic eſt
ille Dauid,qui pro ouium ſalute mortuus eſt , qui
nos ſuo corpore ſacratiſſimo,& ſuo ſanguine pre- 1.Re.16.
tioſiſſimo recreat & reficit,qui nos paſcit ſua gra-
tia,& bonorum abundantia : de quo ait hoc loco
Deus pater per Ezechielẽ : Et ſuſcitabo ſuper eas
paſtorem vnum,qui paſcat eas,ſeruũ meũ Dau id.

Serunm meum. Pater cœleſtis Chriſtum vocat
ſeruum ſuum ratione humanitatis aſſumptæ, ſecũ
dum quam minor eſt patre,iuxta id qnòd ipſe ait:
Pater maior me eſt. At ſecundum diuinitatem æ- Ioan.
qualis eſt patri. Ipſe enim ait : Ego & pater vnum 14.
ſumus. Dicens vnum , ſignificat vnitatem naturę
& ſubſtantiæ,dicẽs ſumus,diſtinctionẽ perſonarũ.
Vnde diuus Paulus in epiſtola ad Philippenſes.
Hoc,inquit,ſẽtite in vobis,quod in Chriſto Ieſu,
qui cùm in forma Dei eſſet , non rapinam arbitra Phili.2.
tus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo:ſed ſemetipſum exina-
niuit,formam ſerui accipiens,in ſimilitudinem ho
minum factus,& habitu inuentus vt homo. Ac ſi
diceret:Ita efficiamini erga vos,quomodo ſibi af
fectus fuit Chriſtus,qui noſtram quærens vtilitatẽ
abiecit ſemetipſum. Nã cùm in eadem eſſet cũ pa-
tre ſubſtantiã Deo patri æqualis & cõſubſtãtialis,
cũ poſſet hãc ęqualitatẽ & cõſubſtantialitatẽ ſine
rapina & iniuria ſibi tribuere,noluit eam apud ho
mines imperioſè vendicare : quin potius ſeipſum
exinaniuit , aſſumens hominis naturam , planè
inſtar hominum , ac verus homo factus eſt perin-
de ac vnus quiuis ex hominibus , quo ad na-
turam attinet , non autem quo ad vitium contra-
ctum

ctum. Et quoniam Dei filius formã ſerui accepit,
& vt ipſe ait, non venit miniſtrari, ſed miniſtrare,
& quia Deo patri obediuit factus obediens vſque
ad mortem, mortem autem crucis, ideo à patre ap
Inf. 37. pellatur ſeruus hoc loco, & capite 37. Et ſeruus
Eſa. 41. meus Dauid rex ſuper eos. Et apud Eſaiam: Ecce
ſeruus meus, ſuſcipiam eum, electus meus: compla
cuit ſibi in illo anima mea. Quē locum diuus Mat-
Mat. 12. thæus de Chriſto interpretatur.

Princeps in medio eorum, Quaſi centrum, à quo
ductæ ad circunferentiam lineæ omnes ſunt æqua
les. Vult ſignificare Chriſtum iudicem eſſe rectum,
apud quem non eſt acceptio perſonarum. Id quod
Deu. 10. aſſerit his verbis in Deuteronomio diuina ſcriptu
ra: Deus perſonam non recipit, nec munera. Et
Iob. 34. Iob: Deus, inquit, non accipit perſonam princi-
Act. 10. pum, nec cognouit tyrannum. Hanc ſententiam aſ
Rom. 2. fert diuus Petrus capite decimo Actorũ, & diuus
Paulus capite ſecundo epiſtolæ ad Romanos. Qui
in medio eſt, omnibus vult æqualiter conſulere,
quod eſt Chriſtiani principis & præſulis munus.
Volentes veteres Aegyptij regem ſignificare, tur-
rem pingebant à ſerpente in orbem circundatam
& redimitã. Turris illa tutiſſima eſt regis præſentia
& voluntas, quæ in medio circuli, in medio regni,
in medio rerum debet eſſe, vt omnes eum videãt,
participẽt, amẽt, & ad eum neceſſaria referãt, & ab
eo videãtur, amẽtur, & iuſtè iudicẽtur. Serpens ille
tenens principem in medio populus eſt prudens,
qui eum eligit præſulem, & rectorem, qui me-
dium teneat, & colat æquitatem: prudens enim
cum ſerpente comparatur, iuxta ſaluatoris illud:
Mat. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Plato libro quin
to legum vrbem ſuę reipublicę metropolim, prin-
cipis domicilium in medio regionis dicebat eſſe
conſtituendam. In libro Geneſis ita ſcriptum legi-
Geneſ. mus: Habitabat autem Ephron in medio filiorum
23. Heth. Et rectè in medio eorum habitabat, qui in-
ter eos principatum obtinebat, Qua de re fuſe diſ
ſeruimus capite duodecimo, verba illa explanan-
tes: in medio domus exaſperantis.

Et *faciam cum eis pactum pacis*. Ipſe enim dixit: Pa
Ioan. 14. cem meam do vobis, pacem relinquo vobis.

Et ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra. Qui to-
tum hoc intelligunt de reditu Hebræorum ex Ba
bylonia, per paſtorem intelligunt Zorobabelem,
& per oues, Iudæos: & per beſtias peſſimas, intelli
gunt ad literam feras, quæ erant in terra promiſſio
nis ob eius ſolitudinem. Nos autem qui totũ hoc
præcipuè intelligimus de Chriſto, exiſtimamus pa
ſtorem eſſe Chriſtum, oues, fideles, beſtias autem
peſſimas eſſe vitia nefaria, & homines impios, ſce
lerumque labibus infectos, ac dæmones generis
humani inimicos, iuxta illud pſalmographi: Ne
Pſal. 73. tradas beſtiis animas confitentium tibi.

Et *ponam eos in circuitu collis mei benedictionē*. Hoc
eſt, ponam infideles meos intra eccleſiam meam,
vbi erũnt fœlices. Accipitur benedictio pro felici-
tate & fœcunditate: & collis pro eccleſia in excel-
ſo loco ſita.

Et *pluuiæ benedictionis erunt*. Hoc eſt, erunt pluuiæ
fertilitatis & fœcunditatis. Non ſolùm non noce-
bunt fructibus, ſed proderunt. Erit tẽpus illud fe-
lix, & affluẽs doctrinis. Accipitur pluuia pro do-
Deu. 32. ctrina, vt in Deuteronomio: Concreſcat in pluuiá
doctrina mea, fluat vt ros eloquium meũ. Ná quẽ-
admodum pluuia agros rigat, & fœcundat, & ſege Simile
tes educat, atq; confirmat: & plantas lætiſſimorũ
fructuũ copia exornat, ſic Chriſtiana doctrina pios
homines irrigat, eorumq; animos alit ad æternita-
tem, vberrimóſq; virtutum fructus producit. Hãc
tribuit Deus populo ſuo tempore opportuno co-
pioſam & abundantem, iuxta id quod ait regius
vates: Pluuiã voluntariã ſegregabis Deus hæredi- Pſal. 67.
tati tuæ: pluuiam voluntariam appellat doctrinã
deſideratam & tempeſtiuam: hæreditatẽ verò Dei
vocat populum Chriſtianum, quem Deus tanquã
agrum hæreditarium excolendum ſuſcepit, quem,
cùm eſſet anteà ſterilis, doctrinæ ſuę imbribus irri-
gauit, & fructiferum reddidit.

Cùm contriuero catenas iugi eorum. Chriſtus contri-
uit graue diaboli iugum, quod erat hominum cer
uicibus impoſitum, & loco eius iugum nobis im-
poſuit ſuaue. Id prædixerat his verbis Eſaias: Iugũ Eſa. 9.
oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum e-
xactoris eius ſuperaſti. Acſi diceret: Cũ veneris ô
domine Ieſu, & aſſumpta humanitate viã ad glo-
riã immortalem munieris, eripies homines à graui
dæmonis iugo, quo ipſe dæmon eorũ colla depri-
mit, & à virga, qua eos percutit, & à ſceptro, quo
imperat: & diaboli deniq; tyrannidem delebis. Sed
heu, quã multi hodie Chriſti iugũ repellunt, ſeq; Sa
tanæ iugo ſubmittunt! Eſt quidem dæmonis iugũ
aſperum, & graue, & intolerandum, Chriſti verò
leue, ſuaue, & amplectẽdum: inuitat diabolus mor
tales ad pondus ſui iugi, & currunt libenter: inui-
tat eos Chriſtus ad ſui iugi ſuauitatem, & renuũt. Mat. 11.
Venite ad me, inquit clementiſſimus dominus,
omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã
vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenie-
tis requiem animabus veſtris: iugum enim meum Iere. 6.
ſuaue eſt, & onus meum leue. Per Ieremiam ait ita
Deus: Ambulate in via bona, & inuenietis refrige-
rium animabus veſtris. Et dixerunt: Non ambula-
bimus. Impij homines diuinum iugum aiũt durũ
eſſe, & laboribus plenum: at Chriſtus, qui eſt ipſa 1. Ioan.
veritas, illud leue, & ſuaue eſſe aſſeuerantet affir- 5.
mat. Et diuus Ioannes in prima epiſtola ſua, Man
data, inquit, Dei grauia non ſunt, quoniam omne, Pſa. 93.
quod natũ eſt ex Deo, vincit mũdũ. Et diuinus pſal
tes: Nũquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fin
gis laborẽ in pręcepto? Acſi dicat: Tu qui fingis Dei
præcepta dura eſſe & intolerabilia, nónne ſedes
in flagitiis? Sedes quidem. Dei iugum graue ap-
pellas, in eius præceptis fingis labores, non quòd
hoc ita ſit, ſed quòd tu ſis in ſede iniquitatis colloca
tus, ex qua ſurgere nõ vis. Dum lignũ viride eſt, po
teſt eſſe graue iugum ex illo factum, ſed longum
tempus reddit lignum ſiccum & leue. Priuſquam
Dei filius ſuper ſe iugum ferret, poterat illud gra
ue eſſe, ſed poſtquam illud Chriſtus collo ſuo
impoſuit, atque triginta & tres annos portauit, ef
fectum eſt ſiccum & leue. Poterat Chriſtus legem
ſuam cùm lapide comparare, aut ligno, aut ali-
qua huiuſmodi re, ſed ideo voluit eam cum iugo
comparare, quia iugum niſi à duobus portari non
poteſt: vt ſignificaret Dei ſeruum non eſſe ſolùm,
cùm pondus aliquod aut laboris, aut calamitatis,
propter Chriſtum feret toleranter, eiuſque iugum
portaret: ipſe enim Chriſtus illud ex altera parte
tollit, & ſeruo ſuo vires ſuppeditat. Et ita Dei ſer-
uus labores vitæ, ærumnas mundi, & grauia hu-
manarum

manarum moleſtiarum pondera valet ſuſtinere,& cum ſocietate Chriſti ea moeuit ſuauia,& adiumẽta quædam,atque veluti alas quibus volat in ſu- Simile blime vſque ad cœlum.Vt enim currus etſi grauis ſit,efficit tamen,vt boues onus aliàs intoletãdum ferant,ſic Chriſti iugum,quamuis iugum ſit,efficit tamen,vt Dei ſeruus vitæ onera ſuſtineat, & ferat, & ſe extollat in excelſum,tendens ad Chriſtum in curru Eliæ:eiuſque alta myſteria ſole ipſo lucidio Simile ra lætus ac tutus contemplatur.Vt pennę quanuis ſuum habeant pondus,tamen corpus auis oneroſum ferunt in ſublime, ſic Dei iugum,licèt naturæ per peccatum corruptæ graue videatur,tamen hominem ſuapte natura grauem extollit in excelſum, & volare facit vſque ad cœlorum altitudinem. Tã ſuaue eſt Chriſti iugum,vt qui illud collo ſuo imponit,admirabiles voluptates percipiat,& incredibilibus animæ obleſtationibus perfundatur.Iugũ eſt,fateor equidem:ſed ſuaue:pondus eſt,ſed leue: Non omnino Chriſtus nobis ſubtrahit iugũ,& onus,nõ nobis laborẽ penitus aufert,ſed cõmutat. Pro aſpero mũdi iugo tribuit ſuaue,& pro graui o- Zacha. 5. nere,leue,vt in hac vita animę tribuat quietẽ,& in altera gloriã ſempiternã.Graue onus eſt iniquitas Pſal.37. ſedens ſuper talẽtũ plũbi,quo ille præmebatur,qui aiebat:iniquitates meę ſupergreſſę sũt caput meũ, & ſicut onus graue grauatę sũt ſuper me,Sed Deus tũc nos onerat,cũ à peccati põdere exonerat:onerat beneficio,cũ exonerat peccato.Onera noſtra ſuper ſe portauit,vt nos mũdi leuaret impedimẽtis.Ideo Pſa. 54. canebat diuinus pſaltes:Iacta ſuper dominum curam tuam,vel, vt poteſt verti ex Hebræo, pondus tuum,& ipſe te enutriet,ſeu vt alij vertunt, ſublenabit.Quid plura? Ipſe Chriſtus nos vocat laborã- Mat.11. tes,& pondere preſſos,vt nos laboribus leuet: & oneribus:O immenſam Chriſti clementiam,ô infinitam Dei noſtri pietatem! Quis non admirabitur tam ſingularem erga nos amorem, tam admirabilem charitatis abundantiam? Si cadimus, erigit nos:ſi torpemus,excitat:ſi dormimus,exuſcitat: ſi erramus,ducit ad viam:ſi laboramus, clamat & vocat nos,vt pro labore requiem nobis largiatur: ſi vinculis vitiorum detinemur,catenas iugi dæmo- Pſa.115. nis conterit & confringit, Quid igitur retribuemus domino,pro omnibus, quæ retribuit nobis. Ipſe eſt,qui à nobis iugum ſatanæ repellit, qui ait hoc loco per Ezechielem: Cùm contriuero catenas iugi eorum,&c.

De manu imperantium ſibi. Hoc eſt, de poteſtate diaboli,mundi,& carnis,& ipſius peccati. Qui fa- Ioan. 8. cit peccatũ,inquit ipſa veritas, ſeruus eſt peccati. Hanc ſententiam explicuit diuus Paulus in epiſtola ad Romanos capite ſexto,& diuus Petrus in epi- Rom. 6. ſtola ſua ſecunda capite ſecũdo.Vel de manu impe- 2. Pet. 2. rantium,hoc eſt,de Chaldæorũ ſeruitute, Nã totũ hoc poteſt referri ad reductionẽ populi Iſraelitici à Chaldæa in terram promiſſionis nec nos inficiamur illud, ſed apertè fatemur. Verùm arbitramur eſſe totum hoc ad Chriſti tempus referẽdum, quãdo Gentes receperunt fidem,& cum Iudæis credẽtibus fuerũt in eccleſia vna congregatæ. Id voluit diuinus vates in primis prædicere, hoc fuit eius pręcipuum propoſitum & inſtitutum, & hanc exiſtimo eſſe literalem & germanam huius loci intelligentiam.

Et ſuſcitabo eis germen nominatum. Hoc eſt, mittam de eos Chriſtum.Verba ſunt Dei patris,Eum,quẽ paulò antè appellauit Dauidẽ,appellat modò germen nominatum. Eodem modo apud Ieremiam: Iere.23. Suſcitabo Dauid germen iuſtum. Et apud Eſaiam: Eſai. 4. In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria. Acſi dicat: Tempore humanæ redemptionis celebrabitur Chriſti nomen,& verus ac purus Dei cultus omnibus terrarum finibus propagabitur,& dæmonis tyrannis euertetur. Apud Zachariam prophetam,vbi Chriſtus appellatur Oriens, Zach.3. pro Oriente poterat verti germẽ: vtrumque enim eadem dictio hebraica ſignificat. Accipitur igitur germen domini pro Chriſto vero Deo, & vero homine,quẽ ideo hoc loco Ezechiel appellat germẽ nominatũ,quia eſt celebratus ſermone omniũ nationum,& ille quem diuini vates nominarunt, & nuntiarũt:de cuius nomine prædixerat regius pſaltes:Domine dominus noſter,quàm admirabile eſt Pſal. 8. nomen tuũ in vniuerſa terra! Acſi diceret: Quàm celebris eſt tui nominis amplitudo, quæ omnes Gẽtium oras peragrauit! Famam huius germinis nominati celebrauit ipſe Deus omnibus terrarum finibus per Apoſtolos ſuos,de quibus dixerat idem diuinus vates:In omnem terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum. Et Chri- Pſal.18. ſtus Deus noſter apud Lucam:Sic oportebat Chriſtũ pati,& reſurgere à mortuis,& prædicari in no- Luc.vlt. mine eius pœnitentiã, & remiſſionẽ peccatorũ in omnes Gentes.Vides igitur eſſe Chriſtum non in vna tantùm natione,ſed in omnibus Gẽtibus, omnium linguis & literis nominatum & celebratum. Quidam aiunt,hunc quem Ezechiel vocat germẽ nominatum,eſſe Zorobabelem, ſed nos credimus Ezechielem hoc loco de Chriſto vaticinari,& hoc præcipuè intendere, etiam ſi minus præcipuè de Zorobabele & reditu Hebręorum à captiuitate vaticinetur.

Et non erunt vltrà imminuti fame in terra. Hoc eſt, non deerit vnquam in Eccleſia catholica vera doctrina:non erit fames verbi Dei. Qui hoc intelligunt ſolùm de reditu Iudæorum in terram ſuam, per famem ad literam intelligunt penuriam ciborum corporeorum,& annonæ caritatem, quam aiunt non fuiſſe in Iudæa poſt Hebræorum regreſſum ad illam,ſed fuiſſe ſemper magnam terræ fertilitatem,& alimentorum abundantiam, At neſcio quomodo ſe poterũt à dubiis explicare,cũ conſtet Eſd.4. ex libro primo Eſdræ capi. 4.& 5.& ex primo Ma- & 5. chabæorum Iudæos poſteà famem ſuſtinuiſſe, Niſi 1 Mach. dicant hanc abundantiam frugum & ciborum pro- 1. miſſam fuiſſe iuſtis,non impiis. Sed tunc quomodo probabunt omnes illos, qui in agrorum ſterilitate abundabant frumento,iuſtos eſſe, omnes verò,qui fame laborabant,impios? Non ſe poterunt facilè eripere, niſi fortè dicant promiſiſſe Deum hanc ciborum affluentiam ſtatim poſt reditum, non autem perpetuò.

Et ſcient,quia ego dominus Deus eorum cum eis Ipſe enim ait apud Matthæum: Ecce ego vobiſcum Mat.28. ſum cunctis diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

Vos autem greges mei, greges paſcuæ meæ homines eſtis. Hæc litera eſt ita diſponenda. Vos autem ô homines eſtis greges mei,greges paſcuæ meæ. Locutus fuerat Deus de ouibus, & ne aliquis exiſtimaret eſſe hoc ad literam de pecoribus intelligen-

dum

dum, explicat nunc ſeipſum dicens ſe per oues & & greges homines intelligere, non autem pecora. Exponit Deus metaphoram, qua vſus fuerat. Vel ſic: Vos ô greges mei, ô Chriſtiani, qui meis ſacramentis paſcimini, & mihi adhæretis, digni eſtis, qui homines vocemini. Infideles, & nefarij feræ ſunt non homines: vos autem qui cœlum aſpicitis, qui ratione vtimini, qui turpes voluptates, falſos mundi honores, incertas, & fallaces diuitias, & alia huiuſmodi, quæ mortales flagitiis cooperti ardenter amant, contemnitis, & parua ducitis, atque ad bona immortalia aſpiratis, homines eſtis: illi autē, qui ſolùm terrā intuentur, & corporis illecebris ducuntur, bruta potiùs quàm homines appellātur.

Eccl. 12. In Eccleſiaſte ait ita Salomon: Deū time, & mandata eius ſerua: hoc eſt omnis homo. Vnde qui nec Deum timet, nec eius ſeruat præcepta, homo dici nō meretur. Licèt enim veterem induat hominē,

Ephe. 4. qui corrumpitur ſecundū deſideria erroris, tamen quia non renouatur ſpiritu mentis, nec induit nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis, bellua potiùs quā homo poteſt appellari. Homo cū in honore eſſet, in

Pſa. 48. quit diuinus vates, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Vnde ait Apoſtolus in epiſtola prima ad Corin-

1. Cori. 15. thios: Primus homo de terra terrenus, ſecūdus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus, tales terreni, & qualis cœleſtis, tales cœleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē cœle

Coloſ. 3. ſtis. Et ad Coloſſenſes: Expoliātes veterē hominē cùm actibus ſuis, & induentes nouū. Hoc intuēs diuus Auguſtinus ait ſermone 18. in Ioannem: Homo ſi viuit ſecundum carnem, pecoribus coniungitur, ſi ſecundum ſpiritum, angelis ſociatur. Cùm Deus ſtatuiſſet ex omnibus animātibus ſolùm hominem facere rationis participē & cœli cultorē, eum ad cœli contemplationem erexit, vt illud aſpiceret, quò erat migraturus, ſi eo munere fungeretur, cuius colendi efficiēdiq; cauſa eū Deus ſui præſtantiſſimi numinis ſimilem efficiebat. Eſt hoc animal prouidū, ſagax, multiplex, acutum, memor, & tātæ excellentiæ & dignitatis, vt ſi ſeipſum vellet cōſiderare. Deum perpetuò ſummè diligeret, à quo tantam acceperit præſtantiam. Et ſi homo ſit ex terra, nō tamē vt incola & habitator, ſed vt ſpectator rerum ſuperarum & cœleſtium, quarum ſpectaculum nulli alij generi conuenit animantium. Sed nefarij ac flagitioſi homines ſuæ dignitatis obliti diffluunt voluptate virtuti inimica, quæ boni naturā fallaciter imitando adulterat, eamq́ue omni honeſtati anteponūt. Quare ſe hominis abdicant dignitate & amplitudine. & brutorum animalium, quorum mores ſequuntur, nomine appellantur. Hinc procedunt proditiones, inimicitię, & diſcordię hominum dignitati & pręſtantiæ maximè inimicæ: homo enim dicitur ab homonoeo, ὁμονοέω quod ſignificat conſentio & cōcordo, vnde homonus idem eſt quod cōcors & conſentaneus. & homonia concordia. Eſt enim homo natus ad concordiam & amorem. Marcus Varro hominem deriuari ait ab humo, ſed prior etymologia videtur rectior, eiuſque dignitati congruentior.

Et ego dominus Deus veſter. Cùm Deum habeamus, & ille ſit noſter, quid præter illum deſideramus? Id intelligens regius vates aiebat: Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Acſi *Pſal. 72.* diceret: Deſiderent alij, quod voluerint, ego certè domine Deus te ipſum deſidero, tui amore inflāmor: nec in cælo, nec in terra aliquid volo præter te ipſum. Ad te aſpiro, te amplector, te contemplor: tu es ſpes mea, fortitudo mēa, refugium meū, opes meæ, & dénique omne meum bonum.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXXIIII.

Propheta de paſtoribus Iſrael. Septuaginta habēt: Propheta ſuper paſtores Iſrael. Et ita etiam habet Pagninus. Pro, de, eſt in Hebraico על quæ particula ſignificat ſuper, iuxta, de, cōtra, ad, apud, propter. Gen. primo capite: Tenebrę erāt ſuper faciē abyſſi. *Gene. 1.* Et pſal. 136. Super flumina Babylonis illic ſedimus, *Pſa. 136.* & fleuimus. Hoc eſt, iuxta Tigrim & Euphratem. Et Numerorum capite quartodecimo: Murmurauerunt contrà Móyſem & contra Aaron. Ideo po- *Nume. 14.* terat hic Ezechielis locus ita verti: Vaticinare contra paſtores Iſrael. Pro paſtoribus eſt in Hebraico רעי à verbo רעה rahah, quod ſignificat paſcere, cogitare, affligere, confringere, conterere, amare, coniūgere. In hoc eodem capite ait Deus per Ezechielem: Paſcam eam in montibus Iſrael. Loquens Mi- *Mich. 5.* cheas de rege Aſſyriorum ait: Suſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores, & octo primates homines, & paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nemrod in lanceis ſuis. Per ſeptem & octo numeros definitos intelligit numerum indefinitum, & per paſtores principes Medorum, & Perſarum, qui terrā Aſſur, & terram Nemrud, hoc eſt Aſſyriam & Babyloniam deuaſtarunt, & armis percuſſerunt. Vbi in verſione vulgata eſt: Et paſcent terram, eſt in Hebræo hoc noſtrum verbum rahah: ideo poterat locus ille ita verti. Et conterent, ſeu confringent terram. Vel vi armorū coniungent terrā Aſſur & terrā Nērod: hoc eſt, ex duobus regnis aſſyriorum & Babyloniorum regnum vnum efficiēt. Id quod re vera effectum eſt. Vel paſcent regiones illas armis ſuis. Ideſt, eas violenter gubernabunt. Omnes has explanationes recipit locus ille, quia verbū rahah illic poſitū omnes has habet ſignificationes. Capite 22. ait Ieremias: Omnes paſtores tuos paſcet *Iere. 22.* ventus. Hoc eſt, omnes tui principes & præſules res friuolas & vanas molientur, oblectabuntur vēto vanitatis, & veluti chamæleontes aëre paſcētur. Poteſt tamen locus ille ita transferri: Omnes paſtores tuos conteret ventus. Pro quo Thargum habet: Omnes gubernatores tui diſpergentur in omnem ventum. Acſi diceret: Reges Aſſyriæ & Aegypti perinde conterentur, acſi eos ventus validus in varias partes expuliſſet. Vel ſic: Omnes paſtores tui cogitabunt ventum: vel diligent ventum. Significat enim verbum hoc cogitare, & diligere. Vnde רע reagh ſignificat cogitationem, & amicum: vt in pſalmo: Intellexiſti cogitationes meas de longè. Quibus verbis vult diuinus pſaltes Dei prouidentiam & cognitionē ſignificare, cui non ſolùm *Pſa. 138* facta, ſed etiā cogitata notiſſima ſint. Ideo ait: De longè domine, hoc eſt de cœlo intellexiſti meas cogitationes, cùm ego in terra ſim. Vel de longè hoc eſt, priuſquam ego rem cogitem, iam tu ſcis, quid ego ſim cogitaturus. Vel à longè, hoc eſt, cùm adhuc ſit longè ab opere: cognoſcis enim cogitationes noſtras, dum adhuc res ſunt in potentia, priuſ-

quam

quam exeant in actum. Id verò, quod eſt in eodem pſalmo paulò pòſt: Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: verti poteſt: Mihi autem valde pretioſæ ſunt cogitationes tuæ Deus. Eſt enim idem nomē reah, quod vt diximus, & amicum ſignificat, & cogitationem. Eſt autem ſenſus: Mihi domine eximia & preclara videntur conſilia tua. Sed quoniam dictio ſignificans pretioſum ſignificat etiam rarum, poteſt locus ille ita verti: Mihi autem domine raræ fuerunt cogitationes tuæ. Hoc eſt, rarò intelligo cogitationes tuas, ex conſiliis tuis pauca cognoſco. Vnde id, quod eſt capiti tertio li-
1. Re. 3. bri Regum primi mandatum: Sermo domini erat pretioſus in diebus illis. poterat verti: Rarus erat ſermo Dei in tempore illo. Rarò enim tunc Deus
Eccl. 1. prophetis loquebatur. In Eccleſiaſte, vbi vulgata editio habet: Et ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus, pro afflictione eſt rehuth, ab eodem verbo noſtro rahah. Quare in hunc modum verti poteſt locus ille: Et ecce omnia vanitas, & cogitatio ſpiritus, Vel & paſtus ſpiritus, vt ſpiritus pro vento accipiatur, quemadmodum multis in locis diuinarum literarum. Et tunc erit ſenſus: Poſtquam omnia, quæ in mundo ſunt, in animo verſaui, eaque caduca eſſe, & fragilia perſpexi, facta ſumma omnium harum rerum, intellexi omnes eſſe vanas, & inanes, & cibum venti: & homines, qui his rebus paſcuntur, & oblectantur, ventum ipſum bibere, & comedere dixi, eoſque cum
Simile chamæleontibus, qui aere ſuſtentantur, comparaui. At paraphraſtes Chaldæus ſpiritus fractionem ſeu cōtritionem vertit, quod coincidit cum vulgata
Pſal. 36. ta editione: In pſal. 36. vbi nos habemus: Spera in Deo, & fac bonitatem, & inhabita terram, & paſceris in diuitiis eius. Pro paſceris eſt hoc idem verbum, & pro diuitiis eius eſt in Hebraico fide, ſeu veritate. Voluerunt ſignificare ſeptuaginta, fidem & veritatē magnas eſſe diuitias. Nonnulli vertūt: Paſce fidem. vt ſit ſenſus: Ne te torqueat flagitiorum hominum proſperitas, quoniam mundi opes tanquam floſculi decidunt, euaneſcunt, & conſumuntur. Incumbe in virtutum actiones, fige ſpem tuam in Deo, & nutri teipſum fide & veritate: comede hæc, quæ animum alunt ad æternitatem. Vel doce veritatem, & fidei doctrinam, Qui alios inſtruit, eos paſcit, iuxta id quod ait
Iere. 3. Deus apud Ieremiam: Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Ab hoc verbo rahah deriuatur dictio hæc rohe, qua in præſenti vtitur Ezechiel, dicens: Propheta de paſtoribus Iſrael.

Et cum puriſſimam aquam biberetis. Pro puriſſima eſt in Hebraico מִשְׁקַע mixcagh, quod nomen profunditatem ſignificat, à verbo xacah, quod ſignificat profundum eſſe, & ſubmergere. Eam ob cauſam verti poterat hic locus: Et cùm profunditatem aquæ biberetis, hoc eſt, a quam profundam & multam. Sed quoniam aqua nimis alta non facilè turbatur, rectè vertit interpres noſter pro aqua
Sup. 32. profundiſſima aquam puriſſimam. Eodem modo capite 32. pro eo quod multi vertunt ex Hebraico: In profundum deſcendere faciam aquas eorum, clarius vertit noſter interpres: Puriſſimas reddam aquas eorum.

Et faciam cum eis pactum pacis. Pro pacto pacis habent ſeptuaginta; διαθήκην εἰρήνης Hoc eſt, teſtamentum pacis. Promiſit Deus hoc loco nouum teſtamentum, quod eſt pacis pleniſſimum. Naſcente Chriſto nouoque teſtamēto incipiente cecinerunt angeli: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax Luc. 2.
hominibus bonę voluntatis: Vel vt poteſt verti ex Græco: Et in terra pax hominibus bona voluntas. Exo. 19.
At vetus teſtamentum datum fuit in monte Sinai ſonantibus tonitruis, & micantibus fulguribus. Quæ omnia terrorem incutiebant: cùm angelorum cantica pacem & amorem ſignificarent. Eam ob cauſam hoc loco legem euangelicam vocat Ezechiel teſtamentum pacis.

Germen nominatum. Septuaginta habent plantam pacis. Hoc eſt, Chriſtum qui arbor eſt vitæ, & planta producens pacem Pagninus vertit: Plātationem in nomen: Alij, plantā celebri nomine. Quod in idem coincidit. Id eſt, Chriſtum, qui ſuis pariet nomen, nam ab eodem Chriſto Chriſtiani vocabuntur. Planta ſignificat Deum factum hominem. Pro germine eſt in Hebraico מַטָּע mattagh, à verbo natah, quod ſignificat plantare: vt in Pſalmo: Pſa. 43.
Manus tua Gentes diſperdidit, & plantaſti eos. Hoc eſt: Potentia tua domine euertit Gentes barbaras & incultas, quæ Paleſtinam incolebant, & earum loco plantaſti Iſraelitas.

Argumentum Capitis XXXV.

Prædicit Idumæorum euerſionem, quod populum domini afflixerint. Idem eſt argumentum cum eo, quod capite viceſimoquinto tractauit, poſtquam aduerſus Ammonitas & Moabitas vaticinatus eſt.

CAPVT XXXV.

ET factus eſt ſermo domini ad A
me dicens. Fili hominis pone faciem tuam aduerſus montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi. Hec dicit dominus Deus. Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meā ſuper te, & dabo te deſolatum, ac deſertum. Vrbes tuas demoliar, & tu deſertus eris, & ſcies quia ego dominus. Eò quòd fueris ini B
micus ſempiternus, & concluſeris filios Iſrael in manus gladij in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremę: proptereà viuo ego, dicit dominus Deus, quoniam ſanguini trādam te, & ſanguis te perſequetur, & cùm ſanguinem oderis, ſanguis perſequetur te. Et dabo montem Seir deſolatū, atque deſertum, & auferam de eo euntem & redeuntem. Et implebo montes eius occiſorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent.

EXPLANATIO.

Pone faciem tuam aduerſus montem Seir. Seir mōs eſt in terra Edom, in qua habitauit Eſau, in regione Gabalena: Et quoniam Eſau piloſus erat, & hiſpidus, vocata eſt regio illa Seir, quę ſonat piloſum.

Oram

Oram illam coluerat prius Chorrbęns,quę Cho-
dorlaomor vita priuauit. Huius montis Seir me-
Gen.14. minit liber Geneſis,& Deuteronomij, Et Eſaias
Deut.2. in viſione Idumææ,& Malachias capite primo, &
Eſa.21. noſter Ezechiel capite viceſimoquinto: & Ioſe-
Malach. phus libro ſecundo antiqnitatum capite primo:
1. vbi ait Eſau habitaſſe in Seir,& regionem à ſeipſo
Sup.25. appellaſſe: cùm autem ille Edom vocaretur, fuiſſe
regionem illam Edom etiam & Idumæam vocatã.
Et quoniam Idumæi ab Abraham genus ducẽtes
incenſi odio perpetuo in Iſraelitas eos iniuriis co-
nati ſunt opprimere,qui ab Abrahã etiam deſcen-
1.Mach. debant,fuerunt iuſtè oppreſſi ab ipſis Iſraelitis tẽ-
1. pore Machabæorum,& tandem ob flagitia ſua me
ritò euerſi.Et de eorum euerſione vaticinatur hoc
loco Ezechiel.Cùm in fine capitis ſuperioris locu-
tus fuiſſet de regno Chriſti & de eccleſiis catholi-
ca:atq; de verorum Iſraelitarum nobilitate, quos
ibi Deus gregem vocauit ſuum, hoc eſt, de Chri-
ſtianorum dignitate & amplitudine,& de ſaluato-
ris noſtri mirabili in mundum aduentu, per quem
erant credentes vitam conſecuturi: nunc agit de
euerſione impiorum, quos mentis oculis proſpi
ciebat non eſſe Chriſtum recepturos. Et ſub no-
mine Edom aduerſus eos vaticinatur. Edom idem
eſt quod terrenus,terreni verò ſunt,qui cœlo con
tempto intuentur terram duntaxat,& neglecta vir
tute,vitiis contaminantur.

Ecce ego ad te. Hoc eſt,ecce ego aduerſus te ven-
turus ſum. Poteſt verti: Ecce ego cõtra te,Hoc ex-
plicans ſubdit: Extendam manum meam ſuper te.
Hoc eſt,te grauiter puniturus ſum. Euerſurus ſum
te. Hebraiſmus eſt vſitatiſſimus in literis diuinis,
de quo alibi locuti ſumus: De hac euerſione Idu-
Abd.1. mææ vaticinatus eſt in hunc modum Abdias capi
te vnico: Perdam ſapientes de Idumæa,& pruden-
tiam de monte Eſau. Et paulò pòſt. Propter inter-
fectionem & propter iniquitatem in fratrem tuũ
Iacob operiet te confuſio, & peribis in æternum.
Eſa.34. De ea vaticinatus eſt Eſaias cap.34.& Ieremias.49.
Ierem. *Eò quòd fueris inimicus ſempiternus.* Ego te euertã,
49. ait Deus,propterea quòd odio perpetuo fueris pro
ſecutus populum Iſraelis eiúſque ſanguinem ma-
nu armata effuderis, cũ illi calamitatibus preme-
rentur acerbiſſimis. Hoc ideo ait, quia Idumæi in
bello aduerſus Hebræos Babyloniis adhæſerunt,
Gen.27. illis opem ferentes. In libro Geneſis ſcriptum le-
gimus Eſau primogenitum Iſaac odio habuiſſe Ia
cob propter benedictionem ſibi ereptam, dixiſſé-
que in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei,
& occidam Iacob fratrem meum. Hoc odium fuit
in poſteris Eſau aduerſus poſteritatem Iacob per-
petuò cõfirmatum. Cùm nihil ſit peſtilẽtius odio,
nihil magis hominum naturæ repugnans, tamen
nihil magis durat,nihil eſt diuturnius & permanẽ-
tius. Volens illud è cordibus hominum eradicare
Deus,aiebat: Diligite inimicos veſtros, benefacite
Matt. 5. iis, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus
Epheſ.4. vos. Et diuus Paulus in epiſtola ad Epheſios. Sol
non occidat ſuper iracundiam veſtram: Et diuus
1.Ioan. Ioannes in prima ſua canonica: Qui odit fratrem
3. ſuum homicida eſt. Et paulò pòſt: Chariſſimi dili-
gamus nos inuicẽ: qui non diligit, non nouit Deũ.
Pſal.96. Odia noſtra in ſcelera ardere debent, non in per-
Pſalm. ſonas. Qui diligitis dominum, inquit regius vates,
118. odite malum. Et alibi: Iniquitatem odio habui, &
abominatus ſum.

In tempore iniquitatis extremæ. Hoc eſt, cùm Deus
ſummam eorum iniquitatem puniret. Acſi dice-
ret: In tempore punitionis maximorum ſcelerum.
Vel capitur iniquitas pro pœna: vt ſit ſenſus: Tũc
tu ô Edom Hebræos occidebas, cùm ipſi ſumma
pœna afficerẽtur. Homines ſummè afflictos & ca-
lamitoſos affligebas. Vel in tempore quo illi ſuorũ
peccatorum pœnas perſoluebãt. Tunc dicitur ini-
quitas extrema cùm Deus punitionẽ amplius non
differt. Vel tempore ſummæ iniquitatis tuæ. Sũ-
mum fuit Idumæorum ſcelus populum Dei vndi-
que oppugnare, cùm ille à Babyloniis opprimere-
tur. Pagninus vertit: In tempore quo propter ini-
quitatem eorum venit finis: Hoc eſt, quando tota
Hieroſolyma ob Iudæorum ſcelera fuit euerſa,&
incenſa,& ſolo adæquata.

*Quoniam ſanguini tradam te,& ſanguis te perſeque
tur.* Hoc eſt, ego te tradam hominibus ſanguinolẽ-
tis, homicidis,& crudelibus, qui te trucident, &
ferro vitam eripiant. Sequitur: Et cùm ſanguinem
oderis, ſanguis te perſequetur. Hoc eſt, tu homi-
nes illos occiſores odio habebis, illi autem te inter
ficient. Vel ita: Ego te ô Idumæa tradam Hebræis,
qui tibi inferant cædem: tu eos odio proſequeris,
cùm ſint conſanguinei tui, illi verò te ad ferrum &
flammam vocabunt. Ideo Iudæos vocat ſanguinẽ
Idumæorum, quia vtrique ab Abraham per Iſaac
originem ducebant, Iudæi per progeniem Iacob, Gen.25.
Idumæi per progeniem Eſau, filios Iſaac & Rebec-
cæ. Quidam pro, cùm, vertũt niſi: vt ſit ſenſus: Niſi
ſanguinem oderis, niſi ab hominum cæde te ab-
ſtinueris, tu ipſe gladio peribis.

Auferam de eo euntem & redeuntem. Non ſolùm
non habebit habitatorem mons ille, ſed nec erit,
qui per illum iter faciat. Erit penitus deſertus.

In ſolitudines ſempiternas tradam te, & C
ciuitates tuæ non habitabuntur, & ſcietis,
quia ego dominus Deus. Eò quòd dixeris:
Duæ gentes,& duæ terræ meæ erunt,& hę-
reditate poſſidebo eas, cùm dominus eſſet
ibi, propterea viuo ego, dicit dominus Deus
quia faciam iuxta iram tuam, & ſecundum
zelum tuum, quem feciſti odio habens eos,
& notus efficiar per eos, cum te iudicaue-
ro. Et ſcies quia ego dominus audiui vniuer
ſa opprobria tua, quæ locutus es de monti-
bus Iſrael, dicens: Deſerti nobis ad deuorã-
dũ dati ſunt. Et inſurrexiſtis ſuper me ore D
veſtro,& derogaſtis aduerſum me verba ve
ſtra: Ego audiui: Hæc dicit dominus Deus:
Lætãte vniuerſa terra in ſolitudinem te re-
digam. Sicuti gauiſus es ſuper hæreditatem
domus Iſrael, eò quòd fuerit diſſipata, ſic
faciam tibi: diſſipatus eris mõs Seir, & Idu-
mæa omnis: & ſcies quia ego dominus
Deus.

Eò quòd dixeris duæ gentes,& duæ terræ meæ erunt.
Per duas gentes, & duas terras intelligebant Idu-
mæi Iudæam cum duabus tribubus, & Samariam
cum decem tribubus. Exiſtimabant enim ſe eſſe

cum Babylonijs totam terram Hebræorum vaſtaturos,eamque poſſeſſuros. Vel per duas gentes & duas terras intelliguntur duæ regiones, nimirum Iudæa & Idumæa,quas Idumæi dicebant ſuas futuras eſſe. Volebant Iudæos affligere,& occidere, atque eorum terram poſſidere: at poſteà fuerunt ab ipſis Iudæis ſuperati & interfecti. Vide quibus odiis hi conſanguinei inuicem ardebant. Omnes procedebant ab vno principio,nēpe Iſaac,ſed quãuis eſſent ſanguine coniuncti,erant tamen voluntatibus diſtracti. Vt ex eadem materia prima elementa contrarias habent qualitates, ſic fratres ex eodem patre progeniti,& conſanguinei ex eadem ſtirpe producti ſecum diſcordant,ardentibúſq; inter ſe odiis aliquando diſſident, & tanta eſt inter eos,quanta maximè poteſt eſſe morum ſtudiorũque diſtantia. Fit enim,& neſcio quomodo,vt qui cum de vita,opibus,& honoribus aliquis contenderit,cuius ex inſidiis euaſerit, hunc ſemper oderit,nulla conſideratione eius, qui ait: Hoc eſt præceptum meũ,vt diligatis inuicem,ſicut dilexi vos.

Simile · *Ioan. 15.*

Cùm dominus eſſet ibi. Hoc eſt.cùm Deus in Iudęa coleretur. Vel ſic: Hoc tu dicebas audiente Deo, qui ibi erat, vbi tu verba hæc emittebas: Deus enim vbique eſt,& omnia videt,& audit.

Cùm te iudicauero. Hoc eſt, cùm te puniero, & opes tuas hoſtibus tuis tradidero. Homines ſcelerati,qui auiditate incenſi ad mundi opes aſpirant, nulla re magis torquentur, quàm earum amiſſione: hanc exiſtimant ſummam eſſe calamitatem. At viri ſapientia & charitate præſtantes non opũ direptione,non tectorum exciſione, nõ oppidorum vaſtitate ita mouentur, vt de gradu honeſtatis & conſtantiæ deiiciantur. In harum rerum amiſſione dicunt cum Iob: Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: Sit nomen domini benedictum. Eam ob cauſam non tam earum facultatem & copiam expetendam putant, quàm in vtendo rationem, & in carendo patientiam, Et quamuis diuites ſint,magis in illis virtus eluceſcit,quàm opum abundantia. Vt obſcuratur luce ſolis lumen lucernæ, ſic rerum corporearum æſtimatio virtutis ſplendore euaneſcit,& quaſi tenebris obfuſcatur. Sed quoniam Idumæi auaritiæ ſtimulis agitabantur, nihilque erat illis magis in optatis quam diuitiarum affluẽtia, ideo illis Deus earum amiſſionem minatur. Abſtulit eas Deus ab illis,quoniam eis intemperanter abutebantur. Etſi enim diuitiæ ex ſe malę non ſint,ſunt tamen periculoſæ,& eam ob cauſam non eſt illis cor tradendũ. Ideo aiebat Eccleſiaſticus: Multos perdidit aurum & argentum. Et Chriſtus Deus noſter: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: non poteſtis ſeruire Deo & Mammonæ. Et Dauid: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Acſi dicat: Si mundi opes obtinueritis,nolite eas ardenter diligere, nõ illis adiiciatis animum: poſſidete, ſi volueritis diuitias,ſed non illis ſeruiatis,ſeruate cor Deo: erga diuitias autem perinde affecti ſitis,acſi nihil poſſideatis. Tranſit enim breui imago caducarum rerũ inanis & adumbrata. Quam ob cauſam ſunt pro nihilo putandæ: Deus autem,qui ſemper eſt, ſumma charitate diligendus.

Iob 1. · *Simile* · *Eccle. 8.* · *Matt. 6.* · *Pſalm. 61.*

Deſerti. Subaudi,ſunt montes Iudææ. Tãta eras ô Idumæa ſuperbia elata,vt diceres, iam mõtes Iſraelis euerſos eſſe,& deſertos, vbique traditos ad deuorandum. Hoc aiebant Idumæi aſſerentes non poſſe Deum Hebræos in Iudæam reducere, nec ex Babylonica captiuitate in priſtinam libertatem reuocare.

Et inſurrexiſtis ſuper me ore veſtro. Ideſt, læſiſtis me verbis blaſphemiæ,quæ in meam iniuriam redundabant. Id explicat aliis verbis ſubdens: Et derogaſtis aduerſum me. Derogabant Idumæi aduerſum Dei legem,& populum: & ait Deus iniurias in populum ſuum iactas, ſibi ipſi illatas eſſe. Ideo dicebat Chriſtus Saulo Chriſtianos opprimere, & de medio tollere conãti: Saule Saule,quid me perſequeris? Et diſcipulis ſuis. Qui vos ſpernit, me ſpernit.

Act. 9. · *Luc. 10.*

Lætante vniuerſa terra. Subaudi, ob euerſionem tuam. Poteris per vniuerſam terram eam intelligere,quã ipſi Idumæi vaſtare conabãtur,nempe Idumæam: vt ſit ſenſus: Cùm tota Idumææ regio gaudio exultauerit, & Idumæi fuerint per Cyrum ad patriam ſuam, priſtinamq; dignitatẽ reſtituti, tunc eris tu ô Idumæa euerſa,& in ſolitudinem redacta. Quemadmodum ob Hebræorum ærumnas efferebatis lætitia, ita illi tuas ærumnas videntes,diuinamq; iuſtitiam contemplantes gaudio perfundẽtur. Simile quippiam ait Deus per Eſaiã. Ecce ſerui mei comedent & vos eſurietis: ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis: ecce ſerui mei lætabuntur & vos confundemini. Sed quoniam per Iſraelitas fideles, per Idumæos verò infideles ſignificantur, poſſunt verba hæc ad tempus gratiæ referri: quando viri iuſti videntes deletam eſſe impiorum idololatriam,& Gentes ad Chriſti fidem religionẽmque conuerti, mirabiliter lætabantur. Cùm impij relicto idolorum cultu adhærẽt veritati, perire dicuntur,& euerti,non quo ad perſonas, ſed quo ad impietates. Perit eorum perfidia & infidelitas, pereunt eorum ſcelera & flagitia. Lætatur igitur eccleſia ob Idumææ hoc eſt,ob idololatriæ euerſionem. Id effecit omnipotens ille ſaluator noſter ſuas vires explicans, omnia illuſtrans, tam quæ oculis apparent,quàm quæ oculos ſubterfugiunt. Ipſe eſt lumen de lumine,ſplendor gloriæ,& figura ſubſtãtiæ eius,verus Deus, qui omnia continet & coercet,nihil deſertum à ſua potentia relinquens.

Eſai. 65. · *Heb. 1.*

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXXV.

Et ciuitates tuæ non habitabuntur. Pro non habitabuntur eſt in Hebræo: לאתישבנה lothaxobnah. Verbum eſt ישב quòd ſignificat habitare. Quare rectè tranſtulit interpres noſter. Septuaginta etiã & nõnulli alij eodem modo tranſtulerunt. Sed quoniam verbum hoc ſignificat etiam reuerti & reuocare, non deſunt,qui hunc locum ita vertant: Et vrbes tuæ non reuertentur: nimirum ad dignitatẽ & amplitudinem ſuam: Acſi dicat: Nunquam ciuitates tuæ ad priſtinam celebritatem reuocabuntur. Significat etiam reddere,vt apud Nahum prophetã: Reddidit dominus ſuperbiam Iacob, ſicut ſuperbiam Iſrael. Vbi ſuperbia accipitur in bonam partem pro gloria & amplitudine. Poterat locus ille ita verti: Reuocabit dominus magnificentiam & dignitatem Iacob iuxta maieſtatem Iſraelis. Vbi Iacob & Iſrael pro eodẽ accipiuntur: vt ſit ſenſus: Reſtituet dominus populum Iudaicum in priſtinũ illum ſuum ſplendorem, quem ei Sennacheribus obſcurauit.

Nahum. 2.

obſcurauit: Sed quoniam verbum hoc ſignificat
etiam quieſcere vertunt nonnulli in hunc modũ.
Quieſcere fecit dominus gloriã Iacob, iuxta glo-
riam quam quondam habuerant filij Iſraelis. Et
per gloriam Hebręorũ intelligunt Hieroſolymam:
quæ quanuis in aduentu Sennacheribi fuit cõtur-
bata, & magna ex parte deſtituta fortitudinę, fuit
tamen erepta, & ad priſtinam quietem reſtituta: &
4.Reg. exercitus Sennacheribi ab angelo mirabiliter no-
19. ćte quadam occiſus. Ionathas habet: Redire fecit
dominus fortitudinem ſuam ad Iacob. Illud etiã
Pſa.22. pſalmographi. Vt inhabitem in domo domini in
longitudinem dierum: verti poteſt: Vt requieſcam
in domo domini tempore lõgiſſimo. Ab hoc ver-
bo deducitur dictio mixbah, quæ ſignificat auer-
ſionem & quietem ſiue otium. Vnde illud Prouer-
Prouer. biorum: Auerſio paruulorum interficiet eos: verti
1. poteſt: Otium ſtultorum perdet illos: Nam vt ait
Eccle.33 Eccleſiaſticus: Multam malitiam docuit otioſitas.
Alit enim delicias, & omne flagitiorum genus.

Et derogatis aduerſum me: verba veſtra ego audiui.
Poſſunt hęc ita diſponi: Et derogatis aduerſum me
verba veſtra: & poſt comma ſubditur: ego audiui,
Pro derogare eſt in Hebraico verbum athar, quod
ſignificat loqui, efflagitare, verba dura multiplica-
re. Hac ratione ductus vertit Pagninus: Et multi-
plicaſtis aduerſum me verba veſtra: ego audiui. At
ſeptuaginta verba veſtra connectunt cum verbo
audiui, ita vertentes: Et vociferati eſtis contra me:
verba veſtra ego audiui.

Argumentum capitis XXXVI.

Promittit Deus Iſraelitis ſe eſſe eos à Gẽtibus, & Babyloniorum captiuitate liberaturũ. Miſericors eſt enim, & non patitur fragilitatem hominum ſupra vires affligi & tentari, quin potius poſt tempeſtatem tranquillitatem largitur. Indicat Hebræorum calamitatum cauſam eſſe eorum impietatem & perfidiam, beneficia verò in illos collata eſſe diuinæ miſericordiæ tribuenda. Prædicitur Chriſti Dei noſtri in mundum aduentus, & cordium hominum inſtauratio.

CAPVT XXXVI.

A TV autem fili hominis propheta
ſuper mõtes Iſrael, & dices: Mõ-
tes Iſrael audite verbum domi-
ni, Hæc dicit dominus Deus: Eò
quòd dixerit inimicus de vobis: Euge alti-
Sup.6. tudines ſempiternæ in hæreditatem datæ
ſunt nobis: propterea vaticinare, & dic. Hęc
dicit dominus Deus: Pro eo quòd deſolati
eſtis, & conculcati per circuitum, & facti in
hæreditatem reliquis Gentibus, & aſcendi-
ſtis ſuper labium linguæ, & opprobrium po-
puli, propterea mõtes Iſrael audite verbum
domini Dei. Hæc dicit dominus Deus mõ-
tibus & collibus, torrentibus, vallibuſque, &
deſertis, parietinis, & vrbibus derelictis, quę
depopulatæ ſunt, & ſubſannatæ à reliquis
B Gentibus per circuitum. Propterea hæc di-
cit dominus Deus: quoniam in igne zeli mei
locutus ſum de reliquis gentibus, & de Idu-
mæa vniuerſa: quæ dederunt terram meam
ſibi in hæreditatem cum gladio & toto cor-
de, & ex animo, & eiecerunt eam, vt vaſta-
rent: idcircò vaticinare ſuper humum Iſrael
& dices montibus & collibus, iugis, & valli-
bus. Hæc dicit dominus Deus, Ecce ego in
zelo meo, & in furore meo locutus ſum. Eò
quòd confuſionem gentium ſuſtinueritis,
idcircò hæc dicit dominus Deus. Ego leua-
ui manum meam, vt gentes, quæ in circuitu
veſtro ſunt, ipſæ confuſionem ſuam portẽt.
Vos autem montes Iſrael ramos veſtros ger
minetis, & fructum veſtrum afferatis popu-
lo meo Iſrael, prope enim eſt, vt veniat.
Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, C
& arabimini, & accipietis ſemẽtem. Et mul-
tiplicabo in vobis homines, omnemque do
mum Iſrael, & habitabuntur ciuitates & rui
noſa inſtaurabuntur. Et replebo vos homi-
nibus & iumentis & multiplicabuntur, &
creſcent.

EXPLANATIO.

Propheta ſuper montes Iſrael. Hoc eſt, vaticinare
de inſtauratione montium terrę promiſſionis. Su-
periore capite locutus eſt monti Seir, per quem ſi-
gnificauit Idumæam: nunc montibus Iſraelis, per
quos totam Iudæam, quæ montoſa eſt, abſque du-
bio intelligit. Synecdoche eſt, figura frequentiſſi-
ma, cùm pars accipitur pro toto: vt in Geneſi: Om Gen.6.
nis caro corruperat viã ſuam. Accipitur caro pro
toto homine.

Montes Iſrael audite verbum domini. Res alloqui-
tur inſenſibiles, quoniam homines eum audire no
lebant. Eodem modo Eſaias: Audite cœli, auribus Eſai.1.
percipe terra. Vel eſt metonymia, ſeu transforma-
tio, cùm continens pro eo quod continetur, vſur-
patur: vt apud Eſaiam: Vlulate naues maris, Hoc Eſa.23.
eſt, lamentamini, qui in nauibus nauigatis. Et apud
Lucam: Ieruſalem Ieruſalem, quę occidis prophe-
tas. Vrbs ipſa non occidebat diuinos vates, ſed Iu- Luc.13.
dæi eam colentes. Et noſter Ezechiel capite ſupe- Matth.
riore. Ecce ego ad te mons Seir. Hoc eſt, ego vos 23.
caſtigabo Idumæi, qui habitatis in monte Seir. Sup.35.

Eò *quòd dixerit inimicus de vobis, euge.* Hoc eſt,
quoniam Idumæi hoſtes veſtri calamitate veſtra
delectati dixerunt lætantes eſſe vos ab illis poſſi-
dendos. Videntes Idumæi Iſraelitarum ærumnas,
Hieroſolymæ euerſionem per Chaldæos, & totius
terræ promiſſionis vaſtitatem, fuerunt incredibili
voluptate affecti: & exiſtimarunt totam regionem
illam eſſe in ditionem ſuam redigendam, vt capite
ſuperiore oſtenſum fuit. Eam ob cauſam aiebant:
Euge: altitudines ſempiternæ in hæreditatem da-
tæ ſunt nobis, Acſi diceret: Haha, montes Iſraelis
poſſidebimus tanquam hæreditatem in nos colla-
tam: qui alti ſunt non hominum artificio, ſed Dei
voluntate, qui eos à mundi principio excelſos cõ-
ſtituit. Ideo poterat verti locus hic: Euge, excelſa
loca à ſeculo nobis ſunt data in hæreditatem. Vel
ideo montes Iudææ vocabant Idumæi altitudines
ſempiternas, vt eos in perpetuum duraturos, vel
ſuos ſemper futuros eſſe ſignificarent. Poteris per

hos montes martyres intelligere,tempore Diocle-
tiani,& aliorum tyrannorum , quando Chriſtiani
fuerunt calamitatibus preſſi , & variis tormento-
rum generibus cruciati : eiſq; paſſim infideles pe-
riculum capitis afferebãt, & aduerſus illos odium
vſque ad ſanguinẽ excitabant. Tunc fuerũt multę
Chriſtianorum eccleſiæ proſcriptæ, multæ dire-
ptioni cõmiſſæ,multæ funditus vaſtatæ. Et mon-
tes Iſraelis,hoc eſt verè Chriſtiani excelſo animo,
& virtutũ magnitudine cumulati fuerunt ab Idu-
mæis,hoc eſt,à terrenis hominibus , terrã tantùm
intuentibus immaniter afflicti.Edom enim terre-
num ſignificat.Hos montes , quorum nomine ec-
cleſiæ magnates,& viri Apoſtolici,& Chriſti mar-
tyres intelliguntur,cõſolatur hoc loco noſter Eze
chiel,promittens illis quietẽ & proſperitatẽ,& ne
ceſſariarũ rerum affluentiã tempore Conſtantini
imperatoris.Qui ad Chriſtũ confugiunt,& ſi ſe vi-
deant magnis calamitatum fluctibus exagitari , &
inimicorũ ſuorum telis transfigi,nõ debent tamẽ
cadere animis,quoniã Deus qui eos affligi permit
tit,eorum prælium & certamen intuetur , & eos
cũ opus fuerit,liberabit. Vult enim eos per varias
calamitatũ anguſtias ad vitam perducere immor-
talem,quare oportet eas æquo animo tolerare.Ita
enim faciebant, qui montes hoc loco appellantur.
Appellari viros iuſtos & ſapientes montes , eſt in
diuinis literis ſatis vſitatũ : vt in pſalmo:Suſcipiãt
montes pacẽ populo , & colles iuſtitiam. Nã quẽ-
Simile admodũ ſol priùs mõtes illuſtrat, à quibus poſteà
ſuſcepti luminis ſplendor reſilit in valles,ſic Deus
viros charitate excellentes illuminat, vt ipſi ſapiẽ
tiæ lumen ad alios fundant.Dicuntur autẽ hoc lo-
co montes ſiue altitudines ſempiternæ, non quòd
fuerint ab æterno , ſed quòd ab æterno fuerint ad
hoc præordinati à Deo , vt per eos ipſe Deus alios
illuminaret.Id cecinit his verbis regius vates. Illu-
Pſalm. 75. minans tu mirabiliter à montibus æternis. Ex ſe
nõ poterant emicare ſapientiæ & charitatis ſplen-
dore,eumq; in alios diffundere,niſi eos Deus priùs
2. Cori. 3. illuminaret. Id ingenuè fatebatur diuus Paulus,di
cens:Nõ ſumus ſufficiẽtes cogitare aliquid ex no-
2. Cori. 4. bis,quaſi ex nobis:ſed omnis noſtra ſufficientia ex
Deo eſt.Et rurſus , Deus qui dixit de tenebris lu-
men ſplẽdeſcere, ipſe eluxit in cordibus noſtris ad
1. Corn. 15. illuminationẽ ſcientiæ claritatis Dei.Et alibi:Non
ego autem ſed gratia Dei mecũ. Verùm in pſalmo
illo,pro à montibus æternis,vertit diuus Hierony
mus:à mõtibus captiuitatis.Et Symmachus,à mõ-
tibus prædæ:quod idẽ ferè eſt. Ac ſi dicat pſalmo-
graphus:Tu Deus mundũ illuminaſti per viros ex-
celſos & præcellentes,qui et ſi eſſent ſpiritu liberi,
corpore tamẽ à tyrãnis captiui detinebantur. Præ-
da erant infidelibus, qui eos coniiciebant in vin-
cula,& variis quotidie cruciatibus torquebãt.Per
captiuitatem Hebræorum ſub Babyloniorum po-
teſtate ſignificabatur Chriſtianorum afflictio ſub
poteſtate Romanorũ,quæ à Nerone vſque ad Cõ-
ſtantinum durauit. De hac afflictione dixerat re-
Pſalm. 36. gius vates:Gladiũ euaginauerunt peccatores , in-
tenderunt arcum ſuũ vt decipiant pauperẽ & ino-
pem,vt trucident rectos corde.Et quoniam Roma
erat caput imperij , & in ea habitabat impius Ne-
ro,& alij tyranni,qui Apoſtolos , & viros Apoſto-
1. Pet. 5. licos affligebant,vocauit eã diuus Petrus in prima
epiſtola ſua Babylonem,vbi veri Iſraelitæ, hoc eſt

Chriſtiani veluti in Babylonica captiuitate ange-
bãtur.At imperante Maximo Conſtantino , & ad
Chriſti fidẽ conuerſo facta fuit in tota eccleſia ad-
mirabilis tranquillitas:& vrbs inclyta Roma,quæ
ab infidelibus imperatoribus poſſeſſa fuerat , fuit
donata eccleſiæ , & à ſummis pontificibus guber-
nata,& in ſumma dignitate cõſtituta. Id vaticina-
tus fuit hoc loco Ezechiel promittẽs eccleſiæ Ro-
manę proſperitatẽ.In vrbe Roma conſtituit diuus
Petrus cathedrã ſuam Deo ita præcipiente , & ec-
cleſiã hanc Romanã rexit idẽ Petrus Apoſtolorum
princeps, eiúſque ſucceſſores ſummi pontifices:in
qua , vt aſſerit in epiſtola 162. diuus Auguſtinus,
Apoſtolicæ cathedræ ſemper viguit principatus.
Nã cùm aliæ eccleſiæ,quibus Apoſtoli præfuerũt,
defecerint à fide,ſola Romana eccleſia , ſancta , &
Apoſtolica,mater noſtra , ob Chriſti gratiã à tra-
mite Apoſtolicæ prædicationis nũquã declinauit:
ſed in norma illa, quã ab exordio fidei Chriſtianæ
ab Apoſtolis accepit ſemper illibata permanſit.Eã
ob cauſam Romanæ eccleſiæ fides ſemper habita
eſt fides catholica:vſque adeo, vt Gratianus impe-
rator,quo gubernante floruit diuus Hieronymus,
præceperit ne quis de fide diſputaret,ſed omnes eã
religionẽ retinerent,quã vertex Apoſtolorum Pe-
trus initio tradidiſſet , ac tunc Damaſus ſummus
pontifex , epiſcopus Romanus cuſtodiret. Et non
ſolùm hoc fuit tunc præceptũ,& mandatum eccle
ſiaſticę hiſtoriæ,& perpetuis conſignatũ monimẽ-
tis,ſed etiã edictum ipſum Gratiani eſt in codicem
imperatoris Iuſtiniani relatũ cap. 1. de ſumma tri-
nitate & fide catholica. Quẽadmodũ in grano eſt *Simile*
virtualiter,vt ita loquar,herba,folia,ſpica, & fru-
ctus:ſic in his verbis , Credo quicquid credit ſan-
cta Romana eccleſia , cõtinetur totum euangeliũ,
cuncta concilia vniuerſalia , & omnis denique ſa-
cra ſcriptura.In ſancto Chalcedonenſi concilio le-
gimus acclamatũ fuiſſe:Omnes ita credimus:Papa
Leo ſic credit anathema ei,qui partit, & ei,qui di-
uidit. Et iterum. Petrus per Leonẽ ita locutus eſt:
Apoſtoli ita docuerunt : piè , & verè Leo docuit.
Omnes ita credimus:ſicut Leo,ita credimus. Aſpi-
cis eccleſiæ Romanę excellentiã,in quam Apoſto-
li ſancti doctrinam cum ſanguine ſuo profuderũt:
cui euangelium Petrus & Paulus ſanguine ſuo ſi-
gnatum reliquerunt:in qua ſedit beatus Petrus,&
eius ſucceſſores. Fuiſſe autem beatũ Petrum eccle
ſiæ caput , eſſéq; Romanum pontificem Petri ſuc-
ceſſorẽ,& totius eccleſię paſtorem aſſerunt omnes
doctores catholici quotquot hac de re ſententiam
ſuã monimentis conteſtatam reliquerunt. Cyrillus
patriarcha Alexandrinus in libro Theſauri ita ait:
Sicut Chriſtus accepit à patre ſceptrum eccleſiæ
gentiũ dux ex Iſrael,egrediens ſuper omnẽ princi-
patum & poteſtatẽ,ſuper omne quodcunq; eſt , vt
ei cuncta curuẽtur,ſic & Petro , & eius ſucceſſori-
bus pleniſſimè cõmiſit , & nulli alij Apoſtolorum
quàm Petro,Chriſtus quod ſuum eſt plenum , ſed
ipſi ſoli dedit. Et rurſus:Petro omnes iure diuino
caput inclinant , & primates mundi tanquam ipſi
domino Ieſu obediunt. Chryſoſtomus explanans
verba illa Chriſti apud Matthæum:Super hãc pe- *Mat. 16.*
trã ædificabo eccleſiam meã:Deus,inquit : conce-
dere ſolus poteſt peccatorum remiſſionẽ, & vt fu-
tura eccleſia tot, tantiſq; fluctibus impetu crum-
pẽtibus immobilis permaneat , cuius paſtor & ca-
put

put piſcator homo,atque ignobilis,terrarum orbe
reluctante adamantis naturam firmitate ſuperet:
hæc,inquã,omnia, quæ ſolius Dei ſunt,ſe pollice-
tur daturum.Et infra. HuncPetrum vniuerſo ter-
rarũ orbi Chriſtus præpoſuit. Theophilactus etiã
Luc.22. explicans verba illa apud Lucam:Et tu aliquando
conuerſus confirma fratres tuos.beatũ Petrũ prin-
cipem Apoſtolorũ vocat,& omnium principatũ, at-
que orbis præfecturã ait recepiſſe. Diuus Ambro-
ſius enarrans locũ illum diui Pauli in epiſtola pri-
1.Tim. ma ad Timotheũ:Vt ſcias, quemadmodum opor-
3. teat te in domo Dei cõuerſari,quę eſt eccleſia Dei
viui,Cùm,inquit, totus mundus Dei ſit, eccleſia
tamen domus eius dicitur, cuius hodie rector eſt
Damaſus:Diuus Hieronymus in epiſtola ad Papã
Damaſum, & habetur vigeſimaquarta quæſt. 1.
Quoniã vetus.Ego inquit,nullũ primũ niſi Chri-
ſtum ſequens beatitudini tuæ, id eſt,cathedræ Pe-
tri communionem conſortior:ſuper illam petram
ædificatam eccleſiã ſcio. Et paulò pòſt: Quicunq;
tecũ non colligit,ſpargit,hoc eſt, qui Chriſti non
eſt,antichriſti eſt.Diuus Gregorius libro 4.regiſtri,
epiſtola 31.Cunctis,inquit, euangeliũ ſcientibus li-
quet,quòd voce dominica ſancto, & omniũ Apo-
ſtolorũ principi Petro Apoſtolo totius eccleſię cu-
ra cõmiſſa eſt.Ipſi quippe dicitur: Petre amas me?
Paſce oues meas.Ipſi dicitur: ecce Satanas expeti-
uit cribrare vos ſicut triticũ:& ego pro te rogaui,
Ioan.21. vt non deficiat fides tua: & tu aliquando cõuerſus
Luc.26. confirma fratres tuos.Ipſi dicitur. Tu es Petrus,&
ſuper hãc Petrã ædificabo eccleſiã meam:& portæ
Matth. inferi nõ præualebũt aduerſus eã.Et tibi dabo cla-
16. ues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris ſuper
terrã,erit ligatũ & in cœlis: & quodcunque ſolue-
ris ſuper terrã,erit ſolutũ & in cœlis. Ecce claues
regni cœleſtis accepit:poteſtas ei ligandi & ſoluẽ-
di tribuitur:cura ei totius eccleſiæ, & principatus
committitur. Diuus Bernardus Romanũ pontifi-
cẽ appellat totius eccleſiæ caput, & vicarium Ieſu
Exo.3. Chriſti.Et in epiſtola prima ad Eugeniũ papã:Lo-
cus,inquit,in quo ſtas,terra ſancta eſt: locus Petri
Pſalm. eſt locus principis Apoſtolorũ, vbi ſteterũt pedes
104. eius.Locus illius eſt, quẽ conſtituit dominus do-
minũ domus ſuæ,& principem omnis poſſeſſionis
ſuæ.In Conſtantienſi concilio damnatus eſt eorũ
error, qui aiebant Romanã eccleſiã non eſſe inter
alias eccleſias ſupremã.In concilio Florentino ſub
Eugenio quarto ſunt hæc verba literis mandata:
Diffinimus ſanctã Apoſtolicã ſedẽ, & Romanum
pontificẽ in vniuerſum orbem tenere primatum,
& ipſum Romanũ pontificem ſucceſſorẽ eſſe bea-
ti Petri principis Apoſtolorũ,& verum Chriſti vi-
cariũ,totiúſq; eccleſię caput:& omnium Chriſtia-
norũ patrẽ ac dominũ exiſtere:& ipſe in beato Pe-
tro paſcendi,regendi, & gubernãdi vniuerſam ec-
cleſiam à domino noſtro Ieſu Chriſto plenam po-
teſtatem traditam eſſe quemadmodum etiã in ge-
ſtis œcumenicorũ conciliorũ, & in ſacris canoni-
bus continetur. Vbi aſpicis hanc veritatem nõ eſſe
nouam,ſed antiquam, à ſanctis patribus & catho-
licis doctoribus aſſertã,multis ſacris cõciliis œcu-
menicis,& eccleſiæ vniuerſalis decretis & canoni-
bus confirmatã. Id quod modò multis in locis ſa-
croſancti generalis concilij Tridentini aſſertũ fuit,
vt in ſeſſione quartadecima de caſuum reſeruatio-
ne,capite 7.& ſeſſione vigeſimaquinta, capite vi-
geſimoprimo in principio,& in decreto de indul-
gentiis,& aliis in locis.Dies me deficeret, ſi conci-
liorum omniũ decreta, ſacrorum canonum cõſti-
tutiones,doctorũ eccleſiaſticorum, tam veterum
quàm recentium ſententias veritatẽ hanc aſſerentes
velles recenſere. At hæretici noſtri tẽporis, cùm
extra eccleſiã ſint,& eam ob cauſam eam euertere
toto pectore cõtendãt,magnopere nituntur ſum-
mũ ex ea tollere pontificẽ,& ad vnum illum expu-
gnandum totas ſuas diabolicas machinas conuer-
tunt. Exiſtimant enim deleto pontifice maximo
eccleſiam ipſam conſiſtere nõ poſſe,& ſublato ca-
pite corpus ſtatim ruere,& perire.Eam ob cauſam
ſtudent,vt quem Chriſti vicarium, Petri ſucceſſo-
rem,eccleſię caput eſſe perſpiciunt,cuius miniſte-
rio in eccleſia vnitas ſpiritus in vinculo pacis re-
tinetur,omnibus reddant exoſum & inuiſum. De
eo iniuſte detrahunt,in eũ iaciunt contumelias,il-
lum denique in odium & inuidiã falſis criminibus
vocant. Vt qui vult rempublicam euertere, & in Simile
ea ſeditionem concitare, principem petit in pri-
mis,illum famoſis libellis proſcindens, & ex illu-
ſtris dignitatis gradu præcipitare contendens: ſic
hæretici volentes eccleſiã perturbare, & extingue-
re,in eius caput ſub Chriſto capite,hoc eſt,in pon-
tificem maximum inuehuntur, eius dignitatem &
principatum auferre,ſplendorẽ extinguere,& om-
nia denique ornamenta eius delere cõtendunt. At
longè opinione falluntur Quò enim fortiùs eccle-
ſiam Romanam labefactare voluerint,eò magis il-
lam Deo permittente illuſtrabunt. Et quemadmo
dũ hæretici in primis ſummum pontificem volũt
deiicere,ſic catholici eum in primis tueri debent.
Vt ſolertes & periti pictores ante omnia caput ef- Simile
figiant, nec in alia membra priùs deſtinant lineas,
& artem dirigunt ac manũ, quàm imaginis faſti-
gium abſoluãt:ſic qui aduerſus impias Lutheri hę-
reſes ſcribere voluerint, & excellentem eccleſiæ
imaginem depingere,à capite debent exordiũ ſu-
mere,hoc eſt,à ſummi põtificis authoritate & prin
cipatu, & perfecto capite, abſoluto opere hoc de
pontificis maximi dignitate, tũc ad reliqua mem-
bra delinienda progrediãtur. Arx, quam cõtra nos
conſtruxerunt,eſt negatæ ſummi pontificis autho-
ritatẽ:hæc eſt turris, ad quam præcipuè cõfugiũt:
ſed ea victa & expugnata omnes hæreticorum ad-
uerſus catholicam fidem machinas ruere neceſſe
eſt. Et quoniam eccleſia eſt, vt ait Apoſtolus, co- 1.Tim.3.
lumna,& firmamẽtum veritatis,ſemper firma per-
manebit.Hæc eccleſia etſi in principio ſub crude-
libus & impiis imperatoribus calamitates ſuſti-
nuit,fuit tamen poſteà tranquillitatem conſecuta.
Id cecinerat regius vates, vaticinans tempus fore,
cùm Deus fideles ſuos ab imperatorum infidelium
tyrannide liberaret,ita dicens: Benedixiſti domi- Pſa.84.
ne,terram tuam auertiſti captiuitatem Iacob. Vbi
præterita pro futuris more prophetico ponuntur.
Acſi diceret: Eccleſiam tuã domine cœleſtibus bo
nis afficies,eamq; ab infideliũ tyrãnide liberabis.
Poteſt benedictio hęc de ea felicitate intelligi.quã
pater cœleſtis mundo impertiuit, vnigenã filium
ſuum mittens è cœlo: de qua ita ait in epiſtola ad
Epheſios diuus Paulus, Benedictus Deus,& pater Epheſ.1.
domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in
omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chri
ſto. At Ezechiel de illa loquitur hoc loco, quam

eccleſia tempore diui Syluestri pontificis maximi, imperium obtinente Conſtantino, fuit mirabiliter adepta præter infidelium ſpem: Dixerat enim de Chriſtianis afflictis infidelis populus. Euge, altitudines ſempiternę in hęreditatẽ datę ſunt nobis.

Facti in hæreditatem reliquis gentibus. Diuerſæ nationes poſſederunt terram Iſraelis poſt Hebræorũ exidium & captiuitatem. Vnde aiebat Mattathias ſecundo capite libri ſecundi Machabæorum de
2.Macb. 2. Iudæa loquens: Quæ gens non hæreditauit regnũ eius: & quæ non obtinuit ſpolia eius?

Aſcendiſtis ſuper labium linguæ Hoc eſt, traducti eſtis in fabulam. Populus in vos paſſim cõiicit opprobria, eſtis omnibus in deriſionem, & prouer-
Pſal.78. bium: iuxta illud pſalmi: Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, ſubſannatio & deriſio iis, qui in circuitu noſtro ſunt.

Quoniam in igne zeli mei locutus ſum de reliquis gẽtibus, & de Idumæa vniuerſa. Hoc eſt, quoniam cùm ira & affectu iuſtitiæ & ſeueritatis meæ locutus ſum contra gentes, præſertim contra Idumæã. Loqui in igne zeli hebraiſmus eſt, pro effundere verba cum ſtomacho & ira. Loquitur Deus more humano, ſignificans his verbis tempus fore, vt commotus ille Gentium infidelium immanitatibus & flagitiis, eas ferro, peſte, ac flamma cõſumeret: earúmque reliquias exilio & egeſtate multaret. Ita
Sopho.3. per Sophoniam prophetam, Effundã, inquit Deus indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.

Qui dederunt terram meam ſibi in hæreditatem cum gladio. Id eſt, qui dicebant datam ſibi eſſe in hæreditatem Iudæam, quam gladiis oppugnauerant. At pro gladio eſt in nonnullis libris correctis: cũ gaudio: & ita eſt in Hebraico. Et ſequitur: Toto corde, & ex animo. Vt ſit ſenſus. Hoc fecerunt exultantes, lætitia animi affecti: cùm nihil illis eſſet magis in optatis.

Et eiecerunt eam, vt vaſtarent. Id eſt, eiecerũt terræ habitatores, vt eam redderent deſertam. Pro vaſtarent, poteſt verti: in prædam, vt ſit ſenſus: Eiecerunt habitatores, vt terram direptioni committerent.

Ecce ego in zelo meo. Id eſt, indignatus. Eodem modo etiam ſi diuerſis verbis dicitur de Deo in
Pſal.2. pſalmo: Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo cõturbabit eos. Solet diuina ſcriptura Deũ inducere humano aliquando more loquentem, & operantem, vt eum intelligamus.

Ego leuaui manum meam in Gentes. Hoc eſt, ego iuraui eſſe me gentes puniturum: ipſæ abſque dubio, quæ circa Iudæam ſunt, ignominiam ſuam ferent: & ſuorum ſcelerum mihi pœnas perſoluent. Leuare manum pro iurare hebraiſmus eſt. Huiuſmodi erat quondam geſtus iurantium, & ſtatura appoſita ad aliquid magnum promittendum. In li-
Gen.14. bro Geneſis ſcriptum legimus dixiſſe Abraham: Leuo manum meam ad dominum Deum: hoc eſt, eleuata manu iuro domino. Eodem modo accipi
Sup.20. poteſt apud Ezechielẽ capite vigeſimo, vbi Deus ait: Et leuaui manum meam pro ſtirpe domus Iacob. Eſt etiam leuare manum, dare operam, vt in
Pſalm. pſalmo: Leuaui manus meas ad mandata tua, quæ
118. dilexi. Aliquando idem eſt quod miſericordiã po-
Pſal.62 ſtulare, ſignumq́ue deuotionis oſtẽdere, vt in pſalmo: In nomine tuo leuabo manus meas: Et apud
Eſaiam: Cùm extenderitis manus veſtras, &c. Et a- Eſai.1.
pud Ieremiam: Leua ad Deum manus tuas. Eſt etiã Ierem.
manum leuare vehementer percutere, vt in pſal- Pſalm.
mo: Leua manus tuas in ſuperbias eorum. Hoc au- 73.
tem Ezechielis loco leuare manum idem eſt quod promittere: Poteſt nihilominus accipi pro caſtigare: vt ſit ſenſus: Ego, inquit Deus, in Gentes, quę in circuitu terræ promiſſionis habitant, grauiter animaduertam.

Vos autem montes Iſrael ramos veſtros germinetis. Montes terræ promiſſionis inſigniores ſunt quindecim, Iaphia, Libanus, Bahalgad, Hermon maior, Hermon minor, Thraconi montes, Galaad, Habarim, Ferreus mons, Seir, Ephraim montana, Somron, Gelboe montes, Acrabitenę montes, Thabor, quinque montes in circuitu Hieroſolymę: de quibus Hieronymus in locis Hebraicis, & poſt eum Ziegle̅rus in ſua Palæſtina. Hos mõtes alloquitur in prę̨ſenti Deus, acſi dicat: Efficiam, vt qui vos vaſtarunt, & in circuitu veſtro ſunt, luant ſuorũ flagitiorũ pœnas, vos autem montes terræ promiſſionis, qui nunc eſtis inculti, producatis arbores, & ramos, frondoſos, fructumq́; lætum feratis populo Iſraelitico à Babylonica captiuitate reuerſo. Hoc ideo ait quia tempore obſidionis fuerant montes Iſraelis vaſtati, & arbores cæſæ. At nunc eis proſpe-
ritatẽ promittit, & fructuũ abundantiã. Id cecine- Pſal.82
rat his verbis regius vates: Etenim dominus dabit benignitatẽ, & terra noſtra dabit fructũ ſuũ. Qui maioribus calamitatibus fuerant oppreſſi, vberio-
tẽ fructum produxerunt. Nam, vt ait apud Ioannẽ Ioan.12.
Chriſtus Deus noſter: Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.
Et in libro Exodi ſcriptũ legimus, tãtò magis cre- Exod.1.
uiſſe filios Iſraelis, quantò magis opprimebantur. Loquitur hoc locu Ezechiel de tempore reuerſionis in Iudæam, quando arborea, & cæteræ plantæ Deo ita volente plus ſolito fructiferæ fuerunt. Id prædixerat iis verbis diuinus pſaltes: Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare
eã. Sed pſalmus hic etſi de Hebræorum reductione Pſalm.
à Babylonica captiuitate intelligatur, vt aſſerunt 64.
Origenes, & Euſebius Cæſarienſis, præcipuè tamen de Chriſti eccleſia intelligitur, & de iis, quos Deus à captiuitate peccati, ab idololatriis & impiis Gẽtium ſuperſtitionibus in vnum corpus adduxit & congregauit ad vnam fidem, ad vnam eccleſiã, cuius caput Chriſtus eſt. Non nego poſſe de ea beni-
gnitate intelligi, qua vſus eſt Deus erga Iſraelitas, Epheſ.4.
cùm illis à Chaldęa reuerſis omnia neceſſaria ſup- Coloſ.1.
peditauit: ſed hoc aſſeuerantet affirmo debere inprimis ad Chriſti myſteria referri, & ad eius eccleſiam ex Gentibus & Iudæis congregatam, plenam ſacramentorum fructibus, & cœleſtium donorum abundantia. Hæc eſt fertilitas, de qua loquebatur Dauid, & de qua vaticinatur hoc loco Ezechiel.

Propè eſt enim, vt veniat. Nimirum à Babylonica captiuitate in patriam ſuam. Conſolatur populum Iſraeliticum in Chaldæa detentum. Vel ſic: Futurum eſt, ait Deus, vt citò ad me veniat populus Hebræorum. Ideo eos ad vos ô mõtes reducam, quia ſunt citò ad me cõuertendi. Vel ſic: Propè eſt vt veniat id, quod promitto: non enim tardabit. Vel propè eſt, vt veniat Chriſtus, quem ego miſſurus ſum,

vt vos congreget, & vobis viam muniat ad cœleſtem Hieroſolymam, atque ad æternam ducat beatitudinem, vbi eo in æternum fruamini.

Quia ecce ego ad vos. Subaudi venturus ſum, vt
Agg. 2. omnia vobis neceſſaria ſuppeditē. Qua de re mul-
Zach. 4. ta prædicit Aggæus cap. 2. Zacharias cap. 4. & 6.
& 6. Malachias cap. 3. vbi ea poteris videre.
Malach. *Et multiplicabo in vobis homines.* Homines vocat
3. eos, qui ad rationis normā vitam dirigunt: qui peſtilentibus deliciis repudiatis virtutem amplectūtur, qui cauent, ne quid indecorè effœminatéve faciant: tum in omnibus & deliberationibus & factis ne quid impiè moliantur, aut cogitent. Nec enim figura corporis humani, nec ratio excellens hominum naturæ ſignificat natum eſſe hominem, vt corporis voluptatibus frueretur, ſed vt res ederet præclarè geſtas, & in honeſtatis actiones toto pectore incumberet, & tandem gloriam ſempiternam obtineret.

Et habitabuntur ciuitates. Hoc in libris Eſdræ impletum oſtenditur.

Et replebo vos hominibus & iumentis. Hoc eſt, mitibus, & immitibus, iuſtis, & iniuſtis. Efficiam, vt qui fuerant tyranni & crudeles depoſita tyrannide & crudelitate cum impiis & manſuetis in eccleſia
Eſai. 11. viuant. Id vaticinatus fuerat his verbis Eſaias: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus, leo, & ouis ſimul morabuntur. Solet ſacra ſcriptura homines aliquando cum bruris comparare.

Et habitare vos faciam ſicut à principio, boniſque donabo maioribus, quàm habuiſtis ab initio, & ſcietis, quia ego Dominus. Et adducam ſuper vos homines populum meum Iſrael, & hæreditate poſſidebunt te. Et eris eis in hæreditatem, & non addes vltrà, vt abſque eis ſis. Hæc dicit Dominus Deus. Pro eo quòd dicunt de vobis. Deuoratrix hominum es, & ſuffocans gentem tuam, proptereà homines non comedes amplius, & gentem tuam non necabis vltrà, ait Dominus Deus. Nec auditam faciam in te
D ampliùs confuſionem Gentium, & opprobrium populorum nequaquam portabis, & gentem tuam non amittes amplius, ait Dominus Deus. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, domus Iſrael habitauerunt in humo ſua, & polluerunt eam in viis ſuis, & in ſtudiis ſuis. Iuxta immunditiam menſtruatæ facta eſt via eorum coram me, & effudi indignationem meam ſuper eos, pro ſanguine, quem fuderunt ſuper terram. Et in idolis ſuis polluerunt eam, & diſperſi eos in Gentes, & ventilati ſunt in terras, iuxta vias eorum, & adinuentiones eorum iudicaui eos.

Et habitare vos faciam ſicut à principio. Scilicet quādo repleti eratis habitatoribus Hebræis. Quidam vertunt: Habitare faciam vos iuxta antiquitates veſtras. Hoc eſt, vt anteà.

Boniſque donabo maioribus, quàm habuiſtis ab initio. Hoc eſt, maiora beneficia in vos conferam poſt reditum à captiuitate quàm anteà. Hic oritur difficilis quædam quæſtio: quando Deus Hebræis hanc felicitatem largitus eſt. Ante Babylonicā captiuitatem, Hebræi viros habuerunt, omni ſanctitate, ſapientia, & animi fortitudine præſtantes, & præterea fuerunt ditiſſimi, præſertim tempore Dauidis, & Salomonis, tot opibus repleti, tanta diuitiarum abundantia cumulati, tot victoriis de hoſtibus reportatis inſignes, tam amplis ſomptuoſorum ædificiorum magnificentia muniti, in tam eximia dignitate & amplitudine conſtituti, vt nullus eſſet populus cùm illis cōparādus. At poſt reditum à Chaldæa in egeſtate & inopia vitam traducebant, ſubditi Perſis & Medis, afflicti & calamitoſi. Et quamuis tēplum inſtaurarent, tamē tātùm aberat à prioris templi magnificentia & præſtantia, vt ſenes qui illuſtre Salomonis tēplum aſpexerant, eiúſq; ſumptuoſitatis, pulchritudinis, amplitudinis, & præſtātiæ recordabātur, cùm ſecundi templi paupertatē aſpicerent, lamentarentur, & non poſſent lachry-
mas tenere: vt libro primo Eſdræ literæ diuinę memoriæ prodiderunt. Id quod etiam Ioſephus vndecimo Antiquitatum libro literis mādauit. Quæ eſt igitur maior hæc felicitas, quā illis hoc loco Deus tempore ſecundi templi promiſit? Auget huius 1. Eſd. 3
quæſtionis difficultatē id, quod ait Aggæus pro- Agg. 2.
pheta capite ſecundo: qui cùm reuerſus eſſet cum Hebræis ſuis ex Babylonica captiuitate, & quadam die viſeret templum, quòd Hieroſolymæ inſtaurabatur, afflatus ſpiritu prophetico has voces emiſit: Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimę, pluſquā primæ, dicit dominus exercituū. Quid eſt in quo maior hæc ſecundi templi gloria conſiſtit: Non quidem in diuitiis, non in templi magnitudine & maieſtate, nō in cæremoniis, non in ſacerdotū ſanctitate, non in diuinorum vatum oraculis & vaticinationibus: nam omnia hæc multò illuſtriora in primo templo fuerunt. Quæ eſt igitur hęc gloria ſecūdi tēpli, & quod eſt hoc præſtantius bonū, de quo loquebatur Aggæus, & agit hoc loco Ezechiel? Credo abſq; dubio Ezechielem hîc, & Aggæum illic de admirabili Chriſti præſentia in terra locutos fuiſſe. Videbāt mētis oculis per ſpiritū propheticum tēpus fore, cùm Deus factus homo in terra promiſſionis, intra mœnia Hieroſolymæ, in ſecundo illo Iudęorum tēplo ſeſe videndū mortalibus præberet, ipſos Hebræos alloqueretur, cū illis coniunctiſſimè verſaretur, illis prædicaret, & viam ad æternam beatitudinem conſequendam muniret. Illic docuit Chriſtus veritatem, & cœleſtem doctrinam, ingentia miracula edidit, euāgelium prædicauit, & ex ea regione euangelium exiuit. Ita futurum eſſe prædixerat iis verbis Eſaias:
De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalē. Eſai. 2.
Vbi per legem & verbum domini intelligitur abſque dubio euangelium. Nam vetus teſtamentum Exo. 20.
exiuit à monte Sinai, nouum autem à mōte Sione; Gala. 4.
de quo prædixerat Baruc inducens Deum in hunc Bar. 2.
modum aientem: Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum. In vetere teſtamento promittebat Moyſes obſeruātibus illud bona terræ fluxa & caduca, in nouo autem promittit Deus bona cœli immortalia & ſempiterna. Hæc eſt lex gratię, hoc eſt euāgelium, hoc eſt bonū nuntium, hoc eſt teſtamentū illud, de quo locutus fuerat Deus per

Iere.31. Ieremiam: Ecce dies veniét, dicit Dominus: & feriam domui Iſrael, & domui Iuda teſtamentum
Eſai.55. nouum. Et per Eſaiam: Inclinate aurem veſtram, & venite ad me, audite, & viuet anima veſtra: & feriam vobiſcum pactũ ſempiternũ. Apparuit Chriſtus verus Deus, & verus homo: & vt verbis vtar
1.Tim.3 diui Pauli, apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei, nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrũ, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecũdũ ſpem vitæ æternæ. Hæc fuit gloria Hieroſolymæ, hæc fuit illuſtrior illa dignitas, & illud præſtantius bonum, quod Deus ſecundo templo promiſit. Quid poterat glorioſius eſſe, quàm videre Deum verum humanitate aſſumpta, eumq́ue audire, & amplecti? Quod poterat in hac vita maius bonum excogitari? Quid poterat eſſe ad animæ ſuauitatem iucundius? ad veram vtilitatem accommodatius? ad gloriam æternam conſequendam præſtãtius? Hæc ſunt illuſtria illa, quę de Hieroſolyma vaticinati ſunt prophetæ, iuxta id quod
Pſal.87 ait regius vates: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. In ea viſus eſt Deus, & euangelium illud docuit, quo Apoſtoli Gentes barbaras & agreſtes, & idolorum cultrices ab impura ſimulacrorum ſuperſtitione ad caſtiſſimum diuini numinis cultum, pleniſſimamq́ue veritatis religionem traduxerunt, & ſanctiſſimum Ieſu Chriſti nomen per totum orbem terrarum celebrarũt. Id intellexit Aggæus loco citato abſque vlla dubitatione. Sed vt hoc perſpicuum euadat, eius verba expendamus. Loquẽs propheta Zorobabelo, & Ieſu filio Ioſedech, & reliquis Hebræis ſecundi templi ædificium intuentibus, has voces emiſit: Quis in vobis eſt relictus,
Agg.2. qui vidit domũ iſtam in gloria ſua prima? Et quid vos videtis hanc nunc? Nunquid non ita eſt, quaſi non ſit in oculis veſtris? Ac ſi diceret: Quis ex vobis reliquus eſt, qui viderit primũ templũ in magnificẽtia ſua, videns nunc templum hoc ſecundũ, nonne intelligit planè non eſſe hoc cum illo comparandum? Et paulò pòſt, vbi eos conſolatus eſt ob Chriſti aduentũ ita ait: Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridã, & mouebo omnes gentes. Ac ſi diceret: Poſt tẽpus aliquod, & illud breue reſpectu annorũ à mundi creatione, ego veniam, & mouebo totum orbem terrarum: magnus erit motus non ſolùm inter Iudæos, ſed etiam inter Gentes circa fidem & religionem. Et ſubdit ſtatim: Et veniet deſideratus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum: magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plusquam primæ. Hæc diuinus vates. Nonne vides, quàm apertè prædixerit mirabilem Dei in terram aduentum: & ideo ſecundum templum glorioſius eſſe primo, quia ipſe Deus erat illud ingreſſurus, & in eo prædicaturus: Quare inquit pręſtantius fore ſecundum templum, quàm primum, niſi quia ad illud veniet deſideratus cunctis gentibus,
Luc.2. illudq́ue gloria implebit ob præſentiã ſuã? In ſancto euãgelio ſcriptũ legimus fuiſſe Chriſtũ Deum noſtrum in templo præſentatum. Ibi concionatus eſt, & edidit miracula, quã ob cauſam illud ingenti gloria decorauit. Cùm autem templum illud ſecundum ſit euerſum, & funditus deletum, apertiſſimè oſtenditur veniſſe Meſſiam, qui iuxta diuini vatis oraculum erat ad templum illud venturus. Si Deus promiſit per Aggæum prophetam venturum eſſe Meſſiam ad illud templum, dum extaret, templum autem eſt ſolo adæquatum, nec eſt tale templum, nec lapis ſuper lapidem, quæ inſania eſt Meſſiam venturum expectare? Ad quod tẽplum ſecundum venturus eſt, ſi corruit, ſi eſt funditus deletum, ſi nec talis templi reperitur veſtigium? Nec poſſunt dicere Iudæi ſe habituros eſſe templum aliud ad quod Chriſtus veniat: nam Aggæus eorum propheta de eo ipſo templo locutus eſt, quod tunc Hieroſolymæ conſtruebatur, & non de alio, vt eius verba planè teſtãtur. Imò apertè dixit, nullum aliud futurum eſſe: cõiiciens enim oculos in templum ipſum, dixit: Magna, ſiue vt ex Hebræo rectè verti poterat, maior erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, quàm primæ. Aſſeruit propheta templum illud nouiſſimum eſſe, & vltimum, vltra quod nullũ aliud illis futurũ eſſet. Id quod hodie impletum aſpicimus. Vbi enim Iudæi templũ habent, vbi immolent ſacrificia? Nuſquam quidem. Nullam habent fidem, nullum ſacrificium, nullum regem, nullum ſacerdotem, nullum templum. Sed qui ex illis veram Chriſti fidem receperũt eiúſque adhæſerunt cõſiliis, ſunt beatitudinem cœleſtem, ſummúmque bonum conſecuti. Et quoniam diuini vates mentis oculis intuebantur vnigenitũ Dei filium hanc ad illos felicitatem allaturum, qui in eorum ciuitate & templo erat videndus, & cum illis locuturus, & in regione illa verſaturus, promiſerunt illis ex parte Dei bona hæc, de quibus hîc, & aliis locis loquitur Ezechiel. Sed dices: Nõne Ezechiel hoc loco loquebatur de Iudæorum reditu à Babylonica captiuitate? Loquebatur quidẽ: ſed de ea liberatione ſe transfert ad liberationem captiuitatis ſpiritualis, & ad redemptionem generis humani per Chriſtum more aliorum prophetarum. Dauid in pſalmo 71. loquẽs de Salomone terreno, trãsfert ſermonem ſuum ad Salomonem cœleſtem, hoc eſt, ad Chriſtũ Ieſum: Nã dicens priùs:
Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam fi- *Pſal.71*
lio regis, ſubdit paulò poſt: Permanebit cum ſole, & ante lunã in generatione & generationem. Quæ verba Salomoni nullo modo poſſunt conuenire, ſed Chriſto, regi pacifico, cuius Salomon inſignem gerebat: quemadmodum nec illa, quæ paulò pòſt ſequũtur: Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Nã
hoc multis retrò antè ſeculis Deus promiſerat A- *Gen.12.*
brahamo eſſe in Chriſto Domino noſtro adimplendum, dicens: In ſemine tuo benedicentur omnes
gentes terræ. Quod explanãs diuus Paulus in epi- *Gala.3.*
ſtola ad Galatas, Non dicit, inquit, & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Oſtendit Apoſtolus ſignificare verba illa omnes nationes Deo patri per Chriſtum reconciliandas eſſe, omnéſque eſſe gloriam immortalem conſecuturos, qui ſe illi commiſerint, eius verba cuſtodierint, & in fide formata perſeuerauerint. Eodem modo volens Eſaias loqui de Chri-
ſto, incipit ſermonem à Cyro temporario libe- *Eſai.45*
ratore, ſed conuertit ad cœleſtem voces ſuas: cùm enim capite 45. diceret: Hæc dicit dominus

Chriſto

Chriſto meo Cyro. Et poſteà multa de eo, qui ca-
pta Babylone Iudæos miſit in terrã promiſſionis,
differeret, ſubiunxit: Verè tu es Deus abſconditus:
Deus Iſrael ſaluator. Quæ verba de Chriſto aper-
tiſſimè intelliguntur. Appellatur Deus abſcõditus,
quia diuinitas in humanitate delitefcebat, & forti-
Haba.1. tudo in fragilitate abſcõdebatur. Ita dixerat Haba-
cue propheta: Ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Et
Matt.13 ipſe de ſe ait apud Matthæũ: Simile eſt regnũ cœ-
Luc.17. lorũ theſauro abſcondito in agro. Ipſe enim eſt re-
gnũ cœlorũ, qui de ſe ait: Regnũ Dei intra vos eſt.
Aſpicis igitur morẽ eſſe diuinorũ vatũ ſermonem
ſuum ex rebus corporeis ad ſpirituales transferre, &
à reductione à captiuitate Babylonis ad liberatio-
nẽ animæ ex peccati captiuitate verba ſua tradu-
cere, quod erat præcipuum eorum inſtitutum: erat
enim Chriſtus ſcopus omnium prophetarum.

Et hereditate poßidebunt te. Id eſt, viri probi te fir-
miter poſſidebunt.

Et *non addes vltrà, vt abſque eis ſis.* Aſpicis hoc non
referri ad tẽpus Zorobabelis, & Eſdræ, ſed eſſe ad
Chriſti tempus referendum. Etſi de reditu agat à
captiuitate Babylonis, tamẽ multa inſerit, quæ ſoli
eccleſiæ Chriſti conueniunt, & liberationi à ſerui-
tute peccati. Non eſt igitur dicendum terram illam
Iudææ poſt Hebræorũ reditum non fuiſſe vnquam
vaſtatam, & à Iudæis deſtitutam, cùm ſciamus lu-
ce meridiana clarius fuiſſe poſteà vaſtatam à Ro-
manis, & Iudæos partim interfectos, partim capti-
Matt.16 uos, & per orbem terrarum diſperſos, & Hieroſo-
lymam incendio traditam, & in cinerem conuer-
ſam. Sed intelliguntur hæc de ſancta Chriſti eccle-
ſia, aduerſus quam portæ inferi non præualebunt:
quæ in perpetuum durabit.

Deuoratrix hominum es. Hoc dicebant Iudææ ini-
mici eius, quòd multi Iudæi in ea fuiſſent à Baby-
loniis interfecti, multi peſte & fame mortui, multi
in captiuitatem ducti. Præterea ipſi Iudæi inter ſe
ſæpe dimicabant, & ſeipſos occidebant: & turbu-
lentis illis diſſidiis conuellebatur animorum ſta-
tus, & ipſi diſſidentes vita priuabantur.

Gentem tuam non necabis vltrà. Hoc eſt, lõgo tem-
pore. Qua de re alibi diſſeruimus.

*Domus Iſrael habitauerunt in humo ſua, & polluerũt
eam in viis ſuis.* Oſtendit fuiſſe filios Iſrselis è terra
ſua ob fraudes ſuas expulſos. Sẽſus eſt: Hebræi dũ
colerent patriã ſuam, eam vitiis ſu.s polluerunt, ac
ſeipſos ſceleribus contaminarũt. Quare in eos gra-
uiter animaduerti. Accipitur via pro viuendi ra-
Pſal.1. tione: vt in pſalmo, Et in via peccatorũ non ſtetit.

Iuxta immunditiam menſtruata. Immunditia, &
pannus menſtruatæ, hoc eſt, mulieris menſes ſuos
habentis ſignificat in literis diuinis animi impuri-
Eſai.64 tatem & contaminationem. Ita apud Eſaiam dice-
bant Iudæi: Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ
iuſtitiæ noſtræ.

*Iuxta vias eorum, & adinuentiones eorum iudicaui
eos.* Id eſt, iuxta eorum ſcelera illos puniui. Alibi
diximus in ſancta ſcriptura peccata appellari ho-
minum adinuentiones, vt in pſalmo: Ibunt in ad-
Pſal.80. inuentionibus ſuis.

Eſai.52 Et ingreſſi ſunt ad gẽtes, ad quas introie-
c. runt, & polluerunt nomen ſanctum meum,
Rom.2. cùm diceretur de eis: Populus Domini iſte
d.
E eſt, & de terra eius egreſſi ſunt. Et peperci
nomini ſancto meo, quod polluerat domus
Iſrael in Gentes ad quas ingreſſi ſunt. Idcir-
co dices domui Iſrael: Hæc dicit Dominus
Deus: Non propter vos ego faciam domus
Iſrael, ſed propter nomen ſanctum meum,
quod polluiſtis in Gentibus, ad quas intra-
ſtis. Et ſanctificabo nomẽ meum magnum,
quod pollutum eſt inter Gentes, quod pol-
luiſtis in medio earum, vt ſciant Gẽtes quia
ego Dominus, dicit Dominus exercituum,
cùm ſanctificatus fuero in vobis coram eis.
Tollam quippe vos de vniuerſis terris, &
adducam vos in terram veſtram. Et effundã *Sup.11. d.*
ſuper vos aquam mundam, & mundabimi-
ni ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab
vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Et da- F
bo vobis cor nouum & ſpiritũ nouum po- *Sup.11.*
nam in medio veſtri. Et auferã cor lapideum *d.*
de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum,
& ſpiritum meum ponam in medio veſtri.

Et ingreßi ſunt ad Gẽtes, ad quas introierũt. Id eſt, Gẽ-
tiũ, ad quas ducti ſunt, ſuperſtitionibus adhæſerũt.

Et *polluerunt nomen ſanctum meum.* Hoc eſt, in
cauſa fuerunt, vt nomen meum inter Gentes blaſ-
phemaretur. Videntes enim Gentes eorum male-
ficia dicebant: Qualis eſt Deus ille, qui talem po-
pulum habet, tam flagitioſum, tot ſceleribus con-
taminatum? Si ſanctus eſſet, non eſſent illi impij: ſi
potens eſſet, non permiſiſſet eos de terra depelli.
Aſpicis hoc loco impios homines nomini Dei,
quantum in ſe eſt, maculam inurere. Eſt quidem
nomen Dei ex ſe ſanctum, & impollutum, at illud
polluunt impij. Ita per Eſaiam ait Deus: Ablatus *Eſai.52.*
eſt populus meus gratis: dominatores eius iniquè
agunt, dicit Dominus: & iugiter tota die nomen
meum blaſphematur. Illum locum citat Apoſtolus
in epiſtola ad Romanos. Cum Dauid Bethſabææ *Rom.2.*
ſtuprum, & viro eius mortem intuliſſet, illeq́; pec- *2.Reg.*
cata ſua agnoſceret, & ſibi remitti ac cõdonari de- *11.*
precaretur, dixit ei Nathan vir omni ſapientia &
pietate præſtãti: Quoniam blaſphemare feciſti ini-
micos nomen Domini, propter hoc verbum, filius,
qui natus eſt tibi, morte morietur. Vbi aſpicis Da-
uidẽ ob peccata ſua dediſſe hoſtibus Domini eum
blaſphemandi occaſionem. Dicebant enim Deum
Iudæorum cõſtituiſſe regem iniuſtum, qui ſe vitio
contaminaſſet, & innocentem Vriam ad certum
capitis periculum miſiſſet. Hunc locum ita vertit
Ionathas Chaldæus: Aperiendo aperuiſti os inimi- *2.Reg.*
corum Domini in hoc negotio. Aeſi diceret: Dedi- *11.*
ſti cauſam impiis hominibus cõtra ipſum loquen-
di, qui te in regia conſtituit dignitate.

Et peperci nomini ſancto meo. Hebraiſmus eſt, acſi
diceret Deus: Nolui, vt nomen meum irrideretur,
& fama mea apud Gentes obſcuraretur. Qui alicui
rei parcit, non vult eam irrideri, aut extingui. Sen-
ſus eſt: Ideo populũ à ſeruitute Babylonica libera-
bo, & in priſtinam dignitatem reducam, vt videant
Gentes potentiã meam. Beneficia in Hebræos col-
lata non eorum meritis attribuuntur, ſed diuinæ
miſericordiæ. Eam ob cauſam ſubdit Deus. Non
propter vos ego faciam domus Iſrael, ſed propter
nomen ſanctum meum. Id intelligens Dauid aie-
bat:

Pſal.24 bat: Propter nomen tuum Domine propitiaberis
peccato meo, multum eſt enim. Nos etiam in cala-
mitatibus noſtris debemus ad Dominum confu-
gere, ab eo liberationem & victoriam petentes, nō
Pſa.113. gloriæ noſtræ cauſa, ſed ne eius ſanctiſſimum no-
men ludubrio ſit impiis. Eodem modo idem Da-
uid, Nō nobis, inquit, Domine, non nobis, ſed no-
mini tuo da gloriam: propter miſericordiam tuam
ne quando dicant Gentes: vbi eſt Deus eorum. Et
Eſa.48 ipſe Dominus per Eſaiam: Propter me, inquit, ego
faciam, vt non blaſphemer, & gloriam meam alte-
ri non dabo. Verùm ſeptuaginta interpretes hunc
Ezechielis locum ita vertunt: Et peperci eis pro-
pter nomen ſanctum meum.

Et ſanctificabo nomen meum. Hoc eſt, ſanctum &
admirabile illud oſtendam. Vel ſic: Efficiam, vt fa-
Matt. 6. ma mea in omni orbe terrarum celebretur. Ita in-
Luc 11. telligitur id, quod Chriſtus docuit petēdum: San-
ctificetur nomen tuum. In qua petitione hæc oc-
currit dubitatio: Cùm id petamus, quod deeſt, ſit
autem nomen Dei ſanctum, cur petimus, vt ſancti-
ficetur? Huic obiectioni reſpondendum exiſtimo
Dei nomen ſanctum in ſe eſſe, nos autē petere, vt
nobis ſanctificetur, quo alij opera noſtra videntes
Deum ſummis laudibus efferant: iuxta illud ſalua-
Matt. 5. toris noſtri; Sic luceat lux veſtra corā hominibus,
vt videant opera veſtra bona, & glorificēt patrem
1.Pet.2. veſtrum, qui in cœlis eſt. Et iuxta illud diui Petri in
prima ſua canonica: Ex operibus vos conſiderantes
glorificent Deum in die viſitationis. Vel petimus,
vt nomen Dei, quod in ſe ſanctum & magnum eſt,
Pſa.75. ita ab omnibus cognoſcatur. Nā licet fuerit notus
in Iudæa Dominus, & in Iſraele magnum nomen
eius, in aliis tamen regionibus non colebatur, nec
cognoſcebatur. Et ob euāgelij prædicationem Dei
nomen fama celebratur illuſtri, & regionibus ab-
ſtruſis innoteſcit, & in illis colitur, & laudibus ef-
fertur. Et hoc eſt ſanctificari Dei nomen. Petimus
itaque, vt Dei nomen, quod in ſe eſt omni prædi-
catione digniſſimum, vbique terrarum celebretur,
& diligatur, eique omnes homines cultum adhi-
beant, & honorent.

Cùm ſanctificatus fuero in vobis coram eis. Hoc eſt,
cùm vos coram illis me ſanctum eſſe oſtenderitis;
oſtēdetis autem hoc, cùm eorum ſuperſtitionibus
& vitiis repudiatis incubueritis in virtutum actio-
nes, inuocaueritis me ipſum, me vnum Deum ado-
rādum eſſe aſſerueritis, mihi ſeruieritis, & ſummis
laudibus extuleritis. Tunc ego vos eripiā à miſera
ſeruitute, & oſtendam potentiam meam, & intelli-
gent Gentes me eſſe verum & potentem Deum.

*Et effundam ſuper vos aquam mundam, & emunda-
bimini.* Dixerat Deus Iudæis paulò antè ſe eſſe eos
ablaturum de Gentibus, & cōgregaturum de vni-
uerſis terris, & adducturum in Iudæam: id quod ef-
1.Eſd.1. fectum fuit tempore Cyri, vt conſtat ex primo ca-
Eſa.43. pite libri primi Eſdræ, quemadmodum vaticinatus
& 45. fuerat Eſaias capite 44. & 45. & alij diuini vates.
Nunc promittit illis, daturum ſe eis eſſe aquā mū-
dam qua ab immūditiis abluerentur. Multi ex Iu-
dæis intelligunt hoc de tempore Meſſiæ, dicentes
hanc aquā eam eſſe, de qua agit capite 47. per quā
bonorum intelligunt affluentiā. Rectè illi quidem,
niſi in hoc errarent, quòd Meſſiam, qui iam venit,
venturum eſſe expectarent. Si hoc de Chriſti tem-
pore aſſerunt etiā Iudæi, qui erit Chriſtianus, quis
illud neget ad Chriſtum referendum? Quis non vi-
det hæc de eccleſia præcipuè intelligi, in qua Deus
fideles coadunauit, & à dæmonis tyrānide eripuit?
Eccleſia eſt Sion, mons fidei & virtutum, de quo
ait Chriſtus Deus noſter, de Deo patre loquēs: Ego
autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion mon-
tem ſanctum eius prædicans præceptū eius. De ec-
cleſia id intelligitur, quod ait diuinus pſaltes: Ele- *Pſal. 2.*
git Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſi-
bi. Et Eſaias: Reſpice Sion ſolennitatē ciuitatis no- *Pſa.131.*
ſtræ: oculi tui videbunt Ieruſalem, habitationem *Eſa. 33.*
opulentam, tabernaculum, quod nequaquā tranſ-
ferri poterit. Super eccleſiam effudit Deus aquam
mundā, vt ab omnibus peccatis mūdaremur. Nam
ſi hoc ſolùm de reditu Hebræorum à Babylonica
ſeruitute intellexeris, dic obſecro, quando Deus il-
lis aquam mundam effudit, qui per aquam intelli-
gis lympham materialem? Quæ eſt hæc aqua mun-
da, quæ ſcelerum labes abluebat, & animas expia-
bat? Hæc aqua abſque dubio eſt diuina gratia, &
ſpiritualium bonorum abundātia, quæ de ſaluato-
re Ieſu Chriſto per ſacramenta tāquam per fontes
dimanat, & totā eccleſiā rigat: De ea dixerat Eſaias; *Eſa.12.*
Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris.
Non ait: Haurietis aquam, ſed aquas, nec de fonte,
ſed de fontibus, vt gratiæ magnitudinem, & dono-
rum ſpiritualium multitudinē ſignificaret. In fon-
te eſt aqua, at in pharmacopolæ officina ſunt diuer-
ſa aquarum ſalutarium genera: ita in eccleſia, quæ
eſt diuini medici officina, & miropolium cœleſte,
ſunt multa ſacramenta, multa dona, varia gratiarū
genera, cœleſtis doctrina, diuinæ inſpirationes, ad-
mirabilis ſalutarium medicamentorū abundantia:
quæ omnia aquarum nomine ſignificantur. Ad has
ſalutares aquas nos inuitat alibi idē Eſaias dicens: *Eſa.55.*
Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habe-
tis argentū, properate, emite, & comedite. Hæ ſunt
aquæ, quæ eccleſiā Dei perpetuis gaudiis afficiunt:
quæ vt eſt Cāticorum literis prodɩtū, impetu cur-
runt de Libano. De quibus ait regius vates: Flumi- *Cant.4.*
nis impetus lętificat ciuitatem Dei. Et rurſum: Su-
per aquā refectionis educauit me. Et Zacharias de *Pſal.45*
tēpore Meſſiæ loquens, In die illa, inquit, erit fons *Pſa.22.*
patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem in *Zach.13*
ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. Et Ioel. Per *Ioel. 3.*
omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo
Domini egredietur, & irrigabit torrētem ſpinarū.
Riui Iuda ſunt eccleſiæ ſacramenta, aquas gratiæ
conferentia: domus autem Domini, vbi in princi-
pio congregati ſunt fideles, eſt Hieroſolyma, vnde
fons cœleſtis doctrinæ manauit, quæ orbem terra-
rum adimpleuit. Et quoniam gratia, vt ait diuus
Paulus in epiſtola ad Romanos, non eſt ex ope- *Rom.11.*
ribus, alioquin gratia iam non eſſet gratia, ait Chri-
ſtus in Apocalypſi Ioannis: Ego ſitienti dabo *Apo.21.*
de fonte aquæ viuæ gratis. Huius aquæ imagi-
nem gerebat illa, quam virgo Rebecca ſeruo A-
brahami, eiúſque camelis impertiuit. Quoniam
futurum erat, vt diuina Rebecca, glorioſa Dei ge- *Gen.24*
nitrix virgo eſſet gratiæ diſpenſatrix, eamq́ue non
ſolùm hominibus, ſed etiam brutis, hoc eſt, non
ſolùm iuſtis, ſed peccatoribus ad ipſam confugien-
tibus impetraret. Hæc eſt aqua, de qua ait Chriſtus
Samaritanæ: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo
ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua, quam ego dabo *Ioan. 4.*
ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam:

Simile Quemadmodum anceps aniculam capit, qua vtitur ad alias capiendas, eamq́uẽ aliarum auium vocatricem & inuitatricem iuxta ſontem aliquem in vinculum cõiectam collocat, vt alia illuc conuenientibus impleat ſuum rete: ſic Dominus Ieſus mulierem illam Samaritanam veluti turturẽ quandam voluit aucupari iuxta fontem Iacob, vt illa eſſet multorum volucrum inuitatrix, qui exeuntes è ciuitate ad Chriſtum conuenerunt, quos illi in admirabili reti fidei recepit, vt ea illo aucupio ad vitam æternam perduceret. Aquam illam potauerunt, de qua ait hoc loco Deus per Ezechielem:
Inf.47. Effundam ſuper vos aquam mundam, & emundabimini. De qua agit etiam capite.47.

Et ab vniuerſis idolis veſtris mũdabo vos. Qui ea actu, & affectu à vobis proiicietis, vt illis derelictis mi-
Matt.6. hi ſeruiatis. Nemo enim poteſt duobus Dominis ſeruire, vt ait apud Matthæum Chriſtus Deus no-
Exod.8. ſter, Cùm Pharao permitteret Hebræis, vt Deo in Aegypto victimas immolarent, reſpondit Moyſes: Non poteſt ita fieri: abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Deo noſtro? Fieri non poteſt, vt Pharaoni, hoc eſt, diabolo, & Deo ſimul ſer-
1.Reg.5. uiamus. In templo Dagonis non potuit eius ſimulacrum cum arca Dei erectam eſſe, & coli: Et Elias illis, qui & Deo vero, & Baali Deo commentitio
3.Reg.18 ſeruire gloriabantur, Vſquequo, inquit, claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum, ſi autem Baal, ſequimini illum. Id explicãs
2.Cor.6 diuus Paulus in epiſtola ſecunda ad Corinthios. Quæ, inquit, participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ conuentio Chriſti ad Belial?

Et dabo vobis cor nouum & ſpiritum nouum. Id eſt, dabo vobis animi puritatem, & vim illam, per quã nihil niſi rectum, iuſtum, & pium appetitur. Huius diuinæ reformationis eò magis participes efficimur, quò magis ſpiritus noſter ad imaginem Dei renouatur. Hanc reformationem, & cordis nouitatem, & ſpiritus inſtaurationẽ petebat à Deo Da-
Pſal.50. uid, dicens: Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Cor poſtulauit mundum, nam de immũdo exeunt ea, quæ hominem contaminant, qualia ſunt cogitationes
Matt.15 malæ, homicidia, adulteria, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt, inquit Deus, quæ coinquinant hominem. Hæc ſunt quæ mentis oculos tene-
Matth.5 bris obfundunt, ne Deũ aſpiciant. Beati verò illi, qui ſunt mundi corde, quoniam ipſi Deũ videbũt. Beati qui ſpiritu nouo, induti homine nouo Deũ eos innouantem amplectũtur. Vnde diuus Paulus
Epheſ.4 in epiſtola ad Epheſios, Renouamini, inquit, ſpiritu mentis veſtræ. Hoc promiſerat Deus his verbis
Zach.12 per Zachariam: Effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalẽ ſpiritum gratiæ & precum. Cùm Deus cæremonias & ſacrificia legis veteris antiquaret, & nouam ferret legem, opus erat noua in hominibus corda creare. Id intelligens re-
Pſal.95. gius vates canebat: Cantate Domino cãticum no-
Eſai.42 uum, cantate Domino omnis terra. Et Eſaias No-
Eſai.65. ua ego annuntio. Et rurſus ita Deum loquentem inducit: Creo cœlos nouos, & terram nouam. Vbi per cœlos nouos intelligit Apoſtolos, & viros iuſtos: per terram verò nouam eccleſiam catholicam, in qua eſſent corda noua & ſpiritus noui, qui in nouitate animorũ noua Deo cãtica emitterent. Ideo ait in Apocalypſi beatus Ioannes. Vidi cœlum no- *Apoc.21.*
uũ, & terrã nouã. Et paulò pòſt. Vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam, deſcendentẽ de cœlo. Et iterum: Et dixit, qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et apud eundem Ioannem ait Chri- *Ioan.13.*
ſtus: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Etſi mandatum de proximi dilectione fuerit antiquum, & in lege vetere ſcriptũ, nam Chri-
ſtus apud Matthæum illud ait eſſe vnum de primis *Mat.22*
legis præceptis, hoc tamen loco illud nouum appellat, quia erat ab eo innouatum & inſtauratum,
quoniam fuerat per phariſæorum traditiones ferè *Matt.5.*
deletum. Addiderant enim præcepto de charitate: & odio habebis inimicum tuum: quæ verba in lege nuſquam inueniũtur. Dicitur etiam præceptũ nouum, quòd in nouo teſtamento frequentius inueniatur. Cùm lex de cæremoniis & ſacrificiis frequentiſſimè faciat mentionẽ, raro meminit huius præcepti: at euangelium Chriſti illud vbique prædicat, & inculcat. Præterea ideo dicitur nouũ, quia quemadmodum quod nouum eſt propinquum eſt principio ſuo, ſic charitas nos Deo rerum omnium principio unit, & propinquos reddit. Poſtremò nouum appellatur charitatis præceptum, quòd non poſſit perfectè niſi nouo ſpiritu adimpleri. Nã charitas Dei teſte diuo Paulo ad Romanos, diffuſa eſt
in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui da- *Rom.5.*
tus eſt nobis. Spiritus ſanctus corda noſtra innouat, diffundens in ea charitatem, non ſolùm erga Deum, ſed erga proximum. Et licèt charitas & dona Dei propria ſint totius trinitatis, tamen ſpiritui ſancto attribuuntur, quòd ſola diuina voluntate donentur, per cuius modum ſpiritus ſanctus à patre & filio ſpiratur. Et inter alia præcipua quadam ratione illi charitas aſcribitur, quòd per illum, qui charitas eſt patris & filij ſtatuit nos Deus ſecum, & inter nos inuicem charitate cõiungi. Ideo ait Apoſtolus dari nobis charitatem Dei per ſpiritum ſanctum qui datur nobis. Non quòd ſpiritus ſanctus ſecundum ſubſtantiam illabatur nobis, & in nobis inſit ſecundum ſuam naturã, ſed datur nobis in effectu ſuo, nimirum per charitatem, quam infundit in corda noſtra: qua charitate & Deũ diligimus & proximum. Ideo diuus Auguſtinus hanc charitatẽ eã dicit eſſe, non qua diligit nos Deus, quæ eſt eius eſſentia diuina, ſed qua in nobis inhærente ipſum Deum amamus, quæ quidã effectus eſt, & impreſſio in nobis diuinæ bonitatis. De vtraq; charitate intelligitur id, quod ait Chriſtus Deus noſter: Qui diligit me, diligetur à patre meo. Et de vtraque ait Origines hunc locũ diui Pauli intelligi: de ea quæ prima cauſa eſt noſtræ ſalutis, quæ eſt illa, qua nos
diligit Deus: diuino enim fauore præuenimur, non *1.Ioan.4*
quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniã ipſe prior dilexit nos. Sed hæc charitas Dei in corda noſtra diffunditur: quẽadmodũ dicimus diffundi cauſam per effectus, & principis magnificentiã, quæ in ipſo eſt, dicimus in ciues per beneficia diffundi. De hac igitur charitate locũ illum Apoſtoli interpretatur, & de ea etiam, qua nos ipſum Deum ſummo proſequimur amore, & proximum ſicut nos ipſos diligimus. Et quoniam hæc charitas, qua proximum amplectimur, non eſt niſi in corde nouo, ideo eius præceptum nouum vocatur, præſertim cùm Deus illud innouauerit. Quemadmodum qui feudum habet tantum in vita ſua, ſibi à patre ſuo *Simile*
relictum,

relictum, ita vt Dominum penes concedentem remaneat, innouat illud, & nouum conficit contractum, & ita dicitur habere nouum feudum, non quod ſit nouum, ſed ob nouum pactum, & feudi innouationem: ſic cùm præceptum de proximi charitate datum à Deo in lege veteri eſſet obliuione poſteritatis ferè deletum & extinctum, & veluti feudum in vltima vita quaſi penitus finiretur, innouauit & inſtaurauit illud Chriſtus Deus noſter: quam ob cauſam nouum ab illo meritò appellatur. Dedit nobis Dominus præceptum hoc denuò, vt illud vicinius inuenientes, & ſuum eſſe contemplantes, obligationem ſeruandi illud in memoriam redigeremus. Et quoniam ad illud implendum nouo corde indigebamus, promiſit hoc loco, ſe illud nobis eſſe daturum. Hoc idem dixit
Sup. 11. ſuprà cap. 11. vbi ea poteris videre, quæ ibi expoſuimus.

Et auferam cor lapideum. Indicat legem gratiæ, Chriſti ſanguine confirmatam, quæ duriſſima hominum immanium & indomitorum corda emolliuit, & mitia fecit. Annotauit hoc Tertullianus, & rectè quidem Chriſti ſanguinem ea corda domuiſſe, & mollia reddidiſſe, quæ terribilis Romanorum potentia lenire & domare nunquam potuit. Corda hominum lapidea, dura, & in ſceleribus obſtinata, nullam piæ & ſalubris doctrinæ impreſſionem admittentia, fuerunt in carnea conuerſa, docilia, & mollia, & ad diuinam doctrinam accipiendam accommodata. Diuus Gregorius libro decimo Moralium hunc explicans locum ait: Cor lapideum tollit Deus, cùm à nobis ſuperbiæ duritiam ſubtrahit: & cor carneum tribuit, cùm eandem duritiam ad ſenſum reducit. Cùm cor noſtrum ſit id, quod à nobis Deus præcipuè exigit ſumma ope niti decet illius duritiam & prauitatem vitare. Abominale Domino, ait Salomõ, eſt cor prauum. Et
Prou. 11 Ieremias: Laua à malitia cor tuum. Vnde ait Apo-
Iere. 4. ſtolus in epiſtola ſecunda ad Theſſalonicẽſes: Do-
2. Theſ. 3 minus autem dirigat corda veſtra in charitate Dei & patientia Chriſti. Idem dixit Ezechiel capite vndecimo, vbi de cordis duritia latè diſſeruimus.

Et faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus veſtris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Et ſaluabo vos ex vniuerſis inquinamentis veſtris, & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri, vt non portetis vltrà opprobrium famis in Gẽtibus. Et recordabimini viarum veſtrarum peſſimarum, ſtudiorúmque non bonorum: & diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ, & ſcelera veſtra. Non propter vos ego faciam, ait Dominus
Rom. 6. Deus, notum ſit vobis. Confundimini, & erubeſcite ſuper viis veſtris domus Iſrael.
G Hæc dicit Dominus Deus: In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus veſtris, & inhabitari fecero vrbes, & inſtaurauero ruinoſa, & terra deſerta fuerit exculta, quæ quondam erat deſolata in oculis omnis viatoris, dicent: Terra illa inculta facta eſt vt hortus voluptatis, & ciuitates deſertæ & deſtitutæ, ac ſuffoſſæ, munitæ ſederunt. Et ſcient Gentes, quæcunque derelictæ fuerint in circuitu veſtro, quia ego Dominus ædificaui diſſipata, plantauíque inculta: ego Dominus locutus ſim & fecerim. Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc in hoc inuenient me domus Iſrael, vt faciam eis. Multiplicabo eos ſicut gregem hominum vt gregem ſanctum, vt gregem Ieruſalem in ſolemnitatibus eius. Sic erunt ciuitates deſertæ, plenæ gregibus hominum: & ſcient, quia ego Dominus.

Et habitabitis in terra, quam dedi patribus veſtris. Diuus Auguſtinus libro tertio de doctrina Chriſtiana, capite 34. hunc enarrans locum, ait: Non carnaliter, ſicut carnalis Iſrael, ſed ſpiritualiter, ſicut ſpiritualis Iſrael debemus accipere, Eccleſia quippe ſine macula & ruga ex omnibus gentibus congregata, atque in æternũ regnatura cum Chriſto, ipſa eſt terra beatorum, terra viuentium. Ipſa eſt intelligenda patribus data, quando eis certa, & immutabili Dei voluntate promiſſa eſt: quoniam ipſa promiſſionis vel prædeſtinationis firmitate iã data eſt, quæ danda ſuo tempore, à patribus credita eſt. Hæc ille: quibus per terram promiſſionis patriam intelligit cœleſtem, & eccleſiam triumphãtem. Sed quoniam in eccleſiam illam triumphantem nemo ingreditur, niſi fuerit huius eccleſiæ militantis membrum, & ciuis huius, qui in gratia migrant, in illam transferuntur, per hanc terram, quam Deus hoc loco promiſit, eccleſia hæc catho- 1. Tim.
lica abſque dubio ſignificatur: quæ eſt domus Dei, 3.
columna & firmamentum veritatis. Hæc eſt ciuitas regis, vinea electa, noua Hieroſolyma, ciuitas Pſal. 47
Dei, & terra promiſſa. Eſai. 6.
Et dabo frumentum. Hoc eſt, ad iuſſum meum, ad Apoc. 21
vnam vocem meam veniet magna frumenti copia. Pſal. 45.
Reddam terram fertiliſſimam: & fame non laborabitis. Non ſolùm loquitur de cibis corporis, ſed de alimentorũ animæ abundantia. Ac ſi dicat: Ego vobis gratiam tribuam, & ſacramẽta, & verbi Dei concionatores: quæ omnia frumenti ſiue cibi nomine ſignificantur. Verus animi cibus ſpiritualis eſt, & vera fames eſt rerum ſpiritualium penuria. Hac fame laborabat filius ille prodigus, qui in ſe
reuerſus dixit: Quanti mercenarij in domo patris Luc. 15.
mei abundant panibus, ego autem hîc fame pereo. Comparatione ſtatus illius præſentis, in quo erat, & præteriti, quem amiſerat, excitatus eſt ad pœnitentiam. Vidit famem preſentem, & meminit abũdantiæ præteritæ, & in ſuſpirium erupit. Etſi peccator ſe videat omni humanarum opum copia affluentem, tamen cognoſcit ſe veris diuitiis carere: nam torquetur animo, & nec ſatiatur, nec eius ſitis vnquam expletur. Quid habet, qui Deum non habet? Quid poſſidet, qui ſeipſum non poſſidet? Id intelligens diuus Auguſtinus aiebat: Omnis copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas mihi eſt. Omnia
appetunt in centro ſuo conquieſcere: ideo ignis Simile
ſurſum tendit, lapis autem deorſum. Eodem modo

anima

anima noſtra in Deo quieſcere deſiderat tanquam
in centro ſuo. Eam ob cauſam ait Aurelius Augu-
ſtinus: Creaſti nos domine ad te, ideo inquietũ eſt
cor noſtrum, donec requieſcat in te. Hinc efficitur,
vt mundi diuitiæ & proſperarum rerum abũdan-
tia, honores, & dignitates nequaquam poſſint ani
mam ſatiare, cùm centrum non ſint, vbi illa quieſ-
Simile cit. Et vt lapis etſi auro ornetur, & in arcula pre-
tioſa includatur, non tamen propenſionem amit-
tit, quam habet ad centrũ & proprium locum, vbi
eſt eius quies: ſic anima noſtra quãuis magnis mũ-
di opibus & dignitatibus affluamus, nõ tamen trã-
quilla omnino & ſatiata eſt, donec in cœlo con-
quieſcat in Deo, illóque in æternum fruatur. Sen-
tit quidem ob gratiæ aſſiſtentiam modum quen-
dam quietis & ſuauitatis, ſed perfectam quietem
& ſuauitatem in cœlo tantùm cõſequitur. At im-
pij homines nullam habent effigiem quietis, nec
ſaturitatis. Imagines & vmbras rerum comedunt
Prou.13 peccatores, ideo non replentur. Id intelligens aie-
bat Salomõ: Iuſtus comedit, & replet animã ſuam,
Eſai. 9. venter autem impiorũ inſaturabilis eſt. Et Eſaias:
Oſe.4. Declinabit ad dexteram, & eſuriet. Et Oſeas: Co-
Amos.8. medent, & non ſaturabũtur. Et Amos, aut potiùs,
Deus per illum: Emittam famen in terram, nõ fa-
men panis, nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbũ do-
mini. Hanc famem permittit Deus aliquando ob
hominum ſcelera nefanda, permittẽs vt impij præ-
ſules rempublicam gubernandam ſuſcipiant, qui
nec concionantur, nec concionatores admittunt,
ſed ſcientiam repellũt, & veram animorum eſcam
abſcondũt. De huiuſmodi paſtoribus ait Salomon
in Prouerbiis: Qui abſcondit frumenta, maledice-
Prou.11 tur in populo. Cùm hæc fames in terra viguiſſet,
venit diuinus ille concionator Chriſtus Deus no-
ſter, qui eam abſtulit, & frumenti ſaturitatem tri-
buit.

Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri. Hoc
eſt, arbores, lætiſſimorum fructuum copia exornã-
bo, & terram frugiferam reddam. Poteris per li-
gnũ hoc lignum vitæ intelligere, & per agrũ eccle
ſiam, cuius admirabilis & vberrimus fructus vi-
ros Chriſtiana pietate præſtantes reficit & recreat.
Prou. 3. Nam, vt ait in prouerbiis Salomon, de ſapiẽtia pa-
Prou. 11 tris, quæ Chriſtus eſt, loquẽs, lignum vitæ eſt his,
qui apprehenderint eam. Et rurſus: Fructus iuſti
lignum vitæ. Poteris per lignum virum iuſtum in-
telligere: de quo ait regius vates: Erit tanquam li-
Pſal. 1. gnum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ,
quod fructum ſuum dabit in tẽpore ſuo. Vir enim
iuſtitia præſtans instar arboris fœcundæ pulchros
virtutis fructus, illóſque tempeſtiuos producit.

Et recordabimini viarũ veſtrarum peſsimarum. Im-
piam veſtram priſtinam viuendi rationem in me-
moriam redigetis, vt eius pœnitẽtiam agatis, eám-
Ierem.2 que deteſtemini. Ideo ait Ieremias. Vide vias tuas
in cõualle: ſcito quid feceris. Ac ſi dicat: Adhuc ve-
ſtigia tua apparent in valle, quibus terram attin-
gebas, cùm ibas ad idola colenda, intuere ea, conſi
dera peccata tua, vt illa execreris, tèque illorũ pœ-
niteat. Et in Deuteronomio ſcriptum legimus: Me
Deut. 9. mento, & ne obliuiſcaris, quomodo ad iracũdiam
prouocaueris dominum Deum tuum. Ideo præte-
rita vitia ſunt in memoriam reuocanda, vt ea de-
ploremus, non vt ex illorũ cogitatione voluptatẽ
Phili. 3. capiamus. Audi diuum Paulum dicentẽ: Quæ qui-
dem retrò ſunt obliuiſcẽs, ad ea verò, quæ ſunt prio
ra, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor,
ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ie-
ſu. Aſpicis igitur debere nos peccatorum præteri-
torũ & recordari, & obliuiſci: recordari ob acqui-
rendum dolorem, obliuiſci ob fugiendam volupta
tem. Multa ſunt enim, quorum vtile eſt obliuiſci.
Ferunt floruiſſe apud Græcos virum quendam no-
mine Themiſtoclẽ, incredibili quadam animi atq;
ingenij magnitudine, cui cùm Simonides artẽ me-
moriæ polliceretur, obliuionis, inquit, mallẽ: nam
memini eorum, quæ nolo: obliuiſci non poſſum,
quæ volo. Meminit huius apophthegmatis Cice-
ro libro 2. de Oratore, & 4. de finibus. Et Plutar-
chus libro 5. apophthegmatum. Sed quoniam ne-
ceſſe eſt de peccatis confiteri & ſanctũ pœnitentiæ
ſacramentum frequentare, neceſſe eſt reuocare in
memoriam delicta, vt debitam illorum confeſſio-
nem faciamus. Vt qui incidit in flumẽ, non obrui- *Simile*
tur, quandiu aqua non accedit ad os, quoniam reſ-
pirare poteſt, & non ſubmergi: ſin autem aqua
attigerit, & adimpleuerit os, ſtatim obruitur,
& moritur: ſic qui incidit in peccati gurgitem,
adhuc ſpem habet vitæ, ſi os non habet impedi-
tum, ſi paratus eſt de ſceleribus debitè cõfiteri: ſin
autem tanta eſt culparum aqua, vt ei ſuper os aſcẽ-
dat, quo flagitia ſua ſilẽtio prætereat, nolẽs de illlis
cõfiteri, obruitur miſer, & ad ima tartarorum deſ-
cendit. Eam ob cauſam dicebat regius vates: Non
me demergat tempeſtas aquæ, nec abſorbeat me *Pſa. 68.*
profundum, nec vrgeat ſuper me puteus os ſuum.
Aquis maris obruti ſunt Aegyptij, non Iudæi: Iu- *Exo. 14.*
dæus enim ſignificat confitentẽ, Aegyptius turba
tũ. Ille eripitur, qui ad veram cõfugit confeſſionẽ,
ille perit, qui obſtinatione turbatus, peccatorum
ſuorum confeſſionem contemnit.

Non propter vos ego facio. Hoc eſt, non ex operi-
bus iuſtis, quæ feceritis, ſed meam intuens miſeri-
cordiã vos liberabo. Hoc ita eueniſſe teſtatur his
verbis in epiſtola ad Titum Diuus Paulus: Appa- *Tit. 3.*
ruit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei,
non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſe-
cundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per
lauacrum regenerationis, &c.

Et inſtaurauero ruinoſa. Hoc eſt, hoc faciam, cùm
ciuitates terræ promiſſionis, quæ modò euerſæ
ſunt, fuerint inſtauratæ, & deleta ac diruta ædificia
in priſtinam amplitudinem reſtituta: Liberabo
vos à Babylonica ſeruitute: & erunt mœnia ve-
ſtra magnificentiſſimè inſtaurata. Per hæc mœ-
nia homines ſignificantur, quaſi dicat Deus: ho-
mines anteà vitiis contaminati, infidelitate cor-
rupti, inſipientia cæci, omnibus flagitiorum macu
lis notati, qui per peccatum ceciderant, & fuerant
funditus euerſi, erunt diuino fauore erecti, munda
ti, illuminati, & in Chriſtiana nobilitate cõſtituti.

In oculis omnis viatoris. Hoc eſt, coram oculis om
nium tranſeuntium. Poteris per viatores homines
intelligere. Ait enim in epiſtola ad Hebræos Apo- *Heb. 13.*
ſtolus: Non habemus hîc manẽtem ciuitatem, ſed
futuram inquirimus. Et de patribus antiquis ait in *Heb. 11.*
eadem epiſtola: Iuxta fidem defuncti ſunt omnes
iſti, non acceptis repromiſſionibus: ſed à longè eas
aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia pere-
grini ſunt & hoſpites ſuper terram. Qui enim hoc
dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere, &c. Et in

ſecunda ad Corinthios, Dum ſumus, inquit, in cor pore, peregrinamur à domino.

Terra illa inculta facta eſt vt hortus voluptatis. Hoc eſt, terra promiſſionis, quæ nunc inculta eſt, & deſerta, quòd fuerint ex ea Hæbræi in Chaldæã abducti, poſt eorum reditum à captiuitate, erit culta & frugifera inſtar hortus amœniſſimi, & viridarij

Eſai. 51. pulcherrimi. Idem prædixerat his verbis Eſaias: Conſolabitur dominus Siõ, & cõſolabitur omnes ruinas eius: & ponet deſertum eius quaſi delicias & ſolitudinem eius quaſi hortum domini. Poſſunt hæc referri, & rectè quidem ad Gentilitatem, quæ cùm ante gratiam inculta fuiſſet, & deſerta abſque fide & charitate, fuit poſteà per euangelij prędicationem culta & fructifera, & ob fidem, & ſacramẽtorum receptionem vberrimos virtutum fructus mirabiliter tulit.

Et ciuitates deſertæ. Subaudi, ab habitatoribus: deſtitutæ ab alimentis, ſuffoſſæ, hoc eſt, euerſæ ab inimicis, muros funditus delentibus. Hæ ciuitates reſtaurabuntur, & munitæ colentur.

Adhuc in hoc inuenient me domus Iſrael, vt faciam eis. Quærent me verè Iſraelitæ, & inueniar ab eis, quibus ea faciam, quæ ſequuntur.

Multiplicabo eos ſicut gregem hominum. Hoc eſt, non erit grex pecorum, ſed hominum. Erunt viri iuſti, ratione vtentes, qui ea officia exercebũt, quorum cauſa eos mundi creator ſui diuini numinis ſimiles effecit, & naturam rationis compotem impertiuit. Comparat ſe Chriſtus cum paſtore, & fideles ſuos cum ouibus, non brutis, ſed intellectus participibus. Id quod apud diuum Ioannem capite

Ioan. 10 decimo multis verbis explicuit, Qua de re capite

Sup. 34. trigeſimoquarto ſuprà diſſeruimus.

Vt gregem Hieruſalem in ſolennitatibus eius. Hoc eſt, numerus hominum excedet numerum ouium, quæ in feſtiuitatibus conueniunt Hieroſolymam, vt ibi immolentur, & comedantur. Diebus ſolennibus erat Hieroſolymæ magna pecorum multitudo, præſertim tribus ſolennitatibus, quibus Iudæi

Exo. 23. tenebantur venire ad templum: de quibus loquitur in diuina ſcriptura capite 23. Exodi: & aliis in locis.

ANNOTATIONES EX Hebræo in Cap. XXXVI.

Pro eo quòd deſolati eſtis, & conculcati per circuitum. Septuaginta habent: Pro eò quod inhonorati eſtis vos ab iis, qui ſunt in circuitu veſtro. Pagninus: Pro eo quod deſolauerunt & abſorbuerũt vos vndique, Quæ omnia in idem coincidunt. Pro deſolati eſtis, eſt in Hebraico: שמות xammoth, à verbo xamam, quod ſignificat deſolare, perire, & euertere: vt 5. capite Threnorum: Propter montem Siõ,

Thre. 5. qui diſperiit. Vel, vt alij vertunt, qui deſolatus eſt,

Iob. 16. Id verò quod ait Iob: In nihilum redacti ſunt omnes artus mei, poteſt verti ex Hebræo: Deſolaſti omnem congregationem membrorum meorum. Acſi diceret: Omnia membra mea vulneraſti. Eſt enim idem verbum. Significat etiam obſtupeſcere,

Iob. 21. & conturbari, vt apud eundem Iob: Attendite

Pſa. 142 me, & obſtupeſcite. Vnde id, quod eſt in pſalmo: In me turbatum eſt cor meum, verti poteſt: Intra me obſtupuit cor meum. Id etiam, quod eſt apud

Eſai. 59. Eſaiam: Et aporiatus eſt, quia noneſt, qui occurrat: pro aporiatus eſt, in Hebraico hoc idem verbum. Quare poterat verti locus ille: Et obſtupuit, quia nõ erat, qui occurreret. Ex his omnibus colligitur poſſe hunc Ezechielis locum ita verti: Eò quòd in nihilum redacti eſtis. Vel, quòd præ nimio dolore obſtupuiſtis.

Propè enim eſt, vt veniat. Ex Hebraico poteſt verti: Appropinquauerunt enim, vt veniant, Subaudi, ad me. Acſi dicat Deus: Dederunt ſigna futuræ reſipiſcentiæ: oſtẽderunt ſe pœnitẽtiam velle agere, & ad me confugere. Pro prope eſt, in Hebraico eſt קרבו cereuu, à verbo carau, quod ſignifi- Eſa. 65.

cat appropinquare, vt apud Eſaiam: Recede à me: Pſa. 26.

non appropinques mihi. Et in pſalmo: Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas, ſignificat etiam dimicare, & pugnare, vnde

cerau ſignificat bellum, vt in pſalmo: Diſſipa gen- Pſal. 69

tes quæ bella volunt. Vnde id, quòd modò citabã ex pſalmo: Dũ appropiant ſuper me nocentes, ſeu, vt legit Auguſtinus, dum appropinquant ſuper me nocentes. poteſt rectè transferri ex Hebræo: Dum dimicant aduerſus me impij. Significat præterea

verbum hoc offerre, vt capite tertio Numerorum: Num. 3.

Mortui ſunt enim Nadab, & Abiu, cùm offerrent

ignem alienũ. Significat poſtremò adhærere, vt in Pſal. 72

pſalmo: Mihi adhærere Deo bonum eſt. Vel mihi bonum eſt offerre meipſum Deo. Vnde locus hic Ezechielis poterat rectè conuerti ex Hebræo: Obtulerunt enim ſe, vt veniant.

Et adducam ſuper vos homines, populum meum Iſrael. Hoc eſt: Super vos ô montes Iudææ adducam homines. nimirum populum meum Iſrael, qui modò in Babylonica captiuitate detinetur. Efficiam, vt vos incolant Iudæi, qui modò à vobis abſunt. Septuaginta ita trãſtulerunt: ϗ γεννήσω ἐφ' ὑμᾶς ἀνθρώπους ἀντὶ τοῦ λαοῦ μου ἰσραὴλ. Hoc eſt, & generabo ſuper vos homines pro populo meo Iſrael. Acſi dicat De⁹: Ego ô eccleſia mea pro populo Iſraelitico quõdã fideli generabo tibi apoſtolos, & viros Apo

ſtolicos, & magnam fidelium Chriſtianorum infi- Pſal. 44.

nitatem, Id cecinerat iis verbis regius vates. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Hi ex indoctis piſcatoribus facti ſunt principes totius orbis terrarum, nõ ſolùm dum vita agerent tantũmodò, vt Iulius Cęſar, & Octauianus Auguſtus, ſed etiã per millequingentos annos talem obtinent principatum, vt etiã ſummi imperatores & illuſtriſſimi mundi monarchæ ante eorum oſſa venerabundi procumbãt, optantes vel veſtigia pedum eorum exoſculari. Horum tãta eſt authoritas & maieſtas, vt qui eos au-

dit, ipſum Deũ audiat, qui eos ſpernit, ipſum Deũ Luc. 10.

ſpernat. Patres fuerunt patriarchæ & prophetæ, quorum loco nati fuerunt Apoſtoli, qui orbis terrarum principatu potirentur: & viri alij ſapientia inſignes, virtute præcellẽtes, charitate præſtantes: qui omnes mundi nationes ſancta religione imbuerunt, & admirabile Ieſu Chriſti nomen vbique celebrarunt. Hos genuit Chriſtus ſanguine ſuo: &

hęc eſt admirabilis illa generatio, de qua ait Eſaias: Eſa. 53.

Generationem eius quis enarrabit? Acſi diceret: Quis poterit conſequi oratione magnam illam ſpiritualem, & infinitam hominum prolẽ, quos Chriſtus eſt ſuo ſanguine geniturus? Id explicans diuus

Ioannes ait: Quotquot autem eum receperunt, de- Ioan. 1.

dit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui nõ ex ſanguinibus, nec ex vo-

luntate

luntate carnis, nec ex volũtate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Non ait euangeliſta fuiſſe beneficium hoc conceſſum magnatibus, & in ſolos principes collatum, ſed in omnes, quicunque in Chriſtum crediderunt. Intuere Dei noſtri bonitatem. Non eſt Deu. 10. apud eum acceptio perſonarum, vt 10. Deuteronomij, & ſecundo Paralipomenon. 19. & capite ſe- 2. Par. 19. cundo epiſtolæ ad Romanos, & multis aliis in lo- Rom. 2. cis literæ diuinæ conteſtantur. Deus eſt omnium, Gala. 2. communis omnibus, qui vult omnes homines ſaluos fieri. Quotquot autem eum receperunt, ſiue 1. Tim. 2. ſint Iudæi, ſiue Gentes, ſiue reges, ſiue coloni, ſiue diuites, ſiue pauperes, ſiue mares, ſiue fœminæ, ſiue ſenes, ſiue adoleſcentes. Neminem reiicit, neminem contemnit, omnibus in eum credẽtibus dedit poteſtatem filios Dei fieri. Quod poterat maius erga homines beneficium excogitari? Quid nobis poterat eſſe glorioſius, quid illuſtrius? Quæ poterit tanta ingenij vbertas exiſtere, quæ tanta dicendi copia, quod tam eminens atque incredibile genus orationis, quo quiſquam poſſit ſingularem hanc Dei noſtri erga nos charitatẽ non dicam complecti dicendo, ſed recenſere nomerãdo? qd eſt eſſe filios Dei niſi eſſe Chriſti ſanguine ſpiritualiter genitos, ipſius Dei heredes? Si enim filij, & hæredes ait Apoſtolus. Hæredes Dei, cohæ- Gala. 4. redes autem Chriſti. Hęc eſt generatio, de qua hoc loco ait Deus per Ezechielẽ iuxta ſeptuaginta interpretum tranſlationem: Et generabo ſuper vos homines pro populo meo Iſrael.

Et diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ. In Hæbraico pro & diſplicebunt eſt וּנְקֹטֹתֶם vne cotthem, à verbo קוט, quod ſignificat abominari. Ideo ſeptuaginta tranſtulerunt: Et abominationi habebimini ante faciem veſtram in iniquitatibus veſtris. Significat etiam excidere & interficere. Ideo vertit Pagninus: Et quòd ſucciſione digni eſſetis, iudicabitis in conſpectu veſtro propter iniquitates veſtras. Acſi diceret: Vidẽtes ſcelera veſtra coram oculis veſtris, iudicabitis vos dignos eſſe morte. Pſa. 94. Significat etiam litigare, vt in pſalmo: Quadraginta annis litigaui cum generatione hac. Pro quo ſeptuaginta verterunt: Quadraginta annis offenſus fui generationi illi. Et alij: Quadraginta annis proximus fui generationi huic. Significat etiam diſplicere & tabeſcere, vt in pſalmo: Super inimicos tuos Pſa. 138 tabeſcebam. Vel inimici tui mihi diſplicebant. Vel aduerſus inimicos tuos litigabam. Vnde poterat locus hic Ezechielis verti: Et tabeſcetis intra vos ſuper iniquitates veſtras. Vel litigabitis intra vos aduerſus flagitia veſtra.

Argumentum Capitis XXXVII.

Capite ſuperiore promiſit Deus ſe eſſe reducturum filios Iſraelis a Babylonica captiuitate in terram promiſſionis, & Hieroſolymam inſtauraturum, vbi per Babylonicam captiuitatem mundum intelligit & peccatum, per Hieroſolymam verò eccleſiam catholicam, & gratiam, quæ in hac vita non eſt niſi in eccleſia. Hoc autem capite pollicetur Deus idem ſub alia dicendi forma: nam impios homines ſcelerum labibus infectos oſſa arida appellat, quibus campus, hoc eſt, mundus, quem ſuprà ſignificauerat nomine Babylonis, plenus erat. Sed illa erecturum, & ſuſcitaturum pollicetur, Hieroſolymámque reducturum. Qua in re voluit oſtendere fore vt peccatores ab infidelitate & impia ſuperſtitione eriperet, terſiſque illorum maculas, & ſcelerum labes ſuo ſanguine expiaret, eóſque in eccleſia ſua conſtitueret. Itaque capite hoc aſtruitur fides promiſſioni præcedenti, ducto argumento à corporum reſurrectione, vt à re certiſſima. Oſtenditur decem tribuum cum duabus ſocietas: & Chriſti in mundum prædicitur aduentus, quem diuinus vates regem, & paſtorem vnum, eúmque æternum vocat.

CAPVT XXXVII.

FActa eſt ſuper me manus domini, & eduxit me in ſpiritu domini, & dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus, & circunduxit me per ea in gyro. Erant autẽ multa valde ſuper faciem campi, ſiccáque vehemẽter. Et dixit ad me: Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis, Oſſa arida audite verbum domini. Hæc dicit dominus Deus oſſibus his. Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis, & dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuper extendam in vobis cutem, & dabo vobis ſpiritum, & viuetis, & ſcietis, quia ego dominus. Et prophetaui, ſicut præceperat mihi. Factus eſt autem ſonitus prophetante me, & ecce commotio, Et acceſſerunt oſſa ad oſſa vnum quodque ad iũcturam ſuam. Et vidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderunt, & extenta eſt in eis cutis deſuper, & ſpiritum non habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili B hominis, & dices ad ſpiritum, Hęc dicit dominus Deus: A quatuor vẽtis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. Et prophetaui, ſicut præceperat mihi. Et ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & reuixerunt, ſteterúntque ſuper pedes ſuos, exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me, Fili hominis oſſa hæc vniuerſa, domus Iſrael eſt. Ipſi dicunt: Aruerunt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, & abſciſsi ſumus.

A

EXPLANATIO.

Facta eſt ſuper me manus domini. Hoc eſt, venit in me ſpiritus prophetiæ: afflatus ſum ſpiritu prophetico. Hebraiſmus eſt, quo etiam eſt vſus capite pri- Supr. 1. mo, & tertio: quibus in locis manus pro ſpiritu va- & 3. ticinãdi accipitur pro quo dixit capite vndecimo: Sup. 11. Irruit in me ſpiritus domini. Fortaſſe per manum domini intelligit Dei filium: qui manus domini eam ob cauſam appellatur, quia per ipſum omnia Ioan. 1. facta ſunt. Ob eam etiam cauſam brachium domi- Eſai. 52. ni appellatur ab Eſaia dicẽte: Parauit dominus brachium ſuum in oculis omnium gentium. Acſi diceret: Mittet de cœlis pater æternus filium ſuum vnigenitũ, & videbunt homines eum, per quẽ omnia facta ſunt. Et rurſum: Quis credidit auditui no- Eſai. 53.

ſtro,& brachium domini cui reuelatum eſt: Quaſi dicat: Quis noſtris verbis fidẽ habebit? & qui ſunt illi, quibus innoteſcet Chriſtum illũ, qui pro humano genere ſummos cruciatus perpeſſurus eſt, eſſe rerum omnium conditorem & moderatorem? Vel ſic: Facta eſt ſuper me manus domini, & duxit me,&c. Hoc eſt, videbar mihi aſportari manu effigiei cuiuſdam Deum repræſentantis, & in campum duci,&c.

E*t eduxit me in ſpiritu domini.* Refertur hoc ad manum, vt ſit ſenſus: Eduxit me manus domini in ſpiritu domini: Vel refertur ad dominum: aeſi diceret: Afflatus ſum ſpiritu domini, qui dominus eduxit me, &c. Particula illa domini poteſt verti per nominandi caſum, vt dicat diuinus vates: Et eduxit me in ſpiritu dominus. Senſus eſt: Non corporaliter ductus ſum de loco ad locum, ſed totũ hoc per ſpiritum imaginariè mihi oſtẽſum eſt: videbar enim mihi egredi ad quendam campum, & in ſpiritu vidi Dei manum, quæ me ducebat.

E*t dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus.* Aenigmaticè deſcribit Iudæorum liberationẽ eoſque meritò cum oſſibus aridis confert: nam vt oſſa arida per ſe animum recipere, & ad vitam redire nequaquã poſſunt, ſed neceſſe eſt, vt diuino fauore adiuuẽtur: ſic Hebræi in Babylonica ſeruitute cõſtituti, nec ad patriam reuerti per ſe poterant, nec à miſera captiuitate liberari, niſi eos Deus mirabiliter eriperet. Cùm autem per captiuitatẽ peccatũ intelligatur, & qui captiui erant oſſibus aridis cõparentur, non eſt dubium, quin per oſſa arida peccatores intelligantur. Et meritò quidem, fieri enim non poteſt, vt impij per ſe ex viribus propriis iuſtificentur. Cùm autẽ à peccati morte redeunt ad vitã iuſtitiæ, hoc Dei miſericordiæ tribuitur, qui gratiam ſuã largitur peccaturi. Opera noſtra ex ſe bona in lethali flagitio facta, gratiã, qua iuſtificamur, cùm ex impiis efficimur iuſti, non merentur ex cõdigno. Id quidem eſt quod aiunt catholici doctores opera noſtra nõ mereri primã iuſtificationem. Si enim gratia eſt, iam nõ ex operibus: alioquin, vt verbis vtar diui Pauli, gratia iam nõ eſt gratia. Et

Rom.11.
Tit.3.

alibi: Nõ ex operibus, inquit, iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Eſt tamen neceſſe, vt huiuſmodi iuſtificationi concurrat motus liberi arbitrij. Ideo ait diuus Auguſtinus: Qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Non enim fit hæc iuſtificatio abſque bono opere, & motu voluntatis diuinam gratiam acceptantis. Verùm bona opera primam iuſtificationem præcedentia, etſi iuſtificationem ipſam non mereãtur, ſunt tamen diuinæ miſericordiæ prouocantia, & hominem ad ipſam recipiendam diſponentia. At poſt iuſtificationem cum gratia gratum faciente de condigno meremur incumbentes in bona opera, & virtutum actiones, ſed meriti noſtri fundamentum eſt in diuina miſericordia collocatum,

Simile

Vt annulus cupreus pretioſiſſimo adamante ornatus ſummi valoris eſt, non ob cuprum, ſed ob gemmam inæſtimabilem, cupro ipſi incluſam: ſic bona opera noſtra in gratia vitam æternam merentur, non quòd noſtra ſint, quia ſic vt cuprum ſunt parui pretij, ſed quia fiunt in gratia, & inſignita ſunt tanquam ineſtimabili adamante merito mortis & paſſionis Chriſti, cui per gratiam adhæremus: qui nobis ob miſericordiam ſuam bona opera in gratia facientibus vitam æternam promiſit. Eam ob

Matt.20

cauſam in euangelio vita æterna merces iuſtorum appellatur, quòd eam bonis ſuis operibus mereantur. Vnde diuus paulus in epiſtola ſua ſecunda ad

2.Tim. 4.

Timotheum connumeratis laboribus ſuis ſubdit: In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & iis, qui diligunt aduentum eius. Præmium ſuorum operum, hoc eſt, vitam æternam appellat coronam iuſtitiæ, quòd eam meruerit: & Deum eſſe eam ei daturum dicit, quod iuſtus ſit iudex. Illud eſt aduertendum, non dixiſſe, quam dabit mihi dominus, ſed quam reddet mihi dominus: reddere enim eſt dare,

Rom.13.

quod debetur. Vnde in epiſtola ad Romanos, Reddite, inquit, omnibus debita. Volens Chriſtus hanc oſtendere veritatem ait apud Matthæum:

Matt.16

Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. Attende: Non ait: dabit, ſed reddet. Et rurſum loquens de eorum præmio, qui bene in vinea, hoc eſt, in eccleſia laborarunt, Voca, inquit, operarios, & redde illis mercedẽ. Merces eſt id, quod debetur ex merito. Aſpicis igitur

Mat.20.

exigi opera ad æternam ſalutẽ, per quæ illam conſequimur, non ex ipſorum operum in ſe dignitate, ſed ex illis cum fide, ſpe, & charitate cõiunctis, per quæ ex Dei miſericordia ita nobiſcum paciſcentis vitam æternam dicimur mereri. Quãuis enim quis fidem habeat, ſi tamen eſt peccato mortifero aſtrictus, non prodeſt ei fides ad æternam ſalutem conſequendam. Fides, qua vitam æternam meremur,

Gal.5.

ea eſt, quæ, vt ait Apoſtolus, per charitatem operatur. Nam ipſe ait: Si habuero omnem fidem, ita vt

1.Cor.13
Iaco. 2.

montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Hoc quidẽ eſt, quod ait diuus Iacobus Apoſtolus in canonica ſua: Videtis, quòd ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Loquitur de ſecũda iuſtificatione, de qua ait diuus

Apoc.22

Ioannes in Apocalypſi: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: ſanctus ſanctificetur adhuc. Ex operibus enim, adiũcta gratia, meremur ſalutem, & iuſti nominamur. Nec repugnat hæc Iacobi ſententia diui

Rom.11.

Pauli doctrinæ, qui in epiſtola ad Romanos ait hominem non iuſtificari ex operibus. Ibi enim loquitur Apoſtolus de prima iuſtificatione, quando peccatur ex impio fit iuſtus per Dei gratiam. Iacobus

Apoc.22

autem loquitur de ſecunda iuſtificatione, de qua loquitur Ioãnes in Apocalypſi. Diuus Paulus errorem Iudæorũ refellit, qui ſe meritis bonorũ operũ gratiam euangelicam arbitrabantur obtinuiſſe, aſſerentes non eſſe ad euangelium recipiendos Gentiles, qui fuerant idolorum cultores, & in opera legis veteris non incubuerant: Apoſtolus autem docet non iuſtificari hominem ex operibus fidem & primam iuſtificationem præcedentibus, ſed ex Dei gratia. Sed quoniam erant nonnulli, qui ex hac Pauli doctrina perperam intellecta bona opera contemnebant & ſolam fidem ad vitam æternam conſequendam ſatis eſſe affirmabant, voluit illis diuus Iacobus veritatem illius doctrinę beati Pauli oſtendere, aſſerens hoc de prima intelligi iuſtificatione, non autem de ſecunda: nam ſi poſt primam iuſtificationem quis bona opera reliquit, ſeque ſceleribus contaminauerit, amittet gratiam manente fide, quæ ſine operibus mortua eſt. Aſpi-

Iaco. 2.

cis

cis igitur horum duorum Apoſtulorum ſenten-
tias inter ſe nō repugnare,quin potius maximè co-
hærere:& impios non mereri ex condigno primā
iuſtificationem, etiam ſi poſtquam ſunt in gratia
conſtituti,bonis ſuis operibus vitam æternam me
reantur. At noſtri temporis hæretici non ferunt
meriti vocabulum,aſſerētes nullum eſſe meritum,
& vocabulum hoc delendum penitus eſſe,& bona
opera noſtra in gratia nihil mereri, imò peccata
eſſe. Quod quidem mirandum non eſt. Cùm enim
illi ſint à fide ſeparati, & ab eccleſia excluſi, cùm
cæci ſint,ſéque vitiis contaminauerint,& Sathanæ
dediderint,& vt verbis vtar Apoſtoli, cùm tradi-
Rom. 1. derit illos Deus in reprobum ſenſum,quid mirum
eſt eos dicere nullum eſſe meritum, cùm ipſi nihil
boni mereantur? Meritum vocabulum eſt ſancto-
rum doctorum, Hieronymi,Auguſtini,Ambroſij,
Gregorij,& reliquorum patrum, qui vitæ ſancti-
tate,& miraculorū euidentia fuerunt præcellētes,
& ingenij acumine, ac doctrinæ & ſapientiæ cele-
britate præſtantes. Pleni ſunt libri doctorū theolo
gorū,tam veterū,quàm recētium dictione hac,ple-
na eſt præſens ſchola,plena eſt antiquorū veſtutas,
quorū ſcripta ad memoriā immortalem cōſecran-
tur. Res ipſa per ſe loquitur, infinitis lucet exem-
plis,clarior eſt luce meridiana. Nihilominus tamē
audent Lutherani aſſerere vocem hanc nunquam
fuiſſe in eccleſia auditam, nec inter doctores vſi-
tatam,nec in ſacris bibliis reperiri. O errorem in-
tolerabilem,ô figmentum impudens? Numerarem
doctorū ſanctorum loca,niſi eſſent innumerabilia.
Paſſim vocabulum hoc in catholicorum patrum
tam Latinorū, quàm Græcorum libris inuenitur.
Quinimò ipſa ſacra ſcriptura hoc vtitur vocabu-
lo,nimirū capite Eccleſiaſtici ſextodecimo, quod
eā ob cauſam annotandum duxi. Ita enim eſt loco
Eccl. 16 illo ſcriptum: Omnia miſericordia faciet locū vni-
cuiq; ſecundum meritum operum ſuorū. Sed cur
in tam manifeſto Lutheranorum errore refutādo
tempus conſumo? Vt autem eò vnde deducta eſt,
reuertatur oratio: cùm plerique Iudæorum, qui in
Babylonica captiuitate detinebātur,eſſent flagitiis
conſtricti: meritò eos, imò peccatores omnes nefa-
rios,mortiferis labibus pollutos vocat noſter Eze
chiel oſſa arida,quæ per ſe ad vitam ſine diuino fa
uore non poſſunt redire, quemadmodum nec im-
pij abſque diuina gratia iuſtificari. Hoc intelligens
regius vates canebat: Spiritus vadēs & non rediēs.
Pſal. 77 Acſi diceret: Per ſe quidem poteſt homo lethale
flagitium cōmittere,& à Deo recedere: verùm per
ſe ipſum niſi adiutus ſpeciali Dei auxilio ad Deum
redire nō poteſt. Eſt enim gratia qualitas, quæ per
ſe vadit,ſed per ſe non redit. Vnde noſter Ezechiel
Sup. 2. capite ſecūdo, Ingreſſus eſt, inquit in me ſpiritus,
poſtquam locutus eſt mihi,& ſtatuit me ſuprà pe-
Cant. 1. des meos. Et Canticorum. 1. Trahe me poſt te. Et
Thre. 5. Ieremias in Lamentationibus: Conuerte nos do-
1. Cor. mine ad te,& conuertemur. Et diuus Paulus: Gra
15. tia Dei ſum id,quod ſum. Et Chriſtus Deus noſter:
Ioan. 6. Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum.
Et quoniam per campum intelligit hoc loco Eze-
chiel Babylonem,per Babylonem autem mūdum,
1. Ioan. 5 qui vt ait diuus Ioannes,totus in maligno poſitus
eſt,apertè concluditur per campum plenum oſſi-
bus mortuorum mundum plenum peccatoribus
ſignificari.

Et circunduxit me per ea in gyro. Vt ſcilicet ea ple-
niùs viderem. Noluit Deus,vt otioſus eſſem,ſed vt
ambularem, nō inter oſſa ea tangendo, ſed in eo-
rum circuitu, ne eorum tactu contaminarer.
Licebat illi oſſa videre, & in eorum circuitu am-
bulare,ſed non tangere illa, & ſe ipſum ex eorum
tactu polluere. Erat enim lege prohibitum tan- Leui. 11.
gere cadauera. Ita licet viro iuſto & ſapienti allo- Num. 19
qui impios & ſceleratos, eóſque à vitiis deterre-
re, & ad virtutem cohortari, ſed illis familiariter
vti non licet, ne eorum flagitiis coinquinetur. Id
intelligens Moyſes dicebat: Recedite à taberna- Num. 17
culis hominum impiorum: nolite tangere, quæ ad
eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.
Quemadmodum qui è terra naufragium alicuius Simile
intuetur, poteſt illum tabula vel ligno, vel fune, a-
liquo modo iuuare, ſed non ita ſe debet inuoluere
cū illo, vt obruātur ambo, ſic qui iuſtitia & ſapien
tia præſtat, debet teterrimis hominibus ſcelerum
maculis notatis, in vitiorum gurgite laborantibus
opem ferre verbis, conſiliis, & exemplis, illíſque a-
liquibus modis ne penitus ſubmergantur, opitu-
lari, ſed ita cautè & ſapienter, ne eorum maleficiis
contaminetur.

*Erant autem multa ſuper faciem campi, ſiccáque ve-
hementer.* Hoc eſt, erant hæc oſſa multa, & inhu-
mata, & ob temporis veſtutatem aridiſſima: Vult
ſignificare multos eſſe peccatores ſummè vitioſos,
& longa temporis diuturnitate flagitiis contami-
natos. Vt enim oſſa quò ſunt aridiora, eò magis in Simile
dicant longè abeſſe à vita, ita peccatores quantò
ſicciores vocantur, tantò longiùs à gratia, quæ eſt
animæ vita, abeſſe intelliguntur.

Dixit ad me. Nimirum dominus, vel angelus,
qui me ducebat.

Oſſa arida audite verbum domini. Volebat Deus il-
lis vitam tribuere: ſed vt viuerent, opus erat verbū
domini audire. Eſt enim perſpicuum magnā vim
habere verbum Dei ad cōuertendos ad Chriſtum
peccatores. Diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos,
& viuus eſt, inquit, ſermo Dei, & efficax, & pene- Heb. 4.
trabilior omni gladio ancipite. Dei verbum gladio
vtrinque ſcindenti comparatur. Eſaias inducit Eſa. 49.
Chriſtum ita loquentem: Poſuit os meum quaſi
gladium acutum. Hic eſt gladius, de quo ait Apo- Epheſ. 6
ſtolus in epiſtola ad Epheſios: Et gladius ſpiritus,
quod eſt verbum Dei. Poteſt tamen locus ille diui
Pauli ad Hebræos de Chriſto intelligi, qui verbū Ioan. 1.
Dei eſt, de quo ait diuus Ioannes: In principio e-
rat verbum: etiam ſi non deſint, qui de verbo illo
intelligant, de quo ait Chriſtus: Beati, qui audiunt
verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Si magnifacimus, Luc. 11.
& veneramur ſanctorum veſtes, quoniam eorum
corpora tetigerunt, & meritò quidem, quantò ma-
gis venerari debemus verba illa: quæ ex ore Chri-
ſti prodierunt, quæ ex eius corde exierunt, qui-
bus ipſi ſancti ſanctitatem compararunt? O verba
Chriſti diuina, ô reliquias ſanctas, tam pretioſas, &
tam parui æſtimatas! Concione vna diui Petri tria
millia hominum in Chriſto crediderunt, Vide ad- Act. 2.
mirabilem Dei verbi vim & virtutem. Eā ob cau-
ſam conuocantes Apoſtoli diſcipulorum multitu-
dinem, vt narrat in Actis diuus Lucas, has voces Act. 6.
emiſerunt: Non eſt, æquum nos relinquere verbū
Dei, & miniſtrare menſis. Etſi menſæ illæ erant
pauperum & viduarum, tamen opus prædicationis

verbi Dei illis prætulerunt.

Factus eſt autem ſonitus. Id eſt, cœperunt peccatores ſcelera ſua deteſtari.

Et ecce commotio. Hoc eſt,atritio quædam. Sed adhuc vitam non habebant, quia ſcelerum deteſtatio & attritio eſſe poſſunt abſque contritione,& ex conſequente abſque gratia.Fieri enim poteſt,vt quis flagitia deteſtetur,& attritus ſit, cùm tamen exiſtat in mortifero peccato, quod tamen tollitur per veram contritionem. Vera autem contritio tria exigit,vt verbis vtar ſcholaſticis,quę ſunt diſplicentia de commiſſis peccatis ſupra omne odibile, propoſitum vitandi peccata ſupra omne vitabile,& propoſitum confitendi ſeu ſatisfaciendi, ſi homo confeſſus non eſt.Poſſunt referri verba hæc literaliter ad ipſa oſſa, quando ſe coniunxerunt. Sunt qui commotionem hanc referendam dicant ad Babyloniorum conturbationem à Perſis & Medis excitatam, quando Babylonem expugnarunt, & Iudæos in patriam ſuam liberos miſerunt. Et ita oſſa coniuncta ſunt quodlibet ad iuncturam ſuam,quia vnuſquiſque tribui & familiæ ſuæ adhærebat.Et hoc modo fuerunt reuerſi in Iudæam, & in priſtina ſua dignitate conſtituti.

A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos. Iudæi, qui oſſibus aridis, & hominibus interfectis comparantur,captiui erant in omni regione Chaldææ,quidam ad plagam Orientalem,quidam ad Occidétã, alij ad Meridiem, alij ad Septentrionem.Ideo inuocat propheta Spiritũ ſanctum, qui ad eos veniat excitandos à quatuor ventis,hoc eſt,à quatuor mundi plagis, in quibus exulabant, eiſque vires tribuat,& animum,& audaciam.Erant enim adeò debilitati,& fracti,& deterriti,vt non putarent ſe poſſe ad Iudæam redire, etiamſi eis Cyrus copiam faceret redeundi.Quam ob cauſam id non audebant experiri, quod nullo modo obtinere poſſe credebant.At cùm ad eos venit ſpiritus,animum receperunt quo ſe retulerunt in patriam, vbi vrbem & templum inſtaurarunt. Sed per hanc Iudæorum in patriam reductionem vti diximus,& per hæc oſſa ad vitam reuocata impiorum iuſtificatio intelligitur, & humani generis per Chriſtum redemptio. Eam ob cauſam inuocat diuinus vates Spiritum ſanctum,qui veniat à quatuor vẽtis,hoc eſt,vndique,qui vbique eſt,& Chriſtianos qui quatuor orbis partibus in vna eccleſia catholica, in vnitate vnius fidei in ſpiritu Dei congreget, & coadunet. Diuus Ambroſius libro 3. de Spiritu ſancto explicans hunc locũ per hunc ſpiritum intelligit Spiritum ſanctum. Per aduentũ ſpiritus à quatuor ventis voluit fortaſſe diuinus vates ſignificare eum occultè venire,eiúſque aduentum nonnullis in rebus cum venti qualitatibus quodammodo conferre. Eodem modo Chriſtus
Ioan. 3. apud Ioannem,Spiritus, inquit,vbi vult,ſpirat,& vocem eius audis, & neſcis,vnde veniat, aut quò vadat.Licèt enim apud Ioannem loco illo per ſpiritum intelligatur ventus, vt multi interpretantur,tamen omnes aiunt vſum fuiſſe Chriſtum quadam ſimilitudine ob nominis, & multarum rerum conuenientiam,quemadmodum hîc apud Ezechielem. Vt enim ventus liberè fertur impetu ſuo, nullis humanis legibus conſtrictus, ſed vbique ſpirat in aere, in terra, & in mari, penetrans aliquando viſcera terræ,ſic Spiritus ſanctus in operationibus ſuis liber eſt: nemo eum cogere, nemo retinere poteſt. Eius miſeretur, quem vult
Rom. 9.
proſequi fauore, quem verò vult, indurat: poteſt ex vaſe iræ facere vas miſericordiæ, & ex vili luto magnum & pretioſum vas, & ex abiecta materia opus inſigne. Dauidem paſtorem euexit in re-
1.Reg. 16.
giam dignitatem,eíque ſpiritum vaticinandi impertiuit. Petrum piſcatorem Apoſtolum conſti-
Matt.4.
tuit, & principem Apoſtolorum: Matthæum ex
Mar.16.
publicano fecit euangeliſtam: Paulum ex perſe-
Matt.9.
cutore doctorem Gentium, & vas electionis. Et
Acto. 9.
quemadmodum ventus etſi inuiſibilis, magna tamen efficit,nam deiicit turres,arbores euellit,& ſaxa rupium ſcindit,ſic Spiritus ſanctus eos,qui ſuperbia elati in illuſtri ſunt dignitate conſtituti,deiicit aliquando, vt fragilitatem ſuam, mundi varietatem,& diuini numinis potentiam agnoſcant. Id quod Nabuchodonoſori, & Antiocho,& mul-
Dani.4.
tis aliis eueniſſe diuinæ literæ conteſtantur.Poteſt
Mach. 9
arbores ſteriles,hoc eſt,impios peccatores radicitus euellere, iuxta illud pſalmographi:Propterea Deus deſtruet te in finem,euellet te, & emigrabit
Pſal.51.
te de tabernaculo tuo,& radicem tuam de terra viuentium. Poteſt etiam ſaxea & dura hominum corda conuertere, & ad pœnitentiam adducere quemadmodum fecit latroni, peccatrici: & Za-
Luc.23.
chæo,Præterea vt ventus ſuper omnia transfundit
Luc.7.
ſic Spiritus ſanctus omnia implet, iuxta id quod
Luc.19.
eſt libro Sapientiæ mãdatum:Spiritus domini re-
Sap.1.
pleuit orbem terrarũ.Tribus pueris affuit in ignis
Dani. 3.
fornace,Danieli in lacu leonum, Moyſi in deſer-
Dani.6.
to, Ionæ in ventre ceti, Petro in carcere, Paulo in
Exod.3.
profundo maris. Omnia ſcit, omnia penetrat, &
Ionæ. 2.
vt verbis vtar Apoſtoli in epiſtola prima ad Co-
Acto.12
rinthios: Spiritus omnia ſcrutatur etiam pro-
2.Cor. 11.
funda Dei. Deinde vt ventus interdum tranquillis, & ſuauis eſt, interdum violentus & for-
1.Cor.2
tis: ſic Spiritus ſanctus quoſdam ſuauitate & tranquillitate reficit, vt Petrum & Ioannem, quoſdam
2.Para.
vero impetu deiicit & proſternit,vt Manaſſem re-
vl.
gem,& Saulũ Tharſenſem. Impius Manaſſes cùm
Acto. 9.
ſe vidit regno ſuo priuatum, & in Babylonicam captiuitatem coniectum, Deum cognouit, & ad illum ſupplex confugit. Saulus autem proſtratus, captus viſu, oculos aperuit & pro eo, quem odio proſequebatur,acerbiſſimos cruciatus tulit,ſe hoſtium telis intrepidè millies obiecit,& tandẽ mortem ipſam alacri & erecto animo ſubiuit.Demum vt venti vocem audimus, cùm ignoremus, vnde veniat,aut quò vadat,quoniam non eſt nobis perſpectus & exploratus definitus locus eleuationis eius,nec defectionis:ſic vocem internam Spiritus ſancti audimus aliquando, & intelligimus nos ab eo doceri,rapi,& abſorberi,ſed neſcimus,quomodo animam noſtram ingrediatur, qui vbique eſt, aut quomodo inde recedat. Eas ob cauſas exiſtimo dixiſſe noſtrum vatem: A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos.

Et ingreſſus eſt in ea ſpiritus. Hoc eſt, introiuit in in ea ſpiritus vitalis,& vixerunt. Vel per ſpiritũ intelligit gratiam ſpiritus ſancti:quaſi dicat:Impertiuit illis Deus gratiã,& vixerũt,cũ anteà eſſent per peccatũ mortua,imò oſſa arida mortuorum. Impij ſceleribus contaminati mortui dicuntur:cùm autem diuino fauore peccata relinquunt,& gratiam conſe-

conſequuntur, viui nominantur. Homo,inquit in
Sap.16. libro Sapientiæ diuina ſcriptura, occidit quidem
per malitiam animam ſuam.Ex quo colligis impiũ
hominem eſſe ſui ipſius homicidam. Diuus Iaco-
Iaco. 1. bus in epiſtola ſua canonica,Peccatum,inquit, cũ
conſummatum fuerit, generat mortem. Aci di-
cat: Peccatum tunc eſt mortiferum & mortem
gignit, cùm plenè fuerit deliberatum, cùm volun-
tas impiæ concupiſcentiæ perfectè cõſenſerit, ſiue
in actum exeat exteriorem,ſiue non.De eo dixit ſu
Sup.18. prà Ezechiel: Anima,quæ peccauerit, ipſa morie-
tur. Ex quibus verbis probatur vitam impij eſſe
mortem. Vnde ait Salomon in Eccleſiaſte: Vidi
Eccl. 8. impios ſepultos,qui etiam cũ adhuc viuerent,in lo
co ſancto erant,& laudabantur in ciuitate quaſi iu
ſtorum operum. Hoc eſt horribile quoddam mon
ſtrum eſſe animam mortuam in corpore viuo.Quĩ
fieri poteſt, vt viui ſint, qui ſunt in vitiorum tu-
Nu. 19. mulo ſepulti? Quando Deus in lege præcepit, ne
quis hominẽ mortuum attingeret,volebat in pri-
mis prohibere,ne quis impiis hominibus familiari
ter vteretur: qui enim ſunt flagitiis inquinati,mor
tui vocantur. Exiſtimamus ſæpe nos in homines
reſpicere,cũ homines non ſint, ſed hominũ ſepul-
chra.In hominibus nõ homines videmus,ſed cada
uera. Intuemur quaſdam ſtatuas viuas quò ad ſen-
ſum,mortuas quò ad animam.Intuemur oſſa arida
in campo, hoc eſt,in mundo conſtituta. Sed beati
qui audiunt verbum Dei,vt à vitiis reſurgãt.Venit
Ioan. 5. hora, inquit apud Ioannem Chriſtus, & nunc eſt,
quando mortui audient vocem filij Dei,& qui au-
Simile. dierint, viuent. Quemadmodum fulmen enſem
attingens,vaginam foris integram relinquit, ferrũ
autem intus terit,ſic lethale flagitium corpus viuũ
foris relinquit,animam autem intus occidit, ſepa-
rans ab illa gratiam,quæ eſt animæ vita.

Et vixerunt. Redierunt oſſa ad vitã,voluit diui-
nus vates his verbis reſurrectionem mortuorum
ſignificare: & eſt perſpicua quædam de reditu ad
vitam vaticinatio.Quoniam capite ſuperiore oſtẽ
dit inenarrabilia vitæ æternæ bona,voluit hîc oſtẽ
dere reſurrectionem, & viros iuſtos in corpore &
anima ſuſcitatos bona illa eſſe obtenturos. De hoc
Dan.12. reditu ad vitam ait Daniel: Multi ex iis, qui dor-
miunt in terræ puluere,reſurgent, iſti in vitã æter-
nam,& iſti in opprobrium,vt videant ſemper. Sen
vt alij vertunt ex Hebræo: & iſti in opprobriũ, &
confuſionem æternam.Quod autem ait: Multi ex
iis,qui dormiunt,vult ſignificare omnes mortuos,
quos,quoniam multi ſunt,multos appellat. Hunc
locum explanare videtur Chriſtus Deus noſter di
Ioan.5. cens apud Ioãnem: Venit hora,in qua omnes,qui
in monimentis ſunt,audient vocẽ filij Dei,& pro-
cedent,qui bona fecerunt,in reſurrectionem vitæ,
qui verò mala egerint, in reſurrectionem iudicij.
Eſa. 26. Hæc eſt Danielis paraphraſis.Eſaias etiã:Viuẽt, in
quit,mortui tui,interfecti mei reſurgent.Ioel indu
cit Chriſtũ in hũc modum loquentẽ:Conſurgãt,&
Ioel. 3. aſcendant gentes in vallem Ioſaphat,quia ibi ſede-
bo,vt iudicẽ omnes gentes in circuitu. Et Iob:Cre
Iob.19. do, quòd redemptor meus viuit, & in nouiſsimo
die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circunda-
bor pelle mea,& in carne mea videbo Deũ ſaluato
rẽ meũ.Quẽ viſurus ſum ego ipſe,& oculi mei cõ-
1.Cor.15 ſpecturi ſunt,& non alius.D.Paulus in epiſtola pri
ma ad Corinthios toto quintodecimo capite pro-
bat carnis reſurrectionẽ: & concludens ait:Omnes
quidẽ reſurgemus, ſed non oẽs immutabimur. In
momẽto,in ictu oculi,in nouiſsima tuba.Canet e-
nim tuba,& mortui reſurgẽt incorrupti,& nos im
mutabimur: oportet enim corruptibile hoc indue
re incorruptionẽ,& mortale hoc induere immorta
litatẽ.Hoc aſſerit in epiſtola ad Rom.c.8. & prima *Rom. 8.*
ad Theſſalonicenſes cap. 4. & aliis in locis. Sed cũ *1.Th.4.*
diuus Paulus dicat reſurrectionem futuram eſſe in *1.Cor.*
momento,in ictu oculi, quærendum videtur, cur *15.*
hoc loco dicat Ezechiel,neruos & carnes aſcendiſ
ſe,& cutem deſuper extenſam eſſe,& poſteà ait,ſpi
ritum fuiſſe ingreſſum in oſſa, illiſque vitã tribuiſ-
ſe. Quæ omnia videntur innuere reſurrectionem
fore ſucceſsiuè.Huic obiectioni reſpondẽdum pu-
to,omnia hæc,quæ narrat Ezechiel,ſimul facta fuiſ
ſe,ſed non ſimul potuiſſe à diuino propheta expli-
cari.Non intelligas tamen per momentum illud in
ſtans ſignificari partium expers,in quo aiunt philo
ſophi nihil fieri,ſed tempus breuiſsimũ: inſtans e-
nim non eſt tempus,imò nec pars temporis,vt aſſe
rit Ariſtoteles quarto Phyſicorum c.11 ſed id,quo
temporis partes cõnectuntur:quod authore Ariſto
tele libro Phyſicorũ cap.3.indiuiſibile eſt,ita vt nihil
in eo moueatur. De hoc igitur inſtanti non loqui-
tur Apoſtolus, ſed de parua temporis mora,in qua
erit colliſio cinerum & mortuorum reſurrectio:
immenſa eſt enim Dei virtus,quæ in tam breui tẽ-
pore rem tam admirabilem operabitur. Hunc Eze
chielis locum exponit D.Ambroſius de reſurrectio
ne mortuorum in libro de fide reſurrectionis, &
Tertullianus in libro de reſurrectione carnis.

Steteruntque ſuper pedes ſuos. Hoc eſt, ſurrexe-
runt, & erecti ſteterunt. Sed quoniam ducto
argumento à mortuorum reſurrectione, explicat
diuinus vates impiorum iuſtificationem, dicen-
dum eſt homines illos poſt reditum ad vitam
gratiæ ſuper pedes ſuos, hoc eſt, ſuper affectio-
nes ſuas ſtetiſſe, ſub quibus cùm eſſent ſceleribus
aſtricti, iacebant.Quid autem ſit ſtare ſuper pedes *Sup. 2.*
oſtendimus capite ſecundo verba illa explanantes:
Fili hominis ſta ſuper pedes tuos.

Oſſa hæc vniuerſa domus Iſrael eſt. Hoc eſt,per hæc
oſſa populus Iſraeliticus ſignificatur. Nam cùm
tibi oſtendam eſſe me reſuſcitaturum mortuos
omnes,quid mirum poſſe me Hebræis opem ferre,
eóſque qui tanquam mortui in regionibus Chal-
dææ veluti in ſepulchris detinentur,ad patriam ſuã
reuocare?

Ipſi dicunt: aruerunt oſſa noſtra. Ita Iudæis infrin-
gitur audacia,& langueſcit induſtria,vt dicant eua
nuiſſe omnem fortitudinem ſuã,& eam ob cauſam
nullam habere ſpem in patriam redeundi.Explicã-
ter autem quod dixerant,ſubiungũt: Et periit ſpes
noſtra: Repetitio eſt ſuperioris ſub aliis verbis a-
pertioribus. Sequitur: Et abſciſsi ſumus.Subaudi
à patria noſtra.Aci dicerent:Vt fieri non poteſt,vt *Simile.*
ramus ab arbore penitus abſciſſus illi poſteà cõiu
gatur,& inſeratur,ſic fieri non poteſt, vt nos à Iu-
dæa ſeparati ad illam reuertamur. Et vt arbor deſti *Simile.*
tuitur ſpe ſua,ſi euellantur radices eius: ita cũ nos
ſimus à priſtina noſtra dignitate radicitùs euulſi quo
modo poterimus ad illã vnquã reſtitui? Ita aiebat
Iob: Pereo,& quaſi euulſæ arboris abſtulit ſpem *Iob. 19.*
meã:Non deſperabat de ſalute animæ,& de diuina

miſericordia:ſed tanta erat eius calamitas, vt diffi deret redire poſſe ad priſtinam proſperitatem. At multi ad id impietatis perueniunt, vt deſperẽt poſ ſe veniam conſequi ſuorum ſcelerũ, & morti corporis propinqui, nullum ſpirituale admittũt remedium, nullam animæ medicinam. Id quod in vita leue eſſe & facile, illis diabolus ſuadebat; in morte grauiſſimum eſſe, & prorſus inexpiabile illis perſuadet. Vt arboris truncus in gurgite fluuij natans à quouis homine facilè attrahitur adunco inſtrumento à medio aquarum ad littus: at vbi terram attingit, non poſſunt illud quatuor homines mouere: ſic peccatum dum viuit homo, vſque adeo videtur leue, vt facilè illud admittat: at mortis tẽpore cùm iam homo eſt terræ propinquus, tunc apparet ira graue, vt non valens peccator tantum onus ferre, cogitet de tanta ponderis magnitudine, & tali cogitationi deſperationẽ penitus adhibeat. Duplici tentatione aggreditur diabolus, hominem vna eſt facilitatis in admiſſione, altera difficultatis in deſperatione. Vita noſtra fluuius eſt, mors littus, truncus arboris peccatum. Quandiu peccator ſpem figit in Deo, non eſt de ſalute eius deſperandum: ſed ſi ipſe de diuina miſericordia penitus deſperet, incurabilis eſt. Talis erat ille, de quo aiebat Michæas propheta: Super hoc plangam, & vlulabo, quia deſperata eſt plaga eius.

Simile — *Miche. 1.*

Propterea vaticinare, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego aperiã tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris populus meus, & inducam vos in terram Iſrael. Et ſcietis, quia ego dominus, cùm aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris popule meus, & dedero ſpiritum meum in vobis, & vixeritis. Et requieſcere vos faciã ſuper humum veſtram, & ſcietis, quia ego dominus locutus ſum, & feci ait dominus Deus. Et factus
C eſt ſermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis ſume tibi lignum vnum, & ſcribe ſuper illud Iudæ, & filiorum Iſrael & ſociorum eius, & tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper illud: Ioſeph lignum Ephraim, & cunctæ domus Iſrael ſociorũmque eius. Et adiunge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua. Cùm autem dixerint ad te filij populi tui loquẽtes: Nónne indicas nobis, quid in his tibi velis? Loqueris ad eos. Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego aſſumam lignum Ioſeph, quod eſt in manu Ephraim, & tribus Iſrael, quæ ſunt ei adiunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum, & erunt vnum in manu eius. Erunt autem ligna, ſuper quæ ſcripſeris in manu tua in oculis eorum, & dices ad eos, Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam ad humum ſuam,

Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris. Tumulos & ſepulchra vocat carceres Chaldææ, & loca vbi filij Iſraelis captiui detinebãtur; captiuitas enim mors dicitur ciuilis. Sẽſus eſt: Ego vos liberabo à Babylonica ſeruitute. Ego mundũ eripiã à captiuitate peccati. Nulla eſt maior ſeruitus quã ſeruire peccatis. Qui facit peccatũ, inquit Dominus, ſeruus eſt peccati. Cõtrà nulla maior libertas, quã ſeruire Deo: ſeruire Deo regnare eſt. Qui ſpiritu Dei ducitur, liber eſt. Nã vt ait diuus Paulus in epiſtola ſecũda ad Corinthios: Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. Eã ob cauſam in epiſtola ad Galatas: Non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Hæc eſt cauſa, cur euangeliũ Chriſti lex perfectæ libertatis appellatur: ita enim ait Iacobus Apoſtolus: Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permãſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus, in facto ſuo erit. Hæc Apoſtolus. Qui mẽte purgata nõ ſolũ exterioribus ſed interioribus oculis euangeliũ penetrat, in eius fertur authorẽ, eius erga ſe cognoſcit charitatẽ, & ſuo erga eum inflãmatur amore, hic liber eſt, & ſpiritu libertatis fretus clamat, abba pater. Sed hac libertate hæretici intẽperãter abutũtur. Prædicãt carnis libertatem, cùm Chriſtiana libertas ſpiritualis ſit. Creſcunt Mahumetica & Epicurea libertate accedente, eiuſque ſacerdotes repudiato voto caſtitatis ſub titulo coniugij ſe ingurgitãt in perpetuũ concubinatum & ſacrilegium. Appellant matrimonia ea, quę ſunt impuriſſima & obſtinatiſſima meretricia: & dicunt libertatem Chriſtianam eſſe nemini obedire, ſed carnis voluptate duci. O cæca pectora, ô intellectus cimmeriis tenebris atriores! Audite obſecro hæretici diuum Petrum Apoſtolorũ principem in prima epiſtola ſua veſtrã impiã opinionem hoc modo refutantem: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Dominũ, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam à Deo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiã: quaſi liberi, & non quaſi velamẽ habentes malitiæ libertatem: ſed ſicut ſerui Dei. Hæc princeps Apoſtolorum. Quid poterat dici clarius? Quid poterat ô infelices Lutherani veſtram hæreſim damnare apertius? Veſtrum abuſum tollit, quem prætextu libertatis Chriſtianæ prætẽditis. Liberi ſunt verè Chriſtiani à iugo legis veteris, à peccatis, à tyrãnide dæmonis à ſeruitute Babylonis. His nõ debent ſeruire, ſi volunt Chriſtiana vti libertate. Sed parendũ eſt magiſtratibus abſq; euãgelij contumelia: & reddenda ſunt, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quę ſunt Dei, Deo: crucifigẽda eſt caro cũ vitiis & concupiſcentiis, negãda eſt propria voluntas, & ferenda crux propria, & ita à peccato liberi Ieſum Chriſtũ ſequentes vitam æternã conſequamur. Hæc eſt Chriſtiana libertas, non ea, qua hæretici gloriãtur, quæ eſt illis ſuorum flagitiorum velamen, & vana impiorum ſcelerum excuſatio. Vocant libertatem cæci homines diffluere illecebris, & turpibus voluptatibus, euertere tẽpla Deo, eiuſq; ſanctis à principio eccleſiæ vſq; ad hanc noſtram memoriã dedicata, eripere ſacramẽta à Chriſto inſtituta, turbare ordinem eccleſiæ, ſupplantare veterum patrum diſciplinam antiquitatis authoritatem conuellere, extingue

Ioan. 8. — *2. Cor. 3.* — *Gala. 4.* — *Iac. 1.* — *Rom. 8.* — *1. Pet. 2.* — *Mat. 22.* — *Gala. 5.* — *Mat. 16.* — *Luc. 9.*

extinguere religionem,pietatẽ,timorem,honoſta-
tem,pudorem,& virtutem deniq; de medio tolle-
re,& penitus delere.Hęc eſt eorum libertas,quam
prædicant impij Lutherani,quę ex diametro repu
gnat Chriſtianæ libertati, quam Deus hoc loco a-
pud Ezechielem promiſit.Illud eſt hoc loco aduer
tendũ impios omnes eſſe in ſcelerũ tumulis ſepul
tus.Sed poteſt eos Deus à peccatis abducere, eiſq;
gratiam ſuam impertire. Ipſe enim ait:Ecce ego a-
periã tumulos veſtros , & educã vos de ſepulchris
Ioan 11. veſtris. Qui Lazarũ fœtentẽ eduxit de ſepulchro,
& ad vitam reuocauit,poterit,ſi voluerit, impium
conuertere,& ad ſeipſum adducere.Sed attẽde: A-
pud Matthæũ cõparat dominus impios homines
Mat.23. cũ ſepulchris dealbatis oſsibus mortuorum ple-
nis,hic autem dicit ſe eſſe eos ablaturum de ſe-
pulchris. Cùm igitur impij ſint ſepulchra,& dicat
Deus ſe eſſe illos eductutum de ſepolchris : nón-
ne vides eum dicere ſe eſſe impios homines à ſei
pſis educturũ? Vult dicere Deus:Ego liberabo vos
à vobis.Vtinã Deus me à meipſo eripiat,Eripe me
à me Chriſte ſancte,eripe me ab intimis inimicis
meis,qui ſunt mei proprij appetitus, mea propria
voluntas,mea vana deſideria.Libera me ab acerri
mo meo inimico,hoc eſt ,à meipſo,educ me à tumu
lo mei ipſius,vt à me ipſo liberatus,ad te ipſũ cõfu
giã.Iaceo in me ipſo tanquã in ſepolchro, expecto
vocem tuã illã dulciſſimã,miſericordiæq; pleniſſi-
mam: Hector exi foras. Vbicunq; ſum, meũ habeo
mecum inimicum: quocunq; eo,illum mecum fe-
ro,nimirum corpus meũ,quod mihi non licet oc-
Rom. 7. cidere.Sed exclamo cũ Apoſtolo : Quis me libera-
bit de corpore mortis huius? De corpore loquitur
Apoſtolus,non quatenus ſedes eſt,& organum na
turale animæ,ſed qua ratione obnoxiũ eſt corrup
Sap. 7. tioni,nam corpus,quod corrumpitur,aggrauat a-
nimam. Triſmegiſtus ille Hermes Aegyptius , cu-
ius eruditionem antiquitas admirabatur; in ſe-
primo Pymandri de corpore loquens , quod veſtẽ
animæ appellat,hæc verba literis mandauit: In pri
mis oportet veſtẽ,quã circunfers exuere,indumẽtũ
inſcitię,prauitatis fundamentum,corruptionis vin
culũ,velamen opacum,viuam mortem , ſenſitiuũ
cadauer,ſepulchrũ circũ cõuertibile,domeſticũ de
niq; furem: qui dum blanditur,odit,dum odit,inui
det. Huiuſmodi eſt,quo circumtegeris,vmbraculũ
inimicum. Ad ſeipſum te deorſum raptat,ne fortè
conſpiciens veritatis decorem, ac proximum bo-
num huius oderis prauitatem , néve huius inſidi-
as, quas in te aſsiduè machinatur,aliquando per-
ſentias. Hæc ille. Vide quę nomina imponat cor-
pori Aegyptius ille,cuius admirabilem doctrinam
priſci omnes magnis laudibus extulerunt. Intuere
quàm apertè corpus appellet ſepulchrum. Hinc e-
ueniſſe arbitror,vt Gręci corpus appellent ſoma,
ſepulchrum verò ſima: intuentes corpus noſtrum
ſepulchrũ eſſe : σῶμα enim quaſi σῆμα quòd anima
ſit in corpore quaſi ſepulta. Sed quoniam homo
caro dicitur & corpus per ſynecdochem , vt pars
accipiatur pro toto. vocatur homo ipſe ſepulchrũ,
Ex quo concluditur promiſiſſe Deum hoc Eze-
chielis loco eſſe à nobis ipſis erepturum , cùm ait
educam vos de ſepulchris veſtris.

Et requieſcere vos faciam ſuper humum veſtram. Qui
nunc in aliena laboratis. Dabo vobis tranquillita-
tem & pacem in Sione. Pollicetur Deus pacem
illam eccleſiæ ſuæ , de qua poſteà dixit : Pacem Ioan.
relinquo vobis ,pacem meam do vobis: Non quo- 14.
modo mundus dat,ego do vobis. Pollicetur Deus
viris iuſtis proſperitatem & quietem,quã illis im-
pertit. Et quamuis eos acerbis calamitatibus ali- Simile
quando exerceat,non tamen eos vult perdere, ſed
illuſtrare. Vt aurum in aquam coniectum nõ amit
tit colorem , nec pretium , in ignem verò immiſ-
ſum purius redditur, & ſplendidius : ſic vir iuſtus
& ſapiens in aqua proſperitatis non amittit virtu-
tem nec ſplendorem, in igne verò calamitatis red
ditur illuſtrior & pręſtantior,habet enim cum au-
ro ſimilitudinem. Impius autem ſimilis eſt luto,
quod in aqua diſſoluitur,in igne induratur : nam
rebus ſecundis & ad voluntatem fluentibus duci-
tur voluptatibus & illecebris , & opinione in-
flatus verſatur in erroribus : cùm verò reflaue
rit , ſi ſe ærumnis videt oppreſſum , indure-
ſcit : & a boni tolerantia relictus in ſceleribus
obſtinatur.

Et ſcietis quia ego dominus locutus ſum , & feci.
Cùm ea,quæ dico,videritis cõpleta. tunc ſcietis ve
ra eſſe ea,quæ nunc vobis per Ezechielẽ polliceor.

Et factus eſt ſermo domini ad me,dicens. Narrat diui
na hiſtoria libro tertio Regum omnes duodecim 3.Re.12
tribus Iſraelis coniunctas fuiſſe ſub vno rege Salo-
mone , ſed poſt eius obitum obtinente regnũ filio
eius Rohoam, fuiſſe decẽ tribus diuiſas à duabus,
& ſecutas fuiſſe Ieruboam. Itaque duæ tribus ni-
mirum Iuda & Beniamin cum magna parte ſa-
cerdotum & leuitarum adhæſerunt Roboam filio
Salomonis,qui regnauit in Iuda & Hieruſalem,&
appellatus eſt principatus eius regnum Iuda : de-
cem autem tribus cũ parte ſacerdotum & leuita-
rum adhæſerunt Ieroboam cuius principatus ap-
pellatus eſt regnum Iſraelis. Et quoniã Ieroboam
erat de tribu Ephraim , Ephraim aũt fuerat filius
Ioſeph,& hi,qui eum ſequebantur , habitabant in
Samaria ,.appellabãtur hæ decem tribus Ephraim,
& Ioſeph,& Samaria. Decem tribus fuerunt captæ
ab Aſſyriis , duæ verò à Babyloniis : nam etſi po-
ſteà regnum Aſſyriorum & Babyloniorum vnum
fuit , & ſub vno principe , tunc tamen duo erant
regna diuiſa , Aſſyria & Babylonia. Cùm autem
Ezechiel eſſet in Babylonia captiuus, vidit mentis
oculis per ſpiritum prophetiæ fore, vt multi ex de-
cẽ tribubus adhærerent duabus,& ita omnes duo-
decim tribus in Iudea coniungerentur , eſſentque
coadunatæ in vnum populum,vt anteà tẽpore Sa-
lomonis. Illud eſt certiſſimũ pleroſque Iudæos ex
decem tribubus nunquã rediiſſe Hieroſolymam:
captiui enim & poſiti inter gentes idolorũ cultri-
ces,ipſi etiã idola coluerũt,& legẽ Moyſi qui peni-
tus repudiarunt ,exceptis paucis in quibus fides &
virtus eluceſcebant. Sed illi,qui redierunt Hieroſo
lymam , fuerunt cum aliis Hebræis duarum tri-
buum coniuncti , & omnes fuerunt in vnum cor-
pus redacti. Hoc voluit Ezechiel hoc loco ſignifi-
care ſub figura duorum lignorum in vnum con-
iunctorum.

Sume tibi lignum vnum. Hoc eſt, accipe duo ligna,
& ſcribe in vno nomẽ tribus Iuda cum Hebræis il
lis,qui illi adhæſerunt,nimirum cum illis,qui ſunt
ex tribu Beniamin, & ſacerdotib' ex tribu Leui,&
in altero ligno ſcribe nomen decẽ tribuũ,quę ſecu
tæ ſunt Ieroboã, qui fuit ex tribu Ephraim filij Io
ſeph,

ſeph,& adiunge duo hæc ligna, ita vt ex duobus
vnum efficiatur. Et explica iis Hebræis ita eſſe
duo regna nimirum Iudeę & Samariæ inter ſe con
iungenda poſt Babylonicam captiuitatem, & ex
duobus populis vnũ eſſe efficiendum. Solebãt ali-
quando diuini vates ſigno aliquo ſenſibili futura
prædicere, vt vehementius populũ monerẽt, quẽad
modũ fecit hîc Ezechiel: & capite quinto, quãdo aſ
Sup. 5. ſumptione gladij acuti pilos radẽs vaſtationẽ po
Sup. 12. puli ſignificauit: & capite duodecimo, quãdo vaſa
aſportauit trãſmigrationis, vt futuram regis Sede
chiæ captiuitatem oſtenderet: & multis aliis in lo-
Eſa. 20. cis. Similiter Eſaias ca. 20. apparẽs nudus corã po-
pulo futurã Aegyptiorũ nuditatẽ & captiuitatẽ va
Iere. 27. ticinatus eſt. Et Ieremias ca. 27. imponẽs collo ſuo
vincula & catenas, ſignificauit eſſe regẽ Iuda, & re
ges alios à Nabuchodonoſore expugnãdos, & in
vincula cõiiciendos. Verũ per hæc duo ligna intel
ligunt nonnulli duo ſceptra lignea, eſt enim ſce-
ptrum ſymbolum regni. Huic interpretationi fa-
uet tranſlatio ſeptuaginta pro lignis virgas cõuer-
tẽs, ſceptrũ enim aliquando virga appellatur, iuxta
Pſa. 44. ta illud pſalmographi: Virga directionis, virga re-
gni tui. Alij pro lignis tabellas interpretantur, qui
bus Ezechiel erat & nomina duarũ, & decẽ tribuũ
ſcripturus. Sed per hãc duorum populorũ vnionẽ
intelligebat propheta eſſe duos populos nimirũ Iu
dæorũ, & Gentiũ ad vnũ Chriſtũ per fidẽ conuer-
ſos, & ea iis duobus populis eſſe vnã eccleſiã cõ
Ephes. 2. ſtituẽdam per eundẽ Chriſtũ. Id intelligens diuus
Paulus has voces emiſit. Ipſe eſt pax noſtra qui fe-
cit vtraq; vnũ, & mediũ parietẽ maceriæ ſoluẽs, ini
micitias in carne ſua, legẽ mãdatorũ decretis eua-
cuans, vt duos condat in ſemetipſo in vno nouo
homine, faciẽs pacẽ, vt reconciliet ambos in vno
corpore Deo per crucẽ. Hæc ille. Duo itaq; populi
inter ſe diſcrepãtes Iudaicus & Gentilicus in vnã
fidẽ in vnã eccleſiã, in vnã Chriſtianã religionẽ cõ
uenerunt. At multò plures ex Gẽtilitate, quæ ſteri
lis erat, quàm ex fertili Iudaiſmo ſe ad Chriſtum
contulerunt, & vanas ſuperſtitiones repudiarunt.
Eſa. 54. Id prædixerat iis verbis Eſaias: Lauda ſterilis, quæ
non paris, decanta laudem, & hinni, quæ non pa-
riebas, quoniam multi filij deſertæ, magis quàm
eius, quæ habebat virum dicit dominus. Hãc duo-
rum populorum in vna eccleſia congregationem
& vnionem ſub figura Iuda & Iſrael prædixit his
Oſe. 1. verbis Oſeas: Congregabũtur filij Iſrael, & filij Iu
da pariter, & ponent ſibimet caput vnum. Ac ſi di-
ceret: Congregabuntur fideles, tam ex Iudæis, quã
ex Gentibus, & recipient Chriſtum, qui erit eo-
rum Deus, princeps, & dominus. Hoc etiam vati-
Zacha. 4. cinatus fuit Zacharias in hunc modum ſub figura
aurei candelabri: Vidi, & ecce candelabrum aureũ
totum, & lampas eius ſuper caput ipſius: & ſeptẽ
lucernæ eius ſuper illud, & ſeptem infuſoria lucer-
nis, quæ erãt ſuper caput ipſius & duæ oliuæ ſuper
illud, vna à dextris lãpadis, & vna à ſiniſtris eius
Candelabrum aureum humanitatem Chriſti ſal-
uatoris noſtri ſignificabat ab omni macula peccati
penitus alienam. Lampas ſuper caput eius diuini-
tatem carni coniunctam oſtendebat: ſeptem lucer
Eſai. 11. næ cùm infuſoriis imaginem ſeptẽ donorũ ſpiritus
ſancti gerebant, quæ Eſaias connumerat, & ſuper
dominum Ieſum requieuiſſe oſtendit. Oliua à dex
tris Iſraeliticũ populũ, oliua à ſiniſtris Gentilicũ a-
dũbrabat. Hi duo populi erãt Chriſtũ recepturi, &
in eccleſia catholica coaduuandi. Eã ob cauſam in
fine capitis adiecit; Hi ſunt duo filij olei ſplẽdoris, Zacha.
qui aſſiſtũt dominatori vniuerſæ terræ. Hoc ipſum 14.
poſteà clariùs ſignificauit, dicẽs: Erit dñs rex ſuper
vniuerſam terrã. In die illa erit dominus vnus & e-
rit nomen eius vnũ. Ac ſi diceret: Propagabitur ec-
cleſia ex Gẽtibus & Iudæis cõgregata, cuius rex e-
rit Ieſus Chriſtus. Ille coletur in tẽpore illo, & in
omni eccleſia nomẽ eius inuocabitur. Vnus erit
Chriſtus, vnũ baptiſma, vna fides, vna eccleſia: &
ex duobus lignis anteà diuiſis efficietur vnũ, hoc
eſt ex duobus populis efficietur vna congregatio.

Ioſeph lignum Ephraim. Ioſeph ſignificat decẽ tri
bus, quæ lignum Ephraim dicuntur, quia diui-
ſo regno, vt diximus, Ieroboam qui erat de tribu
Ephraim filij Ioſeph imperauit Iſraeli, hoc eſt, de-
cem tribubus.

Et erunt vnum in manu eius. Id eſt, in manu Dei.
Poteſt verti ex Hebræo. Et erunt vnum in manu
mea. Vt dicat Deus: ego ero rex horum duorum
populorum, vterque erit in manu mea, ſed ita, vt
ex duobus populis ſit vna eccleſia.

Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum.
Explicat quod dixerat. Senſus eſt: Ego liberabo fi-
lios Iſraelis à Babylonica captiuitate, & credentes
omnes in vna congregabo eccleſia catholica.

Et faciam eos in gentem vnam in terra, D
in montibus Iſrael, & rex vnus erit omni-
bus imperans. Et non erunt vltrà duæ gen-
tes, nec diuidentur amplius in duo regna,
Nec polluentur vltrà idolis ſuis & abomi
nationibus & cunctis iniquitatibus ſuis: &
ſaluos eos faciam de vniuerſis ſedibus ſuis,
in quibus peccauerũt: & emundabo eos, &
erunt mihi populus, & ego ero eis Deus, &
ſeruus meus Dauid rex ſuper eos, & paſtor
vnus erit omnium eorum. In iudiciis meis
ambulabunt, & mandata mea cuſtodient,
& facient ea. Et habitabunt ſuper terram,
quam dedi ſeruo meo Iacob, in qua habita-
uerunt patres veſtri, & habitabunt ſuper eã
ipſi, & filij eorum, & filij filiorum eorum
vſque in ſempiternum. Et Dauid ſeruus
meus princeps eorum in perpetuum. Et per
cutiam illis fœdus pacis, pactum ſempiter-
num erit eis, Et fundabo eos & multiplica-
bo, & dabo ſanctificationem meam in me-
dio eorum in perpetuum. Et erit tabernacu
lum meum in eis, & ero eis Deus, & ipſi e-
runt mihi populus. Et ſcient Gentes, quia
ego dominus ſanctificator Iſrael, cùm fue-
rit ſanctificatio mea in medio eorum in per
petuum.

*Et faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus
Iſrael, & rex vnus erit.* Cum hac vaticinatione con
uenit id, quod ait Sophonias: Lætare, & exulta in
omni corde filia Hieruſalẽ: abſtulit dominus iudi Soph. 3.
ciũ tuũ, auertit inimicos tuos: rex Iſrael dominus
in medio tui, non timebis malũ vltrà. Et Zacharias: Zach. 9.

Exulta ſ atis filia Sion,iubila filia Hieruſalem,ec-
ce rex tuus veniet tibi iuſtus,& ſaluator,ipſe pau-
per,& c.Hic eſt rex , quem diuini vates prædixe-
rũt eſſe bomines in variis mundi partibus diſper-
ſoa in vnam eccleſiam congregaturũ,quemadmo-
dum hîc ait Ezechiel , & paulò antè oſtendimus.
Eſa. 11. Et Eſaias:Cógregabit filios Iſtael,& diſperſos Iu
da colliget à quatuor partibus terræ.Nó id ſilẽtio
Iere.32. traſiuit Ieremias,ſed ita inducit Meſſiã loquentẽ,
Cógregabo eos de vniuerſis terris,& reducã ad lo
Pſalm. cum iſtum,& habitabunt confidenter. Et diuinua
146. pſaltes,Aedificãs Hieruſalẽ dominus:diſperſiones
Iſraelis congregabit. Hic dominus eſt rex ille , de
quo hoc loco ait Ezechiel:Et rex vnus erit omni-
Mat. 2. bus imperãs.Hic eſt de quo dicebãt Magi Oriẽta
les:Vbi eſt,qui natus eſt rex Iudæorũ? Non dicũt:
Vbi eſt rex Iudæorum,ſed qui natus eſt rex:priuſ-
quam enim naſceretur,rex erat,& iã natus eſt rex.
Luc. 1. De eo dixit angelus virgini ſanctiſſimæ Mariæ:
Regnabit in domo Iacob in æternum , & regnũ
eius nõ erit finis.Et Nathanael apud Ioannẽ Chri
Ioan. 1. ſtum alloquẽs:Rabbi,inquit,tu es filius Dei:tu es
rex Iſrael.Multi ſunt in republica Chriſtiana reges
& dominatores,ſed vnus eſt omnium rex regũ, &
dominus dominantium,cui alij parere debẽt, quẽ
colere & ſequi tenentur.Tunc enim reges, & prin
cipes,& præſules rectè munere ſuo fungentur , &
nomen ſuum commendabunt immortalitati,cùm
Chriſto paruerint,ei per charitatem adhæſerint,&
in rectæ iuſtitiæ ac virtutũ actiones incubuerint.
Felix appellabitur regnũ,quod tales obtinuerit gu
bernatores,calamitoſum verò quòd fuerit à tyran
nis gubernatum. Vt homo oculis priuatus manet
Simile in tenebris,ita reſpublica orbata iuſtis & ſapiẽti-
bus rectoribus circumfunditur caligine. Eſt enim
gubernator oculus reipublicæ quemadmodum
dux oculus exercitus.Eam ob cauſam Demaa inſi
gnis orator , eùm videret migraſſe Alexandrum
Magnum è vita,exercitum Macedonum cùm Cy-
clope comparauit.

Et ſeruus meus Dauid rex ſuper eos. Verba ſunt pa
tris cœleſtis,qui Chriſtum filium ſuum vnigenitũ
Ioan. verum Deum , & verum hominem ſeruum ſuũ
14. vocat ob aſſumptam humanitatem , ſecundum
Ioan.10. quàm minor eſt patre , cùm ſecundum diuinitatẽ
æqualis ſit illi,Eodẽ modo ſuprà dixit ca.34.Suſci
Sup.34. tabo ſuper eas paſtorem vnum,qui paſcat eas,ſer-
uum meum Dauid. Dauidem vocat Chriſtum,
hoc eſt,manu fortem,cuius alter Dauid imaginem
geſſerat. Vbi hîc ait:& ſeruus meus Dauid, dictio,
Dauid,poteſt eſſe in recto:vt ſit ſenſus. Meſſias ſer
uus meus,qui erit verus Dauid,qui Goliã, hoc eſt
mundũ ſuperabit. Vel in gignẽdi caſu:vt ſit ſenſus:
Seruus meus,Dauidis filius ſecundum carnem. Eo
Iere.30. dem modo Deus pater per Ieremiam. Seruiet , in-
quit,domino Deo ſuo , & Dauid regi ſuo , quem
ſuſcitabo eis.Hunc regem expectabant Iudæi, qui
erat illis magna bona largiturus.Erant autem hæc
bona ſpiritualia & cœleſtia.Sed dices:Cùr igitur
audientes natum eſſe regem turbati ſunt ? Cùm
Mat. 2 enim reges Magi interrogarent,vbi eſſet , qui na-
tus erat rex Iudæorum , ait euangeliſta turbatum
eſſe regem Herodem & totam Hieroſolymam
cum illo: Turbari Herodem alienigenam non vi-
detur mirum , qui tyrannicè principatum obti-
bat:ſed turbari Iudæos ortu ſui regis,quem ipſi ex
pectabant , hoc mirandum quidem videtur. Sed
turbabat eos eorum impietas : & vt ait Sapientia: Sap. 5.
Excæcauit eos malitia eorum. Si virtute præditi
eſſent , regem ſuum iuſtum,quem expectauerant
antiqui patres, de quo vaticinati fuerant vates di-
uini , cuius aduentu erant homines à vitiorum
tenebris eripiendi,& fidei,atque gratiæ lumine mi
rabiliter illuſtrandi,venire gauderent. Vt bonus
villicus cùm vbertimos fructus videt labore ſuo Simile
productos,cupit venire dominum , vt ſuſcepti la-
boris vtilitatem aſpiciat , vt eum afficiat præmio:
& miles ſtrenuus poſt præliũ & victoriam præſen
tiam regis deſiderat,vt ſudores ſuos,& vulnera, &
animi corporiſq; fortitudinẽ remuneratione cõpẽ
ſet:ſic qui villicationẽ ſibi traditam à Deo fideliter
geſſit,& aduerſus mũdũ,diabolũ,& carnẽ fortiter
dimicauit,atq;de illis illuſtrẽ victoriã indefeſſa vir
tute fuit cõſecutus,cupit ad præmiũ & palmã ſuã
Chriſtũ venire.Cõtrà verò qui mundi voluptati-
bus & peſtilẽtibus illecebris deliniti,& cupiditatũ
ſtimulis cõcitati virtutẽ contẽnunt, & à vitiis ſu-
perantur,cùm pœnam formident, & cõſcientiæ fu
riis exagitentur,Chriſtum nequaquam venire de
ſiderant.Hæc eſt cauſa,cur Iudæi nato Chriſto tur
bati ſunt.quia timebãt domini ac regis præſentiã,
quem iuſtum eſſe iudicem credebãt.Reus nõ vult
videre iudicem,nec proditor principem,nec perfi
dus cognitorẽ.Iudæi euerterant villam,tradiderãt
ſe hoſtibus,omnia bona dilapidauerant: ob eam
cauſam audito nuntio de regis ſui aduentu, cœpe
runt turbari.

Et paſtor vnus erit omnium. Ipſe ait apud Ioannem: Ioan.10.
Fiet vnum ouile,& vnus paſtor.Hic eſt paſtor ille
de quo dixerat Deus pater per Zachariã:Percutiã Zacha.
paſtorẽ,& diſpergentur oues quem locũ Chriſtus 13.
Deus noſter apud Matthæum de ſeipſo interpreta
tur.Hic eſt paſtor,qui ouẽ errantẽ quæſiuit,& ſuis Mat.26.
humeris impoſuit.Qui lãguores noſtros tulit,& la
bores noſtros portauit,vt ait Eſaias. Nã vt ait idẽ
propheta eodẽ capite:Omnes nos quaſi oues erra- Luc.15.
uimus,vnuſquiſque in viã ſuam declinauit,& po- Eſai.53.
ſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.
Qua de re diſſeruimus capite 34.

In iudiciis meis ambulabunt. Hoc eſt,legem meam
cuſtodient.

Et filij filiorum eorum in ſempiternum. Non igitur
intelligitur hic de terra Iudææ , ex qua pulſi fue
runt Iudæi,& nũc à Turcis poſſidetur. Sed intelli
gitur de eccleſia catholica, quæ nunquam delebi-
tur,in qua fideles in perpetuum habitabunt.

Et Dauid ſeruus meus princeps eorum in perpetuum. Luc. 1.
Id quidem eſt,quod dicebat Gabriel angelus Dei Ioan.12.
genitrici Mariæ.Et regni eius non erit finis : Sem- Pſalm.
per enim Chriſtus in eccleſia ſua regnabit. Vnde 109.
dicebat turba apud Ioannem:Nos audiuimus ex
lege,quia Chriſtus manet in æternum. Et pſalmo-
graphus:Tu es ſacerdos in æternum.

Percutiam illis fœdus pacis. Id prædixerat iis ver-
bis Dauid:Audiam quid loquatur in me dominus Pſa.84.
Deus,quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. Ioan.
Et ipſe dominus,Pacẽ,inquit relinquo vobis,pacẽ 14.
meã do vobis.Chriſti euangelium fœdus eſt pacis,
totũ ſpirãs amorem,pacem,& charitatem. Et quo-
niam euangelium ſemper eſt duraturum, ſequitur:
Pactum ſempiternum erit eis. Hunc locum ita
ſeptuaginta tranſtulerunt : Et ponam eis teſta-
mentum

mentum pacis:teſtamētum ſempiternum erit eis. Quibus verbis apertè indicant eſſe hoc ad nouū
Luc.1. teſtamentum referendum, quod eſt pace pleniſſimum. Naſcente Chriſto cœlites pacem nuntiauerunt, & hanc optatiſſimam pacem poſteà
Eſai.52. Chriſti diſcipuli in tototo terrarum orbe prædicarunt:de quibus prædixerat Eſaias: Quàm ſpecioſi
Rom.10. pedes euangelizantium pacem,euangelizantiū bona. Quem locū diuus Paulus in epiſtola ad Romanos de Apoſtolis interpretatur,& euangelicis cōcionatoribus.Loquebatur illic Eſaias de Hebræorū liberatione à Babylonica captiuitate,& diuinus Paulus explicans præcipuū prophetę propoſitum, de captiuitate à peccato & redemptione per Chriſtum & Apoſtolorum prædicatione illud explanat.Docet Apoſtolus prophetarum inſtitutū fuiſſe in primis Chriſti myſteria prædicare,& de corporis liberatione ad iuſtificationem animæ ſe trāſferre.Alta redemptionis humanæ arcana verborum tegunt inuolucris,& nomine Babylonis mundum,nomine verò Hieroſolymæ eccleſiam ſignificant:quemadmodum hoc capite Ezechielem feciſſe intuemur.Quare non eos audiendos eſſe exiſtimo,qui cùm glorieētur nomine Chriſtiano,hebraizant cum Hebræis, repunt humi: nihil altius à terra conſurgunt,omnia diuinorum vatum oracula de ereptione ſeruitutis Babylonicæ loquentia ad illam tantummodò corporis reductionem ad Iudæam referenda eſſe aſſeuerant:& alia huiuſmodi,quæ Apoſtoli de arcanis, & altis redemptionis humanæ per Chriſtum myſteriis interpretantur, ipſi literam ſequentes,non autem literæ ſpiritum, ea ſolùm ad Iudæorum res geſtas aſſeueranter affirmant pertinere.

Et fundabo eos. Hoc eſt, ſtatuam eos in terra firma,vbi habebunt ſolidum fundamentum.Ponam eos in terra promiſſionis,vbi vrbem habebūt munitam,& in locis firmis fundatam.Hæc eſt catholica eccleſia fundata ſuper Chriſtum. Chriſtus eſt
1.Cor.3. primum illud fundamentū,de quo ait diuus Paulus in epiſtola prima ad Corinthios: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id,quod poſitum eſt,quod eſt Chriſtus Ieſus.Ipſe eſt ſanctorū
Ephe.2. fundamentum,de quo ait idem Apoſtolus in epiſtola ad Epheſios:Eſtis ciues ſanctorum,& domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamento Apoſtolorum & prophetarum,ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto. Illud eſt certiſſimum eſſe eccleſiam ſuper Petrum ædificatam, iuxta illud
Mat.16. Chriſti Dei noſtri:Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Ita illum locum Hieronymus,Auguſtinus,Gregorius,& omnes doctores catholici interpretantur,quorum multos citat Ioannes Eckius in libro,qui inſcribitur Enchiridion locorum communium aduerſus Lutherum: & in libro ſuo primo de primatu Petri. Et Albertus Pighius libro ſuæ hierarchiæ eccleſiaſticæ,ambo viri doctiſſimi & optimi.Et ſanctus ille epiſcocopus Ioannes Roffenſis Anglicus,aut potiùs angelicus,qui pro vera fide Chriſti incredibiles tulit cruciatus,& animo recto & inuicto mortem ſubire non dubitauit,ab impio & hæretico tyranno ſibi iniuſtè illatam,hanc veritatem in libro ſuo aureo aduerſus articulos Lutheri apertiſſimè oſtendit.Itaquè omnes orthodoxi patres tā Græci quā Latini omnibus ab initio eccleſiæ ſeculis,ex omnibus terræ cardinibus, per petram intelligunt Petrum,ſuper quem ædificatam eſſe eccleſiam Chriſti omnes non ſolùm fatentur,ſed profitentur. Sed Petrus eſt ſecundum fundamentum, Chriſtus autem primum.Itaque eccleſia eſt fundata ſuper Petrum,Petrus autem ſuper Chriſtum: & ita primū eccleſiæ fundamētum Chriſtus eſt, Id quidem eſt, quod dicitur hoc loco: Et fundabo eos. Illud eſt hoc loco aduertendum eos eſſe fundatos, qui fide muniti ſunt,qui iuſtitiam colunt & pietatem, qui ſanctæ eccleſiæ Romanæ catholicæ obediunt,qui Chriſtum eiuſdem eccleſiæ conſtitutorem ſequuntur:contrà verò eos, qui Babylonem colunt, qui Lutheranam perfidiam tenent,qui ſe vitiis contaminant,fundatos nullo modo eſſe. Quî fieri poteſt,vt fundamentum habeant, qui ſunt eiecti ab eccleſia in Chriſto fundata,qui deficiunt à fide,qui ruunt vento tentationis,qui ſeruiunt Nabuchodonoſori,hoc eſt,diabolo in Babyloniæ regno, hoc eſt,in Lutheranica congregatione, in hæreticorū confuſione,in ſpirituali captiuitate?Omnes impiorum turres parua procella euertit.Eam ob cauſam Mat.7.
ait Chriſtus apud Matthæum:Omnis, qui audit verba mea hæc,& facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina,& flauerunt venti,& irruerunt in domum illam, & non cecidit:fundata enim erat ſuper petram. Et omnis,qui audit verba mea hæc,& non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto,qui ędificauit domum ſuam ſuper arenam,& deſcendit pluuia,& flauerunt vēti, & irruerunt in domum illam, & cecidit.Id animi Eſa.46.
oculis præuidens Eſaias,dicebat:Memento iſtud, & fundamini.Et rurſum: In iuſtitia fundaberis. Eſa.54.
Acſi dicat:Vera virtus eſt firmum fundamentum. Non poteſt eſſe autem vera & perfecta virtus abſque fide.Ea autem,quæ vera eſt, & perfecta ſolidū fundamentum eſt.Hæc eſt,quæ radices agit, atq; etiam propagatur:cætera omnia,mundi opes,delicíæ,voluptates,honores,& alia huiuſmodi,ad quę plerique cupiditate incenſi aſpirant,tanquam floſculi decidunt, & incerta ſunt,non in hominum poteſtate ſita,ſed in mundi varietate collocata.

Et dabo ſanctificationem meam in medio eorū in perpetuum. Hoc eſt,ſemper erit in eccleſia mea ſanctitas:ſemper erunt aliqui, qui ſint virtutibus ſepti, vitæque ſanctimonia ornati.Poteſt hoc referri ad ſanctum euchariſtiæ ſacramentum. De eo dixerat pſalmographus:Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors,& miſerator dominus, eſcam dedit timentibus ſe. Memor erit in ſeculum teſtamēti ſui.Et Malachias:Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum Pſa.110.
magnum eſt nomen meum in gentibus:& in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Mala.1.

Et erit tabernaculum meum in eis. Hoc eſt,erit habitatio mea in manibus eorum,priùs per gratiam, poſteà per gloriam.Per tabernaculum etiam intelligitur eccleſia, cuius imaginem gerebat legis veteris tabernaculum. Eam ob cauſam Eſaias Eſa.33.
eccleſiam appellauit tabernaculum, quod nequaquam transferri poteſt.Et regius vates, Fluminis, inquit,impetus lætificat ciuitatem Dei. Hoc eſt Pſal.45.
donorum & gratiarum influxus eccleſiam catholicam,in qua verus Dei cultus viget,tutam reddit, & ſpirituali gaudio afficit,atque perpetua lætitia exhila

exhilarat. Et volens idem aliis verbis oſtendere, ait. Sanctificauit tabernaculũ ſuum altiſſimus, per tabernaculum eccleſiam catholicam ſignificãs. Nõ me fugit, non deeſſe, qui per flumen hoc intelligant Iordanem, cuius impetum aiunt lætificaſſe ciuitatem dei, hoc eſt populum Iudaicum, cùm ad *Ioſue 3.* eius tranſitum illius aquæ conſtiterunt. Sed tũc dicendum erat. Fluminis diuiſio, & aquarum ſtatio, non autẽ, fluminis impetus. Oblectentur ſuo Iordane Iudæi, ego nanque aliud flumen exiſtimo illud eſſe, quod ciuitatem dei gaudio afficit, cũ Baſilio Magno, & Aurelio Auguſtino, & aliis huiuſmodi patribus, qui præſtantibus ingeniis, admirabili ſanctimonia, eximia ſapientia exculti per flumen hoc intelligunt ſpiritum ſanctum per fidem & virtutes influentem in pectora credentiũ, vnde fluunt admirabiles illæ aquæ, de quibus ait Chriſtus: Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina *Ioan. 7.* de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et ſubiungit euãgeliſta. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Hic ſpiritus eſt inexhauſta bonorum omnium copia: & comparatur flumini placidiſſimo inter amœnas ripas & virentia prata, impetu delectabili, & dulci aquarum ſonitu, ciuitatem ingrediẽti, & admirabili influentia irrigãti. Ciuitas autem dei eccleſia eſt, de qua ait diuus *Apoca. 21.* Ioannes in Apocalypſi: Vidi ciuitatem ſanctã Ieruſalem nouam, deſcendentem de cœlo: à deo para *Matt. 16.* tam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Hæc eſt ciuitas dei, & tabernaculum admirabile, quod ſanctificauit altiſſimus, aduerſus quod nec portæ inferi præualebunt. Ex Hebraico vertunt nonnulli verſum illum pſalmographi: Sanctuarium tabernaculorum altiſſimi. Sed illud noſtram non euertit expoſitionem, imò eam cõfirmat: eſt enim dei eccleſia ſanctuarium omnium tabernaculorum, hoc eſt omnium particularium eccleſiarum, quarum nulla poteſt eſſe tabernaculũ altiſſimi, niſi fuerit in vnitate catholicæ eccleſiæ ſanctificata, quæ eſt vniuerſale dei tabernaculum: de quo ille ait hic per Ezechielem: Et erit tabernaculum meum in eis. Poteris per tabernaculum Chriſtum intelligere, de quo ait diuus Ioannes in Apocalypſi: Ecce tabernacu- *Apo. 21* lum dei cum hominibus, & habitabit cũ eis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe deus cum eis erit eorũ deus. Videtur diuus Ioannes ad hunc Ezechielis locũ alludere, illúmque de Chriſto explanare. Appellatur Chriſtus tabernaculum quod in eo inha- *Coloſſen. 1.* bitet, vt ait diuus Paulus ad Coloſſenſes ſcribens, omnis plenitudo diuinitatis. Et bene ait, cum ho- *Prou. 8.* minibus eſſe, nã ipſe Chriſtus de ſeipſo ait in Prouerbiis Salomonis. Deliciæ meæ ſunt eſſe cũ filiis hominum. Cùm autem deus pater promittat tabernaculum ſuum fore ſemper cum hominibus, & per tabernaculum Chriſtus intelligatur, aperte cõcluditur, Chriſtum in perpetuum eſſe in eccleſia ſua *Matt. 28.* futurum. Id quod ait ipſemet Chriſtus apud Matthæum, ago vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

Ego dominus ſanctificator Iſrael.] Duplex eſt Iſrael, alter ſecundùm carnem, alter ſecundũ ſpiritum. Iſrael ſecundum carnem eſt Iudæorum populus, Iſrael ſecundum ſpiritum eſt concio fideliũ, ſiue ex Iudæis ſint, ſiue ex Gentibus, dũmodo Chriſtum ſequantur. Eorum deus dicitur ſanctificator. *Eſai. 1.* Id quidem eſt, quod volebat ſignificare Eſaias capite primo, cum deum ſanctum Iſraelis, vocauit, hoc eſt ſanctificatorum omnium eorum, qui fidem & iuſtitiam colebant. Et hæc erat dei periphraſis, qua diuini vates vtebantur.

Adnotationes ex Hebræo in cap. XXXVII.

A *Quatuor ventis veni ſpiritus.* In Hebraico pro ventis & pro ſpiritu idem eſt nomen, nempe רוח ruach Similiter in tranſlatione ſeptuaginta πνεῦμα Vnde verſio Latina Complutenſis deſumpta ex Græca habet. A quatuor ſpiritibus veni ſpiritus. Dictio hæc ruach ſignificat ſpiritum, & quia ventus ſpiritus etiam dicit, ſignificat ventũ. Vnde id, quod eſt primo capite Geneſis: Spiritus *Gene. 1.* dei ferebatur ſuper aquas, intelligunt nonnulli de vento magno, qui ſufflabat ad ſiccandas aquas: appellatur autem dei, qui ſolet ſcriptura, ea quæ magna ſunt, dei appellare. vel ideo dicitur ſpiritus dei, quia fuit miſſus à deo. Sed ego exiſtimo ſpiritũ dei loco illo non accipi pro vento, imò nec tũc eſſe ventum, ventus enim fit ex terræ exhalationibus cum aeris motione: at tunc nondum erat aer, quoniam nondum erat cœlum, nec ignis, eſt enim aer inter cœlum & terram: aut inter terram & ignem. Præterea nec tunc erant exhalationes terræ, cùm terra eſſet inanis & vacua, & tenebræ eſſent ſuper faciem abyſſi. Quare arbitror locum illum intelligi de ſpiritu ſancto, qui vt ait diuus Hieronymus, incubabat ſuper aquis, fouens illas inſtar volueris oua calore animantis. Idem ait Magnus Baſilius referens Syri cuiuſdam ſententiam aientis ſpiritum ſanctum vitalem fœcunditatem aquarum naturæ præbuiſſe, incubantis auis effigie vim vitalẽ imprimẽtis in ea, quæ ab ipſa fouetur. Et aſſerit probatum eſſe maioribus intelligi locum illũ de ſancto dei ſpiritu. Diuus etiam Ambroſius enarrans locum illum, ait: Etſi aliqui pro aere accipiant, aliqui pro ſpiritu, quem ſpiramus, nos tamen cũ ſanctorum & fidelium ſententia congruentes ſpiritũ ſanctum accipimus, vt in cõſtitutione mundi operatio trinitatis eluceat. Hæc ille. quibus oſtendit non ſolùm ex ſua, ſed ex antiquorum patrum ſententia per ſpiritum dei ſpiritum ſanctũ ſignificari. Exiſtimo tamen ſpiritum pro vento accipi capite primo Eccleſiaſtes, vbi ait Salomon: Luſtrans vni- *Eccle. 1.* uerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Quaſi dicat: Circuit, & pergit ventus, & in ſuos orbes reuertitur, vt iterum ſufflet. Spiritus labiorum ſignificat verba, quòd ex ore cum ſpiritu *Eſai. 11.* egrediantur: vt apud Eſaiam: Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Aliquando ſpiritus ſignificat iram, vt apud Zacariam. Qui egrediun- *Zacha. 6.* tur in terram Aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis. Et in Prouer- *Proue. 29.* biis; Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus. Hoc eſt, omnem furorẽ ſuum effundit ſtatim inſipiens. Quidam exiſtimant illic ſpiritum accipi pro voluntate & deſiderio. Et quamuis multa ſignificet, hoc tamen Ezechielis loco in prima parte capitur pro mundi plagis, oriente, occidente, aquilone, & meridie, in ſecunda verò pro ſpiritu vitali. Vnde poterat hic locus ita verti: A quatuor mundi plagis veni vitalis ſpiritus.

Et ſaluos eos faciam de vniuerſis ſedibus ſuis. Septuaginta habent: Et eruam eos ex omnibus iniquitatibus ſuis. Peccata impiorum ſunt ſedes, in quibus illi ſedent. Humanum eſt incidere in peccatū, & lineas tranſilire, ſed in peccatis ſedere & perſeuerare, hoc eſt penitus intolerandum & diabolicū. Ei, qui ſe ab errato reuocare molitur, facilè ignoſcitur, ſi ad deum ſupplex confugit: at obſtinatus, qui in dei præcepto fingit laborem, & non vult recedere à peccato, quomodo veniam conſequetur?
Pſal. 39. Eum alloquitur ita pſalmographus: Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Quaſi dicat: tu qui ais te non eſſe Dei præcepta ſeruaturum, quòd nimis difficilia ſint, nonne ſedes in peccatis? Sedes quidē. Peccata tua & ſcelera tua ſunt ſedes tuæ.

Et dabo ſanctificationem meam in medio eorum. Pro ſanctificatione mea eſt in Hebraico: מקדשי mieddaxi, à verbo cadhax, quod ſignificat ſanctificare. Vnde id, quòd paulò poſt ſequitur: Ego dominus ſanctificator Iſrael, poteſt verti: Ego dominus ſanctifico Iſraelem. Ab hoc verbo deriuatur
Exod. 3. codhex, quæ dictio ſignificat ſanctitatem vt capite tertio Exodi. Locus in quo ſtas, terra ſanctitatis eſt.
Pſal. 19. pro quo noſter interpres tranſtulit, terra ſancta eſt. Et pſalmo. 19. Mittat tibi auxilium de ſanctitate, pro quo noſter interpres vertit: Mittat tibi auxiliū de ſancto. hoc eſt de tabernaculo, & vbi tunc arca fœderis quieſcebat. Nam Tharghum habet, de domo ſanctuarij. Vel de ſancto hoc eſt de cœlo. Ac ſi populus qui pro rege ad bellum difficile proficiſcente vota faciebat, ita diceret. Intueatur deus periculum tuum è ſancto cœlo ſuo, téque ſaluum & triumphantem à bello reducat. Dictio autem hæc
Exo. 15. mieddax ſignificat ſanctuarium, & templū deo ſacratum, vt capite. 15. Exodi: Introduces eos, & plātabis in monte hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es domine: ſanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuæ. Quibus verbis vaticinatus eſt Moyſes, eſſe Hieroſolymæ templum à deo conſtituendum, quod appellat ſanctuarium. Hac ratione ducti nonnulli aiunt, deum hoc Ezechielis loco promiſiſſe Hebræis in Babylonis vincula coniectis, eſſe illis templū Hieroſolymæ inſtauraturum, quod hîc ſanctificationē ſuam, ſeu ſanctuarium ſuum vocat. Sed negare nō poſſunt per templum illud eccleſiam ſignificari. Ego exiſtimo per hanc dei ſanctificationem intelligi ſeptem eccleſiæ ſacramenta gratiam conferētia ex opere operato, quæ Chriſtus deus noſter inſtituit in perpetuum duratura. Huic interpretationi fauet tranſlatio ſeptuaginta ita habens: Et ponā ſancta mea in medio eorum in perpetuum. Sancta ſunt ſacramenta, quibus ſanctificamur, quæ in medio fidelium dicuntur eſſe, vt omnes ea communicent. Id quidem eſt, quod dicimus in ſymbolo: ſanctorum communionem: eſt enim ſanctorum communio ſacramentorum participatio. Fateor equidem eccleſiam ipſam eſſe ſanctorum hoc eſt fidelium omnium communionem & ſocietatē. In primitiua enim eccleſia omnes fideles ſancti appellabantur, etiam ſi minus ſanctè atque integrè viuerent: ſatis erat ad hoc, vt ſancti dicerentur, nomen dare Chriſto, ciúſque eccleſiæ aſcriptos eſſe. Eſt enim eccleſia congregatio fidelium, & corpus vnū ex multis membris compactum, cuius caput Chriſtus eſt. In epiſtola ad Romanos ait ita diuus Pau- *Roma.*
lus: Sicut in vno corpore multa membra habemus, *2.*
omnia autem membra non eundem actum habēt, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Et in epiſtola prima *1 Cori.*
ad Corinthios: Sicut corpus vnum eſt, & membra *12.*
habēt multa, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt, ita & Chri- *Ephe. 5.*
ſtus. Et ad Epheſios: Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus cōpactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis. Et rurſus: Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius. Vides igitur eccleſiam communionem eſſe fidelium ſub vno capite Chriſto. Sed fit hæc communicatio per eccleſiæ ſacramenta, quæ vocātur ſancta, quorum eſt in eccleſia ſocietas quædam & communio, iuxta id, quod ait in *1. Cor.*
epiſtola prima ad Corinthios apoſtolus: Vnus pa- *10.*
nis: & vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane participamus. Hæc eccleſiæ ſacramenta, quæ ſunt ſigna quędam, quibus Chriſtiani ab infidelibus diſcernuntur, & ſigna ſacræ rei, nimirum inuiſibilis gratię, quæ in elemento viſibili confertur, & ſigna efficacia: quę ipſam continent gratiā, eiúſque cauſa ſunt, atque id, quod ſignant efficiunt, & ſigna, quibus preteritorū admonemur, & præſentium, & futurorū, hæc, inquam, ſunt ea, quæ hoc loco Deus ore Ezechielis ſe fidelibus ſuis daturum promiſit. Quæ ſunt numero ſeptenario cōprehenſa, qui nu- *Eſai. 11.*
merus eſt ſpiritui ſancto familiaris. Dona ſpiritus *Apo. 5.*
ſancti ſeptem ab Eſaia recenſentur. In Apocalypſi ait diuus Ioannes vidiſſe agnum ſtantem tanquam occiſum habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus dei. Et in eodē loco ſeptem ſigillis ait fuiſſe veteris teſtamenti paginā *Apo. 8.*
ſignatam, quam agnus, qui habet clauē Dauid, qui aperit, & nemo claudit, reſerauit. Et rurſum: Septē angeli, qui habebant ſeptem tubas, præparauerunt, *Apo. 2.*
vt tuba canerent. Et alio eiuſdem Apocalypſis loco: Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum. Septē ſunt panes, quibus dominus tur- *Math.*
bas pauit apud Matthæum. Septē ſunt oculi apud *Zach. 3.*
Zachariam ſuper vnum lapidem. Et ſeptem lucer- *Zac. 4.*
næ tabernaculi ſuper vnum candelabrum. Et ſe- *4. Reg.*
ptem denique fuerunt lotiones Naaman in Iorda- *5.*
ne. Quibus omnibus fuerunt ſeptem ſacramenta adumbrata, de quibus hîc loquitur Ezechiel.

Argumentum Capitis XXXVIII.

Prædicit aduentum Gog & Magog in terram promiſſionis, & eorum cladem & euerſionem. Hoc eſt penultimum Ezechielis vaticinium, quod his duobus capitibus ſequentibus continetur: vltimum verò eſt de imagine templi inſtaurandi, quod incipit à capite quadrageſimo, & durat vſque ad finem libri. Cùm toto hoc opere Ezechiel vaticinatus fuiſſet de Chriſti regno & gratiā, nunc quaſi per oppoſitionem voluit de Antichriſti regno & tyrannide tractare.

CAPVT XXXVIII.

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens. Fili hominis pone faciem tuam contra Gog, & terram Magog, principem capitis Moſoch, & Thu

& Thubal, & vaticinare de eo, & dices ad eum. Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis Moſoch, & Thubal. Et circum agam te: & ponam frænum in maxillis tuis, & adducam te, & omnem exercitum tuum, equos, & equites veſtitos loricis vniuerſos, multitudinem magnam, haſtam & clypeum arripientium, & gladium.
B Perſæ, Æthiopes, & Libyes cum eis, omnes ſcutati & galeati. Gomer, & vniuerſa agmina eius, domus Thogorma latera aquilonis, & totum robur eius, populique multi tecum. Præpara & inſtrue te, & omnem multitudinem tuam, quæ coaceruata eſt ad te, & eſto eis in præceptum: Poſt dies multos viſitaberis, in nouiſſimo annorum venies ad terram, quæ reuerſa eſt à gladio, & congregata eſt de populis multis ad montes Iſrael, qui fuerunt deſerti iugiter. Hæc de populis educta eſt, & habitabunt in ea confidenter vniuerſi. Aſcendens autem quaſi tempeſtas venies, & quaſi nubes, vt operias terram tu, & omnia agmina tua, & populi tui tecum.
C Hæc dicit dominus deus. In die illa aſcendent ſermones ſuper cor tuum, & cogitabis cogitationem peſſimam, & dices. Aſcēdam ad terram abſque muro. Veniam ad quieſcentes, habitantéſque ſecurè, hi omnes habitant ſine muro, vectes & portæ non ſunt eis. Vt diripias & inuadas prædam, & inferas manum tuam ſuper eos, qui deſerti fuerant, & poſtea reſtituti, & ſuper populum, qui eſt congregatus ex gentibus, qui poſſidere cœpit, & eſſe habitator vmbilici terræ.

EXPLANATIO.

Pone faciem tuam contra Gog, & terram Magog. Hoc eſt, vaticinare aduerſus Gog, & Magog. Superiore capite prædixit diuinus vates fore vt Iudæi, qui in Babylonica detinebantur captiuitate, ad patriam redirent, & Hieroſolymam colerent, vbi ab vno rege in perpetuum gubernarentur. Quo oraculo voluit ſignificare eſſe fideles omnes in vna eccleſia congregandos, & ab vno Chriſto in perpetuum regendos. Et quoniam intuebatur mentis oculis futuros eſſe multos tyrannos, & Hæreticos, & alios impios & immanes homines, qui eccleſiā Chriſti affligerent & Chriſtianos variis calamitatibus opprimerent, inuchitur nūc in illos, quos nomine Gog & Magog ſignificauit. Et quia præcipuus eccleſiæ perſecutor, & acerrimus hoſtis futurus eſt Antichriſtus, ideo aduerſus eum his duobus capitibus præcipuè vaticinatur. Antichriſtus appellatur Gog: populus autē, qui cū ſecuturus eſt, Magog; nam in ſacris literis, & in ſanctorum doctorū libris Gog & Magog Antichriſtum eiúſque membra deſignant. Gog idem eſt quod tectum, authore diuo Hieronymo, quoniā Antichriſtus erit diaboli tegumentum ſub ſpécie humana. Erit quidem homo, ſed quoniam in eo diabolus habitabit, tectū & domus diaboli vocatus; Magog verò idem eſt quod à Gog, nam apud Hebręos litera m, eſt præpoſitio, à vel ab. Ideo per Magog gentes impię intelliguntur, à Gog, hoc eſt, ab Antichriſto deceptę. Ex filiis Iaphet fuit quidam appellatus Magog, vt in libro Geneſis diuina teſtatur ſcriptura, qui Magogas à ſe nominatos inſtituit: vt aſſerit Flauius Io- *Gen. 10.*
ſephus libro. 1. Antiquitatum capite. 11. Vbi etiam ait hoc, Magogas eos eſſe, quos Græci Scythas appellarunt. Hac ratione ducti exiſtimant nonnulli ex Hebręis Gog & Magog gentes eſſe quaſdam è Scythia, quæ venerunt aduerſus Iudęos, & oppugnarunt Hieroſolymam, ſed poſtea perierunt. Ex Latinis quidam putant Gog & Magog nō eſſe determinatas gentes, ſed omnes eccleſię catholicę perſecutores: ita vt per Gog intelligantur tyranni & hęreſiarchę, per Magog verò eorum ſatellites & ſectatores. Sed quoniam magni authores aſſerunt has gentes Scythicas eſſe, & Turcę, teſte Pomponio Mela, referente Hermolao Barbaro, ſunt populi Scythici, à quibus orti ſunt, qui hodie Turci dicūtur, & latiſſimè imperitant, & Chriſtianos immaniter affligunt, fortaſſis hi ſunt, de quibus hoc loco agit Ezechiel, quorum tyrannidem prędicit, & tandem eorum interitum & pernicem vaticinatur. Spero enim fore, vt cito eorum ruat imperiū, & ipſi de medio deleantur. Diuus Ambroſius libro. 2. de fide ait hunc Gog, Gothum eſſe. Et diuus Iſidorus in etymologiarū libro Gothos ait fuiſſe denominatos à Magog filio Iaphet. Quā ob cauſam non deſunt, qui dicant has gentes Gog & Magog Gothos eſſe, qui dei eccleſiam grauiter vexarunt: ſed poſtea omnes perierunt. Paulus Oroſius, Eutropius, Blondus, Leonardus Aretinus, & multi alij ſcriptores narrant Gothos immanes populos fuiſſe, & ſubiugaſſe Italiam, Galliam, Hiſpaniam, & magnam partem Africæ, & Aſiæ. Hi Romam orbis caput, bonarum diſciplinarum mercaturam, & antiquitatum monimentis ornatam euerterunt, & vrbes alias celebres mœnibus altiſſimis munitas, ſolo adæquarunt. Voluerunt, vt aiunt nonnulli, antiqua omnia delere, & alterum mundum cōſtituere, ne pręteritorum ſeculorum vllum maneret veſtigium, ſed omnis vetuſtatis memoria extinguęretur, vt ipſi ſolum eſſent per vniuerſum orbem celebrati, tanquam noui mundi conditores. Sed omnes fuerunt conſumpti, & cunctę eorum contentiones ad magnam mundi gloriam floreſcentes corruerunt. Petrus Appianus in libro de mūdi deſcriptione ait Magog eſſe ciuitatem Aſiæ regionis Cyrrheſticę. Plinius libro quinto hiſtorię naturalis, capite. 23. Cœleſyria, inquit, habet Bambycem, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris verò Magog. Ibi prodigioſa, &c. At Ioānes Annius Viterbenſis in commentariis in Beroſum hæc vltima Plinij verba legit in hunc modum: Syris verò Magog ibi. Hoc eſt patria Magog. Et paulò poſt ait idem Plinius, in eadem regione eſſe vrbem Cyrrhum, à qua denominata eſt Cyrrheſtica prouincia. Quod conuenit cum Petro Appiano. Strabo etiam libro quartodecimo meminit Magogorum, & multi alij authores. Sunt, qui dicant, Gog & Magog eſſe Getas & Maſſagetas; quorum opinionem diuus Auguſtinus libro. 20. de Ciuitate dei reprobauit capite vndecimo. Et quoniam Gog ſignificat tectum, Magog verò detectum, exiſtimāt non-

nulli per Gog intelligi hypocritas, qui dei eccleſiam occultè odio proſequuntur, per Magog verò homines apertè impios ex omnium ſcelerum colluuione natos, non ſolùm à virtute, ſed etiam à ſimulatione virtutis alienos. Ego etſi nullam harũ improbo opinionum, exiſtimo tamen per Gog & Magog intelligi præcipuè Antichriſtum, eiúſque ſectatores tempore illius, poſſe tamen hoc ad omnia eius membra omni tempore accommodari. Nam diuus Ioannes in Apocalypſi loquẽs de Antichriſto meminit Gog & Magog, quaſi Gog ſit Antichriſtus, Magog verò populus ab eo ſeductus. Membra pręcipua Antichriſti ſunt hæretici, vt quondam Arrius, nunc autem Lutherus, homo ad omnia ſcelera paratus, nulla dignitate conſpicuus, ſolũ erroribus notus, procella patriæ, turbo ac tẽpeſtas pacis & verę doctrinę: & eccleſię catholicæ acerrimus hoſtis. Et omnes qui illius impiis hęreſibus adhęrent, eáſq; augẽt, & amplificant, vt Caluinus, & alij hęretici, qui fide deſtituti, omniúmque, virtutũ ornamentis nudati in ſumma ignominia verſantur. Hi omnes ac impij Turci hoſtes eccleſię crudeliſſimi ſunt abſque dubio membra Antichriſti. aduerſus quos hoc loco vaticinatur Ezechiel. *Apoca. 20.*

Principem capitis Moſoch & Thubal. Hoc eſt vaticinare contra Antichriſtũ, qui erit princeps principis Cappadocię & Hiſpanię, Rex Cappadocię, & & rex Hiſpanię Antichriſto ſubiicientur. Nomine capitis intelligitur rex, nomine Moſoch Cappadocia, nomine Thubal Hiſpania, vt ait Flauius Ioſephus libro Antiquitatũ primo, & nos ſupra oſtendimus capite. 27. Poteſt hoc rectè ad Turcorum principem referri, qui modo eſt princeps capitis Moſoch & Thubal: accipitur autem caput nõ pro rege, ſed pro ciuitate pręcipua ſedis imperatoriæ, hoc eſt pro Conſtantinopoli vrbe florentiſſima, quo ſe tranſtulit imperator Conſtantinus Maximus, poſtquam ſe ad Chriſti fidem conuertit, Románque eccleſię, ſummíſque pontificibus donauit. Ciuitas illas Conſtantinopolis, quæ antea Bizantium vocabatur, à Conſtantino aucta & denominata, fuit quondam caput imperij, cui Moſoch & Thubal, hoc eſt Cappadocia in Oriente, & Hiſpania in Occidente ſubiectę erant. Nũc non ſine graui orbis Chriſtiani iactura crudeliſſimi Turcorum tyranni paret imperio. Impius Turcorum imperator eius ciuitatis eſt princeps, quæ olim imperij Chriſtianorũ fuit caput. Nam Ammurates impius Turcorum rex, qui vaſtauit Illyricos & Vngaros, Peloponeſſum vi cepit, & murum Iſthmi Corinthiaci deiecit, Albámque Vngarię anno à Chriſto nato. 1439. cinxit obſidione, filio Mahumeto regnum reliquit, acerrimo Chriſtianorum inimico. Hic Bulgariam & Ruſciam ſibi ſubiecit, Nigropontum in deditionem accepit, Moldauiã & Vvalachiam euertit, & Conſtantinopolim expugnauit, quam modò poſſident gentes Turcicę nominis Chriſtiani inimicę, aduerſus quas intelligi poteſt hoc Ezechielis vaticinium. Sed nos primã de Antichriſto expoſitionem ſequamur, qui eſt Turcorũ, & aliorum impiorum caput.

Et circumagam te, & ponam frænum in maxilis tuis. Hoc eſt, te coercebo, ne facias, niſi quod ego permiſero. Eodem modo apud Eſaiam dixit deus impio Sennacheribo: Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis. Et apud Ezechielem noſtrum capite. 29. dixit Pharaoni: Ponam frænum in maxillis tuis. Tanta erit Antichriſti impietas & immanitas, tot erunt eius flagitia, vt ſi ei daretur nocendi ad libitum facultas, totum orbem terrarũ penitus deleret & vaſtaret. Metaphora eſt ſumpta ab equo, quem ſtrenuus aſcenſor domat fræno, & in gyrum ducit & coercet. *Eſa. 37. Sup. 29.*

Et educam te & omnem exercitum tuum. Hoc eſt, permittam, vt venias cum magno exercitu ad affligendos & probandos Chriſtianos. Volens Antichriſtus populum Chriſtianorum opprimere gentes congregabit, & in ordinẽ rediget: & harũ gentiũ ordinata multitudo appellatur exercitus. Non enim dicitur exercitus multitudo militũ, niſi ſint diſpoſiti & ordinati. Ordo eſt digeſtio, & in ſuo loco reicuiúſque collocatio. Tanta eſt ordinis vis, vt etiã qui ordinem conantur euertere, illud abſque ordine non valeant efficere. Vt lapides, lateres, ligna, tegulæ, hæc omnia confuſè miſta, & inordinatim coniecta nõ efficiunt domum, cùm verò ordinantur & diſponuntur, tunc fit domus, ſic homines inordinati, vt Socratis vtar ſimilitudine apud Xenophontem, non efficiunt exercitum, cùm verò ordine diſponuntur, efficiunt. Hoc intelligens Antichriſtus ad eccleſiaſticum ordinem oppugnãdum copias ducet ordinatas. Sed eius ordo erit confuſio. *Simile.*

Veſtitos loricis vniuerſos. Poterat ita verti ex Hebræo: Indutos omni armorum genere à pedibus ad capita.

Perſæ, Aethiopes. Deſcribit exercitum Antichriſti, cui omnes hæ gentes parebunt. Per Perſas intelligit Orietales, per Æthiopes meridionales, per Libyes occidentales, per Gomer, & Thogorma ſeptentrionales. Ex omnibus his orbis plagis inſurgent multi aduerſus Chriſtum. Ipſe enim lapis eſt & ſignum, cui contradicetur. Id intuens Eſaias de Chriſto loquens dicebat: Erit vobis in ſanctificationem: in lapidem autem offenſionis & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael. Ad quæ verba alludit apoſtolus in epiſtola prima ad Corinthios, dicens: Offenderunt in lapidem offenſionis. Et iuſtus ille Simeon apud Lucam: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionẽ mortuorum in Iſrael, & in ſignum, cui contradicetur. Verum per Gomer intelligũt nonnulli Galatas, per Thogorma Phryges: alij verò Germanos. *Eſai. 8. 1. Cor. 1. Luc. 2.*

Prapara & inſtrue te Hoc eſt mea permiſſione te aduerſus fideles inſtrues & pręparabis.

Et eſto eis in præceptum. Id eſt, tu exercitui tuo imperabis, ille autem tibi parebit.

Poſt dies multos viſitaberis. Tu ô Antichriſte affliges fideles, ſed punieris grauiſſimè. Viſitare in literis diuinis punire aliquando ſignificat: vt in pſalmo: Viſitabo in virga iniquitates eorũ. Et tertio decimo Eſaię capite. Viſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. *Pſal. 88. Eſai. 13.*

In nouiſſimo annorum venies ad terram quæ euerſa eſt à gladio. Hoc eſt in fine mundi venies aduerſus eccleſiam, quæ liberata à tyrannorum gladio, ab impiorum cędibus & calamitatibus in pace & ſecuritate quieſcet.

Et congregata eſt de populis multis Nam multi ex omnibus mundi plagis in vnam eccleſiam conuenerunt, in qua ſunt coadunati. Sequitur: Ad montes Iſrael. Hęc verba duos poſſunt ſenſus recipere.

Primus eſt: Venies ad eccleſiam ex multis gentibus
collectam, montibúſque Iſraelis, hoc eſt patriar
chis inſitam & prophetis. Hoc ideo ait, quoniam
populus Gentilicus fidem recepit, quam habuerāt
Rom. 11. antiqui patres: & vt ait in epiſtola ad Romanos
diuus Paulus, cùm oleaſter eſſet, inſertus eſt fractis
ramis oliuę. Comparauit apoſtolus populū Iſraeli-
Ierē. 11. ticum cum oliua Ieremiam ſecutus, qui illū oliuam
vberem, pulchram, & fructiſeram vocauit: popu-
lum autem Gentilicum cum oleaſtro, qui nihil ha-
buit dulcedinis ex oliua germana, niſi poſtquam
in eius radicem fuit inſitus, hoc eſt in fidē patriar-
charum, & virorum veteris teſtamenti, fide & vir-
tute pręſtantium, & in eorum locum aſſumptus. Id
Pſal 44 intuens diuinus pſaltes ita alloquitur eccleſiā. Pro
patribus tuis nati ſunt tibi filij. Fides, quam habue-
runt ſancti veteris teſtamenti, & quam nos habe-
mus, eadem eſt. ſed illi credebant in Chriſtum ven
turum, nos autem in eum quem veniſſe aſſeuera-
mus. Eam ob cauſam ait hoc loco Ezechiel, eſſe
eccleſiam cōgregatam de populis multis ad mon-
tes Iſraelis, hoc eſt, ad patres antiquos fide illuſtres,
virtute pręditos, & ſapientia inſignes. Hic eſt pri-
mus huius loci ſenſus: ſecundus eſt hic. Venies ad
eccleſiam ex variis hominum generibus cōgrega-
tam, & pręcipuè venies ad montes Iſrael, hoc eſt,
ad terram ſanctam, quæ fuit ſæpe vaſtata, & ibi in
Chriſtianis impietatem tuam exercebis.

Hæc de populis educta eſt. Id eſt, hæc eccleſia Chri
ſti ſui de Gentibus vocata, & de earum ſuperſtitio-
nibus abducta. Vel ſic: Hæc terra Iſraelis eruetur à
poteſtate populorum infideliū, priuſquam veniat
Antichriſtus, & à Chriſtianis ſecurè poſſidebitur.
Sed in fine mundi ab Antichriſto oppugnabitur.

Aſcendens autem. Nimirum tu ô Gog, ô Anti-
chriſte. Comparat eum cum tempeſtate ob ferocia
verba, & comminationes, quibus homines terre-
bit: & nubi ob falſam doctrinam, qua homines de-
cipiet, & occæcabit. Vel per tempeſtatem intelli-
gitur crudelitas, per nubem voluptas. Nam ad
Chriſti fidem euertendam quoſdam calamitatibus
vexabit, quoſdā verò illecebris & deliciis alliciet.

Aſcendent ſermones ſuper cor tuum Hoc eſt, ver-
ſabis in animo tuo cogitationes: inibis tecum con-
ſilium de affligenda eccleſia. Deus ille permittet
eccleſiam oppugnare. Aſcendere cogitationes in
cor alicuius, eſt paraphraſis hebræa pro cogitare.
Luc. 24 Ita apud Lucam: Quid turbati eſtis, & cogitatio-
nes aſcēdunt in corda veſtra? Si hi cogitatus impij
Exo 12. ſunt, ſtatim ſunt interficiendi. Vt Pharao nō dimi-
Simile. ſit Iſraelitas, donec primogēiti occiſi ſunt, ſic ſi vo-
lumus, vt nos dimittat dæmon, oportet nefarios
occidere cogitatus, qui primū in corde gignuntur.

Et dices: Aſcendam ad terram abſq; muro. Hoc eſt
ad eccleſiam, quæ tunc erit omni ſere humano au-
xilio deſtituta. Acſi dicat: Capiam terram aeſi eſſet
oppidum abſque muro & defenſione. Vide Anti-
chriſti ſuperbiam. Murus vniuſcuiúſque eccleſiæ
particularis eſt diligens præſul, iuſtus & ſapiēs, qui
debet eccleſiam ſuam ſeruare, illámque loco ve-
ctis & portæ cuſtodire.

Vt diripias ſpolia, & inuadas prædam. Spoliabit
enim eccleſias, & affliget viros eccleſiaſticos. Idem
faciunt tyranni, qui ſunt membra Antichriſti: viro-
rum piorum diuitias diripiunt, ſed perniciem ma-
chinantur ſibi, aliis autem, quos affligunt, & quorū
opes committunt direptioni, coronam tolerantiæ
neſcientes conficiunt. Vt qui verſatur in theatro *Simile.*
aut circo, vbi exagitatur taurus, ſi ſolers eſt, veniēti
tauro, atque in illum inuehenti relinquit pallium
in cornibus, ipſe verò ſe vertit in fugam: & hoc
modo ſaluus euadit: ſic viri iuſti pietatem & chari-
tatem colentes in mundi agonibus & certamini-
bus relinquunt tyrannis diuitias humanas, ipſi au-
tem incolumes ad Chriſtum confugiunt, dicentes
cum apoſtolo: Propter Chriſtum omnia detrimen- *Phil'i 3.*
tum fecimus & arbitramur vt ſtercora, vt Chriſtū
lucrifaciamus. Veræ tamen Chriſtianorum diuitię,
quibus eos Antichriſtus conabitur ſpoliare, ſunt fi-
des, ſpes, charitas, & cæteræ virtutes. Fortaſſe per
ſpolia ipſos homines intelligit, qui Antichriſto ad-
hærentes, eius præda & ſpolia dicuntur. Nam apud
Eſaiam ait deus pater: Diſpertiā ei plurimos. Hoc *Eſai. 53.*
eſt dabo filio meo ſeruos multos: Et ſubiungit ſta-
tim: Et fortium diuidet ſpolia. Spolia fortium eos
appellat, qui dæmoni ſeruiebant, & mundo, & car-
ni, quos Chriſtus ab hoſtibus animæ ereptos diſtri-
buit. Nam quoſdam, vt ait in epiſtola ad Epheſios *Ephe. 4*
beatus Paulus, dedit apoſtolos, quoſdam autē pro-
phetas, alios verò euangeliſtas, alios autem & do-
ctores. De iis ſpoliis ait Chriſtus apud Lucā: Cùm *Luc. 11.*
fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt
ea, quæ poſſidet: ſi autem fortior illo ſuperueniēs
vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus
cōfidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Sed quoniā hoc
poteſt ad literam de Turcis intelligi, vt diximus, &
ad illos totum hoc rectè referēdum putamus, ideo
per hæc ſpolia opes intelligimus humanas, quas
gentes Turcicæ nobis diripuerunt. Et hac in re a-
pertè videmus eſſe hoc vaticinium adimpletum.
Nam oculis noſtris aſpicimus, nō ſine acerbo ani-
mi dolore eccleſię terras, & Chriſtianorum diui-
tias eſſe hodie à Turcis poſſeſſas, eóſque populo
Chriſtiano magnas clades & ſtrages intuliſſe. Exi-
gunt hoc peccata noſtra, quibus deus inſenſus nos
ab infidelibus veluti ſuæ iuſtitiæ miniſtris torqueri
permittit. Sed euertentur tamen aduerſarij noſtri,
vt euerſi fuerunt Aegyptij, Babylonij, Macedones,
Pharao, Sennacheribus, Nabuchodonoſor, & alij
huiuſmodi tyranni, qui dei populum afflixerunt, &
magnis calamitatibus lacerarunt.

*Et inferas manum tuam ſuper eis. qui deſerti fue-
rant & poſtea reſtituti.* Hoc eſt, dabis operā ô An-
tichriſte, vt Chriſtianos ſummis premas calamita-
tibus: qui Chriſtiani deſerti ſunt & ſpoliati à terra
ſancta, ſed poſtea reſtituētur, & totam Palęſtinam
à Turcis ceptam expugnabunt, & ſecurè poſſide-
bunt. Colligitur ex hoc diuini vatis oraculo, Chri-
ſtianos expugnaturos eſſe Iudæam, eámque ab im-
piis infidelibus erepturos, à quibus nunc tyranni-
cè poſſidetur: & ibi incipiendam eſſe primam An-
tichriſti perſecutionem in fine mundi. Sed quoniā
verba hæc poſſunt fortaſſe alium ſenſum recipere,
nóſque de futuris incerti ſumus. altero modo lite-
ram hanc interpretabimur, pio lectori electionem
committentes. Conaberis ô Antichriſte Chriſtia-
nos ſummo vrgere mœrore, & ad æternum vocare
èxitium: qui ex Gentilitate quondam ſterili ad ec-
cleſiam Chriſti repudiato idolorum cultu venerūt. *Pſal.*
Hæc Gentilitas eſt ſterilis illa, de qua occinit re- *112.*
gius vates: Qui habitare facit ſterilem in domo, ma *Eſai.*
trem filiorum lætantem. Et Eſaias: Lauda ſterilis, *54.*

quæ non paris, decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas: quoniam multi filij deſertæ, magis quàm eius, quæ habebat virum. Quem locum diuus Paulus de Chriſti eccleſia ex Gentibus congregata in
Gala 4. epiſtola ad Galatas interpretatur. Deſerta dicebatur Gentium congregatio, quæ ſeruiēs idolis nullos producebat virtutum fructus: vbi autem adhęſit Chriſto, quem Iudęorum ſynagoga repudiauit, facta eſt multorum filiorum mater. Aſpicis igitur, eos qui deſerti fuerant, & poſtea ſunt reſtituti Gētiles eſſe, qui ad eccleſiam conuenerunt. Id explicare volens diuinus vates ſubdidit: Et ſuper populum, qui eſt congregatus ex Gentibus. Vbi particula, &, accipitur pro id eſt.

Qui poſſidere cœpit, & eſſe habitator vmbilici terræ. Hoc eſt, qui populus poſſeſſionibus colendis operam dedit, cœpítque habitare in terra promiſſionis. Vmbilicus terrę eſt periphraſis Iudææ, quæ eſt in medio terrę conſtituta, veluti vmbilicus in me-
Pſal. 73. dio corporis. Id intuens Dauid de Chriſto loquēs, Operatus eſt, inquit, ſalutem in medio terrę. Antiqui coſmagraphi diuiſerunt terram habitabilem in ſeptem ſpacia, quæ climata vocarunt, & Hieroſolyma eſt in quarto climate ſita. Ex quo concluditur, eam rectè medium & vmbilicum terræ appellari. Ibi operatus eſt Chriſtus ſalutem, ibi prędicauit, docuit, & miracula edidit, & ibi pro nobis mortuus eſt. Et inde exierunt primi Chriſtiani, qui per orbem terrarum ſanctum Chriſti euangelium nūtiarunt.

D Saba & Dedan, & negotiatores Tharſis, & omnes leones eius dicent tibi: Nunquid ad ſumenda ſpolia tu venis: Ecce ad diripiendam prædam congregaſti multitudinem tuam, vt tollas argentum & aurum, & auferas ſupellectilem atque ſubſtantiam, & diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog: Hęc dicit dominus deus: Nunquid non in die illo, cum habitauerit populus meus Iſrael cōfi-
E denter, ſcies? Et venies de loco tuo à lateribus aquilonis, tu, & populi tui tecum: aſcenſores equorum vniuerſi, cœtus magnus, & exercitus vehemens. Et aſcendes ſuper populum meum Iſrael, quaſi nubes, vt operias terram. In nouiſſimis diebus eris, & adducā te ſuper terram meam, vt ſciant gētes meæ, cum ſanctificatus fuero in te, in oculis eorum ô Gog. Hæc dicit dominus deus: Tu ergo ille es, de quo locutus ſum in diebus antiquis in manu ſeruorum meorum prophetarum Iſrael, qui prophetauerunt in diebus illorum temporum vt adducerem te ſuper eos.

Saba & Dedan, & negotiatores Tharſis. Populi ſunt, qui Antichriſto adhęrebunt & multi alij, qui ob vires & immanitatem leones hoc loco appellantur.

Et diripias manubias infinitas. Manubiæ dicuntur, quæ manu capiuntur ab hoſtibus. Deſcribit auaritiam & cupiditatem Antichriſti, & omniū, qui euangelij veritatem, & eccleſiam catholicam oppugnant. Poteris per manubias animas intelligere fidelium, Chriſti victoriis congregatas, quæ ſe ſunt Antichriſto tradituræ.

Cùm habitauerit populus meus Iſrael confidenter. Hoc eſt, cùm populus Chriſtianus, qui eſt Iſrael ſecundum ſpiritum, recuperata terra promiſſionis, vitam degerit ſecurè, & terram illam tutò coluerit, tunc veniet Antichriſtus à lateribus aquilonis: hoc eſt à plaga ſeptentrionali: per quam fortaſſe intelligit Babylonem quę eſt ad aquilonem reſpectu Hieroſolymæ, iuxta id quod ait Ieremias: Ab aquilone pandetur omne malum. Poteris per latera aquilonis Scythiam intelligere, quæ reſpectu terrę ſanctę eſt ad ſeptentrionem, vnde venerunt Turci, qui ſunt membra Antichriſti.

Et aſcendes ſuper populum meum Iſrael, quaſi nubes. Id eſt, venies ſubito contra eccleſiam quaſi nubes atra, quę ſurgit inſperatò, ex qua ſtatim magna oritur procella totam terram operiens & vaſtans. Omnia metu implebis, & terroribus, & calamitatibus. Erit enim tunc talis tribulatio, qualis non fuit Matth.
ab initio mundi vſque modò, nec fiet. 24.

In nouiſſimis diebus eris. Hoc eſt non venies modò, ſed prope finem mundi in vltimis temporibus.

Et adducam te ſuper terram meam. Id eſt, permittam te venire contra terram promiſſionis. Terram illam appellat deus ſuam ſingulari quadam ratione: quia ibi natus eſt, ibi myſteria redemptionis humanę confecit. Ibi fuit eius mors, reditus ad vitā, & aſcenſus in cœlum. Eam ob cauſam etſi eius ſit
omnis terra iuxta id, quod ait diuinus pſaltes: Do- Pſal 33.
mini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in ea: terram tamen promiſ-
ſionis ſuam appellat. Ideo loquens Eſaias cū Chri- Eſai 8.
ſto de illa dixit: Erit extenſio alarum eius implens latitudinem terrę tuæ ô Emanuel. Sed quęres fortaſſe, cur deus permiſſurus ſit venturum eſſe Antichriſtum, qui tot calamitatibus Chriſtianos affligat. Noli hæc ſcrutari, nec rationes conſiliorū dei,
quę ad te non attinēt, curioſè intueri. Et vt verbis Rom. 11.
vtar apoſtoli, Noli altum ſapere, ſed time. Verum deus ideo mala permittit, vt ex illis eliciat bona. Antichriſtus affliget iuſtos, ſed dabit illis deus gra-
tiam & patientiam, quibus plus mereantur. Conſi- Simile.
cere monile pretioſum & elaboratum induſtria ex auro excellenti non eſt mirum, ſed ex vili plumbo efficere purum aurum, hoc eſt ábſque dubio mirabile. Ex auro quilibet artifex conficiet monile, ſed ex infimo cupro pretioſum aurum educere & aureum monile conflare, emblemate pictum, & mirabiliter elaboratum, eſt alchimia cœleſtis. Ita ex bono bonum facere bonum eſt, ſed humanum, at ex vitio depromere virtutem, hoc eſt diuinū. Homines ex auro virtutum efficiunt monilia meritorum, ſed aurifex ille, qui ex ſcelerum plumbo extrahit virtutum aurum, deus eſt. Ille ex impiorum ſceleribus aduerſus iuſtos admiſſis ipſorum iuſtorum elicit gloriam & vtilitatem: imò ex culpa noſtra elicit commodum noſtrum, nam largitur nobis contritionem, & fauore ſuo agimus pœnitentiam. Incidunt homines in peccata, & ille miſericordiam ſuam oſtendit, pœnitentibus flagitia remittens, & iuſtitiam ſuam, deiiciēs in æternas pœnas obſtinatos. Ex noſtris malis ingentia bona depromit. Ideo ait Auguſtinus: Deus adeò bonus eſt,

vt non

vt non permitteret malum, niſi præuidiſſet poſſe inde aliquod elicere bonum. Permittet vt Antichriſtus variis tormentis vrgeat viros pietate & charitate preſtantes, vt eorum firmitudo clariùs eluceſcat, & corũ gloria magnificentius illuſtretur. Bea- *Mat. 5.* ti, inquit dominus, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnũ cœ- *1.Co. 4.* lorum. Vnde diuus Paulus, Perſecutionem, inquit, *2.Co. 4.* patimur, & ſuſtinemus. Et rurſum: Id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriꝧ pondus operatur in nobis.

Vt ſciant Gentes me. Hoc eſt, vt ſciant fideles me eſſe deum iuſtum & potẽtem, cum te interfecero. Tunc deus iuſtitiam & potentiam ſuam declarat, cum aſperam alicuius impij tyrannidem euertit, illúmque ad pœnam & cruciatum rapit.

Cùm ſanctificatus fuero in te. Id eſt, cùm me ſanctum oſtendero te occidendo, & exercitum tuum tecum ad æternum excidium relegando. Tu ô Antichriſte, ô hoſtis immanis tanquam leo furore incitatus ad Chriſtianorum meorum cædẽ rapieris. Sed ego ex tuo ore ac faucibus fideles illos meos eripiam, qui voluerint in fide permanere, teque inſigni ſupplicio coercebo, & illuſtria iuſtitiæ meꝧ documenta conſtituam: qua in re ſanctus ac potẽs apparebo: vt qui fuerint in fide & charitate conſtantes, gaudio afficiantur, & ad colendum diuinũ numen ardentius excitentur. Aſpicis hoc loco celebriorem eſſe apud homines domini gloriã cùm impios homines, omnibus ſceleribus coopertos *Exo 14* punit, & ingentibus opprimit calamitatibus. Cùm deus impium Pharaonem obruit in mari, adhibuerunt ei Iſraëlitæ cultus & honores, agentes ei gratias, eiúſque ſanctiſſimum nomẽ hoc carmine ce- *Exo 15* lebrantes: Cantemus domino, glorioſè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in mare. Ideo aiunt deum fuiſſe glorioſè magnificatum, *Eccl 36* quia impium tyrannum deiecit in mare. Eccleſiaſticus etiam deum in húc modum alloquitur. Glorifica manum, & brachium dextrum: excita furorem, & effunde iram: aufer aduerſarium, & affige inimicum. Et de ipſius Antichriſti ſupplicio ait *Pſal. 9.* pſalmographus: Cognoſcetur dominus iudicia faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

In manu ſeruorum meorum prophetarum Iſrael. Hebraiſmus eſt, id eſt, per ſeruos meos diuinos vates: Multis enim in locis vaticinati ſunt de Antichri- *Pſal. 9* ſto: Dauid pſalmo nono, & multis aliis. Daniel. ca- *Da. 7.* pite ſeptimo, octauo, nono, Eſaias, Ieremias, & alij *8. 9.* variis in locis. Libro Numerorum capite. 24. vbi *Num. 24.* noſtra verſio habet: Tolletur propter Agog rex eius, & auferetur regnum illius, habet tranſlatio ſeptuaginta: Exibit homo ex ſemine eius, & dominabitur gentibus multis, & exaltabitur Pſoch regnum eius. Quæ verba diuus Hieronymus de Antichriſto interpretatur. Et pro Pſoch legit ille Gog. Ita fortaſſe erat in eius codice.

F Et erit in die illa, in die aduentus Gog ſuper terram Iſrael, ait dominus Deus: Aſcendet indignatio mea in furore meo, & in zelo meo. In igne iræ meæ locutus ſum, quia in *Matth. 24.* die illa erit commotio magna ſuper terram Iſrael: & commouebũtur à facie mea piſces maris, & volucres cœli, & beſtiæ agri & om- *Luc. 21. 6.* ne reptile, quod mouetur ſuper humum, cunctíque homines, qui ſunt ſuper faciem terræ: Et ſubuertentur montes, & cadent ſepes, & omnis murus corruet in terram. Et G conuocabo aduerſus eum in cunctis montibus meis gladium, ait dominus deus. Gladius vniuſcuiuſque in fratrem ſuum dirigetur. Et iudicabo eum peſte, & ſanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immenſis. Ignẽ & ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper exercitum eius, & ſuper populos multos, qui ſunt cum eo. Et magnificabor & ſanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & ſcient quia ego ſum dominus.

Et erit in die illa. Prædicit deus ſe eſſe grauiter puniturum Antichriſtum.

Commouebuntur à facie mea piſces maris, & volucres cœli. Vtitur ea orationis exornatione, quã rhetores Græci ὑπερβολὴν, Latini ſuperlationem vocant. Ea vtuntur aliquando diuini vates ad vim & impetum iræ diuinæ oſtendendum & exaggerandum. Ad hunc modum ait Dauid: Commota eſt, & *Pſal. 17.* contremuit terra, & fundamenta montium con- *Eſai. 13.* turbata ſunt, quoniam iratus eſt eis. Et Eſaias ita deum loquentem inducit: Cœlum turbabo, & mouebitur terra de loco ſuo propter indignationem domini exercituum. Poteris per piſces maris homines intelligere, mundi negotiis irretitos, & peſtilentibus voluptatibus deditos: per volucres cœli vanos, & ſuperbia elatos: per beſtias agri voraces, & ventri obedientes: per reptilia cupidos, & auaritiæ ſeruos. Et quia ſolent diuini vates interpretari ea, quæ obſcuris verbis proponunt, & ea, quæ ſunt explicatũ difficilia, verbis aliis apertis explanant, ſubdit ſtatim: Cunctíque homines qui ſunt ſuper faciem terræ: innuens ſe per hæc animalia rationis expertia homines ſignificare maculis ſcelerum contaminatos, qui non homines appellari merentur, ſed feræ. Nec eſt mirum nomine bru- *Act. 10* torum homines intelligi, nam in Actis apoſtolorũ *Mat. 3.* fuit vas brutorum animalium diuo Petro oſtẽſum, *Luc. 3.* per quæ homines ſignificabantur. Et in euangelio Iudæi genimina appellantur viperarum.

Et ſubuertentur montes, & cadent ſepes, & omnis murus corruet. Per montes intelliguntur magnates: & eloquentes, quos Antichriſtus decipiet, per ſepes & muros concionatores elati, & præſules vani, qui gloriantur ſe eſſe eccleſiæ defenſores, & mundi ſcientia & eloquentia ornatos. Multi ex his relinquent Chriſtum, & Antichriſto adhærebũt. Superbi eloquentes tradent ſe Antichriſto, ſed humiles in charitate fundati, in fide & virtute permanebunt. Vt æs plus tinnit quàm aurum, & longiùs *Simil.* auditur, cùm tamen aurum multò ſit præſtantius: ſic eloquẽtia cum ſcientia cõiuncta longius ſonat quàm humilitas cum charitate copulata, cùm tamẽ huiuſmodi humilitas multò ſit illuſtrior & præſtãtior. Scientia, inquit apoſtolus inflat, charitas ædificat. Et rurſum: Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus *1.Cor. 8.* ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Cõ- *1.Cor. 13* cionator ſuperbia elatus tinnitu ſuo longius ſonat, ſed humilis Chriſtianus maioris eſt pretij.

Et conuocabo aduerſum eum in cunctis montibus meis gladium Hoc eſt in terra Iſraelis quæ magna ex parte montoſa eſt, aduerſus Antichriſtum, eiúſque ſectatores ſupplicia excitabo. Verba ſunt dei, ſeueritatem iuſtitię ſuę declarantis aduerſus impios, eóſque ad internecionem redacturum eſſe promittentis. Conabitur Antichriſtus eccleſiā dei euertere, & ad excidium & vaſtitatem vocare: ſed illum impia flagitia, cędéſque tetras anhelantem, & infinitam hoosinum multitudinem opprimentē conteret deus, illum ſummis vrgebit calamitatibus, & ad æternos inferorum cruciatus tandem relegabit. Peſtis, quam aliis machinabitur, in eius ca-
Iſai. 33. put redundabit: iuxta id quod dixit Eſaias: Væ qui
Pſal. 7. pręclaris, nonne ipſe prędaberis? Et Dauid: Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Nihil ſceleris, nihil fraudis pretermittet Antichriſtus, vt homines ſeducat, & à veritate auertat, atque in homines pios ſummam exercebit tyrannidem & immanitatem. Inſano furore, & cæco impetu debacchabitur, ſed ipſe miſer peribit, & ſuorum flagitiorum pœnas dabit, & impietas, quæ illum ad aliorū exacuet perniciem, eum perdet, & ad cædē, ignominiam, & æternum exitium adducet.

Gladius vniuſ. uiuſque Mortuo Antichriſto pugnabunt eius ſectatores contra ſeipſos, mutuis ſe vulneribus interficiētes. Pręterea puniet eos deus peſte ſæuiente, & procella horribili: & mittet in illos fulgura, & ſulphur, & ita ſuorum ſcelerum iuſtas pœnas perſoluent.

Et magnificabor & ſanctificabor. Hoc eſt, & tunc oſtendā eſſe me magnū & ſanctum cū me viderint homines piorum & impiorum habere rationem, & impium immaniſſimi tyranni furorē terribili ſupplicio coercere. Interficiam Antichriſtum, eumque cum ſectatoribus ſuis in barathrum obſcurarum tenebrarum proiiciam, vbi omoes illi æternis cruciatibus torquebuntur. Loquens diuus Paulus de Antichriſto in epiſtola ſecunda ad Theſſalonicen-
2. Teſ. 2. ſes ait non venturū eſſe diem vltimi iudicij, priuſquam veniat Antichriſtus, cuius ad literā hæc ſunt verba: Quoniam niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſuper omne, quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit deus. Beatus Gre-
Gen 49 gorius in Moralibus locum illum Geneſis: Fiat Dan coluber in via, de Antichriſto interpretatur: aítque nonnullorum ſeotentiam eſſe Antichriſtū eſſe de tribu Dan proceſſurum. Hanc ſententiam ſequitur in quarta parte theologali diuus Antoninus, aſſerens Antichriſtum futurum eſſe de tribu
Apo 7. Dan. Ideo diuum Ioannem in Apocalypſi, vbi agit de numero ſignatorū, de quibus dixerat angelus: Nolite nocere terræ, & mari, nec arboribus, quo adúſque ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus eorum, numeratis tribubus Iſraelis, de tribu Dan nullam feciſſe mentionem: Ait etiam ibi diuus Antoninus, Antichriſtum ædificaturum eſſe Hieroſolymæ quoddā templum in quo ponet ſoliū ſuum, aſſerens ſe eſſe deum, & Meſſiam in lege promiſſum: & attracturum eſſe ad ſe homines terrore tormentorum, promiſſione diuitiarum & voluptatū, & operatione falſorum miraculorum: Et duraturā eſſe prædicationē eius tribus annis cum dimidio.
iuxta id quod ait Daniel capite duodecimo, & Apo *Dan. 12*
calypſis duodecimo. Vincentius in Speculo hiſto- *Apo 12*
riali ita ait: Antichriſtus circa finē mundi naſcetur in Babylonia ex viro & muliere, ſed concepto & animato, vt ait magiſter in hiſtoria ſcholaſtica, deſcendet diabolus in vterum matris ad implendum illum omni malitia, vtens eo vt vaſe ſuo. Hæc ille. ſi angelus bonus detur ei ad cuſtodiam, vt aliis hominibus datur à deo iuxta beatum Thomā in prima parte ſententiarum, poſtquam tamen incœperit vti malitia, nullum effectum cuſtodiæ in eo obſtinato exercebit. Hic Antichriſtus, vt ait Vincentius, cùm venerit Hieroſolymam, circuncidetur, & illum Iudæi vt Meſſiam recipient, & venerabun-
tur. Id ſignificauit illis Chriſtus dicens apud Ioan- *Ioan. 5.*
nem. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me, ſi alius venerit in nomine ſuo, illū accipietis. Ait diuus Gregorius, & habetur de Cóſecratione, diſtin. tertia. capite. Peruenit, præcepturū eſſe Antichriſtum, vt dies ſabbati, & dies dominica ab omni opere cuſtodiatur: dies ſabbati propter Iudæos, dies dominica, propter ſeipſum, affirmabit enim ſe eſſe poſt mortem die dominica ad vitā re-
diturū. De illo ait ita apoſtolus in epiſtola ad Theſ *2. Teſ. 2.*
ſalonicenſes ſecunda. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui eum, cuius eſt aduentus ſecundum operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigiis. Vbi accipitur virtus pro vi & potentia diaboli, qua Antichri-
ſtus ſigna magna efficiet, quibus multos perdet. Et *Simile.*
quemadmodum leo proſpicit ex inſidiis, ſi qua ſe offerat præda, ſic ille nihil aliud dies noctéſq; machinabitur, quàm quomodo homines decipiat, ſeque poſſit illorum ſanguine ſatiare. Poſtremò tamen ipſe ſpiritu oris Chriſti interficietur. Id præ-
dixit iis verbis Daniel: Sine manu conteretur. Et *Dan. 7.*
Eſaias: Spiritu labiorum ſuorum interficiet impiū. *Eſai. 11.*
Zacharias propheta vocat Antichriſtum paſtorem *Zac. 11.*
ſtultum & idolum. Quæ maior poteſt eſſe ſtultitia,
quàm ſeipſum & alios perdere? Quam ob cauſam *2. Teſ. 2.*
eum apoſtolus filiū vocat perditionis. Et quis poteſt verius appellari idolum, quàm ille, quem cæci & impij homines colent vt deum, & diuino cultu venerabuntur? Eum euangeliſtæ vocant abominationem, & deſolationem: & in diuerſis ſacræ ſcripturę locis appellatur percuſſor, pſecutor, beſtia, iniquus, ſuperbus, aduerſarius, fur, pſeudopropheta, immundus, impius, fraudulentus, inimicus, ſemen peſſimum, fera ſingularis, & hoc loco apud noſtrum Ezechielem Gog, eiúſque ſectatores Magog.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XXXVIII.

Venies ad terram, quæ reuerſa eſt à gladio. Pro, quæ reuerſa eſt, eſt in Hebraico: משובבת mexobebeth, à verbo שוב quod ſignificat auertere, eripere, quieſcere, conterere. Ex hac ſignificationum varietate fluxit interpretum varietas. N⸰ſter trāſlator vertit: Quæ reuerſa eſt, Pagninus: Ad terram contrita gladio. R. Dauid: Ad terram ereptam à gladio. Pagninus reſpexit ad terræ vaſtationem & calamitatem, R. Dauid ad eius liberationem. Poteſt verti: Ad terram, quę quieuit à gladio. Significare

autem

Pſa.84. autem verbum hoc auertere indicat locus ille pſalmographi: Auertiſti captiuitatem Iacob. Qui poterat rectè verti: Eripuiſti captiuitatẽ Iacob. Hoc eſt, liberaſti à captiuitate Babylonica Hebræos. Sed cum in illo pſalmo multa dicantur, quæ hiſtoriæ de reditu à Chaldæa non conueniant, ſed humanæ redemptioni, interpretantur illum viri doctiſſimi de liberatione à tyrannide diaboli, & peccati *Pſa.115.* ſeruitute. Illud etiam pſalmographi: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi, poteſt transferri: Quieſce anima mea in trãquilitate tua, quia dominus reddidit te tibi. Aeſi dicat: Cum antea ob admiſſa ſcelera non eſſes tua, ſed corporis, cui obtemperabas: corporis volnptate oblectabaris: eius quærebas reqniẽ, cui te ſubieceras: at nũc delectare gaudio ſpirituali, oblectare gaudio tuo, quoniam iam es tua, quoniam dominus reddidit te ipſam tibi liberãs te à peccato, quieſce igitur in requie tua: ſeu conuertere in requiẽ tuam.

Quaſi tempeſtas venies. In Hebraico eſt, כשאה caxoah venies. Dictio eſt deriuata à verbo xoah, quod ſignificat deſolare vaſtare, ſonare, impetum facere. Vnde Pagninus vertit. Veluti multitudo aquarum. Alij transferunt. Tanquam inundatio aquarum repentè venientium cum impetu. Poteſt verti. Venies tanquam deſolatio, ant vaſtatio. Significat hoc nomen idem quod xaon, pro quo Lati- *Pſal.39.* nus interpres vertit aliquando miſeriam, vt in pſalmo. 39. Eduxit me de lacu miſeriæ, & de lnto fæcis. Quod poteſt transferri: Eduxit me de lacu ſtrepitus, ſeu ſonitus, ſeu inundationis. Hoc eſt, extraxit me de ciſterna, in quam aquæ inundantes & vehementes cum impetu magno deſcendebãt. Aeſi diceret: Eripuit me deus à plurimis & vehementiſſimis calamitatibus, quæ vi dolorũ & moleſtiarũ me obruebant. Deſcribit impetum & magnitudinem ærumnarum, quibus eſſet penitus ſubmerſus, niſi eum deus mirabiliter liberaſſet.

Negotiatores Tharſis. Septuaginta traſtulerunt ἔμποροι καρχηδόνιοι. Hoc eſt, mercatores Carthaginenſes. Quidam vertunt: Mercatores maris. Dictio Tharſis ſignificat mare, & Carthaginem, & alia, de quibus ſuprà diſſeruimus in annotationibus in primum caput, verba illa exponẽtes: Et aſpectus rotarum, & opus earum quaſi viſio maris.

Argumentum Capitis. XXXIX.

Vaticinatur aduerſus Gog & Magog, qui eos, qui fuerint in fide Chriſti conſtantes, tolerantia rerum humanarum muniti, & virtutibus denique omnibus veluti mœnibus ſepti oppugnabunt, ſed non expugnabũt, quoniam viri iuſti eligent de ciuitate, imò de vita potius, quam de veritate dimoueri. Deſcribit accerbiſſimum impiorum interitum qui honeſtate contempta ſe corporis voluptatibus tradunt, dei, hominumque iura peruertunt, & in cacas tenebras tandem proiiciuntur. Idem ferè eſt huius capitis ac ſuperioris argumentum.

CAPVT XXXIX.

A TV autem fili hominis vaticinare aduerſum Gog, & dices. Hęc dicit dominus deus, Ecce ego ſuper te Gog principem capitis Moſoch & Thubal. Et circum agam te & *Apo 20.* ſeducam te, & aſcendere te faciam de lateribus aquilonis, & adducam te ſuper montes Iſrael. Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tua eiiciam. Super montes Iſrael cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui ſunt tecum. Feris, auibus, omnique volatili cœli, & beſtiis terræ dedi te ad deuorãdum. Super faciem agri cades, quia ego locutus ſum, ait dominus Deus. Et immittam ignem B in Magog, & in iis, qui habitãt in inſulis cõfidenter, & ſcient quia ego dominus. Et nomen ſanctum meum notum faciam in medio populi mei Iſrael: & non polluam nomẽ ſanctum meũ ampliùs, & ſcient gentes, quia ego dominus ſanctus Iſrael. Ecce venit, & factum eſt, ait dominus deus. Hæc eſt dies de qua locutus ſum. Et egredientur habitatores de ciuitatibus Iſrael, & ſuccẽdent, & comburent arma, clypeum & haſtas, arcum & ſagittas, & baculos manuum, & contos, & ſuccẽdẽt ea igni ſeptẽ annis. Et nõ porta- C bũt ligna de regionibus, nec ſuccidẽt de ſaltibus, quoniã arma ſuccẽdẽt igni, & deprædabuntur eos, quibus prædę fuerant, & diripiẽt vaſtatores ſuos, ait dominus Deus. Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum ſepulchrũ in Iſrael, vallem viatorũ ad orientem maris, quæ obſtupeſcere faciet prętereuntes.

EXPLANATIO.

Vaticinare aduerſus Gog. Quid intelligatur per Gog & Magog, diximus capite ſuperiore, vbi etſi multas attulimus expoſitiones, eam tamen præcipuè ſecuti ſumus, quæ videtur litteræ accommodatior, & diuini vatis propoſito conuenientior, vt per Gog Antichriſtum, per Magog eius ſectatores intelligeremus: etiam ſi fateamur poſſe per Gog & Magog principem Turcarum ſignificari, & tyrannos alios, ac hæreſiarchas cum ſequacibus ſuis, qui omnes ſunt Antichriſti membra. Eorum animi caligine flagitiorum obducti diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem non intuentur, cuius contemplatione ſolent homines à ſceleribus deterreri, & ad virtutem excitari.

Ecce ego ſuper te. Subaudi, venturus ſum, vt te perdam. Hebraiſmus eſt in diuinis literis non infrequens.

Principem capitis Moſoch. Hoc fuit explicatum capite ſuperiore.

Circumagam te, & educam te. Id eſt, coercebo te in gyro fræno ſeueritatis meæ, & educam te de terra aquilonis. Permittam, vt de aquilone ad oppugnandum eccleſiam educaris. Ita noſtra hac memoria permiſit deus oppugnari eccleſiam ſuam à Luthero, Munſtero, Caluino, & aliis huiuſmodi peſtibus, qui cum nihil aliud molirentur, quam extinguere veritatem, ſe tamen veritatis eſſe aſſertores iactabũdi gloriabantur. Vt in pharmacopolæ offi- *Simile.*

cina

cina & miropolio inter alia vaſa ſunt nõnulla or-
nata literis medicamentum aliquod ſalurare illic
incluſum ſignificantibus, cum tamen nihil præter
toxicum contineant, & remedium aduerſus vene-
num præſeferentia, ſunt plena veneno: ſic hæreti-
ci, ſapientes falſi fingunt ſe eſſe virtute præditos, &
ſapientia ornatos, cùm ſint nefariis ſceleribus im-
buti, & peſtilentibus hæreſibus cõtaminati, & om-
Rom. 1. ni vera ſapientia deſtituti. Et vt verbis vtar diui
Pauli, repleti ſunt omni iniquitate, malitia, forni-
catione, auaria, nequitia, inuidia, homicidio, cõtẽ-
tione, & dolo. Itaque non docent virtutes, ſed vi-
tia. Et quamuis virtutes docerẽt, nihil hoc prodeſ-
ſet illis, cum id quod verbis docerẽt, operibus, de-
Simile. ſtruerent. Vt ſaltandi magiſter non poterit com-
modè diſcipulos ſuos verbis inſtruere, niſi ipſe lu-
dum ſaltatorum ingrediatur, & ſaliat ac tripudiet:
ſic qui ſe magiſtros venditant virtutum, debẽt eas
exercere, & operibus inſtuere, eáque actis efficere
quæ verbis alios docent. Exeant ad circum, exer-
ceant tripudiũ virtutum, & ita plus operibus pro-
ficient vna die, quam verbis multis annis, ſi facta di
ſcrepant à verbis. Oleum perdunt & operam ple-
rúnque, qui honeſtatem in ore continent dunta-
xat, in corde verò & manibus impia flagitia. In hu-
iuſmodi magiſtros inuehitur apoſtolus iis verbis in
Rom. 2. epiſtola ad Romanos: Qui alium doces, teipſum
non doces: qui prædicas non furandũ, furaris: qui
Mat. 15 dicis non mœchandũ, mœcharis. Et Chriſtus deus
Eſai. 29 noſter apud Matthæum: Hypocritæ bene prophe-
tauit de vobis Eſaias, dicens: Populus hic labiis me
honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Huiuſ-
modi ſunt hæretici, quos deus permiſit, vt ab Aqui
lone, hoc eſt, à Germania, vbi natus eſt Lutherus,
venirent, vt affligerent eccleſiam. Illis verba hæc
dei per Ezechielem conueniunt, etiam ſi propriè,
vt dixi, ad Antichriſtum referantur, cui deus ait: E-
ducam te, vt ſubaudiatur, de terra aquilonari. Vel,
Educam te in gyrum, cohibens tuam deprauatã vo
luntatem duritia fræni, ne indomitæ tuæ cupidita
tes, & effrænatę libidines longius dilatentur, ſed
ſeueritate diuinę iuſtitię cõtrahantur. Paucis enim
annis regnabis, quoniam ego te interficiam, & te-
lam tuorum ſcelerum, & vitæ tuæ concidam. Qui-
dam codices habent pro educam te, ſeducã te. Acſi
dicat deus: Permittam, vt ſeducaris. Ad id enim fu
roris & inſaniæ perducetur Antichriſtus, vt deum
contemnat, & pro nihilo putet, & perpetuam ſibi
fœlicitatem polliceatur. Nullam exiſtimabit tantã
eſſe alicuius potentiam, quæ illũ valeat de ſuo flo-
Pſal. 9. rente ſtatu dimouere. Id intelligens pſalmogra-
phus ita de illo vaticinatus eſt: Non eſt deus in cõ-
ſpectu eius, inquinatę ſunt viæ illius in omni tem-
pore. Auferuntur iudicia tua à facie eius, omnium
inimicorum ſuorum dominabitur. Dixit enim in
corde ſuo: Non mouebor à generatione in gene-
rationem, ſine malo. Hęc vltima verba, ſine malo,
ſuſpenſa manent, niſi illis adiungas verbum, ero, vt
ſit eclipſis, figura in diuinis literis frequens. Quaſi
dicat Antichriſtus. Tanta firmitudine & perpetui-
tate roboratus ſum, vt nihil me poſſit dimouere:
ſemper ero ſine malo, hoc eſt, ſine dolore, & cala-
Eſa. 48 mitate. O cæcum hominis furorem, ô caliginõ ſtu
pendam: Cùm omnia corporea ſint fluxa & cadu-
ca, & homo ſit bulla, & omnis caro fœnum, aude-
bit Antichriſtus ſe æternum appellare, & perpetuã
ſibi vitę proſperitatem polliceri.

*Aſcendere te faciam de lateribus aquilonis, & addu
cam te ſuper montes Iſrael.* Hoc eſt, venies à regione
ſeptentrionali ad Iudæam, quę montibus abundat.
Poteris per montes Iſraelis viros intelligere fide
inſignes, virtutúmque altitudine præſtantes. Nihil
eſt enim excelſius virtute, nihil illuſtrius & ſubli-
mius. Neſciunt plerique mortales, quantam celſi-
tatem virtus habeat, nomen virtutis tantùm vſur-
pant. quid ipſa valeat, ignorant. Virtus in horribili
procella tranquilla eſt, in tenebris lucet, pulſa lo-
co nõ dimouetur, quantò humilior videtur, tantò
altior apparet. Nihil tam altum natura conſtituit,
quod poſſit cum eius altitudine comparari. Hæc
eſt, quam ſolam Stoici ſatis eſſe dicebant ad bene
beatéque viuendum. Sed illi vmbram quandam
virtutis videbant, ipſam autem veram virtutẽ non
intuebantur. Nam non eſt vera virtus, vt ait Augu-
ſtinus libro quarto de ciuitate Dei, niſi quę ad eum
finem tendit, vbi eſt bonum hominis, quo melius
non eſt. Sed virtutis altitudinem illi non aſpiciũt,
quorum cogitatio eſt in terram prona, humíque
defixa, de quibus ait diuinus pſaltes: Oculos ſuos *Pſal. 16*
ſtatuerunt declinare in terram. Seneca ſolo lumi-
ne naturali, aut Chriſtianorum cõſortio, aut vtró-
que illuſtratus ait epiſtola. 88. Virtus extollit ho-
minem, & ſuper aſtra mortales collocat. Et tragœ-
dia nona: Nunquam ſtygias fertur ad vmbras in-
clyta virtus. Et Salluſtius in procemio de bello Ca
tilinario. Quę homines arant, nauigant, ædificant,
virtuti omnia parent. Et Virgilius libro Aeneidos
ſexto: Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.
Tanta eſt virtutis altitudo, vt non ſolum Chriſtia-
ni eam lumine fidei & doctrinę aſpiciant, ſed etiã
nonnulli ex infidelibus & indoctis eam quodam-
modo intueantur. Hęc eſt quæ hominem etiam in
vita mortali fert in cœlum, eius animum à rerum
caducarum cogitatione abducens, & ad altiſſimã
rerum diuinarum transferens contemplationem.
Vnde diuus Paulus aiebat: Conuerſatio noſtra in *Phil. 4.*
cœlis eſt. Sed virtus hęc, de qua loquor, quę homi-
nem rapit in cœlum, eſt cum illa charitate coniun-
cta, quę, vt verbis vtar Auguſtini, eſt rectiſſimi ani-
mi affectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proxi
mus propter Deum. Hęc eſt virtus, ad quam debe-
mus aſpirare, & in cujus actiones debemus incum-
bere. Danda opera eſt, vt appetitus pareant ratio-
ni, eámque nec ob cæcum impetum pręcurrant,
nec ob ignauiam deſerant, ſintque ab omni turbu
lenta animi perturbatione alieni, ex quo eluceat
animi tranquillitas & moderatio.

Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua.
Hoc eſt, omnem potentiam tuam labefactabo, &
penitus euertam. Poteris per arcum & ſagittas do-
los Antichriſti intelligere. Solent ſagittarij arcum
manu ſiniſtra tenere, ſagittas verò dextera. Si verò
illis arcum auferas & ſagittas, omnem illis aufers
poteſtatem. Impij autem, quorum cogitationes ni-
hil niſi peſtem aliis & perniciem moliuntur, cum
ſagittariis comparantur. Ideo ait in pſalmo regius *Pſal. 10.*
vates: Quoniam ecce peccatores intenderunt ar-
cum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagit-
tent in occulto rectos corde. Sed ab omnibus his
ſagittis ſumus Dei armis liberandi, & ſcuto fidei
protegendi. Id intelligens diuus Paulus in epiſtola
ad Epheſios, Propterea, inquit, accipite armaturã *Ephe 6*
Dei, vt

Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo. Diem malum vocat tempus calamitatum & tentationum. Et paulò poſt: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.

Feris auibus Mortuo Antichriſto, eiuſque populo, manebunt cadauera inſepulta, ſed in ventribus ferarum & auium ſepelientur. Intuere Dei iudicia, & mundi viciſſitudines & varietates. Ille, qui potens erat, & magna ſatellitum caterua comitatus, qui mundum terrebat, & quaſi œſtro, impetu ſcelerum abſque vllo metu ad omnia maleficia incitabatur, corruit ignominioſè, & fuit à Deo interfectus, & eius cadauer factum eſt auium & ferarum alimentum. O mirabilem, & breui tam celerem & tam variam mundi commutationem! Cùm ſe viderit in illuſtri dignitate, vt mundi fert opinio, conſtitutum, omnem virtutem conabitur extinguere, & Chriſtianæ religionis ſplendorem maculare: & reipublicæ ac ſibi ipſi perniciem machinabitur. Nec mirum, cùm ad rempublicam gubernandam ingreſſurus ſit abſque conſilio: cum enim, futurus ſit omni ſapientia deſtitutus, conſequens eſt, vt conſilio etiam deſtituatur. In Prouerbiis ait

Pro.13. ita Salomon: Qui agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia. Vt dux qui prælium difficile abſ-

Simile. que armis ingreditur, facilè corruit: ſic qui abſque conſilio rempublicam gubernandam capeſſit, facilè ſeipſum perdit, & in dedecus perpetuum incurrit: Poteris per beſtias dæmones intelligere, de quibus dicitur in pſalmo: Ne tradas beſtiis, ani-

Pſal.73. mas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Similiter per volucres, de

Luc.8. quibus ait Chriſtus in euangelio: Aliud ſemen cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud. Vbi per volucres dæmones ſignificantur, quos diuina ſcriptura in pſalmo populos Æthiopum vocat: hoc eſt coruos, & cæte-

Pſal.73. ras aues nigredine affectas, ita dicens: Tu confregiſti capita draconis, dediſti eum eſcam populis Æthiopum. Quibus verbis voluit ſignificare impios Ægyptios in mari rubro obrutos dæmonum fuiſſe prædam & paſtum. Cibus diaboli peccator

Gene.3. eſt, iuxta id quod ei dixit Deus: Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Eſt enim perſpicuum, in literis diuinis nomine terræ impios ſignificari. Hos dicitur diabolus deuorare, cum illis perſuadet, vt ſe vitiis lethalibus contaminent: iuxta id quod ait

1.Pet.5. diuus Petrus: Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.

Et immittam ignem in Magog, & in iis qui habitant in inſulis confidenter. Hoc eſt, Ego immittam fulmina in populum Antichriſto adhærentem, & in omnes illos, qui cùm ſint variis periculis expoſiti, & maris mundi fluctibus exagitati, degunt tamen in ſtulta quadam ſecuritate, fiduciam ſuam in Antichriſto figentes. Quemadmodum per continentem & terram firmam intelliguntur iuſti, ita per inſulas, & inſularum cultores intelliguntur

Pſal.96. impij & ſcelerati. Ita intelligitur locus ille pſalmographi: Dominus regnauit, exultet terra, læ-

Rom.4. tentur inſulæ multæ. Acſi diceret: Chriſtus deleuit diaboli tyrannidem: mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, & regnat in orbe terrarum, & occiſurus eſt Antichriſtum: eam ob cauſam gaudio exultent non ſolùm iuſti, ſed peccatores? Mittet enim ignem aduerſus Magog, nouiſſimis temporibus, priuſquam è cœlo deſcendat ad iudicia exercenda. De eo igne loquitur eodem pſalmo propheta, dicens: *Pſal 96*

Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius: Per hunc ignem intelliguntur fulmina, quibus Antichriſtus perterrebitur, & interficietur: vel vis & poteſtas, qua Chriſtus in Antichriſtum, eiuſque ſectatores vtetur.

Et nomen ſanctum meum notum faciam in medio populi mei Iſrael. Subaudi, cùm impios puniero. Ideo pſalmographus. Cognoſcetur dominus iudi- *Pſal.9.*

cia faciens. Quod autem ſequitur: Et non polluam nomen ſanctum meum ampliùs, hunc habet ſenſum. Non permittam, vt homines ampliùs de me detrahant, quòd Antichriſtum non puniam. Eius blaſphemias coercebo, cúmque ignominioſè interfectum ad pœnas æternas relegabo.

Quia ego dominus ſanctus Iſrael. Id eſt, ſanctificans Iſraelem. Ita Eſaias. Blaſphemauerunt ſan- *Eſa.1.*

ctum Iſrael, id eſt eum, qui ſanctificat Iſraelem. Et rurſus. Redemptor noſter dominus exercituum *Eſa 47.*

nomen eius ſanctus Iſrael.

Ecce venit, & factum eſt. Præterita pro futuris. Senſus eſt: Id quòd futurum vaticinor, ita certum eſt, acſi iam veniſſet, & factum eſſet.

Et egredientur habitatores de ciuitatibus Iſrael, & comburent arma. Hoc eſt, mortuo Antichriſto, eiuſque exercitu interfecto, egredientur verè Chriſtiani habitatores ciuitatum eccleſiæ, & accipient hoſtium mortuorum clypeos, haſtas, arcus, & cætera arma, eaque igne comburent. Tanta autem erit armorum copia, vt multo temporis ſpatio non ſit illis neceſſe ligna ſuccidere ad comburendum: ea enim pro lignis ſufficient. Quod autem ait: Succendent ea igni ſeptem annis, ponitur tempus certum pro incerto. Eſt enim numerus ſeptenarius Hebræis familiaris propter diem ſeptimum, quem obſeruant. Volens Eſaias ſignificare, tam admirabilem futuram eſſe Hieroſolymæ virorum *Eſai.4.*

paucitatem ob cladem Iudæorum, vt multæ viduæ apprehenderent virum vnum, quem vix poſſent inuenire, dixit: Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum. Vbi ſeptem mulieres pro multis ponuntur. Et rurſus: Lux ſolis erit ſeptemplicitèr ſi- *Eſa.30.*

cut lux ſeptem dierum. Explicans Ieremias Hieroſolymæ calamitatem & Hebræorum interitum: Infirmata eſt, inquit, quæ peperit ſeptem. Acſi diceret: Oppreſſa eſt Hieroſolyma mater multorum *Iere.15.*

virorum, qui in prælio corruerunt. Mulier cùm filiis augetur, dicitur corroborari, cùm autem eos amittit, infirmari. Id quod eſt in Geneſi: Omnis, qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur, hunc ha- *Gene 4.*

bet ſenſum. Qui Cain interfecerit, multiplici pœna multabitur, & perfectè punietur. Non quòd *Pſal 11.*

ſepties puniatur; cùm nec bis Deus iudicet idem, ſed perfectè caſtigabitur. Quemadmodum dicitur in pſalmo: Argentum igne examinatum, purgatum ſeptuplum. In oratione Annæ, quæ fuit capiti ſe- *1.Re.2.*

cundo libri primi Regum mandata, vbi communis verſio habet: Sterilis peperit plurimos, eſt in Hebraico: Sterilis peperit ſeptem. Vbi aſpicis accipi numerum definitum pro indefinito. Eodem modo arbitror intelligi Prouerbiorum illud: Septies in *Pro.24.*

die cadit iuſtus. Et illud euangelij: Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties? *Mat.18*

Quibus

Quibus Petri verbis reſpondit Chriſtus: Non dico
tibi vſque ſepties,ſed vſque ſeptuagies ſepties. Ac-
ſi diceret:Non ſolum ſæpe dimittes pœnitenti,ſed
quoties peccauerit. Nec obſtat id, quod Deus dixit
Amos.1 per Amos prophetã: Sup tribus ſceleribus Damaſ-
ci,& ſuper quatuor nõ conuertã eã , ſiue, vt poteſt
verti ex Hebręo,non parcam ei. Acſi diceret: Quo-
niam Damaſcus ter & quater , hoc eſt ſepties inci-
dit in ſcelera,quoniam ſæpe flagitia committit, nõ
ea illi condonabor, nam apud Matthæum agit de
pœnitente,apud Amos autem de peccatore obſti-
nato nullum faciente finem peccandi. Huiuſmodi
erat Syria,cuius caput erat Damaſcus,de qua loco
illo Deus per ſuum diuinum vatem loquebatur.
Sed tanta eſt Dei miſericordia,vt ſi bene aduertas,
verbis illis,quibus Syris ſuppliciũ minabatur, eos
voluit excitare ad pœnitentiam,vt illis ad ſeipſum
conuerſis flagitia condonaret. Sed vt eò , vnde di-
greſſa eſt,redeat oratio,his verbis vult Ezechiel ſi-
gnificare , poſt Antichriſti interitum fore multis
diebus in eccleſia tam mirabilem pacem , vt arma
comburãtur. Et licet hoc poſſit rectè de pace cor-
poris intelligi, ego tamen exiſtimo eſſe potius ad
pacem ſpiritus referendum. Eodem modo Eſaias
Eſai. 2. volens ſignificare fore, vt tempore Meſſiæ magna
eſſet ſpiritualis tranquillitas.ait , conflandos eſſe
Pſal 45 gladios in vomeres,& lanceas in falces. Et pſalmo-
graphus: Venite,& videte opera domini , quæ po-
ſuit prodigia ſuper terram,auferens bella vſque ad
finem terræ: Arcum conteret , & confringet arma,
& ſcuta comburet igne. Quibus verbis dulciſſimã
illam animi pacem prædixit,quam hominibus attu
lit Chriſtus,quæ ab illis ſolùm cognoſcitur,qui iu-
ſtitiam colunt & pietatem,& Chriſtianam religio-
nem amplectuntur. Arma dæmonis, mundi & car-
nis,ſunt tentationes,doli,ſpes diuitiarum , & ho-
norum,& peſtilentium voluptatum,quibus animæ
hoſtes nos vndique oppugnare cõtendunt. At illa
debemus illo diuini amoris igne cõburere, de quo
Luc. 12. ait dominus apud Lucam : Ignem veni mittere in
terram,& quid volo,niſi vt accendatur? Hanc eſſe
exiſtimo germanam huius loci interpretationem.
Antiqui Iudæi huius loci Ezechielis explanatione
aſſeruerunt ſe eſſe calamitoſos,& variis acerbiſque
ærumnis oppreſſos, & hanc ſuam calamitatem eſſe
mille annos duraturam ab euerſione Hieroſoly-
mæ per Titum , illis autem finitis venturum eſſe
Meſſiam , qui eos eriperet à Mog & Magog , & ad
priſtinam felicitatem reuocaret. At vanam eſſe &
commentitiam hanc eorum ſpem,& falſam inter-
pretationem,clarius eſt luce meridiana, cùm ſit a-
pertiſſimũ ab illa Hieroſolymæ euerſione ad hanc
vſque ætatem mille quadringentos nonaginta &
quatuor annos interfluxiſſe. Currit enim nunc an-
nus à virginis partu milleſimus quingenteſimus
ſexageſimus ſeptimus. Hieroſolyma autem fuit
euerſa anno domini ſeptuageſimotertio iuxta Eu-
ſebij ſententiam de temporibus,& cæterorum, qui
Romanorum geſta cum annorum memoria lite-
ris mandarunt. Eam ob cauſam alij hoc corrigere
volentes , dixerunt hos mille annos numerandos
eſſe non à Tito imperatore,ſed ab Hadriano , qui
idolum in loco templi Hieroſolymæ collocauit?
Sed hoc eſt planè falſum,cùm ſit perſpicuũ abſque
dubio Hadrianum migraſſe è vita anno centeſimo
quadrageſimo à Chriſti natali die , vt aſſerit Euſe-
bius de temporibus,& conſtat ex hiſtoriis,& certiſ-
ſima annalium computatione. Ex quo cõcluditur,
ab eius interitu vſque ad noſtra tempora prępteriiſ-
ſe annos mille quadringentos viginti ſeptẽ , & ex
conſequente vanum eſſe , & planè commentitium
id,quod Hebræi veteres de ereptione ſua à Gog,
& Magog per Meſſiam ſuum , quem miſeri expe-
ctant,prædixerunt. Intelligitur ergo per Gog An-
tichriſtus,quem Chriſtus interficiet, & per Magog
populus deceptus, Antichriſti ſectator. Sed inſur-
git hinc non parua difficultas. Nam nonnulli do-
ctores catholici aiunt poſt Antichriſti interitum,
poſt eius perſecutionem,quam dicunt eſſe tres an-
nos cum dimidio duraturam, vſque ad quadragin-
taquinque dies futurum eſſe diem vltimi iudicij:
hos autem quadraginta quinque dies dandos eſſe à
Deo,vt illi qui fuerant ab Antichriſto decepti, lo-
cum habeant,& tempus pœnitendi. Et hoc colli-
gunt ex dictis Danielis prophetæ capite duodeci- Dan.12
mo. Cùm autem hic dicat Ezechiel futuros eſſe
poſt mortem Antichriſti annos ſeptem eximiæ pa-
cis & quietis,& per ſeptem multi intelligãtur , vi-
detur eſſe inter hos duos locos repugnantia. At di-
cendum exiſtimo in vtroque loco poni numerum
certum pro incerto. Nam ſi apertè ex ſcripturis
conſtaret,futuros eſſe præciſè & determinatè qua-
draginta quinque dies ab Antichriſti morte vſque
ad diem iudicij , ſcirent homines diem illum poſt
Antichriſti mortem,imò incipiente eius perſecu-
tione , quæ duratura eſt tres annos cum dimidio:
atqui hoc repugnat verbis Chriſti dicentis: De die Matth.
autem illo & hora nemo ſcit,nec angeli cœlorum 24.
niſi ſolus pater. Imo veniet dies ille inſperatus &
repentinus, vt dominus loco illo aſſeruit. Hoc etiã
aſſerit diuus Paulus in prima ad Theſſalonicẽſes, 1.Thes.5.
dicens: Dies domini ſicut fur in nocte , ita veniet.
Cùm enim dixerint: Pax & ſecuritas,tunc repenti-
nus eis ſuperueniet interitus. Ego exiſtimo locum
illum Danielis eſſe explicatu difficillimum, nec ex
eo colligi apertè id,quod nonnulli dicunt de illis
quadraginta quinque diebus ab Antichriſti morte
vſque ad vltimi iudicij diem: Non enim ſequitur,
poſt Antichriſti obitum erunt quadraginta quin-
que dies,ergo nõ plures,ſed ſtatim immediatè ſe-
quetur vniuerſale iudicium. Præterea non cõſtat,
ſintne dies illi naturales, an annuales inſtar illo-
rum,de quibus Deus dixerat noſtro Ezechieli capi
te quarto: Diem pro anno dedit tibi. Fortaſſe acci- Sup. 4.
pitur dies pro mẽſe,aut pro hebdomada. Sed quo-
niam hæc,de quibus vaticinatur diuinus vates, fu-
tura ſunt,& obſcurè ab eo dicũtur,& de huiuſmo-
di rebus incerti ſumus, nihil audeo temere affirma
re: præſertim cum eodem capite duodecimo, vbi
Daniel agit de his diebus,dicat , clauſos eſſe eius Dan.12
ſermones & ſignatos vſque ad præfinitum tempus.
Illud velim tibi perſuadeas me exiſtimare, ſi ali-
quid poſſum conſequi coniecturis , mundum poſt
Antichriſti interitum eſſe nonnullos annos dura-
turum, ſed incertum nobis eſſe tempus illud,futu-
rúmque eſſe poſt tempeſtatem quietẽ,& poſt bel-
lum pacem,de qua exiſtimo Ezechielem locutum
fuiſſe hoc loco. Verũ per habitatores ciuitatis Iſ-
raelis,quos hic ait Ezechiel,egreſſuros eſſe,& ini-
micorum arma igni tradituros, poteris ſanctos in-
telligere habitatores manſionum cœleſtiũ, de qui-
bus ait Chriſtus: In domo patris mei manſiones Ioan 14

multę ſunt. Hi egredientur cum Chriſto Deo noſtro ad impiorum arma comburenda: quia venient cum eo in die iudicij ad iudicanda ſceleratorum flagitia. Diuina autem ſententia, quam ſancti approbabunt, deiicientur impij cum armis, hoc eſt cũ fraudibus & ſceleribus ſuis in ignem inextinguibilem, vbi ſemper ardebunt, pœnas maleficiorũ ſuorum inſtas illas quidem luentes, ac ſine ſpe vlla *Sap 3* glorię ſeipſos cruciãtes. De ſanctis eſt in libro Sapientiæ literis mandatum: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit dominus illorum in æternum. Et Chriſtus in euangelio diſcipu- *Mat.19* los ſuos alloquens, Vos, inquit qui ſecuti eſtis, me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. De im- *Sup 32.* piis vero dictum fuit ſuprà cap. 32. Deſcenderunt ad infernum cum armis ſuis.

Et deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant. Hoc eſt, ſpoliabunt eos, à quibus fuerant ſpoliati. Vult ſignificare propheta magnam impiorum cędem & calamitatem, piorũ vero admirabilẽ victoriam.

Dabo Gog, locum nominatum, ſepulchrum in Iſrael vallem viatorum. Ego ait Deus, dabo ipſi Gog pro ſepulchro in terra Iſraelis vallẽ, qua viatores eunt ad mare verſus orientem. Ibi iacebit Gog, cum ſectatoribus ſuis, vbi tantus erit fœtor cadauerum, vt prętereuntes obſtupeſcant, & nares obturent. Aduerte. Ille, qui excelſos montes ſibi aſſumebat, in infima valle mortuus iacebit, vbi ob nimium fœtorem ſepelietur. Mortuo Alexandro Magno, dixit quidã philoſophus, vt refert in quarta parte theologali diuus Antoninus: Hic qui terrã heri totam conculcabat, hodie ab ea conculcatur. Heri poſſidebat eam, hodie poſſidetur ab illa: heri non ſufficiebat ei totus mundus, nunc ſufficiunt ei quatuor vlnę terræ. Eodem modo Antichriſtus cui totus orbis terrarum paruus videbitur, in valle ima ignominioſe ſepelietur prope mare. Hoc mare non eſt Oceanum. nec Mediterraneum, ſed mare mortuum, quod eſt ad partem Orientalem Iudææ. Poteris per vallem viatorum vbi ſepelietur Antichriſtus infernum intelligere, vbi impij ſepeliuntur. Ibi iacet diues ille, de quo ait Chriſtus *Luc.16.* apud Lucam, Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in *Mat 7.* infernum. Appellatur autem infernus vallis viatorum, quia ad eum illi eunt, qui via illa lata incedũt, de qua ait dominus Ieſus: Lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionẽ, & multi ſunt, qui intrant per eam. Dicitur autem vallis hæc ad oriẽtem maris, quia ex eo oritur amaritudo, & in eo eſt fons amariſſimus dolorum.

Et ſepeliẽt ibi Gog, & omnẽ multitudinẽ eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog. Et ſepelient eos domus Iſrael, vt mundent terram ſeptem menſibus. Sepeliet autẽ omnis populus terræ, & erit eis nominata dies, in qua glorificatus ſum, ait dominus Deus. D Et viros iugiter conſtituent luſtrantes terram, qui ſepeliant, & requirant eos qui remanſerant ſuper faciem terræ, vt emundarent eam: poſt menſes autem ſeptem quærere incipient. Et circuibunt peragrãtes terram: cúmque viderint eos homines, ſtatuent iuxta illud titulum, donec ſepeliant illud pollinctores in valle multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Am ona, & mundabũt terram. Tu ergo fili hominis, hæc dicit dominus Deus, dic omni volucri & vniuerſis auibus, cũctiſque beſtiis agri: Cõuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem ſuper montes Iſrael, vt comedatis carnem, & bibatis ſanguinem. Carnes fortium comedetis, & ſanguinem principum terræ bibetis, arietum, & agnorum, & hircorum, taurorumque, & altilium, & pinguium omnium. Et comedetis adipem in ſaturitatem, & bibetis ſanguinem in ebrietatem, de victima quam ego immolaui vobis: & ſaturabimini ſuper menſam meam de equo & equite forti, & de vniuerſis viris bellatoribus, ait dominus Deus.

Et vocabitur vallis multitudinis Gog. Septuaginta habent: Et vocabitur tunc cœmeterium Gog.

Et ſepelient eos domus Iſrael. Hoc eſt, Chriſtiani ſepelient Antichriſtum, & exercitum eius. Sed dices: Nonne paulò antè dixerat per hunc prophetã Deus: Feris, auibus, omníq; volatili, & beſtiis terræ dedi te ad deuorandum: ſuper faciem agri cades? Dixit quidem: ſignificans his verbis fore, vt Antichriſti, eiuſque ſectatorum cadauera inſepulta iacerent in campo, & eſcæ fierent volucrum & ferarũ. Sed id non repugnat huic loco, vbi ait eſſe Antichriſtum à Chriſtianis ſepeliendum. Nam cadauera Antichriſti eiuſque ſequacium primo iacebunt in terra inſepulta, vbi ab auibus & beſtiis magna ex parte deuorabuntur: & ita intelligitur id, quod paulò antè dictũ fuit. Sed poſtea ob nimiũ cadauerũ fœtorẽ ſepeliẽt ea Chriſtiani, nõ ob eorũ honorẽ ſed ne aër tot corporũ corruptorũ fœtore corrũpatur: & ita intelligitur id, quod modò ait diuinus vates. Poteſt hoc ita intelligi Domus Iſraël, hoc eſt populus Chriſtianus ſepeliet Antichriſtũ, hoc eſt eius memoriã extinguet, eiúſq; errores & ſcelera quaſi fœtores in obliuionis ſepulchra proiiciet. Delebitur eius nomen, & celebrabitur fama iuſtorũ, iuxta id quod ait Salomon in Prouerbiis: Me- *Prou.10* moria iuſti cũ laudib⁹, & nomẽ impiorũ putreſcet.

Et erit eis nominata dies. Id eſt, celebrabunt fideles diem illum, quo ego ſum Antichriſtum interfecturus. Vel erit illis dies illa nominata, hoc eſt, nomen illis pariet & famam. Et tanta erit impiorum clades, vt viri iuſti conſtituant homines qui terram luſtrent, & mundent, cadauera ſepelientes, ne ob eorum corruptionem aër corumpatur.

Poſt menſes autem ſeptem. Septem menſibus ſepelient cadauera, quæ inuenerint illis autem finitis finem facient quærẽdi. Poteris hoc ita intelligere: Viri docti & pij, verè Chriſtiani dabunt operam vt nihil remaneat hæreſum, quod non ſepeliatur cum hæreſiarcha, hoc eſt cum Antichriſto: & ita terra eccleſiæ munda manebit. Sin autem poſtea oſſa aliqua, hoc eſt Hæreticæ prauitatis duritiẽ, & ſcelera obſtinata inuenerint, ea annotabunt, vt ſepeliant, & igne comburãt. Poteris per hæc vacua oſſa hypocriſim intelligere. Vt os plenum medulla *Simile.*

eſt vtilis eſca,& optimum alimentũ, at abſque medulla cibus eſt canis:ſic cæremoniæ exteriores cum virtute cōiunctæ & ſpecies honeſtatis refertæ medulla & ſubſtantia religionis epulæ ſunt excellentes & ſalutares:at exteriorũ apparentia abſque virtute cibus eſt dæmonis,qui non virtutis ſubſtantia, ſed vitio ſub ſpecie virtutis delectatur. Non comedit cœlum,ſed terram, iuxta id quod ei dixit Deus

Gene. 3. Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Has exteriores ſuperficies,hæc oſſa virtute vacua,ſepeliēt viri iuſti dantes operā, vt vera virtus ſplendeſcat, hypocriſis verò extinguatur. Nec eſt mirum, miniſtros Satanæ transfigurare ſe in miniſtros iuſtitiæ, cùm ipſe Satanas,vt verbis vtar apoſtoli,transfigu-

2. Co. 11. ret ſe in angelum lucis.

Pollinctores Id eſt, funerum accuratores, & cadauera ſepelientes.

Nomen autem ciuitatis Amona. Amona idem eſt quod multitudo, Ita vocabitur ciuitas prope vallē interfectorum ob cadauerum multitudinē. Septuaginta pro Amona habent πολυάνδριον hoc eſt cœmeterium,vel multitudo hominum ſepultorũ. Sunt, qui ciuitatem hanc Hieroſolymam, eſſe contendant.

Conuenite properate. Conuocat aues & feras ad deuorandum hoſtium cadauera. Eodem modo Eſaias:Omnes beſtiæ agri venite ad deuorãdum. Similiter Ieremias:Congregamini omnes beſtiæ agri

Eſai.56 properate ad deuorandum.

Iere.12. *Vt comedatis carnes, & bibatis ſanguinem.* Priuſquam enim cadauera ſepeliantur, erunt nonnullis diebus inſepulta in terra quo aues & beſtiæ cōgregabuntur ad deuorandum illa. Vocat igitur diuinus vates bruta animalia, vt cadauera comedant, eorumque ſanguinem bibant. Poteris per carnem & ſanguinem homines intelligere ventri deditos, cupiditatum ſeruos & libidinum ſtimulis concitatos:de quibus ait in epiſtola prima ad Corinthios

1.Cor.15 diuus Paulus:Caro & ſanguis regnum Dei nō poſſidebunt.

Arietum agnorum, hircorum, taurorũmque, & altilium, & pinguium omnium. Per hæc omnia ſignificantur ſceleratorum hominũ diuerſitates, qui Antichriſto adhærebunt,& cum eo interficientur. Sed quoniam poſtquam propheta hæc animalia nominauit,ſubdidit: Et pinguium omnium quibus verbis ſignificat,non de iis omnibus loqui, ſed de illis ſolùm qui pinguia ſunt,& viribus præſtantia, non deeſt,qui dicat,per hæc pinguia animalia eos intelligi,qui cùm potentia valeant, & in alios dominentur,ſunt ſceleribus conſtricti,& in flagitiis cũ ignominia verſati. Sunt enim nonnulli, qui etſi dum vitam agerent priuatam,iuſti viderentur,cùm tamen in dignitatibus conſtituuntur, & publicā induunt perſonam,nullam oſtendunt virtutem,nullũ ſplendorem: imò potentia fiunt deteriores. Pauci ſunt quibus velle & poſſe ſimul non afferant detrimentum. Multos vidimus in aduerſitate fulgere, quos in rerum proſperarum abundantia aſpeximus obſcurari. Vt gemmæ quædam ſunt in obſcuro ſplen

Simile. didiores quam in luce: ſic nonnulli in vita quieta latitantes: probitatis claritatem oſtendebant, qui poſtea ad magiſtratus, & gubernandæ reipublicæ manus euecti, vitia occulta præſe ferunt & in dedecore & ignominia verſantur. Dum erant priuati,& abſconditi,lucebant,ſed exeuntes in lucem,& ad rempublicam miniſtrandam accedentes, lucem amiſerunt. Huiuſmodi futuri ſunt multi ex his,qui Antichriſto adhærebunt, qui vbi ab eo fuerint in dignitatibus conſtituti, & honores ac magiſtratus geſſerint, impietates ſuas peſtilentes, quas antea quodammodo operuerant,declarabunt. Ad id perducentur ſceleris,vt Deum ipſum deſpiciāt,& pro nihilo putent iuxta id quod ait in Prouerbiis Salo- Prou.18

mon: Impius cum in profundum venerit peccatorum,cōtemnit,ſed ſequitur eum ignominia & op- Pſal.63

probrium. De talibus ait Pſalmographus: Iniuſti autem diſperibunt,ſimul reliquiæ impiorum interibunt. Et Eccleſiaſticus: Vindicta carnis impij Eccle.7.

ignis & vermis.

Et ponam gloriam meam in gentibus, & E

videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim, & manum meam quam poſuerim ſuper eos:& ſcient domus Iſrael,quia ego dominus Deus eorum à die illa,& deinceps. Et ſcient gentes,quoniam in iniquitate ſua capta ſit domus Iſrael, eò quòd dereliquerint me, & abſconderim faciem meam ab eis,& tradiderim eos in manus hoſtium, & ceciderint in gladio vniuerſi. Iuxta immunditiam eorum & ſcelus feci eis, & abſcondi faciem meam ab illis. Propterea hæc F

dicit dominus Deus: Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miſerebor omnis domus Iſrael. Et aſſumam zelum pro nomine ſancto meo,& portabunt confuſionem ſuam, & omnem præuaricationem, quia præuaricati ſunt in me,cũ habitauerint in terra ſua confidenter neminem formidantes, & reduxero eos de populis & congregauero de terris inimicorum ſuorum,& ſanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum. Et ſcient, quia ego dominus Deus eorum, eò G

quòd tranſtulerim eos in nationes, & con- Sup.32.

gregauerim eos ſuper terram ſuam, & non ca.

dereliquerim quemquam ex eis ibi. Et non abſcondā vltrà faciem meā ab eis, eò quòd effuderim ſpiritum meum ſuper omnē domum Iſrael,ait dominus Deus.

Et ponam gloriam meam in gentibus. Hoc eſt,ob iuſtitiæ meæ ſeueritatē in flagitioſos nomen meum gentes celebrabunt, quòd aſperrimam Antichriſti tyrannidem funditus euerterim.

Et manum meam quam poſuerim ſuper eos. Hoc eſt,& videbunt,quemadmodum eos puniero. Ponere ſuper aliquem manum, eſt illum ſupplicio afficere. Hebraiſmus eſt in literis diuinis creberrimus,de quo alibi diſſeruimus.

Et ſcient gentes,quoniam in iniquitate ſua capta ſit domus Iſrael Id eſt, erit hominibus perſpectum & cognitum,fuiſſe populum fidelem meritò afflictũ. Nam tunc abundabit iniquitas. vt ait dominus Ie- Matt.

ſus,& refrigeſcet charitas multorũ. Vnde ait diuus 24

Paulus in epiſtola ſecunda ad Timotheum: Erit 2.Ti.4.

tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros

prurientes

prurientes auribus,& à veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem cõuertentur. Cùm autem multa futura ſint flagitia,punientur fideles,& diuina permiſſione oppugnabit eos Antichriſtus: acerbis eos premet calamitatibus,& fraudibus peſtilentibus ſeducet. Cum autem mortuus fuerit tyrannus,confugient ad Deum, intelligentes iuſtas ſe ſuorum ſcelerum pœnas dediſſe. Poteris per domum Iſraëlis intelligere Iudæos & tunc erit ſenſus: Cognoſcent Gentes fuiſſe merito Hieroſolimam à Romanis captam & euerſam, & Iudæos interfectos,& afflictos, & vſque ad Antichriſti interitum diuerſis principibus ſubiectos, quia Chriſtum verũ Deum & hominem, qui ideo humanam induit formam,vt eos,qui in caligine verſabantur,diuino lumine luſtraret,& falſis criminibus ad interitũ vocarunt, & vulneribus ſauciatũ immaniter occiderunt. Sed in fine mũdi poſt Antichriſti cædem omnes Iudæi ad veram Chriſti fidem conuertentur, & in vna eccleſia cum aliis catholicis congregabuntur.

Et abſconderim faciem meam ab eis. Oſtendere faciem alieni,eſt illum proſequi fauore, abſcondere verò faciem ab eo, eſt illi non fauere, non ſe ei propitium oſtendere. Eam ob cauſam iis verbis diuinus pſaltes Deum alloquebatur: Deus virtutum

Pſal 79 conuerte nos,& oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Acſi diceret: Quouſque eris nobis iratus domine Deus exercituum? Iam quæſo nos reduc tecum in gratiam proſequere nos fauore tuo, & ſalutem

Cant. 2. conſequemur. Et in Canticis: Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis. Oſtendens

Deut 31 Deus Moyſi futuram populi Iudaici rebellionem dixit ei: Irritum faciet fœdus,quod pepigi cum eo: & iraſcetur furor meus contra eum in die illo, & derelinquam eum & abſcondam faciem meam ab

Eſai 54 eo,& erit in deuorationẽ. Et apud Eſaiam: In momento indignationis abſcondi faciem meam pa-

Eſai 59 rumper à te. Et rurſum idem propheta impios Iudæos alloquens aiebat: Peccata veſtra abſconderũt faciem eius à vobis. Hoc eſt, ſcelera veſtra Deum aduerſus vos irritarunt,ea fuerunt in cauſa,vt ipſe à vobis auerteret faciem illam ſuam rerum veſtrarum quondam fautricẽ. Effecerunt flagitia veſtra, vt Deum illum, quem antea propitium & fautorẽ habuiſtis,modò infeſtum & iratũ ſentiatis. Et iterum ipſos Iudæos in Babylonica ſeruitute detentos ita inducit cum Deo loquentes: Abſcondiſti faciem tuam à nobis, & alliſiſti nos in manu iniqui-

Eſai 64 tatis noſtræ Et Dauid: Faciem tuam,inquit,illumi-

Pſal. 118. na ſuper ſeruum tuum. Et alibi: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Acſi diceret: Vultu

Pſal. 4 tuo domine ſplendidiſſimo nos aſpexiſti: alacritate & iucunditate faciei tuæ, tuum erga nos fauorẽm indicaſti: ex quo effectum eſt,vt nobis omnia florerent,& ingentibus bonis circunfluerẽmus.

Nunc reducam capt iuitatem Iacob Mortuo Antichriſto manebunt fideles liberi ab eius tyrannide, & aſpera captiuitate. Poteſt hoc referri ad Iudæos, qui videntes mortuum Antichriſtũ,quem Meſſiam ſuum eſſe crediderant,& ſeipſos deceptos,& in erroribus in tolerandis verſatos, conuertentur ad Chriſtum, in quem antea credere nolebant. Id quidem eſt quod nunc ait: Reducam nimirum ad me captiuitatẽ Iacob,hoc eſt infideles Iudæos, qui captiui à dæmone detinebantur. Tunc videbunt impletum id,quod ait diuus Paulus in epiſtola ad Ro- Rom 11.

manos Cæcitas ex parte contigit in Iſraël, donec plenitudo Gentium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret. Ex parte dicit quia non omnes Iſraëlitæ cæci fuerunt,ſed magna eorum pars, quę fuit multò maior, quàm reliquiarum, quę fidem ſuſceperunt. Huius cæcitatis non eſt dicendum fuiſſe Deum cauſam effectricem,cum ſit diues, vt verbis vtar apoſtoli,in omnes,qui inuocãt illum: & diues in miſericordia. Id autem quod eſt apud Eſaiã. Ex Rom 10.

cæca cor populi huius,hũc habet ſenſum: Annuntia tu ô Eſaia excæcandum eſſe cor populi Iudaici. Ephe.2. Eſai.6.

Nõ ꝙ Deus populũ obcęcaret, ſed vt obcęcaretur permiſit,non dans illis gratiam , quia illi eam non ſolum nullo modo merebantur,ſed nec eam petebant,nec volebant. Imò Chriſtus alloquens Hieroſolymam aiebat: Quoties volui congregare filios Mat 23.

tuos: & noluiſti. Nec dicit diuus Paulus: Cæcitas ex parte contigit in Iſraël,vt plenitudo Gentium intraret: quaſi non poſſent Gentes intrare,niſi Iudæi obcęcarentur: ſed donec plenitudo Gentium intraret. Nõ igitur eos Deus obcęcauit, ſed eorũ inuidia, & malitia & pertinacia eos tenebris cooperuerũt: Deus enim eſt lux vera, quę illuminat omnẽ Ioan. 1.

hominẽ venientem in hunc modũ: qui Gentes antea cæcas verò fidei lumine illuſtrauit. Et quia Iudęorum cęcitas accepta occaſione viam muniuit, qua Gẽtes ingrederentur, duratura eſt donec Gẽtium plenitudo recipiat fidem , & tunc finita cæcitate, mortuo Antichriſto, ingredientur omnes Hebræi & erit tũc vnum ouile, & vnus paſtor. Id prę- Ioan. 10

dixerat regius vates ita canens: Cogitauerunt con- Pſal. 10.

ſilia, quę non potuerunt ſtabilire: Quoniam pones eos dorſum: in reliquiis tuis pręparabis vultũ eorum. Hęc Iudęorum conſilia fuerunt velle Chriſti famam extinguere, eiúſque ſplendorem maculare: quę eos fefellerunt: nam quantò magis eius famã voluerunt ſepelire, tantò eam ſplendidiùs illuſtrarunt. Eos poſuit Deus deorſum, permittens vt caderent retrorſum. in reliquiis , hoc eſt in Enoch & Elia tempore Antichriſti pręparabit vultum illorum, eos illuminando, & ad veram fidem conuertendo. Et tunc implebitur id, quod dixit Eſaias: Et Eſai 59

veniet Sion redemptor, & his, qui redeunt ab iniquitate in Iacob, vel vt vertit diuus Paulus: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Sic enim plenitudo Gentium introibit, & omnis Rom. 11.

Iſraël ſaluus erit, & reducetur in libertatem captiuitas Iacob. Iudęi, Gentiles, & Mahumeti, recipient Chriſti fidem. Diuus Auguſtinus , diuus Hieronymus, & infiniti prope doctores aiũt circa finẽ mũdi venturos eſſe Eliam & Enoch , & conuerſuros eſſe Iudęos ad Chriſti fidẽ. De Elia enim ait Deus Mal. 4.

per Malachiam: Ego mittam vobis Eliam prophetam, antequã veniat dies domini magnus & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.

Et aſſumam zelum pro nomine ſancto meo. Id eſt, proſequar Iudęorum populum amore, vt antea ſolebam, & hoc non propter eorum merita, ſed propter nomen ſanctum meum.

Et portabunt confuſionem ſuam. Quando in memoriam reduxerint, ſe de Chriſto detraxiſſe eúmq; iniuriis affeciſſe, & ad cædem crudeliſſimam vocaſſe.

Et reduxero eos de populis. Hoc eſt de Gentium

erroribus & idololatriis. Aeſi dicat: Mortuo Antichriſto Chriſtiani illi, qui fuerant inter fidei hoſtes captiui, liberabuntur, & ad terras ſuas reducentur.

Eò quòd effuderim ſpiritum meum ſuper omnem domum Iſrael. Id eſt, eccleſię meæ fauebo, nam in illá conferam gratiam & ſpiritum meum. Hic eſt ſpiri-
Ioel 2. tus ille, de quo dixit Deus per Ioelem prophetam: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Totum hoc ab illo loco: Nunc reducam captiuitatem Iacob, vſque ad finem huius capitis, vbi agitur de reductione à captiuitate, poteſt intelligi de reditu à captiuitate Babylonica, in qua Iudæi, cum hęc Ezechiel literis mandaret, detinebantur. Locutus fuerat primò de liberatione ab illa ſeruitute, poſtea ſe tranſtulit ad liberationem ſpiritualē à peccato, & ad redemptionem per Chriſtum in primo aduentu, vnde ſe contulit ad Antichriſti tyrannidem, & ad liberationem ab ea per Chriſtum prope finem mundi, & ad pacem & tranquillitatē, & vnitatem eccleſiæ poſt mortem Antichriſti: nunc redit ad id, vnde digreſſus eſt, nimirum ad liberationem Hebræorum à Babylonica ſeruitute, quam Deus illis hoc loco promiſit.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XXXIX.

Circumagam te, & educam te. In Hebraico eſt; ושבבתיך וששאתיך vexouauttica vexixethica. Primum verbum eſt xauau, quod ſignificat circū agere, conterere, & in ſcintillas redigere. Vnde xeuib ſignificat ſcintillam, fragmentum, & cōtritionem,
Oſe. 8. & araneæ telam. Id quod eſt apud Oſeam in capite
3 Re 12. octauo. In aranearum telas erit vitulus Samariæ, poteſt verti: In fragmenta ſeu ſcintillas redigetur vitulus Samariæ. Aeſi diceret: Confringēdus eſt ab Aſſyriis vitulus, quem decem tribus Deo vero relicto coluerunt. Ergò pro circumagam te hoc loco poterat verti: Conteram te, ſiue cōfringam te, ſiue in fruſtra aut ſcintillas redigam te. Septuaginta trāſtulerunt *συνάξω*, Id eſt, congregabo te. Aeſi dicat Deus: Ego permittam, vt exercitum tuum congreges, & pares. Secundum verbum eſt xaxah, quod ſignificat ſuccidere, adducere, euertere, ſeducere, & ſextare, hoc eſt ſextam partem detrahere. Vnde dictio xex ab hoc verbo deriuata, ſignificat ſex. Eam ob cauſam verti poterat locus hic: Et ſuccidam, ſiue euertam te. Vel, & ducam te, quemadmodum tranſtulit noſter interpres, ſeptuaginta interpretes ſecutus. Vel permittam vt ſeducaris. Cui interpretationi fauet paraphraſis Chaldaica habens: Errare faciam te. Vel, Et relinquam ſextam partem ex te. Et ita vertit Paghinus. Quaſi dicat: Quinque partes populi tui interficiā, ſextam autem intactam reſeruabo. Vel, Et ſex plagis afficiam te. Has plagas connumerauit capite præcedente, cùm dixit: Et iudicabo eum peſte, & ſanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immenſis, & igne, & ſulphure. Perpende hanc vltimam interpretationem, & fortaſſe tibi non diſplicebit: placuit enim nonnullis viris doctis. Ea, quæ literis mando, priuſquam proferantur in lucem, amicis oſtendo viris doctis & limato iudicio præditis. Vt enim pi-
Simile. ctor ſolers & prudens tabulás à ſe pictas, & induſtria elaboratas aliis porrigit conſiderandas: vt ſi quid in illis deprehenderint erratum, emendetur, illéque ſecum, & cum aliis quid in illis reprehenſibile ſit, exquirit: ſic amicorum ſapientium conſilio permulta nobis facienda, & omittenda, & corrigenda ſunt.

Et immittam ignem in Magog, & in iis, qui habitant in inſulis confidenter. Septuaginta habent. Et mittam ignem in Magog, & habitabuntur inſulę in pace. Ciuitates ſeditionibus commotæ, & ſceleratorum procellis exagitatæ inſulę appellantur. Ea ratione ductus Eſaias Hieroſolymam vi impiorum Eſai 20
oppugnatam, & concuſſam inſulam his verbis vocauit. Et dicet habitator inſulę huius. Inſulæ etiam pro Gentibus flagitiorum ſtimulis concitatis accipiuntur, vt apud eundem Eſaiam: Taceant ad me Eſai 41
inſulę. Hoc eſt animum recipiant, & in rerum aduerſarum mole viribus roborentur: æquo, tranquillo, ac forti animo me expectent. Hactenus ceciderant animo, & vitiis ſe tradiderant nunc recipiant nouas vires, & ad me conuertantur. Volens autem diuinus vates indicare, quid per inſulas intelligeret, ſubiunxit: Et Gentes mutent fortitudinē ſuam. Vbi particula, & accipitur pro id eſt. Tacere inſulas ad Deum, & Gentes mutare fortitudinē ſuam, idem eſt. Mutare autem fortitudinem Hebraiſmus eſt, ſignificans accipere nouas vires quemadmodum tacere ad Deum. Vnde idem propheta, In ſilentio, inquit, & ſpe erit fortitudo tua. Et diuinus Eſai 30
pſaltes: Tace domino, pro quo noſter interpres ha- Pſal. 30.
bet; Subditus eſto domino. Vtróque enim modo verti poteſt. Accipi autem inſulas pro Gētibus indicat apertè locus Eſaię capite quadrageſimoſecūdo. Nam vbi communis editio habet: Legem eius Eſai 42
inſulę expectabunt, habent ſeptuaginta interpretes: gentes ſperabūt. Quam verſionem diuus Mat- Mat. 12
thęus capite ſui euangelij duodecimo ſecutus eſt. Poterat igitur tranſferri locus hic Ezechielis: Mittam ignem in Magog, & habitabuntur vrbes in pace. Vel, & Gentes, quæ fuerant ab Antichriſto exagitatæ, eo mortuo in tranquillitate vitam degent.

Dabo Gog locum nominatum ſepulchrum in Iſrael. Pro loco eſt in Hebraico: מקום mecom, à verbo קום, quod ſignificat ſtare, & ſtabile eſſe. Secundo capite Ioſue, vbi nos habemus: Non remāſit in no- Ioſue. 2.
bis ſpiritus, pro remanſit eſt in Hebraico verbum hoc. Ideo poterat verti locus ille: Non ſtetit in nobis ſpiritus. Nam cum homo metu perterretur, cadit eius ſpiritus, & concidit cor eius. Id ſignificant verba illa Dauidis primo libro Regum mandata; Non concidat cor cuiuſquam in eo. Cùm autem 1. Reg.
eſt intrepidus, nullo timore commotus, dicitur ſta- 17.
re. Vnde apud Latinos ſtare animo, eſt eſſe fortitudine roboratū, & nullo modo deſpondere. Ita Cicero in epiſtola quadam ad Atticum, Stamus, inquit, animis. Et ſtare pro durare & permanere ſæpenumero vſurpat, vt libro Officiorum ſecundo: Vtinam reſpublica ſtetiſſet, quo cœperat ſtatu. Capite quadrageſimo ſexto, inducit Eſaias Deum in Eſai 46
hunc modum loquentem: Conſilium meum ſtabit; & voluntas mea fiet. Vbi pro ſtabit eſt verbum hoc קום. Aeſi dicat Deus: Permanens erit & ſtabit conſilium meum, & quicquid voluero, fiet. Significat etiam verbum hoc ſurgere, vt in pſalmo vnde- Pſal. 11
cimo: Nunc exurgam dicit dominus. Et pſalmo Pſal. 1.
primo: Ideo non reſurgunt impij in iudicio. Et ſi omnes reſurrecturi ſunt, iuxta id quod ait diuus 2 Cor. 6
Paulus in epiſtola ſecunda ad Corinthios: Omnes quidem

quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, tamen impij non dicuntur reſurgere quia non ſunt ad vitam æternam reſurrecturi, quæ eſt reſurrectio iuſtorum, de qua loquitur illic pſalmographus. Cùm reſurrectio ſit reditus ad vitam, vitaque illa damnatorum mors potiùs dicatur quàm vita, rectè dicit diuus pſaltes impios nõ eſſe reſurrecturos. Sed quoniam verbum hoc, quod pro reſurgere ponitur, ſtare etiam ſignificat, vti diximus, poteſt locus ille hunc habere intellectum: Quanquam mortales omnes ſunt ad vitam reuocandi, cùm Chriſtus de cœli faſtigio ad vniuerſale iudicium exercendum venerit, tamẽ nefarij homines, qui ſe impiis tradiderunt ſceleribus, & vitiorũ ſuorum conſtituerunt monumenta, & in lethali flagitio è vita migrarunt, non poterunt in iudicio conſiſtere, aut ſtare: ſed cauſa cadent, & ſeparati à cœtu iuſtorum, in barathrum æternarum pœnarum præcipitabuntur. Apud Marcum Tullium, & graues illos authores, qui nobis fontes aperuerunt eloquentiæ, & linguam illuſtrarunt Latinam, ille dicitur cadere cauſa, qui litem amittit, aduerſus quem iudex ſententiam fert. A verbo hoc קום deriuatur
Iob 20. nomen macon, quod ſtationem ſeu locum ſignificat: vt apud Iob: Nec vltra intuebitur eum locus ſuus. Vbi locus accipitur pro oppido, ſeu congre-
Pſal. 103. gatione, in qua habitabat. Et pſalmo cẽteſimotertio. In omni loco dominationis eius benedic anima mea dominum. Et ratione ductus interpres noſter vertit ita hunc Ezechielis locum: Dabo Gog
Pſalm. locum nominatum. Pro nominato eſt in Hebraico dictio xam, quæ ſignificat ibi, & illic, vt in pſalmo: Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus. Pro illic eſt in Hebraico hæc eadem dictio. Significat etiam illuc, Vt apud Iob: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Vbi per vterum matris intelligit ſepulchrum & terram quæ eſt omnium mater. Id intuens Salo-
Eccle 3. mon dicebat in Eccleſiaſte: Omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta ſunt, & in terrã pariter reuertuntur. Narrat Titus Liuius libro primo ab vrbe condita, filiis Tarquinij Delphos profectis & interrogantibus, quis eorum eſſet Romæ principatum obtenturus, dictum eſſe, eum regnaturum, qui priùs matrem oſculatus eſſet. Cùm autem illi currerent vt matrem oſcularentur, Iunius Brutus, qui aderat, & reſponſum audierat prolapſum ſe finxit, & terram oſculatus eſt, eam eſſe matrem ſuam intelligens. Idque factum eius rei euentum comprobatur. Nã cum eiuſdem Bruti opera Tarquinius expulſus eſſet ob eius ſuperbiam & cætera flagitia, fuit ipſe Brutus primus conſul creatus: Oſculatus eſt enim primum matrem ſuam, hoc eſt terrã, quam Iob vterum matris ſuæ appellauit, dicens: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Et pro illuc eſt in Hebraico dictio xã. Vides igitur dictionem hanc ſignificare illic, & ibi. Eam ob cauſam Pagninus ita vertit hunc Ezechielis locum. Dabo ipſi Gog locum ſepulchri ibi in Iſraël Sed quoniã hæc particula, xam, deriuatur à dictione, xem, quæ ſignificat nomen, ideo ponitur pro re nominata, quam ſignificationem ſecutus eſt, & rectè quidem, noſter interpres.

Eò quòd effuderim ſpiritum meum ſuper omnem domum Iſrael. In explanatione per hunc ſpiritum diximus ſignificari Spiritus ſancti gratiam. Poteſt nihilominus per illum intelligi ira Dei, quam ipſe aduerſus Iudæos oſtendit puniens eos iuxta eorum ſcelera. Huic expoſitioni fauet ſeptuaginta interpretum tranſlatio, quæ pro ſpiritu habet θυμόν, hoc eſt furorem: pro quo in Hebraico eſt dictio רוח ruach, quæ ſpiritum ſignificat, vt apud Eſaiã cap. 32. Eſai. 32
Donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo. Et Zach 6.
furorem, vt apud Zachariam: Requieſcere fecerũt ſpiritum meum in terra aquilonis.

Argumentum Capitis XL.

Oſtenditur diuino vati Dei templi & ciuitatis, hoc eſt eccleſiæ militantis per Chriſtum inſtitutio & eccleſiæ triumphantis gloria, & mirabilis amplitudo, vbi beati pulcherrimis ornamentis muniti, & cœleſtibus inexplicabilibusque gaudiis magnificentiſſimè cumulati Deum ipſum intuentur, & ſempiterna diuini numinis contemplatione oblectantur. Intuetur Ezechiel mentis oculis diuino lumine luſtrata menſuram longitudinis, latitudinis, & altitudinis portarum, thalamorum, feneſtrarum, veſtibulorum, cubiculorum, graduum, & totius denique ædificij: quod verbis deſcribit difficillimis explicatu. Qui erat ſpiritu prophetico afflatus, qui animi aciem perpurgatam in rerum omnium dominum & moderatorem intendebat. alta hæc myſteria ſole ipſo ſplendidiora penetrabat. Nos verò, qui humi repimus & in tam eximium rerum excelſarum ſplendorem extollere intellectum non valemus, dabimus operam, vt literam in apertiore ſententia exponamus illis, ſaltem aperiens fores, qui in arcana interiora penetrare voluerint. Nos experiemur hæc, illi ſublimiora conſequi contendant, par enim eſſe exiſtimo, omnes omnia experiri, qui res magnas, & magnopere expetendas concupierunt.

CAPVT XL.

IN vigeſimo quinto anno tranſ- A
migrationis noſtræ, in exordio anni, decima menſis, quatuordecimo anno poſtquam percuſſa eſt ciuitas, in ipſa hac die facta eſt ſuper me manus domini, & adduxit me illuc in viſionibus Dei. Adduxit me in terram Iſrael, & dimiſit me ſuper montem excelſum nimis, ſuper quem erat quaſi ædificium ciuitatis vergentis ad auſtrum: & introduxit me illuc Et ecce vir, cuius erat ſpecies, quaſi ſpecies æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus menſuræ in manu eius. Stabat autem in porta, & locutus eſt ad me idem vir: Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia, quæ ego oſtendam tibi, quia vt oſtendantur tibi, adductus es huc. Annuntia omnia, quæ tu vides, domui Iſrael.

EXPLANATIO.

In vigeſimoquinto anno Cùm Hebræi eſſent in Babylonica captiuitate detenti, eorumque langueſceret induſtria, & vires confringerentur: non exiſtimabant fieri poſſe, vt ad patriam aliquando

redirent, & templum ac ciuitatem ſuam inſtaura-
rent. At voluit eos Deus ſpe reſtitutionis ſuæ per
Ezechielem reficere & roborare. Eam ob cauſam
oſtendit ei templi Hieroſolymæ, eiuſdémque vr-
bis inſtaurationem, præcipiens illi, vt nuntiaret
Hebræis viſionem hanc, qua intelligerent, eſſe ſe-
ipſos ad patriam ſuam reuocandos, & in priſtinam
dignitatem reſtituendos. Vt autem huius vaticina-
tionis memoria non deleretur obliuione poſteri-
tatis, mandauit eam literis diuinus vates, vt eſſet
perpetuis conteſtata monimentis. Nuntiabat illis
ventura, hortans eos ne exilio & calamitate, & re-
rum aduerſarum fluctibus vſqueadeò commoue-
rentur, vt ærumnis ſuis adhiberent de diuina pie-
tate deſperationem. Quin potius eos excitabat, vt
ad Deum confugerent, in quo ſpem ſuam collo-
carent: nam ipſe ſciebat fore, vt ad terram promiſ-
ſionis gaudio exultantes redirent: quoniam ſpiritu
prophetico viderat templi & ciuitatis reædifica-
tionem: quam à principio huius capitis vſque ad
finem libri multis verbis deſcribit. Et ita euenit, vt
ipſe prædixit. Nam ſub Zorobabele, & Ieſu filio
Ioſedech, & Nehemia, fuerunt Iſraelitæ ad pa-
triam cum gaudio & honore reuocati, & templum
1 Eſd. 1. ac vrbem collapſam reſtituerunt, vt in libris Eſdræ
2 3. 4. literæ diuinæ teſtatur. Sed vaticinans Ezechiel
de templo Hieroſolymæ ædificando rapitur ſpiri-
tu, & à templo materiali ad templum ſpirituale ſe
transfert, & de eccleſia catholica, de hoc admira-
bili templo, quod mentis oculis intuebatur con-
ſtruendum à Chriſto, vaticinatur. Templum enim
hoc, quod ſpiritu prophetico vidit, de quo præci-
puè tractat in hac viſione: multò ſublimius eſt &
magnificentius tēplo ſub ſecūdo illo Zorobabele
ædificato: imo ipſo primo templo à ditiſſimo &
illuſtriſſimo rege Salomone ſumptuoſiſſimè con-
dito multò illuſtrius & præſtantius. Et ciuitas hæc,
quam ædificandam perſpexerit, per quā etiam ec-
cleſia ſignificatur, multò eſt amplior & capacior, &
celebrior ciuitate illa, quam Nehemias & Zoro-
babel inſtaurauerunt. Præterea templum illud ſe-
cundum reædificatum fuit in loco, vbi prius fue-
1. Eſd. 3 rat, vt conſtat ex libro primo Eſdræ, capite tertio:
atqui primum templum fuerat in vrbe ædifica-
3 Reg. tum, vt patet ex tertio, & quarto Regum, ergo ſe-
6. cundum fuit in eadem vrbe conditum à Nehe-
4. Reg. mia, & cæteris Hebræis. At templum hoc, de quo
24. hìc loquitur Ezechiel, non erat in ciuitate, imo
longo interuallo diſtabat ab illa: quoniam inter
templum & ciuitatem erat pars quædam portionis
ſacerdotum, & tota portio leuitarum, vt capite vl-
Inf 48. timo huius viſionis licet videre. Et multa alia dicit
Inf. 47. de aquis è templo egredientibus, & in mare mor-
tuum intrantibus, de arboribus fœcundiſſimis,
quæ ſingulis mēſibus vberrimos fructus ferebant,
& de multis alijs, quæ in ſecundi templi inſtaura-
tione nunquam fuerunt, nec erunt in æternum in
populo Iudæorum. Quare in errore aperto ver-
ſantur, qui aiunt omnia hæc eſſe ad reditum Iu-
dæorum ex Babylonica captiuitate in patriam re-
ferenda: & ad vrbis Hieroſolymæ, ac templi lapi-
dei inſtaurationem tantummodò accommodan-
da, & ad nihil aliud Ezechielem reſpexiſſe. Quis
non videt hæc omnia, & multa alia, quæ hìc fue-
runt prædicta, quæ diuinus vates conſpexit fore
in huius ſui templi & vrbis conſtructione, nec

in primo, nec in ſecundo templo, nec in ciuitate
Hieroſolyma terrena vnquam fuiſſe. Referuntur
quidem ad eccleſiam catholicam, & ad hominum
generis redemptionem per Chriſtum, vt ipſo ad-
iuuante in huius viſionis progreſſu oſtendemus.
Erat enim præcipuum diuini vatis inſtitutum, de
templo illo vaticinari, quod Chriſtus erat conſtru-
cturus, & de ciuitate illa pietatis & religionis ple-
niſſima, hoc eſt de eccleſia catholica, quam ſalua-
tor noſter verus Deus & verus homo mirabiliter
conſtituit, tanta firmitudine & fortitudine robo-
ratam, vt nullis vnquam nec tyrannorum, nec hæ-
reticorum machinis poſſit euerti. Ea enim eſt illa,
de qua dixit ipſe dominus: Portæ inferi non præ- Mat 16
ualebunt aduerſus eam. Calx, qua fuit hæc domus
coagmentata & aſtricta, non materialis eſt, ſed ſpi-
ritualis, ſanguine ipſius Chriſti cōglutinata, vt ho-
mines cœleſti patri reconciliaret, & duos populos
diuiſos Gentium & Hebræorum in hac vna domo
coniungeret, ſibíque per fidem & charitatem copu
laret. Ideo ait diuus Paulus in epiſtola ad Ephe-
ſios: Vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis pro- Ephe. 2
pè in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra,
qui fecit vtráque vnum, & medium parietem ma-
cerię ſoluens, inimicitias in carne ſua. Medius pa-
ries, quem Chriſtus diruit morte ſua, qui & Gentes
& Iudæos diuidebat, & vtroſque à deo ſeparabat,
peccatum erat, & hominum flagitia, & odia inter
Gentes & Iudæos: quæ omnia idem apoſtolus ſta-
tim appellat inimicitias, & ex duobus populis do
mum vnam conſtituit. Hæc eſt domus illa, de qua
ait apoſtolus in epiſtola prima ad Timothæum: Vt 1. Ti. 3.
ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei conuer-
ſari, quę eſt eccleſia Dei viui, columna, & firmamē-
tum veritatis. Et in 1. ad Corinthios, Templū, in-
quit, Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et in ſecūda: 1. Cor 3.
Vos eſtis templum Dei viui. Hoc templū hanc ec-
cleſiam catholicam conſummauit Chriſtus, cū pen- 2. Cor. 6
dēs in cruce vulneribus ſauciatus, volens ſpiritum
emittere dixit: Conſummatum eſt. Et quoniam Inf. 19.
eccleſia catholica non ſolum templum vocatur in
diuinis literis, ſed ciuitas, eā ob cauſam agit in hac
viſione Ezechiel de templi, & ciuitatis, hoc eſt de
eccleſiæ per Chriſtū conſtructione. Eccleſia enim Pſal. 45
eſt ciuitas illa, de qua ait regius vates: Fluminis im-
petus lætificat ciuitatē Dei. Acſi diceret. Donorū
cœleſtium & gratiarum affluentia eccleſiā Chri-
ſti gaudio perfundit. Vocatur eccleſia, aurora, ma-
ter, ſponſa, columba, amica, electa, fons Iſraelis,
cœlum, regina, vinea electa, regnum Dei, ſolium
Dauidis, domus Iacob, Sion, Hieroſolyma, do-
mus Dei, columna & firmamentū veritatis, mons
ſanctitatis, tabernaculum, templum, ciuitas Dei:
& alijs nominibus eius dignitatem explicantibus.
Sed ex omnibus his elegit Ezechiel hæc duo, nem-
pe templum & ciuitatem, quibus ipſe, imò Deus
per ipſum eam ſignificauit. Et quoniam diuini va-
tes prędixerunt Meſſiā eſſe regem, vt Dauid pſal- Pſal 2.
mo. 2. Zacharias capite nono, Sophonias capite ter- Zach. 9
tio, Ezechiel capite trigeſimoſeptimo, & multi alij Sophō.
idipſum conteſtantes: huius autē regis munus erat 3.
ædificare templū & ciuitatem: agit modo Ezechiel Sup. 37.
de hac ædificatione ſibi à Deo oſtenſa in ſpiritu:
fuit enim hæc viſio intellectualis & imaginaria. De
ædificatione hac fuerat Dauid in hunc modum va-
ticinatus: Ædificans Hieruſalem dominus diſper-
ſiones

ſiones Iſraelis congregabit. Non loquitur diuinus
Pſalm 146. Pſaltes præcipuè de mœnium terrenæ vrbis con-
ſtructione, ſed de ædificatione eccleſiæ, diuinis ſa-
cramentis tanquam firmiſſimis muris & propugna
Zach. 6. culis munitę. Zacharias de Meſſia loquens, Ecce,
inquit, vir, Oriens nomen eius, & ſubter eum orie-
tur, & ædificabit templū Domino. De hoc Orien-
Luc. 1. te ait alter Zacharias Ioannis Baptiſtæ pater: Viſi-
tauit nos Oriens ex alto, illuminare iis, qui in te-
nebris, & in vmbra mortis ſedent. Sed pro Orien-
te eſt apud Zachariam dictio tſema, quæ germen
etiam ſignificat: cuius nomine Chriſtus quoque ſi-
gnificatur, vt apud Eſaiam: In die illa erit germen
Iere 23. domini in magnificentia & gloria. Et apud Iere-
miam: Suſcitabo Dauid germen iuſtū, & regnabit
rex, & ſapiens erit. Quæ verba non de Dauide, qui
mortuus erat, ſed de Chriſto, qui erat venturus in-
telliguntur. Huius ædificationis meminit etiam
Eſai. 45 Eſaias, cùm Deum patrem ita inducit de filio ſuo
loquentem: Ipſe ædificabit ciuitatem meam, & ca-
ptiuitatem meam dimittet non pretio, nec mune-
ribus. Acſi diceret: Ipſe meam conſtituet eccleſiā,
& homines à dæmone captiuos eripiet, non auro
& argento, ſed verbo, & pretioſo ſanguine ſuo: &
veram propagabit religionem toto terrarum orbe,
& eos, qui erant variis ritibus & ſuperſtitionibus
obſtricti, & per diuerſas regiones diſperſi, in vna
eccleſia congregabit. Hæc eſt Hieroſolyma ſpiri-
tualis, in qua regnat Chriſtus, & regnabit in æter-
num, quæ conſtructa eſt viuis ex lapidibus, hoc eſt
fidelibus Chriſtianis Deum colentibus, verámque
fidem eius amplexantibus. Per Nathan illum pro-
phetam ſapientia inſigni, & virtute præſtāti, quem
effert laudibus diuina ſcriptura allocutus eſt Deus
2. Reg. 8 Dauidem in hunc modum: Suſcitabo ſemen tuum
poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo
regnum eius: ipſe ædificabit domū nomini meo, &
ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiter-
num. Ego ero ei in patrem & ipſe erit mihi in fi-
lium. Quem locum diuus Paulus in epiſtola ad He
bræos de Chriſto interpretatur. Incepit propheta
Heb. 1. loqui de Salomone caduco, terrenę Hieroſolymę
rege, ſed raptus in ſpiritu transfert ſermonem ad
Salomonem ęternum eccleſię catholicę regem,
more aliorum prophetarum. Id enim, quod præ-
cipuè verbis illis Spiritus ſanctus, intēdit, fuit pro-
mittere Chriſtum, qui eſſet eccleſiam ędificaturus.
Si perpendere volueris, inuenies nonnulla in illo
vaticinio, quę non Salomoni, ſed Chriſto conue-
niūt. Qui enim fieri poteſt, vt ei verba illa accom-
modentur: Stabiliam thronum regni eius in ſem-
piternum, cùm videamus clarius luce meridiana
thronum eius defeciſſe, & fuiſſe Hieroſolymam
penitus euerſam, & terram illam Iudææ eſſe ab in-
fidelibus occupatam? Sed dicuntur illa de Salo-
mone, quatenus erat Chriſti figura: & eam ob cau-
ſam ſunt pręcipuè de Chriſto intelligenda, qui tem-
plum perpetuum, hoc eſt eccleſiam ædificauit &
erexit nunquam interituram. Illud Salomonium
templum, quia manu factum eſt, manu cecidit, ec-
cleſia verò, quia diuino ſpiritu ędificata eſt, nun-
quam peribit: eſt enim ędificium diuinum, quod
nulla humana vis euertet, nulla vetuſtas cōſumet,
nulla poſteritatis obliuio delebit. Hoc eſt ędificiū,
de quo vaticinatus eſt hoc capite cum ſequentibus
Ezechiel. Hic eſt ſenſus literalis huius viſionis, hic
eſt eius germanus intellectus, non autem ille, qui
prima facie videtur vocibus ſignificari, ſed quem
pręcipuè diuinus vates intelligit, & ſpiritus ſan-
ctus intendit. Et quoniam duplex eſt eccleſia, alte-
ra militaris in terra, altera triumphans in cœlo, lo-
quens diuinus vates de militāte transfert ſe inter-
dum ad triumphantem, quoniā omnes, qui ad triū-
phantem aſcendunt, ciues fuerunt militantis. Cum
autem ad ſublimē illam, quæ triumphat in gloria,
& ad excelſam myſteriorū eius contemplationem
ingreditur, illum quaſi quidam æſtus ſpiritus pro-
cul arripit à terra, atque in altum à conſpectu penè
omnium tollit. Hinc efficitur, vt nobis viſio hæc
obſcuriſſima videatur. Et quoniam ego nunquam
tantum mihi tribui, & arrogaui, vt ſperarem eſſe
me huic obſcuritati lucem aliquam allaturū, eiuſ-
que difficultas me deterrebat, & ab iis commenta-
riis ſcribendis retardabat, cogitaui ſæpe de illis di-
mittendis. Sed ingredienti mihi conſiderandū fuit,
quid agere deberem: nūc quidem iam quocúnque
ferar, danda nimirum vela ſunt. Vtinam aura ſe-
cunda, & diuinę ſapientiæ flatu nauigationem cō-
ficiam: vtinam diuinus ſpiritus animum meum af-
flet, vt poſſim diuini vatis mentem explicare, eiuſ-
que cœleſtis philoſophię fontes aperire. Sed iam
ad literę explanationem accedamus.

In vigeſimoquinto anno transmigrationis noſtræ.
Obtinente Iudæorum regno Ioachin, qui fuit etiā *4 Reg. 24.*
Iechonias appellatus, capta fuit Hieroſolyma à
Chaldęis, & multi Iudæorum fuerūt cum rege ſuo *4 Reg. 24.*
in Chaldæam tranſlati. Poſt Iechoniam fuit Se-
dechias in regiam dignitatem euectus: ſed anno ſui
principatus vndecimo fuit oppugnatus à Chal-
dæis & captus, & acerbiſſimis calamitatibus op-
preſſus: & tota Hieroſolyma vaſtata, & funditus
euerſa: & Iudęi in vincula coniecti, ac in Chaldæā
ignominioſe adducti. Et hęc propriè appellatur ca-
ptiuitas Babylonica, cùm ea quę fuit ſub Iechonia
transmigratio appelletur. Ait igitur nūc Ezechiel,
qui cum Iechonia tranſmigrauerat, fuiſſe ſibi oſtē-
ſam à Deo viſionem hanc anno vigeſimoquinto à
transmigratione, & quartodecimo à captiuitate,
quando ciuitas ſub Sedechia vaſtata fuit. Idem an-
nus, qui fuit vndecimus à tranſmigratione Iecho-
nię, fuit vndecimus à regno Sedechię, in quo euer-
ſa fuit ciuitas. Si autem iungas quatuordecim cum
vndecim, inuenies viginti quinque, tot enim inter-
fluxerunt inter trāſmigrationem Iechonię, & vi-
ſionem hanc. Vnde conſtat fuiſſe annum quartum-
decimum à ciuitatis euerſione, vigeſimum quintū
à tranſmigratione Iechonię. Fuit autem eius tranſ-
migratio anno vigeſimoquinto à lege inuenta, & à
iobilęo, in quo liber legis inuentus fuit anno iobilei.
Cùm autem Ezechiel inciperet vaticinari anno
quinto à tranſmigratione, vt ipſe capite primo aſ- *Sup. 1.*
ſeruit, rectè ſequitur, fuiſſe annum illum trigeſimū
ab eo tempore, quo liber legis regnante Ioſia fuit
à ſummo Pontifice repertus, vt in explanatione
primi capitis oſtendimus. Atqui à prima viſione
vſque ad hanc fluxerunt viginti anni, & à tranſmi-
gratione ad illam viginti quinque. Ergo viſio hæc
facta fuit anno quinquageſimo ab inuenta lege, &
ex conſequente à iobilęo. Cùm autē iobileus eſſet
anno quinquageſimo, apertè concluditur, fuiſſe
viſionem hanc oſtenſam Ezechieli anno iobilei,
quando omnia ſunt libera. Æquum enim erat, vt

in iobileo, in anno libertatis oſtenderetur hæc viſio de Chriſti in mundum aduentu, & eccleſiæ conſtitutione, & redemptione humana, quando vnigenitus Dei filius homines à peccato, & à dæ- *Gala. 4.* monis tyrannide, & ab Agar ancilla in ſeruitute generante, & cum filiis ſuis ſeruiente eripuit, & in eccleſia catholica, quæ eſt ſuperna Hieruſalem, non terrena reſpiciens vt ſynagoga, ſed quæ ſurſum ſunt, quærens, quæ libera eſt, & mater noſtra, *Gala. 4.* collocauit. Quam ob cauſam ait apoſtolus: Itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Hæc eſt libertas, de *2 Cor. 3.* qua ait idem apoſtolus: Vbi ſpiritus domini, ibi li- *Iacob 1.* bertas. Et diuus Iacobus apoſtolus euangelium vocat legem libertatis. Sed hæc libertas ſpiritualis eſt, nõ carnalis, qualis eſt illa, quam prædicant Lutherani, & cæteri hæretici, carni obedientes: quorum libertas eſt impia ſeruitus, quoniam ſeruiunt dæmoni, mundo, & carni. Et prætextu euangelicæ libertatis carnalem prædicant libertatem, & omnem doctrinam euangelicam, omnemque eccleſiaſticam diſciplinam euertere contendunt. Qua de re alibi diſſeruimus. Vera libertas eſt non ſeruire peccatis, & repudiatis veteris legis cæremoniis, & Gentium ſuperſtitionibus, euangelij ſequi puritatem. Hanc libertatem attulit in mundum Chriſtus Deus noſter, hæc eſt libertas ſpiritualis & perpetuus iobileus, cuius figura fuit iobileus ille antiquus in lege conſtitutus: in quo Ezechiel vidit eccleſiæ per Chriſtum conſtitutionem, & libertatem euangelicam, & cætera, quæ huic vltimæ parti ſuarum viſionum mandauit. Præterea non deſunt, qui aſſerant, fuiſſe viſionem hanc Ezechieli oſtenſam menſe ſeptimo, die expiationis, qui decimus erat, & celebris apud Hebræos, vt eſt in li- *Leu. 16.* bro Leuitici literis mandatum. Nec obſtat dicere Ezechielem hoc loco, fuiſſe hoc in exordio anni. Et ſi enim annus apud Hebræos incipiebat à prima die menſis primi, tamen annus iobilei incipie- *Leu. 25.* bat à decima die menſis ſeptimi. Vnde in Leuitico dicebat Deus, Clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis, propitiationis tempore, in vniuerſa terra veſtra, ſanctificabiſque annum quinquageſimum. Cùm igitur viſio hæc facta fuerit in principio anni iobilei, atqui principium anni iobilei inciperet die decimo, qui erat dies expiationis & celebritatis, apertè cõcluditur, factam fuiſſe viſionem hanc in die expiationis & celebritatis. Et pulchrè quidem: nam viſio hęc agit de eccleſię catholicę ædificatione, in qua eſt vera peccatorũ expiatio, & perennis ſanctorum celebritas. Eodẽ modo apparitio angeli facta Zacharię, in qua fuit exordium redemptionis humanę denũtiatum, fuit die expiationis, vt validiſſimis rationibus Paulus Burgenſis in additione ad caput primum diui Lu- *Luc. 1.* cæ probauit. Triplex erat annus apud Iudęos, nimirum vſualis, legitimus, & emergens. Vſualis incipiebat à Ianuario, & eo vtebantur in contractibus: legitimus incipiebat primo die lunæ propinquioris ęquinoctio vernali, & eo vtebantur in ſolennitatibus; emergens incipiebat prima die iobilei, quę erat decima dies menſis ſeptimi, aut aliquo die celebri & memorabili ob factũ aliquod egregium & inſigne. Et de hoc tertio anno loquitur in præſenti Ezechiel, qui fuit quartuſdecimus à ciuitate percuſſa: quia à transmigratione Babylonis fuerunt, teſte diuo Matthęo quatuordecim generationes vſque ad Chriſtũ, quando promiſſa eſt reſti- *Mat. 1.* tutio, & vera ſpiritualis Hieroſolymæ inſtauratio.

Facta eſt ſuper me manus domini Hoc eſt afflatus ſum diuino ſpiritu. Vidi intellectuali & imaginaria viſione per ſpiritum propheticum ea, quæ ſequuntur. Fortaſſe videbatur ſibi aſportari manu cuiuſdam effigiei Deum repræſentantis. Pagninus vertit: Fuit ſuper me prophetia Domini. Alij transferunt: Facta eſt vis diuina ſuper me. Hebraiſ- *Sup. 1. 3.* mus eſt, quo vſus fuit Ezechiel capite primo, & *& 37.* tertio, & trigeſimoſeptimo.

Et adduxit me illuc Adduxit me manus domini in terram Iudææ. Nihil præceſſit in litera, ad quod referatur hoc aduerbium, illuc. Sed volens oſtendere eſſe ad terram promiſſionis referendum, ſubdit: Adduxit me in terram Iſrael. Prolepſis eſt figura, cùm, quæ ſequi debent, præponuntur: vt in pſalmo, Fundamenta eius in montibus ſanctis: di- *Pſal. 86* ligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Et ſuprà capite primo: Et factum *Sup. 1.* eſt, &c.

In viſionibus Dei Id eſt, in viſionibus egregiis & diuinis. Ea, quæ magna ſunt, & eximia, Dei appellantur: vt ciuitas Dei cedrus Dei. Et ſi tota hæc viſio vna ſit vſque ad finem libri, tamen voluit propheta vti numero plurali, quia longa eſt, & multa complectens. Tu autem perpende eius maieſtatem, & amplitudinem. Qui eam videt, propheta Dei eſt, qui eam oſtendit, eſt Deus, locus, in quo oſtenditur, eſt terra ſancta, quò propheta raptus fuit, qui eum illuc duxit, eſt dominus, aut manus domini, id quod videtur, eſt humani generis redemptio. Quis tanta rerum celſitudine non mouebitur?

Et dimiſit me ſuper montem excelſum nimis Hic eſt mons Sion, quem nimis excelſum vocat ob rei dignitatem, ſublimemque myſteriorum ibi effectorum celſitudinem. Erat diuus vates corpore in Babylonia, ſpiritu verò, & viſione prophetica in Iudæa, quæ longo inter ſe interuallo diſtabant. Duplex fuit huius viſionis locus, vnus ſubiectiuè, hoc eſt Babylonia, alter obiectiuè, hoc eſt Iudæa. Et in vtroque erat Ezechiel eodem tempore, ſed diuerſo modo.

Super quem erat quaſi ædificium ciuitatis vergentis ad auſtrum Non vidit oculis corporis ædificium aliquod realiter, ſed mentis oculis imaginem quandam ædificij conſpexit: eam ob cauſam ait: Super quem erat quaſi ædificium. Poteſt etiã particula, quaſi, referri ad verbum ciuitatis, vt ſit ſenſus: Super montem illum excelſum vidi mentis oculis ædificium, quaſi ciuitatis vergentis ad auſtrum. Hoc ædificium templum eſt: ſed quoniam templum hoc erat cinctum muris, munitum domibus, atriis, portis, & mœnibus, ideo ob eius amplitudinem & magnificentiam cum ciuitate comparatur. Et quoniam mons ille erat altior ex parte aquilonari, ideo dicitur ædificium hoc eſſe inſtar ciuitatis vergentis ad auſtrum, quia ea parte auſtri erat aliquantulum demiſſum. Sunt qui dicant duo hîc vidiſſe prophetam, nimirum templum & ciuitatem, qui per ædificium intelligunt templum per ciuitatem verò vergentẽ ad auſtrum nouam Hieroſolymam, de qua loquitur Ezechiel in fine viſionis. At prior expoſitio eſt planior, & literæ accommodatior,

modatior, non enim ait: ſuper quem erat quaſi ædificium & ciuitas: ſed ſuper quem erat quaſi ædificium ciuitatis. Vidit quidem ciuitatem, ſed modò de illa non loquitur: loquetur autem poſtea. Nunc deſcribit templum illud magnificum cum vrbe *Pſal.121* comparatum, quod etiam dicitur ſuo modo Hieruſalem. De eo ait ita pſalmographus: Hieruſalem, quę ędificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Aduerte. Non ait: Hieruſalem, quę ędificata eſt ciuitas, ſed vt ciuitas: quemadmodum hoc loco Ezechiel non ait: vidiſſe ędificium ciuitatis, ſed quaſi ędificium ciuitatis. Verba illa Dauidis: Cuius participatio eſt in idipſum, hunc habēt ſenſum: Aedificatio eius eſt omnibus numeris abſoluta, nam participatio ſuorū ciuiū eſt ſibi ipſis cōiuncta, & vna fide adunata. Primum huius ciuitatis fundamentum eſt Chriſtus, de quo ait apoſtolus in *1.Cor.3* prima ad Corinthios: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere pręter id, quod poſitum eſt, quod eſt *1.Cor.3* Chriſtus Ieſus. Et quia Deus hanc ędificauit eccleſiā, ait eodē loco apoſtolus: Dei ędificatio eſtis. Et paulò poſt: Templū Dei ſanctū eſt, quod eſtis vos.

Ecce vir. cuius erat ſpecies, quaſi ſpecies æris Hic erat filius Dei, Chriſtus Deus noſter, verus Deus & verus homo. Hic eſt, qui prophetam ex Babylonia ad montem illum excelſum adduxit: hic eſt, quem *Ioan.1* antea Ezechiel vocauerat manū domini, quia ipſe eſt, per quem Deus fecit omnia: omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil: quare manus Dei meritò appellatur. Ipſe eſt, quem modò vocat virum ob aſſumptam humanitatem, quemadmodum vocatur multis locis diuinarum ſcripturarum. Eſaias inducit Deum patrem ita loquen- *Eſai.26* tem: Voco ab oriente iuſtum, & à terra longinqua virum voluntatis meæ. Intelligi autem verba hæc pręcipuè de Chriſto indicāt ea, quæ ſequūtur. Propè feci, aut vt poteſt verti ex Hebręo, propè faciā iuſtitiam meam, non elongabitur: & ſalus mea non morabitur. Eum, quem appellauerat virum, appellat iuſtitiam & ſalutem ſuam. Et Ieremias de Chri- *Iere 31.* ſti incarnatione loquens, Creauit, inquit, dominus nouum ſuper terram: fœmina circundabit virum. Hoc eſt, virgo ſacratiſſima in vtero ſuo circundedit Chriſtum, virum perfectum, qui ab inſtanti cōceptionis ſuę fuit virtute & ſcientia plenus. Et Za- *Zach 6* charias: Ecce vir, Oriens nomen eius. Et diuus Pe- *Act.2.* trus in actis apoſtolorum: Ieſum Nazarenū virum approbatum à Deo. Incidens diuus Ambroſius in hunc locum libro 5. de fide ait: Vir erat, quia typus ſuſcipiendi corporis declarabatur. Apparet autem Chriſtus colore ęreo, quia æs forte eſt, & longiſſimè ſonat. Eſt enim Chriſtus fortis, & verba eius longè ſonuerunt, in omnibus terrarum oris fuerūt *Pſal.18.* audita, per apoſtolos ſuos nuntiata: de quibus cecinerat regius vates: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Nulla eſt regio tam barbara & remota ad quam non peruenerit aliquando aliqua de Chriſto notitia. Pręterea æs funditur igne, eiuſque calore liqueſcit, quando ex eo ſtatua aliqua conflatur: & Chriſtus Deus noſter fuit igne diuini ſui amoris *Nu.21* perfuſus, & ardente charitate inflammatus. Eas ob cauſas exiſtimo ſerpentem illum in ligno erectum, in quem ægroti oculos coniiciebant, vt conſequerentur ſanitatem, ęneum fuiſſe, quia Chriſti crucifixi imaginem gerebat, ad quem mentis aciem extollere, quē fidei oculis intueri, ad quem denique confugere debemus. Ita enim dixit ipſa veritas: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita *Ioan. 3.* exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in illum non pereat, ſed habeat vitam ęternam. Cum autem ſerpens ille eſſet ex ære, par erat, vt ille, qui in ſerpente adumbrabatur, ſpeciem haberet æris duri & candentis, vt in duritie oſtenderetur eius firmitudo & fortitudo, in ſonitu eius euangeliū longè diuulgatum, in colore ignito eius ardentiſſima charitas.

Et funiculus lineus in manu eius. Septuaginta pro funiculo lineo habent funiculum ædificatorum: quod idem eſt. Eodem modo Zacharias: Ecce, in- *Zach.2* quit, vir, & in manu eius funiculus menſorum. Et dixi: Quo vadis? Et dixit mihi: vt metiar Hieruſalem. Hic vir apud Ezechielem hoc loco manu vna habebat funiculum lineum, quo vtuntur cæmentarij ad diſponendos recto ordine lapides, altera calamum, hoc eſt amuſſim ſiue regulam architectoriam ad ipſos lapides menſurandos. Nam admirabilis eccleſiæ ordo eſt inſignis quædā ſtructura tanquam ad regulam facta, & ad lineam reſpondens. His duobus inſtrumentis & menſuris, funiculo lineo, & virga menſoria vtuntur architecti in ædificiis conſtruendis. Apparet Chriſtus Deus noſter in habitu architecti, quia ipſe eſt, qui mundum condidit, & qui venturus erat, quemadmodum venit, ad conſtituendam eccleſiam nouam Hieroſolymā: & ad nouum hoc & admirabile templum ædificādum. Et quia iuſtus eſt, imò ipſa iuſtitia, in manibus habet menſuras, tribuens vnicuique iuxta opera *Rom. 2.* ſua, apud quem non eſt acceptio perſonarum, vt aſſerit multis in locis diuina ſcriptura: ipſe omniū merita diſcutit & menſurat. Funiculo lineo men- *Act. 10.* ſurare poterat res magnæ longitudinis, vt atria, veſtibula, & mœnium circuitū: virga verò lignea ſeu cannea res minores, vt muri craſſitudinem, portarum aditus, & alia huiuſmodi. Omne vitæ noſtræ ædificium debet eſſe ad normam & funiculū Chriſti directum, ſi volumus ne ruat, & euertatur. Verùm per regulam ſiue amuſſim & funiculum, architectorium cum perpendiculo intelligitur euangelij prædicatio, quæ debet eſſe in manibus, hoc eſt in operibus: per manus enim opera ſignificantur. Id quod iuxta verſionē ſeptuaginta citatā ab apoſtolo in epiſtola ad Romanos ait pſalmographus: In omnem terram exiuit ſonus eorum, poteſt verti *Pſal.18.* ex Hebræo: In omnem terram exiuit norma eo- *Rom.10* rum, ſiue amuſſis, ſiue funiculus, & directorium. Quod iuxta diui Pauli ſententiam de euangelica prædicatione intelligitur. Eſt enim euangelicus concionator architectus, eiuſque conciones ſunt regulæ honeſtè viuendi, & eius vita debet eſſe ad certum verborum eius perpēdiculum directa. Vnde egregius ille concionator Paulus aiebat: Vt ſa- *1.Cor. 3.* piens architectus fundamentum poſuit. Apparet itaque Chriſtus vt architectus, & vt iuſtus iudex cum virga menſuratoria: non duas virgas habet, ſed vnam, ad omnes æqualiter iuxta eorum merita menſurandos. Vtinam omnes, quibus eſt regendi cura demandata, hunc diuinum architectum & iudicem imitarentur. At ſunt nonnulli, qui eorum, aduerſus quos odio flagrant res geſtas magnas & illuſtres parua quadam arundine metiuntur, volentes eorum gloriam minuere & extenuare, & ſi poſſent,

penitus extinguere: corũ autẽ res, paruas illas quidem, & minimè laudabiles, quos amore proſequũtur, longa virga menſuraria metiuntur, eos laudibus efferentes, & nimiis ſtudiis celebrantes. Duas habent virgas, vnam odij & inuidiæ, alteram deprauati amoris & affectionis. Itaque menſurant res non virga iuſtitiæ rectæ, ſed affectus corrupti. Non de illis loquor, qui iuſtitiam colunt & pietatẽ, quorum multos eſſe non ignoro, ſed de iis, qui pro norma non habent rationem, ſed voluntatem: qui dicunt. Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

Stabat autem in porta Subaudi, muri exterioris. Ideo Chriſtus ſtabat ad portam quia per ipſum habemus acceſſum ad patrem: ipſe enim ait apud *Ioan.14* Ioannem: Nemo venit ad patrem niſi per me. Fieri non poteſt, vt quis ad hoc admirabile eccleſiæ ædificium ingrediatur, niſi per Chriſtum: Vel ideo ſtabat in porta, quia quondam iudicium in porta vrbis fiebat: ibi exercebatur iudicis officium. Qua in re voluit oſtendere Chriſtus eum eſſe iudicem viuorum & mortuorum. Apud Hebræos appellabatur iudex arguens in porta, quia ibi ſolebat arguere delinquentes. Ita intelligitur illud Eſaiæ: *Eſai.29* Arguentem in porta ſupplantabant. Hoc eſt homines ſcelerati iuſtum iudicem opprimebant. Et *Amos.5.* illud Amos: Odio habuerunt corripientẽ in porta.

Vide oculis tuis, & auribus tuis audi Non erat illic Ezechiel corpore, ſed animo: ideo hoc de oculis & auribus non corporis intelligitur, ſed mentis. Præcipit Deus diuino vati, vt animo diligenter perpendat viſionem hanc: inſinuans eſſe magni *Luc.8.* ponderis, quæ magnam requirit attentionem. De iis auribus ait Chriſtus in euangelio: Qui habet au- *Apo.2. & 3.* res audiendi, audiat. Similiter Ioannes in Apocalypſi, Qui huiuſmodi aures & oculos non habent, idola appellari poſſunt, licet corporis oculis lynceis & auribus ceruinis ſurrectis ſint inſtructi. De *Pſal.113* iis ait pſalmographus: Oculos habent & non videbunt, aures habent, & non audient. Vnde Zacha- *Zac.11.* rias. O paſtor, inquit, ô idolum. Sunt nonnulli, qui non propriis oculis vident, ſed alienis: ita enim ſunt ducti affectibus, vt credant non quod vident, ſed quod alij ſe audiuiſſe teſtentur: cùm dicat prouerbium: Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti decem. Vnde oculata fides tertio Inſtitutionum Iuſtiniani de gradibus cognationum, tum dicitur, cùm res ſubiicitur oculis.

Et pone cor tuum in omnibus quæ ego oſtendam tibi. Hoc eſt, cogita, & memoria repete ea, quæ tibi ſum oſtenſurus. Non ſolùm Deus Ezechieli præcepit, vt hæc videret, & audiret, ſed vt ea cogitationi mandaret, & in animo verſaret, & in memoriæ theſauro reponeret.

Quia vt oſtendantur tibi adductus es huc. Attulit Deus Ezechielem in ſpiritu ad montem Sionem, vt oſtenderet illi ædificium eccleſiæ catholicæ, quod erat conſtructurus, vt ipſe viſionem hanc intelligeret, & aliis nuntiaret. Ideo ait illi Deus: Annuntia omnia, quæ tu vides, domui Iſrael; hoc eſt fidelibus, qui Iſraelis nomine ſignificantur. Ideo Deus hominibus ſcientiam impertit, vt illi & ſibi proſint, & aliis. Quid prodeſt lucerna ſub modio? *Simile.* Vt tabula etiam ſi ſit à Michaele Angelo mirabiliter picta, & accuratè elaborata, inutilis tamen erit, ſi fuerit tenebris cooperta, indiget enim luce, vt poſſit conſpici, & conſpicientibus vtilitatem afferre: nam in obſcura domo recondita nullum præſe fert artificium, nullum ſplendorem, nullam vtilitatem: ſic ſcientia etiam ſi ex ſe ſit admirabilis & fructuoſa, nullam tamen affert admirationem, nullum fructum, niſi ſit aliis cõmunicata, & luce participationis perſpecta. Ideo ait Eccleſiaſticus: *Eccl.20.* Sapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Contra verò de viris doctrina præſtantibus, & alios eruditione ſua inſtruentibus ait Daniel: Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplen- *Dan.12* dor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Non ſolùm ſibi ſapientes eſſe debẽt velle, qui ſunt inſtructi ſcientia ſed aliis. Ad Architam ita ſcribebat Plato: Non ſibi ſoli ſe natum homo meminerit ſed patriæ, ſed ſuis, vt perexigua pars illi relinquatur.

Et ecce murus forinſecus in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum & palmo: & menſus eſt latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. Et venit ad portam, quæ reſpiciebat viam orientalem, & aſcendit per gradus eius: & menſus eſt limen portæ calamo vno in latitudinem, id eſt limen vnum calamo vno in latitudine. Et thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos quinque cubitos, & limen portæ iuxta veſtibulum portæ intrinſecus, calamo vno. Et menſus eſt veſtibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis. Veſtibulum autem portæ erat intrinſecus.

Ecce murus forinſecus in circuitu domus vndiq. Locum illum, vbi conditum erat totum ædificium, appellat Ezechiel domum: quæ domus cincta erat muro vndique per circuitum. Volens autem propheta totum hoc ædificium deſcribere, incipit à muro forinſeco, vt ad intrinſecum templi perueniat. Nam naturalis cognitio incipit ab extrinſeco, nimirum à ſenſu: ſenſus enim portæ ſunt intellectus, nam vt ait Ariſtoteles, prius ſentimus, quam intelligamus: imò, vt ipſe ait libro tertio de anima capite tertio, exiſtimatio non poteſt eſſe abſque imaginatione, nec imaginatio abſque ſenſu; eſt enim ſenſus oſtium ad imaginationem, & exiſtimationẽ, & intelligentiã. Hinc fit vt ſenſu videamus Dei creaturas, ex quarum cognitione ad creatoris cognitionem poſſimus peruenire, & eius bonitatẽ & ſapientiã oculis intellectus intueri. Id ait his verbis in epiſtola ad Romanos diuus Paulus: *Rom.1.* Inuiſibilia Dei à creatura mũdi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur. Ac ſi diceret: Per Dei effectus, reſq; ab eo creatas, ſenſibus expoſitas intelliguntur eius inuiſibilia à creatura mundi hoc eſt à conſtitutione mundi, ex quo conditus eſt mundus. Vel à creatura mundi, hoc eſt ab homine, qui inter omnes creaturas, quæ ſenſu percipiuntur, primum ſemper locum obtinuit. Vel à creatura mundi, hoc eſt ex mundi creaturis. Ea enim eſt rerum à Deo creatarum pulchritudo, & diſpoſitio, vt nemo ſit tanta barbarie & immanitate affectus, qui earum excellentem ordinem & admirabilem

ſpeciem

ſpeciem ſentiens non poſſit eximium earum effectorem contemplari: & à ſenſu exteriore ad interiorem intelligentiã diuinæ ſapientiæ,& potentiæ, & bonitatis perduci. Diuus Auguſtinus libro 8. de Ciuitate Dei cap. nono & vndecimo incidens in hunc apoſtoli locum ad dubitationem tollendam legit: à conſtitutione mundi. Plato in Timæo vnũ eſſe principem & originem rerum ſenſit & docuit cuius maieſtatem tantam eſſe aſſeruit, vt nec poſſet lingua explicari, nec animo comprehendi. Ex rebus enim creatis ad rerum omnium effectoris aſcendit cognitionem. Marcus Tullius libro primo de natura deorum, Deus, inquit, eſt aliquis, qui regit, qui gubernat, qui curſum aſtrorum, qui mutationes temporum, rerum viciſſitudines, ordinéſque conſeruat. Et in ſecundo, Quid, inquit, poteſt eſſe tam apertum, tamq; perſpicuum, cùm cœlum ſuſpeximus, cœléſtiáque contemplati ſumus, quàm eſſe aliquod numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur? Et noſter Lactantius, Nemo, inquit, tam rudis vnquã fuit, támque feris moribus, qui non oculos ſuos in cœlum tollens, aliquam Dei prouidentiam intelligat ex ipſa rerũ magnitudine, motu, diſpoſitione, conſtantia, vtilitate, & pulchritudine. Hęc ille. Sed illud velim tibi perſuadeas, Deum nõ ita cognoſci per creaturas, vt nobis per illas ſecundum naturam & eſſentiam ſuam innoteſcat, ſed ſecundum potentiam, qua eſt rerum conditor & ef-
Simile. fector. Vt enim videntes ſolis effectus, non ſtatim intelligimus eius ſubſtantiam, quod attinet ad metaphyſicum, nec eius quantitatem, quod attinet ad aſtrologũ, ſed ex eius affectibus cognoſcimus eum eſſe cauſam & effectorem lucidum, calidum, & ſiccum: ſic videntes Dei creaturas non ſtatim per illas intelligimus eius ſubſtantiam & naturam, ſed ex illis intelligimus eum eſſe primam cauſam, bonum, potentẽ, ſapientem, & huius vniuerſitatis moderatorem. Vnde Auguſtinus libro ſexto de Trinita-
Simile. te in creaturis apparere ait Dei veſtigium. Vt enim greſſus animalis in terra expreſſus eius oſtendit diſtinctionem, viſo enim veſtigio intelligis eſſe equi, ſed non cognoſcis ex veſtigio eſſe equum pulchrũ, aut rufum, aut nigrum: ſic Deus ex creaturis cognoſcitur, ſed confuſa notitia: viſis enim rebus creatis tanquam Dei veſtigiis ducimur in creatoris cognitionem, ſed non ita diſtinctè, vt eius naturam comprehendamus. Aſpicis igitur ſenſum viſus iuxta diui Pauli ſententiam principium eſſe cognitionis diuinæ. Quod etiam verum eſt in ſenſu audiendi.
Rom.10 Nam ipſe apoſtolus in eadem epiſtola. Quomodo, inquit, credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? Et paulò poſt: Ergo fides ex auditu. Poteſt quidem deus inſpirare cognitionem ſui abſque corporis auribus, fidémque ſine exteriore auditu: ait enim Dionyſius fuiſſe quoſdam Gentiles ſolo angelorum miniſterio ad Chriſti fidem conuerſos. Sed de illa non loquor, ſed de ea, de qua loquitur apoſtolus, quæ eſt ex auditu: quia eo modo communiter adducti ſunt homines ad fidem: auditus enim ad fidem diſpoſitiuè inducit, Deus autem eam tribuit. Cùm igitur totũ hoc ædificium eccleſiam ſignificet & adumbret, eccleſia autem ſit collectio habentium Dei cognitionem & fidem, quæ eſt in primis neceſſaria, cùm ſine fide authore diuo Paulo impoſſibile ſit place-
Heb 11. re Deo, fides autem ſit ex auditu, auditus verò ab exteriore, ideo diuinus noſter vates ab exteriore voluit incipere tanquam à principio.

Et in manu viri calamus menſura ſex cubitorum & palmo Quia dixerat ſupra, habuiſſe virum in manu menſuræ calamum hoc eſt cannam menſoriam, & non expreſſerat quantitatem menſuræ, ideo nunc eam voluit exprimere, Erat, inquit, calamus ille menſurandi ſex cubitorum & palmi. Quidam exiſtimant habere virgam illam menſoriam ſex cubitos, & palmum vnum: quidam verò, & rectiùs meo quidem iudicio, ſex tantùm cubitos, ſed hos cubitos non eſſe prophanos & vulgares, ſed ſacros, qui palmo vno maiores erant prophanis. Diuus Ioan- *Apo 21*
nes in Apocalypſi, vbi viſionem nouæ ciuitatis deſcribit, ita ait: Et qui loquebatur mecum, habebat menſuram arundineam auream. Hoc eſt menſuram auri, ſimilem arundini menſoriæ. Per aurum intelligitur diuina ſapientia, & per menſuram auream iuſtitia ſapientiæ diuinæ. Erat igitur calamus hic aureus iuxta diui Ioannis ſententiam, & habebat ſex cubitos, quorum vnuſquiſque excedebat palmo vno cubitum vulgarem, iuxta id, quod hoc loco ait Ezechiel. Perſpicuũ eſt libros Exodi, Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij legentibus apud Hebræos menſuras ſanctuarij maiores eſſe aliis communibus. Cubitus vulgaris continebat quinque palmos, cubitus verò ſanctuarij ſex. Accipitur autem palmus pro quantitate quatuor digitorum, quæ Luſitane dicitur *mam trauessa*. Et quoniam cubitus ſacer continebat cubitum prophanũ & palmum vnum, ait Ezechiel, hunc calamũ menſorium, quẽ vir manu tenebat eſſe ſex cubitorum, ex illis cubitis, quorum quilibet habet cubitũ vulgarem cum palmo, hoc eſt ſex palmos. In Hebraico enim eſt: In manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum in cubito & palmo. Acſi diceret: Loquor de cubito, qui præter vlnam communem continet vnum palmum. Hoc oſtenditur apertè capite qua- *Inf.43.*
drageſimotertio, ibi hæc ſunt verba: Iſte autẽ menſuræ altaris in cubito veriſſimo, qui habet cubitum & palmum. Veriſſimum cubitum eum vocat, quo vtebantur in templo ſacerdotes. Maior erat menſura templi, quàm ſeculi, quia largius menſuraturi ſumus, & largituri Deo quàm mũdo, & diuinarum rerum vſibus, quàm humanarum: nam ipſe Deus eſt bonorũ omnium largitor. Et eccleſiæ ſuæ menſura vera eſt & plena: ſed hæc plenitudo in eccleſia triumphante ſupereffluens eſt Mundi menſura deficiens eſt & fallax: at gloriæ ſempiternæ menſura pleniſſima eſt, & veriſſima. Per ſex palmos cuiuſque cubiti, & per ſex cubitos cuiúſque calami, quo vir hic metiebatur, intelligitur Chriſti ſapientia & iuſtitia, qui omnia cognoſcit & menſurat. Numero enim ſenario omnia creata ſignificantur: *Gene.1.*
quoniam ſpatio ſex dierum Deus mũdum creauit. *& 2.*
Illud eſt etiam ſciendum calamum illum ſacrum habuiſſe cubitos diſtinctos quibuſdã ſignis & notulis, quemadmodum in vlnis noſtris menſoriis & medietates, & quartæ deſignantur.

Et menſus eſt latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quóque calamo vno. Loquebatur de muro exteriore totum ædificium cingente, & de viro habente calamum, quo erat totum ædificium menſuraturus. Nunc ait virum illum menſuraſſe ædificium illud calamo vno in latitudine, & calamo vno in altitudine. Sed hæc prima facie non viden-

tur

tur poſſe cum ſequentibus cohærere. Quî enim fieri poteſt, vt totius ædificij latitudo vnius ſit calami ſex cubitos continentis, cùm hic murus exterior quatuor habeat latera æqualia, quorũ vnum quodq́ue habet quingentos calamos in exteriore ſuperficie? Hac ratione ducti aiunt nonnulli intelligi hoc non de campi latitudine, ſed de muri ſpiſſitudine & denſitate; vt ſit ſenſus: Menſurauit craſſitudinem muri illius, & erat ſex cubitorum, ſimiliter & altitudinem. Sed cùm diuini vatis inſtitutum ſit ædificium deſcribere rectè diſpoſitum, non ſit autem rectè diſpoſitus murus, cuius craſſitudo æqualis eſt altitudini, dicunt alij per hoc ædificiũ, quod priùs fuit menſuratum, intelligi domumculam quandam, quæ erat ſupra portam muri exterioris ad vigilum excubias deputata, quæ intra parietes ſpatium habebat ſex cubitorum, & tot etiam in latitudine. Ego exiſtimo per ædificium hoc intelligi totum ædificium cum muris, atriis, thalamis, & templo, & totam denique hanc machinam, quam his capitibus deſcribit Ezechiel. Per latitudinem autem intelligo totam magnam planiciem, in qua erat ſitum ædificium, per altitudinem verò murorum & parietum celſitatem. Exiſtimoq́ue nihil aliud voluiſſe his verbis diuinum vatem ſignificare, niſi totum hoc magnum ædificium fuiſſe vno calamo menſuratum, non quod vnius tantum calami eſſet tam ingens machina, ſed quod tota menſuratio non diuerſis calamis facta fuerit, ſed illo ſolo, quem vir menſurator manu tenebat. Acſi diceret Ezechiel: Non habebat vir ille multos calamos: vnum tantum habebat, quo totum ædificium tam in latitudine, quàm in altitudine menſus eſt. Hæc eſt clara & germana huius loci intelligentia. Vult ſignificare propheta Chriſtum eſſe iuſtum iudicem, apud quem non eſt acceptio per-
Deu.10. ſonarũ, vt decimo Deuteronomij, & decimonono
2 Pa 19. ſecundi Paralipomenon, & aliis in locis diuinæ li-
Iob.37. teræ teſtantur. Rectus iudex, qui meritorum mo-
Rom.2. menta perpendit, & munus ſuum ad rectam iuſti-
Act.10. tiæ in æqualitate conſiſtentis normã dirigit, vnam tantum virgam habet, rectam illam, bona ac mala metientem. Duabus enim rebus reſpublica conti-
Pro.20. netur, præmio & pœna. Id voluit in Prouerbiis Salomon iis verbis ſignificare: Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrumque abominabile eſt apud Deum. Acſi diceret: Eos deteſtatur Deus, qui diuerſis vtuntur ponderibus & menſuris, qui idem factum in inimico vituperant, in amico laudibus efferunt: qui non voluntatem ſuam iuxta leges, quin potius leges ipſas iuxta ſuam voluntatem me-
Simile. tiuntur. Vt enim cymbaliſtæ vſqueadeo variè cymbala pulſant, vt in defunctorum obitu, tempore luctus plorare videantur, diebus autem feſtis, vel publicis ludis ridere, & lætitia exultare: ſic iniuſti & affectibus ducti iudices, qui nõ ratione & æquitate, ſed voluntate & appetitu reguntur, leges ad libitum interpretantur. Adducunt eas ad deprauatam affectionem ſuam, illáſque ita vertunt, & euertunt, vt modo videantur lugere, modò lætitia geſtire & tripudiare. Duos homines idem delictum pariter committentes, ſeque pari culpa implicantes vno ac eodem textu impariter iudicant: quem amplectuntur amicitia, aut à quo munera acceperunt, liberè abſoluunt, & virga affectionis menſurant, alterum autem, quem tali non proſequuntur affectu, grauiter damnant. Cùm lex deberet eſſe regula recta, ad quam mores dirigerentur, efficiunt illi ex ea regulam Lesbiam, quæ ad eorum mores dirigatur. Erat quidem regula Lesbia plumbea, & applicabatur lapidibus, cùm ei lapides applicari deberent: ad quam alludit Ariſtoteles
quinto Moralium. Vt araneæ ex floribus ſalutari- *Simile.*
bus conficiunt venenum: ſic nonnulli iudices & iuriſperiti ex legibus iuſtis conflant & ſibi & aliis perniciem. Leges conditæ ſunt ad lites dirimendas, illi autem ex illis occaſionem ſumunt lites propagandi: remedium controuerſiarum in eundem venenum conuertunt. Leges iubent ſeruari æqualitatem, illi autem eas peruertentes depromunt ex illis inæqualitatis ſententias. Huiuſmodi iudices duos habent calamos, duas menſuras: vna metiuntur diuites, altera metiuntur pauperes, vna magnos, altera paruos, vna amicos, altera inimi-
cos. Hos alloquitur Deus in Leuitico, dicens: No- *Leui.19*
lite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Ipſe Deus omnia in menſu-
ra, & numero, & pondere diſpoſuit, vt eſt libro Sa- *Sap.11.*
pientiæ mandatum. Et apud Eſaiam ait: Ponam in *Eſai.28*
pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura. Non ait: in ponderibus, ſed in põdere: nec in menſuris, ſed in menſura. Duas habet menſuras iudex, qui reſpicit ad munera. Nullum eſt in iudice vitium tetrius cupiditate & auaritia: habere enim quæſtui rempublicam ſceleratum eſt & nefarium. Cùm perſpicuum ſit, corrumpi homines admiratione diuitiarum, nihilq́ue eſſe tam ſanctum, quod non violent amore pecuniæ, nihil tam munitum, quod non oppugnent, ſumma ope niti decet, ne capiãtur diuitiarum cupiditate: ne, & ſe, & rempublicam euertant. Scitum eſt illud Pontij Samnitis, qui aiebat ſe velle tunc natum eſſe, quando Romani munera accipere cœpiſſent, non enim paſſus eſſet diutius eos imperare. Intelligebat vir ſapiens, vix poſſe rempublicam ſtare, cùm iudices & guberna-
tores accipiunt munera. In Deuteronomio ait ita *Deu.16.*
Deus: Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientũ, & mutant ver-
ba iuſtorum. Et Salomon in Prouerbiis: Munera *Pro.17.*
de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij.
Et Eſaias: Væ qui iuſtificatis impium pro muneri- *Eſai.5.*
bus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Hinc oritur inæqualitas, quæ eſt murmuris & ſeditionis ſeminarium, & expellitur æqualitas pacis & tranquillitatis altrix, & amittitur menſura recta, quæ hic ab Ezechiele calamus appellatur: quo Chriſtus ædificium menſurat. Et quoniã in eccleſia diuerſa munera ſunt, & varia merita, ideo in eo ædificio diuerſæ ſunt quantitates, & variæ magnitudines: ſed omnia hæc vno calamo, hoc eſt magna menſurantur æqualitate, vt iuxta cuiúſque opera præmia aut ſupplicia tribuantur. Nam vt ait diuus Paulus in
epiſtola ad Romanos, Deus reddet vnicuique ſe- *Rom.2.*
cundum opera ſua: & apud diuum Ioannem ait *Ioan 14*
Dominus: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Quibus verbis indicat æternæ gloriæ differentiam. Sicut enim alia eſt claritas ſolis, vt ait
apoſtolus in prima ad Corinthios, alia claritas lu- *1.Cor.15*
næ, alia claritas ſtellarum: ſtella etiam à ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum. Sed quemadmodum ſtellæ in cælo ſunt collocatæ, ſic ſancti ſunt in firmamento immortalitatis & æternitatis

nitatis conſtituti. Vna quippe eſt electorum om-
nium in cœlo beatitudo quo ad obiectum, ſed non
æqualiter ab omnibus participata: quoniam ſicut
diuerſa ſunt iuſtorum merita, ſic diuerſa ſunt glo-
Mat. 20 riæ dona. Vnus eſt denarius omnibus, vna merces
pro vineæ laboribus, vna eſt vita æterna, quam
omnes habent, vnus Deus, quo omnes fruuntur:
ſed alij maiorem gloriā alij minorem iuxta vniuſ-
cuiuſque merita participabunt. Et hæc eſt vera
æqualitas præmia cum meritis æqualiter menſura-
Simile. re. Sol cum obiectum ædificij parietem illuſtrat,
per omnes illius partis ianuas ingreditur, eas im-
plens claritate: ſed cùm inæqualis magnitudinis
ſint, per magnas multum ingreditur ſplendoris,
per paruas verò parum. Et dicimus verè, ſolem
æqualiter ianuas illas implere: non quòd æqualis
ſit ſplendoris magnitudo per paruam, & per ma-
gnam introeuntis, ſed quòd æqualis ſit vniuſcuiuſ-
que ianuę magnitudini & capacitati. Sic ille eſt iu-
ſtus iudex, non qui omnes eodem modo metitur, &
paria præmia imparibus meritis tribuit, & æqua
dona inter inæquales diſtribuit, talis enim æquali-
tas inæqualitas eſt, ſed qui præmia largitur iuxta
meritorum magnitudinem & portionem, qui le-
ges obſeruat quib⁹ propoſita ſunt ſupplicia vitiis,
præmia virtutibus. Talis iudex Deo placebit, &
inter homines celebritatem comparabit: funda-
mentum enim perpetuæ commendationis & glo-
riæ eſt iuſtitia, cui ineſt ſummus virtutis ſplendor,
quam viri ſapientes omnium dominam & reginam
virtutum appellarunt. Illud eſt hoc loco aduertē-
dum, non penetraſſe Ezechielem huius magnifici
ædificij interiora, niſi poſtquam eius menſuram &
figuram cognouit. Menſuratio & figura ad geome
triam abſque dubio pertinent. Nam obſtruſa ar-
cana, & magna eccleſiæ ſanctæ myſteria & ſacra-
menta non ille rectè penetrabit, qui fuerit impu-
rus, ſcelerúmque maculis contaminatus, ſed ille
Simile. qui fuerit virtute præditus, & ſapientia ornatus. Vt
enim geometria medium docet & extrema, me-
dium, vt illud amplexemur, extrema vt ea fugia-
mus: ſic Chriſtiana philoſophia de virtute diſſe-
rit, & de virtute in medio cōſiſtente vt eam ſequa-
mur, de vitio cū extremis cōiuncto, vt illud dete-
ſtemur. Ex quo efficitur, vt abſq; virtute in medio-
critate ſita, quæ per geometriā ſignificatur, nemo
poſſit ad ſapiētiæ perfectionem peruenire. Id for-
taſſe intellexit Plato, cum in foribus academiæ ſuę
ſcripſit: Nemo hūc ingrediatur expers geometriæ.


*Et venit ad portam, quæ reſpiciebat viam orienta-
lem.* Dixerat paulò antè, virum hūc, qui calamum
menſuræ manu tenebat, in porta ſtetiſſe: nunc ait
eum veniſſe ad portam. Si erat in porta, quomodo
poſtea venit ad illam? Huic obiectioni poſſumus
reſpondere, priùs fuiſſe in porta ex parte exterio-
re, poſtea verò venit ad partem eiuſdem portæ in-
teriorem: erat enim murus, in quo erat porta, latus,
& ex vna parte craſſitudinis venit ad alteram. Ac-
cipitur autem hîc porta, non pro foribus, ſed pro
oſtio, & muri apertura. Vel antea locutus fuit pro-
pheta de porta primi muri totum ædificium am-
bientis, nunc verò de porta ſecundi muri, quæ ad
orientem reſpiciebat. Hac porta orientali ingre-
ditur ſol ille iuſtitiæ, de quo ait Zacharias prophe-
Zach. 6 ta: Ecce vir, Oriens nomen eius. Et ſubter eū orie-
tur, ædificabit templum domino. Vbi paraphraſtes
Chaldæus pro Oriente vertit Meſſiam. De quo di-
xit alter Zacharias: Viſitauit nos Oriens ex alto, *Luc. 1.*
illuminare iis, qui in tenebris & in vmbra mortis
ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.
Poſſumus per hanc portam rationem naturalē in-
telligere, qua Deus intellectum noſtrum lumine
illuſtrat, de quo ait regius vates: Signatū eſt ſuper *Pſal. 4.*
nos lumē vultus tui Domine. Vel porta hęc lumi-
ne Oriētis illuſtrata fides eſt, quæ eſt porta & prin-
cipium ſalutis: nam ſine fide, authore diuo Paulo, *Heb 11.*
impoſſibile eſt placere Deo: credere enim oportet
accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe
remunerator ſit. Et opinionem hanc tangit quæ-
dam gloſſa de Pœniten. diſtin. ſecunda. capit. Cùm
ſanctam, in verbo ad portam. Neceſſaria eſt nobis
naturalis ratio, ſed non ſatis eſt. Ratio & fides ſunt
veluti duæ ſtellæ, arctica, & antarctica, quibus nau-
tæ gubernantur. Vt enim qui ex noſtra hac Luſita- *Simili-*
nia ad Indiam tendunt orientalem, immenſum *tudo.*
mare nauigantes, vſque ad lineam æquinoctialem
oculos coniiciunt in polum arcticum, vbi eſt ſtella
illa ſeptentrionalis, qua reguntur: at tranſacta li-
nea, ſtellam illam ſeptemtrionalem amittunt, & ab
eius conſpectu penitus diſcedunt, atque alteram
ſtellam nimirum auſtralem in polo antarctico in-
tuentur, qua deinceps gubernantur: ſic in hac vita
incepturi ſumus nauigationem noſtram ducti ſtel-
la rationis, & ad illam actiones noſtras directuri.
Sed ſi volumus ad cœlorū Indiam peruenire, opus
eſt nauigationi noſtræ, hanc rationis humanæ na-
uigationem relinquere, & firmam fidei ſtellam in-
tueri, illaque nauigare, & iuxta eam opera noſtra,
vitæque curſum conficere, & ab eius regula non
declinare Cùm enim ſe obtulerint res illæ, quæ
humanam rationem tranſcendunt, & noſtri iudicij
limites excedunt, quales ſunt eæ, quæ ad Chriſtia-
nam religionem, ad eccleſiæ catholicæ ſacramen-
ta, ad redemptionis humanæ myſteria, & ad alta
cœleſtiaque arcana concernunt, opus eſt non ad
rationis humanæ ſtellam, ſed ad certiſſimum fidē
ſydus intueri, eaque gubernari. Gentes à fide alie-
næ ideo ad cœlorum portum accedere nō poſſunt,
quin potius in mundi mari obruuntur, quia vnam
tantùm habent ſtellam, nimirum naturalem ratio-
nem, Iudæi vero in perfidia ſua obſtinati vtraque
ſunt ſtella deſtituti: non enim ſolùm carent fide,
ſed etiam ob impia ſcelera, & peſtilentem obſtina-
tionem ipſa quoque naturali ratione videntur re-
licti. Ideo aiebat diuus Paulus in prima ad Corin- *1. Cor. 1.*
thios. Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis
quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam, ip-
ſis autem vocatis Iudæis atque Græcis Chriſtum
Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Eſt igitur porta
hæc orientalis aut ratio in rebus humanis, aut fides
in diuinis. Poteris per portam hanc timorem in-
telligere, à quo incipit ſapientia, iuxta illud pſal-
mographi: Initium ſapientiæ timor domini. Quod *Pſal. 110*
eſt etiam à Salomone in Prouerbiis, & ab Eccle- *Prou. 9.*
ſiaſtico vſurpatum. Hic timor incipit intellectum *Eccle. 1.*
illuſtrare eorum, qui ſe humiliant, animum dimit-
tunt, & ad Deum ſupplices accedunt. Id voluit
Dauid verbis illis ſignificare: Declaratio ſermo- *Pſal. 18.*
num tuorum illuminat, & intellectum dat paruu-
lis. Vel, vt poteſt verti ex Hebræo: Porta ſermo-
num tuorum illuminat, & intellectum dat humili-
bus. Id quod alibi appellat initium ſapientiæ, vo-

cat hîc portam diuinorum ſermonum. Non ſolùm qui intimam penetrat ſapientiam, & perfectam obtinet charitatem, illum inatur, ſed etiam oſtium ſapientiæ rerum diuinarum, hoc eſt timor Domini mentem lumine aliquo illuſtrat, vt percipiat, quid ſit fugiendum, quid ſequendum. Ideo hæc porta appellatur oriẽtalis, qua Oriens ipſe, hoc eſt Chriſtus homines ad perfectam charitatem perducit. Timor quaſi locum parat charitati, & vt ait diuus Auguſtinus in expoſitione epiſtolæ primæ diui Ioannis, cùm cœperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparauerat locum: ad cuius rei ex-

Simile. planationem hac vtitur ſimilitudine. Sicut videmus per ſetam introduci linum, quando aliquid ſuitur, ſeta priùs intrat, ſed niſi exeat, non ſuccedit linum: ſic timor primò occupat mentem, non autem ibi remanet, quia ideo intrauit, vt introduce-

1.Ioã.4. ret charitatem. Ideo ait diuus Ioannes in prima ſua epiſtola: Perfecta charitas foras mittit timorẽ.

Simile. Vt ad conſtruendam templi lapidei teſtudinem fit priùs artificium quoddam ligneum, quod ſimplex fornicis appellatur: ſed conſummato ædificio totum illud ſimplex in terram proiicitur, quippe quod ſolùm ad perficiendum templum ſeruiebat: ſic ad perfectæ charitatis conſtructionem erigitur timor: ſed perfecta iam charitate decidit timor ille tanquam artificium tabulatum, & remanet pulchrum magnificumque charitatis ædificium. Non laudo timorem illum, qui oritur ex amore ſui, & diffidentia Dei: de eo enim ait dominus: Nolite ti- *Luc 12.*
mere puſillus grex. Et rurſum: Non turbetur cor *Ioan 14*
veſtrum, nec formidet. Eum laudo timorem, de quo ait Deus: Dominum Deum tuum timebis. Et *Deut 6.*
Ioſue: Timete deum, & ſeruite ei corde perfecto. *Ioſue. 24.*
Et pſalmographus: Firmamentum eſt dominus timentibus eũ. Et Malachias: Orietur vobis timen- *Pſal 24*
tibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Et Chriſtus Deus noſter: Timete eum, qui poteſt & animam & cor- *Mat.10*
pus perdere in gehennam. In via Dei, inquit diuus Gregorius. 2. Moralium à timore incipitur, vt ad fortitudinem veniantur. Et quoniam timor hic Chriſtum intuetur, dicitur hæc porta ad Orientem reſpicere. Sed vt melius hæc porta & tota hæc machina intelligatur, facturum me eſſe operæpretium exiſtimaui, ſi figuram hanc totius ædificij delinearem.



Ædificium hoc ſitum erat in ſpatio quadrato, cuius vnum latus reſpiciebat rectè ad orientem: & hoc erat anterius: oppoſitum verò ad Occidentem: & hoc erat poſterius: alia duo etiam oppoſita, vnum ad ſeptentrionem, alterum ad meridiem. Habebat ædificium hoc tres muros, vnum exteriorem totum ædicium cingentem, alterum medium, tertium interiorem. Intra vnumquodque erat atrium, in intimo autem erat templum conſtructum. Atrium intimum inter templum & murum intimum appellatur atrium ſacerdotum, ſeu atrium interius. Atrium inter murum intimum & medium appellatur exterius reſpectu interioris, ſiue atrium mundorum. Atrium inter medium & exteriorem murum appellatur locus vulgi, ſeu atrium immundorum: quoniam illuc poterant etiam Gentiles introire ad Deum co- *3.Reg.8*
lendum, vt ex tertio libro Regum, & ex euan- *Ioan.12*
gelio Ioannis conſtare videtur. Sunt qui exiſtiment intimum atrium eſſe ſacerdotum, quod erat altius, & templo propinquius, medium eſſe virorum, illud autem, quod erat inter primum & ſecundum murum eſſe atrium fœminarum. Sed nos primam ſequemur denominationem. Primus murus in quadrum diſpoſitus, totum ambiens ædificium latera habebat æqualia, quorum vnumquodque habebat quingentos calamos in longitudine, in exteriore ſuperficie. Cùm autem

in lon

omnilibet calamus ſex cubitos contineret, vt antea diximus, apertè oſtenditur, vt in quodque latus tria millia cubitorum contineret: & conſequenter totum ædificium habere in circuitu duodecim millia cubitorum: nam quater tria millia efficiunt duodecim millia. Murus medius minor erat, interior autem minimus. In primo muro erant tres portæ, vna ad Orientem, altera ad aquilonem, tertia ad auſtrum. Similiter in ſecundo, & in tertio. Itaque in his tribus muris nouem erant portæ, tres ad Orientem ſeipſas directè reſpicientes, totidem eodem modo ad aquilonem, & totidem ſimiliter ad meridiem. Portæ muri exterioris nullam habebant porticum, portæ verò ſecundi & tertij muri porticus habebant in qualitate ſimiles, in quantitate æquales, in hoc tantummodò differentes, quòd ſecundi muri porticus ſeptem habebat gradus, tertij verò octo. Et porticus muri ſecundi erant ab interiore parte muri ſui, porticus verò muri tertij erant ab exteriore. Præterea illud eſt intelligẽdum ex vulgi loco aſcenſum eſſe ſeptem graduum ad atrium mundorum, ab atrio autem mundorum ad atrium ſacerdotum aſcenſum eſſe octo graduum, & ab atrio ſacerdotum ad templum ſimiliter octo graduum aſcenſum. Ex quo colligitur, eſſe templum in loco quodam excelſo conſtitutum. Excelſa eſt enim dei eccleſia, omni-
Mat. 5. buſque cooſpicua, nam vt dominus ait: Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Hic eſt mons ille, de quo ait diuus Ioannes in Apocalypſi:
Apo. 21 Suſtulit me angelus in ſpiritum in montem magnum & altum, & oſtendit mihi cioitatem ſanctam Ieruſalem. Diximus enim io huius capitis exordio totum hoc ædificium quaſi ciuitatem, & Ieruſalem appellari. Eſt ædificium hoc quadrangulare in quadro æquilatero ſitum: de quo ait in
Apo. 21 Apocalypſi diuus Ioannes: Ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta, quãta latitudo. Voluit ſpiritus ſanctus hìc apod Ezechielem, & illic apud Ioannem ſignificare perpetuam eccleſiæ catholicæ firmitudinem ac conſtantiam. Nam corpus quadratum quocunque vertatur, ſemper manet fixum. Quam ob cauſam Ariſtoteles libro 1. Moralium Nicomachiorum aduerſus eos diſputans, qoi hominis felicitatem in bonis externis, incertis, & in caſu ſitis collocabant, ait non eſſe felicem eum, qui inſtar chameleontis ad ſpeciem rerum, quibus admouetur, mutat colorem, ſed qui virtute & cõſtantia munitus, quadratus eſt. Libro etiam Rhetoricorum tertio huius prouerbij mentionem facit. Quemadmodum enim figura quadrata, inquamcũ-
Simi'e. que partem voluatur, ſui ſimilis eſt: ſic vir virtute & ſapientia præſtanti animum tenet immobilem: nec florenti rerum ſtatu, nec aduerſarũ rerum procella propoſitum mutat, & à virtute detorquet: nec eſt quicquam, quæ illum de fortitudiois & cõſtantiæ gradu deiiciat. Et quoniam Gentiles aiebãt Mercurium deum eſſe veritatis, eum ſuper lapidẽ quadratum pingebant, ſignificaotes veritatem eſſe firmam, ſibique cohærere, mendacium verò tanquam inſtabile ſuper globum mobilem, nuſquam firmiter conſiſtentem. Si conſtantiam ipſam in virtute vndiqoe perfectam & abſolutam oculis cerneremus, admiraremus abſque dubio eius pulchritudinem & præſtantiam, ipſaque mirabiles erga nos ſui ipſius amores excitaret. Cùm autem tanta ſit eccleſiæ catholicæ veritas, & firmitudo ac conſtantia, vt ne inferorum quidem portæ poſſint *Mat. 16*
aduerſus eam præualere, non immeritò, ſi quadrata deſcribebatur. Præterea in architectura nihil eſt ipſa quadratura pretioſius & antiquius. Cùm autem Ezechieli propoſitum fuerit pulcherrimum deſcribere ædificium, quod eccleſiæ pulcherrimæ gereret imaginem, oportebat eam quadratam deliniare. Rurſum per quadraturam hanc voluit Deus quatuor euangeliſtarum, & quatuor virtutum cardinalium adumbrare quadraturam: inſinuare quatuor mundi partes, ex quibus erant multi ad eccleſiam venturi. Per murum templum hoc vndique cingentem intelligitur Deus: de quo dixerat Eſaias de eccleſia loquens. Vrbs fortitudinis no- *Eſai. 26*
ſtræ Sion, ſaluator ponetur in ea murus & antemurale. Appellat eam Sion, hoc eſt ſpeculam, quoniam ex ea cœleſtia contemplamur. Huius eccleſiæ murus Deus eſt, eam vndiquè protegens & circundans. Hoc iis verbis prædixit Zacharias: Ego *Zach. 2*
ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Et pſalmiſta: Dominus in *Pſalm.*
circuitu populi ſui, ex hoc nunc, & vſque in ſecu- *124.*
lum. Et alibi: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, *Pſalm.*
fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam. Vbi vides Deum *126.*
eſſe eccleſiæ murum, & gloriam, & cuſtodem. Hanc eccleſiæ dignitatem & amplitudinem intuẽs mentis oculis idem diuinus vates concinebat: Glorio- *Pſal. 86*
ſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Hic eſt murus ille, de
quo ait diuus Ioannes in Apocalypſi, vbi eccleſiæ *Apo. 21*
militantis ciuitatẽ deſcribit, etiam ſi nonnulla interdũ miſceat ad eccleſiã triumphantẽ pertinẽtia. Et habebat ciuitas hæc murũ magnum & altũ. Sed dices fortaſſe. Qui fieri poteſt, vt hi duo loci Ezechielis & Ioannis cohæreant, cùm Ioannes vnum tantùm murum deſcribat, Ezechiel aotem tres? Hoic obiectioni eſt in promptu reſponſio. Nam cùm per murum eccleſiæ Deus intelligatur, Deus autem vnus ſit, apertè concluditur, ſcripſiſſe meritò diuum Ioannem vnicum murum. At cùm in diuinis tres ſint diſtinctæ perſonæ, poſuit Ezechiel tres muros. Diuus Ioannes reſpexit ad vnitatem eſſentiæ, dious Ezechiel ad diſtinctionem perſonarum. Eſt enim Deus vnus in ſubſtaotia, trinus autem in perſonis. Aſpicis igitur miram eſſe conſooantiam inter ea, quæ ioter ſe repugnaotia videbaotur. Poſſumus etiam huic obiectioui ita reſpondere. Diuus Ioannes capite illo loquitur de eccleſia militante, ſed quateous eſt ad eccleſiam triumphantem transferenda: quam ob cauſam multa connectit & cooiungit ad eccleſiam ipſam triumphantem concernentia, Ezechiel autem hoc capite de eccleſia militante in ſe, etiam ſi poſtea in fine viſionis nõnulla dicat, quæ poſſunt ad triumphantem referri. Ideo dicimos diuum Ioannem vnicum murum vidiſſe, quia ciuitas triumphans diuina tantùm eget protectione: Ezechielem verò tres, quia eccleſia militaos triplici indiget præſidio, diuino, angelico, humano per præſules & principes. Habebat præterea diuerſas portas ad diuerſas mundi plagas reſoicientes, quia de diuerſis mundi regionibus erant multi ad templum hoc ingreſſuri, qui repudiatis ſuperſtitionibus ſanctæ religioni adhæſerunt, & verum Dei cultum toto

orbe terrarum amplexati ſunt. Hoc intuens Dauid eccleſiam ipſam ob Chriſti victoriam adeptam, & dæmonis tyrannidem expulſam inducit hoc modo *Pſa.46* gaudio exultantem. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis: quoniam Dominus excelſus, terribilis, rex magnus ſuper omnem terram. Subiecit populos nobis, & gentes *Eſai 35* ſub pedibus noſtris. Et Eſaias, Ambulabunt, Inquit, qui liberati fuerint, & redempti à Domino: conuertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. Et rurſus al- *Eſai.60* loquens eccleſiam primitiuam, Leua, inquit, in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Acſi diceret: Reſpice ô eccleſia primitiua ad omnes terrarum oras, & intueberis ingredientem per portas tuas innumerabilē gentium multitudinem. Omnes ad te repudiato idolorum cultu conuenient, non vno loco, ſed vna fide, Fideles tui non ſolùm à terris propinquis, ſed etiam ab vltimis totius globi terrarum regionibus venient: quos tu ad te properantes intueberis, & oblectatione perfuſa exultabis, & pr e admirabili gaudio erit cor tuum propagatum, cùm hominum multitudo cum magno mari collata, Gentiumq́ue fortitudine inſignium varietas ad te confugerint, miraculorumq́ue fulgura coruſcauerint. Chriſtus quoque apud Lucam, Venient, inquit, ab oriente, & occidente, & aquilone, & auſtro, & accumbent in regno Dei. His igitur prænotatis ad literæ expoſitionem accedamus.

Et aſcendit per gradus eius Nimirum portæ orientalis ſecundi muri, ad quā venit de porta orientali primi muri, quem exteriorem vocamus. Sunt, qui dicant gradus hos eſſe in porta hac orientali muri ſecundi in eiuſdem muri ſpiſſitudine diſpoſitos. Alij dicūt eſſe vltra portam. Ego exiſtimo eſſe ante portam. Nam poſt quam per eos ductor Ezechielis aſcendit menſus eſt limen portæ. Si autem eſſent vel in muri latitudine, vel vltra portam, diceret Ezechiel: Menſus eſt limen portæ, & aſcendit per gradus, At non ita ait: ſed: Aſcēdit per gradus eius & poſtea ſubdit: Et menſus eſt limen portæ. Cùm igitur priùs introeunti occurrerint gradus, quàm limen port e, apertè oſtenditur, eſſe illos ante portam. Non eſt ſilentio prætereundum per varios gradus eſſe ad ſacrarium, hoc eſt, ad cœlum aſcenſionem. Hi ſunt gradus virtutum & meritorum. Nemo enim repentè fit ſummus. Nihil ſe vniuerſum profundit, & totum ſubitò euolat, ſed quæ fiunt & aguntur, ex paruis principijs procedunt, & ſuis progreſſionibus augentur. Hæ progreſſiones appellantur gradus ab Ezechiele. De illis ait pſal- *Pſal.83* mographus, Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum, in loco, quem poſuit. Et enim benedictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Ex his verbis colliges eſſe mundum hunc vallem lachrymarum, cœlum verò eſſe montis excelſi cacumen, quò per virtutum gradus, & Chriſtianæ philoſophiæ progreſſiones illi perueniunt, qui meritò felices appellan- *Iob 31.* tur: Loquens Iob de vitæ ſuæ libro aiebat: Per ſingulos gradus meos pronuntiabo illū, & quaſi principi offeram eum. Ea, quę perfectionē cōſequuntur, non ſtatim ad verticem illius perueniunt, ſed per incrementa meritorum illuc extolluntur. Vt *Simili-do.* terra, vbi ſemen ſparſum recipit, primùm ideo occatum cohibet, deinde diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium paulatim creſcit, erigitur calamus geniculatus ſtipulis ipſum ambientibus, & fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, aduerſus, auicularum morſus ariſtis munitam, donec fructus ad maturitatem perducitur: ſic vita Chriſtiana à virtute ad virtutem progreditur, donec vehitur ad culmen. Quidam incipiunt, alij proficiunt, alij verò faſtigium obtinent. Hos nimirum gradus Dominus apud Marcum ſub *Mar.4* meſſis nomine his verbis deſcribit: Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram, & dormiat: & exurgat nocte & die, & ſemē germinet, & increſcat, dum neſcit ille. Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica. Cùm deſideria bona concipimus, ſpargitur ſemen in terram, cùm in virtutum actiones incumbimus, herba ſumus, cùm in earum firmitudine mentem omnem figimus & locamus, & Chriſtianæ philoſophiæ cōparamus perfectionem, iam plenā frugem in ſpica proferimus. Verùm quot ſint gradus huius portæ non explicat hoc loco Ezechiel. Aiunt nōnulli ſeptem eſſe: quorum ſententiæ ego libenter aſſentior, ductus tranſlatione ſeptuaginta interpretum ita dicente: Et ingreſſus eſt in ſeptem gradibus portam reſpicientem ad orientem. Explicas diuus Gregorius hunc locum ait. In virtutum noſtrarum gradibus Chriſtus aſcendere dicitur, quia tantò nobis ipſe ſublimior oſtenditur, quantò noſter animus à rebus infimis ſeparatur. Et ſunt h c eius verba in ſacros canones relata, de Pœni. diſtin. 2. cap. Cùm ſanctam.

Et menſus eſt limen portæ calamo vno. Duorum liminum fit mentio capite hoc, nempe huius, quod erat in oſtio muri ſecundi ex parte oriētis, & illius, quod erat in eadem porta ex parte occidentis verſus pauimētum. Vtrunque habebat calamū vnum, hoc eſt ſex cubitos in latitudine, quia eandem latitudinem habebat muri ſpiſſitudo. Erat autem limen aliquantulum à terra erectum.

Et thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum. Hoc eſt, quemlibet ſex thalamorum. Hi thalami erant cubicula quędam, ſiue domunculæ ad vſus templi deſtinatę. Erántque nonnullę illarū iuxta portas: quia ſignificant menſiones præſulum, & concionatorum, qui eos, qui ad portam, hoc eſt fidem, ſeu ad pœnitentiam accedunt, leniter & beneuolè ſuſcipiunt. Vel eā ob cauſam erant hæ manſiones iuxta oſtium, quia illi acquieſcēdum eſt, in eo manendum, qui de ſeipſo ait: Ego ſum *Ioan 14* oſtium. Et rurſus: Ego ſum via, veritas, & vita. *Ioan.10.*

Et inter thalamos quinque cubitos Subaudi, menſus eſt. Inter primum & ſecundum thalamum ſpatium erat ſiue veſtibulum quinque cubitorum: inter ſecundum autem & tertium thalamum alterum veſtibulum eiuſdem menſurę.

Et limen portæ iuxta veſtibulum portæ intrinſecus calamo vno. Limen portę, quod antea fuit menſuratum, erat in porta muri medij, ex parte exteriore verſus orientem: limen verò, quod hic menſuratur,

tur, erat in eadem porta ex parte interiore verſus occidentem. Erant autem hęc duo limina eiuſdem menſurę, nimirùm vnius calami, vt ſuprà dictũ eſt. Limina ſolent vulgo ſtatui in ingreſſu foris, hoc autem limen erat internum: quam ob cauſam additur hic particula hec, intrinſecus: quòd eſſet preter conſuetudinem. Aduerte. Non ſolùm huius ędificij calamus, & cubitus, erant, vt antea diximus, à vulgi menſuris differentes, ſed etiam limen à mundi cõſuetudine diſcrepabat. Debemus enim non mundi mores ſequi, ſed diuinam voluntatem. Eam ob cauſam fuit Acham filius Charmi obrutus lapidibus iuſſu Ioſue, quia regulam auream Iericho contra ipſius Ioſue pręceptum ſurripuit. Ioſue Chriſti figuram gerebat, Iericho mundi: regula Iericho ſignificabat mundi regulam, eiúſque impiam cõſuetudinem, quam viri Chriſtiani ex Chriſti pręcepto ſub mortis ęternę pœna declinare tenentur. Id intelligens diuus Paulus in epiſtola ad Romanos aiebat. Nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri. Dicens: huic ſeculo, indicat alterum eſſe ſeculum, cui debemus conformari. Conformamur autem huic ſeculo, cùm eius voluptates, illecebras, diuitias, & impiam viuendi rationẽ ſequimur, cùm vitiis contaminamur, mundique vanitatibus amore deſigimur. Contra verò tum reformamur in nouitate ſenſus, cùm ad Chriſtum confugimus, cùm contemnimus voluptates: cum omnem vitæ curſum in Dei obſequio, in labore corporis, atque in animi contentione conficimus cùm nihil in vita expetendum ducimus, niſi quod eſt honeſtum, & cum vera dignitate coniunctum. Demum tunc mundo conformamur, cum eius res fallaces & nefariæ veluti æneum ſigillum in cordibus noſtris, quæ earum dulcedine inſtar ceræ molleſcunt, imprimuntur, in ſuam nos vanitatem transformantes, vt eas, quocúnque nos ducant, ſequamur. Tunc verò reformamur in nouitate ſenſus, cùm Chriſtũ induimus, eiúſq; amorem habemus in animis impreſſum, & iuxta eiuſdẽ apoſtoli ſententiã, Sicut portauimus imaginẽ terreni, portamus imaginẽ cœleſtis. Et cùm deponimus ſecundũ priſtinam cõuerſationẽ veterẽ hominẽ, qui corrumpitur, & renouamur ſpiritu mentis noſtræ.

Ioſue. 7. | Rom. 12 | 1 Cor. 15 | Ephe. 4

Et menſus eſt veſtibulum portæ octo cubitorum. Supra portam erat ex parte interiore porticus quædam, habens quoddam ſpatium, quod appellatur hoc loco veſtibulum portæ. Menſurauit murum, & primum limen exterius, deinde thalamos, nam menſurato vno omnes menſurabantur, cùm omnes eſſent eiuſdem menſuræ & quantitatis: poſtea menſurauit veſtibula quinque cubitorum, quæ erãt inter thalamos: deinde ſecundum limen, quod erat ex parte interiore: poſtremò veſtibulũ octo cubitorum, quod erat ſpatium porticus, ſiue, vt dicunt nonnulli, ipſa porticus. Eſt autem porticus locus amplus tecto incluſus ad repẽtinos imbres, & feruentis ſolis ęſtus declinãdos: & vmbræ ac deambulationis gratia ædificatus. Aſpicis igitur menſuratam eſſe totam porticus latitudinem præter ſpatium illud duorum cubitorum, quod erat inter ſecundum hunc murum & primum thalamum. Diſtulerat autem illud menſurare vſque ad huc, quòd eſſet minor huius porticus pars. Nũc redit ad illud menſurandum, vocans illud frontem, dicens: Et frontem eius duobus cubitis. Spatium illud ideo vocatur frons, quia per illud videbatur frons porticus verſus orientem conſtituta. In qualibet porticu duæ erant frontes. Sunt, qui per has frontes intelligant duas columnas rotundas muro adhærentes, quarum vna erat ad dextram, altera ad ſiniſtrã: quæ erectę erant vltra totum portę ædificiũ: & habebat quælibet earum duos cubitos in diametri craſſitudine. Sed quoniam in iis frontibus erãt feneſtrę obliquę ad illuſtranda eius interiora, vt poſtea videbimus, nõ videtur fieri poſſe, vt in tam paruo circulo, cuius diameter duorum duntaxat eſſet cubitorum, eſſet interior concauitas, & cochleæ & feneſtræ. Quare rectiùs illi meo quidẽ iudicio ſentiunt, qui exiſtimant has duas frontes duas eſſe turres, portam ex vtraque parte munientes & ornantes: in quarũ turrium ſummitatibus erant pomelli, ſuper quos erant rami palmarũ cælati. In his turribus erant intus aſcenſus ſurſum per cochleam: quarum turrium murus cochleam circundans habebat duos cubitos craſſitudinis ex vtráque parte. Quidam per frontem, de qua hîc loquitur propheta, intelligunt frontiſpicium: alij paraſtades, quas Vitruuius antas vocat: hoc eſt lapides vtrúnque latus portæ muniẽtes. Erant quidem in porta turres illæ, quę frontes appellantur, ſed longè diuerſę ab iis frontibus, de quibus modò loquitur Ezechiel: nam hîc non loquitur de frontibus portę, ſed de ſpatiis illis, quę erant inter ſecundũ murum & primum thalamum, quę frontes appellantur. Illud eſt hoc loco aduertendum: ideo veſtibulum hoc eſſe octo cubitorum. quia octauum diem, hoc eſt domini reſurrectionẽ adumbrabat, & reditus Chriſti ad vitam imaginem gerebat. Ille enim reſurrexit, vt ait apoſtolus, propter iuſtificationem noſtram. Per hoc veſtibulum ducimur ad ſancta ſanctorum, hoc eſt æternam beatitudinem: ſi tamen per frontem duobus cubitis menſuratã tranſierimus. Frons hæc dilectio eſt, duo cubiti ſunt amor Dei, & amor proximi. Duo mandata ſunt, in quibus, vt ait ipſa veritas, vniuerſa lex pẽdet & prophetę: diligere Deum ſuper omnia, & proximum ſicut teipſum. Vnde ait diuus Paulus in epiſtola prima ad Timotheum: Finis pracepti eſt charitas. Eſt enim charitas plenitudo legis, & totius diuinę ſcripturæ ſcopus. Amore ſociata eſt creatori ſuo creatura rationis compos: & vinculum dilectionis ligat vtróſque in idipſum tantò feliciùs, quantò fortius. Sed vt indiuiſa ſocietas, & mirabilis concordia vtrobique perfecta haberetur, geminatus eſt nexus in charitate Dei & proximi: vt per charitatem Dei omnes vni adhærerent, per charitatem proximi omnes vnum fierent: vt quod de illo vno quiſque in ſemetipſo nõ caperet, pleniùs per charitatem proximi in altero poſſideret, & bonum omnium fieret totum ſingulorũ. Hi Duo nexus ſunt duę partes forcipis apud Eſaiam, quibus pruna comprehẽditur: & Duo cubitus, de quibus hoc loco agit Ezechiel.

Rom. 4. | Mat. 12 | 1. Tim. 1 | Eſai. 6.

Veſtibulum autem portæ erat intrinſecus Solẽt veſtibula eſſe citra portam, hoc autẽ erat intra. Nam in tẽplo Dei conſuetudo mundi poſiti in maligno non admittitur. Qua de re paulò antè diſſerui. Eſt autem veſtibulum locus ante ædium ianuam inter ædes ipſas & viam relictus. Vnde Plautus in Moſt. Vidẽ veſtibulum ante ędes.

1. Ioã. 5.

Porro thalami portæ ad viam orientalem tres hinc,& tres inde,menſura vna trium,& menſura vna frontium ex vtraque parte. Et menſus eſt latitudinem liminis portæ decem cubitorum,& longitudinem portæ tredecim cubitorum. Et marginem ante thalamos cubiti vnius,& cubitus vnus finis vtrinque thalami autem ſex cubitorũ erant hinc & inde.Et menſus eſt portam à tecto thalami vſque ad tectum eius,latitudinem vigintiquinque cubitorum: oſtium contra oſtiũ. Et fecit frontes per ſexaginta cubitos,& ad frontẽ atrium portæ vndique per circumitum. Et ante faciem portæ, quæ pertingebat vſque ad faciem veſtibuli portę interioris quinquaginta cubitos. Et feneſtras obliquas in thalamis,& in frontibus eorum,quæ erant intra portam vndique per circumitum:ſimiliter autem erant & in veſtibulis feneſtræ per gyrum intrinſecus:& ante frontes pictura palmarum cælata. Et eduxit me ad atrium exterius,& ecce gazophylacia, & pauimentum ſtratum lapide in atrio per circumitum:triginta gazophylacia in circumitu pauimenti. Et pauimentũ in fronte portarum ſecundum longitudinem portarum erat inferius Et menſus eſt latitudinem à facie portæ inferioris vſque ad frontem atrij interioris extrinſecus, centum cubitos ad oriẽtem,& ad aquilonem. Portam quoque, quæ reſpiciebat viam aquilonis atrij exterioris menſus eſt tam in longitudine, quàm in latitudine. Et thalamos eius tres hinc, & tres inde & frontem eius,& veſtibulum eius ſecundum mẽſuram portæ prioris:quinquaginta cubitorum longitudine eius, & latitudinem vigintiquinque cubitorum Feneſtræ autem eius, & veſtibulum & ſculpturæ ſecundum menſuram portæ, quæ reſpiciebat ad orientem,& ſeptem graduum erat aſcenſus eius, & veſtibulum ante eam. Et porta atrij interioris contra portam aquilonis, & orientalẽ,& menſus eſt à porta vſque ad portam centum cubitos.

Porrò thalami portæ ad viam orientalem tres hinc, & tres inde. Quoniam vnius tantum thalami meminerat, ne aliquis exiſtimaret, vnum tantùm eſſe in qualibet porticu, explicat nunc, eſſe in porticu illa,quæ erat ad viam orientalem,tres ex vno latere,& tres ex altero. A porta muri ſecundi vſque ad portam muri tertij erat quædã via, quæ infra medium veſtibulum appellatur, quoniã per medium illud veſtibulum tranſgrediebatur.Et ex vna parte illius viæ erat quoddam latus illius porticus, quæ illic erat, ex altera vero alterum: & in vtroque erant tres thalami, & duo veſtibula quinque cubitorum: inter thalamos etiã vnum veſtibulum octo cubitorum, & frons illa duorum cubitorum, quæ erat inter primum thalamũ & murum. Et ne quis exiſtimaret hos thalamos inæquales eſſe, explicat eſſe eiuſdem dimenſionis: ſimiliter frontes. Diximus enim ſuprà in latere vno vnam eſſe frontem, in altero verò alteram, quæ ambæ eandem habebant quantitatem. Hæ frontes non erant portæ, ſed ſpatia inter murum & primum thalamum, Sũt, qui exiſtiment eſſe frontes thalamorum: ſed nos noſtram ſequimur expoſitionem.

Et menſus eſt latitudinem liminis portæ decem cubitorum Suprà mẽſus eſt ſpiſſitudinem liminis,procedendo ab oriente ad occidentem,nũc verò metitur latitudinem ab aquilone ad meridiem. Erat autem hæc latitudo decem cubitorum: altitudo verò quæ hic appellatur longitudo tredecim cubitorum. Numero denario decem præceptorum decalogi additur ternarius numerus, quia ille legis perficit mandata, qui fide viua in ſanctiſſimam credit Trinitatem.Qui autem huiuſmodi eſt,inter homines obtinet verum honorem, iuxta id quod ait Pſalmographus: Tunc non confundar, cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis. Et rurſus: Beatus vir, qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis: gloria & diuitiæ in domo eius. Apud Deum autem obtinet gloriã immortalem iuxta illud:Si vis ad vitam ingredi,ſerua mãdata. Et illud: Scio quia mandatum eius vita æterna eſt. *Pſal.118* *Pſal.111* *Mat.19* *Ioan.12*

Et marginem ante thalamos. Ante domunculas illas,quæ hoc capite thalami appellantur,erat ſedile quoddam, quod vocatur margo hoc loco. Habebat autem cubitum vnum in altitudine, & cubitum vnum in latitudine. Per thalamos,vbi habitabant,qui ad portam accedentes recipiebant,ſignificatur charitas, per ſedile ante eos fides quæ charitatem antecedit:poteſt enim eſſe fides in hac vita abſque charitate, charitas autem abſque fide non item.Poſſe quidem eſſe fidem abſque charitate,indicat diuus Paulus in epiſtola ad Corinthios, dicens:Si habuero omnẽ fidem, ita vt montes transferam,charitatem autem non habuero, nihil ſum. Non poſſe autem eſſe charitatem abſque fide in hac vita,oſtendit idem apoſtolus. dicens in epiſtola ad Hebræos, Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.Eam ob cauſam thalami multorum ſunt cubitorum,ſedile autem vnius,quia charitas non ſolùm Deum,ſed proximos omnes complectitur, fides autem vna eſt,ne in ſchiſmata & ſectas diuidatur: vnde magnitudinem arcæ Noe vnus cubitus includit. Et quoniam & Deum & proximum debemus amplecti charitatẽ, ideo ex vtraque parte ſunt thalami conſtituti:& quia charitas in vtróque teſtamento præcipitur. *1.Cor 13* *Heb.11* *Gene.6.*

Oſtium contra oſtium Hoc eſt,erat porta è regione portæ: ſibi portæ mutuò reſpondebant. Poteſt hoc intelligi de portis murorum. Nam in latere orientali tres erant portæ,vna in vnoquóque,quæ omnes directè ſibi inuicem reſpondebant totidem ſimiliter in latere aquilonari,& totidem in auſtrali.Vel poteſt intelligi de portis thalamorum: nam eorum portæ, quæ erant ex vno latere porticus, erant directè verſus portas thalamorum ex altero latere.Hæc videtur rectior expoſitio, quoniam de thalamis loquebatur,non de muris.

Et fecit frontes per ſexaginta cubitos. Hoc eſt, menſurauit frontes,quæ erant ſexaginta cubitorũ. Numerus ſenarius pertinet ad mundi creationẽm, qui

qui ſex diebus conditus eſt:denarius verò propter decalogum ad perfectionem : vt per ſingulos dies decades ſingulæ ſupputetur:& à creaturarum cõtemplatione ad perfectam Dei contemplationem veniamus. Ea enim, quæ Deus ſex diebus creauit, homines mouent, vt vim diuinam admirentur, Deúmque ipſum rerum omnium effectorem cognoſcant, eiúſque amore inflammati ad ipſum rapiantur.

Et feneſtras obliquas in thalamis Aiunt nonnulli, has feneſtras ideo vocari obliquas, quia erant exterius ſtrictæ, intus verò latæ:ita enim fieri ſolent communiter feneſtræ: vt domus poſſint magnam claritatem recipere. De Salomone ait di-
3 Reg. 6 uina ſcriptura libr. Regum tertio. Fecit in templo feneſtras obliquas. Nam illi,quibus lumen ſapientiæ conceditur, templi penetralia replent, & qui ſplendorem diuinæ contemplationis percipiunt, mox animum dilatant, & ad maiora recipienda ſe præparāt. Ego nihilominus exiſtimo,has feneſtras obliquas cõtrario modo dici nempe quia erat foris latæ,intus verò ſtrictæ,vt parum exterioris claritatis reciperent. Ideo dicebantur obliquæ quia non erant inſtar aliarum feneſtrarum conſtructæ. Nam templū illud Salomonis & ſimiliter domus hæ, quæ hic vocantur thalami, diuino ſplendore, magis quàm corporeo lumine illuſtrabantur. Et ſi vtrūmque lumen bonum ſit, & interius per conſcientiam:& exterius per exemplum,tamen multo illuſtrius & præſtantius eſt interius,quàm exterius.
Pſal. 44 Omnis gloria filiæ regis, inquit regius Pſaltes,ab intus: in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Ac ſi diceret:Omnis animæ decor & pulchritudo, & omnes eius voluptates ſunt intus in ipſa anima conſtitutæ:eius gloria & ornamenta ſunt præclaræ virtutes. At ita interiore ornatu delectatur, vt exteriorem etiam curet, & exquirat. Vult aureas fimbrias hominum conſpectui obiectas, & exemplorum bonorum varietatē in operibus exterioribus apparentem. Aſpicis igitur bonū eſſe vtrūmq; ſplendorem,ſed illum longè præſtare,qui intus in rectè factorum conſcientia inuenitur. Id intelli-
2 Cor. 1. gens diuus Paulus aiebat:Hęc eſt gloria noſtra te-
Simile. ſtimonium conſcientiæ noſtræ. Vt pyrum & nucis nucleum comedimus, putamina autem & operimenta in terrā deiicimus : ſic virtute oblectamur, ſpeciem autem virtutis à virtute ſeparatam contemnimus. Virtus eſt veluti ſubſtātia, exterior verò ſuperficies oculis expoſita veluti accidens. Sed vt ſuperficies nucleum cuſtodit, ſic exteriora virtutem conſeruant. Bonæ cæremoniæ ad honeſtatē & Dei cultum pertinētes non ſunt per ſe religionis ſubſtantia,ſed ſunt ipſius ſubſtantiæ ornatrices & conſeruatrices:& veluti folia quædam, quæ cedunt in fructuum pulchritudinem & cuſtodiam. Hoc de ſuperficie illa exteriore intelligendum duco,quæ eſt cum interiore virtute coniuncta: nam qui tetra ſcelera alba virtutum ſpecie cooperit,ſimulans ſanctitatem, non religioſus eſt, ſed hypocrita, ſigno ſimilis, qui plumas omnes cādidas habet,carnes autem nigras : foris albus intus niger.
Simile. Eam cauſam lex vetus eſum cygni prohibebat. Et
Leui. 11 quamuis hypocrita ieiuniis & precibus ſeipſum
Marc. 15 cruciet,nullam tamen cõſequitur veram ſalutem.
Matt. 27. Eſt latro ille, qui à ſiniſtris cum Domino pependit : & Simon Cyrenæus crucem ferens alienam: quoniam inanis gloriæ auiditate incenſus ea facit, qui non diligit. Vt arundo foris pulchra intus va- *Simile.*
na lanuginem pro fructu producit : ſic hypocrita ſpecie exteriore virtutis ornatus foris,intus autem à vera virtute penitus alienus pro ſolido gloriæ fructu ramuſculos producit, inanes illos quidem,
& vento vndique agitatos. Vnde ait in libro Sa- *Sapiē. 1.*
pientiæ ſcriptura diuina: Spes impij quaſi lanugo. *Simile.*
Quemadmodum nõnulli mercatores pelles tantum vendūt vulpium & martium, corda autem & interiora eorum animalium non curant : ſic hypocritæ exteriora tantum hominibus vendunt,de interioribus non tractant. Pelliones ſunt, & pelles vendunt, quibus diuitias, honores, dignitates lucrantur:mercatura eſt ſurda, ſed vtilis,quæ tota in pellibus verſatur:cum Deus præcipiat in lege, vt
pellis animalis illi immolati extrahatur. Sed væ mi- *Leuit. 3.*
ſeris illis,qui neſciunt, quid ob tale lucrū amittāt: amittunt cœlum pro terra, animam pro corpore, Deum pro mundo. Pretium,quod ex hac negotiatione hypocritæ conſequuntur,pœna eſt æterna,& carcerum tenebrarum vorago: imò in hac vita cruciantur, & quotidianis cruciatibus æternos ſibi emunt cruciatus. Nō obtinebunt gloriā,nec Deum
beatitudine intuebuntur: Ideo ait Iob: Non veniet *Iob 13.*
in conſpectu eius omnis hypocrita. Illi ſolū Deum videbunt,qui fuerint animi puritate præditi. Vnde ait Chriſtus Deus noſter : Beati mundo corde,
quoniam ipſi Deum videbunt. *Mat. 5.* Quomodo Deum videbunt,qui ſeipſos non vident? Ea cæcitate laborant impij hypocritæ, vt ſibi libenter aſſententur: vt nec fœdiſſimas labes ſuas,& tetras maculas aſpiciant, nec quàm longè abſint à pietatis excellentia, & iuſtitiæ præſtantia cognoſcant. Quam ob cauſam rarò ad Deum conuertentur. Cū enim ſe eſſe Chriſtianę religionis diſciplina inſtructos confingant, effugant ſpiritum ſanctum, abſque quo conuerti
non poſſunt. In libro Sapientię ſunt hæc verba li- *Sapiē. 1.*
teris mandata : Spiritus ſanctus diſciplinę effugiet fictum. Eam ob cauſam Chriſtus væ, & æternā hy-
pocritis annuntiat damnationem. Apud Matthęū, *Mat. 23*
Væ,inquit,vobis ſcribę & phariſæi hypocritę, qui comeditis domos viduarum,orationes longas orantes, propter quod amplius accipitis iudicium. Hi nullum habent intus in conſcientia ſplendorē, totam lucem ab exteriore aucupantur. At viri euangelica pietate inſignes, & Chriſtiana pietate præſtantes interna claritate gloriantur. Ideo feneſtras conficiunt obliquas,quibus ab exteriore parum luminis introeat, quoniam diuino lumine oblectantur. Cęterum per has feneſtras ſignificantur præſules, & concionatores, per quos debet ſolis diuini claritas ad populū introire. Ideo hæ feneſtrę obliquę ſunt & anguſtę, vt per eas poſſit ſplendor ingredi,non latro. Sed quoniā per hos thalamos per has domunculas & manſiones præſules & concionatores ſignificari diximus, per earum feneſtras illorū ſenſus intelligimus:qui obliqui hoc eſt à falſa mundi opinione abhorrere debent, ne impiā ſceleratorum conſuetudinem imitantes, dicant cum illis: Aſcendit mors per feneſtras noſtras : ita enim
eos facit Ieremias loquentes. *Iere. 9.*

Similiter autem erant & in veſtibulis feneſtræ Per veſtibula hęc intelliguntur porticus hoc eſt ſpatia tecto cooperta.

Et ante frontes pictura palmarum cælata. In ſupe-

riore parte frontium muri, quæ erant in lateribus portæ hinc & inde, erant palmæ ad ornatum & pulchritudinem ſculptæ: Nomine palmæ ſignificatur corona victoriæ, quæ templum Dei ingre-
2.Ti. 2. dientibus promittitur, ſi legitimè pugnauerint: non coronabitur, inquit apoſtolus, niſi qui legitimè certauerit. Sed duplex eſt corona, vna in hac vita, altera in futura: corona huius vitæ poteſt amitti & euaneſcere, corona gloriæ eſt ſempiterna. Ideo non ait Ezechiel eſſe illic palmas verè & re ipſa, ſed palmarum imaginem & cælaturam: quoniam huius mundi res fluxæ ſunt, & veluti imagines & figuræ, corona autem gloriæ in cœlo im-
1.Petr. 5 mortalis eſt, quam beatus Petrus appellat immar-
1.Cor. 9. ceſſibilem: beatus Paulus incorruptam: beatus Ia-
Iaco.1. cobus coronam vitæ: & pſalmographus coronam
Pſal.20. de lapide pretioſo. Ideo ait Ezechiel has frontes excelſas eſſe palmis veluti coronis redimitas, quoniam viri magni, qui rerum cœleſtium auiditate inflammati ad Deum aſpirant, de mundo, dæmo-
2. Tim. 4. ne, & carne mirabilem victoriam reportant. In reliquo repoſita eſt illis corona iuſtitiæ, quam reddet illis dominus in illa die iuſtus iudex.

Et eduxit me ad atrium exterius. Id eſt, vir, qui me ducebat, introduxit me ad ſecundum atrium, quod, vt diximus, appellatur exterius reſpectu interioris, in quo ſitum erat templum. Primũ atrium erat inter primum & ſecundum murum: de quo atrio hucúſque locuti ſumus, quod appellabatur locus vulgi, ſeu atrium immundorum. Ab hoc primo atrio eductus eſt Ezechiel ad ſecundum, quod appellabatur exterius, ſeu atriũ mundorũ, de quo nunc loquitur, quod erat inter murum ſecundum & tertium procedendo ad templum. Hoc ſecundum atrium erat altius primo, quod erat immundorum, & inferius vltimo, quod erat ſacerdotum. Hoc autem ſacerdotum atrium erat aliis altius, & templo propinquius. Nam ſacerdotes ſunt in excelſa dignitate cõſtituti & debẽt eſſent Deo propinqui per charitatem, & animi puritatem, & cæ-
Exo 19. teras virtutes. De illis ait Dominus: Sacerdotes,
Pſa.131. qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne per-
Eſa.52. cutiam eos. Et pſalmographus: Sacerdotes tui induantur iuſtitia. Et Eſaias: Mundamini qui fertis vaſa Domini.

Et ecce gazophylacia. In hoc ſecundo atrio erant triginta gazophylacia. Sunt autem gazophylacia reconditoria diuitiarum. Fortaſſe erant illic poſita, vt in ea poſſent, qui vellent, eleemoſynas coniicere, vel vt in illis tẽpli theſauri reconderentur. Eccleſiam introeuntibus gazophylacia exponuntur ſpiritualium diuitiarum plena: de quibus eſt in Prouerbiis literis mandatum: Redemptio animæ
Prou.13 viri diuitiæ ſunt. Hoc eſt anima viri redimitur opibus ſuis, quæ ſunt veræ virtutes. Septuaginta pro gazophylaciis habent thalamos. Aquila habet cellaria. Symmachus exedras. Sunt qui dicant habitationes eſſe leuitarum, qui templo ſeruiebant. Alij aſſerunt in illis gazophylacij ſolitos eſſe miniſtros templi occidere animalia, quæ erant Deo immolanda.

Et pauimentum ſtratum lapide. Pauimentum hoc erat in atrio ſecundo inter portam orientalem ſecundi muri, & portam orientalem muri tertij, qui erat interior, & templo propinquior. In hoc pauimento erant triginta gazophylacia, quindecim in latere auſtrali, quindecim in aquilonari.

Portam verò, quæ reſpiciebat viam aquilonis. Deſcribitur porta aquilonis, quæ erat portæ orientali ſimilis.

Et thalamos eius tres hinc, & tres inde. Subaudi, menſus eſt. Ex vno latere portæ aquilonaris erant tres thalami, ex altero alij tres. Vtraque pars eſt vtrúnque teſtamentum: & litera & ſpiritus, quæ omnia ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium docent.

Secundum menſuram portæ prioris. Portam priorem appellat portam orientalem, de qua prius locutus eſt.

Quinquaginta cubitorum longitudinem eius. Accipitur longitudo pro altitudine.

Et ſculpturæ. Subaudi palmarum. Dixerat enim antea, eſſe in frontium capitibus picturam palmarum cælatam. Septuaginta pro ſculpturis habent palmas.

Et ſeptem graduum erat aſcenſus eius. Hinc apparet, à vulgi loco ad atrium mundorum aſcenſum eſſe ſeptem graduum. Nam per ſeptem dona ſpiritus ſancti, de quibus agit capite vndecimo Eſaias, Eſai. 11.
poſſumus ad excelſam rerum diuinarum contemplationem aſcendere. Præterea portam ſalutis ingredientibus nondum eſt animi quies & ſecuritas, niſi ſeptem gradus virtutum tranſeant: quarum tres theologales dicuntur, quatuor verò cardinales.

Et porta atrij interioris contra portam aquilonis & orientalem. Hoc eſt, portæ atrij interioris erant è regione aliarum portarum. Tres muri erant in hoc ædificio, & in quolibet erant tres portæ, vna ad orientem, altera ad aquilonem, alia ad meridiem: & ita erant diſpoſitæ, vt qui eſſent in exteriore, viderent alias duas, & portã templi. Templum enim tres habebat portas, murorum portis reſpondentes. Itaque in parte orientali quatuor erant directæ portæ, tres murorũ, & vna templi. Similiter in parte auſtrali, & ſeptentrionali. In parte verò occidentali nulla erat porta, quia ibi erat ſacrarium, quò nemo ingrediebatur, niſi ſummus ſacerdos: & ſacrarium hoc, quod ſanctum ſanctorum vocatur, non habebat introitum niſi per templum. Eam ob cauſam templum hoc multas portas habebat, vt ad illud ex variis partibus introirent: quia futurum erat, vt in eccleſiam catholicam hoc templo ſignificatam multi ex diuerſis orbis terrarũ oris ingrederentur. Portarum varietas introeuntium varietatem ſignificabat. Hæ ſunt portæ de quibus dixe- Pſal. 86
rat regius vates: Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Acſi diceret: Chariores habet Deus portas eccleſiæ, quàm habuerit vnquam vniuerſam ſynagogam. Quis eſt tam omni intellectu alienus, qui credat hoc de portis terrenæ Hieroſolymæ præcipuè intelligi, quas ſcimus fuiſſe traditas igni, & in cineres ac fauillas conuerſas? De portis ſpiritualis Hieroſolymæ loquebatur propheta: de quibus iterum cecinit: Introite por- Pſal 99
tas eius in confeſſione, atria eius in hymnis confitemini illi. His portis ingrediuntur nonnulli ab oriente venientes qui tepidi erant & laſſi, & alij ab aquilone frigidi, alij à meridie feruentes. Propterea alij veniebant ab ſtatu vitæ florente per orientem ſignificato, alij de auſtro procelloſo, & mundi aduerſitate ſeculum fugientes, alij ab alto aquilone, hoc eſt à mundi ſuperbia, de qua ait Ieremias:

Iere.5. remias: Ab aquilone pandetur omne malũ. Nam, *Eccl.10.* vt ait Eccleſiaſticus: Initium omnis peccati eſt ſuperbia. Ea relicta, & vana mundi pompa repudiata multos ad Chriſti eccleſiá veniſſe cognouimus. Ex parte occidentis non erat in hoc templo porta vlla, quoniam ex occidente, ex morte æterna per occaſum ſignificata nemo venit ad Chriſtum: poſt mortem corporis nullus eſt locus reuertendi. Ideo *Gala.6* ait apoſtolus: Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Et Chriſtus Deus noſter apud Ioannẽ: Ope- *Ioan.9.* ramini, dum dies eſt veniet nox, quando iam nullus poterit operari. Promerendi tempus in hac duntaxat vita eſt.

Et menſus eſt à porta vſque ad portam centum cubitos. Hæc erat pauimenti longitudo in duas portas aquilonares muri ſecundi & tertij.

Et eduxit me ad viam auſtralem: & ecce porta, quæ reſpiciebat ad auſtrum, & menſus eſt frontem eius, & veſtibulum eius iuxta menſuras ſuperiores. Et feneſtras eius & veſtibula in circuitu ſicut feneſtras cæteras: quinquaginta cubitorum longitudine & latitudine vigintiquinque cubitorum. Et in gradibus ſeptem aſcendebatur ad eam: & veſtibulũ ante fores eius, & cœlatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius. Et porta atrij interioris in via auſtrali, & menſus eſt à porta vſque ad portam in via auſtrali centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam auſtralem: & mẽſus eſt portam iuxta menſuras ſuperiores. Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius eiſdem menſuris, & feneſtras eius, & veſtibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis vigin-
E tiquinque cubitos. Et veſtibulum per gyrũ longitudine vigintiquinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum. Et veſtibulum eius ad atrium exterius: & palmas eius in fronte: & octo gradus erant quibus aſcendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem, & menſus eſt portam ſecundũ menſuras ſuperiores. Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius ſicut ſuprà: & feneſtras eius & veſtibula in circuitu longitudine quinquaginta cubitorũ, & latitudine vigintiquinq; cubitorum. & veſtibulum eius, id eſt atrij exterioris: & palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus aſcenſus eius. Et introduxit me ad portam, quæ reſpiciebat ad aquilonem: & menſus eſt ſecundum menſuras ſuperiores. Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius, & feneſtras eius per circuitum longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine vigintiquinque cubitorum.

Et adduxit me ad viam auſtralem. Verti poterat: Inde me duxit per viam meridiei.

Iuxta menſuras ſuperiores. Ideſt, hæc porta auſtralis cum poſtibus ſuis eiuſdem erat magnitudinis cum porta priùs deſcripta.

Et cælata palmæ erant. Erant frontes palmis in ſummitate ſculptis ornatæ & veluti coronis victoriæ redimitæ, quemadmodum de aliis frontibus diximus. Aduerte. Palma vna erat ad dextrã, & altera ad ſiniſtram, quia & illi à Deo coronantur, qui in proſperitate habent temperantiam & moderationem, & illi, qui in aduerſitate patientia ſe muniunt, rerúmque humanarum tolerantia. Per dextram florens ſtatus intelligitur, & mundi felicitas, per ſiniſtram verò aduerſitas & calamitas. Palma verò victoribus datur. Ideo eam Salomon in tem- *2.Par.3.* plo pingere præcepit. Sed oportet fortiter laborare, & contendere. Iob comparat hominẽ cum mi- *Iob.14* lite dicens: Cunctis diebus, quibus nunc milito. Et *Iob 7.* alibi: Militia eſt vita hominis ſuper terram. Et cõparat eum cum mercenario, dicens: Sicut dies mer- *Iob.7.* cenarij dies eius. Vult ſignificare, debere hominem certè viuere veluti inter perpetuos inimicos inſtar militis in bello, & fortiter dimicare: & altera ex parte debere ignauiam repellere, & labores ſubire inſtar mercenarij tota die laborantis. Id voluit diuina ſcriptura ſignificare, cum dixit, eos, qui templum Hieroſolymæ, & mœnia ciuitatis inſtaura- *2 Eſd. 4.* bant, manu vna feciſſe opus, & altera tenuiſſe gladium. Armati ædificabant pugnantes & laborãtes. Et Dominus non reddit denarium niſi iis, qui in *Matt. 20.* vinea laborauerunt. Denarius autẽ eſt merces æterna, eſt palma victoriæ, & corona vitæ, quam repromiſit Deus diligẽtibus ſe: quæ hoc loco apud Eze- *Iac 1.* chielem per palmam ſignificatur.

Et porta atrij interioris in via auſtrali. Hoc eſt porta tertij muri, qua erat ingreſſus ad atrium interius per viam reſpicientem ad auſtrum.

In via auſtrali centum cubitos. Hæc erat pauimẽti longitudo à porta ad portam, in porta auſtrali. Tria pauimenta menſurauit, orientale, aquilonare, & auſtrale.

Thalamum eius & frontem eius. Id eſt thalamos eius & frontes ſeu poſtes eius.

Et octo gradus erant quibus aſcendebatur per eam. Ex atrio primo ſiue immundorum aſcẽdebatur ad atrium ſecundum ſiue mundorum per ſeptem gradus: ab atrio verò ſecundo ad atrium tertium ſiue ſacerdotum per octo.

Et veſtibulum eius id eſt atrij exterioris, & palma calata. Poterat hoc ita verti. Et veſtibulum eius erat in atrio exteriore, & quædam palmæ in poſtibus, &c.

Et veſtibulum eius reſpiciebat ad atriũ exterius: cælatura palmarum in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus aſcenſus eius. Et per ſingula gazophylacia oſtium in frontibus portarum. Ibi lauabant holocauſtum. Et in veſtibulo portæ duæ mẽſæ hinc, F
& duæ menſæ inde: vt immoletur ſuper eas holocauſtum, & pro peccato, & pro delicto Et ad latus exterius, quod aſcendit ad oſtium portæ, quæ pergit ad aquilonem, duę menſæ; & ad latus alterum ante veſtibulum

portæ duæ menſæ: Quatuor menſæ hinc, & quatuor menſæ inde, per latera portæ octo menſæ erant, ſuper quas immolabant. Quatuor autem menſæ ad holocauſtum de lapidibus quadris extructæ: longitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vnius ſuper quas ponent vaſa, in quibus immolatur holocauſtum & victima, & labia earum palmi vnius reflexa intrinſecus per circuitum, ſuper menſas autem carnes oblationis. Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ reſpicientis ad aquilonem, & facies eorum contra viam auſtralem, vna ex latere portæ orientalis, quæ reſpiciebat ad
G viam aquilonis. Et dixit ad me. Hoc eſt gazophylacium, quod reſpicit viam meridianã, ſacerdotum erit, qui excubant in cuſtodiis templi. Porrò gazophylacium, quod reſpicit ad viam aquilonis, ſacerdotum erit, qui excubant ad miniſterium altaris. Iſti ſunt filij Sadoch, qui accedunt de filiis Leui ad dominum, vt miniſtrent ei. Et menſus eſt atriũ longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum: & altare ante faciem templi. Et introduxit me in veſtibulum templi, & mẽſus eſt veſtibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde, & latitudinem, portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Longitudinem autem veſtibuli viginti cubitorum, & latitudinem vndecim cubitorum, & octo gradibus aſcendebatur ad eum. Et columnæ erant in frontibus, vna hinc, & altera inde.

Et veſtibulum eius reſpiciebat ad atrium exterius, & cælatura, &c. Poterat hoc ita verti: Et frontes eius erãt in atrio exteriore, palmæque in ipſis frontibus ex vtróque latere.

Et ibi lauabant holocauſtum Vnumquódque gazophylacium habebat oſtium verſus pauimentum, quod erat in frontibus portarum. Et in oſtiis horum gazophylaciorum abluebant miniſtri templi carnes immolandas, quæ erant penitus comburendæ: quæ hic vocantur holocauſtum: holocauſtum idem eſt quod totum crematum. Qui ſe Deo offerunt in holocauſtum, debent animum expiare, & conſcientiam piis lachrymis abluere. Eſt enim animus fractus, atque ob criminis admiſſi cõſcientiam iuſto mœrore, & lachrymarum abundantia deiectus, ſacrificium Deo gratiſſimum. Ita enim ait Da-
Pſal. 50. uid: Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus: cor cõtritum & humiliatum Deus non deſpicies. Si magnificamus aquas florũ aut herbarum, quia abluũt oculos, aut medentur nonnullis vulneribus, cur non magnificamus lachrymas, quæ abluunt animæ ſordes, eiúſque vlcera curant? Hic liquor eſt omni balſamo pretioſior, vtilior, & ſalutarior. Id
3. Reg. 7 voluit ſignificare Salomon, cum mare fuſile: & luteres in templo conſtituit. Per mare fuſile & æneũ, in quo lauabantur ſacerdotes Deo ſacrificium oblaturi, ſignificabatur vera peccatorum confeſſio cum lachrymis coniuncta, qua ſacerdotes nouæ legis ad altare accedentes debent conſcientiæ maculas expiare. Luteres autem, in quibus carnes in altari holocauſtorum offerendæ abluebãtur, lachrymę ſunt contritionis, quibus debent verè Chriſtia- Ioan. 9.
ni labes ſuas delere, vt ſanctum fiat Domino ſacrificium & ad fontem Siloe, hoc eſt ad veram ſcelerũ confeſſionem, ad ſanctum pœnitentiæ ſacramentum confugere, vt cæcitatem, & flagitiorum tenebras detergant. Omnes fluuij non poſſunt prunam vnam extinguere purgatorij, & piæ contritionis lachrymæ ignem illum extinguunt. Vt cum Domus Simile.
aliqua incendio flagrat, qui eam volunt à flammis eripere, ad aquas confugiunt: ſic nos videntes animas noſtras flammis impiarũ cupiditatum flagrantes, ſumus ſtatim ad lachrymas recurſuri, quibus incẽdium extinguamus. Vt in pelui poſitus numus Simile.
à certo quodam loco non cernitur, at ſi vas illud fuerit impletum aqua, ſtatim videtur numus à longè intuentibus: ſic anima noſtra in vaſis fictilibus, intra nos ipſos numus hic admirabilis imagine Dei inſignitus non videtur à nobis, quo fit, vt nos ipſos ignoremus: at tanta poteſt eſſe piarum lachrymarum copia, vt ipſam animam noſtram intueamur, eiuſque peſtilentes labes emundemus. Quatuor ſunt piarum lachrymarum formæ: prima eſt earũ, quę ob peccata propria funduntur: de quibus dixit Pſal. 6.
Dauid: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Secunda eſt ob aliena flagitia, iuxta illud eiuſdem diuini vatis:
Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, quia non cu- Pſa. 118
ſtodierunt legem tuam. Acſi diceret: Ideo oculos meos in lachrymarum fontes cõuerti, quia intueor mortales legem tuam contemnere, ſeque ſceleribus contaminare. Hac ratione ductus aiebat Iere-
mias: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis Iere. 9.
fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filię populi mei? Acſi diceret: Vtinam caput meum eſſet fons perennis, & oculi mei venæ lachrymarum: vtinam caput meum eſſet in aquas conuerſum, quę per oculos tanquam per canales perpetuò manarent, vt ita poſſem ſcelera populi mei debita lachrymarum abundantia deplorare. Tertia lachrymarum ſpecies eſt, cum pro longo huius vitæ incolatu, & memoria exilij à patria cœleſti diffunduntur, iuxta illud: Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur
tui Sion. Et illud: Quando veniã, & apparebo ante Pſa. 136
faciem Dei? Fuerũt mihi lachrymę meæ panes Dei Pſal. 41.
ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: vbi eſt Deus tuus? Quarta eſt pro acerbiſſimorum cruciatuum, & innocentiſſimæ mortis Ieſu Chriſti memoria. Eã animo intuens Ieremias, vimque lachrymarũ pro-
fundens, aiebat: Defecerunt prę lachrymis oculi Trē. 2.
mei: conturbata ſunt viſcera mea. Hæ quatuor la- 3 Reg.
chrymarum formæ ſunt quatuor illę hydrię, quas 18.
aquis impletas iuſſit Elias effundi ſuper holocauſtum, quod fuit gratum Deo, & igne cœleſti mirabiliter deuoratum. Nec caret myſterio fuiſſe ignem cum his aquis copulatũ: ita enim debet Nilus cum Ætna coniungi, vt piarum lachrymarum affluentiam fundamus, & ardenti diuini amoris incendio
flagremus. Eſt in Gallia fons quidam frigidiſſimus, Simile.
qui, vt teſtatur Baptiſta Fulgoſus, cum aquis aliquando flammas ignis diffundit: ſic vir verè Chri-

ſtianus

ſtianns cum piis lachrymis debet diuinæ charitatis
flammas connectere, & beato illo ac admirabili
Exo 14 incendio flagrare. Aqua lachrymarum eſt veluti
mare rubrum, vbi Pharao, hoc eſt impius appetitus
cum vitiorum exercitu obruitur, & flagitiorum ca-
Pſal 72 pita confringuntur, iuxta illud: Contribulaſti ca-
pita draconum in aquis. Nec ſolùm lachrymæ
obruunt flagitia, ſed etiam cordis terram irrigant,
Gene.2 & frugiferam reddunt. Eſt enim lachymarũ abun-
dantia fons ille paradiſi irrigans vniuerſæ terræ
ſuperficiem, & conſitum hortnm, de quo aiebat
Eccl 14 Eccleſiaſticus: Rigabo hortum plantationis. Eſt
Ioan 9 etiam natatorium Siloe, vbi oculi animorum ablu-
untur. Felix ille, qui püs lachrymis offunditur, quo
niam in æterna beatirudine oblectabitur. Nam, vt
Pſa. 125 ait regius vates, Qui ſeminãt in lachrymis, in exul-
tatione metent. O beata femina, quæ pro fructu
Matt 5 æternam producunt voluptatem. Vnde Chriſtus
Ioan.11. Deus noſter, Beati, inquit, qui lugẽt, quoniam ipſi
conſolabunrur. Ipſe Dominns ſuper Lazarum plo-
Luc 19. rauit mortuum, & videns ciuitatem fleuit ſuper il-
lam. Dauid luxit Abſalonem, Chriſtus populum
Iudaicum: fleuit mundi ſcelera, petens à patre cœ-
Heb 5. leſti eorum remiſſionem: & vt ait diuus Paulus in
epiſtola ad Hebræos, cum clamore valido & la-
chrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia.
Audiamus diuum Bernardum iis verbis falſam no-
ſtram lætitiam obiurgantem: Chriſtus compatitur,
& plorat, homo patitur, & ridebit? Et alibi: Deliciæ
angelorum ſunt lachrymæ noſtræ, & delectabiles
lachrymæ pœnitentis. Et iterum: Fœlices lachry-
mæ, quas benignæ manus conditoris abſtergunt, &
beati oculi, qui in talibus liquefieri elegerunt. Di-
nus Hieronymus ita inquit: O lachryma humilis
tna eſt potẽtia, tuum regnum, tribunal iudicis non
vereris: amicorum tuorum accuſatoribus ſilentium
imponis. Non eſt qui te accedere vetet: ſi ſola in-
traueris, vacua non redibis, magis crucias diabo-
lum, quàm pœna infernalis. Quid plura vincis in-
uincibilem, ligas omnipotentẽ, inclinas filium vir
ginis. Et diuus Gregorins: Regnum cœlorum rapi
vult noſtris fletibus, quod noſtris meritis non de-
betur. Et Caſſiodorus in pſalmo: Fletus eſt cibus
animarum, corroboratio ſenſuum, abſolutio pec-
catorum, refectio mentium, lauacrum culparum.
Hæc ille. Vt gelu dureſcit in vaſe quodam inclu-
Simile. ſum, ſed ſi igne agitatur, liqueſcit & per vaſis egre-
ditur foramina, ſic peccati frigiditas vertitur in
duritiem: at ſi diuini amoris igni admoueatur, li-
queſcit gelata illa frigiditas, & in lachrymas reſo-
luta diffunditnr per oculos. Quærendus eſt hic
Pſalm. ignis, vt diſtillant lachrymæ, & peccata deleantur.
147. Emittet enim illum Deus, & liquefaciet ea, flabit
ſpiritus eius, & fluent aquæ. Lugeamus igitur, &
affluentiam lachrymarum fundamus: atq; in atrio
interiore, in intimo conſcientiæ noſtræ holocau-
ſtum, hoc eſt nos ipſos Deo dicatos perennibus la-
chrymis, lauemus eos in ſpiritu imitantes, de qui-
bus hîc ait Ezechiel: Et ibi lauabant holocauſtum.

Vt immoletur ſuper eas holocauſtum. Occidebatur
animal, & caro eius lauabatur & cremabatur, & ita
oblata Deo vocabatur holocauſtum, hoc eſt ſacrifi
cium totũ combuſtũ. Etſi hoc ſacrificij genus anti-
quatũ eſt, remãſit tamẽ, id, quod ſignificabatur per
illud. Caro noſtra eſt diuini amoris igne cõburẽda,
& tota Deo immolanda. Si enim eam effrænatã, ſi-
bique præſidentem exultare & nutriri reliqueri-
mus, abiiciet moderationem & continentiam, &
animum perturbabit, & ad perniciem ſempiter-
nam adducet. Hæc eſt Hæua nos ad pomum prohi- *Gene.3.*
bitum inuitans. Hæc eſt Ægyptia Puthipharis vxor *Gen 39.*
Ioſephum ad falſas voluptates volens allicere.
Hæc eſt Iahel Siſaram ficto amore ſeducens, ſed *Iud 4.*
verè occidens. Hec eſt Dalila, quę Samſonem iu ſi- *Iud. 16.*
num ſuum blandè excepit, eique capillos amputa-
uit, tradiditque Philiſtæis hoſtibus ſuis, qui illum
oculis priuarunt, & ad ignominiam traduxerunt.
Hæc eſt puella ſaltatrix, quæ Ioãnis caput petiuit. *Mar 6.*
Hæc eſt ancilla oſtiaria, ad cuius vocem Chriſtum *Ioan. 8.*
negamus. Eam debemus coërcere & caſtigare iux-
ta id, quod ait apoſtolus in prima ad Corinthios: *1.Cor.9.*
Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Et *Rom.12*
ad Romanos: Obſecro vos fratres per miſericor-
diam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vi-
uentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile ob-
ſequium veſtrum. Hoſtia occidebatur, & apoſtolus
monet vt carnem mortificemus, vt ſit hoſtia vi-
uens, vt ſit victima viua. Si victima eſt, occiſa eſt: ſi
occiſa, quomodo viua? Qui fieri poteſt, vt mortua
& viua eodem tempore ſit? Vult ſignificare apo-
ſtolus, ita nos debere carnẽ mortificare, vt ſit mor-
tua peccato, viua autem gratiæ, mortua concupiſ-
centiæ, viua verò virtuti. Imò viua eſſe non pote- *Rom. 8.*
rit, niſi hoc modo fuerit mortua. Ait enim apoſto-
lus. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſin
autem ſpiritn facta carnis mortificaueritis, viuetis.
Viuere ſecundum carnem eſt eius imperio ſubeſſe,
eius legibus obtẽperare, eius deſideriis duci. Ideo
ait poſtea in eadem epiſtola apoſtolus: Curam car- *Rom.13*
nis ne feceritis in deſideriis. Et ad Coloſſenſes: *Col 5.3.*
Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper ter-
ram. Et ad Galatas: Qui autem ſunt Chriſti, car- *Gala 5.*
nem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſ-
centiis.

Et pro peccato, & pro delicto Peccatum eſt in commiſſione, delictum verò in omiſſione. Vel per peccatum intelligitur culpa venialis, per delictum verò flagitium mortiferum.

Et ad latus exterius, quod aſcendit ad oſtium portæ, quæ pergit ad aquilonem. Ex his verbis colligitur, huius ædificij locum altiorem eſſe ex parte aquilonari: quod ſupra aſſeruimus, verba illa explanantes: Quaſi ædificium ciuitatis vergẽtis ad auſtrum.

De lapidibus quadris extructa Non rotundis, qui
non ſunt ad ædificium apti: ſphærica enim in pun- *Pſal. 117*
cto ſe tangunt: Lapides quadrati ex omni latere
firmiter manent, lapidem angularem imitantes,
qui factus eſt in caput anguli, de quo ait apoſtolus
in epiſtola ad Epheſios: Iam non eſtis hoſpites & *Ephe.2.*
aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei
ſuperædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum
& prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Ieſu
Chriſto, in quo omnis ædificatio cõſtructa creſcit.

In quibus immolatur holocauſtum, & victima. Holocauſtum erat totum crematum, victima non cremabatur tota: ſacrificiũ comprehendit vtrumque.

Gazophylacia cantorum in atrio interiore. Quatuor gazophylacia erant in intimo atrio, duo cãtorum, duo verò ſacerdotum. Sacerdotes immolabãt Deo victimas, & cantores inter immolandum canebant Deum laudibus efferentes. Ea ſacrificia ſunt Deo grata, quę ſponte & cum gaudio fiunt. Id intelligẽs

regius

Pſal 53. regius vates canebat: Voluntariè ſacrificabo tibi:& confitebor nomini ruo Domine, quod bonum eſt. Vbi confiteri accipitur pro laudare. Sunt, qui exiſti ment in iis duobus gazophylaciis ſolitos eſſe habitare ſacerdotes per hebdomadas ſucceſſiuè, qui templo miniſtrabant, & in aliis duobus ſimiliter cantores. Quidam exiſtimant, nec ſacerdotes nec leuitas in his gazophylaciis commorari, ſed ſeruari in illis inſtruměta, ſacerdotum & cantorum miniſterio neceſſaria, qualia ſunt, thuribula, gladij ad occidědum victimas, phialæ, & alia huiuſmodi pro ſacerdotibus: pro cantoribus verò citharæ tympana, cymbala, & alia bniuſmodi.

Iſti ſunt filij Sadoch. Tertio libro Regũ fuit memorię proditum, fuiſſe Abiatharum de ſummo ſa- *1.Reg 2* cerdotio deiectum, & Sadochum à Salomone eius loco conſtitutum. Et ita reductum fuit ſummũ ſacerdotium ad progeniem Eleazari Aaronis filij. Hnius Sadochi erant filij, qui huic templo ſeruiebant. Sadoch idem eſt quod iuſtus & iuſtificans: per quem Chriſtus ſignificatur, de quo dicitur in pſal- *Pſal. 10* mo: Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Et diuus Paulus in prima ad Co- *1 Cor 1* tinthios: Factus eſt nobis ſapiětia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Huius ſunt filij omnes ve- *Ioan.1.* rè Chriſtiani, de quibus ait diuus Ioannes: Quotquot antem eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis ſed ex Deo nati ſunt.

Et menſus eſt atrium longitudine centum cubitorum. Loquitur de atrio interiore, quod erat in medio totius ædificij, in quo atrio ſitum erat templum. Erat autem atrium hoc quadratum, tam latũ, quàm longum.

Longitudinem autem veſtibuli viginti cubitorum. Incipit deſcribere templum, in quo erat veſtibulum, ſanctum, & ſancta ſanctorũ. In veſtibulo ſunt catechumeni, in ſancto baptizati, in ſanctis ſanctorum charitate prędití, ſapientia ornati, virtutum omnium mœnibus muniti, qui diuinarum rerum contemplationi dediti, corpore habitant in terra, animo verò in cœlo, in carne humana degentes vitam cœleſtem, ac diuinę bonitatis effigiem in ſuis moribus ac factis adumbrantes. Huius ſanctuarij ſiue ſancti ſanctorũ porta anguſta eſt, & pauci per eam ingrediũtur. De ea ait regius vates: Hæc por- *Pſal.117* ta Domini, iuſti intrabũt per eã. Et Chriſtus Deus *Mat 8.* noſter apud Matthęum: Intrate per anguſtam por- *Luc. 13* tam: & apud Lucam: Contendite intrare per anguſtam portam.

Et octo gradibus aſcendebatur ad eam. Subaudi interiorem portam. Hi octo gradus ſunt octo illæ beatitudines, de quibus ait Chriſtus: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terrã. Beati mites, quoniam ipſi conſolabuntur: & cæteræ quæ *Mat. 5.* in euangelio diui Matthæi recitanrur: quod euangelium canitur in feſto omnium ſanctorum. Celebrat eccleſia eorum memoriam, qui animum à cor poris contagio ſeuocarunt, ſeque ad Chriſti imita- *Apo. 7.* tionem contulerunt. Epiſtola Apocalypſis illi feſto deſtinata narrat multos eſſe beatos in gloria cœleſti, euangelium explicat vias, quibus ſe ad gloriam illam ſempiternam contulerunt, & gradus, quibus illuc aſcenderunt, & cœleſtem illam beatitudinem compararunt. Eſt euangelium illud ſumma quędam graduum paradiſi, & veluti itinerariũ quoddam, docens vias ad æternitatẽ ducentes. De iis viis dicitur in pſalmo: Vias tuas Domine de- *Pſal.24* monſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Mare ru- *Exo 14* brum in exitu Iſraelitarum de Ægypto fuit in vias varias diuiſum. Ita enim ait diuinus vates: Qui di- *Pſal.135* uiſit mare rubrum in diuiſiones aquarum. Non dixit, in diuiſionem, ſed in diuiſiones, vt multas fuiſſe vias oſtěderet. Fluuius autem Iordanis vnam ſolùm habuit, quando ad ingreſſum Hebręorum fuit retrorſum mirabiliter conuerſum. Nam volětibus *Ioſue 3.* ab Ægypto, à mundi caligine, à flagitiis & ſceleri- *Pſal.113* bus exire viæ multę oſtenduntur: terram autẽ promiſſionis, hoc eſt cœleſtem patriam ingredičtibus vna patet via, nimirum diſcedere in gratia gratum faciente: ad quam viæ alię diriguntur: & per hanc portam illi ad æternam ingrediuntur beatitudinẽ, qui ex hac vita in charitate migrant, vel ſtatim, vel ſi non ſunt omnino purgati, poſtquam in purgatorio permundantur. Vocãtur autem hi octo gradus beatitudines, quòd ad certam illam tendant beatitudinem, in qua cœtus mentium beatarum Deo in æternum fruũtur. Quæ ſunt ad finem aliquem ordinata, debent habere ſimilitudinem aliquam & proportionem cum illo fine, cùm autem nos ſimus ordinati ad ęternam beatitudinem, oportet habere cum ea aliquam ſimilitudinem & proportionẽ. Eſt autẽ hęc ſimilitudo & proportio ſeruare beatitudines diſpoſitiuas & pręparatiuas ad obtinědam beatitudinem vltimam & fruitiuam. Beatitudines autem ſunt paupertas ſpiritus, manſuetudo, lachrymę, deſiderium iuſtitię, miſericordia, munditia cordis, pax, patientia. Vt ſi quis in papiro deliniatum *Simile.* ædificium magnificæ aulæ portaret manu, interroganti quid manu teneret, poſſet rectè reſpondere, ſumptuoſam aulam: non quòd reipſa manu teneret lapides, ligna, calcem, & magnam clauorũ vim, ſed quòd graphidem ædificij & linearum ductum, & ipſum denique ædificium illic deſcriptum geſtaret: ſic paupertas, manſuetudo, miſericordia, & cæteræ huiuſmodi virtutes hic connumeratæ dicuntur beatitudines, non quòd re vera ſint ipſa æterna beatitudo, ſed quòd ſint imago quædam & deſcriptio, quam debet intueri & imitari, qui cœleſtem aulam conſequi, ſibíque quodammodo ædificare voluerit: & quòd qui his virtutibus eſt præditus, & in corpore humano vitam cœleſtem imitatur, gerat imaginem beatorum, quare ipſe beatus etiam appellatur. Has octo beatitudines appellat hoc loco Ezechiel octo gradus, dicens: Et octo gradibus aſcendebatur ad eam.

Et columnæ erant in frontibus. Frontes hoc loco appellantur duæ partes parietis, quę ex vtráque parte oſtij exiſtebant. In vno latere oſtij erat vna, in altero altera: quemadmodũ in templo Salomonis, vt tertio Regum literæ diuinæ teſtantur. Per *3. Reg 2* has duas columnas ſignificantur principes ſeculares Chriſtianam rempublicam in temporalibus gubernantes, & præſules eccleſiaſtici eandem in ſpiritualibus regentes. In epiſtola ad Galatas Petrus *Gala 7.* & Ioannes columnæ vocantur. Imò ipſe Chriſtus apoſtolus omnes & viros apoſtolicos, principes & præſules columnas vocat in pſalmo, dicens: Lique- *Pſa! 74* facta eſt terra, & omnes, qui habitant in ea, ego cõfirmaui columnas eius. Acſi diceret: Cum mundus eſſet

eſſet veluti antiqua domus minitans ruinam, & propè ruitura, ego eam fulcini columnis, hoc eſt Chriſtianis principibus & præſulibus confirmaui. *Prou.10* De iis columnis ait Salomon in Prouerbiis: Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Hæc ſapiētia Chriſtus eſt, qui domum, hoc eſt catholicam eccleſiam ædificauit, de qua tota hac viſione loquitur Ezechiel. Et columnis ſeptem, id eſt multis principibus catholicis & prælatis ſapientibus eam muniuit. Frequens enim eſt, & in diuinis literis vſitatum, numero ſeptenario intelligi indeterminatam multitudinem, vt alibi oſtendimus. Volens Deus oſtendere apud Salomonem multos futuros eſſe, numero vtitur ſeptenario: volens autem ſignificare, non ſolùm de eccleſiaſticis loqui, ſed etiā de ſecularibus, apud Ezechielem duos nominauit duabus columnis ſignificatos. Vt homo ea duabus partibus conſtat, corpore & anima, ſic reſpublica Chriſtiana duobus regiminibus gubernatur, nimirum ſpirituali, quod animæ reſpondet, & temporali, quod corpus ſpectat. *Simile.* Et vt anima & corpus tam intimam habent inter ſe coniunctionem, vt nec anima velit corpus deſerere, nec corpus ab ea ſeparari: ſic hæ duæ gubernationes mutuam debent inter ſe, ſummámque habere concordiam & amicitiam. Quemadmodum *Simile.* ea, quæ ex India aſportantur Orientali, magnifacimus, quòd deferantur ex regione remotiſſima, ſic principes terræ ſpirituale principatum & veram religionem, quam filius Dei attulit ex cœlo in terram, quapropter humanam naturam aſſumpſit, debent pluris quàm terrena, imò ſummo pretio æſtimare: nam ea, quæ ex oris ſemotis adducuntur, parua ſunt & caduca, ea autem, quæ de cœlo venerunt, magna ſunt, & perpetua. Quare debent duæ templi columnæ mutua, maximáq; inter ſe cōſuetudine & charitate coadunari. Hæ ſunt duæ illæ *Cant.3.* columnæ, de quibus eſt in Canticis literis mandatum: Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit. Hoc eſt, verus Salomon, rex pacificus, Chriſtus Deus noſter eccleſiam conſtituit de lignis cedrorū Libani, hoc eſt de Chriſtianis odoriferis, vbi columnas id eſt principes & antiſtites collocauit argenteos, ob vitæ puritatem & doctrinæ ſplendorem: cuius eccleſiæ pauimentum eſt aureum propter charitatem, & tectum purpureum ob Chriſti ſanguinem: & medium ſiue intimū eius diuino circundatum amore. Quemadmodm operimentum tentorij, ſiue cœlum lecti eos tegit, qui in lecto ſunt, ſic & Chriſti ſanguis eos, qui in eccleſia commorantur. At principes illi, & antiſtites, qui diuina lege contempta ſe turpibus dedunt voluptatibus, qui non ſolùm nocent, quòd ipſi deprauantur, ſed quod alios deprauent, peccato & exemplo lædentes, non merentur appellari columnæ: ſed qui appetitus ſuos domuerint, & de mundo, carne, & dæmone victoriam reportauerint. Ita enim ait *Apoc.7* apud Ioannem in Apocalypſi Deus noſter: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. Hæ ſunt columnæ, de quibus loquitur hic Ezechiel.

* * *

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XL.

In exordio anni. Septuaginta habent ἐν τῷ πρώτῳ μηνί. Hoc eſt in primo menſe. Si primus erat menſis, apertè colligitur principium eſſe anni. Sed hic primus menſis non erat anni legitimi, ſed anni iobilei, qui annus incipiebat menſe ſeptimo, die decima menſis, quæ eſt dies expiationis, vt oſtendimus in explanatione. Pro exordio eſt in Hebræo: בראש beros: quæ dictio principiū ſignificat, & exordium, vt in Pſalmo: Principium verborum tuorum veritas. Acſi diceret: A principio, à mundi conſtitutione ſemper verba tua fuerunt veritate pleniſſima. *Pſal.118* Significat etiam caput, & ſummitatē, & principem pro capite accipitur capite tertio Geneſis, *Geneſ.3* Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, & ipſa conteret caput tuum. Septuaginta habent: Ipſe tuum conteret caput, Chriſtum intelligentes virginis filium, qui dæmonis opera euertit, hominesque ab eius tyrannide liberauit. Huc alludens apoſtolus Romanis dicebat: *Rom.16* Deus autem pacis conterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter. Ex Hebraico poteſt verti: Et inter fructum tuum & fructum illius, & ipſe confringet caput tuum. Paraphraſis Chaldaica habet: Inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter filium tuum, & filiū eius Ipſe obſeruabit tibi, quod feciſti ei à principio, & tu obſeruabis ei in finem. At editio vulgata refert hoc ad virginem Mariam, ita vertens. Et ipſa conteret caput tuum. Et rectè quidem: ipſa enim eſt cœleſtis Iudith, quæ caput impij Olophernis præcidit, quoniam cum peperit, qui hanc de dæmone victoriam reportauit. Capite. 2. Geneſis, vbi nos habemus Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum; *Gene.2.* qui inde diuidebatur in quatuor capita. Pro capitibus eſt in Hebraico nomē hoc rox. Ea enim, quæ ab vno diuiduntur, appellantur capita, quia vnumquódque caput ſibi ipſe efficitur. Ideo habet paraphraſis Chaldaica: Erat in quatuor capita fluminum. Septuaginta verò tranſtulerunt: Diuiditur in quatuor principia. Sed quoniam dictio hæc ſignificat præcipuum, poteſt verti locus ille: Qui inde diuiditur in quatuor flumina præcipua. R. Ionah vertit: In quatuor flumina magna. Eam ob cauſam verti poterat hic Ezechielis locus: In præcipuo anno. Hoc eſt in anno iobilei, qui apud Hebræos inter omnes alios annos principatum obtinebat. Et appellabatur annus emergens.

Et ecce vir, cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris. Septuaginta habent: Et ecce vir, & viſio eius erat quaſi viſio æris ſplendentis. Et præclarè quidem, nā de eo ait diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos: *Heb.1.* Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Vbi Cyrillus per ſplendorem gloriæ coæternitatem ait ſignificari. Photius per hanc paternæ gloriæ relucentiam ſignificari ait filium à patre procedentem. Nec otioſum putat participium ὤν, eſt enim in Græco: Qui ens ſplendor gloriæ: ens enim nomen filij eſſe exiſtimat ſicut & patris. Loquens enim Deus Moyſi dixit illi: ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Id eſt, ego ſum ens. Pro quo vertit noſter interpres: Ego ſum, qui ſum. Cæterum pro ære eſt in Hebraico: נחשת nechoxeth, quod nomen æs ſignificat, & chalybē: pro quo apud Ieremiam tranſtulit *Iere.6.*

& quinque cubitis inde: & menſus eſt lon-
gitudinem eius quadraginta cubitorum, &
latitudinem viginti cubitorum. Et intro-
greſſus intrinſecus menſus eſt in fronte
portæ duos cubitos, & portam ſex cubito-
rum, & latitudinem portæ ſeptem cubito-
rum. Et menſus eſt longitudinem eius vi-
ginti cubitorum, & latitudinem viginti cu-
bitorum ante faciem templi Et dixit ad me:
Hoc eſt ſanctum ſanctorum Et menſus eſt
parietem domus ſex cubitorum, & latitudi-
nem lateris quatuor cubitorũ vndique per
circuitum domus. Latera autem ad la-
tus bis triginta tria: & erant eminentia, quæ
ingrederentur per parietem domus in late-
ribus per circuitum, & continerent, & non
B attingerent parietem templi. Et platea erat
in rotundũ, aſcendẽs ſurſum per cochleam,
& in cœnaculum templi deferebat per gy-
rum. Idcirco latius erat templum ſuperiori-
bus, & ſic de inferioribus aſcendebatur in
ſuperiora, & in medium. Et vidi in domo
altitudinem per circuitum, fundata latera
ad menſuram calami ſex cubitorum ſpacio,
& latitudinem per parietem lateris forinſe-
cus quinque cubitorum, & erat interior
domus in lateribus domus.

EXPLANATIO.

Et introduxit me in templum. Viri ſapientia præ-
ſtantes, qui philoſophiæ fontes voluerunt aperire,
& res cognitu digniſſimas ab obliuione hominum
atque ſilentio vindicare, tres eſſe mundos aſſerue-
runt: & has ſuas aſſertiones literis mandarunt. Pri-
mum mundum alios excelſitate, dignitate, & am-
plitudine facilè vincentem appellarũt ſupramun-
danum, angelum, & intellectualem: qui à nemine
ſatis pro dignitate laudibus effertur: quoniam eſt
ſupremum illud mentium beatarum domicilium,
quæ deo ſempiterno æuo fruuntur. Tanta eſt glo-
ria refertum, vt eius admiratione quadam veluti
1.Cor.2. perculſus diuus Paulus has voces emiſerit: Sicut
ſcriptum eſt: Quod oculus non vidit, nec auris au-
diuit nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit
Deus his, qui diligunt illum. Mundum ſecundum
appellarunt cœleſtẽ, qui nouem orbibus ſeu glo-
bis conſtat: quorum vnus primum mobile appella-
tur, & extimus cœleſtis, qui reliquos omnes com-
plectitur. Tertium & poſtremum appellarunt ſu-
blunarem, quatuor elementis cõſtantem, quorum
infimum eſt terra immobilis, in quam feruntur
omnia ſuo motu põdera, quę ima ſede ſemper hæ-
ret, complexa medium totius vniuerſitatis locum.
In hoc mundo propoſuit Deus hominem, qui etiã
mundus appellatur, ſed mundus paruus, qui à
Mar. vlt. Græcis dicitur micro coſmos, & in euangelio om-
nis creatura nuncupatur: quia rerum omniũ crea-
turarum communicationem re ipſa complectitur.
Simile. Quemadmodũ magni reges, cum vrbem aliquam
mœnibus inſignem olim condebant, ſoliciti erant
ſtatuam ſuam in ea collocare, vt vrbe abſoluta
imaginem ſuam omnes aſpicerent: ſic ſummus ille
Deus totius mundi effector, & moderator, con-
ſtructa mundi machina, poſtremum omnium ho-
minem in medio illius tanquam imaginem ſuam
conſtituit: hac enim in re homo ſuperat cœlos ad-
mirabili conuerſione & celeritate concitatos: &
micantibus aſtris diſtinctos, quòd non illos, ſed
cum ſciamus eſſe ad Dei imaginem & ſimilitudi-
nem procreatum: & in hoc tertio mundo, quem
incolimus, vt primum conſequatur, conſtitutum.
Hic tertius mundus in quo mortales vitã degunt,
plenus eſt tenebrarum: primus plenus lucis: me-
dius ex luce & tenebris temperatus. Hic per aquas
ſignificatur fluxas & inſtabiles, ille per ignẽ ſplen-
didiſſimum, & immortalem, medius hoc eſt cœlum
mediam obtinens naturam per ignem & aquam:
quam ob cauſam ab Hebræis vocatur xamaiim: eſt
enim xamaiim: ex ex, quod ſignificat ignem, &
maiim, quod ſignificat aquas, compoſitum, vt non-
nulli ex Hebræis arbitrantur. Horum trium mun-
dorum imaginẽ gerebat antiquum illud taberna-
culum à Moyſe mirabiliter conſtructum: & poſtea
templum illud magnificum à Salomone ædifica- *Exo. 25*
tum. Erat enim tabernaculum quemadmodum & *3.Reg.6*
templum in tres partes diuiſum, quarum ſingulæ
ſingulos, quos dixi, mundos repræſentabant. Prima
pars, quæ atrium nuncupabatur, vbi homines am-
bulabant non ſolum mundi, ſed immundi, non ſo-
lùm ſacri, ſed etiam prophani, vbi animalia Deo
oblata occidebãtur, erat huiuſmodi ſublunaris ex-
preſſum ſimulacrum. Hìc enim boni commoran-
tur, & mali, eſtque perpetua ortus & interitus vi-
ciſſitudo. Pars illa tabernaculi ſecunda, quæ dice-
batur ſancta, tota auri micans ſplendore, candela-
broque ſeptem lucernis diſtincto illuminata, cœlũ
repræſentabat, quod ſeptem planetis per ſeptem
lucernas ſignificatis illuſtratur. Pars illa intima, *Exo.25*
quæ erat ſacratior, vocata ſancta ſanctorum, vbi *Exo.26*
erat propitiatorium, & cherubim alas ſuas expan- *3.Reg 6*
dentes, & ſeipſos ſpectantes, imago erat mundi il-
lius angelici, ſupremi, & ſempiterni, vbi ſancti re-
quieſcunt diuina viſione ſummè oblectati, bono-
rum copia repleti, & pulcherrimis gloriæ immor-
talis ornamentis magnificentiſſimè muniti. Illa *Exo.25*
enim Dei ciuitas ſempiterna eſt tabernaculum il- *Heb 9.*
lud, quod, vt verbis vtar apoſtoli in epiſtola ad *Heb.9.*
Hebræos, fixit Deus, & non homo. Nam in ſancta
ſanctorum ſemel in anno ſolus pontifex cum ſan-
guine introibat: quoniam futurum erat, vt Chri-
ſtus Ieſus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum
per amplius & perfectius tabernaculum, per pro-
prium ſanguinem introiſſet ſemel in ſancta ſan-
ctorum æterna redemptione inuenta. Aſpicis igi-
tur per tres tabernaculi partes, tres mundos ſigni-
ficari, hunc quem homines & bruta incolunt, cœ- *Exo. 38*
leſtem, in quo micantes planetæ coruſcant, & ſu-
per cœleſtem, beatiſſimũ ſanctorum domicilium.
Et quoniam ſanctum ſanctorum æternam adum-
brabat beatitudinem, ad quam ante Ieſu Chriſti
mortem nemo aſcendebat, erat velo tectum, quod
fuit illo moriente ſciſſum: vt intelligeremus eſſe
nobis per Chriſti ſanguinẽ & crucem ad ſuper cœ- *Matt. 27.*
leſtem patriam, & cœlitum conſortium viam reſe-
ratam. Ideo crux Chriſti duo ligna habebat con- *Mar.15*
iuncta, vnũ rectũ, tendens ſurſum, alterũ tranſuer- *Luc.23*
ſum, vt intelligeremus naturã humanã per lignum
trãſuerſum ſignificatã ſociatã eſſe angelicæ naturæ

per lignum ſurſum erectum intellectæ: & meritò crucis & mortis innocentiſſimi agni fuiſſe homines angelorum conſortium in æterno tabernaculo conſecutos. Sciſſio veli indicauit patere deinceps nobis aditum ad patriam, ad gloriam ſanctorum, ad cœtum mentium beatarum, vnde ob primi parentis peccatum eramus à principio ſecluſi. Et licèt hi tres mũdi ſint diſtinctè inter ſe, poſſunt tamen vnus mundus appellari, quòd ab vno principio, & ad eundẽ finem omnes referantur: & vno quodam concentu inter ſe temperentur. Quod in vno eſt, in alio etiam quodammodo inuenitur: eſt apud nos ignis, eſt in cœlo Sol, eſt in æterna beatitudine perfecta & ſumma charitas. Elementaris ignis vrit, cœleſtis illuminat, ſuper cœleſtis amore ſuauiſſimo & beatiſſimo inflammat. Hi tres mundi non ſolùm in tabernaculo Moyſi, & in templo Salomonio, ſed in hoc etiam admirabili Ezechielis templo fuerunt adumbrati. Et præter eos alius eſt mundus nimirum eccleſia catholica, in qua hi tres quodammodo continentur: nam in ea eſt vita & mors mundi ſublunaris, eſt claritas & obſcuritas mundi cœleſtis, eſt charitas mundi ſupra cœleſtis, quæ hic incipit, ſed ibi eſt omnibus numeris abſo-
Heb. 11. luta. In eccleſia eſt fides illa, quę eſt iuxta diui Pauli ſententiam ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium. Dicitur autem ſubſtantia, quòd per fidem ſubſiſtant in nobis etiam modò ſperanda, quæ in futuro per experientiam ſubſiſtent. Id intelligens Chryſoſtomus in expoſitione in epiſtolam ad Hebræos ait: Fides in anima noſtra facit ſubſiſtere ea, quæ non videntur. Itáq; in eccleſia ea dicuntur ſuo modo eſſe, quæ in æterna ſunt beatitudine. Et licèt ibi non ſit fides cum beatitudine, quoniã fides in ſui ratione habet imperfectionem, quæ eſt ex parte ſubiecti, vt ſcilicet credens non videat id, quod credit, beatitudo autem ex ſui ratione habet perfectionem ex parte ſubiecti, vt ſcilicet beatus videat id, quo beatificatur, eſt tamẽ in beatitudine id, quod credimus, etiã ſi ibi fides non ſit, nec quo ad actum, nec quo ad habitum. Imò iuxta diui Thomæ ſententiam fieri nequaquam poteſt, vt eadẽ fides numero maneat in patria: itáque non ſolùm manet, ſed nec manere poteſt. Non tamen me fugit Durandum ſubtilibus & ingenioſis argumentis oſtendere velle, poſſe in beatitudine fidem quo ad habitũ manere: ſed diui Thomæ ſententiam ſemper amplectandam duxi, ob eius rationem, & admirabilem doctrinam, & ſapientiam, & ſanctitatem. Cùm autem per hoc Ezechielis templum tres mundi ſignificentur, hi autem mundi in eccleſia intelligantur, rectè aſſerunt, qui per templum hoc eccleſiam intelligendam dicunt: quam Deus voluit diuino noſtro vati in hoc admirabili ædificio demonſtrare. Duo alia ædificia nempe tabernaculum Moyſaicum, & templum Salomonium eccleſiam etiam adumbrabãt, ſed templum præcipuè: nam per tabernaculũ proprius legis veteris ſtatus ſignificabatur, per templũ verò ſtatus eccleſiæ. Eam ob cauſam ad tabernaculi conſtructionem ſolum Hebræi conuenerunt, ad ædificationem verò templi non ſolùm Iudæi, ſed Gentiles, vt diuina commemorat ſcriptura.
3. Reg. 5 Ideo tabernaculum erat mutabile, templum verò firmum & immobile. Et quãuis hoc ita ſit, vt toto tẽplo ſignificetur eccleſia, tamen propriè per ſancta ſanctorũ ſignificatur æterna beatitudo, & eccleſia triũphans. Vt enim nemo poterat ingredi ad ſancta ſanctorũ niſi per templũ, ſic nemo ad gloriã peruenit immortalem & eccleſiam triumphantẽ, niſi per eccleſiã militantẽ. Qui ſunt extra hoc ædificium, ſunt extra eccleſiam: qui in illo ſunt, in ea morantur: ſed qui magis accedũt ad ſancta ſanctorum, maiore flagrant charitate. Quidã ingrediuntur, quidã proficiũt, quidã longiùs procedũt, perfectionem euangelicã obtinentes, & in cœlis conuerſantes: aientes cum apoſtolo: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Hoc templũ ingreditur nunc Eze- *Phil. 3.*
chiel cum ductore ſuo: ipſius templi architecto, & menſuratore, hoc eſt cum Chriſto, quem magnoperè obſecro & precor, vt me ipſum ducat, veramque mihi eius intelligentiam oſtendat.

Et menſus eſt frontes. Frõtes hoc loco appellãtur ſuperficies exteriores parietũ ex vtraq; parte oſtij exiſtentiũ, quòd ad portã accedentibus è fronte ac è regione apparerent. Superficies autẽ interiores non appellantur frontes, quòd ingredi volẽtes laterent. Habebant verò hæ frontes ſex cubitos latitudinis ex vtraq; parte. Sex diebus cõditus eſt mũ- *Gene. 1.*
dus: quam ob cauſam per numerũ ſenariũ creaturarum creatio intelligitur, ex qua ad creatoris cõſiderationem poſſumus peruenire, ex rerum creatarum ordine, pulchritudine & conſtantia cognoſcentes effectorem. Ideo ſex cubiti erant latitudinis in frontibus templi, quæ ſe templum ipſum ingredientibus offerebant.

Latitudinem tabernaculi. Hoc eſt, menſus eſt totam templi latitudinem. Accipitur tabernaculum pro templo. Porticus templi habebat viginti cubitos longitudinis; & vndecim latitudinis: corpus templi appellatũ ſanctũ habebat quadraginta cubitos longitudinis, & viginti latitudinis: ſanctum ſanctorum habebat viginti cubitos lõgitudinis, & totidẽ latitudinis. Longitudo autẽ ſancti, & ſancti ſanctorum erat ab oriente ad occidentem, latitudo vero ab aquilone ad auſtrũ. Sed in porticu diuerſo modo: nam eius longitudo erat ab aquilone ad auſtrum, latitudo verò ab oriente ad occidentẽ. Igitur lõgitudo porticus & latitudo ſancti, & latitudo ſancti ſanctorum eãdem habebant menſuram, nimirum cubitos viginti. Itaq; ſemper templum ſiue in porticu, ſiue in ſancto, ſiue in ſancto ſanctorum habet viginti cubitos ab aquilone ad auſtrũ. Nunc menſuratur, ea pars templi, quæ appellatur ſancta, quæ erat templi corpus: & primũ menſuratur eius latitudo: & ait diuinus vates, duas eius frontes habere in latitudine duodecim cubitos, nã vnaquæq; ſex cubitos habebat: & ait hãc eſſe tabernaculi hoc eſt templi latitudinem. Et ſubdit ſtatim: Et latitudo portę duodecim cubitorum erat. Erat in medio porta decem cubitorũ in latitudine, quæ ex vtroq; latere frontem vnam habebat longitudinis ſex cubitorum: cùm autem duæ eſſent frontes longitudinem efficiebant duodecim cubitorum. Sed hæc non videntur prima fronte cohærere: nam ſi porta in medio parietis tranſuerſi decem erat cubitorũ, & duæ eius frõtes duodecim cubitos habebãt, rectè ſequitur totã tẽpli latitudinẽ eſſe viginti duorum cubitorũ: decẽ enim cubiti portę cũ duodecim frõtium efficiũt vigintiduos: at nos dicimus totã eius latitudinem viginti duntaxat eſſe cubitorum. Sed diligenter intuẽtibus nulla hîc apparet contrarie-

tas:

tas: nam porta hoc loco non pro muri apertura
accipitur, ſed pro foribus, & valuis ligneis, quæ
aperturam ipſam claudebant: quæ valuæ latiores
erant ipſa oſtij apertura. Duæ valuæ portam in
medio claudebant, quarum vtraque quinque ha-
bebat cubitos, & ex conſequenti ambæ decem cu-
bitos efficiebant, cum tamen apertura ipſa octo
tantum eſſet cubitorum. Iuxta valuarum cardines
erant duæ erecturæ extra aperturam, quarum vna-
quæq; vnum cubitum habebat. Et ita licet valuæ,
cum clauſæ erant, decem haberent cubitos latitu-
dinis, porta tamen octo duntaxat habebat, quia
duæ erecturę duos cubitos occupabant. Cùm ergo
porta eſſet octo cubitorum, & ex vtraq; eius parte
ſex eſſent cubiti, apertè oſtenditur, totam templi
latitudinem viginti eſſe cubitorum, vt ſtatim aſſe-
rit propheta.

Et latera porta. Poteſt verti ex Hebræo: Et hu-
meri portæ. Et rectè quidem: nam humeri ad opera
referuntur, propter quæ per portam fit ad vitam
Exo.39. ingreſſus. In veſte pontificis ſuperhumerale cum
rationali conſtringebatur, vt rationi opera copu-
Pſal.118 larētur: & poſſet dicere vir eccleſiaſticus: A man-
datis tuis intellexi.

Et menſus eſt eius longitudinē quadraginta cubitorū.
Hoc intelligitur de parte illa templi quæ appella-
Act.14. batur ſancta, quæ erat quadraginta cubitorum in
Exo.24 longitudine ab oriēte ad occidentē, & ab ingreſſu
3 Re.19. vſq; ad ſanctuarium, quia per multas calamitates
oportet nos introire in regnū Dei. Numerus qua-
Num. dragenarius afflictiones plerūmq; deſignat. Vnde
14. Moyſes & Elias quadraginta dies ieiunant: & filij
Deu.19. Iſraelis quadraginta annis in ſolitudine affligūtur.

Et ingreſſus interinſecus. Hoc eſt, in ſancta ſan-
ctorum.

*Et menſus eſt longitudinem eius viginti cubitorum,
& altitudinem viginti cubitorum.* Hæc pars templi
erat æquilatera, tota vndique quadrata & æqualis,
& omnibus numeris abſoluta: cùm aliæ duæ partes
inæquales eſſent, nempe porticus & ſancta. Vt au-
tem hæc perfectè intelligantur, cōducere arbitror,
eorum ortū à fonte repetere. Hieroſolymæ tem-
plum non fuit à Dauide ſanguinis effuſore condi-
tum, ſed à Salomone pacis amantiſſimo: quia futu-
rum erat, vt rex cœleſtis verus Salomon, hoc eſt
3.Reg.5. verè pacificus, Chriſtus Deus noſter, quem Eſaias
67. principem pacis vocat, & diuus Paulus pacem no-
Eſai.9. ſtram nō alieno ſanguine diffuſo, ſed proprio ædi-
Ephe.2 ficaret eccleſiam, cuius locus erat in pace futurus,
iuxta id, quod cecinerat regius vates: Et factus eſt
Pſal.75 in pace locus eius. Hic eſt clemētiſſimus ille Deus
noſter Chriſtus Ieſus, qui non ſolum humanum
ſanguinem non ſitiuit, ſed etiam ne homines peri-
Luc.22 rent, ipſe ſanguineas guttas ſudauit, & ſanguinem
ſuum fundi permiſit: eoque perfuſus, vulneribus
Coloſſ.1. confoſſus migrauit è vita pacificans, vt ait Apoſto-
lus, per ſanguinem crucis, ſiue quæ in terris, ſiue
quæ in cœlo ſunt. Hic eſt verus Salomon, hic eſt
verè pacificus, hic eſt noſter verus architectus, ec-
cleſiæ catholicæ ædificator. Et quemadmodum Sa-
lomoni pater Dauid neceſſaria parauit ad templi
ſtructuram, ſic pater Chriſto, Chriſtus autem no-
bis. Et quemadmodum conſummato templo, &
fundente Salomone preces, ignis deſcendit de
2.Par.7 cœlo: vt in libro ſecundo Paralipomenon literæ
diuinæ teſtantur: & ſacerdotes ſonitum tubis ele-
uabant: ſic conſtructa eccleſia, poſtquam Chriſtus
dixit: Conſummatum eſt: & in cœlo rogauit pa-
trem iuxta id, quod ipſe dixerat apud Ioannem: Ioan.19
Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit Ioan 14
vobis: deſcendit ignis ſuper diſcipulos, & appa- Act.2.
ruerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſe-
ditque ſuper ſingulos eorum: & repleti ſunt om-
nes ſpiritu ſancto. Et ſonitu tubarum concionum
ſuarum mūdum repleuerunt. Quod per Salomo-
nium templum, id etiam per hoc Ezechielicum ſi-
gnificabatur. In vtroque media illa pars, quæ vo-
cabatur ſancta, longa erat, & ſtricta. Quis inæquali
tatem hanc non lamentabitur? Quis hoc contem-
plans poterit lachrymas continere? Quis non in-
gemiſcet, & ab intimo pectore ſuſpiria nō educet,
videns eſſe huius templi longitudinem duplo ma-
iorem eius latitudine. Indicat enim inæqualitas
hæc, nihil eſſe in hac vita, quod animum ſatiet &
impleat, eíque quietem & ſecuritatem penitus tri-
buat. Omnia ſunt plena dolore, ægritudine, cala-
mitate, & anxia quadam expectatione. Et vt verbis
vtar diui Pauli in epiſtola ad Romanos: Omnis Rom.8.
creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc: non
ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primitias ſpiritus
habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem
filiorum Dei ſpectantes, redemptionem corporis
noſtri. Admonemur hac templi diſparitate, nō eſſe
hic conſummatam pacem, non perfectum gaudiū,
non ſtabiles honores, non permanentes diuitias,
non firmas iucunditates. Quæ firma poteſt eſſe læ-
titia, cùm dies & noctes cogitandum ſit iamiam
eſſe moriendū: & propter caſus incertos immine-
re mortē quotidie, & propter breuitatem vitæ nū-
quā longè poſſe abeſſe? Non quòd vir iuſtus mor-
te perterreatur: illis enim mors terribilis eſt, quo-
rum cum vita extinguitur nomen, non illis, quo-
rum laus emori non poteſt: ſed cum ſimus incerti,
ſimus nec ne in libro vitæ conſcripti, & peccata
noſtra memoria ſæpenumero repetamus, ideo ti-
memus, & in cōmunibus moleſtiis verſamur. Vera
ſecuritas & perpetua tranquillitas æternæ beatitu-
dini reſeruantur. Hic anxiam videmus inæqualita-
tem: nā hic paupertate laborat, ille diuitiis affluit:
hic ſitit, ille ebrius eſt: hic lætitia geſtit, ille ærum-
nis opprimitur. Quidam naſcuntur, quidam mo-
riuntur: quidam rident, quidam copiam fundunt
lachrymarum. Sed omnes obnoxij ſunt miſeriis &
calamitatibus, & omnes interdum moleſtiis lace-
rantur: & omnia tandem conſumuntur. Nihil eſt
opere aut manu factum, quod aliquādo non con-
ficiat & conſumat aut caſus, aut vetuſtas. Ideo lon-
gum eſt templum, quia hîc longanimitate indige-
mus, & rerum humanarum tolerantia: & ideo eſt
anguſtum, quia ærumnarū angimur anguſtiis. Sed
ideo fortis eſt murus & validus, quia etſi impij &
hæretici eccleſiam velint impietate & perfidia ſua
euertere, nunquam illud tamen poterunt efficere.
Licèt zizania ſimul creſcant cum tritico vſque ad Mat.3.
meſſem, triticum tamen ſolùm infertur in horreū
Dei, zizania verò traduntur igni. Et ideo altum eſt
ædificium, quia excelſa ſunt eccleſię myſteria & ſa-
cramenta. Erat autem ſanctum à ſancto ſanctorum
diuiſum, quia eccleſia militans per ſanctum intel-
lecta in terra eſt, triūphās verò per ſanctū ſanctorū
ſignificata ſuper cœlos. Ad eam ſuſpiramus ex hoc
exulio, à longè eam aſpiciētes & ſalutantes, & con- Heb.11.

ſitentes, eſſe nos peregrinos & hoſpites ſuper ter-
ram. Id intuens diuus Paulus in epiſtola ſecunda
2 Cor 5. ad Corinthios aiebat: In hoc ingemiſcimus, habi-
tationem noſtram, quæ de cœlo eſt, ſuperindui cu-
pientes, ſi tamen veſtiti, & non nudi inueniamur.
Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſci-
mus grauati. Et paulò pòſt: Dum ſumus in corpore
peregrinamur à Domino: per fidem enim ambu-
lamus, & non per ſpeciem. Quemadmodum niſi
amoto velo in templo Salomonis, & reſerato oſtio
in templo Ezechielis, nemo poterat ſanctum ſan-
ctorum penetrare: ſic nemo ingreditur in æternam
beatitudinem, niſi amoto corpore, in quo dum vi-
uimus, ſumus à cœleſti patria ſeclnſi. Eam ob cau-
ſam dicebat apoſtolus: Cupio diſſolui, & eſſe cum
Phili 1. Chriſto. Etſi enim erat cum Chriſto, quoniam vt
Phils.3. ipſe ait: eius conuerſatio erat in cœlis, tamen exu-
labat, & in corpore exiſtens peregrinabatur. Illic
quãdo diſſoluto carnis vinculo Deum viderimus,
erimus verè præſentes, quoniam diuina viſione
oblectabimur, & Deo ipſo fruemur. Illic viuemus,
hic morimur: noſtra enim quæ dicitur vita, mors
eſt: hi viuunt, qui è corporum vinculis tanquam è
Pſalm. carcere euolauerunt. Hic ſuper flumina Babylonis
136. ſedemus, & flemus cogitantes ſuper cœleſtẽ mon-
tem Sionem, cúmq; memoria repetẽtes. Et euntes
imus, & flemus, mittentes ſemina noſtra: illic verò
Pſalm. introibimus in potentias Domini, exultantes gau-
125. dio: & portantes manipulos noſtros perpetuũ al-
Pſal.70. leluia, cantabimus. Hic ſumus in templo, in quo
longitudo ſuperat latitudinẽ, illic erimus in ſancto
ſanctorum vbiq; quadrato, vbi tanta eſt latitudo,
quanta longitudo. Hic ſunt odia, & diuiſiones pro-
pter charitatis defectum, illic ſumma pax, ſumma
concordia ob charitatis eximiæ abundantiã. O fœ-
lix patria, ô votis omnibus optanda ciuitas, omni
ex parte quadrata, omnino perfecta, vbi nulla eſt
inæqualitas, nulla iniuſtitia, nullum ſcelus, nullus
dolor, nulla nox, nullũ deniq; malum. Quid poteſt
excogitari glorioſius, quàm in ſancto illo ſanctorũ
ſuper cœleſti habitare, ſummum illum cœli mode-
ratorem omnia nutu gubernantem intueri, illam
ſempiternam pulchritudinem aſpicere, eiuſq; inæ-
ſtimabili gloria ſemper cumulari? Sed illud eſt la-
chrymarũ abundantia deplorandũ, templum quod
ſanctum dicitur, quadraginta cubitis protendi,
ſanctum verò ſanctorum viginti ſolùm, quoniam
his monemur menſuris, multos eſſe in eccleſia mi-
litante, qui non erunt ad triumphãtem: nam iuxta
Dei noſtri ſententiá: Multi ſunt vocati, pauci verò
Matt. electi. Quam ob cauſam eccleſia catholica cum ſa-
22. gena miſſa in mare comparatur, promiſcuam ho-
Mat 13 minum multitudinem continente: quam cùm im-
pleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes ele-
gerunt bonos in vaſa, malos autẽ foras miſerunt.
Erat in ſanctis ſanctorum propitiatorium: quia fu-
turum erat, vt filius Dei humanitate aſſumpta ad-
uocatus noſter eſſet in gloria æterna. Vnde ait di-
1. Ioã 2 uus Ioannes in prima ſua epiſtola: Aduocatũ habe-
mus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe
eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris
autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. Propi-
tiatorium illud Chriſtum adumbrabat, quem iuxta
Rom. 3 diui Pauli ſententiam, propoſuit Deus propitiato-
rem per fidẽ in ſanguine ipſius. Cherubim adum-
brantes propitiatorium, ſeque mutuo reſpicien-
tes, ſumma & altiſſima Chriſti myſteria ſignifica-
bant, & admirabilem ipſorum myſteriorum con-
ſonantiam. Loquebatur autem Deus de medio eo-
rum, & reſponſa dabat, & in illis ſedebat. Ad quod *Exo.25*
alludit iis verbis regius vates: Dominus regnauit, *3 Reg 9*
iraſcantur populi: qui ſedes ſuper Cherubim, mo- *Pſal.98*
ueatur terra. Cherub idem eſt quod ſcientiæ ple-
nitudo: & quia Deus omnẽ ſuperat ſcientiam ſuper
plenitudinem ſcientiæ dicitur ſedere: & ea oracu-
lo, vbi erant Cherubim dare reſponſa, quia Deus
ex ſcientiæ plenitudine reſpondebát. Ipſe enim
omnia ſcit, omnia videt, omnia cognoſcit: ipſe eſt
ipſa ſapientia, quæ omnia nutu ſuo gubernat &
moderatur. Ipſe eſt quem in ſancto ſanctorum vi-
ſuros nos eſſe ſperamus, in æterna illa beatitudine
omnibus numeris abſoluta, per hoc ſanctum ſan-
ctorum ſignificata, vbi eſt perfecta quadratura, vbi
longitudo & latitudo eandem habent menſuram:
de qua ait hoc loco Ezechiel: Et menſus eſt longi-
tudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem
viginti cubitorum. Poteris hoc ita explanare, vt
per propitiatorium in medio duorum Cherubim
ipſum propitiatorium contemplantium, & mutuò
ſe reſpicientium intelligas Chriſtum in medio
duorum teſtamentorum, quæ de Chriſto loquun-
tur, & ambo ſummo concentu cohærent: vetus eſt
figura noui, nouum explicatio veteris. Per Eliam,
qui pugnaturus eſt cum Antichriſto, ſignificatur
nouum teſtamentum: per Moyſen, qui legem tulit,
vetus. Igitur propitiatorium in medio duorum
Cherubim, eſt Chriſtus in medio Moyſi & Eliæ *Mat.17*
transfiguratus. Cæterum eadem menſura fuit ſan-
cti ſanctorum tabernaculi Moyſi, & templi Salo- *Exo.25*
monis, vt in libro Exodi, & in tertio Regum lite- *3 Reg.6*
ræ diuinæ memoriæ prodiderunt.

Et mẽſus eſt parietẽ domus Subaudi, in ſpiſſitudine.

Et latitudinem lateris quatuor cubitorum vndique per circuitum domus Hoc eſt, mẽſus eſt latitudinem
ſingulorum ſedilium. Erant in templo triginta tria
ſedilia ex parte auſtrali, & alia triginta tria ex par-
te aquilonari iuxta murum templi: & vnum-
quódque habebat quatuor cubitos in latitudine.
In his ſedilibus ſeu cathedris ſedebant ſacerdotes
in choro. Longitudo tẽpli diſpoſita erat ab orien-
te ad occidentem: & erant hæc ſedilia veluti ſtalla,
quæ ſunt in choris monachorum: & vocantur hoc
loco latera, quæ erant ita diſpoſita. In ſanctis ſan-
ctorum ex parte aquilonis erant decem latera ſiue
ſedilia: extra ſancta ſanctorum in anteriore parte
templi iuxta murum ex parte etiam aquilonari
erant viginti latera: iuxta murum frontis orienta-
lis erant tria. Et eodem penitus modo erant diſ-
poſita alia trigintatria verſus auſtrum. Ab oſtio
templi vſque ad latera iuxta murum aquilonis
erant ſex cubiti: templum habebat in longitudine
quadraginta, & ſanctum ſanctorum viginti. Cùm
igitur ex vtráque parte eſſent triginta ſedilia, &
quælibet pars ſexaginta cubitos haberet, apertè
ſequitur vnumquodque ſedile duos occupare cu-
bitos. In longitudine erant ſexaginta ſedilia, tri-
ginta ex vna parte, & triginta ex altera: ſex au-
tem ſedilia erant in latitudine, ſcilicet à porta ad
parietem aquilonis tria, & ab eadem porta ad pa-
rietem auſtri alia tria, quia quælibet illarum par-
tium habebat ſex cubitos, & vnumquodque ſedi-
le duos, & ita erant ſex ſedilia in ſpatio duode-
cim

eim cubitorum. Aut erant in hoc pariete & in altero, qni erat inter ſanctum & ſanctum ſanctorũ hæc ſex ſedilia. Quod autem ait Ezechiel, vnumquódque ſedile quatuor cubito occupare, id intelligendum eſt à parte anteriore in poſteriorem: in altitudine verò vnũquodque ſex cubitos occupabat: at à dextera parte in ſiniſtram duos tantum. Ita hunc locum exponit Vgo cardinalis vir doctiſſimns. Richardus de ſancto Victore vir etiam eruditiſſimus ait hæc latera eſſe deambulatoria qnædam. Lyranus verò non minore ſapientia excultus ait eſſe appendicia, lateribus templi exterius adhærentia. Alij pro lateribus vertunt thalamos, dicunt eſſe domnnculas prope templum ex parte exteriore. Hæ ſunt ſententiæ virorum doctorum hunc locum explanantinm, variæ illæ quidem, ſed nulla earum abſque ratione & fundamento. Et licet quælibet harum defendi poſſit, prima tamen videtur conneniẽtior, & expeditior. Nec obſtat id, quod aiunt eius improbatores, nempe in ſancto ſanctorum templi Salomonis non fuiſſe ſedilia, quoniam nemo illnc ingrediebatur niſi ſummus ſacerdos ſemel in anno: & eam ob cauſam in ſancto ſanctorum huins templi Ezechielis non debere eſſe ſedilia, & ex conſequenti non eſſe aptam Vgonis ſententiam, qui ibi viginti ſedilia collocauit, decem ex vna parte, decem verò ex altera. Hæc, inquam, obiectio non obſtat, imò ſatis fragilis eſt: multa enim in hoc Ezechielis templo deſcribuntur, quæ in templo Salomonis nnnquam fuerunt. In templo Salomonico non erat æquum eſſe ſedilia, in Ezechielico antem erat. Nam ſacrarium ſiue ſanctum ſanctorum templi Salomonis imaginẽ gerebat æternæ beatitudinis ante mortem Chriſti: quã ob cauſam tegebatur velo, & nemo illuc ingrediebatur pręter ſummum pontificem ipſius Chriſti imaginem gerentem, vt aſſerit in epiſtola ad He-
Heb. 9. bręos diuus Paulus. At ſanctum ſanctorum huius templi Ezechielis figura erat eccleſiæ triumphantis poſt Chriſti mortem: poſtquam ſciſſum eſt ve-
Mat 27 lum, & cœlum ob crucem Chriſti reſeratum: poſt-
Mar 15 quam Chriſtus dixit latroni: Hodie mecum eris in
Luc. 23 paradiſo: & innumerabilis ſanctorum multitudo fuit gloriam ſempiternam conſecuta. Quod verò obiiciunt, tot ſedilia non poſſe in templo locari: quoniam occuparent totum illud ex vtráque muri parte, & ita nullus eſſet ingreſſns in templum ex parte aquilonari, nec ex auſtrali: & ex conſequente duo oſtia templi, quorum vnum erat ad aquilonem, alterum ad auſtrum, inutilia eſſent: id parum habet vigoris: nam fieri potuit, vt ſedile illud, quod erat iuxta oſtium ex parte aquilonari, ſciſſum eſſet à porta vſque ad templnm, vt introire volentibus præberet ingreſſnm, & nihilominus nomen ſedilis non amitteret: & ſimiliter de eo, quod erat in parte auſtrali. Illud eſt hoc loco aduertendum, hæc latera eſſe bis triginta tria: quia futurum erat, vt
Leui. 12 ſpiritualem purgationem haberemus. In Leuitico
Luc. 2. ſcriptum eſt, debere mnlierem poſt partus hebdomadam explere triginta tres dies, vt veniret ad templi purificationem. Sed hoc erat in primo ortu, nimirum natnrali, cùm autem nos indigeamus ſecũda natiuitate, nempe ſpirituali regeneratione, indigemus bis triginta diebus, vt ad templum ſempiternum, ad immortale gloriæ domicilium ingrediamur. Oportet magnam animi puritatem acquirere, nec ſolum abhorrere à maleficio exteriore, ſed etiam mentem & cogitationem integram & puram ſeruare, & Chriſto adhærere, vt vita noſtra ſit laudabilis & perfecta: quæ tanto erit purior, quanto erit Deo propinquior. Vt in rebus uaturalibus *Simile.*
ſunt cauſæ & effectus: ſic in ſpiritualibus. Et quemadmodum in naturalibus quantò effectus propinquior eſt cauſæ, eíqne ſimiliot, tantò eſt perfectior, vt in ignis calore videmus, qui igni proximus efficaciſſimus eſt, quanto autem ſe magis diſtrahit & elongat ab igne, tantò magis ex vi ſua amittit: ſic in ſpiritualibus tantò vita Chriſtiana eſt nobilior & præſtantior, quantò magis ad Chriſtum accedit, eſtque eius imitatione propinquior. Cum autem ab eo non diſcedit, imò illum amplectitur, & cum eo ardentiſſima charitate connectitur, tum dicitur ſuis numeris abſoluta. Et quoniam charitatis officium eſt nos cum Chriſto vnire & coniungere iuxta id, qnod ait diuus Ioannes: Qui manet in cha- *1. Ioã 4.*
ritate, in Deo manet, & Deus in eo: & iuxta id quod ait diuus Paulus: Qui adhæret Deo vnus ſpi- *1. Cor. 6.*
ritus eſt. Et alibi: Super omnia autem charitatem *Coloſ 3.*
habete, qnod eſt vinculum perfectionis: & per hanc noſtram cum Chriſto coniunctionem perfectionem obtinemus, ſumma ope niti decet, hanc quærere, & retinere charitatem, vt vita noſtra Chriſtum ſequatur & imitetur, & effectus ſit cauſæ proximus & ſimillimus, vt eximiam regenerationis puritatem conſequamur. Et ita nõ ſolum naturæ puritatem triginta trium dierum obtinebimus, ſed etiam bis triginta tribus diebus, hoc eſt perfecta puritate ornati templum ſuper cœleſtis beatitudinis ſummo gaudio exultantes penetrabimus.

Et erat eminentia. Hoc eſt quædam ligna exibant ex parte templi & eminebant foras, quę ingrediebantur ipſa ſedilia, vt ea ſuſtentarent per circuitum, ne ipſa ſedilia attingerent parietem. Sedilia illa, quę erant iuxta murum orientalem, qnorum tria erant ex vno latere portę, tria verò ex altero, diſtabant à pariete cubito vno, vt poſſent palmæ cælatę videri: alia verò ſedilia, quę erant in lateribus templi parum diſtabant à pariete: quoniam palmę cælatę erant ſuper illa.

Et platea erat in rotundum Pletea vocatur ſpatium quoddam rotundum, vbi erat turris rotunda intus vacua cum gradibus, quibus aſcendebatur in orbem per cnchleam ab inferiore manſione templi ad ſecundnm & tertium cœnaculum. Ideo platea hæc, quę ad ſupremam habitationem præbebat viam, rotunda erat perfectiſſima, capaciſſima, & pulcherrima. Talis eſt virtus, per quam ad æternam accendimus beatitudinem. Ideo elementa à Deo creata rotunda ſunt, ſimiliter ſol, luna & globi illi ætherei, monimenta diuinitatis perpetua. Et ea, qnę ſingulari proſequimur amore, cum rotunda oculi pupilla comparamus. Hęc cochlea, per quam aſcendebatur ad ſupremam mãſionem arcta erat, quia arcta eſt via, quę ducit ad vitam, vt ait
Chriſtus Deus noſter, & pauci ſunt, qui inueniunt *Mat. 7.*
eam. Hęc via anguſta eſt pœnitentia & corporis caſtigatio, & afflictio propter Deum æquo animo
tolerata. Ad hanc vocat nos Chriſtus Deus noſter, *Luc. 5.*
qui de ſeipſo ait. Non veni vocare iuſtos, ſed pec-
catores ad penitentiam: Et rurſum: Niſi pœniten- *Luc. 13.*
tiam, inquit, habneritis, omnes ſimiliter peribitis.
Et diuus Ioannes Baptiſta: Pœnitentiam agite, *Mat. 3.*

exaudiri .Ideo huiuſmodi hominibus aiebat Deus
Eſai. 1. per Eſaiam:Cùm extenderitis manus veſtras,auer-
Eſai.59 tam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaueritis
orationem,non exaudiam.Idem Eſaias, Peccata,
Thrē.3. inquit,veſtra abſconderunt faciem eius à vobis. Et
Ieremias.Nos iniquè egimus,& ad iracundiá prouocauimus:idcirco tu inexorabilis es. Contrà verò
viris iuſtitiam & pietatem colentibus dicebat apud
Ioā 15. Ioannem Chriſtus Deus noſter. Si manſeritis in
me,& verba mea in vobis manſerint, quodcúnque
Luc. 11. volueritis,petetis,& fiet vobis.Et apud Lucam: Petite,& dabitur vobis,quærite,& inuenietis: pulſate,& aperietur vobis. At ſi Deus non ſtatim ſuis
poſtulata concedat,illud eſt, vt ea pluris æſtiment
adepta:vel quia illis quæ petunt, nullam afferunt
vtilitatem.Nam vt præclarè ait diuus.Auguſtinus,
Sæpe Deus multos non exaudit ad voluntatem,vt
exaudiat ad ſalutem. Et alibi: Non eſt tam miſerum non adipiſci quod velis, quàm adipiſci velle,
quod non oporteat. Id intelligens Menedemus
philoſophus, vt narrat Raphael Volaterranus iuueni dicenti: Magna res eſt aſſequi quod optes, reſpondit: Multum magis eſt optare quod deceat.
Effectum precationum noſtrarum obtinebimus
abſque dubio, ſi id quod fuerit Deo gratum, noſtræque animæ vtile & ſalutare à Deo cum humilitate,& feruore,& conſtantia petierimus. Et quoniam oratio,vt ait Damaſcenus, eſt aſcenſus intellectus in Deum,& per intellectum vtráque vis intelligitur apprehenſiua & motiua, oportet, eum
qui vult precibus à Deo petita impetrare, cognoſcere defectus ſuos, & Dei potentiam miſericordiámque intelligere,& ad illum cum deſiderio,ſpe,
Exo. 17 & verò corde confugere.Moyſes precibus pugnans
Thrē.3. contra Amalech manus habebat ad Deum leua-
4.Reg.1 tas.Et Ieremias ait:Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum.Et quemadmodum ad preces
Eliæ deſcendit ignis de cœlo, ſic nobis pias precationes fundentibus veniet ignis diuini amoris, qui
corda noſtra incendat,& ſtudio immortalitatis inflammet. Et vt verbis vtar beati Cypriani in epiſtola prima ad Cornelium: incumbamus gemitibus aſſiduis,& deprecationibus crebris: hæc ſunt
enim nobis arma cœleſtia,quæ ſtare & perſeuerare
firmiter faciunt: hæc ſunt munimenta ſpiritualia,
& tela diuina, quæ protegunt. Illud eſt hoc loco
aduertendum in templo hoc oſtia eſſe ad orationem:& templum Salomonis domum orationis vo-
Eſa 56. catum fuiſſe, Ipſe Salomon confecto templo has
3.Reg.8 voces in eo emiſit, quæ ſunt libro Regum tertio
mandata: Audi Domine hymnum & orationem,
quam ſeruus tuus orat coram te hodie,vt ſint oculi
tui aperti ſuper domun hanc nocte ac die: ſuper
domum,de qua dixiſti: Erit nomen meum ibi, vt
exaudias orationem, quam orat in loco iſto ad te
ſeruus tuus, vt exaudias deprecationem ſerui tui,
& populum tuum Iſrael, quodcunque orauerint in
loco iſto. Hæc ibi. Credimus abſque dubio Deum
vbique eſſe per eſſentiam, præſentiam, & potentiam ſicut cauſam in effectibus eius bonitatem participantibus. Vult tamen eſſe templa precibus &
diuino cultui deſtinata.In Deuteronomio ita ait.
Deut. 16. Non poteris immolare phaſe in qualibet vrbium
tuarum,ſed in loco,quem elegerit Dominus Deus
Dan.6. tuus, vt inhabitet nomen eius ibi. Daniel cùm eſſet in Babylonica captiuitate detentus,& non poſſet templum adire Hieroſolymę,illic dirigebat oculos,fundens preces facie ad templum verſa.Et multi etiam exules ad templum verſa facie orantes
exaudiebantur. Poteris ne oſtendere locum in Iu- *4.Reg.8.*
dæa,cui tale ſit conceſſum priuilegium? Minimè *3.Reg.6*
quidem. In templo dabat Deus olim reſponſa, & *Luc.1.*
ibi angelus apparuit Zachariæ. De templo eiecit *Matt. 21.*
Chriſtus Deus noſter ementes & vendentes, vocans templum domum patris ſui,cùm tamen ſciret *Mar.11*
totum vniuerſum domum patris ſui eſſe. Ingreſſus *Luc.19.*
enim templum dixit: Scriptum eſt: Domus mea, *Ioan. 2.*
domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. At poſtquā Iudæi eumdem Chriſtum ſeruatorem noſtrum falſis criminibus ad cædem vocarunt, & vulneribus traiectum
cruci affixerunt, fuit templum illud euerſum. Et
eius euerſione appropinquante auditæ ſunt angelorum voces dicentium: Recedamus ex iis ædibus.
Et ne me hoc fingere exiſtimes, lege Ioſephum libro de Bello Iudaico ſeptimo,capite decimoſeptimo.Egeſippum libro quinto capite. 44. Euſebiū
libro de Hiſtoria eccleſiaſtica ſeptimo, capite tertio. qui omnes hoc memoriæ prodiderunt. Sed
quando templum illud euerſum eſt, multæ iam
erant eccleſiæ Chriſtianorum,quæ fuerunt tempore apoſtolorum ædificatæ: vbi fideles, quæ ad religionem & Chriſti fidem pertinerent, docerentur,
Deum orarent, & ſanctiſſimum Domini corpus
ſumerent.Sed quoniam in iis eccleſiis nonnulli ex
Corinthiis diſcordiam excitabant & cibum ſumebant, reprehendit eos apoſtolus in epiſtola prima
ad eos miſſa,capite vndecimo dicens: Conuenien- *1.Cor.11*
tibus vobis in eccleſiam audio ſciſſuras eſſe inter
vos. Et paulò poſt: Nunquid non domos habetis
ad manducandum, & bibendum? An eccleſiam
Dei contemnitis? Et ipſe apoſtolus docet ibi,quē
admodum & viri & fœminæ in eccleſiis debeant
orare. Et capite. 14. ait: Mulieres in eccleſiis taceant:non enim permittitur eis loqui. Nonne vides apertiſſimè iam tunc eccleſias fuiſſe? In Actis
apoſtolorum ſcriptum legimus Paulum & Barna- *Act.14*
bam per ſingulas eccleſias presbyteros conſtituiſſe.
Lege hiſtoriam eccleſiaſticam Euſebij, & videbis
multas fuiſſe eccleſias à Chriſtianis tempore apoſtolorum, & poſt eorum obitum ædificatas: quarum nonnullas impij tyranni in odium Chriſti aliquando euertebant. Libro 7. memoriæ prodidit,
voluiſſe Chriſtianos eccleſiam conſtruere in quodam loco ruris anguſti, vbi rupes quædam ſpatiū,
quantum eccleſiæ ſatis eſſet, denegabat: ſed precibus cuiuſdam fidelis, viri iuſti, nomine Gregorij
fuiſſe rupem mirabiliter motam; & alio tranſlatam, quantum ſpatij ad condendam quærebatur
eccleſiam. Diuus Hieronymus in commentariis in
epiſtolam ad Galatas ait diuum Ioannem apoſtolum,cùm ad exitum vitæ vocaretur, iuſſiſſe ſe ferri
in eccleſiam: & in vita ſanctæ Paulæ ait eam oculis
propriis domun aſpexiſſe Cornelij, cuius meminit
diuus Lucas in Actis, quæ facta fuerat eccleſia. *Act. 10.*
Diuus Auguſtinus multis locis eos laudibus effert,
qui eccleſias erigunt,præſertim libro vigeſimo cōtra Fauſtum, & libro 22. de Ciuitate Dei. Maximus ille Conſtantinus imperator, vbi Chriſti fidem recepit, & gentilica ſuperſtitione repudiata
veram religionem dilatare contendit, Romæ in
monte Cœlio magnificam Lateranenſem eccle-

ſiam

ſiam, ſaluatoris appellatam conſtruxit, quam diuus Syluester ſummus pontifex conſecrauit. Ædificauit etiam eccleſiam diui Petri apoſtolorum principis in Vaticano, & eccleſiam diui Pauli in via Oſtienſi, & alias aliis in locis, quas omnes magnificis ornauit muneribus, magniſque prouentibus dotauit. Narrat Nicephorus Calliſtus libro ſeptimo ſuę eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite 49. eum tria maxima templa Conſtantinopoli ſeruatori Chriſto cōſtructa dedicaſſe. Et multa alia diuerſis in locis, quorum meminit lib. 8. cap. 4. Tanta fuit illius principis pietas, tanta fidelium illius memoriæ religio, vt fuerint Romæ, illo tempore pluſquam tria millia templa Deo & diuis conſecrata, vt refert Andreas Fuluius in libro ſuo de Anti uitate Romana. Vide epiſtolam diui Pauli, & Acta apoſtolorum, lege hiſtorias fide dignas tam antiquas quam recentes, erue memoriam non ſolùm ex ſermone hominum huius ætatis, ſed etiam ex annalium vetuſtate. Reuolue graues authores tam eos, qui cōmunem vitæ curſum confecerunt, quàm eos, qui ſe à corporis contagione ſeuocantes & in carne humana vitam cœleſtem ſequentes, diuinæ bonitatis effigiem in ſuis moribus adumbrarunt, & videbis abſque dubio fuiſſe ſemper in eccleſia Chriſti à tempore apoſtolorum vſque ad hanc noſtram memoriam ſacras ædes in Dei diuorùmque honorem conſtitutas, quæ templa & eccleſiæ appellantur: in quibus fideles orant, adorant Deum in ſ iritu & veritate audiunt ſanctum miſſæ ſacrificium: vbi verbum Dei prædicatur, & ſacramenta miniſtrantur. Hoc fuit ſemper in eccleſia catholica, & modò eſt, & ſemper erit. Hoc eſt certum, & clarius luce meridiana. Et tamen audent Lutherani, Caluiniſtę, Bucceriſtæ, & cæteri hæretici noſtri temporis hanc apertiſſimam veritatem negare. Et aiunt ſacras ædes & eccleſias Deo dedicatas mera eſſe figmenta, imò eas contaminant, & ſpiritu ſatanico concitati funditus euertunt. Impletum videmus apud illos id, quod dixit ipſa veritas: Ecce relinquetur vobis domus veſtra
Mat.23 deſerta. Ea delere conantur, quæ ſancti Dei apoſtoli conſtituerunt, quæ pia, vtilia, ſalutaria, & ſancta cenſuit antiquitas, quæ eccleſia catholica ſemper tenuit, & conſenſus populi Chriſtiani, Deo ita volente, per tot ſecula comprobauit. Volunt turbare ordinem eccleſiæ, extinguere veterum diſciplinam, conuellere omnem omnium temporum authoritatem. Diripiunt eccleſias, vaſtant monaſteria, expellunt monachos, contaminant virgines, conculcant religionem, contemnunt legum ſeueritatem, conantur auferre iudicia, nequid ſit illis in tanta impietate & atrocitate metuendum, & totam denique Chriſti eccleſiam contendunt ad interitum & vaſtitatem vocare. Quid viſum fuit vnquam indignius ſub ſole? O homines inſipientes, qui vt Lutherum ſequeremini hominem natum ad ſeditionem, impium & factioſum, qui ſe ſcelerum miniſtrum præbuit, Dei hominúmque iura violauit, & patriam ſuam euertit, veram religionem reliquiſtis, pro fide perfidiam amplectentes, & vos ipſos
Mat.21 ampliſſimo Chriſtianorum nomine ſpoliantes. Vocet Deus templum domum ſuam, & domum orationis, conſtituerunt apoſtoli eccleſias ad orādum, ſeruauit hoc eccleſia à ſui principio vſque adhuc abſque vlla intermiſſione, vos autē eccleſias euertitis, & precationes eccleſiæ atque horas canonicas irridetis, & pro nihilo putatis. Quid voluit diuina ſcriptura in libro Iuſue ſignificare, quando me- *Ioſue 6.*
moriæ prodidit, corruiſſe muros Iericho, cùm ſacerdotes ſeptem buccinis clangentes vrbem ſepties circuirent, niſi ſorte vt diaboli machinæ ſeptem horarum canonicarum buccinis corruerent? *Pſal.118*
Septem fuerunt buccinæ clangentes: & Dauid: Septies, inquit, in die laudem dixi tibi. Diuus Cypriauus in expoſitione orationis Dominicæ aſſerit horas canonicas fuiſſe etiam in vetere teſtamēto obſeruatas. Vide quanta ſit earum antiquitas. Diuus Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſeruanda, & in epithaphio diuæ Pauly horarum canonicarum mentionem facit. Similiter & Chryſoſtomus homilia quinquageſimanona, & Baſilius de inſtitutione vitæ religioſorum, & innumeri alij patres, quos longum eſſet recenſere. Hãc piam & antiquam eccleſiæ conſuetudinem ſacris canonibus roboratam, ſanctis conciliis confirmatam, quam illi mirabiliter & inuiolabiliter ſeruarunt, qui ob admirabilem doctrinam, & vitæ ſanctitatem nomen ſuum immortali commendarunt, & pro Chriſti fide impij ferri crudelitatem erecto animo ſubierunt, contemnunt hæretici noſtri temporis, qui eccleſias, & earum precationes non ſolùm irrident, ſed etiam damnant, & impetu diabolico funditus delēt. Cùm Chriſtiani quondam, imperium obtinente Aurelio Alexandro homine infideli, publicum quendam locum occupaſſent, ibique eccleſiam condidiſſent, vbi funderent precationes, contrà autem caupones quidam Gentiles antè ſuum eſſe locum illum contenderent, imperator Gentilis audita controuerſia reſpondit, quoquo modo eſſet, ſatiùs eſſe in eo loco Deum coli, quàm cauponarias exerceri. Refert hiſtoriam hanc Baptiſta Fulgoſus Homo à Chriſti fide alienus, ſolùm lumine naturali illuſtratus templa à Chriſtianis condita conſeruabat, & Lutherani, qui ſe Chriſtianos iactant, templa diruunt, & vbi olim ſanctæ miſſæ ſacrificium celebrari ſolebat, & alta humanæ redemptionis myſteria tractabantur, ibi nunc meretricia, & nefandę turpitudines à Lutheranis exercentur, O ſcelus inauditum! ô flagitium deteſtabile! ô impudentiam omni lachrymarum abundantia deplorandam! Quis non videt, eſſe hos hæreticos omnibus tyrannis Gentilibus immaniores & tetriores? Quis non intuetur eorum exitium, & nō dolet æternam eorum damnationem? Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem Die ac nocte eorum perniciem, qui à vera Chriſti fide deſecerunt, fraudes inexpiabiles concipiunt, in vitia ſe ingurgitant, & cùm nihil minus habeant quā fidem, fideles ſe eſſe iactant, & fide gloriantur, cùm repudiauerint fidem, ſeque ex Chriſtianæ nobilitatis altiſſimo gradu præcipitauerint? Sub ſannant eccleſias, & preces canonicas, cùm dicat hoc loco Ezechiel eſſe in templo à Deo ſibi demonſtrato, quod eccleſiæ catholicę imaginem gerebat, oſtia ad orationes, & ſedilia ad diuinas laudes Deo decantandas.

Et ædificium, quod erat ſeparatum. Exiſtimant nonnulli per ædificium hoc intelligi quædam templi appendicia, per ſeparatum verò ipſum templum, quod ob eius excellentiam ſeparatum dicatur. Sed quî fieri poteſt, vt ædificium ſeparatum accipiatur pro templo cum appendiciis, cùm templum ſit viginti

ginti cubitorum in latitudine, vt antea dixit propheta, hîc autem aſſerat, templum hoc ſeparatum ſeptuaginta habere cubitos in latitudine? Huic obiectioni non poterunt reſpondere, niſi fortaſſe dicant, hæc appendicia quinquaginta cubitos latitudinis occupare. Sed nulla videtur proportio totum templum viginti ſolum cubitos latitudinis habere, appendicia verò quinquaginta. Accedit ad hoc, quòd paries templi habebat in latitudine ſex cubitos, quemadmodum antea dixerat: Et menſus eſt parietem domus ſex cubitorum: paries autem huius ædificij erat latitudinis quinque cubitorum. Præterea templum erat verſus orientem, hoc autē ædificium verſus occidentem: ita enim ait propheta: Et ædificium, quod erat ſeparatum verſúmque ad viam reſpicientem ad mare. Hoc autem mare eſt Mediterraneum, quòd reſpectu Hieroſolymę eſt ad occidentem. Quare exiſtimo ædificiū hoc ſitum fuiſſe circa templum, ſed ab eo ſeiunctum, eſſéque habitationem ſacerdotū. Et quia à templo decem cubitis, vt aiunt, diſtabat, appellatur ædificium ſeparatum.

Et longitudo eius nonaginta cubitorum. Hæc eſt longitudo ædificij ſeparati. Sed videtur propheta ſtatim ſibi ipſi repugnare: nam ſubdit: Et menſus eſt domus longitudinem cētum cubitorum. Si eius longitudo nonaginta duntaxat erat cubitorū, quomodo aſſerit confeſtim eſſe centum cubitorum? Huic obiectioni reſpondendum exiſtimo, ædificiū nonaginta longitudinis cubitos habuiſſe non comprehenſa parietum ſpiſſitudine: ſed quoniam Duo erant parietes alter in fronte, alter in fine, & vnūquódque quinque cubitos in ſpiſſitudine occupabat, apertè colligitur, totum hoc ædificium centum eſſe cubitorum in longitudine, ſi parietes comprehendantur qui ambo decem cubitos occupabant. Itaque foris eſt centum cubitorum, intus verò nonaginta. Sunt qui exiſtiment, per domum hoc loco intelligi templum, quod in longitudine centum cubitos habebat. Nam murus claudens porticum templi verſum atrium interius habet ſpiſſitudinem ſex cubitorum, latitudo porticus erat vndecim cubitorum, murus frontis, quæ diuidebat porticum à templo, habebat ſex cubitos in ſpiſſitudine, inter murum frontis & latera ſeu ſedilia, quæ erant iuxta murum frontis, erat vnus cubitus, illa latera habebant quatuor cubitos ab oriente in occidentem, ab illis lateribus vſque ad ſancta ſanctorum habebat vacuum templi quadraginta cubitos, murus diuidens ſancta ſanctorum ab interiore parte templi habebat ſex cubitos ſpiſſitudinis; ſanctum ſanctorum habebat in longitudine viginti cubitos, murus claudens templum verſus occidentē habebat ſpiſſitudinē ſex cubitorum. Si hos omnes cubitos iunxeris, inuenies cētum in longitudine, quemadmodum ait litera. Hæc erat totius templi longitudo. Habebat etiam ædificium ſeparatum eandem longitudinem: ſequitur enim: Et quòd ſeparatum erat ædificium, & parietes eius longitudinis cētum cubitorum. Erat hoc ædificium ita amplum, quia in eo habitabant ſacerdotes.

Latitudo autem ante faciem domus, & eius quod erat ſeparatum. Latitudo hæc erat quædam platea ſiue area, in quam ſacerdotes conuenirent.

Et menſus eſt longitudinem ædificij contra faciem eius. Menſurat duo ædificia, nempe aquilonare & auſtrale, inter quæ erat ædificium ſeparatū, ad dorſum, hoc eſt partem templi occidentalem.

Hethecas ex vtraque parte. Hethecę occupabant totam ædificij longitudinē: & menſuratis illis, totum ædificium manebat menſuratum. Hethecę ſiue ethecæ erant deambulatoria quędam, ſiue ſolaria prominentia ex alto extra ędificium. Aiunt nonnulli eſſe pilarios parietibus inſertos ad corroboranda ædificia. Alij aſſerunt eſſe thalamos, ſeu cubicula. Quidā vertunt manſiunculas. Omnia Chriſtus menſurat, ſiue magna, ſiue parua,

Et templum interius. Hoc eſt, ſanctum ſanctorum.

Stratumque ligno per gyrum in circuitu. Hoc eſt totum templum erat lignis cedrinis cruſtatum. Parietes templi erant à terra vſque ad feneſtras cooperti ligneis tabulis, vt cœlaturę & picturę melius apparerent, & diuturnius durarent. Et non ſolùm erat hoc operimentum vſque ad feneſtras, ſed etiā vſque ad tectum. Et ipſę feneſtrę erant cedro tectę. Itaque omnes templi parietes erant cedro tecti, quemadmodum in templo Salomonis.

Vſque ad domum interiorem. Hæc coopertura erat in templo, & in ſanctis ſanctorum, erátque in proportione æquali intus & foris. nam in gloria ęterna pręmia iuxta merita dabuntur. Ita enim ait Chriſtus Apud Matthæum: Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. Quòd de illis intelligendum eſt, qui vſque ad lucem & vſum liberi arbitrij perueniunt. Nam prima gratia quę ante rationis vſum in baptiſmo in infantillos confertur, eique gloria reſpondens nō eſt operum remuneratio, ſed effectus diuinę pietatis, & mortis ac paſſionis Chriſti. De adultis loquitur Dominus, cùm ait, ſe illis iuxta eorum opera redditurum. De illis ait Eccleſiaſticus: Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum. Et Pſalmographus: Da illis ſecundum opera eorum, & ſecūdum nequitiā adinuentionum ipſorum tribue illis. Et diuus Paulus in epiſtola ad Romanos de Deo loquens, Qui reddet, inquit, vnicuique ſecundū opera eius. Id prędixit iis verbis Dauid: Iudicabit orbem terrarum in æquitate. Hęc eſt menſura & proportio intus & foris, de qua hic agit Ezechiel: nihil enim in hoc templo eſt abſque menſura & ratione.

3.Reg.6 — *Mat.16* — *Eccl. 16* — *Pſal.27* — *Rom 2* — *Pſal.9*

Et fabrefacti Cherubim & palmæ: & palma inter Cherub & Cherub, Duáſq; facies habebat Cherub, faciē hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciē leonis iuxta palmam ex alia parte expreſſam, per omnem domum in circuitu. de terra vſque ad ſuperiorem partem Cherubim: & palmæ cælatæ erant in pariete templi. Limen quadrangulum, & facies ſanctuarij aſpectus contra aſpectum. Altaris lignei trium cubitorum altitudo, & longitudo eius duorum cubitorum & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus eſt ad me, Hæc eſt menſa coram domino. Et duo oſtia erant in templo, & in ſanctuario: & in duobus oſtiis

ex vtra

ex vtraque parte bina erãt oſtiola, quæ in ſe inuicem plicabantur. Bina enim oſtia erant ex vtraque parte oſtiorum. Et cœlata erant in ipſis oſtiis templi cherubim, & ſculptura palmarum, ſicut in parietibus quoque expreſſa erant: Quam ob rem & groſſiora erãt ligna in veſtibuli fronte forinſecus, ſuper quæ feneſtræ obliquæ, & ſimilitudo palmarũ hinc ac inde in humerulis veſtibuli ſecũdũ latera domus, latitudinemque parietũ.

Et fabrefacti cherubim & palmæ. Hoc eſt, in tabulis cedrinis parietes templi cooperientibus erant ſculpti cherubim & palmæ, ita vt eſſet palma inter cherub & cherub: & vnuſquiſque cherub duas facies habebat, alteram hominis, alteram leonis, ſed vtraque ad palmam reſpiciebat. Quæ eſſent imagines hæ, quę appellabantur cherubim, alibi oſtendimus. Cherub idem eſt quod quaſi plures, per quem ſignificatur princeps, in quo virtutes omnes, quæ ſunt per ſubditos diſperſę, debent recondi & copulari. Debet etiam eſſe quaſi plures, quia debet omnibus conſulere, & de omnium ſalute cogitare. Vt in ſolo capite ſunt oculi, vt omnia videant, &
Simile. non in membro alio: ſic ſoli principi & pręſuli, & Dominum obtinenti conuenit, omnium vitam inquirere & cognoſcere, omnia videre, omnibus cõſulere, eſſe pro omnibus vehementer ſolicitum, & omnia denique, quę ad rectam ſuę reipublicę gubernationem pertinent, circunſpicere, & mentis oculis colluſtrare. Quid aliud eſt: vnumquenque cherub duas habere facies, vnam hominis ſerenam & lenem, alteram leonis iratam & truculentam, niſi debere principem viris iuſtis ſe benignum oſtendere & ſuauem, ſceleratis vero ſeuerum & terribilem? Quibuſdam debet humanitatem oſtendere, quibuſdam terrorem incutere: illis debet fauere, hos autem punire. Sed ſiue pręmio ſubditos afficiat, ſiue pœna, ſemper coniecturus eſt oculos in palmam, hoc eſt in pręmium victoriæ, quod diuus Paulus in epiſtola ſecũda ad Timotheum appellat
2. Ti. 4 coronam iuſtitię, & diuus Iacobus coronam vitæ,
Iacob. 1 & diuus Petrus immarceſſibilem glorię coronam.
1 Pet. 5 Hæc eſt retributio illa, de qua dicebat regius vates:
Psal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem: ſeu vt poteſt verti ex Hebræo: propter æternam retributionem. In hac æterna retributione in primis numerandus eſt Deus: quo in patria cæleſti illi fruuntur in æternum, qui in corporibus humanis vitam cœleſtem imitati ſunt. Abrahamo dixit Deus: Ego mer
Gen. 15 ces tua magna nimis. Hæc eſt merces illa, de qua dicebat Chriſtus diſcipulis ſuis, Merces veſtra copioſa eſt in cœlo. In hoc pręmio debent principes figere oculos, nihilque habere antiquius quàm intelligere, quid velit Deus, quid iubeat, quid prohibeat, vt ad normam voluntatis diuinę omnia ſua conſilia, omnes cogitationes, omnia opera & verba, omnes denique vitę ſuę rationes dirigant, & officij ſui momenta perpendant. Vt numero diſcernimus plures à paucioribus, & menſura maius à minore, & ſtatera ac bilance graue à leui: ſic iudicio integro iuſtum ab iniuſto diſcernimus & iudicamus. Sin autem principis iudicium vel ob amorem, vel ob odium, vel ob perturbationem aliquã fuerit corruptum, iam tunc non oculos conijcit in palmam, ſed in terram: inter illos connumerandos, de quibus ait pſalmographus: Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Vt enim aqua quantò Psal. 16
eſt purior, & quanto minus habet terrenæ miſtionis, tantò eſt ſalubrior, & humanæ naturæ accommodatior: ſic ille eſt muneri publico, & reipublicæ gubernationi conuenientior & aptior, qui minus permiſtus eſt, qui in rebus ad iuſtitiam pertinentibus non terræ affectione ducitur, nec perſonam recipit, ſed rectam iuſtitiæ puritatem intuetur. Eſt enim iuſti principis cognoſcere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereque eius pulchritudinem & dignitatem ſuſtinere reſiſtere temeritati multitudinis, bonos præmio afficere, iniquos caſtigare, ſuccurrere ſaluti communi, intercludere ſeditionum vias vt nec diuitibus obſit inuidia, nec pauperes circumueniantur. Poteris hoc loco per palmã ſemper virentem, nullos vnquam æſtus reformidantem virum virtute & conſtantia præditum intelligere, de quo dicitur in pſalmo: Iuſtus vt palma florebit. Hæc eſt arbor illa: de qua ait pſal- Psal. 1
mographus: Erit tanquam lignum, quod planta- Psal. 1
tum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructũ ſuum dabit in tempore ſuo. Eam ob cauſam virtutis cõſtantia per palmam ſignificatur, quia incorruptibilis ferè eſt, & pondere nõ flectitur & nunquam illi decidunt folia, niſi vi tollantur. Etſi enim laurus & oliua, & nonnullæ aliæ huiuſmodi plantæ perennem habeant foliorum viriditatem, tamen non ita retinent folia, quin aliis ſuccreſcentibus priora decutiant. Videmus ex illis folia quædam interdum cadere, ex palma verò nunquam. Huic perenni immobilitati virtutis firmitudo cum gratia coniuncta comparatur. Hæc in ſolo templo, hoc eſt in ſola eccleſia Chriſti inuenitur: qui verò illa præditus eſt, palma dicitur ob virtutis firmitudinem: & cherub duas habens facies, vnam animalis ratione vtentis, alteram leonis fortitudine præſtantis, quoniam prouidentia vtitur: & fortitudinis præſtantia, præditus eſt forti prouidentia, & prouida fortitudine. Sed quoniam virtus à vitiorum tentatione oppugnatur, ſed nihilominus vincit, pingebant antiqui draconem pectus leonis mordentem, quem tamen ipſe leo vnguibus lacerabat: vt ſignificarent impiã cupiditatem & tentationem in animum fortitudine pollentem inuehi, & impetum facere, ſed ab ipſo ſuperari, & mirabiliter exſcindi. Et quoniam palma multis durat ſeculis, accipitur aliquãdo pro longa temporis diuturnitate. Hinc effectum eſt, vt Quintius Græcus author aſperum quendam locũ & excelſum, ac ſuperatu difficilem poſuerit: in cuius vertice palma cõſurgeret, cuius in faſtigio virtus inſideret. Per montis aſperitatem varios labores ſignificat, per palmam vero temporis longinquitatem. Non enim exiſtimabat fieri naturaliter poſſe: vt quiſpiam ad perfectam aliquam virtutem perueniret, niſi per labores, quos diu toleraſſet. Omnia enim præclara ardua ſunt, & rara, & difficilia: nec quicquã difficilius quàm inueniri, quod ſit omni ex parte repentè in ſuo genere abſolutum. Quam ob cauſam poteris hoc loco nomine palmæ diuturnitatem intelligere, in quam viri ſapientes vtraque facie & hominis & leonis, hoc eſt vtroque tempore & pacis & belli debent oculos conijcere, exiſtimantes neminem repente ad ſummum virtutis ca

tis cacumen peruenire: ſed oportere diu laborare, vt Chriſtianæ philoſophiæ perfectio cōparetur: & ad gloriam ſempiternam tandem perueniatur.

Limē quadrāgulū, & facies aſpectus ſanctuarij cōtra aſpectum. Hoc eſt, poſtes tēpli erāt quadrati, quales etiā erāt poſtes sāctuarij: erat eīm aſpectus ſicut aſpect⁹: id eſt poſtis sāctuarij poſti tēpli reſpōdebat.

Hæc menſa coram domino. Hæc menſa eſt contemplatio rerum diuinarum, quæ eſt ſaluberrima & ſuauiſſima animarū eſca. In hac menſa reficiuntur ij, qui ſe Deo tradunt, & pabulo ſpiritualis dulcedinis recreantur, animúmque alunt ad æternita-

Pſal.22 tem. De illa aiebat regius pſaltes: Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me. Hoc paſture recreatus vir iuſtus nullis calamitatum fulminibus perturbatur, nullis ſceleratorum oppugnationibus opprimitur. Eſt enim menſa hæc

Prou.9 doctrina euangelica, de qua ait Salomon in Prouerbiis: Sapientia propoſuit menſam ſuam. Aeſi dicat: Dei filius, qui eſt ſapientia patris, propoſuit euangelicā doctrinā veluti menſam cœleſtiū epularum, ad quas homines inuitauit. De hoc cōuiuio

Eſai.25 vaticinatus fuerat his verbis Eſaias: Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc cōuiuium pinguium. Per montem hunc ſignificatur eccleſia, quæ celſitudine ſua mōs altiſſimus appellatur: per conuiuium doctrina euangelica, quo ſaluberrimo alimento mentes ad immortalitatem aluntur. His diuinis dapibus, & ſuauiſſimis poculis refecti viri pij nullis incommodis de tranquillitate animi, & gradu conſtantiæ deiiciuntur. Nullæ humanæ epulæ, nullæ delicatæ exquiſitæq; dapes ſunt vllo modo cum ſuauiſſimis Chriſti verbis, eiúſq; euāgelio ſacrariſſimo cōparandæ. Hoc ſanctiſſimum euangelium eſt prandium illud, ad quod

Mat. 22. cœleſtis pater mortales inuitauit, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui: tauri mei, & altilia occiſa ſunt: & omnia parata: venite ad nuptias. Hæc eſt cœna illa magna, de qua ait apud

Luc. 14 Lucam Chriſtus Deus noſter: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, qui cœperunt

Pſal.110 ſe excuſare. Magna eſt, quia Dei eſt. Magna opera domini, ait Dauid, exquiſita in omnes voluntates eius. Cœna mundi parua eſt, Dei verò magna. At nos pro paruis magna relinquimus, pro mūdi cœna Chriſti cœnā contemnimus: eximios & ſalutares Dei cibos repudiam⁹, & falſas ac peſtiferas mūdi dapes exquirimus. Inuitat nos mūdus ad epulas corruptibiles & venenoſas, & accurrimus: inuitat nos Chriſtus ad eſcas cœleſtes & immortales, & nō

Eſai.50 mouemur. Vocaui, inquit ipſe per Eſaiam, & non

Prou.1 erat, qui audiret. Et per Salomonem: Vocaui, & renuiſtis: extendi manum meam & non fuit, qui

Mat.11 aſpiceret. Et apud Matthæum: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Sed cæperunt ſe excuſare. Primus dixit: Villā emi & neceſſe habeo exire, & videre illā. Alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Alius dixit. Vxorem duxi. Et omnes voce domini damnati ſunt. Sed dices: Quid: nonne hæc licita ſunt? Quis vnquam damnauit emere villam, emere boues, & vxorem ducere: Si igitur hæc abſque peccato fieri poſſunt, quare Chriſtus eos damnat, qui ea fecerunt? Huic obiectioni reſpondendum puto, nō ideo eos damnatos fuiſſe, quia hæc fecerunt, ſed quia ea vſq; adeo vehemēter amarūt, vt pro illis Chriſtū relinquerēt. Non ideo æternū merētur exitiū, quod hæc poſſiderent, ſed quod ea Chriſto anteponerēt. Nō illis præcipiebat Chriſtus, vt illa relinquerēt, ſed ne propter illa Deū relinquerent, nō vt ſe cum illis non cōiugerent, ſed vt ſeipſos à corrupta affectione diſiungerent, & à deprauato amore ſepararēt. Id voluit Deus ſignificare, quādo

Gen.12 Abrahamo dixit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Amādus eſt pater, amāda eſt patria, amāda vxor, amāda cognatio, ſed amore ſancto & ordinato. At ſi hic amor nec puritatē habet, nec ordinē, ſi Dei amorē excludit, & totū amantē rapit & abſorbet, & à Deo alienat, impius eſt, & perniciē parit ſempiternā. Sed aduerte, & quid primus eorū, qui ſe excuſarūt, reſponderit, perpende. Emi, inquit, villam, & neceſſe habeo exire, & videre illā. O cæcū hominē! O inſipientiā deplorandā! Dic obſecro, ſi villā nō videras, quomodo eā emebas? Volo, inquit, videre illā. Adhuc eam nō viderat, & iam tāti faciebat, vt pro illa relinqueret cœnā dñi. Non videmus mundū, nō eius dolos cōſideramus, nullā verā in eo quietē aſpicimus, & tamen illū emimus, pro illo Deū contēnimus, & pro nihilo putamus. Neceſſe habeo exire, & videre illā. Quę eſt hęc neceſſitas? Quis te cogit? Vnde vis exire, & quid vis videre? Egredieris à ratione, à iudicio, à veritate, & tandē à te ipſo. Vide

Eſai.46 quid dicat Deus per Eſaiam. Præuaricatores redite ad cor. Præcipit Deus, vt redeas, & tu vis exire. Vis videre mundū, ſi te ipſum vidiſſes, mundum videre nō cuperes. Vis aſpicere res breues, fluxas, fugaces, incertas & in caſu ſitas: vis intueri dolos, mendacia, ſuperbiā, auaritiam, & cætera huiuſmodi, ad quæ cæci mortales ſtimulis cupiditatis exagitati ardenter aſpirant. Hæc ſunt, quæ incredibiles ſui in te amores excitarūt, cùm re ipſa turpia ſint, vana, & fallacia, & citò peritura. Et pro illis honeſtatem relinquis, decus, & virtutē, qua nihil eſt in vita pulchrius, nihil firmius, nihil præſtātius, nihil diuturnius. Nihil eſt tam tetrū, nihil tam aſpernandū, nihil homine tam indignū quàm repudiare virtutē, & relinquere rationē: eſt enim ratio quæ hominem ſeparat à bruto, quæ eſt domina & regina, quæ cōnexa per ſe, & progreſſa lōgius fit perfecta virtus: hæc in animæ republica imperare debet, & appetitus obedire: hæc debet cōcupiſcentias vincere, iracundiā cohibere, turbationes ſedare, vt in homine reſplendeat cōſtantia & moderatio. Si hāc ſequereris, nō pro rebus mundi Chriſtū relinqueres, nō

1.Ioan.5 velles videre mundū, qui, vt ait diuus Ioānes, totus in maligno poſit⁹ eſt. Mūdus hic mare eſt, in quod omnia flumina vanitatū ingrediūtur, quo cōueniūt aquæ deliciarū, imbecillitatū, fallaciarū, mēdaciorum, ſuperbiæ, auaritiæ, inuidiæ, & cæterarū huiuſmodi peſtiū. Imò ſepulchrū eſt peccatorū. Peccauerūt in paradiſo primi parētes noſtri, & per peccatum mortē incurrerūt: dixerat enim Deus: Quo-

Geneſ.3 cūq; die ex eo comederitis, morte moriemini. Comederunt, & mortui ſunt & fuerūt in hunc mundum tanquā in ſepulchrum deiecti. Tu igitur, qui corporis ſepulchrū exhorreſcis, cur flagitioſorū ſepulchrū ardēti amore proſequeris? O rē Chriſtiano homine indignā! Sed videte hominis vanitatē. Emi, inquit, villam. Emiſti eam pretio animæ. In villa empta, inquit Auguſtinus, dominatio notatur. Volebat aliis præeſſe, qui ſibi non præerat, vole-

bat aliis imperare, qui ſibi non imperabat, qui non refrænabat appetitum, non ſpernebat voluptates, non coercebat vanitatem, non cæteras animi labes repellebat. Quomodo volebat alios teneret, qui ſeipſum non tenebat? Sed volebat primus videri, & inani *Simil.* quadam gloria oblectari. Vt ignauo & imbecillo equiti prælium ingredienti, pretioſis armis induto, nō ſolùm nihil prodeſt galea auro fulgens & gemmis, ac pulchrarum pennarum criſta decorata, ſed etiam obeſt, quoniam hoſtium multitudo in eum vehementius irruit, & impetum facit, ſic homini vano, & inani gloria ducto nihil prodeſt mundi dignitas & dominatio, quin potius detrimentum illi affert & incommodum, quoniam illum plerique vocibus vulnerant, & irrident: & hoſtes etiam animæ vehementius lædunt. Nos verò mundum relinquamus, eius vanitatem deteſtemur, eius ambitionem vt peſtem fugiamus: & ad menſam Domini, ad euangelicam doctrinam properemus, cuius imaginem gerebat menſa hæc, quā vidit Ezechiel in templo ſibi oſtenſo conſtitutam. Illud eſt hoc loco aduertendū, menſam hanc habere in altitudine tres cubitos, quia in ea non reficiuntur, niſi qui fidem habuerint trinitatis: in lōgitudine duos cubitos, quia in duobus mādatis vniuerſa lex pendet *Matt. 22.* & prophetæ, in amore Dei, & proximi. Non dicitur autem hoc loco habere latitudinem, quia ſummè *Pſal. 118* lata eſt, iuxta id quod ait pſalmographus. Latum mandatum tuū nimis. Huius menſæ cibi integri ſunt & ſalutares, quos euangelici concionatores debent populo proponere. At tātum eſt auditorū faſtidium, vt nolint has epulas guſtare: quin potius floſculis delectantur, & lepôre ac ſuauitate quadā *Simile.* dictorum alliciuntur. Vt apes fructus, ſolidáſque eſcas contemnunt, flores autē carpunt, & delibant: ſic multi ex auditoribus grauem concionū doctrinam faſtidiunt, ioco autem aliquo oblectantur: nō ſubſtantiā ſequuntur & ſalubritatē, ſed pigmentū, & oblectationem: flores quærunt, non ſolidū cibū. Poteris per hanc menſam ſacrū eccleſiæ altare intelligere, vbi eſt ſanctū euchariſtiæ ſacramentū, qđ nobis Chriſtus reliquit, vt ſuā erga nos admirabilē charitatem oſtenderet: & vt nos hoc cœleſti cibo recreati, nouas vires aduerſus animæ hoſtes reciperemus. Non communi aliquo, & vſitato cibi genere, ſed ſui ſanctiſſimi corporis, ſuiq; pretioſiſſimi ſanguinis alimento nos mirabiliter reficere in *Pſal. 105.* hoc ſancto ſacramento curauit. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis vnquā proprio ſenſu ductus talia cogitaret. Ille qui vita eſt, vt nos viueremus, ſuo proprio corpore & ſanguine ſibi voluit vnire & coniungere: *Ioan. 6* ipſe enim ait: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: qui manducat meam carnē, & bibit meū ſanguinē, in me manet, & ego in illo. In hoc admirabili ſacramento ſimul vt ad materiā acceſſerit forma, fit, vt Chryſoſtomus ait, tranſmutatio, vel vt ait Theophylactus, tranſelemētatio, vel, vt in magno & ſacro Lateranenſi cōcilio definitū eſt, fit tranſſubſtantiatio panis & vini in corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti. Nec obſtat eſſe ſacerdotes aliquos ſacramentū hoc conficientes inquinatos ſceleribus, quoniā, vt præclarè ait diuus Auguſtinus, non in merito conſecrantis, ſed in verbo perficitur creatoris, & in virtute ſpiritus ſancti. Conficit enim ſacerdos non virtute propria, ſed vt Dei miniſter: poteſt antè quis miniſter Dei eſſe, etiam ſi iuſtus non ſit. Vt eleemoſyna fructū non *Simile.* amittit, quam dominus largitus iniqui ſerui miniſterium: ſic ſacramentum etſi per iniuſtum miniſtretur ſacerdotem, non tamen amittit virtutem ſuam. Quemadmodum per lapideum canalem *Simile.* tranſit aqua ad areolas, plurimam hortis afferens vtilitatem, cùm in ipſo lapideo canali nihil generet: ſic ſpiritualis virtus ſacramenti admirabilem fructum in recipientibus producit, cùm tamen ſacerdotibus, ſi impij ſunt, non proſit. Siue igitur per ſacerdotes flagitiis contaminatos, ſiue per iuſtos, verámq; pietatem colētes ſanctū euchariſtiæ ſacramentum conficiatur, idem eſt, quoniam non virtute hominum, ſed Dei conſecratur. Vt medici *Simile.* ægrotatio non impedit medicinæ virtutem: ſic nec ſacerdotis flagitium ſacramenti effectum. Hoc eſt diuinum pabulum, hæc eſt cœleſtis refectio, hæc eſt eſca illa, quam in memoriam mirabilium ſuorum nobis dominus reliquit, de qua ait diuinus ac regius vates: Memoriam fecit mirabiliū ſuorum miſericors & miſerator dominus: eſcam dedit timentibus ſe. *Pſal. 110* Accedamus ſupplices ad has epulas diuinas, ad hanc admirabilem menſam, de qua ait hoc loco Ezechiel: Hæc eſt menſa coram domino.

Et duo oſtia erant in templo, & in ſanctuario. Hoc eſt, in pariete diuidenti templum à porticu erant duo oſtia, & alia duo in pariete diuidente templum à ſancto ſanctorum. In fronte templi erat porta vna, qua patebat ingreſſus in templū, altera in ſacrario ſeu ſanctuario, ſeu ſancto ſanctorū, qua ad illud patebat ingreſſus. Sed quodlibet oſtium duas habebat valuas inuicem copulatas, quarū vnaquæque habebat oſtiolum, quod poterat claudi, & aperiri ſine alio. Et quemadmodum porta habebat duas valuas ſiue fores in introitu, ſic etiam eas habebat in fine ex parte interiore. Vult Deus hoc loco ſignificare magnum eſſe in hoc templo theſaurum, quòd tot foribus claudatur. Theſaurus hic eſt cœleſtium diuitiarum copia in eccleſia catholica repoſitarum. Hic eſt theſaurus fidei, ſpei, & charitatis: & præterea meritorum Chriſti & ſanctorū. Merita paſſionis & mortis dñi noſtri Ieſu Chriſti, ac ſacratiſſimæ virginis Mariæ, & aliorum diuorū, qui fuerunt propter Deum afflicti, & qui propter eum calamitates ſuas æquo animo tulerūt, in quibus patiebatur ipſe Chriſtus, & patitur modò, & vſque in finē ſeculi patietur, multò ſunt abundantiora, quàm omnia mundi flagitia, pro quibus ſola vna gutta ſui ſanguinis ſatisfacere potuiſſet. Hæc meritorum Chriſti & ſanctorum eius, hoc eſt capitis & corporis ſuperabundantia eſt theſaurus ille inexhauſtus eccleſiæ, cuius diſpenſatio cùm ad epiſcopos, tum ad ſummum pontificem præcipuè pertinet, qui totius eccleſiæ ſub. Chriſto capite caput eſt, cui Chriſtus ipſe peculiariter claues regni cœlorum cōmiſit, dicens: Tu es Petrus, & ſuper hanc *Matt. 16* petram ædificabo eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcūque ligaueris ſuper terram, erit ligatum in cœlis, & quodcūque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis. Nulli apoſtolorum hoc dixit Deus niſi Petro: quemadmodū illi ſoli dixit: Paſce agnos meos, paſce oues *Ioan. 21* meas: Quibus verbis Petri, eiúſque ſucceſſorum primatus oſtenditur. Etſi apoſtoli ligandi &

di & ſoluendi, & gregem Chriſti paſcendi poteſtatem habebāt, quibus Deus dixit: Quorū remiſeritis peccata, remittuntur eis, tamen ſoli Petro di-
Ioan. 20. ctum fuit: Tibi dabo claues regni cælorum: Et paſce oues meas, tanquam præcipuo, & Chriſti vicario, & principi apoſtolorum. Et, quoniam ſummus pōtifex, Chriſti vicarius, ſucceſſor beati Petri claues habet ligandi, & abſoluendi, poteſt indulgentias ex Chriſti theſauro concedere. Hac ratione pœnitens non ſolùm à culpa, ſed etiam ab omni pœna, vel ab eius parte abſoluitur. Aſpicis igitur eſſe in eccleſia ſuperabundantiam meritorum Chriſti & ſanctorum, ex quibus quatenus ſatisfactoria ſunt, pendet & conſtat indulgentiarum theſaurus. De huius theſauri diſpenſatione dicebat
1. Cor. 4. apoſtolus Paulus: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Et
1. Cor. 9. iterum: Diſpenſatio mihi credita eſt. Et rurſus: Cui
2. Cor. 2. donaſtis aliquid, & ego: nam & ego quod donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti. Omne opus bonum in charitate factum meritorium eſt, & ſatisfactorium: meritorium, qua ratione bonum eſt, factum in gratia, ſatisfactorium, quatenus pœnale. Et licèt quatenus meritorium non excedat perſonā merētis, quod nullus, Chriſtū ſemper excipio, poſſit alteri vitā æternā mereri, ſaltem de cōdigno: quatenus tamē ſatisfactoriū eſt, etiam de cōdigno eam excedit. Et ita merita Chriſti pœnalia, & ſacratiſſimæ Dei genitricis Mariæ, & aliorum ſanctorum manent in eccleſia per ſummum pontificē diſpenſabilia. Vnde pontifex maximus concedit indulgentias. Et licèt hæretici noſtri tēporis indulgentias irrideant, eſt tamen cum tota eccleſia catholica firmiter tenendum, eas eſſe vtiles, & animæ ſalutares, & à ſummis pontificibus meritò & verè concedi. Aduerſus hunc hæreticorum errorem de irridendis indulgentiis diſſeruit Ioannes Roffenſis, vir eximia eruditione & Chriſtiana pietate præditus ab articulo. 17. vſque ad vigeſimū ſeptimum, vbi grauiter & euidenter Lutheri impietatem refutat & conuincit. Et poſt illum Martinus Ledeſmius præceptor meus doctiſſimus, non minore pietate & eruditione ex cultus in ſua ſecunda quarti quæſtione vigeſimaſeptima. Et ante illum innumeri doctores ſcholaſtici in quarto ſententiarum, diſtinctione. 20. & decretorum doctores in cap. Indulgentiæ, de pœni. & remi. lib. 6. & aliis in locis. Et poſt eos ſacroſancta ſynodus Tridentina ſeſſione. 25. decreuit poteſtatem conferendi indulgentias à Chriſto eccleſiæ cōceſſam eſſe, atq; huiuſmodi poteſtate diuinitus ſibi tradita antiquiſſimis etiam temporibus illā vſam fuiſſe, eſſeq; indulgentiarū vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſacrorum cōciliorum authoritate probatum, & in eccleſia retinendum. Factum fuit hoc decretum ad refutandam hæreticorum perfidiam, & veritatem oſtendendam, non autem quòd aliquis catholicus de hoc dubitaret. Omnes Chriſtiani doctores indulgentias amplectuntur, & apertiſſimè probant eſſe in eccleſia theſaurum meritorū Chriſti, & ſanctorum eius. Hic eſt theſaurus, quem hoc loco Ezechiel fore in eccléſia ſignificauit, cùm templi portam ex vtraque parte clauſam eſſe oſtendit, quatuor foribus concluſam. In ſancto ſanctorum, per quod ſuper cœleſtis patria intelligitur, clauſum eſſe eodem modò oſtium dixit, vt magnum ibi eſſe theſaurum ſignificaret, nempe æternam beatitudinem, diuinam viſionem, & fruitionem Dei: vbi illi, quibus fuit minima cum corpore contagio, qui è vita in gratia migrarunt, requieſcunt, admirabilibus diuitiis cumulati.

Super qua feneſtra obliqua. Id eſt arctæ ex parte interna.

Secundum latera domus. Latera hoc loco appellantur muri claudētes porticum templi ab oriente in occidentem. Hi muri continuabantur muris templi loogitudinem claudentibus.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XLI.

Latera autem, latus ad latus bis triginta tria. In nonnullis codicibus eſt: bis triginta trium, nimirum pedum. Particula, bis, non eſt in tranſlatione ſeptuaginta interpretum, nec Pagnini. In Hebraico eſt פעמים pehamin, quæ dictio idem eſt quod bis, vt capite Numerorum. 20. Et percuſſit petram Num. 20.
virga ſua bis. Significat etiam pedes, & manus.
Nam in pſalmo. 57. vbi communis editio habet: Pſal. 57
Lauabit manus ſuas in ſanguine peccatoris: pro manibus eſt hoc idem nomen: pro quo diuus Hieronymus vertit ex hebræo, pedes, dicens: Pedes ſuos lauabit in ſanguine impij. Quem ſequitur eo loco Pagninus. Vt ſit ſenſus: Facta ſtrage impiorū, vir iuſtus victor, per ſanguinem eorum gradietur, abluens in illo pedes ſuos. Et in pſalmo. 73. Vbi Pſal. 73.
nos habemus: Leua manus tuas in ſuperbias eorū in finem, pro manibus vertit vterque pedes: cum ſeptuaginta in vtróque loco tranſtulerint, χεῖρας, hoc eſt manus. Cùm autem nomen פעם ſignificet bis, & pedem, & manum, vertit diuus Hieronymus bis triginta trium: & Pagninus: Trium & triginta pedum. Poteſt etiā verti: Triginta trium manuum, ſiue palmorum. Sed quoniam dictio hæc deriuatur à verbo paham, quod ſignificat terrere, & conterere, vt apud Danielem: Vidit Nabuchodonoſor Dan. 2.
ſomniū, & cōterritus eſt ſpiritus eius, poteſt verti locus ille pſalmi. 73. Leua terrores tuos, vel malleos tuos in ſuperbias eorum. Acſi diceret: Contere domine, & calamitatibus eos opprime, qui templum ſanctum tuum immaniter euerterunt. Verùm pro lateribus in Hebraico eſt hoc nomen צלע tſelagh, quod propriè coſtam ſignificat, vt capite ſecundo. Geneſis: Tulit vnam de coſtis eius, & re- Geneſ. 2
pleuit carnem pro ea. Et ædificauit dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem. Et quia coſtæ ſunt in vtróque latere animalis, appellatur cuiuſlibet rei latus hoc nomine. Et quia trabes domus ſunt veluti eius coſtæ transfertur nomen hoc ad trabes ſignificandas. Ideo poteſt hic Ezechielis locus ita verti: Erant autem trabes, trabes ſuper trabem trium & triginta pedum, parietem templi ingredientes.

Et duo oſtia erant in templo Pro oſtijs eſt in Hebraico דלתות delathoth. Dictio hæc abſque dubio oſtium ſignificat, vt in pſalmo: Pone domine cu- Pſal. 40
ſtodiam ori meo, & oſtium circunſtātiæ labiis meis. Labia indigent oſtiis, quòd inſtar oſtiorum debeant frequenter claudi, & rarò aperiri. Vnde Iob: Iob 41.
Portas vultus eius quis aperiet? Vbi per portas vultus ſiue faciei labia intelligit. Obſecrabat Deū

regius vates,vt linguam ſuam coerceret , ne quid
vnquam loqueretur,niſi quod in ipſius Dei gloriã,
aut in verã hominum vtilitatem redundaret. Nam,
Pſal.139 vt ipſe alio loco ait: Vir linguoſus non dirigetur in
Prou.10 terra. Et Salomon in Prouerbiis: In multiloquio
non deerit peccatum : qui autem moderatur labia
ſua prudentiſſimus eſt. Ideo diuus Iacobus in ca-
nonica ſua , Sit,inquit , omnis homo velox ad au-
Iac.1 diendum,tardus autem ad loquendum. Et rurſom:
Iac.3 Si quis autem putat ſe religioſum eſſe , non refræ-
nans linguam ſuam,ſed ſeducens cor ſuum , huius
vana eſt religio. Homo non cuſtodiens os ſuum eſt
vas abſque operculo , de quo dicitur in libro Nu-
Nu.19. merorum: Vas non habens operculum,nec ligatu-
ram deſuper,immũdum erit. Eſt etiam equus abſ-
que fræno , & nauis abſque gubernaculo. Lingua
inuidi & ſcelerati non ſolùm præſentibus nocet,
ſed etiã abſentibus : quam ob cauſam gladio com-
paratur & ſagittæ : gladio quidem , quòd eos , qui
propè ſunt,vulneret & occidat,ſagittæ verò, quòd
remotos & longè diſtantes transfigat. Exacuerunt,
Pſal.63 ait pſalmographus,vt gladium linguas ſuas. Et ite-
Pſal.56 rum : Lingua eorum gladius acutus. Et Ieremias:
Iere.9 Extenderunt linguam ſuam arcum mendacij. Et
paulò poſt : Sagitta vulnerans lingua eorũ. Omnis
linguæ immoderatio ex cordis immoderatione
Simile. procedit. Quemadmodum mota tota radice mo-
uentur etiam folia ; ſic perturbato corde , pertur-
batur etiam lingua. Ea autem immoderata generat
mortem,quemadmodum moderata vitam. Eam ob
Prou.18 cauſam ait Salomon in Prouerbiis: Mors & vita in
manibus linguæ. Et Chriſtus Deus noſter apud
Mat.12 Matthæum: Ex verbis tuis iuſtificaberis , & ex ver-
bis tuis cõdemnaberis. Pittacus Amaſidi regi miſit
è victima linguã vt membrum peſſimum , & idem
optimum. Antipater apud Plutarchum cùm qui-
dam mentionem feciſſet de Demade ſenio confe-
cto,ſed craſſo & loquace,velut,inquit , ex immo-
lata victima venter tantùm & lingua ſupereſt. Hoc
ideo dicebat,quia tunc immolantes Græci abſque
fide animalia ſuis falſis diis,linguam tamen eorum
tanquam prophanum membrum nõ immolabant.
Non adhibebant ſacris ſuis linguam, qua ſciebant
multa ſcelera committi , etiam ſi non ignorarent,
eam plurimum vtilitatis mortalibus afferre. Vnde
ortum eſt prouerbiũ: Lingua quò vadis ? Erectum
ciuitatem , eandem denuo ſubuerſum. Refertur à
Suida,Zenodoto , & Diogeniano. Cùm autem os
hominis ſit porta quædam , homo autem iuxta diui
1 Cor.3 Pauli ſententiam ſit templum Dei,oportet habere
2 Cor.6 duo oſtia in ore , quibus operturam cuſtodiat , fir-
mitérque obſerat & claudat , ne linguæ moderatæ
theſaurus à furibus rapiatur. Id intelligens Eze-
chiel ait: Et duo oſtia erant in templo &c.

Argumentum Capitis XLII.

Capite ſuperiore deſcripſit templum in tres partes diuiſum , porticum , ſanctum , & ſanctum ſanctorum. Nunc loquitur de Gazophylaciis , & de duobus ædificiis , quæ ſita erant extra templum , ab eius muris decem cubitos diſtantia.

CAPVT XLII.

ET eduxit me in atrium exterius A
per viam ducentem ad aquilo-
nem , & introduxit me in gazo-
phylacium , quod erat contra ſe-
paratum ædificium , & contra ædem ver-
gentem ad aquilonem in facie longitudinis
centum cubitos oſtij aquilonis , & latitudi-
nis quinquaginta cubitos cõtra viginti cu-
bitos atrij interioris,& contra pauimentum
ſtratum lapide atrij exterioris, vbi erat por-
ticus iuncta porticui triplici. Et ante gazo-
phylacia deambulatio decem cubitorum
latitudinis,ad interiora reſpiciens viæ cubi-
ti vnius. Et oſtia eorum ad aquilonem , vbi
erant gazophylacia in ſuperioribus humi-
liora , quia ſupportabant porticus quæ ex
illis eminebant de inferioribus , & de me-
diis ædificij. Triſtega enim erant,& non ha- B
bebant columnas , ſicut erant columnæ
atriorum. Propterea eminebant de inferio-
ribus , & de mediis à terra cubitis quinqua-
ginta. Et peribolus exterior ſecundum ga-
zophylacia, quæ erant in via atrij exterioris
ante gazophylacia. Longitudo eius quin-
quaginta cubitorum , quia longitudo erat
gazophylaciorum atrij exterioris quinqua-
ginta cubitorum, & longitudo ante faciem
templi centum cubitorum. Et erat ſubter
gazophylacia hæc introitus ab oriente in-
gredientium in ea de atrio exteriore in lati-
tudine periboli atrij,quod erat contra viam
orientalem in faciem ædificij ſeparati. Et
erant ante ædificium gazophylacia, & via
ante faciem eorum iuxta ſimilitudinem
gazophylaciorum, quæ erant in via aquilo-
nis. Secundum longitudinem eorum ſic &
latitudo eorum , & omnis introitus eorum,
& ſimilitudines , & oſtia eorum ſecundum
oſtia gazophylaciorum , quæ erant in via
reſpiciente ad auſtrum.

EXPLANATIO.

Et eduxit me in atrium exterius. Capite quadra-
geſimo diximus totum hoc ædificium triplici mu-
ro eſſe vndique cinctum,eſſe autem atrium , quod
immundorum appellabatur inter primum & ſe-
cundum murum,alterum autem, quod appellaba-
tur mundorum ſiue exterius reſpectu interioris in-
ter ſecundum & tertium murum: intra tertiũ vero
murum & templum eſſe atrium interius,ſeu ſacer-
dotum. Ex atrio primo eductus eſt propheta à du-
ctore ſuo ad ſecundum,& tertium,& ad templũ,&
ſanctũ ſanctorũ , quia ab exterioribus eſt ad inte-
riora progreſſ⁹,& à cognitione creaturarũ ad crea-
toris cognitionẽ. Ita enim ait Iob: Interroga iumẽ- Iob 12.
ta,& docebũt te:& volatilia cœli,& indicabũt tibi:
loquere terræ,& reſpõdebit tibi:& narrabũt piſces
maris.

maris. Quì verò templum intimum ingrediuntur, & diuina charitate & ſapientia replentur, dicunt
2.Cor.3 cum apoſtolo: Reuelata facie gloriã Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu. Talis fuit diuinus noſter vates, qui ab exterioribus ad intima penetrauit. Et egreſſus ex templo ad atrium interius, vt videret perfectiùs ea, quæ antea viderat, modo ex atrio interiore educitur à ductore ſuo ad atrium exterius, quod erat mundorum per viam aquilonarem, & per portam reſpicientem ad aquilonem, quæ erat in muro interiore. Per tres muros, tria atria, tres portas in quolibet muro, tres partes templi, tres hominum gradus intelliguntur, incipientium, proficientium, & perfectorum. Ait igitur Ezechiel: Eduxit me, nimirum qui me ducebat, & templũ menſurabat, in atrium exterius. Iam diuinus vates hoc atrium aſpexerat, priuſquam ad interiora ingrederetur, ſed tunc non habuit perfectam, omnibúſque numeris abſolutam cognitionem. At poſtquam templum, & ſanctum ſanctorum vidit, & alta Dei myſteria mentis oculis diuino lumine luſtratis perſpexit, & intima penetrauit: redit ad exteriora, vt ea expeditiùs & abſolutiùs intueatur. Illi perfectè creaturarũ naturas contemplantur, qui ſe creatoris contemplationi dediderunt, eiuſque deſiderio & amore flagrarunt. Oſtendit Deus Ezechieli atrium exterius, & omnia incluſiuè vſque ad ſancta ſanctorum: nũc illum ad exteriora ducit, vt ea perfectè cõtempletur. Sapientia enim non eſt in principio tota & abſoluta docenda: ſed ſenſim progrediendũ eſt, & ad priùs oſtenſa interdũ reuertendum. Oportet enim ea in animo verſare, & iterum ac iterum memoria repetere. Poſtquam regius vates fuit diuino amore incenſus, & alta Dei arcana animo perſpexit, redibat ad contemplationem globorum cœleſtium, & intuens ſolem, lunam, & reliqua aſtra diuini numinis perpetua monimenta, contemplabatur ſingularem Dei erga homines amorẽ, qui illis tam eximia opera condidiſſet: & memoria tanti effectoris
Pſal.8 aiebat: Quoniam videbo cœlo tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & ſtellas, quæ tu creaſti. Quid eſt homo, quòd memor es eius, &c. Et in fine pſalmi diuino quodã amore abſorptus has voces emittebat: Domine dominus noſter quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Intuere quemadmodũ à creatoris contemplatione ad creaturas cõtemplandas reuertitur, vt ab illis ad illũ redeat, cuius amore flagraret. Cùm animus ſe à corporis obſequio ſeiungit, voluptatémque veluti peſtiferam labem honeſtatis reſpuit, ſéque Dei amore incendit, ſitum cœlum, terram, mare, rerúmque omnium naturam intuetur, eáque vnde generata, quò recurrant, quãdo, & quomodo peritura, quid fluxũ & mortale, quid ſtabile & æternum contemplatur, in hoc conſpectu, & cogitatione, & rerum magnificentia, Deus immortalis, quãto gaudio afficitur, quanta firmitudine delicias mundi perituras contemnit, & ea, quæ inſipientes mortales expetenda exiſtimant, pro nihilo putat, & ad cœleſtia & immortalia ardenti charitate inflammatus rapitur.

Et introduxit me in gazophylacium. Hoc eſt, ex atrio illo exteriore eduxit me ad gazophylacium. Duo erant gazophylacia, de quibus modò agit, iuncta duabus porticibus interioribus, aquilonari & auſtrali. Nũc autẽ loquitur de auſtrali: ſed quod de vno dicit, de altero vult intelligi, cùm vtrunq; eiuſdem eſſet menſuræ & ſtructuræ.

In facie longitudinis centum cubitos oſtij aquilonis. Hoc eſt, in fine illius ſpatij, quod habebat in longitudine centum cubitos, quæ longitudo erat ante oſtium templi aquilonare. Vel ſic: Porta aquilonaris reſpiciebat faciem huius ædificij centum cubitos habentis in longitudine, & quinquaginta in latitudine. Porta hac egrediebantur ad locum prophanum: nam ſpiritualis perfectio publicam vtilitatem ſpectat, & ad hominũ ſalutem intuetur. Ita enim ait Deus: Diliges proximum tuum ſicut teipſum: Et iterum: Hoc eſt præceptum meum, vt dili- Deut 6
gatis inuicem, ſicut dilexi vos. Moyſes cum eſſet in Matt.
monte cum Deo, audita populi defectione, con- 22.
templationem reliquit, & ad ſuccurrendũ populo Ioan. 15
perrexit. Et Dominus Ieſus cùm in horto preces Exo. 32
funderet ad patrem, ſurrexit ab oratione, & venit Matt.
ad diſcipulos ſuos, exhortans eos, vt vigilarent, & 26.
orarẽt. Et diuus Paulus in epiſtola prima ad Theſ- Marc.
ſalonicenſes: De charitate fraternitatis, inquit, nõ 14.
neceſſe habemus vobis ſcribere, ipſi enim vos à 1.Teſſ.4
Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem.

Contra viginti cubitos atrij interioris. Senſus eſt: è regione ſpatij viginti cubitorum atrij interioris, & è regione pauimenti atrij exterioris erat quædam porticus ante porticum, quarum vtráq; triplex appellabatur, quòd triplicem haberet manſionem. Cæterùm pro porticu vertunt quidã exedram, alij cameram, alij gazophylacium vel cellulam. Aiuntque vnam eſſe poſt alteram, eſſéque tres cellularum gradus: & ideo appellari triplicem cellulam, quòd tres eſſent ordines earum. Erant hæ cellulæ coram atrij exterioris pauimento lapidibus ſtrato, ne pedes aut luto hyemis, aut puluere æſtatis contaminarentur. Pedes ſunt affectiones noſtræ, de quibus ait diuinus pſaltes: Stantes erant pedes no- Pſal.121
ſtri in atriis tuis Ieruſalem. Eius enim amor, & deſiderium, & affectio in cœleſti Hieroſolyma verſabãtur. Hos pedes, has affectiones abluere oportet, ne ſcelere aliquo polluantur. Sin autem eas inquinauerimus, ſumus ſtatim ad diuinum lauacrũ properaturi, vt ita æternam beatitudinem conſequamur. In libro Geneſis ſcriptum legimus Abraha-
mum angelis in hominum viatorum ſpecie hoſpi- Gene 18
tio acceptis dixiſſe: Lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore: ponámq; buccellam panis, vt cõfortetur cor veſtrũ, & poſtea tranſibitis. Qui in fide eccleſiæ quaſi in patriarchæ fidelis hoſpitio vt peregrinus in hoc mundo recipitur, ſi cũ angelis cupit trãſire, & in æternas gloriæ ſedes feliciter volare, ſtudeat lauare pedes piarũ lachrymarũ aqua, & ad ſpiritualem Siloem, ad ſacramenti confeſſionis fontẽ, ad hoc admirabile pœnitentiæ lauacrũ accedere, vt flagitiorũ maculas poſſit abluere. Partẽ
enim cũ Chriſto non habebit, vt ipſe Petro dixit, Ioan. 13
qui ab ipſo lot' nõ fuerit. Ipſe, vt ait in Apocalypſi Apoc. 1.
diuus Ioannes, dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et huius ſanguinis merita currunt per ſanctũ pœnitentiæ ſacramentũ, & per alia ſacramẽta: & oportet accedere ad illa: nõ enim nobis proderunt medicamẽta, niſi ea languoribus applicemus. Cùm autem peccator lotus fuerit, ad crucem confugiat, & ſub ipſa arbore requieſcat, in qua ſpem ſuam collocet, & conſtituat. Et ita

aſſumpta cœleſtis panis buccella, vino ac diuino pabulo refectus, viatico ſalutari munitus tranſibit

Ioan. 13 ex hoc mundo ad patrem. Eam ob cauſam Christus Deus noſter pedes diſcipulorum lauit, & poſtea ſanctū illis euchariſtiæ ſacramētum tribuit.

Deambulatio decem cubitorum latitudinis. Dixerat, eſſe gazophylacia contra pauimentum lapidibus ſtratum: & ne aliquis exiſtimaret, nihil eſſe intermedium, ait nunc eſſe inter gazophylacia deambulationem decem cubitorum latitudinis ad interiora reſpicientem verſus viam, quæ erat cubiti vnius in latitudine. Aduerte. Erat quædam latitudo in hoc ædificio, ſed ad viam arctam in ſanctuarium tendentem reſpiciebat: intuebatur ſtrictam viam, cubitum vnum latitudinis habentem. Hæc latitudo eſt vita principum & magnatum, qui purpura induuntur & ſerico, & epulis delicatis &

Matt. 7 exquiſitis paſcuntur. Hi in fide eccleſiæ Romanæ vitam degentes æternam conſequentur beatitudinem, ſi eius viam aſpexerint, ſi ad arctam viam, quę ducit ad vitam, aſpirauerint, ſi Dei præcepta cuſtodierint & à vita in gratia exceſſerint. Sed perpende. Non ait: Reſpiciens ad viam cubiti vnius, ſed reſpiciens ad interiora viæ cubiti vnius. Semper enim vir Chriſtianus debet interiora intueri, ne ſi

Gene. 19 retro aſpiciat, in ſtatuam ſalis inſtar vxoris Loth

Luc. 17 conuertatur. Vnde apoſtolus in epiſtola ad Phi-

Paul. 3 lippenſes, Quæ quidem, inquit, retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Et licèt principes ſplendidè induantur & comedant, non tamen eorum vita latitudo vocatur, quòd ſit ſecura & tranquilla abſque labore & moleſtia, ſed ob eorum opes, Dominatum, ædium regiarum magnificentiam, & ob eorum amplitudinem & maieſtatem. Sunt tamen hæc omnia laborum & dolorum pleniſſima. Scitum eſt illud regis Dionyſij à Cicerone in quinta Tuſculana traditum, qui Damocli eum felicißimum vocanti, eiuſque beatitudinem experiri cupienti, eam tribuit ad tempus. Iuſſit enim illum in ſtrato aureo collocari, textili ſtragulo ſumptuoſis emblematis picto, tum ad menſam præſtanti pulchritudine pueros delectos præcepit conſiſtere, ad ſeruiendum illi promptos ac paratos. Afferebantur pretioſa vnguenta, cremabantur odoriferi paſtili, menſæ delicatiſſimis dapibus replebantur. Sed in hac regia pompa conſtitutus Damocles, beatũmque ſe exiſtimans, vidit fulgentē gladium, quem rex Dionyſius è lacunari ſeta equina appenſum iuſſerat demitti, vt eius capiti immineret. Et tanto fuit metu perterritus, vt nec in elegantes miniſtratores oculos conijceret, nec ad exquiſitas epulas manum porrigeret: quin potius regem obteſtabatur, vt ei permitteret diſcedere: erat enim iam ei breui illo tempore ſatis perſpectum & exploratum, eſſe regiam dignitatem periculis obnoxiam, moleſtiis expoſitam, & laboribus ac anxietatibus vndique cinctam.

Et oſtia eorum. Hoc eſt, oſtia gazophylaciorum erant verſus auſtralem partem: & ſuper his gazophylaciis erant etiam alia gazophylacia habentia arctiores parietes. Tres erant ordines gazophylaciorum, quædam erant infima, quædam media, quædam ſuprema: & quantò ſuperius aſcendebant, tantò erant humiliora ex parte exteriore. Nam paries primæ manſionis erat craſſior pariete manſionis ſecundæ, paries autem manſionis ſecundæ craſſior pariete manſionis tertiæ: & ita ſuprema gazophylacia parietem habebant anguſtiorem. Erat hic paries ex parte interiore ad perpendiculum rectus: ſed ex parte exteriore erat ſurſum anguſtior, & retractior. Quam ob cauſam ſuprema gazophylacia humiliora & arctiora erant ex parte exteriore. At ex parte interiore æqualia erant, ſi parietes erant æquales ad perpendiculum directi, vel capaciora, ſi parietes ex parte interiore ſurſum aſcendentes ſe etiam aſtringebant. Præterea in gazophylaciis infimis & mediis erant porticus eminentes ex ædificio, quæ illud craſſius efficiebant: quod in ſuprema manſione non erat. Hoc vult propheta ſignificare, dicens: quia ſupportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de mediis ædificij. Sequitur: Triſtega enim erant, Id eſt tres habebant manſiones, infimam, mediam, & ſuperam. Ea autem gazophylacia, quę in ſummo erant ordine, humiliora erant. Nam in eccleſia Chriſti quantò quis altior eſt dignitate & amplitudine, tantò debet eſſe ſubmiſſior humilitate & animi abiectione. Id docuit Chriſtus Deus noſter, qui aduocato paruulo dixit diſcipulis ſuis de dignitate contendentibus: Quicunque ſe humiliauerit *Mat. 18*

ſicut paruulus hic, hic eſt maior in regno cœlorū. Et iterum: Quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Et rurſum: Qui ſe humiliat, *Luc. 19*

exaltabitur. Et de ipſo Chriſto ait ita diuus Paulus: *Mat. 20*

Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad *Matth. 24.*

mortem, mortē autem crucis: propter quod Deus *Phili. 2.*

exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Quanto maior es, inquit Eccleſiaſticus, humilia te in omnibus, & coram Deo inue- *Eccle. 3*

nies gratiam Et diuus Petrus in prima epiſtola ſua: *1. Pet. 5.*

Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis Granum frumenti in terram deiectum caſpites frangit, & deorſum tendit: & quò profundiùs deſcendit eius radix, eò excelſius eius culmus crebris geniculis interſectus *Simile.*

ſurſum erigitur. Naturæ propoſitum eſt ex ſemine illo fructum producere, illudque ſurſum extollere: vt autem hoc faciat, opus eſt, vt radix profundiùs defigatur: cùm verò ſurſum extollitur, ſolem quærit, abſque quo non vegetatur. Eodem modo qui altiùs volunt efferri, in Dei contemplationem rapi, & veram dignitatem adipiſci, debent per animi humilitatem deſcendere, imbecillitatem ſuam intueri, ſeque omni honore penitus indignos iudicare. Et ita erigentur, ſolem iuſtitiæ quærentes, in eoque totam ſpem ſuam, totam curam & cogitationem collocantes. Ariſtoteles, qui cæteris philoſophis, excipio ſemper Platonem, eruditione præſtitit, hominem definiens ait eſſe animal rationis particeps, mortale. Has duas differētias formæ procreatrices poſuit in definitione, vocans eum morti obnoxiū nō ſolùm vt à diis ſuis cōmentitiis ſepararet, ſed vt illum ſuæ fragilitatis admoneret. Si ſe extolleret aſpiciens ſe eſpotē rationis, & bonorum immortaliū capacem, ſtatim ſe intueretur eſſe caducū & mortale, quò ſuperbiā deponeret, & imbecillitatē ſuam perſpiceret. Hac cōſideratiōne ducti magni viri, in ſublimi dignitate conſtituti, & mentis opibus muniti profundā humilitatem amplectuntur. Id ſignificare volēs diuinus noſter vates ait

tes ait ſupera gazophylacia humiliora eſſe inferioribus: quia viri iuſti, qui ſunt gazophylacia & theſauri gazarum Dei, quantò ſuperiorem obtinent locum, tantò humiliores ſunt. Vt enim vaſa, cùm replentur liquore, aërem expellunt, ſic qui in virtute proficiunt, deiiciunt vanitatem, omneque ſuperbiæ genus deteſtantur. Contrà verò quemadmodum vaſa, cùm euacuantur liquore, implentur aëre: ſic multi deſtituti virtute implentur ſuperbia. De ea ait Eccleſiaſticus: Initium omnis peccati eſt ſuperbia. Hæc de cœlo præcipitauit Luciferum: hæc de paradiſo eiecit Adam. Hæc hæreſes inuenit, & hæreticos efficit, & ſeparat ab eccleſia. Lucifer voluit eſſe ſimilis altiſſimo: Adam & Heua voluerunt eſſe ſicut dij ſcientes bonum & malum, hæretici volunt eſſe ſuper magnos eccleſiæ epiſcopos ac paſtores, ſuper omnes doctores, ſuper ſummum pontificem Chriſti vicarium, ſuper concilia œcumenica. Talis fuit Lutherus ordinis deſertor, ſuæ religionis apoſtata, homo libidini traditus, comeſſationibus & ebrietatibus deditus, impius, & ſeditioſus, qui peſtilentibus hæreſibus ſuis veluti incantamentis quibuſdam quam plurimos infatuauit, quorum nonnulli in illam Circen incidentes hauſto venenato poculo libertatis carnalis, verſi ſunt in bruta ipſa peſtilenti Circe peſtilentiora.

Simil.

Eccle.10

Eſa 14

Gene. 3

Eſai.14

Geneſ.3

Et peribolus exterior Deſcribit murum ędificium aquilonare claudentem: Deriuatur peribolus à verbo periballo gręco, quod ſignificat cingere & amplecti. Hic igitur murus, qui porticum ędificij aquilonaris circundabat, habebat quinquaginta cubitos longitudinis. Ex quo ſequitur habere ipſam porticum eoſdem ſeptuaginta cubitos in longitudine. Et eandem longitudinem habebant decē illa gazophylacia, quę cum porticu aquilonari muri ſecundi cohęrebant.

Et longitudo ante faciem templi centum cubitorum. Hoc eſt longitudo huius ædificij aquilonaris erat ante faciem templi id eſt iuxta longitudinem templi. Eadem etiam erat menſura ædificij auſtralis. *Et erant ante ædificium gazophylacia.* Preter templum erant in hoc ambitu tria ædificia ſimilia, vnū appellabatur ſeparatum, alterum aquilonare, aliud auſtrale. Et habebant hæc tria ædificia ſua gazophylacia ſimilia & ęqualia. Ait verò nunc. Et erant ante ędificium, nimirum ſeparatū gazophylacia: eratque via ante oſtia eorum inſtar gazophylaciorum viæ aquilonis. Acſi diceret: Gazophylacia ædificij ſeparati erant ſimillima gazophylaciis aquilonaris ędificij: & eandem ſimilitudinem habebant gazophylacia ædificij auſtralis.

Reſpiciente ad auſtrum. Quidam codices habent: Reſpiciente ad Notum: ſed pro eodem accipitur.

C Oſtium in capite viæ, quæ via erat ante veſtibulum ſeparatum per viam orientalem ingredientibus. Et dixit ad me: Gazophylacia aquilonis & gazophylacia auſtri, quæ ſunt ante ædificium ſeparatum. hæc ſunt gazophylacia ſancta, in quibus veſcuntur ſacerdotes, qui appropinquant ad dominum in ſancta ſanctorum. Ibi ponent ſancta ſanctorum, & oblationem pro peccato, & pro delicto: locus enim ſanctus eſt. Cùm autem ingreſſi fuerint ſacerdotes, non egredientur de ſanctis in atriū exterius: & ibi reponent veſtimenta ſua, in quibus miniſtrant, quia ſancta ſunt: veſtienturque veſtimentis aliis, & ſic procedent ad populum. Cúmque compleſſet menſuras domus interioris, eduxit D me per viam portæ, quæ reſpiciebat ad viam orientalem: & menſus eſt eam vndique per circuitum. Menſus eſt autem contra ventum orientalem calamo menſuræ: quingentos calamos in calamo menſuræ per circuitum. Et menſus eſt contra ventum aquilonis quingentos calamos in calamo menſuræ per gyrum. Et ad ventum auſtralem menſus eſt quingentos calamos in calamo menſuræ per circuitum. Et ad ventum occidentalem menſus eſt quingentos calamos in calamo menſuræ. Per quatuor ventos menſus eſt murum eius vndique per circuitum, logitudinem quingentorum cubitorum & latitudinem quingentorum cubitorum diuidentem inter ſanctuarium & vulgi locum.

Oſtium in capite viæ. Id eſt, ſecundum oſtia gazophylaciorum, quæ ſpectabant ad meridiem, erat oſtium initio viæ, quæ erat ante veſtibulum ſeparatum: vel vt poteſt verti ex Hebræo: quę erat ante parietem elegantem verſus orientem, cùm homines ingrediebantur templum. Hæc gazophylacia auſtralia habebant oſtium verſum ad orientē. Appellatur autem hic paries elegans, quòd eſſet aptiſſimus, & conſtaret lapidibus cæſis. Rectè tamen tranſtulit interpres noſter, quia idem nomen ſignificat parietem, ſepem, & veſtibulum. Erat autę veſtibulum hoc pulchrius aliis, quam ob cauſam dicitur ſeparatum.

Et dixit ad me. Subauditur, ductor meus, ędificij menſurator.

Gazophylacia aquilonis Deſcripſit gazophylacia: nunc oſtendit eorum vſum.

In quibus veſcuntur ſacerdotes. ibi comedebant ſacerdotes oblationes, quæ offerebantur in templo.

Ibi ponent ſancta ſanctorum. Hoc eſt, in his gazophylaciis ponent ſacerdotes carnes immolatas Deo. Victimas Dęo oblatas appellat ſancta ſanctorum: vel vt poteſt verti ex Hebræo, ſanctitates ſanctitatum. Huiuſmodi oblationes erant in loco ſancto comedendæ iuxta legis decretum. Deut.12 Deu.14

Pro peccato & pro delicto. Per peccatum intelligitur culpa venialis, per delictum mortifera. Vel per peccatum intelligitur flagitium per commiſſionem, per delictum flagitium per omiſſionem. Fortaſſe per peccata intelliguntur ſcelera ex induſtria perpetrata, per delicta verò ea, quæ ſunt ignoranter admiſſa: de quibus ait pſalmographus: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Pſal. 18

Cúmque ingreſſi fuerint ſacerdotes. Cùm ſacerdotes veſtibus ſanctis induti diuino cultui dedicatis ingreſſi fuerint hæc gazophylacia, non inde cum illis exibunt ad populum. Exuent veſtes ſanctas,

caſque in gazophylaciis deponent: & aliis induti
ad populum accedent. Vult hoc loco Dominus ſi-
gnificare, non eſſe rudi populo alta Dei myſteria
manifeſtanda. Qui non poſſunt templi abdita pe-
netrare, nec ſublimia diuinæ ſapientiæ arcana in-
telligere, lacte facili ſimplicis cuiuſdam doctrinæ
nutriendi ſunt, non ſolido excelſorum myſterio-
rum cibo. Id intelligens diuus Paulus, aiebat Co-
1. Cor 3 rinthijs: Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis
potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis.
Non ſunt paſſim quilibet ad ſublimiũ arcanorum
interpretationem admittendi. Id dixerat iis verbis
Eſai 24 Eſaias: Secretum meum mihi, ſecretum meum mi-
Eſai. 28 hi. Et rurſum: Quem docebit Dominus ſcientiam,
& quem faciet intelligere auditum? Ablactatos à
lacte, auulſos ab vberibus. Paruulis ac lactentibus
non ſolùm non prodeſt ſolidus cibus, ſed etiã ſuf-
focat eos, & occidit, qui integræ ætatis hominibus
conuenit. Incipientes non confeſtim cogendi ſunt,
vt in eximiam diuinorum myſteriorum claritatem
mentis aciem imbecillam intendant: ne forte in-
genti ſplendore offenſi, oculos in terrã coniiciant,
cœleſtem doctrinã intueri nolentes. Sed aſſueſcant
imaginem veritatis ſimplicis intueri, & ita animum
purgantes aditum ſenſim aperiant ad alta ac ful-
gentia myſteria contemplanda. Qui ſunt ſceleribus
aſtricti, & peſtilentibus flagitiorum labibus conta-
minati, cœleſtem ac ſublimem doctrinam contem-
nunt, & pro nihilo putant. Eam ob cauſam dice-
bat Chriſtus Deus noſter: Nolite dare ſanctum
Mat. 7 canibus, nec mittatis margaritas veſtras ante por-
cos. Et ſapientes Hebræorum præcipiebãt, ne quis
niſi ætate matura primum caput Geneſis, & Canti-
ca canticorum, & primam ac vltimam Ezechielis
viſionem attingeret, quoniã hæc difficillima erant
intellectu, & excelſa Dei arcana continebant. Nec
ſolùm fideles, ſed ij etiam, qui fuerunt expertes fi-
dei, ſolo naturę & humanę philoſophię lumine il-
luſtrati intellexerunt, non debere alta Dei arcana
omnibus indifferenter explicari. Imò non eſſe my-
ſteria cenſebant, quæ nõ eſſent occulta. Hinc effe-
ctum eſt, vt in templis ſuis Sphinges depingerent
occulta ænigmata proponentes. Qua in re occulta
eſſe Dei myſteria ſignificabãt, quę ſolùm illi poſſet
contẽplari, qui demiſſo lacte, cœleſti aleretur am-
broſia. Eam ob cauſam magnus ille Pythagoras il-
luſtri ſapientię laude celebratus factus eſt magiſter
ſilentij, nec arcana, de quibus inter paucos diſſere-
bat, mãdare literis voluit, quibuſdam exceptis, quę
cùm ad vitæ exitũ vocaretur, morientibus vocibus
filiæ ſuæ Damæ cõmẽdauit. Hoc eius inſtitutũ ij ſe-
cuti ſunt, qui fuerunt Pythagorici vocati. Illud Ly-
ſis ab Hipparcho violatum queritur: in illud deni-
que iuratos Ammonij diſcipulos Plotinum & He-
rennium teſtatur Porphyrius. Id quod eleganter
oſtendit Beſſarion in opere ſuo pro defenſione Pla
tonis. Epictetus philoſophus aiebat: Ne loquaris
multum inter ineruditos de ſpeculationibus, ſed
fac aliquid ex ipſis ſpeculationibus: veluti in con-
uiuio ne dicas, quo pacto oporteat comedere, ſed
comede, vt oportet. Et alibi multis verbis prohibet
difficilia arcana rudi populo oſtentare. Sed ex no-
ſtris diuus Paulus Corinthiis imperfectis ſolidum
1. Cor. 3 cibum negauit, quod Dioniſio Areopagitæ, aliiſq;
excellenti ingenio & doctrina viris concedebat: de
quibus ipſe aiebat: Sapientiam loquimur inter per-
fectos. Et ipſe Dionyſius diſcipulus eius inſtitutum
eſſe ait eccleſiæ firmiter obſeruatum, ne ſecretiora *1. Cor. 2*
dogmata apertis literis, ſed voce tãtùm iis, qui ritè
eſſent initiati, communicarentur. Id volens diuina
ſcriptura oſtendere hoc loco, ait ſacerdotes veſtes
ſacras domi abſcondere, ne illas populus tractaret,
& contemneret.

Cumque compleſſet menſuras domus interiores. Ex-
pletis menſuris interiorum, transfert ſe ad exterio-
ra menſuranda. Loquitur nunc propheta de men-
ſura muri primi totum ædificium ambientis. Et ait:
Eduxit me, nimirum ductor meus, per viam portæ,
quæ reſpiciebat ad viam orientalem, quæ eſt prima
porta huius ædificij, illis ſe primo offerens in pri-
mo muro, qui ex orientali parte ad templum pro-
cedunt. Tres, vti diximus, erant in quolibet muro
portæ: cùm autem tres eſſent muri, nouem erant
portæ, tres ad orientem, tres ad aquilonem, tres ad
auſtrũ. Cùm autem omnes hæ portæ apertæ eſſent,
ita ſe inuicem reſpiciebant, vt qui eſſet in prima,
videret ſecundam & tertiam, & portam templi, at-
que ipſum templum: nam templum tres habebat
portas murorum portis reſpondentes. Duodecim
igitur erant portę quę ad ipſum templum ingre-
diendum aditum prębebant, nouem in muris, &
tres in ipſo templo: pręter portas thalamorũ, cel-
lularum, & reliquarum ędium. Hæ duodecim portę
pręcipuæ duodecim apoſtolorum imaginem gere-
bant: per ipſorum enim fidem, & vitam, & prędica-
tionẽ ingreſſi ſunt homines in eccleſiã Chriſti. Hi
ſunt duodecim Chriſti diſcipuli pręcipui, & duo-
decim illæ portæ ſpiritualis Hieroſolymæ in terra
militantis, de quibus ait in Apocalypſi diuus Ioan- *Apo. 21*
nes: Et habebat, nimirum eccleſia, murum magnum
& altum habentem portas duodecim, & angelos
duodecim. Murum habet eccleſia catholica ingen-
tem & excelſum, quia ad cœlum tendit, & omnes
infidelium congregationes ſuperat dignitatis alti-
tudine, & virtutum celſitate: & omnia eius dogma-
ta ſublimia ſunt, & ad cœlum reſpicientia. Duode-
cim habet portas, quia duodecim fuerunt tribus
Iſrael, genus ſuum ducentes à duodecim patriar-
chis figuram duodecim apoſtolorum gerentibus.
Erant in his duodecim portis angeli duodecim Apo
ſtolorum coadiutores ad electos in ſanctam ciuita-
tem inducẽdos. Pro angelis legunt nonnulli angu
los; ſed malè, cùm in Græco ſit ἀγγέλους. Et paulò
pòſt, Et duodecim, inquit, portæ duodecim marga
ritæ ſũt. Margaritas & vniones vocat apoſtolos ob
eximiam illorum claritatem, & admirabilem virtu-
tum ſplendorem. Adumbratus etiam fuit numerus
hic duodecim apoſtolorum in duodecim prophe- *Exo. 15*
tis: & in duodecim fontibus aquarũ in Helim re- *Exo. 28*
pertis, vbi erant & palmæ ſeptuaginta alios ſeptua *Num. 13*
gintã Chriſti diſcipulos adumbrantes. Et in duo-
decim lapidibus pretioſis rationalis ſacerdotis. In
duodecim exploratoribus terræ promiſſionis. In
duodecim lapidibus altaris, quod Elias diuino amo
re inflammatus conſtruxit. In duodecim viris, quos *3. Reg.*
elegit Ioſue, vt duodecim lapides ex Iordane flu- *18.*
uio in terram promiſſionis aſportarent, aliosque *Ioſue. 4*
duodecim ex terra ferrent ad flumium, cùm Iorda- *Pſal. 113*
nem ſe retrorſum conuertentem Hebræi mirabi-
liter tranſierunt. Ioſue elegit duodecim viros, qui
non ſolum nomine, ſed etiã facto fuit Ieſu Chriſti
figura, qui duodecim diſcipulos elegit, quemad-
modum

modum ipſe eis dicebat: Nonne ego vos duodecim elegi? Et iterum: Non vos me elegiſtis, ſed ego ele- *Ioan.6* gi vos. Hi duodecim apoſtoli eiecerunt duodecim *Ioan.13* lapides Iordanis in terram promiſſionis, & duodecim terræ promiſſionis in Iordanem: quia ex hoc mundo, qui fluuius eſt perpetuò fluens, & ad mare mortis tendens, res aliquas prophanas in ſacras tranſtulerunt: terrenas in cœleſtes, & humanas in diuinas commutarunt: contra verò res ſacras, cœleſtes, & diuinas, ad prophanas, terrenas, & humanas attulerunt: vt terræ cœlique conſortium in lege gratiæ factum eſſe oſtenderent: quando mortuo Moyſe, mortua ſynagoga bonus Ieſus viros Iſraelitas ad terrã promiſſam, hoc eſt ad beatitudinẽ duceret immortalẽ. Elegit Ioſue duodecim, qui corũ gererent imaginem, de quibus ait diuus Lucas: *Luc.6* Elegit Ieſus duodecim, quos apoſtolos nominauit. Fuerunt autem duodecim apoſtoli in duodecim pueris Dauidis adumbrati, qui fortiter occubuerũt *1.Reg.2* in prælio, ſed Dauid victoriã reportauit. Nam etſi duodecim apoſtoli mortui ſunt aduerſus mũdi dolos pro Chriſti veritate certantes, vicit tamẽ Chriſtus apoſtolorum Dominus, & per ipſos de mundo glorioſe triumphauit. Vt in mundo naturali per *Simile.* duodecim ſigna Zodiaci ſol conficit curſum ſuum admirabili ordine & celeritate: ſic in mundo ſpirituali Chriſtus ſol iuſtitiæ per duodecim apoſtolos deducitur, qui eius fidem prædicauerunt, & ſanctũ nomen eius per eunctas nationes celebrarunt: & per eos ipſe aſperrimam dæmonis tyrannidẽ euertit: & expulſis tenebris ingenti ſplendore mundum illuſtrauit. Eſt autem Zodiacus circulus in ſphæra cœleſti duodecim continens ſigna, dictus à nomine Græco Zoi, quod ſignificat vitam & ſubſtãtiam: quoniam à vero ſole iuſtitiæ vitam habemus, & per illum ſubſiſtimus: & vt ait diuus Paulus in Actis a- *Act.17* poſtolorum, In ipſo, nimirum Deo viuimus moue- *Simile.* mur, & ſumus: Vt dies artificialis fuit in duodecim horas diſtributus: ſic oportebat, vt dies gratiæ, & tempus lucis euangelicæ duodecim haberet apoſtolos, qui cœleſtis luminis claritatem per omnes orbis regiones propagarẽt, & falſorum deorũ cultum delerent. Et ne mundus apoſtolorum victoriã humanis viribus tribueret, eos elegit Deus, qui eſſent in mundo pauperes, inſipientes, & abiecti. *1.Cor.1* Hoc quidem eſt, quod ait apoſtolus: Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nõ ſunt, vt ea, quæ ſunt deſtrueret. Accedit ad hoc, quod ea, ad quæ mittebantur apoſtoli, cœleſtia erant, non terrena: quam ob cauſam oportebat, miſſos ad illa ad cœlum aſpirare, non autem ad terrã. Cùm autem pauperes ſpiritu in cœlum libentiùs & frequentiùs mentis oculos coniiciant, quàm ij, qui ad mundi diuitias auiditate in incenſi rapiuntur, apertè oſtenditur, fuiſſe pauperes conuenienter miſſos ad euangelium prædicandum, non autẽ eos, qui diuitiis affluebant. Præterea quomodo erãt paupertatem prædicaturi, qui mundi opibus abundabant? Non ſatis eſt intelligere vtilem eſſe virtutem & ſalutarem, eámque verbis elegantibus, & rationibus ſubtilibus, & ſententiis ſcripturarũ ſuadere, ſi ille, qui eam vocibus prædicat, ab ea factis abhorret. Melius eam prędicat, qui eam ſeruat, quã qui eam ſeruandam eſſe oſtendit, ſi illa præditus *Simile.* non eſt. Vt oues non herbam euomentes paſtoribus vtiliter oſtendunt, quantùm comederint, ſed cibum intus coquentes, & lactis copiam, ac lanam molliorem & ponderoſiorem producentes, & pinguedinem demonſtrantes: his enim rebus optimũ eſſe paſtum ſuum apertè oſtendunt: ſic concionatores non euomentes verba, & ſpeculationes ſubtiles oſtentantes, populo fructuoſe penitus oſtendunt, præclarum eſſe virtutum paſtum, & ſalutarẽ, & amplectendum, ſed intus virtutem coquentes & obſeruantes, cùm in ipſius virtutis actiones incumbunt, cùm lacte miſericordiæ affluunt, & velleribus charitatis & ſe, & alios induunt, tunc planè oſtendunt, quantum in Chriſti lege profecerint, & quantum alij in ea debeant proficere: & ita auditorum animos factis potiùs, quàm verbis ad virtutem incitant & impellunt, nec ſolùm eam amplectendam eſſe populo ſuadent, ſed perſuadent. Vtilia ſunt verba, ſed opera vtiliora. Timotheum hortabatur diuus Paulus ad concionandum, ſed dicebat *2 Tim.4.* illi: Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ. Et poſt quam Titum ad munus concionandi excitauit, ait illi: In omnibus te ipſum *Tit.2.* præbe exemplum bonorum operum. Et Chriſtus *Mat.5* Deus noſter: Qui fecerit, inquit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Cùm igitur apoſtoli eſſent paupertatẽ ſpiritus prædicaturi, decebat eos pauperes ſpiritu eſſe. Sed hæc eorum paupertas mundum ſuperauit. Dedit illis Deus poteſtatem ſuper naturam, vt illam curarent, ſuper dæmones, vt eos expellerent, ſuper elementa, vt ipſa immutarent, ſuper mortem, vt eam contemnerẽt, & mortuos ad vitam reducerent, ſuper angelos, vt *Simile.* ſanctum corpus Domini cõſecrarent. Miſit Chriſtus apoſtolos ſuos quaſi ignis ſcintillas ſuas: vt ſicut ignis in ſcintillis ſuis aſpicitur, ſic in eorũ miraculis, & virtutibus, & ſapientia, diuina potentia agnoſceretur. Piſcatores erant, ſed animas piſcabantur. De illis dixerat Deus per Ieremiam: Ecce *Iere.16* ego mitto piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos. Ideo illis Chriſtus aiebat: Venite *Mat.4* poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. Hi innumerabilem hominum multitudinem adduxerunt ad eccleſiam: quare portæ eccleſiæ dicuntur: & cùm ſint duodecim, per duodecim præcipuas huius ædificij oſtenſi Ezechieli portas meritò ſignificantur.

Et menſus eſt eam Subaudi domum: de qua dixerat: Cúmque compleſſet menſuras domus interioris. Per domum intelligit totum ædificium, quod iam fuerat ex parte interiore mẽſuratum, vt viſum eſt: nunc verò menſuratur ex parte exteriore.

Menſus eſt contra ventum orientalem. Totum hoc ædificium erat muro circundatum: qui nunc menſuratur. Hic murus erat quadratus, habens ex parte orientis in longitudine quingentos calamos, totidem ex parte occidentis, æqualiter ex parte aquilonis, & auſtri: vt hoc loco ait propheta. Quatuor præcipui venti pro quatuor præcipuis orbis plagis accipiuntur. Calamus, vt capite quadrageſimo oſtẽdimus, continet ſex cubitos, at qui quælibet ex quatuor muri quadrati partibus complectitur quingẽtos calamos ergo complectitur tria millia cubitorum: ſi enim quingentos ſexies numeraueris, inuenies tres mille, Cùm autem ſint quatuor partes muri, apertè relinquitur concluſum, totum ædificium in toto ſuo ambitu duodecim milia cubitorum cõtinere:

tinere:quater enim tria millia duodecim millia cõficiunt. Tot enim ſunt ſignati ex vnaquaque tribu Iſraelis. Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati, ex tribu Rubem duodecim millia ſignati, & ſic de cæteris tribubus à diuo Ioanne in Apocalypſi nominatis. *Apo.7*

Per quatuor ventos menſus eſt murum. Recapitulatio eſt eorum, quæ dixerat: & eſt ſenſus: Ex omnibus quatuor partibus menſus eſt murum exteriorem totum ædificium eingentē: & quodlibet quadrum habebat quingẽtos calamos menſuræ in longitudine. Et quia ædificiũ erat ex omni parte quadratum, ſubdit: Longitudinem quingentorum, & latitudinem quingentorum. Particula, cubitorum, quæ eſt in nonnullis codicibus, delenda eſt, quoniam non eſt in Hebraico, nec in Græco, nec in tranſlatione Pagnini, nec aliorum. Et diuus Hieronymus aſſerit non eſſe hîc ponendam: imò loco cubitorum, debet eſſe, calamorum. Et ita habent nonnulli codices correcti.

Diuidentem inter ſanctuarium & vulgi locum Id eſt, qui murus exterior diuidebat ædificium ſanctũ à loco prophano. Cingebat murus hic totum ædificium, quod hic ſanctuarium ſiue ſanctum appellatur. Locus vulgi hoc loco nõ accipitur pro atrio primo inter primum & ſecundum murum, ſed pro loco prophano extra ædificiũ. Murus hic, qui nũc inuentus eſt habere duodecim millia cubitorum in circuitu, erat primus, ſed fuit poſtremo menſuratus. Multi enim ſunt & nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. *Mat. 20.* Poſtquã diuinus vates penetrauit ſacrarium, reuerſus eſt ad exteriorem murum, vt eius menſuram perfectè contẽplaretur. Oportet enim ad rerum exterarum ſcientiam vtiliter & ſalubriter comparandam, accedere priùs ad Dei ſacrariũ, & mentis aciem perpurgatam ad Deum tollere, diuinique numinis amore inflammari. Nam qui fuerit impurus, flagitiorum maculis cõtaminatus, ſcelerúmque vinculis aſtrictus, erit vera & ſalutari ſcientia deſtitutus. *Sap.1* Eſt enim libro Sapientiæ mandatum: In maleuolã animã non introibit ſapiẽtia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *Pſal.118* Et Dauid cecinerat: A mãdatis tuis intellexi. Et quamuis homo in nonnullas virtutum actiones incumbat, tamen ſi vel ſolo vno peccato mortifero aſtringitur, *Simile.* ad alta myſteria intuenda non facilè ſurgit. Vt auis etſi pedem vnum ſolutum habeat, & alas expandat, ſi tamen vel ſolo vno pede ligata eſt, tota eſt ligata, vt volare non poſsit: ſic homo licèt ad eleemoſynam largiendam, & ad preces fundendas, & ad alia nonnulla bona facienda liber eſſe videatur, totus tamen ligatus eſt, & penitus aſtrictus, ſi ſolo vno ſcelere lethali ligatur, eiuſque vinculo aſtringitur. Poteſt quidem multa ex ſe bona operari, ſed ei ad vitam æternam non proficientia, vt illis eam mereatur, cùm ſit in peccato mortifero, & dæmonis funibus ligatus. Oportet ſolutionem quærere, eaque impetrata alas pandere, & per contemplatione, & amorem diuinum euolare in ſublime. Vera ſapientia eſt cum virtute coniuncta: ſi verò abſque virtute eſt, ſcientia mundi vocatur, & vt ait *1.Cor.3* apoſtolus, ſtultitia eſt apud Deum. Nihil eſt homine tetro, ſcelerúmque labibus coinquinato inſanius, nihil eo mentis tenebris circunfuſo ſtultius, nihil illo impiæ cupiditatis ſtimulis: concitato dementius, etiamſi mundi ſcientia ſit magnopere inſtructus. Quî fieri poteſt, vt ſapiens ſit, qui ſeipſum perdit, qui neſcit veram quærere ſalutem, nec hoc puſillum temporis vitæ, quod illi datum eſt, placidè & tranquillè traducere: ſed ſemper turbulentis animi commotionibus agitatur, & aut inani formidine, aut peſtilenti ſolicitudine, aut effrænata cupiditate torquetur? Vnde ait diuus Ambroſius in epiſtola quadam: Vbi ſapientia, ibi virtus animi, ibi conſtantia & fortitudo. Et Lactantius Firmianus libro primo diuinarum inſtitutionum: Omnis ſapientia hominis in hoc vno eſt, vt Deum cognoſcat, & colat. Sapiens eſt ille, qui non à populi temerarij pendet iudicio, ſed in ſe omnia ſua poſita eſſe ducit, humanoſque caſus virtute inferiores eſſe exiſtimat: Notum eſt illud Biantis Prienenſis inſignis philoſophi, qui cùm ſe fugæ mandaret cum ciuibus ſuis capta patria, cæterique rerum pretioſarũ ſarcinulis onuſti diſcederent, admonitus à quodã vt idẽ ipſe faceret. Ego verò, inquit, facio: nam omnia bona mea mecum porto. In hac ſententia erat Antiſthenes, qui aiebat, vt refert Laërtius, ea paranda eſſe bona, quæ facto naufragio cum Domino natarent. Sed hi non erant verè ſapientes, cùm eſſent fide deſtituti: & licèt multa dicerẽt digna cognitu, & ſapientiã laudibus efferrent, non tamen verã ſapientiam mentis oculis intuebantur: ſi enim eius forma oculis cerneretur, mirabiles ſui amores excitaret. Et multos arbitror ad eam peruenturos eſſe, niſi arbitrarentur ſe ad eam iam perueniſſe. Nos demus operam, vt ad eam perueniamus: contemnamus humana, aſpiremus ad diuina, vt ſummum illud bonũ, ad quod creati ſumus, poſſimus adipiſci. Vt autem rerum conditarum ſalutarem obtineamus ſcientiam, accedamus priùs ſupplices ad Dei *1 Ioã 2 &c.* ſacrarium, ad propiciatorium, ad Chriſtum noſtrũ verum Deum, qui eſt propitiatio noſtra: eum ardenter amemus, ad eum confugiamus, eum ſuauiter amplectamur, & immortalitatis amore inflammemur.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XLII.

Et eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad aquilonem. Septuaginta habent: Et eduxit me in atrium exterius ad orientem, contra portam, quæ eſt ad aquilonem. Aduerte. Qui eum ducebat, oriens eſt, eúmque ducebat ad orientem. Semper Chriſtus nos ducit ad ſeipſum. Ipſe eſt dux, & oriẽs. De eo dixit Michæas alloquens Bethlehem. Ex te *Mich.5* colm exibit dux, qui regat populum meum Iſrael. *Mat 2* Et Zacharias propheta: Ecce vir, Oriens nomen *Zach.6* eius, & ſubter eum orietur, & ædificabit templum *Luc.1.* Domino: Et alter Zacharias: Viſitauit nos Oriens ex alto. Per viam aquilonis calamitas ſignificatur. Aſpicis igitur, Chriſtum nos ad ſeipſum ducere, etiam quando nos incidere ſinit in ærumnas, & permittit, vt mœroribus premamur. Vult enim, vt cùm nos moleſtiis viderimus laceratos, & ærumnarum fluctibus cõcuſſos, & moleſtiarũ copiis vndiq; obſeſſos, & confugiamus ad ipſum tanquã ad verũ protectorem: ipſum inuocemus, in eius miſericordia omnem ſpem noſtram, omnem curam & cogitationem conſtituamus. Ipſe enim ait: Inuoca me *Pſal.49* in die tribulationis, & eruã te, & honorificabis me. Nos igitur ingraueſcente rerum aduerſarum mole

non

nò debilitemur, & frangamur, existimantes esse, nos à Deo penitus derelictos, sed spes cum desperatione confligat, eámque potenter superet, & ad Deum se erigat, ad orientem respiciat, qui nos ducit ad orientem, hoc est ad Christum, qui nos ducit ad seipsum per viam aquilonis, hoc est per varias & acerbas calamitates. Ipse enim viros pietatem & iustitiam colentes per ærumnarum angustias ad se ducit aliquando, vt illis gloriam immortalem largiatur.

Porticus in illa porticu triplici Pagninus habet: Cubiculum contra faciem cubiculi in tertiis cubiculis, inferiori, medio, & superiore. Pro porticu, seu vt Pagninus vertit, cubiculo, est in Hebraico אתיק attic, quæ dictio præter alias significationes angulum significat. Eam ob causam Tharghum habet: Angulus ante angulum. Deriuatur à verbo נתק nathac, quod significat dissipare & euellere: vt
Iob 17. apud Iob: Cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. Acsi diceret: Cùm dulces meæ cogitationes essent in corde meo infixæ, & vis calamitatum eas euelleret, ipsæ dum euellerentur, cor meum etiam euellebant. Felix ille, à quo non possunt piæ cogitationes conuelli, nisi ipsum cor, in quo illæ insitæ sunt conuellatur. Potest etiam ex Hebræo verti ita locus ille: Cogitationes meæ eradicatæ sunt, possessiones siue hæreditates cordis mei. Iarax enim, à quo dictio hæc deriuatur, torquere significat & possidere, & hæreditare: ex quo efficitur, vt pro eo quod noster interpres dixit: torquentes cor meum, possit transferri: possessiones siue hæreditates cordis mei. Cogitationes rerum diuinarum, quibus eius animus oblectabatur, & in quibus diu versatus fuerat, appellat cordis sui possessiones, & veluti patrimonium & substantiam.

Et peribolus exterior secundum gazophylacia Peribolus est ambitus & lorica murorum, pro quo in Hebraico est גדר gadher: pro quo Pagninus vertit parietem. Verbum Hebraicum gadhar significat sepire, circundare, & parietem construere. Vnde nomen hoc sepem significat, & parietem, & clau-
Pro. 24 suram, & maceriam, vt in Prouerbiis: Et maceria lapidum destructa erat. Igitur peribolus hoc loco paries erat & claustrum. Septuaginta tamen transtulerunt φλιὰ quod nomen limen significat seu postem. Et paulò pòst pro peribolo habent τὸ φῶς, quod nomen lucem significat & lumen: quoniam huius sancti ædificij paries est diuinæ gratiæ lumen: & ipse gratiæ largitor, qui est lumen de lumine:
Heb. 1 splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Et lux
Ioan 1 illa vera, quæ illuminat omnem hominem venien-
Ioan. 8 tem in hunc mundum: quæ de se ait: Ego sum lux mundi.

Et omnes introitus eorum & similitudines: Pro similitudinibus est in Hebraico dictio משפט mixpat, à verbo שפט quod significat indicare: vt apud
Esai. 59 Esaiam quinquagesimo nono. Non est, qui iudicet verè, vel vt quidam ex Hebraico vertendum ait: Non est, qui se iudicet in veritate. Vnde nomen mixppat significat iudicium: vt capite decimo octa-
Deu. 18 uo Deuteronomij: Hoc erit iudicium sacerdotum à populo, & ab his, qui offerunt victimas. Significat etiam ius, legem, mensuram, normam, dispositionem, similitudinē: Ideo poterat locus ille Deuteronomij verti: Hoc erit ius sacerdotum, vt capiant à populo: & ab immolantibus victimas armum & ventriculum. Quasi dicat: Hoc poterunt sacerdotes capere à populo iure suo. Id quod est
apud Ieremiam. Corripe me Domine, veruntamen Iere. 10
in iudicio, & noli in furore? Verti potest: Castiga me Domine, veruntamen in mensura, non autem in furore. Pro iudicio enim est in Hebraico hoc idem nomen. Acsi dicat. Cognosco Domine me acerbissima supplicia mereri, sed tu nō pro meritis, sed iuxta misericordiā tuam me punias: placatè & moderatè in me animaduerte: Id etiam quod est in
psalmo: Disponit sermones suos in iudicio: verti Psal 11
poterat: Disponit verba sua in mensura. Vel perpendit verba sua ad normam. Vel mensurat verba sua iuxta legem. Vel metitur impensas suas in mensura. Acsi dicat: mensurat expensas suas iuxtà id quod habet: secundum facultates suas ita facit sumptus. Disponit substantiam suam in mensura vel in similitudine quo ad qualitatē, & in æqualitate quo ad quantitatem. Cùm autem dictio hæc tot habeat significationes, potest hic Ezechielis locus variè transferri. Pagninus habet: Et omnes exitus eorū, & secundum modos eorum. Alij pro similitudinibus transferunt symmetrias. Potest verti. Omnes introitus eorum erant iuxta mēsuras, & iuxta ostia eorum, quæ erant in via respiciente ad austrum. Comparat gazophylacia, quæ erant ad orientem in ingressibus suis cum gazophylaciis, quæ erant ad meridiem. Eandem enim habebant mēsuram, siue similitudinem, siue symmetriam, siue dispositionē; & eadem ostia. Itaque magna erat in his gazophylaciis æqualitas: quia in ecclesia debet esse recta iustitia, quæ in æqualitate consistit.

Argumentum Capitis XLIII.

Vidit gloriam Dei in templum ingredientem, terrámque lustrantem. Perfidiam Israëlitarum commemorat, quia repudiato vero Dei cultu, Gentium idola coluerunt. Reuocat eos ad pœnitentiam, & ritum sacrificandi describit.

CAPVT. XLIII.

ET duxit me ad portam, quæ respi- A
ciebat ad viam orientalē. Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem: & vox erat ei, quasi vox aquarum multarum: & terra splendebat à maiestate eius. Et vidi visionē secundum speciem, quam videram, quando
venit, vt disperderet ciuitatem, & species se- Sup. 9.a
cundum aspectum, quem videram iuxta flu-
uium Chobar. Et cecidi super faciē meam. Sup. 1.a
Et maiestas domini ingressa est templū per viā portę, quæ respiciebat ad Orientē. Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atriū interius: & ecce repleta erat gloria dn̄i domus. Et audiui loquentem ad me de domo, & vir stabat iuxta me. Et dixit ad me, fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorū pedum meorū, vbi habito in medio filiorū Israel in æternū. Et non polluēt vltrà domus Israel nomē sanctū meum, ipsi & reges eorum

rum in fornicationibus ſuis, & in ruinis regum ſuorum, & in excelſis. Qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meum, & poſtes ſuos iuxta poſtes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomen ſanctum meum in abominationibus, quas fecerunt; propter quod cõſumpſi eos in ira mea.

EXPLANATIO.

Et duxit me ad portam. Tribus ſuperioribus capitibus mandauit diuinus noſter vates literis ædificij menſuras, ordinem & ſtructurám. Nunc narrat vidiſſe quippiam illuſtriſſimum & ampliſſimum, quod Dei gloriam repræſentabat, in idem ædificium per viam ingrediens orientalem. Hanc Dei gloriam vidit capite primo, & nono, & decimo in
Sup. 10. a. viſione quatuor animalium, de qua illis capitibus diſſeruimus. Capite 10. in ſignum incendij Hieroſolymæ dixit ſe vidiſſe virum è medio rotarum & animalium prunas accipientem, quibus erat vrbs à Babyloniis penitus comburenda. Et paulò pòſt ait gloriam Domini ſtetiſſe in introitu domus Domini orientalis: & in fine capitis vndecimi eam ait abſceſſiſſe de medio ciuitatis. Voluit Deus viſione illa ſignificare ſubtractionem protectionis ſuæ à téplo illo Hieroſolymæ terrenæ, quod erat ob Hebræorum ſcelera igni tradendum. Gloria illa Dei, quæ ex iſto templo egreſſa eſt per portam orientalem, in hoc templum ingreditur modò per eandé portam: templum enim hoc diuerſum erat, vt diximus ab illo. Exiuit in euerſione templi veteris, & rediuit in ædificatione templi noui. Egreſſa eſt à ſynagoga, & ingreſſa eſt in eccleſiam: egreſſa eſt cum cæremoniarum vetuſtate, & ingreſſa eſt cum ſpiritus nouitate. Diſceſſit à perfidis Iudæis, cùm vetera tranſierunt, & illuſtrauit fideles Chriſtianos, cum noua facta ſunt omnia. Per quam portam egreſſa eſt, per eandem rediuit. Quarè nemo debet de diuina miſericordia deſperare. Si abs te ablata eſt Dei gratia: confuge ad ipſum Deum, vim lachrymarum
Pſal. 50 pœnitentiæ profunde: dic cum propheta: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali cõfirma me. Nullum locum prætermittas ad diuinam clementiam excitandam. Cognoſce labes & maculas tuas ex ſe inexpiabiles, deinde deteſtare illas, tum præterea ſpem omnem illas delendi in diuina pietate conſtitue, & ad ſanctum confeſſionis ſacramentum accede, & ita gratiam, quam amiſeras, cõſequeris: & gloria Domini, quæ abs te abſceſſerat, redibit. Sed oportet animam expiare: nam cum gratia ſit purum balſamum, purum etiam vas requirit, Et quia huiuſmodi erat Ezechiel, nullis mortiferis vitiorum labibus infectus, ſed animæ puritate decoratus, virtutúmque præſidio munitus, duxit illũ vir ille, qui templum menſurabat, ad portam, quæ reſpiciebat ad viam orientalem, hoc eſt, quæ erat verſus orientem, vbi Dei gloriam mentis oculis aſpiceret. Hæc Dei gloria Chriſtus eſt, de quo dixe-
Eſai 40 rat Eſaias: Reuelabitur gloria Domini, & videbit
Prou. 12 omnis caro ſalutare Dei noſtri. Nam cum iuxta Salomonis ſententiam filius ſapiens ſit gloria patris, quantò magis filius Dei, qui eſt ipſa ſapientia, erit gloria Dei?

Et ecce gloria Dei Iſrael ingrediebatur. Id eſt præclara quædam effigies, quæ Deum repræſentabat. Gloria Dei, quæ diſceſſerat, reuertitur: nam Chriſtus mortuus eſt, ſed reſurrexit. Diſceſſit per migrationem à vita, reuertitur per reditum ad vitam. Exiit per portam Hieroſolymæ, & vt ait diuus Paulus in epiſtola ad Hebreos: vt ſanctificaret per ſuũ Heb. 13
ſanguinem populum, & extra portam paſſus eſt: at ædificat nouam ciuitatem nouam Hieroſolymam, cõſtruit nouum templum, inſtituit catholicam eccleſiam, ad quam ingreditur, in qua permanet, ex qua nunquam exibit: iuxta id quod ipſe ait: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Non ait: Ero vobiſcum, vt Matt. 28.
cum Lucifero in cœlo, cum Adã in paradiſo, cum Moyſe in ſynagoga: cum his enim etſi fuit, non fuit tamen vſque ad conſummationem ſeculi. At humanitate aſſumpta cum eccleſia ſua erit perpetuò, Vt enim id quod aſſumpſit, nunquam dimiſit: nũquam enim diuinitas dimiſit corpus, nec animam, etiamſi anima fuerit à corpore ſeparata, ita nunquam eccleſiã ſuam dimittet, quæ eſt corpus, cuius ipſe teſte apoſtolo caput eſt. Eam ob cauſam voluit vocari 1. Cor 12
Emanuel, hoc eſt nobiſcum Deus, quia ſemper no- Ephe 4
biſcum erit. Non ſolum ipſe ſemper durabit, ſed Eſai. 7.
etiam nomen eius, cuius ſignificatio & veritas nũquam peribit. Ideo ait Ezechiel gloriam Dei in téplum hoc ſibi oſtenſum introiſſe, ſed non ait inde exiuiſſe, & eccleſiam ſuam repudiaſſe.

Et vox erat ei quaſi vox aquarum multarum. Hoc eſt, ſonora erat valde, veluti cùm aquæ multæ cum impetu illidunt rupibus. Vult ſignificare diuinæ potentiæ magnitudinem. Capite etiam pri..o dixerat: Audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarũ Sup. 1
multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei. Videbantur enim Ezechieli animalia volare, aliſque ſonitũ magnum efficere: Hæc Dei vox ſignificabat vocem illam euangelicam, quæ in vniuerſo orbe terrarum intonuit: cùm Chriſtus priùs per ſemetipſum, deinde per apoſtolos ſuos euangelium prædicauit. De Pſal 18
ea vaticinatus eſt in hunc modum regius vates: In omnem terrã exiuit ſonus eorum, & in fines orbis Rom 10
terræ verba eorum. Et iterum: Vox Domini ſuper per aquas, Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſu- Pſal. 28
aquas multas. Hæ aquę multæ, in quibus audita fuit doctrina cœleſtis, ſunt populi multi, iuxta id, quod ait diuus Ioãnes in Apocalypſi: Aquæ, quas vidiſti, Apo. 17
populi ſunt, & Gentes, & linguæ. Intonuit enim Chriſtus, quem Deum maieſtatis vocat hoc loco propheta, & habuit eius vox tantam vim, vt demonia eiiceret, mortuos ad vitam reduceret, dura hominum corda ad fidem conuerteret, & veritatem magnificis miraculis confirmaret. Eam ob cauſam ſubdit regius pſaltes: Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Hæc vox ſuper aquas multas eas ex amaritudine idololatrię ad ſuauita- Pſal 28
tem veri Dei cultus conuertit. Hæc in deſerto, Mara conuertit aquas amaras in dulces: aquę enim populi ſunt, & gentes. Hæ ſunt aquæ, quę de petra or- Exo. 15
tę ſunt: Petra autem erat Chriſtus, qui verbo & ſanguine ſuo infinitam genuit hominum multitudi- Exo. 17
nem, de quibus ait diuus Ioannes: Dedit eis pote- 1. Cor 10
ſtatem filios Dei fieri, iis, qui credunt in nomine Ioan 1
eius, qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt. Hæ ſunt aquę, de quibus ait Eſaias: Beati qui ſeminant ſuper aquas. Hoc eſt, Eſai. 32
qui verbũ Dei gentibus prędicant, eiuſque doctri-

nam

nam populo annnntiant. Super has aquas Deus
maieſtatis intonuit, cùm gentes conuocauit ad fi-
5.Re.6.7 dem, ad ſolcunem panægyrim, ad tranſlationem
3.Reg.8 arcæ fœderis, boc eſt ad triumphalem ingreſſum
eccleſiæ Dei in tabernaculum domini, quod eſt
cœlũ. De hac Dei voce cecinerat diuinus pſaltes:
Pſal.45 Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna,
dedit vocem ſuam, mota eſt terra. Vniuerſæ enim
nationes obſtupuerunt, & ſuccubuerunt, cùm in-
tonuit vox euangelij,& apoſtoli Chriſti fidem vbi-
que prædicauerunt. Tunc ſuccubuerunt princi-
pes,& humiliata ſunt regna, & mundus fuit ſepa-
tus: non machinis pilas ſulphureas iaculantibus,
non armis humanis & bellicis munitionibus. Hæc
enim hominum ſunt barbarorum & immanium:
nihil propugnatori noſtro talibus opus erat. Sim-
2.Cor.10 plici voce ſua mundi tyrannos proſtrauit. Arma,
inquit apoſtolus, militiæ noſtræ non carnalia ſunt,
ſed potentia Deo. Hæc Dei vox erat quaſi vox
aquarum multarum, quia aquæ multæ, hoc eſt po-
puli multi eundem Chriſtum conſona voce laudi-
bus extulerunt. Huic interpretationi fauet ſeptua-
ginta tranſlatio ita habens: Vox quaſi geminan-
tium multorum. Si diuinas literas diligenter per-
ſpexeris, & vtriuſque teſtamenti volueris memo-
riam replicare, videbis in Dei apparitionibus ſo-
nitum eius audiri. Deſcendente Deo in montem
Sinai ſonitus buccinæ paulatim creſcebat. Et cun-
Exo.19 ctus populus videbat voces, & Lampades & ſoni-
Exo.20 tum tubæ. Dum complerentur dies pentecoſtes:
Acto.2 erãt omnes diſcipuli pariter in eodẽ loco,& factus
eſt repentè de cœlo ſonus tanquam aduenientis
ſpiritus vehementis,& repleuit totam domum, vbi
erant ſedentes. Et hoc loco apud Ezechielem: Et
vox erat ei, quaſi vox aquarum multarum.

Et terra ſplendebat à maieſtate eius. Hoc eſt tanta
erat eius lux, vt totam terram illuſtraret. Videban-
tur animalia illa prophetę tãto ſonitu tonare, tan-
tàque claritate fulgere, vt terra ipſa reſonare, &
micare videretur. Gerebat hic ſplendor imaginem
ſplendoris illius, quo fulgebãt iuſti tanquam ſcin-
tillæ in arundineto diſcurrentes, euangelicámque
Sap.3 doctrinam mundo nuntiantes. Edebant enim ad-
miranda facinora, omnem naturæ vim longè ſu-
perantia. Homines nullis literis humanis inſtructi
magnos mundi philoſophos vincebant: pauci nu-
mero nationes multitudine innumerabiles, locis
infinitas, oris diſiunctas: homines humili loco nati
magnos terræ principes, in illuſtri mundi gloria &
dignitate conſtitutos. Omnes orbis terrarum re-
giones ſe voci euangelicæ vltrò ſubmiſerunt, &
miraculorum fulguribus coruſcarunt. Hoc in-
Pſal.45 tuens animo regius vates canebat: Venite,& vide-
te opera domini, quæ poſuit prodigia ſuper ter-
ram. Cùm homines eſſent errorum tenebris cir-
cunfuſi, viderunt lucem euangelicam, qua terra
reſplẽduit. De illa vaticinatus eſt iis verbis Eſaias:
Eſai.9 Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem
magnam habitantibus in regione vmbræ mortis
lux orta eſt eis. Et alibi cum admirabilem illam vi-
Eſai 6 ſionem domini ſuper ſolium ſedentis, per quem
Ioan.12 Chriſtum intelligebat, vt ex diuo Ioanne colligi-
tur, literis mandaret, dixit: Plena eſt omnis terra
gloria eius. Et Ezechiel hoc loco: Et terra ſplen-
debat à maieſtate eius. Ac ſi diceret: Tota terra
Ioan.1 ſplendore Chriſti illuſtrabatur. Imò Chriſtus erat
lux vera, quæ illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum. Poteris per terram homi-
nes intelligere, qui cùm abſque fide Chriſti eſſent
tenebræ, fuerunt eius fide illuminati, & in lucem
conuerſi. Id intelligens apoſtolus aiebat in epiſto-
la ad Epheſios: Eratis aliquando tenebræ, nunc Ephe 5
autem lux in domino. Et quoniam diabolus prin- Ephe 6
ceps eſt impiorum, appellatur ab eodem apoſtolo
rector tenebrarum.

*Et vidi viſionem ſecundum ſpeciem, quam vide-
ram, quando venit vt diſperderet.* Hoc eſt, vidi vi-
ſionem ſimilem viſioni illi, quam vidi, quando vir
indutus lineis venit, vt diſperderet Hieroſoly-
mam. Viſio illa incipit à capite octauo,& proten-
ditur vſque ad finem vndecimi: nam capite octa-
uo oſtenditur cauſa euerſionis Hieroſolymæ, nono
deſcribitur ipſa euerſio, decimo & vndecimo
oſtenditur diſceſſio gloriæ domini à templo & ci-
uitate. Nonnulli vertunt: Quando veni, vt diſ-
perderem ciuitatem: hoc eſt, vt eam euertendam
prædicerẽ. Pro quo ſeptuaginta verterunt: Quan-
do ingrediebar, vt vngerem ciuitatem. Loquitur
de deſignatione tau, de qua capite nono fuſè diſ-
ſeruimus. Vel loquitur de vnctione & reſperſione
ſanguinis occiſorum in ciuitatis euerſione.

Iuxta fluuium Chobar. Id eſt, & erat ſimilis vi-
ſioni: quam vidi iuxta fluuium Chobar, quam pri-
mo capite deſcripſi: Chobar fluuius eſt Babylonis,
& vt ait diuus Hieronymus pondus ſignificat, Ba-
bel verò confuſionem, per quam mundus ſignifi-
catur. Qui Babylonis ciues ſunt, & cultores pon-
dere peccati premuntur: qui verò ibi peregrinan-
tur,& in cœleſtem patriam oculos coniiciunt, non
ſub pondere ſunt, ſed iuxta pondus: nam etſi la-
bantur aliquando, citò tamen reſurgunt: & viden-
tes ſe ab obſeruatione diuinæ legis declinare, pec-
catum ſuum confeſtim deplorant, ad confeſſio-
nem confugiunt,& illud ſibi remitti ac condonari
deprecantur: Eam ob cauſam non ait Ezechiel:
Cum eſſem in fluuio, vel ſub fluuio ponderis, ſed
iuxta fluuium Chobar. Præterea quid grauius flu-
uio Babylonis? Quid grauius mundi fluminibus,
de quibus dicitur in pſalmo: Super flumina Baby- Pſal 136
lonis, illic ſedimus & fleuimus, dum recordare-
mur tui Sion. Si ſuper flumina ſedentes lugent,
vel iuxta flumina, vt poteſt verti ex Hebræo, quid
eſt illis faciendum, qui ſub fluminibus demerſi
iacent? Hebræi in Babyloniam adducti verſa-
bantur in luctu, & perpetuis lamentis, & prædul-
cis patriæ deſiderio ex oculis ſuis ſuper flumi-
num aquas vim aquarum profundebant, vt flu-
mina illa tributum lachrymarum ſuarum ad mare
deferrent. Omnia, quæ in mundo ſunt, flumina
ſunt, omnia fluunt & prætereunt, & ad mare mor-
tis percurrunt: & vt ait diuus Paulus in prima ad
Corinthios: Præterit figura huius mundi. Nos 1.Cor.7
etiam exules à Sione illa, de qua ait regius va-
tes: Te decet hymnus Deus in Sion, pio animi Pſal.64
affectu, æternǽque ciuitatis deſiderio ſuper flu-
mina Babylonis ſedentes ingentem lachryma-
rum multitudinem fundamus. Non in flumina
præcipitemur, non illis obruamur, ſed ſedeamus
ſuper illa, ſeu iuxta illa, & lugentes, cœleſtem
Sionem in memoria verſemur. O ſancta Sion, vbi
totum ſtat, & nihil fluit, vbi omnia ſunt immor-
talia & æterna! Quis nos in Babyloniam deie-

cit, vt ſuper eius flumina vitam noſtram lachrymarum pane ſuſtẽtemus? Iuxta hæc flumina erat Eaechiel, cùm viſionem aſpexit animalium, ad quam ſe retulit hoc loco, iuxta fluuium Chobar. Chobar ſignificat etiam fortitudinem & potentiam, & quaſi filium, & quaſi frumentum. Fluuius eſt in terra Chaldæorum, quem nonnulli aiunt eſſe Euphratem, alij Aborram, de quo Ptolemæus & Strabo.

Et cecidi ſuper faciem meam Non valens ferre tam eximium diuinæ maieſtatis ſplendorem. Sed non retrorſum cadit, ſed ſuper faciem ſuam, vt videat quò cadat. Vel ideo cecidit ſuper faciẽ ſuam, vt Deum, quem in effigie illa glorioſa intelligebat, adoraret. Vel quia iuſtus quantò amplius de Deo intelligit, tantò profundius ſe humiliat & abĳcit.

Et maieſtas domini ingreſſa eſt templum per viam Sup 10. & 11. *portæ quæ reſpiciebat* Quemadmodum priùs egreſſa eſt per portam orientalem, ſic nunc per eandem portam ingreditur.

Et leuauit me ſpiritus. Ceciderat ſuper faciem ſuam, & indigebat ſubleuãte: qui autem eum ſubleuauit, ſpiritus fuit. Per ſpiritum intelligit Spiritum ſanctum: vel hunc virum, qui eum ducebat, & ædificium menſurabat; qui erat Chriſtus, vt cap. Ioan. 15. 40. oſtendimus. Qui cadit, indiget Chriſto rectore. Ipſe enim ait: Sine me nihil poteſtis facere. Sed quia diuinus vates ceciderat per humilitatem, fuit à Deo ſurſum erectus. Nam qui ſe humiliat, exal- Luc. 14 tabitur.

Et introduxit me in atrium interius. Vt me faceret intueri gloriam domini, quæ illuc fuerat ingreſſa. Ducit nos Chriſtus ad interiora, vt dedit ſpiritui mentem reuocemus à ſenſibus, cogitationem à mundi conſuetudine ſeparemus, & centrum noſtrum in nobis ipſis, hoc eſt Deum intra cor noſtrum inquiramus. Vt diuinum lumen infundatur animæ noſtræ, oportet vt ipſa vt luna ad ſolẽ ſempiternum conuertatur, & propriè mens ſublimis fiat: mens autem propriè ſublimis fiet ſi diuinam mentem quæſierit centrum ſui, ſenſuum autem deceptiones reliquerit. Si Deum quæſierit pulchritudinem ipſam quæret, ſi Deum inuenerit, ipſam inueniet ſapientiam, ſi Deum habuerit, ipſam ſecum habebit ſempiternam bonitatem. Recurrat ad fontem vitæ, & habebit vitam. Sed oportet relinquere quodammodò corpus, & in atrium interius introduci. Hæc eſt vera philoſophia etiam ex mente Platonis ſolutio animæ à corpore, & cõuerſio quædam ad interiora illa, quæ vera ſunt, immortalia, & diuina: vt refert Alcinous in libro de doctrina Platonis.

Et ecce repleta erat gloria domini domus. Totum illud ædificiũ erat gloria domini illuſtratum. Hæc domus eſt eccleſia catholica: de qua ait apoſtolus: Vt ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei con- 1. Tim. 3 uerſari, quæ eſt eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. Hoc templum ſumus nos, iuxta 2 Cor. 6 id quod ait diuus Paulus: Vos eſtis templum Dei Pſal. 71 viui. De hac Dei gloria eccleſiam adimplente dixerat regius ac diuinus vates: Benedictum nomen maieſtatis eius in æternam: & replebitur maieſtate eius omnis terra. Cum ſcilicet Chriſtus apparuerit in carne, & per ſe ac apoſtolos ſuos cunctas nationes ad veri Dei cultum perduxerit. Erat templum hoc repletum gloria domini: quia ſolus dominus nos replet. Mundi omnia occupare animum noſtrum poſſunt, replere autem non poſſunt. Vnde etſi homo mundi diuitiis, rerúmque omnium affluentibus copiis abundet, nunquam tamen illis erit impletus & quietus, donec in Chriſto ſatietur, & quieſcat. Id ſentiens Dauid aiebat: Satiabor, Pſal. 16. cùm apparuerit gloria tua. Acſi diceret: Cùm te domine fruar, cùm numen tuum ſanctiſſimum intuear, tunc omnibus gaudiis implebor, tunc verè ſatiabor, tunc ero omnibus bonis cumulatus, & in dulciſſima & inexplicabili tuæ diuinitatis viſione conquieſcam. Mundi voluptates & opes fallaces ſunt finitæ, & celeriter interituræ, ideo animam immortalem, bonorum infinitorum capacem ſaturare & implere nequaquam poſſunt. At hoc intelligere illi nolunt, qui tenebras luci anteponunt, & inanibus bonorum ſimulacris deluſi vera & diuina bona deſpiciunt, & propter veræ pulchritudinis ignorantiam illi vanã ei ſpeciem præferunt, corporeas formas fluxas & caducas admirantur, atq; ardente amore proſequuntur. Sed aduerte. Ædificato hoc tẽplo, de quo agit Eaechiel, apparuit gloria domini replens totum ędificium, quemadmodum completum tabernaculum Moyſi fuit repletum gloria domini. Ita enim ait diuina ſcriptura in Exodo: Operuit nubes tabernaculum, Exo. 40 & gloria domini impleuit illud. Hoc ideo factum eſſe exiſtimo, vt oſtenderet diuina ſcriptura omnia Moyſi & verba & facta intus quidẽ glória Dei plena eſſe, exteriùs verò nube adoperta: De qua nube ibidem ſubiungitur: Non poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maieſtate Dei coruſcante. Erat tabernaculum illud eccleſię figura, quę erat gloria Dei illuſtranda. Sed erat hoc myſterium nube coopertum, & in lege gratiæ reuelandũ. Sed ideo hoc Iudęi hodie non intelligunt, quia cùm in ſpiritu legis eximius ſit fulgor & ſplẽdor, in litera verò magna caligo & obſcuritas, non ferunt eorum lippientes oculi legis claritatem, nec penetrant eius caliginem. Chriſtia- 2. Cor. 3 ni verò, quorũ oculis verum lumen effulſit, vt reuelata facie gloriam Dei ſpeculari poſſint, in legis litera ſpiritum inueſtigare conentur.

Et audiui loquentem ad me de domo. Sed non dicit, quid audierit. Fortaſſe fuit ſermo ille vſq; adeo admirabilis, vt humanum ſuperaret intellectum: & ideo illum propheta non recenſet, vt eius indicet amplitudinem & admirabilitatem. Nonnulla ſunt, quę maioribus laudibus efferimus, ſi ea ſilentio tranſeamus, quàm ſi laudemus, eorum magnitudinem magis exprimimus, eã non exprimentes, quoniam eam inexplicabilem oſtẽdimus, quàm ſi eam explicaremus. Qua de re ea poteris videre, quę diximus in noſtris in Eſaiam cõmentariis, verba illa Eſai. 6 capitis ſexti explanantes: Seraphin ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, &c. Eaechiel erat in atrio interiore, Deus autem loquebatur illi de domo, ſed eius verba ſilentio præterit: ea ſolum exprimit, quæ ei dixit ductor eius, qui illi tẽplum illud oſtendebat, qui cum eo tunc erat in atrio. Vel ille, qui locutus eſt prophetæ de domo, erat ipſe eius ductor, qui cum eo erat in atrio: & loquebatur de domo, non quòd eſſet intus domi: ſed quòd ſermo eius eſſet de illius domus ſtructura, menſuris, ordine, & myſteriis. Acſi diceret: Audiui

loquen

loquentem mihi virum, qui mecum erat,& tracta-
bat de iis,quæ ad domum illam attinerent. Volens
autem Ezechiel hoc clarius ſignificare, ſubdit: Et
vir,qui ſtabat iuxta me,dixit mihi &c.

*Locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedum meo-
rum, vbi habito in medio filiorum Iſrael in æternum.*
Id eſt templum hoc,eſt locus throni mei,& hîc ha-
bito in æternum. Hæc ſunt verba viri illius, qui
Ezechielem ducebat, quæ planè oſtẽdunt eum eſſe
Deum: nec mirum,cùm ille Chriſtus eſſet, qui ve-
rus Deus eſt: Diximus per templum hoc eccleſiam
ſignificari. Hic eſt locus ſolij Dei, de quo cecinit
Pſal. 75 diuinus vates: Factus eſt in pace locus eius,& habi-
Pſal 25 tatio eius in Sion. Et iterum: Domine dilexi deco-
rem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.
Vbi diuus Auguſtinus per hanc domum eccleſiam
Dei intelligit,cuius decorem in viris iuſtis ait eſſe.
Hæc domus eſt vbi Chriſtus eſt, & erit ſemper, de
qua hîc ait: Vbi habito in æternum: de qua ait di-
Apo. 21 uus Ioannes in Apocalypſi: Ecce tabernaculum
Dei cum hominibus,& habitabit cum eis. Non in-
telligi hoc de terrena Hieroſolyma, nemo eſt, qui
nõ videat,niſi ſit tenebris penitus coopertus, cùm
Mat. 23 de ea dixerit ipſe Chriſtus: Relinquetur vobis do-
Ioan. 14 mus veſtra deſerta. Et iterum: Surgite,eamus hinc:
& ſciamus eam fuiſſe à Romanis euerſam, & in-
cendio commiſſam, & in cineres redactam, & to-
tam illam regionẽ nunc à Turcis poſſeſſam. Quod
autem ait hoc loco Deus ſe habitare in medio fi-
liorum Iſraelis,intelligitur de Chriſtianis: hi enim
ſunt verè Iſraelitæ ſecundum ſpiritum, vt alibi
oſtendimus.

Et non polluent vltrà. Polluere nomen Dei hoc
loco, eſt illud idolis tribuere, & verum cultum ſo-
li Deo debitum ad falſorum deorum vanitates
transferre.

In fornicationibus ſuis. Hoc eſt, in ſuis idolola-
triis. Sequitur: Et in ruinis Regum ſuorum, & in
excelſis. Hoc eſt, in peccatis regum, quæ fuerunt
eis cauſa ruinæ: & in locis ſublimibus, vbi idola
collocabant,& ſuperſtitiones ſuas exercebant.

Qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meum.
Hoc eſt,qui iuxta templum meũ domus ſuas ædifi-
cabant,polluẽtes locum ſanctum. Vel ſic: Colue-
runt idola,& limen ſuum, hoc eſt limen idolorum
iuxta limen templi poſuerunt. Manaſſes enim in
atriis templi collocauerat idola, vt libro quarto
4. Re. 21 Regum licet videre. Et ſuprà dixit Ezechiel capite
Sup. 8 octauo,idolum zeli in templo eſſe. Vel ſic, & me-
lius meo quidem iudicio. Qui cùm iuxta templum
meum habitarent, poſteſque ſuos haberent iuxta
poſtes meos, & murus duntaxat aulas ſuas à tem-
plo meo diuideret,mei tamen obliuiſcebantur: &
nomen meum polluentes veram fidem repudia-
bant. Eos Hieroſolymæ reges reprehendit, qui
fuerunt idolorum cultores: non quòd iuxta tem-
plum habitarent, ſed quòd cùm iuxta illud habita-
rent,illud non intuebantur, quin potius falſis diis
aras conſtituebant, quibus victimas immolabant.
Hinc colliges cæteris paribus grauiùs peccare mo-
nachum,qui in monaſterio crimen admittit, quàm
laicum in ſeculo. Etſi ſint nonnulli monachi tetris
maculis contaminati,non ideo tamen vituperanda
eſt religio, in qua viri iuſti pietatem & charitatem
colentes vitam degunt, qui non in præmiis huma-
nis ſpem poſuerunt rerum ſuarum, ſed Deo ſe in
holocauſtum obtulerunt, & mundi opes & vani-
tates pro nihilo putarunt. Vt frugifer & amœnus *Simile.*
hortus,plantis vtilibus & ſalutaribus conſitus,non
ideo eſt repudiandus & excidendus, quòd in illo
vrtica quædam inter ſalutaria olera oriatur: ſic nec
damnanda eſt religio, ſi inter viros ſapientia &
virtute præſtantes quidam inueniatur voluptati-
bus deditus, aut ambitione contaminatus. In aula *Simile.*
magnifica & ſumptuoſa eſt aliquando tegula quæ-
dam fracta,aut pinna deiecta, & nihilominus ædi-
ficium non relinquitur,nec ideo vituperatur,quin
potius ob eius amplitudinem & magnificentiam
laudibus effertur: ſic in monachali religione,
quamuis quidam ſit fractus,& vitiis imbutus, ipſa
tamen Dei aula eſt eximia & admirabilis, nec de-
bet ob imbricem confractam relinqui, ſed corri-
gatur imbrex,aut alia loco eius ponatur,& ob eius
virtutes & morum puritatem laudetur. In aula illa
glorioſa collegij Chriſti fractæ ſunt duæ tegulæ
deliciares, nimirum Petrus Chriſtum negando, &
Iudas eum vendendo: at Petrus correctus eſt, Iu-
das autem cecidit penitus, ſed pro hac tegula fuit
alia collata, nempe Matthias, vt in Actis apoſtolo- *Ma. 26.*
rum refert diuus Lucas. Excidit vnus, & fuit loco *Marc.*
eius conſtitutus alius. Nec quia Iudas fuit impius, *14.*
debet Chriſti collegium vituperari, ſimiliter nec
paradiſus terrenus, quòd in eo fuerit arbor ſcien- *Act. 1*
tiæ boni & mali, cuius pomo Dei præceptum vio-
larunt primi noſtri parentes: erat enim in illo ar-
bor vitæ,& ipſe amœnus erat & admirabilis, con- *Geneſ. 2*
ſitus plantis ſalutaribus, pulchris, & excellen-
tibus.

Propter quod conſumpſi eos. Nempe in obſidione
& euerſione Hieroſolymæ per Babylonios: vbi
Iudæi fuerunt partim interfecti, partim captiui in
Babyloniam abducti, vbi fuerunt calamitatibus
oppreſſi.

Nunc ergo repellant procul fornicatio- C
nem ſuam,& ruinas regum ſuorum à me,&
habitabo in medio eorum ſemper. Tu au-
tem fili hominis,oſtende domui Iſrael tem-
plum, & confundantur ab iniquitatibus
ſuis, & metiantur fabricam. Et erubeſcant,
ex omnibus,quæ fecerunt,figuram domus,
& fabricæ eius exitus & introitus, & om-
nem deſcriptionem eius, & vniuerſa præ-
cepta eius, cunctúmque ordinem eius, &
omnes leges eius oſtende eis. Et ſcribes in
oculis eorum, vt cuſtodiant omnes deſcri-
ptiones eius,& præcepta illius & faciant ea.
Iſta eſt lex domus, in ſummitate montis
omnes fines eius, in circuitu ſanctum ſan-
ctorum eſt,hæc eſt ergo lex domus. Iſtæ au- D
tem menſuræ altaris in cubito veriſſimo,
qui habebat cubitum, & palmum, in ſinu
eius erat cubitus,& cubitus in latitudine: &
definitio eius vſque ad labium eius, & in
circuitu palmus vnus. Hæc quoq; erat foſſa
altaris: & de ſinu terræ vſque ad crepidinem
nouiſſimam duo cubiti, & latitudo cubiti
vnius. Et à crepidine minore vſque ad cre-

 pidinem

pidinem maiorem quatuor cubiti,& latitudo cubiti vnius ipſe autem ariel quatuor cubitorum:& ab ariel vſque ad ſurſum cor-
E nua quatuor. Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis: quadrangulum æquis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius, & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & ſinus eius vnius cubiti per circuitum, gradus autem eius verſus ad orientem.

Nunc ergo repellant procul. Intuere Dei miſericordiam, qui eos, qui eo relicto idola coluerunt, & fraudes teterrimas conceperant, vocat ad pœnitentiam, vt illis peccata omnia condonet, & vitam æternam largiatur. Id voluit diuina ſcriptura ſignificare libro ſecundo Paralipomenon, dicens:
2.Pa.30 Pius & clemens eſt dominus veſter: & non auertet faciem ſuam à vobis, ſi reuerſi fueritis ad eum. Et per hunc noſtrum Ezechielem dixit Deus capite
Sup.18 decimooctauo. Nolo mortem morientis: dicit Dominus Deus, reuertimini, & viuite.

Oſtende domus Iſrael templum & confundantur ab iniquitatibus ſuis. Senſus eſt: Oſtende Hebræis templum hoc, quod tibi oſtendo, illúdque eis deſcribe, vt animo perſpiciant, & memoria repetant, fuiſſe Salomoniũ templum ob eorum ſcelera deletum, méque, quem illi ob vana idola reliquerunt, eum eſſe, qui illis poſſum templũ hoc, quod tibi oſtẽdo, largiri. Hoc facies, vt illi viſo hoc templo à te deſcripto intelligant, ſua flagitia in cauſa eſſe, vt tam magnifico & ſumptuoſo tẽplo ſint deſtituti. Non erit paruum huius ædificij præmium, intelligere Iudæos ſcelera ſua, & flagrare huius templi videndi deſiderio: vt ad hoc animum purgent, & eccleſiæ Chriſti amplitudinem & maieſtatem cognoſcant & colant.

Et metiantur fabricam. Vt eius magnitudo, & amplitudo, & magnificentia ſint illis perſpectæ & exploratæ. Sed hoc potius referendũ eſſe exiſtimo ad eccleſiam, vt ſit ſenſus: Dent operam, vt templi futuri per hoc intellecti ſignificationẽ animo percipiant: ſtudeant illuſtria eccleſiæ catholicæ myſteria contemplari: quæ mẽtis oculis intuebuntur, ſi animos ſuos expiauerint: ſi enim peccati vetuſtatem exuerint, huius noui templi intelligent te
Coloſſ 3 prædicente, rationẽ. Vt ipſi nouum ſint templum,
Ephe.4 oportet veterem hominem ſpoliare cum actibus ſuis, & induere nouum iuxta diui Pauli ſentẽtiam. Non intelligent huius templi arcana, nõ poterunt fabricam eius metiri, nec animo diuina eccleſiæ ſacramenta complecti, ſi in ſua perfidia perſeuerauerint, & mortiferis impiorum facinorum labibus fuerint omnino corrupti, & deprauati.

Et vniuerſa præcepta eius. Hoc eſt, quid debeant facere, & quando, & quomodo ſint victimas immolaturi. Sæpe tempore fit, vt quod plerúmq; honeſtum haberi ſoleat, inueniatur non eſſe honeſtum. Eſt enim conſiderandum in omni re quid aptum ſit, & conſentaneum tempori & perſonæ, tum quid in dictis factíſque dedeceat. Cùm Timantes immolatam Iphigeniam depingeret, & triſtem expreſſiſſet Calchantem, mœſtiorem Vlyſſem, mœſtiſſimum Menelaum, & oporteret triſtiorem eſſe eius patrem Agamemnonem, videns non poſſe ſummum illum luctum penicillo imitari, caput mœſtiſſimi patris Agamemnoni velo obtexit. Non enim decebat eſſe in tabula aliquem, quem luctu & dolore pater mortuæ Iphigeniæ non ſuperaret. Etſi tabula illa magna eſſet induſtria elaborata in oſtenſione luctus Græcorum, tamen vitium eſſe exiſtimauit inſignis pictor Timautes, pingere amicos ſummo ſqualore affectos maximóque dolore laceratos, vbi patrem non poſſet triſtiorem depingere. Si id, quod alioquin artificium & ingenium pictura præ ſe fert, vitium eſt ob temporis ac loci circunſtantiam, quanto magis in vita, in moribus & factis? Si pictor quod deceat, quærit, ſi quid tempora petant, quid perſonis dignum ſit, conſiderat, quid faciendum eſt homini in rebus faciendis, in quibus debet decorum ſeruare, & delectum perquirere? ex quibus eius pendet vita aut mors, gloria aut infamia? Per vniuerſa præcepta intelliguntur hoc loco rerum faciendarum circunſtantiæ, & modus, & diſcretio, quam diuus Bernardus in Cantica aurigam virtutum vocat: vbi etiam ait: Tolle diſcretionem, & virtus vitium erit.

Et omnes leges eius. Id eſt, omnia eius ſtatuta. Nonnulli per leges templi intelligunt eius deſcriptiones: alij eius cæremonias.

Et faciant ea. Ideo illis templum diuinum cultum, præcepta & circunſtantias, & ſtatuta, & cæremonias oſtendes, vt hæc, omnia opere adimpleant. Finis moralis philoſophiæ potiùs eſt facere, quàm ſcire. Quid tibi prodeſt definitionem virtutis percipere, ſi ipſam non habeas virtutem? Non in ſermone regnum Dei eſt, inquit apoſtolus, ſed in vir- 1. Cor.4
tute. Et Ariſtoteles, Non de virtute, inquit, ſcire ſat eſt, ſed enitendum eſt, ipſam habere. His, qui in virtutis actiones incubuerint, dicet dominus: Ve- Mat.25
nite benedicti patris mei, percipite regnum, quia opera miſericordiæ impleuiſtis. Non dicet: Percipite regnum, quia ſcientia fuiſtis inſtructi, ſed quia in bonis operibus fuiſtis verſati. Ideo non ait: Diſ- Luc 19
cite, dum venio, ſed negotiamini, dum venio. Bona eſt ſcientia, ſed debet eſſe cum virtute copulata. Vt malum limeum ſolum nõ comeditur, ſed cum Simile.
perdice, aut alio eiuſmodi cibo: ſic ſcientia per ſe ſola abſque virtute eſca eſt inutilis, at cum virtute miſta magnam affert vtilitatem, & virtutem reddit ſuauiorem & illuſtriorem. Negotia, ad quæ nos Deus inuitat, dicens. Negotiamini, dum venio, opera ſunt honeſta, & actiones virtutum. Cõtemplatio actio etiam eſt, ſed mentis & intellectus. Quædam ſunt animæ, quædam corporis actiones, & ad vtraſque nos dominus inuitat. Ex his duobus generibus actionum reſultant duæ vitæ, actiua & contemplatiua, ex quarũ miſtione efficitur & conflatur mirabilis quædam compoſitio, vita quædam euangelica, & Chriſtiana ac ſublimis philoſophia. Ad has duas vitas nos hortatur dominus, dicens:
Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in Luc.12
manibus veſtris. Per lumborum præcinctionem, & præparationem ad labores intelligitur vita actiua, per lumen verò intellectus, & lucernas ardentes vita contemplatiua. Quæ duæ vitæ nomine Liæ & Rachelis ſignificantur. Lia enim idem eſt quod labor, Rachel vero idem eſt, quod videns Deum.

Tertia

Tertia vita ab ijs duabus diſtincta & ſeparata, quæ
eſt poſita in deliciis, & voluptatibus,& flagitiis,nõ
hominis eſt,ſed bruti. Non enim dicendus eſt ho-
mo, qui ducitur appetitu, qui eſt verecundiæ ex-
pers, qui diffluit illecebris, qui perturbationibus
animi ſuccumbit, qui virtutem ſpernit, & vitium
ſectatur,qui cùm animum habeat, quo nihil eſt in
vita præſtãtius,nihil excelſius, ſic ſe abijcit & pro-
ſternit,vt nihil inter ſe ac inter quadrupedem ali-
quem putet intereſſe.

Iſta eſt domus ſummitate montiũ. Hoc eſt, hæc eſt
deſcriptio huius ædificij ſuper monte fundati, vt
viſum fuit capite quadrageſimo. Hoc ædificiũ ſu-
Sup. 40 per montẽ ſitum eſt,eccleſia catholica ſuper Chri-
ſtum ædificata,quæ ædificium,& templum,& ciui-
Mat 25 tas appellatur. De ea ait apud Matthæum domi-
nus: Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem
Dan.2 poſita. Mons eſt Chriſtus,de quo ait Daniel: Lapis,
qui percuſſit ſtatuam, factus eſt mons magnus, &
Eſai.2 impleuit vniuerſam terram. Eum appellat Eſaias
montem præparatum domus domini in vertice
Mic. 4 montium. Similiter & Michæas,ad quem cõfluunt
omnes gentes. Hic eſt primũ & præcipuum huius
1.Cor.3 ciuitatis fundamentum,de quo ait apoſtolus: Fun-
damentum aliud nemo poteſt ponere,niſi id quod
poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus: Ait igitur
Deus Ezechieli: Hec eſt deſcriptio,lex,& ratio hu-
ius ædificij, quod tibi in vertice montis ſitũ oſten-
do, vt totum ſit ſacroſanctum, nam omnes fines
eius in circuitu ſunt ſanctæ,imò ſancta ſanctorum.
Tanta ſanctitate eſt hoc templum refertum,vt to-
tum cum ſuis terminis ſit ſanctum ſanctorum. In
Exo.26 tabernaculo Moyſi, & in templo Salomonis illa
3.Reg.6 duntaxat pars ſancta ſanctorum vocabatur, in qua
erat arca & propitiatorium,at in hoc templo nulla
eſt pars quæ non poſſit ſanctum ſanctorum appel-
lari. Intuere huius templi ſanctitatem & excellen-
tiam. Poteris per templum hoc virginem ſacratiſ-
ſimam Dei genitricem intelligere,totam ſanctam,
totam pulchram,totam immaculatam, cui dixit in
Cant. 4 Canticis ſponſus: Tota pulchra es amica mea, &
macula non eſt in te. Hæc eſt templum domini,ſa-
crarium ſpiritus ſancti,ædificiũ illud celeberrimũ,
Sup.4 de quo ſuprà dixerat Ezechiel: Dimiſit me ſuper
montem excelſum nimis, ſuper quem erat quaſi
ædificium ciuitatis. Cùm ciuitates omnes ſoluerẽt
tributum magna eſſet libertas,& eximium priuile-
gium,eſſe vnam,quæ illud nunquam redderet, ſed
eſſet libera, & ab illo penitus immunis. Eſſet hoc
profectò ſignum magnæ nobilitatis,& amplitudi-
nis,& gloriæ,præſertim ſi hac lege cõdita eſſet, vt
eſſet in perpetuum libera. Omne genus humanum
eſt ſoluẽdo tributo obnoxium: eſt autem tributum
hoc peccatum,in quo omnes generãtur. Adæ præ-
uaricatio non ſolum illi nocuit,ſed propagini,nec
ſolùm ſibi acceptam à Deo ſanctitatẽ & iuſtitiam
perdidit,ſed etiam nobis. Et inquinatus ille per in
obedientiæ peccatum, mortem & peccatũ in om-
ne genus humanum transfudit, dicente apoſtolo:
Rom.5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mun-
dum,& per peccatum mors: & ita in omnes homi-
nes mors pertrãſit, in quo omnes peccauerunt.
Hoc Adæ peccatum, quod origine vnũ eſt, & pro-
pagatione, non imitatione transfuſum omnibus,
ineſt vnicuique proprium,per meritum vnius me-
1.Cor.1 diatoris domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos Deo
reconciliauit in ſanguine ſuo,factus nobis iuſtitia,
ſanctificatio,& redemptio, tollitur in baptiſmi ſa-
cramento, vbi Chriſtum induimus, iuxta id quod
ait apoſtolus: Quicũque baptizati eſtis, Chriſtum Gal.3
induiſtis. Et quoniam omnes in peccato originali
concipiuntur, dicebat diuinus pſaltes: Ecce enim Pſal. 50
in iniquitatibus conceptus ſum,& in peccatis con-
cepit me mater mea. Et diuus Paulus: Eramus na-
tura filij iræ. At admirabilis virgo Maria Dei geni- Ephe.2
trix tributum hoc nunquam tulit. Fuit hoc ſingu-
lare quoddam priuilegium,quod ei conceſſit ſum-
mus rex,quoniam fuit genita, vt Deum ipſum ge-
neraret,& creata à Deo in tempore,vt eum,qui eſt
abſque tempore conciperet. Ideo fuit abſque pec-
cato concepta,quia cum erat conceptura, qui ho-
minũ peccata deleret: de quo dicebat ſanctificatus
Baptiſta: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata Ioan.1
mundi. Hæc eſt immaculata Dei genitrix, hæc eſt
ciuitas illa immunitate ornata, quæ tale tributum
pendere non agnouit: de qua ita veluti ſtupefactus
diuinus pſaltes canebat: Glorioſa dicta ſunt de te Pſal 86
ciuitas Dei. Et iterum: Benedixiſti domine terram Pſal.84
tuam,auertiſti captiuitatem Iacob. Peccatum ori-
ginale vocat captiuitatem Iacob. Hæc eſt terra illa
ſacerdotalis, quæ nullo erat obnoxia tributo. Eſt
in Geneſi diuinis literis mandatum totam terram Gen.47
Ægypti tributariam fuiſſe Pharaoni præter terram
ſacerdotalem. Ita permiſit Deus, vt terris alijs tri-
buto obnoxiis, ſola ſacerdotalis terra libera eſſet
omnino, Chriſtus eſt æternus ille ſacerdos, de quo
ait Dauid: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum Pſal.109
ordinem Melchiſedech: virgo autem ſanctiſſima Hebr.7
Dei genitrix eſt eius terra,quæ fructum tulit ipſum
dominum æternum ſacerdotem, qui admirabilia
rerum ſanctiſſimarum myſteria nobis aperuit, &
fidem ac veram religionem per omnes terrarum
regiones longè lateque propagauit, noſtráque
ſcelera ſacrificio ſui corporis ſacratiſſimi, & effu-
ſione ſui ſanguinis pretioſiſſimi expiauit, vt nos ad
gloriam perduceret ſempiternam. Huius ſacerdo-
tis terra eſt illa, quæ nullum vnquam penitus ha-
buit peccatum,nec originale, nec actuale. De illa
ait Eccleſiaſticus: Liberaſti me domine ſecundum Eccl. 51
multitudinẽ miſericordiæ tuæ, fuit enim ab omni
culpa præſeruata: Hæc eſt virga egreſſa de radice
Ieſſe,de qua flos ille aſcẽdit,qui ait: Ego flos cãpi,
& lilium conuallium. Ad hunc Eſaiæ locum allu- Eſai. 11
dens diuus Ambroſius, loquens de virgine Maria, Cant.2
ait: Hæc eſt virga,in qua nec nodus originalis, nec
cortex venialis culpę fuit. Et glorioſus martyr Cy-
prianus: O virgo iuſta & omni iuſtitia pleniſſima,
cuius conceptio ſingularis. Et beatus Hilarius: O
virgo benedicta ſuper omnes fœminas, quæ ange-
los vincis puritate,quæ omnes ſanctos ſuperas pie
tate. In ſacro concilio Tridẽtino in quinta ſeſſio-
ne,vbi dicitur & aſſeritur omnes eſſe in peccato
originali conceptos, in fine decreti ſunt hæc ver-
ba literis mandata: Declarat tamen hæc ipſa ſancta
ſynodus,non eſſe ſuæ intentionis comprehendere
in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur,
beatam & immaculatam virginem Mariam, Dei
genitricem. Hæc ibi. Hæc ſacratiſſima ſemper vir-
go eſt quaſi ædificium ciuitatis ſupra montem ſitæ,
hoc eſt ſupra genealogiã fundatæ patriarcharũ &
regũ,& prophetarũ,& cæterorũ,quos numerat di-
uus Matthæus, dicẽs: Liber gñationis Ieſu Chriſti, Mat.1.

filij Dauid, filij Abraham: Abraham gehoit Iſaac,
Iſaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iu-
dam &c. De quibus omnibus orta eſt ſacroſancta
virgo Maria, de qua natus eſt Ieſus qui vocatur
Chriſtus. Ex multis lapidibus, & corbibus terræ ef-
ficitur mons: & ex multis patriarchis, & regibus, &
prophetis, & aliis fit genealogia. Tota huius gene-
ris congeries mons eſt admodum excelſus, ſuper
quem eſt glorioſa Dei genitrix, illos omnes, à qui-
bus originem ducit longè ſuperans altitudine, pu-
ritate, ſanctitate, gloria, & excellentia. Quare ab
Exechiele meritò appellatur domus Dei, tota ſan-
cta, imò tota ſancta ſanctorum in ſummitate mon-
tis conſtituta. Heua duxit tenebras, Maria lucem:
Heua mortem, Maria vitam: Heua culpam, Maria
gratiam. In Maria fuit inſtauratum, quod in Heua
Simile. fuerat amiſſum. Qua in re voluit Deus ſapientiam
ſuam oſtendere. Si aurifex conflauit & effecit vas
quoddam pulchrũ, ingentiq; induſtria elaboratũ,
cenſetur ingenioſus artifex. Sed ſi fracto eo, aliud
fecerit ex eadem materia, ex eodem auro multò
elegantius & illuſtrius: tunc illum ſolertiſſimum
artificem dicimus: ſummíſque laudibus efferimus.
Geneſ. 1 Sapientiſſimus ille opifex, ille aurifex cœleſtis in
mundi principio vas conflauit pulchrum & exi-
mium, nimirum Heuam: ſed vas hoc concuſſione
tentationis ſerpentis fuit vſq; adeo ruptum & at-
tritum ob ſcelus perpetratum, vt ne vnam quidem
gratiæ guttam caperet. At diuinus cælator & ana-
glyptes ex eadem maſſa, ex eadem carne humana,
ex ipſius Heuæ progenie fecit vas aliud multò ex-
cellentius & præſtantius abſque vlla cõparatione,
nempe virginem ſacratiſſimam Mariam, vas diui-
num & admirabile, vas vitæ, plenum gratia & ſan-
ctitate, per quod genus inſtaurauit humanum. De
Eccl. 43 ea ait Eccleſiaſticus: Vas admirabile opus excelſi.
Ex quo colligimus ſummam eſſe huius cœleſtis
artificis ſapientiam, qui virginem ſacratiſſimam
condidit, vt ex illa ipſe naſceretur, qui peccata de-
leret, & hominibus errantibus viam æternæ bea-
titudinis cõſequendæ aperiret. Poteris literã hanc
ita diſponere: Iſta eſt lex domus: In ſummitate
montis omnes fines eius: in circuitu ſanctum ſan-
ctorũ eſt. Acſi diceret: Hæc eſt ratio huius ædificij.
Omnes eius termini erũt in montis faſtigio: & ſan-
ctum ſanctorũ erit intus ſitum in circuitu. Et hoc
dices filiis Iſraelis, vt intelligant ad huius ædificij
exemplar conſtruendum eſſe futurum ædificium.
Tale ædificium filij Iſraelis nunquam cõfecerunt,
nam ſecundum templum fuit multò minus: imò
ipſum templum Salomonium ad huius templi ma-
gnificentiam non acceſſit. Sed cõfecit illud Chri-
Exo. 25 ſtus Deus noſter, diuinus architectus, qui illud
Ezechieli oſtẽdebat. Quemadmodum Deus oſten-
dit Moyſi exemplar tabernaculi, quod erat in lege
illa vetere conficiendum, ita oſtendit Exechieli
templum admirabile eccleſiæ catholicæ, quod ipſe
Deus erat in lege noua conſtructurus.

33 *Iſta ſunt menſura altaris.* Deſcripto templo de-
ſcribit altare holocauſti, quod erat in templo: cu-
ius altaris menſura erat cubiti veriſſimi habentis
palmum ſupra cubitum vulgarem. Duplex erat cu-
bitus, vnus prophanus, alter ſacer, quo vtebantur
ſacerdotes in templo: & hic erat maior prophano,
illúmque palmo vno excedebat. Qua de re capite
quadrageſimo diſſeruimus.

In ſinu eius erat cubitus. Nimirum altaris. Sinum
appellat fundameotum, quod erat eleuatum ſuper
terram, & huius eleuationis menſura erat cubiti
vnius. Appellabatur ſinus, quia curuitatẽ habebat:
& quia quemadmodum ſinus, quæ in eo ponuntur,
recipit, ita hæc baſis ea, quæ ſuper illa ſita erant.
Hoc altare incipiebat à terra: & pars illa pri-
ma, quæ ſinus dicebatur, erat altitudinis cubiti
vnius. Super eam erat altera pars, quæ appellatur
crepido minor: eſt autem crepido cuiúſque rei ex-
tremitas. Erat autem hæc crepido altitudinis duo-
rum cubitorum. Super crepidinem hanc erat alte-
ra crepido altitudinis quatuor cubitorum, crepido
maior appellata. Super eam erat altare, quod ap-
pellatur ariel, aſcendens ſurſum quatuor cubitos.
Aliæ partes erãt veluti baſes huius altaris, in cuius
ſuperficie ſuperiore cremabatur holocauſtum. Et
hoc altare terminabatur in quadã erectura, ſurſum
eleuata, quæ appellatur labiũ, & erat vnius palmi.
Et in quolibet altaris angulo erat cornu vnũ. His
prælibatis accedamus ad literæ explanationem. In
ſinu eius erat cubitus. Hoc eſt altaris baſis eleua-
batur à terra ſurſum, eratque eleuationis altitudo
cubiti vnius. Sequitur: Et cubitus in latitudine. Id
eſt hoc fundamentũ erat latius crepidine cubitum
vnũ: erat enim crepido anguſtior fundamento: &
quo magis eleuabatur hoc opus, eò erat arctius, in-
ſtar pyræ. Nam cũ per altare hoc intelligatur mens
noſtra, in qua debet eſſe perpetuus ignis diuinæ
charitatis, in quo nos ipſos Deo immolemus in
perpetuum holocauſtũ, anima autẽ noſtra quantò
altiùs tendit, tantò ſe magis vnit, cum quærens, qui
eſt ipſa vnitas, ideo hoc altare, quãtò excelſius ex-
tollitur, tantò ſe magis vnit & aſtringit. Et quem-
admodum ignis ſurſum tendens, quærens ſuum *Simile.*
centrum & locum, ſe aſtringit, & pyramidalem ef-
ficit figuram, ſic anima noſtra ſurſum ſe efferens,
quærens Deum centrũ ſuum, ſe vnit & coadunat:
& veluti ignis creatus quærit ignem illum increa-
tum, de quo ait Diuus Paulus, & fuerat in Deute- *Deut. 4*
ronomio literis mãdatum: Deus noſter ignis con- *Heb. 12*
ſumens eſt. Huius altaris menſuræ ſunt ornamenta
virtutum, quæ accipiuntur in cubito veriſſimo hoc
eſt in fide catholica, per quam omnium virtutum
opera quodammodo menſurantur, ſine qua fide *Heb. 11*
teſte apoſtolo impoſſibile eſt placere Deo.

Et definitio eius vſque ad labium. Id eſt, hoc alta-
re incipiebat à pauimento, & ſurſum aſcendens ſe
aſtringebat, & terminabatur eius altitudo in la-
bio altaris, quod labium erat vnius palmi: & ſupe-
riorem ſuperficiem vndique cingebat.

Hæc quóque erat foſſa altaris. Hoc eſt, in ſuperfi-
cie ſuperiore altaris erat quædam foſſa, vbi crema-
batur holocauſtum. Eſſe autem foſſam hanc in al-
titudine altaris, non autẽ in terra indicat trãſlatio
ſeptuaginta habens: Altaris altitudo. Quantò ani-
ma noſtra ſe altiùs ad Deũ extulerit, tantò profun
diorẽ humilitatis foſſam habebit in ſeipſa. Eſt enim
foſſa hæc in altari humilitas in anima, & pro-
priæ fragitatis cognitio, quæ hominem Deo gra-
tum facit, ſicut ſuperbia infeſtum. Ideo ait Ec-
cleſiaſticus: Odibilis coram Deo & hominibus eſt *Eccl. 10*
ſuperbia.

Ipſe autem ariel. Ariel ſonat lucem Dei, ſeu leo- *Eſai. 29*
nem Dei, ſiue leonẽ fortem. Capite 29. Eſaiæ ac-
cipitur pro ciuitate Hieroſolyma, vbi erat altare
holocau

holocauſti, hic autem accipitur pro ipſo altari. Vo-
catur autem altare holocauſti ariel, quia veluti for-
tis leo carnes conſumit, ita altare hoc victimas &
holocauſta. Poteris per altare hoc in terra fixo, &
ſurſum erecto crucem ſanctam intelligere, vbi pro
nobis immolatus eſt Chriſtus, ſe hoſtiam deuouens
ac conſtituens. Hoc eſt ſummum noſtrum holocau-
ſtum, quod igne diuini amoris flagrauit. In lignis
combuſta eſt vnica phœnix flammis ſuæ charitatis
Ioan. 13 incenſa. Quando diſcipulis ſuis pedes lauit, & in
vltima cœna admirabile euchariſtiæ ſacramentum
inſtituit, & apud eos ſermonem illum habuit amo-
ris pleniſſimum quem diuus Ioannes copioſe lite-
ris mandauit, quid aliud faciebat diuina illa phœ-
nix, quàm alas mouere, ignísque ardentes flammas
erigere, quibus erat in crucis ara cremanda? Illic
mortuus eſt dator vitæ, vt morte ſua mortem occi-
deret: illic pependit ipſa vita, vt nobis tribueret vi-
tam: de qua fuerat in libro Deuteronomij prædi-
Deu. 28 ctum: Erit vita tua pendens ante te. Illic ſummus
ſacerdos expirauit, vt vbi terminabatur eius labor,
Ioſu. 20 inciperet noſtra requies. Quid voluit diuina ſcri-
ptura in libro Ioſue ſignificare, dicens, homicidam
poſt mortem ſummi pontificis abſolutum ad pa-
triam propriam redire, niſi fore, vt genus humanũ,
quod ſibi ob peccatum intulerat mortem, poſt
Chriſti ſummi ſacerdotis mortem à ſcelerum vin-
culis abſolutum ad paradiſi poſſeſſionem perueni-
Geneſ. 2 ret? Crux illa ſacratiſſima eſt arbor vitæ: eſt ſcala Ia-
Gen. 28 cob, quæ cœlos attingebat, cui dominus erat affi-
xus, per quam ad regnum cœleſte poſſumus aſcen-
Exo. 14 dere. Hæc eſt virga Aaronis, quæ mare diuiſit, &
viam oſtendit ad veram patriam promiſſionis, quæ
1. Reg. traducto Dei populo Ægyptios ſubuertit. Hæc eſt
16. cithara Dauidis, quæ dæmones effugabat. Hæc eſt
clauis illa paradiſi, quæ cœlum aperuit. Nam cum
antea clauſum eſſet, fuit ita diuinitus per crucem
reſeratum, vt diceret diuus Stephanus: Video cœ-
Act. 7 los apertos. Id intelligens eximius ille vates Eſaias
intuens mentis oculis innocentiſſimũ agnum Do-
minum Ieſum eſſe ſuper humerum crucem baiula-
turum, inducit patrem cœleſtem has voces emittẽ-
tem: Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum
Eſai. 22 eius, & aperiet, & non erit qui claudat. Hæc domus
regis Dauidis eſt gloria cœleſtis, aula regis ſempi-
terni: clauis, qua aperitur, crux Chriſti eſt, quã pius
Gene. 22 Ieſus, verus Iſaac per cliuum montis Moriæ, ad lo-
Mat. cum tendens Caluariæ ſuis humeris aſportauit. Illa
27. fuit in montis vertice conſtituta, & Chriſti corpore
Marc. ſacrata & glorioſa: ibique remanſit erecta tanquã
15. ſingulare trophæum, & clariſſimum diuinæ pieta-
Luc. 23 tis monumentum. In ea oblatus eſt filius Dei, quia
Ioan. 19 ipſe voluit. Illa eſt altare cœleſtis holocauſti, quod
Eſai. 53 fuit adumbratum in altari hoc, de quo hic loquitur
Ezechiel. Altare hoc quatuor cornua habebat, &
crux alia ſimiliter quatuor: quorum duo tranſuerſa
etſi viderentur manus Chriſti tenere, ab ipſis tamẽ
Haba. 3 manibus tenebãtur. Ita enim ait Habacuc: Et cor-
nua in manibus eius. Ipſe ſuſtentabat crucẽ, in qua
pro nobis immolabatur. Appellatur hoc altare a-
riel, & ipſa crux ariel fuit, hoc eſt leo fortis, quia
ipſa vicit mundum. Ea aduerſus hoſtes tam animę,
quàm corporis, munimur. Ea eſt ſignum noſtrarum
ſpiritualium & temporalium victoriarum. Ea eſt
fortitudo noſtra: ea eſt Chriſtianæ dignitatis pul-
cherrimum ornamentum, noſtræque ſalutis firmiſ-
ſimum præſidium. Cùm filij prophetarum prope
Iordanem cæderent ligna ſecuribus, exiliit ferrum 4. Reg. 6
ſecuris, & merſum eſt in flumine: ſed Eliſæus lignũ
ſecuris accepit, & miſit in flumen, & ferrum mer-
ſum ſtatim ſupernatauit: & receperunt illud filij
prophetarum. Non poterat erui per ſe, venit Eli-
ſæus, & accepto ligno illud eruit. Nonne aſpicis
crucis myſterium? Erat mundi durities in profun-
do errorum ſubmerſa, iacebat grauis natura noſtra
peccato corrupta in ignorantiæ profunditate; hæ-
rebat genus humanum in imo fluuij pondere pec-
cati grauatum propter lignum, in quo peccauit
Adam, propter primorum parentum tranſgreſſio-
nem, & propter infinitatem ſcelerum: venit cœle-
ſtis Eliſæus Chriſtus Deus noſter, & per lignũ cru-
cis erexit ferrum, extulit hominum genus, quod ſi-
mile duro & graui ferro in errorum profundo iace-
bat. Ita Tertullianus, & poſt illum Cyrillus figurã
hanc interpretantur.

Et ariel duodecim cubitorum. Erat hoc altare
quadratum æquis lateribus. Locus cremationis, qui
erat in ſuperiore ſuperficie, erat duodecim cubito-
rum, ſed tota ſuperficies erat quatuordecim: pars
autem ſuperficiei circuens locum cremationis ap-
pellatur corona, quòd inſtar coronę caput altaris
redimeret: erátque dimidij cubiti craſſitudo eius.
Diximus per altare hoc intelligi mentem noſtram,
quę debet eſſe quadrata, hoc eſt conſtans ac firma
in virtute. Per duodecim cubitos in loco crema-
tionis intelligitur inſtructio duodecim apoſtolo-
rũ: & per quatuordecim cubitos in tota ſuperficie
quatuordecim articuli fidei. Et per coronam intel-
ligitur victoria, quam anima de hoſtibus ſuis repor-
tat, eorum tentationibus reſiſtẽs: & præmium, quo
afficitur à Deo eius certaminis inſpectore. In hoc
altari debemus propriam comburere voluntatem
igne illo, de quo ait Chriſtus: Ignem veni mittere Luc. 12
in terram, & quid volo, niſi vt accẽdatur? In huius
animæ foſſa eſt magna cogitationum multitudo,
quæ vix poſſunt cohiberi. Vt enim fluuius aquarũ Simile.
rapidus & vehemens magna cum difficultate deti-
netur & impeditur: ſic fluuius cogitationum à fon-
te cordis manantium vix poteſt coërceri, ne aliqua
fluat ex parte: nam obturata vna exit per alteram.
At ſi vir eſt animi fortitudine munitus, impetum
inutilium cogitationum continet & coërcet, & ita
ariel, hoc eſt leo fortis eius animus vocatur. In hoc
altari pro vitulo debemus immolare ſuperbiæ tu-
morem, pro ariete iram ferueſcentem extinguere,
pro hirco ſenſualitatis motum exurere, pro colum-
bis & turturibus, cunctas cordis vanitates conci-
dere. Hæ ſunt veræ victimæ igne charitatis exuſtæ,
& gladio obedientiæ occiſæ. Præcepit Deus Abra- Gen. 22
hamo, vt filium ſuum Iſaac immolaret, ille autem
cùm occidere volens occidit arietem, Iſaac inco-
lumi permanente. Iſaac gaudium & riſum ſignifi-
cat. Vult Deus, vt carnis voluptates occidamus,
eáſque tanquam filios immolemus. Cùm autem
gaudia & oblectationes ſacrificamus Deo, non illa
amittimus, nam amittentes gaudia corporis, inue-
nimus gaudia ſpiritus: iugulamus arietem falſæ vo-
luptatis, & inuenimus Iſaac diuinæ conſolationis.
Aſpicis igitur per hoc altare holocauſti animã no-
ſtram ſignificari, in qua debet eſſe charitatis ignis,
vbi nos ipſos immolemus: & ſignificari ſanctã Chri-
ſti crucem, in qua ipſe ſe obtulit in holocauſtum, &
diuinum

diuinnm ſacrificium. Foſſa altaris eſt humilitas Chriſti, quæmagnoperè apparuit in cruce: vel eſt humilitas in anima verè Chriſtiani: vel eſt cogitationum receptaculum.

Et ſinus eius vnius cubiti. Id eſt, fundamentum altaris erat vnius cubiti ſuper terram, per quatuor latera.

Gradus autem eius verſi ad orientem. Ita vt qui aſcenderent ad immolandum, haberent oculos aduerſus templum. Aduerte. Non explicat, quot ſint gradus quibus aſcenditur ad holocauſtum. Nam ad Chriſtum crucifixum variè tendunt homines, vt ſe cum illo crucifigant, alij per plures gradus, alij per pauciores. Ideo graduum numerus relinquitur incertus: vt etſi ad altiores aſcendamus, ſemper tamen in inferioribus nos eſſe exiſtimemus eam vſque iuxta prophetæ ſententiam de virtute in virtu-
Pſal. 83 tem, donec videatur Deus in Sion. Hoc eſt in æterna fœlicitate,

Et dixit ad me, fili hominis hæc dicit Dominus Deus: Hi ſunt ritus altaris, inquacúnque die fuerit fabricatum, vt offeratur ſuper illud holocauſtum, & effundatur ſan-
F guis. Et dabis ſacerdotibus & leuitis, qui ſunt de ſemine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus: vt offerāt mihi vitulum de armento pro peccato. Et aſſumens de ſanguine ei⁹ pones ſuper quatuor cornua eius & ſuper quatuor angulos crepidinis: & ſuper corona in circuitu: & mundabis illud, & expiabis. Et tolles vitulum, qui oblatus fuerit pro peccato, & combures eum in ſeparato loco domus extra ſanctuarium. Et in die ſecunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato, & expiabunt alta-
G re, ſicut expiauerunt in vitulo. Cúmque cōpleueris expiās illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum. Et offeres eos in conſpectu Domini: & mittens ſacerdotes ſuper eos ſal, & offerent eos in holocauſtum Domino. Septem diebus facies hircū pro peccato quotidie, & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt altare, & mūdabunt illud: & implebunt manū eius, Expletis autem ſeptem diebus in Dei octaua & vltra facient ſacerdotes ſuper altare holocauſta veſtra, & quæ pro pace offerūt. Et placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

Et dixit ad me. Egit de altari ſacrificij, nunc agit de ritibus ſacrificandi. Sequitur: Hi ſunt ritus altaris. Id eſt, hæ ſunt obſeruationes circa altare hoc cuſtodiendæ.

Qui ſunt de ſemine Sadoc. Sadoc idem eſt quod iuſtus: ſacerdos fuit in lege vetere, de quo ſupra locuti ſumus, capite. 40.

Vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Idem dixerat etiam his verbis Dominus in Leuitico: Immolabit vitulum coram Domino: & offerent filij Aaronis ſacerdotis ſanguinem eius fundentes per altaris circuitum. Hic vitulus pro populi peccato oblatus Chriſti imaginē gerebat: de quo Leuis
dixerat Eſaias: Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Ad illum locum Leuitici videtur alludere regius vates, Eſai 53
quando in pſalmo inducit Chriſtum cum patre in Pſal. 39
hunc modum loquentem: Holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt: tunc dixi: Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui. Agebatur de ſacrificio: & quoniam liber Leuiticus plenus eſt ſacrificiorum cœleſtia ſacramēta ſpirantium, per caput libri intelligitur principium Leuitici, & ipſum primum caput, vbi tractatur de vitulo pro mundi peccato immolando. Statim in libri fronti ſpicio agitur de Chriſto pro hominum ſceleribus ſacrificando. Intelligi autem pſalmum illum de Chriſto, indicat & compendium redegeris, totam eam inuenies locutam eſſe de me.

Et aſſumens de ſanguine eius pones ſuper quatuor cornua eius. Hoc eſt accipiens de ſanguine vituli immolati pones illud ſuper quatuor cornua altaris. Hic eſt ſanguis Chriſti, qui quatuor crucis cornua tinxit, & quatuor mundi partes liberauit & à dæmonis tyrannide redemit. Non corruptibilibus au- 1. Pet. 1
ro & argento, inquit apoſtolorum princeps, redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios: Empti enim eſtis pretio ma- 1. Cor. 6
gno. Et diuus Ioannes in prima epiſtola ſua: San- 1. Ioan. 1
guis Ieſu Chriſti filij Dei emūdat nos ab omni peccato. Hic Chriſti ſanguis quatuor altaris cornua decorans, quatuórque orbis terrarum oras eripiēs, fuit per duodecim apoſtolos prædicatus, qui ſunt duodecim cubiti huius altaris in longitudine, & in latitudine: quoniam mundum vniuerſum in longitudine & latitudine peragrarunt: & vt diuinus cecinerat vates, In omnem terram exiuit ſonus eorū, Pſal. 18
& in fines orbis terræ verba eorum. Verùm vbi editio noſtra habet: Et aſſumens de ſanguine eius, & pones, &c. habent ſeptuaginta: Et aſſument de ſanguine eius, nempe ſacerdotes, & ponent. Eam ob cauſam poteſt hoc ita explanari: Aſſumens de ſanguine eius pones ſuper quatuor cornua eius, hoc eſt aſſumendum à ſacerdotibus dices: & ab illis ſuper quatuor cornua altaris ponendū. Vel ideo hoc ſanguine vngebatur altare, vt intelligeremus, debere nos animam noſtram vngere memoria ſanguinis Ieſu Chriſti per piam & deuotam meditationem & compaſſionem, & ad ipſam animam meritum ſanguinis, paſſionis, & mortis redemptoris noſtri per ſancta ſacramenta applicare.

Et combures illum in ſeparato loco domus extra ſanctuarium. Hoc eſt, non comburetur hic vitulus domi, ſed in loco ſeparato à domo extra ſanctuarium. Leui. 16
Eodem modo in libro Leuitici & Numerorū præ- Nu. 19
cepiſſe Deū legimus, vitulum pro peccato immo- Heb. 13
latum extra caſtra aſportari. Hæc loca interpretans de Chriſto diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos, Quorum animalium, inquit, infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cremabantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra improperium eius portantes: Hæc ille. Idem

voluit

volnit ipſe Chriſtus Iudæis ſignificare, quando nar- *Mat. 21* rauit illis parabolam de patre familias, qui vineam plantauerat, miſitque filium ſuum ad colonos, qui eum apprehenſum eiecerunt extra vineam, & occi derũt. Fuit enim à ciuitate Hieroſolyma deiectus, & in monte Caluariæ crucifixus, vbi diuini amoris incendio flagrans, fuit vitulus cœleſtis in crucis altari pro nobis immolatus. Sed & vnuſquiſque noſtrum vitulus eſſe debet totus immolatus in cruce pœnitentiæ, extra ciuitatem mundi extra caſtra vanitatum & deliciarum, extra inanes hominum opiniones, & dimicationes, & cupiditates. Ad hoc nos bortatur apoſtolus in epiſtola ad Romanos, dicẽs: *Rom. 12* Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequinm veſtrum. Rationabile obſequium appellat humanum ſacrificium, cùm homo ſeipſum immolat Deo, ei ſeruiens & obtemperans. Græcè enim eſt, latriam logicin. Hoc eſt non carnale ſacrificium vitulorum mortuorum, & animalium irrationabilium, quemadmodum Iudæi olim offerebant, ſed rationale & ſpirituale nouæ in Chriſto vitæ ſacrificium: ſacrificate vos ipſos viuentes & rationales. Id appellat hoſtiam viuentem, & obſequium rationale. Acſi diceret: Non eſt neceſſe, vt occidatis vos ipſos, eſt enim omnibus anima in cuſtodia corporis retinenda, nec iniuſſu Dei eius creatore ex hac vita diſcedendum, & vincula carceris frangenda, ne munus aſſignatum à Deo defugiſſe videamini: ſed occidite impios appetitus, & concupiſcentias deprauatas, cõtemnite voluptates, coercete vanas cogitationes, offerte Deo animam & cor veſtrum, & ita mortui quo ad carnem, & viui quo ad ſpiritũ, eritis viuum & rationale holocauſtum. Hoc autem obſecrabat Romanos diuus Paulus dicens: Obſecro vos fratres, quibus verbis fraternam eius charitatem, & profundam animi ſubmiſſionem oſtendebat. Et ne aliquis exiſtimaret ſatis eſſe præbere Deo voluntatem, nõ autẽ corpus, incipit à corporibus, indicãs non ſatis eſſe Deum colere intus per voluntatem, ſed oportere corpora etiam illi immolare per bonorum operum ſacrificia, per pœnitentiam & carnis mortificationẽ. Quibus verbis obiter oſtendit antiquata eſſe & finita legis ſacrificia animalium mortuorum quæ vmbra fuerant Chriſti occidẽdi, qui morte ſua erat mortem occiſurus, nunc verò mortuo iam Chriſto, & eccleſia conſtituta, & humana redemptione celebrata, ceſſaſſe iam vetera ſacrificia, quoniam apparente veritate neceſſe eſt vmbras & figuras diſparere. Oportere autem rationabile obſequinm, & ſacrificium, hoc eſt nos ipſos Deo immolare. Ita hunc diui Pauli locum Origenes, & Photius, & alij nonnulli exponunt. Poteris nihilominus per obſequium rationabile illud intelligere, quod eſt ad rationis normam directum, & rationabiliter factum. Ita illud interpretatur Auguſtinus libro decimo de ciuitate Dei: & diuus Hieronymus in ſcholiis: & Theophylactus in commentariis in illum locum: & poſt eos diuus Thomas. Nam non ſatis eſt bonum opus efficere, niſi illud prudẽter & rationabiliter efficias, & perſonæ, temporis, ac loci ordinem & circunſtantias obſerues, iuxta id quod ait in prima ad Corinthios *1. Cor. 4* apoſtolus: Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant in vobis. Hoc eſt decenter & ordinatè, & cum debitis circunſtantiis

Et mittent ſacerdotes ſuper eos ſal. In Leuitico ſunt hæc verba literis mandata: Quicquid obtule- *Leui. 2* ris ſacrificij, ſale condies. Et apud Marcum ait Dominus: Omnis enim igne ſalietur: & omnis victima *Mar. 9* ſale ſalietur. Et paulò pòſt: Habete in vobis ſalem. Per ſalem ſapientia intelligitur, & prudentia. Debemus nos Deo in holocauſtũ offerre & perpetuum ſacrificium, ſed ſapienter & prudẽter, vt paulò ante dicebam, iuxta id quod citabam ex apoſtolo: Rationabile ſit obſequium veſtrum. Omnes virtutum *Rom. 12* actiones debent eſſe cum prudentia cõiunctæ. Cõquerentibus ciuibus Iericho, & apud prophetam Eliſæum ſterilitatem aquarum regionis illius lamẽtantibus dixit diuinus vates: Afferte mihi vas no- *4. Re. 2* uum, & mittite in illud ſalẽ. Et ſale illo aquas reddidit dulces. Aquæ illæ ſteriles ſunt quædam Moyſaicæ ſanctiones, quarum ſuperficies, ſi literam tantùm ſpectes, nihil habere videtur, quod legentem ædificet: nihil, quod illũ oblectet. At ſi cùm ad lectionem acceſſeris, cor nouum attuleris, ſale ſapiẽtiæ refertum, in litera occidente ſpiritum inuenies viuificantem: & id quod ſterile tibi & amarum videbatur, in ſuauitatem & dulcedinem cõuertetur. Videbis enim verba illa ſpirare diuina nouæ legis ſacramenta, & bonorum, quæ erant ventura, imaginem geſſiſſe.

Septem diebus facies hircum Hoc eſt, ſacrificabis hircum. Sequitur: Et vitulum de armento. Ex Hebraico poteſt verti: Et vitulum filium bouis. Sequitur: Et arietem de pecoribus immaculatos. Dictio, immaculatos, refertur ad hircum & vitulum & arietem. Vitulus eſt corpus proprium, hircus portio ſenſitiua, aries ratio, quæ ductrix eſt operum animæ, ſicut ouium ductor eſt aries. Omnia hæc debemus Deo immolare ſeptem diebus, hoc eſt toto vitæ ſpatio: numerus enim ſeptenarius totum tempus pœnitentiæ deſignat. Hi ſunt ſeptem dies, quibus ad ſpiritualem circuncifionem peruenitur. Et quibus ſeptem illis donis ſpiritus ſancti ab Eſaia *Eſai. 11* capite vndecimo numeratis ornati, peruenicmus ad diem octauum, ad reſurrectionem vitæ, ad montem æternæ hæreditatis: de quo dicitur in libro Exodi: Introduces eos, & plantabis in monte hære *Exo. 15* ditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine. Ibi requieſcent, qui hic tẽpore ſeptenario ſeipſos Deo obtulerint & immolauerint, & vt ait Chriſtus apud Matthæum: Tunc fulgebũt *Mat. 13* iuſti ſicut ſol in regno patris eorum.

Et implebunt manum eius. Nimirũ altaris. Vt manu capimus oblata, ita altare capiebat ea, quæ in eo immolãda ponebãtur. Vel ſic: Filij Iſraelis implebunt manum ſacerdotis immãoltis. Nam populus animalia ſacerdoti miniſtrabat. Vel ſic: Sacerdotes implebũt manum ſuam carnibus ſacrificiorum. In nonnullis enim codicibus pro implebunt manum eius, eſt ad marginem: implebunt manum ſuam. Et ſeptuaginta habent. Et implebunt manus eorum, ſiue ſuas.

Et quæ pro pace offerunt. Precantes vt pacẽ obtineant. Vel gratias agentes pro pace obtenta. Ex Hebraico verti poteſt: pacificas hoſtias veſtras. Solebant quõdam veteres, cùm pacem & tranquillitatem cõſequebantur, hoſtias Deo offerre, quæ dicebantur pacificæ, ad animi gratitudinem pro tam eximio beneficio oſtendendam. De iis oſtiis pacificis

Exo.24 ficis loquitur diuina ſcriptura capite vigeſimo
& 32. quarto, & trigeſimoſecundo Exodi. Et capite ter-
Leui.3. tio, & ſeptimo Leuitici. Et capite. 35. lib. ſecundi
& 7. Paralipomenon. Et aliis in locis.
2 Para.
35.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XLIII.

Et in ruinis regum ſuorum. Non contaminabitur nomen meum, ait Deus, in peccatis Hebræorum: & regum ipſorum, Eorum peccata ruinas appellat. In Hebraico pro ruinis eſt פגרי pighre, à verbo פגר quod ſignificat ruere, defatigari, & laſſum eſſe: vt
1.Re.20 primo Regum. 20. Subſtiterant enim ducenti, qui laſſi tranſire non poterant torrentem Beſor. Inde deriuatur nomen hoc pegher, quod laſſitudinem ſignificat & ruinam: quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Significat etiam hoc nomen
Eſai.14 cadauer, vt apud Eſaiam: Quaſi cadauer putridum.
Nu.14 Et Numerorum quartodecimo: Veſtra cadauera iacebunt in ſolitudine. Hac ratione ducti Pagninus & Brixianus vertunt: In cadaueribus regum ſuorum. Videtur alludere diuinus vates ad reges
4.Reg. Amon & Manaſſem, qui fuerũt iuxta templum ſe-
21. pulti in hortis ſuis: & cadaueribus ſuis ſacra pollue
2.Para. runt. Quicquid enim tunc attingebat cadauer, pol-
33. lutum manere dicebatur iuxta legis cæremonias,
Leui.11 vt conſtat ex Leuitico & Deuteronomio. Poteris
Deu 14 per ruinas intelligere cædes, quas principes & magnates Iudæorum inferebant innocentibus. Huic interpretationi fauet verſio ſeptuaginta, ita habẽs: Non contaminabit vltrà domus Iſraelis nomen meum ſanctum, ipſi & duces eorum in fornicatione ſua, & in homicidiis ducum ſuorum. Pro in ruinis vertunt ἐν τοῖς φόνοις. hoc eſt, in homicidiis.

Et combures eum in ſeparato loco domus. Pro in ſeparato loco eſt in Hebraico vnica dictio cum præpoſitione, nempe במפקד be miph cadh, à verbo pa-
Pſal.79 cadh, quod ſignificat viſitare, vt in pſalmo: Viſita
Eſai.13 vineam iſtam. Significat etiam præcipere Eſaiam: Dominus exercituum præcipit militiæ belli. Significat etiam recenſere. Ideo poterat verti locus ille Eſaiæ: Dominus exercituum recenſet exercitũ bellicum. Et conſtituere, vt in libro Numerorum 1. Conſtitues eos ſuper tabernaculum. Eam ob cau-
Num 1 ſam locus ille Iob: Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum
Iob.10 meum, poteſt transferri: Præceptum tuum, vel cõſtitutio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Idem enim vocabulum ſignificat viſitationem, præceptum, & conſtitutionem. Illud quoque Ezechielis: Appropinquauerũt viſitationes vrbis, verti poteſt: Appro
Sup 5 pinquauerunt conſtitui ſuper vrbem. Illud etiam
Pſal.18 pſalmographi: Iuſtitiæ Domini rectæ, transferri poteſt: Conſtitutiones Domini rectæ. Quare locus hic Ezechielis poteſt ita cõuerti: Et combures eum ex præcepto, vel conſtitutione domus, extra ſanctuarium. Acſi dicat: Combures eum extra ſanctuariũ iuxta templi conſtitutionem. Ita enim erat ſtatutũ, vt ſacerdotes animalia hæc extra ſanctuarium cõburerent. Hac ratione ductus Pagninus tranſtulit: Et comburet eum comburens ſecundum præceptum domus extra ſanctuarium. Nihilominus tamen dictio hæc locum ſeparatum ſignificat. Vnde ſeptuaginta habent. Et comburet in loco ſeparato domus extra ſancta. Quos hoc loco ſecutus eſt Latinus noſter interpres. Et meritò quidem: actiones enim virtutum non in loco publico ad hominum laudem & populi rumuſculos aucupandũ fieri debent, ſed in loco ſeparato, iuxta id quod ait Dominus: Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram Mat.6
hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud patrem veſtrum. Et paulò pòſt: Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Et paulò pòſt: Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito. Non prohibet Deus fieri bona opera publicè, quãdo oportet, oportet autem ſæpe: ſed ne intentio ſit ob gloriam inanem, ad vanam hominum opinionẽ quærendam: ſed ad Deũ ipſum dirigatur. Ideo ait apo 1.Cor.10
ſtolus: Siue manducatis ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Vt homo coo- Simile.
perit domi ſupellectilia, ne inquinentur, ſic cooperire debet bona opera, quæ agit, ne corrumpantur. Mirum eſt profectò, ſed lugendum quidem, habere hominem domi ſuæ veſtes in apoditerio tectas, parmam tectam lineo operimento, gladium opertum vagina, ſagittas pharetra: & ſic de cæteris, ſolùm autem virtutẽ, ſi quam habet, detectã. Omnia vult habere cooperta, præter bona opera, in quæ aliquando incumbit, quæ vult omnibus diuulgari. Quo fit, vt pro illis à Deo non recipiat beatitudinis præmium. Ipſe enim ait: Amen dico vobis, re- Mat.6
ceperunt mercedem ſuam, nimirum inanem hominum laudem. Vt autem virtutum actiones meritoriæ ſint apud Deum, debent ad ipſum dirigi, & vanos populi rumuſculos vitare. Ideo ait Deus hoc Ezechielis loco, vt ſacrificia noſtra fiant in loco ſeparato.

Expiabunt altare. In Hebraico eſt pro expiabũt וכפרו iecapperu, à verbo chaphar, quod ſignificat linire bitumine, vt Geneſis ſexto: Bitumine linies Gene.6
intrinſecus & extrinſecus: Significat etiam placare, & expiare. Id quod habet cõmunis editio in Exo- Exo.30
do: Et deprecabitur Aaron ſuper cornua altaris ſemel per annum in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato: reddi poterat Latinè in hunc modum: Expiabit Aaron, cum poſuerit ſanguinem oblatũ pro peccato ſuper cornua altaris ſemel in anno. Summus enim ſacerdos Chriſtus Deus noſter ſcelera noſtra expiauit, cùm ſanguinem ſuum oblatũ pro mundi peccatis ſuper cornua crucis profudit. A verbo hoc deriuatur nomen caphreth, quod placationem ſignificat: vt in Pſalmo: Frater non redi- Pſal 48
met homo, & non dabit Deo placationem ſuam. Acſi dicat: Multi erunt tanta imbuti impietate, vt nolint Chriſti ſanguine liberari: & hi à nemine vnquam liberabuntur: nam ſi Chriſtus, qui ob aſſumptam humanitatem frater noſter eſt, verus homo, & verus Deus, eos non eſt redempturus ex parte ipſorum, qui fieri poteſt, vt purus homo aliquis eos poſſit redimere? Nemo igitur eſt, qui perfidos, & impios in ſua impietate manẽtes eripiat, nemo qui aliquid pro illis tribuat Deo, quo illũ placare poſſit. Poſſunt hæc verba ita ex Hebræo transferri: Fratrem redimendo redimere non poteſt aliquis, nec dare Deo pro vita eius redemptionem, vt ſit ſenſus: Nemo ſperet ſe diuitiarum magnitudine comparaturum alicui, quem amore proſequatur, huius vitæ perpetuitatem: nõ eſt, qui aliquem poſſit à morte liberare, nec pretiũ redemptionis eius Deo perſoluere: cum Deus ad vitam alicui dilatandam

tandam nullis opibus moueatur. Cùm igitur ver-
bum hoc bitumine linire ſignificet, & placare: &
expiare, hæc autem vltima ſignificatio ſit huic loco
congruentior, meritò eam ſecutus eſt noſter inter-
pres.

Argumentum Capitis XLIIII.

Oſtendit diuinus vates, quæ templi porta ſit clauſa. Iubetur populi flagitia reprehendere. Explicat qui ſint ad templi miniſterium admittendi, qui verò reprobandi. Deſcribit ſacerdotum officium. qui tanta debent eſſe animi puritate & magnitudine muniti, tam firma rerum humanarum tolerantia roborati tam validis virtutum mœnibus vndique ſepti, vt nullis tentationum oppugnationibus vincantur, nullis hoſtium machinis expugnentur.

CAPVT. XLIIII.

A ET conuertit me ad viam portæ
ſanctuarij exterioris, quæ reſpicie
bat ad orientem: & erat clauſa. Et
dixit Dominus ad me: Porta hæc
clauſa erit & non aperietur: & vir non tran-
ſibit per eam, quoniã Dominus Deus Iſrael
ingreſſus eſt per eam: eritque clauſa princi-
pi. Princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat
panem coram Domino. Per viam portæ ve-
ſtibuli ingredietur, & per viam eius egredie-
tur. Et adduxit me per viam portæ aquilo-
nis in conſpectu Domus: & vidi: & ecce
impleuit gloria domini domum domini. Et
cecidi in faciem meam, & dixit ad me Do-
minus, Fili hominis pone cor tuum, & vide
oculis tuis, & auribus tuis audi omnia, quæ
ego loquor ad te de vniuerſis cæremoniis
B domus domini, & de cunctis legibus eius. Et
pones cor tuum in viis templi, per omnes
exitus ſanctuarij. & dices ad exaſperantem
me domum Iſrael, Hęc dicit dominus deus,
Sufficiãt vobis omnia ſcelera veſtra domus
Iſrael, eò quòd inducitis filios alienos incir-
cuncisos corde, & incircũciſos carne, vt ſint
in ſanctuario meo, & polluãt domum meã:
& offertis panes meos, adipem & ſanguinẽ,
& diſſoluiſtis pactũ meũ in oĩbus ſceleribus
veſtris: & non ſeruaſtis præcepta ſanctuarij
mei: & poſuiſtis cuſtodes obſeruationũ me-
arũ in ſanctuario meo vobis metipſis. Hæc
dicit dominus deus, Omnis alienigena in-
circunciſus corde, & incircunciſus carne nõ
ingredietur ſanctuarium meum, omnis fili-
us alienus, qui eſt in medio filiorum Iſrael.

EXPLANATIO.

Et conuertit me. Nimirum ductor meus. Locutus
fuit de templo, & de altari holocauſti: nunc loqui-
tur de eius oblatiunibus. Templum & atrium intra
tertium murum, quod erat intimum, in quo erat
ipſum templum: totum hoc appellabatur ſanctua-
rium: ſed templum dicebatur ſanctuarium interi-
rius, atrium verò ſanctuarium exterius, quia erat
extra templum. Ait igitur ſe fuiſſe conuerſum ad
viam portæ orientalis atrij interioris, quod atrium
appellabatur ſanctuarium exterius: quæ quidẽ por-
ta clauſa erat.

Porta hæc clauſa erit. & non aperietur. Capite ſu-
periore dictum fuit, ingreſſum fuiſſe Dominũ per
portam hanc. Et quoniam gloria domini per eam
introierat, nemo poterat ingredi per illam. Opor-
tebat eſſe portam illam magno affectam honore, &
ingente veneratione, quæ tanta dignitate & excel-
lentia erat ornata, vt Deus dignaretur per illã in-
troire. Et licèt porta hæc omnibus eſſet clauſa, po-
terat tamen princeps ingredi per eam, & in ea ſe-
dere: ideo ait: Eritque clauſa principi. Acſi dicat:
Erit clauſa ad vſum principis: omnibus aliis clauſa
erit, præter quam ipſi: ille enim eam clauſam habe-
bit. Sed quis non videt, portam hanc in domo Dei
perpetuò clauſam, per quam ſolus Deus ingreſſus
& egreſſus eſt, eſſe ſacratiſſimam Dei genitricem
Mariam, perpetua virginitate præditam, in cuius
vtero virgineo Deus humanam carnem ex puriſſi-
mis eius ſanguinibus aſſumpſit: per quam egreſſus
eſt Chriſtus naſcens in mundo, illa in virginitate
ſua permanẽte? Diuus Hieronymus explicans hũc
locum per hanc portam ſemper clauſam, hanc ſa-
cratiſſimam ſemper virginem Mariam intelligit.
In eadem ſententia eſt diuus Ioannes Chryſoſto-
mus in homilia de Ioanne Baptiſta: & beatus Am-
broſius epiſtola 81. & ſanctus Cyprianus de ſymbo
lo apoſtolorum: & diuus Auguſtinus tomo decimo
ſermone ſecundo natiuitatis domini, & ſermone
quartodecimo eiuſdem feſti: & Damaſcenus libro
quarto, capite quintodecimo: & Euſebius Emiſe-
nus de natiuitate domini homilia prima: & multi
alij doctores. Eſt igitur hęc porta abſq; dubio Dei
genitrix virgo, ex qua natus eſt Ieſus, qui ſe homi-
nibus oſtendit, & communicauit, & cum illis con-
uerſatus eſt. Ita de illo prædixerat Baruc propheta:
Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad- *Baruc 3*
uerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſcipli-
næ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dile-
cto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum homini-
bus conuerſatus eſt, Hæc ille. Porta hæc clauſa, per
quam ille egreſſus eſt, Maria eſt ſemper virgo, prin
ceps autem hic, qui per eam ingreſſus & egreſſus
eſt, ipſe Chriſtus eſt Deus noſter, quem Eſaias prin *Eſai 9*
cipem pacis appellat: & diuus Ioannes in Apocaly *Apoc. 1*
pſi principem regũm terræ. Hæc eſt porta illa oriẽ-
talis, in quam ingreſſus eſt oriens ille, de quo dixe-
rat Zacharias propheta: Ecce vir: Oriens nomen *Zach 6*
eius per quam egreſſa eſt lux illa, quæ de ſe ait: Ego
ſum lux mundi. In arca Noe erat quædam ianua, *Ioan. 8*
qua ingrederetur lux, quæ ſplenderet, non autem
aqua, quæ obrueret. Hæc arca imago fuit eccleſiæ *Gene. 6*
catholicæ iuxta Origenis ſententiam, quem hac in
re ſecutus eſt diuus Hieronymus, & viri alij ſapiẽ-
tia præſtantes. Ianua huius arcæ virgo eſt Dei geni
trix, per quam in eccleſiam ingreditur claritas gra-
tiæ, qua ſalui ſumus, ſed non aqua culpæ, qua ſub-
mergamur. Hanc habet naturam vitrea feneſtra ob
materiam tranſlucidam, vt lucem recipiat, non au-
tem aquam, nec puluerem: ob diaphanitatem capax
eſt claritatis, ob ſoliditatẽ impenetrabilis, & aqua-
rum expultrix. Et quemadmodum ſol per vitream *Simile.*
fene

feneſtram ingreditur, & egreditur ſine ipſius vitri
corruptione, ſic ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter in
ſacratiſſimo virginis vtero fuit admirabiliter con-
ceptus, & ex ea natus abſque ipſius virginis fractio
ne: mãſit enim virgo in partu, & poſt partũ quem-
admodum ante partum. Hæc eſt, de qua dixerat
Eſai 7 Eſaias: Ecce virgo cõcipiet, & pariet filium, & vo-
Matt. cabitur nomen eius Emmanuel: hoc eſt nobiſcum
Deus. Hæc porta clauſa eſt in æternum ſecundum
virginitatem, ſed aperta ſecundum charitatem: illa
eſt enim, per cuius merita & interceſſionem viri
iuſti æternum gloriæ templum ingrediuntur. De
Pſal 117 ea cecinit diuinus pſaltes: Hęc porta domini iuſti
intrabunt per eam: hoc eſt per eius meritum & in-
terceſſionem. Hæc eſt porta in qua factum eſt ma-
Ruth. 4 trimonium inter Booz & Ruth, hoc eſt inter Chri-
ſtum & eccleſiam. Iuxta hanc portam ſedens Dauid
audiuit ſaluum eſſe exercitum ſuum, & mortuum
2 Reg. 18. hoſtem ſuum Abſalonem. Eam ob cauſam Iere-
mias has voces emiſit: Sta in porta domus domini.
Iere. 7 Hæc eſt porta, cui appropinquans filius dei mor-
Luc. 7 tuum ſuſcitauit. Nam ideo genus humanum, quod
per peccatum mortuum erat, ad vitam rediit, quia
filius dei humanam aſſumpſit naturã, ex vtero vir-
ginis tanquam ſponſus de thalamo ſuo proceſſit, &
Pſal. 18 exultauit vt gigas ad currendã viam: à ſummu cœ-
lo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummũ
eius: Hęc eſt porta, de qua ait diuus Ioannes in A-
Apo. 4 pocalypſi: Vidi, & ecce oſtium apertum in cœlo.
Aperta eſt porta hęc per charitatem, vt eius preci-
bus & meritis nos intromitteret ad cœlũ: ſed clau-
ſa per virginitatem, vt eſſet omni puritate prædita,
& ab omni corruptione penitus reſeruata. Si Ha-
Dan. 13 bacuc in lacum leonum deferens Danieli prandiũ
ingreſſus & egreſſus eſt non apertis oſtiis, ſed clau-
ſis, quomodo beatiſſima dei genitrix non poſſet
ſaluis clauſtris pudoris concipere, & parere cùm
Simile. eius filius ſit ipſe Deus, factus homo? Natus eſt ſol
de ſtella, ſol qui occaſum neſcit, ſtella, quæ ſemper
rutilat & micat. Quemadmodũ ſydus radium pro-
Simile. fert abſque ſui corruptione, ſic beata Maria filium
peperit abſque virginalis pudicitiæ amiſſione. Vt
adueniente nocte multa ſydera apparent in cœlo
ab oriente ad occaſum tendentia, ſed paruo lumi-
ne rutilantia. in aurora verò ſole aduentante appa-
ret ſtella fulgentiſſima, quę Lucifer, & ſtella matu-
tina, & ſydus auroræ ſolem præcedens appellatur:
ſic poſt peccatũ Adæ adueniente nocte culpæ aſtra
multa apparuerunt: nimirum Abel, Enoch. Noe,
Abraham, & cæteri patriarchę & prophetę, ſed om-
nia hęc aſtra paruo gratiæ lumine micabant. At
temporis plenitudine aduentante, quo erat pater
filium ſuum miſſurus vt mundum vniuerſum diui-
no ſplendore illuſtraret, ſolem illum iuſtitiæ Chri-
ſtum deum noſtrum, apparuit virgo ſacratiſſima,
ſtella matutina, pulcherrima, aurora illa fulgentiſ-
ſima, quæ attulit diuinum ſolem, quæ noctis diſpu-
lit tenebras, & admirabilem lucem gratiæ ſecum
aſportauit. Hæc eſt mater & virgo, quę verbũ pe-
Cant. perit intacta, aurora illa, de qua eſt in Canticis lite-
ris mandatum: Quę eſt iſta, quę progreditur quaſi
aurora conſurgens. Extulit eam Deus, quia ipſa ſe
Luc. 1 humiliauerat: iuxta id quod ipſa cecinit: Depoſuit
potentes de ſede, & exaltauit humiles. Virgo eſt &
humilis. Audis virginem, audis humilem. Si non po
tes virginitatem humilis imitari, imitare humilita-
tem virginis: nec dubites de eius virginitate, qui de
eius humilitate non dubitas. Rubus eſt ardens, ſed *Exod. 3*
ſeipſum non comburens. Vt verbum abſque cor- *Simile.*
ruptione cordis concipitur, & procedit, quin po-
tius cordis corruptio perfecti verbi conceptionem
non patitur: ſic Chriſtus, qui verbum eſt patris, de *Ioan. 1*
quo ait diuus Ioannes: In principio erat verbum, &
verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: ſi-
ne matris corruptione conceptus, & in lucem edi-
tus fuit. Cùm caro ita fuerit à verbo aſſumpta, vt
eſſet caro verbi dei, æquum erat, vt abſque matris
corruptione conciperetur. Vnde in quodam Ephe
ſini concilij ſermone legitur. Quæ parit carnẽ pu-
ram, à virginitate ceſſat: ſed quia natum eſt in carne
verbum, Deus cuſtodiuit virginitatem, ſeipſum
oſtendens per hoc verbum: nec enim noſtrum ver-
bum cùm paritur, corrumpit mentem, nec Deus
verbum, ſubſtantialem partem eligẽs, peremit vir-
ginitatem. Et diuus Auguſtinus, Fas, inquit, non
erat, vt per eius aduentum violaretur integritas,
qui venerat ſanatũ corrupta. Ait Innocentius ter-
tius vir omni ſapiẽtia & nobilitate præſtanti, pon-
tifex maximus, & refert diuus Antoninus quarta
parte theologali, fuiſſe quondam Romæ templum
paci dedicatum, quod Gentes illæ à fide alienatæ
æternum eſſe exiſtimabant, quòd dixiſſet Apollo
fore, vt nunquam rueret, niſi cùm virgo quædam
pareret inuiolata virginitate permanente. Cùm au
tem illæ hoc fieri poſſe non crederent, ædificium
illud templum perpetuitatis appellarunt. At nocte
illa, qua Chriſtus natus eſt, corruit templum illud,
& fuit funditus euerſum, quia ſcilicet virgo dei ge-
nitrix filium tunc peperit permanens intacta. Re-
fert etiam eodem loco diuus Antoninus citans di-
uum Thomam, in ſepulchro cuiuſdam Gentilis,
qui ante aduentum Chriſti migrauerat è vita, fuiſſe
ſub capite defuncti inuentam laminam, in qua erãt
hæc verba literis exarata. Chriſtus naſcetur de vir-
gine Maria: & credo in eum: O ſol iterum me vide-
bis Conſtantini & Hyrenæ temporibus. Et ita eue-
nit: nam imperium obtinente Conſtantino quo-
dam filio Hyrenæ, qui multos poſt annos à Con-
ſtantino Maximo imperauit, fuit ſepulchrum illud
reſeratum, & lamina hæc reperta. In pſalmo, vbi *Pſal. 109.*
nos habemus iuxta verſionem ſeptuaginta. Ex vte-
ro ante luciferũ genui te: poteſt eſſe, ſi verba ver- *Matt. 22.*
bis ex Hebraico in Latinum ſermonem reddideris:
Ab vtero aurorę tibi ros generationis tuæ. Loqui- *Mar. 12*
tur cœleſtis pater cum filio ſuo vnigenito Chriſto *Luc 20*
deo noſtro, vt ipſe Chriſtus apud euangeliſtas teſta *Heb. 1*
tur: & diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos: & in *1. Cor 15*
prima ad Corinthios: Et diuus Petrus in Actis apo- *Act. 2*
ſtolorum. Ait igitur filio: Ab vtero auroræ, hoc eſt *Simile.*
à ventre virginis ſanctiſſimæ tibi ô Chriſte eſt cor-
pus generatum. Vt enim terræ vapor vi ſolis fer-
tur in ſublime, atque ibi ſub aurora concretus cõ-
uertitur in rorem, qui decidens terram reddit fer-
tilem & lætam: ſic puriſſimus ſanguis virginis glo-
rioſæ Mariæ virtute ſpiritus ſancti vterum influens
ſine vlla virilis ſeminis commiſtione concreuit in
corpus domini noſtri Ieſu Chriſti, qui editus in lu-
cem terram gaudio affecit, & generi humano ſpiri-
tualem fœcunditatem tribuit, vt vberes virtutum
fructus produceret. Id mẽtis oculis intuens Eſaias
Chriſti conceptum, & ortum ex vtero virgineo cũ
rore iis verbis comparauit: Rorate cœli deſuper, & *Eſai 45*
nubes

nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet
ſaluatorem. Aſpicis igitur Chriſtum Deum no-
ſtrum puritatis amatorem ex puriſſima virgine na-
tum fuiſſe. Ille, qui potuit ad diſcipulos ingredi, ab
illíſque egredi ianuis clauſis, vt ſacrum teſtatur
Ioan.20 euágelium, potuit ex virginis vtero exire pura vir-
ginitate permanente. Et licèt euangelium ſilentio
pertranſeat, eſt tamen piè credendum illum priùs
matri, quàm diſcipulis apparuiſſe, ad cámq; fuiſſe
foribus clauſis ingreſſum. Sol cùm primùm oritur,
apparet in monte altiore, eundémque radiis illu-
ſtrat, poſtea aliis locis claritatem ſuam oſtēdit: ita
ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, ex cuius ſplendo-
re procedit alius ſplendor, de quo ait per diuinum
Mal.4 ſuum vatem cœleſtis pater: Vobis timentibus no-
men meum orietur ſol iuſtitiæ: in reſurrectione
ſua priùs apparuit ſacratiſſimæ virgini Mariæ,
quàm affecit gaudio inenarrabili, montémque il-
lum illuſtrauit, omnes alios montes celſitudine,
virtute, & charitate vincentem, ipſoſque angelos
puritate ſuperantem. Ea eſt mons ille ſublimis, ex
Dan 2. quo iuxta Danielis oraculum abſciſſus eſt lapis ſi-
ne manibus, qui vniuerſum orbem terrarum ad-
impleuit: quoniam ex ea genitus eſt Chriſtus abſq;
virili opere, ſed ſpiritus ſancti virtute, qui eſt lapis
Pſal.117 ille, quem reprobauerunt ædificantes, qui factus
Mat.21 eſt in caput anguli: qui ideò dicitur totam terram
adimpleuiſſe, quia fuit eius ſanctiſſimum nomen
per cunctas nationes fama celebratum. Cùm igi-
tur ſanctiſſima Dei genitrix virgo ſit ob eximiam
ſanctitatem mons omnium altiſſimus, illi priùs ſol
iuſtitiæ ſummus & ſempiternus in die reditus ſui
ad vitam pulcherrimus apparuit, & poſtea multis
1.Ma.6 aliis, quemadmodùm diuinæ literæ conteſtantur.
Et vt verbis vtar diuinæ ſcripturæ, refulſit ſol in
clypeos aureos & æreos, & reſplenduerunt mon-
tes ab eis. Sed priùs Oriens illuſtrauit portam hāc
orientalem clauſam in æternum: hoc eſt Mariam
ſemper virginem, de qua hoc loco loquitur Eze-
chiel. Poteris per hanc portam clauſam ante Chri-
ſti aduentum ſacram intelligere ſcripturam, quam
Eſai 29 Eſaias libro ſignatam vocat: ſed eam Chriſtus re-
Apo.5. ſerauit, vt diuus Ioannes in Apocalyſi multis ver-
bis teſtatur. Ipſe eſt enim agnus ille, qui librum ſe-
Luc.24 ptem ſigillis ſignatum, quem nemo aperire pote-
rat, aperuit: de quo aiebant duo diſcipuli. Nonne
cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur
in via, & aperiret nobis ſcripturas? De eo ait eo-
dem capite diuus Lucas: Tunc aperuit illis ſen-
ſum, nempe diſcipulis ſuis, vt intelligerent ſcri-
pturas. Præterea poteris per portam hanc intelli-
gere cœli ianuam vſque ad Chriſtum clauſam,
quam ipſe Chriſtus claue crucis ſuæ aperuit, quam
ob cauſam dixit in Actis diuus Stephanus: Video
cœlos apertos. Et de diuo Petro ait in iiſdē Actis
diuus Lucas: Vidit cœlum apertum, & deſcendens
Act 7. vas quoddam velut linteum magnum. Et quamuis
Act.10. locus hic Ezechielis omnes has interpretationes
recipiat, exiſtimo, tamen illarum primam præſtan-
tiorem eſſe, aliáſque non eſſe cum ea conferen-
das: continent enim ſententiam pietatis pleniſſi-
mam, & diuini vatis inſtituto congruentiſſimam, &
quam plurimis ſanctorū patrum teſtimoniis con-
firmatam. Voluit abſque dubio diuinus vates per
hanc portam perpetuò clauſam Dei genitricis
Mariæ virginitatem perpetuam prædicere, eam-
que monimentis nunquā interituris conſignare.

*Princeps ipſe ſedebit in ea vt comedat panem co-
ram domino.* Princeps poterit in templo come-
dere partem ſuam ſacrificij & oblationis, quam
hic diuinus vates intelligit per panem: ſiue ſit pa-
nis, ſiue quis alius cibus. Ita intelligitur locus ille
Leuitici: Sacerdotes ſancti erunt Deo ſuo, & non *Leui 21*
pollucnt nomen eius: incenſum enim domini, &
panes Dei ſui offerunt. Sed quoniam per hunc
principem Chriſtus intelligitur, poteris per pa-
nem hunc euangelicam intelligere doctrinam,
quam ipſe Chriſtus comedit, & aliis tradidit co-
medendam, docens alios, & id, quod docebat, ef-
ficiens. Ad huius panis conuiuium nos inuitat ip-
ſe dominus dicens: Homo quidam fecit cœnam
magnam, & vocauit multos: & miſit ſeruum ſuum
hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent. At ſi nos *Luc.14*
ad eam accedere recuſamus, ille ad nos venit di-
cens in Apocalypſi apud Ioannem: Ecce ſto ad
oſtium, & pulſo, ſi quis aperuerit mihi, intrabo ad *Apoc.3*
illum, & cœnabo cum eo. Intuere obſecro Dei
noſtri bonitatem: inuitat nos ad ſe, cùm autem
eius cœnam contemnimus, ipſe nos quærit, & cor-
dis noſtri fores pulſat vt nobiſcum cœnet: Ipſe au-
tem ſecum fert dulces epulas, & excellētes dapes,
O admirabilem Dei noſtri pietatem, ô ſingularem
ſaluatoris noſtri clementiam! De hoc admirabili
conuiuio ea poteris videre quæ capite quadrage-
ſimo primo diximus, verba illa explanantes: Hæc
eſt menſa coram domino. *Sup. 41*

*Per viam veſtibuli portæ ingredietur, & per viam
eius egredietur.* Quicúnque in templum ingredie-
bantur per vnam portam, debebant egredi per
aliam, præter principem, qui vna & eadem porta
ingrediebatur, & egrediebatur. Qua de re infrà diſ-
feremus capite. 46. Chriſtus ingreditur in tem-
plum, vt eos illuc ducat, qui per ſe introire non
poſſunt: & egreditur ad quærendos alios, quos il-
luc etiam adducat. Eodem modo per ſcalam Iacob *Gen. 28*
angeli aſcendebant, & deſcēdebant: aſcendebant
ad ducendos quoſdam, deſcendebant ad quæren-
dos alios.

Et ecce impleuit gloria domini domū domini. Hoc
eſt, res illa admirabilis, fulgentiſſima & illuſtriſſi-
ma, quæ Dei gloriam repræſentabat, impleuerat
totum templum. Voluit ſignificare fore, vt Chri-
ſti ſplendor totam eccleſiam illuſtraret. Tempore
ſynagogæ fuit aliqua oſtenſio gloriæ domini, ſed
adueniente Chriſto omnis illa gloria diſparuit:
non quòd eſſet in nihilum redacta, ſed quia tanta
fuit Chriſti claritas, vt comparatione eius illa alia
non appareret. Quemadmodum adueniente claro *Simile.*
& ſplendido ſole lux ſtellarum non apparet: ſic
adueniente Chriſto, & coruſcante euangelio, ceſ-
ſauit legis veteris ſplendor. Cùm enim accedit
perfectum, deſtruitur quod eſt imperfectum.

Et cecidi in faciem meam. Nempe ex humilitate
& animi demiſſione: non enim ſe dignum eſſe exi-
ſtimabat, qui tantam gloriam intueretur. Vel ceci-
dit perterritus viſa tanta maieſtate. Semper cadit in
faciem ſuam, nunquam retrorſum. Qua de re alibi
diſſeruimus.

Et dixit ad me dominus. Pro domino eſt in He-
braico iehouah, nomen Dei tetragrāmaton, quod
ſoli conuenit Deo. Deum vocat virum illum, qui
templum illud conſtruxit, illudque oſtendebat: nec

mirum, cùm vir ille Chriſtus eſſet, vt capite quadrageſimo copioſe oſtendimus.

Pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi. Priuſquam ei dicat, vt videat, & audiat, eum hortatur, vt cor apponat: parum enim prodeſſet videre & audire, niſi cor apponeret. Cor apponere, eſt oculos mentis aperire, eiuſque aures præbere, diligenter aduertere, & animũ ad harum rerum contemplationem cum bona intentione dirigere. Luc.8. Ideò Chriſtus ait: Qui habet aures audiẽdi, audiat. Aures animi, & cordis oculos quærebat, ſine quibus parum prodeſt oculos & aures corporis habere. Impij Iudæi Chriſtum videbant, & audiebant, ſed quia non apponebant cor ad illum, minimè conuerſi ſunt: quin potius nefandas ei intulerunt manus eúmque in diſcrimen capitis impiè vocarunt.

De vniuerſis cæremoniis domus domini, & de cunctis legibus eius. Non ſolum volo, vt cæremonias intelligas & ſerues, ſed quod maius eſt, leges bene viuendi, quæ ſunt diuina præcepta. Perfectio eſt præcepta Dei, & bonas cæremonias cuſtodire: ſed contemnere præcepta & euangelica conſilia, totam autem religionem velle conſtituere in cæremonias, impium eſt, & hominum parum conſideratè cogitantium, ipſaque religione intemperan- Simile. ter abutentium. Vt virga recta in manu iudicis ſignum eſt iuſtitiæ rectæ: ſic rectæ cæremoniæ ſigna ſunt rectæ religionis: & quemadmodum vituperandus eſt iudex, qui cùm ſit iniuſtus, totam dignitatem ſuam in rectitudine virgæ conſtituit, ferens manu virgam rectam, intus autem conſcientiam obliquam: ſic ille improbandus eſt, qui cæremoniarum ſpecie gloriatur, ab earum rectitudine non diſcedens, in illiſque totam religionis ſubſtantiam ponens, cùm tamen intus ſit ſceleribus Mat.23 inquinatus, omniſque religione deſtitutus. Huiuſmodi homines vocat Chriſtus ſepulchra dealbata, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia, quoniam hi nullam veræ religionis, germanæque iuſtitiæ ſolidam expreſſamque ſubſtantiam tenent, vmbra ſolùm & ſignis quibuſdam exterioribus vtuntur. Tota eorum vita nihil aliud eſt, quàm externa dealbatio, intus autem tetra ac fœda vitioſitas. Oportet virtutem colere, & veram religionem cuſtodire, & præter id vti vtilibus, & Simile. honeſtis, & pulchris cæremoniis. Vt enim arboris cortex, etſi fructum non proferat, illum tamen ornat & ſuſtentat: ſic cæremoniæ, licèt non in illis ſubſtantia conſiſtat religionis, eam tamen decorant & conſeruant. Quam ob cauſam qui religio- Simile. nem profitemur, non debemus cæremonias aſpernari. Vt mali perſici exterius comedimus, interiorem verò nucleum duro cortice coopertum foras proiicimus: ſic laici noſtra comedunt exteriora verò non curant: quia nec ea vident, nec intelligunt, ſed cæremoniis noſtris rectè diſpoſitis ædificantur. Nos verò etſi vtrunque colere debeamus, interius tamen pluris æſtimemus: quoniam etſi dura mali perſici nux foris proiiciatur, illa tamen præſtantior eſt & excellentior carnoſo pomo, quoniam ſemen eſt vnde procedit planta, quæ perſica mala producit. Cùm enim arbor caduca ſit, producit ex ſe ſemen, ex quo arborem generet ſui ſimilem, vt quæ ſe non poteſt perpetuò ſeruare in indiuiduo, ſe ſaltem conſeruet in ſpecie. Et hoc modo ita efficiente natura ſui perpetuitatem promittit. Ex quo efficitur, vt ſi quis ſemen aliquod integrum comedat, non illud dentibus terens, nunquam illud digerat in ſtomacho: non vult enim natura, vt ſemen illud integrũ digerat, quod ipſa ad perpetuitatem ſpeciei produxit.

Et pones cor tuum in viis templi. Id eſt, omnes vias templi, quas tibi oſtendi, conſidera, in animo verſa, & memoria repete, quoniam eccleſiæ ſpirant ſacramenta. Fortaſſe ponere cor in viis templi eſt obſeruare, ne aliquis per hæreſim egrediatur ab eccleſia: neue hæreticus aliquis ſe inter catholicos intromittat, vt eos corrumpat dogmate aliquo peſtilente. Vel eſt diligenter attendere, ne indigni ad ſacerdotium admittantur. Id autem ad præſules pertinet eccleſiaſticos. Vel ſic: Intuere omnes vias templi per omnes exitus illius, & videbis multos Gentiles à fide alienos, & ſceleribus imbutos ingredi in loca ſancta, in quæ non licet niſi ſacerdotibus introire. Reprehendit Deus Iudæos, quòd cum Gentilibus haberent communicationem: contra id quod illis præceperat in lege, vt conſtat ex 34. capite Exodi: & quòd eos ad in- Exo.34 timum templi ſui admiſiſſent, cùm ingredi non poſſent niſi in primum atrium. Hanc exiſtimo eſſe 3.Reg.8 germanam huius loci interpretationem.

Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra. Id eſt, hactenus ô Iſraelitæ nefanda ſcelera perpetraſtis, cum alienigenas introduxeritis in templũ, qui illud irriderent, & permittentibus vobis idolis ſuis polluerent, ibſque deteſtanda flagitia committerent. Nolite amplius vos ipſos vitiis contaminare: ceſſate à criminibus, nolite materiam præparare incendio futuro. Sunt enim, qui ſcelera cumulant ſceleribus propter ſpem impunitatis, quæ eſt maxima illecebra peccandi. Eam ob cauſam quos ipſa virtus in officio retinere non poteſt, ij magnitudine pœnæ à ſcelere ſeparari debent. Nihil periculoſius impunitate, quoniam ad deteriora inuitat. Eccle.5. Ideo aiebat Eccleſiaſticus: Non adiicias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas: Miſeratio Dei magna eſt. Et Eſaias: Væ qui trahitis iniquitatem in fu- Eſai.5. niculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum.

Incircuncifos corde, & incircuncifos carne. Aſpicis hic apertè duplicem eſſe circuncifionem alteram corporis, alteram animi.

Et offertis panes meos. Loquitur de panibus propoſitionis, quos ſacerdotes in templo offerebant. Exo.25 De illis ait ita Deus in Exodo: Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper. Vel per panes intelligit omne oblationum genus ſiue carnes eſſent, ſiue panes, ſiue fructus. Solet enim diuina ſcriptura nomine panis cibos omnes ſignificare, vt alibi oſtendimus. Non eò Deus reprehendit Hebræos ſacerdotes, quòd ei offerrent panes, ſed quòd illos in mortifero peccato offerrent. Polluentes Dei templum, in illudque admittentes Gentes à fide alienas, atque diuina iura violantes Deo ex more panes offerebant. Eodem modo non prohibet Deus Chriſtianis ſacerdotibus ſacrum facere, & miſſam celebrare, cùm ei ſit ſacrificium hoc gratiſſimum: ſed illis prohibet ne ad altare accedant cum mortiferi criminis

1.Cor.11 criminis conſcientia. Ideo ait apoſtolus: Quicúnque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. Si Deus legis veteris ſacerdotes reprehendit, quod contaminati nefario ſcelere panem propoſitionis offerebant, qui erat vmbra quædam ſancti euchariſtiæ ſacramenti, quantò maiore reprehenſione digni erunt nouæ legis ſacerdotes, ſi flagitiis peſtilentibus aſtricti miſſam celebrauerint, & ſacramentum corporis & ſanguinis domini noſtri
Ioan.6. Ieſu Chriſti confecerint? Non enim panem propoſitionis offerunt, ſed panem viuum, qui de cælo deſcendit: non vmbram, ſed veritatem, non falſam imaginem cibi, ſed eum, qui ait: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. *Ioan. 6.* Facta autem conſecrationem remanet in ſacramento hoc forma ſubſtantialis panis, ſed in corpus Chriſti conuertitur: ſitque admirabilis tranſubſtantiatio: & ſub qualibet parte hoſtiæ conſecratæ eſt totus Chriſtus verus Deus & verus homo, Hoc ſanctiſſimum ſacramentum, quatenus in eo Chriſti paſſio
Ephe.3. repræſentatur, qua ſe, vt ait in epiſtola ad Epheſios diuus Paulus, obtulit hoſtiam Deo, rationem habet ſacrificij, & verum eſt ſacrificium, quatenus verò traditur gratia inuiſibilis, habet rationem ſacramenti, & verum eſt ſacramentum: ad quod nec ſacerdotes, nec laici cum conſcientia lethalis flagitij accedere debent.

Et polluiſtis cuſtodes obſeruationum mearũ in ſanctuario meo vobiſmetipſis. Hoc eſt, conſtituiſtis cuſtodes & miniſtros obſeruationũ mearum in templo, homines Gentiles ob vtilitatem veſtram. Non aduertitis ſint ne mundi an immundi, dummodo vobis ſeruiant, & ad commodũ veſtrum reſpiciant. Anteponebant propriam vtilitatem Dei obſequio
Prou.7. & honori, vt valerent: cùm dicat Salomon in Prouerbiis. Fili honora dominũ, & valebis. Aliud exiſtimabant eſſe commodum, aliud virtutem, exiſtimantes poſſe commodum eſſe abſque virtute: qua in re grauiter errabant. Peruertunt mortales ea, quæ ſunt fundamenta naturæ, cùm vtilitatem ab honeſtate ſeiungunt. Quî enim fieri poteſt, vt ſit vtile, quod perniciem ſecum affert ſempiternam? Quod honeſtum eſt, id certè vtile: quod autem honeſtum non eſt, id vtile vt ſit, effici non poteſt ad-
2.Ma.2 uerſante & repugnante natura. Sed ex vtilibus, illud eſt præſtantius, quod eſt communius. Vnde in libro Machabæorum ſecundo, capite quarto ſcriptum legimus: Communem vtilitatẽ apud te vniuerſæ multitudinis conſidera. Vel ſic. Poſuiſtis in templo homines, qui viderent, vtrum mea præcepta cuſtodirentur, vobis metipſis, hoc eſt ob vtilitatem veſtram, vt ex illis, qui præcepta mea non ſeruarent, pecunias extraheretis.

Omnis filius alienus. Hoc eſt idolorum cultor.

C Sed & leuitæ, qui longè receſſerunt à me in errore filiorum Iſrael, & errauerunt à me poſt idola ſua, & portauerunt iniquitatem ſuam, erant in ſanctuario meo æditui, & ianitores portarum domus, & miniſtri domus: ipſi mactabunt holocauſta & victimas populi, & ipſi ſtabunt in conſpectu eorum, vt miniſtrent eis. Pro eo quod miniſtrauerunt illis in conſpectu idolorum ſuorum, & facti ſunt domui Iſrael in offendiculum iniquitatis. Idcirco leuaui manum meam ſuper eos, ait dominus Deus: & portauerunt iniquitatem ſuam. Et non appro- D
pinquabunt ad me, vt ſacerdotio fungantur mihi, nec accedent ad omne ſanctuarium meum iuxta ſancta ſanctorum: ſed portabunt confuſionem ſuam, & ſcelera ſua, quæ fecerunt. Et dabo eos ianitores domus in omni miniſterio eius, & in vniuerſis, quæ fient in ea. Sacerdotes autem & leuitæ filij Sadoc, qui cuſtodierunt cæremonias ſanctuarij mei, cum errarent filij Iſrael à me, ipſi accedent ad me, vt miniſtrent mihi: & ſtabunt in conſpectu meo, vt offerant mihi adipem & ſanguinem, ait dominus meus. Ipſi ingredientur ſanctuariũ meũ, & ipſi accedẽt ad menſam meã, vt miniſtrent mihi, & cuſtodiant cæremonias. Cùmque E
ingredientur portas atrij interioris, veſtibus lineis induentur, nec aſcendet ſuper eos quicquam laneum, quando miniſtrant in portis atrij interioris, & intrinſecus. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & fœminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in ſudore.

Sed & leuitæ qui longè receſſerunt à me. Omnes ſacerdotes erant leuitæ, hoc eſt de tribu Leui, ſed non omnes leuitæ aucti erant ſacerdotio. Nunc loquitur de leuitis ſacerdotibus, qui cum populus incideret in idololatriam, etiam corruerunt, & idola coluerunt. Eam ob cauſam ait Deus, eos ampliùs non eſſe ſacerdotio functuros, ſed futuros eſſe cuſtodes & ianitores: non enim merebantur munus ſacerdotale exercere, ſed officia infima, qualia erant cuſtodum & ianitorum. Debent enim ſacerdotes indui iuſtitia, & puritate, iuxta id quod ait ſcriptura: Sacerdotes tui induantur iuſtitia. Et *Pſal.131*
illud: Mundamini, qui fertis vaſa domini. At hi ſacerdotes legem Dei neglexerant, ſeque vitiis con- *Eſai.52*
taminauerant: de quibus dixerat Deus per Ezechielem capite.22. Sacerdotes eius contempſerunt *Sup.22.*
legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea: inter ſanctum & prophanum non habuerunt diſtantiã.

Et portauerunt iniquitatem ſuam. Hoc eſt fuerunt ob flagitia ſua puniti. Portare iniquitatem eſt luere pœnas ſceleris. Hebraiſmus eſt in diuinis literis ſatis frequens.

Ipſi mactabant holocauſta & victimas populi. Hi ſacerdotes ſceleribus imbuti, quando populus à me defecit, & vana coluit idola, miniſtrabant ei ſacrificantes falſis diis holocauſta & victimas, quas populus dæmoniis offerebat. Non ſolùm populi idololatriam non vituperarũt, ſed illi adhæſerunt. Quidam codices habent: Mactabunt. Et tunc erit ſenſus: Non exercebunt munus orandi, & ſacrificandi, ſed ſolùm occidendi victimas, quod eſt inter omnia infimum.

Idcirco leuaui manum meam ſuper eos. Hoc eſt, eam ob cauſam eos grauiter puniui. De hoc Hebraiſmo alibi diſſeruimus.

Sacerdotes autem leuitæ filij Sadoc Sadoc idem eſt
quod iuſtus:& re vera fuit Sadoc nomine & factis.
Hic fuit in ſummo ſacerdotio conſtitutus abiecto
Abiathare, cum regnum obtineret Salomon, vt li-
3.Reg.3 cet videre tertio libro Regum. Aſpicis hoc loco in
templo Ezechielis reprobatos fuiſſe ſacerdotes fi-
lios Leui, & approbatos filios Sadoc: quoniam fu-
turum erat, vt in eccleſia catholica reprobatis le-
gis veteris ſacerdotibus, eligerentur ſacerdotes
euangelici filij Sadoc, hoc eſt filij Chriſti, qui fuit
verus Sadoc, verus iuſtus, cuius ille antiquus ima-
Zach.9 ginem gerebat. Hic eſt iuſtus ille de quo dixit Za-
charias propheta: Ecce rex tuus venit tibi iuſtus &
ſaluator. Fuit enim Chriſtus rex & ſacerdos: quam
ob cauſam fuit in Melchiſedech rege Salem & ſa-
cerdote altiſſimi adumbratus. De quo cecinit diui-
Pſal.109 nus pſaltes: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum
ordinem Melchiſedec. Sacerdotis officium eſt di-
uinis ſanctæ religionis myſteriis, rerumque ſaluta-
rium ſcientia homines inſtruere, eorumque ſcelera
ſacrificio expiare, ac Deum pro illis pias fundere
precationes. Regis autem officium eſt rempublicã
rectè gubernare, eámque iuſtitia & pace cõſeruare,
& ab hoſtibus tueri. Hæc munera in ſolo Chriſto
perfecta, & omnibus numeris abſoluta reperiũtur.
Hebr.7. Hoc intuens diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos
hunc pſalmographi locum de Chriſto interpreta-
tur. Huius diuini ſacerdotis filij appellantur verè
Ioan.1. Chriſtiani, iuxta id quod ait diuus Ioannes: Quot-
quot autem eum receperunt, dedit eis poteſtatem
filios Dei fieri. In morte Heli & Abiatharis, & con-
ſtitutione Samuelis & Sadoc voluit Deus oſtẽdere
antiquandum eſſe & penitus finiendũ legis veteris
ſacerdotiũ, & euangelicum conſtituendum: quod
eodem modo de regno fuit in reprobatione Sau-
lis, & electione Dauidis adumbratum. Cum enim
mutaretur teſtamentum, oportebat mutari ſacer-
dotium, vt iam non eſſet ſacerdotium temporale,
ſed æternum. Id ſignificare volens diuina ſcriptura
ait, Chriſti ſacerdotium fuiſſe iuramento cõfirma-
Pſal.109 tum, vt indicaret æternum fore: dicens in pſalmo:
Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſa-
cerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſe-
dec. Aaronis autẽ ſacerdotium, quoniã erat com-
mutandum, non fuit iureiurando conſtitutum.
Sup.41. *Ipſi accedent ad menſam meam* Hæc eſt menſa
illa, de qua dictum fuit capite quadrageſimo pri-
mo: Hæc eſt menſa coram domino.

Veſtibus lineis induentur Signum, vt definiunt
philoſophi, eſt quod aliud ſenſui, aliud intellectui
repræſentat. Veſtis illa ſacerdotalis repræſentabat
ſenſui eſſe lineam & candidam, ſed intellectus iu-
dicabat eam animi candorem ſignificare. Eodem
modo Chriſtiani ſacerdotes in eccleſiis lineis ve-
ſtibus ſuperinduuntur, animi puritatem, quæ in ſa-
1.Pet.2. cerdotibus requiritur ſignificantibus. Et quoniam
Chriſtianus populus eſt, vt ait diuus Petrus, genus
electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus
acquiſitionis, oportet Chriſtianos omnes veſtibus
Coloſſ.3. candidis indui, expoliãtes, iuxta diui Pauli ſenten-
tiam, veterem hominem cum actibus ſuis, & in-
Rom.6. duentes nouum. Audiamus eundem apoſtolum di-
Coloſſ.3. centem. Induimini dominum Ieſum Chriſtum. Et
alibi. Induite vos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti
viſcera miſericordiæ, humilitatem, modeſtiam, pa-
Eſai.21 tientiam. Id dixerat iis verbis Eſaias: Induere ve-
ſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem. Vt in cœleſtem
patriam ingrediamur, iis veſtibus albis indui debe-
mus. Viginti quatuor ſeniores, quos vidit diuus Apo.4.
Ioannes in cœlo in thronis ſedentes, erant veſti-
mentis albis circumamicti: & illi ſimiliter, qui ſta- Apo.7.
bant ante thronum in conſpectu agni, qui palmas
manu tenentes diuinũ numen pleno ore laudabãt.

Vitta linea. Id eſt mitræ, ſiue thyaræ. Per has vit-
tas albas habendas in capite ſignificatur candor
ſapientiæ in intellectu, vel gratiarum corona iux-
ta diuum Hieronymum. Vnde dicitur in libro Sa-
pientiæ: Iuſti accipient diadema ſpeciei de manu Sapi.3
domini.

Et fœminalia linea. Per quæ ſignificatur conti-
nentiæ virtus. Hæc tria, nempe veſtes lineæ, vittæ
lineæ, & fœminalia linea, iuſſa ſunt fieri ſacerdoti-
bus, vt conſtat ex cap. 28. libri Exodi.

Et non accingentur in ſudore. Id eſt, non accin- Exo.28
gentur adeò arctè & ſtrictè, vt grauentur labore &
ſudore. Vel ſic: accingant ſe ſacerdotes, ſed non
cùm ſudauerint: ne veſtes ſacerdotales coinquinẽ-
tur ſudore. Volebat Deus, vt veſtes illæ, quibus
animi puritas ſignificabatur, puræ eſſent, & ab om-
ni macula ſeruatæ.

Cúmque egredientur atrium exterius ad
populum, exuent ſe veſtimentis ſuis, in qui-
bus miniſtrauerant, & reponent ea in gazo-
phylacio ſanctuarij, & veſtient ſe veſtimen-
tis aliis: & non ſanctificabunt populum in
veſtibus ſuis. Caput autẽ ſuum non radent,
nec comam nutrient, ſed tondentes attron
dent capita ſua. Et vinum non bibet omnis F
ſacerdos, quando ingreſſurus eſt atrium in-
terius. Et viduam & repudiatam non acci- Leui.21
pient vxores, ſed virgines de ſemine domus
Iſrael. Sed & viduam, quæ fuerit vidua à ſa-
cerdote, accipient: & populũ meum doce-
bunt quid ſit inter ſanctum & pollutum: &
inter mundum & immundũ oſtẽdent eis.
Et cum fuerit controuerſia, ſtabunt in iudi-
ciis meis, & iudicabunt. Leges meas & præ-
cepta mea in omnibus ſolennitatibus meis
cuſtodient, & ſabbata mea ſanctificabunt.
Et ad mortuum hominem non ingredien-
tur, ne polluantur, niſi ad patrem & ma-
trem, filium & filiam, fratrem & ſororem,
quæ alterum virum non habuerit: in qui-
bus contaminabuntur. Et poſt quam fuerit
emundatus, ſeptem dies numerabuntur ei, G
& in die introitus ſui in ſanctuarium ad
atrium interius, vt miniſtrent mihi in ſan-
ctuario, offeret pro peccato ſuo ait dominus
Deus. Non erit autem eis hæreditas, ego
hæreditas eorum: & poſſeſſionem non da- Deu.18
bitis eis in Iſrael: ego enim poſſeſſio eorum. Nu.18.
Victimam & pro peccato, & pro delicto ipſi
comedent, & omne votum in Iſrael ip-
ſorum erit. Et primitiua omnium primo-
genitorum, & omnia libamenta ex omni- Exo.22
bus, quæ offeruntur, ſacerdotum erunt.

Et

Et primitiua ciborum veſtrorum dabitis ſacerdoti, vt reponat benedictionem domui
Leu 22 ſuæ, Omne morticinum & captum à beſtia de auibus, & de pecoribus, non comedent ſacerdotes.

Cùm egredientur atrium exterius Subaudi, ex atrio interiore. Totum hoc fuit ſuprà expoſitum,
Sup 42 cap. quadrageſimo ſecundo.

Non ſanctificabunt populum in veſtibus ſuis. Id eſt non exibunt in veſtibus ſacerdotalibus ad bene dicendum populo, ſed in veſtibus communibus.

Caput autem ſuum non radent nec comam nutrient. Hoc eſt, habebunt capillos, ſed tonſos & mutilatos. Non erunt compti capilli, nec madentes cincinnorum fimbriæ. Id autem, quod eſt capite 8.
Num. 8 Numerorum ſcriptum, vbi Deus præcepit ſacerdotibus radere pilos, intelligitur de pilis corporis, non autem de pilis capitis. Per capillos capitis intelliguntur opes. Vult Deus ſignificare, poſſe ſa-
1. Tim. 6 cerdotes habere neceſſaria, ſed nõ ſuperflua. Opus eſt ſuperuacanea reſecare. Audiant diuum Paulum dicentem: Habentes alimenta, & quibus tegamur, iis contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. In
Nu. 18. libro Numerorum ſunt hæc verba literis mandata, quæ Deus dixit ſacerdotibus: In terra corũ nihil poſſidebitis: nec habebitis partem inter eos: ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. Et paulò pòſt: Nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vſus eorum & neceſſaria ſeparaui. Et in hoc eodem capite apud noſtrum Ezechielem: Non erit autem eis hæreditas: ego hæreditas eorũ. Non nego poſſe ſacerdotes Chriſtianos diuitias habere, ſed ita eas habere debẽt, vt ſolùm neceſſaria ſumant: cætera debent inter pauperes, & Chriſtianæ pietatis atque religionis opera diſtribuere. Hoc eſt enim præſulum officium, vt & ſpiritualiter, & corporaliter ouibus prouideant. Sed væ illis, qui clauem arculæ theſauri nemini audent tradere, ſed in brachio portant, claues autem animarum aliis ſacerdotibus committunt indoctis & flagitioſis. Non tamen me fugit, multos eſſe ſacerdotes & antiſtites in eccleſia catholica, præcipuè in noſtra hac Luſitania, qui mundi vanitatibus neglectis veram colunt pietatẽ diuini cultus amatores, viſceribus miſericordiæ erga pauperes induti, religionum patroni, humilitate conſpicui, ſapientia inſignes, ſancto fidei zelo ardentes, & diuina charitate flagrantes.

Vinum non bibet omnis ſacerdos, quando ingreſſurus
Leu. 10 *eſt in atrium interius.* Hoc habetur Leuitici capite decimo. Si tanta ſobrietas & abſtinentia requirebatur in ſacerdotibus legis veteris, quantò maior requiretur in ſacerdotibus nouæ legis, vbi maior eſt puritas & excellentia?

Et viduam & repudiatam Id eſt nõ ducent vxo-
Leui 21 rem, niſi virginem. Hoc habetur capite vigeſimo-primo Leuitici. Sacerdotes nouæ legis non accipient ſynagogam, quæ à Chriſto receſſit, & fuit ab illo repudiata.

Et cùm fuerit controuerſia, ſtabunt in iudiciis meis. Sacerdotes ſententiam ferebant de rebus ad legem
Agg. 2. Dei pertinentibus. Vnde ait Aggæus propheta: In-
Mal 2. terroga ſacerdotes legem. Et Malachias: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Cùm inter Iudæos erat aliqua cõtrouerſia, veniebant ad ſummum ſacerdotem, qui vocatis aliis ſacerdotibus diſſenſionem dirimebat. Illud autẽ quod ille iudicabat, firmiter tenebatur. In libro Deuteronomij ſunt hæc Deu. 17.
verba literis teſtata: Sed difficile & ambiguũ apud te iudiciũ eſſe perſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram, & lepram, & iudicum inter portas tuas videris iudicium variare, ſurge, & aſcende ad locũ, quem elegerit dominus Deus tuus: veniéſq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & iudicẽ, qui fuerit illo tẽpore, quæréſq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatẽ. Et facies, quod dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius: ſequeríſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad ſiniſtrâm. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis moriatur homo ille. Hæc ibi. Aſpicis apertè in ſynagoga non omnes cauſas, ſed difficiliores fuiſſe ad ſummum ſacerdotem relatas, & ſupremum illud iudicium ſenatum ſacerdotum habuiſſe, ſed vnum eſſe ſummum iudicem, nimirum ſummum ſacerdotem, qui authoritate ſua ſententiam ferebat: à quo nulla penitus erat appellatio. Nam alioquin nulla eſſet in republica illa pax, nulla tranquillitas, nulla firmitudo, nulla concordia. Ex quo ſequeretur, vt citò rueret, & in ſe diuiſa ſubitò deſolaretur: nam
iuxta Dei noſtri ſententiam: Omne regnum in ſe Mat. 12
diuiſum deſolabitur. Neceſſe fuit ad illius reipu- Luc. 11.
blicæ conſeruationem eſſe vnum caput, vnum iudicem ſupremum, vnum ſummum pontificem, qui difficiles cauſas iudicaret, à quo nemo poſſet appellare. Si Deus ſynagogæ prouidit, tribuẽs ei vnũ pontificem maximum, qui vltimam ferret ſententiam, ne tota corrueret reſpublica illa, qui fieri poterat, vt eccleſiæ non prouideret, quam ſuo ſanguine acquiſiuit, quam admirabili amore proſequitur, pro qua vitã in crucis ara profudit? Thronus ille antiquus cathedræ apoſtolicæ imaginẽ gerebat, & ſupremus ille ſacerdos & iudex ſummum noſtrum pontificem adumbrabat vniuerſalẽ totius eccleſiæ paſtorem & magiſtrum, ad quem pertinet controuerſias de fide & religione componere &
definire. Si nauis abſque nauclero gubernari non Similia
poteſt, ſi humanum corpus abſque capite non exi- Mar. 4
ſtit, ſi ouile abſque paſtore direptioni committi- & 6.
tur, ſi ciuitas abſque gubernatore euertitur, & ad Ephe 1.
excidium & vaſtitatem vocatur, qui fieri poteſt, vt Coloſ 1.
eccleſia catholica ſit, nauclero, capite, paſtore, & Ioan 1.
gubernatore deſtituta: cùm ſit nauis, & corpus, & Mat. 5.
ouile, & ciuitas ſuper montem ſita, vt literæ diuinæ teſtantur? Eſt igitur confitendum & profitendum, Romanum pontificem, qui re vera eſt immediatus Chriſti vicarius, & Petri Apoſtolorum principis ſucceſſor, & totius eccleſiæ caput; habere ſupremam in Dei eccleſia poteſtatem & authoritatem ad ipſúmque eſſe maiores & difficiliores cauſas defferendas, vt ipſe eas definiat, & quæſtiones dirimat, & abſoluat. Hoc aſſerit apertè Anacletus epiſtola prima de oppreſſione epiſcoporum. Tertia autem epiſtola de patriarchis & primatibus hęc verba literis mandauit: Sacroſancta Romana & apoſtolica eccleſia non ab apoſtolis, ſed ab ipſo domino ſaluatore noſtro primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas eccleſias,

ac totum Chriſtiani populi gregem eſſecuta eſt. Euariſtus, Ad ſedem, inquit, apoſtolicam tanquam ad caput ſunt dubia referenda. Idem aſſerunt Sixtus primus & Eleutherius ad eccleſias ſcribentes Gallicanas. Pius primus in epiſtola ad omnes eccleſias, Victor in epiſtola ad Theophilum, Zepherinus in epiſtola ad epiſcopos Sicilianos, Marcellus in epiſtola ad epiſcopos Antiochiæ: Euſebius ad epiſcopos Campaniæ & Tuſciæ, Melchiades ad Hiſpaniarum epiſcopos, Iulius primus ad epiſcopos orientales. Sed ne aliquis dicere poſſit me in ſummorum pontificum authoritatem ipſos ſummos pontifices citare, referam nonnullas antiquorum doctorum authoritates. Idem tenet Irenæus libro tertio aduerſus hæreſes capite tertio, Hieronymus in epiſtola ad Damaſum, Auguſtinus contra epiſtolā Manichæi capite quarto, & in epiſtola. 162. ad Glorium & Eleuſinum: & in Ioānem tractatu quinquageſimoſexto. Cyprianus in epiſtola prima ad Cornelium: & tractatu de ſimplicitate prælatorum. Ambroſius in libro de exceſſu fratris ſui capite ſeptimo, & ſermone quadrageſimoſeptimo, de fide Petri. Cyrillus in Theſauro à diuo Thoma citatus. Et alij propè infiniti. Sed ne hæretici dicant, me hoc authoritatibus hominum ſingularium probare, qui in errores incidere potuerint, concilia & totius vniuerſalis eccleſiæ ſanctiones citabo. Capite decimooctauo concilij Niceeni ſunt hæc verba literis mandata: Omnes epiſcopi in cauſis grauioribus liberè apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant cuius diſpoſitioni omnes maiores eccleſiaſticas cauſas antiqua apoſtolorum authoritas reſeruauit. In concilio Chalcedonenſi: Veneramur ſecundum ſcripturas, & canonum definitionē ſanctiſſimum antiquæ Romanæ epiſcopum primum eſſe & maximum epiſcoporum. Et infra: Si quis epiſcopus prædicatur infamis, liberam habeat ſententiam appellandi ad beatiſſimum epiſcopum antiquæ Romæ, quia habemus Petrum petram refugij, & ipſi ſoli libera poteſtate loco Dei ſit ius diſcernendi ſecundū claues à domino ſibi datas, & omnia ab eo definita teneantur tanquam à vicario apoſtolici throni. Aliud huius veritatis teſtimoniū extat in quinta ſynodo generali apud Conſtantinopolim celebrata in ſententia contra Anthymum. Aliud in ſexta ſynodo generali, actione quarta. Aliud in concilio Lugdunenſi ſub Gregorio. Aliud in concilio Lugdunenſi ſub Innocentio quarto. Aliud in concilio Florentino, cuius ad literam hæc ſunt verba: Definimus ſanctam apoſtolicam ſedem, & Romanum pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri principis apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiúſque eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem & doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi & gubernandi vniuerſam eccleſiam à domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, ſicut in geſtis œcumenicorum conciliorum continetur. Hæc in concilio Florentino. Multa alia concilia, multa ſanctorum patrum decreta, multas doctorū catholicorum authoritates, multas ſacrorum canonum ſanctiones allegarem, niſi breuitati ſtuderem. Hoc eſt certiſſimum, & de fide, & in hac fide vixerunt & mortui ſunt apoſtoli Chriſti, & ſancti martyres, & confeſſores, & virgines, & omnes denique Chriſtiani catholici, quorum multi nomina ſua ob eximiam eruditionem, & ſingularem ſapientiam, & admirabilem virtutem æternitati commendarunt. Quare improbandi ſunt Caluiniſtæ, Oecolampadiſtæ, Zuingluiſtæ, Bucceriſtæ, Lutheraniſtæ, & cæteri huiuſmodi peſtes, hæretici deteſtabiles, ab impio Luthero principium ducentes, qui inutilibus & inualidis argumentis in dæmonis officina conflatis ſummū pōtificē ex eccleſia delere conantur, vt ablato capite totum ruat corpus, & eccleſia ſanguine Chriſti ædificata penitus euertatur. Hoc moliuntur, hoc efficere contendunt, ſed nunquam tam impij deſiderij effectum conſequentur. Deus enim eccleſiā ſuam conſeruabit, pro qua ſanguinem ſuum fudit: aduerſus quam, vt ipſe ait, nullæ inferorum portæ præualebunt. *Mat 16* Poſſem facillimo negotio hæreticorum argumenta labefactare, & diluere, & facerem quidem, niſi eſſent vſque adeò inepta, ridicula, falſa, & ſibi ipſi repugnantia, vt ipſa per ſe diluerentur. Quare ſuperuacaneum eſſe exiſtimo in illis diluendis conterere tempus. Præſertim cùm aduerſus ea ſcripſerint hac noſtra memoria multi viri catholici, admirabili ſapientia præditi: qui omnes hæreticorum calumnias & impietates doctiſſimè & apertiſſimè refutarunt, inter quos tres viri noſtri Luſitani zelum fidei, ingenij acumen, eruditionis præſtantiam oſtenderunt, qui modò viuunt, & ſcribunt, nempè dominus Gaſpar Caſalius epiſcopus Lirienſis, dominus Ioannes Soarius epiſcopus Conimbricenſis, ambo antiſtites digniſſimi & Reuerendiſſimi, & Didacus à Paiua Andradius magni nominis & celebritatis vir, Et quoniam hi & multi alij aduerſus Lutherū multa literis mandarunt, ſatis eſſe duxi oſtendere Lutheranis hæc loca, vt hac teſtimoniorum nube perterriti, ſuam aſpiciant confuſionem, qui Lutherum ſequuntur hominem impium & arrogantem, qui ſe toti oppoſuit eccleſiæ, qui viros ſanctitate & ſapientia præſtantes contempſit, qui veritatem clariſſimam calumniatus eſt, qui defunctorum innocentiæ non pepercit, qui odio æſtuans, iracundia ardens fertur preceps in contumeliam: quem leuitas ſeditioſum, perfidia hæreticū reddidit: quem cæca & dominandi, & nomen inter impios conſequendi cupiditas ad reipublicæ perniciem exagitauit, qui vniuerſam Dei eccleſiam deſiderauit ad excidium & vaſtitatem vocare. Hi, & qui eum ſequuntur iudicium ſacerdotum præſertim ſummi pontificis aſpernantur: cùm dicat hoc loco Deus per Ezechielem: Cùm fuerit controuerſia, ſtabunt in iudiciis meis, & iudicabunt, &c.

Et ſabbata mea ſanctificabunt Non ait: Et ſabbata veſtra, ſed, & ſabbata mea ſanctificabunt. Loquitur de legis nouæ feſtiuitatibus: de legis autem veteris feſtiuitatibus ait apud Eſaiā: Calendas veſtras & ſolēnitates veſtras odiuit anima mea. *Eſai.1.* Non erant durāte lege feſta illa mala, ſed erant ceſſatura enuntiato euangelio, erántque Deo moleſta ob Iudæorū impietatē. Atſi hodie in noſtris feſtis non Dei honorē, ſed noſtrā quæſierimus voluptatē, & vanā lætitiam, ſolēnitates ipſas, quod in nobis eſt, maculabimus, eóque vſque adeò odibiles reddemus, vt dicat nobis: Calendas veſtras & ſolēnitates veſtras odiuit anima mea. Ad eas poteſt referri id,

quod

quod ait in lamentis Ieremias: Viderunt eam ho-
Thren 1 ſtes,& deriſerunt ſabbata eius. Tunc hoſtes animæ, hoc eſt dęmones ſabbata noſtra ſubſannant, cũ nos in illis non Deo iuſto, ſed noſtro appetitui deprauato paremus. In huiuſmodi feſtiuitatibus amitti-
Luc 2 mus puerum Ieſum,& pro lætitia miſeriam compa
Simile. ramus. Qui in feſtiuitatibus tempus terunt in choreis & tripudiis,& ludis aliis, diémque in vanis ſuis gaudiis conſumunt, vt parum remaneat ad miſſæ ſacrificium,& ad concionem euangelicam audiendam, pulpam & muſculum vorant, & in appetitus ſuos conſumunt, oſſa autẽ cultui diuino relinquũt.
Simile. Vt qui amicum inuitat ad prandium, debet cibos ad inuitati guſtum præparare, non ad ſuum: nam ſi conuiua dulcibus dapibus delectetur ipſe verò eas conficiat acres & ſalſas, quia illas ita appetit, manet ipſe ſatisfactus, amicus verò illæpidus, nullum cõuiuij ſentiens guſtum, nullam ſuauitatem: ſic in diuorum feſtis, in quibus Deum veluti ad prandium inuitamus, opus eſt, vt eas eſcas conficiamus, quæ illi ſint gratæ, non autem vano noſtro appetitui iucundæ: nam ſi illum ludis ad mundi illecebras & impietates excitantibus, quibus noſter oblectatur appetitus, honorare voluerimus, manebit ille eſuriens, nos autem ſaturi. Faciunt homines in diuorum feſtis tripudia, thyaſos, ſaltatriculas humeris vectas, pungunt & feriunt tauros in circo, vt ſtimulis incitati irritentur ad curſum, & ad occidendos homines exagitentur. Denique eos faciunt ludos, ea exhibent ſpectacula, quibus ipſi oculos reficiũt, ſed quibus Deus minimè delectatur. Quantò melius eſſet dies feſtos in cultu diuino, eleemoſynis, precationibus,& aliis huiuſmodi operibus piis trãſigere, quàm in ludis Chriſtiano populo indecentibus. Non damno populi ſpectacula etiam ad corporis oculos recreandos pertinentia, dummodò ſint honeſta & moderata: ſed ea velim à principibus & præſulibus Chriſtianis prohiberi, quæ vanã & impiam ſapiunt Gentilitatem à verò Dei cultu abhorrentia,& turpes illecebras incitantia.

Et ad mortuum hominem non ingredietur. Intuere quanta in veteris legis ſacerdotibus puritas requireretur: vt intelligas quanto maiorem eam debeant habere nouæ legis ſacerdotes, qui nõ ſolùm debent ab omni maleficio abſtinere, ſed etiam mẽtem ipſam,& omnem animi agitationem purã integrámque ſeruare. Per mortuos eos intellige, qui ſunt ſceleribus aſtricti, qui ob mortiferum peccatũ
Matt.8 mortui appellantur. De his ait Dominus: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Præcipit Deus ſacerdotibus ne mortuos tangant, hoc eſt ne impio-
Simile. rum hominum vtantur familiaritate. Vt enim molaris dens vnus corruptus alios contactu corrũpit: ſit nefarius homo impietate ſua alios inficit & per-
Pſal.1. dit. Id intelligens diuinus vates aiebat: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit: & in cathedra peſtilentię non ſe-
1.Cor.5 dit. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios: Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Et Chriſtus Deus noſter: Cauete à fermento phariſæo
Luc. 12 rum. Et alibi: Attendite à falſis prophetis, qui vé-
Mat.7 niunt ad vos in veſtimentis ouium intrinſecus autem ſunt lupi rapaces
Leui 21 *Niſi ad patrem & matrem.* Videtur locus hic repugnare loco illi Leuitici: Ad omnem mortuum non ingredietur omnino: ſuper patre quoque ſuo & matre non cõtaminabitur. At nulla eſt inter hæc duo loca regugnantia, nam Leuiticus loquitur de ſummo ſacerdote, Ezechiel autem hic de ſacerdotibus.

Et poſtquam fuerit emundatus Id eſt, ſi ſacerdos ſe mortui contactu polluerit, aqua expiationis ſe *Num.8*
mundabit, vt eſt libro Numerorum mandatum. Et ſeptem diebus non poterit ingredi ſanctuariũ, quibus tranſactis ingredietur.

Non erit autem eis hæreditas. ego hæreditas eorum. Id eſt, ſacerdotes non habebunt hæreditatem, nam ego, inquit Deus, ero eis hęreditas. Hoc eſt oblatis mihi ſuſtentabuntur. Omnes tribus Iſraelis habebant in terra promiſſionis poſſeſſiones & hæreditates præter tribum Leui, quæ erat tribus ſacerdotum. Qua de re vide Deuteronomium. 18. & Nu- *Deu. 18*
meros 18. & diuum Paulum in prima ad Corin- *Nu.18*
thios. Nam qui altari ſeruiebant, eo ſeipſos ſuſten- *1. Cor.9*
tabant. Poterant nihilominus ſacerdotes loca quędam poſſidere ad habitandum,& pecora alenda, vt videre licet in libro Ioſue, & apud hunc noſtrum *Ioſue 21*
Ezechielem capite vltimo, non autem hęreditatem *Infr.48*
more aliarum tribuum.

Victimam & pro peccato & pro delicto comedent. Nimirum ſacerdotes. Ita pręceperat Deus libro *Nu.18*
Numerorum capite decimooctauo,& Deuterono- *Deu.18*
mij decimooctauo. Per Oſeam etiam ait Deus lo- *Oſe.4*
quens de ſacerdotibus: Peccata populi mei comedent. Acſi dicat: Sacerdotes comedẽt victimas oblatas pro peccato à populo meo. Solet diuina ſcriptura hoſtiam oblatam pro peccato peccatum vocare. Ita intelligitur id, quod ait in ſecunda ad Corinthios diuus Paulus: Eum, qui non nouerat pec- *2.Cor.5*
catum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeretur iuſtitia Dei in ipſo. Quaſi dicat: Deꝰ pater filiũ ſuum vnigenitum, qui peccatum non fecerat, fecit pro nobis ſacrificiũ pro peccato, vt nos per ipſum iuſti eſſemus. Et in epiſtola ad Romanos: Deus fi- *Rom.8*
lium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati,& de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Dãnauit Deus peccatum: de peccato, ſiue per peccatum, hoc eſt per Chriſtum, qui ſe hoſtiam conſtituit pro peccato. Primaſius tamen epiſcopus Vticenſis ita hunc locum interpretatur. De carne, quę in nobis antea ſeruiebat peccato, vicit peccatum non peccando, quemadmodum ſiquis de barbaris vincat barbaros. Vel ſic: de peccato Iudęorum, qui occiderunt Dominum, peccatum diaboli, quo hominem implicuerat, condemnauit: ſicut ad Hebræos ſcriptũ eſt: Vt *Heb.2*
per mortẽ deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium. Et rectè mors peccatum dicitur, quam de peccato conſtat eſſe generatam. Hæc ille.

Et omne votum in Iſrael ipſorum erit. Id eſt, omne quod ex voto obtulerint filij Iſraelis, erit ſacerdotum. Ita dictum fuerat libro Numerorum. *Nu.18*

Et primitiua omnium primogenitum. Id eſt omnia primitiua, quæ ſunt primogenita.

Vt reponat benedictionem domui ſuæ. Hæc eſt, vt ſacerdos his donis domum ſuam impleat: Benedictio in diuinis literis idem aliquando eſt quod donum. Nam primo Regum ſcriptũ legimus, petiiſſe Dauidem à Nabale per nuntios ſuos, vt mitteret ei *1. Reg. 25.*
benedictionem. Significat etiam ſufficientiam rerum: & eſt ſenſus: Omnes hæ oblationes erunt ſacerdotũ, vt habeant domi neceſſaria familiæ ſuæ.

Omne morticinium. Hoc etiam habetur capite.
Deu.14 14.Deuteronomij,& 17.atque 22.Leuitici.Morti-
Leu 17. cinium dicitur id,quod eſt ſuffocatum , vel morbo
& 22. extinctum abſque ſanguinis effuſione. Eos repellit
Deus,qui in ſanguine ſuo,hoc eſt peccato ſuo mor
tui ſunt,& qui à beſtiis,hoc eſt à dæmonibus capiũ
tur:de quibus beſtiis id poteſt intelligi , quod dici-
Pſal. 73 tur in pſalmo : Ne tradas beſtiis animas confiten-
tes tibi.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XLIIII.

Eritque clauſa principi : princeps ipſe ſedebit in ea.
Septuaginta habent: Et erit clauſa, quia dux hic ſe-
Mich.5 debit in ea. Hic eſt dux ille , de quo ait Michæas
Matt.2 propheta: Ex te enim exibit dux , qui regat populũ
meum Iſrael Pagninus habet: Eritque clauſa prin-
cipis,principit erit,ille manebit in ea.Acſi diceret,
Porta hæc ſemper clauſa erit illius principis , qui
verè eſt princeps , & ipſe nouem menſes in eius ſa-
Mat 28 cratiſſimo vtero manebit. De principe illo loqui-
tur , qui de ſe ait : Data eſt mihi omnis poteſtas in
cœlo & in terra. Huius principis imaginem gere-
1 Par.11 bat Dauid,cui dixit Deus, vt eſt in primo Paralipo
menon ſcriptum: Tu paſces populũ meum Iſrael,
& tu eris princeps ſuper eum,Hunc,qui habet æter
1.Pet 5 num principatum appellat diuus Petrus principẽ
Apoc.1 regum terræ,& Ezechiel principem principẽ : hoc
eſt nomine & re principatum habentem. Tharghũ
ita vertit hunc locum. Eritque clauſa, erit princi-
pis,princeps ipſe ſedebit in ea. Poterat rectè trãſ-
ferri : eritque clauſa principi principum , ipſéque
ſedebit in ea : In Hebraico pro principe eſt נשיא
naſi à verbo נשא naſa,quod ſignificat extollere , &
eleuare,quod princeps in ſublime efferatur , & ſu-
Gen.23 per alios eleuetur. In libro Geneſis ſcriptum legi-
mus,dixiſſe filios Heth Abrahamo : Princeps Dei
es apud nos vbi pro principe eſt nomen hoc. Vo-
lentes eum magnum principem appellare , princi-
pem Dei appellant:ea enim quæ Dei ſunt , magna
quippe ſunt. Et quoniam proprium eſt principis
parcere ſubiectis veniam ſuppliciter petentibus,
ſignificat verbum hoc parcere,& cõdonare,& pro-
pitium eſſe.Significat etiam recipere: & ita accipi-
Gene. 4 tur capit.4.Geneſis : vbi Deus dixit Caino dolore
preſſo,quòd Deus ad Abelum fratrem ſuum , & ad
munera eius reſpexiſſet : Nonne ſi bene egeris,re-
cipies?Subaudi,mercedem à Deo.Vbi pro recipies
eſt in hebraico verbum hoc naſa.Quam ob cauſam
verti poterat locus ille: Nonne ſi bene egeris , erit
parcere?Acſi dicat.Si pœnitẽtiam egeris, & in vir-
tutum actiones incubueris,parcet tibi Deus , con-
donabit tibi peccatum tuum , eritque tibi propi-
tius.Tharghũ habet:Nonne ſi rectè feceris,remit-
tentur tibi opera tua ? Sin autem non benefeceris,
ad diem iudicij peccatum tuum reſeruatur. Illud
Oſe.1 etiam,quod ait apud Oſeam Deus: Non addam vl-
trà miſereri domui Iſrael,ſed obliuione obliuiſcar
eorum : poterat verti : Non addam vltrà miſereri
domus Iſraelis , ſed in vniuerſum eos à facie mea
tollam. Pro obliuiſcar enim eſt in Hebraico ver-
bum,quod poteſt eſſe naſa,vel naxa,naxa ſignificat
obliuiſci,naſa præter alia ſignificat tollere,& extol
lere.Loquebatur Deus illic de decem tribubus Iſ-
raelis,quæ fuerant captæ ab Aſſyriis,& à Sammaria
abductæ : ad quam præter paucos nunquam redie-
runt.Sed quoniam verbum hoc noſtrum naſa par-
cere ſignificat,vertit Ionathas Chaldæus: Non ad-
dam vltrà miſereri Iſraelitarum,ſed ſi conuerſi fue
rint,parcendo parcam eis.Poterat verti: Non miſe
rebor amplius Iſraelitarum, ſed eleuabo ſuper eos
inimicos,qui ſcilicet illos affligant , & in perpetua
ſeruitute contineant. Ab hoc verbo Naſa deriua-
tur nomen ſeath,quod ſignificat excellentiam,ho-
norem,& dignitatem. Id quod nos habemus in Ge- *Gen.49*
neſi: Prior in donis,maior in imperiõ,vertit Pagni
nus:Excellentia,dignitas,& excellentia fortis.Qui
locus poterat verti:Excellentia dignitatis,excellẽ-
tia fortitudinis.Per excellentiam dignitatis intel-
ligitur ſacerdotium , per excellentiam fortitudinis
regnum.Eſt igitur ſenſus : Tibi ô Ruben debeba-
tur ſacerdotium & regnum, cùm ſis primogenitus,
ſed quia inſtar aquæ celeriter labentis fluxiſti, non
coercens libidinem , neutrum conſequeris. Et ita *Exo.4*
factum eſt:nam ex Rubem primogenito,nec ſacer-
dotes deſcenderunt,nec reges:quin potius ſacerdo
tium fuit tranſlatum ad Leui,& regnum ad Iudam.
Et quoniam primogenititus , qui donis his priua-
batur,dicebatur priuari primogenitura,vertit On-
chelus paraphraſtes Chaldæus locum illum in hũc
modum: Tu accepturus eras partes tres, primoge-
nituram ſcilicet,& ſacerdotium,& regnũ: ſed quia
ſecutus es voluntatem tuã ſicut aqua effuſa , non
proficies,nec accipies portionem ſuperexcreſcen-
tem.Hæc paraphraſtes , qui reſpexit potius ad ſen-
ſum,quàm ad verba. Hunc eundem ſenſum ſequi-
tur diuus Hieronymus in quæſtionibus ſuper Ge-
neſim. Diuus Ambroſius de benedictionibus pa-
triarcharum per Ruben primogenitum , qui quo-
niam patrem ſuum affecit iniuriis,priuatus fuit re-
gno & ſacerdotio , intelligit populum Iudaicum,
quem Deus vocabat filium ſuum primogenitum,
qui quoniam Deum vulnerauit, in eum contume-
lias iecit,cúmque cruci affixit, fuit deiectus , & ab
eo regnum & ſacerdotium meritò ablatum. Eodẽ
modo Eucherius & Iſidorus per Ruben populum
Iudaicum interpretantur. Deriuatur etiam ab hoc
verbo nomen naſi,quod principẽ ſignificat,& rem
excelſam,principatum ſuper alias obtinentẽ , quo
vſus eſt hoc loco Ezechiel.

Errauerunt à me poſt idola. Septuaginta habent:
Cùm erraret Iſrael à me poſt cogitationes ſuas.Ita
enim pro poſt idola tranſtulerunt : ὀπίσω τῶν ἐνθυμη-
μάτων. Turpes & inanes cogitationes idola eſſe aſ-
ſeuerarunt.

Non accingentur in ſudore. Pro in ſudore eſt in
Hebraico ביזע baiazach. Nomen iezach ſudorem
ſignificat,& laborem: vt Geneſis tertio : In ſudore
vultus tui veſceris pane tuo. Acſi dicat:in labore
magno:ſolet enim vultus ſudorem emittere in ma-
gno aliquo labore.Eſt igitur ſenſus: Non erunt ni-
mis arctæ ſacerdotum veſtes,ne eum labore accin-
gantur. Huic interpretationi fauet verſio ſeptua-
ginta,ita habens : ἐνσφίγξονται βίᾳ. Hoc eſt, non ac-
cingentur violenter , ſeu cum violentia. Quidam
exiſtimant verba hæc eſſe in hunc modum intelli-
genda : Non ſe accingant ſacerdotes in locis , vbi
præcipuè ſudor ſolet erumpere , veluti in axillis &
pudendis. Ionathas Chaldæus habet : Non accin-
gens ſe ſuper lumbos ſuos:ſed ſuper cor ſuum.Acſi
diceret:Media illa corporis parte ſe accingent,vbi
cor

cor humanum ſitum eſt. Pagninus vertit: Non accingent ſe ſacerdotes, ſed nõ poſtquam ſudor eruperit, ne veſtes ſacerdotales coinquinentur.

Non erit autem eis hæreditas: ego hæreditas eorum. In nonnullis codicibus particula, non notata eſt obelo, tanquam non ſit de textu, ſed addita aliunde, eámque ob cauſam iugulandam eſſe cenſent, & delendam. In Hebraico certè talis particula nõ eſt, nec in tranſlatione Complutenſi, quæ ita habet: Erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum. Vt ſit ſenſus: Hæreditatem quidem habebunt ſacerdotes, ſed hæreditas hæc non erit terrena, ſed diuina: ego enim ſum hæreditas eorum. Huic interpretationi fauet trãſlatio ſeptuaginta ita habens: Et erit eis hæreditas ego Dominus: ego Dominus hæreditas eorum, & Pagnini ita vertentis: Erit ſacerdotiũ eis in hæreditatem: ego hereditas eorum. Vbi vides eum non poſuiſſe particulam, non. Sed etſi addatur hæc particula, non, poſſunt tamen verba hæc ad eandem reduci intelligentiam: vt ſit ſenſus: Non erit ſacerdotibus hæreditas terræ inſtar aliarũ tribuum, ſed Dominus oblationes illis ſuppeditans, eis pro hæreditate ſufficiet.

Argumentum Capitis XLV.

Agit de diuiſione terræ poſſidendæ, ab ea diuerſa, quæ facta fuit tempore Ioſue: nam ex tota terra promiſſionis quatuor portiones ſeparantur, quarum prima deputatur templo & ſacerdotibus altera leuitis, tertia ciuitati, quarta principatum obtinenti. Exhortatur principes vt ſtudeant clauũ regni firmiter tenere, & in magnis etiam fluctibus gubernacula reipublicæ rectè tractare, ne opinionibus inflati in erroribus intolerandis verſentur, ad idque inducantur ſuperbia vt iura diuina & humana peruertant, propter eam, quam multi ſibi opinionis errore fingunt dignitatem. Nihil enim debet principibus magis eſſe in optatis, nihil antiquius, nihil præſtabilius, quàm Deum ardenti amore amplecti, rectam iuſtitiam colere, & ad certã eius normam omnes ſuas actiones dirigere.

CAPVT. XLV.

A Cumque cœperitis terram diuidere ſortitò, ſeparate primitias domino, ſanctificatum de terra, longitudine vigintiquinque millia, & latitudine decẽ millia: ſanctificatum erit in omni termino eius per circuitum. Et erit omni ex parte ſanctificatum quingẽtos per quingentos quadrifariam per circuitum, & quinquaginta cubitis in ſuburbana eius per gyrum. Et à menſura iſta menſurabis longitudinem viginti quinque millium, & latitudinem decem millium, & in ipſo erit templum, ſanctúmque ſanctorum. Sanctificatum de terra erit ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij, qui accedunt ad miniſterium domini. Et erit eis locus in domos, & in ſanctuarium ſanctitatis. Vigintiquinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt leuitis, qui miniſtrant domui. Ipſi poſſidebunt viginti gazophylacia Et poſſeſſionem ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis vigintiquinque millia ſecundum ſeparationem ſanctuarij omni domui Iſrael. Principi quoque hinc & inde in ſeparationem ſanctuarij, & in poſſeſſionem ciuitatis contra faciem ſeparationis ſanctuarij, & contra faciem poſſeſſionis vrbis, à latere maris vſque ad mare, & à latere oriẽtis vſque ad orientem. longitudinem autem iuxta vnam quamque partem à termino occidentali vſque ad terminum orientalem. De terra erit ei poſſeſſio in Iſrael: & non depopulabũtur vltrà principes populũ meum, ſed terram dabunt domui Iſrael ſecundum tribus eorum. Hæc dicit Dominus Deus. Sufficiat vobis principes Iſrael: iniquitatem B
& rapinas intermittite, & iudicium & iuſtitiam facite, ſeparate confinia veſtra à populo meo, ait Dominus Deus. Statera iuſta, & ephi iuſtum, & batus iuſtus erit vobis. Ephi & batus æqualia, & vnius menſuræ erunt, vt capiat decimam partem cori batus & decimam partem cori ephi: iuxta menſuram cori erit æqua libratio eorum. Siclus autem viginti obolos habet, porrò viginti ſicli, & vigintiquinque ſicli, & quindecim ſicli manam faciunt. Exo. 30. b. Leu. 29. e. Nu. 3 g.

EXPLANATIO.

Cumque ceperitis terram diuidere ſortitò. Ita vt quilibet habeat ſuam ſortem & partem, ſeparabitis portionẽ domino, eritque ſancta. Hoc eſt ſeparabitis terram ſacerdotibus Domino ſeruientibus, quæ erit ſancta. Portionem ſacerdotum appellat primitias Domino, & puippiam ſanctificatũ, quoniam ſacerdotes erant cultui diuino dedicati. Explicans autem Deus quantitatem terræ ſacerdotum ait, debere habere in longitudine vigintiquinque millia calamorum: in latitudine autem decem millia.

Et erit omni ex parte ſanctificatum quingentos per quingentos Hoc eſt, ex hac ſacerdotum terra accipietur ſpatium quoddam quadratum pro templo ædificando, & habebit quod libet latus huius ſpatij quingentos calamos. Hæc erit quantitas muri exterioris totum ædificium cingentis. Cùm calamus vnus contineat ſex cubitos, & quodlibet quadrum quingentos occupet calamos, apertè oſtẽditur quodlibet quadrum tria millia cubitorũ occupare Cùm autem quater tria millia efficiant duodecim millia, neceſſariò concluditur, totum hoc ædificium duodecim millia cubitorum in exteriore ſuperficie occupare. Qua de re capite 40. diſſeruimus. Id autem quod ait fore ſpatium hoc ex omni parte ſanctificatum, indicat templi reuerentiam, & ſacerdotum ſanctitatem: de quibus dicitur in Exodo: Sacerdotes, qui accedunt ad dominum, ſanctificentur: De templo autem dicitur in pſalmo: Sanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate. Exo 19. Exo. 19. Pſal. 164

Et

Et quinquaginta cubitos in ſuburbana eius. Id eſt, & erit extra ædificium hoc ſuburbium quoddam cingens totum illud, in quo ſuburbio nulla erit domus, nulla arbor, ſed erit vel vti circus quidam in templi reuerentiam: qui circus habebit in latitudine cubitos quinquaginta per gyrum. Per hũc enim numerum ſignificatur ſpiritualis libertas, & priuilegia eorum, qui templo Dei ſeruiunt, iobileus
Leui.25 enim quinquagenario numero deputatur, vt con-
Nu. 36 ſtat ex libro Leuitici & Numerorum. Pro ſuburbano habent ſeptuaginta ſpatium: hoc eſt atrium vacuum.

Et à menſura iſta. Hoc eſt, prope hanc terram menſuratam, dedicatam ſacerdotibus, alia pro Leuiticis portio menſurabitur habens in longitudine viginti mille calamos, & in latitudine decem mille.

Et in ipſa erit templum. Id eſt in ſpatio menſurato pro ſacerdotibus ædificabitur templum. Aſpicis ſacerdotes, qui de templo edebant, debere iuxta
Nu. 18. templum habitare. Quod perpende pro præſulum reſidentia. In libro etiam Numerorum dicebat Deus ſacerdotibus & Leuitis: Excubate in cuſtodia ſanctuarij. Vt ianitor, cui claudendi & recludẽdi demandata eſt cura, ad ianuam debet aſſiſtere, & nauis gubernator ad clauum ſedere: ſic præſul in eccleſia ſua abſque dubio debet reſidere, & oues ſuas præſentia, doctrina, & vitæ exemplo paſcere.
Ioan.10. Quis non videt hæc munera præſentiam requirere perſonalem? Si bonus paſtor tenetur vitam ſuam pro ouibus ſuis ponere, qui fieri poteſt, vt ob lucrum ſuum aut voluptatem, aut ob metum temporalis cuiuſdam periculi poſſit ab eccleſia ſua diſcedere, & oues ſuas in periculo relinquere? Petro di-
Ioan 20 xit Deus: Paſce oues meas. Non dixit: Deuora eas, eſto Dñs earũ, tonde illas: ſed paſce eas. Vbi vides prælati eccleſiaſtici munus paſcere eſſe & operari.
Luc.10. Id voluit Dñs ſignificare, cùm mittens diſcipulos ſuos concionatum non dixit: Meſſis quidem multa, præſules autem pauci: ſed operarij autem pauci. Operarios eos vocat non Dominos otioſos. Vnde
1. Tim. 3. diuus Paulus in epiſtola ad Timotheum. Qui, inquit, epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat: Non dicit bonum dignitatem, bonas diuitias, bonas delicias, bonos reditus, ſed bonum opus, ſeu la-
1.Theſ.5 borem. Et in 1. ad Theſſalonicenſes: Rogamus vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monẽt vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum. Et in ſecunda ad eoſdem: Si quis non vult
2.Theſ.3 operari, neq; manducet. Vide quemadmodum opus & laborem præſulum commendet. In ſecundo Geneſis capite ſcriptum legimus adduxiſſe Deum ani-
Gene.2. malia ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Si Deus volebat, vt Adam animalia cognoſceret, quòd eſſet præpoſitus illis, quid reſpondebunt paſtores, qui oues ſibi commiſſas nec vident, nec cognoſcunt, nec curant? Aſpicis igitur apertè neceſſariam eſſe corporalem reſidẽtiam paſtoribus ad laborem officij exercendum. In concilio Lateranẽſi ſancitum eſt, ne eccleſiaſticum miniſterium committatur, niſi ei, qui reſidere in loco, & curam eccleſiæ per ſeipſum valeat exercere. Quam ob cauſam arctiſſimè ibi inhibetur, ne quis duas parœcias, quibus per ſe reſidere non poſſit, valeat retinere, nec fructus earum percipere. Quando diuus Paulus in epiſtola

prima ad Timotheum dixit, præſulem vnam ſolam *1.Tim.3*
vxorem poſſe habere, quibus verbis prohibet bigamum ordinari, inhibet etiam eum plures vſurpare eccleſias. Ita locum illum diuus Ambroſius in libro de dignitate ſacerdotali interpretatur. At nunc *1.Reg.2.*
quot ſunt, qui plures habent eccleſias, plura beneficia incompatibilia? Filij Heli ſacerdotis rapina paſcebantur: nam cùm aliquis victimam immolaret, veniebat puer, dum carnes coquerentur, & mittebat fuſcinulam tridentem in ollam aut lebetem, & quicquid extollebat fuſcinula, capiebat ſibi ſacerdos. Ex quo efficiebatur, vt multi moleſtia affecti à ſacrificiis domini deſiſterent. Eodem modo nunc non nulli ſacerdotes multa beneficia incõpatibilia fuſcinula & harpagine multorum dentiũ ſeu vncinorum capiunt, & illa omnia connectunt: & falſa narratione ad ſummum pontificem celata, ea comedunt & poſſident ad redditus & diuitias reſpicientes, animas autem ſubditorum parum cu-
rantes. Vt impiæ mulieres, quæ vt pariunt, infantu- *Simile.*
los exponunt, & vt aiunt vulgò fortunæ committunt, vt alieno lacte nutriantur, aut pereant, debẽt graui ſupplicio puniri: ſic præſules, qui vt liberiùs ſe dedãt voluptatibus, eccleſias ſuas aliis committunt curandas, vt aliena alantur doctrina, aut penitus deſtituantur, grauiſſimum crimen incurrunt, cuius debitas pœnas domino perſoluent: iis enim aliquando magnas eccleſias committunt, qui im-
periti ſunt, & indigni. Vt qui primo muſicã fidium *Simile.*
diſcunt, lyras nonnullas perdunt & obterunt, ſic non ſine populi detrimento eccleſias curandas accipiunt, qui ad tam graue miniſterium indocti accedunt & ignaui. Quare eccleſiaſtici præſules reſidere debent, & eccleſias ſuas iuſtè & ſapienter regere. Multa ſunt cõcilia, quæ hoc præcipiunt, multa ſummorum pontificum decreta, quæ ideo non connumero, quia penè ſunt innumerabilia. Sed ſi volueris ſanctorum doctorum authoritates videre hanc veritatem apertè conteſtantes, lege Auguſtinum in libro de paſto. Gregorium Nazianzenũ in oratione de ſtatu epiſcopali, Hieronymum in epiſtola ſecunda ad Oceanum, Ambroſium & Gregorium in paſtoralibus, Chryſoſtomum in libris de ſacerdotio, Bernardum ſermone ſeptuageſimoſeptimo in Cantica. Poſt quos omnes fuit hoc etiam decretum in ſancto concilio Tridentino ſeſſione. 6. in decreto de reformatione: & ſeſſione 23. in decreto etiam de reformatione.

Et poſſeſſionem ciuitatis dabitis. Hoc eſt, ſeparabitis terræ portionem ciuitati cõdendæ, ipſiuſque miniſtris & ſeruitoribus. Habebit autem hæc portio quinque millia calamorum in latitudine, & viginti quinque millia in longitudine: quæ longitudo erit æqualis longitudini terræ ſacerdotum. Ideo ait: Secũdum ſeparationem ſanctuarij. Acſi diceret: quemadmodũ in portione ſeparata ſacerdotibus, in qua debet eſſe ſanctuarium. Vel ſecũdum ſeparationem ſanctuarij, hoc eſt è regione portionis ſacerdotum & leuitarum.

Principi quoque hinc & inde in ſeparationem ſanctuarij. Id eſt, dabitis etiam principi portionem & terram ex vtraque parte ſanctuarij: ita vt ſeparetur à ſanctuario: ſitque iuxta portionem ſacerdotum templo ſeruientium, & iuxta portionem ciuitatis. Habebitque hæc principis portio duo latera, vnum ad orientem, alterum ad occidentẽ ita diſpoſita,

vt por

vt partiones ſacerdotum & leuitarum cum templo & vrbe ſint in medio conſtitutæ. Oſtendit hic locus debere principes ſacerdotibus, rebúſque eccleſiaſticis ſauere, eaſque vndique protegere & ſeruare, & legi Dei obedire. Ideo illis præcipiebat Deus, *Deu.17.* vt deſcriptum ſibi haberẽt Deuteronomium legis.

A latere maris vſque ad mare. Hoc eſt à parte occidentali porrigetur ad occidentem. Hoc mare eſt mediterraneum, quod eſt ad occidentem reſpectu Hieroſolymæ. Vult ſignificare tantam eſſe latitudinem portionis principis verſus orientem & verſus occidentem, quanta eſt latitudo trium aliarum portionum. Pro à latere maris vſque ad mare tranſtulit Pagninus: Ab angulo occidentali vſque ad occidentem.

Sufficiat vobis Subauditur portio veſtra. Exhortatur principes Iſraelis: acſi dicat illis: Nolite iniuriã ſubditis inferre, eorúmque diuitias ſubripere, & in gurgitem vanitatis profundere. Eo enim adducuntur nonnulli principes, vt eos iuſtitiæ capiat obliuio, cùm fuerint facibus cupiditatis incitati: vos autem date operam, ne quicquam inferatis domum præter memoriam nominis ſempiternam. Veſtra iuſtitia & ſapientia regnum illuſtrate, & ad ſum- *Sup.22.* mam amplitudinem perducite. De regibus auaris & iniuſtis dixerat antea: Principes eius in medio illius quaſi lupi rapientes prædam: ad effundendum ſanguinem, & ad perdendas animas, & auarè ſectando lucra. Alcamenes cuidam percontanti quo pacto quis regnum optimè ſeruare poſſet, Si lucrum inquit, non magnifecerit. Et Ageſilaus dicebat, principis eſſe, non deliciis, ſed temperantia & fortitudine priuatis hominibus antecellere. Et quoniam principum eſt iuſtè ac rectè iudicare, ait illis Deus: Iudicium & iuſtitiam facite. Hoc eſt, ad iuſtitiæ normam omnia dirigite. Idem *Eſai.1.* eſt quærere iudicium, vt apud Eſaiam: Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo. Accipitur aliquando iudicium pro damnatione, vt in teſtimonio illo *Ioan. 5.* Chriſti apud Ioannem: Procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerint, in reſurrectionem iudicij. Aliquando pro pu- *Exod. 7.* nitione, vt in Exodo, vbi ait Deus: Educam exercitum & populum meum, filio Iſrael de terra Ægypti per iudicia maxima: hoc eſt puniendo maximè Ægyptios. Vbi ſeptuaginta interpres tranſtulerũt: cum vltione. Significat etiam iudicium ipſum officium ſeu adminiſtrationem iuris, præſertim cùm connectitur cum iuſtitia: vnde facere iudicium & iuſtitiam eſt rectè & iuxta verum & æquum ius iudicare: quomodo accipitur hoc loco, & libro ſecũ- *2.Reg.8* do Regum 8. Faciebat Dauid iudicium & iuſtitiam omni populo: & aliis in locis. Illud eſt hoc loco aduertendum, in hac diuiſione prius factam eſſe mẽtionem ſacerdotum, quàm principis: quoniam in eccleſia Chriſti in ſpiritualibus regis ſubiiciuntur ſacerdotibus, illis peccata ſua confitentes, & ab illis abſolutionem eorum, & alia Chriſti ſacramenta recipientes, eoſque magnoperè venerantes. Habent quidem reges terræ vinculi poteſtatẽ: poſſunt enim homines nefarios in carcerem coniicere, eoſque ab illis abſoluere: & quæ confecerint in terra, erunt rata in cœlo, & à Deo confirmata. Ita enim illis dixit Deus: Quorum remiſeritis peccata, remittentur *Ioan.20* eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vide quid *Mat.16* Chriſtus dixerit dño Petro: Quodcúmque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcúnque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis. Quæ verba poſtea apoſtolis dixit apud Mathęũ. *Mat.18*

In 3. libro de ſacerdotio ait ita Chryſoſtomus: Sacerdotium quidem tanto eſt regno excellentius, quantum ſpiritus & carnis interuallum eſſe poteſt. Ambroſius in lib. de dignitate ſacerdotali hæc verba ſcripta reliquit: Si regum fulgori compares ſacerdotem, & principum diademati, longè erit inferior rex, quàm ſi plumbi metallũ cum auri compares fulgore: quippe cùm videas regum colla & principum ſubmitti genibus ſacerdotũ: & exoſculatis eorum dextris orationibus eorum credunt ſe communiri. Aſpicis igitur altiores eſſe ſacerdotes regibus & principibus in rebus animam concernentibus. At in rebus prophanis reges non ſubiiciuntur ſacerdotibus. Nec verum, eſt quod dicere poſſunt nonnulli, fuiſſe Hebræorum reges à ſacerdotibus electos, quales fuerunt Saul & Dauid: nam neuter eorum fuit à ſacerdote aliquo electus & in regia dignitate conſtitutus, ſed à Deo, etiamſi electio illa fuerit à ſacerdote publicè oſtenſa, ſi fortaſſe Samuel erat ſacerdos. Fuit quidem electio illa à Deo, ſed vnctio fuit à Samuele ex Dei præcepto miniſterialiter celebrata, vt libro primo Regum diuinæ litteræ teſtantur: vbi ad literam hæc ſunt verba: Tulit Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saulis, & deoſculatus eſt eum, & ait: Ec- *1.Reg.10* ce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in principem. Et paulò pòſt oſtenſo Saule dixit Samuel populo: Certè videtis quem elegit Dominus. Dauid etiam à Deo fuit electus, non à Samuele. Et *1.Reg.* licèt hi duo reges fuiſſent electi à Samuele, non *16.* inde ſequitur, fuiſſe eos electos à ſacerdote: nam Samuel propheta fuit, & vir omni ſapiẽtia & iuſtitia præſtanti, ſacerdos autẽ, vt mea fert opinio, non fuit: tametſi multi eum fuiſſe ſacerdotem arbitrentur. Lege vtrúnque teſtamentum, nuſquam inuenies eum fuiſſe ſacerdotem. Imò diuus Auguſtinus libro quæſtionum veteris & noui teſtamenti, quæſtione 46. eos aſſerit in errore verſari, qui dicunt eum auctum ſacerdotio fuiſſe. Quam ſentẽtiã Ioãnes Arboreus in ſua Theoſophia non ſolùm ſequitur, ſed grauiter defendit. Et quamuis ſacerdos fuerit Samuel, nunquam tamen inuenies ei Saulẽ aut Dauidem in temporalibus paruiſſe: nec vllum Hebræorum regem quo ad ea fuiſſe ſubditum ſacerdotibus, quatenus ſacerdotes erãt: etiamſi Samueli & aliis, quatenus iuſti, & ſapientes erant, & Dei nũtij parêre tenerentur in rebus iuſtis & à Deo præceptis. Ad hoc non erat ſacerdotibus obtemperare, ſed Deo. Habent enim reges in temporalibus ſuperiorem neminem, etiam ſi in ſpiritualibus ſacerdotibus ſubiiciantur. Quam ob cauſam hoc loco ſacerdotes illis præponuntur. Et quoniam diſtincta ſunt munera ſacerdotum, & corũ, qui rempublicam in temporalibus gerunt gubernandam, ideo hoc loco diſtinguuntur eorum portiones. Moyſes primus Hebræorum princeps lumine di- *Exo.28.* uinæ gratiæ illuſtratus Aaroni ſacerdoti ſpiritualia demandauit, ſibi temporalia gubernanda reliquit. Romulus primus Romanorum rex naturali ſplendore illuminatus inſtituit ſacra quædam, quæ conficerentur à ſacerdotibus, eos in iis, quæ ad religionem concernebant, præficiẽs, ſibi autem regni gubernaculum reliquit: exiſtimans difficillimum eſſe

regno

regno ſimul & ſacerdotio ſatisfacere. Authotes ſunt Marcus, Varro, Dionyſius Halicarnaſſeus, Antonius, Sabelicus, Blondus Forliuienſis, & alij. Sacerdotis munus eſt religione, & rerum diuinarum doctrina populum imbuere, eius peccata ſacramẽtis expiare, & pro illo ad Deum pias crebráſque precationes fundere. Regis autem munus eſt iuſtitiam ſeruare, eorum, qui ſe in ipſius tutelam tradiderint, ſalutem & pacem tueri, & tandem viros laude dignos præmio afficere, impios verò iuxta ſcelerum quantitatem & qualitatem punire.
Simile. Quemadmodum cùm brachij, quod vulnere habebas traiectum, adeptus es ſanitatem: aut febrem ob nimiam ciborum abundantiam vigentem expuliſti, fuiſtíque ad priſtinam dignitatem reſtitutus, apertis ſignis oſtendiſti, robuſtam ac fortem te habere naturam, ſiquidem cùm eſſet ab ægritudine oppugnata, expugnata tamen non fuit, ſed te ad priſtinum reduxit vigorem: ſic etſi multos videas delinquentes ex iuſtitia puniri, & vita priuari, ſuorúmq; flagitiorum pœnas debitas variè perſoluere, debet tamen intelligere, validum eſſe, & vigore ac fortitudine roboratum corpus reipublicæ, quoniam vitiis reſiſtit, ac maleficia, quæ ſunt peſſima ægritudinum genera expellit, & in ſceleratos animaduertit, coërcens eos iuſtitiæ rigore & ſeueritate. Hoc tum fit, cùm princeps rectè gubernat, cùm bonis fauet, noxios autem caſtigat, cùm fert opem patriæ, ſuccurrit cõmuni ſaluti, intercludit omnes ſeditionum vias: quo fit, vt & ſacerdotes & ciuitatem tueatur. Eam ob cauſam eius portio tres alias portiones, nempe ſacerdotum, leuitarum, & vrbis ex vtráque parte continet in medio. Sed quoniam nõ eas rectè tuebitur, ſi cupiditatis diuitiarum ſtimulis agitatus aliena diripuerit, præcipit ei Deus hoc loco, vt ſit portione ſua cõtentus, dicens: Sufficiat vobis principes Iſrael.

Statera iuſta. & ephi iuſtum, & batus iuſtus erit vobis. Statera inſtrumentum eſt, quo res ponderãtur: Ephi eſt menſura aridorum: batus menſura li-
Pro. 11. quidorum. Omnia hæc debent eſſe iuſta & æqua-
Pro. 20. lia. Nàm, vt ait in Prouerbiis Salomon, Statera doloſa abominatio eſt apud Deum. Et iterum: Pon-
Leu. 18 dus, & pondus, menſura & mẽſura, vtrúmque abominabile eſt apud Deum. In libro Leuitici ſunt hęc verba literis mandata. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura: ſtatera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquúſque ſextarius. Etſi hæc de ponderibus & mẽſuris intelligantur ad literam, tamen exiſtimo eſſe præcipuè ad iuſtitiam & æquitatem, & animi iudicium referenda. Oportet iuſtitiam, quæ in æqualitate conſiſtit, ſeruare, & res omnes iuſta ſtatera metiri. Qui fluxa pro æternis eligũt, apud quos maioris ponderis ſunt incerta & caduca, quàm certa & immortalia, falſam habent iudicij bilancem, & mendaces ſunt in ponderibus ſuis. Diuitiæ, magiſtratus, mundi honores & voluptates, & cætera huiuſmodi, quæ decepti mortales magnifaciunt, in Salomonis mortalium ſapiẽtiſſimi ſtatera nullius ſunt ponderis, nullius pretij, vana ſunt,
Eccl. 1. & ipſa vanitas. Vnde ipſe ait: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Id dixerat antea iis verbis eius
Pſal. 61. pater in pſalmo: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Vbi Euthymius per ſtateras intelligit iudicia, dicens: Corrupta eſt in mortalibus iudicij ſedes, quoniam eligunt inſtabilia pro ſtabilibus, & mala pro bonis. Verùm ex Hebraico poſſunt hæc ita transferri. Certè vani filij hominis, mendaces filij viri, in ſtateras ſi aſcendant, ipſi pariter leuiores erunt vanitate. Per filios hominis cõſuetudine linguæ Hebrææ homines intelligit obſcuros, & infimo loco natos, per filios autem viri viros nobiles & illuſtri laude celebratos. Et ita eſt ſenſus: Tanta eſt mortalium vanitas, vt non ſolùm ignobiles & plebej, ſed etiam clari & in hominũ celebritate verſati ſunt vſque adeo futiles & leues, vt ſi omnes in vnum collecti cum ipſa vanitate ponãtur in bilance, præponderet vanitas ipſa, & illi tanquam leuiores ſurſum efferantur. *Exo. 30.*
Siclus autem. Agit de iuſto pondere pecuniæ. *Leui. 27*
Qua de re vide cap. 30. Exodi, & 27. Leuitici, & 3. *Num. 3*
Numerorum.

Et hæ ſunt primitiæ, quas tolletis, ſextam partem ephi de coro frumenti, & ſextam partem ephi de coro hordei. Menſura quoque olei batus olei decima pars cori eſt, quia decem bati implent corum. Et arietem vnum de grege ducentorum de his, quæ nutriuit Iſrael in ſacrificium & in holocauſtum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Dominus Deus. Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Iſrael. Et ſuper principem erunt holocauſta, & ſacrificium, & libamina in ſolennitatibus, & in calendis, & in ſabbatis, in vniuerſis ſolennitatibus domus Iſrael. Ipſe faciet pro pec- F
cato ſacrificium & holocauſtum, & pacifica expiandum pro domo Iſrael. Hæc dicit Dominus Deus. In primo menſe, vna menſis ſumes vitulum de armento immaculatum, & expiabis ſanctuarium. Et tollet ſacerdos de ſanguine, quod erit pro peccato, & pones in poſtibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris. & in poſtibus portæ atrij interioris. Et ſic facies in ſeptima menſis pro vnoquóque, qui ignorauit, & errore deceptus eſt, & expiabis pro domo. In primo menſe, quartadecima die menſis erit vobis paſchæ ſolennitas, ſeptem diebus azyma G
comedentur. Et faciet princeps in die illa pro ſe, & pro vniuerſo populo terræ vitulum pro peccato. Et in ſeptem dierum ſolennitate faciet holocauſtum Domino ſeptem vitulos, & ſeptem arietes immaculatos ſeptem diebus, & pro peccato hircum caprarum. Et ſacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet, & olei hin per ſingula ephi. Septimo menſe, quintadecima die menſis in ſolennitate faciet, ſicut ſuprà dicta ſunt per ſeptem dies, tam pro peccato, quam pro holocauſto, & in ſacrificio & in oleo.

Et hæ ſunt primitiæ. In libro Deuteronomij præceperat

ceperat Deus dari primitias: hoc autem loco ex-
Leui 12 plicat earum quantitatem. In libro Leuitici, & in
Num.8 libro Numerorum præceptum erat à Deo literis mādatum, vt filij primogeniti expletis diebus purgationis deferrētur ad templum, vbi domino pro illis offerretur agnus anniculus, & pullus columbæ, ſeu turtur: aut ſaltem per turturum, aut pullorum columbarum ab iis, qui ob inopiam agnum offerre non poterant. Quam ob cauſam ſacratiſſi-
Luc.2. ma virgo Dei genitrix ob paupertatem ſuam non agnum obtulit, ſed par turturum, aut duos pullos columbarum. Sed quid dico? imò agnum illum obtulit immaculatum, de quo aiebat ſanctificatus
Ioan.1. Baptiſta: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hebræi Dei filios primogenitos offerebant, veluti primitias fructuū ſuorum: nos intentiones noſtras, quæ in nobis ſunt primo genitæ, illi offeramus. Priuſquam aggrediamur opus aliquod, tribuamus Deo intentionem & voluntatem, & poſtea opus ipſum. Sunt quidem nonnulli, qui in bonis operibus intentionem ſeparant à Deo, eam
Simile. illi præripiūt, & mundo dedunt, Deum ipſum non curant, ſed hominibus ſolùm placere deſiderant. Quam ob cauſam in virtutis actione non ad ipſam virtutem reſpiciunt, ſed ad eius ſpeciem, ſimiles pictoribus, qui ad imaginū colores & vmbras potiùs attendunt, quàm ad ſubſtantiam, & cum interiora contēnant, in exprimendis exterioribus omnes ingenij vires profundunt: & quantò magis intuentium oculos decipiunt, tantò excellentiores iudicantur. Vult Deus vt primogenita, hoc eſt cogitationes & intentiones ei offeramus, & cum illis agnum, id eſt māſuetudinem, & pullum columbæ, aut turturem, hoc eſt veram animi contritionem & puritatem, quoniam hæc volatilia vtuntur gemitu pro cantu, & puritatem quandā referunt. Nō vult Deus offerri ſibi canes latrantes hoc eſt homines, qui alios lædant cōuiciis & maledictis, nec leones rugientes & crudeles, nec lupos rapaces, nec ſues in libidinis volutabro iacentes, nec talpas, quæ cæcitate affectæ intra terram cōmorantur. Non vult offerri ſibi vitia, nec homines illis īplicatos, ab eis deſiſtere nolentes. Virtute oblectatur, & animi candore & viros virtute præditos diligit, qui non ſolùm ei opera, ſed operum primitias, & primogenita offerre conantur: qui eum animo quærunt, qui ad illum ſeipſos extollunt, qui totam illi intentionem tribuunt, & in eo meditantur. Ideo aiebat Ec-
Eccle 6. cleſiaſticus: Cogitatū tuum habe in præceptis Dei.
Prou.23 Et Deus per Salomonem in Prouerbiis: Præbe fili
Simile. mi cor tuum mihi. Heliotropium herba eſt ſolaris, ſic dicta, quod ſe circumagat cum ſole: eius ortum manè ſpectat, eiuſq; curſum ſequitur ad illum folia vertens: at radicem nunquā mutat: ſemper eam habet in terra defixam: ſic multi ſolem iuſtitiæ Chriſtum Deum noſtrū ſequi videntur, ſed foliis & ap-
Mat.6. parentiis, cùm radicem, hoc eſt intentionē habeant intra terrā, vbi eſt eorum theſaurus, iuxta id, quod ait dominus: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuū. Cor habent in terra fixum, & intentionē in rebus terrenis & caducis locatam. Hi etſi Deo opera videantur tribuere, operum tamen primitias illi nequaquam tribuunt: foliis eum quærunt, animo autem adhærent terræ, & radicem deorſum immittunt. Sedent, & non ambulāt, qui ſceleribus aſtrin-
Pſal.118 guntur. Ita enim ait pſalmiſta: Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt. Horum animus non Deum quærit, quin potius, vt verbis vtar Salomonis, Cor iniqui inquirit mala. *Pro.27.*
Contrà verò vt vapores graues virtute ſolis extolluntur à terra, quærentes ipſum ſolem, ſeque condenſantes in nubes lucidas volitant poſt illum: ſic *Simile.*
multi ex terra, ex affectibus terrenis exurgunt, & Chriſtum quærentes fiunt nubes illæ fulgidæ, de quibus aiebat Eſaias: Qui ſunt hi, qui vt nubes volant? *Eſai.60*
Itaque vt heliotropiū & vapor ſolē quærunt, ſed variè, nam harum rerum altera non eleuatur à terra, altera eleuatur: ſic multi Deum quærunt, quorum quidam non extollunt cor ad Deum, nec ad illum dirigunt intentionem, alij verò totos ſe illi tradunt, à terra ſurſum eleuati. Hi non ſolum exterius, ſed interius Deo largiuntur, non ſolum opus, ſed intentionem, non ſolùm fructum, ſed primitias.

Sextam partem ephi de coro frumenti. Ephi continent tres modios, corus verò triginta: batus eandem continet menſuram, quam ephi: ſed ephi eſt aridorum, batus verò liquidorum.

In ſacrificium. & in holocauſtum, & in pacifica. Holocauſtum erat totum combuſtum, pacificum erat oblatio, cuius vna pars cremabatur, altera erat ſacerdotis, alia verò offerentis: quæ pro pace fiebat ſacrificiū omnes oblectationes Deo factas in vniuerſum comprehendebat: & virtutes etiam quaſcunque amplectebatur.

Principi Iſraelis. Princeps Iſraelis hoc loco accipitur pro ſummo ſacerdote, & eſt ſenſus. Has primitias tenebitur omnis populus in principem ſacerdotum conferre. Sunt, qui per principem hoc loco eum intelligant, quem Eſaias principem pa- *Eſai. 9.*
cis appellat: & diuus Ioannes principem regum *Apo.1.*
terræ: qui vt in titulo crucis oſtenditur, rex eſt Iudæorum, hoc eſt confitentium & credentium: qui *Pſal 2.*
de ſe ait in libro pſalmorum: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius.

Et ſuper principes erunt holocauſta, & ſacrificium, & libamina Hoc eſt, ſummi pontificis principis ſacerdotum intereſt offerre Deo ſacrificia. Vel, vt alij dicunt, facere ſumptus & impenſas in ſacris faciendis. Libamina erant oblationes rerum liquidarum. Sed quoniā vt modò dicebamus, per principem intelligunt nonnulli Chriſtum, hoc etiam poteſt ad illum referri. Ipſe, qui ſe pro nobis holocauſtum conſtituit: quoniam legis veteris holocau- *Pſal 39.*
ſta per ſe Deo non placebant. Ipſe enim ait in pſalmo conferens cum patre ſermonem: Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi: holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi: Ecce venio.

In ſolennitatibus. Hoc eſt, in paſchate, pentecoſte, & ſcenophegia. In calendis, hoc eſt in nouiluniis: in ſabbatis, hoc eſt in omnibus diebus feſtis, quæ ob inſigne aliquod factum celebrabantur, ſiue ſint ſabbata, ſiue quælibet alia feſta. In his ſolennitatibus magni ſumptus in vſum ſacrificiorum erogabantur à principe ſacerdotum. quam ob cauſam ei tribuebantur primitiæ.

In primo menſe. Nimirum Martio, qui à Iudæis Niſan appellabatur. Qua de re capite primo diſſeruimus.

Vna menſis. Id eſt prima die mēſis. Ita vna ſabba-

ti, id eſt prima die ſabbati, quæ eſt dies dominica: Ita intelligitur illud Lucæ: Vna ſabbati valde di- *Luc.24* luculo venerunt ad monumentum. Hoc eſt, die dominica fulgente aurora.

Sumes vitulum de armento immaculatum. Alloquitur ſacerdotem, qui erat templum expiaturus ſanguine vituli, qui non eſſet domi nutritus, ſed in grege & armento, nullámque corporis haberet maculam. Vide, quanta munditics in hoc vitulo requiratur. Significant hoc loco literæ diuinæ puritatem, quæ in ſacrificiis Deo oblatis requiritur. Sed ſi eas altiùs ſpectare volueris, ſublimiorem in- *Simile.* uenies intelligentiam. Vt enim odoriferum trifolium primo viſu delectat, & ſuauem aliquem ex ſe mittit odorem, ſed quantò magis manibus teritur, tantò ſuauiùs fragrat, & maiorem odorem reddit: ſic diuina verba etſi in aperto orationis argumento, & in ſententia, quæ primò apparet, ſuauitatem quandam ſpirant, ſi ea tamen attentiùs tractaueris, & aditũ aperueris ad alta myſteria contemplanda, multò admirabiliorem & ſuauiorẽ odoris fragrantiam emittent. Tractemus igitur, & manibus teramus verba hæc, & reconditam ſententiam ſcrutemur. Vitulus hic pro peccato oblatus, cuius ſanguis erat labes noſtras expiaturus, Chriſtus eſt, verus Deus noſter, cuius meminit diuina ſcriptura *Leui. 1.* primo capite Leuitici dicens: Immolabítque vitulum coram domino, vt offerant filij Aaron ſacerdotis ſanguinem eius, fundentes per altaris circuitem. Et dixerat antea: Maſculum immaculatum afferet ad placandum ſibi dominum. Ideo dicitur *Eſai. 53* immaculatus, quia iuxta Eſaiæ vaticinium, Iniqui- *1. Pet. 2.* tem non fecit, nec fuit dolus in ore eius. Quem lo- *1. Ioa. 3.* cum diuus Petrus in prima epiſtola ſua de Chriſto interpretatur. Et ad hoc alludens diuus Ioannes in prima etiam epiſtola ait: Scitis, quia ille apparuit, vt peccata noſtra tolleret, & peccatum in eo non eſt. Eam etiam ob cauſam dicitur de armẽto, quia nullo fuit peccati iugo preſſus. Vel de armento dicitur, quia fuit de grege patriarcharũ, quem diuus *Matt 1.* Matthæus vocat filium Dauidis, filium Abrahami. Hic eſt vitulus ſaginatus lacte ſacerdotiſſimæ virginis, pro filij prodigi ſalute occiſus, opprobriis affectus, & cruce tandem crudeliter affixus. De eo *Luc. 15.* loquitur apud Lucã ipſe Chriſtus in parabola illa, in qua ita patrem inducit loquentem: Adducite vitulum ſaginatum: & occidite, & manducemus, & *Eſai. 53* epulemur. Ipſe Deus pater ait apud Eſaiã: Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et de illo ait apo- *Rom. 8.* ſtolus in epiſtola ad Romanos: Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ. Ideo ait: Occidite, & manducemus, & epulemur. O cibum diuinum, ô epulas cœleſtes! Huius vituli carne paſcimur, eius ſanguinem ſumimus: & conuiuium hoc quotidie celebratur. Ipſe diuinus vitu- *Ioan. 6.* lus de ſe ait: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. O admirabile euchariſtiæ ſacramentum, ô panem viuum, ô epulas cœleſtes, ô ſuaues ac diuinas delicias noſtras, & verè diuinum nutrimentũ! Adducite, inquit, pater, vitulum ſaginatum: & occidi- *Luc. 15.* te, & manducemus. Ipſe Deus, qui ſalutem peccatoris eſuriebat, in eius conuerſione dicitur manducare & epulari. Conuertere igitur ô peccator ad Deum tuum, vt ſaltem Deum ipſum ſaties, & ſalute tua eius deſiderium expleas. Nonne audis vocem eius? Quid facis? Cur in peccato permanes? Cur non redis ad patrem? O dementes nos ipſos! Intelligimus Dei bonitatem, perſpicimus & exploramus eius clementiam, & auditis eius verbis pietate pleniſſimis adhuc moramur? Adhuc non currimus ad illum? Eamus ô fratres chariſſimi, feſtinemus & properemus, & tanquam filij prodigi ad Dei miſericordiam, ad patris clementiam ſupplices confugiamus. Quid quærimus in mundo, qui nos ad perdendum quærit? Spectat nos Deus, imò vocat, vt nobis vitam tribuat, nos verò fugimus ab illo: vocat nos mundus, vt interficiat, & ad illum cõfugimus. Quærimus vitam in domo mortis, & lætitia in valle miſeriæ. O ignorantiam noſtram, ô cæcitatem deplorandam! Vt ſanguis ſagit- *Simile.* ta veneno infecta corruptus confugit ad cor, ab eo remedium quærens: ſed cum primum cor attingit, gignit interitum, & quærens vitam, inuenit mortem: ſic qui calamitatibus preſſi ad mundum confugiunt, in eo remedium quærentes, inueniunt mortem, vbi vitam inuenire putabant. Vitam in mortis domicilio quærunt, & exiſtimantes ſe eſſe medicinam inuenturos, æternam ſibi perniciem machinantur. Nos verò confugiamus ad eum, qui ait: Ego ſum reſurrectio & vita, curramus ad fon- *Ioan. 1* tem remedij, properemus ad Chriſtum, qui nos in crucis ara expectat, vbi ſe pro nobis hoſtiã conſtituit, vt morte ſua nos à morte noſtra liberaret. Vitulus in monte Caluariæ occiſus occidit mortem, vt nos in cœleſti monte diuinæ viſionis, in domicilio beatorum ſempiterno poſſemus viuere & quieſcere, vitámque placidiſſimam & bonorum omnium pleniſſimam traducere. De huius vituli cæde loquitur hoc loco Ezechiel.

Et tollet ſacerdos de ſanguine quod erit pro peccato, & ponet in poſtibus, &c. Hoc eſt, accipiet ſacerdos ex ſanguine vituli pro peccato immolati, & aſperget illo poſtes templi, & quatuor angulos extremæ oræ altaris, & poſtes portæ atrij illius, in quo ſitum eſt templum. Hic eſt ſanguis agni paſchalis, qui in poſtibus & ſuper liminaribus domorum poſitus filios Iſraelis eripuit in Ægypto. Hic eſt ſanguis *Exo 12.* Chriſti Dei noſtri, per quem introiuit ſemel in *Heb. 9.* ſancta, æterna redemptione inuenta, cuius imaginem gerebat ſanguis agni paſchalis, & vituli immaculati, & ſanguis ille, quo fuit aſperſum taber- *Exo 24* naculum. Nam vt ait in epiſtola ad Hebræos diuus *Heb. 9.* Paulus, Omnia penè ſecundum legem in ſanguine mundabantur, & ſine ſanguinis effuſione non fiebat remiſſio, quia futurum erat, vt Chriſti ſanguis nos à maculis noſtris expiaret, & ſcelera omnia deleret. Id intuens diuus Ioãnes has voces emiſit: La- *Apoc. 1.* uit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et: quoniã hoc non fuit in vna duntaxat orbis terrarũ parte, ſed in omnibus quatuor mundi plagis, dixit hoc loco Ezechiel, eſſe ſanguinem hunc in quatuor angulis crepidinis altaris ponendum.

Pro vnoquoque, qui ignorauit. Sæpe enim ob errorem, in quo verſamur, incidimus in flagitia. Id intuens diuinus pſaltes canebat: Delicta quis in- *Pſal 18.* telligit, ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Et alibi: Delicta iuuentutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris. Nemo eſt enim, qui poſſit errata omnia perſpicere, qui in tantis tenebris

nebris nihil offendat, quem ſcelus aliquod ſpecie
virtutis non aliquando decipiat. Fraudibus vtitur
2.Cor.11 diabolus, vt ſit Apoſtolus, transfigurat ſe in ange-
lum lucis.

In primo menſe, quartadecima die menſis Loqui-
tur de paſchæ oblationibus: incipiebat enim paſ-
cha quartadecima die lunę, vt hoc loco, & in libro
Exo.12. Exodi literæ diuinæ teſtantur. Et quoniam in hoc
feſto comedebatur agnus, appellabatur agnus ille
etiam paſcha, qui Chriſtum adumbrabat. Ideo ait
1.Cor.5. diuus Paulus in epiſtola 1. ad Corinthios: Paſcha
noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Imò panis azymus,
qui comedebatur in ſolennitate illa, paſcha quoq;
vocabatur. Sed propriè paſcha erat ſolennitas illa
à Deo in exitu Iſraelis conſtituta, quando angelus
tranſiens occidebat Ægyptiorum primogenitos,
relinquens Hebræos incolumes: & quãdo Hebræi
ipſi ex Ægypto trãſierũt. Quam ob cauſam feſtum
illud vocatũ eſt paſcha, quod idem eſt quod tranſi-
tus. Cùm autem ex Ægypto, ex hoc mundo tranſi-
mus ad veram promiſſionis patriam, paſcha cele-
bramus. Ideo cùm in die feſto reſurrectionis do-
minicæ alij aliis inuicem bonum paſcha precan-
tur, neſcientes fortaſſe quid dicant, bonum ex hac
vita tranſitum, bonam denique mortem ſibi mu-
tuò precantur. Cum paſcha idem ſit, quod phaſe,
phaſe autem tranſitum ſignificet, tranſitus autem
ſit mors, apertè oſtenditur, paſcha bonum ſibi in-
uicem precantes bonam ſibi mortem precari. Et
rectè quidem: nam quæ poteſt eſſe ſolennior feſti-
uitas, quàm à pœna temporali ad gloriam profi-
Pſal.115 ciſci ſempiternam? Pretioſa, inquit propheta, in
conſpectu domini mors ſanctorum eius. Et beatus
Ioannes in Apocalypſi: Beati mortui, qui in domi-
no moriuntur. Aſpicis igitur paſcha tranſitum ſi-
Apo.14 gnificare. Ad hanc ſignificationem alludit diuus
Ioan.13 Ioannes dicens: Ante diem feſtum paſchæ, ſciens
Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mun-
do ad patrem, cum dilexiſſet ſuos, qui erant in
mundo, in finem dilexit eos. In verbo, tranſiret, in-
nuit paſcha tranſitum ſignificare: in quo tranſitu
erat agnus innocens Chriſtus Deus noſter ad pa-
trem tranſiturus. Celebrabatur enim Iudæorum
paſcha, & occidebatur agnus paſchalis, quo tem-
pore paſſus eſt Chriſtus. Sed dices fortaſſe: Quî
fieri poteſt, vt euãgelia cohæreant, cùm dicat Mat-
Ma 26 thæus, Chriſtum mãducaſſe prima die azymorum,
Ioan. 13 hoc eſt prima die ſolennitatis paſchæ, Ioannes au-
tem aſſerit fuiſſe id ante diem feſtum paſchæ? Hu-
ius quæſtionis facilis eſt reſponſio. Hebræi incipie-
bant ſolennitates ſuas ſtatim poſt primas veſperas:
cum autem anno illo ſolennitas paſchæ incideret
in diem Veneris, incepit feſtum die Iouis poſt veſ-
peras. Et quoniam eo tempore nempe nocte diei
Iouis quando iam ſolennitas inceperat, agnus paſ-
chalis manducabatur, ait Matthæus, Chriſtum die
feſto paſchæ agnum mãducaſſe. Scripſit enim He-
braicè, reſpexitque ad Hebræorum morem. At di-
uus Ioannes, qui Græcè ſcripſit, & ad Græcorum
& Latinorum reſpexit conſuetudinem, qui diem
incipiunt poſt mediam noctem, dixit hoc fuiſſe an-
te feſtum paſchæ, qui dies feſtus erat dies Veneris.
Licèt enim feſtum inciperet poſt primas veſperas
feriæ quintæ, tamen à die ſequente denominaba-
Exo 12. tur. Ita enim eſt in libro Exodi de agni paſchalis
immolatione memoriæ proditum: Erit agnus ab-
ſque macula, maſculus, anniculus, immolabítque
vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam,
aut vt alij vertunt: inter veſperas, nimirum primas
& ſecundas. Vbi paraphraſtes Chaldæus habet: In-
ter duos ſoles, ſeu inter duo lumina: hoc eſt inter
occaſum ſolis, & principium noctis. Cùm ſol occi-
dit, abſceditque à noſtro orizonte dicitur occaſus
ſolis, ſed adhuc remanet in aëre claritas quædam
ſolis, donec incubat nox atra, & tunc occidit lu-
men. Vnde ſpatium illud poſt occaſum ſolis ante
occaſum luminis & claritatis dicitur ſpatium inter
duos ſoles ſeu inter duo lumina: & ita ait occiden-
dum eſſe agnum inter occaſum ſolis, & principium
noctis, quo tempore iuxta euangeliſtas Chriſtus
paſcha manducauit. Paraphraſis tamen Chaldaica
Complutenſis, qua ego vtor, non habet inter duos
ſoles, ſed ad veſperam, cum editione vulgata. Ita-
que Matthæus & Ioannes idem dicunt, ſed diuer-
ſis verbis: ambo cohærent & congruunt: ambo
aiunt Chriſtum cum diſcipulis ſuis paſcha come-
diſſe die Iouis veſpere iam facto: quod tempus dies
feſtus iam vocabatur, & prima dies azymorũ iuxta
Hebræos, & ante diem feſtum paſchæ iuxta Græ-
cos & Latinos. Et quoniam non ſolum ſolennitas
ipſa, & agnus paſchalis vocabatur paſcha, ſed etiam
panis azymus, & quicquid manducabatur in ſolen-
nitate illa, ait diuus Ioannes Iudæos feria ſexta Ioan.18.
non introiſſe in prætorium, ne contaminarentur,
ſed manducarent paſcha. Vbi per paſcha, quicquid
tunc manducabatur intelligitur. Non me fugit,
alios aliter hunc nodum ſoluiſſe: ſed hanc exiſtimo
eſſe germanam & veram huius loci ſolutionem &
explanationem. Nec eſt dicendum vllam eſſe inter
Matthæum & Ioannem repugnantiam: id enim
quod literis mandarunt, ambo viderunt: præſentes
enim fuerunt vltimæ cœnæ, & teſtes oculati ea,
quæ de cœna illa ſcribunt, propriis oculis aſpexe-
runt. Diuus Lucas, ea que ab apoſtolis accepit, ſi- Luc.1.
cut tradiderunt ei, qui ab initio ipſi viderunt, &
miniſtri fuerunt ſermonis, literis mandauit, vt ip-
ſe in euangelij ſui exordio teſtatur. Marcus verò,
quæ à Petro didicerat, rogatus à diſcipulis ſcripſit.
Authores ſunt Clemens in ſexto diſpoſitionum
libro apud Euſebium libro 2. eccleſiaſticæ hiſto-
riæ, cap.15. Et Papias apud eundem eodem libro &
capite: & libro.3. capite vltimo. Et Origines libro
1. commentariorum in Matthæum, eodem Euſe-
bio referente libro 6. cap.18. Et Euſebius ipſe lib.
3. cap.4. Hieronymus de viribus illuſtribus in vita
diui Marci. Irenæus lib.3. aduerſus hæreſes. cap.1.
& alij propè infiniti. Itaque licèt Lucas & Marcus
audita referant dirigente eos ſpiritu ſancto, Mat-
thæus tamen & Ioannes ea perpetuis conſigna-
runt monumentis, quæ ſuis oculis conſpexerunt.

Et faciet princeps. Id eſt, & offeret princeps: Se-
quitur: In die illa: hoc eſt quartadecima die
menſis.

Septem vitulos & ſeptem arietes. Hi erant immo-
landi ſingulis diebus ſpatio ſeptem dierũ Hi ſunt Leui 1.
martyres, qui vitulum illum ſecuti ſunt, qui pro Gen.22.
nobis oblatus eſt, & arietem illum, quem Abra-
ham immolauit. Voluerunt enim pro Chriſto
mortem cõmutare, vt tali morte immortalitatem
conſequerentur. Rapiebantur martyres ad ſuppli-
cium, & eorũ animæ à vinculis corporũ euolantes
in æternas manſiones domus Dei ingrediebantur,

gratia illuſtratæ, virtutúmque ornamentis munitæ.

Et ſacrificium ephi per vitulum. Id eſt, toties offeret epham, quot erunt vituli & arietes: quot autem ephas obtulerit, tot offeret menſuras olei. Ephi, vt diximus, ſeu epha menſura erat aridorum: hîc autem accipitur pro ſimilæ menſura: eſt autem ſimila tritici farina pura & delicata.

Et olei hin. Hin, menſura erat illius temporis, & vt nonnulli putant, tertia pars bati.

Septimo menſe. Id eſt, in feſto tabernaculorum fient oblationes, quemadmodum in feſto paſchæ. Quis autem ſit menſis ſeptimus, diximus capite primo.

ANNOTATIONES EX Hebraeo in cap. XLV.

Separate confinia veſtra. In Hebraico eſt Separate גרשותיכם geruxothecem: à verbo גרש garax, Exo.34 quod ſignificat proiicere, & eiicere: vt Exodi. 34. Ego ipſe eiiciam ante faciem tuam Amorrhæum. Vnde eius deriuatiuum ſignificat confinium, & limitem, quod ſit in fine proiectum à re ipſa. Quam ſignificationem ſecutus eſt, & rectè quidem noſter interpres. Significat etiam, tributũ, quod ſit ſuper populum proiectum. Quam ſignificationem ſequitur Rabi Dauid ita hunc locum vertens: Separate tributa veſtra à populo meo. Et Pagninus: Auferte angarias veſtras à populo meo. Et Brixianus: Separate exactiones veſtras à populo meo. Alij vertunt: Separate proiecta veſtra: hoc eſt iniuſta tributa, quæ in populum proiicitis. A verbo hoc deriuatur etiam nomen gerex, quod fructum ſignificat, qui virtute ſolis & lunæ germinat & matureſcit citiùs ſolito: quod eum ſol & luna foras eiiciant. Benedicens Moyſes terræ Ioſeph, dixit: De benedictio- Deu.33. ne domini terra eius, de pomis cœli, & rore, atque abyſſo ſubiacente de pomis fructuum ſolis & lunæ. Acſi diceret: Benedicta ſit à domino terra Ioſeph ob delicias cœli, ob rorem delicatiſſimum, quo ſupernè irrigabitur, & ob abyſſum, hoc eſt ob fontes aquarum è terra ſcaturientium & erumpentium: & ob fructus optimos, qui ſolent citò produci, & ad maturitatem peruenire beneficio caloris ſolis, & humiditate lunæ. Huiuſmodi fructus fert terra, quæ eſt à parte orientis verſus meridiem, non quæ ad radices montis eſt verſus ſeptentrionem, quæ ſolem habet tranſuerſum. Vbi fructus tardius producuntur, & difficilius matureſcunt.

Siclus autem viginti obolos habet. Pro ſiclo eſt in Hebraico excel, à verbo xacal, quod ſignificat ponderare. Nomen eſt nummi antiquiſſimi: de quo Gen.23. dicitur in Geneſi: Terra, quam poſtulas, quadringentos ſiclos argenti valet. Continebat ſiclus viginti obolos, vt conſtat ex hoc loco, & ex capite Exo.30. trigeſimo Exodi. Sed hoc intelligitur iuxta virorum doctorum ſententiam de ſiclo templi: nam ſiclus, quo in templo vtebantur ſacerdotes, conſentiente Ioſepho quatuor habebat drachmas, quarum quælibet quinque obolos continebat. Siclus autem vulgaris, & prophanus duas tantum habebat drachmas, & ex conſequente decem obolos.

Pro vno quoque qui ignorauit, & errore deceptus eſt. Pro ignorauit eſt in Hebraico שגה xogheh à verbo שגה quod ſignificat errare, vt cap.6. Iob: Si Iob 6. quid forte ignoraui, inſtituite me. Significat etiam diſcedere, vt in pſalmo: Spreuiſti omnes diſcedẽtes à iudiciis tuis. Quod poterat verti: Conculcaſti omnes errantes à conſtitutionibus tuis. Significat Pſal 118 quoque delectari, vt Prouerbiorum quinto: In Prou. 5. amore eius delectare iugiter. Pro quo nonnulli vertunt, In amore eius errabis iugiter. Nimia enim occupatio in vxoris amore hominem ſeparat à diuino cultu, rerúmque cœleſtium contemplatione. Ab hoc verbo deriuatur xeghoth, quod nomen errores ſignificat, & delicta ignoranter admiſſa, vt in pſalmo: Delicta quis intelligit? Seu vt alij vertunt: Pſal.18. Ignorantias quis intelliget? Alterũ nomen ab hoc verbo deductum eſt xiggaion, quod eſt in titulo Pſal.7. pſalmi ſeptimi, pro quo editio vulgata habet pſalmum, dicens: Pſalmus Dauid, quem cantauit domino, &c. Et rectè quidem: nam tranſlatio ſeptuaginta habet ita: ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ. Pro xiggaion habet pſalmum: Pro quo diuus Hieronymus tranſtulit ignorationẽ: quomodo etiam tranſtulerat Symmachus & Aquila teſte Reuclino. Et rectè quidem: compoſuit enim Dauid pſalmum hunc aduerſus Saulem, aſſerẽs ſe neſcire quicquam omnino, quo aduerſus ſe incitatum regis furorẽ mereretur. Hoc nomine in plurali vſus eſt Habacuc, dicens: Oratio Habacuc pro ignorantiis. Acſi diceret: Hęc eſt oratio, quam habuit Habacuc ad Deum, ne ſuis popu- Hab.3. laribus imputaret ignorantias, nec eos in Babylonica captiuitate penitus relinqueret. Sed quoniam eius primitiuum delectari ſignificat, vertunt nonnulli inſcriptionem pſalmi illius. Oblectatio ſiue iucunditas Dauidis: fuit enim iucundus pſalmus hic, & gaudio plenus. Alij dicunt eſſe nomen cantus ita ab inſtrumento muſico appellati. Alij cantatum fuiſſe hunc pſalmum ad numeros cuiuſdam vulgaris cãtilenæ, cuius initium erat xiggaion. Ex omnibus his expoſitionibus ea mihi valde arridet, quæ per xiggaion ignorantiam intelligit, tum ipſius nominis ratione, quòd verbum xagah ignorare ſignificet, tum quòd pulchrè cõſonet argumento pſalmi, quo Dauid negat ſe agnoſcere peccatum ſibi à Saule obiectũ. Cùm igitur verbum hoc varias habeat ſignificationes, variè transferri poteſt locus hic Ezechielis Pro eo enim, quod vulgaris editio habet: Pro vnoquoque qui ignorauit, verti poteſt: Pro vnoquoque diſcedente, nempe à via Dei. Vel pro vnoquoque delinquente. Vel pro vnoquoque ſibi complacente. Vel pro vnoquoque ſe vanè delectante.

Argumentum Capitis XLVI.

Agit de ſacrificiis ſabbatorum & calendarum, & de principis oblatione. Docet quibus templi portis ingredi oporteat, & egredi: & quæ principis dona durent ad annum duntaxat remiſſionis, quæ verò perpetuitatem promittant, vigeántque memoria omnium ſeculorum. Loquitur de ſacerdotum officio, & de nonnullis nouæ legis ſacramentis, quæ immenſus ille Deus mundi conditor ac conſeruator inſtituit, vt ſuam erga nos admirabilem charitatem ſignificaret.

CAPVT

CAPVT XLVI.

A HÆc dicit dominus Deus: Porta
atrij interioris, quæ reſpicit ad
orientem erit clauſa ſex diebus:in
quibus, opus fit:die autem ſabba-
ti aperietur, ſed & in die calendarum ape-
rietur Et intrabit princeps per viam veſti-
buli portæ de foris, & ſtabit in lumine por
tæ: & facient ſacerdotes holocauſtum eius,
& pacifica eius, & adorabit ſuper limen
portæ, & egredietur, porta autem non clau-
B detur vſque ad veſperam. Et adorabit po-
pulus terræ ad oſtium portæ illius in ſabba-
tis & in calendis coram domino. Holocau-
ſtum autem hoc offeret princeps domino,
in die ſabbati ſex agnos immaculatos, &
arietem immaculatum. Et ſacrificium ephi
per arietem, in agnis autẽ ſacrificium, quod
dederit manus eius: & olei hin per ſingula
ephi. In die autem calendarum vitulum de
armento immaculatum: & ſex agni, & arie-
tes immaculati erunt. Et ephi per vitulum,
ephi quoque per arietem faciet ſacrificium,
de agnis autem ſicut inuenerit manus eius:
& oleo hin per ſingula ephi.

EXPLANATIO.

Porta atrij interioris. Loquitur de porta orien-
tali muri tertij, quæ erat atrij ſacerdotum, vbi
templum erat ædificatum, quæ porta clauſa erat
ſex diebus laboris, ſeptimo autem die, quando ſab-
batum erat & requies, aperiebatur, & ſimiliter ca-
lendarũ die, hoc eſt die primo mẽſis, qui apud He-
bræos feſtus erat. Deſcribit loca, quæ adeunda erãt
pro ratione dierum feſtorum. Hæc orientalis por-
ta, ſex diebus clauſa, ſed ſabbato aperienda, eſt di-
Zach. 6 uina ſcriptura, quæ reſpicit ad orientem, hoc eſt ad
Chriſtum: de quo ait Zacharias: Oriens eſt nomen
eius. Dicitur autem reſpicere ad Chriſtum, quia de
Ioan. 5. eo loquitur: ille eſt eius ſcopus. Ipſe enim ait apud
Ioannem: Scrutamini ſcripturas, quia ipſæ ſunt,
quæ teſtimonium perhibent de me. Fuit autem
Exo. 23. clauſa porta hæc ſex diebus laboris, de quibus dixit
Deus: Sex diebus operaberis: hoc eſt toto legis
tempore. Erat enim lex illa laboris plena, de qua
Act. 15. ita ait in Actis diuus Petrus: Quid tentatis Deum,
imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorũ, quod
nec patres noſtri, nec nos portare potuimus? Fuit
autem aperta ſabbato, hoc eſt tempore gratiæ, &
Mat. 11. quietis animarum, cùm Chriſtus dixit: Venite ad
me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego re-
ficiam vos: & inuenietis requiem animabus ve-
Pſal. 17. ſtris. De diuina ſcriptura ante aduentum Chriſti
dixit Dauid: Tenebroſa aqua in nubibus aëris.
Eſai. 60 Nubes prophetæ ſunt, & diuinarum literarum ſcri-
ptores, de quibus ait Eſaias: Qui ſunt hi, qui vt nu-
bes volant? Aqua tenebroſa eſt doctrina obſcura,
quæ erat in his nubibus tenebris cooperta. Nulla
enim mentis acies tam perſpicax eſſe poterat, quæ
per ſe Deum in diuina ſcriptura latentem perci-
peret, ſublimia eius arcana penetrando. Id voluit
ipſe Deus ſignificare, cùm veniens ad Moyſen le-
gem laturus, montem Horebum nube cooperuit
denſa, & Moyſi faciem obtexit velo, & Salomo-
nium templum obſcura nebula impleuit: & arcam *Exo 19.*
fœderis velo iuſſit cooperire. At Chriſtus Dei fi- *Exo. 34*
lius, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, ipſas *2 Cor 3*
diuinas literas explicauit. Qua de re alibi diſſerui- *3. Reg. 8*
mus. Poteris per hanc portam intelligere paradiſi *Exo. 40*
ianuam, quæ toto tempore legis veteris fuit clau- *Hebr. 1.*
ſa, & poſt Chriſti mortem aperta: ipſe enim dixit
latroni: Hodie mecum eris in paradiſo. Hæc cœlo-
rum porta aperta fuit ſabbato, hoc eſt tempore *Luc. 23.*
gratiæ: & in neomenia, in feſto calendarum, quod
erat in nouilunio. Tempus gratiæ feſtum eſt, &
noua luna, quando omnia innouata ſunt: de quo
tempore dixerat regius ac diuinus vates: Cantate
domino canticum nouum, cantate domino omnis *Pſal. 95.*
terra. Feſtiuitates enim legis antiquæ tempus gra-
tiæ adumbrabant. Ideo ait in epiſtola ad Coloſſen-
ſes diuus Paulus: Nemo vos inducet in cibo, aut *Coloſſ. 2*
potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ aut ſab-
batorum, quæ ſunt vmbra futurorum. Hæc cœli
porta nobis etiam, dum in terris vitam degimus,
clauſa eſt: quod explicare volens Ezechiel ait: Erit
clauſa ſex diebus, in quibus opus ſit: Tempus vitæ
noſtræ tempus laboris appellatur. Homo enim, vt
dicitur in libro Iob, naſcitur ad laborem: ſed ape-
ritur porta hæc iuſtis in morte, qui ea æternam in- *Iob 5.*
grediuntur beatitudinem. Hæc eſt porta illa, de
qua ait diuinus pſaltes: Hæc eſt porta domini, iuſti
intrabunt per eam. Et quoniam ſempiterna re- *Pſal. 117.*
quies appellatur ſabbatiſmus iuxta id, quod ait di-
uus Paulus in epiſtola ad Hebræos: ideo ait Eze-
chiel eam ſabbato aperiri, & ſolennitate neome- *Heb. 4.*
niæ, quando viri ſancti è corporum vinculis euo-
lantes nouã vitam ingrediũtur, vbi æuo ſempiter-
no in cœleſti patria oblectantur. Mundus hic eſt
veluti venter quidam naturæ, in quo ſumus, quam
diu hìc vitam degimus: quo autem die migramus à
vita, naſcimur, & tunc viuere incipimus: vnde
mors ſanctorum natale eorum dicitur. Duo ſunt
vteri, alter matris, alter naturæ: egrediẽtes ab vtero
matris ingredimur vterum naturæ, & exeuntes ab
vtero naturæ, atque in lucem editi, vitam veram
adipiſcimur, quam nec caſus poteſt eripere, nec in-
uidia labefactare, nec vetuſtas vlla cõſumere. Qui
enim in gratia moriuntur, aut ſtatim conſequuntur
æternam beatitudinem, ſi purgati diſcedunt, aut in
purgatorium relegantur, donec purgati ad gloriã
tranferuntur immortalem. Poteris per portam
hanc rerum diuinarum contemplationem intelli-
gere, quæ nobis clauſa eſt, quando diebus laboris
hoc eſt exterioribus occupationibus diſtinemur:
præſertim ſi hi labores ſunt opera ſeruilia, hoc eſt
peccata: his enim occupati à cœleſtium myſterio-
rum contemplatione impedimur, & ab arcanis
diuinarum intelligendis retardamur. Sin autem
quieſcimus, & ſcelera relinquimus, aperitur nobis
porta cœleſtis philoſophiæ, & diuinæ ſapientiæ,
qua præceptrice poſſumus alta myſteria contem-
plari, & in tranquillitate vitam traducere, cupi-
ditatum ardore reſtincto: affert enim diuinarum
rerum contemplatio pacem animo, eumque ſua-
uitate reficit, & concordia quadam placat & le-
nit. Et in hac tranquillitate incenditur animus
igne illo charitatis, de quo dicebat diuinus pſaltes: *Pſal. 38.*

In meditatione mea exardeſcet ignis. Et vt ait
2.Cor.3. diuus Paulus in ſecunda ad Corinthios, Reuelata
facie gloriam domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem:
tanquam à domini ſpiritu. Hæc eſt admirabilis illa
requies, ad quam aſpirabat Dauid, dicens: Quis
dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & re-
Pſal.54 quieſcam. Ideo ait Ezechiel, portam hanc ſabbato
aperiri, cùm ad mentis quietem accedimus, & exterioribus, quæ diſtrahunt, relictis, interiorem animi ſecuritatem quærimus, qua Deum inuenire
poſſimus, & in eius ſuauitate conquieſcamus. Hic
eſt admirabilis ſabbatiſmus, & præclara neomenia,
cùm anima diuinæ contemplationi dedita alitur
ad æternitatem cœleſtem & nouitate vitæ, nouilunio puritatis à ſole iuſtitiæ illuſtratur. Alioquin
qui ſceleribus imbutus, & vitiis obſtinatus ad hanc
acceſſerit contemplationem, perniciem ſibi fortè
Exo.19. comparabit: eſt enim in libro Exodi literis mandatum eſſe lapidibus interficiendam beſtiam, quæ
montem tetigerit, per quem contemplationis alti-
Prou.25 tudo ſignificatur. Et in Prouerbiis ait Salomon:
Qui ſcrutator eſt maieſtatis, obruetur à gloria.

Sed & in die calendarum aperietur. Primus dies
menſis erat dies calendarum, & appellabatur neomenia, hoc eſt nouilunium: nam apud Hæbræos
ſemper menſis incipiebat à nouilunio: erátq; dies
Pſal 80. ille ſolennis. De quo dicitur in pſalmo: Buccinate
in neomenia tuba in inſigni die ſolẽnitatis veſtræ.

Et facient ſacerdotes holocauſtum eius Hoc eſt, offerent ſacerdotes holocauſtum principis. Princeps illud ſacerdotibus offerebat, illi autem Deo.

Adorabit ſuper limen portæ. Id eſt, princeps incuruabit ſe apud limen portæ adorando Deum.

Ad oſtium portæ illius. Id eſt, ad ingreſſum illius portæ orientalis.

Sex agnos immaculatos. Hoc eſt integros & mundos abſque labe, & corporis defectu. Locutus fuerat de ſacrificio principis: nunc explicat numerum
& puritatem immolandorum. Pro ſex diebus laboris offeret ſex agnos immaculatos. Inſinuat omnia principis opera immaculata eſſe debere, &
Deo oblata. Offeret etiam arietem, qui oues ducit;
hoc eſt intellectum, iuxta id, quod ait apoſtolus in
2.Cor 10 ſecunda ad Corinthios: In captiuitatem redigentes intellectum in obſequium Chriſti. Poſtea ait,
offerendum eſſe vitulum de armento, hoc eſt domandum eſſe appetitum, & continentiæ fræno
Gala.6. coërcendum: vt iuxta apoſtoli ſententiam: Stigmata domini Ieſu in corpore noſtro portemus. Ipſe
2.Cor 4 enim in ſecunda ad Corinthios, Semper, inquit,
mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro
circunferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Et iungẽda eſt ſimilia, quæ eſt pura
& exquiſita farina, hoc eſt oratio, quæ eſt animi refectio: cui addendum eſt oleum miſericordiæ erga
pauperes. Et ita manet abſolutum principis ſacrificium, ſi fuerit cum oleo clementiæ & miſericordiæ conditum, & decoratum. Nihil eſt tam regium,
tam illuſtre, quàm miſereri afflictorum, opem ferre ſupplicibus, excitare iacentes, occidentibus opitulari: contrà verò nihil tam abiectum, quàm ad
ſummum principatum acerbitatem & immanitatem adiungere. Nihil eſt in principe laudabilius
placabilitate & clementia: quam tum approbandam dicimus, cùm adhibetur ſeueritas, ita iuſtitia
exigẽte, ſine qua adminiſtrari reſpublica nõ poteſt.

Et ſacrificium ephi per arietem Hoc eſt, cum quolibet ariete offeret epham ſimilæ: quot fuerint
arietes, tot erunt ephæ farinæ puriſſimæ.

In agnis autem ſacrificium, quod dederit manus eius &c. Senſus eſt: Cùm obtulerit agnos, offeret
tot ephas, quot manus eius dare potuerit iuxta eius
arbitrium & facultatem. Quot autem ephas farinæ
obtulerit, tot hinc olei offerẽt. Epha ſeu ephi &
bin, vt diximus menſuræ erant illius temporis.

Sex agni & arietes. In margine eſt, & aries: & ita
habent nonnulli codices correcti. Paulò antè loquens de ſabbati holocauſto dixerat: Sex agnos
immaculatos, & arietem immaculatum. Eodem
modo erat in calendis: ſed offerebatur præter hæc
omnia vitulus de armento immaculatus.

Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem. Hoc
eſt, cùm obtulerit vitulum, offeret etiam menſuram ephæ, & ſimiliter cùm obtulerit arietem.
Quot fuerint vituli & arietes, tot erunt ephæ.

Sicut inuenerit manus eius. Hoc eſt, pro eius facultate & arbitrio.

Cumque ingreſſurus eſt princeps, per C
viam veſtibuli portæ ingrediatur, & per
eandem viam exeat. Et cùm intrabit populus terræ in conſpectu domini in ſolennitatibus: qui ingreditur per portam aquilonis,
vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ. Porrò qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ
aquilonis, non reuertetur per viam portæ,
per quam ingreſſus eſt: ſed è regione illius
egredietur. Princeps autem in medio eorum erit, cum ingredientibus ingredietur,
& cum egredientibus egredietur Et in nun-
dinis & ſolennitatibus erit ſacrificium ephi D
per vitulum, & ephi per arietem · in agnis
autem erit ſacrificium, ſicut inuenerit manus eius, & olei hin per ſingula ephi. Cùm
autem fecerit princeps ſpontaneum holocauſtum, aut pacifica voluntaria domino,
aperietur ei porta, quæ reſpicit ad orientem,
& faciet holocauſtum ſuum, & pacifica ſua,
ſicut fieri ſolet in die ſabbati: egredietur,
claudeturque porta, poſtquam exierit. Et
agnum eiuſdem anni immaculatum faciet
holocauſtum quotidie domino, ſemper manè faciet illud. Et faciet ſacrificium ſuper
eo cata manè manè ſextam partem ephi, &
de oleo tertiam partem hin, vt miſceatur ſimilæ, ſacrificium domino legitimum, iuge
atque perpetuum, Faciet agnum & ſacrificium, & oleum cata manè manè holocauſtum ſempiternum.

Cumque ingreſſurus eſt princeps. Explicat per quas
portas templi ingredi, egredíque oporteat.

Cùm intrabit populus terræ in conſpectu domini in ſolennitatibus. Tres erant ſolennitates præcipuæ,
nempe paſcha, ſcenophegia, & pentecoſte: quas
hic intelligit: de quibus agitur capite.23. Leuitici. Leu.23.

Non reuertetur per viã portæ, per quam ingreſſus eſt.

Qui

Qui eadem porta redit,qua ingreſſus eſt retro aſpi-
cit,& rei illi,ad quam acceſſerat,terga vertit. Præ-
cipiebat Deus,vt qui templum adibat, & vſque ad
portam ſancti ſanctorum accedebat,per aliã egre-
deretur portam, ne propitiatorio terga verteret
cùm exiret. Sunt nonnulli, qui calamitatum angu-
ſtiis preſſi ad Deum confugiunt,pias ad illum fun-
dentes precationes, & ad Chriſtum Deum noſtrũ,
quem Deus propoſuit propitiatorem per fidem in
Rom. 3. ſanguine ipſius, vt ait diuus Paulus, qui eſt propi-
1.Ioã.2. tiatio pro peccatis noſtris,vt ait diuus Ioãnes,ſup-
plices accedunt, eiuſque diuinam miſericordiam
vocibus lamẽtabilibus implorant. At remedio im-
petrato Deum ipſum relinquunt, & ab eo declinã-
tes præbent terga fugæ: & cùm deberent beneficij
memoriam colere obſeruantia perpetua, illius pe-
nitus obliuiſcuntur. Vt qui aqua indigent, ſe cõ-
Simile. ferunt in ſontem, oculos in eum dirigentes, ſed
hauſta aqua,& plena hydria reuertuntur, fontíque
terga vertunt: ſic multi periculis cincti,& ærumnis
vndíque oppugnati ad fontem miſericordiæ con-
fugiunt: ſed aqua remedij impetrata, fontem illum
aquæ viuæ contemnunt qui ait apud Ieremiã: Me
Iere.2. dereliquerunt fontem aquę viuæ. Cùm verſaren-
tur in gemitu & calamitate, abſtraxerunt ſe à pec-
cato, fecerunt pia vota Deo,& ad virtutum montẽ
feſtinarunt: ſed erepti à periculo reſpexerunt re-
tro,& ad priſtina ſcelera redierunt. Deberent qui-
dem vltrà procedere,& retro non aſpicere. Id vo-
luit Deus ſignificare præcipiens egredientibus à
Gene.19 Sodomorum ciuitate ne retro reſpicerent: & mit-
Luca 9. tentibus manum ad aratrũ, ne oculos leuarent poſt
terga. Id intuẽs diuus Paulus in epiſtola ad Philip-
Philip.3. penſes aiebat: Quæ quidem retro ſunt, obliuiſcẽs,
ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum,
ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſuperni vo-
cationis Dei in Chriſto Ieſu. Oportet igitur ſerua-
Pſal.83 re perpetuam in recta viuendi ratione conſtãtiam,
& vt verbis vtar regij vatis, ire de virtute in virtu-
tem, donec videatur Deus in Sion. Sed quoniam
ob humanam fragilitatem non poſſumus ſemper
Deum contemplari, & opus eſt contemplationem
& orationem interdum intermittere, & corpori
neceſſaria quærere, præcipit Deus, vt ita hoc fiat,
ne illi terga vertamus. Id volens diuinus noſter va-
tes oſtendere, ait iuſſiſſe Deum, ne qui ad templum
per portam auſtralem ingrederentur, per eandem
redirent, ſed per aquilonarem,& è conuerſo.

Princeps autem in medio eorum erit Princeps in
Simile. medio debet eſſe omnibus cõſulens, vt cor in me-
dio corporis, vt ſol in medio planetarum, vt centrũ
in medio ſphæræ, vt ſignum in medio ſcopi.

Vt in nundinis. Hoc eſt in diebus feſtis. Poteris
per nundinas mercaturam & negotiationem ſpiri-
tualem intelligere: de qua illud intelligitur apud
Luc.19. Lucam: Negotiamini, dum venio.

Spontaneum holocauſtum Ideo holocauſtum hoc
dicitur ſpontaneum, quia ad illud faciendum nullo
iure tenebatur. Vel omnes ſacrificiũ dicitur ſpon-
taneum, quia ſponte fieri debet, non coactè Ideo
Pſal.53. aiebat Dauid: Voluntariè ſacrificabo tibi Domine.
Mat.13 Et Chriſtus Deus noſter: Simile eſt regnum cœlo-
rum theſauro abſcondito in agro: quem qui inue-
nit homo, abſcondit,& præ gaudio illius vadit, &
vẽdit vniuerſa, quę habet,& emit agrum illũ. Opti-
mum eſt pro Chriſto comparando, teipſum relin-
quere,& vendere omnia, quæ habes: ſed quoniam
hoc debet eſſe libenter, apponuntur hæc verba. Et
præ gaudio illius. Eodem modo Eſaias: Haurietis
aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Eſai.12

Aperietur et porta quæ reſpicit ad orientem Hoc
eſt, porta oriẽtalis, quę ſex diebus laboris erat clau-
ſa, aperietur, cùm princeps fecerit holocauſtum
ſpontaneum, aut pacifica voluntaria, quemadmo-
dum ſolet in die ſabbati aperire. Itaque etiam in
profeſtis & diebus laboris erit feſtũ, cùm princeps
holocauſtum voluntarium immolauerit. Permitte-
bat Deus tot feſta, vt ipſe laudaretur, & homines
requiem ſuis laboribus interponerẽt. Optimi ſunt
honeſti labores, ſed omnia debent ratione quadã
omnium motionum moderatrice temperari: nam
nimij & continui labores obſunt magis quàm pro-
ſunt. Eſt interdum laboribus miſcenda quies, illíſ-
que interponenda honeſta quædam oblectatio. Nã
ſi omnis lętitia denegetur naturæ, in nulláque hu-
manitatis iucunditate verſetur homo, nequaquam
labores poterit ferre, ſed illis penitus obruetur. Nõ
cõſiſtit beata vita in ludo & ioco, ſed in virtutum
actionibus: at quoniam perpetuum laborem ferre
non poſſumus, ceſſatione opus eſt aliquando. Non
eſt tibi quidem viuendum, vt ludas, hoc enim ſtul-
tum eſt & puerile, ſed ludere aliquando honeſtè, vt
ſerias res gerere poſſis, fuit ſemper ſapientium vi-
rorum ſententia conceſſum. Hoc aſſeruit grauis il-
le Anacharſis, quem hac in re citat & ſequitur Ari-
ſtoteles in decimo ethicorum. Hæc eſt diui Augu-
ſtini ſententia in ſecundo de muſica, quem ſequi-
tur diuus Thomas in ſecunda ſecundæ quæſtione
168. Arundo nõ creſcit abſque nodis: erigitur ſur-
ſum geniculatim,& in nodo tantiſper quieſcit: &
poſtea iterum ſurgit,& ſurſum tendit. Genicula il- Simile.
la & internodia ſunt veluti quietes, & à laboribus
ceſſationes. Naſcitur ex radice calamus, diffunditq;
herbeſcentem viriditatem, quę nixa fibris ſtirpium
ſurſum creſcit, culmóque geniculato ſurſum eri-
gitur, & creſcens efficit nodum, in quo quieſcit,
deinde iterum ſurgit,& laborat. Eodem modo nos
oportet dare operam virtuti, & illud cum labore
ad veram laudẽ directum iter diligere: ſed vt illud
tolerare poſſimus, debemus internodia quædam
efficere, in quibus à laboribus interdum ceſſemus,
& ſeruato decore quieſcamus. Sed ſumus ſtatim a-
ſcenſuri, & reuerſuri ad laborem, ne ſi fuerimus
turpi otio dediti, vincat voluptas rationem,& fal-
ſis deliciis, quæ celeriter decidunt, & deflorefcunt,
capiamur. Vt inculta terra gignit tribulos & ſen- Simile.
tes, ſic homo otioſus impias gignit cogitationes, &
ſcelera neſaria producit. Vult Deus, ne vitam deſi-
dia & inutili ſilentio trãſeamus, veluti pecora, quæ
natura terræ prona ventrique obedientia finxit. In
labore, dixit Deus Adamo, comedes omnibus die- Gene 3.
bus vitę tuæ. Et in libro Iob ſcriptũ legimus, Ho- Iob 15.
mò naſcitur ad laborem. Et diuus Paulus, Si quis, 2 The 3
inquit, non vult operari, non manducet. Et diuus
Hieronymus: Nullus labor durus, nullum tempus
longum videri debet, quo gloria æternitatis acqui-
ritur. Et Pittacbus apud Raphaëlem Volaterra-
num: Totius honeſti dux, & fundamentum conti-
nentiæ labor in primis eſt. Et Heſiodus apud Sto-
bæum: Per labores virtus incedit. Et Plato: Breues
virtutis labores æterna voluptas ſequitur. Quo fit
vt viri ſapientes laborent, etiam cùm à labore ceſ-

ſare videntur. Notum eſt illud Scipionis Aphrica-
ni,nnnquã ſe minus otioſum eſſe,quàm cùm otio-
ſus,nec minus ſolum , quàm cùm ſolus eſſet. Sed
qnoniam relaxare animum poſſumus , dummodò
caueamus intemperantiam, & meminerimus vere-
cũdiæ,dedit Deus ſabbata & alia feſta, quibus eum
laudibus efferemus , & poſſemus cultui diuino va-
care , atque laboribus noſtris boneſtam quietem &
lætitiam interponere.

Clauditurque porta. Hoc erat in holocauſto ſpõ-
taneo & pacificis:tunc enim claudebatur porta,
cnm primùm princeps exibat.In ſabbatis verò &
calendis non claudebatur porta vſqne ad veſperas.

Cata manè. Hoc eſt,iuxta manè.Acſi dicat : Sin-
gulis diebus manè. Loqnitnr de ſacrificio, qnod
qnotidie tempore auroræ fiebat. Eſt enim tempus
hoc precibus & ſacrificiis aptum. Cùm rex Dauid
eſſet ab hominum cœtu ſeparatus ob regis Saulis
inſidias , & ab eo in deſertas & incultas ſolitudines
pulſus,vbi pietatem alebat in diuino lumine contẽ
plando,aiebat:Deus Deus meus ad te de luce vigi-
Pſal 62 lo. Et alibi. Quoniam à te orabo Domine manè.
Pſal.5. exaudies vocem meã. Et ſubdit ſtatim: Manè aſta-
bo tibi,& videbo. Acſi dicat. Tempore matutino
aſſiſtam ſupplex miſericordiæ tuæ,& erectis in cœ-
lum oculis intuebor,dum mihi calamitatibus preſ-
ſo opem tuleris. Et iterum : Manè oratio mea præ-
ueniet te.

Faciet agnum Hoc eſt,offeret agnum. Eodem
Pſal.27. modo facere bouem eſt illum immolare, aut para-
re ad immolandum:quo tropo vtitur ſacra ſcriptu-
ra tertio Regum.18. Vnde Macrobins Aurelius li-
bro tertio Saturnalinm enarrans illud Vergilij:
Cùm faciam vitula &c.hæc verba literis mandauit:
Vitula dixit pro vitulatione , quod nomen eſſe ſa-
3 Reg.18 crificij ob lætitiã ſacti ſuperius expreſſimus. Cùm
faciam vitula , id eſt cùm ſaciam rem diuinam non
oue,non capra ſed vitula. Tanquam dicat:Cùm vi-
tulam pro frugibus ſacrificauero.

Hęc dicit Dominus deus:Si dederit prin-
ceps donum alicui de filiis ſuis , hæreditas
eius filiorum ſuorum erit : poſſidebunt eam
F hæreditariè Si autem dederit legatum de
hæreditate ſua vni ſeruorum ſuorum , erit
illius vſque ad annum remiſſionis, & reuer-
tetur ad principem : hæreditas autem eius
filiis eius erit. Et non accipiet princeps de
hæreditate populi per violentiam,& de poſ-
ſeſſione eorum·ſed de poſſeſſione ſua hære-
ditatem dabit filiis ſuis , vt non diſpergatur
populus meus vnuſquiſque à poſſeſſione
G ſua. Et introduxit me per ingreſſum,qui erat
ex latere portæ in gazophylacia ſanctuarij
ad ſacerdotes , quæ reſpiciebant ad aquilo-
nem,& erat ibi locus vergens ad occiden-
tem. Et dixit ad me , Iſte eſt locus , vbi co-
quent ſacerdotes pro peccato , & pro deli-
cto,vbi coquent ſacrificium , vt non offerãt
in atrio exteriore , & ſanctificetur populus.
Et eduxit me in atrium exterius , & circun-
duxit me per quatuor angulos atrij , & ecce
atriolum erat in angulo atrij, atriola ſingula
per angulos atrij.In quatuor angulis atrij at-
riola diſpoſita : qna draginta cubitorum per
longum & triginta per latũ menſuræ vnius
quatuor erant. Et paries per circuitum am-
biens quatuor atriola , & culinæ fabricatæ
erant ſubter porticus per gyrum. Et duxit ad
me, Hæc eſt domus culinarum , in qua co-
quent miniſtri domus domini victimas po-
puli.

Si dederit princeps donum alicui de filiis ſuis Lo-
cutus eſt de principe , nnnc de eius hæredibus lo-
quitur. Senſus eſt: Si princeps aliqnid in filios ſuos
contulerit , ipſi illud habebnnt in perpetunm : ea
portio ſemper eorum erit in perpetuam hæredita-
tem. Sin autem dederit aliquid ſeruis , illud habe-
bunt ſerui vſque ad tempns , nimirum vſque ad
annum remiſſionis,hoc eſt vſque ad annum iobilei,
qui erat anno quinquageſimo , in quo omnia ad
priorem Dominum reuertebantur , vt conſtat ex Leu.25.
Leuitico. Poteſt boc referri ad annum ſeptimum, & 27.
qui appellabatur annus remiſſionis , vt conſtat ex
libro Deuteronomij. Itaque filij habebunt firmam
proprietatem,ſerui autem vſum duntaxat,vel fru-
ctum pro tempore. Nam vt ait apnd Ioannẽ Chri- Ioan. 8.
ſtus Deus noſter : Seruus non manet in domo in
æternnm,filius autem manet in æternum. Filij Dei Ioan.1.
ſunt illi , de quibus ait diuus Ioannes : Quotquot
autem eum receperunt,dedit eis poteſtatem, filios
dei fieri. Impij verò ſerui vocantur neqnam,& ſer- Mat.8.
ui peccati:iuxta illud euangelicum : Serue nequam
omne debitum dimiſit tibi,quoniam rogaſti me & Ioan. 8.
cap.& illud: Qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati.
Id intelligens diuus Panlus aiebat in epiſto ad Ga- Gala.4.
latas : Quoniam antem eſtis filij dei miſit deus ſpi-
ritum filij ſui in corda veſtra clamantem abba pa-
ter. Itaqne iam non eſt ſeruus,ſed filius , quòd ſi fi-
lius , & hæres per deum. Eſt autem hæc hæreditas
gloria æterna,quam iuſti obtinẽt,qui filij dei ſunt:
impiis autem dantur ad tempus bona temporalia,
quæ illis in morte auferuntur,quoniam ſunt ſerui.
Quare mundi diuitiæ non ſunt verè in bonis con-
numerandæ,quoniam nullam habent firmitudinẽ,
nullam perpetuitatem:& ab impiis hominibus ſæ-
penumero poſſidentur.

Et non accipiet princeps de hæreditate populi &c.
Per hæreditatem bona immobilia intelliguntur,
per poſſeſſionem verò mobilia. Aſpicis non eſſe
principem Dominum ſubſtantiæ populi. Imò de-
bet ſubditos defendere & protegere veluti iuſtitia
quædam animata,& lex viua. Et ita debet conſer-
uare populum, vt videatur potiùs populus à prin-
cipe nutriri,quàm princeps à populo ſuſtẽtari. Ad-
uerte obſecro. In toto boc capite Ezechiel agit de
principe,ſed nunquam eum adulatur imò eum mo-
net,& ex dei parte præcipit , ne quid accipiat vio-
lenter ex populi hæreditate & poſſeſſione. Princi-
pem ad virtutem hortatur , non autem illi blandi-
tur. At multorum hominum videbis ſcripta princi-
pum ſuæ ætatis laudibus referta , etiam ſi videant
eorum voluntatem ſolutam, virtutem verò alliga- Simile.
tam. Eſt quidem virtus principum laudanda : nam
vt aqua humore ſuo arborẽ educit atq; confirmat,
& facit adoleſcere,& fructus vberes producere: ſic
laus auget & alit aliquando virtutem,eámque pul-
chri

chriorem & ſnblimiorem reddit. Hac ſimilitudine vſus eſt Pindarus, à qua depromptum eſt tritum illud & antiquum prouerbium: Virtus laudata creſcit. Aut fortaſſe fuit ſimilitudo à prouerbio deducta. Poſſumus itaqne priucipum rectè facta laudibus efferre, & perpetuis couſignare monimentis, non antem omnes eorum actiones ſiue pias, ſiue impias indifferenter & ſine delectu admirari, & adulari, & laudibus extollere. Hoc enim eorum eſt proprium, qui ficto amore principum fauorem & gratiam captare & aucupari concupiſcunt. Quin potius illi, quorum iotereſt eos monere, nou debét neceſſariam veritatem ſilentio tranſire, ſeruato tamen illis honore & decoro, ſed eorum ſcelera, ſi in ea inciderint, leniter, ſed grauiter & ſapieoter reprehendere. Alexandrū Magnum ſcriptū legimus eieciſſe ab aula ſua quendam philoſophū, cuius familiaritate vſus diu fuerat, quód eum ounquam reprehendiſſet. Interrogatus enim à philoſopho, cur eum dimitteret, & à conſuetudine ſua longius propelleret, Quia, inquit, aut errores & defectus meos intelligis, aut non intelligis: ſi eos non iotelligis, es ioſipiens, ſi autem intelligis, adulatur, qui me nunquam eorū admonuiſti. Ideo familiaritati tuæ nūtium remitto, quia eius conſuetudinem repudio, qui aut ignorantia laborat, aut adulationibus vtitur, Oportet magnos principes ſapientibus illis familiariter vti, qui illis veritatem dicant. Vides igitur opus eſſe ſapientibus labentem principem ad decus excitare, errantem ab errore deducere, eius flagitia reprehēdere, ei denique ſuadere optimum eſſe portum pereuoti mutationem conſilij, &
Simile. impij, propoſiti reuocationem. Sed hoc agant moderatè ſimiles legibus, quæ hortantur, reprehenduot, prohibeot, & præcipiunt, ductæ non iracundia, ſed æquitate, non impetu, ſed moderatione. Interrogatus Antiſtheoes philoſophus, cur magnates voce ſuppreſſa reprehenderet, & non queribunda, reſpōdit veſpas itidem ſonum haud magnum aliis excitare, aculeum tamen acerrimum habere. Diuus
Gala. 6. Paulus in epiſtola ad Galatas ita ait: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, Si quilibet homo incidēs in flagitia eſt leniter & modeſtè reprehendendus, quantò magis princeps, qui eſt in ſublimi dignitate conſtitutus? Aſpicis hoc loco iuſtum ac ſapientem Ezechielem de principe loqui, ſed occ illi aſſentari, nec in eum irruere, & cootumeliam iacere. Monet illum, & Dei nomine præcipit, ne ſubditos ſpoliet, cùm nō ſit opum populi Dominus, ſed eius rector & conſeruator, cuius eſt commoda ſuorum defendere, non diuellere, omnes eadem æquitate continere, gerere perſonā regni, ſuſtinere decus, ſeruare leges, iura deſcribere, & omnium gubernationem fidei ſuæ commiſſam meminiſſe. Debentur principi tributa, quibus poſſit ſuſteotari, dignitatem ſuam tueri, regnum in pace & iuſtitia regere, & aduerſus hoſtes protege-
Rom. 13 re & conſeruare. Ideo ait diuus Paulus: Reddite omnibus debita: cui tributum tributū, cui vectigal, vectigal cui timorē timorem, cui hoorē honorē. Vbi perpende, non dixiſſe apoſtolum. Date tributa, ſed reddite, inſinnans uon eſſe tributum donationem gratis datam, ſed opus iuſtitiæ principi de-
Matth. hitum. Id dixerat antea iis verbis Chriſtus Deus
22. noſter: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. At nō licet principi ſubditorū diuitias diripere, acſi eſſet earum Dominus. Vt ſol illuminat lunam, quæ abſque illo nullā emitteret cla- *Simile.* ritatem, quoniam omnem lucem ſuam accipit à ſole: ſic princeps fauore ſuo ſubditum illuſtrat, qui abſque principis beneuolentia in obſcuritate iaceret, oullóque ſplendore micaret. Videmus euim in eum omnium oculos eſſe cōiectos, quem princeps proſequitur fauore, eúmque in hominū celebritate verſari, quē princeps laudibus extollit. Solet enim populus priucipem imitari. Quo fit, vt ſi princeps iuſtus ſit & pius, populus iuſtitiam colat & pietatē, ſin autem iniuſtus & impius, populus plerumque ſe ſceleribus imbuat & cootaminet. Nunquam ſubditi ſe tot flagitiis inquinarent, niſi eſſent ad morem corruptelam exemplo ſceleratorum principū incitati.

Et introduxit me per ingreſſum. Nimirum ductor meus.

Iste eſt locus vbi coquent ſacerdotes. Non vult deus ſacrificia cruda, virtutes crudas, veritates crudas. Vult vt omnia hæc in aqua modeſtiæ, ſale prudeotiæ, & igne charitatis concoquantur.

Pro delicto, & pro peccato. Hoc eſt, pro ſcelere de induſtria perpetrato, & pro peccato ignorāter admiſſo. Huic interpretationi fauet tranſlatio ſeptuaginta habens: Pro delicto, & pro ignorantia. Quidam per delictum intelligunt crimen omiſſionis, per peccatum verò crimen commiſſionis

Vt non efferant in atrium exterius, & ſanctificetur populus. Codices correcti haheut: Vt non efferant in atrium exterius. Senſus eſt: Sacerdotes coquent intus ſacrificia, ne exeuntes foras populnm attingant, qui contactu ſacerdotum ſanctis veſtibus indutorum ſanctus cenſebitur. Vult Deus ſignificare non eſſe impuris hominibus alta dei arcana oſtendenda. Qua de re capite quadrageſimo ſecundo diſſeruimus.

Et eduxit me in atrium exterius. Hoc atrium erat inter ſecundum murum & tertium, quod exterius appellatur reſpectu interioris, quod erat intra murum tertium: vt ſuprà oſtendimus capite. 40.

Menſura vnius quatuor erant. Id eſt, vounquodq; illorum quatuor atriolorum ſeu gazophylaciorum vnius atque eiuſdem erat menſuræ. Longitudo vnius aliorum etiam erat lougitudo, ſimiliter & latitudo.

Subter porticus per gyrum. Per porticus intelligit foramina, & ſtructuras quaſdam apertas in parte muri ſuperiore, vhi imponebantur ollæ: ſuh quibus erant alia foramina ad ignem ſubiiciendum. Per has colinas, vhi victimæ miniſtrabantur, intelligūtur oratoria, vhi ſacerdotes debent Deo ſeipſos offerre, & dona pro hominum peccatis, quoniā pontifex ex hominibus aſſumptus, vt ait apoſtolus, pro *Heb. 5.* hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XLVI.

Cum autem fecerit princeps ſpontaneum holocauſtum. Septuaginta pro ſpontaneo habent ὁμολογίαν hoc eſt confeſſionem. Tunc enim princeps holocauſtum Deo offert, cùm ad pœnitentiæ ſacramentum à Deo inſtitutum accedens de peccatis ſuis verè confitetur, & demiſſo ac cōtrito animo ſolutionem

nem quærit à ſacerdote: eſt enim animus deiectus, ac ob ſceleris admiſſi conſcientiam debito dolore confractus, illúdque confitens, gratum ſacrificium. *Pſal. 50.* Ita nanque ait diuinus vates: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Fuiſſe autem pœnitentiæ ſacramentum à Chriſto inſtitutum, indicant apertè *Mat. 16* hæc ipſius verba ad Petrum directa: Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Tum *Mat. 18* ad alios apoſtolos: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta *Ioan. 20* & in cœlo. Et poſt reſurrectionem ad eoſdem: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeris peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vult Deus animorum ægritudinibus mederi, & in peccatores conferre ſalutem, ſed in ea conferenda ſacerdotis vtitur miniſterio, vt ille veluti ſpiritualis medicus adhibeat medicinam. Sed oportet ægrum ei vulnus oſtendere, qui eſt à Chriſto medicus conſtitutus. Quî enim fieri poteſt, vt medicus vulneri medeatur, quod ægrotus oſtendere erube- *Simile.* ſcit, & indicare non vult? Vt qui intus habet ſuperabundantes bilis, aut phlegmatis, peſtiferos humores ſtomacho grauiter nocentes, ſi vomuerit, leuabitur ægritudine: ſic qui terra flagitia concepit, & ſcelera mortifera admiſit, oportet ea euomere, & ſui ipſius accuſatorem exiſtere, ſi voluerit ſanitatẽ obtinere: ſin autem de illis confiteri noluerit, intus vrgebitur & peſtilente criminum humore ſuffocabitur. Quare neceſſe eſt, ſacramentum hoc pœnitentiæ adire, & de propriis peccatis confiteri. Hoc enim erit holocauſtum deo gratiſſimum. Vnde ſeptuaginta pro ſpontaneo holocauſto verterunt confeſſionem holocauſtum. Verùm in Hebraico pro ſpontaneo eſt נדבה nedbauah, à verbo נדב nadhau, quod ſignificat ſponte aliquid elargiri aut *Exo. 35* offerre: vt in Exodo: Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas. In Hebraico totum hoc, qui offert vltroneus, eſt vnum verbum, nempe nadhau. Et poterat locus ille ita etiam Latinè reddi: Ab omni homine, cuius cor ſponte offert oblationem, eam accipietis. Inde deriuatur nomẽ nadhiu, quod ſignificat rem ſpontaneam, & liberalem, & p. incipem ita à liberalitate appellatum. Hoc no- *Eſai 32* mine vtitur. Eſaias capite trigeſimo ſecundo: vbi communis editio habet: Princeps verò ea, quæ digna ſunt principe, cogitabit: & ipſe ſuper duces ſtabit. Quæ verba poterant in hunc modum verti ex *Pſal. 50.* Hebræo: Liberalis autem liberalia cogitat, & ob liberalia facta ad magnam dignitatem euehitur. Id quod dicitur in pſalmo: Spiritu principali confirma me, verti poteſt: Spiritu liberali, ſeu ſpontaneo confirma me. Spiritum ſpontaneum vocat vim illã ſpiritus ſancti, qua animus noſter munitus ſe à voluptatibus ſponte abducit, perturbationes liber coërcet, & Dei voluntatem promptus lætúſque amplectitur. Quòd ſi legamus ſpiritu liberali ſeu munifico, idem ſenſus manebit: ſiquidem vis illa efficit, vt ſe animus noſter liberè Deo tribuat. At ſi communem verſionem ſequamur, quam ſequi debemus, quoniam omnibus aliis merito anteponitur, per ſpiritum principalem debemus ſpiritum ſanctum intelligere, qui eam ob cauſam dicitur ſpiritus principalis ſiue regius, quia animum, in quo habitat, regit, eſtque eius princeps, & dux, & protector, & liberator. Diuus Hieronymus vertit: Spiritu potenti: Felix: Spiritu munifico. Quæ omnia in eandem coincidunt ſententiam. Qui enim verè princeps eſt, fortis debet eſſe, & munificus, & ſubditos ſuos tueri, & amplificare, & ad eximiam amplitudinem perducere. Vbi nos habemus in libro Iob: Abſtulit quaſi ventus deſiderium meum, pro *Iob. 15.* deſiderio meo eſt in Hebraico hoc idem nomen: ideo verti poterat locus ille: Abſtulit quaſi ventus præcipuum meum, ſiue principem meum hoc eſt animam, quæ in me præcipua eſt. Et quoniam non ei abſtulerat ventus animam quo ad ſubſtantiam, ſed quo ad deſiderium, ideo interpres noſter pro anima, ſiue principe, ſiue præcipua rectè tranſtulit, deſiderium. Sed quoniam nomen hoc principatum etiam ſignificat, poterat quoque verti locus ille: Rapuit quaſi ventus principatum meum. Acſi diceret: Quemadmodum ventus paleas facilè rapit, & ſtipulas longè propellit, ſic Deus omnes meas diuitias, & potentiam, & honores, quibus apud homines valebam, repentè à me abſtulit: quæ omnia Deo ita volente penitus euanuerunt. Ita enim paraphraſis chaldaica locum illum interpretatur. Id etiam quod in pſalmographus: pluuiam volunta- *Pſal. 67* riam ſegregabis Deus hæreditati tuæ: poterat quoque verti: pluuiam liberalẽ aut copioſam deſtillabis Domine hæreditati tuæ. Hæreditatem dei vocet Hebræorum populum, quem Deus tanquam agrum hæreditarium ſumpſerat excolendum, ſuæque miſericordiæ imbribus copioſis irrigandum. Poteris per pluuiam voluntariam eam intelligere, quę eſt tempeſtiua, & ab hominibus deſiderata. Vel dicitur voluntaria, quoniam eam Deus voluntariè tribuit: vel munifica, quoniam illam ex magnificentia ſua largitur: vel quia copioſa eſt. Hæc pluuia copioſa eſt cœleſtis doctrina, qua Deus irrigat verè Iſraelitas, hoc eſt fideles Chriſtianos. Eſt enim catholicus populus hæreditas illa, de qua dicebat Deus pater filio ſuo vnigenito: Poſtula à me, & da- *Pſal. 2.* bo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Sed hæc pluuia cœleſtis, hæc euangelica doctrina in torrentes excreſcens caſtra hoſtium euertit, hæreditatem verò Dei ſalubriter irrigat & fœcundat. Cùm autem dictio nedhauah, qua hic vtitur Ezechiel, omnia hæc habeat ſignificata, poteſt hic Ezechielis locus variè transferri. Noſter interpres habet: Cùm autem fecerit princeps ſpontaneum holocauſtum. Septuaginta: Si autem fecerit princeps confeſſionem holocauſtum. Pagninus ſequitur communem editionem. Poterit locus hic ita rectè transferri. Porro cum princeps liberale fecerit holocauſtum. Acſi dicat: Non ſolùm ſabbatis & calendis aperietur principi oriẽtalis porta, ſed etiam diebus profeſtis, ſi in illis munificum Domino obtulerit ſacrificium.

Semper manè faciet illud, & ſacrificium faciet ſuper eo cata manè manè Loquitur de ſacrificio quodam, quod erat quotidie non veſpere, ſed manè faciendum, illúdque appellat agnum immaculatum: & poſtea faciendum eſſe ait ex ſimila, quæ eſt farina tritici puriſſima. Ego exiſtimo diuinum vatem reſpexiſſe hoc loco ad ſanctum euchariſtiæ ſacramentum, quod mentis oculis diuino lumine luſtratis intuebatur eſſe tempore gratiæ in eccleſia futurum.

rum. Et quia in eo Chriſtus realiter continetur, appellat illud agnum immaculatum, de quo dixerat
Eſai.53 Eſaias: Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe, obmuteſcet. Et diuus Ioannes Baptiſta: Ecce agnus dei, ecce qui tollit
Ioan.1. peccata mundi. Et diuus Ioannes euangeliſta in
Apo.5. Apocalypſi: Et vidi: & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnũ ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus dei miſſi in omnem terram. Et quoniam materia huius ſacramenti eſt panis, ait eſſe ex ſimila conficiendum. Et quoniam ſanctum miſſæ ſacrificium manè celebratur, non veſpere ait eſſe ſemper manè faciendũ. Agnus paſchalis & manna fuerunt duæ huius altiſſimi ſacramenti figuræ, de quibus nunc Ezechiel mentionem agit, alludens per agnum immaculatum ad agnum paſchalem, & per ſimilam ad manna. Huic interpretationi fauet verſio, cui diuus Hieronymus adiecit commentaria, quæ ita habet: Et ſacrificium ſiue manna faciet ſuper eo manè. Verbũ hoc manna addidit diuus Hieronymus meo quidem iudicio ex Symmachi editione, quæ quidẽ hoc loco mirabilis eſt: & myſterium redemptionis
Exo 16 humanæ per Chriſtum Ieſum, qui in hoſtia conſe-
Nu 11. crata continetur, mirabiliter explanat. Erat qui-
Pſal.77. dem manna panis ille, quo fuerunt filij Iſraelis in deſerto nutriti, de quo cecinit regius ac diuinus vates: Pluit illis manna ad manducandum: panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Cœleſtis autem panis, quem nos manducamus
Ioan.6. Chriſtus eſt, de ſeipſo dicens: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Solitus eſt Deus nos iis rebus à pernicie liberare, quibus incidimus in
Gene.2. perniciem. A ligno ſcientiæ boni & mali ortum eſt
& 3. peccatum, & à ligno crucis gratiæ reſtitutio: vt qui
Gene.7. in ligno vincebat in ligno quoque vinceretur. A-
Ioan.3. quis diluuij mundus perijt, aquis baptiſmi inſtau-
Gen.37. ratus fuit dicente Domino: Niſi quis renatus fue-
Gen.41. rit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in
Gene.2. regnum Dei. Somniis fuit Ioſeph venditus & abie-
& 3. ctus, ſomniis fuit in excelſa dignitate conſtitutus.
Ioan.6. Per cibum ingreſſa eſt mors dicẽte Domino: Quocunque die comederis ex eo, morte morieris: per cibum ingreditur vita, dicente ipſa vita: Qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit: qui manducat hunc panem, viuet in æternum. De hoc pane cœleſti, de hoc diuino ſacramento loquitur in præſenti Ezechiel dicens: Et manna faciet ſuper eo. Septuaginta pro manna habent θυσίαν quæ dictio hoſtiam ſignificat: quoniam in hoſtia conſecrata iam non eſt panis, ſed Chriſti corpus: panis enim in corpus ſubſtan-
Matt. tialiter conuertitur: ipſe enim Chriſtus ait: Hoc eſt
26. corpus meum. Vbi autem Chriſti corpus eſt, ibi eſt
Mar. eius ſanguis, eius anima, eius diuinitas. Itaque in
14. hoſtia conſecrata totus Chriſtus eſt verus Deus &
Luc.22 verus homo: ſimiliter & in calice, ſed ſub acciden-
1 Cor 11 tibus ſine ſubiecto exiſtentibus abſconditus. Id intuens ſpiritu prophetiæ Eſaias has voces emiſit:
Eſai.45 Verè tu es Deus abſconditus. Et noſter Ezechiel: Semper manè faciet illud &c.

Vſque ad annum remiſſionis. Pro remiſſionis eſt in Hebraico: דרור deror, quæ dictio & remiſſionem ſignificat, & libertatem: vt in Leuitico: Sanctifica- *Leui.25* bis annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Vbi pro remiſſionem poteris vertere libertatem. Vnde hirũdo apud Hebræos hoc nomine appellatur, quod liberè in hominum domiciliis ædificet. In anno libertatis omnes viri ſapientes, virtutúmque ornamentis exculti, qui nunc ſceleratorum principatui ſubiiciuntur, veram libertatem conſequentur. Hoc erit tempore illo vltimo, quo mortui ad vitam reuocabuntur, & Chriſtus venerit ad iudicium exercendum. Tunc multi ex illis, qui nunc ſunt ad ſublimem euecti dignitatem, & in hominum celebritate verſantur, in ſempiternam ignominiam, & acerbiſſima tormenta deiicientur: contrà verò multi, qui modò ſunt ſerui, abiecti, inopes, & nulla dcuique mundi gloria inſignes, obtinebunt tunc gloriã immortalem: & qui iuſtitiam in terra coluerunt, & charitate flagrarunt, æternam in cœlis amplitudinem conſequentur. Cùm Chriſtus de ſignis vni- *Luc.21.* uerſalis iudicij apud diſcipulos ſuos diſſeruiſſet, addidit: His autem fieri incipientibus reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniã appropinquat redemptio veſtra. Non eſt redemptio, niſi præcedat captiuitas, cùm autem aduentante mundi fine appropinquet iuſtorum redemptio, apertè concluditur, eos antea captiuos fuiſſe: & ex conſequente vitam hanc eſſe eorum captiuitatem. Id animo perſpiciẽs diuinus vates canebat: Conuertere Domine capti- *Pſal.* uitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro. Tunc erit *125.* iobileus iuſtorum, & annus remiſſionis atque veræ libertatis. Pro anno remiſſionis vertit Pagninus annum libertatis.

In quatuor angulis atrij atriola diſpoſita. Pro diſpoſita eſt in Hebraico: קטרות ceturoth, à verbo catar, quod ſignificat ſuffire, adolere, diſponere, & ligare. Quare poterat etiam verti locus hic: In quatuor angulis atrij erant atriola ligata: & ita trãſtulit Pagninus. Acſi diceret: Erant atriola coniuncta & inter ſe colligata in quatuor angulis atrij. Significare autem verbum hoc ligare indicat locus ille *Gen.38.* Geneſis: In ipſa effuſione infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum. Signifi- *Eſai.56* care autem ſuffire ſeu ſacrificare indicat locus ille Eſaiæ: Qui ſacrificauerunt ſuper montes, & ſuper colles &c. Et illud quarti Regum: Vſque ad illud *4.Reg.* tẽpus filij Iſrael adolebant ei incenſum. Ideo qui- *18.* dam vertũt atriola fumoſa. Hoc eſt atriola, in quibus fumus ſacrificiorum apparebat. Poteſt verti: Atriola ſuffimentorum: ſeu ſacrificiorum.

Argumentum Capitis XLVII.

Intuetur aquas è templo fluentes doctrinam euangelicam & apoſtolorum conciones ſignificantes, quæ omnes terrarum oras irrigarunt, & mortalium animos ad æternitatem aluerunt. His aquis irrigati mortales immortales fructus ferunt. Abſoluitur hoc capite diuiſio terræ Iſraeliticæ, quæ fuit capite quadrageſimoquinto inchoata.

CAPVT XLVII.

ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur A ſubter limen domus ad orientem, facies enim domus reſpiciebat ad orien

orientem : aquæ autem deſcendebant in la-
tus templi dextrum ad meridiem altaris. Et
eduxit me per viam portæ aquilonis. Et cõ-
uertit me ad viam foras portam exterio-
rem, viam quæ reſpiciebat ad orientem : &
ecce aquæ redundãtes à latere dextro. Cum
egrederetur vir ad orientem, qui habebat
funiculum in manu ſua, & menſus eſt mille
cubitos, & traduxit me per aquam vſque ad
talos. Rurſumque menſus eſt mille, & tra-
duxit me per aquam vſque ad genua: & mẽ-
ſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſ-
que ad renes. Et menſus eſt mille torren-
tem, quem non potui pertranſire, quoniam
intumuerant aquæ profundi torrentis, qui
non poteſt tranſuadari. Et dixit ad me: Cer-
tè vidiſti fili hominis Et eduxit me, & con-
B uertit ad ripam torrentis. Cumque me con-
uertiſſem, ecce in ripa torrentis ligna multa
nimis ex vtraque parte. Et ait ad me. Aquæ
iſtæ, quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli o-
rientalis, & deſcendunt ad plana deſerti, in
trabunt mare : & exibunt, & ſanabuntur a-
quæ: Et omnis anima viuẽs, quæ ſerpit, quo-
cunque venerit torrens, viuet: & erunt pi-
ſces multiſatis, poſtquam venerint illuc
aquæ iſtæ ſanabuntur, & viuent omnia, ad
quæ venerit torrens. Et ſtabunt ſuper illa pi-
ſcatores, ab Engaddi vſque ad Engallim ſic-
catio ſagenarum erit, plurimæ ſpecies erunt
piſcium eius, ſicut piſces maris magni mul-
titudinis nimiæ.

EXPLANATIO.

Et conuertit me. Nimirum ductor meus Quaſi di-
cat: Vir ille, qui mihi ædificium oſtendebat, con-
uertit me ab atrio exteriore, vbi erat domus culi-
narum, in quibus victimæ coquebantur, ad portam
templi, ex qua egrediebantur aquæ veluti ſontis
ſcaturientis. Fluebant quidem hæ aquę ex limine &
oſtio ſancti ſanctorum, & declinabant ad latus dex-
trum per partẽ meridionalem: egredientibus enim
è templo manebat latus eius dextrum ad meridiẽ.
Aquæ verò fluebant ad orientem, nam porta præ-
cipua templi, vt diximus, erat ad orientem. Fluebãt
autem aquæ per templum, & per eius porticum,
vnde veniebant ad atrium exterius, ſemper verſus
orientem, quo ſons templi vergebat. Hic fluuius è
limine ſanctuarij ſcaturiens, & fluens longiſſimè,
eſt doctrina euangelica per totum orbem diffuſa,
quæ omnes nationes ad veri Dei cultum reuocauit.
Eccl.15. De illa ait Eccleſiaſticus: Aqua ſapiẽtiæ ſalutaris
Pſal.22 potabit illum. Et regius vates: Super aquam refe-
ctionis educauit me, animam meam conuertit. Et
Ioel.3. Ioel propheta: Et erit in die illa: ſtillabunt montes
dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes
riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo domini
egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. Aſpi-
cis quàm apertè Ioel de hoc fonte locutus ſic, qui
erat è templo domini fluxurus: & de eius aquis,
quibus erant homines rigandi, & ad vitam beatam
alendi. De illis ita ait Zacharias: In die illa erit ſons *Zach.3*
patens domini Dauid, & habitantibns Ieruſalem,
in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Hæ aquæ
ſunt conciones euangelicæ, & cœleſtis Chriſti do-
ctrina, & perenne atque amœnum diuinarum lite-
rarum flnmen. Manabat autem ab oſtio & limine
ſanctuarij, quia exordium habuit à Chriſto ſaluato-
re noſtro, qui eſt limen & porta ſanctuarij, hoc eſt
oſtium cœli, & via, & veritas, & vita. Ipſe de ſe ait: *Ioã.14.*
Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabi- *Ioan.10.*
tur. Tu verò mentis oculis intuere excellentem
ordinem, pulchrámque diuinę diſpenſationis di-
ſpoſitionem. Deſcripſit diuinus vates templum:
nunc verò mirabilem fluuium ab illo manantem:
quoniam futurum erat, vt conſtitueretur eccleſia
Chriſti, & inde viuificæ ſalutaréſque aquæ euange-
licæ doctrinæ, & baptiſmi, & gratiæ à Chriſto pro-
ductæ per eam deriuarentur, & flnerent. Sed non
exeunt è templo niſi porta ad orientem reſpicien-
te, nec fluunt per templnm latere ſiniſtro, ſed dex-
tro, quia ad Chriſtum tendunt, qui eſt oriens cœle- *Luc.1.*
ſtis, quia viſitauit nos oriens ex alto, & vitia dete-
ſtantur per ſioiſtram ſignificata, virtutes autẽ quæ-
runt, quæ per dextram intelliguntnr.

Et duxit me per viam portæ aquilonis Eductus eſt
propheta ad orientem, ſed per aquilonem : quo-
niam ad ſplendorem virtutum, & diuinarum rerum
contemplationem ſolet Deus ſuos adducere per
afflictiones & calamitates oomine aquilonis ſigni-
ficatas.

Cùm egrederetur vir. Quis ſit vir hic diximus ca-
pite 40.

Et menſus eſt mille cubitos. Nempe huius riui in
longitudinem, vbi aquę altitudo tam parua erat, vt
talos non excederet, at poſtea profunda erat, dein-
de profundior, & tandem profundiſſima : nõ enim
poterat vadari. Hæc eſt diuina ſcriptura, quæ non-
nullis in locis eſt adeò aperta, & perſpicua, vt qui-
libet eam poſſit vado tranſire, aliis autem difficilis
eſt, aliis difficilior, aliis verò difficillima: tantę pro-
funditatis, vt per ſe nemo eam poſſit pedibus traii-
cere, niſi ſit diuino adiutus fauore, & cœleſti quo-
dam lumine illuſtratus. Quarto libro Regum eſt *4.Reg.2*
proditum memoriæ, aſcendiſſe Eliam in cœlum, &
pallium ſuum diſcipulo ſuo Eliſæ reliquiſſe: quo
ipſe Eliſæus profundas Iordanis aquas pertrãſiuit.
Abſque pallio illo fieri non poterat, vt aquæ traii-
cerentur pedibns, at pallio munitus potuit eas Eli-
ſæus ſiccis pedibus tranſuadare. Elias idẽ eſt quod
Deus Dominus. Qui eſt Deus Dominus, verus
Deus, & verus homo, niſi Chriſtus redemptor no-
ſter? Hic aſcendens in cœlum pallium ſuum diſci-
pulis ſuis reliquit, quo poſſent ſacram ſcripturam
intelligere eiúſque profundas aquas penetrare.
Hoc pallium eſt cœleſtis ſapientia cum diuina gra-
tia coniuncta: eſt charitas illa, de qua ait diuus Pe- *1.Pet.4.*
trus: Charitas operit multitudinem peccatorum.
Vide quam admirabile ſit pallium hoc, quod ſce-
lerum tegit multitudinem. Hæc eſt veſtis illa, de *Math.*
qua ait Chriſtus: Amice quomodo hunc intraſti nõ *22.*
habens veſtem nuptialem? O diuinum tegumen-
tum, ô veſtes glorioſas. De iis dixerat Eſaias: In- *Eſai.52*
duere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem. Et quo-
niam qui præditus eſt charitate, eſt Deo ipſo indu-
tus, ait diuus Paulus in epiſtola ad Romanos: In- *Rom.13.*
duimini

duimini Dominum Ieſum Chriſtum. Cùm igitur diuinarum literarũ fluuius ſit multis in locis profundiſſimus, ego autem non poſſim præ ingenij imbecillitate tranſire, te precor, ſumme Deus, vt tuæ gratiæ & ſapientiæ pallium mihi porrigas, quo valeam Iordanis aquas ſecurus traiicere, & alta tui numinis arcana penetrare. Fluuius ille Iordanis, & hic, quem vidit Exechiel ab oſtio templi manantem, etſi re ipſa duo eſſe videantur, ſententia tamen & vero intellectu idem ſunt. Illud eſt hoc loco aduertendum, Ezechielem eò altiorem fluuium hunc inueniſſe, quò amplius illum menſuraret: quantò enim plus euangelium legimus, tanto plura in eo, & altiora myſteria intelligimus. In eo refugium & conſolationem, & fortitudinem & ſapientiam inuenimus, & arma, quibus valeamus
1.Re.17. dæmonem, eiuſque ſatellites ſuperare. Eſt enim euangelium torrens ille, ex quo Dauid quinque limpidiſſimos lapides eduxit, vt ſuperbum Goliam interficeret: quorum vnum blaſphemum occidit, & Philiſtæos ſuperauit. Lapides torrentis ſunt authoritates ſanctæ ſcripturæ, Golias eſt dæmon, Philiſtæi ſunt hæretici dæmonis miniſtri. Exiuit
Eſai. 2. flumen hoc à Sione, iuxta id quod vaticinatus fuerat Eſaias: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem: ibi enim incepit euangelium prædicari: ſed poſtea fuit per totam Palæſtinam, & regiones circumiacentes diuulgatũ, & tandem propagatum in omnibus terrarum finibus, vt iam non
Pſal.75. diceretur notus in ſola Iudæa Deus, & in Iſraële magnum nomen eius: ſed eius nominis cognitio ſic omnes gentium oras peragraret, vt non ſolum homines manſueti, & ſcientia exculti, ſed etiam barbari & immanes relicta feritate, & repudiato idolorum cultu Chriſtum eſſe crederent totius orbis effectorem & moderatorem, & ſanguine ſuo mundum redemiſſe, hominúmque ſcelera expiaſſe.
Eſai 43 De fluuio hoc ait par Eſaiam Deus: Ponam in de-
Eſa.44 ſerto viam & in inuio flumina. Et rurſum: Effundam aquas ſuper ſitiẽtem, & fluenta ſuper aridam. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam. Et noſter Exechiel toto hoc capite de fluuio hoc vaticinatur. Dicens autem eum progreſſu creuiſſe fuiſſéque profundiorem, voluit fidei & euangelij incrementa indicare.

Et menſus eſt mille torrentem. Id eſt, menſurauit torrentem illum cubitis mille: quem non potuit vadare, quia ita creuerant aquæ, vt niſi natando tranſuadari non poſſet. Innuit magnam diuinarum literarum profunditatem.

Certè vidiſti. Monet prophetam, vt ea, quæ vidit, alta mente cogitet, & diligenter memoria repetat, quòd ſint myſteriis pleniſſima. Senſus eſt: Porrò aſpexiſti, quemadmodum fons egrediens ex oſtio ſanctuarij creuerit in fluuium magnum & impermeabilem, indies profundiorem. Et perpende myſterium hoc.

Ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte. Significat amœnitatem & fertilitatem, & vberrimorum fructuum abundantiam, quæ erat ex euangelica doctrina producenda. Per ligna homines ſignificantur, per eorum poma virtutum
Pſal 95. fructus. Comparari homines arboribus indicat lo-
Mat.3. cus ille pſalmographi: Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum à facie Domini, quia venit. Et illud euãgelij: Securis ad radicem arboris poſita eſt: omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli orientalis. Hoc eſt, hæ aquæ, quæ ex oſtio ſanctuarij egredientes fluunt verſus orientem, ſuoque curſu vehementi trahunt arenas, eriguntq́; tumulos earum in alueo ſuo, & deſcendunt ad planitiem ſolitudinis, ingredientur mare mortuum, & exibunt ab eo, cuius maris aquæ huius fluminis ingreſſu ſanabuntur. Eius ingreſſu, quæ prius erant amara, dulceſcent, & quæ prius mortua erant, reuocabuntur ad vitam: medetur enim euangelium publicanis, meretricibus, & peccatoribus. Sabulum ſignificat arenam: & quoniam Iordanis fluuius ſolet tumulos arenæ efficere, intelligunt per tumulos Sabuli Iordanem: vt ſit ſenſus: Aquæ hæ, quæ fluunt ad Iordanem, poſtea in mare mortuum introibunt: Mare mortuum eſt quidam lacus Iudææ dictus Aſphaltites, in quo nullus eſt piſcis: imò nihil in eo viuum reperitur: vnde mortuum vocatur. Præterea nihil in eo mergitur, & obruitur, ſed omnia natant, & in aquæ aparẽt ſuperficie. Quam ob cauſam illi comparantur, qui nullum abſcondunt ſecretum, ſed *Similia* omnia reſerant, & in lucem produnt. Eſt lacus hic magnus: nullis fluctibus agitatus: quã ob rem cum illo conferuntur, qui in tranquillitate vitam degunt, nullis calamitatibus preſſi, nullis ærumnarum fluctibus concitati. De eo vide Ariſtotelem libro ſecundo Meteorologicorum, capite tertio, Plinium libro quinto, Iuſtinum libro trigeſimo nono, Solinum capite quadrageſimo octauo, Cornelium Tacitum, & alios. Iordanis fluuius ingreditur in hoc mare mortuum, & ſuauitatem ſuam amittit, quemadmodum Hypanis fluuius Scythiæ, qui miram habet dulcedinem donec miſceatur ei exiguus fons, quem Herodotus vocat Exampeum, qui ſua amaritudine totum Hypanim corrumpit. Dixit autem Exechiel fore, vt fluuius hic egrediens de templo ingrederetur in mare mortuum, illúdque dulce redderet & viuum, & ab illo egrederetur. Idem euenire cernitur Rhodano, qui fertur per Lemanum ſiue Loſannum lacum, exítque ab eo fluens verſus Lugdunum nobilem vrbem, totiúſque Galliæ celebre emporium, vbi ego eum vidi: & inde in mare mediterraneum erumpit. Sunt, qui dicant voluiſſe Exechielem ſignificare, hunc fluuium in Iordanem intraturum, & ita in mare mortuum. Alij aiunt voluiſſe illum innuere ingreſſurũ eſſe fluuium hunc per ſe in mare mortuum abſque ingreſſu in Iordanem, & ita aquas maris ſanaturum. Sed neutrum videtur prima facie cum veritate cohærere: nam nec per ſe, nec per Iordanem talis fluuius ingreſſus eſt vnquam mare illud, nec illius maris mortui aquæ vnquam ſanatæ fuerunt, quin potius Iordanis aquas inficiunt. Imò nec erit vnquam templum aliquod Hieroſolymæ, à quo talis fluuius egrediatur: cum aſſerat Aggæus propheta, nullum iam futurum eſſe tem- *Agh.2.* plum Iudæorum, & illud quod conditum fuit ab Hebræis poſt reditum à Babylonica captiuitate, fuiſſe vltimum & nouiſſimum. Ex quo conſtat, totum huius loci ſenſum eſſe ſpiritualem, & hunc ſpiritum eſſe verum & literalem intellectum. Ille enim eſt literalis & germanus ſenſus, quem

ſpiritus ſanctus præcipuè intendit exprimere ſiue ſit vulgaris, & in aperta orationis ſuperficie eluceſcat, ſiue ad interiorem & arcanam ſententiam traducatur. Quare per fluuium hunc è templo fluentem, baptiſmum, & alia ſacramenta, & gratiam, & Chriſti euãgelium in ſenſu hiſtorico & literali intelligimus, & per mare mortuum peccatorum mortiferis ſceleribus inquinatum. Et ſi infidelis ſit omni flagitiorum genere contaminatus, & ob crimina peſtilentia mortuus, tamen ſi fuerit aquis baptiſmi ablutus, & euangelica doctrina irrigatus, recipiet ſalutem & vitam, & virtutum fructus feret vberrimos & lætiſſimos. Qui antea vitiorum erat vorago, lacus fœtidus, & mare mortuum & amarum, vbi nihil erat vitæ, nihil gratiæ, nihil veræ dulcedinis, in fluuium ſuauem, & ſalutarem, & amœnum, & piſcibus abundantem conuertetur. Qui turbulentis & concitatis animi permotionibus agitabatur, ſeque ſcelerum miniſtrum præbebat, & errorum tenebris coopertus lucem pro nihilo putabat, recepta fide & charitate vitam placidè & tranquillè traducet, in virtutum actiones incumbet, & diuinæ gratiæ radiis illuminatus tanquam in ſpeculo puro poterit imaginem veritatis intueri, & cœleſtia myſteria aſtris ſplendidiora contemplari. Hæc admirabilis mutatio illi proueniet ex aquis manantibus ab oſtio ſancti ſanctorum, hoc eſt à Chriſto porta cœli per ſanctum ſanctorum ſignificati. Eſt enim perſpicuum per ſanctum ſanctorum intelligi cœlum, vt multis verbis
Heb. 9. oſtendit in epiſtola ad Hebræos diuus Paulus. Has aquas, hæc diuina ſacramenta vidit Ezechiel fluere per latus dextrum, hoc eſt per Ieſu Chriſti crucifixi vulnus lanceæ, qua fuit eius dextrum latus percuſſum. Nam ex Chriſti latere, vt diuus teſtatur Auguſtinus, eccleſiæ ſacramenta fluxerunt. Vel ideo ait, has aquas per latus dextrum fluxiſſe, quia ad eos perueniunt, qui in die iudicij ad dexteram
Mat.25 ponentur, iuxta id quod dicitur in euangelio. Statuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Exiſtimo tamen, diuinum vatem ad dextrum Chriſti latus reſpexiſſe. Ad has cœleſtes aquas
Ioan. 7. nos ipſe dominus apud Ioannem iis verbis inuitat:
Eſai.55 Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Hic eſt, qui dixerat apud Eſaiam: Omnes ſitientes venite ad
Eſai.12. aquas. Et ipſe Eſaias ſpiritu prophetico afflatus aiebat: Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Erat in eius corde fons gratiæ & miſericordiæ, qui per quinque fontes, hoc eſt per quinque vulnera erumpebat. Quid aliud ſunt illa quinque vulnera, quàm admirabiles fontes miſericordiæ? Præſertim vulnus lateris, ex quo exiuit ſanguis & aqua, vt ſanguine redimeremur, aqua la-
Ioan.19 uaremur. O fontem ſingularem aquam & ſanguinem manantem, ô aquas ſalutares ex tali fonte fluentes, ô diuina eccleſiæ ſacramenta ex latere Chriſti dextro egredientia, & totum vniuerſum
Zac.14. orbem terrarum rigantia! De iis aquis dixit Zacharias propheta: Et erit in die illa: exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem, medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouiſſimum. Acſi diceret. Tempore gratiæ egredientur Hieroſolyma aquæ præſtantes vitam bibentibus, quæ aquæ ſunt conciones euangelicæ, Chriſti doctrina, & ipſum Chriſti euangelium, & eccleſiæ ſacramenta, quæ omnia, quia multa ſunt, non aqua, ſed aquæ appellantur, quæ totum orbem habitabilem alluent, ab Oriente ad Occidentẽ. Id prædixerat his verbis Eſaias: Repleta eſt terra ſcientia domini ſicut Eſai.11
aquæ maris operientis. Acſi diceret: Tẽpore euangelij replebitur terra ſcientia domini: erit enim cognitio Chriſtiani nominis extenſa, veluti aqua maris omnia tegens.

Et deſcendunt ad plana deſerti. Per hunc deſertum intelligunt nonnulli planitiem, vbi erat mare Tyberiadis: & aiunt fluuium hunc partim influxiſſe in mare illud Tyberiadis, partim in mare mortuũ & deinde in mare mediterraneum ad Occidentem. Huic opinioni fauet Hebræorũ ſententia: aſſerũt enim fluuium hunc fuiſſe in duas partes diuiſum, quarum vna fluebat verſus Oriẽtem, altera verſus Occidentem. Nos diuiſionem hanc amplectimur, ſed eam multo aliter explanamus. Per hos duos amnes ſub vno principio intelligimus eccleſiam orientalem, & eccleſiam occidentalem ſub vno paſtore, ſub vno ſummo pontifice vniuerſali rectore & magiſtro. Et quamuis duæ ſint eccleſiæ loco & ſitu, fide tamen, & religione, & ſacramentis, vna eſt eccleſia catholica, cuius vniuerſalis paſtor eſt pontifex maximus, iuxta id quod ore ſuo Do- Ioan.10.
minus dixit: Erit vnum ouile, & vnus paſtor.

Et omnis anima viuens quæ ſerpit. Hoc eſt, omne viuens, quod ſine pedibus mouetur, habebit vitam, ſi fuerit hac aqua nutritum. Per viuentia, quæ abſque pedum miniſterio mouentur, piſces intelligit: quod ſtatim explicat, dicens: Et erunt piſces multi ſatis, poſtquam venerint illuc aquæ iſtæ. Lacus amarus, vt diximus, homo eſt infidelis, qui ante baptiſmum mare mortuum eſt abſque piſcibus: hoc eſt abſque virtutum fructibus. At poſt baptiſmum & euangelium receptum eius opera nomine piſcium ſignificata erunt viua: ipſeque erit virtutum ornamentis excultus, & ab omni ſuperſtitione ſeuocatus. Poteris per piſces homines intelligere in lacu, hoc eſt in mundo habitantes.

Et ſanabuntur, & viuent omnia, ad quæ venerit torrens At multi ſanari nolunt, de quibus ait Deus Iere.51.
per Ieremiam: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata.

Et ſtabunt ſuper illa piſcatores. Vt ſcilicet capiant piſces. Hi ſunt euangelici concionatores, quibus Mat.4
dictum eſt: Faciam vos fieri piſcatores hominum. De his dixerat Deus per Ieremiam: Ecce ego mit- Iere.16.
tam piſcatores multos, & piſcabuntur eos.

Ab Engaddi vſque ad Engalim. Id eſt, iuxta lacum illum ſiccabuntur retia piſcatorum à termino vno vſque ad alterum. Engaddi eſt vbi lacus finitur, Engalim verò vbi lacus incipit. Loci ſunt iuxta mare mortuum ex diui Hieronymi ſententia, alter in principio, alter in fine.

In littoribus autem eius, & in palluſtribus non ſanabuntur, quia in ſalinas dabuntur. Et ſuper torrentem orietur in ripis eius ex vtraq; parte omne lignum pomiferum: non deflu et folium ex eo, & non deficiet C
fructus eius: per ſingulos menſes afferet pri- Pſal.1.
mitiua, quia aquæ eius de ſanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, &

folia

folia eius ad medicinam. Hæc dicit dominus Deus: Hic eſt terminus, in quo poſſidebitis terram in duodecim tribus Iſrael: quia *Gen. 48* Ioſeph duplicem funiculum habet. Poſſidebitis autem eam ſinguli æquè vt frater ſuus: ſuper quam leuaui manum meam vt darem patribus veſtris, & cadet terra hæc vobis in poſſeſſionem.

In littoribus autem eius & in paluſtribus Hoc eſt, in locis cœnoſis, & paluſtribus propè hunc locum non ſanabuntur aquæ ab amaritudine, ſed ad ſalem reſeruabuntur. Loquitur de reprobis, quos cœnoſos vocat & paludoſos, qui nullis ſalutaribus aquis, nulla euangelica doctrina volunt dulceſcere & ſanari, ſed indies inſolentiores & peſtilentiores redduntur. Nulla aliorum facta illis grata ſunt: maledictis & vocibus querelarum plenis viros iuſtos & iniuſtos nullo habito diſcrimine violant: aliorúmque vitam reprehendentes, ſuam haud*Prou 4.* quaquam curant. His dicebat Salomon in Prouer*1. Cor. 6.* biis: Remoue à te os prauum, & detrahentia labia *Simile.* ſint procul à te. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios, Nec maledici, inquit, nec rapaces regnum Dei poſſidebunt. Vt gallina dum roſtri ictu domus pauimentum ſordibus inquinatũ ſerutatur, eſcam quærens, ſi adamantem, aut ſmaragdum, aut gemmam aliam pretioſam reperit, reiicit, & contemnit: ſin autem inuenit vermiculum, aut vile milij granum, illud læta eligit, & accipit: ſic detractor vitas aliorum inquirit & inueſtigat, ſi eorum præclara facta reperit, ſilentio pertranſit, reiicit, contemnit, ſin autem inuenit flagitium aliquod, aut erratum quanuis leue ei inquirenti occurrit, illud accipit geſtiens, vt eius autorem vocibus vulneret, & lædat. Vita maledicorũ eſt in aliorum vitas conferre maledicta, obiicere errantibus crimina, pergere in conuicia, inurere illis ignominiæ notam, eorum ſplendorem maculis aſpergere. Nulla in eorum ore eſt dulcedo, nulla ſuauitas ſed inſtar maris mortui ſalſedine & amaritudine pleni vitam in aliorum vituperatione traducunt. Hæ ſunt immundæ limoſæque paludes, quarum aquæ non dulceſcunt. Et quoniam hi impij & maledici homines finem infeliciſſimum habere ſolent, dicuntur reſeruari ad ſalis condimentum, vt nos miſerum eorum excidium intuentes ſale prudentiæ *Gen. 19.* condiamur. Eam etiam ob cauſam arbitror fuiſſe vxorem Loth non in lignum aut lapidem, ſed in *Prou 19* ſalem cõuerſam. Vnde ait Salomon in Prouerbiis: *Prou. 21* Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Erudiunt enim multos infeliciſſimi ſceleratorũ caſus, eorúmque miſerabilia exempla. Proſunt nobis flagitioſi homines, quia nos condiunt exemplorum ſale, & quia nos calamitatibus opugnant, & exercent ad patientiam. Eam ob cauſam reliquit Deus ſemper infideles aliquos in terra promiſſionis, vt Dei populum exercerent, nobiſq; tentationes eadem ratione relinquit, vt in virtute & patientia *Rom. 5.* exerceremur, poſſimuſque dicere cum apoſtolo: Gloriamur in tribulationibus.

Non defluet folium ex eo. Viros iuſtitia & Chriſtiana religione præſtantes cum arboribus comparat fœcundis iuxta dulces ſalutarium aquarum fluuios ſatis, pulcherrimos fructus, & illos quidem tempeſtiuos ferentibus, virentibus omni tempore, nullóſque æſtus formidantibus. Nam qui iuſtitiam colunt & pietatem, & charitatis flagrant ſtudio, aquiſque diuinarum literarum irrigantur, hi admirabiles virtutum fructus producunt, ex quibus vera gloria effloreſcit. Et quæcúnque eis accidunt, illi vertunt in bonum: quo nihil eſt illis antiquius, nihil magis in optatis. Cùm enim ſint ea mente, quam veritas & ratio præſcribit, omnia humana moderatè & placatè ferunt, animum ad ea transferentes, quibus ſecundæ res ornantur, aduerſæ adiuuantur. Speciem gloriæ deſpiciunt collectum ex vanis ſplendoris inſignibus, mundi opes breues, fugaces, & caducas exiſtimant, verum decus in virtute, Chriſtiana religione, & diuini numinis imitatione conſiſtere abſque dubio credunt. Id voluit pſalmographus verbis illis oſtendere, quibus vi- *Pſalm. 1* rum beatum deſcribit: Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quòd fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet. Et ſubdit ſtatim: Et omnia quæcunque faciet, proſperabuntur. Ac ſi dicat: Et fructus edit, qui non pereunt, quoniam illi omnia vertuntur in vtilitatem, ſiue proſperis rebus, & ad voluntatem fluentibus vtatur, ſiue rerum aduerſarum ictibus oppugnetur. Id quod diuus Paulus in epiſtola ad Romanos his verbis aſſeruit: Scimus, quo- *Rom 8.* niam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Sed hoc impij homines non ſolùm non intelligunt, ſed ne ſuſpicantur quidem. Viris piis & iuſtis diuitiæ ſunt inſtrumenta miſericordiæ, inopia autem & egeſtas cauſa humilitatis: bona valetudo vires illis ſuppeditat ad ferendos labores, ægrotatio verò materiam illis miniſtrat patientiæ. In dignitate excelſa conſtituti ſunt felices, quoniam iuſtitiam exercent in æquabilitate conſiſtentem, abiecti verò, & ſceleratorum tyrannide preſſi, beati, quoniam perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: Vt calor naturalis in eo, qui rectè valet, *Matt. 5* habétque ſanam & robuſtam complexionem, om- *Simile.* nia concoquit alimenta, in bonúmque digerit ſanguinem: ſic qui Deum diligit, ciúſque amore inflammatur, quicquid accidit, bene vertit, & ita digerit, vt ei cooperetur in bonum. Id autem quod ait Dauid de ligno plantato ſecus decurſus aqua- *Iere. 17.* rum, ait etiam Ieremias cap. 17.

Quia aqua eius de ſanctuario egredientur. Hoc eſt, ideo arbores erunt fructuoſæ, quia de ſanctuario hoc eſt de cœlo venient ad eas aquæ gratiæ, quibus irrigabuntur. Omne datum optimum, ait diuus Iacobus, & omne donum perfectum deſur- *Iacob 1.* ſum eſt, deſcendens à patre luminũ. Et diuus Paulus, Quid, inquit, habes, quod non acceperis? Om- *1. Cor. 4* nes homines arbores ſunt, ſed quidam aquis gratiæ rigantur, quidam verò ſteriles ſunt, nullis aquis cœleſtibus irrigati: quoniam nec illi eas quærunt, nec illis digni ſunt. Sed nec ideo dicendũ eſt, non eſſe in illis imaginem Dei quòd Dei gratiam non *Simile.* habeant. Vt enim cùm aurum funditur, & cuditur moneta, non manet in auro ferrum formæ, ſed eius character, & inſignia impreſſa: ſic in anima noſtra à Deo creata non manet idem Deus per gratiam, *Simile.* ſed eius imago. Si cymbalum funditur, non manet in eo argilla typi ſiue formæ, eiúſque ſubſtantia, ſed literarum characteres, qui erant

in ipſa forma ſculpti: codem modo in cniuſlibet hominis anima licèt ſit imago Dei, non tameu neceſſe eſt, vt ſit per gratiam ipſe Deus. Nec eſt anima hominis ex ſubſtantia Dei ſacta: nam ſubſtantia Dei eſt prorſus incommutabilis, anima autem hominis commutabilis. Non ait diuina ſcriptura: Fecit Deus hominem de ſubſtantia ſua, ſed ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Qua de re vide *Gene. 1.* Auguſtinum libro ſeptimo de Geoeſi ad literam, Chryſoſtomũ iu explanatione capitis ſecuodi Geneſis, Tertullianum aduerſus Martionem, Ioannem Arboreum libro primo ſuæ Theoſopbiæ. Qui omnes, & alij infiniti aſſerunt uon eſſe animam noſtram ex ſubſtantia Dei factam, vt Carpocrates impiè aſſerebat, nec neceſſe eſſe, in ea Deúm per gratiam exiſtere, quòd in ea ſit imago quædam ipſius.

Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius in medicinam. Fructus virorum iuſtorum ſnnt virtutes, ſolia verò ſunt cæremoniæ. Non ſolum virtutes proſunt, ſed etiam bonæ cæremoniæ cum virtntibus coniunctæ. Virtutes ſunt cibi animi excellentes, quibus bomo alitur ad æternitatem, cæremoniæ autem ſuut ſolia conſerentia ſalutarem medi- *Simile.* cinam. Et quemadmodum folia licèt non ferant fructus, eos tamen ſuſtentant, & arborem ornant: ſic licèt in cæremoniis nó ſit per ſe religionis ſubſtantia, códucunt tamen ad religionis ſubſtantiam cóſeruandam, & ad pulchrum vitæ Chriſtianæ or- *Simile.* namentum. Arundines in vineis ſeu ligna vites ſuſtentantia non fuerunt viuæ, ſed ſuſtinent: ſepes in agro arboribus conſito non nutrit plantas, ſed ſeruat: ſic cæremoniæ rectè inſtitutæ non ſunt ipſæ quidem per ſe ipſa religio, ſed ad eam ornandam & conſeruandam mirum in modnm condncunt. Diuus Dionyſius capite primo de Cœleſti hierarchia ait, diuina maniſeſtari hominibus ſub aliquibus ſimilitudinibus ſe ſenſui obiicientibus, animum ad intellectiua eleuantibus. Cùm autem cæremoniæ ſe offerant oculis, moueut quidem animos, & homines excitaut ad Dei obſequium, quod non ſolùm interioribus actibus: ſed etiam exterioribus profitentur. At ſi cæremoniæ fuerint à charitate ſeinnctæ, tegeutes ſcelera ſpecie ſanctitatis, ad hoc ſactæ, vt virtutem ſimulent, & flagitia cooperiant, & homines decipiant, non modò non proſunt ad vitam immortalitatẽ habentibus illas, ſed interitum illis æternum machinantur. Huiuſmodi erat phariſæorum iuſtitia, in oſtentatione conſiſtens, non in propoſiti rectitudine: folia tantùm habebat & exteriores apparentias, ſed nullum pietatis fructum, nullam interiorem puritatem, nullam germanam virtutem. Id intuens dominus *Mat. 5.* dixit diſcipulis ſuis: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnnm cœlorum. Nomen tantùm virtutis vſurpabant, quid ipſa valeret, neſciebant. Vtinam non eſſent hodie multi, qui iuſtitia phariſaica gloriarentur. Olim induebantur homines vili fuſtanico thorace, cum limbris & fimbris manicarum ſericis & bonbycinis pretioſis foris apparentibus. Iutus latebat vile, foris apparebat pretióſum. Hæc antiqua indumenti conſuetudo mutata eſt apud nounullos ex corpore ad animam. Intentiones impiæ fimbriis extremitatibúſque virtutum ornantur, & corda fuſtantica ſceleribus imbuta bombycinis ſignis, & eximiæ ſanctitatis fuco extrinſecus muniuntur. Folia pulchra habẽt, ſed nullum fructum. Ideo diccbat dominus: Omnis ar- *Mat. 7.* bor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Excidetur eius vita, eius lætitia non ſolùm corporis, ſed animæ: ſeparabitur infelix arbor à cœtu beatorum, & in ignem relegabitur æternum. Eſt enim hypocrita arbor, ſecus viam ſoliis ornata, fructu autem deſtituta, quæ areſcet in æternum. Id volens Chriſtus ſignificare, videns ficulneam ſecus viam venit ad eam, & uihil in ea inueniens præter ſolia, ait illi: Nunquam ex te fru- *Mat 21* ctus naſcatur in æternum. Et areſacta eſt continuò *Mar. 11* ficulnea. Huiuſmodi ſolia viriditatem babent, non vtilitatem. Quare ab bis arboribns, de quibus boc loco agit Ezechiel, penitus diſcrepabant, quæ fructum habebant in cibum, & ſolia in medicinam: erant enim inxta fluuium gratiæ, & euangelicæ doctrinæ ſatæ & Chriſti aquis irrigatæ, quibus floreſcentes amœniſſima folia, & vberrimos fructus producebant. De harum aquarum fluuio arboribns fructiſeris & ſalutaribns ex vtraque parte circundato ait ita diuus Ioannes in Apocalypſi: Et *Apo. 22* oſtendit mihi fluuium aquæ vinæ, ſplendidum tanquam cryſtallum, procedeutem de ſede Dei, & agni. In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium. Lignum poſuit pro lignis ſeu arboribus, vtens ſingulari pro plurali, more ſcripturarum. Vult ſignificare eſſe fluuiũ illum arboribns ſœcundiſſimis ornatum & amœnum, quæ perpetuò lætiſſimos fructus ferebant: & frondibus vmbriſeris & ſalutaribus ad vitam animarum conducentibus tegebantur. Ezecbiel ait fluuinm hunc egredi à ſanctuario: Ioannes autem à ſede Dei: quod re ipſa idem eſt: per ſanctuarium enim, vt ex diuo Paulo deprompſimus in epiſtola ad Hebræos, cœlum intelligitur, quod ſedes Dei *Hebr. 9* dicitur, iuxta id quod ipſe per Eſaiam iis verbis te- *Eſai. 66* ſtatur: cœlnm ſedes mea eſt, & nos in oratione do- *Mat. 6.* minica: Pater noſter, qui es in cœlis. Chriſtianos, qui exuperante douorum Dei effuſione, & euangelij fluuio aluntur, de quo ait Dauid: Fluminis *Pſal. 45* impetus lætificat ciuitatem Dei: appellat Ezechiel arbores pomiferas perpetuò virentes, Ioannes autem arbores viuas ſeu vitæ, edentes duodecim fructus per ſingulos menſes, atque ſeipſos duodecim apoſtolorum doctrina, & vita gratiæ recreantes. Ex vtraque parte, hinc & inde ſunt arbores fluuio cœleſti irrigatæ, qnia ex vtroque populo Iudaico & Gentilico multi fidem & baptiſmum receperunt, & flumine donorum cœleſtiũ ſuſtentantur. Ex his duobus populis, qui antea diſſidebãt, conflauit Chriſtus eccleſiam ſuam, eos in vna fide & charitate, & in vno populo Chriſtiano coniun- *Ephe. 2.* gens. Hoc intuens diuus Paulus in epiſtola ad Epheſios de Chriſto loquens, veritatem hanc literis in hunc modum mandauit: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem materiæ ſoluens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos conderet in ſemetipſo in vnum nouum hominem, faciens pacem vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo. Aſpicis igitur Gentium & Iudæorum inimicitias

fuiſſe

fuiſſe ſolutas per Chriſtum, & ex duobus populis diuerſorum rituum & cultuum fuiſſe vnum Chriſtianum populum conſtatum Quam ob cauſam ait diuinus noſter vates eſſe fluuiū euangelij ex vtraque parte arboribus fructiferis cinctum, hoc eſt ex Gentibus & Iudæis fidem recipientibus, quos Chriſtus traxit ad verā dignitatem. Nam qui in illum non credunt, in perpetua ignominia & dedecore volutantur.

Hic eſt terminus, in quo poſſidebitis terram Capite quadrageſimo quinto incepit propheta diuidere terram Iſraeliticam, & interpoſitis quibuſdam incidentibus diuiſionem illam intermiſit, ad quam nunc perficiendam reuertitur. Et priuſquam terram diuidat per ſortes, diſtinguit eius terminos ex omni parte, orientali, occidentali, aquilonali, & meridiana.

In duodecim tribubus Iſrael. Iacob habuit duodecim filios, ex quibus fuerunt duodecim tribus productæ. Sed tribus Leui, quæ erat ſacerdotalis, non connumeratur inter tribus, quia non habebat ſortem & hæreditatem more aliarum tribuum: ſed templo ſeruiebat, quam ob cauſam populus ei alimenta ſuppeditabat. Habebat quidem portionem ſuam, ſed ab aliis lōgè diuerſam, vt capite quadrageſimoquinto oſtendimus. Nihilominus tamen præter hanc tribum ſunt duodecim aliæ tribus, quoniam duo filij Ioſeph, Manaſſes & Ephraim duas tribus conſtituerunt. Id voluit Ezechiel, ſi-
Gen. 48 gnificare, dicens: Quia Ioſeph duplicem funiculum habet: hoc eſt duplicem hæreditatem & portionē: nam diuiſio terræ fiebat funiculis per agros à menſoribus extentis. Hoc explicat clariùs Paraphraſtes Chaldæus ita habens: Ioſeph recipiet duas partes: Ephraim vnam, & Manaſſes alteram. Fuiſſe
Pſal. 77. autem terram funiculis diuiſam indicat locus ille pſalmographi: Eiecit à facie eorum gentes, & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.

Super quam leuaui manum meam, vt darem patribus veſtris. Hoc eſt, quam patribus veſtris promiſi. Leuare manum meam hebraiſmus eſt pro promittere, de quo alibi diſſeruimus. Promiſiſſe autem
Gen. 12. terram illam Hebræis indicant diuinæ literæ cap.
& 24. duodecimo Geneſis, & vigeſimoquarto & vigeſi-
26. moſexto & cap. vndecimo epiſtolæ Pauli ad He-
Heb. 11. bræos, & multis aliis in locis, ad q̄ alludit locus hic.

Hic eſt autem terminus terræ: ad plagam ſeptentrionalem, à mari magno via Hethalon venientibus Sadada, Emath, Berotha, Sabarim, quæ eſt inter medium Damaſci, & confinium Emath, domus Thichon, quæ eſt iuxta terminum Auran. Et erit terminus à mari vſque ad atrium Enon terminus Damaſci, & ab aquilone ad aquilonem termi-
D nus Emath, plaga ſeptentrionalis. Porrò plaga orientalis de medio Auran, & de medio Damaſci, & de medio Galaad, & de medio terræ Iſrael, Iordanis diſterminans ad mare orientale, metiemini plagam orientalem. Plaga autem auſtralis meridiana à Thamar vſque ad aquas contradictionis Cades: & torrens vſque ad mare magnum: & hæc eſt plaga ad meridiem auſtralis. Et plaga maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc eſt plaga maris. Et diuideris terrā iſtam vobis per tribus Iſrael: & mittetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis, qui acceſſerint ad vos, qui genuerint filios in medio veſtrum: & erunt vobis ſicut indigenæ inter filios Iſrael, vobiſcum diuident poſſeſſionem in medio tribuum Iſrael. In tribu autem quacunq; fuerit aduena, ibi dabitis poſſeſſionem illi, ait dominus Deus.

Hic eſt autem terminus terræ. Diuiſio terræ promiſſionis in tribus locis ſacræ ſcripturæ deſcribitur: primò à Moyſe in libro Numerorum, cap. 34. *Nu. 34.*
ſecundò à Ioſue libro ſuo, cap. 15. tertiò hoc loco. *Ioſue 15*
Illud eſt ſciendum, diuiſionem hanc ab Ezechiele factam æqualem eſſe, & ab aliis diuerſam: nam licèt poſt reditum à ſeruitute Babylonica plerique Iudæi eſſent ex tribu Iuda, & Beniamin, & Leui: nam aliæ tribus, quæ captiuæ abductæ fuerant ab Aſſyriis, nunquam redierunt, præter paucos earum, qui antea ad munitiſſimam Hieroſolymam confugerant, & nonnullos qui poſtea ab Aſſyria fugerunt, tamen inter omnes tribus æqualiter hîc diſtribuuntur portiones.

A mari magno via Hethalon venientibus Sadada. Hoc eſt, à mari Mediterraneo pergētibus per viam Ethalon in Sadada, Emath &c. Nomina ſunt oppidorum ſitorum in confinio terræ Iſraeliticæ ex parte aquilonari. Diuus Hieronymus ait Emath eſſe ciuitatē illā, quæ poſtea dicta fuit Epiphania.

De medio Auran, & de medio Damaſci. Id eſt, de confinio inter Auran & Damaſcum. Ac ſi diceret. Terminus orientalis eſt per confinium horum locorum.

Diſterminans ad mare orientale. Hoc eſt, ad mare mortuum: de quo paulò antè diſſeruimus: quod eſt ad orientem reſpectu Hieroſolymæ, cùm mare mediterraneum ſit ad occidentem.

Plaga autem auſtralis. Nunc diuidit terminum, qui eſt ad meridiem, à Thamar vſq; ad aquas contradictionis Cades: hoc eſt vſq; ad Cades, vbi fuerunt aquæ contradictionis, vt eſt libro Numero- *Nu. 20.*
rum mandatum. Thamar teſte diuo Hieronymo vrbs eſt in ſolitudine, quæ poſtea fuit Palmira nuncupata. Cades locus erat in deſerto, vbi exceſſit è vita Maria ſoror Moyſis Et ait diuus Hieronymus in libro de locis Hebraicis monſtrari ibi ſuo tempore Mariæ ſepulchrum. Ibi Moyſes rupe percuſſa aquam dedit populo ſitienti, ſed ad illā peccauit. Nam cùm filij Iſraelis ſiti laborarent, verſi in ſeditionem has voces aduerſus Moyſem & Aaronem emiſerunt. Quare nos de Ægypto eduxiſtis in *Nu. 20.*
locum hunc peſſimum, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec mala granata, inſuper & aquam non habet ad bibendum? Moyſes autem & Aaron dimiſſa multitudine ingreſſi in tabernaculū fœderis corruerunt proni in terrā, ad dominū iis verbis clamantes: Audi domine Deus huius populi clamorē, & aperi eis theſaurū tuū, fontē aquæ viuæ, vt extincta ſiti à maledictis deſiſtant. Et apparuit gloria domini ſuper eos, locutúſq; eſt dominus Moyſi, dicens: Tolle virgam, & congrega populum tu, & Aaron frater tuus & loquimini

ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cúmque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu domini, ſicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixítque eis. Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquam poterimus elicere? Cúmq; eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ copioſiſſimæ, quibus poſſent & homines & iumenta ſitim ſedare & extinguere. Dixítque dominus ad Moyſem & Aaronem: Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſraelis, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filij Iſraelis contra dominum, & ſanctificatus eſt in eis. Sed de hiſtoria hactenus. De iis *Pſal.77.* aquis cecinit regius pſaltes: Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abyſſo multa. Et paulò poſt: Percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Et alibi: Conuertit pe- *Pſal.113* tram in ſtagna aquarum, & rupes in fontes aquarum. Quæſtio eſt, qua in re peccauerit Moyſes. Quidam aiunt illum eo in crimen incidiſſe, quòd hæſitauerit, poſſet ne aqua manare ex rupe illa. Huic opinioni aſtipulatur diuus Auguſtinus libro ſextodecimo contra Fauſtum Manichæum, vbi ait: Arguitur Moyſes voce diuina, quòd eius fides ad aquam de petra eliciendam titubauerit, quod ei cum peccato Petri poteſt eſſe commune, qui in mediis fluctibus ſimile fidei defectu titubauerit. *Pſal.105* Et explanans verba illa pſalmographi: Et vexatus eſt Moyſes propter eos, qui exacerbauerunt ſpiritum eius, & diſtinxit in labiis ſuis: Quid eſt, inquit, diſtinxit? Quaſi illud non poſſet Deus facere, qui tanta iam fecerat, vt aqua de petra proflueret. Dubitanter enim petram virga percuſſit: ideo hoc miraculum diſtinxit à ceteris, in quibus non dubitauerat. Hæc ille: quibus ait Moyſem de verbis Dei dubitaſſe. Alij putant non dubitaſſe Moyſem de verbis Dei, ſed exiſtimaſſe non eſſe eum daturum aquam populo tam duro & indomito, non quòd non poſſet, ſed quòd ingrati & ſcelerati homines non mererentur tale miraculum videre. Inter quos eſt Lyranus, qui locum illum Numerorum explanans ait: Licèt non dubitauerit de potentiâ Dei, quin poſſet illud, dubitauit tamen de effectu, ne impediretur propter malitiam populi. Vides duas opiniones: vnam exiſtimantium Moyſem dubitaſſe de Dei potentia; alteram credentium eum non de Dei potentia dubitaſſe, ſed de miraculi effectu ob populi maleficia. Eſt alia opinio arbitrantium nec Moyſem nec Aaronem dubitaſſe de miraculo, aut eius effectu; peccaſſe tamen, non quod aliqua in re dubitauerint, ſed quod Dei præcepto non paruerint. Præceperat enim illis Deus, vt petræ coram populo loquerentur, quæ aquarum affluentiam ſtatim produceret, ex ſolo verbo abſque virgæ percuſſione: vt eſſet hoc nouum quoddam miraculum, & clariſſimum diuinæ potentiæ ſignum: non enim adhuc ſimile factum fuerat. At illi non ſunt locuti cum petra, ſed eam Moyſes bis virga percuſſit. Qua in re Deo non obtemperarunt. eámque ob cauſam in crimen inciderunt. Non enim videtur veriſimile, Moyſem nõ credidiſſe Domino, & de verbis eius dubitaſſe. Nec obſtat id, quod illis dixit ſtatim Deus: Quia non credidiſtis mihi &c. nam credere accipitur pro obedire, vt in pſalmo: Quia mandatis tuis credidi, *Pſal.118* & multis aliis in locis diuinarum literarum. Hæc eſt tertia & vltima opinio, quæ eſt ſatis probabilis & verſimilis. At ex iis tribus nullam exiſtimo eſſe contemnendam: ſed quæ verior ſit ingenuè fateor me ignorare: quam ob cauſam nihil audeò aſſerere. Illud ſcio fuiſſe hoc in Cades, de quo loco ait Ezechiel hoc loco: Plaga autem auſtralis meridiana à Thamar vſque ad aquas contradictionis Cades.

Vſque ad mare magnum. Hoc eſt, mediterraneum: ad differentiam maris mortui, & maris Galilææ.

Et plaga maris. Id eſt plaga occidentalis, quoniam mare eſt ad occidentem reſpectu Hieroſolymæ.

Et mittetis eam in hæreditatem vobis & aduenis. Per aduenas intelligit proſelytos, qui ex Gentilitate ad Iudaiſmum conuertebantur. Hi priuſquam fidem recepiſſent, appellabantur hoſpites & aduenæ, recepta verò fide vocabantur Iudæi, licèt non ex genere, ex lege tamen. Tota hæc terra Iſraelitica, de qua hîc loquitur Ezechiel, eccleſiam Chriſti adumbrabat, quæ erat à Gentibus & Iudæis poſſidenda. Eam ob cauſam ait fore in hæreditatem Iudæis & Gentilibus, qui ab Hebræis aduenæ vocabantur. Et quoniam Epheſij Chriſti fidem receperant, licèt Gentiles eſſent iam tamen non exteri in eccleſia, ſed ciues ſimul cũ Iudæis in Chri- *Ephe.2* ſtum credentibus dicebantur. Quam ob cauſam illis ita ait diuus Paulus: Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto. Sunt quidem omnes, dum in hoc ſeculo vitam degunt, hoſpites & peregrini, ſi vita hæc fluxa cum æterna comparetur. Mundus enim hic carcer eſt & exilium electorum, propria autem patria in cœlo eſt, cuius deſiderio tenentur: ad quã ex hac lachrymarum valle ſuſpiriis ab imo pectore ductis, & lamentabilibus vocibus aſpirant. At ſi Gentilitatem idololatriæ deditam cum Chriſtiana religione veritatis pleniſſima conferre volueris, inuenies abſque dubio, eos qui ex infidelitate ad Chriſti fidem conuertuntur, eſſe reuera eccleſiæ militantis ciues, & domeſticos Dei, iuxta diui Pauli ſententiam, atque ſpe eccleſiam triumphantem poſſidere, à qua quidem re ipſa ſeparati peregrinantur. Id intuentes animo antiqui patres fide & ſapientia præſtantes terram repromiſſionis pro nihilo putabant, ad cœleſtem autem patriam, veram promiſſionis terram deſiderio & amore incenſi rapiebantur. Expectabant enim ciuitatem æternis fundamentis munitam, cuius artificem & conditorem Deum eſſe credebant. De iis ait in hunc modum in epiſtola ad Hebræos diuus Paulus: *Heb.11.* Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes & ſalutantes, & confitentes quia peregrini ſunt & hoſpites ſuper terram. Ad hoc alludens diuinus pſaltes has flebiles voces ad Deum emittebat: Exaudi orationem meam, domine, & depreca- *Pſal.38.* tionem meam, auribus percipe lachrymas meas. Ne ſileas, quoniam aduena ſum ego apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Quam

ſententiam repetit libro primo Paralipomenon.
1. Para. 29 Vnde beatus Petrus in epiſtola ſua prima, Petrus, inquit, apoſtolus Ieſu Chriſti electis aduenis di-
1. Pet. 1. ſperſionis Ponti &c. Et rurſus: Chariſſimi obſecro vos tãquam aduenas & peregrinos. Viri enim pie-
1. Pet. 2. tate inſignes in terra vt hoſpites & peregrini ætá- tem traducunt, & ex hac vita ita diſcedunt tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo, intelligentes cõmorandi illis Deum diuerſorium dediſſe, non habitandi domicilium, eſſe autem in cœlo permanentem ſempiternámque ciuitatem conſtitutam. Nunquã enim tanta in hac vita conati fuiſſent, quæ ad æternitatis memoriam pertinerent, niſi mentis oculis æternitatem ad ſe attinere perſpexiſſent. Quis enim perpétuos ſummóſque labores ſuſciperet, ſi exiſtimaret fore, vt eius glória iiſdem finibus, quibus vita eſſet vnquam terminanda? At ſapientium animus ita ſe erigit, & immortalitatem proſpicit, vt certiſſimè credat, cùm exceſſerit è vita, tum denique victurum eſſe, & gloriam immortalem conſecuturum. Aſpicis igitur viros fide & charitate præſtantes in hac vita diuerſa ratione peregrinantes eſſe, & ciues: & ex conſequente loca diuinarum literarum, quæ inter ſe diſtare & diſcrepare videbantur, quæ eos aliquando aduenas & peregrinos appellant, aliquando ciues & domeſticos, non ſolùm non repugnare, ſed etiam ſummoq; inter ſe conſenſu cohærere.

In tribu autem quacunque fuerit aduena Nolebat Dominus proſelitos habere per ſe portionem & tribum ſeparatam, ſed ſimul cum Hebræis in tribu, in qua reperti eſſent, habitare, vt nulla inter Gentium & Iudæorum populũ eſſet diuiſio, cùm vtrique eandem profiterentur fidem & religionẽ. Ipſe
Iere. 29. enim Dominus ait apud Ieremiam: Ego ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis. Et per Eſaiã:
Eſai 57. Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè eſt, & qui propè eſt. Vnde diuus Paulus ad
Ephe. 2 Epheſios: Veniens euangelizaui pacem vobis, qui longè fuiſtis, & pacem his qui propè: quoniam per ipſum acceſſum habemus ambo in vno ſpiritu ad patrem.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XLVII.

Et traduxit me per aquam vſque ad talos. Pro vſq; ad talos eſt in Hebræo, אפסים me aphesaim. Dictio hæc terminos ſignificat & fines vt in pſalmo:
Pſal. 2. Dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Qua ratione ducti vertunt nonnulli: Et tranſire me fecit per aquas terminorum, ſeu extremorum. Acſi diceret: Traduxit me per aquas, quę plantas pedis non excedebát: quæ quidem plantæ termini ſunt, & extremę corporis humani. Paraphraſis Chaldaica habet: Tranſire me fecit per aquas talorum. Hoc eſt, quæ ad talos duntaxat pertingebant. Septuaginta pro aqua vſque ad talos tranſtulerunt. ὕδωρ ἀφέσεως. Pro quo diuus Hieronymus vertit aquam remiſſionis. Fluuium hunc vocát aquam remiſſionis: quia imaginem gerebat baptiſmi, in quo peccata omnia remittuntur: & baptizatus Chriſtum induit. Ita enim
Gala. 3. ait apoſtolus: Quicunque in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Et quoniam niſi quis induerit Chriſtum, non poterit animæ ſalutem obtinere, ait Chriſtus Deus noſter: Niſi quis renatus Ioan. 3. fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quæ verba de baptiſmo, & de aqua vera & naturali, quæ eſt de neceſſitate baptiſmi, intelliguntur: vt apertè indicat ſanctum concilium Tridẽtinum, ſeſſione ſeptima, canone ſecundo de baptiſmo: vbi ſub anathemate prohibet, ne quis verba illa domini noſtri Ieſu Chriſti ad metaphoram aliquam detorqueat. Et licèt diuus Hieronymus rectè verterit, nam nomen hoc remiſſionem ſignificat, & vindicationem, & libertatem, verti tamẽ poterat locus hic: Aqua ſeparationis. Et ita habet tranſlatio Complutenſis. Sed eadem eſt ſententia, quoniam per baptiſmũ, vbi peccata omnia remittuntur, ſeparantur homines à paganiſmo, & à peccato, & in Chriſti populum aſcribuntur, & gratiam recipiunt. Fortaſſe id intelligitur per aquas vſque ad talos ſeu per aquas talorum: nam aqua baptiſmi ab infima fomitis infectione, & ab originali peccato emũdat. Tali ſunt oſſa iuxta calcaneum exuberantia. Vnde veſtis talaris ea dicitur, quæ ad talos vſque deſcendit, qualis erat Ioſeph, de qua Gen. 37. ſcriptum legimus: Nudauerunt eum tunica talari. Eam ob cauſam per talos terrenę ſordes ſignificantur, quæ baptiſmo abluuntur. Et quamuis per gratiam, quę in baptiſmate confertur, reatus originalis peccati remittitur, & totum id tollitur, quod veram & propriam peccati rationem habet, manet tamen in baptizatis concupiſcentia & fomes, quæ vt verbis vtar ſacroſanctæ ſynodi Tridentinæ, in ſeſſione quinta, in decreto de peccato originali, cùm ad agonem relicta ſit, nocere non cõſentientibus, & vtiliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnãtibus non valet: quinimo qui legitimè certauerit, coronabitur.

Aqua iſta, quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli orientalis, & deſcendunt ad plana deſerti. Septuaginta habent: Et aqua hæc, quę egreditur in Galilæam, quę eſt ad orientem, & quę deſcendit in Arabiam. Vbi vides eos per tumulos ſabuli intelligere Galilęam, & per plana deſerti Arabiam.

Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. in Hebræo pro ad medicinam, eſt לתרופה lithruphah: à verbo רוף ruph, quod ſignificat conterere. Vnde nomen hoc contritionem ſignificat. Quare poterat verti locus hic: Et folia eius ad cõtritionem. Quod magnoperę cohęret cum editione vulgata: eſt enim contritio ſalutaris animę medicina. Poteris per contritionem intelligere vulnus, ſeu aliquam corporis fracturam: & tunc erit ſenſus, & folia eius proderunt ad vulnera ſananda. Ideò vertit Pagninus: Et folium eius ad fractionẽ Iere. 8. ſanandam vtile. Accepi autem contritionem pro vulnere indicat locus ille Ieremię: Et ſanabant cõtritiones filię populi mei.

Et torrens vſque ad mare magnum. Pro torrente eſt in Hebraico נחלה nachalah: quę dictio torrentem abſque dubio ſignificat, vt in pſalmo: Torren- Pſal. 123 tem pertranſiuit anima noſtra. Seu vt poteſt etiam verti ex Hebręo: Torrens pertranſiuit ſuper ani- Pſal. 15 mam noſtram. Significat etiam hęreditatem, vt in pſalmo: Etenim hęreditas mea pręclara eſt mihi. Pſal. 5. Hæc eſt hęreditas, quam pater dedit filio ſuo domino noſtro, à qua dęmonem impium tyrannum depulit, quam ſibi, patrique vindicauit. Significat

preterea exercitum. Vnde id, quod eſt in pſalmo: Torrentes iniquitatis conturbauerunt me, vertitur à nonnullis: Exercitus iniquorum conturbauerunt me. Hinc deriuatur dictio nechiloth, qua vtitur [Pſal. 5.] pſalmographus in titulo quinti pſalmi: pro qua diuus Hieronymus in tranſlatione ſua ſecundum Hebraicam veritatem vertit hæreditates: dicens Victori pro hereditatibus pſalmus Dauid. Septuaginta autem trãſtulerũt: ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης pro quo editio vulgata habet: Pro ea, quæ hereditatem cõſequitur. Atſi diligenter aduerteris, in idem ferè coincidunt hæ duæ verſiones. Refertur enim titulus hic ad eccleſiam, quę per Ieſum Chriſtũ ſaluatorem noſtrum hęreditatem conſequitur, non ſolum gratiæ in hac vita, ſed etiam gloriæ in altera: [Rom. 8.] nam vt verbis vtar diui Pauli: Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij dei: ſi autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Idem autem ſignificatur iis verbis: Pro hęreditatibus, nimirum quas eccleſia Chriſti conſequitur. Vel pro Chriſtianis, qui ſunt dei hęreditates. Felix præter hęc ait, poſſe verti: Pro congregationibus. Vel ſuper torrentes. Et rectè quidē: dedicatur enim pſalmus hic victori, hoc eſt Chriſto pro hominum congregationibus deum patrem in cruce oranti, ac de acerbiſſimis dolorum calamitatúmque torrentibus bibenti. Ipſe enim eſt ille, de quo ait regius vates: De torrente in via bi- [Pſal. 109] bit, propterea exaltauit caput. Verbo bibendi pœnarum & afflictionum perpeſſio ſignificatur: nomine verò viæ vita hæc caduca intelligitur. Volens igitur ſignificare diuinus pſaltes fore, vt Chriſtus dolores perferret acerbiſſimus, inauditíſque calamitatibus premeretur, illum prædixit è torrente potaturum: nõ ex quibuſcunque aquis, ſed ex turbidis & concitatis, quales ſunt aquæ torrentis tempore ſæuientis procellæ: vt his verbis vim & magnitudinem dolorum, contumeliarum, & tormentorũ exprimeret, & denique turbulentas afflictionum aquas, quas ille erat pro nobis exhauſturus. Sed quoniam non vnus tantum fuit Chriſti dolor, ſed multi ac varij, ideò Dauid pſalmo quinto, in Chriſtum vndique afflictum inducit ad Deum patrem pro nobis preces fundentem, hanc fixit ſcriptionem. [Pſal. 5.] Victori ſuper torrentibus, pſalmus Dauid. Nonnulli ex Hebræis aiunt, nomen hoc nechiloth nomen fuiſſe muſici cuiuſdam inſtrumenti olim inſignis, nunc etiam ſibi ipſis ignoti. Qui ex hoc nihil habent preter coniecturam. Et quoniam nechil apud eos ſibilum apum ſignificat, coniiciunt ita [Pſal. 5.] dictum eſſe inſtrumentum hoc ab apum ſono, quem imitabatur. Per victorem verò intelligunt cantorũ & citharœdorum magiſtrum: vt ſit ſenſus: Carmen hoc Danidis traditum fuit prefecto citharœdorũ, vt ad inſtrumentum nechiloth decantaretur. Alij Hebræi vertunt: Victori ſuper exercitus, pſalmus Dauid. Et per exercitus intelligunt apum copias ſuſurrantes, quarum ſonum inſtrumentum hoc muſicum imitabatur. Alij ex iiſdem per exercitus intelligunt Iſraelitarum copias aduerſus Gẽtium exercitum pugnantes, pro quibus huius carminis cantor preces ad Dominum fundebat. Hæ ſunt tres Iudęorum opiniones, quę præter id quòd repunt humi, nihilque habent ſublime, nihil myſterij, ſolũ ducuntur coniecturis, probabilibus illis quidem, parum efficacibus tamen, vt craſſum abiectúmque Iudæorum ingenium in diuinarum literarum interpretatione poſſis cognoſcere. Paraphraſis Chaldaica excelſiùs ſe erexit: & ad Meſſiam reſpiciens pro hęreditatibus, ſeu torrentibus, ſeu cõgregationibus trãſtulit: Super choros: vt ſit ſenſus: Carmen hoc dedicatur Chriſto, qui mundi victor ſedet ad dexteram patris ſuper omnes angelorum choros. Etſi explanatores in tam varias ſententias diſtrahantur: ea tamen, quam ſeptuaginta interpretes ſignificarunt, quam ſequitur noſtra communis tranſlatio: quam editionem vulgatam appellant, mihi videtur præſtantior, & ad pſalmi propoſitum accommodatior. Ita enim habet: In finem pro ea, quæ hæreditatem conſequitur, pſalmus Dauid. Cuius hic eſt ſenſus. Hic pſalmus inſpiratus Dauidi dedicatur & dirigitur in finem, hoc eſt ad Chriſtum, qui finis eſt, quò tendere debent [Rom. 10] omnes noſtri cogitatus, ſermones, & actiones. Et canit pro eccleſia catholica, quæ ſalutis hæreditatem conſequitur, quoniam in eum credit, qui eſt finis. Hic eſt ille, de quo ait diuus Paulus: Finis legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti. Cum enim finis cuiuſcunque bonæ legis ſit bonos facere ciues, bonitas autem apud Deum ſit ſuper naturalis, quam opera legis veteris per ſe præſtare non poterãt, fuit Chriſtus proprius illius legis finis, qui in ea prænunciatus & figuratus futurus erat author ipſius bonitatis & iuſtitiæ. Ideò ait apoſtolus Chriſtum eſſe finem legis ad iuſtitiam, hoc eſt ad conſecutionem veræ iuſtitiæ, eſſeque ipſius legis perfectionem. Vnde ait ipſe dominus: Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Et diuus Paulus ad Romanos: Quod impoſſibile erat legi &c. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati de peccato damnauit peccatum, vt iuſtificatio legis [Mat. 5.] impleretur in nobis. Et ad Galatas: Lex pædago- [Rom. 8.] gus noſter fuit. Eſt igitur Chriſtus finis legis, hoc eſt conſummatio ac perfectio: quia lex & prophetæ vſque ad Ioannem. Chriſtus autem ita legem [Gala. 3.] pro omnibus credituris adimpleuit, vt iam nemini [Mat. 11.] ad iuſtificationem lege vetere opus ſit. Cùm ergo Chriſtus ſit legis conſummatio, & ad illum omnia in lege ferantur ſitque finis quo omnia noſtra tendere debent, meritò ſeptuaginta interpretes in hoc pſalmo, & in multis aliis præfixerunt hunc titulum εἰς τέλος, hoc eſt in finem. Et hic addiderunt. Pro ea, quæ hæreditatem conſequitur: quæ eſt eccleſiæ periphraſis. Et rectè quidem: nam verbum hoc nachat, à quo dictio hęc deriuatur, abſque dubio hęreditatem cõſequi ſignificat. Quare poterat locus hic Ezechielis verti: Et hęreditas vſque ad mare magnum.

Argumentum Capitis XLVIII. & vlt.

Deſcripta terra ſancta diuiſione ſuperiore capite eiúſque terminis deſignatis in quatuor orbis partibus præcipitis, deſcribit nunc omnium tribuum ſortes, tribuens vnicuique ſuam partem & portionem. Et ita vltimam manum ſuis viſionibus imponit.

CAPVT XLVIII.

ET hæc nomina tribuum à finibus aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath, atrium Enan terminus Damaſci ab aquilone iuxta

iuxta viam Emath:& erit ei plaga orientalis mare, Dan vna. Et à termino Dan plaga orientali vſque ad plagam maris. Aſer vna: & ſuper terminum Aſer à plaga orientali vſque ad plagam maris. Nepthali vna Et ſuper terminum. Nephthali, à plaga orientali vſque ad plagam maris, Manaſſe vna. Et ſuper terminum Manaſſe, à plaga orientali vſque ad plagam maris, Ephraim vna, Et ſuper terminum Ephraim à plaga orientali vſque ad plagam maris, Ruben vna Et ſuper terminum Ruben à plaga orienrali vſque ad plagam maris, Iuda vna Et ſuper terminum Iuda, à Plaga orientali vſque ad plagam maris erunt primitiæ, quas ſeparabitis vigintiquinque millibus calamis latitudinis & longitudinis, ſicuti ſingulæ partes à plaga oriẽtali vſque ad plagam maris: & erit ſanctuarium in medio eius. Primitiæ, quas ſeparabitis Domino: longitudo vigint quinque millibus, & latitudo decem millibus. Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum: ad aquilonem longitudinis vigintiquinque millia, & ad mare latitudinis decem millia · ſed & ad orientem latitudinis decem millia, & ad meridiem vigintiquinque millia, & erit ſanctuarium domini in medio eius. Sacerdotibus ſanctuarium erit de filiis Sadoc, qui cuſtodierunt cæremonias meas, & non errauerunt, cum errarent filij Iſrael, ſicut errauerunt & leuitæ. Et erunt primitiæ de primitiuis terræ ſanctum ſanctorum iuxta terminum leuitarum.

EXPLANATIO.

Et hæc nomina tribuum. Hoc eſt, hæc ſunt nomina tribuũ Iſraelis, quæ ſunt hæreditatẽ in terra ſancta accepturæ. Prima eſt tribus Dan, ſecunda Aſer, tertia Nepbtalim, quarta Manaſſes, quinta Ephraim ſexta Ruben, ſeptima Iuda, octaua Beniamin, nona Simeon, decima Iſſachar, vndecima Zabulon, duodecima Gad. Inter eas non numeratur tribus Leui, quia erat ſacerdotalis, de qua capiti. 45. & 47. diſſeruimus. Diuiſio terræ facta inter has tribus habebat longitudinem ab oriente ad occidentem, & latitudinem ab aquilone ad meridiem. Diuidit terram inter ſeptem tribus: deinde loquitur de primitiis ſacerdotum & leuitarum, & deſcribit templum, & vrbem, & principis portionem: poſtea reuertitur ad tribus, & numerat eas quinque quas omiſerat. Incipit autẽ à tribu Dan cuius portio & terra erat in extremo à parte aquilonis. Per æqualitatẽ portionum tribuum intelligit iuſtitiam & æqualitatẽ, quæ in eccleſia Christi eſſe debet apud principes & iudices. De ea dicitur in libro Sapientiæ: Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Sapi. Interrogatus rex Ageſilaus vtra eſt præſtantior iuſtitia an fortitudo, nulla, inquit, fortitudinis eſt vtilitas, niſi adſit iuſtitia: imò ſi iuſti omnes eſſemus, nequaquam indigeremus fortitudine. Cùm autẽ nõ omnes ſint iuſti, & varia ſint hominũ merita, agit hoc loco propheta de numeris calamorum, per quos intelligit meritorum vniuſcuiuſque quantitatem, quam gubernatores omnes ſunt conſideraturi, vt ius ſuum vnicuique tribuant.

Iuxta viam Hethalon pergentibus Emath. Hethalon & Emath oppida ſunt, quorum meminit capite ſuperiore.

Et erit ei plaga orientalis mare, Dan vna. Id eſt, plaga ſortium, de quibus loqui incipio, incipit ab oriente, & erit mare: hoc eſt, terminabitur in mari mediterraneo, per quod occidens deſignatur: erat enim mare ad occidentem reſpectu Hieroſolymæ. Nam ita erant omnes ſortes diſpoſitæ, vt in longitudine ab oriente in occidentem extenderentur. prima autem ſors erit tribus Dan, quæ eſt in vltima procedendo à templo ad aquilonem, Omnium horum verborum hæc eſt paraphraſis. Hæc ſunt nomina tribuum, quæ ſunt hereditatem capturæ: In extrema parte ad aquilonem ad latus viæ, qua venitur ab Hethalon vſque ad Emath & iuxta atrium Euan, & terminum Damaſci ad partẽ mundi aquilonarem in confinio Emath, incipiendo à limite orientali, & procedendo ad limitem occidẽtalem, qui terminatur in mari mediterraneo: eſt portio tribus Dan.

Erunt primitiæ quas ſeparabitis. Id eſt, ex vna parte erunt portiones ſeptem tribuum, ex altera portiones quinque tribuum: in medio autem ſeparabitis portionem quandam inter ſeptẽ tribus & quinque, quæ portio ſit potioris terræ: quam ob cauſam nomine primitiarum intelligitur: quæ deputabitur ſacerdotibus, & leuitis, & ciuitati, & principi. Hæc autem portio nomine primitiarum ſignificata habebit vigintiquinque mille calamos in latitudine: in longitudine verò æqualis erit terræ aliarum portionum. De hac quantitate diſſeruimus capite quadrageſimoquinto. Vt autem hoc apertius intelligeretur, opus eſſe duxi hanc delineare figuram.



A plaga orientali vſque ad plagam maris Hoc eſt ab oriente vſque ad occidentem. Sequitur: Et erit ſanctuarium in medio eius. Id eſt erit templum in medio terræ ſacerdotum.

Primitiæ quas ſeparabitis Domino. Repetit partem poſſeſſionis ſacerdotum: & ait hanc ſacerdotum portionem habere in longitudine ab oriente ad occidentem vigintiquinqoe mille calamos, & in latitudine decem millę. Et eodem modo ſe habet portio leuitarũ: occupat enim alios vigiotiquinq; mille calamos in longitudine, & alios decem mille in latitudine: portio verò cinitatis habet in longitudine eoſdem vigintiquinque mille calamos, & in latitudine qninque mille. Inde fit, vt hæ tres portiones efficiant, vnum quadratum, quod in longitudine habet vigintiquinque mille calamos, totidem autem in latitudine: nam decem mille ſaeerdotum. & decem mille leuitarum, cum quinque mille ciuitatis efficiunt viginti quinque mille. Sed hæ tres partes, nempe ſacerdotum, leuitarum & vrbis habent ex vtraque parte portionem priocipis, ex oriente, & ex occidente. Quo fit. vt hæ quatuor partes ſimul iunctæ efficiant vnam portionem, qnæ à meredie ad aquilonem occupet vigintiquinque mille calamos, ſed ab oriente ad occidentem moltò, plures, nempe tot, quot habet quęlibet portio cuiuſcunque tribus: vt licet io figura & deſcriptiooe videre. Quia autem ſit calamus, diximus capite 40.

De filiis Sadoc. Huius Sadoc meminit ſuprà, capite 43. Sadoc ſignificat iuſtum & rectè illi cõueniebat hoc nomen, cùm eſſet ſummus ſacerdos, qui debet eſſe inſtitia munitus. Per hunc Sadoc Chriſtus ſignificatur ſummus ſacerdos: per cuius filios intelliguntur noui teſtamenti ſacerdotes. De hoc ſacerdote ait Zacharias: Oſtendit mihi dominos Ieſum ſacerdotum magnũ. Et rurſus. Ecce vir,
Zach. 3. Oriens nomen eius: & ædificauit templũ Domino:
Zac 6. & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo. Hinc vox illa diui Pauli in epiſtola ad Hebræos: Habẽtes Ieſum pon- *Heb. 4.*
tificem magnum, qui penetrauit cœlos, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem.

Et erunt primitiæ de primitiuis terræ. Id eſt, ex portionibus præcipuis terræ ſanctæ erit ſacerdotibus præcipua. Dabitur illis terra melior & ſalubrior, in cuius meditullio erit templum, quod hîc ſanctum ſanctorum appellatur. In codicibus correctis eſt: Et erunt eis: nimirum ſacerdotibus.

Sed & leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum vigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo vigintiquinque millium, & latitudo decem millium. Et non venumdabunt ex eo, nec mutabunt, nec transferentur primitiæ terræ, quia ſanctificatę ſunt Domino Quinque millia autem, quæ ſuperſunt in latitudine per vigintiquinque millia, prophana erũt vrbis in habitaculum, & in ſuburbana & erit ciuitas in medio eius. Et hæ menſuræ eius: ad plagam ſeptentrionalem quingenta & quatuor millia: & ad plagam meridianam quingenta & quatuor millia, & ad plagam orientalem quingenta, & quatuor millia, & ad plagam occidentalem quingenta & quatuor millia. Erunt autem ſuburbana ciuita- C
tis ad aquilonem ducenta quinquaginta & ad meridiem ducenta quinquaginta, & ad orientem ducenta quinquaginta, & ad mare ducenta quinquaginta. Quod autem reliquum fuerit in longitudine ſecundũ primitias ſanctuarij decem millia in orientem & decem millia in occidentem erunt ſicut primitiæ ſanctuarij: & erunt fruges eius in

panes

paneshis, qui ſeruiunt ciuitati. Seruientes autem ciuitati operabuntur ex omnibus tribubus Iſrael. Omnes primitiæ vigintiquinque millium, per vigintiquinque millia in
A quadrum,ſeparabũtur in primitias ſanctuarij,& in poſſeſſionem ciuitatis.Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum ſanctuarij, & poſſeſſionis ciuitatis è regione vigintiquinque millium primitiarum vſque ad terminum orientalem: ſed & à mari è regione vigintiquinque millium vſque ad terminum maris, ſimiliter in partibus principis erit. Et erunt primitiæ ſanctuarij, & ſanctuarium templi in medio eius. De poſſeſſione autem leuitarum, & de poſſeſſione ciuitatis in medio partium principis erit: inter terminum Iuda, & inter terminum Beniamin, & ad principem pertinebit.

Sed & leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum vigintiquinque millia Subaudi erunt, deſcribit leuitarum portionem,ſacerdotum finibus vicinam:quam nec ſacerdotibus, nec leuitis vendere, aut commutare licebat,cum eſſet Domino dedicata. Hinc deſumpta ſunt decreta rerum eccleſiæ, preſertim immobilium alienationem prohibentia.Illud eſt hoc loco aduertendum, principuam terræ partem dari ſacerdotibus & leuitis:quooiam qui Deo ſeruiunt, ad eúmque precationes pro populo fundunt, docent,concionantur,& ſacramenta miniſtrant,alendi ſunt & ſuſtentandi, & honore magno afficiendi. Id intelligens diuus Paulus aiebat in prima ad Ti-
1. Ti. 5. motheum: Qui bene præſunt presbyteri, publici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina:Dicit enim ſcriptura: Non alli-
Deu. 25. gabis os boui trituranti.Dignus eſt operarius mer-
1.Cor. 9. cede ſua.Et io prima ad Corinthios. Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam?Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit?Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid ſecundum hominem hæc dico? An & lex hæc non di-
Deu. 25. cit? Non aligabis os boui trituranti. Et Chriſtus
Mat. 10 Deus noſter in euangelio,Dignus eſt, inquit, ope-
Luc. 10. rarius mercede ſua.Aſpicis quanti debeat euangelicus concionator æſtimari. Sed debet ille auditores cohortari ad virtutem ardenter, à vitiis reuocare acriter,& quod in ſe fuerit,ad lachrymas commouere. Vt Marcus Antonius populum Romanũ potuit dicendo tenere, & hominum cœtus ad la-
Simile. chrymas excitare,cũ illis Cæſaris beneficia in eos collata reduceret in memoriam, eiúſq; veſtẽ oſteoderet ſanguine plenam: quo ita eos commouit, vt homicidas,qui Cæſari vitam ferro eripoerant,è ciuitate pellerent, longiúſq; proiicerent:ſic concionator det operam,vt auditores moueat ad fletum, narrãs illis beneficia à Chriſto accepta illiſq; acerbiſſima eius tormenta oſtendens, quemadmodum pro illis fuerit vulneratus,ſpinea corona circũdatus, cruci crudeliter affixus, vbi pro illis innocens agnus ſanguioem fudit, & doloribus preſſus. vulneribus traiectus expirauit. Quibus rebus conetur perſuadere populo,vt loogius expellat nõ Caſſium & Brutum Cæſaris interfectores, ſed ſcelera & flagitia. Noſtra enim peccata Chriſtum occiderunt: quoniam pro ipſis mortuus eſt:dicente Eſaia. *Eſai. 53*
Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et paulò pòſt inducit idem propheta Deum patrẽ ita aientem: Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Vnde diuus Paulus in Epiſtola ad Romanos, Traditus eſt, in- *Rom. 4.*
quit,propter delicta noſtra. Et in prima ad Corin- *1.Cor. 15*
thios. Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas.

Quinque millia autem, quæ ſuperſunt in latitudine per vigintiquinque millia. Tota illa portio ſacerdotum,leuitarum, & ciuitatis habebat in latitudine vigintiquinque millia calamorum. Sacerdotũ portio habebat decem millia, leuitarum alia decem millia,ciuitatis quinque millia. Ait igitur: Numeratis portionibus ſacerdotum & leuitarum, ex tota portione,quæ habet vigintiquinque millia in latitudine,ſuperſunt quioque millia. Quæ efficiunt in latitudinem portionis ciuitatis per vigintiquioque millia loogitudinis.

Prophana erant vrbis. Portio ciuitatis in tres partes erat diſtributa, nempe in ciuitatem, & in eius ſuburbana:& in agros. quę omnes ideo dicuntur prophanę,quia erant laicorum vſibus deputatę: non quod eſſent immundę, ſed quod in illis quilibet poſſet habitare. Nomen, pro quo Latinus iuterpres tranſtulit ſuburbana, ſignificat propriè locum planum,arboribus,ędificiiſque vacuum, Latinè dicitur circus, Luſitanè verò reſſio.

Et erat ciuitas in medio eius. Hoc eſt,in medio huius portionis, quæ eſt inter portiooem leuitarum, & portionem Beniamin.

Hæ menſuræ eius. Subaudi ciuitatis.

Ad plagam ſeptentrionalem quingenta & quatuor millia. Hoc eſt,limes aquilonaris huius vrbis habebit calamos quatuor mille & quingentos: totidem limes auſtralis,& ſimiliter de aliis limitibus oempe orientali & occideotali. Itaque tota vrbs occupabit in ambitu decem & octo mille calamos & ex conſequente ceotum & octo mille cubitos: quilibet enim calamus,vt cap. 40. diximus, ſex cubitos continebat. Erat ciuitas hæc quadrata æquis lateribus, continens in quolibet latere quatuor mille & quingentos calamos. Cùm autem tota illa portio, in qua ſita erat ciuitas, haberet in latitudioe quinque mille calamos apertè oſtenditur, vrbem ipſam non implere totam portionem: ſupererant enim quiogenti calami, nępe ducenti & quinquaginta ex vna parte ciuitatis, quæ erat ad aquilonẽ, & alij duceoti & qoinquaginta ex altera parte,quæ erat ad meridiẽ. Et hæc duo ſpatia appellabantur ſuburbana,de quibus ſtatim ſubdit. Erunt autẽ ſuburbana ciuitatis ad aquilonẽ ducẽti quinquaginta,& ad meridiem ducenti quinquaginta,& ad alias partes nimirũ orientis & occidẽtis totidẽ. Sed finitis his ducẽtis & quinquaginta ex parte Oriẽtis,& Occidentis,incipiebant agri miniſtrorum ciuitatis. Hinc colliges quantò ſit maius ſuburbanum ciuitatis templi ſuburbano: nam ſuburbanum ciuitatis contioebat ex qualibet parte ſeu quadro ducentos & quinqoaginta calamos, templi verò ſuburbanum quinquaginta tantum cubitos, vt ſuprà oſtendimus capite quadrageſimo. Eſt autem ciui- *Sup. 40*
tas hæc vna & quadrata, quoniam in eccleſia debet

eſſe

eſſe vnitas animorum, cùm ſit vnitas in fide & ſacramentis. *Ephe. 4* Vnde ait apoſtolus in epiſtola ad Epheſios: Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Per quadraturã verò intelligitur perfectio, quæ debet eſſe inter fideles, quoniam in architectura ſapientes artifices primas ſemper quadraturę tribuerunt. Per quatuor etiam latera æqualia quatuor euangelia ſignificantur, & quatuor mundi partes, ex quibus erant multi ad eccleſiam venturi, & euangelium recepturi: & quatuor illæ virtutes, quæ cardinales dicuntur. Quæ quatuor quanquam inter ſe colligata atque implicata ſunt, tamẽ ex ſingulis certa officiorũ genera oriuntur. In has quatuor virtutes magni philoſophi honeſti naturam vímq; diuiſerunt. Prima eſt prudentia, in qua ineſt veri indagatio: & inuentio: altera iuſtitia, qua ſocietas hominum inter ſeipſos, & contractuum firmitudo continetur: tertia fortitudo pro veritate pugnatrix, quæ in rerum externarum deſpicientia, & in rebus magnis & arduis, pleniſque laborum & periculorum gerendis perſpicitur: quarta temperantia, quæ in ornatu vitæ & modeſtia, & animi commotionem ſedatione conſiſtit. Hi ſunt quatuor fontes, ex quibus ſapientes cæteras morales virtutes manare teſtantur.

Et ad mare. Hoc eſt, ad occidentem: quoniam, vt diximus, mare Mediterraneum ad Occidentem eſt reſpectu Hieroſolymæ. Tota ciuitas cum ſuburbanis ab aquilone ad meridiem habebat in latitudine, vt diximus, quinque mille calamos, & totidem à parte Orientis, & Occidẽtis. Sed cùm portio illa ciuitatis haberet in longitudine viginti quinque mille calamos, manebant viginti mille, decem mille ex oriente, & alij decem mille ex Occidente. Hæc autem duo ſpatia erant deſtinata iis, qui ſeruirent ciuitati. Et quoniam hæ duæ partes erant è regione terræ leuitarum & ſacerdotum, quam appellat primitias ſanctuarij, ideò ait: Quod autem reliquum fuerit in longitudine ſecundum primitias ſanctuarij decem millia ad Orientem, & decem millia ad Occidentem.

Et erunt fruges eius. Id eſt, fruges huius terræ iis deputabuntur, qui ſunt muros vrbis inſtauraturi, eiúſque ruinas reſarturi. Deſcribit ciuitatẽ quandam perfectam, omnibus numeris abſolutam. Per hanc ciuitatem Eccleſia catholica ſignificatur, de qua cecinit regius vates: Glorioſa dicta ſunt de te *Pſal. 86.* ciuitas Dei. Quid poterat eſſe ei glorioſius, quàm eſſe non vano hominum artificio, ſed Dei ſapientia conſtructam, ab eo gubernatam, eius ſacramentis munitam, habere ipſius Dei cognitionem, & fidem, & charitatem, & cæteras virtutes? Nihil illi poterat eſſe præſtantius, nihil commodatius hominum memoriæ ſempiternæ. Eius optimates nimirum apoſtoli mundum luſtrarunt, & gentes impias à vana & peſtilente ſuperſtitione ad caſtiſſimum diuini numinis cultum pleniſſimámque veritatis religionem traduxerunt. Hi fuerunt huius ciuitatis fundamenta iacta ſuper Chriſtum præcipuum *Pſal. 86.* fundamentum, qui virtutum montes appellantur: *Simile.* de quibus dixit regius pſaltes: Fundamenta eius in montibus ſanctis. Vt excelſi ac magnifici templi teſtudo eſt ſuper columnas firmata, columnæ autem ſuper baſes, baſes verò ſuper petram: ſic vita Chriſtiana debet eſſe ſuper virtutes fundata, virtutes autem ſuper bonas intentiones, bonæ autem intentiones ſuper illam petram, de qua ait Apoſtolus: *1. Cor. 10* Petra autem erat Chriſtus. Itaque Chriſtus eſt præcipuum & primum huius ciuitatis fundamentum: & de quo ait diuus Paulus: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, *1. Cor. 3.* quod eſt Chriſtus Ieſus. Non negat tamen eſſe alia fundamenta, nimirum apoſtolos, quorum princeps fuit beatus Petrus, de quo dixit Chriſtus. Super hanc Petram ædificabo eccleſiam *Mat. 16* meam. De hac eccleſia, de hac ciuitate dixit Eſaias: *Eſai. 26* Vrbs fortitudinis noſtræ, ſaluator ponetur in ea *Eſai. 26* murus & antemurale. Et rurſum: Ecce ſaluator *Eſai. 62* tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius cum illo: & vocabunt eos populus ſanctus, redemptus à Domino: tu autem vocaberis ciuitas quæſita, & nõ derelicta. Et Ieremias: Ecce dies venient, *Iere. 31* dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domini. De *Apo. 21* ea ait in Apocalypſi diuus Ioannes: Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam, deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Sed ciuitas hæc, quam vidit diuus Ioannes, etſi eccleſia ſit, non tamen loco illo ab apoſtolo deſcribitur vt militans in exilio, ſed vt triumphans in patria: & poteſt de vtraque intelligi, quoniam nonnulla ibi dicuntur, quæ poſſunt vtrique accommodari. Dicitur autem eccleſia deſcendere *Iaco. 1.* de cœlo non locali motu, ſed emanatione: quia omne datum optimum, & omne donũ perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Ezechiel etiam hoc loco de eccleſia militante præcipuè loquens nonnulla obiter miſcet, quæ ad eccleſiam triumphantem referuntur. Sed ſtatim redit ad militantem in terra, de qua loqui erat præcipuum eius inſtitutum. Eam appellat ciuitatem, de qua cecinerat regius pſaltes: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. *Pſal. 45* De ea ait Chriſtus Deus noſter: Non poteſt ciuitas abſcundi ſupra montem *Mat. 5.* poſita. Et diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos: *Heb. 12.* Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cœleſtem, & multorum millium angelorum frequentiam. Explicans autem quid per hanc admirabilem ciuitatem intelligeret, ſubdit: Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis. Eccleſiã catholicam vocat montem Sionem quoniam ſublimis eſt, & Deum in ſublimitate contemplatur: Sion enim ſpeculam ſonat, Vocat etiam illam ciuitatem Hieroſolymam cœleſtem: quoniam in ea pax viget ſpiritus, Hieruſalem enim idem eſt quod viſio pacis: & dicitur cœleſtis, quoniam à cœlo deſcendit, & à Deo eſt conſtituta, ciúſque ſapientia gubernata. Hæc eſt eccleſia apoſtolorum, & aliorum, qui primò Chriſti fidem receperunt, quos diuus Paulus appellat primitiuos, quorum nomina ait in cœlo ſcripta eſſe: dicente Domino illis: Gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. *Luc. 12.* Nec mireris, ſi eccleſia quæ fuit per templum intellecta, per ciuitatem etiam intelligatur: nam cum in eccleſia duplex ſit principatus, & duplex poteſtas, altera ad ſpiritualia pertinens, altera ad temporalia, ſpiritualis deſignatur propriè per templum, temporalis verò per ciuitatem & terræ diuiſionem: etiamſi hæc aliquãdo miſceantur: nam vtrumque eſt à Deo, & ſub eccleſia continetur.

Seruientes autem ciuitati Hoc eſt, aſſumentur ex omnibus tribubus apti homines, qui ſeruiant ciuitati.

uitati. Vult ſignificare nullum eſſe hominem nec infimo loco natum, nec in illuſtri dignitate conſtitutum, nec egeſtate laborantem, nec diuitiis affluentem, qui ſe debeat ab eccleſiæ miniſterio excuſare. Hæc ſeruitus honor eſt, & ſeruire Deo regnare.

Omnes primitiæ vigintiquinque millium. Epilogus eſt menſuræ ſpatij continentis portionem ſacerdotum, leuitarum, & vrbis. Quæ portio ſimul iuncta, vt diximus, eſt vigintiquinqne millium calamorum in quadro.

Quod autem reliquum fuerit, principis erit Deſcribit principis portionem, quæ in latitudine vigintiquinq; millia calamorum contioebat, quemadmodum ſpatium trium portionum, de quibus modò loquebatur. Nam principis portio tam ex parte orientis, quàm occidentis has tres portiones æqualiter cingebat. Ait igitur: Quod reliquum fuerit tam ad orientem, quàm ad occidentem ex parte primitiarū ſanctuarij, hoc eſt ex parte portionum ſacerdotum, leuitarum, & ciuitatis, erit principis: vt in figura licet videre. Extenditur autem portio principis à latere orientali harum trium portionum vſque ad terminum orientalem totius terræ Iſraëliticæ: & à parte occidentali vſque ad mare mediterrancum. Datur autem ei hæc portio, vt iuſtitiam exerceat, & regnum protegat & tueatur. Vt autem hoc efficiat, eſt eos puniturus, qui ſe ſceleribus contaminaueriot, & in republica violanda tetra facinora conceperint: eos verò præmiis affecturus, qui virtutem coluerint, in eáque veram dignitatem collocauerint. Et quia hoc abſque ſapieotia efficere non poterit, ait diuina ſcriptura in
Sap.6. libro Sapientiæ: Diligite lumen ſapientiæ omnes, qui præeſtis populis.

A mari vſque ad terminum maris. Hoc eſt à latere Occideotali vſque ad littus maris, vbi terra ſancta terminatur.

De poſſeſſione autem leuitarum. Poſſeſſio principis, in cuius medio eſt portio ſacerdotnm & leuitarum, & vrbis, erit inter tribum Iuda, & tribum Beniamin. Terminabitur portio principis ex parte aquilonis ad ſortem Iuda, & ex parte auſtri ſortem Beniamin, Et eodem modo terminantur tres dictæ portiones.

Et reliquis tribubus à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem Beniamin vna. Et contra terram Beniamin à plaga
D Orientali vſque ad plagam Occidentalem Simeon vna. Et ſuper terminum Simeonis à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem Iſſachar vna. Et ſuper terminum Iſſachar à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem Zabulon vna. Et ſuper terminum Zabulon à plaga Orientali vſque ad plagam maris Gad vna. Et ſuper terminum Gad ad plagam auſtri in meridiem: & erit ſimilis de Thamar vſque ad aquas contradictionis in Cades, hæreditas contra mare magnum. Hæc eſt terra, quam mittetis in ſortem tribubus Iſraël, & hæ partitiones earum, ait Dominus Deus. Et hi egreſſus ciuitatis. A plaga ſeptentrionali quingentos & quatuor millia menſurabis. Et portæ ciuitatis omnibus Iſrael: portæ tres à ſeptentrione porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. Et ad plagam Orientalem quingentos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioſeph vna: porta Bēiamin vna porta Dan vna. Et ad plagam meridianam quingentos & quatuor millia metieris, & portæ tres, porta Simeonis vna, porta Iſſachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagam Occidentalem quingentos & quatuor millia, & portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aſſer vna, porta Nephthali vna per circuitum decem & octo millia. Et nomen ciuitatis ex illa die Dominus ibidem.

Et reliquis tribubus. Locutus fuit de portione ſeptem tribuum, poſtea de portionibus ſacerdotum, leuitarum, vrbis, & principis, nunc redit ad quinque tribus, quæ reſtabant: & loquitur prius de tribu Beniamin, cuius portio erat proxima portioni ciuitatis: ſecunda portio eſt Simeonis, tertia Iſſachar, quarta Zabulon, qninta Gad.

Beniamin vna. Subauditur, erit portio, ſiue poſſeſſio.

Et ſuper terminum Gad ad plagam auſtri Poſt terminum terræ Gad erit finis terræ promiſſionis pro parte meridionali de Thamar vſque ad aquas cōtradictionis Cades, vbi terra Iſraelitica finitur. Illud eſt hoc loco aduertēdum, Gad ſignificare tentationem, Thamar vero palmam vnde ciuitatas illa quondam nomine Thamar fuit poſtea Palmira, autbore diuo Hieronvmo, ob palmarum multitudinem vocata. Sumus enim à tentatione deuicta ad palmam victoriæ venturi: & ex palma ad aquas contradictionis tranſituri vſque ad Cades, quod ſignificat ſanctitatem. Debemus enim vincere tentationes, & victoriæ præmium de animæ hoſtibus reportantes non ſumus tradituri nos ipſos deſidiæ & ſocordiæ, exiſtimantes eſſe nos iam perpetuam ſecuritatem conſecutos: tendimus enim à Thamar vſque ad Gad, hoc eſt à victoria vnius tentationis ad alteram tentationem, & ad Iac.1.
aquas contradictionis, vt cum aliis tentationibus pugnemus. Sed beatus, vir qui ſuffert tentationē, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Quare oportet poſt victoriam metuere & vigilare, & ver- Iob 7.
ba illa ſancti Iob memoria repetere: Militia eſt vita Iob. 14.
hominis ſuper terram. Et illa: Cunctis diebus qui- 1.Tim.1
bus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Hoc intelligens diuus Paulus Timotheum ſuum ita alloqnebatur. Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, ſecundum præcedente in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam. Et in ſecunda ad Corinthios: In carne, inquit, ambu- 2.Cor.10
lantes non ſecundū carnem militamns, nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitiooum. Aſpicis igitur vitam noſtram bellum eſſe perpetuum, & poſt victoriam aquas nobis offerri nouarum tentationum, quas ſumus ſuperaturi, vt Cades, hoc eſt ſanctitatem conſequamur. Eodem modo filij Iſraëlis poſt victoriam de Ægyptiis mirabiliter reportatam ve-

nerunt ad Mara, quæ ex amaritudine nomen acce-
Exo.15. pit: ſed poſt Mara venerunt in Elim, vbi erant duo
Exo.15. decim fontes dulcium aquarũ, & ſeptuaginta pal-
Exo 12 mæ. Nos igitur ne terreamur, ſi poſt victoriam in
Nu. 9 tentationis amaritudinẽ incidamus, quoniam ve-
Rom. 5. rum paſcha facientes azyma cum amaritudinibus
comedebant: & tentatio parit probationem, pro-
batio ſpem, ſpes autem non confundit. Nam poſt
Mara peruenienius ad palmas victoriæ, & ad opta-
tam animi refectionem, & dulcium aquarum ſuaui-
Nu. 33. tatem. Profectique de Elim, caſtrametati ſunt ad
mare. Quod certè mirabile videtur, cùm enim ma-
re rubrum tranſiſſent, & aquas Mara & Elim, quo-
modo iterum iuxta mare tabernacula fixerunt? Sed
permiſit illud ita Deus, vt intelligeremus, etiam
poſt dulcem animæ refectionem, & ſuaues trium-
phorum epulas apparere nobis mare aliquando, &
præterita diſcrimina nobis ante oculos obuerſari.

Hereditas contra mare magnum. Hoc eſt, & por-
tio tribus Gad propagatur vſque ad mare mediter-
raneum, quod reſpectu maris mortui, & maris Ga-
lilææ magnum appellatur.

Et hi egreſſus ciuitatis. Id eſt, & hæ ſunt portæ vr-
bis. Deſcribitur ciuitas, quæ erat ædificanda in qua-
drato æquilatero, cuius latera erant verſus quatuor
præcipuas mundi partes diſponenda. Quodlibet
latus occupabat longitudinem quatuor millium
quingentorum calamorum, & tres portas à tribus
familiis ſeu tribubus denominatas. Cùm autem la-
tera eſſent quatuor, apertè oſtenditur, portas eſſe
duodecim, tres ad aquilonem, tres ad oriẽtem, tres
ad meridiem, tres ad occidentem. Quia futurum
erat, vt conſtitueretur eccleſia, ad quam ex omni-
bus quatuor mundi partibus multi venirent: iuxta
Luc 13. id, quod eſt apud diuum Lucã: Et venient ab orien-
Pſal. 86 te & occidente, ab aquilone & auſtro. Id intuens
mente Dauid aiebat: Memor ero Raab, & Babylo-
nis, ſcientium me. Ecce alienigenę, & Tyrus, & po-
pulus Æthiopum, hi fuerunt illic. Per Raam intel-
ligitur Ægyptus ab Ægypto rege fratre Danai ita
denominata, vt ait Manethon Ægyptius in libro
de regibus Aſſyriorum: per Babylonem vrbs illa
celebris, quam Semiramis incredibili magnitudine
extruxit, vt ait Archilochus in libro de tempori-
bus: quæ euerſa fuit per Cyrum & Darium, qui an-
nis duobus ſimul regnarunt, deinde ſolus Cyrus, vt
aſſerit Metaſthenes Perſa in libro de iudicio tem-
porum. Per alienigenas poſſunt intelligi cultores
Italiæ: fuit enim regio illa poſſeſſa in principio à
gente Phœnicia & Saga ſub Iano, vt ait Portius
Cato in Originibus: & poſtea eam coluerunt Græ-
ci, & Arcades alienigenæ, vt ait Myrſilius Lesbius
in libro de origine Italiæ. Poſſunt etiam per alie-
nigenas intelligi Philiſtæi, quoniam ſic eos Hebræi
vocare ſolebant. Eſt igitur loci illius ſenſus: Intra
eccleſiam meã, inquit Deus, nõ ſolùm gentẽ vnam
concludam, ſed multas & varias: memor enim ero
Ægyptiorum & Babyloniorum, quos afferam ad
eccleſiam meam, qui me ſcient, cùm me antea non
cognouiſſent. Et non ſolùm hi, ſed etiam Palæſti-
ni, & Tyrij, & Æthiopes, hi in eccleſia mea inue-
nientur, quam ex omnibus gentibus, & populis, &
Eſai. 60 linguis congregabo. Vnde Eſaias primitiuam ec-
cleſiam in hunc modũ alloquitur: Leua in circuitu
oculos tuos, & vide: Omnes iſti congregati ſunt,
venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ
tuæ de latere ſurgent: tunc videbis, & afflues, &
mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando con-
uerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gen-
tium venerit tibi. Quibus verbis hominum multi-
tudinem, quos ad eccleſiam concurſuros eſſe men-
tis oculis intuebatur, prædixit. Per has duodecim
portas duodecim intelliguntur apoſtoli, quorum
doctrina multi ingreſſi ſunt in eccleſiam. Et quo-
niam apoſtoli trinitatis ſanctiſſimæ myſteriũ nun-
tiabant, ideo tres portæ in vno quoque latere con-
ſtituuntur. Fortaſſe ideo in quolibet latere tria
erant oſtia, quia tres habitabilis orbis pàrtes Afri-
ca, Aſia, Europa, erant ad eccleſiam venturæ. Eam
ob cauſam aũt nõnulli dixiſſe Ieremiã: Terra ter-
ra terra audi verbũ Dei. Ter terram ideo exiſtimãt *Iere. 22.*
nominaſſe, vt Africam, Aſiam, Europam ſignifica-
ret. Sciebat enim ſpiritu prophetiæ fore, vt omni-
bus ex his partibus multi fidẽ reciperẽt, quos Deus
præſciebat eſſe virtutẽ amplexuros. Nihilominus
tamen Dei præſcientia nõ tollit liberum arbitriũ,
vt alibi oſtendimus. Qua de re ea poteris videre,
quæ grauiter & eleganter literis mandauit in libro
ſuo de libero arbitrio Ioannes Sepulueda, qui ſa-
pientia ſua & admirabili dicendi copia Cordubam
patriam ſuam illuſtrem ad ſummam amplitudinem
perduxit.

Porta Leui vna. Leui faciebat tribum, ſed non
ſortem: ideo portam habebat in ciuitate ſuo no-
mine vocatam, etiamſi in terræ diſtributione por-
tionem inſtar aliarum tribuum non habuerit. Io-
ſeph autem fecit duas tribus quoad portiones &
partitiones, ſed vnam tantùm quoad iura ciuitatis:
ideo duas ſortes habuit, vnam verò portam.

Et nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem.
Hoc eſt, Et ciuitas hæc, quam ſpiritu prophetico
futuram eſſe perſpicio vocabitur ex die, qua fuerit
conſtituta: Dominus ibidem. In ea nanq; erit Do-
minus in perpetuum non ſolùm per eſſentiam, po-
tentiam, & præſentiam, ſed etiam per particularem
ſuorum beneficiorum influentiam, & fidei, ſpei,
atque charitatis abundantiam. In hac ciuitate, in
hac eccleſia catholica eſt Deus, & erit vſq; ad mun-
di finem: ipſe enim ait: Ecce ego vobiſcum ſum *Mat. 28*
omnibus diebus vſque ad cõſummationem ſeculi.
Secure igitur cum Dauide poſſumus concinere: In *Pſal 59.*
Deo faciemus virtutem: & ipſe ad nihilum rediget
inimicos noſtros. De Iudæorum ſynagoga dixit
Dominus apud Matthæum: Relinquetur vobis do- *Mat 23*
mus veſtra deſerta. Et apud Ioannem: Surgite, ea- *Ioan. 14*
mus hinc. At eccleſiæ ſuæ perpetuã promiſit præ-
ſentiam, perpetuum præſidium: quam ob cauſam
Emanuel, hoc eſt nobiſcum Deus appellatur. No- *Eſai. 7.*
biſcum eſt vt Chriſtus, hoc eſt vt Deus & homo in
admirabili euchariſtiæ ſacramento, vbi erit omni-
bus diebus vſque ad mundi conſummationem, in
illa munda oblatione, de qua ipſe dixerat per diui-
num vatem Malachiam: In omni loco ſacrificatur
& offertur nomini meo oblatio munda, quia ma-
gnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Domi-
nus exercituum. Hunc Malachiæ locũ intelligunt *Mal. 1.*
& interpretantur de ſancto euchariſtiæ ſacramento
Irenæus libro quarto contra Valentinum: Iuſtinus
martyr in dialogo cum Triphone: Cyprianus libro
contra Iudæos, capite 16. Euſebius Cæſarienſis li-
bro primo euangelicæ demonſtrationis, capite ſex-
to & vltimo: Hieronymus in eundem Malachiam:

Auguſtinus libro 18.de ciuitate Dei capite 35.& libro decimo nono cap. 23. Chryſoſtomus tomo ſexto pſegmate ſecundó contra Iudæos: Theodoretus in commentariis in Malachiam: Damaſcenus libro quarto de orthodoxa fide, capite 14. R. Samuel capite 20. Nec mireris ſi Iudæus hic R. Samuel locum illũ de ſancto euchariſtiæ ſacramento exponat, nam R. Moyſes Hardarſan in pſalmum 136.R.Simeon in libro qui inſcribitur inueſtigatio ſecretorum, & R. Barachias in cõmentariis In Eccleſiaſten,& R.Ionathas in libro collectionnm,qui omnes fuerunt Iudæi & ante aduentum Chriſti cogitationes ſuas literis mandarunt, aſſeruerunt apertiſſimè fore, vt tempore Meſſiæ eſſet ſacramentum quoddam admirabile, in quo panis & vinum in corpus & ſanguinem Meſſiæ transmutarentur. Et quoniam in hoc ſanctiſſimo ſacramento eſt Chriſtus verus homo, & verus Deus noſter, & hoc excellentiſſimum ſacramentum ſemper erit in eccleſia, ait hoc loco Ezechiel: Et nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem. Et etiam nobiſcum vt caput noſtrum influens in membra inſtinctu & inſpiratione. Eſt enim eccleſia corpus, cuius caput Chriſtus eſt, nos autem membra: vt diuus Paulus *Ephe.1.* multis in locis teſtatur. Nobiſcum eſt vt pater, vt *& 4.&* præceptor, vt conſolator. Nobiſcum eſt præſidio, *5* & ſpiritu ſuo. Ipſe eccleſiæ ſuæ ſpiritus ſancti aſſi- *Coloſſ.1.* ſtentiam promiſit, dicens: Ego rogabo patrem: & *Ioan.14* alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Magna profectò conſolatio, & admirabilis Dei noſtri clementia, qui eccleſiæ ſuæ promiſit nunquam eſſe eam derelicturum. Id in- *Eſai.62* tuens mentis oculis diuinus ille vates Eſaias, cui ipſe Deus arcana ſua reſerabat, eccleſiam ipſam alloquens has voces emiſit: Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui: non vocaberis vltrà derelicta: & terra tua non vo- *Ioan 14* cabitur ampliùs deſolata. Id aſſerebat Chriſtus diſcipulis ſuis dicens: Non vos relinquam orphanos. Quî fieri poteſt, vt miſericors pater filios ſuos deſereret, quos ſanguine ſuo pro illis in crucis ara profuſo genuit, vt illis nec ſua vitam tribueret, morte ſua eos ad immortalitatem, & pœna ſua eos ad gloriam ſempiternam perduceret, & ex mundi colluuie ereptos in angelorum ſocietate, in cœtu beatorum collocaret? Quapropter memoriam tanti beneficij colamus perpetua beneuolentia, & admirabili obſeruantia: nunquam huius diuinæ pietatis memoria in nobis moriatur, quin potius omnis ſit nobis ætas ad immẽſa diuini numinis er- *Ephe.2.* ga nos beneficia prædicanda atque recolenda. Ipſe *Cant.2* nobis celebrem ciuitatem cõſtituit, in qua eſſemus *Cant.3.* ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, fundati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, quæ ciuitas eſt ſancta mater eccleſia, eius dilecta ſponſa & columba: pro qua ipſe vt nos redimeret, eius amore inflammatus vitam profundere non recuſauit: cuius amoris memoriam poſteritas alet, ipſaque æternitas ſemper intuebitur. Nos igitur tanti redemptoris amore incenſi ad ipſum aſpiremus, & cordis deſideria erigamus. Auertamur à rebus mortalibus & fluxis, ad bona autem immortalia & *Similitudo.* ſempiterna cõuertamur. Luna cùm decreſcit, conuertit ſui arcus aperturam ad terram deorſum, tergum autem verſus cœlum ſurſum: & ita tendit in defectum & decurſum, amittens ſenſim lumen ſuum, donec ſit ſilens, & lumine penitus priuata: contrà verò cùm creſcit, conuertit aperturam ſui arcus ad cœlum ſurſum, dorſum autem deorſum verſus terrã: & ita paulatim progreditur creſcendo, donec tota eſt plena, & ſplendido lumine illuſtrata. Sic anima cùm deficit in perfectione ſpirituali, & tendit in decurſum, vertit oſtium & aperturam ſui deſiderij ad mundum, & amore ducta rerum caducarum terram quærit, auertens ſe à bono incommutabili ad res commutabiles. Et quandiu ita tendit in defectum, amittit Chriſtianæ dignitatis ſplendorem, donec manet non ſolum priuata lumine gratiæ, ſed etiam cæca in intellectu, & penitus obſcura, denſiſque tenebris cooperta. Neſcierunt, ait diuinus pſaltes, nec intellexerunt, in *Pſal 81.* tenebris ambulant. Et diuus Paulus: Obſcuratum *Rom. 1.* eſt inſipiens cor eorum. Et rurſum: Non ambuletis, ſicut Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, *Ephe.4* tenebris obſcuratum habentes intellectũ. At cùm anima creſcit in vita ſpirituali, vertit tergum mundo, fugit eius vanitates, illecebras, delicias, & fallacias: & ſui arcus apertionem cõuertit ad Deũ, & ita progreditur proficiens, recipiens in dies claritatem, donec repletur non ſolùm lumine gratiæ, ſed gloriæ. Itaque quanto occupatiorem aliquem videris in deſideriis terræ, & in negotiis rerum caducarum & inutilium, tantò magis eum deficere intellige in Chriſtiana perfectione: contrà verò quantò feruentiùs eũ videris ad cœleſtia aſpirare, tantò ampliùs eum proficere cognoſce. Quare nos vt proficiamus, vt gratiæ ſplendore illuſtremur, erigamus ſurſum verſus Deum aperturas cordium noſtrorum, mittamus ad eum deſideria noſtra, vitam illam æternam appetamus, qua nulla eſt beatior, nulla præſtantior, nulla bonis omnibus affluentior. Si voluerimus altè ſpectare, & vitam illam immortalem mentis oculis contueri, nec ſermonibus vulgi dabimus nos ipſos, nec in præmiis humanis ſpem ponemus rerum noſtrarũ: ſed Deũ ardentiſſimè diligemus, & ipſe Dei amor, quo flagrauerimus, nos ducet ad veram dignitatem. Et ita *Pſal.83.* ibimus, vt verbis vtar diuini vatis, de virtute in virtutem, donec videatur Deus in Sion: donec eo in ciuitate permanente fruamur. Sed ciuitatem illam ſempiternam non obtinebimus, niſi huius ciuitatis fuerimus ciues, de qua loquitur in præſenti Ezechiel. Hæc eſt eccleſia catholica, hæc eſt ſancta Dei ciuitas in terra, hæc eſt vera Hieroſolyma, hæc eſt fidelium congregatio, quam noſter diuinus vates viſu intellectus diuina luce illuſtrati perſpexit, & capite hoc deſcripſit: in qua ipſe Deus habitat, & vſque ad mundi conſummationem ſemper habitabit: nam nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

ANNOTATIONES EX Hebræo in cap. XLVIII. & vltimum.

A Finibus aquilonis iuxta viã Hethalon. Tranſlatio ſeptuaginta habet ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. Hoc eſt, à principio. Magna inter has duas tranſlationes videtur eſſe repugnantia; nam vna aſſerit eſſe hoc à finibus aquilonis, altera à principio. Sed ſi rectè perpenderis, videbis nullam inter eas eſſe diſtantiam, nullam cõtrarietatem, ſed ſummum cõſenſum, & ma-

ximam concordiam. Dictio Hebraica קצה catſeh, qua hîc vtitur Ezechiel, extremitatem ſignificat: at tam extremum eſt principium, quàm finis. Eadem via eſt proficiſcentibus Roma Florentiam, ac proficiſcentibus Florentia Romam. Id autem, quod in via hac ratione vna eſt principium, ratione altera
Exo.37. finis eſt. Id quod eſt in Exodo ſcriptũ. Poſuit eos, nimirum cherubinos, ex vtraque parte propitiatorij, cherub vnum in ſummitate vnius partis, & cherub alterum in ſummitate patris alterius: poterat etiam verti: Poſuit eos in duabus extremitatibus propitiatorij, cherub vnum in vna extremitate, alterum in altera. Pro ſummitate enim eſt in
Haba.2 Hebraico dictio hæc catſeh. Ea etiam vtitur Habacuch capite ſecundo, pro qua Latinus interpres vertit: concidiſti. Ita enim habet: Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos. Et rectè quidem: eſt enim dictio hæc deriuata à verbo catſah, quod ſignificat concidere, ſuccidere, & diripere. Illo autem loco Habacuh prophetæ poteſt eſſe & verbum, & nomen. Alloquitur diuinus vates Nabuchodonoſorem, in quem iis verbis inuehitur, acſi diceret: Conſilium cepiſti ô immaniſſime tyranne, quod cadet in confuſionem familiæ tuæ, de trucidandis populis multis. Vbi Ionathas Chaldæus habet. Diripuiſti populos multos. Sed quoniam poteſt eſſe nomen, poterat rectè quidem locus ille ita verti: Conſilium iniſti confuſionis plenum domui tuæ in extremitatibus populorum multorum. Acſi diceret: Impia cogitaſti, & pernicioſa domui tuæ, quoniam eam ſpoliis aliarum regionum implere cupiuiſti: quam ob cauſam perueniet ignominia tua vſque ad orbis terrarum fines, ſeu extremitates. Conſilium immane cogitaſti & optimi conſilij fontes aperire noluiſti.

Sacerdotibus ſanctuarium erit de filiis Sador. Pro ſanctuario eſt in Hebraico: מקדש hamecuddax, à verbo קדש cadhax, quod ſignificat ſanctificare & præparare. Vnde dictio hæc mecuddax ſanctuarium ſignificat: quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Significat etiam ſanctificatum. Cùm autem apud Hebræos adiectiuum ſingularis numeri pro plurali aliquando ponatur, verterunt ſeptuaginta τοῖς ἱερεῦσι τοῖς ἡγιασμένοις hoc eſt ſacerdotibus ſanctificatis. Et ita etiam vertit Pagninus: vt ſit ſenſus: Hæc portio erit ſacerdotibus ſancti-
1.Re.16. ficatis, à filiis Sadoc genus ſuum ducentibus. Hoc verbo vtitur diuina ſcriptura libro primo Regum, vbi Samuel ait: Sanctificamini, & venite mecum, vt immolem. Sanctificauit ergo Iſai, & filios eius, & vocauit eos ad ſacrificium. Sed quoniam verbum hoc non ſolum ſanctificare ſignificat, ſed etiam præparare, poterat etiam verti locus ille: Præparate vos, & venite mecum ad prandium victimæ: præparauit igitur Iſai, & filios eius, illoſque ad victimæ epulas inuitauit. Quare locus hic Ezechielis verti ita poterat: Sacerdotibus ex filiis Sadoc erit parata, nempe portio hæc. Noſter autem interpres tranſtulit ſanctuarium, per quod intelligit templum, in medio portionis ſacerdotũ ex filiis Sadoc ædificatũ, quod erat ipſis ſacerdotibus commiſſum.

Et nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem. Pro Domino eſt in Hebraico: יהוה Iehouah, nomen dei tetragrammaton, quod Hebræi vocant ineffabile: non enim illud proferre audent, ſed ſcriptum inuenientes loco eius proferunt adonai, aut Elohim. Apud Hebræos verbum haiah ſignificat eſſe: & eſt deductum ab hoc nomine Iehouah, quod aiunt dei eſſentiam ſuo modo ſignificare. Deus enim eſt qui eſt, & qui non ſolùm eſt, ſed eſt ſuum eſſe: eſſe enim non eſt accidens in Deo, ſed ſubſiſtens veritas: nec eſt aliud eſſentia in Deo, quàm ſuum eſſe, ſua nanque eſſentia eſt ſuum eſſe. Nam quicquid habet eſſe, & non eſt ſuum eſſe, eſt ens per participationem, & non per eſſentiam: cùm autem Deus ſit non per participationem, ſed per eſſentiam, ſitque ens, imò primum ens, à quo omnia entia procedunt, apertè concluditur, eum eſſe ſuum eſſe. Fieri non poteſt, vt aliquid ſit ſua eſſentia, quin ſit ſuum eſſe: atqui Deus eſt ſua eſſentia, eſt igitur ſuum eſſe. Si enim non eſſet ſuum eſſe, non eſſet ens per eſſentiam: quo nihil poſſet, dici abſurdius, nihil indignius. Hebræi antiqui, qui Chriſtum præceſſerunt, aſſeruerunt in ſcriptis ſuis, quæ poſteritati commendarunt, contineri hoc nomine myſterium ſacroſanctæ Trinitatis: conſtat enim quatuor ex literis, nempe י iod, quæ ſignificat principium, ה he, quæ ſignificat eſſe, ו vau, quæ ſignificat nexum & amorem, & ה in fine: per, iod intelligitur pater, qui eſt principium abſque principio, per, he, filius, per quem omnia, quæ facta ſunt eſſe cœperunt, per, vau, coniunctionem copulatiuam, intelligitur ſpiritus ſanctus, qui eſt amor & nexus vtriuſque, qui à patre filioque procedit. Geminatur, he, propter duplicem naturam, quæ eſt in Chriſto, per primum ה natura diuina intelligitur, per ה poſtremum natura humana. Et appellabant Hebræi illi veteres hoc nomen expoſitum, quia illud per hoc nomen exponebãt אב בן ורוח הקדש Hoc eſt pater, filius, & ſpiritus ſanctus. Explanantes autem hoc clarius aiebant, hanc eſſe nominis Iehouah explicationem: Pater Deus eſt, filius Deus eſt, ſpiritus ſanctus Deus eſt, trinitas in vnitate, & vnitas in trinitate. Totum hoc explicabant quadraginta literis, ex quibus vnum quippiam conficiebant, quod admirabile vocabant. Et hoc eſt nomen quadraginta literarum apud antiquos Iudæos celeberrimum quod exponebat nomen Iehouah ineffabile: de quo dixerat regius vates: Domine Dominus noſter quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Psal.8. Nam vbi nos habemus Domine, eſt in Hebraico Iehouah, quod nomen nulli vnquam creaturæ ſed ſoli Deo tributum eſt: vbi nos autem habemus Dominus noſter, eſt adonai, quod Deo ſolet tribui & hominibus. Voluit diuinus vates his duobus nominibus duas in Chriſto naturas ſignificare diuinam & humanam, quarum myſterium, vt oſtẽdimus in nomine Iehouah continetur cum ſacroſancta Trinitatis myſterio. Hæc autem ſcriptura nominis dei יהוה dicebatur vrim & thummim, hoc eſt illuminationes & perfectiones, quod ex huius trinitatis intellectu mens illuminetur & perficiatur. Et quoniam cap. 28. Exodi, vbi nos habemus: Pones in rationali iu- Exo.28 dicij doctrinam & veritatem, pro doctrinam & veritatem eſt in Hebraico vrim & thummim, aiunt nõnulli viri docti eſſe in rationali illo Aaronis ſcriptum nomẽ hoc Iehouah, quæ ſcriptura dicebatur vrim,

vrim & thummim. Et quoniam nomen hoc יהוה quatuor tantùm literas habet, venerabantur antiqui numerum quaternarium: ex quo effectum eſt, vt multi per ipſum ſoluti eſſent iurare. Vnde Macrobius in ſomnium Scipionis, Quaternarium, inquit, Pythagorici adeò quaſi ad perfectionem animæ venerantur, vt ex eo iuſiurandi religionem ſibi fecerint: eſt enim perſpicuum Pythagoricos habuiſſe aliquam legis Moyſi cognitionem. Et quoniam antiqui Gentium poetæ audierát, in lege illa Deum appellari Iehouah, finxerunt Deû quendam ſuum, quem vocarunt Iouem, deductum à Iehouah, quem decepti erroris opinione mortales Saturni filium eſſe, & inter deos principatum obtinere arbitrabantur. Sed ille, quem Iouem Gentes appellabant, principiû habuit & finẽ: noſter autem Iehouah nec principium habuit, nec finem habebit: ille enim ſolus eſt, qui habet eſſe omnino perfectum. Nulla res habens aliquid extra ſeipſam eſt omnino perfecta, atqui noſtrum eſſe habet aliquid extra ſeipſum, non eſt igitur noſtrum eſſe omnino perfectum. Huius ratiocinationis aſſumptio perſpicua eſt, cùm videamus apertè, deeſſe nobis aliquid ex noſtro eſſe, quod iam præteriit & fluxit, & quod adhuc futurum eſt. Cùm autem diuinum eſſe ſimul totum ſit, cuius nihil præteriit, cui nihil addendum ſit, perfectiſſimum eſt, numeriſque omnibus abſolutiſſimum. Omnia humana quæ iuſta ſunt & pulchra cum dei iuſtitia & pulchritudinẽ comparata nec iuſta ſunt, nec pulchra, imò nec ſunt, quoniam per participationem ſunt. Omnia iuſta Deum eſſe iuſtiſſimum teſtantur, pulchra pulcherrimum, excelſa altiſſimum, dulcia dulciſſimum, fortia fortiſſimum, bona optimum, integra integerrimum. Ipſe eſt velnti vox quædam naturæ, quoniam eum omnia creata ſuo modo loquuntur, & laudibus efferunt. Ipſe eſt verus Deus, verus Iehouah, totius vniuerſi conditor & cõſeruator, qui in ciuitate ſua, de qua hic agit Ezechiel, hoc eſt in eccleſia hac militante habitat, quæ appellatur Dominus ibidem. Sed quoniam ciuitas hæc à diuo noſtro vate quadrata deſcribitur, admirabili quadam æqualitate diſpoſita, ideo per eam cœleſtem illam ciuitatem poſſumus intelligere, in qua nulla eſt nequitia, nulla calamitas: in qua illi requieſcunt, qui ſe hic à corporis contagio ſeuocarunt, totoſque ſeſe ad Chriſti imitationem contulerunt. In eam aperuerunt ſibi aditum omnes illi, qui præſtãtibus ingeniis in vita humana diuina ſtudia coluerunt, & omnes denique hi, qui fide muniti, & ſpe roborati ex hac vita in charitate migrarunt. Illic nullo dolore preſſi, nullis tenebris circunfuſi, nulla deformitate maculati, ſed cœleſti gaudio affecti, admirabili ſplendore illuſtrati, eximia pulchritudine muniti ſummum illum cœli terræque gubernatorem aſpiciunt, ſempiternam pulchritudinem intuentur, & in auditorum bonorum affluentia cumulati diuino numine fruuntur. Omnia, quæ in ſeculo hoc videmus, caduca ſunt & mobilia, nõ tam in noſtris cõſiliis poſita, Deo ita permittẽte, quàm in mundi temeritate: quorum non tam facultatem vnquam & copiam viri ſapientes putarunt expetendam, quàm in vtendo rationem, & in carendo patientiam. Omnia fluunt & pereunt, & nos cum illis, medioque ſpatio frangimur & corruimus, & priùs in ipſo curſu obruimur, quàm portum conſpiciamus. Mors nos in curſu à tergo inſequens nec opinantes aſſequitur, & à lateribus aliquando, atque à fronte inuadit. Vt vaſa fictilia æque ſunt obnoxia periculo, ſiue ſint noua, ſiue diuturna, ſic homines æqualiter ſunt mortales, & interitus periculis expoſiti, ſiue ſint adoleſcentes, & in ætate *Simile.* florente, ſiue ſint ſenes, & ætate progreſſi. Si in figulinam ingreſſus videris menſam fictilibus vaſis refertam, quibuſdam recentibus, quidam verò antiquis, aliis magnis, aliis autem paruis, & à figulo quæſieris, quod ex illis eſt priús frangendum: illud reſpondere poterit, quod priùs ceciderit in terrã: ita ex hominibus ille priùs excedet è vita, non qui fuerit antiquior, ſed qui priùs fuerit delapſus in terram, qui ſepulchrum prius tetigerit. Quid aliud eſt ſeculum hoc, quàm figulina quædam, nos autem quid aliud ſumus, quàm vaſa quædam fictilia? Id intuens regius vates aiebat: Tanquam vas figuli *Pſal 2.* confringes eos. Et Eſaias: Comminuẽtur, ſicut cõ- *Eſai.30.* teritur lagena figuli. Et diuus Paulus in ſecunda ad Corinthios: Habemus theſaurum hunc in vaſis fictilibus. Et diuus Ioãnes in Apocalypſi. Tanquam *2 Cor 4* vas figuli confringentur. Vt qui faciunt iter, de *Apo. 2.* ſolis occaſu aliquando nõ cogitant: & eos nox op- *Simi. e.* primit incautos: ſic mors multos aggreditur de illa minime cogitantes. At in æterna ciuitate nulla mors eſt, nullus interitus, nullus dolor, ſed vita, immortalitas, & gaudium. Quemadmodum in vaſe *Simile.* hederæ, vt aiunt, aqua retinetur, vinum verò effunditur, & ſenſim elabitur: ſic in hac vita permanet dolor, amittitur gaudium: qui locus quietis & tranquillitatis plenus eſſe videtur, in eo turbulentæ calamitatum procellæ interdum exiſtunt. Felices illi, qui mundi fugiunt familiaritatem; qui falſas eius contemnunt voluptates, qui incertas ac fluxas non amplectuntur diuitias, ne cum ipſis pereuntibus pereant, & à deceptrice Babylone decipiãtur. Beati, qui vas hoc hederæ, qui mundum hunc relinquunt, & ad cœleſtem illam patriam incẽſi charitate rapiuntur. Ibi nulla eſt triſtitia, nulla moleſtia, ſed ſumma ſecuritas, cœleſtiumque voluptatum abundantia. Illa eſt ciuitas ſuperna, quæ nec caſu eripitur, nec ruina labefactatur, nec vetuſtate vlla conſumitur. Hic non habemus ciuitatem manentem, ſed futuram inquirimus: quam deſcribit diuus *Heb 13.* Ioannes in Apocalypſi: in qua, vt verbis illius vtar, abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſan- *Apo. 21* ctorum: & mors vltrà non erit, nec luctus, nec clamor, nec dolor erit vltrà. Eius murum ait ex iaſpide eſſe, vt firmitatem ſignificet in eccleſia triumphantem nunquam marceſcentem, ipſam verò ciuitatem mundum ſimile vitro mundo, vt inſinuet, tantum in ea eſſe diuinæ cognitionis ſplendorem, tam admirabilibus diuinæ claritatis radiis micare, vt aurum puriſſimum inſtar luci diſſimi vitri meritò appelletur. O ciuitatem cœleſtem, quam præparauit Deus diligentibus ſe, ô patriam tutam, pulchram, tranquillam, abſq; varietate & mutatione, vbi nullus eſt aduerſarius oppugnans, nullus timor torquens, ſed eximia pax, & perfectus ac perpetuus amor. Ibi dies eſt æternus, ibi Deus cernitur facie ad faciem: & hoc vitæ cibo, his præcellentibus dapibus animo abſque vllo defectu ſatiatur. O vitam felicem, ô regnum verè beatum, ô Hieroſolymam ſuper cœleſtem, quis mihi cõcederet, vt ad te è corporis vinculis ſolutus euolarem, & angelorum ſo-

ciatus choris Deo meo ſuaucs perenneſque hym-
nos concinercm de canticis Sionis. Nam in hoc
Pſal 136 exilio, vbi teneor deſiderio tui, vbi ſedeo ſuper flu-
mina Babylonis, ob tui recordationẽ vim lachry-
marum profundes, vbi ipſa flumina exitus aqua-
rum, quas deducunt oculi mei, tanquam meorum
deſideriorum tributum ferunt ad mare interitus,
Pſal 136 quò mundi omnia tendũt, quî fieri poteſt, vt hym-
nos canam gloriæ cœleſtis? Quomodo cantabimus
canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero
tui Ieruſalẽ ſuperna, obliuiſcatur, & dediſcat pſal-
Pſal 41 lere dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus
meis, ſi non meminero tui. Hæc recordatus ſum, ef-
fundens in me animam meam: illam deſiderij do-
loriſque magnitudine contractam quodammodo
dilato, ſperans fo c, vt tu me Deus refugium meum
ab hoc triſti exilio ad patriam dulciſſimam aliquã-
do reuoces. Cùm doloris acerbitate angor, hæc
vna conſolatio animum meum debilitatum ſua-
uiſſima tui nominis recordatione ſuſtentat. Quam
ob cauſam cum regio diuinoque vate has voces
Pſal 41. emitto: Memor ero tui de terra Iordanis & Her-
monij à monte modico. Vtinã mihi in hac lacbry-
marum valle tui nominis memoria nunquam ex-
cidat ex animo, ſed ſemper mihi ante mentis ocu-
los bonitas tua verſetur. Vtinam pectus meum ſit
oratorium quoddam, vbi tu Chriſte ſancte ſis per-
petuò ſculptus, & aurea imago tua ſit in terreo al-
tari cordis mei collocata, vt te ſemper intuear, te
ardenter amem, te ipſo delecter, & tanta ſit amoris
Pſal. 16. vis & flamma, vt me transformet in te à claritate
in claritatem. Vtinam optatus ille dies mihi elu-
ceſcat, quo mihi aditus pateat ad æternum cœlitũ
domicilium: vt in iuſtitia appaream in conſpectu
tuo, & ſatier, cùm apparuerit gloria tua: vt admira-
bilibus voluptatibus cumulatus non iam per æni-
gmata, ſed facie ad faciem vultum tuum pulcher-
rimum intuear, & in iucundiſſima ſuauiſſimaque
tui ſanctiſſimi numinis viſione requieſcam. Ex hac
vita diſcedam tanquam ex hoſpitio, non tanquàm
è domo: commorandi enim nobis Domine diuer-
ſorium, non habitandi locum dediſti. O ſplendidũ
diem, cùm ex hoc miſerabili exilio diſcedam, cùm
ad illud mentium beatarum concilium, ſi me Deus
ob miſericordiam ſuam illuc perduxerit, ad illam
ſanctorum ciuitatem, eccleſiamque triumphantem
proficiſcar, niſi optatum iter mea peccata præpe-
diant. Ibi Deum ipſum aſpiciam, eoſque videbo,
qui humana contemnentes diuinæ charitatis ſtu-
dio flagrauerunt, & ad cœleſtia atque diuina ar-
denter aſpirarunt. Ne me deſeras Deus meus, refu-
gium meum, ſpes mea: ne me vnquam in mani-
bus appetitus mei derelinquas. Fac me quærere te
ipſum, quærenti te mihi nihil aliud pro te occurrat.
Vtinam te inueniam, teque in patria cœleſti per-
fruar in æternum, cum his, qui præſentem vultum
tuum cernunt, illudque ſummum & incircunſcri-
ptum lumen intuentur, illamque incolunt ciuita-
tem, cuius tu Deus ſanctiſſime conditor es, & habi-
tator, de qua ait hoc loco diuinus tuus vates. & no-
men ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem. Habetis
à me candidi lectores in profundum Ezechielem
commentaria, mea quidem ſententia, exigua nec
ingenio & doctrina perpolita, nec tanti vatis maie-
ſtati reſpondentia. Sed cùm in omni genere officij
pluris facienda ſit animi voluntas, quàm muneris
magnitudo, in eam ſententiam facilè adducor, vt
credam, eſſe vos mihi veniam daturos, quoniam
etſi eruditioni veſtræ minimè ſatisfecero, dedi ta-
men operam, omnemque meam curam & cogita-
tionem eo contuli, vt illi ſatisfacerem: atque vt
mearum literarum fructum aliquem non omnino
contemnendum afferrem, omni ſtudio, & animi
impetu eſſe mihi enitendum exiſtimaui.

LAVS DEO.

ciatus choris Deo meo ſuaues perenneſque hymnos concinerem de canticis Sionis. Nam in hoc
Pſal 136 exilio, vbi teneor deſiderio tui, vbi ſedeo ſuper flumina Babylonis, ob tui recordationẽ vim lachrymarum profundes, vbi ipſa flumina exitus aquarum, quas deducunt oculi mei, tanquam meorum deſideriorum tributum ferunt ad mare interitus,
Pſal 136 quò mundi omnia tendũt, quî fieri poteſt, vt hymnos canam gloriæ cœleſtis? Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Ieruſalẽ ſuperna, obliuiſcatur, & dediſcat pſal-
Pſal 41 lere dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui. Hæc recordatus ſum, effundens in me animam meam: illam deſiderij doloriſque magnitudine contractam quodammodo dilato, ſperans fore, vt tu me Deus refugium meum ab hoc triſti exilio ad patriam dulciſſimam aliquãdo reuoces. Cùm doloris acerbitate angor, hæc vna conſolatio animum meum debilitatum ſuauiſſima tui nominis recordatione ſuſtentat. Quam
Pſal 41. ob cauſam cum regio diuinoque vate has voces emitto: Memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à monte modico. Vtinã mihi in hac lachrymarum valle tui nominis memoria nunquam excidat ex animo, ſed ſemper mihi ante mentis oculos bonitas tua verſetur. Vtinam pectus meum ſit oratorium quoddam, vbi tu Chriſte ſancte ſis perpetuò ſculptus, & aurea imago tua ſit in terreo altari cordis mei collocata, vt te ſemper intuear, te ardenter amem, te ipſo delecter, & tanta ſit amoris
Pſal.16. vis & flamma, vt me transformet in te à claritate in claritatem. Vtinam optatus ille dies mihi elucescat, quo mihi aditus pateat ad æternum cœlitũ domicilium: vt in iuſtitia appaream in conſpectu tuo, & ſatier, cùm apparuerit gloria tua: vt admirabilibus voluptatibus cumulatus non iam per ænigmata, ſed facie ad faciem vultum tuum pulcherrimum intuear, & in iucundiſſima ſuauiſſimaque tui ſanctiſſimi numinis viſione requieſcam. Ex hac vita diſcedam tanquam ex hoſpitio, non tanquàm è domo: commorandi enim nobis Domine diuerſorium, non habitandi locum dediſti. O ſplendidũ diem, cùm ex hoc miſerabili exilio diſcedam, cùm ad illud mentium beatarum concilium, ſi me Deus ob miſericordiam ſuam illuc perduxerit, ad illam ſanctorum ciuitatem, eccleſiamque triumphantem proficiſcar, niſi optatum iter mea peccata præpediant. Ibi Deum ipſum aſpiciam, eoſque videbo, qui humana contemnentes diuinæ charitatis ſtudio flagrauerunt, & ad cœleſtia atque diuina ardenter aſpirarunt. Ne me deſeras Deus meus, refugium meum, ſpes mea: ne me vnquam in manibus appetitus mei derelinquas. Fac me quærere te ipſum, quærenti te mihi nihil aliud pro te occurrat. Vtinam te inueniam, teque in patria cœleſti perfruar in æternum, cum his, qui præſentem vultum tuum cernunt, illudque ſummum & incircunſcriptum lumen intuentur, illamque incolunt ciuitatem, cuius tu Deus ſanctiſſime conditor es, & habitator, de qua ait hoc loco diuinus tuus vates. & nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem. Habetis à me candidi lectores in profundum Ezechielem commentaria, mea quidem ſententia, exigua nec ingenio & doctrina perpolita, nec tanti vatis maieſtati reſpondentia. Sed cùm in omni genere officij pluris facienda ſit animi voluntas, quàm muneris magnitudo, in eam ſententiam facilè adducor, vt credam, eſſe vos mihi veniam daturos, quoniam etſi eruditioni veſtræ minimè ſatisfecero, dedi tamen operam, omnemque meam curam & cogitationem eo contuli, vt illi ſatisfacerem: atque vt mearum literarum fructum aliquem non omnino contemnendum afferrem, omni ſtudio, & animi impetu eſſe mihi enitendum exiſtimaui.

LAVS DEO.

HI SVNT AVTHORES QVI IN HIS COMMENTA-riis citantur.

A

AVguſtinus
Ambroſius
Athanaſius
Ægeſippus
Anacletus
Antonius
Arnobius
Albertus Magnus
Alexander de Alex
Albertus Pighius
Alphonſus à Caſtro
Antonius Sabellicus
Andreas Fuluius
Ariſtoteles
Aquila
Ælianus
Alcinous
Aſconius Pædianus
Ariſtobolus
Alexander Aphrodiſeus
Apuleius
Aulus Gellius
Apollonius Thianæus
Alcæus
Athenæus
Æſchilus
Archilocus

B

Baſilius Magnus
Bernardus
Beda
Boëtius
Beroſus Chaldæus
Beſſarion
Baptiſta Fulgoſus
Budæus
Bloodus Fluuius

C

Clemen Alexandrinus
Cyprianus
Cyrillus
Caſſiodorus
Callimachus
Chryſologus
Clarius Brixianus
Cœlius Rodiginus
Chalcidius
Crinitus
Cicero

D

Dionyſius Areopagita
Didymus
Durandus
Didacus à Payua
Diogenes Laërtius
Diocles Cariſtius
Dioſcorides
Dion Chryſoſtomus
Diodorus Siculus
Demoſthenes
Democritus
Diogenianus
Dionyſius Halicarnaſeus

E

Euſebius Cæſarienſis
Euſebius Emiſenus
Epiphanius
Ephrem
Euariſtus
Eleutherius
Eucherius
Euthymius
Euripides
Epimedes
Epictetus
Eutropius

F

Felix
Ficinus
Franciſcus Forerius
Fabius Pictor

G

Gregorius Nazianzenus
Gregorius Niſſenus
Gregorius papa
Gratianus
Gennadius
Gaudentius Merula
Gabriel Biel
Gaſpar Caſſalius
Galenus

H

Hieronymus
Hilarius
Heſychius Hieroſolymitanus
Hugo Cardinalis
Hugo de ſancto victore
Hieronymus Oſorius
Hieronymus ab Oleaſtro
Hermippus
Homerus
Herodotus
Hammonius
Herodianus
Horatius
Hechatæus
Hippocrates
Hermolaus Barbarus
Hiſtoria tripartita

I

Irenæus
Ignatius
Iuſtinus martyr
Ioannes Chryſoſtomus
Innocentius tertius
Iulius primus
Ioannes Damaſcenus
Innilius
Iſidorus
Ioannes Roffenſis
Ioannes Eckius
Ioannes Caſſianus
Ioannes Annius Viterbienſis
Ioannes Soarius
Ioannes arboreus
Ioſephus Flauius
Ioannes Monachus
Ioannes Sepulueda
Iamblicus
Iuſtinus hiſtoricus
Iulius Solinus
Iuuenalis
Ionathas Chaldæus

L

Leo papa
Lactantius Firmianus
Leonardus Aretinus
Lyſias

M

Melchiades
Marcellus
Martinus Ledeſmius
Martinus Cantapetrenſis
Maximus epiſcopus
Marcus Varro
Macrobius Aurelius
Marſilius Lesbius
Manethon Ægyptius
Metaſthenes Perſa

N

Nicolaus Damaſcenus
Nicolaus Lyranus
Nicephorus
Numenius Pythagoricus

O

Origenes Adamantinus
Ouidius
Orpheus
Onchelus Chaldæus

P

Paulus Oroſius
Paulus Burgenſis
Primaſius Vticenſis
Petrus Lombardus
Photius
Proſper
Politianus
Plato
Plinius
Pierius Valerianus
Plutarchus
Proclus Patonicus
Pyndarus
Perſius
Pſeuſippus
Philo Platonicus

Pſellus
Picus Nirandulanus
Ptolemæus
Phauorinus
Philoponus
Petrarcha
Pomponius Mela
Palmerinus Florentinus
Petrus Apianus
Porphyrius

Q

Quintius
Quintilianus
Quintus Curtius

R

Rupertus abbas
Ricardus de ſancto Victore
Reuclinus
Raphaël Volaterranus
R.Dauid Cimhi
R.Eliezer
R.Dauid
R.Ioſeph
R.Moſes Hadarſan
R.Simeon
R.Barachias
R.Ionach
R.Achillas
R.Ionathas
R.Moſes Ægyptius
R.Salomon
R.Abraham Peruſol
R.Samuel

S.

Septuaginta interpretes
Sanctes Pagninus
Sixtus primus
Symachus
Syrianus
Seuerianus
Strabus
Strabo
Stobæus
Seneca
Straton
Simplicius
Sextus Aurelius
Suidas
Silius Italicus
Sophonius
Salluſtius
Seruius
Stephanus coſmographus
Suetonius Tranquillus

T

Theodoretus
Theophilus Alexandrinus
Tertullianus
Thomas Aquinas
Theleſphorus
Thomas Caietanus
Theodorus Antiochenus
Theophilactus
Triſmegiſtus
Titus Liuius
Theodorus Metoclides
Theophraſtus
Triphon
Theocritus
Theodotio

V

Victorinus
Victor
Vincentius
Vegetius
Vergilius
Valerius Maximus
Valerius Italicus

X

Xenophon

Z

Zepherinus
Zenodotus
Zeglerius

Præter hos authores citantur multæ ſententiæ horum philoſophorum qui ſequuntur.

Antiſthenes
Anaxagoras
Archidamus
Alcamenes
Anacharſis
Æſchilus
Arceſilas
Antimachus
Bias Prienenſis
Chilo Lacedemonius
Crates Thebanus
Diogenes Cynicus
Demas orator
Empedocles
Epicharmus
Herillus
Heraclitus
Hechatheus
Lyſander
Menedemus philoſophus
Pythagoras
Parmenides
Periender
Pherecidas Syrus
Pittacus
Pontius Sannites
Secundus
Simonides
Socrates
Solon Salaminius
Timon
Temiſtocles

INDEX AVTHORITATVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

quæ ab authore in hoc opere declaratæ ſunt, præter alias, quæ ſparſim citantur, in quo A. primam columnam, B. verò ſecundam ſignat.

GENESIS.

1 IN principio creauit Deus cœlum & terram, 97.b
1 Terra erat inanis & vacua.
1 Producant aquæ reptile animæ viuentis.5.a
1 Fecit Deus firmamentum.23.a
1 Vidit Deus cuncta quæ fecerat.26.a
1 Septimo die requieuit Deus ab opere, quod patrarat.48.a.185.b.
1 Fiat firmamentum in medio aquarum.74.b
1 Fiat lux, & facta eſt lux.129.b
1 Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.24.b.182.a
1 Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.239.b
1 Factum eſt veſpere & mane dies vnus.261.a
1 Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.5.a
2 In quocũque die comederis ex eo, morte morieris.102.a.151.a.
2 Tulit dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo.212.b.256.b.
2 Plantauerat autem dominus Deus paradiſum voluptatis à principio.234.a
2 Nomen fluuij tertij Tigris, ipſe vadit contra Aſſyrios.234.b.
2 Fluuius egrediebatur de loco voluptatis.373.b
3 Adam in paradiſo conſtitutus peccauit.7.b
3 Collocauit Deus ante paradiſum voluptatis Cherubim.176.b
3 Ecce Adã quaſi vnus ex nobis factus eſt. 254.a
3 Terrã comedes cunctis diebus vitæ tuæ.347.a 350.a
3 In labore comedes omnibus diebus vitæ tuæ. 427.b
3 In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.416.b
3 Inimicitias ponam inter te & mulierem.379.a
3 Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum.391.a
4 Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius.18.b.125.a, 269.b.
4 Egreſſus Cain à facie Domini.55.a.275.a
4 Si malè egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.76.a
4 Adam verò cognouit vxorem ſuam.181.b
4 Iſte cœpit inuocare nomen Domini. 194.b
4 Nonne ſi bene egeris, recipies.228.b
4 Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.297.a
4 Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur.347.b
6 Adducam aquas diluuij ſuper terram.5.a
6 Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ.136.b
6 Bitumine linies extrinſecus & intrinſecus. 406.b
6 Omnis caro corruperat viam ſuam.315.b
7 Te vidi iuſtum coram me in generatione hac. 6.b
9 Ponam arcum meum in ſignum fœderis.8.b
9 Arcum meum ponam in nubibus cæli.26.a
9 Dilatet Deus Iaphet.146.a.
10 Ipſe cœpit potens eſſe in terra. 290.b
11 Deſcendit autem Dominus, vt videret ciuitatem.228.b
12 Egredere de terra, & de cognatione tua. 385.b
13 Erat Abraham diues valde.22.a
13 Dabo terram hanc ſemini tuo in ſempiternum.156.b
14 Da mihi animas, & ſupellectilem tu capito. 18.b
14 Leuo manum meam ad Dominum Deum. 318.a
15 Filius domus meæ.313.a
15 Ego merces tua magna nimis. 384.a
16 Si forte ſaltem ex ea ſuſcipiam filios.115.a
16 Cúmq; inueniſſet eã angelus Domini. 274. a
17 Ego Dominus omnipotens, ambula coram me.108.b
18 Deſcendam, & videbo.16.a.228.b
19 Conuerſa eſt in ſtatuam ſalis.390.a
21 Viſitauit Dominus Saram.89.b
21 Agar errabat in ſolitudine.146.a.300.a
21 Abiit Iſaac ad Abimelech regem Palæſtinorum.247.a
21 Vidit Sarah Iſmaelem ludentem cum Iſaac. 151.a
22 Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes. 201.b.204.a
22 Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum.236.b
23 Habitauit autem Ephron in medio filiorum Heth.309.a
33 Terra quam poſtulas, quadringentos ſiclos argenti valet.424.a
23 Princeps Dei es apud nos. 416.a
25 Tenuit plantam fratris ſui Eſau.178.b
27 Sume arma tua.96.b
27 Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ.248.b
28 Vidit Iacob ſcalam. 282.a
29 Profectus ergo Iacob venit in terrã Orientalem.334.b
29 Ecce Rachel veniebat cum ouibus patris ſui. 5.b
31 Scrutatus eſt omnem ſupellectilem meam. 119.b
31 Noluitque Iacob confiteri ſocero ſuo, quod fugeret.187.b
31 Furatus eſt cor Laban Syri.245.b

35 Hic eſt titulus monumenti Rachel.244.a
35 Non vocaberis vltra Iacob.64.b
37 Miſerunt eum in ceſternam veterem.66.b
37 Induerunt eum tunica talari.439.b
38 Quare diuiſa eſt propter te maceria.128.a
38 In ipſa effuſione infantium vnus protulit manum.431.b
39 Ioſeph habitauit inter Ægyptios, 6.b
41 Confiteor peccatum meum.267.b
42 Neſciebant enim quòd intelligeret Ioſeph. 15.b
42 Etiam ſanguis eius exquiritur,50.a
43 Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum adduxeritis.33.a
45 Non ſe poterat vltrà cohibere Ioſeph.73.b
46 Omnes animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum.66.a
48 Do tibi partem vnam extra fratres tuos. 46.a
49 Vaſa iniquitatis bellantia.96.b
49 Non auferetur ſceptrum de Iuda.157.b.197.a.202.a
49 Ipſe erit expectatio gentium. 172.a.201.b
49 Congregamini, vt annuntiem, quæ ventura ſunt vobis.227.b.232.b
49 Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël.143.b
49 Aſer pinguis panis eius.248.b
49 Erat Dan coluber in via.31.a.344.a
49 Prior in donis,maior in imperio.416.b
50 Poſt mortem meam Deus viſitabit vos. 220.a

Exodus.

1 Surrexit in terra rex nouus in Ægypto.181.b
3 Solue calciamentum de pedibus tuis.14.b
3 Locus in quo ſtas,terra ſancta eſt.338.a
3 Apparuit ei Deus in flamma ignis de medio rubi.9.a.73.a
3 Ego ſum,qui ſum. 150.a.227.a
3 Rubus ardebat, ſed non comburebatur. 84.a
3 Ego ſum Deus Abraham.150.a
4 Filius meus primogenitus Iſraël. 64.b. 197.a
5 Quis eſt Dominus? neſcio Dominum.270.b
5 Operibus luti & palearum.368.b
7 Educam exercitum, & populum meum filios Iſraël.419.a
8 Abominationes Ægyptiorum immolabimus? 368.b.323.a
10 Indurauit Deus cor Pharaonis.153.a
11 A primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius.82.b
12 Habebitiſque hunc diem in monumentum cultui ſempiterno.243.a
12 Menſis hic vobis principium menſium primus erit.2.b
12 Erit agnus abſque macula maſculus anniculus.423.a
13 Armati aſcenderunt filij Iſraël de terra Ægypti.380.a
13 Erit quaſi ſignum in manu tua. 45.b
14 Nec vnus quidem ſuper fuit ex eis.5.b
15 Deſcenderunt in profundum quaſi lapis. 116.a
15 Abyſſi operuerunt eos.239.b
15 Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ.338.a
15 Cantemus Domino glorioſe enim magnificatus eſt in nobis.343.a
15 Vbi erant palmæ.392.b
17 Manus habebat ad Deum leuatas.381.a
18 Eruit me de gladio Pharaonis. 264.a
19 Et nubes denſiſſima operuit cœlum.8.b
19 Veniam ad te in caligine nubis.100.a
19 Sacerdotes qui accedunt ad Dominum ſanctificentur.417.b
20 Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis. 84.b. 171.b
20 Non habebis Deos alienos coram me.136.b
20 Viſitans iniquitatem patrum in filios.171.b
25 Fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.102.b
25 Duo cherubim ſuper propitiatorium.186.b
25 Ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas.430.a
25 Et faciam mihi ſanctuarium.67.b
26 Cortinæ ſibi iungentur mutuò.177.a
28 Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem.448.b
30 Et deprecabitur Aaron ſuper cornu altaris ſemel per annum in ſanguine.406.b
31 Cuſtodiant filij Iſraël ſabbatum.242.a
32 Quieſcat dñe ira tua,& eſto placabilis.304.a
32 Dimitte me,vt iraſcatur furor meus.210.a
32 Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.151.a
32 Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro,quem ſcripſiſti.97.a.122.b
33 Non videbit me homo & viuet.30.a
33 Non poteris videre faciem meam.30.b.
33 Si tu non ipſe præcedas, non educas nos de loco iſto.121.b
34 Ego ipſe eiiciam ante faciem tuam Amorrhæum.424.a
34 Dominator Domine miſerator & clemens. 171.a
34 Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias.6.b
37 Poſuit Deus ex vtraque parte propitiatorium. 448.a

Leuiticus.

1 Immolabiſque vitulum coram Domino.241.a
8 Doctrina & veritas.48.b
9 Nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula,in pondere & menſura.420.a
11 Immundum ne comederitis.11.a
15 Sanctificabis annum quinquageſimum.431.b
16 Omne opus non facietis in eo.274.b
18 Cuſtodite leges meas ac iudicia, quæ faciens homo viuet in eis.335.a
18 Iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego.148.a
19 Statera iuxta,& æqua ſint pondera.17.a
19 Non eris criminator nec ſuſurro in populo. 167.a
19 Nolite conuerti ad idola. 216.a

21 Ad

21 Ad omnem mortuum non ingredietur omnino.415.a
26 Euaginabo poſt vos gladium.66. b

Numeri.

1 Conſtitues eos ſuper tabernacula.590.a
11 Nunquid manus Domini inualida eſt? 26.b
14 Qui viſitas peccata patrum in filios.95.b
14 Non intrabitis terram,ſuper quam leuaui manum meam.184.a
14 Murmurauerunt contra Moyſem, & contra Aaron.311.b
14 Veſtra cadauera iacebunt in ſolitudine. 406.a
17 Prouideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis hominum.302.b
17 Recedite à tabernaculis hominum impiorum.6.b.329.b
18 In terra eorum nihil poſſidebitis.413.a
19 Excubate in cuſtodia ſanctuarij.418.a
19 Vas non habēs operculum nec ligaturam deſuper immundum erit.388.a
20 Quare nos de Ægypto eduxiſtis in locum hunc peſſimum? 437.b
21 Extulit Moyſes ſerpentem æneum.186.b
24 Orietur ſtella ex Iacob.198.a
29 In holocauſtum ſempiternum.242.b
31 Colligens ad populum tuum.263.a
33 Profectique de Elim caſtrametati ſunt ad mare.446.a

Deuteronomium.

1 Sediſtis in Cades Barne.83.a
1 Vrbes ſunt magnæ & ad cœlum, vſque munitæ.277.b
1 Date ex vobis viros ſapientes & gnaros. 52.b
4 Deus tuus ignis conſumens eſt. 19. a.138. b. 208.a.402.b
4 Non in ſolo pane viuit homo.112.b
4 Audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te. 298.b
6 Erunt verba mea in corde tuo.45.b
6 Dominum Deum tuum adorabis.93.a
6 Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo. 215.b
6 Dominum Deum tuum timebis.362.b
6 Diliges proximum tuum ſicut te ipſum, 389.b
10 Deus perſonam non recipit.309.a
10 Circuncidite præputium cordis veſtri. 254.b
11 Venient ſuper eum trieres & Romani.249.b
15 Non obdurabis cor tuum.54.b
16 Non poteris immolare phaſe in qualibet vrbium tuarum.381.a
16 Non accipies perſonam nec munera.360.b
17 Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris.600.b
21 Si mulierem pulchram poſt bellum victis hoſtibus.254.b
22 Videbit quòd infirmata ſit manus.250.b
22 Deferent ligna virginitatis ad ſeniores vrbis, qui in porta ſunt.236.b
22 Non indueris veſtimento,quod ex lana linoque confectum eſt.207.b
22 Glorificantes me glorificabo.65.b
25 Non alligabis os boui trituranti.443.a
25 Non habebis in ſacculo diuerſa pondera. 243.b
25 Pro menſura peccati erit plagarum modus. 94.b
28 Erit vita tua pendens ante te. 167. a. 403.a
30 Elige vitam,vt & tu viuas.215.b
31 Scio enim cogitationes eius.181.b
31 Irritum faciat fœdus, quod pepigi cum eo. 351.a
32 Apparuit Dominus de monte Pharan.18.b
32 Concreſcat in pluuia doctrina mea. 49. a. 133.a
32 Ego occidam,& ego viuere faciam.75.b
32 Mihi vindictam,& ego retribuam.233.a
32 Fel draconum vinum eorum.266.b
33 Innundationes maris, quaſi lac ſugent. 58.a
33 De pomis fructuum ſolis ac lunæ, de vertice antiquorum montium.234.b
33 Habitabit Iſraël confidenter ſolus, oculus Iacob in terra frumenti & vini.307.a
33 De benedictione Domini terra eius de pomis cœli.424.a

Ioſue.

2 Non remanſit in nobis ſpiritus.352.b
4 Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alueo ſumpſerant,poſuit Ioſue in Galgalis. 392.b
6 Septem ſacerdotes ſeptem buccinis clangebant ante arcam fœderis.296.a
29 Timete Deum, & ſeruite ei corde perfecto. 362.b

Iudices.

4 Siſara princeps exercitus Iabin.279.b
5 Clypeus & haſta apparuerunt.221.b
5 Cor meum dilexit principes Iſraël.157.b
7 Madiam autem,& Amalech,& omnes Orientales populi fuſi iacebant.3.b
9 Iuerunt ligna, & vnxerunt ſuper ſe regem. 68.b
12 Poſui animam meam in manu mea.45.a

Ruth.

4 Aſcendit ergo Booz ad portam, & ſedit ibi. 408.a

1 Regum.

1 Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim. 992.a

2 Deus ſcientiarum Dominus eſt, ipſi præparantur cogitationes. 259.a
2 Sterilis peperit plurimos. 347.b
3 Sermo Domini erat pretioſus in diebus illis. 312.a
6 Panis defecit in ciſtariis noſtris. 250. b
9 Filius vnius anni erat Saul. 113. b.
9 Saul quærens aſinas pergit ad videntem. 183. a
10 Sedebis iuxta lapidem, cui nomen eſt Ezel. 250.b
10 Tulit Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saulis. 419.b
13 Egreſſa eſt autem ſtatio Philiſtiim. 244.a
13 Saul duos annos regnauit. 2.a
15 Lugebat Samuel Saulem. 245.a
16 Non iuxta intuitum hominum ego iudico. 107.b
16 Sanctificamini, & venite mecum. 448.a
17 Paſcebam patris mei gregem. 304.a
17 Non concidat cor cuiuſquam in eo. 252.b
17 Miſit Dauid manum ſuam in peram. 119.b
19 Et ambulabat ingrediens, & prophetabat. 7.a
19 Poſuit animam ſuam in manu ſua. 45.b
20 Subſtiterant enim ducenti, qui laſſi tranſire non poterant. 406.a
20 Filius mortis. 113.a
21 Fuerunt vaſa puerorum ſancta. 90.a
24 Non faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini. 260.a
26 Erit mihi Dauid ſeruus ſempiternus. 242.b

Secundus Regum.

1 Ibi abiectus eſt clypeus fortium. 221.b
3 Diuiſit Dominus inimicos meos coram me. 128.a
4 Nonne quæram ſanguinem eius de manu veſtra? 50.a
6 Quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. 66.b
7 Inuenit ſeruus tuus cor ſuum. 54.b
8 Suſcitabo ſemen tuũ poſt te. 110.a. 163.b. 357.a
8 Banahaias autem filius Ioadæ erat ſuper Ceretim & Pheletim. 235.a
8 Percuſſus eſt Moab, & menſus eſt eos funiculo. 292.b
7 Faciebat Dauid iudicium & iuſtitiam omni populo. 419.a
12 Quoniã blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini. 321.b
17 Obtulerunt ei ſtratoria & tapetia. 292. b
17 Auertiſti faciem tuam à me, factus ſum conturbatus 292.b
20 Leuauit manum ſuam contra regem. 193.b

Tertius Regum.

6 Fecit in templo feneſtras obliquas. 536.b
7 Fecit mare fuſile. 370. b
8 Sit cor noſtrum perfectum cum Domino Deo noſtro. 299.a
8 Audi Domine hymnum & orationem, quam ſeruus tuus orat. 381.a
8 Ambulemus in decretis eius. 108.b
13 Quia non obediens fuiſti ori Domini. 67.a
13 Altare hæc dicit Dominus. 109.a
15 Ambulauit in via patris ſui. 299.a
18 Vſquequo claudicatis in duas partes? 323.a

Quartus Regum.

2 Currus Iſraël & auriga eius. 29.a
5 Egreſſi latrunculi quidam de Syria captiuam duxerunt puellam. 226.b
6 Et vltrà non venerunt latrunculi Syriæ. 64.b
14 Vidit Dominus afflictionem afflictionis Iſraël. 67.a
16 Ambulauit in via regum Iſraël. 109.b
17 Noluerunt ſeruire Domino Deo ſuo. 148.a
17 Fecerunt ſibi ſtatuas. 243.b
18 Vſque ad illud tempus filij Iſraël adolebant ei incenſum. 627.a
18 Ipſe diſſipauit excelſa, contriuit ſtatuas. 244.a
19 Venit angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum. 90.b
23 Melchon abominatio filiorum Ammon. 184.b
25 Subleuabit Euilmerodach rex Babylonis caput Ioacin. 193.b

1 Paralipomenon.

11 Paſces Populum meum Iſraël. 416.a

2 Paralipomenon.

13 Congregati ſunt ad eum viri vaniſſimi. 66.b
15 Vos ergo confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ. 78.a
17 Ambulauit in viis Dauid patris ſui. 299.a
28 Luſtrauit filios ſuos in igne. 299.a
34 Abſtulit Ioſias cunctas abominationes. 80. b. 184.b

Eſdræ primus.

2 Voluerunt omnia illa ſcribere. 123.b
8 Prædicaui ieiunium iuxta fluuium Ahaba. 288.b
10 Separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. 7.a

Secundus Eſdræ, qui dicitur Neemias.

9 In tribulationis tempore clamauerunt ad te Domine. 76.b

Tobias.

1 Per captiuitatem deuenit cum vxore ſua & filio in ciuitatem Niniuem. 6.b
3 Cùm iratus fueris, miſericordiam facies. 9.a
3 Hoc habet pro certo omnis, qui colit te, quod vita eius. 304.b
4 Superbiam nunquam in tuo ſenſu aut in tuo verbo. 150.b
12 Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. 288.b
13 Confitemini Domino filij Iſraëlis. 71.a

Iudith.

4 Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras,

veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunis.288.b
6 Humilium & manſuetorum Domine ſemper tibi placuit deprecatio.380.b

Heſter.

6 Iuſſitque ſibi afferri hiſtorias & annales.267.b
7 Aman ſuſpenſus eſt patibulo, quod parauerat Mardochæo.196.b
13 Cùm plurimis gentibus imperarem,& vniuerſum orbem &c.178.a

Iob.

1 Dominus dedit,Dominus abſtulit.314.a
1 Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.514.a
1 Habitauitque in terra Hus.6.b
3 Non venit in conſpectu eius omnis hypocrita.537.b
5 Per diem incurrent tenebras.41.b
5 Homo naſcitur ad laborem.222.b.153.b
5 Paruulum occidit inuidia.181.a.230.a
6 Fratres mei prætericrunt me ſicut torrens. 73.b
6 Si quid fortè ignoraui,inſtituite me.424.b
7 Sicut dies mercenarij dies eius.369.b
7 Militia eſt vita hominis ſuper terram. 56.a. 264.a.445.b
7 Dies mei velociut tranſierunt.204.a
7 Ecce nunc in puluere dormiam.292.b
9 Qui facit Arcturum & Orionem.203.b
10 Viſitatio tua cuſtodinit ſpiritum meum.406.a
10 Memento Domine, quod ſicut lutum feceris me.131.a.253.b
12 Interroga iumenta,& docebunt te.388.b
12 Qui mutat cor principum,& decipit eos. 133.a
13 Et vidit oculus meus,& audiuit auris mea. 2.b
13 Manum tuam longè fac à me.195.b
13 Homo fugit velut vmbra.203.a
13 Homo natus de muliere breui viuens tempore.253.b
14 Cunctis diebus quibus nunc milito expecto, donec veniat immutatio mea.445.b
14 Donec optata veniat ſicut mercenarij dies eius.28.a
14 Homo quaſi flos egreditur & conteritur. 31.b
14 Baltheum regum diſſoluit.73.b
15 Abſtulit quaſi ventus deſiderium meum.430.b
15 Quid te eleuat cor tuum?251.b
16 In nihilum redacti ſunt omnes artus mei. 326.a
16 Terra ne operias ſanguinem meum.203.a
17 Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt.395.a
17 Qui ruina lætatur alterius,non erit impunitus. 196.a
19 Pereo, & quaſi auulſæ arboris abſtulit ſpem meam.331.b
19 Credo,quòd redemptor meus viuit.331.a
19 Auris audiens beatificabat me.269.b
19 Manus Domini tetigit me.89.a.195.b
20 Deuorauit eum ignis, qui non ſuccenditur. 83.b
20 Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.122.a
20 Nec vltrà intuebitur eum locus ſuus. 352.a
21 Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad infernum deſcendunt.153.a
23 Inſpiratio Omnipotentis dat intelligentiam. 2.b
24 Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium.281.a
29 Super illos ſtillabat eloquium meum.193.a
30 Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. 6.b
31 Per ſingulos gadus meos pronuntiabo illum. 364.b
34 Deus regnare facit hominem hypocritā propter peccata populi.302.b
36 Quis poterit ſcrutari vias Domini? 95.b
37 Ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab arcturo frigus.203.b
40 Virtus illius in vmbilico ventris eius.142.b
41 Portas vultus eius quis aperiet. 387.b
41 Filius arcus.113.a
41 Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.226.b

Pſalmi.

1 Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum.6.b.75.b.108.b.131.a.177.b
1 Et in lege Domini voluntas eius.14.a
1 Et in cathedra peſtilentiæ nō ſedit.83.a. 259. a
1 Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.140.a.325.a.435.b
1 Non reſurgunt impij in iudicio.168.b.252.b
1 Et in via peccatorum non ſtetit.381.a
2 Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo. 12. a. 201.b.263.b.321.b.421.b
2 Apprehendite diſciplinam.52.b.61. a
2 Prædicans præceptum eius.158.a
2 Aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.259.b
2 Et nunc reges intelligite.301.b
2 Tunc loquetur ad eos in ira ſua.318.a
2 Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam. 430.b
2 Tanquam vas figuli confringes eos.449.b
3 Exaudiuit me de monte ſancto ſuo.260.a
4 Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.125.a.194.a.351.a.361.b
5 Quoniam ad te orabo Domine mane,exaudies vocem meam.428.a
5 Pro ea,quæ hæreditatem conſequitur.459.b
6 Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum.191.b
7 Confitebor tibi in vaſis pſalmi.90.a
7 Arcum ſuum tetendit,& parauit illum.90.a
7 Niſi conuerſi fueritis,gladium ſuum vibrauit. 195.b
7 Exurge Domine in ira tua, & exaltare. 196. a 234.a
7 Laqueum aperuit, & effodit eum,& incidit in foueam quam fecit.196.b.344.a
7 Pſalmus Dauid,quem cātauit Domino.324.b
8 Domine dominus noſter quàm admirabile eſt nomen tuum.191.a.310.b.448.b
8 Quoniam videbo cœlos tuos opcrā digitorum tuorum.5.b.389.a
8 Quid eſt homo, quod memor es eius. 33. a. 220.a
8 Minuiſti eum paulominus ab angelis.97.b

9 Iudicabit orbem terrarum in æquitate.383.b
9 Cognoſcetur Dominus iudicia faciens. 99. a. 234.a
9 Oculi eius in pauperem reſpiciunt.82.a
9 Inclinabit ſe & cadet, cùm dominatus fuerit. 93.b
9 Parauit in iudicio thronum ſuum.99.a
9 Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. 120.b
9 Patientia pauperũ non peribit in finem.190.a
9 Increpaſti gentes,& periit impius.198.a.242.a
9 Contere brachiũ peccatoris & maligni. 273.a
9 Periit memoria eorum cum ſonitu.271.b
9 Iuſtus vt palma florebit.275.b
9 Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, 294.b
9 Non eſt Deus in conſpectu eius, Inquinatæ ſunt viæ illius omni tempore.346.a
10 Oculi Domini in pauperem reſpiciunt.125.a
10 Pluet ſuper peccatores laqueos.216.b
10 Quoniam quæ tu feciſti deſtruxerunt.221.b
10 Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra. 346.b
10 Cogitauerunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire.251.b
10 Iuſtus Dominus,& iuſtitias dilexit.372.a
11 Nunc exurgam,dicit Dominus.352.b
11 Argentum igne examinatum,purgatum ſeptuplum.347.b
11 Eloquia Domini eloquia caſta.208.a
11 In circuitu impij ambulant.133.a
12 Vſquequo auertis faciem tuam à me.125.a
12 Nequando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum.189.b
13 Dixit inſipiẽs in corde ſuo,nõ eſt Deus. 270.b
13 Nonne cognoſcent omnes, qui operantur iniquitatem.65.a
14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. 257.a
14 Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ.426.a
15 Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper.18.a.55.b
15 Non ſedi cum concilio vanitatis.83.a
15 Etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. 439.b
15 Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum.69.a
16 Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. 2.a.17.b.115.b
16 Cogitauerunt aduerſus ſanctos ſuos.65.a
16 Igne me examinaſti, ſicut examinatur argentum.83.b.180.b
16 Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras.176.b
16 Eripe animam meam ab impio.195.b
16 Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam. 284.b
16 Satiabor,cum apparuerit gloria tua.398.b
17 Quoniam tu populum humilem ſaluum facies.204.b
17 In te eripiar à tentatione,& in Deo meo tranſgrediar murum.3.b
17 Inclinauit cœlos,& deſcendit.25.b.100.b
17 Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi. 45.a
17 Vt lutum platearum delebo eos.74.b
17 Eripies me de contradictionibus populi.92.a
17 Cum ſancto ſanctus eris,& cum peruerſo peruerteris.139.b
17 Miſit de ſummo,& accepit me.221.b
17 Reges Arabum & Saba dona adducent.248.b
17 Tenebroſa aqua in nubibus aeris.277.a.425.a
17 Commota eſt,& contremuit terra.68.b.343.b
17 Iuſtitiæ Domini rectæ.406.a
18 Cæli enarrant gloriam Dei. 23. a.186.a
18 In omnem terram exiuit ſonus eorum. 15. a. 357.a.357.b
18 Exultauit vt gigas ad currendam viam.22.a
18 Iudicia Domini vera.43.b
18 Ab alienis parce ſeruo tuo.211.b
18 Delicta quis intelligit.422.b
18 Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. 408.a
19 Mittat tibi auxiliũ de ſancto.67.b.260.a.338.a
19 Memor ſit omnis ſacrificij tuj.267.b. 248.b
20 Poſuiſti Domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo.56.b
20 Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. 83.a
21 Salua me ab ore leonis.284.b
22 Dominus regit me, nihil mihi deerit. 305. a. 306.a
22 Super aquam refectionis educauit me. 285. b. 432.a
22 Paraſti in conſpectu meo menſam.385.a
22 Vt inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum.315.a
22 In loco paſcuæ ibi me collocauit.307.b
22 Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.264.a
22 Impinguaſti in oleo caput meum.143.b
22 Non timebo mala, quoniã tu mecum es. 57. b
23 Domini eſt terra & plenitudo eius.66. a. 79. b.342.b
23 Attollite portas principes veſtras.252.b
23 Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in monte ſancto eius.257.a
24 Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo.322.a
24 Vias tuas Domine demonſtra mihi.372.b
24 Firmamentum eſt Dominus timentibus eum. 39.b.362.b
25 Non ſedi cum concilio vanitatis.7.a
25 Ne perdas cum impiis Deus animã meã.94.b
25 Proba me Deus,& tenta me.212.a
26 Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo.303.a
26 Dum appropiant ſuper me nocentes.326.b
26 Credo videre bona Domini in terra viuentium.4.b.54.b.123.b.240.b
26 Abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum.82.a
26 Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo.3.b
27 Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus ſuis.120.b
27 Deus meus ne ſileas à me, nequando taceas à me.240.a.283.a
27 Da illis ſecundum opera eorum.383.b
28 Vox Domini ſuper aquas,Deus maieſtatis intonuit.426.b

28 Vox

28 Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.23.b.100.b.396.b
28 Vox Domini confringentis cedros.276.b
28 Deus meus pone illos vt rotam.115.a
29 Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.158.a
29 Ira in dignatione eius, & vita in voluntate eius.65.b
30 Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij.10.b
30 Viriliter agite,& cõfortetur cor veſtrũ.297.b
31 Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.193.b
31 Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.50.b
32 Verbo Domini cœli firmati ſunt.29.b
32 Ipſe dixit,& facta ſunt.283.a
33 Pſalmus Dauid,cùm mutaret vultum.807.a
33 Diuites eguerunt,& eſurierunt.284.b
33 Iuxta eſt Dominus iis, qui tribulato ſunt corde.304.b
33 Vultus autem Domini ſuper facientes mala. 125.a
33 Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi. 66.a
33 Humiliabam in ieiunio animam meam. 288.b
35 Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.124.a
35 Apud te eſt fons vitæ.11.b.150.a
36 Noli æmulari in malignantibus.88.a
36 Subditus eſto Domino,& ora eum.380.b
36 Spera in Domino,& fac bonitatẽ. 237.a.312.a
36 Vidi impium ſuper exaltatum,& eleuatum ſuper cedros Libani.32.a.232.a
36 Reuela Domino viam tuam.135.b
36 Cùm ceciderit non collidetur.50.b
36 Gladium euaginauerunt peccatores.316.a
37 Qui retribuunt mala pro bonis.38.a
37 Quoniá iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum.76.a.208.a.258.b
37 Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorũ meorum.119.b
38 Concaluit cor meum intra me.15.b
38 Vniuerſa vanitas omnis homo viuens. 64.a. 228.a
38 Ne ſileas, quoniam aduena ſum ego apud te. 76.b
38 In meditatione mea exardeſcet ignis.426.a
39 In capite libri ſcriptum eſt de me.12.b. 40.a. 97.a
39 Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis. 33.a.345.a
39 Cor meum dereliquit me.54.b
39 Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo. 163.b
39 Exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ.239.b
39 Beatus vir,cuius eſt nomẽ Domini ſpes eius. 281.b.297.b
39 Sacrificium & oblationem noluiſti.421.b
39 Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt.404.b
41 Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum.55.b
41 Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.72.b
41 Abyſſus abyſſum inuocat.46.a.239.b
41 Quando veniam,& apparebo ante faciẽ tuam. 370.b
41 Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam.450.a
43 In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. 285.a
43 Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos. 312.b
44 Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. 143.b. 367.a
44 Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.341.a. 685.b
44 Virga directionis,virga regni tui.4.b.334.a
44 Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.295.b
44 Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.271.b
44 Myrrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis, 248.a
44 Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.142.a
44 Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.143.b
45 Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna.397.a.
45 Non timebimus,dum turbabitur terra,& trãſferentur montes in cor maris.187.b.245.a
45 Fluminis impetus lætificat ciuitatem. Dei. 322.b.336.b.344.b
45 Venite,& videte opera Domini,quę fecit prodigia ſuper terram.348.a.577.a
46 Omnes gentes plaudite manibus.199.a.364.a
46 Aſcendit Deus in iubilatione,12.b.186.b
46 Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.221.b
47 In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. 28.b
48 Hæc via illorum ſcandalum ipſis.28.a
48 Homo cùm in honore eſſet, non intellexit. 134.a.182.a
48 Relinquent alienis diuitias ſuas.210.a
48 Cùm interierit,non ſumet omnia.232.a
48 Sicut oues in inferno poſiti ſunt.281.a
48 Etenim Dominus dabit benignitatem.318.b
48 Frater non redimet,redimet homo.406.b
49 Deus deorum Dominus locutus eſt.219.a
49 Inuoca me in die tribulationis, & eruam te. 394.b
49 Ex Sion ſpecies decoris eius.219.b
49 Si videbas furem,currebas cum eo.28.a
49 Arguam te,& ſtatuam contra faciem tuã.75.b
50 Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ.50.a.94.b.205.b
50 Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. 48.a. 370.a.430.a
50 Peccatum meum contra me eſt ſemper.75.b
50 Cor mundum crea in me Deus,& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.111.b.383.a
50 Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.396.
50 Spiritu principali confirma me.430.a
51 Propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te,& emigrauit te.240.b.330.b
51 Ego ſicut oliua fructifera in domo Dei.131.b
51 Quaſi nouacula acuta feciſti dolum.63.b
52 Superceciđit ignis,& non viderunt ſolẽ.128.a
52 Qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis, 302.b

53 Voluntarie ſacrificabo tibi.427.a
54 Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ.15.a
54 Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.72.b
54 Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.170.b.206.a.253.a
54 Iniquitas & labor in medio eius.224.a
54 Iacta ſuper Dominum curam tuam.258.b
54 Cor meum conturbatum eſt in me.37.a
55 In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi.154.b
56 Paratum cor meum Deus, paratum cor meum 187.b
56 Sub vmbra alarum tuarum ſperabo.164.b
56 Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ. 290.b
56 Lingua eorum gladius acutus.388.a
56 In vmbra alarum tuarum ſperabo.15.b
57 Lauabit manus ſuas in ſanguine peccatoris. 387.b
57 Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ.374.a
57 Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam.58.a. 135.b.196.a
59 Moab olla ſpei meæ.507.a
59 In Deo faciemus virtutem.446.b
61 Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.314.a
61 Veruntamen vani filij hominum.41.a.420.a
62 Deus Deus meus ad te de luce vigillo.428.a
62 In nomine tuo leuabo manus meas.318.a
62 Introibunt in inferiora terræ.280.a
62 Ipſi verò in vanum quæſierũt animam meam. 240.b
63 Exacuerunt vt gladium linguas ſuas.388.a
64 Te decet hymnus Deus in Sion.182.a
64 Sanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate.417.b
64 Viſitaſti terram, & inebriaſti eam.318.b
65 Probaſti nos Deus, igne nos examinaſti.180.b
65 Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo.129.b
65 Tranſiuimus per ignem & aquam.8.b.83.b
66 De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum,65.a
66 Extentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate.196.a
67 Aſcendiſti in altum, accepiſti captiuitatem. 12.b
67 Æthiopia præueniet manus eius Deo.38.b
67 Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.67.b
67 Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.125.a
67 Similiter eos qui exaſperãt, qui habitant in ſepulchris.227.b
67 Pluuiam voluntariam ſegregabis. Deus.309.a. 436.b
67 Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ.374.a
68 Saluum me fac Deus.221.
68 Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. 8.b.143.a
68 Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorũ. 61.b
68 Ne auertas faciem tuam à puero tuo.105.a
68 Deleantur de libro viuentium.97.a.282.b
68 Obſcurentur oculi eorum ne videant.267.a
68 Operui in ieiunio animam meam.288.b
68 Non me demergat tempeſtas aquæ.325.b
69 Diſſipa gentes, quæ bella volunt.326.b
70 Quantas oſtendiſti mihi Domine tribulationes multas & malas.320.a
70 Introibimus in potentias Domini.378.a
71 Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis.201.b.246.a.320.b
71 Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis.4.b.110.b
71 Deſcendet ſicut pluuia in vellus.193.a
71 Et dominabitur à mari vſque ad mare.202.a
71 Benedictum nomen maieſtatis eius in æternũ. 398.a
72 Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo.46.b
72 Tranſierunt in affectum cordis.69.b
72 Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.88.a
72 Veluti ſomnium ſurgentium Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum redi-ges.55.a.88.b
72 Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.145.a
72 Deieciſti eos, dum alleuarentur.254.b.273.b
72 Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram.311.a
72 Mihi adhærere Deo bonum eſt.326.b
73 Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi.347.a
73 Tu confregiſti capita draconis.254.b.261.a
73 Tu ſiccaſti fluuios Ethan.271.b
73 Tu confirmaſti in virtute tua mare.5.b
73 Deus autem noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem.12.a.63.a.164.a
73 Leua manus tuas in ſuperbias eorum.318.b
74 Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius.372.b
74 Calix in manu Domini vini meri plenus miſto. 217.a
74 Dixi iniquis nolite inique agere.42.a
75 Notus in Iudæa Deus, & in Iſraël magnũ nomen eius.231.b.274.b.289.b
75 Terra tremuit, & quieuit.68.b
75 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. 316.a
75 Et factus eſt in pace locus eius.377.a
76 Vox tonitrui tui in rota.52.a
76 Et dixi: nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelſi.194.b
77 Eiecit à facie eorum gentes.437.a
77 Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos. 438.a
77 Spiritus vadens & non rediens.34.a.391.b.
77 In ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt.84.b
78 Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius. 308.a
78 Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris.318.a
79 Viſita vineam iſtam.406.a
79 Vineam de Ægypto tranſtuliſti.137.b
79 Qui ſedes ſuper Cherubim.91.a
79 Deus virtutum conuerte nos.351.a
80 Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.149.a.321.a
80 Buccinate in neomenia tuba.426.a
80 Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum. 135.a

135.b
80 Dilata os tuum & implebo illud.58.a
81 Neſcierunt nec intellexerunt.86.b.298.b
82 Cogitauerunt aduerſus ſanctos ſuos.82.a
82 Deus meus pone illos vt rotam.135.a
82 Imple facies eorum ignominia.216.b
82 Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ.65.a
83 Ibunt de virtute in virtutem.16.a.152.b
83 Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te.364.a
83 Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.113.b
84 Benedixiſti Domine Terram tuam. 317.b. 583.a
84 Auertiſti captiuitatem Iacob.545.a
84 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. 502.a
84 Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.4.b.52.b.97.a
86 Fũdamẽta eius in montibus ſanctis.2.b356.b. 444.a
86 Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus.12.a
86 Memor ero Raab & Babylonis ſcientium me. 446.a..
86 Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.385.b. 444.a
86 Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.104.6
87 Mane oratio mea præueniet te.428.a
87 Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis.240.b
87 Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute mea.59.b
88 Exardeſcet ſicut ignis ira tua.8.b
88 Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo.24.a
88 Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine. 65.b
88 Si iuſtitias meas prophanauerint, & mandata mea non cuſtodierint.75.b.89.b
88 Miſericordia & veritas præcedent faciẽ tuam. 95.b
88 Viſitabo in virga iniquitates eorum.340.b
88 Prophanaſti in terra ſanctuarium eius.211.b
88 Quis eſt homo, qui viuet & non videbit mortem.154.b
89 Si autem in potentatibus octoginta anni. 228.a
89 Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.242.b
90 Cũm ipſo ſum in tribulatione.10.b.190.a
90 Scuto circundabit te veritas eius.57.a.264.b
90 Liberauit me de laqueo venantium & à verbo aſpero.154.a.291.a
91 Quam magnificata ſunt opera tua Domine. 26.a
92 Dominus regnauit decorem indutus eſt.97.b
92 Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem ſuam.11.b
93 Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis.309.b. 338.a
94 Hodie ſi vocem eius audieritis.112.a
94 Quadraginta annis proximus fui generationi huic.74.a.186.b
94 Quibus iuraui in ira mea.529.b
95 Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum à facie Domini.433.a
95 Cantate Domino canticum nouum.323.a
96 Dominus regnauit, exultet terra, lætentur in ſulæ multæ.347.a
96 Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini. 360.b
96 Qui diligitis Dominum odite malum.313.a
96 Ignis ante ipſum præcedet.347.b
97 Notum fecit Dominus ſalutare ſuum.51.a
97 Flumina plaudẽt manibus, ſimul montes exultabunt.199.a
97 Viſita vineam iſtam.220.a
98 Dominus regnauit, iraſcantur populi.378.b
98 Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens, &c. 131.b
99 Introite portas eius in confeſſione.368.b
100 Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabit.178.a
101 Vt ſolueret filios interemptorum.115.b
101 Reſpexit in orationem humilium.380.b
101 Potum meum cum fletu miſcebam.359.b
101 Dies mei ſicut vmbra declinauerunt. 228.a. 253.b
102 Benedic anima mea Dominum.180.b
102 Homo ſicut fœnum, Dies eius ſicut vmbra. 31.b
102 Recordatus eſt, quoniam puluis ſumus. 267.b
102 Beati qui memores ſunt mandatorum eius. 300.b
103 In omni loco dominationis eius benedic anima mea Dominum.353.a
103 Qui facit angelos ſuos ſpiritus.138.b
103 Et panis cor hominis confirmet.806.b
104 Omne firmamentum panis contriuit.106.b
104 Corripuit me iuſtus in miſericordia & increpauit me.120.a
104 Nolite tangere chriſtos meos.378.b
104 Quem conſtituit Dominus Dominum domus ſuæ.317.a
105 Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis.45.b.218.b
105 Quis loquetur potentias Domini.386.a
106 Eripuit eos de interitionibus eorum.181.b
108 Præuaricãtes reputaui omnes peccatores terræ.211.b
108 Genua mea infirmata ſunt à ieiunio.288.b
109 De torrente in via bibit.439.b
109 Ex vtero ante luciferum genui te.408.b
109 Tu es ſacerdos in æternum.412.a
110 Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.366.b
110 Initium ſapientiæ timor Domini.184.a.361.b
110 Memoriam fecit mirabilium ſuorum. 136.b. 386.b
110 Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius.560.a
111 Diſperſit dedit pauperibus.64.a.169.b
111 Iucundus homo, qui miſeretur & commodat. 112.b.184.b
111 Gloria & diuitiæ in domo eius.137.a
111 In memoria æterna erit iuſtus.273.b
111 Diſponet ſermones ſuos in iudicio.395.b
112 Qui habitare facit ſterilem in domo.341.b
113 A facie Domini mota eſt terra.68.b
113 Oculos habent & non videbunt.358.a
113 Conuertit petram in ſtagna aquarum.438.a
114 Placebo Domino in regione viuorum. 150.a. 241.a

241.a
114 Cõuertere anima mea in requiem tuam. 561.
345.a
114 Pericula inferni inuenerunt me.3.b
115 Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.208.a,423.a
115 Calicem ſalutaris accipiam.217.b
115 Omnis homo mendax.36.b
115 Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi.310.a
117 Circundederunt me ſicut apes.37.b
117 Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. 243.b.371.b
117 Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.277.b.289.b
117 Hæc porta Domini iuſti intrabunt per eam. 372.a.408.a
118 Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.108.b.298.b
118 Adhæſit pauimento anima mea.10.b.36.b. 135.a.282.b
118 Os meum aperui,& attraxi ſpiritum.38.a
118 Declaratio ſermonum tuorum illuminat.38.b. 361.b
118 Lucerna pedibus meis verbum tuum.43.a
118 Anima mea in manibus meis ſemper.45.a
118 In corde meo abſcondi eloquia tua.46.a
118 Portio mea Domine dixi cuſtodire legẽ tuam. 46.b
118 A mandatis tuis intellexi.194.a
118 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.72.b
118 Reuela oculos meos.98.b
118 Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum. 121.b
118 Auerte oculos meos ne videant vanitatem. 184.b
118 Lex Domini immaculata conuertens animas. 188.a
118 Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas.290.b
118 Funes peccatorum circumplexi ſunt me. 292.a
118 Leuaui manus meas ad mandata tua.318.a
118 Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt.421.a
118 Spreuiſti omnes diſcedentes à iudiciis tuis. 424.b
118 Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum. 351.a
118 Tunc non confundar cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis.366.
118 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. 370.b
118 Principium verborum tuorum veritas.333.a
118 Latum mandatum tuum nimis.161.a
118 Quia mandatis tuis credidi.438.b
118 Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.146.a
120 Leuaui oculos meos in montes.299.b
121 Stantes erant pedes noſtri.267.a.389.b
121 Et abundantia in turribus tuis.158.b
121 Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas.357.a
122 Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. 260.a
123 Cùm iraſceretur furor eorum nimis.221.a
123 Torrentem pertranſiuit anima noſtra.439.b
123 Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.15.b
124 Dominus in circuitu populi ſui.164.b.363.b
125 Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.371.a
126 Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.9.a.363.b
126 Non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta.236.b
129 Apud Dominum miſericordia,& copioſa apud eum redemptio.150.b
129 Et ipſe redimet Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius.59.a
131 Sacerdotes tui induantur iuſtitia.368.a
131 Elegit Dominus Sion, elegit eam inhabitationem ſibi.191.a.322.b
131 Hæc requies mea in ſæculum ſæculi.159.a
131 Surge Deus, iudica terram.211.b
131 Iurauit Dominus Dauid veritatem,& non fruſtrabitur eum.163.b
136 Super flumina Babylonis, illic ſedimus,& fleuimus.5.a.311.b.353.a
137 In conſpectu angelorum pſallam tibi.97.b
137 Excelſus Dominus,& humilia reſpicit.65.b
138 Quò ibo à ſpiritu tuo,& quò à facie tua fugiã. 274.b
138 Intellexiſti cogitationes meas de longè.311.b
138 Super inimicos tuos tabeſcebam.456.b
138 Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me.36.b
139 Vir linguoſus non dirigetur in terra.388.a
140 Pone Domine cuſtodiam ori meo,& oſtium circumſtantiæ labiis meis.387.b
140 Et non communicabo cum electis eorum. 292.a
141 Periit fuga à me,& non eſt qui requirat animã meam.81.a
142 In me turbatum eſt cor meum.326.a
143 Homo vanitati ſimilis factus eſt.160.a.253.b
143 Qui docet manus meas ad prælium.83.a
144 Et miſerationes eius ſuper omnia opera eius. 9.a.143.b
144 Regnum tuum regnum omnium ſæculorum. 110.a
146 Ædificans Hieruſalem Dominus diſperſiones Iſraël congregabit.109.b.335.a.354.b
147 Emittet verbum ſuum,& liquefaciet ea, flabit ſpiritus eius,& fluent aquæ.371.a
148 Ad te Domine clamabo, ne ſileas à me.383.a
148 Præceptum poſuit,& non præteribit.69.a
149 Et filiæ Sion exultent in rege ſuo.164.a
150 Eleuauit manum ſuam ſuper eos.123.b

Prouerbia.

1 Initium ſapientiæ timor Domini.184.a
1 Proſperitas ſtultorum perdet eos.158.b
1 Auerſio paruulorum interficiet eos.95.a.315.a
1 Vocaui,& renuiſtis.306.a
3 Lignum vitæ eſt iis, qui apprehenderint eam. 140.a
3 Ipſe deludet illuſores.132.b
4 Via impiorum tenebroſa.75.b
4 Remoue à te os prauum.206.a.435.a
5 Iniquitates ſuæ capiunt impium.31.a
5 In amore eius delectare iugiter.424.b

6 Liga eam in corde tuo iugiter. 46.a.65.b
6 Sex ſunt, quæ odit Deus.101.a
6 Vitæ verò via & correptio & caſtigatio.294.b
7 Leo rugiens, & vrſus eſuriens princeps impius.179.b
7 Fili honora dominum, & valebis.411.a
7 Neſcit, quod ad vincula ſtultus trahatur.232.b
8 Ludens in orbem terrarum.10.a
8 Qui in me peccauerit, lædet animã ſuam.212.a
8 Ego diligentes me diligo.215.b
8 Deliciæ meæ cum filiis hominum.337.a
9 Sapientia propoſuit menſam.385.a
10 In multiloquio non deerit peccatum.388.a
10 Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem.373.a
10 Statera doloſa abominatio eſt apud Deum. 420.a
10 Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis.295.a
10 Argentum electum lingua iuſti. 403.a
10 Verba impiorum inſidiantur ſanguini.175.a
10 Memoria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet.232.b
11 Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. 167.a
11 Fructus iuſti lignum vitæ. 325.a
12 Verte impios, & non erunt.198.a
13 Qui parcit virgæ, odit filium ſuum.77.b
13 Aſtutus omnia agit cum conſilio.239.b
13 Redemptio animi viri diuitiæ ſuæ.368.a
14 Qui miſeretur pauperis beatus erit.154.a
14 Putredo oſſium eſt inuidia.230.a.286.a
14 Errant qui operantur malum.283.a
14 Extrema gaudij luctus occupat.269.a
15 Per miſericordiam & fidem purgantur peccata.54.a
15 Mens iuſti meditabitur obedientiam.187.b
15 Melius eſt parum cum timore Domini, quam triſtari.209.b
15 Impius cum in profundum venit peccatorum, contemnet.350.b
16 Reuela Domino opera tua.131.b.51.b
16 In hilaritate vultus regis vita.301.b
17 Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.125.b.196.a
18 Iuſtus prior eſt accuſator ſui.168.a
18 Mors & vita in manibus linguæ.83.a.388.a
19 Fœneratur Domino qui miſeretur pauperis. 80.a.154.a
19 Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. 231.a.435.a
20 Pondus & pondus, menſura & mẽſura vtrunque abominabile eſt apud Deum. 17.a. 420.a
20 Melius eſt nomen bonũ, quàm diuitiæ multæ.67.a
20 Miſericordia & veritas. cuſtodiunt regem. 178.a.301.b
21 Non eſt prudentia, non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Dominum.595.b
21 Qui obthurat aurem ſuam ad clamorẽ pauperis.154.a
23 Præbe mihi, fili mi, cor tuum.215.b.37.a
23 Ne comedas cum homine inuido.181.a
24 Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas. 229.b
24 Et maceria lapidum deſtructa eſt.395.a
24 Septies in die cadit iuſtus.347.b
25 Qui ſcrutator eſt maieſtatis, obruetur à gloria. 39.b.426.a
27 Cor iniqui inquirit mala.421.b
28 Iuſtus quaſi leo confidens.37.b
28 Regnantibus impiis ruina hominum.179.a
29 Homo qui blandis fictiſque verbis loquitur amico ſuo, rete expãdit greſſibus ſuis. 120.a
29 Qui cuſtodit legem, beatus eſt.174.b
29 Rex iuſtus eriget terram.301.b
30 Leo fortiſſimus beſtiarum.284.b
31 Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo.144.b

Eccleſiaſtes.

1 Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. 126.a. 254.b.420.a
1 Ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus.312.a
1 Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus. 337.b
2 Riſum reputaui errorem.254.b
3 Omnia pergunt ad vnum locum, de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur,353.a
7 Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum laude decipi.294.b
10 Cor ſapientis in dextera eius.187.b
10 Sapientis oculi in capite eius.115.b
12 Deum time, & mandata eius ſerua, hoc eſt enim omnis homo.311.a

Cantica.

1 Oſculetur me oſculo oris ſui.52.b
1 Meliora ſunt vbera tua vino.156.b
1 Oleum effuſum nomen tuum.66.b
1 Trahe me poſt te.34.a.298.a
2 Capite nobis vulpes paruulas.121.b
2 Ego flos campi, & lilium conuallium.164.a. 401.b
2 Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi. 219.b
2 Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis.351.a
3 Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum quaſi virgula fumi.166.b
3 Introducam illum in domũ matris meæ. 203.b
3 En lectulum Salomonis, ſexaginta fortes ambiunt illud. 164.a
3 Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani.373.a
4 Turris Dauid ex qua mille clypei pendent. 236.b
4 Impetu currunt de Libano.322.b
4 Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.401.a
5 Anima mea liquefacta eſt.63.b
5 Quo abiit dilectus tuus.157.b
8 Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. 17.b. 55.b.92.a
8 Fortis vt mors dilectio.57.a
8 Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.221.a

Sapientia.

1 Hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.10.a
1 Sentite de Domino in bonitate.130.b
1 Deus mortem non fecit.131.b.172.a
1 Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. 179.a. 20?.b
1 Spes impij quaſi lanugo.367.b
1 Spiritus ſanctus diſciplinę effugiet fictũ.367.b
1 In maleuolam animam non intrabit ſapientia. 394.a
2 Tranſiuit vita noſtra tanquam veſtigium mubis.32.a
2 Excæcauit eos malitia eorum.86.b
3 Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.4.a
3 Iudicabunt nationes, dominabuntur populis. 348.b
3 Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.397.a
4 Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum.142.a.278.b
4 Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius.193.a
5 Tranſierũt omnia illa ſicut vmbra.32.a. 203.a. 226.b
5 Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam.42.a.292.b
5 Nos nati continuò deſiuimus eſſe.102.a
5 Sol intelligentiæ,non eſt ortus eis.118.a
5 Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis.153.a.226.b
5 Stabunt iuſti in magna conſtantia.193.a
5 Laſſati ſumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles.224.a
6 Pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos.292.b
6 Si delectamini ſceptris & regnis ô reges populi,diligite ſapientiam.246.a
6 Iudicium duriſſimum iis,qui præſunt.288.a
6 Nec cũ inuidia tabeſcente iter habebo. 278.b
7 Speculum ſine macula.139.a
9 Mitte Domine ſapientiam de cœlis.29.a
9 Deprimit terrena inhabitatio ſenſum.253.a
10 Deſcendítque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum.4.a
13 Vani ſunt homines, in quibus non ſubeſt ſcientia.10.a
16 Ingrati ſpes tanqnam hyemalis glacies.180.b
16 Homo per malitiã occidit animam ſuã. 197.b
17 Iniqui vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti.3.a

Eccleſiaſticus.

1 Aquã ſapientiæ ſalutaris potauit eos.208.b
1 Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis. 42.a. 247.a
2 Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei.192.b
2 Væ duplici corde.207.b
2 Cunctæ viæ hominis doloris & ærumnæ plenæ ſunt.253.b
2 Reſpicite, & ſcitote, quia nullus ſperauit in Domino,& derelictus eſt.297.b
3 Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus.187.b
3 Cor durum male habebit.305.a
3 In manſuetudine opera tua perfice.304.b
3 Aqua extinguit ignem, & eleemoſyna reſiſtit peccato.154.a
3 Quanto maior es,humilia te in omnibus.390.b
4 Stultus complicat manus ſuas.83.a
5 Noli anxius eſſe in diuitiis.209.b
5 Ne adiicias peccatum ſuper peccatum. 410.b
6 Cogitatum tuũ habe in præceptis Dei. 421.a
7 Humilia valde ſpiritum tuum.150.b.251.b
7 Diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te. 214.a
7 Ne deſis plorantibus in conſolatione.229.b
7 Vindicta carnis impij ignis & vermis.350.a
8 Vidi impios ſepultos.207.a
8 Multos perdidit aurũ & argentum.79.b.314.a
10 Initium oĩs peccati eſt ſuperbia.150.b.369.a
10 Quid ſuperbis terra & cinis. 251.b.32.b
10 Odibilis coram Deo & hominibus eſt ſuperbia.251.b
10 Qualis rector eſt ciuitatis, talis & habitantes in ea.166.b
10 Memoriam ſuperborum perdidit Deus. 232.a
10 Rex inſipiens perdet populum.252.a
12 Non cognoſcetur in bonis amicus.73.b
12 Verba ſapientium ſicut ſtimuli.141.a
13 Qui tetigerit picẽ, inquinabitũ ab ea. 7.a.178.a
14 Rigabo hortum plantationis.371.a
15 In medio eccleſiæ aperuit os eius.43.b
15 Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.143.a
15 Deus ab initio conſtituit hominem, & poſuit in manu conſilij ſui.265.a.174.a
16 Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum.329.a. 383.b
20 Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus quæ vtilitas in vtriſque.358.b
22 Fidem poſſide cum amico in paupertate eius. 162.b
22 Mortuum lamenteris, quod ſit luce priuatus. 225.b
24 Et ſic in Sion firmata ſum.177.b
24 Quaſi platan' exaltata ſum iuxta aquas. 278.a
24 Et radicaui in populo honorificato.144.b
24 Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. 248.a
29 Vir bonus fidẽ faciet cum proximo ſuo.162.a
31 Beatus vir,qui poſt aurum non abiit.209.a
32 Rectorem te poſuerunt,noli extolli.295.b
33 Multam malitiam docuit otioſitas.67.a.96.a
33 Præcordia fatui quaſi rota carri.116.a
33 Væ qui prædaris,nõne ipſe prædaberis. 344.a
34 Hoc ſecundum hoc viſio ſomniorum.32.a
36 Glorifica manum,& brachium dextrum.343.a
37 Non obliuiſcaris amici tui in animo tuo. 149.b
38 Fili in mortuum produc lachrymas.225.b
40 Subſtantiæ impiorum ſicut fluuius ſiccabuntur.281.b
43 Tempeſtas aquilonis & congregatio ſpiritus. 8.a
43 Vas admirabile opus excelſi.402.a

51 Liberaſti me Domine ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ.401.b

Eſaias.

1 Audite cœli,auribus percipe terra.69.a.315.b
1 Filios enutriui,& exultaui, ipſi autem ſpreuerunt me.64.b.299.b
1 Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, vindicabor de inimicis meis.66.a
1 Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen.71.a
1 Conuertam manum meam ad te.83.a
1 Quid facietis in die viſitationis.89.b
1 Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum.147.b
1 Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt.94.b.170.b.205.b
1 Neomeniam, & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram.186.a
1 Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis.207.a
1 Populo graui iniquitate,ſemini nequam.208.a
1 Excoquam ad purum ſcoriam tuam.208.a
1 Laboraui ſuſtinens.223.b
1 Si me ad iracundiã prouocaueritis,gladius deuorabit vos.264.a.300.a
1 Vulnus,& liuor,& plaga tumens non eſt curata.273.a
1 A planta pedis vſque ad caput nõ eſt in eo ſanitas.305.a
1 Auferte malum cogitationum veſtrarũ.271.a
1 Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea.186.a.170.a
1 Cum extenderitis manus veſtras,auertam oculos meos à vobis.381.a
1 Blaſphemauerunt ſanctum Iſraël.247.b
1 Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo.609.a
2 Et non leuabit gens contra gentem gladium.65.a
2 Super omne quod viſu pulchrum eſt.88.b
2 Docebit nos vias ſuas.146.b
2 De Sion exibit lex,& verbum Domini de Hieruſalem.157.a.220.a.319.b
2 Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini.164.a
2 Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces.197.b
2 Dies Domini ſuper omnes cedros Libani.276.b
2 Exaltabitur Dñs ſolus in illa die.234.a
2 Humiliabitur altitudo virorum.292.b
3 Popule meus qui te beatum dicunt, ipſi te ſeducunt.120.b
3 Dabo pueros principes eorum.302.b.
3 Exaltabitur Dominus exercituum in iudicio.234.a
4 In die illa erit germen Domini in magnificentia.310.b.355.a
5 Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum,ponentes tenebras lucem.286.a
5 Væ qui opus Dei non reſpicitis.10.a
5 Nobiles moriemtur fame.60.b
5 Iratus eſt furore Dominus in populum ſuum.139.b
5 Vinea Domini exercituum domus Iſraël eſt.137.b
5 Mutauerunt ius.158.a
5 Plantauit vineam electam.207.a
5 Nubibus mandabo ne pluant ſuper eos imbrem.193.a
5 Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris.254.a
5 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.410.b
5 Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus.50.a.360.b
6 Audite audientes,& nolite intelligere.116.a
6 Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri.398.b
6 Excæca cor populi huius.116.a
6 Væ mihi,quia tacui.50.a.295.a
7 Et vocabitur nomen eius Emanuel.408.a
8 In manu forti erudiuit me.83.a
8 Congregamini populi,& vincimini.78.a
8 Voca nomen eius accelera.14.b
8 Erit vobis in ſanctificationem.99.a.340.b
8 Erit extenſio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ ô Emanuel.159.b.342.b
8 Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis.221.a
9 Alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtalim.204.a
9 Principatus eius ſuper humerum eius.39.b
9 Princeps pacis.65.a
9 Multiplicabitur eius imperium.210.a
9 Succendetur in denſitate ſaltus.193.a
9 Peribit ſapientia à ſapientibus.272.a
9 Super ſolium Dauid ſedebit.307.b
9 Iugum oneris eius & virgã humeri eius.309.b
9 Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.397.a
9 Declinauit ad terram,& eſuriet.325.a
10 Si fuerit populus tuus Iſraël quaſi arena maris.71.a
10 Væ qui condunt leges iniquas.157.b
10 Væ Aſſur virga furoris mei.195.b.233.b
11 Congregabit filios Iſraël.109.b
11 Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius.163.b
11 Vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur.285.a
11 Et volabunt in humeris Philiſthiim.292.a
11 Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium.337.b
12 Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris.144.a.322.b.434.a
13 Onus Babylonis.117.a.228.b
13 Dominus exercituum præcepit militiæ belli.406.a
13 Cœlum turbabo,& mouebitur terra.343.b
13 Stellæ cœli & ſplendor earum non expandent lumen.186.b
13 Vlulæ in ædibus eius.181.b
13 Erit Babylon illa glorioſa in regnis.194.b
14 Contriuit Dñs baculum impiorũ.74.a.77.b
14 Perdam Babylonis nomen.203.a
14 Abietes quoque lætati ſunt ſuper te.278.a
14 Aſcendam ſuper altitudinem nubium.226.b
14 Veruntamen ad infernum detraheris ad profundum laci.40.a
14 Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua.254.b
14 Ero ſimilis altiſſimo.256.a

14 Et tu vulneratus es, ſicut & nos.280.b
16 Auferetur gloria Moab.232.a
16 Sic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Arnon. 237.b
16 Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo. 238.a
16 Super hoc plorabo in fletu Iazer.245.a
17 In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ.583.a
18 In vaſis papyri ſuper aquas.119.b
19 Onus Ægypti.258.b
19 Ciuitas ſolis vocabitur vna.273.a
19 Super nubem leuem.268.b
21 Pone ſpeculatorem, & quæcunque viderit, annuntiet.205.b
21 Auferetur gloria Cedar.231.b
21 Repleti ſunt lumbi mei dolore.245.a
21 Surgite principes arripite clypeum.259.b
21 Filius areæ meæ.113.a
22 Vocabit Dominus Deus exercituum, in illa die ad fletum.287.b
22 Erit quaſi pater habitantium in Hieruſalem. 293.b
22 Recedite, amarè flebo.269.b
22 Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius.403.a
22 Quaſi pilam mittet te Deus in terram latam. 115.a
23 Vlulate naues maris.28.b.69.a
23 De terra Cetim reuelatum eſt eis.250.a
24 Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. 392.a
25 Et faciet Dominus exercituum in monte hoc conuiuium.385.a
26 Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale.236.b
26 Corrui, cùm audirem.239.a
26 Cùm fecero iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent.271.a
26 Voco ab oriente iuſtum.357.a
26 Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent. 331.a
26 A facie tua concepimus, & parturiuimus.21.b
27 In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro leuiathan.480.b
27 Et occidet cetum, qui in mari eſt.266.b
27 In die illa occidet Dominus cetum. 285.a
28 Erit Dominus exercituũ corona gloriæ.81.a
28 Ponam iudicium in pondere.360.b.94.b
28 Quem docebit Dominus ſcientiam, 130. b. 392.a
28 Vexatio dat intellectum auditui.131.b.156.a
28 Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem.243.b
29 Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.346.a
29 Arguentem in porta ſupplantabant.358.a
29 Peribit ſapientia à ſapientibus.81.a
30 Loquimini nobis placentia. 120.a
30 In ſilentio & ſpe erit fortitudo tua.352.b
30 Lux ſolis erit ſimpliciter ſicut lux ſeptem dierum.347.b
31 Væ qui deſcendunt in Ægyptum.263.b
32 Beati qui ſeminatis ſuper aquas multas.180.a
32 Erit opus iuſtitiæ pax.201.a
33 Reſpice Sion ſolennitatem ciuitatis noſtræ. 191.a.322.b
33 Tabernaculũ quod nequaquã transferri poteſt.336.b
33 Domine miſerere noſtri, te enim expectauimus.297.b
33 Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter.164.a
33 Dominus rex noſter ipſe ſaluabit nos.22.a
34 Inebriatus eſt in cœlo gladius meus.300.a
34 Erit cubile draconum.231.a
34 Orientur in diebus eius ſpinæ & vrticæ.270.a
35 Deus ipſe veniet, ſaluabit nos.13.a
35 Confortate manus diſſolutas.78.a
35 Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo.365.b
35 Conuertentur, & venient in Sion cum laude, lætitia ſempiterna ſuper caput eorũ. 364.a
36 Ecce confidit ſuper baculum arundineum. 263.b
37 Ponam circulum in naribus tuis.340.a
40 Omnes ſitientes venite ad aquas.49.a
40 Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini.75.b
40 Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion.48.b
40 Reuelabitur gloria Domini.46.b.396.a
40 Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri.31.b.193.a.232.a
40 Rectas facite ſemitas Dei noſtri.14.b
40 Sicut paſtor gregem ſuum paſcet.305.b
40 Ecce Deus veſter, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet.308.a
41 Taceant ad me inſulæ.352.b
42 Firmans terram.74.b
42 Vt educeres de concluſione vinctum.80.b
42 Gloriam meam alteri non dabo.252.b
42 Calamum caſſatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet.36.a.306.a
42 Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum.309.a
42 Sicut vir præliator ſuſcitabo zelum.216.b
42 Legem eius inſulæ expectabunt.355.b
43 Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas.13.a.34.b
43 Ecce ego facio noua.146.b
43 Ponam in deſerto aquam.433.a
44 Effundam aquam ſuper ſitiente. ibidem.
44 Qui dico Cyro, paſtor meus es.178.b
44 Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua.59.b
45 Verè tu es Deus abſconditus.46.a.626.b
45 Dorſa regum vertam.251.b
45 Ego glorioſos terræ humiliabo.232.a
45 Mihi curuabitur omne genu.165.a.271.b
45 Ego Dominus, & non eſt alius amplius. 176.a
45 Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra.408.b
45 Faciens pacem, & creans malum.131.a
45 Hæc dicit Dominus Deus Chriſto meo Cyro.320.b
45 Ipſe ædificauit ciuitatem meam.55.a
46 Conſilium meum ſtabit, & voluntas mea fiet.124.b.152.b
46 Mementote iſtud, & fundamini.336.b

46 Præua

46 Præuaricatores redite ad cor.10.b.16.b.560.b
47 Sede in puluere virgo filia Babylon.249.a
47 Sta cum multitudine maleficiorum tuorum. 224.a
48 Propter me ego faciam, vt non blaſphemer. 322.a
48 Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis. 7.a
49 Dedi te in lucem gentium. 51.a. 164. b.201.b. 272.a
49 Dixit Sion, reliquit me Dominus.68.b
49 Reges videbunt, & conſurgent principes. 272.a
49 Magnum tibi eſt, vt voceris puer meus. 103.a
49 In vacuum laboraui.223.b
50 Speret in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum.263.b
51 Lex à me exibit, & iudicium meum.146.b
51 Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis.213.b
51 Nunquid tu Domine percuſſiſti ſuperbum. 285.a
52 Quam pulchri ſuper mõtes pedes annuntiantium, & prædicantium pacem 14.b.336.a
52 Parabit Dominus brachium ſuum in oculis omnium gentium.327.b
52 Ablatus eſt populus meus gratis.321.b
52 Mundamini, qui fertis vaſa Domini.411.b
52 Induere veſtimentis gloriæ tuæ Hieruſalem ciuitas ſancti.103.b.412.a
53 Quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt.327.b
53 Oblatus eſt, quia ipſe voluit.404.b
53 Verè dolores noſtros ipſe tulit, & languores noſtros ipſe portauit.31.b.149.a.306.b
53 Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt.68.b
53 Abſciſſus eſt de terra viuentium.240.b
53 Scientem infirmitatem.131.b
53 Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit. ſemen longæuum.184.a
53 Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet 91.b
53 Vidimus eum, & non erat aſpectus.93.a
53 Generationem eius quis enarrabit.97.a.326.b
53 Præcedet vos Dominus, & congregabit vos. 121.b
53 Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.422.a
53 Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. 443.b
54 In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te.351.a
54 Lauda ſterilis, quæ non paris. 165.b.334.a
54 Ad punctum in modico dereliqui te.173.a
55 Omnes ſitientes venite ad aquas.164.a
55 Montes & colles cantabunt coram vobis laudem.199.a
55 Ecce teſtem populis meis dedi te.201.b
55 Erit Dominus nominatus in ſignum æternũ. 92.a
55 Venite, emite abſque argento.161.a
55 Inclinate aurem veſtram, & venite ad me. 32[illegible].a
56 Canes muti non valentes latrare.20[illegible].b
57 Mare mare feruens quod quieſcere non poteſt.37.a
57 Viri miſericordiæ colliguntur.263.b
57 Creauit fructum labiorum pacem. 110. b. 439.a
58 Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.294.a.296.a
58 Frange eſurienti panem tuum.169.a
59 Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum.154.a.54.a
59 Et aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat. 326.a
59 Peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis.351.a
59 Et veniet Sion redemptor.351.b
59 Non eſt, qui indicet verè.
60 Ambulabunt gentes in lumine tuo. 201. b. 272.a
60 Qui ſunt hi, qui vt nubes volant.208.b.421.b
60 Leua in circuitu oculos tuos, & vide.364.a. 446.a
62 Fris corona gloriæ in manu Domini.447.a
63 Vbi eſt qui adduxit eos de mari cum paſtoribus ſuis.178.b
64 A facie tua montes defluent.300.b
64 Non eſt Domine qui inuocet nomen tuum. 122.b
64 Abſcondiſti faciem tuam à nobis, & alliſiſti nos.3[illegible]1.a
65 Tota die expandi manus meas ad populum non credentem.71.a
65 Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis. 314.b
65 Ecce ego creo cœlos nouos, & terrã nouam, & nõ erunt in memoria priora. 147.a.323.a
65 Lupus & agnus paſcentur ſimul.204.a
66 Cœlum ſedes mea eſt. 46. b. 67. b. 274. b. 436. b
66 Ecce Dominus in igne veniet.99.a
66 Sicut cœli noui & terra noua.186.a
66 Vermis eorum non morietur.281.a
66 Tenentes ſagittam in Italiam.296.a

Ieremias.

1 Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum. 3.b
1 Virgam vigilantem ego video.49.b
1 Vt euellas, & deſtruas, & diſperdas.306.b
1 Ab aquilone pandetur omne malum.342.b
1 Ollam ſuccenſam ego video.8.a
2 Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. 11. b. 427.a
2 Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus.297.a
2 Elongauerunt ſe à me patres veſtri.218.a
2 Tranſite ad inſulas Cetim.150.a
2 Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam.261.b
2 Vide vias tuas in conualle.325.a
3 Introducam vos in Sion, & dabo vobis paſtores ſecundum cor meum.246.a
3 Iuſtificabit animam ſuam auerſatrix Iſraël. 214.b
3 Dabo vobis paſtores iuxta cor meum.312.a
3 Tu fornicata es cum amatoribus multis. 145.a 171.a.72.a

4 Malum ego adduco ab aquilone.8.a
4 Laua à malitia cor tuum.187.b.314.a
4 Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas.255.a
4 Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ.254.b
5 Indurauerunt facies ſuas ſuper petram.189.b
5 Negauerunt Dominum,& dixerunt.71.a
6 Holocauſtom ita veſtra nõ ſunt accepta.147.b
6 Ambulantes fraudulenter vt æs & ferrum, 158.a.211.b
6 Ambulate in via bona.309.b
7 Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo. 35.b
7 Ne obſiſtas mihi.122.b
7 Quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Hieruſalem.238.a
7 Vt faciant placentas reginæ cœli.274.b
8 Vox clamoris filiæ populi mei.54.b
9 Ego ſum Dominus qui facio miſericordiã.9.a
9 Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum.72.b.245.a
9 Aſcẽdit mors p feneſtras noſtras.184.b.367.b
9 Extenderunt linguam ſuam arcum mendacij. 388.a
10 Ipſe eſt rex viuens,& rex ſempiternus.242.a
10 Corripe me Domine, veruntamen in iudicio & non in furore.395.b
11 Mittamus lignum in panem eius.102.b
11 Ego quaſi agnus manſuetus. 91.b
14 Luxit Iudæa,& portæ eius corruerunt.236.b
15 Ignis ſuccenſus eſt à furore meo.99.b.180.b
15 Infirmata eſt quæ peperit ſeptem.165.b
15 Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me.210.b
15 Non eſt anima mea ad populum iſtum.215.a
15 Sume calicem vini furoris huius.217.a
15 Laboraui rogans,& diſperdam eos.223.b
16 Seruietis diis alienis die ac nocte.79.b
16 Ecce ego mitto piſcatores multos.393.b
16 Ad te gentes venient ab extremis terræ.272.a
17 Maledictus homo, qui confidit in homine. 263.b
17 Recedentes à te Domine, in terra ſcribentur. 123.b
18 Non peribit lex à ſacerdote.81.a
18 Surge,deſcende in domum figuli.32.b
19 Ecce venient dies,dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnem.255.a
20 Et miſit eum in neruum, quod erat in porta Beniamin. 4.a
21 Succendam ignem in ſaltum eius.193.a
22 Si fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda annulus in manu dextera mea.259.b
22 Omnes paſtores tuos paſcet ventus.311.b
22 Nolite flere mortuum,nec lugeatis.72.a
23 Non mittebam eos,& ipſi currebant.34.b
23 Afferam ſuper eos mala, annum viſitationis. 89.b
23 Cœlum & terram ego impleo.274.b
23 Væ paſtoribus qui diſpergunt, & dilacerant gregem.303.b
23 Ecce dies venient,dicit Dominus,& ſuſcitabo Dauid germen iuſtum,& regnabit rex.307.b.355.a
25 Ponam eos in ſtuporem, & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas.240.b
26 Noli ſubtrahere verbum, ſi fortè audiant. 37.a
30 Seruiet Domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis.335.a
31 Creauit Dominus nouum ſuper terram.357.a
31 In charitate perpetua dilexi te.215.b
31 Caſtigaſti me Domine,& eruditus ſum.4.a
31 Feriam domui Iſraël & domui Iuda teſtamenmentum nouum.146.b
31 Propitiabor iniquitati eorum.59.b
32 Congregabo eos de vniuerſis terris. 109.b. 335.a
32 Verterunt ad me terga,& non facies.218.a
48 Ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo. 82.a
48 Quaſi aquila volabit.159.b
48 Maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.295.a
48 Omne caput caluitium, & omnis barba raſa erit.225.a
48 Cor meum ad Moab quaſi tibia reſonabit. 245.a
49 Poſt hæc reuerti faciam fugientes & captiuos.232.b
49 Extendet alas ſuas ad Moab.159.b
49 Periit conſilium à filiis.81.a
50 Recedite de medio Babylonis, & de medio Chaldæorum egredimini.7.a
Thre.1. Viderunt eam hoſtes,& deriſerunt ſabbata eius.415.a
Thre.1.Hoſtes eius quieti ſunt.158.a
Thre.1.Facta quaſi vidua domina gentium.181.b
Thre.2.Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt.115.a
Thre.2.Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta. 128.b
Thre.2. Defecerunt præ lachrymis oculi mei. 370.b
Thre.2.Plauſerunt ſuper te manibus tranſeuntes per viam.199.b
Thre.2.Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion.237.a
Thre.2.Mouerunt capita ſua ſuper filias Hieruſalem.237.b
Thre.2.Proiecit de cœlo in terram inclytam Iſraël.258.a
Thre.3. Inundauerunt aquæ ſuper caput meum. 291.b
Thre.3.Oculus meus deprædatus eſt animã meam in cunctis filiabus vrbis meæ.217.b
Thre.3.Inundauerunt aquæ ſuper caput meum. 221.b
Thre.3. Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum.381.a
Thre.3. Nos iniquè egimus, & ad iracundiam te prouocauimus.381.a
Thre.3.Miſit in renes meos filias pharetræ ſuæ. 113.a
Thre.4.Saphiro pulchriores.24.a
Thre.4.Paruuli petierunt panem, & non fuit qui frangeret eis.60.b
Thre.4.Manus mulierum miſericordiũ coxerunt filios.6 .a
Thre.4. Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis.159.b

Thre.4. Ad te qnoque perueniet calix.217.a
Thre.4. Facies ſacerdotum non ernbuerunt. 193.b
Thre.5. Propter montem Sion, qni diſperiit. 326.a
Thre.5. Conuerte nos Domine ad te & ennuertemur.329.a

Baruc.

2 Statuam illis teſtamentum alterum ſempiternum46.b.274.a.319.b
3 Hic eſt Deus noſter, & non exiſtimabitur alius aduerſus eum.407.b
4 In ira Dei ad iracundiam pronocaſtis dominum.265.b

Daniel

2 Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus. 409.a
3 Vidit Nabuchodonoſor ſomnium, & contritus eſt ſpiritus eius,387.b
3 Lapis qui percuſſit ſtatuam. 401.
3 Ecce ego video quatuor viros ſolutos ambulantes in medio ignis.6.a
3 Regnum eius,regnum ſempiternum.110.a
4 Peccata tua eleemoſynis redime.34.a
4 Poteſtas eius poteſtas ſempiternæ.242.a
7 Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt.40.a
7 Cor eius datum eſt ei.54.b
5 Sine manu contercetur. 344.b
9 Propter temetipſum inclina Deus aurẽ tuam. 380.b
9 Vir deſideriorum es.219.b
10 Vir deſiderinrum intellige.33.a
12 Nec vnguento vnctus ſum.260.a
12 Stabit in terra inclyta.294.b
12 Qui dorminnt in terræ puluere, euigilabunt. 331.a
12 Qui docti fuerint, fulgebũt quaſi ſplendor firmamenti.147.a
12 Qui ad iuſtitiam erudinnt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.277.b
13 Flens reſpexit ad cœlum Suſanna.6.a.

Oſeas.

1 Obliuione obliuiſcar eorum.194.a.416.a
1 Congregabuntur filij Iſrael, & filij Iuda pariter 109.b.334.a
2 Sepiam viam tuam ſpinis.50.b
2 Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.51.a
2 Dicam non populo meo populus meus es.51.a
2 In tribulatione ſua manè cõſurgent ad me. 132.a
2 Sponſabo te mihi in fidem.145.a
2 Miſerebor eius, qui fuit abſque miſericordia. 166.a
2 Ceſſare faciam omne gaudium eius.186.a
3 Vadam & reuertar ad virum meum priorem. 190.b
2 Argentum multiplicaui ei,& aurum, quæ fecerunt Baal.80.a.145.b
3 Poſt hæc reuertentur filij Iſraël.308.a
4 Populus meus in ligno ſuo interrogauit.140.a
4 Non viſitabo ſuper filias veſtras,cum fuerint fornicatæ.149.a
4 Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium.176.b
4 Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.221.b
4 Gloriam eorum in ignominiam commutabo. 231.a
4 Quoniam tu ſcientiam repuliſti, repellam & ego te.303.b
4 Comedent & nnn ſaturabuntur.325.a
4 Peccata populi mei comedent.415.b
5 Victimas declinaſtis in profundum.17.b
5 Clangite buccina in Gabaah, tuba in Rama. 296.a
6 Miſericordiam volo,& non ſacrificiũ.147.b
8 Aurum ſuum & argentum ſuum fecerũt idola. 80.a
8 Quaſi aquila ſuper domum Domini.159.b
8 In gutture tuo ſit tuba.256.a
8 Ipſi regnauerunt,& non ex me.302.b
8 In aranearum telis erit vitulus Samariæ.352.a
9 Propter malitiam & inuentionem eorum de domo mea eiiciam eos.218.a
10 Diuiſum eſt cor eorum,nunc interibũt.120.b
10 Loquuntur verba viſionis inutilis.202.a
10 Araſtis impietatem,iniquitatẽ meſſuiſtis.283.a
11 Ex Ægypto vocaui filium meum.64.b.197.a
11 Cœpit gladius de ciuitatibus eius.105.b
11 In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis.190.b.308.a
12 Viſitatio Domini ſuper Iacob.71.a
12 In manibus prophetarum aſſimilatus ſum. 119.a
12 Chanaan in manu eius ſtatera doloſa.160.b
12 Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis.244.a
13 Perditio tua Iſraël,tantummodo in me auxilium tuum.34.a
13 Conſolatio ablata eſt ab oculis meis.58.a
13 Saturati ſunt,& eleuauerunt cor ſuum.151.a
14 Florebit ſicut lilium.118.b

Ioel.

2 Dies nubis caliginis & tenebrarum.8.b
2 Inter veſtibulum & altera plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini.87.b.304.a
2 Cõuertimini ad me in toto corde veſtro.112.a. 191.b.288.b
2 Venit dies Domini, quia propè eſt dies tenebrarum.268.b
2 Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.352.a
3 Conſurgant, & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat.331.a
3 Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluẽt lac.432.a

Amos.

1 Super tribus ſceleribus Damaſci,& ſuper qua-

tuor non conuertam eum.229.b.348.a
1 Mittam ignem in domum Azahel.180.b
2 Peribit fuga à veloce.81.a
3 Viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras. 55.b
3 Leo rugiet, quis non timebit? 139.a
5 Odio habuerunt corripientem in porta.71.a. 358.a
5 Portaſtis tabernaculum Moloch.81.b
5 Leuo ſuper vos planctum domus Iſraël.109.a. 287.b
5 Si obtuleritis holocauſtomata, munera veſtra non ſuſcipiam.147.b
5 Odi & proieci feſtiuitates veſtras.186.a
7 Ecce Dominus ſtans ſuper murum litum, & trulla cementarij in manu eius.4.a
7 In Bethel non adiicias vltra vt prophetes, quia ſanctificatio regis eſt.260.a
8 Conuertam feſtiuitates veſtras in luctū.225.b
8 Emittam famem in terram, & non famem panis.325.a

Abdias.

1 Si exaltatus fueris vt àquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum.759.a.169.a
1 Perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau.313.a

Ionas.

1 Surge & vade in Niniuem ciuitatem grandem. 33.a
1 Fugit à facie Domini.55.a

Michæas.

1 Deſcendit malum à Domino.131.a
1 Super hoc plangam & vlulabo quia deſperata eſt plaga eius.332.a
2 Aſcēdet enim pādens iter ante eos.12.b.186.b
3 Si quis non dederit in ore ipſorum quippiam 260.a
3 Oſſa eorum confregerunt.180.b
4 Regnauit Dominus ſuper eos in monte Sion. 110.a.191.a
4 Mons domus domini in vertice montium. 401.a
5 Suſcitabimus ſuper eum ſeptē paſtores.178.b. 311.b
5 Perire faciam ſculptilia tua.271.b
5 Ex te enim exiet dux, qui regat populū meum Iſraël.416.a
6 Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſacculi pondera doloſa? 243.b
7 Deponet iniquitates noſtras, & proiiciet in profundum maris.5.b
7 Iram Domini portabo, quia peccaui ei.218.a

Nahum.

1 Liber viſionis Nahum.202.a
1 Indignatio eius effuſa eſt tanquam ignis.8.b
2 Non audietur vltra vox nuntiorum ſuorum, 274.a
2 Reddidit Dominus ſuperbiam Iacob ſicut ſuperbiam Iſraël.314.b
3 Intram lutum, & calca ſubigens.55.a
3 Comedet te ignis.180.b
3 Omnis qui viderit, te reſiliet à te.293.a

Habacuc.

2 Iuſtus ex fide viuit.7.b
2 Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos 301.a.448.a
3 Oratio Habacuc pro ignorantiis.414.b
3 Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. 9.a.65.b
3 Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ.228.a
3 Altitudo manus ſuas leuauit.201.b
3 Aſpexit & diſſoluit gentes & cōtriti ſunt montes ſeculi.300.b
3 Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.321.a
3 Et cornua in manibus eius.403.a

Sophonias.

1 Et corpora eorum ſicut ſordes.136.a
1 In igne enim cœli deuorabitur omnis terra. 216.b
2 Extendet manum ſuam ſuper aquilonē.123.b
3 Væ qui habitatis funiculum maris gens perditorum.233.b
3 Noli timere Sion, nō diſſoluantur manus tuæ. 78.a
3 Lætare & exulta in omni corde filia Ieruſalem. 237.b.334.b
3 Effundam indignationem meam.318.a

Aggæus.

1 Factum eſt verbum Domini in manu Aggæi. 83.a
1 Seminaſtis multum & intuliſtis parum.44.a
2 Interroga ſacerdotes legem.216.b.413.a
2 Quis in vobis eſt relictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima.320.a

Zacharias.

2 Ego ero eis murus, ignis in circuitu. 236.b. 303.a.363.a
2 Ecce vir, & in manu eius funiculus menſorū. 357.b
3 Ecce ego adducam ſeruum meum orientem. 106.b
3 Oſtendit mihi Dominus Ieſum ſacerdotem magnum.442.a
4 Ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius.334.a
5 Ecce talētum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ. 2.8.b.
6 Ecce vir, oriens nomen eius. 106.b.407.b. 426.a
6 Hæc eſt amphora egrediens, & dixit.115.b
6 Qui egrediuntur in terram aquilonis requieſcere fecerunt ſpiritum meum.337.b

147.a.240.a
9 Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem. 59.b.237.b
10 Viſitauit Dominus exercituum gregem ſuum. 95.b.220.a.305.b
10 Sibilabo eis,& congregabo illos,quoniam redemi eos.306.a
11 Opaſtor & idolum.115.b.302.b
11 Aperi Libane portas tuas.160.a
11 Succiſſus eſt ſaltus munitus.193.a
11 Vnam vocaui decorem alteram vocaui funiculum.204.a
11 Vlula abies,quia cecidit cedrus.278.a
11 Ego ſuſcitabo paſtorem, qui derelictum non cuſtodit.302.b
12 Effundam ſuper domum Dauid,& ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ & precum.323.a
13 In die illa erit fons patens domui Dauid.5.b. 11.b.322.b.432.b
13 Percutiam paſtorem,& diſpergentur oues gregis. 33.a.167.a
14 Et conſeretur manus eius ſuper manum proximi.113.b
14 Erit Dominus rex ſuper vniuerſam terram. 334.b

Malachias.

Iacob dilexi,Eſau autem odio habui.133.a
1 Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnū
1 eſt nomen meum in gentibus.336.b
1 In omini loco ſacrificatur & offertur nomine meo oblatio munda.446.b
2 Pactum vitæ & pacis fuit cum eo.110.b
2 Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam.216.b. 303.b.413.a
3 Ego Dominus,& non mutor.46.b.65.b.139.a
3 Et purgauit filios Leui.94.a
3 Ipſe enim quaſi ignis conflans.138.b.208.a
4 Vobis timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ.180.b.266.a
4 Ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini.351.b

1.Machabæorum.

5 Concluſi ſunt ab eo in turribus.8..a
6 Refulſit ſol in clipeos aureos.222.a
6 Stola ſancta induit ſe Ionathas.105.a

2.Machabæorum.

2 Quæ gens non hæreditauit regnum eius.318.a

Matthæus.

1 Liber generationis Ieſu Chriſti.43.b.49.b. 13.a
1 Filij Dauid,filij Abraham.422.a
1 Ioſias autem genuit Iechoniam.6.b
1 Vocabis nomen eius Ieſum.13 a
1 Ecce virgo concipiet,& pariet filium.408.a
2 Ecce Magi ab oriente venerunt.8..a
2 Turbatus eſt rex Herodes, & tota Hieroſolyma cum illo.200.b
2 Vbi eſt,qui natus eſt rex Iudæorum? 487.a
2 Ex te enim exiet dux, qui regat populū meum Iſraël.604.a.394.b.416.a
2 Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es.114.a
3 Cæli aperti ſunt ſuper eum.6.a
3 Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.90.a
3 Pœnitentiam agite.191.b.379.b
3 Ventilabrum in manu Domini.264.b
4 Venite poſt me, faciā vos fieri piſcatores hominum.49.a.393.b
4 Nō in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo,quod procedit ab ore Dei. 12.b
4 Dominū Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.93.a
4 Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. 151.b
4 Quadraginta diebus,& quadraginta noctibus ieiunauit.151.b.288.a
4 Vidit duos fratres, Simonem, qui vocabatur Petrus, & Andræam fratrem eius. 262.a.
5 Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.4.b.189.b.343.a.435.b
5 Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines. 37.a
5 Beati pacifici.74.b.102.b
5 Beati pauperes ſpiritu. 80. a.147 .b,152. b. 271.a.372.a
5 Beati mites,quoniam ipſi poſſidebunt terram. 123.b.372.a
5 Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.139.a.169.a
5 Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.271.a.371.a
5 Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt.323.a.367.b
5 Vos eſtis ſal terræ.57.a.141.a.294.a
5 Qui fecerit,& docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœlorum.44.a.393.b
5 Vos eſtis lux mundi.147.a
5 Non accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio.294.b
5 Sic luceat lux veſtra, vt videant opera bona veſtra.322.a
5 Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.401.a.444.b
5 Non veni ſoluere legē,ſed adimplere. 440.b
5 Qui dixerit fratri ſuo Racha.66.b.
5 Si quis te percuſſerit in vna maxilla, præbe ei alteram.231.a
5 Diligite inimicos veſtros.313.a
5 Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & phariſæorum,non intrabitis in regnum cælorum.416.a
6 Attendite,ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus,vt videamini ab eis.173,b.406.b
6 Conſiderate v..latilia cœli. .o.b
6 Vbi eſt theſaurus tuus,ibi eſt cor tuum.11.a
6 Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. 18.a.207.a. 288.b
6 Quærite primum regnū Dei, & iuſtitiam eius. 64.a
6 Non poteſtis Deo ſeruire & mamonæ.80.a

7 Cor ſuum poſuerunt vt adamantem.35.a
9 Tu in ſanguine teſtamenti emiſiſti vinctos.
6 Tu autem cũ ieiunas, vnge caput tuum.92.b.152.a
6 Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus lucidum erit.116.a
6 Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.153.a
6 Et ne nos inducas in tentationem.197.a
6 Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.277.b
6 Sanctificetur nomen tuum.569.a
6 Amen dico vobis, receperunt mercedẽ ſuam.406.b
6 Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire.314.a
7 Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium.7.b.122.a.207.a.306.b.415.a
7 Quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.81.b
7 Aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.128.b
7 Nolite ſanctum dare canibus, nec margaritas proiiciatis ante porcos.130.a.392.a
7 Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur.140.a.436.b
7 In qua menſura menſi fueritis, eadem remetietur vobis.154.a
7 Omnis qui audierit verba mea hæc, & fecerit ea, aſſimilabitur viro ſapienti.336.b
7 Lata porta & ſpatioſa eſt, quæ ducit ad perditionem.349.a
7 Intrate per anguſtam portam.191.b
8 Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.55.a.415.a
8 Factaque eſt tranquillitas magna.68.b
8 Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos.80.a.122.a.153.b.263.b
9 Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? 107.b
9 Cùm tranſiret Ieſus vidit hominem ſedentem in telonio.142.b
9 Et ſurgens ſecutus eſt eum.2.a
10 Timete eum, qui poteſt corpus & animã perdere in gehennam.362.b
10 Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.309.a
10 Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit.16.a
10 Ecce ego mitto vos ſicut oues inter lupos.39.a.263.a
10 Non veni pacem mittere, ſed gladium.99.b.264.a
10 Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.192.b
10 Nolite portare virgam.263.b
10 Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.127.b
11 Cùm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.4.a
11 Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.39.a
11 Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.93.b.151.a.165.a
11 Beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in me.99.b
11 Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.258.b
310.a.185.b
12 Sic erit filius hominis in corde terræ.187.b.245.b
12 Volumus à te ſignum videre.130.a
12 Omne regnum in ſeipſo diuiſum deſolabitur.101.b.413.b
12 Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.388.a
12 In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ.385.a
13 Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare.20.a.378.a
13 Inuenta autem vna margarita, abiit.45.b
13 Venit inimicus, & ſuper ſeminauit zizania.153.b
13 Aliud cecidit inter ſpinas.270.a
13 Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro.321.a
15 Egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.238.b
15 Cor eorum longè eſt à me.55.a
15 De corde enim exeunt malæ cogitationes.323.a
16 Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum.22.b.151.b.288.a
16 Quem dicunt homines eſſe filium hominis.31.b
16 Caro & ſanguis non reuelauit tibi.50.a
16 Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis.174.a.383.b
16 Et portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam.289.a
16 Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelabit tibi.305.a
16 Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.316.b.336.a.562.a
ſiam meam.562.a.316.b.336.a
16 Quodcunque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum in cœlis.419.a
16 Tibi dabo claues regni cœlorum.430.a
17 Et transfiguratus eſt ante eos.100.a
17 Ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes.378.b
18 Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli.151.a
18 Quoties peccauerit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties?.347.b
18 Non ſolum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.397.a
18 Serue nequam omne debitum dimiſi tibi.428.b
18 Quicunque ſe humiliauerit ſicut paruulus hic.190.b
19 Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.7.b.22.a.209.b
19 Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte.39.a
19 Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.153.a.277.b
19 Omnis qui reliquerit aliquid propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.153.b.169.b
19 Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.188.a.

185.a.298.b.366.b
19 In regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſnæ ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim.349.a
20 Ite vos in vineam meam.10.b
20 Quid ſtatis hic tota die otioſi? 153.b.67.a.
20 Simile eſt regnum cœlorum homini regi.139.b
20 Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum.217.a
20 Scitis quia principes gentium dominantur illis.295.b
20 Dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus aú dexteram alter ad ſiniſtram tuam.299.a
20 Voca operarios,& redde illis mercedem ſuam. 328.b
20 Multi enim ſunt noniſſimi primi, & primi nouiſſimi.394.a
21 Ecce rex tuus venit tibi manſuetns.59.b
21 Auferetur à vobis regnum Dei.146.b
21 Eiecit de templo ementes & vendentes. 381.b
22 Amice quomodo hnc intraſti non habens veſtem nuptialem? 103.b.432.b.
22 Verax es,& viam Dei in veritate doces.576.b
22 Reddite quę ſnnt Cæſaris Cęſari.207.b.332.b. 429.a
22 Multi ſunt vocati,panci verò electi.378.a
22 Dicite inuitatis:ecce prandium meum paraui. 385.a
22 Villam emi.385.a
22 Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.389.b
22 In his dnobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ.386.a
23 Quoties volui congregare filios tuos Quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti.71.a 157.b.351.a
23 Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.85.b. 382. a
23 Ieruſalem Ieruſalem quæ occidis prophetas,& lapidas eos,qui miſſi ſunt ad te. 95.a.224.b
23 Implete menſuram patrum veſtrorum.171.a
23 Qui maior eſt veſtrum erit miniſter veſter. 301.b
23 Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ.367.b
24 Quoniam abundabit inignitas,refrigeſcet charitas multorum.350.b
24 De die autem illa & hora nemo ſcit,nec angeli cœlum.348.b
24 Erit enim tunc tribulatio magna.64.b
25 Vigilate,quia neſcitis diem nec horam.21.a
25 Vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. 79.b
25 Quod vni ex his minimis feciſtis,mihi feciſtis. 154.b
25 Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua. 99.a
26 Hoc eſt corpus meum.61.a.431.a
26 Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti.647.a
26 Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues. 167.a
26 Et ingreſſus intrò ſedebat enm miniſtris, vt videret finem.7.a
27 Habebat autem tunc vinctum inſignem. 206.a
27 Sanguis eius ſnper nos,& ſuper filios noſtros. 94.b.155.a.227.b
27 Et abiens laqueo ſe ſuſpendit.7.b
27 Monuméta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum,quæ dormierát, ſurrexerunt.241.a. 289.b
28 Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.394.a
28 Ego vobiſcum ſum omnibns diebus vſque ad conſummationem ſeculi.91.a.289.a.396.b 446.b

Marcus.

1 Vox clamantis in deſerto.11.b
1 Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam.191.b
1 Vidit Leui Alphæi ſedentem ad telonium. 2.a
4 Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram, & dormiat. 364.b
8 Miſereor ſuper turbam hanc.7.b
8 Quidam ex eis ex longè venerunt.54.b
9 Bonum eſt tibi debilem intrare in vitam æternam.281.a
9 Hoc genus dæmoniorum, in nullo poteſt exire niſi in oratione & ieiunio.288.b
9 Omnis victima ſale ſalietur.588.b
13 Cùm videritis abominationem deſolationis. 80.b
14 Simon dormis? 295.a
16 Exprobrauit incerdulitatem eorum, & duritiam cordis.35.b
16 Aſſumptus eſt in cœlum.104.a
16 Valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum.261.a
16 Prædicate Euangelium omni creaturæ.376.

Lucas.

1 Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariam.52.a. 144.a
1 Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri.9.b
1 Vox clamantis in deſerto.11.b
1 Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.59.a
1 Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.65.b
1 Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. 89.b
1 Suſcepit Iſraël puerum ſunm.89
1 Sicut locutus eſt per os ſanctorum,qui à ſeculo ſunt prophetarum eius.95.b
1 Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. 101.a
1 Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius.110.a
1 Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.151.a
1 Depoſuit potentes de ſede, & exaltáuit humiles.165.a.408.a
1 Fuit in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidam.237.b
1 Erexit cornu ſalntis nobis.266.b
1 Vocabis nomen eius Ieſum.308.a
1 Regnabit in domo Iacob in æternum.335.a

1 Viſitauit nos oriens ex alto.25.b.355.a.394.b
2 Non erat ei locus in diuerſorio.68.b
2 Homo iuſtus & timoratu.390.a
2 Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum.92.a.230.b.340.b
2 Nunc dimittis ſeruum tuum Domine. 201.b. 392.b
2 Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. 264.a
2 Gloria in excelſis Deo.312.b
2 Par turturum, aut duos pullos colnmbarum. 421.a
2 Fili quid feciſti nobis dic? 415.a
3 Facite fructus dignos pœnitentiæ.175.b
5 Vidit publicanum nomine Leui ſedentem ad telonium.2.a
5 Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.379.b
6 Elegit Ieſus duodecim, quos apoſtolos nominauit.393.a
7 Pedes eius lachrymis abluit.63.b
7 Cùm appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus ferebatur.408.a
8 Aliud ſemen cecidit ſuper terram.112.a
8 Qui habet aures audiendi audiat.118.a.410.a
8 Aliud ſemen cecidit ſecus viam.347.a
9 Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.16.a
10 Angelus cecidit de cœlo.7.b
10 Miſericordia motus acceſſit ad eum.9.a
10 Porrò vnum eſt neceſſarium.73.a
10 Nolite portare ſacculum nec peram.80.a
10 Deſignauit Dominus alio ſeptuaginta duos. 91.a
10 Gaudete, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.97.a.123.b.282.b.444.b
10 Nolite portare calciamenta.144.a
10 Hoc fac, & viues.185.a
10 Homo quidam deſcendebat à Ieruſalem in Iericho.282.b
10 Mitto vos ſicut agnos inter lupos.263.a
10 Qui vos audit, me audit.326.b
10 Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. 48.a
10 Dignus eſt operarius mercede ſua.443.a
11 Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt omnia, quæ poſſidet.487.b.
11 Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.42.a.46.a.408.b
11 Omne regnum in ſeipſo diuiſum deſolabitur. 101.b.413.b
11 Petite, & dabitur vobis.381.a
12 Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur.99.b.18.b.138.b.348.a
12 Nolite timere puſillus grex.162.b.37.a
12 Attendite à fermento phariſæorum. 122.a. 415.a
12 Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt. 154.a
12 Seruus qui cognouerit voluntatem Domini, & non fecerit, vapulabit multis.188.a
12 Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.409.b
13 Ieruſalem Ieruſalem, quæ occidis prophetas. 69.a
14 Qui ſe exaltat humiliabitur, qui ſe humiliat exaltabitur.70.b.93.b.150.b.165.a
14 Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.385.a.409.b
15 Vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt.9.a
15 Gaudium erit in cœlis ſuper vno peccatore. 193.b.298.a
15 Omnia bona ſua diſſipauerat.297.a
15 Ouem perditam quæſiuir.297.a
15 Adducite vitulum ſaginatum, & occidite. 422.a
16 Redde rationem villicationis tuæ.40.b
16 Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. 159.b
16 Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in infernum. 289.a.349.a
17 Regnum Dei intra vos eſt.321.a
18 Solus Deus bonus eſt.150.a
18 Non eſt voluntas patris, vt pereat vnus ex his puſillis.298.a
19 Negotiamini dum venio.40.
19 Videns ciuitatem fleuit ſuper illã.40.b.60.a. 196.b.72.b
19 Eò quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ?89.b
19 Domus mea, domus orationis vocabitur. 381.b
19 Quicunque voluerit inter vos maior eſſe, ſit veſter miniſter.590.b
21 In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. 590.a
21 Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum.286.b
21 Reſpicite & leuate capita veſtra, quia appropinquat redemptio veſtra.627.a
22 Ecce Satanas expetiuit vt cribraret vos. 317.a
23 Hodie mecum eris in paradiſo.425.b
24 Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via?19.a.594.a
24 Quid turbati eſtis, & cogitationes veſtræ aſcẽdunt, &c.113.b.341.a
24 Vna autem ſabbati valde diluculo.261.a
24 Interpretabatur ipſis omnia, quæ de ipſo erãt ſcripta.266.b
24 Sic oportuit pati Chriſtũ, & reſurgere à mortuis.298.a

Ioannes.

1 In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & Deus erat verbum.11.b.30.a. 408.b
1 Ille erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.25.b. 266.a
1 De plenitudine eius nos omnes accipimus. 23.a
1 Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.34.a.91.b.139.a.421.a
1 Securis ad radicem arboris poſita eſt. 62.b
1 Vox clamantis in deſerto.75.b
1 Verbum caro factum eſt.143.b

1 Quotquot autem eùm receperunt dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. 213.b. 274.a. 326.b
1 Mundus eum non cognouit.261.b
1 Lex per Moſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.266.b
1 Tu es filius Dei, tu es rex Iſraël.335.a
1 Omnia per ipſum facta ſunt.357.a
3 Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto.5.b.626.b
3 Nemo aſcendit ad cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo.12.b
3 Si Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. 25.a.63.a
3 Non miſit Deus filium ſuum, vt iudicet mundum.26.a
3 Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. 167. a. 186.b.357.b
3 Spiritus vbi vult ſpirat.330.a
4 Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. 144. a. 261. b. 262.a
5 Non quæro voluntatem meam.24.a
5 Erat Hieroſolymis probatica piſcina.19.b
5 Scrutamini ſcripturas.39.b.266.b.425.a
5 Quomodo vos poteſtis credere, quia gloriam ab inuicem accipitis?88.a
5 Pater non iudicat quenquam.202.a
5 Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me.344.b
5 Venit hora, & nunc eſt, quãdo omnes qui ſunt in monumentis, audient vocem filij Dei. 331.a
5 Procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ.419.a
6 Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. 46.a.431.a
6 Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?60.b
6 Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. 61.a.
6 Operamini cibum, qui non perit.161.a
6 Qui manducat me, viuet propter me.164. b. 431.a
6 Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum. 319.a
6 Caro mea verè eſt cibus.386.a.415.a.424.a
7 Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.434.a
7 Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. 143. a. 338.a
8 Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. 3. a. 428.b
8 Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. 22.b.121.b
8 Ego & pater vnum ſumus.27.b
8 Qui eſt ex Deo, verba Dei audit.43.a
8 Vos ex patre diabolo eſtis.141.b.283.b
8 Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. 142.a
8 Abraham exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauiſus eſt.222.a.277.b.289.b
8 Ego ſum lux mundi.266.a.277.a
8 Ille homicida erat ab initio.254.b
8 Bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes.156.a
8 Seruus non manet in domo in æternum. 428.b
9 Vade, & laua in natatoria Siloe. .21. b. 370.b
10 Fiet vnum ouile, & vnus paſtor.331.b
10 Ego ſum paſtor bonus. 304.a.502.b
10 Et non rapiet eas quiſquam de manu mea. 4.a
10 Ego ſum oſtium.104.b.157.a
10 Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.95.b.364.b
10 Bonus paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis.418.a
11 Ego ſum reſurrectio & vita. 105. a. 121. b. 299.a
11 Cùm eſſet pontifex anni illius prophetauit. 2.b
11 Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?30.a
11 Lazare exi foras.333.a
12 Qui amat animam ſuam, perdet eam. 72.a
12 Nunc iudicium eſt mundi.99.a
12 Princeps huius mundi eijcietur foras. 261.a
12 Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.318.b
13 Ante diem feſtum paſchæ ſciens Ieſus quia venit hora eius.423.a
13 Niſi te lauero, non habebis partem mecum. 14.b.389.b
13 Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.103.b
13 Cœpit lauare pedes eorum.294.a.403.a
13 Mandatum nouum do vobis.323.b
13 Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. 393.a
14 Ego ſum via, veritas, & vita.22.b.146.b.157.a. 364.b
14 Sermonem quem audiſtis, non eſt meus. 24.a
14 Pater maior me eſt.27.b.308.b
14 Nemo venit ad patrem niſi per me.34.a
14 Non turbetur cor veſtrum.37.a.382.b
14 Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum.46.a
14 Surgite, eamus hinc.399.a
14 Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.101.a.111.a.335.b
14 In domo patris mei manſiones multæ ſunt. 348.b
14 Non vos relinquam orphanos.447.a
14 Ego rogabo patrem & alium paracletum, dabit vobis.447.a
15 Vos teſtimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum eſtis.2.a
15 Qui manet in me, & ego in eo.11.a.140.a
15 Vos non eſtis de hoc mundo.261.b
15 Hoc eſt præceptum meũ, vt diligatis inuicem. 389.b
15 Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint.381.a
15 Sine me nihil poteſtis facere.578.a

16 Modicum & videbitis me.48.a
16 Non nouerunt patrem nec me.60.a
16 Triſtitia veſtra cōuertetur in gaudium. 132.a. 271.a
16 Expedit vobis,vt ego vadam.103.b
17 Ego te glorificaui ſuper terram.95.b
17 Opus conſummaui,quod dediſti mihi.15.b
18 Erat autem cum eis Petrus.7.a
18 Regnum meum non eſt de hoc mundo.59.b
18 Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?217.a
19. Conſummatum eſt.377.b
19 Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua.5.b.100.a
20 Stetit Ieſus in medio diſcipulorum, & dixit eis,pax vobis.40.b.101.b
20 Dominus meus,& Deus meus.24.a
20 Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata,remittentur eis.40.a.419.a
21 Hic eſt qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit.27.b
21 Paſce oues meas.49.a.303.a.386.b.
21 Petre amas me?317.a

Acta apoſtolorum.

1 Videntibus illis eleuatus eſt.104.a
1 Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.84.b
1 Et apparuerunt ſuper illos diſpertitæ linguæ tanquam ignis.9.a
2 Dum complerentur dies Pentecoſtes,577.a
2 Factus eſt de repente ſonus de cœlo tanquam venientis ſpiritus vehementis.46.b
2 Iudæi quoque & proſelyti Cretes & Arabes. 235.b
3 Pœnitemini,& conuertimini.298.a
7 Video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei.6.a.585.b
7 Dura ceruice,& incircuncisi cordibus.254.b
9 Saule,Saule quid me perſequeris?314.b
13 Dedit illis Saul filium Cis virum de tribu Beniamin annis quadraginta.2.a
1 In ipſo viuimus,mouemur,& ſumus.102.a

Epiſtola Pauli apoſtoli ad Romanos.

1 Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. 9.a. 358.b
1 Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. 72. a. 258.a
1 Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.133.a
1 Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. 242.a
1 Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum,& quadrupedum.255.a
1 Repleti omni iniquitate,malitia,fornicatione. 346.a
2 Secundum duritiem tuam, & impœnitens cor tuum.54.b
2 Deus reddet vnicuique ſecundum opera ſua. 174.a
2 Non vos metipſos defendentes.233.a
2 Non eſt apud Deum acceptio perſonarum. 357.b
2 Qui alium doces,teipſum non doces.346.a
3 Propoſuit eum Deus propitiatorē per fidem. 26.b.427.a
3 Ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro. 185.b
3 Per legem cognitio peccati.185.b
4 Traditus eſt propter delicta noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.186.a
5 Gloriamur in tribulationibus. 4. a. 77. a. 271.a
5 Iuſtificati ex fide pacem habeamus.161.b
5 Charitas Dei diffuſa in cordibus noſtris.323.b
5 Per vnum hominem peccatū intrauit in mundum,& per peccatum mors.401.a
6 An neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum?88.b
6 In nouitate vitæ ambulemus.108.b
6 Non exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis.107.b
6 Stipendia peccati mors.283.b
6 Liberati à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ. 425.a
7 Concupiſcentiam neſciebam, niſi mihi lex diceret:non concupiſces.275.b
7 Lex quidem ſancta.198.a
7 Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?332.a
8 Si ſecundum carnem vixeritis moriemini. 2.a. 371.b
8 Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? 45. b. 84.a.164.b
8 Sapientia carnis inimica eſt Deo.83.a.246.b
8 Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati.91.a
8 Non ſecundum carnem ambulemus.108.b
8 Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.215.b.435.b
8 Prudentia carnis mors eſt.246.b
8 Si filij & hæredes,hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.288.a
8 Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu.365.b
8 Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro.440.a
8 Qui proprio filio non pepercit,ſed pro nobis tradidit illum.422.a
8 Et de peccato damnauit peccatum.415.b
8 Omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.377.b
9 Optabam ipſe ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.93.a.122.b
9 Quem vult Deus indurat.133.a
9 Non enim omnes qui ex circuncisione ſunt Iſraëlitæ.307.b
10 Sic in hoc tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ.71.a
10 Finis legis Chriſtus eſt.92.a.140.a.640.a.
10 Quomodo credent ei, quem non audierunt? 359.a
10 Noli altum ſapere,ſed time.491.a
11 Non ex operibus, alioquin gratia iam non gratia.322.b
11 Cæcitas ex parte contigit in Iſraël.351.b

12 Sicut

12 Sicut in vno corpore multa membra habemus.338.b
12 Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem.371.b.407.a
12 Rationabile ſit obſequium veſtrum.405.b
12 Nolite conformari huic ſeculo.365.a
13 Curam carnis ne feceritis in deſideriis.371.b
13 Reddite omnibus debita.228.b.429.a
13 Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.103.b.412.a
14 Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.161.b.265.b
14 Mihi flectetur omne genu.166.a
15 Debemus firmiores imbecillitates infirmiorum ſuſtinere.72.a
15 Deus autem pacis conterat Satanam.373.b

Epiſtola prima ad Corinthios.

1 Chriſtus factus eſt nobis ſapientia, iuſtitia & ſanctificatio.12.a.307.b.372.a
1 Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus.263.a
1 Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.361.b
2 Sapientiam loquimur inter perfectos.392.a
2 Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda Dei.330.b
3 Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi.392.a
3 Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti.74.a
3 Sapiẽtia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.246.b
3 Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, niſi quod poſitum eſt.336.a
3 Vt ſapiens architectus fundamentum poſui.357.b
4 Quid vultis in virga veniam ad vos, an in charitate?77.b
4 Laboramus operantes manibus noſtris.212.b
4 Quid habes, quod non acceperis?261.b
4 Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Dei.387.a
5 Si is qui frater nominatur, eſt fornicator aut auarus.7.b
5 Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.433.a
5 Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.415.a
6 Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt.11.a.29.b.379.b
6 Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.22.b
6 Empti enim eſtis pretio magno.74.a.25.a
6 Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.280.a
6 In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros.288.b
7 Præterit figura huius mundi.32.a.378.a
7 Circuncíſio nihil eſt & præputium nihil eſt.185.b
8 Scientia inflat, charitas ædificat.185.b.157.a
9 Sic pugno non quaſi aërem verberans.13.b.141.b
9 Væ mihi, ſi non euangelizauero.50.a
9 Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.288.a
9 Diſpenſatio mihi credita eſt.387.a
9 Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam?644.a
9 Omnibus omnia factus ſum.125.b
9 Sic currite, vt comprehendatis.16.a
10 Omnes mare tranſierunt, & omnes ſub Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari.5.b
10 Si nos vtique iudicaremus, non vtique à Domino iudicaremur.168.b
10 Petra autem erat Chriſtus.227.b
10 Qui ſtat, videat, nec cadat.222.b
10 Vide Iſraëlem ſecundum carnem.307.b
10 Vnus panis & vnum corpus multi ſumus.338.b
10 Quicunque manducauerit, & biberit calicem Domini indignè.411.a
12 Aliis per ſpiritum datur prophetia.2.a
13 Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.30.b
13 Charitas non quærit quæ ſua ſunt.47.a
13 Charitas non inflatur, non eſt ambitioſa.57.a
13 Si habuero omnẽ fidem, ita vt montes transferam.328.b.366.b
13 Corrumpunt bonos mores colloquia praua.7.a
15 Ego ſum minimus apoſtolorum.39.b
15 Primus homo de terra terrenus.311.a
15 Non ego autem, ſed gratia Dei mecum.316.a
15 Caro & ſanguis regnum Dei nõ poſſidebunt.350.a
15 Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ.360.b
15 Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cæleſtis.535.a
16 Salutate in oſculo ſancto.4.b
16 Non dormiamus ſicut cæteri.21.a

Epiſtola ſecunda ad Corinthios.

1 Qui vnxit nos Deꝰ eſt, & qui ſignauit nos.92.a
1 Sicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationum.[illegible].a
1 Hæc eſt gloria noſtra teſtimonium conſcientiæ noſtræ.367.a
1 Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis.9.a.36.a.65.189.b
3 Epiſtola noſtra vos eſtis.112.b
3 Litera occidit, ſpiritus viuificat.156.b
3 Vbi autem ſpiritus Domini, ibi libertas.305.b.322.b
3 Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis.316.a
3 Reuelata facie gloria Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur.426.a
4 Licet is qui foris eſt, noſter homo corrumpatur.285.a
4 Semper mortificationem Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes.426.a
4 Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere.316.a
5 Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino.76.b

5 Eum qui non nouerat peccatum pro nobis, peccatum fecit. 415.b
5 In hoc ingemiſſimus habitationem noſtram. 378.a
6 Nolite iugum ducere cum infidelibus. 7.b
6 Per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris. 57.a
6 Vos eſtis templum Dei viui. 354.b
6 Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. 352.b
8 Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum diues eſſet, &c. 59.b
10 Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt. 56. a. 141.b. 397.a
10 Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. 176.b
10 Inſtantia mea quotidiana, & ſolicitudo omnium eccleſiarum. 212.b
10 In captiuitatem redigentes intellectum in obſequium Chriſti. 416.a
11 Transfigurat ſe in angelum lucis ſatanas. 423.a
12 Placeo mihi in infirmitatibus meis. 304.b
12 Quis infirmatur, & ego non infirmor? 57.a
13 Ideo princeps iuſtitiam colit & exercet, & prudentia munitur.

Epiſtola Pauli apoſtoli ad Galatas.

1 Continuò non acquieui carni & ſanguini. 50.a
1 Si adhuc hominibus placerem Chriſti ſeruus non eſſem. 294.b
2 Qui videbantur columnæ eſſe, mihi dextras dederunt. 26.b
2 Neç aliquãdo fuimus in ſermone adulationis. 120.b
2 Ex operibus legis non iuſtificatur omnis homo. 185.a
3 Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato. 185.a
3 Quoniam autẽ in lege nemo iuſtificatur apud Deum manifeſtum eſt. 298.b
3 Nõ dicit in ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in vno. 310.b
3 Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. 439.a
3 Lex pædagogus noſter fuit. 44.b
4 Timeo vos, ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. 224.a
4 Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. 255.a. 277.a
4 Non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ. 331. b. 356.b
4 Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra. 422.b
5 In Chriſto Ieſu nec circuncisio aliquid valet, nec præputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur. 162.b
5 Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. 214.a
5 Non efficiamini inanis gloriæ cupidi. 181.a
5 Si circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. 255.a
5 Spiritu ambulate. 299.a
5 Vos in libertatem vocati eſtis fratres. 305.b
5 Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt. 372.b
6 Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. 4.a
6 Ego ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto. 92.a
6 Alter alterius onera portate. 170.a
6 Dum tempus habemus, operemur bonum. 369.a
6 Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. 429.a

Ad Epheſios.

1 Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. 327.b
2 Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. 65.a. 264.a. 334.a
2 Vos eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei fundati ſupra fundamentum. 336.a
2 Vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè. 354.b
3 Iam non eſtis hoſpites & aduenæ. 438.b
4 Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis. 91.b
4 Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. 175.b
4 Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem hominem veterem. 25.a
4 Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. 444.a
5 Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. 261.a
5 Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus. 338.b
6 Gladius acutus verbum Dei. 29.a
6 Induite vos armaturam Dei. 56. a. 141. a. 346.b
6 Rectores tenebrarum harum. 261.b

Ad Philippenſes.

1 Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. 33. b. 378.a
2 Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus. 6.b
2 Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. 13.b. 46.b. 164.b
2 In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. 83.b
2 Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem. 390.b
3 Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. 13. b. 164. b. 346.b
3 Quæ quidem retro ſunt, obliuiſcens. 16. a. 325.a. 390.a
4 Dominus prope eſt, nihil ſoliciti ſitis. 258.b
4 Quorum nomina ſunt in libro vitæ. 282.b

Ad Coloſſenſes.

1 In Chriſto Ieſu ego laboro.13.b
1 Pacificans per ſanguinem crucis eius.110.b
2 Nemo vos iudicet in cibo aut potu. 186.a. 425.a
3 Quæ ſurſum ſunt, quærite.17.b.305.a
3 Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.65.a
3 Mortificate auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus.79.a
3 Expoliantes veterem hominem cum actibus ſuis. 175.b.311.a
Induite vos ſicut electi Dei.412.a
3 Super omnia autem charitatem habete.379.b

Ad Theſſalonicenſes prima.

4 Non contriſtemini de dormientibus, ſicut cæteri qui ſpem non habent.255.b
5 Dies Dñi ſicut fur in nocte, ita veniet. 348.b

Ad Theſſalonicenſes ſecunda.

2 Tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui.344.a
2 Filius perditionis.344.b
3 Siquis non vult operari, non manducet. 427.b

Ad Thimotheum prima.

1 Finis præcepti eſt charitas.365.b
2 Vult omnes homines ſaluos fieri.175.b.224.b. 286.b
3 Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. 303.b
3 Domus Dei columna & firmamentum veritatis.317.b
3 Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.418.a
3 Vt ſcias quomodo te oporteat in domo Dei conuerſari.354.b
4 Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.168.b.294.a.303.b
5 Peccantes coram omnibus argue.303.b
5 Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habentur.443.a
6 Radix omnium malorum eſt cupiditas. 88.a
6 Qui diuites fieri volunt in hoc mundo, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli. 152.b.154.a
6 Habentes alimēta, & quibus tegamur, iis contenti ſimus.209.b.600.a

Ad Thimotheum ſecunda.

2 Vt reſipiſcant à diaboli laqueis.3.a
2 Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. 56.b.368.a
2 Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.288.a
3 Qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patiantur.4.b.217.b
3 Multi ſpeciem pietatis habentes virtutem eius abnegantes.7.b.207.a
3 Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum.294.b
4 Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ.13.b.153.b
4 In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. 175.a.328.b
4 Prædica verbum, inſta opportunè.205.b
4 Erit tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.350.b

Epiſtola ad Titum.

1 Cretenſes ſemper mendaces.121.a
3 Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.9.b.328.a
3 Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei.25.a

Epiſtola ad Philemonem.

1 Sine conſilio tuo nihil volui facere.174.b

Epiſtola ad Hebræos.

1 Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius.68.b.373.b
1 Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus.274.a
2 Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium.416.b
4 Non habemus pontificem, qui nō poſſit compati infirmitatibus noſtris.56.b
4 Feſtinemus ingredi in illam requiem.141.b
4 Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. 24.b.297.a
5 Cum lachrymis & clamore valido.41.a.371.a
7 Lex nihil ad perfectum adducit.185.b.277.a
9 Vbi eſt enim teſtamentum, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.147.a.274.a
9 Peramplius & perfectius tabernaculum non manu factum, &c. ſed per proprium ſanguinem, &c.376.b
9 Omnia penè in lege ſecundum ſanguinem mundabantur.422.b
10 Lex vmbram habet futurorū bonorum. 147.b
10 Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem in declinabilem.297.b
10 Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis.646.a
11 Alij vero ludibria & verbera experti.4.a
11 A longè eas aſpicientes & ſalutantes.123.b
11 Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.162.b. 185.b
11 Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium.376.a
11 Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti.637.b
12 Quem diligit Dominus caſtigat. 5.b. 28.a. 149.a
12 Curramus ad propoſitum nobis certamen. 5.b.189.b.298.b
12 Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite. 98.a
12 In diſciplina perſeuerate.16.a
13 Non habemus hic ciuitatem manentē.325.b

Iacobi apoſtoli epiſtola.

1 Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem. 2.a.168.b.283.b.331.a
1 Eſtote factores verbi, non auditores tantùm. 15.a.46.a
1 Beatus vir qui ſuffert tentationem.56.b
1 Deus intentator malorum eſt.133.a
1 Accipiet coronam vitæ.215,b
1 Sit omnis homo velox ad audiendum,tardus autem ad loquendum.388.a
1 Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt.633.a
2 Fides ſine operibus mortua eſt.21.b.328.b
2 Iudicium ſine miſericordia ei, qui non fecerit miſericordiam.139.a.81.b
2 Videtis quod ex operibus iuſtificatur homo. 328.b
3 Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. 120.b
4 Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.8.b.180.a.251.b
4 Amicitia huius mundi inimica eſt Deo.215.b

Epiſtola prima Petri Apoſtoli.

1 Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis. 12.a.74.a.255.a.587.b
1 Vt probatio fidei veſtræ multò pretioſior ſit auro.180.b
2 Conuerſi eſtis nunc ad paſtorem animarum veſtrarum.308.a
2 Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter dominum.332.b
4 Tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. 94.a
4 Charitas operit multitudinem peccatorum. 103.b.444.b
5 Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.8.b
5 Sobrij eſtote,& vigilate.56.a
5 Tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret.135.b.304.a
5 Humiliamini ſub potente manu Dei.165.a
5 Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in Deum.258.b

Epiſtola ſecunda Petri.

2 A quo quis ſuperatus eſt, huius ſeruus eſt. 88.b

Epiſtola prima Ioannis Apoſtoli.

1 Sanguis Ieſu Chriſti filij Dei emundat nos. 404.b
2 Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.427.a
2 Mundus tranſit,& concupiſcentia eius.64.a
2 Nolite diligere mundum,nec ea quæ in mundo ſunt.32.a
2 Si quis diligit mundum,non eſt charitas patris in eo.100.a
3 Qui non diligit, manet in morte. 101. a. 265.b
3 Qui odit fratrem ſuum,homicida eſt.313.a
4 Deus charitas eſt,& qui manet in charitate, in Deo manet.11.a
4 Miſit Deus filium ſuum propitiationem.111.a
4 Qui non diligit fratrem ſuum, quem videt. 154.a
4 Perfecta charitas foras mittit timorem. 362.a
4 Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.379.b
5 Mundus totus poſitus eſt in maligno. 118. a. 253.b
5 Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo. 219.a

Epiſtola tertia Ioannis. Apoſtoli.

1 Cooperatores ſumus veritatis.52.b

Epiſtola Iudæ.

1 Væ illis, qui in viam Cain abierunt. 278. a

Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli.

1 Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.34.b. 215.b
1 Ego ſum alpha & omega.91.b
1 Vidi in medio ſeptem candelabrorum ſimilem filio hominis.97.b
2 Tanquam vas figuli confringentur.449.b
2 Eſto fidelis vſque ad mortem.162.b
2 Memor eſto,vnde excideris, & age pœnitentiam.192.b
3 Nomen habes quòd viuas,& mortuus es.2.a
3 Collirio vnge oculos tuos.32.b
3 Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. 101.b.144.b.207.b
3 Ego quos amo, arguo & caſtigo. 149. a. 189.b
3 Ecce ſto ad oſtium,& pulſo.174.a
4 Poſt hæc vidi, & ecce oſtium apertum in cœlo. 6.a.408.a
5 Vicit leo de tribu Iuda.12.b. 42.b
5 Qui aperit & nemo claudit.39.b
5 Ecce in medio throni & quatuor animalium. 431.a
7 Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati.91.b
7 Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna. 132.a
8 Audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cœli.159.a
8 Væ, væ, væ,habitantibus in terra.76.b
8 Septem angeli qui habebant ſeptem tubas. 338.b
10 Et iris in capite eius.8.b
12 Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim ſtellarum.142.b

14 Hi empti ſunt ex hominibus.74.a
14 Beati mortui qui in Domino moriuntur. 108.a. 423.a
17 Aquæ quas vidiſti, populi ſunt.121.a.277.a
18 Fugite popule meus de medio Babylonis. 141.a
18 Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit. 281.b
20 Et libri aperti ſunt.40.a
20 Qui non eſt ſcriptus in libro vitæ miſſus eſt in ſtagnum ignis.97.a
20 Hæc eſt mors ſecunda.283.b
21 Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. 144.a.161.a.322.b
21 Erunt in ſtagno ardente ignis.168.b
21 A Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.236.b
21 Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. 337.a
21 Qui loquebatur mecum, habebat menſuram arundinem auream.359.b
21 Ciuitas in quadro poſita eſt.363.a
21 Et habebat ciuitas hæc murum magnum & altum.363.b
21 Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouam. 337.a.444.b
21 Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum.449.b
22 Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. 51.b
22 Qui audit, dicat, veni.295.a
22 Qui iuſtus eſt, iuſtificetur. adhuc.328.b

Explicit index authoritatum ſacræ ſcripturæ

RERVM MEMORABILIVM ET HEBRAISMORVM,

ac Sententiarum omnium in iis commentariis obſeruatu dignarum index abſolutiſſimus. Numerus indicat paginam. A, priorem columnam, B. poſteriorem.

A

Aaron & Moyſes in quo peccauerunt apud aquas cōtradictionis. 438. a. cum ſequentibus.
Aaron in ſpiritualibus, Moyſes in temporalibus præfecti erant. 419. b
Aaronis veſtes quæ fuerint. 105. b
Aaronis filij combuſti fuerunt. 216. a
Aaronis pietas & feruor. 122. b
Aaronis ſacerdotium fuit abrogatum. 411. a
Aaronis virga fuit crucis figura. 403. a
Abrahami ſacrificium explicatur. 128. b
Abraham muſcas abigere quid ſit. 17. b
Abſalonis nomine noſter appetitus ſignificatur. 22. a
Abſalon capillis ſuſpenſus quid ſignificet. 64. a
Abſalonis interitus. 64. a
Abiathar fuit de ſummo ſacerdotio deiectus. 372. a
Abſconditi appellantur iuſti. 65. a
Abſtinentia laudatur. 151. b
Abyſſus eſt aquarum multitudo. 239. b
Abyſſi nomine calamitas ſignificatur. 340. a
Abyſſus quid ſit. 276. b. & 277. a
Abietis nomine quid ſignificetur. 278. a
Abimelec idem eſt quod pater meus rex. 241. a
Abimelec nomenclatura regum Palæſtinæ. ibid.
Actæonis fabula. 125. b
Achates quid ſignificet. 29. a
Academicorum ſecta. 246. b
A commentariis quit ſic. 267. b
Achæi regis Lydiæ interitus. 280. a
Acus nauigatoriæ natura. 55. b
Acceptio perſonarum non eſt apud Deum. 327. a. 357. b
Acceptio perſonarum reprehenditur. 309. a. 360. a
Actionum altera eſt animæ, altera corporis. 400. b
Adam quo menſe, & quo die fuit creatus. 3. a
Adam quare ſibi nomen non impoſuit. 41. a
Adam dormiens fuit Chriſti figura. 119. a
Adam non fuit in paradiſo creatus. 256. a
Adam tegebat peccatum ſuum. 168. a
Aduentus Chriſti in mundum. 24. b
Aduentus Chriſti in miſericordia. 95. b
Aduentus Chriſti duo, primus in humilitate, ſecundus in maieſtate. 99. a
Adamantis natura. 4. a. 35. a. 45. a
Adamas virum iuſtum ſignificat. ibidem.
Adonis quis fuerit. 87. a. & ſeq.
Adulator deſcribitur. & ſeq. 120. a. 125. b
Adulator ſignificatur melle. 120. a
Adulator comparatur ſpeculo. 120. b
Adulatio pernicioſa. 120. a
Adulationes ſunt cantus ſyrenarum. 120. a
Adhærens Deo vnus ſpiritus eſt. 102. a
Ægyptios omnes captiuos fuiſſe quid ſignificet 3. a
Ægyptij per caput bouis intelligebant laborem. 103. a
Ægypti nomine mundus ſignificatur. 178. b
Ægypti rex vocatur draco. 261. a
Æthiopia vbi ſit. 269. a
Ælamitæ qui ſint, & vnde vocantur. 289. b
Æris natura. 357. a
Æris & ſtanni nomine ſignificatur hypocriſis. 207. a
Æneus quare fuit ſerpens Moſi. 15. a. 357. b
Æqualitas vera quæ ſit. & ſeq. 360. b
Æquitas eligenda eſt. 4. b
Æquitas Dauidis. 267. b
Ætæ regis hiſtoria. 49. b
Ænigma quid ſit. 62. a. 159. a
Ædificia impiorum terrena ſunt. 124. b
Ætas aggrauat peccatum. 129. b
Æternitas Dei. 227. a
Æternum quid ſignificet in ſcriptura. 156. b
Afflictionis vtilitas. 19. a. 36. a. 75. b. 58. a. 131. b. 216. b. 395. a
Afflictus & paſſiones cadunt in ſapientem. 225. b
Affectus nimius vituperatur. 385. b
Affectus noſtri nomine pedum ſignificantur. 389. b
Affectus diuerſi deſcribuntur. 33. b
Agnus occiſus Chriſtum adumbrabat. 91. b 431. a.
Agnus dicitur Chriſtus ibidem. 60. b
Agnus paſchalis figura euchariſtiæ. 156. b
Alæ ſignificant Dei verba. 14. a
Alarum nomine virtutes ſignificantur. ibid.
Alæ ſignificant contemplationem. 15. b
Alæ duæ ſunt intellectus & affectus. 23. b
Altare holocauſti oleo vngebatur. 143. b
Altare holocauſti fuit crux Chriſti. 403. a
Alimentum animæ quod ſit. 161. a
Alexander vocatus Nabuchodonoſor. 241. b
Alexandri Magni crudelitas. ibid.
Alexandri Magni factum egregium. ibidem.
Alexander templum Dei veneratus eſt. 242. a
Alexandri apophthegma. 251. b
Alexandri interitus. 202. b
Alexandri edictum. 268. b
Alexandria emporium Ægypti. 272. a
Alchimia cœleſtis. 342. b
Albanorum hominum natura. 278. b
Amor proprius obtenebrat mentem. 16. b. 118. a
Amor proprius. 17. a. 72. a
Amor Dei ignis eſt. 18. b

Amor Dei,& mundi maximè differunt.215.b
Amores duo conſtituerunt duas ciuitates.72.a
Amor mundi deſcribitur,ibidem.385.b
Amor comparatur chryſolyto.101.b
Amor Dei eſt aditus ad cœlum.216.a
Amor deordinatus reprehenditur & ſeq.585.a
Amor ligat.259.a
Amicus fictus cum torrente comparatur.73.b
Amicus fictus ſimilis eſt vmbræ.ibid.
Amicus deſcribitur.ibid.
Amicus mundi eſt inimicus Dei.100.a
Amici non poſſunt eſſe nefarij.214.b
Amicus eſt alter idem.269.b
Amicitia cognoſcitur in aduerſitate.73.b
Amicitia euertitur adulatione.126.a
Amicitia inter impios eſſe non poteſt.214.b
Amicitia ficta.214.b
Amicitia cum quibus habenda.115.a
Amicitia quid ſit.269.b
Ambulare in mandatis quid ſit.299.a
Ambulare quot modis accipiatur.299.a
Ambulare in veritate quid ſit.176.b
Amorrhæus dicitur pater Iudæorum.150.a
Ammon ciuitas Arabiæ.229.b
Amedæi Sabaudij encomium.80.a
Amon ſonat populum mœroris.230.a
Animalia ſancta quid ſignificent.11.a & ſequent.
Animalia Ezechielis imitari debemus.13.a & ſequent.
Animal Ezechiělis quare viſum fuit numero quaternario.14.a.& ſeq.
Animalia Ezechielis diuerſa ſunt ab animalibus Apocalypſis.14.a
Animalculi ephemeri natura.214.b
Animæ mors quæ ſit.2.a.168.b.334.a
Animam portare in manibus quid ſit.45.
Anima accipitur pro homine.66.a.296.a
Animarum immortalitas.126.b.182.a
Anima noſtra altare dicitur.403.a
Animam eſſe immortalem etiam philoſophi cognouerunt.126.b
Animum poſtulat à nobis Deus.269.b.& ſeq.
Animus à ſenſibus reuocandus eſt.398.a
Anima noſtra cum luna comparata.398.a
Annus quo menſe olim incipiebat.2.b
Annus à nouilunio incipiebat.2.b
Annus iubilei quando incipiebat.356.a
Annus remiſſionis quis ſit.431.b
Annus apud Iudæos triplex.356.a
Anaxagoras conſtituit duo principia.5.a
Angelorum ordines ſunt nouem.11.a.& ſeq.
Angelorum fœlicitas.256.b
Angeli appellantur ignis.257.a
Angeli peccatum.ibid.
Angelis malis dona naturæ manſerunt.ibid.
Angeli ſunt nuntij Dei.274.a
Angelus quid ſignificet.274.a
Antichriſti impietas & interitus.344.a.351.a
Antichriſtus erit de tribu Dan.344.a.& ſeq.
Antichriſti vita & mors & ſeq.339.a.b.344.a
Antichriſti membra & ſectatores.339.a
Antichriſto dabitur angelus.344.a
Antichriſti nomina.339.b.344.b
Antichriſti prædicatio quandiu durabit.348.b
Antichriſti ſepultura.349.
Antiſthenis apophthegma.262.b
Andreæ & Petri vocatio.262.b
Apoſtoli quibus armis erant induti.37.b
Apoſtoli vocantur nubes.193.a
Apoſtolorum gloria.3 .5.b
Apoſtoli vocantur columnæ.372.b
Apoſtoli quibus in rebus figurati.392.b
Apoſtolorum numerus.392.b.& ſeq.
Apoſtoli quare pauperes electi.393.a
Aperire os quid ſit.38.a
Aperienda ſunt peccata in confeſſione.52.a
Apollo cur pingebatur puer.102.b
Apoſiopeſis figura.163.a
Appetitus domandi ſunt.619.a
Appetitus latrones ſunt.226.b
Aquilonis nomine quid intelligitur.8.a.38 .b
Aquæ quid ſignificent.285.b.322.a.396.b
Aquæ ſignificant calamitates.3.b.8.b.239.b
Aqua gratiam ſignificat.164.a.144.a
Aquæ nomine ſignificatur doctrina.49.a
Aquæ ſignificationes variæ.143.a.276.b
Aquilæ natura,& acceptiones.103.b.159.a
Aquilæ inſtauratio.111.b
Arcus cœli in nubibus quid ſignificet. 8.b.26.a.b
Arbor Iſmaëlis eſt crux Chriſti.36.b.164.a
Arbor vitæ crux Chriſti eſt.36.b.164.a.403.a
Arbor dicitur homo.140.a.161.a
Arma ſpiritualia deſcribuntur.580.a.56.a
Arca Noë fuit figura eccleſiæ.407.b
Arca teſtamenti adumbrabat eccleſiam.111.a
Arca fœderis velo cooperta quid ſignificet.425.b
Aries & vinea bellica inſtrumenta.237.b
Arcus Romæ.238.a
Arſacidæ dicebantur reges Perſarum.241.a
Aradus inſula.245.b
Arabia triplex eſt.248.b
Arbitrij liberi motus.328.a
Architectus dicitur Chriſtus.357.b
Arcta eſt via vitæ.157.a
Arcana Dei non ſunt facilè reſeranda.392.
Ariel eſt anima noſtra.403.b
Ariel quid ſit. ibidem.
Arrogantis deſcriptio.122.a
Ariel figura crucis.403.b
Arietis nomine quid intelligitur.237.b
Argus plenus oculis quid ſit.22.a
Argentum quid ſignificet.208.a
Aſcenſio Chriſti.84.b.103.a
Aſcendere ſuper labium quid ſit.113.b
Aſſueri regis æquitas.267.b
Aſylum noſtrum Deus eſt.7.b
Aſſyrij nomine intelligitur dæmon.278.a
Aſſyrij euerſi à Chaldæis.279.a
Aſſyrij nomine intelligitur Lucifer.282.b
Aſſyriorum regnum.333.
Aſperitas præſulum vitanda.301.b.304.b
Aſcendere cogitationes quid ſit.341.a
Attritio poteſt eſſe abſque gratia.330.a
Audire idem aliquando quod intelligere. 116.a
Audire verbum Dei nolunt impij.68.b
Aures cordis quæ dicantur.116.a
Auditores concionatorum.300.b
Audiendi ſenſus eſt principium cognitionis.359.a

Auarus nunquam ſatiatur.79.a.209.b
Auaritia peſſima.209.a
Auro probatur homo.80.a
Auri nomine intelligitur ſcientia diuina.359.b
Auerſio à Deo peſſima.95.a
Aurora dicitur virgo Maria. 408.a

B

Baal gentium idolum colebatur à multis ex Iudæis.84.b
Baal quomodo appelletur.85.a
Baal eſt nomen vniuerſale ad omnia idola, ſed accipitur pro idolo particulari.ibidem.
Babylonis ſitus deſcribitur.96.b
Babylon appellatur mons peſtifer.ibid.
Babylon metropolis Chaldææ.117.b.279.a
Babilon fuit à Semiramide condita.117.b
Babylonis deſcriptio.166.b
Babylon eſt mundus.258.b
Babylonis pondus grauiſſimum.397.b.ſequen.
Babylon eſt ciuitas, Babylonia tota regio.117.b
Babylonia quid ſignificet.4.b
Babylonia eſt regio Aſiæ maioris.117.b
Babylonia vnde dicta.ibid.
Baptiſta Ioannes erat lucerna ardens & lucens. 19.a
Baptiſmi figuræ.5.a
Baptiſmus adumbratus in circuncisione.163.b
Baculus Iacob crucem Chriſti adumbrabat. 221.b
Bætica eſt pars Hiſpaniæ.247.b
Baſan eſt regio trans Iordanem.245.b
Balaam vaticinium exponitur.250.a
Beatitudo in quo conſiſtit.29.b
Beatitudinis variæ opiniones.29.b
Beatitudines euangelicæ deſcribuntur.372.b
Benefacere debemus etiam ingratis.37.a
Beneficentia amplectenda.ibid.
Benoni filius doloris mei.113.a
Beniamin filius dextræ.ibid.
Beſtiæ nomine quid ſignificetur.
Byblis inſula.14.a
Binarius eſt imperfectus numerus.14.a
Bifariam ſumus in Deo.102.a
Bona opera debent igne torreri.18.b
Bona opera facta in gratia æternam gloriam merentur.173.b
Bona opera quomodo mortificantur.ibid.
Bona opera mortificata reuiuiſcunt.ibid.
Bouis caput ſymbolum laboris.103.a
Boues in vaſibus Salomonis quid ſignificauerint. ibidem.
Bouis nomine labor intelligitur.ibid.
Bos cum delphino quid ſignificet.252.a
Bouis nomine quid intelligatur.306.b
Brachium Domini dicitur Chriſtus.327.b
Brutus Romanus intellexit terram eſſe matrem noſtram.353.a
Bucephali proprietas.273.b

C

Cadere retrorſum quid ſit.31.a
Caduceum Mercurij iuſtitiam deſignabat. 4.b
Caducei Mercurij interpretatio.ibid.
Cæſares & Auguſti dicebantur imperatores Romani.241.b
Cæremoniæ & ſacrificia legis veteris non durabãt niſi vſque ad Chriſtum.142.a
Cæremoniæ legis ceſſarunt.156.b.323.a
Cæremoniæ eccleſiæ vtiles & ſalutares. 367.a. 410.a
Cæcitas infidelium oſtenditur.86.a
Cæcitas cordis 215.b.& ſeq.
Cæcitas multorum deploranda.117.b.cum ſeq.
Cæcitatis noſtræ cauſa non eſt Deus.351.b
Cæcitas Sedechiæ quid ſignificet.21.a
Caiphas prophetauit, ſed non fuit verè propheta.2.b
Captiuitas eſt duplex népe corporis & animæ.3.a
Captus eſt omnis ſceleratus.296.b
Captiuitas animi deſcribitur.3.a
Captiuitas Babylonica mundi ſcelera ſignificat. 12.a
Captiuitas Babylonica quæ fuerit.355.b
Cain malè diuidebat.18.b.269.b
Cain munera quare Deus non reſpexit.18.b
Caluini hæreſis & impietas.70.b.79.a
Calumnia damnatur.210.a
Calix Babylonis quid ſit.217.b
Calix Ioſeph in ſacco Beniamin quid ſignificet. 217.a
Calicem bibere eſt calamitates ſuſtinere.ibid.
Calamitas fructuoſa eſt.56.b.76.a
Calamitatis vtilitas.8. b.50.b.131. b. 270 .b.395.a. cum ſeq.
Calamitas animum obnubilat.239.a
Caluariæ mons fuit locus orationis.18.b
Cameli natura.285.b
Candelabrum aureum quid ſignificet.334.a
Cantharidis natura.286.a
Caput leonis ſymbolum eſt inundationis.285.a
Caput nudare erat doloris ſignum.225.b
Caput draconis eſt peccatum originale.5.b
Caput tondere quid ſignificet.63.a
Caput eccleſiæ Chriſtus eſt.20.a
Capillis quid ſignificetur.63.a
Carthago colonia Tyri.236.a
Carbunculus quid ſit.105.b
Caro inimica eſt animæ.371.a
Caro capitur pro homine.195.b
Caro coërcenda eſt vt,equus effrænatus.288.a
Caro caſtiganda & crucifigenda eſt.371.b
Caro eadem & viua eſt,& mortua.ibid.
Cardinalium virtutum definitiones.11.b
Caſtigatio nos ducit in Dei cognitionem.76.b
Caſtigatio Dei miſericordia eſt.173.a
Cauſæ & effectus in rebus naturalibus & ſpiritualibus.379.b
Cauſa prima omnium cauſarum eſt Deus. 533.b. 174.a
Caudam nigram habentia guſtanda non eſſe,ſymbolum erat Pythagoræ.122.a
Celebritas & nobilitas generis vtilis.295.b
Cedrus accipitur pro homine potẽte. 276. b. & ſeq.
Cerethæi qui ſint.235.a
Centrum noſtrum Deus eſt.334.b.398.a
Centrum ſuum omnia appetunt.324.b.398.a
Ceti & draconis nomine quid ſignificetur.285.a

Cecropidæ dicebantur reges Athenienſium.241.a
Cethæa mater Iudæorum cur dicatur. 150. a.213. b
Cham filij & ſucceſſores.247.b
Chanaan quid ſignificet.160.b
Character baptiſmi indelebilis.71.b
Charitas in hac vita non eſt ſine fide.366.b
Charitas dicitur aurum.144.a
Charitas fraternitatis explicatur.366.b
Charitas dicitur pallium.103.b.142.b
Charitat is officium eſt vnire.279.b
Chaldæorum imperium quondam diuiſum ab Aſſyriis poſtea coniunctum.279.a
Cheub quid ſit.102.b
Cherubim in arca ſunt duo teſtamenta.111.a
Cherubim tegebant propitiatorium.111.a
Cherub idem eſt quod ſcientiæ plenitudo.378.b.
Chobar fluuius quomodo vocetur nunc.5.a
Chobar baptiſmum deſignat.ibid.
Chobar quid ſignificet.397.b.cum ſeq.
Chriſtus eſt verus Deus & verus homo.12.a. 308.a
Chriſtus quare comparatur Samaritano.9.a
Chriſtus ſignificatur quatuor animalibus. cum ſeq. 11.b
Chriſtus nos redemit à Babylonica captiuitate. 2.a
Chriſti incarnatione fuerunt terrena cum cœleſtibus coniuncta.12.a
Chriſtus eſt rex. 2.a.97.b
Chriſtus dicitur leo.12.b.
Chriſtus dicitur vitulus.ibid.
Chriſtus figuratus fuit in Melchiſedech.ibid
Chriſtus dicitur aquila.13.a.103.b
Chriſti aſcenſio.12.b
Chriſti incarnatio.13.a
Chriſti paſſio.ibid.
Chriſti reſurrectio.ibid.
Chriſtus aſcendit in cœlum.ibid.
Chriſti celeritas in mundi redemptione.14.a.b
Chriſtus eſt finis noſter.17.b
Chriſtus debet eſſe ſcopus noſter.17.b.55.b
Chriſti amor erga nos 18.b
Chriſtus eſt caput eccleſiæ.20.a
Chriſtus Deus eſt.23.b
Chriſti humanitas.24.a
Chriſti paupertas.25.b.153.b
Chriſtus cur natus eſt in paupertate.25.b
Chriſti amor erga Ioannem euangeliſtam.27.b
Chriſtus peccata noſtra tollit.34.b
Chriſtum ſemper debemus intueri.55.a.b
Chriſtus protector noſter.57.a
Chriſti triumphus.59.b
Chriſtus redemptor animarum.ibid.
Chriſtus eſt agnus.60.a.159.b.255.a
Chriſtus eſt frumentum.61.a
Chriſtus paſſus eſt in medio terræ.12.a63.a
Chriſtus eſt vera pax.65.a
Chriſti in mundum aduentus.70.b.
Chriſtus duas habet naturas,diuinam,& humanam. 83.b
Chriſtus ſacerdos.12.b.90.b.97.a.401.b.412.a
Chriſtus eſt tau.92.a
Chriſtus eſt finis legis.ibid.
Chriſto ſignati ſaluantur.ibid.
Chriſtus eſt ſignum.ibid.
Chriſti manſuetudo.95.b
Chriſti natiuitas.ibid.
Chriſti regnum.97.a.120.a.201.a
Chriſtus ad quid venit.99.b
Chriſtus eſt arbor vitæ.164.a
Chriſtus fuit multis in rebus figuratus, 104. a. b. 119.a.b.
Chriſtus eſt oſtium,paſtor,propitiatio.104.b
Chriſtus vocatur oriens.106.b.319.b
Chriſtus eſt propitiator noſter.111.a.427.a
Chriſtus in medio diſcipulorum.115.a
Chriſtus venit.117.b.319.b
Chriſtum ſequi debemus.121.b
Chriſtus promiſſus in lege.163.b
Chriſtus ſcopus prophetarum.163. b.266.a. 320.b. 321.a
Chriſtus flos campi.164.a
Chriſtus eſt diuina circunferentia.164.b
Chriſti humilitas.165.a
Chriſtus eſt benedictio.201.a
Chriſtus paſtor.245.b.308.a.335.b
Chriſtus lapis.340.b.343.b
Chriſtus, Meſſias vnctus idem.259.b
Chriſtus eſt ſol,lux,ſplendor.266.a.277.a.b, 411.a
Chriſtus vocatus ſeruus patris.308.b.335.a
Chriſtus æqualis patri ſecundum diuinitatem.308.b
Chriſtus minor patre ſecũdum humanitatem. ibid.
Chriſti amor erga homines.309.b
Chriſtus dicitur germen.310.a
Chriſtus eſt lignum vitæ.325.a
Chriſtus dicitur manus domini.327.b
Chriſtus dicitur brachium domini.ibid.
Chriſtus dicitur Dauid.335.a
Chriſtus dicitur tabernaculum.337.a
Chriſtus vocatur vir.357.a
Chriſtus quare in ſpecie æris apparuit.ibid.
Chriſtus quare vt architectus apparuit Ezechieli. 357.b
Chriſtus iuſtus.357.b.360.a
Chriſtus plorauit.370.b
Chriſtus comparatur phœnici.401.a
Chriſtus in reſurrectione prius apparuit matri ſuæ. 409.a
Chriſtũ quærere debemus in ſacra ſcriptura. 425.a
Chriſtus eſt patrocinium noſtrum.427.a
Chriſtus piſcator eſt.161.b.& ſeq.
Chriſtus eſt pax noſtra.177.a
Chriſtus eſt princeps pacis.ibid.
Chriſtiana philoſophia quæ.29.b.247.a
Chriſtiani populi dignitas. 412.a.& ſeq.
Chryſolithus lapis.18.a.101.b
Ciconiæ proprietas.96.a
Ciconia eſt ſymbolum pietatis.ibid.
Cidaris pertinebat ad pontificem.200.b
Cicutæ natura.294.a
Cinis eſt omnis homo.32.b
Cineris memoria vtilis.92.b.159.b
Circis fabula.134.a
Circuncitio figura fuit baptiſmi.156.b
Circuncitio non conferebat gratiam ex opere operato.185.b
Circuncitio ceſſauit.255.a
Circunſtantiæ conſiderandæ ſunt.400.b
Ciuitas Dei eſt eccleſia Chatholica.104.b
Ciuitates commotæ inſulæ appellantur.352.b
Ciuitas ſanguinum quæ ſit.206.a
Ciuitas Ezechielis quid ſignificet.354.a

Ciuitas in monte eſt eccleſia.354.b
Citium patria Zenonis.248.a
Cyprus inſula.148.a
Cyrus dictus fuit Nabuchodonoſor.241.b
Cyrus Hebræos reſtituit.241.6
Cyrus & Darius regnauerunt in Chaldæa.ibid.
Cyri ſucceſſores.ibid.
Clauæ Herculis quid ſignificet.13.b.
Clementia laudatur.178.a.426.& ſequentibus.
Claues regni cœlorũ habet ſummus põtifex'.387.a
Cœna eſt euangelium.385.a
Cœli quomodo dicantur aperti viris iuſtis. 5. b. & ſeq.
Cœlum ſine ſole & luna erat lex ante aduentum Chriſti.277.a
Contemplatio nomine alarum ſignificatur.15.b
Contemplatio eſt locus paſcuæ.306.a
Contemplationis vis & laus.15.a.385.a
Concionatoris firmitudo & munus.105.b.268.b
Concionator quando debet concionari.34.b.
Concionum auditores varij.105.b
Concionatoris officium.33.a.38.b.40.b.
Concio diui Petri admirabilis.155.b
Concionator euangelicus qualis eſſe debeat. 37.a. 141.a.294.a.cum ſeq.
Concionator dicitur architectus.357.b
Confeſſionis ſacramentalis dignitas.40.a
Confeſſionis vtilitas.114.a.222.b.370.b
Conſolatio Dei admirabilis.47.a
Conſolatur Deus pios.6.a
Contemptus diuitiarum.53.a
Contritio quid ſit.71.b.330.a
Confugiendum eſt ad Deum.81.a
Cõnſuetudo cum impiis indiget cautela.329.b
Conſuetudo mala quam periculoſa,ſit.87.a
Conſilium eſt oculus futurorum.239.a
Conſilium bonum & malum.107.a.347.a
Conſiliarius qualis eſſe debeat.107.a
Commotio animæ temperata laudabilis eſt.230.b
Congratulandum amicis quando licet.269.b
Communis verſionis excellentia.253.a.430.a
Cõgregare eſt officium Chriſti.335.a
Conformari mundo non debemus.365.a.& ſeq.
Conſtantini magni laus & deuotio.381.b
Conſtantia per palmam ſignificatur.384.b
Conſtantia in virtute deſcribitur. 15. b. 427.a. & ſequen.
Conſiderationis vtilitas.400.a.& ſeq.
Conſuetudo Athenienſium.301.a
Concordia eligenda.74.b.100.a
Concordia reipublicæ vtilis.101.a.& ſeq.
Columnæ vocantur apoſtoli.373.a
Columna ignis quid ſignificauerit.121.b
Cognoſcere ſeipſum,magna perfectio.16.b
Cognoſce teipſum apophthegma admirabili poſitum in foribus templi.ibid.
Cognitio noſtri neceſſaria.32.a.196.a.296.a
Cognitio naturalis incipit ab extrinſeco.358.b
Cor noſtrum terra dicitur.19.a
Cor hominis durius eſt adamante.35.a
Cordis perturbatio declinanda.37.a
Cordis durities,54.b
Cor & animum petit à nobis Deus.269.b
Cor impij eſt mappa mundi.55.a
Cor noſtrum eſt fornax.58.a
Cor hominis eſt prunarium.106.b
Cor noſtrum eſt officina ferraria.107.b
Cor carneum & lapideum.111.b.& ſeq.
Cor innouatur gratia.175.a
Cor multas habet ſignificationes.187.b.& ſeq.
Cor dare Deo debemus.215.b.421.a.& ſeq.
Cor terræ dicitur ſepulchrum.245.b
Cor quid ſignificet.245.2.b
Cor furari quid ſit.245.b
Cor maris eſt medium eius.245.a
Cor nouum,& ſpiritus nouus quid ſit.323.a
Corda hominum ſolus Deus nouit.107.b
Cor durum petræ comparatur.12.a
Corona victoriæ duplex.368.a
Corona vitæ quæ ſit.56.b.368.a
Coronæ nomine quid ſignificetur.225.b
Corona iuſtitiæ quid ſit.368.a
Coram Domino hebraiſmus eſt.290.b
Corporis epitheta.333.a
Corpus quomodo Græcè dicatur.ibid.
Cogitationes aſcendere quid ſit.113.b
Cogitationes noſtræ ſunt occultæ diabolo.107.b
Cogitationes noſtras cognoſcit ſæpe diabolus per exteriora noſtra.107.b
Cogitationes malæ declinandæ.ibid.
Cogitationum & deliberationum ordo.285.b
Cornu quid ſignificet.285.a
Cratis Thebani paupertas.209.b
Cretenſes qui ſint.235.a
Creta dicitur hodie Candia.ibid.
Creaturæ nos ducunt ad creatorem.9.b.358.b
Creaturæ quatenus creaturæ omnes ſunt bonæ. 26.a
Cryſtalli nomine quid ſignificetur.23.a
Crocodili natura & prouerbium.273.b
Crœſus Lydorum rex ditiſſimus.277.a
Crux eſt baculus Iacob.221.b
Crux Chriſti eſt arbor vitæ.56.b.403.a
Crucis figuræ.167.a
Crucis Chriſti myſterium.375.b
Crux Chriſti fuit multis in rebus figurata. 403.a
Crucis vis & poteſtas.396.a.cum ſeq.
Crux eſt arbor,ad quam confugit Iſmaël.164.a
Crudelitas vituperatur.178.b.264.b
Cubitus ſacer maior erat prophano.222.a
Cupiditas reprehenditur.79.a.209.a
Currus igneus Eliſæi quid ſignificet.18.b
Currus nomine ſignificatur vir iuſtus.ibid.

D.

DAre alicui magnum eſt ſe ei committere. 163.a
Dare manus multa ſignificat.26.b
Dagon cecidit coram arca teſtamenti.69.a
Dauid ſanguinis effuſor non ædificauit templum, ſed Salomon pacificus.110.b.377.a
Dauid & Saul fuerunt electi à Deo.419.b
Dauid vincens Goliam, Chriſtum adumbrauit. 119.a
Dauid figura fuit Chriſti.172.a.335.a
Dauid plorauit cædem Saulis.244.b
Dauidis æquitas.167.b
Dalila eſt philautia.118.b

Dalmatiæ ſpecus admirabilis.203.a
Daniel ſonat iudicium Dei.223.b
Damnare ex ſolo rumore illicitum.228.b
Damaſcus ciuitas Syriæ metropolis.248.b
Damnatorum pœnæ.281.a
Darij miſerabilis interitus.282.a
Deus vnus eſt.73.a.176.a.358.b
Deus conſolatur pios,quos mundus affligit. 6.a. 268.b
Deus eſt aſylum noſtrum.7.b
Deus quomodo definitur ab Empedocle.9.b
Deus quomodo definitur à Secundo.ibid.
Deus immobilis omnia mouet.10.b
Dei eſſentiam in hac vita non videmus.3.b.100.a
Dei eſſentiam vtrum viderit Moyſes & Paulus.30. b.& ſeq.
Dei pietas & miſericordia explicantur.36.a.132.a. 172.a
Deus punit,vt ſaluet.36.a
Dei recordatio eſt calamitatum leuamen.36.a
Deus deiicit,vt extollat,mundus extollit, vt deiiciat.41.b
Dei ira in obſtinatos.54.a
Deus quos diligit,caſtigat.54.a
Deus eſt ſummum bonum, & ſummè diffuſiuum ſuipſius.61.b
Deus eſt ens per ſe,& vnum73.a.150.a
Deus monas eſt.73.a.176.a
Deus miſeretur noſtri etiam quando nos punit. 75.b
Deus non mutatur.65.b.139.a
Deus iratum ſe oſtendit aduerſus eos, quibus non iraſcitur.82.a
Deus quare igne incenſus apparuit.84.a
Deus eſt zelotes.84.b
Deus eſt vbique.85.a.274.b
Deus per ſceptrum ſignificabatur.86.b
Deus à propitiatorio recedens quid ſignificet.85.b
Dei nomina.97.b
Dei habitatio inacceſſabilis.100.b
Deo adhærens vnus ſpiritus eſt.102.a
In Deo bifariam ſumus.ibid.
Deus eſt ille, in quo idem eſt intelligere intellectus,& quod intelligitur.ibid.
Deus eſt ſphæra.102.b
Deus ſolus cognoſcit corda hominum.107.b
Deus non eſt actor mali culpæ,eſt tamen actor mali pœnæ.131.a
Deus non caſtigat,vt eum cognoſcamus.131.b
Dei miſericordia immenſa.132.a
Deus permittit vt decipiamur, ſed non decipit. 133.a
Deus eſt prima cauſa.135.b
Deus eſt ſimilis ſoli.164.a
Deus eſt ſimilis ſpeculo.139.a
Deus curat dilectos amaris potionibus.149.a
Deus ſolus per ſe bonus eſt.150.a
Deus ſolus per ſe viuit.ibid.
Deus eſt fons vitæ,& ens per ſe.ibid.
Deus eſt prima vita,& prima bonitas.ibid.
Dei permiſſio vocatur actio,167.a
Deus mortem non facit.172.b
Deus qualiter vult noſtram pœnam.172.b
Deus non præcipit impoſſibilia.175.b
Deorum falſorum multitudo.178.a
Deus eſt infinitus,& incomprehenſibilis.176.a
Deus alterum fecit nouum mundum.186.a
Deus elegit populum Iudaicum.186.b
Deus quomodo dicatur plorare & ingemiſcere. 199.a
Dei amor deſcribitur.25.b
Deus ex iuſtitia cognoſcitur,& laudatur,234.a
Deus quid ſit.216.a.398.a
Dei amor eſt aditus ad cœlum.216.a
Deus quomodo dicitur laborare.224.b
Dei voluntas duplex eſt.224.b
Dei voluntas quando impletur.ibid.
Dei æternitas.227.a
Dei prouidentia.231.b
Dei gloria quærenda,non mundi.232.b
Dij gentilium vnde originem traxerint.253.a
Deus ſolus veram tribuit quietem.253.b.& ſeq.
Dei auxilium in confugientes ad illum.268.b
Dei iuſtitia magna.66.a.271.a
Deus animum & cor noſtrum à nobis petit. 269.b
Deus potius voluntatem reſpicit,quàm opus.ibid.
Dei facies eſt eius præſentia.274.b
Deus quomodo dicitur præſens.ibid.& 275.a
Deus eſt centrum noſtrum.324.b
Deus ex noſtris malis elicit bona.342.b
Dei myſteria non ſunt cuilibet effutienda.392.a
Deus eſt ignis increatus.402.b
Deus nec fallit,nec fallitur.132.b.133.a
Deus quomodo cognoſcatur per creaturas. 9.b. 358.b. & ſeq.
Deus eſt ſaturitas deſiderij noſtri.398.b
Dei amor & mundi maximè differunt.25.b
Deo & mundo ſimul ſeruire non poſſumus.323.a
Dedali ſtatuæ admirabiles ſeipſas mouentes.7.b
Deſiderium bonum coronatur.154.b
Deſiderium cæleſtis patriæ deſcribitur.33.b
Deſiderij noſtri ſaturitas Deus eſt.398.b
Deucalion quid ſignificet.35.b
Deuorare populum quid ſit.65.a
Dæmon piſcator eſt.262.a.cum ſeq.
Dæmonis currus eſt homo impius.86.b
Dæmonis in piſcando aſtutia & malitia.262.b
Dæmon Aſſyrij nomine intelligitur.278.a
Deploranda ſunt mundi flagitia.93.a
Deuotionis feruor.99.b
Deuotio Conſtantini magni.381.b
Defendere ſe quis poteſt.233.a
Defendere capitur pro vlciſci.ibid.
Defenſio non prohibetur,ſed vindicta.ibid.
Detrahere impium.206.a.211.b
Detractio nefaria res eſt.267.a
Detractor reprehenditur.388.a
Decem tribus captæ fuerunt ab Aſſyriis, duæ à Chaldæis.279.a
Deliberatio neceſſaria eſt.185.b
Deliciæ vituperantur.380.a.386.a
Deſperatio.121.b.297.a.cum ſeq.
Denarius numerus ad perfectionem pertinet. 367.a
Delphinus cum boue quid ſignificat.252.
Diuina ſcriptura reuelatione percipitur.98.a
Diuina ſapientia.21.b
Diuitiæ mundi ſunt contemnendæ. 152.b.270.a. 222.a
Diuitias cœleſtes attulit Chriſtus.59.a.& ſeq.

Diuitiæ

Diuitiæ ſunt idola.79.b.252.b
Diuitiarum periculum.79.b.252.b
Diuitiæ reconditæ amittuntur.169.b
Diuitiæ mundi incertæ.202.b
Diuitiæ cur ſpinis comparentur.270.a
Diuitiæ obcæcant.ibid.
Diuitiarum periculum.277.a.314.a
Diuitiæ veræ quæ ſint.341.b
Diſſoluere manus eſt cadere animo & timere. 78.a
Dilatare os quid ſignificet.38.a
Diſpenſator eſt homo ſuorum bonorum.79.b
Diabolus eſt princeps impiorum.261.a
Diabolus dicitur comedere peccatores.161.a
Diabolus non videt cogitationes noſtras.107.b
Diabolus ſæpe cognoſcit cogitationes noſtras. ibid.
Diabolus eruere vult oculos noſtros dexteros. 118.b
Diabolus eſt autor impij conſilij.178.a
Diſtrahens multitudo obcæcat.118.b
Dilectio Dei.215.b
Diligenda eſt vxor.225.a
Diſplicentia eſt de ratione contritionis.71.b
Dies quarta quid ſignificet.277.a
Dies iudicij deſcribitur.286.b
Dies domini quid ſit.289.b
Dies nouiſſimi qui ſint.232.b
Dianæ ſacerdotes.295.a
Diligentia in paſtore neceſſaria.302.b
Dignitas ſacerdotalis.368.a
Difficilia ſunt quæ præclara.384.b
Diſpenſatio theſauri meritorum Chriſti & ſanctorum pertinet ad papam.386.b
Dionyſij & Democlis hiſtoria.390.a
Dionyſij tyranni apophtegma.281.a
Differentia militantis & triumphantis eccleſiæ. 367.a.& ſeq.
Doctrina Euangelica cur margaritæ comparatur. 45.b
Doctrina & veritas in rationali ſacerdotis.48.b
Doctrina nomine aquæ ſignificatur.49.a
Dodonæi fontis natura.120.b
Domini manus idem eſt quod ſpiritus prophetiæ. 27.a.327.b
Domini manus accipitur pro diuina conſolatione. 47.a.83.a
Dominator terræ Chriſtus eſt.60.b
Dominica dies cur ſabbato ſucceſſerit.186.a
Dolor contritionis duplex eſt.71.b
Doctoris officium.105.b
Doctrina ſignificatur per clauam.179.b
Doctrina dicitur pluuia.194.a,208.b
Dormire in otio deteſtabile eſt.221.a
Doloris ſignum erat olim nudare caput ac pedes. 225.b.& ſeq.
Dolorem leniunt lachrymæ.225.a
Doloris ſigna quæ erant olim.349.a
Dona naturæ manſerunt in angelis malis.250.a
Doli mundi.279.b
Draco ſeptem capitum quid ſignificet.21.b
Draco iuxta Mineruam quid ſignificet.ibid.
Draco quid in diuinis literis ſignificet. 266.b. 385.a
Durities humani cordis deſcribitur. 35. a. b. 54. b. 68.b .112.a.& ſeq.
Durities cordis comparatur petræ.112.a
Dux noſter eſt Chriſtus.60.b
Duodecim apoſtoli multis in rebus figurati fuerunt.392.b

E

Eccleſia catholica vna eſt, cuius caput Chriſtus eſt.20.a
Eccleſia comparata eſt ſagenæ miſſæ in mare. 20.b
Eccleſia ſimilis eſt rotæ.20.a
Eccleſia ſimilis eſt mari.20.b
Eccleſia catholica eſt ciuitas Dei.104.b
Eccleſia quid ſit.110.a.338.b
Eccleſiæ nomina & epitheta.110.a.324.b
Eccleſia aſt Chriſti regnum.110.a
Eccleſia vnica eſt.110.b
Eccleſia Romana catholica eſt regnum Dauid, domus Iacob.110.b
Eccleſia eſt mons magnus.164.a
Eccleſia ſancta Romana Catholica quibus rebus comparetur.236.b
Eccleſia dicitur Sion.322.b
Eccleſia eſt terra beatorum.324.b
Eccleſia catholica eſt ædificata ſuper Petrum, cuius ſucceſſor eſt ſummus Pontifex.336.a
Eccleſia appellatur tabernaculum.337.a
Eccleſia eſt ciuitas rigata aquis Spiritus ſancti. 337.a
Eccleſia catholica fuit figurata in templo Ezechielis.354.b
Eccleſia fuit adumbrata in ciuitate Ezechielis. ibidem.
Eccleſia eſt ciuitas.354.b.444.b
Eccleſia quomodo appellatur.354.b
Eccleſia eſt conſtructa per Chriſtum.355.a
Eccleſia nunquam peribit.ibid.
Eccleſia duplex eſt, altera militans, altera triumphans.355.b
Eccleſiæ firmitas.363.b
Eccleſiæ triumphantis & militantis differentia. 377.b.cum ſeq.
Eccleſiæ & templa ſunt à tempore apoſtolorum. 381.b
Eccleſiæ ædificatæ à Conſtantino.ibid.
Eccleſiarum multitudo tempore Conſtantini. 382.a
Eccleſia eſt fundata ſuper Petrum, & Petrus ſuper Chriſtum.436.b.
Eccleſia dicitur deſcendere de cœlo.444.b
Eccleſia eſt ſponſa Chriſti.447.a
Eccleſia eſt columba,& dilecta,ibid.
Eccleſia eſt vera Hieroſolyma.447.b
Eccleſia incepit in Iudæa.157.a
Editionis vulgatæ excellentia.253.a
Edom idem eſt quod terrenus.313.a
Effectus diuinitatis.24.a
Electrum quid ſit.9.b.27.a
Electro Dei bonitas comparatur.10.b
Electri natura.ibid.
Elati ſunt pinnacula & faſtigia.8.b
Elementa mundum ſuſtentantia ſunt Euangeliſtæ.11.b

Eleemo

Eleemoſyna eſt facienda cum iudicio.154.b
Eleemoſynæ encomium. 63. b.80.b. 153. a.& ſeq. 169.a.& ſeq.
Eleemoſyna deſcribitur.154.a
Eliſæi vrſi ſunt Titus & Veſpaſianus.71.a
Eliſæus fuit figura Chriſti.403.b
Elohim nomen Dei eſt.97.b
Elohim quid ſignificet.97.b
Elohim ſignificat Deum,angelos,iudices,magnates.97.b.cum ſeq.
Elohim ſignificat Deum vt punit.ibid.
Elias & Enoch venturi ſunt.351.b
Elias aſcendens in cœlum Chriſtum adumbrauit.103.b
Electio Dei erga apoſtolos.263.a
Elcana cuias erat.292.a
Eliſij campi in extrema Hiſpania.12.a
Eliſiis campis immortalitatem animarum ſignificabant gentiles.ibid.
Eliſij campi vbi fuerint.ibid.
Elamitæ ſunt Perſæ,ita vocati ab Elam,filio Sem. 289.b
Empedocles litem & amicitiã conſtituit pro principiis.5.a
Emanuel quare vocatus ſit Chriſtus.396.b
Ens per ſe ſolus Deus eſt.150.a
Æneus quare fuerit ſerpens Moſi.357.b
Epimenidus carmen ab Apoſtolo citatum.121.a
Ephrata idem eſt quod fructifera.114.a
Epiſtolæ Salomonis erant Tyri ſeruatæ tempore Ioſephi.236.a
Eruere nobis oculos nititur diabolus.21.a
Eſſentiam diuinam in hac vita nemo videt.30.a. 100.a.b
Eſſentiam Dei vtrum viderint Moſes & Paulus. 30.b.& ſeq.
Ethan idem eſt quod fortitudo.3.b.271.b
Æternum quid ſignificet in ſacra ſcriptura. 156.b
Euangeliſtæ quatuor in quatuor animalibus deſignati.11.b
Euangeliſtarum numerus quibus in rebus deſignatus.ibid.
Euangelica doctrina cur margaritæ comparetur. 105.b
Euangelici concionatoris officium.33.a.37.a.38.b. 40.b.141.a.294.a
Euangelium in lege vetere promiſſum.146.a.b
Euangelium longius propagatum,quàm lex vetus. 146.b
Euangelium eſt lex libertatis ſpiritus.332.b
Euangelium Chriſti eſt fœdus pacis.335.b
Euangelium eſt prandium.383.a
Euangelij vis & prædicatio.397.a.b
Euangelij vox quæ ſit.397.a
Euangelica doctrina ſignificata per fluuium egredientem de templo. 432.a
Euangelium eſt ſpiritus legis veteris.156.b
Euchariſtiæ ſanctum & admirabile ſacramentum. 60.b
Euchariſtiæ ſacramenti veritas oſtenditur.ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum fuit adumbratũ in agno paſchali.156.b
Euchariſtia ſignificata per menſam.386.a
Euchariſtiæ ſacramenti myſteria. 386. a. 410. b. 446.b
Euerſio Hieroſolymæ deſcribitur.60.a
Euerſio Hieroſolymæ fuit in feſto paſchæ Iudæorum.ibid.
Euaginare gladium Hebraicè quid ſit.66.b
Extollit mundus,vt deiiciat.41.b
Extendere manum ſuper aliquem eſt illum punire. 73.a
Exemplum regis,principis,& præſulis,quanti momenti ſit.365.b
Excelſus dicebatur locus idolorum.189.a
Exteriora ducunt ad interiora.388.b
Exilium & peregrinatio eſt vita noſtra. 438. b. cum ſeq.

F.

Facies accipitur pro ira & terrore.125.a
Facies accipitur pro fauore.ibid.
Faciei ſignificata.ibid.
Faciem auertere, eſt oſtendere ſe eſſe iratum. 120.a
Faciem ponere in aliquem Hebraicè ſignificat aduerſus eum calamitatem prædicere.125.b
Faciem oſtendere alicui eſt illi fauere.351.b
Faciem abſcondere ab aliquo eſt illum contemnere.ibid.
Facies Dei eſt eius præſentia.274.b
Facere prius eſt quàm docere.44.a
Facere nobilius eſt quàm docere.346.a
Facere iudicium & iuſtitiam quid ſit.268.b
Facere iudicium in aliquo eſt eum punire.272.a
Fama bona comparatur cum odorifero vnguento. 66.b
Fama eſt oleum effuſum.ibid.
Fama eſt Pegaſus equus alatus.66.b
Fama naſcitur ex labore.67.a.238.a
Famæ ſuæ debet quis conſulere & prouidere. 151.a
Fama iuſtorum eſt perpetua.123.b.& ſeq.
Familiaritas ſceleratorum fugienda eſt.6.b.114.b. 178.a.415.a
Familiaritas iuſtorum amplectenda eſt. 7. a. 178. & ſeq.
Familiaritas cum quibus ſit habenda.115.a.178.a
Familiaritas habenda eſt cum ſapientibus. 9.a
Fames verbi Dei.324.& ſeq.
Fames in obſidione Hieroſolymæ.65.a
Fatum non eſt.173.b.cum ſequentibus.
Fataliter omnia euenire falſum eſt.174.b
Felicitas mundi ſomnium.55.a
Feræ & bruta vocantur ſcelerati homines.34.a
Feſtinandum eſt,ſed lentè.14.b
Feneſtræ templi obliquæ quid ſignificent.380.b. & ſeq.
Feſtiuitates Iudæorum quomodo non placebant Deo.186
Feſtiuitates noſtræ quomodo celebrandæ ſunt. 414.b.cum ſeq.
Ficum cur Deus areſecit.168.a
Ficus folium eſt excuſatio peccati.ibid.
Fides ſine operibus mortua eſt.15.a.328.b
Fides antiquorum patrum veteris teſtamenti & noſtra vna & eadem eſt.155.b.141.a
Fides eſt proximo ſeruanda.162.a

Fides

Fides eſt etiam perfidis ſeruanda.ibid.
Fides quomodo ſit ſeruanda.162.a.162.b
Fidei acceptiones & ſignificata.ibid.
Fidem colebant Romani Gentiles.162.b
Fides qualis eſſe debeat.328.b
Fides quomodo infundatur.359.a
Fides quare dicitur porta.361.b.cum ſeq.
Fides poteſt eſſe ſine charitate.366.b
Fides deſcribitur.376.a
Fides non eſt in æterna beatitudine.376.a
Fiducia in Deo,& non in homine.263.b
Figuræ Chriſti.119.a.b.186.a
Filij,ſignificata varia.113.a.b
Filius viri ſignificat nobilem , filius hominis abiectum.400.b
Filius eſt gloria patris.46.b
Filij Dei qui ſint.136.b.428.b.cum ſeq.
Filij Dei qui filias hominis acceperunt , qui ſint. 136.b
Filius eius quis dicitur,cuius opera imitatur.141.b. & ſeq.
Filiarum nomine intelliguntur oppida & villæ 150.a.237.b.272.b
Filius non punietur pro patre nec è cõuerſo quomodo intelligatur.171.a.& ſeq.
Filios proprios in honorem idolorum immolabãt Iudæi.189.a.b
Filij flagitioſi obſcurant gloriam patris & maiorũ ſuorum.213.b
Filij Amon idem eſt quod Amonitæ.289.b
Filius regni dicitur,qui in eo natus eſt.229.b
Filium hominis cur ſe Chriſtus appellauerit.31.b
Filius hominis ſignificat hominem abiectum. ibid.
Filium Labyrinthi Dædali eſt cognitio ſui.17.a
Firmitudo & conſtantia deſcribuntur.5.b.427.a
Firmamentum quid ſignificet.23.a
Fletus moderatus aliquando vtilis.225.a
Flere debemus ob aliorum detrimenta. 93.a. & ſequent.
Fleuit Chriſtus,& fleuerunt ſancti.92.& ſeq.
Fletus immoderatus & muliebris reprebenditur. 325.a
Fletus Iſraëlitarum in morte Iacob.47.b
Flumina Babylonis quid ſignificent.397.a
Fluuius egrediens de templo eſt doctrina euangelica.432.a
Fons Paradiſi deſignabat baptiſmum.5.a.b
Fontis Germaniæ natura mirabilis.35.b
Fontis Dodonæ natura.120.b
Fons Galliæ admirabilis.370.b
Fornicatio accipitur pro idolorum cultu.189.a
Fortitudo eſt claua Herculis.23.b
Fortitudo Hebræorum dicebatur eorũ templum. 227.a
Fornices & arcus Romani.238.a
Forcipes templi erant ex auro.295.a
Fragilis eſt mundi proſperitas.227.a
Fragilitas & imbecillitas humana deſcribuntur, ibid.
Fraudes ſceleratorum deſcribuntur.37.b
Frumentum accipitur pro gratia.324.b
Funes impiorum quid ſint.292.a
Fugere à facie Dei quid ſit.274.b
Fulguris nomine intelligitur calamitas.19.b
Fulminis natura.162.a
Futura contingentia ſunt hominibus occulta.38.b
Furiæ apud poëtas erant terrores ex conſcientia peccatorum.192.a.224.a
Furari cor alicuius quid ſit.245.b
Fundamentum quid ſignificet.269.a

G

GAbriel angelus figuratus in ſeruo Abraham. 144.a
Galilæa ſignificat reuolutionem.52.a
Gerionis Hiſpanorum regis hiſtoria explicatur. 21.b
Gentilium cæcitas in colendis diis.252.b.361.b
Gentilium & Iudæorum differentia.165.b.166.a
Gentilium libri bonam habent aliquando doctrinam.283.b.& ſeq.
Generis amplitudo vtilis.295.b
Generatio qua Chriſtus nos genuit explicatur. 326.b
Geometria quid doceat.361.a
Geometriæ encomium.53.a
Gladium tenere & vibrare quid ſit.29.a
Gladius eſt verbum Dei.ibid.
Gladium nudare quid ſit.66.b
Gladius Dei eſt exercitus , quo Deus ferit,quos vult.195.a
Gladium inebriare quid ſit.300.a
Gladius quid ſignificet.264.a
Gloria inanis eſt tinea.17.b
Gloria vera non eſt vituperanda.17.b
Gloria eſt honeſtatis præmium , & virtutis ſplendor.18.a
Gloria humana quomodo poteſt appeti.ibid.
Gloriam acquirimus , cum eam contemnimus. 232.a.700.a
Gloria mundi periculoſa.70.a
Gloria virtutum.105.b
Gloria humana facilè amittitur.211.a
Gloria vera & ſolida radices agit.ibid.
Gloria mundi fallax.232.a.237.a.cum ſeq.
Gloria Dei quæ ſecunda eſt,non mundi.232.a
Gloria vera ab intus.367.a.b
Gloria inanis vitanda eſt.151.a
Gog & Magog quid ſignificent. 339.a.b.cum ſeq.
Gog nomine intelligitur Antichriſtus , & Magog eius ſequaces.339.a
Goti qui ſint.339.b
Goliæ interitus quid ſignificet.433.a
Gratia vtrum detur ex operibus.328.a.328.b
Gratia eſt purum balſamum.326.b
Gratia eſt veluti anima animæ.23.a
Gratia abſcedit , ſed non redit niſi per Deũ. 329.a
Gradus virtutum & meritorum.364.a
Gradus incipientium, proficientium, & perfectorum.364.a.cum ſeq.
Graue onus eſt iniquitas.310.a
Gratiani imperatoris edictum.316.b
Græcia regio eſt Europæ elegãtium artium quondam mercatura.247.a
Græcorum calamitas.188.a
Guſtanda non ſunt nigram caudam habentia. 182.a
Gubernator reipublicæ debet eſſe ſapiens.246.a. cum ſeq.

Gula improbatur.151.a. cum ſeq.
Gutta quid ſit.248.a

H

Habitare poſſunt pii inter impios. 6.b. & ſeq.
Haſta Saulis quid ſignificet. 172.b
Hæretici abutuntur intemperanter eloquentia & ſcripturæ ſacræ lectione. 79.a
Hæretici noſtri temporis comparati cum Nabuaardan.61.b
Hæreticorum ebrietas & libido.79.a
Hæretici noſtri temporis reprehenduntur. 79. a. cum ſeq.
Hæreſis.297.a
Hæreticus vitandus.306.b
Hæreticorum impudentia.329.a
Hæreticorum noſtri temporis inſania. ibidem.
Hæretici ſunt membra Antichriſti.340.a
Hæreticorum noſtri temporis impietas. 329. a. cum ſeq.
Hebræi gentes apoſtatrices vocantur.35.a
Hebræi idola coluerunt.55.a
Hebraiſmus ſolet Dei appellare ea, quæ magna ſunt.6.a
Hebraizare impium eſt.336.a
Hebræorum infimum ingenium in lege explicanda. ibidem.
Heua dixit tenebras, Maria lucem.402.a
Heua ex Adam eſt eccleſia ex Chriſto.119.a
Heraclitus & Empedocles aiebant ignem eſſe Deum.189.a
Herculis labores.230.b
Hercules erat apud gentiles idea virtutis.230.b
Hedem quid ſignificet.234.a
Herinacij piſcis natura.177.b
Hieroſolyma cœleſtis deſcribenda eſt in corde. 55.a
Hieroſolyma quare dicebatur olla. 108.b.222.a
Hieroſolymæ euerſio. 236.a
Hieroſolyma dicitur ſaltus agri meridiani. 193. a. cum ſeq.
Hieroſolyma dicebatur porta populorum.236.a
Hieroſolymæ celebritas. ibidem.
Hieroſolyma eſt eccleſia.336.b
Hieroſolyma eſt in quarto climate.340.a
Hieronymi ab Oleaſtro encomium.98.a
Hieronymi Oſorij eloquentia admirabilis.311.b
Hiperbole figura.277.b.343.b
Hiſpania dicitur Thubal.247.a
Hiſpania eſt in tres partes diſtributa, Tarraconam, Luſitaniam, & Bethicam.247.b
Hipanis fluuius corrumpitur aquis Exampæi fontis.7.a
Hypocriſis fugienda.18.a
Hypocriſis deſcribitur.18.a.85.b.cum ſequentibus 207.a.& ſeq.
Hypocriſis cum nemore vmbrifero comparatur. 18.a
Hypocrita eſt ſimilis ſtruthio camelo.22.a
Hypocrita deteſtabilis. ibidem.
Hypocrita comparatur vulpi & viperæ.121.b
Hypocrita deſcribitur. 121.b. cum ſequentibus. 207.a.cum ſeq.
Hypocritæ vitandi.447.a
Hypocriſis quid ſit. 367. a. b. 436. a. cum ſequent.
Hypocriſis reprehenditur. 350. a. cum ſequentibus.
Hypocritæ & vani homines organorum pulſatoribus & nautis comparantur.17.b
Hypocrita miluo comparatur.22.b
Hypoſtaſis vna in Chriſto.83.b
Hydra eſt inuidia.230.b
Hydriæ Eliæ quid ſignificent.370.b
Hydriæ ſignificant corpora vana.3.b
Hyacinthus lapis cum aëre mutatur.91.b
Homo ſine baptiſmo eſt terra vacua & inanis.5.a
Homo eſt microcoſmos, id eſt paruus mundus. 10. b.376.a
Homo ex cognitione ſui venit in cognitionem Dei.10.b
Homini proprium quid.13.a
Homo eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatus.24.b
Homo quare dicitur ad imaginem Dei.24.b
Homo eſt arbor inuerſa.102.b.161.a.cum ſeq.
Homo in corpore eſt auicula in cauea, quæ regionem ſuam deſiderat.33.b
Homines quare dicantur facti à Deucalione.35.b
Homo pius comparatur cum acu nauigatoria. 55.b
Homo cum arbore cur comparatur. 70. a. 140. a. & ſequentibus.
Homines inſenſibiliores inſenſibilibus, 68.b. cum ſequentibus.
Homo cinis eſt.92.b
Hominis miſeria & fragilitas. ibidem.
Hominis nobilitas.94.b.209.b
Hominem ſubiicere ſe peccato indignum eſt.94.b
Homo impius iumentum appellatur.134.a
Homo cum Deo comparatus non dicitur viuus. 150.a
Homo dicitur ab humo, & quare.153.b
Hominis ſtultitia & perturbatio.161.a
Homo operatur liberè.173.b.175.b
Hominem comedere eſt crudelem eſſe.178.a
Hominis compoſitio & excellentia.209.b.311.a
Homo natus ad amandum.216.a
Homo eſt ipſa vanitas.228.a
Homo idem eſt quod fragilis.253.b
Hominis imbecillitas.253.b.cum ſeq.
Homines comparantur piſcibus.262.a
Homines ſcelerati vocantur bruta.263.b
Homines vani cum paleis comparantur.311.a
Homo appellatur anima.296.a.cum ſeq.
Homo dicitur anima viuens corpore.296.a
Hominis munus. ibidem.
Homo impius dicitur fera.311.a
Homo vnde deriuatur.311.a
Homines qui vocentur.319.a
Homo vocatur ſepulchrum.333.a
Homo quare dicitur omnis creatura.376.a
Hominis definitio explicatur.390.b
Homo vas eſt figuli.449.b
Homo non dicitur qui eſt indoctus & incultus. 246.a
Holocauſtum eſt carnem noſtram caſtigare. 371.a.b
Horæ canonicæ ſunt antiquiſſimæ. 382.a
Hoſpites ſumus ſuper terram.76.b

Humana contemnere debemus, & ad cœleſtia aſpirare.23.a
Humilitas vtilis ad intelligendam ſacram ſcripturam.38.b
Humilitas deſcribitur. 38. b. cum ſequentibus. 165.a.cum ſeq.
Humilitas Chriſtiana.93.b.cum ſeq.
Humilitas ficta damnatur. ibidem.
Humilitas amplectenda. ibidem.
Humilitas eſt goſſipium virtutum.165.a
Humilitas eſt ſiphra. ibid.
Humilis eligi debet in præſulem. 164.b. cum ſeq.
Humilitatis excellentia.390.b. & ſeq.

I

IAcob non fuit mentitus,cum ſe dixit eſſe filium primogenitum Iſaac.133.a
Iacob tenuiſſe manu plantam pedis Eſau quid ſignificet.178.b
Iacob quare dicitur oculus.307.a
Ianiculus mons à Iano denominatus.250.a
Iahel mundi tenet imaginem.209.b
Iaphet filij & ſucceſſores.247.b. cum ſeq.
Ianus quare deſcribatur bifrons.21.b
Icari caſus explicatur.252.a
Icarus & Phaëton ſe extollentes perierunt.252.a
Idola noſtra ſuut ea quæ relicto Deo colimus.86.a
Idola ſunt flagitia,quæ admittimus.69.b
Idololatria appellatur fornicatio.71.b
Idolum dicitur abominatio.80.b
Idola dicuntur offenſiones oculorum.184.b
Idolorum inuentio.85.b
Idolum dicitur præſul inſenbilis.115.b
Idola dicuntur immunditiæ.136.a
Idolum appellatur in diuinis literis vanitas. ibid.
Idola appellantur ſordes.136.a
Idololatria Iudæorum oſtenditur.189.b
Idololatria Gentilium & Iudæorum deſcribitur. 218.b
Ieſus fuit adumbratus in Dauide.308.a
Ieſus idem eſt quod ſaluator.13.a
Iehouah nomen Dei ineffabile.30.a
Iehouah nomen Dei cognitum quodam modo fuit à nonnullis Gentilibus.449.a
Iehouah nomen Dei admirabile explicatur.448.b cum ſeq.
Ieremiæ labores.223.b
Iericho vaſtatio quid ſit.382.b
Iericho mundum ſignificat.365.a
Ieiunium laudatur.151.b.cum ſequentibus.
Ieiunium quadrageſimale ſemper fuit in eccleſia à tempore apoſtolorum.151.b
Ieiunia ſunt ſalutaria.288.a.cum ſequentibus.
Ieiunij encomium.288.a. & ſeq.
Ignis accipitur pro calamitate.8.b.180.b
Ignis ardens & non comburens quid ſignificet. 8.b. & ſeq.
Ignis qui deſcendit inter apoſtolos quid ſignificet. 9.a
Ignis ſignificat amorem.18.b.19.a
Igne torreri quid ſit.19.a
Ignis rubi amorem ſignificat.18.b
Ignis ſignificat diuinitatem.19.a
Ignis quid ſignificet.99.b.347.b
Ignis calamitatis nos purgat.131.b
Ignis ſignificata.138.b.cum ſeq.
Ignis alienus ardens in thuribulo eſt amor mundi ardens in corde.116.a
Ignis ſignificat inuidiam.180.b. cum ſeq.
Ignis erat Deus Chaldæorum.189.a
Ignoratio noſtri eſt cauſa malorum noſtrorum. 17.a
Ignoratio ſui eſt prauitatis cauſa.32.b
Ignorantes non ſentiunt pondus peccati. 17.a
Impetus ſpiritus, & impetus carnis deſcribuntur. 18.b
Impij non habent tempus.1.b
Impij mortui ſunt.2.a
Impiorum vita mors eſt.2.a
Impiorum familiaritas euitanda. 6.b. & ſeq.
Impij à ſeipſis abſunt.16.b
Impij guſtum habent deprauatum.43.a
Impius abſq; Dei gratia reſurgere à peccato mortali non poteſt.34.a.329.a
Impius ſe poteſt ad Dei gratiam præparare.34.a
Impius eſt deceptor.37.b
Impij ſunt furentes & inſani. 41.b.292.b
Impij homines cum feris comparantur.37.b
Impij non ſunt apud ſe.54.b
Impius fugit à Deo.55.a.218.a
Impij comparantur cum myrica.69.b
Impij obcæcantur.73.a
Impij nihil habent ſuum.74.a
Impius omnis eſt ſeruus peccatorum ſuorum. 88.b
Impiis non oſtendit Deus alta myſteria.330.a
Impij ſoli ſunt.228.a
Impij quare iuſtos videre nequeunt.285.b
Impij cum ſepulchris comparantur.333.a
Impij ſunt tenebræ.330.a
Impius captus eſt.296.b
Impius & flagitioſus non dicendus eſt homo.401.a
Impij polluunt quod in ſe eſt nomen Domini. 321.b.cum ſeq.
Impius nullam habet vitam.170.b
Impius perit inuentione,quam ad alios perdendos inuenerat.196.b
Imago Dei eſt in homine non ſolùm ſecundum animam,ſed etiam ſecundum corpus.24.b.
Imago Dei eſt in angelis. ibidem.
Imago Dei eſt in homine. ibidem.
Imagines ſanctorum venerari debemus.238.a
Imago Dei eſt etiam in peccatoribus.435.b
Immortalitas animarum declaratur.126.a.b cum ſequentibus.
Inuidus eſt vipera.230.a
Immutabilis eſt Deus.65.b
Imperatoris Adriani anulus.239.a
Inæqualitas ſeminarium eſt detractionum.360.b
Inanis gloria damnatur.23.b.226.b.406.b
Inconſtantia fugienda eſt.16.a
Inconſtans comparatur ſtateræ. ibid.
Inconſtans comparatur Chamæleonti.16.b
In corde alicuius rei eſſe idem eſt quod eſſe intra illam.241.a
In Deo idem eſt intelligere,& intellectus, & quod intelligitur.102.a
Indulgentiarum theſaurus eſt in eccleſia. 387.a
Indulgentiæ ſunt ſalutares. ibid. & ſeq.

In Deo bifariam ſumus.103.a.cum ſeq.
Indurare & polluere dicitur Deus permiſſiuè. 188.b
Indurare Deum cor quomodo intelligatur.133.a
In æternum quid ſignificet.242.a
Infernus dicitur lacus.240.a
Infernus dicitur mors ſecunda.168.b
Infernus dicitur terra nouiſſima. 240. a. cum ſequentibus.
Inferni nomina.240.a.280.a.b
Infernus dicitur terra mortuorum & obliuionis. 240.a
Inferni notitiam habuerunt multi ex Gentilibus. 283.b
Infidelis peccator eſt ornatus aliquibus virtutibus moralibus.265.b
Ingenium humanum per ſe non ſufficit ad ſacram ſcripturam intelligendam.39.a
In Galilæa quare Chriſtus apparuit diſcipulis poſt reſurrectionem.32.a
Iniuria ſceleratorum conducit ad gloriam iuſtorum.374.b
Iniquitas eſt graue pondus.208.a
Iniquus omnis eſt ignorans.88.a
In nouo teſtamento interceſſit mors Chriſti. 147.a.b
In nouo teſtamento promittitur vita æterna & bona cœli,in vetere verò bona terræ.147.a
Innocentiæ & pœnitentiæ diſcrimen.298.a
In medio conſiſtit virtus.115.a.b
Inſania & amentia impiorum deſcribitur.41.b
Inſenſibiles ſunt impij.68.b
Inſultare calamitatibus afflictorum impium eſt. 96.a.cum ſeq.
Inſtabilitas & inconſtantia vituperantur.136.a
Inſtabilitas procedit ex peccato.115.a
Inſtabilitas mundi deſcribitur.237.a
Inſtans non eſt tempus.331.b
Intentio noſtra debet in cœlum dirigi.17.b
Intentio eſt oculus.17.b
Intentio tribuenda eſt Deo.421.a.& ſeq.
In tentationibus ad Deum confugiendum.127.b
In tres ætates Hebræi mundum diuidebant.242.b
Interior gloria eſt præſtantior exteriore.229.b
Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.25.b
Inuidia eſt deteſtabilis.230.a.cum ſeq.
Inuidia quid ſit & quàm pernicioſa. 180. b. cum ſeq.285.b
Inuidus eſt tormentum ſui ipſius.181.a
Inuidia eſt imago inferni.230.a
Inuidia deſcribitur. ibidem.
Inuidia filiorum Iacob vendidit Ioſeph.230.b
Inuidia fera peſſima. ibidem.
Inuidus deſcribitur.230.a.cum ſeq.
Inuidia vituperatur.278.a.cum ſeq.
Inuidus cum ciconia & noctua comparatur. 278.b
In veritate ambulare quid ſit.176.b
Ioſias fregit idolorum ſtatuas.69.b
Ioſiæ regis virtus.7.a
Ioannes Baptiſta erat lucerna ardens & lucens. 19.a
Ioannis euangeliſtæ dignitas & amplitudo. 27. b. cum ſeq.
Ioannes euangeliſta à Chriſto. ibidem.
Ioannes euangeliſta quare dicitur aquila. ibid.
Ioannis Roffenſis laus.336.a
Ionæ figura explicatur.274.b.275.a
Ionas figura fuit Chriſti.119.b
Ioannis Sepuluedæ encomium.446.b
Iobileus quo menſe incipiat.374.b
Iobileus erat anno quinquageſimo.78.a
Iobilei anno omnia erant libera.336.a
Iob iuſtus inter iniuſtos habitauit.6.b
Ioſeph dominatum fuiſſe Ægypto quid ſignificet. 246.b
Ioſue figura Chriſti.392.b
Iouis nomen vnde deductum.448.b
Iouis flagitia.259.b
Ira Dei in contumaces.82.b
Ira hominis perturbati deſcribitur.101.a
Ira magna Dei eſt eam non oſtendere.82.b.149.b
Iris ſignificat diuinam miſericordiam.8.b
Iris diuerſorum colorum quid ſignificet.26.b
Iſmaël & Agar quid ſignificent.110.a
Iſraëlitæ veri ſunt Chriſtiani.258.b
Iſraël eſt duplex.337.a
Iſraëlitæ ſecundum carnem & ſecundum ſpiritum. 307.b
Italia dicebatur olim Citim.250.a
Italus vocatus fuit Citim.249.b
Italia dicta Oenotria.250.a
Italiæ inſulæ quæ ſint.249.a
Iugum Chriſti ſuaue.310.a
Iudæi impij appellantur filij diaboli.213.b
Iudæorum ſcelera.205.a
Iudæorum vanitas & cæcitas. 59.a. 62. b. cum ſequentibus.118.a
Iudæorum perfidia.35.a
Iudicare ſumitur pro inſtruere.205.a
Iudæa eſt in medio terræ.63.a.342.a
Iudæorum error. 71.b
Iudæorum crudelitas.95.a
Iudæorum pertinacia.99.b
Iudæorum impietas.112.b
Iudæos reliquit Deus.cum ſeq.112.b
Iudæi legem Dei non habent, ſed membrana legis.148.a
Iudaizare in diuinis literis impium eſt.166.a
Iudæi in Babylonica captiuitate idola colebant. 188.a
Iuda confeſſionem ſignificat.181.b
Iudæi nonnulli in Ægypto fuerunt cultores idolorum.214.a
Iudæa dicitur terra viuentium.241.a
Iudæi appellantur filij teſtamenti Dei.274.a
Iudaizantes vituperantur.266.b
Iudæorum reprobatio.299.b.& ſeq.
Iudaicus populus fuit figuratus in Eſau.299. b. cum ſeq.
Iudæi cur turbati ſunt aduentu Chriſti.335.a
Iudæorum interpretatio vana & falſa.348.a
Iudæi cæci quare dicũtur progenies viperarũ. 25.a
Iudæ deſperatio.297.a
Iudæ regnum, & Iſraël regnum quid ſignificent. 333.b
Iudææ periphraſis eſt vmbilicus terræ.342.a
Iunius dicitur à iunioribus 276.a
Iudicis incorrupti munus.49.b
Iudex quando dicitur æqualis.60.b, cum ſeq.

Iudex iuſtus comparatur cum ciconia.96.a
Iudicium quid ſignificet.419.a
Iudicium facere quid ſit.168.b
Iupiter & Saturnus quare ſint coniuncti.246.b
Iulij Cæſaris inſolentia.252.b
Iuſtitia neceſſaria ad pacem conſeruandam.4.b
Iuſtitiæ encomium.49.b
Iuſtitia Dei magna.343.a
Iuſtitia quid ſit.201.a.cum ſeq.
Iuſtitia nos ducit in cognitionem Dei.76.b
Iuſtitia qualis eſſe debeat.96.a
Iuſtitiæ miniſtri quales eſſe teneantur. ibidem.
Iuſtitia accipitur pro virtute in communi.173.b
Iuſtitiam & iudicium facere quid ſit.168.b
Iuſtitia capitur pro gradu pœnitentiæ. ibidem.
Iuſtitia Dei exultant iuſti.196.a
Iuſtitiæ diuinæ ſeueritas in malos Dei gloriam illuſtrat.343.a.cum ſeq.
Iuſtificatio noſtra quid ſit.328.b
Iuſtificatio appellatur lex.146.a.157.b
Iuſtificatio eſt peccatorum remiſſio & ſanctificatio.34.a
Iuſti viri in manu Dei ſunt.4.a
Iuſti comparantur aſtris in cœlo collocatis, quæ in pelago apparent.20.a
Iuſti ſunt ſimiles rotis.20.a.22.b
Iuſti cadunt, ſed non retrorſum.31.a
Iuſti omnia habent.74.a
Iuſtus eſt rubus qui ardebat, & non comburebatur.84.a
Iuſtus eſt in Deo per gratiam, nobilius quàm in ſe.102.a
Iuſti in Deo per charitatē dicuntur ſpiritus.102.a
Iuſti nomen non amittit, qui ſtatim per pœnitentiam reſurgit.134.b
Iuſti non ſeparantur à Chriſto.164.b
Iuſti habent Deum pro circunferentia. ibidem.
Iuſti appellantur filij Dei.213.b
Iuſtus comparatur palmæ.230.b
Iuſti regis officium.256.b
Iuſtis omnia cooperantur in bonum.435.b
Iuſtos cum iniuſtis cur Deus occidat.193.a
Iuſtus comparatur adamanti.45.a

L

LAbor ſignificatur per bouem.103.a
Laboris encomium.67.a
Laboris vtilitas.427.b
Labor magnus eſt iniquitas.156.a
Labyrinthus Dædali explicatur.17.a
Lachrymis inſtaurandi ſumus.111.b
Lachrymarum vis.721.b
Lachrymarum vtilitas.93.a.371.a. cum ſeq.
Lachrymæ placant dolorem.225.a
Lacrymas cur Chriſtus fuderit ſuper Ieruſalem.116.b
Lacus accipitur pro ſepulchro.270.a
Lacus accipitur pro inferno.246.a
Lædens alium ſeipſum lædit, non alium.63.b
Lætari aliorum, calamitatibus impium eſt.229.a.b
Lamiæ quid ſint.267.a
Lamina in pectore ſacerdotis quid ſignificet.23.b
Lapis quid ſignificet.243.a.cum ſeq.
Laqueus venantium eſt auaritia.154.a
Latro prima hora vitæ ſuæ ſaluatus eſt.2.a
Lateres ſunt corda noſtra.53.a
Laurus non percutitur fulmine.162.a
Lauare pedes quid ſignificet.389.b
Leuitas in reprehendendo laudatur.429.a
Leo quid ſignificet.285.a.384.b
Leonis caput cum clauа quid ſignificet.179.b
Leonis caput ſymbolum inundationis.185.a
Leonem non eſſe in republica alendum quid ſit.134.a
Leonis vigilantia.49.a.b
Leonis numine olim ſignificabatur præſul.49.b
Leo ſignificat regem.12.a.b
Leuare manum quid ſit.193.b.318.a
Leuare faciem vel caput alicuius eſt illum honorare.193.b
Lex cur ignea dicitur.19.a
Lex cur data fuit in caligine.25.a
Lex vetus vmbram habet.71.b
Lex continebat figuras. ibidem.
Legis Euangelij differentia.112.a
Lex appellatur iuſtificatio.146.a
Lex vetus erat figura & vaticinium nouæ.146.a
Lex vetus erat antiquanda, & antiquata eſt. ibid.
Lex noua, lex gratiæ promiſſa in lege vetere.146.a.b.cum ſeq.
Lex teſtamentorum eſt, vt ſecundum deroget primo.147.a
Lex vetus erat ceſſatura.147.b.cum ſeq.
Lex quibus nominibus appelletur in diuinis literis.149.a
Lex vetus eſt litera, lex noua ſpiritus.156.b
Legis veteris opera per ſe nō iuſtificabant.185.a.b
Legis veteris præcepta quomodo dicuntur non bona.198.a
Legum vtilitas.360.b
Leges dicuntur fundamenta.269.a
Lex vetus daret ne vitam animæ, an corporis? 298.b
Lex eſt regula iuſta.360.b
Legiſperitorum inæqualitas. ibidem.
Libanus vocatur templum Salomonis & quare.160.a
Liber Sapientiæ eſt Salomonis.3.a
Liberum arbitrium cooperatur gratiæ.174.a
Liberum arbitrium defenditur.112.a.173.b.446.b
Libertas vera quæ ſit.74.a
Libido inuitatur gula.79.a
Liber vitæ quis ſit.97.a.282.b
Liber coſcientiæ quis ſit.40.a
Libellum repudij in lege vetere dabatur.170.a
Libertas ſpiritus quæ ſit.307.b
Libertas eſt magna ſeruire Deo.332.b
Libertas hæreticorum eſt carnalis.332.b
Libertas Chriſtiana & euangelica ſpiritualis eſt.332.b
Libertas Chriſtiana non eſt carnalis.287.a
Libya eſt Africa.247.a.269.a
Lignum quid ſignificet.193.a
Lignorum nomine homines intelliguntur.140.a
Lignum vitæ quid ſignificet.325.a
Ligni varia ſignificata.140.a
Litera eſt lex, ſpiritus euangelium.156.b
Linguæ igneæ ſuper apoſtolos quid ſignificet.19.a
Lingua prophetæ eſt calamus Dei.295.b

Lingua refrænanda eſt.388.a
Linguæ effrænatæ damna. ibidem.
Longinquitas temporis per palmam ſignificatur. 384.b
Loth filiorum ſtuprum.231.b
Luciferi ſuperbia.226.b
Lucifer fuit eminens inter alios angelos.256.b
Luciferi peccatum in quo fuit. ibidem.
Lucta Iacob orationem ardentem ſignificat. 210.b
Ludere in diuinis literis ſignificat adorare idola. 151.a
Luna quomodo patiatur eclypſim.270.a
Luna dicebatur regina cœli.274.b
Lunæ nomine intelligitur princeps ſecularis. 286.b
Luſitanorum ſacerdotes honeſtiſſimi.413.a
Luſitaniæ reges inuictiſſimi & Chriſtianiſſimi, in procemio.
Lutheri impietas & hæreſis deteſtanda.34.a.152.a
Lutherus vult Chriſti gratiam labefactare.34.a
Lutheri error.39.a.79.a.340.a.387.a
Lutherus & Caluinus ſunt Epicurei,& milites Veneris.79.a.345.b
Lutheranorum phreneſis & inſania.79.a
Lutheri prauitas.151.b
Lutherus ſectam Epicuri renouauit.152.a
Lutherus hæreticus reprehenditur. 173. b. 175. b. 192.a.cum ſequentibus.
Lutherus deſcribitur.192.a.414.b
Lutheranorum impudentia & impietas.192.b
Lutheri error & voracitas.288.cum ſeq.
Lutherani ſunt Epicurei,& cultores Bacchi.288.b
Lutherana hæreſis eſt captiuitas Babylonica.336.b
Lutheranorum perfidia confutatur.332.b
Lutheri impudentia,& obſtinatio.356.a
Lutheri & Caluini impietas.382.a.cum ſeq.
Lutherani peiores ſunt Gentilibus.382.b
Lutheri ſuperbia.391.a
Lydia eſt in Aſia minore. 247.a.269.a

M

Magi Orientales quibus ex regionibus venerint,& vnde fuerint.248.b
Magorum Orientalium liberalitas.80.b.
Magnates deſignantur per montes.69.a
Magnetis natura admirabilis.23.b
Mayus menſis dictus à maioribus.276.a
Mala ſine bonis eſſe non poſſunt.26.a
Manna fuit figura ſancti ſacramenti.431.a
Manna in arca teſtamēti eſt verbum Dei in anima. 46.a
Manaſſes regis impietas.1.a
Manaſſes fuit crudeliſſimus.94.b
Manaſſes ob calamitates fuit ad Deum conuerſus. 330.b
Manticæ duæ Æſopi explicantur.16.b
Manus Domini prophetia eſt.7.b.356.b
Manus Domini quid ſignificet.26.b.83.a
Manus dare hebraiſmus eſt multa ſignificans.26.b. 83.a
Manuum nomine opera intelliguntur.45.b
Manus Domini accipitur pro conſolatione. 47.a. 83.a
Manus accipitur pro bono opere.84.a
Manus plenæ ſanguine quid ſignificent.94.b
Manum alicui dare eſt ſe illi committere.163.a
Manum alicui porrigere eſt eum in amicitiam recipere. ibidem.
Manum leuare eſt vehementer percutere.184.a
Manum leuare eſt promittere. ibidem.
Manum leuare quid ſit. ibidem.
Manus Chriſti mundum creauerunt.308.b
Manum extendere eſt punire.313.a
Manum leuare pro iurare frequens eſt in literis diuinis.318.a
Manu Domini intelligitur Chriſtus.327.b
Manum ponere ſuper aliquem eſt illum affligere. 350.b
Manus quid ſignificet.343.a
Mappa mundi eſt cor impij.55.a
Marci Antonij eloquentia.644.a
Mare fuſile & luteres quid ſignificent.370.a. cum ſequentibus.
Mare Galilææ eſt mundus.262.a
Margaritæ ſunt apoſtoli.104.b
Margaritarum natura.204.b.cum ſeq.
Maria virgo Dei genitrix fuit figurata in Rebecca. 144.a
Maria virgo eſt gratiæ impetratrix. ibidem.
Mariæ virginis excellentia. 104.a.401. cum ſequentibus.
Maria ſemper virgo eſt ciuitas libera. 401. b. 407.b
Maria virgo templum dicitur.401.a
Maria virgo fuit concepta ſine peccato originali. 401.b
Mariæ virginitas. ibidem.
Mariæ virginis genealogia.401.cum ſeq.
Mariæ virginis puritas.407.b.cum ſeq.
Mars cur pingebatur indutus tunica adamantina. 303.a
Martio menſe fuit mundus creatus.3.a
Martius menſis principium anni fuit olim.2.b
Martini Ledeſmij laus.387.a
Martini Cantapetrenſis laus.98.a
Mathias fuit electus loco Iudæ.399.b
Matthæus quo tempore fuit ad Chriſtum conuerſus.2.a
Medium eſt optimum.115.a
Medium eligendum eſt.6.b
Mediocritas laudabilis.361.b
Meduſa eſt otioſitas.67.a
Meloch idolum deſcribitur.145.b
Mel prohibitum in lege adulatorē ſignificat.120.a
Melanchon reprehenditur.173.b
Membra impiorum ſunt arma,quibus animas ſuas vulnerant.197.b
Membra iuſtorum ſunt inſtrumenta ſuæ ſalutis. ibidem.
Menſium nomina apud Iudæos.3.a
Memoria vtilis & inutilis.325.b
Memphis eſt ciuitas Ægypti.271.b
Menſa eſt doctrina euangelica.385.a.cum ſeq.
Menſura templi diuerſa à menſura profana.359.b
Meridies ſignificat proſperitatem.366.b
Meritum ex operibus. 328.b.cum ſeq.
Meriti vocabulum eſt in diuinis literis.329.a
Merita compenſantur.383.b

Mercatoris officium.166.b
Meſſias eſt verus Deus.307.b
Meſſiam veniſſe oſtendit lex.118.a
Meſſias iam venit.147.b
Metus procedit ex corde.197.a
Metonymia figura.133.b
Militia eſt exercitus ſtellarum.274.b
Militia eſt vita noſtra.56.a.b. cum ſequentibus.
Militare debemus ſuper. ibidem.
Minerua quid ſignificet.21.b
Mineruam quare dixerunt fuiſſe virginem. 42. a. 246.b
Minotaurus eſt deprauatus appetitus.17.a
Miſericordia Dei ſignificatur per ſplendorem in nube lucentem.9.a
Miſericordia Dei infinita eſt. ibidem.
Miſericordia Dei oſtenditur.26.a.b.36.b.cum ſeq.
Miſeretur noſtrì Deus,cùm nos punit.75.b
Miſericordiæ diuinæ magnitudo.65.b
Miſericordia Dei eſt infinita.61.b.95.132.a
Miſericordia quare comparatur oleo.297.a
Miſericordia quid ſit.284.b
Miſericordiæ opera extolluntur.143.b. 169. a. 178.a.b.cum ſeq.
Miſeria & fragilitas mundi deſcribuntur.230.b
Miſſæ ſacrificium admirabile.92.b
Miſſæ ſacrificium figuratum in lege.431.a
Miracula cur Deus non fecit coram Herode, & aliis huiuſmodi.130.a
Miracula ſua edebat Chriſtus coram iis, qui erant ſumpturi vtilitatem ex illis. ibidem.
Moab eſt vrbs Arabiæ vocata Areopolis.231.a
Moab cur dicitur olla ſpei.107.a
Moab idem eſt quod à patre.231.a
Modicum eſt quidquid in terra eſt.48.a
Modicum quare ſepties ponitur in euãgelio Ioannis.48.a
Momentaneæ ſunt mundi diuitiæ.203.a
Mons dicitur Chriſtus.331.a
Mons Olmeti quomodo vocabatur.96.b
Montium nomine quid ſignificetur.69.a
Montis Olineti templum vnde Chriſtus aſcendit in cœlum.103.b
Monachi inteliguntur per ſtellas.286.b
Monachi apoſtatæ deſcribuntur. ibidem.
Monachi peccatum vtrum ſit grauius peccato laici.399.a
Monaſteria comparantur ſtagnis.324.a
Mors triplex eſt.128.b
Mors animæ quæ ſit.2.a
Mors quotuplex ſit.168.b
Mors jnopinata.449.b
Mors eſt ſtipendium peccati.175.a
Mors & vita quæ ſint.241.a
Mors immatura non accidit iuſto.243.a
Mortem non fecit Deus.241.a
Mors quomodo accipiatur.283.b
Mortis memoria vtilis.69.b.253.b
Mors iniquis terribilis eſt,non iuſtis.377.b
Mori in Ægypto,& ſepeliri ibi quid ſit.48.a
Mortuus per peccatum ſurgit per pœnitentiam. 175.a
Mortuorum nomine qui ſignificentur.415.a
Mortui ſunt plorandi.225.b
Moralis philoſophiæ finis eſt operari.400.b
Motus liberi arbitrij concurrit iuſtificationi. 328.a
Moſoch eſt Capadocia.290.a
Moueri ærumnis aliorum debemus.244.b
Moyſes & Paulus vtrùm viderint Dei eſſentiæ 30.b
Moyſi & Pauli differentia.112.a
Moyſi mors fuit deplorata, nõ autem Ioſue mo 255.b
Moyſes dicitur angelus.274.b
Mulier capta quid ſignificet.254.b
Mundus eſt liber quidam.10.a
Mundus quid ſit. ibid. cum ſeq.
Mundi opes & diuitiæ ſunt incertæ.202.b
Mundi opes & honores ſunt vmbræ. 203. a. 281.b.cum ſeq.
Mundi fabrica ſcit ſuo modo laudare Deum.10.a
Mundi machina Deum oſtendit.9.b
Mundi gloria cum plumis comparatur.159.b
Mundo ſimul & Deo ſeruire non poſſumus.323.a
Mundus eſt muſica quædam, & admirabilis armonia.10.a
Mundus eſt relinquendus.100.a
Mundi elementa ipſum ſuſtentantia quæ ſint. 11.b
Mundus eſt crudelis in ſuos.216.a
Mundus eſt mare agitatum.48.b
Mundi amicitia damnatur.100.a
Mundi fallacia deſcribitur.41.b.49.a.280.a
Mundi opes paruæ ſunt.53.b
Mundi vanitas.254.b.269.a.277.a
Mundus eſt terra viuentium.240.b
Mundi gloria tranſit.64.a
Mundus dicitur Iericho.365.b
Mundus eſt ſimilis ludo calculorum.118.a
Mundi paruitas.53.b
Mundi amor deſcribitur.215. b.cum ſeq.
Mundi gloriæ contemptus.69.b
Mundus dicitur Babylon.258.b
Mundi viciſſitudines & varietates. 202. b. 237. a. 347.a
Mundus eſt rota hauſtrorum.237.a
Mundi gloria fallax.232.a
Mundum alterum fecit Deus.254.a
Mundus eſt emporium vniuerſale.255.a
Mundi qualitas conſideranda eſt.236.b
Mundus eſt onus laborum.258.b
Mundus deſcribitur.261.b.376.b
Mundi inconſtantia.281.b
Mundi proſperitas falſa.232.a
Mundo conformari quid ſit.365.a
Mundum diuidebant.Hebræi in tres ætates. 242.b
Mundo tres poſuerunt nonnulli. 376. a. cum ſequentibus.
Mundus eſt poſitus in maligno.385.b
Mundus eſt ſepulchrum peccatorum.385.b
Mundus fugiendus eſt.386.a.422.b
Mundi opes ſunt flumina Babylonis.397.b
Mundi opes non ſatiant animam noſtram.398.b
Mundus eſt venter naturæ.423.b
Mundus carcer eſt & exilium.438.b
Mundi flagitia ſunt deploranda.93.a
Mundi lætitia fallax eſt.1.6.a
Mundus quo menſe fuit creatus.3.a
Munera non ſunt accipienda iudici.49.b
Murus eccleſiæ eſt Deus.363.b

Murus eſt vir iuſtus pro aliis orans. 210.a
Muſica eſt humana ſocietas bene ordinata.201.a
Muſica eſt mundi machina.10.a.b
Mutare fortitudinem quid ſit.352.b
Mutari quomodo dicitur Deus.65.b
Myſteria Dei non ſunt cuique manifeſtanda.392.a
Myſteria magna iuxta aquas.5.a

N.

NAas idem eſt quod ſerpens.21.a
Naas qui oculos eruere volebat Galaaditis diabolus eſt. 118.b
Nabuchodonoſore diabolus ſignificatur.4.b
Nabuchodonoſores dicebantur reges Babyloniæ. 241.a.265.b
Nabuchodonoſores vocabantur omnes principes inſolentes.241.b
Nabuchodonoſor dicebatur gladius Dei.287.a
Narciſſi fabula explicatur.257.b
Natiuitas Chriſti in deſcriptione orbis cur facta fuerit.95.b
Natura eſt veluti liber plenus diuinitate.9.b
Nefarij vocantur paruuli.105.b
Negatio ſui quid ſit.22.b
Neptuni & Mineruæ controuerſia.111.b. cum ſeq.
Nihil eſt inuentum ſimul & perfectum.262.b
Nili inundatio. 285.a
Niniue fuit metropolis Aſsyriorum.279.a
Ninus filius Beli patrem ſuum retulit in Deum. 8.a
Nobilitas vera non in genere, ſed in virtute conſiſtit.142.a.cum ſeq.
Nobilitas vera quæ ſit.213.b.232.b
Noctua ſuper caput leonis quid ſignificet.285.a
Noe iuſtus inter iniuſtos habitauit.6.b
Noe filij & ſucceſſores.247.b
Nomina iuſtorum ſolet narrare ſcriptura.282.b
Nomina impiorũ aliquando non proferuntur. ibi.
Nomina Dei quæ ſint.98.a
Non vltrà quid ſignificet.242.a. cum ſeq.
Noua lex,nouum ſacerdotium,noua terra, nouum cœlum,nouus mundus.147.a.cum ſequentibus 326.cum ſeq.
Nouum canticum,noua lux euangelij.147.a
Nouum teſtamentum eſt æternum. 156. b. cum ſequentibus.
Nouum teſtamentum promiſſum fuit in lege vetere. ibidem.
Noui & veteris teſtamenti differentia.156.b.157.a
Nouum teſtamentum eſt plenum pacis.335.b.336.a
Nouiſſimi dies qui ſint.232.b
Nubes lucida virtutum nos vehit in cœlum. 84.b
Nubes ſignificat afflictionem.26.b
Nubes quæ ſuſcepit Chriſtum in aſcenſione, lucida erat.84.b
Nubes quid ſignificet.100.a
Nubes Dei præſentiam deſignabat. ibidem.
Nubes accipitur pro exercitu.268.b
Nubecula quam vidit Elias Petrum adumbrabat. 49.a.cum ſeq.
Nudare pedes ſignum erat olim doloris & luctus. 226.b
Numi Antónij Pij ſculpturæ declaratio.178.b
Numi Traiani ſcripturæ explicatio. ibidem.
Numerus ternarius perfectus eſt & quaternarius. 47.b.cum ſeq.
Numeri ſeptenarij perfectio & encomium. ibid. cum ſeq.
Numerus binarius non eſt perfectè numerus. 14.a
Numeri quaternarij encomium. ibidem.

O

OBcæcatio impiorum deſcribitur.73.a
Obſtinatio & impœnitentia.87.b
Octaua dies ſolennis.186.a
Octo beatitudines deſcribuntur.372.b
Oculis nihil pretioſius in corpore.21.a
Oculorum excellentia.21.a.cum ſeq.
Oculos cæci à natiuitate litos luto quid ſignificet. 21.b
Oculis intellectus qui dicantur priuati.115.b
Oculus accipitur pro intentione. ibidem.
Oculi accipiuntur pro gratia & fauore.82.a
Oculos nobis vult diabolus eruere.118.b
Oculus quid ſignificet.307.a
Oculis plenum corpus rotarum quid ſignificet. 20.b
Officium ſacerdotum & prophetarum.58.a
Ohola & Oholiba dicuntur Iudæa & Samaria. 214.a
Olla incenſa ſignificat charitatem.99.b
Oliua eſt ſymbolum pacis, ideo magni æſtimata. 111.b
Oleum viduæ Eliſæi explicatur. 153. b. cum ſequentibus.
Oleum pro miſericordia accipitur. 143. a. cum ſequentibus.
Opera intelliguntur per manus.15.a
Opera extolluntur laudibus. 15. a. cum ſequentibus.185.a
Opera commendantur.46.a
Opera cum verbis debent eſſe coniuncta. 48. b. cum ſequentibus.
Opera bona nos euehunt in cœlum.84.a
Opera miſericordiæ commendantur. 169. a. cum ſequentibus.
Opera mortua & mortificata quomodo differunt. 172.b
Opera legis veteris non iuſtificabant.185.a
Opera noſtra bona in lethali peccato vtrum mereantur gratiam.328.a
Opera noſtra bona quid mereatur.328.a
Opera bona reuiuiſcunt.173.b
Opera noſtra bona facta in gratia merentur vitam æternam.328.a.b
Opera vtiliora ſunt verbis.393.b
Opes mundi ſunt imagines.55.a
Opes mundi ſunt vmbræ. ibidem.
Opes mundi non ſatiant nos.88.a
Ophir vbi ſit. 28.b
Opitulari miſeris quando ſit laudabile.225.b
Oppida & villæ dicuntur filiæ.237.b.cum ſequentibus.
Opum abundantia & potentia periculoſa. 276.b
Oratio Aaronis Deum placuit.122.b
Orationes noſtræ quando non exaudiuntur.54.a
Oratio eſt portus tutus.380.b.cum ſeq.

Orationis vtilitas,& vis, ib idem.
Orationis locus fuit etiam in lege vetere. ibidem. cum ſeq.
Orationis virtus.122.b
Orationis ſuauitas intelligitur perthus.166.b
Oriens dicitur Chriſtus.573.b
Oſſa arida ſignificant peccatores.328.a
Oſtia oraculi de lignis oliuarum miſericordiæ opera commendant.143.a
Oſtium cæli eſt Chriſtus.104.b
Oſtium Iani clauſum tempore Auguſti.65.a
Otioſitas malorum cauſa.67.a.315.a
Otium deteſtandum quale ſit.212.a
Otium turpe deſcribitur.153.cum ſeq.
Otio dormire reprehenditur. ibidem.

P

Pallidus cur ſit qui timet.197.a
Palilogia figura quid ſit. 109.a
Pallium Eliæ eſt diuina gratia.103.b.432.b
Palmæ vis.230.b
Palma quid ſignificet.368.a.368.b.384.a. cum ſeq.
Palmæ comparatur iuſtus.230.b
Panis eſt verbum Dei.60.b
Panes propoſitionis offerebantur à ſacerdote. 411.a
Papa ſummam habet authoritatem. 413. b. cum ſeq.
Papa rectè concedit indulgentias.387.a
Papa eſt verus Chriſti vicarius,& in vniuerſum orbem habet primatum.317.a
Parabola duplex eſt.114.b
Parabola quid ſit.114.b.167.b
Parcere nomini quid ſit.321.b
Parietem perfodere quid ſit. 124.a
Parietis nomine intelligitur coaceruatio ſcelerum. ibidem.
Particula,vltrà,quid ſignificet.64.b.cum ſequentibus.238.b.242.a
Paſtor eſt Chriſtus.243.b
Paſtoris clementia.178.b.cum ſeq.
Paſtoris Chriſtiani munus.48.b
Paſtores & præſules debent eſſe ſapientes. 246.a. cum ſeq.
Paſtor malè viuens homicida eſt.296.b
Paſtores inſignes quatuor.304.a
Paſtoris officium. 29.a
Paſtoris cura & diligentia neceſſaria.302.b
Paſcha quando incipiebat.422.b
Paſcha quid ſignificet,423.a. cum ſeq.
Paſchalis agnus figura ſanctiſſimi ſacramenti. 156.b
Patria noſtra cœlum.123.b
Patriarchæ fuerunt ante Chriſtum.266.a
Patres antiqui quare voluerunt ſepeliri in Iudæa. 241.a
Patientia eſt nobis neceſſaria.189.b.190.a
Paupertas Chriſti fuit prædicta à prophetis. 59.b. cum ſeq.
Paupertas Chriſti.59.b.153.b
Paupertas laudabilis & vtilis. 153. a. b. cum ſequentibus.209.b
Paupertas ſpiritus extollitur.153.a
Paupertas ſpiritus eſt clauis aperiens cœlū.152.b
Pauperes ſunt Dei famuli.154.b
Paupertas apoſtolorum vicit mundum.394.a
Pax eſſe non poteſt, vbi deeſt æqualitas.4.b
Pax eligenda eſt.4.b
Pax magna fuit,quando Chriſtus natus eſt.64.b
Pax animi beatitudo quædam eſt.74.b
Pace nihil in ciuitate vtilius. ibidem.
Pacem docuit Chriſtus in terra, & ad hoc venit. 99.b
Pax deſcribitur. 100. a. cum ſequentibus. 101. a. 110.b. cum ſeq.
Pax & bellum, concordia, & diſcordia ſimul eſſe debent.100.a.cum ſeq.
Pax cum Deo,bellum cum mundo.100.a
Pax Chriſtiana.110.a.cum ſeq.
Pax ſpiritualis laudatur.111.a
Pax mundi. ibidem.
Pax etiam à Gentilibus colebatur. ibidem.
Pax duorum populorum in vna eccleſia explicatur.334.a.cum ſeq.
Pax commendatur.336.a
Peccata noſtra diuidunt nos à Deo.54.a
Peccatum accipitur aliquando pro pœna peccati. 94.b.76.a
Peccatum accipitur pro oblatione pro peccato. 92.a.415.b
Peccatum in diuinis literis quid ſignificet.92.a
Peccata non ſunt æqualia.94.b
Peccatum non eſt ens,ſed priuatio entis. ibidem.
Peccato nihil vilius. 94. b
Peccator eſt ſeruus peccati.88.b
Peccata hominum adinuentiones dicuntur.135.a
Peccata ſignificantur nomine parietis.124.b
Peccatum mors eſt.168.b.cum ſeq.
Peccatum ſignificatur nomine ſanguinis.94.b
Peccata noſtra ſunt arma,quibus nos Turcæ vincunt.197.b
Peccatum vtrum ſit omnis actio infidelis.265.b
Peccatum eſt cauſa mortis æternæ.283.b
Peccatum mortale ſimile eſt fulmini.331.a
Peccati grauitas oſtenditur.332.a
Peccare humanum eſt,perſeuerare in peccato diabolicum.338.a
Peccator eſt cibus diaboli.347.a
Peccatum quomodo accipiatur.415.b
Peccatum generat mortem.2.a
Pectus & dextrum brachium in lege quid ſignificat.48.b
Pedes nudare ſignum erat olim luctus.226.a
Pedes ſignificant affectiones.14.b.143.b.b.389.
Pedes erecti quid ſignificent.14.a.b
Pes ſymbolum eſt vitiorum.178.b
Pedes Chriſti quid ſignificent.63.b
Pedes coloratos hyacintho habere eſt eſſe affectiones in cœleſtibus.143.b
Pegaſi hiſtoria explicatur.66.b
Peluſium eſt ciuitas Ægypti.272.b
Peregrinatio eſt vita noſtra.76.b
Perillus periit tauro æneo à ſe inuento.196.b
Permiſſio Dei actio vocatur.167.a
Perire dicitur quis quo ad ſcelera.242.a
Perire impium quid ſit. 198.a
Perire legem à ſacerdote quid ſit.8t.a
Periculum vitæ deſcribitur.253.b.cum ſeq.
Perſequens iuſtum ſeipſum perſequitur.95.a
Perſecutio non eſt infelicitas.4.b

Perſe

Perſeuerantiæ laus.16.a.cum ſeq.
Perſona in diuinis quid ſit.219.a
Perſona ſuper hypoſtaſim quid addat.308.b
Perſia eſt regio orientalis deliciis affluens.247.a
Perturbatio cordis ſugienda.37.a.cum ſeq.
Petra Chriſtus eſt.157.b
Petrus vt fieret paſtor mare reliquit.48.b
Petrus cathedram Romæ conſtituit.316.b
Petra percuſſa aquam dedit.112.a
Petri concio admirabilis.155.b
Petri & Andreæ vocatio.262.a.cum ſeq.
Petrus & Andreas columnæ eccleſiæ.263.a
Petrus eccleſiæ caput.316.b.cum ſeq.
Petrus fundamentum eccleſiæ eſt.444.b
Petri vocatio.49.a.b
Petræ comparatur cor durum.112.a
Pharao volebat filios Iſraelis occidere in partu. 21.b
Pharao nomenclatura regum Ægypti.351.b
Pharao quare dicebatur draco & leo.285.a
Phatures regio eſt in Ægypto.272.a
Philautia eſt Dalila.118.b
Philautia fugienda.16.b
Philautia eſt remora piſcis.22.a
Philoſophia Chriſtiana quæ ſit.247.a
Philoſophia vera quæ ſit.42.a.398.a
Philoſophi multa deprompſerunt à lege Dei.47.b
Phœniciæ mons eſt Libanus.245.b
Philiſtiim fuit ciuitas quædam vocata poſtea Aſcalon.233.b
Philiſtæa & Palæſtina idem eſt.ibid.
Picturæ & imagines cordis impij.69.b
Pietas Aaronis.122.b
Pietatis ſymbolum ciconia.96.a.cum ſeq.
Pietas Dei.44.b
Pietas diuina magna.65.b
Pij viri appellantur abſconditi.65.a
Pij in terra degentes cœlum incolunt.228.a
Pij poſſunt inter impios habitare.6.b
Pignus & depoſitũ reddere quando ſit vtile.169.a
Pigmæi qui ſint.247.a
Pilos radere quid ſit.413.a
Pingue capitur pro excellente.248.b
Piſcatores duo ſunt in mundi mare.262.a
Piſcatores hominum ſunt concionatores, non diuitiarum.362.b
Piſcatores cur Deus elegerit.362.392.a
Piſcator dicitur Chriſtus.262.a
Piſcator dicitur dæmon.ibid.
Placentula quid ſignificet.274.b
Plato docuit vnum eſſe principium.359.a
Plato in lege Dei fuit verſatus.126.b
Plato fuit Homerus philoſophorum.262.a
Plaudere ſuper fœmur eſt oſtendere ſignum doloris.198.a
Plaudere manu ad manum quid ſignificet. 199.a. cum ſequentibus.
Plorare mortem animæ laudabile eſt.72.a
Plorare mortuos pium eſt.255.a
Plorare & ingemiſcere quomodo dicatur Deus. 199.a
Plumæ vanitatis proiiciendæ ſunt in locum cineris.159.b
Pluuia pro doctrina accipitur.208.b.309.a cũ ſeq.
Pœnitentiæ ſacramentum admirabile.389.b
Pœnitentia peccatoribus neceſſaria.379.b.380.a
Pœnitentiæ vis.191.b.172.a.cum ſeq.
Pœnitentia ſecunda tabula poſt naufragium.298.a
Pœna duplex eſt.224.
Pœna conſideratur dupliciter.171.b
Pœnitentia eſt ex lege naturæ.291.a
Policratis regis Samiæ occaſus.280.a
Polypi natura.279.a
Ponderibus duobus vti quare in lege fuerit prohibitum.17.a
Pondus peccati non ſentiunt impij.258.b
Ponere faciem contra aliquem quid ſit.68.a
Ponere viam in capite quid ſit.
Ponere in caput alicuius ſtagitia eſt illum punire. 163.a
Ponere cor in viis quid ſit.410.b
Pons eſt diuina miſericordia.154.b
Ponere animam in manibus eſt obiicere vitam periculo.45.b
Pontifex maximus rectè concedit indulgentias. 387.a
Pontifex maximus ſummam habet authoritatem. 413.b.cum ſeq.
Populus principem imitatur.429.b
Populus Iſraëliticus cum oliua comparatus.341.a
Populus Iſraëliticus appellatur filius Dei.197.a
Populus Chriſtianus fuit adumbratus in Iacob. 299.b.cum ſeq.
Populus Iudaicus fuit adumbratus in Eſau.299.b. cum ſeq.
Porta Orientalis quid ſignificet.425.a.cum ſeq.
Porta Orientalis clauſa eſt virgo Dei genitrix. 407.b
Porta accipitur pro ſortitudine.256.b
Portæ inferni quæ ſunt.236.b
Portas poſſidere quid ſit.ibid.
Portare animam in manibus eſt verſari in periculo.45.a
Portæ nomine quid ſignificetur.236.b
Portæ eccleſiæ multæ ſunt.363.b.cum ſeq.
Porta cœli dicitur virgo Maria.408.a
Porta clauſa in templo erat virgo Maria.409.a
Porta clauſa in templo eſt ſacra ſcriptura.ibid.
Porta clauſa in templo quid ſit.ibid.
Potentia exit aliquando in ſuperbiam.273.a.b
Potentia periculoſa.113.b.282.a.b
Potentia debet ſubiici ſapientiæ.285.a
Potentia dicitur cornu.266.a
Poteſtas eſt duplex in eccleſia.444.b
Poteſtas ſpiritualis,& poteſtas corporalis in eccleſia.ibid.
Præceptum de amore quare dicitur nouum.323.a
Præceptum charitatis maximum & primũ. 216.a. cum ſeq.
Præmeditata mala minus feriunt.239.a
Præſul qualis eſſe debeat.47.a.306.b.384.a
Præſules multi in eccleſia excellentes.212.b
Præſul debet eſſe in medio.4.b
Præſul diligens eſt murus eccleſiæ.341.a
Præſul debet eſſe currus & auriga.29.a
Præſul debet eſſe ſpeculator.ibid.
Præſulis officium & munus. 49. a. 205.b.302.b. 418.a
Præſules ſunt baſes cum leonibus ſculptis.49.b
Præſules qui non concionãtur ſures dicũtur.212.a

Præſulis clementia.166.b.178.a
Præſul dicitur feneſtra.367.b
Præſcientia diuina vocatur liber.97.a
Præmio & pœna gubernatur reſpublica. 360. a. 252.a
Primum mobile alios cœlos mouet.223.b
Prima gratia non eſt operum remuneratio.383.b
Principia ab aliquibus aſſerta.5.a
Prima cauſa Deus eſt.133.b
Principis Chriſtiani officium.29.a
Princeps vocatur paſtor.178.b
Principis pietas & clementia.178.a.b
Principis munus & officium. 29. a. 49. a.178.a. 205.b.cum ſeq.
Princeps impiorum eſt diabolus.261.a.b
Principis ſapientis vtilitas.246.a
Princeps dicitur fundamentum.269.a
Principum ruina.276.b.281.a.b.
Princeps debet eſſe in medio.309.a
Princeps quare comparatur cum Cherub.384.a
Principes dicuntur columnæ.372.b
Principis diligentia & cura.384.a
Principis & præſulis iuſtitia & miſericordia.384.a
Principis præmium erga bonos & pœna erga malos.ibid.
Princeps qualis eſſe debet.384.a.418.a.cum ſeq.
Principum vita eſt plena laborum.390.a
Princeps non eſt Dominus ſubſtantiæ populi. 423
Princeps & præſul debent eſſe ſapientes.245.b. cum ſequentibus.
Principis iuſtitia.252.b
Præparatio ad gratiam.32.b
Probaticæ piſcinæ motus ſignificat calamitatem. 19.b
Prodigi reprehenduntur.169.a.b
Prometheus quare dicitur creator hominũ.246.a
Prophetæ vocabantur nuntij.270.
Prophetæ dicebantur videntes.2.a.183.a.202.a
Prophetæ appellantur nubes.415.a
Prohetæ ſigno viſibili aliquando vaticinabantur. 334.a
Prophetarum vaticinia ſunt de Chriſto.266.a
Propheta appellatur os Domini.183.b
Prophetæ officium.122.b.cum ſeq.
Prophetia quid ſit.2.a.6.b.78.a.228.b
Propheta intelligit quæ dicit.2.a
Propitiatio pro peccatis noſtris Chriſtus eſt.427.a
Propitiator noſter eſt Chriſtus.ibid.
Propitiatorium Chriſtum adumbrabat.378.a
Propitiatorium locus erat, vbi Deus loquebatur. 368.b
Profuſio & prodigalitas & ſuperfluitas vituperantur.169.a.b
Prolepſis figura quæ ſit.3.a
Proſopopœia frequens in diuinis literis.252.b
Proſperitas mundi cum nube comparatur.31.a
Proſperitas mundi eſt hedera Ionæ.ibid.
Proſperitas & fœlicitas mundi ſunt imagines & picturæ & ſimulacra.69.b
Proſperitas terræ eſt nouerca virtutum.79.b
Proſperitas impiorum ſimilis eſt ſomnio.88.b
Proſperitas periculoſa. 128.a.260.b.350.a.cũ ſeq.
Proſperitas mundi fallax & inanis. 232.a.b.243.a. cum ſeq.
Proſperitas vnius eſt calamitas alterius. 257. a. cum ſeq.
Prudentia carnis eſt pernicioſa.246.b
Prouerbium quid ſit.167.b
Prouidentia Dei.231.b
Puella tradita Naaman Syro,eſt anima.226.b
Pulchritudo corporis periculoſa eſt.144.b
Punitionis vtilitas.131.a.b
Punitur vnuſquiſque,ob propria peccata.158.a
Puniri vnũ pro alio quomodo intelligatur.171.a.b
Punitur quis pro quantitate & qualitate criminũ. 211.a
Purgatorij locus.425,b
Pythagoræ præceptum.285.a
Pythagoras erat magiſter ſilentij.392.a
Pythagoræ dictum,homines mutari in bruta quomodo intelligatur.134.a
Pythagoræ ſymbolum declaratur.163.a
Pythagoræ apophthegma explicatur.166.a

Q

QVadrageſimale ieiunium fuit inſtitutum ab apoſtolis.151.b
Quadragenarius numerus ſignificat afflictionem. 377.a
Quadratum corpus laudabile.363.a
Quadratura in architectura primas habet. 14. a. 363.a
Quadratura ſignificat perfectionem.444.a
Quarta dies quid ſignificet.277.a
Quaternarius numerus perfectus.14.a.48.a.277.a
Quatuor flumina paradiſi deſignabãt euangeliſtas. 11.b
Quatuor euãgeliſtæ ſunt quatuor elementa mundum nouum ſuſtentantia.ibid.
Quatuor euangeliſtæ ſunt quatuor flumina paradiſi.ibid.
Quatuor animalia Ezechielis vnũ erant.12.a.104. b.cum ſeq.
Quatuor hominum generationes. 256.b.cum ſeq.
Quies animi eſt felicitas quædam.74.b
Quies eſt vacatio à laboribus.212.a
Quies miſcenda eſt laboribus.427.b
Quietem veram ſolus Deus tribuit.258.b
Quinquagenarius numerus quid ſignificet. 417.b

R

RApacitas eſt expellenda ex vrbe.166.a.
Ratio & fides ſunt duæ ſtellæ nautarum.361.b
Rationale ſacerdotis deſcribitur.48.b
Rationale obſequium quid ſit.405.a
Rebecca fuit figura virginis Mariæ. 144. a.cum ſequentibus.
Reformare in nouitate ſpiritus quid ſit.104.b
Regere alios difficile eſt.305.a
Regnum Chriſti eſt æternum.110.a
Regnum quomodo appelletur felix.335.a
Regnum Iudæorum fuit in duo regna diuiſum. 213.a
Regula Lesbia quid ſit.360.b
Religio eſt puella Iſraëlitica.305.b
Religiones non ſunt vituperandæ.399.b
Reliquiæ Iudæorum ſaluandæ.71.a

Reliquiæ

Reliquiæ ſanctorum honorandæ ſunt.329.b
Remora piſciculus,qui nauem ſiſtit,eſt propria voluntas.22.a
Remoræ natura admirabilis.ibid.
Renouatio ſpiritus.111.b
Repentina mala videntur grauiora.239.a
Reprehenſoris officium.294.b.cum ſeq.
Reprobi & improbi differentia.253.a.cum ſeq.
Requies animi inquirenda.258.b
Reſpicere in aliquem eſt illi fauere.125.a
Reſpublica priuata iuſto gubernatore in tenebris dicitur eſſe.335.a
Reſpublica duobus regiminib⁹ gubernatur. 373.b cum.ſeq.
Reſurrectio corporum oſtenditur. 331. a. b. cum ſequentibus.
Rete diaboli os habet apertum,ſed exitum difficilem.331.a
Rex appellatur clypeus.121.a.259.b
Rex dicitur Græcè Baſileus.121.a.269.a
Rex appellatur femur & Baſileus.121.a
Regis officium.267.b.103.a
Reges vngebantur,& dicebantur Chriſti.259.b
Regis ſublimitas.166.a.b
Rex qualis eſſe debeat.256.b.412.a
Regum & ſacerdotum differentia. 419. a. cum ſequentibus.
Reges non ſunt ſubditi ſacerdotibus in temporalibus.419.b
Rex intelligitur per medullam cedri.163.b
Rex & ſacerdos vngebantur.12.b
Rex eſt Chriſtus.200 b.cum ſeq.
Rhamataim erant duæ ciuitates.292.a
Romana eccleſia eſt catholica & vniuerſalis.20.b
Romana eccleſia eſt turris Dauidis.289.a
Romanæ eccleſiæ fides illibata.316.b.cum ſeq.
Romanus Pontifex eſt ſucceſſor beati Petri, & totius eccleſiæ paſtor.317.a.cum ſeq.
Romanus Pontifex eſt verus Chriſti vicarius, & in vniuerſum orbem tenet primatum.ibid.
Roma fuit donata eccleſiæ ab imperatore.340.a
Romani antiqui Gentiles dixerunt animam eſſe immortalem.133.b
Romuli prudentia.419.b
Rota viua laboris eſt vita noſtra.228.a
Rota in medio rotæ quid ſit.20.a.cum ſeq.
Rotarum nomine viri iuſti ſignificantur. 20.a. 22.a
Rotæ quas vidit Ezechiel, quare erant quatuor. 20.a
Rota quare comparatur viſioni maris.ibid.
Rotunditas laudatur.379.b

S

SAbaa vbi ſit.246.b
Sabbati feſtum mutatum in diem Dominicam. 186.a
Sabbatum in lege vetere tenebantur ſeruare Iudæi.185.b
Sacerdotis officium.412.a.420.a
Sacerdotis dignitas,368.a.419.b
Sacerdos conſecrat vt Dei miniſter.386.b
Sacerdotis peccata non impediunt ſacramenti effectum.ibid.
Sacerdotes omnes erant leuitæ,ſed non omnes leuitæ erant ſacerdotes.411.b
Sacerdotum & regum differentia.419.a.cum ſeq.
Sacerdotium Aaronicum antiquatum & abiectum fuit.4 8.a
Sacerdotum iuſtitia.411.b
Sacerdotis & præſulis præſtantia.48.b
Sacerdos non debet obliuiſci legis diuinæ.8 .a
Sacerdos miniſtrat ſacramenta gratiam conferentia.92.b
Sacerdotis poteſtas.ibid.
Sacerdos etiam ſceleratus conficit ſacramentum. ibidem.
Sacerdos ſceleratus prodeſt aliis,ſibi autem nocet. 92.b
Sacerdotis puritas magna eſſe debet.92.b
Sacerdos grauius peccat quàm laicus.ibid.
Sacerdotium Chriſti nobilius ſacerdotio Aaronis. 97.a.cum ſeq.
Sacerdotes Dianæ.295.a
Sadoch idem eſt quod iuſtus.412.a
Sacra ſcriptura multos habet ſenſus.306.b
Sacræ ſcripturæ difficultas.38.b.cum ſeq.
Sacræ ſcripturæ encomium.43.a
Sacræ ſcripturæ profunditas.432.b.cum ſeq.
Sacra ſcriptura mons eſt.134.a
Sacramenta ſunt riui eccleſiæ.322.b
Sacramenta eccleſiæ gratiam conferunt.338.a
Sacramentum Euchariſtiæ in lege figuratum. 431.a
Sacramenta cur ſeptem ſint.338.b
Sacramenti euchariſtiæ veritas. 60. b. cum ſequentibus.
Sacramentum euchariſtiæ cur appellatur ſacrificium.411.a
Sacramentum confeſſionis.40.a.222.b.370.b
Sacrificia carnalia quatenus talia erant, & per ſe, Deo non placebant.147.
Sacrificia veteris legis non in æternum duratura. 156.b
Sacrificia veteris legis manent iuxta ſpiritum ibid. cum ſequentibus.
Sacrificia & cæremoniæ veteris legis vſque ad Chriſtum erant.242.a
Sal quid ſignificet.405.b
Sal quare dicantur præſules.294.a.b
Sali comparatur concionator,& quare.141.a
Salomon fuit figura Chriſti.110.a.377.a.cum ſequentibus.
Salomon idem eſt quod pacificus.110.a.b
Salomonis epiſtolæ ad regem Tyri ſeruabantur à Tyriis tempore Ioſephi.144.b.236.a
Salutare appellatur Chriſtus.In proœmio.
Samaria fuit ad fidem Chriſti conuerſa.156.a
Samaritana mulier fuit admirabilis auicula.323.a
Samuel fuit iuſtus & propheta, non autem ſacerdos.419.b
Sanctificare nomen Domini quid ſit.321.b
Sanctiſſimæ Trinitatis vna eſt voluntas.24 a
Sanctuarium dicitur templum.67.b.226.b
Sanctum, ſanctuarium, ſanctificatio, quid ſint. 338.a
Sanctorum communio quid ſit.ibid.
Sanctum ſanctorum quid ſignificet.376.b
Sanguis accipitur aliquando pro morte,aliquando

pro

pro vita.50.a
Sanguis quid ſignificet.94.b.70.b
Sanguis ſignificat peccatum.94.b
Sanguis & aqua ex latere Chriſti quid ſignificent. 100.a
Sanguis Chriſti fuit clauis paradiſi.185.a
Sanguis Chriſti.227.b
Sanguis eius, ſuper caput eius Hebraiſmus eſt. 296.a.cum ſeq.
Sanguinis Chriſti pretium.404.b
Sanguinem requirere de manu alicuius quid ſignificet.50.a
Sanguinis acceptionis in ſacris literis.ibid.
Sanguinum viri vocantur homicidæ.94.b
Sanguinum ciuitas ea dicitur, vbi regnat crudelitas.205.b
Sanir mons vbi ſit.245.b
Samſon dormiens in ſinu Dalilæ quid ſignificet 21.a
Sampſon fuit Chriſti figura.31.a
Sapientia diuina comparatur auro.359.b
Sapientia comparatur igni & ſplendori.19.a
Sapientia depromitur ex fonte diuinæ ſapientiæ 21.b
Sapientia cibus eſt ſuauiſſimus.38.b
Sapientia vera quæ ſit.42.a.246.b
Sapientia vera carent infideles.42.a.247.a.394.b
Sapientia eſt diuinum aurum.170.a
Sapientia mundi ignorantia eſt.247.a
Sapientia & potentia debent copulari.246.b
Sapientia huius mundi ſtultitia eſt.254.a
Sapientes laudantur.245.b.cum ſeq.
Sapiens virtute præditus multos illuſtrat.19.a
Sapientes eligendi ſunt ad reipublicæ gubernationem.246.a.cum ſeq.
Sapientiæ fons eſt Chriſtus.247.a
Sapientia vera eſt cum virtute coniuncta.256.a
Sapphiri gemma ſplendida.24.a
Sapphirus lapis quid ſignificet.97.a
Saturitas periculoſa.151.a.cum ſeq.
Saul & Dauid non fuerunt electi in reges à ſacerdote, ſed à Deo.419.b
Saulis ſcyphus & haſta quid ſignificent.172.a.b
Saulis mortem plorauit Dauid.245.a
Scala Iacob erat Chriſti incarnatio.12.a
Scala Iacob figura fuit crucis.403.a
Scala Iacob eſt via ad cœlum.36.b
Scalæ Iacob interpretatio.ibid.
Sceleratus omnis eſt inſanus.369.b
Scelera ſunt labores & furiæ.224.a
Scelera ſunt arma, quibus impij trucidantur.192.b
Scelera deploranda ſunt.62.b
Scelera noſtra aduerſus nos pugnant.75.a
Sceptrum quare eſt abſque foliis.303.a
Sceptri nomine quid ſignificetur.86.b
Sceptrum non fuit ablatum à Iuda in Chaldæa. 197.a
Scylluri Scythæ apophthegma.101.b
Scyphus Saulis quid ſignificet.172.b
Scientia nonnullos inſtruit, quos non illuminat. 183.b
Scientia abſque charitate inflat.ibid.
Scientia neceſſaria præſuli.303.b
Scientia abſcondita inutilis eſt.358.b
Scientia debet communicari.ibid.
Scientia debet eſſe cum virtute copulata.400.b
Sciſſio veli templi ſignificauit patere aditum ad cœlum per mortem Chriſti.376.a
Scopus prophetarum eſt Chriſtus.
Scopus noſter Chriſtus eſſe debet.55.b
Scripturæ ſacræ encomium.36.a
Scriptura diuina mons eſt, quo impius non debet accedere.134.a
Scripturæ diuinæ ſtudium neceſſarium concionatoribus.299.b
Scripti qui ſint in libro vitæ.123.b
Seculum eſt ſpeculum rerum inuiſibilium.9.b
Securis quid ſignificet.90.a
Sedechias oculis priuatur.1.b
Sedere quid ſignificet.82.b.cum ſeq.
Sedere ſignificat conſuetudinem & familiaritatem.7.a
Sedere in peccatis quid ſit.338.
Sedes doloris eſt cor.225.a
Seir mons in terra Edom.231.b
Seir idem eſt quod piloſus.ibid.311.b
Seir mons Idumææ.312.b
Sem filij & ſucceſſores.247.b.cum ſeq.
Sempiterni in literis diuinis quid ſignificet.156.b. 242.a
Sennacherib interitus.276.a
Senarius numerus pertinet ad mundi creationem. 366.b
Senario numero ſignificantur creaturæ.359.b
Senex debet præſtare conſilio.81.a
Senex grauius peccat quàm iuuenis.129.b
Senectutis apex eſt conſilium.81.b
Senſus ſunt portæ intellectus.358.b
Septenarius numerus familiaris Hebræis.338.b
Septenarius numerus quid ſignificet.87.b
Septenarij numeri myſteria.338.b
Septenarius numerus multitudinem ſignificat. 87.b
Septem ſapientes Græciæ iniuſto titulo hoc nomen poſſederunt.42.a
Septuaginta & duo fuerunt diſcipuli Chriſti.91.b
Septuaginta duo quare fuerint diſcipuli. Domini. 91.b
Sepulchrum Chriſti eſt arca teſtamenti.69.a
Sepeliri dicitur colligi & congregari.263.a
Sequi Chriſtum debemus.22.a
Sequi Chriſtum quid ſit.22.b
Sequi Chriſtum felicitas eſt.121.b
Sarcaſmus figura.78.a
Serpens quem extulit Moyſes Chriſtum adumbrabat, ideo æneus erat.15.a
Serpens eſt ſymbolum prudentiæ.309.a
Serpens æneus figura crucis Chriſti.167.a.357.b
Serpentium nomine intelliguntur impij.134.a
Serpens Moyſi cur fuit æneus. 15.a
Setubal ciuitas condita à Tubal.147.b
Setubal ciuitas Luſitaniæ antiquiſſima vincta muro laſpideo admirabili.ibid.
Seruire Deo regnare eſt.74.a
Seruitus Babylonica eſt impietas.109.b
Seruitus miſerrima eſt ſeruire peccatis.331.b
Seruire Deo ſimul & mundo nemo poteſt.323.
Si, particula ponitur pro non.229.b
Sidon vrbs Phœniciæ.145.b.158.a
Siene vrbs vbi ſit ſita.264.a

Signati

Signati Chriſto ſalutem conſequúntur. 91. a. b. cam ſeq.
Signati litera thau qnare vitam habeant cum ſequentibus ibid
Signum doloris & luctus olim erat caput nudare. 125.b
Signum quid ſignificet.412.a
Signa doloris quæ erant olim.249.a
Silari fluuij natura.35.b
Siloe ſacramentum confeſſionis figurabat.370.b
Siloe quid ſignificat.ibid.
Simandri regis ſepulchrum.303.a
Sion dicitur mons altus.191.a
Sionis nomine intelligitur eccleſia.ibid.
Smaragdus inſignis gemma quid ſignificet.26.b
Smaragdus eſt anima noſtra.107.b
Socrates duas eſſe vias animarum aſſeruit.127.a.b
Socratis encomium.247.a
Socrates ſapientiam non ſeparabat à virtute. 292.b
Sol,lux,& ſplendor gloriæ eſt Chriſtus.266.a
Solis & Lunæ & cœli obſcuritas quid ſignificet. 286.b
Solis nomine intelligitur princeps eccleſiaſticus. ibidem.
Sol obediuit Ioſue,auaritia non.155.a
Sol quem ſignum tenuit in mundi creatione.2.b
Solonis dictum de præmio & pœna.252.a
Solonis apophthegma.282.cum ſeq.
Solitudo vtilis.51.a
Soluere calciamenta de pedibus eſt mortiferas labes deponere.14.b
Sophim ſignificat ſpeculatores.292.a
Spatium ſeptuaginta annorum dicitur æternum. 240.b
Spes in Deo figenda.297.a.b
Speculum cogitationis noſtræ.32.a
Speculatoris & concionatoris officium. 48.b.205. b.293.b.cum ſeq.
Specus Dalmatiæ admirabilis.203.a
Spicas cur Deus præcepit igne torreri.18.b
Spiritus appellatur ab Heſiodo amor.5.a
Spiritus ſanctus apparuit in ſpecie columbæ & ignis.100.a
Spiritus ſanctus in ſuis operationibus liber eſt. 330.b
Spiritus ſancti operationes.330.a.b
Spiritus ſanctus dicitur fluuius.317.a
Spiritus quid ſignificet.337.b.cum ſeq.
Sphinges quare in templis gentilium pingerentur. 392.a
Spolia fortium quæ ſunt.341.b
Spontaneum holocauſtum quid ſit.427.a
Stare ſuper pedes quid ſit.33.a
Stare in gladiis quid ſit.299.b
Stare iuſta quæ ſit.420.a
Statio quid ſit.244.a
Statuæ Dedali fugiebant, niſi conſtringerentur. 7.b
Statua ſalis vxoris Loth quid ſignificet.16.a
Statua ſalis permanſit vſque ad eccleſiæ tempus. ibidem.
Statua vxoris Loth cur ex ſale fuit.ibid.
Statuæ Nabuchodonoſoris interpretatio.96.a
Statuæ accipiuntur pro trophæis.238.b
Statuæ ſignificationes.cum ſeq.ibid.
Statuæ cur ponerentur olim.ibid.
Statua Titi Liuij quare claudebat os.283.a
Stellarum nomine intelliguntur monachi.286.b
Stater quid ſit.59.a
Stillare,ſiue pluere idem eſt quod docere.192.b
Stoici conſtituerunt duo principia hilem & Deum. 5.a
Stoicorum opinio de inſenſibilitate reprehenditur.225.b
Stuprum filiarum Loth.231.b
Subditi regem imitantur.200.b.201.a
Subtilitas nimia vituperatur.98.a
Summi pontificis titulus.295.b
Summi pontifices ſunt ſucceſſores Petri.316.b
Summus pontifex eſt caput eccleſiæ.387.a
Summus pontifex habet claues regni cœlorum. 386.b
Summi pontificis authoritas.413.b
Superbus deſcribitur.150.b.226.b
Superbia eſt centrum iniquitatis.150.b
Superbia deteſtabilis.165.a.211.a
Superbiæ & humilitatis diſcrimen.204.b
Superbia eſt pernicioſa.251.b.390.b
Superbia Luciferi.226.b
Superbiæ officium.251.b.cum ſeq.
Superbia regis Tyri.252.a
Superbi ſunt inſipientes.258.a
Superbia abcæcat.257.b
Superbia eſt initium omnis peccati.150.b.369.a
Superbis reſiſtit Deus, humilibus autem dat gratiam.8.b.180.a
Super humerale copulari rationali quid ſit.48.b
Supplicium noſtrum quomodo velit Deus.172.b
Suſanna mirabiliter liberatur.223.b
Synagoga repudiata eſt.396.a
Synagogæ abiectio.ibid.
Synagoga eſt Agar errans in ſolitudine. 146.a. 300.a
Synagogæ & eccleſiæ differentia.166.a
Synagoga antiqua dicitur populus honorificatus. 177.b.cum ſequentibus.
Synecdoche figura.143.b
Syria ſonat elationem.226.b

T

TAbernaculum Moyſi quid figurabat.376.b
Tabernaculi deſcriptio.376.b
Tabernaculum figura fuit eccleſiæ.398.b
Tabula Auguſti Cæſaris.282.a
Tacere ad Deum quid ſit.352.b
Tamorlani crudelitas.287.a
Tamorianus appellabat ſe iram Dei.ibid.
Tamoreani victoriæ.ibid.
Tertatorum pœnæ.281.a
Tau litera quid ſignificabat.91.a.cum ſeq.
Tau mortem ſignificat.92.b
Temman regio eſt in terra Gebalitica.440.a
Temperantia laudatur.209.b
Templum concordiæ in monte Palatino.111.a
Templum pacis in via ſacra.111.a
Templum appellabatur ſanctuarium,& gloria imperij Iudæorum.226.cum ſeq.
Templum Ezechielis admirabile.354.a

Templum

Templum Ezechielis diuerſum à templo Salomonis,& à ſecundo templo.ibid.
Templi Salomonis ſtructura.84.b.cum ſeq.
Templi deſcriptio.362.a.b.cum ſeq.
Templum Salomonis figura eccleſiæ.376.b. cum ſequentibus.
Templum Dei dicitur vir iuſtus,& ſanctuarium. 67.b
Templi inæqualitas quid ſignificat.377.b
Templum fuit domus orationis.380.b
Templum perpetuitatis ruit in Chriſti natiuitate. 408.b
Templum dicebatur Libanus.160.a
Tempus quid ſit.1.b.2.a
Tempus impij non habent.1.b
Tempus quomodo numeretur.2.a
Tentationes diaboli.3.b
Tentationes ſunt machinæ & munitiones inferni. 3.b
Tentationes Chriſti.93.a
Tentatio duplex.332.a
Tentauit Heuam diabolus per gulam.151.a
Tentatio vtilis.56.a.b
Ternarius eſt primus numerus.47.b
Terræ vmbilicus eſt periphraſis Iudææ.342.a
Terræ parua quantitas.48.b
Terra eſt punctum,& centrum mundi.53.b
Terra viuentium quæ eſt.54.b.240.b
Terræ bona dat nobis Deus, cùm ei ſeruimus. 69.a
Terra eſt villica Dei.66.a
Terra non eſt patria,ſed exilium.76.b
Terræ nomine cœlum intelligitur.123.b
Terra promiſſionis nunquam tota fuit poſſeſſa à filiis Iſraëlis.184.b
Terra viuentium dicitur Iudæa.241.a
Terra viuentium quid ſignificet.289.a
Terra promiſſionis dicitur terra Dei.342.b.cum ſequentibus.
Terra eſt mater noſtra.353.a
Terrena cum cœleſtibus fuerunt coniuncta in Chriſti incarnatione.12.a
Terreni homines.76.b
Terræ nomine intelligitur Iudæa.277.a
Teſtamentum nouum fuit in vetere promiſſum. 312.b
Teſtamenti noui & veteris differentia. 43.b. 274.a
Teſtamenti noui præſtantia.43.b.150.a
Teſtamentum nouum abrogauit vetus.146.a. cum ſequentibus.
Teſtamentum nouum fuit confirmatum ſanguine Chriſti.147.a
Teſtamentum nouum fuit incluſum in vetere. 266.a.b
Teſtamentorum natura.157.a
Teſtamentum nouum eſt pactum ſempiternum. ibid.
Teucria hodie dicitur Turcia.247.b
Thaphni ciuitas Ægypti.272.a
Tharſis in diuinis literis quid ſignificet.28.a
Tharſis variæ ſignificationes.ibid.
Theſaurus verarum opum in cœlis eſt.153.a
Theſaurus diuitis cum liene comparatur.79.b
Theſaurum diuitiarum facere debemus in cœlo. 153.a
Theſaurus meritorum Chriſti & ſanctorum eſt in eccleſia.386.b.387.a
Thimantis pictoris conſideratio.400.b
Thubal eſt Hiſpania.247.a.290.a
Thubal inſtruxit Hiſpanos.247.b
Thubal primus Hiſpanorum rex.ibid.
Thubal prima Hiſpaniæ ciuitas.ibid.
Thobiæ cæcitatis allegoria.135.b
Tigris fluuius.214.b
Timor bonus eſt.361.b.cum ſeq.
Timor eſt ſeta introducens linum amoris.362.a
Timor dicitur porta.361.b
Titus & Veſpaſianus poſuerunt vaſa templi Salomonis in templo pacis.111.a
Traiani dictum.94.b
Transfiguratio Chriſti.378.b
Tranquillitas animæ.258.b
Tranquillitas mentis qualis eſſe debet.225.a.b
Tranquillitas perpetua non eſt in mundi rebus. 201.b
Tribulatio vtilis.4.a.6.a
Tribulationis commodum.194.b
Tributa regibus debentur.419.a
Triginta milia deorum colebant Gentiles.253.a
Trinitatis myſterium eluxit in mundi conſtitutione.5.a
Trinitas fuit ab Ezechiele perſpecta. 24. b. cum ſequentibus.
Trinitatis ſanctæ myſterium.307.b.301.b
Triſmegiſti laus.333.a
Triumphus Chriſti in ingreſſu Hieroſolymæ.116.b
Troia ita denominata à Troo.247.b
Troia quædam euerſa in Luſitania iuxta Setubalum.247.b
Tubæ ſignificant preces & orationes.3.b
Tubæ ductiles Moyſi conciones ſignificabant. 141.a
Turci quare nos vincunt? 75.b.341.b
Turci ſunt ex Scythia.318.b
Turcorum interitus.341.b
Turrium & murorum nomine quid intelligatur. 217.a
Tyranni ſunt membra Antichriſti.341.a
Tyranni ſignificantur per aquilam & halletum. 166.a
Tyrannus comparatur cum leone.284.b
Tyranni vocantur venatores.290.b
Tyrus metropolis Fœniciæ.236.a
Tyrus vocabatur quondam Sarra.ibid.
Tyrus deſcribitur.ibid.
Tyrus fuit ad Chriſti fidem conuerſa.237.b
Tyri euerſio.238.b.241.a
Tyrus fuit bis euerſa.241.a
Tyrus colonia Sidonis,& Carthago.236.a
Tyri.258.a

V

Valentis imperatoris excidium.280.a
Vanitas vituperatur.159.b.cum ſeq.
Vani homines ſimiles ſunt conchiliis.251.b
Varietas mundi.268.b.269.a
Vas quid ſignificet in diuinis literis.90.a
Vaſis ſignificata.119.b.cum ſeq.

Vas multa ſignificat.119.b
Vaticinium triſte & criminatorium appellatur onus.117.a
Venatores vocantur tyranni.290.b
Venator non accipitur in bonam partem.ibid.
Venatorum nomine quid ſignificetur.222.a
Ventus, turbo & procella ſignificant calamitates.8.b
Ventus eſt proſperitas mundi.242.b.cum ſequentibus.
Verbum domini capitur pro prophetia.6.a
Verbum dei Chriſtus eſt.29.b
Verbum dei appellatur dei filius etiam ab antiquis Gentilibus.29.b
Verbum dei eſt opifex mundi.ibid.
Verbum dei dicitur gladius.29.a.271.b
Verba dei ſunt dulciſſimæ dapes.42.b
Verborum dei vis & excellentia.ibid.
Verbum dei fauus Samſonis.ibid.
Verba dei ſunt mirabiles reliquiæ.43.a
Verbi dei meditatio.43.b
Verbum dei habere debemus in corde & in manibus.45.b.46.a
Verba dei ſunt arma, quibus debemus dæmones ſuperare.46.a.cum ſeq.
Verbum ſignificat quamcunque rem.112.b
Verbum dei quomodo nominetur.329.b
Verbi dei vis admirabilis.422.a.329.b
Verbum dei quid ſignificet.329.b
Verbum dei dicitur buccina.296.a
Veritas ad voluntatem aliquando refertur.176.b
Veritatem facere eſt candide operari.176.a
Veritas diligenda eſt.303.a
Veritas duplex eſt.176.b
Veritas quid ſit.186.b
Veſtes Aaronis.97.a.105.a
Via vitæ arcta eſt, mortis lata. 160. a. cum ſequentibus.389.b
Via accipitur pro viuendi ratione.321.a
Via vna ad beatitudinem.372.b
Viæ multæ ad beatitudinem. 372. b. cum ſequen.
Videre viſiones dei hebraiſmus eſt.6.a
Videre accipitur pro delectari.129.b
Vigilare debemus.21.a
Vigilare eſt proprium præſulis.49.b
Vigilantia paſtoris deſcribitur.49.a.b
Villæ & oppida dicuntur filiæ.237.b. cum ſequentibus.
Villa empta quid ſignificet. 385. b. cum ſequentibus.
Villicus iniquus quare laudetur.170.a
Villicus & diſpenſator eſt homo ſuorum bonorum.79.b
Vinea appellata eſt domus Iſraëlis.137.a
Vincens vitia vinci non poteſt.3.b
Vindicta & vltio prohibetur. 233. a. cum ſequentibus.
Vindicta prohibetur.non autem defenſio.233.a
Vipera hypocritam ſignificat.121.b
Vir iuſtus comparatur adamanti.4.a
Vir iuſtus in manu dei eſt.45.b
Viros pios affligere impium eſt.128.a
Viri iuſti margaritis comparantur. 104. b. cum ſequentibus.
Vir pius aqua dicitur.285.b
Virga furoris Dei dicitur Sennacherib.195.b
Virga Aaronis eſt crux Chriſti.403.a
Virgæ acceptiones & ſignificata. 77.a. 263.b. 264.a
Virginitas Mariæ oſtenditur. 407. a. cum ſeq.
Virtus eſt mons excelſus.16.a
Virtutes ſibi mutuò cohærent.17.b
Virtus potens eſt.36.a
Virtutis vis & poteſtas.38.a
Virtus eſt cibus animæ.88.a
Virtus comparatur lauro.162.a
Virtutes intelliguntur per aromaticos pulueres.166.b
Virtus ſolida debet eſſe.207.b
Virtus eximia quæ.225.b
Virtus abſque charitate non eſt perfecta.240. a. 265.b
Virtus quæ dicitur perfecta.265.b
Virtus eſt ordo amoris.ibid.
Virtus ſplendet.270.b
Virtute muniti ſplendorem habent & magnitudinem.270.b
Virtute nihil ſublimius.ibid.
Virtus cum nobilitate coniuncta.295.b
Virtus perfecta eſſe non poteſt ſine fide.336.b
Virtus eſt excelſa.346.b
Virtus vera quæ ſit.346.b.cum ſeq.
Virtutem prædicare non ſat eſt, ſed opus eſt eam habere.393.a.cum ſeq.
Virtute præditi calamitatibus premuntur.3.b
Virtutis laus in actione conſiſtit.15.a
Virtus laudata creſcit.428.b
Virtutum cardinalium definitiones.11.b
Virtus magnas habet contradictiones.230.b
Videns dicitur propheta.2.a.202.a
Viſio appellatur prophetia.2.a
Viſio ſine diſtantia eſſe non poteſt.118.a
Viſitatio in diuinis literis quid ſignificet.89.b
Viſitare aliquem eſt cum punire.75.b.340.a
Viſitare quid ſignificet.89.b
Vita actiua & contemplatiua.15.b.400.b
Vita chriſtiana comparatur cum funambulo.21.a
Vitæ ſolitariæ laus.5 .a
Vita noſtra eſt peregrinatio.76.b
Vita noſtra deambulatio eſt.108.b
Vita triplex eſt.128.a
Vita humana ludo pilæ ſimilis eſt.135.a
Vita eſt quæda rota viua laboris.228.a
Vita promiſſa in lege eſt vita æterna.185.a
Vita noſtra ſcala eſt.285.b
Vita promiſſa in lege ſit ne corporis, an animæ. 298.b
Vita iuſtorum breuis, ſed gloria longa.243.a
Vita noſtra militia eſt.264.a.369.b.380.a
Vita æterna quare merces appellatur.328.b
Vita noſtra fluuius eſt.332.a
Vita hominis plena eſt laboribus.369.b
Vittæ ſeu mitræ nomine quid ſignificetur.412.b
Vitio nihil vilius.270.b
Vitia appellantur beſtiæ.309.a
Vitulus immolatus in lege fuit Chriſti figura. 404.b
Vitulus debet eſſe vnuſquiſque.405.a
Vituli & hirci nomine quid ſignificetur.405.b
Vitulus pro peccato immolatus Chriſti imaginem

gere

gerebat.422.a.cum ſeq.
Viuere incipiunt peccatores, cum ſe ad pœnitentiam conuertunt.2.a
Viuere per ſe ſolus Deus dicitur.150.a
Viuere dicuntur iuſti, mori impij.241.a
Viuere per ſe eſt ſolius Dei.150.a
Viuo ego, mos eſt iurandi Dei.ibid.
Viuus non dicitur homo cum Deo comparatus. 150.a
Vlyſſes quare non fuerit mutatus in beſtiam.66.b
Vltio diuina fulmini comparatur.8.b
Vltima ætas quæ ſit.227.b
Vltimum iudicium deſcribitur.286.b
Vltrà non ſemper deſignat perpetuitatem. 64.b. cum ſeq.
Vltrà quid ſignificet.238.q.242.a
Vnctus Meſſias & Chriſtus idem.259.b
Vnctio cineris in capite die cineris quid ſit.92.b
Vnitas eſt quædam Dei imago.73.a
Vnio verbi facta fuit in perſona.308.b
Vnum vnit, multa diſtrahunt.73.a
Vnus idem quod primus.261.a
Vocatio apoſtolorum mirabilis.262.b
Vocatio gentium,51.a.201.b
Volucrum nomine quid ſignificetur.347.a
Voluntas antecedens & conſequens in Deo. 357.b
Voluntas Dei duplex eſt.224.b
Voluntas Dei quomodo impletur.ibid.
Voluntatem noſtram potiuſquàm opes reſpicit Deus.269.b.cum ſeq.
Voluntas propria eſt catena.296.b
Voluptas eſt eſca malorum.300.a
Vrbs præcipua dicebatur mater, oppida verò filiæ. 385.cum ſeq.
Vrias ferens literas vt occideretur, ſynagogæ imaginem gerebat.392.a.b
Vrſi Eliſæi ſunt Titus & Veſpaſianus.71.a
Vſura prohibetur.170.a.cum ſeq.
Vſura ſimilis aſpidi.ibid.
Vt, particula aliquando non eſt cauſalis, ſed conſecutiua.206.a
Vtilitas communis præponenda eſt propriæ.303.b
Vtilitas non ſeiungitur ab honeſtate. 411. a. cum ſequentibus.
Vulpes hypocritam ſignificat.121.b
Vulpes vafrum hominem ſignificat.ibid.
Vulcani inſidiæ.252.b
Vxor diligenda eſt.225.a
Vxorem dimittere in lege permittebatur.238.a

Z

ZElus pro ira aliquando accipitur.216.a
Zelus pro amore aliquando capitur. 216. b. cum ſeq.
Zodiacus quid ſignificet.393.a
Zona ſaphirina quid ſignificet. 97. a.cum ſequentibus.

F I N I S.

ELENCHVS IN EVANGELIA, QVÆ DOMINICIS DIEBVS ET in feſtiuitatibus Sanctorum in eccleſia Dei per anni circulum decantari ſolent, ex commentariis *F. HECTORIS PINTI* Hieronymiani in Ezechielem Prophetam, excerptus & ſtudioſè digeſtus.

Dominica Prima Aduentus.

DE duplici Chriſti Aduentu, ſcilicet, in carne & ad iudicium diſſerit in pag. 99. col. 1. in med. columnæ, in verbo, Effunde. ¶ Videtur extrema dies iudicij appropinquare, iuxta illud quod ſaluator ait in euãgelio, Cũ venerit filius hominis, putaſne q inueniet fidẽ in terra? pa. 162. co. 1. in med. Nunquid de Antichriſti ortu, moribus, perſecutione, & ſepultura. pag. 339. col. 1. in fin. Et quia præcipuus. Vſque in finem capitis, & in toto capitulo ſequenti, ſcilicet, 39. de ſignis præcedentibus diem iudicij. pag. 386. collumn. 2. in prin. Soler diuina. De iuſto iudice Chriſto qui vnicuique retribuet iuxta exigentiam meritorum. pa. 560. collumn. 1. in med. Vult ſignificare. ¶ De pœna damnatorum, & tremenda illa die. pag. 8. collumn. 2. in med. Et ignis inuoluens. Quomodo autem tunc aperientur libri iuxta illud Danielis cap. 7. Libri aperti ſunt, & antiquus dierum ſedit. pag. 40. collumn. 1. in med. In quadam pag. lege columnam ſequen. vſque ad contex. vide etiam de hoc vltimo iudicio. pag. 94. col. 2. in prin. Iniquitas domus. & pag. 123. col. 1. in prin. In die Domini. & pag. 280. col. 2. ſub med. & conſolata. Denique & pag. 431. col. 2. ante med. Hoc erit. Non proderunt tunc ſanctorum ſuffragia, ſed vnicuique opitulabitur ſua conſcientia. lege de hac re. pag. 134. col. 2. in med. Vel ſi gladium. Quomodo iuſti lætabuntur cùm viderint vindictam impiorum. pag. 195. col. 1. in med. Pro eo.

Dominica Secunda Aduentus, Cum audiſſet Ioannes in vinculis, &c.

DVo hic obſeruanda ſunt, primum quod Ioannes erat in vinculis, ſecundũ quod in carcere audiuit Chriſti opera. De primo perpende quod licet Ioannes eſſet in vinculis coniectus, liber erat, Herodes verò vinculis peccatorũ aſtrictus. Ioannes non timebat Herodem, Herodes autem (vt Marcus ait cap. 6.) timebat Ioannem. pa. 3. colu. 1. propè med. Cum eſſem. lege totã col. ſequentem. & pag. 3. colum. 2. circa finem. Cre- do tamen. ¶ Odit mundus veritatem. pag. 132. col. 2. in prin. & Propheta. & pag. 268. col 2. circa prin. Niſi Ionas. & pag. 294. col. 1. in fin. Væ concionatori. & pag. 428. col. 2. iuxta fin. In toto hoc. ¶ Non ideo dimittenda eſt veritas aut occultanda. pag. 122. col. 1. in fine. Non aſcendiſtis. ¶ Secundò à quibus audiuit Ioannes opera Chriſti? A diſcipulis dicentibus: Rabbi qui erat tecum trans Iordanem cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Ioan. 3. Hoc (vt Beda annotat) liuore inuidiæ narrauerunt Ioanni. Diſcipuli Ioannis ſimul cum Phariſæis, inuidia inſtimulante, operã Chriſti calumniabantur, vt Lucas teſtatur. Lucæ 5. de inuidia vide pa. 180. col. 2. in fin. Appellat. & pag. 229. col. 1 poſt med. Imprimis contra Ammonitas. & pag 230. col. 1. in prin. & ſuper terram. lege totum fol. & pag. 278. col. 1. in fin. AEmulata. & pag. 286. col. 1. ante med. Vt cantharides. ¶ Aduerte ſuper illud quod Chriſtus reſpondit. Cæci vident, claudi ambulant, &c. Quid in his poterant diſcipuli Ioannis cognoſcere Ieſum eſſe Chriſtum: Ex operibus enim cognoſcitur homo, vnde ſaluator Iudæis diſceptantibus de eo dixit. Opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. Io. 10. de neceſſitate tamen bonorum operum, vt Paul. aſſerit Timo. 1. vide pa. 61. co. 2. ſub med. Quemadmodum. & pag. 84. col. 1. poſt med. Aduerte. Obſerua autem quod hoc miraculum quotidie operatur Chriſtus ſpiritualiter, illuminando cæcos peccatores. Cæci erant illi non viſu corporeo, ſed ſpirituali. de quibus ſaluator ait, Sinite illos quia cæci ſunt, & duces cæcorum. Math. 12. hos cæcos ſæpe illuminat Chriſtus. pagi. 86. col. 2. prope prin. dicunt enim. ¶ In eo autem quod ait de Ioanne ſcilicet, arundinem

vanto agitatam, laudat Chriſtus Ioannis conſtã-tiam. De qua vide pag. 5. col. 2. in fine. Eſt enim. & pa. 136. col. 1. in princ. Deus meus pone. & pag. 333. col. 2. in prin. Pollicetur. & pa. 363. col. 2. ſub med. Nam corpus.

Dominica tertia aduentus. Miſerunt Iudæi ad Ioannem.

INterrogauerunt Ioannem, Tu quis es? Hoc etiam vnicuique noſtrum poteſt interrogari de cognitione ſui ipſius, l. pa. 16. col. 2. poſt med. Hęc eſt magna. lege duas columnas ſequentes. Vide etiam de eadem re. pag. 182. colum. 1. in prin. Quaſi viuca. ¶ Reſpõdit Ioannes, Non ſum ego Chriſtus, quia mundi gloriam contempſit. Ioannes magnam gloriã cõſecutus eſt, cùm fuerit a Chriſto mirifice laudatus. Qui quęrit mundi gloriam, ipſam non inuenit, Qui verò contemnit, adipiſcitur illam, De hac re iam diſſerit pagin. 69. colum. 2. in prin. Vrbes deſertæ. ¶ Parate viam Domini. pagina. 75. columna 1. in fin. Et iudicabo. & pag. 108. colu. 1. in fine. Facite vos. ¶ Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Sic præſul & quicunque eſt in dignitate conſtitutus, in medio ſuorum debet eſſe, omnibus conſulens, & æqualitatem ſeruando. pag. 4. colu. 2. prope med. Illud eſt præterea. & pagin. 420. col. 1. in med. Statera. & pag. 63. colum. 1. ante med. In medio Gentiũ. & pagin. 115. col. 1. in prin. Ezechiel enim. Habeat in manu menſuras. pa. 357. col. 2. prope med. Apparet Chriſtus. & pagina 360. col. 1. in med. vult ſignificare.

Dominica Quarta aduentus. Anno quintodecimo imperij, &c.

IOãnes omni virtute & eruditione excultus, anno ætatis trigeſimo, exiit vt verbum Dei prædicet. Hac ætate Ioſeph ſtetit coram Pharaone, & Ragni gubernacula tenuit, ſimiliter Dauid regnare cœpit, & Ezechiel accepit munus prophetandi. At nunc impuberes & illiterati, &c. pagin. 294. columna 2. ſub medio. Imprimis autem. Pręnon propria authoritate ſe ingerit, ſed mittitur a Deo. Factum eſt enim verbũ Domini ſuper Ioannem. pagina. 34. col. 2. in medio. Mitto ego te. Denique in deſerto factis orationibus & meditationibus inſiſtens, prius didicit quę poſteà alios docuit. pagin. 38. col. 1. in fin. Et comede. ¶ Pręmdicans baptiſmum pœnitentiæ. Prædicabat Ioannes dicens. Genimina viperarum, quis, &c. Quomodo impij & homines nepharij ſimilẽtur viperis, ſcorpionibus, & alijs feris & portentis vide pagina. 310. col 2. in fine Vos autem. & pag. 343. col. 2. in med. poteris per piſces. & pag. 379. col. 2. propè fin. Talis eſt. De pœnitentia autem, per quam deturbata peccatoris imago reformatur, vide pagi. 71. col. 2. poſt med. & diſplicebunt. & pag. 111. col. 2. in med. & ſpiritum. & pag. 172. col. 1. poſt princip. Omniũ iniquitatũ & 191. col. 2. ante med. Diſplicebitis. & pagina. 298. col. 1. in med. Et egetit. ¶ Vox clamantis in deſerto. Hebraiſmus eſt, ac ſi diceret, vox clamans, ſicut & alibi ſcriptura, virga ęquitatis, hoc eſt virga ęqua. Vas electionis, id eſt, vas electum. Filius perditionis, id eſt, filius perditus. Præ. Ioannes ipſe totus erat vox, veſtis, cibus lectulus, facies, & quicquid erat in Ioãne clamabat. Pœnitẽtiam agite. Non ſic multi, de quibus pagina 183. columu. 2. poſt princ. Huiuſmodi. ¶ Parate viam Domini. De hoc iam diximus in dominica præcedenti, quæ eſt tertia Aduentus. Omnis mons & collis humiliabitur. Homines intelligit per montes & colles. pagin. 306. columm. 1. ante medium. Appellari. & pagin. 346. colum. 2. in prin. Aſcendere.

Vigilia Natiuitatis.

PAriet quidem filium, vel ſub themate, orietur ſol iuſtitiæ vobis timentibus nomẽ ſuum. Mala. 4. lege paginam. 106. col. 2. in prin. Ad portam. Nihil aliud reperi.

In Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti.

DE hac Chriſti redemptoris noſtri ſacratiſſima Natiuitate agitur pagin. 25. colum. 2. ſub principio. Chyſoſtomus. & etiam pagina. 95. colu. 2. in principio. Et ecce vir. Quomodo autem natus ſit Chriſtus in tempore pacis. pagina. 64. columna 2. in fin. Et Eſaias. & pagina. 101. columna 1. ante med. at aſpectus. Sed nunc de Euangelijs pauca diſſeramus.

¶ Exiit edictum à Cæſare Auguſto quia ſuperbus & auarus erat, Octauianus hoc mandatum promulgari & obſeruari in toto orbe præcepit. De principibus & eorum legibus, vide pag. 209. col 1. propè med. Principes eius. & pag. 405. col. 1. ante med. De regibus. Obſerua quod Dauid hoc peccatum fecerat cum populum numerare iuſſit vt habetur. 2. Reg. 24. propter quod grauiter fuit punitus à Deo. Cæſar vero nihil mali paſſus eſt. Cur? Nempe quia vt ſcriptura ait, Deus quos diligit corrigit & flagellat omnem filium quem recipit. Ethnicum illum Auguſtum reliquit impunitum in hac vita, vt in gehennam luat pœnas vſque in ſempiternum, flagellat verò Dauidem, ne poſteà inueniat quod puniat in eo, vnde in cap. 6. ſecundi lib. Machabæorum ſunt hæc verba litteris mãdata. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium: nõ enim ſicut in alijs nationibus. Dominus patienter expectat, vt eas, cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, &c. Lege Origenem homilia 14. in Leuiticum ſuper illud Leuit. 24. Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum, poſt medium homiliæ. & vide hic pagin. 58. colum. 1. iuxta finem. ne ſuccenſeas. & pag. 149. col. 1. poſt prin. et requieſcet. & pagina. 304 colum. 2. in prin. at ſi enim. ¶ Sequitur in contex. Hæc deſcriptio prima facta eſt a Præſide Syriæ Cirino. Sequitur populus exempla maiorum, ſicut Cirinus Cęſarem. pagina 166. columm. 1. in fine. Et qui in. & pagina. 200. colum. 2. poſt. medium. Qualis. & pag. 252. colu. 1. in prin. Quales enim. &. pag. 104. col. 2 propè med. Cum eleuatis.

¶ Sequitur, Gloria in excelſis Deo. Non eſt quærẽda mũdi gloria, ſed Dei. pa. 232. col. 1. ſub medio. Scelerati. Duo ſibi retinuit Deus, ſcilicet, Gloriá & vltionẽ. De primo ait. Gloriá meam altari non dabo. Eſai. 42. De ſecũdo ait. Mihi vindictá, & ego retribuá. Deut. 32. & ad Ro. 12. Sic feciſſe Ioab cõ-

memorat

memorat ſcriptura 2. Reg. 12. cùm obſideret vrbem Rabbath, noluit eam ſubuertere donec veniret Dauid, ne nomine ſuo aſcriberetur victoria. Caue ne & tu qui ſtipendiis Dei militas aſcribas victoriam nomini tuo. Eſto fidelis ſicut Ioab, & da gloriam Deo, vide de his pag. 252. col. 1. in fine. Et dixiſti. ¶ Sequitur. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. De bono pacis & de malo diſcordiæ pag. 110. col. 2 poſt med. Multitudinis credentium. & pag. 143. col. 2. ante fin. Et calciaui te. & pagi. 335. col. 2. in fin. Percutiam. & pagi. 507. colu. 2. poſt medium. Eodem modo. Paſtores venerunt feſtinantes. Expende quòd iſti paſtores non ſegniter quæſierunt Chriſtum ſed feruenter & deuotè. Sic beata Virgo cum feſtinatione aſcendit montana, ſic Zachæus feſtinans deſcendit vt Chriſtum exciperet, ſic Abraham feſtinauit ad Sarram & cucurrit ad armentum, Sarra accelerans commiſcuit tria ſata farinæ, puer verò feſtinauit & coxit vitulum, vt peregrinos hoſpitio exciperent. Gen. 18. lege pag. 18. col. 2. poſt princ. Vbi erat impetus. & pagin. 329. columm. 2. ante med. erant autem. Nos verò oſſa arida ſumus & ſicca abſque humore deuotionis & feruoris, vt illa oſſa Ezechielis de quibus loquitur hic in pagin. 329. In principio erat verbum. pagin. 326. colum. 2. ad fin. Acſi diceret, Mundus per ipſum factus eſt. Viri ſapientes tres mundos eſſe dixerunt. pagi. 376. colum. 1. in medio. Et introduxit.

Dominica infra octa. Natiuitatis, Erat Ioſeph & Maria, &c.

CONtriſtabatur virgo, eò quòd dixerat ei Simeon, tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit, ſed exultat eò quòd Anna Domino confitetur. pagin. 109. colum. 1. in med. Fratres tui. Adde illud pſalmi. 88. Viſitabo in verberibus iniquitates eorum. ſed ſubdit ſtatim, Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo. Solet enim Deus læta triſtibus miſcere, & conſolari illos quos calamitatibus caſtigauerat. Sic Adę poſtquam dixit, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, adiecit, Donec reuertaris in terram, &c. Et cùm eiiceret parentes noſtros ex paradiſo, fecit eis tunicas quibus à frigore & æſtu ſe protegerent. Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit. Vide pag. 264. colum. 1. poſt princ. Ecce ego in ſignum cui contradicentur. Pag. 92. col. 1. poſt prin. Ipſe eſt. pag. 99. colum. 1. circa finem. id prædixerat.

In Circuncіſione Domini noſtri Ieſu Chriſti.

POtuit Chriſtus dicere in ſua circunciſione illud pſalmi, Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Hoc eſt ſine cauſa pœnam peccato debitam ſuſtineo, quia careo culpa, quæ eſt peccati ſubſtantia. Intrauerunt vſque ad animam meam aquæ, ideſt, dolores, vt hic explanatur in pag. 299. colum 1. in prin. & adduxero. lege etiam totam pagi. ſeq. ¶ De circunciſione ſpirituali noſtra. pag. 254. col. 2. poſt med. Incircunciſos. lege pagin. ſequentem.

In vigilia Epiphaniæ.

POteſt vna authoritas ſcripturæ duos & etiam plures habere ſenſus literales. Sic hæc authoritas Oſeæ. 11. Ex Ægypto vocaui filium meum, Intelligitur de populo Iſraelitico, vt narratur pag. 197. col. 1. ante med. Qui moues. Sed euangeliſta in Euangelio huius vigiliæ ad literam dicit intelligendam de Chriſto ſaluatore noſtro ac vero Meſſia

Epiphania Domini.

PRo introductione ſermonis Epiphaniæ, qualiter ſe Chriſtus oſtenderit Magis, vide pagi. 358. col. 1. ante fin. Ideo dena. ¶ De hac verò ſanctiſſima feſtiuitate lege. pagin. 28. colum. 1. circa prin. Vnde illud. & pag. 201. col. 2. poſt med. Iſſe v gentes. & pag. 364. colum. 1. in principio. Hoc intuens. ¶ In euangelium vbi ait Matth. Ecce Magi ab Oriente venerunt: Intellige à parte Orientali. Hæc eſt Meſopotamia, vbi Iacob olim peregrinatus fuerat, vt Abulenſis late probat in hunc locum Matthæi. de his vide pag. 234 colum. 2. in medio. Et ereſit. vocantur autem Magi, licet reges eſſent, quia viri ſapientes erant. pag. 245. col. 2. poſt med. Sapientes tui. lege duo folia ſequentia. debent enim Reges, principes, & prælati ſapiẽtia eſſe exculti. ¶ Super illud quod omnis Hieroſolyma turbata eſt cũ Herode. Vide quomodo populus ſequitur principũ mores, ſicut oues paſtorẽ Sicut oues Iacob pepererũt maculoſa & varia diuerſo colore reſperſa, quia ante oculos poſuerat virgas albas, & virides, ſic ſubditi opa cõcipiũt bona ſiue mala, iuxta exempla paſtorum. Gen. 30. Vnde Claudianus. Regis ad imperium facilè componitur orbis: Mobile mutatur vna cum principe vulgus. Lege de hac re pag. 166. colu. 1. in fine. Et qui in. & 200. col 1. circa med. Qualis. & pag. 335. col. 1. ante medium. Hunc regem. ¶ Et tu Betheleem terra Iudah, nequaquam minima es, &c. Exponitur hæc authóritas Michææ. pagi. 113. colum. 2. circa fin. aliquando.

Octaua Epiphaniæ.

DE excellentia baptiſmi. pagin. 7. colum. 1. in prin. Quid eſt homo. ¶ Super illud: Cœli aperti ſunt: Nota quid ſit cœlos aperiri pag. 5. col. 2. ſub med. Non diuiſione corporea.

Dominica infra octa. Epiphaniæ. De puero Ieſu perdito

PErditur Chriſtus in die Paſchę aſcendẽs Hieroſolymis ſecundum conſuetudinem diei feſti. Non perdidit beata virgo filium cum fugit in Ægyptum à facie Herodis, & perdidit illum in ſolennitate feſti. Non perditur Chriſtus in tribulatione, in qua ſæpe ſolet inueniri, perditur tamen in proſperitate, & mundi lætitia, Dauid multis calamitatibus agitatus Deum habuit protectorem, & vir ſanctus & Deo gratus fuit. Econtra Salomon pace, diuitiis, deliciis, & mundi fœlicitate ſuffultus, grauiſſimi doctores aſſerunt, reprobatum à Deo, & æternæ damnationi obnoxium. Alexander etiam Magnus, princeps omni virtute excultus, poſtquam totius Orientis obtinuit principatum, & tot gentes ſuo imperio ſubiugauit, elatus rebus ſecundis, crudelis, flagitioſus, & impius fuit, multiſque ſceleribus maculatus. De Alexandro lege pag. 241. colu. 1. poſt med. Talis fuit Alexander. Cauendum ergo eſt a mundi huius fœlicitate. ¶ Super illud quod Ieſus inuentus eſt in medio doctorum. Vide quæ litteris mandauimus in dominica tertia aduentus in illis verbis. Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. ¶ Super illud quod virgo dixit, Pa-

ter tuus & ego dolentes quærebamus te. Appellatur Ioſeph in ſcriptura pater Chriſti non quod pater ſuus eſſet, ſed quia exiſtimabatur. Sic dicitur quod ſtellæ de cœlo cadent, & Ieremias vocat Ananiam Propheiam, eum non eſſet Propheta, ſed quia populus credebat illum Prophetam. Ierem. 28. Multa ſimilia paſſim offendes in ſacris literis. lege pagin. 121. colum. 1. poſt med. Vaticinare:

Dominica Prima poſt octauam Epipha. Nuptiæ factæ ſunt in Cana, &c.

BEata virgo cum vinum in nuptiis deficeret, cucurrit ad Chriſtum, vt neceſſitati ſubueniret. Non ſic impius Ochozias qui in ſua infirmitate Belzebu quęſiuit. Similiter Saul Pythoniſſam conſuluit. 4. Reg. 1. & 1. Regum. 27. Iudas etiam Pœnitentia ductus, abijt ad Phariſeos. Dauid autem non homines nec mundum inuocauit, ſed Deum, dicens, Ad Dominum cum tribularer clamaui. Ionas etiam è ventre Ceti dixit, Clamaui de tribulatione mea ad Dominum & exaudiuit me Ioann. 2. De hac re vide pag 36. col. 1. poſt prin. Tam miſericos. & pagin. 81. colum. 1. ante medium. Quęrent viſionem. Et pagin. 6. col. 1. prope finem Tres viros. & pagin. 131. colum. 1. in fine. Et ſcietis. & pagi 231. colum. 1. poſt med: & ſcietis. & pagin. 270. colum. 2. in med. & ſcient quia, &c:

Dominica Secunda poſt octauam Epiphania, Deſcendente Ieſu de monte, &c.

DEſcendente Ieſu de monte, leproſus venit ad Chriſtum, alioquin non venturus ſtat ſententia. Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum. Ioan. 6. vnde egregius Pſaltes: Niſi dominus adiuuiſſet me, paulominus habitaſſet anima mea in inferno inferiori. Vide pagin. 328. colum. 1. iuxta med. Et merito. ¶ Super illud quod ait Euangeliſta, quod tetigit Ieſus leproſum. Vide de Chriſti tactu pagin 23. colum. 2. ante finem. Et licet. ¶ Oſtende te ſacerdoti. Miſit Chriſtus leproſum ad ſacerdotem, vt ſacerdotes honoraret. pag 419. collumn 1. ante med. Illud eſt hoc loco. Secundo miſit illum ad ſacerdotem ne obliuiſceretur accepto beneficio, ſed poſt corporis incolumitatem gratias redderet Deo, offerens munus. pag. 426. colu. 2. in fin. Non reuerteretur.

Dominica Tertia poſt octa. Epiphaniæ, de nauicula, & naufragio.

APoſtoli in tribulatione poſiti, Chriſtum inuocant. De hoc vide quæ in ſuperioribus diſſeruimus in dominica, 1. poſt octauam Epiphanię. ¶ Illi qui miraculum viderunt, dixerunt. Qualis eſt hic quia venti & mare obediunt ei? De inſenſibilium creaturarum obedientia, vide pagin. 68. colu. 2. ante med. Quærens alius propheta.

Dominica Quarta poſt octa. Epiphaniæ, de Zizanijs.

SImile eſt regnum cœlorum, &c. vt Gregor. ait in Homilia, idcirco Regnum cœlorum terrenis rebus ſimile eſſe dicitur, vt per ea quæ animus nouit, ſurgat ad incognita quæ non nouit. Sicut itinerantes in æſtate ſolent ex paruo aquæ riuulo fontem petere, aſcendentes collem, & inuento ſitim extinguere, ita ex cognitione creaturarum aſcendere habes ad creatorem vbi anima ſatiatur, & inuenit omnium rerum affluentiam. Specilla ſeu ocularia non deſeruiunt, vt homo ſeipſum velut in ſpeculo videat, ſed vt alias res contempletur. Pari modo creaturæ factæ non ſunt vt homo in ipſis ſeipſum intueatur aut glorietur, ſed vt Deum aſpiciat creatorem, & eum diligat. Quomodo autem à cognitione creaturarum ad creatorem veniendum eſt, pagina. 9. colum. 2. prope prin. Et de medio eius quaſi ſpecies: lege quatuor columnas ſequētes & vſque ad cōtextum, & pag. 25. col. 2. ante finem. Quamquam. enim. & pagin. 258. col. 2. ſub med. Nam naturalis. & pagin. 366. col. 2. in fin. & fecit fontes & pagina 389. collumn. princip. Talis. ¶ Super ſeminauit inimicus zizania. Quomodo pij homines inter impios viuant pagina. 6. column. 2. poſt prin. Indicat locum. Dixit paterfamilias, Sinite illa vſque ad meſſem. Cur impios ſinat Deus viuere inter pios. pagin. 304. colu. 2. poſt prin. Solet etiam.

Dominica in Septuageſima.

SImile eſt regnum cęlorum, &c. Iam de hac ſimilitudine diximus in Dominica immediatè præterita. ¶ Exijt paterfamilias primo manè, & hora tertia, ſexta, nona, & vndecima, Sępe nos vocat Deus & expectat patienter, & ſuſtinet peccatores. De hoc vide pa. 223. col. 2. in pri. Multo labore. Nos vero indurati peccatis vocē cōtēnim⁹ De hac cordis duritie & obſtinatione, vide pa. 54. col. 2. poſt pri. Tu ô peccator Quid hic ſtatis tota die otioſi? Vide de ocioſitate pa. 67. co. 1. in prin. Meduſa illa & pag. 153. in pr. co. 2. Otiū ipſius. & p 158 co. 2. ante med Otiū eñ pa. 212. col. 1. poſt Illos ſolum. & pag. 427. col. 2. ante med. Optimi ſunt. ¶ Voca operarios, & redde illis mercedem. De merito operationum noſtrarum differit. pag: 328. col. 1. ante finem. Vt annulus, lege quatuor col. ſequentes, & vſque ad contextū. ¶ Cum ſero eſſet. Expende quod Agricolæ vſque ad ſolis occaſum in vinea Domini laborauerunt. Non ſatis eſt vt bonum opus incipias niſi perfeceris illud; & ad finem vſque perſeueraueris. Perſeuerantia virtus eſt, quæ tantum coronam meretur, & cui pręmium datur pag. 367. col. 2. in fine. Et aute. & pag. 369. col. 2. poſt prin. Per dexteram.

Dominica in Sexageſima.

DE auditu verbi Dei. pagin. 42. columm. 2. in med. Quodcunque. & pagina. 295. columm. 2. in fine. at ceciderit. & pa. 329. col. 2. in med. Oſſa arida. Contra eos qui ex curioſitate audiunt verbum Dei pagin 302. colu. 2. ante fin̄ at es eis. ¶ Qui habet aures audiendi audiat. Sunt qui aures habent ad videndum & oculos ad audiendū, quia ita aſſentiunt malis quæ audiunt & credunt verbis mendacij, ac ſi oculis mala illa vidiſſent. Mortem vero quam vident in cadaueribus eorū, qui iam obierunt credere nolunt, ac ſi non eſſent morituri: Habent enim ſe in his quæ vident, ac ſi ea audiſſent à non fide dignis pag. 115. col. 2. in med. Qui oculos habent. Vide etiam pag. 116. col. 1. in me. ante fi. & aures. & pa. 358. co. 1. ante med. Vide & pagin. 410. coll. 1. in prin. Ideo Chriſtus ¶ Vt videntes non videant, coniunctio, vt non dicit hic cauſam, ſed conſecutionem effectus. Vide paul. Lex ſubintrauit, vt abundaret delictū.

Rom. 5

Rom.5.Nunquid Deus dedit legem vt homines grauius peccarent? Abſit, lex non eſt cauſa peccati, ſed hominis peruerſa voluntas, qua præuaricator fit legis. Sic Dauid in pſal. Malum coram te feci vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. De hac itaque coniunctione lege. pagin.116.colu.1.in princ. Audite. & pagin.131. colu.1.in princ. Vt capiatur. & pagin.206.colu.1. in princ. Vt veniat. & pagin.267.colu.1.in med. Poteſt. & pagin.351.colu.2.in princ. huius cæcitatis, &c. ¶ Semen cecidit ſupra petram. De duritie & obſtinatione peccatoris, cuius cor durum per petram ſignificatur, vide pagin.35.colu.1. ante poſt princ. Appellat eos, & pagin.54.colu.2. fin. Tu ô peccator. & pagin.161.colu.2.in princ. Auferam. & pagin.311.colu.2.in fine. Beatus vir. & pagin.324.colu.1.ante med. & auferam. ¶ Vbi dicit cum de ſpinis loquitur, Hi ſunt qui à ſollicitudinibus huius ſeculi, &c. pagin.270.colu.1.in med. Cur igitur. ¶ In fine in eo quòd ait de terra bona loquens. Hi verbum retinent & fructum afferunt. lege. pagin.43.colu 1.poſt med. Venter tuus. & pagin.45.colu.1.poſt mediũ. Omnes ſermones. In duobus iſtis locis agitur quomodo ſit audiendum verbum Dei, & cuſtodiendum illud.

Dominica in Quinquageſima. Ecce aſcendimus Hieroſolymam.

VBi Chriſtus ait conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas. Vide pagi. 409 colu.2. ſub med. Et ecce. & pag.425.colu.1. ante medium. Vitulus hic. & pagin.440.colu.2. in princ. Ita enim habet. ¶ Filius hominis tradetur. Perpende Chriſti humilitatem, qui cum ſit filius Dei naturalis appellat ſe filium Adam. pag. 68.colu.1.in fin. Ex quo. Secundò dicit ſe filium hominis, qa quatenus homo erat mortalis & paſſibilis mortē ſubijt, & paſſus eſt p.83.co.1.in fine. Et ecce ſimilitudo. ¶ Flagellabitur, conſpuetur, & crucifigetur. De chriſti redēptoris noſtri paſſione. Vide.p.90.co.2 ante fin. Vir quoq̃. Obſerua autē quod ſæpè Chriſtus loquitur de ſua paſſione, vt eam magis memoriæ commendaret. Vult enim ſaluator vt memores ſimus tanti beneficij. Nam ſi Dauid & Aſſuerus rex, memorabiles res geſtas literis mandabant ad perpetuam rei memoriam quantò magis, &c. pagin.91.col.1.iuxta finem. Et ſigna Thau. & pag.167.col.1.ante med. In monte. & pag.267.col.2.in medium. Porro Ioſaphat. De eius etiam ſanguine & paſſione, vide pagin. 404.col.2.ante med. Et aſſumens. & ibidem poſt medium. & combures. & pagin.422.colu.2.in med. & tollet ſacerdos ¶ De miraculo cæci quem Chriſtus illuminauit in eo quod ait Euangeliſta quod cæcus clamabat ad Ieſum, diſce exemplo huius cæci Deum in tribulatione inuocare, & ad Chriſtum clamare, qui eſt vera ſalus & vita. pagi. 6.colu.1.poſt med. Tres viros. Ideo namque Deus nos ferit calamitatibus, & flagellat vt quæramus eum in anguſtia pagin.36.col.1.poſt princ. Tam miſericors ¶ Qui præibant increpabant eum vt taceret. Cæcus Chriſtum inuocabat, ſed mundus impedit, ſicut olim populus terræ impediebat populum Iudæ in ædificando. Neemiæ ſiue.2.Eſdræ.3. Si etiam Michol deridebat Dauidem ſaltantem coram arca Domini atque pſallentem.2. Regi.6. Lege de hac re.pagin.56.colu.1.in med. Sic velim. ¶ Dicit Chriſtus cæco, quid vis vt faciam tibi? Hoc quærit non ignorans, ſed vt cæcus propriam agnoſcat miſeriam, eamque confiteatur pagin.168.columm.2.ante finem. Eam ob cauſam. ¶ Fides tua te ſaluum fecit. pagin.361. colu.1.in princ. poſſumus. ¶ Videns ſequebatur eum. De Chriſti ſequela. vide pag.93.colu.1.ante med. Si Chriſtus,

Feria Quarta cinerum, Cum ieiunatis, &c.

DE miſeria hominis & breuitate vitæ huius, ſub themate, Memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris lege pagi.31.col.2.poſt med. Omnis. Et pagin.69.colu.2.poſt medi. Nos etiam. & pagi.92.col.1.in medio. Poteris. & pag. 159 col.2.ante med. Plene plumis. & pagin.228. colu.1.prope. med. Si autem in potentatibus. & pagin.243.colu.1.in princ. Mors immatura. & pagin.549.col.1.poſt med. Soperiacient. & pagi. 553.colu.2.ante medu. Cùm ſis homo. & pagin. 263.columm.2.in medio. Et diſpergam. & pagin. 449.columna 2.in princ Mors nos. ¶ In euangelium huius feriæ, Cum ieiunatis. Vide de laudibus ieiunij & de inſtitutione quadrageſimæ pagina.151.colu.1.in medio. Saturitas panis. Lege duas paginas & vltra vſque ad cõtextum. Vide etiam de pœnitentia, & confeſſione ſacramentali, & ieiunio.pagin.222.columm.2 in prin. Citius rubigo. & pagin.188.colu.1.in princ. Iudicium durißimum. Agitur hic de ieiunio & abſtinentia. lege quatuor paginas ſequentes. pagin. 571.colu.1.fin. Caro. ¶ Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. De malo hypocriſis vide. pagin.17. col.2.in fine Quemadmodum. & pagin.121.colu. 2.poſt med. Quaſi vulpes. & pagin.27.colu.1.circa medi. Omnes iſti. & pagina.345.col.2.in fine. Vt in pharmacopulę. & pa.510.col.2.circa med. Poteris. & pagin.367.colu.1.poſt med. Aſpicis. ¶ Tu autem cum ieiunas. vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo, &c. Quomodo in omni actione noſtra gloria Dei quærenda eſt, fugiendamque eſſe hominum gloriam, & laudem, vide pag. 238.colu.1.poſt med. Scelerati. ¶ Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. De eleemoſynarum largitione, perſpicuum eſt quod loquatur Chriſtus de hac re lege pagin.63.col.2.ante med. AEs frigidum.153.col.2.poſt medium. Et Dauum egeno. & pagin.169.col.1.in fine. Sunt qui.

Feria Sexta poſt cineres, Diligite inimicos veſtros.

DIligendi ſunt inimici, quia manus Dei ſunt & inſtrumenta eius, quibus præparat nos ad vitam. Sic Aſſur (vt Eſaias ait) erat virga furoris Dei, qua populum ſuum Iſraëliticum puniebat. Pædagogi enim noſtri ſunt, qui curam vitæ noſtræ gerunt, & ſalutem operantur. vide pagin. 195.colu.2 prope medium. Eijciam. Et pagi.315. col.1.ante finem. Hoc odium.

Dominica Prima in Quadrageſima. Ductus eſt Ieſus in deſer.

DE ieiunio Chriſti quadragenario. vide pagi. 377.colum.1.in medio. Et menſus eſt. De bono ieiunij, vide quæ litteris mandauimus in feria.4.cinerum, in verbo Cum ieiunaris. ¶ Tentabatur à Diabolo. De tentationibus vide pagin.

56.colu.1.ante fin Et licet Diabolus Lege torum folium ſequentem. Et etiam vide de hac re pagi. 127.colu. 2. in fine. Quibus blanditiis.& pagin. 445.colu.2.prope med.illud eſt boc. Super illud quod Chriſtus reſpondens Diabolo, dixit. Non in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo. Intellige ſicut intelligendum eſt in omni re. Ibi verbum ſumitur pro re, eſt frequens modus loquendi ſcripturæ. Vnde.2.Regum.1. legitur Danidem interrogaſſe Amalechitam venientem de prælio,Quod eſt verbum quod factum eſt? Et Eſaiæ 39. de Ezechia, qui theſauros domus ſuæ nuntiis regis Babylonis oſtendeat, habetur, qoód non fuit verbum,quod non oſtenderet eis Ezechias in domo ſua. Viſitatus prætetea modus ſcripturę eſt dicere. Nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum Regum Iſtael? Ait igitur. Non eſt Dei potentia coarctata vt non poſſit hominem ſuſtentare, niſi in ſolo pane. Filios Iſrael manna cibauit in deſerto, & poterat eos alere in quacunque alia re.vide pagin.112.colu.2.ante finem. Omnia verba. ¶ Duxit diabolus Chriſtum in pinoaculū tẽpli.leg.pa.94. col.1.ante me. A ſanctuario. Obſerua autẽ quod diabolus non duxit Chriſtū ad ſanctuariū, nec ad tẽpli interiora, nec ad exteriora.pa.390.co.1.ante mediū. Reſpiciens ad viam.& pagin. 398 colu.1.in medio. Et introduxit. Mos ſatanæ eſt ad carnis delitias, honores, faſtus, diuitias homines allicete & inuitare, non vero ad interiora peccati & ſeculi vanitatem, hoc eſt ad conſcientiæ remorſum, fœditatem peccati & gehennæ timorem, quæ interius latent, ſicut anguis in herba, ſub tegumento delitiarum. Vnde Dominus interiora victimę ei offerri mandabat. Leuit.1. Moſes Chriſti ſeruus minabat gregem ad interiora deſerti. Exo.3. Mina, ſenſus tuus & cogitationes ad interiora peccati. Angelus Raphael dixit Tobiæ. Exentera piſcem, & tolle cor eius & fel,& repone tibi, ſunt enim hæc neceſſaria ad medicamenta. Tobi.6. Sic tu exentera peccata & quidquid mundus habet, vt intuearis eorum amaritudinem. Bona enim hęc ſunt vt viſum recipias. Sed de his aliàs.

¶ Dixit illi diabolus. Mitte te deorſum, ſcriptum eſt enim. Angelis ſuis mandauit, &c. Vide omnium hæreticorum magiſtrum & patrem, qui ſcripturæ vtitur teſtimonio, ſed deprauaté, more hæreticorum ad ſuas hæreſes confirmandas.pag. 306.col.2.circa fin. Et ſi hæretici. ¶ Duxit illum in montem excelſum,& oſtendit ei omnia regna mundi. Lucas ait capitulo 4. quod hæc oſtendit in momento temporis, vt diſcas hoc omnia terrena momentanea eſſe & tranſitoria. De his laté diſſeruimus in libello noſtro de ſeculi vanitate, & infetius nonnihil annotabimus in feſto S. Andreæ Apoſtoli, in illis verbis, At illi relictis retib. ſequuti ſunt eum.

Feria quarta poſt Primam Dominicam quadrageſimæ. Magiſter volumus a te ſignum videre.

Isti ſcribæ & phariſæi vt Chriſtum tentarent ex curioſitate potius quàm ex neceſſitate ſigna e cœlo petebant.pa. 130 col.1. ante med. Interrogauit. Sed noluit Chriſtus cotā incredulis ſigna facere. Lege totū hoc fol ¶ Sic erit filius hōis in corde terrę. Quid ſit cor terræ explanatur pag. 245.colu.1.poſt med.In corde. ¶ Regina Saba ſiue Auſtri.De hac vide pagin.144 col.2.poſt prin. Et egreſſum eſt. ¶ Qui fecerit voluntatem Patris mei.pagin.365.colu.1.poſt princ. De hemus.

Feria quinta poſt Prim. Domini. quadrageſimæ. De diuite epulone & Lazaro mendico.

Erat quidam diues qui induebatur purpura & byſſo, & c. Sæpe Deus ſolet dare impijs in hac vita diuitias, honores,& cætera huiuſmodi, æterna vero nunquam largitur niſi piis & iuſtis hominibus. Abraham filiis concubinarum largitus eſt munera, ſed ſolus Iſaac ſucceſſit in domo paterna,& poſſedit hæreditatem.pagin.428.ante med.colu.2. Sin autem. Perpulchrè hoc inſinuatur in hac hiſtoria diuitis & Lazari ¶ Obſerua autem quod diuitiarum affluentia ſolet ſæpe homines auertere à Deo. pagin 67.colu. 1. in fine. Quia ſuperaſtis & pagin. 161.colu. 1. ante finem. In terra bona. Item de fœlicitate impiorum & calamitate iuſtorum.vide pagin.88. colu. 1.ante finem. Ne ſuccenſeas.& pagin. 128. colu. 1.prope med. Quid eſt enim erudeius. ¶ Nemo illi dabat. De auaritia lege pagin.209.col.1.poſt med. Et auare. ¶ Mortuus eſt diues. In morte vniuſcuiuſque oſtẽditur qualis fuerit in vita. pagi. 159.colu 2.poſt med. Arbores. & pagin.254. col. 1.apud fin. Et mortem & pa 280.col.2.poſt med. Et conſolata.& pagi.282. col.1.circa med. Ditiſſimus.& pag 357.col.1. in princ. Feris autbus.

Feria Sexta poſt Primam Domini. Quadra. De piſcina Bethſaida.

Interrogauit Ieſus paraliticum iacentem in lectulo, vis ſanus fieri? Expende quod huic non ſolum corporis incolumitatem præſtitit ſaluator, ſed etiam peccatorum remiſſionem. Ad gratiam enim peccator lætaliter vulneratus ſurgere nequit ſine Dei auxilio ſpeciali. ideoque diſcim' Deū cõcedere huic peccatori, nō propriā ſalutem petenti. pag.34. columna 1.in princ. Et ſtatuit. ¶ Tolle lectum tuum pagina 76. colum, 1. ante med. Vias tuas. ¶ Noli amplius peccare. Solet Deus impiorum vires calamitatibus conterere, vt flagitiis finem imponant.pag.273. col. 3 ante med. Brachium Pharaonis.

Sabbato poſt Primam Domini. Quadrageſi. De filio prodigo.

Hic iam ditatus à patre, quia diues erat, congregatis omnibus, receſſum parauit à domo, ad quam poſtea tribulatio & paupertas eum reuerti coegerunt. pagin. 67. column. 1.in fine. Quia ſuperaſtis. De receſſu autem & auerſione ab incommutabili bono, pagin.135. column.2. poſt medium. Ideſt quidquid. ¶ Conſumpſit ſubſtantiam luxurioſe viuendo. De luxuria quæ bona temporalia & ſpiritualia conſumit, vide pagi. 89.column.1 ante med. Fortaſſe per mulieres. & pagin.136.column.2.ante.medium. Sed fit mihi. ¶ Cœpit egere. De fame ſpirituali. pagina 472. column 2. poſt med. Ac ſi dicat. ¶ Adhæſit vni ciuium. Hoc eſt vitio cui vnuſquiſque ſpecialiter adhæret. pagi. 86.column.1 poſt princ. Ea enim. ¶ Ad ſe reuerſus dixit. In tribulatione poſitus ad ſeipſum reuertitur,& ait, Quanti mercenarij&c. Cognoſcit neum cùm inſtitiam fuit expertus. pagin.76.column.2. ante fin. Et ſcietis. & pagin. 216.colu.2 apud medium. Et requieſcere ¶ Surgam

gam & ibo ad patrem meum,&c. Pauper eſt mũ-dus,& ideo ad Deũ neceſſario veniẽdũ eſt pa. 236. co.2.ante fi. Cõuerſa eſt, pa. 394. co. 2 iuxta fi. Vult eni ¶ Occurrit pater. Sine auxilio Dei ſpeciali nemo poteſt à peccato reſurgare, poteſt tamẽ ſe ad gloriam præparare, alioquin fruſtra diceret Ioannes, Parate viam domini. pagin. 34. colu. 1. in prin. Et ſtatuit.

Dominica Secunda in Quadrageſi. De Chriſti transfiguratione.

De hac ſaluatoris glorioſa transfiguratione, vide pa. 100 col. 1. ante finẽ. Et nubes. ¶ Ceciderunt apoſtoli in facies ſuas. pagin. 31. col. 1. in med. Et vidi & cecidi. ¶ Petrus dixit. Bonum eſt nos hic eſſe. Faciamus hic tria tabernacula. Hoc ait euangeliſta quod dixit, naſciens quid diceret, nimirum quia cùm hoſpes erat & peregrinus ſuper terram, perpetuam voluit in ea facere mãſionam,& habere in hoc mundo ciuitatem manentem. Primus qui ciuitatẽ ædificauit in terris fuit Cain, qui exul factus aſt à ſuperna ciuitate. Gen. 4. lege pa. 76. col. 2. in pri. Qui habitas & pa. 637. co. 1. ante fin. Sunt quidem. ¶ Tibi vnum, Moſi vnum,& Heliæ vnum. Perpende quomodo fælicitas mundi ſit animi inimica. Pincerna Pharaonis ſuccedentibus proſperis, oblitus eſt interpretis ſui. Ideo dixit illi Ioſeph: Memento mei dum bene tibi fuerit. Ne in proſperitate obliuiſceretur dixit, vt memor ſui eſſet dum bene contigiſſet ei in domo Pharaonis, at ille oblitus fuit Ioſeph, ſicut nunc Petrus obliuiſcitur Andreæ fratris, qui illũ ad Chriſti cognitionem vocauerat. Ioann. 1. Lege de his. pagi. 113. colum. 2. in prin. Filius vnius anni.

Dominica Secunda, in Quadrageſima. De Cananæa.

Seceſſit Chriſtus in partes Tyri & Sydonis. De his vrbibus pag 236 col. 1. in prin. Et factum eſt,& pag. 238. col. 2. poſt med. Cum autem, &c. ¶ Chriſtum autem in ſua tribulatione quęſiuit, ne hoc iam diximus in ſuperioribus, dominica prima poſt octauam Epiphaniæ. ¶ Obſerua quod hæc mulier perſeuerauit petens, Ideoq; ad vota exaudiri meruit. De perſeuerantia, vide pag. 367. col. 2. in fine. Et ante frontes,& pa. 369 co 2. poſt princ. Per dexteram. ¶ O mulier magna eſt fides tua. pag. 361. col. 2. in prin. Poſſumus.

Feria Quarta poſt dominicam Secundam Quadrageſima, Ecce aſcendimus Hieroſolymam.

In his verbis. Ecce aſcendimus Hieroſolymam. & Filius hominis tradetur, &c. vide quę ſuprà vntaxim' in dominica quinquageſimę ſub eiſdẽ verbis. ¶ Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? pag. 216. col. 2. ante finem. Bibere calicem. ¶ Scitis quod principes gentium, &c. de humilitate prelatorum. pag. 295 col. 2. in medio. Exiſtimo tamen.

Feria Sexta poſt Secundam Dominicam Quadrageſima. Homo quidam plantauit vineam.

Parabolicè dixit Chriſtus veritatem & arguit ſacerdotum templi & phariſæorum ſcelera, ſicut olim feciſſe Nathan ſcriptura cõmemorat, cùm Regi Dauidi parabolam ouis expoſuit. Sic obiurgat Chriſtus hos legis doctores. pa. 429. co. 2. ante med. Iſte eſt locus. Expende etiam quod in germano huius contextus literali ſenſu, per hominẽ hũc, Deũ intelligit, qui miſit filiũ ſuũ ad agricolas, hoc eſt ad ſacerdotes templi. Cur autẽ patet æternus appellatus ſit homo, vide pag. 24. co. 1. in pri. Similitudo quaſi. ¶ Plantauit hic homo vineam. De hac vinea, vide pa. 137 col. 2. circa med. Quid fiet.& pag. 180. co. 1. poſt prin. Mater tua. Miſit ſeruos ſuos ad agricolas illos. Sæpe ſæpius vocabat Deus illos impios & induratos ſacerdotes & phariſæos, vt fructum vineæ darent, malitia enim hominũ (vt Chryſoſtomus annotat in opere imperfecto Matthæi) cum Dei bonitate certabat. pag. 54. col. 2. ante med. Tu ô peccator. Præ Quomodo Deus vocat, patienter expectat,& ſuſtinet peccatores, pag. 223. col. 2. in prin. Multo labore. ¶ Verebuntur filium meum, ſciebat quod illum eſſent interfecturi: nihilominus tamen non deſinit beneficia præſtare ingratis,& mittere filium dilectũ pag. 37. col. 1. in prin. Si forte. ¶ Habebimus hæreditatem, dixerunt illi agricolę. mala quæ timebant, apprehenderunt impios,& in laqueo quem abſconderunt comprehenſus aſt pes eorum, incidit enim peccator in foueã quam fecit. Decreuerunt iſti filium interficere, vt hæreditate fruerentur, ſed longè aliter euenit, quia hac de cauſa hæreditatem perdiderunt, quod paſſim impiis contingit. pag. 196. col. 2. poſt prin. Sunt enim. ¶ Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli. pag. 334. col. 1. ante med. Sed per hanc. ¶ Auferetur à vobis regnum Dei pag. 51. col. 1. in med. Poteris huc.& pa. 62. co. 2. in fine. At ego & pag. 69 col. 2 ante med. Et deiiciam.& pag. 70. col. 2. ante fin. Cum Iudæi. & pagin. 165. col. 2. prope medium. poteſt hoc referri.

Dominica Tertia in Quadrageſima, Erat Ieſus eiiciens dæmonium.

Aduerte quod non dixit quod eiecit dæmonium, ſed quod erat eiiciens, quia paulatim illud eiiciebat. pagina 262. columna 2. in medio. Præſules. ¶ Et illud erat murum. Hoc ſpiritualiter agit nobiſcum diabolus ut peccata noſtra ſacerdotibus confiteamur. De hac ſacramentali confeſſione, lege pagina 325. columna. 1. circa finem. Adhuc veſtigia. ¶ Quidam autem ex eis dixerunt de detractoribus & murmuratoribus pagin. 300. columna 1. in fin. Viri detractores & pagin. 206. calumn. 1. ante finem. Viri detractores, & pagin. 435. columna. 1. ante med. Nulla aliorum. ¶ In Belzebu principe dæmoniorũ eiicit demonia. Belzebu i. deus muſcarum, ſic deriſoriè appellabatur à Iudæis. dictus eſt Bel, ſiue Baal, vel Baalim à rege Belo qui condidit Niniuem. pag. 85. colum. 1. in medio. Idolum. ¶ Videns Ieſus cogitationes eorum. Quomodo Deus cogitationes hominum intueatur, pagina. 371. colu. 1. ante finem. Auferte malum & pag. 285. colu. 2. in princ. Non exiſtimabat.& pa 311. cu. 2. in fin. Hoc eſt de cœlo intellexiſti. ¶ Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. de pace & concordia & de malo diſcordiæ pagina. 74. col. 2. poſt med. Qui tranquillitatem.& pag. 101. col. 1. ante medi. Et aſpectus. & pagin. 110. col. 2. poſt med. Multitudinis. Et vide de hac re in die natalis Ieſu Chriſti in fine primi euãgelij. ¶ Omnia ſpolia in quib. fortis armat' cõfidebat abſtulit Chriſt', q fortior illo erat. p ſpolia

 intelli-

intellige idola, quæ Chriſtus perdidit, extincta enim eſt idolatria poſt Chriſti aduentum. pa. 271. colu. 2. poſt prin. Diſperdam. ¶ Inuenit eam vacantem. De otioſitate quæ mater eſt vitiorum (vt Bernardus ait) & nouerca virtutũ per quam peccator ſicut canis reuertitur ad vomitum pag 67. col. 1. in prin. Meduſa illa. Vide in dominica ſeptuageſimæ ſuper illud. Quid hic ſtatis tota die otioſi? Erunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Peior eſt ſtatus peccatoris recidiuãtis, quã primi quia ſurgit quædã macula ingratitudinis. De malitia verò peccati lege pagi. 138. col. 1. in med. Ponam faciem.

Feria quarta poſt Tertiam Dominicam. Quadrageſima. Quare diſcipuli tui nõ lauant manus?

SCribæ qui erãt legis doctores cum phariſæis acceſſerunt ad Chriſtum calumniantes ſcientiam quam Deus dederat vt meliores fierent, in ſuperbiam & arrogantiæ tumorem conuerterũt. Sic nunc multi donis Dei abutuntur pag. 78. col. 2. poſt med. Et ornamentum ¶ Populus hic labijs me honorat. pagin. 346. col 1 poſt prin. Et quamuis. ¶ Cor autem eorum longe eſt a me. pag. 54. col. 2. ante finem. Quidam. ¶ Cæci ſunt & duces cæcorum. Certum eſt quod Chriſtus non loquebatur hic de cæcitate corporali, ſed de ſpirituali cęcitate mentis de qua vide pa. 86. co. 2. poſt prin. Dicunt enim. & pag. 117. col. 2. ante finem. Eodẽ modo. ¶ De corde exeunt quæ coinquinant hominem. pagina. 106. colum. 2. poſt med. Cor hominis.

Feria Sexta poſt tertiam Dominicã Quadrageſima. De muliere Samaritana.

MVlier da mihi bibere. Sine Dei auxilio nõ poteſt homo ſurgere à peccato: Ideo Chriſtus prius alloquitur huic mulieri Samaritanæ. pag. 34 col. 1. in prin Et ſtatuit. & pa. 3: 8. col. 1. in med. Et merito. Qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum. Hęc terrena nequaquam animæ ſitim extinguere poſſunt pag. 398. col. 2. in princ. Mundi omnia.

¶ Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum pag. 322. colum. 1. ante fine. & effundam.

Sabbato poſt Tertiam Dom. Quadrageſima. De muliere adultera.

HAnc mulierem liberam Chriſtus abire permiſit, dicens ei Neq; ego te condemnabo. Abſoluit Chriſtus adulteram quam mundus dãnauerat. Multi etiam & nunc mundi iudicio dãnantur, qui Dei iudicio abſoluuntur. Expende quantum inter ſe diſtent iudicia Dei & hominũ. pag. 223. col. 2. poſt med. Multi.

Dominica Quarta in Quadrageſima, de quinque panibus & duobus, &c.

SEquebatur Ieſum multitudo magna. De hac Chriſti ſequela. vide pag. 10. in fine. col 1. Vt electrum paleas. & pa. 104. col. 2. ante med. Cum eleuatis. & pag. 121. col. 2. in prin. Qui ſequuntur. Quapropter ſponſa alloquitur ſponſo Ieſu dicẽs ei. Trahe me poſt te curremus in odorem vnguẽtorum tuorum. Lege diuum Bernardum ſermone. 65. ſuper cantica ¶ Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus. Quid ſit oculos leuare. vide pagin. 17. col. 2. in medio. Quæ ſurſum: & p. 299. co. 2. in prin. Leuare oculos.

Feria Quarta poſt quartam Dominicam Quadrageſimæ de cæco nato.

PRæteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate. Peccator ſuis proprijs viribus à peccato ſurgere nequit, niſi piiſſimus dominus ei auxilietur, atq; reſpiciat eum oculis ſuæ miſericordiæ. pa. 34 col. 1. in prin. Et ſtatuit. Lege etiam de hoc Chriſti iuſſo. pa. 125. col. 1. in me. accipitur. & pa. 129. col. 2. ante fi. Solent enim. & pa. 142. co. 2. poſt med. Tranſiens autem. ¶ Magiſter, quis peccauit, hic aut parentes eius vt cæcus naſceretur? An filij puniantur pro peccatis parentum, vel econtra, egregie & docte diſputatur pag. 371. col. 1 poſt med. Filius non portabit. Lege duas columnas ſequentes, & vſque ad contra. ¶ Sed vt manifeſtentur opera Dei in illo. pag. 245. colu. 2. circa mediũ. Aſpicis. Si de ſpirituali cęcitate volueris differere. Lege quæ de hac re in feria quarta Dominicę tertiæ literis mandauimus.

Feria Sexta poſt Quartam Dominicam Quadrageſimæ. De ſuſcitatione Lazari.

ECce quem amas infirmatur. Teſtimonio ſcripturę receptum eſt quod Deus quos diligit corrigit, & flagellat omnem filiũ quẽ recipit. Ecce Lazarus dilectus à Chriſto infirmatur pag. 19. col. 2. ſub medio. De igne. ¶ Lazarus amicus noſter dormit. De amicitia differit pulchris ſimilitudinibus pag 73. col. 2. ante med. Et quoniam. Cum impijs non poteſt diu permanere amicitia, quæ non eſt (iuxta Ciceronis ſententiam) niſi inter bonos. pa 214. col. 2. in medio et ſaturata eſt. ¶ Lachrimatus eſt Ieſus. Quomodo mortui ſunt plorandi vide pag. 225. col. 1. prope med. Et tamẽ præcipit. et. 2: 5. col 2 poſt med Corona et etiam in ſequenti columna. & pag. 255. col. 1. in fine. Leua planctum. Quatriduanus eſt, iam fœtet Quatriduanum Lazarum & iam fœtentem Chriſtus ſuſcitauit à mortuis flens, orans, & cœlum reſpiciens, & tot ceremonijs: quia peccator praua cõſuetudine peccandi induratur difficillime ſurgit ad vitam. De hac impia conſuetudine peccandi vide pagi. 87. col. 1. apud medium. Ad huc conuerſus, & pa. 87. col. 2 poſt med. Poteſt hic. et pa. 121. col. 1. in prin. Beatus vir. ¶ Voce magna dixit Ieſus. Lazare exi foras, & ſtatim ſurrexit. Mirabilis virtus vocis Chriſti quam mortui audierunt & ſtatim ſurrexerunt ei obtemperantes De hac voce ait regius propheta: Vox Domini in virtute. Vox domini in magnificentia, vox Domini concutientis deſertum Pſalmus 28. vide pag. 100. co. 2. ante med Quaſi vox Inferna tremuerunt & abyſſus dedit mortuos ſuos. Tu verò illum non audis, nec ſurgis à mortali peccato. Mirum valdo eſt quod viui vocem Chriſti contemnant, quam mortui audiunt, &c ¶ Surrexit qui erat mortuus. De ſuſcitatione Lazari. vide pag. 335. col. 1. poſt prin. Ecce ego.

Dominica in paſſione. Quis ex vobis arguet me?

QVomodo Iudæi volebant Deum arguere & in eius iuſtitiam inuehebantur vide pagin. 168 col. 1. in princ. volebant enim.

¶ Si veritatem dico vobis, &c. poſtquam de vitæ ſanctimonia egerat, nunc diſceptat apud incredulos de veritate doctrinę. Pręlatus, prædicator, & ſacerdos

ſacerdotes virtute & ſcientia debẽt eſſe exculti, quæ duo tangit hic Chriſtus optimus paſtor & doctor. Aduerte autem quod primò de virtute & vitæ probitate diſputat, & poſtremò de veritata & doctrina. Inſinuat vt primo & principalitet præſul curam agat de vitæ correctione, & morum compoſitioné, & deinde de interrgritate doctrinæ. lege pag. 48. col. 2. poſt prin. Speculatoré: lege totum folium ſequens vſque ad contextum. & pa. 176. col. 1: in prin. Duplex eſt. ¶ Quare non crediris mihi. Ego tibi reſpondebo Domine Ieſu nempe quia dicis veritatem. Odit mundus veritatem quam tu prędicas. Dic illis placentia, vt olim ſubſannando impingebat illis Eſaias, & libẽter andieris, Vide pa. 132. col. 2. ante me. Et prop. & pa 184. co. 1. prope me. Si iudicas eos. Vide. ẽt q́ ſupra ſcripſimus in dominica. 2. Aduẽius in illis verbis, Cum audiſſet Ioannes in vinculis. &c. ¶ Propterea vos non audiſtis: Chriſtus ab impijs non auditur, cum tantus ac talis eſſet concionator, nos verò volumus ab omnibus audiri attentè. pag. 44. col. 1. ante finem. Volumus. ¶ Ego non quæro gloriam meam. Nullus mortalium in hoc mundo tantam gloriam adeptus eſt ſicut Chriſtus, quippe qui in toto orbe adoratus eſt vt Deus, quòd nulli hominum aliquando contigit. Hanc gloriam conſequutus eſt non quærens illam, ſed cõtemnens. Vnde Paulus ad Hebræos. 2. Videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum. Non igitur propter gloriam miraculorum tantum honorem obtinuit, ſed propter crucis ignominiam. Vide de hac re pa. 69. co 2. in fine vrbes deſertæ. Ero vobis ſimilis mendax. In pſalmo habetur, Omnis homo mendax. Explanatur locus iſte pſalm. pagin. 36. columna. 2. prope finem: Sed dicet. ¶ Abraham vidit diem meum. Quomodo Abraham Chriſtũ viderit, lege pagi. 289. collumn. 2. ante medium Vel per bona. ¶ Tulerunt lapides vt iacerẽt in eũ. Indurati Iudæi qui corda lapidea habebant, ad lapides concurrerunt. pagina. 54. col. 2. ante medium. Tu ó peccator. & pa. 531. poſt medium col. 1. in prin. Appellat eos. ¶ Ieſus autem abſcondit ſe & exiuit de tẽplo. Fugiẽda eſt impiorũ ſocietas, ſicut Chriſtus fecit. pag. 6. 2. col. poſt medium. Oportet enim. & pag. 114. col. 2. ante fi. Inter nefarios & pag. 177. col. 2. in fine. Beatus vir. & pa. 214. colum. 1. poſt medium. Quemdmodum & pag. 329. colum. 2 in princ. Licebat illi. & pagi. 415. colum. 1. poſt medium. & ad mortuum. Ioſaphat rex pius a propheta Iehu obiurgatur, cò q́d amicus erat Achab impijſſimi Regis. 2. Para. 19. Saul. inter ſuos inſaniebat, & in prophetas prophetabat in Ramata cũ Samuele. Vide quid vtilitatis afferat bonorum ſocietas, quantumque noceat impiorum familiaritas. Oportet enim ad beatam vitam conſequendam eorum fugere familiaritatem qui nos poſſunt à recto Dei cultu & honeſta viuendi ratione ſeparare. Sed de his ſatis.

In epiſtolam huius dominicę lege ſi placet, pag 274. col. 1. in prin. Et filij terræ.

Feria quarta poſt dominicã in paſſione. Facta ſunt encænia Ieroſolymis.

OVes meæ vocem meam audiunt, pag. 396 colum. 2. iuxta med. Hæc Dei vox. Oues meę ſequuntur me. pag. 104. co. 2. ante medium. Cum eleuatis. ¶ Nemo poteſt eas rapere de manu mea. pag. 164. colum. 2. in medio. Et habitabunt. ¶ Tulerunt lapides, vide in præcedenti dominica.

Feria ſexta poſt Dominicam in Paſſione, Collegerunt pontifices conſilium.

DE Concilio hoc pag 107. col. 1. in princ. Hi duo. Quomodo impij conueniunt inter ſe, vt alijs perniciem machinentur. pag. 474. col. 1. in prin. Ambulantes. Sic filij Iacob conuenerunt aduerſus Ioſep. & Architophel cum Abſalone cõtra Dauid.

¶ Vnus ex ei Caiphas nomine. Cur Caiphas nominatur pag. 106 col. 2. poſt med. Et Phelitiam

¶ Multa ſigna facit. Ex ſignis Chriſti deteriores fiebãt quotidie. Sic multi, quia miſericors eſt De⁹ & præſtabilis ſuper malitiam, indies augent peccata peccatis. pag. 410. col. 2. 1. in medio. Nolite.

¶ Venient Romani. Mala quæ ſcelerati putant nõ ventura apprehendunt eos: quod ſepe improbis contingit. pag. 196. col. 2. in prin. Sunt enim. ¶ Expedit vt vnus homo moriatur. pag. 255. col. 1. in medio. Solent ¶ Prophetauit Cayphas, non tamẽ fuit propheta, quia de ratione prophetię eſt, vt intelligat prophetia quæ vaticinatur: vt Hierony. ſuper. 1: capit. Eſaiæ teſtatur aduerſus Montanũ. Sic nec Nabuchodonoſor fuit ꝓpheta, licet viderit arborem illam ingentem & ſtatuam magnam, ſed potius Daniel qui interpretatus eſt viſionem, & prædixit futura quę ventura erant in Regno Chaldæorũm pagin. 2. collumn. 1. in fine. Ipſique vidantes. ¶ Vt filios Iſrael diſperſos congregaret in vnum. pag. 109. col. 2. in medio. Sed quis. Lege totum folium ſequen. & pa. 306. colu. 1. in fine. Quod perierat. & pag. 334. col. 2. in fine Et faciam

Dominica in ramis Palmarum, Ecce rex tuus venit tibi.

ITe in caſtellum quod contra vos eſt. Contra accipitur hic pro coram vel è regione. pagin. 75 co. 2, poſt prin. Et ponam contra te. Sic in pſalmo habetur, peccatum meum contra me eſt ſemper. i. coram me. Sic legit Auguſti: vide etiam pa. 424. col. 1. poſt princip. Hoc deprompſit. Exulta filia Sion. Quomodo Hieruſalem filia appellatur. pa. 237. col. 2. ante med Quæ verba. ¶ Ecce rex tuus venit tibi. De vero Meſſia cuius regnum non tẽporale ſed ſpirituale erat lege. pag. 59. colum. 1. in fine. Terrent homines. Deque Chriſti regno. pag. 163. col. 2. in prin. Et ſumam. Et pag. 334. col. 2. in fine. Et faciám. ¶ Oſanna filio Dauid. pagin. 191. col. 1. ante fine. Poſſumus. ¶ Aduerte quod Chriſtus hodie magno honore exceptus eſt Hieroſolymis & poſt quinque dies crucifigitur, & eadem die, ait Marcus c. 11. quod circunſpectis omnibus reuerſus eſt in Bethaniam, quia nullus ad cœnam vocauit. Perpende mũdi mutabilitatem, & vide de hoc pag. 227 col. 1. in prin. Nos igitur. & pa. 281. co. 2. ante me. Ipſe eſt Pharao. Obſeruãdum quoque eſt quod Chriſtus fleuit in hac proceſſione. pag. 116. col. 2. ante. med. Et ita id.

Sermo Mandati.

ANte diem feſtum Paſchæ. pag. 413. colu. 1. in prin In primo menſe. & De lotione pedum. lege.

leg. pa.14. col.2.poſt med.Qui lotus eſt.Et adde, Tobias pedes ſuos lauit in flumine Tigris,ſic appellato propter agilitatem aquæ currẽtis à Tigri animali velociſſimo, ſic tu affectus tuos laua ſicut Tobias, perpendens quàm citò ſicut aquæ Tigris prætereunt hæc omnia terrena. Fluunt enim velut aquæ quę nunquã reuertũtur,talis eſt vita hominum & quidquid mundus habet. Quędam mulier ſapiens dixit. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur,&c. 2.Reg. 14. De hac etiam lotione pedum.vide pagin.389.colum.2. apud med. Pedes ſunt affectiones, ¶ Quemadmodum ego feci,ita vos faciatis. videte modum vt ſicut ego hoc opus feci,ita faciatis. De modo, diſcretione,& prudentia in rebus agendis. pagi. 401.colum. 1.in fine. Eſt enim. Sic feciſſe Abraham ſcriptura commemorat cùm filium protulit in holocauſtum. De nocte ſurrexit, ne Sarra ſcitaretur cauſam receſſus,& pueros reliquit & ſolus cum filio montem aſcendit,ne ſerui impedirent ſacrificium. Omnia prudenter egit vir Deo gratus.

In Paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti.

POſui faciem meam,vt petram duriſſimam. pagin.45.colum.1.ante med.Vt adamantem. ¶ Reſpexit Ieſus Petrum.Quid ſit reſpicere,quid ue abſcondere faciem.pa.351.col.1.ante med.Et abſconderim.vide etiam de Chriſti paſſionę quę ſuprà annotauimus in Dominica quinquageſimæ in princip.Vbi agitur de eius memoria.Et etiam pag.440.colum.1.prope med.De torrente.

In die ſancto Paſchæ Dominica reſurrectionis.

PRæcedet vos in Galilæam.pagi.51.col.2.poſt prin.A verbo hoc.

Feria ſecunda Paſchæ.

HVmiles Ieſus ibat cum diſcipulis euntibus in Emaus: terribilis tamen fuit & potens cuſtodibus ſepulchri, qui armati & loricati erant.pag. 139.colum.1.prope med. Vides igitur. Sed nos ſperabamus. ¶ Perpende iſtorum diffidentiam: quia cum manè eſſet ipſa die reſurrectionis,iam non credebant illum ſurrexiſſe, nec ſurrecturum.pag.331.co.2.poſt med.Ipſi dicunt. Spem ergo & fiduciam noſtram in Deo ponamus.

Feria tertia.

QVid turbati eſtis & cogitationes aſcenderunt in corda veſtra?pag.113.colum.2.ante. med. Quæ aſcendunt. Turbant mentem cogitationes quæ aſcendunt, non illæ quæ deſcendunt de cœlo,quæ pacis & quietis ſunt cauſa.

Domin. in Albis ſiue in octa. Paſchæ. Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum.

PRinceps, rex, præſul, & iudex debet eſſe in medio æqualitatem ſeruando.pagi.4. colu. 2. ante med. Illud præterea. De hac re lege quæ ſupra diſſeruimus in Dominica tertia aduentus, vbi dicit, Ioannes medius veſtrum ſtetit, quem vos,&c.Pax vobis.De pace & concordia.pag.101. col.1.ante med.Et aſpectus.& pag.110.colum.2. poſt med. Multitudinis. De bono pacis. vide in Chriſti natiuitate, cum de pace agitur. ¶ Quorum remiſeritis peccata,&c.vide pag. 430. colu. 1.in prin.Fuiſſe autem.

Dominica Secunda poſt Paſcha. Ego ſum paſtor bonus.

DE bonitate prælatorum,& eorum munere. pag.29.col.1.in prin.Auriga eſt. & pagi. 48. col.2.ante med.Speculatorem.In fine columnæ. Adde. Ideo de bonitate paſtoris differens prius dixit: Ego ſum paſtor bonus, quia animam meam do pro ouibus meis: & deinde de ſcientia prælatorum ſubdidit. Ego ſum paſtor bonus & cognoſco oues meas.Oportet vt prælatus ſit ſcientia & bonitate præditus,ſed primò principaliter vt virtuti innitatur. Lege totum folium ſequens,& vſque ad contextum.& pag. 178.colu.2. poſt prin.Omnes paſtores.& pag.205.col. 2. ante med.Hoc eſt ſpeculatoris.& pagi.211.colu. 1. ante med.Fortaſſe.& pag.212.colu. 1. prope medium.Sacerdotes.& pagin.292.colum. 1.in prin. Speculatorem.& pag.293.col.2.in fin.Cum ego. De prælatorum prudentia pag 301.columna prima in fine.Solent enim. De officio eorum & de malis paſtoribus pagin.302.colum. 2. ante med. Væ paſtoribus.Lege totum caput 24.vſque in finem & etiam pag. 343.colu.2. poſt medium. Superbi.& pag.374.col.1.poſt medium. Si dormiatis inter medios cleros. Hæc authoritas pſalmi explanatur de prælatis.Vide etiam pagi.384.col. 1.ante med.Debet etiam.De reſidentia prælatorum,vide pag.418. col.1.ante med. Et in ipſo. ¶ De mercenario verò & malo prælato,ait dominus, quod vidit lupum venientem,fugit:De cuius pœna vide pagin.296. colum.2. ante mediũ. Sanguinem. ¶ Oues meæ vocem meam audiunt.pa.395.col.2. ſub medio.Hæc Dei vox.¶ Oues meæ ſequuntur. med.pagin.104. colum. 2. ante medium. Cùm eleuatis, Sequuntur ſubditi exempla prælatorum pagin.166.colum.1.in fine. Et qui in.Vide ſuprà in natiuitate domini,in primo euangelio in verbo: Hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cirino. ¶ Fiet vnum ouile & vnus paſtor.pagi.335.colu.2. in medio,& paſtor.

Dominica Tertia poſt Paſcha. Modicum & non videbitis.

SEpties inuenitur hoc in euangelio quod dicitur modicum, De hoc numero ſeptennario vide pagin.47.col.2.in fine.Ex his.Lege duas co. ſequent. ¶ Plorabitis & flebitis vos. De tribulationibus iuſtorum.vide.pagi.189.colu.2.in med. hinc diſces. Vide de perſecutionibus iuſtorum infra in feſto omnium ſanctorum,in illis verbis, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Expende etiam quomodo Chriſtus tanquam fidus amicus prędicit mala ventura.Minus enim iacula feriunt quæ præuidentur.pagi.239. colum. 1. poſt mediũ. Solent enim. ¶ Mundus gaudebit,vos vero contriſtabimini.Gauiſa eſt ſynagoga in Chriſti paſſione,ſed luit pœnas, cùm ſub Tito, & Veſpaſiano multa mala paſſa ſit.Sic Titus in Hieroſolymæ excidio efferebatur lætitia:ſed permiſit Deus vt in eiſdem calamitatibus verſaretur. Non enim debemus in aliorum aduerſitate lætari.pagin.229 colum.1.ante finem. Ammonitas. & pag. 257.col.1. poſt med.Ecce ego.Et in ſequentibus.Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.pag.271.co.1.poſt prin. Ait enim Chriſtus.

Dominic. Quarta poſt Paſcha, Vado ad eum qui miſit me.

EXpedit vobis vt ego vadam. Abſentia Chriſti corporalis, animos eorum ad cæleſtia elevabat.

aleuabat.pa.447.col.2.in fine,Nos igitur.¶ Multa habeo vobis dicere quæ non poteſtis portare modò.pag.392.col.1.in prin.Vult hoc.

Dominica Quinta poſt paſcha, Si quid petieritis patrem.

QVomodo petendum in nomine Chriſti.vide pa.321.col.2.ante finem.Et peperci. & pag. 380.col. 2. poſt med. Accipitur hic. ¶ Relinquo mundum.De mundi contemptu,vide infra in feſto ſancti Andreæ in verbis illis, Relictis retibus ſecuti ſunt Dominum.

In die Aſcenſionis Domini. Recumbentibus vndecim diſcip. &c.

EXprobauit Chriſtus ˈduritiem cordisˈ diſcipulorũ. De qua duritie vide pa.35.col. 1. poſt med. Appellat nos.& pag.54.col.2. ante med. Tu ô peccator.& pa.111.col.2.in fine. Auferam.& pa. 135.col. 1.in prin.Beatus vir.vide in dominica ſexageſimæ in illis verbis,Semen cecidit ſuprà petram ¶Ite & prędicate euangelium omni creaturæ.vide quomodo ſancti prædicatores mittuntur à Deo.pa.34.col. 2. in medio, Mitto ego.& pagi. 191.col. 1.in medio.Sanctificabor.De hac autem prædicatione Apoſtolorum per totum orbem vide pag.155.col.2.ante med.Intuere.Expande etiã quomodo Apoſtolos quorum duritiem exprobrauerat,nũc conſolatur, inſtituens eos totius orbis prædicatores,& tribuens poteſtatem ad miracula facienda. De doctrina autẽ prædicatoris vide pag.307.col.2.in med. Et ſuſcitabo. & pag. 357. col.1.ante fin.Apparet autem.& pa.396.col.2.in med.Hæc Dei vox.&pa.397.colũ.1.poſt me.Homines.& pa.431.col.1.poſt med.Hic fluuius. Et eadẽ pa.col.2.poſt me.Quarto lib.Regum.& pa. 446.col.1.in medio.Quia futurum erat.¶Qui crediderit & baptizatus fuerit. ne baptiſmo Chriſti pa.5.col.1. in prope.med.Quid eſt homo.& pag. 434.col.1.in princ. Quare per fluuium. ¶ Aſſumptus eſt in cœlum.De Chriſti redemptoris noſtri gloria,aſcenſione.pa.103.col.2.ante mediũ. Vado parare.& duas columnas ſequentes & pa.219 col.2 in fine.Ex Sion.

Dominica infra octauam Aſcenſionis, Cum venerit Paracletus.

ABſque Synagogis facient vos de perſecutionibus ſanctorũ,vide pa.31.col. 2. ante med. Filij hominis.vide infra in die omnium ſanctorũ in verbis,Beati qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam.Perpende etiam horum ſtultitiam, iuſtos eiiciebãt, & Chriſti diſcipuli exulabant à terra quorum meritis & ſuffragiis ſuſtentabãtur. Quid accidiſſet Ægypti regno niſi haberet ſecum iuſtum Ioſeph, qui fami & neceſſitati venturæ prouideret? Quid de populo Iſrael cum vitulum adorauit,niſi ope & rationibus Moſi adiuuaretur? Vtiliſſimi ergo ſunt iuſti quorũ ſuffragiis & meritis viuunt impij.Antequam Sodoma excidium pateretur,iuſſit angelus vt foras exiret iuſtˀ Loth: & dixit ei, Non potero facere quicquam donec egrediaris illuc.Gen.19.Egreſſus foras vir iuſtus ſubuertit Dominus ciuitates illas. At iuſti Iudæi impiiſſimi ſanctos Chriſti Apoſtolos abſque ſynagogis faciebant.pag.202.co.1.ante finem.Quę ſitu.Expende etiam quomodo Chriſtus mala ventura prædicit tanquam fidus amicus.Nõ ſic mũdus.pa.239.col.1.poſt med.Solent enim.

In die ſancto Pentecoſt.

SErmonem quem audiſtis non eſt meus, vide pag.24.col.1.ante med.Sermonem.¶De ſpiritu ſancto quomodo venit in linguis igneis.pa.330 col.1.in me.Sed per hanc.Et de eodẽ ſpiritu ſancto.pa.337.col.2.in prin.A quatuor vẽtis.¶Conuenit multitudo. pag. 446. coll. 1. poſt med. Ecce.

Feria Secunda

SIc Deus dilexit mũdum pa.25.col.1.poſt med. Sic Deus dilexit.& pa.26.col.1.circa finem.Nõ miſit Deus.

Feria Tertia paſcha.

EGo ſum oſtium pag.104.colum.1.in fine,Nec eſt.

De Sancta Trinitate.

EVangelium ſecundum conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ. Cum venerit paracletus. De hoc iam ſuprà nonnihil annotauimus in dominica infra octauam Aſcenſionis. Euangelium ſecũdum alias eccleſias,de Nicodemo qui venit ad Ieſum noctu,de hoc etiam,Deo dante,inferiùs diſſerebimus in inuentione ſanctę crucis.De myſterio autem ſanctiſſimæ Trinitatis, & indiuiduæ vnitatis, vide pag.219.col. 1. ante med.Nec mirandum.

In feſto corporis Chriſti.

DE venerabili Euchariſtiæ ſacramento. lege pag.60.colum.2.in fin.Et non ſolum. & pa. 386.col.1.poſt me.Poteris.& pag.396.col.1. ante med.Non eo.&430 col.2.in fine.Ego exiſtimo.lege duas col.ſequentes vſque ad cõtex. & pa.446 col.2.poſt.med.At Eccleſiæ.

Dominica Secunda poſt Pentecoſt. Homo quidam fecit cœnam magnam.

DE hac cœna quam Chriſtus parauit hominibus vide pag.385 col.1.in prin.Hęc menſa.Exponitur hæc parabola in hoc loco,lege duas collumn.ſequentes,vide etiam pa 409.collum. 2 in prin.Sed quoniã.¶Nolebant inuitati venire ad cœnam.pa.224.col.2.ante me.Mundare.¶Villam emi. Diuitiarum affluentia cõtemptum Dei parit. pag.67.col.1.in fine.Quia ſuperaſti.

Dominica Tertia poſt Penteco. Appropinquãtes ad Ieſum peccatores

QVemadmodum Chriſtus vocat, expectat & ſuſtinet peccatores vide pag. 223. coll. 2.in prin.Multo labore.De hac maxima & infinita Dei miſericordia vide pag.9. col.1.in medio. Poteris per ſplendorem & pag.26.col.1.in fin,Non miſit Deus.& pa.36.col. 1.ante finem.Quis deſperabit. & pa. 291. col.2.in medio.Hæc erat.¶ Murmurabant ſcribæ & phariſæi.De murmurationibus & detractorib.pa.206.col.1.ante fi.Viri detractores. &pa.211.co.1.poſt me.Viri detractores.¶ Gaudiũ fit ſuper vno peccatore pœnitẽtiã agẽte:De pœnitentia.vide pa. 71. co.2.poſt med.Et diſplicebunt. & pa 111.col.2.in med.Et ſpiritum. Vide ſuprà in dominica quarta aduentus.

Dominica Quarta poſt pentecoſt. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra.

IVſtitia ſcribarum & phariſæorum erat imponere onera inſupportabilia in aliorum humeris, digito

digito autem ſuo nolebant ea leuare.pa.305.col. 2.circa prin.Vt vltra.Preterea ſcribæ & phariſæi cæremoniis tantùm inſiſtebant, intus verò vacui erant & alieni a virtute. De his cæremoniis, & de falſa eorum ſanctimonia.pag.436.col.1.ante med. Et erunt. Lege vſque ad contentom. ¶ Qui iraſcitur fratri ſuo. pa.233.col.1.in princ. Non voſmetipſos. Duo ſunt quæ Deus ſibi retinet, vltio, ſcilicet & gloria.& pag.398.col.1.in prin.Et dixiſti.Vide etiam de ira.pagi. 287.col.1. poſt princi. Cum volare. ¶ Qui dixerit fratri ſuo Raca.De hac interiectione leg pa.66.col.2.prope medium,Euaginabo.

Dominica Quinta poſt Pente.Cum turba irruerent.

DE feruore quo irruebant turbæ vt audirent verbum Dei.vide pag. 18. col.2.ante med. Vbi erat.de auditu verbi Dei, vide in dominica ſexageſimæ.¶ Per totam noctem laborantes, nihil cepimus.pagin. 224.colu.1.ante med.Laſſati. Inaniter laborat & inutiliter qui Chriſtum ſecum non habet.¶ Ea hoc erit homines capiens. pag.261.colum.2.prope finem,Aſpicis.hoc loco,

Dominica Sexta poſt Pentecoſtem Miſereor ſuper turbā.

DE miſericordia Dei,& quomodo nobis vti decet Dei miſericordia.pag.65.colo.2.ante medium.Et non miſerebor.De hac etiam miſericordia.pagin. 9.col.1. in med. Poteris per ſplendorem.& pag 36.col.1. ante finem. Quis deſperabit? Et pag.143.col.1.in fine.Oleum enim. Et pagin. 172.colu. 2.in med. Nunquid voluntatis? & pag.396.col.1.poſt med.Quare nemo. ¶ Quidam ex eis de longè venerunt pag. 54. colum.2, poſt med.Quidam.

Dominica Septima poſt Pentecoſt. Attendite à falſis Prophetis qui,&c.

DE hypocriſi.Vide in feria quarta cinerum in verbo, Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. De his & de hęreticis,qui veniunt in veſtimētis ouium cum ſint lupi,vide pag.306.col.2. in fine. Et ſi hæretici.¶ Arbor bona bonos fructus facit. pag.33.col.1.poſt med.Iuxta Platonicorū.& pag. 90.col.1.poſt med.Securis.& pag.140.col.1. ante med.Solent diuinæ.& pa.161.col 1.in princ.Et radices.& pag.435. col.1.in fine.Non defluet. & pag.436.col.1.ante med.Et erunt fructus

Dominica octaua poſt Pentecoſt. Homo quidam habebat villicum

VOcauit eum ad ſe. Quamuis villicus eſſet diffamatus apud Dominum ſuum, nihilominus tamen prius voluit vocare eum,vt redderet pro ſe rationē.Sic Deus vocauit Adam poſt peccatū,ſimiliter de Sodoma dixit. Clamor Sodomorum venit ad me, deſcendam & videbo ac ita ſit.Gen.19.At nos homines inconſultos damnamus, quemadmodum de Dauide commemorat ſcriptura,qui dedit Sibæ, & quidem iniuſtè poſſeſſiones Miphiboſeth, eo abſente & inaudito.2.Regum 19.vide pag.228.col.1.in fine. Veni & faciam?¶ Quid faciam?Hæc dixit villicus ille. Non ait quid dicam: ſed quid faciam. Intelleat vir ſapiens,quòd non ſola fide nec verbis acquiritur regnum Dei, ſed bonis actibus.pagin.228. col.1.in fine.Quemadmodū.& pag.84.col.1.ſub medio.Aduerte Spiritus. ¶ Facite vobis amicos de Mām̄ona.&c. De elemoſyna.pag. 153.col.2. poſt med.Et mauum egeno.& pag.169.colum.1. in finē.Sunt qui.De auaritia,pag. 209.col.1.poſt medium,Et auare.

Dominica Nona poſt Pentecoſt. Videns Ieſus ciuitatem fleuit.

DE hoc Chriſti ſaluatoris fleto & de bono lachrymarum.pa.54 col.1.poſt prin.Cū Iudęi. Iuſti populi peccata plorant,& dolent in peccatorum miſeriis.pag.58.col.1.ante med.Et portabis.Lege etiam de hoc fletu.pa.59.col.2.in fine. Eam pręuidens.& de vtilitate lachrymarum. pa. 72. col.1.poſt med. Et dic heu.Flebat Dauid Abſalonem morti æternæ adiudicatū dicēs, Abſalō fili mi,fili mi,fili mi Abſalon, quantò magis hoc fecit Chriſtus qui longè miſericors eſt Dauide flens ſcelera Hieroſolymitanorum.pag.92.col.2. in fine.Super frōtes.& pa.116.col.2.ante me.Et ita id.& pa.186.col.1.in fin.Et tu fili.& pa.244.co.2. ante finem.Tu ergo.Nos vero ploremus peccata noſtra, quandoquidem Chriſtus ſic fleuit alienа. pag. 370.col.1.poſt medium.Qui ſe deo.¶ Si cognouiſſes & tu in hac die.Apoſiopeſis eſt.ſicut illud,Ego ne illum,qui illum,quę me,quę non.Lege de hac figura pa.168.co.1.poſt med.Si erit vobis.¶ Veniet dies in te, & circūdabūt te inimici tui, &c. De excidio Hieroſolymitanorum vide pa.65.col.2. ante fi.Et cōplebo.& pa.69.col.2.āte med.& deiiciā.& pa.70.col.2.iuxta fin.Cū Iudęi & pagin.112.col.2.in prin.& aſcendit.& pag.139. col.1.in princ.Et qui in ſua.& pagin 197. col.2. ante med.Ipſi fabricati ſunt.¶ Eò quòd non cognoueris. Cognoſcamus nos.pagi.168. col.2.in fine.Eam ob cauſam.Tempus viſitationis tuę.viſitare quid ſit in ſcriptura pag.89. col.2.ante med, Quid facietis ¶ Eiecit vendeores & ementes de templo.De zelo Dei.pagi.216.col. prima,in fine.Et ponam.

Dominica Decima poſt Pentecoſt.Duo homines aſcendebant.

DE vana gloria & ſtultitia phariſæi gloriantis. pagin.17.col.2.iuxta med.Caput noſtrum.& pag.195.col.2.in fine.Et occidam.¶ Deus propitius eſto mihi peccatori Publicanus vulnera ſua, hoc eſt peccata oſtendebat pag 52.col.1.in prin. Sed reuolue. Ea peccatis publicani elicit Deus humilitatem pagi.142.colu.2. poſt med.Verum Deus. ¶ Qui ſe exaltat humiliabitur. Boetius ſummis (inquit) negatum eſt ſtare diu. Tolluntur in altum, vt lapſu grauiori cadant. Sic exaltati ſunt Aman, Antiochus, Golias, Olophernes, Sennacherib, Alexander, Cyrus,& alij,lege pagi. 96.col.1.in princ.Hoc eſt.& pagi.165.col. 1.circa med.Contra vero.& pag.315.colu.2.poſt med.Eo quod.& pag.226.col.2.ante med.Superbiam imperij.& pag.251.col.2.circa prin.Eo quod.& pag. 276.col.1.poſt med.Ecce Aſſur.& pag.279.col.2. in medio.Intuere obſecro. & pagi.398.col.1.ante medium.Et leuauit.

Dominica Vndecima poſt Pentecoſt.Venit inter medios fines Decapoleos

ADduxerunt in hoc itinere ad Chriſtum hominem & mutum. In tribulatione & neceſſitate noſtra inuocandus eſt Deus ad ipſumque fugiamus.pag.6.col.1.poſt med. Tres viros. vide ſupra in Dominica prima poſt octa. Epiphaniæ. Segregauit eum à turbis. ¶ Sic Oſeæ. 2. Ducam eam in ſolitudinē & loquar ad cor eius. ne ſolitudine

tudine & quomodo ſit turba fugienda.pagi. 286. colu.2.ante med.Stellæ de cœlo.

Dominica duodecima poſt Penteceſt. Beati oculi qui vident quæ,&c.

BEati oculi, &c. Intuebãtur Chriſtum oculis fidei quæ erat beatitudo in ſpecie. In patria autem erit perfecta beatitudo in re.pagin.30.co. 1.in fine. Non ait Ezechiel. ¶ Acceſſit quidam legis doctor tentans eum.Scientiam quam Deus dedit vt ei ſeruirent, turpiter peruertunt impij doctores.pagin.78.col.2. poſt med.Et ornamentum. ¶Quid faciendo vitam æternam poſſidebo?Quid faciendo ait,quia bonis actibus peruenitur ad viam,& poſſidetur beatitudo.De neceſſitate bonorum operum.pag.15.col.1. poſt med. Et quoniam virtutis.In hoc euangelio principaliter agitur de operibus, ſicut cùm dicit:hoc fac & viues,& cum ait:vade& tu fac ſimiliter,& hoc docet parabola in qua opera charitatis illius Samaritani commendantur. Corruit etiam fides ſi non fulcitur bonis operibus. Vnde Paulus Tymor.Habentes bonam conſcientiam quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. 1. Tim.1.Vide de hac re.pagin. 79.col.1.in medio. Quemadmodum.& pagin.84.col.1. in med. Aduerte. Præterea de libero arbitrio & neceſſitate bonorum operum diſputat aduerſus impios Lutheranos.pagin.173.colu.2.prope med. Quid ad hæc.& pagin. 185.colu.1. poſt princ. Quæ faciens.¶ In lege quid ſcriptum eſt quomodo legis? pagin.43.colu.1.poſt princ.Fili hominis,& pagi. 188.colu.1.in princ.Dedi eis,& pagin.298.colu. 2. poſt princ. In mandatis. ¶ Diliges dominum Deum tuum,&c. Nihil volitum quin præcognitum.Ideoque Deus non diligitur niſi prius cognoſcatur. De meditatione & contemplatione. pagin.15.colu.1.in fine.Opus eſt homini.& pag. 425.colu.2. poſt med. Poteris per.De dilectione vero Dei& proximi,lege pag.18.col.2.ante med. Aſpectus eorum.& pag.101.col.2.poſt med. Per lapidem.& pag.210.col.1.in med.Populi.& pagi. 215.col.1.in med. Vide quid. ¶ Homo quidam deſcendebat à Hieruſalem in Hierico. pagi. 79. col.1.circa med. Sedechias.¶ Tranſijt ſacerdos, & leuita. De ſacerdotum bonitate & moribus. pag.92.col.2.poſt prin.Poteris.& pag.94.colu.1. ante med. A ſanctuario meo.& pag. 368.colu.1. iuxta med.Hoc autem.Et pagi. 412 colu.1.circa prin.Fuit autem.& pag.413.colu.1.ante med.Per capillos. De auaritia vero ſacerdotum differit. pagin.415.col.2.poſt princ.Non erit.

Dominica Decimatertia poſt Penteceſt.De decem leproſis.

CLamauerunt illi leproſi dicentes:Ieſu præceptor miſerere mei Deus in omni tribulatione eſt inuocandus.Pſal. Adiutor in tribulationibus;inuenerunt nos nimis. Vide Dominicam primam poſt octauam Epiphaniæ. Miſit illos¶ ad ſacerdotes, primo vt ſacerdotes honorarent. vide pag.419.colu.1. circa finem.Illud eſt hoc loco. Secundo mittit ad ſacerdotes, ne obliuiſcerentur accepti beneficij.Vult enim Deus vt gratias ei referamus.pagin. 426.colu.2. in fine. Non reuertretur.¶Nonne decem mũdati ſunt?ſed nouem vbi ſunt?De ingratitudine.pag.149.colu.2. poſt princ.Eo quod non fueris. Et de Iudæorum ingratitudine. 180.colum.1, ante finem.Poteris.

Dominica Decima quarta poſt Penteceſt. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.

QVomodo non poſſit duobus dominis contraria præcipientibus ſeruire,vide pag.314. col.1 prope med.At viri.& pag.323.colu.1. ante med.Et ab vniuerſis.& pag.332.colu.2.in princ. Ecce ego. ¶ Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ.pag.79.col.1.in fine Vbi vides.& pag.88. colu.1.in princ. Non ſolum. De auaritia agitur. pag.209.col.1.poſt.med.Et auarè.

Dominica Decima quinta poſt Pẽtecoſt.Ibat Ieſus in ciuitatem Naim.

MIſericordia motus.De Dei miſericordia vide in Dominica ſexta poſt pentecoſt.in illis verbis. Miſereor ſuper turbam.¶ Tetigit loculum.De hoc Chriſti tactu.pag.23.col.2.in fine.Et licet. Noli flere. Quomodo mortui ſunt plorandi.pa.225.co.2.prope me.Et tamen.lege duas columnas ſequentes,& pagin.255.col.1.in fine.Leua planctum ¶ Cœpit loqui.vt inſinuaret veram huius adoleſcentis reſurrectionem.Sic loquela tua manifeſtum te faciet, an viuus vel mortuus ſis, ſicut ancilla oſtiaria dixit Petro,Galilæus es, nam loquela tua,&c.lege pag.387.colu.2.in fine Vnde Iob,Portas.

Dominica decimaſex.poſt Pentecoſt.Intrauit Sabbato manducare.

INterrogat Chriſtus Phariſæos, qui illum obſeruabant,an liceret Sabbato curare.De feſtorum obſeruatione & ſanctificatione.pag 185.col. 2.poſt med.Inſuper & ſabbata & pag.414.colu. 2.prope fin. Non erant.¶ Qui ſe exaltat humiliabitur. De hac re vide ſupra in Dominica decima poſt Pentecoſt.

Dominica decimaſep.poſt Pentecoſten. Diliges dominum,&c.Dixit dominus domino.

ACceſſit doctor tentans De iſtis doctoribus & de dilectione Dei de qua tractat hoc euangel. vide quæ in ſuperioribus mandauimus litteris in Dominica duodecima poſt Pentecoſten. ¶ Præ. Hic tentator interrogauit dicens, Quod eſt mandatum magnum in lege?Chryſoſtomus, de magno mandato quærit, qui minimum non obſeruat. Gradatim eſt aſcendendum, ad magnum mandatum,& ad vitę perfectionem vnde ſcala Iacob gradus habebat ad cœlum vſque aſcendentes: nemo enim repente fit ſummus.pagin.364.col.1.poſt med.Non eſt ſilentio.

Dominica decima octaua. poſt Pentecoſt. Aſcendens in nauiculam,&c.

QVis eſt hic qui loquitur blaſphemias?pagin. 321.columna ſecunda ante med.Et polluerunt. ¶ Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam,lege de hoc pagina.76.col.1.ante med.Vias tuas.

Dominica decimanona poſt Pentecoſten.Simile eſt regnum cœlorum homini,&c.

QVomodo regnum cœlorum his rebus terrenis ſimile etiam dicatur.pagina.25. colu. ſecunda,ante finem. Quamquam enim. Vide de hac dominica quarta,poſt octauam Epiphaniæ. ¶Nolebãt venire pag.224.col.2.ante med.Mundare te.¶ Rex iratus eſt pa.139.col.1.prope med. prima. Vides igitur. ¶ Quomodo hic intraſti nõ habẽs veſtẽ nuptialem?hoc eſt nõ habẽs chari-

ritatem. De qua vide pagina. 365. colum. ſecunda. iuxta med. Finis hæc, ſed de hac virtute infra lege quæ habent in communi Apoſtolorum in illis verbis. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.

Dominica vigeſima poſt Penteceſt. erat quidam Regulus, &c.

VEnit Regulus ad Chriſtum in ſua tribulatione, alias non venturus. Hoc enim eſt in cauſa cur Deus ſæpe calamitatibus ferit. pag. 36. col. 1. poſt princ. Tam miſericors. Expende etiam quomodo in ſua anguſtia non quærit diuinos, nec Pythones, ſed Chriſtum De his iam ſatis diximus in Dominica prima poſt octauam Epiphaniæ. ¶ Credidit homo. Et ibat. non ſatis eſt credere, ſed ambulare in via mandatorum Dei. pag. 15. colu. 2. iuxta med. Et quoniam.

Dominica vigeſima prima poſt Penteceſten. Simile eſt regnum cælorum homini Regi qui voluit, &c.

CVr Regnum cœlorum his rebus terrenis ſimile eſſe dicatur, vide Dominicam quartam poſt octauam Epiphaniæ. Agitur in hac parabola de dimittendis iniuriis: quia Petrus interrogauerat, Quoties dimittam. Cum ait Chriſtus vſque ſeptuagies ſepties. Numerus determinatus ſumitur pro indeterminato. pag. 347. colu. 2. in medio. Quod autem. ¶ Rex debitum dimiſit ei. De clementia Regum & principum. pagin. 178. col. 1. poſt medium. Fuit hic. & pag. 179. colu. 1. iuxta med. Qui incedebat. & pag. 179. col. 2. in princ. A voce. & pag 019. col. 1. in fine. Et ita manet. ¶ Egreſſus ſeruus ille. pagi. 274. colum. 2. poſt med. Sed videndum. Iratus eſt Dominus eius. Non cadunt in Deo eiuſmodi paſſiones, ſed talis ſe exhibet hominibus quales ipſi ſunt apud deum. pag. 139. colu. 1. ante med. Vides igitur. ¶ Sic faciet pater meus. Non dicitur pater veſter, ſed pater meus. quia deus non eſt pater eorum qui propriæ iniuriæ vindictam ſumere volunt.

Dominica vigeſima ſecunda poſt Penteceſten. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari.

ABeūtes phariſæi receſſerunt à deo & abierunt. Vide quæ habes in Sabbato poſt dominicam primam quadrageſimæ, in hiſtoria de filio prodigo: vbi dicitur, Congregatis omnibus peregre profectus eſt. Magiſter ſcimus quia verax es, &c. Adulantes hæc dixerunt, vt ore blandirentur, & cauda, vt ſcorpiones vulnerarent. pag. 57. col. 2. poſt med. Cum ſcorpionibus. & pagin. 73. colum. 2. in fine. Vt hirundines, & pagin. 120. colu. 1. poſt princ. Neque diuinatio. & pagi. 124. col. 1. ante med. Et ipſe ædificabat. & pagin. 125. colu. 2. poſt med. Propter pugillum. & pagi. 126. colum. 1. poſt med. Videte errorem. &. 310. colu. 1. ante med. Prophetæ. ¶ Non reſpicis perſonam hominum. De iuſtitia quam debent principes & magiſtratus vnicuique obſeruare, ſine acceptione perſonarum. pagin. 96. column. 1. ante med. Ciconia ¶ Quid me tentatis hypocritæ? De hypocriſi, vide feriam quartam cinerum, in verbo, Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. ¶ Cuius eſt imago hæc? Ne depingas in corde tuo mundi imaginem & eius gloriam. pagin. 55. colum. 1. poſt med. Deſcribe in eo. & pagina 435. col. ſecunda. circa finem. Sed nec ideo. ¶ Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari pagina. 370. columna prima ante med. Ad vſuram. De vtroque brachio eccleſiaſtico & ſeculari loquutus eſt Chriſtus, cum dicit, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. pagina 372. columna prima ante finem. Et columnæ. & pag. 4. 9. col prima. prope med. Debentur.

Dominica vigeſimatertia poſt Penteceſt. De Emorrhoiſſa & puella defuncta.

TIbicines & qui erant ante ianuam deridebant Chriſtum. Ingrediebatur Chriſtus domum Iairi, vt filiam eius ſuſcitaret, & patres conſolaretur, & mundus irridet. Sic Michol irridebat Dauidem ſaltantem coram arca, & deſpexit eum in corde ſuo. 2. Reg 6. pari modo populus terræ impediebat populo Iudæ in ædificando. Nehemiæ. 3. lege pagi. 80. colum. 1. in med. Sic velim. ¶ Apprehendit Chriſtus manum puellæ mortuæ. pag. 23. colu. 2. in fine. Et licet.

Dominica vigeſimaquarta poſt Penteceſten. Cum videritis abominationem deſo. &c.

IN prima parte huius euangelij loquitur Chriſtus de excidio Hieroſolymitano, quia diſcipuli interrogauerunt quando hæc erunt? quod ſignum aduentus tui? Ad vtramque quæſtionem Chriſtus reſpōdet. De diſſolutione templi & Hieruſalem agitur in prima parte, de qua vide quæ literis mandauimus in Dominica nona poſt Pente. in illis verbis, Venient dies in te. Hoc egregiè diſſerit, & doctiſſimè probat Abulenſis ſuper 23. capit. Matt. Si per abominationem intelligis idolum (iuxta Diui Hieronymi ſententiam) lege pag. 184. columna ſecunda prope medium. Vnuſquiſque.

INCIPIT PROPRIVM SANCTORVM.

In feſto ſancti Andreæ Apoſtoli. Ambulans Ieſus iuxta mare. &c.

SVPER illud quod ait euangeliſta, quod erant apoſtoli piſcatores. lege pagina. 261. colum 2. prope finem. Aſpicis hoc. ¶ Faciam vos fieri piſcatores hominū. pa. 197. col. 1. poſt med. Erabant enim. ¶ Relictis retibus Omnia ſancti diſcipuli Chriſti reliquerūt, & contempſerunt propter Chriſtum. De contemptu huius mūdi. vide p. 53. co. 1. in fi. Vide quā. & pagi. 118. col. 1. ante med. Quot mundi. & pa. 126. columna prima in prin. Hoc contemnunt. & pag. 142. columna prima poſt med. Poteris per Chanaan. & pagina 202. columna ſecunda in medio. Vide Dei. & pagi. 209. col. ſecunda in prin. Quēadmodum. Præterea, Mundus inconſtans, & mobilis eſt, atque ideo contemnendus. pagina. 227. columna prima. in prin. Tu autem permanebis. & pagina 341. columna prima in fine. Ve diuitijs. & pagina. 397. columna ſecunda, poſt medium. Præterea quid & pagin. 447. columna prima in fin. Auertamus & pagina. 449. colu. ſecunda in med. Felices illi. ¶ Statim ſequuti ſunt Dominum. Non protrahunt moras, ſed illico obedientes

dientes voci Chriſti, ſequuti ſunt eum. De prompta obedientia vide pagin. 20. column. 1. in med. Quemadmodum totæ. & pagin. 21. colum. 1. circa princ. Cum ambularent. De ſequela autem apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti. pagin. 10. col. 2. in fin. Vt electrum. & pagin. 104. colu. 2. ante med. Cum eleuatis. Vnde ſponſa in Canticis dilecto alloquitur, dicens. Trahe me poſt te. Curremus in, &c. Cant. 1. vide Bernardum, ſermone 21. ſuper Cantica.

In Conceptione Virginis Mariæ, Beatus venter qui te portauit.

Beati qui audiunt verbum dei. De erroribus philoſophorum qui beatitudinem deſcripſerunt. pagina. 29. columna ſecunda. ante med. Pythagoras. Chriſtus vnico verbo deſtruit horum figmenta, dicens. Beati qui audiunt, &c. Quomodo autem ſit audiendum verbum Dei, & cuſtodiendum, iam de his ſupra diſſeruimus in Dominica ſexageſimæ. ¶ De laudibus virginis Mariæ. pagin. 104. coln. ſecunda circa fin. O virgo benedicta. De huius autem genitricis Dei immaculata, & puriſſima conceptione. vide pagin. 373. col. 2. poſt prin. Pro capite. Caput principiú eſt, quod confregit Beatiſſima Virgo, cùm peccatum originale non contraxit. Iacuit Dagon in terra coram arca Dei ſine capite & manibus: quia coram Virgine Beatiſſima victum iacet peccatum originale & actuale. 1. Reg. 5. Multa alia de immaculata conceptione Virginis diſſerit. pagin. 401. col. 1. iuxta med. Poteris per. Lege totum folium vſque ad contex.

De S. Stephano prothomartyr. Ecce ego mitto ad vos prophetas.

Hieruſalem, Hieruſalem qui occidis prophetas. pa. 69. col. 1. poſt med. Poteris per hos. & pag. 76. col. 2. in princ. Finis venit. & pagi 85. col. 1. in fine. vt procul recedam, & pag 95. coln. 1. in princ. Id illis. & pagin. 109. colu. 1. in med. Fratres tui. & pagin. 133. column. 2. circa fin. Eſt autem. & pagin. 315. col. 2. in med. Montes Iſrael ¶ Volui congregare & noluiſti. pag. 224. col. 2. ante med. Mundare te. ¶ Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. pagin. 65. col. 2. ante finé. Et complebo. & pagin 69. colu. 2. ante med. Et deijciam. & pagin. 70. coln. 2. poſt med. Cum Iudæi. & pagi. 102. col. 1. poſt princ. Et aſcendit. & pagin. 184. col. 2. poſt pri. Quę eſt. ¶ Ecce video cœlos apertos. Quid ſit cœlos aperiri. pa. 5. col. 2 poſt me. Non diuiſione.

De ſancto Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta. Dixit Ieſus Petro ſequere me, &c.

Coepit Ieſus ambulare, & dixit Petro, ſequere me. In quo inſinuabat Petrum illum ſequendum, aliquando in cruce & paſſione, in illo ſigno exteriori prænuntiabat eius martyrium. pa. 51. col. 2. in princ. Interea. & pa. 53. col. 1. prope med. Sume tibi. & pa. 333. col. 2. in fine. Sume tibi. ¶ Mundus non poſſit capere libros. Hyperbole eſt: de qua vide pa. 277. col. 2. poſt med. Cedri non. ¶ De laude ſancti Ioannis plura notatu digniſſima habes. pa. 27. col. 2. ante med. Qui hoc referunt.

De S. Sebaſtiano martyre. Stetit Ieſus in loco campeſtri.

Sequebatur Chriſtum multitudo magna à Tyro, Sidone, &c. De hac ſequela iam diximus in die S. Andreæ. Sequebantur autem propter duo. Primum, vt audirent verbum dei, de quo habes in domi. ſexageſimę. Secundo ſequebantur vt ſanarentur à languoribus ſuis. Hæc duo Chriſtus faciebat pa. 306. col. 2. in princ. Quod infirmum. De beatitudinibus, vide infrà in feſto omnium ſanctorum.

In conuerſione S. Pauli. Paulus adhuc ſpirans.

De conuerſione S. Pauli. lege pa. 103. colu. 2. poſt med. Sed aquila. ¶ Super illud autem quod Chriſtus dixit Ananiæ, Vas electionis eſt mihi. lege pa. 103. col. 2. poſt med. Hic accipiter.

In purificatione virginis Mariæ, poſtquam impleti ſunt dies, &c.

Obtulerunt Ieſum in templo parentes eius. pa. 319. co. 1. in fin. Boniſque. lege vſque ad contearum. De hac Chriſti præſentatione, vide etiam quemadmodum cæremonias legis cuſtodierunt Chriſtus & mater eius. De his cæremoniis. pa. 410. colu. 1. ante med. Perfectio eſt. Et de his cæremoniis quas magnificabant ſcribæ & phariſæi. lege pa. 436. col. 1. ante med. Et erunt. De offerta autem quia obtulerunt pro eo par turturum &c. pag. 420. col. 2. in fine. Et hæ ſunt. Nos etiam offeramus noſmetipſos mundos & purificatos ante dominum. pag. 370. col. 1. poſt med. Qui ſe deo. ¶ De Simeone ſene & iuſto ait Euangeliſta quod erat expectans conſolationem Iſrael. pa. 47. col. 1. poſt med. Manus domini. Accepit Simeon Chriſtum in vlnas. Chriſtum etiam porta tu in manibus, quia non ſatis eſt illum cognoſcere per fidem, niſi etiam fidei iungatur actio. pa. 15. coln. 1. iuxta med. Et quoniam virtutis. & pa. 272. col. 1. apud med. Vnde Simeon. ¶ Nunc dimittis. Cecinit Simeon optans à morte corporis huius exire. pa. 33. col. 2. in prin. Hoc exiſtimo. & pa. 378. col. 1. ante med. Eam ob cauſam. ¶ Lumen & reuelationem gentium. pa. 277. col. 1. poſt prin. Poteris.

In Annuntiatione Virginis Mariæ. Miſſus eſt angelus Gabriel.

Menſe ſexto miſſus eſt angelus Gabriel. Menſe ſexto à Ioannis conceptione, ipſe eſt menſis Martius, in quo creatus eſt mundus. pa. 3. col. 1. ante med. Et quoniam. ¶ In ciuitatem Galilææ. Vnde dicatur Galilæa, & cur in hanc prouinciam mittitur angelus vide. pa. 52. col. 1. poſt princ. A verbo hoc. ¶ Ad Virginem deſponſatam viro. De puritate & virginitate Deiparæ virginis. pa. 407. col. 2. ante medium. Acſi dicat. Expende quod ſicut malus angelus Euam decepit, & inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, ita & nunc bonus angelus ſalutem noſtram operatur, & ad mulierem mittitur, vt inde ſalus oriatur, à qua mors ſumpſit exordium, pagina. 399. colum. 2. in medio. Et ſi ſint. ¶ Cogitabat Virgo qualis eſſet iſta ſalutatio. Et prudenter quidem, quia prius cogita antequam loquaris. pa. 14. col. 2. ante medium. Planta pedis. ¶ Regnabit in domo Iacob in æternum: ly (æternum) quomodo in ſcriptoris ſacris accipiatur. Non enim ſemper inſinuat tempus ſempiternum, quod nunquam finietur, & ne virgo exiſtimaret Regnum Chriſti aliquando defuturum, ſubdit Angelus, Et regni eius non erit finis. pagina 156. column. 1. in medio. Et ſi decimo. & pagin. 242. col. 1. prope finem. Habebitis. De Regno Chriſti

 æterno

æterno.pag.335.col.2.poſt med. Et Dauid. Et etiam lege quæ in ſuperioribus literis mandauimus in Epiphania domini & in dominica in Ramis. & Ecce ancilla domini. ſtatim verbum Dei naturam aſſumpſit humanam, & ſecum vniuit hipoſtatica vnione, propter quod appellauit illum Eſaias Emanuel, hoc eſt, nobiſcum Deus.pa. 396.col.2.poſt princ.Ecce ego.

De ſanctis Philippo & Iacobo. Non turbetur cor veſtrum.

DE hac cordis turbatione, pagi.37.columm.1 poſt med.Vt aqua quieta.¶ Nemo venit ad patrem niſi per me. pagin. 358. col. 1.poſt princ. Stabat autem.¶ Ego ſum via, veritas, & vita. pa. 151.colu.1.poſt med.Ego ſum Deus. & pagi. 157. col.1.in fine.Proiecta.& pa. 170.col.2. ante med. Vita viuet.

In Inuentione ſanctæ Crucis. Venit Nicodemus ad Ieſum.

OPortet naſci denuo, dixit Chriſtus Nicodemo, loquens de baptiſmo per quem homo regeneratur in adoptionem filiorum Dei pagi.5. col.1.prope med.Quid eſt homo.& pag.434.col. 1.in princ. Quare per fluuium. ¶ Spiritus vbi vult ſpirat. Quomodo hoc intelligendum ſit de aere, & etiam de Spiritu ſancto.lege pa.330.col. 1.circa finem.Spiritus inquit.¶ In laude Crucis Chriſti, & de eius excellentia, & virtute, pa.164. col.1.apud med.Hæc arbor.& pa.167.col.1.ante. med. In monte. Obſerua autem quomodo ille qui in ligno vincebat, victus eſt in ligno.pa.288. col.1.in med. Quatemus euertit. Sic Aman ſuſpenſus eſt in cruce, quam parauerat Mardocheo. Quomodo autem Crux Chriſti ſit baculus, cuius ope labores mundi dulces fiunt.pa.221.col.1.prope finem.& alio in pſalmo & pag 325.colum.1. in med. Et multiplicabo.& pa.403.col.2.in principio, Nonne aſpicis. Lege vſque ad contextum.

In Natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ. Eliſabeth impletum eſt tempus, &c.

CVm pepetit filium Eliſabeth, vicini & cognati eius non inuidebant, ſed congratulabantur ei:De inuidia.vide Dominic.ſecund. Aduentus in verbo, Cum audiſſet Ioannes in vinc. &c. Etenim manus Domini erat cum illo. pag. 26.col.2.poſt medium. Facta eſt ſuper. & pagina 83.colu.1.ante med et cecidit.¶ Viſitauit & fecit redemptionem. Viſitare in ſcriptura quid. pagina 89.col.2.ante med. Quid facietis.& pagi. 95.col.2 poſt med.Appropinquauerunt: & pagi. 220.col.1. apud medium. Viſitans. ¶ Illuminare his qui in tenebris. Ioannes, vt Chriſtus fatetur, erat lucerna ardẽs, & lucẽs, media inter Chriſtũ verum ſolem iuſtitiæ & mundum in tenebris ſedentes & in vmbra mortis. Excæcaretur enim mundus ſi ex tenebris repente ſolem videret, ideoque lucerna prius indigebat. vt illuminaretur. Hoc fuit Ioannis officium, diſponere viſum, & præparare corda, vt mundus Chriſtum videret.pag.220.col.1. poſt medium.Viſitans.

De ſancto Petro Apoſtolo. Venit Ieſus in partes Cæſareæ.

QVem dicunt homines eſſe filium hominis? Perpende Chriſti humilitatem, qui cum ſit filius Dei naturalis non dedignatur filium Adam peccatoris appellari pagina.58. columna prima. ante finem.Ex quo. Præ. homines dicit, ſcilicet, ratione vtentes, non impij phariſæi, & ſcribæ. pa. 134.colum. prima, poſt princ.Interficiam. ¶ Tu es Chriſtus filius Dei viui.Dei viui dixit ad differentiam Deorum mortuorum gentium. pagina. 150.columm.1. in medio.Viuo ego. Obſerua autem quod Petrus Chriſtum confeſſus eſt inter apoſtolos, quem poſtea negauit in atrio Cayphæ inter impios. Conuerſus poſtea ad Chriſtum foras exiit & fleuit amare. Admonet locus iſte impiorum ſocietatem ſummopere fugiendam eſſe. vide quæ de hac re habes ſupra in Dominica in paſſione in verbo, Ieſus autem abſcondit ſe & exiuit de templo. ¶ Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. pagin. 316. column. 2. in princ.Id vaticinatus.& pagin.336. col.1.in med.Et fundabo eos.Lege vſque ad annotationes ex Hebræo in fin. capitis. De eccleſia & eius ſacramentis.pag.338 col.1.poſt medium. Ego exiſtimo, & pag. 354 col.1 iuxta med. Et ciuitas hæc.In tota hac pag. & in ſequentibus agitur de ædificatione eccleſiæ, & pag.377.colu. 1. poſt med.Hieroſolymæ.De poteſtate Papæ.pagi. 413.col.1.in fine.Cum inter.& pagi.444.colu.1. poſt med.Per hanc.¶ Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.pag.236.col. 2. in princ.Poteris.De eccleſiæ firmitate.pag.363. colu. 1.poſt med. Nam corpus. ¶ Tibi dabo claues Regni cœlorum.pagin. 386.col.2.poſt med.Hic eſt theſaurus.lege vſque in finem capitis, vbi tractatur de indulgentiis. ¶ Quodcunque ligaueris ſuper terram.pag.430 col.1.in princ.Fuiſſe.

In Viſitatione Virginis Mariæ. Exurgens Maria abiit.

AScendit Beata Virgo in montana cum feſtinatione.pagin.14.col.1. in fine.Vidi filium Dei. Adde, ſic Ioannem Baptiſtam, ſtatim vt factus eſt homo, gratia repleuit. Opus bonum feruenter & cum feſtinatione operata eſt Beatiſſima Virgo Nos imbecilles ſumus ad bonum.Vide in Natiuitate Chriſti ſuper illud:Paſtores venerunt feſtinantes.& Beata quę credidiſti.Eliſabeth, triplicem habuit ſpiritum prophetiæ, nempe de prætetito, cum dixit, Beata quę credidiſti.De pręſenti cum ait: Vnde hoc mihi? vt veniat mater Domini mei ad me?De futuro autem cum dicit, Perficientur quæ dicta ſunt tibi à domino.De his tribus generibus prophetandi vide Gregor. Homil. 1.in Ezechielem prophetam: & hic in iſtis commentariis, in pagin.220.colu.2.in fine.Diuini vates.

De ſancta Maria Magdalena Rogabat Ieſum quidam Phariſæus.

VT cognouit quod Ieſus recumberet in domum Phariſæi, venit ad Chriſtum.Chriſtus vocabat interius quam ſuſcipiebat exterius.pag. 34.col. 1.in princ.Et ſtatuit me. Sine auxilio Dei non poteſt peccator ſurgere à peccato. Obſerua autem quod deum in ſua neceſſitate quęſiuit, ſed de hoc iam diximus in Dominica prima poſt octauam Epiphanię ¶ Cœpit rigare pedes.De vtilitate lachrymarum.pag.72.col.1.poſt med.& dichen.¶ Capillis capitis ſui tergebat.pa.63.col. 2. poſt princ.Explicans.

De

De Sancto Iacobo Apoſtolo. Acceſſit ad Ieſum mater.

QVomodo accedendum ſit ad Deum. vide pa.379.co.1.in fine.Oportet magnam.¶Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? pa.216.col.2.ante finẽ.Bibere calicem.

In Aſſumptione Virginis Mariæ.Intrauit Ieſus in quoddam.

VNum eſt neceſſarium,lege de hac re. pa.73, col.1.poſt medium.Porro vnum.

In Decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ.

IMpius Herodes tyrannus,&adulter gratulatur & exultat: At Ioãnes vir ſanctiſſimus iniuriam patitur.Quomodo iuſti in hoc mundo damnentur,& de proſperitate impiorum.vide p.127.co.1.in med.Ne ſuccenſeas.¶Ioannes arguebat Herodem.Veritas dicenda eſt principibus & magnatibus.pa.122.col.1.in fine.Non aſcendiſtis.ante medium.Odit mundus veritatẽ.p. 132. col.2. ante med.Et propheta.& pa.268.col.2. ante medium.Niſi Ionas.

In Natiuitate ſacratiſſimæ Virginis Mariæ.

LIber generationis Ieſu Chriſti.pa.12.col.2.in fine.Hęc tam ampla.lege quomodo Chriſtus ſit Deus,& homo.vide etiam pa.43.col.1.in fine. Omnia ſunt,& pa 163.co.2.ante finẽ.eſſe Chriſtũ.

Salmon genuit Booz de Raab, contra eos qui de generis nobilitate inaniter gloriãtur,vide quo modo Chriſtus ex Raab Cananea, & ex Ruth Moabitide quæ ab impijs idololatria genitæ fuerant,traxit originem. At nihil parentum obſcuritas obfuit Dauidi, nec Chriſto, neque Sacratiſſimæ eius matri.lege.pa.141 col.2. poſt med.Pater tuus Amorræus,& pa.253.col.2.ante med.Oſtẽdit illis deus.& pa.295.col. 2. poſt prin. Præſtat quidem. Obſerua autem quod non ponitur primogenitus in genealogia ſaluatoris, quia Iſrael qui erat primogenitus, vt dicitur Exod. 4. erat abijciendus.lege pa.299.col.2.ante me. Viues in gladio.

De ſancto Matth. Apoſtolo & Euangeliſta. Vidit Ieſus hominem ſedentem,&c.

VIdit Ieſus hominem ſedentem in theloneo. De hoc vide fer.quarta poſt quar.dom. quadrageſimæ in verbo, Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum. ¶ Sequere me. Prius vocat Ieſus matth.pa. 34.col.1.in princ. Et ſtatim. S¶urgens ſequutus eſt.eum. De Chriſti ſequela, vide in feſto S. Andreæ.in fine,& de vanitate ſeculi,& mũdi contemptu in eodem loco. Miſericordiã volo.pa.26.col.1.circa fin.Non miſi ¶ Surgens ſequutus Ponderaly ſurgens.pa.32.col. 2. in fine. Sta ſuper.¶Peccatores ad pœnitentiam. vide dominicam 4. Aduentus. prædicans baptiſmum pœnitentiæ.

In Exaltatione ſanctæ Crucis.

DE crucis exaltatione pa.164.col.2.in fin. Ego dominus.¶Super euangeliũ,vbi ait,nũc princeps huius mũdi eijcietur foras.pa.261.col. 1.in fine.Per hunc draconem.& pa.357.cu.1.poſt med.Apparet autem.

De S. Michaele,& de Angelis.

DE caſu diaboli & de angelis.pag. 256. col. 1. ante med.loquitur ad literam.lege hãc pa. & totũ foliũ ſequens ¶Niſi quis humiliauerit ſe ſicut paruul'iſte.p.390.c.2.ante me.Nã in eccleſia.

De ſancto Franciſco.

Confiteor tibi pater domine cœli.

ABſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus. Quomodo deus dicatur aliquid abſcondere & excæcare & indurare, & cætera huiuſmodi quæ paſſim offendes in ſcriptura ſacra. lege p.116.co.1.in pri.Audite audientes.& p.98. cu.2.ante me.Quo eñ.Et pa.133.co.1.prope med. Nec obſtat.& pa 188.col.2.in prin. Pollui eos. & pa.267.col.1.circa med Poteſt etiam. & pa. 381. column.2.in prin.Huius cæcitatis.Porro ſapientes & prudentes huius mundi ſunt, qui apud ſemetipſus ſunt ſapientes.Quomodo autem ſapiẽtia huius mundi ſit ſtultitia apud deum. pa. 41. col.2.poſt med.Quæ maior.& pa.254 col.1. ante me.in ſapiẽtia.& pa 394 col.1.in me.Oportet enim. Et reuelaſti ea paruulis,hoc eſt,humilibus. pa.39.col.1.poſt prin.Confiteor. Lege totam pa. 40.¶ Venite ad me omnes qui laboratis, &c.pa. 376.col.2.in prin. Quomodo.lege vſque ad contex.¶Iugum meum ſuaue eſt pa.309.col. 2. ante med.Cum contriuero.

In feſto omnium Sanctorum,Videns Ieſus turbas,&c.

VIdens turbas aſcendit Chriſtus in montem, vnde Eſaias,Super montem aſcende qui euangelizas Sion & ad populum. Venite aſcendamus ad mõtem domini,& ad dũmũ dei Iacob. & docebit nos vias ſuas,&c. vide pa. 146. col.2 prope me.Illa enim lex. Lege duo folia ſequentia & pa.163.co.2 in prin.Et ſumam. ¶ Aperiens os ſuum,docebat eos.pa.432.col.1.poſt med. Hic fluuius.¶Beati.de beatitudinibus & eorũ pluralitate in genere.pa.372.col. 1. poſt med.Et octo. Vide etiã de beatitudine opiniones Philoſophorum pa.29.col.2.prope med. Pythagoras. Omnia hæc philoſophorum deliramenta deſtruit Chriſtus & damnat dicẽs,Beati pauperes,&c.ac ſi diceret,tantum abeſt vt beatitudo in his bonis quæ mundus admiratur ſit collocanda, vt in eorum prorſus abiectione ſit poſita.Sed de ſingulis beatitudinibus ſigillatim nũ diſcutiamus.¶Beati pauperes ſpiritu quoniam, &c. de contemptu diuitiarũ, & bono paupertatis.vide in pa.79.col. 2.in fin.Diuitiarum¶Beati mites:quoniã,&c.de hac terra viuentiũ quã mites poſſidebũt.pa. 123. co.2.poſt me.Nec in terrã.& p 340.co.2.ante me. Porrò cũ.& p.380.co.1.poſt me.Vel ideo ¶ Beati qui lugent quoniam, &c. Vide de lachrymis pa. 370.co.1.ante.fi.Qui ſe deo.¶Beati miſericordes quoniã,&c.p 153.co. 2.poſt me. Et manũ egeno. & p.169.co.2.poſt me.Panẽ ſuũ & p 284.co.2.in me.¶Beati mũdo corde quoniã,&c.vide pa.323. co.1.in me.Et dabo.¶Beati pacifici quoniã, &c. p.74.co.2.in me.Vbi accẽderũt.&p.101.co.1.poſt prin.& aſpectus.¶Beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiã quoniã,&c. pa. 4. col. 1. poſt pri.Permitti aliquãdo&p.19.co.2.in me.de igne. 31.co.2.ante med.Fili hominis.& pa.50. col.2.circa med.Solet deus.& pa.65.col.1.poſt med. Qui meũ & pa.105.col.2.ante finem. Et quemadmodũ.& pa.135.col.2.ante me.Et cognoſcetis & pa. 162.col.1.poſt med & ſi & pagi.242.col.1. ante me.Nam pro.& pa.180. colum.2. circa me. Ignis comedit.& pagina.189.colu.2.in med. Hinc diſces.& pa.193.colu.1.poſt med.Omne lignum. &

pag.517.col.2.poſt prin. Hic eſt calix.& pa.285. col.2.poſt med.Potetis.& pagin. 374 col.2.ante med. Si dormiatis inter medios cletos. Hæc authoritas explanatur de perſecutionibus iuſtorú. Obſerua autem quod non omnes qui patiuntur perſecutionem beatos eſſe ait Chriſtus, ſed illos tantum qui propter iuſtitiam perſecutionem patiuntur. Omnia propter Chriſtum agenda ſunt & ipſum coram oculis babeamus, tam in proſperis quam in aduerſis.p 55.co.1.poſt prin.Quis ea. lege vſque ad contextũ,& p.91.co.2. ante finem. Hoc ſignnm. ¶ Baati eritis cũ malediaetint vobis homines.pa. 38.col. 1.au.med.Impius poterit.

COMMVNE SANCTORVM.

De Apoſtolis.

DE ſanctis Apoſtolis & Chriſti diſcipulis vide pag. 226. col.2.in medio.Et adducam. ¶De nnmer. Apoſtolorum duodeno.pa.392.col. 2.aute me.Hędnodecim.Lege duas paginas ſequentes vſq; ad conteatnm. ¶ In Enangeliũ da communi Apoſtolorum, quod incipit, Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. & in illud: Hæc mando vobis, &c. De dilectione. vide pag.101.co.2.poſt med.per lapidẽ.& pa.210.col.1. in medio.Populi.& pa.314.col.1.circa prin.Omnes.& pag. 323.col.2.& iterum in prin.& pa.365 col.2.in med.Frons hæc.& pag.366.col.2. prope mad.Et marginem.& pag. 389. col. 2. poſt prin. Porta hac.& pag.402.co.2. prope me. Nam cum. Ignis in altari meo, dicit Dominus, ſemper ardebit pagin.402.col.2.Nam cum.¶ Vos autem dixi amicos & vos amici mei eſtis.De amicitia vide pa.73.col.2.ante med. & quoniam. Amicitia eſſe non poteſt niſi inter bonos, quare inter iniqnos diu durare non poteſt. pagina 214. collum. 2.in med.Et ſaturara. ¶Qui perſeuerauerit vſque in fin. hic ſaluus erit. De perſeuerantia, pag.367.col.2.in fine.Et ante frontes. & pag. 369. col.2.ante me. Par deateram. ¶ In Euangel. Eccce ego mitto vos ſicut oues, &c. Ego, emphaſim habet. ago qui vires vobis præſto, & qui auxilium do, ſum qui mitto vos.pagin. 3.col.2. poſt med. In te eripiat Præ. Nõ ſe ingerunt ipſi ſed à Deo mittuntur pagin. 34. collumn. 2. in medio. Mitto ego. Item qui Deum timet & ſecum habet, nihil aliud timare debet.pagin.37.collu.2. poſt prin.quid timet.& pag.37.collu.2.poſt med. Illud eſt.Ideò Mathatias filijs ſuis dicebat, A verbis hominis peccatoris ne timueritis, quia gloria eius ſicut ſtercus.1.Mach.2.De munere prædicatorum pa.105.col.2. ante med. Quaſi viſio & pa. 397.col.1. poſt med. Homines. ¶ Nolite portare virgám, neque calciamenta. Matth.10. Hoc eſt, vt hic author interpretatur, Ne concnpiſcatis mundi fauorem pa.263.col.2.prope med.Pro eo.¶Et ſuper illud quod Apoſtolis ait, Manducate quæ apponuntur vobis.Lege pa.443.col.1.ante med.

Hinc deſumpta.

In feſto ſanctorum euangeliſtarum.

DE excellentia & dignitate enangeliſtarum. pa.11.colu.2.in fin.Exiſtimar ¶ Euangeliũ. Miſit illos binos ante faciem ſnam. Binos mittit (vt Diuus Gregorius ait in Homilia) propter mutuam charitatem, pag 20. colu. 2. ante medium. Currus erat.& pa.23.col.1.in fine.pennæ eorum. ¶Operarij antem pauci.pa. 343. col. 2. poſt me. Superbi.¶Nomina veſtra,&c.pa.123.col.1. ante med.Voluerunt.& pa.288.col.2.ante me.Nomina veſtra.

In communi vnius martyris.

QVi vult venire poſt me.Voluntarium obſequium. Obſequium à nobis exigit Deus. Ideo dixit.Qui vult.Neminem cogit. Manet enim vnicuique ſua propria voluntas.vnde Dauid. Voluntarie ſacrificabo tibi domine pa.420.co.1.poſt med. Et poterat. ¶ Abneget ſemetipſum. De hac abnegatione.pa.403. colu. 2. ante med.diximus. ¶Et ſequatur me.pa.22.col.2. ante med. Qui ſequitur me.& pa.93.col 1.ante me.Si Chriſtus.De hac Chriſti ſequela, vide domin. quar.in quadrageſ.ſuper illud: Sequebatur illum multitudo magna.¶ Qui odit animam ſuam. Quid hic intelligat per animam vide pa.296.col.1.in med.Veneritque.¶Qui odit patrem aut matrem.pa.99.col. 2.in fin.Non veni.& pa.269.co.1.in fine. Et corruent.

Tempore paſcali.

PRo ſanctis martyribus in tempore paſchali ſuper illnd quod Chriſtus ait Manete in me. vide pa.102.col.1.poſt prin.Deus vocat rotas.

In communi plurimorum martyrum.

IN euangelium, Cum audieritis prælia & ſeditiones nolite terreri.de tribulationibus ſanctorum, vide quæ litteris mandanimus in ſuperioribus in feſto omnium ſanctorum, ſuper illud: Beati qui perſecutionem patiuntur. ¶ In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.pa. 346. col. 2. poſt med. & percuſiam. ¶ In aliud euangelium quod incipit, Cauete à fermento Phariſæorum quod eſt hypocriſis.de hypocriſi vide feriá quartam cinerum in illnd: Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritę triſtes.Nihil opertum quod non reueletur. Volunt hypocritæ ſua crimina celare, Sed deus illa manifeſtabit: Per ea quæ quis peccat punietur pa.223.col.1.in prin.Dedi ſanguinẽ. ¶Ne terreamini ab his, qui vos perſequuntur.pa. 37.col.2.ante fin.Illud.& pa.125.col.2.in medio Cum animas.¶ Animam non poſſunt occidere. de immortalitate animæ egregiè & latè diſputat. pa.126.col.1.in medio.Vt interficeteni.Lege totum folium ſequens.¶Enm timete, qui poſtquam occiderit habet poteſtatẽ.pa.361.co.2.ante fi.Potetis. Capilli capitis veſtri.Nonne quinqua paſſeres.De Dei prouidentia.pa.533 colu.2. in fine. Cum dedero.Curam agit deus ſuorum. Sicut de Iacob, Ioſeph, Helia, & Dauid.pa.243. col. 2. in pri.Filius meus Ioſeph.¶Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.pa.296. col. 2. in med. Annnnciabis eis ¶Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.pa.96.col.2.in fine.Atramẽtarium.¶ Non veni pacem mittere ſed gladium pa 99.col.2.in fine.Non veni.

De Confeſſoribus.

SImile eſt regnum cœlorum. Quomodo Regnum Dei his rebus terrenis aſſimiletur, vide Domini. quartam poſt octauam Epiphaniæ. Vigilate. ¶ Quomodo vigilandum nobis eſt omni tempore pag.21.col.1.poſt prin. Nihil eſt. Lege tres col.ſequentes.¶Nolite timere puſillus grex. Vendite quæ poſſidetis, facite ſacculos.pa.153.col.2.poſt me.& manum egeno. ¶Nemo accendit lucernā. pa.294. col.2.in fine.Nun accendūt lucernam.¶Si oculus tuus ſimplex fuerit.pagin. 406.col.2.in prin.Non prohibet Deus. De intentione boni operis.¶Fidelis ſeruus & prudens De prudentia prælatorum.pag.301.col.1.in fine Solent enim & p.205.col.2.propè.me.Hoc eſt præſulis.¶In euangelium vbi narratur parabola de decē mnas.vbi impij illi dixerunt.Nolumus hūc regnare ſuper nos,lege pa.214.col.2. ante med. Mundare te.

¶In parabola de quinque talentis,& mnis, Vbi dicitur quod ſeruus nequam abſcondit talentum, vel mnā.vide pa.295.col.1.ante med eorū enim. & pa.400.col.2.in medio. Finis moralis.

In Euang.Ecce nos reliquimus omnia.

DE Mundi contemptu vide in feſto Sancti Andrææ,ſuper illud:Relictis retibus:Obſerua autem quod non dicit petrus quod reliquerūt aliqua,ſed omnia:quia propter Chriſtū omnia ſunt relinquēda,quod quia minime fecerūt Ananias & Saphira infeliciter obierunt. Act. 5. Ideo Dauid: Ad omnia mandata dirigebar, Omnem viam iniquam odio habui. In mari rubro omnes Ægyptij perierunt.Exod.14.quia Saul non interfecit omnes Amalechitas ſicut mandatum acceperat à Domino, punitus fuit & eiectus à regno. 1.Reg.12.Iacobus etiam ait. Qui in vno deliquerit factus eſt omnium reus.De ſanctis parentibus Ioannis Baptiſtæ ait Lucas quod erant iuſti ante Deum quod probat dicens. Incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini Luc.1. Euangelicus etiam ille negociator,inuento theſauro & inuenta margarita abijt & vēdit omnia. Lege de his.p.15.co.2.prope fin.Poteriahoc.& p. 22.co.1.in prin.Cū ambularent.¶Omnis qui reliquerit fratrem,&c. propter me. Propter Chriſtum hæc terrena ſunt contemnenda, alioquin nihil nobis prodeſt mundi contemptus plurimi námque philoſophorū contempſerunt vitam, delicias,& opes.&c.pa.55.col.2.poſt prin. Quis ea. & pa.91.col.2.poſt med.Hoc ſignum:

In Euangel.Vos eſtis ſal terræ.

SIcut ſale conditur cibus, & præſeruat ſal carnes à corruptione & putrefactione, ſic ſacerdotes & doctores, & prælati bonis exemplis & probatis moribus populum debent inſtruere, ne in vitiorum corruptionem labatur.pa.412 col.1. poſt med.Veſtibus.Præterea de prælatis & prædicatoribus.pag. 19.col.1.in prin.Auriga eſt. & pa. 48. col. 2. ante med. Speculatorem.in finem paginæ. Ideo in hoc euangelio prius dixit Vos eſtis ſal terræ.& deinde. Vos eſtis lux mundi. Oportet vt ſacerdos ſit virtute & ſcientia præditus, ſed primò & principaliter, vt virtutibus innitatur. Lege totum folium ſequens & vſque ad contextum.De officio & munere doctorum & prædicatorum pa. 105.col.2.ante med.Quaſi viſio.& pa. 141.col.1.in prin. Annuncia.& pa.183.col.2.ante med.Huiuſmodi.& pagin.205 colu. 2. ante medium Huc eſt ſpeculatoris, vide ſupra domin.2. poſt Paſcha.¶Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita.Dignitas prælaturæ oſtēdit qualis ſit vnuſquiſq.p.350.co.1 ante fin. Sunt enim. Quid vero ſit iſte mūs inſinuatur.p.401.co.2.poſt prin.Iſta eſt.¶Nō veni ſoluere legem ſed adimplere.pa.440.col.2.ante med.Ita enim.

In communi ſanctarum virginum.

SImile eſt regnum cœlorum decem virginibus.Quomodo ſpiritualia & cœleſtia ſimilētur iſtis rebus terrenis,vide Domi. quartam poſt octauā Epiphaniæ.¶Quinque erant fatuæ,& quinque prudentes Multa ſunt in cauſa,cur Dominus ſinit impios viuere inter pios.pa.6.col. 2.in prin. In terra Chaldæorum.& pa.304.col.2. poſt prin. Solet etiam.& pa.378.col.1.poſt med. Quam ob cauſam.¶Vigilate itaque.Quomodo vigilandum pag.col.1.prope prin. Nihil eſt.lege tres columnas ſequentes.

In communi viduarum.

SImile regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro:Cur regnum cœlorum his rebus externis ſimile eſſe dicatur,vide in Dominicā quartā poſt octa.Epiphaniæ.¶Sagenæ miſſæ in mari, Et ex omni genere.impios ſinit Deus viuere inter pios.vide hic in communi virgi. Quinque erant fatuæ.&quinque,&c.¶Vendidit omnia,& emit agrum ſiue margaritam.De mundi contemptu lege in feſto ſancti Andreæ in verbo:Relictis retibus.Quomodo autem non ſatis ſit vendere aliqua,ſed omnia, ita vt nihil ſibi retineat verus Chriſti ſeruus & fidelis mundi contemptor.vide quæ ſcripſimus in euangelium.Ecce nos reliquimus omnia.ſuper ly,omnia.

In Dedicatione Eccleſiæ.

DE dedicatione Eccleſiæ.pa.319.colum. 2 in prin.Ante Babylonicam. & pag. 381. col.1. prope finem.Erit nomen.Lege vſque ad contextum,& p.400.co 1.poſt med.Dent operā. Quātū verò malum ſit in templum peccare.pag.86. col. 1.in fin.Et Iezonias.¶Super euāgeliū, Vidit Ieſus Zachæū.125.col.1.in med.Accipitur& p.142.co. 2.poſt me.Tranſiens.Prius Chriſtus venit ad peccatorem & reſpicit illum, quàm peccator veniat ad Chriſtum.pag.328.col.1.in medio.Et merito. ¶Zachæus feſtinans deſcendit. De feruore quo Deo eſt ſeruiendum. vide in die natalis Chriſti ſuper illud.Paſtores venerunt feſtinantes.¶Murmurabant quod ad hominem peccatorem diuertiſſet.De murmuratoribus & detract.pa.206.col. 1.ante fin.Viri detractores.& pag.211.col.1. poſt med. Viri.

Pro mortuis ſeu in funere defunctorum.

EGo ſum reſurrectio & vita.pag.150.col.1.poſt med.Non eſt Deus.& p. 168. col.1.in fin. Ecce omnis.Et pag.170.col.2.ante med.Vita viuet. & pa.283.col.2.ante med.Si bi pro.Et pa. 331.co. 1.circa med.et vixerūt.¶Omnis qui viuit & credit in me.pag.330.columna 2.in fine. et ingreſſus eſt.

deſcendi de cœlo non vt faciam voluntatē meã. Ioan.6.vide pag.24.col. 1. ante med. Sermonem. ¶Quomodo mortui ſunt plorandi.pa.225.col.1. prope me Et tamen præcepit.Leg. 3. co. ſequēn. & pag.215.col.1.in fine. Leua planctum. De hominis miſeria & breuitate huius vitæ, lege quæ ſcripta ſunt inferiã quartam cinerum ſuper illud, memẽto homo quia cinis es,&c.

In Letanijs ſiue rogationibus & petitionibus.

DE petitionibus in illud orationis dominicę, Sanctificetur nomen tuum. Exponitur locus iſte.pa.312.col.1. ante med. Et ſanctificabo. Et pa.380. col.2. poſt med. Accipitur hic. ¶Pro pluuia petenda,aut tempore famis,vel peſtis.pa. 66.co.2.prope med.Quãdo miſero.Percutit Deus terram ſterilitate propter peccata populi ſicut tẽpore Acab,& Iezabelis.multis etiam alijs calamitatibus fecit.pag. 75. col 2. ante med.Eodem modo ¶In euangelium vbi ait.Quis veſtrum habebit amicum?Expende quod in ſingulari numero dixit amicum,& non amicos,& etiam dixit quis, vt inſinuet quàm rarus ſit,qui vnicum habeat fidelem amicum.pag.73.col.1. ante med. Et quoniã .¶Si perſeuerauerit pulſans.De perſeuerãtia vide pa.367.co.2.in fine.Et ante frontes.& p.369 col.1 poſt prin.Per dexteram. Quid poſſit oratio iuſti aſſidua pa.123.col. 1. poſt princ. Se debeat opponere.

Elenchus in Euangeliorum enarrationibus optatum hic ſortitur exitum.

FRATRIS
HECTORIS
PINTI LVSITANI
HIERONYMIANI
SACRAE THEOLOGIAE

DOCTORIS, ET IN ACADE-
mia Conimbricenſi Sanctæ ſcri-
pturæ profeſſoris,

*OPERA OMNIA LATINA, QVAE
ad hunc vſque diem in lucem peruenerunt.
In tres tomos diuiſa.*

TOMVS TERTIVS.



LVGDVNI,
APVD STEPHANVM MICHAELEM.

M. D. LXXXIIII.

ILLVSTRISSIMO VIRO AC DOMINO GEORGIO SYLVIO, ERVDITIONIS ORNAMENTIS exculto, omni nobilitate & virtute longè præſtantiſſimo, Frater Hector Pintus Doctor Theologus ſalutem & æternam felicitatem.

VIROS excellenti ingenio præditos dicere ſolitos legimus, nobiliſſime vir, nunquam ſe minus otioſos eſſe, quàm cùm otioſi, nec minus ſolos, quàm cùm ſoli eſſent. Duæ res, quæ deſidia & inertia ſolent animos inficere, illos ad præclara facta, & ad ſtatuenda poſteris illuſtria monimenta excitabant, otium, & ſolitudo. Quicquid poterant habere temporis, & relictis omnibus publicis & priuatis actionibus, in ſtudio veritatis inquirendæ conſumebant. Sed inter omnes illi eminent, qui virtutum præſidio muniti in diuinarum literarum ſtudium incubuerunt, quò poſſent excelſa Dei myſteria ſole ipſo ſplendidiora mentis oculis intueri. Eſt enim ſcientia ſacræ ſcripturæ cæleſtis illa Philoſophia, qua animi recreantur, & ad æternitatem aluntur. Hæc eſt virtutum indagatrix, expultrixque vitiorum, quæ medetur animis, inanes ſolicitudines detrahit, impijs cupiditatibus liberat, vitæ tranquillitatem largitur. Quare vitæ curſus bene & ex præceptis eius confectus, eſt vniuerſæ mundi proſperitati anteponendus. Id animo perſpiciens diuinus ac regius vates, eum beatum ait, qui in lege Domini meditatur die atque nocte. Nam vt idem alio loco teſtatur: Lex Domini eſt immaculata, conuertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Ea eſt enim diuinæ legis præſtantia, vt animos à praua conſuetudine ad honeſtam viuendi rationem conuertat: & errantibus ac vagis hominibus viam oſtendat ad gloriam immortalem conſequendam. Hac ratione quondam ductus, etſi videbam ingenij mei tarditatem, decreui tamen omnem meam curam

Pſalm. 1. Pſalm. 18.

¶ 2 &

& operam in diuinas literas conferre: & ſperabam, non eſſe intermittendam ſtudiorum meorum continuationem & perpetuitatem. Sed ſpem hanc mearum cogitationum varij caſus fefellerunt. Nam qui locus quietis & ſecuritatis pleniſſimus fore videbatur, in eo permultæ curæ & moleſtiæ extiterunt, quæ me ab inſtituto meo retardarunt. Sed diuina ope effectum eſt, vt me ad priſtina ac dulcia ſtudia referrem. Illis deditus explanaui Danielem diuinum vatem, qui multis in locis prædixit fore, vt filius Dei ex cæli faſtigio deſcendens humanam aſſumeret naturam, eſſetq́ verus Deus, & verus homo: ſed Deus abſconditus propter
Eſai. 45. aſſumptam humanitatem. Id intuens Eſaias mentis oculis diuino lumine
Eſa. 9. illuſtratis, has ad illum voces emiſit: Verè tu es Deus abſconditus. Et alibi de illo loquens: vocabitur, inquit, nomen eius: admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis. vbi pro admirabili eſt in Hebræo פלא, quod nomen vtrunque ſignificat & abſconditum, & admirabile. Quam ob cauſam graues authores aiunt, poſſe etiam verti locum illum: Vocabitur nomen
Habac. 3. eius, abſconditus, &c. Ac Habacuc ſignificans nomine fortitudinis diuinitatem; ibi, inquit, abſcondita eſt fortitudo eius. Et Dauid in
Pſalm. 9. Pſalm. 9. inſcriptione: Pro occultis filij. Hoc eſt, pro filio Dei abſcondito. Id voluit D. Paulus in epiſtola priore ad Corinthios ſignificare,
1. Cor. 2. cùm dixit: Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt. Hæc Dei ſapientia abſcondita in myſterio eſt Dei filius, Chriſtus Ieſus, verus Deus, abſconditus in humanitate. De illo idem Apoſtolus interpretatus eſt verba illa: Ignoto Deo, quæ inuenit Athenis in ara quadã,
Act. 17. vt proditum eſt memoriæ à diuo Luca in Actis apoſtolorum. Deus ille eſt dulciſſimus Ieſus, de quo ait pater cæleſtis apud diuum Ioannem in
Apoc. 2. Apocal. Vincenti dabo manna abſconditum. Eam ob cauſam ipſe
Matt. 13. Chriſtus Dominus apud Matthæum cum theſauro abſcondito ſe comparauit, cùm dixit: Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito. Vbi
Hieron. iuxta diui Hieronymi ſententiam per regnum cælorum Chriſtus abſconditus in carne ſignificatur. Hoc eius myſterium, illiusq́ tempus & hebdomadas prædixit Daniel: ſed verbis excelſis & difficilibus: ad quorum intelligentiam magna cura opus eſt. At iuxta Solonis apophthegmata à
Solon. Plato. Platone in Cratylo, & in lib. 4. de rep. vſurpatum δύσκολα τὰ καλά: Hoc eſt, difficilia quæ pulchra. Multa tamen apertè dicit aduerſus hæreticos, & Judæos à fide alienatos: quæ illi nolũt intelligere: nam ſimul atquè editi in lucẽ & ſuſcepti ſunt, ita varijs imbuũtur erroribus & corruptelis, vt opinionũ peruerſitatẽ & impia flagitia penè cũ lacte nutricis ſuxiſſe videantur. Horum perfidiam in his Commentarijs perſpicuè redarguo, & conuinco. Cùm autem quærerem, cui eos dedicarem, tu ſtatim vnus occurriſti vir clariſſime, qui veram ſapiẽtiam, eximiámque virtutem cum generis nobili

nobilitate coniungis. Qui eleemoſynis, benignitate, magnificētia, & cæterarum virtutum ornamētis conſecutus es, tametſi ad id haudquaquam reſpexeris, ſummam nominis celebritatem & amplitudinem. Qui ad ſedes æternas mentium beatarum, ad illam cæleſtem gloriam aſpiras, vbi beati admirabilibus gaudijs affecti, bonorum omnium copia cumulātur, & Deo ſuo ſempiterno fruuntur. Quare tibi debentur hæc ſcripta mea: præſertim cùm ea ediderim in hoc tuo inſigni ordinis noſtri monaſterio D. Marci, à maioribus tuis illuſtriſsimis conſtructo, & poſſeſsionibus vectigalibusq́; amplificato: vbi ſunt eorum ſepulchra & elogia. In eo apparent paſsim nobiliſsima & antiquiſsima Syluiorum inſignia & ſtemmata, qui ab antiquo Syluio rege Latij inuictiſsimo, principio nobilitatis tuæ originem ducunt. Fateor verum decus conſiſtere in rectè factis: nam vt diuus ait Hieronymus, nobilitas hominis apud Deum eſt clarum eſſe virtutibus: quemadmodum enim ſol erigit vapores terreſtres, eosq́; extollit ad cælum: ſic eximia vitæ integritas homines humili atque obſcuro loco natos effert in ſublime, euocans è tenebris in lucem ignobilem familiam. At generis nobilitas magnum ſecum affert ſplendorem: & non parum conducit ad animos ad res clariſsimas & pulcherrimas excitandos. Et quoniã illa quanto eſt illuſtrior & præſtãtior, tantò eſt humanior & benignior, ſpero fore, vt hoc noſtrũ exiguũ munus, quod in tuo nomine apparet, hilari animo ſuſcipias. Vale.

Hieron. Similitudo.

† 3 PRO

PROOEMIVM
AD LECTOREM.

CVM ordinis noſtri muneribus,in quibus ego meas curas & cogitationes figebam atque locabam,eſſem aliquando liberatus, retuli me,candide Lector, ad diuinæ philoſophiæ ſtudium,quod retentum animo,aliquantulum remiſſum,interuallo quodam intermiſſum reuocaui.At cùm Eſaiam & Ezechielem explanauiſſem, dedi operam, vt Commentarios in Danielem literis mandarem,& in lucem proferrem, tibíque eius vitã & propoſitum, meúmque in eo explanando inſtitutum aperirẽ .Diuinus hic vates Daniel fuit ex tribu Iuda,nobiliſſima familia natus,ſpiritu vaticinationis, & nominis amplitudine illuſtris, omnibúſque ſapientiæ & virtutum ornamentis excultus. Fuit ineunte ætate à Iudæa Babylonem abductus,vbi obſes, vocatus nomine mutato Baltaſſar epulas delicatas & exquiſitas ſibi oblatas reſpuit:abſtinentiam coluit, & legem Dei ſui mirabiliter ſeruauit. . Non in rebus humanis ſpem poſuit rerum ſuarũ: ſed dedit operã, vt vera virtus ipſum traheret ad ampliſſimum decus, ne animum,in quo eſt veræ nobilitatis ſedes aliquibus flagitijs deformaret.Eas opes quæſiuit,quas nec caſus poſſet eripere, nec inuidia labefactare,nec vetuſtas vlla conſumere:eas autem contẽpſit, quæ ſolent eſſe quietis expultrices,quæ nec certæ ſunt, nec perennes, nec in rebus expetendis habendæ: ad quas plerique mortales auiditate inflammati rapiuntur. At etſi eas fugiebat,illæ tamen inſtar vmbræ eum fugientem ſequebatur.Fuit enim ad excelſos dignitatum gradus euectus, & à regibus Babyloniorum & Perſarum diuitiarum affluentia,& eximijs honoribus affectus, illuſtribúſque laudibus celebratus.Dedit ei Deus ſapientiam, vt intelligeret ſomnia,& futura mentis oculis diuino lumine illuſtratis inſpiceret.Vaticinatus eſt de euerſione Babylonis,de reditu Hebræorum ex Babylonica ſeruitute,de quatuor imperijs,Babylonico,Perſico,Græco,Romano:& de bellis exitioſis inter Aſſyrios & Ægyptios. Sed præcipuum eius inſtitutum eſt prædicere redemptionis humanæ myſteria per Chriſtum Deum noſtrum. Vaticinatur de aduentu eius in mundum, de eius ſacerdotio & regno ſempiterno, & morte acerbiſſima: de veteris legis abrogatione, & euangelio per vniuerſas terrarum oras longè latéque propagando: de Iudæorum obſtinatione & perfidia,de Antichriſto,de mortuorum reditu ad vitam, & de vltimo atque ſupremo iudicio. Et quia in Hebræorum codicibus non reperitur hymnus trium puerorum,nec hiſtoria Suſannæ, nec Belis & draconis, exiſtimarunt nonnulli, non eſſe hæc tria inter ſacras & canonicas ſcripturas numeranda.
Theod. At longè opinione falluntur. Theodotio enim hæc tria tranſtulit ex Hebræo aut Chaldæo,vt credibile eſt,quemadmodum alia. Et quamuis in libris Hebraicis qui modò extant, hæc tria non inueniantur, ſatis tamen eſt inueniri Græcè in tranſlatione Theodotionis,& Latinè in noſtra vulgata editione, il-

líſque

liſque ſemper vſam eſſe eccleſiam catholicam,fuiſſéque perpetuò a patribus recepta,& à viris illis comprobata,& literis illuſtrara, qui fidei, cæteratúmq; virtutum præſtantia nomen ſuum immortalitati commendarunt, & fonres vtriúſque philoſophiæ aperuetũt.Diuus Athanaſius in Synopſi docet omnia hæc tria ab ipſo Daniele ſcripta eſſe,& inter canonicas ſcripturas recepta.Origenes tractatione 31. in Matthæum teſtatur eſſe hæc in eccleſia à principio ſumma cum veneratione retenta.In eadem ſententia eſt diuus Hieronymus in quadam aduerſus Rufinum apologia.Diuus Auguſtinus hiſtoriam Suſannæ exponit tractarione 36.in euangelium Ioannis:& ſermone 242. tomi decimi.Diuus Ioannes Chryſoſtomus duabus homilijs trium puerorum hymnũ mirabiliter explanat.Diuus Ignatius martyr,qui fuit tempore Apoſtolorum, in epiſtola ad Magnæſianos,& diuus Cyrillus Alexandrinus laudant & tuentur hiſtoriam Suſannæ: & Rufinus Aquileienſis libro ſecundo in Stridonenſem, ait hymnũ trium puerorũ ab exordio naſcẽtis eccleſiæ ſemper fuiſſe in cõuẽtibus fideliũ decãtatum.Eum approbat & recipit quartũ cõcilium Toletanũ,quem ait à tota catholica eccleſia celebrari.Er modò ſanctũ conciliũ Tridenrinum Danielem integrum cum omnibus ſuis parribus,vt in eccleſia catholica legi ſolet,& in vetere vulgata Larina editione haberur, pro ſacro & canonico ſuſcepit,& approbauit.Aduerſus hunc Danielis librum ſcripſit impius Porphyrius:ſed eius calumnijs Apollinaris, Euſebius Cæſarienſis, & Methodius grauiter & ſapienter reſponderunt. Itaque Diuinus noſter vates Daniel,quæ eum Spiritus ſanctus docuit,perpetuis monimentis conſignauit. Ac qui in maxima celebritate, in oculis omnium quondam vixerat, fuit bis opera ſceleratorum,quibus omnia redundabant,in foueam leonum crudeliter coniectus.Sed tam admirabili religione,& eximia ſanctitate curſum vitæ conficiebat,vt crudeles illæ beſtiæ eum tangere non auderent: ſed illis liberatus incolumis euaſit. Volens Deus tres ſummos viros in exemplum proponere, quorum vita quaſi lumen quoddam ſplendidiſſimum eluxiſſet, apud Ezechielem cap.14.Danielem nominauir,& Noe & Iob.Et Chriſtus Deus noſter eiuſdem Danielis vaticinationẽ de abominatione deſolationis in Euãgelio citauit.Aſpicis huius diuini vatis præſtantiam diuiniſſimis teſtimonijs, clariſſimíſque monimentis teſtatam.Quare nemo debet velle eius dignitatẽ labefactare,quin potius verirari obedire. Quemadmodum enim neceſſe eſt lancem in libra pondere impoſito deprimi: ſic animũ perſpicuæ atque præponderanti cedere veritati.Exceſſit è vita Daniel in Babylonica regione, vbi honorificè ſepultus eſt,cuius diu extitit monimentum omnibus notiſſimum. Omnia hæc ſunt deprõpta ex eiuſdem libro, & ex Epiphanio in eius vita: ac præter loca ſupra citata ex Hieronymo & Theodoreto in commentarijs in eundem prophetam, ex Origene in caput trigeſimum primum Numerorũ, ex Auguſtino libro ſecundo de mirabilibus ſacræ ſcripturæ, ex Gregorio libro primo Moralium,ex Chryſoſtomo homilia tertia de incomprehenſibili Dei natura,ex Ioſepho libro decimo Antiquitatum. Sed de diuini vatis vita, & interitu,& ſcriptis hactenus.Meum verò inſtitutũ in eo explicãdo eſt, ſenſum in primis hiſtoricum & literalem exponere,& apertum orationis argumentum elucidare,vt poſſit lector veram ſententiam, & prophetæ mentem intelligere, atque in puriſsimo fonte imaginem veritatis intueri. Sed ali-

Athanaſ. Origen. Hieron. Auguſt. Chryſo. Ignatius. Cyrill. Rufinus. Porphy. Apollin. Euſeb. Method. Dan. 6. Dan. 14. Ezec. 14. Matt. 24 Marc. 13. Luc. 21. Similitudo. Epipha. Hieron. Theod. Origen. Gregor. Chryſo. Ioſephus.

quádo dogmata eccleſiæ contra hæreticos ex eadem litera, aliíſque diuinarum literarum locis deprompta oſtendo:& conceptus, quos ipſe ſenſus literalis parit, dilato,& diuinis humaníſque ſcriptis amplifico, ad multa loca explicatu difficilia enarranda,& ad animos à vitijs abducendos, atque ad verũ decus excitandos. Sequor verſionem commũnem ab eccleſia catholica approbatam, quæ nitore veritatis, grauitate, authoritate & magnificentia eſt omnibus alijs illuſtrior & præſtantior, quamquam verborum elegantiam

Similitudo. haudquaquam affectet. Vt enim in nummo non ſpectatur pulchritudo imaginis, ſed pondus ac materia: ſic ad veritatem intelligendam non magni refert, quàm elegans ſit oratio, ſed quàm grauis & vtilis. *Altera ſimilitudo.* Quemadmodum draconites admirabilis gẽma, nec perpolitur, nec artem admittit, alioquin pulchra ac perlucida: ſic diuina ſcriptura nec puerili verborum elegantia ornatur, nec humanæ rhetoricæ artificium admittit: alioquin ſua maieſtate,& proprio nitore concinna & præclara. Ad finem vniuſcuiuſque capitis adijcio ex Hebræo, Chaldæo,& Græco nonnullas obſeruationes, quibus multi nodi difficiles expediuntur, & Hebraiſmi atque ſchemata ſanctæ ſcripturæ explanantur. Quo in negotio opus mihi fuit multos ac varios ſcriptores non ſolùm Latinos, ſed Græcos & Hebræos diligenter euoluere, eandem incudem die noctúque tundere, atque in locutionibus diuinarum literarum inueſtigandis & perpendendis vehementer laborare. Habes, pie Lector, explicatam rationem meorum laborum, quos velim pro humanitate tua benignè ſuſcipias.

Vale.

A V

AVTHORES IN HIS COMMENTARIIS CITATI.

A

Auguſtinus,
Ambroſius,
Athanaſius Alexandrinus,
Anacletus,
Arnobius,
Anſelmus Cantuarienus,
Anſelmus Laudunenſis,
Antonius,
Anaſtaſius Nicenus,
Alexander Papa,
Apollinarius,
Albertus Magnus,
Alanus,
Alanus Anglus,
Antonius Sabellicus,
Alfonſus Abulenſis,
Arėtas,
Antonius Marinarius,
Auguſtinus Eugubinus,
Aquila,
Ado hiſtoricus,
Ariſteas,
Albinus,
Antonius Zantanus,
Aben Vaaſia,
Aurelius Victor,
Angelomus Monachus,
Apuleius,
Athenæus,
Ariſtobolus,
Ariſtoteles,
Aulus Gellius,
Ælianus,
Auicebron,
Antonius Panormitanus,
Ageſilaus,
Acuſilaus,
Antigenes,
Amphilochius,
Antonius Flaminius,
Antonius in Meliſſa,
Alexander ab Alexandro,
Apollonius,
Appianus Alexandrinus,
Auſonius,
Æmilius Platonicus,
Alcuinus,
Ammonius,
Ammianus,
Æſchilus,
Alfagranus,
Agapetus,
Anacharſis,
Ariſtides Chriſtianus,
Ariſtoxenus,
Æneas Syluius,
Æneas Vicus,
Alexander Aphrodiſeus,
Aratus,
Anaxarcus,
Ælius Spartianus,
Albricus Auicenna,
Algazeles,
Albumaſar,
Alcinous Platonicus,
Architas Tarentinus,
Accatius,
Andreas Cæſarienſis,
Alphonſus à Caſtro,
Ariſtophanes.

B

Baſilius Magnus,
Beda,
Bernardus,
Baptiſta Mantuanus,
Beroſus Chaldæus,
Baptiſta Fulgoſus,
Blondus Flauius,
Budæus,
Bartholomæus Amantius,
Bion Boriſtenites,
Bartholomæus Camerarius,
Bruſonius Conturſinus,
Benedictus. ij. papa,
Bruno Amerbachius,
Boetius.

C

Cyrillus Alexandrinus,
Clemens papa,
Cyprianus,
Claudianus,
Ciccus Aſculanus,
Cœlius Auguſtinus,
Cœlius Rodiginus,
Chryſippus,
Catina Syrus,
Chares,
Clitarchus,
Chryſoſtomus Dion,
Caſsiodorus aurelius,
Caſsiodorus hiſtoricus,
Cornelius Ianſenius,
Columella,
Capella,
Chalcidius,
Cæſarius Arelatenſis,
Critias.
Cuſpianus,
Chilo Lacedæmonius,
Claudius Guliaudus,
Cheremon Stoicus,
Callimachus,
Concilia multa,
Contradus abbas,

D

Dionyſius Areopagita,
Dionyſius Carthuſianus,
Dionyſius Halicarnaſſeus,
Diodorus Tharſenſis,
Dicæarchus,
Demetrius Bizantius,
Demetrius Phalereus,

Dion

Dion Caſsius,
Duris Samius,
Dionyſius Alexandrinus.
Dioſcorides,
Diocles,
Diodorus Siculus,
Dorothæus,
Didymus Alexandrinus,
Democritus,
Didymus Brachmanes,
Dion Nicæus,
Dominicus Mirabelius,
Diogenes Laërtius,

E

Euſebius Cæſarienſis,
Euſebius Emiſſenus,
Epiphanius,
Egeſippus,
Euſtathius Antiochenus,
Eutropius,
Euripides,
Eſtius,
Ephren Syrus,
Eleazarus,
Ephorus,
Eucherius,
Eraſmus Roteroda.
Empedocles,
Enomaus,
Euthymius,
Epimenides,
Eudoxus,

F

Fauorinus,
Felix Pratenſis,
Fulgoſus,
Florus,
Feſtus,
Finus Adrianus,
Fabius pictor,
Flauius Syracuſanus,
Feneſtella,
Franciſcus Petrarcha,
Florianus à Campo,
Fulgentius,
Franciſcus Rueus.

G

Gregorius papa,
Gregorius Nazianze.
Gregorius Nyſſenus,
Gregorius iij.papa,
Gregorius iij.papa,
Gregorius Turonenſis,
Gratianus,
Gaſpar Contarenus,
Gennandius,
Galenus,
Guilelmus Spirenſis,
Gregorius vij.papa,
Georgius Vuicelin.
Garetius,
Galfridus,
Gelaſius papa,
Georgius Ederus,
Georgius Venetus,
Gerſon,
Gœuſchelius Vito.
Gellius Albinenſis,
Gemma Phriſius,
Gloſſa ordinaria,
Guido Carmelita,
Geneſius Sepulue,

H

Hieronymus,
Hilarius,
Hadrianus j.papa.
Hugo Cardinalis,
Hugo de S.Victore,
Hoſius,
Hecatæus,
Hierony.ab Oleaſtro,
Homerus,
Hipocras,
Hiſtrus,
Hubertus Herbiponta,
Hellanicus,
Herodianus,
Hyſingelus,
Haymo,
Horatius,
Honorius hiſtoricus,
Horus,
Heraclitus,
Heliodorus,
Hippolitus,
Herodorus,
Heſtiæus,
Hamerus Noueſianus,
Heſiodus,
Hali,
Hiſtoria tripatrita,

I

Ireneus,Ignatius,
Ioannes Chryſoſtomus,
Iuſtinus martyr,
Iuſtinus hiſtoricus,
Ioannes Eccius,
Ioannes Monachus,
Ioannes Benedictus,
Ioannes Annius,
Ioannes Theſſalonicenſis,
Ioannes Nouiomagus,
Ioannes Arboreus,
Ioannes Soarius,
Ioannes Reuchlinus,
Ioannes Damaſcenus,
Ioannes Picus Miran.
Iuſtinianus imperator,
Iocobus Chriſtopolitanus,
Iulius Pollux.
Iamblicus Platonicus,
Ioſephus Gorionides,
Ionatham Chaldæus,
Innocentius iij.papa,
Iginus,
Idacius,
Iunilius,
Ioſephus Flauius,
Iſidorus Hiſpalenſis,
Iſidorus Brixianus.
Iſichius Hieroſolymitanus,
Ioannes Caſsianus,
Ioannes Stobæus,
Iſæus,
Iulius Africanus,
Iulius Capitolinus,
Iuuenalis,
Ioannes Gagneius,
Ioannes Ferus,
Ioannes Vaſæus,
Iulius Solinus,

L

Lactantius Firmianus,
Leo papa,
Leontius epiſcopus,
Ludulphus Carthuſianus,
Lazius Vuolfgangus,
Laurentius Villauincentius,
Lilius Gregorius,
Leonardus Aretinus,
Lippomanus.

M

Marſilius Ficinus,
Matth. Bredenbachius,
Marius Maximus,
Marcus eremita,
Marcus Varro,
Marcus Epheſinus,
Macrobius Aurelius,
Mochus,
Menander,
Marius Nigre,
Marcus Tullius,
Maximus epiſcopus,
Maximus Monachus,
Megaſtenes,
Metaſthenes Perſa,
Manethon,
Matthæus Aurogallus,
Marcellinus,
Marulus,
Methodius,
Manilius,
Michael Byzantinus.

N

Nicolaus Lyranus,
Nicolaus hiſtoricus,
Nicolaus ij. papa
Nicolaus Methonenſis,
Nonius Marcellus,
Nicephorus Calliſtus,
Numenius Apamæus,
Nicolaus Gezerus,
Nigidius Figulus,
Nicomachus.

O

Origenes Adamantius,
Optatus epiſcopus,
Onuphrius,
Onchelus Caldæus.
Oniſicritus,
Orpheus, Ouidius,
OEcumenius.

P

Paulus Oroſius,
Paulus Burgenſis,
Petrus Crinitus,
Portius Licinus,
Paulinus Nolanus,
Prudentius,
Palladius,
Petrus Apianus,
Pomponius Lætus,
Petrus Mexia,
Proclus Platonicus,
Plotinus,
Plutarchus,
Pſeuſippus,
Pindarus,
Philo Iudæus,
Philo Thebanus,
Pauſanias,
Philoſtratus,
Proclus Conſtantinop.
Philippus presbiter,
Philippus Chalcidicus,
Philaſtrius,
Polycritus,
Panætius,
Proſper Aquitanicus,
Petrus Galatinus,
Ptolemæus Euergetes,
Ptolemæus aſtrologus,
Plinius,
Pythagoras,
Petrus Comeſtor,
Plato,
Photius,
Porphyrius,
Petrus Rauenas,
Pierius Valerianus,
Procopius Gazæus,
Phocilides,
Pherecides,
Polybius,
Pyrrho Academicus,
Primaſius epiſcopus,
Palephatus,
Phornutus,
Polychronius,
Pſelus,
Pomponius Mella,
Pontianus,
Petrus Lombardus,
Petrus de Natalibus,
Platyna.

Q

Quadratus,
Quintilianus,
Quintus Curtius.

R

Rodulphus Flauiacen.
Rabanus Maurus,
Ruclius,
Rupertus abbas,
Rufinus Aquileienſis,
Robertus Stephanus,
Richardus de S. Victore,
Remigius Altiſiodorenſis,
Raimundus,
Raphaël Volaterranus,
Raynerius,
Rabbi Dauid Chimbi,
R. Abraham,
R. Hardaſan,
R. Channa,
R. Iudas,
R. Simon,
R. Simeon,
R. Ionathas,
R. Marinos,
R. Iaacob,
R. Salomon,
R. Selomoh.
R. Leui Benierſon,
R. Barachias,
R. Moſes Barnahaman,
R. Ioſeph,
R. Samuel,
R. Moſes Ægyptius,
R. Moſes Gerundenſis,
R. Cabadias,
R. Ramon,
R. Iodan,
R. Hannina,
R. Saadias,
R. Iſchach.
R. Menachem,
R. Elias.

S

Septuaginta interpretes,
Seuerianus,
Stephanus,
Stephanus papa.
Symmachus,
Sazomenus,
Sulpitius,
Socrates Chriſtianus,
Socrates philoſophus,
Sophronius,
Salicetus,
Stephanus geographus,
Salluſtius,
Seneca,
Suetorius,
Strabus,
Strabo,

Sixtus

Sixtus Senenſis,
Serenus abbas,
Suetonius Tranquillus,
Seſtius,
Sophocles,
Soranus,
Sibyllæ,
Solinus,
Serapion

T

Theodorus Lector,
Theodoretus,
Theophylactus,
Theodoſius Imperator,
Trogus Pompeius,
Theleſphorus papa,
Theodorus Antiochenus,
Terentius,
Talmud,
Targhum,
Timæus,

Thedorus Gaza,
Theophilus Alexandrinus,
Thales hiſtoricus,
Trebellius Pollio,
Theocritus,
Theognis,
Thomas Aquinas,
Thomas Caietanus,
Theodorus Heracleenſis,
Titus Liuius,
Tatianus,
Theodotio,
Triſmegiſtus,
Thales Mileſius,
Thraſeas Petus,
Theramanes,
Titelmannus,
Theophraſtus,
Theodorus Mopſuheſtia,
Thomas Vualdenſis,
Tyrius Maximus.

V

Valerius Maximus.
Victor papa,
Valentinianus Imperator,
Victorinus,
Vatablus,
Vergilius,
Vitruuius,
Vegetius.

X

Xiphilinus,
Xenophon,
Xantes Pagninus,
Xenocrates,
Xenophones,
Xiſtus Pythagoricus.

Z

Zephirinus papa,
Zæles,
Zeno philoſophus.

F I N I S.

PROPHETIA DANIELIS.

Argumentum primi capitis.

DEſcribit diuinus vates Ioacimi Iudæorum regis calamitatem, vt eorum mentionem faciat, qui fuerunt eius tempore à Iudæa in Chaldæam abducti. Inter quos fuit ipſe Daniel cum Azaria, Anania & Miſaele, qui eximia pulchritudinis & doctrinæ ornamentis exculti, fuerũt iuſſu regis Nabuchodonoſoris electi, vt Chaldaicis literis erudirentur. Cùm autem ſe ab epulis regis abſtinerent, temperantiam omnium motionum moderatricem diligerent, & ad diuinum numen aſpirarent, fuerunt ob eo admirabilem ſapientiam conſecuti. Inter eos prima ſine controuerſia deferebantur Danieli, qui viſionum ac ſomniorum intelligentia non ſolùm ætatis illius viros, ſed etiam antiquitatis memoriam ſuperauit.

CAPVT I.

A ANno tertio regni Ioacim regis Iuda venit Nabuchodonoſor rex Babylonis Ieruſalem & obſedit eam. Et tradidit Dominus in manu eius Ioacim regem Iuda, & partem vaſorum domus Dei: & aſportauit ea in terram Sennaar in domum Dei ſui, & vaſa intulit in domũ theſauri Dei ſui. Et ait rex Alphenez præpoſito eunuchorum, vt introduceret de filijs Iſrael, & de ſemine regio & tyrannorum pueros, in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſciẽtia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio regis, vt doceret eos literas & linguam Chaldæorum. Et conſtituit eis rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & vino vnde libebat ipſe: vt enutriti tribus annis poſtea ſtarent in conſpectu regis.

EXPLANATIO.

A*Nno tertio.* Gubernante Romam Tullo Hoſtilio tertio Romanorũ rege, & Phaorte Medorum ſexto eorum Imperij gubernaculum tenente, anno à mundi exordio 3295. iuxta Hebræorum rationem ac ſeriem, & 4556. iuxta Græcorum ad calculos reuocationem teſte Euſebio Cæſarienſi in annalium monimentis, *Euſeb.* obtinuit Iudææ regnum magnus ille Ioſias, qui inſigni in Deum fide munitus, ſingulari iuſtitia præditus, admirabilibus virtutum ornamentis decoratus nomen ſuum æternitati commendauit. Tenuit principatum annis triginta & vno, & occiſus eſt in Magedo, ſepultusq́; Hieroſolymæ. Poſt eius è vita deceſſum regnauit filius eius Ioachaz tribus menſibus: poſt quem tenuit clauum regni frater eius Ioacim, qui antea Eliacim vocabatur, & vndecim annis præfuit regno. Hi duo filij Ioſiæ à paterna gloria deſciuerunt, ſeſeq́ue turpi dedecore macularunt. Cùm Ioacim ſubiectus & tributarius fuiſſet Pharaoni Aegyptiorum regi, obſeſſus eſt à Nabuchodonoſore Babyloniorum principe, ab eoq́ue ſuperatus: fuitque regni eius gloria ablata, & ſplendor extinctus. Lege quartum librum Regum, & ſecundum Paralipomenon, & Ieremiæ vaticinationẽ, & decimum Ioſephi librũ Antiquitatũ Iudaicarum, quibus in locis hanc veritatis lucem literæ diuinæ & humanæ memoriæ prodiderũt. *4.Re.22. 24.& 25. 2.Paral. 34.35.36. Ierem.1. & 25.* Elapſus erat annus tertius regni Ioacim, cùm Nabuchodonoſor obſedit Hieroſolymam, atque de illa victoriam reportauit. *Ioſeph.10* Et impoſito tributo Ioacim, ſecum aſportauit in Chaldæam nonnulla vaſa ex illis, quæ in templo Salomonis fuerant diuinis vſibus dedicata: & multos pueros duxit generis claritate præſtantes, quos ei Ioacim obſides dederat, inter quos erat Daniel cum ſociis ſuis, hoc voluit ille ſignificare verbis his, quæ principio huius capitis mandauit. Poſtea cùm Ioacim impoſitum tributum non perſolueret, venit iterum Nabuchodonoſor Hieroſolymam copijs comparatis, eaq́ue expugnata occiſus eſt Ioacim, pro quo fuit in regia dignitate conſtitutus filius eius Ioachin, quem Ieremias capite vigeſimo ſecundo *Iere.22.* & Matthæus 1. Ieconiam vocant. *Matt.1.* Solebant enim homines illi variis nominibus appellari. Hic cùm Rempublicam tribus menſibus gubernandam gereret, fuit de dignitatis gradu deiectus, & Babylonẽ cum Ezechiele, aliiſque multis abductus. Poſt quẽ regnauit Sedechias patruus eius, tertius Ioſiæ filius, qui cùm eſſet ſceleribus etiam imbutus, nihilq́ue opis Reipublicæ occidenti attuliſſet, fuit immaniter occiſus, & Hieroſolyma funditus euerſa, & templum Salomonium flammis expoſitum, & Hebræi incredibilibus calamitatibus oppreſſi: oculi enim augebant dolorem, qui quæ cæteri audiebant, intueri cogebantur. Ac ita fuerunt in Babylonicam ſeruitutem tranſlati anno à mundi creatione 4611. ſecũdum Græcos authore Euſebio Cæſarienſi, olympiade 47. & principio 48. vt Clemẽs Alexandrinus in primo ſtromate, & Cyrillus aduerſus Iulianũ teſtantur. *Euſeb. Clemens. Cyrillus* Iuerit néc ne Ioacim Babylonem, poſt quàm fuit captus tertio regni ſui anno, vertitur in cõtrouerſiã: ex authoribus enim alij aſtruunt, alij negant. Doctoribus placet, eum datis Nabuchodonoſori obſidibus in regno ſuo manſiſſe, donec poſtea graui tributi onere depreſſus à Babylonijs defecit. *Auguſt.* Quam ob cauſam fuit ab illis iterum expugnatus, atq; xi. regni ſui anno interfectus. *Theod.* Hæc eſt D. Auguſtini ſententia in tractatione de mirabilibus ſacræ ſcripturæ, in qua videtur eſſe Theodoretus in commentarijs in hunc locũ. Nec obſtat locus ſecundi Paralipomenõ cap. 36. cuius ad literam hæc ſunt verba: Contra hũc, nimirũ Ioacim, aſcendit Nabuchodonoſor, & vin- *2.Para. 36.*

ctū catenis duxit Babylonem. Nā hoc intelligi-
tur non de prima;ſed de ſecunda expugnatione.
Deinde aſſerunt viri ingenij perſpicacitate inſi-
gnes,nec in ſecunda regem Ioacim Babylonem
perueniſſe. Etſi enim fuit è carcere ablatus , vt
vinctus catenis duceretur Babylonem, nō tamē
illuc peruenit:verùm in itinere interemptus eſt,
& extra ciuitatem iacuit inſepultus,quemadmo
Iere.28. dum Ieremias cap.22. prædixerat. Dicens enim
ſepeliendum eum eſſe in aſini ſepulchro,ſignifi-
care voluit fore,vt non ſepeliretur,ſed inſtar ani
malis rationis expertis careret ſepultura,& à be-
ſtiis auibuſq; laceraretur. At diuinus noſter vates
loquitur hîc de primo bello , quod anno regni
eius tertio ei intulit Babylonius. Sed dices : Quî
fieri poteſt , vt hoc fuerit anno tertio Ioacim,vt
Iere.25. ait hoc loco Daniel?cùm dicat Ieremias cap. 25.
fuiſſe anno eius quarto?Si volueris altè perpen-
dere atq; ad veritatem reuocare rationem, vide-
bis apertè,nullam eſſe inter hos duos diuinos va
tes diſcrepantiam. Id enim quod factum eſt in-
ter annum tertium & quartum, rectè dicitur fa-
ctum anno tertio,nimirum,elapſo,& anno quar
to,ſcilicet incœpto. Eodem modo cōciliabis E-
uangeliſtas de hora loquentes,qua Chriſtus ſer-
Marc.15. uator noſter fuit cruci affixus. Marcus enim ca-
pite 15. ait: erat autem hora tertia,& crucifixerūt
Luc.23. eum. Lucas vero 23. Erat autem fere hora ſexta.
Et Ioannes narrans quo tempore Pilatus tradi-
Ioan.19. dit Ieſum Iudæis crucifigendum. Erat,inquit,pa
raſceue hora quaſi ſexta. Soliti erāt antiqui diē,
qui vulgo dicitur artificialis,in quinque partes,
quas horas vocabant,diuidere,in primam , ter-
tiam,ſextam,nonam,duodecimam ſiue veſperā.
Prima ſemper incipiebat à ſolis ortu , duodeci-
ma ſeu veſpera erat in ſolis occaſu,ſexta erat me
ridiana:tertia erat media inter primam & ſextā,
nona autem inter ſextam & duodecimā , quan-
do incipiebant veſperæ. Cùm autē ſeruator no-
ſter fuerit cruci affixus interuallo illo , quod eſt
inter tertiam & ſextam , rectè ait Marcus fuiſſe
Marc.15. hora tertia crucifixum,& rectè Lucas & Ioānes,
Luc.23. qui illud fuiſſe dicunt hora ferè ſexta : Interual-
Ioan.19. lum enim ſolet ab extremis denominari. Ac
non caret myſterio fuiſſe Dominū Ieſum hora
Gen.3. ferè ſexta crucifixum : nam eadem hora primus
noſter parens incidit in crimen,quando funeſtas
Gen.3. illas epulas comedit , ad quas eum Heua inuita-
uerat,vt ex ſancta ſcriptura colligi videtur:ita e-
nim ait capite Geneſis tertio: Cùm audiſſent vo
cem Domini Dei deābulantis in paradiſo ad au-
ram poſt meridiem,abſconderunt ſe. Et paulo
pòſt fuerunt ex horto voluptatis eiecti. Meridie
hoc eſt hora ſexta peccauerunt,& poſt meridiē
fuerunt ex horto amœniſſimo expulſi,qua hora
Luc.23. Chriſtus promiſit latroni gloriam mentium bea
tarum. Eadem hora qua primus Adam arborem
præuaricationis tetigerat,ſecundus Adam in ar-
borem redemptionis aſcendit. Et qua hora Deus
præuaricatorem paradiſo expulerat,eadem pœ-
nitenti promiſit ſe illum in paradiſum ſecum du
cturum. Non me fugit alias eſſe huius nodi ſolu-
tiones circa horarum narrationē à viris doctis li
teris mandatas : ſed ego inter multas eā ſemper
eligere ſoleo,quæ mihi videtur germanior, lite-
ræ congruentior , & ad inſtitutum ſcripturæ
accommodatior:etiā ſi alias non cōtemnā,quas
interpretes Catholici monumētis prodiderūt.

Regni Ioacim. Hic Ioacim de quo hic loquitur
Daniel , non eſt ille,de quo in exordio ſuarum
viſionum locutus eſt Ezechiel : hic enim habet Ezech.1.
cim in vltima ſyllaba,ille chin:hic fuit pater,ille
eius filius: Ioacim idem eſt quod domini reſur-
rectio: Ioachin verò idem quod Domini præpa-
ratio.

Regis Iuda. Hoc eſt duarum tribuum , Iuda &
Beniamin. Hebræorum regnum fuit tēpore Ro- 3.Reg.12.
boam Salomonis filii in duas partes diuiſum;
duæ tribus nimirum Iuda & Beniamin adhæſe-
runt regi Roboam,aliæ autem ſecutæ ſunt Iero- 2.Par.10.
boam,quem regem conſtituerunt. Regnum Ro
boam & eorum , qui ab eo originem ducebant,
dictum fuit regnum Iuda,regnum Beniamin,re-
gnum Hieroſolymæ : alterum autem appel-
latum fuit regnum Iſrael , Samaria , Ephraim,
decem tribus. Hæ decem tribus fuerunt de-
bellatæ à Salmanaſare Aſſyriorum rege , & in 4.Reg.17.
Aſſyriā translatæ, duæ autem poſteà à Nabucho 4.Re.25.
donoſore,& in Babyloniam abductæ. Decem tri 1.Eſdr.1.
bus nunquam redierunt , duæ autem cum mul-
tis hominibus aliarum,quæ ad has duas confu-
gerant,redierunt. Iudas fuit Iacobi patriarchæ Gen.29.
filius,cuius poſteri appellati ſunt tribus Iuda,& Nu.24.
filij Iudæ,vt paulò poſt hoc eodem capite : quo
nomine Iudæi gloriantur. At verè Chriſtiani fi-
lij ſunt Dei,de quorū generatione ex Deo ait ca-
pite 53. Eſaias: Generationē eius quis enarrabit? Eſai.53.
Acſi dicat: Quis poterit numerare eorum multi
tudinem , qui ſunt ſanguine Chriſti generandi?
Id vult ſponſa capite primo Canticorum ſignifi Can.1.
care,cùm ait: Lectulus noſter floridus : arbores
enim florentes ſolent fructus vberes ferre. Sen-
ſus illorum verborum eſt : Tua opera Chriſte
ſancte propagantur in Eccleſia fideles filij tui. Id
animo percipiens diuus Ioannes ait capite ter- 1.Ioan.3.
tio epiſtolæ ſuæ primę: Videte qualē charitatem
dedit nobis pater,vt filij Dei nominemur,& ſi-
mus. Et capite primo euangelij de Chriſto lo- Ioan.1.
quēs: Quotquot autem,inquit,receperunt eum,
dedit eis poteſtatem filios Dei fieri , ijs qui cre-
dunt in nomine eius,qui non ex ſanguinibus,
nec ex voluntate carnis,nec ex volūtate viri,ſed
ex Deo nati ſunt. Vbi per ſanguines intelligit na
turalem propagationem,qua non naſcimur filij
Dei,quin potius,vt ait diuus Paulus capite ſecū Epheſ.2.
do epiſtolæ ad Epheſios,filij irę: per voluntatem
verò carnis intelligit appetentiam mulieris: ideò
ait: Nec ex voluntate carnis,nec ex voluntate vi
ri. Fœmina appellatur caro,quia de illa dixit A- Gene. 2.
dam capite Geneſis ſecūdo: Os ex oſſibus meis,
& caro de carne mea. Et quia vt in homine caro
debet ſpiritui parere,ſic vxor viro ſuo. Domus
illa rectè atque ſapienter gubernatur,vbi fœmi-
na obtemperante vir principatum habet,vbi ca-
ro ſeruit , ſpiritus imperat. Sunt igitur viri iuſti
ex Deo ſpiritualiter nati,& filij. Quòd ſi filij , vt
verbis vtar Apoſtoli ad Galatas quarto,& hęre- Galat. 4.
des: Heredes Dei,vt ipſe ait capite octauo epiſto
læ ad Romanos,cohæredes autem Chriſti. Iudęi Rom.8.
autem filij Iuda & Iacob filij ſunt alieni,iuxta id
qđ de illis ait Deus pſalmo 17. Filij alieni mētiti
ſunt mihi,filij alieni inueterati ſūt. Quod de illis Pſal.17.
intelligitur

intelligitut , qui obſtinati permanẽt in perfidia
ſua , non de illis , qui etſi natione ſunt Iudæi,
profeſſione tamen ſunt veri Chriſtiani,

Venit Nabuchodonoſor. Hic Nabuchodonoſor
fuit huius nominis primus,qui habuit filium eo
dem nomine appellatum,de quo meminit Bero
ſus libro tertio hiſtoriæ Chaldæorum,quem vo
cat Nabuchodonoſorem nomine à patre accep-
to.Huius ſecundi Nabuchodonoſoris meminit
Megaſt. Magaſtenes Græcus libro hiſtoriarum Indicarũ
Philoſt. quarto, Philoſtratus in annalibus,Diocles libro
coloniarum.Horum duorum patris & filij eodẽ
Diocles. nomine appellatorum mentionẽ facit Metaſthe-
Metaſt. nes Perſa libro de iudicio temporum.Flauius Io
Ioſephus. ſephus libro Iudaicarum antiquitatum decimo.
Raphael Volaterranus vndecimo geographię.
Volat. Eſt etiam obſeruandum,neutrum ex his duobus
eum fuiſſe , de quo loquitur diuina ſcriptura in
Iudit.1. lib.Iudith.Ille enim Nabuchodonoſor,qui mi-
ſit Holophernem ad terram deuaſtandam , fuit
poſt reditum Iſraelitarum à Babylonica ſeruitu
Iudit.5. te,quando accidit hiſtoria Iudith , vt ex eius li-
bro capite quinto conſtare videtur ille quoque
Nabuchodonoſor,qui Tyrum euertit eo tempo
re , quo Hieroſolyma fuit per Hebræos à Chal-
dæa in Iudæam reuerſos inſtaurata , de quo me-
Ezec.26. minit Ezechiel capite 26.non fuit hic,qui Hie-
roſolymam obſedit , de quo loquitur hoc loco
Daniel,nec filius eius. Imò fuit Cyrus,qui Iu-
dæos reſtituit,& ad priſtinam dignitatem reuo-
cauit.Aut,vt alijs placet Alexander Magnus vn
de obſeruabis,omnes Babyloniorum reges ſoli-
tos fuiſſe Nabuchodoſores nomine à primo de-
ducto appellari. Eodem modo Latinorum reges
Syluij à Syluio Aeneæ filio cognominabantur,
Auguſt. vt ait libro de Ciuitate Dei 18. diuus Auguſti-
nus:ſicut poſtea Romanorum imperatores Cæ-
Maneth. ſares in Iulio Cæſare appellati fuere:Manethon
in additione ad Beroſum Romanos imperato-
res ait vocatos etiam fuiſſe Auguſtos ab Augu-
ſto Octauiano:ſicut Aegyptiorum reges Pharao
Euſeb. nes à primo Pharaone.Id quod aperte aſſerit Eu
ſebius in monumentis annalium,quæ Chronica
temporum verbis vſitatioribus nominantur.Ita
reges Palæſtinæ vocabantur quondam Abime-
lech,vt ex libro Geneſis depromit Lippomanus
viceſimum primum eius caput explanans,Quod
Gene.21. etiam obſeruauit Matthæus Aurogallus in libro
Lippo. de Hebræis locorum nominibus. Eodem modo
Aurog. reges Perſarum Arſacidæ,& Athenienſium Ce-
cropidæ olim cognominabantur. Erat igitur Na-
buchodonoſor non perſonæ nomẽ,primum ſem
per accipio,ſed regiæ dignitatis nomenclatio.

1 *Rex Babylonis.* Poſt vniuerſam eluuionem terra
Gene.11. rum,vt in libro Geneſis ſcriptum legimus,cōdi
derunt nonnulli in terra Sennaar,quæ eſt in Chal
dæa,ciuitatem & turrem : inquarum ædificatio-
ne Deus eorum linguas confudit. Quam ob cau
ſam vocata eſt ciuitas illa Babel , hoc eſt confu-
ſio,& poſtea Babylon & Babylonia. Ciuitas pro
priè dicitur Babylon , & regio Babylonia , quã
Gene.10. uis hæc nomina aliquãdo confundantur. Huius
ciuitatis regnum occupauit Nemrod,aut vt alij
nominant , Nembroth;de quo ita ait diuina ſcri
ptura:Ipſe cœpit potẽs eſſe in terra: & erat robu
ſtus venator corã domino.Fuit autem principiũ

regni eius Babylon.Hæc ibi. Per venatorem in-
telligunt interpretes tyrannum,de venatione ho
minum quos inſtar venaturis opprimebant,hũc
locum explanantes,quod Caietanus obſeruauit. *Caieta.*
Illud eſt aduertendum fuiſſe principium regni
eius Babylonem,quia caput primi regni fuit cõ
fuſio,nam regnandi appetitio omnia confundit.
Diuus Hieronymus in libro quæſtionum He- *Hieron.*
braicarum in Geneſim hunc locum explanans:
Nemrod,inquit,arripuit inſuetam primus in po
pulo tyrannidem.Hic fuit poſt diluuium primus
rex,& regia eius Babylon. De eo,eiuſq; ciuitate
vide diuũ Auguſtinum libro 16.de Ciuitate Dei *Auguſt.*
capite quarto,& Ioſephum libro primo antiqui *Ioſephus.*
tatum,vbi Sibyllam citat , quæ hiſtoriam hanc
monumentis conſignauit. Hunc Nemrod appel-
lat Beroſus libro de temporibus quarto & quin- *Beroſus.*
to Saturnum Babylonium , & regẽ Babylonis,
quam ipſe cum alijs ædificauit. Hieronymus in *Hieron.*
commentarijs in Oſeam ait,Semiramidem Nini
regis vxorem muros Babylonis extruxiſſe. Id
aſſerit etiam Iulius Solinus capite ſeptuageſimo, *Solinus.*
vbi aſſerit fuiſſe ciuitatem illam à Semiramide
conditam. In ea ſententia ſunt Diodorus Siculus, *Diodo.*
Iuſtinus,Strabo,& Ouidius. Contrà verò Ioſe- *Iuſtinus.*
phus Flauius,Euſebius Cæſarienſis,Marcellinus, *Strabo.*
& alij à nepotibus Noe eam aſſerunt fuiſſe ædifi *Ouidi.*
catam. At nulla eſt inter eos repugnantia:fuit e- *Ioſephus.*
nim à nepotibus Noe extructa tempore Nem- *Euſebius.*
rod,poſtea à Semiramide aucta,mœnibus inex- *Marcel.*
pugnabilibus cincta: & ab alijs deinceps mirum
in modum amplificata. Poteris de eius amplitu-
dine & celebritate plura videre apud Herodo- *Herod.*
rum libro primo,Plinium libro naturalis hiſto- *Plinius.*
riæ ſexto,& Ptolemæum libro quinto. Quando *Ptolem.*
regnũ Aſſyriorum erat à Babylonico diuiſum,
erat Babylõ regni Chaldæorum regia & caput,
quemadmodum Niniue Aſſyriorum. Sed poſtea
fuerunt Chaldæi vtriuſque regni potiti,& Nini
ue ampliſſimę ac ſuperbiſſimę Babyloni ſubie-
cta. At quid eſt in mũdo tã firmum & ſtabile , qđ
non ruat ? quod non intereat ? quod non poſ
ſit caſus aliquis de ſuo ſtatu deijcere? Hęc tam ce *Iere.16.*
lebris ciuitas fuit à Cyro Perſarũ rege capta , & *& 25.*
funditus euerſa,vt de illa Ieremias, Eſaias,& alij *Eſai.13.*
diuini vates prædixerant. In ea fuerunt Hebræi *14.47.*
exules & peregrini annis ſeptuaginta,quibus e-
lapſis ad dulcem patriam redierunt. Patria noſtra *Pſal.136.*
cœlum eſt,à qua exules ſumus,mundus Babylo-
nia,vbi peregrinamur. Hoc intelligens Iacob in- *Gen.47.*
terroganti Pharaoni quot annos natus eſſet,reſ-
pondit: Dies peregrinationis vitæ meæ centum
& triginta annorum ſunt,parui & mali , & non
peruenerunt ad dies patrum meorum , quibus
peregrinati ſunt. Et diuinus pſaltes: Cantabiles *Pſal.118.*
mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrina-
tionis meæ. Et alibi: Aduena ſum ego apud te &
peregrinus,ſicut omnes patres mei. Alludit ad *Pſal.38.*
Abraham,& alios patres, de quibus ita ait apo-
ſtolus Paulus in epiſtola ad Hebræos : Iuxta fidẽ *Hebr.11.*
defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſ-
ſionibus,ſed à longè eas aſpicientes & ſalutantes,
& confitentes,quia peregrini ſunt & hoſpites ſu
per terram. Et in epiſtola ad Corinthios poſte- *2.Cor.5.*
riore capite quinto: Dum ſumus , inquit, in cor-
pore,peregrinamur à domino. Et apoſtolorum *1.Petr.2.*

princeps in ſua prima canonica: Obſecro, inquit,
vos tanquam aduenas & peregrinos. Eā ob cau
ſam apparuit dominus Ieſus in ſpecie peregrini
diſcipulis euntibus in caſtellum Emmaus, vt
nos peregrinationis noſtræ admoneret: cui diſci
puli dixerūt: Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalē,
Luc. 24. & nō cognouiſti, quę facta ſunt in illa his diebus?
In terra vt exules & peregrini ætatem agimus
tanquam in diuerſorio, non tanquam in domici
lio, propediem ad mortem diſceſſuri. Nec caret
myſterio, exilium illud Babylonicum annos du-
raſſe ſeptuaginta; ſiquidem eo annorum nume-
ro vita humana ſignificatur, iuxta id quod ait
Pſal. 12. pſalmographus: Dies annorum noſtrorum, in
ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus
octoginta anni, & amplius eorū labor & dolor.
Vel vt verti etiam poteſt ex Hebræo: Et præci-
puum eorum, &c. Ac ſi dicat: Durat communi-
ter vita humana annos ſeptuaginta, & ad ſum-
mum octaginta in viris robuſtis: ac præcipuum
totius huius ætatis plenum eſt moleſtiis, calami
tatib. & dolorib. In hac vita nobis ſuadere nitun
tur hoſtes animę vt mundi voluptatib. deditis ſe-
Pſal. 136. curè canamus, & cœleſtis Hieroſolymę obliti pe
ſtilentibus delicijs oblectemur. At nos debe-
mus illis cū exulibus Iſraeliticis reſpōdere: Quo
modo cantabimus canticum domini in terra a-
liena? Imò ſuper flumina Babylonis illic ſeden-
tes in lamentis verſemur, & habentes in memo-
ria æternam Sionem vim lachrymarum profun-
Matt. 5. damus. Beati enim qui lugent, quoniam ipſi con
ſolabuntur. Sed vt verbis vtar apoſtoli in epiſto
Galat. 4. la ad Galatas, Hæc ſunt per allegoriam dicta. At
Simili- quemadmodum ad inueniēdam pretioſam gem-
tudo. mam in obſcuris ædibus latērem, opus eſt lucer
na: ſic ad inueniēdam allegoriam opus eſt ſenſu
literali, qui eſt inter alios pręcipuus. Illud eſt hoc
loco aduertendum, præter Babyloniam ſitam in
Volater. Chaldæa eſſe alteram in Aegypto, vel ei propin
Ioſephus. quam in finibus Arabiæ, quæ fuit Soltani quon-
dam ſedes, modò vocata Cayro, de qua loquitur
Raphael Volaterranus libro 12 in tractatione
de Aegypto, & Ioſephus libro ſecundo antiqui-
tatum.

Ieruſalem. Hæc ciuitas appellata fuit prius Sa-
lem, cuius rex fuit Melchiſedech, de quo Moſes
Gene. 14. Geneſis 14. Melchiſedech, inquit, rex Salem pro
tulit panem & vinum, erat enim ſacerdos Dei al
tiſſimi. Quibus verbis ſignificat, eum deo immo
laſſe panem & vinum. Reddēs enim cauſam, cur
Melchiſedech panem & vinum offerret Deo, ait:
Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi: nimirum cuius
munus erat Deo ſacrificare. Ex quo colliges, eos
in errore verſari, qui aiunt Melchiſedech panem
Hebr. 7. tunc non Deo, ſed Abrahamo obtuliſſe. De eo &
Auguſt. ciuitate Salem meminit apoſtolus capite ſepti-
mo epiſtolæ ad Hebræos. Auguſtinus in commē
Hieron. tarijs in pſalmum 33. ait Hieroſolymam fuiſſe
Hippol. prius vocatā Salem. Idem aſſerit Hieronymus
Irena. in epitaphio Paulæ, & in explanatione in caput
Euſebi. Ezechielis nonum: & in epiſtola ad Euagrium,
Emiſſen. cuius hęc ſunt verba: Verti me ad Hippolitum,
Irenæum, Euſebium Cæſarienſem, & Emiſſenū,
Apolli. Appollinarium, & Euſtathium, & deprehendi
Euſtath. horum omniū opiniones diuerſis argumentatio-
nibus ac diuerticulis ad vnum compitum perue
niſſe, vt dicerent Melchiſedech hominem fuiſſe
Chananæum, regem vrbis Hieroſolymæ, quæ
primo Salem, poſtea Iebus, ad extremum Ieruſa *Eucher.*
lem appellata ſit. Idem ait Eucherius in tracta- *Egeſip.*
tione locorum Hebręorum ad Salonium. Egeſip
pus etiam aſſerit appellatam eam fuiſſe Salem ſi
ue Solymam: & apertius Ioſephus libro ſepti- *Ioſephus.*
mo antiquitatum capite 18. Hoc dilucidè indi- *Gen. 14.*
cat paraphraſtes Chaldęus capite 14 Geneſis ita
habens: Et Melchiſedech rex Ieruſalem. Et quo-
niam Salem idem eſt quod pax, appellatus fuit
Melchiſedech rex pacis. Vnde pſalmo 75. pro Sa *Pſal. 75.*
lem verterunt Septuaginta pacem, dicentes: Et
factus in pace locus eius. Pro quo Hieronymus *Hieron.*
vertit: Et factum eſt in Salē tabernaculum eius.
Vbi per tabernaculum Dei intelligitur arca te-
ſtamenti, aut domus, vbi illa erat. Pagninus quo *Pagnin.*
que & Iſidorus Brixianus vertetūt Salem. At pa *Brixia.*
raphraſis Chaldaica habet: Et fuit in Ieruſalem
domus ſanctuarij eius. Poſtea fuit vrbs hęc appel
lata Iebus à Iebuſæis, vt in libro Ioſue capite de *Ioſue. 18.*
cimooctauo diuinæ literæ memorię prodiderūt. *Gal. 4.*
Id intelligens diuus Paulus capite quarto epiſto
læ ad Galatas ait: Sina mons eſt in Arabia, qui
coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt Ieruſalē. Quod
non tam intelligitur de coniunctione locorum,
cùm longè diſtent, quàm de ſimilitudine, quia
vt in Sina lata eſt lex Moſaica, ſic Hieroſolymæ *Hieron.*
euangelica. Ac ideò ait Quę nunc eſt Ieruſalē, vt
ſignificet eā olim alijs nominibus fuiſſe appella
tam. Eam ob cauſam ait Hieronymus in caput
nonum Ezechielis, fuiſſe ciuitatem illam trino-
miam, nempe Salem, Iebus, & Ieruſalē ſiue Hie-
roſolymam vocatam. Accipitur aliquando pro Ec
cleſia Catholica, vt capite ſecundo Ioelis: In Ie- *Ioel. 2.*
ruſalem erit ſaluatio: & capite quarto epiſtolæ *Galat. 4.*
ad Galatas: Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalē,
libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Interdum verò
pro Eccleſia in cœlis triumphante, vt pſalmo *Pſal. 124.*
124. Non commouebitur in æternum, qui habi- *Heb. 12.*
tat in Ieruſalem. Et capite duodecimo epiſtolæ
ad Hebræos: Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciui
tatem Dei viuentis Ieruſalem cęleſtem, multo-
rum millium angelorum frequentiam. Hoc au-
tem Danielis loco ſumitur pro ciuitate terre-
na.

Et obſedit eam. Id eſt, & oppugnauit eam, tenēs
illam militibus, foſſa, & vallo ſeptam. Hic Nabu
chodonoſor, qui exercitum in Iudeā cōduxit, e-
rat infidelis, incultus, immanitate barbarus. Ni-
hilominus tamen populum Dei vicit, ærumnis
affecit, & vrbem, in qua erat templum diuino cul
tui dedicatum, expugnauit. Permiſit illud Deus
ob nefaria Iudæorum ſcelera: Et ſi erant inter
illos nonnulli fide & pietate præcellentes, pleri-
que tamen erant vitijs irretiti & contaminati,
qui diuino cultu contempto, & veri Dei fide re-
licta, falſos ac commentitios Gentium deos ſæ-
penumero colebant. Punit Deus eos aliquando,
quos vidit flagitijs inquinatos, vt ea agnoſcāt &
relinquant, atque ad diuinum numen conuertā-
tur. Filij Iacob in Aegypto fuerunt in vincula cō *Gen. 42.*
iecti iuſſu fratris ſui Ioſeph, quem impiè vendi-
derant, & tunc in celebri dignitate conſtitutum
minimè cognoſcebāt. Cùm autē ab eo cogeren-
tur fratrem ſuū minimū adducere dixerūt viciſ-
ſim:

ſim: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fra-
tē noſtrum. Tunc ſcelus ſuum agnouerūt, cùm
ſe viderūt mœrore afflictos, & calamitate oppreſ-
Num. 21. ſos. Iſraelitæ in deſerto cùm Moſem pium, iuſtū,
& ſapientem ducē ſuum maledictis vulneraret,
Deumque grauiter offenderent, eamque ob cau-
ſā ab ipſo Deo punirentur immiſſis in eos ſerpē-
tibus ignitis, crimina ſua confeſſi ſunt, ſeque ad
preces, quibus diuinum numen placarent, contu-
Par. 33. lerunt. Manaſſe rex Iudæorum cùm eſſet teterri-
mus, ſcelerumq; maculis notatiſſimus, fuit ab
Aſſyrijs Deo ita permittente ſuperatus, & in car-
cerem coniectus. At reuerſus ad ſeipſum perpen-
dens animo in calamitates illas merito incidiſſe,
pœnitentia ductus impia facinora ſua acerbo do-
lore deleuit, Deum ardenter inuocauit, & vim
lachrymarum profudit. Vide proſperarum &
aduerſarum rerum diſcrimen. Rebus proſperis
& ad voluntatem fluentibus oblitus fuit Dei, uſ-
que flagitijs ſe contaminauit, quibus obcæcatus
in Deo offendendo & republica violādā fraudes
teterrimas concepit. At reflante vento, angorib.
grauiſſimis implicatus terribili iactatus tempe-
ſtate, ad portum diuinæ miſericordiæ confugit,
qua adiutus fuit à contagione impuritatis abſtra-
ctus, & ad priſtinam dignitatem reſtitutus. Saul
priuſquam regnum adeptus eſſet, erat virtutibus
vt mœnibus ſeptus. De eo ait libro primo Regū
1. Reg. 9. in hunc modum diuina ſcriptura: Erat ei filius,
vocabulo Saul electus & bonus, & non erat vir
de filijs Iſrael melior illo. Et iterum: Filius vnius
anni erat Saul, cùm regnare cœpiſſet. Hoc eſt in-
1. Reg. 13. nocens inſtar infantis nullo ſcelere polluti. Ita
paraphraſis Chaldaica hunc locum interpreta-
tur. At poſtquam regnauit, abuſus eſt intemperā-
ter regno & licentia. Inuidia motus & furijs
exagitatus voluit ſæpe occidere Dauidē fide &
innocentia præſtantem. Non ſat exiſtimauit in-
1. Reg. 18. nocentem patriæ finibus eieciſſe, ſed etiam eum
19. 22. 24 eiectum, egentē, ſyluas abſtruſas & deſerta loca
peragrantē intolerabili odio proſequebatur, &
ad crudele exitium quærebat. Nullum faciebat
finem furoris, donec eius ſanguine ſaturaretur.
Quid plura? Ipſe Dauid, qui moleſtijs afflictus
dum vitam priuatā ageret, hoſti ſuo Sauli peper-
cerat, poſtea in regia dignitate collocatus amico
ſuo Vriæ viro fortitudine cæteriſq; virtutibus mu-
nito necē iniuſtiſſimam machinatus eſt. Quam
1. Re. 24. ob cauſam fuit à Deo punitus, & in calamitate
2. Reg. 11. ad ipſum Deum conuerſus. Id quod ipſe teſtatur
Pſalmo 31. cùm ait. Conuerſus ſum in ærumna
mea, dum configitur ſpina. Ac ſi dicat: In mole-
Pſal. 31. ſtijs meis conuerti me domine ad numen tuum,
dum mœror inſtar ſpinæ, quæ gutturi figitur, a-
nimum meum affligeret. Eam ob cauſam calami-
tatibus oblectabatur. Id indicat ille dicēs in Pſal-
mo: Mihi autem nimis honorificati ſunt amici
tui Deus. Vox hæc reagh pro qua Latinus noſter
Pſal. 138. interpres vertit amicum, afflictionē ſignificat &
amicū. Quare poſſunt etiam verba illa ita cōuer-
ti: Mihi autē valde precioſæ ſunt afflictiones tuę
Deus. Eas diligebat diuinus vates, vt inſtru-
mentum diuinas leges diſcēdi, quemadmodum
ipſe ait in Pſalmo: Bonum mihi quia humiliaſti
me, vt diſcam iuſtificationes tuas. Pro quo poter-
Pſal. 118. is vertere. Vtile mihi fuit, quòd afflixiſti me, vt
diſcam legem tuam. Lex enim Dei nomine iu-
ſtificationum ſignificatur: vt eodem pſal. inclina-
ui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in
æternum propter retributionem. Pro quo Hiero-
nymus tranſtulit: Propter æternā tribulationē. Hieron.
Cùm Dauid affluentia rerū ſecūdarum potiretur,
poterat preces remittere, aut illis frigidè vti, &
Dei aliquādo obliuiſci: at calamitate oppreſſus
ſtatim ad Deum preces ardentiſſimas fundebat.
Ad dominum, inquit ille, cum tribularer, clama-
ui, & exaudiuit me. Et alibi: Tribulationē & do-
lorē inueni & nomē domini inuocaui. Inueni- Pſal. 119.
mus, quod quærimus, reperimus qđ caſu ſe offert.
Quærebat pius vir afflictionem, quà pro Deo la- Pſal. 114.
ta oblectabatur. Eius verò vtilitatē exprimit di-
cens: Et nomen domini inuocaui. Aliud eſt inue-
nire calamitatē, aliud ab ea inueniri. Ipſe enim
ait: Tribulatio & anguſtia inuenerunt me. Sed in
vtroque auxilium Dei implorabat. Reſpice, in-
quit ille, in me & miſerere mei, quia vnicus & Pſal. 119.
pauper ſum ego. Vel vt rectè etiā trāſferri poteſt Pſal. 24.
ex Hebræo: quia ſolus & afflictus ſum ego.
Videns ſe omni hominum auxilio deſtitu-
tum, & ærumnis vndique cinctum, Deum
obſecrabat, vt eas placidis oculis intueretur, Similitudo.
ſibique miſericordiam tribueret. Præſidio hū-
mano orbatus ad diuinum aſpirabat. Vt auis in
terra aucupibus & canibus circuncincta non ha-
bet melius refugium, quàm volare vehementer,
ſeque ferre in ſublime, & in altum leuare: ſic vir
pius calamitatibus exagitatus, & mœroribus ob-
ſeſſus ad animi volatū confugit, flens ſuſpicit in
cœlum, & pietatis alis ad Deū aſcendit, hocque
ſalutari remedio vitæ ſuę ſubueniēdum putat. Id Eſai. 2
intelligēs Eſaias aiebat: Domine in anguſtia requi-
ſierunt te. Et apud Oſeam ait Deus. In tribulatio- Oſe. 6.
ne ſua manè conſurgent ad me. Nec ſolùm homi-
nes vitijs implicatos ſolet Deus affligere, vt ſe ad
meliorē frugē recipiant, ſed innocentes interdū,
vt eius gloria in eorū liberatione refulgeat: iuxta
id quod ipſe dixit apud Ioānē: Nec hic peccauit, Ioan. 9.
nec parētes eius, ſed vt manifeſtētur opera Dei
in illo. Interdum etiam viros iuſtos & pios cala-
mitatibus affici permittit, vt rerum humanarum
tolerantia muniti, & admirabili in virtute conſtā-
tia roborati prębeant alijs exēpla ſalutaria, ſibi-
que maiorem comparent gloriam atque amplio-
rē nominis celebritatem. Nihil enim magis con-
ducit ad eximiæ virtutis gloriam illuſtrandam,
quàm calamitas pro Deo æquo animo tolerata.
Solet Deus, viros religione inſignes, omniúque
virtutum ornamentis decoratos per varios caſus
plerumque, & per acerbas ærumnarū anguſtias
ad vitam ducere immortalē, vbi Deo ipſo æuo Gen. 28.
ſempiterno fruantur. Sunt enim calamitates gra- Nyſſen.
dus ſcalæ Iacob ad cœlum aſcendentes: & vt ver-
bis vtar Gregorij Nyſſeni, afflictiones piorum vi- Rom. 5.
torum flores ſunt fructuum, qui expectantur. Id
animo perſpiciens diuus Paulus in epiſtola ad
Romanos Gloriamur, inquit, in tribulationi-
bus, ſcientes quòd tribulatio patientiam opera-
tur, patientia autem probationem, probatio ve-
rò ſpem: ſpes autem nō confundit. Vide oratio-
nis gradationem, & admirabilem apoſtoli elegā-
tiā. Et Chriſtus in euangelio authore Matthæo:
Beati qui perſecutionē patiūtur propter iuſtitiā, Matth. 5.

Apoc.7. quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. In Apo
calypſi diui Ioannis de ijs qui in æterna gloria
& cœleſti ſecuritate quieſcunt, ſcriptum eſt: Hi
Ioan.16. ſunt, qui venerunt de tribulatione magna. Mœ-
Similitudo. rot fluit, & euaneſcit, & in æternã voluptatẽ redi
gitur ioata id ſeruatoris noſtri: Triſtitia veſtra
cõuertetur in gaudiũ. Vt enim oliuę quę in anno
vno fructus non edũt, in altero eos ferunt vberri
mos atque præſtantiſſimos: ſic viri iuſti, qui in
anno fluxo huius vitæ ſunt voluptatibus mundi
priuati, in anno æterno alterius vitæ admirabili
bus oblectationibus perfunduntur, bonorumq́;
omnium copia cumulantur. Aſpicis igitur eſſe
calamitatem potius in bonis, quam in malis nu-
merandam. Quare non eſt mirandum voluiſſe
Deũ Hebræos affligere per Nabuchodonoſorẽ,
de quo hoc loco loquitur Daniel.

Et tradidit dominus. Oſtendit Daniel fuiſſe Ba
bylonios victoriam hanc potius voluntate Dei,
Eſai.10. quàm ſuis armis conſecutos, id Iudęorum pecca
tis exigentibus. Id voluit Eſaias oſtendere in esi
tio Samariæ per regem Aſſyriorum. quem capite
decimo virgam furoris Dei vocat. Et ne vaſtita-
tem illam Aſſyrius ſibi tribueret, non Deo, adie-
cit: Nunquid gloriabitur ſecuris cõtra eum, qui
ſecat in ea? Comparat eum ſecuri, qua Deus erat
Iudæos occiſurus. Eodem modo Turcicus exer-
citus Chriſtianos aliquando oppugnat & vincit:
quia nõ tam armis ſuis quàm ſceleribus noſtris
nobiſcum pugnat. Ceſſent ſcelera noſtra, & bar-
barorum aduerſus nos ſæuæ victoriæ ceſſabunt.
Similitudo. Vt enim ignis ab incendio deſiſtit ablata mate-
ria: ſic infidelium triumphi de nobis reportari a-
blatis noſtris flagitijs finem facient. Poteris hoc
loco accipere tradere pro permittere tradi, quẽ-
admodum apud Paulum capite primo epiſtolæ
Rom.1. ad Romanos. Tradidit illos Deus in deſideria
cordis eorum. Hoc eſt tradi permiſit, dimittens
Pſal.80. illos: iuxta illud diuini pſaltis: Dimiſit eos ſecun-
dum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuen-
tionibus ſuis. Magno quidẽ ſupplicio eos Deus
afficit, qui ipſius ſalutaria monita contemnunt,
quando eos dimittit, vt appetitionibus ſuis obtẽ
Rom.1. perent, quibus ſibi peſtem ac perniciem machi-
nantur. Ita illud apoſtoli eodem loco intelli-
gitur: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.

In manu eius. Tradi in manu alicuius eſt in e-
ius poteſtatem & ſeruitutem incidere: vt Deute
Deut.1. ronomij primo: Odit nos dominus idcirco edu-
xit nos de terra Aegypti, vt traderet nos in manu
Iudic.4. Amorrhæi. Iudicum quarto: Tradidit illos do-
minus in manus Iabin regis Chanaam. Et Iere-
miæ 37. in manu regis Babylonis traderis. Voca
Ierem.37. bulum hoc, manus, in diuinis literis multas ha-
bet acceptiones: quarum nonnullas citabo ad
multa loca intellectu difficilia intelligenda. In
primis ſignificat periculum: vnde ponere animã
in manu, eſt exponere vitam periculis. Ita intel
Iudic.12. liguntur verba Ieptæ in libro Iudicum: Poſui a-
nimam meam in manibus meis. Volens Iona-
thas reuocare in memoriam patri ſuo Sauli peri-
culum illud, quod Dauid ſuſceperat, quando Go
1.Reg.17. liam ſingulari certamine trucidauit, dixit: Po-
1.Reg.19. ſuit animam ſuam in manu ſua. Eodem modo
illud diuini atq; regij vatis intelligitur: Anima
Pſal.118. mea in manibus meis ſẽper, & legẽ tuã non ſum
oblitus. Ac ſi dicat: Et ſi fuerim calamitatibus
cinctus, & periculis expoſitus, nũquã tamẽ Deus
ſancte fui legis tuæ oblitus. Et illud Iob capite *Iob.13.*
13. Quare lacero carnes meas dentibus meis, &
animam meam porto in manibus meis. Non me
fugit eſſe nonnullos, qui exiſtimẽt, hoc loco Iob
portare animam in manibus eſſe propoſitũ cor-
dis in operibus oſtendere. Sed, vt mea fert opi-
nio, his verbis querelarũ plenis oſtendit vir ſan-
ctus, dolorem, quo angebatur: Ac ſi dicat: Cur
tanto mœrore conficior, vt cogar lacerare carnẽ
meam, variáque pericula ſubire? Manus etiã fœ-
dus ſignificat, & pactum, ac concordiam. Vnde
manus dare ſignificat paciſci, vt quarti Regum *4.Re.10.*
decimo: Da mihi manum tuum: qui dedit ei ma- *Ezech.17.*
num ſuam. Et Ezechielis decimo ſeptimo: Ecce
dedit manum ſuam. Hoc ſchemate vtitur Pytha
goras, dicẽs nõ eſſe cuique manum porrigẽdam: *Pithag.*
vt ait in eius vita Laertius. Ac ſi diceret: non eſſe *Laertius.*
quempiã in familiaritatem facile recipiendum.
Illud affert Plutarchus in tractatione de multo-
rum amicitia Significat quoque operationem & *Plutarc.*
miniſterium, vt exodi 35. Obtulerunt donaria, vt
facerent opera, quæ iuſſerat dominus per manũ *Exod.35.*
Moſi. Et quarti Regum decimoſeptimo. Sicut lo *4.Re.17.*
cutus fuerat, in manu ſeruorum ſuorum prophe
tarum. Et Eſaiæ 20 Locutus eſt dominus in ma- *Eſai.20.*
nu Eſaiæ. Et Malachiæ primo: Onus verbi do- *Malac.1.*
mini ad Iſrael in manu Malachiæ. Hoc eſt, inci-
pit prophetia comminatoria, quam Deus verbo
ſuo locutus eſt populo Iſraelitico, miniſterio &
operatione Malachię. Præterea ſignificat auxiliũ
& fauorem. vt primo Regum 22. Interficite, in-
quit Saul, ſacerdotes domini, nam manus eorũ *1.Reg.22.*
cum Dauid eſt. Et ſecundi Regum tertio. Erit
manus mea tecum, aiebat Abner Dauidi, & ad- *2.Reg.3.*
ducam ad te vniuerſum Iſrael. Vnde aperire ali-
cui manum, eſt ei eleemoſynam largiri, vt Pro-
uerbiorum 31. Manum ſuam aperuit inopi. Et *Prou.31.*
manum alicui dare, eſt ei opem ferre, eumq́ue
iacentem leuare & dirigere, vt Actorum tertio-
decimo: Circuiens quærebat, qui ei manum da- *Act.13.*
ret. Manum agitare eſt minari, vt apud Eſaiam
decimo: Agitabit manum ſuam ſuper mon- *Eſai.10.*
tem filiæ Sion. Manum contrahere eſt ab incœ-
pto deſiſtere, vt Ioſue octauo: Ioſue vero non cõ *Ioſue.8.*
traxit manum. Manum extollere eſt preces ad
deum fundere, vt Pſalmo 133. In noctibus extol-
lite manus veſtras ad ſancta. Hoc, eſt in calami-
tatibus veſtris ad eam templi partem precatio- *Pſal.133.*
nes veſtras dirigite, vbi eſt ſacrarium in ſanctis
ſanctorum. Manus leuare eſt in eam curam toto
pectore incumbere, vt actiones noſtras ab omni
impuritate abſtractas exhibeamus: vt pſalmo
25. Lauabo inter innocẽtes manus meas. Et pſal
mo 57. Lætabitur iuſtus, cùm viderit vindictam, *Pſal.25.*
manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Vbi *Eſai.57.*
ſanguis pro diuina in nefarios homines vltione
accipitur. Viri enim pij cautiores fiunt, cùm
impios vident ſuppliciis affectos ſuorum ſce-
lerum debitas pœnas perſoluere: & tunc
enixius contendunt omnem labem ex ani-
mo eluere. Manus ad os applicare ſeu con-
uertere eſt comedere, vt capite quartodecimo
libri primi Regum. Apparuit fluens mel nul-
luſque applicuit manum ad os ſuum. Et paulò

poſt: Conuertit manum ſuam ad os ſuum. Ali-
Iob 39 quando verò eſt ſilere, vt Iob trigeſimo nono:
Eccle. 15. Manum meam ponam ſuper os meum. Manus
conſilij idem eſt quod liberum arbitrium, vt ec-
cleſiaſtici quintodecimo: Reliquit eum in manu
conſilij ſui. Manus accipitur pro ſinu, vt pſalmo
Pſal. 103. 103. Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus,
hoc eſt finibus brachiis & littoribus. Accipitur
pro functione & negotio, ad quod gerendum v-
Eſa. 1. nuſquiſque tenetur: vt Eſaiæ primo: Manus ve-
ſtræ ſanguine plenæ ſunt. Ac ſi dicat: Omnia ne-
gotia veſtra ad crudelitatem tendunt. Non exer-
cetis monus veſtrum, ſed ferarum: non humani
tatem ſed immanitatem diligitis. Id etiam quod
Theſ. 4. ait apoſtolus in Epiſtola ad Theſſalonicenſes:
Rogamus vos fratres, vt veſtrum negotium aga-
tis, vt operemini manibus veſtris: non ſolùm de
corporis, ſed etiam de animi actionibus intelligi
tur, hoc eſt de officio, ad quod vnuſquiſque tene
tur. Monet eos, vt negotiationes viris Chriſtia-
na pietate & religione præſtantibus dignas ad-
miniſtrent, & vnuſquiſque officiom ſuum exe-
quatur. Id intelligens rex Dauid aiebat: Deum
Pſal. 76. exquiſiui manibus meis nocte contra eum. Ve-
rum id poteſt ad preces referri. Oppreſſus enim
pius ac iuſtus rex calamitatibus & mœroribus
manus ſuas ad dominum efferebat, eũ obſecrãs,
vt vulneribus ſuis congruentem adhiberet medi
Symm. cinam. Huic explanationi fauet verſio Symma-
chi ita habens: Manus mea nocte extenſa fuit ſi-
ne intermiſſione. Elata manu aliquid facere eſt
Num. 15. illud ſuperbè committere: Vnde Numerorum
quintodecimo, vbi editio vulgata habet: Anima
verò quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit,
&c. eſt in Hebræo: Anima autem quæ elata ma-
nu aliquid fecerit. Tangere aliquem manu, extẽ-
dere aut aggrauare illum manu, eſt eum percute
Iob. 7. re & caſtigare: vt Iob 7. Manus domini tetigit
Exod. 3. me. Exod. 3. Extendam manum meam, & percu-
tiam Aegyptum. Et primo Regum quinto: Ag-
grauata eſt manus domini ſuper Azotios. Poſtre
mo per manum filius Dei ſignificatur, quòd per
1. Reg. 5. illum omnia facta ſint. Ita intelligunt nonnulli
Pſal. 118. illud diuini pſaltis: Fiat manus tua, vt ſaluet
me. Cùm igitur manus tam æquiuocè & variè
accipiatur, in eam ſumitur ſignificationem, quæ
fuerat ad literam accommodatior. Ex quo effe-
ctum eſt, vt hoc Danielis loco pro poteſtate & ſer
uitute accipiatur.

Regem Iudæ. Paulo antè appellatus fuit rex Iu-
da, nunc rex Iudæ. Etſi in verſione Latina diffe-
rentia eſt in verbis, in Græca tamen & Hebræa
nulla eſt. Quare idem eſt rex Iuda, & rex Iudæ.
Sonat autem Iuda laudationem & cõfeſſionem.
Iuda eſt tribus, Iudæa verò tota regio in Aſia ma
iore, quæ terra promiſſionis nuncupatur.

Et partem vaſorum. Erant in templo Salomo-
nis multa vaſa, quibus vtebantur ſacerdotes &
leuitæ in ſacrificijs peragendis, quorum aliquot
rex Babylonius cepit, ſecúmque aſportauit. Cõ-
ſtructo templo tranſlata ſunt illuc omnia vaſa
3. Reg. 8. ſanctuarij, quæ fuerant in tabernaculo, vt libro
2. Reg. 8. tertio Regum proditum eſt. Præterea fecit Salo-
3. Reg. 7. mon alia multa, quæ poſuit in templo, & rex
2. Par. 4. & Ioas ſimiliter, vt multis in locis literæ diuinæ te
24 ſtantur. In ſacra ſcriptura ſupellectilia, arma, mo
nilia, inſtrumenta dicũtur vaſa. Ezechielis duo- Ezec. 12.
decimo: Efferes foras vaſa tua: hoc eſt ſupelle- Iere. 21.
ctilem tuam. Vaſa belli apud Ierem. cap. 21. & in Iudi. 16.
libro Iudith cap. 16. pro armis bellicis accipiun- Pſal. 7.
tur. Apud pſalmographũ vaſa mortis ſunt ſagit- Ezech. 9.
tæ in arcu ad occidendum paratæ. Apud Eze-
chielẽ cap. 9. vas interfectionis gladius eſt aut ſe-
curis. Vas etiam cymbam ſignificat: vt apud E- Eſai. 18.
ſaiam cap. 18. In vaſis papyri ſuper aquas. Sole- Plinius.
bant enim antiqui Aegyptij teſte Plinio libro
tertiodecimo, nauiculas ex papyro conſtruere:
eſt enim papyrus arbor in Aegypti paluſtribus
naſcens. Et Actorum vigeſimoſeptimo: Submiſ- Acto. 27.
ſo vaſe ſic ferebantur. Id eſt ſcapha ſubmiſſa ita
nauigabant. Nomine vaſis eccleſia militans ſigni
ficatur: vt Actorum decimo: Vidit, nimirũ Pe- Acto. 10.
trus, cœlum apertum, & deſcendens vas quoddã
velut lintheum magnum quatuor anguiis ſub-
mitti de cœlo in terrã: in quo erant omnia qua-
drupedia & ſerpẽtes terræ, & volatilia cœli. Hoc
magnum vas de cœlo deſcendens eccleſia catho
lica eſt à Deo conſtituta, quatuor habens angu-
los, nimirum ortum & occaſum, aquilonem & Leuit. 11.
meridiem. Animalia iuxta veterem legem im-
munda gentes erant idolorum cultui antea dedi
tæ, ſed poſtea ad Chriſti legem pietatis pleniſſi-
mã conuerſæ. Illas præcipiebat Deus diuo Petro
vicario ſuo, & Apoſtolorũ principi, vt occideret
quo ad vitia & impietates, eáſque comederet:
hoc eſt ſibi & eccleſiæ incorporaret. Significatur
quoq; vaſorum nomine eccleſia triumphans, vt
apud Matthæum in parabola de ſagena miſſa in Matt. 13.
mare piſcium multitudinem ex omni genere at-
trahente: per quã eccleſia militans ſignificatur,
in qua ſunt varia hominum genera: ſed impleta
ea boni feruntur in vaſa, mali autẽ foras proiiciũ
tur. Hoc eſt viri iuſti, qui ſe integros in vita, ca-
ſtóſq; ſeruarunt, ad ſedes beatiſſimas æternámq;
felicitatem transferentur, vbi nullo dolore affe-
cti, quin potius omni oblectatione perfuſi in æ-
ternum requieſcent. Impij verò, qui fuerunt ſti-
mulis cupiditatis & libidinis concitati, cæteriſq;
vitiis irretiti, in æternum exitium præcipites ra-
pientur. Aſpicis igitur capite Actorum decimo
vas eccleſiam militantem ſignificare, apud Mat- Matt. 13.
thæum verò capite tertiodecimo triumphantẽ. Prou. 25.
Accipitur vas pro regno: vt Prouerbiorum vice
ſimo quinto. Aufer rubiginem de argento, & e-
gredietur vas puriſſimum. Ac ſi dicat: Auferan-
tur impij à conſpectu regis, & erit regnum iuſtiſ
ſimum. Vas puriſſimũ appellat ſcriptura regnũ,
vbi iuſtitia viget, vt ex conſequentibus colligi-
tur. Accipitur vas pro machina: vt Eccleſiaſtici Eccl. 42.
42. Sol in aſpectu annuntians in exitu, vas ad-
mirabile, opus excelſi. Hoc eſt, Sol ſplendorem
in ortu ſuo oſtendens eſt machina admirabilis,
ac opus altiſſimi. Vrbes munitæ appellantur va-
ſa munitionis primo Machabæorum libro, capi- 1. Mac. 14.
te quartodecimo: & monilia pulchra vaſa glo- Ezec. 23.
riæ Exechielis viceſimotertio: & milites ad fune
ſtum bellum parati vaſa furoris Dei, capite Eſaiæ Eſai. 13.
tertiodecimo. Diuus Paolos capite Actorum 9. Actor. 9.
vas electionis dicitur, hoc eſt inſtrumentum ele
ctum, quo Deus vti voluit ad nomen ſuum lõgè
latéque propagandum, & ad gentes ab idolorum
cultu reuocandas, atque ad ſeipſum conuerten-

das. Citharæ, pſalteria, lyræ, cæteraque muſi-
ca inſtrumenta appellantur vaſa pſalmi atque
Pſal. 70. cantici: vt pſalmo ſeptuageſimo; Confitebor
tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam Deus. Ac ſi
dicat: Ego in laudem tuam Deus ſancte cele-
brabo veritatem tuam in muſicis inſtrumentis,
canens te eſſe veracem, qui exhibere ſoleas, quæ
Amos 6. promittis. Vnde Amos vaticinans aduerſus Iu-
dæorum magnates deliciis deditos: Sicut Da-
uid, inquit, putauerunt ſe habere vaſa cantici.
Excogitauerunt enim muſicæ inſtrumenta, per-
inde ac Dauid facere ſolitus fuerat; ſed propoſito
diuerſo: ille vt Dei laudes carminibus celebra-
ret, iſti vt voluptatibus diffluerent, & delicatè ac
molliter viuerent. Habet præterea vas alias ſi-
gnificationes, quas longum eſſet numerare. Hoc
autem Danielis loco vaſorum nomine ſignifica-
tur phialæ, pelues, diſci, ollæ, lebetes, vrcei, ſcy-
phi, amulæ, amphoræ, conchæ, antliæ, cacabi,
calices, capedines, acetræ, capulæ, catini, crate-
ræ, cymbriæ, gutturnia, hydriæ, lagenæ, malu-
uia, patinæ, vrnæ, luteres, menſæ, candelabra, lã-
pades, forcipes, fuſcinulæ, thuribula, ſimpulla,
aut alia huiuſmodi. Horum aut ſimilium vaſorũ
Hieron. pars fuit in Babyloniam aſportata. De vaſorum
Iſichius. ſignificationibus vide Hieronymum in Eſaiam.
Hilarius. 11. & 66. Iſichium in Leuiticum. 11. Hilarium in
Caßian. Matthæum canone 27. Caſſianum lib. 2. capite
Auguſt. 3. Auguſtinum libro ſecundo de doctrina Chri-
Cyrill. ſtiana, Cyrillum de adoratione in Spiritum ſan-
Baſil. ctum, Baſilium in pſalmum ſeptimum.

Et aſportauit ea. Nimirum vaſa. Sed quoniam
ſtatim ſequitur: Et vaſa intulit in domũ theſau-
ri Dei ſui, quaſi de rebus aliis loquens, non deeſt,
qui exiſtimet, particulam, ea, referri ad regem, &
ad alios captiuos. At vtrumque poteſt ad vaſa re-
ferri: nam primo obtulit ea Deo ſuo in templo,
poſtea iuſſit ea in domo theſauri templi ſeruari.
Vel accipitur, &, pro id eſt, vt vnum ſit explana-
tio alterius. Poteſt particula, &, accipi pro quia,
vt ſit ſenſus: Eam ob cauſam dico eum vaſa illa
poſuiſſe in templo, quia poſuerat ea in domo the-
ſauri Dei ſui. Accipi particulam, &, pro quia, in-
Pſal. 59. dicat verſus ille Pſalm. 59. Da nobis auxilium de
tribulatione, & vana ſalus hominis. Pro quo nõ-
nulli codices habent: quia vana ſalus hominis.
Eſa. 64. Et Eſaias cap. 64. Tu iratus es, & peccauimus.
Luc 1. Et illud Eliſabethæ apud Lucam capite primo:
Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fru-
Theop. ctus ventris tui. Ita locum illum Theophylactus
interpretatur. Ita illud intelligitur apud eundem
Luc 2. Lucam cap. 2. Gloria in altiſſimis Deo, & in ter-
ra pax hominibus. Sed dices fortaſſe: Cur peccã-
tibus hominibus vaſa Deo dicata fuerũt tradita
impiis Babyloniis? Quid mali fecerunt vaſa illa?
Forſitan illud ob eam cauſam permiſit Deus, vt
intelligerent Iudæi, eum nulla eorum re prorſus
indigere. Non enim vt egens accipit, quæ ſibi ab
hominibus offeruntur, ſed vt eorũ voluntates &
officia remuneret. Voluit perſuadere Iudæis eo-
rum ſacrificia accepiſſe, vt ſe eorum imbecillitati
accommodaret, in eóſque beneficia ampliſſima
conferret. At poſtquam illi ſe intolerandis flagi-
tiis contaminarunt, permiſit, vt vaſa templi ab
impiis Babyloniis raperentur, innuens, quòd ad
vitia non eſſe inter eos & Iudæos diſcrimen,
cùm æquè vtrique ſe in flagitia ingurgitarent.
Itaque profuit illa vaſorum ablatio Iudæis, vt
& Deum, & ſeipſos agnoſcerent. Babyloniis e-
tiam vtilitatem attulit, vt vaſorum diuino cul-
tui dedicatorum virtutem intelligerent. Quan-
diu enim ea habuerunt in honore, & ad huma-
nos vſus non adhibuerunt, nullo fuerunt exitio
oppreſſi. At vbi Baltaſar rex illis auſus eſt in pro- *Dan. 5.*
fano conuiuio vti, ſtatim fuit à Deo punitus; at-
que ſuis ſceleribus debitas pœnas perſoluit: ſuo-
que ſupplicio docuit, quantus honor illis debe-
retur. Hoc itidem euenit circa arcam fœderis à
barbaris Philiſtæis in prælio captam. Qua in re *1. Re. 4.*
oſtendere Deus voluit non eſſe ſibi opus illa, ſed
Hebræis: ac quia peruertebant fundamenta iu-
ſtitiæ, & iura diuina & humana violabant, arcã
illam teſtimonij non mereri. Sed ne gentes illæ
Palæſtinæ falſorum deorum cultrices, ſuperbia
elatæ gloriarentur, quod de arca Dei triumphaſ-
ſent, effecit Deus, vt idolum earũ Dagon ante ar- *1. Reg. 5.*
cã cadens contereretur, & ipſæ ſupplicio affice- *1. Reg. 6.*
rentur, donec eam redderent, & munera diuinã
caſtigationem teſtantia Deo dicarent, & ita vim
illius arcæ ſentirent. Aſpicis igitur & vaſorum &
arcæ aſportationem Iudæis & gentibus vtilitatẽ
attuliſſe.

In terram Sennaar. Sennaar regio eſt Babylo-
niæ, in qua regnauit Nemrod, vt in libro Gene-
ſis memoriæ proditum eſt. Eius meminit Eſaias *Gen. 10.*
cap. 11. Facit de illa mentionem Beroſus lib. 4. de *Eſa. 11.*
antiquitatibus orbis. & Ioſephus 1. de antiquita- *Beroſus.*
tibus Iudaicis, & Heſtiæus hiſtoricus, quem ci- *Ioſeph.*
tat Hieronymus de locis Hebraicis, & Petrus *Heſtiæus.*
Comeſtor in hiſtoria eccleſiaſtica. Sennaar au- *Hieron.*
thore Hieronymo idem eſt quod fœtor eorum. *Comeſ.*
Iuret Babylonios inanium deorum cultores, in *Hieron.*
eorum fœtore ſunt vaſa ſancta, hoc eſt, nonnulla
documenta Philoſophica ſalutaria, in eorum li-
bris contenta, quæ ex illis depromere debemus.
Pythagoras iuſtitiæ æquitatem efferens dixit ſta- *Pythag.*
teram non eſſe tranſiliendam, nec iniuſſu Dei de
præſidio ac ſtatione vitæ decedendum. Socrates *Socrat.*
duas eſſe vias aſſeruit, dupliceſque curſus animo-
rum è corpore exeuntium. Nam qui ſe flagitiis
cõtaminaſſet, & libidinibus dedidiſſet, iis deuiũ
quoddã iter eſſe ſecluſum à cõcilio beatorũ: qui
verò ſe puros integróſq; ſeruaſſent, quibúſq; fuiſ-
ſet minima cum corporibus cõtagio, iis ad domi-
cilium cælitum, ad gloriã ſempiternam viam pa-
tere. Plato eius diſcipulus & Platonici omnes aſ- *Plato.*
ſeruerũt Deum eſſe orbis creatorem & modera-
torem, eius prouidentia & numine mundũ regi,
curſus aſtrorum, mutationes temporum, rerum
viciſſitudines ordinéſq; conſeruari. Eam eſſe Dei
vitam, qua nihil beatius, nihil omnino bonis om-
nibus affluentius cogitari poſſet. Architas Taren-
tinus docuit nullam eſſe capitaliorẽ peſtẽ corpo-
ris voluptate: ex illa patriæ proditiones, & vrbiũ
euerſiones oriri, nullum flagitium eſſe, nullũ pe-
ſtilẽs facinus, ad quod nõ excitet turpis voluptas:
ac illecebris dominantibus temperantiæ locum
non eſſe, nec in voluptatis regno poſſe virtutem
conſiſtere. Multa itaque de virtute diſſeruerũt gẽ-
tium philoſophi, & perpetuis monimentis conſi-
gnarũt, in quibus partẽ vaſorũ domus Dei, quæ
eſt eccleſia catholica, poſſumus inuenire. Sed

quia

quia in multis erroribus verſari ob fidei defectũ, multa vana & commentitia cum veritate copularunt, non omnia vaſa, ſed partem eorum habere memorantur. *Emped.* Empedocles animam eſſe cenſet cordi ſuffuſum ſanguinem. Vide hominis ignorationem. *Zeno.* Zenoni Stoico anima ignis videtur. *Ariſtox.* Ariſtoxenus harmoniam eſſe eam exiſtimauit: & ex totius corporis natura & figura varios motus cieri tanquam in cantu ſonos. *Xenoc.* Xenocrates animam numerum eſſe dixit, cuius vis, vt iã antea Pythagoræ *Pythag.* viſum erat, in natura maxima conſiſteret. *Critias.* Critias ſanguinem eam eſſe dixit: Hippo aquam. Ac alij alias huiuſmodi vanitates literis mandarunt, quas refutat Gregorius Nyſſenus *Nyſſen.* in libro ſuo de anima, vbi planè oſtendit, fuiſſe eos in erroribus intolerabilibus verſatos. Et quia quæ bene ac ſapienter dixerunt, ſunt ex diuinis literis deprompta, dicuntur fuiſſe à templo Dei aſportata.

In domum Dei ſui. Vt ei ob victoriam gratias ageret. Domum Dei ſui appellat ſtatim domum theſauri Dei, quoniam in ea erat reconditus theſaurus in turribus nonnullis. Solebant enim quõdam principes theſauros in turribus reponere; *Pſal. 121.* iuxta illud diuini citharœdi: Fiat pax in virtute tuã, & abundãtia in turribus tuis. Domus hæc appellatur ſecundo Paralipomenon capite 36. *2. Par. 36.* templum, aut vt ex Hebræo transferri poteſt, aula: quia regis palatium continebat Dei templũ, & ædes theſauri. Fortaſſe voluit impius rex vehi curru triumphi ſtatim ad deorum fanum, vt religionem ſimularet, qua populi animos demulceret. Erat enim Gentibus perſuaſum Deos eſſe omnium dominos, eaque quæ geruntur, eorum conditione ac numine; eóſque optimè de hominum genere mereri, eamque ob cauſam coli debere à mortalibus. Quare fingebat Nabuchodonoſor religionẽ, vt oculi omnium in eum conicerentur. *Similitudo* Sed quemadmodum magnæ arcis vmbra non eſt arx ipſa, ſed vana eius imago: ſic ſimulata virtus quam hypocriſim vocant, nõ eſt virtus, ſed eius inane ſimulachrũ. Vera virtus ſolida eſt, radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia tanquam floſculi decidũt, nec ſimulatum poteſt aliquid permanere. Videte ridiculam tyranni religionem: obtulit Deo ſuo vaſa, quæ iniuſtè rapuerat. Huiuſmodi ſunt, qui ex malè acquiſitis eleemoſynam aliquam facientes, exiſtimant animum expiare, & liberalitatis nomen obtinere: quos ego aquilis ſimiles eſſe exiſtimo. *Similitudo.* Vt aquilæ ex rapinis victum ſibi comparantes magnificæ à nonnullis vocantur, quòd prædam quam vi rapuerunt, inter alias aues diſtribuant: ſic illi ex crudelis ſpoliis viuẽtes, quòd opes ex aliorum patrimonio crudeliter captas fautoribus ſuis impartiant, liberalitatis præſtantia inſignes prædicantur. *Prou. 3.* At Salomon in prouerbiis Honora, inquit, dominum de tua ſubſtantia: Non de aliena, inquit, ſed de tua. *Tob. 4.* Et Tobias: De ſubſtãtia tua fac eleemoſynã, & noli auertere faciem tuã ab vllo paupere. Et Zachæus apud Lucã: Ecce, inquit, dimidium bonorum meorũ do *Luc 19.* pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. At Nabuchodonoſor Iudæorũ ſpolia Deo ſuo offerebat.

Et ait rex. Subauditur Nabuchodonoſor huius nominis primus: Aſphenez Hebraicè ſcribitur Aſpenaz, Græcè autem Aſphanaz.

Præpoſito eunuchorum. Hoc eſt magiſtro aut præfecto famulorum domus regiæ. Id hominum genus adhibebatur olim ſeruandis cubilibus regũ. Vnde effectum eſt, vt poſtea temporum ſucceſſione omnes principum famuli appellarentur eunuchi, tametſi caſtrati non eſſent. Eodem modo Putiphar cap. 39. Geneſis dicitur eunuchus *Gen. 39.* Pharaonis regis Aegypti, cum vxorem haberet. Diuus Hieronymus libro de quæſtionibus Hebraicis *Hieron.* aſſerit eum fuiſſe patrem vxoris Ioſeph. Hac ratione moti Diodorus & Gennadius illum *Diodor.* aiunt non fuiſſe ſpadonem, ſed regis famulum. *Genna.* Idem dicit de duobus eunuchis Pharaonis in carcerem coniectis Thomas de Vio Caietanus in ex- *Caieta.* planatione in caput quadrageſimum Geneſis. Id dici poteſt etiam de Eunuchis, de quibus loquitur *Gen. 40.* Eſaias cap. 39. & de eunucho reginæ Candacis *Eſaia 39.* in Actis apoſtolorum cap. 8. quem baptizauit *Act. 8.* Philippus, non apoſtolus ille, quem euangeliſtæ *Mat. 10.* inter apoſtolos numerãt, ſed vnus ex ſeptua- *Marc. 3.* ginta duob. diſcipulis, vt ait Hippolitus & Doro- *Luc. 6.* thæus: de quo loquitur Lucas in Actis ca. 6. Ita- *Hippol.* que idem eſt hoc loco præpoſitus eunuchorum, *Genna.* quod præfectus aulicorũ, ſeu famulorum regis. *Dorot.*

Vt introduceret. Subaudi in regiam & metropo- *Actor. 6.* lim, quæ Babylõ vocabatur: errant enim in terra Sénaar p regionẽ diſperſi. Vel introduceret eos ad aulã, vbi erant ædes famulis regis deputatæ.

De filiis Iſrael. Hoc eſt, de Hebræis. Periphraſis *Gen. 38.* Iudæorum eſt, qui ideo filij Iſraelis vocãtur, quia à Iacob, qui Iſrael poſtea vocatus fuit, genus ſuũ ducunt. Ita intelligitur illud pſalmographi: In *Pſal. 67.* eccleſiis benedicite Deo domino de fontib. Iſrael. Pro quo vertere etiam poteris: de fonte Iſraelis. Inducit diuinus ac regius vates cantores his verbis populũ hortantes ad hymnos in Dei laudem concinendos. Ac ſi dicant: In hominum cœtu nomen Dei cantibus celebrate vos, qui progeniem ducitis à Iacob vocato Iſraele, ex quo tanquam è fonte dimanaſtis. Hoc ſchemate vſus eſt Eſaias capite quadrageſimo octauo dicens: *Eſai. 48.* Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſrael, qui de aquis Iuda exiſtis. Id eſt, qui à Iuda tãquam riui à fonte deriuati eſtis. Fons enim pro origine accipitur: vt prouerbiorum *Prou. 14.* quartodecimo: Timor domini fons vitæ. Ita intelligitur *Deut. 33.* illud Deuteronomij: Habitabit Iſrael confidenter & ſolus, oculus Iacob. Vbi pro oculo in Hebræo eſt hain, quæ vox oculum ſignificat & fontem: quo tropo vtimur nos Luſitani, qui ſcaturientem fontẽ appellamus olhodagoa. Igitur loco illo oculus non accipitur pro oculo faciei, ſed pro oculo aquæ, hoc eſt pro fonte & principio, vt ſit ſenſus: Tũc habitabit populus Iſraeliticus ſecurus, nõ admiſtus infidelib. cuius populi origo & fons eſt Iacob, à quo ille deducitur. *Zach. 9.* Eodem modo Zacharias oculum accipit pro fonte, cùm ait: Dominus eſt oculus hominis. Hoc eſt, Deus eſt fons à quo bona cuncta homini dimanant. Hæc eſt ratio, quare Iſrael dicitur Iudæorum fons, & illi filij Iſraelis.

De ſemine regio & tyrannorum. Hoc eſt de progenie regũ & virorum claritate generis præſtantium. Reges quondã vocabantur tyranni ob fortitudi

Trogus. titudinem teſte Trogo Pompeio. Poſtea verò tyranni nomē illis ſolùm tribuebatur, qui principatus viribus inſolenter & intemperanter abutebantur: qui armis oppreſſos crudeli dominatu Albert. coercebant. Hoc loco, vt ait Albertus Magnus in huius loci explanatione, non ab immanitate, ſed à fortitudine tyranni vocantur. Igitur nomine tyrannorum intellige principes & magnates, & viros ſtrenuos generis ac dignitatis nobilitate præcellentes. Videtur diuinus vates voluiſſe innuere Nabuchodonoſoris ſuperbiā, qui hoc faciebat ad magnificentiā regni ſui oſtendendā, & ad gloriam victoriarum ſuarum illuſtrandam. Vel fortaſſe quòd intelligeret, non parum conducere ad virtutis & ſapientiæ cumulū generis nobilitatem. Erant illi capti & abiecti, & in ærumnis ob ſeruitutē, qua opprimebantur, verſari: at voluit eos rex efferre, & honoris inſignibus ac Similitudo. ornamentis illuſtrare. Vt enim ſol eleuat vapores à terra, ſic rex eos, qui ob infeſtum caſum abiectam vitam degūt, cùm ſint virtute & nobilitate præditi, debet ferre in ſublime, & honoribus decorare, & in conſilium adhibere. At cùm contrà fieri videamus, opus eſt fateri, priuati nomen nō hominum indignitatem, ſed principum infelicitatem ſæpenumero ſignificare.

In quibus nulla eſſet macula. Hoc eſt, qui nulla eſſent deformitate notati, nullo membrorum defectu. Colliges ex hoc loco Danielem & ſocios eius non fuiſſe caſtratos: eúſque, longè falli opinione, qui eos aiunt fuiſſe exectos, veréque eunuchos.

Decoros forma. Id eſt, præditos corporis pulchritudine, quæ eſt apta figura membrorum cū quadam coloris ſuauitate. Sed addit ſtatim: Eruditos omni ſapientia. Nam corporis pulchritudo plus obeſt, quàm prodeſt, ſi eſt cum leuitate & Prou.11. inſipientia coniuncta. Vnde Salomon capite Pro ſimilitudo. uerbiorum vndecimo: Monile, inquit, aureum in naribus porci eſt mulier formoſa, quæ deſtituitur iudicio rationis. Vt monile pretioſum ſeu armilla aurea pulchris gēmis diſtincta in roſtro porci plus ei affert detrimēti quàm commodi, quòd eum comedere non ſinat: ita forma egregia ſolet mulieribus vanis & impudentibus exitium afferre: & hominibus leuibus & inſipientibus ad ſuperbiam, inanem gloriam, & amatorias vanitatē incitare.

Eruditos omni ſapientia. Quò ad philoſophiam rationalem, quæ comprehendit grammaticam, dialecticam, rhetoricam: & cautos ſcientia quò ad naturalem, quæ coercet phyſicam, metaphyſicam, mathematicam; & doctos diſciplina quò ad moralem, quæ cōtinet ethicam, politicam, œconomicam. Sed dices: Cùm pueri eſſent, cùm ex metis adoleſcentiæ nō exceſſiſſent, quî fieri potuit, vt tot ſcientias conſequi potuiſſent. Exiſtimo non intelligi hunc locum de ſcientiis perfectis, quæ in teneram ætatem non cadunt, ſed de earum principiis. Erant enim hi pueri his doctrinarū generibus etſi non conſummatè, aliquo tamen modo inſtructi: ita vt potius de aptitudine, quàm de actu locus hic intelligatur. Poteſt verti tota hæc oratio: Erudibiles omni ſapientia, aptos ſcientiæ, & dociles diſciplina. Et ita nulla erit controuerſia. Hi pueri quærebātur, qui pollerent ingenio perſpicaci & facundo, eſſentque ad vtranque philoſophiā apti, tam ad eam, quæ in actione, quam quæ in contemplatione conſiſtit.

Qui poſſent ſtare in palatio regis. Id eſt, qui poſſent regi in aula ſeruire: qui apti eſſent, vt regi miniſtrarēt. Stare in palatio regis, & ſtare in conſpectu regis, idem eſt. His duobus tropis vtitur Daniel hoc capite. Nā paulò pòſt inquit: Poſtea ſtarent in conſpectu regis. Metaphora eſt à famulis deſumpta, qui ſolent corā dominis ſtare, vt illis ſeruiant, & famulentur: qua vtitur ſcriptura multis in locis. Geneſis capite quartodecimo: Triginta annorum erat Ioſeph, cùm ſtetit in conſpectu regis: vt ſcilicet ei ſomnium interpretaretur, eique operam nauaret. Gen.14. Quarti Regum tertio. dixit Eliſæus: Viuit dominus exercituum, in cuius conſpectu ſto: id eſt, cui ſeruio. Et idem po- 4.Reg.3. ſtea: Viuit dominus, ante quem ſto. Et ſecundo 4.Reg.5. Paralipomenon quintò: Steterunt coram patre 2.Par.5. eius Salomone. Verbum hoc ſtare varias habet acceptiones, quarum nonnullas, quas exiſtimo ad diuinarum literarum difficiles locos intelligendos cōducere, explanabo. Stare in medio aliquorum, fieri illis familiarem, in cœtúmque domeſtica communicatione verſari. Id exiſtimo voluiſſe ſignificare euangeliſtas, cùm dixerūt: Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum. Et Ioannes à Iu- Luc.24. dæis interrogatus cur baptizaret, ad Chriſtū ſer- Ioan.20. monem retulit, dicens: Medius veſtrum ſtetit, Ioan.1. quē vos neſcitis. Ac ſi diceret: Vobiſcum familiariter viuit, & communicat factus homo Meſſias veſter, quē vos ob ſuperbiam veſtram, & humilitatem eius contemnitis: ad cuius baptiſmū baptiſmus meus eſt præparatio quædam. Alludere videtur Ioannes ad id quod populo Iſraelitico dixit Moſes de Chriſto vaticinās capite Deuteronomij vceſimooctauo: Prophetam de gen- Deut.28. te tua, & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dominus Deus tuus. Vbi illud, de gente, poteſt verti ex Hebræo: De medio tui: vt ſit ſenſus: Meſſias tuus verſabitur tecū humanitate aſſumpta: nam cùm ſit Deus, naturam induet humanam, & erit de cognatione tua ex genere Abrahæ, ſicut ego ſum. Multum quidem refert ad regni vtilitatem & præſtantiam habere regem ex eadem gente & natione, qui ſe populo ſuo benignum & familiarem præbeat. Stare ſuper pedes eſt firmum eſſe, & optimè conſtitutum. Hac orationis exornatione vtitur Ezechiel cap. 2. & Ioan- Ezech.2. nes cap. 11. Apocalypſis. Præterea ſtare idem eſt Apoc.11. quod ceſſare, & non moueri: vt Ioſue. 3. Steterūt- Ioſue. que ſol & luna, donec vlciſceretur gens de inimicis ſuis: & Matthæi 20. Quid ſtatis hic tota die ocioſi? Poſtremo ſtare accipitur pro permanere: Matt.20. vt Eccleſiaſtici 2. Sta in iuſtitia & timore: & pſal. 1. Et in via peccatorum non ſtetit. Peccatorum Eccle.2. via eſt flagitioſus viuendi modus, in quo tunc Pſal.1. non ſtamus, cùm in ſcelere non manemus, ſed ad rectam vitæ rationē redimus: cùm à flagitiis diuino adiuti fauore animum expiamus; eúmq; à corporis contagione ſeiunctum ad Chriſti imitationem conferimus. Cùm igitur ſtare tam variè ſumatur, hoc Danielis loco accipitur pro ſeruire & miniſtrare.

Vt doceret eos literas & linguam Chaldæorũ. Hinc
colliges diuerſam eſſe linguam Hebræam à Chal
Philo. dæa: & deceptum fuiſſe Philonem virum alio-
quin eruditum, qui contrarium putauit. Prima
Hieron. omnium linguarum fuit Hebræa, teſte Hierony-
Auguſt. mo in primum caput Sophoniæ, & Auguſtino li
bro ſextodecimo de ciuitate Dei. Hæc in confu-
ſione linguarum mãſit in domo Heber, à quo de
riuata eſt vſque ad Abraham, eiusque filios &
poſteros. Ea ſcripſit Moſes Pentateuchum, & Io
ſue librũ ſuum. Nec obſtat fuiſſe Abrahã natum
in Chaldæa, vbi linguam didicit Chaldæorum:
nam duas callebat linguas, nimirum Chaldæam
& Hebræam, & poſtquam ex Chaldæorum exi-
uit regione, lingua Hebræa vſus eſt, quã docuit
filium ſuum Iſaac, & in poſteros longè propaga-
uit. Hac lingua locutus eſt Adam, & Noe, & He-
Auguſt. ber, à quo nominati ſunt Hebræi, vt Auguſtinus
Ioſephus. libro de Ciuitate Dei 16. & Ioſephus primo An
Acacius. tiquitatum, Accacius in Geneſim, ca. 14. Lyranus
Lyran. in eundem librum cap. 10. memoriæ prodiderũt.

Et conſtituit eis rex annonam. Hoc eſt, illiſque
rex quotidianum victum de ſuis epulis decreuit.
Vide regis erga famulos & captiuos benignitatẽ
& munificentiam, qui eos iiſdem epulis, quas ip-
ſe ſumebat, nutriri præciperet. Hinc diſcãt prin
cipes & magnates, ne abiectos quidem homines
deſpicere. Vt caprificus vilis arbor ingentia ac
Similitudo. dura machinarũ marmora findit atque dirũpit:
ſic contemptus aliquando homo, nulla æſtima-
tione iudicio popularium dignus potentes vi-
ros, diuitijs affluentes, nominis celebritate præ-
ſtantes lædit aliquando, eiſq; inſperatam necem
ac perniciem machinatur. Et vt eſt in contrito
vetuſtate prouerbio: capillus vnus habet vmbrã
ſuam. Vide quàm vtilis ſit regi benignitas & cle-
mentia. Id intelligebat ſapientiſſimus rex, cùm
Prou. 20. diceret in prouerbijs: Miſericordia & veritas cu-
ſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus
eius. Vbi per veritatem intelligitur fides promiſ
Cicero. ſorum: de qua ita ait Cicero Officiorum primo:
Fundamentum iuſtitiæ eſt fides, id eſt dictorum
conuentorúmq; cõſtãtia & veritas. Et de iuſto
Eſai. 16. rege ait Eſaias: Præparabitur in miſericordia ſo-
liũ. Tanti faciebant veteres Romani clementiã,
Plutarc. vt ei tẽplum dedicarent, authore Plutarcho, quẽ
Vicus. refert Aeneas Vicus in cõmentariis in vetera nu
miſmata. Quanto Principes ſunt ſuperiores, tan
to ſe ſummiſſius gerere debent. Opus eſt illis ſu-
perbiam, arrogantiam & immanitatem fugere:
contrà verò benignitatem, placabilitatem, & cle
mentiam amplexari: non enim ſunt tyranni, ſed
paſtores. Vnde רעה Rahah apud Hebræos, &
ποιμαίνω apud Græcos regere ſignificant & paſce
Iere. 2. re. Hac ratione ductus Ieremias ca. 2. de regibus
& principibus loquens ait: Paſtores præuarica-
Homer. ti ſunt in me. Et Homerus libro Iliadis. 1. regem
Pſal. 22. Agamẽnonem vocat paſtorẽ populorum. Illud
pſalmographi: Dominus regit me, nihil mihi de-
erit, in loco paſcuæ ibi me collocauit: vertunt
nonnulli: Dominus paſcit me. Nec ſolùm paſce
re eſt victum præbere, ſed oblectare, iuxta illud
Vergil. Vergilij libro 1. Aeneidos: Atque animum pi-
ctura paſcit inani.

Poſtea ſtarent in conſpectu regis. Id eſt, exactis illis
tribus annis regi ſeruirent, & miniſtrarent. Sche
ma eſt tritum apud Hebræos, de quo paulo antè
diſſerui.

Fuerunt ergo inter eos de filiis Iudæ
Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias. Et im B
poſuit eis præpoſitus eunuchorũ nomina
Danieli Baltaſſar, Ananiæ Sidrach, Mi-
ſaeli Miſach, & Azariæ Abdenago. Propo
ſuit autẽ Daniel in corde ſuo, ne pollue-
retur de menſa regis, nec de vino potus
eius: & rogauit eunuchorum præpoſitũ,
ne contaminaretur. Dedit autẽ Deus Da
nieli gratiam & miſericordiam in cõſpe-
ctu principis eunuchorum. Et ait princeps
eunuchorum ad Danielẽ: timeo ego do
minum meũ regem, qui conſtituit vobis
cibũ & potũ: qui ſi viderit vultus veſtros
macilentiores præ cæteris adoleſcẽtibus
coæuis veſtris, condemnabitis caput meũ
regi. Et dixi Daniel ad Malaſar, quẽ con-
ſtituerat princeps eunuchorum ſuper Da
nielem, Ananiam, Miſaelem, & Azariam: C
Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus de
cem: & dentur nobis legumina ad veſcẽ
dum, & aqua ad bibendum: & contem-
plare vultus noſtros, & vultus puerorum,
qui veſcũtur cibo regio: & ſicut videris,
facies cum ſeruis tuis. Qui audito ſermo-
ne huiuſcemodi, tentauit eos diebus de-
cem.

Fuerunt ergo inter eos. Hoc eſt, inter eos autem,
qui ex diuerſis nationibus electi ſunt, fuerũt qua
tuor pueri Hebræi, quorum hic nomina expri-
muntur. Et quoniam dicuntur eſſe de filijs Iuda,
exiſtimant nonnulli, eos fuiſſe de tribu Iuda, &
ex regia progenie. Certè de Daniele illud a- *Hieron.*
ſtruunt Hieronymus, Epiphanius, & Ioſephus. *Epipha.*

Et impoſuit eis præpoſitus eunuchorum nomina. *Ioſephus.*
Hoc ideo fecit, quia Babylonij nomina Hebrai-
ca deteſtabantur. Putauit præpoſitus incommo-
dum eſſe nominibus odioſis & execrandis appel
lari, qui regi in aula miniſtrarent. Eam ob cau-
ſam vetera illis nomina abſtulit, & noua impo-
ſuit. Fortaſſe hoc præcepit rex, vt dominatum
ſuum oſtentaret: erat enim hoc ius dominij in
more apud multas nationes: vt intelligentes ſer-
ui eſſe ſe libertate priuatos, dominis parerent, &
ſeruitutem ſuam agnoſcerent. Hæc eſt Theodo- *Theod.*
reti explanatio. Eſſe quippe poteſtatis atque do
minij ſignum nomina rebus imponere, indicauit
Adam appellans animalia nominibus ſuis, vt in *Geneſ. 2.*
libro Geneſis memoriæ proditum eſt, quo ſe il-
lorum dominium à deo conſtitutum ſignifica-
uit. Voluit Deus eſſe hominem huic medio
mundi globo præpoſitum: eiusque dominatui
permiſit non ſolùm terrenas ſed aerias animan-
tes, & quæ aquis occultabãtur. Ac quod præſtan
tius eſt, cœlum ipſum & admirabiles ſyderũ ful-
gores, globos ætherios, monimẽta manuum ſua-
rum æterna ad commoditates hominis creauit.

Fortaſſe eam ob cauſam rex illis nomina mutauit, vt eos fauore proſequeretur. Ait enim Alexã *Alexan.* der ab Alexandro libro quarto Genialium dierum, eos qui olim in numero ciuium Romanorum erant aſciti, & ciuitate donati, in memoriam accepti beneficij ſolitos fuiſſe propria nomina explodere, & alia vſurpare. Et libro ſecundo ait, ſeruos, quando manumittebãtur, aut prætoriis ornamentis decorabantur, exploſis veteribus nominibus ingenuorum ac nobilium nominibus appellari. Itaque qui aliquem in dignitate aliqua conſtituebat, ei nomẽ mutabat. Id in quar *4.Reg.23.* to libro Regum ſcriptum legimus, vbi Pharao rex Aegyptiorum conſtituens regẽ Eliacim vertit nomen eius Ioacim. Et Nabuchodonoſor Ba *4.Reg.24.* byloniorum rex cùm in regia dignitate collocaret Matthatiam, impoſuit ei nomen Sedechiæ. Sed omiſſis regibus mortalibus, de rege ſempiterno, cuius numine mundus regitur, loquamur. Deus ille, qui homines quaſi ſpectatores ſuperarum rerum ac cœleſtium creauit, eis nomina noua impoſuit, quos præcipuos ſuo obſequio aſcribebat, quibus ſingularem amorem oſtendebat, quorum virtutes & res præclarè geſtas ad memoriam poſteritatis æternam propagabat. In vetere teſtamẽto Abram vocatus eſt Abraham. *Gen.17.* Sarai Sarah, Iacob Iſrael, Ioſeph ſaluator mun *Gen.17.* di: in nouo autem Simon vocatus eſt Petrus, *Gen.32.* Saulus Paulus, & filij Zebedæi Boanerges, hoc *Gen.41.* eſt filij tonitrui. Summi etiam pontifices ſolent *Ioan.1.* in creatione nomina noua ſuſcipere. Cœlius *Act.13.* Rhodiginus libro tertiodecimo lectionum anti *Marc.3.* quarum id ob eam cauſam fuiſſe exiſtimat, quia *Cœlius.* Sergius ſecundus põtifex maximus, qui primus nomen mutauit, nomine indecoro antea vocaba *Platina.* tur. Id quod videtur fuiſſe à Platina deprompṫũ. Ego verò exiſtimo conſuetudinis huius originẽ ad diuum Petrum primum pontificem maximũ reſpexiſſe, cui dominus nomen mutauit, dicens: *Ioan. 1.* Tu es Simõ filius Ioanna: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Verba ſunt Euangelij authore Ioanne capite primo. Voluit Euangeliſta vocabulum interpretari, cùm Græcè Euangelium ſcriberet: quia Cephas non Græca eſt vox, ſed Chaldaica, ſiue Syriaca, vt rectè Hiero *Hieron.* nymus obſeruauit. Idem eſt Cephas quod lapis magnus: quod Deus nomine Petri voluit ſigni *Matt.16.* ficare. Poſtea namque ei dixit: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Eſt enim eccleſia fundata ſuper Petrum, & Petrus ſuper Chriſtum: & ita primum fundamentum *1.Cor.3.* Chriſtus eſt: de quo Paulus in epiſtola 1. ad Cor. Fundamentum, inquit aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Aſpicis igitur, principẽ Apoſtolorum, cui nomen antea fuerat Simon, fuiſſe Cepham & Petrum vocatum. Nec ſolum ipſe, ſed vnus etiã ex ſeptuaginta duobus diſcipulis fuit Cephas appellatus, ob amicitiam fortaſſe, qua Petrum Apoſtolũ cõprehenderat, quẽ ſingulari amore proſequebatur. *Dorot.* Lege Dorotheũ & Hippolitũ antiquos au *Hippol.* thores nomina ſeptuaginta duorum diſcipulorũ literis mandantes, inter quos inuenies Cepham, *Oecum.* quem epiſcopum fuiſſe aſſerunt. Oecumenius *Ederus.* etiam in Acta Apoſtolorum, quem refert & ſe *Syxtus.* quitur Georgius Ederus in œconomia, nonnullos ex ſeptuaginta duobus recenſet, inter quos nominat Cepham cognomine Petri. Syxtus quoque Senenſis libro ſecundo Bibliothecæ ſanctæ ait Cepham fuiſſe vnum ex ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis. Hunc Cepham credibile eſt eum fuiſſe, quem Paulus Apoſtolus palàm reprehendit. Cùm enim eſſet Antiochiæ, cibis in lege vetere prohibitis veſcebatur. At venientibus Iu dæis ad fidem conuerſis, à Gentium menſa ſe ſub *Gal.2.* trahebat, ne Iudæos illos offenderet, qui quòd nondum eſſent in Euangelio perfectè docti, nec gentium conſociationem, nec ciborum in lege prohibitorum eſum ferebant. At Gentes ſimula *Gal.2.* tione Cephæ offendebantur. Qua de re diuus Paulus in epiſtola ad Galatas ita ait: Cùm autẽ veniſſet Cephas Antiochiam, in facie ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Itaque Cephas hic à Paulo increpatus non fuit Petrus ille apoſtolorũ princeps, Chriſtique vicarius, ſed vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis. Hæc eſt Clementis ſen *Clemens.* tentia, quam refert vt veram Euſebius Cæſariẽ *Euſeb.* ſis libro primo hiſtoriæ eccleſiaſticæ capite quar *Oecum.* todecimo. Eam tuetur Oecumenius in collecta *Theop.* neis epiſtolæ ad Galatas: & refert Theophyla. in commentariis in eandem epiſtolam. Et noſtra hac ætate eius patrocinium ſuſcepit Bartholomæus Camerarius in tractatione de ieiunio, cap. *Camer.* 6. Eſt quidem illa probabilis, & pia, & magnorũ virorum authoritate & antiquitate roborata. Non enim videtur veriſimile poſt aduentũ Spiritus S. in apoſtolos in crimen illud incidiſſe Eccleſiæ columnam, & in re graui ad fidem pertinẽte, nempe de ceſſatione legalium, eum peccaſſe, cui Chriſtus Eccleſiã ſuam commiſerat, quem *Ioan.21.* paſtorem vniuerſalem atque fidelium doctorem & magiſtrum conſtituerat, & vicarium ſuum in terra reliquerat: cui dixerat: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Inſuper cùm ille ſe iam *Ioan.21.* excuſaſſet, atque defendiſſet à culpa, quam ei obijciebant Iudæi, quòd cum Cornelio homine Gẽtili comederet & communicaret: quam ille diluit docens, illud ex Dei præcepto feciſſe, vt in *Acto.11.* Actis Apoſt. ſcriptum legimus, qui fieri poterat, vt ſe à gentium conſortione & cibis abſtraheret? Præterea non videbatur æquum, à Paulo pontificem maximum apoſtolorúmque principẽ publicè & acerbè increpari. Hinc Porphyrius ho *Porph.* ſtis chriſtianæ religionis ſumpſit anſam eos reprehendendi, vocans Petrum ſimulatorẽ & mendacem, & Paulum inurbanum & ſuperbum. Nõ inueheretur tam durè in duos illos præcipuos euangelij doctores & propagatores, ſi in veritate fuiſſet inſtructus. Nec eã ob cauſam dicẽdum eſt, eum qui fuit à Paulo reprehenſus, non fuiſſe Cephã diſcipulum illum, ſed apoſtolum, quòd dicat Paulus: Cùm autem veniſſet Petrus Antiochiã, in facie ei reſtiti. *Galat.2.* Nam quædam exemplaria Græca habent ὅτε ἦλθε Κηφᾶς. Hoc eſt, cùm veniſſet autem Cephas. Et eodem modo paulo poſt: Dixi Cephæ coram omnibus. Sed nihil refert. Κηφᾶς enim, pro quo nos dicimus, Cephas, idem eſt quod πέτρος, hoc eſt Petrus, vt iam diximus. Et diſcipulus ille Cephas etiam Petrus vocabatur. Non me fugit diuum Auguſtinum exiſtimaſ *Auguſt.* ſe, eum fuiſſe Petrum apoſtolum, & in crimen incidiſſe: in eiúſque ſententia eſſe alios propè infi-

nitos

nitos, inter quos ſunt nonnulli magni nominis & authoritatis viri. Diuus Hieronymus ita cum D. Auguſt. eum fuiſſe apoſtolorum principem: ſed in hoc ab eo diſſidet & diſſentit, quòd aſſerat eum nullum in crimé incidiſſe: ſed hos duos inſignes apoſtolos ſimulato diſſidio ob aliorum vtilitatem, ſumma animi concordia contendiſſe: vt dum Petrus à Paulo obiurgatus ſilentio vteretur, hi qui legalia putabant ſeruáda, ab eorum obſeruatione deſiſterent. Et admonitus hac *Hieronym.* hac de re à D. Auguſt. nunquam fuit à ſententia deiectus. Sed nec ipſe potuit eundé Auguſtinum à ſententia mouere. Secutus eſt Hieronymus in quæſtione hac Græcos authores, queadmodum multis in aliis, aliquádo vt interpretes, aliquando vt ex eorum fontibus iudicio arbitrióq; ſuo quárum quoque modo videretur, hauriret. Qui autem ex illis aiunt D. Petrum in illa ſimulatione in crimen non incidere, ſunt infra ſcripti pa- *Origen.* tres. Origenes in commétariis in epiſtolam Pau- *Theod.* li ad Galat. & in decimo Stromatú libro, Theo- *Euſeb.* doretus in expoſitione in epiſtolam ad Galatas, *Didym.* Euſebius Emiſenus in eádem Epiſtolam, Didy- *Apoll.* mus Alexandrinus in explanatione in eandem, Apollinarius Laudiciæ epiſcopus in commenta- *Chryſoſt.* riis in eandem epiſtolam Ioánes Chryſoſtomus *Theod.* in eandem epiſtolam, & in lib. 1. de ſacerdotio, *Theop.* Theodorius Etacleæ epiſcopus in explicatione *Oecum.* epiſtolæ ad Galatas, Theophylactus in eandem, Oecumenius in collectaneis, explanationum in *Caſſian.* eandem epiſtolam, Ioannes Caſſianus libro collationum 17. Hi ſunt in eadem ſententia cú Hieronymo: magni quidé viri, & admirabili ſapientia præditi, qui ſibi nominis celebritatem & amplitudinem meritò compararút. Sed vtra harum opinionum vera ſit, alij viderint. Illud volui pręcipuè admonere, fuiſſe quendam ex ſeptuaginta duobus diſcipulis vocatum Cepham, qui forſitan fuit ille, quem Paulus obiurgauit. Hunc exiſtimo eſſe Cepham illum, de quo in eadem epi- *Galat. 1.* ſtola ad Galatas dixit Paulus apoſtolus: Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederút mihi & Barnabæ ſocietatis. Si enim loqueretur de apoſtolorú principe, prius eum nominaret, quàm Iacobú. Imò Ioannes ille de quo hîc loquitur, non fuit ille, qui euangelium ſcripſit, vt mea fert opinio, ſed alter *Hippol.* ex ſeptuaginta duobus diſcipulis. Hippolitus *Dorot.* enim & Dorothæus inter eos Ioánem quendam numerant, quem epiſcopum aiunt fuiſſe Bibliapolenſem. Quî fieri poteſt fuiſſe illum Ioannem *Galat. 1.* Apoſtolum, cùm idem Paulus in eadem epiſtola aſſerat, poſt Petrum nullum apoſtolum vidiſſe, niſi Iacobum fratré Domini? Si verba Pauli perpendere volueris, & ordinem literæ lunato iudicio obſeruaueris, eum Cepham, qui dedit Paulo manus ſocietatis, videbis apertè apoſtolum non fuiſſe. Loquitur enim Paulus ibi de Petro apoſtolorú principe, & de Cepha, vt de viris diuerſis. Ita enim ait: Cùm vidiſſent, quòd creditú eſt mihi euangelium præputij ſicut Petro circumciſionis, qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatu circumciſionis, operatus eſt & mihi inter *Galat. 2.* Gentes. Et cùm cognouiſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Iacobus & Cephas & Ioánes qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. Aduerte. Cùm vidiſſent, inquit in tertia perſona, quòd creditum eſt mihi Euangelium, ſicut & Petro, Iacobus Cephas & Ioannes dederunt mihi dexteras. Nónne oſtédit hæc oratio Cepham hunc alterú à Petro fuiſſe, quemadmodum Iacobus & Ioánes alij à Petro erant? Quæ enim eſſet conſtructio hæc? quæ verborum collocatio? quæ ſenſus conuenientia? quæ ſartago loquendi, ſi Petrus Apóſtolus & hic Cephas, qui Paulo dedit manum, idem eſſent? Germanus ſenſus eſt. Cùm Iacobus apoſtolus & Cephas atq; Ioannes diſcipuli Chriſti vidiſſent delegatá mihi eſſe prouinciá pręedicádi euangelium apud Gentes, quemadmodú Petro apoſtolo apud Iudæos, dederunt mihi dexteras, quod eſt ſymbolú ſocietatis. Nónne vides nullú horú trium eſſe apoſtolorú principé, ſed illos eſſe cum eo & fide, & amicitia coniunctos? Erat quidem Cephas hic vir magnus, & epiſcopus, & vnus ex ſeptuaginta Chriſti diſcipulis: ſed propter imprudenté ſimulationé incidit in erroré, in quem non arbitror apoſtolorum principé incidiſſe. Sed omnia hæc & quæcunq; dixero, iudicio & correctioni ſanctæ Romanæ eccleſiæ catholicę ſubiicio. Illud certiſſimú eſt nomé nouú Simoni impoſitú eſſe à Deo, qui Danieli idem fieri voluit.

Danieli Baltaſſar. Daniel ſonat iudicium Dei: Ananias idé eſt quod nubes domini: Miſael quis poſtulás: Vel abſtulit Deus: Azarias auxiliú domini: Baltaſſar ſcrutator theſauri: Sidrach ager delicatus: Miſach prolongans: Abdenago ſeruus anxius. Etſi magna in his nominibus inueniri poteſt philoſophia: tamé eam ſilentio prætereo, ſatis eſſe exiſtimans ſignificationes eorum explicare. Multi fuerunt electi, vt regi miniſtrarét, ſed de Iſraelitarum tátummodo nominibus hoc loco fit mentio. Solùm enim viri pij & iuſti nomen habere merentur. Loquens dominus apud Lu- *Luc. 16.* cam de paupere virturibus ornato, & de diuite epulis dedito, pauperis nomen nimirú Lazarum expreſſit, diuitis autem ſilentio præteriuit. Quáuis impij nominentur, illud eſt in terra, non autem in cœlo, iuxta id quod apoſtolis ſuis dixit Chriſtus: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta *Luc. 10.* ſunt in cœlis. Et de improbis ait Dauid: Voca- *Pſal. 48.* uerunt nomina ſua in terris. Et iterum: Deleátur *Pſal. 68.* de libro vitæ, & cum iuſtis non ſcribátur. Et Ec- *Eccleſ. 41.* cleſiaſticus: Nomé, inquit, impiorum delebitur. *Prou. 10.* Et Salomon in Prouerbiis: Memoria iuſti cum laudibus: nomen impiorum putreſcet. Eos dicitur Deus cognoſcere ex nomine, quos diligit: vt Exodi trigeſimo tertio: Noui te ex nomine. Quæ *Exod. 33.* verba Deus dixit Moſi, vt ei amorem, quo eum proſequebatur, ſignificaret. Diuus Paulus capite quarto epiſtolæ ad Philippenſes, & diuus Ioan. *Philip. 4.* cap. 17. Apocalypſ. aiunt horú eſſe nomina in li- *Apoc. 17.* bro vitæ, qui ſunt ad æterná gloriá prædeſtinati.

Propoſuit autem Daniel. Decreuerat Daniel ſobriè atque parcè viuere. & nullatenus ſe cibis in lege prohibitis polluere. In exilio nó obliuiſcebatur Dei ſui, propter quem epulas menſæ regię reſpuebat. Explicat diuinus vates ſuam, ſuorúmque ſociorum abſtinétiam & philoſophiam non gloriæ cupiditate, ſed vt aliis ſalutare præbeat exemplum. Victum ad corporis valetudinem referendum putabant, non ad voluptatem. Scie-

bant perturbationum fontem eſſe intemperan-
Geneſ.3. tiam, quæ à recta ratione defectio. Quia primi
noſtri parentes ſe ab eſu fructus prohibiti non
abſtinuerunt, fuerunt gratia priuati, & ab horto
amœniſſimo expulſi: qui ſi in illo ſtatu perma-
nerent, eſſent ſine dubio felices, & egregia qua-
dam laude cumulati. Sed quia Deo non parue-
runt, animi præſtantiam nefario dedecore com-
macularunt. Vide, quid ſecum detrimenti attu-
Geneſ.25. lerit cibi appetitio, Eſau pro lenticulæ edulio
vendidit primogenita. Et populus Iſraeliticus,
Exod.32. vt verbis vtar ſanctæ ſcripturæ, ſedit manducare
& bibere, & ſurrexerũt ludere. Vbi ludere idem
exiſtimo eſſe quod idolũ colere. Ille fuit effectus
repletionis, Dei obliuio, & vituli cultus. Ideo di-
Deut.6. cebat ei Deus cap.6. Deuteronom. Cùm come-
deris, & ſaturatus fueris, caue diligẽter ne obli-
uiſcaris domini Dei tui. Et capite tertiodecimo
Oſee 13. Oſeæ de ipſis Iudæis aiebat: Saturati ſunt, & ele-
uauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei. Volẽs di-
uina ſcriptura detrimẽtum voluptatis ciborum
ſignificare, Philiſthæos adducit in exemplũ ca-
Iudicũ 16. pite libri Iudicum ſextodecimo: quibus epulã-
tibus, ſéque lætitia efferentibus cecidit domus,
quæ illos interfecit. Contra verò frugalitatis &
abſtinentiæ ciborum vtilitatem multis in locis
commẽdat. Eccleſiaſticus capite trigeſimoſepti-
Eccleſ.37. mo. Noli, inquit, auidus eſſe in omni epulatio-
ne, & non te effundas ſuper omnem eſcam. Et
Ioel 1. Ioel capite primo: Sanctificate ieiunium, vocate
cœtũ. Hoc eſt, indicite & promulgate ieiunium
vos ô ſacerdotes, & vocate conuentum. Vel ſan-
ctificate ieiunium, hoc eſt, oſtendite ſanctum eſ-
Ioel 2. ſe. Et poſtea capite ſecũdo inducit Deum ita lo-
quentem: Conuertimini ad me in toto corde ve-
ſtro in ieiunio, fletu, & plãctu. Diuus Paulus ca-
Rom.13. pite tertiodecimo epiſtolæ ad Romanos: Sicut,
Philip.3. inquit, in die honeſtè ambulemus: nõ in comeſ-
ſationibus & ebrietatibus. Et ad Philippenſes
tertio increpans eos, qui ſe intemperanter in ci-
bos ingurgitant, eóſque vt deos colunt, Quorũ,
inquit, Deus venter eſt, & gloria in confuſione
Luc 6. ipſorum. Contrà verò ſobriis & abſtinẽtibus ait
apud Lucam cap.6. Chriſtus Deus noſter: Beati
qui eſuritis, quia ſaturabimini. Solent viri tem-
perantia muniti corpus ſuum rationi ſubiicere,
Similitudo. ideo frugalitate vtuntur. Vt enim indomitum
animal ſubtractione cibi miteſcit, & domino
paret: ſic caro ieiunio & abſtinentia nutrita do-
matur, & ſpiritui ſubiicitur. Id intelligẽs diabo-
lus homines excitat ad ieiunium frangendum.
Matth.4. Nec mirum, cùm etiam hac in re Chriſtũ Deum
Luc 4. noſtrum tentauerit, cùm ei dixit: Si filius Dei es,
dic, vt lapides iſti panes fiant. Ac ſi diceret: Muta
hos lapides in panes, & comede. Vbi obiter ad-
uerte in prima illa tẽtatione propoſitum dæmo-
nis fuiſſe Chriſtum ad mutationẽ & nouitatem
excitare: ſolet enim tentator nouitates & rerum
viciſſitudines inducere, quibus nobis perniciem
machinetur. Non enim dixit: Quoniam hic pa-
nem non habes, affer illum ex alio loco, & man-
duca. Sed, conuerte hos lapides in panes, & co-
mede. Non ſolùm dæmon, ſed eius ſerui nouita-
tibus delectantur. Duplici ex capite poteris hinc
ieiunij excellentiam colligere, & quòd Chriſtus
eo vſus ſit, & quòd dæmon illud frangere cona-
tus fuerit. Hieronymus in epiſtola ad Demetria- *Hieronym.*
dem: Ieiunium, inquit, eſt cæterarum virtutum
fundamentum. Chryſoſtomus in Geneſim: Ieiu- *Chryſoſt.*
nium eſt alimentum animæ. Baſilius in homilia *Baſilius.*
de laudibus ieiunij: Ieiunium ſimilitudo eſt ho-
minum cum angelis, iuſtorum cõtubernalis, vi-
tæ ſobrietas. Athanaſius in tractatione de virgi- *Athanaſ.*
nitate: Vide quid faciat ieiunium, morbos ſanat,
deſtillationes exiccat, dæmones fugat, malas co-
gitationes expellit, mentem reddit nitidiorem,
cor purgatius, & corpus ſalubrius. Auguſtinus *Auguſt.*
in quodam ſermone: Ieiunium purgat mentem,
ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubiicit, cor fa-
cit contritum & humiliatum, concupiſcẽtiæ ne-
bulas diſpergit, libidinum ardores extinguit, ca-
ſtitatis lumen accendit. Ambroſius in ſermone *Ambroſ.*
de Elia: Ieiunium eſt mors culpæ, excidium de-
lictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, funda-
mentum caſtitatis. Petrus Rauenas in ſermone *Rauen.*
de ieiunio: Ieiunium ſcimus eſſe Dei arcẽ, Chri-
ſti caſtrum, murum Spiritus ſancti, vexillũ fidei,
caſtitatis ſignum, ſanctitatis trophæum. Quo- *Gregor.*
niam, vt verbis vtar Gregorij Magni, à paradiſi
gaudio per cibum cecidimus, quantũ poſſumus,
per abſtinentiam reſurgamus. Terreat nos diui-
tis epulis dediti exemplum, quẽ vita in deliciis
acta æterno tradidit incendio: demus operam, ne
nimio ciborum onere obruamur. Quemadmo- *Similitudo.*
dum nauis modicis ſarcinis tẽperata, & ad cur-
ſum expedita, quæ facilè ſuperat vndarum im-
petum, melius ſeruatur à naufragio, quã quæ eſt
redundante ponderis magnitudine onuſta, quæ
quacunque procella demergitur: ſic homo ieiu-
niis deditus, tenui alimẽto nutritus, & modico-
rum ciborum temperantia educatus, melius ef-
fugit nymbos, turbines, cæteráſque tẽtationum
tẽpeſtates, promptiúſq; ſuperat vehemẽtes per-
turbationum fluctus in altum ſurgentes, quàm
qui epularum onere grauatus facilè proſternitur
ac ſuccumbit. Nemo quippè eſt, quẽ fugiat, vitæ
noſtræ nauim fluitare in alto tempeſtatibus vo-
luptatum, ſeditionum, diſcordiarũ, cæterorúm-
que flagitiorum exagitatam. Quare opus eſt, ne
eam epularum onere grauemus: ſed abſtinẽtiam
amplectamur, quam viri ſapiẽtia & virtute præ-
ſtantes ſeruarũt, ſummíſq; laudibus extulerunt.
Diuus Petrus Apoſtolorum princeps quotidie
ieiunabat, & vt Clemẽs diſcipulus eius teſtatur *Clemens.*
libro primo recognitionum, pane & oleis ſpõte
veſcebatur. Lege hiſtorias Pauli primi eremitę,
Antonij, Hilarionis, quas Hieronymus ſcripſit,
& videbis admirabilem ciborum abſtinentiam.
Monachũ vidi, inquit Hieronymus, qui 30. an- *Hieronym.*
nos incluſus hordeaceo pane, & luculenta aqua
viuebat. Alter in ciſterna vetere quinque caricis
in die ſuſtentabatur. Cœnobiæ, vt ipſe ait, & hi-
ſtoria tripartita teſtatur, perpetuò ieiunabant,
aquam bibẽtes, & ſolùm panem cum legumini-
bus & oleribus manducantes. Id quod in hiſto-
ria eccleſiaſtica aſſerit Euſebius Cæſarienſis libro
ſecundo, cap.17. & poſt illũ Marulus libro ter- *Euſeb.*
tio exemplorũ. Non ſolùm Chriſtiani, ſed etiam *Marul.*
Gentium philoſophi ciborum abſtinentiam ce-
lebrarunt, quorum præconia literis monimen-
tíſque cõſignata nulla vetuſtas obteret, nulla vn-
quam delebit obliuio. Socrates eum qui ad vir-
tutem

Socrat. curem aſpirabat, hortabatur, vt abſtinẽtiam co-
Stobæus. leret, & delicias veluti ſirenes reſpueret. Ita
apud Stobæũ in ſermonibus ſcriptum legimus.
Et interrogatus quonã ab aliis hominibus dif-
ferret, reſpondiſſe fertur: Alij viuunt, vt edant,
Maxim. ego verò edo, vt viuã. Author eſt Maximus Mo-
Democ. nachus in ſermonibus. Vbi etiam tradit Demo-
critũ hac ſimilitudine vſum fuiſſe. Quemadmo-
dum medicina non quę ſuauis, aut longa eſt, bo-
na dicitur, ſed quę ęgritudini medetur: ita cibus,
non qui dulcis, aut multus eſt, cenſendus eſt bo-
Demoſ. nus, ſed qui valetudinem tuetur. Demoſthenes,
Fauori. teſte Fauotino temperantiam appellat ſapientię
Apollo. fundamentum. Apollonius frugalitatem & in
cibis ſumendis temperantiam laudibus extolle-
Iſæus. bat, aſſerens illa augeri animi altitudinem. Iſæus
Philoſt. Aſſyrius interrogatus, quæ eſſent epulæ ſuauiſſi-
mæ, reſpondit, vt refert Philoſtratus, Iſta curare
deſij. Non ſolùm frugalitatem & abſtinentiam
laudabat, ſed in ſeipſo ſeruare ſtudebat. Nec ab-
ſtinentiam cibi tantùm, ſed potus etiã velim exi-
Plinius. ſtimes, ſeruandam eſſe: ait enim Plinius, vinum
Seneca. eſſe cicutam hominis: & Seneca ebrietatem vo-
cat inſaniam voluntariam. Lõga ieiunia, ac diu-
turnę ſitis tolerantiam per camelum antiqui ſi-
gnificabant: quòd nullum animal tãta magnitu-
dine inſigne tam exigui cibi & potus paucitate
ſuſtentetur. Quam ob cauſam illum inter hiero-
Pierius. glyphica, vt Pierius ait Valerianus, honorificè
collocarũt: quòd ieiunium coluerint, quo peſti-
lentium voluptatũ ardor extinguitur. Eſt enim
aduertendum ieiuni hominis ſputum poſſe oc-
cidere ſerpentem, ſi in eius os inciderit, atque ad
Ariſtot. interiora penetrauerit, vt Ariſtoteles, Plinius,
Plinius. Alexãder Aphrodiſeus, & alij rerum naturalium
Aphro. indagatores memoriæ prodiderũt. Qua in re vi-
detur natura tacitè ſubmonuiſſe poſſe effrenatã
libidinem ieiunio reſtingui aut ſedari. Quis ſer-
pens eſt peſtilentior turpi voluptate, rationi ini-
mica, honeſtatis expultrice, animorum exagita-
trice, tranquillitatis peſte, iliade malorũ? Eorum
animi qui ſe illi dediderunt, atque illicebrarum
miniſtros præbuerunt, Dei & hominũ iura vio-
larunt. Perturbat enim iudicium voluptas, nec
habet vllum cum virtute cõmercium. Id intel-
ligentes Aegyptij epulis pretioſis neglectis, her-
bis ſolùm, & arborum fructibus veſcebantur: vt
Dicæar. teſtatur Chęremon & Stoicus. Et Dicæarcus aſ-
Charr. ſerit, veteres Græcos carnes non comediſſe. Cibi
quondam Argæorum erant pyra, Athenienſium
ficus, Mæoticorum milium, Medorum amygda-
læ, Aethiopum locuſtæ, Nomadũ lac. Ciborum
affluentiam & delicias veluti inuitamẽta malo-
rum reſpuebant. Multi oleribus leguminibúſq;
contenti documẽta frugalitatis dederunt, & in-
ſignem abſtinẽtię memoriam poſteritati propa-
garũt. Et quia Romani epulis exquiſitis vti cœ-
perunt, ſanciuit ſenatus leges ad cohibendũ lau-
tiora obſonia atque epularum delicias & ſum-
Aelian. ptus. Aelianus de Athenienſium & Arcadum ab-
ſtinẽtia multa narrat propè incredibilia. Et Ale-
Alexand. xander ab Alexãdro de variarum nationum fru-
Liuius. galitate mirãda commemorat. Et Titus Liuius
ait Romanos ieiunia Cereri conſtituiſſe. Veteres
illi qui nondum fidei ſplendore fuerant illuſtra-
ti, ſed ſolùm lumine naturæ inſtructi, coluerunt
ieiunia, & ciborum abſtinentiam: & audent no-
ſtri temporis hæretici rem tam ſalutarem con-
temnere, & damnare. Chriſtus magiſter cœleſtis *Matth. 4.*
ieiunauit: & ieiunanti aſſeruit reddendam eſſe à *Marc. 1.*
Deo, qui videt in abſcondito, mercedem: & con- *Luc. 4.*
ſtat ex Actis apoſtolorum ſanctos apoſtolos & *Matth. 5.*
eccleſiam cum illis poſt Chriſti in cœlum aſcẽ- *Act. 13. &*
ſum ieiunaſſe. Et ait diuus Paulus cap. 6. epiſto- *15.*
læ 2. ad Corinthios: Exhibeamus nosmetipſos
ſicut Dei miniſtros in multa patiẽtia, in vigiliis,
in ieiuniis. Et capite vndecimo eiuſdem epiſtolę *2. Cor. 11.*
inter labores & virtutes, quibus vitę ſuę curſum
conficiebat, numerat ieiunia, quibus corpus do-
mabat, & in ſeruitutem ſpiritus redigebat. Et nõ
verẽtur hæretici ieiunia aſpernari. Hæreditatem
nobis ieiunij Chriſtus reliquit, cùm quadragin-
ta dies ieiunauit: cùm autem apoſtoli fuiſſent ab
illo inſtructi, & Spiritu Sancto pleni, inter cæte-
ros canones quos à Chriſtianis ſeruari præcepe-
runt, vnus eſt de ieiunio quadrageſimę, in ordi-
ne ſexageſimus octauus, qui in conſtitutionum
apoſtolicarũ libro quinto à diuo Clemente ver- *Clemens.*
bis citatur: Seruãdum eſt à nobis ieiunium qua-
drageſimę, cõtinens memoriam conuerſationis
& legiſlationis domini. Quem canonem diuus *Ignati.*
Ignatius apoſtolorum diſcipulus in epiſtola ad
Philippenſes iiſdem refert verbis: Quadrageſi-
mam nolite pro nihilo habere, imitationẽ enim
continet Dei conuerſationis. Quomodo autem
veteres Chriſtiani ieiunauerint, docet Clemens *Clemens.*
libro quinto cõſtitutionum apoſtolicarum, qui
ſe à vino & carnibus abſtinebãt. Id quod docet
concilium Laodicẽſe canone 50. & Auguſtinus *Auguſt.*
lib. 30. contra Fauſtum, & ſermone 28. ad fratres
ſolitudinem colentes. Vides quam antiquum ſit
eccleſiæ dogma de quadrageſimali ieiunio. Si
plura circa ieiunij antiquitatem & præſtantiam
ſcire volueris, præter citatos authores lege Ori- *Origen.*
genem homilia decima in Leuiticum, & libro
tertio in Iob, Chryſoſtomum homilia prima in *Chryſoſt.*
Geneſim, Hieronym. in Ezechielis cap. vigeſi- *Hieronym.*
mum nonum, & contra Iouinianũ, Ambroſium *Ambroſ.*
in caput quartum Lucę, Auguſtinum ſermone *Auguſt.*
primę dominicę quadrageſimę, Caſſianum col- *Caſſian.*
latione 21. concilium Nicenum primum canone
quinto, cõcilium Trullenſe canone 56. Agarenſe
canone 12. Elibertinenſe canone 23. Gangrenſe
canone 18. & 19. Sed his non mouentur Luthe-
rani, quòd ſint in perfidia ſua obſtinati. Et audẽt
nihilominus dicere, ſe eccleſiam reformaſſe, cũ
non eccleſię, ſed ſectę Epicureę ſint reformato-
res. ô contumaciam intolerabilem: ô cæcitatem
deplorandam! Irridẽt ieiunia, & ciborum abſti-
nentiam, cùm apoſtoli ex Dei iuſſu eam præce-
perint, & pius ac ſanctus Daniel, vt cõſtat ex hoc
loco, ſe regis cibis abſtinuerit, fueritque frugali-
tatem mirum in modũ amplexatus, & admira-
bilem ob id ſapientiam conſecutus.

*Rogauit eunuchorum præpoſitum, ne contamina-
retur.* Hoc eſt, ne eum cogeret ad epulas regias
comedendas. Cum primùm illam habuit à Deo
inſpirationem ſeruandi abſtinentiam, ſtatim ſe
firmo propoſito muniuit, diuinis monitis ac-
quieuit, & paruit, eáque opere implere firmiter
ſtatuit. Non eam diſtulit in tempus aliud, non
moram interpoſuit, ſed confeſtim executioni

mandauit. Accedit ad præ poſitum eunuchorum ab eo magnopere petens, ne ipſum compelleret ad epulas menſę regis ſumendas. Hinc diſces, quàm celeriter te debes præparare ad diuina *Geneſ.7.* monita explēda. Noë prompte Deo obediuit in omnibus, quæ ei Deus inſtante vniuerſa eluuio- *Geneſ.22.* ne terrarum facienda præcepit. Et Abraham Dei præceptū ſine mora exequi voluit circa filij immolationem: quò ſuam erga Deum obediētiam oſtenderet. De Noë ſcriptum eſt: In articulo diei illius ingreſſus eſt Noë. Pro quo Pagninus ver- *Geneſ.7.* tit: In ipſomet die. De Abrahā autem: Abraham *Pagnin.* de nocte conſurgens, &c. Graue Dei præceptum *Geneſ.22.* ſine dilatione perficere voluit, noctu Dei iuſſum accipiens, ſummo mane nōdum orto ſole illum implere propoſuit: ſurgēs ſtatim abiit ad filij ſacrificium, quem admirabili amore proſequebatur, tanquam ad exquiſitarum epularum conuiuium inuitatus. Vide etiam promptum apoſtolorum obſequium: qui diuinis monitis inſtructi Chriſto eos vocanti ſtatim paruerunt, &, vt verbis vtar euangelij, cōtinuò relictis retibus ſecu- *Matth.4.* ti ſunt eum. Non in aliud tempus diſtulerūt, ſed *Marc.1.* continuò obtemperarunt. Eodem modo Saulus in terra proſtratus audiens Dei verbum dixit illico: Domine quid me vis facere? Et nulla inter- *Luc.5.* poſita mora Dei verba opere impleuit. Nam vt *Act.9.* qui fundit æs ad conflandū vas, non debet opus *Similitudo.* differre, ne æs frigeſcat, & induretur, & ineptum fiat ad conflationem: ſic qui in animo diuinam habet monitionem ad boneſtū aliquod efficiendum, non debet eam prorogare, ſed confeſtim exequi, & conflare opus, ne ob gelidi animi dilationem amittatur. Id intelligēs Eccleſiaſticus *Eccleſ.5.* capite quinto: Ne tardes, inquit, conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Iſraelitæ in terram promiſſam tendētes paſcha ſuum comedebant feſtinantes, vt ex capite Exodi duodeci- *Exod.12.* mo liquet. Et nos, vt verbis vtar diui Pauli in epi *Heb.4.* ſtola ad Hebræos, feſtinemus ingredi in illā requiē. Et acceptis diuinis monitis operemur cum *Luc.1.* feſtinatione. De ſacratiſſima Dei genitrice Maria ſcriptum legimus capite primo euangelij authore Luca: Surgens Maria abiit in mōtana cum *Luc.2.* feſtinatione. Et de paſtoribus Dei claritate circumfuſis, & angelica motione illuſtratis capite ſecundo eiuſdem euangelij: Venerunt feſtinantes, & inuenerūt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. Eſt nihilominus obſeruandum, debere feſtinationem noſtram eſſe maturam, cum conſilio & prudentia copulatam: vt non præcipitanter atque inconſideratè, ſed cunctanter & ſapienter negotiū aggrediamur, iuxta illud vetus laudatúmque prouerbium: Feſtina lentè: quo imperator Octauianus Auguſtus adeò *Gellius.* delectabatur, authore Aulo Gellio in noctibus *Macro.* Atticis, & Macrobio in Saturnalibus, vt non ſolùm in communi colloquio, ſed in epiſtolis etiā eo vteretur. Nam in ſigillo ſuo ſcriptum babebat papilionem cum cancro: quibus duabus beſtiolis prouerbij ſentētiam bieroglyphicè ſignificabat: per papilionem vermiculum alatum & velocem innuebat celeritatem, per cancrum verò qui motu retrogrado & tardo fertur, moram & cunctationem. Eodem prouerbio oblectabatur etiam Titus Veſpaſianus, qui in numiſmate ſculptum habebat delphinū ancora inuolutum, quod ego depictum vidi in libro veterum numiſmatum Aeneæ Vici. Vbi per delphinum ve- *Vicus.* locitas, per ancoram tarditas intelligitur, cum his literis: Feſtina lentè. Eſt igitur feſtinandum, ſed cum prudentia & conſilio: nam feſtinationis abſque illis comites ſunt error plerunque & dolor. De huiuſmodi temeraria feſtinatione ait Eſaias cap. 28. Qui crediderit, non feſtinet. Pro *Eſai.28.* quo ſeptuaginta interpretes habēt: qui crediderit, non confundetur. Et iuxta eorum verſionem *Rom. 9. & 10.* citat teſtimonium hoc Paulus capite nono & decimo epiſtolæ ad Romanos: & Petrus capite *1.Petr.2.* ſecundo primæ ſuæ canonicæ. Vbi vides temerè feſtinare idem eſſe quod confundi.

Dedit autem Deus Danieli gratiam & miſericordiam in conſpectu. Hoc eſt, effecerat enim Deus, vt Daniel eſſet gratioſus & charus magiſtro palatij, inueniretque apud eum fauorem & beneuolentiam. Eodem ſchemate & verborum orna- *Geneſ.39.* mento vtitur Moſes Geneſis trigeſimo nono capite, dicens: Dedit dominus gratiam Ioſeph in conſpectu principis carceris. De Tobia ſcriptum *Tob.1.* legimus: Dedit ei gratiam Deus in conſpectu Salmanaſar regis. Gratia his in locis non accipitur pro gratia gratum faciente, quæ eſt, vt verbis vtar diui Thomæ, quædam participatio diuinæ *Thom.1.* naturæ: de qua ait apoſtolus in epiſtola ad Ro- *Rom.3.* manos: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Nec pro gratia illa gratis data, quæ ordinat hominem ad quædam præparatoria vltimi finis: ſed pro fauore & benignitate, & beneuolētia. Pro eo quod nos dicimus: Effecit Deus, vt quidā eſſet in gratia apud principem, vt eſſet ei gratus, & eum beneuolum & munificum ſentiret: dicunt Hebræi: Dedit Deus gratiam cuidam in conſpectu regis. In hāc ſignificationem accipitur gratia apud Ci- *Cicero.* ceronem, cùm his locutionibus vtitur: Redire in gratiam, aucupari gratiā, & aliis huiuſmodi. Eodem modo ſumitur gratia capite Geneſis deci- *Geneſ.18.* mooctauo, cùm Abraham Deo ſibi apparenti dixit: Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne trāſeas ſeruum tuum. Acſi diceret: Si tibi domine gratus ſum, ſi apud te fauorem inuenero, vtere quæſo hac benignitate erga me, vt maneas in hoſpicio meo. Et decimonono: Inuenit ſer- *Geneſ.19.* uus tuus gratiam coram te. Et Hebræorū quar- *Hebr.4.* to, vbi Paulus apoſtolus loquens de pōtifice noſtro Chriſto ait. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Hoc eſt, ad ſedem pōtificis clementiſſimi, ad cathedram beneuolentiæ, ad ſolium benignitatis. Acſi diceret: Ad cathedram pontificis legalis accedebant homines cum timore ob legis ſeueritatem: at ad cathedrā Chriſti, qui è cœli faſtigio ad terram deſcendens humanam induit formam, vt nobis faueret, & pro nobis mortem ſubiret, quò nos ad vitam duceret immortalem, accedendum eſt cum fiducia, quoniam ſolium eius thronus eſt gratiæ, & lex eius eſt euangelium amoris & pietatis pleniſſimum. Vbi illud eſt aduertendum, voluiſſe apoſtolum innuere, pontificem noſtrum Ieſum regē eſſe, quia thronus, vt obſeruauit Euthymius, eſt regis ſymbolū & ſignificatio: fuit enim Chri- *Euthy.* ſtus rex & ſacerdos in Melchiſedech adumbra- *Geneſ.14.* tus, qui fuit rex Salem & ſacerdos altiſſimi, iuxta *Pſal.109.* illud

illud diuini vatis: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech: quem locum diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos de Chriſto interpretatur: Eius thronus eſt amoris & beneuolentiæ ſignificatæ nomine gratię: in quam ſignificationem accipienda eſt gratia hoc Danielis loco. *Hebr.5. & 7.*

Qui conſtituit vobis cibum & potum. Diuus Paulus capite quinto epiſtolæ ad Hebræos accipit cibum pro doctrina excelſa & perfecta ad viros prouectos pertinēte, lac autem pro doctrina facili & ſimplici, quæ ad illos pertinet, qui adhuc non ſunt altiſſimorum myſteriorum capaces. Ita enim ait: Facti eſtis, quibus lacte opus ſit, nō ſolido cibo. Perfecti enim mentis acie perpurgata oculos ad cœlū tollentes cœleſtia myſteria contemplantur: imperfecti verò in ſplendorem rerum tam excelſarum aciē mentis intendere non valent. Eodem modo capite tertio epiſtolę prioris ad Corinthios: Tanquam paruulis, inquit, in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam, nondum enim poteratis. At hoc Danielis loco cibus & potus accipiuntur pro corporis epulis, & vino: & vt aliis dicā verbis pro quotidiano victu, quem rex illis conſtituerat. *Hebr.5. 1.Cor.3.*

Coæuis veſtris. Ex Hebræo verti poſſunt verba hæc: qui ſunt iuxta ſimilitudinem veſtram: hoc eſt, vobis ſimiles ætate & conditione.

Condemnabitis caput meum. Hoc eſt, eritis cauſa, vt ego ex regis ſentētia plectar capite: efficietis, vt cæde mea luam pœnas meæ perfidię, quòd regio edicto non obediam. Condemnare caput alicuius eſt illum morte mulctare. Putabat ſolo ciborum alimento corpora nutriri, atq; floreſcere: ad diuinam autem potentiam oculos non extollebat. Quanquam eſſet Regi gratus, timebat tamē, ne mutaretur rex ipſe, & diſſidio illo alienatus & offenſus in eum perniciem moliretur. Vt enim cera candelæ ignem alit, at ſi deorſum feratur, illū extinguit: ſic princeps, qui aulicum fauore proſequitur: ab eo facilè animū alienat, ſi eius obſequium putat deficere: & qui in illum conferebat beneficia, ei exitium crudeliſſimum parat. Nemo fiduciam ſuam à Deo habeat ſeclusam, & in homine collocatam. Audiat Ieremiam dicentem: Maledictus homo qui confidit in homine. Et Dauidem: Bonum eſt ſperare in domino, quam ſperare in principibus. Et Salomonem in Prouerb. Qui ſperat in Domino, beatus eſt. Felix ille, qui omnem ſpem ſuam in Deo figit & locat, quoniam ipſe eſt fons omnium bonorum: ipſe eſt verax, & homo mendax: ipſe non deſerit eos, qui ad ipſum tanquam ad arcem tutiſſimam confugiunt: at homo illos facilimo negotio derelinquit, quos antea amicitia comprehēdebat. Id ſentiens Dauid aiebat: Credidi, propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis: Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax. Ac ſi diceret: Deus mihi promiſit eſſe me è periculis meis erepturum, cuius promiſſionibus fidem adhibui certiſſimam. Propterea hæc dico: incidi in acerbas calamitates, verſatus ſum in luctu & mœrore, fugi è ciuitate, vt euaderem immanitatem impij Saulis me ad exitium crudeliſſimum vocantis, & vidi me derelictum, humanóque auxilio orbatum: nam qui mihi polliciti erant effuſuros ſe eſſe ſanguinem ſuum pro me, ſe fugæ mandarunt, méque dereliquerunt. Quare dixi de illa fuga mea: omnis homo mendax: non inueni in hominibus veritatem: ſolus Deus me conſolatur, & incolumem conſeruat. Accipitur exceſſus pro exitu ſiue fuga. Hæc eſt germana meo quidem iudicio huius loci explanatio, qua oſtendit diuinus vates eſſe fiduciam in Deo, non in hominibus ponendam. *ſimilitudo. Iere. 17. Pſal.177. Prou. 16. Pſal.116.*

Et dixit Daniel. Elapſo tempore aliquo Aſphenez aut quia abiit è palatio, aut quia erat negotio aliquo impeditus, ſubſtituit pro ſe Malaſarē, qui Danieli, eiúſque ſociis præeſſet. Cùm autem Daniel nō impetrauiſſet ab Aſphenez, quod ipſi erat in optatis, profectus eſt ad Malaſarem eum obſecrans, ne ipſum coerceret, & compelleret ad epulas regias edendas: quoniam non ſolùm ipſe, ſed ſocij eius decreuerant illis abſtinere. Magna ſe illis offerebat difficultas ex parte præpoſiti: at illi non deſtiterunt à propoſito, ſed alterum medium quærentes difficultatem ſuperarunt. Vix bonum aliquod aggredieris, quod non labatur in aliquam difficultatem: ſed debes eam exorbere, & vltra progredi, & in excellentis operis propoſito conſtanter permanere. Ideo dicebat Eccleſiaſticus: Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Cùm Iſraelitæ à Babylonica ſeruitute reuerſi tēplum Dei inſtaurarent, fuerunt ab hoſtibus impedimenta illis inferentibus vexati, & ſæpenumero afflicti, ſed non à ſententia deiecti. Ferebant quidam homines, vt ait Marcus capite ſecundo, paralyticum ad Ieſum, vt illi mederetur: ſed nō poterant accedere propter turbam. Bonum opus incipiebant, ſed ſtatim ſe obtulit impedimētum. At vide hominum conſtantiam: nudauerunt tectum domus, quo demerſerūt grabatum, in quo paralyticus decumbebat. Cùm Chriſtus appropinquaret Ierico, cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans, qui cùm audiret turbam prætereuntem, ex eaque intelligeret tranſire Chriſtum, clamauit, vt ait Lucas capite decimooctauo: Ieſu fili Dauid miſerere mei: & qui præibant, increpabant eum, vt taceret. Vide impedimentum. At ille multo magis clamabat. Vide hominis conſtantiam. Et ſtatim fuit ſanitatem conſecutus. Ibant piæ mulieres ad Chriſti monumentum cum aromatibus, vt vngerent eum: at oblata eſt illis difficultas. Quare dicebant, vt Marcus vltimo capite ait: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monimenti? Sed perſeuerantes inuenerunt illud reuolutum. Quare in rebus arduis aggrediendis danda opera eſt vt difficultas vi conſtantiæ ſuperetur. Nam vt Plato in Hippia maiore, & in Cratylo, & in libro quarto de republica ait, difficilia quæ pulchra: quod ita peruulgatum eſt, vt iam prouerbij locum obtineat. Nec quicquam tritius eo, quod ait libro Moralium Nicomachiorum ſecundo Ariſtoteles: Ars & virtus in difficilibus verſantur. Eodem pertinet litera Pithagoræ diſcrimine ſecta bicorni: & euangelicum illud de via arcta, quæ ducit ad vitam: quæ conſtantia perficitur. Vt ingentes fluctus in rupem firmiſſimam impetum facientes, volentes eam frangere, franguntur, *Eccle.2. 1.Eſd.4. Neem.4. & 6. Matt.9. Marc.2. Luc 5. Luc.18. Luc.24. Mar.16. Ioan.20. Plato. Ariſtot. Pythag. Matth.7. Luc.13. Similitudo.*

 ipſo

ipſo immobili permanente: ſic moleſta impedimenta virum ſtabilem tentantia, in eumque incurſionibus grauiſſimis irruentia comminuuntur, cùm ille in propoſita firmitudine rebus aduerſantibus conſtans perſeueret. Id animo percipiens princeps quidam Italus conſtantia roboratus pro inſigni ferebat ingentem petram fluctibus concuſſam cum litera hac: Conantia
Nazian. frangere frangit. Et Gregorius Nazianzenus pro conſtantia ſalamandram ponit, quæ in medio igne omnia domante non ſolùm viuit, & lætatur, ſed illum penitus extinguit. Daniel & eius ſocij decreuerunt abſtinentiam ſeruare, ſed obtulit ſe illis impedimentum, & Aſphenezi repugnantia: at in ſancti propoſiti conſtantia manentes obtinuerunt à Malaſare id, quo nihil tunc erat illis antiquius, nimirum ne illos ad regis epulas compelleret.

Tenta nos obſecro. Hoc eſt, fac periculum in nobis decem diebus: experire, poſſimus necne aqua & leguminibus abſque macie, & formæ defectu ſuſtentati, & vultuum pulchritudinem tueri.

Et ſicut videris, facies cum ſeruis tuis. Vt conſpexeris ſe habere vultus noſtros, ita nobiſcum facies. Hæc dixit Daniel admirabilis fidei magnitudine roboratus: Malaſar autem eius precibus aſſenſum præbuit.

Poſt dies autem decem apparuerunt
D vultus eorum meliores & corpulẽtiores præ omnibus pueris, qui veſcebantur cibo regio. Porro Malaſar tollebat cibaria & vinũ potus eorum, dabátque eis legumina. Pueris autẽ his dedit Deus ſcientiá & diſciplinam in omni libro & ſapientia: Danieli autem intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum. Cõpletis itaque diebus, poſt quos dixerat rex: vt introducerentur: introduxit eos præpoſitus eunuchorum in conſpectu Nabuchodonoſor. Cúmque eis locutus fuiſſet rex, non ſunt inuenti tales de vniuerſis, vt Daniel: Ananias, Miſael, & Azarias. Et ſteterunt in conſpectu regis. Et omne verbum ſapientiæ & intellectus quod ſciſcitatus eſt ab eis rex, inuenit in eis decuplum ſuper cunctos ariolos & magos, qui erát in vniuerſo regno eius. Fuit autem Daniel vſque ad annum primum Cyri regis.

Poſt dies autem decem. Exactis decem diebus quibus pueri Hebræi vſi ſunt leguminibus & aqua, viſi ſunt vultus eorum lætiores, & obeſiores carne, & pulchriores iis, qui regis epulis potiti fuerant. Conſidera, quanti ponderis ſit fiducia in Deum cum virtute coniuncta: & perpende abſtinentiæ præſtantiam & amplitudinem.

Porrò Malaſar tollebat cibaria. Hoc eſt portionem cibi & potus, eamque domum ſuam aſportabat.

Pueris autem his dedit Deus ſcientiam. Quia ciborum abſtinentiam amplexati ſunt. Eſt enim frugalitas ad ſcientiam comparandam vtiliſſima.

In omni libro & ſapientia. Hoc eſt, in omni literatura tam Hebræa, quàm Chaldæa, & in omni genere doctrinæ & eruditionis. Aduerte: non ait: Adepti ſunt hi pueri ſcientiam in omni libro & ſapientia: ſed dedit illis Deus ſcientiam. Nam vt ait Eccleſiaſticus capite primo: Omnis ſa- Eccle. 1.
pientia à Domino Deo eſt. Eam ob cauſam ei debemus illam attribuere, etiamſi in ſtudium literarum toto pectore incumbamus. Illud etiam obſerua, licere viris piis exemplo Danielis Gentium ſcientiam diſcere. Id intelligens diuus Hie-
Hieron. ronymus: Qui inquit, de menſa regis, & de vino potus eius non vult comedere, ne polluatur, vtique ſi ſciret ipſam ſcientiam ac doctrinam Babyloniorum eſſe peccatum, nunquam acquieſceret diſcere, quod non licebat. Diſcunt autem, non vt ſequantur, ſed vt iudicent, & conuincant. Hæc eius verba ſunt in ſacros canones relata diſtin. 37. c. Qui de menſa. Non inficior eſſe diuinarum literarum ſcientiam aliis excellentiorem: ea enim nos ad Dei cultum, ad modeſtiam, magnitudinémque animi inſtruit, atque ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpellit. Hæc medetur animis, vanitates detrahit, cupiditatibus liberat, pellit noxios timores: eſt enim virtutum indagatrix, expultrix flagitiorum, tranquillitatis largitrix, magiſtra morum & diſciplinarum. Ea inſtructi viri magni, ſapientia & pietate præſtantes in admirabilem ſplendorem diuinorum myſteriorum mentis aciem dirigunt, & arcana cæleſtia omnẽ fulgorem ſuperantia intuẽtur. Hinc efficitur, vt cæleſti ambroſia oblectati Deum ipſum ſuſpiciẽtes, amore immortalitatis flagrantes ad gloriam aſpirent ſempiternam, mundi autem diuitias & dignitates ad quas plerique mortales deſiderio incenſi rapiuntur, contemnát, & pro nihilo putent. Sed tametſi hæc diuina ſcientia ſit aliis illuſtrior & præſtantior, non ideo tamen ſunt aliæ reiiciendæ. Vt vtilis planta non ſo-
lùm pulchrorum fructuum abundantiá fert, ſed Similitudo.
etiam frondibus amœnis ornatur: ita anima non tantũ theologicis præceptis, & documentis veluti præcellentibus fructibus debet abundare: verumetiam philoſophorũ diſciplinis inſtrui, quæ veluti folia aſpectu iucunda ornamentum præbeant. At ſi in Gentilium libris improba aliqua contineantur, indigna lectu, quamuis iucunda & elegantia, vitáda tamen ſunt: & huiuſmodi libri aut penitus vitandi, aut cautè legendi, tanquam qui venena cum melle concinnant, atque occultant: ne eorum elegantiæ ſuauitate deliniti peſtiferũ aliquid ſumamus. Oportet his obſtruere aures, non minus quàm Vlyſſem ad cátus ſyrenarum feciſſe, ipſorũ poetæ fictis fabulis memo-
riæ prodiderũt. Et vt in hortis amœnis roſas col Similitudo.
ligimus, ſpinas vitamus: ſic in huiuſmodi libris ſalutaria carpamus, noxia vitemus. At libri ſacri nihil habent noxij, nihil inutile. Sumus tamen
memoria repetita conſideraturi, librorũ ſancto- Exod. 19.
rũ volumen eſſe montem illum, quò ſi quis accedat in figura humana mores gerẽs beluæ, lapidibus interficitur. Nam vnde ſalutem & animi tranquillitatem petere debuit, inde exitium ſibi machinatur. Qui inflatur ſuperbia, etiam ſi diui-
nam

nam legat ſcripturã, nullam tamen conſequitur
verã ac ſolidam ſapientiã, quia eſt cum humili-
Pſal.18. tate cõiuncta. Id intelligens pſalmographus ait:
Teſtimoniũ domini fidele ſapientiã præſtãs par-
uulis. Hoc eſt, lex domini neminẽ fallit, ſed ſolis
humilibus ſuppeditat ſapientiã. Appellatur di-
uina lex teſtimoniũ, quòd teſtificetur Deus in il-
la, quid velit à nobis. Ea viris piis ſe ſubmiſsè ge-
rentibus, qui hîc paruuli dicuntur, ſapientiã tra-
dit: ſuperbi autẽ omnes ſtulti ſũt. Et pſalmo 118.
Declaratio ſermonũ tuorum illuminat, & intel-
lectũ dat paruulis: Non ſuperbis: ſed humilibus.
Hieron. Vbi pro declatione vertit Hieronymus oſtium.
Non ſolùm enim ſciẽtia prouectis, & altè pene-
trantibus, ſolet diuina ſcriptura lumen ferre, ſed
incipiẽtibus, dummodo humilitatẽ amplectan-
Prou.11. tur. Vnde ait Salomõ in prouerbiis: Vbi humi-
litas, ibi ſapiẽtia. Et Chriſtus Deus noſter capite
vndecimo euangelij Matthæi: Confiteor tibi pa-
ter, domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à
ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruu-
lis. Hoc eſt humilitate munitis. Quod eſt non de
Similitudo. ficta & ſimulata, ſed de vera & ſolida humilitate
intelligendum. Nam vt palæſtritę corpus humi-
liant, non vt ſe, ſed aduerſarios deiiciãt: ſic non-
nulli ſe demittunt & vituperant, non vt ſeipſos
deponant, & proſternant, ſed vt alios decipien-
tes & deiicientes ipſi efferãtur. Eſt igitur ſapien-
tia ſolida in diuinis literis cum vera humilitate
quærenda. Sed non eam impedit Gentiliũ ſcri-
ptorum diſciplina, imò adiuuat aliquando: Nam
diuus Paulus citat eorum ſententias: in epiſtola
Tit.1. enim ad Titũ vtitur verſiculo Epimenidis poe-
Epime. tæ: cuius heroici hemiſtichium poſtea Callima-
Callim. chus vſurpauit. Capite quintodecimo prioris ad
1.Cor.15. Corinthios Menandri ponit verſiculũ. Et Athe-
Acto.17. nis, vt refert in Actis apoſtolorum Lucas, Aratũ
Aratus. citat. Fuit quippe alter Dauid, qui de manu Go-
1.Reg.17. liæ gladium arripuit, vt illo eius caput amputa-
Deut.21. ret. Legerat enim in Deuteronomio radendum
caput mulieris in bello captæ, pilos, & vngues
amputandos: & ita poſſe illã in coniugio haberi.
Mulier illa eſt ſcientia ſecularis, ex qua ſumus
amputaturi noxia & ſuperuacanea, & ex captiua
Cyrill. Iſraeliticam facturi. Idem fecit Cyrillus Alexan-
Orige. drinus aduerſus Iulianũ, Origenes Adamantius
Metho. aduerſus Celſum, Methodius aduerſus Porphy-
Hieron. rium. Hieronymus aduerſus Iouinianum. Qua-
Quadra. dratus epiſcopus Athenienſis & Ariſtides Chri-
Ariſtid. ſtianus philoſophus libros quos imperatori
Iuſtin. Adriano in noſtræ fidei defenſionem dedicarũt,
Tatian. infinitis Gentiliũ philoſophorũ authoritatibus
Hippol. repleuerunt. Idem fecit Iuſtinus martyr in libro
Apolli. contra Gentes, Tatianus in operibus ſuis, Hip-
Iulius. polytus, Apollonius, Iulius Africanus, Euſebius
Euſebius. Cæſarienſis, Euſtachius Antiochenus, Euſebius
Baſilius. Emiſenus, Baſilius Magnus, Septimus Tertul-
Tertul. lianus, Arnobius, Auguſtinus, Lactantius Fir-
Arnobi. mianus. Hi omnes inter diuinarũ literarũ ſcien-
Lactan. tiam, humanam eruditionẽ, & philoſophorum
gentiliũ ſententias inſeruerunt. Quare non ſunt
literæ humanæ damnandæ, cùm conſtet ex hoc
Danielis loco, eum & ſocios eius viros pietate
præſtantes illis operam dediſſe.

Omnium viſionum & ſomniorum. Intellige de
veris, & à Deo immiſſis, non de vanis inſomniis.
[illegible]

Cernebat Daniel mentis oculis à Deo illuſtratis
ſignificationem viſionum & ſomniorũ, quibus
per ſymbola & ænigmata futura monſtrabãtur.
Habebat enim ſcientiã non ſolùm acquiſitã, ſed
etiam infuſam. Docemur hoc loco, Deũ potius
ad pietatem & religionis ſtudiũ reſpicere, quam
ad temporis ætatem. Vides enim Danielẽ multis 1.Reg.3.
natu maioribus antepoſitum. Id quod Samueli, Gene.37.
& Ioſeph, & aliis multis eueniſſe literæ diuinæ
teſtantur.

Completis itaque diebus. Exactis antẽ diebus poſt
quos præceperat rex, vt ad ſe adducerẽtur pueri,
adduxit eos palatij magiſter corã rege. Dies re-
gis apud Oſeam capite ſeptimo eſt dies natalis
eius: & apud Malachiam capite tertio dies ſeculi
idem eſt quod olim. Dies domini apud Paulum
capite tertio prioris ad Corinthios eſt dies vlti- 1.Cor.3.
mi iudicij. Nomine diei intelligitur proſperitas:
vt pſalmo quadrageſimo primo. In die manda-
uit dominus miſericordiam ſuam. Accipitur ali-
quãdo pro vita præſenti: vt apud Ioannẽ capite
nono: Me oportet operari opera eius, qui miſit
me, donec dies eſt. In dieb. illius dicunt Hebræi
pro regnante illo, vt apud Eſaiam ſeptimo: Et
factum eſt in diebus Achaz: & apud Matthæum
ſecũdo. In diebus Herodis regis. Dies annorum
ſunt anni. Hoc ſchemate vſus eſt Iacob, cùm di-
xit capite quadrageſimo ſeptimo Geneſis: Dies Gene.47.
annorum peregrinationis meæ, &c. Accipitur
etiam dies pro quocunque tempore: vt Geneſis
ſecũdo. Quocunque die comederis ex eo, morte
morieris. Aliquãdo pro anno. In quam ſignifica-
tionem accipitur hoc Danielis loco: nam paulo Ezec.4.
antè dixerat Daniel, præcepiſſe regem, vt ipſi
pueri enutriti tribus annis cibis regiis poſtea co-
ram ſeipſo ſtarent. Vel completis diebus, hoc eſt
completo tempore. Ait enim Auguſtinus libro Auguſt.
ſecundo contra Manichæos nomine diei omne
tempus ſignificari.

Cùmque eis locutus fuiſſet rex. Subaudi & ipſi
regi reſponderent. Nam multis verbis citro vl-
tròque habitis fuit eorum ſcientia perſpecta, &
explorata.

Non ſunt inuenti tales de vniuerſis. Collata ſcien-
tia puerorum Hebræorum cum aliorum ſciẽtia,
qui ad munus illud electi ſunt, fuerũt primæ de-
latæ Hebræis inter omnes. Præclarè fecit rex,
qui, vt cuiuſcunque eruditionem cognoſceret,
omnes in ſeipſos comparauit. Nam quemadmo- Similitudo.
dum gemmæ atq; margaritæ vt agnoſcantur, &
earum excellentia perſpiciatur & vis, oportet eas
cum aliis conferre: tunc enim gradus præſtantiæ
vniuſcuiuſque planè apparent, ita vt videas, quæ
ſint lucidiores, quæ ſubobſcuriores: ſic vt homi-
nes rectè cognoſcantur, opus eſt eos cum aliis
comparare, & opera vniuſcuiuſque limato iudi-
cio perpendere: & ita qui ſint illuſtres, qui tene-
bris obſiti, qui doctrina exculti, & literis perpo-
liti, qui indocti, & diſciplina deſtituti, quot gra-
dus ſcientiæ & elegantiæ, inſcitiæ & barbariæ
vnuſquiſque habeat, facilè intueberis. In ſtudio Similia.
literarũ quidã velut aues ſe cõferũt ad contẽpla-
tionẽ naturæ, & philoſophiæ vtilitatẽ & celſita-
tem, quidã verò veluti canes ad ſophiſmatũ ri-
xas & iurgia, & inanes controuerſias. Illud eſt
hoc loco obſeruandum, eos, cum quibus pueri

Hebræi cõparati ſunt,& qui illos compararunt, fuiſſe idolorũ cultores,aut omnes,aut pleroſque. Ex quo religionis firmitudinẽ & in virtute conſtantiam horum quatuor Hebræorum poteris colligere: qui inter improbos habitantes nunquam à fidei & honeſtatis gradu fuerunt deiecti. Polluerant ſe homines peſtilentibus ſceleribus, & vt verbis vtar diuinæ ſcripturæ, omnis caro corruperat viam ſuam,nihilominus tamen dixit *Geneſ.7.* Deus Noe, vt in libro Geneſis teſtatur Moyſes, *Gene.13.* Te vidi iuſtum coram me in generatione hac. *Gene.39.* Iuſtus Loth habitauit in medio Sodomorum. *1.Reg.4.* Ioſeph in Aegypto fidem ſeruauit & caſtitatem. *Tob.1.* Samuel inter ſceleratos filios Heli in animi can- *Iob.1.* dore perſeuerauit. Pius Tobias inter impios Aſſyrios morabatur. Iob rerum tolerantia munitus inter Huſitas ſecundis rebus inſolentes, & aduerſis confractos calamitates ſuas æquo animo *Ezec.2.* ferebat. Ezechiel cui Deus dixit: Increduli & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas: nunquam à virtute diſceſſit. Inter Capharnaitas vitã degebat Centurio, cui Chriſtus dixit apud Matthæum capite decimotertio. Non inueni tantam fidem in Iſrael. Nicodemus Iudæorum illorum familiaritate vtens, qui Chriſti verbis fidem nullam adhibebant, dixit Chriſto apud Ioannẽ capite tertio: Rabbi ſcimus, quòd à Deo veniſti magiſter. Itaque inter impios ſceleribus contaminatos poſſunt viri pij virtute præditi vitam agere ſanctimoniæ pleniſſimam. Non me fugit,non parum conducere virorum ſapientia & honeſtate præſtantium conſuetudinem ad animos à flagitiis abducendos, & ad *Gen. 11. & 15.* verum decus excitandos. Nam volens Deus in Abraham ingentia conferre beneficia, eum de- *Gene.13.& 17.* duxit à Chaldæis. Eodem modo Loth extraxit à Sodomis. Iſaac ſeparauit ab Iſmaele, & Iacob ab *Gen.21.* Eſau. Iſraelitis dixit Deus, vt capite Numero- *Gene.33.* rum 16. memoriæ proditum eſt: Recedite à ta- *Num.16.* bernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Aedificãtibus Iudæis templum poſt reditum à ſeruitute Babylonica, veniebant cultores idolorum, vt eos in opere iuuarent: at *1.Eſdr.5.* illi, vt capite tertio libri ſui primi mandauit Eſ- *Matt.26.* dras, eos diuino conſilio inſtructi reiecerunt. *Marc.14.* Quid plura? Quãdiu Petrus fuit cum apoſtolis, firmus permanſit, cùm autem in atrio principis cum miniſtris illius ſe miſcuit, dominum nega- *Luc.22.* uit. At Daniel, Ananias Miſael, Azarias, exules *Ioan.18.* in Babylonica ſeruitute cõſtituti nec Deum reliquerunt, nec fuerunt ab eo relicti. Sciebant, quanti ponderis ſit virtus, quæ in tempeſtate quieta eſt, & lucet in tenebris, pulsáque loco manet tamẽ,atq; hæret in patria, florétq; per ſeſe ſemper, nec alienis vnquam maculis obſoleſcit.

Et ſteterunt in conſpectu regis. Hoc eſt, & ſerui erunt regi. De hoc Hebraiſmo ſuprà diſſerui.

Super cunctos ariolos & magos. Inuenit eos decies doctiores, hoc eſt multo eruditiores & præſtantiores aliis ſapientibus, qui arioli & magi dicebantur. Ponitur numerus certus pro incerto. Magi ac arioli Babylonis multa dicebant, ſed ſuperuacanea, Hebræi autem pauca, ſed certa. Vt *Similitudo.* inſignes artifices iaculandi ſtatim petunt ſcopũ: ſic viri perſpicaces & prudentes pauca loquuntur, ſed ad rem. Vt non æquè volat aquila & per- *Similitudo.* dix: ſic non æquali animi acumine valent, qui in ſtudia incumbunt literarum. Arioli ſunt futurorum diuinatores, magi verò arte magica inſtructi. At hoc loco, & multis aliis per ariolos ſignificantur rerum naturalium & abſtruſarum indagatores, & philoſophi, præſertim aſtrologi: per magos verò ſapientes, præſertim mathematici. Magus vox eſt Perſica: & vt viri aiunt docti, idẽ eſt magus apud Perſas, quod philoſophus apud Græcos, & gymnoſophiſta apud Indos. Et quia olim reges Orientis erant philoſophi vocabantur magi. Vnde magi illi qui ex Oriente Hieroſolymam venerunt, & puerũ Ieſum Deum noſtrum in Bethlehemitico præſepio coluerunt, vt Matthæus capite ſecundo teſtatur, reges erant. Sed eos magos vocauit, quia ad religionis Chriſtianæ amplitudinem magis conducit Chriſtum à ſapientibus, quàm à regibus quæri: reges enim incidũt ſæpenumero in errores, ſapientes autem haud quaquam. Fuiſſe autem magos illos reges, *Athana.* aſſerit Athanaſius in quæſtione quadã, Cypria- *Cypria.* nus martyr in ſermone de baptiſmo Chriſti, *Chryſo.* Chryſoſtomus in prima vigintiſeptem homilia- *Iſidorus.* rum in Matthæũ, Iſidorus in præfatione miſſæ, *Claudi.* quæ appellatur mozarauis, Claudianus in quo- *Hieron.* dam epigrammate, Hieronymus in pſal. 71. Au- *Auguſt.* guſt. ſermone 43. ad fratres ſolitudinis, Tertu- *Tertull.* lianus in tractatione contra Iudæos. Vide quam antiquos & graues authores tibi cito, & quanta ſapientia & ſanctitate munitos: Omnes hi & alij propè infiniti hanc veritatem teſtantur. Et hæc eſt eccl. ſanctæ catholicæ, traditio. Quare nullo modo audiendi ſunt hæretici noſtri tẽporis, qui hos ſanctos magos reges non fuiſſe aſſeueranter, ſed falſò & impudenter affirmant. Aſpicis ſapientes Babylonios vocari magos, quos pij pueri Hebræi ſapientia ſuperarunt. Et ſi Malaſar intelligere poterat, pueros illos fuiſſe ſapientiam conſecutos ob admirabilem abſtinentiæ vim, & ſingularem erga diuinum numen pietatem & religionem, tamen alij id non intelligebant. Verùm credibile eſt, eos apud regem ſapientiam ſuam in Deum retuliſſe, cùm nihil eſſet illis magis in optatis, quàm Dei ſui notitiam Babyloniis exhibere, omnéſque ingenium ac ſtudium conferre ad ipſius Dei gloriam laudémque celebrandam.

Vſque ad annum primum Cyri. Subaudi, in aula *Infrà 6.* miniſter, vt videre licet in fine ſexti capitis. Nam *Infrà 10.* poſtea vixit vſq; ad annũ tertiũ Cyri, vt infrà patebit capite decimo. Hoc adiecit, vt ſuarũ vatici- *Similitudo.* nationũ tẽpora indicaret. Vt limites ac termini non ferunt agros permiſceri & conturbari: ſic tẽpora hiſtorias diſtingũt, nec ſinunt eas cõfundi, nec lucem veritatis amitti. Hunc Cirum vati- *Eſai.44. & 45.* cinatus eſt Eſaias remiſſurũ eſſe Iudæos in terram promiſſionis, eóſque in priſtinam dignitatem reſtituturum: eiúſq; nomen multo antequã naſceretur, ſcriptum reliquit: vt ex capite quadrageſimo quarto & quadrageſimo quinto vaticinationum eius cognoſcimus. Aiunt regem illum Cyrum cum nomen ſuum in antiqua illa Eſaiæ ſcriptura, quæ ante eius ortum facta fuerat, videret, obſtupuiſſe: eámque ob cauſam Iudæos in priſtinã dignitatẽ reuocaſſe. Quomodo autem

autem fuerint ab eo reſtituti, docet ſcriptura li-
2.Par.36. bro ſecundo Paralipomenon, & primo ac tertio
1.Eſdr.5. Eſdræ. Hanc Iudæorum reductionem prædixe-
3.Eſdr.2. rat non ſolùm Eſaias, vt paulo antè oſtendimus,
Iere.50. ſed Ieremias capite quinquageſimo, Ezechiel
Ezec.40. quadrageſimo, diuinus ac regius citharœdus
Pſal.136. pſalmo 136. & alij diuini vates. Cæterũ hæc Da-
nielis verba poſſunt ita verti: Fuit autem Daniel
vſque ad annum ipſum Cyri regis. Hoc eſt: vſq;
ad tempus Cyri.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT I.

Patrẽ vaſorũ domus Dei. Pro, domus Dei, eſt in
Hebræo: בית האלהים Beth Ha Elohim: Vocabu-
lum Beth eſt ſecunda litera alphabeti Hebræi,
ſed prima legis diuinæ: liber enim Geneſis ab
hac litera incipit dicens: Bereſith bara, &c. Nec
immeritò, nam litera hęc ex vna parte clauſa eſt,
ex altera, aperta, ita enim ſcribitur: ב. Voluit Mo-
ſes innuere, quærendum nobis eſſe, quid factum
fuerit à principio, & deinceps omnia ad animæ
ſalutem inquirenda, quoniam ea poterimus in
diuinis literis inuenire, nam litera hęc patens eſt
ex parte. At quid fuerit, priuſquam mũdus eſſet,
non eſſe illic inquirendum, id enim non explicat
Moſes: & litera hæc clauſa eſt ex parte illa. Vox
hæc Beth pro qua noſter interpres rectè vertit
domum, ſignificat etiam familiam, genus, & pro
Exod.1. ſapiam: vt capite primo Exodi vbi ſcriptum le-
gimus, Deum propter obſtetricum pietatẽ ædi-
ficaſſe illis domos. Domos illis ædificare eſt dare
eis filios, & poſteros, & progeniem, & familiam.
Vnde apud Hebræos ædificari idem eſt quod fi-
lios habere. Capite ſextodecimo Geneſis, vbi
editio vulgata habet: Dixit Sarah marito ſuo:
Ecce concluſit me dominus ne parerem, ingre-
dere ad ancillã meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſ-
cipiam filios: habet litera Hebræa: Si forte ſal-
tem ex illa ædificer. Pro quo Septuaginta habẽt:
τεκνοποιήσωμαι id eſt filios gignam. Capite vigeſi-
moquinto Deuteronomij præcepit Deus vt fra-
ter defuncti, qui abſque liberis exceſſiſſet è vita,
eam duceret vxorem, quæ nupſerat fratri ſuo. Si
autem noluiſſet, debebat mulier tollere calcia-
mentum de pede eius, eique ſpuere in faciem, at-
que dicere: Sic fiat homini, qui non ædificat do-
mum fratris ſui. Hoc eſt, qui non gignit filios ex
vxore fratris ſui. Accipi domum pro gente & fa-
milia eſt in diuinis literis vſitatiſſimum. Secũdo
Regum capite tertio: Facta eſt longa concertatio
inter domum Dauid & domum Saulis. Pſalmo
113. In exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de
populo barbaro. Et paulo poſt: Benedixit domui
Iſrael, benedixit domui Aaron. Eſaiæ quinto: Vi-
nea domini exercituum domus Iſrael eſt. Lucæ
primo: Erexit cornu ſalutis nobis in domo Da-
uid pueri ſui: Acſi diceret: Erexit potentiam ſa-
lutarem per Chriſtum, qui eſt è familia & pro-
genie Dauidis ſerui ſui. Ieremias capite vigeſi-
moſecundo, aulam ſeu domum amplam appel-
lat domum menſurarum, pro quo noſter inter-
pres vertit domũ latam. Capite ſeptimo Amos
vbi nos habemus: Non ſtillabis ſuper domum
idoli: pro idolo eſt in Hebræo שחוק Iix chac,
quod riſum ſignificat. Vnde poteris vertere: Nõ
vaticinaberis ſuper domum riſus, ſeu ridiculam.
Ita appellat diuinus vates phanum idolorum.
Quare rectè vertit interpres noſter ſenſum ape-
riens ſcripturæ. Sepulchra etiam domus perpe-
tuæ vocantur: iuxta illud pſalmographi: Sepul- Pſal.48.
chra eorum domus eorum in æternum. Verùm
totum hoc poteſt ita verti: Cogitationes eorum
ſunt domos ſuas fore in æternum. Ac ſi diceret:
Exiſtimant vani homines familias & proſapias
ſuas nulla poſſe vetuſtate conſumi, nullo peri-
culo labefactari, nulla obliuione deleri. Accipi-
tur etiam domus pro loco habitationis locis
propè infinitis. At hoc Danielis loco accipitur 3.Reg.6.
pro templo Salomonis, quod appellatur domus
Dei. Fuit templum illud ad diuinum cultum fa-
bricatum, quemadmodum antea tabernaculum
Moſis, & poſtea eccleſiæ Chriſtianorũ: quæ ideo Exod.25.&
conſtructæ ſunt, vt in illis ſacrificia miſſarum ce- 26.
lebrarentur, ad quas fideles cõuenirent, vt my-
ſterijs aſſiſterent, preces funderent, verbum Dei
audirent, ſacramenta reciperent, & de rebus di-
uinis ſermones conferrent. Templum Salomo- Eſai. 56.
nis appellauit Deus domum ſuam apud Eſaiam: Matt.21.
de quo Chriſtus dixit emẽtibus & vendentibus:
Scriptũ eſt: domus mea domus orationis voca-
bitur: vos autẽ feciſtis eam ſpelũcam latronum.
Tempore apoſtolorum cœperunt eccleſiæ ædi-
ficari: nã Paulus & Barnabas, vt conſtat ex Actis
apoſtolorũ capite quartodecimo, conſtituerunt
presbyteros per ſingulás eccleſias, in quibus
Paulus præcepit mulieribus, vt tacerent. Et ca-
pite vndecimo epiſtolæ prioris ad Corinthios 1.Cor.11.
eos reprehendit, qui in eccleſiis comedebant.
Diuus Ioannes euãgeliſta priuſquam è vita mi-
graret, iuſſit ſe ferri in eccleſiam, vt ait Hierony- Hieron.
mus in epiſtolam diui Pauli ad Galatas. Aſpicis
igitur, quam antiquum ſit in eccleſia catholica
templa & domos orationis ædificare. Poſſumus
quidem in omni loco ad dominum, qui vbique
eſt, pias fundere precationes. Id fecit Iob in ſter- Iob.2.
quilinio, Daniel in lacu leonum, Manaſſes in Dani. 6. &
vinculis Babylonis, tres pueri in camino ignis 14.
ardentis, Ionas in ventre ceti, Chriſtus in monte. 2.Par.
Et apoſtolus ait in epiſtola prima ad Timotheũ Dani.3.
capite ſecũdo: Volo vos orare in omni loco. Sed Ioan.2.
nullus eſt conuenientior eccleſiis ac templis ad Mar.1.
id conſtructis, vbi preces publicè funduntur. 1.Tim.2.
Cæterùm de domus acceptionibus vide Hiero- Hieron.
nymum in Eſaiam 22. & 42. & in pſalmum 30. & Auguſt.
47. Auguſtinum libro primo de ſermone domi- Baſili.
ni in monte, & epiſt. 107. Baſilium in pſalmum Philon.
48. Philonem in libro de Cherubim, & libro 2. Arnob.
allegoriarum, Arnobium in pſalmum 35. & 67. Cypria.
Cyprianum contra Nouatianum, Chryſoſtomũ Chryſo.
in pſalmum 22. Bernardum ſermone 2. aſſum- Bernar.
ptionis.

Præpoſito eunuchorũ. Præ præpoſitio eſt in He-
bræo רב Rab quod vocabulũ præpoſitũ ſignifi-
cat, præfectũ, magiſtrum, magnatem, inclytũ &
præclatũ. Septuaginta habent: τῷ ἀρχιευνούχῳ hoc
eſt principi eunuchorum: quos ſequitur Pagni-
nus.

Pagnin. nus. Quidam vertunt, magiſtro palatij. Capite *Eſther.1.* primo Eſther vbi nos habemus: Sicut rex ſtatuerat, pręponens mẽſis ſingulos de principibus: pro de principibus eſt in Hebræo hoc idẽ nomẽ *Eſai.19.* רב Rab. Significat etiã propugnatorẽ: vt capite Eſaiæ nono: Mittet eis ſaluatorẽ & propugnatorem. Pro quo poteris vertere magiſtrũ, aut principem, aut inclytum dominũ. Præterea ſignificat *Ecclеſ.2.* multum, vt capite primo Eccleſiaſtis: Eo quòd in multa ſapiẽtia, multa ſit indignatio. Qui enim ſapientiam conſecuti ſunt, id non potuerunt ſine labore ad iram excitante obtinere. Vel ideo hoc ait, quia quanto quis melius intelligit, quæ fieri debent, tanto acerbiore dolore afficitur, & incitatiore ita in animo agitatur, cùm contrarium fieri intuetur. Vtitur Salomon verbo hoc Prouerbiorum quintodecimo, pro quo interpres noſter Latinus poſuit plurima, dicens: Domus iuſti plurima fortitudo. Quæ verba poterunt etiã ita conuerti: Domus iuſti magnus theſaurus. Vocabulum ſignificans plurimum, ſignificat etiam magnũ, & quod ſignificat fortitudinem, ſignificat quoque theſaurum. In domo iuſti magna eſt fortitudo, & magnus theſaurus; vir iuſtitia munitus magnis opibus abundat, quæ animum amplificant, & diuitem faciunt, ex quibus vera gloria redundat, & effloreſcit. Impij omnes paupertate laborant: & in medio diuitiarũ inopia cruciantur. At qui virtute ſunt præditi, ſoli ſunt diuites, Mundi opes quoniam incertæ ſunt, & in caſu ſitæ, amitti poſſunt, virtutum autem theſaurus nec eripi, nec ſurripi poteſt, nec naufragio nec incendio amittitur, nec temporum varietate mutatur.

De ſemine regio. Pro regio eſt in Hebraico מלוכה Meluca: quod vocabulum regnum ſignificat. Quare poterat verti: De ſemine regni. Ita habet *Theod.* Thodotio: τῆς βασιλείας Hoc eſt regni: quẽ ſe*Pagnin.* quitur Pagninus. Sed hunc Hebraiſmũ dilucidè tranſtulit Latinus noſter interpres. Deducitur à verbo מלך Malac, quod ſignificat regnare: vt pſal. 92. Dominus regnauit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ. Sed ibi regnare accipitur pro vincere, & præualere. Vel prædixit diuinus vates admirabile Chriſti regnũ longè latéque propagandum fuiſſe, non ſolum in terra continente, ſed etiam in abſtruſis inſulis, vbi nationes antea incultæ ſpirituali gaudio afficiendæ erant, & ad verum Dei cultum reuocandæ. Hinc vox melecheth reginam ſignificat; vt apud Ierem. cap. 7. Vt faciant placentas reginæ cœli. Hoc eſt, lunæ, quam deceptæ Gentes idolorum cultices reginam cœli vocabant. Indicat diuinus vates ſtudium, quo impij Iudæi flagrabant idola colendi, cùm lunæ offerrent placentas, id eſt panes abſq; fermento cũ oleo, & melle decoctos, quos Gentes idolis immolabãt. Sed quoniam vocabulum hoc ſignificat etiam opus, verti poſſunt verba illa: Vt faciant placentas opere cœli, hoc eſt rotundas, & ſtellulis quibuſdam ſigyllatas. Poteſt quoque transferri: operi cœli, acſi diceret, machinæ cœleſti: vt per eam intelligatur aſtrorum omnium exercitus. Id intelligentes Septuaginta tranſtulerunt: Vt faciant placentas militiæ cœli. Præclarè tamen Latinus interpres vertit: nam nomen hoc propriè reginam ſignificat, quemadmodum meluca regnum, quo hoc loco vtitur Daniel.

Et doctos diſciplina. Pro diſciplina eſt in Hebræo מדע Maddagh: quod vocabulum diſciplinam ſignificat, ſcientiam, conſcientiam, & cogitationem. Poteſt etiam verti: intelligentes cogitationem. Nam ex ſignis exterioribus adhibito iudicio, diuino fauore illuſtrati cogitationes cordiũ ſæpe percipiebant. In hanc ſignificationem accipitur ab Eccleſiaſte capite decimo: In cogitatione tua regi ne detrahas. Pro quo etiam teſtè Septuaginta habẽt ἐν συνειδήσει σου Hoc eſt, in con- *Eccle.10.* ſciẽtia tua ne detrahas de rege. Deducitur à verbo iadagh, quod ſignificat cognoſcere, ſcire, cogitare, cõterere. Primo Exodi capite vbi nos habemus: Surrexit rex nouus in Aegypto, qui ignorabat Ioſeph: eſt in Hebræo verbũ hoc cũ negatione. Quare poterat verti: Qui non cognoſcebat Ioſeph. Non enim perpendebat, nec mente *Exod.1.* amplectebatur immortalia beneficia, quæ Ioſeph quondam in Aegyptios contulerat: Vaticinans Eſai. de Chriſto cruci affixo ca. 53. vocauit *Eſai.53.* eum virum dolorũ, ſciẽtem infirmitatem: nimirum experientia. Poteris vertere: notum infirmitate. Cùm enim ſe in mõte Caluariæ hoſtiam conſtituiſſet, vt ſanguine ſuo animos noſtros expiaret, omnes videbant eum eſſe vulneratum. Apud Ezec. ca. 19. vbi nos habemus: Didicit viduas facere: pro didicit eſt in Hebræo hoc idem verbum. Ideo poteſt verti: Contriuit viduas: vel viduas calamitatibus oppreſſit. Vel cognouit *Pſal.143.* viduas. Acſi dicat. Non ſolum viros interfecit, ſed etiam eorũ vxoribus rem habuit. Illud pſalmographi: Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei? poteſt verti: quod agnouiſti eum. Id eſt, quòd ſignificatione oſtenderis, te illius curam agere. Cap. 6. Exodi, ita ſcriptũ legimus: Locu- *Exod.6.* tus eſt dominus ad Moſem dicens: Ego ſum dominus, qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum adonai non indicaui eis. Pro adonai eſt in Hebræo Iehouah, quod nomen Iudæi ob reuerentiam nominare non audẽt. Pro non indicaui eis eſt verbum noſtrum Iadagh. Quam ob cauſam poteris hæc vltima verba ita conuertere: Et nomine meo Iehouah nõ ſum cognitus illis. Nomen Dei Iehouah deriuatur à verbo Hauah, vel Haiah, quod idem eſt: & eſt verbum ſubſtantiuum ſignificans eſſe. Aut vt ſubtilius aiunt nonnulli, verbum eſſe ab hoc Dei nomine deducitur. Significat enim Deum in ſua eſſentia, vt theologi loquuntur, qua ratione eſt, & complet, quæ promittit, datque eſſe omnibus, quæ ſunt. Senſus eſt: Ego ſum Deus ille, qui Abraham, Iſaac, & Iacob apparui promittens poſteris illorum terram frugiferam & fertilem: ſed id opere impletum nõ viderunt. Agnouerunt quidem me ſub nomine omnipotentis, quoniam illos diuites feci, & è periculis multis eripui: verùm opere tunc non perfeci, quòd illis pollicitus ſum. Ideo in nomine ſadai fui illis notus: ſadai enim idem eſt quod omnipotẽs: nunc autẽ notus ero in nomine Iehouah, videbis.o. me facere, quòd nomen meũ ſonat, oẽpe facientẽ eſſe, & promiſſa præſtãtem. Nunc enim ſum Hebręos ab Aegyptia ſeruitute mirabiliter erepturus, eisq; promiſſam terram daturus.

daturus. Hoc verbo vtitur Salomon Prou. 10. cùm ait: Qui deprauat vias ſuas, manifeſtus erit. Vel notus erit. Poteſt verti: Qui corrumpit vias ſuas, conteretur. Nam impius qui ſceleribus paſcitur, ab aliis affligitur & frangitur: ſin autem non ab aliis, certè à ſeipſo. Peccatu quippe ſecum fert dolorem & pœnam. Quæ maior poteſt eſſe pœna, quam peccaſſe? Quanquam improbi homines ſe diuites putent & florentes, mœroribus tamen & ærumnis premuntur, libidinibus & cupiditatibus torquentur, atque dies noctéſque cruciantur. Stimulant eos conſcientiæ flagitiorum, quæ eos quieſcere non ſinunt. Cùm itaque verbum hoc variè accipiatur, variè etiā nomen Maddah accipitur, ac rectè hoc Danielis loco pro diſciplina vſurpatur.

Et de vino vnde bibebat ipſe. In Hebræo eſt: Et de vino potuum ſuorum. In plurali dixit, quòd variis potuum generibus vtantur reges & magnates.

Pueris autem his dedit Deus ſcientiā. Ex Hebræo poteſt hæc oratio ita verti: Et pueris his quatuor dedit Deus cognitionem. Græca editio habet: Quatuor pueris: & dedit eis Deus intelligentiā. Pro Deo eſt in Hebræo אלהים Elohim, quod no-
Gen.1. men Deum ſignificat: vt Geneſis primo: In principio creauit Deus cœlum & terram. Aliquādo
Exod.21. iudices: vt Exodi vigeſimo primo: Offerat eum dominus diis. Loquitur ſcriptura de ſeruo iudicibus offerendo. Pro quo paraphraſis Chaldaica habet: Applicabit eum dominus eius coram iu-
Exod.22. dicibus. Et capite vigeſimo ſecundo: Diis non detrahet. Vbi paraphraſis Chaldaica pro diis iudices etiam habet. Aliquando vertitur per numerum ſingularem, vt hoc Danielis loco: ali-
Pſal.49. quando per pluralem: vt pſalmo 49. Deus deorū dominus locutus eſt. Pro quo in Hebræo eſt אל אלהים יהוה דבר El Elohim Iehouah Dibber. Quæ verba ex Hebræo ita poſſunt rectiſſimè verti: Deus Deus Deus locutus eſt. Voluit illis diuinus vates ſanctiſſimæ trinitatis myſterium innuere. Ad perſonarum diſtinctionem oſtendendam ter Deum nominauit, ad naturæ autem vnitatem ſignificandā ſingulari vſus eſt, non plurali, dicens: locutus eſt: non locuti ſunt. Capite vigeſimo
Exod.20. Exodi proditum eſt dixiſſe Hebræos Moſi: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur. Pro Deo eſt in Hebræo Elohim: pro quo ibi paraphraſis Chaldaica habet verbum. Verbum autem Chriſtus eſt:
Ioan.1. de quo ait Ioannes: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Etiam hodie Iudæi nolunt Chriſtum audire, ne moriantur: & infelices homines ob id in peccato moriuntur, quia Chriſtum Dei filium audire nolunt. Videte hominum cæcitatem: volūt Moſem audire, non Deum: Ac nec Chriſtum intel-
Exod.12. ligunt, nec Moſem. Moſes enim ponebat velamen ſuper faciem ſuam, vt non intenderent filij Iſraelis in faciem eius. Et vt verbis vtar D. Pauli
1.Cor.3. in priore ad Corinth. obtuſi ſunt ſenſus eorum. Vſque in hodiernā enim diem ipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum. Cùm legitur Moſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Accipitur aliquando Elohim pro angelis: vt pſalmo ſeptuageſimo: Adorate eū

omnes angeli eius. Et Pſalmo 137. In conſpectu *Pſal.70.*
angelorum pſallam tibi. Quibus in locis pro an- *Pſal.137.*
gelis eſt in Hebræo Elohim. Similiter Pſalmo octano: Minuiſti eum paulo minus ab angelis. *Pſal.8.*
Quod de Chriſto quatenus homo eſt, D. Paulus in epiſtola ad Hebræos interpretatur. Nam eſſe *Hebr.2.*
angelorum naturam præſtantiorem humana, nemo eſt, qui dubitet. Eſt quidem homo admirabilis: cùm enim Deus cætera animalia abieciſſet ad paſtum, ſolùm hominem erexit, & ad cæli faſtigium quaſi ad domicilij conſpectum excitauit. At ſi ad cæleſtium illarum mentium, quas ſpiritus vocamus & angelos, naturam reſpexerimus, intelligemus eam eſſe excellentiorem humana, quamuis humana ſit aliis cæterorum animantium illuſtrior & præſtantior.

Dedit Deus ſcientiam & diſciplinam in omni libro & ſapientia. Quidam vertunt: In omni libro, & ſapientiam. Vt ſit ſenſus, Deum dediſſe Danieli, eiúſque ſociis ſciētiam & diſciplinam & ſapientiam in omni literatura. At in Græco eſt: πάσῃ γραμματικῇ ϗ σοφίᾳ Hoc eſt, in omni grammatica & ſapientia. Pro libro eſt in Hebræo: ספר Sepher à verbo Saphar, quod ſignificat numerare: vnde ſiphra dicitur nota numerorū, quæ cùm nihil valeat, efficit, vt aliæ plus valeant. Significat etiam narrare, recenſere, nunciare. Vnde deducitur Sepher, quod nomen librum ſignificat, quòd in eo multa narrentur. Verbo hoc Saphar *Pſal.55.*
pro nunciare vtitur pſalmographus, cùm ait: Vitam meam nunciaui tibi. Pro quo poteris vertere: narraui tibi. Pro, vitam meam, eſt in Hebræo, נודי Nodhi. Vox eſt Nodh, quæ reipſa ſignificat fugam, à verbo Nadhad, quod ſignificat fugere, & migrare. Pagninus habet: Migrationes meas *Pagnin.*
numeraſti. Iſidorus Brixianus: Fugas meas tu *Brixia.*
numeraſti. Flaminius: Fugas meas dinumeratas *Flamin.*
habes. Sed diuus Hieronymus vertit: Secretiora *Hieron.*
mea dinumeraſti. Ac ſi diceret Dauid: Tu Domine noſti numerum omnium mearum cogitationum. Poteſt rectiſſimè verti verſiculus hic: Fugam meam narraui tibi. Vt ſit ſenſus: Non te latet Domine me periculis cinctum fugiſſe impetum Saulis. Hoc ei dulcem ferebat oblectationem, eſſe calamitates ſuas notas Deo, quem ſibi pium patrem eſſe non dubitabat. Poteſt hoc referri ad amorem ſolitudinis, quo tenebatur. Ac ſi diceret: Noſti Domine Deus, quoties me ab hominum cœtu ſeparauerim, vt de te aptius cogitarem, te excelſius contemplarer, & in diuinam philoſophiam ardentius incumberem. Requieſcēs enim rex ille à negotiis humanis otium ſibi ſumebat aliquando, & ab hominum familiaritate frequentiáque interdum tanquam in portū ſe in ſolitudinem recipiebat. Fortaſſe retulit verba hæc ad fugam ſui ipſius in Deum: debemus enim à nobis diſcedere, & in diuinum numen proficiſci, ad illúdque tanquam ad arcem tutiſſimam confugere. Homo ille euangelicus qui in- *Matt.13.*
uenit theſaurum abſconditum, præ gaudio illius abiit, vt illum poſſideret. Nam vt Chriſtum incomparabilem inexhauſtúmque theſaurū, ſummúmque bonorum omnium aceruum conſequamur, ſumma ope niti decet à nobis ad ipſum confugere. Vt Iſraelitæ expugnarent ciuita- *Ioſue 8.*
tem Hai, ſe fugæ mandarunt, & ait diuina

ſcriptu

ſcriptura capite octauo Ioſue, fuiſſe Ioſue cũ fu-
gientibus: bonus namque Ieſus quem ille Ioſue
adumbrabat, nobiſcum erit, ſi cõiecerimus nos
in fugam, quam dæmon intercludere conatur.
Præterea poſſunt Dauidis verba ad vitæ breui-
tatem referri: pro quibus Septuaginta tranſtule-
runt: *τὴν ζωήν μου ἐξήγγειλά σοι.* Hoc eſt: Vitam
meam nunciaui tibi. Et ita fideliter vertit Lati-
nus noſter interpres. Sed dices: Si in Hebræo eſt
Nodb, quod fugam ſignificat, quare Septuagin-
ta poſuerũt vitam? Rectè quidem: nempe vt no-
bis quid illa eſſet, ſignificarent. Quid aliud eſt
Iob.13. vita noſtra, quàm fuga? Nam vt ait ſanctus Iob
capite tertiodecimo. Homo fugit velut vmbra.
Cicero. Et vt verbis vtar Ciceronis in prima quæſtione
Seneca. Tuſculana: Volat enim ætas. Et Seneca in epi-
ſtola ad Lucullum: Quicquid vides, inquit, fugit
cum tempore. Si velimus vitæ celeritatem, in
nullis præmiis humanis ſpem ponemus rerum
noſtrarum: quin potius ſtudebimus, vt ipſa vir-
tus nos trahat ad verum decus. A verbo hoc Sa-
phar deriuatur nomen Sopher, pro quo noſter
interpres vertit literatum & doctorem cap. 33.
Eſaiæ.33. Eſaiæ, cuius hæc ſunt verba. Cor tuum medita-
bitur timoré. Vbi eſt literatus? Vbi legis verba
ponderans? Vbi eſt doctor paruulorum? Poteſt
etiam hæc oratio ita verti ex Hebræo: Cor tuũ
cogitabit de timore præterito: dices enim: Vbi
eſt numerans, vbi ponderans? vbi cenſor oppi-
dorum? Senſus eſt. Cùm è corporis vinculis ad-
mirabili gaudio affectus in ſplendidiſſimum ac
pulcherrimum beatorum cœtum euolaueris, te-
que liberum ab omni tyrannorum oppreſſione
conſpexeris, recordaberis terroris, quo in mun-
do angebaris, cùm ad ferendum tributa & exa-
ctiones cotidie quogereris, & dices: Vbi eſt, qui
numerat ciues & habitatores? qui ponderat eo-
rum opes? qui cenſet per æs & libram, vt omnes
ad tributa ſoluenda quotidie coerceat? Vbi ſunt,
qui nobis noua & crudelia vectigalia ponebãt?
Hoc ideo dices, quia beatis erit gaudium ſingu-
lare præteritarum calamitatũ meminiſſe. Nam
Vergil. vt canit Latinus poeta: Experti reuocate ani-
mos, mœſtumque timorem Mittite: forſan &
hæc olim meminiſſe iuuabit. Sopher igitur de-
ducitur à Saphar, quemadmodum Sepher, quod
librum ſignificat, & enumerationem, & nume-
Iere.32. rum, & narrationem. Vox eſt frequens in ſacra
ſcriptura. Ea vtitur Ieremias capite trigeſimo
ſecundo: Et ſcripſi in libro: & ſignaui. Capite 5.
Geneſ.5. Geneſis vbi nos habemus: Hic eſt liber genera-
tionis Adam: pro libro eſt in Hebræo Sepher.
Quare poteris ita orationem illam vertere: Hæc
eſt numeratio generationis hominis. Deſcribit
enim ibi Moſes catalogum filiorum primi ho-
Matth.1. minis. Pro eodem fortaſſe accipitur apud Mat-
thæum dicentem: Liber generationis Ieſu Chri-
ſti. Vt ſit ſenſus: incipit enumeratio eorũ, è qui-
bus Ieſus Chriſti genus ſuum ducit ſecundum
carnem. Et tunc incipit ab Abraham vſque ad
Ioſeph & virginem ſacratiſſimam. Inuenies no-
Nume.21. men hoc Sepher capite viceſimo primo Nume-
rorum, cuius hæc ſunt verba: Vnde dicitur in li-
bro bellorũ domini: Sicut fecit in mari Rubro,
ſic faciet in torrentibus Arnon. Quis ſit liber hic
bellorum domini, non eſt facile explicatu. Qui-
dam aiunt eſſe librum, qui nũ extat, à Moſe con-
ſcriptum, in quo bella tãtùm narrabantur, è qui-
bus Iudæi de hoſtibus victoriam reportauerant.
Sed cùm nec authoritatem, nec rationem addu-
cant, videntur potius diuinare, quã docere. Alij
exiſtimant eſſe eundem librum Numerorum:
moti nomine hoc Sepher, quod librum ſignifi-
cat, & numerum. Vt ſit ſenſus: Vnde dicitur in
Numero, hoc eſt, in codice hoc, qui appellatur
numerus. Alij putant eſſe totum pentateuchum.
Sed quia Sepher narrationem ſignificat, fortaſſe
in eam ſignificationem hoc loco accipitur: non
pro volumine aliquo, ſed pro narratione rerum
geſtarum Hebræorum, quæ cõmuni ore narra-
bantur. Vt ſit ſenſus: Hinc efficietur, vt cùm nar-
rata fuerint bella quæ dominus geſſit pro Iſrae-
litarum populo, dicatur eos mirabiliter liberaſſe
in torrentibus Arnon, quemadmodum fecerat
in mari Rubro. Vbi Sepher pro rerum geſtarum
cõmemoratione accipitur: ſed hoc Danielis lò-
co pro libro & literatura.

Omne verbum ſapientia. Pro verbo eſt in He-
bræo דבר Dabar, quod præter verbum ſignificat
rem, quæſtionem, diſceptationem, quidquam.
Pro verbo & ſermone accipitur primo capite
Ieremiæ: Verba Ieremiæ filij Elchiæ: Pro re ſe- *Ierem.1.*
cundi Regum 3. Vnam rem peto à te. Et 4. Reg. *2.Reg.3.*
20. Non fuit verbum, quod non oſtenderet ei *4.Reg.20.*
Ezechias in domo ſua. Et Lucæ ſecundo: Videa- *Luc.2.*
mus hoc verbum, quod ſanctũ eſt nobis. Et Mat *Matt.4.*
thæi 4. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in om- *Luc.4.*
ni verbo, quod procedit de ore Dei. Hoc eſt,
quacunque re Deus eum alere voluerit. Sunt
verba illa ex capite octauo Deuteronomij de- *Deut.8.*
prompta. Pro diſceptatione capite Exod. 18. vbi *Exod.18.*
dixit Moſes: Cúmque acciderit eis aliqua diſce-
ptatio, veniunt ad me. Vbi diſceptatio accipitur
pro quæſtione & cõtrouerſia. Pro quoquam ac-
cipitur capite Geneſis decimooctauo: Nunquid *Gene.18.*
Deo quicquam eſt difficile? Pro quo ſeptuaginta
habent: Nunquid impoſſibile eſt apud Deum
verbum? Hoc ſchemate & Hebraiſmo vſus eſt
angelus Lucæ primo, dicens ſacratiſſimæ virgi- *Luc.1.*
ni: Quia non eſt impoſſibile apud Deum omne
verbum. Acſi diceret: non eſt quicquam apud
Deum impoſſibile. Accipitur quoq; pro ſermo-
ne, vt pſalmo 111. Iucundus homo, qui miſeretur *Pſal.111.*
& cõmodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio.
Acſi diceret: Iocundus & liberalis eſt homo, qui
confert beneficia, & dat mutuò, ſermonéſq; ſuos
in iudicio & prudẽtia moderatur. Sed quoniam
Dabar & ſermonẽ ſignificat & rem, poteſt verti
verſiculus hic: Diſponit res ſuas cum iudicio.
Vel vt trãſtulit Symmachus, Diſpẽſabit res ſuas *Symm.*
cum iudicio. Et ita cohærent omnia huius ver-
ſus verba: vt ſit ſenſus: Ille eſt vir munificus, dul-
cis & benignus, qui opibus ſuis egentium ino-
piam leuat: ſed debet in diſtribuendo iudicium
& prudentiam adhibere, multi enim ſunt qui
largiuntur, ſed pauci, qui ſciant largiri. Cùm igi-
tur Dabar tot habeat ſignificationes, poterat lo-
cus hic Danielis ita transferri: Omnem quæſtio-
nem quæ attinet ad cognitionem ſapientiæ ſciſ-
citatus eſt ab eis rex. Vel ſic: In omni re ſapien-
tiæ quam ab illis quæſiuit rex, eos inuenit multo
peritiores ariolis & magis, qui in regno eius cõ-

Pagnin. morabantur.

Super cunctos ariolos & magos. Græca editio habet: præter omnes incantatores & magos. Pagninus: Super omnes genethliacos, aſtrologos. Pro
Gen. 1. ſuper eſt in Hebraico, על, quod aliquando ſignifi-
Gene. 7. cat ſitum deſuper: vt Geneſis primo: Tenebræ
Pſal. 136. erant ſuper faciem abyſſi. Et ſeptimo: Arca fere-
Pagnin. batur ſuper aquas: Aliquando ſitum ad latus: vt
Flamin. pſalmo 136. Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Vbi Pagninus & Flaminius habent: Iuxta flumina Babylonis. Non enim erant tum Hebræi ſuper fluminibus, ſed iuxta illa, vbi vim lachrymarum fundentes in ſalicibus in medio terræ muſica inſtrumenta ſuſpendebant: vt conſtat ex eo-
Neem. 3. dem pſalmo. In libro Neemiæ capite tertio vbi nos habemus: iuxta eum ædificauerunt: pro iux-
Proco. ta eſt in Hebraico hæc eadē particula. Sed hac in re deceptus eſt, vt mea fert opinio, Procopius, Gazæus vir alioquin eruditus. Exiſtimauit enim על, pro quo noſter interpres vertit ſuper multis in locis, ſitum deſuper ſemper ſignificare: cùm tamē aliquando ſitum ad latus, aliquando exuperantiam, aliquando alia ſignificet. Hac opinione ductus aſſeruit totam terram ſitam eſſe ſuper mare, nullámque eſſe ſubter nos, quam incolant antipodes. Id conſtanter affirmauit motus
Pſal. 23. authoritate pſalmographi aientis. Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarū, & vniuerſi, qui habitant in eo. Quia ipſe ſuper maria fun-
Eſai. 35. dauit eum, & ſuper flumina præparauit eum. Et alibi: Qui firmauit terram ſuper aquas. Quid amplius quæritis? inquit ille. Nónne videris eſſe terram ſuper mare fundatam & firmatam? Hęc ſunt duo loca, quibus probari putat propoſitum ſuū. At longè fallitur opinione. Nā particula, ſuper, pro qua in Hebręo eſt על in illis duobus locis citatis idem eſt quod iuxta. Conſtabiliuit Deus terram prope mare, iuxta quod iecit eius fundamenta. Vult diuinus vates indicare domini eſſe globum terræ, & quicquid eo continetur: eſſéque ſapientiam eius admirabilem, qui illum ſeparauit à mari, iuxta quod ipſum proximè conſtituit: quo extaret monumentum ſuæ bonitatis & ſapientiæ ſempiternum. Poſſumus etiam dicere particulam, ſuper, duobus illis locis à Procopio citatis exuperantiam & ſuperationem ſignificare: vt ſit ſenſus Deum firmaſſe aquas, ſed multo magis terram: firmioribus fundamentis terrā conſtituiſſe, quàm mare. Fundauit terram ſuper aquas, hoc eſt magis quam illas. Accipi autem ſuper in hanc ſignificationem, indicat Daniel hoc noſtro loco dicens: Inuenit in eis decuplum ſuper cunctos ariolos & magos. Hoc eſt, inuenit eos multo peritiores ariolis & magis deprehendit eos plus ſapientes eſſe, quàm omnes philoſophos. Solet ſępe ſcriptura per, ſuper, comparario-
Ierem. 5. nē ſignificare, vt apud Ieremiam quinto capite: Indurauerunt facies ſuas ſupra petram. Et Threnorum quarto Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. Et Pſalmo 118. Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti. Et Canticorum 4. Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Aſpicis igitur Procopij ſententiam labefactatam atque conuulſam. Exiſtimauit vir ille totum globum terrę eminentem è mari fixum eſſe ſuper aquas in medio mundi loco, vna tantùm facie & regione habitabilem & cultum, torridam autem zonam penitus incultam: quod vratur colore: eamq; ob cauſam nullam nobis omnino poſſe eſſe viā ad alterum hemiſphærium ſubter nos, nullum tranſitum. Cùm autē omnes homines originē ducant ab Adam, & nullus ad oras illas peruenire potuiſſet ob torridæ zonę inacceſſum, apertè concludere exiſtimauit, non eſſe ſubter nos gentes vllas, imò nec terram: eſſéque merum commentum aſſerere eſſe deorſum alterum hemiſphærium, & antipodum habitationem, qui è regione nobis è contraria parte terræ aduerſis veſtigijs ſtent contra veſtigia noſtra. Duo principia ad aſtruendam opinionē ſuam ſumebat, vnum ex diuina ſcriptura ab eo perperam intellecto, vt oſtendimus, alterum ex deceptis mathematicis antiquis, aſſerētibus torridam zonam ſub æquinoctiali linea eſſe, omnino inhabitabilem & inacceſſibilem tam in terra, quàm in mari: quorum errorem noſtra hac, & patrum noſtrorum memoria Luſitani noſtri apertiſſimè oſtenderunt. Nauigantes enim ex hac noſtra Luſitania tranſierunt torridam zonam, ac penetrarūt vſque ad Gangē & Indum maximos fluuios, ditiſſimos & odoriferos Orientalium Indiarum campos alluentes, & vſque ad vltimum orbis terrarum, Oceani immenſitate traiecta, totumque mundum circumierunt in orbem, vbi alia ſydera, alios cœlos, alia maria, alias regiones abſconditas & inauditas inuenerunt, ad quas Chriſti Dei noſtri crucem ſignum noſtrarum victoriarū perduxerunt, eiuſque ſanctum euangelium longè latéque propagarunt. Imò ſub linea æquinoctiali, quo veteres putabant nullum eſſe acceſſum, eſt fertiliſſima diui Thomę inſula à noſtris hominibus inuenta, & habitata: qui ad continentem ſe conferunt ſæpenumero, vbi cum incolis ditiſſimis, puriſſimo auro abundantibus, ſub linea æquinoctiali degentibus, commerciū *Auguſt.*
habēt. At non eſt mirum, Procopium in hoc errore fuiſſe verſatum, cùm ante eum diuus Auguſtinus omni eruditione & ſapientia præditus in libro ſextodecimo de Ciuitate Dei dicat, nulla ratione credendum eſſe antipodes inueniri. Imò ante eum fuit in eadem opinione eloquentiſſi- *Firmia.*
mus Lactātius Firmianus libro tertio diuinarū inſtitutionum. Sed excuſandi ſunt tanti tamque graues viri propter principium aſſertione veterū ſcriptorum confirmatum, quò nitebantur: nimirum inter polum arcticum & antarcticum, quē Græci vocant antaxona, interfundi immenſum & intranſibilem Oceanum, & inhabitabilem impenetrabilemque zonam. Nec audiendus eſt Procopius in explanatione duorum locorum pſalmographi, vbi, ſuper non ſignificat ſitum deſuper, ſed ad latus, cū accipiatur pro iuxta, aut exuperantiam deſignet & ſuperlationem. Significat etiam ſecundum: vt pſalmo *Pſal. 109.*
109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordi-
nē Melchiſedech. Quē locū diuus Paulus in epi- *Hebr. 7.*
ſtola ad Hebræos de Chriſto interpretatur. Sed quoniā hæc vox על pro qua noſter interpres vertit ſecundum, ſignificat etiam ſuper, vt oſtendimus: poteſt rectè conuerti verſiculus hic: Tu es ſacerdos in æternum ſupra ordinem Melchiſe-

dech. Ac ſi diceret: ille fuit figura, tu es ſubſtan-
Gen.14. tia: ille vmbra, tu res ſolida: ille purus homo, tu
Deus & homo: ille, creatura, tu creator: ille rex
Salem, tu rex cœli & terræ: ille populum ſuum
rerum ſalutarium ſcientia inſtruebat, tu cunctis
nationibus viam ad conſequendam gloriam im
mortalem muniuiſti, admirabilia myſteria rerũ
ſanctiſſimarum aperuiſti, & ſcelera noſtra ſan-
guine tuo in crucis ara diffuſo expiaſti: ille panẽ
Gen.14. & vinum obtulit, tu te ipſum ſub panis & vini
Matt.26. ſpeciebus in admirabili ac ſacroſancto euchari-
ſtiæ ſacramento. Tu es igitur ſacerdos ſupra or-
dinem Melchiſedech. Septuaginta habent: κατὰ
Mar.14. τὴν τάξιν. Hoc eſt ſecundum ordinẽ. κατὰ enim
Luc.22. cum accuſatiuo ſignificat ſecundum, τάξις verò
2.Cor.11. ordinem, modum, officium, munus, inſtitutum:
quæ omnia huic loco conueniunt. Quare rectè
vertit ex Græco noſter interpres Latinus. Sed ſi
ad fontem acceſſeris, & Hebraicum cõſulueris,
videbis perſpicuè poſſe ita verti locum hũc: Tu
es ſacerdos in æternum ſuper ordinem Melchiſe-
dech: Qui dicit, ſuper, comprehendit, ſecundum,
& plus vltra. Si claris oculis hanc noſtram inter
pretationem aſpexeris, & candido animo perpẽ
deris, fortaſſe non tibi diſplicebit noſter labor.
Sumitur aliquãdo ſuper pro ad: vt Pſalmo quin-
quageſimoquarto. Veniat mors ſuper illos: &
deſcẽdãt in infernũ viuẽtes: Hoc eſt: veniat mors
ad illos. Pro veniat eſt in Hebraico verbũ Naxah
qđ ſignificat etiam tributũ exigere, & obliuiſci.
Quare poteſt quoque verti locus ille: Exigat tri
butum mors ab illis. Corruptio enim corporis
& exceſſus è vita tributum eſt, quod omnes ſu-
mus perſoluturi. Vel ſic: Obliuio mortis ſuper
illos: & deſcendant in infernum viuentes. Et ita
cohærent magnopere verba hæc: nam mortis o-
bliuio via eſt ad ſupplicia ęterna. Sumitur demũ
Eſai.22. vox hęc, ſuper, pro de: vt apud Eſaiã cap. 22. Noli
te incumbere, vt conſolemini me ſuper vaſtitate
filiæ populi mei. Ac ſi dicat: Nolite dare operam,
vt me mœrore leuetis, quo angor ſuper euerſio-
ne Hieroſolymæ patriæ meæ. Vbi, ſuper, accipi-
Vergili. tur pro de, cũ ablatiuo: vt apud Vergilium: Mul
ta ſuper Priamo, rogitans ſuper Hectore multa.
Hoc autem Danielis loco ſuperationem ſigni-
ficat.

Argumentũ capitis II.

Prodit memoriæ diuinus vates admirabile Nabuchodo noſoris inſomnium. Cùm rex ille cubitum diſceſſiſſet, eúmque arctus ſomnus complexus eſſet, incidit in viſum ſomnij, ex reliquijs inhærentibus earum rerum, quas vigilans cogitauerat. Sed ſomno ſolutus non potuit in memoriam reducere, quid ſomniauerat. Et accerſitis coniectoribus quærebat ab eis ſomnium, eiúſque interpretationem: qui reſponderunt, ſe poſſe ſomnium interpretatione explicare, ſi ipſe illud ad ſeipſos referret: ſin autem non referret, nullam eſſe mentis aciem tam perſpicacem, quæ illud poſſet intueri. Quare ira incenſus rex ſanxit edicto, vt omnes Babylonij ſapientes occiderentur. At Daniel diuino lumine illuſtratus indicat ei ſomniũ, eiúſque ſignificationem. Explicat rerum humanarum imbecillitatem, varietatem, & interitum, omnia mundi regna caduca eſſe, incerta, mobilia, & exitio ſubiecta: ſolum Chriſti regnum firmum eſſe & æternum, quod nec vetuſtate conſumitur, nec hominum interitu obruitur, nec vlla obliuione poſteritatis extinguitur.

CAPVT II.

IN ſecundo anno regni Nabu- A
chodonoſor, vidit Nabucho-
donoſor ſomniũ, & cõterritus
eſt ſpiritus eius: & ſomnium
effugit ab eo. Præcepit ergo rex, vt conuo
carẽtur arioli, & magi, & Chaldæi, & ma
lefici, vt iudicarent regi ſomnia ſua.
Qui cùm veniſſent, ſteterũt coram rege.
Et dixit ad eos rex: Vidi ſomnium, &
mente confuſus ignoro, quid viderim.
Reſponderúntque Chaldæi regi Syriacè.
Rex in ſempiternum viue: dic ſomnium
ſeruis tuis, & interpretationem eius indi-
cabimus. Et reſpondens rex ait Chaldæis:
Sermo receſsit à me. Niſi indicaueritis
mihi ſomnium, & coniecturam eius, peri
bitis vos, & domus veſtræ publicabũtur.
Si autem ſomnium & coniecturam eius
narraueritis, præmia, & dona, & honorẽ
multum accipietis à me.

EXPLANATIO.

In ſecundo anno regni Nabuchodonoſor. Incipien
ti mihi hoc ſecundum caput explanare, difficilis
quædam occurrit dubitatio. Qui fieri poteſt, vt
ſomnium hoc acciderit anno ſecundo regni Na
buchodonoſoris, cùm conſtet ex capite ſuperio-
re, pueros Hebræos exactis tribus annis ingreſ-
ſos ad regẽ in conſpectu eius extitiſſe? Quando
illi fuerunt è Iudæa Babylonẽ adducti, tenebat
clauum regni Nabuchodonoſor, vt cap. 1. teſta-
tus eſt Daniel: & tribus annis dederunt operam Dani.2
literis Chaldaicis: quibus elapſis inuenti ſunt ſa
pientiſſimi. Ac poſtea accidit ſomnium, quod
Daniel huic ſecundo capiti mandauit. Si hoc fa-
ctum fuit poſt annũ tertium, præter tempus quo
Nabuchodonoſor regnauerat, quomodo ait Da
niel factum fuiſſe anno ſecundo: Huic obiectio-
ni reſpondere poteris, hunc Nabuchodonoſorẽ
non eſſe eum, qui Danielem ſecum duxit ex Iu-
dæa, ſed filium eius, qui etiam vocatus eſt Nabu
chodonoſor. Huius Nabuchodonoſoris huius
nominis ſecundi meminit Beroſus lib. 1. hiſtoriæ
Chaldæorum, Megaſthenes Græcus libro quar- Beroſus.
to hiſtoriarum Indicarum, Metaſthenes Perſa li- Megaſ.
bro de iudicio temporum. Ioſephus libro deci- Metaſ.
mo Antiquitatum Iudaicarum. Philoſtratus in Ioſephus.
annalibus, & Diocles in libro coloniatũ. Omnes Philoſt.
enim Babyloniorum reges præter nomẽ natiuũ Diocle.
Nabuchodonoſores appellabantur, vt in expla- Theod.
natione in primum caput explicaui. Theodore-
tus tamen ait, nondum fuiſſe elapſos tres annos.
& hunc eſſe primum Nabuchodonoſorem, & ſe
cundum annum regni eius. Quæ autẽ dicta ſunt

capite,fuiſſe per recapitulationē,quę Græcè dicitur anacephalæoſis,figura in diuinis literis vſitata. Poſſumus dicere hūc Nabuchodonoſorē fuiſſe huius nominis primum,de quo Daniel 1. cap. locutus eſt,hunc autem annum ſecūdum numerari non à principio regni eius in Chaldæa, ſed à principio dominationis, quam monarchiam vocant,poſtquam Ammonitas,Moabitas,& Aegyptios ſuperauit, & in ditionem ſuam redegit, & rex maximus appellare decreuit. Hæc eſt D. Hieronymi ſententia, in qua videtur fuiſſe Flauius Ioſephus libro Antiquitatum Iudaicarum decimo,cuius hæc ſunt verba: poſt annum ſecundum Aegyptiacæ vaſtitatis rex Nabuchodonoſor vidit ſomnium valde admirabile. Quare hæc verba intelligenda ſunt de ſecundo anno ſi mirum tranſacto imperij primi Nabuchodonoſoris,quando ipſe de Aegyptijs ſuperbè triūphauit,eorumque veteres & illibatas diuitias in profundum cupiditatum ſuarum gurgitem profudit.

Hieron. Ioſephus.

Et conterritus eſt ſpiritus eius. Propter inſolitū viſum dormienti obiectum. Spiritus corporeus vehit ſpecies,quæ aſpiciūtur in ſomnio: ſi verò ille terrore confunditur,formæ illæ delentur,& euaneſcunt.

Et ſomnium eius fugit ab eo. Hoc eſt, & oblitus eſt inſomnij. Reminiſcebatur ſomniaſſe,ſed exciderat è memoria quid ſomniauerat. Voluit hoc Deus,vt diuina virtus oſtenderetur,& Daniel,eiuſque ſocij eſſent in honore conſtituti, nominiſq; amplitudinem & celebritatem conſequerētur. Eodē modo in Aegypto ob interpretationem ſomnij Pharaonis fuit Ioſeph illuſtrem dignitatem adeptus, & magnificis laudibus celebratus. Omnes hi in exilio detinebantur,abducti ex dulci patria,ſed ſapientia & honeſtate muniti vitæ curſum feliciter confecerūt. Vt peritus ac prudens gubernator etiam ſciſſo velo,& fracto malo,nauigat tamen ſæuiente procella reliquias nauigij accommodans ad curſum: ſic viri ſapientes & iuſti amputatis vitæ commodis,eiecti in exiliū in medijs calamitatibus & procellis ita nauigium vitę gubernant,vt ad quietis portū perueniant. Solent illi interdum in ærumnis verſari,ſed cùm ad Deum confugiant,admirabilem ſentiunt oblectationem, quia Deus eos qui ad ipſum aſpirant,in medio calamitatum conſolatur. Apparuit Iacob fugienti,iram fratris ſui declinanti, eique perfugium & ſolatium præbuit. Reliquerat Moſes patriam ſuam propter Deum, & cùm in terra Madian paſceret oues ſoceri ſui, venit ad montē Dei Oreb,vbi ei dominus apparuit,quem ſingulari conſolatione leniuit. Conſolatus eſt Dauidem in ſpelunca. Eliam in monte,tres pueros in camino ignis ardentis,Danielē in lacu leonum,Ionam in ventre ceti, Ioannem in inſula Pathmos,Petrum in carcere,Paulum in profundo mari,& alios prope infinitos, quos ſilentio prætereo,ne oratio mea infinita eſſe videatur. Ad Deum in acerbitatibus verſati animum tollebant,eum cōgitabant,in eo ſpem & cogitationem locantes,& ad eius miſericordiam admirabili amore inflammati confugientes. Hoc intuens pius miſericordiæ pater illos ærumnis leuauit, quoniam non eos deſtituit,qui fauore ipſius nituntur. Non fugiebat id pium Tobiam, cùm has voces emitteret: Hoc pro certo habet omnis,qui te colit,quia vita eius ſi in probatione fuerit, coronabitur,ſin autem in tribulatione,liberabitur:& ſi in correptione,ad miſericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris:quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymas & fletum exultationem infundis. Hæc ille. Quantùm eum calamitates angebāt,tātùm diuina ſolatia recreabāt. Id de ſeipſo teſtabatur Dauid dicens: Secundum multitudinem dolorum meorum in cordē meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Eodē modo apoſtolus capite primo epiſtolæ poſterioris ad Cor. 1. Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat cōſolatio noſtra. Sicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. Et Deus apud Eſaiam cap. 51: Ego,inquit,ego ipſe conſolabor vos. Et apud Ieremiam cap. 31. Conuertant luctum eorū in gaudium, & conſolabor eos,& lætificabo à dolore ſuo. Et diuus Paulus in epiſtola poſteriore ad Corinthios cap. primo de Deo loquens: Pater,inquit,miſericordiarū,& Deus totius cōſolationis; qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Non ſat exiſtimauit vocare eum patrem miſericordiæ,ſed miſericordiarum,nec Deū conſolationis,ſed totius conſolationis. Verùm cùm videamus aliquando viros virtute præcellentes, & omni ſapientia & nobilitate pręſtantes cruciatibus angi,indigniſſimis iniurijs affici,crudeliſſimis mœroribus torqueri,plorātes,afflictos,exules,omni humano auxilio deſtitutos,inſultantibus in eos hominibus impijs & ſceleratis,impellimur cum diuino ac regio vate has voces emittere: Vt quid domine receſſiſti longè,deſpicis in opportunitatibus,in tribulatione? Vel vt verti etiam poteſt: Abſcondis te in tempore afflictionis? Cauſa huius admirationis eſt ſumma Dei bonitas & clementia. Acſi dicat Dauid: Cùm tu domine ſis ſummè clemens,cur me derelinquis in ærumnis meis? Verſor in gemitu,fundo ad te pias preces,imploro auxilium tuum,& tu domine auertis à me faciem tuam,& abſcondis te,tempore mearum calamitatum. Vbi eſt clementia tua antiqua? Vbi eſt pietas tua omnibus te in afflictione inuocantibus multis in locis perſpecta & explorata? At ſi altè perpendamus,ſi cogitationē à ſenſibus abducamus,& mentis aciem ad intelligentiam reuocemus,videbimus apertè magnā viris pijs ac iuſtis vtilitatem ex vulneribus, doloribus,contumelijs,tormētis,calamitatibus oriri. Cognoſcitur eorū patientia, & in virtutibus conſtantia,ex quibus vera gloria efflorefcit & redundat: & illuſtrior illis corona meritorum cōficitur. Quemadmodum arcula cùm ſit plena monilibus aureis,& ſplendidis margaritis,quandiu clauſa eſt,parui penditur,tamē ab ijs,qui quid intus habeat,ignorāt: ſic vir tolerātia rerū humanarū munitus,& virtutū firmitudine roboratus in rebus ſecundis & ad volūtatē fluctibus: eſt veluti clauſus & incognitus,& ob eā cauſā contēptus. Et vt arcula vbi aperitur,& apparet inæſtimabilis theſaurus,in magno pretio habetur: ſic vir pius cùm vulneratur, vlceribus calamitatū agitatur, & iniurijs opprimitur, & ita veluti aper

Gene. 41. Similitudo. Gene. 31. Exod. 1. Exod. 1. 1. Re. 22. 3. Reg. 17. & 19. Dani. 3. Dani. 6. Ionas 2. Apoc. 1. Act. 12. 2. Cor. 11.

Tob. 3. Pſal. 93. 2. Cor. 1. Eſai. 51. Iere. 31. 2. Cor. 1. Pſal. 9. Similitudo.

apertus oſtendit pretioſos ſuarum virtutum theſauros, præconijs celebratur: alijs exempla præbet ſalutaria, ſibique nominis amplitudinem cõparat, & illuſtrẽ dignitatem. Aſpicis igitur Deũ (Habac. 3.) in calamitatibus noſtris vti pietate, etiam cùm in nos iram exercere videtur. Id intelligẽs Habacuch dicebat: Cùm iratus fueris miſericordiæ recordaberis. Vbi pro miſericordia eſt in Hebraico, Racham, quod etiã ſignificat amorẽ. Quare poterat verti locus ille: In ira recordaberis amoris, eius nimirum, quo eos qui tibi animum tra- (Ierem. 6.) dunt, teque vnice diligunt, proſequeris. Quanti æſtimanda ſit afflictio, indicat Deus apud Ieremiam capite 6. ijs verbis: Erudire Ieruſalem, ne forte recedat anima mea à te. Pro quo Septuaginta habent: Dolore & flagello erudieris Hieroſolyma, ne diſcedat anima mea à te. Multos ex Iſraelitis fide & religione præcellẽtes voluit Deus ad Gentes vanarũ ſuperſtitionum cultrices trãsferri captiuos, non vt eos perderet, qui ſolet afflictis opitulari, & innocẽtes ſuſcipere defẽdẽdos: ſed vt eos proſtratos & abiectos ſubleuaret, & per varias calamitatũ anguſtias ad gloriã duceret ſẽpiternã: & vt illi ipſius Dei fidẽ & religionẽ inter barbaras nationes prædicarent. Id intuens (Tob. 13.) animo Tobias omni ſapiẽtia & decore præſtante aiebat capite tertiodecimo. Confitemini domino filij Iſraelis, quoniã ideo diſperſit vos inter Gẽtes, quæ ignorant Deum, vt enarretis mirabilia eius, & faciatis ſcire eos, non eſſe alium Deũ præter illũ. Id Danieli inter alias, eiuſq; tribus ſocijs euenisse ex hoc loco percipimus, qui in exiliũ Babylonicum cõiecti omne ſtudiũ ac ingenium cõtulerũt ad veri Dei laudẽ gloriãq; celebrandã: quos Deus extulit ad veram dignitatẽ, de quibus nulla vnquam obmuteſcet vetuſtas. Ea enim reliquerunt monumenta, quæ vigebunt memoria omnium ſeculorum, quæ poſteritas celebrabit, quæ ipſa perpetuitas ſemper intuebitur.

Arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi. Quod diſ- (Hieron.) crimen ſit inter hos Babylonios ſapientes, indicat Hieronymus his verbis. Arioli ſunt, qui verbis rem peragunt: magi, qui de ſingulis philoſophantur: malefici, qui ſanguine vtuntũr & victimis, & corporibus mortuorum: Chaldæi, quos vulgus mathematicos vocat. Vt autem hæc radicitus intelligantur: mandabo ijs literis, quæ à varijs authoribus ſunt monimentis conſignata. Arioli qui ab Hebræis Cartummim, à Septuagin- (Auguſt.) ta Epaoidi, & vulgo incantatores dicuntur, du- (Plinius.) cunt originẽ, vt Auguſtinus, Plinius, Iuſtinus, & (Iuſtinus.) alij aiunt, à Zoroaſtre Bactrianorum rege, qui ſolus inter mortales vbi natus eſt, ſtatim riſit. Fuit illud prognoſticum futuræ eius ſtultitiæ, qui veterum aſtrologiam, quæ ſyderum conſideratione, & rationibus naturalibus nitebatur, primus ad peſtilẽtem dæmonum communicationem, & incantationum portenta detorſit. Magi qui ab Hebræis aſaphim, à Septuaginta magi vocãtur, (Origen.) erant illi, qui ſapientiæ ſtudio cõcitati de cauſis (Num. 22.) rerum omnium diſſerebãt. Hi, vt Origenes exiſtimat, inceperunt à Balahã, quẽ rex Moab acces- (Laerti.) ſiuit, vt maledictis & dirarũ enũtiatione filios Iſ- (Euſeb.) raelis execraretur. Diogenes Laertius horum (Philo.) principium refert in Zoroaſtrẽ Perſam, de quo meminit Euſebius Cæſarienſis lib. 1. de Præparatione euangelica. Philo in libro de ſpecialibus legibus: Magiam, inquit, veram, quæ eſt ſpeculatrix ſcientia, vt honeſtam expetendamque non plebeij ſolùm, ſed reges etiam Perſæ ſectãtur. Imò regnare nemo apud illos poteſt, niſi ſis magus, aut cum magis verſatus. Malefici qui ab Hebræis mecaſphim, à ſeptuaginta pharmaci, vulgo venefici & necromantici appellantur, ſunt, qui præſtigijs homines ſeducunt, & extis ac cadaueribus futura diuinare gloriantur, & manes inuocant, atque animas mortuorum. Hi dicuntur habuiſſe (Ciccus.) Cham præceptorem, vt ait Ciccus Aſculanus in (Serenus.) commentarijs in ſphæram, & Serenus Abbas a- (Caſſia.) pud Ioannem Caſſianum in octaua collatione. (Comeſt.) Petrus etiam Comeſtor in hiſtoria eccleſiaſtica ait hunc Cham filium Noë fuiſſe magicæ artis inuẽtorem. Chaldæi qui ab Hebræis Chaſdim, à Septuaginta Chaldæi dicuntur, ſunt Aſtronomi, & qui ex hora natiuitatis, vniuſcuiuſque ſuc- (Plinius.) ceſſum prædicunt. Hi authore Plinio initium (Philo.) ſumpſerunt à Belo Ioue primo aſtrorum ſcien- (Hieron.) tiæ inuentore: cuius meminit Philo in libro de Abraham, & Hieronymus in commentarijs in epiſtola ad Hebræos. Hæ artes aliquid habebant (Iuſtin.) boni, multa verò mala. Aſſerit Iuſtinus martyr in libro quæſtionum à Gentibus obiectarum, nunquam his artibus vſum fuiſſe Danielem, niſi in rebus illis, quæ à fide & religione non abhorrebant, quatenus ratione nitebantur, nõ quatenus mali aliquid continebant.

Somnia ſua. Quorum oblitus fuerat, & quæ in memoriam reuocare non poterat.

Et mente confuſus ignoro, quid viderim. Hoc eſt, & memoria conturbatus dum conor reminiſci ſomnij, quod excidit, non poſſum illud in memoriam reducere.

Reſponderúntque Chaldæi regi Syriacè. Hoc eſt, ſermone Babylonico, ſeu Chaldaico. Hucuſque ſcripſit Daniel ſermone Hebræo. Sed ab hoc loco, vſque ad viſionem tertij anni regis Baltaſſaris, quam vidit Suſis, lingua Chaldaica ſcripſit, quam Syriacam vocant, ſed literis Hebraicis. Viſio autem illa incipit capite octauo, quod iam ſcribitur Hebraicè.

Rex in ſempiternum viue. His blanditijs vtuntur ad beneuolentiam regis captandam & colligendam. Precabantur ei vitam longiſſimam in hoc ſeculo: quæ nunquam clauderet diem ſuum. Vel loquuntur de vita æterna in altero ſeculo. Nam multi ex ijs qui falſos ac commentitios deos colebant, & idola venerabantur, immortalitatem in altera vita viris iuſtis reſeruari putabant. Loquẽs Antiochus idolorum cultor de patre ſuo, qui ex hac vita migrauerat, vt 2. Machabæorum (2. Mac. 11.) libro proditum eſt capite 11. ait, patrẽ ſuum fuiſſe inter deos translatum. Et Romani veteres in exequijs funeris imperatoris de republica bene meriti, in illa vltimi diei celebritate tabernaculum conſtruebant, in quo erat aquila, cui ſupponebant ignem, quo illa exagitata volabat in ſublime, animam defuncti, vt ipſi credebãt, in cœlum adductura, vbi æternitatem adepta æuo ſempiterno frueretur. Author eſt Herodianus, quem citat Blondus li. 2. Romæ triumphantis. Hanc funebre magnificentiã aliqua ex parte celebraſ- (Herod.) ſe Troianos tradit 11. Aeneidos Vergil. Triſmegi- (Blondus.)

ſtus

mam rationis participem eſſe immortalẽ.Et in 1.
Vergil. Pymandri dialogo vbi ſe huius immortalitatis fa
Triſme. cit aſſertorem , loquens de ſeparatione animæ à
corpore:Tunc animus,inquit,harmoniæ motio
ne exutus ad optatam naturam reuertitur , vim
propriam habens,atq; vnà cũ his,quæ illic ſunt,
Pythag. patrẽ laudibus effert. Pythagoras & Thales Mi
Thales. leſius,vt Laertius ait,fuerunt immortalitatis ani
Laert. mæ acerrimi vindices & aſſertores.Euripides aſ-
Euripid. ſeueranter affirmat cælos eſſe æterna domicilia
Plutar. animarum beatarum.Plutarchus in oratione cõ
ſolatoria pulchra affert de æternis præmijs &
ſuppliciis in altera vita,quibus animorũ æterni-
Seneca. tas comprobatur.Similiter Seneca poëta in mul
Seneca. tis tragœdijs:& alter Seneca philoſophus in li-
bro de morte immatura , & in libro naturalium
Anaxar. quæſtionum , & in multis epiſtol.Anaxarchus,
Philo. vt refert Philo in libro,quod omnis probus liber
Bruſo. eſt,& poſt eum Bruſonius Conturſinus in libro
facetiarum & exemplorum 2.cùm à Necocreon
te Cypri tyranno tunderetur , ac verberaretur,
Cæde,inquit,cæde Anaxarchi corpus,nam Ana
xarchum non vulneras.Senſit vir egregius ani-
mam immortalem non cædi,etiam ſi corpus ver
Xiphil. beribus cęderetur.Idẽ narrat Xiphilinus de Thra
Petrus. ſea Petro,qui ſuæ ætatis Romanos fortitudine,
& rerum tolerantia ſuperabat. Nã cùm ei Nero
ferrum flammamq; minitaretur.Nero , inquit,
occidere corpus meum poteſt , me autem
lædere non poteſt,Aelianus in lib.11.variæ hiſto
riæ ſcriptum reliquit , interrogatum Cercidam
Aelian. Megapolitanum,qui morbo laborabat , num li-
benter migraret è vita:reſpondiſſe: Quidni? De
lector ſeparatione animę à corpore,quoniam ad
eas oras aſcẽdam,vbi videbo ex philoſophis Py-
thagoram,ex poetis Homerum,ex Muſicis Olim
pum,& alios viros in omni ſcientiarum genere
præſtantiſſimos,qui literarum monimentis no-
Niceph. men ſibi immortale pepererunt. Prodidit Nice-
pho.Calliſtus memoriæ lib. 11.hiſt.Eccle. fuiſſe
quendam Aegyptium,qui ſe ab hominum cœtu
in ſolitudinem receperat , huius veritatis adeò
aſſertorem , vt cùm ei quidam nuntiaret patris
mortem,reſponderet:Noli delirare:deſine impie
Manil. loqui,pater enim meus immortalis eſt.Manilius
Phocil. libro 4.animas aſſerit immortalitate muniri.Idẽ
Mirab. aſtruit Phocilides,quẽ ad hoc citat Dominicus
Mirand. Mirabellus.Zoroaſtres,quẽ refert Ioannes Picus
Iambl. Mirãdulanus , animas aiebat aligeras eſſe,& ad
Proclus. cælum ſolutas corpore volare.Iamblicus in vlti.
cap.de myſterijs eadẽ ſequitur ſententiã:in qua e-
tiam eſt Proclus Platonicus in libro de anima
& angelo,ita dicens : Non eſt naturale animis
vna cum corporibus ſemper vitam degere,& in
generatione verſari:imo ſeparata vita immate-
rialis & incorporea magis eſt animis conſenta-
nea.Et paulò pòſt:Sicut in cælo ſunt animæ iu-
ſtæ,in tartaro autem impiæ,ſic in generatione
plures quidem prauæ ſunt,paucæ autem probæ.
Saluſt. Saluſtius in bello Catilinario has voces literis
mandauit:Natura diuitiarum & formæ gloria
fluxa ac fragilis eſt:virtus clara æternaq; habe-
tur. Et alibi : Ingenij præclara facinora vti ani
Virgil. ma immortalia ſunt.Vergil.in 6. Aeneidos ani-
mas à corpore ſeparatas viuere affirmat. Eodem
modo Ouidius in 5.Metamorphoſeos.Sed prius
id dixit Homerus,qui animam Patrocli ad infe- *Ouidius.*
ros iuiſſe aſſeuerat : cuius ſententiam alij poetæ *Homer.*
ſecuti campos Eliſios excogitarunt. Academi-
ci Philoſophi,& multo certius & firmius Stoici,
vt ex eorum monimentis colligimus , aliam eſſe
vitam aiebant,alias ſedes,alias manſiones , alia
domicilia,vbi vnuſquiſq; iuxta opera ac merita
ſua aut præmio,aut pœna afficiebatur. Si in hac
vita legibus & pręmia propoſita sũt virtutibus,
& ſupplicia vitijs à viris,qui Remp.gubernandã
ſuſcipiunt,quanto magis in altera vita à Deo
iuſtiſſimo,cuius numine,æquitate,& prouiden-
tia mundus gubernatur ? Ac cùm hic multi viri
ſapientia & virtute præſtantes opprimantur,&
in gemitibus , angoribus,iniurijs,& varijs cala-
mitatibus verſentur, contrà verò multi flagitijs
irretiti , omniumque ſcelerum maculis imbuti
affluant diuitijs,honoribus,& dignitatibus , re-
busque vtantur ſecundis,& ad voluntatem fluẽ
tibus : non eſſe dubium , aiebant illi,quin eſſet
mundus alter,vbi viri pietate præcellentes æter
nis præmijs afficerẽtur , & admirabili ſplendore
immortalitatis pleniſſimo decorati,cæleſti glo-
ria,honorumque omnium abundantia cumula-
rẽtur:& vbi improbi vitijs maculati ſuorum fla-
gitiorum pœnas luerent,qui hic virtutum orna-
mentis nudati in ſceleribus volutantur. Cùm
philoſophi intelligerent Deum eſſe iuſtiſſimum
iudicem , rerum omnium moderatorem , cuius
ditione ac numine omnia gerũtur,cumque qua-
lis quiſque ſit, quid agat,& cogitet,intueri,pio-
rúmque & impiorum habere rationem , abſque
vlla controuerſia aſſerebant,eum vnicuique tri-
buturum eſſe,quod mereretur.Cùm autem id fieri
in hac vita minimè aliquando viderent,alteram
eſſe dicebant,in qua id fieret : ex quo animorum
immortalitatem rectè quidẽ & pręclarè collige-
bant.Hac eorum ratione ductus Mahometus ho
mo alioquin ſeductor & peſtilens,ſuis ſectatori-
bus præmia ſempiterna propoſuit : animarumq;
immortalitatis ſe præbuit aſſertorem.Id ait aper
tè Pius ſecundus pontifex maximus,Aeneas Syl-
uius antea vocatus in epiſtola,quam ad principẽ
Turcorũ miſit pietatis ac eruditionis pleniſſimã.
Empedocles authore Ariſtotele in libro de ve-
getabilibus feliciſſimum dixit appetitum æter-
næ felicitatis:cuius amore ſe in pyram proiecit,
vt dum corpus flammis expoſitum redigeretur
in cineres,anima volaret in cœlum,vbi immor-
talitate potiretur.Non me fugit dixiſſe nonnul-
los,illum etiam ob cauſam in ardentis Aetnæ ſpe
cum nocte intempeſta ſe inieciſſe , vt in cœlum
abiiſſe crederent,qui illum amplius non aſpice-
rent.Socrates authore Cicerone in prima quæ-
ſtione Tuſculana admirabilem ſe oſtendit im-
mortalitatis animorum vindicem & defenſorẽ,
duplices enim vias eorum è corpore migrantiũ
aſſeruit eſſe.Nam qui ſe vitijs polluerunt,& iura
diuina atque humana violarũt,ijs deuium quod-
dam iter eſſe à concilio beatorum.Qui autem ſe
integros caſtosque ſeruarunt,ſuntque,in hoc ſe
culo vitam cœlitum imitati,his ad ſedes beatiſ
ſimas,ad domicilia æterna reditum patere affir-
mabat.Is vt Plato teſtatũ reliquit , cùm ſe mor- *Plato.*
te mulctatũ aſpiceret,Magna,me,inquit,ſpes te-
net ô iudices , bene mihi euenire qd mittar ad

mortem. Et rogatus ab amico Critone quemad modum ſepeliri vellet: Multam, inquit, operam ô amici conſumpſi, quoniam Critoni non perſuaſi, me hinc auolaturum. Et priuſquàm venenum ſumeret, has voces emiſit. Quanti ęſtimatis colloqui in altera vita cùm Orpheo, Muſeo, Homero, Heſiodo viris omni ſapientia & nobilitate præſtantibus? Equidem ſæpe excedere è vita, ſi fieri poſſet, vellem, vt quę dico, poſſem inuenire. Quanta voluptate perfundar, cùm Palamedem, cùm Aiacem, cùm alios iudicio iniquorum damnatos conueniam? Qui multas eius de contemptione mortis, & de animi immortalitate ſenten-

Plato. tias ſcite voluerit, legat eius apologiam, & dialo-

Xenop. gos Platonis, & librum Xenophontis de dictis

Thera. & factis Socratis. Cùm Theramenes vir egregia laude cumulatus coniectus in carcerem iuſſu tyrannorum venenum vt ſitiens obduxiſſet, reliquum ita è ſcypho proiecit, vt ſonum redderet: quo effectò arridẽs: Propino, inquit, hoc Critię. Erat enim Critias ille, qui eum incredibili odio perſecutus, cædem illi fuerat machinatus. Soliti enim erant Græci inter epulas eum nominare, cui erant poculũ porrecturi. Nõ luderet vir illuſtris ampliſſimis conſtantiæ ornamentis decoratus, cùm ad exitum vitæ vocaretur, cùm iam pręcordijs conceptam mortem contineret, niſi eſſe animam immortalem intelligeret. Quid dicam

Plato. de Platone illo non ſolùm intelligendi, ſed etiã dicendi authore grauiſsimo, cuius opera ſunt & ſententiarum amplitudine, & maieſtate verborũ pleniſſima? Is in dialogis ſuis, præſertim in eo, qui inſcribitur Phędo, ſiue de animi immortalitate, multis eam rationibus comprobauit. Tantus fuit huius immortalitatis amor, quo multi flagrarunt, tanto ſtudio eius aſſequendæ exarſerunt, vt irruerent in interitũ voluntarium. Tanquam enim eſſent in cœlum ſtatim migraturi, ſe

Plutarc. ipſos occidebant: vt Cleantes, Chryſippus, & ex Romanis Cato Vticenſis Socraticæ traditionis imitator. Ait enim Plutarchus in eius vita, illũ priuſquàm ſibi manus intuliſſet, perlegiſſe Platonis librum de immortalitate animi, & ad cædẽ ſui ipſius philoſophi authoritate impulſum eſſe.

Lactan. Id feciſſe quoque Ambraciotem ait Lactantius Firmianus magni nominis ſcriptor in tertio diuinarũ inſtitutionũ: qui eodẽ libro perlecto præcipitẽ ſe dedit, vt animæ æternitate frueretur. Incidebãt illi in errorẽ intolerabilẽ, & inexpiabilẽ culpã, quoniã vetat dominãs ille in nobis Deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. Graue ſcelus eſt occidere ſe hominẽ, ſed mortẽ æquo animo tolerare laudabile eſt, & appetẽdũ. Debemus animũ in cuſtodia corporis retinere, nec iniuſſu eius à quo eſt creatus, eſt nobis ex hominũ vita migrandũ, ne munus aſſignatũ à Deo fugiſſe videamur. At ſi opus fuerit, debemus pro fide, & religione, & honore Chriſti ſãguinẽ fundere, ac magis gloriam eius, quàm vitã noſtrã æſtimare. Sed etſi illi in errore verſabantur, qđ irruerent in cę-

Xenop dem voluntariam, res tamen de animi immortalitate eos non fallebat. Xenophon in Pædia inducit Cyrum morti proximũ ita filijs ſuis loquentem: Nolite exiſtimare filij quos admirabili proſequor amore, me cùm ab hac vita migrauero, nuſquam aut nullum fore. Nam necdum vobiſcum communicabant, animum meum intuebamini, ſed corpus hoc eſſe eius domicilium intelligebatis. Eundem eum eſſe creditote, etiam ſi modo ſeparetur à corpore. Marcus ille Tullius *M. Tul.*

Latinorum decus, qui eloquentia & philoſophia non ſolùm homines ſui temporis, ſed etiam Romanorum omnium memoriam ſuperauit, in ſexto libro de republica Scipionem Africanum maiorem, qui iam exceſſerat è vita, in hunc modum loquentem facit: Sic habeto, omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certũ eſſe in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo ſempiterno fruantur. Et interrogatus viueretne ipſe, & alij, qui putabantur extincti: Imò verò, inquit, hi viuunt, qui ex corporũ vinculis tãquã è carcere euolauerunt. Veſtra verò quæ dicitur vita, mors eſt. Idem in oratione pro Seſtio: Corpus, inquit, hoc eſt mortale, animi verò motus ſempiterni. Et in libro de Vniuerſitate: Qui rectè & honeſtè curriculum viuendi à natura datũ confecerit, ad aſtra facile reuertetur, non qui aut immoderate, aut intemperanter vixerit. Et in libro de legibus ſecundo: Omnium animi ſunt immortales, ſed bonorum fortiúmque diuini. In hac fuerunt ſententia omnes magni philoſophi: qui autem ab ea diſcreparũt, ſemper apud viros ſapientes in ſilentio iacuerunt. Credebant viri illi virtutem eſſe immortalem: cùm autem virtus ſit habitus in anima, aiebant fieri non poſſe, quin anima eſſet immortalis. Deinde. Omne qđ eſt incorruptibile, vt eorum vtar ratiocinationibus, eſt immortale: atqui anima eſt incorruptibilis, eſt ergo immortalis. Huius argumentationis propoſitionem notam per ſe eſſe aiunt, aſſũptionem autem ita probant, Omne quod eſt corruptibile, aut eſt corpus aut accidens, quæ poſſũt propter contrarietatẽ corrumpi: cùm autem anima nec corpus ſit, nec accidens, ſed natura incorporea nulli contrarietati ſubiecta, apertè concludunt, eam eſſe incorruptibilem, & ex conſequente immortalem. Huc accedat locus ſeu centrum, in quo omnia quieſcunt: cùm autem anima noſtra non quieſcat in hac vita, fatendum eſt, eſſe alteram, vbi illa quieſcat, alioquin eſſet alijs creaturis infelicior. Præterea anima cum corpore copulata ab eo in vehemente rerum cœleſtium cõtemplatione quaſi ſeparatur, & ſuperans corporis ſtatum diuina ſpectat, ad quæ rapitur & aſpirat: & myſteria altiſſima intuetur, & gaudium contemplatur æternum, cuius deſiderio exardeſcit. Quid poteſt cogitare immortalia, niſi ipſum ſit immortale? Et quid poteſt ea concupiſcere, niſi ea poſſit cum diuino fauore adipiſci? His & alijs multis rationibus motus Pithagoras, Phere-

Pithag. cides, & infiniti alij philoſophi, qui ad veritatis

Pherec lucem mentis oculos reuocarunt, affirmarunt animam eſſe immortalem & hanc doctrinam, lõgè lateque propagauerunt. Hac cauſa inducti veteres Romani in ſepulchris literas ſculpebant deorum honori dedicatas, quibus animorum immortalitatem ſignificabant. Vidi ego hoc multis in locis, præſertim Romę, vbi cùm eſſem ordinis noſtri aduocatus, epitaphia, antiquitates, inſcriptiones vetuſtatis, & veterum monimenta conquirebam & inueſtigabam. Quid illę ſepulchrorum extructiones? Quid teſtamentorũ

diligen

diligentia? Quid propagatio nominis? Quid mortis deſpicientia? Quid elogia hominum ſignificabant, niſi eos futura cogitare, & immortalitate animorum commoneri? Hæc concitauit Marcum Curtium, vt pro ſalute patriæ ad mortẽ curreret certiſſimam: & duos Decios, vt ſe hoſtium telis obijcerent: & non ſolùm duces, ſed ipſos etiam exercitus, vt illuſtrem mortem ignominioſæ vitæ anteponere non dubitarent. Hæc mihi occurrerunt, quæ de animarum ratione participum immortalitate dicerem, ad eos cõuincẽdos, qui Gentium philoſophorum authoritate ducuntur. Sed ne aliquis dicat me relictis literis diuinis confugere ad humanas, probabo id paucis quibuſdam locis: dies enim me deſiceret, ſi omnia vellem citare, quibus hæc animi immortalitas comprobatur. Capite tertio Exodi, ſe vocat dominus Deum Abrahã, Iſaac, & Iacob. Atqui non eſt Deus mortuorũ, ſed viuentium: ergo illi poſt mortẽ viuunt. Hoc argumẽto vſus eſt Chriſtus dominus apud Matthæum cap. vigeſimo ſecundo. Tertio libro Regum cap 27. ſcriptum legimus dixiſſe Eliam, cùm ſuſcitare vellet filium hoſpitæ ſuæ: Domine Deus meus, reuertatur obſecro anima huius pueri in viſcera eius. Ergo anima illa à corpore ſeparata viuebat. Iuſtus Tobias verba hæc emiſit, quæ ſunt in ſecundo eius capite literis mandata: Filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt ijs, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. Et Salomon capite vltimo Eccleſiaſtis: Reuertatur puluis in terram ſuam, vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. In libro ſapiẽtiæ oſtenditur apertè tàm iuſtos quàm impios in altera vita eſſe, ex longa illa oratione, cap. 5. mandata, qua ibi damnati vtuntur. Chriſtus Ieſus diſcipulis ſuis dicebat capite decimo euangelij authore Matthæo: Nolite timere illos, qui occidũt corpus, animam autem nõ poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poſtquam occidit, habet poteſtatem mittendi in gehennam. Et apud Lucam capite 16. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Diuus Paulus in epiſtola poſteriore ad Corinthios: Scimus, inquit, quoniam ſi terreſtris domus diſſoluatur, quòd ædificationẽ habemus ex Deo domum non manufactam, ſed æternam in cælis. Et in epiſtola ad Philippenſes: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sanctorum doctorum auctoritates non cito ob earum infinitatem: pleni earum ſunt libri, plena eſt recentiũ memoria, & antiquorũ vetuſtas. Omnes enim id aſſeruerunt, qui nomen ſuum æternitati cõmmẽdarunt. Sed quid mirum id Chriſtianos non ſolùm fateri, ſed profiteri, cùm etiam Gentes à fide alienatæ id ſenſerint, quemadmodum ex hoc Danielis loco colligitur.

Exod. 3. | Matt. 22. | 3. Reg. 27. | Tob. 2. | Eccl. vlt. | Sap. 5. | Matt. 10. | Luc 16. | 2. Cor. 15. | Phili. 1.

Sermo receſſit à me. Hoc eſt, res ipſa mihi excidit ex memoria. Accipi ſermonem & verbum pro re oſtendimus capite ſuperiore in annotationibus ex Hebræo, verba illa explanantes: Omne verbum ſapientiæ. Eudoxus ita explanat: Memoriam viſionis non habeo: nec narrare poſſum.

Eudox.

Somnium & coniecturam eius. Hoc eſt, viſum in inſomnijs, eiúſque interpretationem, & explanationem.

Peribitis, & domus veſtræ publicabuntur. Interficiemini, & bona veſtra proſcribentur. Dura profectò aduerſus coniectores, & iniuſta lex, atque inhumana comminatio, deducta non à ratione, qua rex erat alienatus, ſed ab ira, qua erat incenſus. Qui fieri poterat, vt ſcientia humana poſſent illi conſequi, quid ille ſomniauerat? Et tamen non ſolùm interpretationem ſomnij, ſed ipſum ſomnium ab ipſis perquirebat.

Somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi. Reſponderunt: ſecundò, atque dixerunt. Rex ſomnium dicat ſeruis ſuis & interpretationem illius indicabimus. Reſpondítq; rex, & ait: Certè noui, quòd tẽpus redimitis, ſciẽtes quòd receſſerit à me ſermo. Si ergo ſomniũ nõ indicaueritis mihi, vna eſt de vobis ſentẽtia, quòd interpretationẽ quoque fallacẽ, & deceptione plenam compoſueritis, vt loquamini mihi donec tẽpus pertrãſeat. Somnium itaque dicite mihi, vt ſciam, quod interpretationem quoque eius loquamini. Reſpondentes ergo Chaldæi coram rege dixerũt: Nõ eſt homo ſuper terram, qui ſermonem tuũ ô rex poſsit implere. Sed nec regũ quiſquã magnus & potens verbũ huiuſcemodi ſciſcitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo. Sermo enĩ, quem tu quæris rex, grauis eſt, nec reperietur quiſquam, qui indicet illum in cõſpectu regis, exceptis dijs, quorũ non eſt cum hominibus conuerſatio. Quo audito rex in furore, & in ira magna præcepit, vt perirent omnes ſapientes Babylonis. Et egreſſa ſententia ſapientes interficiebantur: quærebantúrque Daniel & ſocij eius, vt perirent. Tunc Daniel requiſiuit de lege ac ſententia ab Arioch principe militiæ regis: qui ingreſſus fuerat ad interficiẽdos ſapientes Babylonis. Et interrogauit eum, qui à rege poteſtatem acceperat, quã ob cauſam tam crudelis ſentẽtia à facie regis eſſet egreſſa. Cùm ergo rẽ indicaſſet Arioch Danieli, Daniel ingreſſus rogauit regẽ, vt tempus daret ſibi ad ſolutionem indicandam regi. Et ingreſſus eſt domum ſuam, Ananiæque, & Miſaeli, & Azariæ ſocijs ſuis indicauit negotium, vt quærerent miſericordiam à facie Dei cœli ſuper ſacramento iſto: & non perirent Daniel & ſocij eius cum cęteris ſapientibus Babylonis. Tunc Daniel myſterium per viſionem nocte reuelatũ eſt. Et benedixit Daniel Deũ cæli: & locutus ait: Sit nomẽ domini benedictum à ſeculo, & vſque in ſeculum, quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. Et ipſe mutat tem-

pota & ætates:transfert regna, atque cõſtituit: dat ſapientiã ſapientibus, & ſcien tiam intelligentibus diſciplinam. Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta: & lux cum eo eſt. Tibi Deus patrum noſtrorum confiteor, téque laudo, quia ſapientiam & fortitudinẽ dediſti mihi. Et nunc oſtendiſti mihi, quæ rogauimus te, quia ſermonem regis aperuiſti nobis.

Somnium igitur. Vrgebat eos acriter rex tyrannum potius agens quàm regem. A iuſtitia recedebat, nulla æquitate vtebatur, nulla lenitate, nulla miſericordia, nulla ratione. Quare rex dici nullo modo merebatur. Saul cùm regnaret mul- *1.Reg.* tis annis, vt ex primo libro Regum conſtat & ex *Act.13.* cap. 13. Actorum apoſtolicorum, duobus tamen *1.Reg.13.* ſolùm dicitur regnaſſe capite 13. primi Regum. Nam illis tantùm iuſtis legibus & ſanctis inſtitutionibus rempublicã adminiſtrauit: non ſolùm hoſtes, ſed ſeipſum vicit, & in priſtina virtute permanſit. At cùm ſe ampliſsimis officiorum ornamentis ſpoliaret, & flagitijs irretiret, atque innocentem Dauidem ad ferrum flammámq; vocaret, nomen regis meritò amiſit. Fuerant hi ſapientes regi gratiſsimi, & vide, quam exigua cauſa eos ad perniciem vocet. Obtinuerant diuitias, honores, authoritatem, nominis amplitudinem: & hæc diu, & multo labore quæſita vna eripiebat hora. Aman qui ſumma gratia apud regem *Eſther. 6. & 7.* Aſſuerũ valebat, eodẽ die quo fuit ab Eſther ad ſplendidum conuiuium cum eodẽ rege vocatus, fuit ab eo occiſus, & ligno ſuſpenſus. Aegyptius *Gen.39.* qui emerat Ioſeph, quẽ magno fauore proſequebatur, eum ob coniugis dolum in carcerem coniecit. Serenitas hyemis, aura æſtiua quies maris, lunæ ſtatus, fauor principum, omnia hæc paria ſunt. Alexander Magnus Parmenionem, Philotam, Clitum, & Calliſthenẽ, quos ardenter amabat, in quos bene meritos quidem incredibilia beneficia contulerat, ita ab amicitia ſua diſiũxit, vt nunquam poſtea potuerint cum eo in gratiam reduci: imò fuerũt ab eo vita priuati. Lege Quin *Q. Cur.* tum Curtium, Plutarchum, Paulum Oroſiũ, qui *Plutarc.* hæc literis mandarunt. Nihil eſt voluntate prin- *Oroſius.* cipum mutabilius, nihil inconſtantius. Nulla molendinaria, nulla figuli aut currus rota eſt mobilior. Non plures habet colorum varietates menſis Martius, quàm mutationum principũ voluntas. Quare non in illis qui ſunt inſtabiles, ſed in *Malac.3.* Deo, qui ait apud Malachiam: Ego dominus, & non mutor, eſt fiducia noſtra collocanda.

Certè noui, quod tempus redimitis. Hoc eſt, verè ſcio vos tempus extendere, & deducere verborũ anfractibus, vt à manibus meis eripiamini. Vel ſic: Planè intelligo vos emere opportunitatem euadendi mortis periculum. Redimere tempus *Epheſ.5.* apud Paulum capite quinto epiſtolæ ad Epheſios eſt quærere & ſumere occaſionem euadendi à periculis: ita enim ait: Videte fratres, quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimentes tempus, quoniã dies mali ſunt. Quibus verbis docet eſſe nobis cautè ambulandum inſtar ſapientium viatorũ, qui diebus periculoſis vel propter aeris perturbationem, vel propter hominum inſidias iter facientes quærũt & veluti emunt opportunitatem euitandi pericula. Non expectant, vt ſibi occaſio occurrat, ſed ipſi eam emunt, vt in via proficiant. Itaque & apud apoſtolum, & hoc loco redimere tempus eſt occaſionem quærere declinandi pericula.

Non eſt homo ſuper terram. Acſi dicant: Humana à nobis require, non diuina: quæ naturaliter dici poſſunt, non quæ ſunt ſuper naturam, quæ humanam ſuperant ſapientiam. Non eſt in hac vita, qui quod poſtulas, valeat implere.

Exceptis dijs. Fatentur ſapientes Babylonij ſolius Dei eſſe præſcientiam futurorum. Etſi in multitudine deorum errabant, Deum tamen eſſe credebant omnia præterita, præſentia, futura cognoſcentem. Nemo eſt tam immanis & incultus, cuius animum non imbuerit alicuius Dei opinio.

Rex in furore & ira magna præcepit. Hoc eſt, cũ impetu, & vehemente indignatione. Accipitur in pro cum. vt capite ſexto epiſtolæ Pauli ad Ro *Rom.6.* manos: Stipendia enim peccati mors: gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. Acſi dicat: Præmium peccati eſt mors æterna: præmium autem gratię eſt vita æterna cum Chriſto Deo noſtro: Vel ſic: Stipendium peccati eſt exitium æternum: ſed vita æterna datur nobis ex gratia per Chriſtum Ieſum: noſtra enim opera ſine gratia vitam æternam non merẽtur. Vbi particula, in, accipitur pro per: vt capite primo ad Galatas: In me clarificabant Deum. Et *Galat.1.* capite primo ad Hebræos: Multifariam multiſq; modis olim Deus loquens patribus in prophe *Hebr.1.* tis: nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Hoc eſt, antiquis locutus eſt per prophetas, nobis autẽ per filiũ. Ita intelligunt nonnulli illud Gen. cap. 1. In principio creauit Deus cœlũ & terrã. Hoc eſt per principium, quod eſt Chriſtus. *Gen.1.* Ipſe enim apud Ioan. cap. 8. interrogatus quis eſſet: Principium, inquit, qui loquor vobis. Poterit igitur hoc Danielis loco particula in accipi pro cum, & pro per.

Præcepit, vt perirent. Intolerabilis ira profectò: cùm regem nihil minus deceat. Vt grandines & *Similitudo* & procellæ ſunt in parte aeris terræ proxima ac citima: in ſuprema autem non inueniuntur: ibi enim ſumma viget ſerenitas & placabilitas: ſic furor & ira & cæteræ huiuſmodi tempeſtates etſi perturbãt aliquãdo ſubditos, in dignitate tamen regia nõ debent inueniri, ſed ſecuritas & trãquillitas. Cùm Chriſtus ingredi vellet Hieroſolymã manſuetudine ſeptus, ait Matthæus cap. 21. imple *Matt.21.* tam fuiſſe hanc Zachariæ vaticinationem: Dici- *Zach.9.* te filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Caſtitas, abſtinentia, cæteræque huiuſmodi virtutes regi quatenus homo eſt, quemadmodum aliis congruunt hominibus: at mãſuetudo cum iuſtitia cõiũcta cõuenit illi, quatenus rex eſt. Ideo nõ ait: Ecce rex tuus venit tibi caſtus, & abſtinẽs, *Similitudo* ſed mãſuetus. Quẽadmodũ Saturnus qui ex ſtellis errantibus ſummũ tenet locũ, motu naturali tardiſſimè agitur in orbem: ſic qui eſt in excelſa dignitate cõſtitutus, nulla debet eſſe inſana ira-

cundia

dia cõcitatus, ſed leni animo ac remiſſo ad ſeue ritatem moueri, ne in re graui immanitate duca
Prou.27. tur,& temere præcipitetur. Nam vt ait in Prouer bus Salomon: Ita non habet miſericordiam,nec
Eccleſ.7. erumpens furor. Et in Eccleſiaſte: Ne ſis velox
Similitudo. ad iraſcendum. Vt muſicus citharœdus chordas diſſonantes non ſtatim reſecat,& abijcit, ſed ſen ſim intendens aut remittens ad concẽtus tempe rantiam adducit: ſic qui rempublicam guber nandam ſuſcepit,leniter debet eos corrigere,qui in crimen inciderunt, non intemperanter puni re,& protinus de medio tollere: niſi aliter exigat iuſtitia,cuius habenda eſt ratio,vt reſpublica cõ ſeruetur. Aliquãdo enim ſeueritate opus eſt. Sed debet princeps reos audire, & eũ implorantibus
Pſal.19. aures præbere. Id quod nos habemus in pſalmo. 19. Domine ſaluum fac regem, & exaudi nos in die,qua inuocauerimus te: poteſt rectè verti ex Hebræo: Domine ſaluum fac regem, qui exau diat nos, quacunque die inuocauerimus eum. Pe tebat populus à Deo regem, qui eos placatè e xaudiret.

Egreſſa ſententia ſapientes interficiebantur. Pro ſententia eſt in Chaldæo lex. Voluit impius ty rannus,vt eius ſententia pro lege haberetur. Sed videte,qualis fuerit ſentẽtia: crudeliſſima, & ex intolerabili ſuperbia & iracũdia deprompta. So let principatus ſecum ferre aliquando ſuperbiã, inſolentiam, immanitatem, & alias huiuſmodi peſtes, ijs præſertim, qui ſe exiſtimant eſſe ad om nia ſumma natos. His morbis obcæcati nonnul li principes non ſolùm ipſi in tenebris verſantur, ſed alijs ipſas tenebras offundunt: iacent omnia apud illos craſſa ac tetra caligine circũfuſa. Pro mittens Deus fore regem Hieroſolymæ ex pro genie Dauidis, hæc protulit verba cap. vndeci
3.Reg.11. mo libri tertij Regum mandata. Vt maneat lu cerna Dauid ſeruo meo cunctis diebus corã me in Ieruſalẽ. Lucernam appellat reges,quòd & ip ſi illuminati eſſe debeant,& alios ſapientia,iuſti
Matth.5. tia,virtute & exemplo illuminare. Ad eos illud poteſt accommodari, quod Deus eccleſiaſticis dixit pontificibus: Vos eſtis lux mundi. At illi non lux,ſed caligo dici merentur,qui effrenati ſi bique præſidentes peruertunt iura diuina atque humana, propter eum quem ſibi ipſi opinionis errore finxerunt principatum. Hinc efficitur, vt eorum decreta non leges aliquando,ſed monſtra & portenta dici mereantur. Lex domini,vt ait di
Pſal.18. uinus pſaltes,eſt immaculata, conuertẽs animas. Vel vt poteſt ex Hebræo transferri: Lex Dei eſt omnibus numeris abſoluta tranquillas reddens animas. Et ab ea omnes aliæ iuſtæ leges deriuan
Auguſt. tur,vt ait diuus Auguſtinus libro primo de libe ro arbitrio. Illud pſal.118. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi: poteſt rectiſſimè verti ex
Pſal.118. Hebræo: Ramos odio habui, & legẽ tuam dile xi. Nomẽ hoc ſeaphim quo ibi vtitur pſalmogra phus,iniquos ſignificat,& ramos. Leges huma nas ramos appellat, quòd à diuina lege tanquam rami ab arbore præcidantur. Sed quia Gentes i dolorum cultrices ſolebant legibus ſuis multa miſcere exectanda, ab omni ratione abhorrẽtia, aiebat diuinus vates ſe eas odiſſe, legẽ autẽ Dei amore proſecutum eſſe. Non oderat legẽ huma nam iuſtã,quæ eſt rationis diſpoſitio, & præcep tio in bonũ cõmune à republica lata, vel ab eo, qui eã gerendã curauit: ſed eas,quæ ſunt à ratio ne diſcrepãtes, & à lege diuina abhorrentes. Ac quoniã à Dei lege debent deduci, oportet eſſe le giſlatores ſapiẽtes. Lex enim iuſta quæ in ſapien tia nititur,eſt origo, à qua ciuitatis ſalus dima nat, iuxta id quod ait cap. Prouerb.13. Salomon: *Prou.13.*
Lex ſapientis fons vitæ. Huiuſmodi leges ſunt reipublicæ fundamenta. Id volens pſalmogra phus ſignificare, inducit amicos ſuos ita loquen *Pſal.10.*
tes: Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt. Pro quo poteris vertere: Quoniam fundamenta de ſtruxerunt. Id intuens animo Symmachus tran *Symm.*
ſtulit: quoniam leges deſtructæ ſunt: quam trã ſlationem refert Heſichius, & poſt eum Flami *Heſichi.*
nius. Et eodem modo tranſtulit Hieronymus. *Flamin.*
Vocabulum Hebræum ſignificat fundamenta: *Hieron.*
ſed quoniam per ea ſignificantur leges,potius ad ſenſum quàm ad verbum reſpicientes, leges po ſuerunt. Vt ædificia ſtabiliuntur firmis fundamẽ *Similitudo.*
tis: ita reſpublicæ iuſtis legibus. Non erunt autẽ inſtæ,niſi ab illa ſapientia deriuentur, quæ dicit, capite Prouerbiorum octauo: Per me reges re *Prou.8.*
gnant,& legum conditores iuſta decernunt. Ac quia lex Dei omnes alias leges facilè ſuperat, nar rat diuina ſcriptura capite vndecimo libri quarti *4.Reg.11.*
Regũ, fuiſſe principem Ioas productũ in mediũ populi à ſacerdote, qui poſuit ſuper eum diade ma & teſtimonium, & fuit illic in regia dignita te conſtitutus. Diadema erat corona regia,& te ſtimonium liber diuinæ legis. Quo die filius re gis gubernaculum regni accepit,fuit corona re gia redimitus, ſuper quã erat liber legis diuinæ. Intuere obſecro admirabilem illam religionis ce remoniam: cùm princeps in ſolio collocabatur regio, ponebat ei ſacerdos in capite diadema, qd erat inſigne regni,& ſuper illud librum diuinæ le gis,vt intelligeret,quanti eam deberet æſtimare, cùm ſuper diadema collocabatur in capite, vbi eſt ſedes memoriæ,ex qua illa nunquã ei excide ret, quin potius ille iuxta eã gubernaret. Et vt cle mentiã amplecteretur,oleo vngebatur,quo tran *1.Reg.10.*
quillitas & miſericordia ſignificantur: vt literæ diuinæ multis in locis prodiderunt. Volentes ve *4.Reg.9.*
teres Aegyptij innuere eſſe clementiam à rege mi rum in modum colendam, & immanitatem reij ciendam,& ab ea ſuperandam,ſceptrum regium habebant inſignitum in ſummitate capite cico niæ,per quam intelligebant pietatem, & in imo pede hippotami,per quem acerbitatem & erude litatem ſignificabant. Quoddam huiuſmodi ſce ptrũ fuiſſe Romæ ſculptum in tabula ænea anti qua, aſſerit in Hieroglyphicis Pierius Valeria *Pierius.*
nus. Sed quorſum quærimus ſymbola & obſcu ra Hieroglyphica, cũ apertè dicat in Prouerbiis *Prou.20.*
diuina ſcriptura capite 20. Miſericordia & veri *Prou.11.*
tas cuſtodiunt regẽ, & roboratur clementia thro nus eius. Et capite vndecimo: Clementia præpa rat vitam? De iuſto rege ait Eſaias capite decimo *Eſai.16.*
ſexto. Præparabitur in miſericordia ſolium,& ſe debit ſuper eo. Vbi miſericordia refertur ad re gẽ: etiam ſi poſſit ad Deũ referri,vt ſit ſenſus. Ob Dei miſericordiã præparabitur & ſtabilietur re gnum Dauidis. Iuſti qui miſericordiam ſibi ante oculos ponunt cum iuſtitia coniunctam, non fe cit iniuſta decreta: ſed impij,quibus Eſaias cap. *Eſai.10.*
decimo

decimo his verbis perpetuam perniciem minatur: Væ illis, qui condunt leges iniquas. Infelices illi ſunt, qui iracundia inflammati promulgant leges aſperas, ſanguine humano ſcriptas, & ſententias ferunt crudelitate plenas, cuiuſmodi fuit hæc Nabuchodonoſoris, vt ait hoc loco Daniel.

Quærebatúrque Daniel, & ſocii eius, vt perirent. Nimirum Ananias, Azarias, & Miſael: Omnes enim hi in numero ſapientium habebantur. Tãta erat perturbatio in aula regia, tam ſæua in ciuitate, & tam repentina tempeſtas, vt omnes qui ſapientes habebantur, ad cædem ſine culpa vlla quærerentur. Vt accidit aliquando, vt cœlo maximè tranquillo ſæua ſubitò & inexpectata oriatur procella: ſic in rebus mirum in modum ſecundis, & ad voluntatem fluentibus grauiſſima interdum & inopinata incidit rerum perturbatio. *Similitudo.*

Tunc Daniel requiſiuit de lege ac ſententia. Hoc eſt de decreto interficiendi omnes ſapiẽtes. Cùm enim non adeſſet cum alijs ſapientibus, quando rex de eorum cæde tulit ſententiam, voluit totã cauſam intelligere. Quare interrogauit Arioch principem carnificum, qui à rege iuſſus ingreſſus fuerat ad occidendos ſapientes: qua in re eã ob cauſam fortaſſe non multam adhibebat diligentiam & feſtinationem, quia inuitus exequebatur regis præceptum, cuius inſanã aſpiciebat immanitatem. Sed quæres: quare Daniel & ſocij eius non fuerint ingreſſi ad regem cum aliis ſapientibus, & lata ſententia iubebatur cum cæteris ad exitium vocari. Exiſtimo fuiſſe totum hoc Chaldæorum inuidia conflatum. Audientes enim omnes ſapientes à rege vocari, eiſque præmia proponi, ſi ſomnium interpretarentur, timuerunt, ne Daniel, cuius ſapientiam videbant, eos ſuperaret, eſſétq; ei palma in interpretatione ſomnij reſeruata. Et poſtea ob inuidiam fuit in foueam leonum coniectus. *Infrà 6.* Aſpice illorum hominum maleuolentiam, & inuidiæ vim. Ac illũ, quem ad præmium non vocarunt, ad mortem in iuſtam vocari volebant. Eſt inter mortales labes hæc & macula virtuti, ſapientiæ, proſperitati inuidere, & benefactorum florem infringere. Eſt enim inuidia ægritudo & dolor ex aliorũ rebus ſecundis animum crucians & transfigens. Quemadmodum lignum intra ſe gignit tineam, quæ illud lædit & corrumpit: ſic maleuolus in animo ſuo inuidentiam alit, quæ illum conficit, & exedit. *Similitudo.* Dum vir clarus multis laudibus admirandus ob egregias virtutes & rerum geſtarum gloriã, & inſignia eruditionis monumenta in hominũ cœtu celebratur, improbus inuidia motus ardet, & tabeſcit, & ad ſcelera nefaria incitatur. Nihil eſt, quod vehementius concitet ad impia facinora cõmittenda, quàm inuidia. Ea exagitatus diabolus vt capite tertio Geneſis memoriæ proditũ eſt, aggreſſus eſt Heuam in horto amœniſsimo, eíque perſuaſit, vt prohibitũ fructũ comederet, *Gen.3.* funeſtum illum quidẽ, atq; ærumnarum noſtrarum principiũ & fontem, ad quem illa Adamum primũ noſtrum parentem inuitauit. Excitata tẽtationis tempeſtate obtẽperauit ſtatim eorũ volũtas appetentiæ, corruit gratia, orta eſt mors, & admirabilia virtutum ornamenta ceciderunt. Id voluit diuina ſcriptura capite ſecundo libri Sap. ſignificare dicẽs: Inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarum. *Sap.2.* Inuidia exagitatus Cain fratri ſuo Abel innocentia inſigni exitium crudeliſſimum parauit. Eum appellat iuſtum Chriſtus apud Mattheũ capit. 23. & diuus Ioannes capite tertio primæ ſuæ epiſtolæ opera eius appellat iuſta. *Matt.23.* *1.Ioan 3.* Et Iudas Thadæus in canonica ſua: Væ illis, inquit, qui in via Cain abierunt. *Iud.1.* Filij Iacob fratrem ſuum Ioſeph virtute præditum, atque diuinis muneribus cumulatum, inuidia ducti vendiderunt: qui ob honeſtatem qua erat munitus, fuit in Aegypto in carcerem coniectus. *Gen.37.* *Gen.39.* In his calamitatibus verſatus, cùm eſſet munitus magnitudine animi, contemptione voluptatum, tolerantia rerum humanarum, virtutibus denique omnibus vt mœnibus ſeptus, nunquam fuit expugnatus, nec à gradu firmitudinis deiectus. De illo ait Pſalmo 104. diuinus citharœdus: Humiliauerũt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſit animam eius. *Pſal.104.* Acſi dicat: Fuerunt pedes eius vincti catenis ferreis, quorum dolor vſque ad animum eius penetrauit. Vel ferrum hoc eſt catena ferrea pertranſit animam eius, hoc eſt ipſum Ioſeph: ſolet enim lingua Hebræa animam accipere pro animante. Et in libro ſapientiæ de illo ſcriptum legimus: Hæc nimirum ſapientia venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum: deſcendítque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum. *Sap.10.* Cùm Dauid diuino auxilio fretus ſuperbum Goliam in ſingulari certamine occidiſſet, & de eo honorificè triumpharet, tanta inuidia incenſus eſt rex Saul, vt de eius cæde, qui pro ipſius vita ſe morti obieciſſet, cogitaret: præſertim cùm mulieres Hieroſolymitanas vidiſſet ob eius triumphum lætitia exultantes, eúmque in gloria militari ſibi ipſi præferentes. *1.Reg.17.* *2. Reg.18.* Videntes Scribæ & Phariſæi & princeps ſacerdotum magnificum Chriſti introitum in ciuitatem ſanctam, audientéſque pueros eius gloriam concinentes, clamantes: Oſana filio Dauidis, non potuerunt eius gloriam æquo animo tolerare. *Matt.21.* *Luc 19.* Aſpicientes illuſtria eius miracula diuinitatem ipſius teſtificantia, tanto ardebant odio, tanta inflãmabantur inuidia, vt eum eam ob cauſam decernerent interficere, ob quã ſumma obſeruantia eum colere deberent. Et colligentes concilium dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? *Ioan.11.* Ideò Euangeliſta hæc verba literis mãdauit: Sciebat Pilatus, quod per inuidiam tradidiſſent eum. *Mar.15.* Quantò virtus alicuius eſt illuſtrior, tantò in illum vehementiore flamma ardet inuidia. Vt fulmen altiora petit faſtigia, quæ feriat: ſic inuidia ſublimiorem gloriam inſectatur, vt eam deiiciat. *Simile.* Hac concitati improbi homines ſanctos Chriſti Apoſtolos & martyres fide, religione, omníque virtutum genere excellentes variis ſupplicijs affecerunt. Hæc Apoſtolorum imitatores Athanaſium, Chryſoſtomum, Hilarium, & multos alios omni ſapientia & nobilitate præſtantes eiecit in exilium. Magnorũ virorũ virtutẽ imitatione dignam, non inuidia, inuidi homines odio proſequantur. Nec ſolùm poſt Euangelium, ſed etiam vigente vetere lege. Vnde Apoſtolus capite vndecimo epiſtolæ ad Hebræos: Alij inquit, ludibria, *Heb.11.*

& ver

& verbera experti, inſuper & vincula & carce-
res, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occi-
ſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melo-
tis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, affli-
cti, quibus dignus non erat mundus. Hæc ille.
At viri illi calamitatibus illis affecti nec ærum-
noſi erant, nec infelices. Nam non magnitudo
animi eorum torquebatur, non fides, non reli-
gio, non conſtantia: non denique animi ipſi cru
ciabantur, qui benefactorum rerúmque præcla-
rè geſtarum præſidio muniti, cùm corpora expu-
gnarentur, expugnari, profectò ipſi nunquam
potuerunt. Iactas ab impiis nefarias in ſeipſos in-
iurias intelligebant, peruenisſe ad ſeipſos nun-
quam putarunt. Si voluerimus ad monumenta
vetuſtatis reſpicere, & humanarum hiſtoriarum
repetere memoriam, videbimus eiectos fuiſſe in
exilium ex Romanis Scipionem Africanũ, Mar-
cum Tullium, Aeneum Senecam Corduben-
ſem, quorum primus fuit decus rei militaris, al-
ter eloquentiæ, tertius philoſophiæ. Atheniẽn-
ſes expulerunt patria Themiſtoclẽ & Ariſtidem
duo lumina Græciæ. Lacedæmones Demarathũ
& Lycurgum, alterum ſtrenuum ducem, alte-
rum inſignem legislatorem. Ex Sicilia fuerunt
relegati Philiſtus hiſtoricus, & Dion Syracuſa-
nus philoſophus, magni nominis authores. Le-
Plutarc. ge Plutarchum, Titum Liuium, Suetonium Trã-
Liuius. quillum, Dionem Caſsium, Aelium Spartia-
Sueton. num, Iulium Capitolinum, Trebelium Pollio-
Dion. nem, Flauium Syracuſanum, Polybium, Appia-
Caſsi. num Alexandrinum, & alios hiſtoricos, & inue-
Spartia. nies infinitos viros de republica benemeritos,
Capit. honeſtate, eruditione, & rerum geſtarum gloria
Trebel. præſtantes, fuiſſe à ſuis ciuibus contumelijs in-
Flauius. credibilibus affectos, & patria pulſos. Dies me
Polyb. deficeret, ſi eos omnes vellem numerare, qui ob
Appia. rectè facta fuerunt per improborum inuidiã in-
tolerandis calamitatibus oppreſsi. Legimus hoc
in libris, & aſpicimus illud oculis noſtris mœro-
rem augentibus, qui quæ alij audiunt, ipſi intue-
ri coguntur. Eſt ſine dubitatione vitæ præſtan-
tis ſtatua multis inuidiæ telis expoſitus, & innu-
meris aliquando ærumnis afflictus. Hoc intellige
bant veteres Romani, qui victores in triumphis
geſtabant monile quoddam, cordis habens effi-
giem, in quo remedia includebãt, quæ aduerſus
inuidiam valere putabant: vt ait in Hierogly-
Pierius. phicis Pierius Valerianus. Appellabatur bulla
Auſon. monile illud inuentum à Pythagora, vt aſſerit
Auſonius. Magna profectò peſtis eſt inuidia, quę
dum alijs damnum inferre conatur, poſſeſſorem
ſuum interficit, cùm illum rebus aliorum ſœcun-
Similitudo. dis tabeſcere facit. Vt qui lippitudine & oculo-
rũ morbo laborant, lucem reſpuunt, tenebris au-
tem oblectantur: ſic inuidi proſperitatem alio-
rum nolunt intueri, eorum verò calamitatibus
exultant. O inſaniam intolerandam! Quid poteſt
inſipientius excogitari homine inuido? Alit amẽs
in corde rabidos inuidiæ motus, qui eũ dilaniãt,
ſimilis Actæoni; qui à canibus quos alebat, fuit
dilaceratus, vt viri docti fictis fabulis memoriæ
prodiderunt. Qua de re poteris videre Fulgentiũ
Fulgen. in Mythologijs, & Apollonium libro 4. Dum
Apoll. Crocodilus in Nili littore ſomno ſopitus dor-
Similitudo. mit: habet os apertum: cùm autẽ ſit animal va-
ſtum, ingreditur beſtiola quædam per os eius, vt
Plinius teſtatur, quæ ipſius viſcera conſumit, & *Plinius.*
transfigit. Ita dũ homo odio torpeſcit, ingreditur
in cor eius inuidia, quæ illum lacerat, & corro-
dit. Ex quo eum maiore pœna dignum poteris iu
dicare, quàm Crocodilum: nam hic damnum
ſuum admittit dormiens, ille vero vigilans. Niſi
dicas, Crocodilum eſſe ſomno corporis captũ,
inuidum verò ſopore ignorantiæ ſopitum. Sed
non rectè poteſt dici dormiens, qui ad aliorum
vigilat perniciem & ſeipſum cruciat. Alia vitia
poſſunt aliquam voluptatẽ ſecũ ferre, inuidia nul
lam. Quare nullam habent excuſationem. In epi
ſtola ad Demetriadẽ ait ita diuus Hieronymus: *Hieron.*
Oro te, quid inuido delectationis præſtet inui-
dia, quem ſecretis quibuſdam conſcientiæ vngu
lis liuor ipſe diſcerpit, & alienam felicitatem, tor
mentum facit? Magnus Baſilius inuidum cum *Baſilius.*
vipera cõparauit, vt enim illa concipit prolem, *Similitudo.*
quæ vt aiunt, ſibi ventrem abrumpit, vt exeant:
ſic inuidus inuidiam gignit, quem cor ſibi corro
dit, & exulcerat. Chryſoſtomus virum beneuo- *Chryſo.*
lum confert cum columna recta, inuidum verò *Similitudo*
cum obliqua ruinam minante. Nam quemad-
modum columna recta pondere confirmatur, o-
bliqua verò eo vadit ad latus, & concidit: ſic be-
nignus & pius homo aliorum benefactis robora
tur, quibus inuidus tabeſcit, & ruinam parat in
ſeipſum. Alanus in libro de planctu naturę his *Alanus.*
verbis inuidiã definit: Ea eſt erroneæ cæcitatis
abyſſus, humanæ mentis infernus, contentionis
ſtimulus, corruptionis aculeus. Menander inui- *Menan.*
dũ hoſtem ſui ipſius vocat. Socrates inuidiã ani *Socrat.*
mi ſerram appellat: alij venenum peſtiferũ mul-
tis naſcens in locis. Nam vt Plutarchus, etſi poſ- *Plutar.*
ſumus inuenire regionem, vbi non naſcantur ve
nena, non tamen regionem, quę non alat inui-
diã. At nos deteſtemur illam: nam vt capite 17. *Diſsim.*
Prouerbiorum ait Salomon, qui ruina lætatur al *Prou.17.*
terius, non erit impunitus. Et capite vigeſimoter *Prou.23.*
tio: Ne comedas cum homine inuido, & ne deſi *Gal.5.*
deres cibos eius. Et diuus Paulus cap. 5. epiſt. ad
Gal. Non efficiamini, inquit, inanis gloriæ cupi-
di, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et *1.Pet.2.*
diuus Petrus ſecundo capite prioris ſuæ canoni-
cæ: Deponite omnem malitiam & inuidias, &
omnes detractiones, ſicut modò geniti infantes.
Execremur igitur hanc peſtem, hanc hydrã mul
torum capitum, hanc Lernam malorum. Et cha-
ritatem amplexantes nulla vi labefactãdam, de-
mus operam, ne animum, in quo eſt veræ nobili
tatis ſedes & domicilium, inuidentia & maleuo-
lentia deformemus.

Tam crudelis ſententia à facie regis eſſet egreſſa.
Hoc eſt, à præſentia eius. Accipi faciem pro præ-
ſentia indicat pſalmographus, cùm ait: Non eſt *Pſal.37.*
ſanitas in carne mea à facie irę tuæ. Hoc eſt, pro-
pter præſentiam iræ tuæ. Et ſtatim: Non eſt pax
oſsibus meis à facie peccatorum meorum. Et
paulò poſt: Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatri
ces meæ à facie inſipientiæ meæ. Cicatrices ap-
pellat peſtilentes affectiones, quas cũ ſanatas eſ-
ſe putamus, ita ſæpe corruptas inuenimus pro-
pter inſcitiam noſtram, vt peiore loco videamus
eſſe noſtrã ſalutẽ, quàm antea. Vel accipitur hoc
Danielis loco facies ꝓ ira. Interrogauit enim Da

niel principem carnificum, cur tam immane de-
cretum ab ira regis egreſſum eſſet. Accipi autem
faciem pro ira indicat ſcriptura multis in locis.
Cùm Agar affligeretur à Sarai, conieci ſe in fu-
Gene.16. gam; & interrogata ab angelo vnde veniret: A
facie, inquit, Sarai dominæ meæ ego fugio. Hoc
Leu.20. eſt, ab ira eius declino. Eodem modo Leuitici vi
geſimo: Ego ponam faciem meam contra illum,
ait dominus. Et capite vigeſimoprimo libri pri-
1.Reg.21. mi Regum: Fugit in die illa Dauid à facie Sau-
Pſal.50. lis. Et pſalmo. 50. Auerte faciem tuam à pecca-
Ioan.2. tis meis. Et Ionæ ſecundo: Surrexit Ionas, vt fu-
geret in Tharſis à facie domini. Vbi facies acci-
pitur pro ira. Aut fortaſſe pro præſentia, & do-
minus ꝓ propitiatorio in arca Dei: vt ſit ſenſus:
Surrexit Ionas, vt fugeret à terra ſancta, vbi con-
ſpiciebatur propiciatorium in arca Dei. Vel à fa-
cie regis: hoc eſt eius animo: pro eo enim acci-
Iob.23. pitur aliquando facies; vt apud Iob capite vige-
Pſal.9. ſimotertio. Nec faciem meam operuit caligo:
Hoc eſt, nec tenebræ cooperuerũt animum meũ.
Et pſalmo nono: Auferuntur iudicia tua à facie
eius. Et paulo pòſt: Auertit faciem ſuam, ne vi-
deat in finem. Impij enim tenebris circumfuſi
animum auertunt à luce propter mundi poten-
tiam & voluptatem, quibus elati perpetuam ſibi
Ier.5. felicitatem pollicentur. Et Ieremias capite quin
to: Indurauerunt, inquit, facies ſuas ſupra pe-
tram. Hoc eſt corda ſua ſaxis duriora reddide-
runt. Poteſt hoc Danielis loco ſumi facies pro o-
re, vt ſit ſenſus: Quare tam aſpera & inhumana
ſententia exit ab ore regis? Ita accipitur primo
Eſther.1. capite Eſther, vbi Mamucham dixit regi Aſſue-
ro: Si tibi placet, egrediatur edictum à facie
tua.

Daniel ingreſſus. Subaudi ad regem Nabucho-
donoſorẽ, à quo petijt, vt daret ſibi tempus ad ſo
lutionem ſomnij aperiendam. Fiſus diuinæ mi-
ſericordiæ tempus poſtulauit: non quòd crede-
ret, ſe ingenij acumine, mentíſque perſpicacita-
te ſomnium regis, eiúſque interpretationem in-
uenturum, ſed vt pias ac ardentes preces funde-
ret ad Deum, cuius pietate nitebatur. Omnem
nanque ſpem, mentem & cogitationem in Deo
figebat ac locabat.

Ad ſolutionem indicandam. Ad ſomnium, eiúſq;
interpretationem exponendum.

Ingreſſus eſt domum ſuam. Vt ſcilicet totum ne-
gotium ſociis ſuis indicaret, eóſque ad preces ad
dominum emittendas hortaretur, & vt ipſe ap-
tius Deum oraret, ardentiores preces in cœlum
profunderet, altiſſimæ contemplationi quietius
ſe dederet, & inanis gloriæ tumuſculos effuge-
ret. Ait enim dominus Ieſus Chriſtus in euange-
Matt.6. lio: Cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, &
clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcõdito. Cùm
nos viderimus periculis cinctos, & in ærumnis
verſatos, ſtatim eſt nobis ad obſecrationes con-
fugiendum, quibus diuinum numen ſceleribus
noſtris violatum placare conemur. Magna eſt
Ioan.16. ꝓcationũ vis: ait enim dominus apud Ioã. 16. Si
Matt.7. quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vo-
bis. Et apud Matthæum 7. Petite, & dabitur vo-
Matt.21. bis, omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit,
inuenit, & pulſanti aperietur. Et capite vigeſi-
moprimo. Omnia quæcunque petieritis in ora-
tione credentes, accipietis. Et in pſalmo quadra- *Pſal.49.*
geſimonono. Inuoca me in die tribulationis, e- *Pſal.80.*
ruam te: Et pſalmo 80. In tribulatione inuocaſti
me, & liberaui te. Et paulò poſt: Dilata os tuũ,
& implebo illud. Hoc eſt, pete, & dabo tibi. Cùm *Gen.48.*
Iacob ad exitum vitæ vocaretur, in hunc modũ
filium ſuum Iacob allocutus eſt, vt capite Gene
ſis quadrageſimooctauo memoriæ proditum eſt:
Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam
tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.
Nuſquam legimus niſi hoc loco hunc ſanctum
patriarcham bellum geſsiſſe: fortaſſe quia arma
quibus partem illam nimirum Sichimam abſtu-
lit de manu Amorrhæorum, fuerunt obteſtatio-
nes & preces. Nam paraphraſis Chaldaica diffi-
cilium explanatrix locorum habet: Quam tuli
de manu Amorrhæi oratione mea & deprecatio
ne mea. Arma fortiſsima quibus hoſtes & ani-
mæ & corporis ſuperamus, ſunt piæ & ardentes
precationes. Quod ferrum, qui gladij, quæ tela,
quæ machinæ bellicæ poſſunt cum his armis cõ-
parari? Hæc non ſolùm res creatas, ſed ipſum
creatorem quodammodo vincere videntur. Vte
batur Moſes armis, obſecrans Deum, vt populo
Iſraelitico delicta cõdonaret: cui Deus dixit: Di *Exod.32.*
mitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos.
Nónne vides eſſe Deum quaſi deuinctum preci-
bus Moſis: Explanans verba hæc Hieronymus *Hieron.*
in epiſtola ad Gaudentium: Quando, inquit,
Deus dicit: Dimitte me, oſtendit ſe teneri poſ-
ſe, ne faciat, quod minatus eſt. Dei potentiam
ſerui preces impediebant. Hactenus ille. Eodem
modo angelus qui iam cum Iacob luctabatur, de
quo ait ſcriptura Geneſis capite trigeſimoſecun *Gene.32.*
do. Ecce vir luctabatur cum eo vſque mane, di-
xit ei: Dimitte me, iam enim aſcendit aurora.
Cui Iacob: Non dimittam, inquit, te, niſi bene-
dixeris mihi. Qui benedixit ei. Et dixit Iacob:
Vidi Deum facie ad faciem. Quæ lucta eſt hæc,
quæ palæſtra cum Deo, niſi continua & vehe-
mens deprecatio? Hęc ita Deum tenet, vt dicat
ipſe: Dimitte me, quia aſcendit aurora. Illud ve-
lim tibi perſuadeas, vim hanc obſecrationis de
illa eſſe intelligendam, quam humiles & ſuppli-
ces homines emittunt. Loquens Iudith cum *Iudit.9.*
Deo aiebat: Humilium & manſuetorum ſem-
per tibi placuit deprecatio. Et diuinus pſaltes: *Pſal.101.*
Reſpexit Deus in orationem humilium, & non
ſpreuit preces eorum. Et Eccleſiaſticus: Oratio *Eccle.35.*
humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec pro-
pinquet, non quieſcet: & non diſcedet, donec al-
tiſsimus aſpiciat. Illud pſalmographi: Non ſpre- *Pſal.21.*
uit, nec deſpexit deprecationem pauperis: poteſt
verti: Non contempſit, nec aſpernatus eſt pre-
ces humilis. Vocabulum enim Hebræum & pau
perẽ ſignificat, & humilem. Sed huiuſmodi pre-
ces debent eſſe non ſolùm ore prolatæ, ſed ex in-
timo cordis deprõptæ. Id intelligens diuinus ac
regius vates aiebat: Deprecatus ſum faciem tuã
in toto corde meo. Et iterum: Clamaui in toto *Pſal.118.*
corde meo, exaudi me domine. Illorum preces
qui ſe ſceleribus contaminant, qui effrenati ſibí-
que præſidentes nolunt in gyrum duci rationis,
ſed permanent in flagitiis obſtinati, non vult do-
minus exaudire. Ipſe enim ait apud Eſaiam pri- *Eſai.1.*
mo capite: Cùm extenderitis manus veſtras, a-
uertam

uertam oculos meos à vobis. Hoceſt cũ preces
fuderitis:ſolent enim Deum obſectantes manus
extollere ad cœlnm. Etſtatim veluti ſeipſum ex-
plicans:Et cùm multiplicaueritis,inquit,oratio-
nem,non exaudiam:manus enim veſtræ ſangui-
ne pleoæ ſunt.Hoc eſt,quia opera veſtra ſunt ſce
Thre.3. lere inquinata. Et Ietemias in populi flagitiis
coutaminati perſuna cum Deo luquens:Oppo-
ſuiſti,inquit, nubem,ne tranſeat oratio. Pecca-
tum nuſtrum nubes eſt impediens obſecratiunis
effectum,cohibens ingreſſum eius in cœlum. A-
liquando etiam ideo nun exaudimur, quia quæ
nubis minimè cunueniunt,poſtulamus,iuxta il-
Matth. 20. lud ſeruatoris nuſtri apud Matthæum 20. Neſci
Iacob.4. tis, quid petatis. Et illud Iacobi apoſtu: Petitis,
& non accipitis, eò quòd malè petatis. De iuſtis
verò qui iuſta,hunesta, & vtilia petunt, ait Da-
Eſai.33. uid pſalmo trigeſimotertio. Clamauerunt iuſti,
& duminus exaudiuit eus, & ex omnibus tribu-
lationibus eorum liberauit eos. Sed dices. Quid?
Nónne ipſe Dauid iuſtus erat? Núnne petebat à
Deu, vt eum à calamitatibus eriperet? Quis du-
bitat? Et tamen multis annis in illis verſatus has
lamẽtabiles voces ex magnitudine cruciatuum
Pſal.87. depromptas pſalmu 87. exprimebat. Super me
cunfirmatus eſt furur tuus:& umnes fluctus tuos
iuduxiſti ſuper me. Vbi per fluctus acerbas intel
ligit calamitates. Et videns ſe vudis & procellis
rerum aduerſarum penè obrutum, & à propriis
amicis derelictum, aiebat: Longè feciſti nutus
meos à me, poſuerunt me abominatiunem ſibi.
Cernebat ſe in gemitu, luctu,& piis quetelis vet
ſatum,nullúmque ſuarum precum uptatum effe
ctum conſecutum:quam ob cauſam nulla inter-
poſita conſulatiune dicebat: Vt quid domine re-
pellis oratiuuem meam? Auertis faciem tuam à
me. Pauper ſum ego,& in labotibus à iuuentute
mea:exaltatus autem, humiliatus, & conturba-
tus. In me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui
cõturbauerunt me. His verbis exaggerabat pius
ac mœſtus vit ſuarum calamitatum magnitudi-
nem, quarum leuamen non intuebatur. Ad id
peruenit ætumnarum, vt qui mala ſibi vellent
precari, dicerent: Si hoc feceto,incidam in cala-
mitates Dauidis. Intuere animu inſignem pieta-
te & magnitudine animi virum, qui ob incredi-
biles afflictiunes & aduerſarum rerum anguſtias
traducebatut in fabulam. Id voluit ipſe ſignifica
Pſal.101. re pſalmu 101. cùm dixit: Tota die exprobabant
mihi inimici mei, & inſultantes mihi per me iu-
rabant. Pro quo noſtra editio vulgata, & rectè
etiam habet: Et qui mè laudabant,aduerſum me
iurabant. Vt coniuratio in ipſum ſignificetur.
Iob 13. Iob ſingulari virtute præditus in tut incidit mi-
ſerias, tot, tantíſque fuit tormentutum ictibus
vulneratus, vt plenus lamentis & querimuniis
has flebiles voces ad dominum prufunderet:
Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me ini
micum tuum? Cuntra folium quud vento rapi-
tur,oſtẽdis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam
perſequeris. Multos alios præclarus viros vitã ad
certam rationis normã dirigentes, & momenta
officiorum ponderantes videmus calamitatibus
preſſos ad Deum pios & vehementes clamores
tollere, & ab eo haudquaquam audiri, quò ad
ſuatum obſectationum deſideratum effectum

obtinendum. Eus quorum continentiam,forti-
tudinem,ieiunia,ſuſpiria, ardentis charitatis of-
ficia,ſtudium diuinarum literarum,pias lachry-
mas,admirabilem virtutem, & ſingularem con-
ſtantiã admiramur,aſpicimus abiectos aliquan-
do,tenebris calamitatum circumfuſos,& procel
larum vudis exagitatos:qui,cùm tempus in aſſi-
duis precibus pru ſua aliorúmq; liberatiune die
ac nocte cõſumant:earum effectum nequaquam
intuentur. Núnne hoc verum eſt? Verum qui-
dem. At altè ſpectare ſi voles, intueberis, Deum
illis aut largiri,quod petunt,aut aliud melius,il-
líſque ad animi tranquillitatem vtilius,& ad glu
riam ſempiternam cunſequendam accommuda
tius. Si eis non aufert calamitates, impertit illis
gratiam,firmitudinem,patientiam,rerum huma
narum tulerautiam: quud eſt multo illuſtrius &
præſtãtius. Quid ſignificabat rubus ille, quem vi *Exod.2.*
dit Muſes,qui ardebat,& nun cõburebatur,quia
Deus erat in illo, niſi virum pietate & religiune
præſtantem,qui flammis & ſpinis afflictionũ ex-
puſitus nũ cumburitur, nec læditur,quia Deum
habet adiututem? Imò ipſis ærumnarum flam-
mis,redditur multo clarior,illuſtrior,& cunſtan
tiur. Filij Iſraelis, vt capite primo Exodi ſcriptũ *Exod.1.*
legimus,quanto magis oppreſſi erant,tantu ma-
gis prupagabantur:quia quò duriores ſunt acer-
bitates virurum iuſtorum, eò eorũ virtutes &
plures & ampliores redduntur. Eam ob cauſam
nun debent cadere animu, quamuis in afflictio-
nibus conſtituti nun videant liberationem. Ex-
pectent, Deum inuucent: eum vrgere precibus
non intermittãt, nec in ſumma deſperatione de-
ſperent:ſed diuina oblectentur cõſulatione:nam
Deus eos eripiet,quemadmodum Ioſeph,Daui-
dem & Iob eripuit, & ad veram dignitatem ad-
ducet. Id ducebat idem Dauid pſalmo trigeſimu *Pſal.36.*
ſexto iis verbis: Delectare in dumino,& dabit ti-
bi petitiunes cordis tui. Sin autem id ſtatim nun
videris:ne tibi adhibeas deſperationẽ. Vide quid
ſtatim dicat idem diuinus pſaltes: Reuela dumi-
no viam tuam,& ſpera in eo,& ipſe faciet. Et edu
cet quaſi lumen iuſtitiam tuam,& iudiciũ tuum
tanquam meridiem. Acſi diceret: Commenda &
te,& umnia tua Deu,implura miſericordiã eius,
confer in illum ſpem,cugitatiunémq; tuam,pen
de totus ex illo,& ipſe cum opus fuerit,tibi ſub-
ueniet & opitulabitur, & non ſulùm tibi gratiã
tribuet,ſed etiam apud humines clarã illuſtrém-
que reddet vitam tuam. Vnum ſic habeto,obſe-
cratiunem iuſti nunquam inanem eſſe, nam aut
confeſtim impetrat, quod vult, aut poſtea tem-
pore conuenientiure, aut aſſequitur aliud me-
lius & præſtabilius. Differt aliquandu Deus,
quod petimus,quuniam ſcit ita nobis conduce-
re. Sed qui differt, non aufert. Et ſi aufert, ideo
eſt,quia quid ægro vtilius ſit, melius nouit me-
dicus,quàm æger. Nus aliquãdo non audit Deus
ad vuluntatem, vt audiat ad ſalutem. Et vt ver-
bis vtar diui Auguſtini: Oratio ſi caſta eſt,cœlos *Auguſt.*
penetrans vacua nun redibit. Itaque piæ obſe-
cratiunis nunquam fructum amittimus:etiamſi
quod quærimus,nun inueniamus. Id voluit pſal *Pſal.34.*
mo 34. ſignificare diuinus ac regius vates iis ver-
bis: Oratio mea in ſinum meum conuertetur.
Quemadmodum quod perit, in ventum dicitur

Abrahæ: Faciam te in gentem magnam, & bene
Gen.26. dicam tibi, & magnificabo nomen tuũ. Et Gen.
Epheſ.1. 26. Benedixit ei dominus, & locupletatus eſt. Et
apoſtolus primo ad Epheſios: Benedixit nos in
omni benedictione ſpirituali. Cùm apud Deum
Pſal.32. idem ſit dicere quod facere: ipſe enim dixit, & fa
cta ſunt: conſequens eſt, vt idem ſit apud illũ be-
nedicere & benefacere. Si autem benedicere re-
feratur ad homines erga homines, idẽ eſt quod
beneprecari, bene optare, & implorare, vt res il-
lis fauſtè feliciterque eueniant. Capite vigeſimo
Gen.24. quarto Geneſis vbi nos habemus: Dimiſerũt Re
beccam, & nutricem eius Deboram, ſeruumque
Abraham, & comites eius, imprecãtes proſpera
ſorori ſuæ. Pro imprecantes proſpera eſt in He
bræo benedicẽres. Eodem modo accipitur capi-
te 27. vbi Iſaac dixit Eſau: Affer, vt comedam, &
benedicat tibi anima mea. Et benedixit Iacob,
& poſtea Eſau. Sed benedictio Iacob Deo ita di-
ſponente incepit à proſperitate cœli & terræ: be
nedictio autẽ Eſau è cõtrario à proſperitate ter-
ræ & cœli. Electi enim præferunt cœlũ terrę, im-
probi verò terram cœlo. Mulier illa ſancta ami-
Apoc.12. cta ſole quam vidit Ioannes capite 12. Apocaly-
pſis, in capite habebat ſtellas, quib. cœleſtia intel
liguntur, ſub pedibus autem lunam ob eius mu-
tationes inconſtantem, qua terrena ſignificãtur.
Contrà verò qui ſe ſceleribus contaminant, ſtel
las ſub pedibus, lunam ſuper caput imponũt. At
benedictiones illæ fuerunt rerum ſecundarum
Ioſu.22. precationes. Eodem modo Ioſue 22. Benedixit
Rom.12. eis Ioſue, & dimiſit eos. Et Paulus Romanorum
duodecimo: Benedicite, inquit, perſequentibus
vos. Si verò benedicere referatur ad homines er-
ga Deum, idem eſt quod laudare, gratias agere,
hymnis & laudibus nomen eius celebrare: vt
Dani.3. hymno trium puerorum capiti tertio Danielis
mandato: Benedicite omnia opera domini domi
no, laudate, & ſuperexaltate eũ in ſecula. Et pſal-
Pſal.33. mo 33. Benedicam dominum in omni tempore,
Pſal.102. ſemper laus eius in ore meo. Et pſal. 102. Bene-
dic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes
retributiones eius. Schemate linguæ Hebrææ re
tributiones appellabat Dauid beneficia, quæ
Deus in illum contulerat, pro quibus ei gratias
agebat, celebrãs hoc hymno ſuauiſſimo immen-
ſam eius erga ipſum clementiã. In hunc modum
accipitur hoc Danielis loco, vbi voluit diuinus
noſter vates gratũ animum erga Deum oſtende-
re, memoremque ſe accepti beneficij præbere.
Exod.1. Quoniam Aegyptij fuerãt in Ioſeph ingrati, qui
Gen.41. in eos immortalia contulerat beneficia, voluit
Deus, vt in mari Rubro perirent: & tumulus ille
frigidus & inquietus qui eorum corpora conte-
Exod. 14. gebat, eorum etiam gloriam obrueret. Quemad
Similitudo. modũ luna accipit lumen à ſole, & ipſa eũ obſcu
rat, & eclypſat; ſic ingratus eum, à quo beneficiis
cumulatus fuit, odio proſequitur, eius nomini
ſplendorẽ eripiens, & tenebras obfundens. Peſti
lẽtes ſine dubitatione ſunt homines ingrati: qui
in eos, quos deberent laudibus celebrare, & rela
tis gratiis ingenti obſeruantia colere, ventos ex-
citant, inuidiámque conflant, eos maledictis vul
nerantes, & odio proſequentes. Et quamuis eis
nulla inferant detrimenta, nónne ſcelus eſt nefa-
riũ eſſe beneficiorũ acceptorum penitus imme-
mores: Vt ſturni cateruatim volãtes tendunt in *Similitudo.*
olineta, vbi eorũ fructu aluntur: ſed finitis & con
ſumptis oleis ipſi ſtatim diſcedunt, & olineta re-
linquunt, eorũ obliti quorum pabulo fuerãt ſu-
ſtentati: ſic ingrati homines dũ ope fauoréq; ali-
quorum egẽt, eos viſunt, & obſeruãt: & acceptis
optatis muneribus, quorũ memoria illis ſtatim
excidit ex animo, recedunt, eóſq; quos perpetua
obſeruantia deberent venerari, contẽnunt, & a-
ſpernantur. Volens apoſtolus capite tertio poſte
rioris ad Timothæũ oſtendere, fore, vt homines *2.Tim.3.*
eſſent perditiſſimi, ait: Erunt ingrati, ſceleſti, ſine
affectione. Malum medicum, quod à nõnullis ap
pellatur aurãtia, à Luſitanis larantia, defertur ho *Similitudo.*
norificè ad mẽſam magnatis, vt eius ſucco nõnul
li cibi condiantur: at extracto ſucco proiicitur in
ſolum. Similimè multi cùm ſuccum habẽt, cùm
proſperè vitam degunt, magni æſtimãtur: at vbi
carẽt ſucco, poſtquàm in calamitates incidunt,
etiam ab his in quos beneficia contulerant, deii
ciuntur, & pro nihilo putãtur. Vide ingratorum
hominum impietatẽ. Si erga homines ſumus gra
tum animum oſtẽſuri, quãto magis erga Deum?
Qui Dei beneficiorum obliuiſcitur, non ſolùm
ingratus, quod ipſum graue eſt, ſed etiã impius
appellatur. Id intuens animo apoſtolus capite 5.
ad Epheſios: Gratias, inquit, agentes ſemper pro *Epheſ.5.*
omnibus. Et tertio ad Coloſſenſes: Grati eſtote. *Coloſ.3.*
Et quinto prioris ad Theſſalonicenſes. In omni- *1.The.5.*
bus gratias agite. Id quod Danielem feciſſe hoc
eius loco videmus.

Si nomen domini benedictum. Hoc eſt honorificè
prædicetur. Verba sũt ex pſalmo 110. deſumpta. *Pſal.110.*

Quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. Id eſt, quia
ipſe eſt ſapientię & fortitudinis largitor: iuxta il-
lud Prouerbiorum ſecundo: Dominus d at ſapiẽ *Prou.2.*
tiam, & ex ore eius prudentia & ſcientia. Vnde *Eccle.1.*
Eccleſiaſticus primo: Omnis, inquit, ſapientia à
domino Deo eſt. Et iterum: Fons ſapientiæ ver-
bum Dei in excelſis. Et Eſdras capite quarto li- *Ecclеſ.1.*
bri tertij: Abs te eſt domine ſapientia & claritas. *3.Eſd.4.*
Et Iacobus Apoſtolus primo capite canonicæ
ſuæ: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à *Iacob.1.*
Deo, qui dat omnibus affluenter: & non impro-
perat: & dabitur ei. Sed parum valet ſapientia, ni
ſi fuerit cum fortitudine coniuncta. Quid tibi
proderit ſapientia, ſi quamuis intelligas, quid fa-
cturus ſis, quidq; te agere oporteat, non habeas
tamen fortitudinẽ ad illud faciendum? Ac quem
admodum ſapiẽtia à Deo eſt, ita fortitudo. Ideo
ait Iob capite duodecimo: Apud ipſum eſt ſa- *Iob.12.*
pientia & fortitudo. Hoc eſt, ipſe eſt, qui ſapien-
tiam tribuit, & fortitudinem.

Ipſe mutat tempora & ætates. Diuerſa diuerſis
temporibus fiunt iuxta Dei diſpoſitionem. Qui
hodie eſt abiectus & infamia notatus, cras con-
ſequetur admirabilem nominis amplitudinem
& celebritatem. Contrà verò qui hodie eſt in ho
nore conſtitutus, in quem ſunt omnium oculi
coniecti, cras conĳcietur in carcerem, & in dede
core, & ignominia verſabitur ex alto illuſtris glo
riæ gradu præcipitatus. Qui heri affluebant diui
tiis, hodie laborant egeſtate. Qui hodie ſeruus
erat, cras regnum obtinebit. Qui modò ærũnis
opprimitur, poſtea gaudio perfundetur. Qui nũc
rident, poſtea plorabunt: qui modò plorant, po-

Reg.3. impletum, vt literæ diuinæ libro tertio Regum memoriæ prodiderunt. Ipſe tamen Deus lux eſt: imò, vt pulchrè obſeruauit Baſilius, prima vox Dei lucis naturam creauit. In mundi principio dixit Deus: Fiat lux, & facta eſt lux: & vidit Deus lucem, quòd eſſet bona. Gene.1. Lege totam ſacram ſcripturam, nullam Dei vocem inuenies priorem hac. Et præclarè quidē. Vnde enim vox Dei qui eſt ipſa lux, debuit in ſcripturis incipere, niſi à luce? Vnde debuit mundi ornatus exordium ſumere niſi à claritate? Similitudo. Quemadmodum ſi pulchra ac nitida tabula admirabili artificio picta in ſpelunca quadam ſit collocata, vbi nulla vnquã ſit lux, imò ſumma tenebrarum obductio, nihil vtilitatis afferet, nihil iucunditatis: ita ſi mundi machina tanta creaturarum varietate depicta, tot pulcherrimarũ rerum ornamentis decorata eſſet, omni lumine penitus deſtituta, ac tetris tenebris operta, quid commodi ſecum haberet? quid fructus? quid oblectationis? Philoſophi nonnulli nimis ſubtiles hanc inter lucem & lumen differentiam conſtituerunt, vt lucem dicerent luminis matrem ac procreatricem, lumen vero id, quod ab ea dimanat: vt ait Albertus magnus, & poſt eum Auguſtinus Eugubinus in recognitione veteris teſtamenti. At graues theologi, antiqui patres indifferenter his duabus vocibus vtuntur. Geneſ. Aliquando aiunt dixiſſe Deum: Fiat lux, aliquando: Fiat lumen. Et quoniam mundus ille incepit à luce, æquum erat, vt alter mundus ſtatim in principio luce decoraretur. Eſt enim eccleſia mundus nouus, de quo ait Chriſtus apud Eſaiã quadrageſimotertio. Ecce ego facio noua. Et diuus Paulus in poſteriore ad Corinthios.5. Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Fuit autem lux noui mundi apoſtolorum cœtus: quibus dixit Chriſtus apud Matthæum quinto: Vos eſtis lux mundi. Similitudo. Vt lux ſe maximè communicat, ſe ab Oriente in Occaſum ſubitò diffundens: ſic apoſtoli communicationem ſui vniuerſo orbi terrarũ breuiter præbuerunt iuxta id, quod prædixerat diuinus vates pſalmo decimooctauo: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: quod diuus Paulus in Rom.10. epiſtola ad Romanos de apoſtolis interpretatur. Quod fuit tãta celeritate factum, tanta firmitudine, vt nulla ferè ſit natio, ad quam eorum nõ accederet notitia. Similia. Et vt lux profundum penetrat terræ, in qua æra & lapides precioſos gignit: ſic illi in intima hominum corda penetrabãt, vbi diuino fauore adiuti admirabiles virtutes imprimebant. Et vt illa elemẽta inter ſe repugnãtia in vna miſtione cõciliat: ita illi varios hominum ritus, varias ſectas & factiones inter ſe diſcrepãtes abſtulerunt, ad vnam fidem redegerũt, ad vnam rectè viuendi rationem reuocarunt. Nam qui erant diuerſis locis diſperſi, fuerunt in vna eccleſia cõgregati. Sunt quidẽ illi lux, ſed per participationẽ, Deus verò eſt lux per ſe, lux ſempiterna, lux lucis largitrix, lux quæ homines illuſtrat lumine gratię & ſapiẽtiæ, lux arcanorũ ac myſteriorum indicatrix, quæ Danieli abſtruſum Dei conſiliũ in regis ſomnio aperuit, & demõſtrauit.

Tibi Deus patrum noſtrorum confiteor. In diuinis literis confiteri idem eſt ſæpe quod gratias agere & laudibus efferre: vt capite vndecimo Matthęi: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Et pſalmo 7. Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eius. Vbi ſecundum accipitur pro propter: vt ſit ſenſus: Ego periculis liberatus immortales Deo gratias agam propter ipſius iuſtitiam & bonitatem. Et capite 38. Eſaiæ. Viuens viuens ipſe confitebitur tibi. Solẽt viri pij pro acceptis beneficiis gratias agere Deo, eumq; elogiis & monimentis celebrare. Quã ob cauſam Deus in eos alia maiora confert beneficia. Vt ignis quanto Similitudo. aptiorem inuenit materiam, tanto altius flãmam immittit, & illũſtriorem ſplendorem efficit: ſic Deus de quo ſcriptũ eſt Deuteronomij quarto: Deus noſter ignis conſumens eſt: quanto animũ Heb.12. inuenit gratiorem, in cuius memoria tenacius inſedit accepti muneris repetita recordatio, tanto ardentiorem flammam in eo accendit diuini amoris, & tanto clariorem efficit radio diuinæ gratiæ: atque tanto ampliora & illuſtriora in eo collocat beneficia. Meminit Daniel in hac gratiarum actione patrum ſuorum, nimirum Abraham, Iſaac, Iacob, & aliorum virorum illuſtrium, à quibus originem ducebat, ne videretur ſibi ſoli tribuere, quod à Deo impetrauerat: ſed potius illorum inſignium virorum meritis & iuſtitiæ, ac Dei veritati, qui eorum poſterorum in illa Babylonica ſeruitute etiam miſerebatur.

Quæ rogauimus te. Ego ſcilicet, & ſocij mei. Sociorum precibus quoq; tribuit apertionem ſomnij, vt arrogantiam fugeret, quam penitus vitare cupiebat.

Quia ſermonem regis aperuiſti nobis. Hoc eſt, negotium ſomnij regis. Vocabulum Chaldæum Milath quo hîc vtitur Daniel, ſermonem ſignificat, & negotium, & rẽ. Nec mirum ſi Deus hęc Danieli reſeruauerit, cùm dicat Amos capite tertio: Non faciet dominus verbum, niſi ſecretum ſuum reuelauerit ad ſeruos ſuos prophetas.

D Poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioch, quẽ conſtituerat rex, vt perderet ſapientes Babylonis, ſic ei locutus eſt. Sapientes Babylonis ne perdas. Introduc me in conſpectum regis, & ſolutionẽ regi narrabo. Tunc Arioch feſtinus introduxit Danielem ad regẽ, & dixit ei. Inueni hominem de filiis trãſmigrationis Iudæ, qui ſolutionem regi annunciet. Reſpõdit rex, & dixit Danieli cuius nomen erat Baltaſſar: putas ne verè, potes mihi indicare ſomniũ, quod vidi, & interpretationem eius? Et reſpondẽs Daniel corã rege ait: Myſterium quod rex interrogat, ſapiẽtes, magi, & arioli, & aruſpices nequeunt indicare regi. Sed eſt Deus in cœlo reuelãs myſteria, qui indicabit tibi rex Nabuchodonoſor, E quæ ventura ſunt in nouiſſimis temporibus. Somnium & viſiones tuæ in cubili tuo huiuſmodi ſunt. Tu rex cogitare cœpiſti in ſtratu tuo, quid eſſet futurum poſt te: & qui reuelat myſteria,

 oſtendit

oſtendit tibi, quæ vētura ſunt. Mihi quoque non in ſapientia, quæ eſt in me pluſquam in cunctis viuentibus, ſacramētum hoc reuelatum eſt: ſed vt interpretatio regi manifeſta fieret & cogitationes mentis tuæ ſcires. Tu rex videbás, & ecce quaſi ſtatua vna grandis, ſtatua illa magna, & ſtatua ſublimis ſtabat contra te: & intuitus eius erat terribilis. Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem & brachia de argento: porrò venter & femora ex ære: tibię autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Videbas ita: donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus: & percuſsit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento: nullúſque locus inuentus eſt eis. Lapis autem qui percuſsit ſtatuam, factus eſt mons magnus: & impleuit vniuerſam terram. Hoc eſt ſomnium. Interpretationem quoque eius dicemus coram te rex.

Poſt hæc. Poſtquàm Deus ei aperuit arcanum: illeque ei gratias egit, Tertullianus Septimus in libr. contra Pſichicos ait Danielem poſtulaſſe triduum à rege, ſeque ſpatio illo cum ſuis ſociis dediſſe ieiuniis, & precibus donec Deus illi myſteriū oſtendit. Vnde effectum eſt, vt Deus laudibus efferretur, & ipſe cum aliis in vita ſeruarentur.

Ingreſſus ad Arioch. Cùm poſſet ingredi ad regem, obſecrauit tamen Arioch, vt ipſum introduceret. Volebat omnem arrogantiam, inſolentiam, & oſtentationem vitare. Erat hic Arioch princeps militiæ regis, cui commiſſa fuerat cura interficiendorum ſapientium.

Sapientes Babylonis ne perdas. Non ſe tantùm & ſocios ſuos voluit eripere à morte, ſed etiam Babylonis ſapientes. Erga omnes vtebatur omni officio ac potius pietate: vt illo ingente & inopinato beneficio Babylonios ſibi deuinciret, & ad Deum verum mundi creatorem & conſeruatorem cōuerteret. Quid illis poterat eſſe vtilius: quid præſtantius, quàm contemptis idolis ſummum illum cœli moderatorem nutu omnia gubernantem colere, illam ſempiternam pulchritudinem animo intueri, eáque in cœleſti patria fruendi deſiderio inflammari? Aſpice eximiam Danielis charitatem, pro illorum vita precatur, quorum cauſa ille ſuam erat amiſſurus. Eius doctrinam iam ſequebatur, qui venturus erat, & venit, vt homines qui in errorum tenebris verſabantur, illuſtraret, eiſque viam muniret ad gloriam immortalem conſequendam. Ille enim dixit capite 5. euangelij authore Matthæo: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderunt: orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. De eo vaticinatus fuerat Eſaias cap. 53. Pro perſecutoribus exorauit. Et patibulo ſuſpenſus, vulneribus ſauciatus, acerbiſſimis doloribus affectus has voces ad patrem pietate pleniſſimas emiſit: Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Quas Lucas capiti 23. euangelij ſui mandauit.

Tunc Arioch feſtinus introduxit. Exiſtimabat hoc læto nuntio ſe eſſe regis gratiam aucupaturum. Credidit autem ſtatim Danieli, quia eius honeſtatem, abſtinentiam, moderationem & ſapientiam fortaſſe expertus erat. Sed præcipua cauſa fuit Dei voluntas, qui negotium illud ordinabat.

Et dixit ei, inueni hominem. Arioch militiæ princeps dixit regi ſe inueniſſe virū inter captiuos Iudæos, qui ei interpretationē ſomnij exponeret. Hac in re fallebat regem, & orationis vanitatem adhibebat, quòd diceret, ſe inueniſſe Danielem. Non enim ipſe eum inuenerat, imò Daniel ſe illi obtulerat. Quærebat quidem eum ad illum occidendum, non autem ad ſomnium indicandum. Sed hæc eſt aulicorum conſuetudo, ſibi ea tribuere, quibus vident principes delectari.

De filiis tranſmigrationis Iudæ. Id eſt, de Hebræis, qui fuerunt in ſeruitutem Babylonicam coniecti. Fortaſſe ideo meminit Iudæ, quòd audiſſet de tribu illa fuiſſe multos diuinos vates, qui in Iudæa floruerunt, cum quibus Deus magna & abſtruſa myſteria communicauit.

Reſpondit rex, & dixit Danieli. Hoc eſt, alloquēs rex Danielem dixit ei. Reſpondere hoc loco, & multis aliis apud Hebræos idem eſt quod loqui nemine interrogante. Capite tertio Iob vbi nos habemus: Maledixit Iob, diei ſuo, & locutus eſt: Pereat dies, in qua natus ſum: habet litera Hebręa: Maledixit Iob diei ſuo, & reſpondēs dixit: *Iob.3.* Pereat dies, &c. Hoc Hebraiſmo vtuntur ſæpe euangeliſtæ. Matthæus capite vndecimo: In illo, inquit, tempore reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Nemo eum interrogabat: imò alij ſilebant: & tamen ait euangeliſta, cum reſpondentē gratias Deo patri egiſſe. Aſpicis loco illo idem eſſe reſpōdere quod incipere loqui. Eodem modo Marcus cap. 14: Ecce, inquit, homo quidam hydropicus erat ante illum: Et reſpondens Ieſus dixit ad legis peritos & phariſæos dicens: Si licet ſabbato curare? Tu autem obiter aduerte. Nabuchodonoſor videns non poſſe veritatē ſomnij in Babyloniis ſapientibus inuenire, ſe ad Danielem diuinum vatem conuertit id quod Pharaoni accidiſſe diuinæ literæ capite Geneſis 41. memoriæ prodiderunt. Aegyptiis ſapientibus repudiatis accerſiuit Ioſeph, qui ei ſomnia explanauit. Nos cùm videamus, quàm inutilis & infrugifera nobis ſit ad gloriam immortalem adipiſcendam huiuſmodi ſcientia, quam diuus Paulus in priore ad Corinthios, capite tertio vocat ſtultitiam apud Deum reiecta illa profana confugiamus ad diuinam: à puro fonte potius hauriamus, quàm turbidos riuos conſectemur.

Sapiētes, magi, arioli, & aruſpices. Aruſpices ſunt augures & cōiectores. De aliis nominibus poteris videre, quæ in principio huius capitis obſeruauimus. Huiuſmodi ſapientes illi erant, qui à

Pharaone

Pharaone accerſiti prodigia ad reſiſtēdum Moſi faciebant: vt ipſe Moſes capite ſeptimo Exodi monimentis cōſignauit. Quorum duo præcipui Iannes, & Iambres ſvocabantur. De quibus iu hunc modū ait capite tertio poſteriuris ad Tim. apoſtolus: Quemadmodū autem Iannes & Iambres reſtiterūt Moſi, ita & hi teſiſtūt veritati. Pro Iambres habēt nonulli codices Mambres. Hæc duo nomina non inueniūtur in libro Exodi. Imò vt ait Origenes tractatione trigeſima ſecunda in Matthæū, nec in publicis ſcripturis: ſed in quodam ſecreto libro, qui inſcribitur Iānes & Mambres. Diuus Ambroſius in explanatione illius epiſtolæ ad Timotheum exiſtimat fuiſſe teſtimoniū illud à libro quodā apocrypho depromptū: quem Gelaſius ſummus pontifex vt habetur in decretis diſtinctione quintadecima inter apocryphos numerauit. Numenius Apamæus Gentilis in tertio libro de Bono: Iannes, inquit, & Iambres Moſæo Iudæorum duci viro Deo coniunctiſſimo ſoli reſiſtere poſſe à cūctis Aegyptiis iudicati ſunt. Hæc Numenij Pythagorici verba ſunt ab Euſebio Cæſarienſi in nouum euangelicæ præparationis librū relata. Chryſoſtomus ait eos fuiſſe Aegyptiorū magos, qui certarunt cum Moſe, quorū nomina Paulus nouit vel ex traditione, vel reuelatione Spiritus ſancti. Exiſtimo equidē eſſe nomina hæc in libro aliquo ſcripta, qui fortaſſe erat apocryphus: ſed fuiſſe à Deo diuo Paulo indicata. Fieri enim poteſt, vt hiſtoria aliqua veriſſima ſit in librum aliquem apocryphum relata.

Nequeunt indicare regi. Non poſſunt tibi explanare. Hoc ait ad Dei potentiam, ſapientiā, & bonitatem extollendam. Vbi deeſt remedium humanum, ſolet accurrere diuinum.

Sed eſt Deus in cælo reuelans myſteria. Reuocare contendit regem à cultu multorum deorum ad vnum ſolum Deum, qui omnia ſcit: qui aperit, quæ vult. Ad illum diuinus ac regius vates has voces effundit: Reuela oculos meos, & conſide-
Simile. rabo mirabilia de lege tua. Vt ſolem abſque eius lumine intueri non poſſumus: ſic nec cognitionem rerum diuinarum habere ſine Dei luce. Ad cœleſtia myſteria intelligēda opus eſt reuelatione. Nemo ſcit, inquit Chriſtus apud Luc. 10. quis ſit pater, niſi filius & cui filius voluerit reuelare. Loquens diuus Paulus cap. 2. prioris ad Cor. de arcanis noſtræ redemptionis: Nobis, inquit, reuelauit Deus. Et capite 1. ad Galatas: Nec enim ego ab homine accepi Euangeliū, nec di-
Gen.29. dici: ſed per reuelationē Ieſu Chriſti. Iacob amouit lapidem, quo puteus claudebatur, & aperuit puteum, vt biberent greges: & Chriſtus redemptor noſter quem ille adumbrabat, aperuit ſcripturam, vt aqua doctrinæ homines recrearētur. Accipi autem aquam pro ſapientia docet Eccleſiaſticus capite 15. cùm ait: Aqua ſapientiæ ſalutaria potabit illum. Et Eſaias duodecimo: Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris.
Gen.41. Eodem modo Ioſeph in Aegypo aperuit horrea, vt homines pane aleret & nutriret: & Chriſtus cuius ille imaginem gerebat, aperuit diuinas literas, vt nos pane doctrinæ ſuſtentaret. Accipi autem panem pro diuina doctrina, indicat iis
Eccle.15. verbis Eccleſiaſticus: Cibauit eum pane vitæ & intellectus. Et Ieremias capite vndecimo, cùm inducit phariſæos & ſcribas ita aduerſum Chriſtum loquentes: Mittamus lignum in panē eius. Hoc eſt, mittamus venenum in eius doctrinam. Dabant enim operā Iudæi illi, vt Chriſti doctrinam labefactarent & corrumperent, dicētes eam cum lege Dei non cohærere: imò ab illa diſcrepare: quo redemptori noſtro conflarent odium, eique necem machinarentur. Ideo eam deprauabant, quantum in ipſis erat: & cum eſſet ſalutaris atque diuina, eam peſtilentem prophanámque prædicabant. Miſcebant cum illa falſitates, quò ab illa homines auerterent. Lignum quod mittere conabantur in illam, erat taxus, cui ineſt lethale venenum. Hanc arborē ait Sextius appellari Græcè ſmilacē, eſſeque in Arcadia tam præſentis veneni, vt ſi quis ſub ea dormiat, ſtatim moriatur. Ex taxo fit taxicum quod alij toxicum vocant peſtiferum venenum: eiúſque lignum eſt venenatum: vnde per lignū hoc loco venenum ſignificatur. At nihil profecerunt inuidia & maleuolentia ſua. Chriſtus enim in Iacob & Ioſeph figuratus aperuit puteū & horrea, vt nos cœleſti pabulo reficeret. Id quidem eſt, quod ait Lucas capite vigeſimoquarto eum aperuiſſe diſcipulis ſcripturas: qui dicebant: Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dū loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Et paulo poſt ait ſtetiſſe eum in medio diſcipulorū, & aperuiſſe illis ſenſum, vt intelligerēt ſcripuras. Ipſe eſt, de quo ait Ioannes capite tertio Apocalypſis: Qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Hanc clauem dedit pater filio, quatenus ille homo eſt: de qua dixerat apud Eſaiam vigeſimoſecundo. Dabo clauem Dauid ſuper humerū eius: aperiet, & non erit, qui claudat: claudet, & nō erit, qui aperiat. Clauis illa eſt poteſtas & authoritas aperiendi ſcripturas. Qua de re vide Irenæum libro quarto hæreſum capite trigeſimo ſeptimo. Hac claue aperiebat Chriſtus librū, & ſignacula eius ſoluebat, hoc eſt difficultates diuinarum literarū enodabat. Sed non omnibus aperit ſcripturas, ſed ſe ad id præparantibus & diſponentibus. Impij Iudæi in pertina- *Exod.34.*
cia manentes vident Moſem velo coopertum, hoc eſt legem tectam, quam nullatenus intelligunt. Nam vt verbis vtar diui Pauli capite tertio poſterioris ad Corinthios: Ipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum. Habent legem in membranis, ſed inuolutā, nam verus intellectus receſſit ab illis. Id ait iis verbis Ioannes capite ſexto Apocalypſis: Et cœlum receſſit ſicut liber inuolutus. Per cœlum diuina ſcriptura intelligitur, quę clauſa vt liber inuolutus abiit à Iudæis ad veram intelligentiā: vident enim quod foris apparet, myſteria autem intus incluſa minimè percipiūt. Nolunt enim ſe ad ea intelligenda præparare. Ita diuus Ambro. locum illum explanat. Vt conchilia marina ſe aperiunt ad ſuſcipiendum rorē cœleſtē, ex quo fulgentes gemmas conficiunt, vt ait Ariſtot. & poſt illum Iſidor. aquam verò amarā euitant: ſic nos debemus ad diuinā ſapientiā, verámq; doctrinā adipiſcendā animos aperire, ex qua clariſſimas eruditionis margaritas concipiamus: mundi verò ſcientiā quā apoſtolus in priore ad Corinthios *1.Cor.3.*

ſtultitiá vocat, quæ cum turbida ac amara aqua comparatur, contemuamns, & ad diuinum numen, ad cœleſtē ſapientiá tota mēte aſpiremus.

In nouiſſimis diebus. Hoc eſt, in vltima mundi ætate, quæ ab aduentu Chriſti vſque ad mundi *Gen. 49.* finem continetut. Tempus Meſſiæ in diuinis literis nouiſſimum appellatur. Cùm Iacob ad exitum vitæ vocaretur, accerſiuit filios ſuos, quos ita allocutus eſt. Congregamini, vt annunciem quæ ventura ſuur vobis in diebus nouiſſimis. Dies nouiſſimos vocauit rempus Meſſiæ, de quo *Eſa. 2.* ibi multa prædixit. Eodem modo Eſaias vaticinans de primo Chriſti aduentu capite ſecundo: Erit, inquit, in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium. Et Mich. quarto: Erit in nouiſſimo dierū, &c. Hanc vltimá ætatem appellat Zacharias decimo rempus ſerotinum. Et Ioannes in prima canonica capite a. Filioli nouiſſima hora eſt. Et Paulus 4. ad Galatas: Cùm venit plenitndo temporis, miſit Deus filiū ſuum. Er cap. 10. prioris ad Cor. Nos ſumus, in quos fines ſeculorum deuenerūt. Er primo ad Hebræos: Nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem fecit hæredem vniuerſorum, per quē fecit & ſecula. Fortaſſe intellexit Daniel hoc loco per rempora nouiſſima poſteritatem, & tempora, quæ poſt Nabuchodonoſorem ventura erant.

Viſiones capitis tui in cubili tuo. Hoc eſt viſa mentis tuæ in lecto tuo. Caput accipitur pro magiſtratu: vr Hoſeæ primo: Congregabūtur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibimet caput vnum. Hoc eſt omnes Iudæi qui fuerint ad fidē conuerſi tam ex tribu Iuda & Beniamim, quàm ex decem tribnbus, recipient Chriſtum in principem. Pro quo Septuagiuta habent, principatum vnum capite 15. libri 1. Regū dixit Samuel Sauli: Nónne cùm paruulus eſſes in oculis ruis, caput in tribubus Iſrael factus es? Vbi caput pro rege accipitur. Sumitur aliquando pro acie, nam capite primo Iob vbi nos habemus: Chaldæi fecerunt tres turmas, in Hebraico eſt: Chaldæi fecerunt tria capita. Aliquando pro principio: vt pſalmo rrigeſimonono. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam. Hoc eſt in principio libri. Verba ſunt filij Dei cum patre loquentis, vt air capite decimo epiſtolæ ad Hebræos diuus Paulus. Iudncit regius ac diuinus vates Dei filium ſe Deo patri offerentem ad naturam humaná ſumendam, vt pro nobis in crucis ara hoſtiá deuoueret ac conſtitueret. Et quoniam hoc erat in literis diuinis prædictum, ait: In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerē voluntatem tuam: Erat enim Dei patris voluntas, vt legis veteris ſacrificia ceſſarent, & eſſet Chriſtns noſtrum ſacrificium. At quiſnam ſit hic liber, in cuius capite & principio hoc eſt ſcriptū de Chriſto, verſatur in cōtrouerſia: Hieronymus in libro quæſtionū Hebraicarū per caput huius libri intelligit primū caput Geneſis, vbi ſtatim Moſes loquitur de Dei filio. Auguſtinus libro 1. de Geneſi contra Manichæos, & libro primo de Geneſi ad literam, & libro contra aduerſarium legis & prophetarū, & in commentariis in pſalmum trigeſimum nonum huuc locum de primo etiá capite Geneſis interpretatur. In eadem ſententia fuerūt Origenes in Geneſim, Tertullianus contra Praxeam, Hilarius in expoſitione in pſalmos. Hi patres in ſententiá ſuá adduxerunt Hamerum Noueſianū, & alios, qui idē aſſeueranter affirmant. Cùm enim dicat ſcriptura: In princi- *Gene. 1.* pio creauit Deus cœlū & terrá: per principium filium intelligunt, qui capite octauo apud Ioannem ait: Principiū, qui loquor vobis. Acſi dicat: Ego qui vobiſcum ſermones confero, ſum rerum omniū principium. capite octauo Prouerb. loquitur in hunc modum Dei filius, qui ibi Dei ſapiētia vocatur: Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarū. Pro quo rectè poteris vertere: Dominus poſſedit me initiū viarū ſuarum. Quibus *Gene. 1.* verbis Dei filius ſe principiū illud vocat, de quo dicitur: In principio creauit Deus cœlum & terram. Vbi particula in accipitur pro per, aut cum, quemadmodū aliis locis diuinarū literarum, vt oſtendi verba illa paulo antea explanans: Rex in furore & ira magna. Alij per caput libri intelligunt principium libri pſalmorū, hoc eſt primū pſalmum ita incipientē: Beatus vir, qui nō abiit in conſilio impiorum. Intelligi pſalmū hunc de Chriſto ſaluatore noſtro aſſerunt Auguſtinus, Hieronymus, Arnobius, Remigius. Sequitur enim: Et erit tanquá lignum: pro quo paraphraſis Chaldaica habet arborem vitæ. Quem locum Hieronymus & Chryſoſtomus de Chriſto inter- *Pſal. 1.* pretantur. Ille enim eſt arbor vitæ: de quo ait in Prouerbiis Salomon capite tertio: Lignum vitæ eſt iis, qui apprehēderint eum. Et Deus capite 2. Apocalypſis: Vincēti dabo edere de ligno vitæ. Eſſe autē Chriſtū hoc lignū vitæ, aſſerit Gregorius Nyſſenus in libro de creatione hominis. Alij per hunc librum intelligunt prædeſtinationē: vt ſic ſenſus. In capite libri æternę prędeſtinationis de me tanquá de primogenito in multis fratribus, tanquá de præcipuo omniū electorū in primo ac nobiliſſimo loco ſcriptū eſt. De libro hoc ait capite duodecimo Daniel: Omnis qui fuerit inuentus ſcriptus in libro vitæ. Et apoſtolus capite 4. epiſtolæ ad Philippenſes: Quotū nomina ſunt in libro vitæ. Et Ioānes capite vigeſimoprimo Apocalypſis: Non intrabūt in ciuitatē æternam, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. Et Chriſtus Deus noſter apud Lucá decimo: Gaudere, qnia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. At hæc nondū cōplent aures meas. Nam principiū Geneſis loqnitur de mundi creatione: primus *Geneſ. 1.* pſalmus de hominis felicitate: liber vitæ eſt prædeſtinatio: In hoc autem pſalmo trigeſimonono loquitur Chriſtus de ſacrificio, & de ſeipſo immolando. Quare cōgruentius videtur, vt per hūc librū intelligatur Leuiticus, qui eſt liber ſacrifi- *Leuit. 1.* ciorum, & per caput eius principiū. Cum enim Dei filius vnigena loqueretur in pſalmo illo cum *Pſal. 39.* patre de ſe ipſo in ſacrificiū offerēdo, & liber Leuiticus agat de ſacrificiis, de illo videtur illud intelligi: In capite libri ſcriptū eſt de me, vt facerē volūtatem tuá. Nam primo capite Leuitici agitur de vitulo pro mundi peccato immolādo, per quem Chriſtus ſignificabatur. Vitulus ille, vt ex *Leuit. 16.* eodē libro cōſtat capite ſextodecimo, cremabatur extra caſtra: & Chriſtus occiſus eſt extra ciuitatē. Ad id alludit Apoſtolus capite 13. epiſtolę ad Hebręos, cū ait: Propter quod Ieſus vt ſancti- *Hebr. 13.*

ficaret

ficaret per ſuum ſanguinem populum, extra caſtra paſſus eſt: exeamus nos ad eum improperium eius portantes. Hoc voluit Chriſtus ſignificare, cùm id quod futurum erat, de ſe ipſo prædixit in Euangelio: Eiecerunt eum extra vineam, & occiderunt. Vbi nomine vineæ intelligitur Hieroſolyma, extra quã eiectus fuit, & in monte Caluariæ occiſus & immolatus. Alij per hunc librum intelligunt totam ſacram ſcripturã, & per caput eius intelligũt eius epitomen & compendium, in quo capita & ſummæ rerum omnium præcipuarum continentur. Ita hunc locum explanat Theodoretus, & poſt eum Antonius Flaminius. Et eſt admirabilis explanatio, ac omniũ meo quidem iudicio præſtantiſſima. Tota enim lex & diuinorum vatum oracula, tota denique ſancta ſcriptura teſtatum reliquit in vetere teſtamento, fore vt vnigena Dei filius è cœlo in terram deſcenderet, ac hominum genus morte ſua à morte liberaret. Huic explanationi fauent verſiones Aquilæ, & Symmachi, quæ habent: In inuolucro libri: vt ſit ſenſus. Aſſumatur totum vetus teſtamentum, & redigatur in ſummam, iungantur omnia præcipua, quæ in eo ſcripta ſunt, & in volumine ſeu inuolucro ſummatim ſcribantur: totum hoc de Chriſto vẽturo & immolando loquitur. Diuus Hieronymus vertit ex Hebræo: In volumine libri ſcriptum eſt de me. Pagninus: In libro libri. Paraphraſis Chaldaica: In volumine libri legis. Quæ omnia in idem recidunt. Septuaginta habent: ἐγκεφαλίδι βιβλίου: Hoc eſt, in capite libri: vbi per caput volumen intelligunt ſummarũ. In Hebraico eſt: במגלת ספר Bimgilath Sepher. Nomen Megilah deriuatur a verbo Galat, quod ſignificat inuoluere, quòd in eo multa, quæ aliis in locis diſperſa erant, ſint ſummatim inuoluta. Aſpicis igitur totum vetus inſtrumentum de Chriſto loqui. Id ſignificauit idem Chriſtus apud Ioanné capite quinto, cùm dixit: Scrutamini ſcripturas, quia ipſæ ſunt, quæ teſtimonium perhibẽt de me. Et apparens duobus diſcipulis euntibus in caſtellum Emaus, vt Lucas ait capite vigeſimoquarto, dixit illis: O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ. Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiẽs à Moſe, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Id indicat Petrus apoſtolorum princeps capite tertio Actorum apoſtolorum, ita dicens: Deus autem qui prænuntiauit per os omnium prophetarum pati Chriſtum ſuum, ſic impleuit. Et capite decimo: Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Hoc voluit Deus ſignificare in transfiguratione, cùm eſſet inter Moſem & Eliam de exitu eius loquentes, quem completurus erat Hieroſolymæ. Hoc eſt de morte, quam erat paſſurus. Nam lex & prophetæ de Chriſto loquuntur: ſcopus enim totius ſcripturæ Chriſtus eſt. Per Moſem intelligitur lex, per Eliam verò prophetia: hæc autem duo Chriſtum habent in medio ad illum reſpicientia. Idem eſſe Chriſtum inter Moſem & Eliam, ac eſſe propitiatorium inter duos cherubinos, vt capite 25. Exodi ſcriptum legimus. Per propiciatorium intelligitur Chriſtus, quem vt ait diuus Paulus Romanorum tertio, propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Et vt ait in prima epiſtola ſua diuus Ioannes, ipſe eſt propitiatio noſtra. Per duos cherubinos lex & prophetia, quæ Chriſtum intuentur, de quo loquuntur. Aſpicis igitur librum illum, de quo loquitur Chriſtus pſalmo trigeſimo nono, eſſe totum vetus teſtamentum, vbi ipſius Chriſti Dei noſtri myſteria ſunt æternis conſignata monimentis. Vbi per caput intelligitur ſumma & compendium: & iuxta aliorum ſententiam per caput principium ſignificatur. Hoc autem Danielis loco accipitur caput pro mente, cogitatione, & imaginatione: quemadmodum Pſal. vigeſimoſecundo. Impinguaſti in oleo caput meum. Vbi Didymus ait caput pro mente appellatum eſſe, oleum pro afflatu Spiritus ſancti. Vt enim oleum lucem nutrit, laborem leuat, faciem exhilarat: ſic ille animi lumen fouet, mentem recreat, cor afficit voluptate: quam ob cauſam oleum lætitiæ vocatur: dicente diuino pſalte Pſalm. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

Matt. 21. Mar. 13. Luc. 11. Matt. 17. Luc. 9. 1. Ioan. 2.

Tu rex cogitare cœpiſti. Non ſolùm ſomnium, ſed quid ante illud cogitauerat, indicat, vt maiorem rei adhibeat certitudinem, ordinem ſeruet, & regi maiorem faciat admirabilitatem.

Non in ſapientia quæ eſt in me, pluſquàm in cunctis viuentibus. Id eſt, non quòd ſim aliis hominibus ſapientior. Legendum erat: non in ſapiẽtia, quæ non eſt in me pluſquàm in cunctis viuentibus. Sed prima negatio cadit ſuper totam hanc orationem habens vim duarum negationum. Quod eſt apud Hebræos frequẽs. Capite decimonono Leuitici: vbi nos habemus: Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui: litera Hebraica non habet niſi vnam negationem, quæ tamen duarum habet vim: ita enim habet: Non iurabis in nomine meo mendaciter, & polllues nomen Dei tui. Eodem modo illud explanandum exiſtimo, quod eſt cap. 33. Deuteronomij mandatum. Viuat Ruben, & non moriatur, & ſit paruus in numero. Pro quo legendum erat: nec ſit paruus in numero, niſi prima negatio totam comprehenderet orationem. Eſt enim horum verborum ſenſus: Viuat Ruben in hoc ſeculo, & non moriatur morte immatura, nec ſit paruus in numero poſterorum, ſed propaget progeniem, & poſteritatem ſuam.

Sacramentum hoc. Id eſt, arcanum hoc. Quaſi dicat: Non humana ſcientia apertum eſt myſterium hoc, ſed fuit mihi à Deo prolatũ & oſtenſum, vt tu ſcires, quæ ventura ſunt. Euitat arrogantiam & oſtentationem: & regem afficit honore, propter quem facta fuit illa ſomnij apertio & reuelatio.

Tu rex videbas. Nimirum viſione imaginaria in ſomnio. Erat ſtatua illa magna, quia regna quæ magna hominibus videntur, ſignificabat. Erat intuitus eius terribilis propter regnorum bella & controuerſas ſucceſſiones, quæ non ſine infinita hominum cæde & periculo efficiuntur.

Sine manibus. Hoc eſt, ſine induſtria humana.

na. Et lapis hic ita omnia cõtriuit, vt redigerentur in fauillam, quæ rapitur à vento, cùm repurgatur triticum in area.

Hoc eſt ſomnium. Hoc eſt, quod ſomniaſti. Rex prudenter omnia audi veritatem recognoſcens.

F Tu rex regũ es: & Deus cæli regnum & fortitudinem & imperium, & gloriam dedit tibi & omnia in quibus habitant filij hominũ, & beſtiæ agri: volucres quoque cæli dedit in manu tua: & ſubditione tua omnia conſtituit. Tu es ergo caput aureum. Et poſt te cõſurget regnum aliud minus te argenteum. Et regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuerſæ terræ Et regnum quartum erit velut ferreum: quo modo ferrum comminuit & domat omnia: ſic cõminuet & conteret omnia hæc. Porrò quia vidiſti pedum & digitorum partem teſteam figuli, & partem ferream, regnum diuiſum erit: quod tamen de plantario ferri orietur, ſecundum quod vidiſti ferrũ miſtum teſtæ ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnũ erit ſolidum, & ex parte cõtritum. Quòd autem vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto: commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhærebunt ſibi, ſicuti
G ferrum miſceri non poteſt teſtæ. In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnũ, quod in æternum non diſsipabitur: & regnũ eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & conſumet vniuerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum. Secundum quod vidiſti: quod de mõte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtã, ferrum, & æs, & argentũ, & aurũ, Deus magnus oſtendit regi, quæ ventura ſunt poſtea. Et verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius.

Tu rex regum. Vocat eum, quemadmodum illum alij vocabãt. Vocabatur autem rex regum, quia multos reges debellauerat, & vicerat. Ita etiam appellatur apud Ezechielem cap. 26.

Deus cæli regnum, & fortitudinem, & imperium & gloriam dedit tibi. Vult ſignificare omnia Dei eſſe, & ab eo bona cuncta procedere, cuius numine & prouidentia omnia gubernantur. Ac illum eſſe, qui dat regna, & alia tam corporis quã animi bona. Id ſignificabat ſcala quam vidit Iacob à cælo ad terram venientem, per cuius gradus à Deo bona omnia deſcendunt. Vnde Iacobus Apoſtolus capite 1. canonicæ ſuæ: Omne datum optimum, inquit, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendẽs à patre luminum. Id aliquo modo intelligebat Cyrus, qui vt Eſ- *Gen. 28.*

dras cap. 1. mandauit: Omnia, inquit, regna terræ dedit mihi Deus cæli. *1. Eſd. 1.*

Et omnia. Subaudi loca, in quibus habitãt homines, & feræ, & volucres, dedit tibi Deus: omnia ſunt poteſtati ac ditioni tuæ ſubiecta. Nihil eſt, quod tibi nõ pareat, quod tibi peruium non ſit. Vtitur Daniel ea orationis exornatione, quã rhetores Græci hyperbolem, Latini ſuperlationem vocant. Vult ſignificare eſſe Nabuchodonoſorem admodum potentem: ideo hac vtitur figura ad eius potentiam exprimendam, & verbis amplificandam. Sed nec Nabuchodonoſoris principatus, nec vllus alius ita vniuerſo orbi præfuit, vt nullam prouinciam relinqueret indomitam. Teſtantur hoc aræ Alexãdri Magni, columnæ Herculis, Cteſiphon Romani imperij ad Orientem limes. Vtitur Dauid hoc hyperbolico ſermone, cùm ait Pſalmo decimoſeptimo terribiles extitiſſe motus, & deſidente terra intimas ac profundas aquarum venas apparuiſſe, & retecta fuiſſe fundamẽta orbis terrarum. Eodem ferè modo Deus apud Eſaiam capite tertiodecimo: Cælum, inquit, turbabo, & conquaſſabitur terra propter indignationem Domini exercituũ. In quorum verborum explanatione diuus Hieronymus: Hæc eſt, inquit, ſuperlatio, qua vehementiſſimam iram Dei vates ſanctus exaggerat. In eundem modum Ioel ad amplificandam oratione hoſtiũ multitudinem & feritatem: Gens, inquit, aſcendit ſuper terram meam fortis, & innumerabilis: dentes eius vt dẽtes leonis, & molares eius, vt catuli leonis. Ita id exiſtimo intelligi, quod capite 6. apud Matthæum Chriſtus ait: Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. *Ioel. 1.*

Tu es ergo caput aureum. Hoc eſt, caput aureum ſtatuæ te deſignat, regnumque tuum ſignificat. Vt aurum aliis metallis illuſtrius eſt: ita regnũ Nabuchodonoſoris fuit aliis præſtantius. Fortaſſe ideò cum auro comparatur, quia victis inimicis magna pace & miſericordia erga indigentes vtebatur. Nam oleum miſericordiam ſignificat, aurum autem ſumitur pro oleo, vel ob colorem, vel puritatem. Vnde verba illa Zachariæ capite quarto: Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro? poſſunt ita verti: Quid ſunt rami oliuarum, qui ſunt iuxta duo roſtra aurea, quæ effundũt ex ſe aurum. Hoc eſt, quid ſibi volunt hi duo ramuli oliuarum, qui ſunt inter duas ampullas aureas, quæ effundunt ex ſe oleum in candelabrum? Hoc candelabrum aureum omnia illuminans Chriſtus eſt: duo rami oliuarum ſunt Zorobabel & Ioſue filius Ioſedech, de quibus illic Zacharias loquebatur: per quos intelligebatur ſacerdotium & regnũ: nam ſacerdos & rex oleo vngebantur. Chriſtus autem eos illuſtrat, quia regum & ſacerdotum lumen à Chriſto eſt. Aſpicies illo in loco effundere aurum in candelabrum idem eſſe quòd oleum effundere. Accipitur etiam aurum pro aeris nitore & tranquillitate: vt capite 37. Iob: Ab aquilone aurum venit. Pro quo quidam vertunt: Venit à Septentrione ſerenitas auro ſimilis. Ventus enim aquilo diſſipat nubes, & affert ſerenitatẽ & ſplẽdorẽ inſtar coloris auri: igitur propter miſericordiã &

placabi

placabilitatem in pace forſitan regnũ Chaldæorum per aurum ſignificabatur. Vel propter diuitias, quibus affluebat. Dicitur autem caput, quia aliis regnis dignitate excellebat & principatu: & quia inter quatuor regna hîc deſignata ipſum primum erat. Immò omnium regnorũ primum fuit Babylonicum, cuius clauum tenuit Nemroth, vt conſtat cap. 10. Geneſeos.

Et poſt te conſurget regnũ aliud minus te argenteũ. Hoc eſt regnum Medorum & Perſarum, quod ideò deſignatur per duo brachia, quia duo quondam regna fuerũt: quæ poſtea copulata in vnum redacta ſunt, cuius rex fuit Cyrus, qui materno genere à Medis, paterno à Perſis ducebatur. Et vt ait Theodoretus, per dexteram paternũ genus, per ſiniſtram maternum ſignificatur.

Regnum aliud tertium æreum. Siue æneum. Hoc fuit regnum Græcorũ, præſertim tempore Alexandri Magni, quando non ſolùm in re militari, ſed etiam in eloquentia & Philoſophia magni nominis viri floruerũt. Signatũ eſt autẽ ære propter Græcorũ eloquentiã, quod latius ac lõgius ſonuerit, quàm Babyloniorum & Perſarum.

Regnum quartum erit velut ferreum. Siue ferrũ. Hoc fuit Romanorũ imperium, quod inſtar ferri alia conterentis, cætera regna domuit, atq; contriuit. Eſt autem ſignatum duabus tibiis propter imperij partitionem in Conſtantinopolitanum & Germanicum, ſiue Orientale & Occidentale. Vnde inſigne imperiale eſt aquila duorum capitum. Quid enim auium regina bicipite ſignificatur, niſi duorum imperiorum diuiſio? Itaque per quatuor partes præcipuas ſtatuæ, quatuor mundi regna ſiue imperia intelliguntur, nempe Babylonicum, Perſicum, Græcum, Romanum. Ita Hieronymus, Theodoretus, & alij hunc locum explanãt. Tametſi Paulus Oroſius per hæc quatuor regna intelligit Babylonicum ad Oriẽtem, Macedonicum ad Septentrionem, Punicum ad Meridiem, Romanum ad Occidentem.

Porrò quia vidiſti pedum & digitorum partem teſteam figuli. Per digitos intellige digitos pedum: qui pedes partem habebãt luteam, partem verò ferream: quædam pars erat ex ferro, quædam ex terra. Quo ſignificabatur Romani imperij diuerſitas: nam in principio fuit ferreum, hoc eſt fortiſſimum, poſtea verò luteum, hoc eſt fragile & debile. Hæc autem fragilitas orta eſt ex diuiſione propter bella ciuilia, & intimas Romanorum diſcordias, & acerbas diuturnáſq; cõtentiones atq; crudelia exitioſaque diſſidia. Cùm enim ambitione ducti honores quærerent, alij aliis nefaria bella gerebãt: & ita vim imperij labefactabant. Et quoniam diuiſio hæc ex imperij dimanabat fortitudine, ait Daniel: Quod tamen de plantario ferri oriebatur: hoc eſt de planta pedis ſtatuæ, quæ ferrea erat. Senſus eſt: Quæ diuiſio Romanorum originem habebat à ferro plantæ pedis, per quod fortitudo & diuitiarum abundantia ſignificabantur. Accipitur itaque plantarium pro planta pedis. Sed quia plantarium eſt locus, vbi arbores ſunt inſitæ teſte Plinio libro decimoſeptimo, poſſunt hæc verba hunc habere ſenſum: Quæ diuiſio oriebatur in loco, vbi plantata fuerat fortitudo: vt per hunc locum intelligatur Roma, quæ erat veluti pomarium quoddã inſitum arboribus non pomorũ, ſed vitiorũ. Vel accipitur plantarium pro firmitate, vt ſignificaret imperium diuidendum, quod tamen aliquid de firmitate ferri haberet. Regnum Romæ cœpit à fratricidio, deinde plerunque ſeditionibus laborauit, & diuiſionibus: quæ hoc loco ſignificantur. Sed meo quidem iudicio præcipuè hîc loquitur Daniel de diſcordia inter Iulium Cæſarem, & magnum Pompeium.

Quod autem vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto, commiſcebuntur. Hæc miſtio fuit per contactum, ideo non fuit propria. Non enim ferrum & lutum ita miſcentur, vt ex illis duobus vnum formaliter fiat. Vult generaliter vna comprehenſione ſignificare Romanorum connubia, quibus genus ſuum propagabant, & amicitia cõiungebantur. Sed non adhærebant ſibi per ſincerum amorem & veram charitatem propter inteſtinas & domeſticas diſcordias: quemadmodum ferrũ non poteſt cum teſta niſi ſuperficialiter, vt ita dicam, commiſceri. Præcipuè tamen ſignificat matrimonium inter Pompeiũ & Iuliam filiam Iulij Cæſaris, quod conflatum fuit, vt inter hos duos principes amicitiam cõciliaret, quam conciliare nõ potuit. Lege Suetonium Tranquillũ, Plutarchum, Lucium Florũ, & alios hiſtoricos, vbi hæc poteris videre. Inſuper intueberis Romanorũ in omni ferè ætate diſſidia. Ex quo effectum eſt, vt vrbs illa Roma à Romulo, vt aiunt, appellata, illuſtriſſimum orbis terrarum monumentũ, arx totius mũdi, domus fortitudinis, imperij, & dignitatis, terror vniuerſi, triumphorum gloria, quæ alias vrbes expugnabat, ab aliis expugnaretur. Sed modò nobilior eſt quàm olim propter fidem, & ſummi pontificis, Chriſti vicarij aſſiſtentiã & principatum. At ſi ad antiqua & magnifica ædificia reſpicias, videbis nonnulla deſerta, alia partim diruta, partim penitus euerſa. Nec mirũ, nam omnia hæc regna terreos habent pedes in ſtatua, & lutea fundamẽta. Hic eſt ſeculi ſtatus, hæc eſt mundi conditio: nulla eſt in eo firmitas, nulla perpetuitas, nulla cõſtãtia. Intuere animo hanc ſtatuã tam amplã & eximiam ex auro, argento, ære, & ferro conflatã, qua mundi regna, nominis celebritas, diuitię & dignitates ſignificatæ ſunt, videbis eã fictilẽ in pedibus, fragilẽ & caducã, quæ ruit, fluxit, & euanuit, & fuit in minutiſſimas fauillas redacta, quę raptę à vẽto amplius nõ apparuerũt. Id mentis oculis perſpiciebat Salomon, cùm diceret: Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Huiuſmodi ſunt ea, ad quę inſipientes mortales deſiderio flagrãtes rapiuntur. *Eccleſ. 1.* Cùm ſe tibi ante oculos obtulerint mũdi opes & honores, & magnũ quippiã ac glorioſũ tibi viſum fuerit harũ rerũ decus, caue ne decipiaris. Quæ in ſummo à pretioſa incipiunt materia, detrimẽtis curſum cõficiunt, & tandẽ in viliſſimã materiã finiũtur. Si huiuſmodi res tibi ante oculos principium propoſuerint, reſpice ad earum finẽ, videbis eas in luto finiri & terminari, incertáſque eſſe, inſtabiles, & in caſu ſitas. Earũ fundamẽtum lutum eſt caducum, & finis interitus. Quanquam in lætitia auri exordiri videantur, in mœrorem tamen terræ deſinunt, & in nihilum rediguntur. Sed id nolunt perpendere, qui eas cõcupiſcũt, ſummis infinitæ cupiditatis ſtimulis concitatũ.

Quorum verborum hic eſt ſenſus.Hoc qđ nõ eſt vera felicitas,etiam ſi id videatur eſſeqđ non eſt hoc,qđ nõ eſt ſolida res,ſed ſecũdũ hoc,hoc eſt, ſed inane ſimulachrũ: profectò eſt ſomniũ tranſiens. *Plato.* Plato inanem ſpem fugacis proſperitatis ſomnium appellabat vigilantis.Ipſa vita noſtra ſomnium eſt.Quid fragilius illa,quid fugacius, quid inanius? *Homer.* Homerus libro ſexto Iliadis homines comparat cum arborum folijs,quæ modò vireſcunt,modò areſcunt:nũc pulchritudine decorantur,nunc à vento rapiuntur.Qua ſententia oblectabatur *Pyrrho.* Pyrrho Academicus authore *Laerti.* Laertio. *Menand.* Menand.apud *Plutar.* Plutar.in libello conſolatorio ad Apollonium:Nullum, inquit animal eſt, quod crebrius ac velocius modò ſurgat, modò cadat,q̃ homo:nullum debilius & incõſtantius. *Euripi.* Euripides huius ſeculi felicitatẽ vnum tantùm diẽ durare dixit.Qua in re fuit à Demetrio *Phaler.* Phaler. omnium illius ætatis philoſophorum politiſſimo nõ immeritò reprehenſus,quod non integrum diẽ,ſed temporis punctũ dicere debuiſſet. *Pindar.* Pindar.hominem vocauit vmbrę ſomniũ.Aduerte,obſecro.Non ſolũ ſomniũ,ſed ſomniũ vmbræ illũ vocauit. *Aeſchil.* Aeſchilus apud *Stobæ.* Stobę.vitã humanã cum vmbra fumi comparabat. *Sopho.* Sophoc.in Aiace nihil aliud ait eſſe hominẽ,quã vmbram & ventum.Hinc ortum eſt tritum illud vetuſtate prouerbium:Homo bulla.Eſt autẽ bulla tumor ille inanis apparens in aquis,qui eodem ferè inſtanti quo naſcitur,euaneſcit.Sed quorſum cito philoſophos,cùm habeamus perſpicua diuinarũ literarum loca id ipſum aſſerentia? Homo, inquit cap.14.Iob,natus de muliere,breui viuens tẽpore,repletur multis miſerijs:qui quaſi flos *Iob.14.* egreditur,& cõteritur,& fugit velut vmbra,& nunquã in eodẽ ſtatu permanet.Dauid Pſal.38.Vniuerſa, *Pſal.28.* inquit, vanitas omnis homo viuẽs.Et Pſal.101. *Pſal.101* Defecerunt ſicut fumus dies mei.Et paulo pòſt: Dies mei ſicut vmbra declinauerũt:& ego ſicut fœnũ arui.Et *Iacob.* Iacobus apoſtolus capite quarto epiſtolę ſuæ:Quę eſt vita veſtra? Vapor ad modicũ parẽs,& deinceps exterminabitur.Eſt igitur vita noſtra ſomnium,& mũdi proſperitas ſomnium, & ſtatua viſa in ſomnijs,quæ in fragili luto finitur, per quã opes,diuitiæ,magiſtratus,& imperia ſignificantur.De quibus diuinæ literæ capite quinto Sapientiæ hæc verba monimentis conſi- *Sap.5.* gnarunt.Omnia illa tranſierunt ſicut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens:& tãquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius cùm præterierit,non poteſt veſtigium inueniri,nec ſemita carinæ illius in fluctibus.Cur igitur tam ardenter quærimus,quod tam parum durat? Præſertim cùm nemo poſſit duobus dominis ſeruire,Deo & diuitijs:vt ipſe Deus capite ſexto apud Matthæũ teſtatur,Ioſeph in Aegypto elegit Deo *Mat.6.* æterno potius ſeruire,quàm impudicę Aegyptę, *Gen.39.* & reliquit pallium, vt honeſtatem conſeruaret. Eliſæus reliquit boues & aratra, vt ſequeretur Eliã.Ipſe Elias reliquit amictũ vt aſcenderet in *3.Reg.19.* cœlũ.Nos relinquamus mundi opes mobiles *4.Reg.2.* & fluxas:ac illas quæramus, quę animum amplificent,quibus illi qui Deum amore amplectũtur,ſine dubitatione cumulãtur.Eos imitemur, qui diuitias mũdi ꝓ nihilo putarũt,qui animas è corporũ cõtagione ſeuocauerũt,& ad Chriſti imitationẽ cõtulerũt.Eos fugiamus qui ad eas toto animo aſpirãt. *Similitudo.* Vt in argẽto viuo omnia natãt preter aurũqđ in illud ingreditur:ſic in corde auari nihil incidet niſi aurũ & lucrum:nã virtutes, bonæ diciplinæ,& cætera huiuſmodi fluitant in ſummo,animum autem haud quaquã ingrediũtur.Alij amore diuitiarum flagrant, vt illis intemperanter abutantur. Filius prodigus apud Luc.cap.15.dum afflueret diuitijs, receſſit à pa- *Luc.15.* tre,& à ſeipſo:dum aũr inopia laboraret, redijt ad illũ,& ad ſe.Ita enim ait Lucas:In ſe reuerſus dixit:Quanti mercenarij,&c. Qui ad ſe reuertitur,extra ſe vagabatur.Miſit Deus Moſem ad Aegyptum,nec ei diuitias dedit,nec corporis voluptates:ſed virgam, qua munitus ederet mirabilia.Amplectamur virgam illam, per quam crux Chriſti erat adumbrata:portemus crucem domini,& diuitias,delitias,voluptates, magiſtratus, potentiam,honores,& alia huiuſmodi quæ eximia pleriſq; & præclara videntur, parua ducamus,eaque ratione ſtabili firmaq; cõtemnamus, & lutum,inanem imaginem,& Babylonicã ſtatuam caducã intus & vanam, & vmbram atque ſomnium exiſtimemus.

In diebus autem regnorum illorum. Hoc eſt, decurſis tẽporibus regnorum,de quibus facta fuit mentio,durante regno ſeu imperio Romano. Vel multo rectius per regna illa in plurali non quatuor illa, quorum meminit,ſed ſolùm Romanum intelligit imperium,quod omnia regna illa contineret.Tunc natus eſt Chriſtus Deus noſter,imperij gubernaculum tenẽte Auguſto Cæſare Octauiano.Tunc enim vt ait capite ſecundo euangelij diuus Lucas, exijt edictum à Cæſare Auguſto,vt deſcriberetur vniuerſus orbis.Hanc exiſtimo eſſe germanam huius loci explanationem.Ex qua habes validum aduerſus Iudæos argumentum ad oſtendendum veniſſe Chriſtum. Quoniam venturus erat,vt conſtar ex hoc loco, quando regnum Babylonicum,& Perſicum, & Græcum eſſet imperio Romano ſubiecta quemadmodum fuerunt tempore Auguſti Octauiani. Nunc autem nullum horum regnorum imperio paret Romano.Nã Medi & Perſæ ſubiecti ſunt regi Sophio,Babylonij & Gręci Turcarum principi:qui duo principes ſunt imperij Romani hòſtes,& accerrimi aduerſari.

Regnum quod in æternum non diſsipabitur. Hoc eſt regnum æternũ.Intelligi hoc de regno Chriſti,non ſolùm Chriſtiani,ſed etiam Iudæi fatentur.Hac in re ſolùm differimus,quòd nos Chriſtum veniſſe profitemur,illi non veniſſe,ſed venturum eſſe exiſtimant,adhibentes huic exiſtimationi peſtilentem contumaciam non à magnitudine animi inductam,qua carent, ſed à perfidia & amentia,quibus abundant. Imitantur ſtulti homines hac in re Britanos,quos vulgus appellat Ingleſios,qui regem ſuum Arturum ridiculè expectant,qui eos diuites,potentes,ac felices faciat.Qui rex iam venit, & multis abhinc annis exceſſit è vita: & tamen ab illis expectatur. De hoc Chriſti regno ait Pſalmo 96.diuinus citha- *Pſal.96.* rœdus:Dominus regnauit exultet terra: lætentur inſulæ multę.Tametſi loco illo regnare poteſt accipi pro vincere & prǣualere.

Et regnum eius alteri populo non tradetur. Hoc

eſt, nunquam ab hoſtibus penitus extinguetur.
Id quidē eſt Chriſti regnū in eccleſia catholica,
qđ ſemper durabit vſq; ad finē ſeculi, deinde in
cœlis perficietur. In eccleſia militāte inchoatur:
in triumphante verò æuo ſempiterno permane-
bit. Duplex eſt gubernatio regni Chriſti: altera
ſpiritualis, altera ſecularis. Chriſtus per ſuos vica
rios, per principes ac pontifices regnat in Chri
ſtianis ſeculariter. vt ita dicam: in quorum ani-
mis regnat ſpiritualiter, in viris iuſtis per gratiā
in via, & per gloriam in patria. Ac quoniā eccle-
ſia catholica ſemper eſt duratura iuxta id quod
Matt.16. ait apud Matthæū capite ſextodecimo ſeruator
noſter Portę inferi non præualebūt aduerſus eā:
Daniel eam non eſſe altero populo tradendam.
ait Oppugnatur quidē, & oppugnabitur: ſed non
expugnabitur, nec vnquam euertetur. Si in vna
regione defecerint Chriſtiani, in altera propaga
buntur. Semper erunt veri Chriſtiani: quibus
Chriſtus Deus noſter ait apud Matthæum capite
Mat.28. vltimo: Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſ
que ad conſummationem ſeculi. Alij referunt
hęc Danielis verba ad eccleſiam triumphantem,
vbi ciues ſunt immortales. Prior expoſitio pla-
cet doctioribus.

Et ipſum ſtabit in æternum. Alia regna habebunt
finem, Chriſti verò regnum erit æternum. Id pręe
dixit diuinus ac regius vates his verbis pſalmo
144. Regnum tuum regnum omnium ſeculorū:
& dominatio tua in omni generatione & genera
tionem. Et Pſalmo 88. Inducit Deum patrem ita
loquentem: Aedificabo in generatione & genera
tionem ſedem tuam. Et quia hæc erant admiran
da, alloquitur ſtatim ipſe Dauid Chriſtum ven-
turum, cuius regnum æternum fore præuidebat:
Coofitebuntur cœli mirabilia tua domine: ete-
nim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Veri
Pſal.88. tatem Dei appellat eius promiſſa. Et paulò pòſt
inducit patrem has voces mittentem: In æternū
ſeruabo illi miſericordiam meam: & teſtamentū
meum fidele ipſi. Et ponam in ſeculum ſeculi ſe
mē eius, & thronum eius ſicut dies cœli. Et thro
nus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna
perfecta in æternū, & teſtis in cœlo fidelis. Vocat
Chriſtum ſemen Dauidis, quia ab eo quatenus
homo originem ducebat, iuxta id quod ait Mat-
Matt.1. thæus: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Da-
uid, filij Abraham. Qui Chriſtus regnat in æter-
num in eccleſia, quæ in omne tempus vigebit, at
que æuo ſempiterno Deo in cœlo fruetur. Dixit
autem thronum Chriſti duraturum ſicut dies
cœli, hoc eſt quandiu durauerit cœlum: & ſicut
ſol & luna, hoc eſt, quandiu ſol & luna duraue-
rint, quæ aſtra ſunt teſtes perpetuitatis regni
Chriſti, vt ipſum æternum eſſe ſignificaret. Non
poſſe autem hæc Dauidi conuenire, indicat id,
Pſal.88. quod dicitur in eodem Pſalmo: Nihil proficiet
inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet
2. Reg.24. nocere ei. Eſt enim nobis ſatis perſpectum &
exploratum, Dauidem in ſcelera incidiſſe, quādo
populum inflato animo numerauit: & quando
adulterium commiſit, & cædem Vriæ machina-
2. Reg.11. tus eſt. Quibus in flagitijs inimicus profecit, in
eo, & filius iniquitatis appoſuit, vt lęderet illum.
Præterea qui fieri poteſt, vt regni perpetuitatem
Deus polliceretur Dauidi ſuper Hieroſolymam
terrenam, cùm in ea nullum ſit regnū Iudæorū,
ſed ſubiecta ſit impijs Turcis Iudæorum & Chri
ſtianorū acerrimis inimicis? Nullo modo hęc ve
ra eſſe poſſunt, niſi referantur ad Chriſtum, qui
natus in familia Dauidis perpetuò regnat. Nec
in aliam ſententiam explanari debet illa Eſaiæ
vaticinatio capiti nono mandata: Multiplicabi- *Eſai.9.*
tur eius imperium, & pacis non erit finis. Super
ſolium Dauid, & ſuper regnū eius ſedebit, vt con
firmet illud, & corroboret à modò, & vſque in
in ſempiternum. Et illud Michæę capite quarto. *Mich.4.*
Regnabit ſuper eos in monte Sion ex hoc nunc
& vſque in ſeculū. Id intuebatur mentis oculis
ſpiritu prophetico illuſtratis noſter Daniel, cùm *Dani.7.*
diceret capite ſeptimo: Poteſtas eius poteſtas æ-
terna, quæ non auferetur, & regnum eius qđ non
corrumpetur. Et hoc loco: Suſcitabit Deus cœli
regnum, quod in æternum non diſſipabitur: &
regnū eius alteri populo non tradetur: commi-
nuet autē & cōſumet vniuerſa regna hęc, & ipſū
ſtabit in æternum. Hæc omnia oracula explana-
uit de Chriſto Gabriel angelus, Dei interpres &
nuntius, cùm capite primo apud Luc. his verbis *Luc.1.*
virginem Mariā ſanctiſſimā affatus eſt: Ecce con
cipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomē
eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vo
cabitur. Et dabit illi dominus Deus ſedē Dauid
patris eius, & regnabit in domo Iacob in eternū,
& regni eius nō erit finis. Eſſe Chriſtum regē, aſ-
ſerit ipſe dicēs ſecondo pſalmo: Ego autem con
ſtitutus ſum rex ab eo ſuper Siō montē ſanctū e-
ius, prædicans præceptum eius. Non conuenire
autem hæc Dauidi authori pſalmi, indicāt quæ *Pſal.2.*
ſtatim ſequuntur: Dominus dixit ad me: filius
meus es tu, ego hodie genui te. Quē locū diuus *Hebr.1.*
Paulus capite primo epiſtolę ad Hebręos de Chri
ſto interpretatur, probans eſſe eum angelis præ-
ſtantiorē, à patre cœleſti genitum, de ipſius eſſen
tia. Ita Ambroſius, Chryſoſtomus, Theophila-
ctus, Primaſius, & alij locum illum explanāt. Di-
cens Deus pater: Ego hodie genui te: ſignificat
eum eſſe filium ſuum natura. Quemadmodum
eus, ſiue qui eſt, nomen Dei eſt, quia in eo nihil
præteritum aut futurū, ſed omnia præſentia: ita
hoc loco: Ego hodie genui te: hæc vox hodie nō
tempus ſignificat, ſed æternitatem: vt ſit ſenſus:
Ego ab æterno genui te. Athanaſius tamen ait,
verba hęc: Filius meus es tu, ad diuinitatē referri:
illa autē: Ego hodie genui te, ad humanitatē. Theo
dorus autem & Hilarius aſſerunt Dauidem hoc
verſiculo prædixiſſe Chriſti reditū ad vitā. Imò
ipſe Paulus, qui in epiſtola ad Hebræos hoc de
Chriſti generatione interpretari videtur, in ora- *Hebr.1.*
tione quam habuit, à Luca in actis apoſtolorum *Act.13.*
literis mādata, oſtendit vocabulum, hodie, tem-
pus illud ſignificare, quo Chriſtus ab inferis re
ſurrexit. Ita enim ait de patre loquens: Reſuſci- *Pſal.2.*
tans Ieſum, ſicut in pſalmo ſecondo ſcriptū eſt:
Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sed non eſt
mirandum, cùm certiſſimum ſit, vnum atque eū
dē locum diuinæ ſcripturæ multos poſſe habere
ſenſus etiam literales. Sed vt vnde digreſſa eſt, re
uertatur oratio: Chriſtus Deus noſter rex vetus
eſt. De illo enim ait pſalmographus Pſalmo 73.
Rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem
in medio terræ. Vbi per mediū terræ Baſilius in-
telligit

intelligit Hieroſolymam. Poteris tamen inter-
pretari:in medio terræ,hoc eſt palam,& coram
mortalibus tanquã id in theatro ſpectãtibus. Et
Pſalmo 149. Lætetur Iſrael in eo,qui fecit eũ,&
filiæ Sion exultent in rege ſuo. Et Eſaias capite
Eſai.32. 32. Ecce,inquit,regnabit rex in iuſtitia,& princi
Iere.23. pes eius in iudicio præerunt. Et capite 33. Domi
nus iudex noſter,dominus legifer noſter,domi-
nus rex noſter,ipſe ſaluabit nos. Audi Ieremiam
Deum patrẽ id prædixiſſe aſſerentem: Ecce dies
venient,dicit dominus,& ſuſcitabo Dauid ger-
men iuſtum,& regnabit rex,& ſapiens erit. Et fa
ciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis
ſaluabitur Iuda,& Iſrael habitabit confidenter,
& hoc eſt nomẽ,quod vocabũt eum, Dominus
iuſtus noſter. Hunc locum non ſolùm catholici,
ſed etiã Hebræi intelligunt de Meſſia,quẽ Deus
appellat germen,ſiue ſemen,ſiue fructum Daui
dis,quia ex eo ſecundum carnẽ duxit genus ſuũ.
Vocabulum Dauid eſt in datiuo tã in Hebræo,
quàm in Græco. Et vocabulum Hebræum ſigni
ficans germen ſignificat etiã Orientẽ. Qua ratio
ne ducti ſeptuaginta interpretes verterunt: Et
ſuſcitabo Dauidi Orientem iuſtum. Oriẽs enim
Zach.3. Chriſtus appellatur:vt apud Zachariam capite
tertio: Adducam ſeruum meũ Orientem. Et ca-
pite ſexto: Ecce vir Oriẽs nomẽ eius. Et vbi nos
habemus. Hoc eſt nomen, quod vocabunt eũ:
Dominus iuſtus noſter: pro domino eſt in Hẽ-
bræo Iehouah,quod nomẽ Deũ ſignificat,& ne
mini niſi Deo tribuitur. Conſtat igitur ex hoc Ie-
remię loco,Chriſtum eſſe ex familia Dauidis,&
eſſe regem,& verum Deum. Et Sophonias capite
tertio,Lætare,inquit,& exulta in omni corde fi-
lia Ieruſalem:abſtulit dominus iudiciũ tuũ,auer
tit inimicos tuos:rex Iſrael dominus in medio
tui. Vbi pro domino eſt in Hebræo Iehouah no-
mẽ Dei ineffabile. Aſpicis apertè hunc diuinum
vatem aſſerere Meſſiam regem eſſe atque Deum.
Matt.1. Ideò vocatur Ieſus Chriſtus, hoc eſt ſaluator &
vnctus:ſolus Deus eſt verus ſaluator. & ipſe eſt
verus rex:olim enim rex vngebatur. Vnde volẽs
Matthæus ſignificare eum eſſe Deum & regẽ,di-
xit: Liber generationis Ieſu Chriſti. Id quod diui
ni vates prædixerant. At tanta eſt Iudæorum cæ
citas, tam tetris tenebris operiuntur, vt ex-
pectent Meſſiam purum hominem magnas illis
ac multas diuitias terrę allaturum. Nihil ſe
extollunt è terra. Eorum caliginem oſtẽdit ipſo-
Zach.9. rum vates Zacharias,cùm ait capite nono: Exul
ta ſatis filia Sion,iubila filia Ieruſalem: ecce rex
tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator,ipſe pauper aſ-
cendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium
Matt.21. aſinæ. Quem locum Matthęus capite 21 de Chri
ſto Deo noſtro in ingreſſu Hieroſolymæ inter-
pretatur. Hic eſt rex ille,quem magi Orientales
Matt.2. quærebant dicentes,vt refert Matthęus capite ſe
cundo: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Vi
dimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus
cum muneribus adorare eum. Nullus rex natus
eſt rex præter Chriſtum. Ideò diuino ſpiritu affla
ti non dicunt: Vbi eſt puer qui natus eſt: Sed vbi
eſt rex,qui natus eſt rex? Hũc alloquẽs Nathana
el verus Iſraelita dicit,vt ait primo capite ſui Euã
gelij Ioãnes: Rabbi tu es filius Dei,tu es rex Iſra
el. Et ingrediẽte illo Hieroſolymã honorificè di
cebãt turbę,vt ait Lucas capite decimonono: Bene Luc.19.
dictus qui venit rex in nomine Domini. Et Pila
tus ſuper crucẽ Hebraicis,Grçcis ac Latinis lite
ris hũc titulum inſcribi in tabula præcepit: Ieſus
Nazarenus rex Iudæorum,vt Ioannes ait capite
decimonono:quem titulũ vetuſtate ferè cõſum- Ioan.19.
ptum vidi ego Romæ,& manibus tenui. Aſpicis
igitur Chriſtum eſſe regem,eiúſq; regnum æter
num eſſe,quod nulla vetuſtate delebitur, nulla
vnquam oblinione labefactabitur. Sed quia hæc
legentibus illa poterit occurrere dubitatio,qua-
le fuerit illud Chriſti regnum,complectar breui,
quid ſentiam. Sunt, qui dicãt, fuiſſe Chriſtum
temporalem Iudęorum regem,regnumq́ue illud
ad eum deueniſſe iure hæreditario, quoniã erat
ex familia Dauidis,à quo linea recta per regiam
proſapiam genus ſuum ducebat:quod ex primo
Matthæi capite probare contendunt. At ſi verba
euangeliſtæ perpendant,qui Ioſephi genealogiã Matt.1.
deſcribit,qui pater Chriſti non fuit niſi putati-
uus,videbunt Chriſtũ dominũ deſcẽdiſſe quidẽ
ex Dauide,ſed non liquidò conſtare id eſſe per li-
neã rectam. Fateor D. Matthæum Chriſti ſerua-
toris progeniẽ per patres naturales deſcripſiſſe, Matt.1.
diuũ verò Lucã per legales,vt ait Africanus fide Luc.3.
lis hiſtoricus in tractatione Harmoniæ Euangeli
cæ,quẽ refert Euſebius Cæſarienſis lib 1. hiſtorię
Eccleſiaſticæ: In hac ſententia ſunt Hieronymus
in primum Matthæi caput,Chryſoſtomus homi
lia 2. in Matthæũ,Auguſtinus libro 2. de cõſenſu
Euangeliſtarum,Damaſcenus libro quarto fidei
orthodoxæ:& alij patres ſapiẽtia & ſanctimonia
admirãdi. Sed etſi Matthæus recẽſet parẽtes natu
rales Ioſephi,nõ ſtatim ſequitur,Chriſtũ qui Ma
riæ virginis filius eſt,non Ioſephi,ex Dauide per
rectã lineã deſcẽdiſſe. Erant quidẽ ex eadẽ fami-
lia Ioſeph & Maria,ſed Matthæus nõ Mariæ,ſed
Ioſephi patres iuxta ſcripturarũ morem recẽſet.
Sed eſto: do illis deſcẽſum hunc per lineam rectã
extitiſſe. Vnde ſequitur eum iure hæreditario re
gnum Iudęorum habuiſſe? Multi enim filij regis:
& nepotes regis,& poſteri regum per rectũ du-
ctum,regès nõ ſunt,quia ſolum maior natu iure
hæreditario regnum adeptus eſt interueniẽte po
puli conſenſu,qui illum principem in regem iu-
rauit. Vnde conſtabat eſſe Chriſtum vltimo Hie
roſolymæ regi omnibus alijs ex genere Dauidis
ſanguine propinquiorem? Vbi factus eſt conuen
tus,vbi eum Iudæa pro rege ſuo acceperit,& iu
rauerit? Imò Iudæi dicebant:non habemus regẽ Ioan.19.
niſi Cæſarem. Qui fieri poterat,vt iure hæredita
rio ſuccederet in regnum,qđ multo antè nimi-
rum in trãſmigratione Babylonis extinctum fue
rat? Nam inter captiuitatem Sedechiæ vltimi Iu 4.Reg.vlt.
dæorum regis & Chriſti aduẽtum ſexcenti & 15.
anni interfluxerunt. Quare longè quidẽ meo iu
dicio fallitur opinione. Vltimus Iudæorum rex 4. Reg. vlt.
ex familia Dauidis fuit Sedechias,cuius filij fue
runt corã eo interfecti:& ipſe oculis priuatus,vt
talis eſſet eius vultus,qualis erat animus. Ergo 4.Reg. 24.
ab eo Chriſtus non deſcendit. Sed antea fuerat
Iechonias in regis dignitate conſtitutus,qui ab-
ductus in Chaldæã fuit in carcerẽ coniectus. Ac
poſt mortẽ Sedechiæ etiã ſuperſtes,ſed regno ſpo
liatus vitam degebat. Hic filios habuit, & ab eo 4.Reg. vlt.
Chriſtus Dominus duxit genus ſuum. At Iere Iere.22.

mias capite 23. de illo hæc verba literis mandauit. Nec erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſoliũ Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda. Qua vaticinatione prædixit fore, vt nullus ex eo rũ poſteris in Iudæa temporaliter regnaret. Ex quo concludo, Chriſtũ Ieſum qui ex eo ſecũdũ carnẽ progeniẽ ducebat, non regnaſſe tẽporaliter Hieroſolymæ. Fuit quidẽ in Babylonica ſeruitute ſceptrũ & dominium quoddã in tribu Iuda, ſed nõ regnum. Imo poſtea in libertatẽ priſtinã reducti Iudæi nõ reges, ſed gubernatores habuerunt vſque ad Herodem Aſcalonitam, qui cùm Iudæus non eſſet, regnum obtinuit, cuius clauũ impiè & tyrannicè tenuit. Quare perſpicuũ Chriſtum Deum noſtrum nõ adeptum eſſe iure hæreditario Iudæorũ regnum. Quin potius, vt ego mihi ſtatuo, nunquã fuit rex tẽporalis Iudæorũ eo modo quo ſunt reges terræ: nõ qđ non poſſet, ſiquidem Deus erat: ſed nec voluit, nec eum decebat, nec cum eius conueniebat inſtituto. Deſcẽdit enim è cæli faſtigio in terram, vt diuinam legẽ doceret, animos hominũ qui in tenebris verſabantur, diuino lumine illuſtraret, & à peccatis eriperet. Induit humanam naturam, vt fuſo pro nobis ſanguine ſuo mentes noſtras expiaret, eiſque viã muniret ad immortalem beatitudinẽ cõſequendam. Nõ igitur venit, vt regnum temporale obtineret, ſed vt nos morte ſua redimeret, & in animi humilitate rectaq; viuẽdi ratione nõ ſolùm verbis, ſed factis etiã inſtrueret. Ipſe ſciẽs vèturam eſſe turbam, vt eum regẽ conſtitueret propter miracula, quæ edebat omnẽ naturę vim ſuperantia, ſe in fugam coniecit, vt diuus Ioãnes capite ſexto ſui Euangelij teſtatum reliquit. Et vt ait diuus Matthæus capite 22. diſcipulis ſuis dixit: Filius hominis nõ venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionẽ pro multis. Sed dices: Erat rex temporalis, ſed non vtebatur poteſtate, nec munera regis exercebat. Quorſum tale regnũ? Quid cõferebat in illũ? Si rex huiuſmodi erat, quare regni munera nõ obibat? Si nõ obiturus erat, quorſum rex erat? Qui fieri potuit, vt ille regnũ obtineret, qui paupertatem dilexit, qui inopiam elegit, qui mundi opes & honores contempſit, qui nos docuit res illas ſpernere, quæ illuſtres & præclaræ mortalibus videntur, ad quas plerique ſtimulis concitati rapiuntur? Deinde cùm ipſe Chriſtus ſit ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius, vt verbis vtar diui Pauli capite 1. ad Hebræos: cùm ſit verbum apud Deum Deus ſit verbum, vt diuus ait Ioannes in Euãgelij ſui principio: cũ ſit verus Deus, & vt verbis vtar Apocalypſis capite 19, cùm ſit rex regum & dominum dominantium, cùm ſit dominus ac rex cęli & terræ, eiusq; regnum atq; dominium ſit æternum, vt oſtendimus apertiſſime, quæ illi gloria cumulabatur, ſi eſſet temporalis Iudæorum rex in angulo mundi, in parte quadam Palæſtinæ? Nullum regnum temporale terminatũ eſt æternũ: atqui Chriſti regnũ eſt æternum. ergo Chriſti regnum nõ eſt temporale terminatum. Tum ſic. Regnum Iudæorũ fuit temporale terminatũ: atqui regnũ Chriſti non fuit tẽporale terminatũ: ergo regnũ Chriſti nõ eſt regnũ Iudęorũ: & ex cõſequẽte Chriſtus nõ fuit rex tẽporalis Iudæorum. Fuit quidẽ, & eſt ſemper rex,

Ioan. 6. Matt. 22. Heb. 1. Ioan. 1. Apoc. 19.

ſed ſpiritualis & æternus, nunc in eccleſia militãte, & poſtea in cælum trãslata triumphante. Vt tamen huius aſſertionis veritas maneat perſpecta ac perſpicua, nõnulla afferam loca ex diuinis literis hoc ipſum indicantia. Chriſtus 2. Pſalmo ita loquens inducitur: Ego autẽ cõſtitutus ſum rex ab eo ſuper Siõ mõtẽ ſanctum eius, prædicãs pręceptum eius. Vbi p mõtẽ Siõ eccleſia intelligitur, vt ibi aſſerit Auguſtinus. Hilarius etiam eundem explanans locum apertè aſſerit, montẽ illum ſanctum Sionẽ nõ eſſe terrenæ ciuitatis homicidæ, quam Dominus plorauit. Rufinus Aquileiẽſis, Rayuerius, Titelmanus, gloſſa interlinearis, & Antonius Marinarius in ſua cõſonantia de Eccleſia Catholica locum illum interpretantur. Vt autẽ Chriſtus officium ſuum oſtẽderet, adiecit: prædicans præceptum eius, Ad hoc enim veni in mundum, vt ait diuus Ioannes capite 18. vt teſtimonium perhiberet veritati. Nõnne vides, quàm diuerſum opus à munere regum temporalium? Nõ ait: exercẽs arma, oppugnans ciuitates: ſed Dei legẽ prædicans, & veram ac ſalutarẽ cœleſtemq; doctrinam annuntians. Audi Zachariam diuinum vatem dicentem capite 9. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ. Vbi eſt pompa regis temporalis? Vbi militum & equitum comparatus exercitus? Vbi armatorum copia? Vbi principis huius ſecũli ornamenta? Vbi equi phaleris pulchris ornati propter crebras prælionum contentiones ferocitate exultantes? Vbi currus triumphales? Vbi arma bellica? Vbi veſtes ſericæ gemmis diſtinctæ clariſſimis? Vbi magnificentia regij apparatus? Vbi aureum diadema ſplendidis ac fulgentibus margaritis decoratum? Si diuinus vates mẽtis oculis aſpexiſſet fore Chriſtum temporalẽ regem, qui Hebræos eſſet opibus amplificaturus, & à diſperſione corporali, ac Romana ſeruitute erepturus, dixiſſet: Ecce rex tuus veniet tibi diuitijs affluens, potentia roboratus, militibus ſeptus, equo pulcherrimo vectus, fortibus armis munitus. At nihil horum dicit, ſed deſcripſit regem ſpiritualem omnemq; eius apparatum ſpirituali regi cõgruentem. Illud velim cõſideres, conſuetudinem eſſe ciuitatũ, recipere regem ſub pretioſo quodã operimento ſerico eleuato, quod pallium vocant. Cùm ſint reges terrę, nõ autem cœli, detegunt illis terram, & cooperiunt cœlũ. Contrà verò Chriſto Deo noſtro in illo ingreſſu Hieroſolymæ operuerunt terram ramis ac veſtibus, cœlum autem omni operimento nudatum reliquerunt: quoniã rex erat cœli ſempiternus, rex autem terræ temporalis non erat, voluit hęc fieri, vt intelligeremus, regiã ipſius dignitatem non eſſe terrenam, & redemptionem noſtrã per illum animarum eſſe, quas à cõtagione impuritatis abſtractas ad æternam beatitudinem perduceret. Ita illum expectabant antiqui patres: ita de eius aduentu vaticinati ſunt diuini vates, nimirũ ſpiritualem regem, & animarum redemptionem, cuius ſanguine erant mundi maculæ abluendæ, & iniquitates expiandæ. Diuinus citharædus eius redemptionis vim & rationem ijs verbis explicauit. Ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius. Dicens ex omnib. iniquitatibus

Ioan. 18. Zacha. 9. Matt. 21. Pſal. 129.

bus apertè indicauit, Chriſtum fore animarum
redemptorē. Hoc teſtificatur idem Meſſias apud
Eſaiam cap 24. cùm ait: Deleui vt nubem pecca-
ta tua, & quaſi nebulas iniquitates tuas: reuerte-
re ad me, quoniā redemi te. Eam ob cauſam idē
vates gladium huius regis ſpiritualem fore iis
verbis capitis quadrageſimanoni ſignificauit:
Poſui os meū vt gladiū acutum. De quo ait Da-
uid Pſal 44. Accingere gladio tuo ſuper femur
tuum potētiſſimè. De quo proximè dixerat: Spe-
cioſus forma præ filijs hominum, &c. Pro quo
paraphraſtes Chaldæus habet: Pulchritudo tua
rex Meſſias. Deinde ſi Chriſtus fuiſſet rex tempo
ralis, fuiſſet oleo vnctus temporali inſtar aliorū
regū Iudææ. Solebant enim qui regis honore affi
ciebantur, oleo quodam vngi corporeo, vt mul-
1. Reg. 15. tis in locis literæ diuinæ memoriæ prodiderunt.
& 16. Cùm aūt non tēporali ſed ſpirituali oleo vnctus
fuerit, perſpicuū eſt, eum nō temporalem, ſed ſpi
2. Reg. 2. ritualem regē extitiſſe. Fuiſſe aūt vnctū oleo illo
ſpirituali, copioſè probat Euſebius Cæſarienſis
libro. 4 de demonſtratione euangelica. Sed quid
dico: Ipſe Chriſtus hoc aſſerit, cū ait apud Eſaiā
cap 16. Spiritus domini ſuper me, eo quòd vn
Pſal. 44. xerit me: ad annuntiandum māſuetis me miſit,
vt mederer contritis corde. Et diuinus pſaltes eū
alloquens: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo læti-
tiæ præ cōſortibus tuis. Vocabulū Deus priore lo
Aquila. co in vocatiuo eſt, poſteriore verò in nominati
uo, vt Aquilę verſio apertiſſimè oſtendit. Ac ſi di
cat: Te ô Deus immenſe, ô Chriſte ſancte vnxit
Deus tuus pretioſo oleo ſpirituali lōge vberius,
quàm cæteros, qui ſunt tui conſortes. Oleum læ
titiæ interpretatur diuus Petrus cap. 10. Actorū
apoſtolorum eſſe Spiritum ſanctum, cùm ait de
Chriſto loquens: Quem vnxit Deus Spiritu ſan-
cto. Quod additur: præ conſortibus tuis: explica
tur à diuo Ioanne capite 3. euangelij, vbi Chri-
ſtus deſcribitur accepiſſe ſpiritū non ad mēſurā,
quem credimus fuiſſe ad menſuram datum viris
ſanctis, qui hic conſortes eius dicuntur. Nec poſ
ſumus dicere non intelligi hunc locum de Chri
ſto, ſiquidem de illo diuus Paulus cap. 1. epiſto-
læ ad Hebræos illud interpretatur. Hoc ſpiritua-
le & diuinū Chriſti regnum eluxit mirabiliter
die paſchatis, quo ipſe ad vitam rediit, ſanctoſq;
patres, qui in Limbo detinebantur, ad vitā clari
tate micantes reuocauit. Id intuens animo Da-
Pſal. 109. uid illū alloquēs concinebat: Tecum principium
in die virtutis tuę in ſplēdoribus ſanctorū. Pro
principio habent Septuaginta, archi qđ & princi
piū ſignificat & principatum, ſiue regnū. Vnde po
teſt ita verti locus ille: Tecū principatus in die
reſurrectionis tuę inter ſplēdores ſanctorū: eorū
ſcilicet qui cū Chriſto ad vitam reuertebātur. De
die illo cecinit idē vates: Dominus regnauit, deco
Pſal. 92. rem indutus eſt. Hic eſt dies, de quo dixit Chri-
Ioan. 1. ſtus cap. 8. euangelij Ioannis: Abraham pater ve
ſter exultauit, vt videret diē meū: vidit, & gaui-
ſus eſt. Præterea interrogatus Chriſtus à Pilato
Ioan. 8. an rex eſſet, interrogauit eum viciſſim, vtrum
illud à ſeipſo diceret, an alij dixiſſēt de illo. Ac ſi
quęreret, de quo regno id intelligeret, de ſecula-
ri & terreno, an de ſpirituali & cœleſti. Et vrgēti
illū Pilato reſpondit, ſe eſſe regē, ſed regnū ſuum
nō eſſe de hoc mundo, hoc eſt nō eſſe illius gene

ris, cuius ſunt regna tēporalia & caduca. Quis a-
pertius dici poterat? Quid clarius? Ob eā cauſam
titulus regni eius nō ad ipſius pedes, ſed ad ca-
put fuit poſitus, quia regnū eius nō tēporale eſt,
nec abiectum, nec terrenum, ſed ſpirituale, altum,
& cœleſte. Nónne aſpicis hæc eius reſpōſioni cō
uenire? Nōne intueris Chriſtum aſſeruiſſe ſe eſſe
regē, ſed nō temporalē? Nec obſtat Iudęorum ob
iectio dicētium; diuinos vates firmis cōſignaſſe
monimentis Chriſtum regnaturum Hieroſoly-
mæ, & in mōte ſancto Siō. Nā nō de vrbe illa va-
ticinationes intelliguntur, quæ erat diuinorum
vatum interfectrix, quā ſcimus eſſe euerſā, & in
cineres redactā: ſed de eccleſia ſancta catholica.
Hæc eſt ciuitas Dei viuis ex lapidib. conſtructa Rom. 9.
qui ſunt veri Iſraelitæ ſecundum ſpiritum, vt
ait cap. 9. epiſtolæ ad Romanos apoſtolus. Inſtāt
nihilominus tamen multi aſſerentes fuiſſe tempo
rale Iudæorum regnum ablatum, & per Chri-
ſtum reſtitutum. Ad cuius probationem locum
illum citant patriarchæ Iacob cap. 49. Geneſis:
Nō auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femo
re eius, donec veniat, qui mittēdus eſt: & ipſe e-
rit expectatio Gentium. Nā pro, qui mittendus
eſt, habet paraphraſis Chaldaica: Meſſias. Cùm
autē Meſſias idē ſit qđ Chriſtus, & Chriſtus idē
qđ vnctus, & per vnctum rex intelligatur, exiſti-
māt concludere, dixiſſe Iacob, tunc eſſe regnum
Iudæis reſtituēdum & confirmādum, cùm ventu-
rus eſſet eorū rex, nimirum Meſſias expectatus,
At vbi facit mētionē locus ille de rege tempora-
li? Nuſquā quidem. Intelligi locum illū de Chri-
ſto fateor: nā præter paraphraſis Chaldaicæ au-
thoritatem eum de Chriſto interpretantur Chri
ſoſtomus, Theodoretus, Diodorus, Eucherius,
Albinus, & alij magni nominis authores. Sed
nullus ex his talem ex eo infert conſecu-
tionem. Imò ego ex eodem loco contrarium
probari contendo. Nam ſi Chriſtus futurus fuiſ-
ſet rex temporalis, dixiſſet vtiq; ſanctus ille vates
& patriarcha, reſtituendum & confirmandū eſſe
ſceptrum in Iuda, quādo Meſſias veniret. At ille
tātum abeſt, vt dicat eſſe confirmādum, vt po-
tius aſſerat eſſe tunc auferendum. Inſuper ſi in Iu
dæa regnaturus erat tēporaliter, quorſū diceret Gene. 49.
Iacob: Et ipſe erit expectatio Gentium? Dictu-
rus enim erat: Et ipſe erit expectatio Iudæorum.
Cùm autem dixerit, fore eum Gentium expecta
tionem, apertè voluit ſignificare eum futurum eſ
ſe regem ſpiritualem in eccleſia non ſolùm ex Iu
dæis, ſed etiam ex Gētibus cōgregata: eiuſq; ſā-
ctū euāgeliū longè inter Gētes lateq; ꝓpagandū.
Nec mireris, eū cùm ſit rex credentiū, vocari Iu-
dæorum regem: id enim eā ob cauſam effectum
eſt, quia natus fuit in Iudæa ex Iudæorum fami-
lia, ad quos præſentia corporali in perſona pro-
pria miſſus fuit. Ideò eorum peculiariter rex di-
cebatur. Dicitur etiam rex Iudęorum: quia, Iudęi
idem ſunt qđ confitentes & laudātes: omnes e-
nim veri Chriſtiani Chriſtum confitentur, & lau
dibus efferunt. Ablato à Iudęis dominio tempo
rali venit ſpirituale: ceſſante ſceptro caduco ve-
nit æternum: dempto regno terrę venit regnum
cœli, de quo Chriſtus dixit capite Matthæi 12.
Peruenit in vos regnum Dei. Poſtremò confirma
tur hæc veritas patrum teſtimonio ſapientia &

authuritate præſtantium:hi Chriſti regnum ſpirituale eſſe in eccleſia aſſeueranter affirmaut. Hi ſunt Origenes homilia 30.in Lucam : Hieronymus in commentarijs in primum caput Eccleſiaſtis,& in caput vigeſimũ primũ Ezechielis,& in caput vigeſimũ ſeptimum Matthæi,& in caput primum Prouerbiorum:Auguſtinus tractatione quinquageſimaprima in Ioannẽ & tractatione 117. & in libro octoginta trium quæſtionum:Gregorius Nyſſenus in libro de oratione: Epiphanius libro 1.cõtra hæreſes:Finus Hadrianus capite 10.libro 5.flagelli Iudæorum:& multi alij autores illuſtribus laudibus celebrati. Aſpicis igitur,Chriſtum regẽ eſſe , ſed nõ tẽporalẽ inſtar aliorum regum,eſſeq́; regnum eius ęternũ: iuxta id qđ hoc loco Daniel perpetuis monimẽtis conſignauit

De monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus. Mõs hic eſt virgo ſanctiſſima Maria. Ita hũc locum interpretantur Hieronymus,Theodoretus,Lyranus, Dionyſius Carthuſianus,& gloſſa interlinearis, tametſi alteram etiam ponat interpretationem. Dicitur autem Chriſtus abſciſſus de monte ſine manibus,quia de altiſſima virgine,quæ ob excelſarum virtutum eminẽtiã & firmitatẽ mõs appellatur,natus eſt ſine operatione humana, ſine virili complexu,ſed Spiritus ſancti gratia & virtute. Aſpicis locum , vbi virginitas Mariæ,Dei genetricis prædicta fuit. Hunc admirabilẽ Chriſti ortum ex virgine puriſſima , prædixerat his verbis Eſaias capite ſeptimo: Ecce virgo concipiet , & pariet filium,& vocabitur nomẽ eius Emanuel, qđ ſonat nobiſcum Deus. De ea vaticinatus eſt Ezechiel capite 44. ſub figura portæ Orientalis clauſæ in æternum,per quam Deus egreſſus eſt: quia de ſãctiſſima Maria perpetuæ virginitati cõſecrata natus eſt mundi ſaluator. Hanc perpetuã dei genetricis virginitatẽ adumbrauit puta illa & veluti virginea terra,ex qua primus Adam ty-
Genea.1. pus futuri fuit mirabiliter formatus. Fuit etiã adumbrata,vt ait diuus Bernardus,in rubo qui ardebat,& non comburebatur. Et in virga Aaronis
Exod.3. quę abſq; naturali virtute fructum produxit. Ca-
Num.17. pite quadrageſimonono Geneſis vbi nos habe-
Gene.40. mus:Donec veniat,qui mittẽdus eſt:habet litera Hebræa:Donec veniat Siloh:qđ vocabulum poteſt deriuari à Silach,qđ eſt mittere,& à Sil,qđ eſt filius. Primã deriuationẽ ſecutus eſt noſter interpres:ſecundam ſequuntur alij veteres : Donec veniat filius ſuus,vel filius ſui. Quis eſt hic , qui eſt filius ſui,niſi Chriſtus,qui eſt filius Dei? Cùm autẽ in terra patrẽ non habuerit,ſed matrẽ , eſt neceſſario dicẽdum,eſſe illã virginitate præditã.
Prou.9. Ipſe Deus ædificauit ſibi humanitatẽ iuxta illud capitis 9 Prouerbiorum:Sapiẽtia ædificauit ſibi domum. Deinde capite trigeſimo eorundem Prouerbiorum ait ita Salomon: Tria ſunt difficilia mihi,& quartum penitus ignoro : via aquilæ in cœlo,via colubri ſuper petram,& via nauis in medio maris,& via viri in adoleſcẽtula. Pro quo in codicibus minimè correctis eſt via viri in adoleſcentia. Sed in codicibus emendatis & puris non eſt adoleſcentia,ſed adoleſcentula: ꝓ qua in Hebraico eſt Halma,quæ vox virginẽ adoleſcentulã ſignificat. Pro quo noſter interpres apud Eſaias capite ſeptimo vertit virginẽ dicens : Ecce virgo concipiet. Vbi etiam Septuaginta virginẽ trãſtulerunt. Hęc via viri in virgine eſt conceptio Chriſti in vtero virginali,quã Salomon admirabatur. Et quoniã ſacratiſsima dei genitrix Maria fuit ſẽper virgo,appellatur in Cãticis hor-
tus concluſus,& fons ſignatus. *Cant.4.* Quatuor ſunt ortus:primus fuit hominis abſq; viro & fœmina,nimirum procreatio Adæ ex limo terræ: *Gene.1.* ſecundus ex viro abſq; fœmina,nẽpe procreatio Heuę ex Adã: *Gene.2.* tertius ex viro & fœmina,qui eſt communis hominum:quartus ex fœmina abſq; viro,qui eſt Chriſti ex virgine glorioſa. Maria Hęc eſt quarta illa generatio de qua illud poteſt intelligi,quod Deus dixit Abrahæ,fore,vt generatione quarta *Gene.15.* reuerterentur eius filij ad terrã promiſsionis,hoc eſt ad cœleſtem patriã,ad gloriam ſempiternam, ad quã nemo ingrediebatur ante aduẽtum Chriſti. At poſtquam ille natus eſt ex virgine,ingreſſuri erant illuc filij Abrahæ ſecundum ſpiritum qui ſunt veri Chriſtiani. Diuus enim Paulus capite quarto epiſtolæ ad Romanos vocat Abraham patrem omnium credentium. Et capite tertio ad Galatas. Abrahæ autem ꝑ repromiſsionem donauit Deus Et paulò pòſt: Vt promiſsio,inquit , ex *Galat.3.* fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Omnes enim qui in Chriſti fide charitate formata decedũt è vita,ad cœleſtẽ patriã veram promiſsionis terram aut cõfeſtim ſi nihil habẽt,qđ purgẽt,aut ſi habent,perpurgati ingrediũtur. Aſpicis igitur mõtẽ hunc ex quo exciſus eſt lapis ſine manibus, eſſe ſanctiſsimã dei genetricẽ Mariã ſemper virginẽ. Diuus Auguſt. tractatione nona in Ioãnẽ hũc locum explanans. De quo,inquit,monte præciditur hic lapis,niſi de regno Iudæorum,vnde dominus Ieſus Chriſtus ſecundum carnẽ natus eſt? Idẽ etiã ait tractatione prima in epiſtolã primam diui Ioannis. Diuus Ambro. ſermone 70. Mõs,inquit,de mõte ſine manibus cõcidenriũ eſt filius de patre abſq; vllius creationis acceſſu. Hippol. hoc ad ſecundum Ieſu Chriſti aduentum referendum putat. Et per illud,ſine manibus intelligit. repentè,& inopinato. Acſi dicat: Non vehetur Chriſtus ꝑ manus paulatim,ſed in ictu oculi veniet mundum iudicaturus. Alij verba hæc , ſine manibus,interpretantur , ſine noſtris operibus & meritis,ſed miſericordia ſua iuxta illud apoſt. ad Tit. cap.3. Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei:nõ ex operibus iuſtitię,quę fecimus nos,ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Omnes has expoſitiones admittit hic locus. ſed prima meo iudicio inter omnes vna eminet,alijs communior , & præſtantior: & ad literę inſtitutum accommodatior. Ea eſt Heſych. Hieroſolymitani & multorum aliorum inſignium autorum.

Lapis ſine manibus. Hic lapis eſt Chriſtus , de quo ait diuinus pſaltes:Lapidem quem reꝓbaue- *Pſal.17.*
runt ędificantes , hic factus eſt in caput anguli. Nam ille quem ſcribæ & phariſæi tanquàm lapidem inutilẽ , nulliq́; loco aptum abiecerant,collocatus fuit in potiore & digniore eccleſię loco: eſt enim eius caput & rex. Hunc locum interpretatur de ſe ipſo Chriſtus Ieſus apud Matthæum cap 21. Et de eodem Chriſto diuus Petrus 2.prioris ſuæ canonicę. Et diuus Paulus capite ſecundo ad Epheſios. Eundem appellat etiam Eſaias lapidẽ capite 8.dicẽs:Erit vobis in ſanctificatio-

nē,in lapidem autem offenſionis & petram ſcandali duabus domibus Iſrael. Et 18. Ecce ego mitto in fundamentum Sion lapidem, lapidem angularem, probatum, pretioſum, in fundamento poſitum. Qui in eum crediderit, non confundetur. Appellatur fundamentum Sionis, quia ſuper illum fundata eſt eccleſia nomine Sionis ſignificata: & angularis, quia totum continet ædificium eccleſiæ, & duos parietes in vno angulo cō iunxit, Hebræos ſcilicet & Gentiles, religione antea ac moribus diſcrepantes, quos in corpus vnum coagmentauit. De eo ait cap. 3. Zacharias: Ecce lapis, quem dedi vobis: & ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt, Hoc eſt, ſeptē dona Spiritus Sancti. Vel vt ait venerabilis Beda, ſuper Chriſtum vniuerſitas ſcientiæ ſpiritualis inhabitat. Poteris per ſeptem intelligere multos, & per oculos fontes: ſolemus enim fontes oculos aquę appellare. Eſt enim Chriſtus plenus fontibus miſericordiæ. Fuit etiam Chriſtus adumbratus in lapide, qui virga percuſſus vim aquarum profudit: de quo ait apoſtolus cap. 10. epiſt. 1. ad Cor. Petra autē erat Chriſtus. Et in lapide, ſuper quo Iacob poſuit caput, quem vnxit, & erexit in titulum. Ita locum illum interpretatur Cyrillus Alexandrinus dicens: Lapis à patriarcha vnctus Chriſtus eſt: erectus eſt autem, quia à mortuis reſurgens ſuper cœlos aſcendit. Et Gregorius 1. Regum. Hic eſt lapis, quem Paulus in laudem fidelium prædicat, dicens: Aedificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Similiter Iſiodorus, & Rupertus interpretantur.

Et comminuit teſtam & ferrum. Hoc eſt, euertit totam ſtatuam, per quam quatuor regna ſignificabantur. Ratio autem quare Daniel de his tantùm quatuor regnis ſeu imperijs mentionem facit, eſt propter eorum potentiam & præſtantiā: & quia ab illis erant Iudæis diuerſis temporibus affligendi.

Deus magnus. Hic eſt, quem montem magnum paulo antea vocauit. Chriſtus enim Deus noſter eſt rex regum, vt verbis vtar Apocalypſis Ioannis, & dominus dominantium. De eo ait capite ſecundo Eſaias: Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montiū, & eleuabitur ſuper colles: & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi. Ad Chriſtum enim alij eunt paulatim diuitijs onuſti: alij vehementer & feſtinanter vacui curis ſeculi & opibus: qui inſtar fluuiorum rapidorum ad Chriſtum fluunt. Illud pſalm. 33. Accedite ad eum, & illuminamini: poteſt verti ex Hebræo: Accedite ad illum, & fluite. De hoc monte magno qui terram impleuit, & ingentia edidit miracula, ait Dauid pſal. 71. Benedictus dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus: & benedictum nomen maieſtatis eius in æternum: & replebitur maieſtate eius omnis terra: fiat, fiat. Et ipſe apud Malachiam capite primo: A ſolis, inquit, ortu vſque ad occaſum magnum eſt nomen meū in gentibus. Et in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Appellatur Deus magnus ad falſorum deorum differentiam, qui parui ſunt: eius autem magnitudinis non eſt finis.

Tunc rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit: & hoſtias & incenſum præcepit, vt ſacrificarent ei. Loquens ergo rex ait Danieli: Verè Deus veſter Deus deorum eſt, & dominus regum, & reuelans myſteria: quoniā tu potuiſti aperire hoc ſacramentū. Tunc rex Danielem in ſublime extulit: & munera multa, & magna dedit ei: & conſtituit eum principem ſuper omnes prouincias Babylonis: & præfectum & magiſtratum ſuper cunctos ſapientes Babylonis. Daniel autem poſtulauit à rege: & conſtituit ſuper opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago. Ipſe autē Daniel erat in foribus regis. H

Tunc rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam. Tanta admiratione obſtupefactus eſt ob diuinā maieſtatem, quam in admirabili Danielis ſapientia perpendebat, vt ſe abiecerit corā Deo, ruens in faciem ſuam.

Et Danielem adorauit. Nō vt Deum, ſed vt Dei ſeruum. Ac non tam Danielem, quàm in Daniele Deum coluit, qui ei arcana ſomnij aperuerat. Vide, quanta ſit Dei potentia, qui effecit, vt ille qui reges domuerat, & magnam orbis terrarum partem ſuo imperio ſubiecerat, qui ſuperbia inflatus omnia contemnebat, eum ſupplex animo humili veneraretur, & coleret, quem captiuum ex Iudæa ſecum duxerat. Porphyrius homo peſtilens & audax, & acerrimus noſtræ religionis hoſtis inuehitur in Danielem, quem vocat in crimen, eius ſplendorem maculare contendens, quod à rege potentiſſimo ſe coli pateretur. Imò aſſerit eſſe totum hoc commentitium, nunquāq; eueniſſe. Non intelligebat impius homo cultum hunc non Danieli, ſed Deo in illo exhibitum ac tributum fuiſſe. Ipſe enim Daniel ei dixerat, Deum cœli ſibi myſterium illud indicaſſe. Quare ſtatim rex: Verè, inquit, Deus veſter Deus deorum eſt. Ac eum coluit in diuino illo vate. Id quod Alexandrum Magnum feciſſe in pontifice Ioiada Ioſephus libro antiquitatum vndecimo teſtatur. Appellat autem Nabuchodonoſor Deū cœli Deum deorum, quia ei ea patefecit, quæ dij Babyloniorum patefacere non potuerunt. Aut accipit deos pro regibus, optimatibus, & iudicibus. Quēadmodū pſalmographus, cùm ait pſal. 49, Deus deorū dominus locutus eſt. Dionyſius tamē Areopagita in lib. de diuin. nom. deos aliquo modo vocari ait mentes illas cœleſtes à materiæ cōcretione ſeparatas, quas Latini theologi Græco vocabulo angelos appellant. Et Plato aſſeruit inter Deum ac hominem medias quaſdam eſſe poteſtates interſitas quæ ab aliquibus mētes, ab alijs genij, ab alijs ſpiritus, à noſtris angeli vocantur.

Reuelans myſteria. Id eſt patefaciens occulta ijs, quos diligit. Volens Dauid oſtendere fuiſſe Deo charum, eum alloquens aiebat: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. *Pſal. 50.*

Tunc rex Danielem in ſublime extulit. Hoc eſt, tunc Nabuchodonoſor magnis Danielem affe-

nibus expoſitus in periculo mortis verſatur. Ita intelligitur verſus ille Pſalmi noni. Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Ac ſi dicat: Tu Deus ſancte me eripis ab imminentibus periculis, à Saulis inſidijs, à cæde, quam mihi minitatur, vt te laudibus celebrem in locis publicis Hieroſolymæ. Vocatur etiam porta mortis & exitij vita contaminata, & flagitijs irretita: contrà verò porta vitæ dicitur vita ſeiuncta ab impuritate ſcelerum, & in virtute, & conſtantia. & recta viuendi ratione conſtituta. Ad id reſpexit Dominus Ieſus, cùm dixit cap. Matt. 7. Intrate per anguſtam portam: quia lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt, qui intrant per eam. Quoniam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inueniunt eam. De hac porta ſcriptum eſt pſalmo 117. Hæc porta Domini, iuſti intrabunt per eam. Et pſal. 86. Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Vbi iuxta Hieronymi ſententiam non loquitur Dauid de Sione terrena, nec de portis illius vrbis in monte illo ſitæ, quas ſcimus eſſe in puluerem conuerſas: ſed de vita bene acta, de fide, ſpe, & charitate, cæteriſque virtutibus, quibus patet aditus ad cæleſtem Sionem, ad æternam Hieroſolymam vbi ſancti admirabili ſplendore fulgentes requieſcunt.

ANNOTATIONES ex Hebræo in
CAPVT II.

ET conterritus eſt ſpiritus eius. In Hebræo eſt: ותתפעם רוחו Vatitpahem Rucho. Verbum eſt פעם Paham, quod ſignificat conterrere, conterere, contundere, palpitare, agitare, turbare, confundere. Pagninus vertit: Contritus eſt ſpiritus eius. Alij: Agitatus eſt ſpiritus eius. Eodē modo habet litera Hebræa Geneſis quadrageſimoprimo, vbi loquens de Pharaone ſomnijs turbato ait: Facto mane pauore perterritus. Quæ verba poſſunt ita verti: Facto mane conterritus eſt ſpiritus eius. Reuchlinus in vocabulario vertit: Palpitauit ſpiritus eius. Alij: Palpitauit cor eius. Paraphraſis Chaldaica habet: Conturbatum eſt cor eius. Vatablus: Conſternatum eſt cor eius. Quibus modis hîc Danielis locus trāſferri poteſt. Ita etiam verba illa quæ paulo pòſt protulit Nabuchodonoſor: Et mente confuſus: poſſunt verti: Et conturbatus eſt, vel conterritus eſt, vel confuſus eſt ſpiritus meus. Eodē verbo vtitur pſalmographus pſalmo 76. cum ait: Turbatus ſum, & non ſum locutus. Ac ſi dicat: Tanto pauore conterritus ſum, vt loqui non potuerim. Ab hoc verbo deriuatur Paham, quod ſignificat pedem, quod conterat terram. Significat etiam maleum, quo aliquid contunditur, & teritur: & manum, quæ terit & contundit. Hoc vocabulum numero multitudinis effert Dauid pſalmo 73. pro quo ſeptuaginta tranſtulerunt χεῖρας: quos ſecutus noſter interpres vertit manus, dicens: Leua manus tuas in ſuperbias eorū. Vt ſit ſenſus: Caſtiga Domine aſperè impiorum ſuperbiam. Qui enim vult aliquem duriter verberare, manus extollit, vt vehemētius inferat flagellum. Poteſt locus ille ita verti: Leua pedes tuos in ſuperbias eorum in finem. Hoc eſt conculca, & contunde ſceleratorum inſolentiam & arrogantiam vſque ad extremū. Vel: extolle maleos tuos: vel terrores tuos in diſsipationem eorum in perpetuum. Significat quoq; Paham vicem, & Pahamim in numero duali bis: vt Numerorum vigeſimo. Percutiens virga bis ſilicem egreſſæ ſunt aquæ largiſsimæ, ita vt populus biberet, & iumenta. Dixitque dominus ad Moſem & Aaron: Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſraelis, non introducetis hos populos in terram, quam dedi eis. Hęc ibi. Ex quibus colliges Moſem & Araonem illic in crimen incidiſſe, propter quod Deus eos puniuit. Sed quoniam in hunc incidi locum, non puto incommodum eſſe explicare, in quo viri illi peccauerunt. Chryſoſtomus homilia ſexta de pœnitentia ait peccatum illud fuiſſe ingrati animi crimen. Sed neſcio qua in re obliuio illa beneficij conſiſtebat: nec ipſe illud explicat. Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum ait peccatum illud fuiſſe fidei titubationem. Ac vt Moſes petram percutiens virga de Dei virtute dubitauit: ita populus Iudaicus Chriſtum ligno crucis affigens, eum virtutem Dei eſſe non credidit. Sed ſicut ex percuſſa petra fluxit ſitientibus aqua: ſic plaga dominicæ paſsionis effecta eſt vita credentibus. Nam vt ait in priore ad Corinthios Apoſtolus: Petra autem erat Chriſtus. 1.Cor.10. Explicans idem Auguſtinus locum illum pſalmi 105. Irritauerunt eum ad aquam contradictionis: & vexatus eſt Moſes propter eos, quia exacerbauerunt ſpiritum eius: & diſtinxit in labijs ſuis. Quid eſt, inquit, diſtinxit? Dubitanter petram virga percuſſit: ideo hoc miraculum diſtinxit à cæteris miraculis, in quibus non dubitauerat. In tractatione vna de vtilitate pœnitentiæ, & homilia vigeſimaſeptima tomo decimo attribuit idē Auguſtinus Moſi dubitationem in fide. Lyranus etiam explicans locum illum Numerorum ait Moſem dubitaſſe, nō de Dei potentia, ſed de effectu ob ſcelera Iudæorum. Ideò aquas primo ictu non exiuiſſe propter Moſis dubitationē, exiuiſſe autē ſecundo, vt verbum Dei impleretur. Ait .n. ſcriptura Moſem bis petrā virga percuſsiſſe. Aſpicis doctores hos in ea eſſe ſententia, vt exiſtimēt, Nu.20. Moſis & Aaronis peccatū in fidei dubitatione extitiſſe. Id videntur indicare verba, quibus Deus eos reprehendit dicens: Quia nō credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael. Nu.20. At durum aliquantulum videtur dicere, hos duos viros Moſem & Aaronē tanta ſapiētia & fide præcellentes, tanta ſanctitate & nobilitate præſtantes in fide illius Dei cuius perſpicua miracula & admirāda prodigia viderāt, dubitaſſe. Ego exiſtimo eorum peccatum in fractione obediētiæ fuiſſe, non in fidei dubitatione. Peccauerunt enim, quòd nō allocuti ſunt petram, ſicut eis præceperat Deus, qui dixerat illis: Loquimini ad petram corā eis, & ipſa dabit aquas. At ipſi non allocuti fuerunt illam, ſed bis eam percuſſerunt. Iam petra virga percuſſa dederat aquas coram populo, vt capite decimoſeptimo Exodi diuinæ literæ memoriæ prodiderunt. Et fuiſſet nouum miraculum, quo Dei nomen ſanctificaretur, ſi coram

populo

Onchel.

populo ad præſentiam virgæ Moſes & Aaron
præciperent petræ in Dei nomine, & illa ſine vir
gæ percuſſione, ſed Dei verbo obediens vim a-
quarum profunderet. Poterant enim tunc He-
bræos reprehendere, quod præceptis Dei non
obtemperarent rationis participes, cùm lapis ſen
ſu carens ſine vlla percuſſione verbo Dei obe-
diens copiam emitteret aquarum. Nec obſtat,
quod ſequitur: Quia non credidiſtis mihi: acci-
pitur enim verbum credere pro obedire: vt pſal.
118. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam,
doce me: quia mandatis tuis credidi. Paremus
enim præceptis, & præcipienti credimus. Aut ac
cipitur credere pro perſeuerare, ſeu permanere,
aut ſtabiliri. Verbum enim Aman quod eſt in
Hebræo, nō ſolùm credere ſignificat, ſed firmum,
ſtabilem, & permanentem eſſe, vt Xantes Pagni-
nus in Theſauro teſtatur. Vnde quòd nos habe-
mus pſal. 77. Nec fideles habiti ſunt in teſtamen
to eius: poteſt verti: Nec firmi, aut ſtabiles, aut
conſtantes fuerunt in pacto eius. Illud etiam ſe-
2.Reg.7. cundi Reg. 7. Fidelis erit domus tua, & regnum
tuum vſque in æternum: poteſt verti: Permane-
bit, vel ſtabilietur, vel firmabitur domus tua, ſeu
familia tua, &c. Quare verba illa: Quia non
credidiſtis mihi: poterunt etiam ita verti: Quia
non fuiſtis firmi: quia promiſeratis mihi eſſe om
nibus præceptis meis obtemperaturos, quod
nunc minimè feciſtis. Peccauerunt igitur, vt mea
fert opinio, quia petram non fuerunt allocuti. At
ſi diui Auguſtini ſententiam ſequi malueris, non
errabis: eſt enim probabilis, & à viro ſapien-
tiſſimo ad omnia ſumma nato multis in locis aſ-
ſerta. Ego autem quò me coniectura duceret, ex
poſui: quod cum omnibus alijs quæ dixero, ſan-
ctæ matris eccleſiæ Romanæ, & catholicorum
doctorum correctioni ſubijcio.

Spiritus eius. Pro ſpiritu eſt in Hebræo רוח
Ruach, quæ vox ſpiritum ſignificat, mentem, ani
mam, iram, ventum, angelum, ſuperbiam, partē,
Eccle.12. ſeu plagam. Pro anima accipitur ab Eccleſiaſte
capite duodecimo: Reuertatur puluis in terrā
Pſal.103. ſuam, vnde erat: & ſpiritus redeat ad Deum, qui
dedit illum. Et Pſal. 103. Auferes ſpiritum eorum,
& deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Et
Pſal.75. Pſal. 75. Terribili, & ei qui aufert ſpiritum prin-
cipum. Pro quo potes vertere: Terribili, & vin-
demianti ſpiritum principum. Pro auferre eſt in
Hebræo verbum בצר Batſar, quod vindemiare
etiam ſignificat. Domus ac familia regia eſt vi-
nea quædam, quam dominus vindemiat, cùm
vult, eripiens principibus vitam. Sed quoniam
ſpiritus ſignificat ventum, & accipitur pro vani-
Iob 15. tate, & inſolentia, & elatione, vt apud Iob capite
quintodecimo: Quid tumet contra Deum ſpiri
Prou.16. tus tuus? Et capite Prouerbiorum ſextodecimo:
Contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinā
exaltatur ſpiritus: poteris verſiculum illum pſal
mographi ita transferre: Terribili, & frangenti
ſuperbiam principum. Solet enim Deus aliquan
do ſuperborū conatus infringere, qui vanis opi-
nionibus inflati alios contemnunt: & omnia ex-
celſa ſibi ſumentes & arrogantes in magnis er-
roribus verſantur. Sumitur aliquando ſpiritus
Iud.3. pro Spiritu ſancto: vt Iudicum tertio: Fuit in
1.Re.16. eo ſpiritus domini. Et primi Regum ſextodeci-
mo: Spiritus autem domini receſſit à Saul. Et
Eſaiæ quadrageſimooctauo: Nunc dominus Eſai.48.
meus miſit me, & ſpiritus eius. Et Geneſis pri- Gen.1.
mo: Spiritus domini ferebatur ſuper aquas. Exi-
ſtimant nonnulli per ſpiritum hoc loco intelli-
gi ventum: ideóque appellari ſpiritum domini,
quòd fuerit à domino miſſus: & quòd ea quæ
magna ſunt, appellantur Dei. Vt montes Dei, Exod.3.
cedri Dei, ciuitas Dei. Sed cùm ventus ſit aer Pſal.79.
motus propter terræ exhalationes, vt aiunt phi- Pſal.45.
loſophi, & prima die creationis mundi, quando
ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, adhuc nō
eſſet aer, nec exhalatio, imò nec terra, perſpicuū
eſt, nec ventum fuiſſe. Quare debet intelligi lo-
cus ille de Spiritu ſancto. Et proferebatur eſt in
Hebræo Merachepheth, à verbo Rachaph, quod
ſignificat etiam incubare, & confouere. Incubā-
bat enim Spiritus ſanctus ſuper molem illam
nomine aquarum ſignificatam, eamque confo-
uebat inſtar volucris ouis calore vitam largien-
tis. Ipſe enim eſt, qui vitam dat. Si autem viuifi-
cator eſt, vt ita loquar, conſequenter conditor
& creator. Quòd ſi cōditor & creator, ergo Deus:
tertia ſanctiſsimæ trinitatis perſona: quæ ſolet
mitti à patre. Vnde eum alloquens diuinus va-
tes Pſalmo 103. aiebat: Emitte ſpiritum tuum, & Pſal.103.
creabuntur. Cùm enim miſsio in ſui ratione im-
portet proceſsionem ab alio, & in diuinis ſecun-
dum originem, vt verbis vtar diui Thomæ arti- Thom.
culo quarto quæſtionis quadrageſimæ tertiæ pri
mæ partis, pater autem non ſit ab alio: nullo
modo conuenit ei mitti: ſed ſolùm filio, & Spi-
ritui Sancto, quibus conuenit eſſe ab alio. Et
Spiritui ſancto tribuitur viuificatio. Quare de
eo locus ille Geneſis intelligitur. Magnus Baſi-
lius primam tangit opinionem: ſed ſtatim ait in Baſilius.
hunc modum: Siue quod verius eſt, & à maio-
ribus noſtris probatum, Spiritus ſanctus Spiritus
Dei ſit dictus: propterea quòd obſeruatum eſt
talem de illo peculiari modo ſcripturam præci-
puéque facere mentionem: & nihil aliud ſpiritū
Dei appellare, quàm ipſum Spiritum ſanctum,
qui diuinæ beatæque trinitatis numerum com-
plet. Hactenus ille. Et affert ſtatim in mediū ſen
tentiam cuiuſdam Syri in ſcientia rerum diuina-
rum inſtructiſsimi, aſſerentis verbum Rachaph,
pro quo nos habemus ferebatur, fouere etiam
ſignificare: vt intelligeremus Spiritum ſanctum
vitalem fœcunditatem aquis illis ſeu materiæ
illi aquarum nomine ſignificatæ præbuiſſe ad
effigiem auis vitalem vim ouis imprimentem.
In eadem ſententia eſt Hieronymus in quæſtioni
bus Hebraicis in Geneſim, Gregorius Nyſſenus
in libro, qui inſcribitur, Selecta teſtimonia ex ve
tere teſtamento contra Iudæos, Auguſtinus, Dio
dorus, Iunilius, Rupertus, Eucherius, Cyrillus
& Ambroſius: qui non ſolùm ait intelligi locum
illum de Spiritu Sancto, tertia ſanctiſsimæ trini-
tatis perſona, ſed etiam hanc eſſe ſanctorum &
fidelium ſententiam. Id videtur eccleſia ſignifi-
care in miſſali in proſa quadam ſolennitatis Spiri
tus ſancti, vbi eum ita alloquitur. Quādo machi
nā per verbū ſuum fecit Deus cœli, terræ, mariū,
tu ſuper aquas fotutus eas lumen tuū expandiſti
ſpiritus. Id quod Moſes appellat aquas, appellat
Heſiodus Chaos. & qđ ille vocat ſpiritū domini,
vocat

vocat hic amorem, vt conſtat ex eius carmine
Eugubi. ab Auguſtino Eugubino in Coſino poeta citato. Per amorem autem Spiritus ſanctus intelligitur. Etiam nunnulli ex gentibus dicebant eſſe in di-
Plato. uinis Spiritum ſanctum. Id exiſtimo voluiſſe Platonem ſignificare libro decimo de legibus, cùm dixit, eſſe quandam mentem optimam omnia regentem,& vt ita dicam, viuificantem, quam animam mundi vocauit, fortè quia legerat eam in principio mundi latam ſuper aquas, numinis ſui potentiam in rerum conditarum creatione oſtendiſſe. Ex illis enim aquis à Deo primo die creatis ex mole illa & machina factæ ſunt viſibiles crea
Sap.11. turæ, iuxta id capitis vndecimi libri Sapientiæ: Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa. Vel vt poteſt rectiſſimè ex Græco verti: ex materia informi. Ideo ex aquis creatæ ſunt viſibiles creaturæ, vt earum inſtabilitatem, viciſſitudinem, & inconſtantiam cognoſceremus. Id
Homer. voluit ſignificare Homerus, cùm dixit, omnia fuiſſe ab aquis Oceani creata, quæ vltro citróq; fluunt, ac refluunt, & nunquam ſubſiſtunt. Vn-
Xenop. de Xenophantes: Nos omnes, inquit, aqua ſumus: hoc eſt inſtabiles & inconſtantes, conditi ex aquis. Hoc referebant ad aquas illas, ſuper quas in mundi principio ſpiritus domini ferebatur. Pro quo Thargum Hieroſolymitanum habet: Spiritus miſericordiarũ & gratiæ flabat ſuper facies aquarum. Vbi vides ſpiritum domini loco illo eſſe Spiritum ſanctum. Veteres Hebræi aiunt ſpiritum illum, qui ferebatur ſuper aquas, eſſe ſpiritum Meſſiæ, vt refert Eugubinus in pſal
Theod. mũ 103. Theodoretus tamen, & noſtra hac me-
Oleaſt. moria Hieronymus ab Oleaſtro per ſpiritum do-
Caieta. mini intelligũt ventum. Caietanus intelligit angelicum ſpiritum miniſtrum Dei, qui machinã illam velociſſimè mouebat. Omnes hæ opiniones ſunt probabiles: ſed quæ per ſpiritum domini interpretatur Spiritum ſanctum, eſt meo quidem iudicio multo illuſtrior & præſtantior. Inſuper Spiritus ſanctus appellatur etiam ſpiritus principalis: vt pſalmo quinquageſimo. Spiritu
Pſal.50. principali confirma me. Vbi pro principali eſt Græca verſione ἡγεμονικῷ, hoc eſt regius, principalis, munificus, quod ſit liberalis, & munerũ largitor. In Hebræo eſt נדיבה Nedhibah, quæ vox præter alias ſignificationes ſignificat voluntariũ. Petebat à Deo Dauid, vt ſibi ſpiritum confirmaret, quo ſponte & alacriter ei ſeruiret, & libenter cupiditatibus & perturbationibus imperaret. Accipitur enim ſpiritus pro angelo, vt pſalm. 103.
Pſal.103. Qui facis angelos tuos ſpiritus,& miniſtros tuos ignem vrentem. Hoc eſt, qui mentes illas beatas quas cœleſtes ſpiritus vocamus, facis nuntias, & miniſtras tuæ voluntatis. Angelus enim idem eſt
Heb.1. quod nuntius. Vnde apoſtolus Hebræorum primo: Nónne, inquit omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriũ miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis? Hos ſpiritus vocat pſalmographus angelos & ignem vrentem, ad celeritatẽ & vim eorum ſignificandã. Ita locum
Theod. illum Theodoretus & Euthymius explanãt, Accipitur etiã pro dæmone: vt 1.Reg.cap.16. Exagitabat eum ſpiritus nequam. Et 3. Reg. vigeſimo ſecũdo appellatur ſpiritus: & paulo pòſt ſpiritus mendax. Fortaſſe de illo intelligitur id, quod dominus Ieſus dicebat diſcipulis ſuis Matthæi *Matt.26.*
vigeſimoſexto: Vigilate,& orate, vt non intretis in tentationem: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Acſi diceret: Vigilias agentes attendite,& preces fundite, ne vos tẽtator expugnet: ille enim dæmon eſt, & ſpiritus promptus ad tentandũ: vos autẽ infirmi. Quare oportet, vt vigilijs & obſecrationibus armemini aduerſus illum. Sumitur etiam ſpiritus pro lege no
ua: vt in epiſtola poſteriore ad Cor. cap. 3. Lite- *2. Cor.3.*
ra occidit, ſpiritus autem viuificat. Litera eſt lex vetus cũ ſuis cerimonijs,& iudicijs,& ſacrificijs: ſpiritus autem euangelium. Accipitur quoq; ſpi
ritus pro vera & ſpirituali intelligentia, vt pſal. *Pſal.118.*
118. Os meum aperui,& attraxi ſpiritum. Quibus verbis diuinus vates animum myſteriorum diuinorum cupidum,& præ deſiderio cœleſtis ſcientiæ anhelantẽ,& voti compotem oſtendit. Et ca
pit. Eccleſiaſtici 39. Spiritu intelligẽtiæ replebit *Eccle.39.*
illũ. Præterea accipitur pro inſpiratione, vt Exe- *Ezech.3.*
chielis tertio: Ingreſſus eſt in me ſpiritus. Poſtremò accipitur pro apparitione, vt aiunt nonnulli, in quam ſignificationem accipiendum putãt ſpiritum hoc Danielis loco: Et conterritus eſt ſpiritus eius. Hoc eſt,& hæc eius apparitio in ſomnijs diſſoluta eſt quaſi ventus, inſtar viſionis quę ſtatim euaneſcit. Pleriq; tamẽ ſpiritum pro animo accipiunt, qui viget, qui intelligit, qui meminit, qui præuidet, qui corpus moderatur: qui ſi excelſus eſt & erectus & firmus, non diſcedit à virtute. Si autem abiectus eſt, imbecillus, inconſtans, à gradu honeſtatis facilè deiicitur: modò tumet, modò frangitur: & turbulentis perturbationibus cõcitatus nec cohibere ſe poteſt, nec quo loco vult, inſiſtere. Huiuſmodi fuit ſpiritus Nabuchodonoſoris, qui fuit ſomnij oblitus, & ſtupore turbatus inſtar aquæ quæ cum imaginẽ rei oppoſitæ repræſentaret, turbata fuit: & exagitata imaginem non reddidit, & tranquillitatẽ amiſit. Ex quo effectum eſt, vt ea quæreret à ſapientibus, quæ illi nulla humana ratione conſequi valebant.

Et *ſomnium eius ab eo.* In Hebræo eſt: נהיתה עליו ושנתו Vxenatho Nihciethah; Halau. Prima vox ſignificat ſomnum,& ſomnium, ſecunda eſt verbum ſubſtantiuum,& ſignificat eſſe, fieri, frãgi, teri, fugere, reputare. Septuaginta habent: Sõniũ eius fuit ab eo. Hoc eſt ortum eſt ab eo, quod cogitauerat. Vel fuit ab eo, nimirum ſeparatum.
Pagninus vertit. Et ſomnus eius fractus eſt ei. Vt *Pagnin.*
ſit ſenſus: Interruptus eſt ſomnus eius, ita vt amplius dormire nõ poſſet. Illud cap. 13. Prou. Deſi- *Prou.13.*
deriũ ſi compleatur, delectat animã. poteſt verti: Deſiderium ſi frangatur, vel ſi fugiat aut euaneſcat, oblectat animã. Cùm rerũ inutilium deſiderio tenemur, affligimur: at ſi illud relinquimus, oblectamur. Magno enim gaudio afficitur animus, cũ ab eo noxia diſcedunt deſideria. cap. 1. li-
bri Re. 3. in oratione quã habuit Bethſabee apud *3.Re.1.*
Dauidẽ, petens ab eo, vt Salomõ eius filius acciperet clauũ regni, non autem Adonias, ita eũ fuit allocutus. Cùm dormierit dominus meus rex cũ patribus ſuis, erimus ego, & filius meus Salomõ peccatores. Vbi pro erimus eſt hoc idẽ verbũ היה Haiah, qđ vt diximus, eſſe ſignificat,& reputare.

Quare poteſt verti locus ille: reputabimur ego
& filius meus Salomon peccatores. Dicet enim
populus eum nō potuiſſe regnum obtinere pro-
pter flagitia noſtra. Sed quoniam vocabulum ſi-
gnificans peccatorem, ſignificat etiam errantem:
poteris reddere. Erimus aberrantes ſcilicet à ſco
po: hoc eſt, omni ſpe fruſtrati. Ac quanto maio-
re ſpe regni tenebamur, tanto maiorē dolorē no-
bis afferet fruſtratio. Fortaſſe per peccatores in-
telligit peccata. Et tunc erit ſenſus, Si filius meus
non regnauerit, vt mihi promiſiſti, ambo occi-
demur: ego & ille morte plectemur: Erimus pec
cata, hoc eſt pœna & ſacrificium pro peccato. Su
mitur enim aliquando peccatum pro pœna pec-
Gene.4. cati, vt Gen. quarto: Si male egeris, ſtatim in fo-
ribus peccatum tuum aderit. Hoc eſt, ſi peccaue
ris, confeſtim punieris: erit punitio tua in fori-
2.Reg.12. bus, id eſt præſtò aderit. Et ſecundi Regum duo-
decimo: Dominus tranſtulit peccatum tuum:
hoc eſt pœnam, quam pro peccato merebaris. Et
Oſe.4. capite quarto Oſeæ: Peccata populi mei come-
dent ſacerdotes: hoc eſt victimas, & ſacrificia o-
blata pro peccato. Vnde diuus Paulus appellat
Chriſtum Ieſum peccatum, hoc eſt hoſtiam & ſa
crificium pro peccato. Ita illud intelligitur Ro-
Rom.8. manorū 8. Deus filium ſuum miſit in ſimilitudi-
nem carnis peccati: & de peccato damnauit pec
catū. Acſi dicat: Et per Ieſum Chriſtū factum ſa-
crificium pro peccato ipſum peccatum damna-
2.Cor.5. uit. Et in poſteriore ad Cor. cap. 5. Eum, inquit,
qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum
fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Acſi
dicat: Deus pater conſtituit victimam & hoſtiā
pro peccato noſtro filium ſuum, qui nullum fece
rat peccatum, vt nos iuſtificaremur ab eo per ip-
ſum Chriſtum filium eius. Id quidem eſt, quod
1.Pet.2. ait in priore canonica diuus Petrus capite 2. de
Chriſto loquens: Qui peccata noſtra ipſe pertu-
lit in corpore ſuo ſuper lignum. Tulit enim pœ-
nam noſtrorum ſcelerum pendens in cruce. Id
Eſai.53. prædixerat cap. 53. his verbis Eſaias: Verè lāguo
res noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe por-
tauit. Aſpicis igitur peccatum accipi aliquando
pro ſacrificio, & punitione, & verbum Haiah,
quod ſignificat eſſe, ſignificare etiam frangere,
& fugere, in quas ſignificationes hoc Danielis lo
co accipitur à Latinis interpretibus.

Rex in ſempiternum viue. Pro in ſempiternū eſt
in Chaldæo, לעלמין Lehalmin. Pro quo Hebræi
dicunt עולם Holam, & לעולם Leholam. Holam
ſignificat ſeculum, perpetuum, ſempiternum:
Leholam ſignificat in ſeculum, in perpetuum in
ſempiternum. Itaque ſignificat durationem iux-
Exod.21 ta ſubiectam materiam, de ætate ad quam accō-
Deut.15. modatur. Illud Exod. 21. Erit ei ſeruus in ſeculū:
Et illud Deuteronom. 15. Seruiet tibi vſque in
æternum intelliguntur vſque ad iobilæum. Illud
Gen.13. autem Geneſis 13. Omnem terram quam conſpi
Gen.17. cis, tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiter-
num: Et illud Gen. 17. Dabo tibi, & ſemini tuo
poſt te omnem terram Chanaan in poſſeſſionem
Gen.17. æternam: non intelligebantur, niſi vſque ad euā-
gelij promulgationem, & legem nouam latā per
Chriſtum mundo nuntiatam. Quemadmodū il-
lud de circuncifione eodem capite: Erit pactum
meū in carne veſtra in fœdus perpetuum. Pro vi-
ue eſt in Chaldæo חיי Cheij. Pro quo toto Sep-
tuaginta trāſtulerūt: Rex in ſecula viue. Verbū
eſt חיה Chaiach, quod ſignificat viuere, & viuifi-
care: vt ita dicā. vt apud Haba. 3. Domine opus Haba.3.
tuum, in medio annorū viuifica illud. Acſi dicat,
Hominum genus ô Deus ſancte opus tuum eſt:
ideo ob immenſam bonitatem tuā in medio an-
notum, hoc eſt, priuſquam mūdus finiatur, mitte
ad illud filium tuum vnigenam, qui vita eſt, vt il-
li vitam largiatur. A verbo hoc deriuatur Caiah,
quod ſignificat viuens: vt pſal. 54. Deſcendant Pſal.54.
in infernum viuentes. Pro quo noſter interpres
vertit aliquando feram, aliquando beſtiam: vt
Gen. 37. Fera peſsima comedit eum. Et pſal. 73. Gen.37.
Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi. Sed Pſal.73.
quoniam idem vocabulum feram & beſtiam ſi-
gnificans ſignificat etiam congregationē, & vo-
cabulum pro quo Septuaginta verterunt confi-
tentes, ſignificat turturem, & legem: tranſtulit Hier.
beatus Hieronymus: Ne tradas beſtiis animam Pagnin.
eruditam in lege tua. Et Pagninus: Ne tradas cō
gregationi inimicorum animam turturis tuæ. Ac
ſi dicat: Ne tradas domine vitam gentis Hebreę
exercitui hoſtium ſuorum. Gentem illam appel-
lat turturem ob imbecillitatem & mœſtitiam,
qua opprimebatur, quòd ſe cinctam ab inimicis
intueretur. Et quia populus ille Deum laudibus
efferebat, appellant illum Septuaginta confiten-
tem Deo, idem eſt confiteri, quod laudare, & Hie Hier.
ronymus: eruditum in lege Dei. Poteſt verti:
Ne tradas cœtui hominum animā turturis tuæ.
Vt ſit ſenſus, Cupio domine ab hominum cœtu
ac frequentia diſcedere, méque in ſolitudinem
recipere inſtar turturis loca ſolitaria quærentis,
vt aptius poſsim in diuinam philoſophiam incū-
bere, & cœleſtia myſteria contemplari. Quapro-
pter te obſecro & obteſtor, ne me turturi ſimi-
lem tradas turbulentis negotijs, & hominum cō
gregationi ac frequentiæ. Ab hoc verbo Chaiah
deriuatur hoc nomen Chaijm, quod vitam ſigni
ficat: vt pſalmo vigeſimonono. Ira in indigna- Pſal.29.
tione eius, & vita in voluntate eius. Poteſt verti:
Momentum in indignatione eius, & vita in be-
neuolentia eius. Pro quo Hieronymus vertit: Ad Hier.
momentum eſt ira eius, & vita in repropitiatio-
ne eius. Pro ira eſt in Hebræo רגע Regach, quod
momentum etiam ſignificat, vt Threnorum quar Thre.4.
to: Quæ ſubuerſa eſt in momento. Pagninus ha- Pagnin.
bet: Momētum eſt in furore eius, vita in volun-
tate eius. Paraphraſis Chaldaica habet: Vna ho-
ra indignatio eius, vita æterna bona voluntas e-
ius. Vult diuinus vates ſignificare, parum durare
iram Dei aduerſus homines, vitam autem quam
eis largiri deſiderat, æternam eſſe. Si à ſceleribus
noſtris ad ipſum conuertimur, facilè placatur.
Quocūque enim die ingemuerit vera contritio-
ne peccator, amplius eius flagitiorum, vt ipſe Ezech.18.
Deus ait apud Ezechielem, non recordabitur.

*Non eſt homo ſuper terram, qui ſermonem tuum
rex poſsit implere.* In Chaldæo non eſt pronomē
tuum. Poteſt verti. Non eſt homo ſuper terram,
qui negotium regis poſsit indicare. Sed idem eſt
ſenſus. Septuaginta habent: Non eſt homo in
arida, qui poſsit verbum regis notum facere. Pro
homine eſt in Chaldæo אנש Anax, qui Hebraicè
dicitur אנוש Enux. Vnde Anox ſignificat dolorē,
affli

afflictione, & calamitatem: quòd homo his ple-
Pſal.9. nus ſit. Ideo ait Pſalmographus 9. pſalmo: Sciāt
gentes, quoniam homines ſunt. Id intelligens
Menander: Hæc duo, inquit, inſeparabilia ſunt,
viuere & dolere. Anux ſignificat violentum, &
Iob.34. plenum dolore: vt Iob 34. Violenta ſagitta mea
abſque vllo peccato. Acſi dicat: Vulnus meum
plenum eſt doloribus, quod Deus mihi inflixit
abſque vllo ſcelere meo.

Sermo enim quem tu quæris rex, grauis eſt. Septua
ginta habēt: Sermo quē rex interrogat grauis eſt.
Poteſt verti: rarus eſt: aut inuentu difficilis. Nam
in Chaldeo eſt יקירה Iacirah. Verbū Hebraicū
eſt: יקר Iacar, quod ſignificat rarum eſſe, pretio-
ſum eſſe, honorabile eſſe, æſtimare, & pretiū po-
nere. vt Eſaiæ. 43. Ex quo honorabilis factus es in
oculis meis. Quod poteſt verti: Ex quo pretioſus
factus es. Pro æſtimare, quod alij dicunt appretiare,
Zach.11. accipitur capite Zachariæ 11. Decorum pretium,
quo appretiatus ſum à vobis. Verba ſunt Chriſti
decorū pretium ironicè vocātis triginta illos nu
mos argenteos, quib. Iudæi illum emerunt. Ver-
ba Zachariæ hæc ſunt: Appenderunt mercedem
meā triginta argēteos. Et dixit dominus ad me:
proijce illud ad ſtatuarium, decorū pretium, quo
appretiatus ſum ab eis. Et tuli triginta argēteos,
& proieci illos in domū domini ad ſtatuarium.
Quorum verborum hic eſt ſenſus: Emerūt me,
ait Chriſtus, triginta argenteis. Et ait Zacharias:
Dixit dominus ad me: fac in viſione prophetica,
quod facturus eſt Iudas proditor: proijce merce-
dem illā, hoc eſt triginta illos argenteos ad figu-
lum ſeu ſtatuarium, qui ex argilla ſtatuas facit, &
alia opera. Id eſt, vt ex illis ematur ager figuli.
Proijce, inquit, magnificū & decorum pretium
illud, quo me appēderunt. Tunc ego, ait diuinus
vates, in viſione illa imaginaria tuli triginta illos
argenteos, & proieci illos in tēplum ad emēdum
agrum figuli. Hæc eſt huius orationis explana-
Matt.27. tio. Diuus Matt. vbi literis mādauit Iudæ deſpe-
rationem, & argenteorum quib. dominum vēdi-
derat, proiectionē in templum, quib. emptus eſt
ager figuli in peregrinorum ſepulturam, adiecit:
Tunc impletum eſt, quod dictū eſt per Ieremiā
prophetā dicentē: Et acceperunt triginta argen-
teos pretium appretiati, quē appretiauerunt à fi-
lijs Iſraël: & dederunt eos in agrū figuli: ſicut cō
ſtituit mihi dominus. Hæc verba aliquā habent
ſimilitudinē cum verbis Zachariæ. Sed mirū eſt
videre, quā diuerſè ea citauerit euāgeliſta. Sunt,
qui exiſtimant, non eſſe Zachariæ teſtimonium
illud citatum: nā euangeliſta ait: Quod dictum
eſt per Ieremiā prophetā: Zachariæ verò nō me-
minit. Et aiunt locum citatū ab euangeliſta eſſe
apud Ieremiā cap. 32. vbi ita ait: Intellexi autem,
quòd verbum domini eſſet: & emi agrum ab Ha
nameel filio patrui mei, qui eſt in Anathoth. Et
appendi argentum ſeptē ſtateres, & decē argen-
teos. Hæc Ieremias. Per ſeptē ſtateres & decē ar-
genteos intelligunt pretium triginta illorum nu
morum argenti, quib. venditus fuit ſaluator no-
ſter. Diuus Auguſtinus libro 3. de cōſenſu euan-
geliſtarum exiſtimat euangeliſtā ſumpſiſſe vati-
cinationem illam, quam affert, partim à Ieremia,
partim à Zacharia: ſed nominaſſe ſolùm Ieremiā
ob maiorē eius nominis celebritatē. Et nonnul-
lis in codicibus non eſſe Ieremiā, ſed ſolùm pro-
phetā, hoc modo: Tunc impletum eſt, quod di-
ctum eſt per prophetā dicentem: Et acceperunt,
&c. Origenes in cōmentarijs in Matthæū ſuſpi-
catur fuiſſe librarij ſeu ſcriptoris alicuius erra-
tum, qui pro Zacharia poſuit Ieremiam: aut de-
ſumptā eſſe authoritatem hāc ex aliquo Ieremiæ
libro, qui modò non extat. Perſpicuum eſt enim
multos huiuſmodi libros deſiderari, vt liber bel
lorum domini, cuius fit mentio Numerorum 5. *Num.5.*
& liber iuſtorū cuius meminit ſcriptura 10. Io-
ſue: & 2. Regum 1. Quem librum Theodoretus
Cyrenſis epiſcopus in quæſtionib. in Ieſum Na-
ue exiſtimat fuiſſe vetuſtiſſimum cōmentarium,
ex quo hiſtoria libri Ioſue collecta fuerit. Et li-
bri alij non extant, quos ſcriptura refert, vt ex li-
bris Regū & Paralipomenon conſtare videmus.
Eſſe autē locum illū ex aliquo Ieremiæ libro, quē
modò nō habemus, deſumptum, eſt ſatis proba-
bile. Nec ſolùm Origenes in ea eſt ſententia, ſed
etiā Euthymius in Matthæū, Euſebius Cæſarieñſis
lib. 10. de demōſtratione euāgelica, Nicolaus Ze
gerus in ſcholijs in locos difficiles, Iſidorus Bri-
xianus in Matthæum, Finus Hadrianus lib. 7. fla
gelli Iudæorum, & alij. Sed quod me mirum in
modum mouet, vt in hanc ſententiā adducar, eſt
diuus Hieronymus in cōmentarijs in illum Mat
thæi locum, cuius ad literam hæc ſunt verba: Le
gi nuper in quodam Hebraico volumine, quod
Nazarenæ ſectæ mihi Hebræus obtulit, Ieremiæ
apocryphum: in quo hæc quæ citat Matt. ad ver-
bum ſcripta reperi. Hæc ille. Quanquam librum
illum vocat apocryphum, tamen verus erat. Et
fuit euangeliſta diuinitus inſtructus ſanctum va-
tē Ieremiam verba illa literis mandaſſe, quæ in
libro illo ſcripta erant. Nā locus Ieremiæ quem
habemus, à verbis à Matthæo citatis longè di-
ſtare videtur. Scripſiſſe autem Ieremiam libros
alios, præter eos quos habemus, aſſerit Sixtus *Sixtus.*
Senenſis libro 2. Bibliothecæ ſanctæ, in qua ad-
mirabilem ſuam oſtendit eruditionem.

*Requiſiuit de lege atque ſententia ab Arioch prin-
cipe militia regis.* Pro militia eſt in Chaldęo טבחיא
Tabbachaia. Verbum Hebræū eſt טבח Tabach,
quod ſignificat occidere, & immolare. Vnde Tab
bach ſignificat carnificē, lanium, coquum, quod ani
malia occidat. Septuaginta verterunt: principem
coquorum. Pagninus: principem occidentium.
Alij: præfectum rerum capitalium. Eodem mo-
do Geneſis 37. capite vbi cōmunis editio habet: *Gen.37.*
Vendiderunt Ioſeph in Aegypto Putiphari eu-
nucho Pharaonis, magiſtro militum. Pro magi-
ſtro militum habent Septuaginta: magiſtro co-
quorum. Alij: magiſtro laniorum. Alij: præfecto
carnificum. Paraphraſis Chaldaica Onchcli ha-
bet: magiſtro militum: cum editione vulgata.

Eſt Deus in cœlo reuelans myſteria. Pagninus ver- *Pagni.*
tit: Eſt Deus in cœlo, qui reuelat ſecreta. Alij: Exi
ſtit in cœlo, Deus aperiens arcana. Quæ in idē re
cidunt. Hoc capite arcanum, ſecretum, myſteriū
pro eodē accipiuntur. Verbū גלה Galah pro quo
Latinus noſter interpres vertit reuelare, ſignifi-
cat iudicare, illuſtrare, aperire, migrare, excede-
re, captiuū ducere, transferre. Quarto capite pri *2.Reg.4.*
mi Regum vbi nos habemus: Tranſlata eſt gloria
domini de Iſraël, eò quòd capta eſt arca Dei: pro

tranſlata eſt, verbũ eſt Galah. Ideo poterat verti: Captiua ducta eſt gloria domini ex Iſrael. Hoc verbo vtitur Amos cap. 3. pro indicare & reuelare: Noo facit dominus Deus verbũ, niſi reuelauerit ſecretum ſuũ ſeruis ſuis. Et pro capi Ezech. cap. 39. In iniquitate ſua capta eſt domus Iſrael. Poteſt verti: In iniquitate ſua aperta eſt domus Iſraelis. Metaphora ſumpta à domo, quæ ſi aperta eſt, prędę patet, & direptioni cõmittitur. Vt ſit ſenſus: Populus Iudaicus ampliſſimis olim virtutum ornamẽtis locupletatos aperuit oſtia vndiq; hoſtibus animorum, qui in eum irruẽtes illum ſpoliarunt, & cuncta quæ in bonis poterant numerari, illis abſtulerunt. Et quoniã verbũ hoc Galah ſignificat indicare, dicũtur ſpecula Gelonim, ꝙ in illis oppoſitorum imagines apertè ac perſpicuè appareant, atq; proferãtur, vultusq́ue intuentium ſibipſis indicẽtur. Et quoniã in Deo animæ ſanctæ multa vidẽt, appellatur Deus cap. 7. Sapientię ſpeculum ſine macula. Melius enim mentes ſeparatæ diuina viſione in cœlo fruentes vidẽt ſolem, & lunã, & reliqua ſydera, monimẽta manuum diuinarum ſempiterna, in diuina eſſentia, quàm cùm in corporib. verſabãtur. Id voluit diuinus ac regius vates ſignificare, cùm dixit pſalmo octauo: Quoniam videbo cœlos tuos
Pſal. 8. opera digitorum tuorum, lunã & ſtellas, quæ tu fundaſti. Ac ſi diceret: Cùm animus meus è corporis vinculis euolauerit, & ingẽti gaudio affectus in ſedes illas cæleſtes ac pulcherrimas, & ſplendidiſſimas oras tuas peruenerit, admirabilẽ tui numinis, cæterarumq; rerum ſcientiã obtinebit. Tunc enim Deus ſancte intuebor cælos tuos, altiſſimũ illud domicilium, præclarumq́ue opus manuũ tuarum; atq; lunę, & ſtellarum candorẽ, quæ globoſæ & rotundę circulos ſuos orbéſque conficiunt celèritate mirabili. Quaodiu enim animus in terra corpore circunfunditur, à perfecta cogitatione nõ tantùm numinis tui, ſed aliarum etiã rerum longè abeſt, ꝙ eius acies tenebris impedita hæc in terris nõ valeat perfectè intueri. In hunc modũ locum hunc interpretatur Gregorios Naziãzenus, qui ob admirabilem Theologiæ eruditionẽ fuit ab antiquis theologus nũcupatus. Sed dices: Quare in hoc pſalmo faciens Dauid mentionem cœli, lunæ, & ſtellarum, nõ meminit ſolis? Neſcio equidẽ: ſed ſuſpicor Dauidem hoc poema nocte condidiſſe, ac cecinisse, cùm eſſet in ſolitudine, & rura peragrans in medio campi conſtitiſſet, vnde cælum pulcherrimum ac ſereniſſimũ, luna & ſtellis ſummè decoratum intuebatur: quod clarius ſperabat in Deo ſpeculo puriſſimo viſurum eſſe.

Et cogitationes mentis tuæ ſcires. Septuaginta habent: Vt cogitationes cordis tui ſcias. Pro cogitationib. eſt in Chaldæo: רחיוני Raheione, à verbo רחה Rahah, quod ſignificat cogitare, paſcere, conterere, affligere, velle, amare, coniungere.
Pſal. 138. Hinc רע Reah ſignificat amicum, voluntatem, cogitationem: vt Pſalmo 138. Intellexiſti cogitationem meam de longè. Quod poterat verti: Intellexiſti voluntatem meã à longè. Hoc eſt, cùm adhuc ab opere longè abeſſet. Illud Canticorum
Cant. 5. 5. Talis eſt dilectos meus: & ipſe eſt amicus meus: poteſt verti: Et ipſe eſt cogitatio mea: vel voluntas mea; vel amor meus: vel paſtus meus. Id enim quod vnicè diligimus, ſolet eſſe paſtus animi noſtri. Poteſt etiã verti: Et ipſe eſt afflictio mea: nã dilectio animo ſæpenumerò anxietatem affert, & dolorem. Illud etiam Eccleſiaſtis cap. 1. Ecce omnia vanitas & afflictio ſpiritus: poteſt Latinè reddi: Ecce omnia vanitas, & cogitatio venti. Nã pro ſpiritu in Hebraico eſt Ruach, qđ ſpiritum ſignificat & ventũ. Poteſt quoque transferri: Ecce omnia vanitas, & paſtus vẽti. Hoc eſt, & cibus inanis, & paſtus vanitatis, qui nec ſatiat, nec ſuſtentat: ſed amittitur, & euaneſcit. Ille animus vẽto paſcitur, qui vanitate delectatur: ille autẽ paſcit ventum, qui perdit oleum & operã, qui res aggreditur & molitur vanas, nulliúſq; vtilitatis. Ita intelligitur illud Oſeæ cap. 12. Ephraim paſcit ventũ. Pro quo alij vertũt: Ephraim paſcit vẽtus: iuxta id quod ait cap. 22. Ieremias, Omnes Iere. 22.
paſtores tuos paſcet ventus. Quod ita etiã transferri põt: Paſtores tuos affliget vẽtus. Vel gobernatores tuos cõſumet vẽtus, ſeu vanitas. Pro quo paraphraſis Chaldaica habet: Oẽs rectores tui diſpengẽtur in omnem ventum. Poteſt etiã verti: Omnes pontifices tui cogitabunt ventum. Vel omnium præſulum tuorum cogitationes ſunt vanitas. Vnde hic locus Danielis poterat verti: Et paſtus cordis tui cognoſceres.

Et cogitationes mentis tuæ. Pro mente eſt in verſione Græca Theodotionis καρδία, quod propriè ſignificat cor. In Chaldęo eſt Libbac. Hebręũ eſt לבב Lebab, quod etiã cor ſignificat. Sed plerunq; mẽs & cor pro eodẽ accipiuntur. Hoc nomine vtitur Eccleſiaſtes cap. 10. cùm ait: Cor Eccle. 10.
ſapientis in dextera eius. Vbi cor accipitur pro ſapiẽtia, quæ eſt in corde iuxta illud cap. 14. Prouerbiorũ: In corde prudentis requieſcit ſapiẽtia. Vt ſit ſenſus: Sapientia iuſti eſt cum bonis operibus cõiuncta: opera enim per manus intelliguntur: & opera bona per dexteram. Vel ſic: Cor ſapientis eſt ei pręparatum ad intelligendũ & diligendum, vt dextera ad operandum, quæ ſemper eſt apta ad efficiendũ opus. Et quoniã cor eſt in medio corporis: accipitur pro medio cuiuſlibet rei, vt pſal. 45. Tranſferentur mõtes in cor maris. Et cap. 27. Ezechielis: In corde maris ſita. Hoc eſt, in medio maris: vel intra mare. Et Matth. 12. Matt. 12.
In corde terræ. Hoc eſt, intra terrã. Illud pſal. 85. Pſal. 85.
Lętetur cor meum, vt timeat nomen tuũ: poteſt verti ex Hebræo: Vni ſiue congrega cor meum, vt timeat nomen tuũ. Vel vt Hieronymus tranſtulit: Vnicum fac cor meum. In Hebræo eſt Iachedh, ꝙ ſignificat vnire, & in vnum cõducere. Septuaginta autẽ poſuerunt: εὐφρανθήτω, hoc eſt lætetur. Sed dices: Si in Hebræo eſt, vniatur cor meum: quare Septuaginta verterũt, Lętetur cor meum? Rectè quidẽ: intellexerunt enim pacẽ & concordiã, & ſpiritus vnitatẽ eſſe verã lætitiam, & admirabilẽ cordis oblectationẽ. Hoc eodem vocabulo Lebab vtitur ſponſus Cant. 4. dicens: Cant. 4.
Vulneraſti cor meum ſoror mea ſpõſa: vulneraſti cor meũ in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Vel vt poteſt verti: & in vno torque colli tui. Pro crine enim Septuaginta, & poſt eos Pagninus, & alij torquẽ tranſtulerunt. Loquitur Deus cũ anima pij hominis, qui piis lachrymis & virtutum ornamentis Deum ipſum mouet: & more humano ſignificat ſe his rebus fauciari.

Sed

Sed quoniam verbum ſignificans vulnerare, ſi-
gnificat etiam rapere, poteſt verti locus hic: Ra-
puiſti, vel abſtuliſti cor meum. Qui enim vult ſi-
gnificare alicui ardentem amorẽ, quo illum pro-
ſequitur, huiuſmodi vtitur verbis, vt perſpectã
erga illum, ſed tamen dulcem & anxiam charita
tem præ ſe ferat. Fortaſſe alludit his verbis Do-
minus Ieſus ad vulnus lateris, quo confectus ac
ſaucius, quanto nos amore proſequeretur, oſten
dit. Eam ob cauſam dicit: Vulneraſti cor meum,
vt lateris vulnus ſignificaret. Et quia nomẽ hoc
ſignificat cor, poterat verti locus hic Danielis:
Et cogitationes cordis tui.

Tu rex videbas. Pro videre eſt in Chaldæo חזה
Chaze, quod ſignificat videre. Vnde Chazon ſi-
gnificat viſionem, & vaticinationem: vt Eſaiæ 1.
Viſio Eſaiæ filij Amos. Et Nahum 1. Liber viſio
nis Nahum. Vnde videns idem eſt quod diuinus
vates: vt 1. Reg. 9. Num hic eſt videns? Et eodem
capite: Qui propheta dicitur hodie, vocabatur
2.Par. 9. olim videns. Et 2. Paralipomenon 9. In viſione
2.Par.26. quoque Addo videntis. Et 26. In diebus Zacha-
2.Par.33. riæ videntis. Et 33. Verba quoq; videntium qui
loquebantur. videns dicitur Hebraicè Chozai,
vel Hozai. Vnde id quod eſt cap. trigeſimoter-
2.Par. 33. tio ſecundi Paralipomenon: Scripta ſunt in ſer-
monibus Hozai: poteſt verti: Scripta ſunt in ſer-
monibus videntis. Vel ſcripta ſunt in commen-
tariis diuinorum vatum: vt ſit ſingulare pro plu
rali more Hebræorum. Fortaſſe erat Hozai no-
men proprium alicuius hiſtorici, cuius liber
non extat: in quo res geſtæ regis Manaſſis erant
monimentis conſignatæ.

De monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus. Poteſt
verti: ſine operationib. nimirum humanis. Ma-
nus enim quæ Hebraicè dicitur יד Iadh, opera-
tionem ſignificat, vt primo capite oſtendimus.
Pro lapide eſt in Chaldæo אבן Eben, quod voca-
bulum præter alia ſignificat perpẽdiculum, quo
vtuntur architecti & ædificatores. Pro quo no-
ſter interpres apud Zachariam capite 4. lapidem
ſtanneum vertit. Et prouerbiorum 20. põdus di-
cens: Pondus & pondus, menſura & menſura,
vtrumq; abominabile eſt apud Deum. Deteſta-
tur enim duo pondera inæqualia, quando affe-
ctu ducti duobus idem merentibus diuerſa lar-
gimur præmia, æqualitatem, in qua iuſtitia cõſi-
ſtit, non obſeruãtes. Metaphora, eſt à doloſis mer
catoribus ſumpta, qui duo habent põdera, vtra-
que falſa, alterum, quo emunt, alterum, quo ven
dunt. Hoc eodem vocabulo, Eben, vtitur Iacob
Geneſis 49. cùm benedicens filium ſuũ Ioſeph:
Diſſoluta, inquit, ſunt vincula brachiorum &
manuum illius per manus potentis Iacob: inde
paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. Hieronymus ab
Oleaſtro in ſuis eruditis in Geneſim cõmentariis
húc locum interpretatur de tribu & familia Io-
ſephi, in qua fuerunt excellentes ſagittarij, qui
arcui dediti ſagittis hoſtes configebant, & robo
rantes ac extendentes brachia manuum ſuarum
tendebant arcum de manu Dei, qui eſt fortitudo
Iacob: ex qua tribu eſt Ioſeph, qui fuit paſtor Ia-
cob cibãdo eum, & lapis, id eſt fortitudo Iſraël
defẽdẽdo ipſum. Pulchra quidẽ expoſitio, & ſa
tis literalis. D. Hieronymus explicans, verba illa:
Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael, Ex ſemipſe in
quit, Ioſeph tribus naſcetur Ephraim fortis &
ſtabilis inſtar lapidis durioris inuicta, imperans
quoq; decem tribubus Iſrael. Hoc ideo ait, quia
Ieroboam rex Iſraelis fuit ex tribu Ephraim, qui
à Ioſeph genus ducebat. Idem ferè ait Rupertus
abbas. Vera profectò ſententia, nullóque modo
improbanda. Ego exiſtimo loqui Iacobũ de vin-
culis, in quæ Ioſeph fuit coniectus, quandò eum
libidinoſa illius domina turbulentis flagitiorum
ſtimulis concitata apud Putipharem ad pericu- Gene.39.
lum capitis vocauit. Vincula illa, & ea quibus
eum fratres ligauerãt, fuerunt à Deo mirabiliter
ſoluta. Id quidem eſt, quod ait: Per manus poten
tis Iacob: hoc eſt operatione Dei, qui dedit for-
titudinẽ Iacobo. Id autem quod ſequitur: Inde
paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael hãc meo quidem
iudicio habet intelligentiã. A quo forti Deo Ia-
cobi, à quo Deo qui eſt fortitudo Iacobi, egreſ-
ſus eſt Chriſtus, qui eſt paſtor, & firmiſſimus la-
pis ac fundamentũ eccleſiæ. Duplex eſt filij Dei
egreſſus, alter ab æterno: de quo ait Mich. cap. 5. Mich.5.
Egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis: al-
ter in tempore: de quo ait pſalmo 18. Dauid: A
ſummo cœlo egreſſio eius: & occurſus eius vſq;
ad ſummum eius. Id eſt, quod ait libro 3. Dama- Damaſc.
ſcenus: Confitemur duas Chriſti natiuitates,
vnam æternam, quæ eſt ex patre, & alteram, quæ
eſt in vltimis tẽporibus propter nos. Ipſe enim
ait Ioãnis decimo: Exiui à patre, & veni in mun-
dum. Igitur per particulam, inde, intellige à pa-
tre, qui eſt Deus Iacobi fortitudo. Vel inde, id
eſt, à quo Iacobo egreſſus eſt Chriſtus ſecũdum
carnem, qui eſt paſtor, & fundamẽtum eccleſiæ.
Ipſe enim ait Ioannis decimo: Ego ſum paſtor
bunus. Et de ſe apud Matthæum 21. locum illum
pſalmi 116. explanat: Lapidem quidem reproba-
uerunt ædificantes, hic factus eſt in caput angu-
li. Sed quia eben non ſolùm lapidem ſignificat,
ſed totum, poteſt etiã verti locus ille: Inde egreſ-
ſus eſt paſtor totius Iſraelis. Aſpicis locum, vbi
Chriſtus paſtor & lapis appellatur. Ipſe eſt lapis
angularis, & diuinus paſtor, qui vltro oblatus eſt
morti, vt nos ab incurſibus & rapinis diaboli
tueretur. Ipſe nos non ſolùm cibo corporeo, ſed
etiam ſpirituali ſuſtentat: qui eis quos diligit,
tantum roboris largitur, vt nec rerum aduerſa-
rum fulminibus terreantur, nec impiorum ho-
minum oppugnationibus debilitentur. Itaque
lapis ille, de quo loquitur capite 39. Geneſis Ia- Gen.39.
cob, eſt ille, de quo hîc loquitur Daniel, nimi-
rum Chriſtus Deus noſter.

Argumentum capitis III.

*Nabuchodonoſor rex Babylonius tetris ac craſsis te-
nebris circumfuſus, cæca temerariáque amentia
commotus ſtatuam auream in loco celebri colloca-
uit, præcipiens vt omnes ei cultum Deo debitum
exhiberent. Cúmque alij eam ſumma colerent reli-
gione, tres Hebræi Ananias, Azarias, Miſael diuini
numinis fide & amore incitati eam colere recuſa-
runt. Maluerunt enim vitam in diſcrimen adduca-
re, quàm religionem labefactare. Quam ob cauſam
fuerunt in ſummum capitis periculum vocati, &
ab impio rege ſuperbia inflato, ac ira inimica conſi-
lio incenſo damnati, & in ignem camini ardentis*

coniecti. At flammis expoſiti nullum ab illis acceperunt detrimentum: quinpotius intacti in medio earum ambulabant, Deum ſummis laudibus efferentes, hymniſq; ſuauiſſimis celebrantes. Id intuens Nabuchodonoſor eos iubet educi e fornace, & miraculo vim naturæ ſuperante explorato ac plane perſpecto veri Dei potentiam confitetur, cuius numine, & prouidentia omnia gubernantur. Illud eſt aduertendum, huius capitis hiſtoriam aliquid habere vaticinationis, cum in ea ſcriptum ſit apparuiſſe filium Dei, vt tres pueros eriperet a flammis: venturus enim erat Chriſtus hominum genus liberaturus.

CAPVT III.

A NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuã auream altitudine cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorum ſex: & ſtatuit eam in campo Duran prouinciæ Babylonis. Itaque Nabuchodonoſor rex miſit ad congregãdos ſatrapas, magiſtratus, & iudices duces, & tyrãnos, & præfectos, omnéſque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ, quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Tunc cõgregati ſunt ſatrapæ, magiſtratus, & iudices, duces, & tyrãni, & optimates, qui erant in poteſtatibus conſtituti: & vniuerſi principes regionum, vt cõuenirent ad dedicationem ſtatuæ, quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Stabant autem in conſpectu ſtatuæ, quam poſuerat Nabuchodonoſor rex: & præco clamabat valenter. Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis: in hora qua audieritis ſonum tubæ, & fiſtulæ, & citharę, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphonię, & vniuerſi generis muſicorum, cadẽtes adorate ſtatuam auream, quam conſtituit Nabuchodonoſor rex. Si quis autem non proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacẽ ignis ardentis. Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucę, & pſalterij, ſymphonię, & omnis generis muſicorum, cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt ſtatuam auream, quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex. Statimque in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos. Dixerúntque Nabuchodonoſor regi. Rex in æternum viue. Tu rex

Kap. 2. a Infr. b. b

poſuiſti decretum, vt omnis homo, qui audierit ſonitum tubę, fiſtulę, & citharę, ſambucę, & pſalterij, & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum, poſternat ſe, & adoret ſtatuam auream: ſi quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viui Iudæi, quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babyloniæ Sidrach, Miſach, & Abdenago, viri iſti contempſerunt rex decretum tuum. Deos tuos non colunt, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adorant.

EXPLANATIO.

Nabuchodonoſor. Magna eſt hominom mutabilitas, incredibilis varietas, longè latéque patens animorum inconſtantia. Rex ille Babylonius qui ſupplex ad Danielem acceſſerat, in quo verum Deum coluerat, vt in fine capitis ſuperioris explanauimus: nunc vanitatem colit & ſuperbiam veræ gloriæ expultricem: cui nullus aditus referatur ad æternas ſedes mentium beatarum. Ait enim Dauid pſalmo vigeſimotertio: Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocẽs manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam. Quę vltima verba poſſunt verti ex Hebræo: Qui non extulit in vanitatem animam ſuam. Hic autem vanitate elatus ſtatuam auream ſibi ſtatuit, vt in ea coleretur, & cultum diuino numini tribuendum arrogantet vſurparet. Deteſtabilis quidem & execrabilis veritatis obliuio. Paolò antè propriam fragilitatem & imbecillitatem cognoſcens ſe coram Daniele proſtrauerat, veriq; Dei potentiam prædicauerat: modò harum rerum oblitus diuinitatẽ ſibi arrogat, & vſurpat. Cùm exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcribat, magna ſibi & immortalia, ſed vana atque inania ſpe falſa inductus pollicetur. Perpende principum cæcitatem, & eorum quos ipſe ſingulari amore proſequitur adulationem. Holophernes princeps militię Nabuchodunoſoris, nõ huius, ſed alterius, qui multo poſt regnauit, ægrè ferens Achioris verba, quibus veri Dei potentiam prædicabat, non eſſe alium Deum dixit, pręter regem Nabuchodonoſorem, vt capite ſexto Iudith ſcriptura commemorat. Deſcribens Ezechiel caqite 28. regis Tyri ſuperbiam: Eleuatum eſt, inquit, cor tuum, & dixiſti: Deus ego ſum. Ille apertè dixit ſe eſſe Deum, hic autem ſtatoam ſibi ponens colendam, diuinitatem ſibi tribui deſiderabat. Huic ſimilis fuit Caius Caligula Romanorum imperator, qui ſimulachrum ſibi fecit ſtatui, præcipiens, vt ab omnibus coleretur: vt ait libro decimooctauo antiquitatum Flauius Ioſephus.

Pſal. 23.

Ioſeph.

Statuam auream. Ex auro eam conflari iuſſit ſuperbiſſimus rex ad maiorem diuitiarum ſuarum oſtentationem, inanem gloriam, & inſolentem vanitatem. Fortaſſe ideo ita inſtituit, vt qui eum colere recuſarent, ſaltem colerent aurum ipſum. Aurum quo rex famulos ſuos alere deberet, pauperes reficere, templa vero Deo cõſtruere, & regnum ſuum in pace, & iuſtitia continere & ſuſtentare, in fabricanda vaſta ſtatua ſuæ vanitatis demonſtratrice conſumebat. Quærebat gloriam, ſed falſam & inanem. Vera ac ſolida gloria

eſt vit

eſt virtutis ſplendor, cõſentiens laus bonorum, incorrupta vox benè iudicantium de excellente honeſtate. Huius gloriæ ſtudio pleríque trahuntur mortales: nam etiã philoſophi in libris quos de contemnenda gloria ſcripſerunt, nomẽ ſuum literis cõſignarunt. In eo ipſo in quo laudem nobilitatémq; deſpiciebãt, ſe laudati deſiderabant. At vera & grauis gloria in falſæ, & leuis gloriæ contemptione ac deſpicientia conſiſtit. Id non intelligens Nabuchodonoſor ſtatuã ſibi auream ſtatuit, quæ ab omnibus ſummopere coleretur.

Altitudine cubitorum ſexaginta. Ingens profectò ſimulachri aurei magnitudo. Cubitus eſt cui natura brachij, & accipitur pro genere quodam menſuræ, quod pro diuerſitate regionũ variam
Vitruui. habet lõgitudinem. Vitruuius lib. 3. ait cubitum cõſtare ex ſex palmis, hoc eſt digitis viginti quatuor: palmus enim de quo loquitur, quatuor habet digitos. Idem aſſerit Petrus Apianus, & poſt eum Gemma Phryſius in libro coſmographico. Sunt etiã alij cubiti maiores, authore Herodoto, de quib. fortaſſe intelligitur hic Danielis locus.

Et ſtatuit eam. Poſuit eam in campo magno, vbi ab omnibus videretur, & coleretur. Sed quid mirum hominem idolorum cultorem id feciſſe cùm Hebræi in lege diuina inſtructi aurũ ſuum in ſtatuis idolorum conflandis profunderent? Hoc obiiciebat illis Deus iis verbis apud Oſeã capite ſecundo: Argentum multiplicaui eis, & aurum, quæ fecerunt Baal. Acſi diceret: Cõtuli in eos multas opes: at illi multiplicatum argentum & aurum quo eos amplificaueram, in conflandis ac ornandis idolis Baal conſumpſerunt.
Oſe. 8. Et capite octauo: Aurum ſuum & argentum ſuum fecerunt idola ſibi. Et apud Ezechielem ſeptimo: Ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt, & imagines abominationum ſuarum, & ſimulachrorum fecerunt ex eo. Quid quæris? Egreſſi ab Aegypto per mare Rubrum, vbi eos Deus inſignibus prodigiis eius vim numénque ſanctiſſimum declarantibus liberauerat, ipſo Deo repudiato fecerunt vitulum
Exod. 14. ex auro, quem pro Deo colerent. Vide quàm
Exod. 3. citò obliti fuerunt immortalium illorum beneficiorum, quæ paulo antè Deus in eos contulerat. Hi ſunt fructus auri & argenti, cæterarumque diuitiarum, quando poſſeſſores maculis ſcelerum notati eius muneris obliuiſcuntur, cuius efficiendi cauſa eis Deus naturam compotem rationis & cognitionis impertiuit. Si homines ex auro non conflant ſtatuas, certè multi ex illis ipſum aurum colunt, & vnicè diligunt. Id intelligens Eccleſiaſticus capite octauo: Multos, inquit, perdit aurum & argentum, & vſque ad cor regum extendit, atque conuertit. Vel vt alij vertunt: Et corda regum peruertit. Et capite trigeſimoprimo: Qui aurum diligit, non iuſtificabitur: & qui inſequitur conſumptionem, replebitur ea. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio eorum. Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium: væ illis, qui ſequuntur illud: & omnis imprudens peribit in illo. Hæc ibi. Aurum ſacrificantium vocat, quia illud tanquam idolum illi colunt, qui cæcæ cupiditatis animorum dominatricis ſtimulis concitantur. Huiuſmodi hominibus dicebat Ieremias capite ſextodecimo: Seruietis diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Acſi diceret: Dabitis operam diuitiis, illis miniſtrabitis, quibus veluti diis cultum exhibebitis. Ideo diuus Paulus capite tertio epiſtolæ ad Coloſſenſes: Mortificate, inquit, auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus. Et in epiſtola ad Epheſios quinto eandem repetit ſententiam. Infima eſt profectò, & nunc irridenda, nunc miſeranda auarorum conditio, qui ex auro, & diuitiis non habent niſi laborem, dolorem, curas, anxietates, & ærumnas. Perierunt, ait Sophonias, omnes inuoluti argento. Vbi pro, inuoluti, eſt in Hebræo netile, quod vocabulum baiulos ſignificat. Vt ſit ſenſus. Peribunt ignibus æternis, deſcendent ad cruciatus nullum finem habituros ii, qui diuitias cupidè & auarè cumulant, & retinent: qui velut baiuli alienorum ponderum premuntur labore, & ſudant, nullũ inde, aut exiguum luctum reportantes. Paraphraſis Chaldaica pro inuoluti argento, vertit diuites, & rectè quidem: diuites enim auaritia laborantes non diuitiarum domini, ſed baiuli tantùm ſunt. Neſcio, cur homines tot tantiſque conflictentur incommodis propter pecuniæ cupiditatem, quæ nunquam expletur: nunquam enim ſatiatur diuitiarum ſitis. Nam cupidi non ſolùm auiditate augendi, quæ habent, cruciãtur, ſed etiam amittendi metu. Nihil eſt tã abiecti animi, támq; demiſſi, quàm diuitiarum ſtimulis agitari, & vincimihil illuſtrius præſtantiuſque, quam diuitias cõtemnere, ſi non habeas, ſi habeas ad beneficentiam, & virtutis opera cõferre. Fateor equidem, diuitias per ſe malas non eſſe: nam vt rectè obſeruauit beatus Ambroſius, non in facultatibus crimen eſt, ſed in abuſu. Vt enim diuitiæ impedimenta ſunt flagitioſis: ita viris iuſtis ſunt virtutis adiumentum. At conſiderata imbecillitate & deprauatione noſtra periculoſę ſunt, & metuendę. Vt amigdalę authore Plinio lib. 23. homines nutriunt, eorúmque variis morbis medentur, vulpes autẽ interficiunt: ſic diuitiæ quæ alijs vtiles ſunt, & fructuoſæ, aliis detrimentum ferunt. Aliis medicamentum ſunt, aliis venenum. Sed plerunque noxiæ quidem ſunt. Sed id perſpicere nolunt diuites, quanto plus habent, tanto amplius deſiderant. Et vt ait Iuuenalis: creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Vt enim ille quem momorderit ſitula animal venenatũ, ſtatim ſitit, & quanto magis bibit, tanto ardentiore appetitione bibendi flagrat, vt aiunt: ſic ille quem cupiditas vulnerauerit, ſiti diuitiarum incenditur, & quanto ampliores comparat opes, tanto ardentius earum auiditas accreſcit. Quare diues appellari non debet: nã vt diuus ait Chryſoſtomus, ſi vis fieri diues, non augeas diuitias, ſed tolle cupiditatem. Et Seneca: Diues eſt, non qui plus habet, ſed qui minus cupit. Idem ſentiebat Democritus, qui interrogatus quomodo quis diues fieri poſſet: Si, inquit, cupiditatum pauper fuerit: Ita hoc refert in ſermonibus Maximus. Id quod etiam Cleãti attribuit Stobæus. Ex quo efficitur, vt diues paupertate laboret: eſt enim ſimul & diues & pauper. Eã ob cauſam aiebat in Apocalypſi diuus Ioannes: Dicis: diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo. Et neſcis,

Coloſ. 3. — Sophe. 1. — Similitudo. — Similitudo. — Apoc. 3.

quia tu es miſer,& miſerabilis,& pauper, & cæ-
cus,& nudus. Cur igitur diuitias cõcupiſcimus,
quarum affluentia eſt plena inopia, quarum de-
ſiderium eſt inſatiabile, quarum poſſeſſio affert
ſecum paupertatem? Sunt quidem illæ contem-
nendæ,quòd anxiæ ſint,vanæ,fluxæ, incertæ, &
in caſu ſitæ. De eo qui in illis ſpem fixit ac loca-
Pſal.51. uit,ait ita diuinus pſaltes: Sperauit in multitudi-
ne diuitiarum ſuarum: & præualuit in vanitate
ſua: Vel vt poteſt ex Hebræo traduci: & nixus eſt
in vanitate. Qui in vano nititur,decidit, & cor-
ruit. Non in diuitiis, ſed in virtute, & fiducia in
Deum nitendum nobis eſt ad ſpem beatè viuen-
di. Hæc permanent altis defixa radicibus: at in
mundi opibus nulla eſt conſtantia, nulla firmitu
do, nihil ſolidi, & certi. Vnde apoſtolus capite
1.Tom.6. ſexto epiſtolæ prioris ad Tim. Diuitibus,inquit,
huius ſeculi præcipe,non ſperare in incerto diui-
tiarum. Quid incertius diuitiis? quid fallacius?
quid vanius? Apud Matthæum capite tertiode-
cimo ait Chriſtus dominus: Fallacia diuitiarum
ſuffocat verbum. Et Eccleſiaſtes capite ſecun-
do: Coaceruaui mihi argentū & aurum. Et pau-
lo poſt: Cùm me conuertiſſem ad vniuerſa ope-
ra,quæ fecerāt manus meę,& ad labores,in qui-
bus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus vanita-
tem,& afflictionem,& nihil permanere ſub ſole.
Et hæc diuitiarū vanitas ſecum ſolet afferre in-
ſolentiam & ſuperbiam. Id intelligens Ezech.
aiebat capite vigeſimono: Acquiſiuiſti aurum &
argentum in theſauris tuis. Et paucis adiectis.
Eleuatum eſt cor tuum in robore tuo. Hic eſt di-
uitiarum fructus, funeſtus ille quidem & vene-
natus. Beatus Gregorius ait, abundātiam rerum
temporalium eſſe ſuperbiæ vicinā. Et diuus Au-
guſtinus: Morbus,inquit,diuitiarū eſt ſuperbia.
Quam ob cauſam mundi opes non ſunt in bonis
numerandæ: ſed potius deſpiciendæ: præſertim
quia ingreſſum impediunt cœleſtis patriæ, &
oſtium ad æternam beatitudinem intercludunt.
Ioſu.7. Achan ꝙ auream regulā Iericho acceperit, fuit
morte multactus: & quiete terræ promiſſionis
minimè potitus. Iericho eſt mundus hic, regula
aurea eſt eius potentia, & diuitiarum copia: pro
pter quam nobis aditus ad gloriā ſempiternam,
quæ eſt vera terra promiſſionis quietis pleniſſi-
ma,interdicitur. Id quod eſt cap. 10. Prouerbio-
rū mandatum: Non affliget dominus fame ani-
mam iuſti,& inſidias impiorum ſubuertet: ait Pa
gninus in Theſauro poſſe verti: Et propter diui
tias impios ſubuertet. Ex quo colliges, eſſe ple-
rumq; diuitias cauſam exitij multorū,& ęterna-
rum ſediū impedimentum. Eā ob cauſam ſerua-
Matt. 5. tor noſter: Beati,inquit,pauperes ſpiritu,quoniā
Luc.6. ipſorum eſt regnū cœlorum. Et iterū: Nolite the
Matt.6. ſaurizare vobis theſauros in terra. Et rurſum:
Matt.6. Nõ poteſtis Deo ſeruire,& mamõnę. Et rurſum:
Mat.10. Nolite poſſidere aurum,& argentum,nec pecu-
Luc.9. niā in Zonis veſtris. Et tādem: Facilius eſt came-
Mat.19. lum per foramen acus tranſire, quàm diuitem
Mar.10. intrare regnum cœlorū. Vbi diues cupidus cum
Luc.18. camelo cõparatur pondere ſarcinæ oppreſſo,qui
opibus onuſtus non intrat per foramē acus, hoc
Similia. eſt per viā arctam ad cœleſtia domicilia. Vt ca-
melus nõ facilè caput ſurſum effert: ita diues dif-
ficilè mentem extollit ad cœlum. Et vt camelus
authore Plinio priuſquā bibat, perturbat aquā,
aliter potu non gaudet: ita cupidus nulla animi
tranquillitate oblectatur, ſed turbulentis pertur
bationibus, & vitæ ſordibus ducitur,& gaudet.
Theophylactus per camelū intelligit funem,ſeu
rudentem nauticum: cuius opinio fuit iucūda &
plauſibilis,& à iunioribus approbata. Eā ſequū-
tur Ioannes Gagnæius, Franciſcus Titelmanes,
Ioānes Ferus,Ioannes Soarius,& alij. Non enim
videtur tā apta ſimilitudo ingreſſus animalis per
foramē acus inſtrumenti ſutorij,quàm funis,ſeu
rudentis. In Græco eſt κάμηλος, quod vocabulū
& animal ſignificat,& funem nauticum,cui an- *Simile.*
chora ſolet alligari à ſimilitudine, vt mea fert
opinio,cameli animalis tortuoſi. Funis ille ex ſe
integer & contortus fieri nõ poteſt, vt per fora-
men acus introeat: at ſi illum diſiunxeris,& in fi-
la diſſolueris, ingredietur filum vnū,& poſtea al
terum, & ſingula vſq; ad vltimū: & ingreſſis illis
omnib. totus funis ingreditur. Eodē modo diues
dum fuerit cū diuitiis colligatus & coniunctus,
earúmq; cæca cupiditate irretitus & implicatus,
in cœlū haudquaquā penetrabit: at ſi eas diuiſe-
rit,ſi fila quædā inter pauperes diſtribuerit,quę-
dā inter peregrinos, quædam inter viduas,quæ-
dā in captiuorum redemptionē erogauerit,quę-
dā in templorum ſacrorū,& diuini cultus orna-
mēta,& alia huiuſmodi munera pietatis, ac cha
ritatis pleniſſima contulerit, poterit in æternas
cœlorū ſedes introire. Sed veteres authores ca-
melū pro animali tortuoſo ſarcinis apto in illo
euāgelij loco intelligendū ducunt. Hi ſunt Hie-
ronymus in caput ſexageſimū Eſaię, Auguſtinus
in libro quæſtionū euangelicarum. Chryſoſto-
mus & Euthymius in Matthæū: & ante eos Ori-
genes Adamantius. Fortaſſe erat in muris Hiero
ſolymæ arcta quædā porta vocata foramē acus:
qua etiamſi animalia ingredi poſſent,camelus ta
men onuſtus ob magnitudinē & flexuoſum dor
ſum ingredi non poterat, niſi onus depoſuiſſet.
Sed hac in re coniectura tantùm ducor ad ſuſpi-
candum. Sed ſiue loco illo euāgelico accipiatur
camelus pro animali,ſiue pro fune,vtroq; modo
oſtendit,diuites in cœleſtē beatitudinē difficul-
ter introire,niſi onus depoſuerint,aut in fila elee
moſynę diuitias diſtribuerint. Eleemoſyna enim
munit etiam ad gloriā ſempiternā. Quemadmo *Similitudo.*
dum aquæ deſcendunt ad loca ima eorum plan-
tas nutrientes,humoréq; vitali educantes: ſic di-
uitiæ debent ad pauperes abiectóſque homines
delabi,quos leuent inopia,& calamitate, atque
beneficiis recreent & reficiant. Hi enim in cauſa
ſunt,vt diuites benigni,eleemoſynis dediti reci- *Luc.16.*
piātur in cœlū. Ideo ait illis dominus: Facite vo-
bis amicos de mamõna iniquitatis,vt cùm defe-
ceritis,recipiant vos in æterna tabernacula. Nec
ſolùm eleemoſyna obtinetur cœlum in vita alte
ra, ſed etiam in hac ipſæ opes augentur. Ait e-
nim Salomon capite Prouerbiorum decimo- *Prou.19.*
nono: Fœneratur Deo, qui pauperis miſeretur. *Prou.28.*
Et capite vigeſimooctauo. Qui dat pauperibus. *Matt.19.*
non indigebit. Et Chriſtus dominus Matthæi de
cimonono: Centuplum accipiet,& vitam æter-
nam poſſidebit. Liberalis & benignus erga pau-
peres domū ſibi præparat in cœlo,& in hac vita
āplificatur; & diues auarus hic eget,& poſtea in
inferis

Similitudo. inferis ſepelitur. Vt enim vermiculus ſericus gi-
gnit ex ſe fila quædã, ex quibus conficit follicu-
lum, in quo recõditus moritur: ita diues cupidi-
tate & auaritia ductus ex ſuis opibus ſepulchrũ
ſibi in inferno cõſtruit & parat. Et impletur id,
quod eſt apud Lucam capite ſextodecimo: Mor-
tuus eſt autem diues, & ſepultus in inferno. Ma-
4. Reg. 5. gna ex diuitiarum cupiditate damna oriũtur. Ea
Giezium famulum Eliſæi lepra percuſſit: Ana-
niam & Sapphiram perdidit: Iudam ad nefariam
Act. 5. proditionem duxit: & Iudæos ad crudeliſſimam
Matt. 26. Chriſti necem excitauit. Id intuens ait apoſtolus
& 27. capite ſexto epiſtolæ prioris ad Timotheũ: Ra-
Ioan. 11. dix omnium malorum eſt cupiditas. Et vt infeli-
citatum prima eſt diuitiarũ cupiditas: ita beati-
Mat. 5. tudinũ prima eſt paupertas. Enarrans enim illas
ſeruator noſter incipit à paupertate dicens: Beati
pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnum cœ-
Luc. 6. lorum. Si vis excellẽtem paupertatẽ videre, om-
Luc. 2. nibus numeris abſolutã, intuere Chriſti Dei no-
ſtri ortum, vitæ curſum, & interitũ. Natus eſt in
alieno & abiecto domicilio, vbi virgo Dei geni-
trix Maria, vt ait diuus Lucas 2. cap. eum recli-
nauit in præſepio, quia nõ erat ei locus in diuer-
ſorio. Ille cuius eſt cœlum & terra, non habuit
in diuerſorio locũ: quã ob cauſam in vili iacuit
Pſal. 86. præſepio. Quis vnquam hoc cogitauerat? O pre-
tioſum præſepium: ô felix domicilium: ô ciuitas
Bethlehemitica admiranda: quàm glorioſa dicta
ſunt de te ciuitas Dei: In illa paupertate naſci
voluit totius vniuerſi imperator, qui totũ mun-
dum continet, & coercet, vt nos doceret, eſſe
Chriſtianam diuinámq; philoſophiã in pauper-
tate, & diuitiarum ac vanitatum contemptione
conſtitutam. Perpende, ac memoria repete eius
vitam, inuenias eam ortui reſpondere. Ipſe enim
ait cap. 9. euangelij authore Luc. Vulpes foueas
habent, & volucres cœli nidos: filius autem ho-
minis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Quid
dicam de eius morte? Nudus, veſtibus ſpoliatus,
in ſumma inopia conſtitutus exceſſit è vita. Qui
terram herbarũ viriditate, florúmq; pulchritu-
dine, variarúmq; plantarum ornamentis veſtit,
ac tegit, qui cœlos fulgentiſſimis ſtellis, ſplendi-
diſſima luna, & clariſſimo ſole reliquorũ aſtro-
rum principe, omniáque ſua luce complente in-
Matt. 27. duit, & ornat, nudus animam efflauit. Quæ res
Mar. 15. vnquã fuit mirabilior? quæ glorioſior? quæ com-
Luc. 23. mendatior hominũ memoriæ ſempiternæ? Cùm
Ioan. 19. eſſet diues, propter nos egenus factus eſt, vt ait
2. Cor. 8. apoſtolus in poſteriore ad Corin. vt illius inopia
nos diuites eſſemus. Qui erunt homines tam in-
culti, & agreſtes, qui non videant hunc tam ad-
mirabilem diuini amoris effectum? Quæ erit tam
immemor poſteritas, quę tã ingratæ litteræ repe-
rientur, quæ hanc paupertatẽ pro nobis ſuſceptã
non immortalitatis memoria proſequantur? Eã
Matt. 19. imitari eius apoſtoli dicebant apud Matt. Ecce
nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Eam
nos imitemur: & verã dignitatem in huiuſmodi
imitatione collocantes omnem noſtram curam
& cogitationem ad comparandas animi diuitias
conferamus. Quid profuit Nabuchodonoſori
Babyloniorum regi aurum ſuum, ex quo ſtatuã
ſibi fecit ſuperbiæ & vanitatis ſignificatricem,
quibus ipſe ducebatur: Vtilius ei fuiſſet diuitiis
carere, quàm illis tam intemperanter abuti. Mo-
tus auaritia congregabat diuitias, & motus im-
pia vanitate eas in rebus impiis & vanis conſu-
mebat. Perpende eius ſuperbiam. Oſtenderat ei
Deus in ſomniis ſtatuam ex auro, argento, ære,
ferro, & luto: ipſe autem tanquam Deo ſe oppo-
nens ſtatuam ſibi facit non iis materiis, ſed ex
auro tantummodo totam conflatam, vt ſibi ſoli
per caput aureum in alia ſtatua ſignificato diui-
tias, & altitudinem, & ſupremam dignitatem
tribueret, & diuinitatem arrogaret.

In campo duran. Ita vocabatur locus planus, in
quo ſimulachrum illud collocatum fuit. Fortaſſe
eam ob cauſam illud non in valle ſtatuit, ſed in
campo plano, ne ab aliquo in monte conſtituto
ſuperari poſſet, ſed ipſa omnes ſuperaret.

Miſit ad congregandos. Nimirum vt ſtatuam co-
lerent cultu latriæ, hoc eſt veneratione diuino
numini debita. Non contentus plebeiorum ho-
minum cultu conuocauit omnes principes, &
optimates, & in dignitate conſtitutos, vt ſtatuã
ſibi dedicatã ſupplices venerarentur: & per eos
ſeduceretur populus, qui ſolet principum facta
imitari. Nam vt ait Eccleſiaſticus capite decimo:
Qualis rector eſt ciuitatis, tales & habitantes in
ea. Id intelligens diuus Matthæus capite ſecun-
do: Turbatus, eſt inquit, Herodes, & omnis Hie-
roſolyma cum illo. Regis turbatio ſecum popu-
lum duxit. Sunt hæc animaduertẽda in ciuitate,
quæ ſunt apud Platonem grauiter ſcripta: Qua-
les in republica ſunt principes, tales reliquos ſo-
lere eſſe ciues. Sanctus Ezechiel ideò capite pri-
mo, & decimo dixit eſſe rotas, quę veluti anima-
lium pedibus voluerentur: quia per animalia illa
poſſunt intelligi principes & pontifices, qui pe-
de vno, vt aiunt, ſolent rotas, hoc eſt ſubditos
mouere. Fateor eſſe nonnullos ſubditos tot ſce-
leribus imbutos, tanta contumacia effrenatos, vt
quanto nobiliores, iuſtiores, doctiores, & præ-
ſtantiores vident eſſe præſules, tanto maiorem il-
lis inuidiam conflant, & tanto crudeliore odio
aduerſus eos cõcitantur. Sed ego de illis loquor,
qui ſolent imitari principes, & pontifices, & ſpe-
culorum inſtar quicquid obiitur, imitantur. Ait
Antonius Panormit. libro ſecundo de rebus ge-
ſtis Alphonſi Aragonũ regis dixiſſe eundem re-
gem, principibus non modò ſua cauſa à ſceleri-
bus abſtinendum eſſe, ſed etiam ne vitia ſua in
ciues ſuos infundãtur. Et veluti ad ſolis motum *Similitudo.*
heliotropium: ſic populum in principis mores
verti ac formari aſſerebat.

Satrapas. Vocabulum eſt Perſicum ſignificans *Simile.*
præfectum prouincię, & virum inclytum, ac po-
tentem.

Tyrannos. Tyranni dicebantur quondam Re-
ges: poſtea ſolum illi ita appellabantur, qui
dominatum occupabant, & oppreſſam ſerui-
tute tenebant prouinciam, & vi ac imperio
ſubiectos coercebant. At tyrannorum nomine
hoc loco ij ſignificantur, qui tributa regis vecti-
galia exigebant, aut qui ærarij & publicæ pe-
cuniæ erant præfecti, qui quondam prouincias
ſortiebantur. Hi fortaſſe ſunt, quos Romani
appellabant quæſtores, & modo Luſitani almo-
xarifex vocant.

Ad dedicationem ſtatuæ. Hoc eſt, ad erectionem & cõſecrationem ſimulachri. Voluit rex, vt quo die erigeretur ſtatua, adeſſent principes & magnates, eámque cum ſolennitate venerarentur.

Simile. *Quam erexerat rex.* Nempe ſibi ipſi. Vt quidã qui epulis oblectari ſolebant, eas poſtea ob morbum & ſenſus ſtuporem reſpuunt: ſic Nabuchodonoſor qui Dei potentiam, & Danielis virtutem & ſapientiam in ſomnij interpretatione admiratus eſt poſtea amentiæ & ſuperbiæ ægritudine cõfectus, & diuinum remedium, & Danielis doctrinam parui pendit. Quare ſtatuã admirandæ magnitudinis ſibi poſuit, ad cuius cultum

Similitudo. magnates & principes acceſsiuit. Et quẽadmodum ſtatua illa quanto maior erat, tanto maiori periculo erat ſubiecta, ita homines quanto altius aſcendunt, tanto citius currunt. Fulminibus durius percutiuntur, & procellis vehementius exagitantur.

Sonitum tubæ, & fiſtulæ, & citharæ. Tuba eſt muſicum inſtrumentum incuruum, ex ære conflatum, cuius ſonitu nõ ſolum milites in bello, ſed etiam equi ad prælium excitantur. Vnde mori in ſonitu & clangore tubæ eſt in prælio perire: vt Amos capite ſecundo: Morietur in ſonitu Moabin clangore tubæ. Hoc eſt, rex Moabitarũ vocatus Moab prælio dimicans in certamine ipſo interficietur. Quondam quemadmodũ nunc nonnullis in locis ſolebant magiſtratus vti tubis ad populum congregandum, vt ex capite decimo libri numerorũ conſtare videmus. Ait Ioſephus Flauius libro tertio Antiquitatũ feciſſe Moſem duas tubas, quarum altera plebs congregabatur ad concionem, altera optimates ad conſultandũ de republica conuocabantur. Fiſtula eſt inſtrumentum ligneum multis foraminibus diſtinctũ, flatu ac digitis dulcem ſonum edens. Cithara eſt parua lyra: eſt etiam aliud genus citharæ, quæ vulgo dicitur harpa: quæ eſt lignea, plena cordis, quæ ex vtraque parte conſpectæ manibus pulſantur. Sambuca olim vocabatur inſtrumentum quoddam ferreum aut æreum triangulare, quod virgula ferrea pulſabatur leuiori carminũ generi adhiberi. Pſalterium eſt quadratu decem plerunque habens cordas craſſitudine inæquales. Symphonia eſt ex ligno conflata, tota foris tabulis elaboratis coopetta, quę ferro quodam in orbem manu traducto agitatur, & ſonum ſuum efficit. Vſus eſt Nabuchodonoſor muſicis inſtrumentis in erectione ſtatuæ, vt homines ad eius honorem & venerationẽ excitaret. Idem feciſſe Dauidem ſed multo diuerſo propoſito, nimirum ad veri Dei gloriã, cum arcam fœderis de domo Aminadab transferret, literę diuinæ libro ſecundo Regum memoriæ prodiderunt.

Cadentes adorate ſtatuam. Hoc erat ſignũ apud gentes diuini cultus, quem Theologi vocant latriam, ſeu adorationem latriæ: quæ ſoli Deo debetur, vt Auguſtinus ait libro decimo de ciuitate Dei. Ideò dicebat Dæmon Chriſto Domino noſtro apud Matthæum 4. Hæc omnia tibi da-

Luc.4. bo, ſi cadens adoraueris me. Qui diabolum colunt, cadere dicuntur. Magna profectò ruina eſt, infelix caſus, peſtilens calamitas dæmoniis obſequium præbere, & idolis cultum ſoli Deo debitum tribuere. Idola autem ſunt non ſolùm falſorũ deorũ ſimulachra, ſed omnia illa, quæ contempto vero Deo ſummè diligimus, inquibus ſummam felicitatem collocamus. Viri fide muniti, & charitate prædìti Deũ colentes in faciem ſuam cadebant, vt ſummã erga illũ reuerentiam demonſtrarẽt. Abrahã enim, vt cap. Geneſis decimoſeptimo ſcriptu legimus, viſo Deo cecidit pronus in faciem ſuam. In eo enim diuinũ quoddam fidei lumen priſcis illis tẽporibus mirabiliter eluxit. Et Ezechiel ſapientiæ ac virtutum ornamentis exultus, qui omne ſtudiũ ad Dei gloriam celebrandã conferebat, cùm Deum in animalium viſione intueretur, cecidit in faciem ſuã, vt ipſe ſecundo capite teſtificatur. Eodem modo viſa gloria domini capite 44. Et magi Oriẽtales inuenientes puerũ Ieſum cum Maria matre eius procidentes adorauerunt eum. Inuenerunt illũ, Matt.2. quia eum piè & ex toto animo quæſierunt, Reliquerunt enim terrã ſuam ab Oriente venientes. Nos quærimus eũ, ſed non inuenimus, quia non relinquimus terrã noſtram, hoc eſt deprauatam noſtram voluntatem. De hac terra intelligi poteſt id, quod dixit Dominus Abrahæ: Egredere Gen.12. de terra tua, & de cognatione tua, Et Eccleſiaſticus: A volũtate tua auertere. Itaq; ideò Deum Eccl.16. non inueniemus, quia illum nõ ad eius modum, ſed ad noſtrum quærimus. Quærimus illum per ſuperbiam, ille autẽ inuenitur humilitate: quærimus eum per cupiditatem diuitiarum, cùm ille paupertate inueniatur. Eã ob cauſam non inuenimus eũ, nec procidẽtes toto corde veneramur.

Vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ. Hoc eſt, omnes qui aderant ex populis, diuerſarũ regionum: non enim adeſſe ſimul poterant omnes nationes. Forſitan per principes & magiſtratus veluti per populorũ capita omnes populos intelligit. Nabuchodonoſor erexit in regione Babylonica ſtatuam, quam omnes colerent, & diabolus erigit in mũdo vanitatẽ, quã oẽs venerentur.

Adorauerunt ſtatuam. Qua in re grauiter errarunt: nõ eſt enim in rebus peſtilentibus regi parendum. Sed non habuit rex ille hominẽ, qui illum à tam inſana voluntate, & deteſtabili furore reuocaret. Nõ veros habebat amicos, ſed adulatores, qui etiam ſi libertatem monendi habere oſtendãt, nihil tamen minus faciunt. In Menan- Simile. dri comedia inducitur commentitius Hercules clauam portans non robuſtam & grauẽ, ſed inanem ac leuem. Sic adulatores libertatẽ præ ſe ferunt, non ſolidam quidem & rectam, ſed blandã & flexibilem: cùm enim obiurgare, aut hortari videntur, tum maximè blandiuntur: Fortaſſe aliquis ei veritatẽ dixit, & de inſolentia illa monuit eum, ſed obſurdeſcebat, & veritatem audire recuſabat. Nullis itaque monitis eius aures patebant. Exiſtimo nõ adeſſe tunc Danielẽ, aut fuiſſe morbo aliquo impeditũ. Omnes igitur qui aderant, ſtatuam coluerunt, quæ vocabatur Nabuchodonoſor: ait enim Auguſtinus lib. 2. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ, præcepiſſe impium regem, vt ſimulachrum illud proprio nomine diuino cultu conſecraretur. Ipſe rex ſtatua erat & idolum ſui ipſius, quoniam oculos habens non videbat, caput habens non intelligebat, nec de pernicie ſua cogitabat. Similes illis fiunt, qui faciũt ea, vt verbis vtar pſalmographi, Pſal.114.

& omnes,

& omnes,qui confidunt in eis. Impius princeps ſeu præſul niſi refrenet libidinē, contemnat voluptates, coerceat auaritiam, cæteraſq; animæ labes repellat, ſtatua poteſt rectè appellari. Eā ob cauſam Zacharias diuinus vates cum huiuſmodi rectore loquens capite vndecimo O paſtor, inquit, ô idolū. Eſt enim foris aureus, intus vanus. Oportet bonum magiſtratum ne reſpublica labefactetur, ferre opem patriæ, propriā ſalutem poſteriorem ſaluti cōmuni ducere, intercludere omnes ſeditionū vias, caſtigare improbos, foeri bonos, hortari omnes ad decus, reuocare à flagitiis, ſeruare iuſtitiam & clementiā, amplecti humanitatem & temperantia muniri labore in negotiis, fortitudine in periculis, induſtria in agendo, celeritate in cōficiendo, ſapientia in cōſultando. Sed ô infelices cōditiones adminiſtrandarum prouinciarū, in quibus ſeueritas eſt apud homines periculoſa, liberalitas ingrata: in quibus à multis iuſtitia appellatur crudelitas, religionis obſeruantia aſperitas, ſapientia ſtultitia: in quibus deniq; boni præſulis virtutes à nefariis ſubditis crimini tribuūtur. Poteris per muſicæ dulcedinē proprias laudes intelligere, & adulationes teipſum decipientes. Hæ ſunt dulces ſed peſtilentes ſyrenarum cantiones: de quibus capite primo Prouerbiorū ait Salomon: Fili ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Et Eſaias capite tertio: Popule meus qui te beatum dicūt, ipſi te decipiunt, & viā greſſuum tuorū diſſipant. Nulla eſt muſica dulcior adulatione: qui eā audiunt, eiq; aures libenter præbent cadentes colunt propriæ vanitatis ſimulachrum. Poteris per Nabuchodunoſorem hæreſiarcham aliquem intelligere, veluti Lutherum, aut Caluinū, homines deteſtabiles, Babylonicos, Nabuchodonoſore peſtilentiores. Hi ſtatuā inanem conflarunt, pernicioſam & funeſtam, nimirū libertatē carnis, & Mahumeticam licentiam, quam decepti homines venerantur. Et audientes ſonum hæreſum humana eloquentia delinitarum cadentes colunt ſimulachrum falſitatis.

Accuſauerunt Iudæos. Nempe Ananiam, Azariam, Miſaelem. Chaldæi inuidia cōmoti, quòd rex viros illos Hebræos pietate, & ſapientia præſtantes operibus prouinciæ præfeciſſet, eis odiū inuidiámq; conflare decreuerunt. Illos apud regem crimine defectionis, & cōtemptæ religionis deferre non dubitarunt. Vertebant illis crimini, quòd obedientiam abiicerent, & ſtatuam colere recuſarent. At in iis quæ diuinis præceptis repugnāt, nō debemus principibus obedire. Primùm præceptum decalogi eſt: Non habebis deos alienos, non facies tibi ſculptile, nō adorabis ea, nec coles. Quod eſt capiti 20. Exodi mandatum. Et capite ſexto Deuteronomij ait Deus: Dominum Deum tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies. Quæ verba Christus attulit apud Matthæum capite 4. ad
Luc.4. diaboli tentationem refutandam. Vbi adorare & ſeruire intelliguntur de obſequio & ſeruitute, quam theologi latriam vocant. Et quoniam quę Nabuchodonoſor præcipiebat, cum Dei præcepto non cohærebant, imò ab eo maximè diſcrepabant, maluerunt tres illi Hebræi mori quàm impio regi obedire. Illis terribilis eſt mors, quorum cū vita extinguuntur gaudia: non his, quorum laus emori non poteſt: quibus etſi exiguum vitæ curriculū natura circunſcripſit, tribuit tamen Deus gloria pro rectè factis immortalē. Sed improbi Chaldæi inuiddentia ducti virtutū nomina vitiis tribuebant. Tres pueros illuſtribus præconiis dignos eam ob cauſam vituperabant, propter quam illos ſummis laudibus efferre debuiſſent.

Rex in æternum viue. De hoc ſchemate diſſeruimus capite ſuperiore.

Quos conſtituiſti. Reuocant ei in memoriā honorem, ad quem eos euexerat, vt illum prouocēt ad iram. Ac ſi dicant: Vide qua te afficiant contumelia hi, quos tu in dignitate conſtituiſti.

Sidrach, Miſach, & Abdenago. Hæc nomina poſita ſunt eis in Chaldæa ablatis ac deletis propriis nominibus Hebræis, vt 1. cap. oſtēſum fuit: inter ſe tamen propria nomina retinebant.

Deos tuos non colunt, & ſtatuam aureā quam erexiſti, non adorant. Quidā per ſtatuam deos intelligunt, idem eſſe exiſtimantes non colere ſtatuā, quod non colere deos. At non idem eſt, vt mea opinio. Præter ſtatuam enim illā habebat rex ille deos, quos inſtar aliarū gentium colebat. Ad id dementiæ deuenerunt gentes, vt infinitos deos haberent, quibus diſſidia, odia, homicidia, fraudes, iniuſta bella, adulteria, infames ortus, & interitus, abſurdas querelas & lamētationes, effuſas in omni intemperantia libidines, & alia deteſtanda flagitia tribuebant. Quæ terrior cæcitas eſſe poterat, quàm pro diis colere homines peſtilentes, qui in ea crimina incidebāt, quæ iuſtis legibus prohibentur, pro quibus homines grauiter puniuntur? Si de cōmentitiorum deorum factis, quæ hiſtorici, & poetæ litteris mandarunt, cogitaueris, ſtupeſces: & videbis ſtatim, deos illos quos immortales vocabant, non deos, ſed mortales fuiſſe, mortaliū omniū teterrimos, ſcelerūq; maculis notatiſſimos. Omiſſis aliis de Ioue ſolū quem præcipuè colebant, memoriam faciam? Hic patrem ſuum per inſidias & ſummum ſcelus in vincula coniecit, & euirauit: & cū Iunone ſorore ſua turpem habuit congreſſum: & libidinis ſtimulis concitatus rapuit Ganymedē, & violauit Danaem, & nefariis aliis criminibus & inexpiabilibus labibus ſe contaminauit. Qui hæc de eo quem ſummum Deum appellabant, fatentur, quid de aliis, quos inferiores putabant, fatebuntur? Sed non ſolùm homines, verumetiā animalia rationis expertia pro diis colebant. Ait Euſebius Cæſarienſis de præparatione euangelica, & poſt illum Blondus de Roma triumphante, ſolitos fuiſſe Aegyptios duces in bello ferre in galeis ſculptas beſtiarum imagines, quas parta victoria in numina referebant, ac deos vocabant. Nec ſolùm animantibus, ſed lapidibus, & lignis, & aliis huiuſmodi rebus ſenſus expertibus cultum diuinum tribuebant. Heſiodus aſſerit gentes triginta millia deorum coluiſſe. Idem teſtatur Enomaus in libro, quem edidit de falſitate oraculorom gentilium: & Blondus libro primo de Roma triumphante, vbi citat Heſiodum idem teſtificantem: & Cœlius Rhodiginus libro duodecimo lectionum antiquarum. Tertullianus Septimius in Apologetico ait gentes habuiſſe triginta deos Ioues appellatos:

tur: qui omnia creauit, omnibus cõſulit, non ſolùm vniuerſis, verũ etiã ſingulis, qui qualiſquiſq; ſit, quid agat, quid ve cogitet, intuetur: qui piorum impiorúmq; habet rationem: cuius numine & prouidentia omnia gubernãtur. Ideo Proclus & Nicomachus, & cæteri magni nominis philoſophi eum primã cauſam appellarũt. Ac ſunt, qui dicant, Ariſtotelem cùm vocaretur ad exitũ vitæ, has voces emiſiſſe: Cauſa cauſarum miſerere mei. Iamblicus in libro de anima, & angelo hæc verba ſcripta reliquit. Quemadmodum per intellectum noſtrum diuinum attingimus intellectum: ſic & primũ vnum, à quo omnibus ineſt vnio per vnum, & tanquam eſſentiæ noſtræ florem attingere licet: per quod ſanè noſtrũ vnum diuino maximè iungimur. His aut aliis huiuſmodi autoritatibus motus Plinius dixit: ſocordiam eſſe multos exiſtimare Deos. Et rectè quidem: nam cùm Deus ſit infinitus & immenſus, fieri non poteſt, vt ſit alius Deus: infinitũ enim aliud infinitum ſecum non patitur: ſimiliter & immenſum. Vna eſt per ſe ſumma bonitas, vna ſumma veritas, vnus Deus infinitus. Id intuẽtes antiqui illi Aegyptij, qui cæteros ſapiẽtia & ſolertia anteibant, Deum totius vniuerſitatis creatorem pulcherrimo hieroglyphico oſtendebãt. Aiebant eum eſſe veſte cœrulea indutũ, & manu vna tenere Zonam, altera ſceptrum, & in capite pennã: vt teſtatur Euſebius libro tertio de præparatione euangelica, & Cœlius Auguſtinus in hieroglyphicis. Per veſtem cœruleam cuius coloris cœlũ eſſe videtur, ſignificabant Deum eſſe cœli habitatorem, eiuſdémque naturam à noſtra vt cœlum à terra diſtare. Sceptro ſignificare volebant ſummam eius potentiam, & regiã dignitatem: Zona vero ſiue cingulo admirabilẽ eius prouidentiam, qua cœlum colligat & terram: & cuncta continet, & regit, Penna in capite ſignificat Dei celſitatem, nõ ſolùm ſenſuum, ſed etiam intelligentiæ noſtræ capacitatem ſuperãtem. In ore huius Dei ouum pingebãt ab eo productũ, vt ſignificarent mundum oualem figuram habentem fuiſſe ore eius creatum: iuxta id quod pſalmo trigeſimoſecundo ait diuinus vates: Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Hunc ſolum Deum colendum eſſe aſſerebant nõ plebeij & inſipientes, ſed qui inter eos ingenio eminebant, & ſapientia præſtabãt. Hunc dicebant eſſe ſpiritum liberum, ſolutum, ſempiternum, & ſegregatum ab omni cõcretione mortis, qui omnia mouet, cum ipſe non moueatur. Eius vitam eſſe aſtruebant, qua nihil beatius, nihil omnino bonis affluentius cogitari poteſt. Itaq; eum & vnum, & perfectum, & infinitum, & omnibus numeris abſolutum prædicabant. Ex hac fortaſſe ſapientium illorũ doctrina accepit Pythagoras cerimoniam illam, quam poſtea tradidit, nempe eſſe Deum circumactu corporis colendũ: quod fuit etiam Numæ Pompilij inſtitutũ, authore in hieroglyphicis Pierio Valeriano. Præcipiebant enim, vt priuſquam aliquis Deum coleret, verteret ſe in orbẽ, & facto circulo cultum Deo exhiberet; quia illum venerabatur, qui per circulum figuram perfectam, nec principium habentem, nec finem, erat ſignificatus. Triſmegiſtus enim & Empedocles Deum aſſeruerunt eſſe ſphæram ſempiternam, cuius centrũ eſt vbique, & circunferẽtia nuſquã. Ideo homines illi Deum colentes ſphæram quãdam motu corporis efficiebant. Quemadmodũ à riuis ducimur ad fontem: ita gentiles illi à creaturarũ contemplatione ad Dei vnius cognitionem, qui ſolus creator eſt, duci quidem poterant. Cùm in homine cohærentem membrorum coagmentationem, & cõpoſitionem videmus, & tam congruentem concordiam & ſtructuram, vt non ſolùm membra ipſa inter ſe non pugnent, quin potius maximè cohæreant, & ſibi vltrò citróque tribuant adiumentum, ſtatim intelligimus eſſe animam in corpore, quæ omnia hæc moderatur & regit, etiam ſi illa oculis non pateat. Similimè viſo admirabili totius huius vniuerſitatis ordine, perſpecta cœli & terræ apta diſpoſitione & excellente pulchritudine, ſi aduerterimus, cõfeſtim intelligemus eſſe vnũ Deum, qui totã hanc mundi machinam regit, continet, ſuſtentat, & coercet. Inuiſibilia enim Dei, authore Paulo in epiſtola ad Romanos, à creatura mundi per eã quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur. Vt per occultam lunæ influentiam mare mouetur, & regitur: ita per Dei prouidentiã mundus diſponitur, & gubernatur. Sed hanc Dei vnitatem ex diuinis literis oſtendamus. In libro Exodi capite tertio ſcriptum legimus dixiſſe Deum Moſi: Ego ſum, qui ſum. Pro quo Septuaginta habent ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Hoc eſt, ego ſum illud ens. Et paulò poſt vbi nos habemus: Qui eſt, me miſit ad vos: habẽt illi: illud ens me miſit ad vos. Deus eſt ens per ſe, & independens, vt ita dicam: omnia autem alia quæ entis nomine gaudent, ſunt entia dependẽtia, & participatione. Cùm autem iuxta veram philoſophorum ſententiam ens & vnum conuertantur, quod eſt per ſe ens, erit per ſe vnũ. Cùm autem Deus ſit ens per ſe, & ex ſua natura, perſpicuũ eſt, eum eſſe vnum per ſe. Hoc eſt vnũ illud, de quo ipſe dicebat apud Lucam. Porrò vnum eſt neceſſarium. Eſt autem Deus vnus, nõ ſolùm quia vna eſt eius natura; ſed etiam quia eos vnit, & ſecum coniungit, quos diligit, & à quibus ſummè diligitur. Nam ipſe eſt amor increatus & ſempiternus: amoris autem natura eſt coniungere, & ex multis vnum efficere. De eo ait diuus Ioannes cap. 4. primæ ſuæ canonicæ: Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet: & Deus in eo. Vnitas enim eſt ſymbolũ amoris & mutuæ charitatis imago. Sed vt vnitas poteſt eſſe ſine numeris, numeri autẽ ſine illa eſſe nõ poſſunt: ſic Deus poteſt eſſe ſine creaturis; illę autem ſine eo nullo modo. Id quod ſacer Dionyſius Areopagita in libro de diuinis nominibus obſeruauit. Et vt ait Caſſiodorus in primũ pſalmũ: ab vnitate ita numeri egrediuntur, vt in eam reuocentur. Capite ſexto Deuteronomij ſunt hæc verba: Audi Iſrael: dominus Deus noſter Deus vnus eſt. Et paulo pòſt: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et capite trigeſimoſecundo. Videte, quòd ego ſim ſolus: & non eſt alius Deus præter me. Et Dauid pſalmo decimoſeptimo. Quis Deus, inquit, præter dominũ? aut quis Deus præter Deũ noſtrũ? Et pſalmo 85. Magnus es tu, & faciẽs mirabilia: tu es Deus ſolus. Eſaias cap. quadrageſimoquinto

Similitudo.

Rom.1.

Simile.

Luc.10.

Simile.

moquinto ita Deum loquentẽ inducit. Ego do-
minus,& non eſt alius amplius:extra me ooo eſt
Deus. Et quadrageſimoquarto. Ego primus, &
ego nouiſſimus:& abſque me non eſt Deus. Pau-
lus capite tertio epiſtolæ ad Galatas: Deus au-
tem, inquit, vnus eſt. Et ad Epheſios quarto:
Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Et
Chriſtus Deus noſter apud Ioannem 10. Ego &
pater vnum ſumus. Dicens vnũ ſignificauit vni-
tatem naturæ, dicens, ſumus, diſtinctionem per-
ſouarum. Etſi in literis diuiois dij nominantor,
tamen illud eſt, quòd per deos viri ſignificentur
illuſtri quadam laude aut dignitate celebrati. Ita
intelligitur locus ille pſalmographi: Ego dixi: dij
Pſal. 81. eſtis, & filij excelſi omnes. Deos vocat illos, qui
ob muneris & digniratis excellentiam digni erãt
honore: & filios Dei adoptiooe quadã, quoniam
ad eos verbũ Dei factum erat. Hunc locum ad-
ducit Chriſtus dominus ad impios Iudæos con-
uincendos, qui ipſum lapidibus obruere vole-
bant, quia ſe Deum faciebat, dicens apud Ioan-
nem decimo: Nónne ſcriptum eſt in lege veſtra:
Quia ego dixi: Dij eſtis? Si illos dixit deos, ad
quos ſermo Dei factus eſt, & nõ poteſt ſolui ſcri-
ptura: quem pater ſanctificauit, & miſit in mun-
dum, vos dicitis, quia blaſphemat, quia dixi: fi-
lius Dei ſum? Acſi diceret: Si illi appellantur dij,
ad quos factum eſt Dei verbum, quanto magis
ego, qui ſum Dei verbum, per quod omnia facta
ſunt: & quem pater ſanctum genuit, & miſit in
mundum, vt eum ſaluum efficiã? Ita hunc locum
Cyrillus interpretatur. Aſpicis igitur Deos ſumi
pro magnatibus, & iudicibus, & magiſtratibus.
Eodem modo Exodi vigeſimoſecundo: Domi-
nus domus applicabitur ad deos. Hoc eſt ad iu-
dices. Acſi dicat: Vocabitur in ius. Et paulo pòſt:
Ad deos vtriuſq; cauſa perueniet. Et rurſus eo-
dem capite: Diis non detrahes. Quibus in locis
per Deos iudices ſignificantur. Ita intelligunt
nonnulli illud pſalmi quadrageſimiſexti: Quo-
niam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.
Poteſt tamen verti ex Hebræo: Quoniam Deo
fortes terræ vehementer eleuati ſunt. Vel ſic:
Quoniã Deo ſcuta terræ adhæſerunt, vehemen-
ter eleuatus eſt. Vt ſit ſenſus: Quoniam reges &
principes qui clypei terræ dicuntur, propterea
quòd debeant populũ protegere & ſuſtentare:
Dei fidem receperũt: eleuatus eſt & propagatus
diuinus cultus. Illud etiã pſalmi quadrageſimi-
noni: Deus deorum dominus locutus eſt: poteſt
intelligi de iudicibus & principatum tenẽtibus,
vel de angelis: ait enim beatus Dionyſius in li-
bro de diuinis nominibus, ſpiritus illos cœleſtes
quos angelos vocamus, deos etiã ſuo modo vo-
cari. Nominat etiam ſacra ſcriptura deos com-
mentitios, vt eos deteſtemur: vt capite vigeſimo
Exodi: Non habebis deos alienos coram me. De
quibus ait diuinus vates: Omnes dij gentium
Eſai. 95. dæmonia. Cùm igitur Deus accipitur pro vero
Deo, & pro principe & iudice, & pro dæmone &
idolo, non debet coli niſi verus Deus adoratione
latriæ. Id docuit Chriſtus Deus noſter, cùm dixit
Matthæi quarto, & Lucæ etiam quarto: Domi-
num Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.
Ac ſumma eius doctrinæ huc tendit, vt verum
Deum colamus, qui ad ſignificãdam immenſam
bonitatem ſuam, cœlum & terrã, & cætera om-
nia, quæ ampliſſimo cœli cõplexu continentur,
condidit: ei ſeruiamus, eum contemplemur, &
ſummo amore proſequamur. Et ita perpetua in
recta viuecodi ratione cõſtantia muniti cœleſtem
obtinebimus beatitudinem, vbi Deo æuo ſem-
piterno fruemur. At Nabuchodonoſor vera fide
deſtitutus deos multos colebat, quibus vt hoc
loco ait Daniel, tres pueri Hebræi diuinum cul-
tum noluerunt tribuere, vnum ſolum Deum eſſe
credentes, eúmque ſummo amore venerantes.

Tunc Nabuchodonoſor in furore & B
ira præcepit, vt adducerentur Sidrach,
Miſach, & Abdenago: qui confeſtim ad-
ducti ſunt in conſpectum regis. Pronun-
tiánſque Nabuchodonoſor rex ait eis:
Veré ne Sidrach, Miſach, & Abdenago
deos meos non colitis, & ſtatuã auream
quam conſtitui, non adoratis? Nunc ergo
ſi eſtis parati, quacunque hora audieritis
ſonum tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, &
pſalterij, & ſymphoniæ, omniſque gene-
ris muſicorum, proſternite vos, & adorate
ſtatuam, quam feci. Quod ſi non adora-
ueritis, eadem hora mittemini in forna-
cem ignis ardentis. Et quis eſt Deus, qui
eripiat vos de manu mea? Reſpondentes
Sidrach, Miſach, & Abdenago dixerunt
regi Nabuchodonoſor: Non oportet nos
de hac re reſpõdere tibi. Ecce enim Deus
noſter quem colimus, poteſt eripere nos
de camino ignis ardentis, & de manibus
tuis ô rex liberare. Quòd ſi nolueris, no-
tum ſit tibi rex, quia deos tuos non coli-
mus, & ſtatuam auream quam erexiſti,
non adoramus. Tunc Nabuchodonoſor
repletus eſt furore, & aſpectus faciei il-
lius immutatus eſt ſuper Sidrach, Mi-
ſach, & Abdenago. Et præcepit, vt ſuc-
cenderetur fornax ſeptuplum quàm ſuc-
cendi cõſueuerat. Et viris fortiſsimis de
exercitu ſuo iuſsit, vt ligatis pedibus Si-
drach Miſach & Abdenago mitterẽt eos
in fornacem ignis ardentis. Et confeſtim
viri illi vincti cum braccis ſuis & tiaris, &
calceamentis, & veſtibus miſsi ſunt in
mediũ fornacis ignis ardẽtis. Nam iuſsio C
regis vrgebat: fornax autem ſuccẽſa erat
nimis. Porro viros illos qui miſerunt Si-
drach Miſach & Abdenago, interfecit
flamma ignis. Viri autem hi tres, id eſt, Si-
drach, Miſach & Abdenago ceciderunt
in medio camino ignis ardentis colli-
gati.

Tunc Nabuchodonoſor in furore & ira. Furibun-
dus, & appetitione vltionis inflãmatus Hebræos
iuſſit acceſſiri. Noluit eos ex ſolo auditu damna-
re,

re,ſed dedit eis locum reſpondẽdi. Iudex enim priuſquàm ferat ſententiam,debet partes audire. Id intelligẽs Feſtus dicebat,vt ait capite Actorũ vigeſimoquinto diuus Lucas: Non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquẽ hominẽ priuſquã is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores,locumq; defendendi accipiat,ad abluẽda crimina,quæ ei obijciuntur. Pro dãnare legunt nonnulli donare: ſed idẽ eſt in ſenſu. Qui enim morti dãnabatur, ſolebat accuſatoribus dari , vt ipſi eũ vita priuarent. Si gẽtiles neminem damnabant niſi auditum,quanto magis Chriſtiani id agere tenentur? Ita euangelicus pater familiæ villico apud ſe accuſato ait: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Luc. 16.

Qui confeſtim adducti ſunt. Nimirum à miniſtris iuſtitiæ,vel ab aliquo regis famulo , vel ab ipſis accuſatoribus quod eſt probabilius : Per pẽde accuſatorum diligentiam.

Veréne. Interrogat eos rex, vt veritatem cognoſcat.

Nunc ergo ſi eſtis parati. Etſi furore concitatus præceperit adduci hos tres viros Hebræos,tamẽ ſpatium illis tribuit pœnitendi. Vt ſi proſtrati ſtatuam colãt,condonetur illis præteritum crimẽ: & prior culpa veniam conſequatur. Sin autem colere neglexerint,in fornacem ignis mittantur.

Quod ſi non adoraueritis. Hi tres adoleſcentes erant regi grati propter Danielem,quem ſingulari beneuolentia comprehendebat,& ob ipſorũ ſapientiam & venuſtatem. Ideo eis primum delictum condonabat: quod nullum erat: imò virtutis actio. At tanti ponderis erat iracundia,qua concitabatur,vt eis mortem terribilem minitaretur,niſi eius colerent ſtatuam.

Et quis eſt Deus,qui eripiat vos de manu mea. Magna profectò cæcitas & amentia deteſtanda à ſuperbia & furore inducta: nam capite præcedente oſtenſum eſt,eum veri Dei potẽtiam cognouiſſe , eumque regum dominum ac deorũ Deũ
Sap. 2. vocaſſe. Vide ſubitam obliuionem & intolerabilem inſaniam. Eadem raptus Rapſaces Babylonius dua pio Ezechiæ Iudæorum regi dicebat: Non te decipiat Deus tuus,in quo confidis: non enim te poterit liberare. Vide Eſaiam capite trigeſimoſeptimo,& quartum librum Regum decimooctauo.

Poteſt eripere nos. Senſus eſt Tu rex interrogas, quis Deus nos poterit à te eripere : quaſi dicas: nullus. At longè falleris opinione. Nos conſtãter reſpondemus,Deum noſtrum poſſe nos liberare, ſi voluerit. Vnde tyrannus exiſtimabàt eſſe viris illis timorẽ illaturum,inde eis materiã fortitudinis naſci videbat. Eum enim Deum nominauit illis,quem illi colebant,qui ſolet eis opitulari,qui ad ipſum tanquam ad arcem tutiſſimã cõfugiunt. Ad illum viri pietate,animique altitudine præſtantes ſupplices accedunt,eiusq; clementiã implorant. Et rebus afflictis ad capitis periculũ accerſiti,ab acerrimis hoſtibus vndique pugnati nulli calamitatum oneri ſuccũbente,ſed fiducia cæleſtis præſidij ſeipſos excitantes , audacter exclamant cum diuino vate: Dominus illuminatio mea , & ſalus mea , quem timebo? Dominus protector vitæ meæ,à quo trepidabo?

Quemadmodum in literis diuinis calamitates & afflictiones dicuntur tenebræ: ita Deus earum depulſor dicitur illuminatio: quo implorato viri iuſti adducti in maximum periculum & extremũ diſcrimen placida tranquillaque mente cõſiſtũt. Habent enim Deum,qui ſi eis expediat , eripiet eos à periculis,hoſtes à ceruicibus repellet,eosq; in libertatem vindicabit. *Gen. 7.* Ipſe iuſtũ Noẽ omni ſapientia & nobilitate præſtantem ab immẽſa vi aquarum , totiusque terræ eluuione liberauit. Abraham illuſtribus laudibus celebratum , quẽ nulla potuerunt pericula à virtute abducere, nec ab incœpto honeſtatis curſu retardare , à Chaldæis,Aegyptijs,& Chananæis mirabiliter eripuit. Ac vt multa ſtrictim attingam , & breui complectar: ipſe Deus liberauit ab immolatione Iſaac,quem eius pater hoſtiam ad ſacrificandum præbuerat: Iacob de manu Eſau: Ioſeph à mortis faucibus,& à vinculis, in quæ eũ domina ſtimulis libidinis concitata coniecerat: Moſem,& Aaronem,& populum Iſraeliticum ex ore abſtulit Pharaonis: ac extorquens ex Aegyptiaca ſeruitute per medium maris admirabilibus prodigijs traduxit. Dauidem liberauit de manu Goliæ: & poſtea Saulis,qui ei perniciem ſæpè fuit machinatus: Iudith de manu Holofernis: Danielem à lacu leonum: Suſannam à falſo crimine in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collato. Ipſe liberauit Ezechiam à Sennacheribo. Ionam à ventre ceti. Hebræos à Babylonica ſeruitute. Ipſe eripuit Petrum à carcere vindice nefariorum ſcelerum,in quem vir omni ſanctitate præditus,ampliſſimis virtutum ornamentis decoratus fuerat iniuſtiſſimè coniectus : & Paulum à naufragio, & infinitis periculis vindicauit,qui mentem abducebat à ſenſibus aliquando , & cogitationem à rebus caducis ſeparabat,& ad cæleſtium rerũ contemplationem vir viribus omnibus ſeptus rapiebatur. Huius præpotẽtis Dei fiducia roborati viri iuſti periculis expoſiti non cadunt animo , nec vllos inimicorum impetus ita extimeſcunt,vt à conſtantiæ gradu deijciantur. Ea quæ præclara mortalibus & egregia videntur, parua ducunt: firmaque ratione deſpiciunt : ea verò quæ acerba videntur periculis & calamitatibus plena,quæ multa & varia in hominum vita verſantur,ita tolerant,vt nihil à ſumma ratione inſita in natura diſcedant , nihil à ſapientium dignitate. Ac mortem potius ſubibunt , quàm veram Dei fidem relinquant. Hac fortitudine muniti tres iuuenes Hebræi magno & erecto animo regi reſponderunt.

Quòd ſi noluerit. Non dicunt : quòd ſi non potuerit: ſed ſi noluerit. Quaſi dicat: Si nos non liberauerit,non erit,quòd non poſſit : ſed quia ita nobis expedire videbit: iuſta enim ſunt , ſed nobis aliquando occulta iudicia eius.

Deos tuos non colimus. O ſingularem fidem , ô egregiam animi fortitudinem , & admirabilem conſtantiam! Non timuerunt tyrannum,nec maximum illum rogum minacibus verbis ad terrorem conſtructum. Sed pro fide , pro veritate,pro honore Dei ſui ſe morti obtulerunt. Tenemur enim potius mortem eligere , quàm fidem repudiare,& animam ſcelere polluere. Quemadmodum armenius mus animal paruum albi coloris,

appellatum à Luſitanis arminno ideò munditiã diligit, vt velit potius mori, quàm fœdari, ita vt illito ſordibus oſtio foueę aut caneæ capi potius à venatoribus, quàm pollui patiatur: ſic vir verè Chriſtianus tanti æſtimare debet animi candorem, vt velit potius pro Chriſto mortem oppetere, quàm fidem relinquere, aut animum flagitij fœditate maculare. Inuenies huius animalis naturam apud Pierium Valerianum lib. tertiodecimo hieroglyphicorum: & apud Franciſcũ Petrarcham, qui illud carminibus celebrauit. D. Cyprian. incidens in hunc Danielis locum libro 4. epiſtolarum ita ait: Cùm ſe crederẽt, & pro fide ſua ſcirent, poſſe etiam de præſenti ſupplicio liberari, iactare hoc tamen, & vendicare ſibi noluerunt: docentes, quòd eis minor eſſet confeſſionis virtus ſine teſtimonio paſſionis. Addiderunt poſſe omnia Deum facere, ſe tamen non in hoc fidere, vt liberari in præſenti vellent, ſi illam libertatis & ſecuritatis æternæ gloriã cogitarẽt.

Immutatus eſt. Hoc dicit, quia animi perturbatio in facie ſæpenumero apparet.

Cum braccis ſuis, & tiaris. Braccæ veſtes ſunt, quibus crura teguntur. Sed ita etiam vocantur veſtes fluxæ intõſæ, ac varij coloris, quibus olim vtebantur Galli Narbonenſis prouinciæ cultores authore Diodoro Siculo libro ſexto: qui eam ob cauſam Braccati vocabantur. Hi Mari Mediterraneo in Hiſpaniam vlteriorem nauigarunt, vt referunt Florianus à Campo & Ioannes Vaſæus, & in prouincia inter Durium & Minium condiderunt vrbem, quæ Latinè Braccara, Luſitanè verò Braga appellatur. Tiara eſt genus pilei teſte Hieronymo, quo Chaldeæorum & Perſarũ gens vti ſolebat: cuius meminit Ezechiel dicens capite 23. Cùm vidiſſent viros depictos, & tiaras in capitibus eorum.

Nam iuſſio regis vrgebat. Reddit cauſam, quare viri illi Hebræi non fuerunt veſtimentis ſpoliati: ſed indui miſsi ſunt in fornacem, & flammis expoſiti: quia tam effrenata erat vltionis auiditas apud regem, vt ſpatium non permitteret eos nudandi.

Interfecit flamma ignis. Hi viri qui in flammas coniecerunt innocentes Hebræos, erant viribus muniti, ſed immanes & barbari. Quare voluit Deus, vt eſſent flammis abſumpti, quibus tres pueri fuerunt liberati. Amiſit Nabuchodonoſor viros non imbecillos, ſed viribus pollẽtes, vt nõ ſolùm ille miraculo deterreretur, ſed exercitus eius detrimentum acciperet. Fortaſſe illi qui flãmis flagrauerunt, perſuaſerunt regi, vt eam fornacem, & incendium illud pararet ad exitium Hebręorum. At ita diuina iuſtitia exigente foderunt foueam, vt verbis vtar Dauidis Pſalmo 56, & inciderunt in eam. Quod etiam de Aman in Mardochæum capite ſexto Eſther ſcriptum legimus: ſuſpenſus eſt enim in patibulo, quod ei per ſummum ſcelus parauerat. Solent enim impij in perniciem illam incidere, quàm alijs machinantur. Vnde Dauid pſalmo ſeptimo: Lacum, inquit, aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quã fecit. Et Pſalm. 9. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Et Salomon capite Eccleſiaſtis decimo: Qui fodit foueam, incidet in eam. Et Prouerbiorum vigeſimoſecundo: Qui ſeminat iniquitatem, metet malum: & virga iræ ſuæ conſummabitur. Hoc eſt finem habebit eius impia dominatio. Vel vt alij vertunt: & virga irę ſuæ perdet illum.

Viri autem hi tres. Iuuenes erant Hebræi illi, vt ait Theodoretus, veluti in flore ætatis. Quare aliquando pueri vocantur, aliquando viri, vt hoc loco, quia iuuenilem degebant ętatem. Sed pueri erant propter innocentiam, viri propter animi fortitudinem. Vir enim interdum hominem fortem, magnique animi ſignificat: vt cap. 4. primi Regum: Confortamini, & eſtote viri. Vnde viriliter agere, eſt forti & erecto animo incumbere in virtutem: vt capite 16. epiſtolę prioris ad Corinthios: Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite. Hęc eſt cauſa, cur viri tres Hebræi appellantur. Quãto amplius creſcebant ætate, tanto magis augebantur virtute. Nã vt diuus ait Gregorius: nemo repentè fit ſummus. Quemadmodum pingẽdi ars incœpit à lineis, vt Plinius ait lib. 35. deinde ſingulis coloribus imitata eſt rerum imagines: poſtea acceſſit lumen, & vmbra, & oleum cum colorum varietate, donec ad ſummam perueniret admirationem: ſic virtus in hominibus non ſtatim perfecta eſt, omnibúſque numeris abſoluta: ſed ſenſim augetur, donec ad faſtigium perducitur. Tu verò perpende. In Babylonica regione colebantur ſtatuæ aureæ, viri autem innocentes in flammas ignium conijciebantur. Eodem modo in mundo ſæpe tyranni & vani homines colũtur, iuſti autem igne calamitatum vexantur.

Ceciderunt. Explanat modum, quo eiecti ſunt in caminum. Mittuntur ligati in fornacẽ, & ferreis vinculis aſtricti, & cadunt in medium incendij: & flamma timens non tangit eos, Arſerunt vincula ferrea, & vinctorum corpora non lædebantur. Subitò ceſſauit ignis, & refrigerationem flammæ dederunt. Magnum profecto miraculũ, & perpetua dignum memoria. Hucuſque legunt Hebræi: media quæ ſequuntur vſq; ad finẽ hymni trium puerorum, in Hebraico non habentur.

Quæ ſequuntur, in Hebrais voluminibus non reperi. Qua de re vide præfationem noſtram ad lectorem.

Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes domino. Stans autem Azarias orauit ſic, aperienſque os ſuum in medio ignis ait: Benedictus es domine Deus patrum noſtrorum, & laudabile & glorioſum nomen tuum in ſecula. Quia iuſtus es in omnibus, quæ feciſti nobis, & vniuerſa opera tua vera, & viæ tuæ rectę, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera feciſti iuxta omnia, quæ induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatem ſanctam patrum noſtrorum Ieruſalem: quia in veritate & in iudicio induxiſti omnia hęc propter peccata noſtra. Peccauimus enim, & inique egimus recedẽtes à te, & deliquimus in omnibus: & præcepta tua non audiuimus, nec obſeruauimus

mus

mus, nec fecimus, ſicut præceperas nobis, vt bene nobis eſſet. Omnia ergo quæ induxiſti ſuper nos, & vniuerſa quæ feciſti nobis, vero iudicio feciſti. Et tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorũ iniquorũ & peſsimorũ, præuaricatorumq́ue, & regi iniuſto, & peſsimo vltra omnẽ terram. Et nunc non poſſumus aperire os: confuſio & opprobrium facti ſumus ſeruis tuis, & his, qui colebant te. Ne quæſumus tradas nos in perpetuum propter nomẽ tuum. Et ne diſsipes teſtamentũ tuũ, nec auferas miſericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectũ tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſanctum tuũ: quibus locutus es pollicens, quod multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenã, quæ eſt in littore maris: quia domine imminuti ſumus pluſquam omnes gentes: ſumúſque humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra. Et non eſt in tempore hoc princeps, & dux, & propheta: nec holocauſtum, nec ſacrificium, nec oblatio, nec incenſum, nec locus primitiarum coram te, vt poſsimus inuenire miſericordiam tuam. Sed in anima contrita, & ſpiritu humiliatis ſuſcipiamur.

Et ambulabant in medio flammæ. Non enim in os fornacis miſſi ſunt, ſed intus in medium flammarum, vt citius comburerentur.

Laudantes Deum. Liberatorem ſuum Erat tyrannus incenſus furore, & fornax incenſa igne. Sed quanto incendium vehementius erat, tanto amplius virtus ſanctorum iuuenum veluti aurũ in igne approbabatur. Quãto magis creſcebant flãmæ, tanto viris iuſtis ampliorum laudum materiam præbebant. Quanto enim ardentiorẽ iniuriarum & ſuppliciorum ignem impij aduerſus pios componunt, tanto ipſis nec opinati parant clarioris gloriæ ſyluam, & illuſtriorem nominis [Similitudo.] amplitudinem. Vt aurea corona non cõflatur & perficitur ſine igne, & multis ictibus, quibus tunditur aurum: ſic vera gloria nõ obtinetur ſine labore, & multis calamitatibus, quibus viri iuſti [Similitudo.] premuntur. Qui verò viros pios charitate munitos vexant, ſimiles ſunt artificibus coronas aureas efficientibus, quibus non ipſi, ſed alij decorantur. Conſidera nunc Hebræorum coronam à Chaldæis impiè conflatam, & ſertum per contraria contextum: ac factos trophæi teſtes ipſos ini[Gen. 37.]micos. Niſi Ioſeph à fratribus vẽderetur, nõ eſſet in excelſa dignitate conſtitutus. Ea via adeptus [Gen. 41.] eſt illuſtres honores, & amplam famæ celebritatem, qua ei inuidia cõcitati fratres ignominiam, & perpetuam nominis obliuionem parare putauerunt. Sæuiebat aduerſus tres iuuenes Babylonius tyrannus natione & immanitate barbarus: ſed neſciebat, quid faceret: non enim viris iuſtis veri Dei fiducia roboratis, ſed ſibi, & militibus ſuis dedecus & perniciem moliebatur. Sæuiebat, vt non creſcerent Hebræorum cruciatus, ſed vt e cunctis oſtẽderetur diuina poteſtas. Parabat incendium, exaggerabat flammas ipſe iracundia incenſus, & immanitate inflammatus. Miſit in rogum viros pietate, religione, ſapientia præſtãtes. Sed perpende Dei bonitatem & potentiam. Fugiunt flãmæ, cedunt ignes; incendia expaueſcũt, ardor ipſe in refrigerationem cõuertitur. Rogus diſcedit à viris ſanctis iuſtè, qui fuerant damnati iniuſtè: & eorum hoſtes meritò conſumit: iuſtis obſequium præſtat, iniuſtis interitum adminiſtrat. Eos innocẽtes oſtendit, quos tyrannus dignos ſupplicio putabat, eos verò iudicio maleficij conuincit, quos ille cẽſebat merita in cœlum vocaſſe. Ignis abſoluit, quos condemnat rex crudelis, & in eos animaduertit, quos ipſe laudibus iudicabat efferendos. Itaque Nabuchodonoſor aſpicit ſuorum mulctam ad pœnam, & Hebræorum incolumitatẽ ad gloriam. Quid hoc ſpectaculo notabilius? quid hac victoria illuſtrius? quid hoc trophæo præſtantius? Sed quid miraris? Non ſolum ignis, ſed omnia alia elementa diuino numini obediunt. Tres autem pueri videntes admirabile Dei iudicium eum laudibus gaudio affecti efferebant. Ita faciunt animæ Deo deuotæ in ſimilibus euentibus, iuxta id pſalmi nonageſimi ſexti: Exultauerunt filię Iudę propter iudicia tua domine.

Stans autem Azarias. Azarias idẽ eſt quod auxilium Dei eius auxilio ſtabat fide & fortitudine roboratus.

Aperiensq; os ſuum. Quaſi ſapientiæ & virtutũ theſaurum. De Chriſto theſauro abſcondito di- [Matt. 13.]
ctum eſt Matthæi quinto. Aperiens os ſuum do- [Matt. 5.]
cebat eos Multi os aperiunt, vt fallant, ille vt doceret, & viam ad conſequendam ęternam beatitudinem oſtenderet.

Deum patrum noſtrum. Meminit antiquorum patrum, in quibus priſcis temporibus fides quę per charitatem operatur, mirabiliter ſplẽduit, & refulſit: vt eius obſecratio grata Deo eſſet. Eodem modo fecit Moſes capite trigeſimoſecũdo Exodi in precib. quas fudit ad Deum ad eius iram in vituli conflatione placandam.

Et vniuerſa opera tua vera. Cũm veritas nõ operibus, ſed verbis tribuatur, poſſet quæri, cur hoc loco Dei opera dicũtur vera? Sed in promptu eſt reſponſio: nam apud homines opera differunt à verbis: apud Deum autem idem eſt dicere & facere: iuxta illud pſalmographi: ipſe dixit, & facta
ſunt. Vnde mater filiorum zebedæi dominum [Pſal. 32.]
Ieſum alloquens: Dic, inquit, vt hi duo filij mei [Matt. 20.]
ſedeant, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Et centurio: Dic verbo, & ſa- [Matt. 8.]
nabitur puer meus. Vel dicuntur Dei opera vera [Luc. 7.]
ad differentiam operum hominum, quorũ multa ſpeciem habentia bonitatis, mala tamen ſunt. Eamq; ob cauſam falſa ſunt, quia ſimulata & ficta foris apparent bona: intus autem plena ſunt dolis & fallaciis. Hæc ſimulatio vitioſa eſt, & è vita tollenda: aufert enim iudiciũ veri, idq; adulterat. Quia autẽ huiuſmodi ſimulatione, & inani oſtentatione, fictis non modò verbis, ſed factis ſtabilem gloriam ſe conſequi poſſe exiſtimant, longè quidem opinione falluntur. At Dei opera vera ſunt, quia ſinceta ſunt, & diuinæ ſapientiæ,

quæ nec fallit, nec fallitur, reſpondent. Veritas enim ſumitur aliquando pro ſincera bonitate. Nam cum rex Ezechias ægrotatione laboraret, has voces emiſit: Obſecro domine, meměto quęſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate. Hoc eſt candidè, & ſincerè, ſine ſimulatione, ſine fuco. Vide Eſaiam capite trigeſimoquarto & 4. Regum 20. Senſus eſt: Noſti domine, dediſſe me operam, vt ſeruarem integrè mandata tua. Ita in epiſtola tertia diui Ioannis: Sicut tu in veritate ambulas. Aſpicis veritatem his locis non tam ad intelligentiam, quàm ad voluntatem referri: non tam ad ſermones, quàm ad facta: & idem eſſe veritatem & bonitatem. Eodem modo intelligi poteſt id, quod ait capite primo ad Romanos diuus Paulus; Qui veritatē Dei in iniuſtitia detinent. Hoc eſt, curreret Dei bonitas & benignitas, niſi impij ei ſuis obſiſterent ſceleribus. Vel ſumitur ibi veritas pro vera rerum intelligentia: vt ſit ſenſus: Qui verum intelligunt, ſed non id efficiunt, quod animo percipiunt faciendum eſſe. Habent quidem aquam veritatis, ſed non fluit, nec illis affert vtilitatem, quia eſt in palude hypocriſis detenta atque concluſa. Vel accipitur ibi veritas pro cognitione, quæ ex rebus naturalibus percipi poteſt de deo: & iniuſtitia pro idolorum cultu: vt ſit ſenſus: Qui cùm ex rerum creatarum conſideratione deueniant in creatoris notitiam, colunt tamen idola, cultum illis ſoli Deo debitum tribuentes. Hanc exiſtimo eſſe germanam huius loci explanationem. Accipitur aliquando veritas pro iuſtitia: vt pſalmo vigeſimoquarto: Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Et prouerbiorum vigeſimo: Miſericordia, & veritas cuſtodiunt regem. Ac vt veritas accipitur pro bonitate & iuſtitia, ita verum accipitur pro bono, iuſto, & æquo: vt Deuteronomij vigeſimoquinto: Pondus habebis iuſtum & verum. Et pſalmo decimooctauo: Iudicia domini vera, iuſtificata in ſemetipſa. Quare verba hæc Azariæ: Vniuerſa opera tua vera: hunc poſſunt habere ſenſum. Omnia opera tua domine ſunt bona, iuſta, & æqua.

3. Ioannis.

Super ciuitatem ſanctam. Circuitio eſt Hieroſolymæ, quam alij circunlocutionem vocant: Græci verò periphraſin authore Quintiliano capite ſexto libri octaui. Diuus Matthæus capite 4. Hieroſolymam appellat ciuitatem ſanctam, cùm ait: Aſſumpſit eum diabolus in ciuitatem ſanctam. Et capite vigeſimoſeptimo: Exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem. Ita appellabatur, quia erat in ea templum Dei, & verus eius cultus: & quia ibi Chriſtus Deus noſter euangelium docuit, & magna redemptionis noſtræ myſteria peregit.

Quia in veritate & iudicio. Hoc eſt, in iuſtitia & æquitate. Vel in vero & æquo iudicio: iuxta illud diuini pſaltis pſalmo 118. Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuum.

Peccauimus. Quoniam varijs affligimur calamitatibus, peccata noſtra cognoſcimus, & iuſta eſſe iudicia tua fatemur. Vide obſecrationem fidei & humilitatis pleniſſimam. Innocentes erāt, nullas peſtilentes labes in animo habebant: & tamen ſibi populi attribuunt peccata, propter quæ in ærumnis meritò verſari confitentur. Et ſapienter quidē: nā apud iuſtum iudicē, qui ſe accuſat, excuſat. Ideo ſubdit: Recedētes à te. Emphaſim habēt verba hęc. A te, qui es ſummum & incommutabile bonum, qui nos creaſti, qui ab Aegyptiorū ſeruitute liberaſti, qui per mare Rubrum mirabiliter eduxiſti, & qui in nos cotidie immortalia confers beneficia. At cùm te ſequi deberemus, receſſimus à te, & deliquimus in omnibus.

Gene. 1. *Exod. 14.*

Et præcepta tua non audiuimus. Hoc eſt, nō obediuimus eis. Accipitur audire pro obtemperare: vt Exodi decimooctauo: Audi verba mea, atque conſilia. Deuteronomij quinto: Audi Iſrael ceremonias ac iudicia. Matthæi decimooctauo: Si te audierit, lucratus es fratrē tuum. Et Ioannis decimo: Oues meæ vocem meam audient. Vel præcepta tua non ſolùm non ſeruauimus, ſed ne audire quidem voluimus. Audiuit te mare, quando vt populus tuus tranſiret, ſe mirabiliter diuiſit. Audiuit te lapis, quando populo ſitienti vim aquarū produxit. Audiuit te Iordanis rapidiſſimus fluuius, quando ad tranſitum Hebræorum te iubēte conuerſus eſt retrorſum. Audiuit te ſol, quādo in medio cœli immobilis ſtetit. Audierunt te vēti, quando imperaſti ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Audierunt te mortui, quādo dixiſti Lazaro iam ſepulto: Lazare exi foras: & filio viduæ ciuitatis Nain: Adoleſcens tibi dico: Surge: & filiæ principis ſynagogæ: Puella ſurge. Mortui te audiūt, & viui te audire recuſant. Audiunt te res omni ſenſu deſtitutæ, & nos quos tu compotes rationis ad imaginem & ſimilitudinē tuam feciſti, te audire renuimus: O ſurditatē noſtram miſerrimam: ô contumaciam deplorandā: Quid Deo reſpōdebimus in die iudicij: Audimus mundum, cùm nos vocat ad blandas ſed peſtilentes voluptates, vt nos capiat, & occidat, tibi autē qui nos aliquando terres timore ſupplicij ſempiterni, vt vitia fugiamus, & virtuti operam demus nolumus aures præbere. Vt blanda aucupis vox aues vocantis, & modulantis illis eſt pernicioſa, non autem ſonitus villici deterrentis: ſic mundi blanditiæ & illecebræ quibus nos vult delinire, & irretire, exitioſæ ſunt: non autem Dei verba & monita, quibus nobis iniicit terrorem ad animos à vitiis abducendos, & ad virtutem excitandos. Ac ſæpe nos benignè vocat dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Sed nos obſurdeſcimus, & illū fugimus. Præbemus aures mundi dolis, diuina autem ac ſalutaria præcepta audire recuſamus.

Exod. 14. *Pſal. 65.* *Exod. 17.* *Num. 20.* *Pſal. 77.* *Ioſue. 3.* *Ioſue. 10.* *Matt. 8.* *Marc. 4.* *Luc. 8.* *Ioan. 11.* *Luc. 7.* *Matt. 6.* *Marc. 5.* *Luc. 8.*

Similitudo.

Matt. 11.

Vt bene nobis eſſet. Non ſolùm quo ad corpus, ſed etiā quò ad animum. Ex toto curſu veteris teſtamenti patet, fuiſſe Hebræorum res ſecundas, & ad eorum voluntatem fluentes, dum Dei pręcepta ſeruarent.

Et tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorū. De hoc ſchemate diſſeruimus primo capite. Senſus eſt: Nunquam Babylonij impij, ſcelerumque maculis notati nos ſuperarent, niſi tu Deus voluiſſes, qui propter flagitia noſtra nos illis tradidiſti. Sequitur. Et nunc nō poſſumus aperire os. Nimirum contra iuſtitiam tuam, quoniam iuſtè nos caſtigaſti. Vel contra inimicos noſtros: tanta eſt enim tyranni crudelitas, vt loqui non audeamus: ſtatim enim in eos animaduertit, qui verbū aliquod faciunt aduerſus illum. Aperire ſeu dilatare

Pſal. 81.

tare, os eſt etiam petere: vt pſalmo 81. Dilata os tuũ, & implebo illud. Hoc eſt, pete quicquid voles, ait Deus, & impetrabis. Eſt etiam obedire: vt Ezechielis ſecundo: Aperi os tuum, & cõmede, quæcunq; ego do tibi. Id eſt obtẽpera, vt ibi Polychronios interpretatur. Eſt etiam mortẽ alicui minitari iuſtar leonis qui videns prædam aperit os ad illam deuorandam. In hãc ſignificationem accipitur illud Pſalmi 21. Aperuerunt ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens, & rugiens: Hoc autem Danielis loco accipitur pro loqui.

Polych.

Cõfuſio & opprobriũ facti ſumus ſerui tui. Nã illis obiiciũt hoſtes nominis tui calamitates noſtras, qui te eadem fide colimus cum illis. Cur, aiunt illi, Deum veſtrum toto animo veneramini, qui non potuit eos liberare, qui illũ more veſtro coluerunt. Angebatur vir pius, & iuſtus calamitatibus fidelium, quòd illis impij idolorum cultores inſultarent, & verum Deum deſpicerent.

Ne quæſo tradas nos in perpetuum propter nomen tuum. Id eſt, ne nos obſecro perpetuò tradas inimicis noſtris, ſed libera nos, vt nomen tuum glorioſius refulgeat. Afficiẽt te iniqui contumelijs, ſi nos viderint ſemper abiectos, & in mœrore, & ignominia verſatos. Plus iniuriam Deo illatam, quàm ſibi dolebat. Maiorem vim lachrymarũ ob Dei cõtemptionem, quàm ob proprias ærumnas profundebat. Non ſibi, ſed Deo nominis celebritatẽ mirabiliter optabat. Eodem modo diuinus pſaltes pſalmo 113. Non nobis, inquit, domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Super miſericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant gentes: vbi eſt Deus eorum? Acſi dicat: Non nominis noſtri cauſa à te domine petimus liberationem, ſed ne ſanctum nomẽ tuum ludibrio ſit gentibus à fide alienatis, quæ illud nefariò execrantur: ne nobis obiiciant te non eſſe Deum. Eripe nos propter miſericordiam tuam, & veritatem tuam, vt clemens appareas, & verax in promiſſis: non vt nos ex eo nominis claritatem & amplitudinem conſequamur, ſed vt nomẽ tuum illuſtrius reddatur. Ea ratione doctus Moſes dicebat Deo populum Iſraeliticum ob vituli peccatũ delere volenti: Ne quando dicant Aegyptij: callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra. Quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Id quod nos habemus in pſalmo citato: Super miſericordia tua & veritate tua: vertunt ex Hebræo Hieronymus & Felix: Propter miſericordiam tuam, & veritatem tuam. Et id quidem eſt, quod hic ait ſtatim Azarias: Ne diſſipes teſtamentum tuum, nec auferas miſericordiam tuam à nobis. Hoc eſt, ne frangas fœdus, quod cum antiquis patribus noſtris ſancire voluiſti, promittens eis te eſſe eorũ poſteritatẽ & familiam propagaturum: & cum ad te toto pectore cõfugiſſent erepturum & miſericordiã tuã nobis tribue ſupplicibus. Ne diſſipes teſtamentũ ſeu pactum tuum, idem eſt, quod propter veritatem tuam: & ne auferas miſericordiam tuam à nobis, idem eſt quod propter miſericordiam tuã. Sed dices: Quid eſt: Ne tradas nos in perpetuum propter nomen tuum: Quod nomen Dei eſt hoc? Nomen Dei accipitur hoc loco pro eius gloria ac fama: vt Ioannis 17. Manifeſtaui nomen tuũ hominibus. Et Sapientię 10. Decantauerunt domine nomen ſanctum tuum. Accipitur etiam nomẽ domini pro ipſo Deo: vt capite Eſaiæ 30. Ecce nomen domini venit de longinquo. Hoc eſt ecce Chriſtus veniet de cœlo. Et Ieremiæ 50. Speret in nomine domini. Igitur hæc verba Azariæ: Ne tradas nos in perpetuum propter nomen tuum: hunc etiam poſſunt habere ſenſum. Ne nos perpetuò affligas: quod à te petimus ꝓpter teipſum.

Pſal. 113.
Hieron.
Felix.

Sicut ſtellas cœli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris. Capite tertiodecimo Geneſis dixit Deus Abrahæ: Faciam ſemen tuum ſicut puluerem terræ. Et quintodecimo: Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi potes: ſic erit ſemen tuum. Auguſtinus libro ſextodecimo de ciuitate Dei exiſtima locutionem hanc hyperbolicã eſſe Duplex poſteritas ducit ab Abraham genus ſuum, altera ſecundum carnem tantùm, altera ſecundum ſpiritum. Filij Abrahæ tantùm ſecundum carnem Hebræi illi ſunt, qui fidẽ non habent, nec opera Abrahę imitantur: & hi ſunt cum puluere terræ, & arena maris comparati, terreni, aridi, virtutis actionibus infœcundi. Filij autem Abrahæ ſecundum ſpiritum ſunt omnes fideles, ſiue Iudæi ſint, ſiue gentiles. Hæc eſt eius poſteritas cœleſti felicitate ſublimis, lumine reſurrectionis fulgens, ſecundum quam Abraham dictus eſt pater multarum gentium capite Geneſ. decimoſeptimo: quẽ apoſtolus capite 4. ad Romanos patrem omnium credentium vocauit. Qui fide charitate formata credunt, quæ vt verbis vtar apoſtoli ad Galat. 5. per charitatem operatur, Abrahæ filij ſunt, & altitudine & claritate cum ſyderibus cœli comparati.

Gen. 13.

Non eſt in tempore hoc princeps, & dux, & propheta. Iam enim rex Sedechias captus fuerat à Babylonijs cum omnibus ducibus exercituum Hieroſolymæ. Et quanuis in Chaldæa eſſent inſignes illi duo vates Ezechiel & Daniel, actu tamen tũc non vaticinabantur.

In anima contrita, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Hoc eſt, loco ſacrificij ſuſcipe domine animos noſtros contritos & abiectos, & rerũ humanarum tolerentia munitos. Eodem modo Dauid pſalmo 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Erat eius animus propter cognitionem ſceleris, eiuſq; acerbam recordationem fractus, proſtratus, afflictus, & anxius: eumq; ita affectũ appellat victimam Deo acceptam & gratam. Vel accipitur hoc Danielis loco anima pro vita: quæ ideo dicitur contrita, quia erat calamitate percuſſa. Perſpicuum eſt enim accipi animam pro vita: vt pſalmo 141. Periit fuga à me: & non eſt, qui requirat animam meam. Acſi diceret Dauid cùm à Saule affligeretur: Non poſſum fugere Saulem: fuga mihi intercepta eſt, & refugium pręcluſum: atq; non eſt qui deſideret vitam meam. Et Chriſtus dominus apud Ioannem decimo. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Et multis alijs in locis.

Sicut in holocauſto arietum, & taurorum, & ſicut in millibus agnorũ pinguiũ: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non eſt confuſio confidentibus in te. Et nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te, E

& quærimus faciem tuam. Non confundas nos, ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinem tuam, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ:& erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo domine : & confundantur omnes, qui oſtendunt ſeruis tuis mala Confundantur in omnipotentia tua, & robur eorum conteratur:& ſciant, quia tu es dominus Deus ſolus,& glorioſus ſuper orbem terrarum. Et non ceſſebāt, qui miſerant eos miniſtri regis ſuccendere fornacem naphtha & ſtupa,& pice,& malleolis. Et effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem:& erupit,& incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis: Angelus autē domini deſcendit cum Azaria,& ſocijs eius in fornacem & excuſsit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantē:& non tetigit eos omnino ignis: nec contriſtauit,nec quicquam moleſtiæ intulit. Tunc tres quaſi ex vno ore laudabant,& glorificabant, Ac benedicebāt Deum in fornace,dicentes,

Sicut in holocauſto. Suſcipe domine affectionē animi noſtri contriti & abiecti,ſicut ſolebas Hieroſolymæ holocauſtum & arietum & taurorum ſuſcipere. Holocauſtum dicebatur victima,quæ tota cremabatur. Solebant ſacrificia fieri ſolùm Hieroſolymæ:extra illam autem non erant accepta:quia futurum erat,vt extra eccleſiam veri ſacrificij locus non eſſet.In diuinis enim literis per Ieruſalem eccleſia catholica ſępe ſignificatur:ſecundi Paralipomenon trigeſimotertio capite: In Ieruſalem,inquit Deus, erit nomen meum in æternum.Pſalmo 146.Aedificans Ieruſalem dominus diſperſiones Iſrael congregabit. Capite ſecundo Ioelis:In Ieruſalem erit ſaluatio.Quarto- *Hebr.12.* decimo Zachariæ: Exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem. Duodecimo epiſtolæ Pauli ad Hebræos: *Pſal.50.* Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem.Eam prædixerant diuini vates ædificandam: & de ea illud pſalmographi intelligitur: Benignè fac domine in bona volūtate tua Sion, vt ædificētur muri Ieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ,oblationes & holocauſta, &c. Habet enim eccleſia catholica ſacrificia ſua longè diuerſa ab ijs,quæ fuerunt in lege vetere inſtituta, ſed Deo lōgè acceptiora.

Sic fiat ſacrificium noſtrum. Animos calamitatibus preſſos, peccatique recordatione afflictos, dolorem toleranter ferentes, & diuinum præſidium inuocantes ſacrificium vocat. Affligebat eos Deus,& ex ipſorum ore ne vnum quidē verbum excidebat aduerſus illum:quimpotius peccatis ſuis ſupplicia ſua tribuebant. Magna profecto & admirabilis patientia, eorum oſtendens doctrinam: nam vt ait capite Prouerbiorum decimonono. Salomon: Doctrina viri per patientiam noſcitur.Hæc tum clarius apparet,cum qui ea ſunt præditi, graui rerum aduerſarum vulnere percutiuntur. Vt enim ſi lex ſemper continet ignem ſed illum tunc perſpicuè oſtendit, cùm percutitur;ſic viri pij & iuſti ſemper patientiam in animo habent:ſed tunc illam euidentius oſtendunt, cùm calamitatum ictibus feriuntur. Vt enim ſtellæ noctu micant radijs, & claritate ac luce ſua autem illuſtrant:ſic viri ſapientia, & pietate præſtantes nocte ærumnarum cùm admouentur faces dolorum, abmirabilem tolerantiæ, cæterarúmque virtutum indicant ſplendorem. *Similitudo.* *Similitudo.* Eſt enim patientiæ proprium omnia humana æquo animo ferre, aduerſæ fortunæ, vt vulgus ineptè loquitur,vulneribus non terreri, nec animo cadere:ſed ad Deum tanquam ad arcem tutiſſimā confugere, nihílque quod homini accidere poſſit, intolerandum putare:& in ipſis procellis animi magnitudinem, & rerum arduarum atque difficilium voluntariam perpeſſionē oſtēdere.Id animo percipiens Iob ærumnis vndique obſeſſus: Si bona, inquit, ſuſcepimus de manu domini,mala quare non ſuſtineamus?Et Tobias in exilium eiectus, & luce oculorum orbatus dicebat capite tertio: Deus caſtigauit nos propter iniquitates noſtras; & ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam. Vnde Eccleſiaſticus capite ſecundo; In dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe:quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino afflictionis.Huiuſmodi patientia illi erāt muniti, qui vt verbis vtar apoſtoli vndecimo ad Hebræos,ludibria & verbera experti ſunt,in ſuper & vincula & carceres,egentes,anguſtiati,afflicti,quibus dignus nō erat mundus. Sed quorſum alios referimus,cùm habeamus in promptu admirabilem illam ac inter omnes eminentem Chriſti Dei noſtri patientiam? De eo prædixerat Eſaias:Sicut ouis ad occiſionem ducetur,& quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Et paulo pòſt.Et pro trāſgreſſoribus orauit. Cùm enim penderet in cruce vulneribus ſaucius, duris clauis transfixus,ſummis iniurijs affectus,acerbiſſimis cruciatibus percuſſus ad cæleſtem patrem voces illas emiſit patiētia & pietate pleniſſimas, Pater dimitte illis, quia neſciunt, quid faciunt. Exibant ex recentibus ac grauibus vulneribus flumina ſanguinis: & pius pater pro illis qui ea ſibi infligebant,orabat.Id perpendens diuus Paulus capite duodecimo epiſtolæ ad Hebręos:Nos inquit, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen,aſpicientes in authorem fidei,& conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confeſſione contēpta.Propoſitum ſibi gaudium ait, vt inquit Nazianzenus, quia cùm ſibi liceret paternis frui oblectationibus, & non mori, voluit tamen ignominia contempta crucem ſuſtinere. *Iob 2.* *Tob.3.* *Hebr.11.* *Eſai.53.* *Marc.15.*

Non eſt confuſio confidentibus in te: Ait enim Eccleſiaſticus capite ſecundo: Nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt. Et Apoſtolus quinto ad Romanos:Spes autem non confundit. *Eccle.2.*

Et non ſequimur te in toto corde. Fugimus te aliquando:nunc autem ad te conuertimur.Declinauimus quondā à te,modò verò non fictè, ſed toto animo te ſequimur affectione, amore, deſiderio, pietate, Aſpicis ærumnarum commodum.

Quemad

Quemadmodum conuenerunt ad Dauidem omnes,qoi in afflictionibus verſabantur, vt libro 1. Reg. cap. 22. diuina narrat biſtoria: ita hi tres iuuenes,cùm ſe vidiſſeut in graue diſcrimen incidiſſe, ad Deum toto animo confugerunt. Nos calamiratibus preſſi quem ſecuturi ſomus niſi Chriſtum verum Deum noſtrum? Nam vt Ecclesiaſticus ait capire vigeſimotertio. Gloria magna eſt ſequi Dominum. Er ipſe Chriſtus apod Ioannem duodecimo. Qoi ſequitur me,non ambulat in tenebris,ſed habebit lumen vitæ. Eum ſemper quæramus,eius præſidium petamos,eius

Similia. auxilium imploremus. Vt oues ſequuntur paſtorem, filij patrem,milites ducem: ita nos Dominum Ieſum ſequi debemus. Ipſe enim eſt paſtor ille,qui de ſe ait apud Ioanné decimo: Ego ſum paſtor bonus: quem Apoſtolus capite tertiodecimo epiſtolæ ad Hebræos paſtorem magnum vocat. Ipſe eſt pater, ad qoem Eſaias capite ſexageſimotertio hæc verba facir: Tu Domine parer noſter,redemptor noſter. Et Chriſtus ipſe de ſe loquens Mattbæi ſexto: Pater, inquit, veſter cæleſtis paſcit illa. Ipſe eſt dux, de quo varicinatus eſt Michæas quinto: Et tu Bethlehem terra Ioda nequaquam minima es iu priucipibus Iuda: ex te enim exibit dux, qui reget popolom meum Iſrael. De eo air Deus pater apud Eſaiam quinqoageſimoquinto: Ecce teſtem populis dedi eom ducem ac præceptorem gentibus. Eum ſecuri Apoſtoli dicebant apud Matthæum deci-

Similitudo. monono: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Vt ferrum ſequitur adamátem: ita nos ſumus Chriſtum ſecuturi. Magnes ferrũ trahit, vt adamas: ar ſi hi duo lapides ſimul adſiot, ferrum ſequitur adamantem: & fugiens magnetem ab eo ſe abſtrahit, & abducit. Deos eſt adamas cæleſtis,diabolus magnes,homines ferrum. Vterque nos vocat, Deus ad gloriam cæleſtem per virtutes, diabolos ad cruciatus æternos per vitia. At nos dæmonem declinaures, qui nos inuitar & allicit: ad Chriſtum nos attrahere & addu

Matt.9. cere volentem confugere debemus: ipſe enim

1.Pet.2. ait: Seqoere me: & dimitte morruos ſepelire mortuos ſuos. Et diuus Petrus in prima canonica ſua: Chriſtus paſſus eſt pto nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Eos imitemur, de quibus air Matthæos quarto: At illi continuò relictis retibus ſecuti ſuur eom. Sunt, qui videntur ſequi Chriſtum,qui propter eum,vt ipſi aiont, opes aliquas telinquuot, ſed retia non relinqounr: ea retinent,vt illis piſcentur, & multo plures & maiotes diuitias adipiſcátur. Alij ſequuntur Chriſtum, ſed in calamiratibus tantùm,& veloti coacti: nempe, cùm ſe vident diſcriminibus expoſiros, à quibus intelli-

Similitudo. gunr non poſſe ope bomana liberari. Corpos illud cœleſte extimom & ſopremum qood philoſophi appellant primum mobile,reliquos omnes globos cæleſtes complectiror & continet: qui quanuis naturaliter retro verſentut contrario moto ad extimum cælũ, ab ipſo tamen rapti ipſum ſeqnũtur: ſed motu coacto ac violento: Eodem modo mulri voluntate propria à Deo recedunr,ſed procellis ac tempeſtaribus iactati, quæ multæ variæqoe in vita verſantur, vndique cincti, quaſi compulſi Chriſtum ſequuntur. At nos voluntario impetu ad illum curramus, iuxta id quod ait Dauid pſalmo 33. Accedite ad eũ, & illuminamini: Vel, vt Hieronymus vertit ex Hebræo: Et confluite. Nam vt fluuij ex mari dimanantes ad ipſum mare impetu fluuut & feſtinanter: ſic nos ad Deum,à quo conditi ſumus, debemus impetu & conatu animi conflucre inſtar fluuiorum ad altum tendentium. Verbum enim Hebtæom fluere etiam ſignificat. Suot alij, qui libenter & ardéte volontate ſequootur Chriſtum: ſed qualibet cauſa eriam leuiſſima deſiſtunt ab incœpto, ſimiles canibus venaticis, ſed ignobilibus, abiectaque ortis & obſeuta ſtitpe: qui quamois vehemente impetu aggrediuntur prædam,eam tamen inuento cadauere ſtatim relinqount: ſic illi alacri & prompto animo inci-

piunt dare operá virtuti, & Chriſtum ſequi: ſed *Similitudo.*
interpoſito quocunque impediméto etiam ſuit iliſſimo de ſententia diſcedunt. Non permanent in propoſito ſuſceptóque conſilio, niſi qoandiu proſpeto vtuntur flatu io virtutis curſu, à quo qoacuuq; rentatione deflectunt: nam blandis voluptatibus ducuntur, obſtricti cupiditatibus tenentur,terrore calamitatum debilitantur. At Eccleſiaſticus capite quinto: Eſto, inquit, firmus in via Domini, & in veritate ſenſus tui & ſcientia. Et D. Paulus capite quinto epiſtolæ ad Galatas: Currebatis benè,quis vos impediuit veritati non obedire? Et Chriſtus Ieſus apod Matt. decimo. Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic

ſaluus erit. At viri iuſti conſtantia muniti veluti *Similitudo*
venatici & generoſi canes currunt ad prædam vſque ad finem: & charitate inflammati cæleſtem in terris vitam imitantut: & vt ait cap. Apocalypſis 14. dious Ioannes: Sequontur agoom, quocunque ierit. Hi poſſunt dicere com tribus pueris. In toto corde te ſequimur.

Et timemus te. Timore filiali. Eſt quidam timor, qoẽ Theologi ſcolaſtici appellant mundanũ,quando homo propter mala,quæ timet, recedit à Deo: & hic malus eſt. De illo ait Dominus Ieſus apud Matt. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Alter eſt ſeruilis, quateńus ſeruilis,& quateuus ſolùm pœnam timet: & hic repugnar charitari. De eo ait Apoſtolus cap. 8. ad Rom. Non accepiſtis ſpiritum ſeruituris iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei,in quo clamamus abba pater. Et capite primo poſterioris ad Timotheum: Non dedit uobis Deus ſpiritum timoris, ſed virturis, & dilectionis, & ſobrietatis. Alius eſt timor ſeruilis,qui bonus eſt: nam timet Deum, & eſt diſpoſitio ad peccati deteſtationem, & ad conuerſionem ad ſummom bonum. De eo ait diuinus pſaltes pſal. 110. Initium ſapientiæ rimor Domini. Id quod etiam ait Sapiens primo Ptouerbiorum. Et Eccleſiaſticus ſimiliter. De eo ſcriptum eſt. Prouerbiorum quintodecimo. Per timorem Domini declinat omnis à malitia. Et in ſancto concilio Tridentino ſeſſione ſexra ſunt hæc verba literis conſignata. Si quis dixerit gehennæ metum per quem ad miſericordiam Dei de peccatis doledo confugimus, vel à peccádo abſtinemus, peccatũ eſſe,aut peccatores peiores facere, anathema ſit. Er ſeſſione 14. Hoc enim timote vtiliter concuſſi Niniuitæ ad Ionæ prædicationem plenam

raculum, dignúmque quod homines teneret ſtu
pidos, & admirantes, magnóſque clamores tol-
lentes. Eos ignis non tangit, qui ſunt in medium
eius coniecti: eos verò comburit, qui illum in-
nocentibus parabant. Huiuſmodi ſunt, qui viris
integritate vitæ ac morum præditis conflant in-
uidiam, infamiam, & vulnera infligunt, in eos ia
ciunt contumelias, eos opprimere calamitatibus
conantur. Nam hi occiduntur crimine mortife-
ro, aliorum autem gloria illuſtratur. Sibi æternã
infligunt ignominiam, alijs autem nec opinati
nominis comparant amplitudinem immortalẽ.
Dan.6. Ita illis accidit, qui Danieli diem dixerunt, eique
perniciem machinati ſtatuerunt, vt in foueam
Dan.14. leonum mitteretur. At illi Danieli liberato fue-
runt in eundem lacum eiecti, & à leonibus lace-
rati. Id illis euenit, quod Perillo inſigni fabro,
qui cùm taurum in quo homines ſubiectis igni-
bus torquerentur, ex ære fabricaſſet, illúmq; Pha
laridi, tyrannorum crudeliſſimo, qui nouis cru-
ciatuum generibus oblectabatur, obtuliſſet, mu-
nus ab eo pro inuento poſtulauit. At tyrannus
iuſſit & meritò quidem, vt ipſe in taurũ illum in
ferretur, & primus experiretur pœnã, quam alijs
pararat: qui incluſus in illo fuit incendio com-
miſſus, & iuſtè combuſtus. Teſtis eſt Plinius li-
bro trigeſimoquarto. Et poſtea idem Phalaris
fuit à ſuis in taurum illum coniectus, & ibi cre-
matus, vt ait Ouidius in Ibin. Tandem taurus il-
le fuit ab Agrigentinis proiectus in mare, vt nar
rat Timæus, ne vlla ſæui tyranni memoria rema
neret. Id viderunt illi, qui eorum immanitatem
experti fuerant, iuxta illud pſalmi nonageſimi:
Et retributionem peccatorum videbis. Narrat
cap. 16. Numerorum diuina ſcriptura egreſſum
eſſe ignem à Domino, eóſq; interfeciſſe, qui per
ſeditionem incenſum offerebant. Erupit ignis è
thuribulis, quo impij fuerunt conſumpti, & pro
prio igne quem accenderant, flagrarũt. Itaq; pro
prio gladio iugulati ſunt. Impletũ eſt illud pſal.
36. Gladius eorum intret in cordia ipſorum.

Angelus autem domini. Vbi deeſt auxilium hu-
manũ, ſolet Deus viris iuſtis opitulari diuino. Eo
Gen.22. dem modo miſit angelum, qui Iſaac à cæde, ne
Act.12. immolaretur, eriperet: & Petrum apoſtolorum
principem è carcere liberaret.

Excuſſit flammam ignis de fornace. Ita diuino
auxilio flamma vitiorum noſtrorũ extinguitur
in nobis, ſi Dei miſericordiam toto animo im-
ploramus, & virtuti ac veræ laudi ſtudemus.

*Et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flan-
tem.* Poterat Deus efficere, ne in fornacẽ hi tres
pueri mitterentur. Sed maius ac mirabilius be-
neficium fuit in eam mitti, ſed ab igne nullo mo
do lædi. Eodem modo poteſt Deus facere, ne vi
ri iuſtitia & pietate præſtantes incidant in cala-
mitatem: at multo illuſtrius & præſtantius bene
ficium confert in illos, cùm affligi permittit, ſed
illis patientiam & gratiã largitur, ne à calamita-
tum flammis offendantur. Vtilius eſt tolerantiã
habere in ærumnis, quàm ipſis liberari. Ac vt
verbis vtar diui Auguſtini: Diuina bonitas ideo
maximè iraſcitur in hoc ſeculo, ne iraſcatur in fu
turo: miſericorditer temporalem adhibet ſeueri
tatẽ ne æterna iuſtè inferat. Hæc ille. Ex quo col-
Similitudo. liges vtiles eſſe tyrannos, quorũ immanitate pio-
rũ patientia exercetur. Vt hyenæ fel, & aliæ fera-
rum venenatarum partes aduerſus graues, peri-
culoſos, ac diuturnos morbos vim habent, illóſ-
q; depellunt: ſic crudeliũ tyrãnorum immanitas,
& flagitioſorũ hominum fraudes & maleuolen-
tiæ remedia ſunt aliquando multis incommodis Similitud.
ſalutaria: quibus Deus vtitur, vt multorum ægri
tudinibus animi medeatur. Et vt nulla medica-
menta quæ vulneribus adhibentur, tam acerbũ
afferunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria: ſic
impiorum malitia & calliditate, quibus viri pij
maximè torquentur, admirabilem illis cœleſtis
medicus adhibet medicinam. Aſpicis hoc loco,
quàm vtilis fuerit tribus pueris tyranni, & ſatel-
litũ eius immanitas, qui ad Deum ardenter aſpi-
rarunt in calamitatibus ſuis, à quibus fuerunt
mirabiliter liberati. Sed quærunt me nonnulli,
quomodo flamma ignis his pueris non nocuerit.
Reſpondendum puto, in circuitu fornacis per or
bem eſſe flammam, quæ illis introeuntibus vin-
cula diſſoluit & conſumpſit: ait enim hoc loco
ſcriptura, eos ambulaſſe in medio ignis ardentis.
At in medio magnæ illius fornacis vbi ipſi am-
bulabant, non erat ignis, quia vt hic ait Daniel,
excuſſerat eum angelus de fornace: ſed erat ſin-
gularis ac iucunda refrigeratio, & lenis ac placi-
dus auræ flatus, & quaſi zephyrus ſuauiter ſpi-
rans, quem Latini fauonium vocant. Id factum
fuit angeli ope, ſed præcipuè diuina virtute &
voluntate. Sũt tamen, qui aſſeueranter affirment
fuiſſe etiam in medio fornacis ignem, nec fuiſſe
excluſum, nec extinctum, niſi quò ad eius actio-
nem, quæ ſuſpenſa fuit à corporibus puerorum.
Nam etſi ignis eos tangebat corporaliter, non ta
men phyſicè, vt eorum vtar verbis, quia actionẽ
in illis non exercebat. In hac ſententia eſt Alber-
tus Magnus, quem ſequitur Dionyſius Carthu-
ſianus eius imitator. Vtraque opinio eſt probabi
lis: prior tamen videtur literæ conuenientior.

Benedictus es domine Deus patrum
noſtrorum, & laudabilis, & glorioſus, &
ſuperexaltatus in ſecula. Et benedictũ no
men gloriæ tuæ ſanctum, & laudabile &
ſuperexaltatũ in omnibus ſeculis. Bene-
dictus es in templo ſancto gloriæ tuæ, &
ſuperlaudabilis & ſuper glorioſus in ſecu
la. Benedictus es in throno regni tui, &
ſuperlaudabilis, & ſuper exaltus in ſecula.
Benedictus es in firmamento cœli, & lau
dabilis, & glorioſus in ſecula.

Benedictus es domine. Plena ſunt verba hæc ar-
dentiſsimo erga Deum amore, quo incẽſi hi tres
viri ob innocentiam pueri nuncupati quærunt
nomina, quibus poſſint Deum mirificis laudibus
celebrare. Eam ob cauſam eum vocant benedi-
ctum, laudabilem, glorioſum, ſuperexaltatum in
ſecula. Appellari Deum benedictum frequenter
inuenies in literis diuinis Pſal. 40. Benedictus
dominus Deus Iſrael à ſeculo, & vſque in ſeculũ.
Pſalmo centeſimo trigeſimoquarto: Benedictus
dominus ex Sion, qui habitat in Ieruſalẽ. Lucæ
primo: Benedictus dominus Deus Iſrael,
quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.
Chryſoſtomus in Geneſim ſummam eſſe om-
nium

cellarum in me irruerunt. Quemadmodum cœlum fulminibus, fragoribus, tonitruis, flammis inter nubes coruſcantibus immenſa vi grandinis atque imbrium ſegetes vireſcentes euertit: ita tu domine incredibili rerum aduerſarum tempeſtate me miſerum obruiſti. Hanc acceptionem poteſt hoc loco habere abyſſus: vt ſit ſenſus: Benedictus es domine, qui intueris eorũ ærumnas, qui ad te toto animo confugiunt: vt eos eripias, quemadmodum nobis feciſti, qui nos mirabiliter liberaſti. Harum explanationum primam eſſe rectiorem exiſtimo.

Qui ſedes ſuper cherubim. In ſingulari dicitur Cherub. in plurali Cherubim. Cherub idem eſt quod quaſi magiſter, vel ſcientiæ plenitudo. Vnde ſedere ſuper cherubim eſt omnem ſcientiam ſuperare. Acſi dicat. Non eſt mirum te intueri abyſſos, & profunda cognoſcere, quoniam ſedes ſuper cherubim: hoc eſt, quoniam ſummam ac infinitam habes ſapientiam. Fortaſſe alludit ad arcam fœderis, & propiciatorium, vbi erant duo cherubim ex vtraque parte oraculi, vnde Deus loquebatur: vt diuinæ literæ cap. 25. Exod. & primi libri Regum capite quarto, & alijs in locis teſtantur. Dauid etiam pſalm. 17. inducit Deum volantem alis ventorum, & pennigeris cœlitibus inſidentem: vt eius vim & celeritatem omnia cœlo, terra, marique luſtrantem ſignificet, cùm ait: Aſcendit ſuper cherubim, & volauit, volauit ſuper pennas ventorum.

Benedicite omnia opera domini domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite angeli domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite cœli domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlo ſunt, domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite omnes virtutes domini domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite ſol & luna domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite ſtellæ cœli domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite omnis imber & ros domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite omnis Spiritus Dei domino, laudate, & ſuper exaltate eum in ſecula. Benedicite ignis, & æſtus domino, laudate, & ſuper exaltate eum in ſecula. Benedicite frigus & æſtas domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite rores & pruina domino, laudate, & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite gelu & frigus domino, laudate, & ſuper exaltate eũ in ſecula. Benedicite glacies & niues domino, laudate, & ſuper exaltate eũ in ſecula. Benedicite
H noctes & dies domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite lux, & tenebræ domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite fulgura & nubes domino, laudate & ſuper exaltate eum in ſecula. Benedicat terra dominum, laudet, & ſuperexaltet eum in ſecula. Benedicite montes & colles domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite vniuerſa germinãtia in terra domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite fontes domino, laudate, & ſuper exaltate eum in ſecula. Benedicite maria & flumina domino, laudate, & ſuper exaltate eum in ſecula. Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis domino, laudate, & ſuper exaltate eum in ſecula. Benedicite omnes volucres cœli domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite omnes beſtiæ & pecora domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite filij hominum domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat Iſrael dominum laudet, & ſuper exaltet eum in ſecula. Benedicite ſacerdotes domini domino, laudate, & ſuper exaltate eum in ſecula. Benedicite ſerui domini domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum domino laudate, & ſuper exaltate eum in ſecula. Benedicite ſancti & humiles corde domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite Anania, Azaria, Miſaël domino laudate, & ſuper exaltate eũ in ſecula. Quia eruit nos de inferno, & ſaluos fecit de manu mortis, & liberauit de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos. Cõfitemini domino, quoniã bonus, quoniã in ſeculũ miſericordia eius. Benedicite omnes religioſi domino Deo deorum, laudate, & confitemini ei, quia in omnia ſecula miſericordia eius.

Hucuſque in Hebræo non habentur, & quæ poſuimus, de Theodotionis editione tranſlata ſunt. Sunt tamen Vera, & à ſancta eccleſia catholica approbata.

Benedicite omnia opera domini domino. Hoc eſt, omnia quæcunque fecit Deus, ipſum benedicite, & laudate ei gratias agentes, & gloriam eius celebrantes. Quo quis ardentiore amore aliquẽ amplectitur, eò vehementiore impetu alios ad eius laudes concinendas inuitat, & allicit. Hi tres pueri amore erga Deũ inflãmati omne ſtudiũ conſerebant ad eius bonitatẽ gloriãq; celebrandã. Eã ob cauſam omnes res creatas generaliter, deinde

vnam

quanque præcipuè ad diuinarum laudum præconium vocant. Illud eſt hoc loco aduertẽdum, duplicem eſſe benedictionem, vnam, qua munus vel beneficium aliquod confertur vel in re, vel in voto, alteram, laudis & gratiarum actionis. Prima benedicit Deus rebus creatis, & homo etiam homini. Propterea dixi: vel in re, propter Deum, vel in voto, propter hominem. De hac loquitur ſcriptura Geneſis nono dicens, Deum benedixiſſe Noe: & Geneſis quartodecimo, cùm ait, Melchiſedech benedixiſſe Abrahamo. De ea ait apoſtolus ſeptimo ad Hebræos: Sine vlla contradictione quod minus eſt à meliore benedicitur. De ſecunda intelligitur id, quod ait pſalmographus: Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Hoc eſt laudabo, & gratias agam. Hac Simeon Deum benedixit capite ſecundo apud Lucam: De qua agitur hoc loco. Sed dices: Quî fieri poteſt, vt creaturæ rationis expertes poſſint Deum laudibus efferre? Ad hãc dubitationem reſpõdet in hunc modum D. Hieronymus. Omnis creatura etſi non voce, opere tamen laudat Deum: quia ex creaturis conſequenter creator intelligitur: & in ſingulis operibus & effectibus magnificentia Dei demonſtratur. Hæc ille: & ſapienter quidem, vt ſolet. Nã primo capite libri Sapientiæ ita ſcriptum legimus: Hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Hoc eſt, hæc mundi machina quæ omnia viſibilia continet & coercet, ſcit ſuo modo Deum laudibus efferre. Et cap. 13. Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei: & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui eſt: nec operibus attendentes agnouerunt, quis eſſet artifex. Et paulo pòſt: A magnitudine ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri. Ideò Eſaias capite quinto: Væ, inquit, qui opus Dei non reſpicitis, & opera manuum eius non conſideratis. Id indicat apertè D. Paulus capite primo ad Romanos his verbis: Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Dei bonitatem, ſapientiam, potentiam, & ſimilia inuiſibilia vocat: quæ ex operibus eius intellecta cernuntur: à creatura mundi, id eſt, à mundi creatione, ex quo mundus fuit conditus. Vel per creaturã mundi hominem intelligit. Vt enim litera Latina, ita Græca ad vtrunq; referri poteſt: ita enim habet: ἀπὸ τῆς κτίσεως. Deus qui inuiſibilis eſt noſtris oculis corporeis, iuxta id quod ait cap. 1. Ioannes: Deum nemo vidit vnquam. Et Paulus primo, prioris ad Timotheum: Regi ſeculorum immortali inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria: conſpicitur tamen intelligentia, reducens ac refulgens tanquam in ſpeculo in hoc mũdo mirabiliter condito & adminiſtrato. *Gen. 18.* Scala quam in ſomnijs vidit Iacob, eſt mundi machina: eius celſus vertex eſt cœlum, vbi præcipuo quodam modo eſt Deus: eius gradus ſunt creaturæ, quibus contemplatione & intelligentia ad ipſum aſcendimus. Ea eſt rerum naturalium pulchritudo, tam inſignis ordo, tam conſpicienda collocatio, vt nemo ſit tam agreſtis & incultus, qui earum præſtantiam, & huius vniuerſitatis machinam contemplans non poſſit ad notitiam Dei cogitatione perduci. Quid poteſt eſſe tam apertum & perſpicuum, cùm ſidera clariſſima viderimus, cùm ſolẽ cæterorum luminũ facilè principẽ omnia ſuo ſplendore illuſtrantem, globosq; ipſos cæleſtes admirabili conuerſione & celeritate concitatos, & fulgentib. aſtris ornatos & diſtinctos ſuſpexerimus, quàm eſſe diuinum quoddam numen præſtanti intelligentiæ acumine, immenſaque bonitate & potentia præditum, à quo hæc fuerint condita, & à quo ſuſtentẽtur & regãtur. Id intuens animo Dauid pſalm. 18. has voces emiſit: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Nec ſolum cæli, ſed dierum ac noctiũ viciſſitudines, ac certus ordo, & perpetua conſtantia indicãt eſſe vnũ Deum harum rerum conſeruatorem & moderatorem præſtantiſſimum. Id voluit idem diuinus vates his verbis quæ ſtatim adiecit, oſtendere: Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam. Ac ſi diceret: Dies ſuccedentes diebus loquuntur nobis ſcientiam Dei: ſimiliter & noctes: ipſorum alterna accretio & diminutio, mirandaq; continuatio, & ſeriei perpetuitas & immutabilis firmitas teſtantur tam admirabilium operum laudem non eſſe temeritati, ſed ſummo Deo tribuendam, qui hæc ab initio conſtituit, & perpetuis ſeculorum ætatibus conſeruauit. Deinde ſi te ad terram conuerteris, videbis eam herbis viridibus, odoriferis, & amœnis indutã, quarum vtilitates vſu & periclitatione percipimus. Diffundit enim complexu ſuo ſemen tepefactũ, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem. Videbis cãpos nitidiſſimos ſuauiſſimis floribus coopertos, agros frugiferos, arborum fructiferarum proceritates, nemorum ac ſyluarum varietates, & plantarum diuerſarum pulchritudinem, quarum aliæ ſemper virent, aliæ hyeme nudatæ verno tempore frondeſcunt. Quid dicam de fontibus, de fluuijs, de metallis, de mari, de gemmis, de margaritis, de initijs illis, quæ elementa dicũtur, & de concretis ex illis, quæ corpora miſta appellantur? Omnia hæc & alia diuinæ ſapientiæ monimenta nos ea intuentes & contẽplantes ad Dei notitiam ſuo modo perducunt. Sunt enim omnia numero, & menſura, & pondere à Deo diſpoſita, vt capite vndecimo libri ſapientiæ literæ diuinæ teſtantur. Sunt etiã in rebus creatis quædam diuinitatis veſtigia, quorum contemplatione ad ipſius cognitionem poterimus peruenire. Pueri & imperiti homines videntes literas auro ornatas, varijsq; coloribus depictas, illic detinentur: nec vlterius ad earum intelligentiam progrediuntur. *Similitudo.* Res creatæ ſunt pulchræ literæ: qui autem ſolùm earum intuentur pulchritudinem, intelligentiam nõ curantes, cum pueris & hominibus omnino indoctis comparantur. Lege eas, quoniam ipſæ te docebunt, ſummum, optimum, pulcherrimum, & ſapientiſſimum eſſe earũ creatorem: quem debes toto animo colere, & diligere, & ſumma obſeruantia venerari. Ipſæ te ducẽt ad tantæ pulchritudinis authorem. *Similitud o.* Vt lineæ in circulo & extremitate, quam vocant circumferẽtiam, nos ducunt ad punctum, quod centrũ vocatur, à quo deducuntur: ſic creaturæ in hoc mundi globo nos proferunt ad Deum, à quo veluti à centro dimanãt. Et quoniam antiqui ſapiẽtes per centrum ſignificabant Deum, qui eſt ſim

plіſsi

ciſſimus,& actus puriſſimus,& per circulũ mundi fabricam creaturarum forma ac dignitate ornatam,aiebant:bonitatem eſſe in centro,pulchritudinem autem in circumferẽtia: ſpecies enim, & pulchritudo rerum creatarum à Dei bonitate tanquam à fonte fluit,atque delabitur.Ac vt radiis ſolis oculos noſtros ad ipſum ſolem poſſunt protrahere: ſic res creatæ animos noſtros ad Deũ cogitatione,& cognitione perducere. Omnia enim illa quorum proprium eſt ab alio deduci,docẽt eſſe aliquid,à quo ipſa ſunt:& illud tandem à nullo,ne in infinitum fiat progreſſus.Hæc intelligens Euſebius Cęſarienſis lib.4.Euangelicæ demonſtrationis: Ex creaturis, inquit, ille qui oculis cerni nõ poteſt,quaſi in quodam ſpeculo contemplãdus apparet. Idem multis & amplis verbis oſtendit Athanaſius in oratione aduerſus idola:& Chryſoſtomus in primum Geneſis caput, In explanatione in pſalmum 26.ait ita Auguſtinus:Circum i cælos vſque ad terram,nihil relinquas:vndique tibi omnia reſonãt conditorem.Ipſæ ſpecies creaturarum voces ſunt quædam creatorem laudãtes. Homilia prima in Hexameron ait in hunc modum Baſilius : Mundi machina erudiendis hominibus officina eſt ſine dubitatione accommodatiſſima:& iiſdem ad cognitionem Dei prouehendis totius eruditionis domicilium appoſitiſſimum. Et homilia vndecima eiuſdem operis: Vniuerſa, inquit, hæc mundi moles perinde eſt ac liber literis exaratus palam conteſtans ac prædicans gloriam Dei,illiúſque ampliſſimam maieſtatem alioquin abſconditam & inuiſibilem. Nec ſolùm Theologi Chriſtiani,ſed etiam gentium philoſophi hoc aſſeruerunt.Plato lõgè omnium philoſophorum & copia dicendi,& grauitate ſententiarum, & eruditionis præſtantia princeps hæc verba in libris legum ſcripta reliquit. Terra, ſol,ſydera,ipſa vniuerſitas, temporum quoque varietas ornatiſſima,annis,menſibuſq; diſtincta Deum eſſe oſtendunt. Galenus in libro de hiſtoria philoſophiæ Dei,inquit, notionẽ habemus ex operum illius pulchritudine & excellentia. Euripides : Stellæ in cælo varietates ſunt fabri ſapientis. Marcus Tullius de reſpõſis aruſpicũ: Quis eſt tam vecors,qui cùm ſuſpexerit in cælum:Deũ eſſe non ſentiat:& ea quæ tãta mẽte fiunt, vt vix quiſquã arte vlla ordinem rerum ac viciſsitudinem perſequi poſſit, caſu fieri putet?Sapiẽtes illi externi qui alios eruditione anteire putabantur,ex rerũ creatarum contemplatione vnum eſſe Deum aſſerebãt qui eas gubernabat , qui curſus aſtrorũ, qui mutationes tẽporum,qui rerum viciſſitudines,ordinẽſq; conſeruabat, & mundi fabricam pulchritudine ornatam tuebatur.Vnde mundus Græcè dicitur coſmos, hoc eſt, ornatus & pulcher,Mercurius Triſmegeſtus eũ ait ita appellari ob varietatẽ ortus,quæ omnia exornat.Pythagoras,& poſt eũ Euſtachius ob abſolutã fabricæ eius admirabilémq; ſeriẽ. Plinius quẽad hoc citat Cœlius Rhodoginus lib.4.lectionũ antiquarũ,ob perfectã elegantiã.Eius verba lib.1.naturalis hiſtoriæ hæc ſunt. Quẽ *κόσμον* Græci nomine ornamenti appellauerunt,eum nos à perfecta abſolutáque elegantia mundum. At omnis eius venuſtas à Deo dimanat: & ipſe Dei laudes prædicat:uóſq; docet religionẽ colere & pietatem, & vim diuinã admirari,ipſúmq; Deum rerum omnium effectorem,ac opificem cognoſcere. Vt numeri nos ducunt ad vnitatem, vnde fluũt:ita res creatæ ad Deum,à quo dimanãt. Eſt enim Deus vnitas , vt ait in libro numerorum Pſelus. Eam ob cauſam Chriſtus Deus noſter ad creaturarum contemplationẽ nos mittit, cùm ait cap. 6.euangelij authore Matt. Reſpicite volatilia cœli. Et paulo pòſt, Conſiderate lilia agri. Si opera naturæ nos ad Dei ferunt notitiã,quanto magis opera gratiæ: Si id efficiunt creationis monimenta, quãtò magis redẽptionis? Ex parte noſtra magis eſt,vt ait Auguſtinus, vnum impium iuſtificare, quàm totum mundum conſtituere. Quid igitur dicemus verbis illis auditis :Dimittũtur tibi peccata tua: quib. Ieſus Chriſtus paralyticum allocutus eius animum capiuit, eiq; ſcelera omnia dimiſit? Ac vt hoc crederent ſcribæ dicentes, ſolum Deum poſſe dimittere peccata, dixit illis:vt ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatẽ in terra dimittẽdi peccata, attẽdite. Et ait paralytico: Tibi dico: Surge: Tolle grabatũ tuũ, & vade in domum tuã.Et ſtatim ita factum eſt.Quid,nonne Lazarum,& alios,qui è vita migrauerunt,palàm ſuſcitauit,& ante oculos omnium viuos poſuit ac incolumes, eiſq; reditum ad vitam perſpicuè reſtituit ? Nonne hæc Chriſti opera nos ad eius diuinitatem credendam alliciunt ? Nonne diuini numinis potentiam,& bonitatem prædicant,& clamant?Hæc ſunt mirabilia, quę ad memoriã & immortalitatem conſecrantur. Sed hęc non viderant tres illi pueri, qui fuerant in fornacem ardẽtem coniecti. At cùm erga Deũ amore flagrarent, res omnes creatas ad laudes eius concinendas inuitãt. Eodem modo pſalmographus dicens: Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius.

Similitudo. Marc.2. Matt.9. Luc.5. Ioan.2. Luc.7. Luc.8. Pſal.102.

Benedicite angeli domini domino. Cœlites beatos inuitant,vt ſecum vnà Deum celebrẽt. Ac ſi dicant cautate nobiſcũ ſanctiſsimo numini laudes. vos ô nuntij & miniſtri eius , quib. nihil eſt ſanctius & antiquius, quàm creatorem veſtrum laudare,eiúſq; mandatis obedire. Eodem modo diuinus pſaltes: Benedicite domino omnes angeli eius,potentes virtute ad faciẽdum verbũ illius, ad audiẽdam vocem ſermonum eius, Acſi dicat: Hymnos Deo cantate omnes ſpiritus cœleſtes, qui polletis fortitudine, qui impiorũ copias aliquãdo ad internecionem occidiſtis,qui verbum Dei,eiúſq; negotia exequimini, vt homines obediant voci dictorum Eius. Et addit ſtatim: Benedicite domino omnes virtutes eius, miniſtri eius. Spiritus illos cæleſtes quos angelos vocarat, vocat nũc virtutes ſiue exercitus: quoniam ſunt multi ordines eorum. Qua de re poteris videre Dionyſium Areopagytam de cœleſti hierarchia. Hos alloquitur diuinus idem citharœdus , cùm ait : Laudate eũ omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Illud eſt aduertendum, angelum eſſe aliquãdo nomen cœleſtis ſpiritus infimi chori: interdum verò accipi pro omni ſpiritu cœleſti, vt hoc Danielis loco. Pſal.148.

Laudate,& ſuperexaltate eum in ſecula. Indicant verba hęc vim amoris erga Deum & vehemẽtis deſiderij magnitudinem. Illud, in ſecula, intelligitur

ligitur de Iugi ac perẽni laudatione, nõ ſolùm in hac vita, ſed in omni æternitate, quã nulla metitur tẽpotis circunſcriptio. Sed quæres, cur inuitantes tres pueri omnes creaturas ad diuinas laudes concinendas, ab angelis incœperint? Ratio eſt, quia natura angelica eſt aliis creaturis illu-
Similitudo. ſtrior: & ipſam naturã humanam ſuperat. Sed vt torques ex auro minus puro vincit interdum aliam torquẽ ex puriſſimo auro omnibus gradibus, ac numeris abſolutiſſimo, nõ auri natura & perfectione, ſed quod gemmã habeat incluſam fulgentiſſimã, magniq; valoris: ſic quamuis natura angelica ſi ad naturarum præſtantiã reſpiticias, ſuperet humanã, eam tamen humana in hoc vincit, quod eſt aſſumpta à verbo, & cũ diuinitate coniuncta. Nam vnigenitus Dei filius à cœli faſtigio ad terrã deſcendens humanã induit naturam, vt homines qui in caligine verſabantur, illuſtraret. Nuſquam, inquit apoſtolus capite ſecundo ad Hebręos, angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Hoc eſt, non naturam aſſumpſit angelicam, ſed humanam. Et rectè quidem ait: apprehendit: vtpote fugientem: cùm enim eum fugeremus, noſtram aſſumpſit humanitatẽ vt nos vinculis attraheret charitatis. Sed vnio
Tho.p.3. verbi incarnati, vt verbis vtar diui Thomę, non eſt facta in natura, ſed in perſona: ſunt enim in Chriſto duæ naturæ, ſed vna perſona. Ita nãque eſt in concilio Calcedonẽſi decretum: Confitemur in nouiſſimis diebus filium Dei vnigenitũ in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indeſcritè, inſeparabiliter agnoſcẽdum: nunquam ſubblata differentia naturarũ propter vnionem. Hæc ibi. Et quia natura angelica abſolutè excellentior eſt, ab ea meritò incipit hic hymnus.

Benedicite cœli domino. Omnes cœli ſtellarum cũ primo mobili & cœlo cryſtallino appellãtur à Chryſoſtomo vnum cœlum: cœlum autẽ empyriũ à Baſilio, Beda, & Strabo vnum etiã cœlum ſupremum dicitur. Cùm autẽ aer cœlum etiã vocetur, iuxta illud cap. 7. Geneſ. Tã reptile, quàm volucres cœli: & illud pſalmi 8. Volucres cœli, & piſces maris: & illud euãgelij cap. 8. apud Matthæum: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, apertè oſtẽditur, tres eſſe cœlos, nẽpe aereũ, quod primum cœlum vocatur, & medium cœlum cum omnib. globis ſiue ſpheris cœleſtibus, quod dicitur ſecundum cœlum, & cœlũ empyriũ quod eſt tertium, de quo illud diui Pauli intelligitur in epiſtola poſteriore ad Corint. cap. 12. Scio hominẽ in Chriſto ante annos quatuordecim raptum huiuſmodi vſq, ad tertiũ cælum. Hoc eſt raptum per Chriſtum vſq; ad ſedẽ beatorum. Et quoniã omnis res eandem habet naturã ambigendi, de qua quæri & diſceptari poteſt, fuit quondam in quæſtione verſatum, eſſent nec ſphæræ cæleſtes, earúmq; ſtellæ animatæ. Veteres Aegyptij cœlos ipſos & aſtra omnia deos eſſe exiſtimabãt, illiſq; animas tribuebãt. Plato in Cratylo ait priſcos Græcos pro diis habuiſſe ſolem, lunã, & ſtellas: & ipſum ſtelliferum cœlum, quod ex omni parte patens ac apertum intuebãtur. De impio Manaſſe Iudæorum rege ita ſcriptum legimus capit. 33. ſecundi Paralipomenon: Adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam. Et paulo pòſt: Aedificauit autem altaria cuncto exercitui cœli. Vbi per cœli militiã & exercitum ſydera intelliguntur. Nec ſolùm Manaſſes, ſed multi ex filiis Iſraelis in idem crimẽ inciderunt. De illis ait in hunc modum lib. 4. Regum cap. 17. diuina ſcriptura: Adorauerunt vniuerſam militiam cœli, ſeruierúntq; Baal. Cùm gentes fide deſtitutæ globos colerent cœleſtes & animatos eſſe putarent, multos ex Hebræis in errorẽ ſuum adduxerunt. Platonici ſine controuerſia corporibus cœleſtibus animas tribuebãt. Eos ſecutus Marcus Tullius in ſexto libro de republica: Hominibus, inquit, animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſydera & ſtellas vocatis, quę globoſæ & rotatæ diuinis animatæ mẽtibus circulos ſuos orbéſque conficiunt celeritate mirabili. Platonicus Philo Iudęus in libro de ſomniis, & in libro de opificio ſexdierum ſtellas ait eſſe rationis participes & diuinas. Nec ſolũ Platonici, ſed etiã Peripatetici id ipſum fatẽtur. Nã eorũ princeps Ariſtoteles lib. 2. de cœlo loquẽs de aſtris: Oportet, inquit, ipſa viuentia eſſe exiſtimare, atq; actionem habere. Idem etiã ait 7. & 8. naturalium. In eadem ſentẽria eſt Theophraſtus in libro de cœlo: & Ptolemæus, qui apertè aſſerit cœleſtia corpora viuere, & animata eſſe: & Alexander Aphrodiſeus in cõmentariis in duodecimum librum primæ philoſophiæ. Eandem ſententiam ſecuti ſunt Auicena, Algazeles, zaeles, Albumaſer, Hali, Aratus, Manilius. Qui omnes irrident eos, qui cœleſtibus globis denegant vitam. Athenienſes authore beato Auguſtino lib. 8. de ciuitate Dei damnarunt Anaxagoram philoſophum inſignẽ, quod ſolem negaret eſſe Deum, aut aliquid animatum. Piaculum magnum eſſe putabant, & inexpiabile ſcelus, non aſſerere eſſe ſolem animæ intellectualis participem. Sed quid mirũ, cùm nonnulli ex Chriſtianis magni nominis authores dicãt corpora cœleſtia eſſe animata: inter quos eſt Origenes: cuius opinionem videtur ſequi diuus Hieronymus explanãs illud Eccleſiaſtis: Luſtrans vniuerſa per circuitũ pergit ſpiritus. Diuus Auguſtinus in ſecundo in Geneſim ad literam, & in enchiridion quæſtionem hanc ſub dubitatione relinquit, neutram partem aſſeuerans: diſtrahebatur enim in deliberando animus afferens ancipitem curam cogitandi. At magnus Baſilius homilia tertia de opificio ſex dierum aſſeueranter affirmat cœleſtia corpora non eſſe animata. Id quod cum eo conſtanter aſſerit doctus Damaſcenus libro 2. de fide orthodoxa. Eos ſequitur diuus Thomas prima parte, quæſtione 7. articulo 3. Nicolaus de Lyra in cap. 10. Ieremiæ: Auguſtinus Eugubinus in pſalmum decimum octauum: Sixtus Senenſis lib. 8. Bibliothecæ ſanctæ cum infinitis aliis excellentibus ſcriptoribus: qui cœlos non eſſe animatos omni aſſeueratione teſtantur. Nec credendum eſt diuum Hieronymum aliter ſentire: nam ſi verba eius in Eccleſiaſtem attendè ac diligenter perſpexeris, videbis eum non dicere eſſe cœlos anima præditos: imò ſecus credere: & quippiam longè diuerſum voluiſſe ſignificare. Nam in epiſtola ad Auitum inter errores quos in libris Periarchon Originis caueri admonet, aſſertionem de ſtellis anima rationis compote præditis enumerat. Et cap. 45. in Eſaiam eos irridet, qui animam

mam tribuunt ſyderibus. Et diuus Auguſtinus plenè aſſeuerat non poſſe eſſe animā viuā in corpore ſenſus experte: vt videre licet in libro quæſtionū in exodum: cuius verba ſunt in ſacros canones relata 32. quęſtione 2. Quod verò non formatum. Atqui apertum perſpicuúmq; eſt cœlos ſenſū nō habere. Quare ex ipſius Auguſtini ſententia cōcludimus, nō eſſe illos anima præditos rationis participe. Ac tametſi diuus Thomas in 2. contra gentiles cap. 7. velit cœlum ex Ariſtotelis opinione eſſe animatum, nō tamen in illa fuit ſentētia, vt cōſtat ex iis, quæ prima ſummæ theologiæ parte aſſeruit quęſtione 6. Sed contra gentiles attulit Ariſtotelis opinionē, in partibus verò ſuam propriā. Mouentur quidem cœli ab intelligentiis, quas quidā mentes cœleſtes, quidā formas, quidam angelos, quidam ſpiritus vocāt. Hi ſpiritus cōiunguntur cum cœlis, quibus aſſiſtunt, ſed non tanquā formæ informantes, vt ita dicam, ſed vt mouentia mobilibus. Quare non eſt dicendum globos cœleſtes eſſe animatos, ſed animæ expertes. Ratio autem quā afferunt nonnulli ad probandum cœlos eſſe animatos, quoniam hoc Danielis loco ad Dei laudes inuitatur: ridicula eſt: quia in eodem cantico ad id etiam inuitantur imber, ros, ignis, æſtus, gelu, frigus, montes, colles, & alia huiuſmodi ſine cōtrouerſia non animata. Eſt enim figura in diuinis vſitata literis, quæ Hebraicè Mashal, Græce autem proſopopeia dicitur, quoties rebus inanimtais vocem, aut ſpritum, aut ſenſum tribuimus. Sunt autem vndecim cœli ſcilicet empyriū, quod in diuinis literis appellatur cœlū cœli, deinde primum mobile, cœlum criſtalinum, cœlum ſtellarum fixarum, cœlum Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunę. Itaq; vltimū cœlū ſi à ſupremo & altiſſimo incipias numerare, eſt ſedes Lunæ, quæ citima terris luce micat aliena. Nam in orbe ſeu globo infimo radiis ſolis accenſa cōuertitur. Infra autē ſunt elementa, quorum infimū vocatur terra, in quā omnia ſuo nutu pōdera feruntur. Et quoniā hæc immobilis eſt, decebat ad venuſtatē, ordinem, pulchritudinem, & complemētum vniuerſi, vt cœlum ſupremum eſſet immobile, vt inter hæc duo immobilia tota huius templi natura contineretur. Appellatur ſupremū cœlum empyrium à pyr vocabulo Græco, quod ignem ſignificat authore Iſidoro: nō ab ardore, ſed à ſplendore: ꝙ ſit ſplendidiſſimū: candore fulgentiſſimo decoratum. Ibi eſt ſanctorum domicilium, & æterna ſedes mētium beatarum. Ibi illi cum Chriſto Deo noſtro requieſcūt, qui iuſtitiam coluerūt, & pietatem: qui nec ſe dediderunt ſermonibus vulgi, nec in præmiis humanis ſpem poſuerunt rerum ſuarum, ſed virtutum ornamentis exculti ad Deum ardentiſſimè aſpirarunt: quo in gloria cœleſti fruuntur, vbi bonorum omnium copia cumulantur.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt. Origenes exiſtimat has aquas eſſe ſpirituales, & cœleſtes quaſdā mentes. At pleriq; doctorum aiunt nomine harum aquarum intelligi nonum cœlum, quod aqueum, & chryſtallinum vocāt. Hæ ſunt aquæ, de quibus in 1. Geneſis capite ſcriptū eſt: Dixit quoq; Deus: Fiat firmamētum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamētum: diuiſitq; aquas: quę erāt ſub firmamento ab iis, quæ erāt ſuper firmamentum: & vocauit Deus firmamentū cœlum. Primo die creauit Deus materiā quandam, quā Moſes terram vocat dicēs: in principio creauit Deus cœlum, & terram. Per cœlū intelligit empyriū cum angelis, per terram verò molem quandā, ex qua viſibilia creauit. Explicans enim quæ eſſet terra illa, de qua loquebatur, dixit: Terra autē erat inanis & vacua: hoc eſt materia quædā informis. Et ſtatim eā vocat abyſſum. & aquas. Nam terra elemētaris facta poſtea fuit die tertio, vt ipſe eodem capite teſtatur. Creaſſe Deū primo die materiam illam incōpoſitam, ex qua alia fecit, ſententia eſt diui Auguſtini libro primo de Geneſi ad literam imperfecto: diui Ambroſij in tractatione de operibus ſex dierum: magni Baſilij, Strabi, Bedæ, Eucheris. In hac ſententia ſunt etiam ex gentibus, Triſmegiſtus, Alcinous Platonicus, Euripides, & ante eos Heſiodus. Quid pluribus? In ſacra ſcriptura habemus hāc veritatē aſſertam cap. 11. lib. Sapientiæ: cuius ad literam hæc ſunt verba: Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa. Vbi pro, inuiſa, eſt in Græco: ἀμόρφου, hoc eſt ſine forma. Si enim nomine terræ inanis, & vacuæ nō intelligeretur materia illa incōpoſita, ex qua Deus cœlum & terram, aliáſque corporeas naturas creauit, videretur profectò Moſes diminutus, loquens de creatione, volens oſtendere eſſe Deum rerum omnium creatorem, nullam faceret mentionem illius machinę, & molis rudis, & informis. Ex quo videretur dare cauſam aliquib. errandi, & dicendi, eam fuiſſe ſempiternā, & nullo modo creatam. Materia illa & machina vaſta quæ ab antiquis vocatur Chaos, & moles indigeſta, eſt terra illa, de qua ait Moſes: In principio creauit Deum cœlum & terrā: terra autem erat inanis & vacua. Pro quo Symmachus vertit: Terra autem erat quippiā otioſum & vaſtū. Et Theodotio: Erat quippiā inane, ac nihil. Acſi diceret: Terra illa quam Deus in principio creauit ſtatim primo die, non fuit terra hæc, quam colimus: ſed materia quædam rudis, & inculta, ex qua mundū poſtea condidit. Et quoniam quæ fuerunt ex materia illa creata, erant in illa virtualiter, vt ita dicam: & fuerūt illic virtualiter creata, ait Eccleſiaſticus cap. 18. Qui viuit in æternū, creauit omnia ſimul. Ex illa mole, & indigeſta materia quā primo die creauit, fecit ſecundo die cœlum admirabili eminentia & ſoliditate conſpicuū: & ſuper ipſum conſtituit aquas ex materia magis tenui, perſpicua, ſubtili, ac fluida ex eadē mole. Vnde aquæ illę quę ſuper cœlos ſunt, non ſunt elementares, ſed aquę quędā naturę ex indigeſta illa mole deſumptæ ad cœlos cooperiendos. Id in- *Pſal. 103.*
dicat iis verbis pſalmographus: Extēdens cœlū ſicut pellē: qui tegis aquis ſuperiora eius. De illis ait idē diuinus pſaltes: Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt. Has aquas appellant nonnulli cœlum aqueū: alij cry- ſtallinū: cœlum autē ſtellarū dicitur firmamen- *Pſal. 148.*
tum, quod cum ſit ex fluxa ſolubilique materia factum eſt ſolidiſſimum. Hanc rationem affert Theodor. quam ſequuntur Gennad. & Iunilius. Sed cùm cœlum cryſtallinum ſit ex natura mul-

tò magis fluida, meritò nomine aquatnm ſigni-
ficatur:de quibus hoc loco loquitur Daniel.

Benedicite omnes virtutes domini domino. Poteris
per has virtutes intelligere ſtellas,iuxta illud di-
uini citharœdi pſalmo 32. Verbo domini cœli
firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eo-
rum.Et illud Geneſis 2. Perfecti ſunt cœli,& ter-
ra , & omnis virtus eorum. Seu vt noſtra habet
editio:& omnis ornatus eorum.Sydera enim er-
rantia admirabilem fulgorẽ mittentia cum cæ-
teris ſtellis, quibus cœli ſpecies vndiq; ornatur,
virtntes & ornatus cœli vocantur, qund inſatia-
bile ſpectaculum mortalibus præbeant. Poteris
etiam per has virtutes angelos intelligere, iuxta
illud diuini pſaltis : Dominus virtutum ipſe eſt
Pſal. 23. rex gloriæ.Et iuxta illud euangelij:Virtutes cœ-
Matt.24. lorum mouebuntur. Quidam hoc loco per has
Marc. 13. virtutes cœlorum intelligunt eorum motores,
Luc. 21. quos alij vocant angelos,alij ſpiritus,alij intelli-
Pſal. 102. gentias.De quibus illud pſal.102.intelligendum
putãt : Benedicite domino omnes virtutes eius,
miniſtri eius,qni facitis volontatẽ eius.Quidam
de virtutibus ſeu viribus ſtellarum,quas vocant
influentias,hunc locum explanant.Nam non ſo-
lùm iuxta philoſophos , ſed etiã iuxta magnum
Dioniſiũ cap.4. de diuinis nominibns globi cœ-
leſtes per huiuſmodi virtutes ſunt inſtrumenta-
liter cauſa motuum in his inferioribus. Et Alber
tus Magnns ait in orbibus cœlorũ virtutes eſſe
natnram rerum inferiorum mouentes,& inſtau-
rantes. Nihilominus tamen arbitrium noſtrum
liberum eſt.

Benedicite ſol & luna domino. Hæc ſunt duo lu-
mina ſplendidiſſima,de quib. cap.1.Geneſis ſcri-
ptũ legimus: Fecit Deus duo luminaria magna.
Et Eccleſiaſtici 43. Species cœli in viſione glo-
riæ,ſol in aſpectu annuntiãs in exitu , vas admi-
rabile opus excelſi.Et paulò pòſt:Magnus domi-
nus qui fecit illum,& in ſermonibus eius feſtina
uit iter.Et luna in omnibus in tẽpore ſuo oſten-
ſio tẽpons. Ambroſius de operibus ſex dierum
verba hæc literis mandauit:Sol oculus eſt mun-
di,iucũditas diei,cœli pulchritudo, naturæ gra-
tia,præſtantia creaturæ. Sed quando hũc vides,
authorẽ eius cõſidera:quando hunc miraris,lan-
da prius ipſius creatorem. Hæc ille. Dionyſius
Areopagita cap.4.de diuinis nominibus:Sol,in-
quit,viſibilis,imago eſt euidẽs diuinæ bonitatis.
Didymus ait, ideo hæc duo lumina fuiſſe creata
quarto die,quia qnaternarius numerus honora-
bilis eſt. Seuerianus tamen eam ob cauſam illud
ait effectũ eſſe,ne quis putaret fructus terræ edi-
tos eſſe vi ac natura horum duorũ luminum : ne
crederent homines , nõ poſſe plantas frondeſce-
re,& fructus ferre ſine ſole & luna, ex quo cape-
rent anſam illa duo lumina pro diis colẽdi. Nam
tertio die creatæ ſunt arbores cũ fructibns:quar
to autem die creatns eſt ſol cũ luna & cęteris ſy-
deribus. In hac Seueriani ſententia eſt Chryſo-
ſtomus in Geneſim, Sunt duo hæc aſtra candore
ſuo ſplendidiſſima, tãta pulchritudine ornata,vt
incredibili quadam voluptate & oblectatione
omnium animantium oculos ad ſe conuertant.
Præſertim ſol,qui tenebras expellit,rebns ſaluta
rem calorem affert,mundi molem exhilarat,qui
orbe vno ac ſingulari circuitu diem conficit na-
turalem,nunc excelſus pulcherrimos radios no-
bis oſtendens, nunc ab oculis noſtris oblitеſcẽs
alias regiones à nobis longè diſtãtes occupat, &
luſtrat. Et quia pulcherrimus eſt , & incredibili
celeritate conficit circulos ſuos , cõparatur à di-
uino vate cum ſponſo propter venuſtatẽ,& cùm
gigante propter incitationẽ , cùm ait pſalmo 18.
In ſole pnſuit tabernacnlum ſuum : & ipſe tan-
quã ſponſus procedens de thalamo ſno. Exulta-
uit vt gigas ad currendam viam, à ſummo cœlo
egreſſio eins , & occurſus eius vſq; ad ſummum
eius. Vel vt poteſt etiam verti ex Hebræo : Soli
poſuit tabernaculũ in eis:vt Hieronymus & Pa-
gninus tranſtulerunt. Vt ſit ſenſus : In cœlis po-
ſuit Deus ſedem ac domiciliũ ipſi ſoli , qui cum
pulchro ſponſo & alacri gigante curſore compa
ratur. Eſt enim in quarto cœlo , mediam ſtella-
rum errantium obtinens regionem,dux, & prin
ceps , & moderator luminum reliquorum. Et
quia ſol per quatuor anni tempora vertitur,ideo
quadrigas ei antiqui iungebant,ſiue currus qua-
tuor equorum. Horũ vnus equus praſſinus erat
viridi colore,propter vernũ tempus,quo herbæ
vireſcunt, & terra diffundit herbeſcentẽ viridi-
tatem.Alter erat croceus propter ęſtatem,quan-
do cuncta flaueſcùnt.Tertius venetus colore ce-
ruleo propter autumnũ, qnãdo pluuiæ ſunt cre-
bræ.Quartns albus propter hyemẽ, ꝙ tunc gla-
cie & frigore omnia caneſcant. Et quia ſol vnus
eſt,& ſplendidiſſimus, ideo non ſolùm ab exter-
nis philoſophis , ſed etiã à theologis noſtræ pie-
tatis interpretibus Dei hieroglyphicum perhibe
tur : quemadmodum luna naturæ humanæ pro-
pter eius varietatem & inconſtantiam. Vt enim *imilitudo.*
luna modò cum ſole coniungitur , modò ab eo
recedit : ſic homo nunc Deo per diuinum amo-
rem adhęreſcit,nũc ſe ab eo per funeſtum ſcelus
ſeparat & abiungit.Et quemadmodũ luna ab ea *Similitudo.*
parte conſpicua eſt & illuſtris,qna aſpicit ſolem,
obſcura verò & inanis, qua diuertit ab eo:ſic ho
mo qua parte ſe cnnuertit ad Deum , velut alter
Mnſes micantibus illuſtratur radiis : ab eo verò
abductus & auerſus tetris eſt ac turbulentis te-
nebris coopertus, & obſcura peccatnrum ac er-
rorum caligine vndique circunfuſus.

Benedicite ſtellæ cœli domino. Magnificentiam &
præſtantiã creaturis pulchritudine,ordine, mo-
tinne,effectu repreſentant ſtellę,cnm cis viri iu-
ſtitia & ſapientia pręſtantes comparantur.Id in-
dicat Daniel,cùm ait 12. cap.Qui ad iuſtitiã eru-
diunt multos,quaſi ſtellæ in perpetuas ęternita-
tes.Et diuus Paulus cap.2.ad Philippenſes:Om-
nia facite ſine murmurationibus & hæſitationi-
bus,vt ſitis ſine querela , & ſimplices filij Dei ſi-
ne reprehẽſione in medio nationis prauę & per-
nerſæ:inter quns lucetis ſicut luminaria in mun
do.Et vt ſtellæ cùm magnę ſint,paruæ tamen vi-
dentur : ſic viri pij & iuſti cùm ſint magnitudine
inſignes ob meritorum cumulum , apparent ta-
men minimi ob virtutum occultatinnem. Et vt *Similia.*
ſtellæ videntur maiores in occaſu, quàm in me-
dio curſu : ſic illorum bonitas , & virtutnm ma-
gnitudo,& rerum pręclarè geſtarum laudes ma-
gis in morte apparent, quàm in vita. Minus lau-
dantur in curriculo viuendi à natura circunſcri-
pto,quàm in interitu in migratione illa in eas
oras,

oras,quas illi incolunt, qui è vita charitate muniti exceſſerunt.

Benedicite imber & ros domino. Hæ duæ impreſſiones ad fructus terræ ferendos fiunt in aere, in quo venti etiam coguntur. Ideo ſubdit. Benedicite omnis ſpiritus Dei domino. Magnũ ventum tum appellat ſpiritum Dei, vt ſuprà oſtẽdimus. Imber eſt pluuia: ros eſt humor ille, qui ſereno cœlo ſit noctibus, quem aurora remittit. Spiritus eſt ventus: vt capite Geneſis 8. Adduxit ſpiritum ſuper terrã. Et pſalmo 10. Spiritus procellarum pars calicis eorum. Et pſal. 47. In ſpiritu vehemente conteres naues Tharſis. Et Acto. 2. Tauquam aduenientis ſpiritus vehementis, &c.

Benedicite ignis & æſtus domino. Ignis eſt ſupremum elementum, quod in loco ſuo ſuſtentatur. Ignis terrenus ſine materia extinguitur: at ille qui eſt inter aerem & cœlũ lunæ, ideo nunquam extinguitur, quia eſt in loco ſuo, vbi cõſeruatur.

Similitudo. Qui ſe conſeruare voluerit, ſe in ſuo loco conſtituat. Aeſtus eſt ipſius ignis effectus. In diuinis litteris per ignẽ intelligitur Deus. Nã cap. 4. Deut. ſcriptum eſt: Dominus Deus ignis cõſumens eſt. Acſi dicat: Noli Deum offendere, quoniã iuſtus eſt, & poterit te inſtar ignis omnia deuorãtis perdere. Hunc locum affert apoſtolus cap. 12. epiſtolæ ad Hebreos dicens: Per gratiam ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia: etenim Deus noſter ignis conſumens eſt. Vel vt poteſt verti ex Hebræo: Ignis comedens eſt. Vt ſit ſenſus. Suſcipit in ſe amicos ſuos, & tanquam cibos per charitatem ita in ſe commutat, vt in eo maneãt, vt ait in prima ſua epiſtola diuus Ioãnes, &

1.Ioan.1. ipſe Deus in illis. De Chriſto Domino ait Malachias tertio: Ipſe enim quaſi ignis cõflans. Significatur etiam charitas per ignẽ. Hic eſt ignis ille,

Exod. 3. quẽ vidit Moſes in medio rubi: qui illuminat, & & inflãmat, ſed nõ comburit, nec perdit. Hic eſt ignis currus Eliæ, quo vehimur in cœlũ. Hic eſt

4.Reg. 2. ignis, quẽ Deus in Leuitico præcipiebat eſſe iu-

Leuit. 6. giter in altari: quoniã in cordis ara eũ debemus

Iere. 20. habere perpetuò. Hic eſt ignis, de quo ait Ieremias 20. Factus eſt in corde meo quaſi ignis. De quo ait dominus Ieſus cap. 12. euangelij authore

Luc.24. Luca: Ignem veni mittere in terram: & quid volo, niſi vt accendatur: Eo inflãmati duo diſcipuli euntes in caſtellum Emaus dixerãt: Nonne cor noſtrum erat ardens in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Hoc diuino igne incenſus Chriſtus ſeruator noſter affixus cruci veluti poſitus in ara fudit ſanguinẽ pro nobis, ſeſeq; hoſtiã deuouit, ac conſtituit. Et ibi, vt verbis vtar Eſaiæ cap. 53. Verè langores noſtros ipſe tulit. Vel vt poteſt etiã transferri ex Hebræo: Verè languores noſtros ipſe combuſſit: nimirum igne ſui amoris: quo fœnix illa vnica cremabatur. Verbum enim naſa, quo illic vtitur diuinus vates, ferre ſignificat, & dimittere, & comburere. Nec ſolùm ignis diuinum amorem ſignificat, ſed humanum, non tantùm honeſtum, ſed profanum quoque. Id intelligens Eccleſiaſticus cap. 9. Propter ſpeciem, inquit, mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Hac ratione adducti Aegyptij faces ignis Cupidini dedicarunt. Et Portius Licinius hominem amore captum ignitum eſſe dicebat: imò ipſum ignẽ. Et Heſiodus quarto loco amorem genitum eſſe dixit: per quẽ ignem intelligebat. Nam cùm terrã, aquam, aerẽ à Deo creatos poſuiſſet, volens ſignificare ignis elementum, amo-

tem nominauit. Vnde Latinus poeta volens deſcribere magnum illum & anxium amorẽ, quo Vergil. Dido Anneam cõplectabatur, hos condidit verſus: At regina graui iam dudum ſaucia cura: Vulnus alit venis, & cœco carpitur igne. Et iterum: Vritur infelix Dido, &c. Accipitur etiam ignis pro ira: vt Deuteronomij 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. Et pſal. 17. Ignis à facie eius exarſit. Præterea accipitur pro calamitate: vt pſalmo 16. Igne me examinaſti. Acſi dicat Dauid: Rerum aduerſarum ictibus explorasti, & animum meum facibus ærumnarũ incendiſti. Vnde Moſes 4. cap. Deuteronomij Aegyptiacam ſeruitutem vocauit fornacẽ ferream. Similiter & Ieremias cap. 11. ſuarum vaticinationũ. Ac quamuis has, & alias ſignificationes habeat ignis, hoc tamen loco pro igni naturali accipitur: & æſtus pro feruore aeris ab igne effectus. Eſt enim æſtus feruor & agitatio aeris, & motus fluctuum. Poteſt tamen hoc loco accipi iuxta Alberti Magni ſententiam pro regione aeris proxima igni, ab eo inflammata.

Benedicite frigus & æſtas domino. Sumitur frigus pro vi, qua frigemus: & æſtas pro calore. Vel frigus pro tempore frigido, æſtas verò pro calido.

Benedicite noctes & dies domino. Nomine noctis ſignificatur peccati & erroris caligo: & vmbra Moſaicarum ceremoniarum: nomine autem diei gratia & euangelium: iuxta illud Apoſtoli cap. 13. ad Romanos: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Accipitur etiam dies pro felicitate, nox autem pro ærũnis: iuxta illud primi pſalmi: In lege eius meditabitur die nocte: Vel die ac nocte, hoc eſt iugiter. Sed hoc loco dies capitur pro latione ſolis ſuper terram: nox autẽ pro ſolis abſentia. Illud pſalmi 64. Exitus matutini, & veſperæ delectabis: poteſt verti: Exitus matutini & veſperæ laudabẽris. Hoc eſt dies ac noctes te laudabunt.

Benedicat terra dominum. Terra eſt in infimum elemẽtum, & veluti centrum mundi. Accipitur pro amore & affectione erga res terræ, nempe erga opes incertas & in caſu ſitas, & mundi gloriã: non illam quæ eſt meritorum fama conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicãtium de excellente virtute, fructus ac ſplendor rectè factorum: ſed erga illam, quæ eſt inanis vitiorum plerunque laudatrix, nõ vera nec ſolida, ſed quæ in vana oſtentatione conſiſtit, & populi rumuſculos aucupatur. In hanc ſignificationem accipitur capite Exodi 15. vbi Moſes Dei bonitatem celebrans, & perniciem Aegyptiorum in mari Rubro, ait: Deuorauit eos terra. Hoc eſt rerum terrenarum appetitio & affectio. Non enim videtur terra, ſed mare eos abſorbuiſſe. Eodẽ modo capitur pſalmo ſextodecimo: Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Hoc eſt, omnem curam & cogitationẽ ſuam decreuerunt in amore rerum caducarum locare. Niſi vertas: Oculos ſuos ſtatuerunt ad proſternendum me in terram. Ac ſi dicat: In hoc figunt omnem mentem & curam ſuam, vt me deiiciant, & præcipirent,

& immaniter affligát. Accipitur etiam terra pro toto orbe terrarum: vt capite 16. Iob: Terra ne operias ſanguinem meum, nec inueniat in te locum latendi clamor meus. Vt ſit ſenſus: Optarim eſſe calamitatem meam & querelam meam omnibus perſpectam & cognitam. Eſt mihi in optatis, nullum eſſe locum in toto orbe terrarum, vbi meæ afflictiones, & querelæ quas ob illas profundo, occultentur. At hoc Danielis loco accipitur pro terra ab aquis diſiuncta: nam poſtea ſubditur: Benedicite fontes domino: Benedicite maria, & flumina domino. Nó deeſt, qui per terram hoc loco hominem intelligat: eſt enim in diuinis literis hæc terræ ſignificatio vſitata: vt Geneſis ſexto: Corrupta eſt terra coram Deo, & repleta iniquitate. Et Pſalmo nonageſimo ſexto: Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota eſt terra. Vbi per fulgura ſiue lumina intelliguntur Apoſtoli, qui veluti ſplendida ſydera terram illuminarunt: hoc eſt, homines terram incolentes illuſtrarunt, & prodigiorum magnitudine terruerunt. Videntes enim perſpicua miracula cum magnarum virtutum, ac cœleſtis doctrinæ ſplendore coniuncta commouebantur homines, & fidem recipiebant. Id quidem eſt, quod ait: Vidit, & cómuta eſt terra. Et pſalmo 45. Dedit vocem ſuam, & cómuta eſt terra. Cùm enim vox Euangelij intonuiſſet, & miraculorum fulgura coruſcaſſent, reliquerunt homines idola, & peſtilentes ſuperſtitiones, ſeque ad Chriſti fidem conuerterunt. Et pſalmo 32. Timeat Dominum omnis terra. Pro quo paraphraſis Chaldaica habet: habitatores totius terræ. Vndè ingredi viam vniuerſæ terræ eſt excedere è vita: quod eſt omnibus hominibus commune. Quid latius patet, quid communius tam probis quàm improbis quàm mori? Hoc ſchemate vtitur diuina ſcriptura, capite 23. Ioſue, & ſecundo libri tertij Regum. Accipitur etiam terra pro homine capite quinto Matthæi: Vos eſtis ſal terræ: vt ibi ait Auguſtinus: & capite octauo Lucæ: vbi ſemen quod cecidit in terram, eſt verbum Dei hominibus nunciatum. Vnde eſſe in terra idem eſt quod eſſe inter homines: vt Pſalmo octuageſimo quarto. Prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra. Hoc eſt, præſto erit remedium Dei timentibus illud, in promptu erit eius auxilium iis, qui numé eius ſanctiſſimum verentur: vt habitet Chriſtus in terra noſtra: hoc eſt, inter homines: ſeque videndum mortalibus præbeat. Id quod diuus Ioannes his verbis teſtatur:

Ioan. 1. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Sed etſi terra his, & aliis locis pro homine accipiatur, hoc tamen apud Danielem pro terra ſumitur elementari: de qua Geneſis primo dictum eſt: vocauit Deus aridam terram. Nam paulo pòſt inuitat homines ad Dei laudes canédas, cùm ait: Benedicite filij hominum domino. Itaque terra ad Dei præconium inuitatur: vt pſalmo 95. Cantate Domino omnis terra.

Benedicite maria. In plurali: quia iuxta Hebraicæ linguæ proprietatem quælibet aquarum congregatio mare appellatur, iuxta id quod capite Geneſis primo Moſes ſcriptum reliquit: Congregationes aquarum vocauit maria. Ex quo effectum eſt, vt lacus ille, quem diuus Lucas capite quinto vocat ſtagnum Geneſaret, vocet diuus Matthæus capite quarto mare Galilææ. De lacu illo ait ita ſcriptura Numerorum tertiodecimo: Chananæus morabatur iuxta mare. Mediterraneum vocatur magnum mare capite trigeſimoquarto Numerorum. Mare autem Oceanum dicitur mare maximum: quod variis nominibus appellatur, prout diuerſas terras, ac oras attingit & alluit: Atlanticum, Aethiopicum, Arabicum, Perſicum, Indicum. Accipitur mare pro acerba calamitate: vt pſalmo ſexageſimo octauo: Veni in altitudiné maris, & tempeſtas demerſit me. Vel vt verti etiam poteſt: & fluctus obruit me. Et Pſalmo octuageſimoſeptimo: Super me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Horribili ærumnarum procella iactatus, diuinus vates voluit per mare & fluctus vim ac magnitudinem periculorum, in quibus verſabatur, ſignificare. Sed ad Deum confugit, quem ſibi iratum videt: & in rerum humanarum deſperatione non deſperat: ſed in eo figit ſpem, quem etſi ſibi cenſet inimicum, credit tamen eſſe miſericordem. Accipitur etiá mare pro homine improbo turbulentis flagitiis concitato: iuxta illud Eſaiæ 57. Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Cùm enim mare moueatur à luna, quæ mobilis & inſtabilis eſt, nunquam quieſcés, conſequens eſt, vt ipſum nullam habeat firmitudinem, nullam quietem. Eodem modo homo *Simile.* ſceleratus cùm mundum ſequatur, qui ſemper mouetur, & veluti impulſu agitatur, ac perpetua inconſtantia inuertitur, ipſe vt ex perſpicua conficitur conſecutione, non erit quietus, nec ſtabilis, nec firmus, ſed varius, inconſtans, & in perpetua volubilitate, & perturbatione verſatus. Nulla tranquilla mente conſiſtet, nulla animi ſecuritate vitã traducet. Et quemadmodum *Simile.* mare aquis fluminum non redundat, quia vt ait Eccleſiaſtes capite 1. ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur: & quia à ſole, & vento exhauriuntur, & ſiccantur: ſic flagitioſus homo nunquam diuitiis impletur, quia cùm ſint à mundo, ad ipſum redeunt: & quia eas conſumit ſol ſuperbiæ, & vẽtus vanitatis. Ac vt aquæ poſtquàm *Simile.* ſunt in mari, non ſolùm non ſedant ſitim, verum etiam augent: ita mundi opes, ab homine cupiditatis ac auaritiæ ſtimulis concitato poſſeſſæ tantùm abeſt, vt ſui deſiderium extinguant, vt etiam augeant.

Benedicite cete, & omnia, quæ mouentur in aquis. Cete ſunt piſces ingentis magnitudinis: de quibus ait ſcriptura capite primo Geneſis: Creauitque Deus cete grandia. Locum illum explanans Baſilius: Hi piſces, inquit, cùm ad ſumma maris efferuntur, inſularum ſæpenumero ſenſionem conſpicientibus præſtant. Magni piſces dracones in pſalm. 148. dicuntur: qui cum omnibus aliis Deum laudare iubentur.

Benedicite omnes volucres cæli. Conſuetudo eſt ſcripturæ, vt inquit Damaſcenus libro 2. per cælum aërem ſignificare. Vnde volucres cœli idem eſt quod aëris volatilia. Poſtea inuitantur ad Dei laudes omnes beſtiæ tam ſylueſtres, quàm domeſticæ: tam cicures, quàm indomitæ.

Benedicite filij hominum domino. Hoc eſt homines.

nes. Vſitatũ eſt in literis diuinis homines appellari filios hominum: vt pſalmo 13. Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominũ. Et quadrageſimoquarto. Speciosus forma præ filiis hominum cap. 8. Prouerbiorũ: Vox mea ad filios hominum. Et Ioelis primo: Confuſum eſt gaudium à filiis hominum.

Benedicat Iſrael dominum. Vbi homines generatim ad Dei laudes excitauit, deſcendit peculiari quodã modo ad Iſraelitas: vt quod in vniuerſo ſit dictum, id in parte dicatur. Fit Iſraelitici populi mẽtio, quia in eo erat Dei fides, & vnicus Deus in eo cognoſcebatur: iuxta illud regij ac diuini vatis pſalmo 75. Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius capite quarto Deuteronomij ait ita Moſes: Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Et diuinus pſaltes pſalm. 147. Qui annunciat verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael: nõ fecit taliter omni nationi & iudicia ſua non manifeſtauit eis. De Iudæorum populo ait ſapiẽtia cap. 24. Eccleſiaſtici: Radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorum detentio mea. At poſtquàm gens illa Chriſtũ ad cædem crudeliſſimã vocauit, & in pertinacia permanſit, effecta eſt abiecta, vilis, ſordida, cõtempta, intolerabilium errorũ ac ſcelerũ maculis cõtaminata. Iudæi obſtinati vocantur Iſrael ſecundũ carnem: Iſrael autem ſecundum ſpiritum ſunt verè Chriſtiani ſiue ex gẽtibus, ſiue ex Iudæis. At hoc Danielis loco per Iſraelem intelligitur populus Iſraeliticus genus ducens ab Iſraele. Iacob autẽ fuit à Deo vocatus Iſrael: hoc eſt fortis cũ Deo, vel præualens Deo: vel, vt D. ait Hieronymus in quæſtionibus in Geneſim, princeps cũ Deo. Ita enim ait ſcriptura cap. 32. Geneſis: Manſit Iacob ſolus: & vir luctabatur cũ eo vſq; mane. Qui cùm videret, quod eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius: & ſtatim emarcuit. Dixitq; ad eum: Dimitte me: iam enim aſcendit aurora. Reſpondit: non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Ait ergo, nimirum angelus: Quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Iacob. At ille nequaquã, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quia ſi contra Deum fortis fuiſti: quanto magis cõtra homines præualebis? Capite autẽ 35. ait in hunc modum ſcriptura: Apparuit autem Deus iterum Iacob, poſtquàm reuerſus eſt de Meſopotamia Siriæ, & venit in Bethel: Benedixitq; ei dicens: Non vocaberis vltrà Iacob, ſed Iſrael erit nomẽ tuum. Capite trigeſimoſecundo videtur promiſſum fuiſſe illi hoc nomen, & cap. 35. editum. Simile huic habemus de diuo Petro in euangelio: nam Ioannis primo dixit ei dominus: Tu vocaberis Cephas, quod idem eſt ac Petrus: Et poſtea capite 16. Matthæi: Tu es, inquit, Petrus: & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meã. Sed dices. Quî fieri poteſt, vt verum ſit, quod ait Moſes, dixiſſe Deum: Nequaquã Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael, cùm in eodem capite trigeſimoquinto Geneſis paulo pòſt appellatur Iacob: & deinceps ſæpenumero? At tam capite trigeſimoſecundo quàm trigeſimoquinto Geneſis eſt in Hebræo Hodh: pro quo Latinus noſter interpres capite trigeſimoſecundo nihil poſuit. ca. autem trigeſimoquinto vertit vltrà. Id enim ſignificat: vt Eſaiæ quinto. Quid eſt, quod debui vltrà facere vineæ meæ? Significat etiam adhuc: vt capite vigeſimoquinto Geneſis: Adhuc pater meus viuit? Præterea ſignificat duntaxat, ſiue ſolùm: vt his locis iuxta virorum doctorum ſententiam: vbi de nomine agitur Iſraelis: vt ſit eorum ſenſus, virum illum non ſolùm vocandum eſſe Iacob, ſed etiam Iſraelem: Ac ſi tibi non placet, accipi vocem Hodh pro ſolùm, ſiue duntaxat: certè ſupplendum videtur vocabulum aliquod idem ſignificans. De huius nominis Iſrael interpretatione & etymologia eſt inter multos controuerſia. Quidam cum Chryſoſtomo aiunt idem eſſe Iſrael quod mens videns Deum. Alij cum Auguſtino: videns Deum. Alij cum Ioſepho: reluctans cum angelo ſacro. Sed notationem vocabuli, quam etymologiam vocant, ipſe explanat, qui nomen impoſuit. Ita enim ait: Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum: ſed Iſrael: quia ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines præualebis? Vel vt verti etiam poteſt ex Hebræo: Non ſolùm Iacob appellabitur poſt hac nomen tuum, ſed etiã Iſrael: quia ſi cum Deo fortis fuiſti: quantò magis aduerſus homines ſuperior euades? Vt ſit ſenſus: Non tantùm ſupplantator deinceps vocaberis, verum etiam fortis cum Deo. Quam ob cauſam non debes Eſau formidare, nam ſi cum Deo luctans euaſiſti victor, quantò magis homines ſuperabis? Voluit Deus oſtendere fuiſſe ſe luctatione illa ſuperatum, vt ſignificaret ſe vehementis obſecrationis vi quodammodo vinci. Hæc eſt vera & germana, vt mea fert opinio, huius nominis interpretatio. Etſi enim magni nominis authores quorum vmbra nos opprimit, alias afferant deriuationes & explanationes, quarum nullam improbamus, eam tamen amplectimur, quæ nobis videtur rationi conuenientior, literæ accommodatior, & in ſenſu præſtantior. Huic noſtræ interpretationi fauent interpretes Græci: nam Aquila interpretatur: Ὅτι ἦρξας μετὰ θεοῦ. Hoc eſt, quoniam princeps fuiſti cum Deo: Vel quia regnaſti cum Deo. Symmachus: ὅτι ἦρξας ἰσχύι πρὸς θεόν. Id eſt, quoniam regnaſti robore aduerſus Deum. Theodotio cum Septuaginta: ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ: Hoc eſt, quoniam inualuiſti cum Deo. Hoc nomen fuit impoſitum viro illi miris laudibus celebrato, à quo totus Hebræorum populus appellatus fuit Iſrael: vt Exodi decimoſeptimo: Cùm leuaret Moſes manus, vincebat Iſrael. Pſalmo centeſimo, tertiodecimo: In exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Matthæi octauo: Non inueni tantam fidem in Iſrael. Lucæ primo: ſuſcepit Iſrael puerum ſuum. Hoc eſt, Suſcepit Deus in cœleſtem hæreditatem adducens Iſraeliticum populum ſeruum ſuum. Puer enim hoc loco, vt ait Euthymius, accipitur pro ſeruo, quem Deus ſuſcepit inſtar auxiliantis, & manum porrigentis. Nomine autem Iſraelis eos intellige, qui ex Iudæis Chriſtum receperunt. De quibus illud intelligitur, quod de ipſo Chriſto ait Simeon Lucæ ſecundo: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis

Gen. 32.

Hh 4 tuæ

tuæ Iſrael. Gentes qoæ in teoebris verſabantur,
fidei & gratiæ lumine illuſtrauit, qui eſt lux vera
Ioan.1. illuminans omnem hominem: populum verò Iſ-
raeliticum glorioſum reddidir, quia ſecundum
carnem ex illu duxit genus: & quia multi ex Iu-
dæis fuerunt fide & charitate præditi: inter quos
fuerunt apoſtoli, qui inuodum ad vetam fidem
eouuerterunt, & euãgelicam doctrinam logè la-
teq; propagarunt. Vel ideo dicitur Chriſtus glo-
ria plebis ſuæ Iſrael, quia vt ait Athanaſius, vo-
luit Simeon alludere ad antiquam biſtoriã: cùm
Moſes dominum allocutus faciẽ retulit glorio-
ſam. Vt eodem modo Iſraelitæ diuinam Cbriſti
lucem, & glorioſæ eius bumanitatis decus per-
tingentes vetus abiicientes velamen in eandem
imaginem transformentur de gloria in gloriam.
Et quoniam in his duobus lucis, & in aliis acci-
pitur Iſrael pro his, qui virtutum ornamentis ex-
culti, fide, ſpe, & charitate ſepti Deo ſeruierunt,
poteſt hoc Danielis loco pro viris piis etiam ac-
cipi, ea præditis virtute, quæ in tempeſtate tran-
quilla eſt, in tenebris coruſcat, & nullis ſordibus
abſoleſcit.

Benedicite ſacerdotes domini domino. Sacerdotes
præcipuè nominantur, quia illis erant maxima
beneficia conceſſa: & ad legis obſeruãtiam præ-
cipuo quodam modo tenebãtur. Et adiecit: Be-
nedicite ſerui domini dominu. Quod de Leuiris
intelligitur, & de ſacerdorum miniſtris. Vel de
omoibos Dei famulis generatim.

Benedicite ſancti & bumiles corde domino. Humi-
litas animi cum ſanctitate coniungitur. Et quia
vera humilitas non debet eſſe fucata, nec ſimu-
lationibus & falaciis ficta, ſed ex animo: ideo ad-
iectum eſt, corde. Non enim humilis oſtentatio-
ne exteriore rumuſculos populi aucupante, ſed
corde & animo approbatur. Ideo dominus no-
Mat.11. ſter Ieſus Chriſtus: Diſcite, inquit, à me, quia mi-
tis ſum, & humilis corde. Simulata enim humili-
tas eſt duplex ſuperbia, ideo non poteſt eſſe diu-
turna. Qui fuco & ſimulatione ficto non modò
ſermone, ſed etiam vultu firmã ſe gloriam con-
ſecututos eſſe exiſtimant, longè profectò fallun-
tur opinione. Debet quidẽ humilitas in exte-
rioribus ſplẽdere, ſed ex animo prodire: vt omnis
gloria filiæ regis ſit ab interiore, & foris etiã in
Pſal.44. fimbriis aureis, vt verbis vtar Dauidis, circum
Cant.4. amicta varietate. Vt Canticorũ illud in illa com-
pleatur. Quàm pulchra es amica mea: oculi tui
columbarũ, abſq; eo quod intrinſecus latet. Ne
quis putaret elegantiam & ornatum ſponſæ, per
qoã ecclesia & anima Deo grata intelligitur, ex
iis rebus ſolùm cõſtare, quæ oculis aſpiciuntur,
ait omnem eios venuſtatẽ & pulchritodinẽ eſſe
in intima mente collocatã: ex qua in externa or-
Exod.25. namenta procedit. Arca teſtamenti non ſolùm
foris, ſed intus præcipuè erat inaurata, & diuinã
Hebr.9. legem, virgam Aaronis, & manna cibum cœle-
Exod.26. ſtem continebat. Tabernaculum Moſis in parte
interiore erat ex cortinis, & præſtantibus aulæis
mirabiliter ornatũ, ex parte verò exteriore erat
ſagis ciliciniis minoris pretij contectum. Nam vt
apoſtolus ait capite primo epiſtolæ poſterioris
ad Corinthios: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ
cõſcientiæ noſtræ. Qui virtutis ſpeciẽ & oſten-
tationẽ magni faciũt, ipſam autẽ virtutem con-
temnunt, Deo non immolantur: niſi prius pellẽ,
hoc eſt virtutis ſimulationẽ proiiciant. Animal
Deo immolatum, vt ipſe Deus primo capite Le-
uitici præcipiebat, detracta pelle in fruſta conci-
debatur. Cõſidera Dauidis humilitatẽ ex intimo
animo deprompiã, qui cum Deo qui omnes no-
ſtras videt cogitationes, loquẽns aiebat: Domine *Pſal.130.*
non eſt exalratum cor meũ, nec elati ſunt oculi
mei: nec ambulaui in magnis, nec in mirabilibus
ſuper me. Ideo te abiice, & vilem reputa: & vt
verbis vtar diuinitatis Nahum cap.3. Intra in lu-
tum, & calca: ſubigens tene, ſiue tere laterẽ. Hoc
eſt, intra in temetipſum, & ſentiẽs te eſſe abiectũ
lutum, conculca illud, & animi amplectere hu-
militatẽ. Et vt ait cap.13. Eccleſiaſticus: Humilia-
re Deo, & expecta manus eius. Et diuus Petrus
cap.5. epiſtolæ ſuæ prioris: Humiliamini ſub po-
tente manu Dei, vt vos exalter in tẽpore viſita-
tionis. Et diuus Iacobus cap.4. Humiliamini in
conſpectu domini, & exaltabir vos. Nam vt ait
Cbriſtus Deus noſter: Qui ſe humiliat, exaltabi- *Matt.14.*
tor. Eã ob cauſam publicanus in euangelio lau- *Luc.17.*
dator, & phariſæus reprehenditur. Et Chriſtus *Luc.18.*
docet, vt inuitati ad nuptias, nõ in primo ſed in *Luc.17.*
vltimo loco diſcumbamus. Ipſe enim humilitatẽ *Ioan.6.*
dilexit, & docuit. Quæſitus ad regnum fugit: &
ad cruciatus, dedecus, & contumelias ſe obtulit.
De illo ait ita cap. x. ad Philippenſes apoſtolus:
Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens.
Et paulo pòſt: Humiliauit ſemetipſum factus
obediens vſq; ad mortem, mortẽ autem crucis.
Propter quod Deus extulit illũ, & dedit illi no-
men, quod eſt ſuper omne nomen. Vis ad veram
aſcendere dignitatẽ: deſcẽde per animi abiectio-
nem. In excelſis ædificiis cõſtruendis ſolent opi-
fices lapides elaboratos ſurſum ferre funibus
volubili artificio in ſublimi cõſtituris. Et vt quã- *Similitudo.*
to plus funis ex vna parte deſcẽdit, atq; vi & at-
tractione fabricatorũ deprimitur, tãto altius ex-
altera parte extollitor cum lapide: ſic quantò ſe
quis abiectios & demiſſius per animi humilitatẽ
& contemptionẽ proſternit: tantò amplius & ſu-
blimius aſcendit per decus & ornamentũ. Con-
ſiſtit enim verus honor in falſi honoris deſpiciẽ-
tia. Et ſolet Deus eos, quos mũdus abiicit, con-
temnit, & obſcurat, ſi ipſi humilitatẽ & toleran-
tiam amplectuntur honore afficere: vt nõ ſolùm
non deliteſcant, ſed celebrem obtineant nomi-
nis claritatẽ & amplitudinẽ. Eos qui obſcuri &
inglorij iacebant, è tenebris & ſilenno in lucem
& gloriã vult ſæpenumero Deus euocare. Vt li- *Similitudo.*
gnum vi ac impetu in gurgitẽ proiectũ tametſi
vergat ad profundũ, non poteſt tamẽ diu eſſe ſub
aquis, quin ſurſum aſcẽdat, & proferatur in lucẽ:
ſic vir pius, virrute præditus & ſcientiæ orna-
mẽtis perpolitus, tametſi ab improbis & inuidis
ſit contemptus, qoi ei noctem offundere velint,
eomq; in tumolo perpetuæ obliuionis ſepelire,
non tamen ibi diu latebit: nam Deus eum extol-
let, & in ſublimibus honorũ gradibus colloca-
bit. Id intuens diuus Ambroſius in Lucã: Booa,
inquit, humilitas nihil appetendo totum quod
contemnit adipiſcitur. Et Gregorius libro octa-
uo Moralium: Quiſquis nune ſe ſponte non
bomiliat, neqoaquam hunc ſequens gloria exal-
tat. Et Bernardus in quadam epiſtola: Iacta
in

in te fundamentum humilitatis,& peruenies ad faſtigium charitatis. Admirabilis quippe virtus eſt humilitas: imò virtutũ conſeruatrix. Hieronymus in epiſto.ad Celantiam: Nihil,inquit,eſt, quod nos ita & hominibus gratos,& Deo faciat, quàm ſi vitæ merito magni, humilitate tamen infimi ſimus. Auguſtinus de verbis domini: Cogitas magnam conſtituere fabricam celſitudinis de fundamẽto priùs cogita humilitatis. Eam ob cauſam ait diuus Paulus capite ſecundo ad Philippenſes: Nihil per contentionem, nec per inanem gloriam: ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. Acſi dicat: Nihil faciatis inflati opinione, aut inani gloria ducti: ſed vnuſquiſque alios præſtantiores ſe eſſe exiſtimet. Et capite 4. ad Epheſios: Obſecro vos ego vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicẽ in charitate. Et quia humilitas eſt cum aliis virtutibus copulata, ideo in hoc trium puerorum cantico humiles cum ſanctis coniunguntur.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael domino. Præcipuo quodam modo ipſi pueri Hebræi ob collatum in ſe admirabile beneficiũ ad diuinas laudes prædicãdas viciſſim inuitantur. Erepti enim erant ab igne fornacis ardentis.

Benedicite omnes religioſi domino. Tunc religio verſatur in animis noſtris, cùm rebus diuinis operam damus: eſt enim virtus Deo cultum debitum, cerimoniáſque approbatas impendens. Hæc authore Iſidoro in etymologiis dicitur à religando, quod per eam religemus Deo animas noſtras. Vel vt ait Auguſtinus lib.2. de ciuitate Dei, à relegendo Deum, quem negligentes amiſeramus. Id quod iam anteà Cicero dixerat in libro de natura deorum. Eſt autẽ Dei cultus optimus, eum non ſolùm opere, & voce, ſed pura & incorrupta mẽte venerari. Etſi illi qui ſe Deo ligarunt votis, præcipuè appellentur religioſi, generaliter tamen omnes viri pij virtutem colentes, Deumq́ue cultu latriæ venerantes religioſi vocãtur: quemadmodum hoc loco accipiuntur. Tu autem animaduerte in toto hoc cantico non inuitari peccatores ad Dei laudes concinendas. Inuitantur beſtiæ & pecora, & dracones, & alia: at hoc nomen peccator in toto hoc cantico non inuenitur: quia quatenus talis multò eſt feris immanior, peſtilentior, deteſtabilior. Tota mundi

Similitudo. fabrica eſt admirabilis quædam Lyra ſuauẽ harmoniam efficiens: omnia enim animalia tam rationis expertia, quàm vtentia ratione fides ſunt & chordæ ſuo modo temperatæ præter hominẽ ſceleribus imbutum vitiiſq; coinquinatum: qui quatenus talis neruus eſt abſq; temperatione & modeſtia: aut nimis incitatus, aut nimis tardus, nulla mediocritate præditus, ad muſicam diuinatum laudũ minimè aptus & appoſitus. Quare ab hac harmonia meritò reiicitur. Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine ſcelerato naſcatur. Dicæarchus magnus philoſophus illuſtri laude celebratus edidit librum de hominũ interitu, in quo enumeratis cauſis eluuionis, peſtilentiæ, vaſtitatis, ferarum quoq; repentinę multitudinis, quarum vi, & cõmotione, & immanitate multi mortales fuerunt vita priuati: deinde facta comparatione colligit multò plures homines occiſos eſſe hominũ ſcelere, violentia, impulſu, conatu, & bellico incurſu, quàm omni alia calamitate. Nulla belua eſt ferocior homine effrenato, immani, voluptario, vafro, & ſtimulis flagitiorum cõmoto, nulla pernicioſior, nulla capitalior. Eam ob cauſam hic ad Deũ laudibus celebrandum nequaquam inuitatur. Nam vt ait capite quintodecimo Eccleſiaſticus: Non *Eccleſ.1.* eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Ac illi ait Deus per diuinũ pſaltẽ pſal. 47. Quare tu enar- *Luc.1.* ras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meũ per os tuum? Acſi dicat: Qua fronte audes laudare præcepta mea, cùm ea minimè obſerues, cùm virtutis ſimulatione me verbis confitearis, factis autem neges.

Quia in omnia ſecula miſericordia. Iuxta illud virginis ſacratiſſimæ apud Luc.cap.1. Miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Et illud Dauidis pſalmo 102. Miſericordia domini ab æterno, & vſque in æternum ſuper timentes eum.

Hucuſque in Hebræo non habentur, & quæ poſuimus, de editione Theodotionis tranſlata ſunt. Qua de re ea poteris videre, quæ diximus in præfatione ad lectorem.

Tũc Nabuchodonoſor rex obſtupuit, I
& ſurrexit properè: & ait optimatibus
ſuis. Nonne tres viros miſimus in mediũ
ignis compeditos? Qui reſpondentes
regi dixerunt: verè rex. Reſpondit rex, &
ait, Ecce ego video viros quatuor ſolu-
tos, & ambulantes in medio ignis: & nihil
corruptionis in eis eſt: & ſpecies quarti
ſimilis filio Dei. Tunc acceſsit Nabucho-
donoſor ad oſtium fornacis ignis arden-
tis, & ait: Sidrach, Miſach & Abdenago
ſerui Dei excelſi viui egredimini, & veni-
te. Statimq́; egreſsi ſunt Sidrach, Miſach
& abdenago de medio ignis. Et cõgregati
ſatrapæ, & magiſtratus, & iudices, & po-
tentes regis cõtemplabantur viros illos,
quia nihil poteſtatis habuiſſet ignis in
corporibus eorum: & capillus capitis eo-
rum non eſſet aduſtus: & ſaraballa eorũ
non fuiſſent immutata: & ardor ignis nõ
tranſiret per eos. Et erumpens Nabucho-
donoſor ait: Benedictus Deus eorum Si-
drach videlicet, Miſach & Abdenago,
qui miſit angelum ſuum, & eruit ſeruos
ſuos, qui crediderunt in eum: & verbum
regis immutauerunt: & tradiderunt cor-
pora ſua, ne ſeruirent, & ne adorarent
omnem Deum excepto Deo ſuo. A me
ergo poſitum eſt hoc decretum, vt om-
nis populus, & tribus, & lingua quæ-
cunque locuta fuerit blaſphemiam con-
tra Deum Sidrach Miſach & Abdenago,
diſpereat,

diſpereat, & domus eius vaſtetur. Nec enim eſt alius Deus, qui poſsit ita ſaluare. Tunc rex promouit Sidrach Miſach, & Abdenago in prouincia Babylonis. Nabuchodonoſor rex omnibus populis, gẽtibus, & linguis qui habitant in vniuerſa terra, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelſus. Placuit ergo mihi prædicare ſigna eius,
Infr.7. quia magna ſunt, & mirabilia eius, quia fortia; & regnum eius regnum ſempiternum:& poteſtas eius in generationem,& generationem.

Tunc. Subauditur, viſo miraculo, quo rex fuit ſtupore,& vehemente admiratione affectus. Et dixit optimatibus ſuis, hoc eſt viris illis illuſtribus, quorum conſilio innocentes Hebræos proiecerat in flãmas. Nónne tres viros. Subauditur, tantùm, Miſimus in medium ignis compeditos? Acſi dicat: Nónne tres duntaxat viros vinctos proiecimus in fornacem ardentem? Non eſt mirum fuiſſe eos iniuriis affectos, & in flãmas immiſſos: nam vt cap.3. poſterioris ad Timotheum ait apoſtolus: Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. Sed felix huiuſmodi perſecutio.

Ecce ego video quatuor viros ſolutos. Cùm ſcilicer miſerim tres ſolùm & vinctos. Quatuor tangit miracula: primum: non fuiſſe iuuenes illos cõbuſtos, imò nec ab igne læſos: ſecundũ, fuiſſe cõbuſta eorũ vincula: tertium, eſſe quatuor, cùm non miſiſſet niſi tres: quartum, eſſe ſolutos, cùm cõiecti fuiſſent vincti. Damaſcenus lib.4. ait eam ob cauſam tres illos Hebræos non fuiſſe læſos ab igne, quia virginitatem ſeruabant. Baſilius in homilia quadam de laudibus ieiunij hoc ieiunio tribuit. At apoſtolus illud refert ad fidem: nam cap.11. epiſtolæ ad Hebræos vbi præcipuè nonnullos enumerat, qui fide res admirabiles confecerunt, generaliter multos fuiſſe ait, qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiã, adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis. At hi qui ignis impetum extinxerunt, fuerunt hi tres viri in fornacem cõiecti. Obtemperauit ignis voci Dei, iuxta illud pſalmi 28. Vox domini intercidentis flãmã
Similia. ignis. Quemadmodũ ignis ille Babylonius impios conſumpſit, pios autem ſeruauit: ſic calamitas homines flagitiis cõtaminatos ſæpenumero lædit,& comburit, viros autẽ pietate præſtantes illuſtriores reddit. In igne enim aurum coruſcat, & ſplendeſcit, palea verò ardet & fumat. Thus poſitum in prunis ſuauem emittit odorem, ſulphur fœtorem intolerabilem. Vt ſi plumbũ & lignum incidant in mare: plumbum mergitur, lignũ verò innatat: ſimilimè ſi duo homines vnus probus, alter improbus incidãt in calamitatem; improbus ſæpe fluctibus obruitur,& perit, probus autem eruitur,& vtilitatem inde, gloriámq; conſequitur. Ex quibus colliges afflictionem nõ
Tob.12. eſſe in malis numerandam. Tobiæ dixit angelus:
Iob.5. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te. Et Iob: Beatus, inquit, homo, qui corripitur à Domino. Et apoſtolus in epiſtola ad Hebræos: Fili mi noli negligere diſciplinã domini: nec fatigêris, dum ab eo arguêris: quẽ enim diligit dominus, caſtigat, flagellat autem omnẽ filium, quẽ recipit. Nihil homini euenire poteſt infelicius, quàm nullam vnquam ferre infelicitatem: nihil calamitoſius, quàm nullã vnquam ſentire calamitatem. Cõtrà verò nihil illuſtrius, nihil glorioſius, quàm propter Deum calamitatem ſubire, eamque æquo & ſedato animo tolerare. Hebr.12.

Species quarti ſimilis filio Dei. Hic erat angelus in figura humana tanto fulgore coruſcans, vt iudicaret rex, non eſſe illum filium hominum, ſed aliquid diuinũ, tanta pulchritudine, tam admirabili præſtantia formæ, vt filius Dei vocaretur. Fortaſſe ob familiaritatem qua Daniel erat cum rege coniunctus, dixit ei fore, vt Filius Dei vnigena in mundum veniret, humanã naturã aſſumeret, eíſq; opitularetur in periculis,& ęrumnis, qui ad illum toto animo confugiſſent: atq; de eo intelligi illud pſalmi quadrageſimo quarto. Specioſus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Quę enim pulchritudo tam admirabilis, tam ſuauis,& iucunda, quàm aſpectus filij Dei nullum pœnitentem contemnentis, atq; adeò omnes calamitate oppreſſos dulcibus verbis ad ſe vocantis? Cùm itaque audiſſet à Daniele aliqua de filio Dei, comparauit cum eo virum illum ſplendido candore lucentem, qui tribus pueris opẽ tulerat, eóſq; omni moleſtia leuauerat: quem paulo pòſt angelum vocauit. Ita enim dixit de vero Deo loquẽs: Miſit angelum ſuum, & eripuit ſeruos ſuos, qui in eum crediderunt. At per angelum illum voluit Deus ſignificare, ſe in temporis plenitudine deſcenſurum eſſe è cœlo in terrã, ſuóſque calamitatibus,& peccatorum flammis erepturum. Ipſe enim ait pſalmo 90. Cùm ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. De quo ait diuinus pſaltes, pſalmo 71. Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Vbi, per pauperes,& filios pauperum intelligit afflictos, qui cùm angantur ærumnis, diuinam implorant miſericordiam. Voluit etiam Deus, vt angelus ille appareret, ne rex exiſtimaret, fuiſſe miraculum illud maleficio confectum. Tertullianus lib.4. aduerſus Marcionẽ ait Chriſtum viſum fuiſſe in fornace, Babylonica. Idem aſſerit Auguſtinus in oratione aduerſus Iudæos, Paganos, & Arrianos. Vnde per filium Dei poteris ipſum Deũ intelligere, filiũ Dei vnigenam.

Egredimini. Subaudi, è fornace. Submiſsè eos orat, vt exeant, quos ſuperbè,& inſolenter illuc coniici iuſſerat. Didicit eſſe verũ,& vnum Deũ excelſum, ac viuum, qui antea dixerat: Quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea? Vide conuerſionem eius. Hęc eſt, vt dictum eſt in pſalmo: Pſal.76.
mutatio dexteræ excelſi.

Saraballa. Indumenta ſunt, quibus tibiæ & crura teguntur. Quidã exiſtimant eſſe pallia ſeu chlamides.

Et verbum regis mutauerunt. Hoc eſt, noluerunt ei obedire in cultu ſimulachri. Vel mutauerunt illud, quia videns rex eos incolumes, Deum verum laudibus extulit, quem antea contempſerat Vel quia cũ eis, quos antea aſperè & crudeliter

fuerat-

fuerat allocutus, tunc piè & leniter ſermones conferebat.

Rex promouit. Hoc eſt ad honorem euexit, & in dignitatem ampliorē reſtituit. Hoc illis euenit, quia noluerunt ſtatuam regis colere, & ſimulachrum illud contempſerunt. Ex hoc capite adiunctis verbis diui Hieronymi: Cultores Dei imagines idolorum adorare nō debent: ſumpſit occaſionem aduerſus ſanctorum imagines. Hiemarius hæreticus noſtri tēporis, in libro quem contra imaginum cultores inſcripſit. At quid facit ad diuorum imagines ab eccleſiis auferēdas noluiſſe Hebræos illos fide & charitate munitos ſtatuā impij regis colere, gentiúmq; ſimulachris cultum ſoli Deo debitum tribuere? De iis enim imaginibus loquitur Hieronymus, cum ait, non eſſe ſtatuas adorādas. Vnum enim Deum latriæ adoratione colimus, & omnia gentiū idola deteſtamur. Aliud eſt idola gentium latriæ veneratione adorare, quòd Deus prohibuit: aliud imagines diuorū duliæ veneratione colere & honorare, quod nunquam prohibuit. Scimus quidem Deum capite vigeſimo Exodi, & capite vltimo eiuſdem, & capite quarto & quinto Deuteronomij, & aliis in locis præcipere, nequis deos alienos adoret, nec eorum imagines & ſimulachra. Exiſtimabāt enim gentes idolorū cultrices imagines ac ſtatuas illas eſſe veros deos, quā ob cauſam eas pro diis colebāt. At nos ſanctos illos qui cum Deo in gloria cœleſti requieſcūt, non Deos eſſe credimus, ſed Dei amicos: nec eorum imagines pro diis veneramur: ſed eis debitum honorē impertimur: non quòd credamus ineſſe in illis diuinitatem aliquam, propter quam ſint colēdæ: nec quòd in illis figamus ſpem noſtram: ſed quia honor qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repreſentant. Eam ob cauſam Chriſti, deiparæ virginis, & aliorū ſanctorū veneramur imagines, per quas Chriſtū verū Deum noſtrum adoramus: & ſanctos quorum illæ gerunt ſimilitudinem, veneramur. Hoc docet ſancta Romana catholica eccleſia: hæc eſt vera doctrina: quā ab antiquis patribus ſapiētia, & ſanctitate præſtantibus ex eorū ſcriptis, & antiquiſſima traditione, & ſanctorū cōciliorum decretis apertiſſimè cognoſcimus. Hoc fuit ſancitū in ſecunda ſynodo Nicæna multis & perſpicuis verbis ſub Hadriano 1. pontifice maximo: & in concilio illo Conſtantinopolitano, quod à quibuſdam Octaua ſynodus œcumenica dicitur: vbi anathema in hæreticos imaginē cōtemptores dictū eſt, & canon editus de imaginū honore. Idem decretum fuit in concilio Francfordenſi: & in tribus conciliis Laternenſibus ſub Gregorio 2. ſub Stephano, & ſub Gregorio tertio ſummis pontificibus. Et in hoc ſub Gregorio tertio cōgregati fuerunt mille ferè epiſcopi: vbi Leo imperator hæreticus qui imagines cōburi fecerat, fuit & imperio, & fidelium cōmunicatione priuatus. Et in ſacroſancto concilio Tridentino ſeſſione vigeſima ſexta fuit editum decretum pro imaginū veneratione. Fateor fuiſſe in quadam cōgregatione Conſtantinopolitana factum contra imagines decretum: ſed non fuit concilium, ſed conciliabulum, congregatū ab hæreticis ſine ſummi pontificis conſilio & authoritate: vbi nec per vicarios, nec per literas Apoſtolicę Romanę ſedis affuit cōſenſus. Imò pauci illi epiſcopi qui ob hæreticorū metū decretū illud cōſignarūt, illud poſtea reſciderūt: ſeque apertè retractarunt: quorum extat in ſacra ac vniuerſali ſecunda Nicæna ſynodo perſpicua palinodia. At Caluiniſtæ noſtri tēporis hæretici, Chriſti ac virginis Mariæ, & aliorū diuorū imagines, & crucem ſanctā contemnunt, frangunt, ex Eccleſiis reiiciūt, incēdio tradunt. Quod quid eſt aliud, quàm Deo, eiúſq; ſanctis bellū inferre, Chriſti paſſionem repetere, eámq; in eius cōtumeliā iterare? Deteſtātur Chriſtū Deum noſtrū, eius ſacratiſſimā matrē, & eos omnes, qui eum ſecuti ſunt, & animos à ſceleribus ſeuocarunt. Nam quemadmodū in Republica fieri ſolet, vt *Similitudo.* cōflata concitatáq; per turbulentos, ac nefarios ciues aduerſus principes aut optimates ſeditione, ſtatim ſeditioſi eorum imagines & ſtemmata & inſignia & alia huiuſmodi ornamenta cōfringunt, atq; cōuellunt: ſic cōcitato aduerſum Dominū noſtrū Ieſum Chriſtū, eiúſq; ſanctos ſeditioſo impetu, & furibundo hæreticorū tumultu per Caluinū procellā patriæ, turbinē, ac tempeſtatem Chriſtianę quietis, ſtatim ad verā religionem labefactandā in ſanctas imagines Chriſti Dei noſtri, eiúſq; ſanctorū irruerunt Caluiniſtæ, & Zuingliiſtæ, & alij huiuſmodi impij & furentes homines: in eas impetū fecerūt, & incredibilibus cōtumeliis illas diſſiparunt. O facinus indignū, ô tēpora, ô mores, ô ſcelus deteſtandum. Poterat ne aliquid fieri abſurdius! Quod fuit vnquam crimen tam impiū! quæ atrocitas ſceleris tam immanis? quæ ſeditio tā nefaria, tam ab omni nō ſolùm ratione, ſed etiā rationis ſimulatione alienata! Si quis cōuincitur reus læſæ maieſtatis, & abſens eſt, aut mortuus, in imagine punitur. Solent præfecti eius imaginē publicè traducere, gladio iugulare, aut incendio cōmittere, aut patibulo ſuſpendere, aut ſimiliū ſuppliciorū ignominia affectū dānare. Eodem modo hęretici ac ſi Chriſtus Deus noſter eſſet crimine læſæ maieſtatis cōuictus: eius imaginē fregerūt, flāmis tradiderūt, & aduerſus eam furore cōcitati odiū conflarunt. O furentes homines exitiū doleo animarum veſtrarū, quoniā nō ſolùm in hoc ſeculo in perpetuo dedecore verſabimini, ſed in altero æternis cruciatibus torquebimini, vbi pœnas ſcelerum veſtrorum dabitis perpetuas, omni ſpe ſalutis deſtituti, omni ſolatio ſpoliati. Illud velim exiſtimetis, me nulla eſſe aduerſus vos iracundia concitatum, quorum ſalutē deſidero: ſed aduerſus flagitia veſtra. Quis enim in media Europa iniuriam in Chriſtum dominum ſeruatorē noſtrū iactam, ſi eſt ex animo Chriſtianus, nō ex animo deteſtatur? Quis audita defectione veſtra à S. matre Eccleſia Romana, veſtráq; in Deū eiúſque ſanctos impietate nō moueatur, non excandeſcat, non lachrymarū vim ex intimo pectore profundat? At cōfugitis ad patres, quorū doctrinam ſequi nō vultis. Dicitis diuū Gregorium in epiſtola ſecunda ad Serenum dicere, nō eſſe imagines adorandas: dicit, nimirum adoratione, quæ pertinet ad latriā. Et nos idē fatemur. Legite obſecro attēto animo epiſtolā illā, & videbitis, quātum illis tribuerit honorē: & quantā ex illis vtilitatē prouenire explanauerit. Ait enim eas eſſe

libros

libros eorum, qui literas neſciunt: eſſeque gentibus pro lectione pictutá. Et paulo pòſt: In locis inquit, venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admiſit. Quid plura? Eum grauiter reprehendit, quòd imagines ab Eccleſia abſtuliſſet, præcipiés, vt eas in eccleſia permittat. Et in epiſtola ad Secũdinum idem Gregorius imagines ait nõ ſolùm imperitorum, ſed peritorum etiam libros eſſe: nobiſq; ad memoriam eos reducere, quos repræſentant. Quam ob cauſam ad eundem quatuor miſit imagines, vt ex eadem conſtat epiſtola, vnam Chriſti Dei noſtri, alteram ſanctæ Dei genitricis Mariæ, tertiam & quartã Apoſtolorum Petri & Pauli. Eſt enim perſpicuũ, ſi Chriſti, aut martyris alicuius imaginem intueamur, excitati ſtatim in animo, noſtro ardentes amoris ac imitationis aculeos, quibus inflammati ad Deum ipſum aſpiramus, & non ſolùm martyres, ſed etiam ipſum Chriſtũ imitari cõcupiſcimus. Sed quid dico de diuorum imaginibus, cùm narret Suetonius Tranquillus, Iulium Cæſarem in Hiſpania, cùm veniſſet Gades, viſa in templo Herculis imagine Alexandri Magni ingemuiſſe, quòd nihil dum à ſe memorabile actum eſſet in ætate, qua Alexander orbem terrarũ ſubegiſſet. Et ſtatim ſe res magnas actutum propoſuiſſe, & ad ea aſpiraſſe. Ac viſa imago Polemonis mulierem impudicam, vt ait Gregorius Nazianzenus deterruit. Si imagines illæ excitarunt intuentes ad res præclaras, quanto magis imago ſaluatoris? Euſebius libro ſecũdo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & Ioannes Damaſcenus libro qoarto de fide orthodoxa referunt id, quod eſt à multis aliis perpetuis monimẽtis conſignatum, nempe Chriſtũ Ieſum miſiſſe vultus ſui effigiem ad Abgarum regem: quæ eius ciuitatem ab obſidione mirabiliter liberauit. Mulier illa quæ tangens fimbriã veſtimenti Chriſti, fuit ab eo à fluxu ſanguinis mirabiliter curata, quæ eam ob cauſam hæmorrhoiſa vocatur, de qua Euangeliſtæ loquuntur, ſtatuit Chriſto ſtatuam quandam propriã eius effigiem referentem, quæ vſque ad tempus Euſebij Cæſarienſis durauit, qui eam vidiſſe teſtificatur. Ad eius pedes nata eſt herba quædam medicis omnibus incognita, quæ cùm ad fimbriã ſtolæ imaginis excreſceret, & imaginem tangeret, efficiebatur ad pellendos morbos omnes ſalutaris. Aſſerit hoc ipſe Euſebius teſtis locuples, & vt ita dicam, oculatus: & poſt eum diuus Hieronymus: Nicephorus libro ſexto ſacræ hiſtoriæ: Sozomenus libro quinto: Gregorius Turonenſis in libro de gloria martyrum: Loduphus in vita Chriſti: Guilelmus Spirenſis in primo centenario. Et fit mentio eius in ſecunda ſancta ſynodo Nicæna. Hãc Chriſti imaginem Iulianus apoſtata odio in Deum cõmotus, & nefario furore concitatus deiecit: ſuamq; ſubſtituit, quam repẽtinum, ac inopinatum fulmen diuulſit, & collum eum pectore abſcidit: & antiquam illam Dagonis apud Palæſtinos proſtrati memoriã renouauit. Qua de re diſſerit Sozomenus libro quinto, & Alanus Anglus Dialogo quarto. Habuit Nicodemus imaginẽ Chriſti crucifixi, quę poſtea Beryti ab impio Hebræo telo cõfoſſa ſanguinem profudit. Narat miraculum hoc Athanaſius in ſermone, qui in ſecunda ſynodo Nicæna fuit lectus, vt conſtat ex illa. Referunt illud Gregorius Turonenſis in libro de gloria martyrum, & Ioannes Eccius in libro locorum communium aduerſus hoſtes Eccleſiæ. Simile poſtea miraculum editum eſt tempore Caroli Magni. Nam cùm quidam impius Iudæus Chriſti imaginẽ in patibulo pendentis per ſummam contumeliam vulneraret, mox dimanauit ex ea magna copia ſanguinis vbertimè effluentis, Chriſtique paſſionem ante oculos hominũ repræſentãtis. Authores ſunt huius hiſtoriæ Antonius Sabellicus libro 9. Enneadis octauæ, Raphael Volaterranus in Anthropologia, Ado in hiſtoriis Frãcorum. Gaſpar Conterenus in ſumma conciliorum, & alij: Syluester ſummus pontifex oſtendit imperatori Conſtantino imagines apoſtolorum Petri & Pauli, quos ipſe viderat in ſomniis, quas ſtatim cognouit: & hodie Romæ ex antiqua traditione ſeruantur. Ibi etiam ſunt nõnullæ virginis Dei genitricis Mariæ, quas ego ibi vidi, ex illis quas diuus Lucas depinxit, vt eſt conſtante fama diſſiminatóque in tota Eccleſia hominum ſermone celebratum. Et Conſtantinopoli erat alia ex illis, vt Theodorus lector & Nicephorus Calliſtus teſtantur. Hanc ſanctarum imaginum antiquitatem & venerationẽ in Eccleſia Catholica explicat Baſilius Magnus dicẽs in epiſtola ad Iulianum: Confiteor etiam filij incarnatam iconomiam. Deinde ſanctam Mariam, quæ ſecundum carnem illum peperit. Suſcipio ſanctos apoſtolos, prophetas, & martyres, qui pro me apud Deum ſupplicant, quo per illorum meditationem propitius ſit mihi Deus noſter benigniſſimus, & remiſſionẽ peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob cauſam & hiſtorias imaginem illorum honoro, & palàm adoro: hoc enim nobis & à ſanctis traditum apoſtolis non eſt prohibitum: ſed in omnibus Eccleſiis noſtris eorum hiſtorias erigimus. Hactenus ille. Duo dicit obſeruatu digniſſima: vnum, eum palàm imagines ſanctas adorare, alterum, eſſe earum vſum in eccleſia antiquiſſima à tempore apoſtolorum. Idem, aut alia ſimilia inuenies apud Leontiũ epiſcopũ Neapolis Cypri in apologia contra Iudæos: apud Gregoriũ Nyſſenũ in ſermone de Abraham: apud Gregorium Nazianzenum in verſibus, quos confecit: qua de re elegans condidit poema: apud Ioannem Chryſoſtomum in oratione funebri in Meletium epiſcopum: & in ſermone, qui inſcribitur, quòd veteris & noui teſtamenti vnus ſit legiſlator: apud Cyrillum Alexandrinũ in epiſtola ad Acatium, apud Ioannẽ Damaſcenũ lib. 4. fidei orthodoxæ. Hi omnes Chriſti & diuorũ coluerũt imagines, oóſq; ad earum adorationem inuitarũt. Sed non omnis qui aliquid adorat, credit illud Deũ eſſe: Iacob enim adorauit Eſau fratrem ſuum priorẽ natu pronus in terra, vt diuina ſcriptura cap. 33. Geneſis teſtatur. Et ſciebat eum nõ Deum eſſe, ſed purum hominem. Et cap. 42. Geneſis ſcriptũ eſt, filios Iacob adoraſſe fratrẽ ſuũ in Aegypto. Et ca. li. 1. 3. Regũ: Inclinauit ſe Bethſabe, & adorauit Regẽ Dauidẽ. In omnibus his locis adorare accipitur pro exibere honorẽ, nõ cultu latriæ, ſed veneratione maioribus, aut præſtãtiorib. debita. Sumitur pro colere adoratione latriæ, pſal.

28.Adorate dominũ in aula ſancta eius.Et Deut. 6.Dominũ Deũ tuũ adorabis: & illi ſoli ſeruies. Et apud Matt. ca.2. Procidẽtes adorauerunt eũ. Nos verò Deum adoramus latria, ſanctos dulia, virginem autem dei genitricem Mariam ſacratiſſimam hyperdulia:ſed nec ſacroſanctam virginẽ, nec alios ſanctos credimus eſſe deos:& multominus eorum imagines. Sed eas, vt par eſt,iuſta veneratione colimus & obſeruamus ex patrum & eccleſiæ traditione. Fuerunt quondam hæretici, qui eccleſiã perturbare volẽtes finxerunt epiſtolam quandam aduerſus ſacras imagines Epiphanio viro catholico,pio,& ſapienti, falsò tributã: quam Hiemarius, & Caluinus, & Zuinglius,& aliæ huiuſmodi peſtes modò ſuſcitarunt. At epiſtola hæc nec extat in Græcis Epiphanij exemplarib.nec in multis Latinis. Et Damaſcenus lib. 4.de fide orthodoxa aſſeueranter affirmat nũquã Epiphaniũ talẽ epiſt. ſcripſiſſe: nec tam impium dogma fuiſſe ab eo literis mandatum: imò eius vitã & doctrinã pugnare: quoniam eius eccleſia erat venerandis imaginibus ornata, quemadmodum aliæ epiſcoporũ catholicorum in tota Græcia,& in tota eccleſia catholica,prçſertim Romç. Ibi enim omnes eccleſiæ tẽpore apoſtolorũ erãt Chriſti,& ſanctorũ imaginibus decoratæ. Ac ibi glorioſa Helena Conſtantini mater poſuit crucẽ Chriſti ſecum ex monte Caluariæ, vbi eam mirabiliter inuenit,deportatam. Sed hãc crucis inuẽtionem negant multi ex hæreticis:cùm Euſebius Cæſarienſis illius ſeculi ſcriptor multis in locis eius meminerit, præſertim in annalibus, quæ vulgò vocãtur chronica de temporib. vbi verba hęc ſcripta reliquit:Helena Cõſtantini mater diuinis monita viſionib. beatiſſimum crucis ſignũ in quo mundi ſalus pependit,apud Hieroſolymã reperit. Hanc ſacræ crucis inuẽtionẽ cuius diem celebrat ſancta Romana eccleſia catholica, narrat Ambroſius in oratiõe de obitu Theodoſij,Rufinus lib.1. Eutropius lib.11. rerum Romanarũ, Paulinus epiſt.11.ad Seuerum,Sulpitius lib.2.hiſtoriæ ſacræ,Socrates lib.1.Theodoretus lib.etiã 1.Sozomenus lib.2.Iuſtinianus imperator cõſtitutione 28. authenticorum ſeu nouellarũ conſtitutionum. Nec ſolùm inuentionẽ hãc quã ex eccleſiæ & patrũ traditione, & veterum ſcriptis ac monimentis veram eſſe cognoſcimus, negant & irrident hæretici, ſed crucẽ ipſam cõtemnunt,& deteſtãtur. Diuus Ambroſius in oratione de obitu Theodoſij eam vocat vexillũ diuinũ ad remedium peccatorũ,& ſacramentum ſalutis. Prudentius hymno 6.eã ait pellere omne crimen. Ephrẽ Syrus cuius ſcripta teſte Hieronymo in lib.de viris illuſtribus in eccleſijs quibuſdã poſt lectionẽ ſcripturarum publicè recitabantur,in lib.de pœnitẽtia crucẽ appellat inſuperabilẽ Chriſtianorũ armaturam. Sophronius Hieroſolymitanus epiſcopus in homilia de cruce colenda eã eſſe tutelarẽ ac fidiſſimã Chriſtianorũ cuſtodiã ait, & vniuerſorũ ex aduerſo occurrẽtiũ inſultuũ profligatricẽ. Chryſoſtomus in oratione de laudibus eius eã cæcorum ducẽ appellat,claudorũ baculũ,trophęũ cõtra dæmones,portũ inter vndas periclitãtium,ſpẽ deſperatorũ,& ſcutum omnium perpetuũ:eamq; alijs magnificis præconijs effert, multiſq; nominibus celebrare cõtendit. Sacer Dionyſius Pauli apoſtoli diſcipulus in lib.de eccleſiaſtica hierarchia oſtendit frequens fuiſſe tẽpore apoſtolorũ ſignũ ſanctæ crucis. Iuſtinus Martyr vicinus tẽporum apoſtolorum in 2. apologetico vbi religionem Chriſtianam contra gentes idolorum cultrices tuetur, aſſerit,nihil ſine hac crucis figura adminiſtrari. Inuictus Athanaſius in tractatione de humanitate verbi ad euangelicã aſtruẽdam philoſophiam affert contra ethnicos admirandã crucis poteſtatẽ. Ruffinus presbyter lib.11. hiſtoriæ eccleſiaſticæ Euſebij ait, ſignum crucis fuiſſe quõdam hieroglyphicũ inter literas ſacerdotales, quo ſignificabatur vita ventura. Multa refert de crucis ſanctæ myſterio Cæcilius Cyprianus in epiſt.12.ad Ianuarium,& in tractatione de vnitate eccleſiæ, Origenes homilia ſecunda in Iob,& in epiſtolã ad Romanos, Septimus Tertullianus libro de corona militis, Magnus Baſilius libro de Spiritu ſancto, Hieronymus ſapientiſſimus in cõmentarijs in caput tertiumdecimũ Eſaiæ,& in vita Pauli & Hilarionis,inſignis Palladius in hiſtoria Lauſiaca in vita Iſidori, & vtriuſque Macharij, Aurelius Auguſtinus in tractatione cẽteſimaoctaua in Ioãnẽ,& de rectitudine catholicæ cõuerſationis,& alijs in locis:& alij permulti,qui admirãda de ſigno crucis in frontibus credentium, de eius antiquitate, vi, poteſtate,& præſtantia memoriæ prodiderunt. Eo veri Chriſtiani ſe muniunt:eo omnia incipiũt:illud in eccleſijs pingunt, & extra illas:eo ægritudines pelluntur:& hoſtes tam animæ quàm corporis vincuntur, & fugantur. At obiiciunt hæretici edictum duorum principum Theodoſij Valentis qui cùm ambò ſimul imperi clauum tenerent vt ipſi aiunt,præceperunt, ne quis crucẽ ſculperet,aut pingeret. Fortaſſe inuenerunt hoc apud Petrum Crinitum libr.nono de honeſta diſciplina,à quo illud hauſerunt. Sed fictum quidem eſt, & commentitium: nunquam enim Theodoſius talem legem tulit. Eſt quippe in codice Iuſtiniani,libro primo,titulo octauo textus in lege:Cùm ſit nobis:quo prohibetur, ne quis pingat vel ſculpat humi crucem Chriſti, quoniam nõ eſt æquũ, vt ſanctam crucem qua vtimur in ſacramentis, & qua frontem,& pectus,& totum corpus munimus, & quã denique colimus, pedibus teramus, & conculcemus. Ac Salicetus legum doctor eximius ijs verbis eã in epitomẽ redegit:Signũ crucis non debet ſculpi, vel pingi in loco, qui poſſit pedibus calcari. Edictum illud literis mãdatum ad honorem crucis detorquent hæretici ad eius ignominiam:quemadmodum alia, quæ ſolent adulterare & corrumpere. Præterea Theodoſius ille & Valens nunquam ſimul imperij gubernaculum tractarunt. Valens enim fuit ſimul imperator cum Valentiniano primo: Theodoſius autem cum Gratiano & Valentiniano ſecundo. Ita hoc aſſerunt Paulus Oroſius illius ætatis hiſtoricus lib.ſeptimo, Aurelius Victor, Caſſiodorus in hiſtoria tripartita, Paulus Diaconus libro decimo rerum geſtarum Romanorum, Beda venerabilis in hiſtoria imperatorũ, Pomponius Lætus in compendio Romanarum hiſtoriarum, Petrus Mexia in hiſtoria imperiali. Itaque edictum illud non eſt Theodoſij primi & Valentis,ſed Theodoſij & Valentiniani. Si hiſtorias legiſſent, nunquã

tam inconſideratè verba facere cœpit: niſi vellent nõ ſolùm edictum ſed eius latorum nomina deprauare. At probabile eſt eos in errorē illum incidiſſe propter hiſtoriæ ignorantiam. Miror Petrum Crinit. Crinitum, virum, niſi fallor, catholicum, & in lectione literarum humanarum mediocriter verſatum, fuiſſe in re tam perſpicua deceptum. Sed magis miror, & doleo hæreticorum impudentiam, qui ad errores ſuos tuēdos Theodoſij imperatoris Chriſtianiſſimi, atq; clariſſimi decretū quod ſanxerat ad crucis honorem, tam apertè & flagitioſè ad illam labefactandam, eiúque odium conflandum corruperint. tandem cōfugiunt ad diuū Ambroſium in oratione de obitu Theodoſij has Ambro. voces emittentem. Regem Helena adorauit non lignum, ſed adorauit illum, qui pepēdit in ligno. Verum eſt: quis hoc inficiatur? Nos idem cum eo non ſolùm fatemur, ſed etiam profitemur, & facimus. Non enim lapidem colimus, non lignū, non aliam materiam: ſed crucem nobis Chriſtum crucifixum repræſentantē latriæ cultu adoramus, ita vt in cruce ipſum Chriſtum deum noſtrum adoremus. Itaq; cultum hunc latriæ non creaturæ propter ipſam, ſed creatori exhibemus: adoratio enim imaginis ad exemplar peruenit, Baſilius. iuxt Baſilij magni ſententiam: quem ad hoc ci- Damaſ. tat & ſequitur Ioannes Damaſcenus: & poſt eum Thom. diuus Thomas in tertia parte ſummæ theologiæ. Eam ob cauſam crucem Chriſtum nobis referentē: quaſi ipſum Chriſtum dominum alloquimur, & obſecramus. Hoc eſt, qđ illic ait & docet diuus Ambroſius: quod autē hæretici volunt ex verbis eius concludere. Vnde ſequitur: non adorāda eſt materia, ex qua conficitur crux, ergo non adorāda eſt ipſa crux: ergo eſt frangenda, & extra eccleſias proijcienda, & igne cremenda. Quæ eſt hæc conſecutio? O inſanam & diabolicam concluſionē! Nos adoramus ſanctā crucē, & diuorum imagines veneramur. Hãc ſolidam doctrinam, piam, veram, catholicam, & apoſtolicam ſeruauerunt Ambro. ſemper viri illi qui virtutibus præditi, fide ornati charitate muniti, ſapientiæ ornamentis exculti animos à corporum contagione ſeuocauerunt, totóſq; ſe ad beatorum apoſtolorum imitationē contulerunt. Hanc tenet, docet, & proponit ſancta Romana Eccleſia catholica, quæ, vt diuus Paulus ait in epiſtola prima ad Timotheum capite tertio, eſt domus Dei, columna, & firmamentū veritatis. Hæc eſt corpus, cuius caput Chriſtus eſt, vt idem ait apoſtolus in epiſtola ad Epheſios capite quarto & quinto, & ad Coloſſenſe capite 1. In illa eſt idem Chriſtus eam docens & ſeruans quam nunquā delinquet, iuxta id quod ipſe pollicetur in euangelio authore Matthæo capite vltimo: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Hęc eſt ſponſa Chriſti, quæ in Canticis Canticorum ſponſum Chriſtum alloquitur: cui ille dicit capite 4. Fauus diſtillās labia tua ſpōſa. Qua de ſe diſſerēs diuus Paulus capite quinto epiſtolæ ad Epheſios: Hoc ſacramentum, inquit, magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Hæc eſt hortus concluſus, vt eodem quarto capite Canticorum oſtenditur, in quo Deus ſeuit, & vt ita dicam, plantat electos, quos munit cœleſti cuſtodia: vbi eſt fons ſignatus, hoc eſt Chriſtus, ex quo effluit gratiæ flum ē, cui⁹ impetus, vt ait pſalmo quadrageſimo quinto Dauid, lætificat ciuitatem Dei. Ab hoc horto eiecti ſunt hæretici, iuxta ſententiam illam ſeruatoris noſtri apud Matthæū quintodecimo: Omnis plantatio quā non plantauit pater meus, eradicabitur. Hunc fontem aſpernati ſunt Caluiniſtæ, zuingliſtæ, Hiemariſtę, qui ait apud Ieremiam ſecundo capite: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & fecerunt ſibi ciſternas diſſipatas. Deſciuerunt enim a Chriſto, & à ſancta eius eccleſia, qui ipſius imagines frangunt, & ferre non poſſunt: crucem ſanctam pedibus cōculcant, infinitis contumelijs afficiunt, lapidibus obruunt, ad ferrum flammamque vocant. Commune hoc habent cum dæmonibus, quemadmodum alia, quòd crucē fugiunt, & videre non poſſunt: ideo eam dilacerant. Crucem illam glorioſam corpore Chriſti ſacratam, quę manſit in monte Caluariæ erecta tanquam illuſtre trophæum, clariſſimumque diuinę victoriæ monimētum, & decus, eucumnunt hæretici noſtri temporis, eique bellum inferūt crudeliſſimum dæmonum ſtimulis concitati. Cùm illa ſit excellentiſſimum noſtræ dignitatis ornamentum, noſtræque ſalutis certiſſimum præſidium. O dementes homines impio furore agitatos: O cæcitatem intolerabilem: Quę res vnquam geſta eſt deteſtabilios: quæ peſtilentior, quæ dignior ignominia ſempiterna? Deploro deditus lachrymis & lamentis amentiam veſtrā, ô hæretici, lugeo caliginem ac perfidiam veſtrā, defleo lamentabilibus vocibus exitium veſtrum quoniam niſi fueritis ad fidem conuerſi, in imis tartaris eſtis puniendi, æternísque ſupplicijs cruciandi. Hoc ſuſcepi hoc Danielis loco, quem vos aſſeritis ad veſtrum errorem confirmandum, cùm pro vobis, vt oſtendit, nihil faciat, vt vos de perfidia veſtra relinquenda monerem, & vt de ſanctarum imaginum, & crucis ſanctæ celebritate & amplitudine diſſererē, illarúmque rationem pro viribus explicarem.

Nabuchodonoſor rex omnibus populis. Epiſtola eſt quam rex Babylonius miſit ad totum ſuum regnum, vt omnibus Dei potentiam & miracula ſignificaret. Eam miſit reddita ſibi intelligentia poſt inſaniam. Quidam incipiunt quartum caput ab ijs verbis, quæ exordium ſunt, & ſalutatio epiſtolæ, à cuius narratione incipit caput quartum in pleriſque codicibus. Hanc epiſtolam non ſcripſit Daniel, ſed eam à rege ſcriptam inſeruit huic operi, vt dicit Hieronymus, & poſt eum Petrus Comeſtor in hiſtoria Danielis: & ex verbis ipſius epiſtolæ conſtare videtur. Sed nō multum refert incipere caput quartum ab ijs verbis, aut ab epiſtolæ narratione.

Placuit ergo mihi. Hoc eſt officij mei eſſe iudicaui facere vos certiores de magnis ac diuinis miraculis, quibus Deus voluit oſtendere potētiam ſuam, & abijcere arrogantiam meam.

Regnum ſempiternum. Hominum regna caduca ſunt & finita, at regnum Dei æternum eſt. De eo, eiúſque æternitate diſſeruimus capite ſecundo.

Annotationes ex Chaldæo in caput tertium.

Fecit ſtatuam, Pro fecit eſt in Chaldæo עבד Habadh, pro quo Theodotio habet ἐποίησε Verbum

bum hoc Habadh ſignificat facere, & conflare, & operari, vt apud Eſaiam decimonono: Cõfundentur, qui operabuntur linum. Significat etiam obſeruare, colere, obedire, ſeruire, ſacrificare. Illud Iob trigeſimoſexto: Si audierint, & obſeruauerint, complebunt dies ſuos in bono: poteſt etiã verti: Si audierint, ſubaudi Deum, & obedierint ei: vel & fecerint. Non enim ſatis eſt verbum Dei audire, ſed oportet illud exequi: iuxta illud ſeruatoris noſtri capite vndecimo Lucę: Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Et capite ſeptimo Matthæi: Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Vnde apoſtolus in epiſtola ad Romanos capite ſecũdo: Nõ auditores legis, inquit, iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur. Et Iacobus apoſtolus capite primo: Eſtote factores verbi, & nõ auditores tantum. Nam vt qui in ſpeculo conſpicit vultum ſuum, & labes, ac maculas nõ abluit, nec abſtergere curat, ſed vbi ſe intuetur, ſtatim ſpeculum relinquit, & recedit, rebus alijs ſtudẽs, & ita mox obliuiſcitur, qualis ſit: ſic qui Chriſti doctrinã audit, in illa cernit animæ ſuæ ſordes, & quot næuis & maculis ſit eius ſpiritualis facies contaminata & iniuſta: at ſi ea nun curat delere, quibus ſe videt reſpetſum & inquinatum, ſed relicta doctrina euangelica in mundi negotia ſolicitus incumbit, confeſtim ei ex animo excidit, qualem ſe viderit, ſuarumque macularũ eum capit obliuio. Id voluit idem apoſtolus ſignificare, cùm dixit: Si quis auditor eſt verbi, & non factor, hic cõparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo: conſiderauit ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Illud etiam ſecundi Regum capi. 21. Seruiuit immũdicijs, quibus ſeruierat pater eius: eſt ab hoc verbo: quod poteſt etiã verti: Coluit idola, quæ pater eius coluerat. Et illud Iudicum 10. Dimiſerunt dominum, & non coluerunt eum: poteſt transferri: Et non ſeruierunt ei. Vel, & nõ ſacrificauerunt ei. Et quia verbum hoc ſignificat ſacrificare & facere, inde effectum eſt, vt in literis diuinis ſępe idem ſit facere, quod ſacrificiũ offerre. Exodi capit. 10. vbi editio vulgata habet: Sacrificate Deo veſtro: pro ſacrificate eſt in Hebræo hoc idem verbum. Pro quo alij aiunt poſſe transferri: Facite Deo veſtro. Sed tũc facere idẽ eſt quod immolare. Leuitici quintodecimo loquens diuina ſcriptura de columbis bis immolandis à ſacerdote ait: Qui faciet vnum pro peccato, alterum pro holocauſto. Hoc eſt, qui ſacerdos ſacrificabit Deo duos columbos, vnum in hoſtiam pro peccato, qui non cremabitur totus, alterum in holocauſtum, qui totus cõburetur. Et capite 23. Facietis hircum pro peccato. Et libro 3. Regũ capite 18. dicebat Elias: Ego faciam bouẽ alterum. Et paulo pòſt: Eligite vobis bouem vnum, & facite. Et apud Ezechielem 43. Septem diebus facies hircum pro peccato cotidie. Et apud Ieremiam 7. Vt faciant placentas reginæ cœli. Hoc eſt, vt offerant & ſacrificent placentas Lunæ, quã gentes idolorum cultrices reginam cœli vocabant. In omnibus his locis vtitur ſancta ſcriptura hoc verbo facere pro ſacrificare. Hoc ſchemate & modo loquẽdi vſus eſt dominus Ieſus in cœna, vbi apoſtolis, & per eos ſacerdotibus nouę legis dixit in euangelio authore Luca capite 22. Hoc facite in meam commemorationem: quæ verba citat diuus Paulus in epiſtola priore ad Corinthios capite 11. Nam admirabile euchariſtiæ ſacramentum eſt ſacrificiũ: & res illa diuina quæ miſſa vocatur, ſacrificium quidem eſt. Ac vocabulum hoc, miſſa, non Latinum eſt, nec Græcum: ſed Hebraicum, quo ſemper vſa eſt eccleſia Latina à tempore apoſtolorũ, qui Hæbræi erant: & ſacrificium ſignificat atque oblationem Deo factam, vt in verbo mas in libro radicũ Reuchlinus rectè obſeruauit. *Reuchl.* Ex quo eorum hęreticorum colliges cæcitatem, qui rem diuinam aiunt eſſe miſſam, ſed nõ ſacrificium: cum miſſa idem ſit quod ſacrificium. Nec ſolùm in literis diuinis, ſed etiam in humanis facere accipitur pro ſacrificare. Nã Vergelius Latinorum poe- *Vergili.* tarum princeps in tertia ecloga ita: Cùm faciam vitula pro frugibus, ipſe venito. Ac ſi dicat: cùm pro frugibus vitulã ſacrificauero. Ita locum illum Macrobius Aurelius libro tertio Saturnalium *Macro.* interpretatur. Et noſtra hac memoria Georgius *Vuiceli.* Vuicelius in tractatione idiomatum linguæ ſan- *Reuchl.* ctæ, Reuchlinus in libro radicum, Laurẽtius Vil- *Villaui.* lauincentius in libro de phraſibus ſacræ ſcripturæ. Hi omnes facere pro ſacrificare in loco illo Vergilij explanarunt. Sed & Marcus Tullius cui *Tullius.* fuit ſine vlla controuerſia palma eloquentiæ reſeruata, in oratione pro Murena accipit facere pro ſacrificare, cùm ait: Nolite à ſacris patris Iunonis ſoſpitæ, cui, omnes conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum conſulem potiſſimum auellere. Eſt quidam liber Hebraicus, quem in Arabicum ſermonem vertit Abem Vahaſia, qui *Vahaſi.* inſcribitur de factione Aegyptiorum. Et quoniã verbum Hauadh quod ſignificat facere, & ſacrificare, ſignificat etiam colere, vt oſtendimus, appelatur liber ille à nonnullis, De agricultura Aegyptiorum: ab alijs verò: De ſeruitute Aegyptiorũ: cùm ſine dubitatione liber ille tractet de Aegyptiorum ſacrificio. Qua re rectè à quibuſdam: De factione Aegyptiorum inſcribitur: hoc eſt de ſacrificio: ſi quidẽ facere idem eſt interdum quod ſacrificare. Ex quo colliges non ſolùm facere accipi aliquando pro ſacrificare, ſed factionem pro ſacrificio. Cùm autem verbum Hauadh tot habeat ſignificationes, in hoc tamen loco accipitur tantùm pro facere, quod eſt conflare & fabricare. Rex enim Nabuchodonoſor per opifices arte fingendi præſtantes ſtatuam auream ſibi ſimilẽ fecit, quam in campo Duram ſibi collocauit. Poreſt nihilominus verti locus hic: Nabuchodonoſor rex coluit ſtatuam. Vel ſacrificauit ſtatuę. Sed communis verſio quæ appellatur editio vulgata, eſt omnibus præſtantior lectionis nitore, ſententiarum veritate, grauitatis amplitudine: quod facilè, perſpicies, ſi verſiones omnes ad fontem reuocaueris, & veritatem claris oculis inſpicere volueris.

Statuam auream. Pro ſtatua eſt in Chaldæo צלם Tſelem. Pro quo Hebræi ſcribunt צלם Tſelem. Vtitur ſacra ſcriptura vocabulo hoc capite 1. Geneſis: ꝓ quo noſter Latinus interpres vertit imaginem, cùm ait: Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram. Et paulo pòſt: Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem

ſuam. Ad imaginē Dei creauit illum. Sed in quo hæc conſiſtat imago, eſt explanatu diſſicillimum. Diuus Ambroſius in libro de dignitate humanæ cōditionis hæc verba ſcripta reliquit. Sicut Deus vnus eſt ſemper, vbique totus, omnia viuificans, mouens, & gubernans: ſic anima in ſuo corpore vbiq; tota viget, viuificans illud, mouēs, & gubernās: tota in minimis mēbris, & tota in maximis. Et ſicut Deus eſt vnus in eſſentia, & trinus in perſonis: ita anima eſt vna in ſubſtantia, & trina in potentijs. Et ſicut ex patre generatur filius, ex patre & filio procedit Spiritus Sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & ex ijs ambobus procedit memoria. D. Auguſt. tertio de Geneſi ad literam: In eo, inquit, factus eſt homo ad imaginē Dei, in quo irrationalibus animātibus antecellit. Id enim eſt ipſa ratio, vel mens, vel intelligentia. Diuus Cyrillus ait, ideo hominē dici factum ad imaginem Dei, quia eſt capax bonitatis, iuſtitiæ, & ſanctitatis: quarum virtutum appetitionem Deus indidit illi. Idem ferè inquit Euſebius Cæſarienſis. Gennadius hanc, Dei imaginem aſſerit in prouidentia conſiſtere. Chryſoſtomus, Theodoretus, Seueranus, & poſt eos Iacobus Vitodurenſis in tractatione de tropis vtriuſq; teſtamēti aiunt hanc Dei imaginem poſitam eſſe in dominio, & poteſtate, & principatu. Nam volēs Deus hoc ſignificare ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, omnique reptili, quod mouetur in terra. Aſpicis igitur eſſe hominem principem omnium, quæ ſunt ſuper terram: & hac in re Deo ſimilē, cui omnia ſubiecta ſunt. Ac quamuis mulier ſit hac in re ad Dei imaginē creata, quia tamen viro ſubiecta eſt, non autem vir ei ideo diuus Paulus non illam, ſed virum vocat Dei imaginē, cùm in priore ad Corinthios capit. 11. ait: Vir non debet velare caput, quia imago & gloria Dei eſt. Vbi per capitis velamen quod mulier debet habere, non autē vir, ſubiectionem ſignificauit. Fortaſſe ideo homo dicitur ad imaginem Dei creatus, quia ſicut Deus in ſeipſo colligit & vnit totam perfectionem ſubſtātiæ rerum, vt omnium principium: ita homo, quanquam aliter, ad integritatem ſuæ ſubſtantiæ omnes mūdi cōtinet naturas, vt omnium medium. Proclus enim in Timæū Platonis: In homine, inquit, ſunt omnia particulariter, quæ vniuerſaliter in mundo ſunt. Hac ratione ductus Triſmegiſtus: magnum, inquit, ô Aſclepi miraculū eſt homo. Sunt qui dicant Deum in principio creationis mundi ſumpſiſſe figuram hominis, quia futurum erat, vt cùm veniret plenitudo tēporis, noſtram aſſumeret humanitatem. Ideo dixiſſe: Faciamus hominē
Gal. 4. ad imaginem & ſimilitudinē noſtram. Non quòd
Gene. 1. Deus ſit corporeus, ſed quòd tunc acceperit hu-
Gene. 2. manam figuram, in qua poſtea apparuit Adæ. Ita-
& 3. que hi ponunt hanc imaginem in corpore, plerique verò alij in anima. Epiphanius libro tertio cōtra hæreſes ait eſſe in homine imaginem Dei, ſed vbi ſit, ſeipſum neſcire: atque ſoli Deo cognitum eſſe. Hæ ſunt magnorum virorum opiniones, quas tibi refero: quarum eam poteris eligere, quæ tibi viſa fuerit præſtantior. Illud eſt certum, vocabulum Tſelē pro quo noſter interpres
Gene. 1. in Geneſi tranſtulit imaginem, eſſe hoc, pro quo hoc Danielis loco vertit ſtatuā. Pro quo Theod. habet: εἰκόνα: hoc eſt imaginem ſiue ſtatuam. Accipitur etiam imago pro re fluxa & caduca, nihil ſolidi expreſſique habente: vt pſalmo 38. In imagine pertranſit homo: Hoc eſt, vitā degit in perpetua mutatione, non tanquam firma natura: ſed vt figura picta, aut vmbrata. Vel ſic: Semper homo tranſit, & mutat ſtatum, aut vitam, etiamſi imaginem non mutet: inſtar fluminis, quod cùm ſit in perpetuo fluxu, non amittit tamen imaginē ſuam. R. Ionah, & R. Ioſeph aiunt vocabulum hoc, pro quo noſter interpres vertit imaginem, tenebras etiam ſignificare, & caliginem. Quam ob cauſam vertunt: In tenebris pertranſit homo. Multa enim neſcit, & longè ſæpe fallitur opinione. Significat præterea ſtatuam & ſimulachrum: vt cap. 11. libri. 4. Regum: Imagines Baal contriuerunt. Et hoc Danielis loco.

Ad congregandos Strapas, magiſtratus, & iudices. Pro ſatrapis habet Theodotio cōſules. Pagn. magnos principes. Pro magiſtratibus vertit Pagninus pontifices ſummos, Theodotio nobiſcū magiſtratus. In Chaldæo eſt סגניא Signaia. Vocabulum Hebraicum eſt סגן Sagan, quod ſignificat, eos qui rempublicam gubernandam ſuſceperūt, ſiue in rebus ad corpus, ſiue ad animam pertinētibus. Eo vtitur Eſaias cap. 41. vbi de Chriſto loquens ait: Adducet magiſtratus quaſi lutum: & velut plaſtes cōculcans humum. Acſi dicat: Conculcabit impios principes, ſicut figulus, qui lutū ſiue argillam pedibus conculcat. Vbi per magiſtratus intelliguntur etiam ſacerdotes, qui cupiditate, auaritia, cæteriſq; vitijs contaminati Chriſtum calumniabantur. Significari autem nomine hoc magnum ſacerdotem indicat Pagninus in Theſauro. Iode Beroſus libro deflorationū Chaldaicarum ſecundo hæc verba literis mandauit: Primum dixerunt Ogygiſam Sagan, id eſt illuſtrē ſacrorum pontificem Noam Dyſir.

Et praeco clamabat. Pro clamare in Chaldæo eſt קרא Care. Verbum eſt קרא, quod ſignificat vocare, inuocare, clamare, accidere, legere, euacuere, prædicare, occurrere. Illud Eſaiæ 31. Cùm occurrerit ei multitudo paſtorum, à voce eorum non formidabit, poteſt etiam verti: Cùm acclamauerit ei multitudo paſtorum. Sequitur enim. A voce eorum nō formidabit. Illud etiam Prouerbiorum 27. Qui retinet eam, quaſi qui ventum, & oleum dexteræ ſuæ euacuat: poteſt trāſferri: Qui cohibet eam, quaſi qui cohibet ventum: & oleo dexteræ ſuæ occurrit. Vt ſit ſenſus: difficile eſt mulierem iracundam rixis ac iurgijs deditam refrenare: nam, qui conatur eam continere, cùm eſt furore concita, perinde fruſtra laborat, ac ille, qui dat operā, vt ventum retineat, ne effluat, & pretioſo vnguento occurrit, ne ſuauem odorē emittat. Per oleum dexteræ vnguentū intellige amabile. Nulla enim pars corporis eſt nobis amabilior dextera. Eam ob cauſam Iacob vltimum filium ſuum quem vnicè dilexit, Beniamin hoc eſt filium dexteræ vocauit. Poteſt nihilominus ver- Gene. 31.
ſiculus ille hunc habere ſenſum. Difficile eſt mulierem impetu iracundiæ commotam domare: non ſecus quàm ſi quis vellet ventum cohibere: ſed qui eam moderari voluerit, euacuet à dextera ſua oleum lenitatis, eámque duriter caſtiget.

Vel

Vel ita. Qui eam nititur ducere in gyrum rationis perdit operam & oleum: eſt enim eius lingua vt oleũ in manu, quod tametſi reſtringatur, exit tamen: ſic illa quanquam retineatur, euacuat tamen, & erumpit. Pro euacuat exiſtimát quidam poſſe verti clamat. Diximus enim verbum hoc ſignificare clamare. Et tunc eſt ſenſus: Qui retinet mulierem effrenatam, ſimilis eſt volenti retinere ventum, ne efflet, & vnguentum odoriferum, ne oleat: clamat enim oleum pretioſum vi odoris ſui, quo ſe prodit, & perſpicuum reddit. Perſtat in metaphora mulieris iracundæ, quæ ſolet clamare: tribuit vnguento, quod erat tribuendum mulieri.

In hora qua audieritis ſonitum tubæ. Theodotio habet: Quacunque hora audientis vocem tubæ. Pagninus: Tempore quo audieritis ſonitum cornu Poteſt verti: Cum primum audieritis ſonum buccinæ. Pro ſonitu eſt in Chaldæo קל Cal, Vocabulum Hebraicum eſt Col, quod ſignificat vocem, ſonum, tonitruum, clamorẽ. Eo vtitur Moſes capite Geneſis 3. cùm ait: Cùm audiſſent vocem domini Dei deambulãtis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini. Vnus enim ex peccati effectibus eſt fugere Deum. Poſſunt verti verba illa: Cùm audiſſent ſonum domini Dei deambulantis in horto. Fortaſſe vox illa non erat verborum, quæ lingua efficeret, & diſtincta redderet: ſed ſonitus deambulationis ſtrepitum efficientis, qui in horto illo amœniſſimo reſonabat. Nam capite ſexto libri quarti Regum ſcriptum eſt: Sonitus pedum domini eius poſt eum. Vbi pro ſonitu eſt idem vocabulum. Probabile tamen eſt Deum locutum aliquid fuiſſe, quo audito ſe parentes noſtri fugæ mandarunt. Nam paraphraſis Chaldaica habet: Audierunt vocem verbi Domini Dei. Vox Domini accipitur aliquando pro Euangelij prædicatione: vt pſalmo 28. Vox Domini ſuper aquas: Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas. Aquæ multæ ſunt populi multi, vt D. ait Ioannes capite decimoſeptimo Apocalyp. Poteſt vox illa ſuper aquas de voce patris cæleſtis intelligi ſuper Iordanis aquis audita. Nam baptizatus Ieſus, vt verbis vtar Euangeliſtæ, cõfeſtim aſcẽdit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ipſum. Et ecce vox de cælis dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hæc Matthęus capite 3. Aſcendit Ieſus ex aqua ſecum quodammodo demerſum educens ac efferens mundum. Et vidit aperiri cælum, quod Adam concluſerat ob peccatũ. Et vox patris diuinitatem Chriſti oſtendentis in aquis intonuit. Sunt, qui per vocem Domini ſuper aquas explanent magna tonitrua ſuper nubes, iuxta illud diuini pſaltis: Vocem dederũt nubes. Et quod paulo pòſt ſequitur: Vox tonitrui tui in rota hoc eſt in ſphæra cæleſti. Vel in aere qui cælum dicitur vbi fiunt tonitrua. Pſal.76.

Sonitum tubæ. Pro tuba eſt in Chaldæo קרנא Carna. Vocabulum Hebraicum eſt קרן Ceren, quod ſignificat Buccinam, ſiue tubam corneam, & ipſum cornu: & per tranſlationem regnum, robur, vires, fortitudinem, gloriam, poteſtatem. Ex quo efficitur, vt abſcindere alicui cornu ſit fortitudinem ei debilitare, vires infringere, & gloriam auferre: vt apud Ieremiam 48. Abſciſſum eſt cornu Moab. Contrarium verò eſt extollere cornu: vt libro primo Regum capite ſecundo: exaltatum eſt, inquit Ana, cornu meum in Deo meo. Ac ſi dicat: Illuſtris reddita eſt gloria mea non in mundi vanitate, ſed in Deo meo, qui mihi ſuppeditauit ſyluam gloriandi. Metaphora eſt ab animalibus cornigeris deſumpta, quæ in cornibus robur habẽt, fortitudinem, & gloriam. Ea vtitur Zacharias, cùm ait Lucæ primo: Erexit cornu ſalutis nobis. Vbi per cornu ſalutis intelligitur fortitudo ſalutaris & gloria vtilitatem afferens animorum. Vel regnum Chriſti, qui eſt ſalus noſtra. Solebant enim reges oleo ex cornu perungi. Accipitur pro ſplẽdore ſiue radio, quod inſtar cornu eſſe videatur. 1.Reg.9.& 10. Vnde cornutum idem eſt quod ſplendidum. In hanc ſumitur ſignificationem Exodi trigeſimoquarto: Ignorabat Moſes, quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Dei. Radios enim lucis emittebat. Id intelligẽs Onchelus paraphraſtes Chaldaicus trãſtulit: Moſes autem neſciebat, quòd multiplicatus eſſet ſplendor gloriæ vultus ſui, cum loqueretur cùm Deo. At vbi Moſes cognouit faciem ſuam ob admirabilem ſplendorem metum afferre Iſraelitis, eam texit velo, quòd auferebat in tabernaculum ingreſſurus. Nolebant eum Hebræi videre, quia ob Dei familiaritatem radijs micabat. Exod.34. 2.Cor.3. Hæc eſt mundi conditio, non poſſe eos intueri, qui iuſtitiam & pietatem colẽtes, diuinarúmque rerum myſteria contemplantes vitam cæleſtem imitantur. De illis Moſis ſplendoribus interpretantur nonnulli illud Habacuch tertio: Et cornua in manibus eius. Hoc eſt, & ſplendores fuerunt Moſi manibus eiuſdem Domini: id eſt, Deo ita agente. At multo rectius de Chriſto Domino locus ille explanatur. Vaticinatus eſt enim diuinus ille vates fore, vt ſeruator noſter ſe in crucis ara hoſtiam pro nobis conſtitueret, vbi ipſius crucis cornua ſeu latera manibus teneret. Ac ſi diceret: Tanto amore ſalutis hominum erit incenſus, vt non tam ipſa cornua crucis eius manus teneant, quàm ipſe manibus teneat illa. Vel per cornua in manibus ſignificantur ſplendores in operibus Chriſti. Perſpicuum eſt enim per manus opera ſignificari, quæ debent luce virtutum ſplendere. Et licet ceren ſignificet ſplendorem, & alia multa, vt diximus, hoc tamen Danielis loco pro buccina ſiue tuba cornea accipitur.

Quis eſt Deus, qui eripiat vos de manu mea? Theodorio habet: Quis eſt Deus, qui liberet vos de manibus meis? Alij: quis eſt Deus, qui eruat vos à poteſtate mea? Quæ omnia in idem recidunt. Pro manu eſt Chaldæo ידי Iedhal. Vocabulum Hebraicum eſt יד, Iadh, quod manum ſignificat, & poteſtatem, & ſeruitutem. Vnde dare manus Latinè eſt ſubiectionem ſubire: vt apud Ciceronem. Ad extremũ dat manus, & vinci ſe patitur. Eripi de manu alicuius eſt de poteſtate eius, aut ſeruitute liberari: vt Exodi ſecundo: Eripuit de manu Pharaonis. Iudicum ſexto: Liberabis Iſrael de manu Madian. Lucæ primo: De manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi. Significat etiam vaticinationem: vt apud Ezechielem primo: Facta eſt ſuper eum ibi manus Domini.

Præterea habet alias ſignificationes, de quibus primo capite diſſeruimus. Illud eſt obſeruádum, eſſe a liquem in manu Domini, vel teneri manu Dei, eſſe gratiam habere, vel gratum Deo eſſe. Etſi Deus eſt incorporeus, ſolet tamẽ diuina ſcriptura more loquens humano tribuere illi manus: vt capite Sapientiæ tertio: Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt: Et Amos capite ſeptimo: Ecce Dominus, inquit, ſtans ſuper murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij. Vbi pro manu eſt in Hebræo vocabulum noſtrũ Iadh: & pro trulla cęmentarij eſt vnicum nomen, nempe אנך Anac, quod non ſolùm trullam cæmentarij ſignificat: ſed etiam perpendiculum. Quare poteſt etiam locus ille verti. Et in manu eius perpendiculum plumbeum. Solent enim cæmentarij, & ædificatores perpendiculo vti ad perſpiciendum, ſit ne murus rectus, & ad amuſſim conſtructus, an nõ. Eſt inſtrumentum illud linea habens plumbeum celindrum paruum appenſum, quò à ſummo ad imum æqualitatẽ ædificiorum fabricatores perpendunt. Deſcribit diuinus vates filium Dei, vt architectum, qui venturus erat ad magnificum eccleſiæ templum ædificandum. Habet autem in manu trullam, vt vitæ noſtrę foramina, rimas, defectiones à recta rationis præſcriptione auerſas reſarciat, inſtauret, & reficiat: & perpendiculum,

Similitudo. vt noſtra corrigat flagitia. Vt enim murorum vitia ſi quam in partem ſe inclinent, corriguntur ad perpendiculum: ſic ſcelera ſeueritate iuſtitiæ emendantur. Vult Deus, vt ædificium vitæ noſtræ ſit ad normam ſuæ volontatis conſtructum. Hæc eſt huius loci intelligẽtia, ſi perpendiculum legas cum multis: & trullam cæmentarij cum editione vulgata, quæ eſt veriſſima & integerrima. Sed mirabilis quidem eſt ſeptuaginta interpretum hoc loco tranſlatio: ita enim habent: καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἀδάμας. Hoc eſt, Et in manu eius adamas. Adamas in ſingulari ꝓ numero poſuerũt multitudinis, more ſacrarũ literarũ: diuus enim Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianũ, & diuus Auguſtinus libro 5. de Geneſi ad literam cap. 10. & in explanatione in pſalmum 108. aiunt vti aliquando diuinam ſcripturam ſingulari numero pro plurali. Qui ſunt hi adamantes, quos Deus habet in manu ſua, niſi viri iuſti conſtantes, qui propter ipſum Deum cruciatus, & contumelias, calamitates, exilia, mortem acerbiſſimã toleran-

Ezech. 3. ter ferunt? Ezechieli viro firma ac ſtabili virtute ornato, omni nobilitate & ſapientia pręſtanti dixit Deus: vt adamãtem, & vt ſilicem dedi faciem tuam: ne timeas eos. Hieronymus in caput ſeptimum Zachariæ: Adamas, inquit, lapis fortiſſimus adeò durus eſt, vt omnia metalla cõfringat, & ipſe non confringatur ab vllo: vnde à Græcis ἀδάμας. Hoc eſt indomabilis dicitur. Et in caput ſeptimum Amos transferens verba Xenocratis: Adamas, inquit, ſui nominis lapis eſt, quem Latinè indomitum poſſumus appellare, quòd nulli cedat materiæ, ne ferro quidem. Nam ſi ponatur ſuper incudem, & graui ictu feriatur mallei, antea incus & malleus vulnus accipiunt, quàm adamas conteratur. Et paulo pòſt: Hic lapis duriſſimus & indomabilis ſolùm cruore hircorum diſſoluitur. Idem ait Plinius libro 37. Vnde apud veteres erat adamas fortitudinis hieroglyphicũ authore Pierio Valeriano, ob eius indomitum robur, & inſuperabilem vim. Nã vir fortis, & cõſtans iniurias, ærumnas, & tormenta erecto ac inuicto animo ſubit: nulli calamitatum generi ſuccumbit: nihil pro Chriſto intolerandum arbitratur. Nonne apoſtoli & martyres adamantes Indici fuerunt omnibus numeris abſoluti? Nõne multi inueniuntur, qui Chriſti amore flagrãtes propter eum incredibiles ſuſtinent calamitates, propter quem omnes procellas & tempeſtates ducunt eſſe ſubeundas? Inueniuntur quidem, qui non ſolùm ſtimulos dolorum, ſed mundi fulmina contemnunt: & diuitias, magiſtratus, voluptates, & ea ad quę plerique mortalium aſpirãt deſpiciunt, ac pro nihilo ducunt. Hi nunquam ſe huiuſmodi calamitatib. obieciſſent, niſi eſſent firmitudine roborati: ac niſi de Deo, & altera vita cogitaſſent. Sed intelligunt exiguum eſſe curriculum huius vitæ, & in altera immenſum gloriæ: hanc eſſe fluxam & mortalem, alteram verò ſtabilem & æternam. Ac quanuis hic varijs premantur rerum aduerſarum telis, nunquam tamẽ ego ęrumnoſos illos ac infelices arbitrabor. Non enim magnitudo animi eorum torquetur, non firmitudo, non conſtantia, non vlla virtus: non denique animus ipſe, qui virtutibus tanquam mœnibus ſeptus expugnari non poteſt, nec torqueri, nec frangi. Quare nec periculis, nec minis, nec morte ipſa terrentur: imò non hircorum, ſed proprio ſanguine decorantur. His aiunt mortem eſſe terribilem, qui ducuntur mundi voluptatibus, non ijs, qui aſpirant ad cœleſtia, quorum laus emori non poteſt. Hi firmitudine ac fortitudine ſepti à vita potius, quàm à Chriſti charitate dimouentur. Videte Oriẽtalem illum cœleſtémque adamantem omnibus conſtantiæ gradibus munitum, apoſtolum Paulum aientem ad Romanos 8. Quis nos ſeparabit charitate Chri- *Rom. 8.*
ſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſecutio, an gladius? Quaſi dicat: nihil horum. Et paulo pòſt: Certus ſum, quia nec mors nec vita, nec angeli, nec principatus, nec virtutes, nec inſtantia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Sed vnde viris pietate & iuſtitia præſtantibus tanta prouenit fortitudo, tamque admirabilis conſtantia? Ex eo certè, quia eos Deus tenet manu ſua. Hoc quidem eſt, quod ait diuinus vates Amos: Et ada- *Amos 7.*
mas in manu eius. Et capite tertio libri Sapientiæ ait ſcriptura. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. Et capite primo Apocalypſis ait Ioannes de Chriſto loquens: Habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem: hoc eſt multos iuſtos. Et ipſe Chriſtus apud Ioannem decimo: Nõ rapiet eos quiſquam de manu mea. Inde manat firma illa, perpetua, & immortalis cõſtantia nulla vi cruciatuum labefactata, nec conuulſa, qua illi ſunt præditi, qui ſimiles adamantibus præclaram eximiámque pulchritudinem adamarunt.

Species quarti ſimilis filio Dei. Symmachus habet: Species autem quarti ſimilitudo filiorũ duorum. At Septuaginta nobiſcũ legunt. Pro filio eſt

in Chaldæo בר Bar: quod vocabulum non ſolum Chaldaicum, ſed etiam Hebraicum eſt. Significat filium, panem, frumentum, diſciplinam, purum. Illud Dauidicum ſecundi pſalmi: Apprehendite diſciplinam: poteſt etiam verti: Apprehendite filium. Vel oſculamini filium. Ita locum illum transfert. R. Abraham, & Sanctus Pagninus, & Antonius Flaminius, & Felix Pratenſis. Inducit diuinus pſaltes in illo ſecundo pſalmo filium Dei has voces emittentem: Dominus dixit ad me: filius meus es tu; ego hodie genui te. Poſtea inuitans omnes ad cultum, & venerationem ipſius filij Dei ait: Oſculamini filium. Id eſt illum ſumma pietate colite, & cultu latriæ veneramini, vóſque in eius ſeruitutem libentiſſimis animis dedicate. Solemus enim oſculandis principum manibus noſtram erga eos obedientiam ſignificare. Hæc eſt illius loci interpretatio aperta quidem & perſpicua. At Hieronymus vertit: Adorate pure. Hoc eſt enim in Hebræo נשקובר Naxecu Bar. Verbum Naxae ſignificat oſculari, apprehendere, armare, adorare: Bar autem purè ſignificat, & purum vt diximus. Quare rectè tránſtulit Hieronymus. In cõmentarijs verò in pſal. illum ait poſſe verti: Adorate filium. Et contra Rufinum: Armamini purè iuxta id quod apoſtolus ait cap. 13. ad Romanos: Induamur arma lucis. Et ſexto ad Epheſios: Induite vos armaturam Dei. Et quinto prioris ad Theſſalonicenſes: Induti loricam fidei & charitatis. Et decimo poſterioris ad Corinthios: Arma militiæ noſtræ nõ carnalia, ſed potentia Deo. Hoc eſt, ita per Dei gratiam ſunt valida, vt poſſint omnes mundi munitiones euertere, & ſuperare. Nihilominus tamen rectiſſimè verterunt Septuaginta: *δράξασθε παιδείας*. Hoc eſt, Apprehendite diſciplinam: vt habet editio vulgata, quæ in pſalmis eſt ex translatione Septuaginta ex Græco in Latinũ ſermonem deſumpta. Hanc pſalmorum verſionem qua vtitur Romana ſancta Eccleſia catholica, contendunt euertere hæretici noſtri temporis, & ſuas inducere impietatum multis in locis, & errorum pleniſsimas. Nihil approbant, niſi quod ipſi fingunt, & quod ex turbidis Iudæorũ fontibus hauriunt, quibus ſe dedicaſſe videntur. Et quia hoc loco noſtra vulgata editio diſcrepat ab eorum verſione, exclamant hic, & magnas excitant tragœdias, dicentes falſam eſſe communẽ verſionem, quæ pro oſculamini filium: habet: Apprehendite diſciplinam. Non intelligunt cæci homines vocabula eſſe æquiuoca, & varias recipere interpretationes. Sed cur noſtram calumniantur verſionem, quæ rectiſſimè transfert Græcam? Accur Græcam, quæ rectiſſimè transfert Hebræam? Nam ſeptuaginta interpretes fuerunt genere Hebræi, vtraque lingua, & Hebræa & Græca periti, virtutibus exculti, & à Deo in ſacris libris vertẽdis illuminati. Et non ſolùm illi, ſed etiã paraphraſis Chaldaica habet: Apprehẽdite diſciplinã. Dixerat paulo anteà diuinus ac regius vates: Erudimini, qui iudicatis terram: nunc idẽ repetit alijs verbis, ſed idem ad maiorẽ attentionẽ ſignificantibus. Acſi dicat: Recipite Chriſti doctrinã, & euangelicam philoſophiam: ne iraſcatur ipſe Meſſias verus Deus, & verus homo, & errantes, ac declinantes à via recta proijciat in pœnas æternas. Aſpicis vulgatam noſtrã editionẽ illuſtrẽ habere intelligentiã de Chriſti Dei noſtri euangelica doctrinã apprehendenda & amplexãda: Quare non eſt, cur eam contẽnãt & vituperent vani homines, cùm ſit vera, & iuxta ſacri concilij Tridentini decretum ea ſit authentica: eamq́; ob cauſam alijs omnibus verſionib. antepoſita. Poſſunt quidem ex Hebraica ac Græca veritate alij aliquãdo ſenſus depromi, & hauriri veri, ſalutares, & excellentes: & ex pleno fonte mirabilea riui deduci atque deriuari. At non ideo eſt dicendum, falſam eſſe antiquam noſtram editionem vulgatam: quæ omnibus alijs eſt verior, grauior, illuſtrior, & præſtantior. Sed quoniam vocabulum hoc bar panem ſignificat, vt diximus, & triticum, iuxta illud Geneſis 41. Tanta fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur: poteſt rectè verti locus hic pſalmographi: Adorate panem: nimirum illum, qui de ſe ait apud Ioannem ſexto: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Et paulo pòſt: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Vides admirabilem de ſancto euchariſtiæ ſacramento vaticinationem. Eſt enim totus Chriſtus in illa hoſtia conſecrata ſub ſpecie panis: nã panis materialis ex vi verborum conſecrationis transſubſtantiatur in Chriſti corpus, quod illic continetur, non nobis viſibile, ſed ipſum quidẽ inuiſibile ſub viſibili panis ſpecie. Vt ad elementum panis & vini acceſſerit verbum, fit ſacramentum. Et fit, vt Chryſoſtomus ait, transmutatio: & vt Theophylactus, transelementatio: & vt diuus Thomas, conuerſio ſupernaturalis: & vt in ſancto ac magno Lateranẽſi cõcilio definitũ eſt, fit transſubſtantiatio panis & vini ĩn corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti. Ac vt verbis vtar Ioãnis Damaſceni: non eſt figura corporis & ſanguinis Chriſti, ſed ipſum corpus domini deificatũ, ipſo domino dicente: Hoc eſt corpus meũ: non figura corporis, ſed verũ corpus: non figura ſanguinis, ſed verus ſanguis. Itaque in hoſtia conſecrata iam non eſt panis terrenus, ſed panis cœleſtis: de quo ait apoſtolus in priore ad Cor. 11. Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini. De eo ait Cyprianus in ſermone de cœna domini: Panem angelorum ſub ſacramento manducamus in terris, eundem ſine ſacramento manifeſtius edemus in cœlis. De hoc admirabili ſacramẽto infiniti ſcripſere doctores, quorum multos recenſet Hoſius vir & ſapientia & virtute admirandus tomo primo confeſsionis catholicæ, & Garetius religione & eruditione inſignis in libro, quem edidit de veritate corporis Chriſti in euchariſtiæ ſacramento præſentia. Et quia vocabulum bar præter hæc ſignificat firmamentum, tranſtulerunt Septuaginta locũ illũ pſal. 71. Erit firmamentũ in terra in ſummis montium: quæ verba de Meſsia, de quo ibi loquitur diuinus vates, intelligũtur. Vbi pro firmamento eſt bar in Hebræo. Quare poteſt verti. Erit panis in terra in capitib. montiũ. Vt ſit ſenſus: Erit in terra panis cœleſtis in hoſtia cõſecrata, quæ oſtẽdetur populo in ſacrificio miſſæ ſuper capit. ſacerdotum Sacerdotes enim ob dignitatis altitudinẽ

montes appellantur. Non ſolùm Chriſtiani catholiei,ſed etiam nonnulli ex Hebræis huius ſactoſanctꝰ ſacramenti veritatem aſſeruerunt. Hi ſunt, R. Moſes Hardaſan io pſal. 136. R. Cahana in capot Geneſis 49. R. Indas in caput vigeſimũ nonum Numerorum. R. Simeoo in pſal. 136. R. Ionathas io libro collectionum. Hi extiterunt ante aduentum Chriſti, & aſtruxerunt fore, vt iuxta diuinas ſcripturas Meſſias eſſet cibus cœleſtis, qui io quodam ſacramento, & admirabili ſacrificio ſub ſpeciebus panis: & vini contineretur.

Argumentum capitis IIII.

Epiſtola Nabuchodonoſoris, in qua ipſe narrat ſomniũ quod ei Daniel explanauit, de amiſſione regni, & habitatione cum beſtiis, de eius in regnum reſtitutione, & de gratiis, quas Deo agit ob immortalia beneficia, quæ ipſe Deus in illum contulerat, digna quidem, de quibus nec ille, nec ætas vlla conticeſcat.

CAPVT IIII.

A EGo Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo: ſomnium vidi, quod perterruit me: Et per me propoſitum eſt decretum, vt introducerentur in conſpectu meo cuncti ſapientes Babylonis, vt ſolutionem ſomnij indicarent mihi. Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, & aruſpices: & ſomnium narraui in conſpectu eorum: & ſolutionem eius non indicauerunt mihi: donec collega ingreſſus eſt in conſpectu meo Daniel, cui nomen Baltaſſar, ſecundum nomen Dei mei, qui habet ſpiritum deorum ſanctorum in ſemetipſo: & ſomniũ corã ipſo locutus ſum. Baltaſſar princeps ariolorum quoniam ego ſcio, quòd ſpiritum ſanctorum deorum habeas in te, & omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi: viſiones ſomniorum meorum quas vidi, & ſolutionem earum narra. Viſio capitis mei in cubili meo. Videbam: & ecce arbor in medio terræ: & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cœlum: aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & eſca vniuerſorum in ea. Subter eam habitabant animalia & beſtiæ: & in ramis eius conuerſabantur volucres cœli: & ex ea veſcebatur omnis caro. Videbam in viſione capitis mei: & ecce vigil & ſanctus de cœlo deſcendit: clamauit fortiter, & ſic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & diſpergite fructus eius: fugiant beſtiæ, quæ ſubter eam ſunt, & volucres de ramis eius. Veruntamen germen radicum eius in terra ſinite: & alligetur vinculo ferreo, & æreo in herbis, quæ foris ſunt: & rore cœli tingatur: & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei: ſeptem tempora numerentur ſuper eum. In ſententia vigilum decretũ eſt, & ſermo ſanctorum, & petitio; donec cognoſcant viuentes, quoniam dominatur excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud: & humiliũ hominem cõſtituet ſuper eum. Hoc ſomnium vidi ego Nabuchodonoſor rex: tu ergo Baltaſſar interpretationem narra feſtinus, quia omnes ſapientes regni mei non queunt ſolutionem edicere mihi: tu autem potes, quia ſpiritus ſanctorum deorum in te eſt.

EXPLANATIO.

Ego Nabuchodonoſor quietus eram. Hoc eſt, cùm ego rex Babylonius in ſummo otio verſaret eõ quieſcentibus bellis, & in aula mea ad eximiam gloriam floreſcentẽ, obiecta ſunt mihi dormienti viſa quædam, quæ me deterruerunt. Poſuit nomen ſuum tune in orbe terrarum illuſtre, vt firmius eſſet teſtimonium ſuum: & ita pateret veritatis monimentum. Hie incipit caput quartũ iuxta Hieronymi & Alberti magni commentarios, & communẽ bibliorum editionem. Nonnulli tamen illud incipiunt à verbis illis in fine tertij capitis poſitis. Nabochodonoſor rex omnibus populis: vt ibi obſeruauimus.

Somnium vidi, quòd perterruit me. De eodẽ Nabuchodonoſore dictum etiam capite ſecundo: Vidit ſomnium, & conterritus eſt ſpiritus. Somnijs turbabatur, quia mũdi felicitas & rerũ proſperarum, ludibria ſomnia ſunt, quibus terremur. Non nobis res ſolidæ, ſed vmbræ terrorem inferunt. Eſſe autem mundi opes, & vanitates ſomnia & vmbras, oſtendimus 2. capite.

Cogitationes meæ in ſtratu meo. Hoc eſt, cogitationes, quæ aſcenderunt in cor meum, dum in lecto meo iacerem. Et viſiones capitis mei, id eſt viſa in ſomnijs me permiſcuerunt & exagitarũt. Inſolita enim viſa præſertim noctu ſolent admiratione, ac metu intuentes perterrere. Dicuntur autem viſiones, quia etſi vna tantùm ſit, multas tamen habet partes. Et dicuntur viſiones capitis, quia tota viſio fuit imaginaria: vis autem illa dicta imaginatiua à philoſophis in capite eſt, in quo ſpiritus ſunt animales & naturales, qui formas & ſimilitudines rei viſæ puriores vehunt.

Tunc ingrediebantur arioli. De his ſapientum generibus, & nominibus diſſeruimus capitulo ſecundo.

Et ſolutionem eius non indicauerunt mihi. Non eſt mirum: nam vt capite ſecundo epiſtolæ prio ris

ris ad Corinthios ait apoſtolus : quæ Dei ſunt, *Gen.40.* nemo cognouit niſi ſpiritus Dei. Duobus Pharaonis famulis ob ſomnia quorum interpretatio eos latebat, triſtibus dixit Ioſeph. Nunquid non Dei eſt interpretatio? Scriptum eſt apud Eſaiam 29. Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiā prudentū reprobabo. Id quod refert diuus Paulus capite primo prioris ad Cor. Neſcierunt ſapientes Babylonis ſomnium regi interpretari: nec ipſe illud intellexit, donec veniret collega Daniel, qui illud expoſuit. Collega dicitur qui alicuius cum altero officij, aut dignitatis, aut poteſtatis eſt : aut in eodem habitat collegio: aut eſt alteri familiaris. Vocat rex Danielem collegā ſuum propter familiaritatem : & quòd cū eo regnum gubernaret, Vel ſapientum Babylonis collegā, quòd illis familiariter vteretur.

Secundum nomen Dei mei. Hoc eſt ex nomine Dei mei. Acſi dicat : qui appellatur Baltaſſar, quemadmodum appellatur Deus meus. Ita eum in principio admiratus ſum, vt nomē illius Dei, quem tunc præcipuè colebam, illi impoſuerim.

Qui habet ſpiritum deorum ſanctorum. Loquitur more gentilium, qui multos eſſe deos præditos ſanctitate putabant. Vel per ſanctos deos intelligit cœleſtes illos ſpiritus, quos angelos vocamus. Diuus enim Paulus in epiſtola priore ad Corint. capite 8. deos pro angelis vſurpat, cùm ait: Etſi ſunt, qui dicantur dij ſiue in cœlo, ſiue in terra: ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi: nobis tamen vnus eſt Deus. Dij multi in cœlis ſunt angeli : in terra verò ſunt viri iuſti, & illu-*Pſal.81.* ſtres: de quibus ait pſalmographus : Ego dixi: dij eſtis, & filij excelſi omnes. At hi dicuntur dij per participationem quandam, & res creatæ ſunt: creator autem eſt Deus per naturam. De eo dictum eſt Deuteronomij ſexto: Deus vnus eſt: de illis vero pſalm. 85. Non eſt ſimilis tui in diis domine: & non eſt ſecundum opera tua. Pſalm. 96. vbi nos habemus : Adorate eum omnes angeli eius : pro angelis eſt in Hebræo Elohim, quod nomen & deos ſignificat & angelos. Hac ratione ductus vertit Hieronymus locum illū : Adorate eum omnes dij. Vbi per deos intelliguntur angeli, non autem dij, de quibus dictum eſt pſal. 95. Omnes dij gentium dæmonia.

Et omne ſacramentum non eſt impoßibile tibi. Hoc eſt, nullum eſt myſterium tam abſtruſum & arcanum, quod tu non poſſis interpretari. Eam ob cauſam repete mihi ſomnium meum, accommodās ſingulis eius partibus partes interpretatiōis.

In medio terra. Hoc eſt, in ciuitate Babylonis, quæ iuxta Alfragani ſententiam eſt in quarto climate. Coſmographi terram ſecundum latitudinem in ſeptem partes diuiſere, quæ climata appellantur. Ex quo colliges, quartum clima eſſe medium terræ habitabilis, in quo ſita fuit Babylon. Quam ob cauſam arbor illa viſa fuit in medio terræ. Non me fugit noſtri temporis mathematicos terram in nouem climata diuidere, vt ait Petrus Apianus in libro coſmographico. Sed veteres aſtrorum periti ſeptem duntaxat climata poſuerunt. Hæc Babylon fuit quondam totius Chaldææ caput, regia Nabuchodonoſoris. Fuit euerſa à Cyro & Dario : & poſtea modo quodā inſtaurata ; & vocata Seleucia, vt Strabo & Stephanus exiſtimant : de qua nonnulla diximus in primum caput.

Magna arbor & fortis. Poſſunt verti verba hæc: Creuit arbor, & vires acquiſiuit. Appellatur hæc arbor magna propter regni magnitudinem, & fortis, propter exercituum fortitudinem. Sequitur. Et proceritas eius contingens cœlum. Hoc poteſt ad Nabuchodonoſoris ſuperbiam & inſolentiam referri : dixit enim, vt ait Eſaias quadrageſimoprimo : Aſcēdam ſuper altitudinē nubiū, ſimilis ero altiſſimo. Hæc ingens arbor erat ipſe Nabuchodonoſor, foliorum tegmine, fructuúmque vbertate ornata : quæ exciſa eſt, non euulſa, vt ei explicauit Daniel. Creuit, & aſcendit in ſublime ob rerum proſperarum affluentiam, vt inſignior eſſet eius occaſus: mundus enim arridet, vt ſæuiat: extollit, vt deprimat : blanditur, vt fallat. Vidi impium ſuper exaltatum, ait diuinus ac regius vates, & eleuatum ſicut cedros Libani: *Pſal.36.* tranſiui, & ecce non erat : quæſiui eum, & nō eſt inuentus locus eius. Solent nanque potentes homines ex illuſtri & florente rerum ſtatu in ſummas calamitates præcipitari. Illud eſt aduertendum tam apud Danidem, quàm apud Danielem principes, & magnates cum arboribus comparari. Eodem modo apud Ezechielē capite decimo ſeptimo loquens Deus de ſuperbo Sedechia, & de humili Zorobabele : Scient, inquit, omnia ligna regionis, quia ego dominus humiliaui lignū ſublime, & exaltaui lignum humile. Et cap. 31. loquens de felicitate regis Aſſyriorū comparat illum cum arbore altiſſima omnes alias proceritate ſuperante. Sed in his duobus locis non ſolum principes, ſed etiam alij homines arbores vocantur. Solet enim ſcriptura ſacra homines arbores vocare : vt in euangelio : Omnis arbor quæ non facit bonum fructum, excidetur, & in ignem mittetur. *Matt.3.* Et alio loco : Fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Et capite 7. Apocalypſis: Vidi quatuor angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent ſuper terram, nec ſuper mare, nec in vllam arborem. Quæ vt Victorinus ait, ad tempora Antichriſti referuntur : quando angeli mali, & Antichriſti ſatellites in omnibus quatuor orbis terrarū partibus conabuntur cohibere euangelicos concionatores, ne aura ſalutaris doctrinæ mundū per terram & mare ſignificatū recreent, nec homines nomine arborum intellectos erudiant Ariſtoteles in libris de anima hominē ait eſſe arborem inuerſam: nam capillos capitis tanquā radices in ſuperiorē partem protendens per eos accipit nutrimentum. Id quod non multò antè dixerat Plato. Porrò arbor radices habet in terra fixas, homo autem in cœlo : nā arbor ex terra, homo verò ex cœlo nutritur. Vnde de eccleſia dictum eſt 7. Cant. Comæ capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus. Hoc eſt capilli capitis tui pulchri velut purpura regis, tanquā radices accipiūt nutrimentū à cœleſtibus riuis. At vir pius & iuſtus arbori fœcūdæ ſimilis eſt inſitæ iuxta dulcia flumina, quorū vberrimis aqs irrigatur, lætiſſimorū fructuū copia exornata, ad mirabiles enim fert virtutū fructus, & illos quidē tēpeſtiuos, ſemper vireſcēs, nullos vnquā æſtus reformidās. Id ſignificare volens diuinus pſaltes:

Erit

Erit, inquit, tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuú dabit in tempore ſuo. Quam ſimilitudinem Ieremias etiam capiti decimo ſeptimo mandauit. Per arborem verò intellige palmam, iuxta illud

Similitudo. pſal. nonageſimiprimi. Iuſtus vt palma florebit. Vt illa tenuis incipiens ab imo contra aliarum plantarum naturam creſcendo ſuperius vaſtior efficitur, & quantò ſublimior, tantò in altũ redditur latior, & robuſtior: ſic viri pietate ac iuſtitia præſtantes in terrenis, ac humanis artificijs & ſtudijs debiles ſunt, in cœleſtibus fortes, ſemper in virtute proficiunt, & longius atque diſtantius

Simile. ſe ſtudioſos Dei exhibent, quàm ſeculi fuiſſe meminerunt. Ac vt arbor non ſolùm ad ſui ornamẽtum & perpetuitatem fructus fert, ſed etiam vt illis afferat alijs vtilitatem: ſic illi fructuoſi ſunt: ſed ita vt non ſolùm ſibi, ſed alijs quærant cómoditates, in illis iuuandis occupati. Sed multi ſunt velut arbores ſteriles, ſimiles taxo venenatæ, qui exciſi in ignem æternum proijciétur, vbi pœnas luent ſcelerum ſuorum. Iam enim, vt verbis vtar Ioannis Baptiſtæ apud Matthæum 3. ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Improbos homines flagitijs cótaminatos appellat Iudas Thaddæus arbores autumnales, infructuoſas, bis mortuas, eradicatas. Cùm enim vitá priuantur impij, bis mortui ſunt, quoniam & corporis, & animæ mortem ſubeunt, & in tenebras ſempiternas relegantur. Vocantur autem autumnales, quia in fine autumni arbores non ſolùm carent fructu, ſed etiam folijs. Nam nec fructum ferunt virtutum, nec folijs decori exterioris ornantur. Sunt nonnulli folijs quidem vanæ oſtentationis exterius tecti, ſed omni vera honeſtate ſpoliati: ſolidæ probitatis germanæq́ue iuſtitiæ vim nullam tenent, vmbra tantùm, & ſimularis imaginibus vtuntur. Hi ſunt arbore illa ſignificati, de qua ita ait Matt. 21. Videns Ieſus fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea niſi folia tantùm. Et ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et areſacta eſt cótinuò ficulnea. Nomine foliorum ſimulatio virtutis, & boneſtatis venditatio intelligitur: per fructus autem quibus arbor illa carebat, ſolida bonitas, & abſoluta ratio ſignificatur. Itaque illa deſignantur illi, qui ſunt artificio ſimulationis eruditi, qui cùm maximè fallunt, id agunt, vt boni viri eſſe videantur. At nos ità debemus actiones noſtras ad certam rationis normam dirigere, vt poſſimus cum fructuoſis & excellentibus ar-

Similitudo. boribus comparari. Sed opus eſt, vt animi humilitatem colamus. Nam quemadmodum arbores quantò profundiores mittunt radices, tantò altius creſcunt: ſic nos quantò ſubmiſſiores fueri-

Similitudo. mus per humilitatem, tantò erimus altiores per virtutem. Et vt arbor in terra fixa eſt ſtipite, ſed ramis tendit in ſublime: ſic nos exiſtentes corpore in terra aſcenſuri ſumus animo in cœlum, vbi noſtræ cogitationes ſunt figendæ ac locádę. Et ita de nobis dicetur. Et proceritas eorum tangens cælum: quod hoc loco dicitur de Nabuchodonoſore: ſed multo aliter: nam de illo dictum eſt propter eius ſuperbiam & arrogantiam: de nobis autem dicetur propter humilitatem, & humanarum opum deſpicientiã. Ille vanis, ac fluxis rebus ducebatur: nos autem ad cæleſtes æternaſq́ue ſumus aſpiraturi.

Aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. Erat hæc arbor inſignis in omni terra Chaldææ. Vel orbe terrarum. Acſi dicat: Nulla erat in mundo regio, nulla natio, in qua non eſſet huius arboris notitia. Hyperbolica locutio eſt. Sequitur. Folia eius pulcherrima. Hoc eſt exteriora eius ornamenta valde viſenda, ac decora erant, vt veſtes, aulæa, vaſa aurea & argentea, ſigna, tabulæ, tecta marmorea ebore, & auro fulgentia, equites, ſatellites, & alia huiuſmodi. Fructus ſunt opes, tributa, regna, & imperia: quæ omnia viri ſapientes in bonis rebus, aut expetendis nunquá *Sap. 5.* eſſe duxerunt. Tranſeunt enim, vt in libro Sap. ſcriptum legimus, ſicut vmbra, & ſicut nuncius præcurrens, & tanquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam cuius cùm præterierit, non eſt veſtigium inuenire. Vnde Dauid Pſal. 61. Diuitiæ, inquit, ſi affluát, nolite cor apponere. Et pſal. 48. Relinquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorum domus illorum in æternum. Et Chriſtus Deus noſter apud Matt. 6. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. Solent enim diuitię & exteriora ornamenta prætioſa nocere, niſi prudẽ- *Similitudo.* tia, & mortis memoria adhibeatur. Palma non creſcit, nec lætos edit fructus in terra fertilib. & pingui: gaudet terra leui, ſabuloſa, nitroſa, & infrugifera authore Plin. lib. 13. naturalis hiſtoriæ. At vbi terra pinguis eſt, aſpergunt coloni ſalem non longè à radicibus ſurculi, vt ait idem Plin. Et Palladius ait oportere iuxta eius radices non ſolùm mittere ſalem, ſed cinerem. Eodem modo homo in rerum proſperarum fœcunditate, & mundi fertilitate ſatus, diuitiarúmque affluentia nutritus nec fertur in contẽplationis excelſitatem, nec fruges fundit virtutũ, niſi ſibi adhibeat ſalem prudentiæ, quo diuitias diſpenſet, ac diſponat: & cinerem memoriæ mortis, quo in gyrum rationis & doctrinæ ducatur, vt ſibi conſulat, finem ſuum perſpiciat, & rerum humanarum varietatem, interitúmque intueatur. Eam ob cauſam præcipiebat Deus cap. 2. Leuitici, vt in omni ſacrificio offerretur ſal: quo, vt ait cap. 4. ad Col. Apoſtolus, ſermo noſter eſt condiendus. Quibus in locis per ſalem prudentia ſignificatur. Et cap. 27. Exodi fuit à Deo decretum, vt fierent lebetes ad ſuſcipiendos cineres: hoc eſt, vt animos ad mortis memoriam præpararemus. Vnde Eccleſiaſticus: In omnibus, inquit, memorare nouiſſima tua: & in æternum non peccabis. Et ita nó tibi ſolia pulcherrima nocebunt.

Eſca vniuerſorum in ea. Hoc eſt, omnia animalia pomis huius arboris veſcebantur. Et ſubter ea habitabant animalia & beſtiæ. Id eſt, omnes homines vmbram eius requirebant, ſiue eſſent ſimplices per animalia intellecti, ſiue feroces cú beſtijs comparati. Vel per animalia, & beſtias indifferenter homines intelliguntur.

In ramis eius conuerſabantur volucres cœli. Aues aeris in ramis eius concinebant, quieſcebant, volitabant. Solent enim aues in arboribus cubilia ſibi, nidóſque conſtruere, eóſque moliſſimè ſubſternere. Poteris per volucres adulatores intelligere: vel homines leues: & mẽdaces: vel q dediti vanitatibus affectant opes & dignitates: vel eos, qui

qui ſunt alta mente præditi in ſublime volantes. Accipi aues & alia animalia pro hominibus eſt in diuinis literis ſatis viſitatum. Capite 11. Leuitici vbi Deus tractat de auibus, cæteriſque animantibus non comedendis. ait Euſebius Cæſarienſis libro octauo de præparatione Euangelica illic per volucres & animantes homines ſignificari. Quod probat authoritate Eleazari,& Ariſtei. Id quod Deus ait Deuteronomij vigeſimo quinto. Non alligabis os boui trituranti: diuus Paulus cap. 9. prioris ad Corinthios, & quinto prioris ad Timoth. de concionatore euangelico interpretatur. De hominibus illud intelligitur, quod Deus ait Ezechieli: Dic omni volucri, & vniuerſis auibus,cunctiſque beſtijs agri: conuenite,properate,&c. Et apud Oſeam: Percutiam cum eis fœdus in die illa cum beſtia agri,& cum volucre cœli,& cum reptili terræ. In hunc modum illud poteſt intelligi ſeruatoris noſtri apud euangeliſtas: Vulpes foueas habent,& volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet,vbi caput ſuum reclinet. Concionatores & præſules publica flagitia non reprehendentes vocat Eſaias canes mutos non valentes latrare,cap. 56. Et de hominibus petulantibus,& efferatis ſcriptum eſt Pſal.21.Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me.Et Pſal.91. Super aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonē,& draconē.Ezech. cap. 17. vocat tyrānum Babylonicum aquilam grandem magnarum alarum. Per ſerpentes homines perſpicaces & ſolertes,per colūbas verò puri & aperti ſignificantur. Vnde Chriſtus Dominus apud Matt. 10. Eſtote, inquit,prudentes,vt ſerpentes,& ſimplices,ſicut colūbæ.Qui enim ſimplicitate ſunt prædìti, ſed prudentia carent, facilè ab impijs ſeducuntur, & venduntur. Quare eos qui columbas vendebant,meritò Chriſtus reprehendit, & cathedras eorum euertit. Coruo ſignificatur homo vorax, & rapax. De eo illud Eſaiæ intelligitur 34. Ibis, & coruus habitabunt in ea. Nempe in Idumæa, per quam mundus ſignificatur, cuius amarores & habitatores ibes ſunt & corui, aues immundæ,& voracitati deditæ: iuſti autē non ſunt hîc habitatores,ſed peregrini, quoniā eorum patria cœlum eſt. Ex arca Noe, quæ Chriſtianam religionem deſignabat,miſſus eſt coruus, & non eſt reuerſus: miſſa eſt columba,& reuerſa eſt. In huius ſeculi eluuione inueniuntur corui, hoc eſt homines dediti ventri,& ſomno, qui nihil cogitant niſi prædam, cædes,rapinas, & alia huiuſmodi ſcelera: & columbæ,hoc eſt viri ſimplices, ſinceritatis ſtudioſi, à calliditate & calumnia alienati. Coruus non rediit,aut aquis obrutus, aut cadaueribus allectus, redijt autem columba,quia nō inuenerat requiem extra arcam: viri enim pietate & iuſtitia præſtantes animi tranquillitatem & oblectationem non ſentiunt niſi in religione, & Chriſtiana philoſophia, vbi mētis ſerenitas inuenitur. Ioannes Baptiſta apud Matthæū tertio appellauit Phariſæos,& Sadducæos progenies viperarū.Chriſtus Deus noſter apud Lucam 13. appellauit Herodem vulpem. Et ipſe Chriſtus apud Ioannem 1.appellatur agnus: qui fuit inter duo animalia cognitus & perſpectus. Vbi enim nos legimus cap.3. Habacuc: In medio annorū viuifica illud: habent ſeptuaginta interpretes: In medio duorum animalium cognoſceris. Fuerunt autem hæc duo animalia duo latrones cū Chriſto crucifixi, inter quos ipſe agnitus eſt: nā eius morte ſol indutus eſt luctu: & tenebræ fuerunt in omni terra:& velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum:& terra mota eſt:& lapides ſciſſi ſunt. Quibus viſis centurio & eius ſocij dixerunt. Verè filius Dei erat iſte. Et vnus ex latronibus eum cognouit, ad quem fuit mirabiliter conuerſus. Vel fuit à duobus animalibus cognitus in præſepio: de quibus illud primi capitis Eſaiæ poteſt intelligi: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum,& aſinus præſepe Domini ſui. Vel hæc duo animalia de quibus loquitur Habacuc, inter quæ fuit cognitus Chriſtus, ſunt duo populi nimirum gentium,& Iudæorum in eccleſia primitiua. Aſpicis igitur per animalia rationis expertia ſiue ſint terrena, ſiue volatilia homines ſignificari. Vnde pro primogenito agnus in lege offerebatur,& pullus columbæ,ſiue turtur: aut duo turtures, ſiue duo pulli columbarū: vt duodecimo Leuitici diuinæ literæ memoriæ prodiderunt. At beatiſſima Dei genitrix Maria non obtulit agnum in templo pro filio ſuo vnigenito, quia ipſe agnus erat,qui tollit peccata mūdi. Et quia ob ſummam paupertatem hoſtiam diuitum offerre nō potuit,ſed inopum.Obtulit autē vt Luc.cap.2.teſtatur par turturū, aut duos pullos columbarū.Per columbas,quæ in congregatione vitā degunt, intelligitur vita actiua: per turtures autem ſolitudinē diligentes contemplatiua. Sed quoniam vtraque vita non poteſt eſſe perfecta ſine charitate,quæ vt ait cap. 3. ad Col. Apoſtolus,eſt vinculū perfectionis, offerebatur par turturum, aut columbarum: quia charitas minus quàm inter duos eſſe non poteſt, quæ in verbo,par denotatur. Non offerebantur Deo luſciniæ,ſeu philomelæ, non caſſitæ, non alciones, non merulæ,non cygni,non frigellæ,non aliæ huiuſmodi aues cantus iucunditate præcellentes: ſed turtures,& columbi, quorum cantus eſt gemitus,& meditatio. Ideo Ezechias dicebat apud Eſa.38. Meditabor vt columba. Et Canticorum ſecundo ait ſponſus: Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Id eſt vox ſpiritus,qui vt ait apoſtolus 8.ad Romanos,poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Attendite quid pro primogenitis offerebatur, agnus animal ſimplex & manſuetum,& turtures, & columbæ. Nolebat Deus,vt ſibi offerrentur lupi rapaces, non ſues lutulenti, qui in ſordibus volutentur: non canes latrantes & mordentes: non vulpes malitia,& fallacijs occupatæ: non pauones vanitatibus dediti circuitum cauda facientes: ſed animantes mundæ & ſimplices. Non ei grati ſunt prædones,non voluptarij,non obtrectatores, non fraudulenti, non vani,non denique improbi,qui in republica violanda dolos concipiunt, ſéque flagitijs contaminant: ſed qui pietatem colunt, & iuſtitiam, qui vitam ad certam rationis normam dirigunt, & officiorum momenta perpendunt. Et quoniam per animalia rationis expertia ſignificantur homines,qui ea multis in rebus volunt imitari, aiebāt Aegyptij cōuerti homines in beſtias: à quib. Pythagoras animarum migrationē in diſparia ge-

nera

bitrio contra Deum pugnauit. Ex quo colliges, afflictionem in quam homioes inuiti inciduot, aliis vtilitatem ferre, aliis detrimentum: ſed plerumque ſuperbos in acerbas calamitates præcipitare. Vt fulmen frangit, ac euertit fortia, relinquens fragilia intacta: ita diuina iuſtitia ſuperbos proſternit, atque profligat, ſubiectos autem humiléſq; relinquit incolumes. Et vt idem fulmen aeris ardore, & fulgore horribile percutit rerum faſtigia, eiúſque ictu excelſa flagrant ædificia, cùm ipſum ad imas concauáſque valles ac vilia tuguria noo deſceodat: ſic ſumma mundi calamitas eos plerúmque angit, & opprimit, qui ſuperbia elati tenduut in ſublime: illos non attingit, qui de ſe ſubmiſsè ſentiunt, & veræ humilitatis amore ſeipſos abiiciunt. *Similit.*

C Tunc Daniel cuius nomen Baltaſſar,
cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare
quaſi vna hora: & cogitationes eius con-
turbabāt eum. Reſpondens autē rex ait:
Baltaſſar ſomnium, & interpretatio eius
non conturbent te. Reſpondit Baltaſſar,
dixit. Domine mi ſomniū his qui te ode-
runt: & interpretatio eius hoſtibus tuis
D ſit. Arborem quam vidiſti ſublimē atque
robuſtā, cuius altitudo pertingit ad cœ-
lum: & aſpectus illius in omnem terram,
& rami eius pulcherrimi, & fructus eius
nimius: & eſca omnium in ea, ſubter eam
habitātes beſtiæ agri, & in ramis eius cō-
memorantes aues cœli, tu es rex qui ma-
gnificatus es, & inualuiſti: & magnitudo
tua creuit, & peruenit vſque ad cœlum:
& poteſtas tua in terminos vniuerſæ
terræ. Quod autem vidit rex vigilem, &
ſanctum deſcendere de cœlo, & dicere:
Succidite arborem: & diſsipate illam: at-
tamen radicem eius in terra dimittite, &
vinciatur ferro, & ære in herbis foris, &
rore cœli cōſpergatur, & cum feris ſit pa-
bulum eius, donec ſeptem tempora mu-
tentur ſuper eum: hæc eſt interpretatio
ſententiæ altiſsimi, quæ peruenit ſuper
E dominum meum regem. Eiicient te ab
hominibus, & cum beſtiis feriſque erit
habitatio tua. Et fœnum vt bos comedes,
& rore cœli infundêris. Septem quoque
tēpora mutabuntur ſuper te, donec ſcias,
quòd dominetur excelſus ſuper regnum
hominum, & cuicunque voluerit, det il-
lud. Quod autem præcepit, vt relinque-
retur germen radicum eius id eſt arbo-
ris: regnū tuum tibi manebit: poſtquam
cognoueris poteſtatem eſſe cœleſtem.
Quamobrem rex conſilium meum pla-
ceat tibi, & peccata tua elemoſynis redi-
me, & iniquitates tuas miſericordiis pau-
perum, forſitam ignoſcet Deus delictis
tuis. Omnia hæc venerunt ſuper Nabu-
chodonoſor regem.

Tunc Daniel. Audito ſomnio cogitabūdus ſtetit Daniel, interpretationem eius circiter horam vnam in animo verſans, & Deum obſecrās, vt ſibi veritatem aperiret. In illo temporis ſpatio recollegit in ſe ſpiritum ſuum, totúmque ad Deum extulit cum piis precibus, & feruēte animi affectu: vt regi honorem ſeruaret, & veritatem ſilentio non præteriret.

Et cogitationes eius conturbabant eum. Quia mētis oculis diuino lumine illuſtratis aſpexit grauiſſimam regi imminere calamitatem: & timebat eam illi ſignificare.

Somnium & interpretatio eius non conturbent te. Videns Nabuchodonoſor Danielis timorem, & conturbationem, quam fortaſſe vultus pallore oſtendebat, hortatus eſt eum, vt ſine metu verè ac ſimpliciter diceret, quæ animo ioqueretur. Qua in re perſonam geſſit pœnitentis, qui ad quodlibet ſupplicium debet eſſe paratus: iuxta illud pſalmi 37. Quooiam ego in flagella paratus ſum. Et illud pſalmi 107. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.

Somnium his qui te oderunt. Sobauditur eueniat. Oſtēdit Daniel pietatem ſuam erga regem, cuius ærumnas dolebat: eáſque eius hoſtib. precabatur. Quod eſt intelligendum ſeruata diuina voluntate, & ſerie æquitatis, & iuſtitiæ.

Arborem quam vidiſti. Interpretatur Daniel ſomnium regi, de regni amiſſione, & habitatione cum beſtiis, ac tandem de eius in regnum reſtitutione.

Succidite arborem. Subaudi: totam: non ramum vnum dūtaxat, ſed totam arborem reſecate: non enim vnam tantùm prouinciam ab eo ſeparandam eſſe ſciebat, ſed vniuerſum imperiū. Quanquam arbori florenti, amœnæ, ornatæ tegmine viridium foliorum ramus vnus, aut alter excidatur, tamen nō omnino amittitur eius pulchritudo: nam pro illo qui ſecatur, alter ſuccedit, & vtilior fortaſſe, atque præſtantior. Ita tametſi ciuitas vna, aut prouincia deficiat à rege, aut ab eius hoſtibus capiatur: non ideo tamen adhibēda eſt deſperatio: nam eius locū altera occupabit fortiter expugnata & acquiſita. Nihil ſemper floret: ſuccedit ætas ætati, & res humanæ fiunt mutationibus ſubiectæ. Eodem modo in republica quamuis nobilis quidam ciuis, prudentia, iuſtitia, & amore patriæ ornatus obeat ſuum diem: noo tamē eam ob cauſam amittenda eſt ſpes conſeruationis reipublicæ: non enim deerit alius, qui ſit iiſdem qualitatibos præditus. Similiter ſi quidam ſit ſceleribus imbutus, non ſtatim dicendum eſt periiſſe rempublicam aut collegium: nam pro illo eiecto accipietur alius virtute munitus. In collegio Chriſti Iudas erat, qui tradidit dominum: ſed non ob huius flagitia fuit ſodalitium euerſum: loco enim Iudæ traditoris fuit fidelis Matthias electus & ſubrogatus. Deplorauit Roma interitum Sulpitij, cui ad ſummā gloriæ eloquentiæ floreſceoti ferro vita erepta eſt: ſed māſit Cicero, cui fuerat palma eloquētiæ reſeruata. Itaq; quandiu truncus cum radicibus & aliquib. ramis manet in terra fixus, etiāſi *Similitudo* *Matth. 27.* *Mar. 14.* *Luc. 16.* *Act. 1.*

ramus vnus aut alter reſecetur, nō tamen eſt ſtatum de arboris interitu cogitandum. Id intelligens inclytus dux Florentiæ pro inſigni accepit magnā ac proceram arborem multis ramis opacam quodam tamen exciſo cum hac litera. Vno auulſo non deficit alter. Vnde vir ſapiēs, & iuſtus irridet mondi ſæuitiā & calamitatem: nam ſi ei abſtulerit diuitias, manebit illi virtus: ſi ei eripuerit dignitates, manet illi animi excelſitas, & magnitudo: ſi ei præciderit vitam, manet ei nominis amplitudo, & fama immortalis: ſi ei falſis teſtimoniis famam ademerit in hac vita, manet ei in altera gloria ſempiterna. Et ita auulſo vno ramo non deerit illi alter. At arbor Nabuchodonoſoris ſuperbi ac impij regis fuit tota reciſa, quia fuit ei totum regnom ablatum: ſed noo fuit radicitus euulſa: quia fuit in regnum reſtitutus. Ideo ait vigil: Succidite arborem, & diſſipate illam, attamen germen radicum eius in terra dimittite. Loquitur Dei angelus cum Chaldæis.

Vinciatur ferro & ære. Hoc eſt vinculis legitur. Diuus Hieronymus ait hoc loco fuiſſe Nabuchodonoſorem tempore amentiæ ſuæ ligatum, cùm perſpicuum ſit, furioſos ne ſe præcipitent, & in alios impetum faciant, catenis ferreis aſtringi. Alij aiunt eom fuiſſe ſolutum, & in cāpo cum beſtiis ambulaſſe. Sed omnes verum dicūt. Nam in principio amentiæ fuit ligatus: & ita intelligitur aſſertio Hieronymi: poſtea verò eum beſtiis rura ac ſyluas vagus & ſolutus peragrabat: & ita intelligitur id, quod alij aſſeuerāter affirmant. Fortaſſe ligatus fuit non vinculis ferreis, ſed morbo illo firma & inuiolabili Dei ſenteotia inducto. Eodem modo allocutus eſt Deus regem Aſſyriorum apud Eſaiam 37. Cùm fureres aduerſum me, ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, quod in ſenſu literali non de circulo, & freno ferreo intelligendum eſt, ſed de oppreſſione ſuperbiæ ſoæ.

Concilium meam placeat tibi. Hoc eſt ſit tibi gratum monitum meum, vtere meo cōſilio. Sapientes indigent aliquando fauore regū: reges autem ſapientium conſilio. Non reſpuunt magnates inſtrui conſiliis, ſi prudētia muniuntur. Moſes dux Hebræorum omni ſapientia, & nobilitate præſtanti paruit conſilia Ietbri, qui dixerat ei: Audi verba mea atq; conſilio, & erit dominus tecum. Et Idem Moſes capite trigeſimoſecundo Deuteronomij inſipiētibus aiebat: Gens abſque conſilio & ſine prudentia: vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nooiſſima prouiderēt. Verba illa Dauidis pſalmo 118. Bonitatem, diſciplinā, & ſcientiam doce me: poſſunt verti ex Hebræo: Bonum conſilium, & ſcientiam doce me. Nomen eoim Hebraicum diſciplinam ſignificat, & conſilium, & guſtum, & ſermonē. Quæ omoia poſſunt huic verſiculo accommodari. Tobias capite quarto: Couſilium, inquit, ſemper à ſapiēte perquire. Et Salomon Prouerbiorum ſecuudo Conſilium cuſtodiet te. Et capite tertiodecimo: Qui agunt omnia cum conſilio, reguntur ſepientia. Et Eccleſiaſticus 21. Sapientia ſapientis quaſi inundatio abundabit: & cooſilium eius ſicut fons vitæ permanet. Et trigeſimoſecuodo: Sine conſilio nihil facias: & poſt factum non pœnitebis. At priuſquam homines quæras, qui tibi faciant copiam conſilij, debes Deum in conſilium adhibere, eique cauſam tuam committere. Nam ſi adoerſus Dei volutatem inieris cōſilium: ipſum conſilium te eoertet. Vnde capite decimooctauo Iob ſcriptum eſt: Præcipitabit impium cōſilium ſuum. Et pſalmo trigeſimoſecundo: Dominus diſſipat coosilia gentium. Et Prouerbiorum vigeſimoprimo: Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominuum. Vel vt poreſt verti ex Hebræo: Non eſt conſilium ante dominum. Hoc eſt, antequàm domioum conſulas: prius enim à Deo, quàm ab homine cōſilium es petiturus. Nam hominum conſilium labefactatur, & euertitur, quandu Deu reſiſtit: Dei autem ſemper manet. Id quod eſt pſalmo 15. mandatum: Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum, vertit Hieron. Benedicā dominū, qui dedit mihi conſilium. Eſt enim conſiliū Dei hominis conſilio præſtantius & permaoentius. Vnde cap. 5. Actorum apoſtolicorum Gamaliel ſcientia præditus dicebat: Si eſt ex homioibus cōſilium hoc, aut opus, diſſoluetur: ſin ex Deo eſt, non poteſtis diſſoluere. Et Dauid pſalmo 31. Conſiliū autem domini in æternum manet. Omne bonum, vtile, & ſalutare conſilium à Deo eſt, quamuis illud homines impertiant. Sed opus eſt eos à conſiliis remouere, qui ad Deum non ſpectant, qui ſe ſceleribus contaminant, & vtilitatem ab honeſtate ſeiungunt. Beatus vir, ait diuinus ac regius pſaltes, qui non abiit in conſilio impiorum. *3.Reg.12.* Quia Roboam filius Salomonis noluit vti conſilio eorum, qui alios ætate & prudentia anteibāt, ſed iouenum inſipientium, ideò magnā regni partem amiſit. Abeuntes phariſæi, ait Matthæus 22. conſilium inierunt, vt Ieſum caperent in ſermone. Et Marcus tertio: Conſiliū faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent. Et Ioannes vndecimo; Collegerent pontifices & phariſæi conſilium, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? De impiorum Iudæorum aduerſum Chriſtum conſilio dicebat Iacob Geneſis 49. In conſilium eorum non veniat anima mea. *Simile.* Nā vt ex puteo perturbato quicquid hauſeris, perturbatum erit: ſic ex animo corrupto corruptum etiam prodibit conſilium. Non inficior poſſe aliquando ab homine improbo optimum exire conſilium. Sed ponderandum eſt conſilium illius, ſuntque eius fontes aperiendi: atq; ſi fuerit vtile, plenum prudentę, & fidelitatis, non eſt repudiandum. *Similitudo.* Nam vt vir prudens non contemnit pretioſam gemmam, quòd à capite animalis venenati prodierit: ſic qui eſt ſcientia ornatus, non deſpicit ſalutare conſilium, quòd ſit ab homine impio, ſed perſpicace depromptum. Sed ego de his loquor, quæ accidunt plerúq;: ſolent enim impij impia conſilia impertire. Ideo capite 22. Iob ſcriptum legimus: Conſilium impiorum longè ſit à me. Eos alloquitur Deus apud Eſai. 30. io hunc modum: Væ filij deſertores, dicit dominus: vt faceretis conſilium, & non ex me. Quales conſiliarij, talia ſunt conſilia. Vt caſeus à fiſcella formam recipit: ita conſilium ab ingenio, vnde manat, vel bonitatem ſumit, vel malitiam. Conſilia enim quæ ſunt in cordibus compreſſa, neceſſe eſt eadem

dem forma & ſignata prodite, qualia ſunt corda ipſa, aut praua & detorta, aut recta & ſalutaria. Id intelligens Eccleſiaſticus ait trigeſimoſeptimo. A conſiliario malo ſerua animam tuam. Et diuinus citharœdus pſalmo 110. Confitebor tibi domine in toto corde meo: in conſilio iuſtorum & congregatione. Eorũ conſilia cõſiderata ſunt, & fidelia & verè cõſilia. Vnde diuus Ambro. libr. 3. officiorum: In acquirentis: inquit, conſiliis plurimũ adiungit vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentię vſus, facilitatis gratia. De huiuſmodi hominum conſiliis ait ita in Moralibus diuus Gregorius: Valde fortitudo deſtruitur, niſi per conſilium fulciatur. Et diuus Cyprianus in epiſtola quadam: Conſiliorum gubernaculum diuina lex eſt. Et rectè quidem: nam in conſilio capiendo prudentia, in dãdo fides requiritur, & religio. Plato cõſilium appellat rem ſacram, quę indigemus. Et Plutarchus in libro de amicitia & adulatione: Plerique mortales, inquit, opus habent conſilio, & aliena prudẽtia. Et Cicero in ſeptima Philippica: Summi gubernatores in magnis nonnunquam tempeſtatibus ſolent à vectoribus admoneri: Et quamuis omnes indigeant conſilio: illi tamen præcipuè, qui rempublicam gubernandam gerunt. *Similitudo.* Vt eis qui ſuper funes gradiuntur, & agitantur, quos funambulos appellant, opus eſt bacillo, aut ſcipione, ne cadant: ſic qui ardua, & ſublimia gerunt negotia, indigent conſilio, ne præcipitentur. Hac ratione ductus Romulus vrbe condita centum conſiliarios conſtituit, vt ait Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. quos optimos iudicauit. Videant principes, ne eos ſibi conſiliarios adhibeant, qui ipſis perniciem machinentur. Imò in huiuſmodi homines grauiter animaduertant. *Similitudo.* Quemadmodum qui principis monetam corrumpit & adulterat, aſperè punitur, & iuſtè quidem: ita, imò multò grauius puniri debet, qui eius deprauat ingenium, eique non ſalutaria & vtilia, ſed turpia & inutilia ſuadet: qui non vera loquitur, ſed dulcia: non honeſta, ſed pernicioſa. Marius Maximus meliorem eſſe rempublicam aſſerebat in qua princeps improbus eſſet, quàm in qua principis amici eſſent ſceleribus imbuti: quandoquidem vnus malus poſſit corrigi à multis bonis, multi autem ab vno nequaquam. Ita refert Cuſpinianus in Conſulibus. Simile quippiam narrat Fulgoſus libro 7. de Homulio ſenatore Romano, qui dicebat, ſe potius optare flagitioſum principem bonis conſiliarijs ſeptum, quàm honeſtum, qui deprauatos haberet conſiliarios, quibus rerum publicarum adminiſtrationem cõmitteret. At conſilium debet eſſe conſideratum: nam authore Seneca in libro de beneficiis: Velox cõſilium ſequitur pœnitentia. Id voluit Chilo ſignificare, cùm dixit, vt Laertius memoriæ prodidit, in via non eſſe propetãdum. Et Democritus, cùm aſſeruit, nihil eſſe cõſiliis pernicioſius celeritate: vt Broſonius Contarſinus monimentis conſignauit. Florentiſſimas reſpublicas ſcimus fuiſſe per temerarios ac præcipites conſiliarios labefactatas, & à viris prudentia ac maturitate cõſilij ſuſtentatas & reſtitutas. Ea ratione motus dux Græciæ nõ optabat, vt Aiaci ſimiles decem haberet, ſed Neſtori: Quod ſi accideret: ſperabat Troiã eſſe breui de-lendam. In rebus arduis & memorabilibus conſilia primùm, deinde acta, poſtea euẽtus ſpectantur. Quare à principibus debent fideles, prudentes, atque præſtantes conſiliarij exquiri, quorum conſilio iuuentur. Huiuſmodi erat Daniel, qui monuit Nabuchodonoſorem, eumque excellenti conſilio inſtruxit.

Peccata tua eleemoſynis redime. Hoc eſt, da eleemoſynas, vt tibi peccata tua dimittantur. Nam, vt Eccleſiaſticus ait cap. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Sed ſunt, qui ideo eleemoſynam non faciunt, quia timent, ne poſtea illis deſint opes. At longè falluntur opinione. *Simili.* Nam vt triticum in horreo non augetur, ſparſum autem in terram mirum in modum multiplicatur: ſic opes retentæ non creſcunt, pauperibus autem diſtributæ maximè propagantur: & ex vno grano centũ naſcuntur. Ait enim Chriſtus dominus apud Matthæũ 19. Centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Vnde Auguſtinus de verbis domini: Fœcundus, inquit, ager pauperum citò reddit donantibus fructum. Et Chryſoſtomus in caput 10. Matthæi: Cui non prodeſſent eleemoſynæ, ſi rex idolorum cultor poterat illis redimere peccata? Id quod hoc loco videmus.

Forſitan ignoſcet Deus delictis tuis. Hortatus eſt illum ad benignitatem & beneficentiam, vt illi Deus peccata condonaret. Sed ſi Dei potentiam prædixerat, quæ firma eſt & immutabilis, quomodo illum monet ad illam eleemoſynis mutandam? Facilè hoc ſoluitur Ezechiæ regis exẽplo, cui Eſaias proximam mortem nunciauit ex parte Dei: & tamen pias ad Deum preces emittens, ab eo quindecim annos vitæ impetrauit. Niniuitis etiã prædixit Ionas à Deo miſſus euerſionem ciuitatis vſque ad quadraginta dies. At ipſi pœnitentia Deum placarunt, & ciuitatem in columem obtinuerunt. Nã vaticinationes cõminatoriç non ſemper implentur, vt ait diuus Hieronymus: cuius ſententia eſt in ſacros canones relata, de pœnitẽtia diſtinctione 1. Quamobrem apud Ieremiam 18. dixit Deus: Repentè loquar aduerſus gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiã egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Sed dices: Ergo Deus mutatur? Non mutatur profectò: ipſe enim ait apud Malachiam cap. 3. Ego dominus, & non mutor. Et capite Numerorum vigeſimotertio ſcriptum eſt: Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. At nos ſumus, qui mutamur. *Similitudo.* Quemadmodum magna quædam turris modò ante oculos nobis eſt, modò retrò: nũc longè, nunc propè, cùm ea firma ſit & immobilis: ſic Deus aliquando nobis videtur iratus, aliquando clemens: interdũ nos intuetur oculis placidis, & fauore proſequitur, interdum oculos ſuæ miſericordiæ à nobis videtur deiicere, & auertere. Nonnunquam à nobis diſiungi longéq; diſtare videtur, nonnunquam appropinquare nobis, & proximè accedere. At in nobis eſt omnis mutatio: ſi diſcedimus ab eo, manet nobis diſtans, ſi accedimus ad illum, inuenimus eum propè. Ipſe enim ait per diuinum ſuum va-

tem Zach. 1. Conuertimini ad me: & conuertar ad vos. Et de impiis ait apud Eſaiam 29. Cor eorum longè eſt à me. Et 33. Audite, qui lõgè eſtis. Ab his autem longè Dominus manet: nam, vt pſalmo 118. dictum eſt: Longè à peccatoribus ſalus. Et Prouerbiorum 15. Longè eſt Dominus ab impiis. Et D. Paulus cap. 2. ad Epheſios: Qui eratis longè, facti eſtis propè. Et D. Iacobus 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Aſpicis igitur, Deum non mutari, ſed à voluntate noſtra manare mutationem, eóſque longè falli, qui exiſtimant Deum eſſe mutabilem. *Similitudo.* Sunt nauigantibus ſimiles à portu vento ſecundo ſoluentibus, qui intuẽtes terram quam relinquunt, putant eam mutari & fugere, cùm non ipſa, ſed nauis eos vehens ſit, quæ diſcedit, & curſum velociter conficit. Eſt autem Deus firmior & immobilior ipſa terra: quoniam eſt actus purus abſque alicuius potentiæ permiſtione: eámque ob cauſam omnino immutabilis. Imò eſſe immutabile omnino, eſt proprium Dei, vt ait diuus Thomas in prima parte ſummæ theologicæ, ſequens hac in re D. Auguſtinum in libro de natura boni. Itaq; Daniel hortatur Nabuchodonoſorem ad placandum Deum eleemoſynis: propter quas fortaſſe diſtulit Deus anno vno ſententiam: donec rex ille in deteſtabilem incidit elationem, & bonum diuinæ clementiæ amiſit malo propriæ ſuperbiæ,

Poſt finem menſium duodecim in aula Babylonis deambulabat. Reſpõditque rex, & ait: Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quã ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meę, & in
F gloria decoris mei? Cumque ſermo adhuc eſſet in ore regis, vox de cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex: regnum tuum tranſibit à te: & cum beſtiis & feris erit habitatio tua. Fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias, quòd dominetur excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit, det illud. Eadem hora ſermo cõpletus eſt ſuper Nabuchodonoſorę: & ex hominibus abiect' eſt: & fœnũ vt bos comedit: & rore cœli corpus eius infectum eſt: donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerẽt, & vngues eius quaſi vngues auium. Igitur poſt finẽ dierum ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cœlum leuaui & ſenſus meus redditus eſt mihi, & altiſsimo benedixi: & viuentem in ſempiternum laudaui, & glorificaui: quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna: & regnum eius in generatio
G ne & generationẽ. Et omnes habitatores
Infr. 7. terrę apud eum in nihilum reputati ſunt: iuxta voluntatẽ enim ſuam facit tam in virtutibus cæli, quàm in habitatoribus terræ. Et non eſt, qui reſiſtat manui eius, & dicat ei: Quare feciſti? in ipſo tempore ſenſus meus reuerſus eſt ad me: & ad honorem regni mei, decorémque perueni: & figura mea reuerſa eſt ad me. Et optimates mei, & magnates mei requiſierunt me, & in regno meo reſtitutus ſum: & magnificentia mea amplior addita eſt mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonoſor laudo, & magnifico, & glorifico regẽ cæli quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare.

Poſt finem menſium duodecim. Inter hæc & Danielis interpretationẽ interfluxerat annus. Scriptum eſt enim de Deo cap. vndecimo Sapientiæ: Miſereris omniũ, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

In aula Babylonis. In regio palatio: ex quo ciuitas cõſpiciebatur. De ſe tanquã de alio loquitur.

Reſponditq; rex, & ait: Hoc eſt, in hunc modum locutus eſt rex. Accipitur reſpondere pro loqui, nemine interrogante. De hoc ſchemate diſſeruimus capite ſecundo.

Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna? Hoc eſt, hæc eſt Babylon magna ciuitas, fortis, & munita, & inexpugnabilis, cuius ego ſum dominus & rex: quam ego etſi à fundamentis non conſtruxi, ornaui tamen, & amplificaui: fecíque, vt eſſet vrbs regia, caput imperij mei, quam meis opibus muniui, vt compararem mihi gloriam immortalẽ, quam ipſi perpetuitas intueretur. Fuit Babylon ædificata multò ante Nabuchodonoſorem: nam fuit principium regni Nemroth, vt capite decimo Geneſis literæ diuinæ memoriæ prodiderũt. Qua de re capite primo copioſè diſſeruimus. Tu autem aduerte, & perpende, quàm difficile ſit in magna opum, rerúmque proſperarum affluentia humilitatem animi ſeruare, cæteráſque virtutes retinere. Cùm Nabuchodonoſor videret ſuam illam celebrem ciuitatem, & potentiam ſuam, ſtatim fuit inflatus ſuperbia, qua ſeipſum maculauit. In excelſis mẽtibus Gelboe interfecti ſunt nobiles Iſraelitæ: & in excelſitate honorum & dignitatum mundi ſolent perire virtutes. *1. Reg. 31. 1. Par. 10.* Dauid in ſtatu abiecto pepercit perfido inimico: & in diuitiarum abundantia, in regia dignitate collocatus occidit innocentẽ amicum. *1. Reg. 24. & 25. 2. Reg. 11.* Saul priuatus fuit humilis, & obtento regno ſuperbus. *1. Reg. 9. & 10. 1. Reg. 18.* Rex Nabuchodonoſor ſuperbia elatus, cùm præteriiſſet annus ab interpretatione Danielis, exiſtimauit falſum eſſe, quod ſibi prædixerat: & opinione inflatus dixit: Quis me poterit à regno meo eiicere, cùm præter alia ſim dominus huius magnæ ciuitatis?

Vox de cælo ruit. Id eſt, vox cœlitus delapſa eſt, formata per angelum Deo iubente: per illum fortaſſe, quem antea vigilem vocauerat. Vox autem hæc fuit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor: regnum tuum tranſibit à te. Hoc eſt, iam iam adminiſtratione regni priuaberis. Ita vani homines cæduntur: ita ſuperbi caſtigantur. Cætera quæ ſequuntur, fuerunt ſuprà à nobis explicata.

Donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerent.

ſcerent. Cùm enim multo tempore intonſi incolúmque manerent, mirom in modum creuerunt: eumque ita operuerunt, vt illis eſſet rectus velut aquila plumis.

Igitur poſt finem dierum. Hoc eſt, exacto tempore à Deo definito, iuxta Danielis explicationem: ego Nabuchodonoſor extuli ad Deum oculos & mentis & corporis: & reddita eſt mihi intelligentia: quare gratias egi Deo, eúmque ſummis laudibus celebraui, quòd me oppreſſerat, & extulit. *Tobias 11.* Eodem modo Tobias: benedico te, inqoit, domine, Deus Iſrael, quia tu caſtigaſti me, & tu ſaluaſti me. Non ſolùm pro liberatione à calamitate exultat, ſed etiam pro ipſa calamitate. Ita diuinus pſaltes: Lætati ſumus, inquit, pro die- *Pſal.89* bus, quibus nos humiliaſti annis, quibus vidimus mala. Illud eſt hoc loco obſeruandum, Nabuchodonoſorem in afflictione oculos intelligẽtiæ apetuiſſe: nam, vt D. ait Greg. oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Multi qui in proſperitate verſantur in tenebris, in calamitate illumi- *Tob.11* nantur. Eſt hoc in illuſtratione Tobiæ ſignificatũ, qui felle oculis impoſito viſum recepit. Quid enim nomine fellis niſi calamitas ſignificatur, qua mentis oculi illuſtrãtur: Vnde Eſaias cap. 28. Sola, inquit, vexatio intellectum dat auditui.

Et regnum eius in generatione & generationem. Hoc eſt, & regnum Dei eſt æternum. Qua de re diſſeruimus capite ſecundo.

Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilũ reputati ſunt. Id eſt, ego qoi me maximũ reputabã, cognoui nihil eſſe, omnéſq; homines ſi cum Deo comparentur, nihili faciendos, nullóque loco numerandos. Nihil eſt, quod ad Deum collatum aliquid ſit. Ideo Eſaias quadrageſimo: Ecce gentes, inquit, qoaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momẽtum ſtateræ reputatæ ſunt. Et regius vates: Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te. Ac ſi dicat: Tota vita mea ſi cum tua æternitate comparetur, eſt veluti nihil. Et ſubdit: Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Quaſi dicat: Sed quid de me loquor? Imò omnis homo in vita hac conſtitutus tibi collatus, nihil ſolidi habet, nihil firmi, nihil pleni, ſed eſt quippiam vanum, imò ipſa vanitas, & nihil.

Tam in virtutibus cæli, Tam in angelis, quàm in hominib. Ipſe quippe ait apud Eſai. 46. Conſilium meũ ſtabit: & omnis voluntas mea fiet. Sequitur: & non eſt, qui reſiſtat manui eius. Ac ſi dicat: Et nemo poteſt Dei obſiſtere poteſtati. Accipitur manus pro poteſtate. Ipſe enim ait cap. 41. Iob: Quis reſiſtere poteſt vultui meo? Et 51. Ieremiæ: Quis ſuſtinebit me? Et quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Paſtorem vocat regem, principem, & magnatem, quòd debeat ſub iectos, vt oues paſcere boniq; paſtoris officium gerere.

Et figura mea reuerſa eſt ad me. Eſt. his verbis occaſionẽ ſumpſit Ioſephus Flauius dicendi, Nabochodonoſorẽ fuiſſe in bouem cõuerſum, nullámque hominis figuram habuiſſe tẽpore amentiæ ſuæ. At diuus Hieronymus, Epiphanius, Lyranus, Carthuſianus, & cæteri doctores catholici aſſerunt eum non amiſiſſe humanã formam nec figuram: ſi figura pro corporis conformatione, & hominis ſpecie accipiatur. Amiſit tamen pulchritudinem, & colorem, & creuerũt ei vngues, & capilli. Et hoc modo figuram amiſit: hoc eſt exteriorem venuſtatem, & compoſitionem. Sed poſtea ad priſtinam dignitatem reſtitutus omnia figuræ ornamenta recuperauit. Fateor figuram ſubſtantiæ accipi aliquãdo pro ipſa ſubſtãtia & forma: vt cap. 1. epiſtolę ad Hebręos: Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantię eius. Hoc eſt, qui filius Dei Chriſtus Ieſus cùm ſit ſplendor patris, & eiuſdẽ ſubſtãtiæ cũ eo. Idẽ eſt loco illo figura ſubſtantię patris, quod forma *Philipp.2.* Dei, iuxta illud ad Philippẽſes: Qui cũ in forma Dei eſſet. Vbi Chryſoſtomus per formã intelligit formã ſubſtãtialẽ. Hoc eſt, qui cùm eſſet conſubſtãtialis patri. Eodẽ modo ad Hebræos dixerat: Qui cũ ſit ſplẽdor glorię, quibus verbis, vt Photius ait, procedentẽ à patre filiũ ſignificauit, quia ſplẽdor procedit à ſole, & filius à patre: & ſignificauit coęternitatẽ cũ patre, vt ait Cyrillus, quia non eſt ſol ſine ſplẽdore, nec pater ſine filio. Sed quia ſplendor iuxta humanã rationem non dicit ſubſtantiam, ne expertem putares filium paternæ ſubſtantiæ, adiecit: & figura ſubſtãtiæ eius. Hoc eſt eiuſdem formæ ſubſtantialis cum Deo patre. Diuus tamen Gregorius Nyſſenus loco illo figuram accipit pro æqualitate, vt perſonas ſanctiſſimæ trinitatis oſtẽdat coæquales ſibi eſſe & coæternas. Hoc autem Danielis loco pro compoſitione exterioris ſpeciei, & ſpectri accipitur.

Et optimates mei & magiſtratus mei requiſierunt me. Qnando Nabuchodonoſor incidit in amentiam, congregati ſunt magnates, & eum à regni gubernatione priuauerunt. Ipſe autem exiſtimãs ſe eſſe beluã contulit ſe in loca agreſtia & inculta, vbi cùm beſtiis verſabatur. Ac interea fuit Euilmerodach filius eius in regia dignitate conſtitutus: aut alius filius eius. Audientes autem regni magnates eſſe Nabuchodonoſorem ad iudicium ſuũ reuocatum, faſtidio affecti in filium eius, cuius ingenium & dominatum moleſtè ferebant, quęſierunt Nabuchodonoſorem, cui regni clauũ tradiderunt. Et ad principatum remiſſum temporibus, longo interuallo intermiſſum reuocarunt. Hæc apud varios authores fide dignos inueni.

Quia omnia opera eius vera. Procedunt enim ſecundum normam diuinæ ſapientiæ, quæ errare non poteſt, Deus nec falli poteſt, nec fallere: non ſolùm verbis, ſed etiam factis verax eſt. Ita illud apoſtoli in epiſtola ad Romanos intelligitur: Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mẽdax. Vbi diuus Paulus non vult ſignificare omnes homines fraudolentos eſſe, & ex mendacio compoſitos aut mentiri: ſunt enim nonnulli, qui nunquam orationi vanitatem adhibuerunt: ita verba ad normam dirigunt veritatis, vt nullo modo mendacium dicant. Sed vult apoſtolus ſignificare, eo ingenio eſſe homines, vt poſſint mentiri. In qoo ſenſu Deum appellat veracẽ, quòd mendacium cum diuina natura nullo modo poſſit cohærere. De natura enim agit, non de facto. Vnde pſalmographus: fidelis, inquit, dominus in verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Et Moſes in cantico capite Deuteronomij 32. Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & abſqoe vlla ioiqoitate, ioſtus

& rectus. Vel vt poteſt verti ex Hebræo: Rupis perfecta ſunt opera. Eſt enim in Hebræo vocabulum Tſur, quod rupem ſignificat: & tribuitur Deo propter firmitudinem & conſtantiam. Si enim ita mutaretur, vt aut verbis, aut factis aliquem falleret, iam à fonte veritatis mendacium flueret. Quo nihil dici poteſt vanius, nihil abſurdius, nihil inſipientius.

ANNOTATIONES EX Chaldæo in.

CAPVT IIII.

Quietus eram in domo mea. Theodotio habet: Abundans eram in domo mea. Alij vertunt: Felix eram in domibus meis. Quæ omnia in idem ferè cōcurrunt. Pro quietus, eſt in Chaldæo שלה Xele, à verbo שלה, quod ſignificat quieſcere, conſiſtere, tranquillitate potiri, affluere, & abundare. Et quia beatitudo in bonorum affluentia conſiſtit, vt Hecateus & Pſeuſipus aſſeruerūt: & in animi quiete à Græcis εὐθυμία appellata, vt Democritus exiſtmauit, non diſcreparunt à ratione, qui pro Xelch, quod quietum & abundantem ſignificat, felicem tranſtulerunt. Eadem ratione id quod nos habemus in pſal. 29. Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum: poteſt verti: Ego dixi in quiete mea. Vel in felicitate mea. Sed non omnis quies laudabilis eſt: ea enim vituperatur, quæ pro otio nimio accipitur, quod lāgorem affert hominibus eo diffluētibus. Huiuſmodi quies iners & deſidioſa appellatur à Seneca ſepulchrū hominis viui. De illa poteſt id intelligi, quod ait cap. 1. Prouerb. Salomon: Auerſio paruulorum interficiet eos. Vbi pro, auerſio, eſt in Hebræo idem vocabulum quietem ſignificans. Quare poteſt verti locus ille: Quies paruulorum perdet eos. Otium enim plenum inertia & deſidia eos euertit, qui illi ſeipſos tradiderunt. Qui ideo paruuli vocantur, quia inſtar infantium nihil efficiunt memoria dignum: nihil agunt, quod poſt eorū interitum eos vixiſſe teſtetur. Poteſt etiā verti: Error ſtultorū occidet eos. Verbū enim Xalah, errare etiā ſignificat: vt libr. 4. Regum. cap. 4. Ne errare facias me. Illud etiā pſal. 121. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis: poteſt verti: Sit pax in exercitu tuo & quies in ędibus tuis. Quibus verbis Dauid alloquitur Hieroſolymam precās ei felicitatē. Pro abundantia eſt in Hebræo Xaluah, quod abundantiā ſignificat, quietem, & beatitudinem. Pro virtute eſt in Hebræo Caial, quod virtutē ſignificat, & exercitum, & murū. Qua ratione ductus Hieron. tranſtulit: Sit pax in muris tuis: abūdantia in domibus tuis. Solet enim bonorum abondantia eſſe, vbi pax viget. Sed quonniā ſolent reges & principes in turribus recondere theſauros poteſt locus ille ita rectiſſimè verti: Fiat pax in exercitu tuo: & abundātia in turribus tuis. Acſi dicat: tāta vigeat in te quies ô ciuitas Hieroſolyma, vt non ſolùm in otio, ſed etiā in exercitu bellico ſit pax: & tanta opum affluentia, vt non ſolùm in arculis, ſed etiam in turribus tuis ſit recondita theſaurorū abundantia. Vbi vides etiam in exercitu militari pacem poſſe conſiſtere.

Florens in Palatio meo. Theodotio habet: Florēs in throno meo. Partē poſuit pro toto, ſolium palatij pro ipſo palatio. Pro palatio eſt in Chaldęo היכל Hecal, quod aulam ſignificat, & templū: vt apud Ieremiā cap. 7. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, templum domini, templum domini, templum domini. Acſi diceret: Nolite credere verbis falſorum vatum aſſerentium nunquam Hieroſolymam euertendam eſſe ob magnificum templum ſanctitatis plenum, à Salomone ad Dei laudē in ea conſtructum. Nam niſi iuſtitiam colueritis, & pietatem, nihil vobis proderit: & ciuitas veſtra funditus euertetur. Nominabāt ter templum domini ad maiorem confirmationem. Vel propter tres partes ipſius, nempe veſtibulum, templum, & ſanctum ſanctorum. Vel ideo ter illud nominabant, quia totius in anno Iudæi in illud cōuenire tenebantur: nimirum in ſolemnitate azymorum, hebdomadarum, & tabernaculorum: vt capite 34. Exodi: & cap. 8. & 2. Paralipomenon diuinæ literæ memoriæ prodiderunt. Accipitur vocabulum hoc Hecal pro palatio primo capite Danielis: Qui poſſent ſtare in palatio regis. Et pro templo, pſalmo 11. Dominus in tēplo ſancto ſuo. Vbi templum accipitur pro cœlo: nam id volens diuinus vates ſignificare adiecit ſtatim: Dominus in cœlo ſedes eius.

Donec collega ingreſſus eſt. Theodotio pro collega nihil habet. Pagninus habet demum. Brixianus, tandē. Moti ſunt, vt ego mihi ſtatuo, ſignificatione huius vocabuli אחור Achor, quod ſignificat tandē & denique, & demū. Nā in Chaldæo eſt Achoren: quod putauerunt eſſe idē, quod Achor. Et poteſt ita eſſe. At Achoren apud Chaldęos ſignificat collegā, ſociū, & fratrem: quā ſignificationē ſecutus eſt noſter interpres. Alij verò aliā. Sed omnes rectè meo quidē iudicio tranſtulerunt. Ab Achor deducitur, Achorith, quod ſignificat nouiſſimum, poſteritatē, & reliquias. Vnde illud Amos tertio: Nouiſſimum eorum in gladio interficiam. verti etiā poterat: Et poſteritatem eorū ferro interficiā. Vel reliquias eorum.

Ecce arbor in medio terræ. Pro arbore eſt in Chaldæo אילן Ilan. Vocabulum Hebræum eſt אלן Elon, quod inuenitur etiam cum Iod. Significatque arborem & fortem. Vnde illud Eſaiæ ſexageſimoprimo: Et vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ: poteſt verti: Et vocabuntur in ea arbores iuſtitiæ. Vt ſit ſenſus: In eccleſia catholica verè Chriſtiani vocabuntur arbores ferentes vbertimos virtutum fructus. Accipitur enim iuſtitia pro virtute in communi. Inde אל Et ſignificat fortem: vt Exodi quintodecimo: Quis ſimilis tui in fortibus domine? Et ſignificat Deum ob fortitudinem: vt pſalmo 49: Deus deorum dominus locutus eſt. pro quo Hieronym. vertit: Fortis Deus dominus locutus eſt. Ex quo perſcies errorem multorum bibliorum habentium in pſalmo 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontē viuum: cùm dicendum ſit: Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum. Nā pro forti eſt in Hebræo אל vocabulum noſtrum, quod fortem ſignificat, non autem fontem. Et in Græco eſt ἰσχυρὸν, quod etiam ſine dubitatione ſignificat fortem. Sed hoc erratum non eſt interpretis, nec verſionis, ſed librarij, aut typographi, aut alicuius

ius ſcioli,qui pro forti ſcripſit fontem,quia præceſſerat verbum ſitiuit. Latinus enim noſter interpres fortem vertit ex Græco, vt videre licet in antiquis codicibus, & in illis, qui excuſi ſunt Compluti iuſſu & induſtria Franciſci Simenij cardinalis ampliſſimi: in quibus tam in editione Latina deſumpta à Græca, quàm in ea, quæ deſumpta fuit ab Hebręo,eſt:Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum.Pro quo Pagninus habet: Sitiuit anima mea ad Deum, Deũ viuum. Nam vt diximus, idem vocabulũ vtrumq; ſignificat, & fortem & Deũ. Ab hac radice deducitur Aieleth, quod ſuſceptionem ſignificat, & ceruam. Inuenies vocabulũ hoc in titulo & inſcriptione pſalmi vigeſimiprimi pro ſuſceptione. Ita enim habet verſio noſtra cõmunis iuxta Græcam veritatem:In finem pro ſuſceptione matutina Pſalmus Dauid. Vbi pro ſuſceptione eſt in editione ſeptuaginta interpretum ἀντιλήψεως: quod nomen ſuſceptionem ſignificat, & apprehẽſionem, & ſubſidium authore Budæo. Et rectè quidem:
Matt.27. nam pſalmus hic ad Chriſtum Deum noſtrum ſpectat,vt ex euãgeliſtis, & diuo Paulo apertiſſimè cõſtat, qui ex eo citãt teſtimonia de Chriſto.
Ioan.19. Lege pſalmũ hunc, & videbis Chriſti paſſionẽ
Heb.2. in eo referri. Eſt enim eius oratio in acerbis calamitatibus conſtituti. At in fine pſalmi agitur de eius liberatione, & reditu ad vitam. Quare conuenienter tranſtulerunt ſeptuaginta. Pro ſuſceptione matutina: hoc eſt pro reſurrectione Chriſti, quæ primo mane facta eſt. Tunc enim filius Dei fuit à patre ſuſceptus à morte ad vitam: & ipſa Chriſti anima ſuſcepit corpus, ad quod rediit. Poteſt tamen verti ex Hebræo locus ille: Victori pro ceruа matutina pſalmus Dauid.Hieronymus vertit ceruum ma-
Similitudo. tutinum:Felix verò,ceruam auroræ.Quæ omnia in idem concurrunt. Quemadmodum ceruus canum vi exagitatur præſertim diluculo, prinſquã curſu fatigentur:ſic dominus Ieſus tempore matutino fuit à rabioſis hominibus furore concitatis vexatus, dilaniatus, & ſummis cruciati-
Pſal.21. bus affectus. Ipſe enim in his verſibus ait: Circundederũt me canes multi.Et paulo pòſt: Erue à framea Deus animam meam,& de manu canis vnicam meam. Primo mane fuit à Iudæis agitatus, cùm eum à conſilio ad Pilatum, & à Pilato ad Herodem,rurſus ab Herode ad Pilatũ: & tandem ad Caluariæ locum multis vulneribus ſauciatum, & acerbiſſimis cõtumeliis affectum duxerunt. At impij ac obſtinati Iudæi ceruum matutinum non ad Chriſtum referunt, ſed ad cantum quendam quem ſomniant:ne veritatem fugere videantur. Sed cùm videamus totum pſalmum ad Chriſtum pertinere,eumq; eſſe, qui loquitur in illo,fatẽdum eſt, pſalmi inſcriptionem eſſe ad illum referendam.

Ecce vigil & ſanctus de cœlo deſcendit. Græca trãſlatio habet.Ecce ir, & ſanctus de cœlo delapſus eſt.Pro vigili eſt in Græco ἶρ, quod nomen idem eſt quod ver. At hoc loco non pro vere accipitur:ſed pro angelo,qui Hebraicè dicitur hir.Noluit enim Theodotio nomen Hebraicũ mutare, quod eſt עִיר, deriuatum à verbo עור, quod ſignificat oſtendere, excitare, exurgere, vigilare. Vnde hir ſignificat vigilantem, ſiue vigilem: in quã ſignificationẽ accipitur ab interprete noſtro. Significat etiam ciuitatẽ,reſurrectionẽ,& inimicum. Vnde illud pſalmi 72. Domine in ciuitate tua imaginẽ ipſorũ ad nihilum rediges: vbi pro ciuitate eſt hoc idẽ vocabulũ hir:poteſt ita verti: Domine in reſurrectione imaginẽ ipſorũ euertes.Vt ſit ſenſus. Efferentur lætitia impij Iudæi, cùm te Chriſte ſancte viderint in cruce ſubire mortem: at omnis illa eorũ gloria euaneſcet vt ſomniũ: nã in reſurrectione tua eam illis rediges in nihilũ: quoniã nõ erit vera,atq; ſolida gloria, ſed eius vmbra & imago. Poteſt quoq; ad generalẽ reſurrectionẽ referri in vltimo iudicio.Cùm enim diuinus vates locutus fuiſſet de interitu impiorũ,eiúſq; gloria inſtar ſomnij delenda, adiecit: Domine in reſurrectione animã eorũ perdes. Appellatur anima eorũ imago, quia eſt ad Dei imaginẽ creata. Acſi diceret: Hic videmus ſceleratos homines perire quo ad corpus: ſed in reſurrectione mortuorũ in die iudicij videbimus eos perire quo ad animã: quoniã tu domine eos in pœnas æternas relegabis.Illud etiam Michææ 5.Conterã ciuitates tuas:poteſt verti: Conteram inimicos tuos. Diximus namq; hoc vocabulũ & ciuitatem ſignificare, & inimicum. R. Abraham interpretatur hoc de ciuitatibus,in quibus idola colebãtur, quas ob eam cauſam Deus ad exitiũ, & vaſtitatem vocabat. Sed R. Marinos hunc locum de inimicis explanat, ſequens paraphraſim Chaldaicam Ionathæ,quæ habet: Euertã hoſtes tuos.Hoc verbo vtitur Habacuc ca.3. pro ſuſcitans ſuſcitare,cùm ait: Suſcitabis arcũ tuũ. Quæ verba poſſunt etiam ita verti: Oſtenſione oſtendes arcum tuum.Vt ſit ſenſus: Tu Chriſte ſeruator manifeſtò demonſtrabis auxiliũ tuum erga eos, qui ad te toto pectore confugerint. Omnibus erit notum præſidium tuum: in mediũ proferes opem tuam.Collatio eſt ab eo ſumpta, qui arcu,& ſagittis palàm fert opem amicis ſuis.Vel loquitur de arcu cœleſti: de quo dixit Deus capite nono Geneſis:Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me,& inter terram. Per hunc arcum fœdus Dei cum hominibus ſignificatur.Eum Chriſtus in cruce oſtendit, cùm firmam nobis reconciliationem ſanguine ſuo pro nobis fuſo ſanciuit.Hoc voluit diuus Ioannes capite decimo Apocalypſis ſignificare dicens:Vidi alium angelum fortem,deſcendentem de cœlo,amictum nube: & iris in capite eius. Hic eſt Chriſtus amictus nube humanitatis aſſumptæ,quæ diuinitatem oculis hominum minime ſpectabilem tegebat. In eius capite iris eſſe dicitur,hoc eſt propitiatio diuinitatis,generíſque humani reconciliatio. Vel per arcum de quo loquitur Habacuc, intelligitur collegium Chriſti, de quo ipſe ait apud Zachariam nono: Extendi mihi Iudam quaſi arcum. Quorum verborum hic eſt ſenſus. Ad expugnandum mundum vſus ſum Iudæa tanquam arcu,hoc eſt apoſtolis in Iudæa natis & enutritis, qui ſuis concionibus mundum conuerterunt. Erant eorum verba admirabiles ſagittæ in animos hominum penetrantes & ipſi arcus ad gẽtes vincendas,quę antea erant idolorũ cultrices.Hic eſt ar-

cus in manu Chriſti, de quo ſcriptum eſt capite ſexto Apocalypſis: Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum. Equus albus eſt eccleſia primitiua à peccatis aqua baptiſmatis abluta: qui erat in illa Chriſtus eſt, qui apoſtolis velut arcu vtebatur: quem arcum Habacuc prædixit eſſe ſuſcitandum, & apertè oſtendendum. Idem enim ſignificat verbum hur. Eo vtitur Dauid pſalmo quadrageſimoretio, cùm ait: Exurge, quare obdormis domine? Exurge, ne repellas in finem. Acſi dicat: Euigila obſecro domine ad protectionem meam. Quare differs opem tuã: Excita teipſum, & ne longe à me perpetuò abſis. Has lamentabiles voces emittebat pius Dauid, cùm ſe videret à Saule rege vexatũ, ad terram abiectum pondere calamitatum, & ad infimum ſtatum depreſſum: quibus Deum obſecrabat, vt exurgeret ei opẽ laturus, nec amplius permitteret illò in tam acerbis ærumnis iacere.

Germen radicum eius. Pagninus habet: Radicem radicum eius. In Chaldæo eſt עקר Hiccar: quod ſignificat germen, radicem, propaginẽ, & truncum. Quare vtraq; tranſlatio recta eſt. Deriuatur à verbo עקר Hacar, quod ſignificat eradicare, euertere. Eo vtitur Moſes Geneſis quadrageſimonono, cùm ait: Euerterunt murum. Loquitur Iacob de Simeone & Leui, qui murũ vrbis Sichem deleuerunt. Pro quo nonnulli ex Hebræis transferunt: Eneruauerunt bouẽ. Et per bouem intelligunt Ioſeph, qui iugũ legis naturalis portauit, quem fratres eius præſertim Simeon, & Leui afflixerunt, & ad perniciẽ vocarunt. Ita R. Iahacob, & R. Selomoh locum illum interpretantur. At multò rectius eſt, vt per bouem intelligamus Chriſtum, qui ait apud Matthæum vndecimo. Iugum meum ſuaue eſt: & onus meum leue. Nam priuſquam diceret: Tollite iugum meum ſuper vos: triginta annis illud portauerat: & leue ac ſuaue reddiderat. Præclarè etiã interpres noſter vertit murum: idem enim ſignificat etiam ipſum vocabulum. Ac Chriſtus murus eſt noſter. Nam Zacharias cap. 2. inducit eũ ita loquentem: Ego ero ei murus in circuitu. Hoc eſt,
Eſai. 26. ego protegam eccleſiam meã inſtar muri. Eſaias etiam de Chriſto vaticinãs: & eccleſia: Saluator, inquit, ponetur in ea murus, & antemurale. Eſt nanque eccleſia ciuitas munita, habens, vt ait in Apocalypſi Ioannes, murum magnum & altum.
Apoc. 21. Cùm Iacob ſpiritu vaticinationis illuſtratus præuideret occidendum Chriſtum à ſacerdotibus, qui erant ex tribu Leui, & à ſcribis & phariſæis, qui plerunque erant ex tribu Simeon, dixit: In conſilium eorũ nõ veniat anima mea: & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quoniam in furore ſuo occiderunt virum: & in voluntate ſua
Gen. 49. eneruauerunt bouẽ. Vel vt habet verſio noſtra: ſuffoderunt murum. Poterat verti: Radicitus deleuerunt. Vnde hiccar ſignificat radicem, & germen: quo nomine hoc loco vſus eſt Daniel.

Conſilium meum placeat tibi. In Chaldæo propriè eſt: Conſilium meum pulchrum ſit apud te. Sed rectè vertit noſter interpres: eadem eſt enim intelligentia apertioribus verbis. Pro, conſilium meũ, eſt in Hebraico מלכי Malci, à verbo Malac, quod ſignificat conſilium ſuſcipere, & regnare, & regem conſtituere. Vnde illud Oſeæ capite octauo: Ipſi regnauerunt, & non ex me: poteſt verti: Ipſi regem conſtituerũt, & non ex me. Vt loquatur Deus de decẽ tribubus, quæ deficientes à Roboam filio Salumonis, collocarunt in regia dignitate Ieroboam, qui eis vitulos aureos erexit, quos Deo repudiato pro diis coluerunt. 3. Reg. 12.
Poteſt verti: Ipſi conſilium inierunt, ſed non ex me. Iuxta id quod ait Deus apud Eſaiam 30. Væ filij deſertores, dicit dominus, vt faceretis conſilium, & nõ ex me. Illud eſt hoc loco aduertendum, ita eſſe conſilium cum regia dignitate coniunctum, vt in lingua ſancta idem verbũ & conſilium capere ſignificet, & regnare. Romani exactis & reiectis regibus rempublicam per viros nobilitate atque ſapientia præſtantes gubernandam conſtituerunt, qui conſules à conſultando, & conſilio percipiendo dicerentur. At nemo debet conſiliarios quærere niſi amicos, fideles, & prudentes. Nam vt verbis vtar Salluſtij in Catilinario: omnes homines qui de rebus dubiis cõſultant, ab odio vacuos eſſe oportet.

Peccata tua eleemoſinis redime. Eodem modo habet etiam tranſlatio Græca. Pagninus habet: Peccata tua iuſtitia redime: Quem nonnulli alij ſequũtur. Pro eleemoſynis eſt in Chaldęo בצדקה betſidcah. Vocabulum Hebræum eſt צדק quod ſignificat iuſtitiã cum miſericordia cõiunctam. Senſus eſt, quem reddit communis interpres. Da opem, vt Deũ places eleemoſynis, propter quas tibi dimittat peccata tua. Vide eleemoſynę præſtantiã: De illa ait Chriſtus dominus capite vndecimo euãgelij authore Luca: Date eleemoſynam: & ecce omnia mũda ſunt vobis. Accipitur aliquando iuſtitia pro clementia: vt pſalmo 34. Iudica me ſecũdum iuſtitiã tuam domine Deus meus. Et cap. 58. Eſaiæ: Frange eſurienti panem tuum: & egenos vagóſq; induc in domũ tuam. Cùm videris nudum, operi eum, & carnẽ tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur: & anteibit faciem tuam iuſtitia tua. Vbi hominẽ ad eleemoſynam excitauit, adiecit: Tunc iuſtitia tua anteibit faciem tuam. Quo in loco accipitur iuſtitia pro benignitate & eleemoſyna, & opere pietatis, quemadmodum hoc Danielis loco, vbi Latinus interpres pro iuſtitia vertit eleemoſynas, vt ſenſum diuini vatis explicaret.

Quam ego ædificaui in domum regni. Pro, in domum regni, vertunt quidã: vt exiſtat regia. Hoc eſt, vt ſit aula regis, & regni metropolis. Eadem eſt ſententia: ſed interpretes noſter fidelius tranſtulit verba Chaldæa לבית מלכו Lebeth Malcu. Baiith enim & Beth domũ ſignificat: vt pſal. 67. Deus qui habitare facit vnius moris in domo. Quorum verborum hic eſt ſenſus: Deus eſt, qui homines vnius animi, concordes, vna mẽte conſentientes, quibus ſtudiorum, ſententiarum, & voluntatum in rebus fidei ſumma eſt conſenſio, habitare fecit in eccleſia catholica, quæ eſt domus Dei. Ita eã diuus Paulus cap. 3. epiſtolę prioris ad Timotheum appellat. Et de primitiua eccleſia ait Acto. 4. diuus Lucas: Multitudinis autẽ credentiũ erat cor vnũ, & anima vna. Hic eſt verus & germanus pſalmographi in illo verſiculo ſenſus: quẽ Septuaginta apertè & diſtinctè expreſſere, pro vocabulo Hebræo Iechidhim tráſferentes:

rentes: μονοτρόπους, pro quo noſter interpres rectè vertit, vnius moris, hoc eſt vnius in moribus voluntatis & conſenſus. At Caluinus hæreticus noſtri temporis, homo ſeditioſus, impius, & audax, vt Lutheri peſtilentis hæreſiarchæ diſcipulum poſſis agnoſcere, inuehitur in Grecam & Latinam editionem, exclamans eſſe in illis hoc loco, vt multis aliis intolerabilem errorem, verã namque interpretationem eſſe: Deus qui ditat orbos familia. Et interpretatur in hunc modum. Deus eſt ille, qui ob benignitatem ſuam eis qui filiis carebant, dat filios & poſteros. Etſi hæc illius interpretatio poteſt ſuſtineri, quoniam domus familiam etiam ſignificat, vt in annotationibus ex Hebræo in primum caput oſtendimus, tamen non ideo cõmunis vulgata verſio damnanda eſt, quæ eſt à verſione ſeptuaginta interpretum deprompta, quã diuus Paulus, & euangeliſtæ citant, & eccleſia catholica cõprobauit. Editio vulgata veteris teſtamenti eſt diui Hieronymi ſecundũ veritatem Hebraicam, vbi eſt exemplar & originale Hebræum, aut Chaldæũ. Vbi autem nõ habemus niſi originale Græcũ, vt in libro Sapientiæ, eſt ſecundum veritatẽ Græcam: præter verſionem pſalmorum: quæ etiamſi extet eius exemplar & originale Hebræum, eſt tamen ex trãſlatione Septuaginta deſumpta ante diuum Hieronymũ à tempore apoſtolorum. Itaque verſio noſtra communis pſalmorum nec eſt diui Hieronymi, nec ex Hebræo ad literam, ſed ex Græco deprompta. Cùm autem hæc Latina verſio ſeu editio pſalmorum eſſet in eccleſia frequentiſſima, manſit ſemper in ſuo robore. Eã ob cauſam cùm eccleſia verſionem diui Hieronymi recepiſſet deſumptam ex Hebræo ſecundùm literã, decreuit tamen, vt antiqua pſalmorũ tranſlatio ſeu verſio mordicus teneretur, quia publicè in eccleſiis cantabatur: erátque in ore omnium: non enim à ſacerdotibus tantùm, ſed etiam ab aliis hominibus multa pſalmorũ loca memoriter recitabantur. Hæc eſt ratio, quare in ſacris bibliis Latinis nõ eſt trãſlatio pſalmorum diui Hieronymi, ſed ea, quæ fuerat ab eccleſia multò antea recepta. Non me fugit eſſe nonnullos, qui ob vnum aut alterum vocabulum non ad verbum deſumptum ex tranſlatione ſeptuaginta interpretum. dicunt hanc noſtram Latinã editionem pſalmorũ non eſſe ex Græca Septuaginta tranſlatã. Sed illud non probant: imò lõgè opinione falluntur. Hanc tam antiquam, veram, excellentem, & approbatam editionem irridet Caluinus, ab omnibus ipſe irridendus. Ac hoc loco non vult, vt domus accipiatur pro Eccleſia Catholica, à qua ipſe receſſit, ſed pro filiorum progenie, quã ipſe concupiuit, cuius amore flagrauit. Illam amplexus eſt interpretationẽ, quæ nuptiarum carnis negotio fauere videbatur, illam autem contempſit, quæ laudem concordiæ virorum Catholicorum prædicabat. Sacerdotes enim Lutherani, milites Veneris, cùm caſtitatẽ repudiaſſent, acceperunt vxores, quæ non vxores legitimæ, ſed impudicæ ſunt concubinę: nam inter eos qui ſe ſolenni voto caſtitatis ligauerãt, non ſunt matrimonia, ſed ſacrilegia. At illi ſub honeſto titulo matrimonij meretricis libidinibus ſe perpetuò tradiderunt. [Hic Caluinus fuit imprimis Lutheri ſectator, ſed poſtea nonnullis in rebus deſciuit ab illo, & voluit per ſe facere ſectam multò peſtilentiorem: fuítque ipſo perniciosó Luthero multò pernicioſior. Eum hoc loco paucis deſcribam, vt intelligat lector eius ingenium. Fuit peſtilentibus vitiis contaminatus: ſed habebat nõnulla inſignium non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam ſigna, quibus libidines deteſtari videbatur. Oſtẽdebat res ipſa clarius luce meridiana flagrare vitia turpium voluptatum apud illum: & verbis decipiebat ſtultos, quibus ſuadebat, nihil ſibi eſſe antiquius caſtitate. Fuit monſtrum quoddã ex contrariis diuerſiſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis cupiditatibúſque cõflatum. Quis vnquam fuit magis impius. Et quis magis pietatem ſimulauit? Quis infideliot? Et quis crebrius fidem laudibus extulit? Quis in rapacitate auarior? Quis in largitione effuſior? Quis in timiditate & ignauia abiectior? Quis in audacia & furore elatior? Timebat abiectum, vilem, & ſceleratum hominem verbo obiurgare, & audebat vniuerſæ Chriſti Eccleſiæ contradicere. Tanta fuit ſuperbia inflatus, tanta perfidia obſtinatus, tanta cæcitate coopertus, vt auſus fuerit editionem ſacrorũ bibliorum, qua ſancta Eccleſia Catholica vtitur, veriſſimam, antiquiſſimam, integerrimã irridere, reprehendere, deteſtari. Cùm ipſe eſſet imperitus, Philoſophia & Theologia deſtitutus: à lectione antiquorum patrum, à literis humanis, ab omni vetuſtatis notitia alienatus. Vt autem probet eſſe editionem vulgatam deteſtandam, hunc affert locum diuini Pſaltis, vbi per יחידים interpretatur filiis deſtitutos, & per domum filiorum familiam: cùm diuinus vates, vt oſtendimus, de electorũ cõcordia in Eccleſia ſit vaticinatus. Certè verſio noſtra Latina ex Græca deſumpta multò præſtantiorem ſenſum reddit, quàm Caluini, literæque multò accommodatiorem: quem Euthymius explanat: & ante eum in epiſtola quadam Ignatus martyr diſcipulus diui Ioannis Apoſtoli: & inter eos diuus Auguſtinus in Ioannem tractatione vigeſimaſexta. Et poſtea Remigius Antiſidorenſis. Et memoria noſtra Raynerius Snoygoudanus, & Franciſcus Titelmanus, & alij magni nominis authores.

In virtutibus cœli. Pagninus habet: In exercitu cæli. Quod in idem recidit: non enim accipitur hoc loco virtus pro morali, aut Theologica virtute: ſed pro exercitu angelorũ. Pro virtutibus eſt in Chaldæo חיל Chel, quod Hebraicè dicitur Chail: & ſignificat vim, exercitũ, fortitudinem, & virtutem potentiæ. Illud pſalmi octuageſimitertij. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion: vertit Hieronymus: Ibũt de fortitudine in fortitudinem. Nam in Græco non eſt ἀρετὴ, quod virtutem, qua boni viri nominatur, ſignificat: ſed δύναμις, hoc eſt virtus potentiæ, ſeu robur, & vis. Senſus eſt. Non fatigabuntur longitudine itineris, quod tendit in cœlum, etiamſi arcta ſit via, quæ ducit ad vitam: ſed ob ſingularem animi alacritatem in dies vigebunt: donec accedant ad cæleſtem Sionem, vbi eſt æterna ſedes mentium beatarum, Matt. 7.

Nam

Nam omnibus qui pietatem & iuſtitiam coluerunt, & in gratiã è vinculis corporũ euolauerint, certus eſt in cœlo locus, vbi Deum videant cóque ſummis gaudiis cumulati fruantur.

Argumentum capitis V.

Cum Balſaſar Rex Babylonius vaſis templi Dei intemperanter abuteretur, aſpexit manum in extremitate parietis ſcribentem, cuius externa viſione fuit animo commotus, & ſtupefactus. Accerſiti autem magi, aliique ſapientes Babylonij non potuerunt literas interpretari, nec legere: ſed diuinorum conſiliorum ignari obmutuerunt. At veniens Daniel regis accerſitu eas legit, & explanauit. Aperiens autem fontem rerum arcanarum interpretatus eſt eſſe regnum illud à Balſaſare auferendum, hoſtibus eius tradendum, Dariúmque Medum in regio ſolio collocandum. Porrò nocte illa fuit vrbis Babylonis capta, & regi ad ſummam mundi gloriam floreſcenti vita ſimul cum regno erepta: ſuique eius dignitas ablata, & ſplendor extinctus; omniáque illa ex lætitia & voluptate ad luctum & lachrymas receſſerunt.

CAPVT V.

A BAlſaſar Rex fecit grãde conuiuium optimatibus ſuis mille: & vnuſquiſque ſecundùm ſuam bibebat ætatem. Præcepitq; iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea & argentea, quæ aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de tẽplo, quod fuit in Hieruſalem, vt biberent in eis rex, & optimates eius, vxoreſq; eius, & concubinæ. Tunc allata ſunt vaſa aurea, quæ aſportauerat de templo, quod fuerat in Hieruſalem: & biberũt in eis rex, & optimates eius, & vxores, & concubinę illius. Bibebant vinum, & laudabant Deos ſuos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneóſque & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ: & rex aſpiciebat
B articulos manus ſcribentis. Tunc facies regis commutata eſt: & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius ſoluebantur: & genua eius ad ſe inuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter, vt introducerent magos, Chaldæos, & Aruſpices. Et prologuẽs rex ait ſapiẽtibus Babylonis. Quicunque legerit ſcripturam hanc, & interpretationem eius manifeſtam mihi fecerit, purpura veſtietur, & torquem aureum habebit in collo: & tertius in regno meo erit. Tunc ingreſſi omnes ſapientes regis non potuerunt nec ſcripturã legere, nec interpretationẽ eius indicare regi. Vnde rex Barſaſar ſatis conturbatus eſt: & optimates eius turbabantur.

EXPLANATIO.

Balſaſar rex. Hic Balſaſar qui Baltaſar vocatur à nõnullis, fuit, vt aiunt magni nominis ſcriptores, nepos magni Nabuchodonoſoris, filius Euilmerodachi; qui patri ſuo Nabuchodonoſori ſucceſſit in regnum. Sed non ſtatim Balſaſar ſucceſſit patri ſuo Euilmerodacho: nã hic Euilmerodachus tres habuit filios, qui ſucceſſiuè regni clauum tenuẽre. Primus vocatus Negliſar, quem alij Regliſarem vocãt, regnauit tribus annis: alter vocatus Laboſardach duobus: quibus exactis obtinuit regnum hic Balſaſar tertius in ordine Euilmerodachi filius: qui annis quinque imperium geſſit, & gubernacula reipublicæ intemperanter tractauit. Lege Metaſthenem in libro de iudicio temporum, vbi hoc apertè videbis. Diuus etiam Hieronymus, qui ait ſe hoc loco ſequi Beroſum hiſtoricũ Chaldæum, & Flauium Ioſephum in libro Iudaicarum Antiquitatum, aſſerit hunc Balſaſarem regnaſſe poſt Laboſardach. Idem affirmat magiſter hiſtoriarum ſcholaſticarum: & poſt illum Ioannes Annius in commentariis in Metaſthenem. Regnante hoc Balſaſare fuit Babylon obſeſſa, & expugnata per Cyrum regem Perſarum, & auunculũ eius Darium regem Medorum: & Chaldæorum regnum funditus euerſum. Lege Trogum Pompeium, & Metaſthenem, & Xenophontem, qui omnia hæc memorię prodiderunt. Balſaſar igitur imminente obſidione, fidens viribus ſuis, & vrbis munitiſſimæ robori, parauit opiparè magnificũ conuiuiũ, ad quod regni magnates inuitauit. Aiunt nonnulli fuiſſe tunc ſolennitatem quãdam in vrbe, ad quam magnates conuenerant, in qua fuit hoc ſplendidum conuiuium inſtitutum. Alij exiſtimant ideo Balſaſarem illam epularẽ accubationem inſtituiſſe, & ſacra vaſa contaminaſſe, quia vaticinationem Ieremiæ de euerſione Babylonis, & de reditu Iudęorũ poſt annos ſeptuaginta vanam eſſe & commentitiam credidit, & fluxiſſe iam tempus illud à Ieremia prædictum exiſtimauit. Sed tempus nondum erat finitum, & ille fuit in enumeratione annorum deceptus. Ieremias enim de ſeptuaginta annis Babylonicę ſeruitutis vaticinatus eſt, ca. 25. & 29. & Zacharias 1. Et alij diuini vates. Huius cõuiuij meminit Xenophon, & Herodotus, & Ioſephus. *Eſai.21. Habac.2.*

Vnuſquiſque ſecundùm ſuam bibebant ætatem. Id eſt, vnuſquiſque erat in conuiuio iuxta ætatem ſuam collocatus: qui alios ætate anteibant, ſedebant in pręcipuis locis: deinde alij in aliis ordine ſeruato. Vel ſic: Vnuſquiſq; bibebat, vt ſuæ congruebat ætati: nam nemo vltra vires bibere cogebatur.

Præcepitque iam temulentus. Rex vino plenus iuſſit adduci vaſa ſacra, quæ in cõuiuio illo profano violauit. Vnde effluxit eius mors, & regni exitium. Vide ſub quibus principibus ſcindãtur regna, ſub ebriis: voluptatis, ſuperbis, deditis ventri, ac deliciis.

Nabuchodonoſor pater eius. Auus appellatur pater: perſpicuum eſt enim poſt Nabuchodonoſorem regnaſſe Euilmerodach filiũ eius: qui vt Ieremias

remias teſtatur capite quaquageſimoſecundo,
extulit caput Ioachim regis Iudæ,quem de car-
cere eduxit, & in ſublimi dignitate collocauit.
Hic autem Balſaſar filius fuit, vt oſtendimus,
Euilmerodach. Non me fugit aſſerere Euſebiũ
Cæſarienſem in annalibus, hunc Balſaſarẽ fuiſſe
fratrem Euilmerodach, & filium Nabuchodo-
noſoris. Sed probabilius eſt fuiſſe eius nepotem.
Nam Ieremias capite vigeſimoſeptimo prædixit
duraturum eſſe regnum Nabuchudonoſoris vſ-
que ad eius nepotem. Ita enim ait: Et ſeruient ei
omnes gentes,& filio eius, & filio filij eius, do-
nec veniat tempus terræ eius,& ipſius. Nec ob-
ſtat, Nabuchodonoſorem appellari patrem Bal-
ſaſaris, eúmq; eius filium: nam vocari patrẽ eum
qui auus eſt, indicat Moſes, qui capite trigeſi-
moprimo Geneſis inducit Iacob filiũ Iſaac, ne-
potémq; Abrahæ in hunc modum loquentem:
niſi Deus patris mei Abraham & timor Iſaac af-
fuiſſet mihi, forſitan modò nudum me dimiſiſſes.
Imò omnes maiores patres appellãtur: Nam cap.
decimoquarto Numerorum ait ſancta ſcriptura
cum Deo loquens: Qui viſitas peccata patrum
in filios in tertiam & quartam generationem. Et
capite quinto Deuteronomij: Deus emulator
reddens iniquitatem patrũ ſuper filios in tertiã
& quartam generationem. Eſaias cap. 51. Iudæos
alloquẽs: Attendite, inquit, ad Abraham patrem
veſtrum cap. 34. libri 2. Paralipomen loquens
ſcriptura de rege Ioſia: Ambulauit, inquit, in
viis Dauid patris ſui. Virgini ſanctiſſimæ Mariæ
dixit angelus apud Lucã primo: Dabit illi: nem-
pe Chriſto, dominus Deus ſedem Dauid patris
ſui. Et Zacharias apud eundem: Iuſiurandum
quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum. Et
Matt.1. Matthæus in principio euangelij ſui: Liber ge-
nerationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abrahã.
Et ipſe Chriſtus in euãgelio authore Ioanne ca-
pite octauo dicebat Iudæis: Abraham pater ve-
ſter exultauit, vt videret diem meum.

Et biberunt in eis. Cùm vaſa illa fuiſſent in tẽplo
Hieroſolymæ diuino cultui dedicata, noluit Na-
buchodonoſor illa vſibus profanis vſurpare: ſed
in templo Dei ſui illa poſuit, & ſuo modo hono-
rauit. At Balſaſar non ſolùm illis vſus eſt in con-
uiuio, ſed ea concubinis ſuis expoſuit. Quam ob
cauſam impurus ille, ac ſacrilegus tyrannus fuit
à Deo ſtatim mulctatus.

Bibebant vinum, & laudabant Deos ſuos. Ex co-
meſſatione & ebrietate ad veri Dei contemptio-
nem venerũt. Inſultantes Deo optimo deos ſuos
commentitios, quorum auxilio putabant victo-
riã de Iudæis, eorúmq; Deo reportaſſe, laudibus
efferebant. Sed perpende intolerabilem eorum
amentiam: bibentes in vaſis aureis & argenteis
deos ligneos, & lapideos laudabant, quibus vi-
ctoriam tribuebant.

In eadem hora apparuerunt digiti. Oſtẽditur Dei
vltio, quæ aliquãdo non differtur in tẽpus aliud.
Hi autem digiti viſi ſunt quaſi egredi è pariete:
& ſtatim euanuerunt. Non erant veri digiti ma-
nus humanæ, ſed eorum effigies. Apparuerunt
quidem ad oculum imagines illæ digitorũ, ope-
ratione angeli factæ in ea parte parietis, vbi cla-
rius conſpicerentur. Ideò ſubditur: Contra can-
delabrum: hoc eſt, in loco illuſtri & eminente,
vbi lumine perſpicuè apparerent. Candelabrum
vas eſt, in quo infigitur cereus ad prælucendum.
Erat autẽ ſcriptura in extremitate parietis aulæ
regiæ, vt indicaret ad regem pertinere. Vox pro
qua noſter interpres vertit ſuperficiem, propriè
ſignificat calcem, ſeu coctum lapidem, quo pa-
rietes dealbantur. Quare rectè habet editio no-
ſtra: calx enim dealbans parietem eſt eius ſuper-
ficies ſeu extremitas.

Tunc facies regis commutata eſt. Deſcribit Da-
niel perturbationem, qua rex agitabatur ob me-
tum rei viſæ, & ob interpretationis defectionem.
Propter timorẽ factus eſt recurſus ſanguinis ad
cor, & remãſit pallor in facie, & tremor in mem-
bris. Ac ob explanationis inopiam accerſiuit
magos, & cæteros Babylonis ſapientes: & po-
ſtremò Danielem, qui ei expoſuit exitium vni-
uerſi regni, fontémq; aperuit rerum arcanarum.
Pro, facies regis commutata eſt: poteris etiam
vertere: Splendor regis mutatus eſt: nam gratia
vultus eius verſa eſt in triſtem aſpectum.

Cogitationes eius conturbabant eum. Deſtitutus
animo, & viribus de pernicie ſua cogitabat, &
mentis agitationes eum perturbabant. Perpẽde
mundi varietatem, rerúmq; humanarum com-
mutationes, & quàm cito voluptas in mœrorem
conuertatur. Comedebant, & bibebant opiparè
lætitia geſtientes, & ad oblectamenta ſeipſos ex-
citantes: & repentè noua quædam mœleſtia eos
perturbauit. Quid eſt homine imbecillius? Quid
fragilius? Quid eius voluptate inconſtantius? Id
intelligens Oſeas facit ca. 2. loquentem in hunc
modum Deum: Ceſſare faciam omne gaudium
eius, & apud Amos 8. Conuertam, inquit, feſti-
uitates veſtras in luctum, & omnia cãtica veſtra
in planctum. Et apud Ioelem primo: Confuſum
eſt gaudium à filiis hominum. Ideo ait quarto-
decimo Prouerbiorum Salomon: Riſus dolore
miſcebitur: & extrema gaudij luctus occupat.
Gaudium noſtrum debet eſſe in Deo. De illo ait
diuinus pſaltes: Lætabimur in ſalutari tuo: & in Pſal.19.
nomine Dei noſtri magnificabimur. Vel vt po-
teſt verti ex Hebræo: Et in nomine Dei noſtri ve
xilla extollemus. Collatio eſt à militibus de-
ſumpta, qui victoriam de hoſtibus reportantes
ingrediuntur vrbem cùm vexillis eleuatis, vbi
omnia plauſu perſonant, atque lætitia. In Deo
non ſolùm anima, ſed etiam caro virorum iuſto-
rum oblectatur. Id ſentiẽs Dauid pſal. 83. aiebat:
Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum
viuum. Caro quæ, vt apoſtolus ait cap. 5. ad Ga-
latas, concupiſcit aduerſus ſpiritum: quæ ſolet
homines à virtute deterrere, aſſidua pœnitentia
& iugibus calamitatibus fracta, fœdus ſancit cũ
ſpiritu: & vnà cũ illo oblectatur Deo, extra quẽ
non habet, vbi poſſit cõquieſcere. Loquẽs Eſaias
cum viro pio capite 41. ait: Tu exultabis in do-
mino, & in ſancto Iſraelis lætaberis. Et cap. 61.
in eccleſiæ perſona ob beneficia à Chriſto acce-
pta gaudio cumulatæ: Gaudens, inquit, gaudebo
in domino: & exultabit anima mea in Deo meo.
Ideo apoſtolus ca. 4. ad Philippẽſes: Gaudete, in-
quit, ſemp in domino. Et Dei genitrix ſemp virgo
apud Luc. 1. Magnificat aĩa mea dominũ: & exul-
tauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Aſpicis
debere gaudiũ noſtrũ in Deo eſſe, nõ autẽ in mũ-
do.

do. Nā de illo ait Chriſtus dominus apud Ioannem ſextodecimo: Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. De eo autem qui in mundi vanitatibus conſiſtit, ait Salomon capite ſecundo Eccleſiaſtis: Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi: *Similia.* Quid fruſtra deciperis? Verum gaudium in Deo ſumptum eſt fluuius perennis, ſemper fluēs: vana verò lætitia eſt torrens, qui imbribus creſcens fertur rapide, ſed facilè areſcit. Nulla eſt in mundi oblectatione perpetuitas, nulla firmitudo, *Simile.* nulla conſtantia. Quemadmodum ſphæra cœleſtis in duos polos, quos philoſophi arcticum & antarcticum vocant, cōtinuis voluitur motibus, & in orbem perpetuò vertitur: ſic homo inter duos terminos, nimirum natalem diem, & exitū vitæ iugibus motionibus modò proſperis, modò aduerſis agitatur. Nunc ridet, & deliciis ducitur: ſed paulò pòſt lachrymas profundet, & mœrore opprimetur. Et erit, vt verbis vtar Eſaiæ tertio, pro ſuaui odore fœtor, pro zona funicu- *Simile.* lus, & pro faſcia pectorali cilicium. Vt non ſemper eſt dies, nec ſemper nox, ſed modò lętiſſimus dies illucet, modò obſcura nox omnia tenebris cooperit: ſic nec ſemper mundi voluptate afficimur, nec ſemper dolore: ſed in rerum viciſſitudi- *Simile.* ne verſamur. Eſt enim mundus veluti mare fluctuum varietate, quibus vndique iactamur, pleniſſimum. Cùm huius mūdi res ſint fluxæ & inſtabiles, fieri nō poteſt, vt voluptas in illis conſiſtens ſit firma & perennis. At cùm Deus ſit æternus, poteſt gaudium quod in eo innititur, æternum eſſe. Auari delectantur diuitiis, elati vanitatibus, voluptarij deliciis, comeſſores epulis cibiſq; exquiſitis, inuidi alienis calamitatibus: viri autem iuſtitia, & pietate præſtantes virtute in *Pſal.31.* Deo: illis ait diuinus pſaltes: Lætamini in domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde. Comedebant Babylonij magnates ſplendidè, & diffluebant deliciis, cùm ſubitò præter opinionem omnium apparuerunt digiti ſcribentes in pariete exitiū regis & regni. Ac vt verbis *Pſal.72.* vtar pſalmographi: Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum: & ita Dei deſcendit ſuper eos. Illa enim nocte occiſus eſt rex, & ciuitas expugnata, & plerique magnates interfecti, & ciues capti & comprehenſi, aut communi luce priuati. Eorum diuitias diu multóq; labore quæſitas vna eripuit hora: & ipſi terram labem poſteritati, æternámq; dedecoris memoriā reliquerunt. Intuere, quàm citò eorū gaudium fugit, periit, & euanuit: quia verum non erat, nec ſolidum: ſed falſum & ina- *Gene.18.* ne: non in Deo, ſed in mundo. Iſaac ſonat gaudiū *Gen.21.* & riſum: ſed eum non peperit Sarah, niſi poſtquam ſenuit, & vitæ reſpuit voluptates. Eodem modo non poteris verum ſpiritus gaudium habere, niſi illecebras, & delicias mundi contempſeris.

Et compages renum eius ſoluebantur. Id eſt, & vincula lumborum illius diſſoluebātur. Deſtitutus enim eſt viribus præ timore. Si ad manum illam ita inhorruit, quantus putas terror inuaſit illum, vbi ſtetit ante iudicem iratum, æternæ damnationis ſententiam auditurus?

Vt introducerent magos Chaldæos. De his hominibus cap. ſecundo diſſeruimus. Tu interim aduerte, regem Babyloniū magos, & incantatores vocaſſe. Vide quot mala in conuiuio illo acciderint: vaſa tēpli Dei cōtaminantur: verus Deus irridetur: falſi dij laudantur: incantatores accerſuntur. Prima cōuiuia fuerunt in horto volupta- *Gen.3.* tis, vbi ſerpens Heuam ad prohibitas epulas inuitauit, ea autem Adamum, qui pomum comedentes mortem pepererunt. Filij Iob in cōuiuio *Iob.1.* mortui ſunt. Filij Simonis ſummi ſacerdotis in *1.Mac.16.* conuiuio fuerunt interfecti, & è medio ſublati: *Matt.14.* & Ioannes Baptiſta in conuiuio fuit damnatus, & crudeli morti impia ſententia addictus. Nos relictis mundi illecebris, quibus plerīq; mortalium obſtricti tenentur, repudiemus intemperata cōuiuia: & iuxta diui Pauli doctrinam in epiſtola priore ad Corinthios, epulemur non in fer- *1.Cor.5.* mento veteri, nec in fermēto, malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. Diligamus frugalitatem & ciborum abſtinentiam, vt denſum nemus animi noſtri expurgemus. Vt *Similitudo.* fames cogit lupos exire de ſylua: ſic effrenatos appetitus de anima. Quemadmodum ſolet au- *Similitudo.* ceps non permittit accipitri, vt ſe nimis ingurgitet in eſcam, ne immoderatè ſatur effugiat, nolēs ad manus ipſius redire: ſic Deus non vult, vt nimia epularum ſatietate redundemus, ne ab eo diſcedentes, ad ipſius manum minimè reuertamur. Vocat nos diuinus auceps, & non redimus: quam ob cauſam nos fame opprimit aliquando, vt ad illum reuertamur. Id intelligens Moſes dicebat cap. trigeſimoſecundo Deuteronomij: Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorē *Luc.15.* ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Filius prodigus ſatiatus reliquit domum patris ſui, & fame, ac inopia anxius ad ſe, & ad patrem ſuum reuerſus eſt.

Purpura veſtietur, & torquem aureā habebit. Hæc erant tunc inſignia principum, & illuſtris dignitatis ornamenta. Sequitur. Et tertius in regno meo erit. Hoc eſt erit tertius poſt me. Vel erit vnus ex tribus præcipuis regni mei. Vel tertiam partem regni mei obtinebit.

Non potuerant nec ſcripturam legere. Quia erant Chaldæi, literæ verò Hebrææ. Vel erant literæ pro parte. Sed præcipua cauſa fuit, quia Deus ſapientiæ palmam Danieli ſeruo ſuo reſeruauerat.

Et optimates eius turbabantur. Turbato rege, turbati ſunt magnates, & cæteri regis famuli. Eodem modo turbato rege Herode turbata eſt, vt diuus Matthęus ait, tota Hieroſolyma cum il- *Mat.2.* lo. Intuere quanti ponderis ſit principis exemplum, quoniam illud populus imitatur. Vt nautæ reſpiciunt ad ſtellam aquilonarem, quam po- *Simile.* lum arcticum appellant, eaque in curſu gubernantur: ſic populus ante oculos ponit principis voluntatem, vt ad eius normā dirigat actiones, eaq; in mari huius vitæ gubernetur. Qualis erat *Gen.30.* color virgarum, quas paſtor Iacob ante oculos ouium ponebat, quando erant concepturæ, tales erant fœtus, quos ipſæ oues edebant, aut vnius coloris, aut variorum: ita quale eſt principis aut perpetui præſulis exemplum, talis plerunque eſt populi imitatio. Iſraelitæ ſequebantur columnam nubis per diem, & ignis per noctem: & ſub- *Exod.13.* iecti homines principem aut pontificē imitantur. Fateor equidem eſſe nonnullos ſubiectos,

qui

qui ſolēt vitia præſulum imitari, non autem recte facta: imò in eos qui iuſti ſunt, & ſapientiæ ac virtutum ornamentis exculti, vētos excitant, inuidiam atque odium conflant, cóſque falſis teſtimonijs ad perniciem vocant. Sed ego de his loquor, quæ ſolent plerunque euenire. Qui enim principū mores minus imitatione conſequi poſſunt, voluntate certè proximè accedere ſe velle ostendunt.

2.Reg.5.& 5.& 21. Regnante Dauide principe bellicoſo, & militari laude admirando, multi in rebus bellicis exercitabantur: at regnante filio eius Salomone pacis ſtudioſo, qui bellorum reliquias extinxit, templumq́; Deo dedicauit, *3.Reg.4.& 6.* omnes ferè ei ſubiecti pacem laudibus efferebant. Rex Manaſſes qui fide repudiata cōmentitios Gētium deos coluerat, traduxit exemplo ſuo Iſraeliticum populum ad impium idolorum cultum. *4.Reg.22.* Contra verò rex Ioſias religionis ac pietatis præſtantia, & virtutum maximarum exemplo, populum ad fidem cōuertit & veritatem. Quare qui populum volunt ad præclara facta excitare, ſolent principum adducere exempla, ſine quorum appoſitione lentius diſputant, niſi quæ dicunt, vita ac factis ſummorum virorum illuſtrentur.

Similitudo. Quemadmodum ſupremum cœlum primum mobile mouet globos omnes cœleſtes inferiores ad ipſius nutum: ſic rex magnates & plebeios ad ipſius voluntatē, quæ debet eſſe cum Dei voluntate coniuncta. Summis laudibus celebrandi ſunt principes religione, pietate, iuſtitia, cæteriſque virtutibus præſtantes, non ſolùm quòd tales ſint, ſed quòd permulti eorum imitatores exiſtant. Contrà vitioſi & nefarij omni laude ſunt indigni, quia non tantùm flagitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in rempublicam. Non tantùm nocēt, quòd ipſi corrumpātur, ſed etiam quòd alios corrumpunt: plúſque exemplo aliquando, quàm flagitio obſunt.

Similitudo. Quemadmodum mare imitatur aerem, vt ſi aer ſit ſerenus, ſit mare ſerenitate affectum: ſi verò perturbatus, ipſum perturbatione agitetur: ſic populus principis mores ſequitur, eiúſque aut trāquillitatem, aut procellam imitatur. Nam vt Cicero libr.1. officiorum ait: ſtudioſè plerique facta principum imitantur. Et Quintilianus declamatione tertia: Qui, inquit, in altiorem honoris gradum extenditur, magis exemplum expectantibus patet. Eam ob cauſam oportet principem & pontificem dare operam virtuti, reſpuere voluptates, omnem vitæ curſum in labore corporis, & cōtione animi conficere: nihilque in vita expetendum putare niſi iuſtitiam, pietatem, cæteráſque virtutes, & quicquid eſt cum honore, & laude, & dignitate cōiunctum. Pindarus dicebat, morem omnium eſſe regem. Et Claudianus: Componitur orbis regis ad exemplum. Et *Tit.2.* vt grauiora attingamus, ad Titum epiſcopū ſcribēs apoſtolus: In omnibus, inquit, prębe teipſum exemplum bonorum operum. *1.Tim.4.* Et ad Timotheū: Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, & fide, & caſtitate. Hoc ideo dicit, quia ſolent inferiores ad ſuperiorum volōtatem & nutum totos ſe fingere, & accōmodare.

C Regina autem pro re, quæ acciderat regi, & optimatibus eius, domum conuiuij ingreſſa eſt, & proloquens ait. Rex in æternum viue. Non te conturbent cogitationes tuæ: nec facies tua immutetur. Eſt vir in regno tuo, qui ſpiritum deorum ſanctorum habet in ſe: & in diebus patris tui ſcientia & ſapientia inuentæ ſunt in eo. Nam & rex Nabuchodonoſor pater tuus principem magorum incantorum, Chaldæorum, & aruſpicum conſtituit eum: pater, inquam, tuus ô rex. Quia ſpiritus amplior, & prudentia intelligentiaq́; & interpretatio ſomniorū, & oſtenſio ſecretorum, ac ſolutio ligatorum inuentæ ſunt in eo: hoc eſt in Daniele, cui rex poſuit nomen Baltaſar. Nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus eſt Daniel corā rege: ad quē pręfatus rex ait: Tu es Daniel de filijs captiuitatis Iudæ, quem adduxerat pater D meus rex de Iudæa? Audiui de te, quoniā ſpiritum deorum habeas: & ſcientia intelligentiáque, ac ſapientia ampliores inuentæ ſunt in te. Et nunc introgreſſi ſunt in conſpectu meo ſapientes magi, vt ſcripturam hanc legerent, & interpretationē eius indicarent mihi: & nequiuerunt ſenſum huius ſermonis edicere. Porrò ego audiui de te, quòd poſſis obſcura interpretari & ligata diſſoluere. Si ergo vales ſcripturam legere, & interpretationē eius indicare mihi, purpura veſtieris, & torquem auream circa collum tuū habebis: & tertius in regno meo princeps. Ad quæ E reſpondens Daniel ait coram rege, Munera tua ſint tibi & dona domus tuę alteri da: ſcripturam autem tibi rex, & interpretationem eius oſtendam tibi.

Regina autem. Origenes ait hanc reginam fuiſſe huius Balſaſaris matrem: ſed Flauius Ioſeph ait eius auiam fuiſſe: quod videtur probabilius. Quā ob cauſam earum rerum habebat notitiam, quas ille ignorabat: aut ſaltem memoria non tenebat.

Domum conuiuij ingreſſa eſt. Vt ſcilicet regem à mœrore leuaret, & conſilio inſtrueret. Hæc ob ſenectutem, aut temperantiam non interfuerat conuiuio.

Qui ſpiritum deorum ſanctorum habet. Loquitur more gentilicio. Quidam vertunt: Qui ſpiritum Dei ſanctum habet. At Theodotio nobiſcū legit.

Rex Nabuchodonoſor pater tuus. Auum vocat patrem, vt paulò antè obſeruauimus. Vel vocat Euilmerodach Nabuchodonoſorem? diximus enim capite primo, reges Babylonis fuiſſe Nabuchodonoſores appellatos nomine à primo Nabuchodonoſore aſſumpto: quemadmodum imperatores Cæſares à Iulio Cæſare.

Solutio ligatorum. Id eſt apertio & explanatio ænigmatum, rerúmque abſtruſarum, quæ allegorijs & obſcuritatibus inuolutæ, ob difficilem intelligentiam ligatæ videntur.

Cui rex poſuit nomē Baltaſar. Subaudi per eu-

 nuchorum

chorum præpoſitum, vt capite primo oſtenſum fuit. Sequitur. Igitur introductus eſt Daniel corã rege. Vbi debes obſeruare, non fuiſſe conſilium mulieris repudiatum. Cùm enim vtile eſt, fideles & ſalutare, probandum eſt, etiam ſi mulier illud impertiat: nõ enim omnes mulieres ſunt à cõſilio reuocãdæ & remouẽdæ. In hac noſtra Luſitania eſt inclytadomina regina Catherina, vxor quondam inuictiſsimi ac Chriſtianiſsimi regis Ioannis, quæ poſt obitum regis, admirabili prudẽtia, iuſtitia, pace, & animi magnitudine regnum gubernauit, incomparabilis fœmina, ſapientię, maximarúmque virtutum ornamentis exculta: quę vt animi tranquillitate potiretur, gubernaculum regni reliquit: & altera fœnix vnica, diuino amore incenſa ſolem reſpicit iuſtitiæ, & ſola facta ſolum Deum contemplatur, & ſequitur. Quis igitur non videt, non eſſe eius conſilium repudiandum?

Tu es Daniel. Illud interrogat, quod ſcire tenebatur: non enim deberet obliuiſci Danielis admirabili virtute & ſapientia prædito: qui Nabuchodonoſori inſeruierat, cùm reipublicæ clauum tractauerat. Capite primo Exod. ſcriptum legimus, ſurrexiſſe regẽ nouũ, qui ignorabat Ioſeph. Rex Saul cùm à ſpiritu malo vexaretur, miſit nuntios

1. Reg. 16. ad Iſai patrem Dauidis, vt mitteret ad ipſum filiũ ſuum Dauidem, qui cùm veniret, pulſabat citharam, & recreabatur Saul. Ac vt verbis vtar diuinæ ſcripturæ, ſtetit coram eo; & Saul dilexit eum nimis: & factus eſt eius armiger. At interfluxis

1. Reg. 17. nonnullis diebus oblitus eſt Saul Dauidis, & familiæ eius: & poſtea videns eum interrogauit, cuius filius eſſet. Innuit diuina ſcriptura eſſe fiduciam noſtram in Deo figendam ac locandam, nõ autem in regibus, qui facilè eorum obliuiſcuntur, qui ſunt de ipſis benemeriti, qui ſe pro illis periculis obiecerunt. Nã vt ait idem Dauid pſalmo 117. Bonum eſt ſperare in domino, quàm ſperare in principibus. Et pſalmo 145. Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus.

Munera tua ſint tibi. Seruauit id, quod Chriſtus poſtea præcepit apud Matthæum decimo: Gratis accepiſtis, gratis date. Non ei pro muneribus vaticinatus eſt: ſed poſt vaticinationem non reſpuit munera, qui mundi diuitias contempſerat: ne regem ipſum contemnere videretur. Chriſti apoſtoli non pro diuitijs euangelium prædicabant: ſed neceſſarium victum & tegumentum à populo accipiebant. Nam vt eodem decimo capite ait dominus: Dignus eſt operarius cibo ſuo. Et apud Lucam etiã decimo: Dignus eſt operarius mercede ſua. Et Paulus capite nono prioris ad Corinthios eãdem multis verbis ſequitur ſententiã vbi illud afferens Deuteronomij vigeſimoquinto: Non alligabis os boui trituranti: ſubdit. Nunquid de bobus cura eſt Deo? an propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos vtique ſcripta ſunt: quoniam debet in ſpe, qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus? At poſt multa alia ad hoc adducta propoſitum concludit his verbis: Ita & dominus ordinauit ijs, qui euangelium annuntiãt. Eandem etiam ſententiam breuius literis mandauit, quas prius miſit ad Timotheũ. Quare longè illi falluntur, qui aſſerunt ſimoniacos eſſe concionatores, qui pro cõcionibus honeſta præmia ſuſcipiunt: aut illis mouentur. Qua de re poteris videre cenſuram facultatis theologicæ Pariſienſis, quàm ad plenum ſcribit Claudius Guilliaudus in commentarijs in caput nonum epiſtolæ prioris diui Pauli ad Corinth. 1. Tim. 5.

O rex Deus altiſsimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonoſor patri tuo. Et propter magnificentiam quam dederat ei, vniuerſi populi, tribus & linguæ tremebant, & metuebãt eum. Quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat. Quando autem eleuatum eſt cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui: & gloria eius ablata eſt: & à filijs hominũ eiectus eſt. Sed & cor eius cũ beſtijs poſitũ eſt, & cum onagris erat habitatio eius: F fœnum quoque vt bos comedebat: & rore cœli corpus eius infectũ eſt: donec cognoſceret, quod poteſtatem haberet altiſſimus in regno hominum: & quemcũque voluerit, ſuſcitabit ſuper illud. Tu quoq; filius eius Balſaſar non humiliaſti cor tuũ cùm ſcires hæc omnia: ſed aduerſus dominatorẽ cœli eleuatus es: & vaſa domus Dei allata ſunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibiſtis in eis. Deos quoque argẽteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneóſque, & lapideos qui non vident, nec audiunt, nec ſentiũt, laudaſti. Porrò Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas nõ glorificaſti. Idcirco ab G eo miſſus eſt articulus manus, qui ſcripſit hoc, quod exaratũ eſt. Mane, thecel, phares. Hæc eſt interpretatio ſermonis. Mane, numerauit Deus regnum tuum, & cõpleuit illud. Thecel, appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens. Phares, diuiſum eſt regnum tuum, & datũ eſt Medis & perſis. Tunc iubente rege indutus eſt Daniel purpura: & circundata eſt torquis aurea collo eius. Et prædicatum eſt de eo, quòd haberet poteſtatem tertius in regno ſuo. Eadem nocte interfectus eſt Balſaſar rex Chaldæus. Et Darius Medus ſucceſſit in regnum annos natus ſexaginta duos.

Dedit Nabuchodonoſor patri tuo. Dedit ei Deus imperium Orientis; voluítque, vt multi ei ſubijcerentur reges: vt Ieremias capite 27. prędixerat. Deus enim eſt, qui regna diſtribuit, & impertit. Nã de illo ait ita Daniel capite ſecundo: Ipſe mutat tempora & ætates; & transfert regna, atque conſtituit,

conſtituit. Et vt ait apoſtolus tertiodecimo ad
Romanos: Nó eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem
ſunt, nimirum poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt.
Regna, principatus & dignitates tribuit Deus
iuſto & occulto ſuo iudicio aliquando viris pru-
dentia præditis, iuſtitiam & pietatem colétibus:
aliquando ſtultis, & tetris, ſcelerúmque maculis
cõtaminatis. Bona fiunt ab illo, à quo etiam mala
pœnæ dantur, & mala culpæ permittuntur. Non
eſt malum in ciuitate, quod Deus non fecerit: ait
Amos capit. 3. Quod intelligitur de malo culpæ
permiſſiuè, de malo pœnæ actiuè. Caſtigat nos
Deus, quia ita expedit iuſtitiæ eius, & nobis. Ni-
hil impij principes agunt in ſubditos niſi Deo
volente: ſub cuius prouidentia omnia cadunt.
Imò calamitates & iniuriæ quibus improbi viros
probos opprimunt, & affligunt, Deo tribuuntur.
Obrutus ferè pius Dauid ærumnarum fluctibus,
Pſal.87. quibus eũ impius Saul agitabat, eos ad Deũ his
verbis referebat, Super me confirmatus eſt furor
tuus, omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Ló-
gè feciſti notos meos à me: poſuerũt me abomina
tioné ſibi. Et paulò pòſt: Elõgaſti à me amicũ &
proximum, & notos meos à miſeria. Amici enim
calamitatibus dereliquerunt, & fugerant: ille au-
tem hoc tribuit Deo, qui illud quatenus pœna
erat, voluit, quatenus peccatũ, permiſit. Id quod
nos habemus: Poſuerunt me abominationem ſi-
bi: vertit Hieronymus: Poſuiſti me abominatio-
nem ipſis. Quod ad ſententiam noſtram non pa-
rum conducit. Ita etiam tráſtulit Felix. Id autem
quod nos habemus: & notos meos à miſeria: hoc
eſt præ acerba miſeria: vertit Hieronymos: No-
tos meos abſtuliſti. Quod poteſt etiam verti: Et
notos meos in caligine. Ac ſi dicat: Qui me ami-
citia comprehendebant, videntes in me iactas in-
iurias ab inimico meo, à quo affligor, nõ prodeũt
in lucem, vt mihi opem ferant: ſed in domicilijs
ſuis deliteſcunt. Et tu Domine illos tanquam te-
nebris obductos ab oculis meis remouiſti. Ma-
gna profectò, & intoleranda calamitas in calami
tatibus carere amicorum cõſolatione, & ab ipſis
deſtitui. Eius vim & acerbitatem illi ſolùm intel-
ligunt, qui experti ſunt: quos in ærumnis & ge-
mitibus verſatos, horribili calamitatum tempe-
ſtate iactatos, ab inuidis ac ſceleratis iniuſtè affli
ctos, vndis rerum aduerſarũ penè obrutos, amici
partim deſeruerunt, partim prodiderunt. Furtim
abſtulerant Sabæi & Chaldæi boues & camelos
Iob: & ipſe aiebat: Dominus dedit, Dominus
Iob 1. abſtulit. Affligebant eum non ſolùm hoſtes, ſed
etiam amici, ipſe autem omnia hæc attribuens
Deo aiebat: Contra folium quod vento rapitur,
Iob 13. oſtendis potentiá tuam, & ſtipulam ſiccam per-
ſequeris. Eam ob cauſam cùm nos viderimus pe
riculis expoſitos, & in acerbas anguſtias addu-
ctos, ad Deum debemus confugere, eum aſſiduis
precibus vrgere, in ipſo ſpẽ ſalutis reponere, nec
in ſumma deſperatione deſperare. Quoniam qui
nos mœrore profligatos proijcere videtur, ipſe
nos cõſolabitur: & afflictis eius auxilium implo-
rantibus ſolarium præbebit. Ipſe enim ait apud
Eſaiam capite 45. Ego Dominus, & non eſt alter,
formans lucem, & creans tenebras, faciens pacẽ,
& creans malum. Ideò dicamus cum Iob capite
decimoſeptimo: Poſt tenebras ſpero lucem. Et
cum Dauide Pſalmo 70. Ego autem ſemper ſpe-
rabo. Et cùm Sara apud Tobiam capite tertio:
Nõ delectaris Domine in perditionibus noſtris:
quia poſt tempeſtatem tranquillum facis: & poſt
lachrymationem & fletum exultationem infun-
dis. Ipſe eſt, à quo cũcta procedũt. Id voluit Deus
ſignificare ſcala illa, quam oſtẽdit Iacobo cælum *Gen.28.*
& terram attingentem: per quam omnia è cælo
veniunt ad terram. Vt intelligeremus hæc infe-
riora à ſuperioribus pendere: & à Deo regna cõ-
ſtitui, dari, auferri, diſtribui, mutari.

Et propter magnificentiam quam dederat ei. Id eſt
propter principatum, & amplitudinem, & diui-
tiarum affluẽtiam. Hoc dat Deus nonnullis im-
pijs aliquádo: pijs autem tribuit humiliatem, ab-
iectionem & paupertatem ſpiritus: quæ ſunt mul
tò tutiora & præſtantiora bona. Vide quot diui-
tias Deus dederit Balſaſari, & quid detrimẽti illi
attulerint. Si non fuiſſet diues, non tot haberet
vxores & concubinas, non tam ſplẽdidum & ſu-
peruacaneum conuiuiũ pararet, non ad illud va-
ſa diuino cultui dedicata afferret, non denique tam
infami morte ſuum diem obiret. Id quod ait Sa-
lomon Prouerbiorum decimo: Non affliget Do-
minus fame animam iuſti: & inſidias impiorum
ſubuertet. poteſt etiá transferri ex Hebræo: Non
opprimet Deus fame animam iuſti: & propter di
uitias impios ſubuertet. Quibus verbis voluit
innuere eſſe multis diuitias mundi exitij cauſam.
Ideò Dauid Pſamo 61. Diuitiæ, inquit, ſi affluãt,
nolite cor apponere. Et Chriſtus apud Mattheũ
quinto Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum
eſt regnum cælorum. Felices illi qui poſſunt di-
cere cum Apoſtolis: Ecce nos reliquimus omnia:
& ſecuti ſumus te. Qui diuitias terræ pauperibus *Luc.6.*
diſtribuunt, veras diuitias inuenient in cælo. Vt *Matth.19.*
aquę ad loca ima deſcendunt, eáque irrigant, & fru *Similitudo.*
gifera reddunt: ſic opum affluentia debet in pau-
peres & abiectos deriuari, eóſque cõſolatione per-
mulcere. Et ita non nocebit, ſed proderit. Vnde
Dauid pſalmo centeſimo vndecimo: Diſperſit,
inquit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in
ſeculum ſeculi. Et Eccleſiaſticus 7. Pauperi por-
rige manum tuam, vt perficiatur propitiatio &
benedictio tua. Et Salomõ Prouerbiorum vige-
ſimooctauo. Qui dat pauperibus, non indigebit.
Et Dominus Ieſus Matt.19. Da pauperibus, & ha
bebis theſaurum in cælo. Sed quia Balſaſar diui-
tias nõ indigẽtibus tribuebat, ſed magnatibus &
concubinis, quibus ſplendidum conuiuium pa-
rauit, fuit iuſtè regno ſimul ac vita priuatus: eiúſ-
que ſplendor extinctus.

Quando autem eleuatum eſt cor eius. Id eſt, cùm
autem animus eius fuit ſuperbia elatus, & con-
firmatus, amiſit regnum & principatum. Super-
bus cadit: humilis autem non habet, vnde cadat.
Eam ob cauſam ſcriptum eſt Prouerbiorum 29.
Superbum ſequitur humilitas: & humilem ſpiri-
tu ſuſcipiet gloria. Hoc eſt, ſuperbia deijcit ho-
minem: humilitas autem ſpiritus gloria potietur.
Id ſignificauit Chriſtus, cùm dixit: Qui ſe exalta-
uerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exalta *Matt.23.*
bitur. Et ſanctiſſima ſemper virgo mater eius:
Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. *Luc.1.*
Et Iacobus Apoſtolus: Humiliamini in conſpe- *Iacob.4.*
ctu Domini, & exaltabit vos, Vt fortiſſima pinus *Similitudo.*

 inſigni

insigni proceritate, quia vento ac procellæ reſiſtit, radicitus euellitur, aut frangitur: arundo autem quia quo pellitur, inclinat, & vergit, manet incolumis: ſic ſuperbus etiamſi ſit diuitijs cumulatus, tamẽ quia elatione erectus nemini vult cedere, turbine afflictationis extirpatur, & deijcitur: humilis autem quia quacunque calamitate mouetur propẽdet, & rerum aduerſarum vndis videtur locum dare, integer perſeuerat: & procella tranſacta erigitur. Id voluerunt ſignificare principes illuſtris familiæ Columnatum in Italia, qui pro armis & inſignibus ſumpſerunt frutices aquaticos viriditate conſpiciendos, qui fluminis impetu ac fluctibus exagitati flectuntur, ſed non infringuntur, nec infirmantur: cum hac litera: Flectimur, non frangimur vndis. Viri enim ſapientia & animi fortitudine prȩſtantes poſſunt calamitatibus angi, & cedere tempori: ſed nulla delentur procella, nulla vi tempeſtatum euellũtur.

A filijs hominum eiectus eſt. Hoc eſt ab hominum conſortio, & ſocietate fuit expulſus. Hæc, & quȩ ſequuntur, fuerunt capite ſuperiore explanata.

Non humiliaſti cor tuum, cùm ſcires hæc omnia. Quam ob cauſam maius ſupplicium merebatur, quàm auus eius: quoniam exemplum quod Nabuchodonoſorem deficiebat, ei ſimili in ſtatu nõ defuit, quod proponere ſibi poterat, ſi vellet.

Sed aduerſum dominatorem cæli eleuatus es. Hoc eſt, non ſolùm aduerſus homines, ſed etiam aduerſus Deum cȩlorum dominum te ipſum extuliſti. Intuere quam liberè & audacter Daniel regem reprehendat: non temerè, ſed prudẽter: quia

2. Reg. 12. quæ in crimen vocabat, obiurganda ducebat. Vi
4. Reg. 20. tium principis non eſt ſilentio prætereundũ tem
Iſai. 39. pore opportuno & debito: Cùm prudẽtia tamẽ, & cautela, & vrbanitate. Eodem modo Nathan obiurgauit regem Dauidem: Eſaias Ezechiam. Daniel Nabuchodonoſorem & Balſaſarem: vt literæ diuinæ teſtantur.

Sup. 4. *Et optimates tui.* Id eſt, nobiles & magnates. Mirum videtur non fuiſſe inter mille illos magnos viros vnum, qui regi ſuaderet, ne tam impium fa-
Similitudo. cinus admitteret. Quemadmodum chamæleontes mutant colores ad rem viſam: ſic magnates regem ſibi proponunt, quẽ ſequantur: cuius mores imitentur. Fortaſſe non ſolùm illi regem non deterruerũt à crimine tam nefario: ſed etiam eius ſcelus & audaciam laudarunt. Cùm rex ille adulationibus delectaretur: quid mirum erat famulos habere adulatores? Nam vt cap. Prouerbiorũ vigeſimonono ſcriptum eſt: princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios. Vbi per verba mẽdacij intelliguntur adulationes: & per miniſtros impios famuli aſſentatores, omnia ad voluntatem loquentes, nihil ad veritatem. Sunt tamen nonnulli, qui cùm ſint aſſentationibus imbuti, nihilq; eis ſit antiquius, quàm alios decipere, & adulari: oſtendunt tamẽ interdum libertatẽ monendi, vt tunc tutius blãdiantur: cùm amici, & cenſores videntur. Et hoc
Similitudo. eſt peſtilentiſſimum aſſentatorum genus. Vt ſylueſtria ſemina quæ figura & magnitudine accedunt ad triticum, non facile in cribo purgantur: ſic adulator imitans amicũ vix cognoſcitur: eámque ob cauſam difficilè ab amicitia reijcitur. Reprehendit leue aliquid, vt tutius & libentius in grauibus aduletur. Et ita molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ, vt ait diuinus pſaltes, & ipſi ſunt

iacula. Quemadmodum vile vitrum imitatur *Pſal. 54.*
pretioſum cryſtallum: ita vulgaris adulator vide-
tur aliquando verus amicus. Vt lignum putridũ *Simile.*
videtur ſplendere ijs, qui ſunt in tenebris: ſic infamis aſſentator apparet interdum fidelis conſiliarius, ſed ijs, qui in errorum caligine verſantur: obſcurus eſt, & videtur fulgere, adulatione vtitur, & ſimulat amorem. Ex quo efficitur, vt vitia laudibus efferantur. Ac vt ait pſalmographus:
Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & *Pſal. 9.*
iniquis benedicitur. Vnde Salomon Prouerbiorum primo. Fili mi, inquit, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Et Eſaias tertio: Popule meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt: & viam greſſuum tuorum diſſipant. Quare cauendũ eſt, ne adulatoribus pateſaciamus aures, quoniam aſſentationibus facilè decipiemur. Eſt enim adulatio fallax ſub ſpecie amicitiæ deceptio, quá adulator hominum fauorem, & propriam prætendit aucupari vtilitatem. Id intelligens Hieronymus: Nihil, inquit, tam corrumpit mentes hominum, quàm adulatio: plus enim nocet lingua
adulatoris, quàm gladius perſecutoris. Vt oleum *Similitudo.*
fictilia vaſa quamuis dura penetrat, & inficit, cùm ipſum ſit blandum ac lene: ſic adulatio corda eorum quibus blanditur, quamuis aſpera corrumpit, & perfundit, cùm ipſa ſit ſuauis & iucunda.
Eam ob cauſam Dauid: Corripiet me, inquit, iu- *Pſal. 140.*
ſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ. Malebat rex iuſt⁹ a viris obiurgari iuſtitia & pietate præſtantibus, quàm ab impijs oleo adulationis
deliniri. Vt oleum præbet nutrimentum flãmis, *Similitudo.*
vt Bedæ vtar ſimilitudine: ita adulatio peccatis. De adulatore hominem vanum nomine Aegypti ſignificatum oleo adulationis fallente, ita Oſeas capite duodecimo: Tota die mendacium & vanitatem multiplicat: fœdus cum Aſſyrij inijt, & ferebat oleum in Aegyptum. Aſſyrij fuerunt quõdam diuites, & Aegyptij vani: & cum huiuſmodi hominibus ſe coniungunt adulatores, & ad eorum ſe applicant familiaritatem. Ac illis quos laudant pleno ore, perniciẽ aliquando ma-
chinantur. Vt apes in ore ferunt mel, & in cauda *Simile.*
aculeum: ſic adulatores in ore habent dulcedinẽ blanditiarum, retro verò fraudes & dolos. Sunt ſimiles ſcorpionibus, qui blandiuntur facie, cauda verò feriunt, & occidunt. At neminem magis lædunt adulatores, quàm ſeipſos: nam vt capite ſextodecimo Sapientiæ ſcriptum eſt, homo per malitiam occidit animam ſuam. Si peccant grauiter occultantes veritatem, quam non debent ſilẽtio præterire: quantò grauius, qui fallunt blãditijs, & obiurganda vitia laudibus efferunt? Nã vt ait ad Caſulanũ diuus Auguſtinus: Quiſquis metu cuiuslibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuprà ſe prouocat: quia magis timet hominem, quàm Deum. Quæ verba ſunt in ſacros canones relata 11. q. 3. Quiſquis: Hugo de ſancto Victore ijs verbis adulatorem deſcribit, Eſt amicus in obſequio, hoſtis in animo, comptus in verbo, turbis in facto, lætus ad proſpera, fragilis ad aduerſa, facilis ad humana, difficilis ad honeſta.

Niſi

Niſi principum fauorem & diuitias cuperent homines, non illis blandirentur. Id indicauit Diogenes, vt refert Valerius Maximus libro quarto: nam cùm ei Siracuſis olera lauanti Ariſtipus dixiſſet: Si Dionyſium tyrannum adulare velles, iſta non comederes. Imò, inquit, ſi tu iſta edere velles, Dionyſium tyrannum non adulares. Hæc eſt cauſa, quare principes multos habent aſſentatores. Vnde Seneca in libro de beneficijs: Monſtrabo, inquit, tibi, cuius rei inopia laborent magna faſtigia: & quid poſſidentibus omnia deſit: ſcilicet qui dicat verũ. Vnde vna contentio eſt, quis blandius fallat. Quare non eſt mirandum inter magnates regis Balſaſaris nullum inuentum eſſe, qui illum ab impijs ſceleribus deterreret, & reuocaret. Sed quemadmodum ceruus ſuauitate fiſtulæ concinnè & modularè ſonãtis mulcetur, & ad ſtuporem vſque delectatur: ita vt incauto illi à ſeq; alienato inferatur à venatoribus mors: ſic ille adulatorum blãditijs ac falſarum laudum muſica delinitus tanto ſtupore tenebatur, vt perniciem non aſpiceret, quam eius hoſtes ſibi ipſi moliebantur.

Porrò Deum qui habet flatum tuum in manu ſua. Cùm falſos & cõmentitios deos celebrares, ſummiſque laudibus efferres, verum Deum in cuius poteſtate eſt vita tua, & quicquid cogitas loqueris, & agis, non laudaſti, nec metuiſti. Per flatum intelligitur vita, aut ſpiritus vitalis, aut virtus reſpirandi, in qua vita cõſeruatur. Hæc quemadmodũ alia ſunt in poteſtate Dei & ipſe ea impertit. Vnde Eſaias ca. 42. Hæc dicit dominus Deus dans flatum populo: hoc eſt, qui tribuit hominibus vitam, ac vim reſpirandi. Cùm autem hoc ſit non ſolùm in theologia, ſed etiam in philoſophia perſpectum, intoleranda profectò eſt mortalium inſcitia, qui cùm à Deo vitam, motum, ſpiritum, & eſſe habeant, ad illũ minimè aſpirent, nec eius

Similitudo. nomen cõtemplantur. Quemadmodum in quocunque opificio opus artifici magis quàm inſtrumento tribuitur: ſic etiam actio noſtra potius eſt Deo, quàm nobis qui eius inſtrumentum ſumus tribuenda.

Et omnes vias tuas. Hoc eſt omnem tuam viuendi rationem, & omne vitæ tuæ inſtitutum. Eodẽ modo accipitur via primo pſalmo: Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit. Acſi dicat diuinus pſaltes: Felix eſt vir ille, qui eorum fugit conſilia, qui nefarijs ſceleribus contaminati, ſolent alios à iuſtitia & & pietate, cæteriſq; virtutibus abducere: eorúmque inſtitutum & modum viuendi declinat. Tũc in via peccatorum non ſtamus, cùm nefariam vitæ rationem euitamus: & peccãtes reſipiſcimus, veramq; pœnitentiam agimus. In hunc modum accipitur via multis in locis diuinarum literarũ: vt Geneſis ſexto capite: Omnis caro corruperat viam ſuã. Pſalmo 1. Nouit dominus viam iuſtorum: & iter impiorum peribit. Hoc eſt approbat Deus rationem viuendi virorum virtute præſtantium, ſceleratorum autem deteſtatur: porrò illi vitam conſequentur æternam: iſti verò peribunt, in ignes æternos relegabũtur. Ideo dicebat idem pſalmographus pſalmo 138. Deduc me in via æterna. Et pſalmo 145. de Deo loquens: Vias peccatorum diſperdet, Et Salomon Prouerbiorum tertio: Viæ eius, nimirum Chriſti, viæ pulchræ & omnes ſemitæ eius pacificæ. De quibus ait Eſaias capite ſecundò: Docebit nos vias ſuas: Et quadrageſimo: Vox clamantis in deſerto: parate viam domini. Via iuſtorum eſt via vitæ, impiorum autem mortis. Vtramque nobis proponit Deus, bonam, vt eam accipiamus: malam, vt deteſtemur. Ipſe enim apud Ieremiã vigeſimoprimu: Ecce ego, inquit, do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. De via vitæ ait Chriſtus Deus noſter capite ſeptimo euangelij authore Matthæo: Stricta eſt via, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inueniunt illam. De via verò mortis ait eodẽ loco: Spatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt, qui intrant per eam. Et quoniam ſiue per vnam, ſiue alteram ambulemus, ſemper in poteſtate Dei ſumus: ait de illo Daniel Balſaſari: Qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas.

Miſſus eſt articulus manus. Id eſt, miſſa eſt particula manus. Erat effigies manus truncatæ à brachio, habentis ſolùm digitos. Quidam per articulum intelligunt digitos, vt ſit ſingularis numerus pro plurali

Mane, Thecel, Phares. Primum vocabulum ſignificat numerum: ſecũdum appenſionem: tertiũ diuiſionem. Senſus eſt: Numerauit Deus dies regni tui, & inuenit adeſſe finem eius. Appenſa ſunt in ſtatera diuinæ iuſtitiæ opera tua bona & mala: & multò plura ſunt mala, multóque maioris ponderis, quàm bona: quam ob cauſam non mereris regnare, nec viuere. Ideo diuidetur regnum tuũ: auferetur à te: & dabitur extraneis: Vbi nos habemus: Et compleuit illud, habent nonnulli: Et ad finem adduxit illud. Sed in idem recidit: vt ſit ſenſus: Numerauit tempus regni tui, & deprehendit illud eſſe cõpletum. Pro eo quod nos habemus: Et appenſus eſt in ſtatera: habent alij: Et ponderauit te in bilance, & inuentus es diminutus in pondere. Comparat regem vanum, & indignum regno cum moneta leuiore, non habente totum ſuum pondus. Quando enim nummum aureum reijcimus, dicimus eum non eſſe ponderis.

Appenſus es in ſtatera. Statera Dei eſt eius iudicium, & examẽ æquitatis & iuſtitiæ: vt apud Iob capite ſexto: Vtinam appenderẽtur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in ſtatera. Ac ſi diceret: Dicitis ô amici mei, me peccatis meis id exigentibus hiſce ærumnis premi: ſed lõgè fallimini opinione. Quapropter vellem ego, vt peccata mea in altera parte trutinæ, in altera verò calamitates meæ ponerentur: nam re examinata videritis has meas ærumnas veluti arenam maris ſuper meorum peccatorum merita ponderare. In hanc ſententiam interpretatur Philippus presbyter hunc locum Iob. In eandem ſignificationẽ accipitur ſtatera apud eundem Iob capite 31. cùm ait: Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus, appendat me in ſtatera iuſtitiæ. Et cap. 16. Prouerbiorum: Pondus & ſtatera iudicia domini ſunt. Statera doloſa eſt iudiciũ corruptũ, nõ tribuens vnicuiq;, quod ſuũ eſt. Ita accipitur apud Oſe. duodecimo: Chanaan in manu eius ſtatera doloſa. Solebant enim Chananæi fraudibus vti, & iuſtitiam deprauare. Loquitur diuinus vates de Ephraim, quem obiur-

gat: & cõparat cum Chananæis in fidelibus, vaſris, ac vetetatoribus: Sed quia Chanaan ſignificat etiam metcatorem, poteſt verti locus ille: Inſtar mercarutis in cuius manu eſt ſtatera doloſa. Vt ſit ſenſus. Ephtain vtitur calumnijs & fallacijs & iniuſtitia: quare ſimilis eſt mercatori iuxta doloſa ponderanti, fraudibus ac præſtigijs vtenti. Huiuſmodi ſunt illi, de quibus diuinus

Pſal. 61. pſaltes: Mendaces, inqnit, filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Hoc eſt, fallaces ſunt homines in ſtateris: nam ſe viciſſim ac mutuò decipiunt. Poſſunt etiam verba hæc in hunc modũ transferri: Mendaces filij hominũ ſi in ſtatetis ponantut, ipſi pariter leuiores ſunt vanitate. Hac elegantia hyperbolica vtitur diuinus pſaltes ad exaggerandam mortalium inſaniam & vanitatem: qui ſi in altera ſtateræ lance conſtituãtur, in altera inanitas, ea ſine dubitatione præponderabit. Accipitur etiam apud externos philoſophos ſtatera pro æquitate. Vnde Pythagoras, Sratetam, inquit, ne tranſgrediare. Hoc eſt, iuſtitiam quæ in æqualitate conſiſtit, ne pertranſcas. Meminit huius ſententiæ Cyrillus Alexandrinus libro nono contra Iulianum: & Diogenes Laertius in vita Pythagoræ. Frat enim quõdam ſtatera ſymbolum æquitatis & iuſtitiæ. Ex quo effectum eſt, vt de homine æquitatem & iuſtitiam colente diceretur in trito illo vetuſtate prouerbio à Doricis ſæpe vſurpato: Eſt iuſtior ſtatera. In hunc modũ interpretatur Demetrius Bizantius apud Athencum libro Dipnoſophiſtarum decimo. Et quoniam æqualitas nec ſeueritatem nimiam diligit, nec pietatẽ nimiã: ſed medium tenet: ideo aſtrologi ſignum libræ ſeu ſtateræ inter ſcorpionem & virginem in cœlo collocarunt. Per ſcorpionẽ enim aſperitatem immoderatã intelligebant: per virginem verò nimiam ac extra modum pietatẽ: in quarum medio æquitatem conſtituebant. Romani veteres æquitatẽ colebant pro dea: eiq; templum in honorẽ Iulij Cæſaris. vt Diõ Caſſius libro quadrageſimotertio ait, ædificauerunt. Aequitatis autem imago erat virgo quędam tenens ſiniſtra haſtam, dextera iuſtam ſtateram, vt videre licet in numis Sergij Galbæ, & vitelij, & Veſpaſiani. Omnes enim hi imperatores ſignificare volentes ſe eſſe æquitatis ſtudioſos, eam in numis ſculpere fecerunt: vt cõſtat ex libro imaginum & numiſmatum omnium Cæſarum, quem edidit in lucem Antonius Zantanus comes, vbi numiſmata hæc depicta ſunt. Sed nõ intelligas doctis & indoctis, nobilibus & plebeijs, robuſtis & debilibus, virtute præditis & ſcelere imbutis eſſe omnia æqualiter exhibenda. Nam æqualitas iſta, vt ait libro 2. de legibus Plato, ſumma eſſet inæqualitas. Sed vnicuique eſt pro eius meritò & dignitate tribuendum. Quemadmodum qui multis gladijs diuer-

Similitudo. ſatum formarum & magnitudinum æquales inter ſe omnino faceret vaginas, meritò exibilaretur: quia æqualitate illa nihil eſſet inæqualius: ſic qui multis differentibus meritò æquale præmium tribueret, eſſet abſque dubio inæqualis: & non poſſet iuſtam hominum reprehenſionem

Similitudo. euitare. Princeps debet omnibus conſulere, ſed pro cuiuſque merito & dignitate. Vt punctum quod centrum vocant, eſt in medio ſphæræ ab omnibus eius partibus æqualiter diſtans, à quo omnes lineæ ductæ in orbem, quem circulum & circumfetentiam appellant, ſunt æquales: ſic qui rempublicam gubernandam ſuſceperunt, debent in medio conſiſtere, omnibúſque æqualitatem ſeruare. Et ita cuilibet eorum poterit illud pſalmi quadrageſimi quarti accommodari: Virga æquitatis virga regni tui. De viro iuſto ait dominus apud Malachiam capite ſecundo: In pace & æquitate ambulauit mecum. Et quarto Prouerbiorum: Ducã te per ſemitas æquitatis. Hæc autem æquitas ſignificatur per ſtateram: de qua ſcriptũ eſt capite decimonono Leuitici: Srateta ſit iuſta, & æqua ſint pondera. Quæ verba diuus Hieronymus in commentarijs in caput 45. Ezechielis, ait eſſe intelligenda non ſolùm in commercijs & vſu vitæ cotidianæ, ſed in ſeruanda iuſtitia & æquitate: quemadmodum verba eiuſdem diuini vatis inducentis Deum ita in eodem capite loquentem: Statera iuſta ſit vobis. At cùm ſtatera iuſtitiam quæ in æqualitate conſiſtit, vt oſtẽdimus, ſignificet, miraberis fortaſſe, cur diuus Ioannes capite ſexto Apocalypſis dicat ſe vidiſſe diabolum ſuper equum nigrum, & habuiſſe ſtateram in manu ſua? Equus niger eſt impiorum calliditas vmbris ac tenebris cooperta, In quibus eſt dæmon, eos ducẽs quò vult. Sed nulla te teneat admiratio: nam diabolus ſtateram habet, non quòd illa vtatur, ſed quòd videatur vti. Explicans diuus Auguſtinus locum illum homilia quinta & ſexta in Apocalypſim: Libram, inquit, habet in manu ſua, id eſt examen æquitatis: quia dum fingit ſe iuſtitiam tenere, per ſimulationem lædit. Vnde hypocritæ dæmonis diſcipuli ſimulatione virtutis cùm maximè decipiunt, id agunt, vt pij ac iuſti videantur. Eruditi artificio ſimulandi ſtateram oſtendunt iuſtitiæ & æquitatis, & virtutis ſignificatricem: cùm nihil minus habeant. Virtutibus carent, vmbris tantùm, venditatione & oſtentatione vtuntur. Vera iuſtitiæ ſtatera eorum eſt, qui nec inanem rumorem volunt aucupari, nec vmbras falſæ gloriæ conſectari, nec honeſtatis ſolùm imaginibus vti: ſed ſimulationem fugientes, quæ fallaciter imitando adulterat naturam boni, iuſtitiam colunt & pietatem: qui denique in corporibus humanis vitã cœlitum imitantur. At iuſtiſſima ſtatera nunquã errans eſt æquitas diuina, & examen iuſtitię Dei: de quo ait Dauid pſalmo decimo: Iuſtus dominus, & iuſtitiam dilexit: æquitatem videt vultus eius. Et pſalmo 110. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in ſeculum ſeculi, facta in veritate, & æquitate. Et pſal. 97. Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate. Et diuus Paulus cap. 2. epiſtolæ ad Romanos. Reddit vnicuiq; ſecundum opera ſua. Iuſtiſſimam enim & fideliſſimam habet ſtateram, in qua Balſaſaris vitam & merita ponderauit.

Et datum eſt Medis & Perſis. Medi & Perſæ oppugnauerunt Babylonem, & tãdem expugnauerunt, & totum Babyloniorum regnum occuparunt: & tamen dicitur datum illis eſſe. Deus enim illud à Balſaſare abſtulit, & ad hoſtes illius tranſtulit. In exercitu erat Darius rex Medorum,

& Cyrus rex Perſarum : ideò ait Daniel : Datú eſt Medis & Perſis.

Tunc iubente rege. Audiuit aduerſus ſe vaticinationem rex Balſaſar : & nihilo minus iuſſit præmium ſului Danieli, quod illi promiſerat. Fortaſſe exiſtimauit, longo poſt tempore ea ventura. Aut dum diuinum vatem honotaret, ſperauit ſe veniá cunſecuturum. Aut eam ob caoſam ſtetit promiſſis, quia intellexit proprium eſſe regis veritatem ſeruare. Id intelligens rex Dauid cum Deo loquens : Ne auferas, inquit, de ore meo ver- *Pſal. 118.* bum veritatis vſque quaque. Simandius rex Aegypti ſepulchrum ſibi fecit magnificum, in quo erant ſtatuæ eos repræſentantes, qui de rebus dubiis diſceptabant, & in iudicijs ſententias ferebant : in quarum medio erat ſtatua principis, cuius à collo ſuſpenſa veritas pendebat, in quá ipſe oculos ad alia ſubclauſos conijciebat, librorum cumulo circunſtante. He imagines præ ſe ferebant, iudices integros eſſe oportere, ſed regem præcipuè, qui ſolam deberet intueri veritatem. Antiquitatem hác narrat Diodorus Siculus libro ſecundo Bibliothecæ. Sed quid dicam principes ? Imo oportet omnes homines eſſe ſimplices, & apertos : ſed & prudentes, veritatis cultores, mendacij ac fraudis inimicos. Veteres cùm veritatem ſignificare volebant, verbáque ab animo non diſcrepare, pingebant pomum Perſicú cú folio quodam adhæreſcente : nam per pomú illud intelligebant cor, per folium veró linguam, quæ debet eſſe cum corde coniuncta, ab eóque nullo modo abhorrere nec diſſentire. Per ſolem etiam veritatem ſignificabant : & res apertam veritatem continentes, affirmabant eſſe luce meridiana clariores. Vnde Pythagoras monebat, neminem debere loqui faciem habentem aduerſus ſolem, hoc eſt, contra veritatem. At hodie, vt verbis vtar diuini pſaltis. Diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. Sed vt in lib. 3. Eſd. cap. quarto *Pſal. 11.* ſcriptum legimus : Veritas manet, & inualeſcit in æternum. Magna eſt vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem & ſolertiam facilè ſe per ſeipſam defendit. Quare eſt ſummopere diligenda. Vnde Hieronymus in epiſtola ad Celantiam : Tantus, inquit, in te ſit veritatis amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes. Et tametſi pro veritate in calamitates incidamus, non debemus ab ea deterreri. Nam vt ait libro Moralium decimo diuus Gregorius : Bonorum mens quò duriora pro veritate tolerat, eò æternitatis præmia certius ſperat. Ideo poteſt hac in re felix appellari : quod homini mendaci haud poteſt conuenire. Vt ciuitas in ſeditione nó poteſt eſſe beata, nec in diſcordia dominorú domus : ſic homo *Similitudo.* à ſeipſo diſſidens, qui aliud ſentit, aliud loquitur : in quo os & animus diſcordant, nullam guſtare partem tranquillitatis & huius vitæ beatitudinis poterit. Eſt igitur veritas dicenda & ſeruanda, & promiſſis ſtandum : niſi dolo deceptus, aut metu coactus promiſeris : aut quæ promiſiſti, pernicioſa eſſe intellexeris.

Qui haberet poteſtatem tertius in regno. Poteſt verti ex Chaldæo. Quòd futurus eſſet dominus tertius in regno. Particola, ſuo, non eſt in Chaldæo : nec in bibliis Latinis correctioribus.

Eadem nocte interfectus eſt Balſaſar rex. Ionas nuntiauit euerſionem Niniuitis : qui pœniten- *Ion. 3.* tia Deum placarunt : & incolumes euaſerunt. Balſaſar autem noluit pœnitentiam agere : & eadem nocte fuit interfectus. Si ad verum Deum toto animo confugiſſet, conſequeretur ſalutem : ſi non corporis, certè animi. Ipſe Deus ait apud Zachariam primo : Conuertimini ad me : & ego conuertar ad vos. Et apud Ier. 3. Conuertimini filij reuertentes : & ſanabo auerſiones veſtras. Et apud Mala. 3. Reuertimini ad me : & reuertar ad vos. Id eſt qood aiebat Ioannes Baptiſta apud Matt. 3. Pœnitentiá agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Ac ſi diceret : Conuertimini per pœnitentiá ad Chriſtum : & ipſe qui eſt regnum cœlorum, ſuſcipiet vos. Appropinquauit dixit de præterito, vt eius quod diceret, certitudinem ſignificaret. Nonnulli codices habent, appropinquabit. Ex Græco poteſt transferri : In propinquo eſt regnum cœlorum. Eſſe auté Chriſtum regnum cœlorum, indicat ipſe, cùm ait apud Matt. 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. Eſt enim Chriſtus cum theſauro comparatus, quia eſt ſummum bonú : in qoo vt ait cap. 2. ad Col. apoſtolus, ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Hæc autem pœnitentia eſt conuerſio ad Chriſtum cum animi dolore & contritione : iuxta id quod ipſe ait apud Ioelem 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiuniu, & fletu, & planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Ita illud diui Petri Actorum ſecundo intelligitur : Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra. Vt ad euellendam radicitus *Similitudo.* plantam euellitur etiam atque ſcinditur terra : ſic ad auferendum & delendum à corde mortiferum crimen, debemus præ diſplicentia cor ipſum quodammodo conterere, & infringere : vt Ioelis illud in nobis expleatur : Scindite corda *Ioel. 2.* veſtra. At rex Balſaſar non ſcidit cor ſuum per pœnitentiam : ſed fuit illi ſciſſa vita ſimul cum regno. Ioſephus Gorionides, & Saadias hiſtorici Hebræi aiunt fuiſſe Balſaſarem à quodam ex cuſtodibus ſuis nocte illa per inſidias interfectum : alij fuiſſe nocte illa expugnatam vrbem : & Balſaſarem ad ſummam múdi gloriam floreſcentem ab hoſtibus morte mulctatom. Nó die mortuus eſt, ſed nocte, quia tenebris circumfuſus, æquum erat, vt in tenebris animam exhalaret.

Et Darius Medus ſucceſſit in regnum. Duces belli erant, vt diximos, Darius Medus, & Cyrus Perſa. ... hoc loco non fit mentio Cyri, quia erat iunior Dario auunculo ſuo : erat enim filius ſororis Darij : Et quia regnum Medorum erat tunc maius regno Perſarum, illuſtrius, & præſtantius. Ideo loquens Deus de Babylonijs apud Eſaiam tertiodecimo : Ecce ego, inquit, ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint : ſed ſagittis paruulos interficiant. Et Ier. quinquageſimoprimo. Suſcitaoit dominus ſpiritum regum Medorum : Id eſt vnius ex regibus Medorum : nam proximè ſequitur : Et cótra Babylonem més eius eſt, vt perdat eá : quoniá vltio domini eſt. Fuiſſe autem ciuitatem illam captam nocte illa conuiuij, vaticinatus fuerat cap.

vigeſimoprimo ijs verbis Eſaias: Babylō dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum. Pone menſam: contemplare in ſpecula. Comedentes & bibentes ſurgite principes: arripite clypeum. Vel vt poteſt verti ex Hebræo: vngite clypeum. Hoc eſt, regem alterum cōſtituite. Significari autem regem per clypeum indicat liber ſecundus regū cap. 1. vbi rex Saul appellatur clypeus fortium. Cùm ſe Babylonij ingurgitarent in epulas, acceſſerunt ſpeculatores vrbis clamantes: regem ac magnates ad arma capienda mouentes. At illi ceciderunt animo: & timore debilitati corruerunt. Et adeptus eſt Chaldæorum regnum Darius, cui ſucceſſit Cyrus, qui filios Iſraelis reſtituit, & ad priſtinam dignitatem reuocauit.

OBSERVATIONES ex Chaldæo in

CAPVT V.

Balſaſar rex. In Græca translatione pro Balſaſar eſt Βαλτάσαρ: in Chaldæo vero בלשאצר Balſatſar. Deducitur à Bal, quod eſt nō, & ſa, à naſa, quod eſt ferre, & tſar, quod eſt anguſtia. Vnde Balſatſar idē eſt quod non ferens anguſtiam. At finis eius nomini non reſpondit: nam oppreſſus calamitate infelici morte clauſit ſuum diem. Daniel autem vocatus eſt Balthaſar, nomine deducto à Be, quod eſt in, & lathas, quod eſt acuere, & aſar, quod eſt recondere. Quare idem eſt Balthaſar, quod in acumine reconditus. Erat autem nomen cuiuſdam idoli ita vocati, quia erat in colūnæ, aut pyramidis faſtigio collocatum: vbi à ſeductis hominibus colebatur. Hebraicè ſcribitur Balthes aſar.

Fecit grande conuiuium. In Græco eſt ἐποίησε δεῖπνον μέγα. Hoc eſt, fecit cœnam magnam. Sed parum refert: nam cùm conuiuium illud fuerit noctu, meritò vocatur cœna. Ideo Theodotio nō συμπόσιον hoc eſt compotationem aut conuiuiū dixit, ſed δεῖπνον hoc eſt cœnam. In Chaldæo verò eſt עבד לחם רב Hanadh Lechem Rab: fecit conuiuium magnum. Pro conuiuio eſt Lechem, à verbo Lacham, quod ſignificat comedere: vt capite nono Prou. vbi Chriſtus ait: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis. Vocat gentes ad menſam euangelij, vbi diuina eloquia ſunt epulæ, quibus anima reficitur, & ſuſtētatur. De hac menſa ait Deus apud Ezechielem 41. Hæc eſt menſa coram domino. Et apud Lucam quartodecimo: Homo quidam fecit cœnam magnam: & vocauit multos. Significat etiam verbum hoc pugnare & expugnare: vt pſal. 34. Expugna impugnantes me. Pro quo alij vertunt: Comede comedentes me. Hoc eſt afflige affligentes me. Vnde Lechem ſignificat panem, & conuiuium: & præter hæc fructum: & quemcunque cibum. Pro pane accipitur Deut. 8. Nō in ſolo pane viuit homo. Pro fructu accipitur Ieremiæ vndecimo: apud quem ſcribæ & phariſæi in hunc modum aduerſus Chriſtum loquuntur: Mittamus lignum in pane eius: quæ verba ita etiā verti poſſunt: Corrumpamus lignum in fructu eius. Hoc eſt, diſperdamus, deleamus, & euellamus Chriſtum, qui ſe arborem vocat fructuoſam: qui appellatur lignum vitæ: id eſt arbor, cuius fructus vita eſt. Pro omni alimento terræ accipitur cap. 40. Gen. vbi ait Iacob: Aſſer pinguis panis eius. Quaſi dicat: Portio terræ tribus Aſſer erit ſummè fertilis & frugifera abūdabit omnibus ad ſplendidum victum pertinentib. Ita hunc locū explanat Theodoretus, & poſt illum Caietanus. At Ambroſius, Cyrillus, Hippolitus, Eucherius, Rupertus ad ſenſum ſpiritualem illum traducentes, aiunt per Aſſer qui diuitem ſignificat, intelligi Dominū Ieſum, qui propter nos egenus factus eſt, cùm eſſet diues, vt ait in epiſtola poſteriore ad Cor. diuus Paulus, vt il- *2.Cor. 8.* lius inopia nos diuites eſſemus. Eſt enim theſaurus abſconditus, diuitiarum pleniſſimus. Per pa- *Matt.13,* nem autem eius intelligimus ſanctum euchariſtiæ ſacramentum, vbi ipſe Chriſtus continetur: qui de ſe ait cap. 6. euangelij authore Ioan. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Pro omni eſca accipitur 24. Gen. vbi narrans Moſes fuiſſe paratum conuiuium ſeruo Abrahæ: Appoſitus eſt, inquit, in conſpectu eius panis. Accipi autem ibi panem pro eſcis indicat id, quod ſequitur paulo pòſt: inito conuiuio, veſcentes pariter & bibentes manſerunt ibi. Adiurans Saul populū dixit: Maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam. Et quia Ionathas comedit parum mellis, iudicatus eſt præceptum fregiſſe. Ita narrat diuina ſcriptura cap. 14. lib. 1. Reg. Vbi apertè oſtenditur nomine panis etiam mel ſignificari. Confirmatur hoc authoritate diui Lucæ aientis cap. 14. introiuiſſe Ieſum in domum cuiuſdam principis ſabbato manducare panē. Vbi aſpicis accipi panem pro eſcis conuiuij, & pro ipſo conuiuio, vt hoc Danielis loco.

Optimatibus ſuis mille. Theodotio pro mille habet χιλιάρχοις pro quo Latina verſio ex Græco deſumpta habet millenariis. Certè χιλίαρχος idē eſt quod præfectus mille viris: aut tribunus militum. Nec hoc diſcrepat à litera Chaldaica: quæ pro mille habet אלף Alaph: nam Aluph Hebraicè ſignificat ducem, Dominum, & præfectum. At Aleph ſignificat mille: quam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Significat etiam doctrinam. Vnde quod dicitur de turre Dauidis, hoc eſt de Eccleſia Catholica capite 4. Canticorum: Mille clypei pendent ex ea: poteſt etiam verti: Doctrinæ clypei pendent ex ea. Nam verba Dei ſunt ſcuta doctrinæ, iuxta illud cap. Prou. 30. Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe. Quæ verba poſſunt etiam ita transferri. Omnis ſermo Dei purus eſt, & clypeus his, qui in illo innituntur.

Et vnuſquiſque ſecundùm ſuam bibebat ætatem. *Theod.* Græca translatio habet: Et coram mille vinum bibebat. Pagnin. habet: Et coram mille vinum bibebat: ſcilicet rex: Poteſt etiam verti: Et è regione ducum vinum bibebat. *2.Reg.15. & 16.* Erat enim rex ſolus in altera menſa è regione illorum magnatū: ſed in eadem aula, ex qua illos ad potum bibens inuitabat, ſed non cogebat.

Principem magorum, incantatorum Chaldeorum & aruſpicum. Pro principe vertunt quidam antiſtitem. In Chaldæo eſt רב Rab. Quod vocabulum eſt etiam Hebraicū, ſignificátque principem præ

præcipuum, inclytum, magnum, multum, magnatem, popugnatorem, qui inter alios eminet, & illuſtribus laudibus celebratur. Eo vtitur Eſa. 19. pro quo Latinus noſter interpres vertit propognatorem: Mittet eis ſaluatorem & propugnatorem. Et Ier. Threnor. 1. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? Vbi pro plena eſt in Heb. hoc idem vocabulum Rab. Poterat verti: Quomodo ſedet ſola ciuitas magna populo, vel inclyta populo. Hoc eſt, quæ fuerat magnitudine ac frequentia populi illuſtris. Et Dauid pſal. 3. Multi inſurgunt aduerſus me: Multi dicunt animæ meæ non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Quæ verba poſſunt etiam ita verti: Principes inſurgunt aduerſus me: magnates dicunt animæ meæ: non eſt ſalus huic in Deo eius. Principes & magnates vocat Abſalonem, & præcipuos, qui ſequebantur eum, & ab ipſo Dauide defecerant. Hi
2. Reg. 15. & 16. pium ac iuſtum regem capite ac opibus acerrimè oppugnabant, cúmque videntes eiectum è ciuitate, aſſerebant eſſe diuino auxilio penitus deſtitutum. Principes etiam in literis diuinis vocantur Apoſtoli, qui omnes nationes ſancta religione imbuerunt, & per cunctas mundi oras Chriſti Euangelium propagarunt. Et quoniam hi loco patriarcharum & diuinorum vatum ſucceſſe-
Pſal. 44. runt, ait diuinus Pſaltes cum Eccleſia loquens. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Hi qui in familijs eminent honore inter alios, principes dicuntur: vt pſal. 67. Principes Iuda duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthalim. Vel vt transferre poſſumus ex Hebræo: Optimates Iuda, duces eorum: magnates Zabulon, inclyti Nephthali. Gentium etiam philoſophi & oratores principes vocantur, vt cap. 2. prioris ad Cor. Sapientiam loquimur inter perfectos: ſapientiam verò non huius ſeculi, nec principum huius ſeculi, qui deſtruuntur. Ideo eos ait deſtrui: quia cùm corruerent fide, ſéque contaminarent vitiis, in æternos Inferorum ignes relegabantur. Vel qui deſtruuntur, hoc eſt, qui euaneſcunt, quorũ gloria ſimul perit cum vita: aut certè ſenſim obſcuratur: & ad nihilum recidit. De quibus paulo pòſt ſubdit: Quam nemo principum huius ſeculi cognouit. Chryſoſtomus tamen per hos mũdi principes intelligit Herodem, & Pilatum, & Iudæorum magnates. Princeps pacis eſt Chriſtus Deus noſter apud Eſa. 9. qui à diuo Petro in priore ſua Canonica vocatur princeps paſtorum: & à diuo Ioanne in Apocalypſi princeps regum terræ. Præterea principes ſacerdotum vocabantur ſacerdotes illi, qui alios honore, ſcientia, & dignitate anteibant: apud Matt. 2. Congregans, nimirum Herodes, omnes principes ſacerdotum, & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. Et apud Marcum capite ſecundo: Nunquam legiſtis, quid fecerit Dauid, quãdo neceſſitatem habuit: & eſuriit ipſe, & qui cum eo erant: quomodo introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis manducauit? Hæc hiſtoria narratur libro 1. Regum cap. 21. At ſacerdos ille vocabatur Achimelech, vbi oſtenditur. Sed nulla eſt inter hos duos locos diſcrepantia: Nam ſacerdos ille erat binomius: appellabatur enim Abiathar & Achimelech: quemadmodum multi alij, qui erant duobus ſignati nominibus: vt conſtat ex infinitis diuinarum literarum locis. Vel Achimelech erat ſacerdos, Abiathar autem princeps ſacerdotum. Et quia cap. 22. lib. 1. Reg. dicitur Abiathar ſacerdos filius eſſe Achimelech, qui Abiathar interfectis alijs ſacerdotibus fugit, & euaſit, exiſtimo eos ambos fuiſſe principes ſacerdotum, hoc eſt primarios inter illos, cùm Dauid panes propoſitionis comedit. Vt autem hoc innueretur dictum fuit primo Reg. eueniſſe illud ſub Achimelech ſacerdote: & ſecundo Marci, ſub Abiathar. Sed quia lib. 1. Regum dicitur: Achimelech ſacerdos, apud Marcum autem Abiathar princeps ſacerdotum, poſſumus illos duos locos conciliare, ſi dicamus vnum loqui de ſacerdotio, alterum de principe ſacerdotum. Aſpicis igitur, principem variè accipi in diuina ſcriptura: hoc autem Danielis loco principem magorum eum eſſe, qui inter eos principatum tenebat: & celebriore nominis amplitudine celebrabatur.

Gloriam & honorem. Pro gloria in Græco eſt τιμὴν, hoc eſt honorem: pro quo alij habent decus. Sed in idem recidunt. In Chaldæo eſt יקרא Vicara, hoc eſt, & gloriam, ſiue & pretium. Deducitur à verbo, יקר, quod ſignificat honorare, & in pretio eſſe, Pſalmo quadrageſimooctauo pro vocabulo hoc Iecar tranſtulerunt Septuaginta interpretes pretium: quos ſequitur interpres noſter ita habens: Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem ſuam: & pretium redemptionis animæ ſuæ. Vbi per fratrem intelligitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, iuxta id quòd de eo ait cap. 2. ad Hebræos diuus Paulus: Non confunditur fratres vocare eos, dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis. Fratres vocat Chriſtianos, vt pote filios Dei cohæredes autem ſuos. Vnde idem Apoſtolus in epiſtola ad Rom. cap. 8. Vt ſit, inquit, primogenitus inter multos fratres. Et ipſe Chriſtus cap. 20. Euangelij Ioannis ait Mariæ Magdalenæ: Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum. Eſt igitur ſenſus illius loci pſalmographi. Impij qui nolũt Pſal. 48.
flagitiis nuncium remittere, non ſunt liberandi ab aliquo homine: nam ſi Chriſtus eos non redemit, quis eos poterit redimere? Nemo dabit Deo quicquam, quo eum placet, vt impium eripiat, nec pretium pro redemptione animæ eius. Hanc exiſtimo eſſe veram ac germanam huius loci intelligentiam. Poſſunt nihilominus verba hæc in hunc etiam modum ex Hebræo transferri: Fratrẽ non redimendo redimet homo: nec dabit quicquam pro placatione eius, quia pretioſa eſt redẽptio animæ ipſius. Acſi dicat: Nemo exiſtimet vi ac magnitudine diuitiarum ſibi, aut ſuis vitæ perpetuitatem comparaturum eſſe: nã ita pretioſa eſt redemptio vitæ, vt nullo modo poſſit quis mortem euitare.

Deum qui habet flatum tuum in manu ſua non glorificaſti. Pro, flatum tuum, eſt in Chaldeo: נשמתך Nixmethac. Vocabulum Hebraicũ eſt נשמה Naxam, quod ſignificat ſpiritum: vt pſal. 149. Om- Pſal. 149.
nis ſpiritus laudet dominum. Significat halitum: vt

vt 3. Regum cap. 17. Erat languor fortiſſimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Significat animã: vt Geneſis ſecundo. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Hoc eſt halitu ſuo dedit illi animam, & ſpiritum. Aiunt viri docti ſpiritum eſſe mentem, qua homo intelligit: animam autem eſſe, qua viuit. Anima rationis particeps, eſt anima & ſpiritus. Dicitur anima ſecundùm quod eſt ſibi commune, & alijs animalibus, quod eſt vitam corpori dare: & ſpiritus dicitur, ſecundùm quod eſt proprium ſibi, non autem alijs animantibus, quod ſcilicet habeat virtutem intellectiuam immaterialem. Hæc ex diuo Thoma in prima parte, quæſtione nonageſimaſeptima articulo tertio. Idem licet verbis alijs, ait in libro de ſpiritu & anima diuus Auguſtinus. Pro inſpirauit, vertunt nonnulli, inſufflauit. Quo verbo, vt Theodorus, & Diodorus aiunt, non ſignificauit Moſes animam eſſe ex inuiſibili Dei eſſentia, ſed diuini opificij facilitatem, fuiſſéque animam à Deo creatam, homini que infuſam. Et quia anima aliquãdo accipitur in ſacra ſcriptura pro corpore animato: ideo poſtquàm dixit: Inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ: adiecit: Et factus eſt homo in animã viuentẽ. Vbi anima viuens aliud ibi nõ eſt, quàm perſona cõpoſita ex anima & corpore iuxta idiotiſmũ ſacræ ſcripturæ. Nã cap. Gen. 12. ſcriptum eſt: Tulit Abraham vxorem ſuam, & Loth filium fratris ſui, vniuerſamq; ſubſtantiam, quam poſſederant, & animas, quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt, vt irent in terram Chanaan. Vbi per animas factas in Haran, homines in terra illa geniti ex familia Abrahæ intelliguntur. Ita illud euangelij intelligitur Ioannis 12. Qui amat animam ſuam, perdet eam. Hoc eſt, qui ſeipſum proprio amore proſequitur, conflat in ſe exitium ſempiternum. Accipi autem animas pro hominibus, indicat ſcriptura cap. 46. Geneſis, vbi hæc ſunt verba: Cunctæque animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius, abſque vxoribus filiorum eius, ſexaginta ſex. Filij autem Ioſeph qui nati ſunt ei in terra Aegypti animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum, fuere ſeptuaginta. Vbi perſpicuum eſt animas ſumi pro hominibus: vt rectè obſeruauit Auguſtinus in quæſtionibus in Geneſim: & Gregorius ſecundo Moralium: Sed quoniam in hunc incidimus locum, qui eſt difficilimus, vtile ducimus, illum explanare. Si homines qui in Aegyptum ingreſſi ſunt cum Iacob ab eo originem ducentes, fuerunt ſexaginta ſex, & in Aegypto erant duo filij Ioſeph, nempe Manaſſes & Ephraim, quomodo ait hic ſcriptura, fuiſſe omnes ſeptuaginta? Nam ſi ad ſexaginta ſex addas duos, fiunt ſexaginta octo, non autem ſeptuaginta. Reſpondendum eſt, nec Iacob nec Ioſeph includi in numero illo ſexaginta ſex, nec duos filios Ioſeph. Nam ſcriptura ait fuiſſe ſexaginta ſex eos, qui egreſſi ſunt de femore Iacob: vnde inter illos non continetur ipſe Iacob: ſed qui ex eo geniti ſunt: nec Ioſeph: quia ſcriptura loquitur de his, qui ingreſſi ſunt cum Iacob in Aegyptum: at Ioſeph non ingreſſus eſt cum eo, iam enim ibi erat. Cum autem præter ſexaginta ſex fuerint quatuor, nimirũ Iacob & Ioſeph, & duo filij eius, apertè cõcluditur eos fuiſſe 70. Idẽ aſſerit diuina ſcriptura non ſolũ hoc Gen. loco, ſed etiã cap. 1. Exod. & 10. Deuter. Sed inſurgit magna & difficilis dubitatio: nam diuus Lucas ca. 7. Actor. apoſtolicorum inducit diuũ Stephanũ plenum Spiritu ſancto aſſerentem, fuiſſe ſeptuagintaquinque animas, dicens: Mittens autem Ioſeph accerſiuit Iacob patrẽ ſuum, & omnem cognationem ſuam in animabus ſeptuaginta quinque. Et ſeptuaginta interpretes cap. quadrageſimoſexto Gen. & cap. 1. Exodi habent, 75. animas ingreſſas fuiſſe in Aegyptum. Ac vbi communis noſtra verſio habet: Filij autem Ioſeph qui nati ſunt ei in Aegypto, animæ duæ: habent illi: animæ nouem. In num. 66. concordant Septuaginta cum Hebræo, & cum paraphraſi Chaldaica, quæ in omnibus his locis non diſcrepat ab Hebraica veritate: at poſtea magna videtur eſſe diſcrepantia. Sed ſi veritatis ſeriem perpendamus, inueniemus, nullam eſſe in his locis diſcordiam, nullam diſſenſionem. Nam veritas Hebraica numerat duos filios Ioſeph: ſeptuaginta autem interpretes præter illos duos numerant ſeptem filios illorum nepotes Ioſeph: eam ob cauſam aiunt, filios Ioſeph fuiſſe nouem, more ſcripturæ, quæ ſolet etiã nepotes filios appellare. Si autem ſexagintaſex hominibus addas nouem, fiunt ſeptuagintaquinque. Et tot fuerunt in Aegypto, præter Iacob & Ioſeph, qui fuerunt præcipua capita, illiúſque ingreſſionis principes: vnus, à quo omnes genus duxerunt, alter propter quem in Aegypto habitarunt. Itaque veritas Hebraica præter ſexaginta ſex numerat Iacob & Ioſeph, & duos filios eius, eámque ob cauſam concludit fuiſſe animas ſeptuaginta. Veritas autem Græca præter ſexaginta ſex numerat nouem filios Ioſeph: ideo concludit fuiſſe animas ſeptuagintaquinque, præter duos præcipuos duces Iacob & Ioſeph. Filij autem filiorum Ioſeph per prolepſim nominantur. Diuus autem Stephanus ſeptuaginta interpretes ſequitur in oratione, quam habuit ad populum: quam diuus Lucas literis mandauit Actorum ſeptimo. Cùm enim ſcripſerit Græcè acta apoſtolorum, quæ ad Gentes emiſit, eam ſecutus eſt ſcripturam, quæ iam fuerat Græcis diuulgata, Græcoque ſcripta ſermone: cuius hiſtoria erat trita oratione celebrata, explanata in concionibus, cõmemorata in iudicijs, & multis cognita & perſpecta. Aſpicis igitur non eſſe inter editionem Græcam & Hebræam aientia & negantia, ſed ſummam concordiam, & admirabilem conſenſum: quẽ tibi pro viribus explanaui. De re hac poteris videre Hieronymum in quæſtionibus in Geneſim, Auguſtinum libro primo quæſtionum in Geneſim, Albinum in eundẽ locum, Eucherium in quæſtionibus in Deuteronomium.

Argomentum capitis VI.

Cum Daniel ſapientia, probitate, atque omni genere laudis vnus inter omnes emineret, fuit à rege Dario ſuper magiſtratus princeps conſtitutus. Cum autem eius res geſtæ cæterorum laudibus obſcuritatem attuliſſent, decreuerũt gubernatore, qui

qui primos ordines ducebant, eum ad exitium vocare, omniſque memoria clariſſimum lumen extinguere. Quare inuidia concitati edictum aduerſus illum excogitauerunt, eúmque tanquam edicti regis violatorem, læſæq; maieſtatis reum in ſummum capitis diſcrimen vocauerunt. Conijcitur iuſſu regis in lacum leonum ab illis dilaniandus, vnde mirabiliter eripitur: & illuc proiecti eius accuſatores à leonibus dilacerantur. Quod admiratus rex Deum verum extulit laudibus, ſanxitq; edicto, vt omnes colerent illum, cuius regnum eſſet æternum, quod nulla poteſt vetuſtas conſumere, nulla poteſtas euertere, nulla temporum varietas labefactare.

CAPVT VI.

A PLacuit Dario, & conſtituit ſuper regnum ſatrapas centū viginti, vt eſſent in toto regno ſuo. Et ſuper eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt ſatrapæ illis redderent rationem: & rex non ſuſtineret moleſtiam. Igitur Daniel ſuperabat omnes principes & ſatrapas: quia ſpiritus Dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum. Vnde principes & ſatrapæ quærebant occaſionem, vt inuenirent Danieli ex latere regni: nullamque cauſam & ſuſpicionem inuenire potuerunt, eo quòd fidelis eſſet, & omnis culpa & ſuſpicio non inueniretur in eo. Dixerunt B ergo viri: non inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi fortè in lege Dei ſui. Tunc principes & ſatrapę ſurrepſerunt regi, & ſic locuti ſunt ei. Dari rex in ęternum viue: conſilium inierunt omnes principes regni tui, magiſtratus, & ſatrapę, ſenatores, & iudices: vt decretum imperatorium exeat, & edictum, vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque Deo, & homine vſque ad triginta dies, niſi à te rex, mittatur in lacum leonum. Nunc itaque rex confirma ſententiam & ſcribe decretum, vt non immutetur, quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis: nec præuaricari cuiquam liceat. C Porrò rex Darius propoſuit edictum, & ſtatuit. Quod cùm Daniel compeiſſet, id eſt conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam: & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua: & adorabat, confitebatúrque coram Deo ſuo, ſicut & antè facere conſueuerat.

EXPLANATIO.

Placuit Dario. Hic non fuit Darius ille, quem Alexander magnus vicit, & profligauit: ſed auunculus Cyri: cuius ſuperiore capite meminimus. Credibile eſt fuiſſe huic Dario relatam viſionem manus in pariete ſcribentis, & Danielis interpretationē, & ſapientiam, & virtutis præſtātiam: eamq; ob cauſam eum ſecū honorificè duxiſſe in Mediā, vnumq; ex tribus principibus regni ſui conſtituiſſe. Flauius Ioſephus libro 10. antiquitatum in hūc ait modum: Darius Aſtyagis filius, qui Babyloniorum principatum deſtruxit cum Cyro cognato ſuo, annum agebat ſexageſimum ſecundum, cùm Babylon fuit inuaſa: qui tamen alio nomine vocatur à Græcis, quiq; Danielem prophetam ſumēs ad ſe in Mediam duxit, & omni honore celebrauit. Erat enim vnus inter tres principes, &c. Hactenus ille. Probabile eſt abijſſe Darium relicto Cyro in Chaldæa.

Conſtituit ſuper regnum ſatrapas centum viginti. Satrapæ ſunt præfecti prouincijs, quibus rex curam regni demandauit. Vt humanum corpus diſtribuitur in membra: ſic regia poteſtas debet diuidi inter præſides, & cum viris ſapientibus qui rempublicam prudenter, ac iuſtè gubernent, communicari. Solēt prudentes reges, principes, & pontifices multa inferioribus committere, vt poſſint ipſi altioribus preeſſe. Ita fecit Moſes cōſilio Iethri: vt ipſe capite decimooctauo Exodi teſtatur. Ad quod alludens ait in hunc modum capite primo Deut. Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles: & conſtitui eos principes tribunos, & cēturiones, & quinquagenarios, & decanos, qui docerent vos ſingula. Apoſtoli, vt narrat Actorum ſexto diuus Lucas, dixerunt: Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem, plenos Spiritu ſancto, & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. Sed attende, iuxta Moſis & apoſtolorū ſententiam debere præſides ſapientia præſtare. Pontifex enim ſine ſapientia eſt ſol ſine luce: auis abſque pluma: gubernator nauis ſine gubernaculo. Vnde capite ſexto libri Sap. ſcriptum legimus. O reges populi diligite ſapientiam. Et paulo pòſt: Rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt Et Eſaias trigeſimoſecundo. Non vocabitur, inquit, vltrà is, qui inſipiēs eſt, princeps. Et Deus apud Ier. 3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meū, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Plato eas reſpublicas felices eſſe ait, vbi aut philoſophi regnant, aut rēges philoſophantur. Eam ob cauſam dignitates & munera publica appellantur magiſtratus authore Marco Varrone: quia qui præſunt alijs, debent eſſe magiſtri: quod perfectè fieri non poteſt, niſi ſint ſapientia exculti, & in ſtudijs doctrinæ verſati. *Similitudo.*

Et ſuper eos principes tres. Super centum viginti præfectos conſtituit rex tres præſides primarios, qui gubernacula totius regni tenerent, cæteróſque principatu ſuperarent. His reddebant alij rationem, ne rex afficeretur angore: & acerba negotiorum multitudo veterem illi animi curam moleſtiámque renouaret. Non quòd rex otioſus eſſet, iners, & opere ſolutus: ſed vt rebus arduis, excelſis, & difficilibus operam daret. Nō enim decet principē vitā otioſam ſine labore, & ſolicitudine traducere: nā vt Eſa. 32. ait. Princeps ea quæ ſunt digna pricipe cogitabit: & ipſe ſuper duces

duces ſtabit. Et Apoſtolus cap. duodecimo ad Rom. qui preeſt,in ſolicitudine. Et tertio prioris ad Timotheum : Si quis epiſeopatum deſiderat,bonum opus deſiderat. Explicans Auguſtinus locum hnnc libro decimonono de ciuitate Dei,ait ita : Apoſtolns expooere voluit, quid ſit epiſcopatns,quia nomen operis eſt,non honoris. Et Hieronymus in eandem epiſtolam: Opus,inquit,naturæ, non dignitatem: labotem, non delicias. Hoc acquirit pontifex & princeps. Id quodammodo intelligens Vergilius dixit eſſe Achatem iodiuulſum Aeneæ comitem: dicitur autem Acbates ἀπὸ τοῦ ἄχεος, hoe eſt cura, quæ deber perpetuò reges comitari. Infelices illi principes, qui in orio & deſidia languent, & hebeſcunt.

Quia ſpiritus Dei amplior erat in illo. Id eſt,quia maior graria erat ei à Deo tributa ad gubernandum,& ad ea,quæ agenda erant,intelligendum, quàm alijs. Alijs dabat Deus ſpiritum ad regendum,ſed ei multò maiorem. Vnde,Theodoretos: Diſcimus, inquit,ex hoc loco, iia quibus ad virã ciuium inſtituendam magiſtratus mandantut, etiã ſi fuerint pietatis expertes, quoddam tamen ſapientiæ munus ad ſubiectum ſibi populum gubernandũ diuinitus concedi. Accipirur hoc loco ſpiritus Dei pro virtute & gratia gubernandi. Vel vt Polych. ait pro intelligentia. Aut vt ait Theodoretus pro munere ſapientiæ. Nec ſolum

Similitudo.

ſpiritu hoc,ſed virtutibus moralibus Daniel præſides alios ante ibat. Vt in opalo gẽma admirabili multarũ gemmarum dotes inueniuntur, nempe carbunculi tenuior ignis, vt verbis vtar Plin. lib.37. amethyſti fulgẽs purpura, ſmaragdi virẽs mare : cuoctaq; bæc pariter incredibili miſtura lucentia : ſic iu Daniele multorũ ſcientiæ & virtutes eminebant.

Porrò rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum. Vt eſſet apud Medos,quemadmodum fuerat Ioſeph apud Aegyptios : cui dixit rex Pharao : Ad tui oris imperium cũctus populus obediet : vno tantùm regni ſolio te præcedam.

Vnde principes & ſatrapæ. Quibus rex præficere Danielem volebat. Duo principes,& centum viginti ſatrapæ,aut plerique eorum aduerſus ipſum Danielem cooſpirauerunt, & de illius pernicie cogitarunt.

Quærebant occaſionem,vt inuenirent Danieli ex latere regni. Hoc eſt,quærebant occaſionem,vt inuenitent aliquod crimen apud Danielem, quò eum eijcerent à latere regis, & ab eius familiaritate ſepararent. Poteris totam hanc orationem ita vertere : Quærebant inuenire occaſionem, qua Danielem ex latere regis dimouerent. Quidam per latus regis intelligunt reginã, quòd ad latus regis recumbat. Ac præfectos illos aiunt, voluiſſe Danielem ſuſpecti cum regina concubitus reum apud Darium facere. Vel ex latere regni : boc eſt ex parte regni: inueſtigabant enim, poſſent ne aliquod aduerſus Danielem crimen ex parte regni,ſeu in negotijs regni iouenire. Sed nullum inuenerunt.

Et quòd fidelis eſſet. Hoc eſt, fidelitate præditus erga regem. Vel fide formata in Deum munitus. Eſt autẽ fides, vt apoſtolus ait vndecimo ad Hebræos ſperandarũ ſubſtantia rerũ, argumentum non apparentium. Vnde in eadem epiſtola cap.3. Participes,inquit, Chriſti effecti ſumus : ſi tamẽ initiũ ſubſtantiæ eius vſque ad finẽ firmum retineamus. Id eſt, ſi fidẽ Chriſti firmam ſemper babuerimus. Fides enim principium eſt ſubſtantiæ ſpiritualis, per quã ſpiritualiter ſubſiſtimus & viuimus. Et rectè initium dicitur, quia ſicut per animæ infuſionem primùm corporaliter, & in eſſe naturæ, vt ita dicam, incipimos ſubſiſtere. ſic per fidei infuſionem ſubſiſtere ſpiritualiter & in eſſe gratiæ inchoamus,ſine qua fide vt capi.11. *Heb.11.* eiuſdẽ epiſtolæ ait diuus Panlus, impoſſibile eſt *Simili.* placere Deo. Vt vas ſine fundo perdit aquam: ſic homo ſine fide amittit bona opera,quo ad meritũ æternæ vitæ. Quẽadmodũ numus non valet ſine ſcolptura prĩcipis,ita nec bonũ opꝰ ſine fide.

Niſi fortè in lege Dei ſui. Intelligebant nibil eſſe, quod Danielem à diuinæ legis obſeruantia deterreret. Ideo decreuerũt ſuadere regi, vt aliquid ſanciret,quod non poſſet abſque tranſgreſſione legis Dei ſeruari : vt ita oſtenderent Danielem regis edicto non obedire : quam ob cauſam eum ad exitium vocarent.

Tunc principes & ſatrapæ ſurrepſerunt regi. Codices correcti habent : ſurrepſerunt : à verbo ſurrepo,quod ſignificat ſenſim ingredi, ſeq; latẽter inſinuare. Quidã vertunt : Aggreſsi ſunt inſidiosè regẽ. Poteſt verti : Conuenerunt corã rege. Vel congregati ſunt apud regẽ. Concordia impiorũ nocet ſæpenumero viris piis, vt boc loco,& multis alijs videre licet. Eã ob caoſam eſt aliquando vtilis eorum diſcordia, vt viri inſignes pietate poſsint incolumes euadere. Vt canes venatici in- *Similitudo.* ſectantes & exagitantes leporẽ,eũ arripiont,& dilaniant: at ſi ſecum contendant & pugnent,fugit ille : ſic improbi homines qui ſcelere paſcuntur, conſpirantes aduerſus virum aliquẽ virtutibus præditum, eum affligunt, & acerbis calamitatibus opprimunt: ſed orto inrer eos diſsidio,habet ille locũ euadendi. Eſt quippe concordia ſaluiaris & grata Deo : nã vt diuus ait Paulus cap. 14. prioris ad Cor. Non eſt diſſenſionis Deus,ſed pacis. Sed quãdo pax eſt ioter impios cõtra pios cõiuratio,peſtileus eſt,atque Deo inimica. Quẽad- *Similitudo* modnm ſcorpio mortiferũ continet venenom, aconitum nõ minus mortiferũ, tamen datum hoc in potione aduerſus ſcorpionũ ictus,eſt prõptum ac ſalutare remediũ, quia dum venenum cum veneno pugnat & decertat,ſeruatur homo : ſic peſtilentium cinium diſcordia ſalutẽ aliquãdo fert viris iuſtis pietarem colentib. Cõtra verò eorum conſenſio & conſpiratio pernicioſa eſt, quæ vt boc loco vides, exitium Danieli parabat.

Dari rex in æternum viue. De hoc ſcbemate diſſeruimus cap.2.

Conſilium inierunt. Nimirom ad gloriam tuam amplificandam. Vafri ac callidi homines ſimulationis artificio periti,regem deceperunt, malum ei nomioe boni ſuadentes. Speeie honoris regis malitiam ſuam tegebant iuſtoque Danieli perniciem moliebantur. Simile edictum inuenies ca. 3.& 4.& 16.lib.Eſther.

Mittatur in lacum leonum. Proijciatur in foueã, vbi leones retinenrur & ſeruantor, vt ſtatim dilanietur. Crudelis lex profectò, impia, & iniuſta. Lex debet eſſe igne amoris conflata & conſtituta: non alicuius perniciem reſpiciens, ſed communem

munē vtilitatē. Id indicare volens Moſes cap. 33. Deuteronomij: Dominus, inquit, apparuit de mōte Pharan, & cum eo ſanctorū millia: in dextera eius ignea lex, dilexit populos. Hæc lex erat euāgeliū amore pleniſſimum: lex charitatis, quā Deus tulit, igne amoris maximè ardētem, & incendio pietatis flagrātem. Ideo ignea erat: & in dextera, qua beneuolentia oſtēditur, portabatur. Eam ob cauſam additur: Dilexit populos. Apparuit autem Deus nō in valle ſterili, ſed in mōte frugifero: id enim ſignificat Pharan, authore diuo Hieron. hoc eſt in eccleſia. Antea oſtendebat Deus amorem populo Iſraelitico: at poſtea omnibus populis. Nam vt verbis vtar diui Ioannis cap. 3. Sic Deus dilexit mundū, vt filiū ſuum vnigenitum daret. Ignis huius legis amor erat, igne illo ſignificatus, quo rubus ardebat, & non
Exod. 3. cōburebatur, vbi Deus apparuit Moſi, qui erat
3. Reg. 18. ei legem laturus. Hic eſt ignis, qui cecidit in holocauſtum Eliæ, illudq́ue deuorauit. Hic etiam in mundi exordio cecidit in ſacrificiū Abel iuſti: ita enim ait Moſes cap. 4. Geneſis. Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non Reſpexit. Iratusq́ue eſt Cain vehementer. Aiunt ipſum Cain intellexiſſe fuiſſe fratris ſui oblationem gratam Deo, q̄ ipſe Deus igne de cœlo miſſo eam in cinerē conuertiſſet. Huic ſententiæ fauet tranſlatio Theodotionis ita habēs: Inflammauit dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium eius: ſuper Cain verò, & ſuper ſacrificium eius non inflammauit. Hoc igne erant animalia Ezechielis incenſa: de quib. ipſe ait cap. 1. Erat aſpectus eorū quaſi carbonū ignis ardentium. Eo inflammati duo illi diſcipuli, quibus apparuit Chriſtus Deus noſter euntibus in caſtellum Emaus, dicebat, vt ait capite vl-
Luc. 24. timo diuus Lucas: Nonne cor noſtrum ardens erat, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Hic incēdit diſcipulos Chriſti in die pentecoſtes: de quo ait ita in Actis diuus Lucas cap. 2. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquā ignis. De eo Chriſtus cap. 12. apud Lucam: Ignem, inquit, veni mittere in terrā, & quid volo, niſi vt accēdatur? Aſpicis igitur nomine ignis amorem ſignificari: eamq́; ob cauſam diuinam legem igneam eſſe: quoniam domini noſtri Ieſu Chriſti euangelium, eſt ſancto amore refertum, & ardente pietatis ſtudio inflammatū. Ipſe enim Chriſtus qui in eo amorē docet, ob amorē venit in mūdū, amore inflammatus mortē ſuſtinuit. Et ipſe eſt amor, iuxta id quod ait cap. 4. epiſt. ſuæ primæ diuus Ioan. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet. Ac ipſe ait apud eundem Ioannem cap. 13. euangelij: Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Et cap. 15. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Præceptum ait, non cōſilium: & ſuum vocat, non alienum. Eius eſt, quia ipſe illud docuit, prædicauit, ſeruauit, prædicandum præcepit, & pro eo mortuus eſt. Lege ſanctum Dei euangeliū, videbis eius verba ardente charitate flagrantia: quorum fundamentū eſt amor, quorum obſeruantia eſt amor: quoniā non poſſunt ſine amore ſeruari. Ideo Paulus in epiſtola
Rom. 13. ad Romanos numeratis diuinis præceptis addit: Si quod eſt aliud mandatum: in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum tuū, ſicut teipſum. Origenes nobiſcum legit: In hoc verbo inſtauratur: Ambroſius, cōſummatur: Auguſt. recapitulatur. Verbū Græcū ἀνακεφαλαιοῦσθαι ſignificat ſummatim colligere, & in ſummam redigere, ſeu in caput reuocare. Voluit apoſtolus dicere, Rom. 13.
omnia Dei præcepta redigi ad præceptum amoris, in quo omnia comprehenduntur. Ideo ſubdit: Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Et quoniā leges humanæ debent ad diuinam reſpicere, à qua ſunt deriuandæ, & ad eius authorem ſunt dirigendæ, opus eſt vt ſint in amore fundatæ & conſtitutæ. Quare à viris pietate & charitate & ſapientia præſtantibus debent ferri & promulgari. Eſt enim lex ratio ſapientis, iuris & iniuriæ regula, ad illam antiquiſſimam, & rerum omnium principem expreſſa naturam, quæ ſupplicio improbos afficiat, bonos tueatur. Hæc autem lex quā rex Darius conſilio magnatum ſeductus ſanxit, vt nemo a Deo nec ſalutem, nec gratiam, nec fauorem, nec bonum denique vllum peteret, niſi à ſeipſo, ab omni ratione abhorrebat, à diuina lege diſcrepabat, & in exitium iuſti Danielis ferebatur. Hinc diſcant reges & principes non eſſe facilè conſiliariis credendum, iis præſertim, qui odio & inuidia concitati perniciē aliis machinantur. Sunt enim nonnulli, qui nomine regiæ vtilitatis & gloriæ ſuadent conſtitui decreta, quibus eos quos proſequuntur odio, ad acerbam calamitatem, triſtéq; exitium vocent.

Nunc itaque rex confirma ſententiam. Hoc eſt, confirma edictum: iube vt referatur in tabulas tui nominis ſigno firmatum, & publicè promulgetur: ita nanque tuæ gloriæ, & nominis tui amplitudini & celebritati conducit.

A medis & Perſis. Hinc colligit Hieronymus vnum regnum fuiſſe ſub Dario & Cyro Medorum & Perſarum. Sed quo tempore id euenit, exiſtimant nonnulli Darium in Medæa, Cyrum autem in Chaldæa extitiſſe.

Porrò rex Darius propoſuit edictum. Hoc eſt, edictum diplomate confirmauit. Intolerabilis profectò vanitas, voluiſſe regem, vt ab illo tanquam à Deo omnia peterentur. Vt magnæ ſtatuæ foris Similitudo.
inſignes, Herculem, aut Iulium Cæſarem, aut viros alios illuſtri laude celebratos repreſentant, cùm intus ſint vacuæ, & inanes, aut plenæ ſordibus: ſic nonnulli principes purpura, auro, gemmis, & ſatellitibus regiam gerunt perſonā, cùm ſint intus vani & futiles, aut turpibus affectionibus repleti. Huiuſmodi fuit Darius, cum decre- Dani. 3.
tum illud impium confirmauit: & Nabuchodonoſor in ſtatuæ erectione, & alij, quos literæ diuinæ & humanæ memoriæ prodiderunt.

Ingreſſus eſt domum ſuam. Vt ſcilicet Deum occultè oraret: iuxta id quod poſtea Chriſtus docuit apud Mattheum 6. Cùm oraueris, intra in cubiculum tuum: clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito. Præterea nolebat inſidiis inimicorū patere, ne videretur tentare Deū, ſi ſe mortis periculo exponeret ſine cauſa. Scriptum eſt
enim cap. 6. Deut. Non tentabis Dominū Deum Deut. 6.
tuum. Quem locum Chriſtus Deus noſter apud Matt. 4.
Matthæum & Lucā citauit. Aſcēdens Daniel in Luc. 4.
cœnaculum, pias ad Dominum obſecrationes emittebat: Non in loco imo, ſed excelſo preces

fundebat ad Deū. quē ſummè venerabatur. Rex
2.Reg.18. Dauid audita cæde filij ſui Abſolom aſcendit in
3.Reg.17. cœnaculum portæ,& fleuit. Elias tulit filiū hoſpitæ mortuū, & portauit in cœnaculū, vbi ipſe
manebat & ibi eius precibus mortuus rediit ad
Mar.14. vitam. Chriſtus in cœnaculo comedit paſcha cū
Luc.22. diſcipulis ſuia. Ac ſuper eos deſcendit Spiritus S.
Actor.1. in cœnaculo, vt ait in Actis apoſtol. D. Lucas. In
& 2. cœnaculo igitur poſitus Daniel ter in die flectebat genua ſua Deū orans, clauſo oſtiu, ſed apertis feneſtris verſus Hieroſolymā reſpiciētibus: vt oculos ad templum Domini dirigeret, quod abſens apud Medos & Perſas exul cōtemplabatur. Eiectus à patria inter inimicos conſtitutus ad ſanctum Dei tēplum Hieroſolymæ conſtructum reſpiciebat, ad eas oras ferens oculos, quò eos ducebat amor. Nos humanis occupationibus implicati, mundi negotiis irretiti, & in Babylonica captiuitate cōſtituti, ex hac cōfuſione ad cœleſtē Hieroſolymā reſpiciamus, ad viſionē pacis, ad templum gloriæ ſempiternæ, ad domicilium mentium beatarum oculos animi coniiciamus, eóſq; à rebus terrenis & caducis aliquādo ſeuocemus. Magni namque animi eſt cogitationem à conſuetudine abducere, & mentem à ſenſibus ad intelligentiam reuocare. Meminerat Daniel verborum Salomonis, quæ ſunt capiti octauo lib. 3. Regū mandata, & 6 Paralipomenon 2. quibus Deum obſecrauit, vt preces eorū qui à Hieroſolyma exularent, audiret, ſi ſe ad templum illud conuerterent. Ideò verſus Hieroſolymā fundebat preces tribus temporibus in die hoc eſt mane, meridie, & veſpere: iuxta illud pſalmogra-
Pſal.54. phi: Veſpere, & mane, & meridie narrabo & enūciabo: & exaudiet vocem meam. Diuus Hieronymus hoc loco ita ait: Tria tempora quib. Deo flectenda ſunt genua, tertiam horā, & ſextam, & nonam Eccleſiaſtica traditio intelligit. Huic ſententiæ fauet Eccleſiaſtica hiſtoria, cùm ita ait: Tribus horis orabant Iudæi in die, tertia, ſexta & nona, tertia, quia tunc datus eſt eis decalogus le-
Exod.20. gis in monte Sinai: & eadem hora orat Eccleſia,
Actor.2. quia tunc datus eſt Spiritus ſanctus Apoſtolis. Sexta orabant Iudæi, quia tunc erectus eſt ſerpēs
Num.21. æneus in deſerto, eadem orat Eccleſia, quia tunc
Matt.27. Chriſtus ſuſpenſus eſt ligno. Nona orabant Iu-
Exod.17. dæi, quia tūc petra dedit aquas in Cades: eadem
Ioan.19. orat Eccleſia, quia tunc de Chriſto haſta percuſſo exiuit ſanguis & aqua. Sed non ſolùm his tribus temporibus, ſed ſepties ſingulis diebus orat Eccleſia Catholica ſeptem horis canonicis, iux-
Pſal.118. ta illud pſalmographi: Septies in die laudem dixi tibi. Hoc fuit adumbratum cap. 6. libri Ioſue, cùm corruit Iericho, quando ſacerdotes ſeptem buccinis circuierunt ſepties clangorem emittentes: tubis enim horarū canonicarum dæmonis machinæ euertūtur. De horis canonicis. Vide Hieronymum in epiſtola ad Demetriadem, & & in epitaphio diuę Paulæ: Cyprianum in expoſitione orationis dominicæ: Baſilium de inſtitutione vitæ religioſorum: Chryſoſtomum homilia 59. Conſilium Agatenſe, & Laodicenſe: & noſtra hac memoria Ioannem Eccium in libro qui inſcribitur Enchiridion locorum communium aduerſus Lutherum. Id autem quod hic dictum eſt: Ingreſſus eſt domum ſuam: poteſt referri ad mortis meditationem, vt per domū eius intelligatur ſepulchrum, quod eſt perpetuum vniuſcuiuſque domicilium, iuxta illud pſalmi 48. Sepulchra eorum domus illorum in æternum. Ingreſſus eſt igitur Daniel cogitatione in ſepulchrum, & mortem in animum reuocauit, ac memoria tenuit.

Et adorabat. Correctiores codices habent: Et orabat. Et ita eſt in Chaldæo. Perpende. Volens Daniel fundere ad Deum preces, exibat ex aula regis, & domum ſuam ſolus ingrediebatur. Intelligebat aulam principum nō eſſe locū aptum precibus. Eodem modo cap. 8. Exodi ſcriptum legimus, Moſem & Aaronem aulā Pharaonis reliquiſſe, vt pro illo ad Deum preces emitterent. Erat enim plena ranis, hoc eſt maledictis, dolis, adulationibus, mendaciis, querelis. Non tamen ſum neſcius, fieri poſſe, vt in principum palatiis multi viri iuſti inueniantur.

Confitebatúrque. Nimirum peccata ſua. Vel accipitur confiteri pro laudare, & gratias agere: vt apud Matthæum capite vndecimo: Confiteor tibi pater. Et multis aliis in locis. De hoc ſchemate diſſeruimus capite ſecundo.

Viri ergo illi curioſius inquirentes inuenerunt Danielem orātem & obſecrātem Deum ſuum. Et accedentes locuti ſunt regi ſuper edicto. Rex nunquid non conſtituiſti, vt omnis homo qui rogaret quenquam de diis & hominibus vſque ad dies triginta, niſi te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos reſpondens rex ait: Verus eſt ſermo iuxta decretum Medorum atque Perſarum, quod præuaricari non licet. Tunc reſpondentes dixerunt coram rege. Daniel de filiis captiuitatis Iudæ non curauit de lege tua, & de edicto, quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratione ſua. Quod verbū cùm audiſſet rex, ſatis contriſtatus eſt: & pro Daniele poſuit cor vt liberaret eum: & vſq; ad occaſum ſolis laborabat, vt erueret illum. Viri autem illi intelligentes regē dixerunt ei: Scito rex,
quia lex Medorum ac Perſarum eſt, vt D
omne decretum, quod conſtituerit rex, non liceat immutari. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem: & miſerunt eum in lacum leonū. Dixitq; rex Danieli: Deus tuus quem colis ſemper, ipſe liberabit te. Allatusq; eſt lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os lacus, quē obſignauit rex anulo ſuo, & anulo optimatum ſuorum,
ne quid fieret contra Danielem. Et abiit E
rex in domum ſuā: & dormiuit incœnatus, cibique non ſunt allati coram eo: inſuper & ſomnus receſſit ab eo. Tunc rex primo diluculo cōſurgens feſtinus ad lacum leonum perrexit, appropinquāſque
lacui

lacui Danielem voce lachrymabili inclamauit, & affatus eſt eum: Daniel ſerue Dei viuētis, Deus tuus cui tu ſeruis ſemper, putas ne valuit te liberare à leonibus?

Viri ergo illi curioſius inquirentes. Curioſitas eſt nimium diligens ac ſuperuacanea inueſtigatio rerum ad ſe non pertinentium. Non eſt viri prudentis inquirere de alijs, & in vita aliena eſſe curioſum. *Eccle.3.* Vnde Eccleſiaſticus cap. 3. In ſuperuacuis, inquit, rebus noli ſcrutari multipliciter: & in pluribus eius operibus non eris curioſus. *Gen.19.* Vxor Loth, quia contra Dei præceptum reſpexit poſt tergum, volens ſcire, quid de alijs ageretur, conuerſa eſt in ſtatuam ſalis, quæ eſſet æternum nimiæ curioſitatis exemplum: per ſalem enim perpetuitas ſignificatur. Quam ob cauſam capite Numerorum decimooctauo dicitur pactum ſalis cui nulla ætas eſſet finem allatura. Aduerſus curioſos ait ita libro decimo confeſſionum diuus Auguſtinus: Curioſum genus hominum ad cognoſcēdam vitam alienam, deſidioſum eſt ad corrigendam ſuam. Et diuus Hieronymus in epiſtola de duobus filijs: Nugas, inquit, tenemus, & fonte veritatis amiſſo opinionum riuulos conſectamur. Et diuus Gregorius explanans illud: Iuga boum emi quinque: Graue, inquit, curioſitatis eſt vitium, quæ dum cuiuſlibet mentem ad inueſtigandam vitam proximi exterius ducit, ſemper ei ſua intima abſcondit, vt aliena ſciens, ſe neſciens ſit. Et Menander: Ne velis vitia aliena inquirere. *Similia.* Vt vultures ad extincta corpora odore feruntur, ſana verò non curant: ſic inimicus nimis curioſus vitæ inimici, eius crimina inquirit: nullumque eſt tam abſtruſum, quod non olfaciat, atque eò ſtatim accurrat: cùm rerum præclarè geſtarum ſuauitatem ſenſus ſtupore non ſentiat. Ac vt Plutarchus ait: quemadmodum Lamiæ, vt fictis fabulis viri docti memoriæ prodiderunt, foris acutè videbant, cùm domi oculos haberent reconditos in vaſis, nihil penitus cernentes: ſic curioſi rerum ad ſe minimè pertinentium in alienis ſunt perſpicaces: ad ſua cæcutiunt. Et quod eſt omninò intolerabile, virtutem eorum quos odio proſequuntur, vitio vertūt. Ita magnatibus Medorum, & Perſarum euenit, qui propria ſcelera non notantes curioſè inquirebant, vtrum Danielem ad verum Deum preces fundentem inuenirent, id vitio tribuentes, quod erat laude digniſſimum.

Mitteretur in lacum leonū. Lacus hic domus erat inſtar foueæ, vbi nutriebantur leones: quò proiiciebantur, qui grauiſſima ſcelera admittebant.

Quod præuaricari non licet. Si iuſtū fuiſſet & rectum: at cum illud ab omni iuſtitia & ratione diſcreparet, non ſolùm licebat illud præterire, ſed etiam non licebat illud ſeruare. Nam iuxta apoſtolorum ſententiam Actor.5, relatam: Obedire oportet Deo, magis quàm hominibus.

Daniel de filiis captiuitatis Iuda non curauit de lege tua. Captiuum nominarunt Danielem, vt regem magis ad iram prouocarent, qui ab homine captiuo contemneretur. Vir erat Daniel ſapientia, & probitate præditus, domi clarus, foris admitandus: cuius rectè facta in hominum cœtu celebrabantur. At cùm eius inimici hoc viderent, eius laudes ſilentio præteribant: id autem quod tribuebant vitio, in medium proferebant, quò illum ad cædem vocabant. Vt gallinæ ſcalpentes ſi gemmas inueniunt, aut pretioſa monilia, reiiciunt: quiſquilias autem eligunt, aut ſordes, aut vermiculos: quibus inuentis exultāt: ſic inuidi & maledici prætermiſſis rebus præclarè geſtis aliorum, id ſolùm eligunt, & ante oculos omnium ponunt, quod aut delictum eſt, aut eſſe videtur: de eo loquuntur: & de re parua, ac nullius momenti, quæ nullo modo peccatum eſt, magnas excitant tragœdias, eiúſque inuentione delectantur. *Similitudo.* Phariſæi & ſcribæ frangentes Dei præcepta inuehebantur in diſcipulos Chriſti, *Matth.15.* quod aliquando eſcam ſumpturi manus non lauiſſent. Qua in re non ſolùm diſcipulos, ſed ipſum Chriſtum reprehendebant. Quemadmodum ſol *Similitudo.* iis iucundus qui claros, ac ſanos oculos habent, iis eſt moleſtus, qui lippitudine aut alio oculorum morbo laborant: ita vir iuſtus & pius iuſtitiam & pietatem colentibus dulcis & gratus, illis eſt grauis & odioſus, qui ægritudine oculorum mentis confecti fugiunt veritatis ac virtutis lucē, & flagitiorum tenebris oblectantur. Cain *Gen.4.* nolebat videre Abel: nec filij Iacob fratrē ſuum Ioſeph: nec phariſæi Chriſtum Ieſum. Dicebant *Gene.37.* enim, vt eſt cap. 2. Sapientiæ mandatum: Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis: & contrarius operibus noſtris. Et paulò pòſt: Grauis eſt nobis ad videndum: quoniam diſſimilis eſt alijs. Eodem modo magnates Medorum & Perſarum, inuidia, & malitia concitati non poterant intueri Danielem, eámque ob cauſam ei inſidias pararunt, & ad indigniſſimam cædem vocauerunt. Sed pœnas luerunt ſcelerum ſuorum. Nam vt 17. Prouerbiorum capite ait ſapiens: Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.

Satis contriſtatus eſt. Quia intellexit cauſam inſidiarum fuiſſe inuidētiam: & videbat ſe eſſe ſuis verbis irretitum. Ac cum nō poſſet liberare Danielē humano ductus timore, ne offenderet magnates, & legem ſuam videretur infringere, eum iuſſit proiici in lacum leonum, quem ſciebat eſſe amicum, innocētem, & reipublicæ vtiliſſimum. Vide quid ſecum afferat detrimenti timor ille, quem theologi vocant mundanum. De eo illud intelligitur primi capitis Ieremiæ: Ne timeas à facie eorum. Et illud ſaluatoris noſtri apud Lucam 12. Nolite timere puſillus grex.

Miſerunt eum in lacum leonum. Proiecerunt illum in foueam, vbi leones nutriebantur. Vt gubernator quamuis peritus, vim tamen tempeſtatis fugere non valet: ſic vir iuſtus quamuis ſapiens, impetum tamen inuidorum & concitatæ multitudinis vitare non poteſt. *Similitudo.*

Ipſe liberabit te. Audierat enim tres pueros, quos Daniel ſapientia & virtute anteibat, flammas viciſſe Babylonicas: & ſperabat, nō eſſe leones Danielem occiſuros. Senſus eſt: optarem te non tradi leonibus: ſed quoniam aliter fieri non poteſt, Deus te eripiet: nihil profectò mihi erit antiquius ſalute tua.

Poſitus eſt ſuper os lacus. Id eſt ad oſtium foueæ

tem rege adducti ſunt viri illi, qui accuſa uerunt Danielem, & in lacū leonum miſ ſi ſunt, ipſi, & filij, & vxores corū: & non peruenerunt vſque ad pauimētum lacus, donec arriperēt eos leones: & omnia oſſa eorum comminuerunt. Tunc Darius rex ſcripſit vniuerſis populis, tribubus, & linguis habitantibus in vniuerſa terra. Pax vobis multiplicetur. A me cōſtitutum eſt decretū, vt in vniuerſo imperio & regno meo tremiſcant & paueant Deum Danielis: ipſe eſt enim Deus viuens & æter-
Sap. 2. & 4. nus in ſecula: & regnum eius non diſsipa-
Infra 7. bitur: & poteſtas eius vſque in æternum. Ipſe liberator atque ſaluator faciens ſigna & mirabilia in cælo & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum. Porro Daniel perſeuerauit vſque ad regnum Darij, regnumque Cyri Perſæ.

Rex in æternum viue. Schema hoc explanauimus cap. 2. Honorem debitum præſtat regi, qui eum honore ampliſſimo ornauerat: ſed gloriam miraculi tribuit vero Deo, quem ait miſiſſe angelum, ut ora clauderet leonum. Ideo ait: Deus meus: nimirum quem colo, quē amplector amore, qui verus eſt Deus, qui eſt fons vitæ, qui ad ſeipſum confugientes ſolet mirabiliter liberare. Hic miſit angelum ora leonum cōcluſurum. Ergo non fuit feritas leonum ablata, vt naturam amitterent, ſed rabies refrenata tunc ac domita. Ioannes Damaſcenus libro 4. tribuit hoc Dei miraculum virginitati Danielis. Magnus Baſilius in homilia de laudibus ieiunij, illud ieiunio tribuit. Alij illud ad innocentiam & ſimplicitatem Danielis referunt: iuxta illud libri primi Macbabæorum cap. 2. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Diuus Paulus cap.
Heb. 11. 11. epiſtolæ ad Hebræos hoc miraculum videtur tribuere fidei, cùm ait viros ſanctos per fidem ora leonum obturaſſe. Omnes hi rectè dicunt; quoniam omnibus his virtutibus erat Daniel mirabiliter ornatus. Ac volebat Deus, vt ille ea ederet miracula, vt gentes idolorum cultrices conuerterentur ad ipſum, & confirmarentur fideles, & veri Dei nomen etiam inter nationes barbaras laudibus celebraretur.

Sed coram te rex delictum non feci. Quoniā eius edictum fuerat iniuſtum, & impium, eamque ob cauſam non tenebatur Daniel illud ſeruare. Decreuerat enim parere regi, præterquam in rebus illis, quæ diſceparent à lege diuina, & obſiſterent rationi.

Quia credidit Deo ſuo. Hoc eſt, quia ſe totum Deo ſuo commiſit: Accipitur enim aliquando cre-
Sap. 14. dere pro committere, vt Sapientiæ 14. Exiguo
Ioan. 2. ligno credunt homines animas ſuas. Et Ioannis ſecundo. Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis. Felix ille qui ad Deum in rebus aduerſis tāquam ad arcem turiſſimam ſumma cum fiducia confugiens ſe illi totum committit. Vel
Pſal. 26. capitur hic credere pro confidere: vt pſalmo vigeſimoſexto. Credo videre bona domini in terra viuentium. Et Marci 11. Credite, quia accipie- *Mar. 11.*
tis, & eueniēt vobis. Et 4. ad Romanos: Qui con *Rom. 4.*
tra ſpem in ſpem credidit. Nam Abraham contra ſpem naturæ confidit ſpei diuinæ promiſſionis. Vel accipitur credere pro ſperare: vt Matthæi octauo: Vade: & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ad Romanos tertiodecimo: Propior eſt noſtra
ſalus, quàm cùm credidimus. Vel pro obedire: *Rom. 13.*
vt pſal. 109. Et crediderunt verbis eius. Et pſal. 118. Quia mandatis tuis credidi. Has omnes ſignificationes admittit verbum credere hoc Danielis loco. Sed vt mea fert opinio, credere hoc loco eſt actus fidei charitate formatæ plenæ fiducia in Deum. Pro quo alij vertendum putant, credere in Deum. Hæc eſt fides, de qua ait in prima epi-
ſtola ſua diuus Ioannes cap. 5. Hæc eſt victoria, *Ioan. 5.*
quæ vincit mundum, fides noſtra. De hac fide Chriſtus apud Matthæum 17. & apud Lucā eodem: Si habueritis, inquit, fidem vt granum ſinapis, dicetis monti huic: Tranſi hinc illuc: & tranſibit. At apud Matthæum ſubditur exemplum de monte: apud Lucam verò de arbore.

Et in lacum leonum miſſi ſunt. Ait Ioſephus eos *Ioſephus.*
extenuaſſe miraculum: & dixiſſe regi, ideo leones non nocuiſſe Danieli, quia erant carnibus ſatiati. Quare iuſtum fuit, vt ipſi proiicerentur in
lacum ad oſtendendam leonum ſatietatem. Pro- *Albert.*
iecti autem ſunt cum filiis & vxoribus, quia vt ait Albertus magnus, excitarunt patres ac viros ad ſcelus aduerſus Danielem admittendum: aut fuerunt adiutores, aut ſaltem aſſentiētes. Quam ob cauſam eaſdem pœnas luerunt.

Et non peruenerūt vſque ad pauimentum lacus. Erat enim introitus foueæ per gradus vſque ad pauimentum: ad quod ob terribilem leonum rabiem ac famem non peruenerunt: quia fuerunt in ipſis gradibus interfecti & deuorati. Auxit Deus leonum ferociam ad vim miraculi oſtendendam.

Tunc Darius rex. Sex inuenio vocatos nomine Darij apud Perſas. Primus Darius Cyaxares filius Aſtyagis: ſecundus Darius Hiſtaſpis filius: tertius Darius Artaxerxes Lōgimanus: quartus Darius Nothus: quintus Darius Artaxerxes Ochus: ſextus Darius Codomanus, quē Alexander magnus ſuperauit. Hic autē fuit filius Aſtyagis,
quē Clemens primo ſtromate filiū ait fuiſſe Hy- *Clemens.*
daſpis. Et apud Danielē in principio noni capitis dicitur filius Aſſueri. Habuit enim pater eius
multa nomina. Hos ſex principes numerat Meta *Metaſt.*
ſthenes in lib. de iudicio temporum ſed mutatis interdum nominibus, quoniam plerique eorum
duplici nomine vocabantur. Philo libro de tem- *Philo.*
poribus ſecundo ait, primum Darium vocatum fuiſſe Hydaſpim, quem alij vocant Xiaxarem.

Pax vobis multiplicetur. Hæc erat epiſtolæ regis Darij ſalutatio. Eadem vſus eſt Nabuchodonoſor in epiſtola ad populum ſuum, vt ſuprà viſum eſt in fine capitis tertij.

Deum Danielis. Hoc eſt verum Deum: qui etſi omnium eſt, Danielis tamen dicitur ob eius ſingularem in ipſum Deū cultum, & ob ipſius Dei in illum liberationem, & immortalia beneficia.

Et poteſtas eius vſque in æternum. Hæc explicata ſunt cap. 2. ac 3. vbi æternitas regni Chriſti fuit explicata.

Qui liberauit Danielem de lacu leonum. Floruit Daniel non ſolùm regnante Nabuchodonoſore, eiuſq; filio & nepote, ſed etiam gubernaculũ tenente Dario Medorum rege, qui has literas pro eius honore & nominis amplitudine ad populũ ſuum miſit: & præcipuè ad veri Dei gloriam illuſtrandam, qui ipſum Danielẽ à faucibus leonum mirabiliter eripuerat. Multi inuidia moti in hũc diuinum vatẽ odium conflabant, eiuſq; dignitatis florẽ infringere volebant: Sed Deus illum in dignitate, & honore conſeruabat. Nulla nubes odij, & inuidiæ valet veram pietatem, eximium decus, excellentem virtutem perpetuò obſcurare. Poterit quidem tẽpore aliquo offundere tenebras ſplendori illius: ſed non tantum roboris habebit, quin ipſa virtus ſplendeſcat tenebris diſſipatis. Fulgebunt iuſti: & impij pœnas luent ſcelerum ſuorum: & pernicies quam machinantur aliis, in ipſorum caput redundabit. Pharao cum

Exod. 1. cõſiliariis ſuis voluit extinguere filios Iſraelis. &

Exod. 5. fuit cũ omni exercitu ſuo mari Rubro obrutus,

Exod. 14. eiúſq; fluctibus ſubmerſus: populus autẽ Iſraeli-

Pſal. 73. ticus tranſiuit incolumis. Id cecinit iis verbis diuinus pſaltes: Tu confirmaſti in virtute tua mare: contriuiſti capita draconum in aquis. Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populis Aethiopum. Hoc ideo ait, quia Aethiopes illi qui littora maris accolebant, potiri ſunt ſpoliis Aegyptiorũ, quos mare eiecit ad littora. Vel per populos Aethiopum intelligit feras de-

Num. 22. 23. & 24. ſerti, quarum prædam ac paſtum fuiſſe cadauera Aegyptiorum, multi memoriæ prodiderunt. Balaach Moabitarũ rex voluit Iſraelitas maledictis ſuperare, quos virtute & fortitudine ſuperare nõ poterat. At maledictio cõuerſa eſt in benedictio-

1. Reg. 8. & 28. & 31. nem erga Iſraelitas: & ipſe maledictus remanſit. Saul volebat occidere Dauidẽ: & fuit ab hoſtibus ſuis occiſus. Superbus Aman ſuaſit Aſſuero regi, vt populum Dei penitus deleret: & Mardo-

Eſth. 3. & 6. cheo viro pio ac iuſto patibulũ parauit. At ipſe ignominioſè periit, in eodem patibulo ſuſpẽſus, quod ad cædem erexerat Mardochæi: atque aliis liberatis ſolus ipſe pœnas luit flagitij ſui: & exitiũ quod aliis fuerat molitus, in ipſius caput redũdauit. Eodem modo Medorum ac Perſarum magnates interitum quem in Danielẽ conflauerant, experti ſunt: & à leonibus dilaniati, aliis exemplum præbuerunt. Vnde Salomon Prouerbiorum 5. Iniquitates ſuæ, inquit, capiunt impium: & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Et cap. 11. In impietate ſua corruet impius. Et Eſaias: Væ impio in malum: retributio enim

Eſai. 3. manuum eius fiet ei. Quia quadragintaduo pueri lacerarunt ore ſuo iuſtum Eliſæum, fuerunt à duobus vrſis lacerati. Et Holophernes proprio pugione fuit iugulatus. Ecce parturit iniuſtitiã, inquit Dauid pſalmo 7. concepit dolorem, &

4. Reg. 12. Iudit. 13. peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, incidit in foueam, quam fecit: Conuertetur dolus eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Solent enim impij in eam incidere perniciem, quam aliis machinantur. Et pſalmo nono: Infixæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt: in laqueo iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. Cognoſcetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Idem verbum comprehendere ſignificat, & illaqueare. Et Eccleſiaſticus cap. vigeſimoſeptimo. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet: & plaga doloſa doloſi diuidet vulnera: & qui foueam fodit, incidet in eam: & qui ſtatuit lapidem proximo ſuo, offendet in eo: & qui lacum alij ponit, peribit in illo. Vt qui puluerem ſur- *Similitudo.*

ſum in ſolem proiicit, vt illum obſcuret, eodem puluere obcæcatur: ſic qui innocentem vult lædere, ſeipſum lædit: & volens claritati nominis aliorum offundere tenebras, eiſdem cooperitur: & alij in ore hominum cum gloria & dignitate verſantur. Franciſcus Sforcia inclytus Mediolani dux, ferebat pro inſigni in aulæis canem ſedentem quiete cum hac litera: Quietum nemo impunè laceſſet. Hoc erat eius inſigne & monimentum: quo ſignificare volebat, neminem debere viris probitate & pietate præſtantibus afferre detrimentum, niſi vellet illud percipere. Vt *Similitudo.*

enim iaculum ſi in corpus ſolidum inciderit ac durum, ſolet aliquando in mittentem retorqueri: ita damnum in fortem ac conſtantem virum iactum recidit interdum in illum, qui iecit: eúmque vulnerat, qui alium vulnerare conabatur. Capite Prouerbiorum vigeſimo quar- *Prou. 24.*

to ait Salomon: Qui ſeminat iniquitatem, metet malum: & virga iræ ſuæ conſummabitur. Ac ſi dicat: Qui ſeminat iniuſtitiam, metet calamitatem: & virga qua in ira ſua alios punit iniuſtè, eum ipſum iuſtè caſtigabit. Vel, & virga *Sap. 3.*

deficiet: hoc eſt priuabit eos Deus dignitate & authoritate, qua in alios iniurioſè vtuntur. Id illis euenit, qui iuſto Danieli pararunt exitium: ac illis qui tres pueros innocentes proiecerunt in flammas, vt ſuprà viſum eſt capite tertio: qua de re ea poteris videre, quæ ibi obſeruauimus.

OBSERVATIONES EX Chaldæo in.

CAPVT VI.

Placuit Dario. Græca tranſlatio Theodotionis habet *ἤρεσεν ἐνώπιον Δαρείου*. Pro quo Latina ex Græca deſumpta habet: Placuit in cõſpectu Darij: Enopion enim ſignificat ante, coram, in conſpectu: cui reſpondet vox קדם cedẽ Hebræa: qua hoc loco vtitur Daniel mutatis punctis. Eam ob cauſam vertit Pagninus: Placuit corã Dariaues. At Latinus noſter interpres rectè expreſſit hunc Hebraiſmum dicens: Placuit Dario. In originali Chaldæo eſt. שפר קדם דריוש Xephar Chodã Dareiauex. Vocabulũm Codham ſcribitur Hebraicè קדם Cedem: quod præter ſignificationes quas diximus, ſignificat antiquitatem, initium, Orientem. Vtitur eo Moſes cap. 2. Geneſis: pro quo Latinus interpres habet: à principio: dicẽs: Plantauerat autẽ dominus Deus paradiſum voluptatis à principio. Et quia idem vocabulum ſignificat Orientem, vt diximus. tranſtulerunt illic ſeptuaginta interpretes: ad Orientem. At paraphraſtes Chaldæus habet: ab initio. Poteſt quidem vox Hebræa tam ad tempus referri, quam ad locum. Et quia ſignificat ante, & corã, vt diximus, vertit Hieronymus illud tertij capitis

Gene

Geneſis: Eiecitque Adam: & collocauit ante pa
radiſum voluptatis cherubim & flammeum gla-
dium atq; verſatilem. Vbi aduertendum eſt no-
men cherubim eſſe numeri pluralis. Septuagin-
ta etiam habent: Ante paradiſum voluptatis. At
paraphraſtes Chaldæus habet: Eiecit Adam: &
collocauit ad Orientem horti voluptatis cheru-
binos, & acutum gladium verſatilem. Pro anti-
Deut. 33. quitate accipitur capite trigeſimotertio Deute-
ronomij, vbi benedicẽs Moſes Ioſeph in duas fa-
milias diuiſum, loquens de terra quã erat poſſeſ-
ſurus: De benedictione, inquit, terra eius. Et
paulò pòſt: De pomis fructuum ſolis & lunæ, de
vertice antiquorum montium. Vbi pro antiquo-
rum eſt cedem. Quare poterat verti: De verti-
ce montium antiquitatis. Et repetens eandem
ſententiam ait: De pomis collium æternorum.
Hoc eſt de fructibus collium ſummæ antiqui-
tatis. Senſus eſt: Erit terra eius fertiliſſima, fe-
rens fructus optimos, qui ſolent opportuno ſo-
lis calore, & commoda lunæ humiditate matu-
reſcere: qui in illa regione non ſolùm in valli-
bus, ſed etiam in montibus & collibus, qui fue-
runt ab initio, naſcuntur. Septuaginta tranſtu-
lerunt: De vertice montium principij. Et Pagni-
nus: De vertice montium Orientalium. Hoc
eſt, qui ſunt verſus Orientem. Fortaſſe ideo vo-
cantur antiqui, quia illic quondam fuerat habi-
tatio Abrahæ, à quo familia illa originem duce-
bat. Vel quia, vt aiunt nonnulli viri docti, hor-
tus amœnus dictus paradiſus voluptatis fuit in
Gene. 3. Meſopotamia: ex quo eiectus eſt Adam, qui ha-
bitauit cum filiis ſuis non longè à paradiſo: ſed
in Meſopotamia: & in terra illa, vbi poſtea
Abraham habitauit, quæ appellata eſt terra pro-
miſſionis vicina Meſopotamiæ. Et quoniam re-
gio illa fuit à primis hominibus culta, meritò
antiqua appellatur: cuius montes iure optimo
antiqui vocantur. Vel dicuntur antiqui pro-
pter fertilitatem & excellentiam: id enim quod
pretioſum eſt, carum, & deſiderabile, dicitur
Thre. 4. antiquum: vt Threnorum quarto: Candidiores
nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundio-
res ebore antiquorum. Vnde Latinè dicimus:
Nihil mihi erit antiquius: pro nihil mihi erit ca-
rius, nihil magis in optatis: Quo ſchemate vtitur
Marcus Tullius multis in locis.

Ex latere regni. Pagninus & Iſidorus Brixia-
nus habẽt: Ex parte regni. At in Chaldæo eſt: Ex
latere regni: vox enim צד Tſad, qua hîc vtitur
Eſai. 60. Daniel, latus ſignificat: vt Eſaiæ ſexageſimo: filiæ
Geneſ. 6. tuæ de latere ſurgent. Et Geneſis ſexto: Oſtium
autem arcæ pones ex latere. Arca illa fuit mundi
ſalus: quæ ideo feneſtram habuit in latere, quia
Ioan. 19. adumbrabat Chriſtum Ieſum, qui cùm ſit ſalua-
tor noſter, fuit in latere percuſſus. Sed rectè meo
quidem iudicio tranſtulerunt Pagninus & Bri-
xianus: nam hoc Danielis loco latus accipitur
pro parte, vt in explanatione oſtendimus.

*Nullámque cauſam & ſuſpicionem reperire potue-
runt.* Editio Græca Theodotionis pro ſuſpicione
habet ἀμπλάκημα, hoc eſt peccatũ, aut errorem.
In Chaldæo eſt שחיתא Xechitha, à verbo Xa-
Gene. 6. chath, quod ſignificat corrùmpere: vt Geneſis 6.
Corrupta eſt autem terra coram Deo. Vbi terra
accipitur pro hominibus, qui Deo contempto ſe
ſceleribus contaminabant, & terrena ſolùm re-
ſpiciebant. Ex hoc verbo eſt illud Oſeæ cap. 13. Oſea 13.
Perditio tua Iſrael: tantummodo in me auxilium
tuum. Acſi dicat Deus: Exitiũ tuum ô Iſrael pro-
uenit ex te: ſalus autem & inſtauratio tua, non ex
te dimanat, ſed ex me. Poteſt enim homo per ſe
gratiam amittere, & ſibi ipſi perniciem moliri:
ſed per ſe ex viribus ſine Dei auxilio non poteſt
gratiam recuperare: ſed facientẽ, quod in ſe eſt,
Deus non derelinquit. At gratia gratum faciens
amiſſa viribus noſtris non redit. Id voluit Iere-
mias Threnorũ 5. ſignificare, cùm dixit: Conuer- Thre. 5.
te nos domine ad te, & conuertemur. Et domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus apud Ioannẽ 6. Nemo Ioan. 6.
poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, tra-
xerit eum. Et 14. Nemo venit ad patrem niſi per Ioan. 14.
me. At verba illa apud Oſeam poſſunt ita verti:
Perdidit te ô Iſrael. Subauditur vitulus, quẽ me
repudiato coluiſti: ſed in me auxilium tuum. Vt
ſit ſenſus: Ego tibi opitularer, & aduerſus hoſtes
tuos ferrem opem, vt ſolitus erã, niſi tu me de-
reliquiſſes, & vitulos aureos coluiſſes, à méque
animum tuum alienaſſes.

Surripuerunt regi. Verbum Hebraicum eſt רגש
Ragas, quod ſignificat ſurrepere, & non ſurripe-
re. Ac in codicibus correctis eſt ſurrepſerunt Et
ita legendum eſt. Nam ſcribi Surripuerunt, fuit
vitium librariorũ aut typographorum, non au-
tem interpretis, nec verſionis vulgatæ, quæ re-
ctiſſima eſt & integerrima: etiamſi in bibliis im-
preſſis ſint multa errata ob incuriã & negligen-
tiam impreſſorum: quorum nonnulla hoc loco
obſeruabo: ne aliqui decipiantur. Capite Gene- Gene. 13.
ſis tertiodecimo ſcriptum eſt: Sed & Loth qui
erat cum Abram, fuerunt greges ouium. Eſt au-
tem ſcribendum: qui ierat cum Abram: nam in
Hebraico eſt verbum הלך Halac, quod ſignificat
ire. Et in Græco τῷ συμπορευομένῳ. Hoc eſt, ſimul
eunti, vel qui ſimul ibat. Eodem modo para-
phraſtes Chaldæus habet: Sed & Loth qui abiit
cum Abram, fuerunt oues & boues & taberna-
cula. Cap. 29. Deuteronomij vbi in codicibus Deut. 29.
Latinis communiter eſt: Videntes plagas terræ
illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit dõ-
minus ſulphure, & ſolis ardore: pro ſolis, debet
ſcribi: ſalis: nam in Hebraico eſt מלח, quod Salem
ſignificat: & in Greco: ἅλας, quod eandem habet
ſignificationem. Et paraphraſtes Chaldæus Sa-
lem etiam habet, non ſolem: fuit enim terra illa
ſulphure & ſale combuſta, vt nihil in ea naſcere-
tur. Pſalmo vigeſimoſexto: Vnam petij à Domi- Pſal. 26.
no, hanc requiram, vt inhabitem in domo Do-
mini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam vo-
luntatem Domini: ſcribendum eſt: Vt videã vo-
luptatem domini. Eſt enim in Hebræo hæc vox
נעם Noham, quæ voluptatem, dulcedinem, iu-
cunditatem & pulchritudinem ſignificat Et in
Græco τερπνότητα, quæ voluptatem etiã ſignifi-
cat & oblectationẽ. Pro quo Hieronymus vertit:
Vt videam pulchritudinem Domini. Pſal. 41. Si- Pſal. 41.
tiuit anima mea Deum fontem viuum: Perſpi-
cuũ eſt, tam ex litera Hebræa, quàm Græca ſcri-
bendum eſſe: Sitiuit anima mea ad Deum fortẽ
viuũ. Hebraicè enim eſt אל & Græcè ἰσχυρόν: &
vtrãque vox ſignificat fortem, non autem fon-
tem. Hieronymus etiam vertit: Sitiuit anima

mea ad Deum fortem, viuum. Id quod vulgò
Pſal.75. legitur pſalmo 75. Ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum: legendum eſt: Ibi cōfregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum. Ita habet & interpretatur Hieronymus in commentariis. Ita legit Auguſtinus & Arnobius. Potentiæ arcuum ſunt ſagittæ, quæ volant ex arcubus: pro quibus Hieronymus & Felix vertunt volatilia. Eſſe autem ſcribendum arcuum in genitiuo numeri multitudinis, indi-
Pſal.88. cat litera Græca, quæ habet: τῶν τόξων. Pſalmo 88. Legitur: Auertiſti teſtamentum ſerui tui: pro euertiſti. Ita enim eſt in caſtigatioribus codicibus, eſſeq; hanc veram lectionē, indicat tranſlatio Græca habens: κατέστρεψας: & Hebraica habens verbum נאר Naer: pro quo Ioſeph Chimhi doctus inter Hebræos vertit: Deuaſtaſti. Pſalm.
Pſal.104. 104. Pro: Et dedit terra eorum ranas: legendum eſt: Edidit terra eorum ranas: nam nec in Hebraico, nec in Græco præponitur coniunctio: & vtrúmque verbum tam Hebraicum quàm Græcum edere ſignificat, & producere. Felix vertit: produxit: Hieronymus, ebulliuit. Sed neuter eo-
Pſal.106. rum habet coniunctionem. Illud pſal. 106. Effuſa eſt contentio ſuper principes: debet legi: Effuſa eſt contemptio. Id probat vox Hebræa בוז, quæ ſignificat deſpicientiam & contemptionem: pro qua Hieronymus tranſtulit deſpectionem. Similiter vox Græca ἐξουδένωσις ſonat idem: pro qua Apollinarius antiquus author reddidit ignomi-
Pſal.108. niam & deſpicientiam. Illud Pſalm. 108. Qui aſtitit à dextris pauperis: legendū eſt: Quia aſtitit. Eſt enim perſpicuum eſſe in Hebræo particulam כי, quæ ſignificat quia: & in Græco ὅτι, quæ idem eſt. Id quod eſt in pſalm. 136. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram: legendum eſt: paruulos tuos. Eſt enim apoſtrophe diuini vatis ad Babylonem, cuius euerſionem prædicit. Et non ſolùm in Græco, ſed etiam in Hebraico eſt, paruulos tuos. Et ita legit Paulinus Nolanus, & Auguſtinus: & Chryſoſtomus in commentariis in illum pſalmum. Ac ita eſt in antiquis & emendatis exemplaribus. Illud pſal-
Pſal.105. mi cēteſimi quinti. Et interfecta eſt terra in ſanguinibus, poteſt legi: Et infecta eſt terra in ſanguinibus: ita namque habet litera Hebræa. Pro quo tranſtulit Hierony. & polluta eſt terra in ſanguinibus: Felix autem: Infecta eſt. Theodoretus in commentariis legit, & explanat: infecta eſt. Similiter & Raynerius, & Lyranus. Nihilominus tamen in Græco eſt ἐφονοκτονήθη, à verbo φονοκτονέω, quod eſt interficere. Quam ob cauſam Auguſtinus in illum Pſalmum: Putaremus, inquit, hic ſcriptoris errorem eſſe: atque eum diceremus, pro eo quod eſt infecta, feciſſe interfecta, niſi haberemus beneficium Dei, qui ſcripturas ſuas in multis linguis eſſe voluit: atq; ita eſſe ſcriptum: Interfecta eſt terra in ſanguinibus, inſpectis Græcis codicibus videremus. Quid eſt ergo, interfecta eſt terra? niſi hoc referatur ad homines, qui habitant in terra tropica locutione, qua ſignificatur, per id quod continet, id quod continetur. Hactenus ille. Itaque vtrumque poteſt legi: Interfecta eſt: & infecta
Cant.6. eſt, Canticorum ſexto: vbi vulgò legitur: Reuertere reuertere Sunamitis: legi debet: Reuertere reuertere Sulamithis. Verba ſunt puellarum ad ſponſam has voces emittentium. Sulamithis eſt idem quod pacifica & Hieroſolymitana: nam olim Hieruſalem appellabatur Salem, quod nomen pacem ſignificat: vt pſalmo 75. Factus eſt in Pſal.75.
pace locus eius: vbi in Hebraico pro quo pace eſt Salem: à quo nomine deriuatur Sulamithis. Ita vocatur ſponſa, quòd ſit pacifica: nam in hac vita non inuenitur animorum pax vera & germana, niſi in Eccleſia nomine ſponſæ ſignificata. Poſſumus etiam dicere, & rectius meo quidem indicio hæc verba eſſe Eccleſiæ catholicæ perfidam Iudæorum ſynagogam vocantis, vt ab infidelitate & erroribus ad fidem & veritatem reuertatur. Appellatur autem concio Iudæorum Sulamitis hoc eſt Hieroſolymitana, quia præcipua eorū ciuitas fuit Hieruſalem. Vocat autem eam Eccleſia, quater dicens, reuertere, quoniam in quatuor mundi præcipuis partibus diſperſa eſt. Capite quadrageſimo Eſaiæ. Pro: Completa Eſai.40.
eſt malitia eius: ſcribendum eſt: Completa eſt eſt militia eius. Nam in Hebræo eſt nomen צבא quod ſignificat militiam, & tempus definitum, & vitam humanam, quæ, vt ait Iob capite ſeptimo, eſt militia ſuper terram. Et capite ſexageſimo eiuſdem Eſaiæ: Filiæ tuæ de latere ſurgent: Pro ſurgent eſt in Hebræo verbum אמן, quod ſignificat ſurgere, & educare. Quare ſcribendum eſt. Filiæ tuæ de latere ſurgent. Capite quinquageſimo primo Ieremiæ, pro: Interficite omnem malitiam eius: ſcribendum eſt: Interficite omnem militiam eius. Nam pro malitiam eius eſt in Hebræo צבאה Hoc eſt, militiā eius, ſiue exercitum eius. Capite decimo euangelij authore Luc.10.
Luca id quod vulgò legitur: Suſpiciens autem Ieſus dixit: Homo quidam, & cæt. legendum eſt: Suſcipiens, eſt enim in Græco ἀπολαβὼν, quod idem eſt ac ſuſcipiens. Ac ſi dicat: Suſcipiens ſermonem & reſponſionem. Ita Euthymius interpretatur, hoc eſt, reſpondens. Illud etiam capite 23. eiuſdem euangelij: Et ſtabat populus expectans: legendum eſt: Et ſtabat populus ſpectans: hoc eſt videns, contemplans, & cernens. Non ea quæ fiebant, ſperabat, ſed videbat. Id oſtendit apertè litera græca habens θεωρῶν à verbo θεωρέω, quod ſignificat intueri, videre, ſpectare. Hęc ſunt quæ mihi venerunt in mentem, de quibus pium lectorem admonerem, quæ vitia nec ſunt Latini noſtri interpretis, vt diximus, nec vulgatæ æditionis: ſed typographorū & librariorum: quorum incuriæ meritò tribuuntur: quemadmodum hoc Danielis loco, ſurripuerunt, pro ſurrepſerunt.

Donec arriperent eos leones. Theodotio habet: Donec dominati ſunt eorum leones. Pro arripere eſt in Hebræo verbum שלט Xalat, quod ſignificat arripere, vt hîc: & dominari: vt capite Eccleſiaſtis octauo: Interdū dominatur homo ho- Eccle.8.
mini in malum ſuum. Significat etiam exuere, authore Reuchlino, & ſoluere, vt Ioſue quinto: Solue calciamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. Hæc eſt eius ſententia: etiamſi alij dicāt loco illo eſſe verbum Naxal: quemadmodum capite tertio Exodi, vbi Exod.3.
Deus idem etiā dixit Moſi. Appellabātur ea loca ſancta ob Dei apparitionē. Ac fortaſſe huiuſmodi loca

loca olim patriarchæ ſimili ceremonia venerabantur: nec ad ea ingredi ſoliti erant niſi calceis ſolutis in reuerentiæ ſignũ. Vel ideo iubentur ſoluere calceos ex pellibus animalium mortuorum confectos, quia per illos opera mortua prohibentur: quæ à pedibus, hoc eſt, ab affectionibus ſeparanda ſunt. Id voluit Chriſtus dominus ſignificare, cùm dixit diſcipulis ſuis apud Matth.10. Matthæum decimo: Nolite poſſidere aurũ, nec argentum, nec pecuniã in zonis veſtris: nec peram in via, nec duas tunicas, nec calceamenta, Luc.10. nec virgam. Diuus etiam Lucas cap.10. de miſſione ſeptuaginta duorum diſcipulorum tractãs, ait dixiſſe illis dominum Ieſum: Nolite portare ſacculum, nec peram, neque calceamenta. Vbi diuus Gregorius: Non debet, inquit, Chriſti diſcipulus ſtultorum operum exempla conſpicere: ne ſua opera quaſi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt enim multi, qui prauitatem ſuam ex alienis prauitatibus tuentur. Hi quid aliud faciunt, niſi pedes ſuos ex mortuorum animalium munire pellibus conantur? Hactenus ille. Exiſtimo Chriſtum Ieſum verbis illis voluiſſe docere paupertatem: & inanem mundi tollere ſolicitudinem. Eam ob cauſam hæc ſunt ab euangeliſtis memoriæ prodita, & perpetuis moniměris conſignata: quibus ſeruator noſter diſcipulos ſuos ad vitandam cupiditatem cęcam animorum dominatricem erudiuit. Cùm euangelica philoſophia ſit in paupertate, & honorum mundi deſpicientia, cæteriſq; virtutibus conſtituta: voluit, vt hi quos ad eam nuntiãdam & propagandã mittebat, eas opes & dignitates contemnerent, ad quas pleriq; mortalium auiditate inflammati rapiuntur. At inter Marcum & duos alios euangeliſtas videtur eſſe prima facie repugnantia: hi enim, vt oſtendimus, aſſerunt fuiſſe apoſtolis, & diſcipulis calceamenta prohibita: Marcus verò Mar.6. cap.6. ait, conceſſum illis fuiſſe vti ſandaliis: ſandalia autem calcei quidam ſunt. At altè ſpectare ſi velis, & ad veritatis ſubtilitaté reuocare rationem, videbis apertè, nullam inter illos eſſe diſcrepantiam. Sandalia quæ illis conceſſa ſunt, plantã ſolùm pedum tegunt ob itineris incommoda: nudam verò relinquũt partem ſuperioré. At calceaměta illis prohibita ea ſunt, quæ totos pedes vndique tegunt. Pro ſandalis apud Marcũ eſt in Græco *σανδάλια*. hoc eſt ſoleæ supernè funiculis quibuſdã alligatæ. Hoc calceamenti genus vocari ſandalium aſſerit beatus Auguſtinus. Eo vocabulo vtitur diuus Lucas Actorum duo- Acto.12. decimo cum ait: *ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου*: Hoc eſt: ſubliga ſoleas tuas, vel ſandalia tua. Pro quo editio vulgata habet: Calcia caligas tuas. Sed in idem recidit. Fuiſſe autem apoſtolos ſoleis illis vſos, indicat Euſebius Emiſſenus in homilia in cap. Lucæ decimũ. Huiuſmodi calceos, ſiue ſandalia, ſiue ſoleas iuſſit angelus diuo Petro vt ſu- Acto.12. meret. Nam hodie vna ex illis ſoleis Romę inter cæteras eius reliquias ſeruatur. Voluit Deus, vt eius diſcipuli haberét pedes coopertos ex parte inferiore, quæ reſpicit terram, & nudos ex parte ſuperiore, quæ ſpectat in cœlũ. Nam affectiones noſtræ pedibus ſignificatæ non debent tangere terrã, nec reſpicere illam: ſed ad ſuperna dirigi, & cœleſtia contemplari. Ad res terrenas & caducas tegendæ ſunt, & ad excelſas æternáſque aperiendæ, mundum firmiter contemnentes, & ad Deum ardenter aſpirantes. Accipi autem pedes pro affectionibus indicat Dauid pſal. vigeſimoquinto cùm ait: Pes enim meus ſtetit in directo: in eccleſiis benedicam te domine. Psal.25. Et trigeſimoquinto. Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Et 118. Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem. Et filius eius capite quinto Prouerbiorum. Pedes eius deſcendunt in mortem. Prou.5. Et Zacharias apud Lucam primo. Luc.1. Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Eam ob cauſam voluit Chriſtus pedes apoſtolorum abluere. De quo ait capite primo Apocalypſis diuus Ioannes: Dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Eam ob cauſam dixit Petro apud Ioannem tertiodecimo capite. Si non lauero te, Ioan.13. non habebis partem mecum. Niſi enim pedes hoc eſt affectus noſtri fuerint abluti per Chriſtum Deum noſtrum, fieri non poteſt, vt gloriam ſempiternam conſequamur. Hi ſunt pedes animæ, de quibus vide Hieronymum illud diui Pauli ad Epheſios capite ſexto explanantem: Calciati pedes in præparatione euangelij pacis: Auguſtinum tractatione quinquageſimaſeptima explicantem illud quinti capitis Canticorum: Laui pedes meos, Ambroſium ſermone tertiodecimo in pſalmum cětcſimum decimum octauum, verſiculum illum exponentem: Ab omni via mala prohibui pedes meos. Ab his pedibus ſumus calceamenta ſoluturi: locus enim in quo ſtamus, hoc eſt eccleſia catholica terra ſancta eſt. Aſpicis igitur verbum hoc Xalar ſignificare ſoluere & exuere, & dominari, & arripere: & in hanc vltimam ſignificationem accipi hoc Danielis loco ab interprete noſtro Latino.

Pax vobis multiplicetur. In Chaldæo eſt שלמכון Xelamecon. Hoc eſt, pax veſtra: vel pax vobis. Vox Hebræa eſt Xalom, vel vt alij ſcribunt, Salom, quæ pacem ſignificat: vt pſalmo 37. Non Psal.37. eſt pax oſſibus meis. 2.Reg.5. Vnde Salomon idem eſt quod pacificus: filius Dauidis ex Bethſabea. Et Salome pacifica: mulieris nomen apud Marcum quintodecimo. Et Salmanaſar pax ligata: Rex Aſſyriorum, de quo loquitur ſcriptura decimoſeptimo libri quarti Regum. Accipitur pax pro bonorum copia: ideo apoſtolus in epiſtolis ſuis hac vtitur ſalutatione: Gratia vobis & pax. Rom.1. Et Darius hoc loco: Pax vobis. 1.Cor.1.

Porrò Daniel perſeuerauit. Pro perſeuerauit eſt in Hebræo verbum צלח Tſalach, quod ſignificat perſeuerare, & proſperè vitam degere: pro quo noſter interpres vertit aliquando proſperari: vt pſalmo primo: Omnia quæcunque faciet, proſperabuntur. Et capite Ieremiæ duodecimo: Quare via impiorum proſperatur? Hoc ideo ait, quia ſolet aliquando piorum virorum animus angi, & commoueri ſpecie felicitatis impiorum, videns eos opibus & potentia florere: ac nulla commendatione meritorum ad illuſtres dignignitates per omnes honoris gradus extolli. Id animo percipiens diuinus pſaltes has voces emiſit: zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum vi- Psal.72. dés. At pro ſuper iniquos eſt in Hebræo בחוללים: hoc eſt, contra inſanos. Eo vocabulo vtitur Dauid pſalmo 74. cum ait: Dixit iniquis: nolite

nolite iniquè agere. Pro quo poteris transferre: Dixi inſanis: nolite inſanire. Ex quo colliges, omnes improbos non ſolùm ſtultos eſſe, ſed amentes, & inſanos: & ex cõſequente ſeruos. Eſt enim antiquorum ſententia memoriæ prodita, & a viris ſapientibus vſurpata: niſi ſapientem liberum eſſe neminem. Qui enim fieri poteſt, vt liber ſit, qui ſeruus eſt cupiditatum, qui temeritate & inſania ductus vanis paret appetitionibus, qui non refrenat libidines, non contemnit voluptates, non imperat iracundiæ, non coercet auaritiam, nõ denique labes animi repellit? Ve-
Ioan. 8. riſſima eſt illa Dei noſtri ſententia apud Ioãnem octauo: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Quare non eſt, cur ob impiorum res proſperas, & ad voluntatem fluentes ira concitemur, aut
Pſal. 36. inuidia moueamur. Audiamus diuinũ ac regiũ vatem dicentem pſalmo trigeſimoſexto. Noli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua, in homine faciente iniuſtitias. Vbi pro proſperari eſt hoc idẽ verbũ Tſalach. Eam ob cauſam poteſt hic Danielis locus transferri: Porrò Daniel functus eſt proſperitate: vel proſperè egit: vel felicitatem cum vita coniunxit. Vel ſic: Porrò Danieli cuncta proſperè euenerunt. Thedotio vertit: proſperatus eſt. Et eodem modo Pagninus. Interpres Theodoreti trãſtulit: Proſperè ſucceſſêre res Danieli. Quæ omnia in idem recidunt.

Argumentum capitis VII.

Narrat diuinus vates viſionem ſibi oſtenſam quatuor beſtiarum, quam de quatuor mundi imperiis, Babylonico, Perſico, Græco, & Romano interpretatur. Vaticinatur de calamitatibus virorum fide, pietate, cæteriſque virtutibus præſtantium, quos Deus per varios caſus plerunque, & acerbas anguſtias ad vitam ducit beatam & immortalem. Prædicit Antichriſti tyrannidem: & æternum Chriſti Dei noſtri regnum: ſecundum eius aduentum, & vltimum iudicium, vbi impij ad æternos relegabuntur ignes, ſuorum ſcelerum pœnas daturi: iuſti verò illam vitam conſequentur in cœlo, quæ eſt vera vita nominanda, vbi omnibus qui iuſtitiam coluerint, & in gratia deceſſerint, ſcimus certum eſſe locum, vbi Beati Deo suo ſempiterno fruuntur.

CAPVT VII.

A ANno primo Balſaſar regis Babylonis Daniel ſomnium vidit: viſio autem capitis eius in cubili ſuo: & ſomniũ ſcribens breui ſermone cõprehendit, ſummatimque perſtringens, ait: Videbam in viſione mea nocte: & ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno. Et quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari diuerſæ inter ſe. Prima quaſi leæna, & alas habebat aquilæ. Aſpiciebã, donec euulſæ ſunt alæ eius: & ſublata eſt de terra: & ſuper pedes quaſi homo ſtetit, & cor hominis datum eſt ei. Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in parte ſtetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius: & ſic dicebãt ei. Surge, comede carnes plurimas. Poſt hæc aſpiciebam: & ecce alia B
quaſi pardus, & alas habebat quaſi auis quatuor ſup ſe: & quatuor capita erãt in beſtia, & poteſtas data eſt ei. Poſt hęc aſpiciebã in viſiõe noctis: & ecce beſtia quarta terribilis, atq; mirabilis, & fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans. Diſſimilis autem erat cęteris beſtiis, quas viderã ante eam: & habebat cornua decem.

EXPLANATIO.

Anno primo Balſaſar. Quæ hoc ſeptimo & ſequenti capite narrantur, iuxta hiſtoriæ ſeriem priora ſunt his, quæ duobus ſuperioribus capitibus narrata ſunt. Nã viſio huius capitis ſeptimi fuit anno primo Balſaſaris, & capitis octaui anno eius tertio: at ea quæ ca. 5. continentur, acciderũt vltimo anno, imò vltimo die eiuſdẽ Balſaſaris: eoq; mortuo tenente Dario clauum imperij, fuit Daniel in foueam leonum cõiectus, & inde mirabiliter liberatus: cuius hiſtoria fuit ab eo memoriæ prodita, & capiti ſexto mandata. At ſi diligenter aduertere & perpendere volueris, videbis Danielem hac in re à ratione haud quaquã diſcrepare. Nam prius ſcripſit prodigia omnibus perſpicua & manifeſta, quæ ſub Nabuchodonoſore, Balſare, & Dario, eorum ordine ſeruato mirabiliter acciderũt. Nunc verò narrat viſiones ſibi oſtenſas, quarũ ipſe ſolus erat conſcius: quæ erant vaticinationes ſuo tempore implendæ, nullo interitu hominum extinguendæ, nulla obliuione poſteritatis obſcurandæ.

Somnium vidit. Hoc eſt, oſtendit ei Deus viſionem in ſomniis, cuius ſummã breui ſcribit ſermone. Et exorſus eſt narrationem hoc modo.

Ecce quatuor venti cœli. Accipitur cœlum pro aere, vt Geneſis primo capite: Et præſit piſcibus Gen. 1.
maris & volatilibus cœli. Et ſecundo: Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli. Pſalmo decimoſeptimo: Intonuit de cœlo dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam, grando & carbones ignis. Vbi diuinus pſaltes de tonitruis, & grandinibus, & fulminibus ardentibus loquitur: quę omnia fiũt
in aere. Eſaias quinquageſimoquinto: Deſcendit Eſai. 55.
imber & nix de cœlo. Et Chriſtus Deus noſter apud Matthæum octauo, & Lucam nono: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum re-
clinet, & Ioãnes octauo Apocalypſis: Et vidi, & Apoc. 2.
audiui vocem vnius aquilæ volãtis per medium cœli. Sed hoc in loco Apocalypſis poteſt cœlum accipi pro eccleſia, per quam volant aquilæ, hoc eſt concionatores euangelici verbum Dei prædicantes, qui per morum integritatem & doctrinæ altitudinem debent ſublimius cæteris volare.

volare. At perſpicuum eſt, cœlum non ſolùm hic apud Danielem, ſed multis aliis in locis accipi pro aere. Appellantur autem venti aeris, ſiue ex aere, quia in aeris regione effluunt, & feruntur. Imò ventus, vt graues aſſerunt philoſophi, eſt ipſe aer ob terræ exhalationes motus & concitatus: aer enim effluēs huc & illuc ventum efficit, aut ventus efficitur. Ac etiā ſi venti ſint multò plures, fit tamen hoc loco mentio quatuor ſolùm, quia hi quatuor ſunt præcipui, & primarij: nimirum Subſolanus, Fauonius, Septentrio, Auſter.

Pugnabāt in mari magno. Hoc eſt, hi quatuor vēti ab Oriente, Occidente, Septentrione, & Meridie flantes irruebant in magnum mare, illúdq; perturbabant. Mare magnum eſt mundus, variis tumultibus exagitatus: iuxta illud Oſeæ vndecimo: Formidabant filij maris. Et illud ſaluatoris noſtri apud Matt. 13. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare. Et illud Apocalypſis tertiodecimo: Vidi de mari beſtiam aſcendentem: hoc eſt Antichriſtum de mundo dimanantem. *Oſeæ 11.*

Et quatuor beſtiæ grandes. Hoc eſt, quatuor regna ſeu imperia. Itaq; mare eſt mundus, motus eius eſt turbulentus diſcordiarum ac bellorum tumultus: venti ſunt vanitates, & cupiditas dominandi, & arrogantia, & ſpiritus ſuperbiæ, ex quibus mūdi perturbatio generatur: beſtiæ ſunt imperia, ex quorum auiditate rerum conuerſiones oriuntur. Mouetur mūdus, & turbatur ventis, cùm homines ſuperbi, vanitatibus inflati cupiunt, atq; quærunt dominationem: & ad opes, dignitates, & ſupremam poteſtatem rapiuntur. Vult hoc loco Daniel ſignificare magnos motus, qui in principio horum quatuor imperiorū exorti ſunt. Theodoretus per ventos intelligit rerū mutationes. Hieronymus verò angelicas poteſtates, quibus pręcipua regna cōmiſſa ſunt: iuxta illud capitis 32. Deuteronomij: Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorū iuxta numerum angelorum Dei. Ita enim habet verſio Septuaginta: licet editio vulgata iuxta literam Hebræam habet: Iuxta numerum filiorū Iſrael. Citat Hieronymus hunc locum iuxta trāſlationem Septuaginta, quemadmodū eum citat Gregorius in ſermone angelorū: & Anſelmus in libro Cur Deus homo. Et ait Hieronymus, ideo hos quatuor ventos dici ventos cœli, quia vnuſquiſque angelus cœleſtis facit pro regno, quod ſibi creditum eſt. Quidam per beſtias non ſolùm regna, ſed reges ipſos intelligunt. *Deut. 32.*

Prima quaſi leæna, & alas habebat aquilæ. Capite ſecundo narrauit Daniel ſomniū Nabuchodonoſoris, in quo vidit ſtatuam, cuius caput erat ex auro, pectus cum brachiis ex argento, venter & femora ex ære, tibiæ ex ferro. Cùm rex ille eſſet ob metalla hæc ſuperbia elatus, per eadem accepit regnorū ænigmata: at cùm Daniel ea cōtemneret, nō per illa, ſed per animalia ſibi in viſione imaginaria oſtēſa, eadem regna intellexit. Similiter Ioel cap. 1. per quatuor plagas terrā deſtruētes. Primum regnū Danieli oſtenſum fuit Babylonicum in ſtatua Nabuchodonoſoris ſignificatum per caput aureum, hic autem per leænā, aut vt quidam ex Chaldæo transferunt, per leonem, propter eius præſtantiā, potentiā, & fortitudinē. *Daniel 2.* *Ioel 1.*

Vt enim Nabuchodonoſor in ſtatua cōparatus eſt cum auro, quod cæteris præſtat metallis: ita modò cum leone, qui eſt cæteris animātibus rationis expertibus excellētior: Fortaſſe dicitur rex Babylonis leo propter terrorē & immanitatem. Ita appellatur cap. 4. Ieremiæ, vbi diuinus vates ita inducit Deum cum Hieroſolyma loquētem, eiúſq; vaſtitatē nunciantem: Malum ego adduco ab Aquilone, & contritionē magnā: aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo gentiū ſe leuauit. Vbi per Aquilonē intelligitur Babylon, & per leonē Nabuchodonoſor, qui erat Hieroſolymam vaſtaturus. Et Ezechiel cap. 17. eū appellat aquilā grandem, ob eius ſuperbiā & dominatū. Sed non ſum neſcius, appellari aliquando regē leonē & aquilā in bonam partem. Debet enim eſſe leo propter animi fortitudinē: aquila ob in agēdis rebus celeritatē, & ingenij altitudinē & cōtemplationē: bos ob cōſtantiā in laboribus ferendis: homo ob humanitatē & clemētiā. Id exiſtimat Galfridus ſignificari quatuor Ezechielis animalibus. Aſpicis igitur regē Babylonis vocari leonē vel propter crudelitatē, vel propter fortitudinē & regiā præſtantiā. Accipi autē leonem pro homine immanitate ac feritate inſigni, indicat Dauid, qui ſciens parari ſibi inſidias ab impio Saule, cōfugit ad Deū, has ad illū voces emittēs: Domine Deus meus in te ſperaui: ſaluū me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me. Ne quando rapiat vt leo animā meā. Vbi anima accipitur pro vita, vt multis aliis in locis diuinarū literarū. Etſi Magnus Baſilius, Ioannes Chryſoſtomus, & Theodoretus hunc locū de Abſolone explanarūt, qui in patrē ſuum irruerat, & impetū fecerat, & ad crudele exitiū vocauerat: Hieronymus tamen cū omnibus ferè Hebræis illū ad Saulis immanitatē referendū arbitrantur. Sed parū refert exponi de vno aut altero, dūmodo per leonē princeps crudelis intelligatur. In eandem ſignificationem ſumitur à Ieremia, cùm ait Threnorum 3. Factus eſt mihi leo in abſcondito. Et ab Ezechiele 19. Leo factus eſt, & didicit capere prædam, hominémq; comedere. Accipitur etiā pro viro iuſtitia, magnanimitate & fortitudine præſtāte: vt 28. Prouerbiorū: Iuſtus autem quaſi leo cōfidens. Et tertio libri 1. Machabæorum dicitur de ſtrenuo Iuda Machabæo: Similis factus eſt leoni in operibus ſuis. Imò Chriſtus Deus noſter leo appellatur ob fortitudinem, & excellentiam, & regiā dignitatem. De illo intelligitur illud Apocalypſis quinto: Vicit leo de tribu Iuda. Nec ſolùm in literis diuinis, ſed etiam in humanis per leonē magnanimitas ſignificatur. Eam ob cauſam aiunt, Almetum coniunxiſſe leonem cum apro, vt oſtenderet eſſe animi fortitudinem cum corporis viribus copulandam: per leonem enim animi vim ac magnitudinem, per aprum verò corporis robur interpretantur. Hanc animi fortitudinē & celſitatē voluit ſignificare rex Simādius ſeipſum in marmore ſculptū in magnifico ſepulchro ſuo in figura leonis relinquens: vt narrat lib. 2. Bibliothecę Diodorus Siculus. Eſt etiā leo corporei roboris hieroglyphicum, vt indicat numus Antiochi, in quo ſculptus eſt leo humi procūbēs cū noctua ſuper volante. Quo rex ille voluit ſignificare, vires corporis deſignatas p leonem, *Ezech. 17.* *Pſal. 7.* *Thre. 3.* *1. Mac. 3.* *Apoc. 5.*

nem, cedere ſapientiæ per noctuam intellectæ: vt Pierius Valerianus exiſtimat. Et quoniã leo diuidit prædam inter alia animalia, deſignat liberalitatem & magnificẽtiã, quæ eſt rerũ magnarũ & excelſarum cum animi ampla quadã & ſplendida propoſitione agitatio & adminiſtratio: quæ regibus maximè conuenit, & his, qui opibus & diuitiarum affluentia cumulantur. Hæ ſunt rationes ob quas rex Babylonis in leonis figura apparuit Danieli. Sed editio noſtra vulgata leænam habet, non leonẽ. Vbi Hieronymus: Regnũ, inquit, Babylonicũ propter ſæuitiã ſeu propter luxuriam & vitam libidini ſeruientem non leo, ſed leæna appellatur. Aiunt enim hi, qui de beſtiarum ſcripſêre naturis, leænas eſſe ferociores, maximè ſi catulos nutriant: & ſemper geſtire ad coitum. Hactenus ille. Porrò mulieres libidini deditas per leænas intelligi, multis conſtat veterum ſcriptis & monumentis. Huius petulantiæ cauſa fortaſſe Ezech. cap. 9. Hieroſolymam leænam vocauit.

Et alas habebat aquilæ. Hoc eſt diuitiis affluebat. Nonnulli per alas aquilæ intelligunt ſuperbiam, inſolentiam, & vanitatem. Alij potentiam & velocitatem, & artem militarem, ac armorum peritiam, quibus rebus regnum illud ſe ferebat in ſublime. Albertus magnus per alas intelligit exercitus hinc inde ſe extendentes, iuxta illud Eſaiæ cap. 8. Erit extenſio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ ô Emanuel. Alij per has alas nationes intelligunt ac gentes vicinas, quas Nabuchodonoſor ſuperauerat, & in ditionem ſuam redegerat.

Aſpiciebam, donec euulſæ ſunt alæ eius. Id eſt, diligenter intuebar mentis oculis diuino lumine illuſtratis, alas illas euelli à leæna. Significat ablatam potentiam Nabuchodonoſori, quando incidit in amentiam: vel vniuerſo regno Babylonico, quando fuit à Medis, ac Perſis captum, & euerſum.

Et ſublata eſt de terra. Beſtia illa regnum Babylonicum deſignans amiſſa eſt, cùm Balſaſar fuit interfectus, & ciuitas euerſa, & tota Chaldæa in Darij ditionem redacta. Et tunc gens Babylonia ſtetit ſuper pedes ſuos, & recepit cor humanum. Hoc eſt, in ſe reuerſa intellexit fragilitatẽ & imbecillitatem ſuã, & mundi incõſtantiã & varietatẽ. Stare ſuper pedes eſt non iacere, ſed erigi & excitari nõ ſolùm quo ad corpus ad ambulandũ, ſed quo ad animum ad intelligendum. Qua de re ea poteris videre, quæ obſeruauimus in commentariis noſtris in Ezechielem, verba illa ſecundi capitis explanantes: Fili hominis ſta ſupra pedes tuos. Poteſt totum hoc non de regno, ſed de rege Nabuchodonoſore explanari. Fuit enim regno priuatus, & ſublatus de terra, hoc eſt de hominũ familiaritate, & cũ beſtiis in agris & ſyluis verſatus: ſed in priſtinum ſtatum reſtitutus rediit ad mentem, & erectus eſt more humano, qui inſtar quadrupedum gradiebatur: hominiſq; figuram atque intelligentiam recuperauit. Vide caput quartum, & quæ ibi annotauimus: vbi inuenies Nabuchodonoſorem ob ſuperbiam & inſolen-
ſimilitudo. tiam regnum cum vſu rationis ſimul amiſiſſe. Vt enim Cyclops abſq; oculis manus quoquo verſum porrigebat nullo certo ſcopo: ita magnus rex ſi eſt cæca ac temeraria ſuperbia raptus, quòduis ingreditur inſano rerum tumultu, ſed nullo certo iudicio. Ex quo efficitur, vt perniciem ſibi ipſi inſcius machinetur.

Ecce beſtia alia ſimilis vrſo. Hac ſecunda beſtia ſignificatur regnũ Perſarum, quod ob duritiem, & feritatem, & laborum tolerantiam cum vrſo cõparatur. Animal eſt viribus pollens, ſed minus generoſum leone: at in labore patientius, & in victu parcius. Quæ omnia Medis ac Perſis congruebant: vt apud Trogum Pompeium, & Xe-
nophõtem, & alios hiſtoricos licet videre. Et vt *Similitudo.*
vrſus in ortu ſuo authore Plinio deformis eſt, ſine oculis, ſine pilis, ſine cruribus: at mater eum lambendo ſenſim ita conformat, vt perfectum reddat: ita regnum Perſarum initio ſui dominatus ſordidum fuit & abiectum: ſed tempore ſuccedente ita illud prudẽtia in moribus expoliuit, & in arte militari inſtruxit, vt paulatim ad ſummam nominis amplitudinem & claritatem perduceret. Significari autem in literis diuinis principes per vrſos aſſerit Auguſtinus ſermone 204. & Eucherius in quartum Regum. Nam cum Eliſeus aſcenderet in Bethel, egreſſi ſunt de ciuitate pueri eum illudẽtes, ex quibus duo vrſi de ſylua egreſſi quadraginta duos lacerarũt. Id ſub figura tunc geſtum adumbrabat fore, vt duo imperatores Veſpaſianus & Titus poſt quadraginta duos annos à domini aſcenſu in cœlum Iudæos occiderent, eorúmque munitiſſimã vrbem Hieroſolymam funditus delerent, quòd cœleſtem Eliſæum mundi ſaluatorem irriſiſſent, & ad crudeliſſimam cædem falſis criminibus vocaſſent.

In parte ſtetit. Hoc eſt, aduerſus vnam tantùm partem ſe erexit: ſolùm in Babylonios irruit, non in Iudæos. Duo erant gentium genera in regno Babylonio, nimirum Chaldæi ſeu Babylonij, & Hebræi: Darius autẽ ac Cyrus intactis Hebræis in Chaldæos duntaxat impetum fecerunt. Intelligitur hoc de bello Babylonico: nam alioquin multum ſanguinem aliarum nationum effuderunt Perſæ duce Cyro, vt bellum teſtatur Scythicum contra Tomyrin: de quo videre poteris Herodotum in libro, qui inſcribitur Clio. Iuſtinum libro primo, Oroſium libro ſecundo. Vel in parte ſtetit: hoc eſt, euerſis aliis imperij ſui partibus amiſſis aliis regionibus ſibi olim ſubiectis, in vna tantùm remãſit: vnam ſolùm partem imperij retinuit.

Tres ordines erant in ore eius. Id eſt, tria habebat imperia, Perſicum, Medicum, Babylonicũ: quæ cùm fuiſſent diſtincta, fuerunt cõfuſa, & ad vnũ redacta.

Surge. Hoc ei dicebant crudeles eius famuli. Surgere hoc loco idem eſt quod ſeipſum parare: vt Ioſue 1. Surge tranſi Iordanem iſtum. Hoc eſt, para te ad Iordanem hunc tranſeundum.

Comede carnes plurimas. Para te ipſum ad carnes permultas comedendas: da operam, vt magnam hominum multitudinem interficias. Sinecdoche figura eſt, vt caro pars hominis pro toto homine accipiatur. Accipi autem carnem pro homine indicat paulus Apoſtolus, qui cap. 3. ad Romanos ait: ex operibus legis nõ iuſtificatur omnis caro. Et ca. 2. ad Galatas eandem ſcribens ſententiam ait: Scientes quòd non

iuſtifica

iuſtiſicatur homo ex operibus legis. Accipitur etiam caro pro ſola muliere: vt Ioannis 1. Nec ex voũltate carnis, nec ex voluntate viri. Prçterea ſumitur pro peccatore, pro litera legis, pro appetitu ſẽſitino, & pro alijs rebus: vt licet videre apud Ambroſiũ libro de Iſaac 2. apud Clementẽ Alexandrinum primo Pædago. 6. apud Auguſtinum 2. de Geneſi cõtra Manichæos 12. apud Iſichium in Leuiticum 7. Sed hoc Danielis loco accipitur pro homine in communi: & commedere carnes pro exercere in homines crudelitatem. Non omnes concitabãt regem ad illam, ſed qui immanes erant: ac fortaſſe tres illi, quos rex in excelſa dignitate conſtituerat, præter Danielem, qui fuit in loco cuiuſdam ex illis conſtitutus. Quam ob cauſam forſitan dixit: Tres ordines erant in ore eius: hoc eſt, tres regni gubernatores, qui excepto Daniele crudelitatem exercebant, ad quam

Similitudo. regem concitabant. Quemadmodum nõ poteris cognoſcere ſit nec ne integrum vas, niſi illud impleatur liquore: ſic nec hominẽ, niſi ei fuerit magiſtratus commiſſus, & munus gubernandi commendatum. Qui enim priuati immanitatem cooperiebant, qua vti non poterãt, eam in medium

Similitudo. proferunt, cum ad dominatum aſcendunt. Nam vt carbones candentes ſub cinere in fabri ferrarij officina videntur extincti: ac flantibus follibus, ignemq; excitantibus exardeſcũt, micãt, & vrũt: ſic antiqua odia, quæ in vita priuata videbantur extincta, ſtatu dominij, imperijq; poteſtate recrudeſcunt, vibrant, & crudeles vltionis flammas emittũt. Nec ſolùm ipſi Perſæ crudelitatem exercebant, ſed regem ad illam exagitabant: cùm nihil in principe pernicioſius crudelitate, nihil abiectius: contrà verò nihil vtilius clementia, nihil præſtantius. Id intelligens Sapiens ait capite 16. Prouerbiorum: In hilaritate vultus regis vita: & clementia eius quaſi imber ſerotinus. Hóc eſt, quaſi pluuia deſiderata terram nutriens, vt pul-

Prou. 25. chros vberéſq; fructus ferat. Et capite 20. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem: & roborabitur clementia thronus eius: Et 25. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. Aureum ſceptrum regis Aſſueri, quod

Eſther 4. extendit ad Eſther, deſignat clementiam: ſceptrũ

Pſal. 2. verò ferreum, de quo dicitur ſecũdo pſalmo: Reges eos in virga ferrea: iuſtitiæ ſeueritate, quæ non adhibetur niſi exigente neceſſitate. Nã tunc non eſt crudelitas crimina pro Deo punire, ſed Pietas. Ita ait in epiſtola ad Riparium diuus Hieronymus: cuius ſentẽtia eſt in ſacros canones relata vigeſimatertia quæſtione octaua Legi. Crudelitas enim eſt animi atrocitas & immanitas, legi naturæ, quam ſequi debemus, inimica. Hæc nec ſanguine expletur, nec eſt vlla calamitate ſatiata: ſed omnem repellẽs humanitatem, ſpumat ex ore ſcelus, anhelat ex intimo pectore ſæuitiã. Contrà verò clementia eſt animi lenitas & benignitas hominum naturæ conſentanea, per quam animus temerè in odiũ alicuius inuectionis concitatus comitate retinetur. Hanc ita coluerunt veteres Romani, vt in numis ſculperent. Aeneas Vicus in commẽtarijs in veterum imperatorum numiſmata, vnum deſcribit habens ex vna parte caput pietatis, & ex altera tria religionis inſtrumenta, lituum, guttum, ſecurim. Hoc numiſma fuit excuſum ex auro per Hittium prçtorem poſt deuictos à Cæſare Pompei legatos ipſo iterũ conſule facto, vt Florus teſtatur libro quarto: & Diõ Caſſius quadrageſimo primo. Eſſe autem caput pietatis, perſpicuum eſt ex numiſmate ęreo Diuſi Cæſaris, quod eandem omninò habet figuram cũ hac ſubſcriptione: Pietas. Et Hubertus Herbipolita in hiſtorijs imperatorũ aliud numiſma depingit, in quo eſt imago pietatis cum cornucopia, & ciconia, quæ eſt pietatis ſymbolum, cum hac inſcriptiõe: Pietas. Et in faſtis deſcribit aliud, in quo eſt ſculptum tẽplum pietatis. Ita antiqui pietatem venerabantur, vt ei templũ dedicarent. Colere illam vt Deum fuit intolerabilis vanitas & ſuperſtitio: ſed diligere illã fuit laudabile, eorumq; gloriæ tribuendum. Et quamuis clementia conueniat omnibus, maximè tamen principi, vt ait Seneca in libro de clementia, cuius eſt admirabile ornamentum. Nã crudelitas parit odiũ, diſſidium, & interitum: clementia autem beneuolentiã, concordiam, & perpetuitatem. Vt enim *Similitudo.*

ſingula haſtilia facilè franguntur, coniuncta autem frangi haudquaquam poſſunt: ita, qui à ſe inuicem diſſident animo & voluntate, facilè ſuperantur: concordes autem inſuperabiles perſeuerant. Nec ſolùm clementia parit concordiam, ſed multa alia bona nomine vitæ ſignificata. Nã, vt capite vndecimo Prouerbiorum ait Sapiens: Clementia præparat vitam: & Apoſtolus capite quarto epiſtolæ prioris ad Timotheum: Pietas ad *1. Tim. 4.*

omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. At impij Perſæ ſuadebant regi ſuo immanitatem & tyrannidem, vt eum non regem efficerent, ſed tyrannum. Quid enim intereſt inter regem, & tyrannũ, niſi quòd hic vtitur crudelitate, ille autem clementia? Eſt enim imago quædam Dei, qui eſt clementiſſimus. De eo ait ita diuinus Pſaltes: Tu Domine Deus miſera- *Pſal. 85.*

tor & miſericors, patiens & multę miſericordię. *Pſal. 144.*

Et iterum: Suauis Dominus vniuerſis: & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Et Ionas ca- *Similitudo.*

pite 4. Scio, quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis. Eam ob cauſam, vt ſpeculum quamuis auro gemmíſque ornatum ſit, niſi tamen ſimilem repræſentet imaginem, inutile quidem erit: ſic rex tametſi ſit indutus ornatu regio multo auro, multíſque gẽmis diſtincto, & illuſtratus diademate magnis ac fulgẽtibus margaritis illuminato, & illuſtri ſceptro, alijsque inſignibus regijs ſplendidiſſimè exculptus: erit tamen inutilis, niſi eum imitetur, cuius debet in terra gerere imaginem: niſi crudelitatẽ rationi inimicam repellat. Et licet eum conſiliarij ad immanitatẽ moueant, & iram, non illis hac *Similia.*

in re voluntatem gerat, ne cum polypo quibuſuis locis colorem mutante comparetur: cui ſimilis eſt, qui quorumlibet moribus & conſilijs accommodatur. Eſt namque in ponderandis conſilijs *Simile.*

magna opus prudentia ſummè principibus neceſſaria. Nam quemadmodum non debet ſumere citharam, qui nec canendi, nec pulſandi peritus ſit: ita non debet rempublicam gubernãdam ſuſcipere, niſi qui ſit prudentia præditus. Hæc eũ docebit conſilia crudelitatem illi ſuadentia repudiare, eumque ad clementiam excitantia ſuſcipere. Nam vt ait capite ſecundo epiſtolæ ſuæ

Iacob.2. Jacobus: Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. Et paulus quarto epiſtolæ ad Epheſios: Eſtote inuicem benigni & miſericordes, donantes inuicem, ſicut Deus in Chriſto donauit vobis. Et ipſe Chriſtus dominus noſter capite 6. euangelij authore Luca. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt.

Poſt hac aſpiciebam, & ecce alia quaſi pardus. Tertium règnum eſt Macedonum ſiue Græcorum, quod cum pardo animali velociſſimo, quod præceps fertur ad ſanguinem, comparatur. Nihil enim fuit victoria Alexandri Magni celerius, nihil concitatius. Pardus eſt maculoſus: maculas autem interpretantur nonnulli varias regiones & oras, quas Alexander ſubegit: vel labes & vitia, quibus ſe maculauit ac polluit. Per alas auis intellige eius liberalitatem, vel celeritatem: vel ea, quæ ſuper alis primi animalis paulò antè obſeruauimus. Per quatuor capita pardi intelliguntur quatuor præcipui duces exercituũ eius: vel quatuor reges: qui illi ſucceſſerunt: ſcilicet Ptolemæus, Seleucus, Philippus, Antigonus. Pardus cùm ſit beſtia maculis diſtincta, eſt pulchra & elegãs, cuius fœmina appellatur pãthera: quę etiamſi exterius videatur innocua, eſt tamen fallax, amaritudine plena, & humani ſanguinis auida. Sunt, qui exiſtiment idem eſſe pardum ac pantheram: fœminam autem pardalim vocari. Aiunt, multa animalia ſectari pantheram eius odore ac pulchritudine delectatata: quæ ab ipſa capiuntur, & dilaniãtur: eámque eſſe eius in venando ſolertiam. Quapropter Aegyptij eos qui propria vitia tegebant, & figuram virtutis oſtendebant, imagine pantheræ notabant. Huiuſmodi autem fuiſſe Gręcos eſt multis in locis veterum hiſtoriarum perſpectum & exploratum. Quare eorum imperium præſertim tempore Alexandri cum pardo comparatur.

Et poteſtas data eſt ei. Oſtendit, Alexandrum adeptum fuiſſe imperium non ob propriam fortitudinem, ſed ob Dei voluntatem. *Sup.2.* Nam vt ait Daniel capite ſecundo de Deo loquens: Ipſe mutat tempora & ætates, transfert regna, atque conſtituit. Et ipſe Deus capite Prouerbiorum octauo: Per me, inquit, reges regnant: & legum conditores iuſta decernunt: per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Vnde apoſtolus capite tertiodecimo ad Romanos: Non eſt inquit, poteſtas, niſi à Deo: quæ autem ſunt, nimirum poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt. Et Chri-
Ioan.19. ſtus apud Ioannem 19. dixit Pilato: Nõ haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Itaque poteſtas eſt à Deo, ſed abuſus eius ab hominibus.

Poſt hoc aſpiciebam in viſione noctis: & ecce beſtia quarta terribilis. Quartum imperium eſt Romanum per hanc quartam beſtiam ſine nomine deſignatum: quod Daniel aſpexit in viſione noctis, hoc eſt per ſomnium viſione quadam imaginaria, mentis oculis diuino lumine illuſtratis. Erat hæc beſtia terribilis ob terrorem, quem Romani alijs nationibus iniecerunt. Erat mirabilis ob eloquentiam, politiam, prudentiam, iuſtitiam, cæteráſque morales virtutes. Erat fortis ob excelſi animi magnitudinem, & robur, quod eſt cõſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio, ac dolorum contemptio.

Dentes ferreos habebat magnos. Hoc eſt, magnã habebat potentiam. Vel per magnos dentes ferreos intelligitur Romani imperij crudelitas, præſertim tempore Neronis, & aliorum imperatorum, qui Chriſti fideles acerbiſſimis cruciatibus vexarunt, & ad cædes crudeliſſimas vocauerunt. Nulla fuit vnquam talis feritas, nulla tam immanis ſæuitia. Sed Chriſti martyres pietate ac iuſtitia præſtantes animi alacritate, & magnitudine, & admirabili conſtantia omnia illa ſupplicia & tormẽta pro Chriſto ſuſtinebant. Per pedes quibus beſtia illa cætera conculcabat, ſignificatur imperij Romani tyrannis in tributis quondam intolerabilibus exigendis. Hæc quarta beſtia nõ nominatur, quia nulla inuenitur, quæ poſſit cum Romanorum imperio in omnibus his, quæ de illo diximus, comparari. Ideo ſubditur: Diſſimilis autem erat cæteris beſtijs. Aiunt tamen nonnulli in pſalmo 79. intelligi populũ Romanum nomine apri feræ indomitæ, quæ vineã ſabaoth, hoc eſt populum Iudaicũ vaſtauit. Ita enim ſcriptum eſt: Exterminauit eam aper de ſylua: ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Non de eccleſia catholica, quam apoſtolus in priore ad Timo- *1.Tim.3.*
theum capite tertio appellat domum Dei: ſed de ſylua, hoc eſt, de gentium infidelitate proceſſit.

Et habebat cornua decem. Hoc eſt, decem præcipua regna. Apud Zachariam capite primo qua- *Zach.1.*
tuor cornua deſignant duo regna, nimirum Aſſyriorum, quod decem tribus captiuas abduxit: & Babyloniorum, quod duas tribus in Babylonicam coniecit ſeruitutem. Vtitur metaphora ſumpta à bobus, quorũ quilibet duo habet cornua: quã ob cauſam vbi dixit: Ecce quatuor cornua adiecit: Hæc ſunt cornua, quæ ventilauerũt Iudam & Iſrael. Fortaſſe hoc Danielis loco accipitur numerus definitus pro indefinito, vt decẽ cornua multa regna, aut multos reges ſignificẽt. Denarius enim ſicut ſeptenarius eſt plenitudinis numerus: & ſolet in diuina ſcriptura multitu-
dinem nuntiare: vt Numerorum quartodecimo, *Num.14.*
vbi Deus loquens de Iudæorum ſceleribus, quibus ipſum ſæpe ad iram prouocauerant: Qui viderunt, inquit, maieſtatem meam, & ſigna, quæ feci in Aegypto, & in ſolitudine: & tentauerunt me iam per decem vices. Iob capite 19. dicebat amicis ſuis, qui eum multis affecerant contumelijs. En decies confunditis me: & non erubeſcitis opprimentes me. Et primo Regum primo dixit *1.Reg.1.*
Elcana vxori ſuæ Annæ: Nunquid non ego melior tibi ſum, quam decem filij: Eccleſiaſtes 7. Sapientia, inquit, confortabit ſapientem ſuper decem principes ciuitatis. Et apud Matt. 25. omnis Chriſtianorum multitudo cum decem virginibus comparatur. Vel decem cornua ſunt decem reges, iuxta id quod ait diuus Ioannes capite 17. Apocalypſis: qui ſimul exiſtentes prope mundi finem imperium diuident Romanum. Ita etiam ait diuus Hieronymus. Dicamus, quod omnes ſcriptores eccleſiaſtici tradiderunt: in conſummatione ſeculi quando regnum deſtruendum eſt Romanorum, decem futuros eſſe reges, qui vrbem Romanam inter ſe diuidant. Petrus Comeſtor in eccleſiaſtica hiſtoria decem hæc cornua, ait ad mundi finem reſpicere: ad illóſque decem

reges

reges ſpectare, qui per decem ſoles in vaticinio ſibillæ ſignificantur. Et infrà dicitur: Cornua decem ipſius regni decem reges erunt.

C Conſiderabam cornua: & ecce cornu aliud paruum ortum eſt de medio corū: & tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius. Et ecce oculi quaſi oculi hominis erant in cornu iſto, & os loquēs ingentia. Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt: & antiquus dierum ſedit. Veſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana munda. Thronus eius flāmæ ignis: rota eius ignis accēſus. Fluuius igneus rapidúſque egrediebatur à facie eius. Millia millium miniſtrabant ei, & decies mille centena millia aſsiſtebant ei. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Aſpiciebam propter vocem ſermonum gran-
D dium, quos cornu illud loquebatur. Et vidi, quoniam interfecta eſſet beſtia, & periſſet corpus eius: & traditum eſſet ad cōburendum igni. Aliarum quoque beſtiarum ablata eſſet poteſtas: & tempora vitę conſtituta eſſent eis vſque ad tēpus. Aſpiciebam ergo in viſione noctis: & ecce cū nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit: & in conſpectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & re-
Luc. 1. gnum. Et omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius,
Mich. 4. quod non corrumpetur. Horruit ſpiritus
Sapi. 1. & 4. meus: Ego Daniel territus ſum in his: & viſiones capitis mei conturbauerunt me.

Conſiderabam cornua. Hoc eſt, cùm conſpicerem decem cornua quadrupedis, apparuit aliud cornu paruum: quod de medio eorum ortum eſt. Porphyrius exiſtimat per cornu hoc paruum intelligi Antiochum Epiphanem: à quo ait interfectos eſſe tres reges, nimirum Ptolemæū Euergetem, & Ptolemæum Philometorem, & Attaxarxiam regem Armeniæ. Sed deceptus eſt ob hiſtoriarum ignorationem: nam duo illi Ptolemęi priuſquā ipſe naſceretur, mortui ſunt. Diuus Hieronymus ait per cornu illud intelligi Antichriſtum. Ac hæc eſt communis opinio, in qua ferè omnes ſunt, qui hunc locum explanatūt. Dicitur autem antichriſtus cornu propter eius ſuperbiam & potentiam, ſed paruum, quia ignobilis erit, obſcuro loco natus: ſed quamuis ſit paruus in principio: poſtea tamen creſcet dæmonis fauore, ſuámque potentiam longè latéque propagabit. Superabit tres reges per tria cornua ſignificatus, nempe Aegyptium, Aphricū, & Aethiopicum: quibus interfectis alij etiam ſeptem victori colla ſubmittent.

Ecce oculi quaſi oculi hominis erant in cornu iſto. Id eſt vidi in Antichriſto eſſe magnam perſpicaciam humanam per oculos hominis ſignificatā, habebit enim ingenij vim & acumen. Hi autem oculi dicuntur hominis, ne eum dæmonem putemus, ſed purum hominem, in quo tamē diabolus ſit familiariter habitaturus. Dicuntur etiam oculi hominis, quia eius prudentia non erit diuina, ſed humana, non ſpiritus, ſed carnis: quæ occidit. Nam vt ait capite octauo epiſtolæ ad Ro- *Rom. 8.*
manos diuus Paulus: Prudentia carnis mors eſt: prudentia, autem ſpiritus vita & pax. Accipi oculū pro iudicio humano rationi inimico, ſeu pro carnis prudentia, indicat Zacharias quinto. qui deſcribens iuſtitiam Dei per amphoram ſeu iuſtam menſuram ſignificatam, qua ille decem tribus vitulos aureos colentes caſtigauit: & deſignās earum tribuum iudicium deprauatum, ait: Hæc eſt amphora egrediens: & dixit: hic eſt oculus eorum in vniuerſa terra. Poteſt nihilominus illic accipi oculus pro incorrupto & perſpicaci Dei iudicio: non quo homines vident, ſed quo à Deo videntur. At capite ſexto apud Matthæum *Matt. 6.*
pro intētione accipitur, vbi ſcriptum eſt: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus lucidum erit. Vnde oculus dexter pro recta accipitur intētione, ſumpta metaphora à ſagittarijs, qui vno oculo aperto ferire ſolent, vt certius ſcopum attingant. Oculus autem ſiniſter eſt oculus humanus, & propoſitum deprauatum: quam in ſignificationem poteſt accipi hoc Danielis loco. De huiuſmodi oculis non cœlum, ſed terram intuentibus ait diuinus pſaltes: Oculos ſuos ſtatuerunt *Pſal. 16.*
declinare in terram. Et Ieremias in peccatorum perſona Threnorum quinto: Contenebrati ſunt oculi noſtri. Et Chriſtus apud Matth. 7. Eijce primum trabem de oculo tuo. Et apud Lucam 6. *Luc. 6.*
Ipſe in oculo tuo trabem non vides.

Et os loquens ingentia. Id eſt, habebat os verbis ſuperbiſſimis plenum. Ac ſi dicat: loquetur aduerſus Deum & homines: erit eloquens, ſed ſuperbus, maledicus, iactabundus, fallax, & minax: & diuinitatem ſibi ſumet & arrogabit. Eum appellat diuus Paulus capite ſecūdo poſterioris ad Theſſalonicenſes hominem peccati, filium per- *2. Theſ. 2.*
ditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei ſedeat, oſtēdens ſe tāquam ſit Deus. Omnia ea quæ hic ait Daniel, rectè Antichriſto conueniunt: & vera eſt ac plana eccleſiaſticorum ſcriptorum interpretatio. Nihilominus tamen exiſtimo poſſe totum hoc de Mahumeto, quem alij Maſametum vocant, explanari. Hic enim paruum & abiectum habuit initium. Natus eſt in Arabia in regione Iſmaelitica olim imperio Romano ſubiecta, imperij gubernaculum tenente Mauricio: cœpit coli imperāte Phoca: ſed Heraclio imperium gerente magnas vires acquiſiuit, ingentes copias duxit, & eximiam ſed falſam nominis amplitudinem & celebritatem adeptus, ſpecie ſimulatæ ſanctitatis, libertate carnis accedente, infinitas gentes fefellit. Fuit ille peſtis mūdi funeſta, & execrabile incēdium: homo impius & audax, nullam conſectatus eminentem virtutem, ſed adumbratam imaginem gloriæ. Non ſatis habuit omnia ſcelera moliri, quibus læditur obedientia, & animus polluitur cum corpore, niſi etiam ſummi Dei religionem multis in locis

deleret, ac labefactaret. Hic tria cornua, hoc eſt, tres mundi partes Romano imperio olim ſubiectas ſuperauit, nimirum Aſiam, Africam, Europam: non vniuerſas has regiones, ſed earum partes. Qui ſectam Mahumeticam recipiebant, appellabantur Sarraceni, non à Sarah vxore Abrahæ, ſed à Sarraca prouincia Arabiæ, authore Stephano, vbi ſecta hæc originem habuit. Ducunt enim genus ab Iſmaele filio Agar: quam ob cauſam vocantur Agareni: non autem ab Iſaac filio Saræ. Ideo non Sarahni à Sarah, ſed Sarraceni à Sarraca dicuntur. Huius Sarracæ in Arabia meminit Marius Niger in ſexto Aſię commentario.

Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. In illa viſione noctis per ſomnium cernebam hęc omnia mentis oculis lumine prophetico illuſtratis. Et allati ac poſiti ſunt throni, ſeu ſedes regiæ: & ſedit Deus pater, qui ob æternitatem & iudicandi ſeueritatem antiquus dierum vocatur. Filius gignitur à patre: Spiritus Sanctus à patre filióque procedit. Et quamuis in trinitate ſanctiſſima nihil ſit prius aut poſterius: nihil maius, aut minus, pater tamen dicitur principium ſine principio, quia à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus, nec procedẽs: & ab illo procedit filius, & Spiritus Sanctus. Ideo vt ait diuus Auguſtinus in quarto de trinitate, pater eſt principium totius diuinitatis. Quam ob cauſam antiquus dierum appellatur. Dicuntur autem throni in plurali propter tres ſanctiſſimæ trinitatis perſonas. Vel propter apoſtolorũ ſedes, de qui-
Pſal. 121. bus ait Dauid pſalmo 121. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domũ Dauid. Et Chri-
Matth. 19. ſtus Ieſus apud Matthæum decimono: Cùm ſederit filius hominis, ſedebitis vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Nam hoc loco deſcribitur Chriſti aduentus ad vltimum iudicium, quãdo iudicaturus eſt viuos & mortuos. De quo ſecundo aduentu loquitur
Apoc. 20. Ioannes capite vigeſimo Apocalypſis in hũc modum: Et vidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum: à cuius conſpectu fugit terra, & cœlum, & locus non eſt inuentus eis. Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtãtes in conſpectu throni: & libri aperti ſunt. Dicuntur autem cœlum & terra fugere à conſpectu Dei, quia exurentur igne conflagrationis. Ita enim ait diuus
2. Pet. 3. Petrus capite tertio epiſtolæ ſuæ poſterioris: Adueniet dies domini vt fur, in quo cœli magno impetu tranſibunt: elementa verò calore ſoluentur: terra autẽ, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Fugient quoque quodammodo, quando purgatis elementis & cœlis noua fuerit illorum facies. Ac erunt omnes in conſpectu throni: quia
2. Cor. 5. vt diuus ait Paulus in poſteriore ad Corinthios: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. Fortaſſe ideo throni multi dicũtur, quia ſancti ſunt ſedes Dei. Vel per thronos intelliguntur ſpiritus illi angelici, quos diuus Paulus in e-
Coloſ. 5. piſtola ad Coloſſenſes thronos appellauit. Nonnulli ex Hebræis per hos thronos duas ſedes intelligunt, vnam Dei, alteram Meſſiæ, quem purum hominem exiſtimant fore: cùm reipſa ſit verus Deus, & verus homo. Sed dices: Si Daniel hoc loco vaticinatur de ſecundo Chriſti aduentu, & vltimo iudicio, quando ipſe Chriſtus venturus eſt iudicaturum viuos & mortuos, cur meminit patris, & non filij? Reſpondeo, Danielẽ vtriuſque meminiſſe, hic patris, & paulò pòſt filij. Licet enim in vltimo iudicio apparitura ſit perſona filij, non tamen ibi deerit pater, & Spiritus Sãctus:
ipſe enim Chriſtus ait apud Matthęum vigeſimo Matth. 26.
ſexto. Videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei. Quibus verbis indicat ſe cum patre ſeſſurum.

Veſtimentum eius candidum quaſi nix. Veſtis Dei patris pura erat, niueum referens candorem. Incircunſcriptibilis & ſimpliciſſimus Deus veſte non induitur corporea, ſed ſplendore ſuo ſempiterno ornatur, & pulcherrimus oſtẽditur. De illo ait diuinus pſaltes pſalmo 92. Dominus regnauit, decorẽ indutus eſt; indutus eſt dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. Et pſalmo 103. Confeſſionem & decorem induiſti amictus lumine ſicut veſtimento. Vbi pro confeſſione alij gloriã tranſtulerunt. Volunt diuini vates per nitorem harum veſtium diuinæ naturæ ſanctitatem, claritatem, & lucem ſignificare. Vel intelligunt per illum ſanctos, quibus Deus circundatus ad vltimum iudicium venturus eſt: de quibus ait capi.
49. Eſaias: Omnibus his velut ornamento veſtie Eſai. 49.
ris. De quibus Zacharias 14. Veniet, inquit, do- Zach. 14.
minus Deus meus, omnéſque ſancti cum eo.

Et capilli capitis eius quaſi lana munda. Oſtenditur purum, ſincerumq́; Dei iudicium, & in iudicando ſapientia & maturitas. Eodem modo de
Chriſto ait Ioannes in Apocalypſi capite 1. Ca- Apoc. 1.
put autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. Diuus Auguſtinus in libro de eſſentia diuinitatis ait, capillos Dei, & pedes, ac manus eius, & cætera membra, quæ ei tribuit diuina ſcriptura, ſpiritualiter intelligi. Et paulò pòſt: Capillos eius ſanctos angelos, ſeu vniuerſos electos typicè accipi oportet.

Thronus eius flamma ignis. Id eſt, videbatur thronus eius igne inflammatus. Ignis ſignificat lucẽ inaceſſibilem, quam Deus inhabitat, vt in epiſto-
la priore ad Timotheum ait apoſtolus. Et ipſe 1. Tim. 6.
Deus ignis dicitur: vt Moſes & Paulus memoriæ
prodiderunt, hic in epiſtola ad Hebræos, ille in Heb. 13.
Deuteronomio: nam probos illuminat, impro- Deut. 4.
bos vrit. Nec ſolùm thronus, ſed rotæ eius igne ſplendido flagrabãt. Alludit ad ſolia regum, quæ olim erant verſatilia inſtar curruum triumphalium.

Fluuius igneus rapidúſque egrediebatur à facie eius. Oſtendunt verba hæc magnitudinem admirabilis luminis, & ſplẽdoris, qui ex Deo ad iuſtorum oblectationem, impiorum autem terrorem procedebat. Vnde diuinus citharœdus pſalmo 49. Ignis, inquit, in conſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas valida. Etſi hoc poteſt ad primum Chriſti aduentum referri, quando ipſe aſſumpta humanitate ſplendidiſſimam diuinitatis ſuæ claritatem emiſit, qua mortalium mentes illuſtrauit, & cæcos Iudæos perfidia obſtinatos afflixit, permittens Hieroſolymam euerti, eóſque ferro fame ac peſte conſumi & perpetuo exilio mulctari: tamen referri poſſunt ad ſecundum aduentum, quando iuſti gloriam ſempiternam conſequentur, impij autem ad inferos relegabuntur. At quia tradentur igni æterno ex ſententia Dei,

dicitur

dicitur fluuius igneus rapidúſque egredi à facie
illius.

*Millia millium miniſtrabant ei,& decies millies cẽ-
tena millia.* Ponitur numerus definitus pro indefi-
nito. Senſus eſt: Innumerabiles turmæ angelorũ
Pſal.67. ſtipabant Deum. De illis ſcriptum eſt in pſal. 67,
Currus Dei decem millibus multiplex, millia lę-
tantium. Poni autem numerum definitum pro
Prou.24. indefinito eſt in ſancta ſcriptura ſatis vſitatũ: Pro
uerbiorum cap. 24. Septies in die cadit iuſtus, &
Pſal.118. & reſurgit. Pſalm. 118. Septies in die laudem dixi
Pſal.90. tibi: Pſal. 90. Cadent à latere tuo mille, & decem
Matth.18. millia à dextris tuis. Matthæi 18. Nõ dico tibi vſ-
que ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. Id eſt, quoties
Apoc.7. peccauerit. Apocalypſis 7. Quadraginta quatuor
millia ſignati. Ex hoc Danielis loco intelligimus
angelos partim eſſe miniſtrantes, partim aſſiſten
tes. Dionyſius Areopagita plures ait eſſe aſſiſten-
tes quàm miniſtrantes. Id colligunt nonnulli ex
hoc loco Danielis aientis: Millia millium mini-
ſtrabant ei: ſed decies millies cẽtena millium aſ-
ſiſtebant ei. Maior enim numerus tribuitur aſſi-
ſtentibus, quàm miniſtrantibus. Hanc Dionyſij
ſententiam affert diuus Thomas in prima parte
ſummæ theologicæ, quæſtione 112. vbi hãc ma-
teriam grauiter & ſapienter tractauit.

Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt. Id eſt, Deus ſe
ad iudicandũ exhibebit: ſolent enim iudices ſen-
tentiã ferre ſedentes, vt quietẽ & trãquillitatem
præ ſe ferant ſine animi concitatione. Porrò de
Sapi.12. Deo capite duodecimo libri Sapientiæ ſcriptum
legimus: Tu dominator virtutis cum tranquilli-
tate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis
nos. Cùm autem Deus ſederit iudicium laturus,
aperientur libri conſciẽtiæ: & opera ſingulorum
bona & mala cum cogitationibus & verbis illic
erunt omnibus cognita & perſpecta. Diuus Au-
guſtinus per hos apertos intelligit ſanctos, in
quibus impij poterũt videre ac legere bona, quæ
facere debuerunt, & neglexerunt. Hi ſunt libri,
de quibus loquitur diuus Ioannes capite vigeſi-
Apoc.20. mo Apocalypſis. At venerabilis Beda illum Apo
calypſis locum explanãs per hos libros intelligit
diuinas ſcripturas veteris ac noui teſtamẽti: quæ
ideo dicuntur in iudicio aperiendæ, quia tunc
earum veritas cunctis patebit.

Aſpiciebam propter vocem ſermonum grãdium. Id
eſt, reſpiciebam execrationes, quas cornu paruũ
magna & quæribũda voce loquebatur. Et intel-
lexi Dei iudicium veniſſe ad impiorum iactantiã
& ſuperbiam puniendam. Vidi enim beſtiam illã
interfectam, & corpus eius traditum igni, & flam
mis æternis exponi. Id quod paulò antè vocaue-
rat cornu, modò appellat beſtiam, quã vidit æter
nis cruciatibus comburi cum corpore ſuo: hoc
eſt cum illis, qui eam veluti caput ſequebantur.
Loquitur de Antichriſto, & eius ſectatorib9. Vel
de Mahumeto, eiúſque impiã ſectam amplexan-
tibus. Vel de alio Chriſtianæ religionis inimico,
qui multos ad impietates conuerterit, & à verà
fide Chriſti, eiúſque ſancta eccleſia ſeparauerit:
cuiuſmodi fuit noſtra hac in re infelici memoria
Martinus Lutherus, filius diaboli teterrimus, o-
mnium ſcelerum maculis notariſſimus, immen-
ſa vitiorum vorago. Eum ſecuti Bucerus, Zuin-
glius, Oecolãpadius, Caluinus, & cæteræ huiuſ-
modi peſtes, infinitos homines peruerterũt, ac in
exitium æternum præcipitarunt. Fortaſſe beſtia
de qua hic loquitur, eſt beſtia quarta, qua impe-
rium Romanum deſignatur. Ac tunc erit ſenſus:
Perpendebam ſollicitè ordinẽ diuini iudicij pro-
pter magnas blaſphemias, quas Antichriſtus e-
mittebat: quapropter optabam videre huius rei
exitum, præſertim circa hoc cornu. Et vidi quar-
tam beſtiam interfectam, in qua cornu hoc naſcẽ
tur. Nam ante mundi finem euertetur imperium
Romanum, & delebitur poteſtas eius. Et vidi
proijci in ignem æternum debitas pœnas datu-
rum corpus illius beſtiæ, non totum, ſed illud,
quod cornu illud ſequebatur, quod aduerſus
Deum magnas voces emittebat. Sed quoniam in
Apocalypſi Antichriſtus beſtia frequẽter appel- Apoc.11.
latur, quæ occidetur à Chriſto, vt ait diuus Pau- Apoc.13.& 19.
lus cap. 2. poſterioris ad Theſ. exiſtimo per beſtię
interfectionem exitium Antichriſti ſignificari. 2.Theſ.2.
Ille enim cum corpore ſuo, hoc eſt cum eius ſe-
ctatoribus ad æternos cruciatus relegabitur. De
Antichriſti interitu, eiúſque ſatellitum pernicie,
loquitur diuus Ioãnes in fine capitis decimino-
ni Apocalypſis. Apoc.19.

Aliarumque beſtiarum ablata eſſet poteſtas. Vidi
tunc cõſumpta eſſe & penitus deleta alia tria im-
peria, nimirum Babylonicum, Perſicum, & Ma-
cedonicum. Non enim vltrà erit imperium terre
num, ſed diuinũ. Poſſunt hæc verba ex Chaldæo
ita transferri: Reliquarũ beſtiarum fecerant tran
ſire poteſtatem. Id eſt, iam autem angeli abſtule-
rant ab alijs tribus beſtijs dominatum.

*Et tempora vitæ conſtituta eſſent eis, vſque ad tem-
pus & tempus.* Id eſt, & ſingula imperia durarunt
tempus illud, quod Deus illis conſtituit, alia bre-
uius, alia longius. Sed omnia fuerunt conſumpta
ante ſecundum Chriſti aduentũ. Tunc enim ter-
renus dominatus ceſſabit, iuxta illud apoſtoli in
priore ad Corinthios: Cùm tradiderit regnũ Deo 1.Cor.15.
& patri, cùm euacuauerit omnem principatum,
& poteſtatem, & virtutem. Sed non ita regnum
tradet patri, vt à ſeipſo abdicet: quemadmodum
cùm à patre accepit, non abſtulit illi. Regnũ hoc
eſt eccleſia electorum, vt Photius & Cyrillus in-
terpretantur. Eam Chriſtus in fine mundi tradet
Deo patri ab omni calamitate & perturbatione
liberam, & ab omnibus tyrannorum ac dæmonũ
inſultibus tutam: cùm omnẽ & principũ mundi,
& dæmonũ poteſtatem ac tyrannidẽ deleuerit.

Ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat.
Locutus eſt de Deo patre, nunc loquitur de filio:
ſed ea quæ de vtroq; dicit, ſimul vidit, etiamſi ſe-
paratim ac ſeorſum deſcribat. Eum quẽ in viſio-
ne ſtatuæ Nabuchodonoſoris appellauit lapidẽ, Sup.2.
hic filium hominis appellat. Ac vt illic lapis om-
nia regna contriuit per metella ſtatuæ ſignifica
ta: ita hoc loco omnia regna delet per beſtias in-
tellecta. Appellatur autem Chriſtus filius homi-
nis, quia verus eſt homo, cũ ſit verus Deus: duas
enim habet naturas: ſed vna tantùm perſona eſt.
Voluit hoc loco diuinus vates aſſumptionẽ car-
nis humanæ in filio Dei ſignificare, quem aſſerit
venturum eſſe ad iudicium cum corpore huma-
no. Idem aſſeruerunt angeli, dicentes Actorum 1.
Viri Galilæi quid ſtatis aſpiciẽtes in cœlum? Hic
Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic ve-

niet, quemadmodum vidiſtis eum eũtem in cœlum. Et quemadmodum aſcendit in nube, iuxta
Act. 1. illud Actorum 1. Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum: ita veniet ad iudicium in nube. Ideo canit eccleſia: Ecce apparebit dominus ſuper nubem cãdidam, & cum eo ſanctorum millia. Ipſe Chriſtus apud Matthęum 26. Videbitis, inquit, filium hominis ſedentem à dextris Dei, & venientẽ in nubibus cœli: Et apud Lucam 21. Tunc videbũt filium hominis veniẽtem in nube, cum poteſtate magna & maieſtate. Et Ioannes capite Apocalypſis 1. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Nõnulli per has ſplendidas nubes intelligunt ſanctorum ſplendores cum Chriſto venientiũ. Ipſe enim veniet quaſi filius hominis: vt hoc loco ait Daniel: hoc eſt verus filius hominis: particula enim, quaſi, hoc loco non ſimilitudinem ſignificat, ſed certiſſimam confirmationem: vt apud Ioannem cap.
Ioan. 1. 1. Vidimus gloriam eius, nimirum Ieſu Chriſti, quaſi gloriam vnigeniti à patre. Hoc eſt, talem gloriam conſpeximus in Chriſto, qualem decet habere eum, qui eſt vnigena, verúſque Dei filius.

Vſque ad antiquum dierum peruenit. Id eſt, peruenit Chriſtus vſque ad patrem: ad æqualitatem patris in vna eſſentia. Et in conſpectu eius obtulerunt eum: nimirum angeli, qui in iudicio eum ſtipabunt, illi ſeruientes. Filius Dei ab æterno ęqualis patri ſecundùm diuinitatẽ, minor eſt patre ſecundùm humanitatem. Ac in ſecundo aduentu veniet ad patris æqualitatẽ quantùm ad manifeſtationem omnibus exhibendã: omnes enim tunc cognoſcent eſſe eum filium Dei naturalem. Chriſtus ſecundùm naturã aſſumptam veniet ad locum vltimi iudicij, qui quatenus Deus vbique eſt: cui ſecũdùm humanitatem pater dedit poteſtatem iudiciariam, & honorem, & regnum. Nã ab inſtanti incarnationis, vt verbis vtar ſcholaſticis, eo ipſo quo Chriſti humanitas vnita eſt verbo hypoſtaticè, data eſt ei poteſtas in cœlo & in terra, & honor & regnum ſuper omnem creaturã. De illo ait Ioannes Baptiſta cap. 3. apud Ioan-
Ioan. 3. nem Euangeliſtam: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Et ipſe Chriſtus apud Mat-
Matt. 28. thæum 28. Data eſt, inquit, mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Sed in vltimo iudicio hæc ei dari dicuntur, quãtum ad generalem & apertam omnium manifeſtationem, & completum vſum, cùm ipſe omnes iudicabit, iuſtos ad ſedes cæleſtes domóſq; æternas perducens, impios autem relegans ad inferos, ſuorum ſcelerum pœnas daturos.

Et regnum eius quod non corrumpetur. Hoc fuit in ſecundo capite explanatum. Vt illic qui ſtatuam confregit, factus eſt mons magnus implens vniuerſam terram, cuius regnum non euertetur: ita hîc qui beſtias conſumpſit, & Antichriſtum interfecit, rex eſt æternus, cuius imperium nullo fine claudetur, nulla poſteritate delebitur, nulla temporum varietate diſſipabitur.

Horruit ſpiritus meus. Præ magnitudine viſionis, & Antichriſti impietate, & ſeueritate diuini iudicij. Poſſunt hæc verba ita verti: Dereliquit me ſpiritus meus. Quaſi dicat: territus ſum, obſtupui, & deliquium animi paſſus fui: Si Daniel territus eſt, quia oculis ſpiritus præuidit vltimũ ac vniuerſale iudicium, quid facient peccatores illud corporaliter videntes? Multi qui hîc cenſentur iuſti, illic pleni ſceleribus apparebunt, & iuſtè damnabuntur. Nunc verè Chriſtiani qui ſeſe totos Deo dedicarunt, appellãtur ab improbis deceptores, cùm nihil illis ſit antiquius veritate: ſed illic eorũ virtus apparebit. Cognoſcuntur à Deo, mundo minimè perſpecti. Deo viuunt mundo moriuntur. De illis ait in epiſtola poſte- 2. Cor. 6.
riore ad Corinthios capite ſexto diuus Paulus: Vt ſeductores & veraces: ſicut qui ignoti, & cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus. Et ad Coloſſenſes tertio: Mortui eſtis, & vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in Deo: cùm autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Porrò tunc veritas iudicabitur, & in medium proferetur: eorúmque aperietur magnanimitas, quos mundus contemnebat, & pro nihilo putabat. Tunc vt ait Apoſtolus 1. Cor. 4.
capite quarto prioris ad Corinthios, manifeſtabit Dominus conſilia cordium: & laus erit vni- Similitudo.
cuique à Deo. Vt in ſarcina minutarum mercium omnes illæ ſunt opertæ & confuſæ, pretioſæ cum vilibus, donec peruentum ſit ad nundinas, vbi extrahuntur merces illæ venales, & poſitæ in locis ſuis ſingulæ indicantur, & cognoſcuntur, & intelligitur vniuſcuiuſque vis, pondus, & pretium: ſic in mundo hoc omnes ſunt permiſti & inuoluti, boni cum malis: ſed cùm venerit dies iudicij, in temporio illo totius vniuerſi omnes indicabuntur: collocabitur vnuſquiſque in loco ſuo: & patebit, quid quiſque mereatur: omniúmque virtutum ac vitiorum gradus apertiſſimè videbuntur. Illic, vt ait Ieſus Chriſtus Dominus Matt. 10.
noſter, nihil erit opertum, quod non reueletur: Marc. 4.
nihil occultum, quod non ſciatur. Vt in area ſunt Luc. 8.
ſimul grana & paleæ: ſed tempore triturationis Similitudo.
colliguntur grana in horreum, Paleæ autem in iumẽtorum ſtabulum, ita in hac vita ſunt ſimul probi ac improbi: ſed in vltimo iudicio qui iuſtitiam & pietatem coluerunt, ferentur in ſedes cæleſtes beatorum: qui autem ſe ſceleribus polluerunt, mittentur in pœnas inferorum ſempiternas. Et vt ait diuus Baptiſta: Ventilabrum Matt. 3.
in manu Dei eſt, & mundabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Iudex ille Chriſtus Dominus æquus eſt, & verax: de quo Pſal. 9.
ait pſalmographus: Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua. Et Eccleſiaſtes duodecimo: Cuncta, quæ fiũt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malũ ſit. Et diuus Paulus decimoſeptimo Actorum: ſtatuit Deus diẽ, in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate. Nunc eſt tempus pœnitentiæ, tunc exercebitur iuſtitia. Eam ob cauſam diuus Ioannes cap. 1. Apocalypſis poſtquam dixit: Ecce veniet cũ nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: addidit paulò pòſt: De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exi- Simile.
bit. Vt aries quando reuertitur retro, vehementius inuehitur in reſiſtẽtem, eúmque durius percutit: ſic Deus qui videtur ſcelera multorum in vita hac diſſimulare, & veluti retro reuerti, in die extremi iudicij eos acerrimis afficiet ſupplicijs

cijs

eijs & ad pœnas aſperrimas damnabit. Quapropter Deus eos in hac vita punit, cũ videtur nõ punire: ſed apparebit apertè animaduerſio in vltimo iudicio. *Simile.* Quemadmodum flumina illa, quæ ſe repentè abſcondunt ſub terra, eò tamen feruntur, quò tendunt, & poſteà apparent ſuper terrã cum impetu fluentia: ſic Dei caſtigationes licet aliquando in hoc mundo occultæ ſint, in die tamen illo terribili iudicij in apertum proferentur: & in extremas & acerbiſſimas ærumnas impios relegabunt. Nullus erit, qui ſe poſſit excuſare, quin in iudicio appareat cotã Chriſto: ipſe enim ait apud Ioelem cap.3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat: & diſceptabo cum eis ibi. Et apud Matt. 25. Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: congregabuntur ante eum omnes gentes. De eo ſcriptum eſt pſal. 49. Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas *Simile.* valida. Hericius dum eſt vacuus, fugit venatorẽ: at pomis onuſtus fugere non poteſt: ita peccator in hac vita poteſt per pœnitentiam fugere vltionem Dei: at in die iudicij grauidus pondere ſcelerum nullo modo ſe in fugam conijcere valebit. Id intelligens Eſaias ait cap. decimo: Quid facietis in die viſitationis & calamitatis de lon- *Similitudo.* gè venientis? Ad cuius confugietis auxilium? Vrsus duæ ſunt extremitates, altera qua ſuſcipit fila, altera qua pungit: ita Chriſti duo ſunt aduentus, alter quo ſuſcepit peccatores ad pœnitentiam, oſtendens miſericordiam, alter quo impios mulctabit exercens iuſtitiam. Cùm accepero tempus, ait ille pſal. 74. ego iuſtitias iudicabo. Et apud Sophoniam primo: Scrutabor Ieruſalem in lucernis & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis. Id intuens diuus Bernardus: Si in Ieruſalem, inquit, fit ſcrutinium, quid erit in Babylone? Et rectè quidem: nam, ſi iuſtorum vita per Hieroſolymam ſignificata eſt diligenter exploranda & perſpicienda, quantò magis ſceleratorum colluuies per Babylonem intellecta? cuſabuntur impij non ſolùm à dæmonibus, & ab hominibus ſceleratis, ſed etiam à viris iuſtitia præſtantibus, quos ipſi afflixerunt, iuxta illud libri Sapientiæ capite quinto: Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt. Nec ſolùm homines, ſed inſenſibiles creaturæ in eos inuehentur: Deus enim illis vtetur aduerſus eos, vt eſt eodem capite memoriæ proditum: Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Et paulò pòſt: Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Omnia in illo vltimo iudicio videbuntur impiis triſtia, terribilia, metuenda. *Ambroſ.* A dexteris, inquit diuus Ambroſius, erũt peccata, à ſiniſtris dæmonia, ſubtus horrens infernus, ſuprà iudex iratus, foris mundus ardens, intus conſcientia vrens. Vbi iuſtus vix ſaluabitur, miſer impius quid faciet? Latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. Hactenus ille. Si A- *Gen.3.* dam fugere volebat præſentiam Dei, quem ob morſum pomi prohibiti offenderat, quid illi facient, qui eundem Deum ſæpe contempſerunt, cuius legem infinitis maleficiis violarunt? Hos ſtatuet Chriſtus ad ſiniſtram, iuſtos autem ad dexteram, vt ipſe apud Matthæum. 25. teſtatur *Matt.25.* Dextera enim ſignum eſt amoris. Quare Iacob *Gen.35.* filium ſuum dilectum vocauit Beniamin, hoc eſt filium dexteræ, id eſt, ſibi chariſſimum, quem habuit in ſenectute ex Rachele, quam ſingulari proſequebatur amore. Porro Deus pater collocauit filium ſuum vnigenam à dexteris iuxta illud Pſalmi 109. Dixit Dominus domino meo: ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Quem locum ipſe Chriſtus apud Matthæum capite vigeſimo de ſeipſo interpretatur. Ad illum alludit Apoſtolus capite decimoquinto prioris ad Corinthios: Et primo ad Epheſios: Conſtituit, inquit, eum ad dexteram ſuam in cæleſtibus. Et primo ad Hebræos: Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Habitat enim Chriſtus dominus in excelſis in eadem maieſtate & dignitate cum patre ab eo dilectiſſimus. Oſtendens autem electorum honorẽ, & amorem, quo eos proſequatur, illos ad dexteram conſtituet, quorum multos mundus ſiniſtros eſſe putabat: contrà verò ad ſiniſtram collocabit, quos mundus dextros cenſebat. Huius rei figuram adumbrauit Iacob, qui præter opinionẽ Ioſephi ſuper Manaſſem & Ephraim in *Gen.48.* benedictione manus mutauit. Et auditis ſententijs ibunt impij in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Galaaditæ, vt in libro Iudicum literæ diuinæ memoriæ prodidère, perculſerunt & fugauerunt in bello Ephratæos. Ac occupatis vadis Iordanis, per quæ Ephratæi erant reuerſuri, volentes ſcire eſſent ne Ephratæi, qui tranſibant, dicebant eis, vt proferrent xibbolet: cùm autem illi non poſſent xibbolet proferre, ſed ſibbolet, in Iordanis tranſitu interficiebantur. Porro xibbolet, vt graeci aiunt authores, ſignificat ſpicam plenam granis, ſibbolet autem ſpicam granis deſtitutam. Iordanis autẽ teſte Hieronymo idem eſt quod fluuius iudicij. In illo Iordane: in illo terribili die iudicij interrogabimur, ſimus necne Chriſtiani. At qui non potuerint proferre ſpicam cum granis, fidem cũ bonis operibus in charitate, ſed paleas vanitatum & flagitiorum, damnabuntur: illi verò ſalutem conſequentur æternam, qui fidem oſtenderint charitate formatam, qui grana ſolidarũ virtutum in apertum protulerint: quorum denique vita fuerit xibbolet. Sed prius erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis, vt Chriſtus ait: qui volens diſcipulos ſuos, omnéſque pios ac iuſtos viros conſolari, poſtquam hæc & alia dixit, quæ Lucas cap. vigeſimoprimo mandauit, adiecit: His autem fieri incipientibus reſpicite, & leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra. Si tunc piorum appropinquauerit redemptio, quemadmodum appropinquatura eſt, ergo hic mundus eſt eorum, vt ita dicã, captiuitas. De illa ait diuinus pſaltes: Conuerte domine captiuitatem noſtrã, ſicut torrens in auſtro. Auſter eſt Ven- *Pſal.125.* tus efficiens pluuias copioſas, quibus torrentes mirum in modum augentur: & magno impetu fluunt. Orat igitur Deũ diuinus vates, vt multitudo liberandorum à ſeruitute imitetur torrentes auſtro flante abundantes. Aſpice domini Ieſu Chriſti pietatẽ. Loquebatur de vltimi iudicij terrore & ſeueritate, & in medio præconiorum

iuſtitiæ non obliuiſcitur miſericordiæ. Ideo aiebat Habacuc cap.3. Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Imò ipſi terrores miſericordiã eius oſtendunt. Iudex cùm vult reum comprehendere & punire, non illum prius hortatur: qui ei carcerem minatur, non vult illum in carcerẽ conijcere. Eodem modo Deus qui nobis cœli caliginem, elementorum perturbationem, & inferni pœnas minitatur, vult nos eripere. Ipſe enim ait apud Ezechielem 33. Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur à via ſua, & viuat. Et apoſtolus cap. 2. prioris ad Tim. Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Nihilominus tamen tantus erit terror iudicij vniuerſalis vt dicat Iob ca.14. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & cõſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei. Ita erit formidabilis dies ille, vt deſiderent homines in obſcuris locis inferni abſcondi, donec tranſeat furor iudicij, & tunc in cœlum euocari. Sed tunc appropinquabit iuſtorum redemptio. Coniungit Chriſtus miſericordiam cũ iuſtitia, vt aptam efficiat harmoniam. Dulcis ſonus citharæ cum ſonora voce humana efficiunt ſuauem quandam muſicam, quæ nec iam ſonus citharæ ſolùm eſt, nec vox dũtaxat humana, ſed admirabilis concentus ex illis conflatus quolibet illorum excellentior. Eodem modo iuſtitia cum miſericordia copulata efficit temperatam quãdam harmoniam: quæ nec eſt ſeparata iuſtitia, nec ſeparata miſericordia, ſed præcellẽs quędam muſica his duabus rebus confecta, qualibet earum illuſtrior, dulcior, & præſtantior. Qui ea vſus fuerit, viuet, iuxta illud Prouerbiorum.21. Qui ſequitur iuſtitiam, & faciet miſericordiam, inueniet vitam. Quod eſt intelligendum non ſolùm de vita hac fluxa & caduca, ſed de æterna, cui nulla ætas eſt finem allatura. Hanc tribuet viris iuſtis Chriſtus Ieſus in die iudicij, cuius memoria horruit ſpiritus Danielis, vt ipſe hoc loco teſtatur.

Similitudo. — 1.Tim.2. — Similitudo.

Viſiones capitis mei conturbauerunt me. Id eſt, ea quæ in ſomnijs vidi, me perturbarunt.

E Acceſsi ad vnum de aſsiſtentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem ſermonum: & docuit me. Hæ quatuor beſtiæ magnæ, quatuor ſunt regna, quæ conſurgent de terra. Suſcipient autem regnũ ſancti Dei altiſsimi: & obtinebunt regnũ vſque in ſeculum, & ſeculum ſeculorum. Poſt hoc volui diligenter diſcere de beſtia quarta, quæ erat diſsimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes vt vngues eius ferrei: comedebat, & comminuebat: & reliqua pedibus ſuis conculcabat. Et de cornibus decem, quæ habebat in capite, & de alio, quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo, quod habebat oculos & os loquens grandia, & maius erat cęteris.
F Aſpiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduerſus ſanctos: & præualebat eis: donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit ſanctis excelſi, & tempus aduenit: & regnum obtinuerunt ſancti. Et ſic ait: Beſtia quarta regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuerſam terram: & conculcabit, & comminuet eam. Porrò cornua decem ipſius regni decem reges erunt: & alius conſurget poſt eos: & ipſe potentior erit prioribus: & tres reges humiliabit. Et ſermonem contra excelſum loquetur: Et ſanctos altiſsimi conteret: & putabit, quòd poſsit mutare tẽpora & leges: & tradentur in manu ſua vſq; G
ad tempus, & tempora & dimidium temporis. Et iudicium ſedebit, vt auferatur potentia, & cõteratur, & diſpereat vſque in finem. Regnum autem, & poteſtas, & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cœlũ detur populo ſanctorum altiſsimi, cuius regnum regnum ſempiternum eſt: & omnes reges ſeruient ei, & obedient. Hucuſque finis verbi. Ego Daniel multùm cogitationibus meis conturbabar: Sap.2.
& facies mea mutata eſt in me. Verbum Luc.1.
autem in corde meo conſeruaui.

Acceſsi ad vnum de aſsiſtentibus. Id eſt, his viſis me appuli intellectuali acceſſu ad quendam ex illis ſpiritibus cœleſtibus à concretione materiæ ſegregatis, qui Chriſto iudici in ſolio ſedenti aſſiſtebant, quærens ab eo veram rerum omnium quas mentis oculis intuebar, interpretationem.

Hæ quatuor beſtiæ. Explanatur viſio. Quatuor beſtiis quatuor regna, vt diximus, ſignificantur, ſcilicet Babylonicum, Perſicum, Græcum, Romanum, quæ ideo dicuntur conſurgere de terra, quia ex hominibus ſunt in hoc ſeculo. Quare delebuntur, & conſumentur. Sancti autem habebunt regnum Dei in cœlis: de quo ait pſalmographus: Regnum tuum regnum omnium ſeculorum. Ideo ait ſtatim Daniel: Suſcipient autem regnum ſancti Dei altiſsimi. Vbi verba illa Dei altiſſimi: poſſunt referri ad regnum, aut ad ſanctos: de quibus ſcriptum eſt cap.5. lib. Sap. Accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu domini. Illis dicturus eſt Chriſtus: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. De illo ſubdit ſtatim Daniel: Et obtinebunt regnũ vſq; in ſeculũ, & ſeculũ ſeculorũ. Vbi apertè loquitur de regno in cœlis, non autẽ de regno terreno, ad quod cæci Iudæi aſpirant: cuius deſiderio tenentur.

Pſal.144. — Sap.5. — Matt.25.

De beſtia quarta. Quæ imperium Romanum deſignatur. Cætera ſuprà explanata ſunt.

Os loquens grandia. Hoc eſt, os iactabundum, & maledicum, Deum & homines lingua petulantiſſima conſectans. Loquitur de Antichriſto: de quo dictum eſt cap. 13. Apocal. Datum eſt ei os loquens magna, & blaſphemias.

Faciebat bellum aduerſus ſanctos. Significat calamitates quibus Antichriſtus opprimet viros fideles: quorum multos occidet, & alios decipiet. Sed ex deceptis multi reſipiſcent, & ad veritatẽ reuocabuntur. De illo ait Ioannes cap. 13. Apoc. Eſt datum illi bellum facere cum ſanctis, & vincere eos.

Et iudicium dedit ſanctis excelſi. Deus pater dedit ſanctis ſuis iudicem, uiorum filium ſuum vnigenam. Vel dedit iudicium & poteſtatem iudicandi ſanctis excelſi, hoc eſt apoſtolis, qui ſede
Mat. 19. bont cum Chriſto iudicantes duodecim tribus Iſraelis. Vel dedit iudicium, id eſt tulit ſententiã pro ſanctis ſuis.

Et ſic ait. Nimirum angelus, qui inſtruxit Danielem. Sequitur quartæ beſtiæ interpretatio.

Et alius conſurget poſt eos. Nempe Antichriſtus:
Ioan. 13. de quo ait in Apocalypſi diuus Ioannes: Vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem. Dicitur aſcendere de mari, quia de ſeculo hoc quod eſt pelagus, & profunda vitiorũ vorago, ſe eſt in ſuperbiam, ferociam, & conuitia erecturus. Dicitur habere capita ſeptem, propter omnia ſeptem mortifera crimina, quib. erit contaminatus: & cornua decem contra decem Dei præcepta, quæ per pſalteriũ decem cordarum, vt diuus ait Auguſtinus, ſignificantur: de quo ait Dauid pſal. 32. In pſalterio decem cordarum pſallite illi. Hic Antichriſtus viribus, opibus, & dominatu alios ſuperabit, & reges Aegypti, Lybiæ, & Aethiopię vincet, execrationes & maledicta conferet in Deũ, viros virtute præditos affliget: & id ſibi aſſumet & arrogabit, vt exiſtimet, poſſe ſe mutare tempora & leges, hoc eſt ſolemnitates, quæ certis celebrantur temporibus, & legem veterem ac nouã. Vel per tempora intelliguntur curſus ac ordines temporum: & per leges diuinæ ac humanæ ſanctiones, iuris atque iniuriæ regulæ, rectæque rationes imperandi atque prohibendi.

Et tradentur in manu eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Hoc eſt, dabitur, ſeu permittetur ei hæc poteſtas in ſanctos Dei tres annos cum dimidio. Per tempus iuxta Hebræorum conſuetudinem intelligitur annus, & per tẽpora duo anni, & per dimidium temporis anni dimidium. Regnabit enim Antichriſtus annis tribus cum dimidio. Id voluit ſignificare diuus Ioã
Apoc. 12. nes cap. 12. Apoc. cùm ait: Datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum in locum ſuum: vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis à facie ſerpentis. Hæc mulier eſt eccleſia, cui data ſunt duo teſtamenta, vetus & nouum, quibus velnti alis ſe per ſapientiam & contemplationem ferat in ſublime, & à cœtu infidelium in ſolitudinem recipiat: vbi permanebit tribus illis annis cum dimidio quibus eſt ſerpentis, hoc eſt Antichriſti tyrannis duratura. Id prædixerat paulò ante his verbis idem Ioã
Apoc. 12. nes: Mulier fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo: vt ibi paſcat eam diebus mille ducentis ſexaginta. Qui dies eandem ſummam temporis efficiunt. Id quod cap. eiuſdem
Apoc. 11. Apocalypſis 11. prædixerat, ijs verbis: Ciuitatẽ ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus. Hoc eſt tres annos cum dimidio. Idem confirmat capit. 13 cùm ait: Data eſt ei poteſtas face Apoc. 13.
re menſes quadragintaduos. Non durabit amplios Antichriſti ſæuitia: nã vt verbis vtar Chriſti Dei noſtri apud Mat. 24. Niſi breuiati fuiſſent Matt. 24.
dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur. Ac vt diuinus citharœdus pſal. 9. Non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem. Quanquam Deus videatur ſuorum obliuiſci, eorúmq; calamitates contemnere, non tamen permittet eos perpetuò vexari, & anxietatibus vrgeri: nec tyrannos in vitæ perpetuitate impunè graſſari. Qui enim in viros pios ac iuſtos ventos excitãt, & ad eorum perniciem abutuntur potentia, pœnas luent immanitatis ſuæ, & ad cæcas inferorũ tenebras detrudentur. Indigni ſunt luce, qui lucis largitorem aſpernantur. Ipſi autem viri pietate & iuſtitia inſignes gloriam conſequentur cœleſtem quos in cœlum merita vocabunt.

Et iudicium ſedebit vt auferatur potentia. Hoc eſt, & Chriſtus iudex omnium ſedebit ſententias laturus: & auferetur poteſtas Antichriſti, & omnium tyrannorum. Quemadmodum in viſione ſtatuæ, de qua cap. 2. latè diſſeruimus, lapis contriuit omnia metalla: ita hic filius Dei euertet regna terrena per quatuor beſtias ſignificata. Sed illic loquitur Daniel præcipuè de primo Chriſti Sup. 2.
aduentu: hîc verò de ſecundo. Primo dedit operã, vt Hebræos à ceremonijs & legibus antiquis traduceret ad longè præſtantiorem ſui colendĩ rationem, omnibúſque mortalibus viam muniret ad vitam immortalem. At ſecundo apparebit iudex omnium in die iudicij: vbi qui ſe turpĩbus vitijs contaminarunt, & tetras fraudes conceperunt, relegabuntur in tartara, eritque illis deuium iter, ſecluſum à concilio beatorum. At quĩ ſeſe totos manciparunt Deo, in beatiſſimas cœli ſedes penetrabũt, vbi æternis gaudijs, omniũque bonorũ copia cumulati ſummo bono fruentur.

Subter omne cœlum. Infra cœli empyrij ambitum. Id eſt, quidquid ſub cœlo cõtinetur, ad gloriam ſanctorum conducet. Erunt enim in regno Chriſti in cœlis, quod eſt ſempiternum.

Hucuſque finis verbi. Nimirum angeli. Hoc eſt, Hactenus locutus eſt angelus, qui mihi viſionẽ explicabat. Ego autem Daniel meis cogitationibus valde conturbabar. Eodem modo Eſa. cap. Eſai. 21.
21. Corrui, inquit, cùm audirem: conturbatus ſum, cùm viderẽ: emarcuit cor meum. Et Haba Hab. 3.
cuc 3. Audiui, & conturbatus eſt venter meus, à voce cõtremuerunt labia mea. His loquendi modis vti ſolebant diuini vates, cùm volebant magnitudinem viſionum ſignificare. Hactenus Daniel Chaldaico Syriacóq; ſcripſit ſermone. At cætera vſque ad finem libri ſunt Hebraicis verbis exarata.

OBSERVATIONES ex Chaldæo in CAPVT VII.

Viſio autem capitis ſui in cubili ſuo. In Chaldæo eſt: [illegible] Vechezve: in numero multitudinis. Et
viſiones capitis ſui. Theodotio etiam habet καὶ Theod.
αἱ ὁράσεις: hoc eſt, & viſiones. Vna quidem viſio eſt: ſed quia multas habet partes, rectè per nume

numcrum plutalem ſignificatur. Quare rectè vet
rit noſtet interpres in ſingulari : & rectè Theo-
dotio in plurali. Vocabulum Hebræum eſt cha-
zon, à vcrbo Chaza, quod ſignifiear videre, &
apparere : vt pſal.16. Ego autem in iuſtitia appa-
rebo: cõſpectu tuo ſatiabor, cùm apparuerit glo
ria tua. Quæ verba poſſunt ita verti : Ego autem
in iuſtitia videbo conſpectum tuum : ſatiabor,
cùm reſurrexerit gloria tua. Seuſus eſt. Videant
vani homines diuitias ſuas fluxas & fallaces, qui
inanibus bonorum ſimulachris deluſi, ſolida &
expreſſa bona deſpiciunt, & iuſtitiam deteſtan-
tur. At ego iuſtitiam coleus videbo aliquando
faciem tuam: & tunc ſummis perfundar gaudijs,
cùm reſurrexerit gloria tua, cùm in die reditus
tui ad vitã ego tecum reſurrexero, & ſuauiſſima
numinis tui viſione, & admirabili pulchritudi-
ne oblectaror. Tunc ſumma afficiar voluptate,
cùm te Chriſte ſancte videro à mortuis glorioſè
excitatum, Eſt enim credibile fuiſſe Dauidem
vnum ex illis, qui cum Chriſto reſurgentes fue-
runt ab inferis reuocari. De illis Matt.27. Monu-
Matt.27. menta, inquit, aperta ſunt : & multa corpora ſan
ctorum qui dormierant, ſurrexerunt. Et exeun-
tes de monumentis poſt reſurrectionem eius ve-
nerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt
Gen.40. multis. Exiſtimo ideo illos diuinos vates Iacob
Gen.39. & Ioſeph filium eius præcepiſſe, vt ſepelirentur
in terra promiſſionis, quò reſurgerent cùm Chri
ſto, quem ſpiritu prophetico ſciebant eſſe tertio
die à mortuis excitandum : illumque eſſe diem,
quem Abraham deſiderabat : de quo dominus
Ieſus dixit Iudæis apud Ioan. 8. Abraham pater
veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit, &
gauiſus eſt. Vbi verba hæc vidit, & gauiſus eſt,
explananda ſunt per futurum more Hebræorũ.
Ac ſi dicat Chriſtus : Satiabitur Abraham, cùm
reſurrexero in gloria mea : quemadmodum Da-
uid. Sed quia pro gloria eſt in Hebræo hæc vox
no Mun, quæ inter alia ſignificat ſimilitudinem,
poſſunt ita verti verba hæc : Satiabor, cùm reſur
rexerit ſimilitudo tua. Ac ſi dicat Dauid : Tunc
ero repletus gaudio, cùm ego qui ſum ad ſimili-
tudinem tuam, à limbo excitatus fuero. Vel ſic:
Exultabo, cùm afflictus fuero ad ſimilitudinem
tuam. Verbum namque Cuts quod ſignificat ap-
parere, ſignificat etiam affligi. Ac ſi dicat diuinus
vates : Gaudio afficiar bone Ieſu, cùm me vide-
ro tormentis affectum inſtar tui : intueor enim
mentis oculis diuino ſpiritu illuminatis te eſſe
affligendum ab impijs Iudæis : ac oblectabor:
cùm te imitatus fuero, & iniurias equo animo
ſuſtinuero. Loquitur regius ac diuinus pſaltes
cum Chriſto, cuius contumelias & cruciatus
multis in pſalmis prædixit : ad quem has voces
emittit : Ego autem in iuſtitia apparebo conſpe-
ctui tuo : ſatiabor, cùm apparuerit gloria tua. Po
teris per hanc Dei gloriã intelligere æternã bea-
titudinẽ in cœlis : vbi ſancti diuina viſione ſatiã
tur. Accipitur etiam verbum hoc chaza pro in-
telligere aut cognoſcere : vt cap.26. Gen. vbi Pa
læſtini dixerunt Iſaac. Vidimus tecum eſſe domi
nũ. Vbi videre accipitur pro cognoſcere & intel
Pſal.33. ligere, Et pſal.33. Guſtate, & videte, quoniam ſua
Pſal.118. uis eſt dominus. Et 118. Omnis conſummationis
vidi finem : latum mandatum tuum nimis. Ac ſi
dicat diuinus citharœdus : Non me fugit domi-
ne Deus, quin potius apertè intelligo, alta mœ-
nia, ſuperba propugnacula, inexpugnabiles vr-
bes, vaſtas ſtatuas, tabulas, monilia, vaſa celata,
pocula ex auro fulgentibus diſtincta gemmis, co
ronas pretioſas margaritis ornatas, & cætera hu
iuſmodi, quæ mortalibus conſummata perfectá-
que videntur, habere finem, tempore labefactari,
vetuſtate deleri. At mandatum tuũ ita latum eſt,
vt non ſolùm duret in hac vita, ſed etiã in altera:
viri enim iuſtitia ac pietate præcellentes, qui te
ſummo proſequuntur amore, & proximum rectè
diligunt, hîc habent charitatem, & in cœlo perfe
ctionem. Non tantùm in huius vitæ curſu Deum
ac homines in oculis ferunt, ſed poſtquam ex cor
porum vinculis tanquam è carcere euolauerint,
& in ſplendidiſſimo candore ſedium æternarum
collocati fuerint, inexplicabili charitate flagra-
bunt. Quapropter apoſtolus in priore ad Corin. 1.Cor.13.
cap.13. Charitas, inquit, nunquam excidit. Quæ
caduca ſunt, cadunt, & ſubijciuntur fini : at cha-
ritas manet in æternum. Id intelligẽs Dauid has Pſal.118.
voces emiſit : Omnis conſummationis vidi finẽ:
latum mandatum tuum nimis. Hoc eſt, intellexi
rem omnem terrenam, quamuis conſummata
videatur, interire : diuinum autem præceptum
tuum de habenda charitate, æternum eſſe. Vbi
aſpicis idem eſſe illo in loco videre quod intelli-
gere. In hanc ſignificationem accipitur ab apo-
ſtolo, cùm ait capite ſeptimo ad Romanos : Vi-
deo aliam legem in membris meis repugnantem
legi mentis meæ. Et à diuo Luca vndecimo capi- Luc 11.
te : Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum, di-
xit eis, &c. Videre corruptionem idem eſt quod
corrumpi : vt pſal. 15. Nec dabis ſanctum tuum
videre corruptionem. Quæ verba intelliguntur
de Chriſto, vt apoſtoli cap.2. Actorum teſtantur.
Nam Deus pater haudquaquã tulit Chriſti cor-
pus in ſepulchro corrumpi. Eodem modo vide-
re mortem idem eſt quod mori : vt pſal.88. Quis Pſal.88.
eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem? Vi-
ſio autem ſignificat diuinam vaticinationem : vt
cap.1. Eſaiæ: Viſio Eſaiæ filij Amos : vt ibi in cõ-
mentarijs noſtris oſtendimus. Accipitur etiam
pro re viſa : vt cap.1. Ezech. Aperti ſunt cœli : &
vidi viſiones Dei. Vbi pro aperti ſunt, eſt in He-
braico verbum pathach, quod præter alia ſignifi
cat ſculpere & pingere. Quare poteſt locus ille
ita verti : Sculpti ſunt cœli : & vidi viſiones Dei.
Vidit enim ea, quæ illi Deus oſtendit, ſculpta in
cœlo, ſiue in aere : cœlũ enim aliquando pro ae-
re ſumitur. Poteſt nihilominus locus ille multò
aliter explanari, vt ibi in noſtris commentariis
poteris intueri. Vbi viſiones in eandẽ ſignificatio
nem accipiuntur, quemadmodũ hoc loco apud
noſtrum Danielem, pro rebus viſis intellectui
repreſentatis. Sed Ezechiel vigilabat, Daniel au-
tem dormiebat.

Euulſa ſunt à facie eius. Ita eſt in Chaldæo, &
in Græco. Quidam tamen vertunt : A quo ſunt
detracta. Vt ſit ſenſus : Ipſum cornu paruũ euul-
ſit tria cornua. Nec perperã: nã facies rei accipi-
tur aliquando pro re ipſa : vt Exodi. 33. Si facies Exod.33.
tua non ierit, ne ducas nos hinc : pro quo noſter
interpres vertit. Si non tu ipſe præcedas, ne edu
cas nos de loco iſto. Et 2. Par. ca.20. pro eo quod
eſt

eſt in Hebraico: Dedit faciem ſuam, vt quæreret dominum, vertit noſter interpres: Totum ſe cõtulit ad rogandum dominum. Id oſtenditur aperte cap. 33. Exodi, vbi hæc ſunt verba: Non poteris videre faciẽ meam. Et volens Deus explicare, quid per faciem ſuam intelligeret, addidit: Non enim videbit me homo, & viuet. Ac ſi diceret: Non me poteris videre, quia nullus dum viuit, me videbit. Nemo in vita mortali poteſt oculis corporeis naturam meam intueri. Vbi vides faciem Dei accipi pro ipſo Deo. Eodem modo apud Matthæum 18. Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. *Exod. 33.*

Donec throni poſiti ſunt. Pro poſiti ſunt eſt in Chaldæo: רמיו Remiu. Verbum Hebraicum eſt רמה Ramah, quod præter alia ſignificat deijcere: vt Exod. cap. 15. Equum & aſcenſorem deiecit in mare. Quare poteſt verti locus hic: Donec throni reiecti ſunt: vel ſublati ſunt. Auferentur nanque omnium regnorum ſolia, peribit omnis mundi dominatus: at Chriſti regnum æternum eſt. Significat etiam verbum hoc fallere. Vnde vox hæc Remijah ab eo deducta ſignificat proiectionem, & fraudem, & rem fallacem: pro qua editio vulgata habet doloſum cap. ſeptim. Oſeæ: Facti ſunt quaſi arcus doloſus. Hoc eſt ſimiles arcui, qui cùm ſagittam videatur in vnam mittere partem, mittit in aliam. Loquitur de hominibus, qui fallunt alios ſimulatione iuſtitiæ: qui vtuntur hypocriſi, non ſolida virtute. Alij vertunt: Facti ſunt inſtar arcus proiectionis: hoc eſt ſagittas iaculantis. Quaſi dicat: Crudelitatẽ naturæ hominum inimicam exercuerunt, ſagittas acerbitatis ſuæ in alios iaciẽtes, animiq; atrocitatem ex intimo pectore anhelantes. *Oſee 7.*

Theod. *Horruit ſpiritus meus: ego Daniel territus ſum in his.* Theodotio habet: Horruit ſpiritus meus: ego Daniel in habitu meo. Hoc eſt, territus eſt ſpiritus meus: & ita me habebã, vt dico. Pagnin. habet: Effoſſus eſt ſpiritus meus: ego Daniel habebã ſpiritum defoſſum in medio corporis. Sed ſi verbum verbo reddere volueris, poteris totum hoc ita vertere ex Chaldæo: Exciſus eſt ſpiritus meus: ego Daniel in medio vaginæ. Senſus eſt: Spiritus meus me ferè dereliquit, & à me receſſit: & ego manſi in corpore quaſi ſine ſpiritu. Corpus humanum appellatur vagina: nam vt gladius eſt in vagina: ita anima in corpore. Ait itaque Daniel ſe manſiſſe in vagina ſine gladio, vel manſiſſe ſibi vaginam ſine gladio, quod eundem habet ſenſum: quia quando exhorreſcimus, & obſtupeſcimus, videtur nos animus relinquere, & à nobis egredi: & ita manemus in corpore ſeu vagina ſine ſpiritu, qui cum gladio comparatur. *Gen. 24.* cap. 24. Gen. vbi nos habemus: Stupefacti turbatíque, &c. eſt in Hebræo: Egreſſum eſt cor eorum. Hoc eſt, relicti ſunt ſine ſpiritu: eamque ob cauſam ſtupefacti ac turbati. Illud Gen. 6. quod dixit Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum: poteſt transferri: Non erit in vagina ſpiritus meus in homine in æternum. Vt ſit ſenſus: Spiritus quem dedi homini, non erit in illo inſtar gladij in vagina perpetuò: hoc eſt non diu viuet. Vocat Deus ſpiritum ſuum illum, quem dedit homini. Sed quia pro manere eſt in Hebraico verbum דון, quod non ſolùm permanere, & eſſe in vagina ſignificat, ſed etiã iudicare, ait Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis ſenſum horum verborum hunc eſſe. Non iudicabit ſpiritus meus homines iſtos in æternum: non illos ad æternas pœnas damnabo, quoniam caro ſunt, hoc eſt fragilis conditionis: non eos ad æternos ſeruabo cruciatus: ſed hic illis reddam, quod merentur. Quæ verba de illis intelliguntur, qui in pœnis pœnitentiam agũt. Ergo non ſeueritatẽ, ſed clementiam Dei ſonat peccatoris in hac vita caſtigatio. Vnde Oſeas inducit Deum iratũ ita loquentem: Nõ viſitabo filias eorum, cùm fornicatæ fuerint, & ſpõſas eorum, cùm adulterauerint. Et pſal. 88. ait ipſe Deus: Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis. Diuus Ambroſius per ſpiritum Dei, hoc Geneſis loco intelligit ſpiritum ſapientiæ & cognitionis. Poteris per hunc ſpiritum Dei iram eius intelligere, & per carnem fragilitatem humanam. Quidam per Spiritum Dei intelligunt ipſum Deum, & per carnẽ flagitia mortalium, vt dicat Deus: Non feram perpetuò hominum ſcelera: non diſceptabo ſemper cum hominibus, quoniã ſe totos carni dediderunt: ſed veniet diluuiũ terrarũ, & propè omnes interibunt. Verbum enim Hebraicum diſceptare, etiam ſignificat contendere, & certare. *Gen. 6.* *Oſe. 4.* *Pſal. 88.*

Et ſermones contra excelſum loquetur. Pagninus habet: Et ſermones ex parte altiſſimi loquetur. Hoc eſt, dicet ſe eſſe miſſum à Deo patre: vt verba faciat hominibus, verba ſua attribuet Deo patri. Nam Antichriſtus dicturus eſt eſſe ſe filium Dei, & verum Deum: eiúſq; verba ex parte Dei eſſe. Symmachus tranſtulit: Et ſermones quaſi Deus loquetur. Nam cùm tantum ſibi arroget, vt Dei aſſumat potentiam, verba etiam diuina ſibi vendicabit. Horrenda profectò Antichriſti ſuperbia, & intolerabilis arrogantia.

Et tradentur in manu eius. Theodotio habet καὶ δοθήσεται. Hoc eſt, & dabitur nimirum regnum in manu eius. Permittet enim Deus, vt Antichriſtus regnet tres annos cum dimidio. Vel, Et totũ hoc tradetur in manu eius: id eſt, in eius poteſtate: manus enim in diuinis literis pro poteſtate accipitur, vt Gen. 16. cap. Ecce ancilla tua in manu tua eſt. Et Ier. 37. In manus regis Babylonis tradêris. In hanc ſignificationẽ poteſt ſumi manus pſal. 16. Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Vt ſit ſenſus: Eripe me domine ab impio Saule: & aufer gladium tuũ ab inimicis potentiæ tuæ: eijce poteſtatem, quam à te acceperunt, ab ijs, qui ſunt hoſtes potentiæ tuæ: Euthymius pro frameã tuam, ſiue gladium tuum, legit framea tua, in ablatiuo: Ac ſi dicat Dauid: Gladio tuo domine libera vitam meã ab impio Saule, eiúſque ſociis, qui electioni tuæ de me factæ aduerſantur. Accipitur anima pro vita, vt multis alijs in locis. Vel eripe me ab inimicis potẽtiæ tuæ: nam qui me oppugnant, tecũ pugnare videntur. At Hier. tranſtulit ex Hebræo: Salua animam meam ab impio, qui eſt gladius tuus, à viris manus tuæ. Poteſt verti totum hoc: Libera animam meam ab impio, qui eſt gladius tuus: àb inimicis, qui ſunt manus tua. Dicitur quidem impius gladius Dei, quòd *Gen. 16.* *Ier. 37.* *Hier.*

exẽplaria Græca antiqua habẽt ἀδύναμιν. Et ita eſt in exẽplari Vaticano vetuſtiſſimo & integerrimo. Ac ita legit Auguſtinus in cõmentarus in illum locum; Hieronymus in epiſtola ad Hedibiam quæſtio. 9. Chryſoſtomus homilia in Matthæum 23. & in Ioannem 28. Dydimus libr. 2. de Spiritu ſancto: Victorinus contra Arrianos: Leo Magnus ſermone tertio Pentecoſtes: Theophylactus in Ioannẽ: & alij magni nominis ſcriptores: qui omnes legunt: Nondum erat ſpiritus datus. Omnino infinita prope loca, quæ hæretici noſtri temporis in ſuis verſionibus, aut potius euerſionibus deprauarũt. Fuit ſine dubio eorum editionum multitudo calamitas Eccleſiæ: aut potius peſtis funeſta veritatis: quoniam ſuis deprauatis editionibus fallunt multos, quibus perniciem machinantur. Cùm aliquis ex illis vocabulum vnum inuenit, quod ſibi nõ placeat, ſtatim clamat delendam eſſe totam editionem vulgatam, & aliam denuo faciendam: ei ſimilis, qui totam Mineruam Phidię vult frangere, & aliam fingere, vt calcei eius ligulam efficiat venuſtiorem. Et fracta pulcherrima imagine aliam conficit turpiſſimam. Vtinam nec Hebraicę nec Gręcæ linguæ notitiã comparauiſſent, qua ad multorum exitium intemperanter abutuntur. Eſt quidem linguarum cognitio ad ſacrarum literarum intelligentiam mirum in modum fructuoſa ad myſteria profunda ex illis depromẽda, & ad imaginem veritatis in fonte contemplandam vtiliſſima. Cùm etiam in Latinis codicibus eſt varietas, cauſa typographorũ, recurrendũ eſt ad Hebræa, Græcaque exemplaria, vt veritas eluceat,

Pſal. 41. & emineat: vt verbi cauſa pſalmo 41. vbi nonnulli codices habẽt: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: alij, Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum. Si vtrunque conſulas exemplar, tam Hebræum, quàm Græcum, videbis ſtatim, germanam lectionem eſſe ad Deum fortem: non fontem. Nam in Hebræo eſt אל, quæ vox fortem ſignificat, nõ fontẽ: ſimiliter in Græco eſt ἰσχυρὸν,

Hieronym. quæ idem eſt quod fortis. Et ita legunt Hiero-

Chryſoſt. nymus, Chryſoſtomus, & alij. Preterea cùm multæ voces ſint æquiuocę, præſertim in lingua Hebrea, eſt diuina ſcriptura admirabili fœcunditate referta, & diuinis myſteriis ſole ipſo ſplendidioribus cumulata. Ex eius ventre flumina aquarum viuentium dimanãt: vnde viri ſapiẽtes, linguarum cognitione, virtutumq́ue ornamentis exculti, poſſunt admirabiles ac reconditos ſenſus exhaurire: quibus veluti epulis ſuauibus, & nectare cœleſti animi oblectantur, & ad æternitatem aluntur. Porro ex vnaquaque oratione fluunt ſalutares intelligentię. Cùm autem interpres nõ poſſit niſi vnã depromere, & explicare, manet ſcriptura grauida, arcaniſque profundiſſimis plena: quæ linguarum periti ex ipſo fonte depromunt, ad originem, primámque linguam recurrentes, & cogitationes ſuas perpetuis monimentis conſignantes. Aſpicis eſſe linguarum cognitionem vtiliſſimam: non ad veritatem oppugnandam, ſed ad illam tuendam: non ad inferendum bellum eccleſiæ ſanctæ catholicæ: ſed ad ſeruiendum illi: ad eiuſque gloriam laudémque celebrandam. Cognitio linguæ Hebrææ eſt mirum in modum vtilis ad intelligentiam veteris teſtamenti: ſimiliter & Græcæ ad intelligentiam noui, & tranſlationis ſeptuaginta interpretum, quæ ſine dubio vera eſt, admirabilis, & diuina: id quod miraculum ſeptuaginta cellularum teſtificatur. Nam cùm ſinguli ſingulis cubiculis ſeparati transferrent, nihil in alicuius eorum codice inuentum eſt, quod in cæteris non inueniretur; vt multi magni nominis authores memoriæ prodiderunt. Hac vtriuſque linguæ & græcæ & Hebraicæ cognitione inſtructi viri catholici vocẽ hanc manus, interdum accipi aiunt pro opere, vt apud Lucã duodecimo: Sint lum- Luc. 12.

bi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: interdum pro poteſtate: vt hoc Danielis loco: Et tradentur in manu eius: interdum aliis modis, vt videre licet variis in locis diuinarum literarum.

Argumentum capitis VIII.

Narrat diuinus vates victoriam, quam rex Græcorum de rege Medorum & Perſarum erat reportaturus ſub ſpecie hirci, viribus pollentis, magnum ac potentem arietem ſuperantis. Poſtea vaticinatur de Anthiochi impietate & tyrannide: ac de eius interitu & exitio, qui Antichriſti figuram geſſit.

CAPVT VIII.

A Nno tertio regni Balſaſar regis viſio apparuit mihi. Ego Daniel poſt id quod videram in principio, vidi in viſione A

mea, cùm eſſem in Suſam caſtro, quod eſt in Aelam ciuitate. Vidi autem in viſione eſſe me ſuper portam Vlai. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus ſtabat ante paludem habens cornua excelſa, & vnum excelſius altero, atq; ſuccreſcens. Poſtea vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem. Et omnes beſtiæ non poterant reſiſtere ei, nec liberari de manu eius. Fecitq; ſecundum B

voluntatem ſuam, & magnificatus eſt. Et ego intelligebam. Ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente ſuper faciem totius terræ, & non tangebat terram. Porrò hircus habebat cornu inſigne inter oculos ſuos. Et venit vſque ad arietem illũ cornutum, quem videram ſtantem ante portam: & cucurrit ad eum impetu fortitudinis ſuæ. Cumque appropin D

quaſſet prope arietem, efferatus eſt in eum: & percuſſit arietem, & comminuit duo cornua eius: & non poterat aries reſiſtere ei. Cumque eum miſiſſet in terram, conculcauit: & nemo quibat liberare arietem de manu eius.

EXPLANATIO.

Anno tertio regni Balſaſar *regis.* Hucuſque ſcripſit Daniel Chaldaico ſermone, nunc reuertitur ad Hebraicum. Cùm vigeret Babyloniorum regnum, & Balſaſar eorum rex ad eximiam mundi gloriam floreſceret, anno ante aduentum Chriſti 547. à mundo autem condito. 3415. iuxta Ioannis Benedicti ſupputationẽ, (*Benedic.*) vidit Daniel mentis oculis diuina luce illuſtratis, eſſe regnum Perſarum ac Medorum à Græcis euertendum, ſub Alexandro magno rege Macedoniæ, Philippi regis filio: qui Alexander Darium vltimùm Perſarum regem ſuperauit: & Mediam ac Perſidem in poteſtatem ditionémque ſuam redegit. Lege Quintum Curtium, Plutharcum in vita Alexandri, Trogum Pompeium, Iuſtinũ, Clitarchum, Polycritum, Oneſicritum, Ariſtobolum, Ioannem Monachum, & alios, qui res geſtas Alexandri magni literis mandarunt, & videbis admirabiles eius victorias: ac triſtem Darij Perſarũ regis interitum, & lamentabile Orientis exitium. De his multò antè quàm euenirent, vaticinatus eſt hoc capite Daniel. (*Plutar.*) Narrat Plutarchus inuentas fuiſſe ante bellum illud Perſicum quaſdam tabulas, in quibus ſcriptum erat, fore vt Alexãder vinceret Darium, & imperio Perſarum ac Medorum potiretur. Fortaſſe erat in illis tabulis hæc Danielis vaticinatio monimentis cõſignata. Sed & Ioſephus (*Ioſeph.*) Flauius libro 11. antiquitatum narrat, ingreſſum fuiſſe Alexandrum Hieroſolymam poſt Perſarum victoriam, oſtenſumq́; ei fuiſſe librum Danielis, in quo ſcriptum erat, quendam Græcorum principem deuicturum potentiam Perſarum: ipſum autem gaudio exultaſſe, quòd intelligeret ſe eum eſſe, quem Danielis vaticinatio ſignificabat: eámque ob cauſam immortalibus honoribus Iudæos affeciſſe.

Poſt id quod videram in principio. Hoc eſt, poſt primam viſionem regnante Balſaſare, quæ fuit primo anno regni eius: hæc autem fuit anno tertio. Superior viſio appellatur prima eorum, quæ fuerunt oſtenſæ ſoli Danieli, quarum ipſe ſolus conſcius erat. Qua de re diſſeruimus in explanatione capitis ſeptimi.

Cum eſſem in Suſam caſtro. Explicat locũ viſionis. Suſa vrbs magna fuit, regia, ac metropolis Perſarũ, à qua Suſiana regio apud Perſas nomen accepit: à Dario Hyſtaſpis filio, vt ait Plinius libro 6. condita, ſeu potius ædificiis aucta. Strabo verò libro 15. fuiſſe eam conditam ait à Tithomo Memnonis patre. Stephanus exiſtimat vocatam Suſam à fontibus, quòd vox hæc in regione illa fontem ſignificet. Athenæus libro duodecimo capite tertio; Suſa, inquit, ob loci ipſius amenitatem vocatam fuiſſe ſcriptum reliquit Ariſtobolus, ac etiam Chares: eſt autem Suſum græca voce lilium. Fit huius vrbis mentio 4. cap. lib. (*1. Eſd. 4.*) primi Eſdræ: & primo capite Nehemiæ: (*Nehe. 1.*) & primi Eſther. (*Eſther. 1.*) Vide Ioſephũ libro decimo capite quartodecimo, & libro vndecimo capite quinto Antiquitatum. (*Ioſeph.*) Exiſtimant nõnulli appellatam fuiſſe Suſam vrbem illam, vbi aiunt Danielem ædificaſſe turrem admirabilis magnitudinis & magnificentiæ, quæ longo pòſt tempore nona videbatur, nulla vetuſtate confecta, vbi reges Perſarum ac Medorum ſepeliebantur. At Ioſephus (*Ioſeph.*) libro antiquitatum decimo memoriæ prodidit, hoc inſigne ſepulchrum fuiſſe extructum à Daniele in Egabatanis Mediæ: Suſa verò non eſt in Media, ſed in Perſide, vt coſmographi teſtantur. Appellatur vrbs hæc hoc loco caſtrũ, quòd eſſet inſtar munitiſſimi caſtri fortiſſima. Poteſt hoc ita ordinari. Cùm eſſem in caſtro Suſæ: hoc eſt in quadam arce ciuitatis Suſæ. Poteſt verti: Cùm eſſem in aula Suſæ, vel in templo Suſæ: nam vocabulum Hebræum ſignificans caſtrum, ſignificat etiam aulam ac templum.

Quod eſt in Aelam regione. Id eſt, quod caſtrum eſt ſitum in regione illa, quæ dicitur Aelam. Fuit Aelam ciuitas quędam celebris, à qua tota regio fuit etiam Aelam appellata, eiúſque habitatores Aelamitæ: (*Actor. 2.*) de quibus Lucas Actorum ſecundo: Parthi, inquit, Medi, & Aelamitæ. Pro Aelã vertunt nonnulli Elamitidem. Regio quę poſtea dicta fuit Suſiana, & poſtea Elemais, & Elamitis, fuit olim dicta Aelam ab Aelam filio Sem: cuius (*Gen. 10.*) meminit Moſes cap. 10. Geneſis. Hoc loco Aelam accipi poteſt pro ciuitate, aut pro regione: rectius tamen pro regione. Et ita habent codices emendati: in Aelam regione.

Vidi autem in viſione. Nimirum intellectuali & imaginaria. Referuntur hæc, quemadmodum multa alia non ad ſenſum exteriorem, ſed ad intellectum, & ſenſum interiorem.

Super portam Vlai. Vlai eſt nomen proprium cuiuſdã portæ illius vrbis: & ſignificat paludem: erat enim palus ante portam illam. Solent aliquando portæ vrbium nomina ſortiri à rebus, quę propè ſunt: vt Romę porta Collatina à Collatio oppidulo propè illã, authore Feſto: & porta Collina à colle Quirinali: quę poſteà dicta fuit Salaria à ſale, quem per illam Sabini deferebant, authore Pomponio Læto. Symmachus pro ſuper portã Vlai vertit: Super paludẽ Vlai. Septuaginta nobiſcum vertunt: Super portam Vlai. Et rectè quidem. Alij trãsferũt: Apud fluuium Eulæum. Porrò Plinius lib. 6. cap. 27. Suſa, inquit, regia Perſarum, in qua Eulæus circuit arcẽ. Fluuius hic appellatus Eulæus à Plinio & hiſtoricis ac geographis eſt hic fortaſſe, qui Hebraicè hoc loco appellatur Vlai. Fieri enim poteſt, vt cùm Daniel ea vidit, quæ huic capiti mandauit, eſſet apud fluuium Vlai, quemadmodum Ezechiel (*Ezech. 1.*) apud fluuium Cobar, cùm ei Deus quatuor animalium oſtendit viſionem. His ita explanatis poteſt totus hic locus ita verti. Cùm eſſem in arce ciuitatis Suſæ, quæ eſt in regione Elamitide, videbar mihi eſſe apud fluuium Eulæum, qui arcem illam circuit, & circunfluit. Sed non eſt perſpicuum, an viſum fuerit Danieli eſſe Suſæ, cùm ab illa corpore abeſſet, an re ipſa fuerit illic: tametſi accommodatiua literę editionis vulgatæ, quæ eſt certior & verior, videatur fuiſſe tunc corpore in illa ciuitate, ad quam alicuius negotij cauſa profectus fuerat. Vel fuit illuc trãſlatus ſpiritu, & videbatur ſibi illic eſſe: quemadmodum Ezechiel, qui fuit ſpiritu tranſlatus (*Ezech. 8.*) Hieroſolymam, cùm eſſet corpore in Chaldæa, vt ipſe capite octauo teſtatur. Hæc autem vt verbis vtar theologorum ſcholaſticorum, per corporalium

poralium rerum ſimilitudines in interiore ſenſu imaginatiuo formatas, angelico miniſterio fiũt.

Leuaui oculos meos, & vidi. De oculis mentis loquitur. Etſi in imagine hæc aſpiciebat, tamen interiores oculos extulit. Qua in re nos docet, vt ad cœleſtia aſpicienda myſteria oculos mentis perpurgatos ad cœlum extollamus. Væ illis, qui, *Pſal.16.* vt ait pſalmo ſextodecimo Dauid, oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terram. Oculus noſter eſt intentio noſtra, quæ voluntas dicitur, propoſitum, & ſcopus. Hæc debet ad cœlum dirigi, non *Similitudo.* ad terram: ad Deum, non ad mundum. Vt templi machina nititur columnis, columnæ autem baſi: ſic vita hominis debet fulciri virtutũ actionibus, illæ autem propoſito ſeu intentione. Itaque propoſitum eſt totius fabricæ fundamentum. Illud autem per oculos ſignificatur. De illis Sara filia Raguelis tertio capite Tobiæ: Ad te *Tob.3.* domine, inquit, faciem meã conuerto: ad te oculos *Pſal.24.* meos dirigo. Et diuinus ac regius vates pſalmo vigeſimoquarto. Oculi mei ſemper ad dominum. Intelligẽtes viri pij & iuſti eſſe illis præmia cœleſtia propoſita, qui virtutis actiones dirigunt ad Deum, omnes curas & cogitationes conferunt in illum, eũ cogitantes ad illum aſpirant, ſeſéque pro illo, cùm opus ſit, vinculis, telis, flammis, & omni tormentorum generi obiicere proponunt. Ea ratione ductus idem diuinus *Pſal.120.* pſaltes aiebat: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Vbi per montes intelligit altitudinem diuinæ pietatis, & ipſum Deum in excelſis cœlorum ſedibus habitantem. Nam volens explicare quid intelligat per montes, addit: Auxilium meum à domino, qui fecit *Pſal.122.* cœlum & terram. Et alio in pſalmo: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. & rurſus, ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ: ita oculi *Similitudo.* noſtri ad dominum Deum noſtrum. Vt flos herbæ illius, quam alij heliotropium vocãt, alij ſolſequium, ſemper vertitur ad ſolem: ita propoſitum noſtrum ſemper debet dirigi ad Chriſtum. *Similitudo.* Quemadmodum ignis naturaliter tẽdit ſurſum in cœlum: ſic animus noſter tendere debet ſur- *Thren.3.* ſum ad Deum. Ideo aiebat in tertio Lamẽto Ie- *Similitudo.* remias: Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cœlos. Vbi per corda intentiones, per manus opera ſignificauit. Imitaturi ſumus aquilas, oculos ad fulgentes ſolis radios extollentes: ad Dei ſplendorem gloriamque intentionem noſtram reuocantes. Id intelligẽs Salomon *Eccleſ.2.* ait capite ſecundo Eccleſiaſtis. Sapientis oculi in capite eius. Caput autem noſtrũ authore Pau- *Epheſ.2. & 5.* lo in epiſtola ad Epheſios, & ad Coloſſenſes, Chriſtus eſt. In eo locaturi ſumus oculos no- *Coloſ.1.* ſtros, iuxta id quód ait Zacharias cap.3. Super *Zacha.3.* lapidem vnum ſeptem oculi: Vbi numerus ſeptẽ definitus accipitur pro indefinito more ſcripturæ: vt ſit ſenſus: Super Chriſtum lapidem firmum, qui apud Eſaiam vigeſimooctauo vocatur lapis angularis probatus, omnia noſtra propoſita per oculos intellecta figamus. Id voluit ſignificare idem Zacharias cap. 9. cùm dixit: Dominus eſt oculus hominis. Acſi diceret: Deus eſt ſcopus ille, ad quem eſt hominis intentio dirigenda. Non ad mundi diuitias: & vanitates debemus oculũ dirigere & conferre, ſed ad Deum.

Eam ob cauſam ait Salomon capit. Prouerbio- *Prou.23.* rum vigeſimotertio: Ne erigas oculos ad opes. *Pſal.118.* Et eius pater Dauid pſalmo 118. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. In omnibus operibus noſtris debemus oculos animi extollere ad cœlum, atque in Deum dirigere. Id voluit nos docere doctor cœleſtis Chriſtus Deus noſter, qui volens ſaturare hominum multitudinem in ſolitudine, ſubleuauit oculos, vt ait diuus Ioannes cap. ſexto, Et capit. vndecimo: Ieſus autem, inquit, eleuatis ſurſum oculis dixit. Et cap.17. Subleuatis oculis in cœlum dixit. Inſtruimur his locis debere nos oculos ad cœlum eleuare, hoc eſt mentem, propoſitum, & cogitationem in Deo conſtituere. At quemadmodum *Similitudo.* nonnullæ aues ex earum genere, quæ accipitres & rapaces vocantur, capta præda primo ei oculos auferunt, deinde lacerant, & occidunt: ſic dæmon vbi hominem deceptum diripit, primò nititur ab eo oculos totius boni propoſiti auferre, deinde illum dilaniat, tollens ei aures, ne audiat verbum Dei, & linguã, ne de peccatis confiteatur: & ita æternũ illi machinatur exitium: Homo ille de quo loquitur Luc. ca.11. à quo do- *Luc.11.* minus Ieſus eiecit dæmonium, mutus erat: ita enim ait: Erat Ieſus eiiciens dæmonium, & illud erat mutũ. Mutũ illud appellat effectiuè, quòd hominem efficeret mutum. Matthæus cap.12. ait, *Matt.12.* eum fuiſſe etiam cæcum. Chryſoſtomus, Theophylactus, & alij aiunt ſurdũ quoque fuiſſe. Ab- *Iudic.16.* ſtulerat ei diabolus præcipuas potentias. Id *1.Reg.11.* adumbratum fuit in Samſone, quem apprehenderunt Philiſtini, & ſtatim ei oculos eruerũt. Et in habitatoribus Iabes Galaad, quib. Naas Ammonites voluit oculos dextros auferre. Palæſtina ſiue Philiſtina idem eſt quod ruina appoſita, ſeu ruina poculi. Vnde Palæſtini ſiue Philiſtini idem ſunt quod cadentes potione, vt in libro de nominibus Hebraicis ait diuus Hieronymus: per quos dæmones ſignificantur, qui potione ſuperbiæ inebriati, è cœlo ceciderunt. Naas autem ſignificat ſerpentem, authore Pagnino in libro nominum Hebraicorum. Eo vocabulo vtitur ſcriptura cap.3. Geneſis, cùm ait: Serpẽs erat callidior cunctis animantibus. Quid ergo per Naas niſi dæmon ſerpens antiquus ſignificatur? Ac quid per oculos dextros niſi intentionẽ in Deũ intelligere debemus? Vt inter multas ſtellas nau- *Similitudo.* tæ ad vnam reſpiciunt, quam ſeptentrionalem, ſeu polum arcticum vocant: ſic verè Chriſtiani vnum Deum ante oculos ponũt, quem intuentur, in illo animi propoſitum locantes, eúmque in mẽte defixum habentes. Ab iis longè abſunt, qui ob mundi gloriam in actiones virtutum incumbunt, non ad placendum Deo, ſed ad tumuſculos inanis laudis aucupandos. Ideo Chriſtus Deus noſter apud Matthæum 6. Attendite, *Matt.6.* inquit, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Et paulò poſt: Cùm ieiunatis, nolite *Matt.6.* fieri ſicut hypocritæ triſtes. Hypocrita ſimilis eſt *Simili.* vulpi, cuius pellis melior eſt carne: bonam enim habet exteriorem ſpeciem, ſed intus execrabile propoſitum. Eam ob cauſam Chriſtus Herodem apud Lucam 13. vocauit vulpem. Quemadmo- *Luc.13.*

dum vaſa foris pulchra ac munda, intus autem
peſtilente veneno plena multos fallunt: ita eru-
diti artificio ſimulationis pulchritudine exter-
narum actionum ornati, animi autem propoſito
flagitioſi multos fallunt, tum maximè cùm id
agunt, vt boni viri eſſe videãtur. Id intuens Chri
ſtus dominus, has querıbundas, & lamentabiles
Matt. 23. voces ad illos emittebat: Væ vobis ſcribæ & pha
riſæi hypocritę, quia mundatis, quod deforis eſt ca-
licis, & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapi-
Simile. na, & immunditia. Vita hypocrytarum eſt acer-
uus carbonum frigidorum nimis extremitate
coopertus. Quærentes inanem mundi gloriam
ſunt ſolida gloria deſtituti, & optantes vtilita-
tem fluxam, æternam ſibi perniciem machinan-
tur. Omni enim vera gloria ſunt nudati, qui non
Dei gloriam quærunt, ſed propriam: qui inten-
tione corrupta ad fallaces mũdi dignitates aſpi-
rant, & relicto Deo ad illas incenſi deſiderio ra-
Ecclеſ. 1. piuntur. Ideo ait Eccleſiaſticus cap. 1. Ne fueris
hypocrita in conſpectu hominum. Et dominus
Luc. 12. Ieſus apud Lucam duodecimo: Attendite à fer-
Deut. 20. mento phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Id fuit
ſignificatum verbis illis Deuteronomij 20. Non
indueris veſtimento, quod ex lana linóque con-
Leui. 11. textum eſt. Et adumbratum vndecimo Leuitici,
vbi Deus prohibet comedere cygnum, & ſtru-
thionem, & mergulum: quibus hypocriſis ſigni-
Similia. ficatur. Cygnus enim plumas habet cãdore præ-
ditas, carnem verò nigram: ſtruthio pennas ha-
bet, quibus volaturus videtur, ſed non volat:
mergulus auis eſt, at non fertur in ſublime, ſed
mergitur aquis. Ita virtutum ſimulatores foris
ſunt albi, intus nigri: videntur extolli ad cœlum
per virtutis ac contemplationis volatum, cùm à
terra & aqua, id eſt à rebus terrenis & fluxis non
ſurgant. Non ad Deum mentis aciem dirigunt,
nec animi oculos extollunt. ſed ad huius ſeculi
vanitatem, & ad vtilitatem à vera honeſtate ſe-
iunctam. In hoc enim verbo lapſa conſuetudo
declinauit à via, ſenſimque eò deducta eſt, vt vti-
litatem ab honeſtate abducens, conſtituerit vtile
eſſe aliquid, quod non ſit honeſtum: quod eſt vi-
tium intolerandum, & funeſta pernicies. Ad vti-
litatem illam ſumus rapiendi, quæ eſt vera, &
cum virtute copulata: quam conſequemur, ſi ad
Deum omnes noſtras actiones, cogitationes, &
voces retulerimus. Nã vt diuus ait Auguſtinus
in caput ſextũ Matthæi: Quod non bona inten-
tione facis, non tibi proderit: quia quomodo fe-
ceris, non quomodo illi euenerit, tibi imputan-
dum eſt. Et diuus Gregorius vigeſimooctauo
Moralium: Omni, inquit, cura ſeruandus eſt à
malitiæ puluere oculus: ne hoc quod in actione
rectum hominibus oſtendit, apud ſemetipſum
per vitium ſimulationis intorqueat. Et in libro 1.
dialogorum. Intentio peruerſa ſi fuerit, prauum
eſt omne, quod ſequitur. Diuus Ambroſius lib.
1. de officiis: Affectus tuus pretiũ imponit operi
tuo. Diuus Bernardus de præcepto & diſpenſa-
tione: Bonum prorſus condemnat intentio pra-
ua. Seneca epiſtola 109. Multùm ad rẽ pertinet,
Gen. 4. quo propoſito ad rẽ accedas. Capite Gen. 4. ſcri-
ptum ita eſt, Reſpexit Deus ad Abel, & ad mune
ra eius. Prius dicitur reſpexiſſe Deus ad Abel,
quàm ad munera eius, quia plus attendit ad pro-
poſitum actionis, quam ad actionem ipſam. Sunt
quædam actiones, quæ ex ſe nec bonæ, nec ma-
læ videntur: ſed ex propoſito, quo fiunt, iudican
tur. Viſa muta imagine pulchritudine ornata ne *Similitudo.*
ſcit mens tua in ea intenta, cuius illa ſit; ſed ſi pi-
ctor circuit eius caput ſplendido ac radiãte dia-
demate, ſtatim intelligis eſſe alicuius viri ſancti:
ſi verò ei vngues leonis ad pedes addit, iudicas
eſſe dæmonis alicuius: & ita ei nomen imponis.
Eodem ferè modo factum quod ex ſe indifferens
apparebat, ex animi propoſito denominatur. Si
propoſitum in Deum refertur, in eiusq́; honore
figitur atque conſtituitur, imponitur diadema
ſplendore illuſtratum, eſtq́; opus bonum: ſi verò
ſit deprauato propoſito, manet vnguibus fœda-
tum, & opus corruptum. Auditis Dei promiſſis *Gen. 17.*
riſit Abraham, riſit & Sarah. Sed Sarah fuit eam *Gen. 18.*
ob rem reprehẽſa à Deo, Abrahã autem nequa-
quam. Nam vt ait diuus Auguſtinus in quęſtio-
ſtionibus in Geneſim: & in libro ſextodecimo
de Ciuitate Dei: riſus Abrahæ ortus eſt ex gau-
dio, riſus verò Sarah ex diffidentia. Eam ob cau-
ſam eam obiurgauit Deus, non autem illum, cu-
ius bonum animum cognouit. Ipſe enim ait in
Euangelio: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum *Matt. 6.*
corpus tuũ lucidum erit. Si autẽ oculus tuus fue *Luc. 11.*
rit nequam, totũ corpus tuum tenebroſum erit.
Quare oculos noſtros ſimplices ac puros eriga-
mus ad Deum: quæ caduca & vana ſunt, ſed exi-
mia pleriſque ac præclara videntur, ratione ſta-
bili firmaq́; contemnamus: & omnem noſtram
mentem in Deo collocemus. Ac ita Chriſti glo-
riam quærentes, veram expreſſámque gloriam
conſequemur.

Ecce aries vnus ſtabat ante paludem. Hoc eſt ante
portã, quæ appellabatur Palus, Hebraicè autem
Vlai. Vel reipſa ante paludẽ, quæ erat iuxta por-
tam illam. Vel ante fluuium Eulæum. Per hunc
arietem ſignificatur vltimus Darius, & per hir-
cum, qui eum vicit, Alexander magnus, qui de
eo victoriam reportauit. Vel per arietẽ ſignifica-
tur regnum Perſarum ac Medorũ: & per hircum
regnum Macedonum. Sed in idem recurrit. Ha-
bebat aries duo cornua propter duos populos
Perſas & Medos. Ac quia Populus Perſarũ erat
nobilior & præſtantior populo Medorum, ideo
per cornu ſuccreſcens ſignificatur.

*Porrò vidi arietem cornibus ventilantẽ contra Oc-
cidentem.* Vidi regnum Perſarum & Medorum
ſeipſum fundere & propagare ad Occaſum, Se-
ptentrionem, & Meridiem. Vel vidi ipſorum re-
gem Darium ad has tres mundi partes ſe exten-
dentem. Aries autem propriè Darius eſt.

Et ego intelligebam. Nimirum quodammodo
in communi. Nam in ſuperiore viſione his ſimi-
lia conſpexerat, quæ ad regnorum mutationem
eſſe cognouerat. Sed non omnino hæc animo
percipiebat. Vel, & ego attentè conſiderabam.
Accipitur enim intelligere hoc loco pro conſi-
derare, quemadmodum capite ſequente, vbi
ſcriptum eſt. Ego Daniel intellexi. *Infr.*

Ecce autem hircum caprarũ. Hoc eſt filius capræ,
id eſt iuuenis. Regnum Gręcorum ſignificat: vel
rectius ipſum regem Græcorum Alexandrũ ma-
gnũ: qui exiens è Græcia tanta velocitate orbem
peragrauit, & vicit, vt volare, & terrã non tange-
re vide

re videretur. Ideo ait: Et non tangebat terrã. Hyperbolicè ſignificat curſuũ ac victoriarũ Alexãdri celeritatẽ. Is profectus à Macedonia, quæ eſt ad occidentem reſpectu Perſidis, domuit Perſas multitudine innumerabiles, locis infinitos, omni copiarũ genere abundantes. Ac id tã admirabili cõfecit celeritate, vt nullæ diſtinctiſſimæ oræ citiùs paſſibus cuiuſquã videantur potuiſſe peragrari, quàm Alexandri non dicam curſibus, ſed victoriis luſtratæ ſint. Eam ob cauſam Apelles cùm in tabula quadam pingeret Alexandrum, poſuit in manu eius fulmen, quod mundum terret breuiſſimo ſpatio. Eſt enim fulmen ſummæ celeritatis indicium. Porrò tabula illa, vt Plinius ait, poſita eſt in templo Dianæ Epheſinæ.

Porrò hircus habebat cornu inſigne inter oculos ſuos. Hoc eſt, regnum Græcorum habuit quendã principem admirandum, nẽpe Alexandrum, qui fuit inter oculos, id eſt inter philoſophos enutritus: fuit enim diſcipulus Ariſtotelis, & cũ magnis viris in philoſophia verſatus. Vel ſic rectius: Porrò Alexander habebat regiã poteſtatem pręclaram, qua maiores ſuos vincebat fortitudine & liberalitate. Hæc inter oculos eius dicitur eſſe, vt Alexandri ingenium, & mentis acies, atq; iudicium ſignificetur: ſignificatur enim reipſa Alexander per hircum. Accipitur oculus pro perſpicacia &
Deut. 16. iudicio, vt Deuteronomij cap. 16. Munera excæ-
Pſal. 18. cant oculos ſapientũ. Et pſal. 18. Præceptum do-
Pſal. 118. mini lucidum, illuminans oculos. Et 118. Reuela oculos meos, & cõſiderabo mirabilia de lege tua.

Cucurrit ad eum in impetu fortitudinis ſuæ. Alexãder ira, ac impetu fortitudinis concitatus, inuaſit Darium, educto exercitu in expeditionem in illum. Eum ter vicit: & duo cornua eius, hoc eſt duo regna ipſius nimirum Perſidem, & Mediam cõfregit: donec interfecto Dario vulneribus confoſſo, tranſlatũ eſt ad Alexãdrum totũ Perſarum ac Medorũ imperium. Sed dices: Cur rex Perſarum eſt hoc loco cũ ariete cõparatus? Reſpõdendum eſſe exiſtimo, eã ob cauſam id effectum eſſe, quia aries vires habet in capite, per quod principiũ intelligitur, non autẽ in parte poſteriore, per quam finis ſignificatur. Darius enim fuit fortis in principio: ſed poſteà languit, & vires amiſit. Huc accedit, ꝙ aries nõ pugnat niſi prouocatus, & iniuria laceſſitus: rex enim Darius non ſumpſit arma niſi læſus & irritatus. Vnde olim qui volebãt oſtendere ſe violatos, & coactos bellũ gerere, ſoliti erant arietem per fœcialem ad hoſtes præmittere: furor namq; fit ſæpenumero læſa patientia. Aries eſt natura manſuetus: ſed ſi laceſſitur, ita concitatus fortiter pugnat. Explicans
Ierem. 25. Hieronymus verba illa 25. capitis Ieremiæ: Vox clamoris paſtorum, & vlulatus optimatum gregis: ait per arietes ſignificari principes indoctos. Id quod noſtra verſio habet: Et vlulatus optimatum gregis poteſt etiam verti Et vlulatus arietũ gregis. Arietibus etiã aliquando Apoſtoli ſigni-
Pſal. 28. ficãtur: vt ait Auguſtinus lib. 18. cõtra Maximum iuxta illud pſalmi 28. Afferte domino filios arietum. Id eſt, afferte Deo vos metipſos, quos per euangeliũ Apoſtoli duces gregũ genuerunt. Poſſunt nihilominus per filios arietũ more Hebrææ linguæ intelligi arietes, per quos principes ſignificantur. Vt ſit ſenſus: Vos ô filij Dei, ô Apoſtoli afferte ad Dominum principes ac magnates gentium: conuertite illos ad fidem concionibus veſtris. Hic videtur eſſe germanus huius loci ſenſus: nã paulò pòſt ſequitur: Vox Domini ſuper: Deus maieſtatis intonuit: Dominus Dominus ſuper aquas multas. Vox Domini eſt euangelij annunciatio: aquæ multæ ſunt gentes & populi & linguæ, vt ait capite decimoſeptimo Apocaly- *Apoc. 17.*
pſis Ioannes. Vel vt ait Baſilius, vox domini eſt Ioannes Baptiſta: de quo prædixerat Eſaias: Vox *Eſa. 40.*
clamantis in deſerto. Hæc vox fuit ſuper aquas *Mar. 1.*
prædicãs baptiſmum pœnitẽtiæ. Illic autẽ Deus *Ioan. 1.*
maieſtatis intonuit in Chriſti baptiſmo: venit *Matt. 3.*
enim vox de cælo dicẽs: Hic eſt filius meus dile- *Marc. 1.*
ctus, in quo mihi cõplacui. Itaq; voce intelligitur Ioannes, arietibus autem magnates. Appellatur ergo Darius aries ꝙ princeps eſſet, & non niſi laceſſitus cùm Alexandro pugnaret, & quòd ab eo fuerit victus, oſtendẽs in principio fortitudinem, & in fine imbecillitatẽ. Alexãder autem quia eo fuit fortior, & robuſtior, & inſolẽtior, & audacior: & petulantior, per hircũ ſignificatur. Eſt enim hircus ſignũ principis ſuperbi, petulantis, & imperioſi. Ita accipitur Apud Zachariam
cap. 10. vbi Deus ait: Super hircos viſitabo. Hoc *Zach. 10.*
eſt in principes inſolentes animaduertam.

Hircus autem caprarum magnus factus eſt nimis: cumq; creuiſſet, fractũ eſt cornu magnum, & orta ſunt quatuor cornua ſubter illud, per quatuor ventos cæli. De vno autẽ ex eis egreſſum eſt cornu vnum modicum: & factum eſt grande contra Meridiẽ, & contra Orientem, & cõtra fortitudinem. Et magnificatum eſt vſque ad fortitudinem cæli: & deiecit de fortitudine: & de ſtellis, & conculcauit eas. Et vſq; ad principem fortitudinis ma-
gnificatum eſt, & ab eo tulit iuge ſacrifi- D
ciũ, & deiecit locũ ſanctificationis eius. Robur autem datum eſt ei contra iuge ſacrificium propter peccata, & proſternetur veritas in terra: & faciet, & proſperabitur. Et audiui vnum de ſanctis loquentem: & dixit vnus alteri neſcio cui loquenti: Vſque quo viſio, & iuge ſacrificium, & peccatum deſolationis, quæ facta eſt: & ſanctuarium & fortitudo cõcul-
cabitur? Et dixit ei: vſq; ad veſperã & ma- E
ne, dies duo millia trecenti: & mundabitur ſanctuarium. Factum eſt autem, cùm viderem ego Daniel viſionem, & quærerem intelligentiam: ecce ſtetit in conſpectu meo quaſi ſpecies viri. Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait Gabriel fac intelligere iſtam viſionem. Et venit, & ſtetit iuxta, vbi ego ſtabam. Cumque veniſſet, pauens corrui in faciem meam. Et ait ad me: intellige fili hominis: quoniam tempore finis complebitur viſio.

Hircus autem caprarum. Hoc eſt tegnum Græcorum, quod cùm eſſet ampliſſimũ, amiſit Alexandrum Magnum, cuios iuteritu manſit diminutum. Vel & melius, hic hitcus eſt ipſe Alexander, qui tegni illius tenuit clauum: hic enim magnã mundi pattem ſuperauit, & in ditionẽ ſuam redegit. Nam poſtqoam petcuſſit Dariũ regem
Mach. 1. Perſarum, vt eſt primo cap. lib. 1. Machabęorum monimentis conſignatum, conſtituit prælia multa, obtinuit omniom muuitiones: & interfecit reges tertæ: & pertranſiit vſque ad fines orbis tetrarum: & accepit ſpolia multitudinis gẽtinm: & ſiluit tetta in conſpectu eius. Hæc ibi. Lege Quintum Curtium, & Plutarchũ, & alios, quos in principio explanationis huius capitis citaui, ſi Alexandri magnificẽtiam, magnanimitatem, & victorias ſcite volueris.

Cúmque creuiſſet. Hoc eſt cùm Alexãder fortitudine polleter: cùm ad ſummam muudi gloriam floteſceret: cùm maximam eſſet nominis amplitudinem, & claritatem conſecutus. Poteſt hoc referri ad tegnum Alexandri: ſed hoc loco rectius ad ipſum Alexandrum refertnr.

Fractum eſt cornu magnum. Hoc eſt, fracta eſt magna Alexandri potentia, & extincta morte, qoæ nemini parcit. Ita innehitur in principes, ac in agricolas: æquat enim ſceptra aratris, & coronas
2. *Reg.* 14. ligonibus. Nam vt in lib. 2. Regum ſcriptum eſt: Omnes morimor, & quaſi aquæ dilabimut in terram, quæ non teuertuntur. Nulla ſeculi huius potentia, oullus dominatus poteſt morti reſiſte-
Eccleſ. 10. re. Hanc vetitatem voluit Eccleſiaſticus in medium proferte cap. 10. cùm dixit: Omnis potenta tus breois vita. Et paulò pòſt: Sic & rex hodie
Pſal. 81. eſt, & cras motietur. Et Deus pſalm. 81. Ego dixi: dij eſtis, & filij excelſi omnes: vos antem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis. Alloquitur reges, & gubernacula rerum publicarum teneotes: quos ob officij, quo fungũtut, dignitarem & præſtantiã, deos ac Dei filios dignatur appellare: quibus teuocat in memoriam, eos non magis mortẽ vitatutos, quàm quoſcunque homines infimo loco natos, eſſeq; aliis principibus ſimiles, qui è vita exceſſerunt,
Similitudo. Quemadmodũ omuia flumina tendant ad mare, ſiue magna ſint, ſiue parua: ſic omoes homines ad mottem, ſiue principes exiſtant, ſiue plebeij, ſiue nominis amplitudiue, & generis nobilitate præſtãtes, ſiue obſcutis orti natalibus, nulláque illuſtri cõmendatione excellentes. Nullus mortẽ poteſt fugete: omnes vitalia lumina linqoũt, non ſolùm ſenes, ſed etiam adoleſcentes. Motien
Simili. dũ certè eſt, & id incertom, an ipſo die. Migrant ex hac vita adoleſcentes, quemadmodũ cùm vis flãmæ opprimitur iniecta aquæ multitudine: ſenes autẽ nulla adhibita vi, quemadmodum cùm ignis ſua ſponte cõſumptus extinguitur. Sed omnes exeunt de vita, & citò aut ſetò diſſoluntur.
Heb. 9. Nam vt diuus aſſerit Paolus cap. 9. ad Hebræos:
Similitudo. Statutum eſt hominibus ſemel mori. Vt ſtellæ quæ in Oriente naſci vidẽtut ab ortu commeantes, radiiſq; micantes tẽdunt ad occaſum, vbi occultãtut, & ab oculis noſtris remouẽtur: ſic mortales omnes in ortu apparẽtes tendũt ad interitum: & quãuis illuſtti laude celebrati proficiſcũtur ad exitum vitæ, & ad occaſum ocyùs aut tardiùs deſcẽdunt, vbi ab hominum conſpectu ſeparãtur. Et ita in eas otas migrant, ad quas eorũ merita illos vocant. Itaq; omnes conficiunt mortę extremũ diem vitæ. Et vt quidã ait poëta: Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo: Et ſubito caſu quæ valoêre ruũt. Quid inanius vmbra? quid inconſtantius? quid imbecillius? Et tamen
cum ea vita hominum comparatur. Libro 1. Pa- *1. Par.* 29.
lipomenon cap. 29. verba ſuot hæc: Dies noſtri, *Pſal.* 101.
quaſi vmbra. Diuinus ac regius vates pſal. 101. Dies mei, inquit, ſicut vmbra declinauerunt: &
ego ſicut fœnum atui. Et pſalmo 108. ſicut vm- *Pſal.* 108.
bra cùm declinat, ablatus ſum. Non incipienti vmbtæ vitam ſuã comparat, ſed inclinatæ, iámq; in tenebras euaneſcenti. De buiuſmodi vmbris inclinatis eſt illud poetæ: Maioréſque cadunt al-
tis de montibus vmbræ. Io libro Sap. cap. 2. ita *Sap.* 2.
ſcriptum legimus: Tranſibit vita noſtra tanquam veſtigiom nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt à radiis ſolis. Et paulò pòſt: Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum. Et
capite 5. Tranſierunt omnia illa tanquam vm- *Sap.* 5.
bta. Nihil illa fragilius, nihil fugacius. Hac tatione ductus pſalmographus vitam ſuam fugam
pſalmo 55. vocauit. Quod enim nos habemus: *Pſal.* 55.
Deus vitam meam nunciaui tibi: poteſt etiam verti: Deus fugam meam nunciaoi tibi. At rectè ſeptuaginta Interpretes pto fuga tranſtulerunt vitam: nam nihil fugit celerius illa. Homo, vt ait capite quartodecimo, quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbta, & nunquam in
eodem ſtatu permanet. At nos buius veritatis *Iob.* 14.
obliti nec eam aſpicimus, nec aſpicere curamus.
Quemadmodum qui iter facit aëte nebuloſo & *Similitudo.*
caliginoſo, nec viam retro manentem intuetur, nec ſubſequẽtem, ſed illam duntaxat, quam babet præſentem, & pedibus conculcat: ſic homines obliti mortis, nec exordium vitæ, nec finem eius reſpicũt: illud ſolùm conſiderant, quod pedibus ac manibus attingunt. Nec prętetitum, nec futurum, ſed præſens tantùm illis obſcura nebula obliuionis coopertis ante oculos verſa-
tnt. Vt textor habens telam quam conficit, in li- *Similitudo.*
ciatorio circumuolutã, nec videt, quod texuit, nec quod eſt texturus, ſed illud duutaxat, vbi radius, quo ſubtegmen inſeritur ſtamini, verſatur: ita ille cui excidit omnino ex animo memoria mortis, nihil videt ex vita, uiſi quod adeſt, vbi cogitatio rerũ præſeotium teooluitur. Nec principium iutuetut, nec finem: nec diem natalem, nec natutæ diſſolutionem: nec ingreſſum in hãc vitã cum lachrymis, nec diſceſſum ex illa cum gemitibus. Sed vẽtura eſt mots, à qua nullis poterit diuitiis impius liberari, & tandem in ignes æteroos relegabitur. Cuidam potenti, ſed impio
regi dictum eſt, vt refert Eſaias capite decimo- *Eſai.* 14.
quarto. Corruiſti in terram, qui vuloerabas gentes: ad infernum detraheris in profundum laci.
De eo, qui opibus & deliciis affluebat, eſt apud *Luc.* 16.
Lucam cap. 16. mandatum: Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Si ſe mortis memoria prę
patauiſſeot, non tam infelici exitu vitam termi- *Similitudo.*
narent. Nos imitemut grues vigilantes, quæ diſponentes excubias vnum pedem habent elatum, in quo tenent lapillum, vt ſi fuerint correptæ ſomno, cadat lapillus, ad cuius ſomnum

exciten

excitetur. Ita nos ne remiſſè dormiamur, & arcto inertiæ ſomnio ſopiti opprimamur, excitemur ad ſonitũ lapidis cadentis, ad ſonitum ſanitatis, quæ nos deficit, ad ſonitum vitæ, quæ ſenſim labefactatur & conſumitur. Amplectamur mortis memoriã: cogitemus frequenter, eſſe nos ab hac caduca vita migraturos: vt ita vitiis abſtracti, & virtutibus muniti, alamus pietatẽ in Dei potẽtia & miſericordia contemplanda. Ad id nos horta-
Eccl.7. tur Eccleſiaſticus, cum ait cap. 7. Memorare nouiſſima tua, & nõ peccabis in æternum. Et ſancta mater eccleſia, cùm impoſito cinere in frontibus noſtris: Memento, inquit, homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Porrigit nobis die illo ſpeculũ veritatis, vbi noſtram videamus fra-
Eſai.40. gilitatẽ. In hoc ſpeculo vidit Eſaias, quod dixit: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi
Iacob.4. flos agri: Et Iacobus apoſtolus: Quæ eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Hanc vitæ imbecillitatem, & mortis certitudinem debemus memoria cõplecti & ſepire. Auguſtinus libro exhortationũ: Nihil, inquit, ſic reuocat à peccato, quàm frequens mortis meditatio. Hieronymus in epiſtola ad Cyprianum: Memento mortis tuæ, & non peccabis, qui enim ſe quotidie recordatur eſſe moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat. Gregorius libro duodecimo Moraliũ: Perfecta vita eſt mortis meditatio, quam dum iuſti ſollicitè peragunt, culparum laqueos euadunt. Bernardus, in quodã ſermõe: Miſer homo quare omni hora te non diſponis? Cogita te iam mortuum, quem ſcis neceſſitate moriturum. Seneca in epiſtola vigeſimaquinta. Nihil æque tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti.
Similitudo. Quicquid facies, reſpice ad mortẽ. Vt pauo vanitate elatus ob plumarũ pulchritudinem, quibus conficit gyrum, ſi ad turpes pedes reſpiciat, ſtatim deponit ambitum illum: ſic mortales diuitiarũ affluentia, aut generis nobilitate, aut corporis pulchritudine, aut dominatus potẽtia, aut famulorum abundantia inflati, intueantur pedũ vilitatem, conſiderent mortem, reſpiciant ad finem: & ita deponent vanitatis gyrum: atque ſuperbiam, faſtidium, & arrogantiam relinquent. Seuerus imperator vrnã ſibi præparauit: in qua mortuus ſepeliretur. Cúmque eam ad ſe perferri iuberet fixis oculis in illa, eam manibus contrectans dixit: Tu eum capies, quẽ totus orbis terrarum capere nunquam potuit. Ita hoc narrant Dion Nicæus, & Xiphilinus in vita eius. Interrogatus Muſonius quis præclarè poſſet extremũ diem terminare? reſpondit: Qui ſemper poſtremum vitæ diem ſibi inſtare propoſuerit. Author eſt Maximus ſermone trigeſimoſexto. Antiphanes, authore Stobęo dicere ſolebat, eſſe mortalia ab hominibus memoria repetenda, quandoquidem omnes ſunt à vita diſceſſuri. Nemo enim eſt, qui poſſit mortem vitare. Hoc intelligẽs Socrates cuidam, qui ei dixit: Athenienſes te morte afficiendum decreuerunt, reſpondit: Et eos antè natura: vt refert in ſermonibus Maximus. Cùm imperator Conſtantinus cuidam Perſarũ principi Romæ magnitudinem, magnificentiam, & celebritatem oſtenderet, ab eóq; peteret, quid de illa ſentiret, ait Fulgoſus libro ſeptimo eum reſpondiſſe: Etiam Romæ, ſicut cæteris orbis terrarum locis homines moriuntur. Hac breui reſponſione voluit hominum imbecillitatẽ fragilitatémque ſignificare, nullúmque locum eſſe in hoc ſeculo, vbi mortales poſſent mortẽ fugere, quæ propter incertos caſus quotidie imminet: & propter vitæ breuitatem nunquam longè poteſt abeſſe. Id mente percipiebat Iob capite Iob.30.
trigeſimo cùm ad Deum has voces emitteret: Scio, quòd morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. Nihil certius morte, nihil incertius eſt illa. Ideo dicebat cœleſtis magiſter Chriſtus Deus noſter apud Matth. 25. Vigilate Matt.25.
itaque, quia neſcitis diem, nec horam. Sed quẽ- Similitudo.
admodum flores ſalutares ſuauem odorem redolentes, cùm non poſſint ob imbecillitatem diu manere, extillati durant in liquore ſuo: ſic vitæ humanæ cùm ſint fluxæ & inconſtantes, eámque ob cauſam non poſſint ſecundùm naturæ curſum diu permanere, durant poſt mortem liquore virtutum, nominis claritate, rerum præclarè geſtarum memoria. Quare mortem in memoria habeamus: mundi diuitias, & cætera quæ deceptis mortalibus illuſtria vidẽtur, parua ducamus, & ad diuinum numen, ad ſedes mentium beatarum toto pectore aſpiremus. Quid profuit Alexãdro eius potentia? quid fallax mũdi gloria quid hominũ opinio vanitatũ plerũq; ac vitiorũ laudatrix? Narrat diuus Antonius quarta parte ſummæ theologiæ fuiſſe memoriæ proditum, conueniſſe quoſdam philoſophos mortuo Alexandro, quendámque dixiſſe: Hic qui terrã heri conculcabat, hodie ab ea conculcatur. Heri poſſidebat eam: nunc poſſidetur ab illa. Heri non ſufficiebat ei totus mundus: nunc ſufficiunt ei quatuor vlnæ terræ. In morte Alexandri variant hiſtorici: nam nonnulli aiunt, eum poſtquàm ſummum imperium, & admirabilem nominis ſplendorem adeptus eſt, fuiſſe tanto, támq; acerbo dolore confectum, vt rueret ad interitum voluntarium, mortemque ſibi ferro conſciſceret. Iuſtinus libro duodecimo ait eum accepto poculo in conuiuio repentè veluti telo confixum ingemuiſſe, tãto dolore fuiſſe cruciatum, vt gladium poſceret in remedium: ſed fuiſſe vi veneni extinctum: authorem autem inſidiarum Antipatrum extitiſſe. Multi ex illis qui aiunt, fuiſſe ei veneno vitam ereptam, aſſerunt fuiſſe ex aquis Stygiis potionẽ illam, magna, vt Plinius inquit, infamia Ariſtotelis excogitatam. Solinus capite quartodecimo monimentis conſignauit, fuiſſe Alexandrũ vinolentia oppreſſum: & extinctum. Qui alios ſuperauit, fuit, vt ille ait, à vino ſuperatus, viſque ebrietatis morte deletus. Fuiſſe autem Alexandrum vinolentum aſſerit Athenæus cap. vndecimo lib. decimi. Plutarchus has, & alias opiniones de eius interitu affert in eius vita, quã grauiter & elegãter literis mãdauit. Cecidit itaq; Alexander ille, qui ſolus totum terrarum orbem terrebat: & fuit in medio potentiæ ſuæ miſerè conſumptus, vt hoc loco ait Daniel.

Et orta ſunt quatuor cornua ſubter illud. Hoc eſt, & mortuo Alexãdro orti ſunt loco eius quatuor reges: Ptolemæus, q tenuit Aegyptũ, Philippus, qui obtinuit Macedoniã, Seleucus, q occupauit,

Syriam,& Chaldæam,& nonnulla regna Orientis, Aotigonus, qui regnauit in Aſia. Inter hos quatuor reges diuiſum fuit imperium Alexandri per qoatuor vẽtos cœli, hoc eſt per quatuor mũdi partes, vnde perflãt quatuor præcipui vẽti.

De vno autem ex eis. Id eſt, de Seleuco rege Syriæ egreſſum eſt cornu modicum: hoc eſt Antiochus Epiphanes, qui in principio exiguã habuit poteſtatem. Et hoc cornu factũ eſt grande: quia hic Antiochus cùm eſſet Romæ obſes, exiuit ex vrbe, & inſcio ſenatu arripuit imperium Syriæ: & appellatus eſt Epiphanes, hoc eſt illoſtris. Ac intulit bellum Ptolemæo Aegyptiorum regi,
1.Mac.1. quem ſuperauit. Leg. 1. ca. li. 1. Machabæorũ, vbi hæc, & alia reperies ad huius loci Danielis intelligentiam conducentia. De hoc Antiocho ait ita Athenæus cap. 12. lib. 10. Antiochus rex qui vocatus fuit illuſtris, erat bibax: qui obſes fuit apud Romanos, vt Ptolemæus Euergetes lib. 1. & 5. cõmentariorum narrat. Polybius eom inſanum appellat lib. hiſtoriarum 26. non autem illuſtrẽ: erat enim illuſtris nomine, factis autem minimè.

Contra Meridiem. Hoc eſt, contra Aegyptum, quæ eſt quodammodo ad Meridiem reſpectu Syriæ. Et cõtra Orientem, hoc eſt cõtra Perſidem. Et contra fortitudinem, hoc eſt, cõtra Hieroſolymam, vbi Deus, qui eſt ipſa fortitudo, colebatur. Vel contra Dei populum, qui in ipſo Deo fortis erat.

Et magnificatum eſt vſque ad fortitudinem cœli. Id eſt, & creuit hoc cornu, creuit robur, ac potentia Antiochi contra filios Iſraelis, qui cœleſti fortitudine muniti ſoliti erãt pugnare, & olim angelorum vallabantur cuſtodia. Quã ob cauſam hoc loco fortitudo cœli, & ſtellæ vocantur. Poteris rectè per fortitudinem cœli exercitum cœli interpretari. Vt ſit ſenſus: comparauit copias, quas duxit contra pios Iſraelitas, qui colunt Deum cœli, quare exercitus cœli dicuntur. Theodotio habet: Vſq; ad militiã cœli. Quod in idẽ recidit.

Eiecit de fortitudine & de ſtellis. Proſtrauit multos ex Iudæis, de quibus victoriam reportauit. Per ſtellas intelligit ſanctiores, aut duces, aut ſacerdotes, aut inſigniore ſapientia præſtantes, in medio tenebrarũ nitore ac ſplẽdore literarũ ful-
Infrà 12. gentes. Idem enim Daniel cap. 12. Qui, inquit, ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Vel per exercitum cœli intelligit ſtellas, quæ in cœlo ſunt inſtar exercitus in caſtris. Volens Daniel explicare quid per exercitum cœli intelligeret, adiecit: & de ſtellis. Ac ſi diceret. Proſtrauit de fortitudine cœli, hoc eſt de ſtellis. Et ità accipitur particula, &, pro id eſt. Colliges ex hoc loco, Iudæos illius temporis fide munitos vocari ſtellas: cum quibus Moſes
Deut.1. cap. 1. Deuteronomij eos comparauit.

Et vſque ad principem fortitudinis. Erexit ſe etiã contra Deũ, qui eſt princeps fortiſſimus: & princeps Hieroſolymæ, quæ paulò antè appellata eſt fortitudo: & princeps, ac dux Iſraelitici populi. Nam tanta ſuperbia & inſolentia eſt elatus Antiochus, vt ſanctũ Dei templũ pollueret, ipſumq; Deum execrationibus ac maledictis laceſſeret,
1.Mac.1. vt libri Machabæorum memoriæ prodiderunt. Poteris per principem fortitudinis ducem exercitus intelligere, aut ſummum Iudæorum ſacerdotem. Quidam per illum intelligunt Iudam Machabæum, qui fuit illuſtris Iudæorum dux. 1.Mac.2.

Ab eo tulit iuge ſacrificium. Antiochus adeo & 3.
ſummũ Iudæorũ ſacerdotem, ipſoſq; Iudæos af- 1.Mac.1.
flixit, vt cogerentur intermittere ſacrificia. Iuge ſacrificium vocat omnes ceremonias & immolationes, quæ fiebant quotidie manè ac veſpere. Ordo eſt: tulit ab eo, hoc eſt à priocipe fortitudinis perenne ſacrificium. Alij legunt: ab eo ablatũ eſt: hoc eſt ab Antiocho. Alij verò: Vt per illum iuge ſacrificium tolleretur.

Deiecit locum ſanctificationis eius. Id eſt, violauit templũ Dei. Poſuit enim in illo imaginẽ Iouis: 1.Mac.1.
& multis illud impuritatibus cootaminauit, ita Deo propter peccata populi permittente. Templum Dei in ſancta ſcriptura appellatur locus ſanctificationis, ſanctũ ſanctuarium, domus Dei, torcular, domus oratiõis, ariel, atria domini, ædificium domus Domini. Sed per illud adumbrabatur eccleſia, quæ appellatur in litteris diuinis templum, Sion Hieroſolyma, columba, ſponſa, amica, luna, ſagena, ciuitas gentium robuſtarũ, ſpecioſa, cœlum, columna & firmamentum veritatis, tabernaculum, mons ſanctitatis, ciuitas regis, domus Iacob, vinea electa, regnum Dei aurora, ciuitas Dei, domus Dei, mater fons ſaluatoris, fons Iſrael, tota pulchra, ſolium Dauid, Ieruſalem noua. In ea eſt iuge ſacrificium, hoc eſt ſanctum euchariſtiæ ſacramentum, quod ſceleratus Antiochus, id eſt impius Oecolãpadius abſtulit à multis Germaniæ eccleſiis quem in hoc nefario ſacrilegio, & horribili impietate ſecutus eſt flagitioſus Zuinglius: & poſteà peſtilens Caluinus, duo vaſa iniquitatis bellantia: quos infiniti alij huiuſmodi hæretici ſunt ſecuti, qui ſe ab eccleſia ſancta catholica ſepararunt, & ſynagogę Satanæ hæreſum, impietatum, & maleficiorũ pleniſſimæ dediderũt. Aiunt blaſphemi illi in hoſtia conſecrata non eſſe corpus Chriſti, nec ſanguinẽ in calice. At Chriſti euangelium aſſerit contrariũ: diuus enim Matthæus Matt.26.
cap. 26. euangelij ita ait: Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panẽ, & benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum. Et accipiẽs calicẽ gratias egit, & dedit illis dicẽs: Bibite ex hoc oẽs: hic enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ. Apertiſſimè Chriſtus dixit: Hoc eſt corpus meum: & hic eſt ſanguis meus. Quibus verbis poterat hoc clarius & diſtinctius explicare? Idem aiunt Marcus cap. 14. & Lucas vigeſimoſecundo. Ioannes etiã Mar.14.
capite ſexto ait dixiſſe Chriſtũ: Panis quem ego Luc.22.
dabo, caro mea eſt pro mũdi vita. Et paulò poſt: Ioan.6.
Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Vbi obſeruanda eſt particula, verè. Eſt enim in hoſtia conſecrata Chriſti corpus verè, non figuratè: realiter non per ſimilitudinem. Diuus Paulus ca. 12. epiſtolę prioris ad Corinthios: Cor.12.
Dominus Ieſus, inquit, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Quibus verbis apoſtolus clariſſimè veriſſimè, & aſſeuerantiſſimè affirmat,

aſſitmat, oblatum fuiſſe apoſtolis verum Chriſti corpus, & verum eius ſanguinem: ac datã fuiſſe apoſtolis poteſtatem conficiendi ſanctũ hoc ſacramentum. Huc accedit conſenſus totius eccleſiæ catholicæ: multa vniuerſalia concilia: omnes antiqui pattes ſapientia & ſanctitate admirandi: omnis cœtus catholicorum doctorũ: & potentiſſima miracula in hoc ſanctiſſimo ſacramento diuinitus oſtenſa. At hæretici negligunt eccleſiã, & Dei miracula clariſſima. Superbia inflati contemnunt theologos catholicos doctrinæ ac virtutis ornamentis excultos: nec ſolùm in recentiores literarum eruditione inſignes, & religione præſtantes, ſed etiam in antiquos patres ſanctitate conſpiciendos, ſingulari morum grauitate, eximiæq; doctrinæ gloria florentes inuehuntur. Negligunt ſancta vniuerſalia cõcilia in Spiritu Sancto congregata, contemnunt ſacros canones, & ſancta ſummorũ pontificũ decreta: lacerant, & deprauant ſanctã ſcripturã, corrumpũt ſanctũ Chriſti euangeliũ, conculcant diuũ Paulum apoſtolũ, eiúſq; cœleſtem adulterãt doctrinam: violant Ieſu Chriſti Dei noſtri ſacramenta: antiquiſſima dogmata à tẽpore apoſtolorũ in eccleſia catholica matre noſtra introducta, inſtituta, & perpetuò ſeruata deſpiciunt. Euertũt templa Deo dicata: corrumpunt virgines Deo ſacratas, polluũt ſe infinitis ſceleribus: conãtur euertere eccleſiam, & vocant ſe eccleſiæ reformatores. Quid plura? Peruertunt ſanctũ Chriſti euangelium: nihil eſt illis antiquius, quàm illud corrumpere, & de medio tollere: & nõ pudet eos ſe euangelicos appellare: cùm nihil minus quàm euangelium obſeruent. Euertunt euangelium: & vocant ſe euangelicos. Ad id furoris diabolici venerunt, vt infinitos viros pietate, ac religione præcellentes interficerent, ea ſola de cauſa quòd iuxta ſanctum Ieſu Chriſti euangelium, & verã ſanctæ Romanæ eccleſiæ doctrinã in fide catholica admirabili conſtantia muniti permanerent. Quo iure ô Lutherani, ô Zuingliſtæ, ô Caluiniſtæ, qua lege, qua ratione homines pios interficitis, eoſque ad interitum crudeliſſimum vocatis? Quare obedientiam regibus, & pontificibus ex iure diuino debitam relinquitis? Quare omnia diuina & humana iura repudiatis? Quare venerandos ſacerdotes in eccleſiis, inter ipſas Chriſti aras interficitis? O cœlum, ô terram! O impia hæreticorum facinora! Quid dicam? Quo me vertam? Te lachrimis, vocibus, & gemitibus oro Chriſte ſancte, te ex intimo pectore precor, & obteſtor, vt hæreticos tenebris coopertos ſplendore tuæ miſericordiæ & ſapientiæ illuſtres: vt repudiatis erroribus ſuis intelligant verum tuum euangelium, & ſeruent illud, & ad eccleſiam ſanctam Romanam vniuerſalem reuocentur: & ad te ipſum toto pectore conuertantur. Et ita deſinent impium imitari Antiochum, qui perenne ſacrificium impedire conabatur.

Propter peccata. Nimirum populi Iſraëlitici. Perpende, peccata populi in cauſa eſſe, vt Deus permittat eccleſiam calamitatibus & perſecutionibus affici, & iuge ſacrificium intermitti.

Et proſternetur veritas in terra. Id eſt, & decidet in terram verus Dei cultus tempore Antiochi. Poteris per veritatem viros veritatis amatores intelligere. Vel Dei legem veritatis pleniſſimã. Vel veritatem in verbis, fidémque in promiſſis. Erat tunc veritas veluti demerſa, fraudibus omnia tenebantur à pleriſque: cuncta ferè erant tenebris circunfuſa. Ac vt verbis vtar Eſaiæ cap. 59. *Eſai.59.* Corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Poteris per veritatem intelligere iuſtitiam: nam Theodotio habet: Et proiecta eſt in terram iuſtitia. Accipi autem veritatem pro iuſtitia indicat verſiculus ille pſalmi 24. *Pſal. 24.* Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Et illud pſalmi 39. *Pſal.39.* Miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me. Et illud etiam pſalm. 90. *Pſal.90.* Scuto circundabit te veritas eius. Hoc eſt, ſeruabit te vndique Deus iuſtitia ſua fideli, ſi ad illum confugeris, eíque totum te commiſeris. Eius iuſtitia erit clypeus, quo vndique protegaris. Scutum mundi protegit ex vna tantùm parte, at ſcutum diuinæ iuſtitiæ circuit, & ex omni parte ſeruat & protegit. Accipitur quoque veritas pro iuſtitia cap. 20. Prou. *Prou.20.* Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem.

Et faciet & proſperabitur. Hoc eſt, hæc omnia mala faciet Antiochus: & proſperè res illi ſuccedent. Rebus vtetur ſecundis, & ad voluntatem fluentibus. Aſpicis hoc loco, impios aliquando propter aliorum peccata rerum proſperarum in hac vita potiri. Antiochus ingreſſus Dei templũ illud violauit, & abſtulit ab eo candelabrum luminis, vt primo capite libri primi Machabæorum *1.Mac.1.* ſcriptum legimus, & incolumis euaſit. Poteris in ea intelligendi ratione, quam theologi moralem vocant, ad motus animi moderandos, & in gyrum rationis ducendos hunc locum explanare. Per Antiochum impium tyrannum, qui ingreſſus in templum rapuit ſecum lumina, poteris amorem proprium intelligere, quo quis ſe amat intemperanter. Hic enim tyrãnus cùm ingreditur in cor noſtrum, contaminat illud, aufert ab eo lucem, illúdque ornamentis ſpoliat. Et ita manet cor noſtrum tenebris coopertum, & inquinatum. Quod templum ſit illud, indicat diuus Paulus cap. 3. epiſtolæ prioris ad Corinthios, *1.Cor.3.* cùm ait: Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Et cap. 6. ſuperioris: *2.Cor.6.* Vos eſtis templum Dei viui. Amor proprius nos terris tenebris obſcurat: & cordi noſtro caliginem offundit. Cùm enim ingreditur in nos, eripit nobis cãdelabrum luminis, hoc eſt cognitionem noſtri, nóſque craſſis tenebris circunfuſos relinquit. Euanuerunt, inquit apoſtolus 1. ad Rom. in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ. *Rom.1.* Et 4. ad Epheſios: *Epheſ.4.* Tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum. Hæc cæcitas prouenit ex amore proprio, à quo multa dimanant maleficia. In epiſtola poſteriore ad Timotheũ cap. 3. ait diuus Paulus: Erunt homines ſeipſos amãtes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, &c. *2.Tim 3.* Cùm dixit fore homines proprio amore incenſos, ſtatim multitudinẽ ſcelerũ nominauit ab eo exeũriũ: quibus homines ſeipſos inordinatè amãtes cõtaminantur. Appellatur hic nimius ac proprius amor philautia, quæ eſt fundamentum omnium vitiorũ. *Similitudo.* Vt ex puncto quod centrum

trum vocant,exeunt lineæ ad extremitatem: ſic ex philautia In ſphæra vitæ noſtræ dimanant lineæ flagitiorum ad exitij noſtri circunferentiã. Quare danda opera eſt, ne Antiochũ nefarium tyrannum,hoc eſt,amorem proprium inordiatũ in templum animi noſtri ingredi ſinamus,ne luce, cognitione noſtri,cæteriſq; bonis ſpoliemur.

Et audiui vnum de ſanctis loquentem. Audiui interno auditu vnum de ſanctis angelis loquẽtem: & alterum angelum inferiorem, qui ab hoc angelo loquente quærebat, quanto tempore duratura eſſet tyrannis Antiochi in Iudæos. Oſtendit hic locus angelos ſuperiores interrogari ab inferioribus, eóſque illuſtrare. Idem col-

Zach.2. ligitur ex Zacharia dicente capite ſecundo. Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur: & angelus alius egrediebatur in occurſum eius. Et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum Iſtum, dicens: Abſque muro habitabitur Hieruſalem. Id docet multis verbis diuus Dionyſius Areopagita in libris de cœleſti hierarchia, quem non ſolùm theologi, ſed magni etiam philoſophi ſequuntur. Aſſerunt enim inferiores intelligentias vultus ſuos in lumina ſuperiorum intelligentiarum conijcere,ab illíſque illuminati. Deus enim reducere ad ſe ſolet media per prima,& vltima per media.

Et dixit vnus ſanctus alteri,neſcio cui. Id eſt,& interrogauit alter angelus inferior angelum illum eximium,quem ego neſcio: cuius nomen non eſt mihi perſpectum. Interrogauit inquam,quo vſq; viſio,id eſt,lex diuinitus oſtenſa, & perenne ſacrificium intermitterentur: & quandiu duraret peccatum deſolationis & violationis, quæ facta eſt in templo; & quanto tempore ſanctuarium, hoc eſt templũ ipſum,& fortitudo, hoc eſt Hieroſolyma, vel exercitus Iudæorum cõculcarentur. Poteſt totum hoc ita etiam explanari. Quæſiuit inferior angelus à ſuperiore,quo vſque eſſet intermittenda viſio,hoc eſt vaticinatio: & duratura eſſet ſacrificij ceſſatio: & quãdo delẽdũ eſſet peccatũ,propter quod tollitur ſacrificiũ,& templũ,exercitúſq; Dei conculcantur. Oratio eſt imperfecta magnam habens vim ad affectum exprimendum: loquitur enim angelus more eorum, qui anguntur dolore, qui ſolent ſermones imperfectos proferre. Ita Dauid cùm teneretur ardente deſiderio adeundi ad templum Dei, à quo ob Saulis impietatem abeſſe cogebatur,eamque ob cauſam dolore premeretur,has voces emiſit: Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur ni-

Pſal.83. dum,vbi ponat pullos ſuos. Altaria tua domine virtutum, rex meus,& Deus meus. Ac ſi diceret: Inueniunt aues locum,vbi cubilia ſibi nidóſque conſtruant ac figant, vt poſſint cum pullis ſuis conquieſcere: at ego ad aras tuas, in quibus acquieſco,domine exercituum rex meus & Deus meus: Subaudi,adire non poſſum. Non perfecit orationem ob dolorem & ſingultus: nam animi affectio verba ſolet interrumpere. Eodem modo dominus Ieſus apud Lucam decimonono vidẽs

Luc.19. ingratam Hieroſolymam profuſis lachrymis dixit: Quia ſi cognouiſſes & tu: & quidẽ in hac die tua,quæ ad pacẽ tibi: nũc autẽ in abſcõdita ſunt ab oculis tuis. Figura eſt apoſiopeſis,quam Latini reticentiam vocant: cùm inter nos ea ſupprimimus, quæ dicturi videbamur.

Et dixit ei vſque ad veſperam & manè. Reſponſio eſt angeli ſuperioris ad alterum angelum. Quidã codices habent: Et dixit mihi: vt ſermo ſuperioris angeli ad Danielẽ referatur. Veſperã & manè vocat diẽ naturalẽ, qui nocte conſtat & die. Ita intelligitur illud Geneſis cap.1. Factúmq; eſt veſ- *Gene.1.*
pere & manè dies vnus. Hoc eſt, & ita tranſactus eſt dies primus. Per veſperã intelligitur nox, per manè verò dies. Aliquando tamen per veſperam intelligitur ſpatiũ illud, quod eſt inter ſolis occaſum & noctẽ, quod appellatur crepuſculũ: vt Exodi 12. Immolabit eum vniuerſa multitudo *Exod.12.*
filiorum Iſrael ad veſperam. Pro quo nonnulli vertunt ex Hebræo: admiſtiones, nimirum diei & noctis: idem enim vocabulũ veſperam ſignificat & miſtionem. At hoc Danielis loco per veſperam & manè dies naturalis deſignatur. Vel vſque ad veſperam & manè: hoc eſt ſecundùm noctium dierúmq; ſucceſſionẽ. Poteſt hoc ita etiã verti: A veſpere ad manè: id eſt à dolore ad lætitiã.

Dies duo millia trecenti. Bis mille trecenti dies efficiũt annos ſex,menſes tres, dies viginti. Hoc tẽpore dixit ei angelus duraturã Iudæorũ calamitatẽ ſub Antiocho,& tẽpli violationẽ,ac iugis ſacrificij intermiſſionẽ,& cõmemoratã vaſtitatẽ. Et ita euenit reipſa. Et quia quilibet horũ dierũ eſt naturalis, cõtinens diẽ artificialẽ & noctem, dixerat: Vſq; ad veſperã & manè: & adiecit ſtatim: Dies duo millia trecenti. Lege Machabæo- *1.Mac.1. & 4.*
rum libros, & hiſtoriã Ioſephi,& inuenies centeſimo quadrageſimotertio anno à Seleuco, qui primus regnauit in Aſſyria poſt Alexandrum,ingreſſum fuiſſe Antiochum Hieroſolymã,& vniuerſa vaſtaſſe: reuerſumq; anno tertio ſtatuiſſe in tẽplo ſtatuã Iouis, quæ vſq; ad Iudã Machabæũ ibi permanſit. Bis ingreſſus eſt Antiochus Hieroſolymã: primo ingreſſu vaſtauit vrbẽ,& ſpoliauit templũ, ſecũdo verò poſuit in templo ſtatuã Iouis,quæ ibi tres annos permanſit. Et ita ſpatiũ ſex annorũ non refertur ad collocationẽ ſtatuæ, ſed ad vrbis vaſtitatẽ,templiq; ſpoliationẽ. Porrò in hiſtoria eccleſiaſtica ſcriptũ legimus, à primo ingreſſu Antiochi in ſanctã ciuitatẽ, vſq; ad tẽpli mundationẽ per Iudã Machabæũ per ſucceſſionem diei ac noctis interfluxiſſe annos ſex, mẽſes tres,dies viginti: Quod cum Daniele omnino cõcordat. Admirabilis profectò eſt hęc Danielis vaticinatio,quæ nõ ſolùm annos,ſed menſes,& dies apertiſſimè cõtinet & numerat. Tam dilucidè ac perſpicuè hoc prædixit, vt auderet impius Porphyrius aſſerere cõmentitiã eſſe totã hanc vaticinationem. Non intellexit ſacrilegus præuidiſſe diuinũ vatem hæc omnia animi oculis diuino lumine illuſtratis: potuiſſeq; dicere cũ Dauide: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ mani- *Pſal.50.*
feſtaſti mihi.

Et mundabitur ſanctuarium. Hoc eſt, & Iudas Machabęus templũ perpurgabit. Quemadmodũ facta fuerit perpurgatio hæc,eſt literis mãdatum libr.1. Machabæorum cap.4. *1.Mac.4.*

Factum eſt autem,cùm viderem ego Daniel viſionẽ. Id eſt,dum autem ego Daniel hoc intuerer,& in viſionem hanc animũ intenderẽ, nihil erat mihi magis in optatis, quàm eius intelligentiam & interpretationem diſtinctè ac planè cognoſcere:

nondum

nondũ enim perſpicuè ſingula animo percipie-
bam. Ac cum huius rei intelligẽtiam quærerem,
ecce ſtetit in conſpectu meo quaſi ſpecies viri:
non vir, ſed angelus quidã in figura & imagine
viri. Fuit autem hic angelus iuxta virorũ ſapien-
tium ſententiam Michael: qui interiori conſpe-
ctui Danielis per imaginariam formã apparuit.

Et audiui vocem viri inter Vlai. Et auribus inter-
nis percepi vocem angeli, qui erat inter Vlai: id
eſt, inter portã ita appellatã. Vel inter paludem,
& portam. Vel in medio fluminis Eulæi. Hæc
omnia, vt oſtendimus, poſſunt huic nomini ac-
commodari. Hic autem angelus Michael dixit
angelo Gabrieli: Gabriel fac intelligere iſtum,
viſionem. Hoc eſt, doce hunc Danielem viſionẽ
hanc. Quidam codices habent, iſtam viſionem:
ſed correctiores habent, iſtum, vt referatur ad
Danielẽ. Et ita eſt in Græco, & in Hebræo. Erat
Michael princeps ſynagogæ Iudæorum: ideo ad
eorum vtilitatem & conſolationem dabat ope-
ram, vt diuinus vates à Gabriele inſtrueretur.

Et venit. Nimirum Gabriel ad viſionem mihi
explanandam: & acceſſit prope locum, vbi ego
ſtabam: eoque accedente ego territus procidi in
faciem meam. Exiſtimo non timore alicuius
mali in terram lapſum fuiſſe Danielem, ſed
ob reuerentiam erga illos ſpiritus beatos: & ob
viſionis & illuminationis excelſitatẽ, magnámq;
animi attentionem. Cùm enim intendimus ad
vnum, debilitamur ad alterum. Ex quo efficitur,
vt ad contemplationem magnopere intenti ſe-
moueamur à corpore: corpus autem ab animo
ſemotum atque relictum ruit, & prolabitur. In-
Infr.10. frà enim ait idem Daniel cap. 10. Vidi viſionem
grandem hanc, & non remanſit in me fortitudo:
ſed ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui:
Eſai.21. nec habui quicquam virium. Et Eſaias cap. 21.
Corrui, inquit, cùm audirem: conturbatus ſum,
cùm viderem. Illud eſt aduertendum, non ceci-
diſſe Danielem retrorſum, ſed in faciem ſuam.
Ideo ait hìc: Corrui in faciem meã. Iuſti enim
à fronte cadere dicuntur, impij autem à tergo:
nam, qui decidunt, ante faciem, vident locum
ruinæ, poſſuntque ſe facilè erigere, & manibus
adiuuare: nõ autẽ qui retrorſum ruũt. Abraham
Gene.17. viſo domino, vt dictum eſt capite Geneſis 17. bis
cecidit in faciem ſuam. Conſiderata imbecillita-
te propria, & diuini numinis præſtantia cecidit
pronus ante oculos ſuos diuino ſplendore per-
Num.14. territus. Moſes cum Aarone, vt ipſe cap. 14. Nu-
merorum ſcriptum reliquit, in terram proni ce-
ciderunt. Ioſue etiam procedit in faciem ſuam,
Ioſu.5. vt liber eius cap. 5. teſtatur. In libro 2. Paralipo-
2.Par.20. menon cap. 20. eſt monimentis conſignatum,
regem Ioſaphat ciuéſque Hieroſolymæ corruiſſe
à fronte in terram coram Domino, eúmque co-
Ezec.2. luiſſe. Ezechiel cap. 2. Vidi, inquit, & cecidi in
faciem meam. At de impio illo & ingrato popu-
lo Iudaico qui Chriſtum Deum noſtrum ad cæ-
dem crudeliſſimam vocauit, ſub nomine aſcen-
Gene.49. ſoris equi ait ita Iacob capite Geneſis 49. Fiat
Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens
vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. Per
Dan intelligitur Samſon: & per illum Chriſtus,
ad cuius vocem aſcenſores equi, hoc eſt Iudæi
in honore cõſtituti retro ceciderunt. Potens per
aſcenſores equi in ſenſu hiſtorico, & germano
Philiſthæos illos intelligere, quos Samſon deie-
cit, & proſtrauit. Eſt enim perſpicuũ fuiſſe Sam-
ſonẽ ex tribu Dan. Heli cui Deus per Samuelem *1.Reg.3.*
exitium fuerat minatus, quod in nefarios filios *3.Reg.4.*
ſuos non, vt æquum erat, animaduerteret, nec
debita ſeueritate à flagitiis ſepararet, cecidit re-
tro: & fractis ceruicibus extremum vitæ edidit
ſpiritum. De impiis diuinã vaticinationem con-
temnentibus ait cap. 28. Eſaias: Vt vadant & ca- *Eſai.28.*
dant retrorſum: & conterantur, & illaqueentur,
& capiantur. Et ſacrilegi illi qui crudeles manus
in Chriſtum iniecerunt, illúmque innocentiſſi-
mum agnum per ſummum ſcelus alligarunt, vt
diuus ait Ioannes capite 18. Euangelij, abierunt *Ioan.18.*
retrorſum, & ceciderũt in terram. Audita blan-
da, ac ſuaui Chriſti voce feri homines, & imma-
nitate barbari fuerunt percuſſi, perterriti, & à
tergo proſtrati. Aſpicis igitur viros pios, qui ſe
iuſtitia muniunt, ſi ruunt, à fronte ruere: impios
autem à tergo.

Intellige fili hominis. Ne cæleſtium ſpiritum vi-
ſione, tantarúmque rerum illuſtratione ſuperbi-
ret, & ſanctitatis opinione inflatus ſe ferret in
ſublime, quin potiùs humanam fragilitatem in
memoriam reuocaret, filius hominis vocatur. In
diuinis enim literis idem eſt filius hominis ac
verus homo, imbecillus, & laboribus expoſitus.
Eam ob cauſam Chriſtus Deus noſter cùm ex-
celſa ac diuina haberet nomina, ſe in euangelio
filium hominis ſæpenumero appellabat: vt no-
bis humilitatis exemplum præberet, & hac no-
menclatione nos à vanorum titulorum cupidi-
tate & ambitione ſepararet. Ideo dicebat apud
Matthæum 8. Vulpes foueas habent, & volucres
cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi *Matt.8.*
caput ſuũ reclinet. Et cap. decimoſexto: Quem
dicunt homines eſſe filium hominis? Et vigeſi- *Matt.16.*
mo: Filius hominis tradetur principibus ſacer- *Matt.20.*
dotum. Et apud Marcũ decimotertio. Tunc vi- *Marc.13.*
debunt filium hominis venientem in nubibus.
Et apud Lucam nono. Filius hominis non venit
perdere. Et multis aliis in locis ſe filium homi- *Luc.9.*
nis appellauit, vt nos ad veram animi demiſſio-
nem moueret. Vt auia ad aſcendendum valde,
priuſquàm volet, ſe abiicit & demittit, vt maio- *Similitudo.*
re conatu feratur in ſublime: ſic debemus demit-
tere nos ipſos, & inclinare, ac ſubmiſſius gerere:
vt maiore impetu ad excelſum cælum aſcenda-
mus. Nam vt Chriſtus ait Dominus noſter apud
Lucam decimoquarto. Qui ſe humiliat, exalta-
bitur. Cùm ad cælum penetrare ſine veris virtu- *Luc.14.*
tibus nullo modo valeamus, veras autem virtu-
tes habere ſine humilitate non poſſimus, apertè
concluditur, ſine humilitate non eſſe nobis adi-
tum ad ſedes æternas reſeruatum. Quemadmo-
dum ramus arboris in trunco habet viriditatẽ, *Similitudo.*
ſectus autem & auulſus areſcit: ſic virtus in ſti-
pite, hoc eſt, in humilitate, quæ eſt arboris vitæ
Chriſtianæ truncus, permanet, & vireſcit: at ab
humilitate disiuncta & diuiſa vires amittit, &
conſumitur. Nunc verò quod ſine animi dolore
dici non poteſt, ſunt multi, qui nõ ſolùm humi-
litatem non habent, ſed etiã ſuperbia glorian-
tur. Videbis enim multos, qui ſuperbiam tan-
quam regium diadema illuſtrémque coronã in
capite

Pſal.72. capite imponunt. Illud Pſal.72. Ideo tenuit eos ſuperbia: poteſt verti ex Hebræo; Ideo coronáuit eos ſuperbia. Et ita tráſtulit Xátes Pagninus. Cũ Eſai.28. Eſaias in ſuperbos Iudæos inueheretur cap.28. Væ, inquit, coronæ ſupbiæ. Pro quo Septuaginta habent: Væ coronæ iniuriæ. Sunt namq; ſuperbi & inſolentes homines propenſi ad iniuriam in alios inferẽdam. Deus ornat vnumquemq; ſuorum Pſal.8. gloria & honore, iuxta illud pſalm.8. Gloria & honore coronaſti eum: mundus verò ſuos arrogantia & ſuperbia. Nolunt illud perſpicere, Eccl.10. quod ait Eccleſiaſticus: Quid ſuperbis terra & Geneſ.3. cinis? Nec illa Dei verba tertij capitis Geneſis: Puluis es, & in puluerem reuerteris. Verba illa Gene.2. ſecundi capitis Geneſis; Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ: poſſunt verti ex Hebræo: formauit igitur dominus Deus hominem puluerẽ de terra. Et ita habet paraphraſis Chaldaica. Vbi vides hominem eſſe puluerem terræ: eámq; ob cauſam debere ſuperbiam, elationem, & faſtidium vitare. Id volens angelus docere Danielem, eum filium hominis hoc loco vocauit. Qua de re ea poteris videre, quæ in noſtris in Ezechielem commentariis diſſeruimus, verba illa ſecundi capitis explanãtes: Fili hominis ſta ſuper pedes tuos.

Quoniam in tempore finis complebitur viſio. Hoc eſt, quia explebitur hoc viſum, quãdo finiti fuerint duo illi mille & trecẽti dies, quorum paulò antè facta fuit mentio. Poteſt hoc ita explanari. Complebitur hæc viſio non ſtatim, ſed tempore longo quidem, nihilominus tamen finiendo. Expleto definito tempore finem habebit hæc ſub Antiocho calamitas, cui ſuccedet felicitas. Vnde quidam codices ad marginem habent: Ad tempus finis, erit viſionis. Poteſt etiã ita verti: Quoniam in temporis fine complebitur viſio. Id eſt, durabit Antiochi tyrannis in Iudæos ſex annis, & tribus menſibus, & viginti diebus: & in fine huius temporis ceſſabit calamitas, & ſuccedet proſperitas. Quidam hoc referunt ad extremum iudicium in fine mundi: & per hunc tyrannum intelligunt Antichriſtum etiam in ſenſu literali. Non eſt inconueniens vnum eundémq; locum Iere.31. duos habere ſenſus literales. Illa Ieremiæ vaticinatio; Vox in excelſo audita eſt: ploratus: & vlulatus: Rachel plorans filios ſuos: intelligitur de lachrymis & lamentis matronarũ Iuda & Beniamin, cùm viderent filios ſuos duci in Chal Matt.2. dæam: nihilominus tamen eam diuus Matthæus iuxta alterius intelligẽtiæ veritatem, ad interfectionem tranſtulit innocentium: & per Rachelem quæ ſepulta eſt in agro Bethlehem, mulieres intelligit Bethlehemiticas interitum filiorum ſuorum infantium deplorantes. Et vterque ſenſus eſt veriſſimus & literalis. Id quod de Eſai.53. Chriſto vaticinatus eſt Eſaias cap.53. Verè lan Mat.8. guores noſtros ipſe tulit: diuus Matthæus cap.8. ad corporum ægrotationes eorũ transfert, quos Chriſtus ſanabat; à quibus morbos depellebat: 1.Pet.2. Diuus autem Petrus cap.2. epiſtolæ ſuæ primæ, de peccatis noſtris interpretatur. Et vterq; ſenſum literalẽ verè & mirabiliter expreſſit. Multa pretereà huiuſmodi in diuinis literis multos habent ſenſus, non ſolùm myſticos, ſed etiam hiſtoricos, & literales.

Cúmque loqueretur ad me, collapſus ſum pronus in terram. Et tetigit me, & ſtatuit me in gradu meo: dixitque mihi: ego oſtendam tibi, quæ futura ſunt in nouiſſimo maledictionis: quoniam habet tempus finem ſuum. Aries quem vidiſti F habere cornua, rex Medorum eſt atque Perſarum Porro hircus caprarũ rex Græcorum eſt. Et cornu grande quod erat inter oculos eius, ipſe eſt rex primus. Quòd autem fracto illo ſurrexerũt quatuor pro eo, quatuor reges de gẽte eius cõſurgent, ſed non in fortitudine eius. Et poſt regnũ eorum cùm creuerint iniquitates, conſurget rex impudens facie, & intelligens propoſitiones: & roborabitur fortitudo eius, ſed nõ in viribus ſuis. Et ſuprà quàm G credi poteſt, vniuerſa vaſtabit, & proſperabitur, & faciet. Et interficiet robuſtos, & populum ſanctorum ſecundùm voluntatem ſuam: & dirigetur dolus in manu eius: & cor ſuum magnificabit & in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principem principũ cõſurget, & ſine manu conteretur. Et viſio veſpere & mane quæ dicta eſt, vera eſt. Tu ergo viſionẽ ſigna, quia poſt multos dies erit. Et ego Daniel langui & ægrotaui per dies: Cúmque ſurrexiſſem, faciebã opera regis: & ſtupebam ad viſionẽ: & non erat, qui interpretaretur.

Cúmque loqueretur ad me. Id eſt, cum autẽ Gabriel mecum loqueretur, vt mihi viſum explanaret, ego ſtupore veluti ſõmno oppreſſus procidi in terram tanta viſione perterritus. Huius ruinæ cauſa ſuprà explicata eſt. Eodem modo Ioannes cap.1. Apocalypſis: cùm vidiſſem, inquit, eũ, Apoc.1. cecidi ad pedes eius tanquam mortuus.

Et tetigit me. Nimirum angelus: Et ſtatuit me in gradu meo: hoc eſt, poſuit me in ſtatione mea, quia in terra proſtratus iacebam: erexítque me: & ſteti erectus in loco, ex quo cecideram. Voluit ei angelus ſtuporẽ leuare, & ſolatium præbere. Ita Ioannes primo Apocalypſis: Poſuit dexteram Apoc.1. ſuam ſuper me, dicens: Noli timere. Et Ezechiel Ezech.2. 2. Cecidi in faciem meam: & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili hominis ſta ſupra pedes tuos, & loquar tecum. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſtquam locutus eſt mihi: & ſtatuit me ſupra pedes meos. Et Dauid pſal. trigeſimooctauo. Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis, & ſtatuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos. Et immiſit in os meum canticum Pſal.38. nouum, carmen Deo noſtro. Ac ſi dicat: adiuuit me Deus, & erexit me de voragine, in qua iacebam, & collocauit me in loco trãquillo ac tuto: nouámque mihi ſuppeditauit materiam miſericordiæ ſuæ celebrandæ. Vult in his locis diuina ſcriptura docere, opus eſſe ad ſuſceptionem illuſtrationis diuinæ eleuatione mentis in Deum.

Oportet in ſplendore admirabilem myſteriorum cæleſtium mẽtis aciem intendere,& animum in cælum tollere: vt poſſis excelſa ac ſplendida myſteria conſpicere,& cœleſtib. epulis paſci: vt alẽs animum ad æternitatem, res humanas, caducas, & in caſu poſitas contemnas: ad diuinas autem, æternas & immortales aſpires. Poterit quippe impius vaticinari,ſi Deus voluerit,& gratia gratum faciente deſtitutus ventura prædicere: ſed ad altam tutamq́; diuini numinis contemplationem,ſublimemque raptum, quo animus diuino amore incẽſus Deo ipſo oblectatur, opus eſt gratiam habere,animum erigere, virtutumq́; ornamentis excolere. Quando autẽ donum prophetiæ aliquibus datur propter eorum & aliorũ vtilitatem,& propriam mentis illuſtrationem, illis ſolet dari,qui ſunt gratia & charitate muniti. Sa-
Sapien.7. pientia enim Dei, vt eſt capiti 7. libri Sapientiæ mandatum,in animas ſanctas ſe trãsfert, & amicos Dei ac prophetas conſtituit.

Quæ futura ſunt in nouiſſimo maledictionis. Id eſt, ego tibi oſtendam, quæ ventura ſunt in vltimo tempore tyrãnidis Antiochi. Impium Antiochũ appellat maledictionem in abſtracto: ac ſi dicat: non ſolùm eſt maledictus,ſed ipſa maledictio. Poteris per maledictionem cultum idoli intelligere: & ita tempus maledictionis eſt tẽpus illud, quo idolum durauit in tẽplo Hieroſolymæ: & in tota ciuitate à gentibus violata & poſſeſſa cultus viguit idolorum. Vel accipitur hîc maledictio pro ira Dei: Theodorio enim habet: In extremis iræ. Idem vocabulum Hebrǽum vtrunque ſignificat, iram & maledictionem.

Quoniam habet tempus finem ſuum. Hoc eſt,nam præfiniti temporis finis erit: & in tempore quod finietur,hæc euenient. Poſt tenebras erit lux. Eſt enim aliquando Antiochus è vita migraturus.
Eccle.14. Nam vt ait Eccleſiaſticus capite quartodecimo: Generatio carnis & ſanguinis alia finitur, & alia naſcitur.

Aries quem vidiſti. Hoc eſt Darius. Hæc ſuprà explanauimus. Sequitur: Ipſe eſt rex primus. Hoc eſt,primarius & præcipuus. Significat Alexandrũ magnum: quo mortuo in Chaldæa ſurrexerunt quatuor duces eius,qui poſt illum regnarunt. Pri-
1.Mac.1. mo capite libri primi Machabæorum ſcriptũ legimus,ipſum Alexandrum viuentem pueris ſuis regnum ſuum diuiſiſſe. At illi ſe in fortitudine cum illo non adęquarunt. Ideo dicitur hoc loco: Sed non in fortitudine eius.

Conſurget rex impudẽs facie. Hoc eſt Antiochus Epiphanes. Pro impudente facie, poteſt verti: fortis facie, vel ſeuerus, aut immanis. Pro, & intelligens propoſitiones, poteſt verti: & intelligens ænigmata. Prouerbium erat, quo ſignificabãtur, qui ob ingenij acumen alios decipiebant: & calliditate,malitia,ac artificio fallendi pręditi erant. Senſus eſt: Conſurget rex ita fortis facie, vt non erubeſcat,ſed ſit callidus, & aſtutus.

Sed non in viribus ſuis. Non ex ipſo erit tanta fortitudo, ſed ex diuina permiſſione. Voluit Deus per illum punire Iudæorum populum iuſto iudicio ſuo: quemadmodum olim fecerat per Aſſy-
Eſai.10. riorum regẽ: de quo ait apud Eſaiã 10. Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt: in manu eius indignatio mea. Quidam hoc de viribus Antiochi referunt ad Alexandri comparationẽ, dicentes eas tenues eſſe,ſi cum Alexãdri viribus comparentur.

Et proſperabitur, & faciet. Hoc eſt,proſperabitur in omnibus, quæ fecerit. Proſpero mundi flatu vtetur: omnia illi erunt ſecũda: & faciet,quæ volet arbitrio ſuo. Ita euenit Antiocho: ſed tandem miſerè à vita migrauit,& pręceps ad pœnas æternas ruit. Idémque euenturum eſt Antichriſto, cuius figuram geſſit Antiochus. Et quia improborum felicitas, & ſecundus vitæ curſus vidẽtur vim diuinæ iuſtitiæ redarguere, hortatur diuinus pſaltes viros pios, ne eam ob cauſam grauiter commoueantur: quoniam res impiorum ſecundæ breues ſunt & fugaces,& æterna illis pariunt ſupplicia. Ideo ait pſal. 36. Noli æmulari in *Pſal.36.* malignantibus, nec zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarum citò decident. Et paulò pòſt: Noli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua, in homine faciente iniuſtitias. Et reddit rationem: quia flagitioſi peribunt: hæreditas autem iuſtorum in æternum erit.

Et dirigetur dolus in manu eius. Hoc eſt,& fient fraudes & fallaciæ operatione eius. Ipſius opera plena erunt dolis & machinis. Accipitur manus pro operatione, vt Ioſue 21. Dominus præcepit *Ioſu.21.*
per manum Moſi. Et 22. Iuxta imperium domini *Ioſu.22.*
in manu Moſi. Et pſalmo 17. Secundum purita- *Pſal.17.*
tem manuum mearum retribuit mihi. Eſaiæ pri- *Eſai.1.*
mo: Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Actorum *Actor.5.*
quinto: Per manus apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia magna in plebe. Sed quoniam Antiochus fauebat machinis & dolis, poteſt hoc ita explanari. Et fient doli auxilio eius. Capitur enim manus pro auxilio & fauore, vt pſalmo 36. Do- *Pſal.36.*
minus ſupponit manum ſuam. Ac ſi dicat: Etſi iuſtus decidat, non collidetur: nã cum Deus auxilio ſuo iuuat, eiq́; ſe inclinanti fert opem. Si inciderit in calamitatem, nõ illi ſuccũbet: quia Deus illum manu, hoc eſt fauore & præſidio ſuo ſuſtentat. Et Eccleſiaſtici 13. Humiliare Deo, & expe- *Eccle.13.*
cta manus eius. Ac ſi dicat: Si te coram Deo demiſſe proſtraueris, & humilitatem colueris, vnũ ſi habeto, non tibi defuturum eſſe auxilium eius. Vel, dirigetur dolus in manu eius: hoc eſt in exercitu eius. Vt ſit ſenſus: Non ſolùm ipſe erit fallax & vafer, ſed exercitus eius dolis vtetur. Accipi autem manum pro exercitu indicant verba illa capitis vigeſimi Numerorũ. Egreſſus eſt obuius *Num. 20.*
eum infinita multitudine, & manu forti. Et verba illa primi Machabæorum capite vndecimo: *1.Mac.11.*
Occurrit ei in manu valida. Et Actorum duode- *Act. 12.*
cimo: Miſit rex Herodes manus, vt affligeret quoſdam de eccleſia. Pro exercitu accipitur etiã à Cicerone in oratione pro Cecina aiente: Qui manum fecerit, copias parauerit. Sumitur quoq; manus pro promiſſione iureiurando confirmata: vt decimoquarto Geneſis, vbi iurans Abraham: *Gene.14.*
Leuo, inquit, manum meam ad dominum excelſum, quòd à filo tegminis vſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt. Ita David pſalm. 62. In nomine tuo leuabo manus *Pſal. 62.*
meas. Qui autem periurio contaminantur, dexteram dicuntur habere mẽdacem. De illis ait pſalmographus: Quorum os locutum eſt vanitatem,

dextera eorũ dextera iniquitatis. Quæ verba poſ
ſunt ita transferri ex Hebtæo: Quorum os locu-
tum eſt mendacium: dextera eotum dextera eſt
mendax. Pro iniquitate enim eſt in Hebraićo no
men Xacer, quod iniquitatem ſignificat & men-
dacium, & mendax. Eſt igitur illotum verborum
ſenſus. Eripe me domine ab hominibus per fidis,
qui ex fallacijs & fraudibus conſtare videntur:
quorum os loquitur mendacium, quotum iuſiu-
randum mendax eſt, quotum animi ſunt periu-
rio contaminati. Eam ob cauſam poteſt hic Da-
nielis locus ita explanari. Et dirigetur dolus in
manu eius: hoc eſt, erit mendacium in eius iure-
iurando: nullam ſetuabit fidem in promiſſis, nul-
lam iutatus veritatem in verbis. Extendere ma-
nus eſt orare, & preces ad Deũ fundere, vt apud
Eſai.1. Eſaiam capite primo: Cùm extenderitis manus
veſtras, auertam oculos meos à vobis: ait domi-
Exod.17. nus. Exodi decimoſeptimo: Cùm leuaret Moſes
manus, vincebat Iſrael. Nam vt ait libro Officio
rum tertio Ambroſius, Moſes cùm taceret, cla-
mabat, cùm otioſus ſtaret, præliabatur: & de ho-
ſtibus quos non contigerat, triumphabat. Et vt
verbis vtar Chryſoſtomi ſermone de Moſe: fit
Moſe orante occulta pugna, ſed manifeſta victo-
ria, vnus orat, vt multi ſeruentur. Ponere manus
ſuper os eſt tacere, vt capite Michææ ſeptimo: Po
nunt manus ſuper os. Præterea manus ſignificat
potentiam, pactum, conſilium, flagellum, & alia,
quæ poſſunt huic loco accommodari. Sed ex o-
mnibus his interpretationibus illa mihi magis
placet, in qua manus accipitur pro operatione.
Eſai.53. Vt enim in loco illo de Chriſto intellecto Eſaiæ
capite quinquageſimotertio: Voluntas domini
in manu eius dirigetur: per manum intelligitur
operatio: ita hoc Danielis de Antichriſto: Et di-
rigetur dolus in manu eius. In operibus Chriſti
fiebat Dei voluntas: in operibus autem Antichri
ſti, dolus & mendacium. Antiochus enim, vt di-
ximus, Antichriſtum adumbrabat. Poteſt verti
locus hic: Et proſperabitur dolus in manu eius,
Vide occulta ſed iuſta Dei iudicia, qui permittit
aliquãdo, vt doli & fraudes impiorum illis proſ-
perè ſuccedant. At pœna illis æterna reſeruatur.

Contra principem principum. Id eſt, cõtra Deum
Apoc.19. quem Ioannes capite decimonono Apocalypſis
regem regum vocat, & dominum dominãtium.
In templo enim eius idolum poſuit Antiochus:
& aduerſus ipſum Deum protulit execrationes
& maledicta. Vel ideo dicitur contra Deum con
ſurgere, quia contra ſanctos eius ſurrexit. Saulo
enim Chriſtianos affligenti dixit Chriſtus, vt
Act.9. Actorum nono aſſerit diuus Lucas. Saule Saule
cur me perſequeris? Perſecutiones ſeruis ſuis à
Saulo illatas Chriſtus ſibi ipſi inferri teſtatur. Et
Apoc.13. Ioannes capite tertiodecimo Apocalypſis ait:
Quorum nomina non ſunt ſcripta in libro agni,
Gene.4. qui occiſus eſt ab origine mundi. Tunc enim in-
cœpit occidi non in ſe, ſed in electis ſuis, quando
pius iuſtúſque Abel paſtor ouium occiſus eſt per
inuidiam: qui paſtorem illum cœleſtem adum-
Ioan.10. brauit, qui de ſe ait apud Ioannem: Ego ſum pa-
Gene.12. ſtor bonus. Fuit perſecutus in Abraham, vendi-
Gene.39. tus in Ioſeph, exul in Moſe, qui vt ait apoſtolus,
Exod.2. prætulit improperium Chriſti omni theſauro
Heb.11. Aegyptiorum. Scio tamen poſſe verba illa ita or-
dinari: Quorum nomina non ſunt ſcripta ab ori-
gine mundi in libro vitæ agni, qui occiſus eſt. Po
teſt etiam locus ille de occiſione Chriſti in bea-
ta diuinæ mentis præſcientia intelligi. Nam cùm
Deus crearet Adam, præuidit eius peccatum, &
præordinauit Chriſti mortem pro totius mundi
ſalute. Id intelligebant apoſtoli, cùm dicebant
Actorum 4. Domine conuenerunt verè in ciuita- *Act.4.*
te iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum,
quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus cũ gen
tibus & populus Iſrael facere, quæ manus tua, &
conſilium tuum decreuerunt fieri. Fuit etiã Chri
ſtus occiſus ab orbe condito in victimis, oblatio
nibus, hoſtijs, ſacrificijs, quæ Chriſtum venturũ,
mortemq́ue ſubiturum adumbrabant: eúmque
futurum eſſe verum illud ſacrificiũ oſtendebant,
quod ſe in crucis ara pro nobis deuouit atq; con
ſtituit, vt mundi crimina deleret: & animos no-
ſtros expiaret.

Sine manu conteretur. Id eſt, percutietur ſine hu
mana opera: excedet à vita morte non vi allata.
Fuit enim Antiochus percuſſus plaga inſanabi-
li, & intolerabili fœtore: Scaturiebant de corpo-
re eius vermes: ac viuentes in dolore carnes eius
effluebant. Eum qui paulò antè ſydera cœli con-
tingere arbitrabatur, nemo poterat propter fœ-
toris intolerantiã portare. Et ita peregrè in mon-
tibus, doloribus incredibilibus oppreſſus, miſe-
rabili obitu ex vita migrauit. Lege caput nonum
libri ſecundi Machabæorum, vbi hæc inuenies
ſcripta. Quid ei attulit vtilitatis falſa mundi feli- *2.Mac.9.*
citas, ſiquidem tam infelici fine clauſit ſuum diẽ?
Pſal.1. vbi diuus pſaltes virum iuſtum cum arbo- *Pſal.1.*
re florente & fructuoſa comparauit, contulit im-
pios cum puluere à vento diſſipato, dicens: Non
ſic impij, non ſic: ſed tanquã puluis, quẽ proijcit
ventus à facie terræ. Vt enim puluis fragilis eſt,
& facilè euaneſcit: ita impius tametſi rebus vta- *Similia.*
tur ſecundis, & ad voluntatem fluentibus, imbe-
cillus tamẽ eſt, & facilè conſumitur. Et quemad-
modum aer agitatus puluerem hàc atque illac
proijcit & diſſipat: ſic effrenata cupiditas nefa-
rios homines exagitat: & quocunque æſtus fla-
gitiorum impulerit, eo miſeri præcipites ruunt.
Qui modò ad mundi gloriam floreſcebãt, ſtatim
euertuntur: & quæ fuerant diu multóque labore
quæſita, vna hora delẽtur. Qui eam nominis ce-
lebritatem exiſtimabant comparaſſe, quam ipſa
perpetuitas intueretur, æternam memoriam de-
decoris poſteritati relinquunt. Ac nonnulli non
ſolùm amittunt vitam, verũ etiam nomen: obrui
tur cum illis eorum memoria, & obliuione ho-
minum penitus extinguitur. Vidi impium ſu-
perexaltatum, inquit pſalmographus, & eleuatũ *Pſal.36.*
ſicut cedros Libani: tranſiui, & ecce nõ erat, quæ-
ſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Et alibi.
Increpaſti gentes, & perijt impius: nomẽ eorum
deleſti in æternum, & in ſeculum ſeculi. Si volue- *Pſal.9.*
rimus ad veritatem reuocare rationem, intuebi-
mur viros pios ac iuſtos quamuis calamitatibus
preſſos, conſequi tamen proſperos exitus, impios
autem & ſceleribus contaminatos, ex illuſtri &
florente rerum ſtatu in maximas ærumnas, & il-
las quidem perpetuas præcipitari. Vt nox non *Similia.*
extinguit ſtellas cœli: ſic calamitas mentes iuſto-
rum in cœlo inhærentes nõ obſcurat. Sed vt ſolis
ſplendor

ſplẽdor ſyderum fulgorem aufert: ità rerum proſperarum claritas ſolet mentium nitorem opprimere & delere. Viri pietate & iuſtitia præſtantes religionem alunt, in Dei bonitate & pulchritudine contemplanda: ac in calamitates acerbiſſimas adducti dum vndique premuntur, non opprimuntur: cadentes fortiores ſurgunt: in luctu & lachrymis gaudio & voluptate triumphant: in media morte verſati viuunt, atque floreſcunt. Ex rebus illis quibus alij frigent, ipſi incenduntur & ex illis admirabilis quædam erga diuinum numen in animis ipſorum exardeſcit amoris magnitudo. Et tandem in domicilio mentium beatarum gloriam ſempiternam conſequuntur. Cõtrà verò homines flagitioſi qui paſcuntur maleficiis, in medio rerum proſperarum ſunt ærumnoſi, & inter voluptates à furiis exagitantur. Omnes eorum contentiones inanes & fallaces eos decipiunt: in medio ſpatio ſæpe franguntur & corruunt: & antè in ipſo curſu obruũtur, quàm portum conſpicere potuerunt. Id intuens animo Ecclesiaſticus cap. 40. Subſtantiæ, inquit, iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur & ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabũt. Comparat eos cum tonitruo magno, quod terret mũdum, ſed ſtatim conſumitur. nã illi ex alto dignitatis gradu præcipitati, ad exitium ruunt ſempiternũ. Quemadmodũ mare inſtabile ſemper eſt, quòd motu inſtabilis lunæ moueatur: ita gloria eius qui eſt in fallaci mundi felicitate conſtitutus, inconſtans ſemper eſt, quòd inconſtantis mundi viciſſitudine agitetur, & varietate. Luna nullam habet ſirmitudinem, mare nullam certitudinem, mũdus nullam conſtantiam, impius felix nullam in felicitate perpetuitatem. Vnde pſalmographus: Inimici domini, inquit, mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodũ fumus deficient. Verba illa eiuſdem diuini pſaltis: Homo cùm in honore eſſet, non intellexit: verti poſſunt ex Hebræo: Homo cùm in gloria eſſet, non permanſit. Quibus verbis rerum ſecundarũ affluentiæ inſtabilitas ſignificatur. Ac etiam ſi toto vitę curſu mundi gloria permaneat cum homine impio, in morte certè eum derelinquet. Nam vt verbis vtar diuini citharœdi: Cùm interierit, non ſumet omnia: nec deſcendet cũ eo gloria eius. Quare illos ego duco felices & ſapientes, licet ærumnis angantur, qui pietatem, cæteráſq; colunt virtutes: quos honeſtas ipſa trahit ad verum decus: qui contẽptis rebus humanis cœleſtia bona conſectantur. Illos verò ærumnoſos cenſeo, etiamſi affluant diuitijs, & in ore hominum verſentur cũ gloria, qui animum turpi dedecore contaminãt: & virtutum ornamentis nudati in obſcœnis voluptatibus, cæteriſq; ſceleribus verſantur. Huiuſmodi fuit Antiochus, quem dominus ſine manu humana contriuit. Theodotio refert hoc ad aliorum interitum, quos Antiochus occidebat ita enim tranſfert. Quaſi oua manu ipſos conteret. At Latina noſtra lectio vulgata multò rectior eſt, & literæ Hebraicæ conuenientior.

Eccl. 40. *Similitudo.* *Pſal. 36.* *Pſal. 48.*

Et viſio veſpere & manè. Hoc eſt, cæterum vera eſt viſio hæc, in qua facta fuit mentio de veſpere & manè, & de numero illo dierum, qui fuit ab angelo definitus: habebit enim in tempore illo effectum ſuum.

Tu ergo viſionem ſigna. Quare tu claude viſum hoc, illudq; rege ſigillo, quia nõ implebitur modò: ſed poſt multum tempus. Quidam ita explicant: Tu ergo, ſcribe viſionẽ hanc, Sed verbum Hebræum ſignificat claudere, & abſcondere.

Ego Daniel langui. Id eſt, fracto animo fui: & flacceſcens incidi in ægrotationem, qua dies aliquot laboraui. Poteſt verti: Ego Daniel deſtitutus ſum viribus. Significat viſionis magnitudinem, & acerbum mœrorem, quo ob calamitates quibus Iudæi erant afficiendi, augebatur. Nouerat id, quod poſteà dixit apoſtolus ad Romanos duodecimo: flendum eſſe cum flentibus, & gaudendum cum gaudẽtibus. Fortaſſe voluit Deus, vt Daniel ęgrotaret, eſſétque afflictionibus confectus, ne altitudine viſionum, quas ſolus intelligebat, extolleretur. Paulus quippe dicebat capite duodecimo epiſtolæ ſecundæ ad Corinthios: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet. Per hunc autem ſtimulum carnis & angelum Satanæ intelligit Photius omnes apoſtoli afflictiones. *Rom. 12.* *1. Cor. 12.*

Cumque ſurrexiſſem, faciebam opera regis. Id eſt, cum conualeſcerẽ, & è morbo euaderem, in negotia regni incumbebam: regia negotia tractabã: Fuit quippe Daniel a rege electus ad regni negotia gerenda: vt ſupra viſum eſt capite ſecundo & ſexto. Sed oritur dubitatio, de quo rege hoc intelligatur, de Balſaſare rege Babyloniorum, an de Dario rege Medorum & perſarum. De rege Babylonię videtur intelligi non poſſe: nam regio Elam, & ciuitas Suſa vbi Daniel hæc vidit, ſunt in Perſide, vt paulò antè oſtendimus: & erant regis Perſarum, qui ad illas oras ſecum duxit Danielem, interfecto Balſaſare: vt ſuprà viſum eſt. Quare rex hic, cuius negotia Daniel geſſit, videretur fuiſſe Darius, non autem Balſaſar, qui iam exceſſerat è vita. Sed huic explanationi obſtat id quod ipſe Daniel ait in principio huius capitis, nimirum aſpexiſſe viſionem hanc anno tertio regni Balſaris, priuſquam Darius cepiſſet Babylonem. Quare exiſtimo regem hunc fuiſſe Balſaſarem, vt ipſe Daniel in exordio viſionis aſſerere videtur. Nec officit, & obſiſtit dicere Danielẽ fuiſſe tunc Suſæ in regione Elemaide: quia etſi corpore erat in Babylonia, ſpiritu tamẽ erat in Perſide, vbi ei videbatur eſſe, cùm ei apparuit hæc viſio. Vel fortaſſe regnante Balſaſare profectus eſt Daniel in Perſidem ad negotium aliquod conficiendum, & munus obeundum: & cùm ibi eſſet in celebri ciuitate nomine Suſa, ea vidit quę huic capiti mandauit Et poſtea conualeſcens Babylonem reuerſus, regis Balſaſaris negotia miniſtrabat: publiciſque muneribus præpoſitus in opera reipublicæ incumbebat. Reddebat enim, quæ ſunt Cæſaris Cęſari, quæ ſunt Dei Deo. Hãc exiſtimo eſſe germanam huius loci intelligentiã. *Sup. 2. & 6.* *Matth. 22.* *Luc. 21.*

Et non erat qui interpretaretur. Id eſt, qui mihi ſingula exponeret: nam angelus nomina regum non mihi explanauerat. Vel non erat, qui viſionẽ hanc publicè explicaret. Vel ego ſolus eam intelligebam, & interpretabar: nec erat alius, qui hoc facere poſſet.

obliri, ſceleribúſq; nefarijs contaminati dicebāt:
Non metuimus inferos, quia cum illis pactū pe-
pigimus, ne nos reciperet. Poteſt accipi infernus
pro ſepulchro: vt ſit ſenſus: Ita viuimus, ac ſi non
eſſet mors: quoniam pactionem ac fœdus ſancini-
mus cum ſepulchro, ne nos vnquam coerceat.
Inſana profectò vox, & intoleranda temeritas.
Cùm igitur verbū hoc Chaaah ſignificet impli-
care, & videre, poteſt verti locus hic Danielis:
Porrò hircus habebat cornu implicatum, ſeu ra-
moſum, in ſtar ſcilicet cornu ceruini. Vel viſibile:
vt vertit Pagninus: hoc eſt magnū: Pro quo La-
tinus noſter interpres rectè vertit inſigne.

Efferatus eſt in eum. Theodotio nobiſcū habet
ἐξηγριώθη πρὸς αὐτόν. Pro efferatus eſt, in Hebræo
eſt verbum מרר Marar, quod ſignificat exacerba-
Pſal.106. re, vt pſal. 106. Quia exacerbauerūt eloquia Dei.
Exod.12. Ab hoc verbo eſt merorim, pro quo noſter inter-
pres Exodi. 12. vertit lactucas agreſtes. Eſt etiam
vocabulum, pro quo Oſeæ 12. tranſtulit amaritu
dines. Ita enim propheta inducit Deum loquen-
tem: Ad iracundiam me prouocauit Ephrain in
amaritudinibus ſuis: Sed quia verbū hoc Marar
ſignificat etiam extollere, poteſt verti locus ille:
Ad iracundiam me prouocauit Ephrain excelſis
ſuis. Hoc eſt idolis ſuis. Quidam vertunt: ſtatuis
ſuis, vel, titulis ſuis: quod idem ferè eſt: Illud etiā
Iere.31. Ieremiæ 31. Statue tibi ſpeculam, pone tibi ama-
ritudines: dirige cor tuum in viam rectam: verti
poteſt: Pone tibi titulos ſeu ſigna excelſa: vt ſit ſē-
ſus. Nota & obſerua vias illas, quibus adductus
fueris ad tyrannū: eáſq; titulis ſeu lapidum acer-
uis aliiſq; ſignis excelſis deſigna: vt cùm in patriā
redieris: poſſis vias agnoſcere, quibus iuiſti. Et
quoniā verbum hoc, vt diximus, ſignificat extol-
lere, vertit Pagninus locum hunc Danielis: Ele-
uatus eſt contra eum. Poterat etiam verti: Acer-
bus factus eſt contra illum. Vel ira concitatus in
eum irruit, & impetum fecit.

*Contra Meridiem, & contra Orientē, & contra for-
titudinem.* Pro contra fortitudinem eſt in Græco
πρὸς τὴν δύσιν Hoc eſt ad Occidentē. In Hebrai-
co eſt ואל הצבי Veel Hatſeui. Pro quo Pagninus
tranſtulit: Et ad terram deſiderabilem. Vocabu-
lum Hebræum, Tſeui, ſignificat gloriam, fortitu-
dinem, decorem, deſiderium; amorem præcipuū,
amœnum, iucundum, egregium. Eo vtitur Eſa-
Eſai.28. ias loquens de Meſſia capit. 28. pro quo Latinus
noſter interpres trāſtulit gloriam, dicens: In die
illa erit Dominus exercituum corona gloriæ.
Quod Ionathas paraphraſtes Chaldæus vertit:
In tempore illo erit Meſſias Dominus exercituū
in coronam lætitiæ. Vbi pro Domino eſt in He-
bræo Iehouah, nomen Dei ineffabile, quod ſoli
conuenit Deo: quod Ionathas attribuit. Meſſiæ,
Ezec.20. qui verus eſt Deus. Hoc nomine vtitur Ezechiel
cap. 20. cùm ait: Quæ eſt egregia inter omnes ter
rās. Inde terra promiſſionis eo nomine dicta eſt
quod eſſet vberrima & fertiliſſima Hac ratione
ductus Rabbi Leui Benierſon hunc Danielis lo-
cum explanās: Factum eſt, inquit, magnum cōtra
Meridiem, hoc eſt cōtra regem Aegypti: & cōtra
regem Aegypti: & contra Orientem, hoc eſt con-
tra terram Perſarum: & contra Tſeui, hoc eſt con
Dan.11. tra terram Iſrael. Hæc ille, Illud quoque Danielis
cap. 11. Stabit in terra inclyta: poteſt verti: Stabit
in terra deſiderij, ſeu deſiderabili, vel in terra glo
riæ, aut decoris, aut præcipua: quibus nominibus
terra ſancta vocabatur.

Robur autem datum eſt ei contra iuge ſacrificium.
Pro robur eſt in Hebræo nomē צבא Tſaba, quod
ſignificat tempus ſtatutum, & militiā: vt Iob 7. *Iob 7.*
Militia eſt vita hominis ſuper terram. Quod po-
teſt etiam verti: Tempus præfixum eſt vita homi
nis ſuper terram. Eodem modo id quod eſt apud
Eſaiam cap. 40. Cōpleta eſt militia eius: verti po- *Eſai.40.*
teſt: Completum eſt tempus eius. Vbi aduerten-
dum eſt in codicibus minimè correctis pro mili-
tia eſſe malitiam ob typographorū incuriam. At
rectè quidem vita noſtra appellatur militia: ipſe
enim Iob ait ca. 14. Omnibus diebus quibus nūc *Iob 14.*
milito. Et diuus Paulus ca. 1. prioris ad Timotheū: *1.Tim.1.*
Hoc præceptum, inquit, commendo tibi, vt mili
tes in illis bonam militiam. Et cap. 2. poſterioris *2.Tim.1.*
ad eundem: Labora, inquit, ſicut bonus miles
Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo implicat ſe ne
gotijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.
Nam qui certat in agone, nō coronabitur, niſi le-
gitimè certauerit. Et cap. 4. eiuſdem epiſtolæ: Bo *2.Tim.4.*
nū certamen certaui. Ad Romanos, Corinthios, *Rom.13.*
Epheſios, & Theſſalonicēſes inſtruit ad arma ſpi *2.Cor.10.*
ritualia ſumenda. Significat etiam vocabulū hoc *Epheſ.6.*
fortitudinē: vt apud Danielē 10. Et verbū verū, *1.Theſ.5.*
& fortitudo magna. Quod poterat transferri: Et *Infr.10.*
verbum verum, & tempus magnū. Vt ſit ſenſus:
vera eſt hæc vaticinatio, ſed non implebitur niſi
poſt longo tempore. Vel, & verbum verum, &
exercitus magnus. Subaudi, apparuit illi. Signifi-
cat enim exercitum & virtutē: vt pſal. 23. Domi- *Pſal.23.*
nus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Pro quo quidam
vertunt: Dominus exercituum ipſe eſt rex gloriæ:
Vbi pro exercitibus quidam angelos intelligunt,
quidam aſtra cæli. Eodem modo pſal. 32. Verbo *Pſal.32.*
Domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius om- *Pſal.102.*
nis virtus eorū. Et pſal. 102. Benedicite domino
omnes virtutes eius. Hoc eſt, omnes angeli, vel
omnia ſydera, quæ inſtar exercituum in globis
cæleſtibus videntur. De his angelis, aut vt alij
aiunt, de his ſyderibus ait Chriſtus Deus noſter
apud Matthæum 24. & apud Lucam 21. Virtutes *Matt.24.*
cœlorum mouebuntur. Sumi autem virtutes cœ *Luc.21.*
lorū pro ſtellis indicat locus ille decimi capitis *Deut.10.*
Deuteronomij: Cúmq; reperti fuerint, qui ado-
rent ſolē & lunā, & omnem militiam cœli. Et 4.
Regum 17. Adorauerunt vniuerſam militiā cœ- *4.Reg.17.*
li. Pro eo enim accipiunt virtutes cœli, & militiā
cœli. Vnde dominus Deus Tſabaoth apud Eſaiā *Eſai.6.*
6. idem eſt dominus Deus virtutum, ſeu exerci-
tuum. Hoc eſt dominus Deus angelorū, aut cœ-
li & ſtellarum. Cùm igitur vocabulū hoc Tſaba,
ſiue Saba, quo hoc loco vtitur Daniel, multa ſi-
gnificet, non eſt mirum variè transferri. Noſter
Interpres habet: Robur autem datum eſt ei. Alij,
fortitudo data eſt ei. Pagninus: Et tempus dabi-
tur. In nonnullis codicibus eſt ad marginē: Cer-
tum tempus datum eſt ei. Quidam totam hanc
orationem ita vertunt. Exercitus autem traditus
eſt cū perenni ſacrificio per ſeclus. Poteris rectè
ita vertere; Exercitus autem traditus eſt propter
peccatum contra iuge ſacrificiū. Ac ſi dicat: Tra-
ditus eſt impio Antiocho exercitus Iudæorum
propter ſcelera, quæ in perenne ſacrificium in-

temperanter admiſcerant.

Dies duo millia tercenti. Ita etiam habet verſio Theodotionis. Particula duo aliquando præponitur, vt hîc, aliquando poſtponitur, vt capit. 10. Luc.10. Lucæ: Deſignauit dominus & alios ſeptuaginta duos. At Eraſmus Roterodamus aſſeuerantet affirmat diſcipulos illos non fuiſſe niſi ſeptuaginta tantùm: nec eſſe in Græcis exemplaribus particulam, duos, & in vulgata editione redundare. Quare verſio eius habet: Poſt hęc autem deſignauit dominus & alios ſeptuaginta: miſitq; illos binos. Contendit autem cõfirmare hoc authoritate Hieronymi, Ambroſij, & Cyrilli, qui loquentes de illorum diſcipulorũ miſſione, aiunt Chriſtum cõſignaſſe ſeptuaginta, & miſiſſe eos, nullam de duobus mentionem facientes. Tenuis profectò, atq; exilis probatio. Si Græcũ exemplar antiquiſſimum & grauiſſimum vidiſſet, quod in Vaticana ſeruatur bibliotheca, nõ tam audacter aſſereret particulam, duos, in Græcis nuſquã reperiri. Nam Græcus ille codex habet: Deſignauit dominus & alios ſeptuaginta duos: quemadmodum habent alij, quos Eraſmus aut nõ vidit, aut non vidiſſe ſimulauit. Quod autẽ affert ex nonnullis magni nominis ſcriptoribus, nullius eſt momenti. Solẽt enim authores graues magnum numerum receſſere, paruulum autem ei additum ſilentio præterire. Vnde effectum eſt, vt mentio-

Luc.10. nem faciẽtes illorum diſcipulorum, quos Lucas ait fuiſſe ſeptuaginta duos, breuitatis cauſa citent ſeptuaginta. Id quod in primis veteris teſtamenti interpretibus aſpicimus: qui cùm fuerint ſeptuaginta duo, nimirũ ſex ſelecti ex ſingulis duodecim tribubus: ab iiſdẽ tamen authoribus quos pro ſe citat Eraſmus, & ab omnibus alijs tam veteribus, quam recentibus, ſub titulo ſeptuaginta allegantur. Fuiſſe autem trãſlatores illos ſeptuaginta duos, indicat Ioſephus duodecimo Antiquitatum, Tertullianus in apologetico aduerſus gentes, Epiphanius libr. 3. aduerſus hæreſes, Auguſtinus libr. 18. de ciuitate Dei, Philo Iudæus, Iuſtinus martyr, Euſebius Cæſarienſis, & alij, ſed præcipuè Ariſteas illius temporis hiſtoricus, qui eorum non ſolùm numerum, ſed etiam nomina literis mandauit. Quemadmodum igitur hi legis veteris interpretes fuerunt ſeptuaginta duo, ſed ſub nomine ſeptuaginta citãtur: ita diſcipuli illi quos dominus deſignauit, fuerunt ſeptuaginta duo, ſed à nonnullis, qui in eorum incidunt mentionem, ſeptuaginta dicuntur. Eodem modo Romani centum illos & quinq; iudices, quos ex ſingulis triginta quinq; tribubus tres ſeligebãt, cẽtum viros appellabãt. Refutaui Eraſmi rationes: nunc contrariam partem veram eſſe demonſtrabo. Euſebius Emiſſenus Græcus author, antiquus & eruditus, locum illum Lucæ explanans: Beatus Lucas, inquit, euãgeliſta ſic ait: Deſignauit dominus & alios diſcipulus ſeptuagita duos. Et paulò pòſt ait, duodecim apoſtolos in duodecim filijs Iacub fuiſſe adumbratos, & ſeptuagita duos diſcipulos in ſeptuaginta duobus viris

Num.11. quos Moſes ex ſenioribus Iſraelis iubente Deo elegit. Clemens ſummus põtifex huius nominis primus, diſcipulus beati Petri apoſtoli, aſſerit etiam diſcipulos illos fuiſſe ſeptuaginta duos, ca. 59. libr. 2. apoſtolicarum conſtitutionum. Huius ſententiam ſequitur venerabilis Beda, in quo diuinum ſapientiæ lumen eluxit: qui libro in Lucã tertio eundem legit numerũ, eandemq; agnoſcit lectionem. Quid dicam de diuino illo admirãdo Aurelio Auguſtino, qui admirabili ingenij acuminè præditus, omnibus diſciplinis eruditus, innumera atq; præclara ſapientiæ ſuæ monimenta reliquit, tanta eruditione & ſapientia referta, vt verborum prope numerum ſentẽtiarum numero conſequatur. Hic non ſolùm legit nobiſcum ſeptuaginta duos, ſed etiam ait hunc numerum collegio diſcipulorum illorum maximè conuenire. Libro enim euangelicarum quæſtionum ſecundo ita ait: De ſeptuaginta duobus diſcipulus: ſicut viginti quatuor horis totus orbis peragitur, atq; à ſole luſtratur: ita myſterium illuſtrãdi orbis per euãgeliũ trinitatis in ſeptuaginta duobus diſcipulis intimatur. Viginti quatuor enim ter in ſeptuaginta duobus ponimus. Hæc ille. Sed dices Clementem & Auguſtinum non fuiſſe natione Græcos. Fateor fuiſſe alterum illorum Romanum, alterum Afrum: ſed ambos ſapientes & Latinos, ac ſermonis Græci nõ ignaros. Et vterque legit ſeptuaginta duos. Ac Clemens fuit coæuus Lucæ euangeliſtæ, cuius euangelium Græcè ſcriptum, aiunt illum in Latinum ſermonem conuertiſſe. Sed quoniã ad græcos authores confugis, nonne Euſebius Emiſſenus, quem tibi citaui, fuit Græcus? Nõne Epiphanius etiam Græcus fuit? Quis dubitat? Hic epiphanius vetuſtate & ſapientia inſignis, qui Græcos ſuę ætatis grauitate dicẽdi ſuperauit, in fine primæ partis aduerſus hæreſes, vbi de numero diſcipulorum, quos Chriſtus miſit euangelium concionaturos, ſententiam ſuam literis mandauit hæc ſcripta reliquit. Miſit antẽ & alios ſeptuaginta duos ad prædicãdum. Et paulò pòſt: Et reliquos ſeptuaginta duos. Ac non multo pòſt loquens de diuo Paulo: Quem, inquit, reperimus diuum Lucam de numero ſeptuaginta duorum exiſtentem ſibi ſociũ feciſſe. Nõne aſpicis quàm apertè & diſtinctè aſſerat fuiſſe diſcipulos illos ſeptuaginta duos? Græcus erat, & Græcos codices legebat, & vera eorũ lectione inſtructus, hunc fuiſſe eorum numerum affirmauit. Intuere quàm valida ac grauida tibi citem teſtimonia, & perſpice noſtræ vulgatæ lectionis vetuſtatem. Electi ſunt duodecim apoſtoli, vt prius duodecim tribus Iſraelis erudirent, & deinde omnes gentes: quibus epiſcopi ſuccedunt. Poſteà fuerunt ſeptuaginta duo diſcipuli miſſi, qui nuntiarent veritatem ſeptuaginta duabus linguis, in confuſione turris Babilonicæ per orbem diſperſis: quibus presbyteri maximè ſuccedunt. Ac ne vagetur longius oratio meà, Hippolitus, cuius meminit Hieronimus in libro de viris illuſtribus, epiſcopus metropolis Abram, & Gelaſius pontifex maximus teſtatur: vir Græcus, & in diuinis ſcripturis eruditus, qui floruit, imperij clauum tenente Alexandro Seuero anno domini 220. aſſerit apertiſsimè diſcipulos illos quos Lucas ait miſſos fuiſſe à domino, fuiſſe ſeptuaginta duos: eóſq; nominatim appellat in catalogo, quem edidit: vbi non ſolùm eorum numerum, ſed etiam nomina retulit. Idem fecit poſt illum Dorotheus Tyri epiſcopus, qui ſub Iuliano imperatore & anno domini 360. magnã nominis claritatem

claritatem conſecutus, ob Ieſu Chriſti fidē martyrium ſuſtinuit: atque eximiam honeſtámque vitam præclara glorioſaque morte conſignauit. Hi duo illuſtres viri nomina omnium ſeptuaginta duorum diſcipulorum in tabulas retulerunt: quas apud Georgium Ederum virum doctum in Oeconomiæ, ſeu partitionum theologicarum lib. 4. poteris videre. Quare nō eſt, cur Eraſmus, & alij velint Latinā noſtram vulgatam editionem vt vitioſam, & hoc loco redundantem vituperare.

Et copia rerum omnium occidet plurimos. Pro copia rerum omnium eſt in Hebræo vnicum vocabulum, nimirum שלוה Xaluah, quod ſignificat quietem. Et quia in animi quiete multa bona continentur, accipitur pro abundantia bonorum, & proſperitate. Et quia, qui diuitiis affluūt, ſolent in errores incidere, & obliuiſci aliorum, accipitur pro errore, & temeritate, & obliuione. Et quia nimia quies parit otium, & ex otio oritur dolus, accipitur pro otio, & dolo. Et quia dolus auertit hominem à Deo, accipitur pro auer-

Prou. 8. ſione: vt cap. Prou. 1. Auerſio paruulorum interficiet eos. Poteſt verti: Otium paruulorum interficiet eos. Homines enim inertiæ deſidioſiſſimæ dediti, qui in otio hebeſcunt & languent, quāuis ſint ætate ſenes, pueri tamen ſunt: quòd nihil efficiunt, quod poſt eorum mortem eos vixiſſe teſtetur. Eos interficit otium, quo diffluunt: remiſſionamque & animi relaxatio exitium illis, perpetuámque ignominiam patiunt. Poteſt transferri tota illa oratio. Error aut temeritas paruulorum illos occidet. Vel, proſperitas ſtultorum perdet eos. Solent enim inſani homines rebus ſecundis perniciem ſibi parare. Vel obliuio inſi-

Eccl. 7. pientium euertet illos. Obliuiſcuntur enim mortis, aliarumque rerum, quæ dicuntur nouiſſime: de quibus ait Eccl. cap. 7. Memorare nouiſſima tua: & in æternum non peccabis. Cùm igitur Xaluah multa ſignificet, varie explicatur. Interpres noſter habet: In copia rerum omnium: & rectè quidē. Theodotio: δόλῳ ἀφανιεῖ πολλούς: Hoc eſt dolo interficiet multos. Pagn. In dolo vaſtabit multos. Poteſt rectè verti: In pace occidet multos. Hoc eſt impetum faciet in multos nihil tale ſuſpicantes, vtpote in pace & quiete degentes. Vel, in abundantia occidet plurimos. Hoc eſt, ipſe Antiochus affluens potentia & diuitiarum copia exitium multis molietur. Vel, ipſe multis diuitibus rerum proſperarum copia cumulatis, peſtem ac perniciem machinabitur.

Argumentum capitis IX.

Implorat ſuppliciter Deum diuinus vates, vt Hebræos à Babylonica liberet ſeruitute, eorúmque res afflictas & propè iacentes recreet, atque ſuſtentet. Sanctus erat vir hic, nullis mortiferis labibus imbutus, nullis rerum aduerſarum ictibus fractus, & de gradu pietatis deiectus: & tamen ſe fatetur iniuſtum, & cum ſceleratis recenſet. Cùm autem pias ardentéſque preces funderet ad dominum, apparuit ei angelus Gabriel, qui ei ſeptuaginta hebdomadas oſtendit: & prædixit tempus inſtaurationis Hieroſolymæ, & Chriſti mortis, qui erat venturus, vt mortalibus viam muniret ad gloriam ſempiternā conſequendam.

CAPVT IX.

IN anno primo Darij filij Aſſueri, de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum, anno vno regni eius: ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus eſt ſermo domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur deſolationis Ieruſalem ſeptuaginta anni. Et poſui faciem meam ad dominum Deum meum rogare & deprecari in ieiuniis, ſacco & cinere: & oraui dominum Deum meum: & confeſſus ſum, & dixi. Obſecro domine Deus magne & terribilis, cuſtodiens pactum, & miſericordiam diligentibus te, & cuſtodientibus mandata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus: & receſſimus, & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs. Non obediuimus ſeruis tuis prophetis, qui locuti ſunt in nomine tuo: regibus noſtris, principibus noſtris, patribus noſtris, omníque populo terræ. Tibi domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei, ſicut eſt hodie viro Iuda & habitatoribus Ieruſalem, & omni Iſrael, ijs qui prope ſunt, & ijs qui procul in vniuerſis terris: ad quas eieciſti eos propter iniquitates eorū, in quib. peccauerunt in te domine. Nobis confuſio faciei, regibus noſtris, principibus noſtris, & patribus noſtris, qui peccauerunt: tibi autē domino Deo noſtro miſericordia & propitiatio, quia receſſimus à te, & non audiuimus vocē domini Dei noſtri, vt ambularemus in lege eius, quā poſuit nobis per ſeruos ſuos prophetas. Et omnis Iſrael præuaricati ſunt legem tuam: & declinauerunt, ne audirent vocem tuam. Et ſtillauit ſuper nos maledictio, & deteſtatio, quæ ſcripta eſt in libro Moſi ſerui Dei, quia peccauimus ei.

[Margin: A; Ier. 25.; Ier. 29.; 2. Eſd. 1.; Bar. 1.; B; Deut. 27.]

EXPLANATIO.

In anno primo Darij. Hic eſt Darius ille, vt diuus ait Hieronymus, qui cum Cyro euertit Babylonem, & triumphauit de Chaldæis, ſecumq; Danielem in Mediam ac Perſidem duxit. Nō eſt ille, cuius ſecundo anno, vt ex Aggæo & Zacharia conſtat, inſtauratum eſt templum Hieroſolymæ: nec ille, quem Alexander magnus ſuperauit. Sed eſt filius Aſſueri: non illius, de quo libro Eſther cap. 1. loquitur ſcriptura, qui multò pòſt extitit: ſed alterius, qui appellabatur alio nomine Aſtyagis. Hic Darius ducebat originē à Medis: & primus occiſo rege Balſaſare, redegit Chaldæam in ditionem ſuam, regnúmque Babyloniorum imperio Medorum ac Perſarum ſubiecit.

[Margin: Agg. 1.; Zach. 2.; Eſth. 1.]

Vno anno regni eius. Huc eſt primo anno ab euerſa Babylone. Solent enim Hebræi nomine Gen.1. vnius intelligere primum: vt Gen.1.cap. Factum eſt veſpere & manè dies vnus. Id eſt, & ita tranſactus eſt primus dies naturalis. Vbi fit prius mẽrio veſperæ, quã manè, quia Hebræi diem à veſpera incipiebant. Et cap. 16. euangelij authore Marco: Valde manè vna ſabbatorum veniunt ad monumentum. Pro quo Lucas cap. 24. ait: Vna autem ſabbati valde diluculo venerunt ad monumentum. Ac ſi dicerent: Prima die hebdomadæ, quæ eſt dies prima poſt ſabbatum. Hoc eſt ipſa die dominicæ reſurrectionis.

Ego Daniel intellexi in libris. Hoc eſt diligenter, & attento animo conſideraui in vaticinationibus Ieremiæ numerum annorum exilij Babylo-Sup.8. nici. Capite etiam ſuperiore accipitur intelligere pro conſiderare, vbi Daniel ait: Et ego intellige bam. Vel intellexi in libris, hoc eſt animo ac intelligentia percepi numerum annorum vaſtitatis Hieroſolymæ ex libris vaticinationum Ier. Cap. 25. & 29 prædixit Ieremias duraturam eſſe Babylonicam ſeruitutem annos ſeptuaginta: illiſque finitis & fluxis rediturοs eſſe Iudæos in pa-1.Eſdr.1. triam ſuam, & vrbẽ ac templum inſtauraturos. et Par. vlt. Et ita euenit: vt ex ca.1.lib.1.Eſdræ, & ex cap. vltimo ſecundi Paralip. perſpicuè liquet. Has vaticinationes ait hoc loco Daniel, ſe legiſſe, & in-Ier.18. tellexiſſe, Deúmque pro earum impletione oraſſe. Cùm Daniel legeret Ieremiam, & in has incideret vaticinationes de reditu Iudæorum, timẽs ne peccata populi illam Dei promiſſionem impedirent, aut retardarent, ſe ad preces conuertit. Nam Dei promiſſiones clementia plenæ intelligendæ ſunt, niſi impedimentũ ab eo, cui fiunt, ponatur. Ipſe enim Deus ait in hunc modum apud Iet. cap. 18. Subito loquar de genre & de regnu, vt ædificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono, quod locutus ſum, vt facerem ei. Id intelligens diuus Hieronymus: Hæc res, inquit, non facit Danielem negligentẽ, ſed magis prouocat ad rogandum: vt quod Deus promiſit per ſuam clementiam, impleat per eorũ preces: ne negligentia & ſuperbia pariat offenſam. Quæ verba ſunt in ſacros canones relata, de pœnitentia diſt.1. Prædixerat.

Et poſui faciem meam ad dominum Deum. Hoc eſt, reſpexi in cœlum, vt Deum orarem & deprecarer. Vel, conuerti faciem meam verſus Hieroſolymam, vbi verus Deus olim colebatur. Ad locum illum reſpexi, vbi quondam fuerat templũ Pſal.26. Salomonium Deo dedicatum. Poteſt facies hoc loco accipi pro animi intentione: vt pſal.26. Tibi dixit cor meum: exquiſiuit te facies mea: faciem tuam domine requirã. Ac ſi dicat Dauid: Te domine obſecrauit cor meum: te intentio conſcientiæ meæ quæſiuit: fauorem tuum ſemper implorabo. Vbi facies primo loco pro animi Pſal.78. propoſito ſumitur, ſecundo verò pro fauore. In Iob 7. hác ſignificationẽ accipitur pſal.78. Oſtende nobis domine faciẽ tuã, & ſalui erimus. Et cap. 7. Iob: Cur faciẽ tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum. Sumitur aliquando facies Dei Pſal.67. pro eius præſentia, iudicio, & præceptu: vt pſal. 67. Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. Hoc eſt à præſentia Dei: vel iudicio eius: vel præcepto illius. His modis poteſt accipi cap. 4. Gen. Egreſſuſque Cain à facie domi Gen.4. ni, habitauit profugus in terra. At hoc Danielis loco ponere faciem, idem eſt quod oculis mentis & corporis aſpicere: vt apud Ezech.6. Pone Ezec.6. faciem tuam ad montes Iſrael. Vidimus enim ſupra ca. 6. Danielem in cœnaculo ſuo feneſtris apertis verſus Hieroſolymam Deũ coluiſſe, & oculos tam animi quàm corporis ad templum ſanctum leuaſſe.

Rogare & deprecari in ieiuniis ſacco, & cinere. Vt Deum rogarem & deprecarer ieiunus & debilitatus, ſacco indutus, cinere aſperſus. Poteſt tota hæc oratio ita explanari: Conuerti faciem meã ad dominũ Deum: ac ad preces fundendas me abſtinẽtia, cilicio, & cinere præparaui. Hic enim erat Iudæorum mos, cùm acerbis calamitatibus angebantur. Colligis ex hoc loco, ieiunium, & cilicium, & animi abiectionem, ac veram humilitatem per cineris aſperſionem deſignatam, eſſe excellentes ad orationem præparationes. Vt pul Similitudo ſator muſicus prius lyræ temperat neruos, & præparat ad muſicum ſonitum, ac poſtea pulſat, & ſuauem efficit concentum: ſic qui pias ac ardentes preces ad dominum fundere voluerit, prius debet chordas animi pœnitentia præparate, & poſtea admirabilem obſecrationis harmoniam conficere. Vnde Eccleſiaſticus cap. 18. Ante ora-Eccle.18. tionem, inquit, præpara animam tuam. Et pſal-Pſal.9. mographus: Præparationem cordis mei audiuit auris tua. Præparatur autẽ cor pœnitentia, & humilitate, & ardente diuini ignis amore. Quẽad-Simile. modũ thuris odor non aſcẽdit ſurſum, niſi exeat ex acerra candẽtibus plena carbonibus: ſic obſecratio vt feratur in ſublime, egreſſura eſt ex animo amore Dei inflãmato. Ideo dicebat diuinus citharœdus pſal. 140. Dirigatur domine oratio Pſal.140. mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Sed hæc oratio debet ex animo proficiſci contrito & pœnitente. Eſt enim pœnitentia remedium ſalutare ad funeſtum flagitiorum telum ex cordibus ex-Similitudo pellendũ. Vt ceruus ſaucius quærit dictamũ herbam medicã, quæ illi ſagittã foras eiiciat: ſic peccator ſcelere percuſſus debet ad pœnitentiam cõfugere, quę ei iaculũ in animo fixũ extrà depellat. Similitudo Quemadmodũ ager cõſitus, vberes pulchroſq; ferens fructus eſt cõſeptus dumibus ac ſpinis, ne cõmittatur direptioni: ita qui vult excellentibus virtutũ fructibus abũdare, debet ſe aſperitate victus, cultus, & tegumẽti vallare atq; munire, ne à furibus animorum ſpolietur. Pœnitentia vt ait Tertullianus, & poſt eũ Hieronymus, eſt ſecunda tabula poſt naufragium. Ac vt ait Auguſtinus in libro de pœnitentia, ad agendam pœnitentiã non ſufficit mores in melius commutare, & à malefactis recedere, niſi & de his, quæ facta ſunt, ſatisfacias Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium cooperantibus eleemoſynis. Apud Exec. Ezec.18. cap. decimooctauo ait ita Deus: Conuertimini, Ioel.2. & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris. Et apud Ioelem ſecundũ. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Scindite corda veſtra, & non veſtimen

Luc 13. menta veſtra. Et apud Lucam 13. Niſi pœniteu-
Mat.3. tiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Et di-
uus Ioannes Baptiſta: Pœnitentiam, inquit, agi-
te, appropinquauit enim regnum cœlorum. Et
Luc 3. rurſus: Facite fructus dignos pœnitentia. Quare
debemus delicias & illecebras contemnere, pœ-
nitentiæ aſperitatem diligere, & inſignes ſcelerũ
labes animo conceptas acerbiſſimis lachrymis
delere. Et ita liberabimur mundo, & incolumes
Similitudo. euademus. Nam vt canis non audet hericium
ſpinis vndique redimitum, & ſeptum percutere:
ſic nec mundus eos lædit, quos videt ſpinis pœ-
nitentiæ indutos ac munitos. Pœnitentia igitur
præparati debemus pias ac flagrantes preces
mittere in cœlum, & oculos extollere in montes
cœleſtes, vnde nobis veniat auxilium. Si hoc fa-
ciebat noſter Daniel, qui animum à corporis cõ
tagione ſeuocarat, totúmque ſeſe ad ſanctorum
imitationem contulerat: quantò magis in id iu-
cumbere debent, qui ſe vidẽt ſceleribus ſaucios,
& flagitijs imbutos: Quid poteſt illis eſſe ad vti-
litatem accommodatius: Quid ad veram animi
pulchritudinem conſequendam præſtantius,
quàm eſſe ſalutari pœnitentia munitos, diuinó-
que præſidio ſeptos? Eam ob cauſam aiebat di-
Pſal.6. uinus ac regius vates: Laboraui in gemitu meo,
lauabo per ſingulas noctes lectum meũ, lachry-
mis meis ſtratum meum rigabo. Et diuus Petrus
Act.3. apoſtolus Actorum tertio: Pœnitemini, & con-
uertimini, vt deleantur peccata veſtra. Et diuus
2.Cor.7. Paulus in poſteriore ad Cor.cap.7. Nũc gaudeo,
non quia contriſtati eſtis: ſed quia cõtriſtati eſtis
ad pœnitentiam: quæ enim ſecundùm Deũ eſt
triſtitia, pœnitentiam in ſalutẽ ſtabilẽ operatur.

Confeſſus ſum. Mea ſcilicet, & aliorum crimi-
na. Aſſumit perſonam populi peccantis. Cùm v-
nus eſſet à populo, enumerat ex perſona ſua po-
puli peccata. Vel confeſſus ſum, id eſt Deo gra-
tias egi, eumq; laudibus celebraui.

Deus magne, & terribilis. Nimirum aduerſus
eos, qui te contemnunt: Hæc eadem verba vide-
2.Eſd.1. re poteris in obſecratione Nehemiæ libr.2.Eſdr.
cap.1. Explicans diuus Cyprianus hunc Danie-
lis locum in tractatione de lapſis, ſermone quin-
to ait: Daniel poſt fidei ac innocentiæ ſuæ multi
plicem gratiam, poſt dignationem domini circa
virtutes ac laudes ſuas ſæpe repetitam, ieiunijs
apud Deum promerere nititur: in ſacco & cine-
re volutatur: exomologeſin faciens, & dicens:
Domine Deus magnus & metuendus.

Cuſtodiens pactũ & miſericordiam diligentibus te.
Ex hoc loco colligit Hieronymus, non ſtatim
futurum eſſe omne id, quod Deus pollicetur: ſed
illis complere Deum ſuæ miſericordiæ promiſ-
ſiones, qui eum amore proſequuntur. Quod in-
telligitur, quando Deus non abſolute pollicetur.
Huiuſmodi homines Deus mirabiliter diligit,
iuxta illud Eccleſiaſtici capite 34. Oculi Dei in
Eccle.34. diligentẽs ſe. Et paulò pòſt: Protector potentiæ,
firmamentum virtutis, &c.

Peccauimus. Statim in principio obſecrationis
ſe peccatorem fatetur, iuxta Prou. illud Iuſtus
Prou.18. prior eſt accuſator ſui. Et illud Eſaiæ: Narra, ſi
Eſai.43. quid habes: vt iuſtificeris. Pro quo ſeptuaginta
interpretes verterunt: Dic tu prius iniquitates
Similitudo. tuas vt iuſtificeris. Quemadmodum mẽdicus in
via iacens non ſolet tranſeuntibus ſana membra
oſtendere, ſed ſaucia, & vulneribus confecta, vt
eos moueat ad miſericordiam: ſic nos non ſu-
mus Deo virtutũ actiones oſtenſuri, ſed peccata,
& animam flagitijs percuſſam, vt eius moueа-
mus pietatem. Nam vt diuus ait Auguſt. & cita-
tur à Proſpero Aquitanico in tractatione ſenten-
tiarum: apud iudicẽ iuſtũ & miſericordẽ qui ſe
accuſat, excuſat. Id fecit Publicanus, qui aſcen-
dens in templũ oraturus, percutiens pectus ſuũ
dicebat: Deus propitius eſto mihi peccatori. *Luc 8.*
Contrà verò Phariſæus in oratione multùm ſibi
aſſumpſit, & arrogauit. Ex quo effectum eſt, vt
Publicanus exiret inde iuſtificatus, Phariſęus au
tem haud quaquam. Sed vide quot verba Daniel
hoc loco inculcet idem ſignificantia: Peccaui-
mus, inquit, iniquitatem fecimus, impiè egimus,
& receſſimus & decliuauimus à mãdatis tuis ac
iudiciis. Vbi iudicia & mandata pro eodem acci
piuntur. Figura eſt ſcheſis onomaton. Ea vtitur *Pſal.106.*
Dauid pſal.106. cùm ait: Peccauimus cum patri *Eſa.1.*
bus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus.
Et Eſaias cap.1. Væ genti peccatrici, populo gra-
ui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis.

Non obediuimus ſeruis ſuis prophetis. Hi concio-
nabantur, nuntiabant Dei verba: populum in-
ſtruebant ſermone & exemplo vitæ, & ad virtu-
tem excitabãt. Et quia non ſolùm diſſerebant de
virtute, ſed in eius actiones incumbebant, ſerui
Dei hoc loco meritò vocantur. Nam conciona- *Simile.*
tores qui bene docent, ſed malè viuunt, ſimiles
ſunt tabulæ ludi latrũculorum diuiſæ in domos,
alias candidas, alias nigras. Actiones quas docẽt,
ſunt domus candidæ, in quas verò incumbunt,
nigræ. Eorum vita cum doctrina coniuncta eſt *Simile.*
pellis tigridis, maculis candidis tetríſque diſtin-
cta. At eum debent imitari, de quo ait ca.1. Acto
rum apoſtolorum diuus Luc. Cœpit Ieſus facere *Act.1.*
& docere. Quippe vt ait diuus Paulus in priore
ad Cor.cap.4. Non in ſermone eſt regnũ Dei, ſed *1.Cor.4.*
in virtute. At multi qui alios docent, ita ſe labi-
bus contaminant, vt cum eorum vita mirabiliter
pugnet oratio. Quemadmodum tabula diuerſo- *Simile.*
rij inuitat tranſeuntes ad hoſpitium peropportu
nũ, vt declinantes aeris iniurias ſe intus recipiãt,
cùm illa perpetuò ſit foris ſuſpenſa in aere, æſti-
bus, pluuijs, & procellis obnoxia: ſic multi alios
hortantur ad virtutem, & gloriam rectè factorũ,
cùm ipſi ſint vitiis contaminati, omníque vera
gloria deſtituti. Dauid prius petebat à Deo pro- *Pſal.118.*
bitatem, quàm ſcientiam, cùm diceret: Bonita-
tem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me:

Tibi Domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei.
Hoc eſt, tu, Domine es iuſtus, & ipſa iuſtitia, nos
autem erubeſcentes pœnas noſtris ſceleribus de
bitas perſoluimus. Tibi tribuenda eſt iuſtitia, no
bis autem iuſta caſtigatio. Confuſio faciei idem
eſt quod pudor pœnæ, & ignominiæ: vt pſal. 43.
Tota die verecundia mea contra me eſt: & con- *Pſal. 43.*
fuſio faciei meæ cooperuit me: Hæc Danielis
verba poteris videre cap.1. Baruch. *Baruc.1.*

Viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalem. Hoc eſt,
tribui Iuda & Beniamin cũ Hebræis aliarum tri
buũ, qui in vaſtitate Samarię per Aſſyrios confu
gerunt ad vrbem Hieroſolymã. Et omni Iſraeli,
id eſt decem tribubus, quę fuerunt in Aſſyriam
transla

tranſlatæ, vnde nunquam ad Samariam, vbi habitauerant, redierunt. Ieruſalem eſt nomen Hebræum & ſignificat pacis viſionem. Ob eam cauſam Eucherius libro 2. in Geneſim reprehendit Egeſippum aſſerentem conſtare Ieruſalem ex Græco & Latino idiomate. Samaria etiam nomen eſt Hebræum, quod ab Hebræis dicitur Sameron & Semron: & ſignificat cuſtodiam & adamantem. Eſt igitur ſenſus. Tã duabus tribubus, quàm decem eſt confuſio: & omnibus denique Hebræis tam propinquis, quàm remotis. Decem tribus fuerunt euerſæ per Aſſyrios, duæ verò per Babylonios: nam duo illa regna nimirum Aſſyrium & Babylonicum erant diuiſa: ſed poſteà fuerunt coniuncta: & ex duobus vnum coagmentatum, quod Babylonicum appellatur.

Tibi autem Domino Deo noſtro miſericordia & propitiatio. Scilicet eſt. Paulò antè dixerat: Tibi Domine iuſtitia: nunc ait: Tibi Domine miſericordia. Quem appellanit iuſtum, nunc appellat miſericordem. De eo ait diuinus vates pſal. 114. *Pſal. 114.* Miſericors Dominus & iuſtus: & Deus noſter miſeretur. Vnde principes, & qui reipublicæ tenent gubernaculum, daturi operam ſunt, vt iuſtitiam cum miſericordia coniungant: iuxta illud Prou. cap. 21. *Prou. 21.* Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiam, & gloriam. Quẽadmodum *Similitudo.* ex duobus odoramentis muſco & ambaro efficitur ſuauis paſtillus: ſic ex iuſtitia & miſericordia conflatur admirabilis compoſitio & confectio.

Quia receßimus à te. Id eſt, quia in te peccauimus: peccare enim eſt à Deo recedere. Hæc verba poſſunt etiam verti ex Hebræo: Quamuis receſſerimus à te. Ac ſi dicat: Non eſt cur deſperemus: nam etſi legem tuam violauimus, magna tamen eſt miſericordia tua.

Et ſtillauit ſuper nos maledictio & deteſtatio. Non totam in nos iram effudiſti, quam ſuſtinere non poſſemus; ſed ſenſim nos puniuiſti guttis & ſtillis furoris tui, vt correcti ad te conuerteremur. Vel ideò ait: ſtillauit, quia omnis pœna huius vitæ eſt veluti ſtilla ad mare cum æterna pœna cõparata. Et quia pœna quam nobis infligit Deus, vt conuertamur ad illum, ex eius miſericordia & manſuetudine dimanat, eſt profectò dicendum, magnam eſſe Dei iram aduerſum nos, cum nobis non iraſcitur. Id intelligebat Dauid, cùm dicebat 9. pſal. *Pſal. 9.* Exacerbauit dominum peccator, ſecũdùm multitudinem iræ ſuæ nõ quæret. Quando Deus ad iram incitatus ab impio, eum non quærit, nec punit, ſed relinquit, tunc multitudinem iræ ſuæ oſtendit. Id voluit ille ſignificare, cùm apud Ezech. cap. 16. *Ezech. 16.* has voces emiſit: Requieſcet indignatio mea in te & auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar amplius. Hoc eſt, ſummo hoc ſupplicio te afficiam, quòd te modò nõ caſtigabo, vt te æterno ſupplicio caſtigem. *Similitudo.* Quemadmodum qui in arcu ſagittam tenet, quò magis ad ſe flectit funiculum, eò durius percutit: ſic Deus quãtò longius differt flagella, tantò durius punit. Patientia eius eſt grauiſſima pœna; ſummáque animaduerſio. Ideò dicebat Ier. cap. 15. *Ier. 15.* Noli in patientia tua ſuſcipere me. Ac ſi diceret: Noli me Domine vita priuare tempore humanæ proſperitatis, quando tu veluti mei oblitus me reliqueris, & à me caſtigationem auerteris. Vt agricola non percutit terram aratro, quã *Similitudo.* ſcit nullas eſſe ob ſterilitatem fruges effuſuram, ſed quam ſcit eſſe frugiferam: ſic Deus impios ſæpè in hac vita ſinit impunitate gaudere: pios autem calamitatibus premit & percutit, ex quibus vbertas frugum prouenit, & vera gloria efflorescit. Calamitas comparatur cum mari iuxta illud pſalmographi: Veni in altitudinem maris, *Similitudo. Pſal. 68.* & tempeſtas demerſit me. Sed vt in mari inueniuntur pretioſæ margaritæ: ſic in calamitate innumerabilia bona: illis præſertim, qui ad Deum toto animo confugiunt, quos nullæ poſſunt ærũnæ à virtute dimouere, & ab incœpto honeſtatis curſu retardare. Huiuſmodi erat Daniel, qui ait: Et ſtillauit ſuper nos maledictio & deteſtatio, quæ ſcripta eſt in libro Moſi. Hoc eſt in Deuter. cap. 27. & 28. *Deut. 27. & 28.* vbi maledictiones ſuppliciorum & pœnarum in eos ſcriptæ ſunt, qui legem Dei violarent: & benedictiones in eos, qui illam cuſtodirent. Quæ poſteà prolatæ ſunt in monte Gazerim & Hebal. Pro, & deteſtatio, habent Septuaginta, & poſt eos Pagninus, & iuſiurandum. Nã cùm iuramus, ſolemus dicere: Si ita non eſt, veniat ſuper me intolerabilis calamitas. Ex quo effectum eſt, vt deteſtatio, & execratio, & calamitas pro eodem accipiantur.

C Et ſtatuit ſermones ſuos, quos locutus eſt ſuper nos, & ſuper principes noſtros, qui iudicauerunt nos, vt ſuperinduceret in nos magnum malum, quale nunquam fuit ſub omni cælo, ſecundùm quod factũ eſt in Hieruſalem. Sicut ſcriptum eſt in lege Moſi: omne malum hoc venit ſuper nos: & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noſter, vt reuerteremur ab iniquitatibus noſtris, & cogitaremus veritatem tuam. D Et vigilauit dominus ſuper malitiam: & adduxit eam ſuper nos: iuſtus Dominus Deus noſter in omnibus operibus ſuis, quæ fecit: non enim audiuimus vocem eius. Et nunc Domine Deus noſter, *Bar. 2. Exod. 15.* qui eduxiſti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & feciſti tibi nomen ſecundùm diem hanc, peccauimus, iniquitatẽ fecimus. Domine in omnem iuſtitiam tuam auertatur obſecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ieruſalem, & à monte ſancto tuo. Propter peccata enim noſtra, & iniquitates patrum noſtrorum Hieruſalem & populus tuus opprobrium ſunt omnibus per circuitum noſtrum. Nunc ergo exaudi Deus noſter orationem ſerui tui: & preces eius: & oſtende faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum, quod deſertum eſt. Propter temet ipſum inclina Deus meus aurem tuam, E & audi: aperi oculos tuos, & vide deſolationem

nem noſtram, & ciuitatem, ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum. Neque enim iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare domine, attende, & fac: ne moreris propter temetipſum Deus me᷒: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem, & ſuper populum tuum.

Et ſtatuit ſermones ſuos. Hoc eſt, & oſtendit Moſes reipſa veros eſſe ſermones ſuos: & poſſe nobis mala illa minitari, eſſéque id, quod prædixit, venturum.

Magnum malum quale nunquam fuit. Hoc ait propter vrbis vaſtitatem, & Hebræorum cædẽ: & præcipuè propter templi Dei euerſionem. Vel eſt hyperbole figura in diuinis literis vſitata.

Non rogauimus faciem tuam. Magna profectò durities, & intolerabilis ſtupor: in calamitatibus quibus ob ſcelera opprimimur, non confugere ad Deum, ab eo petentes vt peccata noſtra, propter quæ affligimur, deleat, nóſque ab æternis eripiat. *Simile.* Quemadmodum vulnere percuſſus, ſi quãdo ei adhibetur remedium, non ſentit ferrũ chirurgi, & vulnus ſine gemitu tractatur, mortis ſignum præ ſe fert: ſic flagitiis corruptus ſi non ſentit caſtigationem Dei, nec eius mouetur ſupplicio, in ſummo periculo verſatur. Vnde Ier. cap. 5. Percuſſiſti, inquit, eos, & non doluerunt. attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. *Ier. 51.* Et cap. 51. Curauimus Babylonẽ, & non eſt curata: derelinquamus eam.

Et cogitaremus veritatem tuam. Id eſt, & conſideraremus ac intelligeremus veriſſimas eſſe promiſſiones tuas. Vel per veritatem Dei intelligit diuinam legem, de qua ait Dauid pſal. 118. Omnia mandata tua veritas. Vel, omnia Dei verba: quam ob cauſam dicitur Deus veritatis: vt pſal. 30. Redemiſti me domine Deus veritatis. Vnde ipſe Deus à nobis veritatem requirit: vt eodem *Pſal. 30.* pſal. Quoniam veritatem requirit dominus. Nã *Similitudo.* vita colentis veritatem eſt muſica apta lyræ: mẽdacium autem inter veritates eſt chorda inepta concentum labefactans inter temperatas & æquales. At multi ipſam veritatem aſpernantur. Deus qui de ſe ait apud Ioannem cap. 14. Ego ſum via, veritas, & vita: dicebat apud eundem *Ioan. 14.* capit. 8. Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Imò eum audire nolebant eam ob cauſam, quia veritatem dicebat. Nam vt Terentius ait; Obſequium amicos, veritas odiũ parit. Quibus verbis oſtendit, quid fiat, non quod fieri debeat. Mirũ quippe eſt, ex tam pulchra matre tã turpẽ filium oriri. Et quod mirabilius videtur; ipſe filius cum mendacio copulatus vult abſcondere matrem, eámque viuam ſepelire: ſed tempus eã in lucem profert. Ideo Aulus Gellius ait, dixiſſe quendam poetam eſſe veritatem temporis, omnia aperientis filiam. Et Pindarus: Tempus, inquit, certam veritatem prodit, quodque latet in obſcuro, enarrat. Sed multò grauius hoc ait his *Matt. 10.* verbis Chriſtus Deus noſter Matthæi decimo. Nihil opertum quod non reueletur, nihil occultum quod non ſciatur. Triumphat veritas de tempore. Tanta eſt eius vis & præſtantia, vt nõ ſolùm Chriſtiani, ſed etiam gentes lumine naturali illuſtratæ eam ſummis laudibus extulerint. Pythagoras, vt refert Aelianus lib. duodecimo de varia hiſtoria, duas res longè pulcherrimas ait eſſe hominibus diuinitus datas, nimirum veritatem & beneficentiam, cum Deorum immortalium operibus comparandas. Nõ diſcrepat ab eo Demoſthenes, qui authore Maximo ſermone octauo interrogatus quid Deo ſimile haberent homines? reſpondit: benignè facere, & veritatẽ diligere. Eſt enim veritas lux omnibus tenebris reſiſtens. *Similitudo.* Vt cãdela cùm emungitur, videtur extingui, ſed non ita eſt: nam licet lumen eius inclinetur, poſteà tamẽ clarius lucet, quàm antea: ita veritas, etſi ad tempus vi ac artificio videtur extingui, inuitis tamen illis apparet illuſtrior: & tunc clarius lucet, quàm ſi non fuiſſet impugnata.

Et vigilauit dominus ſuper malitiam. Subaudi noſtram. Tunc Deus dicitur ſuper malitiam noſtram vigilare, cùm nos ſtatim corripit & mulctat. Tunc autem dicitur dormire ſuper malitiã noſtram, cùm nos impunitos relinquit. Vel vigilauit ſuper malum pœnæ, vt illud adduceret ſuper nos. Hoc eſt, feſtinauit vt hanc nobis infligeret calamitatem. Vigilare enim aliquando accipitur pro accelerare, vt ca. 1. Iere. *Ier. 1.* Vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud. Et quadrageſimoquarto ait Deus aduerſus impios Iudæos, *Ier. 44.* qui ſe contulerant in Aegyptum: Ego vigilabo ſuper eos in malum. Hoc eſt, feſtinanter parabo illis calamitatem. Et 2. cap. Baruch: Vigilauit dominus in malis, & adduxit ea ſuper nos. Quã ob cauſam hoc Danielis loco vertunt nonnulli: Et feſtinauit dominus ſuper malitiam.

Et adduxit eam ſuper nos. Subaudi malitiam noſtram: nimirum vt eius pœnas lueremus.

Qui eduxiſti populum tuum. Commemorat antiquum Dei beneficium, vt grati animi ſignificatione miſericordiam ſibi conciliet ab ipſo Deo, eúmque ad ſimilem prouocet clementiam. Hæc hiſtoria narratur cap. 14. Exodi, & aliis in locis *Exod. 14.* diuinarum literarum: quam Hebræi ob illius *Pſal. 113.* magnitudinem & præſtantiam crebris vſurpa- *Sap. 18.* bant ſermonibus. Inuenies hæc eadem ferè ver- *Baruc. 2.* ba cap. 2. Baruch.

Feciſti tibi nomen ſecundum diem hanc. Id eſt, celebratum eſt nomen tuum ad hanc vſque ætatẽ: fuit enim tam admirabile beneficium illud, vt nulla potuerit obliuione deleri. Vel ſecundùm diem hanc, id eſt, vt patet hac die. Vel quòd retines die hac. Tunc enim filij Iſraelis, quæ Deus pro illis fecerat in Aegypto, laudibus celebrabant. Accipitur nomen pro fama, vt cap. 6. Ioſ. *Ioſue 6.* Fuit dominus cum Ioſue: & nomen eius diuulgatum eſt in omni terra. Et cap. 18. 1. Regum: Et *1. Reg. 18.* celebre factum eſt nomen eius nimis. Et 22. Pro- *Prou. 22.* uerbiorum: Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Et Canticorum primo: Oleum ef- *Cant. 1.* fuſum nomen tuum. Vbi oleum accipitur pro vnguento odore & ſuauitate condito. Quemadmodum enim pretioſum vnguẽtum reddit odorem, cùm ſpargitur: ita fama prædicatione propagatur.

Domine in omnem iuſtitiam tuam auertatur obſecro ira tua. Ita in nobis non fit ſine mutatione, at Deus eſt immutabilis, etiam cùm iraſcitur. Ipſe *Malac. 3.* enim ait apud Malachiam: Ego dominus & nõ *Exod. 3.* mutor. Et Exodi cap. 3. Ego ſum, qui ſum. Hoc *Hilarius.* eſt, ego ſum, qui nunquam mutor. Ita locum illum explanat Hilarius in ſecundi pſalmi enarratione. Et additur ſtatim: Sic dices filiis Iſrael: Qui eſt, me miſit ad vos. Acſi dicat: Duxit vos *Exod. 3.* ad Aegyptum quidam Ioſeph mutabilis: reducat vos inde alter Ioſeph immutabilis. Sed videndum eſt, quid ſignificet iuſtitia hoc loco. Vt Latini nomine iuſtitiæ omnem virtutem vocant: ita Hebræi abſolutam bonitatem. Ex quo efficitur, vt ſenſus huius loci ſit: A te mitum in modum peto domine, vt iuxta bonitatem tuã auertas iram tuam à nobis. Vel accipitur hîc iuſtitia pro ſeueritate: ſed tunc manet conciſa hæc oratio: quæ hoc modo complebitur: Domine vt iuſtè punis flagitia, quòd ſis iuſtus: ſic etiam remoue à nobis iram tuam, quòd ſis miſericors. Vt iuſtus es, ita clemens eſto. Tu es fons omnis bonitatis, à quo dimanat aqua iuſtitiæ & miſericordiæ: ſenſimus vnam, ſentiamus alteram. Poteſt locus hic aliam habere intelligentiam. Iuſtitia exigit miſericordiam, quando eum poſtulat, qui iuſtè punitur: eſt enim iuſtum, vt ei tribuatur miſericordia, qui eam lachrymis & lamentis, & pœnitente animo, & rationibus pietatem mouentibus implorat. Ac quoniam ô Deus ſancte nos agnoſcimus ſcelera noſtra, & animo ob debitũ mœrorem fracto & deiecto, in naufragio noſtro confugimus ad portum miſericordiæ tuæ, in qua locamus ſpem noſtrã, iuſtus iudicaberis, ſi in nos miſericordiam contuleris. Promittis miſericordiam eam toto pectore petentibus: promittere hanc miſericordiam eſt miſericordia, ſed eã præſtare eſt iuſtitia: exigit enim iuſtitia, vt præſtes, quod promittis. Ergo iuxta hanc tuam iuſtitiam impartire nobis miſericordiã eam ſuppliciter ex poſcentibus, & lamentabilibus vocibus ex intimo pectore productis poſtulantibus. Hunc exiſtimo eſſe huius loci verum ac germanum ſenſum. Itaque iuſtitia hoc loco, ſi altè perpendas, accipitur pro miſericordia. In hanc ſignificatio-*Pſal. 5.* nẽ accipitur pſalm. 5. vbi ait Dauid: Domine de-*Pſal. 30.* duc me in iuſtitia tua. Et pſal. 30. & 70. In te do-*& 70.* mine ſperaui, non confundar in æternũ: in iuſti-*Pſal. 34.* tia tua libera me. Et trigeſimoquarto. Iudica me ſecundùm iuſtitiam tuam domine Deus meus. Non petit à Deo Dauid, vt eum iudicet ſecundùm ſeueritatem & iuſtitiam vltricem, ſed ſecundùm miſericordiam, quæ eſt effectus iuſtitiæ, quam ob cauſam iuſtitia appellatur. Nam ipſe ait pſal. 142. Exaudi me in tua iuſtitia: & non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Si Deũ obſecrat, ne cum illo intret in iudicium, quia nullus coram eo iuſtificatur, quare ait: Exaudi me in tua iuſtitia? Et iudica me ſecundùm iuſtitiam tuam domine? Niſi quia his in locis iuſti-*Pſal. 142.* tia accipitur pro miſericordia. Eſt igitur ſenſus huius pſal. 142. Pollicitus es domine opem laturum ijs, qui ad tuum ſanctiſſimum numen confugiſſent: cùm autem ego opem tuam ſupplex implorẽ, ſta promiſſis tuis: & vtere mecũ miſericordia: & non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo: nã ſi ſine miſericordia exercueris iuſtitiam, nulla mihi ſpes ſalutis oſtenditur. Nemo enim corã te poterit cauſam ſuam tueri, ſi velis exigere omnia, quæ tibi optimo iure debentur. Precatur igitur Dauid Deum, vt eum iudicet ſecundùm iuſtitiam, non prout ſumitur pro ſeueritate, ſed pro clementia. Pſal. 23. vbi nos habemus: Hic accipiet benedictionẽ à domino, & miſericordiam à *Pſal. 23.* Deo ſalutari ſuo: pro miſericordia eſt in Hebraico Tſedhacah, quod nomen ſignificat iuſtitiam. Ideo tranſtulit Hieronymus: Accipiet benedictionem à domino: & iuſtitiã à Deo ſalutis ſuæ. Sed intelligentes Septuaginta, iuſtitiam illo loco accipi pro miſericordia, tranſtulerunt eleimoſynin, hoc eſt miſericordiam: quorum tranſlationem ſequitur in pſalmis interpres noſter Latinus. In hanc ſignificationem accipitur pſal. 71. *Pſal. 71.* vbi Dauid filio ſuo Salomoni miſericordiam à Deo & iuſtitiam precatur, cùm ait: Deus iudiciũ tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis: Vbi per iudicium intelligitur iuſtitia, & per iuſtitiam miſericordia. Eodem modo pſalmo octogeſimo *Pſal. 88.* octauo. Iuſtitia & iudiciũ præparatio ſedis tuæ. Et volens explicare quid intelligeret per iuſtitiã & iudicium, ſubdit ſtatim: Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam. Aſpicis iuſtitiam accipi pro miſericordia, & iudicium pro veritate, hoc eſt pro iuſtitia. In hanc ſignificationem exiſtimo accipi capite vigeſimooctauo Eſaiæ: Iudi-*Eſa. 28.* cium in pondere, & iuſtitiam in menſura. Et ca-*Ier. 22.* pite vigeſimoſecundo Ieremiæ: Facite iudicium & iuſtitiam. Et capite tertio epiſtolæ ad Roma-*Rom 3.* nos: Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt. Quare hoc Danielis loco iuſtitia accipitur pro miſericordia. Quam ob cauſam ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt: Domine in omni miſericordia tua auertatur obſecro furor tuus, &c. Quod noſtram confirmat explanationem.

Et à monte ſancto tuo. Id eſt, à templo ſancto tuo. Vel à monte Sione in diuinis literis frequenter celebrato:

Oſtende faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum. Id eſt, illuſtra vultum tuum ſuper templum tuum ſanctum. Intuere illud benigno alacri vultu. Oſtende erga illud fauorem tuum. Ita pſal. 79. *Pſal. 79.* Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Quidam vertũt. Illuſtra faciẽ tuã ſuper ſanctuariũ tuũ: iuxta illud pſal. 118. Faciẽ tuã illumina ſuper ſeruum *Pſal. 118.* tuum. Illuminare faciẽ ſuper aliquem, eſt illi fauorem oſtendere: vt alibi oſtendimus.

Et ciuitatem ſuper quam innocatũ eſt nomen tuũ. Hoc eſt, intuere Hieroſolymã, in qua colebaris: & nomen non falſorum Deorum, ſed tuum inuocabatur. Vel quæ vocabatur nomine tuo, id eſt ciuitas veri Dei. Schema eſt in literis diuinis vſitatum: vt paulò poſt hoc eodem capi. Et apud *Eſa. 63.* Eſa. 63. Facti ſumus quaſi in principio, cùm non dominareris noſtri, nec inuocaretur nomen tuũ ſuper nos. Hoc eſt, cùm non vocaremur tui, cùm nondum appellaremur populus Dei. Et capit. 2. *Iaco. 2.* Iacobi apoſtoli: Nõnne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod inuocatum eſt ſuper vos? Id eſt, quo vos vocamini. Acſi dicat: Nomen Chriſti quo vos appellamini, execrantur.

Attende & fac. Attende precibus meis, & fac domine, quod precor: præbe mihi aures, & oranti fer opem.

F Cúmque adhuc loquerer,& orarem,& confirerer peccata mea,& peccata populi mei Iſrael, vt proſternerẽ preces meas in conſpectu Dei mei pro monte ſancto Dei mei:adhuc me loquente in orarione mea, ecce vir Gabriel quem videram in
Sap.8. viſione à principio,citò volans tetigit mę in tempore ſacrificij veſpertini.Et docuit me,& locutus eſt mihi: dixitque:Daniel nunc egreſſus ſum,vt docerẽ te,& intelligeres. Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo:ego autem veni, vt indicarem tibi quia vir deſideriorum es.Tu au-
Matth. 24. Ioan.1. tem animaduerte ſermonem,& intellige viſionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam: & cõſumetur præuaricatio, & finem accipiet peccatũ: & deleatur iniquitas: & adducatur iuſtitia ſempirerna,& impleatur viſio& prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum. Scito ergo, & animaduerte:ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt. Et rurſum ędificabitur platea,& muri in anguſtia temporum.Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo: & finis erit vaſtitas: & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna:& in dimidio hebdoma
Mat.24. dis deficiet hoſtia & ſacrificium. Et erit in tẽplo abominatio deſolationis. Et vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.

Cúmque adhuc loquerer. Senſus eſt:Nondũ abſolueram preces, cùm mihi Dei angelus apparuit, vt me doceret, & mœrore leuaret. Capite
Eſai.65. Eſaię 65.ait Deus:Antè quàm clamẽt,ego exaudiam.Id eſt priuſquã finem faciant orãdi. Quod ſtatim verbis his explicat apertioribus. Adhuc
Eſai.58. illis loquẽtibus ego audiam. Et cap.58.ait idem Eſaias:Inuocabis,& dominus exaudiet: clamabis,& dicet:Ecce adſum.Hoc de viris piis eſt in-
Matth. 7. telligendum,quib.ait Chriſtus apud Matthęum
Luc. 11. 7.& Lucam 11.Petite,& accipietis.Et pſalm.80.
Pſal. 80. Dilata os tuum, & ego implebo illud. Et capite
Prou. 18. 18.Prouerbiorum: Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à domino. Quod poteſt verti ex Hebræo: Et educet voluntatem à domino. Hoc eſt,conſequetur à Deo, quicquid petierit. Contrà verò de impiis obſtinatis ait
Eſai.1. Deus apud Eſaiam capite 1. Cùm multiplicaueritis orationem,non exaudiam. Illi autem quorum peccata delentur vera animi contritione,
Similitudo. inter pios computantur. Vt enim mare reiicit foras cadauera,ſic contritio flagitia. Vt ex mari Similitudo.
egrediuntur flumina aquarum: vt ait cap. 1. Ec- Eccleſ.1.
cleſiaſtes:ſic ex vehemente contritione flumina lachrymarum.

Ecce vir Gabriel. Angelum Dei virum appellat non à ſexu,ſed à virtute. Vel,ideo vir appellatur, quia in figura apparuit viri. Multi angeli in ſpecie corporea virorum apparuerunt: quam ob cauſam viri appellantur. Sed ſint ne angeli corporei, an omnino corporis expertes, grauis eſt inter viros ſapientiſſimos controuerſia. Diuus Auguſtinus libro 2. de Geneſi ad literam capite decimoſeptimo ait angelus tam bonos, quàm malos corporeos eſſe: quorum corpora ſubtilia quidem, in tertio eiuſdem operis libro cap. 10. ait eſſe aerea.Eius ad literam hęc ſunt verba.Etſi dæmones aerea ſunt animalia quoniam corporum aereorum natura vigent,& propterea morte non diſſoluũtur,quia præualet in eis elementum,quod ad faciendum,quàm ad patiẽdum eſt aptius.Et in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus cap.11.dicit, nihil incorporeum credendum eſſe niſi Deum ſolum,Et cap. 12. creaturam omnem corpoream eſſe ait: & angelos virtutesq́ue omnes cœleſtes corpora habere.Et 3.libro.de trinitate tradit capite 1.angelos ſpirituale corpus habere:non cui ſubdantur ſed quod ſubditum gerant.In explanatione in pſal.85. affirmat corpora beatorum futura eſſe poſt reditũ ad vitam,qualia ſunt corpora angelorum. Ac vt ſtudeam breuitati,idem Auguſtinus pſal. 145. & lib.11.de ciuitate Dei cap.23.& lib. 15. cap. 23. & ad Nebridiũ epiſtola 115.aſſerit angelos eſſe corporis participes. In hac ſententia fuit prius Origenes lib. 2.Periarchon capite 2. & aliis in locis: Philo in libro de opificio ſex dierum:Lactantius Firmianus:Hilarius, Athanaſius, Methodius, Magnus Baſilius: & alij magni nominis autores:quorum ſententiam ſequũtur Ioannes Damaſcenus libr. 2.cap.3.ſuæ theologiæ: & libro 3. aduerſus Iconomaſtas. Ioannes Caſſianus cap.13. libri 7.collationum:Auicebron in libro fontis vitæ:& philoſophi Platonici ferè omnes. Georgius Venetus tomo ſeptimo cantici tertij harmoniæ ſuæ, ait omnes Academicos aſſerere ſaltẽ malos angelos eſſe corporeos. Præterea in ſynodo ſecunda Nicæna, actione quarta, productus & lectus eſt lib.beati Ioan.epiſcopi Theſſalonicenſis:cu-
ius ad literam hæc ſunt verba: De angelis & ar- Ioannes.
changelis,& eorum poteſtatibus, quibus & noſtros animas adiungo, ipſa catholica eccleſia ſic ſentit eſſe quidem intelligibiles, ſed non omnino corporis expertes & inuiſibiles:verum tenui corpore præditos, & aereo ſiue igneo: vt ſcri-
ptum eſt: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & mi- Pſal. 103.
niſtros ſuos ignem vrentem. Sic autem multos Hebr.1.
ſanctorum patrũ ſenſiſſe cognouimus: quorum eſt Baſilius cognomento magnus: & beatus Athanaſius,& Methodius:& qui ſtant ab illis. Solummodo autem Deus incorporeus & informabilis eſt. Intelligibiles autem creaturæ nequaquam ex toto ſunt incorporeæ:& imitabiles picta exiſtunt. Quare etiam in loco exiſtunt, & circunſcrẽtiam habent. Quanquam autem non ſunt vt nos corporei, vtpote ex quatuor elementis,& craſſa illa materia:nemo tamẽ vel angelus,

vel dæmones, vel animas dixerit incorporeas. Hactenus Ioannes Theſſalonicenſis: cuius ſententiam ſynodus illa non improbauit: quin potius viſa fuit approbare: etiam ſi non decreuerit eſſe de fide tenendam: Et noſtra memoria cardinalis Caietanus in epiſtolam ad Epheſios cap. 2. dæmones ait eſſe ſpiritus. Hæc eſt magnorum authorum ſententia, in qua conſtare videntur.

Dionyſ. Ab illis diſcrepat & diſſentit Dionyſius ille Areopagita, quem poſſumus iure optimo cœleſtẽ ac diuinum theologum appellare. Hic cap. 1. cœleſtis hierarchiæ angelos appellat non ſolùm incorporales & immateriales ſubſtãtias, ſed etiam deiformes ſimplicitates. Gregorius etiam Nyſſenus in tractatione de oratione explicãs verba illa: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: angelos aſſerit eſſe corporis expertes. In ea ſententia eſt Chryſoſtomus homilia 22. in Geneſim: &

Chryſo. 17. atq; trigeſima ſecunda in epiſtolam primam ad Corinthios: & in commentariis in caput ſextum Eſaiæ. Et Cyrillus in caput decimũ euangelij Ioannis. Theodoretus in caput 12. Danielis,

Cyrillus. *Theod.* *Thom.* & in caput primum Zachariæ. Thomas Aquinas in prima parte ſummæ theologicæ; qui in principio quæſtionis quinquageſimę ſic ait: Primò cõſiderandum eſt de creatura purè ſpirituali, quæ in ſcriptura ſacra angelus nominatur. Et primo articulo aſſerit angelos eſſe omnino incorporeos. Eius ſententiam multi doctores tam ſcholaſtici, quàm qui diuinam explicãt ſcripturã, ſequuntur. Eam confirmare videntur patres ſacri

Innocen. concilij generalis Lateranenſis ſub Innocentio tertio pontifice maximo celebrati: qui ſtatim in primo decreto verba hæc perpetuis monimentis conſignarunt. Deus eſt vnum vniuerſorum principium, creator omnium viſibilium & inuiſibilium, ſpiritualium & corporalium: qui ſua omnipotente virtute ſimul ab initio temporis vtrãq; de nihilo condidit naturam, ſpiritualem & corporalem, angelicã videlicet & mundanã: ac dein de humanam quaſi cõmunem, ex ſpiritu & corpore conſtitutam. Hactenus illi. At qui noluut à contraria ſententia dimoueri, verba hæc nõ negant, ſed interpretantur. Aiunt verum eſſe, angelos creaturas eſſe ſpirituales: atque ſi cum rebus concretis ex quatuor elementis cõparentur, incorporeas rectè appellari: quemadmodum tepidum cum calido collatum vocatur frigidum: & aer dicitur ſpiritus, & reſpectu corporum cẽterorũ ac ſolidorũ videtur incorporeus: & ita appellatur à nonnullis, qui tamen reipſa corporeus eſt. Hoc modo aiunt eſſe verba cõcilij intelligẽda. Nihilominus nec animas, nec angelos aiũt eſſe omnino corporis expertes. Quomodo hoc intelligatur, nondũ eſt ab eccleſia definitũ. Si aũt à me quæras vtra harũ partiũ tenenda ſit, ingenuè fateor me neſcire. Ille hoc nouit, qui angelos ipſos creauit. Quid hac in re verũ ſit, Deus ipſe viderit: qd veriſimilimũ, magna quæſtio eſt quã ego illis relinquo rationib. conquiſitis diſputandã, qui ingenij pollẽtes acumine, & vtrinſq; philoſophiæ diuinæ & humanæ eruditione exculti nomẽ ſuum æternitati cõmendarunt. Sed vtilius eſſe exiſtimo huiuſmodi quæſtiones difficiles & abſtruſas cum modeſtia & timore tractare, aut ſilentio prætetire: quæ parum conducunt ad animarum vtilitatem & pietatem, quàm de illis audacter diſſerere, & aliquid temerè affirmare.

Quem videram in viſione à principio. Quem aſpexeram in viſione ſuperiore, præcedente capite deſcripta. Diuini vates intelligebant ob illuminationem Spiritus Sancti viſiones illas à Deo eſſe. Atqui prophetæ non ſunt, poſſunt aliquando falli: quia vt ait apoſtolus capite 11. poſterioris ad Corinthios, Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. Vt autem verum numiſma diuinæ reuelationis à falſo denario illuſionis diabolicæ ſecerni poſſit, quinque requiruntur, nimirum humilitas, patientia, veritas, prudentia, charitas: vt ait Ioannes de Gerſon in tractatione de diſtinctione verarum viſionum à falſis. *2.Cor.11.* *Gerſon.*

In tempore ſacrificij veſpertini. Quando ſolebat fieri ſacrificium veſpertinum. Appellabatur tempus illud tempus conſtitutum, nimirum ad offerenda holocauſta. Ita illud intelligitur capitis vltimi libri ſecundi Regum: Immiſitque dominus peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus cõſtitutum: & mortui ſunt ex populo à Dan vſque ad Berſabee ſeptuaginta millia virorũ. Minatus fuerat Deus miſſurum ſe peſtẽ tribus diebus: ſed tãta eſt eius miſericordia, vt vno tantum die miſerit eam, quæ ſolùm durauit à manè vſq; ad veſperam, ſeu vſque ad ſacrificium veſpertinum, quod loco illo tempus conſtitutum appellatur. Exiſtimant nonnulli tempus conſtitutum loco illo eſſe totos illos tres dies, quibus Deus minatus eſt peſtem: ſed priorem explanationem rectiorem eſſe exiſtimo. *2. Reg. vl.*

Nunc egreſſus ſum. Subaudi, à conſpectu Dei: non vt ab eo diſcederem, qui vbique eſt, ſed vt te docerem. Dicuntur angeli egredi quando ad homines mittuntur.

Ab exordio precum tuarũ egreſſus eſt ſermo. Id eſt, cum tu inciperes effundere preces, exiuit ſermo Dei, & ſententia rerum futurarum, quas ego voui nuntiatum tibi. Ac ſi dicat: Cùm tu orares Deum, ipſe mihi præcepit, vt tibi quæ ſequuntur, indicarem, quæ quidem futura ſunt.

Quia vir deſideriorum es. Id eſt, quia res magnas deſideras quia ad Dei laudem & populi Iſraelitici cõſolationem deſideras arcana & occulta myſteria intelligere: quia rerum expetendarum es magnopere cupidus, & feruente deſiderio flagras. Vel quia deſiderabilis es, dignus qui ameris, & deſidereris. Nonnulli vertũt: Quia vir deſiderabilium es. Hoc eſt, in quo ſunt multa deſiderabilia.

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt. Hoc eſt, quadringenti & nonaginta anni conſtituti ſunt, & præfiniti, & diuinitus prætordinati atque præciſi. Duplex eſt hebdomada, vna dierũ, quæ continet ſeptẽ dies, vt conſtat ex cap. 23. Leuitici, altera annorum, quæ continet ſeptem annos, vt liquet ex capite 25. eiuſdem Leuitici. Et nullo alio modo accipitur meo quidem iudicio in tota ſacra ſcriptura, vt liquet intuenti. Cùm autem hoc Danielis loco hebdomada nullo modo poſſit accipi pro hebdomada dierum, qua ſeptuaginta eiuſmodi hebdomadæ nondũ implent annum vnum cum dimidio: & in tam exiguo tempore non fuit ciuitas inſtaurata, & Chriſtus occiſus, & ſacrificia antiquata: quæ omnia erant in *Leuit.23.* *Leuit.25.*

his

his ſeptuaginta hebdomadis euentura, apertè
oſtenditur accipi pro hebdomada annorum. Et
in hac ſentẽtia ſunt etiam expoſitores Hebręi, vt
Galati. oſtendit Galatinus libr. 4. de arcanis catholicæ
veritatis. Si autem rectè numeraueris, inueniet
490. annos. hanc enim ſummam conſtituunt ſi-
ne dubio ſeptuaginta hebdomadæ annorum. Vt
autem hæ Danielis hebdomadæ perſpicuè intel-
Ierem.25. ligantur, reuocanda eſt in memoriã Ieremiæ va-
ticinatio cap. 25. mandata: ibi enim prædixit di-
uinus ille vates duraturam eſſe Babylonicã Iu-
dæorum ſeruitutem annis ſeptuaginta, totidém-
que regnum Babylonium permanſurum: illiſq;
expletis eſſe per Perſas ac Medos delẽdum. Hæc
autem Ieremię vaticinatio fuit anno 4. incœpto,
Iere.25. vt ipſe ait eodem cap. 25. regni Ioachim, quando
Hieroſolyma fuit à Nabuchodonoſore Babylo-
niorum rege expugnata: tũc enim incœpit Hie-
roſolymæ vaſtatio, & multi ex Iudæis fuerunt in
Chaldæam abducti: eóque tempore incœpit ca-
ptiuitas Babylonica, anno primo nimirum tran-
ſacto Nabuchodonoſoris, vt ibi ait Ieremias, &
Sup.1. nos in commentariis in primum caput Danielis
copioſè oſtendimus. Ac quia quando Iudæi in-
greſſi ſunt babylonem, iã erat tranſactus annus
vnus cũ dimidio regni Nabuchodonoſoris, im-
plendi erant ſeptuaginta anni captiuitatis Baby-
loniæ anno ſecũdo poſt euerſionẽ regni Babylo-
Sup.5. nici. Septuaginta anni durationis regni Babylo-
nij expleti ſunt, quãdo Balſaſar vltimus Babylo-
niorum rex fuit interfectus, & Darius imperium
Chaldæorum in ditionem ſuam redegit: ſeptua-
ginta autem anni ſeruitutis Babylonicæ expleti
ſunt anno ſecundo huius Darij, qui duos tãtum
annos nondum completos poſt captam Babylo
nem vixit. Huic ſucceſſit Cyrus, qui ſtatim anno
primo ſui imperij ſoluit Hebræorum ſeruitutẽ,
eóſque liberos miſit Hieroſolymam. Ac ita im-
pleta eſt Ieremiæ vaticinatio: vt literæ diuinæ
cap. 1. lib. 1. Eſdræ memoriæ prodiderunt. Igitur
1.Eſd.1. primus annus imperij Cyri regis Perſarum ac
Medorum erat ſeptuageſimus ſeruitutis Baby-
lonicæ. Ita quoque aſſerit Ioſephus libr. 11. anti-
Ioſeph. quitatum cap. 1. Cùm autem euerſum eſſet Chal
dæorum ſiue Babyloniorum regnũ à Dario Me-
dorum rege auunculo Cyri, & iam Darius anno
vno regnaſſet in Chaldæa, legit Daniel vaticina-
tiones Ieremiæ, & intellexit imminere, ac appro-
pinquare tempus liberationis Iudæorum, quæ
futura erat anno venturo. Et ita euenit: nam illo
ſequẽte anno & rex Darius exceſſit è vita, & Iu-
dæi fuerunt reſtituti per regem Cyrum, qui ſta-
tim poſt Darium totius imperij clauũ obtinuit.
Igitur primo anno Darij dũ Daniel pias ad Deũ
preces emitteret, ab eo petens ne Hebræorum
ſcelera eorum ereptionem, quæ iam imminebat,
impedirent, aut retardarent, apparuit illi Gabriel
angelus, qui ei nuntiauit implendam eſſe Iere-
mię vaticinationem de reditu ac reſtitutione Iu-
dæorum tẽpore, quo Ieremias fore prædixerat,
nimirum fluxis annis ſeptuaginta, qui anno ſe-
quentè explebantur. Cùm autem Deus ſolitus
ſit dare ſæpenumero viris piis ac iuſtis pluſquàm
illi petunt ab eo, nuntiauit Daniel per angelum
Gabrielem tempus non ſolùm liberationis à ſer-
uitute Babylonica per Cyrum regẽ terreſtrem,

ſed etiã à ſeruitute peccati per Ieſum Chriſtum
regem cœleſtem: futurámque eſſe liberationem
hanc ab illo die, quo ei angelus loquebatur, vſ-
que ad ſeptuaginta hebdomadas annorum: hoc
eſt vſque ad annos 490. Et in vltima harum ſe-
ptuaginta hebdomadarum futuram eſſe mundi
redemptionem per Chriſtum. Ac ſi dicat ange-
lus. Tu Daniel oras pro liberatione vnius popu-
li expletis ſeptuaginta annis: & Deus indicat ti-
bi redemptionem omnis generis humani exple-
tis ſeptuaginta hebdomadis. Non tantùm futu-
ra eſt liberatio tui populi, quando Ieremias prę-
dixit: ſed totius vniuerſi, quando ego prædico.
Ieremiæ oſtendit Deus ſeptuaginta annos vſque
ad ereptionem populi Iſraelitici ab exilio Baby-
lonico per Cyrũ, qui à ceruicibus Hebræorum
iugum ſeruile deiiciet, eoſque in libertatem vin
dicabit: tibi autem oſtendit ſeptuaginta hebdo-
madas annorum vſque ad ereptionẽ totius mun
di à ſeruitute peccati per verum Meſſiam, qui à
dæmonum faucibus liberabit mortales, quibus
aditum reſerabit ad æternas cœlorum ſedes, ad
gloriam immortalem conſequendam. Hæ ſeptua
ginta hebdomadæ incœperunt à prolatione an-
geli: hoc eſt à tempore illo, quo eas angelus Da-
nieli nũciauit. Id oſtendit ipſe angelus: cùm ait:
Scito ergo, & animaduerte: ab exitu ſermonis,
&c. Id eſt, à tempore, quo hic meus ſermo exit à
me. Et durarunt vſq; ad mortem Chriſti: & ex-
pletæ ſunt anno tertio cum dimidio poſt Chriſti
mortem: quo tempore fuit euangelium Hieroſo
lymæ plenè nunciatum. Itaque durarunt annos
quadringentos & nonaginta. Nam ab illa angeli
pronunciatione vſque ad principium inſtaura-
tionis templi, fluxerunt duo anni: & templum
inſtauratum eſt annis quadraginta ſex, iuxta il-
lud Euangelij authore Ioanne cap. 2. Quadra- *Ioan.2.*
ginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc.
Si autem eos ſimul iungas, efficies annos qua-
draginta octo: templum verò illud ſecundũ du-
rauit annos quadringentos & octoginta & ali-
quot menſes, vſque ad euerſionem eius per Ti-
tum Veſpaſianum: qui omnes ſimul iuncti effi-
ciunt ſummam annorum quingentorum & vi-
ginti octo cum dimidio: quibus ſi detrahantur
triginta & octo cum dimidio, qui interfluxerunt
inter finem vltimæ hebdomadę & exitium Hie-
roſolymæ, manent quadringenti & nonaginta
anni: quam ſummã cõſtituunt ſeptuaginta heb-
domadæ annorum. Inter Chriſti mortẽ & euer-
ſionem templi fluxerunt anni quadraginta duo,
vt ait Euſebius Cæſarienſis: & liquet ex annali- *Euſeb.*
bus imperatorum Romanorũ: ſed à fine vltimæ
hebdomadæ vſque ad templi euerſionem non
prætererunt niſi triginta & octo cum dimidio:
nam vltima hebdomada expleta fuit anno tertio
cum dimidio poſt Chriſti mortẽ: Chriſtus enim
mortuus eſt in medio vltimæ hebdomadæ, vt
hoc loco ait Daniel. Præter hanc annorum ſup-
putationem ponam alteram cum hac mirabili-
ter congruentem. A primo anno Darij quando
hebdomadæ incœperũt, qui primus Babyloni-
cum occupauit imperium, vſque ad vltimũ Da-
rij, in quo euerſum fuit imperium Perſarum, flu-
xerunt anni 191. author eſt Methaſtenes Perſa in *Metaſth.*
libro de iudicio tẽporum. Et tunc incœpit im-

perium Græcorum, quando Alexander Magnus Darium vltimum ſuperauit, & Perſas, ac Medos in ditionem ſuam redegit. Durauit autem imperium Græcorum vſque ad mortem Pompeii, & principiũ Romani imperij ſub Iulio Cęſare primo Romanorum imperatore annos ducẽtos & viginti, vt ex vera conſtat hiſtoria, etiamſi nonnulli variẽt ſcriptores. Sed hæc eſt vera annorum ad calculum reuocatio. A principio autem imperij Romani vſque ad Chriſti mortem fluxerunt anni ſeptuaginta ſex, vt liquet ex annalibus Euſebij Cæſarienſis. A morte autem Chriſti, quæ fuit in medio vltimæ hæbdomadæ vſque ad finẽ eiuſdem vltimæ hebdomadæ, prætenierunt tres anni cum nonnullis menſibus, quos hîc prætermitto. Numera omnes annos, inuenies quadringentos & nonaginta: qui ſummã efficiũt ſeptuaginta hebdomadarum annorum. Has ſeptuaginta hebdomadas diuidit angelus in tres partes, quarum prima continet ſeptem, altera ſexaginta duas, tertia vnam, quæ eſt vltima. Ratio autem huius diuiſionis eſt hæc. A tempore pronunciationis illorum verborum angeli vſque ad finem ſeptem hebdomadarum, quod tempus continet quadraginta nouẽ annos, Iudæi erant reſtituendi, & tẽplum inſtaurandum, & mœnia ædificanda: quod ita euenit. In aliis hebdomadis ſexaginta duabus, erãt Iudęi variè curſum vitæ in Iudęa confecturi, modò rebus proſperis & ad voluntatem fluentibus, modò aduerſis & reſtantibus. Id quod eodem contigit modo. In vltima autẽ hebdomada, quæ erat à Chriſti baptiſmo incœptura, erat idẽ Chriſtus tribus annis cũ dimidio concionaturus, illiſq; exactis ad cædem crucis à Iudæis vocandus, atq; acerbiſſimis cruciatibus interficiendus. Id quod effectum eſt, vt ipſe nobis morte ſua vitã tribueret, & ſanguine ſuo pro nobis fuſo ſcelera noſtra deleret, animóſq; noſtros expiaret. Mortuus eſt autem anno ætatis ſuæ trigeſimotertio, nimirum impleto anno 32. & inchoato alio. Hoc ait Ignatius in epiſtola ad Trallianos, & Epiphanius lib. 3. hæreſum, & eſt communis ſententia. Suſtinuit autem Chriſtus Deus noſter mortem in medio vltimæ hebdomadæ: nam illa continebat ſeptem annos: & inter baptiſmum Chriſti: & eius mortem tres anni cum ſex menſibus circiter interfluxerunt. Hanc vltimam hebdomodam ideo Daniel ſeparauit à cæteris, quia de ea erat multa dicturus, & in ea effecta ſunt admiranda myſteria redẽptionis humanæ per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Mortuo autem Chriſto, veteris legis ſacrificia ceſſarunt. Sed erat ſynagoga cum honore ſepelienda. Ac quia ſacrificia illa, quæ Chriſti figuram gerebãt, quieuerunt, cùm Chriſtus efflans animã dixit in cruce: Cõſummatum eſt, vt Hieronymus, Chryſoſtomus, & cæteri patres aſſeruerunt, ideo ait hoc loco angelus: In medio hebdomadæ deficiet hoſtia & ſacrificium. Sed quia impij Iudæi Chriſtum ſanctum, verum ſuum Meſſiã. qui eos liberatum venerat, ad interitum crudeliſſimum falſis criminibus vocarunt, & huic impietati peſtilentem contumaciam à furore & perfidia inductam adhibuerunt, fuerunt à Romanis victi, & acerbiſſimis calamitatibus oppreſſi. Machinati ſunt ſibi ipſis & corporum & animorum exitium: extincta eſt nominis eorũ claritas & amplitudo: fuit ſanctum ac celebre templum flammis expoſitum: & ipſi deniq; dignitatem ſuam penitus labefactarunt, vrbemq; florentiſſimam funditus euerterunt. At quia hęc vaſtitas nõ erat ad breue exiguumq; tempus duratura, ſed omnium ſeculorum memoria permanſura, ait angelus: Et vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit doſolatio. Hanc arbitror eſſe germanã, ac veram harum hebdomadarum intelligẽtiam: quam in fine capitis dilucidabo. Nunc ad literæ ſeriem explanandam accedamus.

Euſeb. — *Ignat.* — *Epiph.* — *Ioan. 19.* — *Hieronym.* — *Chryſoſt.*

Super populum tuum. Hoc eſt, ſuper populum Iudaicum, qui tuus eſt ſanguine, & affectu, pro quo preces emittis: ſed qui ob eius ſcelera nõ meretur dici populus Dei, ſed tuus. Ita Moſi dixit Deus, cùm filij Iſraelis vitulum coluiſſent: Vade deſcende: peccauit populus tuus. *Exod. 32.*

Super vrbem ſanctam tuam. Id eſt, ſuper Hieroſolymam, quam ſanctam exiſtimas. Vel in qua Deus tuus efficiet myſteria redemptionis humanę. Diuus Matthæus cap. quarto vocat Hieroſolymam ciuitatem ſanctam. *Matt. 4.*

Et cõſumetur præuaricatio, vt finem accipiat peccatum. Id eſt, vt finiatur flagitiũ, & deleatur peccatum meritis paſſionis Chriſti: de quo Ioannes Baptiſta apud Ioannem Euangeliſtã cap. 1. Ecce, inquit, Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et Eſaias 53. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et paulò pòſt: Poſuit dominus in eo iniquitatẽ omnium noſtrum. Et ipſe apud eundẽ Eſaiam 43. Ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas. Omnia peccata virtute meriti Chriſti quãtum eſt ex ſufficientia eius, dimittuntur in ſacramentis ab ipſo Chriſto inſtitutis: & per veram cõtritionem cum fide ipſius Chriſti. Ideò de illo ait cap. primo Apocalypſis Ioannes: Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et diuus Petrus cap. 2. prioris epiſtolæ ſuæ: Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ. Eſt igitur horum verborũ ſenſus. Non ſolùm ô Daniel Deus liberabit populum tuum ab exilio: ſed genus hominum à peccatis per Chriſtum filiũ ſuum vnigenam, verum Deum & verum hominẽ, quem mittet in mundum, vt eius deleat peccata: qui quatenus homo verſabitur inter homines, & ſubibit mortẽ: & quatenus Deus delebit hominũ peccata. Colligis ex hoc loco Chriſtum eſſe verum Deum: nemo enim delet iniquitates, niſi Deus, qui eſt ſalutis animarum noſtrarum præcipuus author: & eſſe verũ hominem, qui cum hominibus verſatus eſt. Eum vidit diuinus pſaltes mentis oculis cum hominibus verſantem, cùm inducit populum Iudaicum, non vniuerſum, ſed cœtum piorum ita loquẽtem pſal. 45. Dominus virtutum nobiſcũ: ſuſceptor noſter Deus Iacob. Et in fine verſus adiicitur Sela: quaſi dicat: ô rem admirabilem & præclarã videre Deum factum hominem. Vbi aduerte pro Domino eſſe in Hebraico Iehouah nomẽ Dei ineffabile, ꝙ ſoli Deo tribuitur. Ac ſi dicat: nobiſcum eſt, nobiſcũ viuit, & communicat verus Deus humanatus. Et quia myſterium hoc erat abſconditum, ponit in titulo eiuſdem pſalmi: Pro arcanis: nimirũ Chriſti. De eo ait ita Baruch cap. 3. Hic eſt Deus noſter,

Ioan. 1. — *Eſai. 53.* — *Eſai. 43.* — *Apoc. 1.* — *1. Pet. 2.* — *Pſal. 45.* — *Baruc.*

ſter,& non æſtimabitur alius aduerſus eum.Hic
adinuenit omnem viam diſciplinæ : & tradidit
illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt
hæc in terris viſus eſt,& cum hominibus cõuer-
ſatus eſt. Hæc ille. De Chriſto prædixit Eſaias
cap.35.Ecce Deus noſter veniet,& ſaluabit nos.
Et 40. Ecce dominus Deus in fortitudine ve-
niet. Et Michæas quinto,vbi locutus eſt de tem-
porali natiuitate in oppido Bethlehemitico, lo-
quitur de æterna dicens : Et egreſſus eius ab ini-
tio,à diebus æternitatis eius.Ideo dicebat Chri-
Ioan.8. ſtus dominus apud Ioannem 8. Antequam Abra
Exod.3. ham fieret,ego ſum. Alludit ad verba iſta Exodi
cap.3.quę dixit Moſi:Ego ſum,qui ſum.Et apud
Ioannem 10.ait:Ego & pater vnum ſumus.Non
dixit,vnus,ſed vnum,vt vnitatem naturę ſignifi-
caret : nec ſum , ſed ſumus , vt diſtinctionem in-
nueret perſonarũ. Ac idem pater in Chriſti ba-
ptiſmo & transfiguratione 3.& 7.Hic eſt,inquit,
filius meus,in quo mihi bene complacui. Et di-
Matt.16. uus Petrus Matthæi 16. Tu es Chriſtus filius
Rom.9. Dei viui. Et diuus Paulus cap.9.epiſtolę ad Ro-
manos : Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum car-
nem,qui eſt ſuper omnia benedictus Deus in ſe-
Philip.2. cula.Et cap.ſecundo ad Philippenſes : Qui cùm
in forma Dei eſſet,non rapinã arbitratus eſt eſſe
ſe æqualem Deo.Vbi Chryſoſtomus & catholici
doctores formam interpretantur ſubſtantialem.
Ac ſi dicat:Cùm Chriſtus Ieſus eſſet eiuſdẽ cum
Deo patre ſubſtatiæ & naturæ,eique æqualis &
conſubſtantialis , & ideo rerum omnium domi-
natum haberet:tamen ſeipſum abiecit, naturam
accipiens humanam. Vbi aſpicis , quàm apertè
apoſtolus Chriſtum appellet Deũ & hominem.
Id quòd hoc capite oſtendit Daniel. Cùm enim
dixit,delenda eſſe peccata per Chriſtum,indica-
uit eius diuinitatem : cùm verò poſteà dixit eum
eſſe occidendum , indicauit eius humanitatem.
Deus enim mori non poteſt,quatenus Deus eſt.
Verè tamẽ dicimus mortuum fuiſſe Deum,quia
mortuus fuit Chriſtus , qui eſt Deus & homo:
mortuus autem eſt , non quatenus Deus , ſed
quatenus homo.

Et adducatur iuſtitia ſempiterna. Id eſt,& addu-
catur per Chriſtũ iuſtificatio,quæ in via incoha-
tur,& in patria perficitur:quam ob cauſam voca
tur æterna. Vel nominatur æterna reſpectu iuſti-
tiæ veteris legis,quæ his verbis repellitur , quia
cùm eſſet in vmbris poſita , erat per legẽ nouam
abroganda. Iuſtitia enim accipitur pro iuſtifica-
Galat.2. tione,vt capite ſecundo epiſtolæ ad Galatas : Si
per legem iuſtitia,ergo Chriſtus gratis mortuus
eſt.Ac ſi dicat apoſtolus : Si lex vetus ſufficiebat
ad iuſtificationem noſtram , fruſtra mortuus eſt
Chriſtus.ſed quia lex non ſufficiebat,venit Chri
ſtus,& pro nobis mortem ſuſtinuit,vt nos iuſti-
ficaret , & ad gloriam ſempiternam perduceret.
Iacob.2. Eodem modo accipitur capite ſecundo epiſtolæ
Iacobi apoſtoli : & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam.
Luc.1. Et capite primo Lucæ : vt ſeruiamus illi in ſan-
ctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus no
ſtris. Vel accipitur hoc Danielis loco iuſtitia
pro iuris æquitate , quæ eſt habitus animi com-
muni vtilitate conſeruata,ſuam cuique tribuens
dignitatem,puniens delicta, & præmio afficiens
virtutes. Hæc appellatur in diuinis literis virga
Aaronis,ventilabrum,& gladius ex vtraque par-
te acutus. Chriſtus enim via iuſtitiæ genus ho-
minum liberauit,luens pœnas ſcelerum eorum.
Ideo ait ipſe apud Ioannem 12 Nunc iudicium eſt *Ioan.12.*
mundi. Et pſalmo 128. Supra dorſum meum fa- *Pſal.128.*
bricauerunt peccatores. Et pſal.quinquageſimo *Pſal.58.*
octano.Quæ non rapui,tunc exoluebã.Et Eſaias *Eſai.53.*
capite quinquageſimotertio. Verè dolores no-
ſtros ipſe tulit , & languores noſtros ipſe porta-
uit. Voluit diuinitus pater,vt filius eius pro no-
bis pateretur:& vt iuſtitiam ſuam indicaret,pro-
prio filio ſuo non pepercit,vt verbis vtar apoſto-
li.Hoc voluit idem apoſtolus ſignificare cap. ter
tio epiſtolæ ad Romanos:cùm dixit:Quem pro-
poſuit Deus propitiatorem per fidem in ſangui-
ne ipſius , ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ , propter
remiſſionem præcedentium delictorum. Vel ac-
cipit Daniel iuſtitiam pro euangelio , quemad-
modum accipitur capite quadrageſimoquinto
Eſaiæ : Egredietur de ore meo iuſtitiæ verbum. *Eſai.45.*
Et capite decimo Oſeæ : Cùm venerit docebit *Oſe.10.*
vos iuſtitiam.Et capite tertio ſecundę ad Corin-
thios : Si miniſtratio damnationis in gloria eſt,
multò magis abundat miniſteriũ iuſtitiæ in glo-
ria. Vbi apoſtolus per damnationem intelligit
legem veterem , quæ ſuos præuaricatores morte
damnabat:per iuſtitiam verò legem nouam,quę
eſt iuſtificationis adminiſtratrix. Fortaſſe per iu-
ſtitiam ſempiternam intelligit Daniel Chriſtum
Deum noſtrum:de quo ait apoſtolus capite pri-
mo epiſtolæ prioris ad Corinthios : Qui factus *1.Cor.1.*
eſt nobis ſapientia,& iuſtitia , & ſanctificatio, &
redemptio. Hanc iuſtitiam quærere debemus
iuxta illud Chriſti ſeruatoris noſtri apud Mat- *Matt.6.*
thęum ſexto.Quęrite primò regnum Dei,& iu-
ſtitiam eius. Intelligi autem hoc Danielis loco
per iuſtitiam Chriſtum aſſerit Rabbi Barachias
in lib. de ordine mundi,Rabbi Muſes Barnaha-
man,& Rabbi Ioſeph.

Et impleatur viſio & prophetia. Et implebuntur
vaticinationes de Chriſto. Viſio & ꝓphetia pro *Luc.18.*
eodem accipiuntur. Vnde idem Chriſtus tempo
re mortis eius imminente: Ecce,inquit,aſcendi-
mus Hieroſolymam , & conſummabuntur om-
nia , quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio ho-
minis. Et diuus Ioannes cap. 19. Sciens Ieſus
quia omnia conſummata ſunt, vt conſummare-
tur ſcriptura,dixit:Sitio. Et paulò pòſt:Cùm er-
go accepiſſet Ieſus acetum , dixit : Conſumma-
tum eſt. Apud Matthęum capite 11.& Luc.16.ait *Matth.11.*
Chriſtus : Omnes prophetæ & lex vſq; ad Ioan- *Luc.16.*
nem prophetauerunt. Nimirum de Chriſto ven-
turo. Ioannes autem non de venturo vaticina- *Ioan.1.*
tus eſt,ſed de præſenti,quem digito oſtendit.

Et vngatur ſanctus ſanctorum. Hoc eſt Chriſtus,
qui ſecundùm aſſumptam humanitatem vnctus
eſt oleo lætitiæ,& vberrimo fonte gratiæ copio-
ſiùs omnibus ſanctis illius conſortibus & cohæ-
redibus. Nã illis fuit vis Spiritus ſancti per par-
tes communicata:illum autem totum tota effu-
ſa largiſſimè repleuit. De hac vnctione ait pſal. *Pſal.44.*
44.diuinus vates:Vnxit te Deus,Deus tuus oleo *Hebr.1.*
lætitiæ præ conſortibus tuis. Quem locum di- *Pſal.61.*
uus Paulus in epiſtola ad Hebræos de Chriſto
interpretatur. Et ipſe Chriſtus apud Eſaiam 61.
ait:Spiritus Domini ſuper me , eo quòd vnxerit

me. Ad quę loca alludit Petrus apoſtolus cap. 10.
Act. 10. Actorum, cùm ait: Ieſum à Nazaret vnxit Deus Spiritu ſancto & virtute. Eam ob cauſam appellatur Chriſtus: nam Chriſtus idem eſt quod vnctus: vncti autem erant reges & ſacerdotes: Chriſtus verò rex eſt, & ſacerdos, & ſanctus ſanctorum, non ſolùm ob ſanctitatis præſtantiam, ſed
Ioan. 1. etiam ob eius efficientiam. Ait enim Ioannes: De plenitudine eius omnes nos accepimus.

Ab exitu ſermonis Id eſt, ab egreſſu horum verborum meorum: ab hora pronuntiationis huius ſermonis mei de ædificanda vtraq; Hieroſolyma, nimirum terrena in Iudæa, & ſpirituali, quæ eſt eccleſia in toto orbe terrarũ. Qui ſermo qui exit modò à me, exiuit à Deo mihi illum oſtendente, vt ego illum tibi aperirem.

Vſque ad Chriſtum ducem. Ducem etiam eum
Eſai. 55. appellat Deus pater apud Eſaiam cap. 55. Ecce teſtem populis dedi eum ducẽ & præceptorem
Mich. 5. gentibus. Et apud Michæam quinto: Et tu Bethlehem terra Iudah nequaquam minima es in principibus Iudah: ex te enim exibit dux, qui regat populum meum Iſrael. Ita hic locus citatur apud
Matth. 2. Matthæum capite ſecundo. Quod autem ait: Vſque ad Chriſtum Ducem hebdomadæ ſeptem, & hebdomadæ ſexaginta duæ: refertur ad tempus illud, quo Chriſtus ſe cœpit ducem populi declarare: quando in eius baptiſmo aperti
Matth. 3. ſunt cœli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlo dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc repletæ ſunt ſexaginta nouem hebdomadæ, & incœpit ſeptuageſima, & vltima.

Et rurſum ædificabitur platea & muri. Subaudi Hieroſolymæ: pro qua oras: nimirum in primis ſeptem hebdomadis. Sed erit in anguſtia temporum: hoc eſt in calamitatibus & moleſtiis, qui-
1. Eſd. 3. & 4. bus illo tempore ob vicinorum populorum impedimenta Iudæi afficientur. Id ita eueniſſe li-
2. Eſd. 4. quet ex libris Eſdræ multis in locis.

Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus. Subaudi, additis aliis ſeptem, quæ omnes ſexaginta nouem efficiunt. Igitur poſt hebdomadas ſexaginta nouem, hoc eſt hebdomada ſeptuageſima occidetur Chriſtus, verus ac proprius
Rom. 8. Dei filius. Vnde Apoſtolus 8. ad Romanos: Qui proprio filio ſuo non pepercit, &c. Vbi Hilarius lib. 6. de trinitate ait, naturæ veritatem ſignificanter expreſſit, vt qui ſuperius filios plures per ſpiritum adoptionis demonſtrarat, nunc vnigenitum Deum filium proprietatis oſtenderet. Hic in medio vltimæ hebdomadæ fuit pro nobis occiſus. Vide quàm apertè hic Daniel vaticinetur de morte Chriſti.

Et non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Hoc eſt, & populus Iudaicus qui negaturus eſt Chriſtum dominum, non erit eius amplius: non erit
Ioan. 19. deinceps populus Dei. Negarunt Iudæi Chriſtum, quando apud Pilatum dixerunt: Tolle, tolle, crucifige eum. Et paulò pòſt: Non habemus regem, niſi Cæſarem. Hoc autem non de omnibus intelligitur, ſed de illis duntaxat, qui noluerunt ad Chriſtum conuerti, qui impietati ſuæ pertinaciam adhibuerunt.

Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo. Id eſt, & exercitus Romanus cum duce ſuo Tito Veſpaſiano euertet Hieroſolymã, & ſanctũ Dei templũ. Locutus eſt de acerbiſſima Chriſti nece: nunc de eius loquitur vltione, quæ poſtea venit anno ab illa 42. Quidam vertunt: Populus ducis venturi: vt exitium templi tribuant exercitui Romano, non autem Tito, quem, aiunt illud ſeruare voluiſſe. Euerſio Hieroſolymę fuit poſt ſeptuaginta hebdomadas: ſed quoniã pœna illa ideo inflicta fuit Iudæis, quia Chriſtum immaniſſimè vocarunt ad crucis interitum, meritò fuit addita huic vaticinationi.

Et finis eius vaſtitas. Et finis vrbis ac templi erit euerſio per Romanum exercitum inducta. Senſus eſt. Et vltimo prælio euertetur ac vaſtabitur ciuitas, & templum delebitur, & incendio flagrabit.

Poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Id eſt, finito bello Romanorum aduerſus Iudæos erit deſolatio à Deo ſtatuta & præfinita. Erit ciuitas illa deſolata ex Dei ſtatuto. Quidã vertunt: Ad finem belli ſtatuetur ſeditio. Ac ſi dicat: Prope finem obſidionis labefactabuntur vires Hieroſolymæ propter ſeditiones, & bella interna ac ciuilia.

Cõfirmabit autem pactum multis hebdomada vna. Reuertitur ad id, vnde exierat oratio. Vltima, inquit, hebdomada confirmabit Chriſtus legem euangelicam multis rebus, verbis, factis, & ſignis. Vel multis hominibus. Et rectè ait, multis, non omnibus, quia vt diuus ait Ioannes capite primo: In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit Ioan. 1.
eis poteſtatem filios Dei fieri. Chriſtus quantum in ſe fuit, omnibus euangelium confirmauit: ſed non omnes illi credere voluerunt. Euangelium in literis diuinis dicitur nouum teſtamentum, menſa, lux, benedictio, lex noua, dies, clypeus, virga virtutis, cornu ſalutis, ſpiritus, verbum domini, aqua, veritas, aqua ſapientiæ ſalutaris, lux magna, dies virtutis, virtus Dei, fœdus & pactum. De hoc fœdere & pacto loquitur hoc loco Daniel. De eo dixerat Deus apud Ie- Iere. 31.
remiam trigeſimoprimo. Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundùm pactum, quod pepigi cum patribus veſtris in die, qua apprehẽdi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti. Et paulò pòſt explicans, quod eſſet hoc pactum nouũ, quod ſe confirmaturum pollicebatur: Dabo, inquit, legem meam in viſceribus eorum. Quem locum diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos de euangelio, quod no- Heb. 8. 9. &
uum appellat teſtamentum, interpretatur. No- 10.
uum teſtamentum derogauit vetus. Nam hæc teſtamentorum vis & natura, vt prius per poſterius derogetur. Hoc nouum teſtamentum fuit morte Chriſti confirmatum: nam vt iura ſtatuunt, & diuus aſſerit Paulus in epiſtola ad He- Heb. 9.
bræos, vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Hanc exiſtimo eſſe confirmationem, de qua præcipuè hoc loco loquitur Theod.
Daniel. Huic expoſitioni fauet verſio Theodotionis ita habens: Et confirmabit teſtamentum multis hebdomada vna.

In medio hebdomadæ deficiet hoſtia & ſacrificium. Id

Id eſt, in medio vltimæ hebdomadæ mortuo
Chriſto ceſſabunt omnia veteris legis ſacrificia
Nam cùm eſſent Chriſti figuræ atque vmbræ,
erant iu eius morte antiquanda & finienda. In
1.Cor.10. epiſtola priore ad Corinthios ait apoſtolus res
illas in figura Iudæis contigiſſe. Et in epiſtola ad
Heb.10. Hebręos: Lex, inquit, vmbram babet futurorum
bonorum, non ipſam imaginem rerum. Hoc eſt,
nou ipſam propriam lucem. Figura autem ceſſat
uduenienre veritate, & vmbra adueniente luce
Eſſe autem euangelium veritatem, indicat illud
Ioan.1. Ioannis 1. Lex per Moſem dara eſt, gratia & ve-
ritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et illud apo-
Gala.3. ſtoli ad Galatas 3. Quis vos faſcinauit non obe-
Eſai.9. dire veritati? Eſt etiam lux, iuxta illud Eſaiæ 9.
Habitantibus in regione vmbrę mortis lux orta
eſt eis. Et illud apoſtoli in epiſtola ad Romanos
Rom.13. 13. Indusmnt arma lucis. Diuinus pſaltes vno &
eodem verſu euangelium vocat lucem & verita-
Pſal.24. tem pſalmo 24. Emitte lucem tuam, & verita-
Similitudo. tem tuam. Quęmadmodnm veniente & coruſ-
cante ſole ſtellæ non apparent: ita adueniente
Chriſto, mundúmque morte ſua illuſtrante, ſa-
crificia Moſaica euanuerunt. Durante lege ve-
tere erant ſacrificia Deo grata, quia bona futura
adumbrabant, pietatem & religionem offeren-
tium declarabant, & idolorum cultum exclude-
bant. Sed non qua ratione erant carnalia, nec ex
parte operis operati, vt theologi ſcholaſtici lo-
quuntur. Erantq; tantùm vſque ad Meſſiam du-
ratura, qui erat legem gratiæ laturus. At veniẽte
lege noua erat vetus abroganda: ipſe enim Deus
Ierem.31. ait in hunc modum apud Ieremiam capite tri-
geſimo 1. Ecce dies venient, dicit dominus, &
feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus no-
uum, non ſecundùm pactum, quod pepigi cum
patribus veſtris in die, qua apprehendi manum,
vt educerem eos de terra Aegypti. Hoc etir pa-
ctum, quod feriam cum domo Iſrael: poſt dies
illos, dicit dominus, dabo legem meam in viſce-
ribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: &
ero eis in Deum: & ipſi erunt mihi iu populum.
In hanc ſenteutiam citat apoſtolus hunc locum
Hebr.8. ad Hebræos octauo, vbi pro fœdere & pacto le-
git, teſtamentum. Hoc promiſſum confirmauit
Bar.2. Deus apud Baruch cap.2. cùm dixit: & Statuam
illis teſtamentum alterum ſempiternum: vt ſim
illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et
Eſai.55. per Eſaiam cap.55. dixerat. Inclinate aurem ve-
ſtram, & venite ad me, & viuet anima veſtra, &
feriam vobiſcum pactum ſempiternum. Hoc
ſempiternum pactum eſt ſanctum Chriſti euan-
gelium: quod nou de monte Sinai exiuit, ſed de
Eſai.2. Sione. iuxta illud Eſaiæ capite 2. De Sion exibit
lex, & verbum domini de Hieruſalem: vbi per
legem & verbum domini euangelium ſignifica-
tur. Nonne intueris, quàm apertè loquatur de
lege noua legis veteris abrogatrice? Apud Eſaiã
Eſai.1. primo ait ita Deus loquens cum Iudæis tempo-
ris euangelij: Quo mihi multitudinem victima-
rum veſtrarum? Plenus ſum. Holocauſta arietũ,
adipem pinguium, & ſanguinem hircorum no-
lui: ne offeratis mihi hæc vltra. Et apud Amos
Amos 5. cap.5. Si obtuleritis holocauſtomata & munera
Ierem.6. veſtra, non ſuſcipiam. Et per Ieremiam 6. Holo-
cauſta veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtrę
non placuerunt mihi. Et apud Dauidem pſal.39. *Pſal.39.*
conferens filius cum patre ſermones has voces
emittit: Sacrificium & oblationẽ noluiſti: aures
autẽ perfeciſti mihi. Holocauſtũ, & pro peccato
non poſtulaſti: tunc dixi: Ecce venio. In cap. libri
ſcriptũ eſt de me, vt facerem voluntatẽ tuam. In-
telligi hunc locũ de Chriſto cum Deo patre lo-
quente aſſerit diuus Paulus cap.10. epiſtolæ ad *Hebr.10.*
Hebræos. Sed verba illa: Aures autem perfeciſti
mihi, poſſunt verti: Aures autẽ perforaſti mihi:
hoc eſt, voluiſti, vt tibi parerem. Vel, corpus autẽ
aptaſti mihi: vt legit apoſtolus in epiſtola ad He-
bræos. Hoc eſt, induiſti me corpore: voluiſti, vt
eſſem homo, quò pro peccatoribus crucẽ ſubirẽ:
& ita veteris legis ſacrificia & hoſtiæ ceſſarent.
Vaticinans Oſeas de tẽpore legis nouæ, quando *Oſe.9.*
iam eſſent abrogata Iudæorũ ſacrificia: Non pla-
cebunt, inquit, domino ſacrificia eorum. Aſpicis
ipſam legem veterẽ aſſeruiſſe fore, vt ipſa abro-
garetur, & altera ferretur in æternũ duratura. Ip-
ſe ſui ipſius cędẽ prędicebat, & literis explicabat
inſtar Vriæ, qui ſecũ portabat literas necẽ ſuam *2.Reg.11.*
continentes. Et quia lex vetus erat antiquanda,
& noua ferẽda, dicebat apud Eſaiã Deus cap.43. *Eſai.43.*
Ne memineritis priorũ: & antiqua ne intueami-
ni: ecce ego facio noua. Vnde diuus Paulus in
epiſtola poſteriore ad Corinthios cap.5. Vetera, *2.Cor.5.*
inquit, tranſierunt: ecce facta ſunt omnia noua.
Vt peritus pictor volens imaginẽ quadã fingere *Similitudo.*
omnibus numeris abſolutam, prius præparat ta-
bulã, efficiens in ea lineas rudi quodã carbone,
non quæ permaneant, ſed quæ ad colorũ picturã
ſolùm durent: imagine verò perfecta lineæ illæ
euaneſcunt: ita ſapientiſſimus Deus admirabilẽ
legẽ gratiæ cõditurus, inſtituit prius veteris le-
gis ſacrificia & cerimonias tanquã lineas & vm-
bras, quæ vſq; ad viuorũ nitidorúmque colorũ
picturã duntaxat perdurarent. At conſummata
noua lege, enuntiatóq; ſancto Chriſti euangelio
omnia illa vetera lineamẽta euanuerũt. In agno
immolato adumbrabatur Ieſu Chriſti ſeruatoris
noſtri manſuetudo: in tauro fortitudo: in vitulo
abundãtia gratiæ cœleſtis: in oue fructus patien-
tiæ: in colũba ſimplicitas: in turture dilectio er-
ga ſponſam, quæ eſt eccleſia: in hirco, ariete, &
hœdo noſtrorũ peccatorũ impuritas, quorũ ipſe
erat pœnas daturus. Occidebantur & ſacrifica-
bantur animalia, quia Chriſtus erat occidendus
& ſacrificandus. Deo in lege vetere effundeba-
tur ſanguis, & vt ait apoſtolus ad Hebræos: Sine *Hebr.9.*
ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Et vt ipſe ait *Rom.10.*
ad Romanos cap.10. Finis legis Chriſtus eſt. Illa
vetera ſacrificia erant quædã lineamenta, quæ
perfecta imagine in Chriſti morte, cum ipſe di-
xit: Conſummatũ eſt: & ceſſarunt, & enuntiato *Ioan.19.*
euangelio ad nihilum reciderunt. Et quia hoc
fuit in medio vltimę ſeptuaginta hebdomadarũ,
ait hoc loco angelus in medio hebdomadæ de-
ficiet hoſtia & ſacrificium.

Erit in templo abominatio deſolationis. Id eſt,
euertetur templum Hieroſolymæ ab exerci-
tu Romanorum. Exitium illud appellatur abo-
minatio propter ignominiam ſancto Dei tem-
plo illatam: & abominatio deſolationis propter
eiuſdẽ tẽpli euerſionẽ. Romani duce Tito Veſpa
ſiano filio Veſpaſiani Hieroſolymã expugnatũt

templum Dei vaſtarunt, & Iudæos crudeliſſimè
Ioſeph. vexauerunt. Lege Ioſephi hiſtoriam de bello Iudaico: qui hæc oculis vidit, veriſque monimentis cóſignauit. Iudæi illi qui viſo templo vaſtato permanebant Hieroſolymæ, occidebantur immaniter, aut coniiciebantur in vincula: qui verò ſe fugæ mandabant, putabant quodammodo immanem illam vitare perniciem. Eam ob cau-
Matt.24. ſam dicebat Chriſtus Deus noſter, vt aiũt euangeliſtæ: Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem
Mar.13. in loco ſancto, qui legit, intelligat. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: erit enim tribu-
Luc.21. latio magna. Et quoniã vaſtitas illa templi futura erat perpetua, ait angelus Danieli: Et vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. Nunquam enim poſteà templũ illud inſtauratum eſt, vt anteà, nec inſtaurabitur. Ob eam
Agge.2. cauſam illud Aggæus propheta cap. 2. vltimum appellat ſiue nouiſſimum, cùm ait: Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquam primę.
Luc.2. Hoc ideo ait, quia Chriſtus in illo poſteriore tẽplo præſentatus eſt, docuit, & miracula edidit. Nam ædificiorum pulchritudine & magnificentia fuit à priore ſuperatum. Sed dices fortaſſe: cur dedit Deus templum illud Iudæis, ſi illud erat
Simile. illis euerſurus? In promptu eſt reſponſio. Quia Deus multa largitur in vno tempore, quæ aufert in altero, ſimilis prudenti pædagogo, qui aliud
Similitudo. docet diſcipulum in pueritia, aliud in iuuentute. Quemadmodum peritus colonus aliud agit in agro tempore hyemis, aliud tẽpore veris, ſed non propterea mutat rationem agriculturæ: ſic Deus aliud fecit tẽpore legis veteris, aliud tempore nouæ: ſed nec ob id eſt ſui diſſimilis. Tẽplũ illud ex lapidibus mortuis cóſtructũ figura erat eccleſiæ ex lapidibus viuis conflatæ. Quam ob
1.Cor.3. cauſam ait diuus Paulus priore ad Corinthios cap. 3. Templũ Dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos. Et
2.Cor.6. in poſteriore cap. 6. Vos eſtis templum Dei viui: Eccleſia autem cóſtituta, & euangelio longè la-
Similitudo. tèque propagato conſumpta fuit figura, & templum in quo vetera immolabãtur ſacrificia, funditus deletum. Nam quemadmodũ medicus intelligens pernicioſam eſſe aquã frigidã ægroto, ſcyphum ſeu poculum ei infringit, ne amplius bibat: ita Deus videns exitioſa eſſe Iudæis poſt plenam euangelij prædicationem veteris legis ſacrificia, templum illis euertit, ne amplius illa facerent. Vt fracto vaſe medicus ægrotum ab aquæ potione etiam inuitum deterret, & abducit: ſic vaſtata Hieroſolyma, & templo direptioni ac flammis commiſſo Deus populum Iudaicum vel inuitum ab antiquis victimis ſeiunxit, atque ſeparauit. Mirum eſt profectò cócedi Iudæis totum orbem terrarum ad habitandũ, vbi illis non licet facere ſacrificia: ſolam autem Hieroſolymã illis interdici, vbi illis licebat immolare. Magnũ quidem Dei iudicium, diuturnaque dignum obſeruatione. Imperij Romani gubernaculum obtinente Iuliano, quem vocant apoſtatam, cóuenerunt infiniti propè Iudæi Hieroſolymã multis ex regionibus, vt illam cum templo inſtaurarẽt. Imperator enim ille cùm à fide Chriſti defeciſſet, nihilque ei eſſet antiquius, quàm Chriſtianam religionem labefactare, dedit Iudæis illis magnam & pecuniarũ, & artificum copiam, vt in Chriſti ludibrium & deſpectum antiquam vrbem renouarent. At Deus cóppreſſit nefarios illos conatus: nam cùm Iudæi cœpiſſent nudare fundamenta, multámque hauſiſſent terram, magnus exiuit ignis, qui illos excuſſit, illorúmque impiam pertinaciam fregit. Quam ob rem deſtiterunt ab incœpto, ne omnes igne illo extin-
guerentur. Narrat hoc diuus Ioannes Chryſo- *Chryſo.*
ſtomus oratione ſecunda aduerſus Iudæos. Sed
& Theodoretus libro vigeſimo Eccleſiaſticæ hi- *Theod.*
ſtoriæ vbi hoc copioſè ſcribit, aſſerit præter hoc Iudæos comportaſſe gypſi & calcis multa modiorum millia, quæ irruens impetus vẽti repẽtè diſperſit. Et ait conſpectum fuiſſe in cœlo ſignũ crucis fulgidum: ipſorumque Iudæorum veſtes fuiſſe crucibus non tamen fulgidis, ſed coloris
atri repletas. Scribit etiam hiſtoriam hanc Euſe- *Euſeb.*
bius Cæſarienſis lib. 10. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ
capite vltimo: & multò copioſiùs Nicephorus *Niceph.*
Calliſtus tomo 10. cap. 32. & 33. vbi multa notatu digniſſima literis mãdauit. Aſpicis igitur nó potuiſſe Iudæos Hieroſolymã cum templo inſtaurare, poſt illatam à Romanis euerſionem, quam hic Daniel abominationem deſolationis appellauit. Nonnulli per abominationem deſolationis intelligunt deteſtabilem veterum ſacrificiorum oblationem, poſt planè enuntiatam euãgelij veritatem. Alij ſtatuam Tiberij Cæſaris, quam Pilatus ſtatuit in templo. Alij ſtatuam Adriani imperatoris, quam ipſe in templo iuſſit collocari. Alij impiam Antichriſti doctrinam. Alij ipſum
Antichriſtũ. Sed quia Chriſtus Deus noſter lo- *Matt.24.*
quens de hac abominatione deſolationis monet, vt qui eam viderint, fugiãt ad montes, ne in vrbe acerbiſſimis afficiantur vulneribus: exiſtimo nomine eius ſignificari templi oppugnationem, vel impium Romanorum exercitum templum inuadentem ad illud ſpoliandum & euertendum. Huic expoſitioni fauet litera Hebræa, quæ poteſt verti: Erit expanſio abominationis deſolationis: Hoc eſt extenſio vexilli exercitus Romani. Poteſt quoque hic locus verti: Erit per alam abominatio euerſionis. Hoc eſt delebitur templum per exercitum gentilium: ala enim aliquando accipitur pro exercitu. At rectiſſima eſt litera editionis vulgatæ habens: Erit in templo abominatio deſolationis. Et ita habet verſio
Græca Theodotionis. Et ita Chriſtus dominus *Theod.*
hunc locum in euangelio citauit. Cap. duodeci- *Matt.24.*
mo loquitur etiam Daniel de abominatione de- *Infr.12.*
ſolationis: de qua ibi Deo adiuuante diſſeremus.

Vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. Perſeuerabit vaſtitas templi vſq; ad finem mundi. Nunquam Iudæis templum illud reſtituetur. Id voluit diuus Paulus ſignificare, cùm dixit in epiſtola priore ad Theſſalonicẽſes:
Peruenit ira Dei ſuper illos vſque in finem. Ha- *1.Theſ.2.*
bes huius capitis explanationem perſpicuã meo quidem iudicio, & veram: ex qua colliges exactas eſſe ac finitas ſeptuaginta hebdomadas, de quibus hic loquitur Daniel. Liquet ex hac Danielis vaticinatione Chriſtũ Deum, verum Meſſiam iam veniſſe. Iudæóſq; illum expectantes in errore intolerabili verſari. Nã quocunq; modo has ſeptuaginta hebdomadas aſſumpſeris, & à

quocun

quocunque tempore eas inceperis, videbis clarius luce meridiana eas eſſe cópletas: & ex conſequente Dei filium à cœli faſtigio ad terram deſcendiſſe, humanam naturam induiſſe, & in crucis ara animam efflaſſe, vt homines diuino lumine illuſtraret, & ad vitam immortalem perduceret. Sunt huius loci variæ doctorum ſententiæ, vbi ſcilicet faciendum ſit harum hebdomadarum initium.

Afric. Iulius Africanus qui floruit imperium tenente Marco Aurelio Antonino in quinto temporum volumine, vbi hanc vaticinationem de Ieſu Chriſto Deo noſtro interpretatur, à viceſimo Artaxerxis regis Perſarum anno, ait has hebdomadas principium habuiſſe: cuius

Theodor. ſententiam ſequitur Theodoretus in commen-

Euſeb. tariis in hunc locum. Euſebius Cæſarienſis in octauo demonſtrationis euangelicæ libro, ab anno primo Cyri regis Perſarum. Eodem modo

Clem. Clemens Alexandrinus. Hippolitus multò antè,

Hyppol. nimirum quadrageſimonono ante Cyrum. Ori-

Orig. genes in decimo Stromatum volumine a primo anno Darij filij Aſſueri, à die quo angelus has hebdomadas Danieli nunciauit. In qua ſententia

Tert. multo copioſius & apertius eſt Tertullianus in

Lyran. libro aduerſus Iudæos. Nicolaus Lyranus duas habuit opiniones: nam prius exiſtimauit has hebdomadas incœpiſſe anno vigeſimo Artaxerxis: poſteà verò multò antè, nimirū anno quarto Sedechiæ circa finem. Hanc eius ſecundam opinionem ſequitur Paulus Burgenſis in additio-

Vatab. nibus, Raymundus in Pogione, Franciſcus Va-

Rabbi tablus in annotationibus. Rabbi Salomon doctus inter Iudæos, ait has hebdomadas incœpiſſe ab euerſione primi templi, & finē feciſſe in euerſione ſecundi. Hanc explanationem ſumpſit ille ex libro illo Talmud, qui inſcribitur Ceder holam: & ex libro, qui inſcribitur Abodazara, vbi affirmatur. In hac ſententia fuerunt multi In-

Fin. dæorū Rabbini, quos citat Finus Hadrianus in Flagello Iudæorum cap. quinto libri quinti. Verùm vbicunque has hebdomadas incipias, videbis eas tempore Chriſti impletas fuiſſe, aut circa eius tempus, nempe in euerſione templi Hieroſolymæ per Tytum Veſpaſianum anno quadrageſimoſecundo poſt Chriſti mortem: etiam iuxta Iudæorum ſententiam. Quare omnis illis adimitur excuſatio: ita enim cum illis hæc pugnat vaticinatio, vt nullo modo poſſint euadere. Sed nulla te teneat admiratio, quòd tantam videas in huius loci explanatione authorum varietatem in temporum ſupputatione. Nam cùm numerent tempora per regum ac principum vitas, quorum certus annorum numerus non poſſit ex diuina colligi ſcriptura, recurrunt ad annalium memoriam, & hiſtorias humanas: cùm autem illæ ſint diſpares, & varietate diſtinctæ: nam quædam plures annos numerant, quædam pauciores, & vnuſquiſque ſuum ſequatur ſcriptorem, ſunt etiam illi diuerſi. Quidam aiunt Cyrum triginta annos vixiſſe: alij viginti duos: alij quatuor tantum. Quidam à primo anno Cyri vſq; ad vigeſimum Artaxerxis centum & quindecim annos numerant: alij verò quadraginta & ſeptem duntaxat, aut circiter ad calculum re-

Ioſeph. uocant. Hac ratione ductus Ioſephus in libro contra Appionem; Scimus, inquit, in quot locis Hellicanus de genealogiis & temporibus ab

Ageſilao diſcreper: & in quot Herodotum cor- *Ageſil.*

rigat Ageſilaus. Ephorus Hellanicum in pluri-

bus oſtendit eſſe mendacem, & Ephorum Ti- *Timæus*

mæus, Timæum poſteri, Herodotū cuncti. Hæc ille. Nec Latini hiſtorici, nec Græci, nec Hebraici omnino conueniunt & concordant in temporum numeratione, & ad calculum reuocatione. Illud eſt certiſſimum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum ſe in crucis ara ſacrificium conſtituiſſe in vltima harum ſeptuaginta hebdomadarum, in medio hebdomadæ, fuiſſeque has hebdomadas finitas & expletas anno tertio cum dimidio circiter poſt eius mortē: quo tempore Apoſtoli euágelium in Iudæa nunciarunt, in cuius confirmationem miracula multa ediderunt. Vnde exordium ſumpſerint, magna controuerſia eſt. Sed inter omnes illi mihi magis placent, qui eas aiunt incœpiſſe ab eo die, quo eas angelus Danieli nunciauit. Id explicat ipſe angelus, cùm ait: Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni, vt indicarem tibi. Hic ſermo à Deo egreſſus eſt, fundente Daniele preces ad illum, qui ſermo erat de his ſeptuaginta hebdomadis, quas ei angelus indicauit. Et paulò poſt ait idem angelus: Scito ergo, & animaduerte: ab exitu ſermonis, vt iterū ædificetur Hieruſalē, &c. Hoc eſt à pronunciatione huius ſermonis mei de ſeptuaginta hebdomadis qui ſermo exiuit paulò antè à Deo, & nunc exit à me: nam ipſe mihi indicauit illum, vt ego tibi illum indicarem. Ab egreſſu, inquam, huius ſermonis vſque ad generis hominum redemptionē per Chriſtum erunt ſeptuaginta hebdomadæ: quæ explebuntur anno circiter tertio cum dimidio poſt eius acerbam cædem: nam ipſe in medio hebdomadæ immolabitur: eritq; perpetuum ſacrificium: & tunc veteris legis ſacrificia ceſſabunt. Hæc eſt vera, vt ego mihi ſtatuo, huius loci explanatio, omnibus aliis literæ congruentior, inſtituto diuini vatis propior, & annorum numero accommodatior. Aliarum quædam multò plures continent annos, quædam multo pauciores: hæc autem medium amplectēs veram ſequitur annorum ſupputationē à magnis ac ſapientibus viris approbatam, partim ex ſanctis literis, partim ex hiſtoricis Græcis, Latinis, Perſis, Hebræis verè depromptam. Supputationem autem ſupra digeſſi, verba illa explanans: Septuaginta hebdomades abbreuiatę ſunt. Tāta eſt huius vaticinationis vis, vt illa conuictus ac

conſtrictus Rabbi Samuel literarum diuinarum *Rabbi*

peritus, in epiſtola quadam ad R. Iſaac ingenuè fateatur, veniſſe Chriſtum, iuxta has Danielis hebdomadas. In ea ſententia exiſtimo fuiſſe Iudæos illos, qui miſerunt ſacerdotes & leuitas in-

terrogatum Ioannem, eſſet ne ipſe Meſſias, vt ei *Ioan 1.*

traderent regnum, ſi ſeipſum Chriſtum fateretur. Nam præter hunc Danielis locum videbant impletum eſſe oraculū patriarchæ illius Iacob, in quo diuinum quoddam fidei & vaticinationis lumen priſcis illis temporibus mirabiliter eluxit. Cùm enim ad exitum vitæ vocaretur, has voces emiſit: Non auferetur ſceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, q mittēdus eſt: & ipſe erit expectatio gētium. Nā tēpore Chriſti

ademptus

ademptus eſt principatus à tribu Iuda: & nunquam poſteà Iudæi habuerunt ſceptrum, nec
Gene.49. dominatum, nec principem de genere Iuda: nec vnquam habebunt: quoniam adueniente regno æterno Chriſti Dei noſtri, fuit regnũ illud temporale à Iudæis penitus ablatum. Herodes enim alienigena Antipatri Aſcalonitæ, & matris Cyprides Abicæ filius, à Romanis ſuſcepit Iudæorum principatũ, quo tẽpore natus eſt Chriſtus, quem diuini vates prædixerant eſſe à cœleſti patre in mundum mittendum. Eam ob cauſam dixit Iacob: Donec veniat, qui mittendus eſt. De illo dicebat Moſes cum Deo patre loquens cap.
Exod.4. 4. Exodi: Mitte, quem miſſurus es. Erat enim miſſurus verbum, quod erat à principio: de quo
Pſal.106. ait diuinus pſaltes pſalmo 106. Miſit verbũ ſuũ, & ſanauit eos. Et Pſalmo 147. Emittet verbum
Eſai.16. ſuum, & liquefaciet ea. Eſaias cap. 16. Emitte agnum Domine dominatorẽ terræ de petra de-
Eſai.19. ſerti ad montem filiæ Sion. Et cap. 19. Mittet eis
Eſai.48. ſaluatorem, qui liberet eos. Et cap. 48. induxit Chriſtum ita loquentem: Dominus Deus miſit
Amos 4. me. Et Amos cap. 4. ait: Ecce Dominus mittens eloquium ſuũ. Vbi ſeptuaginta interpretes habent Chriſtum ſuum. Vnde diuus Paulus in epi-
Galat.4. ſtola ad Galatas: Miſit Deus, inquit, filium ſuum factum ex muliere, factũ ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret. Illud expectabant antiqui patres, eius aduentum cupiebant fideles, de eo vaticinabantur diuini vates, cuius ſanguine erãt mundi maculæ abluendæ, & iniquitates expiandæ. At nonnulli Iudæi obſtinati aiunt modò, per ſceptrum non intelligi principem nec dominũ, ſed calamitatem, qua illi vſq; ad Meſſiæ aduentum opprimuntur. Sed ſeptuaginta interpretes qui fuerunt natione Iudæi, vtriuſq; linguæ Græcæ & Hebraicæ periti, & diuina claritate illuminati, tranſtulerunt: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius. Et paraphraſis Chaldaica ſummæ apud Hebræos authoritatis, habet: Non auferetur habens principatum à domo Iuda, nec ſcriba à filiis filiorum eius. Tharghum etiã Hieroſolymitanũ habet: Non deficiẽt reges de familia Iehudah. Quare nõ ſunt recentes Iudæi audiendi cõtra tantam nubem teſtiũ: præſertim enim omnibus diuinã legem accuratè intuentibus ſit exploratum & perſpectũ, vocabulum ſceptrũ dominũ ac principatũ, ſeu principem aut regẽ, atq; regiã dignitatẽ ſignificare. Pro principatu accipitur in oratione Eſther cap.
Eſth.14. 14. libri eius mandata: Ne tradas domine ſceptrũ tuum his, qui non ſunt. Pro rege autẽ apud Iere-
Iere.51. miam cap. 51. cùm ait: Qui fecit omnia, ipſe eſt, & ſceptrum Iſraelis hæreditatis eius. Hoc eſt, Deus eſt, qui regnat in Iſraele, & ipſe eſt rex eius. Nec obſtat, quod aiunt cæci Iudæi, vocabulũ Xeuet pro quo Latinus interpres vertit ſceptrũ, ſignificare etiã virgam: & ex conſequente flagellum & calamitatem, non antẽ regem. Nam capite Nu-
Num.24. merorum 24. vbi vulgata editio habet in vaticinatione Balaam: Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael: pro virga eſt in Hebræo idem nomẽ Xeuet: pro quo Onchelus paraphraſtes Chaldaicus tranſtulit regem: ita enim habet: Cùm conſurget rex de Iacob, & vngetur
Eſai.11. Chriſtus de Iſrael. Verba illa Eſaiæ cap. vndecimo Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: vertit in hunc modum Ionathas Chaldæus: Egredietur rex de filiis Iſai, & Chriſtus de filiis filiorum eius. Vbi tam per virgam, quàm per florẽ interpretatus eſt regem
Ierem.1. Meſſiam: Ieremiã ſecutus, qui capite primo Deũ virgam vigilãtem appellauit. Porrò Pierius Valerianus ſceptrũ ait eſſe regni hieroglyphicum. Præterea ſi in oraculo Iacob acciperetur ſceptrũ pro calamitate, ſequeretur inde ſolùm à tribu Iudah eſſe illã auferendã, non autem ab aliis: & ad hoc venturum eſſe Meſſiam tantùm, vt ſolam vnam tribum moleſtiis leuet, & omnes alias in ærũnis relinquat, genteſq; omnes penitus contemnat. O cæcitatem intolerabilem, ô amentiã deplorandam: Quomodo ergo pater dixit filio
Pſal.2. ſuo pſalmo ſecundo: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam
Pſal.66. terminos terræ? Et pſalmo ſexageſimoſexto: In omnibus gentibus ſalutare tuum: Nonne diuinus ille vates Eſaias qui animum ſuum ab impuritatis contagione ſeuocaret, & ad rerum diuinarum contemplationem contuleras, ſpiritũ prophetico illuminatus induxit Deum patrem
Eſai.49. capite 49. ita cum Meſſia loquentem: Parum eſt, ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas: dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ?
Agge.2. Aggæus quoq; propheta lumine vaticinandi diuinitus illuſtratus capite ſecũdo has voces emiſit: Veniet deſideratus cunctis gentibus. Nonne vides Chriſtum eſſe omnium tribuum ac gentiũ ſeruatorem & conſolatorem? Si ille pro vna tan-
Gene.49. tùm tribu erat venturus, quorſum dixit Iacob in eodem oraculo: Et ipſe erit expectatio gentiũ? Pro quo alia tranſlatio habet: Et ipſe erit congregatio gentium. Sed non eſt mirum cæcos fallaceſq; Iudæos huiuſmodi interpretationes plenas dolis, & cauillationibus, & impietatibus excogitare: nam cum eorum ratio ſit obſcurata flagitiis, impedita obſtinatione, & à diuina voluntate penitus auerſa, quid aliud, quam huiuſmodi monſtra machinabitur? Alij Iudæi fatentur ſce-
Gen.49. ptrum hoc loco Geneſis accipi pro principatu, ſed nõ eſſe vaticinationem illam de Chriſto explanãdam: quoniam in Hebraico eſt: Donec veniat ſiloh, per quem non Chriſtum, ſed locum quendam interpretantur. Ac alias ineptias fingunt ridiculas & impias. Sed eorum error refellitur & refutatur paraphraſi Chaldaica, quam illi ex decreto Talmudico negare non poſſunt. Illa enim ita habet: Non auferetur habens principatum à domo Iuda, nec ſcriba à filiis filiorũ eius, donec veniat Meſſias, cuius eſt regnũ, & ei obedient populi. Nonne vides apertè per ſiloh intelligi Meſſiam? Non ait: Donec veniat locus: ſed donec veniat Meſſias. Ita quoque Rabbi Salomoh, R. Moſes Gerundẽſis, R. Moſes Aegyptius, & R. Leui hunc locum interpretantur. Aſſerunt enim intelligi de Chriſto: quod poteris apud Paulum Burgenſem in Scrutinio, & apud Marſilium Ficinũ in libro de religione Chriſtiana videre. Rabbi etiã Cabadias, qui legẽ tranſtulit literis Arabicis, hunc locum de Meſſia interpretatur. Et eodem modo Rabbi Chimhi magni nominis inter Iudæos. Vocabulũ ſiloh quod eſt

in

in Hebręo,deducitur à verbo Salah,quod ſigni-
Pſal.104. ficat mittere: vt pſalmo 104. Miſit ante eos virũ.
Ezec.2. Et cap. Ezechielis 2. Mitto ego te. Quã ob cauſam rectè Latinus noſter interpres trãſtulit: Qui
Ioan.9. mittendus eſt. Similiter apud Ioannẽ cap. 9. Vade,laua te in natatoria Siloe, quod interpretatur miſſus. Siloh enim & Siloe ab eodẽ verbo ſalach, quod mittere ſignificat, deriuantur. Sed quoniã ſil ſignificat filium, ait Pagninus in Theſauro ſiloh ſignificare filium eius. poſſeq; verti: Donec veniat filius eius: nimirũ Iuda. Dixerat enim: Nõ auferetur ſceptrum de Iuda. Et per filium Iuda intelligit Chriſtum, qui ſecundũ carnem de tribu Iuda deſcendit. Sed in Bibliorũ verſione habet: Donec veniat Meſſias. Poteſt nihilomin' ſiloh deduci à verbo ſalah, quod ſignificat in pace & quiete eſſe. Vnde ſiloh ſignificat quietẽ, felicitatem, pacem, & pacificum: quæ omnia Chriſto
Eſai.9. cõueniunt: quem Eſaias 9. vocat principẽ pacis.
Ephe.2. De quo ait apoſtolus ad Epheſios cap. 2. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Hac ratione ductus exiſtimat Vatablus poſſe verti hunc locum: Donec veniat felicitas: vel author felicitatis. Sed ex his interpretationibus illa eminet inter omnes, quam reddidit Latinus noſter interpres: Donec veniat, qui mittendus eſt. Hæc eſt clarior, germanior, & excellentior, quæ apertè oſtendit, fore vt filius Dei verus Meſſias mitteretur à patre: eumque veniſſe tempore Herodis, quando Iudæis ablatum eſt ſceptrũ: à quo tempore nullum poſteà regem habuerunt de genere Iuda, nullum ducem eiuſdem tribus, qui eorum rempublicam gubernaret. Hoc oraculum Iacob & multa alia, quæ breuitatis cauſa ſilentio prætereo, oſtendunt perſpicuè Iudæorum ignorantiam & cęcitatem Meſſiam venturum ſperantiũ. cùm iam venerit, quem ipſi recipere noluerunt, quin potiùs ad cædem crudeliſſimam nocarunt. Quare ſunt neglecti, & calamitoſi: nec habent templum, nec ſacrificia, nec regem, nec ſacerdotes, nec prophetas, nec terram promiſſam: imò nec ſpem: cum ſint fluxæ & expletæ ſeptuaginta hebdomadæ: de quibus hoc loco loquitur Daniel, intra quas erat Chriſtus venturus, & occidendus. Non me fugit obſtinatos Iudæos afferre cauillationes ad deprauandum hoc caput Danielis, ſed ineptas, ac planè nullius momẽti: quibus rectè reſpondet Petrus Galatinus lib. 4. arcanorũ catholicæ veritatis: & nonnulli alij, qui nomen ſuum immortalitati commendarunt.

ANNOTATIONES ex *Hebræo* in
CAPVT IX.

Ego Daniel intellexi ex libris. Quidam pro intellexi vertunt attentè conſideraui. Verbum Hebraicum eſt בין Baian, quod vtrunq; ſignificat & intelligere, & cõſiderare, ſeu animaduertere. Pro intelligere accipitur pſalmo centeſimo trigeſi-
Pſal.138. mooctauo. Intellexiſti cogitationes meas de longè. Hoc eſt non ſolùm actiones meæ, ſed etiã cogitationes tibi domine notæ ſunt: nec ſolùm dũ eas in corde verſo, quin potiùs priuſquam quicquam cogitem. Voluit his verbis diuinus pſaltes admirabilẽ Dei cognitionẽ ſignificare. Sed quia pro, cogitationes meas, eſt in Hebraico לרעי Lerchi, cuius ſingulare eſt רע Reagh, quod præter cogitationem ſignificat amorem & calamitatem, poſſunt verti verba illa: Intellexiſti amores meos à lõge. Ac ſi dicat: Tibi domine eſt cognitus & perſpectus amor, quo ego te multo ab hinc tempore proſequor. Vel ſic: Intellexiſti afflictiones meas procul: id eſt priuſquam me premerent. Significat etiã verbum hoc erudire: pro quo noſter Latinus interpres vertit dare intellectum: vt pſal. 118. Declaratio ſermonum tuorum Pſal.118.
illuminat, & intellectum dat paruulis. Vbi pro, declaratio, vertit Hieronymus oſtium. Poſſunt verba illa ita ex Hebræo transferri: Oſtium verborum tuorum illuminat, & erudit humiles ſeu ſimplices. Non enim tantùm interiora & ſecretiora diuinæ ſcripturæ illuminant, ſed etiã ipſa ianua & primus aditus lucem præbet, & animos non ſuperborum, ſed humilium ſolet illuſtrare. Pro cõſiderare accipitur verbum hoc cap. Pro-
uerbiorum 7. Conſidera vecordem iuuenem. Et Prou.7.
cap. 37. Iob: Conſidera mirabilia Dei. Quam ob Iob.37.
cauſam non perperam hunc locum ita nonnulli vertunt: Ego Daniel attentè cõſideraui in libris.

Numerum annorum. Pro, annorum, eſt in Hebræo שנה Xanah, quod nomen ſignificat mutationem, & iteratione, & annum: quòd anni mutentur, & ſolis curſus vt antea iteretur. Eo vtitur pſalmographus: cùm ait pſalmo 89. Dies anno-
rum noſtrorum in ipſis ſaptuaginta anni. Si autẽ Pſal.89.
in potẽtibus octoginta anni: & amplius labor & dolor. Nam quod reſtat poſt annos octoginta, plenũ eſt morbis, & angoribus, & moleſtiis. Nihil nobis ad dolorem & cruciantes ægritudines poteſt acerbius accidere, quàm longa vita, & tẽpore producta ſenectus. Poſſunt nihilominus hæc verba ita ex Hebræo transferri. Dies annorum noſtrorũ quibus viuimus, ſunt ſeptuaginta anni: aut ad ſummum octoginta anni, & præcipuum eorum labor & dolor. Quid eſt enim præcipua pars vitæ noſtræ quàm laborum corporis, & contentionum animi rota quædam viua, ac mœrorum, acerbitatum, lachrymarum, cruciatuum, ærumnarum officina? Annus variè numeratur iuxta diuerſarum nationum conſuetudinẽ. Hoc autem Danielis loco, quemadmodum aliis diuinæ ſcripturæ annus eſt duodecim menſium ſpatium. Si autem ſcire volueris nomina menſiũ apud Romanos, Aegyptios, Hebræos, Græcos, Britanos, Cyprios, Chaldæos, Atheniẽſes, Achiuos, Macedones, Bithynios & alias nationes, vide Bedam presbyterum in libro de temporũ ratione, & Ioãnem Nouiomagũ in ſcholiis in eundem librum, & Theodorum Gazam, & Eucherium lib. 2. inſtructionum ad Salonium, & Liliũ Gregorium in libro de annis & menſibus. Nec audiẽdi ſunt, qui aiunt annum in enumeratione annorum antiquorum patrum accipi pro ſpatio quatuor tantùm menſium: nam ex ipſis ſacris literis liquet, annos illos eſſe tunc, quemadmodũ ſunt modò, & nihil in re, aut parum differre. Itaque in ſancta ſcriptura annus eſt ſpatium menſiũ
duodecim. Ita accipitur capite quinto Geneſis, Gen.5.
vbi ſcriptum eſt: Factum eſt omne tempus, quod
vixit Adam, anni nongenta triginta. Et capite 9. Gene.9.
Impleti

Impleti ſunt omnes dies Noe nongentorũ quinquaginta annorum. Et aliis in locis. Quinetiam antiquiſſimi authores lõgiſſimam fuiſſe priſcorum vitam memoriæ prodiderũt: quia in re cum diuinis literis concordarunt. Et nonnulli faciunt mentionem illius Noe, qui in eluuione terrarum arcã fabricauit. Hi ſunt Beroſus Chaldæus, Manethon Aegyptius, Mochus, Eſtius, Hecathæus, Hellanicus, Acuſilaus, Nicolaus hiſtoricus, Ephorus. Quorum duo vltimi mentionẽ faciunt quorundam antiquorum, qui annos mille vixerunt. Qua de re vide Ioſephum capite octauo libri primi antiquitatum Iudaicarum.

Vt ambularemus in lege ipſius. In tranſlatione Theodotionis eſt: Vt ambularemus in legitimis eius. Quod idem eſt: lex enim Dei nomine legi-
Leui.12. timorum ſignificatur: vt capite 12. Leuitici: Cuſtodite legitima mea. Verba ſunt Dei legis ſuæ obſeruantiam commendatis. Et capite vigeſimo eiuſdem libri: Nolite ambulare in legitimis na-
Leui.20. tionum. Lex diuina appellatur in ſancta ſcriptura teſtimonium, iudicium, eloquium Dei, iuſtitia, mandatum, præceptum, vita, lucerna, vinum, lac, lumen, pabulum, iugum, via ſalutis, verba Dei, ſtatuta, & legitima. Nonnulli vertunt: Vt tranſigeremus vitam ex legibus ipſius: ſiue, vt viueremus ſecundùm legem ipſius. Nec perperam omnino: nam in Hebræo eſt verbũ ילך Ialac, quod ſignificat ambulare, quemadmodũ Halac: in diuinis autem literis idem eſt ſæpe ambulare ac viuere. Ita accipitur capite 26. Leuitici: Si in præceptis meis ambulaueritis, dabo vobis, &c.
Leui.26. Hoc eſt, ſi ſecũdùm præcepta mea vixeritis. Eo-
Pſal.118. dem modo pſalmo 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini: Et Prouerbiorum
Prou.10. 10. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confiden-
Mich.6. ter. Et capite Michææ 6. ambulaſti in voluntatibus eorum. Pro quo codices vitioſi habent: in voluptatibus. Senſus eſt: Et vitam ad eorũ conſilia traduxiſti: iuxta eorum vixiſti voluntatem.
Rom.8. Vnde diuus Paulus cap. 8. epiſtolæ ad Romanos: Non ſecundùm carnem, inquit, ambulamus. Et
Rom.13. 13. eiuſdẽ Sic vt in die honeſtè ambulemus. Hoc eſt, ita vt in tempore legis gratiæ honeſtè viua-
Gala.5. mus. Et capite 5. ad Galatas: Spiritu ambulate. Quaſi dicat: Ita vitam degite, vt ſitis ſpiritus: qui enim adhæret Deo, vt idẽ ait apoſtolus in prio-
1.Cor.6. re ad Corinthios, vnus ſpiritus eſt. Ambulare
Gene.17. coram Deo eſt dare operam virtuti, vt cap. 17. Geneſis, vbi Deus dixit Abrahamo: Ambula coram me. Acſi diceret: Incumbe in ſtudia grata
Eſai.38. mihi. Vnde rex Ezechias cap. 38. apud Eſaiam: Memẽto inquit, quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate. Hoc eſt, memor ſis obſecro clementiſſime Deus, quemadmodũ cum labore ad veram laudem directum iter ſuſceperim, & iuſtitiam ac pietatem ſine ſimulatione coluerim. Veritatem opponit hypocriſi, & ſimulationi.

Ne audirent vocem tuam. Pagninus vertit: Vt nõ obtemperarent voci tuæ. Sed in idem recidit. Audire enim pro obedire ſæpenumero vſurpatur. In Hebraico eſt verbum שמע Xemagh, quod ſignificat audire, parere, cogitare. Quare poteſt etiam verti locus hic: Ne cogitarẽt legem tuam. Ac ſi dicat: Ne legem quidem tuam cuſtodierũt nedum illis in mentem venit.

Et cogitaremus veritatem tuam. Verſio Theodotionis habet: Et intelligemus in omni veritate. Pagnini autem: Ad intelligendum veritatem tuam. Pro, cogitaremus, eſt in Hebræo verbum שכל Sacal, quod ſignificat cogitare, intelligere, conſiderare, proſperari, aſpicere, commutare. In hanc vltimam ſignificationem accipitur capite *Gene.48.*
quadrageſimo octauo Geneſis: Extendẽs Iacob manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris, ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſis, qui maior natu erat, commutans manus. Quod poteſt verti ex Hebræo: Intelligens, ſiue prudens manibus: ſapienter enim manus impoſuit. Hac ratione ductus vertit Onchelus paraphraſtes Chaldæus: Docuit manus ſuas. Ita direxit illas, ac ſi eſſent conſciæ rerum futurarum. Nam etſi Manaſſes erat maior natu, Iacob tamẽ intuebatur eum fore minorem benedictione & felicitate: quemadmodum poſteà euentus probauit. At ſeptuaginta interpretes nobiſcum habent: ἐναλλάξας τὰς χεῖρας, hoc eſt, cõmutans manus. Pro aſpicere accipitur cap. 3. Geneſis, vbi *Geneſ.3.*
de ligno ſcientiæ boni & mali ſcriptum eſt: Erat aſpectu delectabile: Hoc eſt ad aſpiciendum iucundum. Pro quo nonnulli vertunt. Erat ad intelligendum appetibile. Septuaginta verterunt: pulchrum ad intelligendum. Poteſt rectè verti: Deſiderabile ad intuendũ. Rapiebat enim oculos intuentium ipſum. Sed rectiſſimè vertit interpres noſter: Aſpectu delectabile. Pro proſperari accipitur iuxta nonnullorum Hebræorum *1. Reg. 18.*
ſententiã capite decimo octauo libri primi Regum. Id enim quod nos habemus: In omnibus quoque viis Dauid prudenter agebat: vertunt illi: Omnibus quoque viis Dauid proſperabatur.

Occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eũ negaturus eſt. Septuaginta habent: Deſtruetur vnctio: & iudiciũ nõ eſt in eo, hoc eſt euertetur ſacerdotiũ Iudæorũ: & nõ erit in illo iudicialis poteſtas: finiẽtur ſacerdotes legis veteris, qui vngebantur oleo: & neminem amplius iudicabunt: auferetur enim ab illis ſceptrum, & principatus. Hoc ideo dictum eſt, quia duces qui poſt captiuitatem Babylonicam Hebræorum rempublicã gubernabant, erant ſacerdotes de tribu Leui, & de tribu Iuda: hæ enim duæ familiæ erant matrimoniis coniunctæ: à quibus tẽpore Chriſti ablata eſt omnis poteſtas. Etiam nec vngebãtur nec ſummo fungebantur ſacerdotio, niſi qui illud à gentilibus Iudææ gubernaculum obtinentibus emebãt. Donec vrbs fuit penitus euerſa, & templum funditus deletũ: & Iudęi partim interfecti, partim capti, & acerbiſſimis calamitatibus affecti: & nunquam amplius ſacerdotium, nec vmbram eius habuerunt. Venit enim excelſus æternusq; ſacerdos Chriſtus Deus noſter ſecundùm ordinem Melchiſedech: & fuit Aaronicum ſacerdotium abrogatum. De Chriſto enim cecinerat diuinus ac regius vates pſalmo 109. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos *Pſal.109.*
in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Quem locum diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos de Chriſto interpretatur. Sacerdotium *Heb.5.& 7.*
Aaronicum fuit ſine iureiurando inſtitutum, velut commutandum, & delendum: ſacerdotium verò Chriſti cum iureiurando, vt hoc modo *Pſal.109.*
oſtende

oſtenderetur æternum fore. Iurauit dominus, inquit Dauid, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Hæc eſt editionis Græcæ interpretatio vera & perſpicua. Eam ſequitur Auguſtinus in oratione cõtra Iudæos, Paganos, & Arrianos ca. 12. Et multi alij doctores. Sed ſi verbũ verbo reddere volueris, vertes: Occidetur Chriſtus: quemadmodum habet vulgata noſtra editio. Et ita

Eſai. 53. vertunt Hebræi. De eo prædixerat Eſaias 53. Ipſe vulneratus eſt propter infirmitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et paulò pòſt: Sicut ouis ad occiſionem ducetur: & quaſi agnus corã

Thre. 4. tondente ſe obmuteſcet. Et Ieremias in quarta lamẽtatione: Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus: captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: in vmbra tua viuemus. Tanto amore nos proſecutus eſt, vt prò nobis ſanguinem funderet, & mortem acerbiſſimã ſuſtineret. Hac admirabili charitate nos voluit attrahere ad ſeipſum. Ipſe enim

Oſe. 11. ait apud Oſeam ca. 11. In funiculis. Adam trahã eos in vinculis charitatis. Ac ſi dicat: Feræ ſolẽt trahi funibus per vim: at ego attraham homines ad me operibus amore pleniſſimis Pro, in funiculis Adam, habent Septuaginta: ἐν διαφθορᾷ ἀνθρώπων. Hoc eſt in morte hominis. Ac ſi dicat: Ego factus homo moriar pro hominibus. Quod poterat maius eſſe amoris ſignum, quàm pro nobis mortẽ ſubire? Voluit nos ad ſe trahere morte ſua, quam tulit in cruce à terra eleuatus. Id dixit

Ioan. 12. ipſe apud Ioannem cap. 12. Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Quæ fortiora vincula nos ad ſeipſum trahendum poterant eſſe, qui ſuauiores funes, quàm mori pro nobis ſuſpenſum in patibulo, iniurijs affectum, & vulneribus ſauciatum?

Finis eius vaſtitas. In Græco eſt ἐκκοπήσονται ὡς ἐν κατακλυσμῷ. Id eſt, ſuccidentur ſicut in eluuione. Iſidorus Brixianus tranſtulit: Finis eius cum diluuio. Pagninus eandem retulit ſententiam his verbis: Finis eius cum inundatione. Vt ſit ſenſus: Populus Romanus in vltimo prælio inuadet Hieroſolymã tanta vi, tam vehemẽte conatu, vt eam capiat, euertat, & ſpoliet: & inſtar eluuionis omnia deleat, & obruat. Cõparat vltimum impetũ belli, & extremã vrbis oppugnationẽ cũ eluuione omnia vaſtante: & cum aquarũ voragine vi facta, omnia obruente. Sed quia eluuio omnia vaſtat, rectè habet editio noſtra vulgata: Finis eius vaſtitas.

Argumentum capitis X.

Narrat diuinus vates apparuiſſe ſibi angelum lineis indutum veſtibus, qui ei indicauit preces ſuas eſſe à domino exauditas, eique dimicationes angelorum nuntiauit. Deſcribit tempus & locum huius viſionis, quã duobus ſequentibus capitibus abſoluit. Mittebat Deus ad eum angelos, qui ei futura nuntiarẽt, & perfugium ac ſolatium præberent: quia ille à cõplexu patriæ, & à ſeipſe auulſus, profuſis lachrymis celebat abſtinentiam, vitæ gubernaculum Deo tradebat, illi dignitatem & ſalutem ſuam committebat, & cognitionis maximarum deſiderio flagrabat.

CAPVT X.

ANno tertio regni Cyri regis Perſarum verbum reuelatum eſt Danieli cognomento Baltaſſar: & verbum verũ, & fortitudo magna. Intellexique ſermonem: intelligentia enim eſt opus in viſione. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadorum diebus: panem deſiderabilem non commedi: & caro & vinum non introierunt in os meum: ſed neque vnguento vnctus ſum, donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem viceſima & quarta mẽſis primi eram iuxta fluuium magnum, qui eſt Tigris. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo & corpus eius quaſi Chryſolithus, & facies eius velut ſpecies fulguris: & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius vt vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel ſolus viſionem: porrò viri qui erant mecum, non viderunt: ſed terror nimius irruit ſuper eos: & fugerunt in abſconditum. Ego autem relictus ſolus vidi viſionem grandem hanc: & non remãſit in me fortitudo: ſed & ſpecies mea immutata eſt in me: & emarcui, nec habui quicquam virium.

EXPLANATIO.

Anno tertio regni Cyri. Anno primo Darij regis Medorum vidit Dei angelum, qui ei oſtendit ſeptuaginta hebdomadarum myſterium. Mortuo Dario anno ſecundo regni ſui tenuit clauum totius imperij Cyrus, qui ſtatim primo anno ſui principatus Hebræos in priſtinã reſtituit dignitatem. Anno verò tertio eius reuelatum eſt Danieli verbum, de quo hic loquitur: hoc eſt ſermo propheticus: vel veritas verbo nuntiata, quam hoc capite, & duobus ſequentibus mandauit. Poteſt accipi verbum pro re, vt ſit ſenſus. Indicata eſt ei res quædam ventura. Accipitur enim verbum pro quacunque re: vt cap. vigeſimo libri 4. Regum: Non fuit verbum quod non monſtraſſet eis. *4. Reg. 20.* Et cap. 7. Iudit. Faciemus hæc verba, quæ locuti eſtis. *Iudic. 7.* Poteſt etiam hoc Danielis loco verbũ accipi pro prophetia: quemadmodum accipitur cap. 9. Eſaiæ: Verbum miſit dominus in Iacob. *Eſai. 9.* Et 46. Ieremiæ: Verbum quod locutus eſt dominus ad Ieremiam. *Iere. 46.*

Cognomento Baltaſſar. Primum eius nomẽ fuit Daniel, quo in Iudæa appellabatur. Sed poſteà fuit illi impoſitum in Chaldæa hoc nomen Baltaſſar: vt fuit cap. 1. perſpectum. *Sup. 1.*

Et verbum verum. Id eſt, & res quam vidit, verè futura eſt, & fortitudo magna: hoc eſt, magna vis erat in verbo illo. Vel accipitur fortitudo pro

exercitu:vt ſit ſenſus:magnus exercitus angelo-
ſum apparuit illi:tametſi ſolus vnus locutus fuis
ei.

Intelligētia enim eſt opus in viſione. Hoc eſt, opor-
tet hominis intellectionem perpurgari ad viſio-
nem oculis mentis perſpiciēdam. Sumitur intel-
ligentia pro intellectu expurgato. Vel ita:opor-
tet diuinum vatē intelligere vaticiuationem : vt
Gene. 41. propriè ac perfectè propheta dicatur. Eā ob cau-
Dane.2. ſam nec Pharao videns in ſomnio boues & ſpicas
Dane.5. nec Nabuchodonoſor videns ſtatuam, nec Bal-
ſaſſar videns articulos manus in pariere ſcriben-
tes verè prophetæ fuerunt: quia veram earum re-
rum intelligentiam non percipiebant. Quod eſt
Ioan.11. etiam de Caipha dicendū:cùm dixit apud Ioan-
nem 11. Expedit nobis, vt vnus moriatur homo
pro populo:& non tota gens pereat. Nā etſi cùm
eſſet pōtifex anni illius prophetauit, vt diuus ais
Ioānes, non tamē verè ac propriè propheta fuit:
quia verus ſenſus vaticinationis illum fugiebat.
Tetigit Deus linguam eius, non autem cor. Pro-
phetia eſt donum Dei, vt ait in epiſtola priore ad
Cor. diuus Paulus cap. 12.& diuus Petrus in po-
1.Cor.12. ſteriore ſua cap.1. Sed non propterea concludi-
2.Pet. 1. tur, vt qui eſt hoc munere præditus, ſit in gratia
gratum faciente conſtitutus. Docet enim diuuſ
Paulus in priore ad Corin. cap. 13. prophetiā non
1.Cor. 13. habere neceſſariam cum charitate cōnexionem:
cùm ait: Et ſi habuero omnem prophetiam, cha-
ritatem autem non habuero, nihil ſum. Id oſten-
dit Auguſtinus libr.2. ad Simplicianū. Poteſt hoc
Matt.7. deduci ex euangelio Matthæi ca.7. vbi ſcriptum
legimus, multos dicturos eſſe in illa die:Domine
domine, nonne in nomine tuo prophetauimus:
Quibus dicturus eſt Deus:Non noui vos: diſce-
dite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Ba
laam homo improbus vaticinatus eſt, vt proditū
Num. 22. eſt memoriæ cap. 22. Numerorum. De eo ait in
epiſtola ſua Iudas apoſtolus: Væ illis qui in erro-
re Balaam mercede effuſi ſunt. Saul concitatus
ira & inuidia, inflammatus furore, cùm quæreret
innocentem Dauidem, cui perniciem machina-
batur, totoq; ex ore illi crudelitas emicaret, vati
cinatus eſt:idemque fecerunt ſerui eius, vt literæ
1.Reg.19. diuinæ cap. decimonono primi Regum memo-
riæ prodiderunt. Aſpicis igitur, poſſe improbos
homines vaticinari. Nihilominus magnopere cō
ducit ad eximiam vaticinationis lucem compa-
rādam, iuſtitiam & pietatem colere, mentis aciē
perpurgatam extollere in cœlum, cogitationem
à conſuetudine abducere, & animum à ſenſibus
reuocare. Sed etiāſi propheta eſſe poſſit ſine cha
ritate, non tamen ſine vaticinationis cognitione.
Nā vt hoc loco ait Daniel: Intelligentia eſt opus
in viſione: hoc eſt in prophetia. At non ſemper
neceſſe eſt, vt quæ diuinus vates intuetur, primò
Sup.7.&8. intelligat. Nam Daniel noſter aliqua vidit, quæ
nō intellexit, niſi poſtquam ei fuerunt ab angelo
explicata, vt ipſe cap. 7.& 8.& hoc decimo fate-
tur.

In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdoma-
.1. *darum diebus.* Hoc eſt, anno tertio Cyri ego Da-
niel me dedidi lacrimis, & lamentis tres hebdo-
madas dierum. Hoc dicit ad differentiam heb-
domadarum annorum, de quibus capite ſuperio
re locutus eſt. Duplex eſt enim hebdommada,
vna dierum, vt hic, altera annorū, vt ibi. Pro triū
hebdomadarum diebus, poteris vertere ex He-
bræo: tres hebdomadas dierum. Et ita habet ver-
ſio Theodotionis. Sed eadem eſt ſententia. Plora-
uit Daniel propter peccata ſua, & populi: præſer
tim propter illorum Hebræorum deſidiam, qui
in Chaldæa manebant: in quibus videbat memo
riam ſanctæ ciuitatis obliuione deletam. Multi
enim in Babylonica regione nutriti, nolebant ad
inſtaurādam Hieroſolymam reuerti. Ipſe autem
Daniel manebat cum illis, vt eos inſtrueret, ne
Dei legem repudiarent. Hāc eſſe cauſam lachry-
marum Danielis tradit Theodoretus hoc loco:
& Petrus Comeſtor in hiſtoria ſcholaſtica. For-
taſſe ideo lugēbat quia eo tempore nunciatū eſt
in Chaldæa, Iudæos qui erant in Iudæa ob iniu-
rias vicinorum populorum ab vrbis ac templi
ſtructura impediri. Eam ob cauſam Deum cū la-
chrymis precabatur, vt opē ferret Iudæis, eóſq;
mœrore leuaret, atque ad vrbem, ſanctúmq; tem
plum ædificandum erigeret. Probabile eſt, plo-
raſſe Danielem præcipuè, vt Deus ſibi res futuras
aperiret: ipſeq; ſe ad illas mentis oculis aſpiciē-
das præpararet. Nos eadem pœnitētia muniti ad
Deum conuertamur: iuxta id quod ipſe ait apud Ioel.2.
Ioelem cap.2. Conuertimini ad me in toto corde
veſtro, in ieiunio & fletu, & planctu. Tela lini
quamuis ex filis excellentibus confecta, dum ta- Similitudo.
men eſt in textrina, eſt nigro quodam colore &
impuro coinquinata: at extracta inde, & immer-
ſa in aquas interueniēte calore ſolis, redditur al-
ba ac pulchra. Ita anima noſtra ad imaginem Dei
creata dum eſt in mundi textrina negotijs ſæculi
irretita, eſt ſceleribus contaminata: ſed inde ab-
ducta, & lachrymis pœnitentiæ lota, interuenieē-
tibus radijs ſolis iuſtitiæ, candida efficitur, & exi
mia pulchritudine decoratur. Id intelligens Da-
uid lachrymis opertus dicebat pſal. 50. Lauabis Pſal.50.
me, & ſuper niuem dealbabor. Imitemur illum
lachrymis, & Danielis pietatem intueamur, qui
totas tres hebdomadas lachrymis & parſimonia
victus conſumpſit. Cum vellet impetrare à Deo
res magnas, ad lachrymas & preces cōfugiebat.
Ad illas confugit rex Ezechias in acerbis calami Eſai.38.
tatum anguſtijs conſtitutus, quibus eum Deus
mirabiliter liberauit. Etenim dixit per Eſaiam: 4.Re.21.
Audiui orationem tuam, & lachrymas tuas. Idem 2.Par.32.
fecit Tobias ærumnis cōfectus: de quo ita ait di-
uina ſcriptura: Tunc Tobias ingemuit, & cœpit Tob.3.
orare cum lachrymis. Et fuit à Deo exauditus, & Tob.7.
ereptus. Et Reguel: Non dubito, inquit, quòd
Deus preces & lachrymas meas in conſpectu ſuo Pſal.55.
admiſerit. Et Dauid: Poſuiſti lachrymas meas in
conſpectu tuo. Magna eſt viris pijs cōſolatio ſci-
re, eſſe lachrymas ſuas in conſpectu Dei, eumque
videre illos ingentes. Nō ſolùm Deus lachrymas
videt, ſed exaudit. Nulla ſunt tormenta bellica,
nulla tonitrua, quæ vehementiorem ſeddant ſo-
nitum, quàm piæ & ardentes lachrymæ. Ideo di-
xit Deus Ezechiæ apud Eſaiam capit. 38. Audiui Eſai.38.
orationem tuā & lachrymas tuas. Non ait: & vi-
di lachrymas tuas: ſed, & audiui lachrymas. Id
intelligens Dauid alloquens Deum pſalmo 38. Pſal. 38.
aiebat: Auribus percipe lachrymas meas. Et pſal. Pſal.6.
6. Exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Eam Iudit.8.
ob cauſam dicebat Iudith cap. 8. Indulgentiam
Dei

Dei fuſis lachrymis poſtolemus. Magna profectò ſiccitatē laborat, qui ne vnam quidē lachrymam fundit. *Similia.* Vt terra arida ob aquæ penuriam producit dumos & ſerpentes: ſic anima ſine lachrymis vanitates & ſordes. Quemadmodum agri niſi pluat, nullum ferent perfectum fructum: ſic homines niſi imbre rigentur lachrymarum, ſteriles redduntur. Tāta eſt in precibus vehementium lachrymarum vis, vt penetrent in cælos, *Hieron.* Deumq; cogere videantur. Vnde Hieronymus: Oratio Deum lenit: ſed lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit. Et rurſus; Vincit lachryma indingibilem, ligat omnipotentem, inclinat virginis filium. Illud velim tibi perſuadeas, ignem purgatorij vi lachrymarum, quas & peccati contritio, & amor virtutū effundit, extingui. At ignis charitatis nulla extinguitur lachrymarum aqua: eſt enim diuinus amor ignis, qui aquis nutritur & fouetur. In corde viri pij ad diuinum numē ſemper aſpirantis eſt Aetna ardens, & Nilus fluens. Vbi fuerint lachrymæ, vt in libro de ſalutaribus documentis ait Auguſtinus, ibi ſpiritualis ignis accenditur, qui ſecreta mentis illuminat. Sed has *Apoc. 21.* lachrymas diluit Deus iuxta illud Apocalypſis cap. 21. Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum. Felices lachrymæ, vt verbis vtar Bernardi in tractatione de contēptione mūdi, quas benignæ manus conditoris abſtergent: & beati oculi, qui talibus liquefieri elegerunt. *Exod. 14.* Aquæ maris Rubri operuerunt Aegyptios: aquæ verò piarum lachrymarum obruunt peccata. Hę lachrymæ, vt diuus ait Baſilius in libro de libero *Pſal. 14.* arbitrio, ſunt epulæ animæ: iuxta illud pſalmographi: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Viri iuſti & pij dolore affecti admirabilem in lachrymis percipiunt cōſolationem. Calamitates & ingraueſcentem rerum aduerſarum molem non poſſent aliquando ferre, ſed mœrori & ærumnis ſuccumberent, niſi animum ferè labentem lachrymis ſuſtentarent. Suſpiciūt in cælum oculis lachrymantibus, & pia deuotione aquarum abundantiam profundunt. Sicut poſt vehementes pluuias efficitur aer purus atq; tranquillus: ita poſt lachrymarum imbres, ſequitur mentis ſerenitas atque ſecuritas. Illæ fluunt de cælo, hæ autem aſcendunt in cælum. Poſt illas profunditur terra fœcunditate poſt has profunduntur lugentes vero gaudio: iuxta illud diuini pſaltis: Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Quanta ſit lachrymarum vtilitas docet Caſſiodorus in pſalmos, cum ait: Fletus eſt cibus animarum, corroboratio ſenſuum, abſolutio peccatorū, refectio mentium, lauacrum culparum. Non immeritò *Iob 10.* Iob cum exiſtimaret ſe vocari ad exitū vitæ, has voces emiſit ad Dominum cap. 10. Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum. Non petebat vitam ad riſum, ſed ad lachrymas: non ad vanam mūdi lætitiam, ſed ad veram animi oblectationem: non ad peſtilentes delicias & illecebras, ſed ad ſalutarem pœnitentiam & pietatem. *Iere. 9.* Eodem modo lachrymoſus Ieremias capite 9. Quis, inquit, dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Ac ſi diceret: Vtinā caput meum conuerteretur in aquas, quæ per oculos meos tanquam per venas dimanarent. Nihil erat illi tunc antiquius, nihil magis in optatis, quàm habere in capite perennem aquarum abundantiam, & oculos in fontes lachrymarum conuerſos. Nunquam ille hoc dixiſſet, niſi vtili- *Similitudo.* tatem lachrymarum cognoſceret. Vt arbor fert fructus: ſic lachrymas deuotio. Vt fructus corpus reficiunt: ita lachrymæ animū conſolatione per- *Similia.* mulcent. Vt in ſeminibus eſt ſpes frugum: ſic in lachrymis ſpes verorum gaudiorū. Eam ob cau- *Matt. 5.* ſam dicebat apud Matthæum 5. Chriſtus Dominus: Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. Felices lachrymæ, quæ admirabilem ferunt conſolationē. Ad eas confugit Petrus, qui amarè *Matt. 26.* fleuit, vbi dominum negauit: & Magdalena, cùm *Luc. 7.* pedes Domini rigauit lachrymis, & terſis capillis: & alij infiniti: inter quos fuit Daniel, vt ipſe hoc loco teſtatur.

Panem deſiderabilem non comedi. Id eſt cibū ſuauem epuláſq; delicatas illis diebus non edi. Nomine panis in ſacris literis quicunque cibus ſępe ſignificatur, vt alibi oſtendimus. Sed quia ſequitur: Et caro & vinum non introierunt in os meū: videtur accipi panis hoc loco pro ſolo pane.

Menſis primus. Hoc eſt Martij, qui vocatur Niſan *Exod. 12.* à Iudæis. Exeūtibus illis menſe Martio ex Aegypto dixit Deus: Menſis hic vobis principiū menſium primus erit in menſibus anni.

Iuxta fluuium magnum qui eſt Tigris. Hic eſt vnus ex quatuor fluminibus paradiſi terreſtris, vt ca- *Geneſ. 2.* pite Geneſis ſecundo. Vocatur autem Tigris ob velocitatem curſus à tigride beſtia mirabili celeritate currente, vt diuus ait Hieronymus. Plinius & Solinus aiunt appellari ita, quia eodem nomine Medi vocant ſagittam. Dicitur Hebraicè Hidecel, hoc eſt acumen velocitatis. Iuxta hunc *Dani. 8.* fluuium vidit Daniel ſequens myſterium que- *Ezech. 1.* madmodum alterum cap. octauo iuxta fluuium *Matt. 3.* Eulcum: & Ezechiel aliud iuxta fluuium Chobar. Et Ioanni Baptiſtæ iuxta Iordanem aperti ſunt cæli. Obſerua quàm familiaria ſunt flumina diuinis vatibus.

Et leuaui oculos meos. Nimirum mentis & corporis: ac viſione intellectuali & corporali hæc quæ ſequuntur, aſpexi.

Et ecce vir vnus. Hoc eſt, angelus in figura viri *Theodor.* apparens. Symmachus vertit: quaſi vir. Nō enim vir erat, ſed ſimilis viro. Theodoretus exiſtimat eſſe angelum Gabrielem. Erat indutus lineis, ad angelicum candorem ſignificandum. Erāt renes eius accincti auro obrizo, hoc eſt puro & excellente, igne perpurgato, per quod feruor charitatis intelligitur: Cinctura renum ſignificat eum eſſe ad Dei mandata paratum. Quidam vertendū putant: Et renes eius accincti auri zona. Erat corpus eius quaſi Chryſolythus, hoc eſt, erat eius color ſimilis colori cœli fulgētibus ſtellis diſtincti, quo immortalitas deſignatur. Chryſolythus eſt lapis pretioſus, de quo copioſè diſſeruimus in primum caput Ezechielis in annotationibus ex Hebræo. Et facies eius velut ſpecies fulguris, hoc eſt ſplendida inſtar ſplendoris coruſcantis. Ac ſi diceret: à facie eius ſplēdor eximius exibat: per quem excellentia glorię eius ſignificatur. Oculi eius vt lampas ardens. Id eſt, clari & ſplendidi erant eius oculi, perſpicacitatem cognitionis

eius deſignantes. Per brachia ſignificatur angeli fortitudo in actionibus: per pedes eius velocitas in motionibus: per vocem eius ſonoram, quæ erat vt vox multitudinis, vis in doctrina, & veritatis explanatione. Eodem modo cap. 1. Apocalypſis ſcriptum eſt: Vox illius tanquã vox aquarum multarum. Deſcribit hic Daniel angelum ſibi apparentem, vt per corporis figuram eius explicet proprietates. *Apoc. 1.*

Terror nimius irruit ſuper eos. Si angelum nõ viderunt, quomodo trepidarũt? Viderunt quidem angelum, ſed non perceperunt, quid diceret: ideo dicuntur non vidiſſe viſionem. Animalis namq; homo, vt ait Paulus in priore ad Corinthios, nõ percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. *1.Cor.2.* Daniel autem angelum vidit, audiuit, & intellexit. Vel non viderunt angelum, ſed audierũt iuxta ſe magnam illam vocem, quæ terruit illos. Hæc eſt ſententia Hieronymi, Theodoreti, Dionyſij Carthuſiani, & Petri Comeſtoris in hiſtoria ſcholaſtica. Aiunt nonnulli ſimile quicquam in Pauli conuerſione accidiſſe, vt narrat Actorum nono diuus Lucas. *Actor.9.* Nam Paulus vidit, & audiuit: qui autẽ eum comitabantur, audierunt vocem, ſed neminem viderunt. At reipſa non audierunt vocem Dei, vt ipſe Paulus teſtatur cap. 22. Actorũ, cùm ait: *Acto.22.* Qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius, qui loquebatur mecum. Quare id quod dictum eſt capite nono, eos audiſſe vocem, intelligendum eſt de voce Pauli, non autem Chriſti.

Et non remanſit in me fortitudo. Quia timuit valdè. Cum terremur timore, currit ſanguis & ſpiritus ad roborandum cor, vbi eſt fons timoris, & remanent alia membra trementia, cõcuſſa, & frigida propter defectum ſanguinis & ſpirituũ. Eã ob cauſam ſequitur: Sed & ſpecies mea immutata eſt in me. Nam ex timore oritur pallor, & manet facies exanguis.

Et audiui vocem ſermonum eius, & audiens iacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearũ. Et dixit ad me: Daniel vir deſideriorum intellige verba, quæ ego loquor ad te: & ſta in gradu tuo: C nunc enim ſum miſſus ad te. cumq; dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens. Et ait ad me. Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in cõſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua: & ego veni propter ſermones tuos. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum: & ego remanſi ibi iuxta regẽ Perſarum. Veni autẽ vt docerẽ te, quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſsimis diebus quoniã adhuc viſio in dies.

Et audiui vocem ſermonum eius. Hoc eſt, & animi & corporis auribus audiui vocem verborum angeli. Sed iacebam proſtratus, quia ob timorem & imbecillitatem ſtare non poteram.

Et ecce manus tetigit me. Id eſt, & ecce angelus tetigit me manu, ad me conſolatione mulcendum, & erigendum, & roborandum. Deus enim eos extollit, qui ſe abijciunt, eos deijcit, qui ſe extollũt. Vnde illud ſanctiſſimæ virginis apud Luc. 1. cap. Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles. *Luc. 1.*

Vir deſideriorum. Id fuit capite præcedente explanatum. Sequitur: Et ſta in gradu tuo. Hoc eſt, ſta erectus facie verſus cœlum, vt antea. Hic eſt enim hominis gradus. Cùm Deus cætera animalia abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit: & ad cœlum excitauit.

Ex die primo quo appoſuiſti animum tuum ad intelligendum. Id eſt, cùm primùm appuliſti animum tuum ad intelligendas Dei viſiones, & res futuras animo percipiendas. Ideo ſubdit. Vt te affligeres: quia vt diximus, probabile eſt, ideo eum pœnitentiam egiſſe, vt Deus ipſi futura patefaceret, ipſeque ſe ad ea intelligenda muniret.

Ego veni propter ſermones tuos. Hoc eſt, cauſa ſermonum tuorum à Deo exauditorum ad te veni. Venturus eram ſtatim, niſi mihi princeps Perſarum reſtitiſſet, Ideo ſequitur: Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti vno diebus. Occurrit tacitæ obiectioni. Poterat enim dicere Daniel: Si preces meæ fuerunt ſtatim exauditæ, cur non illico veniſti? Quia, inquit, fui præpeditus: nam retardauit me angelus præſes regni Perſici, qui merita populi ſui diuerſa offerebat Deo, ne Iſraeliticum populum abire permitteret. Perpende angeli benignitatem & modeſtiam, qui ſe excuſat apud Danielem, quòd tanto tẽpore moram interpoſuiſſet. Dederat rex Cyrus facultatẽ Iudæis redeundi Hieroſolymam: quorum multi redierant, multi manſerãt in Perſide & Chaldæa redire nolentes. Orauerat autẽ omnibus illis vno & viginti diebus Daniel, vt omnes reuerterẽtur, ſanctumq; Dei tẽplum inſtaurarent: & vt ſibi indicaret Deus, quid populo Iudaico & regno Perſico, aliiſq; regnis euenturum eſſet. Et ſtatim fuit exauditus à Deo: ſed quia non habebat de re hac oraculum, in precibus & lachrymis, & abſtinentia totas tres hebdomadas perſeuerauit. Donec ei apparuit Dei angelus, qui ei nuntiauit eſſe à Deo exauditum: foreq; vt totus Iudæorũ populus in Iudæam tandẽ rediret: & Perſarum regnũ ad Macedoniam transferretur. Ad huius explanationis intelligentiam ſciendum eſt, vnicuique noſtrum eſſe vnum angelum cuſtodem ac præſidem: iuxta illud euangelij Matthæi decimooctauo: *Matt. 18.* Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. Et vnicuique regno præeſt vnus angelus cuſtos, iuxta illud Deuteronomij cap. 32. *Deut. 32.* Quãdo diuidebat altiſſimus gẽtes, quando ſeparabat filios Adam conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Pro quo Septuaginta habent: Iuxta numerũ angelorum Dei. Hunc locum citant Hieronymus & Theodoretus ad probãdum hoc. Angelus autem præſes regni ei bonũ deſiderat, eiuſq; princeps appellatur. Cùm verò Daniel Deum oraret,

vt

vt Iudæi omnes Perſidem & Babyloniam relinquerent, & Hieroſolymam reuerterentur, & hic angelus eius preces Deo offerret, reſiſtebat ei angelus cuſtos regni Perſici, quia videbar ex mãſione filiorum Iſraelis in regno illo magnã vtilitatem eſſe Perſas recepturos. Multi enim ex illis ob Hebræorum familiaritatẽ & doctrinam ad fidem vnius Dei, verumq; diuini numinis cultum conuertebantur. Quam ob cauſam obſecrabat Deum, vt in regno illo permanerẽt. Ac ita angelus vnus ſanctus dicitur alteri angelo ſimiliter
Gregor. ſancto reſiſtere. In hunc modũ diuus Gregorius hunc locum libr. 18. Moralium interpretatur. In angelis ſanctis non eſt ſimpliciter contrarietas voluntatum: nam eorum voluntas diuinã ſequitur voluntatem. Sed quando neſciunt futura, aliquando offerunt eorum, quibus præſunt, merita cõtraria. Et ita dicuntur alij alijs viciſſim reſiſtere: ſed intellecta diuina volũtate ſumma eſt inter illos concordia & conſenſio. Imò nunquam eſt inter illos diſcordia, quemadmodũ eſt inter homines: ſed exprimit eorum controuerſiam more noſtro diuina ſcriptura. Sed dices. Quare permiſit Deus, vt tanto tempore vnus angelus alteri reſiſteret? Ratio eſt, quia voluit illud Deus, vt ſancto Danieli daretur occaſio amplius orandi, & merendi.

Ecce Michael vnus de principibus primis. Id eſt vnus
Iudas. ex præcipuis angelis ſeu vnus archãgelorũ. Iudas apoſtolus eum in epiſtola ſua canonica archãgelum appellat. Erat tunc princeps totius populi Iudaici, quemadmodum modò eſt totius eccleſiæ. Eam ob cauſam adiuuit hunc angelum Gabrielem, qui cum Daniele loquebatur, cui angelus Perſarum reſiſtebat: ſuumq; erga Danielem, cæteróſque Iudæos fauorem declarauit.

Et ego remanſi ibi. Nimirum coram Deo iuxta angelum præſidem Perſarum: ideo non ſtatim veni. Nunc autem tibi oſtendã, quæ populo tuo Iſraelitico ſunt euẽtura. Sed quod dicturus ſum, non ſtatim veniet: ſed in tempus longum differetur: viſio enim, hoc eſt, hæc vaticinatio in dies multos dilatabitur.

Cúmque loqueretur mihi huiuſmodi verbis, deieci vultum meum ad terram, & tacui. Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiẽs os meum locutus ſum, & dixi ad eũ, qui ſtabat contra me: Domine mi in viſione diſſolutæ ſunt cõpages meæ: & nihil in me reman-
C ſit virium: Et quomodo poterit ſeruus domini mei loqui cum domino meo? Nihil enim in me remanſit virium: ſed & halitus meus intercluditur. Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & confortauit me, & dixit: Noli timere vir deſideriorum: pax tibi: confortare, & eſto robuſtus. Cumq; loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere domine mi, quia confortaſti me. Et ait: Nunc ſcis, quare venerim ad te? Et nunc reuertar, & prælier aduerſum principem Perſarum. Cùm enim egrederer, apparuit princeps Græcorum veniẽs. Veruntamen annuntiabo tibi, quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis. Et nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter.

Cúmque loqueretur mihi. Verba ſunt Danielis: cùm, inquit, me Dei angelus in hunc modum alloqueretur, ego quòd meam cognoſcerem fragilitatem, & quòd non poſſem admirabilem eius ſplendorem ſuſtinere, deieci oculos in terram, & obmutui.

Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis. Non erat homo, ſed angelus in figura hominis: Hic erat idem angelus, qui cum eo loquebatur: quem, vt diximus, nonnulli arbitrantur eſſe Gabrielem, qui eum docuit viſionem capiti octauo mandatam. De illo ait hic paulò pòſt: Tetigit me quaſi viſio hominis. Hoc eſt angelus in figura humana. Et nunc tetigit labia mea. Eodem modo vnus ex ſeraphim labia tetigit Eſaiæ: vt ipſe cap. 6. teſtatur. *Eſai. 6.*

In viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ. Id eſt, tanta eſt excelſitas tua, tam admirabilis fulgor tuus, vt te viſo ſoluta ſint vincula membrorum meorum, ob ſanguinis & ſpirituum defectum ad cor meum recurrentium. Quam ob cauſam nec vires retinui.

Quomodo poterit ſeruus domini mei loqui cum domino meo? Intuere Danielis humilitatem, modeſtiam, & animi abiectionem. Seruum ſe vocat, & angelum dominum: cùm cap. 19. Apocalypſis dicat angelus Ioanni: Conſeruus tuus ſum, & fra- *Apoc. 19.* trum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Et 22. Cõſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum *Apoc. 22.* prophetarũ, & eorũ, qui ſeruant verba libri huius. At Daniel eum veneratur: & viſo eo manſit viribus deſtitutus, & ait: Halitus meus intercluditur. Hoc eſt, ſpiritus meus vitalis nõ egreditur: non enim poſſum ex contuitu tuo reſpirare.

Nunquid ſcis quare venerim ad te? Hæc interrogatio habet vim negationis. Senſus eſt: non planè noſti, quorſum ad te venerim. Sed ego tibi illud explicabo. Veni, vt tibi oſtenderem exauditas eſſe à Deo preces tuas, quo ad Hebræorũ reditum: & quid ſit populo Perſico euenturum: & quid in mundi fine futurum ſit. Sed reuertar citò vt in conſpectu Dei reſiſtam angelo cuſtodi ac præſidi Perſarum. Nihilominus priuſquam abeã, tibi futura nuntiabo. Hoc facit duobus ſequentibus capitibus.

Apparuit princeps Græcorum. Hoc eſt, angelus Græcorum præſes & cuſtos, qui iniurias in illos à Perſis iactas Deo repræſentabat. Perſæ enim prius irruerunt in Græcos, quos iniurijs laceſſerunt: ſed poſtea fuerunt ab illis ſuperati tempore Alexandri magni, qui Darium vicit, & de Perſis ac Medis triumphauit. Huius victoriæ fit mentio libr. 1. Machabæorum cap. 1. Porrò meminit hoc *1. Mac. 1.* loco Daniel principis Græcorum, quia capite ſequente narraturus eſt Perſarum & Græcorum dimicationem.

Veruntamen annuntiabo tibi, quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis. Id eſt, ſed priuſquam à te diſcedam, aperiam tibi, quid ſcriptum ſit in libro præſcientiæ Dei. Præſcientiam Dei vocat ſcripturam veritatis. Hic eſt liber, in quo ſunt diuina decreta qui nec fallit, nec fallitur: quam ob cauſam ſcri-

Ego veni propter ſermones tuos. Editio cui Hieronymus adiecit commentaria, habet: Ego ingreſſus ſum ad verba tua. Ac ſi dicat: Vbi tu cœpiſti lachrymis ac ieiuniis Dei implorare miſericordiam, accepi ego occaſionem ingrediendi in conſpectum Dei, vt illum pro te orarem.

Ego remanſi ibi, iuxta regem Perſarum. Theodotio habet: Ipſum reliqui ibi cum principe regis Perſarum. Ac ſi dicat angelus: Ad te equidem veni: ſed reliqui in conſpectu Dei archangelum Michaelem diſputantem cum angelo cuſtode regni Perſarum. Et vtraque verſio recta eſt. Nam pro remanſi, eſt in Hebræo verbum יתר Iathar, quod vtrunq; ſignificat & remanere, & relinquere. Ab eo deducitur Methar, quod nomen ſignificat reliquias, & funes arcus, quod ibi maneant

Pſal.20. emiſſis ſagittis. Eo vtitur Dauid pſal.20. cùm ait: Quoniam pones eos dorſum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum. Ac ſi dicat: Tu Deus ſancte pones impios ad partem: ſeparabis eos à cœtu iuſtorum: & in reliquiis tuis, hoc eſt in pœnis æternis, quæ damnatis relinquuntur, facies eorum diſpones. At Hieronymus ita totam hanc vertit orationem. Pones eos humerum: funes tuos firmabis contra facies eorum: cuius prior pars habet eundem ſenſum cum editione vulgata: poſterior autem ſignificat, ideo Deum ſeparare improbos, vt aduerſus eos funes ac neruos arcus ſui firmet, vt eos ſagittis cruciatuũ traiiciat. Eſt igitur ſenſus. Tu domine homines ſceleratos ſepones in ſignum, & ſcopum, ad quos vltrices & iuſtas ſagittas arcus tui immittas. His ſagittis calamitates deſignantur. De illis ait Deus capite

Deut. 32. Deut.32. Congregabo ſuper eos mala: & ſagit-

Iob 6. tas meas complebo in eis. Et Iob cap. 6. Sagittæ

Pſal.37. domini in me ſunt. Et Dauid pſal.37. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam. Vbi nomine ſagittarum & manuum vulnera & percuſſiones ſignificantur, quæ ſagittis & manibus infliguntur.

Diſſolutæ ſunt compages meæ. Pro cõpages meæ,

Pſal.138 eſt in Hebraico: צירי Tſirai, à verbo Tſur, quod ſignificat formare vt pſal.138. Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. Id eſt, vt figulus fingere ſolet vas manu ſua: ita tu me formaſti verbo tuo. Fortaſſe verbis illis: poſuiſti ſuper me ma

Iob 10. num tuam, alludit ad illum, qui manibus efficit caſeum, iuxta illud Iob cap. 10. Sicut caſeum me coagulaſti. Inde deriuatur nomen Tſir, quod ſignificat formationem, & iunctionem membrorum, ſiue compages: & hanc ſignificationem ſecutus eſt, & rectè quidem Latinus noſter interpres. Significat etiam cardinẽ oſtij. Hac ratione ducti vertunt quidam: Conuerſi ſunt cardines mei. At multo clarius tranſtulit interpres noſter. Ab hoc verbo deriuatur Tſur, quod nomen ſignificat Deum, fortem, petram, & rupem, Vnde il-

Iob 18. lud Iob 18. Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferetur rupes de loco ſuo? poteſt hunc habere ſenſum: An propter te dicemus derelictam eſſe terrã, & translatum eſſe Deũ de gradu ſuo? Quaſi dicat, non. Haudquaquam dicemus, Deum gratia tui nõ curare mortalia, & terrena penitus derelinquere, eúmq; qui immutabilis eſt, factum eſſe mutabilem. Hoc vocabulo vti

Deut.32. tur Moſes ca.32. Deut. cùm ait: Receſſit à Deo ſalutari ſuo. Pro quo alij transferunt: Receſſit à petra ſalutis ſuæ. Hoc eſt à Deo, de quo ait apoſtol⁹

in priore ad Cor. Petra autem erat Chriſtus. Alij 1.Cor.10.

vertũt: Iugratus fuit rupi, quæ ſalus fuerat ipſius. Hoc eſt, populus Iſraeliticus in idoli cultu reliquit verum Deum, qui illum paulò ante in mari Rubro ab Aegyptijs mirabiliter liberauerat.

Argumentum capitis XI.

Prædicit angelus ſeriem regum Perſarum, Alexandri magni fortitudinem & gloriam, & proſperitatem, atque in ætate florente interitum: quo triſte ſuis deſiderium reliquit. Prænuntiat bella inter reges Aegypti & Syriæ eius ſucceſſores, donec veniat ad Antiochum Epiphanem Syriæ regem, quem alij vocant illuſtrem, qui vmbrã geſſit Antichriſti. Hic euertit Hieroſolymam, templũ ſanctum diripuit, in populo Dei tyrannidem exercuit, ſe omnium ſcelerum maculis contaminauit.

CAPVT XI.

EGo autem à primo anno Darij A

Medi ſtabam, vt confortaretur, & roboraretur. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opib⁹ nimiis ſuper omnes: & cum inualuerit diuitiis ſuis, concitabit omnes aduerſus regnũ Græciæ. Surget verò rex fortis, & dominabitur poteſtate multa: & faciet, quod placuerit ei. Et cùm ſteterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli: ſed non in poſteros eius, nec ſecundùm potẽtiam illius, qua dominatus eſt. Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his. Et cõfortabitur rex auſtri: & de principibus eius præualebit ſuper eũ. Et dominabitur ditione: multa enim dominatio eius. Et poſt finem annorum fœderabuntur: Filiaque regis auſtri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachij: nec ſtabit ſemen eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt eã adoleſcentes eius, & qui confortabat eam in temporibus. Et ſtabit de germine radicum eius plantatio. Et ve B

niet cum exercitu, & ingredietur prouinciã regis aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Inſuper & Deos eorum, & ſculptilia, vaſa quoque pretioſa auri & argenti captiua ducet in Aegyptum. Ipſe præualebit aduerſum regẽ aquilonis, & intrabit in regnũ rex auſtri, & reuertetur ad terrã ſuam. Filii autem eius prouocabuntur & congregabunt multitudinem exercituũ plurimorum. Et veniet properans, & inundans & reuertetur, & concitabitur, & congredietur cum robore eius. Et prouocat⁹ rex auſtri egredietur, & pugnabit

Similitudo. donibus inferenda. Vt venenati ſerpentes plus cá
Eccle.11. lido æſtiuóque verè nocét, quàm frigido ac caligi-
Pſal.61. noſo hyeme: ita principes magis ſolent diuitijs
Deut.17. lædere, quàm paupertate. Ideò ait Eccleſiaſticus
capite. 11. Si diues fueris, non eris immunis à deli
cto. Et pſalmographus: Diuitiæ ſi affluant, noli-
te cor apponere. Capite decimoſeptimo Deuter.
ait ita Deus: Non poteris alterius gentis homi-
nem regem facere, qui non ſit frater tuus. Cum-
que fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi e-
quos: quibus verbis prohibet Deus regibus bel
la iniuſta aliis inferre: ſolent enim excitari ad il-
la, ſi equis abundant atque diuitiis. Deus autem
eſt pacis amantiſſimus: quem Eſaias cap. nono
principem pacis appellat: & hominem ad pacé
Gen.1. creauit. Ideò creatus eſt die ſexto: ſenarius auté
numerus apud Hebræos per literam Vau, quæ
ſic ſcribitur ו deſignatur: quæ litera coniunctio-
nem ſignificat & amorem. Cùm igitur homo ad
amorem & concordiam crearetur, quando pote-
rat congruentius creari, quàm die ſexto, qui lite-
ra ea notatur, quæ congregationem, amorem, be
neuolentiam, & charitatem ſignificat? At hæc
Similitudo. pax ſæpè ob diuitiarum abundantiá diſſoluitur.
Quemadmodum margaritæ in mari ſunt blan-
dæ, & conchiliis coniunctæ, vt Plinius & Soli-
nus aiunt, vnde vniones vocantur: ſed extra a-
quam dureſcunt, & ſeparantur: ſic nonnulli in
mari calamitatis & inopiæ poſiti, ſunt lenes &
benigni, & pacem & concordiam colentes: at in-
de abſtracti, & in medio opum rerúmque proſ-
perarum conſtituti, inſolentes ac ſuperbi ſæpe-
numero redduntur, & ad acerba diſſidia, crude-
liáque bella incitantur. Non loquor de bellis iu-
ſtis, ſed de impiis, quæ geruntur ab illis, qui dæ-
monem habent patrem. Nam vt pacis & concor
diæ amatores ſunt filij Dei, iuxta illud ſeruatoris
Matt.5. noſtri apud Matthæum 5. Beati pacifici, quoniá
filij Dei vocabuntur: ſic bellorum & diſcordia-
rum cupidi, poſſunt filij dæmonis appellari. Sed
perpende: Cùm dico periculoſas eſſe diuitias, ſic
velim exiſtimes, me non diuitias damnare, ſed in
Similia temperatum abuſum. Impius affluens diuitiis,
eſt veluti furioſus & inſanus cum gladio in ma-
nu: diues autem indoctus eſt ouis vellere aureo
induta. Ita eum comparat Demoſthenes, vt re-
fert in exhortatione ad bonas artes Galenus.

Surget verò rex fortis. Hic fuit Alexander Ma-
gnus rex Macedoniæ, Philippi regis filius, qui
multa ſibi regna ſubiecit. Victis Illiricis ac Thra
cibus tranſiuit ad Perſas, quos fortiter profliga-
uit, & ditiſſimam Indiam Orientalem in ditioné
ſuam redegit. Fuerat quondam Græcia à Perſis
deuicta: ſed poſtea de illis triumphauit. Ac illa
Græciæ libertas poſt Alexandrum magnum vſ-
que ad longum tempus imperio & rerum geſta-
rum gloria continuata permanſit, donec de Græ
cis Romani triumpharunt. Etſi poſt hunc quartú
Perſarú regé alij reges Perſidis fuerunt vſque ad
Alexandrú, tamé angelus hoc loco illos omittit,
quoniá hic quartus rex belligerauit cú Græcis,
quibus dedit anſam bellú cótra Perſas inferédi.

Faciet quod placuerit ei. Id eſt, aget pro arbitrio
ſuo, quod voluerit: nemo ei poterit reſiſtere: om
nia illi fluent ad voluntatem.

Cùm ſteterit, conteretur regnum eius. Id eſt, cùm
in inuentute ad ſummam mundi gloriam floruе-
rit, priuabitur vita, eiúſque diſſipabitur impe-
rium. Hinc colliges vanas ac fallaces mundi di-
uitias & proſperitates nec eſſe magni æſtiman-
das, nec in numero bonorum ponédas. Vidi im-
pium ſuperexaltatum, inquit diuinus pſaltes, &
eleuatum ſicut cedros Libani: tranſiui; & ecce *Pſal.36.*
non erat: quæſiui eum, & non eſt inuentus lo-
cus eius. Coruus frangit nucem, vt eius comedat *Similitudo.*
nucleum: ſed vt eam frangat extollit illam in ſu-
blime, quò in durum lapidem dimittat: ſic mun
dus effert impios, & ad falſos euehit honores, vt
inde eos cum maiori ignominia & dedecore de-
iiciat: extollit, vt deprimat, blanditur, vt fallat.
Et vt in æſtate multæ generantur muſcæ ſic in *Similitudo.*
mundi proſperitate multa vitia: præſertim ſuper-
bia, inſolentia, immanitas. His rebus aduerſus vi
ros pios illi gloriari ſolent, qui mundi potentia
extolluntur. Id ſentiens Dauid: Quid, inquit pſal. *Pſal.51.*
51. gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate?
Pro quo vertit Hier. Quid gloriaris in malitia,
potens miſericordia Dei. Ac ſi dicat: Quid gloria-
ris, quod potens ſit malitia tua, ſiquidé potentior
eſt miſericordia Dei? Etſi multú valet ad viros
pios affligédos, plus tamen valet diuina miſeri-
cordia ad illos liberádos. Ac potés ſunt preceps,
illi auté ſurſum efferentur. Stat enim ſententia il-
la: Depoſuit potétés de ſede, & exaltauit humiles. *Luc.1.*

In quatuor ventos cœli. Hoc eſt, in quatuor re-
gna quatuor precipuas mundi partes ſpectantia,
Orientem, Occaſum, Septentrioné, & Meridié:
à quibus venti flant primarij. Eá ob cauſam mú-
di regna in quatuor ad ventos diſtributa, quia
huius mundi potentia & gloria huc atque illuc
quaſi vento iactatur. Ac ipſi reges vt cæteri ho-
mines folia ſunt à vento agitata. Vnde Iob cap. *Iob 7.13. & 21.*
7. Memento, inquit, mei domine, quia ventus eſt
vita mea. Et 13. Contra folium quod vento rapi-
tur, oſtendis potentiam tuam. Et 21. Erunt ſicut
paleæ ante faciem venti: & ſicut fauilla, quam
turbo diſpergit. Quare eorum ſpes, qui mundo
fidunt, inanis eſt & fallax, & in medio ſpatio ſæ-
pe obruitur, & perit. Id intelligens ſapiens ait ca
pite 5. Sap. Spes impij tanquam lanugo eſt, quæ *Sap.5.*
à vento tollitur, & tanquá ſpuma gracilis, quę à
procella diſpergitur: & tanquam fumus, qui à
vento diffuſus eſt. Id voluit Eſaias ſignificare, cú *Eſai.19.*
dixit cap. 19. Calamum & iuncum fluuiorum Ae
gypti marceſcere. Aegyptus eſt mundus, cuius
fluuij ſunt eius diuitiæ, & potentia & gloria, &
cætera huiuſmodi ad mare mortis tendentia. Ca
lamus foris viridis, intus vanꝰ eſt, fallax ſpes mú-
di: ſimiliter & iúcus vireſcens, ſed fragilis, nullú
ferens fructum, præter vanam quandá oculorum
oblectationé, & caducá viriditatem, quæ ſenſim
extenuatur, aut ſubitò euaneſcit. Ná quoties ma
gna quidé, ſed inania nobis ipſis promiſimus fal
ſa ſpe adducti, quæ nec adepti ſumus, ne vidimus
quidem? Spem.n. noſtrarú cogitationú cùm gra-
ues cómuniú temporú, tú varij noſtri caſus fefel
lerunt. Quare ſpem noſtrá non in mundo muta-
bili, ſed in Deo, qui nunquam mutatur: qui de ſe
ait apud Malac. 3. Ego dominus, & non mutor, fi-
gamus atque locemus. Et vt verbis vtar diui Pau
li cap. ſexto ad Hebræos: Confugiamus ad te-
nendam propoſitam ſpem, quam ſicut ancho-
ram

ram habeamus animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis. Hoc eſt, vſque ad ſecreta regni cœlorum. Eundem imitemur apoſtolum, qui capite decimo eiuſdem epiſtolæ hæc verba ſcripta reliquit. *Heb. 10.* Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilẽ, fidelis enim eſt, qui repromiſit. Mundi enim proſperitates incertis ventis, variéque flantibus agitantur. Per ventorum alas ſumma celeritas ſignificatur, vt pſal. 17. *Pſal. 17.* Volauit ſuper pennas ventorũ. Quibus verbis voluit diuinus pſaltes ſummam Dei feſtinationem, & incomprehenſibilem velocitatem, qua ſuis opitulatur, declarare, eiúſque vim vbique præſentem, & cuncta cœlo terráque perluſtrantem. Accipitur etiam ventus pro vehemente tentatione, & calamitate: vt apud Matt. 7. *Matt. 7.* Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam. Vnde excitare ventos in aliquem apud Ciceronem, & alios elegantes ſcriptores eſt illum calamitatibus afficere, eiq; odiũ & inuidiam conflare, & perniciem moliri. Accipitur quoque ventus pro varietate, & inconſtantia dogmatum vanorum hominum: vt cap. 4. epiſtolæ Pauli ad Epheſios: *Ephe. 4.* Non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ. Abire in ventum eſt euaneſcere: quo ſchemate vtitur Ier. 5. *Ier. 5.* Pro quo nos habemus. Prophetæ fuerunt in ventum locuti. Hoc eſt, peribunt & euaneſcent falſi prophetæ. Præterea ventus accipitur pro regione, vnde efflat aura: ex quo efficitur, vt per quatuor ventos quatuor mundi plagas intelligamus. Hoc ſchemate vtitur Zacharias cap. 2. *Zach. 2.* vbi Deus ait: In quatuor ventos cœli diſperſi vos. *Marc. 13.* Et Marcus 13. Congregabit electos ſuos à quatuor ventis. Et Ioannes cap. 7. Apocalypſis: *Apoc. 7.* Vidi quatuor angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ. Quæ verba iuxta antiqui Victorini ſententiam ſunt ad Antichriſti tempora referenda. Nã quatuor angeli quatuor angulis terræ ſtantes ſunt dæmones ſatellites Antichriſti, qui euangelij concionatoribus nitentur perſuadere, vt taceant: ne homines vera ſalutaríque doctrina inſtruantur. Non ſolùm tenere contendent euangelicos concionatores ex vno vento, hoc eſt, ex vna parte, ſed ex omnibus: ne veluti venti ſuauiter flantes poſſint æſtum ærumnarum temperare. Hoc verborum ornamento vtitur hoc loco Daniel.

Sed non in poſteros eius. Hoc eſt, diuidetur imperium Alexandri Magni, ſed non inter filios eius. Nullus enim Alexandri filius regnum obtinuit. Ita hoc accidiſſe narrat Trogus Pompeius, Iuſtinus, Polybius, Antonius Sabellicus, & alij hiſtorici: qui Alexandri magni res geſtas memoriæ mandarunt. In Syria & Babylonia ſucceſſit ei Seleuchus, in Macedonia Aridæus Philippus, in Ponto & Aſia minore Antigonus, in Aegypto Ptolemæus. Ita aſſerit hoc loco diuus Hieronymus. Nã etſi Antigonus mortuo Alexandro fuerit ſupremus tribunus caſtrorum creatus, authore Iuſtino lib. tertiodecimo: poſtea tamen Syriã & Babyloniã occupauit. Præter hos quatuor fuerunt alij nonnullis prouinciis præfecti, qui poſtea regna vſurparunt. Vide Iuſtinũ libro tertiodecimo, Ioſephũ lib. antiquitatum duodecimo, Antonium Sabellicum lib. 6. Enneadis quartæ. Narrat Iuſtinus lib. 12. amicos Alexandri videntes eum ad exitum vitæ vocari, quæſiſſe ab illo, quem hæredem relinqueret imperij: eúmque reſpondiſſe, digniſſimum. Id etiam narrat in prima parte hiſtoriarum diuus Antoninus. Nihilominus tamen ipſe cùm adhuc viueret, diuiſit inter ſuos imperium: vt proditum eſt memoriæ 1. cap. lib. 1. Mach. Sed non inter filios ſuos: nam vt hoc loco diuus ait Hieronymus, Alexander magnus nullum habuit filium. Quod eſt intelligendum de filio, qui ei ſuccederet. Genuit enim filium Herculem nomine, vt aſſerit Trogus, & poſt eum Iuſtinus. Sed quoniam in adoleſcentia migrauit à vita; & non adeptus fuit patris ſui regnum, non dicitur eius filius. Ita intelligitur dictum Hieronymi, quem interpretor, non reprehendo, ne videar audere Athenis Mineruam violare. Quintus Curtius, Clytarchus, Polycritus, Onexycritus, Antigenes, Hyſtrus, & alij huiuſmodi antiqui ſcriptores aiunt præter Herculem habuiſſe Alexandrum alterũ filium à Thaleſtra Amazonum regina. Sed Ariſtobolus, Hyſingelus, Ptolemæus, Philo Thebanus, Hecatæus, Philippus Chalcidicus, Duris Samius, Plutarchus Cheronenſis, hoc negant, fictámque fabulam eſſe reſtantur.

Nec ſecundùm potentiam illius. Id eſt, non erunt ei in poteſtate pares. Nullus enim eorum qui ſucceſſerunt Alexandro, eius potentiam, magnificẽtiam, & gloriam conſecutus eſt. Diuiſum inter multos imperium amiſit vires, & fuit ob diſſenſiones & bella debilitatum, & diminutũ, donec fuit omnino deletum.

Lacerabitur enim regnum eius etiam inter extraneos, exceptis his. Hoc eſt, diſtribuetur principatus Alexandri inter alios extraneos præter hos, qui fuerunt ab eo electi, & nominati, & hæredes conſtituti. Pro exceptis his, vertit Theodotio: Præter iſtos. Similiter Pagninus.

Et confortabitur rex Auſtri. Hoc eſt, poſt interitum Alexandri roborabitur Ptolemæus Lagi filius, rex Aegypti: & regnum ſuum amplificabit. Auſtrum vocat hoc loco Aegyptum, Syriam autem Aquilonem. Tametſi ca. 4. Canticorum Aquilo accipitur pro animi frigore ex peccato dimanante. Auſter verò pro charitate: cùm eccleſia ait: Surge Aquilo, & veni Auſter. Hoc eſt, fuge, & abi celeriter ô glacies animi, & propera tu feruor diuini amoris.

Et de principibus eius præualebit ſuper eum. Id eſt, & vnus ex præcipuis poſteris Ptolemæi filij Lagi eundem patrem ſuum poteſtate, dominatu, & amplitudine ſuperabit. Huic expoſitioni fauet verſio Theodotionis, cuius hæc ſunt verba: Et vnus principum eius præualebit ſuper eum. Hic fuit Ptolemæus Philadelphus, qui Aegyptũ illuſtrauit, & ad ingentem amplitudinem perduxit. Hic accerſiuit ſeptuaginta interpretes, qui ſanctam ſcripturã ex lingua Hebraica in Græcã tranſtulerunt. Ita hoc Ariſteas illius temporis hiſtoricus in libro ad Philocratem, Philo Iudæus in libro de vita Moſis, Ioſephus libro duodecimo antiquitatũ, Epiphanius. Salaminæ epiſcopus in libro de ponderibus & mẽſuris, Iuſtinus martyr in admonitorio aduerſus gentes, Euſeb. Cæ-

ſarien

farienſis in libro octauo præparationis euangelicæ, Ireneus lib. 3. Hieronymus multis in locis, Rufinus, Philaſtrius, & alij memoriæ prodiderunt. Poſſunt etiam hæc angeli verba ita explanari. Et quidam de principib. eius, ſubaudi Alexandri, nempe Antiochus rex Syriæ præualebit ſuper eum, ſubaudi, regem Aegypti. Senſus eſt, Antiochus rex Syriæ ac Babyloniæ vnus ex principibus Alexandri magno potietur imperio: & regem Aegypti ſuperabit. Incipit indicare bella inter reges Syriæ & Aegypti: quòd Iudæa ſita ſit inter has duas prouincias quæ modò ab vna, modò ab altera opprimebatur. De Aſia autem & Græcia non loquitur, quia regiones illæ Iudæis minime infeſtæ ac moleſtæ erant. Præcipuum enim Danielis deſiderium erat ſcire, quæ populo ſuo Iſraelitico erant euētura. Vt autem poſſis caput hoc planius & diſtinctius intelligere, operæ pretium eſſe duxi nomina regum Aegypti & Syriæ ſibi ſuccedentium, quorum hic fit mentio, literis mandare. Mortuo Alexandro magno obtinuit Aegyptum Ptolemæus filius Lagi, cui ſucceſſit Ptolemæus Philadelphus, poſt quē regnauit Ptolemæus Euergetes, poſt illum Ptolemęus Philopator qui ab alijs Philopater vocatur: cui ſucceſſit Ptolemæus Epiphanes, poſt quem tenuit regni gubernaculum Ptolemæus Philometor. Reges Syriæ fuerūt hi, ordine ſeruato: Seleuchus, Antiochus Soter, Antiochus Theos, Seleuchus, Callinicus, quem alij Galericum vocant, Seleuchus Cæraunus, Antiochus magnus, Seleuchus Philopator. Antiochus Epiphanes, quem alij vocant illuſtrem, nam Epiphanes Græcè idē eſt Latinè quod illuſtris.

Et poſt finem annorum fœderabuntur. Hoc eſt, poſt multos annos Ptolemęus Philadelphus rex Aegypti, & Antiochus Theos rex Syriæ fœdere coniungentur. Nam poſt multa bella pacem tandem inter ſe placidiſſimam conciliarunt. Nā Beronica filia Ptolemæi regis Aegypti nupſit Antiocho regi Syriæ, fœdúſque fecit inter patrem & virum.

Et non obtinebit fortitudinem brachii, nec ſtabit ſemen eius. Hoc eſt, Beronica filia regis Aegypti non præualebit, nec filius eius ex Antiocho rege Syriæ adibit regni hæreditatem. Huius rei cauſa hæc fuit. Antiochus ille vocatus Theos habuerat alteram vxorem nomine Laodicem, quam repudiauerat: & filium quendam ex ea nomine Seleuchum Callinicū. Sed poſtea victus eius amore eam recepit, & in priſtinam dignitatem reſtituit. At illa perpendens viri inconſtantiam, eum occidit veneno, & Beronicæ, eiúſque filio, & famulis perniciem parauit. Eam ob cauſam filius huius impiæ Laodicis nomine Seleuchus Callinicus ſucceſſit patri ſuo, & totius reipublicæ clauum tractauit. Hoc narrat Iuſtinus hiſtoricus libro 27. & Sabellicus ſeptimo Enneadis quartæ, libro etiā nono. Ideo ait hoc loco angelus Danieli: Et tradetur ipſa: ſubauditur Beronica: hoc eſt, per inſidias interficietur: & famuli, qui eam ad Syriam adduxerant: & qui confortabat eā in temporibus, hoc eſt vir eius, qui toto tēpore matrimonij perfugium ei & ſolatium præbebat.

Stabit de germine radicum eius plantatio. Hoc eſt, erit ex radice Ptolemæi Philadelphi filius vocatus Ptolemæus Euergetes, Beronicæ reginæ Syriæ per inſidias interfectæ frater. Hic regnum Aegypti obtinuit poſt patrē, & paratis copijs inſignē à ſe iniuriā propulſaturus ingreſſus eſt in Syriam, quā profligauit, eiúſq; regem Seleuchum, quem eius mater Laodice interfecto viro ſuo cōſtituerat in regno, vicit, copias eius fudit, & prælijs ſecundis vtens victoriam admirabilem reportauit. Ac multæ ciuitates ſe illi vltrò tradiderunt. Narrat hoc Trogus Pompeius, & Sabellicus lib. 9. Enneadis quartæ. Hiſtoriam hanc tangit hoc loco Hier. & poſt eum Dionyſ. Carthuſianus.

Ingredietur prouinciā regis Aquilonis. Hoc eſt, Syriam. Quidam legunt: Ingredietur in habitaculum regis Aquilonis. Quod idem eſt.

Abutetur eis. Id eſt, affliget eos: graues in illos iaciet iniurias. Acſi dicat: Ptolemæus Euergetes rex Aegypti vexabit Laodicem, & filium eius Seleuchum. Et obtinebit: Subaudi regnum inimici. Nam vniuerſam ferè Syriam occupauit. Sed audiens eſſe in Aegypto inteſtinas diſſenſiones, reuerſus eſt illuc, portans ſecum idola auri & argenti, & vaſa pretioſa, quibus Syriam ſpoliauit. Pro abutetur eis, & obtinebit: vertunt nonnulli: Faciet de illis, quod voluerit, & euadet victor. Rectè tamē vertit Latinus noſter interpres: abutetur eis, pro affliget eos: in quam ſignificationem accipitur verbum hoc cap. 18. Ier. Fiant Ier.18.
corruentes in conſpectu tuo: in tempore furoris tui abutere eis.

Præualebit aduerſus regem Aquilonis. Hoc eſt, vinces regem Syriæ. Diximus enim per Aquilonem intelligi Syriam, per Auſtrum verò Aegyptum. Sequitur: Et intrabit in regnum, ſubaudi ſuum, rex Auſtri, hoc eſt Aegypti,

Reuertetur in terram ſuam. Hoc eſt, in Aegyptum. Eſt ſuperioris orationis explicatio.

Filij autem eius. Hoc eſt filij Seleuchi Callinici. Hic Seleuchus duos habuit filios, nimirū Seleuchum Ceraunum, & Antiochum magnum; qui mortuo Aegypti rege Ptolemæo Euergete, qui eorum parentes profligauerat, concitarunt populum aduerſus Ptolemæum Philopatorē: quem Iuſtinus Philopatrum vocat: qui gubernabat Aegyptum, cum quo armis certare decreuerunt. Sed breui pòſt tēpore Seleuchus Ceraunus fuit vita priuatus per inſidias Nicanoris & Eupatoris. Antiochus vero authore Polybio lib. 5. obtinuit regnum Syriæ, bellúmq; intulit Aegyptiis, qui ſuperiores euaſerunt. Ipſe autē ſe ignominioſæ dedit fugæ, qua vitā quæſiuit. Hic Ptolemæus occidit patrem ſuum: quam ob cauſam fuit per ironiā Philopater, hoc eſt amator patris nuncupatus. Author eſt Iuſtinus lib. 28. Huius belli meminit Polybius lib. 4.

Et veniet. Nimirum Antiochus magnus rex Siriæ. Properans & inundans, hoc eſt feſtinanter inſtar aquarum impetu & incurſione fluentium: Eſa.8.
Eodem modo apud Eſa. de rege Aſſyriorum ſcriptum eſt cap. 8. Ibit per Iudam inundans & tranſiens, vſque ad collum veniet. Ac ſi dicat: Effundet ſe Sennac. per Iudæā, & tranſiens obruet omnia præter Hieroſolymā: quæ appellatur collū, quòd ſit in loco excelſo ſita. Antiochus audito fratris interitu reuerſus ex Chaldæa cæco furore incitatus cum rege Aegypti pugnauit.

Et reuertetur, & concitabitur. Hoc eſt tranſibit ita concitatus. At fuit ignominioſè victus.

Dabitur multitudo in manu eius. Hoc eſt, exercitus Antiochi in poteſtatem Ptolemæi tradetur. Fuit prælium hoc iuxta Raphiam vrbem: vbi Antiochus toto amiſſo exercitu ſe contulit in fugam. Authores ſunt Polybius lib. 5. Iuſtinus 30. Coccius Sabellicus 2. Enneadis quintæ.

Exaltabitur cornu eius. Extolletur & roborabitur fortitudo Ptolemæi: & deiiciet multa millia ex copiis Antiochi. Sed non præualebit. Hoc eſt, ſed non omnino præſtabit: non penitus vincet: quia non poterit Antiochum interficere.

C Conuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorẽ, quàm prius. Et in fine temporum annorúmque veniet properans cum exercitu magno, & opibus nimiis. In temporibus illis multi conſurgent aduerſus regẽ Au-
Eſa. 19. ſtri. Filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant viſionem, & corruent. Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerẽ, & capiet vrbes munitiſſimas & brachia Auſtri non ſubſtinebunt. Et conſurgent electi eius ad reſiſtendũ: & non erit fortitudo. Et faciet veniens ſuper eum iuxta placitum ſuum: & non erit, qui ſtet contra faciem eius. Et ſtabit in terra inclyta: & conſumetur in manu eius: & ponet faciem ſuam, vt veniat ad tenendum vniuerſum regnum eius, & recta faciet cum eo. Et filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illud: & non ſtabit, nec illius erit. Et conuertet faciem ſuam ad inſulas, & capiet multas: & ceſſare faciet principẽ opprobrij ſui. Et opprobriũ eius conuertetur in eum. Et conuertet faciẽ ſuam ad imperium terræ ſuæ: & impinget, & corruet, & non inuenietur. Et ſtabit in loco eius viliſsimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio. Et ſta-
D bit in loco eius deſpectus, & non retribuetur ei honor regius. Et veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulẽtia, & brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & conterentur. Inſuper & dux fœderis. Et poſt amicitias cum eo faciet dolum, & aſcendet, & ſuperabit in modico populo, & abundantes & vberes vrbes ingredietur, Et faciet, quæ non fecerunt patres eius, & patres eorum eius. Rapinas & prædam, & diuitias eorum diſsipabit: & contra firmiſsimas cogitationes inibit: & hoc vſque ad tempus.

Conuertetur enim rex Aquilonis. Hoc eſt, rex Syriæ. Poſt victoriam Aegyptiorum migrauit è vita Ptolomæus Philopator: Poſt quem regnauit filius eius Ptolomæus Epiphanes. Porrò Antiochus magnus à Philopatore ſuperatus, longo poſt tempore maiores copias quam antea aduerſus Ptolomæum Epiphanem parauit vlciſcendi proprium dedecus cauſa, ſanguiniſque domeſtici pœnas expetendi. Græci inſuper in eundem regem Aegypti impetũ fecerunt. Id voluit angelus his verbis indicare: Multi conſurgent aduerſus regem Auſtri.

Filij quoque præuaricatorum populi tui. Hoc eſt, filij præuaricatores populi Iudaici. Verba ſunt angeli ad Danielem, vt cætera huius capitis. Senſus eſt: Multi ex Iudæis violantes Dei legem, volentes in loco alio immolare præter Hieroſolymam, ſe conferent in Aegyptum ſacrificia Deo facturi. Id contigit tempore Oniæ ſummi ſacerdotis, qui in Aegypto cum aliis Iudæis templũ ædificauit, dicens ſe eſſe vaticinationem illam *Eſa. 19.* Eſaiæ impleturũ cap. 19. In die illa erit altare domini in medio terræ Aegypti, & titulus domini iuxta terminos eius. Ioſephus oraculum illud impletum fuiſſe ait ſub Onia. At illud eſt planè commentitium: nam illius factum reprehenditur, hoc autem laudatur. Erat enim in lege pro- *Deut. 12. & 26.* hibitum cap. 12. & vigeſimoſexto Deuter. ne durante vetere lege altare diuino numini in Aegypto erigeretur. Non intelligitur vaticinatio illa de tempore Oniæ, ſed de Chriſti aduentu, & tẽpore euangelij. Eſt igitur ſenſus eius: Cùm filius Dei à cœli faſtigio deſcenderit ad terram, humanamq; induerit naturam, mentes hominũ in caligine verſatas illuſtrabit. Tunc erunt eccleſiæ in medio Aegypti, & altaria Deo dicata, vbi ipſe offeretur. Et ita effectum eſt; nam in regione illa Aegypti viguit quondam mirum in modum Chriſti fides. Et in terminis ipſius Aegypti fuit titulus domini, hoc eſt crux Chriſti tanquã illuſtre trophæũ, atque diuinæ victoriæ clariſſimũ monumentum. Huius tituli fuit vmbra titulus *Gen. 28.* ille, quẽ Iacob erexit, cùm iret in Meſopotamiã. Quare Onias & alij Hebræi ſuperbia elati in ara fabricanda in errorem inciderunt. Ideo ait hic angelus: Extollentur, vt impleant viſionem: & corruent: hoc eſt, lõge fallentur opinione. Vel corruẽt, ſubaudi, altaria, quę ibi ſunt cõſtructuri.

Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem. Deſcribit victoriam, quam rex Syriæ de Aegyptiis reportauit. Cõportare aggerẽ eſt ferre coaceruationẽ terrę ad loca oppugnãda & euertẽda.

Et brachia Auſtri non ſuſtinebunt. Id eſt, & vires Aegypti eum ferre non poterunt. Et conſurgent electi eius, hoc eſt duces & milites inſignes Aegypti: ſed regi Syriæ reſiſtere non valebunt.

Stabit in terra inclyta. Subauditur Antiochus magnus, qui tanquam victor ſtabit in terra ſancta: quæ dicitur inclyta ob templum, & diuinũ cultum, & frugum vbertatem. Pro, in terra inclyta, poteris vertere ex Hebræo: in terra deſiderij: Hoc eſt, in terra amœna & deſiderabili. De ea ait *Ezec. 20.* ita Deus apud Ezec. cap. 20. Vt deducerem eos de terra Aegypti in terrã fluentem lacte & melle quæ eſt egregia inter omnes terras.

Conſumetur in manu eius. Id eſt, terra ſancta affligetur Antiochi poteſtate: qui ponet faciem ſuã, hoc eſt propoſitum, & deſiderium ſuum ad omne regnum Aegypti obtinendum.

Filiam fœminarum. Hoc eſt, fœminã. Pleonaſmus eſt: vt cùm dicimus. Sic ore locutus eſt: nã ſi filia erat, neceſſe eſt fœminã eſſe. Figura eſt, quę teſte

Quin

Quintiliano fit, quoties verbis redundantibus *Cant. 1.* oneratur oratio. Ea vtitur ſcriptura cap. 1. Canticorum: Oſculetur me oſculo oris ſui: & multis aliis in locis. Vel filiam fœminarum, hoc eſt pulcherrima. Hæc filia Anthiochi magni appellabatur Cleopatra: quam pater eius dedit vxorẽ Ptolemæo Epiphani, vt huius matrimonij occaſione ingrederetur ipſe in Aegyptũ, & Ptolemæum per inſidias interficeret. Sed fefellit eũ ſpes, nam dolus eius fuit exploratus & cognitus. Et filia eius Cleopatra partibus viri fauit, potius quàm patris. Ideo ait: Nec illius erit: ſubaudi regnum *1. Reg. 18.* Aegypti: vt ipſe cogitauerat. Saul etiam promiſit ſe daturum eſſe filiam ſuam Dauidi, vt huius rei occaſione à Philiſtæis occideretur. Verba huius Antiochi erant dulcia, ſed opera amara. Erat ille foris candida colũba, intus verò vulpes vafra. Et vt dicitur in prouerbio: foris Cato, intus Nero. *Similitudo.* Vt vrtica amœnum habet colorem herbeſcente viriditate intuentium oculos oblectantem, ſed pungit & ferit: ſic vafer callidus homo foris benignitatem, & affabilitatẽ, dulcémque oſtendit oblectationem: intus verò recõditam habet malitiam, qua eos perſtringit & lædit, quos mulce- *Similitudo.* re videbatur. Huiuſmodi homines cum apibus comparantur, ferentibus in ore mel, ſed aculeis pungentibus: blandiuntur lingua, ſed percutiunt *Pſal. 117.* latenter. De illis dicebat Dauid pſal. 117. Circundederunt me ſicut apes: & exarſerunt ſicut ignis *Similitudo.* in ſpinis. Vt ſcorpiones blandiuntur capite, cauda verò ſauciant, & funeſtum vulnus infligunt: ſic homines nefarij ex fraudibus cõpoſiti vtuntur blanditiis, & videntur innoxij, at poſt dorſum ferunt, vnde venenum fundant. Huiuſmodi *Ezec. 2.* illi erant, de quibus Deus dixit Ezechie. cap. 2. Cùm ſcorpionibus habitas.

Et conuertet faciam ſuam ad inſulas. Subaudi expugnãdas. Videns ſe Antiochus deceptum & ludificatum, omniq; ſpe obtinendi Aegyptum deſtitutum, conuertit ſe ad inſulas maris Mediterranei oppugnandas. Conuertere faciem ad rem aliquam eſt dirigere ad illam propoſitum & voluntatem. Sumere verò faciem alicuius, eſt eius fauorẽ aucupari, perſonã accipere, & in gratiam *Pſal. 81.* eius iudiciũ peruertere: vt pſal. 81. Vſq; quo iudicatis iniquitatem, & faciẽ peccatorum ſumitis?

Et ceſſare faciet principem opprobrij ſui. Hoc eſt, & inferens Antiochus bellum inſulis erit cauſa, vt quieſcat rex Aegypti: qui fuerat præcipuus author opprobrij ipſius.

Opprobrium eius conuertetur in eum. Id eſt: dedecus quod in alios iacere volebat, in ſeipſum cõuertet. Fuit quippe eadem nota infamiæ inuſtus, quam aliis inurere contẽdebat: iuxta illud pſal- *Pſal. 7.* mographi: Incidit in foueam, quã fecit. Et iuxta *Eſai. 33.* id, quod ait Eſaias 33. Væ qui prædaris, nõne ipſe prædaberis? Nam multa ei molienti reſtitit Scipio Naſica, cum fratre Publio Scipione Africano, qui Anibalem ſuperauerat: eúmque vicerũt, *Iuſtinus.* & fugarunt. Qua de re vide Iuſtinum lib. 31. Poſteà cùm belligeraret cum Elimæis, fuit iterum *2. Mac. 1.* victus, & interfectus: Cap. 1. libr. 2. Machabæorum proditum eſt memoriæ fuiſſe Antiochũ in templo Naneæ occiſum. Sed nõnulli exiſtimant, non eſſe hunc, ſed eius filium.

Et non inuenietur. Quia ipſe & duces eius fuerunt interfecti, & in tot partes laniati & diuiſi, vt nõ poſſent poſtea cognoſci. Et ſtabit in loco eius viliſſimus, & indignus decore regio. Hoc eſt, & regnabit pro eo Seleuchus Philopator inglorius, nulla illuſtri laude celebratus.

Stabit in loco eius deſpectus. Mortuo Seleucho regnabit frater eius Antiochus Epiphanes, hoc eſt illuſtris. Antiochus magnus de quo verba fecimus, duos habuit filios, quorum maior vocabatur Seleuchus, minor Antiochus Epiphanes, qui traditus eſt Romanis obſes, vt 1. cap. lib. 1. Mac. ſcriptum eſt: Qua de re vide Ptolemæum *1. Mach. 1.* Euergetem libro 1. & Athenæum lib. 10. Hoc fa- *Ptolem.* ctum eſt, ne pater eius frãgeret fidem, ſeq; à Ro- *Athen.* manorum fœdere ſepararet. Mortuo Antiocho magno obtinuit regnũ Seleuchus filius eius, homo omni honore deſtitutus. Eo autẽ mortuo regnauit Antiochus Epiphanes frater eius, qui hoc loco vocatur deſpectus, quia fuerat Romæ obſes, eratq; omniũ ſcelerũ maculis notatiſſimus. De eo fit mentio lib. 1. Mac. cap. 1. & lib. 2. ca. 9. *1. Mac. 1.* Fuit hic Antiochus typus Antichriſti: ſub eo fuit *2. Mac. 9.* legis Dei perſecutio, crudeliſſimæ virorum piorũ cædes, & incredibilis tyrãnis: Eo regnãte fuerunt bella Machabęorum, qui ſeſe Deo deuouerunt, & nomen ſuum ęternitati commendarunt.

Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius. Hoc eſt, vires Aegypti ab eo ſuperabuntur, & infringẽtur. Inſuper & dux fœderis, hoc eſt Ptolemæus Philometor rex Aegyptius, qui fœdus cupiet facere cũ Antiocho auũculo ſuo, profligabitur. Hic Antiochus Epiphanes rex Syriæ erat frater Cleopatrę, quę vt paulò antè diximus, nupſit Ptolemæo Epiphani Aegyptiorum regi: ex quo filium habuit nomine Ptolemæum Philometorem: quo regante poſt patrem ſuũ affectauit eius regnum Antiochus Epiphanes. Hic cùm eſſet eius auũculus, finxit ſe amore motum erga illum, qui adoleſcens erat, velle Aegyptum gubernare, donec Ptolemæus ad ætatem perfectam perueniret. Et ita per ſummã fraudem & tyrãnidem cepit nonnullas ciuitates, contendens totum ſibi regnum vſurpare. At belligerarunt cum eo duces Aegypti: ſed fuerunt ab eo ſuperati.

Poſt amicitias. Nam inierũt fœdus, quod Antiochus fregit, vtens fallaciis ac dolis: & ita ſenſim totum obtinuit regnum: in quo occupauit tyrãnidẽ, & crudeliſſimũ exercuit dominatum. Bellum intulit quieſcentibus, vt eorum veteres illibatáſque diuitias in profundum libidinum ſuarum gurgitẽ profunderet. Ideò dicitur rapinam, & prædam, & diuitias eorum diſſipaturus. At poſtea omnes has opes, & quod maius eſt, animam amiſit. Quid prodeſt homini, inquit Chriſtus, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur: Qui in altum ruit *Matt. 16.* fluuium, in quo eſt firma quædam ac magna ar- *Marc. 8.* bor, ſi fluctibus raptus eam reliquerit, & ad vm- *Luc. 9.* bram eius confugerit, facilè obruetur: at ſi ſpre- *Similitudo.* ta vmbra amplexus fuerit arborem, incolumis euadet. Ita qui in huius vitæ flumine voluitur, debet veras quærere diuitias, quæ per firmam virtutis arborem ſignificãtur, eáſq; fortiter amplexari: & fallaces mundi diuitias ſimiles vmbræ euaneſcenti contemnere, vt ab interitu & vndarum impetu liberetur, vitámque immortalem

conſequatur.De mundi enim opibus dictum eſt
ca.5.Sap.Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra.

Contra firmiſſimas cogitationes inibit. Subandi
cõſiliũ. Ac ſi dicat:Capiet Antiochus conſilium
aduerſus firmiſſimas cogitationes ſapientium
Aegypti.Hoc narrat fusè Suctorius:quem in hu-
ius loci explanatione ſequitur Porphyrius:à qui
bus in hac hiſtoria non diſcrepat Hieronymus:
Poteſt hoc iis explanari. Contra munitiſſias vr-
bes inibit cogitationes : & de earum expugna-
tione cogitabit:eáſque obtinebit. Et hoc vſque
ad tempus , non ſemper : quia inde expelletur.
Theodotio vertit : Super Aegyptum cogitabit
cogitationes ſuas. Pagninus vero:Contra muni-
tiones cogitabit cogitationes ſuas.

Et concitabitur fortitudo eius , & cor
eius aduerſum regem Auſtri in exercitu
magno:& rex Auſtri prouocabitur ad bel
lum multis auxiliis , & fortibus nimis : &
non ſtabunt : quia inibunt aduerſus eum
E conſilia. Et comedẽtes panẽ eum eo con
terẽt illum: exercitúſq; eius opprimetur:
& cadẽt interfecti plurimi. Duorũ quoq;
regum cor erit,vt malè faciãt:& ad men-
ſam vnam mendacium loquẽtur : & non
proficient: quia adhuc finis in aliud tem-
pus.Et reuertetur in terram ſuã cum opi-
bus multis.& cor eius aduerſum teſtamẽ
tum ſanctum : & faciet , & reuertetur in
terram ſuam. Statuto tẽpore reuertetur,
& veniet ad Auſtrũ:& nõ erit priori ſimi-
le nouiſsimũ. Et venient ſuper eum trie-
res,& Romani,& percutietur,& reuerte-
tur:& indignabitur contra teſtamentum
ſanctuarij , & faciet. Reuerteturq;,& co-
gitabit aduerſum eos, qui dereliquerunt
teſtamentum ſanctuarij.Et brachia ex eo
ſtabunt:& polluent ſanctuarium fortitu-
dinis:& auferetur iuge ſacrificium:& da-
bunt abominationem in deſolationem.
Et impij in teſtamẽtum ſimulabunt frau-
F dulẽter:populus autem ſciens Deũ ſuum
obtinebit,& faciet.Et docti in populo do
cebunt plurimos:& ruent in gladio,& in
flamma,& in captiuitate,& in rapina die-
rũ.Cúmq; corruerĩnt, ſubleuabuntur au-
xilio paruulo:& applicabũtur eis plurimi
fraudulenter.Et de eruditis ruent, vt con
flentur,& eligantur,& dealbentur vſque
ad tempus præfinitum : quia adhuc aliud
tempus erit. Et faciet iuxta voluntatem
ſuã rex,& eleuabitur , & magnificabitur
aduerſus omnẽ Deum : & aduerſus Deũ
deorum loquetur magnifica , & dirige-
tur,donec compleatur iracundia : perpe-
trata quippe eſt definitio.

Et concitabitur fortitudo eius. Nimirum Antio-
chi Epiphanis regis Syriæ. Et cor eius aduerſus.
regem Auſtri:hoc eſt, aduerſus Ptolemæum re-
gem Aegypti.Vires intendet aduerſus illum.

Et rex Auſtri. Hoc eſt,Ptolemæus Philometor
Aegyptiorum rex prouocabitur ad belligeren-
dum cũ Antiocho illuſtri , aduerſus quẽ parabit
ingentes copias.Sed non ſtabunt: id eſt,non ob-
tinebunt victoriam:quia multi ex Aegyptiis de-
cepti promiſſis ac dolis Antiochi repudiatis cõ-
ſiliis virorum bonorum à Ptolemęo rege ſuo de-
fecerũt:& de ipſius pernicie cogitarunt.Ideò ait:
Quia inibũt aduerſus eum conſilia:ſcilicet famu
li.& familiares eius:de quibus ait ſtatim : Et co-
medentes panem cum eo conterent illum. Eum
enim proditores illi per inſidias & ſummum ſce-
lus tradiderunt. Qua de re vide Comeſtorem in
hiſtoria ſcholaſtica ca.12.hiſtoriæ Danielis. Co-
medere panẽ cum aliquo eſt illo familiariter vti:
vt Iob cap.42. Comederunt cũ eo panẽ in domo *Iob 42.*
eius. Idẽ eſt capere cibum cũ aliquo:vt pſal. 54. *Pſal.54.*
Tu verò homo vnanimis , dux meus , & notus
meus , qui ſimul mecum dulces capiebas cibos.
Queritur Dauid pſalmo illo inſidias ſibi eſſe fa-
ctas ab homine ſecũ ſumma familiaritate cõiun-
cto. Abſalon inuitauit ad conuiuiũ Ammon fra- *2.Reg.13.*
trem ſuum,& ibi ei ferro vitam eripuit. Sed po- *2.Reg.18.*
ſteà infelici & ęrũnoſa morte extremũ vitę diem
confecit. Eodem modo Zambrus regem ſuum
Elam priuauit vita , ſed poſtea ſeipſum coniecit *3.Reg.15.*
in ignẽ,& flãmis miſerè flagrauit.Idẽ accidit iis,
qui regi ſuo Ptolemęo perniciẽ machinati ſunt
nã poſtea ſuæ impię mutationis pœnas luerunt.
Quemadmodum arbores cum tempore mutant *Similitudo.*
folia, & cauſa veris ac hyemis quædam amittũt,
& alia ſumunt:ſic multi pro temporum viciſſitu
dinibus ac varietatibus mutant voluntates atq;
amicitias, alias rępudiantes , alias contrahentes.
Seruiunt tempori,non rationi, ſine firmitudine
ſine conſtantia.At viri iuſti cum palmis, quibus
folium nũquam decidit, comparantur.Id intuẽs
animo Dauid canebat pſal. 91. Iuſtus, vt palma *Pſal.91.*
florebit.Et pſal.1.Erit tãquam lignum,qđ plan- *Pſal.1.*
tatum eſt ſecus decurſus aquarũ , quod fructum
ſuum dabit in tempore ſuo : & folium eius non
defluet. Qui iuſtitia & pietate præditus fuerit,
vireſcet perpetuò, ſemper erit idem , nullos vn-
quam æſtus formidabit.

Ad menſam vnam mendacium loquentur. Conci-
liabuntur inter ſe,ſed inſidias ſibi viciſſim para-
bunt,quia fictum ſancient fœdus. Comedent ſi-
mul, & in menſa alter alterum vltrò citróq; fal-
let.Nulla erit inter eos fida pax , nulla vera con-
cordia:omnia erunt fucata,fraudibúſque plena.
Vterque cogitabit de alterius exitio : ſed neuter
poterit alterum penitus delere:quia adhuc finis
in aliud tempus : Hoc eſt, quia nondum venit
tempus:quo alter alterum euertat.

Reuertetur in terram ſuam. Subanditur Antio-
chus Epiphanes,qui ſpoliorum Aegypti plenus
in Syriam rediit.

Cor eius aduerſum teſtamentum ſanctum. Hoc eſt,
contra Hieroſolymam, vbi diuina lex , quæ ſan-
ctum Dei teſtamentum dicitur,ſeruabatur. Co-
gitabat de Hieroſolymæ euerſione. Pro, aduer-
ſum teſtamentum ſanctum:vertunt nõnulli:Ad-
uerſus viros fœderis ſancti.Hoc eſt cõtra Iudęos
qui legem,quę eſt fœdus Dei populus,cuſtodie-
bant,

bant. Teſtamentum eſt teſtatio menus, & vltima ac ſuprema motientis voluntas:in quo hæredes inſtituuntur.Eam ob.cauſam lea Dei dicitur reſtamentom,quia in ea eaplicat Deus voluntatem ſuam, eiusque ſetuatores æternæ vitæ facit
Pſal.77. hæredes. Pro lege vetere accipitur pſal.77. Non cuſtodierunt teſtamentum Dei, & in lege eius noluetunt ambulare. Vbi poſterior otatio eſt
Pſal.49. prioris expoſitio. Et pſal.49. Peccatori autẽ diait Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis reſtamentum meum per os tuum? Quibus verbis damnat Deus ſimulatores virtutis: qui, vt
Tit.1. air Apoſtolos cap.1.ad Titom, Deũ verbis confitentor,factis negãt. Accipitur etiam teſtamen-
Pſal.110. tum pro euangelio,& noua Dei lege pſalm. 110. Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui. Et paolò pòſt:Redemptionem miſit populo ſuo, mandamit in æternum teſtamentum ſuom.De illo dixit
Baruch.2. Deus apud Baruch cap.2. Statuam illis reſtamentum alterum.Et apud Ieremiam quadrage-
Iere.41. ſimoprimo iuxta verſionem Septuaginta, quam
Heb.8. ſeqoitor apoſtolus capite octauo ad Heb. Ecce dies venient,dicit dominus,& conſummabo ſuper domom Iſtael & ſuper domum Ioda teſtamentom nooum.Et idem apoſtolus cap.3.poſte-
2.Cor.3. rioris ad Corinthios: Idoneos nos fecir miniſtros nooi teſtamenti,noo literę,ſed ſpiritos.Vbi per literam legem veterem ſignificat, per ſpiritum eoangeliom. Ac qoia teſtamentum morte teſtaroris confirmatur,fuit nouum teſtamentum
Matt.26. Chriſti morte confirmatum. Ideo tenens ipſe
Marc.14. Chriſtos manibus calicem ſoi ſanguinis diait diſcipulis ſuis. Hic eſt ſanguis meus noni teſtamenti. Ac ſi diceret:Hic eſt verus ſanguis meos, quo confirmatur nouom ac ætetnom teſtamentum.Et quia teſtamentom hoc nunquam irritabitur, nunquam delebitur: ſed vigebit ac durabit memoria omnium ſeculorum, illudque ipſa æternitas intuebitur, meritò æternum appellatur. Hac ratione ductus Paulus apoſtolus capite
Heb.13. vltimo epiſtolæ ad Hebræos: Deus, inquit, pacis, qoi eduxit de mortuis paſtotem magnum ouium in ſanguine teſtamenri æterni. De bis duobus teſtamentis veteri ac nouo ait ita idem
Galat.4. apoſtolus cap. 4. epiſtolæ ad Galatas. Hæc ſont doo teſtamenta, vnum quidem in monte Sina in ſeruitutem generans, qoæ eſt Agar:Sina enim mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt Ieruſalem, & ſeruit cum filiis ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem,libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Quibus verbis apoſtolus ſenſu allegorico diſcrimen veteris ac noui teſtamenti indicauit.Nam per Agar ancillam Abrahę ſigni-
Gen.16. ficatur lex vetus in timore & ſeruitute:& per filium eius Iſmaelem populus Iodaicus: Per Sa-
Gen.21. rah verò liberam lex noua in amore,& libertate non carnis, ſed ſpiritus, & per Iſaac filium eius
Exod.19. populus Chriſtianus.Eſt autem mons Sioa coniunctus cum Hieroſolyma, non loco,ſed ſimilitudine: quia ſicut in Sina lata eſt lea Moſaica,ita
Eſai.2. Hieroſolymæ lea eoangelica. Ac vt Iſmael fuit
Gen.25. ſpoliatus,& Iſaac bonorum patris hęres inſtitutus: Ita Iudæi in perfidia permanentes ſont fide, gratia, cæteriſque veris bonis deſtituti, ærumnoſi, inglorij, nulla laude celebrati. Eis dixit
Matt.21. Chriſtus apud Matthæum 21. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Chriſtiani verò catholici hoc nomine digni filij ſunt Dei: hęredes teſtamẽti eius: de quorum laudibus nulla ætas conticeſcet. De illis ait ita capite 2.epiſtolæ ad Epheſios diuus Paulus:Iam *Ephe. 2.*
nun eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſupetædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarũ ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto. At tempore Machabæorũ,quando id quod hoc loco prædixit angelus, euenit, erant multi ea Hebræis in Iudæa, qui io virtutom actiones incumbebant, & ſanctam Dei legem ſetuabãt. His intulit acerrimum bellum Antiochus Epiphanes, ſummis infinitæ cupiditatis & tyrannidis ſtimulis conn-
eitatus, vt literæ diuinæ in libr. Macbabæorum *1. Mach. 1.*
memoriæ prodiderunt. Id voluit hîc prædicere *& 2.*
Dei angelus,cùm dixit: Et cot eios aduerſum te- *2. Mach. 2.*
ſtamentum ſanctum. *& 9.*

Et faciet. Subaudi multa ibi mala, quæ facere decreuerat. Et teuertetur in terram ſuam: hoc eſt in Sytiam. Poteſt hoc ita verti: Et confecta re reuertetur ad terram ſuam. Ad intelligentiam re-
rum harum lege ca. 6.lib.1.Machabæorum. *1. Mach. 6.*

Statuto tempore reuertetur. Bis ingreſſus eſt Antiochus Hieroſolymã, vbi magna vſus eſt immanitate & tyrãnide: multóq; maiore in poſteriore expugnatiooe, quàm in priore. De priore locutus eſt proximis verbis paulò antè: nunc verò loquitur de poſteriore. Eſt aũt ſenſus: Poſt aliquot annos in tẽpore ad hoc cõſtituto reuertetur Antiochus in Aegyptũ, ſed non ſpoliabit eã, vt fecetat prius. Et vidẽs ſe ſpe deceptum, totum furorem conuertet in Iudæam: vbi multa efficiet mala.

Venient ſuper eum trieres & Romani. Hoc eſt, naues Romanorũ. Trieris eſt genus nauis oblongę, quã alij à tribus remorum ordinibus triremem vocant. Poteſt verti: Venient ſuper eum triremes Romanorũ. Cum Antiochus Aleaandriam Aegypti obſideret, acceſſerunt illuc duo legati Romani, quorum vnus erat Marcus Publius, qui ab alijs Popilius appellatur. Hic inueniens illic Antiochom in littore, præcepit ei nomine ſenatus, vt ab Aegyptijs amicis Romanorum diſcederet. Cùm autem ille tempus deliberandi poſtularet, fecit legatus in arena orbem ſeu circulum baculo, quem tenebat manu: & circuens regem: Senatus, inquit præcipit, vt priuſquàm ex hoc loco exeas, reſpondeas. Tunc ille perterritus: Si hoc, inquit, placet ſenatui, recedendũ eſt: & ſtatim Aegyptum reliquit. Hiſtoriã hanc narrat Iuſtinus libro 34. & Sabellicus libro octauo Enneadis quintæ. Meminit eius Ioſephus lib. 12. Antiquitatum. Titus etiam Liuius ait veniſſe à Ptolemæo legatos Romam auxilium à populo Romano imploraturos aduerſus hunc Antiochum Epiphanem, à quo grauiter premebatur. Itaque ille deſtitit ab incœpto bello, deſtitutus
expectatione, qua ſuos ad prædã eacitarat. Non *Similitudo*
ſemper dux daturus eſt militibus certam ſpem victoriæ. Nam venator, vt ſimilitudine vtar Xenophontis, ſi canes hortetur frequenter ea appellatione, qua ſolet vbi feram aſpicit, primò alacriter parent: ſed cùm eos ſæpe fallit ſpes, poſtea necquando venator videt feram, ad quam eos vocat, ei obediunt. Ita ſi quis crebras alijs com-

moueritexpectationes bonorum, quas non explenerit, nc tum quidem poterit illis perſuadere, quando eos iu ſpem certiſſimam adduxerit. Quarc nec dux, nec pootifex quaconq; leui occaſione debent montes aureos promittere: nec velle, vt ſubiecti obſcura ſpe, & cæca expectatione pendeant, & incerta paſſim pro certis habeant.

Et cogitabit aduerſus eos, qui dereliquerunt teſtamentum ſanctuarij. Hoc eſt, cogitabit de pernicie eorum Iudæorum, qui dioinam legem repudiaront. Erant Hieroſolymæ nonnulli viri iuſti, ſed multi flagitioſi: ex quibus nonnulli fuerunt patriæ proditores, qui contra diuinam legem incitarunt Antiochum aduerſus Hieroſolymá: quorum cooſilio ille venit, & eam ad exitiom & vaſtitatem vocauit. Ae illis fregit fidem, quos vidit patriæ fidem fregiſſe.

Et brachia ex eo ſtabunt. Hoc eſt, & turres Hieroſolymæ, quæ ſunt veluti brachia, vbi ſunt vires vrbis, ſtabunt pro eo: Poteris per brachia milites robuſtos intelligere.

Polluent tabernaculū fortitudinis. Hoc eſt, inquinabunt templom Dei, in quo colitor Deus, qoi eſt ipſa fortitudo. Ibi enim erectæ ſunt aræ idolo
1. Mach. 1. rum, & effecta ſunt alia execranda: vt lib. 1. Machabæorum diuina teſtatur ſcriptura. Ideo ſequitor: Dabunt abominatiooē in deſolationem. Solent enim Iudæi idolum appellare abomina-
Ezech.15. tionem. Ezechiel, cap. 15. inducit Deum ita loquentem: Pro eo quòd ſanctum meum violaſti in omnibus offenſionibus tuis, & in cúctis abominationibus tuis. Vbi Theodoretus per abominaoiooes idola interpretatur.

Impij in teſtamentum. Nonnulli ex perfidis Iudæis ſimulantes ſe diuini cultus amore flagrare, populum Iudęorum decipient. Hoc fecit Alcimus, & Menelaus cum aliis: vt ca. 7. lib. 1. Machabæo-
1. Mach. 7. rum memoriæ proditum eſt.

Populus autem ſciens Deum ſuum obtinebit, & faciet. Hoc eſt, cœtus fidelis Iudæorū ſciens & coleus verum Deum conſequetur fortitudinem, & viriliter aget. Hoc dicit propter Machabæos, & alios huiuſmodi, qui fide muoiti, & virtutū conſtantia roborati cum hoſtibus fortiter pugnarunt: & propter Deum ſuum varios cruciatus
1. Mach.3. æquo aniuio tulerunt. Lege Machabæorum libros, ſi hæc volueris perfectè intelligere.

Ruent in gladio. Id eſt, viri pij ac iuſti interficientur ferro, exponentur incendio, coniicientur io vincula. Et in rapina dierum. Hoc eſt, & omnib. diuitiis ſpoliabuntur diebus multis. Lege 5. cap.
2. Mac. 5. lib. 2. Machabæorum.

Vt conflentur, & eligantur, & dealbentur. Hoc eſt, multis calamitatibus afficientur viri iuſti, vt eorum fortitudo, & patientia, & cōſtantia, cæteręque virtutes probentur. Conflabuntur flammis afflictionū inſtar auri in fornace ignis, & puriores reddētur. Hoc accidit viris iuſtis, iuxta il-
Iob. 23. lud Iob cap. 23. Probabit me quaſi aurum, quod
Sap. 3. per ignem tranſit. Et iuxta illud Sapientię cap. 3. Tanquam aurum io fornace probauit illos dominus: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos.
Eccl.27. Vnde Eccleſiaſticus 27. Vaſa, inquit, figuli probat fornax, & homines ioſtos tentatio tribula-
Pſal.16. tionis. Et Pſalmographus: Probaſti cor meum, & viſitaſti oocte: igne me examinaſti. Et alibi: *Pſal.65.*
Probaſti nos Deus, igne nos examinaſti, ſicut examinatur argētum. Et Deus apud Zachariam *Zach.13.*
13. Vrā eos, ſicut vritur argētum: & probabo eos, ſicot probatur aurū: Et angelus hoc loco: Vt cōflentur, &c. Vide calamitatis vtilitatē. Quod for oax auro, & lima ferro, hoc efficit afflictio viro iuſto. Aquarū nomine ſignificantur calamitates: vt pſal. 68. Intraueruot aquæ vſque ad animam *Pſal.68.*
meam. Et pſal. 143. Libera me de aquis multis. *Pſal.143.*
Quibus verbis diuinus vates magnitudinē doloris, & vim calamitatum, quibus penè obrutus fuerat, eleganter deſcribit. At aquæ ipſæ erant pro muro filiis Iſraelis ad dexterā & ad ſiniſtram vt cap. 14. Exodi, & 5. Iudith ſcriptura ſancta te- *Exod.14.*
ſtatur. Calamitas quæ alios lædit, aliis eſt loco *Iudit.5.*
mori, oe lædantur. Obruebant aquæ Aegyptios, & protegebant Hebræos. Nam calamitates eos perduot, qui reiiciunt toleraotiam, eos tuentur, qui eam amplectuntur. Hæ ſunt aquę Gedeonis, *Iudic.7.*
vbi milites probati ſunt: qui enim flexerunt genua, fuerunt repudiati: qui verò ſtātes biberunt, fuerunt electi. Illi reiiciuntur, qui ſuccumbunt calamitatibus: & animum amittuot: illi autem ſunt veri milites Chriſtiani à Deo approbati, qui erecto animo bibuot ærumoas vitæ, & fortitudine ac tolerantia muniuotur. Illis fauet Deus, quibus & afflictionem, & patientiam largitur. *Amos 3.*
Cap. 3. Amos ait ita Deus: Tātummodo vos cognoui ex omnibus coogregationibus terræ: idcirco viſitabo ſuper vos iniquitates veſtras. Cap. 6. *2. Mac. 6.*
lib. 2. Machabæorum ſunt verba hæc: Nō ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij iudicium eſt. Et *Iob.5.*
cap. 5. Iob: Beatus qui corripitur à Deo. Vnde *Apoc.3.*
cap. 3. Apocalypſis ait Deus: Quos amo, arguo, *Heb. 12.*
& caſtigo. Et apoſtolus 12. ad Hebræos: Quem diligit Deus caſtigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Ideo ait Dauid pſalmo 29. *Pſal.29.*
Ira io indignatione eius, & vita io volūtate eius. Quæ verba poſſunt etiam ita verti: Momentum in indigoatione eius, & vita in voluntate eios. Calamitas enim qua oos caſtigat, breuis eſt, & punctum ſolum durat: at beneuolentia qua nos proſequitur, perpetua eſt. Quare calamitas qua affligimur, non eſt in malis numeranda. Vt cau- *Similitudo*
terium videtur vulnus, cùm ſit vulneris remediom: ita calamitas videtur malum, cùm ſit malorom medicina. Cōtrà verò nihil infelicius impiorū felicitate, quæ videtur vita, cùm ſit mors: videtur gloria, cùm ſit ignominia: videtur denique bonum, cùm ſit malum. Illa eſt porta æterni ſupplicij, ad quod impij relegantur. At afflictio enm patientia coniuocta, æquo animo tolerata, eſt porta regni cœlorū. De illa ſcriptum eſt pſal.
117. Hæc porta domini, iuſti intrabunt per eam. *Pſal.117.*
De ſeipſo ait apud Lucam Chriſtus dominus. *Luc. 24.*
Oportuit Chriſtū pati, & ita iotrare in gloriam *Acto.14.*
ſuam. Et eius diſcipuli in Actis Apoſtolorom aiunt: Per moltas tribulationes oportet noo intrare io regnum cœlorum. Hæc eſt cauſa, quare Deus viros pios ac præcellentes, ampliſſimis virtotum ornamentis excultos, per varios caſus plerunque, & per acerbas calamitatum anguſtias ad vitam ſolet ducere immortalem: hominibus autem teterrimis, ſcelerúmqoe labibos

notatiſſi

notatiſſimis res ſecundas,& ad voluntatẽ fluentes,ad breue tempus concedit. *Similitudo.* Quemadmodum peritus colonus teneras arbores,& adhuc imbecillas rigat ac fouet, adultas autem ac firmas relinquit:ſic Deus infirmos fragileſq; homines rebus proſperis recreat & reficit : eos autem qui ſunt fortitudine & firmitate robuſti , permittit angi calamitatibus,& in gemitu ac ærumnis verſari. Eam ob cauſam ait Chriſtus dominus: Bea- *Matt. 5.* ti qui lugent,quoniam ipſi conſolabuntur. Beati *Luc. 6.* qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Filij Iſ- *Exod. 1.* raelis in Aegypto premebantur lateribus faciundis:lateres autem ex terra ſunt, re vili & abiecta. *Exod. 24.* At cap. 24. Exodi ait Moſes , ſeptuaginta de ſenioribus Iſraelis vidiſſe Deum ſuper opus lapidis ſapphirini : pro quo alij vertunt,opus lateris ſapphirini. Lateres qui cõtempti pro nihilo putantur,ſunt ſapphiri pretioſi. Ita afflictiones,quibus viri iuſti premuntur, quas ſtulti homines ſordidas eſſe & abiectas exiſtimãt,& in malis numerandas , viri ſapientes eximias atq; pretioſas iudicant,& in numero bonorũ reponendas. Præſertim cum in oblectationes conuertantur. Ita *Ioan. 16.* enim ait Chriſtus Deus noſter apud Ioannem 16. Mundus gaudebit:vos verò contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium. Eam ob cauſam illuſtres beatoſque poſſumus appellare Machabæos,cæteroſque Iſraelitas,de quib. hic loquitur angelus:qui pro Deo ſuo acerbiſſimas moleſtias alacri animo tulerũt,quib. puriores effecti nomen ſuum immortalitati commendarunt. Nihil enim magis cõducit ad eximię virtutis gloriam illuſtrandam,quàm calamitas ipſa.

Vſque ad tempus præfinitum. Hoc eſt,in hac vita: quia altera eſt,vbi viri pietate atque iuſtitia præſtantes requieſcunt.

Et faciet iuxta voluntatem ſuam rex. Subauditur Syriæ,qui faciet omnia pro libidine ſua. Hic Antiochus Epiphani⁹ incredibili ſuperbia inflatus, extolletur aduerſus Deum. De hoc Antiocho interpretatur Chryſoſto. hunc locum ſermone 2. aduerſus Iudæos. At Hieronymus explanat cũ de Antichriſto. Et vterq; rectè:recipit enim ambas has expoſitiones. Hieronym. ſequitur Proſper Aquitanicus libr. de promiſſionibus part. 4. cap. 9. de Antichriſto ait ita apoſtolus cap. 2. epi- *2. Theſſ. 2.* ſtolæ 2. ad Theſſalonicenſes : Filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne , quod dicitur Deus,aut quod colitur : ita vt in templo Dei ſedeat , oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Quę verba cum ſequentibus hoc loco cohærent.

Aduerſus Deum deorum loquetur magnifica. Hoc eſt, ſuperba , ferocia , & execranda loquetur aduerſus ſummum Deum. Vt dicimus Canticum canticorum,& regem regum,& alia huiuſmodi, vt eorum præſtantiam ſignificemus:ita dicimus Deum deorum , vt ſummum ac ſupremũ Deum *Pſal. 49.* oſtendamus. Vnde pſal. 49. Deus deorum dominus locutus eſt:& hoc loco:Deum deorum.

Et dirigetur,donec compleatur iracundia. Id eſt, & proſperè aget, rebúſq; ſecundis potietur , donec conſummetur Dei iracundia in populum,& in ipſum Antiochum. Nam populus fuit mirum in modum vexatus : & ipſe Antiochus mortuus eſt infeliciter,ſummis cruciatibus , acerbiſſimis doloribus,ignominioſis opprobriis affectus. De eius corpore ſcaturiebant vermes,tantúſque fœtor exibat,vt exercitus eũ ferre non poſſet. Mortuus eſt peregrè in montibus, omni ſolatio deſtitutus. Lege caput 9. lib. 2. Machabæorum , vbi omnia hæc & alia copioſè videbis. Capite etiam 6. lib. 1. Machabæorum narratur miſer eius inte- *2. Mac. 9.* ritus , quem ipſe perſpiciens , cum iam mortem *1. Mac. 6.* viſceribus conceptam teneret, hæc verba emiſit: Reminiſcor malorum,quę feci in Ieruſalem, vnde abſtuli omnia ſpolia aurea, & argentea , quæ erant in ea. Et miſi auferre habitantes Iudæam ſine cauſa. Et ecce pereo triſtitia magna in terra aliena. Hæc ibi. Poteſt hoc ita explanari. Tanta crudelitate dirigetur & cõcitabitur Antiochus, vt eius iracundia aſcendat ad ſummum:non poterit eius furor amplius procedere : erit eius ira in ſupremo faſtigio collocata.

Perpetrata quippe eſt definitio. Id eſt,definita namque eſt conſtitutio apud præſcientiam Dei. Ac ſi dicat:Ita fiet hoc:nam ſic decreuit Deus.

Et Deum patrum ſuorum non reputabit : & erit in concupiſcẽtiis fœminarum nec quemquam Deorum curabit , quia aduerſum vniuerſa conſurget. Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur : & Deum quem ignorauerunt patres eius; colet auro & argento, & lapide pretioſo, rebuſque pretioſis. Et faciet , vt muniat Maozim cum Deo alieno,quem non cognouit : & multiplicabit gloriã , & dabit eis poteſtatem multis, & terram diuidet gratuitò. Et in tempore præfinito prælIabitur aduerſus eum rex Auſtri:& quaſi tempeſtas veniet contra illum rex Aquilonis in curribus, & in equitibus, & in claſſe magna & ingredietur terras : & conteret , & pertranſiet. Et introibit in terram glorioſam:& multi corruẽt. Hæc autem ſola ſaluabuntur de manu eius Edom, & Moab, & princeps filiorum Ammon. Et mittet manum ſuam in terras , & terra Aegypti non effugiet: Et dominabitur theſaurorum auri, & argenti,& in omnibus pretioſis Aegypti , Per Lybiam quoque & Aethiopiam tranſibit. Et fama turbabit eum ab Oriente, & ab Aquilone. Et veniet in multitudine magna,vt conterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum ſuũ Apadno inter duo maria ſuper montem inclytum & ſanctum : & veniet vſque ad ſummitatem eius : & nemo auxiliabitur ei.

Et Deum patrum ſuorũ non reputabit. Ab Antiocho trãſit ad Antichriſtũ , cuius ille vmbrã geſſit. Eſt enim mos ſanctæ ſcripturæ ab vno ad alterũ tranſire. Cùm Eſaias cap. 45. loqueretur de *Eſai. 45.* Cyro , quem Hebræorũ vocauerat liberatorem: ſtatim raptus ſpiritu confert ſermonem ad Chriſtũ mundi liberatorem: de quo multa dicit , quæ Cyro nullo modo poſſunt conuenire. Ita enim

ait:Hæc dicit dominus regi meo Cyro. Et interpoſitis quibuſdã ait:Non eſt abſque te Deus:verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator. Vbi aſpicis Chriſtũ verè eſſe Deum, ſed abſconditũ ob aſſumptæ humanitatis myſterium. Ideo eum Iudæi nõ cognoſcebãt: erat enim diuinum numen in humanitate abſconditum,& humano corpore opertum. Intueris igitur Eſaiam de liberatore terreno ad diuinum trãsferre ſermonem.

Pſal. 71. Eodem modo diuinus pſalmographus pſal. 71. vbi deſcribit magnificentiam,iuſtitiam,& felicitatem regni Salomonis, multa inſerit, quæ ſoli Chriſto Deo noſtro conueniunt, cuius ille imaginem gerebat. Poſtquam enim dixit:Deus iudicium tuum regi da,& iuſtitiam tuam filio regis: vbi per regem & filium regis Salomon ſignificatur ſubdidit: Permanebit cũ ſole & ante lunam in generatione & generationẽ. Hoc eſt, durabit rex hic, quandiu ſol & luna luce ſua omnia luſtrabunt. Erit rex ſempiternus, cui nulla ætas eſt finem allatura: Et paulò pòſt: Adorabunt eũ omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. Quæ verba nec Salomoni, nec cuiquam alij præter Deũ poſſunt vllo modo conuenire. Eſaias etiam

Eſai. 14. cap. 14. loquens de rege Babylonis ait: Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer,qui mane oriebaris. De ſuperbo Nabuchodonoſore transfert ſermonem ad ſuperbum Luciferum, qui cecidit è cœlo. Similiter Ezec. cap. 28. ſub perſona regis Ty-

Ezech. 28. ri de eiuſdem angeli loquitur occaſu. Et idem

Ezec. 38. cap. 38. vaticinans de Gog & Magog multa dicit, quæ tantùm Antichriſto, eiúſque ſectatoribus cõueniunt, eùm per Gog principem Gotorum, & per Magog ipſos Gotos viri magni interpretentur. Goti enim,vt Paulus Oroſius. Eutropius, Blondus,Leonardus Aretinus, & alij ſcriptores narrant,vaſtarunt Italiam,Galliam,Hiſpaniam, & magnã Africæ partẽ. Inſuper Romã caput orbis, antiquitatũ monumẽtis ornatã,corporibus beatorum apoſtolorũ Petri & Pauli munitã, infinitis ſanctorum venerandis reliquiis refertam, cuius epiſcopus eſt pontifex maximus, Ieſu Chriſti vicarius, totius eccleſiæ caput & paſtor, euerterunt,& multas alias celebres vrbes ad exitium & vaſtitatem vocarunt. Ita capite hoc, vbi angelus multa de Antiocho Epiphane impio Syriæ rege vaticinatus eſt,ad alium ſe confert tyrannum,nimirum ad Antichriſtum,de quo multa prædicit, quæ ei potius quàm Antiocho conuenire videntur. Et quia Antichriſtus futurus eſt ex genere Hebræorum, appellantur patres eius Abraham Iſaac & Iacob,& viri alij illuſtres veteris teſtamenti,qui verum Deum coluerunt: quem ille deſpiciet, & pro nihilo putabit. Ideo ait: Et Deum patrum ſuorum non reputabit.

Et erit in concupiſcentiis fœminarum. Id eſt venereis voluptatibus vtetur? Erit obſcœnarum libidinum cupidiſſimus. Quidam vertunt. Et non erit in concupiſcentiis fœminarum. Hoc eſt,ſimulabit caſtitatem,& animi candorẽ, vt facilius poſſit ſimulatione hac homines decipere. Ex Hebraico vtrunq; poteſt depromi:nã negatio quæ eſt in prima annuntiatione,poteſt extendi ad ſecundam:vt ſit ſenſus: Deum patrum ſuorũ non curabit, & non erit in concupiſcentiis fœminarum. Et ita negatio cadit ſuper totã orationem. Poteſt tamen referri ad ſolam vnam partẽ: nam reipſa in Hebraico non eſt negatio niſi in prima parte:ſecunda autem legitur affirmatiuè: Et erit in concupiſcentiis fœminarum. Ac ita transfert & multò rectius Latinus noſter interpres.

Quia aduerſum vniuerſa conſurget. Nullũ Deum colet,ſed in omnes inuehetur,quia omnib. ſe præferet:ſeq; pro deo coli iubebit. Id facturus eſt Antichriſtus,vt hoc loco ait Hieron. & poſt eũ Haymo,& Beda in Apocalypſim. Ac & verũ Deum, & falſos deſpiciet, præter Maozim,quem occultè habebit:cuius vi & poteſtate mirabilia ac prodigia edet. Hic Maozim eſt diabolus quidã hoc nomine vocatus: quem Antichriſtus occultè colet,cui ſe cõmittet & tradet. Etſi Antichriſtus daturus eſt operam enixè, vt ipſe pro Deo colatur, hunc tamen dæmonẽ veneraturus eſt,& clã culturus. Maozim idem eſt quod præſidia,fortitudines,& arces. Eã ob cauſam venerabitur hũc dæmonẽ,vt eius auxilio gentes decipiat, & capiat, ſeq; Deum conſtituat. Hæc Antichriſto cõgruere videntur,non autem Antiocho,qui deos gẽtium colebat: & idola patrum ſuorum venerabatur.

Et faciet,vt muniat Maozim cum Deo alieno. Id eſt, hoc faciet,vt muniat arces hoc Deo alieno:colet enim illũ in arcibus & locis munitis. Itaq; Maozim qui antè pro Deo accipiebatur, modò pro arcibus accipitur. Poteſt etiã hoc loco accipi pro Deo illo,vt ſit ſenſus:Hoc faciet Antichriſtus,vt muniat ſe Deo Maozim, qui ideo vocatur alienus, quia nõ eſt vetus Deus,ſed dæmon:quẽ patres eius nõ coluerunt. Sequitur:Quem non cognouit. Hoc eſt,quẽ antea non nouerat. Quidam codices habent:Quem cognouit. Hoc eſt,quem familiariter cognoſcet, & pro Deo approbabit.

Multiplicabit gloriã. Subaudi ſibi:erit enim propriæ gloriæ cupidiſſimus. At Chriſtus dominus ait apud Ioannẽ 8. Ego non quæro gloriã meam. *Ioan. 8.*
Vel multiplicabit gloriã aliis. Antichriſtus enim augebit gloriam,falſam quidem & inanem,illis, qui ipſum ſectati fuerint,quibus multis in rebus dabit aduerſus viros pios & iuſtos poteſtatem.

Et terram diuidet gratuitò. Et diſtribuet eis terrã gratis. Alij vertunt: Terram pretio diſtribuet. Hoc eſt loco pretij. Ac ſi dicat: Dabit ſectatoribus ſuis opes & dignitates:& nonnullis loco pecuniarum dabit terras,prædia,& agros. Pro quo Theodotio apertè tranſtulit: Et terram diuidet in donis. Ac ita eadem manet ſententia cum ſuperiore,licet verba diuerſa videantur. Antichriſtus promittit ac dat ſuis terrã: Chriſtus autem Deus noſter ſuis cœlum. Antichriſtus promittit vitam temporalem,Chriſtus æternam. Vade,in- *Matt. 19.*
quit Chriſtus, vende omnia, quæ habes: & da *Luc. 18.*
pauperibus,& habebis theſaurũ in cœlo: & ve- *Matt. 5.*
ni,& ſequere me. Et alibi: Beati pauperes ſpiritu, *Matt. 5.*
quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et pau- *Ioan. 10.*
lò pòſt:Merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Et alibi:Sequuntur me:& ego vitam æternam do eis.

Et in tempore præfinito. Seu conſtituto. Ac ſi dicat & tandem. Quidam hoc intelligunt de Antiocho,& de quodam prælio regis Aegypti contra illũ. Alij verò de Antichriſto, qui Aegyptum profligabit. Etſi poſſit intelligi de vtroq;, tamen præcipuè de Antichriſto intelligitur, cuius, vt diximus. Antiochus vmbram geſſit. Ita Hieronymus,

nymus,& doctores alij catholici interpretantur.

Et introibit in terram glorioſam. Ex Hebraico poteſt verti: Et inuadet in terram deſiderij: hoc eſt deſiderabilem & glorioſam. Intelligit Iudæã, quæ glorioſa dicitur ob amœnitatem & fertilitatem:& ob Dei templum & cultum,& diuinos vates: ſed præcipuè propter redemptionis humanæ myſteria per Chriſtum Deum noſtrum. Et multi corruent, nimirum tempore Antiochi, quando non ſolùm multi homines, ſed multæ regiones ab eo profligabuntur. At multò plures tempore Antichriſti.

Hæ autem ſolæ ſaluabuntur de manu eius. Hæ autem regiones tantùm euadent ex Antiochi poteſtate: feſtinans enim aduerſus Aegyptum has gentes non tanget, nimirum Idumæos, Moabitas,& magnates Ammonitarũ. Hi etiam ex Antichriſti euadent immanitate: quia tunc illarum regionum incolæ erant verè Chriſtiani, iuſtitia, pietate, fortitudine, cæteriſque virtutibus muniti. Vel erunt tot flagitiis contaminati, tot ſceleribus imbuti, vt nolit eos Antichriſtus attingere, quòd eos in ære dæmonis certiſſimos eſſe credat, eiúſque vinculis fortiter alligatos. Poteſt hoc ita etiam intelligi: Qui ad montes fugerint, cuiuſmodi ſunt deſerta Moab, Idumææ, & Ammon,& valles contempſerint, hoc eſt, qui mundi voluptates & illecebras reliquerint, & ad virtutum montes aſcenderint, non cadẽt in retia Antichriſti: ſed ab eius fallacia, blanditiis, & minis
Apoc.12. eripientur. Huic loco videtur conuenire, quod Ioannes capite Apocalypſis duodecimo de muliere ſcribit à facie draconis in ſolitudinem fugiente, vbi habebat locum paratum à Deo.

Plinius. *Per Libyam quoque & Aethiopiam tranſibit.* Has duas regiones ſibi ſubiiciet. Libya, teſte Plinio in prologo libri quinti, eſt Africa tertia pars orbis, continens Aethiopiam. Sed hoc loco accipi-
Plinius. tur pro Mareotica, parte illa Africæ, quæ teſte Plinio cap.6. libri quinti eſt proxima Aegypto, ab Aethiopia diſtincta. Hieronymus duas etiam
Actor.2. Libyas ponit, vnam Cyrenaicam: de qua ſcriptũ eſt 2. Actorum cap. Et partes Libyæ, quæ eſt cir-
Ezec.30. ca Cyrenem:& alterã generalem. Huius Libyæ
& 39. ab Aethiopia diuiſæ meminit Ezechiel capite
Iere.46. trigeſimo,& trigeſimooctauo: Ieremias 46. Na-
Nahum.3. hum tertio. Vide Raphaelem Volaterranum libro geographiæ vndecimo. Aethiopia ab Indo flumine conſurgit, in mari Oceano ad Occidentem finitur:& ſub ſolis ardore iacet. Vide Ptole-
Eſai.11. mæum libro quarto capite 7. & Plinium libro
Ezec. 29. quinto cap.8. Eius mentionem facit Eſaias capi-
& 30. te vndecimo. Ezechiel 29. & 30. Amos nono,
Amos 9. Nahum tertio, Sophonias ſecundo. Dicitur Hebraicè Cus, hoc eſt nigredo. Vnde Cuſi idẽ eſt quod Aethiops, ſeu niger: quod vocabulum non ſolũ ad corpus, ſed ad animũ refertur. Ille enim vocatur niger ſeu ater, qui eſt ſceleribus imbutus,& peſtilentibus moribus cõtaminatus. Vnde Horatius poeta: Hic niger eſt, hunc tu Romane
Pſal.7. caueto. Hac ratione ductus Dauid vocat Saulẽ Cuſi in pſal.7. inſcriptione, cùm ait: Pſalmus Dauid, quem cantauit domino pro verbis Cuſi filij Iemini. Vocat illum filium Iemini, quia in eius familia natus eſt:& Cuſi propter eius odiũ, quo ipſum Dauidem proſequebatur. Cùm tyrannus ille inuidiam conflaret in Dauidem, quem innocentem ad crudeliſſimam cædem falſis criminibus vocabat, purgauit ſe Dauid pſalmo illo, implorans diuinã iuſtitiam aduerſus Saulis immanitatem. Nõ me fugit, Baſilium Magnum: Ioan- *Theod.*
nem Chryſoſtomum, Theodoretum, Euthymiũ, Auguſtinum, Aurelium, Rufinum Aquileiẽſem, Auguſtinũ Eugubinum, Caſſiodorũ, & Remigium referre hunc titulum ad Cuſi Arachitem contra Abſolonis & Achitophelis perfidiam: de *2.Reg.17.*
qua loquitur ſcriptura cap.17. lib.2. Regum. At ego alios ſequor, qui illũ de Saule interpretãtur. Fuit enim Saul filius Iemini de tribu Beniamin, *1.Reg.9.*
vt ipſe cap.9. lib.1. Regum teſtatur. Ille autẽ Cuſi, qui Achitophelis cõſilium repudiauit, erat filius Arachitæ, non autẽ Iemini. Eam ob cauſam Felix Pratenſis in hoc titulo pro filio Iemini vertit, ſtirps Bẽiamin. Solet enim diuina ſcriptura, eos qui à Beniamin ducunt originem, filios Iemini appellare: Deinde vir ille lib.2. Regum vocatur Chuſai Hebraicè, hic autem Cus, non Chuſai. Veram eſſe hãc de Saule explanationem iudicat *Ionat.*
Ionathas paraphraſtes Chaldaicus ita habens: pro interitu Saul filij Cis de tribu Beniamin. In ea ſentẽtia ſunt multi ex Hebræis: ex Latinis autem ſunt diuus Hieronymus, Iacobus Chriſtopolitanus epiſcopus, Raynerius Snoygoudanus, Franciſcus Vatablus, Iſidorus Brixianus, Antonius Flaminius, Mathias Bredembachius, Cor- *Ianſeni.*
nelius Ianſenius,& alij: qui hanc ſeptimi pſalmi inſcriptionem ad Saulem referendam arbitrantur. Hic appellatur Cuſi, hoc eſt Aethiops, à Cus, quod nomen ſignificat Aethiopiam, de qua hoc loco loquitur Daniel.

Et fama. Subaudi bellorũ: vel virorum virtute præſtantium ei obedire nolentiũ, illum terrebit.

Figet tabernaculum ſuum Apadno inter duo maria. Apadno ſignificat ſolium ſuum: nam apad idem eſt quod ſolium, no, idem eſt quod ſuum. Significat etiam Apadno palatium ſuum. Senſus eſt: Antichriſtus collocabit tabernaculum ſolij ſui inter duo maria, nempe inter mare mortuum ad Orientem,& mare Mediterraneum ad Occidentem. Exiſtimant nonnulli Apadno eſſe nomen proprium loci iuxta Nicopolim, quæ olim vocabatur Emaus: vbi aiunt Antichriſtum collocaturum eſſe tabernaculum ſuum.

Super montem inclytum & ſanctum. In hoc monte figet Antichriſtus tabernaculum throni ſui. Porphyrius exiſtimat hunc montem eſſe in Per- *Porph.*
ſide, vbi idola colebãtur: in quo ait Antiochum è vita migraſſe. Sed hoc planè falſum eſt: nã nec in Perſide huiuſmodi mõs eſt, nec coſmographi illum ibi ponunt: nec ſanctus Dei angelus erat eum ob idolorum cultum inclytum ac ſanctum vocaturus. Diuus Hieronymus & alij eximij ſcriptores per hunc montem, quo Antichriſtus aſcenſurus eſt, intelligunt mõtem Oliuetum ſeu oliuarum iuxta Hieroſolymam. De eo id poteſt *Hieron.*
intelligi, quod ait Eſaias vigeſimoquinto: præcipitabit in monte iſto faciẽ vinculi colligati ſu- *Eſai.25.*
per omnes populos. Pro quo Aquila vertit: faciẽ tenebrarum ſuper oẽs populos. Et Symmachus: *Aquila.*
faciẽ dominatoris, qui dominatur ſuper omnes populos. Per hunc dominatorẽ intelligunt nonnulli Antichriſtũ, quẽ aiunt eſſe in monte Oli-

ueto interficiendum. De illo air in ſecunda ad 2.Theſ.2. Theſſalonicenſes epiſtola diuus Paulus cap. 2. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratiune aduentus ſui eum, cuius eſt aduentus ſecundùm operationẽ Satanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendacibus. De eo ſupra Sup.7. dictum fuit cap.7. Sine manu contereretur. Hic eſt impius ille, quẽ Chriſtus Deus noſter eſt interfecturus: Eſai.11. de quo ait ca.11. Eſaias: Spiritu labiorũ ſuorum interficiet impium. Aſcenſurus eſt Antichriſtus in montem Oliuetũ, vt aiunt, & ibi eſt interficiendus, vt inde è vita infeliciter excedat, & ad inferos deſcendat, vnde Chriſtus feliciter aſcendit in cœlos: inde relegetur ad æternã pœnam, vnde Chriſtus aſcendit ad æternã gloriam. Eam ob cauſam appellat angelus hoc loco Oliuetum montem inclytum & ſanctum, quia ex eo Actor.1. aſcẽdit Ieſus Chriſtus in cœlum, vt primo Actorum cap. memoriæ proditum eſt. Mons hic Oli- Hieron. uarum eſt ad Oriẽtem Hieroſolymæ, in quo vltima domini veſtigia humi impreſſa tẽpore diui Hieronymi, vt ipſe teſtatur in lib. de locis Hebraicis, monſtrabantur. Cúmq; eadem terra cotidie à fidelibus hauriretur, nihilominus eadem ſancta veſtigia priſtinam figuram omnino recipiebant. Erant in medio eccleſiæ, quæ ibi pulcherrima circulari forma ædificata eſt: in cuius faſtigio erat patens apertúmque foramen, quod dicunt propter dominici corporis tranſitũ nunquam potuiſſe contegi, & in teſtudinem reduci: ſed ſemper à terra vſque ad cœlum apertum per- Hieron. manſiſſe. Hæc diuus teſtatur Hieronymus. Propter hæc myſteria, & alia, quæ in monte illo ſunt edita, merito inclytus ac ſanctus nuncupatur.

Et nemo auxiliabitur ei. Relinquetur à ſuis, & virtute diuina interficietur. Appellatur Antichriſtus in diuinis litteris percuſſor, contemptibilis, Gog, beſtia, mercenarius, perſecutor, iniquus, ſuperbus, aduerſarius, proditor, fur, pſeudopropheta, immundus, impius, paſtor ſtultus, idolum, abominatio deſolationis, ſpeculator cæcus, fraudulentus, inimicus, filius perditionis, homo peccati. Ei euenient, quæ diximus. Sed quia hæc, & alia huius capitis verba, quæ nos de Antiocho explanauimus, vt potuimus, aliam fortaſſe explanationem poſſunt recipere, & nos de multis, quæ futura ſunt, incerti ſumus, ſuum cuique iudicium, & liberam eligendi atque interpretandi facultatem relinquimus: dummodo nemo quicquam bonis moribus, ſanctæque Eccleſiæ Romanæ repugnãs interpretetur. Id enim quod diximus montem inclytum & ſanctũ eſſe montem Oliuetum, nõ eſt perſpicuum, nec omninu certum. Nam per illum fortaſſe intelligitur mons Sion, aut mons Caluariæ, aut mõs Moria, qui hos montes cõtinet & complectitur: aut aliquis alius. Eſt enim Moria mons ille magnus, vbi eſt Hieroſolyma, in quo ſunt multi montes, quorum quilibet proprio ac ſingulari nomine nuncupatur. In mõte hoc Moria ſitum fuit templum Salomonis, vt indicat ſcriptura cap.3. libri 2.Par.3. ſecundi Paralipomenon his verbis: Cœpit Salomon ædificare domum Domini in Hieruſalem in monte Moria. In eo monte aiunt viri doctiſſimi vidiſſe Iacob ſcalam ſtantem ſuper terram, tangentem cælos: & antea Abraham aiunt eius erexiſſe aram, vbi immolaret filium ſuum, pro Gene.28. quo arietem immolauit. Nam vbi vulgata noſtra Gene.22. editio habet, dixiſſe Deum Abrahæ: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi: Pro in terram viſionis, eſt in Hebraico, in terra Moria. Pro quo Septuaginta verterunt: In terram excelſam. Et ita legit Origenes, & Origen. Chryſoſtomus cum cæteris Græcis: & ex Lati- Chryſo. nis Hieronymus in tractatione traditionum Hebraicarum, Aquila pro terra Moria tranſtulit terram lucidam: Symmachus terram viſionis: alij myrrham Domini. Omnia enim hæc vocabulo hoc Moria ſignificantur. Ac quia templum erat in vrbe, vrbs autẽ in latere montis, & Abraham ſacrificauit ſuper montem, hoc eſt, in faſtigio montis, eius autem faſtigium eſt mons Caluariæ, aiunt magni viri fuiſſe in monte Caluariæ aram illam erectam, vbi aries fuit pro Iſaac immolatus. Hæc erat veterum Hebræorum traditio, vt diuus refert Hieronymus in commentariis in euangelium Marci, capite quintodecimo. Gene.28. Et ex conſequente in eodem monte Caluariæ vidit Iacob ſcalam Deum cõtinentem, quæ crucem vbi Chriſtus pependit, vt diuus ait Augu- Auguſt. ſtinus, adumbrabat: quæ in terra fixa cœlũ aperiebat. Crux enim Chriſti eſt glorioſa ſcala, qua aſcendimus ad gloriam immortalem, quæ nobis cœlum anteà clauſum mirabiliter aperuit. Eam ob cauſam voluit Deus, vt ſcala illa in eodẽ loco appareret, vbi poſteà crux ipſa, quæ per illam deſignabatur, figenda erat. Eodem modo decebat, vt in loco erigeretur altare, vbi Iſaac, qui gerebat vmbram Chriſti, immolaretur: vbi poſteà in crucis ara ipſe Chriſtus erat immolãdus. Matt.27. Fuit enim in Golgoltha, hoc eſt in loco Caluariæ Marc.15. crucifixus. Fuiſſe autem Chriſtum deſignatum Luc.22. per Iſaac, indicat ſcriptura dicens, promiſiſſe Gen.22. Deum Abrahæ, vt in eius ſemine omnes gentes & 24.26. benedicerentur. Quod diuus Paulus in epiſtola Eccl.44. ad Galatas de Chriſto interpretatur: Non in ſe- Actor.3. minib. inquit ille, quaſi in multis, ſed quaſi in Galat.3. vno: & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Et in epiſto- Hebr.11. la ad Hebræos loquens de Iſaac: Vnde, inquit, eum in parabolam accepit: nimirum pater eius. Quid deſignabat Iſaac ligatus in faſtigio montis, niſi Chriſtum crucifixum in monte Caluariæ: qui eſt mons viſionis, vbi viſus eſt Chriſtus non ſolùm ab illis, qui aderant, ſed etiam ab antiquis vatibus diuino lumine illuſtratis? Illic eum vidit Eſaias ſaucium, percuſſum, cruciatibus confectum, cum has voces emiſit: Non eſt ſpecies ei, Eſai.53. nec decor: vidimus eum, & non erat aſpectus. Quare meritò mons ille Moria, hoc eſt mons viſionis appellatur. Eodem cap. vigeſimoſecundo Geneſis vbi nos habemus: Vnde vſque hodie dicitur: in monte dominus videbit: habent Se- Gen.22. ptuaginta: Vt dicant: hodie in monte dominus viſus eſt. Nec immeritò à Septuaginta terra Moria dicitur terra excelſa, quandoquidẽ in excelſo iugo montis, hoc eſt in loco Caluariæ fuit Chriſtus cruci affixus: & in mõte illo alta redemptionis humanæ myſteria per Chriſtum dominum edita ſunt. Iure etiam Aquila terrã illam vocat

lucidam,

lucidam, ſiquidem ibi lux mondi apparuit, vr
morte ſua hominibus rribueret vitam, cotúmq;
mentes quæ verſabaotur in caligine, cœleſti lu-
mine illuſtraret. Lucida rectè vocatur terta illa,
vbi immolatus eſt ille, qui ab apoſtolo appella-
Ioan.1. tur ſplendor gloriæ: qui de ſe ait: Ego ſum lux
Ioan.8. mundi: de quo ait Ioannes euangeliſta: Erat lux
Hebr.1. veta, quæ illuminat omnem bomioem venien-
tem in hunc mundum. Io monte Lucido lux di-
uina radios admirabiles emiſit: vt phœnix vnica
flammis diuini amotis incēſa è vira demigtaoit.
Ibi mortuus & ſepultus eſt innocēs agnos. Qua-
1.Tim.2. re non ſine myſterio mons ille Moria myrtha
domioi nuncupatur. Mediator Dei & bominum
in cruce pendens inter cælum & terram nos pa-
Ephes.5. tri recoociliauit. Tuoc aiont impletū illud fuiſſe,
quod citat apoſtolus capite quioto epiſtolæ ad
Epheſios: Sutge, qui dotmis, & exutge à mor-
tuis, & illuminabit te Cbriſtus. Quod aiunt di-
ctum fuiſſe Adæ primo noſtro parenti, qui illic
iacebat ſepultus, v bi affixa fuit crux Chriſti, cu-
ius ſanguis per crucem deſcendens potuit ipſius
Adæ caput attingere. Nam Origenes tractatione
in Matthæum trigeſimaqointa ait delatam ad ſe
fuiſſe traditionem aientem fuiſſe corpus Adæ ibi
ſepultum, vbi crucifixos eſt Chtiſtus: vt iuxta
Pauli ſententiam: ſicut in Adam omnes moriun-
1.Cor.15. tur, ſic in Chriſto omnes viuificeotur. Ideoq; lo-
cum illum appellatum eſſe mootem Caluariæ,
quòd ibi capot eſſet Adæ primi noſtri parentis:
vt qui dormierat, reſurgeret per reditum ad vitā
ſaluatoris, qui ibi è vita migrauit, & ad vitam re-
diit. Epiphanius libro primo aduerſus hæreſes
hæc verba ſcripta reliquit: Mirari licèt dominum
noſtrum Ieſum Cbriſtum in Golgotha crucifi-
xom eſſe, & oon alibi, quàm vbi corpus Adam
iacebat: illic enim ſepultum eſt. Vnde meritò co-
gnomen habuit Caluariæ, quod primi bominis
Caluaria, & reliquiæ illic eſſent. Chriſtus ergo in
ænigmate ſalutem noſtram oſtēdit: cùm ibi cru-
cifixus ſanguine ſuo teliquias primi hominis
initio maſſæ homanæ reſpergere incœpit, vt
oſtenderet oobis reſperſionem ſanguinis ſoi ad
muodationem totius bumanæ iniquitatis factā.
Quare & hìc impletum fuit, quod dictum eſt:
Surge, qui dormis, & reſutge à mortuis, & illu-
minabit te Chriſtus. Hactenos ille. Hanc ſenté-
Heron. tiam tenuit Athanaſius in libro de paſſione do-
mini: Cyprianus in ſermone de teſurrectione:
Ambroſius li. 5. epiſtolarū epiſtola decimanona:
& in Lucam capite vigeſimotertio: Theopbyla-
ctus in caput Matthæi vigeſimumſeptimum, &
in caput Marci quintumdecimum, & io caput
Lucæ vigeſimumtertium, & in caput Ioannis
decimumnonum. Et Eutbymius io caput Mat-
thæi vigeſimumſeptimum. Hi authotes cùm ſint
admirabili ſapientia excolti, alios in ſententiam
ſuam adduxerunt. At Hieronymus in litetis di-
uinis & bumanis admiraodus, etſi in epiſtola
quam nomine Paulæ & Euſtocbij ad Matcellam
ſcripſit, in eadem ſit ſententia, tamen in explana-
tiooe in Matthæum libto quarto, & in commen-
tariis in epiſtolam ad Epheſios, ab ea diſcedit:
quòd Adam ſepultus fuerit in Hebroo, vt ex ca-
Ioſu.14. pite decimoqnarto Ioſoe perſpicuè conſtare di-
cit. Eius ſequitur ſententiam Lyranos in cun-
dem Matthæi locum: & Ioannes [illegible]oreus li-
bro primo Theoſophiæ: & diuus Thom[illegible] in
tertia parte qoæſtione quadrageſimaſexta. At
fieri potuit, vt Adam ſepeliretur in Hebron, &
poſteà ad montem Caluariæ transferretur: vt
hæc compleretur vaticinatio: Surge Adam, qui
dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te
Cbriſtus: aut vt alij legunt: & continget te Chri-
ſtus. Vt tactu ſanguinis ipſius in cruce pendentis 4.Reg.13.
vitā reciperet primus bomo: & figura illa Eliſæi
imaginem Chriſti gerentis compleretur, qui
mortuus mortuum ſuſcitauit. Et illud Oſe. 13. Oſe.13.
Ero mors rua ô mors. Profectò Honorius in 1.Cor.15.
chronicis ait Adamum in vtroqoe loco diuerſis
temporibus ſepultum fuiſſe. Præterea non con-
ſtat apertè, Adam illum qui ſitos eſt in Hebron,
fuiſſe primum noſtrum parentem: nam Adam
nomen eſt commune & appellatiuum, vt ait idē
Hieronimus in commentariis in cap. Matthæi
decimumſextum, & aliis in locis. Et poteſt eſſe Gene.22.
ſenſus ibi in Hebron ſepultum fuiſſe maximum Gene.28.
quendam hominē, ex genere Enacim, qui erant
gigantes, quem hominem Hebræi aiunt fuiſſe
Arbem: quare locus ille appellabatur ciuitas ar-
be. Cùm autem in monte Golgolta hoc eſt Cal-
uariæ Abraham arietem pro Iſaac immolauerit,
& Iacob ſcalam glorioſam viderit, & Chriſtus
verus Deus & verus homo mortuus fuerit, & in
eo crux illa quæ eſt illuſtre trophæum, diuinæq;
victoriæ monimentum, noſtræque ſalutis certiſ-
ſimum præſidium, erecta fuerit: probabile eſt, eū
eſſe montem illum, quem boc Danielis loco ao-
gelus inclytum & ſanctum appellauit. Ad illud
fortaſſe aſcenſurus eſt Antichriſtus, vt ibi è vita
migret falſus Meſſias, vbi verus Chriſtus domi-
nus ac Deus noſter è vita migrauit.

ANNOTATIONES ex Hebræo in

CAPVT XI.

Filiáque regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis. Pro
filia eſt in Hebræo בת Bath, quod nomen ſignifi-
cat filiam, congregationem, & oppidum metro-
poli ſubiectum. Pro cōgregatione accipitur pſal.
136. Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuit Pſal.136.
tibi retributionem tuam, quā retribuiſti nobis. Thren.3.
Pro oppidis Threnorū tertio: Oculus meus de-
prædatus eſt animam meam in cunctis filiabus
vrbis meæ. Hæc dicebat Ieremias cùm terræ ſan-
ctæ coerſionem per Babylonios videret, ipſeq; in
gemitu & querelis Hebræorum verſaretur. Ac ſi
diceret: Oculi mei affligunt animam meam vi-
deotes vaſtationem oppidorū Iudææ, quæ erant
Hieroſolymæ ſubiecta. Oculi enim augent dolo-
res, quia qoæ cæteri audiūt, ipſi intueri coguo-
tur. Pro in cunctis filiabus vrbis meæ, habet pa-
raphraſtes Chaldæus: Propter deſolationem re-
gionis populi mei, & deturpationē filiarum Hie-
ruſalem vrbis meæ. Cap. 1. libri Iudicum vbi nos
habemus: Manaſſes quoq; noo deleuit Bethſan Iudic.1.
& Chanat cū viculis ſuis: pro viculis ſuis eſt in
Hebræo: Cū filiabus ſuis. Vbi vides nomen hoc,
filia, vicū & oppidū ſignificare. At hoc Danielis
loco accipitur ꝓ Beronica filia regis Aegypti, q̄
fuit

fuit cum rege Syriæ matrimonio coniuncta.

Facere amicitiam. Theodotio habet: Vt faciat fœdera. Quod idem ferè eſt. Pagninus habet: Vt faciat rectitudines. Pro amicitia eſt in Hebræo מישרים Meſarim, à verbo Iaſar, quod ſignificat placere, rectum eſſe, rectū facere, rectum dicere, dirigere. Pro dirigere accipitur verſu illo pſalmi 118. Proptetea ad omnia mādata tua dirigebar. Quæ verba poſſunt etiam ita verti. Eam ob cauſam omnia mandata tua recta eſſe dico. Vel recta eſſe defendo. Docebat enim, & tuebatur diuinus vates recta eſſe omnia Dei præcepta. Accipitur etiam verbū hoc pro præcedere capite Prouerbiorum quarto: Et palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Pro quo poteris etiam vertere: Et palpebræ ſeu pupillæ tuæ dirigant greſſus tuos. Vel rectos oſtendant greſſus tuos. Ac ſi dicat ſapiēs: Nec ad res proſperas impiorū reſpicias, nec aduerſis iuſtorū frangaris: ſed recto itinere ingredere. Quod eſt nec ad rectā, nec ad ſiniſtrā declinare, ſed recta incedere via, mentis oculis diuino lumine illuſtratis oſtenſa. A verbo hoc eſt Ieſarim: quod vocabulum rectos ſignificat & iuſtos vt pſalmo ſeptimo: Saluos facit rectos corde. Et pſalmo 48. Dominabūtur eorū iuſti in matutino. Pro quo poteris vertere: Dominabuntur eorum recti orta luce. Vt ſit ſenſus: In vita hac, vbi nox eſt, caligo, confuſio, & perturbatio, peruerſi homines dominatu ſæpenumero premūt viros iuſtos: at in die iudicij vbi apparebit lux veritatis, iuſti dominabūtur, impij autē in æternas pœnas proiicientur. Vnde vocabulum hoc, meſarim, quo hic vtitur Daniel, rectos ſignificat: & rectitudines: quam ſignificationē ſecutus eſt Pagninus. Sed quia rectitudines hæ, quas fœmina illa factura erat inter inimicos, quos erat cōciliatura, nihil aliud erant quā fœdera & amicitię, rectè Theodotiō vertit, Vt faciat fœdera: & rectè atq; perſpicuè Latinus noſter interpres: Facere amicitiam. Significat quoq; vocabulum hoc æquitates. Eam ob cauſam in quibuſdam codicibus pro facere amicitiam eſt ad marginem: Vt faciat æquitatem.

Inſuper & deos eorum, & ſculptilia. Pagninus vertit: Et etiā deos deorū cū principibus eorū. Pro, ſculptilia, eſt in Hebraico: נסכיהם Neſacehē: hoc eſt ſculptilia eorū: ſeu principes eorū. Deriuatur hoc nomē à verbo Naſac, quod ſignificat cōflare: vnde illud ſignificat conflatile, & ſculptile, & idolū. Quā ſignificationē ſecutus eſt noſter interpres. Similiter Theodotio, qui habet: μετὰ τῶν χωνευτῶν: hoc eſt, cū cōflatilibus. Significat etiā verbū hoc regnare facere, & principē cōſtituere. Quā ob cauſam nomen hoc principē ſignificat. Et hanc ſignificationē expreſſit Pagninus. Deinde ſignificat verbū hoc ordiri vt cap. 30. Eſaiæ: Væ filij deſertores, dicit dominus: vt faceretis cōſiliū, & non ex me: vt ordiremini telā, & non per ſpiritū meū. Cuius orationis vltima verba poſſunt ita ex Hebræo trāſferri. Vt cōſtitueretis regē, & non ſecundùm ſpiritū meum. Hoc dicit, quia volebāt ab impio Pharaone auxiliū petere: eūq; ſibi præferre, & principem conſtituere. Tu verò perpende hoc, & alta mente aduerte. Qui indignū ſceleſtūmq; principē aut pontificē eligunt, telas aranearum ordiuntur, quibus domū inquinant, religionē maculant, rempublicam contaminant. Sed huiuſmodi telæ atq; machinæ facilè frangūtur, & diſſipantur. Præterea ſignificat verbum hoc fundere, & libare: vt cap. 23. libri 2. Regum: & vndecimo libri primi Paralipomenon: Attulerūt ad Dauid aquā de ciſterna Bethlehem, & ille noluit bibere, ſed libauit eā domino. Vbi pro libare eſt verbū hoc Naſac, de quo agimus. Quæ verba poſſunt in hunc modum transferri: Sed effudit eam domino: ſiue proiecit eā in terrā in honorem Dei. Fuit enim actio virtutis eſſuſio illa aquę, qua Dauid appetitionē domuit: ac non propriā, ſed Dei gloriā quæſiuit, nolens enim bibere, cùm maximè ſitiret, quòd alij aquam ad bibendum non haberent, ſitim extinxit aliorum, quorum amorem erga ſeipſum auxit: eóſque ad prælium pro Deo ſuſceptum concitauit. Fuiſſe autē aquam illā à Dauide effuſam aſſerit Auguſtinus in explanatione in epiſt. diui Ioan. cuius verba ſunt in ſactos canones relata diſtinctione quadrageſima prima Deliciæ. Diuus Ambroſius in libro de Iacob & vita beata cap. 1. Eucherius in caput vigeſimumtertium libri 2. Regum. Vatablus in annorationibus, Angelomus Monachus, & Galfridus. Aſpicia igitur libare loco illo accipi pro effundere. Similiter capite Geneſis 35. Libans ſuper eum libamina, & effundēs oleum. Quorum verborum hic eſt ſenſus: Erexit Iacob lapidem, & fudit ſuper illum aquam, qua eum ablueret, & poſteà vnxit illum oleo. Vel libare libamina & effundere oleum idem ſignificant: eſtque poſterius prioris explicatio. Sed dices: Nōne libare ſignificat ſacrificare? Verum eſt. Sed in rebus corporeis libare propriè pertinet ad res liquidas, vt ſunt aqua, & vinum: ſacrificare verò ad ſolidas, vt ſunt caro, & panis. Sed quia res liquidæ cùm ſacrificabantur, ſolebant fundi: ideo hoc loco libare aquam, eſt illam fundendo ſacrificare. Præterea cùm rex Dauid aquam illam fuderit, ideo eā dicitur libaſſe & ſacrificaſſe, quia fuſio illa fuit ſacrificium: omnis enim virtus ſacrificium quoddā eſt; Vnde Dauid Pſalmo quarto: Sacrificate, inquit, ſacrificium iuſtitiæ. Vbi cultū iuſtitiæ ſacrificium vocat. Eodem modo Pſalmo 50. affectionem animi, qui ob peccati agnitionē ſe dolore frangit, cruciat, & proſternit, appellat ſacrificium, cùm ait: Sacrificiū Deo ſpiritus contribulatus. Laudare Deum eſt ſacrificare illi: iuxta illud Pſalmi quadrageſiminoni. Immola Deo ſacrificium laudis. Et Pſalm. 115. Tibi ſacrificabo hōſtiā laudis. Et Oſeas cap. decimoquarto: Reddamus vitulos labiorum noſtrorū. Hoc eſt precum ac diuinarum laudum ſacrificia. Eccleſiaſticus trigeſimoquinto: Sacrificium, inquit, ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate. Et paulò pòſt: Qui facit miſericordiam, offert ſacrificia. Illud eſt aduertendum, vbi nos habemus capite quarto Oſeæ: Non libabunt domino vinum: pro libabunt, eſſe in Hebraico verbum noſtrum Naſac. Eodem modo capite Exodi trigeſimo, vbi nos habemus: Nec libabitis libamina. Quibus duobus locis Pagninus in Theſauro ait verbū libare accipi pro fundere. Nā Hebræi, quando ſacrificabant res ſolidas ponebant eas in altari: quando verò aquam & res liquidas fundebant eas: vt ex eodem loco conſtate

Marginal notes: Pſal. 118. — Prou. 4. — Pſal. 7. — Pſal. 48. — Theod. 2. — Pagnin. — Eſai. 30. — 2. Reg. 23. — 1. Par. 11. — Auguſt. — Ambroſ. — Eucher. — Gen. 35. — Pſal. 4. — Pſal. 50. — Pſalm. 49. — Pſalm. 115. — Oſee. 14. — Eccleſ. 50. — Oſe. 4. — Exod. 30.

ſtare videtur: & ex cap.7. lib.1. Regum, vbi hæc
ſunt verba: Hauſerunt aquam, & effuderunt in
conſpectu domini, & ieiunauerunt. Illa aquæ ef-
fuſio fuit ſacrificiũ, quod homines illi faciebant;
ac ſi dicerent: vt hæc aqua effunditur, & euaneſ-
2.Reg.23. cit: ita domine dimittantur, & euaneſcant pec-
cata noſtra. Fundens igitur Dauid aquam illam
Bethlehemiticam ei oblatam obtulit Deo ſacri-
ficium, exemplumq; aliis præbuit fortitudinis.
Dixerat ille: O ſiquis mihi daret potum aquæ de
ciſterna, quæ eſt in Bethlehem; & oblatam aquã
reſpuit. At aliè ſpectare ſi voles, magnũ hac in re
myſteriũ intuebetis. Ideo aquã illã nõ bibit, quia
aqua quã ipſe cupiebat, cuius deſiderio tenebā-
tur: erat Chriſtus verus Deus, & verus homo, qui
erat ex virgine, virtutũ ciſterna, in ciuitate Be-
thlehẽ naſciturus. Aquam ergò in Bethlehẽ deſi-
derabat. Sitiebat aquã viuam, fontem æternum,
qui non quæritur periculis alienis, ſed qui aliena
aufert pericula: qui non polluit nec cõmaculat
animos: ſed expiat: & abluit eos: de quo dixit
Ezec.36. Deus pater apud Ezechielem cap.36. Effundam
ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab
omnibus inquinamentis veſtris. Fontem illum
diuinum ſitiebat, qui humanarum cupiditatum
& illecebrarum ardorem reſtinguit: qui mentes
perpurgat, & ad æternitatem alit, vt nectare cœ-
leſti veſcantur: & poſt huius vitæ curſum in cœ-
leſti patria diuina viſione oblectẽtur. Aſpicis igi-
tur verbum Naſac ſignificare libare, fundere &
conflare. Ex quo deriuatur cõflatile & ſcuptile:
eamq; ob cauſam rectè vertiſſe Latinũ noſtrum
interpretem: Inſuper & deos eorũ, & ſculptilia.

Et capiet multitudinem. Pagninus habet: Et ele-
uabitur multitudo. Pro capiet eſt in Hebraico
verbum נשא Naſa, quod ſignificat capere & ſu-
mere: quam ſignificationem ſecutus eſt Latinus
noſter interpres. Et cum eo Theodotio, qui ha-
bet λήψεται: hoc eſt ſumet, ſiue capiet. Significat
etiam efferre & eleuare: quam ſignificationem
Pagnin. expreſſit Pagninus. Vulgatus noſter interpres
refert multitudinem hanc ad regis Aquilonis
copias, quas rex Auſtri vicit & cepit. Pagninus
autem ad regis Auſtri exercitum, qui ob partam
victoriam, quæ ſolet inſolens eſſe & ſuperba, fuit
elatus in ſublime. Rectius tamen tranſtulit in-
terpres noſter Latinus, vt ex præcedentibus &
conſequentibus apparet. Hoc verbo vtitur ſcri-
Gen.13. ptura pro capere Geneſis.13. Nõ poterat eos ca-
Exod.20. pere terra. Et Exodi 20. Non aſſumes nomen
4.Reg.25. domini Dei tui in vanũ. Et pro ſubleuare cap.25.
Pſal.140. lib.4. Regum: Subleuauit Euilmerodach caput
Ioachin. Et pſal. 140. Eleuatio manuum mearũ
ſacrificium veſpertinum. Exiſtimo Dauidẽ pul-
ſum patria, exulantem, ac egentem hunc pſal-
mum die quodam, inclinato iam ſole cõpoſuiſſe.
Eam ob cauſam cùm non poſſet intereſſe ſacri-
ficio, quod veſpere in templo fieri ſolebat, dedi-
cauit Deo loco thuris & hoſtiarũ ſanctas preces.

Filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur.
Pro, præuaricatorũ, eſt in Hebraico פריצי Paritſe,
quod nomen ſignificat latrones, & res duras. Eo
Pſal.16. vtitur Dauid pſal. 16. Ego cuſtodiui vias duras:
quod poteſt verti: Ego cuſtodiui vias latronum.
Hoc eſt, poſui præſidia in viis, quibus ſolebant
latrones graſſari: ne ab illis viatores læderentur.
Poteſt vocabulum, via, ad viuendi rationem re-
ferri: vt ſit ſenſus Ego obſeruaui, ac diligenter
perpẽdi vitam prædonum, & eorum, qui male-
ficio paſcuntur: vt eos à vitiis deterrerem, & ad
iuſtitiam pietatémq; colendam incitarem. Cæ-
terùm vbi æditio noſtra vulgata habet hoc Da-
nielis loco: Filij præuaricatorum, habet trãſlatio
Theodotionis: υἱοὶ τῶν λοιμῶν: Hoc eſt filij peſtiũ,
ſiue corruptionum. Ac ſi dicat: Filij peſtilentes,
ac corruptores. Hoc eodem vocabulo vſi ſunt
Septuaginta pſal.1. Nam vbi nos habemus: Et in Pſal.1.
cathedra peſtilentiæ non ſedit: habent illi: Et in
cathedra λοιμῶν: hoc eſt peſtium & contagio-
num non ſedit. Eum virum beatum prædicat
diuinus vates, qui perditorum hominum fami-
liaritatem declinat. Ita accipitur ſedere pſal. 25. Pſal.25.
Non ſedi cum conſilio vanitatis, & cum iniqua
agentibus non introibo. Odiui eccleſiam mali-
gnantium, & cum impiis non ſedebo. Vbi vides
nefarios homines peſtes appellari. Corrumpunt
enim eorum animos ac mores, cum quibus con-
trahunt conſuetudinem, in quorum familiarita-
te verſantur. Poteſt igitur hic Danielis locus
verti: Filij quoque latronum. Vel filij quoq; du-
ri. Vel filij etiam peſtilentes. Vel peſtes ipſæ.

Et venient ſuper eum trieres & Romani. Trieres
ſunt naues triũ remorũ, quibus legati ſenatus Ro
mani ad Aegyptũ vbi Antiochus erat, appulerũt.
Pro, trieres & Romani, vertit Pagninus: Naues
Chittim. Theodotio: Egrediẽtes Citij. Alij: Na-
ues Cypriæ. Alij: Itali & Romani. In nõnullis co-
dicibus pro, trieres & Romani, eſt ad marginẽ:
Naues Cittim. In Hebraico eſt: צים כתים Tſiim
Cittim. Nomen Tſim ſeu Tſiim ſignificat naues:
pro quibus hoc loco Latinus interpres noſter Num.24.
vertit trieres. Eodẽ modo cap. Num. 24. Veniẽt
in trietibus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios, vaſta-
bũntq; Hebræos. Quibus verbis Balaã vaticina-
tus eſt de Hieroſolymæ per Romanos euerſione
& vaſtitate. Paraphraſtes Chaldæus habet: Naues
veniẽt à Romanis. Eandẽ ſententiã expreſſit pa-
raphraſtes Hieroſolymitanus his verbis: Egre-
dientur copiæ multæ ex prouincia Italiæ, vnà cũ
multis legionibus Romanorũ. Verſio Septuagin
ta habet: Exibit de manu Italorũ. Vbi per Cittim
intelligũt Italos. Rabbi Selomoh, & R. Abrahã,
& R. Sahadiah per Cittim interpretãtur Roma-
nos, qui Itali ſunt. Cùm autẽ vocabulũ Cittim
quo illic vſus eſt Moſes, & hic vſus eſt Daniel, ſit
idẽ, & illic pro Italia, ſeu Roma Italiæ vrbe acci-
piatur, pro eodẽ debet accipi hoc loco. Cittim
fuit filius Iauã, vt liquet ex cap. Geneſis 10. &
nepos Lapheth filij Noe. Hic aut alius eodẽ no- Gene.10.
mine appellatus, regnũ Italiæ quõdã obtinuit, vt
ait Iginus & Fabius Pictor: & fuit à Ianigenis Ita
lus appellatus: vt ait li.5. Beroſus Chaldæus. Qua-
rè meritò interpres Latinus cap. 27. Ezech. pro Ezec.27.
nomine hoc Cittim vertit, Italiã: & hoc Danielis
loco vertit Romanos. Roma.n. in præcipua par-
te Italiæ ſita eſt. Appellata fuit quondã regio illa
Oenotria teſte Dionyſio Halic. Saturnia teſte
Trogo Põpeio, Auſonia teſte Tito Liuio, Heſpe-
ria teſte Homero Mãtuano, Italia teſte Plinio Cit
tim teſte Hieronymo. Exiſtimãt nõnulli Cittim
eſſe Cyprũ magnã ac fertilẽ inſulã in pelago Pã-
phylio in mari Mediterraneo. In ea fuit condi-
ta cele

ta celebris quædam vrbs nomine Cittim, patria *Laertius.* Zenonis: vnde ille Citricus apud Laertium li. 7. nuncupatur. Quæ vrbs Cittiũ ab inſula Cittim *Marius.* teſte Dominico Mario in quarto commentario Aſię nominatur. Hac ratione ducti verterũt nonnulli hoc Danielis loco pro trietibus Cittim naues Cypri. Sed vt in explanatione perſpicuè oſtendimus, naues illæ fuerunt Romanorum, qui illis vecti Aegyptio regi afflicto & propè iacenti opem tulerũt: & ſuperbi Antiochi qui virtutum ornamẽtis nudatus ſcelere paſcebatur, ferociam ac machinas fregerunt, & propoſitum penitus labefactarunt.

Aduerſus Deum deorum loquetur magnifica. Pro aduerſus Deum deorũ, eſt in Hebræo על אל אלים Quæ verba poſſunt etiã ita verti: Contra Deum *Pſal. 28.* Dei: nam particula el ſignificat Deum eloim autem Deum etiam, atque deos. Vbi nos habemus pſalmo vigeſimooctauo: Afferte domino filij Dei: pro Deo eſt in Hebraico eloim. Aſpicis igitur hunc Deum aduerſus quem Antichriſtus loquetur, eſſe Deum Dei, ſiue Deum de Deo: hoc eſt Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenã, ex patre *Theod.* natum ante omnia ſecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Theodotio tamen habet: ἐπὶ θεὸν τῶν θεῶν. Hoc eſt, ſuper Deum deorum: Et poſteà addit: Et loquetur ſuperba. Vt ſit ſenſus: Extolletur ſuper Deum, & ſuper Deum ſupremũ, & loquetur ſuperbè. Mea tamen verſio vera eſt, & eximium explicat myſterium.

Argumentum capitis XII.

Vaticinatur diuinus vates de vltimo tempore Antichriſti: de aduentu archangeli Michaelis ad viros pios tuendos: de reditu mortuorum ad vitam, de ſapientium ſplendore: & de libro clauſo, qui tempore vltimi iudicij aperietur. Inducit Daniel angelum ſibi loquentem, quemadmodum fecerat capite ſuperiore.

CAPVT XII.

IN tempore autem illo conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui; & veniet tẽpus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cœperunt, vſque ad tempus illud. Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplen-

B dor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum. Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia. Et vidi ego Daniel: & ecce quaſi duo alij ſtabant, vnus hinc ſuper ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro, qui erat indutus lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis: Vſque quo finis horum mirabilium?

EXPLANATIO.

In tempore autem illo. Subauditur, Antichriſti. Cõtinuat angelus ſermones ſuos de Antichriſti tyrannide. Tunc, inquit, conſurget, & ſtabit archangelus Michael, vt tueatur electos.

Princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui. Hoc eſt Michael archangelus, & magnus inter ſpiritus cœleſtes. Hic præfuit tunc Iudæorum ſynagogæ, nunc autem Chriſtianorum eccleſiæ, quæ ſignificabatur per illam. Ideo ait: Qui ſtat pro filiis populi tui: id eſt, qui fauet Hebræis, eſtque eorum patronus & cuſtos. Theodotio habet: *Theod.* Præfectus filiis populi tui. Hunc mittet Deus ad viros iuſtos afflictos, diuinum auxilium implorantes, qui eorum patrocinium ſuſcipiet: & de improbis victoriam conſequetur. Antichriſtum cædes teterrimas ſpirantem, & viris piis ferrum flammamque minantem ſeque ſcelerum maculis in dies polluentem, iuſſu Dei interficiet. Hoc quidem eſt quod aiunt multi ex theologis, Antichriſtum eſſe interficiendum à Chriſto imperatiuè, & à Michaele executiuè. Mittetur autem ad electos calamitatibus preſſos: quia Deus ſuos ad ſe clamantes, & tanquam ad arcem tutiſſimam confugientes non deſerit: ſed in periculo verſatis fert opẽ, medetur ægris, ſuccurrit laborãtib. Hoc expertus ſentiebat Dauid, cùm pſalmo nono has voces emiſit: *Pſal. 9.* Factus eſt dominus refugiũ pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Vbi pro paupere poteris afflictum vertere. Et paulò pòſt: Non eſt oblitus clamorem pauperum. Et pſal. 31. *Pſal. 31.* Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me. Et pſalmo 45. *Pſal. 45.* Deus noſter refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Non patitur clemens pater, ac pius dominus, quos amore ſingulari proſequitur, in calamitatibus diu iacere: ſed afflictis atque violenter oppreſſis in maioribus periculis opitulatur. Sed oportet *Similit.* non amittere ſpem, quin pòtius eam in Deo *Pſal.* collocare: nam vt lumen conſeruatur in lucerna: ſic in ſpe deſiderium noſtrum: Eam ob cauſam Dauid pſalm. 90. Quoniam, inquit, tu es domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuũ. Et paulò pòſt ait Deus: Quoniam in me ſperauit, liberabo eũ. Illis ſuccurrit Deus, qui ſpe muniti ad ipſum confugiunt: Illis in acerbitatibus fortitudinem tribuit & ſolatium. Id intuens Ieremias cap. 16. Domine, inquit, fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis. Et diuus Paulus cap. 1. epiſtolæ ſecundæ ad Corinthios: *2. Cor.* Pater, inquit, miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. In ipſis cruciatibus & miſeriis ſpirituale ſolatium tribuit viris pietate præſtantibus. Nulli enim aduerſarum ictus impediunt, quo minus ſuaui oblectatione potiantur. In ge-

mitu

mitu verſati gaudent mœrote:ſuamq́; pietatem
alunt in Dei bonitate & miſericordia contem-
planda:ex quo illis erga diuinum numen admira
bilis quædã exardeſcit amoris magnitudo. Qua-
re rectè ſentire videntur, qui Deum amabiliorem
eſſe in rebus aduerſis, quàm in proſperis teſtan-
Similitudo. tor. Vt apes ex amarothymo mel colligunt ſua-
ue: ſic viri pij & ſapientes ex acerbis doloribus
dulcem excerpunt vtilitatem. Maiore conſola-
tione refecit Deus Iacob in ſolitudine iram Eſau
Gen.28. fugientem, cum ei apparuit, & admirabilẽ oſten-
dit ſcalam, quàm cùm quietus in domicilio pa-
tris ſuì rebus ſecundis potiretur. Eodem modo
Gen.26. ſuauiore leuamine recreauit Moſem exulantem,
Exod.3. in monte Horebo oues paſcentem, quàm in Ae-
Exod.2. gypto, Cùm honorificè tractaretur in aula regis
Pharaonis, cuius filia eom ſibi filium adoptaue-
rat. Hæc & ſimilia perpendentes viri conſtantes
Similitudo. gaudent aliquando calamitatibus. Vt delphini
tempeſtatibus exultant, & imminente procella
lætitia geſtiunt: ſic illi cùm ſint animo excelſo
& forti, & virtutibus exaggerato, mundi æ-
rumnis oblectantur. Huiuſmodi erat diuus Pau
Rom.5. lus, qui aiebat cap.5. epiſtolæ ad Romanos: Glo-
riamur in tribulationibns. At hoc nõ docet car-
Exod.2. nis prudentia, ſed diuina philoſophia. Quemad-
modnm infans Moſes expoſitus in carecto ripæ
fluminis, vt eſt libro Exod. memoriç proditum
nõ fuit obrutus vndis, ſed propter fiſcellam ſcir-
peam bitumine litam, qua ſeptus erat, indelibe-
ratus: ſic ex aquis calamitatum ille incolumis e-
ripitur, qui eſt fiſcella diuinæ philoſophiæ mu-
nitus. Vt enim fiſcella ex varijs ſcirpis, aut vir-
Similitudo. gultis conficitur: ita vera ſapientia ex multis bo-
narum doctrinarum præceptis colligitur & con-
flatur. Sed parum illa proderit, niſi ſit bitumine
diuinì amoris roborata. Hæc non patitur mergi,
ſed fertur ſuper fluctus vitæ huius: & impetu ca-
lamitatum exagitata, ad viridem tutamq́; ripam
appellitor, & ad portum cœleſtis patriæ tandem
perducitur. Ita eueniet viris illis iuſtis, ad qnod
Deus eſt Michaelem archangelum miſſurus.

*Et veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gen-
tes eſſe cœperunt.* Propter acerbiſſimas ærumnas,
quibus tempore Antichriſti homines angentur:
quæ omnes alias à mundi exordio vſque ad tem-
pus illud ſuperabnnt. Cohærent hæc eum verbis
domini, qui interrogatus à diſcipulis quod ſignũ
daret aduentus ſui in fine mundi: Erit, inquit, tũc
tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mun-
Matt.24. di vſq; modò, nec fiet. Conſtat ex his verbis Da-
nielis, intelligi locum hunc de tẽpore Antichri-
ſti, priuſquam Chriſtus ad vniuerſale veniat iudi
cium: non autem de tempore Antiochi regis Sy-
riæ: longeq́; Porphyrium falli opinione, qui illũ
de Iudçorum calamitatibus ſub Antiocho inter-
pretatur. Nam multò maiores fuerunt calamita-
tes, in quas Iudæi tempore Nabuchodonoſoris
inciderunt, & lõgitudine & acerbitate: id quod
alij dicunt, extenſiuè, & intenſiuè. Extenſiuè, quia
tempore Antiochi durarunt ſex annis, vt conſtat
Sup.8. ex ca.8. tempore verò Nabuchodonoſoris annis
Iere. 25. & 29. ſeptuaginta: vt conſtat ex cap.25. & 29. Ieremiæ:
Intenſiuè, quia rex Babylonis euertit ciuitatem,
Dei templum ſpoliauit, & flammis expoſuit, ac
funditus deleuit: & magnam partẽ populi ferro,
flamma, & omni immanitatis genere interfecit:
& aliam coniecit in vincula: ſecumq́; omnes fere
nobiles ex Iudæis captiuos in Chaldæam abdu-
xit. Ac nunquam fuit victus ab Hebræis: quod
non poteſt dici de Antiocho, quem Machabæi, *1.Mac.4.*
vt conſtat ex libris eorum, ſæpenumero ſupera- *& 5.*
runt. At calamitas quæ erit tempore Antichriſti
erit omnium acerbiſſima. Et vt Chriſtus domi-
nus apud Matthæum: Niſi breuiati fuiſſent dies *Matt.24.*
illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter ele-
ctos breuiabuntur dies illi.

Et in tempore illo. Nimirũ interfecto Antichri-
ſto: ſaluabitur populus tuus, ſubauditur, pro quo
Ad Deum preces emittis. At non omnis: ſed illi
duntaxat, qui fuerint prædeſtinati.

Omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Hunc
librum appellat Theodoretus hoc loco cognitio
nem Dei. Auguſtinus libro vigeſimo de ciuitate
Dei, ait eſſe Dei notitiam, qua prędeſtinauit eos,
quibus præſciuit ſedaturum eſſe vitam ęternam.
Alij dicunt hunc librum eſſe ordinẽ diuinæ diſ-
poſitionis, & ſcientiam prædeſtinationis eorum,
qui ſunt ad æternam vitam præordinati. Alij aiũt
eſſe conſcriptionem electorum in mente diuina.
De hoc libro id intelligitur, quod ait de impijs
Pſalmographus: Deleantur de libro viuentium, *Pſal. 68.*
& cum iuſtis non ſcribantur. Vbi illud, &, acci-
pitur pro id eſt: ac ſi dicat, deleantur de libro vi-
tæ: quod eſt cum iuſtis nõ ſcribi. Et diuus Pau- *Phili. 4.*
lus cap.4. ad Philippẽſes: Quorum nomina ſunt
in libro vitæ. Diuus Ioannes capite Apocalypſis *Apoc.3.*
tertio Deum ita inducit loquentem: Non delebo
nomen eius de libro vitæ: Et capite tertiodecimo.
Quorum, inquit, non ſunt ſcripta nomina in li- *Apoc.13.*
bro vitæ agni. Et vigeſimoprimo loquens de cœ *Apoc.21.*
leſti ciuitate: Nõ intrabit, inquit, in eam aliquid,
quod inquinat, aut abominationem facit, & mẽ-
dacium: niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. Et
ſaluator noſter diſcipulis ſuis apud Lucam deci- *Luc.10.*
mo. Gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in
cœlis. Huiuſmodi homines æternas beatorum
ſedes conſequentur. Nam vt diuus ait Paulus in *2.Tim.2.*
epiſtola poſteriore ad Timotheum: Firmum fun-
damentum Dei ſtat habens ſignaculum hoc, co-
gnouit dominus qui ſunt ſui. Illud eſt obſeruan-
dum duplicem eſſe librum vitæ, alterum, in quo
illi ſunt ſcripti, qui ſecundùm æternæ prędeſtina
tionis propoſitum ad vitam æternam ſunt electi,
à quo nunquam delẽtur: alterum, in quo illi ſunt
ſcripti, qui ſunt in gratia ſecundùm præſentem
iuſtitiam: à quo delentur per mortiferum crimẽ.
Eam ob cauſam aiunt graoes quidam authores,
librum vitæ apud Ezechielem cap. 2. dici ſcriptũ *Ezec.2.*
intus & foris: vt intus ſcripti ſint prædeſtinati,
qui nunquam delębuntur: foris illi, quos & dele-
ri, & deletos iterum ſcribi, nihil prohibet. Ac
de hac ſcriptura, quæ foris eſt, illud interpretan-
tur, quod Deus dixit Moſi capit. Exodi 32. Qui *Exod.32.*
peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Cùm
filij Iſrael conflaſſent vitulum, eumq́; cõtempto
veri Dei cultu venerati eſſent, orauit Moſes do- *Exod.32.*
minum pro expianda tanti flagitij macula, verba
hæc faciẽs: Domine dimitte eis hanc noxam: aut
ſi non facis dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.
Quorum verborum variæ ſunt explanationes, *Rom.9.*
Origenes in commentarijs in caput nonum epi-

ſtolæ ad Romanos videtur ſignificare Moſem cũ precabatur, vt deleretur de libro Dei, & Paulum cùm optabat anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis, locutos fuiſſe de morte corporis: non autem de morte æterna: deſiderabant enim ſanguinem ſuum fundere, vt populus vitam ęternam cõſequeretur. Ac poſt multa ait ita idẽ Origenes: Sicut ille qui inſeparabilis eſt à patre per naturam, & immortalis in mortem venit, & ad inferos deſcendit: ita apoſtolus imitans magiſtrũ cũ ſeparari à Chriſti charitate non poſſet, à Chriſto anathema fit pro fratribus ſuis, deuotione vtique, non pręuaricatione: hoc eſt deuouens vitam ſuam Deo. Diuus Hieronymus quæſtione nona Ad Algaſiam multò apertius ait Moſem & Paulum ex charitate erga Deum & populum noluiſſe deleri de libro vitæ perpetuò, ſed in præſenti: non ſpiritu, ſed carne. Et explanans primum Ionis caput, poſt multa ait: Nõ quòd ipſe perire deſideret, cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Sed magis vitam meretur, dum ſaluare cæteros

Pſal. 68. vult. Euthymius Zigabenus in pſalmum 68. &

Pſal. 139. 139. ait tres eſſe libros, quorum vnus eſt vniuerſalis continẽs omnes homines tam iuſtos, quàm impios: quem Dauid pſal. 68. librum viuentium appellauit. De quo ait pſal. 139. In libro tuo omnes ſcribentur. Alter continet ſolùm iuſtos, quos Deus approbat, iuxta illud pſalmi primi: Nouit dominus viam iuſtorum. Tertius continet pec-

Pſal. 1. catores: de quo ait Daniel 7. Iudicium ſedit: &

Dani. 7. libri aperti ſunt. Moſes autem de primo illo vni-

Exod. 32. uerſali dixit: Aut dimitte illis hoc peccatum, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti: hoc eſt, de libro vitæ corporis, vbi ſunt ſcripti omnes viuentes. Nonnulli etiam alij aiunt fuiſſe Moſem & Paulum de vita duntaxat corporis locutos: quã volebant amittere, potius quàm populus vitã animi penitus amitteret: Itaq; nõ ęternã, ſed ad tempus ſeparatiunẽ à Deo, nõ per mortẽ animæ ſed p mortẽ corporis pro fratribus cupiebãt. At diuus Ioãnes Chryſoſtomus libro de cõpũctione cordis, & libro tertio de prouidẽtia Dei, & homilia ſextadecima, eorum frangit ſententiam, & in cõtraria perſeuerat. Qui fieri poteſt, inquit ille, vt Paulus optaret fieri à Chriſto anathema, hoc eſt ſeparari ab illo per mortem carnis, cùm potius mors ipſa viros iuſtos ad cœtum beatorum qui cum Chriſto requieſcunt, adiungat, & applicet, eiúſq; gloria faciat potiri? Vermiculorum eſt in luto latitantium iſta ſuſpicio. Vterq; enim tam Moſes, quàm Paulus cùm hæc dicerent, non ſolùm cogitatione tranſcenderunt omnia vitæ pręſentis tormẽta, atq; mortem: ſed etiam pro Deo quem ardẽtius quàm ſeipſos amabant, cœlos & angelos ſupergredientes omnia, quæ aciem oculorum fugiunt, contempſerunt: atq; amore Deo quo flagrabant, ab ipſa Dei fruitione & ineffabili gloria decidere non tantùm obſecrarunt, ſed quòd amplius eſt, cupierunt. Tãto eorum animi charitatis affectu flagrarunt, vt id quod amabilius præ cæteris erat, hoc eſt, Deo ipſo frui, pro nihilo putarent, & cœlorum regno, atq; fruendi diuino numine voluptati, quã expectabant, laborum remunerationẽ cedere paterentur. Hoc erat eorum propoſitum, ne Deus ab ipſis ſummè dilectus irrideretur ab impijs, & maledictis atque exectationib. laceſſeretur. poſſent enim impij dicere, Deum Hebræorũ nõ potuiſſe explere, quod ipſis fuerat pollicitus, eamq; ob cauſam populũ illum quẽ elegerat, deſtituiſſe. Hæc Chryſoſtomus. Vbi vides eum per librum vitæ de quo loquitur Moſes, intelligere librum vitæ æternæ, in quo ſcripti ſunt prædeſtinati. Magnus Baſilius in libro regularum fuſius diſputatarum ait Moſem & Paulum ex magna dixiſſe charitate illud, non ignorantes nõ poſſe fieri, vt is alienaretur à Deo, qui ob charitatem eam, quam erga illũ haberet ſeruandi cauſa maximi omnium mandati, Dei fauorem abieciſſet: ſeq; eam ob cauſam multò plura accepturum, quam quæ dediſſet. Auguſtinus quæſtione 140. in librum Exodi inquit, Moſem ex ingente quadam diuinæ familiaritatis ſecuritate, tali Deum ratiocinatione interpellaſſe: Aut dimitte eis hãc noxam, aut dele me de libro tuo. Sed non delebis me de libro tuo, in quo me indelebili charactere conſcripſiſti, dimitte igitur eis hanc noxam. Quod argumentationis genus vulgus dialecticorum deducere ſolet ex regula illa: A tota diſiunctiua affirmatiua cum deſtructione vnius partis ad alterã eius partẽ, valet argumentũ. Veluti ſi dicamus: Neceſſe eſt animum aut eſſe mortalẽ: aut immortalẽ atq; mortalis nõ eſt, igitur immortalis. Hanc Auguſtini ſententiã refert & ſequitur Ioannes Arboreus libro vndecimo Theoſophiæ: vbi aſſerit, Moſem non appetiuiſſe ſimpliciter pro dimittendo Iſraelitici populi flagitio deleri de libro vitæ. Bernardus ſermone duodecimo in Cantica, putat Moſem non in hunc ſenſum poſtulaſſe deleri de libro vitæ, vt à gloria æterna ſepararetur, ſed ex quodã paterno affectu, ne ſolus ipſe ſine populo ſuo ſcriptus eſſet in libro vitæ, ſolúſq; excluſo populo vitam æternam conſequeretur. Rupertus abbas libro tertio in Exodũ ſcribit Moſem his verbis cõuincere Deum, vt ignoſceret populo. Si nõ dimittis eis hãc noxam, dele me de libro tuo. Quare; quia & ego homo peccator ſum. Si ergo peccantibus peccata non dimittis, ſed eos deles de libro vitæ, ſoliq; apud te permanent ſcripti iuſti, conſequẽs eſt, vt ego peccator de libro tuo delear. Senſus igitur eſt: Si non dimittis eis hanc noxam, dele me de libro vitæ, id eſt, conſequens eſt, vt deleas me de libro vitæ. Hugo cardinalis in pſal. 138. duos eſſe ait libros vitæ, vnũ præſentia iuſtitiæ & gratiæ, de quo Moſes maluit deleri, quàm populum perdi: alterum æternæ prædeſtinationis: de quo non optauit deleri, ſciens fieri non poſſe, vt quis ex illo deleatur. Thomas Caietanus in explanatione in Exodum hunc librum exiſtimat eſſe or- *Exod. 32.*
dinem diuinæ prouidentiæ circa illos, qui in hac vita futuri ſunt principes. Eſt enim in diuina mẽte ſtatutum, & tanquam in libro exaratum, qui futuri ſunt rerum publicarum gubernatores. Ac cùm Deus dixiſſet Moſi: Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra populum, & deleam eos: te autem faciam in gentem magnam: intellexit Moſes eſſe ſe ſcriptum in libro principatus: nam quamuis populus periret, ipſe tamen erat princeps futurus. Eam ob cauſam petit à Deo, vt aut condonet populo peccatũ hoc, aut deleat ipſum de libro principatus. Non enim volebat aliam gerere rempublicam, ſi populus ille deſtrueretur.

Nicolaus

Nicolaus Lyranus multò aliter hunc locum in-
terpretatur. Quemadmodũ, inquit ille, ſeruator
noſter ſecundùm voluntatẽ partis ſenſitiuæ mor
tem reformidantis petijt à ſe transferri calicem
paſſionis, quem voluntas rationalis ardentiſſimè
Matt.26. appetebat: ſic Moſes ſecundùm deſideriũ partis
animæ inferioris petijt à Deo deleri de libro vi-
tæ, quod tamen ſecundum portionem animę ſu-
periorem fieri nolebat, explicans hac precatione
non quid ipſa mens Deo conſentiens vellet, ſed
quid ipſa carnis volũtas carni ſuæ hoc eſt popu-
lo ſuo compatiens deſideraret. Alphonſus Abu-
lenſis in Exodũ aſſerit hæc verba Moſis non eſſe
intelligenda iuxta nudam ſignificationem, ſed
ſecundùm hyperbolicum tropum: quo ardentiſ-
ſimum deſiderium oſtendere ſolemus, cùm dici-
mus: aut cõcede mihi hoc, aut moriar. Hoc ſche-
Gen.30. mate vſa eſt Rachel capi. Geneſis trigeſimo, cùm
dixit virò ſuo: Aut da mihi liberos, aut moriar.
Non quòd filios præferret vitæ, ſed vt vehemens
habendæ prolis deſiderium aperiret. Rabbi Mo-
ſes Gerundenſis ait Moſem vix ſui compotem,
& penè extra ſe raptum plus hæc ex impetu cha
ritatis qua flagrabat, quàm ex deliberatione ra-
tionis protuliſſe. R. Salomon Iarchi per librum
illum intelligit pentateuchum: vt ſit ſenſus: Dele
me de libro legis, dele nomen meum de libro le-
gis tuæ: nulla in eo fiat mentio mei, potius quàm
pereat populus, quẽ ex Aegypto eduxiſti. Opta-
bat memoriam rerum à ſe geſtarum potius per-
petua obliuione deleri, quàm Iſraeliticum popu
lum interire. Id & aliud abiectius fortaſſe ſignifi
Rom.9. cauit Paulus, cùm dixit cap. 9. epiſtolæ ad Roma
nos: Optabã enim ego ipſe anathema eſſe à Chri
ſto pro fratribus meis. Ac ſi diceret: Cuperé ego
omni nominis amplitudine ſpoliari, & multis
iniurijs ac morte affici, ne fratres mei interirent.
Nã anathemata Græcis dicuntur homines igno-
minia notati, quos gentes Deorum cultrices ad
vrbis luſtrationem dijs manibus mactare ſole-
bant: ſi qua peſtis, aut calamitas alia illas oppri-
meret. Huiuſmodi hominum ſupplicio iniurijs
& cruciatibus exiſtimabant placari diuinum nu-
men. Ad illa ſacrificia alludens beatus apoſto-
lus ait. Vſque adeo me cruciat Iudæorum perni-
cies, quns admirabili proſequor amore, vt ſi ſci-
rem, ſedandam eſſe Dei iram aduerſus illos meis
cõtumelijs, & cruciatibus, & cæde crudeliſſima,
optarem anathema eſſe, vt ipſi ſalutem conſe-
querentur. Quare nõ deſiderabat ſeparari à Chri-
ſto quoad gratiam, nec qun ad gloriam, ſed quo
ad corporis protectionẽ duntaxat. Hoc eſt, opta-
bat cum Moſe deleri de libro memoriæ, & de li-
bro vitę corporis, dummodo alij ſeruarentur. At
liber de quo hoc loco loquitur Daniel, eſt liber
æternæ prædeſtinationis, in quo omnes illi ſcri
pti ſunt, qui ſunt vitam æternam conſecuturi.

Et multi de ijs qui dormiunt in terræ puluere. Hoc
eſt, & omnes mortui reſurgẽt. Dormire idem eſt
aliquando quod mori. In hanc accipitur ſignifi-
Deut.31. cationem cap. 31. Deuteronomij, vbi Deus dixit
Moſi: Ecce tu dormies cum patribus tuis. Capi-
3.Reg.2. te ſecundo libri tertij Regum ſcriptum eſt: Dor-
Iob.7. miuit Dauid cum patribus ſuis. Septimo Iob:
Matt.27. Ecce nunc in puluere dormiam. Matthæi vigeſi-
moſeptimo. Multa corpora ſanctorum qui dor-
mierant, reſurrexerunt. Ioannis vndecimo: Laza Ioan.11.
rus amicus noſter dormit. Capite quarto epiſto-
læ prioris ad Theſſalonicenſes: Nolo vos igno- 1.The.4.
rare fratres de dormientibus: hoc eſt de mortuis.
Particula multi, vt hoc loco ait Theodoretus, ac-
cipitur pro omnes. Eandem ſententiã confirma-
uit Chriſtus Deus noſter apud Ioannem cap. 15. Ioan.15.
cùm dixit: Mortui audient vocẽ filij Dei. Et pau-
lò pòſt: Omnes qui in monumentis ſunt, audient
vocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt,
reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in
reſurrectionem iudicij. Qui locus videtur eſſe
huius explanatio. Certè ei ſimilimus eſt, vt ait
Auguſtinus libro 20. de ciuitate Dei, ca. 23. Aſpi-
cis particulã, multi, perinde valere atq; omnes.
Eo ſchemate vtitur apoſtolus capi. 5. epiſtolæ ad
Romanos, dicens: Si vnius delicto multi mortui Rom.5.
ſunt, multò magis gratia Dei & donum in gratia
vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.
Vbi particula multi ſumitur pro, omnes. Hanc
conſtituit apoſtolus differentiam inter delictum
Adæ & gratiam Chriſti: nã vt obſeruauit Oecu-
menius, mors ſumpto ab Adã initio, vt nos ſupe-
raret, noſtro eſt adiuta peccato: Chriſti autẽ gra-
tia ſine merito noſtro in omnes peruenit. Quod
autem ait: In plures abundauit: non eſt intelligẽ-
dũm, plures iuſtificari, quàm damnari: ſed plus
valuiſſe Chriſti gratiam ad ſeruandũ, quam pec-
catum Adæ ad occidẽdum: quia peccatum Adæ
vitam abſtulit: Chriſti autem gratia præter vitã
redditam multis nos bonis & animæ, & corporis
cumulauit. Eodem modo paulò pòſt: Sicut enim Rom.5.
per inobedientiã vnius hominis peccatores con
ſtituti ſunt multi: hoc eſt omnes. Nam vt in eodẽ Rom.5.
capite ait apoſtolus, Omnes in Adam peccaue-
runt. Fortaſſe ideo hoc Danielis loco, multi di-
cuntur, qui ſunt ad vitam reuerſuri, non omnes:
quia infantes non baptizati non reſurgent. Sunt
quidem ad vitam reuocandi: ſed non dicuntur
propriè reſurgere, quia nec ad gloriã, nec ad pœ-
nam ſenſus ſunt ad vitam rediuiri. Impij etiam
dicuntur non reſurgere, quia non reſurgent ad vi
tam æternam, quæ eſt vera vita nominanda. Ita
intelligitur illud primi pſalmi: Ideo non reſur- Pſal.1.
gunt impij in iudicio: nec peccatores in concilio
iuſtorum. Poteſt tamen illud ita intelligi: Non
reſurgent impij in iudicio vt adiungãtur ad cœ-
tum beatorum: ſecernentur enim à iuſtis, iuxta
illud ſeruatoris noſtri apud Matthæum 25. Con- Matt.25.
gregabuntur ante eum omnes gentes: & ſepara-
bit eos ab inuicem. Poteſt quoque verſiculo illo
verbum reſurgere accipi pro ſtare, & non reſur-
re pro cadere. Cùm autem in iudicio cadere cau-
ſa, ſit litem amittere, & contra ſe ſententiã audi-
re, tota hæc oratio: Non reſurgunt impij in iudi-
cio, ſignificabit eſſe impios ſententiam ſuæ æter
næ damnationis audituros. ſeparati nanq; à cœ-
tu beatorum in tenebras æternas relegabuntur.
Illud eſt certiſſimum vniuerſos mortuos eſſe ad
vitam reuocandos, cùm dominus noſter Ieſus
Chriſtus venerit ad generale iudicium exercen-
dum. Ita enim ait apoſtolus capi. quintodecimo
prioris ad Corinthios: Omnes quidem reſurge- 1.Cor.15.
mus, ſed non omnes immutabimur. In momẽto,
in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Canet enim tu-
ba: & mortui reſurgent incorrupti: & nos immu

Iob 19. tabimur. De ſeipſo ait Iob 19. In nouiſſimo die
de terra ſurrecturus ſum: & in carne mea videbo
Similitudo. Deum ſaluatorem meum. Aiũt leonem filios na-
Apoc. 5. tos mortuos rugitu & clamore excitare: ita Chri
Similitudo. ſtus leo ille de tribu Iuda voce angeli clamantis:
Ephe. 2. & Surgite mortui, venite ad iudicium: omnes mor-
4. & 5. tuos ad vitam reuocabit. Quò ingreditur caput,
Coloſ. 1. poſſunt ingredi mẽbra: atqui Christus, quẽ apo-
ſtolus vocat caput eccleſiæ cuius nos mẽbra ſu-
mus, ingreſſus eſt ad immortalitatem per reſur-
rectionem, ergo nos ad eam introire valemus.

Euigilabunt. Hoc eſt, reſurgẽt, Euigilare à mor
te eſt redire ad vitam. De hac reſurrectione mor-
Ezec. 27. tuorum loquitur Ezechiel cap. 27. Ioannes cap.
Ioan. 11. 11. ſui euangelij. Et ſunt de illa multa alia loca in
ſancta ſcriptura. Hunc Danielis locum explicat
copioſè Ambroſius in libro de fide reſurrectio-
nis. Nõ ſolùm fideles, ſed etiã Sarraceni & Turcę
mortuorum reſurrectionem profitentur. Hoc e-
nim dogma docuit Mahumetus in lege ſua: &
multæ ex gentibus idolorum cultricibus ſpe re-
ditus ad vitam tenebãtur. Id indicat epitaphium
quoddam Romæ repertum, à Petro Apiano, &
Bartholomæo Amãtio in codicem relatum, qui
inſcribitur, Inſcriptiones ſacroſanctæ vetuſtatis,
cuius hæc ſunt verba, Aurelio Balbo vita inte-
gerrimo, moribúſq; ornato, qui ſe quietioris per-
fectioríſq; vitæ deſiderio ex negotijs ciuilibus,
in quibus fuerat cum laude verſatus, Iouis bene-
ficio abduxit, hic in ſpe reſurrectionis quieſcenti
locus publicè datus eſt.

Alij in opprobrium, vt videant ſemper. Subaudi,
illud. Ac ſi dicat: Alij vigilabunt in opprobrium
æternum: ſurgent ad ignominiam & pœnã, quã
in æternum viſuri ſunt. Vnde ait Chriſtus domi-
Matt. 25. nus apud Matthæum 25. Ibunt hi in ſupplicium
Ioan. 5. æternum, iuſti autem in vitam ęternam. Et apud
Ioannem 5. Procedent, qui bona fecerunt, in re-
ſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in re-
ſurrectionem iudicij.

Qui autem docti fuerint. Subaudi, in lege Dei,
illamq; ſeruauerint, & docuerint. Sequitur. Ful-
gebunt quaſi ſplendor firmamenti. Hoc eſt ſplẽ-
deſcent, veluti cœli nitor & claritas. Volens hoc
alijs verbis exprimere ait: Et qui ad iuſtitiã eru-
diunt plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æterni-
tates. Erudire alios ad iuſtitiam eſt illos inſtrue-
re & excitare ad virtutem: omnes enim virtutes,
vt ait Hieronymus, nomine iuſtitiæ continẽtur.
In hanc ſignificationem accipitur à Chriſto, cùm
Matt. 6. ait apud Matthæum 6. Attẽdite, ne iuſtitiam ve-
ſtram faciatis coram hominibus, vt videamini
ab eis. Vel erudire homines ad iuſtitiam eſt illos
adducere ad Chriſtum, de quo ait Apoſtolus pri
1. Cor. 1. mo capite prioris ad Corinthios: Factus eſt no-
Oſe. 10. bis ſapientia & iuſtitia. Vel accipitur hoc Danie-
lis loco iuſtitia pro euãgelio: vt apud Oſeam 10.
Cùm venerit, docebit vos iuſtitiam. Et apud apo
2. Cor. 11. ſtolũ capite vndecimo epiſtolæ ſecundæ ad Co-
rinth. Non eſt magnum, ſi miniſtri eius trãsfigu-
rentur velut miniſtri iuſtitiæ. Vbi iuſtitia accipi-
tur pro euangelio Chriſti, aut pro ipſo Chriſto.
Sap. 3. De iuſtis ſapientibus ſcriptum eſt cap. 3. libri Sa
Matt. 13. pientiæ: Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in
arundineto diſcurrent. Et cap. 13. Matth, iuſti ful-
gebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Sed non
omnes æqualem mittent ſplendorẽ: nam vt Apo
ſtolus ait capite quintodecimo prioris ad Co- 1. Cor. 15.
rinthios: alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, &
alia claritas ſtellarum. Exemplo corporum cœ-
leſtium quorum alia ſunt alijs clariora, docet, in
reſurrectione futuros eſſe pro diuerſis meritis di
uerſos ſplendores, & diuerſa præmia iuſtorum.
Tu autẽ perpende, quanti æſtimanda ſit ſapien-
tia, quam angelus hoc loco cum Daniele loquẽs
eũ ſplendore firmamenti cõparauit. Verè ſapien- Similitudo.
tes ſunt veluti cœli fulgentibus aſtris diſtincti,
virtutum ac ſapientiæ ornamentis decorati. De
illis ait diuinus pſaltes: Cœli enarrant gloriam Pſal. 18.
Dei, & opera manuum eius annunciat firmamẽ-
tum. Ac quemadmodum aſtra non ſibi ipſis ſo- Similitudo.
lùm ſplendorem habent, ſed illo mundum illu-
ſtrant: ita verè ſapientes non ſibi ſolùm proſunt,
ſed alios inſtruũt, optimarum doctrinarum vias
tradunt, & cæteros ad vitam æternam querendã
præceptis ſalutaribus informant. Nam vt Ec- Eccle. 41.
cleſiaſticus ait, Sapientia abſcondita & theſau-
rus inuiſus, quæ vtilitas in vtríſque? Debent, qui
docti ſunt, cùm alijs ſcientiam communicare. Vt Similitudo.
ſtomachus epulas recipit non ſibi ſoli, ſed vt eas
alijs corporis partibus diſtribuat: ſic vir doctus
recipit ſcientiam, qua non tantùm ſibi, ſed alijs
etiã proſit. Et vt ſtomachus qui in ſe retinet nu- Similitudo.
trimentum, quod non digerit, nec membris alijs
impertitur, facilè corrumpitur & tabeſcit: ſic vir
peritus qui cum alijs non vult ſcientiam cõmu-
nicare, ſibi ipſi infert detrimentum. Ideo dicebat
Chriſtus Deus noſter apud Matthæum capite 5. Matt. 5.
Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur
in regno cœlorum. Et 28. Docete omnes gentes. Matt. 28.
Vt aues pabulũ inuenientes pullis ſuis largiun- Similitudo.
tur: ſic viri ſapientia præſtantes ſunt eam in alios
tranſlaturi. Eſt enim animorum ingeniorúmque
naturale quoddã quaſi pabulum doctrina. Ideo
ait diuinus pſaltes de viro felici, qui in lege do- Pſal. 1.
mini perpetuò meditatur: Erit tanquam lignum, Similitudo.
quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ, quod
fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Quemad-
modum enim arbor fœcunda & fructifera fru-
ctuum pulchrorum vbertate alijs vtilitatem af-
fert: ſic ſapiens in alijs adiuuãdis occupatus om-
nia ad communem refert vtilitatem. Doctor ec-
cleſiaſticus, inquit Rabanus Magnentius in ca-
put vigeſimum quartum Eccleſiaſtici: ſcriben-
do & docendo non ſolum ſibi laborat, ſed alijs:
ſibi pro æterna mercede & quiete: alijs pro vera
ſalute, & perpetua requie. Itaq; commune com-
modum ante oculos ponit. Huiuſmodi hominẽ
antiqui Deum appellabant: à quibus natum eſt
illud laudatum, tritumq; vetuſtate prouerbium:
ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Hoc eſt homo homi
ni Deus. Gentes enim Deorum cultrices nihil
aliud exiſtimabãt eſſe Deum, quam prodeſſe mor-
talibus. Ex quo effectum eſt, vt frugum & legum
inuentores, & quicunq; ad vitæ commoditatem
aliquid attuliſſent, dij vocarentur. Hac ratione
ductus Strabo libr. 10. Rectè, inquit, dictum eſt,
mortales tũc maximè Deos imitari, cùm in alios
conferunt beneficia. Vnde Vergilius in Tityro
ideo Cæſarẽ loco diuini numinis habebat, quia
ab illo erat ingẽtibus immortalibúſq; beneficijs
affectus. Quare poema condidit ita canens:

O Melibœe

O Melibæe Deus nobis hæc otia fecit.
Nanque erit ille mihi ſemper Deus, illius aram.
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Sed multò grauius id explicauit diuus Gregorius Naziázenus in oratione de cura pauperum, vbi hæc verba literis exarauit. Fias ærumnoſo Deus miſericordiam Dei imitando: nihil enim æquè diuinum habet homo ac beneficentiã. Sed inter res omnes quibus homo poteſt hominem iũuare, doctrina ſapientiæ vna eminet, qua nihil poteſt eſſe ad veram animi pulchritudinem elegãtius, nihil ad vitæ vtilitatem accommodatius, nihil ad ſuauitatem iucundius, nihil ad pietatem colendam præſtantius. Sancta quippe ruſticitas, inquit in epiſtola ad Paulinum Hieronymus, ſolùm ſibi prodeſt: & quãtùm ædificat ex vitæ merito eccleſiam Chriſti, tantùm nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. In literis diuinis per aquã deſignatur ſapientia, iuxta illud Eccleſiaſtici: *Eccle.15.* Aqua ſapientię ſalutaris potabit illum. *Similitudo.* Quare rectè ille ait, qui hominem ſine ſcientia confert enm ſtagno ſine aqua. *Oſe.4.* Oſeas cap. 4. poſtquam vocibus queribundis & lamentabilibus dixit non eſſe ſcientiam Dei in terra, adiecit ſtatim: Maledictũ & mendacium, & homicidium & furtũ & adulterium inundauerunt. Sapientiæ inopia atq; deſpi cientia eſt infinitorum ſcelerum baſis, & turpis deformitas. Cõtrà verò ſapientia eſt maxima rũ virtutũ fundamentũ, & admirabilis pulchritudo. Qui ea ſunt inſtructi, attrahũt ad ſe, & alliciũt animos, atq; oculos intuentiũ, Pythagoras, Plato, Appollonius, & alij magni nominis viri nouos populos adierunt, lõgè diſtantes oras peragrãrunt: vt quos nominis celebritate duntaxat nouerãt, proprijs oculis aſpicerẽt. At illi nõ ſunt veram ſapientiam aſſecuti: quoniam fide Chriſti carebant: quin potius tenebris cooperti in erroribus verſabantur. *Similitudo.* Chriſtus Deus noſter eſt verus ſapientiæ fons: & vt verbis vtar Eccleſ. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis. *Eccle.1.* Cùm autem gentes vanorum deorum cultrices, hoc Dei verbum ignorauerint, apertè concludes eas fontem ſapientiæ non ex fide nouiſſe: & ex conſequente non eſſe perfectam ſapientiã conſecutas. *Similitudo.* Vt ſtellæ, quamuis lucis aliquid afferant, noctem tamẽ non diſcutiunt: ſed ſol illam diſpellit: ſic externi philoſophi rerũ cognitione doctrinaq; delectati tametſi nonnullis in rebus mortales aliquo modo illuſtrarunt, non tamen noctis tenebras ex eorum mentibus abſtulerunt: ſolus Chriſtus Deus noſter ſol iuſtitię noctem & caliginem deleuit, hominumq; animos vero ſplendore illuminauit. Id intelligens Paulus apoſtolus cap. 13. epiſtolæ ad Romanos: *Rom. 13.* Nox, inquit, præceſſit, dies autem appropinquauit. Nam cum viri magnu ingenio prædisi cõtemptis omnibus & publicis & priuatis actionibus ſe ad inquirendæ veritatis ſtudium conferrent, non eſt paſſus Deus eos diutius oberrare. Aperuit eorum oculos aliquando, & errantibus vagiſq; viam conſequendæ immortalitatis oſtendit. Miſit filium ſuũ vnigenam, doctorem cœleſtem, ſolem iuſtitiæ, fontem ſapientiæ, cuius hauſtu atque potu poſſent mortales diuinam philoſophiam comparare, ardoremq; rerum humanarum extinguere. Hęc eſt philoſophia chriſtiana, quæ medetur animis, inanes ſolicitudines detrahit, ab impijs cupiditatibus liberat, noxios timores expellit. Hæc eſt vitę mortalium dux, virtutũ indagatrix, expulſrixq; vitiorum: quæ cõnſcientiæ tranquilitatem largitur: & viam munit ad vitam immortalem comparandam. Hæc eſt excelſa illa philoſophia, qua animi recreantur, & ad æternitatẽ aluntur. Quare eos felices ſtatuo, qui virtutem amplectentes in diuinarum literarum ſtudium toto pectore incumbunt: quò poſſint alta Dei myſteria ſole ipſo ſplendidiora mentis oculis intueri, alios inſtruere, & ad æternas mentium beatarum ſedes aſpirare. Non ſat eſt ornari ſcientia, ſed opus eſt iuxta illam vitæ curſum dirigere. Vt enim ſtru- *Similitudo.* thiocamelus pennas aláſq; habet, ſed non volat, *Matt.5.* nec ſurſum erigitur: ſic homo doctus, ſed ſceleribus imbutus ſciẽtiam habet, vt volet in cœlum, ſed ipſe à terra haudquaquam extollitur. De huiuſmodi hominibus non loquitur hic Daniel, ſed de his, quibus illud conuenit, quod Chriſtus ait apud Matth. 5. Vos eſtis lux mundi: qui virtute præditi cum ſapientia cõiuncta, rerum maximarũ ſplendore celebrati, admirabili candore ſplendebunt inſtar luminum cœleſtium, quibus mundus illuſtratur.

Tu autem Daniel claude ſermones. Hoc eſt, clauſas habeto viſiones has. Significat obſcuritatis harum viſionum magnitudinem: quæ tempore Antichriſti, & vltimi iudicij aperientur.

Et ſigna librum. Subaudi, in quo hæc ſcripſeris, quem teges ſigillis difficultatum. Hæc verba & ſuperiora idem ſignificant. Vult angelus difficultatem harum rerum exaggerare. Et præcipit Danieli, ne illas adeò apertè ſcribat, vt ab omnibus intelligantur. Diuina quippe myſteria non ſunt omnibus oſtendenda & explananda. Eã ob cauſam Eſaias capit. 29. Erit vobis, inquit, viſio om- *Eſai. 29.* nium ſicut verba libri ſignati. Et Ioannes cap. 5. *Apoc.5.* Apocalypſis: Vidi in dextera ſedentis ſupra thronum librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem. Veram huius libri intelligentiam Chriſtus aperit, qui habet clauem Dauid, vt idẽ ait Ioannes tertio Apocalypſis. *Apoc. 3.* Ac non omnibus omnia patefacit. *Matt.13.* Turbis in parabolis loquebatur *Mar 3.* diſcipulis verò ſeorſim omnia exponebat. Et a- *Luc.8.* pud Matthæum 7. *Matt.7.* Nolite, inquit, ſanctum date canibus, nec margaritas mittatis ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus ſuis. Porrò veteres Aegiptij in foribus templorum dijs dedicatorum pingebant ſphĩnges, ſignificare volentes, diuina dogmata, ſacraq; myſteria per ænigmatum nodos eſſe inuiolatè cuſtodienda, & in arcanis duntaxat inter ſapientes religionis cultores tractanda. Et quia Auguſtus Cæſar erat ſilentij rerum ſacratum amantiſſimus, ferebat ſphingẽ in annulo, quo literas ſignabat, ſculptã. Erat autẽ ſphinx mõſtrum quoddam, cuius caput & manus puellæ ſimilitudinem, corpus canis, alæ auis, vox hominis referebant: vt antiqui poetæ fictis fabulis prodiderunt. Hæ ſphinges, vt illi aiebant, homines prætereuntes difficilibus inextricabilibúſq; quæſtionibus remorabantur. Quare abſtruſa myſteria & ænigmata, & res difficiles & arcanas deſignabant. Vide Plinium libro 8. Diodorum Siculum 4. Pierium Valerianum primo & ſexto de hieroglyphicis.

Vſque ad tempus ſtatutum. Hoc eſt, donec veniãt
ea, quæ tibi dico, & quæ ſcripſeris, impleantur.
Ac ſi dicat: Tege hos ſermones vſque ad tempus
illud, quando quæ tibi nuntio, futura ſunt. Non
ita apertè ſcribas has vaticinationes, vt eas qui-
libet intelligat. Vel vſq; ad tempus ſtatutum: id
eſt vſq; ad legem euangelicam, quando ea Chri-
Luc 24. ſtus quibus voluerit, patefaciet. Diſcipulis enim
ſuis poſt reditum ad vitam aperuit ſcripturas, vt
Mar. 15. diuus ait Lucas capi. 24. Ad quod ſignificandum
Ioan. 15. velum tẽpli ſciſſum eſt, cum Chriſtus è vita mi-
grauit. Et apoſtolis dixit apud Ioannem 15. Cùm
venerit paracletus, quem ego mittam vobis à pa
tre, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhi-
Ioan. 16. bebit de me. Et cap. 16. Cùm autem venerit ille
ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.
Vel vſq; ad tempus ſtatutum, id eſt, vſq; ad tem-
pus vltimum: vſq; ad Antichriſtum, & ſecundum
Chriſti aduentum. Huic expoſitioni fauet verſio
Theodotionis, quæ habet: Vſq; ad tempus con-
ſummationis. Et Pagnini: Vſq; ad tempus finis.

Ecce quaſi duo. Subaudi, homines. Erant quip-
pe angeli: ſed quia in figura erant humana, quaſi
homines vocantur. Verſio Theodotionis nõ ha-
bet particulam quaſi: quæ aliquando idem eſt
Ioan. 1. quod reipſa. Ita accipitur apud Ioannem capi. 1.
Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti
à patre, plenum gratię & veritatis Hi duo angeli
erant præſides & cuſtodes, alter Perſarum, alter
Græcorum, qui ſtabant iuxta fluuium Tigrim,
vnus ex vna parte, alter ex altera. Perſpicuum
Sup. 10. eſt ex cap. 10. fuiſſe Danieli viſionem hanc oſten
ſam iuxta fluuium Tigrim, quem alij Tigridem
nominant: de quo ibi nonnulla diximus.

Et dixi viro. Hoc eſt, & ego dixi angelo Gabrie
lj, qui mihi in figura viri apparuit. Nonnulli co-
dices habent: Et dixit: nimirũ vnus ex illis duo-
bus. Ac hæc videtur correctior litera.

Qui erat indutus lineis. Id eſt, qui erat veſte linea
amictus. Hæc veſtis candida deſignabat angeli-
cum nitorem, puramq; integritatẽ. Maria Mag-
Ioan. 20. dalena, vt tradit diuus Ioannes cap. 20. proſpexit
in monumentum, & vidit duos angelos in albis
Actor. 1. ſedentes, &c. Et cap. 1. Actorum ait diuus Lucas,
in aſcenſu Chriſti ad cœlum aſtitiſſe iuxta diſci-
pulos duos viros in veſtibus albis. Viginti qua-
Apoc. 4. tuor ſeniores quos vidit in Apocalypſi diuus Ioã
nes ſuper thronos ſedentes, veſtibus etiam albis
induti erant: per quos ſignificantur ſancti omnes
in cœleſti gloria conſtituti, qui ſecum vitæ inno
Gen. 35. & 42. centiam attulerunt. Dicuntur autem bis duode-
cim: quia duodecim fuerũt filij Iſraelis, per quos
Matt. 10. & 20. omnes viri iuſti veteris teſtamenti intelliguntur:
& duodecim apoſtoli, per quos omnes viri ſan-
Luc 6. cti noui teſtamenti ſignificãtur. In numero duo-
denario ſunt ter quatuor, quia fides trinitatis ſan
ctiſſimæ in quatuor mundi partibus nuntiata
fuit. Quare viri fide formata pręſtantes dicuntur
duodecim: & omnes vtriuſq; teſtamenti viginti
quatuor: qui numerus conflatur ex ſexies qua-
Gene. 1. tuor: ſex referuntur ad opera: quia Deus ſex die-
bus fecit mundum: quatuor verò ad euangelia.
quorum fidem aut implicitam aut explicitam
omnes ſancti habuerũt. Sine fide enim diuo Pau-
Hebr. 11. lo aſſertore cap. 11. epiſtolæ ad Hebræos, impoſ-
ſibile eſt placere Deo.

Qui ſtabat ſuper aquas fluminis. Nimirum Tigri
dis. Alij duo angeli ſtabant in littore ſuper ripã,
hic autem ſuper aquas illius rapidiſſimi flumi-
nis Babylonici, eas veluti pedibus conculcans.
Significabat enim comprimẽdum eſſe Perſarum
& Babyloniorum furorem, eorumque impetus
coercendos. Aut populos illos tandẽ conculcan-
dos. Nam aquarum nomine ſignificantur popu-
li: iuxta illud pſalmographi: Vox domini ſuper a- *Pſal. 28.*
quas. Et illud Apocalypſis: Aquæ quas vidiſti, *Apoc. 17.*
populi ſunt, & gentes, & linguæ. Rectè quidem
populus propter mutabilitatem, temeritatem, &
inconſtantiam animorum hac atque illac vagan
tium, & crebram tamquam tempeſtatum, ſic ſen
tentiarum mutationẽ cùm aquis fluentibus atq;
fluctuantibus comparatur. Fortaſſe ideo angelus
Perſarum & angelus Græcorum erant in littore:
quia tunc Perſæ & Græci in regionibus proprijs
quieſcebant: Gabriel autem Iudęorum fautor in
medio aquarum: quia Hebræi aquis calamitatũ
angebantur. Eſt enim in diuinis literis vſitatum,
aquarum nomine calamitates deſignari. Fortaſſe
per hos tres angelos, qui apparuerunt Danieli, *Gen. 18.*
ſignificatur ſacroſancta trinitas, quæ etiam ap-
paruit Abrahæ: quando ipſe tres vidit, & vnum
adorauit. Nam per duos angelos qui erant in lit-
tore, poſſumus intelligere perſonã patris, & per-
ſonam Spiritus ſancti, quieſcentes, per angelum
autem in medio fluminis perſonam filij, qui ſo-
lus erat in medio aquarum ac fluctuum: quia ſo-
lùm perſona filij carnem humanam aſſumpſit, ſo
lus filius vndas tormentorum tranſiuit factus ho
mo, & fluctus dolorum ac cruciatuum ſuſtinuit,
vt nos ab æternis ſupplicijs liberaret.

Vſque quo finis horum mirabilium. Id eſt, quando
implebuntur mirabilia hæc, quæ mihi prædicis:
Quandiu eſt Antichriſti tyrannis duratura? Qui
dam interpretantur: Quando tandem erit finis
tantæ perſecutionis?

Et audiui virũ, qui indutus erat lineis,
qui ſtabat ſuper aquas fluminis, cùm ele-
uaſſet dexteram & ſiniſtram ſuam in cœ- C
lum & iuraſſet per viuẽtem in æternum,
quia in tempus & tempora, & dimidium
temporis. Et cùm completa fuerit diſper-
ſio manus populi ſancti, complebuntur
vniuerſa hæc. Et ego audiui, & non intel-
lexi. Et dixi: Domine mi quid erit poſt
hæc? Et ait: Vade Daniel, quia clauſi ſunt,
ſignatique ſermones vſque ad præfinitũ
tempus. Eligẽtur, & dealbabũtur, & qua-
ſi ignis probabuntur multi. Et impiè agẽt D
impij. nec intelligent omnes impij: porrò
docti intelligent Et à tempore cum abla-
tum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fue-
rit abominatio in deſolationem: dies mil-
le ducẽti nonaginta. Beatus qui expectat,
& peruenit vſque ad dies mille tercen-
tos triginta quinque. Tu autem Daniel
vade ad pręfinitum: & requieſce: & ſtabis
in ſorte tua in finem dierum

Et audiui virum. Hoc eſt Gabrielem angelum
in

in ſpecie viri. Cur autem eſſet linea veſte indutus & ſuper aquas locatus, diximus paulò antè.

Cum eleuaſſet dexteram & ſiniſtram ſuam in cælum. Tanquam ſcilicet iurans, Deúmque teſtem inuocans ad maiorem verborum ſuorum affirmationem. Solebant qui iurabant, manum extol-
Deut.32. lere. Vnde ipſe Deus cap. Deut. 32. Leuabo, inquit, ad cælum manum meam: & dicam: Viuo ego in æternum. Deus enim, vt D. ait Paulus in
Heb.6. epiſtola ad Hebræos, quoniam neminem habet, per quem iuret, maiorem, iurat per ſemetipſum.
Apoc.10. Et angelus in Apocalypſi cap. 10. leuauit manum ſuam in cælum, & iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum. Idem eſt per viuentem in ſecula ſeculorum, ac per viuentem in æternum. Hoc eſt, per Deum, qui ſolus eſt æternus per ſe, ac in ſempiternum viuens, & ipſa vita. Ipſe ait apud Ioan.
Ioan.14. 14. Ego ſum via, veritas, & vita. De quo ait idem
Ioan.1. Ioannes 1. Et vita erat lux hominum. Eſt etiam lux angelorum: ſed, quia non illis, ſed hominibus ſcriptum eſt euãgelium, ſatis fuit dicere eſſe illum lucem hominum.

In tempus, & tempora, & dimidium temporis. In tempus, hoc eſt, anno vno: & tempora, hoc eſt annis duobus: & dimidium temporis, hoc eſt dimidio anni. Ac ſi dicat: Durabit tyrannis Antichriſti tribus annis cum dimidio: tandiu enim durauit Chriſti Dei noſtri prædicatio. Hæc eadẽ
Sup.7. verba ſcripta ſunt ſuprà capite 7. vbi ea explanauimus.

Cùm completa fuerit diſperſio manus populi ſancti. Id eſt, cùm completè diſperſa fuerit fortitudo fidelium, Cùm Antichriſtus robur multorũ Chriſtianorum diſſipauerit. Accipitur manus pro robore & fortitudine. Vel pro copiis & cœtu populi ſancti: pro exercitu virorũ fide atque iuſtitia præſtantium, qui ab Antichriſto exagitati ſe conferent in fugam.

Ego audiui, & non intellexi. Omnia quæ dicta ſunt, audiui: ſed non omnia intellexi. Audierat diuerſa regum bella, & multiplicem hiſtoriã, ſed nomina non audierat ſingulorum. Etſi in vniuerſo percepit animo veritatem, tamen in parte non nulla non intellexit: quia nulla ex earum rerum cognitione cõmoditas proueniebat. Solet enim Deus ad cõmunem vtilitatẽ futura diuinis vatibus oſtendere. Eſt quidẽ Daniel ſine dubio propheta, dicente Chriſto domino in euangelio authore Matthæo: Cùm videritis abominationem
Matt.24. deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta. Propheta autem eſt videns, vt conſtat ex cap. 9.
1.Reg.9. lib. 1. Reg. & 16. libri 2. Paral. & aliis ex locis di-
2.Par.16. uinarum literarum: videns verò quæ prædicit, mentis oculis intuetur. Quare dicendum eſt, Danielem, vaticinationes ſuas intellexiſſe: tametſi aliquid eum fugeret, cuius non erat ei tunc neceſſaria cognitio. Spiritus prophetiæ non ſemper mentes diuinorum vatum illuſtrat: nam vt Chri-
Ioan.3. ſtus apud Ioannẽ cap. 3. Spiritus vbi vult, ſpirat.
4.Reg.4. Hinc Eliſæus: Dominus, inquit, celauit à me, & nõ indicauit mihi. Fieri quippe poteſt vt multa videant, & intelligant diuini vates generaliter, quorũ aliquid in parte non intelligant. Id quod hîc dici poteſt à Daniele.

Vade Daniel. Hoc eſt, ne cures id: differ in aliud ſermonem: non enim tibi modò ſum aliud dictu-
rus. Ac ſi dicat: Nihil amplius modò à me quæras circa id, quod tibi prædixi. Volebat Daniel intelligere determinationem diei vltimi iudicij, & alia, quæ illi non conueniebant. Quam ob cauſam ei indicata nõ fuerunt. Diſcipulis etiam ſuis *Act.1.*
dixit Chriſtus capite Actorum 1. Non eſt veſtrũ *Eccle.3.*
noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et Eccleſiaſticus cap. 3. Altiora te, inquit, ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper: & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus: non eſt enim tibi neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. Hæc ille.

Clauſi ſunt, ſignatiq́; ſermones vſque ad præfinitũ tempus. Hoc eſt, non explicabuntur ſermones hi niſi tempore à Deo conſtituto: tunc aperientur, & patefient. Eã ob cauſam non expedit tibi diẽ vniuerſalis iudicij determinatè intelligere, nec alia huiuſmodi, quæ tempore congruente aperientur.

Eligentur. Hoc eſt, diuinitus oſtendentur electi patientiæ, & conſtantiæ, cæterarumq́; virtutum oſtenſione. Et dealbabuntur: hoc eſt, expurgabuntur, & mundi atque lauti reddentur.

Et quaſi ignis probabuntur multi. Id eſt, quaſi aurum in igne: ſic multi viri iuſti in fornace cala- *Sup.11.*
mitatum purum vitæ oſtendent nitorem. Eodẽ modo capite ſuperiore: Vt conflentur & eligan- *Similitudo.*
tur, & dealbentur. Vbi ea poteris videre, quæ ibi literis mandauimus. Vt reſina quædam non differt à thure colore nec figura: ſed ſi coniiciatur in ignem, thus olet, reſina verò fœtet: ſic ſceleratus ſimulator in rebus externis non differt à iuſto: ſed coniecti ambo in ignem calamitatũ, ſtatim ſe patefaciunt: nam iuſtus mittit odorem tolerantiæ, impius verò fœtorẽ iracũdiæ. Vel ideo
ait: Quaſi ignis probabuntur: quia quemadmo- *Similitudo.*
dum paruus ignis extinguitur ventu, quo magnus augetur, & indies creſcit: ſic exilis virtus reſtinguitur calamitate & tentatione, qua ea quę eſt perfecta, omnibúſque numeris abſoluta, redditur clarior, diuturnior, amplior, pulchrior, &
præſtantior. Et qui ea præditus eſt, coronam vi- *Iacob 1.*
ctoriæ adipiſcitur. Id quidem eſt, quod ait in epiſtola ſua Iacobus apoſtolus: Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fue-
rit, accipiet coronam vitæ. Vt balſamum in vas *Similitudo.*
aquæ coniectum, ſi eſt paruum & præcellens, petit fundum, ſi autem impurum & contaminatũ, ſurſum fertur: ſic homo aqua calamitatis & tentationis probatur: nam qui eſt vera virtute præditus, ad imum humilitatis & patientiæ ſe confert, qui autem eſt vitiis imbutus, ad iræ & furoris faſtigium tendit. Aſpicis igitur, vtilitatem viri iuſti tentatione augeri, eáque illius gloriam illuſtrari.

Impiè agent impij. Hoc eſt, fructus impiorum erunt impietates. qualis arbor, talis fructus. Ideo ait Eccleſiaſticus cap. tertio: Peccator adiiciet ad peccandum. Et Dauid capite vigeſimoquarto libri primi Regum: In prouerbio antiquo dicitur: Ab impiis egreditur impietas. Et apoſtolus capite tertio epiſtolæ ſecundæ ad Timotheũ: Mali homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. Et Ioannes in Apocalypſi 22. Qui nocet, noceat adhuc: &

qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.

Nec intelligent omnes impij: porrò docti intelligent.
Nullam habebunt impij intelligentiam ſibi ſalu
tatem: pij verò ea præditi erunt. Homines ſcele-
ribus imbuti non ad ſalutem intelligent illa Dei
myſteria, quæ intelligent viri iuſti. Nam vt ſapiẽs
Sap. 1. ait: In maleuolam animã nõ introibit ſapientia,
nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Et a-
1. Cor. 2. poſtolus capite ſecundo prioris ad Corinthios:
Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiri-
tus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intel
ligere, quia ſpiritualiter examinatur. Cùm huma
na ratio ſit obſcurata flagitiis, impedita ſceleri-
bus, & à diuina voluntate auerſa, non percipit
cœleſtem ac ſalutarem doctrinam. Quid ſpiritua
le ſcire poteſt, qui effrenatos carnis ſequitur ap-
petitus, qui eſt ſummis infinitæ cupiditatis ſti-
mulis concitatus? Qui fieri poteſt, vt qui nõ ſpi-
ritu ducitur, ſed carne, quæ ſunt ſpiritualia rectè
cognoſcat? Eã ob cauſam ait apoſtolus. Non po
teſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. Ac
ſi dicat: Impius libidine ductus, & flagitiis con-
taminatus nõ poteſt animo comprehẽdere, quæ
ſunt Spiritus Dei, quoniam ſpiritualiter diſcu-
tiuntur, & iudicantur. Vel vt diuus interpretatur
Ambroſius, quia impius ſpiritualiter iudicatus
eſt, & in reprobum ſenſum dãnatus. Quid ſciũt,
qui ſeipſus neſciũt, qui relicto & contempto iti-
nere immortalitatis ad æternas mentium beata-
rum ſedes directo, viam eligunt deterrimam, ad
inferorum pœnas ducentem, qua ad æternã mor
tem gradiuntur? Stulti ſunt huiuſmodi homines,
& vt inter omnes conſtat, niſi inter eos, qui ipſi
quoque inſaniunt, inſaniſſimi. Poſſunt illi ſcien-
tias habere, & quid facere debeant multis in re-
Iacob 4. bus intelligere: Sed quid hoc illis prodeſt, ſi,
quod intelligunt, haudquaquam efficiunt? Imò
vt diuus ait Iacobus: Scienti bonum facere, &
non facienti peccatũ eſt illi. Sunt ſapientes ad fal
laces mundi diuitias & inanem gloriam, & alia
huiuſmodi aucupandum: ſed vt diuus aſſerit Pau
1. Cor. 3. lus in priore ad Corint. Sapientia huius mundi
ſtultitia eſt apud Deum. Hæc ſapientia eſt nuda,
1. Cor. 8. à charitate ſeparata: quam ob cauſam non eſt ve
ra ſapientia nominanda. Hęc eſt, quæ inflat, vt ait
apoſtolus, qua homines tumeſcunt: de quibus
Pſal. 93. ait pſalmographus. Dominus ſcit cogitationes
hominum, quoniam vanæ ſunt. Nam inanibus
noxiiſque cogitationibus occupãtur, niſi diuino
lumine gratiæ illuſtrentur. Eam ob cauſam adie-
cit ſtatim idẽ diuinus vates: Beatus homo, quẽ
Similitudo. tu erudieris domine, & de lege tua docueris eũ.
Vt aquila acumine viſus ſuperat alias aues, ſed
eſt illis crudelior & rapacior: ita ſæpe quãtò ho
mo maiore viſus intellectionis acie pollet, & in
mundi rebus eſt ſapientior, tãtò eſt ſceleratior &
Similitudo. iniuſtior. Vt in Aegypto vbi innumeræ plantæ ſa
lubres naſcuntur, innumeræ etiam venenatæ ge
nerantur: ſic ingenium abundans documentis
aſtiũ, abundat ſæpenumero machinis flagitiorũ.
Ac plerunque nihil ei prodeſt ſcientia, niſi ad in-
felicitatem ſuam intelligendam, nõ autem vt illi
medeatur. In calamitate nihil ei remanet niſi in-
telligentia ad percipiendã pœnam & miſeriam:
non ad remedium adhibendum. Hæc dixit dia-
Gen. 3. bolus: Aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut
dij ſciẽtes bonum & malum. Cùm verò comede
runt, viderunt pœnam, eius autem remediũ ne-
quaquã. Hinc Eccleſiaſt. 1. Qui addit ſcientiã, in- *Eccl. 1.*
quit, addit laborẽ. Vera ſapientia affert tranquil-
litatẽ animis, quos quaſi concordia quadã placat
ac lenit, eoſq; ad labores & dolores, rerúmq; ad-
uerſarum ictus fortiter ferendos inuitat. Hæc mit
tit mortales ad vberrimũ ipſius pleniſſimúmque
fontem, cuius hauſtu atque potu conceptam viſ
ceribus ſitim ſedent ardorémque reſtinguũt. Qua
re illuſtriore nominis celebritate digni ſunt vere
ſapientes, quàm inſignes oratores: illi enim ſecũ
dùm ſapientiam curſum vitæ conficiunt, rectæq;
viuendi doctrinam aperiũt, quod eſt longe præ-
ſtantius, quàm eloquentia vti: ac benedicere ad
paucos pertinet: bene autem viuere ad omnes.
De hac ſapientia ait Bernardus: Inueniſti ſapien
tiam, ſi prioris vitæ peccata defleas, ſi huius ſecu
li deſideria paruipendas, ſi æternam beatitudinẽ
toto pectore concupiſcas. Qui huiuſmodi ſapien
tiam contempſerint, non intelligent: qui autem
illam coluerint, ea quæ dico, animo percipiẽt, &
quantum expedit, intelligent: vt hic ait angelus
Danieli.

A tempore cùm ablatum fuerit iuge ſacrificium.
Dixerat duraturum eſſe crudelẽ Antichriſti do-
minatum tres annos cum dimidio: nunc expli-
cat, quando incœpturus eſt: nimirum à tempore
illo quo ſanctiſsimum altaris ſacrificium ceſſa-
uerit in regionibus illis, vbi fuerit Antichriſtus.
Nam cùm ille venerit, prohibebit ſacrum cele-
brare. Et ita intermittetur ſanctiſſimum euchari
ſtiæ ſacramentum, quod hoc loco iuge vocatur:
quia vbique offertur in Oriente, Occidente, Sep-
tentrione, & Meridie. Et ſemper, quia quando no
bis ſol occidit, aliis oritur: & quando nobis eſt
nox, illis eſt dies. Et ita ſemper in aliquibus oris
ac regionibus dies illuceſcit. De hoc perenni ſa-
cramento ait ita Deus apud Malachiam cap. 1. In *Mal. 1.*
omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo
oblatio mũda. Intelligi locũ illum de hoc admi-
rabili euchariſtiæ ſacramento authores ſunt Ire-
næus lib. 4. contra Valentinum, Iuſtinus martyr
in dialogo cum Triphone, Cyprianus contra Iu-
dæos, Euſebius Cæſarienſis libro 1. euangelicæ
demonſtrationis, Hieronymus, & poſt illũ Theo
doretus in Malachiam, Ioannes Damaſcenus li-
bro quarto de fide orthodoxa. Vt eadem imago
ſimul in multis relucet ſpeculis: ſic ſanctum Eu-
chariſtiæ ſacramentum ſimul in multis conſici-
tur locis. Cùm natura poſſit efficere, vnam ani-
mæ eſſentiam in plurimis membris eſſe, in corde,
capite, pedibus, & manibus: quomodo non
poterit efficere Deus, vt corpus ſuum in pluri-
bus ſit locis? præſertim cùm ibi non ſit locali- *Similitudo.*
ter, ſed ſacramentaliter. Ac quemadmodum can-
delæ lumen tam multis ſufficit, quàm vni: ita ho
ſtia conſecrata quantum ex ſe eſt, tam vni pro-
deſt, ſi totam illam accipiat, quàm multis, ſi eam
in particulas diuiſam ſumant. In qualibet enim
particula totus Chriſtus continetur. Magnum
profectò myſterium, & admirabile redẽptionis
humanæ ſacramentũ. De eo cecinit diuinus pſal.
Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors *Pſal. 110.*
& miſerator dominus, eſcam dedit timenti-
bus ſe. Dedit eſcam ad vitam, quia per eſcã intro

ietat

ierat mors. Solet Deus iiſdem rebus detrimenta
noſtra reſarcire, quibus infringimur, & morbis
noſtris iiſdem remediis mederi, quibus ægrota-
mus: vt quibus rebus perimus, iiſdem reſtitua-
Gen.7. mur. Deſtructus eſt mūdus aquis in proluuie ter-
ræ, recuperatus eſt aquis in baptiſmo, dicente do
mino apud Ioannem tertio: Niſi quis renatus
Ioan.3. fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introi
re in regnum Dei. Ioſeph ob ſomnia fuit vendi-
Gen.37. tus, & abiectus, & afflictus: & ob ſomnia in liber
Gen.41. tatem reſtitutus, & ad eximiam gloriam euectus,
admirabilique gaudio cumulatus. Quædam mu
lier nimirum Heua fuit principium noſtræ infeli
Gen.3. citatis: quædam mulier nimirum Maria fuit prin
cipium noſtræ beatitudinis. Heua fuit plena cul
pæ, Maria plena gratiæ: cui dixit angelus: Aue
Luc 1. gratia plena. Per eſcam ingreſſa eſt mors, dicente
Gen.2. Deo: De ligno ſcientiæ boni & mali ne come-
das: in quocunque enim die comederis ex eo,
morte morieris: per eſcam ingreſſa eſt vita, eo-
dem Deo aiente: Si quis manducauerit ex hoc
Ioan.6. pane, viuet in æternum. Et iterum: Panis quem
ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Et paulò
pòſt: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus
verè eſt potus: qui manducat meam carnem, &
bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in
illo. Si quærimus epulas corporis, quatum rapi-
mur auiditate, quātò magis debemus animi quę
rere cibum, panem illum viuum, qui de cœlo de
ſcendit: Iudæi ſolebant efferre magnis laudibus
legis veteris portenta & mirabilia: quorum non
nulli hoc faciebant, non vt ea laudarent, ſed vt
Chriſti miracula abiicerent. Hoc eſt enim mun-
di artificium, laudare quoſdam, vt alios vitupe-
ret: extollit illos, vt deprimat iſtos: aufert è ſe-
pulchris mortuos, vt ſepeliat viuos: vt hos con-
tegat iniecta humo, alios extrahit ex monumen-
tis. Hac cauſa ducti nonnulli ex Iudæis manna
Exod.16. pleno ore laudabant, quo fuerat Iſraeliticus po-
pulus in ſolitudine nutritus, & ſuſtentatus: de
quo canit diuinus citharœdus: Panem cœli de-
dit eis: panem angelorum manducauit homo.
Et alibi: Pañe cœli ſaturauit eos. Sed quemad-
Pſal.77. modum lapides pretioſi, vt eorum vis & gradus
agnoſcantur, aliis gēmis conferuntur: ita vt hu-
ius ſancti euchariſtiæ ſacramenti præſtantia co-
Pſal.104. gnoſceretur, voluit illud Chriſtus cum manna
Similitudo. Iudæorum comparare. Ideo ait illis: Patres ve-
Ioan.6. ſtri mādūcauerunt manna in deſerto & mortui
ſunt: at panis quē ego dabo, eſt panis viuus de
cœlo deſcendens, vt ſiquis ex ipſo mādūcauerit,
nō moriatur. Siquis mā ducauerit ex hoc pane vi
uet in æternum. Acſi diceret: Māna erat vmbra,
ego ſum ſubſtantia: manna erat figura, ego figu
ratus: manna non tribuebat gratiā digne man-
ducantibus, hoc autē ſacramentū gratiam in eos
confert, qui illud digne ſuſceperint: manna refi-
ciebat ſolū corpus, hoc autē ſacramētum corpus
& animā: māna nō tribuebat vitam æternā, hoc
autē ſacramētum tribuit. Videte, & animis diligē
ter perſpicite, quot ſint inter hos duos panes diſ-
crimina, & quantæ inter hæc duo mirabilia diffe
rentiæ. Quid plura? Māna erat pura creatura, in
hoc autē euchariſtiæ ſacramento eſt totus Chri-
ſtus, verus Deus & verus homo, mūdi creator &
redemptor. Nā panis virtute verborū conſecra-
tionis cōuertitur ſupernaturaliter, & trāſſubſtā-
tiatur in verū Chriſti corpus. Vbi autem eſt eius
corpus, per quandam concomitantiā, ibi eſt eius
anima, & eius diuinitas. Itaque in hoſtia illa con
ſecrata totus Chriſtus verè & realiter contine-
tur. Id quod panis & vinum ante conſecrationē
erat, confecta conſecratione verè eſt corpus &
ſanguis domini. Siquidem caro eius verè eſt ci-
bus, & ſanguis eius verè eſt potus. Non ait: Ca-
ro mea metaphoricè, aut parabolicè, aut allegori *Ioan.6.*
cè, aut figuratiuè: ſed verè eſt cibus: qui verè ci-
bus verè eſt Chriſtus, verus Deus. Hoc intuens
mentis oculis diuino lumine illuſtratis diuinus
vates Eſa. ait: Verè tu es Deus abſconditus. Eſt
enim in admirabili ſacramento ſub ſpeciebus pa *Eſa.45.*
nis & vini abſconditus, ne mortalium oculis cō-
ſpiciatur. Chriſtus eſt ſacerdos, iuxta id quod ait
pſalmographus: Tu es ſacerdos in æternum ſecū *Pſal.109.*
dùm ordinem Melchiſedech. Quem locum di-
uus paulus in epiſtola ad Hebræos de Chriſto in
terpretatur. Et quēadmodum Melchiſedech ob-
tulit Deo panem & vinum, vt in libro Geneſis
proditum eſt memoriæ: ita Chriſtus ſeipſum ob
tulit patri ſub ſpeciebus panis & vini. Quod au-
tem Melchiſedech panem illum & vinum obtu-
lerit Deo, indicat id, quod ſequitur: Erat enim ſa *Heb.5.& 7.*
cerdos Dei altiſſimi vt Melchiſedech adminiſtra *Gen.14.*
bat regnū: & ſacerdotiū: ita Chriſtus eſt rex & ſa
cerdos: vt rex nos gubernat, & tuetur: vt ſacerdos
aūt myſteriis maximarū rerū nos inſtruxit, & re-
ligionem, verúmque Dei cultum per vniuerſas
terrarum oras longè latéque propagauit: & ſce-
lera noſtra admirabili ſacrificio ſui ſanctiſſimi
corporis, & pretioſiſſimi ſanguinis expiauit: no-
bíſque viam ad beatitudinem æternam muniuit.
Fuit autē Melchiſedech ſimilis Chriſto rationi-
bus aliis, quas numerat apoſtolus capite ſeptimo *Heb.7.*
epiſtolæ ad Hebræos. Fuiſſe ſacrificium illud Mel
chiſedech figuram ſancti euchariſtiæ ſacramenti,
authores ſunt Euſebius Cæſarienſis libro quinto
euangelicæ demonſtrationis, Cyprianus libro
2. epiſtola 3. Ambro. in commentarius in epiſto-
lam ad Hebræos, cap. 7. & libro 5. de ſacramen-
tis cap.3. Hieronym. libro quæſtionum in Gene
ſim: & in capite 26. Matt. & fuſius in epiſtola ad
Euagrium, Auguſtinus libro 16. de ciuitate
Dei, capite vigeſimoſecundo & libr. 18. capite
35. Et in pſalmo trigeſimotertio & 109. Theo-
philactus in caput 5. epiſtolæ Pauli apoſtoli ad
Hebræos, Euſtathius Antiochenus in Geneſim,
Remigius in pſal.109. Quid ad tot, tantáque ſan
ctorum patrum teſtimonia reſpondebunt Calui
niſtæ, & alij hæretici noſtri temporis, qui non ſo
lùm negant antiquas huius admirabilis ſacramē
ti figuras, ſed etiam ipſum ſacramentum, quod
penitus delere conantur? Sunt Iudæi illi, qui di-
cebant: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuā *Ioan.6.*
dare ad manducandum? Dicunt enim ſe non vi-
dere illic Chriſti corpus. Sed vnde ſequitur: Nō
videmus hic Chriſti corpus, ergo non eſt hic?
Quę eſt iſta cōcluſio? O ridiculi dialectici! ô leues
homines in re tā graui! Nec vidēt animā in homi
ne: & tamen in illo anima eſt, Iſaac nō vidit Ia-
cob, quādo ipſe Iacob ei attulit eſcā venationis, *Gen.28.*
ab eoq; petiit benedictionē: caligauerāt enim o-
culi Iſaac. Fefellit eū tactus cū ſenſibus aliis: exi-
ſtimauit

mauit enim illum eſſe Eſau : ſolùm auditus eum
non feſellit : quam ob cauſam dixit : Vox quidé
vox Iacob eſt. Quamuis vos decipiant ſenſus a-
Matt.26. lij, tamen credite auditui. Nónne auditis vocem
Chriſti dicentis: Hoc eſt corpus meum? Hæc vox
Mar.14. quidem vox Chriſti eſt. Chriſtus loquitur in euã
Luc 22. gelio: cur euangelio non creditis? Cur de verbis
Chriſti dubitatis? Ipſe Chriſtus ait apud Lucã:
Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur:
Luc 22. Hoc facite in meam commemorationem. Ipſe
apertè ait, illud eſſe verum ſuum corpus : ipſe cla
Ioan 6. mat : Caro mea verè eſt cibus : & cibus qui refi-
cit, qui recreat, qui inſtaurat, qui alit, qui gratiã
confert, qui gloriam tribuit immortalem. Videte
obſecro quàm altè nobis ſuã erga nos Chriſtus
Deus noſter oſtendat charitatem : quicquid à no
bis aſſumpſit, totum pro nobis expendit, & no-
bis in cibũ porrigit. Qui in hac vita ſe nobis lar-
gitur, quid faciet in altera ? Cur non dabimus
ei nos ipſos, qui ſe totum nobis dat ? qui abiẽs in
cœlum nobiſcum manſit in ſacramento ? Nõ po
tuit ferre eius amor, vt diſcederet à nobis, quin
maneret nobiſcum. Quæ res vnquam geſta eſt
mirabilior ? quæ amabilior : quæ illuſtrior ? quæ
denique accommodatior memoriæ hominum
ſempiternæ ? Qui homines erunt tam inhumani,
tam agreſtes, tam ingrati, tam ſtupidi, qui non vi
deant hanc Dei erga nos ſingularem beneficen-
Gen.18. tiã, & admirabilẽ charitatẽ? Sed quemadmodum
Abrahã tres vidit, ſed vnũ adorauit : ita nos vidẽ
tes in hoſtia conſecrata colorẽ, figurã, & magni-
tudinẽ, vnã ſolã rem illic adoramus, nimirum ip-
ſum Chriſtum Deum noſtrum. Ac quamuis ad-
mirabile hoc ſacramentum ab iniquis aliquan-
do ſacerdotibus miniſtretur, & ab hominibus
Similitudo. improbis ſumatur, ipſum tamen purum ſemper
& incontaminatum perſeuerat. Nam vt ſolis lux
tranſiens per loca polluta nõ polluitur : ſed ſplen
dida manet atq; pura : ſic Chriſtus tametſi ab ho
minibus iniquis tractatur, ipſe tamen non inqui
natur : ſed puriſſimus atque ſanctiſſimus manet,
eos illuſtrans qui ſe ab impuritate ſeuocarunt.
Similitudo. Ipſe eſt cœleſtis ac diuinus pellicanus, qui nos
corpore ſuo ſacratiſſimo & ſanguine ſuo pretio-
ſiſſimo ſuſtẽtat atq; nutrit. Nã poſt cõſecrationẽ
in hoſtia nõ manet panis, ſed Chriſti corpus : &
Chriſtus ipſe, qui eſt panis viuus, q de cœlu deſ-
Ioan.6. cendit. Hoc ſacramentum eſt veteris legis ſacra-
mentis præſtantius. De illo intelligitur id, quod
Exod.16. Deus per Moſem promiſit cap Exod. 16. daturũ
ſe veſpere carnes, & mane panem. Vbi per veſpe
rã obſcurã intelligitur lex vetus, in qua Deus de
dit carnes, hoc eſt ſacrificia carnalia : per mane
verò clarum lex noua, in qua dedit panẽ cœleſtẽ,
hoc eſt ſeipſum, in ſancto euchariſtiæ ſacramẽto:
vbi fit admirabilis trãſſubſtãtiatio. Si phœnix, vt
Plin. & Lactan. & viri alij magni nominis aiunt,
incenſa moriẽs cõuertitur in cinerẽ, & cinis ille
in alterã phœnicẽ, quæ de puluere reuiuiſcit : cũ
alia ſit pulueris, alia auis materia, alia carnis, alia
cineris : nónne poterit Deus facere, vt panis con
uertatur, & transſubſtantietur in verum ſuũ cor
Exod.4. pus? Nónne aqua conuertitur in cryſtallum, &
in glaciem, & in gelu? Ex diuina ſcriptura ſcimus
apertè virgam Moſis in ſerpentem conuerſam
fuiſſe : & aquas Aegypti in ſanguinem mutatas.
Lege librum Exodi, vbi hæc intueberis. In ſan- *Exod.7.*
cto Chriſti euangelio authore diuo Ioanne ſcri *Ioan.2.*
ptum eſt, in nuptiis Chana Galilææ fuiſſe aquã
in vinum mutatam. Corallos ex ligno fit lapis:
cùm diuerſa ſit ligni ac lapidis materia. Nónne
herbæ quas comedimus, conuertuntur in carnẽ
& ſanguinem ? Nónne homo ex herbis, & rebus
alijs conficit vitrum alterius diuerſæ naturæ: Mi
retur igitur ſui miracula, & deſinat Dei miracu-
la negare. In Germania eſt fons, qui admirabilẽ
efficit conuerſionem: nam lignum in illum con-
iectum conuertitur in lapidem. Et aſſerit Alber-
tus magnus ſe hoc expertum fuiſſe. Poteſt natu-
ra miranda quædam facere, & fragilis atque im-
becillus homo opera admirabilia conficere : &
ſummus ac potentiſſimus Deus nõ poterit? Quis
hoc dicet, niſi fuerit à ratione relictus, & omni
intelligentia penitus deſtitutus ? Qui voluerit
multa de veritate huius ſacramenti cõſpicere, le
gat diui Iacobi liturgiam : cuius meminit ſyno-
dus ſexta canone 32. Proclus epiſcopus Conſtan
tinopolitanus, Nicolaus epiſcopus Methonẽſis,
Marcus Epheſinus. Legat epiſtolam diui Ignatij
ad Romanos, diuum Clementem diſcipulum di-
ui Petri apoſtoli epiſtola ſecunda, Septimium
Tertullianum libro de reſurrectione carnis, Dio
nyſium Alexandrinum in epiſtola ad Fabianum
epiſcopum Antiochenum, Arnobium in pſalmũ
quartum & in pſalmum 110. Athanaſium Alexã-
drinum quæſtione ſecunda de variis quæſtioni-
bus, Hilarium libro octauo de trinitate, Opta-
tum epiſcopum Milenitanum libro ſexto contra
Donatiſtas, Baſilium magnum in tractatione de
baptiſmo, Ambroſium epiſcopum Mediolanen-
ſem in libro de his, qui initiantur myſterijs, &
libro quarto de ſacramentis, Ioannem Chryſo-
ſtomum homilia 60. de his, qui ſacra myſteria
impure ſumunt : & homilia quadrageſimaquar-
ta & quadrageſimaquinta in ſanctum Ioannem,
Auguſtinum Aurelium in pſalmum 33. Cyril-
lum Alexandrinum libro 4. in Ioannem Hier.
in epiſtola ad Damaſum de filio prodigo, & epi-
ſtola ad Hedibiam, Amphilochium, Onuphriũ,
Palladium, & alios infinitos authores vetuſtate
ac illuſtribus laudibus celebratos. Quid dicam
de recentoribus hoc aſſerentibus, cùm ſint innu-
merabiles ? Id quod ſcriptum eſt pſal. 2. Apprehẽ *Pſal.2.*
dite diſciplinam : poteſt transferri ex Hebræo:
Adorare panem. Verbum enim Naxae non ſo-
lùm apprehendere ſignificat, ſed etiam adorare,
vt ait Hieronymus & oſculari, vocabulum au-
tem bar inter alia ſignificat panem, vt ait Pagni-
nus in Theſauro. Quis eſt hic panis, quẽ ſumus
adoraturi, niſi Chriſtus Deus noſter in hoc ſacra
mento ? De illo intelligitur illud Zach. 9. Quid *Zach.9.*
pulchrum eius eſt niſi frumentum electorum, &
vinum germinans virgines ? vbi per electos &
virgines Chriſtiani ſignificantur : per frumen-
tum verò & vinum ſacroſanctum euchariſtiæ ſa
cramẽtũ, in quo Chriſtus ſub ſpeciebus panis &
vini verè & realiter cõtinetur. Omnes ſcriptores
ex omni memoria à tẽpore apoſtolorũ, qui fidẽ
catholicã tenuerunt, & de ſacramentis tractaue-
runt, huius ſacroſancti ſacramenti & ſacrificij ve
ritatem affirmarunt. Omnes non ſolum fatentur,
ſed etiam profitentur in hoſtia ſacrata eſſe verũ
Chri

Chriſti corpus, & totum Chriſtum, & in calice
conſecrato eſſe verum Chriſti ſanguinem, & to-
tum Chriſtum. Hæc fidei veritas fuit aſſerta &
definita à multis ſummis pontificibus, quorum
verba ſunt in ſacros canones relata de conſecra-
tione diſtinctione prima & ſecunda: fuit etiã aſ-
ſerta & definita in cõcilio Vercelenſi, in concilio
Turonenſi, in duobus conciliis Romanis, quorũ
alterum Nicolaus ſecundus, alterũ Gregor. ſepti
mus pontifices maximi conuocarunt. Ibi Beren-
garius hæreticus qui hoc ſacramẽtũ negauit, fuit
dãnatus publica ſententia: quã poſtea Innocẽ.
tertius in cõcilio Lateranenſi magno cõfirmauit.
Ac deinceps in Florentino & Tridẽtino cõciliis,
& in multis aliis fuit huius veritatis fides apertè
declarata & definita. Itaq; in hoſtia cõſecrata eſt
verus Deus noſter, ſpes noſtra, conſolatio noſtra,
refugium noſtrũ: illic eſt panis vitæ, dulce ac di
uinum mãna abſconditũ, ſolatiũ noſtri exilii, pi-
gnus noſtræ gloriæ, fiducia noſtræ beatitudinis.
Qui dignè manducat, Deũ ipſum in ſe habet per
gratiã: ille enim ait: Qui manducat meam car-
Ioan.6. nem, & bibit meũ ſanguinẽ, in me manet, & ego
in illo: nimirũ per gratiã & charitatẽ. Quare qui
1.Cor.6. dignè ſumit, adhæret Deo admirabili vinculo a-
motis: qui autem adhæret Deo, vt ait apoſtolus,
vnus ſpiritus eſt. Aduerte. Non ait Deus: In me
manet, & ego tranſeo: ſed & ego in illo maneo
Mundus tranſit, vt verbis vtar diui Ioan. in 1. ſua
1.Ioan.2. canonica, & concupiſcentia eius. Et de rebus hu
ius ſeculi ſcriptũ eſt in lib. Sap. Tranſierunt om-
Sap.5. nia illa ſicut vmbra. At Deus manet in æternũ. Pe
riit memoria eorum, cum ſonitu, inquit pſalmo-
graphus, & dominus in æternũ permanet: Diui-
Pſal.3. nũ numen ſempiternã habet vitam, res autẽ mũ-
di aut obruuntur repente, aut ſenſim euaneſcũt.
Cõtẽnamus igitur ea, quæ fluxa ſunt, & caduca:
fallacia bona, mũdi ludibria pro nihilo putemus:
Deũ aũt qui eſt vita ſempiterna & ſummũ bonũ
ſumma auiditate amore pleniſſima amplecta-
mur. Eã ob cauſam viri pietate & iuſtitia præcel-
lẽtes imitantur in terris vitã cœlitũ, quia manẽt
in Chriſto, & in illis ipſe. Ex quo efficitur, vt ad-
mirabiles victorias aduerſus dæmonẽ, mundũ, &
carnẽ quotidie cõſequãtur. Hoc ſalutare & ſacro
ſanctũ ſacramentũ & ſacrificiũ nitetur Antichri-
ſtus delere, quẽadmodum nunc eius membra hę
retici noſtri tẽporis nituntur. Et auferetur tunc
iuſſu impij Antichriſti aliquo temporis interual-
lo, vt ex hoc Danielis loco conſtare videtur.

Et poſita fuerit abominatio in deſolationem. Id eſt,
& antichriſtus deſolator omnium bonorum ſe
expoſuerit, vt tanquam Deus colatur. Abomina
tionem appellant Iudæi idolum, cui diuinus cul
tus exhibetur. Huiuſmodi erit Antichriſtus: quẽ
impij pro Deo venerabuntur. Vel accipitur abo
minatio pro ipſius Antichriſti exercitu: qui tem
pla ſancta deſolabit, & impia ſcelera admittet:
Vel pro eius imagine: quam omnibus colendã
exhibebit. Ego exiſtimo per abominationem de
ſolationis intelligi hoc loco cultum execrandũ
Sup.9. vero Dei cultui contrarium. Capite nono locu-
tus eſt Daniel de abominatione deſolationis:
quæ fortaſſe eſt eadem cum hac. Sed probabilius
eſt illic locutum eſſe de abominatione, quæ fuit
Mat.24. Hieroſolymæ in eius euerſione per exercitũ Ro-
manorum hic verò de illa, quæ erit tẽpore Anti- *Marc.13.*
chriſti. Chriſtus autẽ in euangelio ad vtrãque reſ
pexit, quia prior fuit poſterioris figura: quando
dixit: Cùm videritis abominationem deſolatio *Luc 21.*
nis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in
loco ſanctu: qui legit, intelligat.

Dies mille ducenti nonaginta. Id eſt, erunt tres an
ni cũ menſibus ſex, & nonnullis paucis diebus.
Explicat id, quod paulò antè dixerat: In tempus,
& tempora, & dimidium temporis.

*Beatus qui expectat, & peruenit vſque ad dies mil-
le tercentos triginta quinque.* Addit ſuperiori ſum-
mæ quadraginta quinque dies, in quibus erit le-
uamen & refrigeratio electis. Senſus eſt: Felices
erunt, qui poſt mortem Antichriſti vixerint. qui
bus dabitur aliqua requies, & tempus aliquod,
quo poſſint animæ ſalutẽ quærere, maculas ſcele
rum pœnitentia delere, & ad Deum toto pectore
aſpirare. Qui Antichriſto è vita ſublato viui re-
manſerint, ſi nõ fuerunt decepti, ſed in fide & vir
tute conſtantes, accipient coronam vitæ: ſin au-
tem decepti paruerunt Antichriſto, poterũt illo
tempore pœnitentiã agere, à flagitiis reuocari, &
ad Chriſtum cõuerti. Sed nõ intelligas futurũ eſ-
ſe iudicium vniuerſale proximè poſt illos 45. dies
ab interitu Antichriſti. Dabuntur illi quidẽ: ſed
nõ eſt perſpicuũ, vtrũ poſt illos dentur alij: nec
eſt omnino certũ, ſint nec ne dies illi naturales.
Et fortaſſe ponitur numerus definitus pro inde-
finito.

Tu autem Daniel vade ad præfinitum. Hoc eſt, tu
verò morieris: & hæc non aſpicies. Ponitur præ-
ſens imperatiui pro futuro indicatiui, vt Deu.32. *Deut.32.*
vbi Deus dixit Moſi: Morere in mõte. Ire ad pręе
finitum, eſt, ire ad mortẽ omnibus cõſtitutam.
Nam, vt verbis vtar Apoſtoli in epiſtola ad He-
bræos, Statutum eſt hominibus ſemel mori. Vn- *Heb.9.*
de mors appellatur via vniuerſæ terræ. Volens Io
ſue cap.23. libri ſui indicare ſe eſſe morti propin- *Ioſue 23.*
quũ: En ego, inquit, ingredior viã vniuerſæ terrę
hoc eſt mortẽ, quæ eſt omniũ hominum via. Eo-
dẽ modo dixit David cap. 2. libri 3. Reg. Porrò *3.Reg.2.*
pro, vade ad præfinitum: vertit Pagnin. Vade ad
finem. Quod noſtræ fauet explanationi.

Et requieſces. Hoc eſt, huius mundi laboribus
liberaberis: mors enim viris piis ac iuſtis eſt
quies, & finis laborum. Qui eos interficiunt, auſe
runt ab illis labores. Ideò ait Sap. Stabunt iuſti in *Sap.5.*
magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtia-
uerunt, & qui abſtulerunt labores eorum.

Stabis in ſorte tua in finem dierum. Hoc eſt, redi
bis ad vitam in fine mundi: reſurges in tua pro-
pria carne in vniuerſali reſurrectione. Interim
quieſcet corpus tuum in tumulo, & anima in lim
bo, & poſtea in gloria cæleſti. Sed ad vocem Dei.
ad ſonitum tubæ ſtabis iterum in ſorte tua, & in
gradu tuo: recipies tuum corpus, & reſur-
ges cum omnibus aliis in tempore poſtremo.
Theodotio habet: Reſurges in ordine tuo in cõ
ſummatione dierum. Quibus verbis indicat vati
cinationẽ hanc intelligendam eſſe de Antichri-
ſto, & de vniuerſali reditu ad vitam omniũ mor-
tuorum in fine mundi. Quare falſa eſt & commẽ
titia Porphyrii interpretatio, qui totum hoc dè
Antiocho tãtum explicauit. Ac multa dicit, quæ
nullo modo poſſunt ſuſtineri. Sed calũnias eius
gra

pios ac iuſtos;ſed ſimplices cōfert ſtellis. Vbi firmamentū pro cœlo & ſtellarum fixarū & erran- *Gen.1.* tium in cōmuni accipitur: vt cap.1. Geneſis: Fiat firmamentum in medio aquarum. Ex quo colliges eam eſſe inter virum iuſtum doctum & indoctum differentiam, quæ eſt inter ſolem & ſtellam. Aſpicis, quantum inter ſe diſtent docta iuſtitia, & iuſta ſimplicitas. At editio vulgata quæ in explicāda Hebraica veritate inter omnes vna eminet, vtrunque refert ad eruditos.

Vſque quo finis horum mirabilium? Pro mirabiliū eſt in Hebræo: נפלאות Pelaoth: à verbo פלא Pala, quod ſignificat abſcondere, ſeparare, eſſe mirabi- *Prou.30.* le, difficile, abſconditū, abſtruſum. Cap. Prouer. 30. vbi nos habemus: Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: pro difficilia, eſt in Hebraico vocabulum hoc. Quā ob cauſam poteſt oratio illa ita verti: Tria ſunt abſcōdita mihi: Vel mirabilia apud me. Eodem modo accipitur pſal. *Pſal.118.* 118. Mirabilia teſtimonia tua. Vel difficilia intellectu. Vel abſcondita ſunt leges tuæ. Illud Deu- *Deut.17.* teronomij 17. Si difficile & ambiguū apud te iudiciū eſſe proſpexeris: verti poteſt: Si occultum *Pſal.117.* tibi eſſe iudiciū perſpexeris. Illud pſal. 117. A domino factū eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris: poteſt verti: Et eſt abſconditum oculis noſtris. Tā excelſum eſt enim myſterium redēptionis humanæ, vt aciē fugiat oculorū noſtrorum: quare magis nitendū eſt fidei, quàm iudicio hu- *Pſal.4.* mano. Illud pſal. 4. Scitote, quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum: pro quo Hieron. tráſtulit: Cognoſcite, quoniam mirabilem reddidit dominus ſanctum ſuum: verti etiam poteſt: Scitote, quoniam ſeparauit, vel ſegregauit dominus ſanctum ſuum. Solet nanq; Deus viros ſanctitate inſignes à ſceleratorum cœtu & familiaritate ſeparare, & in ſolitudinem adducere. Vel ita: Scitote, ꝙ abſcōderit Deus ſanctum ſuum. Ideo viri iuſti abſconditi dicuntur. De illis ait idē diuinus *Pſal.30.* vates pſal. 30. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à contradictione hominum. Illud etiam *Eſai.29.* Eſaiæ 29. Ideo ecce ego addā, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo: peribit enim ſapientia à ſapientibus: poteſt verti: Idcirco ego addam, vt abſcondam à populo hoc magna & ſtupenda abſconſione. Ideo ſequitur: Peribit ſapiētia, &c. Illud quod dixit an- *Iudic.13.* gelus Manue capit. Iudicum 13. Cur quæris nomen meū, quod eſt mirabile? poteſt verti: quod eſt abſconditum. Idem enim vocabulū vtrum- *Eſai.9.* que ſignificat. Vnde illud Eſaiæ cap. 9. Et vocabitur nomen eius, admirabilis, cōſiliarius, Deus, fortis: poteſt verti: Et vocabitur, nomē eius, ab- *Eſai.45.* ſcōditus, &c. Ipſe enim Eſaias cap. 45. ait. Verè tu es Deus abſconditus. Eſt enim Chriſti diuinitas abſcondita in eius humanitate. Eam ob cau- *Habac.3.* ſam ait Habacuc 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo *Pſal.9.* eius. Et Dauid in 9. pſal. inſcriptione: Pro occultis filij: Hoc eſt, pro filio Dei occulto. Et diuus *1.Cor.2.* Paulus cap. 2. epiſtolę prioris ad Corinthios: Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quę abſcondita eſt: quàm prædeſtinauit Deus ante ſecula. Sapiētia Dei abſcōdita in myſterio eſt Chriſtus Ieſus verus Deus in humanitate abſconditus. De eo idem apoſtolus verba illa: Ignoto Deo: interpretatus eſt, quæ Athenis in ara quadā inuenit, vt diuus Lucas memoriæ prodidit cap. 17. Acto- *Acts.17.* rum. Et cap. Apocalypſis 2. ait Deus pater: Vin- *Apoc.2.* centi dabo manna abſconditū. Eam ob cauſam ipſe Chriſtus apud Matthęum 13. ſe cum theſau- *Matt.13.* ro abſcōdito comparauit. Præterea illud pſalmi *Pſal.138.* 138. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: verti etiam poteſt: Abſcondita facta eſt mihi ſcientia tua. Quare hic Danielis locus verti poteſt: Vſq; quo erit finis rerum harum abſconditarum? Dixerat enim Angelus Danieli: Claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum. Quibus verbis oſtendebat abſconditas eſſe, & occultas res illas, de quib. vaticinabatur. Daniel autem eum interrogat, quando earum finis futura ſit.

Eligentur. In Hebræo eſt verbum ברר Barat, quod ſignificat eligere, examinare, purgare, tergere, acuere, intelligere, polire. Ab hoc verbo eſt illud Eſaiæ 49. pro quo Latinus noſter inter- *Eſa.49.* pres vertit electam: Poſuit me ſicut ſagittam electam. Quod poteſt verti: Poſuit me ſicut ſagittam terſam: vel politam: vel acutam. Ita apud Ieremiam 51. Acuite ſagittas: verti poteſt: Eligite, *Ier.51.* vel polite, vel tergite ſagittas. Illud Eccleſiaſtis *Eccl.9.* cap. 9. Omnia hæc tractaui in corde meo, vt curioſè intelligerem: poteſt transferri: Vt totum hoc examinarem. Vel vt totum hoc eligerem.

Huc vſque Danielem in Hebræo volumine legimus. Quæ ſequuntur vſque ad finem libri de Theodotionis editione tranſlata ſunt.

Argumentum capitis XIII.

Ioachim duxit vxorem Suſannam vtraque pulchritudine & animi & corporis ornatam: in quam duo impudici ſenes libidine ducti inuaſerūt, vt ea ad obſcœnam voluptatem vterentur. At illa videns periculum, in quo verſabatur, ingemuit, & exclamauit, decernens mortem potiùs ſubire, quàm ſe nefaris ſcelere polluere, honeſtatiſq; ſplendorem maculare. Quare eā ſenes falſo adulterij crimine ad eandem vocarunt: & cùm eſſent iudices rei capitalis, damnauerunt. Sed liberauit eam Daniel: eiúſque calumniatores conuictos iudicauit mulctandos eſſe morte: vt pernicies quam parauerant innocenti Suſannæ, in eorum caput redundaret.

CAPVT XIII.

ET erat vir habitans in Babylone, & nomē eius Ioachim; & accepit vxorem nomine Suſannam Filiā Helciæ: pulchram nimis, & timentem Deum. Parentes enim illius cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi. Erat autē Ioachim diues valde: & erat ei pomarium vicinum domui ſuæ: & ad ipſum confluebant Iudæi, eo quòd eſſet honorabilior omnium. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in illo anno: de quib. locutus eſt dominus: Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſeniorib. iudicibus, qui videbantur regere populum. Iſti fre- A

Vv quen

quenrabant domum Ioachim : & veniebant ad eos omnes , qui habebãr iudicia. Cùm autem populus reuertiſſet per meridiem , ingrediebatur Suſanna , & deambulabat in pomario viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem & deambulantem : & exarſerunt in concupiſcentiá eius:& euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos,vt nõ viderent cœlum , nec recordarentur iudicio-
B rum iuſtorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius:nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum : erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam , volentes concumbere cum ea. Et obſeruabant quotidie ſolicitius videre eam : dixitque alter ad alterum:Eamus domum, quia hora prandij eſt. Et egreſsi receſſerunt à ſe. Cúmque reuertiſſent,venerunt in vnum : & ſciſcitantes ab inuicem cauſam,confeſsi ſunt concupiſcẽtiam ſuam: & tunc in communi ſtatuerunt tempus, quando eam poſſent inuenire ſolam. Factum eſt autem , cùm obſeruarent diem aptum, ingreſſa eſt aliquando , ſicut heri & nudius tertius,cum duabus ſolis puellis,voluitq; lauari in pomario:æſtus quippe erat : & non erat ibi quiſquam præter duos ſenes abſconditos , & contemplantes eam. Dixit ergo puellis : Afferte mihi oleum & ſmegmata,& oſtia pomarij clau-
C dite,vt lauer. Et fecerunt ſicut præceperat:clauſerúntque oſtia pomarij,& egreſſæ ſunt poſticum , vt afferrent,quæ iuſſerat : neſciebántque ſenes intus eſſe abſconditos.

EXPLANATIO.

Et erat vir: Hæc duo capita quæ ſeqnútor,non inoeniuntur in Hebræo : ſed verſa ſunt in Latinum ſermonem ex editione Græca Theodotionis. Foerunt quondam in Hebræo:vnde ea tranſtulit Theodotio : ſed aiunt Iudæos poſteà illa deleniſſe , quod ex illis colligeretur , fuiſſe duos implos ſenes lapidibus obrutos , quos Ieremias fuiſſe igne combuſtos teſtatur. De illis enim id
Iere.29. intelligunt Ieremiæ capit.29. Ponat te dominus ſicut Sedeciam & ſicut Achab , quos frixit rex Babylonis in igne. At non cunſtat hos duos ſenes impudicos fuiſſe Sedeciam & Achab,de quibus loquitur Ieremias. Ac etiamſi illi eſſent:nulla tamen diſcrepátia eſt inter hos duos locos Danielis & Ieremiæ:nam quicunque calamitoſum patitur interitum , dicitur igne perire : & quælibet pœna graois oomine ignis exprimitur. Pſal.
Pſal. 65. 65.ait Daoid: Tranſiuimus per ignem & aquam.
Pſal. 20. Et pſalm.20, Deuorabit eos ignis. Et Deus apud
Amos 1. propheram Amos 1. cap. Mittam ignem in do-
Amos 2. mum Aſael. Et 2. Mittã ignem in Moab. Et apud
Ezechielem 30. Dabo ignem in Taphnis. Et pau *Ezec.30.*
lò pòſt: Dabo ingnẽ in Aegypto. Et Mich.6. Ad- *Mich.6.*
huc ignis in domo impij. Quibus in locis ignis accipitur pro exitio & calamitate. Quare nõ deberent Hebræi hæc duo capita tanquam commentitia delere. Hiſtoriæ in illis relatæ ſunt veræ : & illis vtitur ſancta eccleſia catholica. Nec deberet Hebræos mooere , hoc caput incipere à particula,& copulante , cum nullam habeat , vt ipſi aiunt,cum ſuperioribos cohærentiam. Nam
Ezechiel incipit ab eadem particula, dicens: Et *Ezech.1.*
factũ eſt in 30. anno. Et Ionas ſimiliter: Et factum
eſt verbum domini ad Ionam. Eſt enim figura *Ion.1.*
prolepſis,cùm quæ ſequi debent,præponuntur: *Pſal.86.*
vt pſalm.86. Fundamenta eius in montibus ſanctis:diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta ſont de te ciuitas Dei. Imò altè ſpectare ſi velint,ipſa particula, & , oſtendit hæc duo capita fuiſſe vaticinationi Danielis ab ipſo cõnexá. Poteſt particula, &, accipi pro quidam : vt ſit ſenſus : Erat qnidam vir, &c. Non ſum inſcios,eſſe nonnullos aſſerentes, nihil vnquã fuiſſe à Iudæis in ſacris biblijs motatom:atſi legiſſent eorum Thalmod , id profectò non aſſererent. Magni enim Iudæorum rabbini in eo libro fatentur, antiquos ſcribas, quos appellabant ſophrim,nonnolla in diuinis literis mutaſſe:etiam ſi vera ſententia maneret. Hi aotem rabini ſunt Rabbi Rahmon, Rabbi Semuel, Rabbi Iodá, Rabbi Hánina, Rabbi Simõ, & alij. Qua de re vide ex recentibus Petrũ Galatinnm lib.1. de arcanis catholicæ veritatis ca.8. Ex antiquis verò vide Hieronymom li.2. epiſtulæ ad Galatas,& in commentariis in capot 5. Michæ,& Iuſtinum martyrẽ in Triphone, & in Origenem cap.23. Matthæi,& in capot.10. Ieremiæ. De his duobus capitibus vide ea , qoæ diximus in prooemio ad lectorem.

Habitans in Babylone. Babylõ vrbs fuit in Chal-
dæa Babel quondam appellata,vbi turris excel- *Gen. 11.*
ſa extructa eſt,vt conſtat ex cap.11. Geneſis,qoæ in cœlum aduerſus Deum ipſum ab hominibus relinquentibus orientem erigeretor. Eodem modo poſtquam multi noſtra hac memoria ab oriẽte & vero fidei lumine receſſerunt:aduerſus Deũ turrim impietatis ſuæ ædificarunt. Confinxerunt enim Lutherani impia contra Deom dogmata volentes ſuperbè in ſublime ſe extollere. Sed omnis eorum inſtructio eſt Babel , id eſt confuſio non ſolùm lingoarum , ſed animorum , quia ſe à Deo ſeparatũt : & fluctibus agitati ſoccubuerũt.
Nã Cain egreſſus à facie domini habitauit in ter *Gen.4.*
ra Naid , vt habet tranſlatio Septuaginta. Naid autem idem eſt qnod fluctuatio:quicũqne enim à Deo recedit , ſcelerum fluctibus qoatitur , & mouetor , & nefariis perturbationibus ſuccumbit. Huius ciuitatis Babylonis meminit Plinios
lib.6. naturalis hiſtoriæ, Strabo lib.15. & 16. He- *Plin.*
rodotos libr 1. Ptolemæus lib.5. De illa poteris *Strab.*
videre , quæ ſuprà diximus in primi capitis ex- *Ptolem.*
planatione.

Et nomen eius Ioachim. Qoidam codices habent Ioacim : & rectios meo quidem iodicio:nam in Græco eſt cappa , non autem Chi. Hic Ioacim erat Hebræus , & fuit è Iudæa in Chaldæã cum aliis Iudæis adductus , & in ſeruitutem Babylonicam

nicam coniectus. Sed ibi diuitiis affluebat, & ſommum honotis gradum fuerat aſſecutus.

Pulchra nimis, & timens Deum. Hæc duo coniungit, nimirum corporis pulchritudinē & Dei timorem quæ rarò ſimul inueniūtur. Nam elegans corporis forma & eximia pulchritudo ſolēt poſſidentes ad philautiam adducere: ex qua ſalutis animi negligentia dimanat. *Similitudo.* Vt enim tigris animal pulchrū & velociſſimum videns imaginem ſuam in ſpeculo, adeo, vt aiunt, oblectatur pulchritudine ſua, vt curſum relinquat, & capi à venatoribus patiatur: ita pulchritudine præditi eaq; nimis delectari à virtutum curſu ſæpe deſiſtunt, & ab amore ſui, à blandis, deliciis, à falſis voluptatibus, à ſuperbia, & arrogantia, & vitiis aliis huiuſmodi, veluti à peſtilentibus venatoribus capi ſæpenumero patiūtur. Eſt quippe pulchritudo donum naturæ: ſed ſceleratis aliquādo cōceſſum, ne à iuſtis immoderatè deſideretur, & diligatur. Sed illis eſſe poteſt inſtrumentū virtutis: & cū ſapientia copulari. *Sup. 1.* Ait enim Daniel cap. 1. præcepiſſe regem Babylonis, vt adducerentur ad ſe pueri, in quibus nulla eſſet macula, decori forma, & eruditi omni ſapientia. Et quia Suſana erat vtraq; pulchritudine prædita & corporis & animi, dicitur hoc loco pulchra nimis, & timens Deū. Felix qui Deū timet, eiuſq; præcepos oblectatur: cui nihil eſt obſeruatione eius antiquius: *Pſal. 111.* iuxta illud pſal. 111. Beatus vir qui timet dominū: in mādatis eius volet nimis. Loquitur de timore caſto, quo ſignificatur pura ſanctaq; religio, & *Pſal. 24.* pietas erga Deū. De eo ſcriptum eſt pſal. 24. Firmamentū eſt dominus timentibus eum. Et pſal. *Pſal. 30.* 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te. Hoc eſt, quam dediſti timentibus te, in quorum animo *Mala. 4.* eam poſuiſti. Et pſalmo 60. Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuū. Et Deus apud Malach. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Non ſolùm timor excellens, omnibus numeris abſolutus affert vtilitatē: ſed ille etiam, *Similitudo.* quem initialem vocant. Vt enim metus naufragij cauſa eſt, vt nauis nimis onuſta onere leuetur, & periculoſæ merces in mare proiiciantur: ſic timor initialis efficit, vt homo ſuperuacaneas mūdi diuitias, & turbulenta negotia deponat, & *Iob 31.* in vndas ſeculi proiiciat. Vnde Iob cap. 31. Semper enim, inquit, quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Quotuplex autem ſit timor, ſuprà oſtendimus: & quando bonus, quando verò malus dicatur.

Parentes enim illius cùm eſſent iuſti erudierunt filiam ſuam. Hinc colliges officium eſſe bonorū parentū filios ſuos bonis morib. ſalutaribúſque Dei præceptis inſtituere: vt Origenes, & Hieron. hoc *Similitudo.* loco obſeruarunt. Vt aquila ſolet pullos ſuos in nido poſitos ad directum ſolis ſplendorem dirigere, vt eius radios apertis ac firmis oculis reſpiciant: ſic parentes debēt filios ſuos ſtatim in pueritia ad Chriſtum ſolē iuſtitiæ dirigere, vt eū colant, eum contēplentur, & ſumma charitate proſequātur. Ita fecit Tobias, qui vt in 1. cap. lib. eius ſcriptum eſt, filium ſuum Tobiam à iuuentute docuit timere Deum, & abſtinere ab omni peccato. Parentes qui filiis ſuis habenas laxant, vt effrenatos ſequātur appetitus, magna digni ſunt pœna: & filiorum ſcelera illis meritò tribuuntur. Lacedæmonij cùm duo fratres crudeli odio inter ſe diſſiderent, patrem, vt ait Plutarchus, pœna mulctarunt, totum eorū delictum illi imputantes. Huiuſmodi parentibus illud pſal. 105. poteſt accōmodari: *Pſal. 105.* Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis. *Similitudo.* Cùm cithara numeris ſuis abſoluta diſcrepantes diſſidentéſq; efficit concentus, non tam ipſa reprehenditur, quàm citharœdi manus minus apta ad eliciendos neruorū ſonos: ſic cùm filius peruerſorū morum ſonos fundit intemperanter & diſſolutè, nō iam illi, quàm patri eſt error ille tribuendus, quando pater eius flagitia diſſimulat, & inulta relinquit. Et quia filij ſolent imitari patres dicitur in antiquo prouerbio: Eſt filius patris: quo vtitur Marcus Varro, vt ait Nonius Marcellus. Eo quidam Alexandrum magnum notauit, vt refert Philoſtratus in Ariſtide, quòd patris ambitionē imitaretur. Imò immoderata Alexandri dominandi cupiditas eius patri imputatur, qui in illam non animaduertit. Idem poteſt dici de pontifice erga ſubiectos. de domino erga ſeruos: de magiſtro erga diſcipulos. Hac ratione ducti phariſæi Chriſtum reprehendebant, *Matt. 15.* quòd diſcipulis ſuis permitteret manus non abluere ante ciborum ſumptiones. Dicebant enim: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas, cùm manducant. Hac in re attingebant ſcopum, quòd referebānt in magiſtrum diſcipulorum culpam, quam ipſe videns non caſtigabat. Sed in hoc errabant, quòd illud eſſe errorem credebant. Nō enim diſcipuli tenebantur ad quamcunque cibi ſumptionem manus abluere: nec ineptæ illæ impiorum Iudæorum traditiones eos obligabant.

Erat ei pomarium vicinum domui ſuæ. Id eſt, habebat hortum, ſiue agrum cōſitum proximum domui ſuæ. In quibuſdā codicibus eſt pomœrium: ſed error eſt librarij aut typographi.

Ad ipſum confluebant Iudæi. Nimirū qui fuerant à Iudæa Babyloniam abducti: erat enim apud illos in ampliore pretio, cæteríſque honoratior.

Conſtituti ſunt duo ſenes iudices in illo anno. Etſi Iudæi captiui erāt regis Babylonij, tamē conſtituebāt ſibi iudices ex natione ſua de tribu Iuda, illud ita rege permittēte, & Deo ordināte. Nunquā enim ſceptrū fuit ablatū de tribu Iuda niſi in Chriſti aduētu, iuxta Iacobi vaticinationē ca. 49. Gene. mandatā. *Gene. 49.* Iudæi autē conſtituerunt anno illos duos ſenes, qui ipſorum rempublicā gubernarent: quia ſenectus comparat vſum atque experientiam multarum rerum, authoritatem, conſilium, & nominis amplitudinem: & extinguit turpium cupiditatum ardorē. Apud Romanos ordo ampliſſimus & conſilium publicum & grauiſſimum, quòd eſſet ex ſenibus, vocabatur ſenatus. Cap. 3. Exodi vbi nos habemus: Congrega ſeniores Iſrael: *Exod. 3.* Pro, ſeniores, habent Septuaginta γερουσίαν, hoc eſt, ſenatum. *Similitudo.* Vt palma in iuuentute non fert fructū, ſed poſtquam ſeneſcit, efficitur fructuoſa: ſic homo dū iuuenis eſt, non ſolet maturum ſolidúmq; virtutum & ſapientiæ fructum præbere: at in ſenectute, quæ eſt maturitas ætatis, vberes pulchróſque fructus producit: Cap. 12. ait ita Iob: In antiquis, eſt ſapientia, & in

Eccle.25. multo tempore prudentia. Et eccleſiaſticus 25. Corona ſenum multa perditia, & gloria illorum Leui.19. timor Dei Cap.19.Leuitici ait Deus:Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. Sunt igitur ſenes honorandi,& in magiſtratibus & dignitatibus conſtituendi. Ait Xiphilinus in Auguſto præcepiſſe eundem imperatorem cuidam magno magiſtratui,vt illis tantùm rempublicam gubernandam cōmitteret,qui rerum experientia pollerent. Plato dialogo 6. de legibus docet, neminem eſſe ad reipublicæ gubernaculum admittēdum, niſi ſit annos natus quinquaginta ætatis.Eſt enim plerúmque temeritas ætatis florentis,prudentia verò ſenectutis.Eratoſthenes adoleſcentiam & iuuentutem veri & æſtati comparabat,ſenectutē hiemi: Autores ſunt Stobeus & Fauorinus: licet aſſerat Aelianus lib.13. de varia hiſtoria Euripidem comparaſſe florentem ætatem cum vere,quando fructus & fruges in flore & herba ſunt, ſenectutē autem cum autumno fœcundiſſimo, quādo vberes dulcéſque fructus percipiūtur. Seneca in epiſtola quadam: Gaudeo inquit,quod ſenuerim,quòd vitia in me ſenuerint. Bion Boryſthenites ſenectutem aiebat portum eſſe malorum teſte Laertio: tametſi Maximus in ſermonibus & Antonius in Meliſſa id attribuunt Soloni. Tunc reſpublicæ labefactabuntur,& penitus euertētur,cùm contemptis ſenibus ſapientibus fuerint per adoleſcētes temerarios gubernatæ: cùm pueri ſenibus debitum honorem nō tribuerint. Volens Eſaias præſentem tunc Hieroſolymę confuſionem,imminēnſque exitium ſignificare,ſatis eſſe putauit, dicere Eſai.3. cap.3.tertio dixiſſe Deum: Dabo pueros principes eorum. Et paulò pòſt:Tumultuabitur puer contra ſenem:& ignobilis contra nobilem. Eodem modo Ieremias Threnorum 4.Facies ſacerdotum non erubuerunt:nec ſenum miſerti ſunt. Et quamuis hæc de corporis ſenectute intelligantur:ea tamen ſenectus quæ potiſſimum laudatur,eſt vita pura,integra,inuiolata, & virtutibus munita:etiam ſi non exeat terminos iuuentutis. Quod Deus dixit Moſi capi. 11. Numerorum: Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael,quos tu noſti,quòd ſenes populi ſint: de ſenibus iuxta morum grauitatem, virtutem, & ſapientiam intelligitur.Si enim corporis quęreretur ſenectus,à tot poſſent ſenes illi cognoſci, à quot videri.Cùm autem Deus dicat: Quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint: indicat non tam corporis,quàm animi ſenectutem eligendam eſſe.Cap. 4. libri Sapientiæ ſcriptum eſt:Senectus venerabilis eſt non diuturna, nec annorum numero computata: cani enim ſunt ſenſus hominis,& ætas ſenectutis vita immaculata.Salomon in ætate floreſcente Deum timuit, & dilexit, & ſapientiam comparauit: ac in ſenectute & vitæ occaſu contaminauit ſe peſtilentibus flagitiis:& vt verbis vtar diuinæ ſcripturæ:Deprauatum eſt cor eius per mulieres. Allia herbeſcentia caput habent candidum,ſed caudam viridem. Eodem pacto hi duo ſenes de quibus hic loquitur Daniel,cani erant,ſed impudici: qui videntes pulchram Suſannā, eius obſcœno exarſerunt amore & incredibili cupiditate turpis voluptatis flagrauerunt. Ex quo effectum eſt,vt perniciem ſibi,æternámq; infamiam pararent. Quemadmodum pulchra varietas colorum pantheræ allicit ad ſe alia animalia,quæ ibi interficiuntur: ſic pulchritudo Suſannæ illos petulantes ſenes ad ſe attraxit qui terram nomini ſuo maculam inurentes exitium ſibi machinati ſunt,& perpetuam labem in familia tanti generis reliquerunt.

Marginalia (left column): Sto. Fauor. Thre.4. Num.11. Sap.4. 3.Reg.3.& 4.&5. 3.Reg.11. Similitudo.

Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus. Hæc ait Daniel dicíſſe dominum: quia ipſe Daniel ea dixit ſpiritu domini. Solent enim diuini vates verba ſua Deo,à quo illa accipiunt,tribuere. Ita Eſaias cap.1.Audite cœli, auribus percipe terra,quoniā dominus locutus eſt. Fortaſſe ſunt hæc verba in aliquo propheta: ſed ego ingenuè fateor,me illa nō inueniſſe,ſaltem formaliter. Apud Ieremiam cap.23.ſunt hæc verba:A prophetis Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram. Et 29.Aſſumetur ex eis maledictio omni tranſmigrationi Iudæ, quæ eſt in Babylone, dicentium:Ponat te dominus ſicut Sedeciam,& ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne, pro eo quod fecerūt ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum: Dicit dominus. Etſi enim Daniel nullā in horum duorum ſenum interitu mentionem faciat regis Babylonis: tamen eius permiſſione interfecti ſunt. Fortaſſe fuerūt hæc verba quæ hic dicit Daniel, ſcripta in aliquo eorum librorum, qui deſiderantur. Nam ex capite Numerorum 21.fuiſſe quendam librum bellorum domini liquet,quem modò non habemus. Et ex capite trigeſimo tertio libri ſecundi Paralipomenon conſtat fuiſſe librum Chozai, qui nunc non extat. Decimo capite Ioſue,& 1.cap. libri 2. Regum fit mentio libri iuſtorum. In fine libri primi Paralipomenon ſunt verba hæc:Geſta autem Dauid regis priora & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis,& in libro Nathā prophetæ, atque in volumine Gad videntis. Liber Samuelis eſt liber primus Regum: ſed liber Nathan, & liber Gag deſiderantur. Cùm autem multi ex libris antiquis iam non extent,probabile eſt, in aliquo eorum ſcripta fuiſſe verba hęc,quę hoc loco à Daniele citantur.

Qui videbantur regere populū. Aduerte. Non ait: qui regebant populum: ſed qui illum regere videbantur. Pręclarè quidem:nam impij principes & pontifices deſtruunt, & non gubernant: tametſi videantur gubernare. Ad huiuſmodi pręſidem illud applicatur, quod ait Zacharias decimo:O paſtor & idolum derelinquens gregē. Idolum oculos habet, ſed non videt: os habet, ſed non loquitur: pedes habet, ſed non ambulat: ita nefarius præſes videtur videre,loqui, ambulare: ſed nihil minus. Vt lucerna non poteſt alias incendere,niſi ipſa incenſa ſit: ſic nec qui præeſt, alios ad virtutem inflammare, niſi ipſe ea ſit præditus eiúſque amore inflammatus. Similiter nemo poteſt cæcum ducere, niſi videat. Nam vt Chriſtus dominus ait:Si cæcus cæcū ducat, ambo in foueam cadunt.Vt norma qua laterū ęqualitatem fabri perpendunt, non poteſt alia ad rectam æqualitatem ducere,niſi ipſa ſit æqualis: ſic nec princeps famulorū vitam ad certam rationis regulam dirigere,niſi ipſe ſit rectus.

Omnes qui habebant iudicia. Id eſt, omnes Iudæi,

Marginalia (right column): Similitudo. Eſa. 1. Iere. 23. Nu.21. 2.Par.33. Ioſu. 10. 2.Reg.1. 1.Par.29. Zach.10. Similia. Matt.15. Luc.6. Similitudo.

dæi, qui habebant controuerſias & cauſas. In Græco eſt: πάντες οἱ κρινόμενοι. Hoc eſt, omnes litigantes. Ac ita habent nonnulli codices emendati ad marginem. Sed ſenſus eſt idem.

Cùm autem populus reuertiſſet per meridiem. Hoc eſt, cũ populus hora meridiana egreſſus eſſet ab aula Ioacim, vbi cauſæ & iudicia agebantur: & vnuſquiſq; ſe ad proprium conferret domiciliũ.

Ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui. Exibat è domicilio ſuo, & ingrediebatur hortum clauſum, vbi deambulabat. Tempus illud eligebat, quãdo domus erat hoſpitibus vacua: ne ab illis videretur: diligebat enim verecundiam & ſolitudinem. Eam ob cauſam non peragrabat plateas: ne exemplo Dinę experiretur detrimentum. *Gene. 34.* Sed in horto ſuo abſtruſo deambulabat. *Origen.* Hinc colligit Origenes licere conueniente tempore & loco deambulare ad corpus reficiendum & ſuſtentandum.

Et videbant eam ſenes. Nã aut ipſa eorũ aſpectum non reformidabat ob eorum ſenectutem, & ſanctitatis opinionem: aut ab illis aſpici neſciebat.

Exarſerunt. Hoc eſt, obſcœno amore flagrarũt. *Iob 31.* Ideò ait Iob cap. 31. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans. *Oſe. 7.* Et Oſeas 7. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. Hoc poteſt de de amore erga idola intelligi: ſed eſt metaphora deſumpta ab ardẽte erga mulieres amore, qui animum incendit, & intelligentiam atq; rationẽ obſcurat. Id intelligens Eccleſiaſticus ait *Eccl. 9.* cap. 9. Auerte faciem à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. *Pſal. 118.* Et Dauid pſal. 118. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. Deberent ſenes illi appetitibus deprauatis reſiſtere, & cum hoſtibus animę fortiter præliari. Vult enim Deus, cæleſtis ille dux, vt ſui milites vehementer pugnent, & ſtrenuè congrediantur. Id ſignificat diuinus vates, cùm ait pſal. *Pſal. 59.* 59. Dediſti metuentibus te ſignificationẽ, vt fugiãt à facie arcus. Quæ verba poſſunt ex Hebręo rectè transferri. Dediſti metuentibus te vexillum, vt vt triumpharent à facie arcus. Hoc eſt, voluiſti, vt tui forti animo militarent aduerſus proprias appetitiones corruptas, vt ita de ſagittis arcuum, de funeſtis tentationibus, de ſeipſis triumpharent. Milites enim in prælio fortius pugnant videntes vexillum, quàm ſi illud non videant. Tu autem aduerte: litera quædam habet fugere, altera verò triumphare, & extolli: quia fugere ſeipſum triumphare eſt, & efferri. Vult Deus, vt à nobis ipſis fugiamus, quo de nobis victoriam reportemus. Hæc fuga eſt illuſtris victoria, glorioſus triumphus, & admirabile trophęũ. Debemus à nobis fugere ad Deum: at illi duo ſenes à Deo fugerunt ad ſeipſos, ſeque ſtatim deprauatæ appetentiæ tradiderunt.

Declinauerunt oculos ſuos ne viderent cælum. Iuxta illud pſalmographi: *Pſal. 16.* Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Non cælum curarunt, ſed terram: non ſpiritum, ſed carnem. Permiſerunt oculos animi ſui obcæcari. Nec mirum: nam veteres amorem cæcum pingebant: quoniam non ſolum ipſe cæcus eſt, ſed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos amplectitur. *Oſe. 4.* Vide Oſeas 4. capit. Fornicatio, inquit, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Et Homerus Mantuanus huiuſmodi amorem vocat cæcum ignem, cùm ait: Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne. *Virgil.*

Neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. Quæ ſcilicet ipſi, vt iudices erant iuſtè laturi. Vel neque remiſcerentur iuſtorum iudiciorum Dei. Nam impij eorum obliuiſcuntur: iuxta illud diuini pſaltis: Auferuntur iudicia tua à facie eius. *Pſal. 9.*

Sicut heri & nudius tertius. Id eſt, pro more quotidiano: ſicut ſolita fuerat tẽpore prçterito. Schema eſt in literis diuinis viſitatiſſimum: vt Geneſis 31. *Gene. 31.* Deuteronomij 19. *Deut. 19.* 1. Regum 19. ſecundo Regum 5. & multis aliis in locis. *1. Reg. 19.*

Afferte mihi oleum & ſmegmata. Hoc oleũ erat *2. Reg. 5.* liquor aliquis aromaticus, quo fœminę tunc vngere corpus ſolebant. Smegma erat etiam liquor ex aqua & hordeo ad corpus refrigerandum. Albertus Magnus ait ſmegmata vnguenta eſſe, qui *Albert.* bus ſudores reſtringuntur. Alij aſſerunt eſſe ſaponẽ, quo & veſtes & corpora abluuntur: à verbo σμήχειν, quòd eſt abſtergere, & perpurgare.

Cùm autem egreſſæ eſſent puellę, ſurrexerunt duo ſenes & accurrerunt ad eam, & dixerunt. Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt: & nos in concupiſcentia tua ſumus. Quam ob cauſam aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum. Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis: & ob hanc cauſam emiſeris puellas à te. Ingemuit Suſãna, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt. ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſq; opere incidere in manus hominum, quàm peccare in conſpectu Domini. Et exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerunt autem & ſenes aduerſus eam. Et cucurrit vnus ad oſtia pomarij, & aperuit. Cùm ergo audiſſent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per poſticum, vt viderent, quid nã eſſet. Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquã dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina. Cumque D veniſſet populus ad Ioacim virũ eius, venerunt & duo præsbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Suſannam filiam Helciæ, vxorem Ioacim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cum parentibus & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis. Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecię. At iniqui illi iuſſerunt, vt diſcooperiretur: erat enim cooperta; vt vel ſic ſatiarentur decore eius. Flebant igitur ſui, & omnes, qui nouerant eam. Conſurgentes autem

duo presbyteri in medio populi poſue-
runt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ
flens ſuſpexit ad cælum: erat enim cor e-
ius fiduciam habens in domino.

Cùm autem egreſſæ eſſent puellæ Hoc eſt, egreſſis
puellis à pomario, acceſſerunt duo ſenes ad Su-
ſannam, quæ ſola manebat.

Si enim hoc egero, mors mihi eſt, Id eſt, ſi aſſentiar
vobis, mors mihi eſt à lege inflicta. Iubebat enim
Leui. 20. lex occidi adulteram cap. 20. Leuitici: & 22. Deu
Deut. 22. teronomij. Vel ſic: Si peccauero, & nefariũ adul
terij facinus admiſero, in mortem animæ incur-
ro: incido in crimen mortiferum. Flagitiũ graue
& funeſtum mors eſt: ideò enim appellatur pec-
catum mortale, quòd animam occidat. Id intel-
Sap. 16. ligens Sapiens ait: Homo per malitiam occidit
Matt. 8. animam ſuam. Et Chriſtus dominus: Dimitte
Luc. 9. mortuos ſepelire mortuos ſuos. Quid eſt apud
Ezec. 37. Ezechielẽ 37. campos plenus oſſibus mortuo-
rum, niſi mundus plenus peccatoribus? Id intel-
ligens diuus Paulus ait cap. 2. epiſtolæ ad Ephe-
Ephes. 2. ſios: Vos cõuiuificauit, cùm eſſetis mortui deli-
ctis & peccatis veſtris. Id eſt, cum propter pecca
ta veſtra mortui eſſetis, & morte æterna digni.
1. Tim. 5. Et in priore ad Timotheũm 5. Vidua quæ in de-
Rom. 8. liciis eſt, viuens mortua eſt. Et cap. 8. ad Roma-
nos: Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini.
Rom. 14. Et 14. eiuſdem impios appellat mortuos, iuſtos
autem viuos, cùm ait: In hoc enim Chriſtus mor
tuus eſt, & reſurrexit, vt & viuorum & mortuo-
rum dominetur. Hoc eſt, tam eorum qui ſunt in
gratia, quàm eorum, qui ſunt peſtilente ſcelere
Metho. maculati. Methodius tamen per viuos intelligit
animos immortales, per mortuos autem corpo-
ra ad interitum tendentia. Et diuus Ioannes ait
Apoc. 3. cap. 3. Apocalypſis: Nomen habes, quòd viuas, &
mortuus es. Hoc eſt, cenſeris viuus quo ad cor-
pus, & mortuus es quo ad animã: quia nec Deũ
1. Ioan. 3. diligis, nec proximum. Et cap. 3. prioris epiſtolæ
ſuæ: Nos ſcimus, inquit, quoniam tranſlati ſu-
mus de morte ad vitam, quoniam diligimus fra-
tres. Qui non diligit, manet in morte. Hęc ille: &
ſapienter quidem. Nam Deus eſt centrum, in
quo lineæ ſunt coniunctæ & ſimul congregatæ.
Similitudo. Vt enim in ſphæra fieri non poteſt, vt linea in
centro ſeparetur à linea, niſi ſeparetur à centro
indiuiſibili: ita haud quaquã poteſt fieri, vt nos
à nobis per diſſidium & diſcordiam ſeparemur,
quin à Deo disiungamur. Qui odio & inimicitia
proſequitur proximum, à Deo eſt diuiſus, & ſe-
paratus: & ex conſequente à vita: ipſe enim ait
Ioan. 11. apud Ioannem 11. Ego ſum reſurrectio & vita. Et
Ioan. 14. 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Igitur qui non
diligit, ſeparatur à centro: ſeparatus à centro ſe-
paratur à Deo: ſeparatus à Deo ſeparatur à vita:
ſeparatus à vita manet in morte. Ergo qui nõ di-
ligit, manet in morte. Hęc eſt illius loci diui Ioã-
nis philoſophia, excelſa quidẽ & cæleſtis, quàm
ipſe paucis, ſed pleniſſimis ſapientiæ verbis nos
docuit. Quemadmodum ſeparata anima à cor-
pore illud dicitur mortuum, ita ſeparata gratia
ab anima, ipſa anima mortua appellatur. Vnde
Auguſtin. gratiam animã animę vocauit: & pec-
catum mortem. Hęc eſt mors, de qua ait Iacobus
Iacob. 1. apoſtolos in epiſtola ſua canonica: Peccatum
cùm conſummatum fuerit, generat mortẽ. Nam
vt ait Ezechiel 18. Anima quæ peccauerit, ipſa *Ezec.* 18.
morietur. De hac morte intelligitur illud ſecun
di Regum 22. Præuenerunt me laquei mortis. Et *2. Reg.* 22.
Illud Tobiæ 12. Eleemoſyna à morte liberat. *Tob.* 12.
Hanc mortẽ machinatur nobis diabolus, qui ve-
nit, vt furetur, mactet, & perdat, vt verbis vtar D.
Ioannis cap. 10. Chriſtus autem, vt ipſe eodem *Ioan.* 10.
ait loco, venit, vt vitam habeant, & abundantiùs
habeant. De hac vita ait D. Petrus cap. 3. prioris *1. Pet.* 3.
canonicæ ſuæ: Tanquam cohæredibus gratiæ
vitæ. Et diuus Ioannes cap. etiã 3. prioris epiſtolę *1. Ioan.* 3.
ſuæ: Tranſlati ſumus de morte ad vitam. Quem- *Similitudo.*
admodum vita animalium procedit à corde, &
vita arborum à radice: ſic vita gratiæ à diuina
miſericordia. Eam ob cauſam ait pſalmogra-
phus: Quærite Dominum, & viuet anima veſtra. *Pſal.* 68.
Sed quoniam multi renuunt vitam hanc, quam
Deus voluntate præcedẽte volt omnib. tribue-
re, manent ſine gratia duri & obſtinati. In venis *Similitudo.*
lapidũ inueniuntur aliquãdo imagines quædam
& figuræ, licet imperfectæ animalium: nam in-
tendens natura producere animal, cum non in-
ueniat diſpoſitionem, producit animalis figu-
ram, non autem vitam: & manent lapides illi fi-
guris ac imaginibus inſigniti. Ita Deus etſi para-
tus eſt ſemper ad gratiam infundendam: vult
enim, vt diuus ait Paulus, omnes homines ſal- *1. Tim.* 2.
uos fieri: cùm tamẽ nos inueniat minimè diſpo-
ſitos, ſolet eam dimittere: ex quo efficitur, vt fi-
guram habeamus viuorum, cùm tamen mortui
ſimus: & per flagitiorum obſtinationem in lapi-
dum duritiem tranſeamus. Aſpicis funeſtum
peccatum mortem eſſe, de qua hoc Danielis lo-
co loquitur Suſanna.

Si autem non egero, non effugiam manus veſtras.
Id eſt, ſi vobis non aſſentiar, me ad cædem falſo
crimine vocabitis.

Abſque opere. Hoc eſt, ſine peccato. Senſus eſt:
Potius volo mori, quàm Deum offendere, & me
nefario flagitio polluere. Mortẽ corporis potiùs
eligo propter Deũ, quã turpiter peccare. Magna
profectò honeſtas & cõſtantia, & glorioſa fœmi-
na, digna, quæ nos docet exẽplo ſuo, vt eximiam
mortem turpi vitę anteponamus. Nã vitæ curri-
culum breue eſt, curſus glorię ſempiternus: cor-
pus eſt caducũ, anima immortalis. Eã ob cauſam
dicebat Chriſtus dominus apud Matthęũ 10. No *Matt.* 10.
lite timere eos, qui occidunt corpus, animã au-
tem non poſſunt occidere: ſed potius timete eũ,
qui poteſt animã & corpus perdere in gehẽnam.
His Dei noſtri verbis incenſi infiniti homines
mortẽ contemnunt, & ad ipſius gloriam, veræq;
honeſtatis præſtantiã morte etiã propoſita amo-
re inflammati rapiuntur. Qui ita vitam pro-
priam dilexerint, vt eam Chriſto præpoſuerint,
amittent illam: qui autem parati extiterint ad il-
lam propter Chriſtum fundendam: vbi exiſti-
mant vitæ iacturam facere, acquirunt illam: per-
dunt enim temporalem & conſequuntur æter-
nam. Id voluit dominus Ieſus his verbis ſignifi- *Ioan.* 12.
care apud Ioan. 12. Qui amat animã ſuam, perdet
eam: & qui odit animã ſuam in hoc mũdo, in vi-
tam æternam cuſtodit eam. Quemadmodũ qui *ſimile.*
feodum habet ad tempus, nimirũ in vltima vita
duntaxat, & deſiderat illud in factioſim, vt aiunt,
habere

habere reddidit illud proprio domino, qui illud ei donat perpetuò: ſic nos cũ vitã habeamus ad *Simile.* tempus, debemus illã Deo tribuere, vt illã æuo ſempiterno poſſideamus. Vt vir prudens arculã incendio, aut naufragio potiùs exponit, quàm pretioſum monile, quod in ea continere ſolebat: dat enim operã, vt illud quòd maioris eſt pretij, potiùs ſeruet, quàm arculã; ita nos debemus corpus potius periculo cõmittere, quã animam; & ſumma ope niti, vt eã cuſtodiamus, quòd multò ſit illo pretioſior & præſtantior. Huius fœminæ fortitudinem & honeſtatem imitemur, quæ vt *Chryſo.* Chryſoſtomus ait in homilia de Suſanna, aſpernabatur, quod audiebat, quia timebat eũ, quem nihil latebat.

Exclamauit voce magna Suſanna. Vt ſcilicet ſe à ſenibus defenderet manus ei ac vim inferẽtibus, & ſtuprum inferri conãtibus Fortior fuit Suſanna, quam Lucretia, quæ ne macularetur infamia, quam ei Tarquinius minabatur, cõſenſit corpore maculari; ſed poſteà illatum ſtuprum morte *Tit.Liu.* luit voluntaria, vt Tit. ait Liu. lib. 1. ab vrbe condita. At Suſanna nulla infamia territa adduci potuit, vt impudicis ſenibus ſenſum preberet, quin potius aduerſus eos magnas & queribundas voces emiſit.

Exclamauerunt autem ſenes aduerſus eam. Quaſi ſcelus eius ferre nõ valentes; & vt eam prius accuſarẽt. Eodẽ pacto fecerat impudica illa Aegy*Gen.39.* ptia vxor Putifaris, quæ videns ſe à caſto Ioſeph cõtemptam, clamoribus & accuſationibus omnia miſcuit.

Et occurrit vnus. Subaudi, de duobus ſenibus: & aperuit oſtium pomarij, tanquam per illud adulter fugiſſet.

Venerunt & duo presbyteri. Hoc eſt, duo ſenes, qui calumniã in Suſannã adhibebant, cui falſum crimen obiectabãt. Qui antea vocabantur ſenes, modò vocãtur presbyteri. Presbyter enim idem eſt quòd ſenex, ſiue ſenior. Quam ob cauſam ſacerdotes ob morũ grauitatem presbyteri dicuntur. Et credibile eſt illos duos ſenes fuiſſe ſacerdotes; erant enim de tribu Iuda, quæ erat cum tribu Leui matrimoniis coniuncta. Ex Leui autem erant ſacerdotes.

Venit cum parentibus & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis. Credibile eſt narraſſe eam illis omnem veritatem, ſuam caſtitatem, & ſenum impudentiam. Quam ob cauſam eam comitabantur.

Erat enim cooperta. Honeſtatia cauſa. Vel ob ruborem, pudorem, luctum, & mœſtitiam.

Poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Veluti in teſtimonium veritatis accuſationis proponẽdæ; vt crimen quòd eam admiſiſſe dicebãt, in caput *Leu.24.* ipſius redũdaret. Cap. Leui. 24. ſcriptum eſt: ponant omnes, qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus. Vel ponere manus ſuper caput alicuius eſt, eius infelicitatem ſignificare.

Quæ flens ſuſpexit in cœlum. Vt oculis corporis piarum lachrymarum plenis cœlũ corporeũ aſpiceret: & mentis oculis Deum intueretur verũ iudicem, in quo ſolo ſpem figebat: cuius ſumma animi intentione auxilium implorabat. Et ſuum cõmittebat negotiũ, qui eſt cõſcius veritatis. Idẽ *Iob.16.* faciebat Iob qui dicebat cap. 16. Ecce enim in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. Hoc in acerbis calamitatibus eſt viris iuſtis ſingulare ſolatiũ, credere iuſtum Deũ omnia aſpicere, & potentiſſimũ dominũ ac clementiſſimũ patrẽ ærumnas ſuorũ clariſſimè intueri. Id conſolabatur Suſannam: eamq; incitabat, vt vim lachrymarũ profundens ad ipſum Deũ tanquã ad *2.Par.20.* arcẽ tutiſſimã pectore toto confugeret. Idẽ ſentiens Ioſaphat periculis cinctus, & in calamitate verſatus has voces emiſit: Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Solũ Deũ cogitabat, & inuocabat, & in illũ mentis aciem intendebat. In eadẽ ſententia erat Dauid, cum aiebat pſal. 24. Ad te domine leuaui animã meam: *Pſal.24.* Deus meus in te cõfido, non erubeſcã. Et paulò pòſt: Oculi mei ſemper ad dominũ, quoniã ipſe euellet de laqueo pedes meos. Et pſal. 120. Leua- *Pſal.120.* ui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi. Et pſal. 122. Ad te leuaui oculos meos, qui *Pſal.122.* habitas in cœlis. Quare nos in ærumnis verſati oculos ad ſancta cœli tẽpla ſublatos habeamus, clementẽq; Deũ precibus ardente pietate incẽſis obſecrantes, vt calamitates noſtras placidis oculis intueatur, nos à periculis eripiat, & magnitudinẽ ſuæ erga nos miſericordiæ oſtẽdat. Sed etiã ſi non ſtatim videamus liberationẽ noſtrã, non tamen debemus cadere animo in acerbitatibus verſati, & telis falſorũ teſtimoniorũ percuſſi. Nã *Ioſue 3.* vt arca fœderis trãſiuit per fluctus, atq; Iordanis aquas, afflictionum ſignificatrices, ad dulcẽ promiſſionis terrã: ita nos per multos calamitatum fluctus ad ſuauẽ cœlorũ patriã perducẽdi ſumus: ſi Deũ fuerimus ſummo amore proſecuti, & ad illũ proprio animo cõfugerimus. Non exiſtimemus ipſum Deũ nos repellere, quin potius credamus eũ eſſe, qui tẽpore opportuno nobis feret opẽ: quoniã ipſe nos ad ſeipſum inuitat, cùm ait apud Mat. 11. Venite ad me oẽs, qui laboratis, & *Matt.11.* onerati eſtis, & ego reficiã vos Tollite iugũ meũ ſup vos, & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Requiẽ nobis præcipuè animi promittit, nõ corporis Ex quo efficitur, vt viri pietate ac virtute *Exod.17.* præſtantes in medio calamitatũ ſentiãt ſingularẽ animi conſolationẽ. Tu verò perpende afflictionis vtilitatẽ, quæ ab intimo Suſannæ pectore lachrymas eduxit. Nec ſolùm pios animos, ſed du- *Num.20.* ra pectora aliquando cõpungit. Vt petra percuſſa virga effudit aquarũ copiam: ſic cor afflictione vulneratũ lachrymarũ abundantiam. Felix calamitas quæ nos mouet ad pias lachrymas, & ducit ad Deum. Nam vt diuus ait Gregorius, mala *Gregor.* quæ nos hîc premũt, ad Deũ ire cõpellunt. Ac vt diuus ait Paulus in ſecunda ad Timotheũ: Si ſu- *2.Tim.2.* ſtinebimus, cõregnabimus. Et ad Rom. Si cõpa- *Rom.8.* timur, vt & glorificemur. Quare non debemus cadere animo, & amittere tolerantiã, cùm nos viderimus ærumnis, falſisq; teſtimoniis afflictos: quin potius ante oculos ponamus verba illa diui Pauli cap. 6. poſterioris ad Corinthios: In omni- *2.Cor.6.* bus exhibeamus nos metipſos ſicut Dei miniſtros in multa patiẽtia, in tribulationibus: p arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, & p gloriã & ignobilitatẽ, per infamiã & bonã famam, vt ſeductores & veraces. Intelligamus eſſe afflictionem potionem ſalutarem à ſapiente medico datam:

Simile. qua viri magnanimi nutriuntur,& recreãtur. Vt
Simile. profunda magni fluuij aqua maiores piſces ge-
nerat quàm exigui fluminis parua: ſic quanto
maior eſt afflictio, tantò maiures alit animos &
ſpiritus. Filij Iſraelis quãtò magis opprimeban-
Exod.1. tur ab Aegyptiis, tantò amplius creſcebant. Vt
Simile. piſces, ſine aqua putreſcunt, iuxta id quod ait
Eſai.50. Eſaias cap.50. ſic homines ſine calamitate. Non
legimus Suſannam vnquam tam ardẽtes preces
emiſiſſe ad Deum, nec tam vehemẽter ad cœlum
ſuſpexiſſe, quàm cùm ſe vidit in calamitatũ an-
Similitudo. guſtiis verſatã. Vt columba videns ſe & retibus
aucupum,& iaculis ac ſagittis agitatam, nullum
ſalutarius videt remedium, quam altum petere,
& in ſublime volare: ita pia ac innocens Suſanna
vidẽs ſe falſis duorum impudicorum ſenum te-
ſtimoniis laceſſitam, nullum vtilius alleuamen-
tum & perfugium ſuis inuenit incommodis,
quàm tendere in cœlum, & ad diuinum numen
afflicto animo euolare.

Et dixerunt presbyteri: Cùm deambu-
laremus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc
cum duabus puellis:& clauſit oſtia poma-
E rij: & dimiſit à ſe puellas. Venitq́; ad eam
adoleſcens, qui erat abſconditus, & con-
cubuit cum ea. Porrò nos cùm eſſemus
in angulo pomarij videntes iniquitatem,
cucurrimus ad eos: & vidimus eos pari-
ter commiſceri. Et illum quidẽ non qui-
uimus comprehendere, quia fortior no-
bis erat, & aperto oſtio exiuit: hãc autem
cùm apprehendiſſemus, interrogauimus,
quis nam eſſet adoleſcens? & noluit in-
dicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. Cre-
didit eis multitudo quaſi ſenibus,& iudi-
cibus populi. Et cõdemnauerunt eam ad
mortem. Exclamauit autem voce magna
Suſanna,& dixit: Deus æterne, qui abcõ-
ditorũ es cognitor, qui noſti omnia, an-
tequàm fiant, tu ſcis, quoniam falſum te-
ſtimonium tulerunt contrà me: & ecce
morior, cùm nihil horũ fecerim, quæ iſti
malitioſe compoſuerunt aduerſum me.
Exaudiuit autem dominus vocem eius.
Cúmque duceretur ad mortem, ſuſcita-
uit dominus ſpiritũ pueri iunioris, cuius
nomen Daniel: & exclamauit voce ma-
gna: Mundus ego ſum à ſanguine huius.
Et conuerſus omnis populus ad eum di-
xit: Quis eſt hic ſermo, quem tu locutus
es? Qui cùm ſtaret in medio eorũ ait: Sic
fatui filij Iſrael, non iudicãtes, neq; quod
verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis
F filiam Iſrael? Reuertimini ad iudicium,
quia falſum teſtimonium locuti ſunt ad-
uerſus eã. Reuerſus eſt ergo populus cum
feſtinatione:& dixerunt ei ſenes: Veni,&
ſede in medio noſtrum, & indica nobis:
quia tibi Deus dedit honorem ſenectu-
tis. Et dixit ad eos Daniel: Saparate illos
ab inuicem procul:& diiudicabo eos.

Et dixerunt presbyteri. Hoc eſt, duo ſenes impu-
dici, iudices illius anni.

Ingreſſa eſt hæc. Particula, hæc, indicat contem-
ptionem: Ac ſi dicerent: iſta ſcelerata: quam no- *Matt.27.*
minare non audemus, quòd ſit nomine indigna. *Mar.15.*
Ita Iudęi de Chriſto dixerũt: Non hunc, ſed Bar- *Luc.23.*
rabam. Et alibi: Hic autem vnde ſit, neſcimus. Et *Ioan.18.*
alibi: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem *Ioan.9.*
noſtram. *Luc.23.*

Cùm eſſemus in angulo pomarij. Vt ſcilicet poſſe-
mus cauſas & controuerſias conferre, & occultè
eas communicare.

Huius rei teſtes ſumus. Eſtis quidẽ, ſed mẽdaces,
falſum teſtimonium in fœminam innocẽtem di-
centes. Iuſta autẽ Suſanna Deum habet teſtem,
qui nec fallit, nec fallitur. Ipſe ait apud Ierem.
ca.29. Ego ſum iudex & teſtis. De illo ait Dauid *Iere.29.*
pſal.88. Et teſtis in cœlo fidelis. Præter hunc te- *Pſal.88.*
ſtem habet Suſanna conſcientiã ſuam, qua oble-
ctabatur. Nam vt ait apoſtolus 2. ad Corinthios *2.Cor.1.*
cap.1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ cõſcien-
tiæ noſtræ. Sed non eſt mirum audiſſe Suſannam
aduerſus ſe falſum crimen, cùm de Chriſto Deo
noſtro ſit dictum ca.26. euangelij Matthæi: Au- *Mat.26.*
dis quanta aduerſum te teſtificantur? Teſtes re-
quiruntur in iudicio, ſed veri, graues, & integri.
Cap.20. Exodi ait Deus: Nõ loqueris cõtra pro- *Exod.20.*
ximum tuum falſum teſtimoniũ. Teſtis verus ſi- *Similia.*
milis eſt vitro puro liquoris infuſi colorem re-
ferenti: & ſplẽdido ſpeculo propriam rei imagi-
nem repræſentanti. Capiti 23. Exodi ſunt hæc *Exod.23.*
verba mandata: Non ſuſcipies vocem mendacij,
nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas fal-
ſum teſtimonium. Hoc eſt: Ne admittas rumorẽ
falſum aduerſus proximos tuos: nec adiuues im-
pium hominem falſo teſtimonio. Vel, nec paciſ-
caris cum impio; vt ſis teſtis iniquus. Dare enim
alicui manum eſt ei opem ferre, aut cum illo pa-
ciſci. Vel iungere manus, illo loco idem eſt quod
iurare. Prohibet Deus omne falſum teſtimoniũ,
illud præſertim, quod eſt iureiurando confirma-
tum. Solet Deus falſos teſtes graui ſupplicio affi-
cere: iuxta illud capitis Prouerbiorum 19. Teſtis
falſus non erit impunitus: & qui mẽdacia loqui- *Prou.19.*
tur, non effugiet. Et illud cap.21. Teſtis mendax *Prou.21.*
peribit. Et illud cap.28. Eccleſiaſtici: Lingua te- *Eccl.28.*
ſtificans adducit mortem. Id quod his duobus
ſenibus contigiſſe teſtatur ſcriptura. Intolerabili
laborat ſtultitia, qui exiſtimat ſe mendaciis eſſe
victoriam perpetuam conſecuturum. In Prouer-
biis ait ita ſapiens cap.10. Qui nititur mendaciis,
paſcit vẽtos, idem autem ipſe ſequitur aues vo- *Prou 10.*
lantes. Sed mendacia iocoſa aut officioſa non
tantum afferunt detrimenti, quantum perni-
cioſa: cuiuſmodi erant ea, quæ duo ſenes ad-
uerſus innocentem Suſannam dicebant. Quare
meritò fuit illis vita erepta. Vt membra quæ-
dam amputantur, ſi carent ſpiritu, & reliquas *Similitudo.*
corporis contaminant partes: ſic falſi teſtes in
re graui ſunt ab hominum ſociatione tanquam à
corpore humano ſegregãdi. Medici enim mem-
bra putrefacta ſecant, ne alia membra labefa-
ctent. Et qui rempublicam ſaluam eſſe vo-
lunt,

lunt, homines perditiſſimos ex vrbe depellunt, ne alios corrumpant.

Et condemnauerunt eam ad mortem. Approbantes ſenteutiam à iudieibus latam aduerſus eam.

Exclamauit autem voce magna. Cùm magnum eſſet periculum, magna voce Suſanna ad domiuum clamauit: & liberata eſt. Hũc locum expli-
Ambro. cans Ambroſius lib.3.officiotum air: Dum honeſtati intendit, etiam vitam reſeruauit: quæ ſi id, quod ſibi videbatur ad vitã vtile, præoprauiſſet, non tantã reportaſſet gloriam. Imò etiã id quod uon ſolùm inutile, ſed eriam perieuloſum foret, feciſſe, pœnam criminis forſiran non euaſiſſet.

Qui abſconditorum es cognitor. Id eſt, qui omnia cognoſcis, quamuis homiuibus abſcondita. Id
Heb.4. air iu epiſtola ad Hebræos apoſtolus his verbis: Non eſt vlla ereatura inuiſibilis in cõſpectu eius: omnia aurẽ uuda & aperta ſunt oculis eius. Deus incommutabilis & ſempiternus omnia in luce propria, iu ſe ipſo tãquam iu clariſſimo ſpeculo, omuium rerum ſimilirudmem atq; ideam continente & repræſentante iuuariabiliter cõſpicit.
Eccle. 23. Vude Eccle. cap.23. Domino Deo, inquit, antè quàm crearentut, omnia ſunr agnita, & poſt perfectum reſpicit omnia. Ideò ſequitur in hac oratione Suſannæ: Qui noſtri omnia antè quàm
Similitudo. fiant. Perpende obſecro, quemadmodum Suſannæ deuotio ealamitare & dolore augeatur. Vr ignis flatu preſſus accreſcit: ſic virtus afflictione agitata propagatur.

Suſcitauit dominus ſpiritum pueri. Excitauit Deus gratiam, quam in Danielem contulerat, & in actum iuſolirum ac diuinũ fecit procedere. Spirituin in eo quieſcentem, & propter ætatis imbecillitatem opera ſua non oſtendentem ſuſcitauit Deus, vt admirabilem pueri ſapientiam & virtutem, eximiam Suſannæ honeſtatem & inuocentiam, & effrenatam ſeoum intemperantiam & calumniam declararet.

Mundus ſum ego à ſanguine huius. Hoe eſt, non aſſentior huie capitali ſententiæ. Exelamo eſſe fœminam hanc inuoeentem, atque iniuſtè damnatam. Hæc verba procedebanr à Spiritu Dei,
Matt.27. quem babebat. At multò alirer fecit Pilatus, qui verbis dixit ſe innoceutem à ſanguine Chriſti, re autem ipſa illum ad mortem damuauir. Quid illi proderat manus lauare, cum de eius & Iu-
Eſai.1. dæorum manibus illud intelligatur Eſaiæ: Manua veſtræ ſanguine plenæ ſunt? Accipitur ſan-
Gene.4. guis pro morte: vt Gen.4. Vox ſanguinis fratris
4. Reg.9. tui clamat ad me. Et quarti Reg. nonò: Vlciſcar ſangninem ſeruorum meorum. Aceipitur etiam ſanguis pro pecunia, qua emitur alimentum,
Mich.2. quod vertitur in ſanguinem. Ira illud Michææ intelligitur aduerſus impios principes & magnates iudicium ob munera peruertẽtes, populumque triburis ouerantes: Qui ædificaris Sion in ſanguinibus. Hoc eſt, qui extruitis ædificia pecunia, quam pauperibus eripitis, qua illi erant alendi? Qui oroatis montẽ Sionem aulis magnificis, & in Hieroſolymam in eo ſitam ornamenta ædificiorũ congeritis, muneribus quæ à litigantibus accipitis, & tributis, quibus populum opprimitis, & oneratis. Eodem pacto Habacuch
Habac.2. cap.2. Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus. Fortaſſe hoc dixit propter cædes, quas impij iudices viris innocentibus moliebãtut. Ita intelligi poreſt illud Dauidis pſal.50. Libera me de ſan- Pſal.50.
guinibus Deus Deus ſalutis meæ. Ita appellat uefariũ ſcelus, quod in morte Vriæ quẽ expulit è vita, cõmiſit. Vel p ſanguines quælibet peccata intelligũtur: vt apud Oſeam 4. Sanguis ſanguinẽ Oſe.4.
tetigit. Hoc eſt, ſcelera eorũ ſunt cõtinua. Paſſim tamẽ ſanguis accipitur pro morte: vt Gen.37. Et Gene. 37.
celauerimus ſanguinẽ ipſius. Exodi 22. Si fur acExod.22.
cepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor nõ erit reus ſanguinis Primo lib. Machabæorum cap.9. Vindicauerũt vindictã ſanguinis fratri ſui. Matt. Matt.23.
23. Non eſſemus ſocij eorũ in ſanguine prophetarũ. Et 27. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et hoc Danielis loco. Mundus ego ſum à ſanguine huius.

Quis eſt iſte ſermo, quem locutus es? Id eſt, quid ſibi volũt hæc verba, quæ loqueris? Voluit Deus, vt homines illi Danielẽ loquẽtem attenderent, eũque quid de negorio illo ſentiret, interrogarẽt.

Sic fatui filij Iſrael. Senſus eſt: Tã ſtulti eſtis ô filij Iſraelis, vt re nondũ liquidò cognita & explorata, ita præcipitaremini in Suſannã, mulierẽ fama clarã, nobilitate inſignẽ, honeſtate admitãdã, verè Iſraelis filiã imitatione virtutũ, vt citra diſquiſitionẽ illã ad mortẽ dãnaretis? Hinc colligimus in cauſa capitali magnã cautionẽ & maturitatẽ eſſe adhibẽdã, & grauiſſimo iudicio eſſe huiuſmodi cauſam iudicandã. Cęterùm Daniel homines illos vocat fatuos nõ ira ductus, nec odio cõcitatus, ſed amore veritatis cõmotus. Non vt eos iniuria afficeret, ſed vt ipſi hac repræhẽſione verbis aſpera, ſed charitatis plena reſipiſcerẽt, & ad veritatẽ mẽtis oculos reuocarent. Eodẽ pacto diuus Paulus: O inſenſati Gala. quis vos faſcina- Galat.3.
uit nõ obedire veritati? Et Chriſtus Deus noſter apud Luc.24. O ſtulti & tardi corde ad credẽdũ. Luc.24.
Quẽadmodũ medici nõ indignãtur ægrotis, ſed Similitudo.
eorũ morbis aliquãdo aſperis mẽdẽtur remediis: ita qui alios viderint incidere in errorẽ, nõ debẽt iracũdia ira ſtomachari, & illis iraſci, vt velint eos contẽnere, eorũ æſtimatinnẽ offendere, & maledictis violare: ſed vitia corrigere: & verbis aliquãdo lenibus, aliquando duris, ſi opus fuerit, delinquẽtes ad virtutẽ traducere. Quare quẽadmodũ qui admonẽt amicè, audiẽdi ſunt: ita qui inimicè inſectantur, repellẽdi. Quod autem ait dominus: Matt.5.
Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis: intelligitur, quãdo hoc ex contẽptione, & ira & maleuolẽtia, & propoſito lædẽdi procedit. Porro Daniel noluit illius erroris particeps eſſe: quin potius errantes feruore charitatis obiurgauit. Id docet apoſt. cap.5. ad Epheſ. cùm ait: Epheſ.5.
Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum: magis autem redarguire.

Et dixerunt ei ſenes. Nõ illi duo iniqui, qui Suſannam ad capitis periculum vocauerãt: ſed homines, qui aderant, ſenectute confecti, qui cæteros ætate & honore anteibant.

Quia tibi dedit Deus honorẽ ſenectutis. Id eſt, quãdoquidẽ tãtã tibi Deus dedit authoritatẽ, vt honor ſenibus ob ętatis vetuſtatẽ, grauitatẽ & virtutẽ debitus, tibi adoleſcẽti tribuatur. Ex modo Danielis intellexit populus, eũ eſſe diuinitus inſtructum, in eoque eſſe ſpiritum Dei excitatum.

Separate illos. Subaudi, iniquos duos ſenes. Hoc ideò

ideò fecit, ne inter ſe conferentes ſermones nouum aliquod fingerent mendacium.

Cùm ergo diuiſi eſſent alter ab altero, vocauit vnum de eis & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum nunc venerũt peccata tua, quæ operabaris prius iudi-Exod.23. cans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios dicente domino: Innocẽtem & iuſtum non interficies. Nunc ergo ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait: Sub ſchino Dixit autẽ Daniel: Rectè mentitus es in caput tuũ. Ecce enim angelus Dei accepta ſentẽtia ab eo ſcindet te medium. Et amoto co iuſsit venire alterum: & dixit ei: ſemen Chanaam, & nõ Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum: ſic faciebatis filiabus Iſrael: & illæ timentes loquebantur vobis: ſed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtrã. G Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait: Sub prino. Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim angelus domini, gladium habens, vt ſecet te medium, & interficiat vos. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna: & benedixerũt Deũ, qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos presbyteros: conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium fecerúntque eis, ſicut male egerant aduerſus proximam, vt Deut.19. facerent ſecundum legem Moſi: & interfecerunt eos: & ſaluatus eſt innoxius in illa die. Hecias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Suſanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus: quia non eſſet inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu populi à die illa, & deinceps. Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnũ eius.

Cùm ergo diuiſi eſſent alter ab altero, vocauit vnũ. Totum hoc fuit corã plurimis è populo: à quibus poſteà conuinceretur, ſi negaret, quod dixiſſet: & vt varietatem teſtimoniorum illorum ſenum audirent, impiam eorum calumniam intelligerent, & veritatem, ac Suſannæ innocentiam viderent.

Inueterate dierum malorum. Hoc eſt, tu qui longam ætatem tuam io vitus contriuiſti. Dies mali Ephes.5. apud diuum Paulum cap.5. epiſtolæ ad Epheſios ſunt tempora inimica virtuti, in quibus multa ſcelera admittuntur. Mala ſuut tempora non eorum natura, ſed hominum malitia. Ita quidem ait: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſuut. Tune redimitur tempus, quando illud quod malè conſumptum eſt, virtutum actionibus, rectéque factis reſarcitur. Dicitur etiam dies malus tempus calamitatis & tentatioois: vt capite ſexto eiuſdem epiſtolæ ad Epheſios: Vt poſſitis reſiſtere io die malo. Ephe.6. Hoc eſt tempore afflictionis. Licet diuus Hieronymus loco illo per Hieron. diem malum, diem iudicij vniuerſalis interpretetur Hoc autem Danielis loco idem eſt inueteratus dierum malorum ac flagitiis imbutus, & in maleficiis veterrimos. Hinc colliges eſſe falſos teſtes à iudice conſcio obiurgandos.

Nunc venerunt peccata tua. Vſque ad tempus hoc, acceſſeruut vitia, quibus te antea contaminabas: ſed modò pœnas lues. Permittit Deus deliuquere homines vſqoe ad certam menſuram, vt ait Auguſtinus, quia impleta noo amplius Auguſt. ſuffert eorum maleficia. Eo pacto intelligitur, vt teſtatur Chryſoſtomus, Geneſis illud Chryſo. capite 15. Noodum completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum vſque ad præſens tempus. Ac ſi diceret: Hanc terram ablaturus ſum ab Amorrhæis: ſed permittam eorum ſcelera vſque ad certum tempus, quo eos expellam. Tunc enim cum ſcelera ad ſcelera addiderint, & completa fuerint, iuſtè eos ac grauiter multabo. Idem eſt, quod ait pſalmographus: Appone iniquitatem Pſal.68. ſuper ioiquitatem ipſorum, vt non intrent in iuſtitiam tuam. Exprimit locus ille, inquit Theo- Theod. doretus, Deum nõ prius vltorem eſſe, quam homo ſit flagitioſus.

Dicente domino innocentem & iuſtum non interficies. Capite Exodi 23. ait ita Deus: Inſontem & Exod.23. iuſtum oon occides. Et capite 19. Leuitici: Non Leui.19. facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. Et 27. Deuteronomij: Maledictus qui clam Deut.27. percuſſerit proximum ſuum.

Sub qua arbore vidiſti eos. Nimirum Suſannam & iuuenem ſcelus nefarium admitteutes. Docet hic locus eſſe teſtes de circunſtaotiis interrogaodos, vt veritas eluceſcat, & cauſæ cognitio dilucidè percipiatur. Diuus Ioannes Chryſoſto- Chryſo. mos in Matthæum homilia 17. ita ait: Nõ ſolùm reſpiciamus ad opera, ſed ad tempus, & ad cauſam, & ad voluntatem: perſonarum quoque differentiam, & quantacúnque alia ipſis operibus acciderunt, diligeotiſſimè iniquiramus. Non enim poſſumus ad veritatem aliter peruenire. Hactenus eorum verba: quæ ſoot in ſacros canones relata 23. quæſtione 8. Occidit. Qua de re poteris videre extra de teſtibus. Cùm cauſa & digeſtis de furtis. Leg. Verùm.

Qui ait: Sub ſchino. Hoc eſt, ſub leotiſco. Ita hunc locom Albertus magnus interpretatur, & Albert. rectè quidem: uam leutiſcus dicitur Græcè ſchinos, & Luſitane aroeyra. Arbor eſt ſatis nota in Haſpania, Italia, & tota Europa: vtilis, vt ait Dioſcorides, & experientia oſtendit, ad perpurgandos dentes. Dioſco.

Rectè mentitus es in caput tuum. Verè mendaciũ dicis, quod in caput tuum redundabit.

Semen Chanaan, & nõ Iuda. Etſi Iudæus es, tamẽ nõ mereris dici filius Iuda, quia patrẽ illũ virtutum ornamẽtis excultũ non imitaris. Sed imitatione filius es Chanaan. Eius quis dicitur filius, cuius opera imitatur. Iudæis ſe filios Abrahę vocãtibus dixit Chriſtus apud Ioan.8. Si filij Abra- Ioan.8. hæ eſtis, opera Abrahæ facite. Et paulò poſt: Vos

ex patre

ex patre diabolo eſt is. Et apud Matthæū 12. eos
vocat progeniem viperarum. Similiter Ioannes
Matt.3. apud eundem Matt.3.Hebręorū populo ſe ſcele-
ribus cōtaminanti dicebat Deus apud Ezechie-
Ezec.16. lem cap. 16. Radix tua & generatio tua de terra
Chanaam : pater tuus Amorrhæus,& mater tua
Cethæa. Harum nationū vocat Iudæos filios,nō
naturæ,ſed imitatione:quoniā earum flagitia , &
impias ſuperſtitiones imitabantur. Contrà verò
eos diuina ſcriptura vocat filios Dei, qui ſequū-
tur illū,qui in virtutum ſtudia incūbunt,vitā ad
certā rationis normā dirigentes,omniúmq; offi-
ciorum momenta diligenter ponderantes. Ideo
Ioan.1. ait diuus Ioannes: Quotquot aūt receperunt eū,
dedit eis poteſtatē filios Dei fieri.Et Chriſtus do-
Matt.5. minus apud Matth.cap.5. Beati pacifici , quoniā
filij Dei vocabūtur.Et paulò pòſt:Benefacite his
qui oderunt vos , vt ſitis filij patris veſtri, qui in
Luc.6. cælis eſt.Et apud Luc.6. Benefacite,& mutuum
date , nihil inde ſperantes : & erit merces veſtra
Rom.8. multa:& eritis filij altiſſimi.Diuus Paulus cap.8.
epiſtolæ ad Romanos:Quicūque,inquit, ſpiritu
1.Ioan.3. Dei agūtur,hi filij Dei ſunt. Et Diuus Ioan.ca.3.
primæ ſuæ canonicæ:Videte qualē charitatē de-
dit nobis pater,vt filij Dei nominemur,& ſimus.
4.Reg.4. Vnde cap.4.lib.4. Regum illi dicuntur filij pro-
Ephes.5. phetarum,qui eos ſequebātur. Apoſtolus cap.5.
epiſtolæ ad Epheſios filios lucis appellat viros
iuſtitia & honeſtate claros, cùm ait : vt filij lucis
ambulate. Hoc eſt iuſtè, honeſtéq; viuite ſplen-
dore virtutum illuſtrati. Vel filij lucis,hoc eſt fi-
Ioan.8. lij Dei,qui de ſe ait Ioānis 8. Ego ſum lux mūdi.
In eadem epiſtola cap.2.vocat filios irę homines
peccato aſtrictos & contaminatos. Eramus , in-
quit ille, natura filij iræ:hoc eſt Dei,ira & vltio-
ne digni. Eodē pacto Hebræi vocant filios mor-
1.Reg.20. tis eos,qui ſunt digni morte:vt cap.20.lib.1.Re-
gum.Homines impij dicuntur filij Belial cap.19.
Iudicum,& 25.libri 1.Regum & aliis in locis:eſt
enim Belial idē atq; ſine iugo.Præterea dicuntur
filij à genere,vt filij Iſraelis Iſraelitæ Exodi 1.Filij
Heth Hethæi Geneſis 23. Filij Ammon Ammo-
Iudic.10. nitæ Iudicum 10.Filij Iemini Beniaminitæ Iudi-
cum 19.Filij Chanaan Chananæi : Filij Iuda Iu-
dæi.Eam ob cauſam ait Daniel: Semē Chanaan,
& non Iuda. Volens Sophonias ſignificare ſopi-
tum eſſe populū Iudaicum, dixit ca.1. Conticuit
omnis populus Chanaan. Sed quoniā Chanaan
idem eſt quòd mercator , poteſt transferri locus
ille:Cōticuit, vel ſucciſus eſt populus mercator:
vel populus mercatorum. Et ita interpretantur
nonnulli Oſeæ illud cap. 12. Chanaan in manu
Oſe.12. eius ſtatera doloſa:calumniam dilexit. Vt ſit ſen-
ſus : Populus Iſraeliticus concupiuit opprimere
proximum ſuum per ſummam fraudem , inſtar
mercatoris falſam habentis ſtateram. Cæterùm
Chanaan fuit filius Cham,filij Noe, vt ex capite
Gene.9. nono & decimo Geneſis liquet. Chanaan autem
Gene.10. genuit Sidonem,Hethæum, Iebuſæum , Amor-
rhæum,Gergeſæum,Heuęum,Aracęum,Sinæū,
Aradium,Samaræum,Hamathæum. Ac per hos
diſſeminati ſunt populi Chananæorum , vt cap.
Gene.10. 10.Geneſis videre licet.

Species decepit te. Id eſt , Suſannæ pulchritudo
te fefellit,& iudicium tuum perturbauit.Depra-
uati homines,& parum prudentes ex aliena pul-
chritudine,ob quam erant Deum laudaturi, oc-
caſionem ſumunt peccandi.

Sic faciebatis filiabus Iſrael. Hoc eſt,quemadmo-
dum feciſtis Suſannæ,quam perterrere decreui-
ſtis,vt veſtræ deprauatæ pareret libidini, ſic erga
alias fœminas Iſraelitas facere ſolebatis. Conſtat
ex hoc loco,duos illos ſenes ſolitos fuiſſe obſcœ-
nis vti voluptatibus, ad quas mulieres Hebræas
excitabant.

Illa timentes loquebantur vobis. Hoc eſt,metu cō-
motæ vobis obſcœnè reſpondebant , & veſtræ
deprauationi obtemperabant.Ex hoc loco colli-
gunt nonnulli,hos duos ſenes eos eſſe,de quibus
ait Ieremias cap.29. Fecerūt ſtultitiā in Iſrael: & *Iere.29.*
mœchati ſunt in vxores amicorū ſuorū. Vel lo-
quebātur vobis:id eſt,cōmiſcebantur vobiſcum.

Sub prino. Albertus Magnus ſequēs D. Hiero- *Albert.*
nymum ait prinū eſſe ilicem. Arbor eſt vmbro- *Hieron.*
ſa,glandifera,latebras quærētibus apta. Dioſco- *Dioſco.*
rides numerat eam in ter formas ſeu ſpecies ro-
boris. Appellatur Luſitanè Enzinheyra.

Surrexerunt aduerſus duos presbyteros. Quia vi-
derunt eorum diſcrepantiam : ex qua perſpicuè
colligebant eorum falſitatem.

Vt facerent ſecundum legem Moſi: Cap.9. Deute- *Deut.9.*
ronomij ſcripſit Moſes falſi teſtis pœnam dicēs:
Reddent ei,ſicut fratri ſuo facere cogitauit.

Et interfecerunt eos. Lapidibus eos vulnerantes
& obruentes. Nam eadem pœna mulctati ſunt,
qua Suſannam afficere volebant. Adulteri autē
lapidibus obruebantur. In lege enim cap. 22.
Deuteronomij iubebātur occidi. Et mulier quæ *Deut.22.*
in domo patris ſui nefariū congreſſum cum ho-
mine aliquo habuiſſet,ſi poſteà nubebat, lapidi-
bus obruebatur. Vnde Iudæi apud Ioannem 8. *Ioan.8.*
cùm mulierem in adulterio deprehenſam addu-
cerent ad Chriſtum,dixerunt: In lege mandauit
Moſes huiuſmodi lapidare.

Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius. Hoc eſt,& ſerua-
ta eſt incolumis Suſanna innocens fœmina.Ho-
mo integer neminem lædens dicitur ſanguis in-
noxius : vt pſalm. 93. Sanguinem innocentem
cōdemnabunt. Illud eſt hoc loco aduertendum, *Pſal.93.*
non ſine myſterio fuiſſe Suſannam à Daniele ab-
ſolutam:nam Daniel idem eſt quod iudiciū Dei:
vt intelligamus multos eſſe iudicio hominum
damnatos,qui ſunt iudicio Dei abſoluti.Contrà
verò quos mundus abſoluit , damnat Deus ali-
quando,qui videntur hominibus iuſti, cùm ſint
corā Deo deprauati. Poſſumus ex hoc loco col-
ligere quàm differens atque diſpar ſit iudicium
diuinum ab humano,& quod falſa crimina qua-
ſi venenata tela in vitā innocentem virorum ſa-
pientia virtute & nobilitate præſtantium ab
improbis hominibus iaciantur. Eſt huius ſeculi
macula quædam intolerabilis , virtuti inuidere,
velle falſis teſtimoniis ipſum florem dignitatis
infringere , & inſignium virorum ſplendorem
maculare. Sed tempus diuina permittente iuſti-
tia oſtendit tandem veritatem. Suſanna idem eſt
quod lilium & roſa:iudices autem illi obſcœni
& corrupti ſpinæ erant. Igitur Suſanna inter il-
los erat roſa inter ſpinas. Vt non eſt roſa ſine ſpi-
nis,ita nec vita ſine doloribus,tentationibus , &
calamitatib. Nam vt in tractatione de operibus
ſex dierum D. Ambroſius philoſophatur , ideò *Ambro.*
ſpina

ſpina roſam ſepſit, vt humanæ vitæ ſpeculum oſtentaret, quæ quod eſſe potuit ſuauitatis, ſtimulis curarum compungit. Eſt enim ſuauitas vitæ ſepta ſolicitudinibus, vt mœſtitia aliqua ſit
Baſilius. cum voluptate coniuncta. Ait Baſilius additos eſſe aculeos roſæ, vt intelligamus admittendam eſſe oblectationem recordatione flagitij. Cùm igitur roſa ſit ſpinis ſepta, quid miraris, ſi Suſanna, quæ roſam ſonat, fuerit periculis cincta, & in calamitatibus verſata?

Quia non eſſet inuenta in ea res turpis. Obſerua horum hominum virtutem. Non ideò præcipuè Deum laudibus efferebant, eique gratias agebant, quòd eorum conſanguinea Suſanna liberata fuiſſet: ſed quòd iuſta & innocens eſſet. Eius continentia, ſingularis vitæ integritas & animi ratio perfecta magna illos afficiebant voluptate. Eſt enim innocentia multò melior, quàm vita
Similitudo. corporis, multò illuſtrior & præſtantior. Vt obſcuratur & obfunditur luce ſolis lumē lucernæ: ſic æſtimatio vitæ corporis ſplendore virtutis vincitur & obſcuratur.

Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos. Hoc eſt, mortuus eſt, & ſepultus cum maioribus ſuis. Apponi ad patres ſuos, & ad populum ſuum, locutiones ſunt in diuinis literis vſitatæ, pro ſepe-
Gen.35. liri more maiorum: vt Geneſ. 35. Conſumptus ætate mortuus eſt, Subauditur Iſaac, & appoſi-
Gen.49. tus eſt populo ſuo. Et cap. 49. Obiit Iacob, appoſitúſque eſt ad populum ſuum. Et Deuteronomij
Deut.32. 32. Sicut mortuus eſt Aaron frater tuus in mon-
1.Mac.2. te Hor: & appoſitus populis ſuis. Et primo Machabæorum capite ſecundo: Benedixit eos: & appoſitus eſt ad patres ſuos. Hic rex Aſtyages vo-
Sap.9. catus eſt altero nomine Aſſuerus. Hic fuit pater Darij, & auus Cyri, pater matris eius. Vnde Darius erat auunculus Cyri frater matris eius. Ita
Hieron. aſſerit Hieronymus cum multis aliis: & eſt in hiſtoria ſcholaſtica memoriæ proditum.

Et ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius. Aſtyages erat rex Mediæ & Perſidis, & mortuo illo obtinuit regnum Mediæ Darius eius filius, & regnū Perſidis Cyrus eius nepus ex filia. Sed mortuo Dario Cyrus ſucceſſit illi, tenuitque clauum vtriuſque regni. Et quamuis regnū Mediæ eſſet illuſtrius regno Perſidis, Cyrus tamen Perſidem regni caput cōſtituit. Senſus huius orationis eſt. Quando hæc facta ſunt Babyloniæ, vbi regnabat Nabuchodonoſor, regnabat in Media & Perſide Aſtyages, cui poſteà ſucceſſit Darius in Media, & Cyrus in Perſide. Poſtquàm autem Darius exceſſit è vita, conſecutus eſt totum regnum Cyrus, ad quem eius hæreditas pertinebat.

OBSERVATIONES ex Græco in CAPVT XIII.

Erat ei pomœrium vicinum domui ſuæ. In codicibus correctis pro, pomœrium, eſt pomarium. In
Theod. verſione Græca Theodotionis, ex qua deſumptū eſt caput hoc, eſt παράδεισος, paradiſus. Quod vocabulum hortum ſignificat, & pomarium: eſt enim pomariū locus arboribus pomiferis conſitus: pomœrium autem quod Græcè dicitur πωμήριον, eſt locus tam extra, quàm intra murum, vrbem cingens: quem antiqui inauguratò conſecrabant, vbi nullum fieri ædificium ſinebant. Fuit igitur non Latini interpretis, ſed librariorum aut typographorū vitio effectum, vt pomœrium hoc loco poneretur pro pomario, quod Græcè dicitur paradiſus. Ac ſi verbū verbo reddere volueris, transferes ex Græco: Erat ei paradiſus proximus domui ſuæ. Hoc nomine παράδεισος paradiſus, pro horto conſito vtitur Pro- *Proclus.*
clus: cuius hæc ſunt verba: Vbi Heſiodus Fortu- *Heſiod.*
natarum inſularum meminit, innuit eſſe paradiſum, eum videlicet, qui apud poetas cāpus Elyſius appellatur. Fortaſſe per campum Elyſium paradiſum terrenum intelligebant, Muſaicis literis aliquantulum inſtructi. Vtitur etiam hoc nomine Xenophō: & Philoſtratus in vita Apollonij. Sed & eo vtuntur ſeptuaginta interpretes, qui cap. 2. Geneſis habent: καὶ ἐφύτευσεν κύριος ὁ *Gene.2.*
θεὸς παράδεισον ἐν ἐδὲν κατὰ ἀνατολάς. Hoc eſt, Et plantauit dominus Deus paradiſum in Eden ad orientem. Sed quoniam vocabulum Eden, quod eſt in Hebraico, non ſolùm eſt nomen loci, ſed voluptatem & delicias ſignificat: & eadem præter ſignificationem Orientis ſignificat principiū, vertit Latinus noſter interpres: Plantauerat autem dominus Deus paradiſum voluptatis à principio. Pro quo paraphraſis Chaldaica Oncheli *Onchel.*
habet: Et plātauit dominus Deus hortum in loco voluptatis ab exordio. Et Symmachus: Plan- *Symm.*
tauitque dominus Deus paradiſum florentem à primo: Subaudi tempore. Aquila etiā, & Theodotio non ad Orientem, ſed à principio tranſtulerunt. Eſſe Eden nomen loci indicat Moſes capite quarto Geneſis, cùm ait: Egreſſus Cain à fa- *Gen.4.*
cie domini habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. Et Eſaias 37. vbi inducit *Eſai.37.*
Rabſacē ita dicentem: Subuerterunt patres mei Gozam, & Haram, & Reſeph, & filios Eden. Vbi Eden pro ciuitate quadam accipitur, aut regione. Eodem pacto apud Ezechielem cap. 27. Et *Ezec.27.*
hanc ſignificationem ſecuti ſunt Septuaginta. Significare autem nomen hoc voluptatem indicat Ezechiel trigeſimoprimo, cùm ait: Emulata *Ezec.31.*
ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiſo Dei. Vbi pro voluptatis eſt in Hebraico Eden, deriuatum à verbo עדן Hadan, quod ſignificat delectare, voluptate ac deliciis afficere. Et hanc ſignificationem ſequutus eſt Latinus noſter interpres, & Symmachus, & alij. Locus il- *Symm.*
le vbi fuit paradiſus terreſtris, appellatus eſt Eden, quod eſſet amœniſſimus, admirabilémq; afferret voluptatem. Quare tam illi qui pro Eden voluptatem, quàm qui locum voluptatis pleniſſimum interpretati ſunt, rectè quidem verterūt. Nec eſt etiam inter eos contrarietas, licet ſit diuerſitas, quòd alij dicant fuiſſe paradiſum illum à Deo plantatum ad orientem, alij à principio: nā vtrunque verum eſt. Reſpectu enim terræ promiſſionis fuit ad Orientem, & plantatus fuit à principio mundi, nimirum die tertio creationis, quando Deus dixit cap. 1. Geneſis: Germinet ter- *Geneſ.1.*
ra herbam virentem, lignúmq; faciens fructum. Theodorus Mopſueſtiç ita de paradiſo terreſtri *Theod.*
loquitur: Eden erat locus, in quo poſitus erat paradiſus, excelſus quidem ad ſolis ortum collocatus, atque ex vniuerſæ terræ partibus electus: in

quo Deus hominem tanquam in honorifico domicilio collocauit. Idem ait pluribus verbis Ioãnes Damaſcenus. Seuerianus fuiſſe ait paradiſum terreſtrem ad Orientem conſitum, vt ex ea parte qua lumina cœli initium ducunt naſcendi, humanæ vitæ ratio atque inſtitutio initium haberent. Non defuerunt, qui dicerent, nullum fuiſſe terrenum paradiſum, Moſem autem myſtice fuiſſe locutum. Sed hi deſtruunt ſcripturas, & in errore intolerabili verſantur. Ac meritò grauitér que fuerunt improbati, & cõuicti à Hieronymo, Auguſtino, Epiphanio, Theodoreto, Baſilio, & ab aliis, qui diuinam ſcripturam rectè explanarunt. Cæterùm hæc vox paradiſus in diuinis literis non tantùm accipitur pro paradiſo terre-
Gene. 2. ſtri, vt capite ſecundo & tertio Geneſis, & capite
Gene. 3. Ezechielis trigeſimoprimo, ſed etiam accipitur
Ezec. 31. pro loco beatorum in gloria cœleſti: vt cap. 12.
2.Cor.12. epiſtolæ ſecundæ ad Corinthios: Scio hominẽ in Chriſto, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio: Deus ſcit: raptum huiuſmodi vſque ad tertium cœlum. Et ſcio huiuſmodi hominem, quoniam raptus eſt in paradiſum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Vbi per tertium cœlum intelligitur empyrium, vbi eſt ſedes mẽtium beatarum, & æterna ſanctorum domus: vbi qui ſe hic à ſcelerum contagione ſeuocarunt, Deo æterno æuo fruuntur. Locum illum vocat apoſtolus tertium cœlum, & paradiſum. Nã primum cœlum eſt regio aeris vſque ad cœlum lunæ: ſecundum cælum eſt multitudo omnium globorum cœleſtium, qui mirabili celeritate mouentur: tertium eſt cœlum empyrium, & paradiſus æternus. De hoc paradiſo & tertio cœlo illud
Apoc. 2. Apocalypſis intelligitur capite ſecundo: Vincẽti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei. Vbi per lignum vitæ intelligitur Chriſtus, qui eſt ſapientia patris, filius Dei vnigena: de
Prou. 3. quo ſcriptum eſt capite Prouerb. 3. Lignum vitę eſt ijs, qui apprehenderint eam. Fuit re ipſa in paradiſo terreſtri arbor vitæ, vt conſtat ex capit. 2.
Gene. 2. Geneſis, quæ Chriſti figuram gerebat. Sed quemadmodum petra quæ percuſſa prębuit aquas, etſi Chriſtum adumbrauit, dicente apoſtolo in
Exod. 17. priore ad Corinthios capit. 10. Petra autem erat
Num. 20. Chriſtus: verè tamẽ fuit petra: ſic arbor vitæ etſi
Deut. 8. Chriſti vmbram geſſit, non ideo dicendum eſt
1.Cor. 10. non extitiſſe. Sed loco illo Apocalypſis arbor vitæ nõ pro vmbra, ſed pro ſubſtantia, hoc eſt pro Chriſto Deo noſtro accipitur: & paradiſus pro loco ſedium beatarum. Præterea accipitur paradiſus pro horto conſito, vt Canticorum quarto:
Cant. 4. Emiſſionis tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Aсſi Chriſtus dicat eccleſiæ: Propagines tuæ, hoc eſt, eccleſiæ tuæ particulares ſunt veluti pomariũ plenum malis punicis, aliiſq; arboribus vberes fructus ferẽtibus. Ita enim ordinantur, vt ipſi Chriſto, & eccleſiæ vniuerſali, eiuſq; paſtori ſummo pontifici obtẽperantes in vera fide permaneant. Sed dices: Quare hoc Canticorum loco fit mẽtio malorum punicorum? Ratio eſt, quia per malum punicum ordo ſignificatur & cõſtantia. Aperi illud, inuenies ipſum plenum granis pulcherrimis in capſulis ſuis miro ordine diſpoſitis: nullum eſt alio maius nullum peruertit locum, nullum egreditur è ſerie. Eſt in hoc pomo admirabilis quædam continuatio, ſerieſq; acinorum, vt alij ex alijs, & omnes inter ſe æquales, apti, & colligati videantur. Inter omnia poma nullum eſt tam pulchra ſerie à natura conſtructum, quàm malum punicum, quod alij pomum granatum vocant. Quam ob cauſam per illud intelligitur ordo. Deinde ex omnibus pomis nullum præter hoc habet coronam. eſt enim in faſtigio coronatum, magno ita Deo ordinante artificio naturę. Cum autem qui perſeuerant, & vincunt, donentur corona, iuxta illud apoſtoli cap. 2. epiſt. 2. ad Timoth. non co- 2.Tim. 2.
ronabitur, niſi qui legitimè certauerit: per pomũ hoc intelligitur conſtantia vſque ad finem. Eam ob cauſam in fine veſtis ſacerdotalis, in extremis fimbrijs, vt capite Exodi 28. ſcriptum legimus, Exod. 28.
erant mala punica: quia vt verbis vtar ſeruatoris noſtri: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Hæc eſt cauſa, quare veteres Græci Matt. 15.
imaginem Victoriæ fingebant cum alis tenẽtem Matt. 24.
dextera pomum punicum, læua verò galeam: vt refert in hieroglyphicis Pierius Valerianus. Per alas ſignificatur diligentia & celeritas, per galeã armatura, ſeu armorum munitio, per malum punicum ordo & conſtantia. Sed quia nomine alarum deſignatur aliquando inſtabilitas, abſtulerunt Athenienſes alas à Victoriæ ſimulachro, vt Pauſanias, & Heliodorus Periergeta memoriæ prodiderunt. Cùm igitur malum punicum ſit ſignum ordinis & conſtantiæ, meritò particulares eccleſiæ cum horto ſeu paradiſo malis punicis referto comparantur. Aſpicis igitur paradiſum accipi aliquando pro quocunque horto conſito, quemadmodum hoc Danielis loco, vbi Latinus noſter interpres pro paradiſo pomarium vertit.

Iſti frequentabant domum Ioachim. Verſio Complutenſis Græco adiecta habet: Iſti expectabant in domo Ioachim. Cùm enim eſſent iudices, ſolebant illic expectare litigatores, vt eorum cauſas audirent, & ſententiam ferrent. Eam ob cauſam in aulam illam frequenter conueniebant. Quare etſi in verbis aliqua videtur eſſe diſcrepantia, in ſenſu tamen nulla eſt.

Quia nunquam fuerat dictus ſermo huiuſmodi de Suſanna. Quidam vertunt: Quia nunquam huiuſmodi fama de Suſanna prodita fuerat. Pro ſermo eſt in Græco λόγος, quod vocabulum authore Budæo ſignificat ſermonem, & famam, & verbum, & filium Dei, & rationem & ſapientiam. Et Hieronymus in epiſtola ad Paulinum præter hæc ait ſignificare cauſam vniuſcuiuſque rei, per quam ſunt, quæ ſubſiſtunt. Primo capite Geneſis vbi Gen. 1.
Moſes mundi deſcribit creationem, ait: Dixit Pſal. 32.
Deus: Fiat lux. &c. Et pſalmographus: Ipſe dixit, & facta ſunt. Dixit Deus ergo verbo ſuo, per quod omnia fecit. Quibus verbis æterni verbi generationem intelligimus. Id voluit Auguſtin. ſignificare in libro de Geneſi ad literã, cùm verba illa explanans ait, hoc ad naturã verbi, per qđ omnia facta ſunt, pertinere. Cuius ſententiam ſequuntur Iunilius & Rupert. Abbas, cum multis Ioan. 1.
aliis. Hoc eſt verbum, de quo ait Ioannes ſtatim in principio euangelij ſui: In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum, & Deus erat Sap. 9.
verbum. Hoc erat in principio apud Deum, Omnia per ipſum facta ſunt. De illo ſcriptum eſt in

libro Sapientiæ cap.9. Domine miſericordiæ qui *Hebr.11.* feciſti omnia verbo tuo. Et cap.11. epiſtolæ Pauli ad Hebræos: Fide intelligimus aptata eſſe ſecula *Pſal.32.* verbo Dei. Verbum Dei filius Dei eſt: de quo ait *Pſal.106.* Dauid pſal. 32. Verbo domini cœli firmati ſunt. Et pſal. 106. De neceſſitatibus eorum liberauit eos: miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. Videns nanque Deus homines calamitatibus oppreſſos, & in varijs erroribus verſatos, non tulit eos auxilium cœleſte requirentes diutius angi, & tenebris errorum cooperiri. Miſit filium ſuum vnigenitum, vt eos inſtrueret, & liberaret. Cùm homines ſine Dei amore frigore dureſcerent, vidit diuinus vates ſpiritu vaticinationis fore, vt Deus pater mitteret filium ſuum, qui eorum corda le- *Pſal.147.* niret. Eam ob cauſam pſal.147. Emittet, inquit, verbũ ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Hoc verbum eſt ſapientia Dei, & *Eccl.1.* fons ſapientiæ: de quo ait Eccleſiaſticus capit. 1. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis. Poſtquã *Eſai.9.* Eſaias cap.9. Chriſti natiuitatẽ deſcripſit, eumq́; vocauit Deum & hominem, ſubdidit: Verbum miſit dominus in Iacob, & cecidit in Iſrael. Ac ſi diceret: Hunc Dei filium, verbum patris, verum Meſſiam miſit Deus ad Iudæos nomine Iacob & Iſrael ſignificatos: qui illum contempſerunt, & ad cædem crudeliſſimam vocarũt. De illo ait ita *Apoc.19.* Ioannes capite decimonono Apocalypſis: Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabitur nomen *1.Ioan.1.* eius verbum Dei. Et cap.1. ſuæ 1. epiſtolæ: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ. Ac ſi dicat: Verbum illud vitæ, per quod omnia viuentia vitam habent, per quod omnia facta ſunt, quod erat ab initio, coæternum, & conſubſtãtiale patri, quod audiuimus, quod oculis noſtris aſpeximus, etiam manus noſtræ tetigerunt: cùm poſt reditum ad vitã dixit nobis: Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habent. Dicitur autem filius Dei verbum, vt intelligamus æternam eius generationem ſpiritualem eſſe, ſimplicem, inuariabilem, manentem: non materialem, non carnalem, nõ admiſtam mutationi. Nam verbum propriè eſt interior mentis conceptus, & prolata intus notitia. In homine verbũ eſt accidens: at verbum Dei ſubſtantia eſt, & non alia niſi ſubſtantia *Luc 24.* Dei. Cùm igitur verbũ Dei ſit à Deo productũ, propriè dicitur genitum eſſe: gignere enim eſt ſubſtantiam producere. Porrò cùm verbum ſit genitum à Deo, filium eſſe Dei negare non poſſumus. Hoc Dei verbum eſt ratio perpetua, ſapientia ſempiterna, intellectus incomprehenſibilis, veritas incommutabilis, verus Dei filius, verus Deus, verbum illud, per quod omnia facta ſunt. Deus enim verbo omnia creauit. Id voluerunt ſignificare antiqui in ſimulachro Dei Enephi, ex cuius ore egrediebatur ouum, hoc eſt, mũdus habens oui figuram: qui mũdus quoniam Dei verbo cõditus eſt, ex Dei ore exibat. Refert hoc Euſebius Cæſarienſis libr.1. de præparatione euan- *Cœlius.* gelica: & Cœlius Auguſtinus in hieroglyphicis. Hoc verbo ait Triſmegiſtus fuiſſe mundum conſtitutum. Idem aiunt Philo Platonicus in libro de agricultura, Aemilius Platonicus, & ante eũ Heraclitus: & Plato in Epimonide, cuius hæc ſunt verba: Conficiunt circulum ſuum, & perficiunt mundum, quem ordinauit viſibilem verbũ omnium diuiniſſimum. Idem dixit Zeno prin- *Zeno.* ceps Stoicorum: qui rerum naturæ diſpoſitionẽ opificemq́; vniuerſitatis verbum atq; Deum nominauit. Qua de re vide Euſebium libro ſeptimo & vndecimo de præparatione euangelica: Didymi Brachmanis epiſtolã à diuo Antonino in prima parte hiſtoriarum citatam: Lactantium Firmianum libro quarto contra gentes. Hamerum Noueſianum in primum caput Geneſis multos ex antiquis philoſophis citantem, qui aſſerebant ſummum Deum per verbum ſuum mundũ creauiſſe: & verbum hoc eſſe rerum omnium creatarum principium. Id quod ait Moſes: In principio *Gene.1.* creauit Deus cœlum & terrã potest verti ex Hebræo: Per principium. Hoc eſt, per verbũ, quod eſt filius Dei. Ita locum illũ interpretantur Tertullianus Septimius, Hilarius, Hieronymus. Auguſtinus, Ioannes Picus Mirandulanus, & Alcuinus. Aſpicis igitur non ſolùm Chriſtianos, ſed etiã externos philoſophos aſſeruiſſe Deum conſtituiſſe mundum verbo, quod eſt rerum principium: & ex diuinis literis conſtare verbum hoc eſſe Deũ. Sed hoc volo modò oſtendere ex multis locis paraphraſis Chaldaicæ ſummæ apud Hebræos authoritatis, & aliarũ verſionum, Pſal. *Pſal.7.* 7. vbi nos habemus: Dominus iudicabit populos: pro domino eſt in Hebræo Iehouah, quod nomen ſoli Deo cõuenit. Et Ionathas paraphraſtes Chaldæus tranſtulit locum illum: Verbum domini iudicabit populos. Quibus verbis ſignificat Chriſtum eſſe verum Deum, qui eſt Iehouah & verbum Dei. Pſal.109. Vbi nos habemus: *Pſal.109.* Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis habet paraphraſis Chaldaica: Dixit dominus verbo ſuo. Pſal.137. quod nos habemus: Quoniam *Pſal. 137.* magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum: vertit Hieronymus, & poſt illum Felix Pratenſis: Quoniam magnificaſti ſuper omne nomen tuum eloquium tuum. Hoc eſt verbum tuum. Capi.8. Eſaiæ vbi editio vulgata habet: Adiecit *Eſai.8.* dominus loqui ad me: habet litera Chaldaica: Addidit verbum Domini loqui mecum. Et qua- *Eſai.48.* drageſimooctauo pro eo quod vulgatus noſter interpres vertit: Manus quoq; mea fundauit terram: trãſtulit Thargum: Verbo meo fundaui terram. Capite 1. Oſeæ habet editio vulgata: Saluabo eos in Domino Deo ſuo: & paraphraſis Chal- *Oſe.1.* daica: Saluabo eos in verbo Domini Deo eorum. Ac ſi dicat Deus pater: Salutem feram eis per filium meum, qui eſt verbum meum, & Deus illorum. Vbi vides verbum Dei verum eſſe Deum. Huc accedit nomen Iehouah, quod eſt in Hebræo pro Domino. Cùm enim hic Dominus ſit Iehouah, hoc eſt verus Deus, atqui hic Dominus ſit verbum Dei: rectè ſequitur, hoc verbum Dei eſſe verum Deum. Sed etiamſi verbum accipiatur pro filio Dei, & multas alias habeat acceptiones, hoc tamen Danielis loco accipitur pro ſermone, rumore, & fama, vt liquet intuenti.

Dic, ſub qua arbore videris eos colloquentes Verſio Latina adiecta literæ Græcæ habet: Dic ſub qua arbore vidiſti eos conuerſantes ad inuicem. Pro, colloquẽtes, eſt in Græco: ὁμιλοῦντας ἀλλήλοις, Prior vox eſt à verbo ὁμιλέω quòd ſignificat cõuerſari,

uerſari,loqui,congredi,conſuetudinem,& familiaritatem habere. Dicitur etiam apud Sophoclem de complexu venereo, quemadmodũ hoc loco ἀλλήλ& ſignificat mutuò,inuicẽ,inter ſe,vltrò citroq;.Quare poteſt locus hic ita ex Græco conuerti:Dic ſub qua arbore videris eos inter ſe cõgreſſos.Voluit diuinus vates rem turpem honeſtis verbis innuere. Eodem pacto paulò pòſt: Et illæ timentes loquebantur vobis.Hoc eſt,vobiſcum obſcœna voluptate commiſcebãtur.Sed pro duabus vocibus Græcis,nimirum loquentes mutuò, rectè vulgatus interpres vnam poſuit, ſcilicet colloquentes, quæ idem valet ac duæ:vt breuitati ſimul,& honeſtati ſtuderet. Cæterùm loqui ad cor alicuius eſt ei dulcia verba dicere,

Eſai.40. eumq́; blãditijs delinire:vt cap.40.Eſaiæ:Loquimini ad cor Ieruſalem.

Oſe.2. Et Oſeæ.2. Ducam eam in ſolitudinẽ,& loquar ad cor eius. Loqui in me

Pſal.84. eſt locutio diuinorum vatũ: vt pſal.84.Audiam

Habac.2. quid loquatur in me dominus Deus.Illud Habacuc ſecundi capitis: Contemplabor,vt videam, quid dicatur mihi:vertunt quidam:Speculabor, vt videam, quid in me loquatur. Id eſt quid me

Zacha.1. doceat Deus Cap.1.ait Zach. Dixit ad me angelus domini,qui loquebatur in me.

Argumentum capitis XIIII.

Proditur memoria hiſtoria Beli Babyloniorum idoli, cuius ſacerdotes fallebant regem, ei perſuadentes, vt ſingulis diebus idolo iuberet dari magnam ciborum copiam, quos ipſi occultè deuorabant. At eorũ dolo opera Danielis deprehenſo fuerunt interfecti, idolum deſtructum,& dracõ vita priuatus. Eam ob cauſam Daniel omni ſapientia & nobilitate præſtans fuit in lacum leonum coniectus, ſed inde mirabiliter liberatus:eiúſque hoſtes miſſi in eundem lacum ſtatim fuerunt à leonibus dilaniati. Qui enim ſe ſcelerum miniſtros præbuerãt, & Dei,hominúmque iura violauerant, ſibi ipſis exitium parauerunt.

CAPVT XIIII.

A ERat autem Daniel cõuiua regis, & honoratus ſuper omnes amicos eius. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel:& impendebãtur in eo per dies ſingulos ſimilæ artabæ duodecim,& oues quadraginta,vinique amphoræ ſex. Rex quoque colebat eum,& ibat per ſingulos dies adorare eum. Porrò Daniel adorabat Deum ſuum. Dixítque ei rex:Quare non adoras Bel? Qui reſpondens ait ei: Quia non colo idola manufacta,ſed viuẽtem Deum,qui creauit cœlum& terram, & habet poteſtatem omnis carnis. Et dixit ad eum: Non videtur tibi eſſe Bel viuens Deus? An non vides,quanta comedat,& bibat quotidie? Et ait Daniel arri-

B dẽs:Ne erres rex:iſte eſt enim intrinſecus luteus,& forinſecus æreus, neque comedit aliquando. Et iratus rex vocauit ſacerdotes eius: & ait eis: Niſi dixeritis mihi, quis eſt, qui comedat impenſas has, moriemini. Si autem oſtenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blaſphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem ſacerdotes Bel ſeptuaginta,exceptis vxoribus & paruulis & filijs. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt ſacerdotes Belis:Ecce nos egredimur fõras:& tu rex pone eſcas, & vinũ miſce,& claude oſtiũ, & ſigna annulo tuo: & cùm ingreſſus fueris manè, niſi inueneris omnia comeſta à Bel, morte moriemur: vel Daniel qui mentitus eſt aduerſum nos. C

Contemnebant autẽ,quia fecerant ſub mẽſa abſcõditum introitum: & per illud ingrediebantur ſemper: & deuorabant ea.

EXPLANATIO.

ERat autem Daniel. In quibuſdam codicibus incipit caput hoc ab hac vltima oratione capitis ſuperioris: Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos:& ſuſcepit Cyrus Perſes regnũ eius Ac tunc eſt ſenſus. Cùm Aſtyages,hoc eſt Darius filius Aſſueri rex Medorum exceſſiſſet è vita, fuiſſetq́; iuxta maiores ſuos ſepultus,obtinuit regnum eius Cyrus rex Perſarum:qui familiariter vtebatur Daniele:eumq́; præ cæteris amicis honore afficiebat. Itaque per Aſtyagem intelligitur Darius auunculus Cyri:appellabatur enim Darius & Aſtyages:quo mortuo tenuit gubernaculum totius imperij Medorum, Babyloniorum,& Perſarum Cyrus, in cuius tempore ea contigerunt,quæ ſunt huic vltimo Danielis capiti mandata. Ex quibus colliges,has duas hiſtorias nimirum Suſannæ & Belis diuerſis temporibus contigiſſe: nam hiſtoria Suſannæ contigit regnãte in Babylonia Nabuchodonoſore, & in Perſide Aſtyage auo Cyri, quo tempore Daniel erat adoleſcens,vt oſtenſum eſt capite ſuperiore,vbi ſcriptũ eſt: Suſcitauit dominus ſpiritũ pueri iunioris,cuius nomen Daniel:hæc autem hiſtoria Belis accidit poſt Babylonis euerſionem per Medos ac Perſas, & poſt Darij exceſſum ex vita,tenente totius imperij clauum Cyro, cuius hoc loco fit mentio, cùm iam Daniel eſſet ſenectute confectus. Alij codices referunt hæc verba ad finem capitis ſuperioris:& incipiunt hoc vltimum caput ab his verbis: Erat autem Daniel cõuiua regis:nimirum Cyri, de quo proximè locutus fuerat. Quidam per hunc Aſtyagem non intelligunt Darium, ſed eius patrem, qui vocabatur etiam Aſſuerus, vt ex cap.nono liquet,& nos ſuprà retulimus prope finem capitis ſuperioris. Sed hoc *Sup.9.*
loco non fit Darij mentio ſed Cyri,quia hic Cyrus magna in Iudæos contulit beneficia. Aiuntq́; nec Aſtyagem, nec Darium, nec Cyrum hunc regem eſſe,de quo hic ſcribitur:Erat autem Da-

niel conuiua regis: ſed per hunc regem aſſerunt intelligi Nabuchodonoſorem, qui regnabat in Chaldæa regnante in Media & Perſide Aſtyage, cui poſt mortem Darij ſucceſſit Cyrus. Prior tamen
Herod. explanatio videtur germanior. Herodotus Halicarnaſſeus in libro qui inſcribitur Clio, narrat Aſtyagem regem filiã habuiſſe nomine Mandanam, quam nulli Medorũ qui ea dignus eſſet, ſtatuit tradendam, ſed Perſæ cuidã nomine Cambyſi, nulla illuſtri laude celebrato. Cùm autem vidiſſet per quietem ex filia enatam vitem, cuius palmite omnis Aſia opacaretur, quòd eſſet patulis diffuſa folijs, cõſilio ariolorum inſtructus decreuit filium illius filię ſuę nomine Cyrum vita priuare. Natus itaque infans datur occidẽdus Harpago viro grauiſſimo, qui timens parentes infantis eum tradidit cuidam regis paſtori exponendum. At vxor paſtoris videns infantem dilexit illum, & pro filio enutriuit: qui poſteà fuit ab auo cognitus, & à Medis in regia dignitate conſtitutus. Ac tandem auo ſuo Aſtyagi intullit bellum, quem vicit, & totum ſibi imperium vſurpa
Iuſtinus. uit. Hoc etiã narrat libro primo Iuſtinus, & Trogus Pompeius: & poſt illos Petrus Comeſtor in hiſtoria ſcholaſtica: qui ait Cyrùm retinuiſſe ſibi regnum Perſarum, dimiſiſſeq́; Aſtyagi auo ſuo regnum Hircanorũ, & Dario filio Aſtyagis auunculo ſuo regnũ Medorũ hac lege, vt mortuis illis totum imperiũ ad ipſum Cyrum veniret. Quod factum eſſe teſtatur: idque his verbis ſignificatũ eſſe: Rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.

Conuiua regis. Hoc eſt, regi familiaris, qui in eius intima cõſuetudine verſabatur. Pro conuiua eſt in Græco συμβιώτης, hoc eſt, ſimul viuens: à verbo Symbioo, quod eſt ſimul viuo: pro quo Latinus interpres editionis vulgatę rectè trãſtulit, cõuiua. Poteſt verti cõuictor, hoc eſt quotidianus cõuiua. Rectè antiqui accubationẽ expulſa ẽ amicorum, quia vitæ cõiunctionem haberet, cõuiuium nominarunt. Itaque conuiua accipitur pro eo, qui inuitatus eſt ad conuiuium: & pro familiari & domeſtico. Priore modo accipitur cap.
2. Reg. 19. 19. libri ſecundi Regum: Poſuiſti me ſeruum tuũ inter conuiuas menſæ tuæ: poſteriore verò capi.
Prou. 9. 9. Prouerbiorum: In profundis inferni conuiuæ
Eccle. 9. eius. Et Eccleſiaſtici 9. Cum ſapientibus & prudentibus tracta: viri iuſti ſint tibi conuiuæ. Hoc ſecundo modo accipitur hic à Daniele.

Erat quippe idolum apud Babylonios nomine Bel. Diuus Hieronymus in explanatione in caput ſecundum Oſæi ait Ninum Beli filium apud Aſſyrios Niniuem celebrem ciuitatem condidiſſe, & regem Zoroaſtrem forti certamine ſuperaſſe: tantaq́; vanitate elatum fuiſſe, vt patrem ſuum Belum in Deum referret, cui Babylonij diuinum cultum tribuerunt. Et hunc Belum eſſe Belem hunc, de quo hìc loquitur Daniel. Erat enim inſigne Babyloniorum idolum, quod aliquando dicitur Bel, aliquando Beel, aliquando Baal: deducto nomine à Belo patre Nini. Hæc eſt Hiero-
Auguſt. nymi ſententia. Hunc Belum ait Auguſtinus libro 18. de ciuitate Dei fuiſſe primum Aſſyriorum regem. Eius ſtatuam coluerunt Aſſyrij, Babylonij, Sidonij, & aliæ nationes, & vocabant eam Beleum, & Bel, & Baal: & erat idolum præcipuũ apud gentes illas à fide alienatas. Poſteà quodcunque idolum appellabatur Baal. Et nonnulla dicebantur Bel cum additamẽto: vt Belphegor, hoc eſt idolum hiatus: de quo fit mentio cap. 25. *Num. 25.*
Numerorum. Et nono Oſeæ. Et pſalmo 105. Et *Oſe. 9.*
alijs in locis. Et Belzebub, hoc eſt idolum muſca *Pſal. 105.*
rum: de quo fit mentio capite primo libri quarti *4. Reg. 1.*
Regum. Et decimo ac duodecimo Matthæi. Et *Matt. 10.*
alijs in locis. Beroſus Chaldæus multò ante Hie *Matt. 12.*
ronymum aſſeruit etiam Ninum ædificaſſe templum patri ſuo Belo, eique ſtatuam feciſſe. Idem ait Lactãtius Firmianus libro primo diuinarum inſtitutionum: & Theophilus in libro de temporibus: & Thalus hiſtoricus à Lactantio citatus. Huius Belis meminit Eſaias cap. 46. *Eſai. 46.*

Impendebantur in eo per dies ſingulos ſimilæ artabæ duodecim. Hoc eſt, offerebantur quotidie huic idolo ad eius alimentum duodecim artabæ medullæ farinæ triticeæ. Artaba autem eſt menſura quædam continens 72. ſextarios.

Rex quoque colebat eum. Subaudi, Deum Belũ. Cum ſcriptum ſit cap. 14. Sapientiæ: Infandorum *Sap. 14.*
idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initiũ, & finis.

Daniel adorabat Deum ſuum. Hoc eſt, colebat verum Deum.

Sed viuentem Deum. Ad differentiam deorum mortuorum. Deus autem verus viuus eſt, & fons vitæ. Plantæ viuunt, ſed non ſentiunt: animalia rationis expertia, viuunt, & ſentiunt, ſed non intelligunt: homines viuunt, ſentiunt, & intelligunt: ſed non habent vitam à ſe, ſed à Deo, quandiu Deus vult. Nam vt Actorum ſeptimo ſcriptũ *Actor. 7.*
eſt: In Deo viuimus, mouemur, & ſumus. Deus autem habet vitam à ſeipſo, per ſe eſt viuus: & non ſolùm eſt viuus, ſed eſt ipſa vita: non ſolùm eſt æternus, ſed ipſa æternitas. Non ſolùm viuit, ſed ipſe eſt ſuum viuere, cùm ſit actus purus & ſimpliciſſimus. Ipſe eſt ſolus ſua natura, & per ſe immortalis. Eam ob cauſam ait apoſtolus capite vltimo epiſtolæ prioris ad Timotheum: Qui *1. Tim. 6.*
ſolus habet immortalitatem. Angeli & animæ rationis participes immortalitatẽ quidem habent: at nõ ex ſe, ſed ex Deo. Præterea, vt diuus ait Auguſtinus libro tertio contra Maximinum Arrianorum epiſcopum, in omni mutabili natura nõnulla mors eſt ipſa mutatio. Atque per hoc ſolus Deus habet immortalitatem, qui nõ cuiuſquam gratia, ſed natura ſua nec poteſt, nec potuit aliqua conuerſione mutari: nec potuit: nec poterit aliqua mutatione peccare. Hactenus ille.

Qui creauit cælum & terram. Hic Deus, qui creauit cælum, & terram, eſt vnus in natura, trinus autẽ in perſonis. Id voluit Moſes ſignificare ſtatim in principio Geneſis, cùm dixit: In principio *Gene. 1.*
creauit Deus cælum & terram: vbi pro Deo eſt in Hebraico Elohim in plurali ad oſtendendam perſonarum diſtinctionem, & creauit in ſingulari, ad oſtendendam naturæ vnitatem. Eſſe autem Elohim in plurali oſtendit verſus ille pſalmi 95. *Pſal. 95.*
Omnes dij gentium dæmonia: vbi pro, dij, eſt in Hebræo Elohim. Creauit autem Deus mũdum, vt ex viſibilibus ipſius inuiſibilia cognoſceremus, vt ait Paulus Apoſtolus capit. 1. epiſtolæ ad Romanos. Qua de re multa dicit Dionyſius A- *Rom. 1.*
reopagita in libro de diuinis nominibus cap. ſeptimo,

ptimo,& Theodoretus in libro de dijs & Angelis, & Ammonius in præfatioue in prædicaména Ariſtotelis,& Theophilus libro ptimo ad Autolicnm,& Hugo à ſancto Victote in Didaſcalico, & nos in commentatijs in caput tettinm huius *Similitudo.* diuini vatis. Vt enim qui nauem videt ſe optimè agitantem, & in pottum recipientem, intelligit illic eſſe eius gubetnatorem: ſic qui huius mundi machinam eiúſq; ordiné intuetur, ſtatim percipit animo eſſe vnum Deum, qui illam moderatur. Hunc igitnr Deum trinnm & vnum cteatorem cæli & terræ, totius vniuetſitatis gubetnatorem colebat Daniel. *Geneſ.* 1. Alludit hic ad verba illa: In principio creauit Deus cælum & tertam: quorũ hic eſt ſenſus: In principio mundi fecit Deus ex nihilo cælum & tettam. Vel in ptincipio temporis: vel creationis Deus ſine ſui mutatione fecit cælum & terram. Ac ſi dicat Moſes: Ne exiſtimes mundum eſſe ab æterno: nam teipſa creatus fuit. *Similitudo.* Nam vt citculus etiamſi non videatut habuiſſe principium: habuit ramen: ſic mundus rametſi viſus ſit nonnullis philoſophis æternus eſſe, fuit ramen conditus à Deo, qui eſt vnus, & ſempiternus. Ille enim qui eſt ſine principio, principium omnibus dedit: & qui eſt potentiſſimus, admirabili celeritate cælum creauit & tertam, & omnia quæ in illis continentnt. Poteris per principium filium Dei intelligere, qui à Indæis interrogatua quis eſſet, Ego, inqnit, principium, qui loquor *Ioan.* 8. vobis: vt ait cap. 8. Ioannes. Et ipſe Dei filius cap. *Prou.* 8. Prouerbiorum 8. ait: Dominus poſſedit me in initio viatum ſuorum. Vel, vt poteſt etiã verti: Dominus poſſedit me initium viarum ſuarum. Vbi oſtendit ſe eſſe principium illud, de qno loqui*Geneſ.* 1. tut Moſes, cùm ait: In principio creauit Deus cælum & terram. Nonnulli per cælum loco illo intelligunt omnes globos cæleſtes, & per tertam orbem hunc, in quo habitamus cum omnibus elementis & corporibus miſtis per anticipationem ſeu occupationem. Itaque nomine cæli & terræ iuxta eotum ſententiam vniuetſus mundus viſibilis ſignificatur. Et poſteà explicatur præci*Simile.* pnè, quid in qualibet die factum fuerit. Vt ſi quis oſtendat alicui Romam in ſumma quadam: & dicat vrbem illam conditam fuiſſe à Romulo: & deinceps deſcendens ad ſingularia, dicat, tale ædificium conditum fuit ab illo tali die, & cætera. Hæc eſt magnorum virorum ſententia, quæ nullum continet errorem. At ego exiſtimo per cælum loco illo intelligi cælum empyrium, quod creatum fuit primo die: per terram autem illam materiam quandam incultam, ex qua Deus fecit cælum & tertam, quæ quidem materia & moles fuit primò die creata. Cælum autem viſibile fuit factum die ſecundo, & terra elementaris die ter*Geneſ.* 1 tio, vt diuina ſcriptura eodem primo capite Geneſis teſtatur. Exiſtimo Deum creaſſe ex nihilo cælum empyrium, & angelos, & animas rationales, & materiam ptimam, quam Moſes appellat terram inanem & vacuam, cætera verò ex illa. Qui verò aiunt terram & mare & corpora cæleſtia condita fuiſſe ex nihilo, intelligendi ſunt, in materia illa rudi & inculta, quæ fuit ex nihilo creata, in qua illa erant virtute & potentia. Et ita intelligitur caput primum concilij Lateranẽſis ſub Eugenio tertio, vbi dicitut Deus vtramque de nihilo condidiſſe creaturam ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam. Nam eſſe orbem terrarum cõditum ex materia, indicat ſcriptura cap. 11. Sapientiæ his ver- *Sap.* 11.
bis: Non impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa. Qua de re copioſè diſſerui ſuprà verba illa capit. 3. explanans: Benedicite aquæ omnes, quæ *Sup.* 3.
ſuper cælos ſunt.

Habet poteſtatem omnis carnis. Id eſt, habet in omnes homines poteſtatem. Caro accipitur hic pro homine. Eodem modo capite Geneſis ſexto. *Gene.* 6.
Omnis caro corruperat viã ſuam. Eſaiæ 40. Om- *Eſai.* 40.
nis caro fœnum. Romanorum 2. Nõ iuſtificabi- *Rom.* 2.
tur ex operibus legis omnis caro. Et Ioannis 7. *Ioan.* 7.
Clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: hoc eſt, ſuper omnes homines.

Intrinſecus luteus, & forinſecus æreus. Erat enim ſimulachrum illud ex ære fuſo ſuper formam luteam. Capite ſuperiore oſtenſus eſt Daniel libidinis deſtructor: in hoc autem idolorum euerſor.

Vinum miſce. Hoc eſt, infunde vinum in amphoras per miniſtros tuos. Vel miſce illud aqua ad bibendum.

Signa annulo tuo. Solebant principes gemmam in annulo habere, quo ſigillare ſolebant res abditas, quas clauſas eſſe volebãt: vt ſuprà oſtenſum eſt cap. 6. vbi de annuli antiqnitate diſſeruimus.

Factum eſt igitur, poſtquã egreſsi ſunt illi, & rex poſuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris ſuis, & attulerũt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: & egreſsi clauſerunt oſtiũ, & ſignantes annulo regis abierunt. Sacerdotes autem ingreſsi ſunt nocte iuxta conſuetudinem ſuam, & vxores, & filij eorum, & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex: Saluane ſunt ſignacula Daniel? Qui reſpondit: Salua rex. Sta- D
tímque cùm aperuiſſet oſtium, intuitus rex mẽſam exclamauit voce magna: Magnus es Bel: & nõ eſt apud te dolus quiſquam. Et riſit Daniel: & tenuit regem, ne ingrederetur intrò, & dixit: Ecce pauimẽtum, animaduerte, cuius veſtigia ſint hæc. Et dixit rex: Video veſtigia virorum: & mulierum, & infantium. Et iratus eſt rex. Tunc apprehendit rex ſacerdotes, & vxores, & filios eorũ. Et oſtenderunt ei abſcõdita oſtiola, per quæ ingrediebantur, & conſumebant, quæ erant ſuper menſam. Occidit ergo illos rex: & tradidit Bel in poteſtatem Danielis, qui ſubuertit eum, & templum eius.

Factum eſt igitur. In Græco eſt, ſi verbum verbo reddere volueris: Et factum eſt, vt egreſſi ſunt illi. Sed ſenſus idem eſt.

Et cribrauit per totum templum. Hoc eſt, per totum templi pauimentum: vt comedentium veſtigia latere non poſſent.

Intuitus rex menſam. Subaudi, in qua poſitę fuerant epulæ idolo. Reſpexit in primis in menſam ciborum: quia ardenter deſiderabat videre eſſe illos à Bele deuoratos: vbi autem affectio, ibi oculus eſt.

Magnus es Bel. Voluptate affectus has voces emiſit: ac ſi diceret Magna eſt potentia & laus tua ô Bel, quòd tantam ciborum copiam comediſti. O ſtultitiam regis dignam irriſione. Videte in quo eius potentiam & honorem collocabat, in multis cibis deuorandis. Ideo eum pro Deo colebat, quia multa vorabat. Huiuſmodi ſunt, qui edacitatem epularum colunt: de quibus ait apo-
Philip.3. ſtolus capit. 3. epiſtolæ ad Philip. Quorum Deus venter eſt. Huic loco poteſt illud accommodari,
Iere.49. quod ait Ierem. capit. 49. Arrogantia tua decepit te: quod poteſt etiam verti ex Hebræo: Superſtitio tua, vel idolum tuum decepit te.

Riſit Daniel. Non ex leuitate, ſed vt vanorum deorum cultum illuderet. Fortaſſe riſit ob gaudium, quo affectus fuit videns pauimentum templi pedibus conculcatum: vt veritas in lucem prodiret, & ante omnium oculos poneretur. Aſpicis ex hoc loco licitum eſſe aliquando ridere
Eccleſ.3. moderatè, cùm opus eſt. Vnde Eccleſiaſtes capite tertio Tempus, inquit, flendi, & tempus ridendi.

Video veſtigia virorum, & mulierum, & infantiam. Veſtigia puerorum à veſtigijs virorum diſcrepabant in quantitate: mulierum autem in figura: quoniam illæ calceis diuerſam formam habentibus vtebantur. Hæc veſtigia potuit rex facilè videre propter cineres, quibus Daniel coram rege totum templi pauimentum operuerat. Cùm rex reſpexit ad menſam ciborum, ſtatim deceptus exclamauit: Magnus es Bel: cùm autem oculos fixit in cinere, intellexit veritatem. Si te ad carnes, ad epulas, ad vinum, ad edacitatem & ebrietatem conuerteris, in magnos incides errores. at ſi ad cinerem, ad pœnitentiam, ad abſtinētiam ciborum, & cognitionem tui te reuocaueris, reſipiſces, & mentis oculis illuſtratis veritatem intueberis. Si felicitatem collocaueris in crapula & ebrietate, coles idolum: eris ex illis, vt verbis vtar Apoſtoli in epiſtola ad Philippenſes
Philip.3. 3. quorum Deus venter eſt. Si verò imbecillitatem fragilitatémque tuam alta mente perpenderis, euertes idola, & mundi vanitatem deſpicies. Vide comeſſationis iacturam per menſam ciborum intellectæ, & humilitatis emolumētum per cinerem ſignificatæ. Quid eſt reſpicere cinerem, niſi ſeipſum intueri, & propriam miſeriam co-
Gen.18. gnoſcere: Cap. 18. Geneſis ait Abraham: Loquar ad dominum meum, cùm ſim puluis & cinis. Ca.
Iob.34. 34. Iob ſcriptum legimus: Deficiet omnis caro ſimul: & homo in cinerem reuertetur. Et deci-
Eccle.10. mo Eccleſiaſtici: Quid ſuperbis terra & cinis? Eam ob cauſam ait Eccleſia feria quarta cinerū: Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Vngit nos cinere in capite, vbi eſt ſedes memoriæ, vt memores ſimus mortis, & ſignat nos tau Ezechielis in fronte, hoc eſt memoria finis. tau enim eſt vltima litera in Hebraico alphabeto, quare deſignat finem & interitum. Et illa vngimur, cùm nobis ponitur in capite iuxta id quod in euangelio illius feriæ canitur: Tu autem *Matt.6.*
cum ieiunas, vnge caput tuum. Et Ezechielis do *Ezech.9.*
cumento intelligimus oportere nos in fronte eſſe vnctos tau: Chriſtus docet, vt vngamus caput: ſancta mater eccleſia vngit nos cinere in fronte & capite, innuens tau Ezechielis eſſe mortis memoriam, qua debemus vnctum atque ſignatum habere caput: vt nunquam nobis excidat ex animo finis recordatio. Cap. 4. Leuitici præcipiebat *Leuit.4.*
Deus efferendum eſſe vitulum extra caſtra in locum mundum, vbi cineres effundi ſolent. Sed dices: Si locus erat plenus cineribus, quomodo mundus appellatur? Quî fieri poteſt, vt perpurgatus ſit, cùm in illum cineres conijcerentur? At altè ſpectare ſi voles, perſpicies ideo locum illum eſſe abſterſum, quia erat cineribus imbutus, ſine quibus pollutus eſſet, & contaminatus. Hic vitulus eſt caro noſtra, quę in ara cordis noſtri igne diuini amoris immolāda eſt: in quo corde debet eſſe cinis, hoc eſt, noſtræ imbecillitatis recordatio, & mortis repetita memoria, vt mundum ſit, & ab omni ſcelerum contagione ſeuocatum. Eā ob cauſam debet eſſe extra caſtra, id eſt à turbulentis mundi negotijs ſeparatum, & ab immoderatis perturbationis abductum. Nam memoria mortis eſt horologium vitæ illam excitans & *Simile.*
ordinans ad munditiam, ad virtutes acquirēdas, & ſordes vitandas. Ait enim Eccleſiaſticus: Me- *Eccleſ.7.*
morare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Vt pauo pulchritudine fulgentium pluma *Simile.*
rum eas extollit, & in orbem erigit: ſed videns pedum ſuorum fœditatem, totam caudæ deponit: ſic nos ſuperbia, rerumq; noſtrarum opinionibus inflati nobis ipſi immoderatè placemus, noſtriq; admirationi deſidi inſiſtimus: at ſi ad cinereos pedes, ſi ad finē reſpexerimus, rotam noſtræ vanitatis deponemus. Vt aqua cineris ab- *Simile.*
ſterget veſtium maculas: ita mortis memoria & lixiuium lachrymarum animæ ſordes & noxias ſolicitudines atque cupiditates. Vnde Hieronymus in epiſtola ad Cyprianum: Qui ſe, inquit, quotidie recordatur eſſe moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat. Et vt cinis ſolet *Simile.*
ignem cuſtodire: ſic memoria mortis Charitatē conſeruare. Præterea ignis deſignat pœnitentiā, & ſcelerum confeſſionem: ex quo effectum eſt, vt qui flagitia ſua cognoſcerent, eamque ob cauſam angerentur dolorē, ſolerent quondam ſe aſpergere cinere, vt Deum pœnitentia placarent. Ideo ait Ieremias cap. 25. Aſpergite vos cinere o- *Iere.25.*
ptimates, quia cōpleti ſunt dies veſtri. Et Thre- *Thre.2.*
norum 2. Conticuerunt ſenes filiæ Sion, cōſper- *Iudith.4.*
ſerunt cinere capita ſua. Capite quarto Iudith *Matt.11.*
ſcriptum eſt: erat cinis ſuper capita eorū. Et Matthæi vndecimo: Olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent. Reſpiciamus igitur ad cinerem, ad cognitionem noſtri, ad pœnitentiam, ad humilitatem, ad humanam miſeriam, ad mortem & finem: & ita vitabimus errorem, & ſcopum attingemus. At ſi à cinere auerterimus oculos, eóſque in menſam epularum coniecerimus, in erroribus intolerandis verſabimus. Eam ob cauſam Chriſtiani ieiunia quadrageſimalia meritò ſeruant, & alia certis tēporibus conſtituta: eſt enim

ieiunium

ieiuniũ humilitatis, caſtitatis,& aliarum virtutum fundamentum Hoc intelligens diuinus ac *Pſal.34.* regius vates pſalmo 34. Humiliabam,inquit,in ieiunio animam meã. Edacitate redditur animus imbecillus, hebes, & obtuſus:ieiunium verò cũ reddit fortiorem & acutiorem, eiq́; præbet alas ad volandum in ſublime. Id expertus Iſidorus libro primo de ſummo bono: Gulæ ſaturitas, inquit,aciem mentis obtundit, ingeniumq́, euertere facit. At ſi hoc verum eſt, & in eccleſia à tempore apoſtolorum ſemper ieiunium fuit præceptum & obſeruatum. Aerius tamen & Iouinianus & alij huiuſmodi hæretici diabolico furore concitati illud de medio auferre voluerunt: ſed fruſtra laborauerunt. Horum hæreſim & perfidiam multis iam ab hinc annis ſepultam ſuſcitarunt noſtris temporibus Lutherus, Melanchthõ, Buccerus, Caluinus,& alij hæretici deteſtabiles ſectam Epicuream ſequentes, & felicitatem in corporis voluptate collocantes. Aiunt enim Deũ nunquam conſtituiſſe delectum ciborum: ideo nullo modo eſſe ieiunandum, nec à carnibus,cibiſque alijs abſtinendum. Nunquam illi hoc dicerent,niſi intolerabili cæcitate laborarent. Imò *Gene.2.* Deus ſtatim in exordio mundi præcepit homini, quem in agro arboribus conſito mirum in modum amœno poſuerat, ne ex fructu cuiuſdã certæ arboris comederet:nam quo die ex eo comederet,moreretur. Nonne illud fuit cõſtituere differentiam & delectum inter cibos? Illud fuit primum præceptum & ſub pœna mortis promulgatum. Ex illo loco colligunt Auguſtinus contra Iulianum lib. 1. Ambroſius in libro de Elia & ieiunio, Chryſoſtomus homilia 1. in Geneſim, Baſilius in homilia de laudibus ieiunij,& alij magni nominis & celebritatis viri, & ſapientia ac ſanctitate venerandi patres, ieiunium eſſe de iure diuino. Fuit etiam alterum ieiunium cum ciborũ delectu ac diſcrimine à Deo conſtitutum, nimirum carnium abſtinentia. Nam cap. primo Ge- *Geneſ.1.* neſis dixit Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam. Et cap.3. Come- *Geneſ.3.* des herbas terræ:in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Quibus verbis liquet fuiſſe tunc carnes prohibitas vſque ad Noe poſt proluuiem terra- *Geneſ.9.* rum:cui Deus dixit cap.9. Geneſis: Omne quod mouetur,& viuit,erit vobis in cibum:quaſi olera virẽtia tradidi vobis omnia. Ac ſi diceret: Permitto vobis deinceps vti carnibus animalium, ſicut ante eluuionem oleribus virentibus. Iam non herbas tantùm do vobis in cibum, ſed animalia. Sed vide quid addat: Excepto quòd carnẽ cum ſanguine non comedetis. Nonne aſpicis etiã illo loco ciborum quorundam prohibitionem? *Gene.4.* Sed dices: Si ante eluuionem non comedebantur carnes, quorſum Habel oues alebat? Ait enim ſcriptura Geneſis quarto fuiſſe illum ouium paſtorem. Certè propter lanam & pelles:& vt poſſet Deo agnos immolare. Nonne aſpicis ante legem eſſe ciborum delectum à Deo conſtitutum? *Leui.11.* Porrò in lege capite vndecimo Leuitici præce- *Leu.23.* pit Deus populo, ne certorum animalium carnibus veſceretur. Et cap.23. ait: Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus,& vocabitur ſanctus:affligetiſque animas veſtras in eo. Vbi affligere animas idem eſt quod ieiunare. Ita locum illum intelligunt non ſolùm catholici, ſed etiam Iudæi, qui tali die ieiunant. Et paulò pòſt addit: Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis. Vbi aſpicis, Deum ſub pœna mortis ieiunium præce- *Exod.34.* piſſe. Lege diuinas ſcripturas, & videbis Moſem *3.Reg.19.* & Eliam quadraginta diebus ieiunaſſe:fuiſſeque *Exod.16.* eorum ieiunium Deo gratiſſimum: & Iudæorũ *Num.11.* edacitatem moleſtiſſimã: qui ob carnium & cæ- *Iudic.3.* parum Aegypti deſideriũ vellent illinc non exiſſe. Quid quæris? Priuſquam Samſon naſceretur, prænuntiauit parentibus eius Dei angelus eum *Matt.4.* non eſſe cibum aliquem contaminatum ſumptu- *Luc.4.* rum. Nondum in lucẽ prodierat vir ille magnus, & iam Deus eius abſtinentiã præceperat. Quorſum Chriſtus Deus noſter quadraginta diebus ieiunauit,niſi vt nobis exemplum ieiunandi præ- *Matt.16.* beret: & vt ieiunio ſuo ieiunijs noſtris meritum largiretur? Ipſe enim ait: Si quis vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam, *Luc.9.* & ſequatur me. Chriſtus ieiunauit:& vult vt eum imitemur, & accipientes crucem noſtram ſequamur illum:cùm autem ieiunium ſit crux,quis nõ videt dixiſſe Chriſtum vt ieiunaremus? Diuus *1.Cor.4.* Paulus in priore ad Corinthios cap. quarto: Imi- *1.Cor.11.* tatores,inquit,mei eſtote,ſicut & ego Chriſti. Si- *Philip.3.* militer capite vndecimo eiuſdem epiſtolæ. Et ca. *Epheſ.5.* 3. ad Philippenſes. Et 5. ad Epheſios: Eſtote imi- *1.Petr.2.* tatores Chriſti. Et diuus Petrus in priore ſua canonica capite ſecundo: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exempla, vt ſequamini *1.Ioan.2.* veſtigia eius. Et diuus Ioannes capite ſecundo prioris canonicæ ſuæ: Qui dicit ſe in Chriſto manere,debet,ſicut ille ambulauit, ambulare. Vnde ſententia illa dimanauit,quam diuus Gregorius & doctores alij literis mandarunt: Omnis Chri- *Geneſ.3.* ſti actio noſtra eſt inſtructio. Sed diabolus ille qui Heuæ perſuaſit, vt ieiunium à pomis arboris prohibitæ frangeret: qui idẽ ſed fruſtra cona- *Matt.4.* tus eſt Chriſto domino perſuadere, facilè perſua- *Luc.4.* ſit hæreticis,vt ieiunia non ſolùm contemnerent ſed damnarent. Contrà verò catholici ea mirum in modum amplectuntur ad carnem domãdam, *Similitudo.* & intemperantiam fugiendam. Vt citharœdus dat operam,ne in cithara quid diſcrepet: ſic nos debemus ita curſum vitæ conficere,ne à temperantia diſcrepemus, & vitæ Chriſtianæ muſicam deſtruamus. Et multò magis,quòd maior & melior ſit actionum,quàm ſonorũ concentus. Cùm *Matt.9.* ad Chriſtum accederent Ioannis Baptiſtæ diſcipuli dicentes: Quare nos & phariſæi ieiunamus *Luc.5.* frequenter,diſcipuli autem tui non ieiunant? Reſpondit illis Ieſus. Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere,quandiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies,cum auferetur ab eis ſponſus:& tũc ieiunabunt. Vbi lugere accipitur pro ieiunare, vt ſuprà oſtẽdimus in annotationibus in caput 10. iuxta Polychronij ſententiam aientis Iudæos ſolitos fuiſſe ieiunium luctum appellare. Prædixit Chriſtus verbis illis futurum ieiunium, quod vt mandatum nouum ſuo tempore impleretur. Id quod factum eſt. Nam poſt Chriſti in cœlos aſcenſum apoſtoli ieiunabant:& tota eccleſia ieiunia amplectebatur: vt liquet ex diuo Luca capite

Act.13. decimotertio Actorum apoſtolicorum. Id perpendentes ipſi apoſtoli Spiritu ſancto repleti ieiuniū quadrageſimę ex inſtitutiune Chriſti conſtituerunt:ſuoque decreto illud eccleſiæ ſeruare præceperunt:& præceptum hoc ſuis canonibus mandarunt. Sunt autem verba canonis hæc: Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor quadrageſimam paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſceue non ieiunauerit, deponitor: præterquàm ſi imbecillitate corporis impediatur. Si verò laicus ſit, communione priuetur. Hic eſt vnus ex canonibus apoſtolorum, quos ſancti patres approbant & ſequuntur. Inter quos eſt Zepherinus, Ignatius, Victor, Leo, Athanaſius, Anacletus, Innucentius, Euſebius: quos Gratianus & poſt illum doctores citarunt. Hi canones apoſtolorum fuerunt cōprobati in multis concilijs, nimirū in Carthaginenſi, Niceno, Cōſtantinopolitano. Antiocheno, Calcedonēſi. Reliquit eos nobis collectos beatus Clemens ſummus pontifex diſcipulus beati Petri apoſtoli: & ſcripti ſunt in primo tomo conciliorum literis Græcis, & Latinis. Et Iuſtinianus imperator in nouellis ſuis conſtitutionibus eos verbis expreſſis tribuit apoſtolis. Præterea in cōſtitutionibus
Clemens. apoſtolicis eodem beato Clemente authore, lib. 5. cap. 13. ſunt hæc verba: Seruandum eſt à vobis ieiunium quadrageſimæ, continens memoriam conuerſationis, & legiſlationis domini. Nec ſolùm Chriſti apoſtoli hoc quadrageſimale ieiuniū alijs ſeruādum præceperunt, ſed ipſi illud obſeruarunt: vt Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius, Gregorius, Chryſoſtomus, & infiniti alij doctores teſtātur: Fuiſſe antè ſemper in eccleſia Chriſti ſeruatum quadragenarium hoc ieiunium, aſſeueranter affirmant multa concilia, in quibus illud iterum atque iterum præcipitur: nimirum concilium Aurelianum canone 26. conciliū Laudicenſe canone 50. conſilium Ceſar auguſtanum canone 2. concilium Agatenſe canone 12. concilium Bracharenſe canone 9. concilium Toletanum octauum canone 9. conſiliū Gangrenſe canone 9. Et noſtris temporibus concilium Colonienſe, & concilium Tridentinum ieiunia & ciborum delectum comprobarunt. Quod autem aiunt nonnulli Teleſphorum ſummum pontificem ieiunium quadragenarium nouè conſtituiſſe: eſt planè falſum & commentitium: non enim nouum ieiunium inſtituit, ſed antiquum ab apoſtolis præceptum approbauit: & iterum obſeruari præcepit, Id quod etiam alij ſummi pontifices fecerunt. Et quamuis ipſi hoc nouè præcepiſſent, facere quidem poterant. Nonne pontifices maximi vniuerſales paſtores & magiſtri poterant indicere ieiunium? Poterant profectò. Eſt ne eccleſia Chriſti debilior & fragilior quàm Iudaica: Non quidem. Poterat eccleſia Iudæorum indicere ieiunia, & Chriſtianorum eccleſia non poterit? Valebat ſummus Hebræorum ſacerdos ieiunia præcipere, & ſummus Chriſtianorum ſacerdos maximúſq; pontifex, vicarius Ieſu Chriſti nō valebit? Si rex Saul ieiunandum præcepit, dicens: Maledictus vir qui comederit panem vſque ad
1.Reg.14. veſperam: & voluit proprium filium ſuum vita priuare, quòd pręcepto illi inſcius non paruiſſet, vt primo Regum quartodecimo literæ diuinæ teſtantur: & Niniuitarum rex publico edicto ieiunium ſanciuit, vt ait Ionas diuinus vates capi.
tertio: quis dicere audet, non poſſe hoc facere Ieſu Chriſti vicarium, diui Petri principis apoſto- *Ioan.3.*
lorum ſucceſſorem, ſummum pontificem, qui eſt caput totius eccleſiæ, qui in vniuerſum orbem
tenet principatum: qui eſt omnium Chriſtiano- *Matt.6.*
rum pater ac doctor, atque vniuerſalis paſtor & *Ioan.2.*
rector? At hæretici deſpiciunt ſummum pontifi- *Matt.5.*
cē, cui Deus tradidit claues regni cœlorum: deſpiciunt ſanctos doctores, quos Chriſtus appellauit lucem mundi, deſpiciunt venerandos patres in ſacris ac vniuerſalibus concilijs congregatos:
quibus Chriſtus ait: Qui vos audit, me audit: & *Luc 10.*
qui vos ſpernit, me ſpernit. Quare hæretici qui eos aſpernantur, ſe Chriſtum etiam aſpernari fateri coguntur. Sed aiunt ſe legere ſacras ſcripturas, præſertim nouum teſtamētum, vbi aiunt nihil inuenire, quod eos excitet ad ieiuniū. O cæci homines! nonne legitis ieiunium Ioānis Bapti-
ſtæ, de quo ait Matthæus capite tertio: Eſca eius *Matt.3.*
erat locuſtæ & mel ſylueſtre? Nonne legitis apud *Matt.4.*
Matthæum 4. ſimiliter apud Lucam, Chriſtum *Matt.3.*
dominum quadraginta diebus ieiunaſſe? Nonne *Matt 17.*
legitis apud Matthæum 17. & Marcum nono, & *Mar.9.*
Lucam ſimiliter nono dixiſſe Chriſtum: hoc ge- *Luc.9.*
nus dæmonij non eijcitur niſi per orationem & *Matt.6.*
ieiunium? Ipſe Chriſtus Deus noſter apud Matthæum ſexto ait: Tu autē cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſconſo: & pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi. Hæc autem merces quam Deus reddit pro ieiunio, vita æterna eſt. Indicat verbis illis ſaluator noſter ieiunij excellentiam, & meritum in verbo
reddet. Actorum decimoquarto ait ita diuus Lu- *Act.14.*
cas: Cum conſtituiſſent illi per ſingulas eccleſias presbyteros, & oraſſent cum ieiunationibus, cōmendauerunt eos domino. Videte antiqua Chriſtianorum ieiunia. Legite diuum Paulum in epi-
ſtola ſecunda ad Corinthios capite ſexto aientē: *2.Cor.6.*
In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in
ieiunijs. Et cap. 11. eiuſdem piſtolæ numerans af- *2.Cor.11.*
flictiones quas propter Chriſtum ferebat, In labore, inquit, fui, & ærumna, in vigilijs multis, in fame, & ſiti, in ieiunijs multis. Nōne videtis diuū Paulum ſępenumero ieiunaſſe, nóſq; ad ieiunandum hortatum fuiſſe? Origenes homilia decima in Leuiticum: Habemus, inquit, dies quadrageſimæ ieiunijs conſecratos. Hieron. aduerſus Mōtanum: Nos quadrageſimam ſecundum traditionem apoſtolorum ieiunamus. Maximus epiſcopus: Approbamus, inquit, quadragenarium numerum non eſſe ab hominibus conſtitutum, ſed diuinitus conſecratum: nec terrena cogitatione initiatum, ſed cœleſti maieſtate præceptum. Auguſtinus libro de ſalutaribus documentis ait ieiunium eſſe verum animi cibum. Chryſoſtomus in tractatione de pœnitentia homilia prima, ieiunium ait eſſe medicinam, quam anima infirma frequenter curatur. Dies me deficeret, ſi omnes vellem commemorare, qui ieiunium laudibus extulerunt. Sed hæretici quibus nihil eſt

dulcius,

dulcius, nihil antiquius, quàm carnis libertas, irrident ieiunia, ſéque in voraginem comeſſationis & ebrietatis ingurgitant. Effrenata epolarũ cupiditate, cæcóq; furore libidinis concitati, dũ libertatem parare ſibi nituntur, ſeruitutis miſerrimæ vincolis alligantur. Vtinam reſipiſcant, ſéque ad meliorem frugẽ recipientes oculos amoueant à mẽſa ciborum, & ad cinerem conuertãt, quemadmodum regem Babyloniorum feciſſe hoc loco videmus. Sed de ciborum abſtinentia ea poteris videre, quæ ſuprà literis mandauimus

Sup.1. verba illa 1.ca. explanantes: Propoſuit autẽ Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa regis.

Oſtenderunt ei abſcondita oſtiola. In templo ſub altari, vel alio in loco ad illud apto. Ac explorato & cognito ſacerdotũ dolo interfecit illos rex per ſatellites ſuos.

Tradidit Bel in poteſtatem Danielis. Intelligens rex imaginem illam Belis nec intelligentiam habere, nec ſenſum, nec vitam, ſed eſſe ſtatuam quã dam, cui cæci homines tribuebant cultum latriæ vero Deo debitum: falſúmque eſſe id, quod de eius comeſſatione dicebant ſacerdotes. tradidit eam Danieli, qui illam fregit, & euertit tẽplum, vbi illa colebatur.

Et erat draco magnus in loco illo: & colebant eum Babylonij. Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere, quia iſte non ſit Deus viuens: adora ergo eũ.

E Dixitque Daniel regi: Dominum Deum meum adoro: quia ipſe eſt Deus viuens: iſte autem non eſt Deus viuens. Tu autẽ rex da mihi poteſtatem, & interficiã draconem abſque gladio & fuſte. Et ait rex: Do tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter: fecítque maſſas: & dedit in os draconis, & diruptus eſt draco. Et dixit Daniel: Ecce quẽ colebatis. Quod cùm audiſſent Babylonij, indignati ſunt vehementer: & congregati aduerſum regem dixerunt: Iudæus factus eſt rex: Bel deſtruxit, draconem interfecit, & ſacerdotes occidit. Et dixerunt, cùm veniſſent ad regem: trade nobis Danielem: alioquin interficiemus

F te, & domum tuam. Vidit ergo rex quòd irruerent in eum vehementer & neceſſitate compulſus tradidit eis Danielem. Qui miſerunt eum in lacum leonum: & erat ibi diebus ſex. Porrò in lacu erant leones ſeptem, & dabantur eis duo corpora quotidie: & duæ oues: & tũc nõ data ſunt eis, vt deuorarent Danielem.

Et erat draco magnus. Alia narratur hiſtoria de dracone quodam, quem Babylonij vt Deum colebant, quem Daniel interfecit. Eſt autem draco ſerpens: qui ob multam ætatem in inſolitam excreuit magnitudinem. Dicitur de dracone terreno, & de aquatili. De terreno illud intelligitur

Pſal. 96. pſalmographi: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quibus verbis ſignificat nec venenatas & immanes feras, nec dæmones, eorúmque ſatellites his beſtiis ſignificatos de viris piis & conſtantibus, & in Deo fiduciam ſuam figentibus eſſe victoriam reportaturos. Pro piſce mãgno & vaſto accipitur pſal. 73. Contribulaſti capita draconũ (Pſal. 73.) in aquis: tu confregiſti capita draconis. Vbi per vaſtos illos piſces intelligit diuinus vates Pharaonem, & magnates Aegyptios: quos Deus in mari Rubro ſubmerſit. Et quia dracones in promptu habent venenum, quo noceant, meritò illorum nomine ſignificantur homines flagitioſi ac nocentes. Ideo dicebat Iob cap. 30. Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. (Iob 30.) Per draconem in telligitur homo peſtilens & immanis, per ſtruthionem ſimulator & fallax habet enim auis hęc alas, quibus volare videtur, ſed non volat. Hoc Danielis loco draco erat beſtia quædã terreſtris in templo illi dicato ſeruata. Vel in quodam lacu, aut fluuio.

Et colebant eum Babylonij. Venerabantur illum Babylonij cultu latriæ. Magna profectò cæcitas colere ferã inutilem, horribilem, & venenatam. Iuſto Dei iudicio obcæcatæ gentes à dæmonib' illudebantur. Cap. 15. Sapientiæ ſcriptum eſt: (Sap. 15.) Animalia miſerrima colunt. Et Eſa. 2. Vt adorarent talpas & veſpertiliones. (Eſai. 2.) Nec ſolùm animalia, ſed eorum ſimilitudines colebant, vt ait Eze. (Ezec. 8.) cap. 8. In epiſtola ad Romanos cap. 1. ait ita diuus (Rom. 1.) Paulus: Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrium, & quadropedum, & ſerpentium. Et paulò pòſt: Mutauerunt veritatem Dei in mendacio. Hoc eſt, in idolis, quæ in diuinis literis mendacium vocantur. Acſi dicat: Conuerterunt cultum veri Dei in falſorum Deorum cultum.

Abſque gladio & fuſte. Hoc eſt, ſine vllis armis: ſed Dei adiumento, & induſtria rationis. Cùm enim draco aperiret os, iniecit in illud offas ex pice pilis & adipe confectas, quibus eũ interfecit. Pice ac pilis conglutinatũ eſt guttur eius: & adiecit adipem, vt ob eius ſaporem & odorem appeteret draco maſſam illam.

Indignati ſunt vehementer. Nimirum aduerſus regem, & aduerſus Danielem. Qua in re animũ ingratũ, cæcúmq; furorem oſtenderunt. Debe rent enim gaudio efferri, quòd eſſent à dracone liberati.

Iudæus factus eſt rex. Hoc eſt, rex noſter repudiatis patriis legibus, ſecutus Danielem Iudæũ, accepit Iudæorũ religionem. Tribuebant illi crimini, quod erat laude digniſſimum. Vel ſic: Daniel Iudæus factus eſt: rex noſter. Prior explanatio videtur literæ conuenientior.

Interficiemus te, & domum tuam. Hoc eſt, & te, & vniuerſam prolem atque familiam tuam interimemus. Accipitur domus nõ pro aula, ſed pro genere & familia: vt Exodi 1. Singuli cum domibus ſuis introierunt. (Exod. 1.) Eſaię 5. Vinea domini exercituũ domus Iſrael eſt. (Eſai. 5.) Mat. 10. Pax huic domui. (Matt. 10.) Accipitur domus pro ſynagoga Iudæorum ca. 3. (Heb. 3.) epiſtolæ Pauli ad Hebræos aientis: Moſes quidem fidelis erat in tota domo eius. (Heb. 3.) Et pro eccleſia Chriſtianorum eodem capite: Chriſtus

verò tanquam filius in domo ſua : quæ domus
2.Tim.3. ſumus nos. Et cap.tertio prioris ad Timoth. Vt
ſcias,quomudo oporteat te in domo Dei conuer
ſari,quæ eſt eccleſia Dei viui. Tu verò perpende
effrenatá illorum Babyluniorum iram & pertur-
bationem. Nullum crimen admiſerat rex in cæ-
de draconis. Sed demus eum legẽ diuinam, aut
humanam violaſſe: in quam culpam inciderant
Similitudo. domeſtici eius, vt eos vellet populos vita priua-
re,niſi rex ei traderet Danielem? Vt magna ac re
pentina proluuies quicquid inuenit,rapit & euer
tit nullo delectu: ita concitatus ac inſpectatus
furor in aliquẽ nõ ſolùm ipſum, ſed omnia eius
diripere & delere nullo facto diſcrimine conatur.
Similitudo. Fera quidem indomita & immanis eſt ira populi
Gen.49. concitati. Ideo dicebat Iacob: Maledictus furor
eorum,quia pertinax: & indignatio eorum,quia
Prou.27. dura. Et Salomon Prou.27.Ita non habet miſeri
cordiam,nec erumpens furor: & impetum con-
citati ſpiritus ferre quis poterit?

Qui miſerunt eum in lacum leonum.Id eſt,qui Ba
bylonij coniecerunt Danielem in foueam leonũ,
ſupr.6. vt ab illis dilaniaretur. Erat in vrbe domicilium.
in quo alebantur leones,quò conijciebãtur,qui
erant neſarijs ſceleribus aſtricti & ob grauia cri-
mina damnati.De illo locuti ſumus capite 6. Bis
fuit illuc proiectus Daniel:ſed non legimus eum
in his iniurijs & calamitatibus ſuccenſuiſſe ho-
Simile. ſtibus ſuis,nec quæribundas voces emiſiſſe, nec
illos maledictis vulneraſſe.Vt excellens aurum
tactum & percuſſum non ſonat, vile autem ori-
chalcum ſtatim edit ſonitum:ita vir pius & iu-
ſtus contumelijs & ærumnis affectus tacet,&
ęquoanimo fert,quicquid euenit:impius autem
iraſcitur,& execrationibus plenis ſtomachi &
querelarum omnium aures obtundit.Ideo ait Sa
Prou.19. lomon decimonono prouerbiorum:Doctrina vi
ri per patientiam cognoſcitur.Ac plerunque in-
Prou.20. nocentes liberantur.Id ſentiens idem Salomon
ait capite Prouerbiorum 20 Ne dicas:reddã ma-
lum pro malo:expecta dominũ,&liberabit te. Et
pater eius Pſalmo nono Patientia pauperum nõ
Pſal.9. peribit in finem,Hoc eſt,afflictorum tolerantia.
Quare nos in contumelijs & calamitatibus pa-
tientiam amplectamur,Audiamus diuum Paulũ
2 Cor.6. ita in ſecunda ad Corint. capite ſexto loquentẽ:
Heb.12. In omnibus exhibeamus nos metipſos ſicut Dei
miniſtros in multa patientia. Et ad Hebræos ca-
pite duodecimo Per patiẽtiam curramus ad pro-
poſitum nobis certamen aſpicientes in authorẽ
fidei,& conſummatorem Ieſum,qui propoſito ſi
bi gaudio ſuſtinuit crucem. Si fuerimus ita per-
turbati,& victi ab illa,non erimus in poteſtate
noſtra:ſi autem dilexerimus patientiam,tenebi-
mus nos ipſos:iuxta id quod ait apud Lucã Chri
Luc.21. ſtus Deus noſter: In patientia veſtra poſſidebitis
animas veſtras.

Et erat ibi diebus ſex. Vt ſi à leonibus non inter
ficeretur,ſaltem fame periret.Hinc colliges miſ-
ſionem hanc in lacum leonum nõ eſſe eam,quæ
fuit ſub Dario cap. 6. mandata:nam tunc nõ fuit
ſuprà.6. in fouea illa niſi nocte vna : nunc autem ſex
diebus.

Et dabantur eis duo corpora quotidie. Nimirum
hominum damnatorum.Fortaſſe hæc bina cor-
pora erant animalium indifferenter,præter quę
dabantur cibo binæ oues ſingulis diebus leoni-
bus illis.

Erat autem Habacuc propheta in Iu-
dæa,& ipſe coxerat pulmentum, & intri-
uerat panes in alueolo:& ibat in campũ,
vt ferret meſſoribus. Dixitque angelus
Domini ad Habacuc:Fer prandium quod
habes in Babylonem Danieli, qui eſt in
lacu leonum.Et dixit Habacuc: Domine
Babylonem non vidi,& lacum neſcio. Et
apprehendit eum angelus Domini in Ezech.2. G
vertice eius & portauit eum capillo capi
tis ſui. poſuitque eum in Babylone ſuper
lacum in impetu ſpiritus ſui: Et clamauit
Habacuc dicens: Daniel ſerue Dei tolle
prãdium, quod miſit tibi Deus.Et ait Da
niel:Recordatus es mei Deus:& nõ dere
liquiſti diligentes te.Surgensque Daniel
comedit.Porrò angelus Domini reſtituit
Habacuc cõfeſtim in loco ſuo.Venit ergo
rex die ſeptimo, vt lugeret Danielem:
& venit ad lacum & introſpexit. Et ecce
Daniel ſedens in medio leonum. Et ex-
clamauit voce magna rex, dicens:Ma
gnus es Domine Deus Danielis.Et extra
xit eum de lacu leonum. Porrò illos qui
perditionis eius cauſa fuerant,intromiſit
in lacum:& deuorati ſunt in momẽto co-
ram eo.

Erat autem Habacuc. Hic fuit vnus ex duode-
cim prophetis : qui videns mentis oculis diuino
lumine illuſtratis futuram euerſionem Hieroſo-
lymæ,abſceſſit, vt Petrus ait Comeſtor in hiſto-
ria ſcolaſtica:fugitque ex ciuitate: ad quam po- 4.Re.25.
ſtea rediit, cùm Iudæi fuiſſent in Chaldæam ab-
ducti: & Hieroſolymæ pauperes tantùm remãſiſ
ſent. Cùm autem Daniel in clauſa leonum fouea Ier.27.
detineretur,erat Habacuc Hieroſolymæ, vbi ha
bebat agrum,ad quem miſerat meſſores.Cumq;
ad illos ferret prandium,fuit repentè ab angelo
Dei in lacum Babylonium per miraculum aſpor
tatus:vbi Danielem prandio meſſoribus parato
ſuſtentauit.

Et coxerat pulmentum. Hoc eſt,poltem:eſt enim
pulmentum puls:vel cibus inſtar pultis.Eſca eſt
ex farina confecta,additis interdum ouis, melle
aut caſeo.

Et intriuerat panes in alueolo. Id eſt.terendo im-
miſerat panem in pultarium ſeu vaſculum culi-
narium,vbi puls decocta fuerat.Vel accipitur al-
ueolus hoc loco pro corbe, vbi cibus portaba-
tur.Nam teſte Varrone alueolus eſt cauata cor-
tex,aut vaſculum vimineũ, in quo quid propter
concauitatem reponitur. Eſt etiam vaſculum li-
gneum authore Columella lib.8.cap.5.

Dixitq; angelus domini ad Habacuc. Probabile
eſt apparuiſſe hunc Dei angelũ diuino vati in fi-
gura humana. In diuinis literis angelus accipitur
aliquando pro viro pio & iuſto : vt ca.11. epiſto-
læ prioris ad Cor. Debet mulier velamen habe- Cor.11.
re ſupra caput ſuum propter angelos. Hoc
eſt,

eſt, propter homines, qui ſe à vitiis ſeuocarunt, & ad Chriſti imitationem contulerunt. Ita locũ illum interpretatur Clemens lib.2. hypotypoſeõ. Vel ſacerdotes appellat angelos, iuxta illud Mala-
Mala.2. chiæ 2. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus domini exercituum eſt. Omnes qui à Deo mittuntur, vt eius afferant mandata, angeli dicuntur. Vnde
Ioan.1. de diuo Ioanne Baptiſta, de quo ait Ioannes euan-
Matt.11. geliſta: Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat
Marc.1. Ioannes: ait Deus per Malach.3. Ecce ego mitto
Luc 1. angelum meum. Ita locũ illum Chriſtus Dominus apud euangeliſtas interpretatur. Diuus Paulus in epiſtola ſecunda ad Cor. cap.12. per angelũ Satanæ vult ſignificare omnes tentationes & afflictiones, quibus ipſe afficiebatur, vt Photius
Iob 1. ait: Satanas ille, qui beatum Iob Deo ita permittente multis & acerbis calamitatibus contendit opprimere, idem diuo Paulo facere curauit. Ac quia afflictiones illæ variæ & moleſtæ eius carnẽ affligebant, eas ſtimulum carnis appellat, dicens:
2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me colaphizet. Hoc autem Danielis loco angelus pro ſpiritu accipitur angelico, qui admirabili virtute ſua Deo ita volente ſecum vatem ſanctum aſportauit.

Portauit eum capillo capitis ſui. Manus angeli tenuit capillum Habacuc, ſed virtus angelica totum illum tetigit, & admirabili ac rapidiſſimo motu in Chaldæam ſuauiter adduxit. Capillus non tulit corporis grauitatem, ſed Dei potentia illud per angelum effecit. Sequitur. Poſuitque eum in Babylone ſuper lacum impetu ſpiritus ſui. Id eſt, admirabili celeritate ſpiritualis potentiæ ſuæ.

Tolle prandium, quod miſit tibi Deus. Non deſerit piiſſimus dominus eos, qui ad ipſum toto animo aſpirant, & clamant, & tanquam ad arcem tu-
Exod.16 tiſſimam confugiunt. Qui populum Iſraeliticũ
Deut.8. quadraginta annis pauit in ſolitudine pane cæle-
Pſal.77. ſti, de quo ait diuinus pſaltes: Pluit illis manna ad manducandum: panem cæli dedit eis, panem
3.Reg.17. angelorum manducauit homo: qui Eliam aluit
3. Reg. 19. cibis per coruos delatis: cui poſteà angelus pa-
Ioan.6. nem & aquam oſtendit: qui quinque millia hominum, præter fœminas & pueros in ſolitudine quinque panibus & duobus piſcibus educauit: quomodo non poſſet iuſtum Danielem prandio meſſoribus parato ſuſtentare? Sed dices: Si ſolus angelus poterat cibum illum portare, quid opus erat Habacuc? Voluit Deus, vt diuinus ille vates opus illud exequeretur miſericordiæ, quo mereretur, & ingreſſum haberet ad cælum. Eſt enim miſericordia oſtium æternæ beatitudinis.
Pſal.117. De illa illud pſal.117. intelligitur: Hæc porta domini, iuſti intrabunt in eam. Nam relatis operi-
Matt.25. bus miſericordiæ apud Matt.25. docuit Chriſtus eſſe pro illis æternam gloriam tribuendam. Id ſignificatum fuit portis oraculi templi Salomonis, quæ erant ex lignis oliuarum. Templum erat ima-
3. Reg.6. go Eccleſiæ Catholicæ: Oraculum autem & ſanctum ſanctorum imaginem gerebat cæleſtis beatitudinis, vt D. Paulus cá. 9. epiſtolę ad Hebręos teſtatur. Nõ poterát ad oraculum ingredi niſi per templum: nec ad cœlum niſi per Eccleſiam. Itaque oraculum illud eſt cælum, ad quod ingredimur portis oliuarum, hoc eſt operibus miſericordiæ, quæ per oleum & oliuã ſignificatur. Superfertur enim oleũ cæteris liquoribus, atque ſuper-
natat: & eodem pacto in operibus noſtris debet Pſal.144.
miſericordia ſuperferri. Id voluit de diuina miſericordia ſignificare diuinus ac regius vates pſal. 144. cũ cecinit: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.

Extraxit eum de lacu leonum. Quia vidit eius innocentiam & ſanctitatem: ex qua deuenit in quandam Dei cognitionem: dixit enim: Magnus es Domine Deus Danielis. Nouerat namque ex Danielis documento Belis ſtatuam non comedere, quin potius eſſe vita & ſenſu deſtitutã: & draconem non eſſe Deum æternum, ſed feram mortalem. Propter hæc, & alia huiuſmodi merita tenebatur rex Danielem honoribus afficere, & immortalibus beneficijs remunerare. Rex Dauid conſtituit miniſtrum quendam, qui ei reuocaret ad memoriam aliorum merita, vt ea præmio ac mercede compẽſaret. Et vocabatur miniſter hic à commentariis, vt cap.8. lib.2. Regum ſcriptura
ſancta teſtatur. Idem fecit rex Aſſuerus, vt cõſtat 2.Reg.8.
ex cap.6. libri Eſther. Imperatores Romani habe- Eſth.6.
bãt huiuſmodi miniſtrum, qui nuncupabatur magiſter memoriæ. Meminit eius Trebellius Pollio in hiſtoria Claudij Cæſaris. Alludit ad officiũ hoc Herodianus li. 4. Meminit illius Ammianus libro 14. & 27. & 29. Et noſtra hac memoria VVolfgangus Lazius lib. 2. commentariorum reipublicæ Romanæ.

Et deuorati ſunt in momento coram eo. Hoc eſt velociſſimè coram rege fuerunt à leonibus dilaniati & deuorati Deo ita diſponente, vt perniciem quam optimo Danieli parauerant, in ſe ipſos redundare ſentirent. Ac ita cœtus ille improborũ
hominum infami morte clauſit ſuum diem. Et il- Pſal.7.
lud pſalmographi poteſt accõmodari: Lacum a- Similitudo.
peruit, & effodit eum, & incidit in foueam, quã fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet, vt ales
dat pennas, quibus ornatur ſagitta, qua ipſa tra- Similitudo.
ijcitur, ſibique inſcia perniciem machinatur: ſic nonnulli ea in alios ſtruunt aliquando, quibus ſibi neſcij exitium moliuntur. Et vt dicitur in prouerbio: ſuo gladio iugulantur. Quemadmodum cornix rapit ſcorpium, vt illum interficiat, & edat, qui ei cauda infligit mortiferum vulnus: & illa volens occidere occiditur: ſic multi intendẽtes alios lædere læduntur: & detrimentum quod aliis cupiebant afferre, in ipſos meritò retorquetur. Narrat Trebellius Pollio, Marium vnum ex ſeptuaginta tyrannis, qui interficere multos volebant, fuiſſe gladio interfectum à quodam milite, qui in eum irruens: Hic eſt, inquit, gladius, quẽ tu feciſti. Nam Marius ille ante tyrannicum dominatum faber fuerat ferrarius, & gladios conflauerat. Ac fuit gladio, quem fecerat, occiſus. In epiſtola quadam ait Ouidius: Remigiúmque dedi, quo me fugiturus abires: Heu patior telis vulnera facta meis. Huc pertinet, quod Liuius ait lib. ſecundo de ſecundo Bello Punico: Sentiebat Anibal ſuis ſe artibus peti. Et illud Luciani in Piſcatoribus: Quę tela à nobis, vt fateris, ſumpta, aduerſus nos iaculatus es. Et illud quod a-

pud Græcos ita peruulgatum eſt, vt Prouerbij
locum obtineat: *Αυτὸς γὰρ εὗρε τὸ κακοῦ τὴν τυ-
τύαν.* Hoc eſt: Ipſe enim ſibi reperit mali coagu-
lum. Vel vt alij dicunt: Ipſe inuenit fontem ma-
1.Reg.17. lorum. Ad quod alludit Aeſchylus in Perſis. Sed
literæ diuinæ memoriæ prodiderunt lib. 1. Reg.
Goliam hominem ſuperbum & audacẽ proprio
ſuo gladio in ſingulari certamine occiſum fuiſſe
à Dauide, quo ipſum Dauidem occidere conaba-
2.Reg.15. tur. Abſolon voluit auferre patri ſuo terram &
2.Reg.18. vitam: & ipſe amiſit vtrámq;: periit enim ſuſpẽ
ſus in aere, vbi & terra & vita priuatus eſt. Et
Eccle.10. Eccleſ.ait cap.10. Qui diſſipat ſepem, mordebit
eum coluber. Accidit enim aliquando, vt quis ve
nenum bibat, quod alteri parauerat. & ſuo dolo
& artificio pereat. Et qui gladio ferit, gladio per
Matt.26. ibit: quemadmodum Chriſtus dixit apud Matt.
Apoc.13. cap.26. Ac vt diuus ait Ioannes cap.13. Apocaly-
Matt.21. pſis: Qui in captiuitatem duxit, in captiuitatem
Marc.12. vadet. Et vt infertur ex parabola vineæ agricolis
Luc.20. locatæ, quam dominus Ieſus attulit apud euan-
Matt.7. geliſtas: Deus malos malè perdet. Nam vt ait
idem dominus apud Mat.7. Qua menſura men-
ſi fueritis, remetietur vobis. Id accidit illis, qui
Danielẽ in leonũ foueam proiecerunt: nã eo mi-
rabiliter erepto fuerunt ipſi in illam proiecti. Et
impletum eſt illud cap.26. Prouerb. Qui fecit fo
ueam, incidet in eam: & qui prouoluit lapidẽ,
reuertetur ad eũ. Quare ab iniuriis & maleficiis
nos abſtineamus, & beneficentiam ac benignita
tem obſeruemus. Demus operam, vt ſimus ea
charitate muniti, quæ omnibus bonũ deſiderat:
quæ in tẽpeſtate tranquilla eſt, & ſplendet in te-
nebris: quæ pulſa loco manet tamen, atq; hæret
in patria: quæ calamitatibus preſſa eminet, & flo
ret per ſe ſemper, nec alienis vnquam ſordibus
obſoleſcit.

OBSERVATIONES ex Græco in

CAPVT XIIII.

Niſi dixeritis mihi. In translatione Græca Theo
dotionis eſt, *ἐὰν μὴ εἴπητέ μοι*: Si non dixeritis
mihi. Vel, niſi mihi dixeritis. Particula niſi quæ
variè dicitur Græcè, ſumitur aliquando affirma-
tiuè, vt apud diuum Paulum cap. 6. epiſtolæ ad
Heb.6. Hebræos: Niſi benedicens benedicam te, & mul
tiplicans multiplicabo te. Cap. 22. Geneſis di-
xit Deus Abrahæ in immolatione filij: Quia fe-
ciſti hanc rem, & non pepercilti vnigenito filio
tuo, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuũ.
Cùm autem apoſtolus citet locum illum in epi-
ſtola ad Hebræos, vtitur particula niſi, vbi in He
bræa eſt mera affirmatio. Ex quo colliges eam eſ
ſe illic affirmantis particulam. Nónnulli exiſti-
mant, niſi, accipi aliquãdo pro nec: vt apud Mar
Mar.6. cum cap.6. Præcepit eis, ne quid tollerent niſi vir
gã tantùm: non peram, non panem, nõ in zona
æs. Vt ſit ſenſus: Pręcepit Chriſtus diſcipulis ſuis,
Matt.10. nec quid ferrẽt, nec virgã tantùm: ſeu ne virgam
Luc 9. quidem: nõ peram, & cætera. Mouentur ad inter
Matt.11. pretationem hanc verbis Matt.ca.11. & Lucæ 9.
agens enim ibi Matthæus de apoſtolorũ miſſio-
ne, ait Chriſtum Ieſum hæc illis dixiſſe: Nolite
poſſidere aurum, nec argentum, nec pecuniam in
zonis veſtris: non peram in via, nec duas tuni-
cas, nec calceamenta, nec virgam. Diuus autem
Lucas ait. Nihil tuleritis in via, nec virgam, nec Luc 9.
peram, nec panem, nec pecuniam, nec duas tuni
cas habeatis. Cùm igitur Chriſtus dominus a-
pud Matthæum & Lucam prohibeat apoſtolis
virgam, magna videbitur eſſe diſcrepantia inter
illos & Marcum, qui ait eſſe illis virgam permiſ-
ſam: niſi particula, niſi, quæ Græce eſt *εἰ μὴ*, apud
Marcum accipiant pro nec. Hæc eſt eorum opi- Marc.6.
nio, non omnino contemnenda. Sunt enim ver-
ba illa ab euangeliſtis memoriæ prodita, & per-
petuis monimentis conſignata: quibus Chriſtus
Deus noſter diſcipulos ſuos ad cæcam animorũ
dominatricem cupiditatem vitandam erudiuit.
Cùm euangelica philoſophia ſit in paupertate,
& honorum mundi deſpicientia, cæteriſq; virtu
tibus conſtituta: voluit, vt hi, quos ad eam nun-
tiandam ac propagandam mittebat, eas opes &
dignitates contemnerent, ad quas plerique mor
talium auiditate inflammati rapiuntur. Eam ob
cauſam non ſolũ aurũ & argentum, ſed etiam vir
gam illis interdixit. Ego tamen exiſtimo loco il-
lo Marci particulam, niſi, non accipi pro nec, ſed
propriam retinere ſignificationem. Et Græci no
biſcum legunt, quemadmodum omnes ferè La-
tini, qui pro *εἰ μὴ*, niſi, ſeu præterquã, interpretan
tur. Ac tamen nullam eſſe credo inter euangeli-
ſtas repugnantiam. Nam duplex eſt virga, vna,
quæ virga tantùm eſt, qua vtuntur viatores ſuſtẽ
tandi ſe cauſa: & hæc conceſſa eſt apoſtolis: de
qua loquitur diuus Marcus. Altera eſt, quam af-
ferunt, vt ſe à lædentibus defendant, aut eos of-
fendant, quæ non ſolùm virga eſt, ſed etiam te-
lum, ſiue iaculum, ſiue claua: & hæc eſt illis pro-
hibita: de qua Matthæus & Lucas loquuntur.
Quòd verò dominus virgam illam pugnatricem
vetet, videtur indicare id, quod dixit poſteà a-
pud Lucam cap. 22. Qui habet ſacculum tollat: Luc 22.
ſimiliter & peram: & qui non habet vendat tuni
cam ſuam, & emat gladium. Opponit, vt vides,
habere gladium & non habere virgam à ſe olim
prohibitã, Volens Marcus admonere, ne quod
Matthæus literis mandauerat, perperam intelli-
geretur, teſtatur conceſſam eſſe apoſtolis virgam
tantùm: hoc eſt virgam, quæ tantùm virga eſt,
ſuſtentationis cauſa delata: non autem, quæ prę
ter ſuſtentationẽ offenſionis aut defenſionis cau
ſa portatur; quæ intus ferrum habet, aut aliquid
huiuſmodi, quo apta ſit ad pugnam. Aſpicis igi-
tur diuum Marcum nõ pugnare cum aliis euan-
geliſtis: quin potiùs eſſe eorum explanatorem.
Eſſe autẽ duas virgas indicant Hebræi, qui vnã
appellãt שבט Xebet, quæ fuit apoſtolis prohibita:
quæ vt telũ defertur: alterã appellant משען Mix-
han, quę fuit illis cõceſſa: qua l apsũ corp' nititur,
& ſuſtentantur. Ex quo efficitur, vt per Xebet in-
telligant mulctam, & calamitatem: per Mixhan
verò oblectationem, & ſolatium. His duobus vo
cabulis vtitur verſiculo vno diuinus ac regius va
tes pſal.23. cùm ait: Virga tua & baculus tuus ip Pſal. 23.
ſa me conſolata ſunt. Pro virga eſt in Hebraico
Xebe, & pro baculo Mixhã: pro quo noſter inter
pres ſolet virgam vertere: vt Iud.6. Extendit an Iud.6.
gelus domini ſummitatẽ virgę. Voluit diuin' pſal
tes his duabus virgis ſignificare ſe nõ ſolùm diui
nis

nis beneficiis amoris pleniſſimis, ſed etiã rerum
aduerſarum ictibus à Deo ſibi illatis delectari. Ac
ſi diceret: Virga iuſtitiæ tuæ Deus ſancte me pec
cãtem corrigis, baculo miſericordiæ tuæ me im-
becillum ſuſtentas. Vtraq; certè res animo meo
iucunditatem affert & conſolationem. De prima
virga, qua afflictio & ſeueritas ſignificantur, ait
Pſal.2. Dauid pſal.2. Reges eos in virga ferrea. De ſecun
da, qua benignitas & manſuetudo intelliguntur,
Pſal.17. ait idem pſal.17. Præuenerunt me in die afflictio-
nis meæ: & factus eſt dominus virga mea: pro
quo editio vulgata habet: Et factus eſt dominus
protector meus. Quod in idem recidit. Et quẽad
modum per virgam ferreã intelligitur correctio
& ſeueritas: ſic per virgam auream clementia &
benignitas. Hæc eſt virga aurea, qua rex Aſſuerus
Eſth.5. tetigit Eſther, vt cap.5. libri eius ſactæ literæ me
moriæ prodiderũt. De his duabus virgis ait Deus
Zach.11. apud Zach.11. Sumpſi mihi duas virgas, vnam vo
caui decorem, & alterã funiculum. Hoc eſt, duas
regendi rationes, vnam in amore & clementia, al
teram in caſtigatione & ſeueritate conſtitutam.
Vbi pro virga nec eſt in Hebræo Xebet, nec Mix
han, ſed מקל Maccel, vocabulum indifferens ad
vtramq; nempe ad virgam correctionis, & ad vir
gam ſuſtentationis. Ac quoniam Xebet ſolet vir-
gam illã ſignificare ferro munitam, qua loco teli
ſeu ſpiculi nõnulli vtuntur viatores, tranſtulit ꝓ
Reg.18. ea Latinus noſter interpres lanceã lib. 2. Reg. c.
18. dicens: Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu
ſua, & infixit eas in corde Abſolom. Vbi pro lan-
ceis eſt vocabulum hoc Xebet: quod virgam il-
lam ſignificat, quæ nõ tãtùm virga eſt ad laſſi cor
poris ſuſtentationem, ſed armorum genus. Et hęc
eſt, quã dominus noſter Ieſus Chriſtus apoſtolis
prohibuit: libertatem illis cõcedẽs bacillum por
tandi ad corporis imbecillitatem tuendam atquè
ſuſtentandam. Aſpicis igitur nullã eſſe inter euã-
geliſtas repugnantiã, nullum diſſidium: imò ſin-
gularem concordiam, & admirabilem concentũ.
D. Auguſt. lib. 2. de cõſenſu euangeliſtarum per
virgã apud Marcum ait intelligi poteſtatem ac-
cipiendi neceſſaria vitæ: per virgam verò apud
alios duos euangeliſtas ipſa neceſſaria: vt ſit ſen
ſus: Ne portetis perã, ne virgam quidem hoc eſt,
nec res ad vitam neceſſarias: ſed portate virgam,
hoc eſt, poteſtatem eas accipiendi: quia dignus
eſt mercenarius mercede ſua. Diuus Hier. in cõ-
mentariis in Matt. cap.10. per virgam apud Matt.
& Lucam intelligit mundi præſidium, quod vt
Exod.4. ſuperuacaneum prohibetur, cùm domini habea-
mus auxilium. Illam virgam ait eſſe à domino in
terdictam, quæ vertitur in colubrum: & carnis
4. Re.18. præſidio nititur: quæ cap. 18. lib. 4. Reg. & 36.
Eſa.36. Eſa. baculus arundineus appellatur. Illam autem
ait eſſe cõceſſam apud Marcum, qua corpus quo
dammodo ſuſtentatur. Euthy. ait Matthæum &
Lucam narrare id, quod Chriſtus prius præcepe
rat apoſtolis: Marcum verò id, quod poſteà illis
propter longioris itineris laborem indulſerit. Alij
confugiunt ad allegoriam à ſimplici ac vſitata in
terpretandi ratione ad arcanas intelligentias ſer
monem traducentes, ſeq; ab aperto orationis ar-
gumento ſeparantes. Alij aliter interpretantur.
Similitudo. Quemadmodum enim ex eodem auro diuerſa
conflantur monilia: ſic ex eodem loco ſacræ ſcri
pturæ diuerſæ aliquando intelligẽtiæ depromun
tur. Sed ea eligenda eſt, quæ eſt literæ congruen
tior, clarior, facilior, & ſcribentis inſtituto accõ-
modatior. Eam ob cauſam ad eam inueniendam,
recurrendum nobis eſt ſæpenumero ad vocabu-
lorum Hebræorum & Græcorum originem: vt
inde ſenſum literalem aucupantes, poſſimus in
eo tanquã in ſpeculo puriſſimo imaginem veri-
tatis intueri. Ex omnibus his explanationibus il
la meo ingenio magis placet, quæ explicat apud
Marcum conceſſam eſſe virgam ſuſtentationis tã
tum: apud alios autem euangeliſtas interdictam
eã eſſe, quæ præter virgãm eſt etiam telum. Exi-
ſtimo tamen rectas eſſe alias interpretationes à
nobis relatas grauiſsimorum authorum, nullóq;
modo eſſe contemnendas. Si ſcire volueris, quot
modis ſumatur virga in literis diuinis, vide Dio-
nyſium 15. de cœleſti hierarchia, Tertullianum
aduerſos Iudæos, Epiphan. lib. Ancorat, Chryſo
ſtomum in pſal. 43. Clementem Alexandrinum
1. Pæd. 7. & 9. Cyrill. de incarnatione vnigeniti.

*Confidebant autem, quia fecerant ſub menſa abſcõ-
ditum introitum.* Verſio Latina interlinearis ha
bet: Ipſi autẽ deſpiciebant. In Græco eſt verbum
καταφρονεῖν, quod ſignificat deſpicere, contemne
re, pro nihilo ducere. Eam ob cauſam exiſtimant
nonnulli vitio librariorum effectum eſſe, vt pro
contemnebant ſcriptũ ſit, confidebãt. Nã in qui-
buſdam codicibus correctis pro confidebant eſt
ad marginem cõtemnebant. Sed quantum ad ſen
ſum attinet, parum eſt diſcriminis: nã vbi eſt ali-
cuius rei confidentia, ibi eſt eius contemptio.
Prætęrea non deſunt, qui dicant verbum κατα-
φρονεῖν ſignificare etiam confidere: nam ab eo de
ducitur nomen hoc καταφρόνημα, quod ſignificat
confidentiam. Quare vtrunq; & confidebant, &
cõtemnebant verti poteſt. Accipitur aliquando
cõfidere & confidentia in malam partem, vt cap.
11. Prouerbiorum: Qui confidit in diuitiis ſuis, *Prou.11.*
corruet. Et 12. Qui cõfidit in cogitationibus ſuis, *Prou.12.*
impiè agit. Et ca.36. Eſaiæ: Confidis ſuper bacu *Eſa.36.*
lum arundineũ. Ita vocat Aegypti auxilium, &
mundi ſpem. Eodẽ mòdo hoc loco ſacerdotes Ba
bylonij dolis ſuis fidebãt. Accipitur aũt in bonã
partẽ: vt pſal.124. Qui cõfidunt in domino, ſicut *Pſal.124.*
mons Sion, nõ cõmouebitur in æternũ. Acſi di-
cat: Qui in Deo ſpem ſuã & fiduciam figunt, ſimi
les mõti Sioni immobiles erũt, & in virtute per
ſeuerabunt. Ideo ait Chriſtus apud Ioan. cap. 16. *Ioan.16.*
Confidite: ego vici mundum. Et Paulus Hebr. *Heb.10.*
10. Nolite amittere confidentiã. Qui animo ſin-
cero fidit Deo, cui ſe ſuáq; omnia cõmittit, in eó-
que omnẽ ſpẽ & cogitationẽ locat, hic ſine dubi
tatione ſe effert in ſublime, & omnibus humanis
caſibus ſuperiorem facit.

Magnus es domine Deus Danielis. In editione
Theod. eſt: μέγας εἶ κύριε ὁ θεὸς τοῦ Δανιήλ. Vbi in
Hebræo eſt Iohouah, ſolent Septuaginta vertere
κύριος: vbi vero eſt Elohim, θεὸς: vt cap. 10. Deut. *Deut.10.*
dominus Deus veſter ipſe eſt deus deorum: pro
quo in Hebraico eſt: יהוה אלהיכם הוא אלהי האלהים
Septuaginta verò habent: κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν οὗτος
θεὸς τῶν θεῶν. Nomẽ Iehouah cõuenit ſoli Deo: &
ſignificat illũ in ſua natura, quatenus vnꝰ Deꝰ eſt
nomen autem Elohim eſt numeri pluralis, & de
ſignat diſtinctionẽ perſonarũ in Deo. His duobus
nomi

nominibus vtitur hoc loco Daniel: nã dominus
eſt Iehouab, Deus verò Elohim: quibus duobus
nominibus ſignificar Deũ eſſe trinũ & vnum. Id
voluit ſignificare paraphraſis Chaldaica ſtatim
in principio Gen. Nã vbi nos babemus: In prin
cipio creauit Deus cœlum & terrã; pro Deo ha-
Gen.1. bet illa יי Vnum nomẽ tribus literis æqualibus
ſcriptũ. Id voluit diuinus ac regius vates innue-
Pſal. 99. re pſa. 99. cũ dixit: Scitote, quoniã dominus ip-
ſe eſt Deus: vbi pro domino eſt Iehouah in ſin-
gulari, & pro Deo Elohim in plurali. Ac ſi dice-
Deut.4. ret: Scitote, quoniã Deus qui eſt vnus in eſſentia,
eſt trinus in perſonis. Et Moſes ca. 4. Deut. Domi
nus ipſe eſt Deus, & nõ eſt alius præter vnũ. Pro
quo in Hebraico eſt: Iehouah ipſe eſt Elohim:
& non eſt alius præter eũ. Hoc ſanctiſſimæ trini-
tatis myſterium indicat diuina ſcriptura multis
Exod.20. in locis, quorũ nonnulla citãs explicabo. Ca. 20.
Exo. ait Deus: Ego ſum dominus Deus tuus for
tis. Pro domino in Hebraico eſt Iehouah, pro
Deo Elohim, pro forti El, quòd eſt nomẽ Dei, &
ſignificat Deũ ſub ratione fortitudinis pro quo
Septuaginta habent θεὸς, hoc eſt Deus. Ideo po-
teſt rectè verti ex Hebræo locus ille: Ego ſum
Deus, Deus tuus, Deus. Vbi tres perſonæ oſten-
duntur: ſed ſecundæ tantùm additur particula,
tuus: quia ſolũ perſona filij noſtram aſſumpſit hu
Deut. 6. nitate. Id voluit Moſes innuere cap. 6. Deut. cũ
dixit: Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. Pri
mũ nomẽ eſt Iehouah, ſecundũ Elohim, tertium
Iehouah. Nomen Iehouah ſoli Deo attribuitur,
Elohim autẽ Deo & homini. Ter Deum nomina
uit, vt trium perſonarum diſtinctionẽ oſtẽderet:
& vnum eſſe dixit propter naturæ vnitatẽ. Ac nõ
Deo primo loco nominato, per quẽ pater intelli-
gitur, nec Deo nominato tertio loco, per quẽ Spi
ritus ſanctus deſignatur: ſed ſolùm Deo, quẽ ſe-
cundo loco nominauit, per quẽ filiũ ſecundã trini
tatis perſonã intelligimus, addidit vocẽ hãc, no-
ſter: quoniã nec perſona patris, nec perſona Spi-
ritus ſancti, ſed perſona filij noſtram aſſumpſit na
turã: ipſe enim Dei filius humanitatẽ noſtrã ſibi
copulauit: quã ob cauſam noſter appellatur. Hęc
eſt cauſa, quare Moſes ad ſecundã perſonam, hoc
eſt, ad filiũ adiecit particulã, noſter, quia mentis
oculis diuino lumine illuſtratis vidit fore, vt chri
ſtus eſſet noſter ob naturæ noſtræ aſſumptionẽ.
Ex hoc loco Deut. depromit Auguſt. ſanctiſſimę
trinitatis myſteriũ, & diuinitatis vnitatẽ lib. 1. &
3. aduerſus Maximinũ Arrianorũ epiſcopũ. Eum
ſequitur Anſelmus Laudunẽſis gloſſæ interlinea
ris author. Ita etiã hunc locum explanat Grego.
Nyſſe. in lib. de cognitio. Dei aduerſus Iudæos,
Idacius Clarus in libro contra Varimandum, &
Theod. libro de curatione Græcarũ affectionum
Pſal. 66. ſecundo. Id intellexit Dauid, cũ cecinit pſal. 66.
Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos
Deus: & metuant eũ omnes fines terræ. Ter no-
minauit Deũ, vt pluralitatẽ perſonarũ oſtende-
ret: & addens: Et metuant eũ oẽs fines terræ: vni
tatẽ aperuit diuinæ naturæ. Non enim dixit. Et
metuant eos: ſed: Et metuant eũ oẽs fines terræ.
Et ſolùm ad ſecundã perſonã addidit, noſter: ad
oſtendẽdas duas in Chriſto naturas, nimirũ diui
nã & humanã Nonne aſpicis etiã in veteri teſta-
mento ſignificatũ eſſe ſacroſanctæ trinitatis my-
ſteriũ? Idẽ diuinus pſaltes ait pſal. 6. Exaudiuit Pſal.6.
dominus vocẽ fletus mei: exaudiuit dominus de
precationẽ meã: dominus orationẽ meã ſuſcepit.
Vbi ter dominũ nominat. Eodẽ modo pſal. 28. Pſal.28.
Afferte domino gloriã & honorẽ, afferte domi-
no gloriã nomini eius: adorate dominũ in atrio
ſancto eius. Et pſal. 32. Verbo domini cœli firma Pſal.32.
ti ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.
Per dominum intelligitur pater, per verbũ filius,
per ſpiritũ Spiritus ſanctus. Et pſal. 44. Vnxit te Pſal.44.
Deus De' tuus oleo lætitiæ. Hoc loco, vt D. Pau
lus in epiſt. ad Hebr. teſtatur, loquitur pſalmogra Heb.1.
phus cum Chriſto, quẽ Deum vocat, dicens: Se-
des tua Deus in ſeculũ ſeculi. Et ſtatim cùm ait:
Vnxit te Deus Deus tuus: nam in priore parte
Deus eſt in vocatiuo, & in altera in nominatiuo.
Vbi vides Deũ vnxiſſe Deum oleo lætitiæ D. aũt Act.10.
Petr. ca. 10. Act. apoſtolorum per oleum lætitiæ
interpretatur Spiritum ſanctum. Cùm autẽ inter
vngentẽ & vnctum, & oleum ſit realis diſtinctio
fatendum eſt eſſe diſtinctas perſonas in diuinis.
Hunc locum citat Marſilius Florẽtinus in tracta
tione de religione Chriſtiana, ad oſtendẽdum ſa-
croſanctę trinitatis myſterium. Ad idẽ eum affert
Nicolaus Lyran. in tractatione, quã adiecit ad ſa
cra biblia: & Iacobus Chriſtopolitanus in libro
cõtra Iudæos, Et pſal. 49. ait idẽ diuinus citharœ Pſal.49.
dus: Deus deorũ dominus locutus eſt. Pro quo
in Hebr. eſt: El Elohim Iehouah. El eſt nomen
Dei, ſimiliter Elohim & Iehouah. Quæ verba ex
Hebræo ita poſſunt verti: Deus Deus Deus locu
tus eſt. Ter nominauit Deum: ſed nõ dixit: locu
ti ſunt: ſed locutus eſt in ſingulari. Hunc locum
explicans Rabbi Simeõ veritate coactus fatetur
nobiſcum Deũ eſſe trinum & vnum. Mal. ca. 1. in Mal.1.
ducit Deum ita loquentẽ: Si dominus ego ſum,
vbi eſt timor meus? Ac ſi dicat: Cur me nõ ti-
metis, ſiquidẽ Deus veſter ſum? Vbi pro domino
eſt in Hebraico: אדנים Adhonim in plurali: cuius
ſingulare eſt Adhon. Quorſum Deus ſe Deos ap-
pellat, cum ſit vnus tãtùm in natura & eſſentia,
niſi ad oſtendendã perſonarum pluralitatẽ? Eſai. Eſa.48.
ca. 48. inducit filium Dei has voces emittentem:
Dominus Deus miſit me & ſpiritus eius. Domi-
nus Deus eſt pater qui loquitur, eſt filius, ſpiritus
eius eſt Spiritus ſanctus. Et c. 61. Spiritus domini Eſa.61.
ſuper me, eo quòd vnxerit me: Hoc eſt, ſpiritus
qui à patre filióq; procedit, me vnxit oleo ſpiritua
lis lætitiæ. Atqui qui hoc dicit filius Dei eſt. Ita
Athanaſius interpretatur in libro de naturali cõ-
munione ſimilis eſſentiæ. Apud Oſe. c. 1. ipſe De' Oſe.1.
pater quẽ nonnulli ex antiquis Hebræis vocãt co
ronã ſuperiorẽ: Domui, inquit, Iuda miſerebor,
& ſaluabo eos in domino Deo ſuo. Pro quo para
phraſis Chaldaica habet: Et ſaluabo eos in ver-
bo domini Deo eorũ. Hoc eſt, in filio, q eſt Deus:
eſt enim Dei filius verbum patris, & verus Deus.
c. 2. Agg. ſunt hæc verba mãdata: Ego vobiſcum Agg.2.
ſum, dicit Domin' exercituũ: Verbum qđ placui,
vel vt nõnulli codices habẽt, quod pepigi vobiſ-
cum, cùm egrederemini de terra Aegypti: & ſpiri
tus meus erit in medio veſtri. Explicãs Hier locũ
hunc, Sacramẽtum, inquit, cernite trinitatis. Ego
ſum vobiſcũ, & ſpiritus meus, & verbum, in quo
poſui teſtamẽtũ, cum egrederemini de Aegypto.
Explicãs Amb. verba illa Gen. In principio crea Gen.1.
uit

uit Deus cœlum & terrã. Et paulò pòſt: Spiritus domini ferebatur ſuper aquas: in tractatione de operibus ſex dierũ per Deũ intelligit patrem, per principium filium, per ſpiritum domini Spiritũ ſanctum. Idem ait Iunilius in Geneſim, & Thomas in prima parte. quæſt. 74. articulo 3. Præterea eodem capite ait Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram. In verbo faciamus in plurali oſtendit perſonarum diſtinctionem: ac dicens ad imaginem noſtram in ſingulari, non ad imagines noſtras, oſtendit vnitatẽ naturæ. Ita Baſilius hunc locum explanat in Hexameron: ſimiliter Chryſoſtomus in Geneſim, Theod. & Seuerianus ibidẽ: & Gregorius Nyſſenus in libro, qui inſcribitur: Selecta teſtimonia ex vetere teſtamento aduerſus Iudæos. Tandem cap. 18. Geneſis vbi Deus apparuit Abrahæ, qui tres videns vnum adorauit: oſtenditur ſacroſanctæ trinitatis myſterium. Ad cuius probationem locum illum afferunt Auguſtinus libro 2. de trinitate, Gregorius homilia 18. Ambroſius, Cyrillus, & Rupertus abbas. Hæc ex vetere teſtamento attuliſſe ſufficiat. Sed ex philoſophis externis pauca quædã citabo. Mercurius Aegyptius quẽ Triſmegiſtum vocant, diuino numini perſonas eſſe tribuendas exiſtimauit, cùm dixit. Monas genuit monadẽ, & in ſeipſum reflectit amorẽ. Quibus verbis videtur per monadem patrem intelligere, qui genuit monadem, hoc eſt filium, & per amorem ab vtroque procedentem videtur Spiritum ſanctum ſignificare. Vbi tres oſtendit perſonas: ſed volens oſtendere vnum ſolùm eſſe Deũ, illum appellat monadem, hoc eſt vnitatẽ. Fortaſſe collegit ſententiam hanc ex libris diuinæ legis, quos aiunt legiſſe. Plato etiam in epiſtola ad Dionyſium videtur ſentire eſſe in diuinis trium perſonarum diſtinctionem. Eodem pacto Plotinus in libro trium ſubſtantiarum. Sed hæc ſunt ita excelſa, vt noſtram ſuperẽt intelligentiam, vt ait cap. 1. libri de diuinis nominibus Dionyſius Areopagita, quem poſſumus diuinum theologũ nuncupare. Sed vt ſimilitudine vtar Ioannis Damaſceni: quemadmodum ſolis radius & lux ſic ad nos vſque perueniunt, vt nec à ſole diſcedant, nec à mutua inter ſe coniunctione ſeparentur: ſic filius & Spiritus ſanctus ad nos vſque deſcendunt, noſtrámque ſalutem curant, vt nec à patre, nec à ſe viciſſim diſiungantur. Hac ſimilitudine vtitur etiam Gregorius Nazianzenus in oratione ad Hieronẽ philoſophum, qui de filio & Spiritu ſancto loquens: Sunt quidem, inquit, ex Deo, quamuis poſt ipſum non ſint, vt lux ex ſole. Hactenus ille. In nouo teſtamento ſunt per multa ſanctiſſimæ trinitatis teſtimonia, quorum duo tã-

Matt. 28. tùm citabo. Chriſtus Deus noſter capite vltimo euangelij authore Matthæo: Docete, inquit, omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti. Non dicit: in nominibus, ſed in nomine in ſingulari, vt vnitatem naturæ deſignet: & ſtatim trium perſonarum diſtinctionem indicat apertè, cùm ait: in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti. Et diuus Ioannes euangeliſta cap. 5. epiſtolæ ſuæ 1. ait: Tres ſunt, *1. Ioan. 5.*
qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt. Iudæi in erroribus verſati, & gentes idolorum cultrices tenebris coopertæ hoc credere & fateri recuſant: Nos autem credimus, & non ſolùm fatemur, ſed etiam profitemur ſanctiſſimam trinitatem, id eſt, patrem & filium & Spiritum ſanctum, vnũ Deũ, vnius naturæ, vnius poteſtatis, omnium rerum tam earũ, quæ cadunt in conſpectum, quam quæ aciem oculorũ noſtrorum fugiunt, creatorem: vnum dominum ſummum, optimũ, ſempiternũ, cuius numine atq; prouidentia mundus regitur: qui totus vbiq; eſt per eſſentiã, præſentiã, & potẽtiam: nõ per partes diuiſus, ſed totus in omnibus locis, non localiter per contactũ quantitatis dimenſiuæ, ſed per contactum virtutis: qui ſine ſui mutatione cũcta mutabilia creauit. Ille eſt inmẽſum mare ſapientiæ, pelagus infinitũ bonitatis, quo nihil beatius, nihil potentius, nihil melius, nihil præſtantius, nihil bonis omnibus affluentius cogitari poteſt. Ille curſus aſtrorũ, & rerum viciſſitudines ordinéſq; conſeruat. Cœlos, terras, maria, & omnia denique iuuens continet: qui res creatas natura diſſimiles, vi repugnantes, motu contrarias vna eadémque perpetua lege coerceret, & moderatur. Ille tuetur homines, qui bus viam munit ad æternas cœlorum ſedes con ſcendas: vbi illi qui hic iuſtitiam ac pietatem coluerunt, & animos à corporis contagione ſeuocarunt, æuo ſempiterno Deo ipſo fruuntur. Illi ſit ſemper honor & gloria, qui in omni æternitate viuit & regnat, amen.

Hæc habui candidi lectores, quæ in diuinum Danielem dicerem tanti vatis magnificentiæ minime reſpondentia. Sed vos qui catholici eſtis, pias pro me ad dominum ardentéſq; preces emittite, vt mihi vltrà in explanatione ſanctæ ſcripturæ progredi cupienti mentis oculos diuino lumine illuſtret, quo poſſim profunda diuinarũ literarum myſteria intueri, & cogitationes meas ad vtilem meorum ſtudiorum fructum ferendũ literis mandare. Nihil enim mihi erit gratius, nihil antiquius, quàm prodeſſe viris fide ac pietate præſtantibus, vt in virtute progrediantur: hæreticos autem ab errore reuocare, ne illis probentur opiniones illæ, quæ lucem eripiunt, & quaſi noctem quandam rebus offundunt: ſed vt ad ſalutarem veritatem reducti perfidiam deteſtentur, & ad ſanctam matrem Eccleſiam Romanam Catholicam eximiæ pietatis, veræque religionis pleniſſimam conuertantur.

FINIS

F. HECTORIS.

PINTI, LVSITANI,

HIERONYMIANI,

SACRAE THEOLOGIAE

DOCTORIS, ET IN ACADE-

MIA CONIMBRICENSI

ſanctæ Scripturæ

profeſſoris,

IN

DIVINVM VATEM NAHVM

COMMENTARII.

Omnia iudicio & correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Catholicæ ſubiecta ſunto.

ILLVSTRISSIMO VIRO AC DOMINO GEORGIO SYLVIO,

ERVDITIONIS OMNIVMQVE VIRTVTVM pulchritudine ornatiſsimo, nobilitate, nominiſque amplitudine celeberrimo frater Hector Pintus Doctor Theologus ſalutem in Chriſto, & beatitudinem ſempiternam.

Qvaerenti mihi ſæpenumero clariſsime vir, mecúnque diu cogitanti quanam re poſſem prodeſſe multis, nulla præſtantior occurrebat, quàm ſi diuinos vates explanarem. Sunt enim in illis multa difficilia, & abſtruſa, quorum eſt expoſitio neceſſaria. Viri enim illi mentis oculis diuino lumine illuſtratis aſpiciebant res venturas, & excelſa redemptionis humanæ futura myſteria: ac mentem à ſenſibus abducentes, cogitationémque à rebus in conſpectum cadentibus ſeparantes, à terra ſe longiſsimè efferebant, atque ad celeſtium contemplationem rapiebantur Nullum eſt tam affluens ingenium, nulla tam eximia orationis copia & facultas, quæ poſſit illorum laudes, lectioniſque eorum vtilitates non dico ornare dicendo, ſed ne ſtrictim quidem recenſere numerando. Eam ob cauſam in eos decreui lucubrationes edere, atque meas cogitationes literis mandare. Cùm autem id conſecutus fuiſſem in Eſaia, Ezechiele, & Daniele, appuli animum ad explanandum Ieremiam: vt in omnes quatuor diuinos vates, quos vocant maiores, commentarios in aſpectum lucémque proferrem. Exorſus ſum autem à Threnis, qui ſunt explicatu difficilimi: poſteà ſi mihi Deus vitam tribuerit, totum prophetam explanaturus. Conſumo enim omne ferè tempus in legendo & ſcribendo, in diuinarum literarum ſtudium toto pectore incumbens. Eſt namque ſtudium hoc ſuauiſsimus animorum paſtus, quo vera ſapientia comparatur. Hanc non aſſecuti ſunt priſci illi philoſophi, qui Chriſti fide carebant: quin potius tenebris cooperti in erroribus verſabantur. Et vt verbis vtar Apoſtoli in epiſtola ad Romanos, Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Chriſtus Ieſus verus Rom. 1.
Deus noſter eſt ſapientiæ fons, de quo ait Eccleſiaſticus: Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis. Hoc Eccle. 1.
eſt verbum illud, de quo diuinus ac regius vates: Verbo, inquit, Domini cæli firmati ſunt. Et diuus Pſal. 42.
Paulus in epiſtola ad Hebræos: Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei. Et diuus Ioannes: In Heb. 11.
principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Ioan. 1.
Deum. Omnia per ipſum facta ſunt. Et in apocalypſi: Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocaba- Apoc. 19.
tur nomen eius verbum Dei. Locum illum pſalmographi. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dexte- Pſal. 109.
ris meis: vertit paraphraſtes Chaldæus: Dixit Dominus verbo ſuo. Cùm autem gentes vanorum Deorum cultrices hoc Dei verbum ignorauerint, perſpicuum eſt eas fontem ſapientiæ non ex fide cognouiſſe, & ex conſequente non fuiſſe perfectam ſapientiam conſecutas. Eam docet in vtroque teſtamento illuminatrix lex domini: quam Iudæi violarunt, & eam ob cauſam in Babylonicam ſeruitutem inciderunt: quorum exitium Ieremias his deplorat lamentationibus, quas tibi à me enarratas dedicare conſtitui, cui me iampridem dedicaueram. Nobilis enim, pius, & iuſtus vates, quem eximia virtus traxerat ad verum decus, nemini poterat aptiùs & conuenientiùs offerri, quàm tibi, omni nobilitate, pietate, iuſtitia, & maximarum virtutum ſplendore longè clariſsimo. Tu pro humanitate tua ſuſcipe hoc exiguum opus & incultum: non enim illud exiſtimo eſſe tale, vt in arce mereatur poni, quaſi Minerua illa Phidiæ, nec vt eadem officina exiſſe videatur. Vale Luſitaniæ decus, & viue, vt multi viuant.

Approbatio doctoris fratris Antonij De S. Dominico in academia Conimbricenſi ſacræ theologiæ primarij profeſſoris.

COmmentarios in Danielem & Nahum, & in threnos Ieremiæ quos nuper edidit inſignis Doctor frater Hector Pintus; in inclyta Conimbricenſi Vniuerſitate ſcripturæ ſacræ publicus elucidator, mandante Sereniſſimo Rege noſtro, dum ſupremi fidei cenſoris fungeretur officio, quanta potui cura & animaduerſione perlegi. in quibus non ſolùm nihil reperi, quod pias aures offendere poſſit, ſed opus iudico eſſe eximium & multiplici eruditione refertum, nec minus referre parentem, quàm illi quos dudum in alios prophetas conſcripſit. Quare non eſt cur non eadem animorum lætitia ab omnibus excipiatur; non minures largiturus diuitias.

Frater Antonius de S. Dominico.

Licentia ſanctæ Inquiſitionis.

VIſta a enformação pondenſe imprimir, & torne o proprio combun dos impreſſos a eſta meſa: E eſte deſpacho ſe inprimirà no principio do liuro con a dita enformação. En Lisboa a os doze dias de Iulho, Manoel Antunez Secretario do conſelho geeral do ſancto officio da Inquiſiçam o fez. De 1577. Annos.

Lião Antiquez.

Licentia Ordinarij.

DO facultetem vt hi Commentarij fratris Hectoris Pinti, in ſacra theologia doctoris imprimantur.

Doctor Antonius Vaz.

Ordinarius.

EGo Frater Ioannes Penamacorenſis præſes generalis ordinis D. Hieron. in regno Portugaliæ do fratri Hectori Pinto Luſitano, in ſacra theologia doctori, monacho ordinis noſtri copiam & facultatem mandandi typis Commentarios, quos compoſuit in prophetas Danielem, & Nahum, & Lamentationes Ieremiæ, eo quòd ſint doctiſſimi & admirabili eruditione pleniſſimi. Datum in monaſterio Bethlehemitico.

Frater Ioannes Penamacorenſis.

F. HECTORIS PINTI LVSITANI HIERONYMIANI DOCTORIS THEOLOGI, IN CELEBRI

Conimbricenſi academia diuinarum literarum profeſſoris, in Prophetiæ Ieremiæ lamentationes commentarij.

Omnia iudicio & correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Catholicæ ſubiecta ſunto.

Lamentationes Ieremiæ Prophetæ, quæ Hebraicè Cinoth, Græcè autem Threni inſcribuntur.

Argumentum lamentationum.

CVm Ieremias vidiſſet Hieroſolymam celebrem quondam vrbem à Babylonijs captam & euerſam & Hebræorum cædes: atque eos qui euaſerant, partim in Iudæa miſere relictos, & in ruinis verſatos, partim in vincula coniectos, & Babylonem abductos, hæc lugubria carmina mæſtiſſimus condidit: quibus vrbis vaſtitatem, & Hebræorum ærumnas deplorauit. In Hebræo incipiunt à particula איכה. *hoc eſt, quomodo. Sed in editione noſtra vulgata hæc breuis præfatio inuenitur. Et factum eſt, poſtquàm in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias Propheta flens, & planxit lamentatione hac ſuper Ieruſalem: & amaro animo ſuſpirans & eiulans dixit. Omnia hæc verba præter illa: amaro animo ſuſpirans & eiulans: inueniuntur apud ſeptuaginta interpretes loco proœmij, in quo tempus, & author, & operis materia deſcribuntur. Cæterùm hæc carmina non ſolùm ſunt lamenta, ſed vaticinationes: non enim tantùm Ieremias euerſionem Hieroſolymæ per Babylonios deſcribit, ſed etiam de illa quæ futura erat per Romanos tempore Titi Veſpaſiani vaticinatur, & multa de Chriſto Deo noſtro prædicit. Sed nos totam literam continuata ſerie de exitio à Babylonijs populo Iſraelitico illato præcipuè explanabimus, ſenſum literalem dilucidantes, & ab aperto orationis argumento non recedentes.*

CAPVT I.

א Aleph. QVomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? facta eſt quaſi vidua domina gentium: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

ב Beth. Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: nō eſt, qui cōſoletur eā ex omnib. charis eius: omnes amici eius ſpreuerūt eā, & facti ſunt ei inimici.

ג Gimel. Migrauit Iudas propter afflictionē, & multitudinē ſeruitutis: habitauit inter gētes nec inuenit requiē: oēs perſecutores eius apprehenderunt eā inter anguſtias.

ד Daleth. Viæ Sion lugent, eo quod non ſint, qui veniāt ad ſolēnitatē: oēs portę eius deſtructæ, ſacerdotes eius gemētes, virgines eius ſqualidæ: & ipſa oppreſſa amaritudine.

ה He. Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt, quia dominus locutus eſt ſuper eam propter iniquitatem eius: paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

ו Vau. Et egreſſus eſt à filia Siō omnis decor eius: facti ſunt principes eius veluti arietes non inuenientes paſcua: & abierunt abſq; fortitudine ante faciē ſubſequētis:

ז Zain. Recordata eſt Ieruſalē dierū afflictionis ſuæ, & præuaricationis: omniū deſiderabilium ſuórum, quæ habuerat à diebus antiquis, cū caderet populus eius in manu hoſtili, & nō eſſet auxiliator: viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius.

ח Cheth. Peccatum peccauit Ieruſalē, propterea inſtabilis facta eſt: omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam, quia viderūt ignominiam eius: ipſa autem gemens, & conuerſa eſt retrorſum.

EXPLANATIO.

א Aleph. *Quomodo ſedet.* Vaticinatus fuerat Ieremias multis in locis de Hieroſolymæ euerſione, & Hebræorum ſeruitute priuſquā illa eueniſſent: nūc ea poſtquam euenerunt, lamētatur. Imitatus eſt Dauidem, qui miſerabilem interitum Saulis, & Ionathæ, & Abſolonis defleuit, triſtibúſque lamentis proſecutus eſt. Christus etiam Deus noſter videns ingratam ciuitatem, quam ſciebat ob Iudæorum flagitia eſſe delendam, vim lacrymarum profudit, vocéſque lamentabiles emiſit. Verſabatur Ieremias in gemitu & lachrymis Iudææ: ac nō ſolùm audiebat querelas, quod ipſum erat ſatis miſerabile, ſed etiam videbat clades & exitia, & euerſiones, quod intolerandum putabat. Oculi augebant dolorem, quod quæ alij poterant audire, ipſi cogebātur intueri: neq; ab illis auertere cogitationem patiebantur. Sed non tam ædificiorum, quàm virtutum deplorabat ruinā. Videbat enim Iudæos propter nefaria ſcelera in miſerias illas incidiſſe. Et quāuis ei grauiſſimas iniurias intuliſſent, in cúmque ventos omnes excitaſſent, illorum tamen miſerebatur: quia plus ponderis apud ipſum habebat charitas, quàm contumeliarum, quibus eum laceſſiuerant, memoria. Vult oſtendere diuinus vates quanti momenti futura ſit apud nos charitas & pietas: quandoquidem vulnerū obliti debemus

(2. Reg. 1. 2. Reg. 18. Luc. 19.)

eorum caſus & ærumnas dolere, qui in nos iniu-
ſti extiterũt. Id docuit Chriſtus ſeruator noſter,
Matt.5. cùm dixit apud Matth. cap.5. Diligite inimicos
veſtros: benefacite his, qui oderunt vos. Et apud
Luc.6. Lucam ſexto: Estqte miſericordes, ſicut & pater
Ephef.4. veſter miſericors eſt: Et diuus Paulus cap.4. epi-
ſtolæ ad Ephesios: Eſtote inuicem benigni, mi-
ſericordes, donãtes inuicem: ſicut Deus in Chri-
ſto donauit vobis. Ac quia Iudæi fuerunt pietate
deſtituti: immanitatem ſenſerunt Chaldæorum,
& qui Deo noluerunt ſuauiter ſeruire, in duram
Babylonicam ſeruitutem inciderunt. Oſtendit
Ieremias in lamẽtationibus peccati grauitatem,
quod tantorum malorum eſt cauſa: vt intelli-
gant omnes illud eſſe ſummopere fugiendum,
& virtutem toto pectore amplexandam. Homo
enim per peccatum incurrit in odiũ Dei, & aper
Pſal.5. tam perniciem. Id intelligens Dauid aiebat pſal-
mo quinto cum Deo loquens: nec habitabit iux-
ta te malignus, neç permanebũt iniuſti ante ocu
los tuos: odiſti omnes, qui operantur iniquita-
Eccl.12. tem. Et Eccleſiaſticus cap. 12. Altiſſimus odio
habet peccatores. Quod eſt intelligendum, non
quatenus homines ſunt, & ipſios Dei creaturæ,
ſed quatenus flagitioſi & nefarij. Eam ob cau-
ſam eos punit, & debito ſupplicio conſtringit.
Pſal.31. Ideo Dauid pſalmo 31. Multa, inquit, flagella
Pſal.33. peccatoris. Et pſal.33. Vultus autem domini ſu-
per facientes mala, vt perdat de terra memoriam
Pſal.118. eorum. Vbi vultus accipitur pro ira. Et pſal. 118.
Pſal.128. Longè à peccatoribus ſalus. Et 128. Dominus iu-
ſtos concidet ceruices peccatorum. Et Salomon
Prou.14. capite Prouerbiorum quartodecimo: In malitia
ſua repellitur impius. Et paulò pòſt: Miſeros au-
Eſa.1. tem facit populos peccatum. Eſaias poſtquàm
primo capite Iudæorum maleficia commemo-
rat, addit: Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ
ſuccenſæ, regionem veſtram coram vobis alieni
deuorant. Et deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſti-
li: & relinquetur filia Sion vt vmbraculum in vi-
nea, & ſicut tugũriũ in cucumerario. Vbi per fi-
liam Sion intelligitur Hieroſolyma, quòd eſſet
in monte Sione ſita. Aſpicis nos in calamitates
incidere propter peccata noſtra. Nec ſolùm pe-
ſtilens peccatũ diripit externa bona, ſed interio-
Prou.8. ra. Id quod Deus ait capite Prouerbiorum octa-
uo: Qui in me peccauerit, lædet animam ſuam:
poteſt etiam verti: Qui in me peccauerit, ſpolia-
bit animam ſuam. Verbum enim Chamas, quod
eſt in Hebræo, & lædere ſignificat, & ſpoliare:
per crimen enim funeſtum ſpoliatur anima bo-
nis gratiæ, & ſpiritualis vitæ, ruitq; in interitum
Sap.15. voluntarium. Cap.15 libri Sapientiæ ait ira diui-
Sap.16. na ſcriptura: Malorum amatores digni ſunt mor
te. Et ſextodecimo: Homo per malitiam occidit
Iere.31. animam ſuam. Ieremias cap.31. Vnuſquiſque, in-
Ezech.18. quit, in peccato ſuo morietur. Et Ezechi. deci-
mooctauo: anima quæ peccauerit, ipſa morietur.
Et quia per peccatum ingreditur mors, appellat
Pſal.9. illud Dauid portam mortis pſal. nonu, cùm ait:
Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem
omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Hoc
eſt, vt celebrem laudes tuas in locis publicis Hie
roſolymæ, quas peccatis conſtrictus proferre
Rom.6. non audebam. Paulus apoſtolus capite 6. epiſto-
læ ad Romanos; An neſcitis, inquit, quoniã cui
exhibetis vos ad obedientiam, ſerui eſtis eius, cui
obeditis, ſiue peccati ad mortẽ, ſiue obeditionis
ad iuſtitiam? Et paulò pòſt: Stipendia peccati
mors. Vt ſcorpius facie lambit & blanditur, cau *Similitudo.*
da autem pungit & interficit: ſic peccatum volu
ptate allicit & oblectat, ſed admiſſione interitum
affert, & ſtatim occidit. Ideo ait Iacobus apoſto-
lus capite primo canonicæ ſuæ: Concupiſcentia *Iacob.1.*
cùm coonceperit, parit peccatum: peccatom verò
cùm conſummatum fuerit, generat mortẽ. Hoc
eſt: cùm concupiſcentia voluptatem ad conſen-
ſum vſque perduxerit, parit flagitium, quod cùm
eſt per deliberatam conſenſionem admiſſum
generat animæ mortem, quam ob rem dicitur
mortiferum. Quemadmodum Scilla ſcopulus *Similitudo.*
coopertus fluctibus in mari Siculo attrahit ad
ſe naues, quas ſtatim abſorbet & demergit: ſic
peſtifera voluptas allicit ad ſe homines, qui-
bus mortem affert, & æternam perniciem in al-
tero ſeculo, & in hoc dedecus & ignominiam.
Id animo percipiens Ieremias dicebat capite ter *Iere.3.*
tio: Dormiemus in confuſione noſtra, & operit
nos ignomioia noſtra: quoniam domiuo Deo
noſtro peccauimus. Hoc idem facit his lamen-
tationibus, quibus Hebræorum potius ſcelera
lamentatur, quàm calamitates, in quibus pro-
pter illa verſabantur.

א *Aleph.* Hæ lamentationes carminibus Hebrai
cis compoſitæ quatuor ſunt, & quadruplici al-
phabeto diſtinctæ: in quatũ fine eſt obſecratio
quędã ipſius Ieremiæ. Sunt autẽ Hebraicæ hac
ſerie ſcriptæ, vt primus verſus incipiat ab Aleh
prima litera apud Hebræos, ſecundus à Beth ſe-
cunda litera, & ita reliqui ſeruato literarum al-
phabeti ordine. Tertio verò cap. tres primi ver-
ſus incipiunt ſinguli ab Aleph, tres verò ſequen-
tes à tribus Beth, ſeruato ordine ternario vſque
ad finem alphabeti. In cuius rei memoriam, quo
niam vocabula Latina non incipiunt ab iiſdem
literis, ad ſcripſerunt Latini ſingulis verſibus no
tas, aut nomina literarum Hebraicarum, quem-
admodum videre licet in vulgata editione. Hũc
ordinem ſeruat hymnus ille: A ſolis ortus car-
dine: cuius prima pars incipit, vt vides, à litera a:
ſecunda à litera b, Beatus author ſeculi: tertiá
à litera c, Caſtæ parentis viſcera. Et ita de cæte-
ris ordine literarum continuato. Seruatur id in
nonnullis aliis carminibus, vt hoc ordine ornen-
tur, & facilius diſcãtur. Quare ne exiſtimes aliud
in his literis contineri myſterium. Eam ob cau-
ſam hæ lamentationes ſunt quatuor, & quadru-
plici alphabeto diſtinctæ, quia in illis Ieremias
nõ ſolùm Iudęorum, ſed etiam totius mundi, qui
eſt in quatuor præcipuas partes diuiſus, Ortum
& Occaſum, Septentrionẽ & Meridiem, ſcelera
deplorat, & omnes ad deplorandum inuitat. Et
quia ſunt veluti quatuor lachrymarum flumina
illis reſpondentia, quæ ex horto amœniſſimo
ègrediuntur: elegit Ieremias hunc numerum
quaternarium, quia eſt omnium primus inter
numeros pares. Nam etſi binarius eſt prior, non
tamen eſt perfectè, quia medium non habet. *Gene.2.*
Quaternarius autem medio munitus magna
continet myſteria. Quatuor ſunt lyteræ nomi-
nis Dei ineffabilis: quam ob cauſam Pytha-
gorici per numerum quaternarium iurabant:
hoc eſt;

hoc eſt, per diuinum illud numen, cuius nomen quatuor literas habebat. Quatuor erãt ordines lapidum pretioſorum in rationali ſummi *Exod.28.* ſacerdotis:vt eſt capi. Exodi 28. memoriæ proditum. Quatuor fuerunt quadrigæ toto orbe diſ- *Zach.6.* currentes:quarũ meminit Zach.cap.6. Quatuor *Ezec.10.* animalia admirãda vidit Ezechiel, vt ipſe primo & decimo teſtatur. Et quatuor Ioannes quarto *Apoc.4.* Apocal. Et quatuor ſunt Ieſus Chriſti euangelia, veluti quatuor elementa eccleſiam ſuſtentantia. Quin potius numerus quaternarius virtute decimus eſt: nam vnum duo tria quatuor efficiunt decem: & in lege decem mandatorum quatuor euangelia cõtinentur. Huius diuinæ legis doctrina ſignificatur hac litera א Aleph: nam Hebraicè idem eſt Aleph quod doctrina: & vnaquæque litera Hebraica propriam habet ſignificationem. Quare ſi ea recto ordine cõiunxeris, videbis magnam inde dimanare theologiã. Qua de re vide *Hieron.* Hieronymũ in prologo ad Euſebium, & in epiſtola ad Paulam Vrbicam, vbi alphabetum Hebraicum mirabiliter explanat. Hac ratione ducti nõnulli interpretes Latini voluerũt accommodare harum literarũ ſignificationes ſenſibus verſuum ab illis incipientiũ: ſed frigidè, & per vim meo quidem iudicio ab antiquis, & grauibus interpretibus diſcrepantes, qui nihil huiuſmodi ſcripſerunt, & vt mea fert opinio, ne cogitarunt quidem. Nulla eſt in his literis, quòd attinet ad has lamentationes, maior philoſophia, quàm ea, quam paulò antè explicauimus. His ita obſeruatis ad literæ explanationem accedamus.

Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo! Hæc particula, quomodo, hoc loco non ignorãtis nec interrogantis eſt, ſed admirantis & dolentis. Tota hæc oratio plena eſt admiratione, ſtupore, dolore, & affectu. Videbat Ieremias vrbem deletam & relictã, alta mœnia cum ſolo adæquata, templum Salomonium euerſum, direptioni commiſſum, & prophanis impiorum hominum pedibus conculcatum. Sacerdotes erant abducti captiui, ſenes crudeliter vexati, pueri paſſim interfecti, virgines contumeliis acerbiſſimis affectæ, & per vias lamentabilis Hieroſolymæ flumina ſanguinis effluebant. Quæ omnia pius ac diuinus noſter vates admiratus & quaſi ſtupidus, atque angore oppreſſus lamẽtatur. Ea enim vrbs quæ antea populi celebritate, nominis amplitudine, ædificiorum magnificẽtia, omni diuitiarum genere floruerat, & variis gentibus ac prouinciis imperauerat, tũc ſola erat, & ciuibus orbata, abiecta, euerſa, direptioni commiſſa, & intolerandis tributis vexata. Verbũ, ſedere, accipitur ali- *Pſal.1.* quando pro docere: vt pſal.1. Et in cathedra peſtilentiæ ſedit. Hoc eſt, non ſe peſtilentem doctorem exhibuit. Vel nomine ſedendi ſignificatur ibi amicitia & familiaritas: monet enim pſalmographus conſuetudines hominũ impiorum eſſe *Pſal.25.* penitus declinandas. Ita accipitur pſalm.25. vbi Dauid: Non ſedi, inquit, cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſe- *Iere.15.* debo. Et Ierem. cap.15. Non ſedi in concilio ludentium. Significat etiam aliquando manere: vt *Num.20.* Numer. 20. Manſit populus in Cades: vbi pro manſit eſt in Hebræo idem verbum, pro quo nos hîc habemus ſedet. Quare poterat verti locus hic: Quomodo manet ſola ciuitas plena populo! Præterea nomine ſeſſionis ſignificatur abiectio & ignominia: vt ca.47. Eſai. Sede in puluere vir- *Eſai.47.* go filia Babylon. Vbi filia Babylon idẽ eſt quod cõgregatio Babylonis: quã vocat virginẽ, quòd nondum fuiſſet expugnata: cuius dedecus & calamitatem prædicit. Ac in hanc ſignificationem exiſtimo accipi verbũ ſedere hoc Ieremiæ loco, ac ſi dicat: Quomodo iacet abiecta priuata habitatoribus ſuis vrbs illa, quæ fuit quondam plena ciuium multitudine, hominúmq; frequentia & varietate. De illa dixerat Eſai. cap.22. Clamoris *Eſai.22.* plena, vrbs frequens, ciuitas exultans. Eam vocat clamoris plenã, hoc eſt populo affluẽtem, & eam ob cauſam vocibus & ſtrepitibus abundantem. Sed vaticinans de illius vaſtitate cap.1. Re- *Eſai.1.* linquetur, inquit, filia Sion vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario. Et poſt bellum Babylonicum Baruch ca.4. eam inducit *Baruc.4.* ita loquentem: Ego enim derelicta ſum ſola. Et Ieremias hoc loco: Quomodo ſedet ſola, hoc eſt deſerta, & incolis deſtituta. Pagninus transfert: Quomodo ſedit, de præterito. Sed quãdo diuina ſcriptura recolit præterita, etiã tempus præſens comprehendit aliquando: vt cap.1. epiſtolæ ad Romanos: Tradidit eos Deus in reprobum ſen- *Rom.1.* ſum. Nunc etiam eos tradit, qui huiuſmodi ſunt. Et pſal.1. Beatus vir qui nõ abiit in cõſilium im- *Pſal.1.* piorum. Nec nunc etiam abit. Eodem modo hoc loco: Quomodo ſedit ſola ciuitas: & nunc etiam ſedet. Hęc ex Ambroſio in commentariis in ca.1. epiſt. ad Romanos.

Facta eſt quaſi vidua domina gentium. Hoc eſt, ea quæ in nationibus dominari, & in gentes imperium tenere ſolebat, modò mœſta & ſola facta eſt velut vidua, populo quaſi viro orbata, regni ac ſacerdotij dignitate priuata, & omni conſolatione deſtituta. Dauid & Salomon varias gentes externas ſubegerunt. Cap.8. lib.2. Reg. ſcriptum *2.Reg.8.* eſt Dauidem reportaſſe victoriã de Syris & Idu- *2.Reg.10.* mæis: & ca.10. de Ammonitis: qui omnes ei ſer- *3.Reg.9.* uiebant. Cap. autem nono li.3. Reg. proditum eſt memoriæ, Amorrhæos, Hethæos, Pherezæos, Heuæos, & Iebuſæos fuiſſe Salomoni tributarios. Itaque Hieroſolyma quæ fuerat princeps prouinciarũ victarum, facta eſt ſub tributo, Babylonis vectigalis, & in eorum ditionẽ redacta. Sed quemadmodũ Ieremias deplorauit Hieroſolymam: ſic nos, imò multò magis lamentemur animam, quæ cùm olim fuiſſet virtutibus plena, & imperaſſet diuerſis affectibus & cupiditatibus, fuit à Babyloniis, hoc eſt, à dæmone, mundo & carne oppugnata & victa: ac libidinum flammis ſuccenſa, angelorum ſolatio deſtituta, & in dedecore & ignominia verſata, tot ſeruit dominis, quot vitiis. Vt enim vir iuſtus, Chriſtiana pietate & religione inſignis etiamſi ſeruus ſit hominũ, liber tamen in animo eſt: ſic homo ſceleribus contaminatus tametſi regnet, ſeruus tamẽ eſt, non vnius hominis, ſed tot dominorũ, quot ſunt flagitia, quibus eſt deditus. Iniquitates ſuæ, inquit, cap.5. Prouerbiorum Salomon, capiunt *Prou.5.* impium, & funibus peccatorum ſuorũ conſtringitur. Et Ieremias noſter in hac lamentatione paulò pòſt: Vigilauit iugũ iniquitatũ mearum

in manu eius : conuolutæ ſunt & impoſitæ collo
Pſal.10. meo. Er Danid pſalm.10. Pluet ſuper peccatores
laqueos. Ad buiuſmodi animam illud poteſt ae-
Eſai.49. commodari,quod eſt apud Eſaiam 49. Ego ſte-
rilis,& non pariens,tranſmigrata & captiua. Id
Ioan 8. docet Chriſtus Deus noſter apud Ioan.8. Nam
dicẽtibus Iudæis ſe liberos eſſe:Amen amen , io-
quit,dico vobis,quia omnis qui facir peccatum,
Rom.6. ſeruus eſt peccati. Et diuus Paulus ad Rom.6.
Cui exhiberis vos ſetuos ad obediendum , ſerui
eſtis eius,cui obeditis : ſiue peccati ad mortem,
2.Petr. 2. ſiue deditionis ad iuſtitiã. Et diuus Petr. 2. epiſt.
ſuæ ſecundæ: A quo quis ſuperatus eſt,buius ſer-
uus eſt. Hoc voluit diuina ſcriptura ſignificare
Gene.47. eap.47.Geneſis, cùm ait omnes Aegyptios ven-
ditos fuiſſe Pharaoni , cuius ſerui facti ſunr. Ho-
mines enim mundo dediti,ſe Pharaoni , hoc eſt,
dæmoni ſubiiciunt , in cuius ditionem rediguu-
rur. Ita locũ illum Origenes interpretatur. Ser-
uitus ſpiritualis eſt abiectior corporali, deterior,
ignobilior , & grauior : nã corporalis aliquando
ſine culpa ioducitur eius , qui in eam conijcitur.
Gene.39. Quod enim flagitium admiſerat Ioſeph,Daniel,
Dane.1. Ezechiel, & multi alij viri omni ſapientia & vir-
Ezech.1. tute præſtantes,qui captiui extirerunt? At ſerui-
tus peccati ſemper culpa noſtra cõtrahitur. In-
ſuper ſeruitus humana morte tãdem finitur : ſer-
uitus autem peccati perpetuò durat , cùm impij
ad ignes inferorũ æternos relegãtur. Demum in
corporis ſeruitutem incurrũt homines per vim,
in animi autem ſeruitutẽ ſponte: vna eſt violẽta,
altera voluntaria. Aſpicis igitur impios omnes
ſeruos eſſe.Quî fieri poteſt,vt liber ſit,qui nõ im-
perat cupiditatibus?Quicuoque non refrenat li-
bidines, nõ ſpernit voluptates, nõ tenet iracun-
diam , non coercet auaritiã,non repellit cæteras
animi labes, quãuis hominibus imperet , ſeruus
tamen eſt , quandoquidem flagitiis dominis im-
probiſſimis paret. An ille liber,cui cupiditas im-
perat,cui leges imponit,qui nihil ei recuſare au-
Pſal.136. det,nihil negare? Egu huiuſmodi buminem non
modò ſeruum,ſed abiectiſſimum ſeruũ , etiamſi
ſummo genere natus ſit,appellandũ puto.Quare
nos hanc animi ſeruitutem deploremus:& iuxta
flumina Babylonis ſedẽtes , ac veram ſpiritus li-
bertatem in memoriam reuocantes vim lachry-
marum fundamus.

2 *Plorans plorauit*. Subauditur Hieroſolyma.Hæc
Beth. verborum geminatio phraſis eſt in diuinis literis
Pſal.39. vſitatiſſima:vt pſal.39.Expectans dominum. Et
Pſal.131. pſal.131.Viduam eius benedicẽs benedicam. Et
Hebr.6. cap.6.epiſtolæ ad Hebræos:Benedicens benedi-
cam te,& multiplicans multiplieabo te.Et idem
Iere.13. Ieremias cap.13.Plurãs plorabit,& deducet ocu-
lus meus lacbrymam.Fortaſſe borum verborum
geminatione voluit Ieremias ſignificare lachry-
marum abundantiam. Vel ponitur bis verbum
plorare ad externas & interiores lachrymas ſi-
gnificandas. Non ſolùm corde plorabat Dauid,
ſed externis lachrymis reſperſus has voces emit-
tebat : Lauabo per ſingulas noctes lectũ meum,
Pſal.6. lacbrymis meis ſtratum meũ rigabo. Non gem-
mis & margaritis, ſed lacbrymis lectum ſuum
adulterij fœditate cũmaculatum rigabat , vt ea-
rum aſſiduitate maculas ſceleris commiſſis de-
leret. Tribuit vrbi fletus & eiulatus, qui homini-
bus tribuuntur.Figura eſt proſopopœia,quando
rebus inanimatis & muris ea,quæ ſunt animato-
rum & loquentium , tribuimus: vt ait hoc loco
Theod.Ita pſal.18.Cœli enarrant gloriam Dei,& *Pſal.18.*
opera manuũ eius annuntiat firmamentũ. Et ca.
49. Eſai.Dixit Sion:reliquit me dominus & do- *Eſai.49.*
minus oblitus eſt mei.Vel per ciuitatẽ eos intelli
git Ieremias,qui in illa manebãt:vt ſit figura me-
tonymia: quẽadmodũ cap.23.Eſaiæ: Vlulate na- *Eſai.23.*
ues Carthaginis. Et Lucæ 13. Hieruſalem Hieru- *Luc.13.*
ſalẽ quæ occidis prophetas:Hoc eſt , ô habitato-
res Hieroſolymæ diuinorum vatũ interfectores.

In nocte. Quia propter hoſtium timorem non
audebat plorare die. Vel ideo ait Ieremias Iu-
dæos illos plorare nocte, vt oſtenderet , tempus
illud quod alij ſolent tribuere ſomno & quieti,
eos in vigiliis & lachrymis conſumere. Idem fa-
ciebat Dauid,cùm pſalm.6.dicebat: Lauabo per *Pſal.6.*
ſingulas noctes lectum meum , lachrymis meis
ſtratum meum rigabo. Quibus verbis ſignificat
acerbiſſimum animi cruciatum & dolorem,quo
ob legem Dei à ſe violatam,& memoriam ſcele-
ris cõmiſſi angebatur. Nox in diuinis literis ac-
cipitur pro culpa: vt Sapientiæ decimoſeptimo: *Sap.17.*
Vinculis tenebrarum & lõgæ noctis compediti.
Et capite vndecimo euangelij authore Ioanne: *Ioan.11.*
Siquis ambulauerit in die,non offendit,quia lu-
cem buius mundi videt:ſi autem ambulauerit in
nocte , offendit. Hoc eſt,qui iuſtè & piè vixerit,
non offendet, qui autẽ iniuſtè & impiè,offendet.
Vbi dies pro virtute accipitur & gratia : nox ve-
rò pro culpa & impietate. Vnde Salomon Pro- *Prou.4.*
uerbiorum quarto:Via impiorum tenebroſa. Et *Pſal.34.*
Dauid pſalmo trigeſimo quarto:Fiant viæ illorũ
tenebræ & lubricum. Accipitur etiam pro igno-
rantia:vt capite tertio Michææ : Nox vobis pro *Mich.3.*
viſione erit. Hoc eſt,loco luminis vaticinationis
eritis ignorantia cooperti. Accipitur pro vmbra
legis Moſaicæ : vt capite tertiodecimo epiſtolæ *Rom.3.*
ad Romanos:Nox præceſſit , dies autem appro-
pinquauit. Vbi per diem claritas euangelij ſigni-
ficatur , quemadmodũ per noctem vmbra legis:
quæ hyems & imber appellatur capite ſecundo *Cant.2.*
Canticorum:Iam hyems tranſiit, imber abiit &
receſſit:flores apparueruot in terra noſtra : tem-
pus putationis aduenit. Ac ſi dicat ſponſus : Iam
diſcuſſæ ſunt & euanuerunt legis veteris figuræ,
quia aduenit ſubſtantia: iam apparuerunt flores
euãgelij,iam venit tempus, io quo exciſa & am-
putata ſunt legis Moſaicæ ſacrificia. Præterea ac-
cipitur nox pro calamitate:vt capite Iob 34. In- *Iob 34.*
ducet noctem,& conterentur. Id eſt , affliget eos
Deus calamitate , & diſſipabuntur. Et pſalmo *Pſal.16.*
ſextodecimo:Probaſti cor meum, & viſitaſti no-
cte. Hoc eſt,animum meum Domine ſæpe rebus
aduerſis exploraſti , & acerbiſſimis ærumnarum
tenebris circumfudiſti. Et pſalm.118. Memor fui *Pſal.118.*
nocte nominis tui Domine. Et Ieremias cap. 14.
Deducant oculi mei lachrymas per noctem. Ac *Iere.14.*
in hanc ſignificationẽ accipit noctem hoc loco,
cum ait : Plorans plorauit in nocte. Ac ſi dicat:
ſummis calamitatibus oppreſſa vim lachryma-
rum profudit.

Lachrymæ eius in maxillis eius. Id eſt , erant eius
genæ cõtinuis lachrymis reſperſæ:quia non erat,
qui abſtergeret illas. Significat diuturnũ ac per-
enem

renem fletum : qui ſi eſt ob memoriam flagitio-
rum,& ob alias pias cauſas,magnam affert vtili-
Pſal.125. tatem.Nam vt ait Dauid pſal. 125. Qui ſeminaut
in lachrymia, in exultatione metent. Euntes
ibant,& flebant mittentes ſemina ſua: venientes
autem venient cum exultatione, portantes ma-
nipulos ſuos.Et Chriſtus Deua noſter apud Mat-
Matt.5. thæum 5. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſo-
Similitudo. labuntur. Quemadmodũ numus in fundo vaſis
ad certum quoddam loci interuallum conſtitu-
tus,non videtur ſine aqua:at ſi vas impleatur il-
la, ſtatim videtur:ſic diuinã cõſolationem quam
ob ſicciratem noſtram non aſpicimus,in piarum
lachrymarum affluentia intuemur. Plorabitis &
Ioan.16. flebitis,ait Chriſtua dominus apud Ioannem 16.
Similitudo. ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Vt cùm
domus aliqua incendio comburitur, confluunt
multi ad aquam ad ignem reſtinguendũ: ſic nos
cum viderimus animam flamma vitiorũ flagra-
re, debemus ad lachrymarum aquam cõfugere,
vt flagitiorum ardorem reſtinguamus. Hæ ſunt
piæ lachrymæ Petri poſtquam Chriſtũ negauit.
His lachrymis doloris & amoris Maria Magda-
Matt.26. lena pedes Domini rigauit, Acceſſit fluuius la-
Luc.7. chrymarum ad fontem miſericordiæ. Vt elephas
Similitudo. mirum in modum diligit aquas fluuiorum, qui-
bus ſe mergit, & abluit: ita noa ſumus aquas la-
chrymarũ dilecturi, quibus demerſi ſcelera no-
ſtra abluamus. Si deploramus corpora mortua, à
quibus anima ſeparatur, quantò magis debemus
deplorare animas mortuas, à quibus diuina gra-
tia ſeiungitur? Sed non ſolùm propter peccata,
ſed propter aliorum ærumnas, & exilij noſtri di-
lationem,& cæleſtis patriæ deſiderium conficia-
Similitudo. mur lachrymis igne charitatis incẽſi. Quemad-
dum olla feruens magno flammarũ impetu con-
citata ſolet liquorem extollere, & effundere ſu-
per ſe : ita animus igne charitatis inflammatus,
aſcendit ſurſum feruentes lachrymas emittens,
effundens ſe ſuper ſe. Ad hoc hortatur Dauid, cũ
Pſal.61. ait pſal.61. Effundite coram illo corda veſtra. Et
Pſal.41. exemplo ſui dicens pſal.41. Effudi in me animã
meam. Demus operã, vt nubes piorum mœro-
rum conuertatur in pluuiã dulcium lachryma-
rum, & cælum animi noſtri remaneat purũ atq;
ſerenum. Ploremus coram Domino, vt verbis
Pſal.94. vtar Dauidis : illud ad memoriã reducẽtes quod
Apoc.7. ait in Apocalypſi diuus Ioannes: Abſterget Deus
Apoc.21. omnem lachrymam ab oculis eorum: vt hac ſpe
ducti imitemur hac re mœſtam ciuitatem, cuius
maxillæ erãt, vt hoc in loco Ieremias ait, lachry-
mis reſperſæ. Diuus Hieronymus in huius loci
commentariis, & diuus Gregorius 13. Moraliũ
per maxillas intelligunt concionatores euange-
licos, quibus non debent lachrymæ deeſſe, qui
vitam impiorum concionibus ſuis conſtringunt.
Sed hoc eſt in ſenſu morali. Nos autem ſenſum
literalem proſequentes per maxillas genas intel-
ligimus.

Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius.
Hoc profectò eſt intolerandum ſupplicij genus
in calamitate carere conſolatore. Id euenit Hie-
roſolymæ, quam Aegyptij, & Syri, & alij, cum
quibus illa fuerat coniuncta, & amicitia copula-
ta, in ærumnis ſuis deſeruerunt, & amorem in
odium commutarunt. Ei dixit Deus apud Eze-
chielem cap.23. Ecce ego ſuſcitabo omnes ama- *Ezec.23.*
tores tuos contra te. Cumulus augetur doloris,
cùm eos quos amore proſequebamur, videmus à
nobis alienatos in ærumnis noſtris, illiſque gau-
dere, & nobis inſultare. Cap.19. ait Iob: Noti mei *Iob 19.*
quaſi alieni receſſerunt à me : dereliquerunt me
propinqui mei : & qui me nouerunt, mei obliti
ſunt. Et Dauid pſal.68. Suſtinui, qui ſimul con- *Pſal.68.*
triſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & nõ
inueni. Et Eccleſiaſtes cap.4. Vidi calumnias, *Eccl.4.*
quæ ſub ſole geruntur: & lachrymas innocen-
tium, & neminem conſolatorem. Id quod huc
loco ait Ieremias, re ipſa intelligitur de euerſio-
ne Hieroſolymæ per Babylonios, ſed multò re-
ctiùs de eius euerſione per Romanos tempore
Titi Veſpaſiani. Nam in priore calamitate etiãſi
Iudæi fuerunt à gentibus derelicti, habuerunt
tamen Ezechielem, & Danielem, & Ieremiam,
& alios diuinos vates ſanctitate & ſapiẽtia præ-
ſtantes, qui eos docebant, & conſolabantur. At
in ſecunda fuerunt omni ſolatio deſtituti : & in
ſummam miſeriam inciderunt, cùm Chriſtus
Dominus eos reliquit. Id quod ille his verbis
prædixerat apud Oſeam 9. Væ eis cùm receſſero *Oſe.9.*
ab illis. Sed quia pro recedere eſt in Hebraico
verbum Baſar, quod ſignificat carnẽ ſumere: po-
teſt verti locus ille : Væ eis cùm incarnauero in
illis. Loquitur de perfidis & obſtinatis Iudæis,
qui Chriſtum ipſum recipere noluerunt: non de
illis, qui ſanctum eius euangelium ſeruarunt. Ait
enim Eſaias 8. cap. Erit vobis in ſanctificationẽ: *Eſa.8.*
in lapidem autem offenſionis & petram ſcandali
duabus domibus Iſrael. Ac ſi dicat: Cùm Domi-
nus Ieſus Chriſtus venerit, ſaluos faciet eos, qui
eum receperint, eos autẽ damnabit, qui in perfi-
dia permanſerint. Huic verſioni fauet tranſlatio
Septuaginta, quæ habet: Væ eis, caro mea ex il-
lis. Cùm enim Dominũ Ieſum innocentẽ agnũ
ad cædem crudeliſſimam vocarẽt, & in obſtina-
tione ſua perſiſterent, fuerunt à Romanis afflicti:
partim interfecti, partim in ſummam miſeriam
traducti. Ac tunc nullũ habuerũt conſolatorẽ.

Omnes amici eius. Id eſt, omnes, qui eam amici-
tia comprehendere videbantur. Aliis verbis ex-
tremam calamitatem ſignificantibus exaggerat
id, quod proximè dixerat.

*Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudi-
nem ſeruitutis.* Hoc eſt, populus Iudæorum ex-
pulſus patria iuit in acerbum exilium, & ſedem
rerum ſuarum in Chaldæa collocauit, oppreſſus
afflictione, & magnitudine Babylonicæ ſeruitu-
tis: & ibi nullam inuenit quietem, nullam tran-
quillitatem : Aequum eſt, vt qui ſuaue iugũ do-
mini deſpiciunt, aſpero ſeruitutis Babylonicæ
premantur. Vel ſic. Ideò Iudaicus populus mi-
grauit, & tali ſupplicio affectus eſt, quia multos
afflixerat : & ſeruos crudeliter & acerbè tracta-
uerat. Id explicat Chaldaica paraphraſis ſic ha-
bens : Abijt Iuda in captiuitatem, eo quòd ipſa
afflixit pupillos & viduas : & durè tractauit ſer-
uos Hebræos. Poteſt hæc oratio explanari nõ de
Iudæis, qui abducti ſunt Babylonem : ſed de his,
qui poſt euerſionem Hieroſolymæ fugerunt ad
Aegyptios propter acerbam afflictionem & du-
ram ſeruitutem, qua à Babyloniis in Iudæa pre-
mebantur. Sed in Aegypto nullum refugium in-
uenerunt.

re dura improborum hominum corda. Ait enim Dominus Ieſus in euangelio de doctrina ſua lo- *Matth. 13.* quens nomine ſeminis ſignificata: Aliud cecidit ſupra petrã,& natũ aruit,quia non habebat humo- *Mar. 4.* rem. Petra eſt dura,frigida,impenetrabilis, inflexi- *Luc. 8.* bilis, & deorſum propenſa: quæ omnia cordi obſtinato conueniunt. Indurauerunt cor ſuum ſuper *Iere. 5.* petrã,ait Ieremias 5. Et Dauid pſalmo 94. Nolite *Pſal 94* obdurare corda veſtra. Et Iob 4. Cor eius indura- *Iob 4.* bitur quaſi lapis. Sed multi ſunt ipſis lapidibus imò adamantibus indomitis duriores: nam adamas mollitur & lenitur ſanguine hirci, cor autem impij obſtinati nec ſanguine agni cœleſtis mitigatur. Hæc omnia dirigit Nahum ad omnes mortales, præſertim ad Aſſyrios homines effrenatos, ſibique præſidentes tetriſque contaminatos flagitijs, de quorum pernicie vaticinatur. Et quamuis hæc dicantur generaliter, fortaſſe tamen omnia in Ninæ euerſione acciderunt. De illius va- *Iuſtinus* ſtitate & exitio poteris videre Iuſtinum libro pri- *Diodo.* mo. Diodorum Siculum libro 3. Oroſium, libr. 1. *Oroſius* & 2. Herodotum libr. 1. Euſebium Cæſarienſem *Herod.* in annalibus, vbi ait ciuitatem Ninum fuiſſe ca- *Euſeb.* ptam regnante in Iudæa Ioſia,& euerſam regnante filio eius Ioacimo.

Bonus Dominus & confortans. Senſus eſt: etſi Deus iram ſuam in homines impios exercet, tamen pios conſolatione permulcet. Clemens eſt & mitis, dolorem ac luctum abſtergens, qui ſuos ad ſeipſum in calamitatibus confugientes mirabiliter conſolatur. Hoc videtur dictum eſſe præcipuè propter Ezechiam, qui timens Aſſyriorum exercitum cinctus periculis diuinam implorauit miſericordiam: & fuit conſolatione affectus, ac di- *4. Reg. 18.* uinitus liberatus. Vide cap. 18. & 19. lib. 4. Regum, & 37. Eſaiæ, & primi Machab. 7. Bonus hoc loco *4. Reg. 19.* idem eſt quod benignus. Id quod oſtendunt ſeptuaginta interpretes, qui habent: Suauis Domi- *Eſai. 37* nus. In hanc ſumitur ſignificationem Pſalmo 72. *1. Mac. 7.* Quam bonus Deus Iſrael ijs, qui recto ſunt corde. Et 117. Confitemini Domino, quoniam bonus: *Pſal. 72.* quoniam in ſeculum miſericordia eius. Tu inte- *Pſal. 117* rim alta mente conſidera, quemadmodum Deus coniungat cum iuſtitia miſericordiam, quod vtramque mirabiliter diligat. Id animo percipiens *Pſal 83.* Dauid: Quoniam, inquit Pſal. 83. Miſericordiam & veritatem diligit Dominus Deus. Vbi nomine veritatis iuſtitia ſignificatur. Poteris per vtramque *Hiero.* intelligere clementiam: nam D. Hieronymus ver- *Pagnin.* tit locum illum ex Hebræo: Quia ſol & ſcutum *Flami.* Dominus Deus. Similiter Pagninus, Flaminius, & alij. Eſt enim Deus ſol ſempiternus, mentes piorum ſuo iucundo & ſalutari ſplendore exhilarans & nutriens, errorumque tenebras expellens. Eſtque firmiſſimus clypeus, quo, virorum virtute præſtantium vita protecta nec violentis rerum aduerſarum ictibus à ſtatu dignitatis deijcitur, nec vllis peſtilentibus oppugnationibus infringitur & labefactatur. Itaque Deus eſt ſuorum illuminator & protector. Sed rectè verterunt ſeptuaginta interpretes, per ſolem nobis miſericordiam deſignantes, iuxta illud ſeruatoris noſtri in euange- *Luc. 16.* lio authore Luca capite ſexto: Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter miſericors eſt, qui ſolem *Pſal 90.* ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Scuto autem quid aptius ſignificatur, quàm veritas Dei inuicta, de qua diuinus ac regius vates Pſalmo nonageſimo: Scuto, inquit, circundabit te veritas eius. Sumi autem veritatem Dei pro iuſtitia indi- *Rom. 1.* cat Apoſt. capit. 1. epiſt. ad Romanos, vbi verita- *Pſal. 24* tem opponit iniuſtitiæ, cùm ait: Qui veritatem *Prou. 20* Dei iniuſtitia detinent. Et Dauid Pſalmo vigeſimoquarto: Vniuerſæ viæ domini Miſericordia & veritas. Et Salomon Prouerbiorum 20. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem. Imò omnis iudex debet miſericordiam cum iuſtitia copulare.

Et confortans in die tribulationis. Permittit Deus *Similitudo.* electos ſuos angi calamitate: ſed non eos omnino derelinquit: quin potius eis dolorem leuat, & conſolationem adhibet. Vt linum euellitur ex terra, & in aquam immittitur, & poſtea concutitur, multaque perfert tormenta, quouſque ex illo excellens veſtis conficiatur: ſic verus Chriſtianus extrahendus eſt à terra, ab amore rerum humanarum ſeparandus, & in pias lachrymarum aquas immittendus, donec per multas calamitatum anguſtias æquo animo toleratas efficiatur eximia quædam ac pura veſtis, cuius exemplo alij induantur. Cæterùm pro confortatus in die tribulationis, poteris vertere: Fortitudo ſuis in tempore calamitatis. Illis enim ſolet fortiter opem ferre, qui in acerbis ærumnis verſati cœlum ſuſpiciunt ad diuinum numen pias lachrimas ardenteſque preces profundentes, eiuſque miſericordiam toto animo implorantes.

Sciens ſperantes in ſe. Hoc eſt, approbans, & ſcientia approbationis & beneuolentiæ eos cognoſcens, qui in ipſo ſpem ſuam figunt, ac locant. Eodem modo ſumitur cap. Exod. 33. Inueniſti gra- *Exo. 33.* tiam coram me: & teipſum noui ex nomine. Et *Pſal. 1.* Pſal. 1. Nouit dominus viam iuſtorum. Et ſecundo *2. Ti 2.* capite poſterioris ad Timotheum: Nouit domi- *Ioan. 10.* nus, qui ſunt eius. Et Ioannes 10. Cognoſco meas, *Pſal. 39* & cognoſcunt me meæ. Huiuſmodi ſcientia nouit Deus expectantes ipſum: quorum quidam dicebat: Expectans expectaui dominum, & intendit mihi: & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis. Quibus verbis ſignificat æquo animo tuliſſe dilationem præſidij, quod magno deſiderio præſtolabatur: & eleganter deſcribit vim ac multitudinem calamitatum, in quibus verſatus fuerat.

In diluuio prætereunte conſummationem faciet loci eius. Id eſt, adueniente exercitu Babylonico conſumet Deus, & deſtruet locum ipſius ciuitatis Niniuiticæ. Comparat magnum Babyloniorum exercitum eluuioni prætereunti, omnia exturbanti. Ac ſi dicat: Impetu illius exercitus perdet Deus Niniuem, eamque cum habitatoribus ſuis penitus delebit. Eodem modo de exercitu Sennacheribi ait Eſaias capite 8. Adducet dominus ſuper *Eſai. 8.* eos aquas fluminis fortes & multas. Poteris per diluuium acerbam illam vehementemque calamitatem intelligere: vt ſit ſenſus: In magna illa & generali afflictione quam rex Aſſirius illaturus eſt aliis ita eum Deus euertet & conſumet, vt locus eius poſtea non inueniatur. Eam ob cauſam vocat illam diluuium præteriens, non permanens, quin etiamſi viros iuſtos attingat, eos tamen nõ omnino perdit. Id Intelligens Dauid: Veruntamen, in- *Pſal. 31.* quit Pſalm. 31. in diluuio aquarum multarum ad

eum

ſtus. Vult diuinus vates ſignificare affectuũ ſuorum firmitudinem,& ſolidi fundamenti ſtabilita-
Luc.1. tem. Et Zacharias apud Lucam 1. Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Vt cor ambulat pedibus: ita anima affectionibus. Quare oportet pedes abluere: hoc eſt puros & integros affectus habere. Hoc voluit Chriſtus dominus ſignifica-
Ioan.13. re, cũ abluit pedes diſcipulis ſuis apud Ioan.13.&
Matt.10. cũ dixit illis apud Mat.10. Excutite puluerem de
Leui.1. pedibus veſtris. Id fuit ſignificatum cap. 1. Leuitici, vbi Deus præcepit inteſtina ac pedes victimę lauare aqua. Vbi per pedes affectus & motus animi ſignificantur, per inteſtina verò abditæ & latentes cogitationes in ventre animæ, hoc eſt in corde, quod animæ vterus appellatur. Vnde Ie-
Iere.4. remias cap.4. Ventrem meum, inquit, ventrem meum doleo. Volens autem oſtendere per ventrem ſignificare cor, addit: Senſus cordis mei turbati ſunt in me. Sed quoniã victores in triumphis ſolebant victos ſub pedibus habere, pedes ipſi, pro victoria accipiũtur. Quare hoc Ieremiæ loco poteris per pedes Hieroſolymæ antiquas eius victorias intelligere. Et quia in illis vtebatur ſuperbia, inſolentia,& vanitate, dicitur haberè ſordes in pedibus ſuis. Vnde id quod paulò an-
Pſal.35. te attulimus ex pſal. 35. Non veniat mihi pes ſuperbiæ: poteſt ita explanari: Non triũphet de me ſuperbia. Id quod nos hoc Ieremiæ loco habemus: Sordes eius in pedibus eius: poteſt verti ex Hebræo: Sordes eius in fimbriis eius. Et ita habet Brixianus & Pagni. Ac ita eſt ad marginem nonnullorum codicum. Et tũc poteſt eſſe ſenſus: Impudenter peccauit Hieroſolyma, ſimilis mulieri impudicæ, quæ non veretur menſtruum ſanguinis in fimbriis veſtis circunferre. Septuaginta tamen nobiſcum pedes verterunt. Sed eadem poteſt eſſe intelligentia.

Nec recordata eſt finis ſui. Non tenebat memoria interitum ſuum: non cogitabat de exitu vitę: exciderat ei penitus ex animo mortis recordatio. Quàm vtilis ſit memoria mortis, indicat Eccle-
Eccl.7. & 14. ſiaſticus cap. 7. cũ ait: Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Et 14. Memor eſto,
Iob 30. quoniam mors non tardat. Memoriam mortis complectebatur Iob has voces emittẽs cap. 30. Scio, quia morti trades me, vbi cõſtituta eſt domus omni viuenti. Ac ſi dicat. Semper mors mihi ante oculos verſatur: Nõ mihi excidit ex animo memoria ſepulchri, quod eſt omnium hominum domicilium. Ait Albertus magnus in libro
Albert. Similitudo. de vegetabilibus, coruum non redire ad nidum, ſi in eo poſuerint cinerem ac puluerem vitri: ſic dæmon fugit à nido noſtri cordis, ſi in eo poſita fuerit memoria cineris & pulueris, in quem conuertẽdum eſt vitrum, vitrum autem ſumus nos: imò vitro ipſo fragiliores. Quare ſi à nobis dæmonem auertere voluerimus, ſit in animo noſtro eius pulueris, in quem ſumus conuertendi, repetita memoria. Ea quippe vigilamus, & obliuione dormimus. Eam ob cauſam Chriſtus Deus
Matt.25. noſter apud Matthæum 25. Vigilate, inquit, quia
Luc.12. neſcitis diem, nec horam. Et apud Lucam 12. Eſtote parati, quia qua hora non putatis: filius hominis veniet. Hac mortis memoria diminuuntur vanæ mundi voluptates,& creſcunt piæ ani-
Similitudo. mi oblectationes. Quemadmodũ quicquid amputatur ex vite, augetur in fructu: ſic qui reſciderit inanem ac falſam mundi lætitiam, augebit ſalutarem fructum veræ iucunditatis. Sed aduerte: Mors, quæ dicitur finis ſceleratorum hominum, eſt principium virorum virtute præſtantium. Id quod nos habemus pſal. 76. Et dixi: nũc *Pſal.76.*
cœpi: poteſt verti ex Hebræo: Et dixi: interitus meus eſt. Etenim ibi verbũ Chalal, quod ſignificat interire & incipere: nam viri iuſti tunc incipiunt, cùm excedunt ex hac vita. Cùm naſcuntur, exeunt è ventre matrũ,& ingrediuntur vterum naturæ: cùm verò è vita migrãt, naſcuntur: & tunc incipit vita, quæ eſt vera vita nominanda. Ex quo fit, vt dies obitus ſanctorum, corũ natalis dies appelletur. Sed ſiue principium, ſiue finis dicatur mors, eſt memoria repetẽda. Sed eius non recordata eſt Hieroſolyma. Duas res tribuit ei hoc loco Ieremias, ob quas ait eam in acerbiſſimas calamitates incidiſſe, nimirum ſordes affectuum, & mortis obliuionem. Forſaſſe nomine finis intelligitur Chriſtus, iuxta illud apoſtoli ad Romanos 10. Finis legis Chriſtus eſt ad iuſti- *Rom.10.*
tiam omni credenti. Ille enim fuit legis conſummatio, quoniam lex nõ erat niſi vſq; ad eum in ea promiſſum, in cuius morte fuit impleta & finita. Cùm autem Iudæi non recordarentur eius, meritò fuerunt variis calamitatibus lacerati.

Depoſita eſt vehementer. Id eſt, deſcendit impetu vehemente: ac mirum in modum deiecta eſt. Proiecit eam Deus acerbè ex loco excelſo ad infimam ignominiã. Vera eſt enim illa ſanctæ Dei *Luc.1.*
genitricis ſententia: Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Pro vehemẽter poteſt etiã verti: mirabiliter: hoc eſt, cum hominum admiratione: admirabantur enim tam celebrem ciuitatem in tantam miſeriam ſubitò veniſſe.

Vide domine afflictionem meam. Inducit Ieremias vrbem has voces ad Deum emittentem, vt oſtendat in omnibus calamitatibus confugiendum eſſe ad Deum miſericordiæ pleniſſimum, nunquámq; de eius pietate deſperandũ. Vel eſt apoſtrophe ipſius Ieremiæ ad Deum eius miſericordiam & auxilium implorantis. Senſus eſt: Ne me domine omnino deſpicias, inquit diuinus vates, ſed conuerte ad me oculos tuæ clemẽtiæ. In piis Dei oculis eſt remedium noſtrum. Eodem modo paulò pòſt: vide domine & conſidera, quoniam vilis facta ſum. Et cap. 5. harum lamenta- *Infrà 5.*
tionem: Intuere, inquit, domine, & reſpice opprobrium noſtrum. Et Dauid pſalm. 118. Aſpice *Pſal.118.*
in me,& miſerere mei. Et pſal. 83. Protector no- *Pſal.83.*
ſter aſpice Deus. Vel vt verti etiam poteſt: Clypee noſter aſpice Deus. Ac ſi dicat: ó tu Deus qui es clypeus noſter intuere nos. Non me fugit, poſſe verti locum illum: Clypeum noſtrum aſpice Deus. Hoc eſt, regem noſtrum placidis oculis intuere. Bonus enim rex clypeus eſt populi. Nã ſequitur: Et reſpice in faciem Chriſti tui. Reges enim Chriſti, hoc eſt vncti dicebantur. Tu verò Perpende Ieremiæ verba: Non ait: vide domine peccatum meum, vt me perdas, ſed afflictionem meam, vt me liberes.

Quoniam erectus eſt inimicus. Id eſt, quoniã hoſtes noſtri ſuperiores facti ſunt, & nos illis ſubiecti. Vel erecti ſunt ſuperbia elati, inſultantes nobis, victorias ſuas fortitudini ſuæ arroganter

tribuentes,cùm eas deberent iuſtitię tuę tribue-
te,qui nos propter flagitia noſtra meritò affligis.

י *Manum ſuã miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius.*
Iod. Ponitur numerus ſingularis pro plurali more
diuinæ ſcripturæ. Senſus eſt : Babylonij hoſtes
noſtri rapuerunt omnia expetibilia Hieroſoly-
mæ:nimirum theſauros templi,& aulæ regiæ,&
omnes vrbis diuitias , quæ fuit direptioni com-
miſſa, & alta eius mœnia funditus euerſa. Id prę-
Eſai. 64. dixerat iis verbis Eſaias cap. 64. Omnia deſide-
rabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. Aiunt non-
nulli per deſirabilia intelligi hoc loco iudicia at
que eloquia Dei in libris legis ſcripta,de quibus
Pſal. 18. dicitur in pſal. 18. Deſiderabilia ſuper aurum
& lapidem pretioſum multum. Nam Ammoni-
tæ & Moabitæ accerrimi Iudæorum hoſtes , qui
erant in exercitu Babyloniorum, in vrbis ex pu-
gnatione libros legis quæſierunt, & cremarunt.

Quia vidit gentes. Deplorans direptionem ea-
rum rerũ quas Hebræi habebant in deliciis,prę-
cipuè meminit theſaurorum templi,quæ Baby-
lonij cum cæteris hoſtibus cæca cupiditate præ-
dæ & rapinarum concitati abſtulerunt,& ſecum
aſportarunt. Senſus eſt : Ideo Hieroſolyma la-
mẽtatur ô Deus ſancte , quia vidit inimicos ſuos
à fide alienatos ingreſſos in templum ſanctum,
quo gentes idolorum cultrices ex præcepto tuo
ingredi non poterant. Docet hic locus eſſe nos
potius deploraturos iniurias in Deum iactas,
Pſal. 118. quàm in nos ipſos. Id ſentiens Dauid pſalm. 118.
Exitus,inquit, aquarum deduxerunt oculi mei,
quia non cuſtodierunt legem tuam , nimirum
peccatores. Non ait : Ideo lachrymas profundo,
quia homines in me impetum fecerunt,ſed quia
legem tuam violarunt. Poteſt hoc ita explanari:
Eam ob cauſam Hieroſolyma in tam acerbas
incidit calamitates,quia permiſit olim,vt gentes
idolis deditæ ingrederentur in tẽplum ſanctum,
cùm tu domine præcepiſſes , ne illuc introirent.
Tres partes habebat templum Salomonium , in
quarum primam poterant ingredi gentiles , in
alteram ſolùm Iudæi , in tertiam ſacerdotes. At
Iudæi permiſerãt,vt gentiles in partem illis pro-
hibitam introirent. Quare permiſit Deus , vt illi
inuitis Iudæis totum templum penetrarent , il-
lúdque penitus delerent.

כ *Omnis populus eius gemens , & quærens panem.* Id
Caph. eſt , vniuerſus populus Hieroſolymæ laborabat
fame , & cum gemitu quærebat cibum. De hac
Ierem. 38. fame locutus fuerat Ieremias cap. 38. Vnuſquiſ-
que dabat pro cibo pretioſa & expetibilia , quæ
habebat ad vitam ſuſtentandam. Non delicias &
ſaturitatem quærebant , ſed aliquid ad vitæ ſu-
ſtentationem. Accipitur anima pro vita , vt cap.
Gene. 37. 37. Geneſis. Non interficiamus animam eius. Iu
Iudic. 19. dicum 19. Poſuit animam ſuam in manu ſua: Id
Matth. 2. eſt , expoſuit vitam ſuam periculo. Matthæi 2.
Ioan. 10. Defuncti ſunt , qui quærebant animam pueri.
Ioannis decimo:Bonus paſtor animam ſuam dat
pro ouibus ſuis. Vel accipitur , anima pro ipſo
homine:vt ſit ſenſus:expendebant , quæcunque
illis erant cordi, vt ſeipſos reficerent. Accipi au-
tem animam pro homine indicat locus ille ca-
Geneſ. 12. pitis duodecimi Geneſis : Tulit Abram vxorem
ſuam , & Loth filium fratris ſui , vniuerſámque
ſubſtantiam,quam poſſederant:& animas , quas
fecerant in Haran. Id eſt, omnes homines domi
natos. Pro quo Septuaginta habent:Et omnem
animam,quã poſſederant in Haran.hoc eſt, om-
nes ſeruos ſuos. Poſſunt etiam intelligi verba illa
de hominibus, quos Abram & vxor eius inſtru-
xerant in fide vnius Dei. Illos enim fecerunt ho-
mines,cùm antea eſſent veluti animalia rationis
expertia. Nam paraphraſis Chaldaica habet : Et *Onchel.*
tulit ſecum omnes animas , quam ſubiecerant
legi in Haran. Vbi vides animas accipi pro homi
nibus. Ita intelligitur illud capitis quartidecimi
Geneſis,quod dixit rex Sodom Abrahæ: Da mi- *Gene. 14.*
hi animas:cætera tolle tibi. Hoc eſt , da mihi ho-
mines,ſume tibi reliqua ſpolia. Vbi Septuaginta
pro animas,habent: ἄνδρας, Hoc eſt viros. Para-
phraſtes autem Chaldæus animas nobiſcum le-
git. Nos autem quæramus primò panem, qui de *Ioan. 6.*
cælo deſcendit:nam Exodi 17. præcipiebat Deus *Exod. 17.*
vt primo mane quæreretur manna, & in euange *Matth. 6.*
lio ait: Primò quærite regnum Dei.

Vide Domine,& conſidera,quoniam facta ſum vilis.
Verba ſunt vrbis,quæ quaſi audiens calamitates
ſuas ex ore Ieremiæ in has lamentabiles voces
prorumpit : quibus vult Deũ ad miſericordiam
prouocare. Gregorius libro Moralium 13. hunc
locum explicans ait : Vilis plebs Dei efficitur,
quando prauorum numero creſcente in eis non
ſumma & cæleſtia,ſed abiecta & terreſtria ſecta-
tur.

O vos omnes qui tranſitis per viam. Facit Iere- ל
mias Hieroſolymam loquentem, ſuas calamita- *Lamech.*
tes lamentantem, quibus nullæ poſſent æquales
inueniri: Inducit eam veluti mulierem lugẽtem
iuxta viam,quæ incredibili dolore cruciata tran
ſeuntes obteſtatur , vt magnitudinem mœroris
ſui perpendant, vt eam poſſint illo quodammo-
do leuare. Proprium eſt calamitoſorum , tantò
maiorem æſtimare dolorem ſuum, quantò alio-
rum minus intelligere ſtuduerunt.

Quoniam vindemiauit me Dominus Vocat ſe vi-
neam,de qua Eſaias capite quinto:Vinea,inquit, *Eſai. 5.*
Domini exercituum domus Iſrael eſt. Et Deus
apud Ieremiam ſecundo : Ego te plantaui vi- *Iere. 2.*
neam electam. Hæc eſt vinea , de qua loquitur
Chriſtus apud Lucam vigeſimoprimo , quam *Luc. 21.*
Deus plantauit ſepiens illam lege,conſtituens in
illa torcular, hoc eſt templum , & excelſam tur-
rim , hoc eſt prophetiam , ex qua & præteritum
videtur,& futurum. Ac vt Eſaias ait capite quin- *Eſai. 5.*
to , cùm expectaret , vt ferret vuas , tulit labru-
ſcas. Vel vt vertit Aquila:fecit ſpinas : illas ſcili-
cet,quibus Dominum coronauit. Extra hanc vi-
neam eiecerunt agricolæ hæredem , hoc eſt Iu-
dæi Chriſtum Deum verum , filium vnigenitum
patris cœleſtis,cùm eum ex vrbe abduxerunt ad
Caluariæ montẽ,vbi eum occiderunt, & crude-
liter ſauciarunt. Erat enim in vitulo illo adũbra-
tus,qui extra caſtra pro peccato mundi combu-
rebatur:de quo loquitur Moſes capite 16. Leui- *Leuit. 16.*
tici. Id intelligens diuus Paulus capite tertiode- *Heb. 13.*
cimo epiſtolæ ad Hebræos : Propter quod , in-
quit, & Ieſus , vt ſanctificaret per ſuum ſangui-
nem populum,extra portam paſſus eſt. Exeamus
igitur ad eum extra caſtra improperium eius
portantes. Extra caſtra,& extra vineam, hoc eſt,
extra Hieroſolymam eiectus eſt Chriſtus pro
mundi

mundi flagitiis,qui fuit ardore paſſionis in monte Caluariæ incenſus,& inſtar diuinæ fœnicis in cendio diuini amoris inflãmatus.Quam ob cauſam vinea illa fuit penitus diſſipata à Romanis: quæ multò antè fuerat ſpoliata à Babyloniis. Ablatis Hebræis aliis morte, aliis exilio,& ſpoliatis opibus & voluptatibus,vindemiata fuit Hieroſolyma viris,diuitiis,& oblectationibus, ſicut vinea racemis. Vindemiat Deus non ſolùm vitam hominum infimo loco natorum,ſed magnatum & principũ. Id quod de illo ait Dauid pſal.

Pſal.75. 75. Terribili, & ei, qui aufert ſpiritum principum.Verti etiam poteſt: Terribili,& ei, qui vindemiat vitam principum. Cæterùm pro vindemiauit me dominus: vertunt nonnulli: Afflixit me Dominus.Sẽſus eſt idem:ſed verbum vindemiare aptiorem importat ſimilitudinem ad exaggerandam calamitatem. Ideò ait paulò pòſt: Vindemia eos, ſicut vindemiaſti me propter iniqui-

Infr.2. tates meas. Et capite ſecundo harum lamentationum:Vide Domine,& conſidera, quem vindemiaueris:hoc ſchemate vtitur pſalmographus

Pſal. 79. intuens animo Hieroſolymæ calamitates, cùm ait:Vindemiant eam omnes,qui prætergrediuntur viam.Exterminauit eam aper de ſylua,& ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Impias & immanes nationes vocat apros & feras bellum Hieroſolymæ inferentes,eámque crudeliter vaſtantes.

Vt locutus eſt Dominus. Nimirum per diuinos ſuos vates.

D *De excelſo miſit ignem in oſsibus meis: & erudiuit*

Mem. *me.* Comparat Deum cum magiſtro,qui otioſum & improbum diſcipulum grauiter caſtigat, vt illum erudiat, & ad meliorem frugem cõuertat. Senſus eſt: Deus miſit de excelſo, hoc eſt, de cælo calamitatem nomine ignis ſignificatam, vt me combureret, & ſupplicio hoc erudiret. Cap.

Iere.31. 31.ait idem Ieremias: Caſtigaſti me domine, & eruditus ſum quaſi iuuẽculus indomitus. Eſaias

Eſai.28. etiam cap.28. Domine, inquit, in anguſtia quæſierũt te.Et paulò pòſt: Sola vexatio intellectum

Pſal.82. dabit auditui. Et Dauid pſalm.82. Imples facies eorum ignominia,& quærent nomen tuum Do-

Pſal.118. mine. Et pſalmo 118. Bonum mihi, quia humiliaſti me. Intuere calamitatis vtilitatem: ea eſt inſtructio noſtra è cælo diuinitus miſſa,quæ mirum in modum conducit ad vitam immortalem

Similitudo. conſequendam. Peritus colonus deſiderat in Ianuario niues,frigora,& glacies,vt in æſtate multa ſit copia frumenti. Vita hæc eſt hyems, altera eſt æſtas: ſi in hoc Ianuario fuerint frigora calamitatum, erit in æſtate cæli abundantia gaudiorum. Quantò hîc fuerimus propter Deum acerbiorum ærumnarum anguſtiis afflicti,tantò illic erimus maioribus gaudiis cumulati.Nam vt di-

Rom.8. uus ait Paulus capite 8. ad Romanos: Heredes quidem Dei,coheredes autem Chriſti, ſi tamen

2.Tim.2. compatimur,vt & glorificemur. Et cap.2. 2. ad Timothæum: Si commortui ſumus, conuiuemus: ſi ſuſtinemus, conregnabimus. Mœror æquo animo toleratus conuertitur in oblectatio-

Ioan.16. nem,iuxta illud ſeruatoris noſtri apud Ioannem

Similitudo. ſextodecimo: Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.Quemadmodũ lauri baccæ & herbe nonnullæ amaræ quidem ſunt, ſed ad ſalutem mirum in modũ conducunt:ſic calamitates quamuis aſperæ ſint,ſalutares tamen ſunt. Sed hoc intelligitur,niſi apud homines obſtinatos,qui illis ſiunt deteriores. Vt vina excellentia infuſa in va- Similitudo.

ſa è taxo facta redduntur mortifera: ita afflictiones alioquin vtiles in hominibus teterrimis,ſceleſcelerúmque maculis notatiſſimis,ſunt ſæpenumero peſtilentes,non earum culpa, ſed illorum. At à Deo nobis ad commodum noſtrum genera liter infliguntur.Meritò ergo ſcriptum eſt cap.5. Iob 5.

Iob: Beatus homo qui corripitur à Deo,increpationem ergo Domini ne reprobes:quia ipſe vulnerat, & medetur:percutit, & manus eius ſanabunt. Ac vt ait hoc loco Ieremias: Deus de excelſo mittit ignem, quo erudiat. Significari autem calamitatem nomine ignis indicat diuina ſcriptura pſalmo ſextodecimo: Igne me examinaſti: Pſal.16.

& non inuenta eſt in me iniquitas. Pſal.65. Tran- Pſal.65.

ſiuimus per ignem & aquam. Ieremiæ 15. Ignis Iere.15.

ſuccenſus eſt in furore. Capite Ezechielis vige- Ezec.20.

ſimo: Ecce ego incendam in te ignem Oſeę octa- Oſea 8.

uo: Mittam ignem in ciuitatem eius, Amos pri- Amos 1.

mo: Mittam ignem in domum Aſael. Nahum ter Nahum 3.

tio: Comedet te ignis. Fortaſſe hoc Ieremiæ loco per ignem de cœlo miſſum intelligitur ignis naturalis, quo Deus permiſit, vt tẽplum, & alia munita ac fortia Hieroſolymæ mœnia, quæ erãt velut oſſa corporis,flagrarent. Narrat enim Ieremias cap.52. fuiſſe ciuitatem flammis expoſitam. Iere.52.

Huic explanationi fauet paraphraſis Chaldaica, quæ habet: De cœlis miſit ignem in caſtella mea fortiora, & ſubegit illa. Poteris rectiſſimè per ignem intelligere iram Dei, cuius grauitatem exaggerat diuinus vates, comparans illam cum emiſſione ignis de cœlo, & ſtatim cum emiſſione retis, quo Deus Hieroſolymam illaqueauit & irretiuit,propter flagitiorum vincula, in quæ ſe ipſa coniecerat.

Expandit rete pedibus meis. Hoc eſt, miſit in me iram ſuam, qua me traderet iritam Babyloniis. Vel accipitur rete pro exercitu Babyloniorum, quo Hieroſolyma fuit illaqueata. Ita accipitur apud Ezechielem capite duodecimo: Extendam Ezech.12.

rete meũ ſuper eum, & capietur in ſagena mea. Similiter capite decimoſeptimo, & trigeſimoſe- Ezech.17.

cundo. Poteſt hic locus ita explanari: Cùm ego Ezech.32.

currerem ad flagitia,ligauit me Deus laqueo calamitatis,ne longius progrederer:ſed retro reuerterer, & ad me ipſam redirem. Sequitur enim: Conuertit me retrorſum. Ac ſi dicat: Calamitas mea fuit impedimentum, ne vltrà abirem, quo Deus me à ſceleribus retraxit.Hæ ærumnæ meæ fuerunt ſpinæ,quibus iter meum intercluſit, Apud Oſeam enim ait Deus cap. 2. Sepiam viam Oſe.2.

tuam ſpinis: & ſepiam eam maceria. Et ſemitas tuas non inueniet.

Poſuit me deſolatam. Id eſt, nullum mihi præbuit ſolatium: luctum meum continuum nulla conſolatione leuauit. Apud Baruch ait illa Baruc.4.

capite quarto: Adduxit Deus mihi luctum magnum.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu ɔ

eius. Hoc eſt, aduenit tempus diuinæ vltionis, Nun.

quam Deus diu diſtulerat. Iugum iniquitatum ſuarum appellat calamitatem & caſtigationem, quam ob peccata ſua ſuſtinebat. Hoc debitum ſupplicium dicitur dormiſſe in manu domini,

quandiu ille ſcelera ipſius Hieroſolymæ diſſimulauit, & pœnam diſtulit, & illa impunè quieſcebat. Tunc autem dicitur vigilaſſe in manu eius, cùm ipſe ingratæ atque impiæ ciuitati pœnam hanc inflixit, & ipſa illam ſenſit, & ad ſe quodammodo rediit. Seruitutem Babyloniçam, pœnâſque omnes, quas tunc luebat ſceleratum ſuorum, & iram Dei, qui eas ab illa expetiuit, comparat cum aſpero iugo, quemadmodum paulò antè eum igne de cœlo comparauerat. Huiuſmodi iugum poſuerat Sennacherib decem tribubus diuina ita exigente iuſtitia, quando Samariam euertit. Ac voluit ponere Hieroſolymæ, quæ tunc fuit à Deo mirabiliter liberata:
4.Reg.19. vt libro quarto Regum cap. decimonono: & ca-
Eſai. 37. pite Eſaiæ trigeſimoſeptimo diuina refert ſcri-
Eſai.10. ptura. Ideo ait Eſaias decimo: Computreſcit iugum à facie olei. Hoc eſt, dura ſeruitus quam Sennacherib conabatur inferre Hieroſolymæ, diſſipabitur à facie olei, hoc eſt, à facie Ezechiæ regis, qui erat vnctus oleo. Sed multò tectiùs & altiùs per oleum illud intelligitur Chriſtus verus Deus, & verus homo, vnctus oleo gratiæ: de
Pſal. 44. quo ait Dauid pſal. quadrageſimoquarto: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Quem locum diuus Paulus in epiſtola
Heb.1. ad Hebræos de Chriſto interpretatur. Iugum enim diaboli ſolutū ac diſſipatum fuit per Chriſtum: de quo paraphraſtes Chaldæus locum illum Eſaiæ explanauit. Poteris hoc Ieremiæ loco per iugum hoc intelligere ſeruitutem peccati,
Ioan.8. de qua ait Chriſtus capite 8. Euangelij Ioannis: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. De qua ſuprà locuti ſumus.

Conuoluta ſunt, & impoſita collo meo. Nimirum iniquitates meæ. Explanatio eſt ſuperioris. Appellauerat iniquitates ſuas iugum, nunc appellat eas catenas impoſitas collo ſuo. Quod poteſt de vtraque intelligi ſeruitute, corporis ſcilicet, & animi. Fortaſſe alludit ad illorum morem, qui ſolét ad collum latronis conijcere prædam, cùm eum in furto ipſo deprehendunt.

Infirmata eſt virtus mea. Id eſt, decidit robur meum Deo me deſerente. Accipitur virtus pro
Pſal.30. vi & fortitudine. Eodem modo pſalmo trigeſimo: Infirmata eſt in paupertate virtus mea. Ac ſi dicat: Debile & fragile factum eſt in calamitate mea robur meum. Pro, in paupertate, poteris etiam vertere, in ſupplicio, vel in pœna. Quidam vertunt, in peccato: & rectè quidem: ſed accipitur peccatum pro pœna peccati: quam interpres noſter paupertatem appellauit.

Dedit me dominus in manum. Attribuit Hieroſolyma victoriam Babyloniorum non ipſis, ſed diuinæ iuſtitiæ. Senſus eſt: Tradidit me Deus, ita exigentibus flagitiis meis in Babyloniorum poteſtatem. Tradi in manum alicuius, phraſis eſt in diuinis literis vſitata. Qua de re ea poteris vide-
Dani.1. re, quæ diximus in explanatione in 1. cap. Danielis, cum verba illa exponeremus: Tradidit dominus in manum eius Ioachim.

De qua non potero ſurgere. Subaudi, virtute mea. Indicat magnam Chaldæorum poteſtatem. Nulla te teneat admiratio, cùm videas me hoſtes illos Hieroſolymæ aliquando Babylonios, aliquando Chaldæos vocare: nam hæc duo nomina confunduntur. Cùm enim Babylon vrbs quondam celeberrima eſſet in Chaldæa, totius regni caput & metropolis, effectum eſt, vt omnes Chaldæi Babylonij vocarentur: vt aliis in locis copioſè indicauimus.

Abſtulit omnes magnificos meos dominus de medio u
mei. Proſequitur miſeriam, in quam Deo ita vo- Samech.
lente inciderat. Ac ſi dicat: Abſtulit Deus à me principes ſacerdotes, omnes viros dignitate, fortitudine, ſapientia, & generis claritate præſtantes: eos relinquens, qui ſunt infimo loco nati, nulla illuſtri laude celebrati, nulla ſapientia, nulla fortitudine muniti, nullam numinis amplitudinem conſecuti. Id prædixerat Eſaias ca.3. his ver- Eſai 3.
bis: Ecce enim dominator Deus exercituum auferet à Ieruſalem, & à Iuda validum & fortem, &c. Lege caput vltimum Ieremiæ, & libri quarti Iere. 52.
Regum, vbi hæc inuenies literis mandata. Pro 4.Reg.25.
abſtulit vertunt nonnulli conculcauit: vt ſit ſenſus: permiſit Deus, vt in medio mei omnes viri magnifici Hebræi à Babyloniis conculcarentur. Cùm enim mortui iacerent in viis, eos Babylonij pedibus terebant. Perpende: Babylonij auferebant & conculcabant Hebræos: & Ieremias ait hoc loco Deum hoc feciſſe, quia illud vole-
bat. Eodem modo Iob cap.1. Dominus dedit, do- Iob 1.
minus abſtulit. Abſtulerant enim prædones boues & camelos: & ille dicebat: Dominus abſtulit. Eſt enim Deus author mali pœnæ, ſed non mali culpæ. Diuus Ambroſius in pſalmum centeſimum decimum octauum hæc Ieremiæ verba de tempore aduentus Chriſti explanat, quando eum obſtinati Iudæi recipere noluerunt. Quare fuerunt meritò à Romanis victi, interfecti, conculcati & in calamitoſum exilium coniecti.

Vocauit aduerſum me tempus. Nimirum aptum ad exitium meum, vt eos deſtrueret, quos ego ob eorum merita ad gloriam meam elegeram. Sed quia tempus accipitur aliquando pro ſeculo, ſeculum autem pro hominum cœtu, poteſt eſſe ſenſus huius loci: Vocauit Deus contra me gentes, & hominum congregationem, qui me ad perniciem & vaſtitatem vocarent.

Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda. Hoc eſt, confecit me Deus vehemente calamitate: & ſummo ærumnarū pondere me oppreſſit. Comparat miſeriam ſuam grauiſſimo torculari, quo Deus tanquam aſpero ſupplicio illam puniuit.
Apud Eſaiam capite 63. ait Deus: Torcular cal- Eſai.63.
caui ſolus: & de gentibus non eſt vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in
ira mea. De illo ait Ioannes cap.19. Apocalyſis: Apoc.19.
Ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Quibus in locis per torcular ſupplicium ſignificatur. Appellat ſe Hieroſolyma virginem, quia nondum fuerat ante vaſtitatem illam euerſa: vel quia vnū Deum coluerat: vel ob delicias, quib. fuerat nutrita. Virginem vocat eam Eſaias capite trigeſimoſeptimo: Et Ieremias Threnorum ſecundo. Illa autem vocat ſe filiam Iuda, quia ab illo originem ducebat: à quo Iudæi denominabantur. Vel loquitur ad literam de puellis Hieroſolymæ in illa vrbis vaſtitate mirum in modum afflictis. Ac ita accipitur numerus ſingularis pro plurali: vt ſit ſenſus: Oppreſſit Deus torculari calamitatum virgines Hebræas, inſtar

vuarum, quæ torcular torquentur, & concul- cantur. Quidam vertunt: Torcular extendit dominus aduerſus virginem filiam Iudæ. Vt ſcilicet exprimeret ſanguinem virginum Hieroſolymæ, quemadmodum torcular exprimit ſanguinem vuarum. Vult ſignificare illa expugnatione non ſolùm iuuenes, ſed etiam puellas periiſſe:

Pſal. 77. iuxta illud pſalmi 77. Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorũ non ſunt lamentatæ. Hoc eſt, Iuuenes populi Iſraelitici fuerunt acerbè afflicti, & vita priuati, & virgines non deplorauerunt illos, quia ſimul fuerũt interfectæ. Quidam vertunt locum illum: Et virgines non ſunt laudatæ. Hoc eſt, poſt earum interitum non erat, qui eas laudaret: tanta enim erat clades, vt non remaneret, qui poſſet mortuorum laudes celebrare. Vel, virgines non fuerunt laudatæ epithalamiis ſcilicet nuptialibus. Hoc eſt innuptæ perierunt. Solebant enim antiqui laudibus efferre virgines, cùm eas parentes in matrimonium collocabant.

ע
Haiu. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus eſt à me conſolator conuertens animã meam: facti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.

פ
Phe. Expandit Siõ manus ſuas, non eſt, qui conſoletur eam: mandauit dominus aduerſum Iacob in circuitu eius hoſtes eius: facta eſt Ieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos.

צ
Tſade. Iuſtus eſt dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. Audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

ק
Coph. Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me: ſacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt, quia quæſierunt cibum ſibi, vt refocillarent animas ſuas.

ר
Res. Vide domine, quoniam tribulor: conturbatus eſt venter meus: ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum: foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt.

ש
Xin. Audierũt, quia ingemiſco ego, & non eſt, qui cõſoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati ſunt, quo niam tu feciſti: adduxiſti diem conſolationis, & ſicut ſimiles mei.

ת
Tau. Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos, ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

ע
Hain. *Idcirco ego plorans.* Eam ob cauſam ego fleo, & oculi mei lachrymas profundũt, quia careo conſolatore, qui conuertat animum meum à mœrore ad lætitiam: qui vitam meam à præſente miſeria reſtituat in priſtinam felicitatem. Per conſolatorem qui eam deſeruerat, regnum intelligit Aegyptiorum. Sed quia ſequitur: Conuertens animam meam: videtur per conſolatorem, qui ei deerat, ſignificare Deum, ipſe enim eſt, qui hominum animas ad ſeipſum cõuertit. Sed quia conuertere animas idem eſt aliquando quod eas placare, & quietas reddere, vt pſalmo decimo- *Pſal.* 18.
octauo: Lex domini immaculata cõuertens animas: poteſt verti locus hic: Propterea ego ploro, & oculus meus lachrymas profundit: quia longè à me abeſt conſolator, qui animas agitatas & fluctuantes poteſt reddere placatas atque tranquillas. Deus vbique eſt per eſſentiam præſentiam & potentiam: ſed abeſſe dicitur ab impiis, quia non eſt in illis per gratiam, nec per diuinam conſolationem. Ideo ait Dauid pſalmo 118. Longe à pec- *Pſal.* 118.
catoribus ſalus. Et Salomon Prouerbiorum *Prou.* 15.
quintodecimo: Longè eſt dominus ab impiis. Nec ſolùm impios, ſed viros etiam iuſtos relinquit aliquando per conſolationis abſtractionem. Id ſentiebat Dauid: cùm pſalmo nono aie- *Pſal.* 9.
bat: Vt quid domine receſſiſti longè? deſpicis in opportunitatibus: in tribulatiõe. Id efficit Deus, cùm viros pietate, religione, & ſapientia pręſtanſtes permittit grauiter vexari ab improbis hominibus, & in acerbas calamitates venire. Sed non ideo debent cadere animo: nam id illis ad illuſtriorem meritorum coronam conducit.

Facti ſunt filij mei perditi. Habitatores ſuos filios vocat. Cap. 50. ait Ieremias: Grex perditus *Iere.* 50.
factus eſt populus meus.

פ
Phe. *Expandit Sion manus ſuas, non eſt, qui conſoletur eam.* Hoc eſt, implorauit Hieroſolyma miſericordiam ab amicis & vicinis populis, à quibus auxilium petiuit ſed nullus fuit, qui ei opem ferret, qui eam ab obſidione eriperet, & dolore leuaret. Extendere ſiue expãdere manus eſt preces fundere, & præſidium poſtulare. Id indicat Eſaias capite primo, vbi Iudæis, impiis Deum *Eſai.* 1.
obſecrantibus dixit ipſe Deus: Cùm extenderitis manus veſtras, auertã oculos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, nõ exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. At cùm pius Moſes leuaret manus, vincebat Iſrael: vt capite decimoſeptimo Exodi eſt literis manda- *Exod.* 17.
tum. Manus enim illæ, quas iuſtus vir ad cœlum extollebat, contentionem orationis ſignificabant. Extendere etiam manum ad aliquem eſt illum vocare. Vocauit Hieroſolyma amicos, cum quibus erat fœdere coniuncta, ſed eam audire noluerunt. Vel extendit manus ad Deum illum vocans & obteſtans, vt eam à Babylonis liberaret: ſed id ita peccatis eius exigentibus diuinam non ſenſit conſolationem. Aequum fuit, vt quæ Deum illam vocantem, & ad eam manus extententem neglexit audire, ipſa poſteà Deum vocans, ad illùmque manus extendens non inueniret conſolantem nec reſpondentem. Ipſe enim Deus capite Prouerbiorum primo: Vocaui, in- *Prou.* 1.
quit, & renniſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo, & ſubſãnabo, cũ vobis id quòd timebatis, aduenerit: cum irruerit

repentina calamitas: quando venerit ſuper vos *Infrà 5.* tribulatio & anguſtia. Capite quinto harum lamentationum ait Ieremias: Aegypto dedimus manum, & Aſſyriis. Sed ibi dare manum eſt inire fœdus & ſubiectionem promittere, hîc autem expandere manum eſt vocare, & auxilium petere. Cæterum pro expandit manus ſuas: poteris etiam vertere: Fregit manibus ſuis. Ac tunc erit ſenſus: Ipſa Hieroſolyma in mõte Sione ſita ſibimet fregit panem manibus ſuis, neminem habens qui illum frangeret ipſi. Solent enim cõſolatores frangere & porrigere cibum illis, qui in luctu & lachrymis verſantur. Significat his verbis, neminem habuiſſe, qui eam conſolaretur.

Mãdauit dominus aduerſum Iacob in circuitu eius hoſtes eius. Id eſt, iuſtè voluit Deus, vt venirent Chaldæi aduerſus Hebræos, qui ideo vocantur Iacob, quia ab illo originem ducunt: vt eſſent in circuitu eius: hoc eſt, vt eos obſiderent, & oppugnarent. Vel ideo dicit, in circuitu eius, quia hoſtes Hieroſolymæ qui habitabãt in circuitu eius, venerunt cum Chaldæis aduerſus illam.

Facta eſt Ieruſalem quaſi polluta menſtruis. Ad quam ſcilicet nemo accedit. Hoc ideo ait, quia Aegyptij amici eius noluerunt ei opem ferre, ne accedere quidem ad illam. Vel comparat ſecum muliere menſtruis cõtaminata, quia hoſtes eius illam ſanguine, cædibus, & flagitiis polluerunt. Vel tantam ait eſſe miſeriam ſuam, vt eam hoſtes vilem, pollutam, & execrandam reputarent. Quot nominibus appellata quondam fuerit Ieruſalem, diximus in commentariis in primum caput Danielis. De eius acceptionibus vide Origenem in Ioſue homilia 21. & in Cantica homilia 3. & in Ezechielem homilia 5. Hieronymum in Eſaiam 49. Cyrillum de adoratione Spiritus ſancti, Arnobium in pſal. 78. & 121. Rupert. 7. de diui. Offic. Georgium Venetum in Harmonia cantu primo, tomo 7. cap. 32.

Iuſtus eſt dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. Senſus eſt: Deus qui mihi pœnam hanc inflixit, iuſtus eſt: & ego meritò hæc patior, quia eum ad iracundiam meis ſceleribus laceſſiui. *Pſal. 118.* Idem dicebat Dauid Pſalmo 118. Iuſtus es do- *Dani. 9.* mine, & rectum iudicium tuum. Et Daniel capite nono: Iuſtus dominus Deus noſter in omnibus operibus ſuis, quæ facit. Idem eſt, os domini ad iracundiam prouocaui, atque ipſum dominum ad iram laceſſiui. Os enim Dei accipitur *Eccle. 24.* pro ipſo Deo, vt capite Eccleſiaſtici. 24. Ego ex ore altiſſimi prodiui. Verba ſunt filij Dei, qui ex altiſſimo Deo procedit. Vel ideo Hieroſolyma dicitur os domini ad iracundiam prouocaſſe, quia nec eius verba voluit audire, nec eius præcepta ſeruare. Quam ob cauſam ipſe Deus apud *Iere. 35.* Ieremiam cap. 35. Populus iſte, inquit, non obediuit mihi. idcirco hęc dicit dominus exercituũ, Deus Iſrael: Ecce ego adducam ſuper Iudam, & ſuper omnes habitatores Ieruſalem vniuerſam afflictionẽ, quam locutus ſum aduerſus illos: eo quòd locutus ſum ad illos, & non audierunt. Vn- *Theod.* de Theodoretus hæc verba: os eius ad iracũdiam prouocaui, interpretatur: latas ab eo leges tranſgreſſa ſum. Poteſt tota hæc oratio ita explanari: Iurè hæc patior, quia meis flagitiis iudicem iuſtum & natura clementem compuli duram contra me ore ſuo ferre ſententiam. Sed quia os domini accipitur aliquando pro diuino vate, per quem tanquam per os Deus loquitur: vt capite nono Ioſue: Os domini non interrogauerunt: Eſaiæ trigeſimo: Os meum non interro- *Ioſue 9.* gaſtis: fortaſſe hoc loco per os domini intelli- *Eſai. 30.* gitur Ieremias, quem Hieroſolyma audire recuſauit. Tunc os domini laceſſiuit, quando diuinum vatem contempſit, & grauibus contumeliis affecit. Vel per os domini eius voluntas ſignificatur. Nam capite Geneſis vigeſimoquar- *Gene. 24.* to vbi nos habemus: vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatem: eſt in Hebræo: Vocemus puellam: & interrogemus os eius. Membra humana, ſicut humani affectus tropicè Deo aſcribuntur, non propriè: nam incircunſcriptum numen & immenſa maieſtas nullis lineamentis corporis circunſcribitur. Aſpicis quàm variè poſſit accipi os domini hoc Ieremiæ loco, ſi hoc ad Hieroſolymæ euerſionem per Babylonios intelligatur. Sed graues authores aiunt, his lamentationibus deploraſſe Ieremiam non ſolùm præteritam vaſtitatem per Babylonios, ſed etiam futuram per Romanos. Hac ratione ductus diuus Auguſtinus in libro de eſſentia diuinitatis, per os domini hoc loco intelligit Chriſtum Deum noſtrum, quem Iudæi crudeliſſimis iniuriis lacerarunt: quam ob cauſam exitium ſibi conflarunt, & ciuitatem ſuam funditus euerterunt.

Audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum. Prouocat omnes ad miſericordiam ſui, inuitans illos ad audiendam & videndam ipſius calamitatem.

Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me. Vocaui Aegyptios mihi fœdere coniunctos, & alios, qui me vnicè diligere videbantur, vt mihi opem ferrent, & à Babyloniis liberarent: ipſi autem fefellerunt me. Permiſit ita Deus, quoniam ipſe præceperat Iudæis, ne cum gentibus infidelibus haberent familiaritatem: id quod illi ſeruare no- *Exod. 34.* luerunt. Capite Exod. 34. dicebat Deus populo Iſraelitico. Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias. Et Numerorum 16. *Num. 16.* Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quę ad eos pertinent: ne inuoluamini in peccatis eorum. Et Deut. 12. Cùm habi- *Deut. 12.* taueris in terra earum, caue, ne imiteris eas. Subaudi gentes idolorum cultrices. Pro quo paraphraſis Chaldaica habet: Caue tibi, ne offendas poſt eas. Poteſt etiam verti: Caue, ne illaqueeris illis. Aut vt tranſtulit Pagninus: Caue tibi, ne illaquees te poſt eas. Vbi vides eſſe iniquorum familiaritatem peſtiferum laqueum. Id quod Deus præcepit Hebræis ca. 11. Leui. ne tangerent ani- *Leui. 11.* malia cõtaminata. interpretatur Euſebius Cęſa- *Euſebius.* rienſis li. 8. euãgelicę pręparationis, de improborũ hominũ familiaritate & conſuetudine. Qui autem ſint homines, qui illis animalibus ſignificentur, Iſychius Hieroſolymitanus, & Radulphus Flauiacẽſis in cõmmentariis in Leuiticũ, & Clemens Alexandrinus in quinto Stromatũ ſapienter explanarũt. Quemadmodũ qui manibus tetit atq; tractat carbones extinctos, etiã ſi candidas habeat manus, eas tamen polluit & contaminat: ſic qui familiaritate complectitur homines improbos ſcelerum maculis inuſtos tametſi virtutum

tutum nitore antea fuerat inſignis, in labes tamen animi & impuritatem incurrit. Ait enim
Ecclеſ.3. Eccl.cap.3. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab
Simılıa. ea. Vt exiguum venenum totam potionem aliàs ſalutarem deprauat: ſic ſolus vnus homo totam rempublicam euertit. Eſt veluti peſtilens aer, qui tametſi exiguus in totam regionẽ peſtilentiam diffundit. Ac vt verbis vtar apoſtoli in prio-
1.Cor.5. re ad Corinthios, modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Si ſtella illa, quam vocãt ca-
Similitudo. niculã, cùm eſt Soli coniuncta, illum inficit, eiuſque calorem auget: dicta canicula, quòd corpora hominũ morbo afficiat, & nimio calore mordere videtur: quid miraris, ſi vnus depreuatus homo totam rempublicã perturbet? Atqui ſi vnus hoc efficit, quid facient multi? Ideo Iudæi Samaritanorum familiaritatem declinabant. Ait enim
Ioan.4. diuus Ioan. cap. 4. ſui euangelij dixiſſe Samaritanam Chriſto: Quomodo tu Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana?
Similitudo. Non enim coutũtur Iudæi Samaritanis. Quemadmodum taxus ſola vmbra necat dormientes, vt dioſcorides ait: ita impius familiaritate & cõtagione inficit, & perdit incautos. Ideo ait pſal-
Pſal.17. mographus: Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Vt hædera ſi arborem de-
Similitudo. cliẽt ei nihil affert detrimẽti, ſin eã amplexatur, mirum in modum ei nocet: ſic impuri & facinoroſi homines ſi à te fuerint alienati, non te lædẽt, ſin autem te familiaritate comprehẽderint, ſenties eos noxios & peſtilentes. Nam vt Salomon
Prou.16. ait cap. Prouerbiorũ 16. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam. Vbi lactare idem eſt quod decipere, & blandis verbis allicere, vt eum poſſit ad vitia incitare. Quare perditorum hominum familiaritatem, & omnia, quæ nocitura videntur, fugere debemus: obſunt enim morum & ſermonũ corruptelis, tetráſque labes, & animo, & nomini noſtro inurunt. Præterea non ſunt amici niſi ad tempus,
Similitudo. quorum amicitia in vtilitate propria cõſiſtit. Vt locuſtæ & nõnullæ aues tẽpore verno & æſtiuo præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt: ſic falſi fictique amici tranquillo proſperitatis tempore apparent: ſed ſimulatque rerum aduerſarum hyemem vident, deuolãt, & fugiunt. Nam cùm apud ipſos vtilitas amicitiam conglutinet, eam commutata diſſoluit. Eſt amicus ſocius mẽſæ, inquit
Eccl.6. Eccle. cap. 6. & non permanebit in die neceſſitatis. Inconſtantes & perfidi amici ſunt, qui amicitiam commodo metiuntur, cuius ſpe adempta ſtatim ab amicitia recedũt. Huiuſmodi fuerunt, qui Hieroſolymam amore proſequi videbantur. De illis ait hoc loco: Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me. Oſtendit hic locus ſpem noſtram non eſſe in mundo figendam, ſed in Deo:
Pſal.45. de quo canit Dauid pſal. 45. Deus noſter refugiũ & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Mundi auxilium vocat Eſaias
Eſai.36. cap. 36. baculum arundineum, qui facilè frangitur, & manus vulnerat, quo niti haud quaquam
Iere.17. debemus. Ait enim Iere. cap. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine.

Sacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe cõſumpti ſunt, quia quæſierunt cibum ſibi. Exaggerat Hieroſolymæ famem & inopiam, qua laborabat. Nam ſacerdotes quibus non deberet deeſſe victus, cùm etiam Pharao tempore famis Aegypti illis alimenta miniſtrauerit, vt in lib. Geneſis ſcriptum *Gene.47.*
legimus, tempore expugnationis Hieroſolymæ per Chaldæos fame perierunt. Similiter & ſenes inedia conſumpti ex vita demigrarunt. Id prædixerat his verbis Eſai. 5. Nobiles perierũt fame. *Eſai.5.*

Vt refocillarent animas ſuas. Hoc eſt, ad ſuſtẽtandam vitã: ac ſi dicat: nõ delicias & epulas exquiſitas, ſed aliquid ad vitæ neceſſitatẽ quæſierunt. Fortaſſe vetat hoc vitio ſacerdotum & præſidũ, quorum vnuſquiſq; ſibi, non autẽ populo cibos quærebat. De illis ait Ezechiel ca. 34. Væ paſto- *Ezec.34.*
ribus Iſrael, qui paſcebãt ſemetipſos. Nõne greges à paſtoribus paſcuntur? Bonus pontifex eſt *Similitudo.*
pellicanus, qui proprio ſanguine filios reficit & ſuſtentat: pro quorum ſalute vitam amittit: iuxta id quod ait paſtor cœleſtis apud Ioan. 10. Bonus *Ioan.10.*
paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Vbi anima accipitur pro vita, quæ propter Deum eſt periculis exponenda, cum opus fuerit. Quemad- *Similitudo.*
modum pluris æſtimanda eſt fulgentiſſima annulli gemma, quã annullus ipſe ſine illa: ſic pluris facienda eſt anima ad ſimilitudinẽ Dei creata, & immortalitate monita, quàm corpus terreuum & caducum, vbi illa continetur.

Vide domine, quoniam tribulor. Apoſtrophe eſt ad Deum, quem vult ad miſericordiam prouo- *Res.*
care. Oſtendit ad illum eſſe in omni dolore & calamitate confugiendum.

Conturbatus eſt venter meus. Hoc eſt, cõturbata ſunt viſcera mea. Poteris per ventrẽ intelligere cor: nã volens ſignificare, quid per ventrẽ intelligeret, addidit: Subuerſum eſt cor meũ. In eandẽ ſignificationem accipitur 4. cap. Ieremiæ: Ventrẽ *Iere.4.*
meum ventrem meum doleo. Sicut enim proles in vtero concipitur, ita in corde cogitatio.

Foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt. Extra domum eſt gladius inimici iugulans, domi autem eſt fames inſtar mortis interficiens. Vel ita: foris eſt hoſtis immanis, in animo autem vehemens dolor & timor. Ita diuus Paulus cap. 7. *2.Cor.7.*
epiſt. 2. ad Cor. Cùm veniſſemus Macedoniam, nullam requiẽ habuit caro noſtra: foris pugnæ, intus timores.

Audierunt, quia ingemiſco ego: & non eſt, qui conſoletur me. Audierunt Aegyptij, & aliæ nationes *Xin.*
mecum fœdere cõiunctæ gemitus meos, & nullum mihi perfugium præbuerunt: nulla in re me mœrore leuarunt. Si verè fuiſſent amici, Deumque timuiſſent, non tam impiè Hieroſolymam derelinquerent. Nam vt Iob ait cap. 6. Qui tol- *Iob 6.*
lit ab amico miſericordiam, timorem Domini derelinquit. At fidelis amicus nunquã amicum deſerit: ſed in mediis calamitatibus opitulatur illi, aut certè eum aliqua cõſolatione permulcet. Ideò ait Eccleſiaſticus ſexto: Amicus fidelis pro- *Eccl.6.*
tectio fortis: qui inuenit illum, inuenit theſaurũ. Pulegium iuxta Dioſcoridis ſententiam vtile eſt *Similitudo.*
ad morſus ſerpentium venenatorum, & ad animi defectiones: & brumali tempore quando aliæ exareſcunt plantæ, floreſcit. Idem ait etiam Plinius: & temporis floreſcendi meminit Cicero in libro de diuinatione. Ita verus amicus eſt vtilis ad calamitates ab impiis illatas hominibus penitus auferendas, aut vtcunque leuandas:

& medetur cordis defectionibus: & in medio hyemis procellarũ & dolorum, quando alij viriditaté amittunt, ſilet & fugiunt, ipſe floreſcit, loquitur, & integer apparet. At amici Hieroſolymę eam in gemitu & mœrore verſantem deſeruerunt.

Omnes inimici mei. Audiẽtes hoſtes mei perniciem meam fuerunt lætitia affecti, quòd tu Domine me deſerueris. Huiuſmodi eſt illud Dauidis pſalmi ſeptuageſimi. Qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerũt in vnum, dicentes: Deus dereliquit eum: perſequimini, & comprehendite eum, quia non eſt, qui eripiat. Verba illa: Qui cuſtodiebant animam meam, idem valent atque: qui inſidiabantur vitæ meæ. *Pſal. 70.*

Adduxiſti diem conſolationis, & fient ſimiles mei. Ponitur præteritum pro futuro more prophetarum, qui ad certã ſuorum verborum veritatem ſignificandam verbis præteriti temporis ſæpe vtuntur. Senſus eſt: adduces tu Domine tempus conſolationis meæ, & exitij illorum: & tunc ſimiles mei erunt: quemadmodũ ego nunc in miſeria verſor: ſic illi tunc in miſeria verſabuntur. Perpende, quàm impium ſit afflictorum pernicie lætari: quandoquidem eam ob cauſam permittit Deus, vt qui inſultant calamitoſis, in ſimiles incidant calamitates. Et ita fit, vt patiẽtia iſtorum coronetur: & impietas improborum puniatur. Id voluit Apoſtolus ſignificare cap. 1. epiſtolæ ſecundæ ad Theſſalonicenſes, cùm ait: Si iuſtum eſt apud Deum retribuere retributionẽ his, qui vos tribulant: & vobis, qui tribulamini, requiem nobiſcum. *2. Theſ. 1.* Vbi particula, ſi, accipitur pro ſiquidẽ: & retributio pro afflictione: nam Græci codices habent θλῖψιν, hoc eſt, calamitatem, ſeu afflictionem. Poteſt hic Ieremiæ locus ita explanari: Adduxiſti Domine Babyloniis tẽpus conſolationis & lætitiæ: ſed veniet tempus exitij eorum, & tunc gerent mei afflicti ſtatus ſimilitudinem: nunc ob partam victoriam lætantur: ſed futurum eſt, vt vincantur, & tunc mœrore afficientur. Pro conſolationis, poteris etiam vertere, prædictionis, vt ſit ſenſus: Adduxiſti tempus, quod per diuinos tuos vates prædixeras, vt hoſtes noſtri ingredierentur templum, quemadmodum nos Iſraelitæ ingrediebamur. Harũ explanationũ prima videtur rectior & germanior: & verbis ſequentibus accommodatior.

ת *Tau.* *Ingrediatur omne malum eorum coram te.* Hoc eſt, introeant Domine in conſpectum tuum omnia Babyloniorum flagitia, vt eos mulctes debitis ſupplicijs. Petit à Deo non ob vltionem, ſed ob iuſtitiam, vt impios puniat, & memor eorum ſcelerum in illos animaduertat. *Pſal. 108.* Ita Dauid pſalmo 108. aduerſum impium loquens: Epiſcopatum eius, inquit, accipiat alter. Et paulò pòſt: In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu Domini, & peccatum matris eius non deleatur. Sint contra Dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorũ. Vbi particula contra, idem eſt quod coram: vt ſit ſenſus: Sint peccata illa ſemper corã Deo, ne illa vlciſci, eorumque pœnas expetere obliuiſcatur. Sed tam ea quæ hic ait Ieremias, quàm quæ ait pſalmo illo Dauid, vaticinationes ſunt, & non deprecationes aut exsecrationes. Saltem de verbis Dauidis nulla eſt dubitatio: nam diuus Petrus apoſtolus capite 1. Actorum Apoſtolorum ea de Iuda proditore interpretatur de quo aſſerit prædicta fuiſſe: *Act. 1.* ita enim ait: Oportet impleri ſcripturam, quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauidis de Iuda. Non igitur Dauid perniciem deprecabatur alicuius, ſed de illa, quã Iudas erat perpeſſurus, vaticinabatur. Eodem modo multa alia loca diuinorum vatum intelliguntur. Qua de re vide Hieronymum in cõmentariis in hunc Ieremiæ locum, Anacletum ſummum pontificem epiſtola ſecunda, Auguſtinum de ſermone Domini in monte, Euthymium in titulum pſalmi 108. Thomam Aquinatem 2.2. quæſt. 83. art. 8. *Hieron. Anacle. Auguſt. Euthy. Theolo.* Simili modo Ieremias hoc loco prædicit Babyloniorum exitium, de quo etiam aliis in locis vaticinatus fuerat. Ideò ait: Ingredietur omne malum Chaldæorum coram te, & deſtrues illos. Vbi malum accipitur pro malo culpæ: hoc eſt, pro peccatis. Vel pro malo pœnæ, quod Chaldæi Hieroſolymæ intulerunt.

Vindemia eos ſicut vindemiaſti me. Hoc eſt, affliges eos propter eorum ſcelera, quemadmodum me propter mea afflixiſti. Ponitur imperatiuus modus pro futuro indicatiui. Accipi vindemiare pro affligere oſtendimus ſuprà verſum illum explanantes: Quoniam vindemiauit me Dominus. *Suprà.* Reddens autem hic Ieremias cauſam quare Babylonij eſſent affligendi: quia, inquit, multi gemitus mei. Hoc eſt, quia ipſi me crudeliter vexarunt, ſuntque cauſa meorum gemituum & dolorum. Ideò eorum ciuitatem euertes. Hoc accidit tempore regis Balſaſaris, vt ait Daniel cap. 5. *Danie. 5.* Tunc enim, cùm Babylon ſumma mundi poteretur felicitate, fuit à Perſis & Medis oppugnata & euerſa & eius rex interfectus, & ciues laniati, & acerbiſſimis calamitatibus affecti. Vt arbores, *Similitudo.* ſi quando præter opinionem vberrimos fructus ediderint, ſolent ſtatim exareſcere: ſi vita præter morem fœcũda, honoribus & diuitiis inopinatis affluẽs perniciem imminere ſæpenumero ſignificat. Docet hic locus, Deum in eos animaduertere, qui alios affligunt, eoſque eadem pernicie mulctare, quam ipſi aliis machinantur. Id intelligens diuinus citharœdus ait pſalm. 7. Arcum ſuum tetendit, nimirum Deus, & parauit illum: *Pſal. 7.* & in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit. Vaſa mortis ſunt funeſtæ ſagittæ, exitia, & acerbæ calamitates, quibus Deus vulnerat ardentes, hoc eſt illos, qui odio ardent, & viris iuſtis exitium moliuntur. Quare verba illa: Sagittas ſuas ardentibus effecit: verti etiam poſſunt: Sagittis ſuis ardentes transfixit.

OBSERVATIONES ex Hebræo in Lamentationem. I.

Eo quòd non ſint, qui veniant ad ſolennitatem. Pro ſolennitate eſt in Hebræo מועד Mohedh, à verbo יעד Iahadh, quod ſignificat parare, teſtificari, congregare, conſtituere tempus, ſeu conuenire ad tempus conſtitutum. Vnde Mohed ſignificat apparatum, ſolennitatem, teſtamentum,

congregationem, tempus conſtitutum ſepul-
chrum,terminum,diem feſtum,& templum,vbi
Exod.9. omnes congregantur. Capite Exod. 9. vbi nos
habemus: Conſtituitque dominus tempus, di-
cens: Cras faciet dominus verbum iſtud in ter-
ra. Pro, tempus,eſt in Hebræo nomen hoc Mo-
hedh.Pro quo Septuaginta verterũt ὅρον, hoc eſt
terminum.Poſuit namque Deus certum tempus
2.Reg.24. conſtitutum. Capite 24. libri ſecundi Regum,
vbi vulgata editio habet: Immiſitque Dominus
peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus
conſtitutum. Pro, conſtitutum, eſt in Hebræo
vocabulum hoc Mohedh. Vnde quidã vertunt:
Vſque ad tempus ſolennitatis veſpertinæ: nam
tempus illud quo fiebat ſacrificium veſpertinũ,
tempus cõſtitutum vocabatur. Et quoniam vo-
cabulum hoc ſignificat congregationem, & qui
per ciuitatem diſperſi erant, ſolebant tempore
prandij in domiciliis ſuis congregari, verterunt
Septuaginta: Dedit Dominus mortem in Iſrael à
Eſai.14. mane vſque ad horam prandij. Illud Eſaiæ 14. Se-
debo in monte teſtamenti: poteſt transferri. Se-
debo in monte congregationis. Mohedh enim,
vt diximus,& teſtamentum ſignificat, & cõgre-
gationem. Ac ſi dicat: Sedebo in monte Sione,
vbi eſt templum, quò omnes conueniunt ad ſa-
crificia facienda, & diuinas laudes celebrandas.
Pagnin. Pagninus tranſtulit: Sedebo in monte Eccleſiæ:
& rectè quidem, Eccleſia enim congregatio ap-
pellatur. Sed recta eſt & excelſa lectio verſionis
noſtræ vulgatæ: nam in templo illo ſeruabatur
liber diuinæ legis, quæ illic docebatur, quæ dici-
tur teſtamentum Dei. Ac in templo illo docuit
Chriſtus Deus noſter nouum teſtamentũ, quod
egreſſum de Sione, fuit latè lõgéque per diuerſas
mundi oras propagatum. Et impletum fuit illud
Eſai.2. Eſaiæ capite ſecundo: De Sion exibit lex & ver-
bum domini de Hieruſalem. Quare mons Sion
vbi templum Dei erat ſitum, mons teſtamenti
meritò vocatur. Poteſt etiam verti locus ille: Se-
debo in monte ſolennitatis. Hoc eſt, in monte
templi, vbi ſolennia celebrantur. Vel in monte
conſtituto. In hanc ſignificationem accipitur
Iob 30. Mohedh capite trigeſimo Iob: Scio, quia morti
trades me, vbi conſtituta eſt domus omni vi-
uenti. Sed quoniam nomen hoc ſepulchrum ſi-
gnificat, vbi congregantur mortales, poteſt ver-
ti locus ille: Scio te eſſe me traditurũ morti, vbi
ſepulchrum eſt domus omni viuenti. Vel & ſe-
pulchro, vbi eſt domus omni viuenti. Vbi vides
ſepulchrum eſſe omnium hominum domiciliũ.
Pſal.48. Et vt dicitur in pſalmo quadrageſimooctauo.
Sepulchra eorum domus eorum in æternũ. Ac-
Dan.12. cipitur pro tempore apud Danielẽ duodecimo.
Per tempus, & tempora, & dimidium temporis.
Hoc eſt per tres annos cum dimidio: nam per
tempus ſignificatur annus vnus, per tẽpora duo
Infrà 2. anni, per dimidium temporis anni dimidium.
Hoc nomine vtitur quoque Ieremias ſecunda
lamentatione, pro quo Latinus noſter interpres
vertit, feſtiuitatem, dicens: Obliuioni tradidit
dominus in Sion feſtiuitatem & ſabbatum. Et
Pſal.73. pſalmographus pſalmo ſeptuageſimotertio pro
quo nos habemus ſolennitatem: Gloriati ſunt,
qui oderunt te in medio ſolennitatis tuæ: poſue-
rũt ſigna ſua ſigna. Quibus verbis populus He-
bræus deplorat incẽdium tẽpli, vaſtationẽ Hie-
roſolymæ. & Babyloniorum victorias, qui cùm
Deum odiſſent, gloriabantur adepta victoria in
mediis ſolenniis & ſacrificiis, quibus Hebræi di-
uinas laudes cõcinebant. Et ponebant ſigna ſua
ſigna: Hoc eſt vexilla & trophæa ſuarum victo-
riarum erigebant. Pro in medio ſolennitatis tuæ,
poteris vertere: In medio tẽpli tui. Eodem modo
hoc loco Ieremiæ: Viæ Sion lugent, eo quòd nõ
ſint, qui veniant ad ſolennitatem: pro, ſolennita-
tem, poteris templũ transferre: vt ſit ſenſus: Lu-
gent viæ Sionis, quòd non ſint, qui ſe conferant
ad templum, quod iam ruit, & incẽdio flagrauit.
Deſtructo enim templò, & Iudæis partim mor-
tuis, partim in exiliũ miſſis, viæ Sionis ad tem-
plum quondam ducentes plorare præ mœſtitia
videbantur.

Inimici eius locupletati ſunt. Pro locupletati ſunt
in Hebræo eſt שלו Xalu, à verbo שלה, Xalah, quod
ſignificat in pace eſſe, proſperum eſſe, quieſcere,
errare, obliuiſci, abundare. Vnde Septuaginta
tranſtulerunt: Inimici eius εὐθηνοῦσι, hoc eſt,
abundant. Et Pagninus: Inimici eius proſperati Pagnin.
ſunt. Quidam vertunt: Feliciter habent: quod idẽ
eſt. Verti poteſt, Hoſtes eius obliuiſcuntur, ni-
mirum Dei: magna enim mundi proſperitas ſo-
let Dei obliuionem generare. Id indicant nomi- Gene.41.
na duorum filiorũ Ioſeph, quorũ vnus vocatus
eſt Ephraim, hoc eſt incrementum & abundan-
tia, alter Manaſſes, hoc eſt obliuio. Hæ enim duæ
res ſunt plerumque copulatæ, nempe nimia
proſperitas, & Dei, ac propriæ fragilita-
tis obliuio. Ab hoc verbo eſt illud pſal. 29. Ego Pſal.29.
dixi in abundantia mea: non mouebor in æter-
num. Pro quo alij vertunt: Ego dixi in proſperi-
tate mea. Poteſt verti: Ego dixi cùm quietus eſ-
ſem: vel cum felicitatis poticer. Ac ſi dicat: cùm
omnia mihi proſpera cederent, & ad voluntatẽ
fluerent, dixi apud me, nihil eſſe, quod me poſſet
de illo florente rerum ſtatu deiicere. Sed ſpem il-
lam & cogitationem meã varij caſus fefellerunt.
Nam cùm tu domine pauliſper auertiſti à me
oculos miſericordiæ tuæ, ſtatim ſenſi incredibi-
lem rerum mearum mutationem. Poteſt verti
locus ille: Ego dixi in errore meo: non mouebor
in æternum. Vel in obliuione mea. Ac ſi dicat:
Ego demens, mundi varietatis & viciſſitudinis
oblitus exiſtimabam nihil eſſe, quod me poſſet
labefactare, & de felicitate mea dimouere: ſed
planè deceptus eram. Ab hoc etiam verbo eſt
illud cap.16. Iob, pro quo nos habemus opulen- Iob.16.
tus: Ego ille quondam opulentus repente con-
tritus ſum. Ac ſi dicat Iob: Ego qui olim locu-
ples, quietus, diuitiis & honoribus affluens erã,
repente decidi, & fui de proſperitate deiectus.
Idem accidit Hieroſolymæ, quæ ad maiorem ſui
mœroris cumulum videbat inimicos ſuos quie-
tos, locupletes, lætitia geſtientes, honoribus flo-
rentes, omni proſperitatis genere abundantes.

*Facti ſunt principes eius veluti arietes nõ inuenien-
tes paſcua.* Pagninus habet: Fuerũt principes eius Pagnin.
velut cerui, qui nõ inuenerũt paſcua. Et ita ver-
tunt nõnulli alij. Comparãtur magnates Hiero-
ſolymæ in illa vaſtatione ceruis timidis, qui for-
midine debilitãtur vel ob eorũ fugã è ciuitate:
Narrat enim diuina ſcriptura 4. lib. Reg. & vlt. 4.Reg.25.
capite

Iere. 51. capite Ieremiæ, regem & magnates in bello illo metu perterritos ſe in fugam contuliſſe. Eſt enim perſpicuum, eos qui timore perculſi fugiunt, per ceruos hieroglyphicè ſignificari. Eam *Homer.* ob cauſam Achilles apud Homerũ volens ignauiam Agamemnonis obiurgare, eum ait cor habere ceruinum. Hinc egregium illud Chabriæ Athenienſium ducis apophthegma, quod Philippus vſurpare ſolebat, formidabiliorem eſſe ceruorũ exercitũ leone duce, quàm leonũ duce *Plutarch.* ceruo: vt refert Plutarchus. Quare non ineptè Pagninus cum nonnullis aliis pro arietibus hoc loco ceruos trãſtulerunt. Præſertim cum in Hebraico ſit nomen איל, quod & ceruum ſignificat & arietem, puncto quodã mutato. Sed Septuaginta nobiſcum arietes legunt, qui cum paſtum non inueniunt, fragiles ac ſtupidi redduntur. At iuxta aliam conſiderationem aries Chriſti ima*Gene. 22.* ginem gerebat, vt cap. 22. Geneſis, vbi Abraham arietem inter vepres hærentem cornibus vidit, quem in mõte illo immolauit. Simili modo cer*Cant. 2.* uus, de quo ait ſponſa vltimo verſu capitis ſecundi Canticorum: Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnulóq; ceruorum ſuper montes Bether. Sponſa filium Dei vocauit, vt de cœ*Cant. 1.* li faſtigio deſcenderet ad terram, & naturam ſu*Cant. 5.* meret humanam, cùm diceret: Oſculetur me oſculo oris ſui. Et iterum: Veniat dilectus meus in hortum ſuum. Sed peractis redemptionis hu*Cant. 8.* manæ myſteriis, illum orat, vt ad cœlum vnde *Cant. 2.* exierat, reuertatur. Hinc voces illæ: Fuge dilecte mi. Et ille: Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper montes Bether. Bether enim idem eſt quod diuiſio, quo nomine appellatur cœlum, quòd mortales diuidar ab immortalibus. In quibuſdam codicibus pro Bether loco illo eſt Bethel: ſed vitiũ eſt typographorum. Verba ſunt ſponſæ de Chriſti in *Ioan. 16.* cœlum aſcenſu: de quo ipſe dicebat apud Ioannem: Expedit vobis, vt ego vadam. Cùm enim figurarum omnium perfectiſſima ſit circularis, voluit Chriſtus illã conficere. Deſcendit de cœlo, ſumpſit humanam naturam, natus eſt ex virgine, oſtendit viam ad vitam immortalem tendentem, immolatus in crucis ara omnia peccata noſtra ſanguine ſuo puriſſimo deleuit, rediit ad vitam, & tandem aſcendit in cœlum, vnde deſcenderat, efficiens admirabilem circulum, qui ibi vnde incipit, finitur. Et ibi ſedet ad dextram *Mar. 16.* patris. Ita enim ait diuus Marcus: Dominus Ieſus poſtquã locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum: & ſedet à dextris Dei. Aſſumptus eſt non aliena virtute, ſed propria: ac verſus Orientem: iuxta illud diuini vatis: Aſcendit ſuper cœlum *Pſal. 67.* cœli ad Orientem. Tunc impletum eſt illud cœleſtis citharœdi: Aſcendit Deus in iubilo, & do*Pſal. 46.* minus in voce tubæ. Et illud: eleuata eſt magni*Pſalm. 8.* ficentia tua ſuper cœlos. Et illud Michææ: Aſ*Mich. 2.* cendit pandens iter ante eos.

Propterea inſtabilis facta eſt. Prõ, inſtabilis, eſt in Hebraico: לנידה Lenidhah, à verbo נוד Nudh, quod ſignificat mouere. Quã ob cauſam Septuaginta verterunt εἰς σάλον, hoc eſt in cõmotionem, ſeu in vacillationem. Id quod rectè Latinus noſter interpres expreſſit hoc nomine, inſtabilis. Ac ſi diceret, non ſtetit firma, & quieta, ſed fuit mundi fluctibus exagitata, & eius tranquillitas in perturbationem conuerſa. Vnde Nodh idem eſt quod fluctuatio, & fluctuans, & profugus. Hoc vocabulo vtitur Moſes capite quarto Ge- *Geneſ. 4.* neſis, pro quo noſter vulgatus interpres vertit, profugus: ita enim habet. Egreſſusq; Cain à facie domini habitauit profugus in terra. Pro quo Septuaginta habẽt. Habitauit in terra ναίδ. Et alij: Habitauit in terra Nodh. Hoc eſt in terra fluctuãte, ſeu fluctus, ſeu cõmotionis. Aut ipſe fluctuans habitauit in terra. Impij enim non cælorum ciues, ſed terræ habitatores nuncupantur: & non quieti & tranquilli, ſed inſtabiles & perturbati dicuntur. Cùm enim ſe à Deo ſeparent, confeſtim agitãtur fluctibus ſeculi: & moti ab Orien- *Gene. 11.* te turrim ſceleium aduerſus Deum, & impia dogmata conficiunt. Sed confunduntur, quia volunt inuito Deo in cœli faſtigium penetrare. Aſpicis ex peccato ortam eſſe inſtabilitatem, & ex ea confuſionem. Nam ex vno malo naſcuntur alia. Id quod nos habemus Pſalmo nono: Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore: poteſt etiã *Pſal. 9.* verti: Parient viæ eius in omni tempore. Nam ex vna procedunt aliæ: quemadmodũ ex vno bono alia bona. Id quod eſt capite quinto Iob: Nihil *Iob 5.* permanebit de bonis eius: poteſt transferri: Nihil parient bona eius. Sunt enim bona quæ pariunt alia bona, quemadmodum opes viri iuſti, ex quibus eleemoſynæ & alia pia opera dimanant, quæ ex opibus diuitis auari haudquaquam deducuntur. Sed quia Nidhah ſignificat motionem & qui aliquem irrident, ſolent mouere caput: ideo Pagninus vertit: In diriſionem fuit. Et *Pagnin.* Brixianus: Ludibrio expoſita eſt. Sed quia ver- *Brixia.* bum Nudh ſignificat migrare: poteſt rectè verti locus hic: Eam ob cauſam migrauit: vt ſit ſenſus: Quia Hieruſalem impia ſcelera admiſit, ideo migrauit in Chaldæam, eiecta in exilium.

De cælo miſit ignem, & erudiuit me. Pro erudiuit, eſt in Hebræo verbum רדה Radhah, quod ſignificat dominari, conterere, ſuſpicere, & erudire. Hanc vltimam ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Pagninus vertit: Et dominatus eſt *Pagnin.* ipſe ignis. Brixianus: Et ſæuit in ea. Benedictus: *Brixia.* Et dominatus eſt eis. Poteſt verti: Et cõtriuit ip- *Benedi.* ſum: hoc eſt, vnum quemque ex ipſis Hebræis. Ac ſi dicat: Miſit Deus ex cælo ignem calamitatis, quo Iudæos mulctauit. Sed inter omnes has lectiones illa eminet, quam vulgata verſio expreſſit.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius. Pagninus habet: Ligatum eſt iugum iniquitatũ mearum. Alij habent impreſſum eſt iugum præ- *Pagnin.* uaricationum mearum in manu eius. Senſus eſt: Vinculum flagitiorum meorum alligatum eſt in manu Dei, vt illius recordetur. Solent enim qui rem aliquam volunt memoria tenere ponere ſignum aliquod in manu, ne illius obliuiſcãtur. Volens Deus, vt populus Iſraeliticus perpetuò recordaretur admirabilis exitus ab Aegypto, dixit illi, Exod. tertiodecimo: Erit quaſi ſignum *Exod. 13.* in manu tua, & quaſi monimentum ante oculos tuos. Et apud Eſaiam 49. Ecce, inquit, in mani- *Eſai. 49.* bus meis deſcripſi te. Quidam hunc Ieremiæ locum ita vertunt: Punctis deſignatum eſt, &c. Quod in idem recidit.

Abſtulit

Abſtulit omnes magnificos meos dominus. Pro ab-
ſtulit eſt in Hebræo verbum סלח Salah, quod ſi-
gnificat auferre, quam ſignificationem ſecutus
eſt noſter interpres. Significat etiam calcare &
Pagnin. contemnere: quam ob cauſam vertit Pagninus:
Calcauit oẽs validos meos dominus. Septua-
*Pſal.*118. ginta nobiſcum legũt. Vnde illud pſal.118. Spre-
uiſti omnes diſcedentes à iudiciis tuis: poteſt
verti: Conculcaſti omnes declinantes à legibus
tuis. Vel abſtuliſti, nimirum à vita gratiæ & glo-
riæ, omnes ab inſtitutis tuis aberrantes.

Expandit manus ſuas. Pro expandere eſt in He-
bræo פרש Paras, quod verbum ſignificat exten-
*Exod.*9. dere: vt hoc loco: Et Exodi nono: Expandam
palmas meas ad dominum. Id eſt, orabo, & pre-
*Pſal.*142. ces fundam ad Deum. Et pſal. 142. Expandam
manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine
aqua tibi. Ac ſi dicat: Auxilium tuum Deus ſan-
ctè implorabo: vt enim terra ſitiẽs pluuiam aui-
diſſimè expectat: ſic anima mea præſidiũ tuum.
*Pſal.*67. Significat etiam percutere, & diſcernere, vt pſal.
67. Dum diſcernit cœleſtes reges ſuper eam, ni-
ue dealbabũtur in Selmõ. Pro diſcernit vertunt
nonnulli percutit: vt ſit ſenſus: Dum cœleſtis rex
percuteret reges externos in terra promiſſionis,
cõgregatio Iudæorum, quæ antea erat nigra ob
mœrorem, effecta fuit candida ob lætitiam, &
cum niue montis Selmon collata. Sed rectiùs
habet verſio vulgata, cuius eſt ſenſus: Cùm Deus
Apoſtolos ſuos diſcernat & conſtituat reges ac
principes ſuper eccleſiã, ita puri ac candidi red-
dentur fideles, vt cũ niue, quæ eſt in monte Sel-
mon, poſſint comparari. Et quia verbum hoc ſi-
ſignificat percutere, poteſt hic Ieremiæ locus ita
transferri: Percuſſit manus ſuas: more ſcilicet
mulieris lugentis.

*Mandauit dominus aduerſum Iacob in circuitu eius
hoſtes eius.* Pro hoſtes, eſt in Hebræo nomen צר,
quod ſignificat hoſtem, & calamitatem. Pro ho-
ſte accipitur hac prima lamentatione: Viderunt
eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius. Pro affli-
*Pſal.*4. ctione & tribulatione pſal.4 In tribulatione di-
lataſti mihi. Ac ſi dicat Dauid: Cùm in acerbis
doloribus & ærumnarum anguſtiis verſarer, cla-
maui ad te Deum authorem & iudicem iuſtitiæ
meæ: tu autem me à periculis liberaſti, in tuto &
tranquillo collocaſti, & viam ſalutis meæ latam
effeciſti. Dilatare alicui in tribulatione viam, &
campum, eſt illum ex anguſtiis & periculis libe-
rare. Poteſt etiam ita explanari locus ille: Tu me
domine clamantem exaudiſti: non quòd mihi
auferres calamitatem ſed quod aliud præſtan-
tius bonum in me conferres: cor enim meum
*Dani.*3. mihi dilataſti, & amplum feciſti, vt poſſet
ærumnas omnes toleranter ſuſtinere. Simili
modo tribus pueris non extinxit flammas for-
nacis, ſed ardẽte illa, illi difficultatis moleſtiam
non ſenſerunt. Itaque hæc dilatatio non aufert
afflictionem, ſed animum amplificat, diui-
*Pſal.*138. no ſolatio mulcet, & mirabiliter conſolatur. De-
riuatur nomẽ hoc à verbo צור Tſur, quod ſigni-
ficat fingere, formare: & figurare: vt pſal.138. Tu
formaſti me: & poſuiſti ſuper me manum tuam.
Hoc eſt, tu Deus ſancte me in vtero matris meæ
effinxiſti & formaſti, & manu tua me totũ perfe-
ciſti. Fortaſſe ideo ait: & poſuiſti ſuper me manũ
tuam, vt metaphoram ſumat ab eo, qui conficit
caſeum, cui manus imponit, vt illum aptè figu-
ret & conficiat. Hac enim trãſlatione vtitur Iob *Iob* 10.
decimo capite, cum ait: Nonne ſicut lac mulſiſti
me, & ſicut caſeum me coagulaſti? Significat etiã
verbum hoc affligere, vt capite Exodi 23. Affli- *Exod.*23.
gam affligentes te. Vnde nomen Tſar ſignificat
afflictionem, & hoſtem affligentem, & generali-
ter inimicum. Eo vtitur pſalmographus, cùm ait:
Quos redemit de manu inimici. Pro quo alij *Pſal.*106.
transferunt: Quos redemit de manu calamitatis.
Illud pſal. vigeſimiquarti: Tribulationes cordis *Pſal.*24.
mei multiplicatæ ſunt: poteſt verti: Inimici cor-
dis mei multiplicati ſunt. Vel inimici cor meum
multiplicarunt: Vel afflictiones cor meum ro-
borarunt: vel ſurſum ferri fecerunt. Ac ſi dicat:
Cor meum non ſolùm depreſſum non fuit cala-
mitatum magnitudine, quin potius earum pon-
dere inſtar palmæ ſurſum ſe extulit, & conſtan-
tiam ſuam mirabiliter oſtendit. Cùm autem no-
men hoc & hoſtem ſignificet & calamitatem, *Similitudo.*
poteſt verti locus hic Ieremiæ: Mandauit domi-
nus aduerſum Iacob calamitates eius, vt illum
obſiderent. Populus Iudaicus appellatur Iacob
& Iſrael & circumciſio: antea appellabantur ho-
mines illi Hebræi: at poſteà Iudæi dicti ſunt ex
die, qua ex Babylonica ſeruitute exierunt, vt ait *Ioſeph.*
libro vndecimo antiquitatũ Ioſephus. Sed ſem-
per gloriati ſunt nomine filiorum Abrahæ, &
Iſraelis. Eſt autem aduertendum Abram fuiſſe
nomen naturæ, Abraham verò myſterij. Iudæi
infideles ſunt filij Abræ, ſed non Abrahæ: illi ſo-
lùm ſunt filij Abrahæ, qui ſunt fideles, ſiue ſint
ex Gentibus, ſiue ex Hebræis, dũmodo in Chri-
ſtum credant: diuus enim Paulus in epiſtola ad
Romanos 4. eum vocat patrem omniũ creden-
tium. Et cap.9. eiuſdem epiſtolæ ait: Non omnes *Rom.*4.
qui ex circuncisione ſunt Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ: *Rom.*9.
nec qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij: ſed in
Iſaac vocabitur tibi ſemen. Id eſt non qui filij
carnis, hi filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis,
æſtimantur in ſemine. Idem etiam dicit capite
tertio epiſtolæ ad Galatas. Duplex eſt Iſrael, al-
ter ſecundùm carnem, alter ſecundùm ſpiritum,
vt colligitur ex capite decimo prioris ad Corin- *Gala.*3.
thios, Hebræi infideles ſunt Iudæi & Iſraelitæ &
filij Abræ ſecundùm carnem: & omnes fideles 1.*Cor.*10.
ſunt veri Iudæi, Iſraelitæ, & filij Abrahæ ſecun-
dùm ſpiritum. Id ſignificauit Deus, cùm dixit
Abrahæ Geneſis 22. Multiplicabo ſemen tuum
ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenã maris. Filij Abrahę *Gene.*22.
ſunt ſtellæ cœli, filij verò Abræ arenæ maris.

Argumentum lamentationis II.

*Argumentum huius ſecundi capitis eſt idem atque ſu-
perioris, imò omnium harum lamentationum idem
eſt propoſitum, & vnicus ſcopus. Quam ob cauſam
argumentis deinceps ſuperſedebo.*

CAPVT II.

Quomodo obtexit caligine in furore *Aleph.*
ſuo dominus filiam Sion: proiecit de cœ- א
lo in terram inclytam Iſrael: & non eſt
recordatus

recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die
furoris ſui.

ב Præcipitauit dominus, nec pepercit
Beth. omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore
ſuo munitiones virginis Iuda, & deiecit
in terrã: polluit regnũ, & principes eius.

ג Confregit in ira furoris omne cornu
Gimel. Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam
à facie inimici: & ſuccendit in Iacob qua-
ſi ignem flammæ deuorantis in gyro.

ד Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus,
Daleth. firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis: &
occidit omne, quod pulchrum erat viſu
in tabernaculo filiæ Sion: effudit quaſi
ignem indignationem ſuam.

ה Factus eſt dominus velut inimicus: præ-
He. cipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœ-
nia eius, diſsipauit munitiones eius: &
repleuit in filia Iuda humiliatum & hu-
miliatam.

ו Et diſsipauit quaſi hortum tentorium
Vau. ſuum, demolitus eſt tabernaculũ ſuum:
obliuioni tradidit dominus in Sion feſti-
uitatem & ſabbatum: & in opprobrium
& in indignationem furoris ſui regem &
ſacerdotem.

ז Repulit dominus altare ſuum, male-
Zain. dixit ſanctificationi ſuæ: tradidit in manu
inimici muros turrim eius: vocem dede-
runt in domo domini ſicut in die ſolenni.

ח Cogitauit dominus diſsipare murum
Cheth. filiæ Sion: tetendit funiculum ſuum, &
non auertit manum ſuam à perditione,
luxitque antemurale, & murus pariter
diſsipatus eſt.

ט Defixæ ſunt in terra portæ eius: perdi-
Teth. dit & contriuit vectes eius: regem eius &
principes eius in gentibus: non eſt lex, &
prophetæ eius non inuenerunt viſionem
à domino.

EXPLANATIO.

Quomodo obtexit caligine. Particula, quomodo,
א hoc loco admirantis & dolentis eſt, vt in princi-
Aleph. pio capitis ſuperioris: totáque oratio hæc excla-
matio eſt admirationis doloriſque pleniſſima.
Quã ob cauſam mœſtiſſimus noſter vates eandẽ
ſententiã reperit ſæpenumero diuerſis verbis, quæ
ei dolor offerebat & adminiſtrabat. Proſequitur
Hieroſolymæ calamitatẽ, & euerſæ vrbis ruinas.
Deus qui legẽ tulerat, eamq́; ſummo amore fue-
Pſal. 147. rat proſecutus: de quo ait Dauid: Qui annuntiat
verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſ-
rael: non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua
non manifeſtauit eis. Eam in bello Babylonico
obtexit caligine ignorantiæ & mœroris. Permi-
ſit enim, vt illa eſſet tenebris dementiæ cooperta
& ictibus rerum aduerſarum lacerata. Obtegere
aliquem caligine eſt illum obſcurare, eíque te-
nebras offundere. Sed caligo & tenebræ acci-
piuntur aliquando pro ignorantia, aliquãdo pro
mœſtitia. Pro ignorantia, vt cap. 2. Eccleſiaſtis: *Eccl. 2.*
Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris
ambulat. Acſi dicat: Sapiẽs diligenter videt, quid
agendum ſit: inſipiens verò nihil videt, ambulãs
errorum caligine circunfuſus, acſi non in capite,
ſed ſub pedibus oculos haberet, quibus nihil in-
tueretur. Poteris per caput Chriſtũ intelligere,
quem diuus Paulus in epiſtola ad Epheſ. & in *Eph. 2. & 4. & 5.*
epiſt. ad Coloſſenſes caput noſtrum appellauit.
Vt ſit ſenſus, oculos ſapientis in Chriſtũ reſpice- *Coloſ. 1.*
re, ſtulti autem in terrã: quoniã qui vera ſapien-
tia præditi ſunt, ad cœlum aſpirant, ſtulti verò
in tenebris verſati ſolam terram conſectantur.
Vbi vides nomine tenebrarum ignorantiam ſi-
gnificari. Eodem modo pſal. 81. ait ita de princi- *Pſal. 81.*
pibus & magnatibus inſanis diuinus ac regius
vates: Neſcierunt, nec intellexerunt: in tenebris
ambulant: mouebuntur omnia fundamenta ter-
ræ. Acſi dicat: cùm principes in erroribus ver-
ſantur, vacillat & fluctuat reſpublica: nec ſolùm
homines inconſtantes, ſed etiam illi qui ita ſunt
ſtabiles, vt cũ fundamẽtis terræ aliàs immobili-
bus comparentur, commouentur & concitan-
tur. Et diuus Paulus cap. 4. epiſt. ad Epheſ. Te- *Ephe. 4.*
nebris, inquit, obſcuratum habẽtes intellectum.
Accipi autem tenebras & caliginem pro mœro-
re & calamitate, indicat Eſai. ca. 5. cùm ait: Ecce *Eſai. 5.*
tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in
caligine eius. Et Iob. 3. Occupet eum caligo, & *Iob. 3.*
inuoluatur amaritudine. Quemadmodum no-
mine lucis ſignificatur proſperitas, ita nomine
tenebrarum calamitas. Vnde idem Iob cap. 17. *Iob. 17.*
Rurſum, inquit, poſt tenebras ſpero lucem. Eam
ob cauſam Sopho. 1. & Ioel. 2. tempus calamito- *Sopho. 1. Ioel 2.*
ſum appellant diem tenebratũ & caliginis. His
duobus modis fuit obſcurata Hieroſolyma ob
eius ſcelera, id ita exigẽte diuina iuſtitia. Sed pro
prius loquitur hic Ieremias de caligine & tene-
bris mœrorũ & acerbitatũ, quibus ærũnoſa ci-
uitas angebatur. Ac quamuis illis nonnulli for-
taſſe peiores redderẽtur, aliquos tamen credibi-
le eſt ſe ad meliorem frugem recepiſſe. Vt nerij *Similitudo.*
folium quod alij rhododendrũ vocant, capris ac
ouibus eſt venenum, hominibus autẽ eſt aduer-
ſus venenum ferarum remedium, vt ait Dioſco- *Dioſco.*
rides: ſic calamitas quæ hominibus ira & inſania
concitatis perniciem affert, viris tolerantia & ſa-
pientia munitis eſt medicina ſalutaris. Ait enim
apoſtolus capite octauo epiſtolæ ad Romanos: *Rom. 8.*
Scimus, quoniã diligentibus Deum omnia coo-
perantur in bonum. Hæc eſt plana & vera huius
loci expoſitio. Verùm quoniam Deus fauorem
ſuum ſolebat oſtendere nube & caligine, poteſt
eſſe ſenſus horum verborum: Quomodo fauit
Deus olim Hieroſolymæ, tegẽs eam nube & ca-
ligine aduerſus æſtus rerũ aduerſarũ: ſed poſteà
euertit illam. Significari autem diuinũ fauorem
oſtenſione nubis & caliginis oſtẽdit diuina ſcri-
ptura multis in locis. Volẽs Deus indicare amo-
rem, quo filios Iſraelis complectebatur, cùm eos
in terram duceret promiſſionis, præcedebat eos *Exod. 13.*
per diem in columna nubis, vt capite 13. & 14. *Exod. 14.*
Exod. & Pſal. 77. literæ diuinæ memoriæ pro- *Pſal. 77.*
diderunt. Et capite 16. eiuſdem Exodi, gloria Dei *Exod. 16.*
apparuit

apparuit in nube, cùm Deus cum Moſe loquere-
Exod. 19. tur. Et capite 19. dixit Deus ipſi Moſi: Iam nunc
veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me po-
pulus loquenté ad te, & credat tibi. Volés etiam
oſtendere placere ſibi tabernaculum, operuit il-
Exod. 40. lud nube: & ait ſcriptura cap. 40. Exodi. Operuit
nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria domi-
ni impleuit illud. Quæ ſententia refertur etiam
Num. 9. Numer. nono. Id effectum eſt etiam templo Sa-
3. Reg. 8. lomonis, vt capite 8. lib. 3. Reg. & 5. 2. Paralipo-
2. Para. 5. menon licet videre. Cùm Chriſtus ſe in monte
Matt. 17. coram tribus ex diſcipulis ſuis transfiguraret in
medio Moſi & Eliæ, nubes lucida obumbrauit
Marc. 9. eos, vt euangeliſtæ teſtificantur. Et in Chriſti do-
mini aſcenſu in cœlum nubes ſuſcepit eum ab
oculis diſcipulorum, vt capite Actorum 1. narrat
Luc. 9. diuus Luc. Aſpicis igitur diuinũ fauoré per nu-
Act. 1. bem ſignificari. Quare cùm Ieremias ait, Deum
operuiſſe nube ſeu caligine Hieroſolymam, vult
ſignificare fuiſſe illum vrbem eam quondam fa-
uore proſecutum. At tunc verba hæc ita ſunt
diſponenda: Quomodo obtexit caligine domi-
nus filiam Sion: In furore ſuo proiecit de cœlo in
terram inclytam Iſrael: Pro obtexit caligine eſt
in Hebraico vnicum verbum, quod ſignificat o-
perire nube & caligine, obſcurare, & obnubila-
re. Significat etiam extollere ad nubes, & vſque
R. Dauid ad nubes efferre: vt ait Rabbi Dauid Chimhi
Pagnin. in libro radicum, & Sanctes Pagninus in The-
ſauro. Quare poteſt rectè explanari locus hic:
Quomodo Deus extulit vſque ad nubes Hiero-
ſolymam, & poſteà in furore ſuo proiecit illã in
R. Abrahã. terram: Ita hunc locum explanat Rabbi Abra-
ham doctos inter Hebræos. Dicés Ieremias fuiſ-
ſe Hieroſolymã ſummè felicem, exaggerat ſum-
mam eius infelicitatem. Nam in rebus aduerſis
nihil eſt infeliciùs, quàm fuiſſe felicem. Eſt igitur
ſenſus: Quomodo extulit Deus Hieroſolymam
ad honorum, opum & dignitatum faſtigium, vt
quantò altior eſſet aſcenſus, tantò maior eſſet
ruina: Ideo verba hæc in furore ſuo poſſunt cum
prima parte coniungi. Tunc enim Deus furorem
ſuum in flagitioſos homines oſtendit, cum eos
permittit ad excelſam, ſed falſam mundi gloriam
euehi, vt inde ignominioſiùs præcipitentur. Ma-
gna enim ira vtitur Deus, cùm ea vti nõ videtur,
cùm in impios non animaduertit: quando eorum
ſcelera non caſtigat, ſed inulta dimittit: vt poſteà
duriùs puniat: quóſque ad mundi proſperitatem
eius indignos aſcendere permittit: vt ex altiore
loco dignitatis in infimum ignominiæ deiician-
Ezec. 16. tur. Eam ob cauſam dicebat ipſe apud Ezechie-
lem 16. Zelus meus recedet à te, & non iraſcar ti-
Oſe. 4. bi ampliùs. Et apud Oſe. 4. Non viſitabo ſuper fi-
lias veſtras, cùm fuerint fornicatæ, & ſuper ſpon-
Iob 21. ſas veſtras, cùm adulterauerint. Loqués Iob cap.
21. de impiorum proſperitate in hac vita: Ducũt,
inquit, in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna
deſcendunt. Aeſi dicat: Quid illis prodeſt mun-
di felicitas breuis & fallax, cùm tandem morian-
tur, & ad æternos inferorũ ignes relegentur? Vel
accipitur illic infernũ pro ſepulchro: & tunc ſen-
ſus eſt: Hoc accedit ad eorum proſperitaté, quod
poſtquã in toto vitæ curriculo rebus vtuntur ſe-
cundis & ad voluntatém fluentibus, & in exitu
vitæ nõ laborant longa & moleſta ægrotatione,
ſed breui morbo affecti ex vita diſcedunt. Sed
quoniam particula pro qua Latinus noſter inter-
pres vertit punctũ, ſignificat etiá quietem, poteſt
verti locus ille: & in requie ad ſepulchrum dedu-
cuntur. Ac ita habet paraphraſis Chaldaica. Ac ſi
dicat: tanta eſt nonnullorum hominum ſcelera-
torum proſperitas, vt non ſolùm in pace viuant,
ſed etiam in pace moriantur. Sed eorum felicitas
cum flagitiis coniuncta tetra res eſt, deteſtabilis,
miſera, ærumnoſa, omni cõtentione, velis, vt ita
dicam, remiſque fugiẽda, quoniam ſecum affert
perniciem ſempiternam. Et plerunque ita extol-
luntur in ſublime, vt etiam in hac vita ad imum
dedecus præcipitentur. Id accidit Hieroſolymæ,
quam Deus in furore ſuo permiſit efferri ad ex-
celſum dignitatis gradum, vt inde caderet, & o-
mnia eius ornamenta per ſummum dedecus &
ignominiam diriperentur.

In furore ſuo. Hoc eſt, in ſeueritate iuſtitiæ ſuæ:
in ira, ad quam ingrata ciuitas eum prouocauerat
flagitiis ſuis. Effectum diuinæ iuſtitiæ iram Dei,
& furorem, & vltionem appellant diuini vates.

Filiam Sion. Hoc eſt, congregationé montis Sio-
nis. Sic appellat Hieroſolymam, quòd in monte
illo ſita fuerit. De hoc ſchemate locuti ſumus in
explanatione in primam lamentationem, & fu-
ſiùs in noſtris in Danielem commentariis.

Proiecit de cælo in terram inclytam Iſrael. Hoc eſt,
deiecit Deus de excelſa dignitate, & honorum
vertice in ſummam miſeriam & ignominiá Hie-
roſolymam, quæ erat inclyta filia Iſraelis, egregia
Iſraelitarum congregatio, & totius Iudææ regia,
& caput. Vel quæ erat decus, ornamentum, pul-
chritudo, & gloria Iſraelis. Omnia enim hæc ſi-
gnificat vocabulum Hebræum, pro quo nos in-
clytam habemus. Eſſe in cælo dicitur, qui autho-
ritate, gratia, honore, potentia, cæteriſque rebus
ſecundis valet: efferri in cælum qui ſummis lau-
dibus celebratur: detrahi de cælo, & decidere ex
aſtris, qui ex altiſſimo illuſtris gloriæ gradu præ-
cipitatur. Omnibus his locutionibus vtitur M.
Tullius, cui omnes viri eloquentes eloquentiæ *Tullius.*
palmam ſine controuerſia tribuerunt. Quare ne
mireris, ſi hoc orationis ornamento noſter Iere-
mias vtatur.

Et non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum. Hoc
eſt, non ſe oſtendit memorem templi ſancti ſui, in
quo colebatur tanquam rex in ſcabello pedum
ſuorum. Non meminit illius, vt illud ſcilicet a
Babyloniorum furore liberaret. De templo ſuo
ait ipſe Deus apud Ezechielem 42. Locus ſolij *Ezech. 42.*
mei, & locus veſtigiorum pedum meorum, vbi
habito in medio filiorum Iſrael. Itaque per ſca-
bellum pedum Dei intelligitur templum, vt hoc
loco ait Theodor. Vel intelligitur arca fœderis, *Theod.*
quam Deus præcepit fieri, ſuper quam ſeſſurum
ſe promiſit in medio propiciatorij, vt inde loque-
retur: quemadmodum Moſes cap. 25. Exodi ſcri- *Exod. 25.*
ptum reliquit. Vocari autem arcam illam ſcabel-
lum pedum Dei, indicat cap. 28. lib. 1. Paralipo- *Paral. 28.*
menon: vbi Dauid: Cogitaui, inquit, vt ædifica-
rem domum, in qua requieſceret arca fœderis, &
ſcabellum pedum Domini Dei noſtri. Vbi par-
ticula, &, accipitur pro id eſt. De arca illa fœderis
intelligitur illud pſalmi 98. Exaltate Dominum *Pſal. 98.*
Deum noſtrum, & adorate ſcabellũ pedum eius.

Hoc eſt, adorate Deum ante arcam teſtamenti:
in ea enim Deus præſentiam ſuam exhibebat.
Adorare ſcabellum pedum eius idem eſt, quod
colere ad ſcabellũ vel verſus ſcabellum pedum
Pſal. 131. eius. Ita illud intelligitur pſalmo 131. Introibi-
mus in tabernaculum eius, adorabimus in loco,
vbi ſteterunt pedes eius. Pro quo alij vertunt:
Proſternemus nos ad ſcabellum pedum eius: hoc
eſt, ad arcam fœderis, ſuper quam erat propicia-
torium, vbi Deus ſedebat, habens pedes ſuper
arcam fœderis: quæ prius fuit in tabernaculo
Exod. 40. Moſis, poſtea in templo Salomonis. Dicitur Deus
3. Reg. 8. habere pedes & manus, & alia membra tropicè:
eſt enim eius natura incorporea. Sed ſolet ſcri-
ptura aliquando & membra & affectus hominis
tribuere ſummæ ac diuinæ maieſtati, vt ſe modo
noſtro loquendi accommodet.

ב Beth. *Præcipitauit dominus, nec pepercit, omnia ſpecioſa
Iacob.* Id eſt Deus, qui olim erigere ſolebat omnia
ornamenta Iſraelitarum, modò euertit atque de-
ſtruxit omnia illa: non enim pepercit ciuitati,
nec ædificiis, quamuis pulchris, & induſtria ela-
boratis. Omnia ſpecioſa Iacob vocat cuncta or-
namenta pulchra & egregia Iudæorum, qui ſi-
gnificantur nomine Iacob, à quo tanquam à fon-
te deducuntur.

Deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda
Id eſt, mœnia & arces munitas Hieroſolymæ de-
leuit per Babylonios: nemo enim erat ex Iudæis,
qui eis poſſet reſiſtere. De illis namque ita vati-
Eſai. 1. cinatus fuerat Eſaias capite primo: Erit fortitu-
do veſtra vt fauilla ſtupæ. Hieroſolymam appel
lat virginem ob rationes, quas attulimus capite
ſuperiore. Et virginem Iuda ſeu filiam Iuda,
Geneſ. 49. quia Iudæi à Iuda filio quarto Iacob denomi-
1. Paral. 5. nantur, tanquàm à nobiliore, quoniam ei fuit re-
gnum promiſſum & tributum.

Polluit regnum, & principes eius. Id eſt, permiſit
Deus, vt regnum Iudaicum & principes ac ma-
gnates eius contaminarentur ab impuris Baby-
loniis: à quibus fuerunt aſperſi ſanguine, maculis
affecti, & cõtumeliis lacerati. Ac in regno Iudææ
vbi ſolùm Deus colebatur, colebantur Babylo-
niorum idola, & impuræ ac profanæ gentium ſu-
perſtitiones obſeruabantur. Id prædixit pſalmo-
Pſal. 88. graphus cum Deo ita loquens pſal. 88. Auertiſti
teſtamẽtum ſerui tui, profanaſti in terra ſanctua-
rium eius. Vbi pro auertiſti poteſt ſcribi euerti-
ſti: exiſtimo enim eſſe librariorum errorem, qui
pro vno alterum poſuerunt. Senſus eſt: Tu Deus
ſanctè videris euertiſſe fœdus, quod pepigeras
cum ſeruo tuo Dauide de gloria regni Iudaici:
permiſiſti enim, vt pollueretur in terra regnum
eius: quod ideò dicitur ſanctuariũ, quia tu in illo
Hieron. ſanctè colebaris. Pro, ſanctuariũ eius, vertit Hie-
ronymus & diadema eius, quod in idem ferè re-
cidit: nam nomine diadematis regnum ſignifica-
tur. Verbum hoc Hebraicum pro quo Latinus
noſter interpres in lamentatione hac vertit, pol-
luit, eſt idem, pro quo in pſalmo illo tranſtulit
profanauit: pro quo cap. 43. Eſa. vertit contami-
Eſai. 43 nare. Ita enim habet: Contaminaui principes
ſanctos. Verba ſunt Dei de peccato loquentis
Moſis & Aaronis, quos vocat principes ſanctos.
Vbi cõtaminauit idem eſt quod oſtendi eſſe con-
taminatos, nimirum apud aquas cõtradictionis:
quam ob rem in terram ſanctam ingredi non po-
tuerũt. Quare huius loci Ieremiæ hic poteſt eſſe
germanus ſenſus: Oſtendit Deus pollutum eſſe
& vitiis cõtaminatum regem Sedechiam & ma-
gnates eius, cùm illos tradidit Babyloniis graui-
ter affligendos & lacerandos. Rex enim ille qui
tunc gubernaculũ reipublicæ tractabat, & multi
ex nobilibus Hieroſolymæ ſe tetris flagitiis im-
buerant, & falſi honoris ſpecie decepti in dede-
core voluntati dignitatibus intemperanter abu-
tebãtur. Quemadmodum qui Perſicum malum Similitudo.
comedunt, ſolùm pomum deuorant, duram au-
tem nucem eius foras proiciũt: ſic multi ex ma-
giſtratibus & reipublicæ muneribus accipiunt
honorem & commodum tantùm, labores autem
dignitati copulatos reiiciunt. Itaque per regnum
intelligitur rex, & per principes viri generis no-
bilitate clari. Nec mirum eos fuiſſe flagitioſos, Similitudo.
ſiquidem rex erat flagitiis contaminatus. Nam Pſal. 71.
quemadmodum vmbra corporis obliqui obli-
qua etiam eſt: ita magnates regis impietatem ſe-
quuntur. Contrà verò de iuſto rege ait pſalmo-
graphus: Orietur in diebus eius iuſtitia. Vel vt
transferri etiam poteſt ex Hebræo: Florebit in
diebus eius iuſtus. Nam vt alio pſalmo dictum Pſal. 91.
eſt: Iuſtus vt palma florebit. Vera eſt enim illa
Eccleſiaſtici ſententia: Qualis eſt rector ciuitatis,
tales, & habitantes in ea.

Confregit in ira furoris omne cornu Iſrael. Hoc eſt, ג
Deus in ira ſua magna, in effectu iuſtitiæ ſuæ per- Gimel.
rupit ac confregit omne robur Iudæorum no-
mine Iſraelis ſignificatorũ. Cornu accipitur pro
robore, fortitudine, potentia, gloria, regno, pro-
tectione: propterea quòd animalia cornigera ha-
beant cornua pro viribus, armis, ornatu, & de-
fenſione: & quòd reges olim oleo ex cornu vnge
bantur. Pro fortitudine accipitur pſalm. 74. vbi 1. Reg. 16.
Deus ait: Omnia cornua peccatorũ confringam, Pſal. 74.
& exaltabuntur cornua iuſti. Et pſal. 43. vbi fide- Pſal. 43.
les robore ſepti aiunt: In te inimicos noſtros
ventilabimus cornu. Ac ſi dicant: Freti domine
auxilio tuo hoſtes noſtros fortitudine noſtra fe-
riemus. Et cap. 48. Ieremiæ: Abſciſſum eſt cornu Ierem. 48.
Moab. Et hac eadem lamẽtatione: Exaltauit cor-
nu hoſtium tuorum. Pro rege accipitur 1. Reg. 2. 1. Reg. 2.
Sublimauit cornu Chriſti ſui. Et Luc. 1. Erexit Luc. 1.
cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui.
Eam ob cauſam hoc Ieremię loco per omne cor-
nu quod Deus cõfregit, intelligunt nonnulli duo
cornua, hoc eſt duo Hebræorũ regna, nimirum
Iudææ & Samariæ. Accipitur cornu pro re emi-
nente & excelſa, quoniam nihil eſt in quadrupe-
dibus altius cornibus. Ita ſumitur ab Eſaia ca. 5. Eſai. 5.
Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei. Vi
nea eſt Hieroſolyma ſita in cornu hoc eſt in loco
alto, & in filio olei, id eſt in terra pingui & frugi-
fera. Nam paraphraſis Chaldaica habet: In mon-
te excelſo, & in terra pingui. Et pagninus: In col- Pagnin.
le, in loco pingui. Fortaſſe appellatur locus ille
filius olei propter oliuarum, quibus abundat,
multitudinem & proceritatem. Vel propter re-
ges & ſacerdotes, qui ibi oleo vngebantur. Vel 1. Reg. 16.
quia inde exiuit euangelica doctrina, quæ longè 4. Reg. 11.
latéque propagata vniuerſum terrarum orbem
perunxit, & pinguem reddidit, qui antea aridus
erat, & ob penuriam doctrinæ cœleſtis ſiccitate
labo

laborabat. Fortaſſe alludit diuinus vates ad antiquum Prouerbium, cornu copiæ, vberrimorum fructuũ referto, vt ſit ſenſus: Sita eſt Hieroſol. in loco, ex quo tanquã ex Amalthææ cornu omnẽ pinguem & fœcundam fructuum vbertatem depromere poſſis. *Exod. 3.* *Num. 13.* Perſpecta fuit enim, & cognita terræ ſanctæ fertilitas, quæ ob eam cauſam lacte & melle fluere dicebatur. Significari autẽ fertilitatem cornu illo copiæ indicant numiſmata Iulij Cæſaris, Muſidij, M. Antonij, Domitiani quæ Antonius Zantanus, Aeneas Vicus, & Hubert. Herbipolita deſcripſerũt, & excudi curarũt. Inſuper accipitur cornu pro radio & ſplẽdore. Quam ob cauſam Moſes cornibus inſignitus depingitur, cum deberet ſplendidus depingi: cuius facies diuino lumine illuſtrata adeo fulgẽtibus radiis micabat, vt populus Iſraeliticus eius ſplendorẽ ferre minimè valeret. *Exod. 34.* Ita literæ diuinæ ca. 34. Exod. memoriæ prodiderunt. Id enim voluerunt ſignificare cornibus hoc eſt ſplẽdoribus, quib. Moſis facies fulgebat: de quo ibi ſcriptum eſt: Ignorabat, quòd cornuta eſſet facies ſua. Quæ verba præclarè ſeptuaginta ita trãſtulerunt: Neſciebat Moſes glorificatum eſſe aſpectũ cutis faciei ſuæ. Has & alias ſignificationes habet cornu: de quibus vide Auguſt. in pſal. 117. & in Apoc. homilia 11. Hieronymum in Habacuc 3. & in Ezechielem 43. Arnobium in pſal. 68. & 111. Aretam in Apoc. 9. Baſilium in pſal. 21. Ricardum de ſancto Victore de vitio mutabilitatis. Sed hoc loco pro robore, ſeu regno accipitur à Ieremia.

Auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici. Id eſt, ſubduxit Iudæis auxilium, cùm peruẽtum fuit in hoſtiũ cõſpectum. Accipi dexterã pro auxilio indicat locus ille pſal. 73. *Pſal. 73.* Vt quid auertis manum tuã, & dexterã tuam, de medio ſinu tuo in finẽ? Subaudi, tolle illã. Ac ſi dicat diuinus vates: Quare domine retrahis à me præſidiũ tuum? Profer ex ſinu tuo manum adiutricem, & nobis fer opem. *Pſal. 118.* Et pſal. 118. Fiat manus tua, vt ſaluet me. Vel accipitur manus pro ſupplicio: vt ſit ſenſus: Auertit Deus ſupplicium & caſtigationem à Iudæorum inimicis. Accipi autem manum pro flagello indicat Iob cap. 13. *Iob 13.* cùm ait: Manũ tuam longè fac à me. *Iob 19.* Et cap. 19. Manus domini tetigit me. *Pſal. 31.* Et pſal. 31. Grauata eſt ſuper me manus tua. *Soph. 1.* Et Sophoniæ 1. Extendã manum meã ſuper Iudam.

Et ſuccendit in Iacob quaſi ignem flamma deuorantis in gyro. Id eſt, & accendit in populo Iſraelitico calamitatem inſtar ignis ardentis, qui non ex vna aut altera parte, ſed vndique omnia circumquaque conſumit.

ד *Daleth.* *Tetendit arcum ſuum.* Arcus eſt inſtrumentum iaculandi, quo hoſtis ſolet in prælio pugnare. Tunc autem eũm tetendit, cùm ſagittas emittit. Comparat Ieremias calamitates Iudæorum ſagittis, quibus Deus eos transfigebat. Ita pſalmographus: *Pſalm. 7.* Arcum ſuum tetendit, & parauit illum: & in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit. Vaſa mortis appellat ſagittas, quas ait. Deum in ardentes odio, & ira, & cæteris flagitiis emiſiſſe. Vltionem Dei impiis proximam deſcribit his verbis Dauid.

Quaſi inimicus. Quia pœnam inferebat: etiam tamen illud ex iuſtitia, charitatéque ad animarum vtilitatem efficeret.

Firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis. Firmauit & roborauit dexteram ſuam, vt inſtar hoſtis grauiter vulnerantis nos duriùs feriret. Diuinam indignationem comparauit proximè arcui à longè percutienti, nunc manui è prope flagellanti. Diximus paulò antè, manum accipi pro flagello. Vnde firmare manum ſuper aliquem, eſt illum grauiter percutere. Senſus eſt: non ſolùm manum ſuam à nobis retraxit, vt non ſtaret pro nobis, ſed etiam ſtetit ab hoſte contra nos.

Occidit omne quod pulchrum erat in tabernaculo filiæ Sion. Hoc eſt, perdidit, quicquid pulchrum erat in tẽplo Hieroſol. Accipitur tabernaculum pro templo, vt pſal. 131. *Pſal. 131.* Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi ſteterũt pedes eius. *Ierem. 10.* Et Ieremiæ 10. Tabernaculum meum vaſtatum eſt. Vel accipitur tabernaculum pro vrbe. Et tunc idem eſt, in tabernaculo filiæ Sion, ac in ciuitate Hieroſolimæ. Accipi autẽ tabernaculum pro vrbe indicat ca. 12. li. 3. Regum: *3. Reg. 12.* Vade in tabernacula tua Iſrael. *Pſal. 86.* Et pſal. 86. Diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Hoc eſt plusquam omnes Iudæorum ciuitates. Vel vtitur hîc Ierem. ſingulari pro plurali, & per tabernaculum intelligit domos, vt 4. Regum 8. *4. Reg. 8.* Populus autẽ Iſrael fugit in tabernacula ſua. *Iob. 18.* Et Iob decimooctauo: Habitent in tabernaculo illius ſocij eius, qui non eſt. Id eſt, habitent in domo illius ſocij eius, qui iam non extat, qui iam ex vita migrauit. Vel vt poteſt etiã verti: Habitent in domo illius ſocij eius, quia illius nõ eſt. Ac ſi dicat: Habitent alij in eius domicilio, quoniam illud ex rapinis cõſtruxit. Vel accipitur ibi tabernaculum pro ſepulchro, vt ſit ſenſus: Sepeliatur ipſe, & in ſepulchro illius ſocij eius ſimul condantur. Ipſe humo iniecta in tumulo congregatur, & amici eius eodem loco mandentur.

ה *He.* *Factus eſt dominus velut inimicus.* Iuxta illud Eſaiæ 63. *Eſai. 63.* Ipſi ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt ſpiritum ſanctum eius: & ipſe conuerſus eſt eis in inimicum, & debellauit eos.

Præcipitauit Iſrael. Id eſt, perdidit Deus populum Iſraeliticum.

Diſſipauit munitiones eius. Id eſt, diruit arces munitas Hieroſolymæ

Repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. Auxit in vrbe Hieroſolyma afflictos vtriuſque ſexus. Poteris vertere: Propagauit mœrorem & triſtitiam filiæ Iudæ. Ioannes Benedictus habet ad marginem: Multiplicauit in filia Iudæ luctum & lamentum. Iſidorus Brixianus vertit: Repleuit filiam Iuda lamentatione & luctu.

ו *Vau.* *Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum.* Hoc eſt, euertit Deus templum ſuum, acſi eſſet hortus fragili maceria ſeptus. Nomine tentorij templum ſignificatur. Poteris per tentorium intelligere Hieroſolymam, vt ſit ſenſus: Deſtruxit quaſi horti tugurium ciuitatem ſuam. Vel ſic: Diſſipauit Hieroſolymam, quæ inſtar horti amœniſſimi iucundiſſima erat.

Demolitus eſt tabernaculum ſuum. Euertit ciuitatem ſuam. Eadem eſt ſententia cum ſuperiore. *Hieron.* Diuus tamen Hieronymus per tentorium intelligit tabernaculum Moſis, per tabernaculum verò templum Salomonis.

Obliuioni tradidit dominus in Sion feſtiuitatem &

ſabbatum. Ceſſare fecit Deus in templo ſolennia
legalia. Cùm enim non eſſet templum, nulla ſo-
Sup. 1. lennia celebrabantur. Idem dixit capite ſuperio-
re: Viæ Sion lugent, eo quòd non ſint, qui ve-
niant ad ſolennitatem.

Regem & ſacerdotem. Ad regem pertinebat ci-
uitatem regere, & defendere, & populum tueri.
Sacerdotis autem præcipuæ partes erant, popu-
Similitudo. lum docere, Deo in templo miniſtrare, legem
eius interpretari, & omnes iuxta illam erudire.
Vt natura humorem ac vim vitalem arboris po-
ſuit in eius radice & medulla, vt inde ad ramos
deduceretur: ſic Deus voluit, vt in ſacerdotibus
vis eſſet ſapientiæ, vt inde tanquam ex radice in
Similitudo. populum permanaret. Et quemadmodum ſan-
guis eſt in epate, ex quo tanquam ex fonte deri-
uatur ad venas explendas, membraque nutrien-
da: ſic vera ac ſalutaris doctrina debet eſſe in eo,
qui fungitur ſacerdotio, ex quo in populum de-
riuetur, & circunfundatur. Labia enim ſacerdo-
Mala. 2. tis, vt ait Malachias cap. 2. cuſtodiunt ſcientiam,
Agg. 2. & legem exquirunt de ore eius. Idem vult ſigni-
ficare Aggæus cap. 2. cùm ait: Interroga ſacerdo-
Epheſ. 4. tem legem. Et diuus Paulus ad Epheſios 4. Ipſe
dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam an-
tem prophetas, alios verò euangeliſtas, alios au-
tem paſtores & doctores. Non ait: alios autem
paſtores, alios verò doctores: ſed alios autem pa-
ſtores & doctores: quia qui paſtor eſt, magiſter
Ierem. 3. eſſe debet. Ideo ait Deus apud Ieremiam 3. Dabo
vobis paſtores iuxta cor meum: & paſcent vos
Similia. ſcientia & doctrina. Sacerdos ſine ſcientia eſt ſol
ſine luce, nauis ſine gubernaculo. Tu autem ad-
Malac. 2. uerte: Non ait Malachias: Labia ſacerdotis pro-
ferunt ſcientiam: ſed cuſtodiunt. Cuſtodire enim
ſcientiam eſt non ſolùm illam habere, ſed iuxta
illam viuere. Nam vt ait apoſtolus cap. 4. prioris
1. *Cor.* 4. ad Corinthios: Non in ſermone regnum Dei
eſt, ſed in virtute. Dæmones multa ſciunt, dicun-
tur enim à verbo dæmo, quod idem eſt Græcè,
quod ſcio Latinè. Vnde Plato in Cratylo ait dæ-
mones à peritia rerum eſſe nũcupatos: quem ſe-
Plato. cutus eſt Lactantius & Capella, & Chalcidius in
Capell. Timæum Platonis. At quid illis prodeſt ſcientia,
Chalci. quando quidem ſupplicio æterno cruciãtur? Ha-
bent ſcientiam à charitate diſiunctam, ideo ſunt
ſuperbia elati: nam vt diuus ait Paulus cap. 8.
prioris ad Cor. Scientia inflat. Quod diuus Aug.
lib. 9. de ciuitate Dei interpretatur, quando eſt à
Similitudo. charitate ſeparata. Quemadmodum ſeracium,
quod alij ceruiculum vocant puràm proiicit fa-
rinam, furfures autem retinet: ita magiſtri docti
ſed impij bonam proferunt doctrinam, ſed reti-
nent impietatem. Sunt ſcientia præditi, ſed male-
ficiis paſcuntur. At veri ſacerdotes debent habe-
re ſcientiam cum virtute copulatam: præſertim
ſcientiam diuinæ legis, in qua ſunt alios inſtru-
cturi. Nec rex debet eſſe ab hac ſciẽtia alienatus:
nam quõdam eum ei diadema regium capiti im-
ponebant, ſupra illud diuinæ legis librum collo-
4. *Reg.* 11. cabant. Cap. enim 11. li. 4. Reg. ſcriptum eſt: Pro-
duxítque, nimirum Ioiadas, filium regis, & poſuit
ſuper eum diadema, & teſtimoniũ: fecerúntque
eum regem. Vbi nomine teſtimonij diuina lex ſi-
Deut. 17. gnificatur. Et cap. 17. Deut. præcipiebat Deus, vt
rex deſcriberet ſibi legem Dei, quam ſecum ha-
beret, legerétque omnibus diebus vitę ſuæ. Aſpi-
cis igitur oportere non ſolùm ſacerdotes, ſed e- *Matt.* 15.
tiam principes eſſe inſtructos ſcientia, ne cæci
duces cæcum populum ducentes, alios præcipi-
tent, & omnes in foueam cadant.

Repulit dominus altare ſuum. Deſeruit Deum ז
aram ſacrificiorũ, quæ erat in tẽplo Salomonio. *Zain.*

Maledixit ſanctificationi ſuæ, Id eſt aſpernatus eſt
templum ſuum, vbi ipſe olim colebatur. Ita ac-
cipitur 1. Machab. cap. 4. Viderunt ſanctificatio- 1. *Mac.* 4.
nem deſertam, altare profanatum. Vel maledixit,
hoc eſt permiſit, vt hoſtes maledicerent, tem-
plúmque ſanctum execrarentur.

Vocem dederunt in domo domini ſicut in die ſolenni.
Id eſt Babylonij vociferati ſunt in templo, facto
ſtrepitu & clamore, quemadmodum cùm olim
ad illud omnes Hebræi religionis gratia conue-
nirent, laudéſque diuinas celebrarent.

Cogitauit dominus diſſipare murum filiæ Sion. De- ח
creuit Deus cogitatione æterna, quæ tẽpore ſta- *Cheth.*
tuto proceſſit euertere murum Hieroſolymæ.
Libro decimoquinto de ciuitate Dei cap. 25. ait
in hunc modum Auguſtin. Cogitatio verò Dei *Auguſt.*
& recogitatio mutandarum rerum eſt immuta-
bilis ratio. Neq; enim ſicut hominem, ita Deum
cuiuſquam facti ſui pœnitet: cuius eſt de omni-
bus omnino rebus tam fixa ſentẽtia, quàm certa
præſcientia. Tu interim aduerte. Non ait: Diſſi-
pauit dominus: ſed cogitauit diſſipare: non enim
id temerè fecit: ſed de exitio hoc cogitauit. Vo-
lens Sennacheribũ mulctare, ait apud Eſai. cap. *Eſai.* 14.
14. Hoc eſt conſilium, quod cogitaui. De illo ait *Zacha.* 1.
Zach. 1. ca. Sicut cogitauit dominus exercituum
facere nobis. Id quod nos ſumus imitaturi: non
enim inconſideratè & incõſultè, ſed facta ſumma
cogitationũ ſumus ſupplicium aliis nobis ſubie-
ctis illaturi, & negotia noſtra aggreſſuri. Vt ſar- *Similitudo.*
tor prius pannum cubito & palmo metitur, &
norma gypſóque deſcribit & delineat, & poſtea
ſedit atque ſcindit: ita nos debemus cogitatio-
nem & cõſilium prius adhibere, rémque ſapien-
ter rationis regula dimetiri: ac poſtea abſcindere
& amputare. Sed etſi in aliis negotiis adhibenda
eſt deliberatio, multò magis tamen in pœnis in-
ferendis. Cùm enim iuſtitia ad ſe rapere, miſeri-
cordia contrà reuocare ad ſe videtur, fit, vt di-
ſtrahatur in deliberando animus, afferátque an-
cipitem curam cogitandi. Sed debet ſe ad illam
inclinare partem, Vbi rationem præponderare
intuetur. Itaque nihil agendum nobis eſt, quin
prius de Deo & iudicio præcedat cogitatio. Cap.
3. Prouerbiorum ait Salomon: In omnibus viis *Prou.* 3.
tuis cogita Deum. Et vigeſimo octauo: Viri mali *Prou.* 28.
non cogitant iudicium.

Tetendit funiculum ſuum. Id eſt, expandit æqui-
tatis ſuæ menſuram ſuper improbos Iudæos, vt
pœna culpæ æquaretur: iuxta illud Eſaiæ 27. In *Eſai.* 27.
menſura contra menſuram, cùm abiecta fuerit,
iudicabis eam. In menſura iuſtitiæ tuæ contra
menſuram flagitiorum eius. Theodoretus legit: *Theod.*
Extendit menſuram: eamq; ait eſſe iuſtam atque
æquam ſententiã. Alij pro funiculo vertunt nor-
mam, nimirum iuſtitiæ: quod in idem recidit. Ita
poteſt intelligi Eſaiæ illud cap. 34. Extẽdetur ſu- *Eſai.* 34.
per eam mẽſura, vt redigatur ad nihilum, & per-
pendiculum in deſolationẽ. Nam funiculus ac-

cipitur

cipitur pro linea plumbeum cylindrum appenſum habente, qoud perpendiculum appellatur: quo lapides à fabricatorib. ſiut necne recti, exa-
Pſal. 138. minantur. Ita accipitur pſal. 138. Semitam meam & funiculum meum inueſtigaſti. Acſi dicat: Tu domine noſti viã vitæ meę, & quicquid perpendo, & cogitationis perpẽdiculo examino. Poteſt locus ille ita etiã intelligi: Tu Deus ſanctè perſpicis & cognoſcis, quando ambulo, & quando ſiſto gradum. Solent enim, qui præclarè currunt, ſiſtere ad funiculum & terminũ: quod Loſitanè dicimus, parar à riſca Funiculi etiam & funes dicuntur diuiſiones menſuræ, qoibus agri & hæreditates diuiduntur. Hinc effectum eſt, vt ipſam
Pſal. 15. ſignificent hæreditatem: vt pſal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris. Hoc eſt, præclarã mihi venit hæreditas. Eſt autem hoc depromptum ex hiſtoria Ioſue, qui funib. agros metitus eſt, quos
Ioſue 13. popolo diuidebat. Id cecinit his verbis diuinus
Pſal. 77. ac regius vates pſal. 77. Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. Et quoniam mittere ſeu extendere funiculum eſt hæreditatem & poſſeſſiouem tradere, fortaſſe id voluit Ieremias hoc loco ſignificare, cùm dixit: Tetendit funiculum ſuum: hoc eſt, tradidit Deus Babyloniis Hieroſolymæ poſſeſſiooem. Poteris & rectiſſimè quidem uomine funiculi hoc loco intelligere flagellum, quod Deus ad percutiẽdam ingratam Hieroſolymam tetendit. Sequitur enim: Et nõ auertit manum ſuam à perditione. Hoc eſt, nou abſtraxit manum ſuam à verberibus. Nihil omiſit de iuſta ac debita pœna. Funibus enim ſignificantúr flagella & ſupplicia & dolores, vt pſalmo
Pſal. 118. 118. Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Hoc eſt moleſtiæ quibus ab improbis hominibus affectus ſum, me vndique exagitarunt.

Luxítque antemurale. Hoc eſt, præ euerſione lugere videbatur. Sic prima lamentatione: Viæ Sion lugent. Deſtructa mœnia ad luctum eos prouocabant, qui ad illa aſpiciebant. Simili mo-
Eſai. 24. do Eſai. 24. Luxit, inquit, & defluxit terra. Antemorale eſt paruus vrbis ambitos lapideus extra murum. Quidam pro antemurali intelligunt arces & propugnacula.

ט *Teth.* *Defixæ ſunt in terra portæ eius.* Fueruut eius portæ à locis ſuis amotæ, & in terram proiectæ. Particula eius refertur ad murum, de quu proximè locutus eſt. Vel per portas intelligit iudicia, quæ ad vrbis portas quoudam exerceri ſolebant. In hanc ſignificationem accipitur porta à Salomo-
Prou. 22. ne cap. Prouerbiorum 22. cùm ait: Nec conteras egenũ in porta, quia iudicabit dominus cauſam
Sup. 1. eius. Et Threnorum 1. Omnes portæ eios deſtructæ. Eſt igitur ſenſos: Omnia iudicia Hieroſolymæ iacent in terra fixa: quia iudices non ad cœlũ aſpirant, ſed ad terram: rebus terrenis implicantur, & propriis emolumentis omnia metiuntur.
Similitudo. Huioſmodi iudices ſimiles ſunt ſtateræ, quæ ad eam partem deprimitur, vbi maius pondus imponitur: nam obliti iuſtitiæ pro illis feruut ſententiam, à quibus maiora munera ſoſcipiunt. Il-
Pſal. 81. los obiurgãs pſalmographus: Vſquequo, inquit, iudicatis iniquitatem, & faciem peccatorum ſumitis? Sumere faciem peccatoris eſt improbis fauere, eorum gratiam pecuniamq́ue aucupari, ob eámque cauſam innocentes opprimere. Fortaſſe per portas intelligit regem, qui in portis iudicia exercebat: per vectes autem principes & magnates, quibus rex confirmatur, ſicut porta vectibus. Id qđ ſtatim exponit dicẽs: Regem eius, & principes eius in gentibus. Subaudi, abdoxit Deus, quando regem Hieroſolymę Sedechiam, eiúſque nobiles ac optimates in Chaldæam relegauit.

Non eſt lex, Id eſt, non eſt legis obſeruantia: vel non eſt, qui legẽ doceat. Paraphraſtes Chaldæus coniungit hęc cum ſuperioribus: ita enim habet: Rex eius & principes abducti ſunt inter gentes, eo quòd verba legis non cuſtodierunt.

Non inuenerunt viſionem à domino. Id eſt, non inuenerunt prophetiam à Deo: non erant verè diuini vates, quibus Deus ventura indicaret.

Sederunt in terra, conticuerunt ſenes י
filiæ Sion, conſperſerunt cinere capita *Iod.*
ſua: accincti ſunt ciliciis: abiecerunt in terram capita ſua virgines Ieruſalem.

Defecerunt prę lachrymis oculi mei, כ
conturbata ſunt viſcera mea, effuſum eſt *Caph.*
in terra iecur meum ſuper contritionem filię populi mei, cùm deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.

Matribus ſuis dixerũt: vbi eſt triticum ל
& vinum? cùm deficerent quaſi vulnera- *Lamed.*
ti in plateis ciuitatis, cùm exhalarẽt animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.

Cui comparabo te? vel cui aſsimilabo מ
te filia Ieruſalem? cui exæquabo te, & *Mem.*
conſolabor te virgo filia Sion? magna eſt enim velut mare contritio tua: quis medebitur tibi?

Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtul- נ
ta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt *Nun.*
te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas & eiectiones.

Plauſerunt ſuper te manibus omnes ס
tranſeuntes per viam, ſibilauerũt, & mo- *Samech.*
uerunt capita ſua ſuper filiam Ieruſalem: hæccine eſt vrbs dicentes perfecti decoris, gaudium vniuerſę terrę?

Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes פ
inimici tui, ſibilauerunt, & fremuerunt *Phe.*
dentibus ſuis: & dixerunt: deuorabimus: en iſta eſt dies, quam expectabamus, inuenimus, vidimus.

Sederunt in terra. Senes Hieroſolymæ qui olim י
in excelſo dignitatis gradu ſedẽtes gaudio exul- *Iod.*
tabant, nunc abiecti & mœrore eruciari in terra ſederunt. Signum erat abiectionis & luctus ſedere in terra.

Conticuerunt ſenes filiæ Sion. Obmutuerunt ſenes Hieroſolymæ. Hoc etiam ſignum erat mœroris & ſqualoris. Id oſtendit ſcriptura capite
Iob ſecundo, cùm ait ipſum Iob, & tres amicos *Iob 2.*
eius ſediſſe in terra ſeptem diebus, neminémque

ei verbum locutum fuiſſe. Contrà ſedere in ſolio eſt regnare, aut eſſe in excelſa aliqua dignitate *3. Reg. 1.* conſtitutum: vt capite primo lib. 3. Regum: Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper ſolium meum. Eam ob cauſam dicimus: Talis ſummus pontifex ſedit annos tot. Simili modo loqui eſt authoritatem oſtendere. At illi conticebant loqui non audentes. Permiſit Deus, ne loqui auderẽt, quia multa vana, falſa, inutilia, & noxia locuti fuerant, quibus ſtultitiam ſuam *Similitudo.* indicauerant. Vt vaſa inania lõgiſſimè tinniunt: ſic vani homines vera ſapientia deſtituti maximè garriunt, ſúntque loquacitate pleniſſimi. Fie- *Similitudo.* ri non poteſt, vt garruli ſint docti: nam vt vaſa quæ ſemper effundunt liquorem, non implentur: ſic qui ſemper loquuntur, haud quaquam poſſunt ſcientia repleri. Ac plerunque aliquid dicunt noxium, aut ſaltẽ otioſum & inutile. Nam *Prou. 10.* vt Salomon ait Prouerbiorum decimo: In mul- *Auguſt.* tiloquio non deerit peccatum. Vbi diuus Auguſtinus lib. 1. contra Creſconium annotauit, non dixiſſe Salomonem: In multa eloquentia, ſed in multiloquio, quod ait eſſe ſuperuacaneam locu- *Ioſue 7.* tionem. Capite ſeptimo Ioſue vbi nos habemus Achan abſtuliſſe a Iericho regulam auream, ſecúmque aſportaſſe: quam ob rem fuit iurè interfectus, & lapidibus obrutus: pro regula eſt in Hebræo laxon, quod nomen & regulam ſignificat & linguam. Qua ratione ducti ſeptuaginta linguam verterunt. Ac ita legit Origenes cum cæteris Græcis. Ille meritò interficitur, & lapidibus obruitur, qui linguam Iericho, hoc eſt mundi loquacitatem ſibi ſumit, etiam ſi aurea ſit: qui dulcibus vtitur verbis ad mundi vanitates amplificandas, réſque peſtilentes ſuadendas. Quantò quis eſt impurior, & flagitioſior, tantò pernicioſior eſt eiùs copia, & dicendi facultas. Ac generaliter nimia verborum vbertas nocet. Quam ob cauſam viri ſapientes ſilentio ſæpenumero vtun- *Pſal. 101.* tur. Illud pſalm. 101. Similis factus ſum pelicano ſolitudinis, verti etiam poteſt: Silui, vt pelicanus ſolitudinis. Verbum enim damah & ſimile eſſe *Prou. 13. 17.* ſignificat, & tacere. Cap. 13. Prou. ait ſapiens: Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. Et 17. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt: qui autem incõſideratus eſt ad loquen- *Prou. 18.* dum, ſentiet mala. Et 18. Mors & vita in manibus linguæ. Et Eccl. 14. Beatus vir, qui non eſt *Eccl. 14. 22.* lapſus verbo ex ore ſuo. Et 22. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea non *Ephe. 4.* perdat me? Id intelligens diuus Paulus cap. 4. epiſt. ad Epheſ. Omnis ſermo, inquit, malus ex *Iacob. 1. 3.* ore veſtro non procedat. Et Iacobus capit. 1. canonicæ ſuæ: Sit omnis homo velox ad audiendũ, tardus autem ad loquendum. Et 3. Si quis in ſermone non labitur, hic perfectus eſt vir, qui poſſit *1. Petr. 3.* freno moderari totum etiam corpus. Et Petrus apoſtolorum princeps cap. 3. prioris epiſtolæ ſuę: *Similitudo.* Qui vult vitã diligere & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia ſua, ne loquantur dolum. Vt rupes obiicitur flumini, ne ſe effundat: ſic ratio obiicienda eſt linguæ, ne temerè diffluat. Eam ob cauſam illam natura in ore poſuit, & tanquam in carcere concluſit, vbi eſt labiis ac dentibus circumſepta. D. Ambr. lib. 1. de Officiis: Quamplures, inquit, vidi loquendo in peccatum incidiſſe, vix quempiam tacendo: ideoque tacere noſſe: quam loqui difficilius eſt. Bernar. in quodam ſermone: Tenerũ membrum eſt lingua, & tamen vix teneri poteſt. Hugo Victorinus lib. 2. de anima: Mores hominis lingua pandit: qualis ſermo oſtenditur, talis animus approbatur. Caſſio. in pſalmum: Dixi cuſtodiam: Facilius culpa tacendo refugitur, quam loquẽdo. Aſpicis, quam periculoſa ſit loquacitas. Idem externi philoſophi teſtãtur. Seneca in epiſtola quadam: Summa, inquit, ſummarum hæc erit tibi: tardiloquentem te eſſe iubeo. Et Aul. Gell. lib. 8. Sapiens ſermones ſuos præcogitat & examinat prius in pectore, quàm proferat in ore: Chilon Lacedæ. vt refert Laerti. non committendum eſſe dicebat, vt lingua animũ præcurreret. Anacharſis, apud Bruſon. lib. 3. interrogatus quid eſſet in homine peſſimũ, & quid optimũ, reſpondit: lingua. Theoc. ita à loquacitate abhorrebat, & ſilentium amabat, vt interrogatus à quodam loquaci poeta, qui multa recitauerat, quænam ei magis placerẽt, quæ, inquit, omiſiſti. Melius enim quod dixerat, erat id, ꝙ nõ dixerat. Ita refert Antonius in Meliſſa, Euripides apud Stobæum. Decorum ſilentiũ, inquit, corona eſt viri: loquacitas autem nec iucundum aliquid habet, & mala eſt familiaritati, & inutilis, vrbi. Aegyptij crocodilũ quod elinguis eſſet, venerabantur. Ego certè ne plures citem authores, experientia ductus aſſeueranter affirmo vtiliſſimũ eſſe ſilentium, & periculoſam loquacitatem, ac ſæpenumero me pœnituiſſe locutũ eſſe. Sed quid homines cõmemoro, cũ animalia rationis expertia ſilentij nobis oſtendant vtilitatem? Grues cùm ex Cilicia deuolant, montem Taurum aquilis rapaciſſimis plenum nocte tranſuolantes ferunt in ore lapides, vt ait Plut. ne eas vox prodat, & ab aquilis ſentiantur. Vt tutæ euadant, ſilentio vtuntur. Eſt igitur ſæpenumero tacere tutiſſimũ. Fateor tamẽ, opus eſſe aliquando loqui, & noxiũ tacere: nam Eſai. ait cap. 6. Væ *Eſai. 6.* mihi quia tacui. Et 26. Propter Sion non tacebo. *Eſai. 26.* Et 56. eos qui tacebãt, quando oportebat loqui, *Eſai. 56.* appellat canes mutos nõ valentes latrare. Et Iere. *Iere. 61.* cap. 61. Nolite inquit, tacere ſuper iniquitatem *Prou. 12.* eius. Et ſapiẽs Prou. 12. Lingua ſapientiũ ſanitas. Vt ſerpentis lingua venenata eſt, ita lingua canis ſalutaris. Id intelligens Eccl. ait ca. 3. Tempus lo- *Eccleſ. 3.* quendi, tempus tacendi. Qui ea quæ dicenda ſunt, ſilẽtio prætereunt pecunia corrupti, bouem in lingua habere dicuntur. Nam nummus quidam Athenięſium habebat ex vna parte ſculptam figuram bouis, quã ob cauſam bos appellabatur, vt refert Iulius Pollux libro de rerum vocabulis nono. Meminit huius prouerbij Theognis, & Philoſt. in vita Apollonij, Et Aeſchylus in Agamenone. Quare nõ eſt omnino approbãdum inſtitutum Pythag. qui quinquennium ſilentium indicebat, cùm flagitiũ ſit aliquando vti ſilentio. Generaliter tamen illud eſt tutum & vtile. Vnde vetus illud ac tritum dimanauit prouerbium à magnis viris vſurpatum: Silentij tutũ præmium. Eo vtitur Ariſtides in defenſione Periclis, Plutarchus in Auguſti Cęſaris apotehgmate, Horatius lib. Odarum tertio, Valerius Maxim. lib. 7. cap. 2. Dies me deficeret, ſi narrare vellem authorum

thorum nubem, qui ſilentium laudant, loquacitatem autem vituperant. Sed illud velim tibi perſuadeas, non eſſe loquacitatem multùm loqui, quando neceſſaria dicuntur. Illam verborum copiam improbamus, quæ perniciosa eſt, aut inutilis, cuius maculis multi ex Iudæis fuerunt notatiſsimi. Quare permiſit Deus, vt qui olim loquaciſſimi erant, tūc loqui minimè auderēt, vt hoc loco ait noſter Ieremias.

Conſperſerunt cinere capita ſua. Hoc erat magnū doloris & luctus & pœnitentiæ ſignum: vt cap.
2.Reg.13. 13. lib. 2. Reg. Aſpergens Thamar cinerem capiti
Iudit.4. ſuo. Et Indith. 4. Erat cinis ſuper capita eorum.
Iob 14. Et Iob 14. Ago pœnitentiam in cinere & fauilla. Idem eſt indui cilicio. Ideo addit: Accincti ſunt ciliciis. Ad conſuetudinem illā alludit Chriſtus Deus noſter, cùm apud Matt. 11. ait: Væ tibi Co
Matt.11. rozain, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.

Abiecerunt in terram capita ſua virgines Ieruſalē. Puellæ Hieroſolymæ vt oſtenderent mœrorem ſuum, capita in terram abiiciebant. Erat illud etiam ſignum veræ humilitatis, quam omnes am
Similitudo. plecti debent. Vt enim corpora globoſa facilè mouētur deorſum, difficulter autem ſurſum: ita Chriſtianus ad res humiles & abiectas, ſed pias debet ſua ſponte moueri, ad mūdi verò honores & dignitates non niſi coactus, ac quaſi per vim.
Hebr.1. Eum imitemur, qui cum ſit ſplendor gloriæ, &
Matt.11. figura ſubſtantiæ eius, verus Deus, & verus ho-
Matt.20. mo, apud Matt. 11. Diſcite, inquit, à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Et 20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. De illo ait apoſtolus in epiſtola ad Philippenſes cap. 2. Se-
Philip.2. metipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Et paulò pòſt: Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Præterea abiicere in terram caput, erat honeſti pudoris indicium & ſignificatio: qui in omnibus præſertim in adoleſcentibus laudatur. Eſt quoque pudor quidam vitioſus, qui infringen-
Similitudo. dus eſt, ſed cautè, ne laudabilis pudor amputetur. Vt peritus agricola dumos & arbores ſylueſtres & inutiles omnino reſecat & euellit, vites verè amputat attētè & cum circumſpectione, ne fortaſſe circumcidens ſuperuacaneum lædat vtile: ſic parentes, magiſtri, & præſides ex animis eorum, quos tenētur inſtruere auaritiam, libidinem, & cætera huiuſmodi vitia circumſecare debent, & funditus delere, verecundiam autē ſtultam & deprauātam cautè vituperare, ne ſimul eam euellant, quæ eſt ornatus vitæ, & magnopere appetenda. Eſt enim honeſta verecundia cuſtos virtutom dedecus fugiens, laudémque maximè conſectans. Chryſoſtomus in Matthæum homilia 33. podorem vocat vitiorum frenum. Et Ambroſius lib. 1. de officiis. Eſt verecundia, inquit, pudicitiæ comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt.

Defecerunt præ lachrymis oculi mei. Oſtendit Ie-
Caph. remias pietatem ſuam erga patriam, quam vide-
Ier.9. bar euerſam & ſummoperè afflictam. Cap. 9. di-
Sup.1. cebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontē lachrymarū? Et prima lamētatione. Ego plorās, & oculus meus deducēs aquas. Anaſtaſius Nicenus in lib. quæſtionum in ſcripturā quæſt. 8. comparat pias lachrymas cum ſanguine martyrum, quoniam vtrunque ex noſtra ſubſtantia Deo offertur. Cæſarius Arelatenſis homil. 34. quartam remiſſionem ait eſſe lachrymarum profuſionem. Marcus Eremita in libro de lege ſpirituali ait Deum eſſe, qui tangit oculos cordis noſtri, cum in oratione lachrymas profundimus. In ſanctorum ſcriptis paſſim piæ lachrymę laudantur.

Conturbata ſunt viſcera mea. Subaudi propter Ier.31.
acerbiſſimum dolorem. Cap. 31. dixerat eadem fere verba. Sed hæc perturbatio à pietate dimanans, & à ratione non diſcedens poteſt cum animi tranquillitate coniungi. Perturbatio fugienda eſt illa, quæ rationi non parens animi quietē & ſecuritatē diuellit, & nullo modo cum vera cō
ſtantia copulatur. Quemadmodum remora in Similitudo.
mari procellis agitato non ſinit moueri nauem: ſic conſtantia in mari calamitatum non patitur animum à rationis gradu dimoueri. Eſt autē remora exiguus piſcis à remorando dictus, quòd nauem cui affixus fuerit, remoretur. Author eſt Plin. lib. 31. Quanquam ruant venti, ſæuiantque procellæ, tamen cogit ſtare nauigia, atque tempeſtatum vires compeſcit. Eſt quidem conſtantia veluti anchora firma, quam nullum ferrum poteſt præcidere inuito viro conſtante, nulla tempeſtas labefactare. Hanc oportet amplecti, & nūquam derelinquere. Nam vt Eccleſiaſticus ait
cap. 2. Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam. Et Eccle.2.
apoſtolus in priore ad Cor. cap. 15. Itaque, in- 1.Cor.15.
quit, fratres mei dilecti ſtabiles eſtote, & immobiles, abundātes in omni opere Domini ſemper.
Et Chriſtus Deus noſter apud Matt. 10. & Mar- Matt.10.
cum 13. Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic Marc.13.
ſaluus erit. Hac conſtantia munitus erat Ieremias, quamuis eius viſcera conturbarentur.

Effuſum eſt in terra iecur meum. Id eſt, tanto angor dolore, vt videar iecur in terram profundere. Iecur eſt veluti fons ſanguinis, in quo vita conſiſtit. Vnde iecur effundere apud Hebræos eſt vitā amittere, aut ſaltem deficere & exanimari. Ac rumpere iecur alicuius eſt illum interficere: vt
apud Oſeam 13. Rumpam interiora iecoris eorū. Oſe.13.
Sed effuſum eſſe iecur in terram, eſt nihil ex vita velle, ſed mortem & ſepulchrum diligere: iecur enim eſt affectuum receptaculum.

Super contritione filia populi mei. Hoc eſt, propter dolorem, quo afficitur Hieroſolyma.

Cùm deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. Cùm infantes in plateis Hieroſolymæ præ fame morerentur.

Matribus ſuis dixerunt: vbi eſt triticum & vinum? Mouet affectus deſcribens puerorum famem ac
interitum. Ita infrà cap. 4. Paruuli petierunt pa- Infr.4.
nem, & non erat, qui frangeret eis.

Cùm deficerent. Id eſt, cùm fame & angore implicati animam efflarent. Quidam publicè in foro, alij priuatim in ſinu & amplexu matrum vitā amittebant. Ideo ait: Cùm exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum. Hoc eſt, cùm inter brachia matrum vitalia lumina linquerent. Vel accipitur anima pro deſiderio, quod effundebāt in earum gremio, quæ eos genuerūt & educarūt.

Cui comparabo te? vel cui aſſimilabo te, filia Ieru-

n *ſalem*: Senſus eſt: Non inuenio Ieroſolyma, cui
Mem. te poſſim in ærumnis tuis comparare. Solent af-
flicti quodammodo leuari mœrore, cùm alios aſ
piciunt ſimili calamitate torqueri. At cùm non
inueniant ſibi ſimiles, ſuin mopere cruciautur. Id
accidebat Hieroſolymæ, quæ in calamitatibus
omnes alias ciuitates ſuperabat. Opprimebatur
mirum in modum, nullóque modo reſiſtebat
dolori, quòd ea ſolatia illam deficerent, quæ cæ-
teris quarum ſibi exempla proponebat, in eadẽ
calamitate non defuerunt.

ſup.1. *Virgo filia Sion.* Hoc eſt Hieroſolyma. De hoc
ſchemate locuti ſumus paulò antè, & capite ſu-
periore.

Magna eſt enim velut mare contritio tua. Compa
rat dolorem Hieroſolymæ cum mari propter ma
gnitudinem & tempeſtatem: mare enim omnes
fluuios, & aquarum congregationes & quantita
te ſuperat & ſæuitia. Imò ipſum mare pro cala-
Pſal.68. mitate accipitur pſal. 68. Veni in altitudinem ma
ris, & tempeſtas demerſit me.

Quis medebitur tibi? Quaſi dicat, nullus præter
Ier.31. Deum, Ideo ait cap. 31. Inſanabilis plaga tua. Et
Mich.1. Michæas 1. Quia deſperata eſt plaga eius.

Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta. Non ait:
prophetæ Dei: ſed prophetæ tui, quia de falſis
Nun. prophetis loquitur, qui non ſpiritu Dei vaticina
bantur. Hi fallebant Hieroſolymam, dicentes ſe
videre res proſperas eſſe ei venturas, illámque
non eſſe ſcelerum pœnas daturã. Quod erat pla-
nè falſum & ſtultum. Ideò ait, viderunt tibi, quia
diuini vates mentis oculis diuino lumine illuſtra
tis futura videbant. Quam ob cauſam videntes
appellabantur: vt liquet ex capite nono lib. 1. Re
1.Reg.9. gum, & 9. lib. 2. Paral. & 8. ac 28. Eſa. & multis
2.Par.9. aliis ex locis: Vnde viſio idem eſt quod prophe-
Eſa.8. tia, & videre idem quod vaticinari, vt cap. 1. Eſa.
Eſa.28. Viſio Eſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam
Eſa.1. & Hieruſalem. Et hoc loco: Viderunt tibi falſa
& ſtulta. De his falſis prophetis ait Ezech. cap.
Ezech.13. 13. Nunquid non viſionem caſſam vidiſtis, & di-
uinationem mendacem locuti eſtis? Et paulò
pòſt: Vident ei viſionem pacis, & non eſt pax.

Nec aperiebant iniquitatem tuam. Hoc eſt, flagi-
tia tua non reprehendebant, nec te de illis obiur
gabant. Quin potius efferebant laudibus, quæ
erant improbanda. Fingebant ſe amicos, cùm eſ-
Similitudo. ſent adulatores. Vt Patroclus bellum illaturus
omnia Achillis arma ſibi vſurpauit præter ha-
ſtã, quòd eſſet grauiſſima: ſic adulatores omnes
amicorum qualitates imitari videntur præter re
prehendendi libertatem. Huiuſmodi erant illius
temporis prophetæ, & præſides, & concionato-
res: non omnes, ſed illi, in quos hoc loco inuehi
tur Ieremias. Quos vtinã nonnulli noſtri tempo-
ris non imitarentur. Ad eos pertinet docere veri
Matt.5. tate, cohortari ad virtutem, reuocare à flagitiis,
monere & reprehẽdere improbos, laudare virtu-
te præditos, falſam lætitiam frangere arguendo,
nimium mœrorẽ leuare conſolando. Sunt enim
ſal terræ & lux mundi, ob eámq; cauſam debent
alios condire, & illuminare. Quare ſunt ad mu-
nus hoc eligendi viri virtute & ſapientia præſtan
Similitudo. tes, quos poſtea non pœniteat elegiſſe. Quemad
modum mulier quæ citta laborat, malos quoſdã
cibos cupit, & ingerit, quos non multò pòſt euo
mit: ſic populus temeritate aut improbitate du-
ctus nonnullos euehit aliquando ad dignitates
& magiſtratus, quos paulò pòſt reiicit & aſperna
tur. Nec enim merita habebant, nec per oſtium
ingreſſi fuerant. oſtium autẽ Chriſtus eſt, vt ip-
ſe apud Ioannem 10. teſtificatur. Ac diuus Pau- Ioan.10.
lus cap. 5. ad Hebræos: Nec quiſquam, inquit, ſu Heb.5.
mit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquã
Aaron. De bonis præſidibus illud intelligitur,
quod ait Deus apud Ieremiam tertio: Dabo vo- Ier.3.
bis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſciẽ
tia & doctrina. Et apud Ioan. 10. Bonus paſtor a-
nimã ſuam dat pro ouibus ſuis. De flagitioſis au- Ioan.10.
tem ait apud Ezec. 34. Væ paſtoribus Iſrael, qui Ezech.34.
paſcebant ſemetipſos. Et apud Eſaiam 56. Ipſi Eſa.56.
paſtores ignorauerunt intelligẽtiam: omnes in Zac.11.
viam ſuam declinauerunt. Et apud Zach. 11. O
paſtor & idolum derelinquens gregem. Qui ſint
ad gubernandi munus eligendi indicat Moſes cat
Deut. 1. cùm ait: Date ex vobis viros ſapientes Deut.1.
& gnaros, quorum conuerſatio ſit probata in tri
bubus veſtris, vt ponam eos vobis principes. At
propter populi peccata permittit Deus principes
impios clauum reipublicæ tenere. De illis ita ip-
ſe Deus apud Oſeam 8. Ipſi regnauerunt, & non Oſe.8.
ex me: principes extiterunt, & non cognoui. V-
bi cognoſcere idem eſt quod approbare. Volens
Dauid oſtendere ſe non vſurpaſſe regnum, ſed
fuiſſe à Deo in regia dignitate conſtitutum, pſal. Pſal.2.
2. ait: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſu-
per Sion montem ſanctum eius. Sed hæc multò
proprius de Chriſto, quàm de Dauide dicuntur.
Et pſal. 4. ait idem Dauid: Quoniam tu domine Pſal.4.
ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Sed quid refe-
ro Dauidem fide præcellentem, & ſanctitate præ
ſtantem? Iulius Cæſar fide veri Dei deſtitutus ni
tebatur ſuadere populo ſe eſſe à Ioue, quem ſum
mum Deum eſſe exiſtimabat, in ſuprema imperij
dignitate collocatum. Excudi enim fecit numiſ-
ma, vbi ſculpta eſt aquila afferens è cœlo à Ioue
coronam ad ipſum Cæſarem miſſam: quæ erat
imperij hieroglyphicum. Quod numiſma deſcri
bit in ipſius Cæſaris hiſtoria Hubertus Herbipo
lita. Dabat operam, vt oſtenderet, ſe eſſe diuini-
tus in ſumma dignitate conſtitutum: innuens eũ
tantum, qui ob meritorum ornamenta fuerit ma
giſtratum adeptus, reipublicæ gubernaculum iu
ſtè ac ſapienter tractare. At præſides Hieroſoly-
mæ falſi vates non populum gubernabant, ſed
fallebant: & tamen eos populus ſequebatur, mi
riſque laudibus efferebat. Hæc eſt enim impiorũ
conditio & conſuetudo, flagitioſos præſides ni-
mio obſequio tueri, & magnis laudũ præconijs
celebrare, eos autem qui iuſtitiam colunt & reli
gionem, qui & ſapientia & virtute ſunt præditi,
voluntque omnia ad certam rationis normam di
gere, reiiciunt ſæpenumerò, & odio proſequun-
tur. De illis detrahunt, eis inuidiam conflant, &
perniciem machinantur.

Viderunt tibi aſſumptiones falſas & eiectiones. Id
eſt, vaticinati ſunt tibi, alios aſſumendos eſſe à
Deo, & ab illo protegendos, nimirum Hebræos,
alios verò eiiciẽdos & ſuperãdos, nimirũ Babylo
nios. Quorũ vtrũque multò aliter euenit. Aſſum
ptio accipitur pro defenſione ſeu clypeo: nam
pſalmo 88. vbi nos habemus. Quia domini Pſal.88.
eſt

eſt aſſumptio noſtra: habet tranſlatio Hieronymi: Quia à domino eſt protectio noſtra. Acſi dicat: Defenſionem noſtram Deo debemus. Vel per aſſumptiones falſas intelliguntur vaticinatio-
Mala. 1. nes. Nam apud Malach. cap. 1. editio vulgata habet: Onus verbi domini ad Iſrael: habet tranſlatio ſeptuaginta interpretum: Aſſumptio verbi domini ſuper Iſraelem. Vbi aſpicis vaticinationem quæ onus dicitur, aſſumptionem appellari, quòd eam diuini vates à Deo aſſumant. Eſt igitur ſenſus: Prædixerunt tibi vaticinationes falſas, & deiectiones à recta via: fefellerunt te falſis oraculis, quibus te à via recta deiecerunt. Brixianus habet: Viderunt autem tibi prophetas falſas, & eiectiones. Hoc eſt, tibi falſa prædixerunt, propter quæ eiecta es in calamitoſum exilium.

ס
Samech. *Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam.* Omnes viatores ruinas & calamitates tuas videntes lætitia geſtiebant, tibiq; inſulta-
Pſal. 46. bant. Plaudere manibus eſt gaudium plauſu manuum exprimere. Ita accipitur pſalm. 46. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate in voce exultationis. Verba ſunt apoſtolorum, quos diuinus vates inducit loquentes, omnéſque nationes ob Chriſti regnum, eiúſque aſcenſum in cœlum ad lætitiam cohortantes. Sed duplex eſt hic plauſus; alter cum laude & gratiarum actione cõiunctus; qualis eſt hic, de quo loquitur pſalmographus: alter cum ludibrio & irriſione: de quo ait Eccle-
Eccle. 12. ſia 12. Suffodiet plãtas tuas, caput ſuum mouebit & plaudet manu, & multa ſuſurrans cõmutabit vultum ſuum. Et huiuſmodi eſt plauſus, de quo hic loquitur Ieremias.

Sibilauerunt, & mouerunt capita ſua ſuper filiam Ieruſalem. Id eſt, illudentes irriſerunt Hieroſolymam. Sibilare & mouere caput ſigna ſunt iocantis, & per ludibrium contemnentis. Ita accipitur
3. Re. 9. ſibilare cap. 9. lib. 3. Reg. Omnis qui tranſierit per
Sopho. 2. eam ſtupebit, & ſibilabit. Eodem modo Sopho-
Pſal. 21. niæ 2. Similiter mouere caput: vt pſal. 21. Omnes videntes me deriſerunt me: & locuti ſunt labijs meis, & mouerunt caput. Id quod hoc loco ait Ieremias, prædixerat regius ac diuinus vates his
Pſal. 43. verbis pſal. 43. Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum his, qui ſunt in circuitu noſtro. Poſuiſti nos in ſimilitudinem in gentibus, commotionem capitis in populis. Vbi per ſimilitudinem ſignificatur prouerbium: ac ſi dicat: traduxiſti nos gentibus in fabulam.
Pſal. 78. Et pſal. 78. Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, ſubſannatio & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt. Eos hoc loco notat Ieremias, qui prauo ingenio ducti aliorum calamitatibus exultãt,
Similitudo. nulláque erga alios benignitate vtuntur. Vt non nullæ arbores complectentem ſe vitem præfocant & exiccant, ne amœna fiat & fructuoſa: ſic improbi homines & ſuapte natura malefici viros excellentis ingenij, & ad excelſas res natos premunt & extinguunt, ne quando effloreſcant, & ad honores & dignitates euehantur.

Perfecti decoris. Hoc eſt pulcherrima & orna-
Eſa. 22. tiſſima, & celeberrima. De illa ait Eſaias ca. 22. Vrbs frequens ciuitas exultans.

Gaudium vniuerſæ terræ. Subaudi Iudææ. Id
Pſal. 47. voluit pſalmographus his verbis ſignificare: Fũdatur exultatione vniuerſæ terræ, mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Sed ego exiſtimo ideo diuinum citharœdum appellaſſe Hieroſolymam gaudium vniuerſæ terræ, quia in illa Chriſtus dominus docuit euangelium, quod ex illa in omnes terrarum oras effluxit. Vnde vera religio & oblectatio mortalibus immortalis dimanauit.

Aperuerunt ſuper te os ſuum. Hoc eſt conuicijs, פ
ludibrijs & maledictis te vulnerarunt. Phe.

Dixerunt: deuorabimus. In Hebræo eſt, deuorauimus: ſed ponitur præteritum pro futuro more linguæ ſanctæ: vel pro imperatiuo: Ac ſi dicat: Dixerunt: deuoremus. Hoc eſt penitus deſtruamus. Deuorare aliquem eſt illum penitus
perimere, vt cap. 7. Deut. Deuorabis omnes po- Deut. 7.
pulos, quos Deus tuus daturus eſt tibi. Et pſal. Pſal. 13.
decimotertio: Qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis. Et
primo Eſaiæ: Regionem veſtram coram vobis Eſa. 1.
alieni deuorant. Et dominus Ieſus de ſcribis lo- Mar. 12.
quens: Qui inquit, deuorant domos viduarum. Luc 20.

Fecit dominus, quæ cogitauit, comple
uit ſermonem ſuum, quem præceperat à ע Hain.
diebus antiquis: deſtruxit, & non pepercit: & lætificauit ſuper te inimicum, & exaltauit cornu hoſtium tuorum.

Clamauit cor eorum ad dominum ſu- צ
per muros filiæ Sion: deduc quaſi torren- Tſade.
tem lachrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

Conſurge, lauda in nocte in principio ק
vigiliarum: effunde ſicut aquam cor tuũ Coph.
ante conſpectum domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorũ, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

Vide domine & conſidera, quem vin- ר
demiaueris ita, ergo ne comedent mulie- Res.
res fructum ſuum, paruulos ad menſurã palmæ? ſi occiditur in ſanctuario domini ſacerdos & propheta?

Iacuerunt in terra foris puer & ſenex: ש
virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt Xin.
in gladio: interfeciſti in die furoris tui, percuſsiſti, nec miſertus es.

Vocaſti quaſi ad diem ſolennem, qui ת
terrerent me de circuitu: & non fuit in Tau.
die furoris domini, qui effugeret, & relinqueretur: quos educaui & enutriui, inimicus meus conſumpſit eos.

Fecit dominus Hoc eſt, euertit Hieroſolymam, quemadmodum ſtatuerat. Nemo igitur poterat defendere illam. Cap. decimoquarto. ait Eſaias
Deus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare?. Eſa. 14.

Quem prædixerat. Subaudi per diuinos ſuos vates: nimirum per Moſem capite vigeſimoſeptimo

Deut.27.& 28. mo & 28. Deuter. Et per Eſaiam, & Ieremiam, & alios, multis in locis.

Exaltauit cornu hoſtium tuorum. Extulit potentiam & fortitudinem inimicorum tuorum.

x Tſade. *Clamauit cor eorum ad dominum ſuper muros filiæ Sion.* Cor Babyloniorum clamauit aduerſus Deum, quòd non potuiſſet eripere muros Hieroſolymæ. Sibi Babylonij victoriam tribuebant non Deo: imò illum exectabantur. Vel refertur hoc ad Iudæos: vt ſit ſenſus: Clamores profuderunt ex corde ad dominum propter murorum Hieroſolymæ euerſionem.

Ier.14. *Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem.* Subaudi, ô tu Ieremia. Secum loquitur diuinus vates, qui cap.14. dicabat: Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant: quoniam contritione magna contrita eſt virgo filia populi mei. Vel loquitur cum viatore, quem ad lachrymas fundendas inuitat. Sunt, qui totá hanc orationem ſic ordinant. Clamauit cor eorum ad dominum: O mute filiæ Sion profunde lachrymas inſtar torrentis die ac nocte. Et ita eſt perſonæ fictio, quæ dicitur proſopopœia, figura in diuinis literis vſitata. Muro enim tribuit ſenſum, & lamentationem, & humanos affectus. Simili modo Eſaias vrbem Babylonem alloquens cap.47. Deſcende, inquit, ſede ſuper terrã virgo filia Babylon. Et pſal.18. Cœli narrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Sed ibi per cœlos poſſunt intelligi viri pij ad cœlum aſpirantes, qui cœlum ipſum repræſentant, inſtar ſpeculi verſus cœlum poſiti, in quo cœlum ipſum conſpicitur. Nã paraphraſis Chaldaica habet: Qui cœlum ſuſpiciunt, cognoſcunt gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiant, quæ in aere apparent. Itaq; nomine cœlorum illi intelliguntur, qui in terris vitam cœlitum imitantur. Nam id quod ſequitur: In omnem terram exiuit ſonus eorum: diuus Paulus cap.10. epiſt. ad Romanos de apoſtolis viriſque apoſtolicis interpretatur. Loquitur igitur Ieremias cum muro vrbis, aut ſecum, aut cum viatore. Sed rectius eſt, meo quidem iudicio, dicere, voces has eſſe ad ipſam Hieroſolymam emiſſas, propter verba quæ verſu proximo ſequuntur: Conſurge, lauda in nocte: quæ ſine dubio ad ipſam diriguntur.

Eſa.47. Pſal.18. Similitudo. Rom.10.

Neque taceat. Id eſt, non ceſſet plorare, non deſiſtat à lachrymis: non quieſcat. Tacere enim idem eſt aliquando quod quieſcere: vt Exod.14. Dominus pro vobis pugnabit, & vos tacebitis. Et pſalmo 49. Hæc feciſti, & tacui. Et Threnorũ 3. Sedebit ſolitarius, & tacebit. Et Marc.4. Dixit mari: tace.

Exod.14. Pſal.49. Thre.3. Marc.4.

p Coph. *Conſurge, lauda in nocte.* Hieroſolymam alloquitur, quam inuitat ad conſurgẽdum ex deſidia & vitiis: & ad laudes diuinas concinendas. Eam hortatur, vt in mediis calamitatibus ad Deum aſpiret, cui gratias agat, quòd eam in hoc ſeculo iuſtè & miſericorditer caſtigauerit.

In nocte. Hoc eſt, in calamitate tua. Vel tempore nocturno, quod eſt ad preces & contemplationẽ aptiſſimum: tũc enim quietiores ſunt ſenſus, & mens aptius fertur in Deum. Vnde Eſa. cap. 26. Anima mea, inquit, deſiderauit te in nocte. Et Mich.7. Surgam, cùm ſedero, in tenebris Dominus lux mea eſt. Et Dauid pſal. 118. Memor fui nocte nominis tui Domine. Et iterum: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Et pſa.76. Meditatus ſum nocte cum corde meo. Et 41. In die mandauit dominus miſericordiam ſuã, & nocte canticum eius. Hoc eſt, dicit Deus, vt die opera miſericordiæ exerceamus, nocte autem canticis ſpiritualibus, precibus & meditationibus operam demus. Vel ponitur præteritum pro futuro, vt ſit ſenſus: nunc angor calamitatibus & moleſtiis: ſed veniet tempus felix, cum Deus in die, hoc eſt, in illa proſperitate mittet ad me miſericordiam ſuam, hoc eſt rerum ſecundarum abundantiã. Sed interim hac ærumnarum nocte non intermittam canticum eius: Deum meum hymnis & laudibus celebrabo. Vbi nox accipitur pro calamitate: vel pro tempore nocturno ad Deũ quærendum & inueniendum accommodatiore: nam à negotiis humanis abſtracti melius Deum quærimus, quàm cũ illis implicamur. Sed dices ſponſam 3. Canticorum capite dixiſſe: In lectulo meo per noctẽ quæſiui, quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni. Verum eſt: ſed ibi accipitur nox pro tenebris ignorantiæ, de qua ait Sapiens: Vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti. Et apoſtolus 13. cap. ad Romanos: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Et Ioan.1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eã non comprehenderunt. Magna enim fuit Iudæorũ ignorantia Chriſtum nõ recepiſſe. Eã ob cauſam tunc ſponſa non inuenit ſponſum, quia cum nocte ignorantiæ, & in lectulo ſuo, hoc eſt, prudentia carnis non ſpiritus quæſiuit. Quandiu enim Iudæorum ſynagoga legis literæ adhæſit, in vmbris veterum cerimoniarũ quieſcens Chriſtum nõ inuenit, quia illum in ſpiritu & veritate non quæſiuit. Poſſunt tamen verba illa non ad veteris ſynagogæ ſtatum referri, ſed de ſtatu fidelium animarum explanari, quando ab illis dilectus ſponſus Chriſtus videtur ſe ſubducere, ad maioris deſiderij flammas in illis excitandas & accendendas. Ac tunc ſenſus eſt: In lectulo conſcientiæ meæ, in nocte afflictionum mearũ quæſiui Chriſtum, qui me à moleſtiis liberaret: ſed ille viſus eſt tunc me reliquiſſe, vt me ardentiore deſiderio inflammaret.

Eſa.26. Mich.7. Pſal.118. Pſal.76. Pſal.41. Sap.7.

In principio vigiliarum. Hoc eſt celeriter & expeditè. Solebant veteres noctẽ in quatuor vigilias excubiáſque diuidere, iuxta quatuor cuſtodias eorum, qui ciuitatem ſeruabant: de quibus dictum eſt Canticorum tertio: Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiebant ciuitatem. Monemur hoc loco, vt in mediis ærumnis, & tempore opportuno diligenter ſurgamus, ad Deum mentẽ extollamus, & ardenter aſpiremus. Ipſe enim eſt, vt diuus ait Paulus in 2. ad Cor. pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos omni in tribulatione noſtra.

Cant.3.

Effunde ſicut aquam cor tuum in conſpectu domini. Hoc eſt, aſpira toto animo, ſummáque deuotione ad Deũ. Effundere ſicut aquã cor ad Deũ, eſt animũ quodammodò contractum dilatare, & ad Deũ cum impetu emittere inſtar aquæ cõcluſæ, quæ aperto foramine tota vehementer effunditur. Id tum fit, cùm laxatis habenis omnẽ amorem, omnia deſideria, omnes affectus ad Deum

ipſum

ipſum profundimus. Ita accipitur apud pſalmo-
Pſal.41. graphum pſal. 41. Hæc recordatus ſum, & effudi
Pſal.61. in me animam meam. Et 61. Effundite cotam il-
1.Re.1. lo corda veſtra. Et cap. 1. lib. 1. Reg. vbi ait An-
na: Effudi animam meam in conſpectu domini.
Fortaſſe hoc Ieremiæ loco effundere ſicut aquã
cor, eſt lachrymas ex iotimo corde deducere, &
ipſum cor veluti io fontem piarum lachrymarũ
Luc 7. conuertere. Id fecit Maria Magdalena, quando
lachrymis pedes domioi noſtri rigauit in domo
phariſæi, vbi dominus ad prandium ſedens pias
illas Magdalenæ lachrymas magis quàm phari-
ſæi epolas approbanit.

Leua ad eum manus tuas. Hoc eſt, ora Deum
affectu vehemente. Leuare manus ad dominum
eſt fundentium preces diſpoſitio, quæ deuotio-
Exod.17. nem conſeruat & auget. Cap. Exod. 17. cùm leua
Eſa.1. ret Moſes manus, vincebat Iſrael. Apod Eſaiam
Pſal.141. 1. dicebat Deus impijs Iudæis: Cùm extenderi-
Pſal.62. tis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis.
1.Tim.2. Dauid pſal. 142. Expandi, ioquit, manus meas ad
te. Et pſal. 62. Io nomine tuo leuabo manus
meas. Et apoſtolus cap. 2. prioris ad Timot. Vo-
lo viros orare in omni loco leuãtes puras manus
ſine ira & diſceptatione.

Pro anima paruulorum ſuorum. Hoc eſt pro vita.
Vel ad literam pro anima: vt qui iam vitam amit
tebant corporis, animas ſaltem ſaluarent. Sen-
ſus eſt: Ora Deum vt eorum animæ in ſinu A-
brahæ recipiaotur.

In compitis. Hoc eſt io quadriuiis. Viæ ſunt, ad
quas quatuor viis itur, quæ dicuntur compita,
quòd à moltis petaotur.

ר
Res. *Vide domine, & conſidera, quem vindemiaueris.* Su
Sup.1. periore capite dixerat: Quoniam vindemiauit
me dominus. Vbi poteris videre, quæ ibi obſer-
uauimus.

Ergo ne comedent mulieres fructum ſuum? Quaſi
dicat. Nonquid hoc ſuſtinebis, vt mulieres fa-
me coactæ comedant filios ſuos infantes vnius
palmi? Fortaſſe nonnullæ mulieres pepererunt
ante tempus fœtus imperfectos, quos præ fame
comederunt. In Samaria tempore regis Ioram
mulier quædam comedit filium ſuum, vt cap. 10.
4.Re.10. libr. 4. Reg. proditum eſt memoriæ. Idem accidit
in obſidione Hieroſolymæ per Romanos. vt Io-
ſephus & Egeſippus teſtantur.

*Si occiditur in ſanctuario domini ſacerdos & pro-
pheta!* Hoc ait per admirationem: qoaſi dicat:
Fuit ne hoc vnquam auditum, interfectos eſſe in
templo domini ſacerdotes & diuioos vates!

Iacuerunt in terra foris. Iacueroot inſepulti ex-
tra domos. Poteſt verti: Iacuerũt humi in plateis.

ש
Sin. *In die furoris tui.* Id eſt in tempore ſeueritatis
diuinæ tuæ iuſtitiæ.

Nec miſertus es. Sobaudi differendo pœnam.
Aliàs tameu illorum miſertus eſt: eſt enim eius
iuſtitia cum miſericordia coniuncta. Et io omni
bus operibus miſericordia vtitur. Vode Dauid
Pſal.144. pſal. 144. Miſerationes eius ſuper omnia opera e-
ius. Vbi pro ſuper vertit Hieronymus in. Et Ha-
bacuch: Cùm iratus fueris, miſericordiæ recor-
daberis. Vel vt verti etiã poteſt. Cùm iratus fue-
ris, amoris recordaberis: nimirum eius, quo om
ת
Tau. nia diligis, quæ feciſti.

*Vocaſti quaſi ad diem ſolennem, qui terrerent me
de circuitu.* Verba ſont Hieroſolymæ, quorũ hic
eſt ſenſus. Tu domine vocaſti ad bellum hoc ad
exitium meum tãquam ad feſtum ſolenne inimi
cos meos, q erant in circuitu mei, vt me terrerẽt,
& vaſtarent. Hoc ideo ait, quia ex regionibus vn-
dique Hieroſolymæ vicinis venerunt multi cum
Chaldæis eã euertere cupientes, tanto gaudio e-
xultantes ac ſi ad ſolennia celebranda venirent.
Verba illa: Qui terrerent me de circuitu: poſ-
ſunt hunc habere ſeoſum. Qui mihi terrorem in-
cuterent in circuitu, hoc eſt in obſidione. Ita ei
dixerat Deus apud Eſa. 29. Circundabo quaſi Eſai.29.
ſphæram in circuitu tuo: & iaciam contra te ag-
gerẽ, & monumenta ponã in obſidionem tuam.

Et non fuit. Subaudi de Hebræis Hieroſolymę,
qui euaderet.

Inimicus meus. Hoc eſt exercitus Chaldæorũ.

OBSERVATIONES ex Hebræo in
Lamentationem II.

Non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum. Pro re-
cordari eſt in Hebræo verbum זכר Zacar, quod
ſignificat recordari, & memorem eſſe, vt Ionæ 2. Ion.2.
Domini recordatus ſum. Et Cantic. 1. Exultabi- Cant.1.
mus, & lætabimur in te memores uberum tuo
rum ſuper vinum: pro quo poteris vertere: Me-
mores amorum tuorum, qui ſunt ſuauiores vi-
no. Sed quia verbom hoc ſignificat quoque redo
lere, vertunt nonnulli: Redolẽt amores tui pluſ-
quam vinum. Et quia ſignificat etiam prædicare,
vertunt alij: Prædicabimus amores tuos vino Pſal. 37.
præſtantiores. Ea vtitur Dauid pſal. 37. cùm in
eius inſcriptione ait: Pſalmus Dauid in reme-
moratione. Pro quo poteris rectè etiam transfer-
re: Ad commemorandum, ſubaudi peccata ſua,
& ſupplicia, quibus ob ea cruciabatur: vt ex
pſalmi contextu videre licet. Hinc Zecer ſignifi-
cat memoriam, vt pſalm. 111. In memoria æterna
erit iuſtus: ab auditiooe mala non timebit. Acſi Pſal.111.
dicat: vir iuſtitia & pietate munitus nunquam
decidet à memoria Dei: ſemper Deus illius re-
cordabitur: eam ob cauſam nõ ita timebit audi-
tionem rerum aduerſarum, vt ab animi tranquil
litate depellatur. Qui enim iuſtitiam colunt &
pietatem nollis calamitatũ fulminibus, nullis
improborum hominum oppugnationibus fran-
guntur, quia ſciunt Deum eſſe perpetuò ipſorũ
memorem, eorúmq; ærumnas, & tolerantiam, &
animi firmitudinem intueri. Sed dices, diuinum
pſaltem 43. pſal. inducere viros iuſtos & pios ita
Deum alloquentes: Exurge, quare obdormis Pſal.43.
domine, exurge, & ne repellas in finem. Quare fa
ciem tuam auertis: obliuiſceris inopiæ noſtræ,
& tribulationis noſtræ. Et ipſe Dauid omni iuſti-
tia & ſapientia præſtanti pſal. 12. periculis vndi- Pſal. 12.
que cinctus, & io acerbis calamitatibus verſa-
tus has voces ad dominum emittit: Vſque quo
domine obliuiſceris mei in finẽ? vſq; quo auertis
faciem tuã à me? At etſi Deus videtur ad tempus
hominum obliuiſci virtute præcellentiũ, quòd
eos permittat à ſceleratis affligi, rerúmq; aduer-
ſarum ictibus voloerari, ſemper tamen eos me-
moria complectitur, omniúmque rerum eo-
rum recordatur. Sed vult eos aliquando illuſtri
orem

orem meritorum coronam exercere, atque per varios caſus & acerbas calamitatum anguſtias ad vitam ducere ſempiternam. Ipſe enim ait apud
Eſa. 49. Eſa. 49. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantis ſui, vt nõ miſereatur filij vteri ſui? Etſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui: ecce in manibus meis deſcripſi te. Hoc vltimum dicit, quia quando aliquid volumus memoriæ mãdare, filum ligamus in digito, vel in manu ſignũ aliquod deſcribimus, vel in libro memoriæ exaramus. Ex quo effectum eſt, vt memoria quam Deus habet electorũ ſuorũ, liber monimenti vel memorialis appelletur. Eius meminit Mala. cap.
Malac. 5. 5. cùm ait: Scriptus eſt liber monumenti coram eo timentibus dominum, & cogitantibus nomẽ eius. In eo enim ſcripti erant timentes Deum, & de illius nomine ac gloria cogitantes. Vbi pro libro monumenti eſt in Hebraico Sepher Ziccaron, hoc eſt liber memoriæ, ſeu memorialis: Ziccaron enim à verbo hoc zacar deriuatur. Impij videntes viros pios affligi & lacerari, exiſtimant Deum nullam eorum tenere memoriam. Contrà verò diuinus vates teſtificatur, eum nunquam illorum memoriam deponere, qui illos diligit, illorum gemitus audit, & numerat, & ſcribit, eorúmq; perpetuò recordatur. Eſt enim ante oculos eius liber monumentorum, in quo eos habet ſcriptos, quos nulla vnquam delebit obliuio. Quare non debent in calamitatibus & doloribus ſpem amittere, ſed illam in Deo figere atq; locare. Hoc autem loco ait Ieremias, Deum nõ eſſe recordatum ſcabelli pedum ſuorum, hoc eſt templi ſui, quia propter Iudæorum ſcelera illud permiſit à Babylonijs euerti. Sed quia verbum hoc, vt diximus, ſignificat redolere & ſuffumigare, poteſt verti locus hic: Non redoluit, vel non ſuffumigauit ſcabellum pedum eius. Non enim iam in templo thura & thymiamata redolebant.

Præcipitauit dominus, nec pepercit omnia ſpecioſa Iacob. Quidam vertunt deglutiuit: alij deuorauit, quod idẽ eſt. In Hebraico eſt verbum בלע Balagh, quod ſignificat præcipitare, deglutire, deuorare, abſcõdere, perdere. Eo vtitur Eſa. ca. 25. cũ
Eſa 25. ait: Præcipitabit mortẽ in ſempiternum. nimirũ
Oſe. 13. Chriſtus, qui ait apud Oſeam 13. Ero mors tua
1. Cor. 15. ô mors. Pro quo apoſtolus in priore ad Corinthios vertit: Abſorpta eſt mors in victoria: ad Oſeam alludens & ad Eſaiam: nam verbum hoc ſignificans præcipitare, ſignificat etiam deglutire & abſorbere. In hac eadem lamentatione paulò pòſt, vbi nos habemus: Dixerunt: deuorabimus: pro deuorare eſt hoc idem verbum Balagh: pro
Ion. 2. quo cap. 2. Ionæ, Latinus noſter interpres vertit deglutire: ita enim habet: Præparauit dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam. Et pſalm.
Pſal. 106. 106. deuorare. Omnis ſapientia eorum deuorata eſt: Hoc eſt perijt, & euanuit, vel præcipitata eſt. Hinc balagh ſignificat præcipitationem: vt pſal.
Pſal. 51. 51. vbi Dauid cum impio Doeg loquens: Dilexiſti, inquit, omnia verba præcipitationis lingua doloſa. Acſi dicat: Amas loqui omnia verba perniciem afferentia. Sed quia verbum balagh ſignificat quoque abſcondere, poteſt eſſe ſenſus: Gaudes, cùm loqueris omnia verba occultationis ſeu fraudis: qui enim doloſe loquitur, cor ſuum abſcondit. Acſi dicat, mirũ in modũ delectaris verbis fraudulentis & doloſis, illa cupis ſemper loqui. At quoniam verbum hoc perdere ſignificat, poteſt verti locus hic Ieremiæ: Perdidit Dominus, nec pepercit omnia pulchra Iacob.

Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum. In Hebraico eſt: ויחמס כגן שכו Vaiachmos Caggã Xucco. Verbum eſt chamas, quod ſignificat diſſipare: quã ſignificationem ſecutus eſt noſter interpres. Significat etiam transferre. Quare poteſt verti locus hic: Et tranſtulit quaſi hortum tentorium ſuum. Vt ſit ſenſus: Tranſtulit Deus in Chaldæã populũ ſuum, acſi eſſet tugurium horti. Significat inſuper rapere & ſpoliare: quæ ſignificatio huic loco mirabiliter conuenit: commiſit enim Deus direptioni ciuitatem ſuam, eámque per Chaldæos ſpoliauit. Præterea ſignificat contemnere, in quam ſignificationem accipitur cap. E-
zech. 22. Sacerdotes eius contempſerunt legem Ezec. 22.
meam. Pro quo poteris etiàm vertere: Sacerdotes eius diripuerunt, vel ſpoliauerunt legẽ meã. Cùm enim illam perperam interpretarentur, dicebantur verum eius ſenſum diripere, eámq; germana intelligentia ſpoliare. Ad hæc ſignificat læ-
dere, & perdere, vt Prou. 8. Qui autem in me pec Prou. 8.
cauerit, lædet animam ſuam: vel perdet animam ſuam. Quod verti etiam poteſt: Qui in me peccauerit, ſpoliabit animam ſuam: nimirum bonis
gratiæ perfectíſque virtutibus. Illud cap. 15. Iob Iob 15.
Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus eius: poteſt verti: Perdet, quaſi vinea in primo flore botros eius: Hoc eſt, amittet filios ſuos ſtatim in prima pueritia. Vel ſpoliabitur quaſi vinea in primo flore botris ſuis. Hoc eſt priuabitur filijs, cũ adhuc fuerint infantes. Eadem eſt ſententia licet diuerſis verbis. Ab hoc verbo deducitur nomen חמס chamas quod ſignificat rapinam & iniquita-
tem: vt Gen. 6. Corrupta eſt terra coram Deo, & Gen. 6.
repleta eſt iniquitate. Vbi paraphraſis Chaldaica pro iniquitate habet, rapina. Rectiſſimè tamẽ
habet editio vulgata, quemadmodum pſalmo ſe Pſal. 7.
ptimo: Super verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Vbi iniquitas accipitur pro pœna iniquitatis: vt ſit ſenſus: Et ſupplicium maleficij illius in eius caput redundabit. Læſio enim qua quis alium lædit, iniquitas illic appellatur. Verbum enim hoc noſtrum lædere ſignificat & perdere. Quare poteſt verti locus hic: Læſit, ſiue perdidit quaſi hortum tentorium ſuum.

Demolitus eſt tabernaculum ſuum. Pro tabernaculo eſt in Hebræo nomen מועד Mohedh, quod ſignificat tabernaculum, eccleſiam, & templum, quò multi conueniunt: & feſtum & ſolennitatẽ,
vbi populus congregatur. Nam pro eo vertit in- Suprà 1.
terpres noſter Threnorum 1. ſolennitatem, dicẽs: Eo quòd non ſint, qui veniant ad ſolennitatem. Pro quo R. Abraham vertit: Propterea quòd nõ ſint, qui veniant ad ſanctuarium: hoc eſt, ad templum. Quare poteſt verti locus hic: Demolitus eſt, ſiue perdidit templum ſuum, vel congregationẽ ſuã. Deducitur enim à verbo יעד iahadh, quod ſignificat conuenire, congregare, conſtituere tempus. Septuaginta habent ἑορτὴν αὐτοῦ, hoc eſt, feſtiuitatem ſuam. Et ſtatim pro eodem hoc nomine vertit interpres noſter feſtiuitatem, dicens eodem verſu: Obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem.

Male

Maledixit ſanctificationi ſuæ. Pro maledicere eſt
in Hebraico נאר naar, quod verbum ſignificat
maledicere, eiicere, antiquare, abrogare, relin-
quere, auferre, attenuare, euertere, auferre à cor-
de. Quæ omnia hoic loco conueniunt. Septua-
ginta habent: Eiecit ſanctificationem ſuam. Pa-
gninus: Proiecit à corde ſanctuarium ſuum. R.
Ioſeph in commẽtariis: Abrogauit ſanctuarium
ſuum. R. Abraham: Abſtulit & dereliquit tem-
Malach. 3. plum ſuum. Illud cap. 3. Malach. Io penuria vos
R. Iebuda. maledicti eſtis: eſt ab hoc verbo, vt R. Iebnda, &
R. Ionah. R. Ionah teſtantur. Et hanc ſignificationem ſe-
cutus eſt hoc loco noſter interpres.

Effuſum eſt in terra iecur meum. Quid hoc ſigni-
ficet, in explanatione oſtendimus: Septuaginta
interpretes habent: Effoſa eſt in terram gloria
mea. Hoc eſt, cecidit omnis honos meus, ruit in
terram celebritas mea & amplitudo. Sed dices.
Quæ eſt hæc diſcrepantia? Quæ eſt inter iecur
& gloriam conueniẽtia? Velim tibi perſuadeas,
In Hebræo eſſe nomen כבד Cabedh, quud ſigni-
ficat iecur, & rem eminentem & glorioſam, &
honorem, & gloriam. Pro quo vocabulo Septua
ginta tranſtulerunt δόξα, quod ſignificat glo-
riam, ſplendorem, & opinionem celebrem. Qua
re rectè interpres noſter, & rectè Septuaginta
verterunt. Cùm enim nomen æquiuocum ſit,
vnuſquiſque illud poteſt in eam accipere ſignifi-
cationem, quę eſt ſcriptoris inſtituto accommo-
data: huic autem literæ vtraque ſignificatio eſt
accommodatiſſima. Nec ſolũ cabeth, ſed etiam
cabodh gloriam ſignificat, & animam, quòd ſit
Pſal. 29. corporis gloria & ornamentum: vt pſal. 29. Vt
cantet tibi gloria mea, & nõ compungar. Quod
poteſt verti: Vt cantet tibi anima mea, & non ſi-
leam. Acſi dicat: Vt anima mea te celebret præ-
coniis bonitatis tuæ, de tuiſque laudibus non
conticeſcat.

Compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat. Septua
ginta interpretes habẽt: συνετέλεσεν ῥήματα αὐτοῦ
Hoc eſt, compleuit verba ſua. Sed idẽ ſenſus eſt:
eſt enim in verſione communi ſingularis nume-
rus pro plurali: quod Septuaginta indicarunt.
Ac pro ſermone poſuerunt rimata, hoc eſt ver-
ba ſeu ſermones. Eodem vocabulo vtuntur cap.
Iob 19. Iob 19. pro quo nos habemus ſermones. Ita enim
eſt in editione vulgata: Quis mihi tribuat, vt ſcri
bantur ſermones mei? Quis mihi det, vt exaren-
tur in libro Stylo ferreo, & plombi lamina, vel
certè ſculpãtur in ſilice? Acſi dicat Iob: Tantùm
abeſt, vt exiſtimem verba mea, quibus meam
tueor juſtitiam, falſa eſſe & inania, vt optem in
materia incorruptibili, qualis eſt durus lapis,
ſcripta eſſe, vt ea ſemper poſteritas intueatur.
Pro certè habent nonnulli codices celte, ſed er-
ror fuit librariorum. In codicibus enim anti-
quis, & in verſione complutenſi ſcriptum eſt cer
tè. Nũ me fugit quàm multà barbari quidam in-
terpretes ſuper vocabulo celtè fingant & ineptè
philoſophentur: ſed vera lectio eſt certè. Nam
nec in Hebraico, nec in Græco eſt nomen ali-
Hieron. quod, quod celtem ſignificet. Nec Hieronymus,
Philip. nec Philippus, nec Gregorius graues & antiqui
Gregor. Iob interpretes celtis meminerunt. In Hebraico
Hieron. eſt particula laad, quæ ſignificat aduſque: pro
qua Hieronymus vertit certè. Et quia particula
aduſque ſignificat etiam continuationem, ver-
terunt Septuaginta interpretes: In ſeculum, ſed
hoc paulò antè poſuerunt. Et nonnulli vertunt:
In perpetuum. Acſi dicat: Vtinam ſculpantur in
duro marmore, vt perpetuò durent. Cùm hæc
ſententia ſcripta ſit carminibus Hebraicè, non
eſt mirum, quædam verba tranſponi. Ego exiſti-
mo horum verborum ordinem hunc eſſe. Quis
mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei in pa-
pyro? Quis mihi det, vt exarentur in libro tabu-
larum ceratarum? Vel certè quod magis opto,
vtinam ſculpantur in ſilice & duro lapide ſtylo
ferreo, non plũbi lamina formandi. Solent enim
qui literas in marmoribus ſcribunt, primum ſty-
lo ferreo eas excauare, deinde laminis plumbeis
aut æneis vacua literarum ſpatia replere vt ea-
rum notæ euidentius appareant, magiſque per-
ſpicuæ reddantur. Id in multis antiquis molibus
& ſtructionibus, ac veterum monimentis hodie
conſpicitur: quemadmodum Romæ in Marci
Agrippæ inſcriptione, quæ adhuc extat in fron-
tiſpicio rotundi templi, nunc ſanctiſſimæ virgi-
ni Mariæ dedicati, quod quondam in honorem
omnium falſorum deorum conſtructum Pan-
theon vocabatur. Tu verò aduerte, & id quod
hoc loco ait Ieremias perpende. Cõpleuit Deus
ſermonẽ ſuum: de quo ait Chriſtus apud Ioan-
nem 17. Sermo tuus veritas eſt. Et Iacobus pri- *Ioan. 17.*
mo. Genuit nos verbo veritatis, vt ſimus ini- *Iacob. 1.*
tium aliquod creaturæ eius: hoc eſt: vt ſimus in
hoc mundo præſtantiſſima omnium creatura-
rum: cùm antea eſſemus comparati iumentis in-
ſipientibus, & ſimiles facti illis: vt verbis vtar
pſalmographi. *Pſal. 48.*

Conſurge, lauda in nocte. Pro lauda eſt in Hebrai
co verbum רנן Ranan, quod ſignificat laudare,
clamare, meditari, exultare. Ex hac verbi æquiuo
catione fluxit interpretum varietas. Hieronymus
vertit laudare. Pagninus, & Brixianus clamare.
Septuaginta meditari. Sed hæc in idem ferè re-
cidunt. Nã laudare hoc loco eſt præconiis Deum
efferre, & clamoribus laudis celebrare. Sed quia
hi clamores poſſunt eſſe in animo ſine vocibus
externis, vertunt Septuaginta meditari, ſiue ad
meditandum. Moſi enim nihil ore clamãti dixit
Deus Exodi 14. Quid clamas ad me? Pro lauda- *Exod. 14.*
re accipitur Eſaię 54. Lauda ſterilis, quæ non pa- *Eſai. 54.*
ris. Pro quo Septuaginta habent: Exulta ſiue læ-
tare ſterilis, quæ non paris. Loquitur diuinus va-
tes cum gentium populo, ſiue cum gentilitate,
quæ, cum antea ſterilis eſſet, recepit fidem, &
multis filiis abundauit: plures enim ex gentibus,
quàm ex Iudæis in Chriſtum crediderũt, qui filij
Dei nuncupantur. Quotquot autem eum rece-
perunt, inquit Ioannes, dedit eis poteſtatem fi- *Ioan. 1.*
lios Dei fieri. Significat etiam verbum hoc dele- *Pſal. 64.*
ctare, vt pſal. 64. Exitus matutini & veſperæ de-
lectabis. Hoc eſt, tu Deus ſanctè partes Orientis
& Occidentis afficies gaudio, cum eas ad veram
fidem tuam conuerteris. Cùm Orientem & Oc-
cidentẽ vellet dicere, dixit, exitus auroræ & ve-
ſperæ, ꝙ ex altera parte dies, ex altera nox oria-
tur. Poteris per exitum matutini intelligere ſo-
lem & diẽ, per exitum autem veſperæ lunã & no
ctem, vt ſit ſenſus: Tu domine non ſolùm in die
proſperitatis, ſed etiã in nocte rerũ aduerſarum

inſtorũ animos oblectas. Poteſt verti; Exitibos
Dani. 3. maturini & veſperæ laudaberis. Nam dies & oox
modo ſuo Deum laudibus efferunt: iuxta illod
trium puerorum: Benedicite noctes & dies do-
mino. Vt enim ait diuinus ac regius vates pſalm.
Pſal. 18. 18. Dies diei, boc eſt ſucceſſio ordinatiſſima die-
rum, eructat verbum, hoc eſt loquitur Dei po-
tentiam & bonitatem: & nox nocti, hoc eſt no-
ctium viciſſitudo & perpetua conſtantia iodicat
ipſius Dei ſapientiam, Aſpicis verbum hoc ta-
men ſignificare laudare, rectéque hoc loco ver-
ſum fuiſſe ab interprete noſtro Latino.

*Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorũ tuo-
rum.* Septuaginta interpretes habeut: pro anima-
bus. Sed ſenſus eſt idem. Ponitur enim Hebraicè
2. Mach. 12. ſæpenumero ſingularis numerus pro plurali.
Monemur hoc loco fūdere preces ad Deum pro
animabus mortuorom, vt Deus eas ducat ad glo
riam ſempiternam: non pro illis, quæ ſunt in cæ-
lo, nec pro illis, quæ æterois inferorum pœnis
cruciantur, ſed pro illis, quæ in purgatorio deti-
nentur. Cap. 12. lib. 2. Machabæorum ſcriptum
ita legimus. Facta collatione duodecim mille
drachmas argenti miſit Hieroſolymam, nimi-
rum Iudas Machabæus offerri pro peccatis mor-
tuorum ſacrificium, bene & religioſè de reſurre-
ne cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant, reſur-
recturos ſperaret, ſuperfluum videretur & va-
onm, orare pro mortuis. Et quia conſiderabat
quòd hi qui cum pietate dormitionem accepe-
rant, primam haberent repoſitam gratiam. San-
cta ergo eſt & ſalubtis cogitatio pro defunctis
exorare, vt à peccatis ſoluātur. Hactenus ibi. De-
ploranda profectò eſt hæreticorum cæcitas &
obſtinatio, qui oegant purgatorium & pro mor-
tuis preces & ſuffragia: cum hoc loco cõtrarium
apertiſſimè aſſeratur. Nec poſſunt dicere hunc
Auguſt. librum canonicum non eſſe: ſi quidem diuus Ao
guſtinus cum cœtu doctorum ſanctorum aſſeue
ranter affirmant eum eſſe canonicum. Et ita aſſer
tum eſt in concilio Carthaginenſi, & in concilio
1. Cor. 3. Tridentino. Deinde diuus Paulus cap. 3. prioris
ad Corinth. Vniuſcuiuſque opus, inquit, quale
ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod
ſuperædificauit, mercedē accipiet. Si cuius opos
arſerit, detrimentum patietur: ipſe aotem ſaluus
erit, ſic tamen quaſi per ignem. Hoc eſt ſaluabi-
tur, ſed perpurgatus igne purgatorij gloriam cæ-
leſtem conſequetur. Ita locum illum Hiero. Au-
guſt. Ambro. Gregorius, & cæteri patres vetu-
Philip. 2. ſtate, ſanctitate, ſapientia admirādi explanarunt.
Idem apoſtolus cap. ad Philippenſes 2. In nomi-
ne, inquit, Ieſu omne genu flectatur cœleſtium,
terreſtrium, & infernorum. Vbi per infernos eos
intelligit, qui in purgatorio ad tempus pœnas
luunt peccatorum ſuorũ. Perſpicuum eſt enim,
qui æternis inferorum pœnis torquentur, non
flectere genua nomini Ieſu, quod perpetuò exe-
crantur. Sunt ergo in purgatorio, qui Chriſtum
colunt, cui genua flectunt. Idem depromitur ex
Apoc. 5. cap. 5. Apocalypſis, vbi omnes creaturę, quæ ſunt
Auguſt. ſubtus terram, dicuntur Deum laudare. Auguſt.
quæſtione 1. de Dulcitij quæſtion. purgatorium
eſſe teſtatur. in libro de cura pro mortuis agen-
da, idem aſſerit. Sed ante Auguſtinom hoc affir-
Dionyſ. mauit Diooyſius Areopagita capite 7. eccleſia-
ſticæ hierarchiæ, & poſt illum Gregorius in epi-
ſtola ad Bonifacium, & in dialogis multis io lo-
cis. Hæc veritas fuit in concilio Cabilonenſi aſ-
ſerta, & io ſacros canones relata de conſecratio-
ne diſt. 1. cap. Viſum præterea. Et Damaſcenus
atque Iſidorus conſuetudinem in eccleſia Chri-
ſti orandi pro defunctis in purgatorio exiſten-
tibus à tempore apoſtolorum aiunt dimanaſſe.
Itaque eſſe purgatorium animarum illiſque ec-
cleſiæ ſuffragia prodeſſe eſt veriſſimum: & ita te-
net ac docet ſempérq; tenuit ac docuit S. Rom.
eccleſia catholica, quæ vt D. ait Paulus in epiſt. *1. Tim. 3.*
priore ad Timot. eſt columna & firmamentum
veritatis. Sed poſtquàm animæ exeunt ex pur-
gatorio, aut tanta ſunt præditæ ſanctitate, vt cum
ex hac vita migrant, nihil habent, quod purgent,
ſtatim cœleſtem gloriam conſequantur, an ſpe-
ctent vſque ad vniuerſale iudicium, magna inter
viros ſapieotia præſtātes quæſtio quondam fuit
Hieronymus explicans illud pſal. 68. Aſcendiſti *Hieron.*
in altom, cepiſti captiuitatem: videtur aſſerere
animas ſanctorum ante diem vltimi iudicij bea-
tas eſſe, & in cœlo cum Chriſto aggregatas diui-
nam eſſeotiam videre, eáque frui, & habere vi-
tam æternam. Idem videtur ſentire Ambroſius *Ambr.*
verba illa apoſtoli explanans in epiſtola ad Phi-
lippenſes: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. In
eadem ſententia eſt Auguſtinus explicans illud *Auguſt.*
Apocalypſis 6. Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ al-
bæ. Et Gregorius in explanatioue eiuſdem loci.
Et Anſelmus in expoſitione cap. 5. poſterioris
ad Cor. Et multi alij magni nominis authores.
Et hæc eſt vera ſententia, firmitérque tenenda.
quemadmodum epiſtolis decretalibus Innocen
tij 3. & Benedicti 11. ſummorum pontificum ſan-
citum & aſſertum eſt: & œcumenij concilij Flo-
rentini decreto confirmatum. Sunt autem coo-
cilij Florentini ſub Eugenio 4. pontifice maxi-
mu hæc verba: Definimus illorum animas, qui
poſt baptiſma ſuſceptum nullam omnino pec-
cati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt
contractam peccati maculā vel in ſuis corpori-
bus, vel eiſdē exutæ corporibus, prout ſuperiùs
dictum eſt, ſunt purgatæ, in cælum mox reci-
pi, & intueri clarè ipſum dominum trinum &
vnum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen di-
uerſitate alium alio perfectius. Hæc concilium
Florentinum. Beoedictus 11. de conſilio pontifi-
cum, quos cardinales appellant, & ſummi pon-
tificis collegas, magnorúmq; theologorum con-
ſeoſu ait huiuſmodi animas ante ſumptionem
ſuorum corporum & iudicium generale eſſe in
cœlo & paradiſo cœleſti, cum Chriſto ſancto-
rum angelorum conſortio aggregatas, videréq;
diuinam eſſentiam immediatè ſe bene & clarè &
apertè illis oſtendentem, eadémque perfrui, eſſé-
que in vita æterna beatas. Quare hoc eſt verum,
& de fide teoeudum. Armeni tamen quondam
aſſerebant nullam animā ante diem iudicij eſſe
beatam, oec Deum videre: contra qnos ſcripſit
Guido Carmelita, & diuus Thomas in quodam *Thom.*
opuſculo, quod inſcribitur contra Græcos & Ar
menos. Fuerunt tamē multi authores grauiſſimi
& doctiſſimi, qui in errooea Armenorũ opinio-
ne fuiſſe videntur, quos iuxta temporum ſeriem
in quib. floruerunt, recenſebo, vt eos prudenter
legas,

Irenæus. legas, & piè ac ſapienter interpreteris. Irenæus *Iuſtinus.* epiſcopus Lugdunẽſis in fine lib.5.aduerſus hæ- *Tertul.* reſes: Iuſtinus philoſophus & martyr in lib. quæſtionum à gentibus poſitarum q. 76. Tertullianus Floẽs libro aduerſus Marcionem 4. & libr. de anima cap. antepenultimo & vltimo: Origenes homilia 7. in Leuit. & lib. 2. & 4. Periarchon: Lactantius Firmianus lib. 7. diuinarum inſtitutionum cap. 21. Victorious martyr epiſcopus Pitabionenſis in commentariis in Apocalypſim explicans illud. Vidi ſub altari Dei: Ioannes Chryſoſt. homil. 39. in priorem ad Cor. explicãs verba illa: Si in hac vita tantùm ſperãtes ſumus. Theodoretus Cyrenenſis epiſcopus in cõmentariis 11. cap. epiſtolæ Pauli ad Hebræos: Arethas, epiſcopus Cæſarienſis in commentariis in Apocalypſim collectis ex Andreæ Cæſarienſis epiſcopi monumentis in explanatione horum verborum: Vſquequò domine non vindicas ſanguinem noſtrum: Oecumenius in caput 11. epiſtolæ *Oecume.* Pauli ad Hebræos: Theophilactus epiſcopus Bul- *Theoph.* gariæ in eodem loco. Euthymius Zigabenus in *Euthy.* commentariis in caput 23. euangelij authore Lucæ: Bernardus ſermone tertio in feſto omnium ſanctorum. Hi ſunt qui videntur aſſerere animas ante generale iudicium non eſſe beatas. Sed illud intelligendum eſt de corporum reſurrectione, quam Deus ſanctis ſuis repromiſit. Ea enim adhuc differtur, vt ſimul omnes reſurgamus, & non ſine nobis conſummatam animæ & corporis beatitudinem percipiant. Et quoniam ſancti non adhuc corporis immortalitatem receperũt, non habent beatitudinem omnino perfectam, omnibúſque numeris abſolutam, nihilominus tamen iam ſunt beati in gloria cæleſti, vbi Deo æterno ſempiterno fruũtur. Ac ita intelligendi ſunt patres aiẽtes animas ſanctorum, qui è vita migrarunt, eſſe quidem in requie, non autè beatas eſſe niſi poſt reditũ corporum ad vitam. Et hoc modo ſententiæ patrum, quos citaui, poſſunt ad decretum concilij Florentini reduci. Verum ſi aliqua catholicorum doctorum dicta non potuerint hanc recipere interpretationem, non ideo debes tam illuſtrium patrum eruditionem pietatémq; contemnere, quoniam eccleſia illorum temporibus nondum aliquid hac in re ſtatuerat credendum. Semper tamẽ verum fuit ſanctorum animas è corporibus egreſſas, eo modo quo ſacrum decreuit & docuit concilium, beatas eſſe, Deúmque videre, eſſéque purgatorium animarum, quibus viuorum preces proſunt, vt ex hoc Ieremiæ loco colligitur.

Vide domine. Pro vide eſt in Hebraico verbum ראה Raah, quod ſignificat videre, & miſereri: vt *Gen. 29.* Geneſis. 29. Vidit dominus humilitatem meam. Vel vt poteſt etiã verti: Vidit Deus afflictionem *Pſal. 30.* meam. Simili modo pſalmo 30. Quoniam reſpexiſti humilitatem meam. Humilitas enim ſæpe pro moleſtia & afflictione vſurpatur. Tunc autẽ Deus eam videre dicitur, cum eius qui illa angitur, miſeretur. Videre eius miſereri ſæpenumero *Matt. 9.* eſt. Prætereũs vidit hominẽ ſedentem in telonio *Mar. 2.* Matthæum nomine: & ait illi: Sequere me. Et *Luc. 5.* prætereũs vidit hominem cæcum à natiuitate, *Ioan. 9.* quem mirabiliter curauit. Hinc Dauid pſal. 79. *Pſal. 79.* miſericordiam Dei implorãs: Domine Deus virtutum, inquit, conuerte nos: oſtende faciẽ tuam, & ſalui erimus. Imò ipſe Deus appellatur Deus viſionis, hoc eſt Deus miſericordiæ: illud enim ca. 16. Gen. Vocauit autem Agar nomen domini, *Gene. 16.* qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidiſti me: põt verti: Tu Deus viſionis: eſt enim in Hebræo ראי Roi, quod nomen viſionẽ ſignificat: Aeſi diceret: Tu es Deus qui mei miſertus es. Vel qui omnium miſereris. Vel qui omnia vides. Eam ob cauſam antiquiſſimi Aegyptij volẽtes Deum ſignificare, pingebant ſceptrum rectum cum oculo in faſtigio, intelligentes per ſceptrum regiam dignitatem, diuinámque iuſtitiam, per oculũ autẽ circuncirca proſpicientem Dei prouidentiam omnia videntis & gubernantis. Ita hunc hieroglyphicum interpretatur Cyrillus Alexandr. lib. 9. aduerſus Iulianum, & Pierius Valerianus in hieroglyphicis. Vel appellatur Deus viſionis, quia viris iuſtis calamitate confectis apparebat. Vel quia videndus erat ab hominibus humana aſſumpta natura: de quo vaticinatus eſt Ba- ruch dicẽs cap. 3. In terris viſus eſt, & cum homi- *Baruch 3.* nibus cõuerſatus eſt. Vbi more propheticæ præteritis vtitur pro futuris. De illo ait ca. 53. Eſaias: *Eſai. 53.* Vidimus eum, & non erat aſpectus. Vidit enim illum oculis lumine vaticinationis illuſtraris in monte Caluariæ crucifixum, & vulneribus ſaucium: iuxta id quod dictum fuerat cap. 22. Gene. *Gene. 22.* iuxta ſeptuaginta interpretum verſionẽ ἐν τῷ ὄρει κύριος ὤφθη. Hoc eſt, in monte dominus viſus eſt. Pro quo editio noſtra vulgata ex Hebræo tranſtulit: In monte dominus videbit. In monte nanque Caluariæ vim ac magnitudinem miſericordiæ oſtendit, nõ ſolum pro amicis, ſed etiam pro inimicis ſanguinem profundẽs, ſéq; hoſtiam conſtituẽs. Quare veriſſimum fuit dictum illud: In mõte dominus videbit, hoc eſt miſerebitur. Et illud: In monte dominus viſus eſt: nimirum multò antè à diuinis vatibus, & tempore mortis eius corporis oculis à populo circũſtante. Mons *Gene. 22.* enim ille ſacrificij Iſaac fuit mõs poſteà Caluariæ appellatus, vt in cõmentariis noſtris in caput 11. Danielis oſtendimus: qui mons Moria, hoc eſt mons viſionis quondã appellabatur. Cùm igitur videre ad Deum relatum & aſpicere ſignificet, & miſereri, poteſt verti locus hic Ieremiæ: Miſerere domine, & perſpice, quem vindemiaueris.

CAPVT III.

Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. א

Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem, א

Tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die. א

Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit oſſa mea. ב

Aedificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore. ב

In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos ב

Circũ ædificauit aduerſum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. ג

Sed & cum clamarem, & rogarem, ex-

cluſit orationem meam.

ג Concluſit vias meas lapidibus quadris:ſemitas meas ſubuertit.

Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſcondito.

ד Semitas meas ſubuertit, & confregit me,poſuit me deſolatam.

ד Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.

ה Miſit in renib⁹ meis filias pharetrę ſuę.

ה Factus ſum in deriſū omni populo meo, canticum eorum tota die.

ה Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſynthio.

ו Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.

ו Et repulſa eſt aīa mea,oblitus ſū bonorū.

ו Et dixi: periit finis meus: & ſpes mea à domino.

ז Recordare paupertatis & tranſgreſsionis meæ,abſynthij & fellis.

ז Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.

ז Hæc recolēs ī corde meo,ī Deo ſperabo.

ח Miſericordię domini,quia nō ſumus con ſumpti,quia nō defecerunt miſeratio-
ח nis eius.

ח Noui diluculo,multa eſt fides tua.

Pars mea dominus,dixit anima mea: propterea expectabo eum.

EXPLANATIO.

Ego vir videns paupertatem meam. Duo ſuperiora capita duob. alphabetis ſcripta tres verſiculus ſibi connexos ab vna litera incipientes commate concludunt. In hoc autem 3. cap. quilibet verſiculus à ſua eadémque incipit litera ordine alphabeti ſeruato. Et ita omnes primi tres verſiculi incipiunt ab aleph, alij tres à beth & ſic deinceps: ita vt vnus integer verſus tres continens verſiculos, ternas literas eaſdémque contineat. Sed iam ad literæ explanationem accedamus. Ego vir videns paupertatem meam. Hoc eſt,ego ſum vir ille, qui meam intueor inopiā,qui meam experior & intelligo egeſtatem. Hoc caput referūt nonnulli,& rectè quidem,ad populum Hieroſolymitanū ſpoliatū à Babyloniis,& calamitatibus oppreſsū, quem aiunt Ieremiā hoc loco inducere afflictū,direptioni cōmiſſum,& ærumnas ſuas lamentarē. Alij totum hoc de Ieremia in carcerem coniecto interpretantur. Poteſt de Ieremia intelligi è carcere abducto, ſed afflicto & ſpoliato. Cùm enim ærumnas ſuas aſpiceret, & in gemitibus & querelis Hieroſolymæ verſaretur, aliquando ipſe loquitur, aliquando ipſam vrbem loquentem facit, aliquando populum: quemadmodum duobus fecit ſuperioribus capitibus. Ac ita nos caput hoc explanabimus. Loquitur igitur hoc loco de inopia & familiæ difficultate ob ciuitatis direptionem: vel ob regis, magnatúmq; Hieroſolymæ tyrannidem, qui eum in carcerem coniecerant, & rebus domeſticis ſpoliauerāt. Vt aquilarum pennæ aliarum auium pennis admiſtæ eas conterunt,& abſumunt: ſic tyranni vim videntur habere inſitam homines lædendi & ſpoliādi. *Similitudo.* Vel accipitur hoc loco paupertas pro calamitate, vt pſal. 30. Infirmata eſt in paupertate virtus mea. *Pſal. 30.* Et cap. Eſai. 48. Elegi te in camino paupertatis. *Eſai. 48.* Hinc effectum eſt, vt pauper interdum pro afflicto accipiatur: vt cap. 36. Iob: Eripient de anguſtia ſua pauperē. *Iob. 36.* Et pſal. 9. Factus eſt dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. *Pſal. 9.* Et pſalm. 24. Quia vnicus & pauper ſum ego: Hoc eſt, quia ſolus,& afflictus ſum ego. *Pſal. 24.*

ב *In virga indignationis eius.* Id eſt, in ſupplicio iræ Dei,& vehemēte eius furore. Senſus eſt: Ego ſum ille, qui meam inopiam & calamitatem vſu tractādo cognoſco in hac Hieroſolymæ euerſione, diuinæque iuſtitiæ ſeueritate. Prudens eſt, qui calamitatem & miſeriam ſuam conſiderat & perpendit: ſtultus autē, qui illam minimè perſpicit & cognoſcit. Et ait cap. 3. Apoc. beatus Ioannes: *Apoc. 3.* Neſcis, quia tu es miſer & miſerabilis,& pauper, & cæcus,& nudus. Solet autē perſpici virga furoris Dei, quando Deus hominibus diuitias aufert, potentiam,& lætitiam, ne eum contemnāt, ſéque efferant in ſublime. Vt enim auibus ſolemus pennas reſecare, ne longius auolent, & fugiāt: ſic Deus quibuſdam alas poteſtatis, opum, & voluptatum cōfringi, ne extollantur, ipſúmque Deum aſpernentur. *Similitudo.* Aliquando tamen hoc efficit Deus ob alias cauſas iuxta iudicia eius nobis interdum abſcondita, ſed ſemper iuſta: quæ quando ſeueritatem præ ſe ferunt, nomine virgę, vt hoc loco, ſignificantur. Perſpicuū eſt enim per virgam intelligi flagellum & caſtigationem: vt cap. 9. Iob: Auferat à me virgam cædens. *Iob 9.* Et Pſalmo 88. Viſitabo in virga iniquitates eorum. *Pſal. 88.* Et cap. 4 prioris ad Corinth. In virga veniam ad vos, an in charitate? *1. Cor. 4.*

ג *Me minauit.* Subauditur Deus. Et adduxit in tenebras: hoc eſt in afflictiones & rerum aduerſarum caliginem. Et non in lucem: hoc eſt, non autem in gaudium & proſperitatem. Significari nomine tenebrarum calamitatem,& nomine lucis felicitatem, indicant verba illa Iob cap. 17. Poſt tenebras ſpero lucem. *Iob 17.* Et trigeſimo: Præſtolabar lucem: & eruperunt tenebræ. *Iob 30.* Hoc totum: Me minauit,& adduxit in tenebras: poteſt referri ad tyrannum, qui ipſum Ieremiam ad ſeipſum duxit, & in obſcurum carcerem coniecit. Sumitur minare pro ducere.

א *Tantùm in me vertit,& cōuertit manum ſuā.* Hoc eſt, me dūtaxat flagellauit. Accipitur manus pro flagello, vt capite oſtendimus ſuperiore. Conuertere & admonere manum in aliquem, eſt illum percurere, & moleſtiis conficere. Eam ob cauſam ait: Vertit & conuertit: quia enim tyrannus non ſemel, ſed iterum atq; iterū percuſſit. Sunt, qui exiſtiment, hæc referri ad Deū, cuius permiſſione tyrannus Ieremiam affligebat. Loquitur more afflictorum, qui ſuas tantùm calamitates conſiderant, acſi alij calamitoſi nō eſſent. Quam ob cauſam vtitur particula tantùm. Vel refertur ad manum: vt ſit ſenſus: Me afflixit ſolùm, nulláque conſolatione leniuit. Nam reipſa non

ipſe

ipſe ſolùm quin potius plerique mortales calamitatibus interdum premuntur. Pauciſſimi ſunt qui perpetua felicitate potiantur. Vt fœnix non eſt niſi vnica, vixque credita cuiquam: ſic rara eſt perpetua rerum proſperitatum abundãtia. In omni enim re præſtantiſſimum quicque rarum eſt. Cæterùm pro tantùm poteſt verti profectò, vel vtique: & tota hæc litera ita ordinari: Profectò contra me verſus eſt, & admouit manum ſuam tota die: Nimirum Deus, vel tyrannus eius permiſſione. *Similitudo.*

ב *Vetuſtam fecit pellem meam & carnem meam.* Hoc eſt, ita me virga flagellauit, vt conſuetudo calamitatis diuturna callum obduxerit cuti atque carni meæ, & fregerit oſſa mea. Vel fecit veteraſcere cutem meam, quæ præ dolore & anxietate vetus ac nigra reddita eſt. Eodem modo Iob cap. 30. Cutis mea denigrata eſt ſuper me. Vel inducit Ieremias hoc loco Hieroſolymam loquentem, atque per pellem intelligit homines plebeios, per carnem deliciis deditos, per oſſa viros fortitudine præſtantes: qui omnes in vrbis vaſtitate fuerũt grauiter afflicti, pagninus vertit, Conſumpſit, carnem meam, & pellem meam: confregit oſſa mea. *Iob 30.*

ב *Aedificauit in gyro meo.* Hoc eſt, collocauit Deus exercitum Babylonicum in circuitu murorum meorũ: méque felle & labore, id eſt acerbiſſimis miſeriis circumſepſit. Poteſt referri ad ipſum Ieremiam, vt ſit ſenſus: Oppugnauit me Deus vndiq;, & doloribus ac moleſtiis circumvallauit. Fel accipitur pro angore & moleſtia, vt cap. Iere.23. Potabo eos felle. *Iere.23.*

ב *In tenebroſis collocauit me quaſi mortuos ſempiternos.* Conjecit me in carcerem, vnde non exirem, quemadmodum mortui perpetuis tumulis mandantur. Vel coegit me, vt deliteſcerem in caliginoſa ſpelũca illorum inſtar, qui iam pridem è vita exceſſerũt. Hoc fecit Ieremias inimicorum metu coactus. Eodem modo Dauid pſal. 142. Collocauit me, inquit, in obſcuris, ſicut mortuos ſeculi. Ita appellat ſpeluncas & latebras, in quas ſe abdebat metu Saulis. In illis collocat Deus afflictos homines quaſi mortuos ſempiternos, quando ita eos deſtituit ſolatio, vt nullam eos in hac vita conſolationẽ ſperare ſinere videatur. Itaque per mortuos ſempiternos vel ſeculi illi intelliguntur, qui penitus mortui ſunt: vel qui ad æternas inferorum pœnas relegantur. *Pſal.142.*

ג *Circum ædificauit aduerſum me, vt non egrediar.* Id eſt, circundedit & circumſepſit me, vt non euaderem. Eodem modo Iob cap. 19. Semitam, inquit, meam circumſepſit. *Iob 19.*

Aggrauauit compedem meum. Hoc eſt grauem fecit obſidionem meam. Vel loquitur Ieremias de neruo, quo alligatus fuerat in carcere. Quemadmodũ de Ioſeph in Aegypti carcerẽ coniecto dicitur in pſalmo: Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrũ pertrãſiit animam eius, donec veniret verbum eius. Ferrum appellat vinculum ferreum, quo alligatus fuit donec veniret à Deo vis illa interpretãdi ſomnia: de quibus cap. Gene. 41. diuina loquitur ſcriptura. Et de ſeipſo ait Iob cum Deo loquens cap. 13. Poſuiſti in neruo pedem meum. *Pſal.104. Gene.41. Iob 13.*

ג *Excluſit orationem meam.* Clauſit autem ad preces meas: non mihi poſtulata conceſſit. Ita Dauid pſal. 21. Deus meus clamabo per diem, & nõ exaudies. Clemẽtiſſimus Deus quid nobis vtile ſit intuens, diſſimulat interdum noſtras exaudire preces, vt augeat vtilitatem. Vult, vt vita ſupplicio purgetur, & vera tranquillitas, quæ hic non inuenitur, alibi quæratur. Vel refertur hoc ad regẽ Hieroſolymæ, qui tyrannicè Ieremiam tractans eum noluit audire. *Pſal. 21.*

Concluſit vias meas lapidibus quadris. Hoc dicit ג propter obſidionem, qua intra vrbis mœnia populus Iudaicus ita obſidebatur, vt exire non poſſet. Vel loquitur Ieremias de proprio labore, & carcere, quò fuerat coniectus: acſi dicat: Clauſit vias meas grauibus impedimẽtis, ne poſſem fugere, & euadere. Quadrata vbi poſita fuerint, firma iacent, & minimè prolabuntur.

Semitas meas ſubuertit. Repetitio eſt ſuperioris. Nullã mihi reliquit viã, qua me poſſem in fugã conjicere, & perniciẽ declinare. Idẽ dicebat Dauid pſal. 141. Periit fuga à me: & nõ eſt, qui requirat animã meã. Hoc eſt, nullo modo poſſum fugere: nec eſt, qui velit aut deſideret vitã meam. *Pſal.141.*

Vrſus inſidiatus factus eſt mihi leo in abſconditis. Nimirum hoſtis meus Nabuchonoſor, qui & inſidiosè & fortiter, occultè & apertè me oppugnauit. Hieroſolyma eſt, quæ loquitur. Comparat regem Babylonicum cum vrſo & leone propter crudelitatem, & inſidias, atque potentiam, & tyrannidem. Cap. 28. Prouerbiorum ait Salomon: Leo rugiens, & vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. Et Amos 5. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurat ei vrſus. Vbi vrſus & leo pro tyrannis accipiuntur. Acſi dicat diuinus vates: Affliget vos Deus ob ſcelera veſtra: veniet ſup vos dies indignationis eius. Ac cùm exiſtimaueritis liberos vos eſſe ab vno tyranno, in alium immaniorem incidetis. ד *Prou.28. Amos 5.*

Confregit me, poſuit me deſolatam. Hoc eſt, euertit me, ac penitus vaſtauit. Lamẽtatur mœſta Hieroſolyma exitium ſuum, & clades, quas acceperat à Nabuchodonoſore. Poteſt totũ hoc ad Ieremiã referri: acſi dicat: Fregit me Deus, & poſuit me vrbem deſolatã. Vel confregit me inimicus meus rex Hieroſolymæ, quia Deus ita permiſit. Frãgitur calamitatibus & contumeliis vir iuſtus & pius, ſimiliter ſceleratus & impius: ſed hic eſt vitrum, quod confractum nihil valet: Ille verò eſt argentũ, quod etiamſi frangatur, nõ tamen ſuum pretium amittit. Confringere idẽ eſt aliquando quod affligere & proſternere: vt pſal. 17. Confringam illos, nec poterunt ſtare. Et cap. 4. Amos. Confringitis pauperes. In quam ſignificationem accipitur hoc loco Ieremiæ. *Similia. Pſal.17. Amos 4.*

Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Hoc eſt, grauiter me vulnerauit. In arcu ד enim quantò longius trahitur chorda, tantò concitatior & furioſior exit ſagitta. Hoc fuit capite præcedente explanatum. Quod autem ait fuiſſe ſe vt ſcopum conſtitutũ, quo diriguntur ſagittæ & iacula, ſignificat ſe eſſe ab omnibus afflictum, multiſq; calamitatibus cõfectum. Ita Iob ca. 16. Confregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignũ: vt ſcilicet me ſagittis configerent, mihique apertè repugnarẽt. Id voluit Simeon ſignificare de puero Ieſu, cùm dixit apud Luc. 2. Poſitus eſt in ſignum, *Iob.16. Luc.2.*

gnum,cui contradicentur. Et diuus Paulus moleſtiis & anxietatibus circumſeptus ca. 3. prioris
1.Theſ.3. ad Theſ. Nemo,inquit,moueatur tribulationib. iſtis ipſi. n. ſcitis , quod in hoc puſiti ſumus. Ac ſi dicat : Nemo ob calamitates meas perturbetur : nam ad hoc ſum veluti ſcopus conſtitutus, vt iaculis traiiciar.

ה *Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.* Id eſt, confixit me ſagittis : quæ filiæ pharethræ dicuntur , quòd ex ea vt ex vtero matris egrediantur.
Iob 30. Cap.30.ait Iob:Pharetram ſuam aperuit,& afflixit me.Hæc dicitur Deus feciſſe , quia illius voluntate & poteſtate & Ieremiæ , & Iob inimici faciebant.

ה *Factus ſum in deriſum populo meo.* Idem ait cap.
Iere.20. 20.idem Ieremias, quem Iudæi irriſerant , & in prouerbium atque cantilenam traduxerant.

ה *Inebriauit me abſynthio.* Id eſt,acerbiſſimis doloribus me confecit. Eſt enim abſynthium herba fœtida & amara , quæ Luſitanicè appellatur aloſna. Nun dicit : Potauit me abſynthio, quod ipſum erat acerbũ:ſed ipſo me inebriauit , quod eſt acerbiſſimum. Acſi dicat : Tantus fuit dolor meus,vt mihi ſenſum ferè eriperet.

ו *Et fregit ad numerum dentes meos.* Id eſt,contriuit mihi numerum dentium:multos mibi dentes confregit. Frangere ſiue conterere dentes alicui eſt illum affligere, & calamitatibus lacerare : vt
Pſal. 3. Pſal.3.Dentes peccatorũ contriuiſti.Et 57. Deus
Pſal. 57. conteret dentes eorum in ore ipſorum. Pro ad numerum , vertunt nonnulli , lapide , aut ſilice, alij,arena. Ac dicunt , Ieremiæ in carcere datum fuiſſe panem miſtum arenis & lapidibus ad comedendum. Et hoc voluiſſe illum hoc loco ſignificare.

Cibauit me cinere. Hoc eſt,dedit mihi cinerẽ ad edendum. Significaſſe ſe in maximu luctu & mœrore verſatum fuiſſe. Pſal. 101. ait Dauid: Cinerem tanquam panem manducabam. Poteſt
Pſal.101. verti : Operuit me cinere. Paraphraſtes Chaldæus tranſtulit:Humiliauit me.

ו *Et repulſa eſt anima mea.* Subaudi , à Deo , qui me noluit audire.Ita Dauid pſal. 43.Nũc autem,
Pſal.43. inquit,repuliſti,& cõfudiſti nos.Acſi dicat:Non ſolùm nos Domine non audis,ſed etiam ignomi
Pſal.59. nia afficis,& repellis. Et pſal. 59. Deus repuliſti
Pſal. 88. nos,& deſtruxiſti nos.Et 88.Tu verò repuliſti,& deſpexiſti.Quibus verbis ſuam & populi deplorat calamitatem. Emendatiores codices habent: Repulſa eſt à pace anima mea. Et tunc ſenſus eſt:Vita mea proiecta eſt ab hominũ pace. Cùm enim Ieremias veritatem diceret , & ſcelera obiurgaret,erat iniuriis obiectus , in hominúmque odium incurrebat. Id voluit ipſe ſignificare ca-
Iere.15. pite 15. cùm has voces emiſit : Væ mihi mater mea,quare genuiſti me virum rixæ, virũ diſcordiæ in vniuerſa terra? Hanc eſſe exiſtimo germanam huius loci explanationem. Septuaginta enim,& Pagninus,& Brixianus habent à pace.Ac ita eſt in Hebræo.

Oblitus ſum bonorũ. Id eſt,iã mihi omnino excidit ex animo memoria felicitatis. Tam longum tẽporis fluxit interuallum,poſtquam eam amiſi, vt iam non ſim memor, qualis illa fuerit.

ו *Et dixi.* Nimirum in corde meo:hoc eſt mecum Cogitaui.Dicere aliquando pro cogitare vſurpatur:vt cap.Geneſis 27. Dixitque in corde ſuo. Gen.27.
Et 7. Iob: Si dixero : conſolabitur me lectulus Iob 7.
meus. Et Pſal.9.Dixit enim in corde ſuo:oblitus Pſal.9.
eſt Deus. Et Eſaiç cap.38.Dixi:Non videbo Do- Eſa. 38.
minum Deum in terra viuentium.

Periit finis meus. Euanuit res,quã expectabam. Vel periit terminus vitæ meæ: iam amplius non viuam.

ו *Et ſpes mea à Domino.* Subaudi,periit. Sperauerat aliquid certo tempore,quod non adeptus eſt. Quare euanuit ſpes eius circa rem illam : non quòd de Deo deſperaret , cùm dicat paulò pòſt: Hæc recolens in corde meo in Deo ſperabo:ſed videns fluxiſſe tempus , quo certum aliquid expectauerat,illius ſpem amiſit.

Recordare paupertatis & transgreſsionis meæ, abſynthij & fellis. Id eſt,memoria tene Domine inopiã meã:& qualiter ex diuitiis ad illam tranſgreſſus ſum : ſimiliter omnes dolores meos,nomine abſynthij & fellis ſignificatos, memoria comprehende. Accipitur tranſgreſſio pro tranſitu de opibus ad paupertatem : vel pro tranſmigratione & exilio. In diuinis literis accipitur pro flagitio,diuinæque legis violatione, vt cap. Ioſue 22. Quæ Ioſue 22.
eſt iſta tranſgreſſio? Et 1.Eſdræ 10.Lugebat enim 1.Eſd.10.
tranſgreſſionem eorum. Et 3. epiſtolæ ad Gala- Galat.3.
tas:Quid igitur lex?Propter tranſgreſſionem poſita eſt. At hoc loco tranſgreſſio idem eſt , quod exilium & tranſitus atque proſcriptio. Verùm ſi literam Hebraicam conſulueris , perſpicies hoc nomen pro quo Latinus interpres vertit tranſgreſſionem , ſignificare etiam planctum & lamentum:quæ ſignificatio mirum in modũ con-
uenit huic loco. Poteſt verti:Recordare calami- Infr.5.
tatis & lamentationis meæ. Totam hanc orationem voluit Ieremias ſignificare, cùm dixit capite vltimo harum lamentationum : Recordare Domine,quid acciderit nobis.

ז *Memoria memor ero,& tabeſcet in me anima mea.* Id eſt,in memoria hæc habebo: & deficiet in me anima mea. Vel ſic:Recordando recordabor harum rerum,& lamentabitur me anima mea.

ז *Hæc recolens in corde meo in Deo ſperabo.* Pro in Deo eſt in libris emendatioribus ideò : & hæc eſt vera lectio .Senſus eſt : Verſo in mente mea hæc,quæ ſequuntur ,nimirum magnam eſſe Dei
miſericordiam,ideò ſperabo. Nauis vt conſiſtat Similitudo.
in mari proiicit anchoram : ſi anchora fixa eſt in terra firma , tuta eſt nauis : ſin autem anchora manet in aqua agitata fluctibus , tunc nauis periclitatur. Nauis in mari eſt vita noſtra in mundo, cuius anchora ſpes eſt. Si ſpes fixa eſt in cœlo,in tuto eſt nauis,ſin autem eſt in fluxis ac concitatis vndis rerum humanarum,eſt vitæ noſtræ nauis periculis certiſsimis proximè obiecta. In-
tuere quid dicat apoſtolus capite 6. epiſtolæ ad Hebr.6.
Hebræos : Confugimus ad tenendam propoſitam ſpem , quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedẽtem vſque ad interiora velaminis.Id eſt,vſque ad cælum. Et Iob cap.13.etiamſi, inquit , occiderit me:in ipſo ſperabo. Volens Eſaias Deum ad diuinam mouere
pietatem cap. 33. ei commemorat ſpem quã po- Iob 13.
ſuerat in illo:ita enim ait : Domine miſerere no-
ſtri : te enim expectauimus. Et Ieremias capite Eſai.33.
17. Spes mea tu Domine in die afflictionis. Et Iere.17.
Dauid

Pſal.24. Dauid pſalm. 24. Vniuerſi qui ſuſtinent te, non
Pſal.39. confundentur. Et 39. Beatus vir cuius eſt nomen
Domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates &
inſanias falſas. De Abraham ait apoſtolus cap. 4.
Rom.4. epiſtolæ ad Romanos: Qui contra ſpem in ſpem
credidit. Ac ſi dicat: Qui cùm natura à ſpe deci-
deret, ſpe tamen adductus Deo credidit promit-
Similitudo. tenti. Vt imago cerea ad igné applicata liqueſcit,
& abſumitur, aurea autem eadem incorrupta
manet: ſic homo fragilis & inconſtans igne cala-
mitatis tactus ſpem amittit, totúſq; diſſoluitur:
ille autem qui virtute ſolidus eſt ac firmus, idem
perſeuerat: nunquã ei ſpes infringitur, nec con-
ſtantia labefactatur. Viri ſapientia muniti nun-
quam deſperant omninò: nam adhibere in con-
ſilium cogitationum deſperationem hominum
eſt inſipientium, & in rebus magnis grauiter er-
rantiũ: ſpes enim cum rerũ omniũ deſperatione
confligit. Id quodam modo intelligentes vete-
res Romani templa ſpei & ſapientiæ coniuncta
ædificarunt. Qui fieri poſſet, vt homines vulne-
ribus ſaucij, contumeliis confecti, & calamitati-
bus acerbiſſimis lacerati cupiditates temerarias
coercerẽt, inanes ſolicitudines pellerẽt, & in vir-
tute firmiter conſiſterent, niſi ſpem haberent in
Deo fixam ac locatam? Hæc eos ita corroborat
atque confirmat, vt nec rerum aduerſarum icti-
bus debilitentur, nec variis ærumnarum oppu-
gnationibus de gradu pietatis deiiciantur. Sed
oportet firmam ſpem habere, etiam ſi Deus dif-
Eſai.28. ferat promiſſa: nam, vt Eſai. ait: Qui crediderit,
Pſal.26. non feſtinet. Et Dauid pſal. 26. Expecta Dominũ,
Hebr.10. & viriliter age. Et diuus Paulus cap. 10. epiſtolæ
ad Hebræos: Nolite amittere confidentiam ve-
ſtram, quæ magnam habet remunerationẽ. Deus
1.Reg.16. Dauidem in adoleſcentia regem deſignauit, ſed
tot támq; acerbis fuit calamitatibus exagitatus
vir ille, priuſquàm regni poſſeſſionem adiret, vt
niſi firmiſſimam haberet ſpem, poſſet ad dubi-
Pſal.25. tandum induci. At ipſe dicebat pſal. 25. In Do-
mino ſperans non infirmabor. Et ad eandẽ ſpem
Pſal.61. populum cohortans aiebat pſal. 61. Sperate in eo
omnis congregatio populi, effundite coram illo
corda veſtra. Et Ieremias hoc loco: Hæc recolẽs
in corde meo, ideo ſperabo. Et paulò pòſt: Pars
mea Dominus, dixit anima mea: propterea ex-
pectabo eum.

n *Miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti.*
Nonnulli Latinorum interpretũ exiſtimant hoc
loco, miſericordiæ, eſſe in genitiuo numeri ſin-
gularis, cum re ipſa ſit nominatiuus pluralis, vt
ea litera liquet Hebraica. Senſus eſt: Miſericor-
dię Dei in cauſa ſunt, vt viui relinquamur. Niſi il-
læ eſſent, omnes ſimul conſumpti fuiſſemus. Idẽ
Eſai.1. ait cap. 1. Eſaias: Niſi Dominus exercituum reli-
quiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus: &
quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus.

Quia non defecerunt miſerationes eius. Nos enim
citra condignum puniuit, & viuos reliquit mi-
ſertus noſtri propter nomẽ ſuum. Iuxta id quod
Eſai.46. ipſe Deus ait apud Eſaiam cap. 46. Propter no-
men meum longè faciam furorem meum. Id in-
Habac.3. telligens Habacuc ait cap. 3. Cùm iratus fueris,
Similitudo. miſericordiæ recordaberis. Vt mare fons eſt hu-
moris: ſic Deus fons eſt miſericordiæ. Sed quem-
admodum mare cum humore habet cõiunctum
ſaporem amarum: ſic Deus admiſtam miſericor-
diæ habet iuſtitiam, quæ nobis amara videtur.

Noui diluculo: magna eſt fides tua. Quidã inter- n
pretantur: apertè cognoſco magnam eſſe fidem
tuam. Exiſtimant enim noui, eſſe verbum noui
nouiſti. At ſi Hebraicam conſulas literam, vide-
bis veram lectionẽ eſſe: nouæ diluculò, ſiue nouę
cotidie. Eſt igitur nomen adiectiuum numeri
pluralis, non autem verbum. Nouæ etiam habẽt
nonnulli codices correcti ad marginem. Ac ita
exiſtimo tranſtuliſſe Latinum noſtrũ interpre-
tem: ſed vitio librariorum effectum eſſe, vt pro
nouæ ſcriptum ſit noui. Eſt igitur ſenſus: Singu-
lis diluculis, hoc eſt cotidie nouæ apparent diui-
næ miſericordiæ. Dixerat antea: Non defecerant
miſerationes eius. Et proximè addit: Nouæ di-
luculo: acſi dicat: imò cotidie eas nouas experi-
mur. Et tunc cõuertens ad ipſum Deum ſermo-
nem ait: Multa eſt fides tua. Hoc eſt, magna eſt ô
Deus in verbis tuis veritas: firmus es & fidelis in
promiſſis tuis. Id enim quod promiſiſti, vſurum
te eſſe nobiſcum miſericordia, ſine dubio præſti-
tiſti. Accipitur hic fides non pro virtute theolo-
gica, quæ eſt, vt ait apoſtolus in epiſtola ad He- *Hebr.11.*
bræos, ſubſtantia rerum ſperãdarum, argumen-
tum non apparentium: ſed pro ea, quæ authore
Cicerone libro primo officiorum, eſt dictorum
conuentorúmque conſtantia & veritas, quæ fi-
delitas appellatur. Vnde Dauid pſal. 144. Fidelis, *Pſal.144.*
inquit, dominus in omnibus verbis ſuis. Et apo-
ſtolus ca. 10. prioris ad Corinthios: Fidelis Deus *1.Cor.10.*
eſt qui non patietur vos tentari ſupra id, quod
poteſtis.

Pars mea dominus. Hoc eſt, Deus eſt hæreditas n
ac poſſeſſio mea. Quoniam patris diuitiæ inter
hæredes diſtribuuntur in partes, quarum quæli-
bet eſt tota vniuſcuiuſque portio, accipitur pars
pro tota hęreditate. Id intelligens Dauid pſal. 15. *Pſal.15.*
Dominus, inquit, pars hæreditatis meæ, & cali-
cis mei. Hoc eſt, Deus eſt tota hæreditas mea, &
tota merces calamitatis meæ, nomine calicis ſi-
gnificatæ. Sed ego exiſtimo hæc verba Chriſti
eſſe, quem Dauid inducit loquentem, acſi dicat:
Deus eſt hæreditas hæreditatis meæ, & crucia-
tuum meorũ. Hæreditas Chriſti eſt eccleſia ca-
tholica: huius autem eccleſiæ hæreditas & præ-
mium ſempiternum Deus eſt, qui eſt etiam præ-
mium laborum cruciatuumq́; eiuſdem Chriſti,
quibus eadem manet merces ſempiterna. Ita
Athanaſius & Theodoretus & Flaminius hunc
locum explanarunt. Vbi vides partem pro tota
accipi portione. Eodẽ modo pſal. 72. Deus cor- *Pſal.72.*
dis mei, & pars mea Deus in æternũ. Vel vt po-
teſt etiam verti: Rupes cordis mei, & pars mea
Deus ſempiterna: Vocabulum ſignificans Deum
ſignificat etiam rupem, fortitudinem, & ſtabili-
tatem. Senſus eſt: Stabilitas robur & firmitudo
mentis meæ, vniuerſa hæreditas mea, meæ opes
& copiæ, & æterna poſſeſſio Deus eſt. Dicitur
etiam hęreditas pars ſortis, quia ſortibus diuide-
batur. Quamobrem apoſtolus cap. 1. epiſtolæ ad *Coloſ.1.*
Coloſſenſes: Gratias, inquit, agẽtes Deo & patri,
qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorũ in
lumine. Hoc eſt, qui dignos nos fecit hæredita-
tis ſanctorum, quæ eſt in lumine gloriæ. Vel quę
lumine euangelicæ doctrinæ comparatur.

ט Bonus eſt dominus ſperātibus in eum, animæ quærenti illum.

ט Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.

ט Bonum eſt viro, cùm portauerit iugū ab adoleſcentia ſua.

י Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe.

י Ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes.

י Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.

כ Quia nō repellet in ſempiternum dominus.

כ Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum.

כ Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum.

ל Vt ebnterét ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ.

ל Vt declinaret iudicium viri in conſpectu vultus altiſsimi.

ל Vt peruerteret hominē in iudicio ſuo, dominus ignorauit.

מ Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret domino non iubente?

מ Ex ore altiſsimi non egredientur nec mala, nec bona?

מ Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis ſuis?

נ Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad dominum.

נ Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cœlos.

נ Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es.

ס Operuiſti in furore, & percuſsiſti nos: occidiſti nec pepercisti.

ס Oppoſuiſti nubē tibi, ne trāſeat oratio.

ס Eradicationem & abiectionē poſuiſti me in medio populorum.

ט *Bonus eſt dominus ſperantibus in eum.* Dixerat proximè: Pars mea dominus: propterea expectabo
eum: nunc oſtēdit ſe hac in re duci ratione, quoniam Deus bonus eſt, clemens ac benignus erga
eos, qui in illo ſpem ſuam collocant, à qua nequaquam auertuntur. Loquitur de ſpe formata,
quæ eſt cum charitate coniuncta, & in Deum tendit: Ideo ait ſperantibus in eum: non autem
ſperantibus in eo. Hi rectum cor habent: de quibus ait Dauid pſal. 72. Quàm bonus Iſrael Deus Pſal.72.
iis, qui recto corde. Acſi dicat: Beneficus eſt vtique Deus in eos, qui nec rebus piorum ad-
uerſis, nec impiorum proſperis adducūtur, vt ex ſpe diuinæ bonitatis deturbētur. Dei natura eſt
bonitas, vt diuinus ait Dionyſius: quam ob cauſam erga omnes bonus eſt: nam vt ipſe ait apud
Lucam capite ſexto: Deus benignus eſt ſuper Luc.6.
ingratos & malos. Sed quia eius bonitas clariùs
erga nos oſtenditur, atq; elucet, qui in ipſo ſpem
figunt, qui nouam indies augent fortitudinem,
ait hoc loco Ieremias: Bonus eſt dominus ſpe-
rantibus in eum. De quibus ait Eſaias capite Eſai.40.
quadrageſimo: Qui ſperant in domiuu mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aqui-
læ, current, & non laborabunt, volabunt, & non deficient. Mutare fortitudinem eſt non cadere
animo, ſed nouum robur indies recipere.

Bonum eſt præſtolari cū ſilentio ſalutari Dei. Coniungit ſilentium cum ſpe ad animi fortitudinem
alendam & confirmandam: iuxta illud Eſaiæ Eſai.30.
trigeſimo: In ſilentiu & ſpe erit fortitudo veſtra.
Vbi per ſilentium non ſolùm taciturnitatem intelligit, ſed etiam patientiam & tolerātiam: qua
muniti ſperare debemus ſalutare Dei, hoc eſt, ſalutem à Deo tributam, diuinúmque reme-
dium & auxilium. Poteris per ſalutare Dei hoc loco filium Dei intelligere, mundi ſeruatorem,
Ieſum Chriſtum Deum noſtrum: de quo dicebat eximius patriarcha Iacob, in quo priſcis il-
lis temporibus admirabilis fides mirabiliter eluxit, capite Geneſis quadrageſimonono: Salutare Gene.49.
tuum expectabo domine. Pro quo antiquus Onchelus paraphraſtes Chaldæus habet: Salutare
tuum expecto domine, dixit pater noſter Iacob, Non expecto ſalutare Gedeon filij Ioas, quæ eſt
ſalus temporalis, nec ſalutare Samſon filij Manue, quæ eſt ſalus tranſitoria. Sed expecto re-
demptionem Chriſti filij Dauid, qui venturus eſt ad accerſendum ſibi filios Iſrael: cuius re-
demptionem deſiderat anima mea. Hactenus ille. De ſalutari hoc ait Dauid pſalm. nono Exul- Pſal. 9.
tabo in ſalutari tuo. Et ſexageſimoquatto: Exau- Pſal.64.
di nos Deus ſalutaris noſter, ſpes omnium fi- Pſal.84.
nium terræ, & in mari longè. Et octuageſimoquarto. Oſtende nnbis domine miſericordiam
tuam, & ſalutare tuum da nobis. Et Eſaias capi- Eſai.25.
te vigeſimoquinto: Exultabimus & lætabimur
in ſalutari eius. Et quinquageſimoſecundo: Vi- Eſai.52.
debunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Illud complectens animo & brachiis iuſtus Si-
meon apud Lucam ſecundo cecinit: Nunc di- Luc.2.
mittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare
tuum. Et ipſe Lucas 3. iuxta Eſaiæ vaticinatio- Luc.3.
nem: Videbit, inquit, omnis caro ſalutare Dei noſtri. Hoc eſt Chriſtum, qui nobis attulit ſalu-
tem & cæleſte remedium. Illum expectabant antiqui patres, eius aduentum cupiebant fide-
les, de illo vaticinabantur diuini vates: cuius ſanguine erant mundi labes abluendæ, & ini-
quitates expiandæ. Eum expectabat Ieremias, cum has voces emitteret: Bonum eſt præſtolari
cum ſilentio ſalutare Dei. De ſeruatore Hieroſolymæ ad totius mundi ſaluatorem ſermonem
tranſtulit ſpiritu prophetico raptus noſter diuinus vates.

Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcētia ſua. ט
Oportet enim Deo nō ſolùm fructū tribuere prouectæ ætatis, ſed etiā florē offerre ado-
leſcentiæ. Nomine iugi lex Dei ſignificatur: vt
cap. Eccleſiaſtici quinquageſimoprimo: Collum Eccle.51.
veſtrum ſubiicite iugo. De illo dicebant impij
pſalmo

Pſal.2. pſal. 2. Proiiciamus à nobis iugum ipſorum. De *Oſe.7.* illis ait Oſeas 7. Reuerſi ſunt, vt eſſent abſq; iugo. Vnde appellãtur filij Belial, hoc eſt ſine iugo; *Iudic.19.* vt eſt cap. Iudicum 19. explanatum. Eam ob cauſam appellat Chriſtus dominos euangeliũ ſuum *Matt.11.* iugum, cùm ait apud Matth. 11. Tollite iugum meum ſuper vos: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Nec lex diuina tãtùm, ſed humana etiam iugũ appellatur: vt cap. Ieremiæ *Iere.27.* 27. Quicunq; non curuauerit collum ſuum ſub *2.Par.10.* iugo regis Babylonis, &c. Et cap. 10. libr. 2. Paralipomenon: Pater tuus grauiſſimo iugo nos preſſit. Huc alluſiſſe videtur Pythagoras, cum dixit: Μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν: hoc eſt, iugum ne tranſgrediaris: Acſi diceret: legem ne violes. Pro quo alij vertunt: Stateram ne tranſilias. Eſt enim ſtatera ſymbolum æquitatis, vt Dorico illo Prouerbio indicatur: Iuſtior ſtatera. Ita Demetrius *Athenæ.* Byzantius apud Athenæum libro dipnoſophiſtarum decimo interpretatur. Nec mirum, nam zigos ſiue zigon, & iugum ſignificat & ſtaterã, vt ex Aeliano & Ammonio conſtare videtur. Iugum autem Dei oportet ab adoleſcẽtia portare, vt vitia coerceantur, & tenera ætas aſſueſcat dare operam virtutibus, & ad æternitatẽ alatur. Nam *Prou.22.* vt ait in Prouerbiis Salomon capite 22. Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cùm ſenuerit, non *Similitudo.* recedet ab ea. Vt noua arborum virgulta facilè flectuntur, at vbi ligna effecta ſunt dura & obliqua, flecti non poſſunt, nec in directum dirigi: ſic tenera ętas flexibilis eſt, & facile mouetur ad honeſtatem, ſed ſenectus vitiis aſſueta via ad rectã viuendi rationem cõtorqueetur. Id animo perci*Pſal.70.*piens Dauid aiebat pſalmo ſeptuageſimo: Deus docuiſti me à iuuentute mea. Et Eccleſiaſticus *Eccle.7.* ſeptimo: Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos *Similitudo.* à pueritia eorum. Vt tractabilis molliſque cera recipit impreſſionem, dura autem nequaquam: ſic puer à teneris, vt aiunt, vnguiculis erudiendus eſt in lege Dei, vt cum lacte nutricis veram ſinceràmque doctrinam ſuxiſſe videatur. Nam poſtquam aſſiduitate vitiorum dureſcit, ſigillum virtutum haudquaquam valet recipere. Et vt ait Horatius: Quo ſemel eſt imbuta recẽs ſeruabit odorem teſta diu. Eam ob cauſam præclarè monet Quintilianus, vt ſtatim optima diſcantur, quoniam nihil tenacius memoria complectimur, quàm quod rudibus annis percepimus. *Ariſtot.* Id quod Ariſtoteles docuerat lib. Moralium Nicomachiorum 2.

Sedebit ſolitarius, & tacebit. Subauditur vir, qui portauit iugum ab adoleſcentia ſua, de quo proximè locutus fuerat. Solitudo enim & ſilentium maximè cõducunt ad iugum domini æquo animo ferendum. De ſolitudine ait Deus apud Oſeã *Oſeas 2.* 2. Ducam eam ad ſolitudinem, & loquar ad cor *Eſai.32.* eius. De ſilentio ait per Eſaiam 32. Cultus iuſti*Pſal.101.*tiæ ſilentium. De vtroque ait Dauid pſalm. 101. Similis factus ſum pelicano ſolitudinis: Quod poteſt verti: Silui ſicut pelicanus ſolitudinis. *Similitudo.* Quemadmodum pelicanus & aquila cæteræque aues nobiles ſolent hominum familiaritatem declinare, & ad loca deſerta confugere: ſic viri ſapientia & animi altitudine præſtantes ſolent hominum frequentiam euitare, & à cœtu amicorum, mundiq; tumultu tanquam in portum ſe in ſolitudinem recipere. Et quemadmodũ equus fræno reprimitur & domatur: ita homo ſilẽtio in *Similitudo.* gyrũ rationis ducitur. Poteris per hæc duo verba, ſedere & tacere, abiectionem & calamitatem intelligere, vt cap. 47. Eſaiæ: Sede tacens, & intra *Eſai.47.* in tenebras filia Chaldæorum. Vel verbo ſedere ſignificatur cõſtantia, tolerantia & firmitudo, vt ait Theodoretus: accipitur enim ſedere pro manere, vt cap. 1. explicauimus. Vt vaſa vacua faci*Similitudo.*liùs mouentur, quàm plena, ſic homines ſtulti faciliùs mutantur quã ſapientes. Quam ob cauſam viri iuſtitia & ſapiẽtia muniti nouitates fugiunt & mutationes, præſertim in republica gubernanda. Nam quemadmodum corpora noſtra *Similitudo.* ſolent in morbos incidere autumno ob temporis mutationem: ſic reſpublica ſolet morum nouitate offendi ac lædi.

Quia leauit ſe ſuper ſe. Non ſuper alios ſe effert vir iuſtus, vt velit principatũ obtinere, quod eſt ſuperbiæ proprium: ſed ſuper ſeipſum, quod ad animi pertinet humilitatem. Nam vt in ſtatera *Similitudo.* quantò magis pars vna deprimitur, tantò altiùs altera extollitur: ita in vera religione, quãtò quis depreſſiùs ſe abiicit per humilitatem, tanto exceſſiùs effertur per virtutẽ & contemplationem. Qui ſe leuant ſuper ſe, ad altiſſimam diuinarum rerum contemplationem rapiuntur. Nonnulli codices correcti habent: Quia leuauit ſuper ſe: ſubaudi iugum domini: vt ſit ſenſus: Manebit in ſolitudine, & ſilebit, quia ſuper ſe iugum domini portauit. Cæterùm leuare haſtã eſt bellũ mouere, vt cap. 11. li. 1. Paralipomenon: Iſte leuauit ha*1.Par.11.*ſtam ſuper trecentos. Idem eſt leuare gladiũ, vt capit. Eſaiæ 2. Non leuabit gens contra gentem *Eſai.2.* gladium. Leuare oculos eſt contemplari: vt pſal. 120. Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi. Hoc eſt, in cœlos: vel vt Hierony*Hieron.*mus & Auguſtinus explicant, in ſanctos, qui inſtar montiũ ſole iuſtitiæ prius illuminantur. Sed quoniam ſequitur: Vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram: videtur per montes Deum intelligere, qui cap. 2. Eſaiæ, & 4. Michææ mons appellatur *Eſai.2.* in ſingulari propter eſſentiæ vnitatẽ, hoc autem *Mich.4.* pſalmo mõtes in plurali propter trium perſonarum diſtinctionẽ. Poteſt nihilominus hic locus ita etiam verti ex Hebræo: Leuaui oculos meos in montibus, vnde veniret auxilium mihi: auxilium meum à domino conditore cœli & terræ. Acſi dicat: Cùm eſſem in montibus conſtitutus, circumſpexi vndique, omniáq; oculis colluſtraui, num aliunde ad me præſidiũ veniret: ac nullum vidi ab hominibus, ſed ſolùm à Deo totius vniuerſitatis creatore. At hoc Ieremiæ loco leuare ſuper ſe, eſt iugum Dei ſuper ſe ferre, eiúſq; legem ſeruare, animúmque eius iudicio & voluntati ſubiicere.

Ponet in puluere os ſuum. Ponere os ſuũ in puluere eſt ſuppreſſa voce loqui, & abiectè ac humiliter de ſe ſentire, ſeq; puluerem vocare. Contrà verò de ſuperbis & arrogantibus ſcriptũ eſt pſal. 72. Poſuerunt in cœlum os ſuum. Hoc eſt, excel*Pſal.72.*ſa de ſe prædicarunt, vitámque ſuam variis laudibus extulerunt. Vel ponere in cœlum os ſuum eſt Deum ipſum execrari, & maledictis laceſſere. Ponere ſolium eſt potentiam exercere, vt ca. 49. *Iere 49.*

Ieremiæ:

Ieremiæ: Ponam ſolium meum in Aelam: hoc eſt potentiam meam exercebo in Aelamitas Theodoretus exiſtimat ponere os in puluere hoc loco eſſe non reſpondere ad conuicia, ſed ſilere, acſi os eſſet plenum terra.

Si forte ſit ſpes. An ſe fortaſſe offerat ſpes aliqua à calamitate euadendi.

ך *Dabit percutienti ſe maxillam.* Iuxta illud Eſaiæ cap.50. Ego autem non cõtradico: corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Id docuit Chriſtus dominus apud Matth.5. cùm dixit: Si quis te percuſſerit in dextera maxilla tua, præbe & alteram. Quod intelli gitur de animi præparatione. *Eſai.50.* *Matt.5.*

Saturabitur opprobriis. Replebitur ignominiis & contumeliis, quibus veluti epulis oblectabitur. Ita diuus Paulus ad Rom.5. Gloriamur, inquit, in tribulationibus. Diuus Petrus capit.4. prioris epiſtolæ ſuæ: Cõmunicantes Chriſti paſſionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Beatus Iacobus 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis. Et ſeruator noſter Chriſtus dominus apud Matth.5. Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint: Gaudete, & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cœlis. *Rom.5.* *1.Petr.4.* *Iacob.1.* *Matt.5.*

כ *Quia non repellet in ſempiternum dominus.* Etiam ſi iuſtus moleſtiis aliquando & calamitatibus prematur, eámque ob cauſam dicatur à Deo repulſus & derelictus: nõ tamen hoc erit perpetuò, ſed ad tempus. Idem ait his verbis ca.28. Eſaias: Non in perpetuum triturans triturabit illum, nec vexabit eum rota plauſtri. Ac ſi dicat: Deus non affliget in perpetuum virum pium, nec eum ſupra vires intolerabili cõficiet calamitate. Permittet eum interdum ad eius vtilitatẽ torqueri, ſed illum tandem afficiet gaudio, & ad priſtinam oblectationẽ reuocabit. Vnde ait Dauid pſal.76. Nunquid in æternum proiiciet Deus, & non apponet, vt cõplacitior ſit adhuc? Quaſi dicat non. *Eſai.28.* *Pſal.76.*

כ *Quia ſi abiecit, & miſerebitur.* Senſus eſt: Quoniã iuſtus Deus pius eſt pater, cuius eſt punire, & miſereri: ideo ſi flagellat, conſolabitur. Capit. Tobiæ 3. eſt de Deo literis mandatum: Cùm iratus fueris, miſericordiam facies. Et paulò pòſt de viro iuſto: Si in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in correptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit. *Tob.3.*

כ *Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum.* Animaduertit Deus in homines, eóſq; mulctat, non vt ex animo velit perdere illos, ſed ad maius illorum meritum, & illuſtriorem gloriam, ac alias ob cauſas iuſtas quidem, licet nobis aliquando nec cognitas, nec exploratas. Punire ad perdendum non eſt proprium eius opus, ſed miſereri, & peccata cõdonare. Id voluit ipſe oſtendere ſtatim, cùm natus eſt: nam Romæ regione Tranſtyberina fons olei apparuit, qui diẽ integrum copioſo fluuio manauit: quoniam ille in mundum veniebat, qui eſt fons miſericordiæ. Authores ſunt Eutropius in hiſtoria Romanorum, Oroſius lib. 6. Addo Vienenſis Archiepiſcopus in Chronicis. Paulus Diaconus in hiſtoria, Gotifridus Viterbienſis in Chronicis parte 5. Sabellicus Eunead. 7. lib. 1. Conradus abbas Vrſpengenſis, Platina in vitis pontificum, Guilielmus Spirẽſis in 1. cẽtenario. Eſt quippe Deus pater miſericordiarum, vt ait ad Corinth. diuus Paulus. Cùm autem ſit fons miſericordiæ per oleum ſignificatæ, punit nos, vt noſtri miſereatur: caſtigat enim, vt ſaluet. Id voluit Eſaias ſignificare, cùm dixit cap.28. Vt faciat opus ſuum, alienũ opus eius: vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo. Opus Dei appellat tribuere miſericordiã hominibus, in eóſq; conferre beneficia, opus autem alienum & peregrinum ab eo iraſci, & ſupplicium ſumere. Sed percutit, vt ſanet: ferit, vt medeatur. Ille enim eſt, qui cap. Deuteronomij 32. ait: Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ſanabo. De illo ait Iob.5. Ipſe vulnerat & medetur: percutit, & manus eius ſanabũt. Quemadmodum enim medicus infligit cauterium, non propter ſe, ſed propter ægri ſanitatem: ſic Deus caſtigat, & vulnerat, nõ vt perniciem paret, ſed vt medeatur. Ipſe enim ait apud Ezechielem 19. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Ex quo colligis, eius flagellum pietatem eſſe. Id ſignificat ille verſiculo illo pſal.88. Viſitabo in virga iniquitates eorũ, miſericordiã autem meã non diſpergã ab eo, nec nocebo in veritate mea. *2.Cor.1.* *Eſai.28.* *Deut.32.* *Iob 5.* *Similitudo.* *Exec.19.* *Pſal.88.*

Vt conteret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ. Oſtendit Dei miſericordiam, verúmque eſſe id, quod dixerat, eum non humiliare & affligere ex corde homines. Ordo eſt: Deus ignorauit conterere tyrannicè pedibus ſuis afflictos in hoc ſeculo, qui vincti & pauperes terræ appellantur: iuxta illud pſalmi 68. Exaudiuit pauperes dominus, & vinctos ſuos nõ deſpexit. Vel per vinctos terræ eos intelligit, qui vinculis peccati in terra alligati ſunt terreſtria cogitantes, ſeque ad cœleſtia minimè extollentes. Ignorauit etiam declinare à recto iudicio in cõſpectu ſuo: hoc eſt iniuſtè iudicare: & perdere homines in iudicio inſtar tyrannorum, impiorumq; iudicum, qui innocentes iniuſtè damnant. Cap. Iob 34. ſcriptum eſt: Verè Deus non cõdemnabit fruſtra, nec omnipotens ſubuertet iudicium. Ignorare hoc loco eſt ſcientia approbationis neſcire. Ita accipitur cap.8. Oſe. Principes extiterunt, inquit Deus, & non cognoui. Id eſt, non illud approbaui. Eodẽ modo Matt.25. Amen amen dico vobis: Neſcio vos. Et 14. prioris ad Corinth. Si quis ignorat, ignorabitur. Et ſi Deus omnia ſcit, ſingulari tamen quodam modo illud ſcire dicitur, quod approbat: illud ignorare, quod reprobat: vt pſal.1. Nouit dominus viam iuſtorum, & iter impiorũ peribit. Hoc eſt, Deus virorum iuſtitia ac pietate præſtantium ſanctitatem ac viuendi rationẽ ſingulariter diligit, & approbat: nefariorũ autẽ mores, vitam, & mortem deteſtatur. Itaq; vt illi perpetuò florentes erunt, atq; felices: ſic iſti ad æternos inferorũ ignes relegabũtur. Verùm vbi nos habemus hoc Ieremię loco: Dominus ignorauit: quidam legunt: Dominus non vidit, ſeu non cogitauit. Quaſi dicat: Nec vult in homines tyrannidem exercere, nec hoc ei in mentem venit: nec hoc vnquam fecit, ne cogitauit quidem. ל *Pſal.68.* *Iob 34.* *Oſe.8.* *Matt.25.* *1.Cor.14.* *Pſal.1.*

Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret domino nõ iubente? Eos arguit, qui diuinam negant prouidentiam, ם

Senſus

Sẽſus eſt: Quis eſt tam ſtultus, qui dicat fieri aut
euenire res ſine diuina permiſſione, diſpoſitione,
& voluntate? Grauiter errant, qui humanas res
omnes caſus, aut fataliter ita cõtingere aiunt, vt
Deus inferiora non curet. Falluntur ſine dubio,
qui exiſtimant, nec bona nec mala egredi ex ore
altiſſimi: hoc eſt, ex ſentẽtia & diſpoſitione Dei.
Eſai.45. Apud Eſaiam ait Deus ca.45. Ego dominus for-
mans lucem, & creans tenebras: faciens pacem,
& creans malum. Ac ſi dicat: Ego proſperitatem
efficio & calamitatem, bonum & malum. Dici-
tur Deus creare malum, non quòd malum culpæ
efficiat, ſed quòd fieri permittat. Dicitur verò fa-
cere malum pœnæ, quod nefarios homines ſup-
plicio cõſtringat, in eóſq; aliquãdo grauiter ani-
maduertat. Ita intelligitur, quod ait diuinus va-
Amos 3. tes Amos cap.3. Si erit malum in ciuitate, quod
Deus non fecerit? Quaſi dicat, non. Id voluerunt
veteres Aegyptij ſignificare Dei imagine, quam
pingebant tenente manu zonam, qua cœlum &
terram cingebat: intelligentes per zonam diuinã
prouidẽtiam, qua Deus omnia colligat, cõtinet,
Euſeb. & moderatur. Qua de re vide Euſebiũ in libris
de præparatione euangeli, & Cœlium Auguſtinũ
Theod. in hieroglyphicis. Theodoretus autem, & priſci
alij theologi diuinam hanc prouidentiã per ſca-
Gene.28, lam, quã vidit Iacob Geneſis 28. cœlum terrámq;
attingentem, ſignificari aſſerebant. Deus enim
prouidentia ſua cœlum copulat cũ terra: & ipſe
proſpera & aduerſa emittit. Quare magna debet
eſſe in omni calamitate conſolatio conſiderare
prouidentiã Dei, nihilq; euenire hominibus, cu-
ius ipſe non ſit author aut actiuè, aut permiſſiuè:
eúmq; omnia & ſingula perſpicere, & ad ſalutem
noſtram moderari. Fuerunt tamen, qui dicerent
Deum immortalẽ non curare mortalia, nec ſin-
gularia regere, aut prouidere. Et ita diuinã pro-
uidentiam auferebant. Sed eius aſſertor fuit Da-
Pſal.22. uid, qui pſal.22. cecinit: Dominus regit me, &
nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me colloca-
Pſal.35. uit. Et pſal.35. Lætentur & exultent gentes, quo-
niam iudicas populos in æquitate, & gentes in
Sap.6. terra dirigis. Et Sapiens cap. Sapientiæ 6. Quo-
niam puſillum & magnũ ipſe fecit: & æqualiter
Sap.14. cura eſt illi de omnibus. Et 14. Tua ergo pater
prouidentia ab initio cuncta gubernat. Et diuus
Act.7. Paulus Act. apoſtolorum 7. de Deo loquens: In
ipſo, inquit, viuimus, mouemur, & ſumus. Et
Matt.10. Chriſtus Deus noſter apud Matt.10. Nonne duo
paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadit
ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem ca-
pilli capitis omnes numerati ſunt. Aſpicis igitur
nihil fieri ſine Dei prouidẽtia. Id quod Ieremias
hoc loco teſtatur: vbi duæ hæreſes refutantur:
Vna aſſerentium omnia euenire caſu ſine vllo
diuino numine, quam tribuunt Diagoræ: Altera
affirmantium omnia fatali & ineuitabili neceſ-
ſitate venire: quã diuus Auguſtinus tribuit Bar-
deſani Syro: cuius aſſertor fuit Priſcillianus. Hæc
hæreſis fuit damnata in concilio Braccarenſi 1.
Auguſt. cap.9. Aduerſus eam ſcripſit diuus Auguſtinus
lib.5. de ciuitate Dei, Gregorius Nyſſenus in lib.
de fato, Leo papa huius nominis primus in epi-
ſtola ad Aſtoricenſem epiſcopum, Thomas
Vualdenſis lib.1. doctrinalis fidei antiquæ, Al-
fonſus à Caſtro aduerſus hæreſes, Geneſius Se-
pulueda in libro de libero arbitrio. Eam iam
mortuam voluit ſuſcitare Martinus Lutherus in
libro, quem edidit de ſeruo arbitrio, qui ipſa in-
ſcriptionis inſolentia indicat impiam authoris
arrogantiam & temeritatem. Vt autem religio-
nem Chriſtianam funditus euelleret, ipſius citat
authoritates, ſed deprauans ipſam diuinam ſcri-
pturam, volens illa falsò adducta, perperam ac
impiè explicata, ſuam hæreſim confirmare. Vt *Similitudo.*
enim ſi quis excellentem regis imaginem ex au-
ro gemmiſque fulgentibus accuratè compoſi-
tam diſſoluens, efficiat ex illa materia figuram
canis malè fabricatam, eſt grauiter obiurgãdus:
ſic qui veram eccleſiæ catholicæ doctrinam ex
locis diuinæ ſcripturæ verè & ſapienter conſtru-
ctam euertens, velit ex illis hæreſim turpiter cõ-
flare, fieri non poteſt, quin in varias hominum
ſapientium reprehenſiones incurrat. Si omnia
fataliter & neceſſariò venirent, quis votis, quis
precibus, quis ſacrificiis, quis legibus quis
præceptis, quis monitis, quis virtutum actioni-
bus locus relinqueretur? At Lutherus homo fa-
ctioſus, audax, intemperans, temerarius, impius,
& rerum nouarum ac peſtilentium cupidus er-
rorem hunc multis perſuaſit hominibus diſſo-
lutis, ſcelerúmque conſcientia profligatis, qui ad
ipſum confugerunt. Vt enim quondam Catilina, *Similitudo.*
vt Salluſtius & Cicero teſtantur, patriæ tyranni- *Salluſt.*
dem occupante flagitioſi omnes ſcelerúmque *Cicero.*
maculis notati, qui ſtantibus Romanorum legi-
bus de ſalute propria deſperabant, ad illius ami-
citiam auidiſſimè confugiebant: ſic quicunque
ſe vitiis contaminauerant, totóſque ſeſe libidi-
nibus dediderant, & in republica violanda frau-
des inexpiabiles conceperant, eámque ob cau-
ſam ſtantibus reipublicæ Chriſtianæ legibus, ſa-
luti ſuæ diffidebant, ad Lutherum deteſtabilem
hæreſiarcham cõuolarunt, eiúſq; fraudes & im-
pietates receperunt. At cõtra eos pugnat diuina
ſcriptura multis in locis, quorũ pauca quædam
recitabo. Eccleſiaſticus cap.15. Deus, inquit, ab
initio cõſtituit hominẽ, & reliquit illũ in manu *Eccl.15.*
conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua. Si
volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in
perpetuum fidem placitam ſeruare. Appoſuit ti-
bi aquam & ignem, ad quod volueris, porrige
manum tuam. Ante hominem vita & mors, bo-
num & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.
Hactenus ille: qui apertè & perſpicuè aſſerit &
tuetur arbitrij libertatem. Quid dicam: Si quis
velit teſtimonium ex induſtria confingere ad li-
berum tuendum arbitrium, nõ aliud dilucidius
& clarius poterit excogitare. Alterũ eſt huic ſi-
mile cap.30. Deuteronomij, cuius ad literam hæc *Deut.30.*
ſunt verba. Conſidera, quòd hodie poſuerim in
conſpectu tuo vitam & bonum, & è contrario
mortem & malum: vt diligas Dominum Deum
tuum, & ambules in viis eius, & cuſtodias man-
data illius, & cerimonias, atque iudicia, vt viuas,
& multiplicet te, benedicatque tibi in terra, ad
quam ingredieris poſſidendam. Si autem auer-
ſum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque
deceptus adoraueris Deos alienos, & ſeruieris
eis, prædico tibi, quòd pereas, & paruo tempore
moreris in terra, ad quã Iordane trãſmiſſo ingre-
dieris poſſidendam. Teſtes inuoco hodie cæ-
lum

lum & terram, quòd propoſuerim vobis vitam
& mortem, benedictionem & maledictionem.
Elige ergo vitam vt & tu viuas, & ſemen tuum.
Hæc ibi. Aſpicis quàm diſtinctè & apertè locus
hic oſtendit arbitrij libertatem. Si enim omnia
ineuitabili neceſſitate venirēt, eſſent verba hæc
ridicula & ſtulta, ac prorſus homine ſano indi-
Eſai.1. gna. Apud Eſaiā 1. ait Deus: Si volueritis, & au-
dieritis me, bona terræ comedetis. Quod ſi no-
lueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis,
gladius deuorabit vos. Ipſe Chriſtus Deus noſter
Matt.32. apud Matth.32. Hieruſalem, inquit, quoties vo-
lui congregare filios tuos, quemadmodum gal-
lina congregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti.
Matt.19. Et ca.19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.
1.Cor.7. Et apoſtolus 7. prioris ad Corint. Qui ſtatuit in
corde ſuo firmus, nō habens neceſſitatem: pote-
ſtatem autem habens ſuæ voluntatis. Nóne hæc
loca oſtendunt clarius luce meridiana arbitrij
libertatem? Huius libertatis arbitrij aſſertor eſt
Ambro. Ambroſius lib. 1. de vocatione gentium Augu-
ſtinus lib. 3. biponoſticon, Cyprianus lib. 1. epi-
ſtola tertia. Bernardus lib. de arbitrio & gratia:
Hieronymus multis in locis. Similiter Orige-
nes, Chryſoſtomus, Baſilius, Athanaſius, Theo-
phylactus: & omnes deniq; doctores Catholici,
qui de hac re locutì ſunt, qui fontes vtriuſq; phi-
loſophiæ, diuinæ & humanæ aperuerunt, & no-
mina ſua æternitati commendarunt. Nec ſolùm
Chriſtiani, ſed etiam externi philoſophi Socra-
Ariſtot. tes, Plato, Xenocrates, Pſeuſippus, & Ariſtoteles
qui in lib. de interpretatione de futuris contin-
gentibus grauiter diſſeruit, idem teſtantur. Et ne
ſingulos citem, vniuerſi Academici, & Peripate-
tici omnes animorum motus à ratione profectos
à fatali neceſſitate conſtantiſſimè vendicarunt.
Plebeij autem philoſophi, qui ab hac diſcrepatūt
doctrina, ſemper apud viros ſapientes in ſilentio
iacuerunt. Sed quia nonnulli hæretici ſolent ad
poetas confugere, in quibus aiunt fati neceſſita-
tem omnibus in rebus inuenire, duos afferam ex
illis contrarium aſſerentes, vnum Græcum, alte-
rum Latinum, qui poeſim illuſtrarunt. Prior eſt
Homer. Homerus, cui primas eruditionis Græcæq; elo-
quentiæ omnis ſemper tribuit ætas. Poſterior
Virgil. Virgilius, cuius voce muſas quaſi locutas fe-
runt, qui longè omnium quicunque Latinum
poema condiderunt extitit & elegantia & gra-
Homer. uitate facilè princeps. Homerus itaque in primo
Odyſeæ libro Iouem ita inducit loquentem:
Quam temerè incuſant mortales numina, eóſq;
authores faciunt, ſi quid ſenſere malorum: cùm
præter fatū his pariat mens ſtulta dolores. Non-
ne vides Homerum apertè tollere fati neceſſita-
Virgil. tem? Virg. lib. 4. Eneid. cùm mortem Didonis
deſcriberet, has voces emiſit: Nā quia nec fato,
merita nec morte peribat. Quid poterat dici ma-
nifeſtius contra fati neceſſitatē? quid dilucidius?
quid clarius Nec obſtat dicere? Deum eſſe pri-
Iacob.3. mam cauſam, omnéq; datum optimum, vt Iaco-
bus apoſtolus ait, & omne donum perfectum de
ſurſum eſſe, deſcendens à patre luminum: nam
liberum arbitrium bonas recipit inſpirationes,
& concurrit actiuè ad merita, & cooperatur gra-
tiæ. Pulſat enim Deus cor noſtrum, ſed non ne-
ceſſariò cogit: quin potius electiones nobis relin-
quit ſuppoſito tamen diuino auxilio. Vt enim *Similitudo.*
terra ſine aqua nullū ferret perfectum fructum,
niſi eſſet influētia cæli: ſic anima noſtra, niſi eſſet
diuinum auxilium. Nam vt Dauid ait pſal. 142. *Pſal.142.*
Anima noſtra ſicut terra ſine aqua tibi. Hoc ex-
plicuit diuus Ioannes cap.3. Apocalypſis, vbi ita *Apoc.3.*
Deum inducit loquentem: Ecce ſto ad oſtium,
& pulſo, ſi quis audierit vocem meā, & aperue-
rit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cū
eo, & ipſe mecū. Aſpicis Deum ipſum pulſare,
ſed huic pulſationi acquieſcere, vel non acquieſ-
cere eſt in arbitrij noſtri poteſtate conſtitutum.
Vt enim ſol ianuam tāgit, qui, ſi illam aperueris, *Similia.*
domum illuſtrabit: ſin autem nō aperueris, haud
quaquam ingredietur: ſic Deus tāgit cor noſtrū,
in arbitrio noſtro relinquens illud ei aperire, vt
ab eo illuſtretur, aut non aperire, vt in tenebris
relinquatur. Quemadmodum ſalutaris medici-
na medetur morbo, ſed in manu ægroti eſt illam
applicare, aut reiicere: ita diuinum monitum eſt
admirabile remedium, ſed in libertate arbitrij
noſtri eſt ei acquieſcere, aut illud aſpernari. Ve-
rum eſt illud libri Sapientiæ capite 16. Ad quod *Sap.16.*
quiſque volebat, conuertebatur. Nam niſi homo
liberum haberet arbitrium, & ad voluntatem
ſuam conuerteretur, nec homo eſſet, nec mere-
retur præmium nec pœnam. Qui liberū tollunt
arbitrium, hominem ex hominibus tollunt, &
leges diſſipant, ſed ipſi potius diſſipantur. Nam
hæreticorū cœtus nauis eſt gubernaculo deſti-
tuta, caligine cooperta, procellis contrariis exa-
gitata. Eſt coniuratio Madianitarum, Amalechi-
tarum, & Philiſtæorum aduerſus Iſraelem, qui
omnes perierunt: & ædificatorum turris Baby-
lonicæ, qui omnes confuſi ſermonem conturba-
runt. Qui arbitrij libertatem contendunt de me-
dio tollere, omnia miſcent, veritatem oppugnāt,
totam philoſophiam, & vniuerſam ſcripturam
ſanctam radicitus euellunt. Quid plura? Peruer-
tunt ea, quæ ſunt fundamenta naturæ, qui arbi-
trij libertatem extinguere conantur. Eſt igitur
liberum arbitrium noſtrum. Sed quæcunque fa-
cimus, Deo facimus permittente, aut cooperāte,
qui eſt prima cauſa, ex cuius ore, vt hoc loco ait
Ieremias, bona & mala egrediuntur.

Quid murmurauit homo viuēs, vir pro peccatis ſuis?
Senſus eſt: Cur igitur queritur homo de pœnis, b
quas luit peccatorum ſuorum, quandoquidem
Deus qui omnia regit & prouidet, eſt ille, qui eū
ſupplicio afficit? Imò pœnis ac moleſtiis ſibi à
Deo iuſto iudice & pio patre, & ſapiente medi-
co tanquam remediis vtilibus, & medicinis ſa-
lutaribus gaudere deberet? Si detrahere de ho-
minibus non decet, quantò magis de Deo? Cap.
1. li. Sapientiæ ait Sapiens: Cuſtodite vos à mur-
muratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione *Sap.1.*
parcite linguæ. Et apoſtolus cap. 10. prioris ad
Corinth. Nec murmuraueritis, ſicut quidam eo- *1.Cor.10.*
rum murmurauerunt, & perierunt ab extermi-
natore. Et 2. ad Philippenſes: Omnia facite ſine
murmurationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine *Philip.2.*
querela.

Scrutemur vias noſtras. Inſpiciamus & inueſtige-
mus, quomodo vixerimus, & multa inueniemus a
peccata. Quā ob cauſam de nobis debemus que-
ri, qui impiè agimus, nō de Deo, qui iuſtè punit.

Leuemus

נ *Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum.* Extollamus ad Deum animos & opera. Vel, fundamus ad illum pias ardentéſque preces ex intimo corde productas. Extollere manus ad Deum eſt geſtus & actio preces fundentium: vt capite
1.The.2. ſecundo prioris ad Timotheum: Volo viros orare in omni loco, leuantes manus puras: hoc eſt nullis rapinis, nullis libidinibus, nullis impiis pugnis contaminatas. Eam ob cauſam ad Deum manus efferimus, vt ipſe eas ſuis manibus accipiat, nóſque præſidio ſuo ſuſtentet & tueatur. De hoc ſchemate locuti ſumus capite ſuperiore.

נ *Idcirco tu inexorabilis es.* ſumit populi perſonam: ac ſi dicat: Quia flagitiis nos contaminauimus, quibus te grauiter offendimus, & noluimus debitos gemitus ex animo emittere, nec vera contritione inſignes ſcelerum maculas delere, ſed illis indies polluimur: eam ob cauſam tu deus nos minimè audiſti, quin potius afflictionibus laceraſti. Pro, idcirco tu inexorabilis es: vertunt quidam, Ideo tu non fuiſti propitius.

ס *Operuiſti in furore, & percuſſiſti nos.* Poſuiſti tentorium tui furoris, ne videremus, quo eſſemus ituri: & afflixiſti nos. Vel poſuiſti iram tuam inter te & nos. Vel operuiſti nos flagitiis noſtris: hoc eſt permiſiſti, vt eſſemus ſceleribus noſtris cooperti & obcæcati: quam ob cauſam nos puniuiſti. Vel operuiſti nos nube calamitatum in furore tuo: hoc eſt, ita exigente iuſtitia tua. Accipitur furor Dei pro iuſtitiæ eius ſeueritate.

ס *Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.* Oppoſuiſti peccata noſtra veluti nubem in conſpectu tuo, ne preces noſtras ad aures tuas peruenirent. Maleficia noſtra ſunt cauſa, quare tu preces noſtras non exaudis, quoniam inſtar denſæ ac tetræ nubis diuidunt nos à te, & placidum ac ſerenum vultum tuum abſcondunt. Simili modo ait Dauid pſalmo octuageſimonono: Poſuiſti iniquita-
Pſal.89. tes noſtras in conſpectu tuo. Et Eſaias quinqua-
Eſai.59. geſimonono Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.

ס *Eradicationem & abiectionem poſuiſti me in medio populorum.* Poſuiſti me eradicatum à diuitiis, & abiectum in medio Chaldæorum: hoc eſt, pauperem & contemptum. Nam ſuprà dixerat hoc eodem capite. Ego vir videns paupertatem meam. Et paulò pòſt: Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ. Quæ omnia ſub perſona populi Iſraelitici dicuntur. Nec mirum, populum illum ingreſſum eſſe Babylonem inopem & abiectum, cùm Deus ipſe aſſumpta humana natura ingreſſus ſit in mundum pauper & inops & abiectus. Princeps qui ingreditur in vrbem cum pompa & maieſtate, indutus veſtib. aureis, multis gemmis & pretioſis monilibus ornatus, vult vt oculi hominum diuitias illas aſpiciant, non illũ. Chriſtus autem introiuit pauper in mundum, quia voluit, vt in ipſum non in diuitias oculos pone-
2.Cor.8. remus. De eo ait diuus Paulus cap.8. poſterioris ad Corinthios: Scitis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. Huius ingreſſionis paupertatem & abiectio-
Luc.2. nem deſcribit diuus Lucas cap. ſecundo his verbis. Reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio. Fortaſſe hoc Ieremiæ loco per eradicationem intelligitur expulſio è patria, vt ſit ſenſus: Poſuiſti me domine inter Chaldæos patria pulſum & eradicatum, & abiectum. Pro eradicatione vertunt nonnulli ex Hebræo abraſionem, hoc eſt ſordes, quæ à pauimento abraduntur. Quaſi dicat: Poſuiſti me domine inter populos omnino vilem & ſordidum.

Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes פ
inimici.

Formido & laqueus facta eſt nobis va- פ
ticinatio, & contritio.

Diuiſiones aquarum deduxit oculus פ
meus in contritione filiæ populi mei.

Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, ע
eo quod non eſſet requies.

Donec reſpiceret, & videret Deus de ע
cœlis.

Oculus meus deprædatus eſt animam ע
meam in cunctis filiabus vrbis meæ.

Venatione ceperunt me quaſi auem צ
inimici mei gratis.

Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſue- צ
runt lapidem ſuper me.

Inundauerunt aquæ ſuper caput meũ: צ
dixi: perij.

Inuocaui nomen tuum domine de la- ק
cis nouiſſimis.

Vocem meam audiſti: ne auertas au- ק
rem tuam à ſingultu meo & clamoribus:
ק

Appropinquaſti in die, quando inuo- ר
caui te: dixiſti ne timeas.

Iudicaſti domine cauſam animę meæ, ר
redemptor vitę meæ.

Vidiſti domine iniquitatem illorum ר
aduerſum me: iudica iudicium meum.

Vidiſti omnem furorem, vniuerſas co- ר
gitationes eorum aduerſum me.

Audiuiſti opprobrium eorum domine, ש
omnes cogitationes eorũ aduerſum me.

Labia inſurgentium mihi, & medita- ש
tiones eorum aduerſum me tota die.

Seſsionem eorum & reſurrectionem ש
eorum vide: ego ſum pſalmus eorum.

Reddes eis vicem domine iuxta opera ת
manuum ſuarum.

Dabis eis ſcutum cordis laborẽ tuum. ת

Perſequeris in furore tuo, & contereѕ ת
eos ſub cœlis domine.

Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici. Hoc פ
eſt, cuncti hoſtes noſtri nos irriſerunt, & maledictis vulnerarunt. Vel aperuerunt ſuper nos os ſuum inſtar ferarum deuorare cupientium. Ita accipitur pſal.21. Aperuerunt ſuper me os ſuum, Pſal.21.
ſicut leo rapiens & rugiens. Tu interim aduerte. Non ait: Et nos auerſus illos aperuimus os noſtrum.

ſtrum. Toleranter enim conuicia & iniurias iuxta Dei legem ferebat propheta. Oſtendit propriam tolerantiam, & legis Dei obedientiam. *Similitudo.* Homo enim debet eſſe vaſi figuli ſimilis: oportet enim vt alienis manibus in celeri patientiæ rota formetur.

Formido & laqueus facta eſt nobis vaticinatio & contritio. Hoc eſt, prophetia mea facta eſt mihi timor, & carcer, & afflictio. Hoc ait Ieremias, quia cùm prædixiſſet futuras, atque imminentes Hieroſolymæ calamitates, timebat impios homines, qui ei minitabantur laqueum & carcerem, in quem eum coniecerunt, & moleſtiam, qua illum lacerarunt. Sed nullum ob timorem à vaticinatione deſiſtebat. His enim terribilis eſt mors, quibus cum vita extinguitur memoria: non his, quorum laus emori non poteſt. Pro vaticinatione eſt in Hebræo שאת deriuatum nomen à verbo נשא quod ſignificat vaticinari, & aſſumere: vnde aſſumptio ſignificat vaticinationem, quòd eam diuini vates à Deo aſſumant: pro qua Latinus noſter interpres frequenter vertit vnus, quòd ſit prophetia grauis denuntians ventutam calamitatem. *Nah.1.* Capite quippe primo Nahum pro eo quod nos habemus: Onus Niniue: habent Septuaginta: Aſſumptio Niniue. Hac ratione forſitan interpres noſter hoc loco pro שאת vertit vaticinationem. Significat etiam verbum hoc naſa efferre. Quam ob cauſam pro vaticinatione eſt in tranſlatione ſeptuaginta ἔπαρσις, hoc eſt elatio: vt ſit ſenſus: Aſcendi, ſed corrui: elatus ſum in ſublime, ſed cecidi, & fractus ſum in terra. Quantò quis altiùs extollitur, tantò ignominioſiùs cadit. Hæc fuit ſeptuaginta interpretum intelligentia, & recta quidem. At plerique Hebræi deducunt hoc nomen non à נשא cum puncto in cornu ſiniſtro, ſed à נשא cum puncto in cornu dextero, quod ſignificat vaſtare: & vertunt hunc locum: Timor & laqueus venerunt nobis & vaſtatio & afflictio. Aiunt enim Ieremiam commemorare ac numerare quatuor malorum genera, quæ illi & populo Iſraelitico venerunt. Fortaſſe ita erat in Latina verſione: ſed librariorum vitio effectum eſt, vt pro, vaſtatio, ſcriptum ſit, vaticinatio. *Brixian.* In verſione Brixiani eſt quidem vaſtatio, *Pagnin.* & eodem modo in verſione Pagnini. *Reuchl.* Hanc exiſtimat eſſe germanam lectionem Ioannes Reuchlinus in lexico Hebraico in verbo נשא. Sed dices: Quare Deus tot moleſtiis & angoribus Ieremiā conficiebat, virum omni ſapientia & honeſtate inſignem, ſimilíque modo viros pios, virtute & nobilitate præſtantes exercet: *Similitudo.* Qua profectò ita illis conducit ad illuſtriorem nominis amplitudinem conſequendam, & gloriam immortalem in patria cœleſti comparandam. Vt qui in ſterili & iniucunda inſula ſunt, non poſſunt ad amœnam frugiferámque terram accedere, niſi ſe mari committant fluctibus agitato, & procellis ac periculis obnoxio: ſic ex ſuaui huius ſeculi inſula vbi exulamus, ad beatas cœlitum ſedes, æternámque gloriam non peruenimus, niſi per mare laborum & calamitatum. *Apoc.7.* Ideo ait cap. Apocal. 7 diuus Ioannes de beatis loquens in cœleſti domicilio: Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna. *Actor.14.* Et apoſtoli Actor. 14. per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

פ *Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei.* Hoc eſt, riuus lachrymarum profundunt oculi mei ob Hieroſolymæ calamitatem. Simili modo Dauid pſal. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. *Pſal. 118.*

ע *Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eo quòd non eſſet requies.* Oculus meus deflet, quòd nulla ſit lachrymarum intermiſſio.

ע *Donec reſpiceret.* Id eſt, donec Deus de cœlis me oculis pietatis aſpiciat, & miſereatur mei.

ע *Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.* Id eſt, oculus meus ſpoliauit gaudio animam meam videns euerſionem omnium oppidorum, ſubiectorum Hieroſolymæ. Ciuitas regia & præcipua dicitur vrbs, cæteræ illi ſubiectæ & cuncta oppida ditionis eius filiæ illius nuncupantur. Senſus eſt: Oculi mei animam meam affligunt, quia vident vaſtatas ciuitates Iudææ, quæ olim erant filiæ Hieroſolymæ appellatæ: nam quæ alij audiunt, ipſi intueri coguntur. Paraphraſtes Chaldæus habet: Fletus oculi mei aſcendit, vt noceat animæ meæ propter deſolationem regionis populi mei, & deturbationem filiarum Ieruſalem vrbis meæ. Accipi autem filias pro oppidis indicat cap. 13. lib. 2. Paralip. *2. Par. 13.* Accepit Bethel, & filias eius: & Ieſana cum filiabus ſuis. Et ca. Ierem. 48. Clamate filiæ Rabba. *Ierem. 49.* Et 5. primi Machab. *1. Mac. 5.* Cepit Iazer ciuitatem, & filias eius.

צ *Venatione ceperunt me quaſi auem inimici mei gratis.* Hoſtes mei Babylonij me quaſi auem aucupati ſunt immeritò, nam illos non læſeram. Venatores appellantur Babylonij & Chaldæi non ſolùm hoc loco, ſed etiam cap. 16. apud eundem Ieremiam, *Ierem. 16.* vbi Deus ait: Poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos. Vel, & rectiùs meo quidem iudicio, loquitur hoc loco Ieremias de Iudæis illis, qui eum perſequebantur odio: illi enim comprehenderunt eum, & in carcerem coniecerunt. Si volaret, & ab illis diſcederet, non illum inſtar auis caperent. Magno ſe obiiciunt periculo, qui in hominum nefariorum familiaritate verſantur. *Similitudo.* Quemadmodum qui eunt ad Meridiem, non ſe coniungunt cum iis, qui iter conferunt ad Septentrionem: ſic qui pergunt ad cœlos, non debent illis familiariter vti, qui ad inferos proficiſcuntur. *Similitudo.* Vt tutum non eſt habitare agnum cum lupis: ita nec virum iuſtum cum impiis res ſuas communicare, & familiariter vitam degere. *Eccleſ. 7.* Vnde ait Eccleſiaſticus 7. Diſcede ab iniquo & deficient mala abs te. *Similitudo.* Quemadmodum apes quæ venenata viſcera viperæ mortuæ comederunt, eos interficiunt, quibus infligunt aculeum: ſic qui cum flagitioſis hominibus ſunt intima familiaritate coniuncti, eos lædunt, cum quibus ſermones aut conſilia conferunt, quibus acceptum ab improbis venenum propinant. Vide quàm pernicioſa ſit nefariorum hominum conſuetudo atque communicatio. Id intelligens apoſtolus capite 3. poſterioris ad Theſſalonicenſes: *2. Theſ. 3.* Rogamus, inquit, vos fratres, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. At aliquando opus eſt apud impios commorari ad eos inſtruendos, & à vitiis ſeparandos. Id quod fecit diuinus vates Ieremias, qui apud nefarios Iudæos habitabat, vt illis ventura prædiceret,

diceret, eóſque à flagitiis abduceret, & ad verum decus excitaret. Sed illi ingrati & impij eum conuiciis & iniuriis vulnerarunt, & in carcerem immeritò coniecerunt. Hoc lamentatur ille hoc loco. Ideo ſequitur.

צ *Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me.* Id eſt, coniectus ſum in carceris foueam, vnde exire non poſſum. De hoc lacu ait ille cap.
Ierem. 38. 38. Submiſerunt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, ſed lutum. Deſcendit itaque Ieremias in cœnum. Hactenus ille. Eodem mo-
Pſal. 87. do Dauid pſalmo 87. Poſuerunt me, inquit, in lacu inferiore, in tenebroſis & in vmbra mortis. Sed tam verba hæc Dauidis, quàm ea quæ hoc loco ait Ieremias, poſſunt de Chriſto ſaluatore noſtro intelligi poſito in ſepulchro. Interpretans
Cypria. enim diuus Cyprianus verba hæc: Lapſa eſt in lacum vita mea: ait in ſymbolo apoſtolorũ: Euidentiſſima hæc ſepulturæ eius indicia propheticis vocibus deſignata ſunt. Ac grauiſſimi ac ſapientiſſimi ſcriptores totam hãc tertiam lamentationem de Chriſto Deo noſtro interpretantur. Et rectè quidem. Sed nos ſenſum hiſtoricum ſecuti, ita vt diximus, eam ad Ieremiam referimus, vt interdum ipſum, interdum populum Iſraeliticum, interdum ipſam vrbem loqui affectamus.

צ *Inundauerunt aquæ ſuper caput meum.* Hoc eſt,
Pſal. 68. oppreſſerunt me moleſtiæ & calamitates aqua-
Pſal. 143. rum nomine ſignificatæ. Ita Dauid pſalmo 68.
Cant. 8. Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Et 143. Liberauit me de aquis multis. Et Canticorum 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Et Iob 22. Putabas te tenebras non
Iob 22. viſurum, & impetu aquarum non oppreſſum iri.

ק *Inuocaui nomen tuum domine de lacu nouiſſimo.* Cùm eſſem in profunda fouea, te inuocaui, & tu
Hieron. me exaudiſti. Oſtendit Dei miſericordiam, qui afflictis ad ipſum confugientibus opitulatur. D. Hieronim. hoc refert ad Chriſtum dominum: & per lacum nouiſſimum limbum patrum interpretatur.

ר *Iudicaſti domine cauſam animæ meæ.* Id eſt, oſtendiſti innocentiam meam. Extraxit enim illum Deus de ima carceris fouea, & oſtendit eum eſſe diuinum ac verum vatem.

Audiſti opprobrium eorum domine, omnes cogitationes eorum aduerſum me. Audiſti domine quot ignominiis & contumeliis me lacerauerint inimici mei: & quoties de pernicie mea cogitauerint. Cap. ipſius Ierem. 18. dixerant: Venite, &
Ierem. 18.
ת cogitemus contra Ieremiam cogitationes.

Seßionem eorum & reſurrectionem eorum vide. Id eſt, intuere domine, quoties inimici mei ſedent conſultantes aduerſum me, & quoties ſurgunt ad impia ſua cõſilia exercenda. Sed quia ſequitur: Ego ſum pſalmus eorum: poteſt eſſe ſenſus: Vide domine me eſſe eorum cantilenam, quando ſedent, & quando ſurgunt & ſtant: traducunt enim ſemper me in canticum & fabulam
Iob 30. & irriſionem. Ita Iob trigeſimo: Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum illis in pro-
Pſal. 78. uerbium. Et pſal. 78. In me pſallebant, qui bibebant vinum. Hoc eſt, In conuiuiis ſuis carmina in meum dedecus facta concinebant. Idem dixerat ſuprà Ieremias: factus ſum in deriſum omni
Pſal. 138. populo, canticum tota die. Itaque per ſeſſionem & reſurrectionẽ intelligitur diuturnitas & continuatio: vt ſit ſenſus: Continuò me irrident. Eodem modo accipitur pſal. 138. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Hoc eſt, nota tibi ſunt, quæcunque ſiue ſedens, ſiue ſtans aut ambulans efficio. Quibus verbis prædicat diuinus ac regius vates admirabili orationis magnificentia Dei prouidentiam & cognitionem.

Reddes eis vicem domine iuxta opera manuum ſuarum. Hoc eſt, retribues illis meritum ſupplicium iuxta eorum maleficia: pro peccatis enim ſuis iuſtam pœnam perſoluent. Quidam codices habent: Redde eis. Sed vtcunque ſit, oratio hæc non eſt imprecatio malorum, ſed vaticinatio. Ita illud intelligitur pſalmi 27. Da illis ſecundùm opera Pſal. 27.
eorum, & ſecundùm nequitiam adinuentionum ipſorum. Secundùm opera eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis.

Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum. Non quòd labor ſit Dei, ſed à Deo inflictus. Senſus eſt, Circundabis eos labore, vallabis cor eorum calamitate. Quidam vertunt: Dabis eis tegumentum cordis, & laborem: hoc eſt, permittes, vt eorum cor ſit tenebris ignorantiæ coopertum, & labore defatigatum. Alij per ſcutum cordis intelligunt obſtinationem & impiam animi contumaciam. Alij dolorẽ cordis: Vox enim Hebræa dolorem etiam ſignificat, & funeſtum morbum. Poteſt etiam hoc multò aliter intelligi: nam ſcutum in diuinis literis in bonam partem accipitur: vt capite Deuteronomij 33. Qui ſaluaris in domino, Deut. 33.
ſcutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. Hoc eſt, qui ſaluus es in Deo, qui eſt clypeus, vnde prouenit tibi præſidium, & gladius, quo tibi gloria & nominis amplitudo comparatur. Capite vige- 2. Reg. 22.
ſimoſecundo lib. 2. Regum ait Dauid: Deus dominus fortis meus, ſperabo in eum, ſcutũ meum, & cornu ſalutis meæ. Et pſalm. 5. Domine vt Pſal. 5.
ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti eum. Acſi dicat: Tu domine beneuolẽtia tua tanquam ſcuto firmiſſimo virum iuſtum ac pium protexiſti, & ab omnibus inſidiis teliſque inimicorum incolumen conſeruaſti. Et 90. Scuto circundabit Pſal. 90.
te veritas eius. Hoc eſt, verũ Dei promiſſum erit ſcutum, quo liberaberis. Seruabit te Deus promiſſione ſua fideli: ipſe enim pollicitus eſt protecturum ſe eſſe viros pios ad ipſum confugientes. Et diuus Paul. cap. 6. epiſtolæ ad Epheſios: In o- Ephe. 6.
mnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Tela ignea eſſe exiſtimo opum & mũdi gloriæ cupiditates, quæ ſcuto fidei retundũtur. Qui enim fidei clypeo munitus aſpirat ad cœleſtia, facilè terram aſpernatur. Cap. 15. Geneſ. vbi Deus dixit: Noli Geneſ. 15.
timere Abram, ego protector tuus ſum pro protectore poteſt verti clypeus ſiue ſcutum. Eodem modo pſal. 83. Protector noſter aſpice Deus. Qui- Pſal. 83.
dam enim vertunt: Clypee noſter Deus aſpice. Nec ſolùm ipſe clypeus eſt, ſed ſermo eius: iuxta Prouer. 30.
illud Prouerb. 30. Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt omnibus ſperántibus in ſe. Cùm igitur ſcutum ſiue clypeus in bonam accipitur partem aliis in locis, cur in hoc nõ poterit eandẽ admittere acceptionẽ: Alloquebatur Deum Ieremias, & intuens mentis oculis ſpiritu vaticinationis il-

luſtratis fore, vt ipſe Deus humanã ſumeret naturam, & acerbiſſimos labores ſuſtineret, ſéque in crucis ara pro hominum genere hoſtiã deuoueret atque conſtitueret, has voces emiſit: Dabis eis ſcutum cordis laboré tuum Aeſi diceres: Tu Chriſte ſancte dabis hominibus laborem tuum, quem propter eos ſuſcipies, vt ſit illis ſcutum, quo in tentationibus ſuis protegãtur Tua paſſio erit illorum protectio, tuus labor erit illorũ clypeus. Hęc eſt horum verborũ intelligentia. Nam in labore & vulneribus domini noſtri Ieſu Chriſti eſt remedium noſtrum cõſtitutum. At qui remedium hoc neglexerint, & in ſceleribus erroribúſque ſuis permãſerint, hîc affligẽtor, & poſteà in æternos inferorum ignes relegabuntur. Eam ob cauſam ait ſtatim Ieremias: Perſequeris in furore, & cõteres eos ſub cœlis domine. Aeſi dicat: Iuxta ſeueritatem iuſtitiæ tuæ domine eos calamitatibus opprimes: & affliges eos ſub luce, hoc eſt in tenebris inferorum: nõ ſolùm in hoc ſeculo, ſed in altero cruciabũtur. Qui in cœlis eſſe noluerunt, ſub cœlis pœnas æternas luent ſcelerum
Ierem. 17. ſuorum. Idem vult ſignificare idem Ierem. cap. 17. cùm ait: Induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione cõtere eos. Hoc eſt, & in hac vita, & in altera. Vaticinatur de impiorum pernicie & temporali & æterna, quemadmodum hoc loco. Et ita tertiam abſoluit lamentationem.

OBSERVATIONES ex Hebræo in

Lamentationem. III.

Et circundedit me felle & labore. In Hebraico exẽplari eſt: ויקף ראש ותלאה vaiaccaph rox vthelaah. Septuaginta interpretes habent: καὶ ἐκύκλωσε κεφαλήν μου καὶ ἐμόχθησα. Hoc eſt, Et circuodedit caput meum, & laboraui. Rabbi Dauid in li-
R. Dauid. bro radicum vertit: Circundedit caput meum, & labore circundedit. Pro felle vertit caput, cum ſeptuaginta interpretibus. Et ita ait Franciſcus Vatablus poſſe verti ex Hebræo. Pagninus tamẽ, fellẽ, tranſtulit cum editione vulgata. Sed nulla te teneat huius varietatis, & aliarum huiuſmodi admiratio: nam cùm pleraque vocabula Hebræa æquiuoca ſint, in varias poſſint accipi ſignificationes. Interdum vna tantùm vni loco ſeruit ſignificatio, nec poteſt alias recipere: interdũ multæ vnius vocabuli illi loco rectè accommodantur. Pro felle eſt in Hebræo ראש Rox, quod nomen caput ſignificat & fel & venenum. Pro ca-
Geneſ. 3. pite accipitur cap. 3. Geneſis: Ipſa conteret caput tuum: vt referatur ad mulierem, hoc eſt ad virginem Dei genitricem Mariam, quemadmodũ ha-
Eucher. bet Latina noſtra cõmunis verſio: & ita Euche-
Serapi. rius, Serapion, Leo papa, Rupertus abbas, & alij
Leo. interpretantur. Vel ipſum cõteret caput tuum: vt
Rupert. referatur ad ſemen eius, hoc eſt ad Chriſtum, vt
Pagnin. Pagnin. & multi alij ex Hebræo tranſtulerunt. Quod volentes Septuaginta interpretes ſignificare dixerunt: Ipſe tuum conteret caput. Et cla-
Onchel. riùs Onchel. Chaldeus, qui filiũ mulieris expreſſit, qui dæmonis caput eſſet contriturus. Semen igitur mulieris eſt Chriſtus, ſemen verò diaboli zizania, & homines impij, vt ipſe dominus cap.
Matt. 13. 13. euangelij authore Matth. explanauit. Quare hi inter quos & Chriſtum inimicitię ſunt, homines ſunt ſceleribus imbuti, qui cum vera pace & quiete inimicitias gerũt, omníque virtuti aduerſantur. Qui autem caput diaboli cõfringit, Chriſtus eſt. Vbi pro capite eſt nomẽ hoc rox, de quo diſſerimus. Pro felle accipitur capite Deuter. 32. *Deut. 32.*
Vua eorum vt fellis. Quod ſtatim interpres noſter vertit pro veneno, cum ait: Venenum aſpidum inſanabile. Significat etiam primum, præcipuum, ducẽ, & principem: vt cap. Michææ 3. Au- *Mich. 3.*
dite principes domus Iacob. Hac ratione ductus Paraphraſtes Chaldæus vertit hunc Ieremiæ locum: Circõdedit ciuitatem, & eradicauit capita: hoc eſt duces populi & magnates. Vnde illud ca. *Geneſ. 2.*
2. Geneſ. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita: poteſt verti: Qui inde diuiditur in quatuor præcipuos, ſubaudi fluuios. Pro quo Rabbi Ionah expoſuit, in quatuor flumina *R. Ionah.*
magna. Hæc autem quatuor flumina magna ab vno fonte dimanantia, iuxta allegoriã ſunt quatuor ſacra euangelia à Chriſto fluentia, quæ eccleſiam irrigant & fœcundant. Vt enim granum *Similitudo.*
intra ſpicam eſt: ſic ſenſus allegoricus intra literam. Et quemadmodum gemma in ædib. obſcu- *Similitudo.*
ris non inuenitur ſine cãdela: ſic nec ſenſus myſticus ſine literali. Huius ſenſus allegorici meminit diuus Paul. cap. 4. epiſtolę ad Gal. cùm ait: *Gala. 4.*
Quæ ſunt per allegoriã dicta. Aſpicis igitur nomen rox & caput ſignificare & fel, & vtranque ſignificationem huic Ieremiæ loco conuenire.

Aggrauauit compedem meum. Pro compede meo eſt in Hebræo נחשתי nechaxeti, à verbo נחש nachax, quod ſignificat augurari, inquirere, experiri, tentare: vt Geneſis quadrageſimo quarto Scy- *Geneſ. 44.*
phus quem furati eſtis, ipſe eſt, in quo bibit dominus meus: & in quo augurari ſolet. Pro quo paraphraſia Chaldæa habet: Et in quo inquirendo inquiret. Quidam interpretantur: Pro quo interrogando interrogabit, nimirum augures & diuinos. Alij exiſtimant veram huius loci intelligentiam eſſe: Cuius amiſſionem putat malum ſibi eſſe omen & augurium. Poteſt verti: Quo experiendo expertus eſt vos: ſiue tentauit vos. Aeſi dicat: Ideo Scyphum hunc reliquit, vt experiretur, vtrum vos illum eſſetis ſurrepturi. Inde nachax, quod ſignificat augurium: vt cap. Num. 23. *Num. 23.*
Non eſt augurium in Iacob. Et quia in ære perpolito ſolebant fieri auguria, inde effectum eſt vt נחשת ſignificet æs: quo nomine compedes appellantur, quòd ex ære confici ſolerent. In quam ſignificationem accipitur hoc loco: vt ſit ſenſus: Facit pedibus meis compedes grauiſſimos, ne aliquò ire poſſem. Interpres Theodoreti habet: *Theod.*
Aggrauauit iugum colli mei. Et interpretatur: Crudeliſsimis hoſtibus me ſeruire coegit.

Semitas meas ſubuertit. Pro ſubuertit eſt in Hebręo verbum סור ſur, quod ſignificat ſubuertere: quam ſignificationem ſecutus eſt Latinus noſter interpres. Significat etiam declinare, peruertere, alienare, mutare, deficere, fœtere, putreſcere, ſeparare. Eo vtitur pro declinare Oſeas cap. 4. Si- *Oſe. 4.*
cut vacca laſciuiẽs declinauit Iſrael. Subauditur à via recta. Poteſt verti: Vt iuuenca deficiens deſciuit Iſrael, expellẽdo ſcilicet a ſe iugum diuinæ legis. Vel ſeparauit ſe Iſrael, nimirum à Deo. Pro

ſepa

Oſe.4. ſepaıare enim accipitur Oſeæ 4. Separatum eſt
conuiuium eorum. Vbi conuiuiũ idem eſt quod
cultus & communicatio: loquitur enim diuinus
vates de decem tribubus, quæ ſe è duabus ſepa-
rauerant,& vitulos Ierobuam coluerãt. Vel ideo
ait Iſraelitarum conuiuium eſſe ſeparatum, quia
erat excommunicatum: excõmunicati enim ſe-
parati ſunt. Poteſt verti: Fœtidum eſt cõuiuium
eorum: vt ſit ſenſus: Tantùm vini potauerãt con-
uiuæ, vt eorũ cõpotatio grauiter oleret. Vel per
eorum cõuiuium intelligit illorũ doctrinã, quam
appellat putidam & fœtidam, quia docebant eſſe
Pſal.13. vitulos aureos colẽdos. Illud pſal. 13. Omnes de-
clinauerunt: vertunt nõnulli, Omnes fœtuerunt.
Et alij: Omnes receſſerunt, nimirum à via, quam
Deus illis oſtenderat. Ab hoc verbo eſt ſorerim,
Eſai.1. pro quo vulgatus interpres ca. 1. Eſaiæ vertit in-
fideles: Principes tui infideles. Poteſt verti: Prin-
cipes tui declinantes. Vel recedentes, nimirum à
vera religione. Vel fœtidi: vel peruerſi. Pro quo
Septuaginta habent: Non obediunt, ſiue nõ obe-
dientes. Et Aquila, diſcedentes. Et Thargum: re-
belles: quia à Deo defecerant, & falſis diis diui-
num cultum tribuerant Eodem modo illud in-
Oſe. 9. telligitur Oſeæ 9. Omnes principes eorum rece-
dentes. Pro quo alij legendum putant: Omnes
principes eorum ſubuerſi. Vel omnes duces eo-
rum mutati: nimirum à vero Dei cultu. Diximus
enim verbum hoc ſignificare ſubuertere & mu-
tare. Quare locus hic Ieremiæ verti poteſt: Vias
meas mutauit: nimirum priſtina conſuetudine.
Vel poteſt eſſe à סיר, quod eſt ſpina: vt ſit ſenſus:
Vias meas ſpinis ſepiuit. Ita hunc locum inter-
pretatur Rabbi Iſchac. filius Ghiath: iuxta id
quod ait apud Oſeam 2. Deus: Ecce ego ſepiam
Oſe.2. viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria. Vt ſci-
licet non poſsis egredi, nec quo velis, proficiſci.

Confregit ad numerum dentes meos. Pro numero
Prou. 20. eſt in Hebræo חצץ, quod ſignificat calculum, la-
pidem minutum, & arenam: vt Prouerb. 20. Sua-
uis eſt homini panis mendacij, & poſteà imple-
bitur os eius calculo. Hoc eſt, doctrina mendax
ac falſa, etiamſi in principio ſit dulcis ac mollis,
Cicero. poſteà tamen inſuauis ac dura inuenitur. Et quia
calculis ſolemus numerare, accipitur hoc no-
men pro numero. Vnde apud Cicer. in lib. de a-
micitia, reuocare ad calculos amicitiam, eſt ita
data & accepta numerare, vt par ſit eorum ratio.
Plinius. Et in epiſtola quadam Plinij, ponere calculos,
idem eſt quod numerare. Hac ratione ductus in-
terpres noſter pro chatſats, quod calculum pro-
priè ſignificat, numerũ hoc Ieremiæ loco inter-
pretatus eſt. Septuaginta tamen pro calculo ac-
ceperunt: ita enim habent: Ἐξέβαλε ψήφῳ ὀδόν-
τας μου. Hoc eſt, eiecit lapillo dentes meos. Hoc
eſt accepto lapide euulſit mihi dentes, quos ex
ore meo in terram proiecit. Poteſt rectiſsimè
verti: Confregit inſtar arenæ dentes meos: ita e-
nim eos minutatim concidit atque contudit, &
tu tot particulas infregit, vt eſſent inſtar arenæ
minuti.

Perijt finis meus. Pro fine eſt in Hebræo nomen
hoc נצח, quod ſignificat finem: quam ſignifica-
tionem ſecutus eſt vulgatus interpres. Significat
etiam victoriam, potentiã, ſanguinem, robur, &
fortitudinem. Quare rectè verterunt Septuagin-
ta ἀπώλετο τὸ νῖκός μου. Hoc eſt: periit victoria mea.
Et rectè Pagninus & Brixianus: Periit fortitudo
mea. Et rectè Ioannes Benedictus: Periit robur
meum. Poteſt quoque verti: Periit potentia mea:
aut ſanguis meus. Quæ omnia poſſunt ad Chri-
ſtum Deum noſtrũ veriſſimè referri, cui omnia
hæc cõueniunt, citius mortem in crucis ara con-
tumeliis pleniſſimam Ieremias hoc loco lamen-
tãtur. Ipſe enim eſt finis, ad quem dirigendæ ſunt
omnes actiones noſtræ, propter quem diuinam
legem ſumus ſeruaturi, & ipſius legis conſimma-
tio & perfectio: id quod ait apoſtolus cap. 10. epi- Rom. 10.
ſtolæ ad Romanos: Finis legis Chriſtus eſt ad iu-
ſtitiam omni credẽti. Ipſe eſt victoria noſtra, qui
de ſe ait apud Ioannem 16. Cõfidite, ego vici Ioan.16.
mundum. Quam ob rem ait apoſtolus cap. 15. 1.Cor. 15.
prioris ad Corinth. Deo autem gratias, qui dedit
nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum. Ipſe eſt potentia noſtra: de quo ait a-
poſtolus cap. 4. epiſtolæ ad Philippenſes: Omnia Philip. 4.
poſſum in eo, qui me confortat. Ipſe eſt ſanguis
noſter & caro noſtra, quatenus homo eſt, noſtrã
enim aſſumpſit naturam: de quo ait diuus Ioan-
nes capite ſui euangelij primo: Et verbum caro
factum eſt. Ipſe eſt fortitudo noſtra: de quo ait Ioan.1.
Moſes cap. Exodi 15. Fortitudo mea & laus mea Exod. 15.
Dominus. Et Dauid pſal. 30. Quoniam fortitudo Pſal.30.
mea & refugium meum es tu. Deriuatur nomen
hoc à verbo נצח natſach, quod ſignificat robora-
re & vincere. Vnde lannatſeach multis præfigi-
tur pſal. Pro quo Septuaginta vertunt. εἰς τέλος:
hoc eſt in finem, quemadmodum habet editio
vulgata. Hieronymus vertit: Victori. Felix Pra-
tenſis: Vincenti. Aquila τῷ νικοποιῷ, id eſt, præ-
benti victoriam. Alij, fundenti ſanguinem. Alij
danti æternitatem. Quæ omnia Chriſto Deo no-
ſtro mirabiliter congruunt, cui pſalmi huius in-
ſcriptiones dedicantur. Quidam exiſtimant, ideò
præfigi pſalmis, In finem, quia erant implendi
temporibus Meſſiæ, quæ appellantur nouiſſima
& fines ſeculorum.

Leuauit ſe ſuper ſe. Pro leuare eſt in Hebræo
verbum נטל natal, quod ſignificat leuare, ferre,
baiulare, inuoluere. Particula, ſe. non eſt in He-
bræo, nec in Græco. Poteſt verti: Quia tulit ſuper
ſe. Subaudi iugum Dei. Poteſt hoc intelligi de
Chriſto Domino, qui tulit ſuper ſe crucem: de
quo paulò pòſt dicitur: Dabit percutienti ſe ma-
xillam, ſaturabitur opprobriis. Omnia hęc verba
explanat de Chriſto R. Samuel in huius loci ex- R. Sam.
poſitione. De percuſſione autem maxillæ Chri- Mich. 5.
ſti dixit ita Michæas 5. In virga percutient maxil-
lam iudicis Iſrael. Ipſe eſt, qui crucem baiulauit
tanquam clauem, qua cælum aperiret, de qua di-
xit Deus pater apud Eſaiam 22. Dabo clauem Eſai.22.
domus Dauid ſuper numerũ eius. Itaq; verbum
hoc natal ſignificat portare & baiulare. Inde netil
idẽ eſt qđ baiulus: quo vocabulo in plurali vti-
tur cap. 1. Sophonia, pro quo editio vulgata ha- Sopho. 1.
bet, inuuluti. Diſperierunt omnes inuoluti ar-
gento. Quod poteſt etiam verti: Diſperierunt
omnes baiuli argenti. Ac ſi dicat: Peribunt o-
mnes diuites auari. Eſt enim præteritum pro fu-
turo. Quemadmodum baiuli arculas alienas fe- Similitudo.
runt argẽto plenas, nihil inde niſi laborem pon-
duſque reportantes, præter viliſſimam paruiſſi-

mámque mercedem: ſic qui auaritia & effrenata opum cupiditate ardent, nihil ex diuitiis quas poſſident, aut potius à quibus poſſidentur, habent, niſi laborem & ſolicitudinem, & flagitium. Nullum eſt enim officium tam ſanctum & laudabile, quod non auaritia comminuere atque violare ſoleat.

Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum. Pro, cum manibus, eſt in Hebræo אל כפים el cappaiim. Nomen caph ſignificat volam, & manum: Ezech. 21. vt capite Ezechielis 21. Percute manum ad manum. Hoc eſt, mœrorem & dolorem oſtende. Significat etiam nubem. Exod. 33. Vnde illud Exodi 33. Ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec tranſeam. vertunt nonnulli: Et protegam nube mea. Eam ob cauſam poteſt verti locus hic Ieremiæ: Leuemus corda noſtra verſus R. Dauid. nubes ad Dominum. Ita Rabbi Dauid Chimhi in libro radicum hunc locum interpretatur. Vnde Eſai. 49. illud Eſaiæ 49. Ecce in manibus meis deſcripſi te: poteſt verti: Ecce in nubibus meis poſui te. Hoc eſt, te extuli in ſublime, in excelſaque di- Ioſeph. Sahad. gnitate collocaui. Ita Rabbi Ioſeph, & R. Sahadias locum illum explanarunt. Ionathas tamen Ionath. Chaldæus nobiſcũ vertit: Ecce in manibus meis deſcripſi te. Ne mireris, ſi aliquando citem Hebræos rabinos fide deſtitutos. Nam etſi in vera & arcana diuinarum literarum intelligentia, & in myſteriis redemptionis humanæ per Chriſtum Deum noſtrum eos cæcos eſſe omninò non dubito, non parum tamen conducere arbitror ad veras verborum Hebræorum ſignificationes & proprietates depromendas eos legere, illos præſertim, qui linguæ ſanctę phraſes & ſchemata Similitudo. explicarunt. Nam quemadmodum vir prudens lapidem pretioſum non eò contemnit, quòd ex capite venenati draconis exierit: ſic nec Hebraiſmorum peritiam & vocabulorũ notiones, quòd ex Iudæorum prodierint officina. Præter has explanationes poteſt verti locus hic: Leuemus corda noſtra in manibus ad Deum. Subaudi pro munere. Acſi dicat: Demus Deo animos, offeramus eos illi manibus noſtris loco muneris. Non ſolùm noſtra, ſed nos ipſos ei quaſi donum offerre non intermittamus.

Pagnin. *Ne auertas faciem tuam à ſingultu meo & clamoribus.* Pagninus vertit: Ne abſcondas aurem tuam propter reſpirationē meam ad clamorem meum. Pro à ſingultu meo, eſt in Hebraico: לרוחתי le rauchathi. Quod nomen ſignificat ſingultum, reſpirationem, & ſuſpirium. Deducitur à verbo רוח rauach, quod ſignificat reſpirare & dilatare. Poteſt verti: Ne auertas autem tuam a ſuſpiriis & clamoribus meis. Vel ſic: Ne auertas aurem tuam à clamoribus meis propter reſpirationem meam. Acſi dicat: Audi me Domine, vt poſſim reſpirare. Tanto enim dolore premebatur mœſtus Ieremias, vt reſpirare non poſſet, ne anhelare quidem.

CAPVT IIII.

א Aleph. Quomodo obſcuratum eſt aurum mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum?

Filij Sion incluti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli. ב Beth.

Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto. ג Gimel.

Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. ד Daleth.

Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. ה He.

Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus. ו Vau.

Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. ז Zain.

Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis: adhæſit cutis eorum oſsibus, aruit, & facta eſt quaſi lignum. ח Cheth.

EXPLANATIO.

Quomodo obſcuratum eſt aurum? Totus hic verſus ſub litera Aleph, poteſt de euerſione templi intelligi in illa Babylonica vaſtitate. Erat enim templum auro tectum, vt cap. 6. lib. 3. Regum diuinæ literæ prodiderunt. Sed Ieremias, vt ego mihi ſtatuo, præcipuè deplorat amiſſam gloriam Hieroſolymæ: ac ſi dicat: Quomodo verſa eſt in ignominiam gloria noſtra? Tenebras dedecoris attulerunt Babylonij ſplẽdido auro honoris noſtri: cuius fulgentiſſimus color fuit in nigrorem mutatus. Quàm citò Hieroſolymæ ſplẽdor, eiúſque nominis claritas, & amplitudo ad opprobrium & abiectionem reciderunt: Accipitur hoc loco aurum pro mundi gloria, opibus, & magnificentia, vt cap. 2. Danielis, cùm dicitur caput ſtatuæ à Nabuchodonoſore conſpectæ ex auro fuiſſe. Pro charitate ſumitur capite Apocalypſis 3. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. Sumitur etiam aurum pro oleo capite quarto Zachariæ: Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro. Pro quo nonnulli vertunt: Quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea, quæ ſuffunduut ex ſe aurum. Vbi aurum aiunt pro oleo puriſſimo ſumi inſtar auri. Cùm autem oleo ſignificetur miſericordia, apertè liquet ipſam miſericordiam auro ſignificari. Sumitur præterea pro ſapientia capit. Canticorum quinto: Caput eius aurum optimum. Demum ſumitur pro humilitate rerumque humanarum tolerantia. Vt enim illud eſt cæteris metallis grauius, & percuſſum nó reddit ſonum: ſic vir animi humilitate & patientia ſeptus, ſeipſum præ cæteris deprimit & abiicit, & humilia munera inclinat: ac calamitate perculſus nullos fundit iracundiæ clamores. Percipit enim animo id, quod ait diuinus ac regius vates:

Aleph. 3. Reg. 6. Dani. 2. Apoc. 3. Zac. 4. Cant. 5. Similitudo.

Pſal.9. vates: Patientia pauperum, ſiue afflictorum, nõ
Prou.15. peribit in finem. Et filius eius in prouerbiis. Glo
riam præcedet humilitas. Hæc eſt vna virtus,
quæ cùm ſe occultet, eminet tamen inter omnes.
Similitudo. Vt calx viua videtur frigida foris, cùm intus fer
ueat: ſic verè humilis cooperit virtutes ſuas, cùm
flagret intus igne charitatis, & aqua calamitatis
inceudatur. Calx viua feruet cum aqua frigida,
& humilitas cum charitate & tolerantia coniun-
cta aqua calamitatis inflãmatur. Omnes hæ auri
ſignificationes poſſunt huic Ieremiæ loco conue
nire: obſcurata eſt enim Iudæorum charitas &
miſericordia & animi humilitas, & patientia. Vel
quod mihi rectius videtur, per aurũ cæteris me-
tallis præſtantius intelligitur princeps, qui fuit
in bello illo captus, & à dignitate ſua deiectus.

*Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium
platearum.* Id eſt euerſum eſt templum domini,
eiúſq; lapides fuerunt per plateas diſperſi atque
diſſipati. Ita hũc locum paraphraſtes Chaldæus
interpretatur. Sed quéadmodum paulò ante no-
mine auri intellexit principem, ita modò per lapi
des ſanctuarij ſacerdotes, & viros pios, qui alios
religionis cultu ſuperabãt. Hi enim fuerunt è
templo expulſi, & per capita platearũ diſiecti, &
ad diuerſas vias abducti. Fortaſſe deplorat ſacer-
dotum diſtractionem, qui cùm deberent in tem-
plo reſidere, ac diuino cultui operam dare, per
plateas Hieroſolymæ negotiis humanis dediti
vagabantur. Quam ob cauſam fuerunt obſeſſi,
& victi, & excruciati. Platea enim eſt latitudo, qua
ſignificatur lata illa & ſpacioſa via, quæ, vt Chri-
Matt.7. ſtus Deus noſter ait apud Matt. 7. ducit ad per-
ditionem.

ב *Filij Sion inclyti, & amicti auro primo.* Hoc eſt ma
gnates Hieroſolymæ ornati quondam auro opti
mo abiecti ſunt modò, & veluti vaſa figuli habi-
ti ac ducti. Sumitur vas ſiue lagena figuli pro re
fragili, nulliúſque momenti, vt cap. 30. Eſaiæ:
Eſa.30. Comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli cõ-
tritione perualida. Et Ier. 19. Sic conteram popu
Ier.19. lum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur
vas figuli, quod non poteſt vltrà inſtaurari.

Sed & lamiæ nudauerunt mammam. Senſus eſt:
ג Etiam impiæ feræ alunt catulos ſuos, exponen-
tes illis vbera ſugenda, Hieroſolyma filios ſuos
non alit. Exaggerat calamitatem Iudææ compa-
ratione ferarũ, quæ lactant filios ſuos, quod Hie-
roſolyma non faciebat. Aiunt nõnulli hoc imple-
tum fuiſſe, cùm matres fame coactæ proprios fi-
lios coxerunt. Lamiæ figuram quandam habent
humanam, cùm ſint beſtiæ crudeliſſimę. Stru-
thiones ſunt aues miræ magnitudinis, ſed mini-
mè volantes, quibus hæretici & nefarii homines
artificio ſimulationis eruditi, vt Heſychius ait, &
Eucherius, ſignificantur. Habere nanq; videntur
ſapientiæ & contemplationis pennas, volare aũt
haudquaquam poſſunt. Eam ob cauſam ſunt in
Leuit.11. lege veteri prohibitæ cap. 11. Leuit. & 14. Deut.
Deut.14. Hæ aues crudeles ſunt: quare cum illis cõparat
Iob homines immanes, cùm ait cap. 30. Frater
Iob.30. fui draconum, & ſocius ſtruthionum. Solet hoc
animal in ſolitudine oua ſua relinquere, & aliquã
do non curare: atq; filiorum ſuorum obliuiſci.
Iob 39. Id ſignificat Iob ca. 39. vbi de illo loquens: Quã
do, inquit, derelinquit oua ſua in terra, tu forſitã
in puluere calefacies ea: obliuiſcitur, quòd pes
conculcet ea, aut beſtia agri conterat. Induratur
ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui. Hæc ille. Eã ob
cauſam ei hoc loco Hieroſolyma comparatur.
Fortaſſe non propter crudelitatem affectus, ſed
propter ſimilitudinem actus: quia mulieres Hie-
roſolymitanæ lac filiis propriis ob inopiam ali-
menti non præbebant.

Adhæſit lingua lactantis. Oſtendit ſitim ac famẽ ד
puerorum, quos cap. 3. harum lamentationum Sap.3.
induxit matribus ſuis dicentes: Vbi eſt triticum
& vinum?

Qui veſcebantur voluptuosè. Qui exquiſitis epu ה
lis quondam vtebantur, perierunt fame in locis
publicis. Et qui ſolent delicatè nutriri, & purpu
ra, veſtibúſque pretioſis indui, viles cibos auidè
ſumebant. Nam vt Iob ait ca. 6. Animæ eſurienti Iob 6.
etiam amara dulcia eſſe videntur.

Maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei. Grauius ו
fuit peccatum Hieroſolymæ, quam Sodomæ: nã
Sodoma non contaminauerat Dei ſacrariũ, quod
non habuerat: nec habebat diuinos vates, qui
eam à flagitiis deterrerent, quemadmodum Hie-
roſolyma. Præterea Sodoma violauerat legẽ na-
turalem, Hieroſolyma autem naturalem & ſcri-
ptam: & ingrati animi ſignificationem multis
in rebus oſtenderat. His rationibus ductus ait
Ezech. 16. Non fecit Sodoma ſoror tua ipſa, & Ezec.16.
filiæ eius, ſicut feciſti tu, & filiæ tuæ. Et Chriſtus
noſter apud Matt. vndecimo: Terra Sodomorũ Matt.11.
remiſſius erit in die iudicij, quàm tibi. Vel ſumi-
tur hic iniquitas pro pœna iniquitatis, quemad-
modum peccatum pro pœna peccati: vt cap. 12.
lib. 2. Reg. vbi Nathan dixit Dauidi: Dominus
tranſtulit peccatum tuum, id eſt, pœnam peccati 2.Re.12.
in filium tuum: non enim morieris, ſed ille. Et
Threnorum 5. Patres noſtri peccauerunt, & non Thren.5.
ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Ita
explanant nonnulli illud Cain Geneſ. 4. Maior Gen.4.
eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear. Vt ſit
ſenſus: Maior eſt pœna mea, quam ferre poſſim.
Ideo Ieremias ait Hebræos fuiſſe punitos gra-
uius Sodomis, quia Sodomorum pœna minore
tempore durauit, quamobrem fuit minus acer-
ba, quoniam non fuerunt longa obſidione affli-
cti & lacerati, ſed in puncto temporis conſumpti.
Ideo ait: Et non ceperunt in ea manus. Hoc eſt, Gen.19.
non ceperunt Sodomam inimicorum manus. Eſa.12.
Sumuntur manus pro ſuppliciis humanis: vel Iere.50.
pro caſtris & exercitibus, quemadmodũ cap. 33.
Deuter. Manus eius pugnabunt pro eo. Et actor. Deut.33.
apoſt. 12. Miſit rex Herodes manus, vt affligeret Act.12.
quoſdam de eccleſia. Eam ob cauſam vertunt
nonnulli locum hunc: Et non metata ſunt in ea
caſtra. Quia in momento ſubuerſa eſt.

Candidiores Nazaræi eius niue. Loquitur de Na- ז
zaræorum fame, luctu & calamitate in illa vrbis
obſidione & pernicie. Hi erant Deo dedicati: de
quorum conſecratione loquitur Moſes cap. Nu-
mer. 6. Nunc autem Ieremias hyperbolicè eorũ Num.6.
deſcribit pulchritudinem & candorem ante ob-
ſidionem illã, vt poſt eam eorum oſtendat & de-
ploret deformitatem, maculas & luctus. Ebur eſt
dens elephantis: ſapphirus eſt lapis pretioſus co
loris aerij, aureis punctis collucens: de quo diſ-
ſerit Plin. lib. 37.

ח *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.* Præ fame & miſeria & luctu. Locutio eſt hyperbolica. Nigrore faciei ſignificatur dolor & triſtitia. Nah.2. Ita cap.2. Nahũ. Facies omnium eorum ſicut nigredo ollæ. Ioel.2. Et Ioel.2. Omnes vultus redigentur in ollam.

Et non ſunt cogniti in plateis. Hoc eſt, non ſunt à plebeiis & abiectis hominibus diſtincti. At ſi virtute præditi erant, in illa calamitate & abiectione erant nobiles: eorum autem inimici honeſtate deſtituti in triumpho illo erant infames. Similitudo. Quemadmodum generoſus equus etiam ſi ei ponatur clitella ad ſarcinas ferendas, ſemper tamen generoſus eſt, contra verò vilis canterius etiam pretioſis phaleris ornatus eſt canterius: ſic vir omni ſapientia & nobilitate præſtans quamuis abiectus, ſemper tamen eſt nobilis & illuſtris, improbus autem infimo loco natus quamuis ad eximiam euectus dignitatem, ſemper tamen eſt ſordidus & obſcurus, nulla commendatione famæ præclarus. Falſus honor non euehit ad verũ honorem & calamitas nullum eximium virum pietate & ſapientia præſtantem poteſt vera dignitate priuare. Nam vt diuus ait Hieronymus in epiſtola ad Celantiam: Sola apud Deum libertas eſt non ſeruire peccatis, ſumma nobilitas clarum eſſe virtutibus.

Aruit. Scilicet ob calamitatem & nutrimenti Iob 7. inopiam. Eodem modo Iob 7. Cutis mea aruit, & contracta eſt.

ט Teth. Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame: quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terrę.

י Iod. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos, facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

כ Caph. Compleuit dominus furorem ſuum, effudit iram indignationis ſuæ: & ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

ל Lamed. Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Hieruſalem.

מ Mem. Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum.

נ Nun. Errauerunt cæci in plateis, polluti ſunt ſanguine: cúmque non poſſent intrare, tenuerunt lacinias ſuas.

ס Samech. Recedite polluti clamauerunt eis, recedite: abite: nolite tangere: iurgati quippe ſunt, & commoti: dixerunt inter gentes: Non addent vltra, vt habitet in eis.

ט *Melius fuit occiſis gladio.* Hoc eſt, minus ærumnoſi fuerunt illi, quos hoſtium gladius vita priuauit, quã qui fame interierunt: quoniam hi lenta tabe, & morte diuturna de vita deceſſerunt, illi autem ſubitò animam efflarunt. Nã vt Eccl. Eccli.34. ait cap.34. Melior eſt mors, quàm vita amara.

י *Manus mulierum miſericordiam.* Exaggerat famis vim, qua ita obſeſſi laborabant, vt etiã mulieres, quæ ſunt naturaliter miſericordes, filios proprios comederent. Vis famis intimum naturaléinq; amorem ſuperauit. Id ſuprà tetigit ca.2. Sap.2.

In contritione filij populi mei. Id eſt, in obſidione & calamitate Hieroſolymæ.

כ *Compleuit dominus furorem ſuum.* Hoc eſt, ſummum ac miſerrimũ ſumpſit Deus de nobis ſupplicium. Oſtendit debitam diuinæ iuſtitiæ in Hebræos ſeueritatem.

Succendit ignem in Sion. Senſus eſt: totam Hieroſolymam Deus igne combuſſit: nec ſolùm tecta, ſed ædificiorum fundamenta euertit, & cremauit. Vel per ignem intelligit vehementem famem, & acerbam calamitatem. Sumi autem ignẽ pro afflictione & cruciatu, indicat locus ille Da- Pſal.16. uidis pſal.16. Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Et illud Ezech. 30. Dabo Ezec.30. ignem in Taphnis. Et paulò pòſt: Cùm dedero ignem in Aegypto. Et illud Amos 1. Mittam ignem in domum Aſael.

ל *Non crediderunt reges terra.* Nullus vnquã rex, imò nullus homo cuiuſcunque fuerit nationis, credidit futurum Hieroſolymæ exitium. Exiſtimabant enim eam eſſe & muris, & dei præſidio munitam. Vel loquitur de rege & magnatibus Hieroſolymæ, eiúſq; habitatoribus, qui Ieremiæ eam eſſe capiendam a Babyloniis dicenti nullam fidem tribuebant. Iam hoſtes ingrediebantur portas ciuitatis, & illi dubitabãt: iuxta illud Eſa. 30. Subitò dum non ſperatur, venit contritio Eſa.30. eius.

מ *Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius.* Oſtẽdit præcipuam cauſam euerſionis Hieroſolymæ fuiſſe ſcelera falſorum prophetarum, & ſacerdotum: qui cùm deberent illã iuſtè & ſapienter gubernare, eam vitiorum ſuorũ exemplo deprauarunt, & ad exitium & vaſtitatẽ vocauerunt. Principum & pontificũ maleficia populum corrumpunt, & euertunt. Id quod nõ ſolùm literæ teſtantur diuinæ & humanæ, ſed etiam vita cõmunis, quæ nobis huius diræ peſtis exẽpla prope quotidiana ſuppeditat. In Hiſpania videmus Chriſti fidẽ vigere, quia eius reges ſunt catholici: in Britania verò infiniti propè fidem repudiarũt, & ab eccleſia catholica deſciuerunt, quia eius rex fidei nũtium remiſit, ſéque turpi dedecore maculauit: & modò eius regina hæreticis fauet, quos deberet mulctare, & à regno deijcere, ne ſermonibus impuris & moribus deprauatis tetram maculam cæteris inurerent. Dum Gen.45. in Aegypto regni clauum tenuit rex, qui nouerat Ioſephum, iuſti viri ex remotis oris magnis inuitabantur promiſſis: at eum fuerunt afflicti, & laboribus incredibilibus lacerari, Ioſephus ven- Exod.1. ditus & in carcerem coniectus inter duos vin- Gen.37. ctos, quorum alter fuit damnatus, alter abſolu- Gen.40. tus, Chriſtum Deũ noſtrum pro nobis venditũ Luc 23. inter duos latrones cõſtitutũ adumbrabat: quorũ alter periit, alter eſt vitã ſempiternã cõſecut⁹. Nihil hodie magis principes incitat ad vitia, quã ignoratio Ioſephi cœleſtis. Si enim Chriſtũ ſummè diligerent, & in animo verſarent, & eius beneficia cognoſcerent, ad multò maiorem dignitatẽ & nominis amplitudinẽ eorũ regna perducerentur.

Similitudo. tur. Florerent eorum curiæ viris ſapientia, nobilitate, virtute, armorum excitatione præſtantibus. At, vt aiunt, quemadmodum in mare flumina influunt: ſic in nonnullorum principum aulas vitia prorumpunt.

Errauerunt cæci in plateis. Illi quos falſi prophe
a tæ & impij ſacerdotes & magnates percutiebãt, quos oculis priuabant, vacillabant in plateis proprio ſanguine contaminati. Qui cùm non poſſent domus ſuas introire per ſeipſos, ductorum fimbrias tenebant. Quidam vertunt: Polluti ſunt ſanguine: præ abominatione nemo poterat contingere lacinias ſiue veſtes eorum.

b *Recedite polluti.* Verba ſunt eorum, qui pereuſſis inſultabant, dicentes: Recedite à nobis vos ô polluti, abite, nolite nos tangere.

Iurgati quippe ſunt, & commoti. Senſus eſt, impij Iudæi qui ſe diuinos vates vocabãt, & flagitioſi ſacerdotes quòd cædibus & homicidiis totam Hieroſolymæ impleuiſſent, fuerunt obiurgati à babyloniis cum eis iurgio contẽdentibus, eóſque mouentibus & cruciantibus.

Dixerunt inter gentes. Dicebant Babylonij inter ſeipſos: Non addet Deus vltrà, vt inter hos impios & calamitoſos Iudæos habitet, vt ſolebat: quia iam eos penitus dereliquit. Idẽ de ſei-
Pſal.70. pſo aiebat Dauid pſal. 70. Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum. Dicentes: Deus dereliquit eum: perſequimini, & comprehendite eum, quia non eſt, qui eripiat.

פ
Phe. Facies domini diuiſit eos: non addet, vt reſpiciat eos: facies ſacerdotum non erubuerunt, nec ſenum miſerti ſunt.

ע
Hain. Cùm adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanũ: cùm reſpiceremus attenti ad gentẽ, quæ ſaluare non poterat.

צ
Tſade. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum: appropinquauit finis noſter: completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.

ק
Coph. Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli, ſuper montes perſecuti ſunt nos: in deſerto inſidiati ſunt nobis.

ר
Res. Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: in vmbra tua viuemus in gentibus.

ש
Xin. Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix: inebriaberis, atque nudaberis.

ת
Tau. Completa eſt iniquitas tua filia Sion: non addet vltra, vt tranſmigret te: viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperiet peccata tua.

c *Facies domini diuiſit eos.* Verba ſunt Babyloniorum Iudæis inſultantiũ: quorum hic eſt ſenſus: Deus diſperſit Iudæos inter gentes, eóſq; à facie ſua in diuerſas terrarum oras diuiſit, quos nunquam deinceps reſpiciet. Ita dictum eſt pſal. 54. *Pſal.54.*
Contaminauerunt teſtamentum eius, diuiſi ſunt ab ira vultus eius. Poteris hæc Ieremiæ verba ita vertere: Ira Dei ſeparauit eos. Sumi autem faciẽ Dei pro ira indicat locus ille Gen. 4. Egreſſus eſt *Gen. 4. &*
Cain à facie domini. Et 16. A facie Sarai dominę *16.*
meæ ego fugio. Et Eſaiæ 37. Ne timeas à facie *Eſa.37.*
verborum, quæ audiſti. Et pſal. 50. Auerte faciẽ *Pſal. 50.*
tuam à peccatis meis. Sed facies Dei ſumitur ali- *Pſal.79.*
quando pro Chriſto veri Dei filio, vt pſalm. 79. Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Quem locũ non ſolum Chriſtiani, ſed nonnulli etiã ex Iudæis de Chriſto interpretantur. Hoc aſſerunt Rabbi Salomõ, & Rabbi Moſes Hardaſan, qui in caput Gen. 22. Veniemus, inquit, ad faciem eius, qui eſt rex Meſſias, quemadmodum dictum eſt in pſal. Deus virtutũ conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Et pſal. 16. ait Dauid: Ego autem in *Pſal.16.*
iuſtitia tua apparebo conſpectui tuo: ſatiabor, cùm apparuerit gloria tua. Vel vt poteſt etiã verti: Ego autem videbo faciem tuã, ſatiabor, cùm reſurrexit figura tua. Ac ſi dicat: Ego autem videbo Chriſtum filium tuum, & ſumma afficiar gloria, cum reſurrexerit ipſe Chriſtus, qui eſt figura ſubſtantiæ tuæ. De illo enim ait apoſtolus cap. 1. epiſt. ad Hebræos: Qui cùm ſit ſplendor *Heb.1.*
gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Ipſe antẽ Deus *Mala.3.*
pater ait apud Malach. 3. Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit viam ante faciem meã: & ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis. Hic angelus eſt Ioannes Baptiſta, quem pater cœleſtis miſit antè filium ſuum Chriſtum Deum noſtrum, qui facies Dei appellatur, & dominator, qui ad templum ſuum venit. Intelligi aũt locum illũ de Baptiſta Chriſti præcurſore indicat ipſe Chriſtus apud
Matt. 11. & Mar. 1. Quare hoc Ieremiæ loco po- *Matt.11.*
teris per faciẽ domini Chriſtum intelligere, qui *Marc.1.*
Iudæos in varias nationes ſeparauit. Ac tũc ſunt verba Ieremiæ non ſolùm de euerſione Hieroſolymæ per Babylonios loquentis, ſed etiam de eius euerſione per Romanos duce Tito Veſpaſiano vaticinantis.

Facies ſacerdotum non erubuerunt, nec ſenum miſerti ſunt. Reddit Ieremias rationem, quare Iudęi fuerunt in diuerſas oras diſperſi: quia nec facies ſacerdotum fuerant venerati, nec ſenibus miſericordiã tribuerant. Id prædixerat his verbis Eſai. *Eſa.3.*
3. Tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem.

Cum adhuc ſubſiſteremus. Cùm adhuc retinere- ע
mus libertatem, priuſquàm expugnati eſſemus, expectabamus ab Aegyptiis auxilium. At illud erat vanum & inutile, quandoquidẽ ſeruare nos non valebant. Deplorat Ieremias Iudæorum cæcitatem, qui Deo contempto & relicto, qui eos poterat eripere, ad homines confugerant, qui eis opem ferre non poterãt. Idem prædixerat his
verbis cap. 30. Eſaias: Aegyptus fruſtra & vanè *Eſa.30.*
auxiliabitur. Et 31. væ qui deſcendunt in Aegy- *Eſa.31.*
ptũ ad auxilium, in equis ſperantes & habentes fiduciã ſuper quadrigis, &c. Et dominum nõ requiſierunt. Non reprehẽdit diuinus vates quærere ab aliis auxiliũ, quando opus eſt, ſed ſpẽ à Deo abducere, & in humano præſidio figere ac locare.

Lu-

צ *Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum.* Hoc eſt, præ laſſitudine & imbecillitate non valebamus firmiter ſtare. Labebamur, ac ſi viæ noſtræ eſſent præcipites, & periculoſæ, & tenebris circumfuſæ. Hoc erat peccati noſtri ſignum & ſupplicium. De illo ait idem Iere. cap.
Ier. 33. 33. Idcirco via illorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea. Et
Pſal. 34. Dauid pſalmo trigeſimoquarto: Fiant viæ illo-
Prou. 4. rum tenebræ & lubricum. Et Prou. 4. Via impiorum tenebroſa, neſciunt, vbi corruant.

Appropinquauit finis noſter. Hoc eſt, interitus
Ezech. 7. noſter. Ita Ezech. 7. Finis venit, venit finis.

ק *Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli.* Babyloniorum expeditionem in bello & diligẽtiam hiperbolicè ſignificat, qui ſe in Iudæam celeriter contulerunt, & Hieroſolymam expugnarunt. Cumque rex Sedechias cum familiaribus ſuis exiret ex vrbe, ſeq; fugæ mandaret, per montes tranſiens & ſolitudines non potuit eos declinare, quin eſſet ab illis comprehenſus, & oculis priuatus: vt Ieremias vltimo cap. enarrauit. Ad hanc hiſtoriam videtur hoc loco præcipuè allu-
Oſe. 8. dere. Volens Oſeas cap. 8. hanc Hieroſolymæ vaſtitatem prædicere: Quaſi aquila, inquit, contra domum domini. Subauditur veniet hoſtis. Quãdo aliquid fit celeriter: cum aquila volante com-
Habac. 1. paratur. Ita cap. 1. Habacuc: Volabunt ſicut a-
2. Reg. 1. quila feſtinans ad comedendum. Et cap. 1. lib. 2.
Ier. 4. Regum: Aquilis velociores, leonibus fortiores. Et 4. Ierem. Velociores aquilis equi illius. Apud Pindarum legimus aquilam eſſe volucrum reginam, veluti delphinum piſcium, admirabilémq; eſſe vtriuſque velocitatem. Et Ariſtophanes: Oraculum, inquit, acceperunt Athenienſes fore, vt tanto vrbes reliquas poſt ſe interuallo relinquerent, quantò aquila reliquas aues celeritate ſuperat. Quare pro homine diligente, & ingenij perſpicacitate præſtante ſolet ſumi aliquando, qui munus cui præficitur, ſolerter, accuratè & di-
Similitudo. ligenter exequitur. Vt in conflictibus illis & cõcurſibus, quos Luſitani iuſtas vocant, quilibet decertans vnicam fert haſtam, nõ duas, ac multò minus tres: nam vna conducit ad contentionem, multæ verò illam impediunt: ſic qui munere vno in republica fungitur, poteſt illud rectè, accuratè, ſapienterque explere: at ſi multis publicis ac diuerſis officijs præeſſe voluerit, nullum ex illis exequetur præclarè, etiam ſi cum aquila in-
Similitudo. genij acumine comparetur. Eodem modo ſcriptor vnico calamo poterit literas pulchrè exarare, multis autem ſimul apprehenſis totam ſcripturam mendis & turpibus lituris replebit. Quare non ſunt omnia reipublicæ munera & officia vni ſoli deferenda, ſed inter multos diuidenda, & cum viris aptis digniſque communicanda. Ac Ac ita quilibet illorum diligenter munus ſuum conficiens, poterit cum aquila cõparari. Et quia aquila cùm pullos ſuos ex loco ad locum mutat, eos non pedibus inſtar aliarum auium, ſed ſuper dorſum aſportat, ne poſſint lædi ſagittis, ideo ferre aliquem ſuper alas aquilarum, eſt illum ſolicitè ac diligenter ſeruare, & ita ducere, vt nullo periculo opprimatur. Id voluit Deus ſignificare,
Exod. 19. cùm dixit Hebræis Exodi 19. Vos ipſi vidiſtis quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum.

Aquila ſumitur aliquando pro Deo vt cap. 32. Deuter. Sicut aquila prouocans ad volandũ pul- Deut. 32.
los, & ſuper eos volitãs expandit alas ſuas, aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis: dominus ſolus dux eius fuit. Ac de Dei aſcenſu in cœlum intelligit Eucherius prouerbiorum illud capite 30. Tria ſunt difficilia mihi, & quartum peni- Prou. 30.
tus ignoro: viam aquilæ in cœlum, &c. Sumitur pro quocunque viro ſapientia & pietate præſtanti, vt apud Eſa. 40. Aſſument pennas ſicut aqui- Eſa. 40.
læ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & Matt. 24.
non deficient. Et apud Matt. 24. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Hoc eſt, vbi fuerit Chriſtus, illic erunt viri iuſti & excelſi congregati. Ita Ioannes Chryſoſtomus, Euthymius, & Theophylactus locum illum interpretantur. At Clemens Alexandrinus, Stromatũ quinto ait, per aquilam cap. 11. Leui prohibitam intelligi rapinam. Et quoniam aquila ad prædã atque rapinam velociter cõcitatur, & volat, ideo pro velocitate in malam partem aliquando, vt hoc loco vſurpatur.

Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus captus eſt in ר
peccatis noſtris. Quidam referunt hoc ad Ioſiam regem, qui vulneratus eſt ab Aegyptiis, & ex illo vulnere poſteà mortuus eſt, vt literæ diuinæ cap. 24. lib. 4. Reg. teſtantur. Rex enim vngi ſolebat 4. Re. 24.
oleo: quare Chriſtus, hoc eſt vnctus dicebatur, 1. Re. 24. &
vt conſtat ex cap. 24. & 26. lib. 1. Reg. Sed hoc 26.
non poteſt defendi: nam Ioſias non eſt captus ab Aegyptiis, ſed vulneratus in prælio, ex quo euaſit, & poſteà domi ſuæ clauſit diem ſuum: vt ſcriptura teſtatur. Ea ratione ducti alij, hoc referunt ad regem Sedechiam, qui fuit à Babyloniis captus in ſolitudine Iericho, & ad regem Babylonium ductus, vt ca. 25. lib. 4. Reg. & Ierem. 52. 4. Re. 25.
ſcriptum legimus. At nec hoc ſuſtineri poteſt: Iere. 52.
nam Ieremias in hac lamentatione loquitur de pio & ſancto rege, quem appellat ſpiritum oris hominum, cuius vmbra viri pietate præcellentes protegũtur: at Sedechias erat improbus, & maleficiis alebatur, & ipſum Ieremiã grauiter & iniuſtè afflixerat, & vulnerauerat, vt ex 4. libro Reg. 4. Reg.
& ex ipſo Ieremia cõſtat apertiſſimè. Profectò locus hic intelligitur de Chriſto ſeruatore noſtro, & ita illũ explanãt Theod. hoc in loco. Auguſt. libr. de ciuitate Dei. 18. cap. 33. Euſeb. Cæſarienſis libr. 4. de demonſtratione euangelica, Cypr. in ſymbolum Apoſtolorum, Origenes homilia octaua in librum Ioſue, & lib. 2. Periarchon cap. 6. & homilia 3. in Cantica canticorum, Bernardus in ſermone primo de aduentu, & tertio de aſcenſione, & in natiuitate Mariæ de aquæ ductu, Dionyſius Carthuſianus in Threnos, Petrus Galatinus libr. 8. arcanorum cap. 10. & alij magni nominis authores. Imò vt ego mihi ſtatuo, de ſolo Chriſto hic locus intelligitur: nam, vbi nos habemus: Chriſtus Domiuus, in Hebræo eſt, Meſiach Iehouah, hoc eſt, mexias Deus: eſt enim perſpicuum, hoc nomen Iehouah, ſoli Deo conuenire. Quare illud eſt certiſſimum Chriſtum hunc eſſe verum Deũ. Iudæi verò hac ratione conuicti multa hoc loco miſcent, tenebráſq; offundunt, ne de Chriſto Domino noſtro explanetur. Quemadmodũ ſepia vidẽs ſe peti, atrũ ſanguinẽ ſiue fel effundit in aquam,

vt

vt eam obſcuret, quò poſſit manus effugere piſcatorum: ſic illi, vt poſſint euadere, apertiſſimas noſtras ac firmiſſimas rationes omnia voluut terra caligiue cooperire. Aiunt enim nomen Iehonah hoc loco non eſſe in nominariuo, ſed in genitiuo: quod eſt apertè falſum, nam ſeptuaginta interpretes natione Hebræi vtraque lingua & Hebræa & Græca eruditi, ſapientia præcellentes, & virtute præſtantes in nominatiuo tranſtulerunt, dicentes: χριστὸς κύριος, hoc eſt Chriſtus Dominus. Si autem ex Hebræo ad verbum transferamus, vertemus: Mexias Deus, vel Chtiſtus Deus. Et ita vettit R. Samuel in libro de aduentu Mexiæ capite ſeptimo: Idem euim eſt Chriſtus apud Græcos, quod Mexias apud Hebræos. Habemus hìc locum apertiſſimum in vetete teſtamento de Chriſti redemptoris noſtri apprehenſione, quãdo in horto fuit propter ſcelera noſtra ligatus, & vinctus. Nec audiendi ſuut, qui illum aliter interprerantur. Deplorãs diuinus vates Ieremias his lamentationibus euerſionem Hieroſolymæ per Babylonios, vidit mentis oculis diui no lumine illuſtratis euerſionem futurã per Romanos tempore Titi Veſpaſiani, & perpetuam Iudæorum calamitatem & miſeriam, euins cauſa fuit nefarium eorum ſcelus in Chriſti morte, & intolerabilis obſtinario & perfidia. Ac raptus ſpiritu has voces emiſit: Spititus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris. Vocat eum ſpiritum otis ſui, quia prophetæ ſpiritu Dei loquebantur. Vel quia ipſe eſt reſpiratio nris noſtri, quoniam in ipſo viuimus, ſpiritum ducimus, & reſpiramus. Nam vt verbis vtar D. Pauli Apoſtoli cap. 17. Actorum: Ipſe dat omnibus vi- *Act.17.* tam, & inſpirationem, & omnia. Et paulò pòſt: In ipſo, inquit, viuimus, mouemur, & ſumus. De illo dictum eſt Geneſ. 2. Formauit Deus hominẽ *Gen.2.* de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Fuit Chriſtus captus, qui nos venerat liberatum, fuit vinctus, qui nos venerat ſolutum. Id prædixerat ille pſal. 21. Circunde- *Pſal.21.* derunt me canes multi, conſilium malignantium *Ier.12.* obſedit me. Et apud Ier. cap. 12. Dedi animam meam dilectam in manu inimicorum. Fuit igitur Chriſtus captus & vinctus, & à diſcipulis fugientibus relictus. Dixerat enim Deus pater apud Zach.13. Percutiam paſtorem, & diſpergen- *Zac.13.* tur oues. Tunc impletum eſt illud pſal. 31. Con- *Matt.26.* ſiderabam ad dexteram, & videbam, & non fuit, *Pſal.31.* qui cognoſceret me. Impij autem Iudæi eum falſis criminibus ad cædem vocauerunt iuxta illud *Pſal.93.* pſal. 93. Captabũt in animam iuſti, & ſanguinẽ innocentem condemnabunt. De illius cruciati- *Eſa.53.* bus & morte vaticinatus eſt ita cap. 53. Eſaias: verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus eum quaſi leproſum, & à Deo percuſſum & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter infirmitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Hactenus ille. In crucis ara ſe innocens agnus Chriſtus ſeruator noſter hoſtiam conſtituit, vt ſanguine ſuo pretioſiſsimo ſcelera noſtra expiaret, gratiámque nobis impertiret. Vt enim *Similitudo.* aer eadem mutatione lumen recipit, & tenebras depellit: ſic eadem re in animam noſtram & gratia infunditur, & ex ea peccatorum tenebræ expelluntur. Mortuus eſt enim, vt nos viueremus, *4. Reg.13.* & cæleſtis Eliſeus ſepultus generi humano mortuo vitam tribuit. Eum adumbrauerat agnus paſ- *Exod.12.* chalis immolatus, cuius ſanguis ſeruauit Hebræos: eiúſque cætera legis ſacrificia imaginem gerebant. Sed hoc non Iudæis, ſed Chriſtianis eſt perſpectum & exploratum: elegans enim infans Moſes in fiſcella poſitus ſpiritus legis eſt ſub cor- *Exod.2.* tice literæ contentus: quem filia Pharaonis, hoc eſt, eccleſia ex gentibus aperuit & inuenit. Non poteſt diuina ſcriptura intelligi, niſi Chriſti *Apoc.3.* mors intelligatur: ea enim eſt clauis Dauidis, quæ aperit, & nemo claudit. Cùm Semeius regem Dauidem execraretur, & maledictis vulneraret, dixit Dauid capite 16. lib. 2. Reg. Dimittite *2.Reg.16.* eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac. In antiquis exemplaribus aiunt fuiſſe: Si fortè reſpiciat Dominus afflictionem ſuam. Ita illud aſſerit Petrus Galatinus lib. 1. de arcanis catholicæ veritatis. Victoria in prima parte aduerſus Iudæos, & Raimundus in Pugione. Omnes hi aiunt ſcribas locum hunc cum nonnullis aliis mutaſſe, vt ex priſcis Hebræorum traditionibus conſtare videtur. Cùm enim non intelligerent fore, vt Deus pateretur, verba illa Dauidis: Si Deus reſpiciat afflictionem ſuam, in ipſius Dauidis afflictionem commutarunt. At verus Deus Chriſtus redemptor noſter afflictus pro nobis fuit & cruci affixus: vbi cæleſtis ille pelicanus ſanguinem ſuum fudit, vt nos aleret ad æternitatem. Ipſe enim ait pſalmo 101. Similis factus ſum pelicano ſoli- *Pſal.101.* tudinis. Ipſe ait apud Ioannem decimo: Ani- *Ioan.10.* mam meam pono pro ouibus meis. De illo ait *Rom.5.* Apoſtolus ad Romanos 5. Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt. Secundum tempus ait, quia præfinito à patre tempore crucem ſubiit. Vel ad tempus ſcilicet triduum. Et in priore ad Corinthios *1.Cor.15.* 15. Chriſtus mortuus eſt peccatis noſtris ſecundum ſcripturas. Et hoc loco ait Ieremias: Chri- *Matt.26.* ſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris. Hoc *Matt.14.* eſt propter peccata noſtra fuit comprehenſus & *Luc.22.* ligatus à cohorte & miniſtris pontificum & pha- *Ioan.18.* riſæorum, vt Ioannes, & cæteri Euangeliſtæ teſtantur.

In vmbra tua. Hoc eſt ſub refugio tuo. In gentibus, id eſt inter gentes te Chriſte ſancte recipiẽtes, in te credentes, nomẽque tuum ſanctum celebrantes. In Eccleſia enim Chriſtiani omnes tã ex Iudæis quàm ex gentibus congregantur. Viuere ſeu ſedere in alicuius vmbra eſt ſub eius fauore quieſcere. Ita Canticorum 2. Sub vmbra *Cant.2.* eius quem deſideraueram, ſedi. Diuus Ambroſius in pſal. 36. per vmbram hoc loco crucis vmbrã intelligit, vmbram paſsionis Chriſti, cuius mors vita eſt. Itaque locum hunc ad Chriſtũ refert pro nobis immolatum, in cuius vmbra cum animi ſecuritate & trãquillitate vitam degimus. *Similitudo.* Quemadmodum conferẽtes ſe ad vmbram fraxini illic ſunt à ſerpentibus tuti, quoniam eam nõ attingunt: ſic qui ad fauorẽ Chriſti toto animo confugerint, venena peſtilentium cupiditatũ euitabunt. Eam ob cauſam dicebat Dauid pſalmo

ſex

ſextodecimo : Sub vmbra alarum tuarũ prote-
Pſal.56. ge me. Et pſal.56. In vmbra alarum tuarum ſpe-
rabo. In hac vita ſumus in vmbra Chriſti, in altera verò erimus in eius ſplendore.

Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra
ש *Hus.* Imperatiuus eſt comminatorius, vt illud Ec
Eccle.11. cleſiaſtis 11. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua.
Amos 4. Et illud Amos 4. Venite in Bethel, & impiè agite. Et illud Chriſti ad Iudam : Quod facis fac citiùs. Senſus eſt : Tu ô Idumæa quæ odio proſequeris Hebræos nunc audito eorum exitio, inſultans illis gaudio afficieris. Sed tu quoque euerſa eris & vaſtata. Ad te veniet dolorum & cladũ calix, quo inebriaberis, & miſeria repleberis. Et nudaberis, hoc eſt eris bonis omnibus ſpoliata & deſtituta. Vaticinatur de Idumeorum pernicie nomine calicis ſignificata : quemadmodum
Ier.49. cap. 49. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent. Vbi calicem vocat afflictionem & mortem. Eodem modo Da-
Pſal.115. uid pſal. 115. Calicem ſalutaris accipiam. Et paulò pòſt explicans quid intelligat per calicẽ : Precioſa, inquit, in conſpectu domini mors ſanctorũ
Matt.20. eius, Et Chriſtus dominus apud Matt. 20. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?
Gen.44. Hic eſt calix Ioſeph inuentus in ſacco dilecti ſui Beniamin. Eos enim Chriſtus ſolet afflictionibus afficere, quos admirabili proſequitur amore. Pro inebriaberis, ac nuda eris: vertunt quidã: Inebriaberis, & euacuaberis, ſeu euomes. Hoc eſt, tot tamq; acerbis moleſtiis repleberis, vt eas non valens ſuſtinere, euomere cogaris. Septuaginta habent. Et effundes. Quod in idem recidit. Paraphraſis Chaldaica per filiam Edom hoc loco intelligit Romam, cuius exitium per Gotos ait hoc loco ſignificari.

ת *Completa eſt iniquitas tua filia Sion.* Id eſt, cala-
Sup.eo. mitatibus purgata eſt iniquitas tua ô Hieroſolyma. Vel ſumitur iniquitas pro pœna iniquitatis, vt ſuprà diximus verba illa huius capitis explanãtes, Maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei.
Gen.4. In diuinis enim literis ſæpe peccatum pro peccati ſupplicio accipitur, vt cap. 4. Geneſ. Nonne ſi bene egeris, recipies. ſubaudi mercedem : ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit. Hoc eſt, mulcta & pœna peccati præſtò eſt. Et paulò pòſt eodem capite : Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Pro quo alij vertendum putant : Maior eſt pœna mea, quàm vt eam ferre poſſim. Eodem modo ſumitur pecca-
2.Re.12. tũ cap. 12. lib.2. Regum, vbi Nathan dixit Dauidi : Dominus tranſtulit peccatum tuum in filiũ, qui tibi natus eſt : non enim morieris tu, ſed ille.
Thren.5. Et cap.5. Threnorum : Patres noſtri peccauerũt, & non ſunt, & nos iniquitates eorum portaui-
Rom.8. mus. Vnde Paulus in epiſtola ad Rom. 8. Et de peccato damnauit peccatum. Hoc eſt, Deus pater damnauit mundi peccatum per Chriſtum immolatum pro peccato. Eodem modo cap. 5. po-
2.Cor.5. ſterioris ad Corinthios : Eũ qui nõ nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum.

Non addet vltrà, vt tranſmigret te. Subaudi pro præteritis flagitiis: non iterum pro iiſdem ſceleribus te exilij pœna mulctabit.

Viſitabit iniquitatem tuam filia Edom. Hoc eſt, Deus, ô Idumæa, vt ſeuerus iudex viſitabit ſcelera tua, aperiet ea, vt manifeſta ſint, quando eorũ dederis pœnas, fuerìſque afflicta & euerſa. Eodẽ
modo cap. 49. Ego diſcooperui Eſau, reuelaui Ier.49.
abſcondita eius, & celari non poterit. Ita clauduntur. Ieremiæ lamentationes, quas ego breuiter explicaui. Timantem imitatus, qui quod exprimere penicillo non poterat, velo contegebat.

OBSERVATIONES ex Hebræo in
Lamentationem IIII.

Quomodo obſcuratum eſt aurum? Ita habet etiã paraphraſis Chaldaica. Pagninus verò habet: Quomodo occultatum eſt aurum! Sed idem eſt ſenſus. Ac verbum עמם quod eſt in Hebræo, vtrunq; ſignificat. Eo vtitur Ezechiel cap.31. cùm Ezec.31.
ait : Cedri non occultarunt illum, vel non obſcurarunt illum in horto Dei. Pro quo clarius Latinus noſter interpres tranſtulit : Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei.

Mutatus eſt color optimus. Pro colore eſt in Hebræo : כתם cethem, quod nomen ſignificat aurũ, & ſignum, & notam, & colorem. Quare rectè vertit noſter interpres. Et rectè etiam Pagninus, qui habet : Mutauit ſe aurum optimum.

Lamiæ nudauerunt mammam. Pro, lamiæ, in Hebræo eſt תנין tannin, quod nomen draconem ſi-
gnificat : vt Exod.7. Proiecerunt virgas ſuas, quę Exod.7.
verſæ ſunt in dracones. Hac ratione ducti ſeptuaginta interpretes verterũt : δράκοντες, hoc eſt dracones. Chryſoſtomus Dion in intima Africa feras quaſdã eſſe ſcribit vultu muliebri præditas, quæ lamiæ vocantur, atq; homines pulchritudine ſua ad ſe alliciunt, captóſque crudeliter deuorant. De huiuſmodi feris locus hic intelligitur. Sumitur etiã lamia pro venefica, quæ Luſitanè bruxa vocatur. Sed de lamiis differit Philoſtrat⁹ in Apollonio, & Cœlius Rhodiginus li. 16. ca. 4.

Rubicundiores ebore antiquo. Pro ebore eſt in Hebræo עצם quod ſignificat os oſſis, vt Gen.2. Hoc Gen.2.
nunc os ex oſſibus meis. Et pſal.138. Non eſt oc- Eſa.138.
cultatum os meum à te, quod feciſti in occulto. Hoc eſt, ne vnum quidẽ ex oſſibus meis te latuit cùm me in ventre matris meæ formares. Et quia ebur eſt os & dens elephãtis, vertit noſter interpres ebur. Significat etiam ſpeciem. Quare Rabbi Dauid Chimhi vertẽdum putat : Rubicundiores ſpecie pluſquam margaritæ. Et Pagninus: Rubicundiores fuerunt aſpectu quam gemmæ. Nam pro antiquo eſt in Hebræo מפנינים quod nomen aiunt lapides pretioſos generaliter ſignificare. Quare noſter interpres poſuit antiquum, hoc eſt pretioſum. Alij dicunt, vt Ioannes Reuchlinus refert, præcipuè ſignificare coralia : quam ob cauſam vertunt : Rubicundiores ſpecie pluſquam coralia. Eſt enim coralium rubicundum: & mirum in modum hæc ſignificatio huic loco conuenire videtur. Naſcitur in mari Rubro, & in mari Siculo circa Heliam & Drepanum : ſed pretioſius & præſtantius inuenitur in mari Oceano ſeptentrionali iuxta Occhadas inſulas. Dum eſt in mari, eſt corpus quoddam molle, ſed extractum ex aquis, teſte Theophraſto in tractatione de gemmis, lapideſcit. Et quia hoc nomen עצם ſignificat quoque corpus, vertit Pa-

gni

guinus in Theſauro : Rubuerunt corpore præ gemmis.

Iurgati quippe ſunt. Verbum Hebraicum eſt נצו, quod ſignificat iurgare, iurgio cōtēdere, Item cōcitare. Qua ratione ductus Latinus noſter interpres vertit: Iurgati quippe ſunt. Et ſeptuaginta interpretes ὅτι ἀνήφθησαν, Hoc eſt, quia ſucceſſi ſunt. Id eſt, quoniā ira commoti ſunt. Eodem modo habet trāſlatio Chaldaica. Significat etiā inquinare. Eam ob cauſam Iſidorus Brixianus vertit: Inquinati quippe ſunt. Et ita habet Rabbi Menachem. Et Pagninus: Quia inquinati erant. Præterea ſignificat volare & egredi. Ideo poteſt verti: Quia euolarunt. Siue quia egreſſi ſunt. Hoc
Iere.49. verbo vritur Ieremias capite 49. vbi Moabitarum euerſionem his verbis prędicit: Date florem Moab, qui florens egredietur. Acſi dicat: Dicite eſſe Moab ſimilem flori, cuius pulchritudo ſubitò marceſcit, & celeriter euaneſcit, & conſumitur. Pro quo paraphraſis Chaldaica habet : Date alteri coronam Moab, quia egrediens egredietur. Vbi Moab eſt gignendi caſus: vt ſit ſenſus. Regnum Moab dabitur alteri, & ipſi Moabitæ egredientur à regia dignitate. Poteſt rectè verti locus ille: Date alam Moab, quia volans volabit. Acſi dicat quemadmodum aues habentes integras alas facilè volant: ſic Moabitæ ocyùs quàm cogitant, patriam ſuam amittent, & ab ea volabunt.

Facies domini diuiſit eos. Septuaginta interpretes habent πρόσωπον κυρίου αὐτῶν : Hoc eſt, facies domini pars eorum. Hoc eſt, eos in partes ſe parauit. Quod idem eſt. Pro facie eſt in Hebræo פני à verbo פנה, quod ſignificat reſpicere, &
Deut.31. ſequi : vt Deuterono. 31. Quia ſecutus eſt Deos alienos. Quod poteſt verti : Quia reſpexit ad Deos alienos. Vnde פנים numero tantùm plurali idem eſt quod facies, ſic appellata quòd huc atq; illuc reſpiciat. Ac quia ira in facie ſeu vultu ap-
Psal.34. paret ſumitur pro ira, vt pſalmo 34. Vultus domini ſuper faciētes mala. Hac ratione ducti Xantes Pagninus, & Iſidorus Brixianus, & Ioannes Benedictus verterunt: Ira domini diuiſit eos. Diuiſit autem eos Deus illis iratus, quia ipſi ſe inter ſe diuiſerunt, & diſcordiam concitarunt. Si enim amicitia coniuncti eſſent, permanerent in proſpero ſtatu, eſſentq; ſine dubio egregia quadam
Similitudo. gloria cumulati. Vt enim in corpore ex temperatione calidi & frigidi, ſicci & humidi optima fit conſtitutio : ſic in ciuitate ex diuerſorum hominum concordia admirabilis conflatur firmitudo, rerúmque proſperarum abundātia. Id voluit Veſpaſianus imperator in nummo ſuo ſignificare, vbi ſculptæ ſunt pulchræ plenæq; ſpicæ ex duabus manibus datis ſimulq; iunctis egredientes ad deſignandum ex concordia & fide rerum felicium abundantiā dimanare. Id quod Iulius Cæſar ſignificauerat ſculpens in nummo quodam ſuo caduceum vnà cū cornucopia. Eſt enim perſpicuum nomine caducei concordiam, nomine verò cornucopiæ rerum proſperarum affluentiam ſignificari. Sed turbulenta Iudæorum diſſidia eorum quietem diſſiparunt, eóſque ex dulci patria eiecerunt.

Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum. Exiſtimo poſuiſſe Latinum noſtrum interpretem lubricauerunt pro inſidiati ſunt: vt ſit ſenſus: Hoſtes noſtri inſidiati ſunt veſtigiis noſtris in mediis plateis noſtris : vbi nobis inſidias inſtruxerunt. Pro lubricauerunt eſt in Hebræo verbum צוד, quod ſignificat inſidiari & venari, vt Threnorū 3. Venatione ceperunt me. Et Gen. Sup.3.
27. Cúmque venatu aliquid apprehenderis. Hāc Gen.27.
ſignificationem ſecuti ſunt Septuaginta, & modò Pagninus. Rabbi Abraham hunc locum ita explanat : Non venetunt niſi ad venandum nos in plateis noſtris. Vnde ציד ſignificat venatiōnē, & cibum, & lucrum, vt cap. Prouerb. 12. Non in- Prou.12.
ueniet fraudulentus lucrum. Vel, vt alij vertunt, venationem, aut eſcam.

Captus eſt in peccatis noſtris. Septuaginta interpretes habent : Captus eſt ἐν ταῖς διαφθοραῖς ἡμῶν Hoc eſt, in corruptionibus noſtris. Quod in idē recidit cum editione vulgata, nam peccatū corruptio eſt. diaphthora enim corruptionē ſignificat & mortem: peccatum etiam graue mors eſt. Ita accipitur pſalm. 17. Præoccupauerunt me la- Psal.17.
quei mortis. Et Prou. 11. Iuſtitia autē liberabit a Prou.11.
morte. Ioan. Benedictus pro, in peccatis noſtris: vertendum putat: in retibus eorū. Nec male: nam impij Iudæi volētes Chriſtum ligare, ligati ſunt, fuerúntq; propriis retibus illaqueati. De illis dixerat cap. 8. Eſaias: Erit in laqueū & ruinam ha- Esai.8.
bitātibus Hieruſalem. Ac ſi diceret: Chriſtus, qui piis Hebræis vitam tribuet æternā, impios euertet, eo enim illaqueabuntur, & itretientur. Pagninus & Brixianus vertūt: Captus eſt in foueis eorum. Populus enim Iudaicus foueas Chriſto fecit, in quas ipſe populus infeliciter incidit. iuxta illud pſal. 7. Incidit in foueā, quam fecit: Cōuer- Psal.7.
tetur dolor eius in caput eius, & in verticē ipſius iniquitas eius deſcēdet. Et illud pſal. 56. Laqueū Psal.56.
parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam : foderunt ante faciem meam foueā, & inciderūt in eam. Tunc impletum eſt id, quod Chriſtus pſal. 17. prædixerat : Confringam illos, Psa.17.
nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos. Et pſal. 26 Qui tribulant me inimici mei, ipſi infir- Psal.25.
mati ſunt, & ceciderunt. At Chriſtus dominus reſurrexit tertia die, & obtinuit nomen, vt Paulus ait ad Philippēſes ſecundo qđ eſt ſuper omne Phil.2.
nomē: & ſedet ad dexteram patris rex regum, & Marc.16.
dominus dominantiū, vt cap. Apoc. 19. eum vo- Hebr.1.
cat diuus Ioānes. Hoc voluit Deus pater pſal. 131. Apoc.19.
his verbis ſignificare: Inimicos eius induam con- Psal.131.
fuſione, ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Vel, vt diuus tranſtulit Hierony. Super ipſum autem florebit diadema eius. Acſi dicat: Nūquam eius regnū marceſcet, ſed ſemper erit florens & glorioſum, quod æternitas ipſa intuebitur. Itaq; quantò magis nefarij Iudæi clariſſimū Chriſti lumen voluerunt extinguere, tantò glorioſius illud illuſtrarunt ſibiq; æternam memoriam dedecoris reliquerunt. Id aliquo modo illis plerúmque accidit, qui viros ſapientia & nobilitate præſtantes abiiciunt, & virtuti ac gloriæ inuidentes contēdunt florem dignitatis eorum infringere, nominiſq; celebritatem obſcurare. Sed quemadmodum nonnullæ herbę conculca- Similitudo.
tæ altius creſcunt: ſic vera, clara, & excelſa virtus quanto magis proteritur & abiicitur, tāto altius aſcendit, & longius atque illuſtrius propagatur.

Verum eſt enim tritum illud & laudatum prouerbium: Vireſcit vulnere virtus. Nihil enim magis conducit ad eximiæ honeſtatis gloriam magnificentius illuſtrandam, quàm calamitas ipſa. Contrà verò, qui magnorum virorum nominis claritati tenebras voluerunt offundere, ſemper in ſilentio iacuerunt, propriúmque nomen turpi dedecore macularunt.

ORATIO IEREMIAE.

CAPVT V.

A Recordare domine, quid acciderit nobis: intuere, & reſpice
opprobrium noſtrum. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtræ ad extraneos. Pupulli
facti ſumus abſque patre, matres noſtræ
quaſi viduæ. Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio cõparauimus.
Ceruicibus noſtris minabamur, laſsis nõ
B dabatur requies. Aegypto dedimus manũ, & Aſſyriis, vt ſaturemur pane. Patres
noſtri peccauerunt, & nõ ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati ſunt noſtri, non fuit, qui redimeret
de manu eorum. In animabus noſtris afferebamus panẽ nobis, à facie gladij in de-
C ſerto. Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta
eſt à facie tempeſtatum famis. Mulieres
in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu ſuſpẽſi ſunt,
facies ſenum non erubuerunt.

EXPLANATIO.

Recordare domine. Poſt quam diuinus vates Ieremias quatuor ſuperioribus capitibus affectuũ pleniſſimis, deplorauit lamentabilibus vocibus miſerabilem Hieroſolymæ calamitatem & euerſionem, nunc ſe ad ſuſpiria piáſque preces conuertit, tanquã ad excellens refugiũ: quo poſſit diuinum numẽ Hebræorum ſcelere violatum pla-
Similitudo. carc ac lenire. Vt corpus niſi reſpiret, viuere nequit: ſic anima afflicta vt mœrore leuetur, ſuſpiria ad Deum cum precibus copulata effundit. Primò exponit beatus Ieremias Iſraelitici populi ærumnas, deinde diuinam implorat miſericordiã. Ait igitur. Recordare domine, quid acciderit nobis. Hoc eſt, memoria tene Deus ſancte, quæ vulnera, quam calamitatẽ & mortiferã plagam inflixerint nobis Babylonij, qui de noſtro interitu, & huius vrbis exitio cogitarũt. Loquitur ſub perſona totius populi Iudaici, nõ ſingula verba ad ſingulos referens, ſed diuerſa ad diuerſos. In ſummo, ſimpliciſſimo, ſapiẽtiſſimo ac inuariabili Deo nec obliuio propriè eſſe poteſt, nec recordatio. Sed per ſimilitudinẽ quandam ei more bu-
Pſal.12. mano attribuuntur. Ita Dauid pſal. 12. Vſquequo
Pſal.43. domine obliuiſceris me in finẽ? Et pſal. 43. Quare
Iob 14. faciẽ tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, &
Iere.18. tribulationis noſtræ. Et Iob cap. 14. Et cõſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei. Et Iere. 18. Recordare, quòd ſteterim in conſpectu tuo.

Intuere & reſpice opprobrium noſtrum, Nimirum oculis tuæ clementiæ. Confert ſe ad portum diuinæ miſericordiæ, cũſtruens remediũ miſeriarũ ſuarum in piis Dei oculis, quibus ille ad eos reſpicit, qui ad ipſum confugiunt in gemitibus, & lamentis, & moleſtiis verſati. Sumitur enim aſpicere hoc loco pro miſereri, quemadmodũ pſa. 118. Aſpice in me, & miſerere mei. Et 137. Excelſus dominus, & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit. Acſi dicat: Humiliũ miſeretur Deus, ſuperbos autem contemnit. Vel, vt quidam vertunt, & alta è longinquo frangit. Hoc eſt, ex cœlo conterit homines inſolentes & arrogantes. Vnde auertere faciem illámque abſcondere eſt
iram oſtendere: vt pſal. 26. Ne auertas faciẽ tuam *Pſal.26.*
à me. Et cap. Eſaiæ. 64. Abſcondiſti faciem tuam *Eſai.64.*
à nobis. Videre autem & intueri eſt miſericor- *Thre.1.*
diam oſtendere, vt Thre. 1. Vide domine, quoniam tribulor. Et hoc loco. Intuere & reſpice
opprobrium noſtrum. Vnde pſal. 78. Facti ſumus *Pſal.78.*
opprobrium vicinis noſtris, ſubſannatio & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.

Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos. Hoc eſt, Iudæa maioribus noſtris diuinitus data, deuoluta eſt modò ad Babylonios hoſtes noſtros, qui eam vaſtarunt, & nos ſpoliauerunt. Quos alienos vocauit, ſtatim vocat extraneos. Alieni dicuntur, non ſolum qui non ſunt ex eodem genere, & eadem natione, ſed qui ſunt ſceleribus contaminati, qui moribus & vita ſunt à Dei lege abducti. In
hanc ſignificationẽ ſumũtur ab Eſai. 25. de euer- *Eſai.25.*
ſione Hieroſolymæ ita vaticinante: Poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum, vt non ſit ciuitas. Hoc eſt, tu Deus ex vrbe munita facies domum Babyloniorum, qui & fide actionibus ſunt ab inſtitutis tuis ſeparati. Nam pro alienorum vertunt ſeptuaginta interpretes ἀσεβῶν, hoc eſt impiorum. Poſſunt hæc Ieremię verba de ſecunda expugnatione intelligi, quando Hieroſolyma fuit per Romanos euerſa. De qua dixerat Dominus Ieſus Iudæis a-
pud Matt. 23. Ecce relinquetur vobis domus ve- *Matth. 23.*
ſtra deſerta. Hæc eſt vinea illis quondam locata, quam ob Chriſti filij Dei mortem amiſerunt,
quemadmodum ipſe apud Matth. 21. prædixerat. *Matt.21.*
Romani enim florentiſſimam quondam vrbem variis lamentabilibúſque calamitatibus afflixerunt, illámque cædibus crudeliſſimis, & ſanguine paſsim profuſo deformauerunt, & templum admirabili religione conſecratum flagitiis deteſtabilibus violarunt. Poteſt hoc intelligi de diuina lege ad gentes tranſlata, quę fidem receperũt: ex qua Iudæi nihil habent præter occidentem literam. Nos autem qui à gentilitate idolorum quondam cultrice originem ducimus, diuinam legem habemus, ea erudimur, eique operam ſtudiúmq; nauamus. Eſt enim diuina lex theſaurus admirabilis, quo Iudæis ſunt ſpoliati. Illud pſal.
18. Iuſtitiæ domini rectæ: poteſt etiã verti Theſau- *Pſal.18.*
ri domini, ſeu opes domini rectę. Dei enim præcepta & inſtitutiones diuitiæ ſunt, & admirabiles theſauri, quibus animus amplificatur, & diues efficitur. Dicuntur autem iuſtitiæ domini rectæ & iuſtæ, quia à Deo ſunt recto iudice, eóſque rectos efficiunt, qui eas amplexantur. His opibus carent infelices Iudæi, hac etiam in re infeliciores, quia

res, quia infelicitatem hãc ſuam haudquaquam
Similitudo. intelligunt. Vt qui priuatione ſenſus oculorum
laborant, nulla gemmarum ſplendidarum pul-
chritudine mouentur:ſic obſtinati Iudæi animo
cæco, tenebríſq; circumfuſo ſplendorem verita-
tis radios in mentes ſapientium mittentis nõ vi-
Sap.2. dent. Excæcauit enim eos, vt ſapiens ait, malitia
Similitudo. eorũ. Et quemadmodũ qui ſe longè conferũt, ſi
ſemel arrepto itinere cõtrario aberrauerint, quò
longiùs proceſſerint, non magis eò tendunt, quo
volunt, quàm recedũt, atque fugiunt: ſic illi ſum
pro errore in principio cùm aſſerunt rectè feciſ-
ſe, cum Chriſtum Ieſum ad cædem crudeliſſi-
mam vocarunt, quò magis ad veritatem exiſti-
mant accedere, eò diuerſius ab illa ſeparantur.

Pupilli facti ſumus. Non ſolùm ſine patribus in
bello occiſis, ſed Dei conſolatione deſtituti.

Aquam noſtram. Tam acerba tyrãnide nos op-
primunt hoſtes noſtri, vt nec aquã noſtram, nec
ligna nobis dent, niſi ea pecunia emamus.

Ceruicibus noſtris minabamur. Minantur nobis
inimici ceruicum percuſſionem: qualibet occa-
ſione periculum nobis capitis oſtentant. His ver
bis immanitatẽ ſuam Babylonij declarabant. Si
vis aſpicere, qualis ſit liquor in vaſe incluſus, a-
peris os eius: ita ſi vis videre, quid ſit in hominis
animo, audi illum loqui. Veriſſimum eſt ſeruato-
Similitudo. ris noſtri illud: Ex abundãtia cordis os loquitur.
Matt.12. Id Ieremiæ quidam vertendum exiſtimant: Cer-
Luc.6. uicibus noſtris impoſitum eſt iugum. Poteſt ver-
ti: Ceruicibus noſtris ducebamur. Vt ſit ſenſus:
Hoſtes noſtri nos funibus collo ligatis captiuos
ducebant: Minare enim idem eſt quod ducere.
Et hic eſt germanus ſenſus.

Aegypto dedimus manum & Aſſyriis. Hoc eſt, cùm
abiecti eſſemus in terra proſtrati, auxilium poſtu
lauimus extendentes manus ad Aegyptios & Aſ
ſyrios, vt ipſi nos ſuis erigerent, nobíſq; opem &
præſidium ferrent. Idem eſt extẽdere manum, vt
Pſal.87. pſal.87. Extẽdi ad te manus meas. Ille etiam qui
Vergil. adiuuat, manum dicitur dare. Hinc apud Vergil.
clamat ad Aeneam Palinurus: Da dextram miſe-
ro, & tecum me tolle per vndas. Id voluit impe-
rator Antoninus in numo quodam ſignificare, in
quo eſt pietas ſculpta habens dexteram exten-
ſam, & ad adiuuãdum porrectam. Et Dauid pſal.
Pſal.64. 64. Deum alloquens: Tenuiſti, inquit, manum
dexteram meam. Sed quia manus ſignificat ſerui
Exod.14. tutem, vt Exod.14. Liberauit dominus in die il-
la Iſraelem de manu Aegyptiorum: poteſt eſſe
ſenſus: Aegyptiis ac Aſſiriis promiſimus ſeruitu-
tem ac obedientiam. Cum arca Dei, in qua fuit
Deut.10. diuina lex, eſſet ad Philiſtæos tranſlata, cecidit
2.Reg.5. idolum Dagon, fuerúntque manus eius confra-
ctæ: quia futurum erat, vt cùm euangelica doctri
na eſſet ad gentes propagata, caderẽt idola, eíſq;
obediẽtia frãgeretur. Præterea dare manus idem
4.Reg.10. eſt quod fœdus ſancire, vt ca.10. libr. 4. Regum.
Da mihi manum tuam: qui dedit ei manum. Et
Ezec.17. 17. Ecce dedit manum ſuam. Quare poteſt eſſe
huius Ieremiæ loci ſenſus: Fœdus cum illis feci-
mus, & ſocietatem conflauimus.

Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt. Maiores
noſtri admiſerunt flagitia, & iam exceſſerunt ex
vita, nos autem pœnas ſcelerum eorum perſol-
Exod.20. uimus. Idẽ voluit Deus cap.20. Exod. ſignifica-
re, cùm dixit populo Iſraelitico: Ego ſum domi-
nus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquita-
tem patrum in filios in tertiam & quartam gene
rationem eorum, qui oderũt me. Id aſſeritur etiã
cap.34. Exod. & 32. Ieremiæ. Et 4. Reg.24. ſcri- *Iere.23.*
ptum eſt fuiſſe Hieroſolymam euerſam propter *4.Reg.24.*
peccata Manaſſe, qui multò antea è vita migra-
uerat. Sed oritur hinc quęſtio: nam cap.14. lib.4. *4.Reg.14.*
Reg. & 25.2. Paralipomenon, & Ezech.18. ſcriptũ
legimus, nec filium dare pœnas ſcelerum patris, *2.Par.25.*
nec patrem filij. At ſolues hanc quæſtionem, ſi *Ezech.18.*
dixeris, ſupplicium dupliciter conſiderari, primò
ſub ratione ſupplicij pro ſcelere, deinde ſub ra-
tione medicinæ. Primo modo ſumptum non in-
fligitur niſi peccato, vt æqualitas iuſtitiæ com-
penſetur. Et ita intelliguntur authoritates aſſe-
rentes neminem pro alio mulctari. Supplicium
autem, vt eſt medicina, infligitur aliquando in-
nocentibus, vt præſeruet à flagitio, & virtutem
tueatur. Et ita intelliguntur loca oſtendentia, fi-
lios aliquando pro parentum peccatis mulctari.
Sed tunc nec in ſpiritualibus, nec in æternis, vt
diuus ait Auguſti. quęſt.8. in Ioſue ſed in tempo-
ralibus & corporalibus puniuntur. Niſi filij ſcele
ra maiorum imitentur: tunc enim & in corpore
& in animo caſtigãtur. Id videntur innuere Dei
verba cap.20. Exodi mandata: Viſitans iniquita- *Exod.20.*
tem patrũ in filios in tertiam & quartam genera
tionem eorum, qui oderunt me: Vbi verba hæc:
qui oderũt me: intelliguntur de filiis, qui maio-
rum maleficia imitãtes Deum odio proſequun-
tur. Qui autem à parentum maleficiis abhorrẽt,
non debent iuxta Ezechielis ſentẽtiam propter
illa puniri. Ita hoc Auguſtinus in tractatione
contra Donatiſtas poſt collationem cap.7. & in
quæſtionibus in Deut. quæſt.42. interpretatur.

Serui dominati ſunt noſtri. Hoc eſt, ſerui Babylo
niorũ. Vel hoc dicit ꝓpter Moabitas & Idumæos
qui quondã ſeruierãt Iudæis, & in bello illo fue-
runt cum Babyloniis coniuncti: Intolerandum
quippe eſt videre ſeruũ dominatũ obtinere, cla-
uumque reipublicæ tractare. Hinc Salomõ Pro-
uer.30. Per tria mouetur terra, & quartum, quod *Prou.30.*
nõ poteſt ſuſtinere: per ſeruum cùm regnauerit,
&c. Acſi dicat: Propter tria mala ſtomachantur
homines, & propter quartum ſe non poſſunt ab
ira temperare. Primum eſt videre ſeruum regnan
tem. Et cap.10. Eccl. Et malum, inquit, quod vi- *Eccl.10.*
di ſub ſole, quaſi per errorem egrediens à facie
principis, poſitum ſtultũ in dignitate ſublimi: &
diuites ſedere deorſũ. Vidi ſeruos in equis, & prin
cipes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos.

In manibus noſtris afferebamus panem noſtrum à facie gladij in deſerto. Id eſt, cum periculo vitę no-
ſtræ fugientes è ciuitate per ſolitudinem à facie
gladij Babyloniorũ aſportabamus eſcas ad co-
medendum. Cùm enim ſe in fugam conferrent
portantes victum, ſeipſos periculis obiiciebant.
Vel in animabus noſtris, hoc eſt, iumentis no-
ſtris. Sumitur anima pro iumento & quacunque
beſtia, vt Iacobus Virodurẽſis in libro troporum
ac ſcheſmatum ait. In hanc ſignificationem acci-
pitur Geneſ.1. Producat terra animam viuẽtem, *Geneſ.1.*
hoc eſt, pecora & iumẽta, & cætera animalia ra-
tionis expertia. Ita Laurentius Vallauicentius in
phraſibus interpretatur: & multò ante illum eo-

dem modo locum illum explanauit magnus Baſilius in opificio dierum,ac Iunilius, & Seuerianus in Geneſim.Ita etiam intelligi poteſt Gene. illud cap.12.Tulítque Abraham vniuerſam ſubſtantiam,quam poſſederant,& animas, quas fecerant in Haran.

Pellis noſtra exuſta eſt. Hoc eſt,igne calamitatis cobuſta,& inſtar clibani nigrore affecta,& fame Iob 9. diſſicata.Ita Iob 9.Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum.

Mulieres in Sion humiliauerunt. Nimirum Babylonij eas obſcœna voluptate violantes.Id prædi Deut.28. xerat Deus Iudæis,ſi eius legem violarẽt,cap.28. Deut. Vxorem accipies, & alius dormiet cum ea.Et paulò pòſt: Filij tui,& filiæ tuæ tradentur alteri populo videntibus oculis tuis.

Principes manu ſuſpenſi ſunt. Senſus eſt:Qui generis nobilitate præſtabant, & principatum obtinebant, fuerunt manu hoſtium patibulis affixi,& ſtrangulati. Babylonij enim illi nec magnatibus parcebant,nec ſenes venerabantur.

Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt: & pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis,iuuenes de choro pſallẽtiũ. Defecit gaudiũ cordis noſtri: verſus eſt in ductum chorus noſter. Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis quia peccauimus. Propterea mœſtũ factũ eſt in dolore D cor noſtrum, ideo contenebrati ſunt oculi noſtri. Propter montẽ Sion quia diſperiit,vulpes ambulauerũt in eo. Tu autem domine in ęternum permanebis: ſolium tuum in generationẽ & generationem. Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri derelinquẽs nos in longitudine dictum? Conuerte nos Domine ad te,& conuertemur: innoua dies noſtros, ſicut à principio. Sed proiiciens repuliſti nos: iratus es contra nos vehementer.

Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt. Loquitur de peccato turpiſſimo contra naturã. Poteſt tamen verti hæc oratio: Adoleſcẽtib. ad molas vſi ſunt: vt eas ſcilicet agitarent. Senſus eſt: Hoſtes noſtri Babylonij adoleſcentes Hieroſolymæ detrudebant ad piſtrinum, vbi frumẽtum mola truſatili tũdebant. Erat quippe illud infimum officium: Exod.11. iuxta illud Exod. 11. A primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitũ an- Eſai.49. cillæ, quæ eſt ad molã. Vnde Eſaias ad ignominiam & vile munus explicandum: Tolle, inquit, molam,& mole farinam.

Et pueri in ligno corruerunt. Id eſt,& pueros vſque adeò onerauerunt lignis, vt deficientibus viribus ſub illis corruerent. Sed quia locutus fuerat de mola, fortaſſe per lignum intelligit manubrium ligneum, quo voluitur piſtrini mola. Vel ita: pueri in cunis ligneis occidebantur.

Senes defecerunt de portis. Id eſt, non ferebant ſententiam: publica non exercebant iudicia, quę Deut. 17. in portis vrbis fieri ſolebant: vt Deut.17. Et iudi- Deut. 22. cium intra portas tuas videris. Et 22. Ad ſeniores vrbis, qui in porta ſunt. Et Amos 5. Conſtituite Amos 5. in porta iudicium.

Defecit gaudium cordis noſtri. Iuxta id quod dixit Deus per diuinum vatem Amos 8. Conuer- Amos 8. tam feſtiuitates veſtras in luctum,& omnia cantica veſtra in planctum: Et Iob ait cap.30. Verſa Iob 30. eſt in luctum cithara mea: & organum meum in vocem flentium.

Cecidit corona capitis noſtri. Hoc eſt,ruit regnũ noſtrum: & fuit ablatum à capite noſtro,hoc eſt, à rege Sedechia: tritum eſt enim per caput regẽ ſignificari. ſumitur corona pro regno, quod ſit regum geſtamen,dicta, vt nonnulli aiunt, à cornu, quod pro regno in literis diuinis inuenitur: 1.Reg. 2. Sublimabit cornu Chriſti ſui. Et Lucæ 1. Reg. 2. 1 Erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pue Luc. 1. ri ſui. Vel accipitur corona pro honore, vt ca.19. Iob 19. Iob: Spoliauit me gloria mea,abſtulit coronam de capite meo. Et Ieremiæ 13. Deſcendet de cap. Iere. 13. veſtro corona gloriæ. Vel ſumitur pro filiis: iuxta illud Prouerb.17. Corona ſenum ſunt filij filio Prou.17. rum. accipitur hîc corona pro diuitiarum abundantia, vt Prou. 14. Corona ſapientium diuitiæ Prou.14. eorum. Hæ autem amittuntur, & facilè euaneſcunt. Vt aqua manibus hauſta quãto magis pre- Similitudo. mitur, tanto citius elabitur: ſic mundi diuitiæ quãto tenacius reſtringuntur, tanto procliuius labuntur. Sed quia Iemias ait: Cecidit corona, exiſtimo eſſe hoc de templo Hieroſolymæ intelligendum, quod fuit euerſum in expugnatione Hieroſolymæ per Babylonios.

Propterea mœſtum factum eſt in dolore cor noſtrũ. Iuſti & impij corda habebant mœrore confecta: ſed hoc erat inter eos diſcrimẽ & interiectum interuallum: ꝙ qui erãt nefariis ſceleribus polluti. turbulentis perturbationibus concitabantur: viri autem iuſtitia ac pietate cæteríſque virtutibus tanquã mœnibus ſepti, in mediis ærumnis quiete, animíque ſecuritate gaudebant. Id ſentiens Dauid in calamitatibus verſatus: Super aquam, Pſal.22. inquit, refectionis educauit me, animam meam conuertit. Quod poteſt ex Hebręo ita transferri: Ad aquas trãquillitatis adduxit me, animũ meũ ſedatum reddidit. Non ait: Ad aquas torrentis, quæ raptim ac turbulenter fluunt, ſed ad aquas lenes & tranquillas quietè defluentes. Qui legem Dei violant, ſunt perturbati: qui verò illam ſeruant, quieti. Illud pſal.18. Lex Domini imma- Pſal. 18. culata conuertens animas: poteſt ex Hebræo verti: Lex Domini perfecta tranquillas reddit animas. Vel ita: Philoſophia diuina omnibus numeris abſoluta animos quietos efficit.

Contenebrati ſunt oculi noſtri. Hoc eſt, fuerunt ob nimias vigilias, & calamitates & lachrymarum multitudinem tenebris circumfuſi.

Vulpes ambulauerunt in eo. Tanquã in ſolitudine. Vnde Michęas Tertio: Sió quaſi ager arabitur,& Mich.3. Hieruſalẽ quaſi aceruus lapidum erit. Poteris per vulpes homines intelligere verſutos & malitioſos. In hãc ſignificationẽ aiunt ſumi Lucæ 9. Vul Luc.9. pes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis nõ habet, vbi caput ſuum reclinet. Cyrillus vulpes loco illo & volucres vocat malitioſas & aſtutas dæmonũ poteſtates. Quaſi Chriſtus dicat: Cùm vulpes & volatilia in te habitent, quo modo ego in te requieſcam? Nulla

eſt enim

eſt enim inter lucem & tenebras ſocietas.

Tu autem Domine in æternum permanebis. Senſus eſt: Periit ac euerſa eſt Hieroſolyma, quia mutabilis erat, & corruptioni ſubiecta: Tu autē Domine nunquam peribis: quin potius idem in omni æternitate permanebis. Idem cecinit di-
Pſal. 101. uinus atque regius vates pſalm. 101. Tu autem Domine in æternum permanes & memoriale tuum in generatione & generationem. Et iterum: Ipſi peribunt, tu autem permanes. Et paulò pòſt: Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Docet hic locus omnia eſſe mutabilia
Exod. 3. præter Deum: qui Exodi ca. 3. Ego, inquit, ſum,
Malac. 3. qui ſum. Et apud Malachiam 3. Ego Dominus, & non mutor. Quare enim ſumus amore ſummo amplexuri, qui nunquam mutatur: non mundi ludibria, non terræ opes & vanitates, non ſeculi gloriam vanam & in caſu ſitam, nō ea denique, ad quę impij auiditate nefaria aſpirant, quæ mutantur, & conſumuntur. Ad id nos excitat diuus
1. Ioan. 2. Ioan. cùm ait cap. 2. epiſtolæ ſuæ 1. Nolite diligere mundū, nec ea, quæ in mundo ſunt. Et reddens paulò pòſt huius rei rationem: Mundus, inquit, tranſit, & cōcupiſcentia eius. Prętereit mundus, prætereunt regna eius: Dei verò regnum regnum ſempiternum eſt. Id voluit hîc Ieremias ſignificare, cùm dixit: Solium tuum in generatione & generationem. Solium enim Dei thronus eius eſt, & ſedes diuini numinis regia, quæ vigebit memoria omnium ſeculorū, quam ipſa æternitas ſemper intuebitur. Id animo percipiēs
Pſal. 44. Dauid pſalm. 44. Sedes tua Deus, inquit, in ſeculum ſeculi. Quibus verbis pronunciat regnum Chriſti ſempiternum fore. Id quod poſteà dixit
Luc. 1. angelus: Et regni eius non erit finis. Intelligi autem verſum illum pſalmographi de Chriſto in-
Hebr. 1. dicat D. Paulus cap. 1. epiſtolæ ad Hebræos: Vbi aſpicis Chriſti diuinitatem, cum enim Dauid apertè Deum vocat, cùm ait: Sedes tua ô Deus in ſeculum ſeculi.

Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri? Ex his verbis cōſtare videtur, non ſolùm ad præſentem illam vaſtitatem per Babylonios quem finē habuit reſpexiſſe Ieremiam, ſed ad futuram etiam per Romanos nullum finem habituram.

Conuerte nos Domine ad te. Nimirū gratia præueniente, & diuina inſpiratione, & mediis, quibus ad te homines trahis, & ad gratiam gratum facientem perducis. Sequitur: Et conuertemur. Non enim poterimus ad ipſum conuerti, niſi ipſe nos conuerterit. Qui eſt mortiferis labibus pollutus, auerſus à Deo eſt: ad quem ſine diuino auxilio conuerti nequaquam poteſt. Eſt enim perſpicuum neminem poſſe de condigno mereri gratiam, & à peccato mortifero ad illam reſurgere, niſi per Deum. Id vult hoc loco Ieremias
Iere. 31. ſignificare. Et capite trigeſimoprimo, vbi ait: Conuerte me Domine, & cōuertar, quia tu Domine Deus meus. Et Dauid pſalmo ſeptuageſi-
Pſal. 77. moſeptimo. Spiritus vadens, & nō rediens. Hoc eſt, gratia per flagitium mortiferum amittitur,
Similitudo. ſed humanis viribus non reuertitur. Vt qui culpa ſua in profundum ac irremeabilē lacum ruit, non poteſt per ſe aſcendere, & extrahi, ſed opus eſt alicuius auxilio: ſic, qui ſe in peſtilens præcipitat ſcelus, nequit inde niſi diuina ope adiutus ad Dei gratiam reuocari. Ideò Dauid pſalmo 84. *Pſal. 84.*
Conuerte nos, inquit, Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam a nobis. Et pſalmo ſeptuageſi- *Pſal. 70.*
mo. Deus cōuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Et ipſe Deus apud Oſeam tertio *Oſe. 13.*
decimo: Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum. Vnde ſponſa Canticorum pri- *Cant. 1.*
mo: Trahe, inquit, me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Et apoſtolus capite quintodecimo prioris ad Corinthios: Gratia Dei *1. Cor. 15.*
ſum id, quod ſum. Et Chriſtus ſeruator noſter apud Ioannē ſexto: Nemo poteſt venire ad me, *Ioan. 6.*
niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Et quinto- *Ioan. 15.*
decimo. Sine me nihil poteſtis facerere. Id intuebatur Salomon, qui capite Prouerbiorum ſe- *Prouer. 2.*
cundo loquens de via iniquitatis ait: Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur. Quod intelligitur, niſi per Dei gratiam conuertantur. Ob eam cauſam ouis quæ errauerat, vt Chriſtus ait apud Lucam quintodecimo, fuit ad gregem hu- *Ioan. 8.*
meris pij cœleſtiſque paſtoris reducta. Ipſe eſt lux mundi, ſine cuius lumine non poſſumus gratiam gratum facientem adipiſci. Vt ſol quod in ſe eſt, *Similitudo.*
lunam ſplendore ſuo illuſtrat, niſi ipſa ſe in vmbram terræ immiſerit, propter terræ interpoſitionem inter ſeipſam & ſolem: ſic Chriſtus dominus nos illuminat gratia ſua: ſi autem nos non illuminamur, non eſt eius culpæ attribuendum, qui lux eſt & ſol iuſtitiæ, ſed nobis, qui vmbram quærimus, & eo contempto rerum terrenarum amore flagramus. Et quia ad impij iuſtificationem exigitur liberum arbitrium, ait Deus apud Zachariam 1. Conuertimini ad me, & ego con- *Zac. 1.*
uertar ad vos. Diſponimur enim ad gratiam eidē liberè aſſentiendo, & cooperando, & inſpirationem Dei recipiendo, quippe qui illam poſſumus abiicere. Itaq; cùm dicitur in ſacris literis: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: libertatis noſtræ admonemur. Cùm autem dicitur: Conuerte nos domine ad te, & cōuertemur: Dei nos gratia præueniri cōfitemur. Si autem in gratia & virtutibus perſeueramus, decimum numerum quo ſignificatur perfectio, adipiſcimur. Numerus enim ab vnitate incipit, & in decimo *Exod. 22.*
abſoluitur. Id videtur diuina ſcriptura innuere, *Num. 5.*
cùm ait, & primitias & decimas Dei eſſe: ab ipſo enim eſt, cùm ad bonum primò ſurgimus, & cùm vſque ad finem perſeueramus. Tu autem *Leui. 27.*
aduerte: Non ait Ieremias: Conuerte me ſolùm ad te: ſed conuerte nos domine ad te. Cain dicebat Gene. quarto Nunquid cuſtos fratris mei *Gene. 4.*
ego ſum? At diuinus noſter vates omnium ſalutem cupiebat. Qui aliorum bonum contennit, non ſolùm eſt ſimilis Caino, ſed hac in re diuite in inferis ſepulto peſtilentior. Ille enim dixit Abrahæ: Rogo te, vt mittas Lazarum in do- *Luc. 16.*
mum patris mei, habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis &c. Andreas non contentus propria ſalute, duxit Petrum ad Ieſum, & Philippus Nathanaelem. Vt ſic cortina trahat corti- *Ioan. 1.*
nam: &, vt Ioannes ait Apocalypſis vigeſimo- *Ioan. 1.*
ſecundo: qui audit: Dicat: Veni. Vnde diſci- *Exod. 26.*
puli bini mittuntur apud Lucam decimo: Et *Apoc. 22.*
in lege pro primogenito par turturum offere- *Luc. 10.*
bant, aut duos pullos columbarum. Vbi nume- *Leu. 12.*
ro pari charitas deſignatur. Ea præditos Iere- *Luc. 12.*

mias dicebat: Conuerte nos domine ad te, & cõuertemur. Ad eum debemus cõuerti, & confugere, in quo eſt ſalus noſtra cõſtituta, qui nos in vulnus lateris ſui intromittet, qui in calami- *Geneſ.6.* tatũ eluuione eſt arca Noe, in cuius latere deorſum fuit oſtium. Ac non ſine myſterio ait fuiſſe deorſum, quia cum in Chriſto ſint duæ naturæ, diuina & humana, in humana vulneratus eſt. De *Apoc.4.* hoc oſtio ait cap. 4. Apocalypſis diuus Ioannes: Ecce oſtium apertum in cœlo.

Innoua dies noſtros ſicut à principio. Id eſt, inſtaura dies noſtros, & da nobis tempora proſpera & felicia, vt olim. Proſequere nos fauore tuo, quemadmodum faciebas, cùm maiores noſtros *Exod.14.* quondam liberaſti à dura Aegyptiorũ ſeruitute *Ioſue 4.* tempore Moſis, & in terra promiſſa collocaſti tempore Ioſue. Deſiderabat Ieremias antiquorũ temporum proſperitatem, quemadmodum Iob, *Iob 29.* cùm dicebat cap. 29. Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies quibus Deus cuſtodiebat me: quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum. Hoc eſt, quando me fauore ſuo proſequebatur.

Sed proiiciens repuliſti nos. Id eſt, iuſtè nos relinquens in exilium & Babylonicam ſeruitutem eieciſti: quia te flagitiis noſtris ad iram & ſupplicium mirum in modum prouocauimus. Perpende. Non ait: Repuliſti me: ſed repuliſti nos. Non propriam tantùm, ſed communem deplorat ca- *Cant.2.* lamitatem: proximos enim ſicut ſeipſum ordinato amore diligebat, iuxta illud Canticorum ſecundo. Ordinauit in me charitatem. Quod etiã poteſt verti. Vexillauit, vt ita dicam, me charitate. Acſi dicat: Charitate ſua me Deus ad ſe traxit tanquam vexillo, quo in bello milites ad Ducẽ ducuntur.

OBSERVATIONES ex Hebræo in

CAPVT V.

Aquam noſtram pecunia bibimus. Quidam vertũt: Aquas noſtras. Sed parum refert, idem enim manet ſenſus: & vtraque tranſlatio vera eſt. In Hebraico enim eſt מים, quod nomen ſemper in plurali reperitur: ſed aliquando in ſingulari vertitur, aliquãdo in plurali. Lingua aũt Hebræa nunquam eo vtitur, niſi in plurali ob duplicẽ aquã, ſuperiorem ſcilicet & inferiorẽ, quas diuidi fir- *Geneſ.1.* mamentum, vt 1. Gen. cap. ſacra ſcriptura cõmemorat. Vnde cœlum dicitur שמים xamaiim, quòd ibi aquæ ſint, iuxta Rabbi Ioſi ſententiam, quam *Num.24.* multi ſequuntur. Cap. Num. 24. vbi bis eodem verſu eſt hoc nomen, priore loco vertit Hieron. aquam, poſteriore aquas. Ita enim ait Balaam: Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius in aquas multas. Hoc eſt, erit populus Iſraeliticus fœcundus, & ſemen eius magnum accipiet incrementum, inſtar arborum iuxta ductus aquarum & fluminum deriuationes. Erit felix, rebúſq; omnibus ad vitã neceſſariis abũdabit. Situla eſt inſtrumentum hauriendi aquã ex puteo, eamque effundendi. At ſeptuaginta interpretes totam hanc orationem ad Chriſtum referunt: ita enim habent: ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν. Hoc eſt, exibit homo ex ſemine eius, & dominabitur gentibus multis. Ac ſi dicat: Chriſtus ſecundũ carnem genus ſuũ ducet ex Iſraele, eritq; gentiũ dominus. Vnde ei dicit pſal. 2. cœleſtis pater: Pete à me, & *Pſal.2.* dabo tibi gẽtes in hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionem tuã terminos terrę Onchelus etiã Chaldaicus paraphraſtes hoc de Chriſto his verbis interpretatur. Creſcet rex, qui vngetur de filiis ſuis, & dominabitur populorũ multorũ. Vbi priore loco nomine aquæ ſignificatur Chriſtus, poſteriore aũt nomine aquarũ gentium multitudo. Eodẽ vocabulo vtitur Salom. Can. 8. Aquę multę *Cant.8.* non poterunt extinguere charitatẽ. Id eſt, ingentes calamitates non valebunt vim diuini amoris reſtinguere & delere. Et Amos nono. Qui vocat *Amos 9.* aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ. Ac ſi dicat: Deus vocat ſurſum ad aerẽ aquas maris verſas in vapores ſolis calore, qui in eam aeris regionem aſcendunt, vbi concreſcunt in nubes, quæ in imbres mutatę ſuper terrã effunduntur. Et Eſai. 48. Et de aquis Iuda exiſtis. Hoc eſt, *Eſai.48.* vos ò Iudæi, qui ex Iuda tanquam ex fonte dimanaſtis. De variis aquæ ſignificationibus vide Arnobium in pſal. 21. & 32. & 73. Cyrillũ de incarnatione vnigeniti 26. Cypria. epiſt. 63. Gre- *Cyprian.* gorium Nyſſenum de vita Moſis.

Ceruicibus noſtris minabamur. Pro minabamur eſt in Hebręo verbũ רדף radhaph, pro quo cap. 3. Threnorũ Hieronymus vertit percutere: Ope- *Thre.3.* ruiſti in furore, & percuſſiſti nos. Quare poterat verti locus hic ceruic. nrĩs percutiebamur. Vel, ceruicibus noſtris paſſi ſumus perſecutionem. Significat enim verbũ hoc perſequi, vt pſal. 142. *Pſal.142.* Quia perſecutus eſt inimicus animam meam. Et *Ezec.35.* cap. Ezech. 35. vbi Deus ait Idumæorum populo: Sanguini tradã te, & ſanguis te perſequetur. Hoc eſt, tradam te occiſori, qui te perſequatur. Vel tradam te populo Iſraelitico, qui te affligat. Erant enim Idumæi & Hebræi ex eodẽ ſanguine, quoniam genus ducebant ab Iſaac, Idumæi per Eſau, Hebræi per Iacob. Hac ratione ductus *Pagnin.* Pagninus in Theſauro vertit hunc locum: Super ceruices noſtras perſecutionem paſſi ſumus. Et eodem modo Septuaginta: Super collum noſtrũ perſecutionem tolerauimus.

Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt. Pro adoleſcentibus eſt in Hebraico: בחורים, quod nomen & adoleſcẽtes ſignificat, & electos. Priorem ſignificationem ſecutus eſt Latinus noſter interpres, alteram Septuaginta, qui habent: Electi fletum aſſũpſerũt. Hoc eſt viri nobiles & magnates vim lachrymarum profuderunt. Pagninus habet: Iu- *Brixia.* uenes ad molendũ tulerunt. Brixianus: Adoleſcentes ad molendum rapuerunt Sed quia interpres noſter per molere & contundere actum obſcœnum intellexit, poſuit: Adoleſcentibus abuſi ſunt. Nam ca. 31. Iob, vbi nos habemus: Scortum *Iob 31.* alterius ſit vxor mea: eſt in Hebræo: Molat alteri vxor mea.

Propterea mæſtum factum eſt in dolore cor noſtrũ. Particula, in dolore, nec eſt in Hebraico, neque in Græco: ſed eſt in vulgata noſtra editione ad maiorem literæ explicationem. Pro corde eſt in Hebræo לב, quæ vox & cor ſignificat & mediũ, quòd cor ſit in medio corporis ſitum: vt Ionæ 2. *Ion.2.*

Proiecisti

Proieciſti me in profundum in corde maris. Ac-
Cant.4. cipitur pro voluntate, vt Cant.4. Vulneraſti cor
meum ſoror mea ſponſa. Quod poteſt etiam verti: Rapuiſti cor meum: ſiue abſtuliſti, ſiue vt alij
transferunt: Transfixiſti cor meum. Alloquitur
Deus more humano animam ſibi deuotam,
Cant.8. quam admirabili amore proſequitur. Et Cant.8.
Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuum. Vbi pro
ſignaculo eſt in Hebræo חותם chotam, quod nomen ſignificat ſigillum & annulũ: ſolebant enim
veteres in annuli gemma ſigillum ferre: & quoniam annulo ſigillum imprimebant, idem voca-
Iere.22. bulum vtrunque ſignificat. Eo vtitur Iere.ca.22.
cùm ait: Si fuerit Iechonias filius Ioacim annulus in manu dextera mea. Et Salomon hoc loco,
vbi pro ſignaculo poteris rectè vertere ſigillum,
aut annulum ſigilli. Eſt enim ſenſus: Quemadmodum in digito eſt annulus, ita ſim ego in corde tuo. Vt digitus ſigillum imprimit annulo, ita
cor tuum mecum, nihil animo cogitas, quod nõ
ſit ſigillo diuini conſilij ſigillatum. Nec ſolum
me debes in corde, hoc eſt in cogitationib. portare, ſed etiam in brachio, hoc eſt in operib. nomine enim cordis cogitationes ſenſuſq; reconditi, nomine verò brachij opera & acta ſignificantur. Eam ob cauſam vbi dixit: Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum: adiecit: vt ſignaculũ
ſuper brachium tuum. Ac ſi dicat Chriſtus: Da
operam, vt me ponas ante oculos tuos, méque
ſemper in meditationib. & actionibus reſpicias.
Aſpicis cor ſumi pro cogitatione. Sumitur etiam
Rom.1. pro intelligentia, vt cap.1. ad Rom. Obſcuratum
Ephes.4. eſt inſipiens cor eorum. Quod cap. 4. ad Epheſ.
dixit: Tenebris obſcuratum habentes intellectũ.
Furari cor alicuius eſt eo inſcio aliquid agere, vt
Gene.31. Gene.31. Furatus eſt Iacob cor Laban Aramæi,
eo quòd non indicauit ei, quòd fugeret. Pro quo
vulgata editio habet: Noluit Iacob confiteri ſocero ſuo, quòd fugeret. Et paraphraſis Chaldaica: Celauit Iacob à Laban Syro, & non indicauit
ei, quòd ipſe proficiſceretur. Præterea ſumitur
Iere.4. cor pro anima, vt cap.Iere.4. Laua à malitia cor
tuum Hieruſalem, vt ſalua fias. Ac eodem modo
ſumitur hoc Ieremiæ loco: Propterea mœſtum
factum eſt in dolore cor noſtrum.

Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Cum
ad Deum conuertimur, ipſe nos conuertit: bona
enim quæ agimus, munera ſunt, quæ Deus no-
Ephes.4. bis impertit. Id videtur ſignificare D. Paul.ca.4.
Psal.67. epiſt.ad Epheſ. vbi citans verſum illum pſal.67.
Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus: ait Aſcendens Chriſtus
in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Dauid ait Chriſtum accepiſſe dona ab hominib. Paulus verò ea illis dediſſe: &
vtrunque verum eſt: nam dona quæ Deo offeri-
Iacob.1. mus, ipſius Dei dona ſunt, iuxta illud Iacobi
apoſtoli: Omne datum optimum, & omne donũ
perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum. Et ita nulla eſt inter pſalmographum &
apoſtolum diſcrepãtia. Nec inter Ieremiam hoc
Zac.1. loco, & Zach.1. vt in explanatione oſtendimus.
In quibus duobus locis pro conuertere eſt in
Psal.22. Hebræo verbum שוב, quod cõuertere ſignificat,
vt pſal.22. Animam meam conuertit. Significat
Cant.6. etiam reuertere, vt Cant.6. Reuertere reuertere
Sunamitis. Pro quo codices emẽdati habent Sulamithis: quę vox pacificã ſignificat, tranquillam
& perfectã. Et Gene. 8. Dimiſit coruũ, qui egre- *Gene.8.*
diebatur, & nõ reuertebatur, vbi pro reuertebatur eſt hoc idẽ verbũ. Sed quia in hũc incidimus
locũ, operæpretiũ duximus, diſcrimẽ repugnantiámq. loci huius inter vulgatã editionẽ, & literam Hebræã, quæ modo extat, aperire. Iuxta cõmunis editionis veritatẽ coruus miſſus ex arca à
Noe egreſſus fuit, ſed nõ reuerſus: at exemplaria
Hebræa quæ modò apparent, ſenſum contrariũ
produnt. Ita enim habẽt: ויצא יצוא ושוב: Id eſt &
egreſſus ibat, & reuertebatur. Diſparata ſunt: reuertebatur: & non reuertebatur. Auguſtinus Eu- *Eugubi.*
gubinus epiſcopus Chiſamenſis in annotationibus ſuis ait deprauatã eſſe hoc loco editionẽ vulgatã, delẽdamq; eſſe ex illa particulã, nõ, codices
verò Hebræos veritatẽ cõtinere. Idem quoq; ait
Xantes Pagninus in epiſtola ſuæ nouę emiſſioni *Pagnin.*
prælata. Nõ poſſum negare, ægrè me tuliſſe, tam
catholicos & eruditos viros fuiſſe hoc loco in
vulgatã editionẽ vetuſtate veritate & magnificentia præſtantẽ iã aſperè & immeritò inuectos.
Nã ſeptuaginta interpretes natione Hebręi, linguæ Græcæ periti cũ negatione legerũt. Ita enim
habẽt: κ̀ ἐξελθὼν οὐκ ἀνέςρεψεν Hoc eſt, & exiẽs nõ
eſt reuerſus. Eodem modo Flauius Ioſephus Iu- *Ioſephus.*
dæus cap.5.lib.1. antiquitatũ, cuius ad literã hæc
ſunt verba: Poſt paucos dies aqua amplius recedente miſit coruũ, volẽs cognoſcere, ſi quid etiã
terræ fuiſſet relictũ ab aqua, & ad grediendũ iã
tutũ eſſe videretur: qui cũcta reperiẽs inundãtia
non reuerſus eſt ad Noe. Hactenus ille. Illud velim exiſtimes tempore diui Hieronymi codices *Hieron.*
Hebræos hoc loco negationẽ habuiſſe: imò tẽpore ſeptuaginta interpretũ: & ita Moſẽ ſcripſiſſe. Sed poſteà Hebræi aut negligẽtia, aut malitia,
vt verſionẽ noſtrã calũniarẽtur, negationẽ ex cõtextu abſtulerũt. Hieronymus enim ea Hebræo
vertit: Dimiſit coruũ, qui egrediebatur, & nõ reuertebatur. Et aduerſus Luciferianos. Emittitur,
inquit, coruus de arca, & nõ redit: & poſteà pacẽ
terræ colũba nũtiat. Et in epiſtola ad Oceanum:
Statímq; colũba ſpiritus ſancti expulſo teterrimo alite deuolat ad eũ. Vbi per teterrimũ alitem
coruũ ſignificauit. Nõne vides Hieronymũ locũ
hũc legiſſe & vertiſſe cũ negatione? Auguſtinus *Auguſt.*
ſimiliter tomo 6.li.12. cõtra Fauſtũ Manichæum
ca.20. cũ negatione legit: ita enim ait: Quod poſt
dies quadraginta emiſſus coruus nõ eſt reuerſus,
aut aquis vtiq; interceptus, aut aliquo ſuper natãte cadauere illectus, ſignificat homines in immunditia cupiditatis teterrimos, & ob hoc ad ea
quæ foris ſunt, in hoc mundo nimis intentos. Et
tomo 9. in tractatu 6. expoſitionis in Ioannẽ ita
ait: Meritò de arca miſſus eſt coruus, & nõ eſt reuerſus, miſſa eſt columba, & reuerſa eſt. Vbi quid
his duabus auibus ſignificetur, mirabiliter explanat. Eodem modo legit Ambroſius libro de *Ambro.*
Noe & arca ca.17. vbi cauſam reddit, cur coruus
emiſſus nõ redierit. Præterea Chryſoſtomus ho- *Chryſo.*
milia 26. in caput Geneſis 8. apertè cum negatione legit, & interpretatur, aſſeueranter affirmans
nunquam coruum reuerſum fuiſſe. Demum idẽ
aſſerit gloſſa Græca per coruum populum intelligens Iudaicum, qui extra arcam, hoc eſt, ex-
tra

tta eccleſiam manſit,per columbam verò populum gentilem, qui ad eccleſiam confugit. Cùm igitur tot patres tanta vetuſtate,ſanctitate,& ſapientia præditi ita legerint,& explanauerint, vt noſtra habet vulgata editio,credendum eſt, eam eſſe veriſſimam Hebræam verò hoc loco depra- *Elias.* tam.Nec mirum,cùm videamus, vt Elias etiam fatetur doctus inter Iudæos Hebræos codices huius temporis longè à priſcis illis veteris ſyna- *Bruno.* gogæ variari.Id quod perſpicuè cõfitetur.Bruno Amerbachius trium linguarum eruditione celebris,in præfatione in pſalterium,diui Hierony. vbi aſſeuerat vetera pſalterij exemplaria Hebræa manu ſcripta à pſalterio Venetiis impreſſo multis in locis diſcrepare. Sed quid cito recentiores *Iuſtinus.* ſcriptores, cùm antiquus Iuſtinus martyr in libro quem edidit aduerſus Iudæos, qui inſcribitur Colloquium cum Triphone Iudæo, apertè oſtendat iam tunc Iudæos aliquibus in locis diuinam ſcripturam deprauaſſe: quemadmodum *Pſal.95.* verſum illum pſalm.95. Dicite in gentibus,quia dominus regnauit à ligno,vbi voces illas,à ligno *Lindan.* deleuerunt. Et poſteà,vt Lindanus Dordracenus in libris de optimo ſcripturas interpretandi genere oſtendit,multa commutarunt. Quare iam nunc ſolida ac pura ſcripturarum veritas potius eſt à vulgata editione, quàm à codicibus Hebraicis petenda. Eſt enim communis hæc noſtra editio ab eccleſia catholica meritò approbata, quoniam eſt vetuſtiſſima,veriſſima, grauiſſima, & integerrima:de cuius laudibus nulla vnquam poſteritas conticeſcet, quam ipſa perpetuitas ſemper intuebitur. Hæc eſt diuina ac vera ſcriptura, quæ vt Salomon ait cap. Prou. 6. lucerna *Prou.6.* eſt,lux, vitæ via, correctio & caſtigatio. De quo ait apoſtolus cap.3. poſterioris ad Tim. Omnis *2.Tim.3.* ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum,& arguendum. Quare meritò Chriſtus Deus noſter apud Ioan.5. Scrutamini, inquit, *Ioan.5.* ſcripturas. Nos has Ieremiæ lamẽtationes ſcrutati ſumus, & ſimpliciter pro ingenij tenuitate explanauimus, earum abſtruſas ſententias & profunda myſteria illis relinquentes, qui mentem à ſenſibus abducentes, & cogitationem à rebus viſibilibus ſeparantes ſapientiam amplexantur, & ad diuinarum rerum contemplationem rapiuntur. Illi ſe totos ad diuinas literas explananda conferant propter Deum, cui ſit gloria & honor in ſecula ſeculorum, Amen.

Terminantur Ieremiæ lamentationes per doctorem Hectorem Pintum illuſtratæ.

FINIS.

F. HECTORIS

PINTI, LVSITANI, HIERONYMIANI,

SACRAE, THEOLOGIAE DOCTORIS, ET IN ACADEMIA CONIMBRICENSI ſanctæ Scripturæ profeſſoris,

IN

DIVINVM VATEM NAHVM COMMENTARII.

Omnia iudicio & correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Catholicæ ſubiecta ſunto.

CLARISSIMO VIRO AC DOMINO GEORGIO SYLVIO, NOBILISSIMA STIRPE NATO, VIRTVTVM PRAESTANTIA INTEGERRIMO, FRATER Hector Pintus Doctor theologus ſalutem, & gloriam ſempiternam.

CVm ſæpenumerò cauſam perquiram, illuſtriſsime vir, cur cùm conſtemus ex animo immortali, & corpore caduco, corporis curandi conſeruandique artem diligenter quæramus, animi autem medicinam pro nihilo putemus: hanc inuenio potiſsimum, quia corporis dolorem animo perpendimus, animi autem ægritudinem corpore non ſentimus. Et quamuis ſe animus iudicet, id tamen efficit quando iam iudicium laborat perturbatione. Inde euenit cæca peſtilentium voluptatum, mundiq; diuitiarum ac honorum cupiditas, & cæterorum vitiorum colluuio, quibus diuina atq; humana iura violantur. Et quia huius calamitatis remedium eſt ex diuinis literis depromendum, dedi operam, vt eas explanarem. Nihil eſt enim, quod homines à vitijs reuocet acriùs, & ad virtutes cohortetur ardentiùs quàm diuina doctrina, quæ ſacris literis continetur. Similitudo. Geneſ. 6. *Vt in arca Noe erant varij cibi, varietati animantium congruentes: ſic in ſacra ſcriptura eſt multiplex doctrina, omni hominum generi conueniens, qua animi reficiuntur, & ad immortalitatem inflammantur. Elegi autem vetus teſtamentum exponendum, quòd ſit explanatu difficilimum. Nam ſanctum Chriſti ſeruatoris noſtri euangelium, tametſi multis in locis abſtruſas & reconditas habeat intelligentias, eſt tamen aqua illa clara, quam vidit Ezechiel per omnes terrarum oras fluentem, quæ egrediebatur ex oſtio ſacrarij, hoc eſt ex Chriſto, qui ait apud Ioannem decimo: Ego ſum oſtium, ſi quis per me introierit, ſaluabitur.* Ezech. 47. Ioan 10. *Hæc eſt aqua, quam ipſe promiſit apud eundem Ezechielem trigeſimoſeptimo, cùm has voces emiſit: Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Ezech. 37. *De illa dixerat Dauid pſalmo vigeſimo ſecundo: Super aquas refectionis educauit me: animam meam conuertit.* Pſal. 22. *Et Eccleſiaſticus quintodecimo: Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.* Eccleſ. 15. *Ad has aquas nos inuitat capite quinquageſimoquinto his verbis Eſaias: Omnes ſitientes venite ad aquas.* Eſai. 55. *De quibus ait Ioel tertio: Per omnes riuos Iudah ibunt aquæ.* Ioel. 3. *Ac ſi dicat: Omnes mundi partes rigabuntur aquis euangelicæ doctrinæ, quibus Deum confitentes & laudantes edent vberrimos virtutum fructus. Eſt etiam doctrina diuinorum vatum aqua ſalutaris, ſed abdita & obſcura, iuxta illud pſalmographi, Tenebroſa aqua in nubibus aëris.* Pſal. 17. *Quod Hieronymus & Auguſtinus de lectione prophetarum interpretantur.* Hieron. Auguſt. *Quare in eorum explanatione cum Moſe ingredior nubem & caliginem, dicens cum diuino ac regio vate: Reuela domine oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Pſal. 118. *Oportet*

enim ferre filium diuini fauoris, vt poſſim cum Theſeo Labirinthum penetrare. Ex prophetis minoribus, quos ſuſcepi explicandos, vnus eſt Nahum, qui fuit, vt ait Epiphanius in eius vita, de tribu Simeonis natus Elceſi trans Iordanem. Extitit, vt Ioſephus libro nono Antiquitatum memoriæ prodidit, gubernaculum Reipublicæ tractante Ioathamo rege Iudah: ſed vaticinatus eſt, teſte Hieronymo regnante Ezechia poſt decem tribuum euerſionem. Vaticinatur de vrbis Niniuiticæ exitio & vaſtitate: & de prædicatione Euangelij longè lateq; propaganda. Oſtendit mundi proſperitatem ad quam mortales auiditate incenſi aſpirant eſſe falſam, incertam, & caducam: veram autem virtutem ſolidam eſſe, defixámque radicibus, quæ nulla temporum varietate labefactatur. Hæc & alia huiuſmodi in his explico commentarijs, quos tibi vir clariſſime dedicaui, non vt te illuſtrent, nec enim aquis Oceanus indiget: ſed vt ipſi ſplendore tuo illuſtrentur. Tu es enim ille, quem nulla ſocordia, nulla intemperantia, nulla denique flagitia delectarunt. Nihil in vita expetendum putaſti, niſi quod eſſet cum laude & dignitate coniunctum. Voluiſti ſapientiam & virtutem cum generis nobilitate copulare. Ducis enim genus tuum ab antiquo Syluio Rege Latij & Albæ inuictiſſimo. Ab eo ortus eſt Latinus Syluius, à quo deſcendit Atis Syluius, qui genuit Capim, & Capis Capetum, & Capetus Tiberinum, à quo Numitor dimanauit. Omnes hi fuerunt Reges authore Raphaele Volaterrano in libro ſexto geographiæ. Ac vt ait Titus Liuius libro primo ab vrbe condita, & diuus Auguſtinus decimo octauo de ciuitate Dei: & Euſebius in chronicis, non ſolùm fuerunt reges, ſed Syluij appellati. Huius Numitoris Syluij nepos fuit Romulus, qui primus Romam mundi caput, terrorem & aſylum condidit, & ad amplitudinem perduxit. Ab his clariſſimis principibus ducunt progeniem ſuam Syluij Romani, qui vt Siculus ait Marineus, & antiqua monumenta teſtantur, ſe ex Italia contulerunt in Luſitaniam: vbi pro regum ſuorum honore, & huius regni defenſione præclara facinora ediderunt, noménque ſuum immortalitati commendarunt. Quæ tam immemor erit poſteritas, quæ tam ingratæ literæ reperientur, quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria proſequantur? Hæc eſt proſapia tua vir nobiliſſime, quam tu virtute, eruditione, magnificentia, & publicis beneficiis in regnum collatis non ſolùm non obſcurare, ſed etiam illuſtrare contendis. Quare tibi debentur opera mea: maximè cùm ea literis mandauerim in tuo diui Marci monaſterio: vnde euocatus ſum ab hac inſigni Conimbricenſi academia ad ſacram ſcripturam explanandam.

Epiphan. Ioſephus. Hieron. Volater. Liuius. Auguſt. Euſeb. Marineus.

Vale. Conimbricæ iiij. Id. Martij. Anno à ſacroſanctæ virginis partu

1577.

PRO

PROPHETIA NAHVM.

Argumentum capitis I.

Radicit diuinus vates Ninæ ciuitatis Aſſyriorum regia exitium & vaſtitatem. Explicat iuſtam Dei vltionem in Aſſyrios, & benignitatem erga Hebræos: & de Eccleſiæ inſtitutione, & Apoſtolorum prædicatione tandem vaticinatur.

CAPVT I.

A Onus Niniuę, liber viſionis Nahum Elceſæi. Deus æmulator & vlciſcens Dominus, vlciſcens Dominus, & habens furorem: vlciſcẽs Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem, Dominus in tempeſtate & turbine viæ eius: & ne-
B bulæ puluis pedum eius. Increpans mare, & exiccans illud, & omnia flumina ad deſertum deducens. Infirmatus eſt Baſan, & Carmelius, & flos Libani elanguit. Montes commoti ſunt ab eo, & colles deſolati ſunt, & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo.

EXPLANATIO.

Onus. Hoc eſt, dura vaticinatio. Senſus eſt: incipit grauis & aſpera aduerſus Niniuem prophetia. Onus non ſolum calamitatem, ſed vaticinationem ſæpenumero ſignificat, qua calamitas, grauis Dei vltio, & infauſta ac infelicia annunciantur. In hanc ſignificationem ſumitur capite Eſaiæ 13. Onus Babylonis, quod vidit Eſaias filius Amos. Et 15. Onus Moab. Primo Habacuc: Onus quod vidit Habacuc propheta. Et Malac. 1. Onus verbi Domini ad Iſrael. Prædicebant diuini vates ventura ſupplicia, quia Deus illis ita præcipiebat: & vt homines à vitiis deterrerent, atque ad virtutes excitarẽt. Deinde quia calamitates illis ſolent eſſe grauiores, quos inueniunt incautos & improuidos, de illis minimè cogitantes. Nam vt diuus ait Gregorius in homilia quadam, minus iacula feriunt, quæ præuidentur. Præterea vt Dei iuſtitiam oſtenderent, & viros pios ab impiis vexatos conſolarentur. Demum vt ſignificarent, calamitates quæ detrimentum interdum hominibus afferunt: vtiles illis eſſe aliquando. Nam onus naturaliter tendit ad centrum: cùm autem calamitas ſit onus, perſpicuum eſt eam nos ad centrum ducere. Ex quo fit, vt quæ fuerit æquo animo tolerata, nos ducat ad Deum centrum illud, ad quod mens virtute prædita aſpirat: quæ autem animum perturbauerit, à tolerantia dimouerit, eíque deſperationem adhibuerit, nos ducet ad terræ centrum, vbi eſt damnatorum regio conſtituta, in qua illi acerbis æternisque cruciatibus torquentur. Itaque calamitas oſtendit qualis quiſque ſit, fortis ne, an fragilis: piùs, an impiùs: firmitate animi, & conſtante ac perpetua ratione vitæ ſeptus, an inconſtantia & mutabilitate inſignis: virtutum ornamentis excultus, an ſcelerum maculis contaminatus. Ea eſt cribrum diuidens lolium à frumento. Vt in torcularis compreſſione vinum ab acinis ſeparatur: ſic in calamitate & tentatione boni à malis ſeiunguntur. Eam ob cauſam dixit angelus Tobiæ capite 12. Neceſſe fuit, vt tentatio probaret te. Vir conſtans & ſtabilis in calamitatibus ſuis ad Deum tanquam ad arcem tutiſſimam confugit, dicens cum Dauide pſal. 24. Reſpice in me, & miſerere mei, quia vnicus & pauper ſum ego, Vel vt poteſt etiam verti ex Hebreo: quia ſolus & afflictus ſum ego. Et cum Paulo apoſtolo ad Rom. 9. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſecutio? Ac ſi dicat: nihil horum. Mobilis autem & imbecillus quacunque rerum aduerſarum procella tolerantiam amittit. De huiuſmodi hominibus ait Eccleſiaſticus cap. 2. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam. Ideò ait ipſe 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. Id intelligens Oſeas 4. Maledictum, inquit, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. Vbi pro inundauerunt poteſt etiam verti ex Hebræo, diuiſerunt. His enim rebus illi qui virtute ſingularíq; conſtantia ſunt muniti, ab illis qui nulla vera honeſtate, nulla ſolida firmitudine ſunt ſepti, ſeparantur, & cognoſcuntur. Accidit enim ſæpenumero, vt qui Deum Iſraelis videbantur ſequi, orta tempeſtate vela mutent, & ſequantur Baal: qui dicebant ſe de fontibus ſaluatoris aquas haurire, ſe ad ciſternas conferant diſſipatas: & qui ſe antea reipublicæ Chriſtianæ præferebant defenſores, in ea poſteà vt Iudas in cœna, & Sinon in vrbe Troiana reperiantur. Eſt nanque tentatio veluti lapis Eraclius, verum aurum à falſo diſcernens: quaſi ventilabrum paleas à granis ſeiungens: ſicut procella, qua oſtenditur, quis in arenam fluxam, quis in lapidem firmum iecerit fundamenta. Ea ſæpe virtutis ſimulationem aperuit, & animi fortitudinem conſtantiámque declarauit. Viri pij in ærumnarum anguſtiis cõferunt ſe ad pœnitentiam, ad lachrymas, ad preces, impij verò ad conuicia, ad dolos, ad homicidia, ad voluptates. Eſt quidem calamitas onus, & ita à Nahum hoc loco vocatur, ſed quæ homines ſceleratos deprimit, non iuſtos: imò ea ad gloriam cæleſtem feſtinant. Nam vt vela ſunt onera nauibus, ſed eas faciunt celeriter nauigare: ſic afflictiones pondera ſunt, ſed quæ viris pietatem colentibus ad properandum in virtutum via magnum afferunt adiumentum. Eos qui illis anguntur, vocat Chriſtus Deus noſter

Eſai. 13. Eſai. 15. Habac. 1. Malac. 1. Gregor. Similitudo. Tob. 12. Pſal. 24. Rom. 9. Eccleſ. 2. Eccleſ. 27. Oſeas 4. Similitudo. Matth. 3. Matt. 7. Similitudo.

Matt. 11. apud Matthæum, cùm ait: Veuite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos « & inuenietis requiem animabus veſtris. Non requiem corporum promittit, ſed animorum. Nam corporum quies quam neſarij homines voluptatibus dediti quærunt, & ſomniant, longè diſtat à vera quiete. Sic catenis vinctus libertatem, æger ſanitatem, eſuriens dulces epulas ſomniat. Sed aderit vltimus dies, qui ſomnia hæc demonſtrabit. Interim calamitates æquo animo toleratæ ad eximiæ virtutis gloriam illuſtrandam conducunt. Quare diuini vates eas ſolebant prædicere, & earum vaticinationem onus appellare.

Niniue. Ciuitas eſt Aſſyriæ quondam florentiſſima, Aſſyrij imperij firmiſſimum caput. Eam ædificauit Aſſur, vt cap. Geneſ. decimo proditum *Xenop.* eſt memoriæ. Hic Aſſur teſte Xenophonte in lib. de æquiuocis, vocatus fuit Ninus: à quo ciuitas *Auguſt.* nomen ſortita eſt. Id fuit D. Auguſtino perſpectum & exploratum, qui capit. 3. lib. 16. de ciuitate Dei: Ninus, inquit, Beli filius conditor fuit Niniuæ ciuitatis magnæ: cuius ciuitatis nomen ex illius nomine deriuatum eſt, vt à Nino Niniue vocaretur: Aſſur autem, vnde Aſſyrij. Hacte*Xenop.*nus ille. Xenophon ait hunc Ninum vocatum fuiſſe à nonnullis Iouem, ab aliis autem Herculem, quem gentes idolorum cultrices in cœlo *Euſebi.* collocarunt. Vocatur hæc ciuitas ab Euſebio *Diodor.* Niſibis, à Diodoro Siculo libr. primo: Nina, ab *Herod.* Herodoto lib. 1. & 2. & Ptolemæo in deſcriptio*Ptolem.*ne Aſiæ Ninus. Quo nomine nuncupatur à Pli*Plinius.*nio cap. 26. lib. 6. & à Strabone in principio lib. *Strabo.* 16. & à Hieronymo in procemio in hunc diui*Hieron.*num vatem, vbi ait ciuitatem illam tunc Ninum vocari. Meminit huius ciuitstis & regis eius *Beroſus.* Sennscheribi Beroſus Chaldæus, & Flauius Io*Ioſephus.*ſephus, qui eum citat cap. 2. libr. 10. antiquitatum Iudaicarum. Niniuitæ ob Ionæ prædicationem egerunt pœnitentiam, vt ipſe Ionas teſtifi*Ion. 3.*catur cap. 3. quamobrem perniciem tunc declinarunt, & à ſupplicio quod illis Deus minatus fuerat, euaſerunt. Sed quia poſteà fuerunt peſtilentibus flagitiis polluti, & in tetra vitis ingurgitati, fuerunt afflicti, victi, & euerſi. Prædicitur igitur à noſtro diuino vate vrbis Niniuiticæ, totiúſque regni Aſſyriorum euerſio, quæ à Nabuchodonoſore Babyloniorum rege anno primo imperij ſui facta eſſe putatur. Hoc exitium *Tob. 14.* prædixit Tobias cap. 14. humaníque authores multis in locis memoriæ prodiderunt. At quia *Hieron.* Niniue, vt D. ait Hieronymus, idem eſt quod pulchra ſeu ornata, mundus autem à Græcis coſmos, hoc eſt ornatus & pulcher dicitur, po*Boetius.*teſt accipi pro mundo: de quo ait Boetius in conſolatione philoſophiæ: Mundum mente ge*Tullius.*rens pulchrum pulcherrimus, ipſe. Et M. Tullius in libro de vniuerſitate: Nec mundo quicquam pulchrius, nec eius ædificatore præſtan*Tyrius.*tius. Et Tyrius Maximus in ſermone quid ſit Deus, ait Deum eſſe pulchrorũ pulcherrimum, ac pulchritudinis fontem. Quamobrem quicquid hìc dicitur in ſenſu literali aduerſus Niniuem, poteſt in ſenſu ſpirituali de caducis mundi opibus & voluptatibus explicari, vt eas fluxas eſſe incertas & interituras intelligamus, ac excelſo firmóque animo aſpernemur. Qua ratione ducti præparemus nos ad diem iudicij, vbi Deus de Aſſyriis, hoc eſt improbis eſt æternas pænas ſumpturus. Tu verò perpende & memoria repete diuinam prouidentiam: quia populus Iſraeliticus impiis ſe flagitiis contaminauerat, tradidit eum Deus Aſſyriis. Rurſus Aſſyrios terris ſcelerum maculis notatiſſimos tradidit Babyloniis, qui fuerunt victi à Perſis ob nefaria facinora ſua, quorum iuſtas pœnas perſoluerunt.

Liber viſionu. Id eſt, liber vaticinationis: nam vaticinatio dicitur viſio ob certitudinem & firmitatem. Eam ob cauſam dictum fuit diuo Ioan. Apocalyp. 1. Quod vides, ſcribe in libro. Capit. *Apoc. 1.* trigeſimoſecundo libro ſecũdo Paralipomenon *2. Par. 34.* ſcriptum legimus: Scripta ſunt in viſione Eſaiæ. Hoc eſt in eius prophetia. Eodem modo ſumitur primo ipſius diuini vatis capite: Viſio Eſaiæ filij *Eſai. 1.* Amos. Et Daniel. decimo: Quoniam adhuc viſio *Dani. 10.* in dies. Hoc eſt, quia non modò, ſed poſt longum temporis interuallum hæc vaticinatio complebitur. Et primo Abdiæ: Viſio Abdiæ. Vnde di*Abd. 1.*uini vates dicebantur videntes, vt capite 21. lib. *1. Par. 21.* prior. Paralip. Locutus eſt dominus ad Gad videntem. Et 9. lib. poſterioris: In viſione quoque *2. Par. 9.* Ado videntis. Et apertiſſimè cap. 9. lib. 1. Reg. *1. Reg. 9.* Venite, & eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Vnde illud cap. 33. libri poſterioris Paralip. Scripta *2. Par. 33.* ſunt in ſermonibus Hozai: poteſt verti: ſcripta ſunt in libris prophetarũ: nam hazal ſiue chazal ſignificat videre, & prophetæ vocantur videntes: Qua ratione ducti ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt: Scripta ſunt in ſermonibus videntium. Et quia Niniue ſignificat pulchram, & viſio contemplationem, poteſt verti totum hoc: Aſſumptio pulchritudinis, liber contemplationis Nahum. Niſi enim quis aſſumat veram animi pulchritudinem, non poterit aptè ad rerum excelſarum contemplationem peruenire.

Nahum. Nomen eſt huius diuini vatis, quod ſonat, vt diuus ait Hieronymus, conſolatorem: *Hieron.* & rectè illi conuenit: conſolatur enim Iſraelitas, cùm aduerſus improbos Aſſyrios acerrimos eorum hoſtes vaticinatur. Illi enim iam decem tribus abduxerant captiuas, & reliquas duas grauiter affligebant. Reprehendit itaque impios, pios verò conſolatione permulcet: quod eſt concionatoris officium. Spiritus ſanctus qui paracletus hoc eſt conſolator dicitur, qui Chriſti diſcipulis perfugium & ſolatium præbebat, homines ſceleratos obiurgabat. Ita enim ait apud Ioannes 17. Chriſtus dominus: Cùm venerit paracletus, *Ioan. 17.* arguet mundum de peccato. Vbi per mundum homines ſcelerum maculis notati ſignificantur. Quo tempore floruerit Nahum, nõ liquet ex diuinis literis: ſed in procemio diximus, Ioſephus *Ioſephus.* ait eum extitiſſe regnante Ioathamo Hieroſolymæ. Hieronymus autem ait eum fuiſſe ſub Eze*Hieron.*chia rege vaticinatum. At in libro Hebræo de mundi ſerie, & aliis antiquis Hebræorum monimentis conſignatũ eſt eum cũ Ioele & Habacuc regnante impio Manaſſe pij Ezechiæ filio floruiſſe. Sed fieri poteſt, eum omnium horum regum tempora attigiſſe. Ac inter Iudæos conſtare video eam ob cauſam illum in principio

ſuarum

ſuarum vaticinationum noluiſſe nominare Manaſſem,qui tunc clauum reipublicæ tenebat, ne eius regis mentionem faceret,qui ſe nefariis ſceleribus contaminauerat, Dei legem violauerat, vana gentium idola coluerat, & ſalutaria diuinorum vatum monita deſpexerat. Nolebat enim ſanctorum virorum conſiliis aſſentiri. Vt quædã inueniuntur tabulæ tam horridæ, & perperam gypſo illitæ & complanatæ, vt nec aurum recipiant,nec picturam, etiamſi eius artifex eximius ſit: ſic quidam ſunt homines tam improbi, tam praui moribus imbuti, vt nullam ſalutarem ad mittant doctrinam, quamuis eius magiſter in eruditionis præſtantia vnus inter omnes emineat. Quemadmodum æquum eſt eos proprio nomine ſignare, qui ſunt virtute præditi, illuſtríque laude celebrati: ita decet aliquando hominum peſtilentium,ignominiæ maculis inſignium nomina ſilentio præterire.Hæc eſt cauſa,quare ſeruator noſter apud Luc.16.Lazarum nominauit, diuitem autem purpura indutum qui opipare epulabatur,noluit nomine proprio appellare. Et diuus Matthæus in genealogia Chriſti Ieſu tres reges iniuſtos,vt ibi obſeruauit Hieronymus,ſilentio prætermiſit.

Similitudo. *Luc.16.* *Matt.1.*

Elceſæi. Ita nuncupabatur Nahũ, quòd natus fuiſſet Elceſi. Fuit quippe Elceſum oppidum in Galilæa,vt Hieronymus,& Epiphanius, & Remigius, & Albertus Magnus teſtantur. Et videtur conſtare ex paraphraſi Chaldaica, & ex Rabi Salomone Gallo. Sunt tamen nonnulli, qui aiũt Elceſæum eſſe nomen familiæ, & vtraque opinio tangitur à Vatablo. Quatuor in hoc exordio à diuino noſtro vate explicantur: primum genus operis,eſt enim aſpera vaticinatio: ſecundum argumentum & materia, agit enim de venturis Aſſyriorum moleſtiis & ærumnis: tertium nomen authoris: quartum nomen patriæ, vbi editus in lucem fuit. Sed de inſcriptione hactenus.

Deus æmulator. Vaticinaturus de Aſſyriorum exitio incipit à Dei iuſtitia,conſilio, & prouidẽtia, ne quis eorum euerſionem fato tribuat, aut caſui,non eorum ſceleribus, & diuinæ iuſtitiæ. Aemulator ſumitur dupliciter, nam imitator virtutis æmulator dicitur:& qui aliquid cupit,quod aliis dari non vult, & tunc idem eſt, quod zelotes,hoc eſt, amator cum conſortis indignatione. Ita nos Deus amat, vt velit, vt in eo, non autem in mundo amorem noſtrum collocemus, eíq; ſoli diuinum latriæ cultum tribuamus. Alioquin in nos grauiter animaduertit.Eam ob cauſam ca. Exod.20.Ego ſum,inquit,Dominus Deus tuus, fortis, zelotes. Et 34. Dominus, zelotes nomen eius. Et apoſtolus ca. 11. poſterioris ad Cor. Aemulor enim vos Dei æmulatione.Itaque zelotes ſiue æmulator eſt, qui aliquem amore proſequitur,eiúſque hoſtes affligit: in quam ſignificationem ſumitur hoc loco. Vocat ſe Deus hîc æmulatorem,vt oſtendat ſe diligere populum Iſraeliticum, & de Aſſyriis eius hoſtibus ſuppliciũ ſuo tempore ſumpturum. Ipſe eſt, qui ſuorum audit gemitus & ſuſpiria, & in eorum inimicos grauiter animaduertit. Priuſquam Nahum vaticinaretur, Deum laudibus effert: celebrat eius amorẽ in Hebræos illos,qui tunc fide muniti eum colebant: iuſtitiam & potentiam in mulctandis impiis Aſſyriis: clementiam & miſericordiam in illis ad pœnitentiam vocandis. Docet nos, vt opera noſtra à diuinis laudibus inchoemus. Theodoretus per æmulationem hoc loco iuſtam Dei iram intellexit.

Exod.20. *Exod.34.* *2.Cor.11.*

Vlciſcens dominus vlciſcens dominus. Repetit hæc verba,vt in hominum memoria tenaciùs imprimantur. Vel vt & præſentem pœnam & futurã ab eo indicet inferri. Vel propter & animæ & corporis ſupplicium. Et paulò pòſt ea iterum repetit ad maiorem certitudinem: ne homines ſolam Dei miſericordiã à iuſtitia ſeiunctam cogitantes laxarent habenas vitiis, animiq; præſtantiam turpi dedecore macularent. ca.18. Deut.ait ipſe Deus: Ego vltor exiſtã. Et Dauid pſal. 93. Deus vltionum dominus,Deus vltionum liberè egit.Sic Deum appellat,quòd ad illum pertineat vltio. Ipſe enim ait cap.32.Deuter.Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore. Quem locum affert apoſtolus cap.10. ad Roman. & ad Hebr. ſimiliter 10. Hic autem vaticinatur Nahum præcipuè de Aſſyriorum vltione. Nam etſi Deus affligere voluit Iſraelitas per Aſſyrios, tamen quia Aſſyrij eos crudeliſſimè tractarunt, iuſtas pœnas impietatis ſuæ dederunt. Eã ob cauſam ait Deus apud Eſa.10. Væ Aſſur virga furoris mei. Et apud Zach.1. Ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas,quia ego iratus ſum parum, ipſi verò adiuuerunt in malum. Acſi dicat: Grauiſſimè ſuccenſeo gentibus proſperitate affluentibus, quæ Hebræos afflixerunt, & per ſummam immanitatem profligarũt. Nam tametſi ego iratus ſum Hebræis aliquantulum, eorum tamen hoſtes aſperrimis calamitatibus illos oppreſſerunt.

Deut.18. *Pſal 93.* *Deut.32.* *Rom.10.* *Heb.10.* *Eſa.10.* *Zach.1.*

Habens furorem. Ita vocat diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem,vt ſe accommodet more noſtro loquendi.Eodẽ modo Deut.32.Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. Quare Paulus apoſtolus cap.10. epiſt. ad Heb. Horrendũ eſt,inquit, incidere in manus Dei viuẽtis. Et Dauid pſal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripias me. Quibus verbis Deũ orat,ne ad ſcelus ſuũ puniendũ acerbã ſeueritatẽ adhibeat, ſed paternã caſtigationem. Iraſcitur enim peccatoribus, iuxta Eſa.illud. 64. Ecce tu iratus es, & peccauimus. Id eſt,quia peccauimus,Particula.n. &,pro quia ſumitur aliquando. Aſpicis igitur irã & furorem tribui Deo,nõ propriè tamen, ſed metaphoricè, quia inſtar hominis irati caſtigat.Sed eius ira nõ perturbationem deſignat, ſed ſcelerum puniendorum ſeueritatem: in illũ enim nulla cadit perturbatio, iuxta illud Sap.12. Tu autem dominator virtutis cùm tranquillitate iudicas. In nobis ira eſt motus animi, quo incitamur & exardeſcimus: in Deo autem eſt iuſtitia, & cum placabilitate ſeueritas. Fuerunt tamen nonnulli philoſophi, qui aſſeruerunt Deum nullo modo iraſci,cõtra quos ſcripſit Lactantius Firmianus librũ de ira Dei,in quo multis rationibus eorũ opinionẽ refutauit.Sed multò vtilior nobis eſt Dei ira, cũ nos affligit,vt reſipiſcamus,quàm blanda mundi voluptas,vt illaqueemur:eſt enim illa veluti viſcus mollis & ſuauis, ſed qui aſtringit & perdit.

Deut.32. *Heb.10.* *Pſal.6.* *Eſa.64.* *Sap.12.* *Similitudo.*

Dominus patiens. Oſtenderat Dei iuſtitiã, modò

dò oſtendit eius miſericordiam. Id vnico verſu
Pſal.7. pſal.7. oſtendit Dauid, cùm ait: Deus iudex iuſtus,fortis & patiens. Et pſal.114. Miſerator dominus & iuſtus,& Deus noſter miſeretur. Pro dominus patiens vertũt nonnulli: dominus tardus ad iram: hoc eſt lentus ad vltionem. Solet enim nos ad pœnitentiã expectare. Vnde Paulus apoſtolus cap. 2. epiſt. ad Rom. An diuitias, inquit,
Rom.2. bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis cõtẽnis? Ignoras,quòd benignitas Dei ad pœnitẽtiam te adducit? Vocabulo diuitiarũ ſæpe vtitur, cùm vult ingentẽ rei alicuius vim & copiã ſignificare. Et Eccle.5. Altiſſimus eſt patiens redditor. Hoc eſt,Deus quidẽ patiens eſt,ſed impunè te nõ dimittet. Et D. Petrus ca.3. epiſt. ſuæ poſterioris: Patienter agit propter vos, nolẽs aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Et ipſe Deus
Ezec.18. apud Ezec.18. Nolo mortem peccatoris, reuertimini,& viuite. Vbi primi noſtri parentes in amœniſſimo horto conſtituti in crimen inciderunt,
Gen.3. ait ita diuina ſcriptura cap. Geneſ.3. Cùm audiſſent vocem domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem. Aduerte: Veniens Deus ad eos caſtigandos non dicitur currere, aut feſtinare,ſed deambulare. Non vult in illos repẽte impetum facere, ſed dat eis locum conſilij & & pœnitentiæ: lenteque deambulat: & cum ſonitu quodam, vt ab illis audiatur. Ac ea quæ cũ illis agit, ſi attento animo perpenderis, iuſtitiam præ ſe ferunt cum miſericordia coniunctã. Iudex terræ eum qui grauia & probata furta & homicidia commiſit, ſtatim lege ductus morte mulctat. Deus autem cœleſtis iudex videns nefaria hominum crimina digna vtraque morte, temporali & æterna, diſſimulat ſæpenumero non eos ſtatim
Similitudo. occidens. Voluit Deus, vt hæc eſſet iuſtitia terræ, quia nihil in illa amittebatur præter terram: cùm autẽ altera amittitur cœlũ, imò ipſe Deus: inſtituit eius bonitas legem iuſtitiæ ex magnitudine diuinæ ſuæ miſericordiæ deptomptam, in qua ita diſtent eius viæ ab hominum viis, vt cœlum à terra. Intueamur admirabilem Dei patientiam & benignitatem, illúmque imitantes iniurias noſtras toleranter feramus, & appetitiones noſtras ad vltionem propenſas moderemur. Vt cœlum illud quod philoſophi appellant primũ mobile, mouet alios cœlos, qui verſantur retro contrario motu, ac extimus globus cœleſtis, qui reliquos omnes complectitur: ſic ratio agitet appetitus noſtros, vt aduerſus propenſionẽ & procliuitatem ſuam iuxta ipſius rationis motum &
Pſal.9. impulſum dimoueãtur. Ac ita tolerantiæ noſtræ fructum percipiemus. Nam vt Dauid ait pſal.9. Patientia pauperum non peribit in finem. Hoc eſt, afflictorum patientia non perpetuò fruſtrabitur, imò remunerationem à Deo tandẽ recipiet. Hæc eſt nobis neceſſaria, vt diuus ait Paulus ca,
Heb.10. 10. epiſtolæ ad Hebræos, vt reportemus promiſ-
Luc.21. ſionem. De illa ait Chriſtus Ieſus apud Luc. 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Homo nulla patientia munitus ſimilis eſt ſcorpioni, qui prouocatus ſtatim pungit: cymbalo,
Similia. quod pulſatum confeſtim ſonum reddit vitro, quod percuſſum mox frangitur. Patiens autem vir Deum, quem hoc loco Nahum patientẽ vocat, imitatur. Aſpicis igitur Deum eſſe iuſtum & miſericordem, quales nos eſſe debemus. Pſal. 32. ait Dauid: Diligit miſericordiam & iudicium. Et 36. Iuſtus autem miſeretur, & tribuet. Et 84. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et Salomõ Prou.21. Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitã: Quemadmodum ex vini & aquæ miſtione ſaluta *Similitudo.*
ris potio efficitur: ſic ex iuſtitia & miſericordia admirabilis temperatio conflatur. Id voluit natura in apibus oſtendere, quæ aculeum habent, & mel: quoniam iudices & ſeueritatem debent habere iuſtitiæ, & dulcedinem clementiæ. Id *Prou.3.*
ait his verbis Prou.3. Salomon: Miſericordia & veritas te non deſerant: circũda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui. Vbi per veritatẽ ſignificatur iuſtitia, quemadmodum per iudiciũ *Prou.21.*
vt cap.21. Prouerb. Facere miſericordiam & iudicium magis placet domino, quàm victima. Et 21. *Oſe.21.*
Oſeæ: Miſericordiam & iudicium cuſtodi. Vt *Similitudo.*
abies procera arbor eſt recta, ſed blanda & mollis: ſic verus Chriſtianus rectus debet eſſe per iuſtitiam, & lenis ac comis per miſericordiam.

Et magnus fortitudine. Nimirum in compeſcenda ira. Senſus eſt. Hæc Dei patientia & caſtigationis dilatio non ex fragilitate prouenit, cùm Deus ſit fortiſſimus: ſed ex miſericordia, & fortitudine. Ille fortis eſt, qui iram cohibet, & ita appetitus domat, vt tanquam in gyrum rationis & temperantiæ ducantur. Eam ob cauſam vbi Deũ patientem vocauit, magnum fortitudine vocat: qui caſtigationem differt in tempus aptũ, & cui nemo poteſt reſiſtere. cap. Exod. 15. ait Moſes: *Exod.15.*
Quis ſimilis tui in fortibus domine? Et Iere. 10. *Ier.10.*
Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine: Oſtendit hoc loco Nahum patientiam eſſe cum fortitudine coniunctam. Ille eſt verè fortis, qui tolerantia rerum humanarum munitus tunditur, ſed non frangitur, ſimilis adamanti, qui nec ferro comminuitur, nec igne mutatur: nullis enim ærumnis vincitur, nulli calamitatum generi ſuccumbit, nullis rerum aduerſarum ictibus infringitur, nulla temporum varietate à virtutis conſtantia dimouetur: ſed firmus & immutabilis perſeuerat. Quare cùm adamãte aptiſsimè cõparatur. Hanc animi firmitatem tribuit Deus diuino vati Ezechieli, cui dixit cap.3. Vt adamantẽ *Ezec.3.*
& vt ſilicem dedi faciem tuam. Vel vt poteſt etiam verti: Vt adamantem ſilice duriorem dedi te: facies enim in diuinis literis idem eſt aliquando quod perſona & res ipſa. De vi & firmitate, & admirabili adamantis natura: vide Hieronymum in caput ſeptimum Amos, Plinium libro trigeſimo ſeptimo naturalis hiſtoriæ, Pierium Valerianum in hieroglyphicis, Franciſcũ Rueum libro ſecundo de gemmis. Sed antè illos fuit priſcis temporibus duricies ac indomita natura adamantis perſpecta. Vnde antiqui à fide alienati Martem tunica adamantina indutum fingebant, vt ſignificarent fortitudinẽ per Martem intellectam, copulatam eſſe cum firmitate patientiæ, per adamantem ſignificata. Ad id alludit Horatius li.1. carminum ad Agrippã, cũ ait: Quis Martem tunica tectum adamãtina Digne ſcripſerit? Et quia conſtans patientia nunquam vincitur,
ideo

ideo Socrates in Gorgia Platonis rationes inex pugnabiles adamantinas vocauit.

Et mundans non faciet innocentem. Hoc eſt, & ex purgans à culpa peccatorem pœnitentem, non efficiet illum innocentem à pœna: ſed eum tempore ſuo puniet, ſi æqualem, omnibúſq; numeris abſolutam nō egerit pœnitentiam. Poteſt verti: Et non ſolet abſoluens abſoluere: Subaudi impium, niſi pœnitentiā egerit. Et ſi non ſtatim punit flagitioſum hominem, non tamen illum abſoluit à ſupplicio: nam illud de eo tandē ſumit. Acſi dicat: Nullus impius exiſtimet ſe eſſe liberam ſibi impunitatem aſſecutum ex Dei diſſimulatione: nam differens non dimittit. Poteſt etiā transferri: Et nocentem non oſtendet innocentē. Acſi dicat: Iuſtus eſt, & perſonam non accipit. ca.10. Deut. ait Moſes: Deus magnus, potens, &
Deut. 10. terribilis perſonam non accipit Act.10. Petrus apoſtolorum princeps: In veritate, inquit, comperi, quia non eſt acceptor perſonarum Deus. Et Paulus ad Rom.2. Non eſt acceptio perſonarum apud Deū. Idē ait 2. ad Gal. & 6. ad Epheſ. Eſt igitur ſenſus: Eſt quippe Deus patiens, ſed ita vt nullum crimen relinquat impunitum, nec ſit perſonarum acceptor.

Dominus in tempeſtate. Subauditur veniet. Oſtēdit Dei iram, quam erat in Aſſyrios executurus. Sumitur tempeſtas pro furore, vt pſal. 49. In cir-
Pſal. 49. cuitu eius tempeſtas valida. Quemadmodum
Pſal. 28. vox domini pro eius vi ac potentia, vt pſal. 28. Vox domini confringentis cedros: & cōfringet dominus cedros Libani. Vbi per cedros ſuperbi principes ſignificantur. Sequitur: Et in turbine viæ eius. Eadē eſt ſentētia cū ſuperiore. Acſi dicat: veniet in turbine. Turbo eſt ventus vehemens in orbem reuolutus. Fortaſſe per tempeſtatē & turbinē intelligitur Babyloniorū exercitus, qui Niniuā deleuit. Sed quia Deus hoc ita voluit, dicitur ipſe veniſſe, & hæc omnia feciſſe. Poteſt tota hæc oratio ita verti: Domini viæ in tempeſtate & turbine. Vt ſit ſenſus Dominus cū opus eſt, caſtigat vehementer: quis ei poterit reſiſtere, cum eius viæ ſint in procella ac turbine?

Et nebula puluis pedum eius. Hoc ait, quia viarū domini meminerat. Senſus eſt: Tanto impetu incedet Deus ad puniendos Aſſyrios, vt puluis pedibus eius excitatus denſas nubes efficiat. Motus contra Niniuitas nubes calamitatum adducet: excitabit pulueris nebulas, quemadmodum excitare ſolet exercitus magnus, cùm properat impetu magno, & horribili concurſione cōcitatus. Eſt ea orationis exornatio, quam Græci vocant hyperbolem: ea vtitur Nahum ad impetum & vim iræ diuinæ exprimendum & amplificādum.
Pſal. 17. Eodem modo Dauid pſal. 17. Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, grando & carbones ignis. Intonuit de cœlo dominus, & altiſſimus
Eſa. 13. dedit vocem ſuam. Et ipſe Deus apud Eſa. 13. Cœlū, inquit, turbabo, & mouebitur terra de loco ſuo propter indignationem domini exercituum.
Eſa. 28. Et 28. Ecce validus & fortis dominus, ſicut impetus grandinis turbo confringens. Et 2. apud
Agg. 2. Aggæum: Ego commouebo cœlum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes.

Increpans mare, & exiccans illud. Subaudi, verbo, aut nutu ſuo. Summam Dei potentiam declarat. Acſi dicat: Deus eſt ille, qui poteſt, ſi voluerit, increpare mare, & exiccare illud. Ita cap. 9. Iob 9.
Iob. Qui dicit Soli, ne oriatur, & non oritur. Vt enim poteſt præcipere Soli, ne oriatur: ſic poteſt immenſum aquarū pelagus ſiccare, & diuidere. Id fecit Deus mari rubro, vt cap. 14. Exodi proditum eſt memoriæ. De illo loquens Dauid pſalm. 135. Qui diuiſit, inquit, mare Rubrum in diuiſiones. Et pſal. 105. Increpuit mare Rubrum, & exiccatum eſt. Et poſuit flumina in deſertum, exitus aquarum in ſitim. Et pſal. 113. Quid eſt tibi Pſal. 113.
mare, quòd fugiſti, & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum? Et Eſa. 51. Nunquid nō tu ſiccaſti Eſa. 51.
mare, aquam abyſſi vehementis?

Et omnia flumina ad deſertum deducens. Poteſt verti: Et omnes fluuios exiccans, ſeu deſertos efficiens. Quod in ſenſu idē eſt. Acſi dicat: Deus eſt, qui poteſt, quoties voluerit, omnia flumina exhaurire & ſiccare: quantò magis ergo Aſſyrios euertere? Hieronymus & Remigius in ſenſu allegorico ita hunc locum exponunt: Increpare dominum mare & exiccare illud, eſt omnem amaritudinem & ſalſuginem infidelitatis ſua potentia deſtruere: & arefacere flumina eſt falſam ſcientiam extollentem ſe contra veritatem penitus euertere.

Infirmatus eſt Baſan, & Carmelus, & flos libani elanguit. Hos tres mōtes nominatim profert, quia cùm eſſent fertiles & fructuoſi, effecti ſunt quondam Deo ita volente ſteriles & aridi. Hoc accidit tempore Eliæ, quando ob pluuiæ penuriam etiā fœcundæ regiones aruerunt. Nō enim pluit tres annos cum dimidio. Vide ca. 17. & 18. lib. 3. Reg. 3. Re. 17.
& quintum epiſtolæ Iacobi apoſtoli. Hoc dixit Iacob 5.
Nahum, vt homines præſertim Aſſyrios à flagitiis deterreret. Nam ſi Deus poteſt excelſos & frugiferos montes infringere, euertere, & in ſterilitatem redigere, quantò magis homines fragiles & imbecillos: Baſan fuit regio Og quondam regis, ſyluis & nemoribus abundans: quæ cecidit in ſortem dimidiæ tribus Manaſis. Vide cap. 21. Num. 21.
Numer. 3. Deut. & 2. Eſa. Carmelus mons eſt in Eſa. 2.
Galilæa nō procul à Hieruſolyma in tribu Aſer, Pſal. 28.
admodum illuſtris propter eximium Carmelitarum ordinem religione florentem, & ſapientia præſtantem. Meminit huius montis diuina ſcriptura cap. 15. & 25. lib. 1. Reg. 18. poſterioris Para. 33. Eſaiæ. 36. Ier. 1. Amos 7. Michææ. Libanus mons eſt in fine terræ ſanctæ verſus Aquilonem, cuius cedri ſunt admirabilis proceritatis. De illo fit mentio cap. Deuteronom. 1. Iudicum 3. Eſa. Pſal. 28. &
2. tertij lib. Regum 5. pſalm. 28. & 148. Dicitur 148.
autem hoc loco flos Libani, quia florentiſsimus erat.

Montes commoti ſunt ab eo, & colles deſolati ſunt. Non ſolum tres memorati montes, ſed alij ſolo Dei verbo contremiſcunt: eiúſque nutu colles in ſtar niuis liqueſcunt. Oſtendit magnam Dei potentiā. Poteris per montes principes intelligere, per colles verò magnates: vt ca. Eſa. 2. Dies Domi Eſa. 2.
ni ſuper oēs mōtes excelſos, & omnes colles ele- Hab. 3.
uatos. Et Hab. 3. Aſpexit, & diſſoluit gētes, & cōtriti ſunt mōtes ſeculi, incuruati ſunt colles mūdi

Hoe

Hoc eſt, vidit Deus gentes terrã promiſſam occu
pantes, quas ſolo aſpectu eiecit. Ac diſſipati ſunt
reges illi idolorum cultores, & abiecti ſunt ma-
gnates, & omnes qui dignitate, generiſque clari-
Pſal. 104. rate alios anteibant. Et pſal. 104. Tange mõtes,
& fumigabũt. Hoc eſt, afflige domine principes,
& fumum ſe eſſe cognoſcent. Vel vt fulmine per
cuſſi abeant in fumum, & pereant. Nam Deus ita
ſua nomine vultus ſignificata perdere eos ſolet,
Pſal. 33. qui ſuperbia inflantur. Ita Dauidis illud intelligi
tur pſal. 33. Vultus Domini ſuper facientes mala,
vt perdat de terra memoriam eorum. Si verò ma
neat impiorũ memoria, vana quidem eſt, & ina-
Exod. 14. nis. Regnum Babylonicum mons fuit excelſus:
at quid de illo ſupereſt niſi nomen inane? Pha-
rao mons magnus erat, ſed puncto temporis fuit
cum exercitu ſuo aquis maris obrutus, cùm nihil
tale cogitaret. Multi alij principes fuerunt ex il-
luſtris gloriæ altiſſimo gradu ad perpetuam igno
miniá repentè præcipitati. Montes ſicut cera, in
Pſal. 96. quit Dauid pſal. 96. fluxerunt à facie Domini, à
facie domini omnis terra. Cũ Deus vult, corruũt
principes, magni exercitus ſubitò diſſipantur, &
viri fortiſſimi ſtatim diſſoluuntur. Adeò infrin-
Pſal. 75. git vires hominum, vt non poſſint extollere ma-
nus ſuas. Id quod nos habemus pſal. 75. Nihil in
uenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis: vertit
Hieronymus: Non inuenerunt omnes viri exer-
citus manus ſuas. Hoc eſt, nihil viribus ſuis pro-
fecerunt: imò nec manus ad aliquid faciendum
inuenerunt. Nomen chaiil, quod eſt in Hebræo,
diuitias ſignificat, & exercitum, & vires. Quidá
vertunt: Nõ inuenerunt viri ſtrenui manus ſuas.
Pagnin. Non inuenerunt viri fortes vires in ma-
nibus ſuis. Flaminius: Non inuenerũt omnes vi-
ri fortes manus ſuas. Deus enim qui vires homi-
nibus tribuit, eas aufert, cùm vult. Hunc eundẽ
ſenſum poteſt recipere litera editionis noſtræ vul
gatæ, tametſi communiter locus ille explanetur
de diuitibus, qui ibi appellantur viri diuitiarum,
quòd non ipſæ ſint eorum, ſed illi ipſarum ob a-
uaritiam & cupiditatem: qui exiſtimantes eſſe
perpetuò poſſeſſuros diuitias ſuas, nihil earum in
ueniunt in poteſtate ſua, cùm è vita excedere co-
guntur.

Contremuit terra à facie eius. Hoc eſt, concuſſa
eſt terra à conſpectu Dei. Deus eſt, qui totũ glo-
bum terræ poteſt ſolo conſpectu ſuo exagitare.
Vel ſumitur terra pro eius habitatoribus, vt ſit
metonymia, cùm continens pro eo quod conti-
Pſal 75. netur, vſurpatur. Ita pſal. 75. Terra tremuit, &
quieuit, dũ exurgeret in iudicio Deus, vt ſaluos
faceret omnes máſuetos terræ. Ac ſi dicat: Ter-
ræ habitatores qui nobis minis & immani feroci
tate terrorem afferebant, ipſi territi ſunt, tantóq;
que metu perculſi, vt nec os aperirent, ne hiſcere
quidem auderent, cùm Deus ærumnas noſtras
miſeratus pœnas illis iuſtas conſtituit, nóſq; de
Pſal. 103. illis glorioſè triumphauimus. Et pſal. 103. Qui
Ier. 10. reſpicit terram, & facit eam tremere. Et cap. 10.
Ierem. Ab indignatione eius commouebitur
terra, & non ſuſtinebunt gentes comminationẽ
eius. Cæterùm hæc verba Nahum poſſunt verti
ex Hebræo: Contremuit terra ob iram Dei, ſumi
tur enim ſæpe facies pro ira. Deus eſt, qui poteſt
totum orbem terrarum cum habitatoribus ſuis
concutere & perdere. Ideò addit: Et orbis, &
omnes habitantes in eo. Hoc adiecit, vt hîc an-
notauit Theod. ne putaret aliquis Deum eſſe tan
tùm Hebræorum Dominum, non autem natio-
num aliarum. De illo canit Dauid pſal. 22. Domi Pſal. 22.
ni eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, &
vniuerſi, qui habitant in eo.

Ante faciẽ indignationis eius quis ſta-
bit? & quis reſiſtet in ira furoris eius? In-
dignatio eius effuſa eſt vt ignis, & petræ
diſſolutæ ſunt ab eo. Bonus Dominus &
confortans in die tribulationis: & ſciens
ſperantes in ſe. Et in diluuio prætereun-
te conſummationem faciet loci eius: &
inimicos eius perſequẽtur tenebræ. Quid
cogitatis contra Dominum? Conſumma C
tionem ipſe faciet: non conſurget duplex
tribulatio. Quia ſicut ſpinæ ſe inuicem
complectuntur: ſic conuiuium eorum pa
riter potantium: Conſumentur quaſi ſti-
pula ariditate plena. Ex te enim exibit co
gitans contra dominum malitiam, mẽte
pertractans præuaricationem.

Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? Senſus
eſt: Cùm ita ſe res habeat, quis ſtare poterit corã
Deo irato? Eodem modo Malach. 3. Quis pote- Malac. 3.
rit cogitare diem aduentus eius, & quis ſtabit ad
videndum eum? Et Iob 9. Deus cuius iræ reſi- Iob 9.
ſtere nemo poteſt. Et pſal. 75. Tu terribilis es, & Pſal. 75.
quis reſiſtet tibi? Monemur hoc loco diuinæ iu-
ſtitiæ ſeueritatem timere, & flagitia omnia euita-
re, quæ Deus non eſt impunita relicturus. Tu au-
tem perpẽde. Si Deus ſcyniphibus munitiſſimis
beſtiolis, ſed moleſtis afflixit ac perturbauit Ae-
gyptum, ita vt nec rex, nec populus poſſet illis re
ſiſtere, quid fiet in fine mundi, quãdo omnes crea
turæ in nos irruerint & impetum fecerint? quan
dò ipſe Deus ſteterit aduerſus nos? De illo ſcri-
ptum eſt Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionẽ Sap. 5.
inimicorum. Et paulò pòſt: Pugnabit cum illo
orbis terrarum contra inſenſatos. Hoc eſt, mun-
dus ex parte Dei impios debellauit.

Et quis reſiſtet in ira furoris eius? Repetitio eſt ſen
tentiæ ſuperioris, ſed verbis aliis.

Indignatio eius effuſa eſt, vt ignis. Id eſt, indigna-
tio eius quæ eſt vt ignis, effuſa eſt. Cõparat Dei
iram cum igne, quo ſcilicet inimicos ſuos combu
rit, & perdit. Oſtendit magnam Dei potentiam,
eiúſque iuſtitiæ ſeueritatem. Ita Threnor. 2. Effu
dit quaſi ignem indignationem ſuam.

Petræ diſſolutæ ſunt ab eo. Lapides ac rupes ab
ipſo Deo ſolo verbo franguntur. Perpende quot
modis diuinus noſter vates homines terreat Deũ
offendentes, vt veram pœnitentiam agant: ne ab
ipſo qui potentiſſimus eſt, & iuſtiſſimus, grauiſ-
ſimè puniantur. De ipſo Deo ſcriptum eſt ca. 19. 3. Re. 19.
lib. 3. Reg. Ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grã
dis & fortis ſubuertens montes, & conterens pe
tras ante Dominum. Poteris per petras intellige

re dura improborum hominum corda. Ait enim
Matth. 13. Dominus Ieſus in euangelio de doctrina ſua lo-
quens nomine ſeminis ſignificata: Aliud cecidit
Mar 4. ſupra petrã,& natũ aruit,quia non habebat humo
Luc. 8. rem. Petra eſt dura,frigida,impenetrabilis, inflexi
bilis, & deorſum propenſa: quæ omnia cordi ob-
ſtinato conueniunt. Indurauerunt cor ſuum ſuper
Iere. 5. petrã,ait Ieremias 5. Et Dauid pſalmo 94. Nolite
Pſal 94 obdurare corda veſtra. Et Iob 4. Cor eius indura-
Iob 4. bitur quaſi lapis. Sed multi ſunt ipſis lapidibus
imò adamantibus indomitis duriores: nam adamas
mollitur & lenitur ſanguine hirci, cor autem im-
pij obſtinati nec ſanguine agni cœleſtis mitigatur.
Hæc omnia dirigit Nahum ad omnes mortales,
præſertim ad Aſſyrios homines effrenatos, ſibi-
que præſidentes tetriſque contaminatos flagi-
tijs, de quorum pernicie vaticinatur. Et quam-
nis hæc dicantur generaliter, fortaſſe tamen om-
nia in Ninæ euerſione acciderunt. De illius va-
Iuſtinus ſtitate & exitio poteris videre Iuſtinum libro pri-
Diodo. mo. Diodorum Siculum libro 3. Oroſium, libr. 1.
Oroſius & 2. Herodotum libr. 1. Euſebium Cæſarienſem
Herod. in annalibus, vbi ait ciuitatem Ninum fuiſſe ca-
Euſeb. ptam regnante in Iudæa Ioſia,& euerſam regnante
filio eius Ioacimo.

Bonus Dominus & confortans. Senſus eſt: etſi
Deus iram ſuam in homines impios exercet, ta-
men pios conſolatione permulcet. Clemens eſt
& mitis, dolorem ac luctum abſtergens, qui ſuos
ad ſeipſum in calamitatibus confugientes mira-
biliter conſolatur. Hoc videtur dictum eſſe præ-
cipuè propter Ezechiam, qui timens Aſſyriorum
exercitum cinctus periculis diuinam implorauit
miſericordiam: & fuit conſolatione affectus, ac di-
4. Reg. 18. uinitus liberatus. Vide cap. 18. & 19. lib. 4. Regum,
& 37. Eſaiæ, & primi Machab. 7. Bonus hoc loco
4. Reg. 19. idem eſt quod benignus. Id quod oſtendunt ſe-
ptuaginta interpretes, qui habent: Suauis Domi-
Eſai. 37 nus. In hanc ſumitur ſignificationem Pſalmo 72.
1. Mac. 7. Quam bonus Deus Iſrael ijs, qui recto ſunt corde.
Et 117. Confitemini Domino, quoniam bonus:
Pſal. 72. quoniam in ſeculum miſericordia eius. Tu inte-
Pſal. 117 rim alta mente conſidera, quemadmodum Deus
coniungat cum iuſtitia miſericordiam, quod v-
tramque mirabiliter diligat. Id animo percipiens
Pſal 83. Dauid: Quoniam, inquit Pſal. 83. Miſericordiam &
veritatem diligit Dominus Deus. Vbi nomine
veritatis iuſtitia ſignificatur. Poteris per vtramque
Hiero. intelligere clementiam: nam D. Hieronymus ver-
Pagnin. tit locum illum ex Hebræo: Quia ſol & ſcutum
Flami. Dominus Deus. Similiter Pagninus, Flaminius, &
alij. Eſt enim Deus ſol ſempiternus, mentes pio-
rum ſuo iucundo & ſalutari ſplendore exhilarans
& nutriens, errorumque tenebras expellens. Eſt-
que firmiſſimus clypeus, quo, virorum virtute
præſtantium vita protecta nec violentis rerum
aduerſarum ictibus à ſtatu dignitatis deijcitur, nec
vllis peſtilentibus oppugnationibus infringitur
& labefactatur. Itaque Deus eſt ſuorum illumina-
tor & protector. Sed rectè verterunt ſeptuaginta
interpretes, per ſolem nobis miſericordiam de-
ſignantes, iuxta illud ſeruatoris noſtri in euange-
Luc. 16. lio authore Luca capite ſexto: Eſtote miſericor-
des, ſicut pater veſter miſericors eſt, qui ſolem
Pſal 90. ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Scuto au-
tem quid aptius ſignificatur, quàm veritas Dei in-
uicta, de qua diuinus ac regius vates Pſalmo no-
nageſimo: Scuto, inquit, circundabit te veritas
eius. Sumi autem veritatem Dei pro iuſtitia indi- Rom. 1.
cat Apoſt. capit. 1. epiſt. ad Romanos, vbi verita- Pſal. 24
tem opponit iniuſtitiæ, cùm ait: Qui veritatem Prou. 20
Dei iniuſtitia detinent. Et Dauid Pſalmo vigeſi-
moquarto: Vniuerſæ viæ domini Miſericordia
& veritas. Et Salomon Prouerbiorum 20. Mi-
ſericordia & veritas cuſtodiunt regem. Imò om-
nis iudex debet miſericordiam cum iuſtitia co-
pulare.

Et confortans in die tribulationis. Permittit Deus Simili-
electos ſuos angi calamitate: ſed non eos omni- tudo.
no derelinquit: quin potius eis dolorem leuat, &
conſolationem adhibet. Vt linum euellitur ex ter-
ra, & in aquam immittitur, & poſtea concutitur,
multaque perfert tormenta, quouſque ex illo ex-
cellens veſtis conficiatur: ſic verus Chriſtianus ex-
trahendus eſt à terra, ab amore rerum humana-
rum ſeparandus, & in pias lachrymarum aquas im-
mittendus, donec per multas calamitatum angu-
ſtias æquo animo toleratas efficiatur eximia quæ-
dam ac pura veſtis, cuius exemplo alij induantur.
Cæterùm pro confortatus in die tribulationis,
poteris vertere: Fortitudo ſuis in tempore cala-
mitatis. Illis enim ſolet fortiter opem ferre, qui
in acerbis ærumnis verſati cœlum ſuſpiciunt ad
diuinum numen pias lachrimas ardenteſque pre-
ces profundentes, eiuſque miſericordiam toto a-
nimo implorantes.

Sciens ſperantes in ſe. Hoc eſt, approbans, & ſcien
tia approbationis & beneuolentiæ eos cogno-
ſcens, qui in ipſo ſpem ſuam figunt, ac locant. Eo-
dem modo ſumitur cap. Exod. 33. Inueniſti gra- Exo. 33.
tiam coram me: & teipſum noui ex nomine. Et Pſal. 1.
Pſal. 1. Nouit dominus viam iuſtorum. Et ſecundo 2. Ti 2.
capite poſterioris ad Timotheum: Nouit domi- Ioan. 10.
nus, qui ſunt eius. Et Ioannes 10. Cognoſco meas, Pſal. 39
& cognoſcunt me meæ. Huiuſmodi ſcientia nouit
Deus expectantes ipſum: quorum quidam dicebat:
Expectans expectaui dominum, & intendit mihi:
& exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu mi-
ſeriæ, & de luto fecis. Quibus verbis ſignificat æ-
quo animo tuliſſe dilationem præſidij, quod ma-
gno deſiderio præſtolabatur: & eleganter deſcri-
bit vim ac multitudinem calamitatum, in quibus
verſatus fuerat.

*In diluuio prætereunte conſummationem faciet loci
eius.* Id eſt, adueniente exercitu Babylonico con-
ſumet Deus, & deſtruet locum ipſius ciuitatis Ni-
niuiticæ. Comparat magnum Babyloniorum exer
citum eluuioni prætereunti, omnia exturbanti.
Ac ſi dicat: Impetu illius exercitus perdet Deus
Niniuem, eamque cum habitatoribus ſuis peni-
tus delebit. Eodem modo de exercitu Sennache-
ribi ait Eſaias capite 8. Adducet dominus ſuper Eſai. 8.
eos aquas fluminis fortes & multas. Poteris per
diluuium acerbam illam vehementemque calami-
tatem intelligere: vt ſit ſenſus: In magna illa &
generali afflictione quam rex Aſſirius illaturus eſt
aliis ita eum Deus euertet & conſumet, vt locus
eius poſtea non inueniatur. Eam ob cauſam vocat
illam diluuium prætériens, non permanens, quin
etiamſi viros iuſtos attingat, eos tamen nõ omni-
no perdit. Id intelligens Dauid: Veruntamen, in- Pſal. 31.
quit Pſalm. 31. in diluuio aquarum multarum ad

cum

eum non approximabunt. Acſi dicat: Aquæ ærumnarum in earum eluuione non ita appropinquabunt ad virum iuſtum, vt eum lædant: incolumis enim euadet, cùm magna aliqua procella, & moleſtiarum eluuio extiterit. Videtur diuinus vates alludere ad eluuionem tempore Noe, qua impij fuerunt obruti, iuſti autem ſeruati. Eodem modo Eſaias vigeſimooctauo: Flagellum inundans cùm tranſierit, non veniet ſuper nos. Fortaſſe hoc ait Nahum, quia in euerſione vrbis Niniuiticæ fluuius Euphrates creuit, eamque obruit ex quadam parte, vt Diodorus Siculus teſtatur. Viſa autem illa inundatione rex Aſſyrius mãdauit ſe fugæ, quoniam habebat oraculum, tunc eſſe vrbem illã euertendam, cùm fluminis impetus eam ex parte aliqua dèleret. Oraculum autẽ erat fortaſſe hæc Nahum vaticinatio. Tunc hoſtes irruerunt in Niniuitas, totamque vrbem ſpoliauerunt & vaſtauerunt. Diluuium in diuinis literis ſignificat calamitatem, corruptionem vitiorum, & baptiſmum. Qua de re vide Gregorium duodecimo moraliũ capite duodecimo: Baſilium in Pſalmum vigeſimũoctauum: Arnobium in Pſal. 31. Tertullianum de baptiſmo, Philonem de profugis.

Eſa 28 · *Diodo.* · *Grego.* · *Baſili.* · *Arnob.* · *Tertul.* · *Philon.*

Inimicos eius perſequentur tenebræ. Hoſtes Dei erunt cæca caligine cooperti. Efficiet Deus, vt tenebræ inimicos ſuos inſequantur. Acſi dicat: Acerbis detrimentis & calamitatibus afficiet Deus hoſtes ſuos. Perdet & deſtruet Ninam cum ciuibus ſuis, quos ad exitium & vaſtitatem vocabit. Tenebris omnia aduerſa & infelicia ſignificantur. Capite Iob 17. Rurſum poſt tenebras ſpero lucẽ. Quinto Eſaiæ: Aſpiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis. Hoc eſt, quæremus auxilium & leuamen, ſed nihil præter moleſtias & mœrores aſpiciemus. Et Threnorum 3. Adduxit in tenebras, & non in lucem. Poteris per tenebras flagitia intelligere, quæ impium hominem adeò perturbant, vt ſeipſum non cognoſcat. Nec ſe poterit perfectẽ videre, niſi vitia reliquerit, labeſque animi per pœnitentiã expiauerit. Vt qui ſe vult in ſpeculo contaminato perſpicere, oportet ſpeculum ipſum tergere: ſic qui ſe vult agnoſcere, oportet cor ſuum perpurgare. Ac ita ſe: imò Deum poterit videre. Nam vt Chriſtus Deus noſter ait apud Matth. quinto: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Non autem puri ſunt corde, quamdiu illud tenebris habent coopertum. Sumi autem tenebras pro flagitiis, indicat locus ille Pſalm. 106. Sedentes in tenebris, & in vmbra mortis. Et Ioannes tertio: Dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Et quoniam impij tenebras eligunt, tenebræ eos perſequuntur: & in tenebras exteriores, hoc eſt in æternam inferorum caliginem mittentur, vbi erit fletus, & ſtridor dentium, vt in Euangelio Chriſtus dominus teſtatur.

Iob. 17. · *Eſa. 5.* · *Thre. 3.* · *Similitudo.* · *Mat. 5.* · *Pſ 106.* · *Ioan. 3.* · *Mat. 8 & 22.*

Quid cogitatis contra dominum? Alloquitur Niniuitas, quos ſuperiore verſu inimicos Dei vocauerat. Sẽſus eſt: Quid machinamini aduerſus Deũ? Quid excogitatis, vt poſſitis ab eius euadere vltione, cui nemo poteſt reſiſtere? Nihil vobis proderit tale conſilium. Ita Eſaias 8. Inite conſilium, & diſſipabitur: loquimini verbum & non fiet.

Eſai 8.

Conſummationem ipſe faciet & non conſurget duplex tribulatio. Id eſt, vos conſumet & perdet ſtatim. Deus illaturus eſt vobis confeſtim extrema ſupplicia: prima oppugnatio vos ita euertet, vt altera non ſit opus. vna afflictione conſumet vos omnino. Hoc ita euenit: nam Niniuitæ facilè fuerunt à Babylonis expugnati & interfecti. Exiſtimant nonnulli, vt Hieronymus & Remigius referunt, vaticinatum fuiſſe hoc loco Nahum de inexpectata ſtrage & repentina pernicie exercitus Aſſyriorum, quando nocte vna Dei angelus ex illis interfecit cẽtumoctoginta quinque millia, vt cap. 19. lib. 4. Reg. & 37. Eſaiæ literæ diuinæ teſtantur. Hæc verba: Non conſurget duplex tribulatio: poſſunt referri ad Hebræos iuxta Theophilacti ſententiam: vt ſit ſenſus: Vnum exitium nimirum decem tribuum permiſit Deus, cùm fuerunt per regem Aſſyriorum Salmanaſarum in eorum ſeruitutem coniectæ: ſed alterum non permittet, nẽpe vt duæ reliquæ tribus in eorum ditionem per regẽ Sennacheribum redigantur: nam eius exercitus vna nocte conſumetur. Itaque faciet Deus conſummationem, hoc eſt conſumet exercitum Aſſyriorum, vt non conſurgat Hebræorum populo altera calamitas. Septuaginta habent: Non vindicabit bis in id ipſum in tribulatione. Quod eandem habere poteſt intelligentiam. Vel ſenſus eſt: Pro vno eodemque crimine ſatis punito, & iuſtè atque æquè mulctato non infligitur à Deo altera pœna. Qui veram agit & perfectam pœnitentiam, à Deo non punitur. Vnde Gregorius Emiſſenus in homilia de pœnitentia Niniuitarum ait: Ipſe dominus loquitur: Non iudicabo bis id ipſum. Id eſt, quod tu in te ſeuerus agnoſcis, ergo propitius ignoſcam. Quod tu triſtis accuſas, ego lætus abſoluam: quod tu recordaris in publicum, ego obliuiſcar in æternum. Et quia per pœnitentiam tuam præueniſti ſententiam meam, recondam gladium meum, ac me tibi ad remunerationum tẽpora reſeruabo. Id verò quod ait hoc loco Hieronymus fuiſſe multos temporaliter à Deo punitos ne punirentur in æternũ, de illis tantùm intelligitur, qui inter ipſa flagella pœnitentiam egerunt: vt ait Gratianus de pœnitentia diſtinctione tertia, cap. Sunt plures. Hæc ſeptuaginta interpretum verba citantur in canonibus apoſtolorum cap. 25. ſuntq; in ſacros canones relata diſtinctione octogeſima prima, cap. Presbyter.

Hiero. · *Remig.* · *4. Reg. 19.* · *Eſa. 37.* · *Theop.* · *Emiſſe.* · *Hiero.* · *Gratia.*

Sicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur: ſic conuiuium eorum. Senſus eſt: Sicut ſpinæ ſimul colligatæ in ignem proiectæ ſtatim comburũtur: ſic Aſſyrij pariter conuiuæ nihil de pernicie ſua cogitãtes, poſt comparationem à Babyloniis obſeſſi in vrbe Nina expugnabuntur: & in ignem calamitatem miſſi inſtar ſtipulæ aridæ conſumentur. Erunt Niniuitæ ſimiles ſpinis colligatis in faſciculo in ignem coniecto. Quemadmodum ſpinæ ſolent pungere: ſic Aſſyrij affligebant Iudæos: ſed vt ipſæ conſtrictæ veluti ſicca palea ſimul incendio abſumuntur: ſic ferè omnes illi in vrbe concluſi ſimul facilè interficientur, penituſque diſſipabuntur.

Vide quàm citò impiorum potentia fuerit conſumpta. & ſtipulæ aridæ incenſæ comparata. Eodem modo Eſaias capite primo: Erit, inquit, fortitudo veſtra vt fauilla ſtupæ, & opus veſtrum, quaſi ſcintilla: & ſuccendetur vtrunque & non erit qui extinguat.

Eſai. 1.

Ex te enim exibit cogitans contra dominum malitiam.

litiam. Alloquitur ciuitatem Ninam. Senſus eſt:
Eam ob cauſam ô Nina euerteris, quia ex te exi-
bit Sennacheribus eum exercito magno & cru-
deli ad delendam Hieroſolymam, ſtruens machi-
nas, & conſilia iniens aduerſus Deum, cogitans
de eius ſanctæ ciuitatis exitio. At Hieroſolyma
manſit incolumis, ipſe autem per ſummá igno-
miniá ex illuſtris gloriæ excelſo gradu fuit præ-
4. Reg. 18. cipitatus. Nam ipſe Sennacheribus fidebat armis
corporeis, ſed pius Ezechias Hieroſolymæ rex
ad ſpiritualia arma confugit: hoc eſt ad preces ad
Deum fuodendas, quibus impium Sennacheri-
bum repulit ab obſidione, & Aſſyrios percuſſit.
Hęc ſunt arma, quibus viri pij & iuſti omnia ma-
la propellunt. Id quod cap. quadrageſimo octauo
Geneſ. 48. Geneſis dixit Iacobus filio ſuo Ioſepho: Do tibi
partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de
manu Amorthæi & gladio & arcu meo: vertit
Onchel. Onchelus Chaldæus: Quam tuli de manu A-
morthæi oratione mea & deprecatione mea. Nó
enim legitur aliquando Iacob gladio, & arcu in
prælijs vſum fuiſſe: ſed forſitan arma eius fortia
contra omnia aduerſa piæ ardentéſque precatio-
Cypria. nes extiterunt. Cyprianus in epiſtola prima ad
Cornelium: Incumbamus, inquit, gemitibus aſ-
ſiduis, & deprecationibus crebris: hæc enim ſunt
nobis arma cœleſtia, quæ ſtare & perſeuerare fir-
miter faciunt: hæc ſunt tela diuina, quæ prote-
gunt. Hactenus ille. Ad hæc arma confugit rex
Ezechias, quæ Sennacheribus neglexerat. Lege
4. Reg. 18. & 19. cap. 18. & 19. lib. 4. Reg. vbi videbis pias preces
Ezechiæ, & impias execrationes Sennacheribi,
quas ipſe per Rabſacem ducem ſuum in Deum
proferebat, cùm Hieroſolymam oppugnabat.
Volebat ciuitatem euertere, & populum à lege
veri Dei ſeparare. Ideo ſequitur: Mente pertra-
ctans præuaricationem. Quare meritò fuit ſubi-
tò euerſus, eiúſque exercitus occiſus. Hanc re-
pentinam perniciem impiorum explicant non-
nulli de tempore vltimo: de quo ait apoſtolus ca-
1. Theſ. 5. pite quinto prioris ad Theſſalonicenſes: Dies do-
mini ſicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim di-
xerint: pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſu-
Matth. 25. perueniet interitus. Et ſaluator noſter apud Mat-
thæum vigeſimoquinto: Sicut in diebus Noe an-
tè diluuium erant comedentes & bibentes: nu-
bentes, & nuptui tradentes: & nó cognouerunt,
donec venit diluuium, & tulit omnes: ſic erit ad-
uentus filij hominis. Sed meo quidem iudicio in
ſenſu literali hoc intelligitur de ſubita Aſſyrio-
rum ſtrage in vrbe Niniue ſeu Nina: vtroq; enim
nomine, vt diximus, vocatur. Aiunt Nabucho-
donoſorem ciuitatem illam expugnaſſe, & in
prelio illo infinitam Niniuitarum multitudinem
occidiſſe. Poteſt etiam intelligi de horribili clade
exercitus Aſſyriorum in caſtris. Nam vbi Senna-
cheribus ſplendidum conuiuium ſuis parauit,
cubitúmque diſceſſit, nocte illa venit angelus
domini, & percuſſit in caſtris eius centum octo-
ginta quinque milia hominum, vt proditum eſt
4. Reg. 19. memoriæ libro quarto Regum. Videns autem
hoc Sennacheribus contulit ſe in fugam, & cum
in patria ſua coleret vanum commentitiúmque
Deum ſuum, fuit à filijs ſuis crudeliter interfe-
Similitudo. ctus. Ditiſſimus rex erat: ſed cupiditate incenſus.
quantò maiorib. opibus circunfluebat, tantò eas
ardentius deſiderabat, vt ignis quantò plura li-
gna recipit, tantò maiores flámas emittit: ſic di-
ues auarus & tenax quantò amplioribus diuitiis
abundat, tantò ardentiore deſiderio illarum in-
flammatur. Ac vt Iuuenalis ait: Creſcit amor nu- *Iuuenal.*
mi, quantum ipſa pecunia creſcit. Nunquá ſatia-
tur cupiditatis ſitis. Id voluerunt poetæ ſignifica-
re, cùm fictis fabulis memoriæ prodiderút, Tan-
talum mento ſummam aquam attingentem eam
maximè cupere, & in medio aquarum ſiti labo-
rare. Imò ſolent aliquando ditiores egere & eſu-
rire: iuxta illud pſalmi trigeſimi tertij: Diuites *Pſal. 33.*
eguerunt, & eſurierunt: inquirentes autem do-
minum non minuentur omni bono. Quare per-
ſpicuum eſt diuitiarum affluentiam non eſſe in
bonis numerádam: præſertim cùm ſciamus Sen-
nacheribum ditiſſimum principem cum multis
aliis ei ſimilibus tam infelici fine vitam termi-
naſſe. Quod illis non eueniret, ſi fuiſſent ſapien- *Similia.*
tia prædıti: princeps enim ſine ſapientia eſt ocu-
lus ſine aſpectu, ſol ſine lumine, nauis ſine gu-
bernaculo, præco ſine voce, auis ſine pluma, pa-
ſtor ſine pera, caput ſine oculis, cœlum ſine ſy-
deribus omni lumine deſtitutum.

Hæc dicit dominus: Si perfecti fuerint,
& ita plures, ſic quoque attondentur: &
pertranſibit: afflixi te, & non affligam te
vltrà. Et nunc conteram virgam eius de
dorſo tuo: & vincula tua diſrumpam. Et
præcipiet ſuper te dominus. Non ſemi- D
nabitur ex nomine tuo ampliùs: de do-
mo Dei tui interficiam ſculptile & con-
flatile: ponam ſepulchrum tuum: quia
inhonoratus es. Ecce ſuper montes pedes
euangelizantis & annuntiantis pacem,
celebra Iudah feſtiuitates tuas, & redde
vota tua: quia non adiiciet vltrà, vt per-
tranſeat in te Belial, vniuerſus interiit.

Hæc dixit dominus. Phraſis eſt diuinorum va-
tum, quibus ſuarum vaticinationum firmitudi-
nem & authoritatem oſtendunt. Nam vt diuus
ait Petrus cap. 1. poſterioris epiſtolæ ſuæ: Non *2. Petr. 1.*
voluntate humana allata eſt aliquando prophe-
tia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti
Dei homines. Acſi dicat: non vaticinantur pro-
phetæ ex proprio arbitrio & ſenſu, ſed ſpiritu di-
uino permoti, rapti, incitati, illuminati, & impul-
ſi. Vnde colliges eos in errorem incidere, qui
aiunt veros diuinos vates inſtar fiſtularum ſo-
num reddentium quem non intelligunt, vatici-
nationes ſuas protuliſſe. Eſt enim prophetia à
ſpiritu ſancto intelligentiæ diuinorum vatum
communicata: quamobrem videntes appellan-
tur. Vt autem teſtificentur certiſſima eſſe, quæ
prædicunt, aiunt ea dicere dominum, qui verax
eſt: nam cap. Num. 23. ſcriptum legimus: Non eſt *Num. 23.*
Deus vt homo, vt mentiatur.

Si perfecti fuerint, & ita plures, ſic quoque attondentur. Hoc eſt, etſi Aſſyrij hoſtes tui ô Hieroſo-
lyma, perfecti ſint robore, fortitudine, & arte mi-
litari: atque optimè instructi, & quàm plurimi
numero, tamen non te expugnabunt: nam nocte

HH vna

vna ab angelo attondentur, & trucidabuntur. Quantò plures fuerint, tantò plures peribunt. Vocauit Nahum eorum cædem & ſtragem at- *Eſai. 7.* tonſionem. Eſaiam imitatus, qui dicerat capite ſeptimo: In die illa radet dominus nouacula conducta in rege Aſſyriorum caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam. Vbi per nouaculam conductam, hoc eſt optimam, intelligitur diuina potentia, quæ ex Aſſyriis occidit caput, hoc eſt regem in ciuitate, & pilos barbæ in caſtris, hoc eſt magnates & nobiles, & pilos pedum, hoc eſt obſcuro loco natos.

Et pertranſibit. Subauditur Sennacheribus, Videns enim exercitum trucidatum reuerſus eſt in patriam ſuam, vbi fuit à propriis filiis, à viſceribus ſuis interfectus. Vel ſic: Et pertranſibit, hoc eſt peribit potentia eius.

Afflixi te, & non affligam te vltrà. Alloquitur Deus Ezechiam Hieroſolymæ regem ab Aſſyriorum rege vexatum. Vel populum Iudaicum Hieroſolymæ concluſum: qui non fuit poſteà ab Aſſyriis afflictus, licet fuerit à Babyloniis op- *4. Reg. vlt.* preſſus: vt cap. vlt. lib. 4. Reg. & Ierem. 39. & 52. & *Ierem. 39. & 52.* aliis locis literæ diuinæ memoriæ prodiderunt.

Et nunc. Id eſt, quia citò. Accipitur & pro quia, *Eſai. 64.* vt cap. 64. Eſaiæ: Tu iratus es, & nos peccaui- *Luc. 2.* mus. Et Lucæ ſecundo: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus.

Conteram virgam eius de dorſo tuo. Id eſt, infringam poteſtatem flagellúmque regis Aſſyriorum, quo te percutere conabatur. Sumi virgam pro *Iob 9.* flagello indicat Iob capite nono, cùm ait: Aufe- *Pſal. 88.* rat à me virgam ſuam. Et Dauid pſalmo 88. Viſi- *Pſal. 124.* tabo in virga iniquitates eorum. Et 124. Non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum. Ita tuetur Deus viros iuſtos, vt non permittat eos tyrannide impiorum oppreſ- *Eſai. 14.* ſos longo tempore teneri. Et Eſai. 14. Contriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem populos. Sumitur virga pro poteſtate, quam Deus tribuit regibus & principibus qua illi ipſum Deum ſæpenumero offendũt. *Similitudo.* Vt milites accipiebant à Chriſto arundinem, qua eum percutiebant: ſic nonnulli principes & pontifices poteſtate, quam accipiunt à Deo, eius gloriam percutiunt. Cæterùm hoc Nahum loco per virgam intelligunt nonnulli iugum: & per vincula intelligunt colligationes, quibus iugum colligatur. Permiſerat Deus, vt pius rex Ezechias ab Aſſyriis affligeretur, ſed illum mirabiliter li- *Exod. 15.* berauit. Eodem modo populus Iſraeliticus à ſolitudine vbi penuria aquæ laborabat, venit Helim, vbi aquarum copiam, & dulces palmarum fructus inuenit. Deus qui nos affligit, ipſe ſi ad illum confugimus, nos conſolatur. Id intelligens *Deut. 32.* Moſes eum capite trigeſimo ſecundo Deut. inducit ita loquentem: Videte, quòd ego ſim ſolus: & non ſit alius Deus præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, ego ſanabo. Et *1. Reg. 2.* in cantico Annæ capite ſecundo libri primi Regum ſcriptum legimus: Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. Et capite *Tob. 3.* tertio Tobiæ: Poſt tempeſtatem tranquillum fa- *Tob. 5.* cis, & poſt lachrymationem & fletum exultatio- *Tob. 5.* nem infundis. Ipſi Tobiæ cæco dixit angelus capite quinto: Forti animo eſto, in proximo eſt, vt à Deo cureris. Tobias autem cæcitate liberatus *Tob. 13* has voces emiſit cap. 13. Magnus es domine in æternum, & in omnia ſecula regnum tuum, quoniam tu flagellas & ſaluas, deducis ad inferos, & reducis. Et ſapiens libri Sapientiæ capite *Sap. 16.* ſextodecimo: Tu es domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem: & deducis ad portas mortis, & reducis. Vnde Dauid pſalmo vigeſimoſexto: *Pſal. 26.* Expecta, inquit, dominum, & viriliter age: con- *Habac. 2.* fortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Et Habacuc ſecundo: Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Iob patienter expectans Deum duplicia bona recepit, vt *Iob 42.* capite eius quadrageſimo ſecundo proditum eſt memoriæ. Et Dauid pſalm. 39. Expectans, inquit, *Pſal. 39.* expectaui dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. Quibus verbis ſignificat ſe magna animi æquitate toleraſſe calamitates, quibus penè obrutus fuerat, fuiſſéque tandem à Deo erectum, & in ſingulari tranquillitate & amplitudine conſtitutum. Id quod etiam pio regi Ezechiæ contigiſſe libro 4. Reg. diuina narrat hiſtoria, & *4. Reg. 19.* hoc loco Nahum vaticinatur.

Et præcipiet ſuper te dominus. Poſt promiſſionem liberationis populi Iſraelitici conuertit ſe diuinus vates ad Sennacheribum Aſſyriorum regem, minans ei debitum ſupplicium. Senſus eſt: Præcipiet Deus angelo ſuo, vt exercitum tuum in caſtris occidat, téque affligat, & perdat. Ne exiſtimes non eſſe diuinum numen: hoc vnum ſic habeto Deum eſſe & verum, & iuſtum, quo præcipiẽte euerteris. Ex rebus illis quibus Deus ſuum numen oſtendit, vna eſt inſignis vltio hominis impietatibus, cæteriſque flagitiis famoſis. Quemadmodum qui non poteſt aciem oculo- *Similitudo.* rum dirigere in ſplendidum ſolem, videt illum in pelago: ſic cùm Deum non videamus in eius eſſentia, poſſumus illum intueri in admirabili ſupplicio tyrannorum. Ea ratione ductus aiebat pſalm. 7. Dauid: Exurge domine in ira tua, & *Pſal. 7.* exaltare in finibus inimicorum meorum: Exurge domine Deus meus in præcepto, quod mandaſti, & ſynagoga populorum circundabit te. Acſi diceret: Vtere domine iuſtitia & potentia tua, declara vim ſeueritatis tuæ aduerſus inſignes tyrannos. Ac ſiquidem rectoribus ciuitatum præcepiſti, vt impios mulctarent, præſta, quod aliis faciendum præcepiſti. Nam ſi ſcelus & furorem impiorum hominum inſigni aliqua pœna coerceas, & illuſtria iuſtitiæ tuæ monimenta conſtituas, intelliget cœtus hominum te bonos tueri, nefarióſque punire: quamobrem ad colendum ſumma obſeruantia numen tuum excitabitur.

Non ſeminabitur ex nomine tuo amplius. Id eſt, non tibi filij vltrà naſcentur. Et ita euenit: nam fugiens è caſtris in patriam fuit à filiis ſuis crudeliter interemptus die quadrageſimo quinto à fuga ſua: vt ſacra ſcriptura in libro Tobiæ cap. 1. *Tob. 1.* teſtatur. Poteſt verti: Non remanebit ſemen nominis tui vltrà in Aſſyria: vt ſit ſenſus: peribis tu cum filiis tuis, ex quibus nullus tibi ſuccedet in regno: vel nullus vnquam rex Aſſyriæ nomen tuum ſortietur. Vide caput 19. lib. 4. Regum, & *4. Reg. 19.* trigeſimum ſecundum libri poſterioris Parali- *2. Par. 32.* pomenon, & 37. Eſaiæ. Ait tamen Metaſthenes *Eſai. 37.*

Perſa

Perſa quendam ex filiis Sennacheribi regnom eius occupaſſe, & quatuor annos poſt illom regnauiſſe. Quare nonnulli hoc referunt non ad Sennacheribum, ſed ad vltimum Aſſyriorum regem, quem multi ex hiſtoricis Sardanapalū vocant. Hic ſe in pyram deſperatione ductus coniecit, irruens in interitum voluntarium, vt Diodo- *Diodor.* rus Sicolus, Trogus Pompeius & Iuſtinus te- *Trogus.* ſtantur. *Iuſtinus.* Et quia fuit deliciis deditus, turpibúſque flagitiis contaminatus, ait Paulò pòſt Nahum: Quia iohonoratus es. *Hieron.* Nihilominus tamen Hieronymus, *Remigi.* Remigios, Albertus Magnus, Lyranus, *Albertus.* Anſelmus Laodunenſis, Franciſcos Vatablus *Lyran.* hoc de Sennacheribo interpretantur. Ego exiſti- *Anſelm.* mo diuinum noſtrum vatem præcipuè de Ninæ *Vatabl.* euerſione, eiúſque vltimi regis exitio vaticinatum fuiſſe: ſed hoc loco perniciem Sennacheribi, ob pij regis Ezechiæ, & cæterorum Hebræorum conſolationem inſeruiſſe. Nec omnino perſpicuum eſt, quiſnam fuerit vltimus Ninæ rex. *Euſebius.* Nam Euſebius Cæſarienſis in annalibus duplicem fuiſſe ait Ninæ euerſionem.

De domo Dei tui interficiam, ſculptile & conflatile ponam ſepulchrum tui. Verba ſunt Dei ad Sennacheribum relata, quorū hic eſt ſenſus: Ego te interficiam in æde Dei tui, & in loco ſculptilis & ſimulachri ſepelieris. Ac ita euenit: fuit enim occiſus in templo Dei ſui, vbi auxilium expectabat, & iuxta arā idoli ſepultus. Noluit com populus in regio ſepulchro condere, illuſtrique tumulo mandare, quòd ei eſſet moleſtus & odioſus: ſed eum abiectè ſepeliuit exequiarum ſupremíque diei celebritate deſtitutum. Tribuebant enim ei omnes crimini cladē exercitus Aſſyriorū: qoamobrem illum inglorium reputabant. Ideo ſequitur. Quia inhooorato es. Aequum eſt, vt qui Daum contemnit, ab ipſo Deo, hominibúſque cōtemnatur, ac perpetua ignominia ootetur. Poteſt tota hæc oratio ita punctis diſtingui: De domo Dei tui interficiam ſculptile, & cōflatile: ponam ſepulchrum toum, quia inhonoratos es. Ac tunc hic eſt ſenſus: De templo Dei tui ſuccidam idola, nam cùm illud profanatum fuerit, nulla deinceps in eo collocabuntur ſimulachra. Tu ibi ſepelieris, vbi Deo tuo poſteà nullus coltus adhibebitur. Noo honorabunt deos, vbi tu ſine honore humo contegeris, ex mundi gloria in dedecus æternum præcipitatus. Perpende mundi inconſtātiam, & caſus infelices: eos ignominioſiùs deiicit, qoos altiùs extollit: eos maximè fallit, quibus ſoauiſſimè blāditur. Id animo percipiens *Pſal. 36.* Dauid pſal. 36. Peccatores, inqoit, perihunt, inimici domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficiētes quemadmodum fumus deficient. Si piorum impiorúmque euētus voluerimus alta mente perpendere, aſpiciemus illos tandem proſperos exitus conſeqoi, hos verò ex illuſtri & florente rerum ſtatu in ſupremas miſerias æternóſque cruciatus præcipitari. Omni opinione citiùs pereunt & euaneſcunt. Ideo ait paulò pòſt: Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſuper cedros Libani: tranſiui, & ecce non erat: quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Pro tanſiui *Chimhi* transferunt nonnulli: tranſiuit: hoc eſt periit, & *Hieron.* euanuit. Ita habet paraphraſis Chaldaica, & Da- *Felix.* uid Chimhi: etiamſi Hieronymus & Felix Pratenſis in prima verterint perſona. Sed eadem manet ſententia explicans mundi vanitatem, fragilitatem, & inconſtantiam. Quare eum relinquamus, & ad Deum toto animo aſpiremus. Id voluit ipſe Deus ſignificare, cùm populum ſuom ab Aegypto ſeuocauit, dixitque velle, vt in ſolitudine, non in Aegypto immolaret. *Exod. 14.* Nemo enim poteſt, vt ipſe ait apud Matthæum ſexto, duobus *Matth. 6.* dominis ſeruire. Ad idem nos excitat diuos Ioannes capite ſecundo epiſtolæ ſuæ primæ, cùm ait: *1. Ioan. 2.* Nolite diligere mundom, nec ea, quæ in mundo ſunt. Et diuus Paulus duodecimo ad Romanos: *Rom. 12.* Nolite conformari huic ſeculo. Et ſeptimo prioris ad Corinthios: *1. Cor. 7.* Qui vtuntur hoc mondo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi. Vbi pro præterit eſt in Græco παράγει, quod etiam fallere ſignificat. Vt ſit ſenſus: Nolite proſequi amore muodum: nolite eo vt re ſolidà, firma, & ſtabili vti, quoniam fugax eſt, & fluxus: & licet figuram habeat boni, fallax tamen eſt: & *Similitudo.* ſuos omni fraude & perfidia decipit. Qui vult lapide fundæ aliquem percutere, & vincere, non accedit proximè ad illum: quin potius ab eo recedit: ſic qoi volunt mundum ferire & ſuperare, non illom ſunt amplexuri, ſed ab eo ſeparandi, ab eius dolis, negotiis, vanitatibus, deliciis abhorrentes, omnéſque illius impietates deteſtantes. Dauid vt impiom inſolentémque Goliam *1. Reg. 17.* cæderet, noluit illum amplecti, ſed conuenienti quodam interuallo ioteriecto in illum fundæ iaculum conücere. Solet Deus virum pietate præſtantem ab impiis & turbulentis mundi negotiis abducere: quod ipſe Dauid his verbis pſalmi *Pſal. 4.* quarti ſignificaoit: Quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuom. Pro quo vertere etiam poteris: Qnia ſegregauit Deus ſanctum ſuum: Eodem modo ſegregauit Abrahamum, cui dixit: Gene- *Geneſ. 12.* ſis doodecimo: Egredere de terra tua, & de cognatione tua. Quibus verbis vir ille, in quo diuinum quoddam fidei lumen priſcis illis temporibus mirabiliter eluxit, ſtatim obtemperauit. A ſuis enim, & à complexu patriæ, atque vt ita dicam, à ſeipſo auolſus, omne vitæ ſuæ gubernaculum tradidit Deo, cui ſoli ſalutem & dignitatem ſuam commiſit: animúmqoe à mundi rebus, omnique impuritatis contagione ſeparauit. Nam mundi hæc ſeparatio de qua loqoimur, de animi potius quàm corporis greſſibus intelligitur. Egrediamur com Abrahamo de terra noſtra, hoc eſt de carne noſtra: & inſtar Iacobi feriamus fœ- *Geneſ. 31.* dus cum Labano, hoc eſt cum mundo: vt nec ipſe ad nos, nec nos ad ipſum reuertamur, infelices eius exitus cogitantes, & calamitoſum interitum Sennacheribi, aliorúmque tyrannorum memoria repetentes.

Ecce ſuper montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem. Senſus eſt. Interempto tyrāno, eiúſqoe exercitu in caſtris, ſtatim ſoper mōtes Iudææ erunt ountij & curſores miſſi à iuſto rege Ezechia ad annunriādum gaudiū, & Dei præſidium ac miracolum, vt ſe omnes conferant Hieroſolymam Deo pro tā inſigni beneficio gratias acturi, diéſque feſtos celebraturi. Sed hoc de apoſtolorum prædicatione in altiore ſenſu intelligitur, vt *Theod.* ait Theodorētus, & Theophilactus hoc loco, & *Theop.* Auguſt. capite. 31. libri 18. de ciuitate Dei. Nam *Auguſt.*

quemadmodum liberato populo Iudaico ab im-
pio Sennachetibi dominatu, famuli regis Eze-
chiæ nuntiauerunt pacem: ſic liberato mundo à
diaboli tyrannide apoſtoli Chriſti omnia verè
bona nomine pacis & euangelij ſignificata præ-
dicauerunt. Eam ob cauſam ait noſter diuinus
vates: Ecce ſuper montes pedes euangelizantis
& annuntiantis pacem. Super montes prædixit
eos euangelium longè latéque propagatoros, vt
oſtenderet eos virtutum faſtigium aſcẽſuros: at-
que manifeſtam publicámque fore eorum præ-
dicationem. Non enim poteſt ciuitas abſcondi
Matth. 5. ſuper montem poſita, vt illis apud Matthæum 5.
dixit ſeruator noſter. Qui in domicilio aliquo
concionatur, à paucis videtur, & auditur: qui au-
tem in monte, ab omnibus tam generis nobili-
tate claris, quàm infimo loco natis poteſt & vi-
deri, & audiri. Id illis dicebat his verbis Chri-
Matth. 10. ſtus dominus apud Matth. 10. Quod dico vobis
in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure au-
ditis, prædicate ſuper tecta. Hoc eſt in locis pu-
blicis, vt ab omnib. audiamini. Cherubimi qui-
Exod. 37. bus ſcientiæ perfectio ſignificatur, iam non ſunt
3. Reg. 6. clam ſub velo templi, vt in lege vetere: ſed aper-
Eſai. 40. tè ſuper tecta & montes. Vnde Eſaias cap. 40. Su-
per montem, inquit, excelſum aſcende tu, qui e-
uangelizas Sion. Extolle in fortitudine vocem
tuam, qui euangelizas Ieruſalem. Vel vt poteſt
etiam verti: Super montes excelſos aſcende tu ô
Sion, qui euangelizas: extolle fortiter vocẽ tuam
ô Hieruſolyma diuini verbi denuntiatrix. Nam
apoſtoli prius Hieroſolymæ & in Sione euange-
lium nuntiauerũt, quod poſteà per omnes mun-
Eſai. 2. di oras propagarunt. De Sion enim, vt ait Eſaias
2. exiuit lex, & verbum domini de Ieruſalem. His
verbis: Super montes pedes euangelizantis, &
annuntiantis pacem, alludit Nahum ad verba il-
Eſai. 52. la Eſaiæ cap. 52. Quàm pulchri ſuper mõtes pe-
des annuntiantis & prædicãtis pacem, annũtian-
tis bonum, prædicantis ſalutem. Quę diuus Pau-
Rom. 10. lus citat cap. 10. epiſtolæ ad Romanos loquens
Epheſ. 6. de apoſtolorum prædicatione. Et 6. ad Epheſios:
Calciati, inquit, pedes ad præparationem euan-
gelij pacis. Noſtræ enim affectiones pedibus ſi-
gnificatæ non debent terram attingere, ſed in
cœlum aſcẽdere, & ad diuinum nomen aſpirare.

Et annuntiantis Pacem. Pro re noua & inuſitata
poſuit apoſtolos nuntiaturos eſſe pacem; nam
anteà omnia ferè bellis, diſcordiis, diſſenſionibus
diffluebant. Et quamuis aliquando pax vigere
videretur, erat plerũque pax mundi, nõ Dei. Qui
mitior videbatur, erat aliquando Adria iracun-
dior: & vt eſt in prouerbio beta gammam perſe-
quebatur. Doctiores inter gentes docebant infe-
rendum eſſe bellum quieſcentibus, vt eorum ve-
teres illibatáſque diuitias in profundũ libidinum
ſuarum gurgitem profunderent. At Chriſti do-
ctrina eſt pace, concordia, amore, tranquilitate
pleniſſima. Hanc nobis in teſtamẽtu reliquit di-
Ioan. 14. cens apud Ioannem 14. Pacem relinquo vobis;
pacem meam do vobis: non quomodo mundus
dat, ego do vobis. Et poſt reditum ad vitam vt
Ioan. 21. Ioannes ait capite vigeſimoprimo, & Lucas vi-
Luc. 24. geſimoquarto, ſtetit in medio diſcipulorum, &
Exod. 28. dixit illis: pax vobis. Verbo & actione eis pacem
dedit: poni enim in medio ſignum eſt pacis. In
pectore ſacerdotis ſcriptum erat: Doctrina & ve-
ritas, vel vt alia habet verſio: Manifeſtatio & ve-
ritas. Et erat hæc litera cincta duodecim lapidi-
bus pretioſis. Chriſtus eſt veritas, qui ait apud
Ioannem 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Et eſt *Ioan. 14.*
doctrina ſiue ſapientia patris, de qua ait Dauid *Pſalm. 103.*
pſal. 103. cum Deo patre loquens: Omnia in ſa-
pientia feciſti. Et apoſtolus cap. 1. prioris ad Co- *1. Cor. 1.*
rinthios: Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo. Et
eſt manifeſtatio, quia fuit à Deo patre oſtenſus
mundo: de quo ait apoſtolus cap. 1. ad Tit. Mani- *Tit. 1.*
feſtauit autem temporibus ſuis verbum. Duode-
cim autem lapides pretioſi inter quos erat veri-
tas & ſapientia, duodecim apoſtoli ſunt. Nõnulli
viri docti aiunt per illa verba quæ erant intra pe-
ctorale ſacerdotis, ſignificari nomẽ Dei Iehouah.
Quid aliud adumbrabat, Deum eſſe inter duo-
decim gemmas, quàm Chriſtum inter duodecim
apoſtolos? ita Cyrillus locum illum Exodi inter- *Cyrillus*
pretator. Aequum quippe erat, vt Chriſtus, qui *Exod. 28.*
pacem docebat, quem Paulus cap. 2. prioris ad *1. Tim. 2.*
Timotheum vocat mediatorem inter Deum &
homines, ſe in medio collocaret. Columba in ge-
nerali eluuione attulit in ore ramum oliuæ, Ge-
neſis 8. ad pacem nuntiãdam: Chriſtus dominus *Geneſ. 8.*
in mundi procella pacem attulit & docuit, ad
mundi ſalutẽ exprimendam. Eam debent omnes
Chriſtiani colere, magníſque laudibus efferre.
Vnde apoſtolus cap. 14. epiſtolæ ad Romanos. *Rom. 14.*
Quæ, inquit, pacis ſunt, ſectamini. Et ad Epheſios *Epheſ. 4.*
4. Soliciti ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo *Heb. 12.*
pacis. Et ad Hebræos 12. Pacem ſequimini cum *Pſal. 13.*
omnibus. Infelices ſunt, qui paci repugnãt. Nam
vt Dauid ait pſalm. 13. Contritio & infelicitas in
viis eorum, viam pacis non cognouerunt. Pax vt
diuus ait Auguſtinus de verbis domini cap. 158. *Auguſt.*
eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimpli-
citas cordis, vinculum amoris, conſortium cha-
ritatis. Et ſecundo de ciuitate Dei: Concordia, in-
quit, in ciuitate idem eſt quod harmonia in mu-
ſica. Concordia vt ait apud Salluſtium Mycipſa, *Salluſti.*
paruæ res creſcunt, diſcordia autem maximæ di-
labuntur. Eam ob cauſam omnes debemus ſimul
ducere remos, eſſéque concordes, velut in crate-
re philoteſio, vt vetus monet tritum vetuſtate
prouerbium. Interrogatus à Scipione Africano
Tyreſius princeps cur Numantia prius fuiſſet in-
uicta, poſteà verò euerſa, reſpondit: Concordia
victoriam, diſcordia autẽ exitium præbuit. Au-
thor eſt libro ſecundo Bruſonius. Et diuus Cy- *Bruſon.*
prianus in epiſtola quadam: Concordia, inquit, *Cyprian.*
ſimul iuncta vinci non poteſt, diſcordia ſtatim
euertitur. Vera eſt illa Dei noſtri ſententia apud
Matthæum 12. & Lucam vndecimo: Omne re- *Matt. 12.*
gnum in ſe diuiſum deſolabitur. Diſcordia eſt *Luc. 11.*
charybdis bonorum, & vorago: pax autẽ eſt bo-
norum receptaculum, & perfugium. At pax ha-
benda eſt cum virtutibus, & viris bonis ad verũ
decus hortantibus, non autem cum vitiis, & ho-
minibus ſceleratis ad vitia excitantibus, & à vera
gloria deterrentibus. Vt enim ſal in aquam con- *Similitudo.*
iectus nullum emittit ſtridorẽ, quin potius cum
illa coniungitur, & in vnum cõducitur, in ignem
autem coniectus ſolet ſtrepere & reſilire: ſic vir
pius cum piis concors efficitur, impios autem
refugit, atque ab eorũ familiaritate abhorreſcit.

Iden

Marc. 9. Ideo ait Chriſtus Deus noſter apud Marcum no-
Epheſ. 2. no: Habere in vobis ſal, & pacem habete inter
vos. De illo ait diuus Paulus ſecundo ad Epheſi.
Veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè
fuiſtis, & pacem his, qui propè. Quod eſt de ve-
Ioan. 16. ra pace intelligendum: de qua ipſe apud Ioánem
16. Hæc, inquit, locutus ſum vobis, vt in me pa-
Matth. 5. cem habeatis. Et apud Matthæum 5. Beati paci-
fici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hanc denun-
tiarunt apoſtoli, quorũ pedes ſuper montes præ-
uidit hoc loco Nahum. Nam etſi loquatur hic de
pace Hieroſolymæ, præcipuè tamen de pace ec-
cleſiæ, ac mundi redemptione per Chriſtum va-
ticinatur. De illo enim omnes diuini vates lo-
Luc. 24. quuntur. Quamobrem ipſe apud Lucam cap. 24.
incipiens à Moſe, & omnibus prophetis inter-
pretabatur diſcipulis illis omnes ſcripturas, quæ
de ipſo erant. Non ſolùm doctores catholici, ſed
R. Salo. etiam Rabbi Salomon Iudæus in commentariis
in caput nonum Zachariæ, ait omnes prophetas
fuiſſe de tempore Meſſiæ locutos. Hæc eſt Hie-
ronymi, Auguſtini, Chryſoſtomi, Baſilij, cætero-
rúmque authorum ſententia, qui ſanctitate &
ſapientia præditi theologiam illuſtrauerunt, no-
ménque ſuum æternitati commendarunt. Quare
non debemus repere humi, ſed extolli in ſubli-
me, & in diuinis vatibus Chriſtum quærere,
eiúſque alta myſteria inueſtigare.

Celebra feſtiuitates tuas. Verba ſunt pacem an-
nuntiantis. Hoc ideo ait, quia cum Hieroſolyma
eſſet ab Aſſyriis obſeſſa, non potuit proprio ac
præſcripto tempore paſcha celebrari: ſed inter-
fecto Aſſyriorum exercitu celebratum eſt: ad cu-
ius ſolennia vocati ſunt, qui erant extra Hiero-
ſolimam, & oppida villáſque incolebant, ac rura
peragrabant. Sed vt hic D. ait Hieronym. hoc re-
fertur ad eccleſiam, & ad animas Deum confi-
tentes, vt non ceſſent Deum pro Chriſtianorum
victoriis laudibus ac votis celebrare.

Redde vota tua. Subauditur Deo. Ipſe Deus ait
Deut. 32. cap. 13. Deut. Cùm votum voueris domino Deo
tuo, ne tardes reddere, quia requiret illud domi-
Pſal. 75. nus Deus tuus. Et Dauid pſal. 75. Vouete, & red-
dite domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu
Eccleſ. 5. eius affertis munera. Et Eccl. 5. Si quid vouiſti
Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infi-
delis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunque voue-
ris, redde. Id intelligens Tertullia. cõtra Pſychi-
cos: Votum, inquit, cùm à Deo acceptatum eſt,
legem in poſterum facit per authoritatem acce-
ptatoris. Exinde enim faciendum mandauit, qui
factum comprobauit.

Quia non adyciet vltrà, vt pertranſeat in te Belial.
Hoc eſt, quia non permittet Deus, vt tranſeat per
te impius Sennacheribus, nec eius exercitus: quo
niam vniuerſus occiſus eſt. Belial idem eſt quod
Iudic. 19. ſine iugo, vt videre licet capite Iudic. 19. Sumitur
autem pro quolibet impio homine, & interdum
1. Cor. 6. pro dæmone, vt ca. 6. prioris ad Corin. Quę con-
uentio Chriſti ad Belial? Vtitur ſcriptura hoc
Deut. 13. vocabulo cap. Deut. 13. & cap. 1. & ſecundo pri-
1. Reg. 1. & 2. mi Reg. & aliis in locis. Tu autem aduerte, &
mundi viciſſitudines & mutationes alta mente
perpende. Hactenus Hebræi fuerunt afflicti, &
Aſſyrij gaudio affecti: contrà verò nunc Hebræi
gaudio exultant, Aſſyrij autem pœnas acerbiſſi-
mas ſcelerum ſuorum perſoluunt. Mœror iuſto-
rum conuertitur in oblectationem, oblectatio
impiorum in mœrorem. Ideo ait Chriſtus Deus
noſter apud Luc. 6. Væ vobis qui ridetis nunc, Luc. 6.
quia lugebitis & flebitis Et apud Matth. 5. Beati Matth. 5.
qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.

OBSERVATIONES ex Hebræo in

CAPVT I.

Onus Niniue. Pro onere eſt in Hebræo משא no-
men deriuatum à verbo נשא naſa, quod ſignificat
ferre & portare: eámque ob cauſam ſignificat
onus & pondus: quam ſignificationem ſecutus
eſt noſter interpres. Id animo percipiens Aquila
tranſtulit ἆρμα, hoc eſt iugum. Significat etiam
verbum hoc aſſumere. Ea ratione ducti ſeptua-
ginta interpretes verterunt λῆμμα νινυι: hoc eſt
aſſumptio Nineui. Appellatur autem vaticinatio
aſſumptio duplici ratione: prior eſt, quòd mens
diuini vatis aſſumatur à Deo, vt diuino lumine
illuſtretur: atque ad diuina oracula intelligenda
& nuntianda rapiatur. Altera quòd diuinus vates
id quod prædicit, aſſumit à Deo. Non enim ex
ſenſu ſuo, & proprio arbitrio, ſed ſpiritu diuino
permoti ac rapti verè prophetæ vaticinantur.
Nam teſte diuo Petro apoſtolorum principe in 2. Pet. 1.
epiſtola ſua poſteriore: Non voluntate humana
allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto
inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Qua de
re vide Theophilactum in primum caput Haba-
cuc, & in hunc locum. Harum rationũ priorem
affert hic Theodoretus, Itaque diuini vates ſpi-
ritu ſancto agitati & rapti ventura præuidebant.
Et hunc mentis raptum appellabãt Septuaginta
aſſumptionem: acſi dicat Nahum: Aſſumpta ac
rapta à Dei ſpiritu mens mea præuidit, quæ ſunt
Ninæ euentura. Ideo ait: Aſſumptio Nineui. Po-
teſt hoc hanc etiam habere intelligentiam: Aſ-
ſumpſi argumentum à ciuitate Nina ſiue Nini-
ue: vtroque enim modo appellatur: de qua ſum
vaticinaturus Præterea nomine oneris calamitas
& mœror ſignificatur. Hęc ſunt onera, de quibus
ait apoſtolus ad Galatas ſextu: Alter alterius o- Galat. 6.
nera portate. Huiuſmodi oneribus preſſos vocat
Chriſtus, cùm ait apud Matthæum 11. Venite ad Matth. 11.
me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego
reficiã vos. Ad hoc nos hortatur Dauid pſal. 54. Pſal. 54.
cùm ait: Iacta ſuper dominum curam tuam, &
ipſe te enutriet. Vel vt poteſt etiam transferri ex
Hebræo: Iacta ſuper Deum onus tuum, & ipſe
te ſubleuabit.

Iraſcens ipſe inimicis ſuis. Septuaginta habent:
ἐξαίρων αὐτὸς τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Id eſt, tollens ipſe
inimicos ſuos. Hoc eſt deſtruens & delens illos.
Pagninus vertit: Iram reſeruans inimicis ſuis.
Quæ omnia in eandem ſententiã recurrunt. Pro
iraſcens eſt in Hebræo verbum נטר natar, quod
ſignificat reſeruare, cuſtodire, & iraſci. Si ver-
bum è verbo reddas, poteris vertere ex Hebræo:
Reſeruans ipſe inimicis ſuis: nimirum vltionem.
Relinquit Deus aliquando inimicos ſuos, vt de
illis tempore opportuno ſumat vltionem. Eo-
dem verbo vtitur Ieremias capite tertio, pro quo Ierem. 3.

Latinus noſter interpres vt hoc Nahum loco tranſtulit iraſci, dicens: Nunquid iraſceris in perpetuum? Poteſt tamen verti: Nunquid reſeruabis perpetuò? Subaudi, iram tuam. Ab hoc verbo eſt:
Cant. 8. לנוטרים, pro quo nos habemus cuſtodes, capit. 8. Canticorum: Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus. Quæ verba ita etiam transferri poſſunt: Vinea fuit Salomoni in Baalhamon, quam tradidit cõſtodibus. Eſt quippe Baalhamon locus prope Hieroſolymam, qui ſonat: In eo qui habet populos. Vel in planicie populorum. Hæc vinea eſt eccleſia catholica, quam verus ac cœleſtis Salomon rex pacificos Chriſtus Deus noſter ex multitudine populorum congregauit, & apoſtolis ſuis tanquam cuſtodibus, cæteriſque pontificibus & doctoribus commiſit. Et Paulò pòſt ait Deus: Vinea mea co-
Cant. 8. ram me eſt. Acſi dicat: Eam diligo, & coram oculis meis habeo. Hæc eſt vinea, in quam Chriſtus conduxit operario: & cõuentione facta miſit eos
Matth. 20. in illam. Deus obligat ſe nobis conuentione, nos autem nolumus ei obligari. Magna profectò miſericordia eius, & magna perfidia noſtra. Intelligi autem per vineam eccleſiam catholicam aſſerit, Origenes homilia 17. in Geneſim, Arnobius in pſal. 79. Hieronymus in cap. 15. & 19. Ezechielis, Ambroſius in cap. 10. Lucæ, Auguſtinus in pſal. 127. Gregorius in caput primum, & ſecundum Canticorum, Georgius Venetus cantico primo, tomo ſeptimo Harmoniæ mundi, & alij, qui in ſtudia diuinarum literarum toto pectore incubuerunt. Aſpicis igitur verbum hoc natat ſignificare cuſtodire, & iram reſeruare, & iraſci.

Dominus patiens. In Hebræo eſt: Dominus אפים ארך erec appaiim, hoc eſt tardus ad iras. His duo-
Pſal. 85. bus vocabulis vtitur Dauid pſalmo 85. pro quibus editio vulgata vnum habet duntaxat, nimirum, patiens, quemadmodum hoc loco Nahum. Ita enim habet: Patiens, & multæ miſericordiæ & verax. Quod poteſt ita transferri: Tardus ad iras, & multæ miſericordiæ & veritatis. אף enim ſignificat faciem & iram, quòd in facie conſpiciatur ארך vero ſignificat latum eſſe, differté, &
Prou. 19. retardare: vt capite Prouerbiorum 19. Doctus vir differt iram ſuam. Pro quo nos habemus, & rectè quidem: Doctrina viri per patientiam noſcitur. Itaque hoc loco Nahum pro patiente, ſont in Hebræo duo vocabula: in Græco autem vnum, ſed idem ſignificans, nimirum μακρόθυμος, hoc eſt æquo & perſeuerante animo ferens. Pro quo in tranſlatione Pagnini eſt, longanimis. Et quoniam vocabulum אף ſignificat etiam naſum, vertunt nonnulli: Deus latis naribus. Hoc eſt patiens: nam hi qui anguſtis naribus ſunt, impatientes vocantur.

Et mundans non faciet innocentem. In Hebræo eſt: ונקה לא ינקה ve nacchelo ienacceh. Verbum eſt נקה nacah, quod ſignificat mundare, purgare, expiare, innocentem eſſe oſtendere, & impunitatem dare. Et ponitur in vtraque parte. Quare rectè tranſtulit noſter interpres. Poteſt verti: Et Et mundans non mundat: vt ſit ſenſus. Eos expiat, qui reſipiſcunt, & pœnitentiam agunt, non reſipiſcentes autem non expiat. Huic explanationi fauet paraphraſis Chaldaica ita habens: Parcit eis, qui conuertuntur, eis autem qui non conuertuntur, non parcit. Hoc verbo vtitur Da-
uid pſalmo 50. pro quo Latinus noſter interpres Pſal. 50.
habet, mundabor: Et emundabor à delicto maximo: hoc eſt à ſuperbia. Vt enim animi ſubmiſſio eſt virtutum fundamentum: ſic ſuperbia vitiorum. Eſt enim hæc deteſtabilis radix, ex qua quã plurima pullulant flagitia, quæ ſemina virtutum noſtris animis innata adoleſcere non ſinunt. Poteſt etiam hic Nahum locus verti: Et purgans non dabit impunitatem: Seu, Et expians non relinquet impunitum. Eam ob cauſam verba illa
cap. Prou. 11. Manus in manu non erit innocens Prou. 11.
malus: poſſunt verti: Manus in manu non erit impunitus improbus. Manus in manu idem eſt quod ſtatim. Acſi dicas Salomon: Ad iudicẽ pertinet, ne ſceleratus homo maneat impunitus, ſed ſtatim puniatur. Vel per manum in manu hominem intelligit otioſum, ignauiæ & deſidiæ deditum: vt ſit ſenſus: Impius otioſus non erit impunitus. Vel non erit perpurgatus: Paraphraſis tamen Chaldaica multò aliter traduxit: ita enim habet: Qui extendit manum cõtra ſocium ſuum,
non erit mundus à malo. Vtitur hoc verbo Ioel Ioel 3.
cap. 3. inducens Chriſtum dominum ita loquentem: Mundabo ſanguinẽ eorum, quos non mundaueram. Hoc eſt, in primo meo aduentu expiabo & purgabo ſanguine meo, & nouæ legis ſacramentis ſanguinem, hoc eſt peccata hominum, quæ antea non abſtergebam: nam nec legis veteris cerimoniæ, nec ſacrificia gratiam ex opere operato conferebant. Hæc eadem verba Nahum
Hebræa inuenies cap. Exodi 34. pro quibus vul- Exod. 34.
gata editio habet: Nullúſque apud te per ſe innocens eſt. Sed quia verbum hoc ſignificat etiã diſſipare, poterat rectè traduci locus hic: Et diſſipans non diſſipabit. Acſi dicat: Adeo pius & miſericors eſt Deus, vt diſſipãs nõ diſſipet omnino: caſtigat enim filios ſuos ſæpenumero, nõ vt penitus eos perdat, ſed vt illos à vitiis abducat, & ad
ſeipſum cõuertat. Id animo perſpiciẽs diuus Pau- Heb. 12.
lus ca. 12. epiſt. ad Hebræos: Quem, inquit, diligit dominus caſtigat, Et Chriſtus apud Ioannẽ cap.
Apoc. 3. Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Hæ ſunt Apoc. 3.
huius loci explanationes, ſi literã Hebræam reſpiciamus. At ſeptuaginta interpretes habent: ἀθῷον οὐκ ἀθωώσει. Hoc eſt innocentẽ nõ innocentem faciet: vt ſit ſenſus: Deus eũ qui eſt innocẽs, aliquando non oſtendit innocentem; punit enim eum, acſi noxius eſſet: quo fit, vt à populo impius reputetur, Magna ſunt Dei iudicia, nobíſque minimè perſpecta & explorata. Ita illud intelligunt
magni viri, quod eſt capiti Sapientiæ 12. manda- Sap. 12.
tum: Ipſum quoque qui non debet puniri, condemnas: & exterum æſtimas à tua virtute. Id eſt, permittis domine Deus, vt iuſtus damnetur iudicio mundi, exiſtimetúrque a virtute tua alienus. Sed locus hic poteſt ita verti ex Græco: Ipſum quoque qui non debet puniri condẽnaſſe, exterum exiſtimas à tua virtute. Ita namque habet litera Græca: & ita arbitror tranſtuliſſe Latinum noſtrum interpretem: ſed vitio librariorum effectum eſſe, vt pro condemnaſſe ſcriptum ſit: condemnas &c. Senſus tamẽ qui lectioni vulgatæ tribuitur, vetus eſt, ſimilis huic, qui ex verbis ſeptuaginta interpretum hoc loco Nahum depromitur. At interpres Theodoreti Gillius Albi-

nenſis

nenſis nobiſcum legit: Mundans non faciet innocentem. Iſidorus Brixianus habet: Nocentē non faciet innocentem. Pagninus: Impunè iudicando impunè non iudicabit impios. Alij: Neutiquam impunita ſcelera dimittet. Ex omnibus his lectionibus nulla eſt magis ſecundum veritatem Hebraicam, quàm ea quā exprimit editio noſtra vulgata.

Dominus in tempeſtate & turbine via eius. Septuaginta habent: Dominus in conſummatione & commotione viæ eius. Sumitur conſummatio pro fine & interitu, commotio autem pro impetu & furore. Senſus eſt: Ne cadatis animo ô Hebræi à Niniuitis afflicti: nam Deus aduerſus illos veniet eos conſumendo, ac vi & impetu ſeueritatis ſuæ deuaſtando.

Contremuit terra à facie eius. Aquila pro contremuit vertit ἔφριξεν, hoc eſt horruit Symmachus ἐκινήθη, id eſt mota eſt. Poteſt rectè traduci: Flagrauit terra à conſpectu eius. Quod accidit Sodomę & Gomorrhæ, quæ vrbes iubente Deo igne & ſulphure flagrarunt. Verbum Hebręum quo hic vtitur Nahum, eſt נשא, naſa, quod ſignificat leuare & extollere, & incendere, & flagrare, & cōburere. Quare poterat verti locus hic: Eleuata eſt terra à facie eius. Sed quia eleuatio hæc fuit tremor, rectè tranſtulit interpres noſter: Contremuit terra. Significat enim verbum hoc donate. Quamobrem illud pſal. 24. Ad te domine leuaui animam meam: poteſt verti: Tibi domine donaui animam meam. Vel coram te domine tremuit anima mea. Vel ad te domine flagrauit anima mea. Significat quoque ferre & ſuſtinere, vt capite Eſaiæ 53. Verè langores noſtros ipſe tulit. Quod poteſt etiam traduci: Verè langores noſtros ipſe combuſſit: nimirum amoris igne, quo ipſe ſeruator noſter nos dilexit. Aquæ enim afflictionum non potuerunt extinguere charitatem, qua pro nobis pendens patibulo flagrauit. Hac ratione ductus vertit Pagninus hūc Nahum locum: Exuſta eſt terra à facie eius.

Gen. 19.
Pſal. 24.
Eſa. 53.
Cant. 8.

Indignatio eius effuſa eſt vt ignis. Pro effuſa eſt, in Hebræo eſt verbum נתך nathac, quod ſignificat fundere, conflare, liquefacere, ſtillare. Poteſt eſſe ſenſus: Ira Dei liquefaciet Niniuitas, vt ignis ceram. Vel ira eius effundetur veluti ignis fulgurum, qui repente à ſummo ad imum funditur & currit. Ita cap. 2. eiuſdem Nahum: Quaſi fulgura diſcurrentia. Et pſal. 17. Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos, fulgura multiplicauit, & cōturbauit eos. Eodem verbo pro ſtillare vtitur diuina ſcriptura cap. 34. lib. 2. Paral. cùm ait: Magnus furor domini ſtillauit ſuper nos. Quod poterat etiam verti: Effuſus eſt, vel conflatus eſt ſuper nos. Et paulò pòſt: Idcirco ſtillabit furor meus ſuper locum iſtum. Et cap. 9. Dan. Stillauit ſuper nos maledictio & deteſtatio. Pro conflari ſumitur cap. Iere. 42. Conflabitur indignatio mea ſuper vos. Id intuens Aquila vertit hūc Nahum locum: indignatio eius conflata eſt. Symmachus & Theodotio: Stillauit. Acſi dicat: iratus eſt Deus: ſed indignatio eius non tota ſimul prorūpet, quia miſericors eſt, ſed paulatim ſtillabit. Præterea ſignificat verbum hoc mulgere, vt cap. 10. Iob: Nonne ſicut lac mulſiſti me? Pro quo paraphraſis Chaldaica habet: Nonne ſicut lac fudiſti me? Alij transferunt: Liquefeciſti me. Acſi dicat: Tu me Deus ex liquido lacte formaſti. Pro liquefacere ſumitur hoc Nahum loco à ſeptuaginta interpretibus, qui ita tranſtulerunt: ὁ θυμὸς αὐτοῦ τήκει ἀρχὰς. Hoc eſt indignatio eius liquefacit ſeu cōſumit principatus. Sequitur: Et petræ diſſolutæ ſunt ab eo: ſiue fractæ & contritæ ſunt. Ira enim Dei imperia, & principatus qui rupium putantur habere robur, conterit & infringit: eóſque liquefacit, atque inſtar ceræ iuxta magnum ignem conſumit.

Nahum. 2.
Pſal. 17.
2. Par. 34.
Dan. 9.
Ier. 42.
Iob 10.

Bonus dominus & confortans in die tribulationis. Pagninus vertit: Bonus dominus, fortitudo in die anguſtiæ. Quod in ſenſu idem eſt. Pro bono vertunt Septuaginta χρηστός, quod nomen non ſolùm bonū ſignificat, ſed benignum, placidum & ſuauē. Quæ omnia huic loco conueniunt. In Hebræo eſt: טוב, quod eaſdem habet ſignificationes. Pro ſuaui ſumitur pſal. 33. Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Pro bono cap. 33. Exod. Ego tranſire faciam omne bonum meū. Significat etiam pulchrum, vt Numer. 24. Quàm pulchra ſunt tabernacula tua Iacob. Illud capit. 9. lib. 1. Reg. Non erat vir de filiis Iſrael melior illo: traducit Ionathas Chaldæus: Non erat vir de filiis Iſrael pulchrior illo. Tu autem perpende Deum eſſe bonum dominum, imò ſolùm eū per ſe eſſe dominum. Hoc fortaſſe intellexit Auguſtus Octauianus, qui domini appellationem renuit. Sed voluit illud Deus manifeſto præſagio ſummi dominatus, qui tunc in terris oriebatur. Tūc enim natus eſt Chriſtus Deus noſter. Narrat hiſtoriam hanc Oroſius lib. 6. Addo Vienenſis in Chronicis, Conradus Vrſpergenſis in Chronicis, Innocentius tertius ſummus pontifex in ſermone de natali domini, diuus Antoninus parte prima hiſtoriarum. Tunc circulus aureus cœlo ſereno apparuit, & in medio eius virgo puerum vlnis deferens ad ſpeciem iridis circa ſolē. Vbi hodie Romæ extat templum Ara cœli vocatum. Anthores ſunt præter ante nominatos Baptiſta Mantuanus, & Petrus de Natalibus lib. 2. capit. primo.

Pſal. 33.
Exod. 33.
Num. 24.
1. Reg. 9.

Quia ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur: ſic cōuiuium eorum. Horum verborum ſenſum in explanatione expoſuimus. Totam hanc orationem ita tranſtulerunt ſeptuaginta interpretes: Quia vſque ad fundamēta ſua in pauimentum redigetur: & quaſi ſimilax implicata comedetur. Lectio editionis vulgatæ exprimit exitium Niniuitarum: hæc autem ipſius Niniuæ. Eſt igitur ſenſus: Vrbs Niniuitica euerſis fundamentis, dirutiſque magnificis mœnibus ſolo æquabitur: & quę alias ciuitates affligebat, inſtar ſimilacis ſuccidetur, & veluti ſtipula arida diſſipabitur. Eſt quippe ſimilax planta hæderæ ſimilis ſurſum breui tendēs, arboréſq; cōplectēs, quas ob ingentem ramorū lōgitudinē & copiā opprimit: ſed autūno areſcit: & manētibus arboribus ipſa penitus diſſipatur. Eodē modo Nina ſiue Niniue, vtroque enim modo dicitur, potētia, & immanitate, & exercitnū magnitudine oppreſſerat Hieroſolymā: ſed integra manēte Hieroſolyma, ipſa fuit à Babyloniis euerſa, & vaſtata. Eſt quædam ſimilax aſpera, quam alij vocant hederam ſpinoſam: quædam verò lenis, quam vocant con-

Similitudo.

uolulum maiorem: quarũ vtraque complectitur arbuſta, & circum ea voluitur. Eas deſcribit Dioſcorides lib. 4. & Ruelius lib. 3. Sed de aſpera videtur hic loqui Nahum propter ſpinas, quibus Niniuitica vrbs alias pungere ſolebat. Admonemur hoc loco, ne aliquem lædamus, ſed iuſtum Dei iudicium conſideremus, qui nullum ſcelus relinquit impunitum. Ita enim ait cap. 3.
Eſa.3. Eſaias: Væ impio in malum, retributio manuũ
Iere.25. eius fiet ei. Apud Ieremiam 25. ait Deus: Reddam eis ſecundum opera eorum, & ſecundum fa
Ezech.18. cta manuum ſuarum. Et apud Ezech. 18. Vnum-
Prou.16. quemq́ue iuxta vias ſuas iudicabo. De illo ait Sa
Rom.2. lomon Prou. 16. Pondus & ſtatera iudicium domini ſunt. Et apoſtolus Paulus ca. 2. epiſtolæ ad Roman. Qui reddit vnicuique iuxta opera ſua.

Argumentum capitis II.

Deſcribit obſidionem & victoriam Chaldæorum aduerſus Aſſyrios, vrbiſque Niniuiticæ ſuperbiam, direptionem, & vaſtitatem.

CAPVT II.

A AScendit, qui diſpergat coram te, qui cuſtodiat obſidionem. Contemplare viã, conforta lumbos robora virtutem valde: quia reddidit dominus ſuperbiam Iacob, ſicut ſuperbiam Iſrael: quia vaſtatores diſsipauerunt eos, & propagines eorũ corruperunt. Clypeus fortium eius ignitus: viri exercitus in coccineis: igneę habenæ currus in die præparationis eius: & agitatores conſopiti ſunt. In itineribus cõturbati ſunt, quadrigæ colliſæ ſunt in plateis: aſpectus eorum quaſi lampades, qua
B ſi fulgura diſcurrentia. Recordabitur fortium ſuorum, ruent in itineribus ſuis: velociter aſcendent muros eius, & præparabitur vmbraculum. Portæ fluuiorum apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutũ. Et miles captiuus abductus eſt, & ancillę ei⁹ minabantur, gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus ſuis.

EXPLANATIO.

Aſcendit, qui diſpergat coram te. Poſtquam diuinus noſter vates Nahum cap. 1. vaticinatus eſt
Nah.1. de pernicie Sennacheribi, nunc regni Aſſyriorũ vaſtitatem prædicit, cuius caput erat Nina, de cuius euerſione per Babylonios hoc capite vaticinatur. Ne mireris ſi interdum dicamus euerſionem illam fuiſſe per Chaldæos, interdum per Babylonios. nã Babylon erat totius Chaldææ caput: ex quo effectum eſt, vt Chaldæi omnes vocarentur etiam Babylonij. Aſſyrij habebant tũc regnum diſtinctum a Babylonico: ſed poſtquam Nabuchodonoſor rex Babylonius euertit Niniuem, Aſſyrióſque in ditionem ſuã redegit, ex his duobus regnis Babylonio & Aſſyrio conflatũ eſt vnum, quod vocatum eſt Babylonicũ. Alloquitur igitur diuinus noſter vates Niniuem his verbis, quorum hic eſt ſenſus. Aduerſus te ô Niniuitica bellum parabit Nabuchodonoſor cum exercitu ingente, qui ciues tuos diſperget in conſpectu tuo. Vel qui villas & oppida tua corã te delebit & diſſipabit. Appellatur tyrannus ille diſperſor, quia non ſolũ Aſſyrios, ſed alias etiam nationes diſperſit & afflixit. Sumitur hoc loco aſcendere pro bellũ cõmouere, inſtruere, & indicere, atque pro inuehi & oppugnare. In hac ſignifica-
tionẽ ſumitur ca. Nũ. 13. vbi Caleb: Aſcendam⁹, *Num.13.*
inquit, & poſſideamus terrã. Eſa. 7. Aſcẽdit Raſin *Eſa.7.*
rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ. Et 36. Aſcen *Eſa.36.*
dit Sennach. rex Aſſyriorum ſuper oẽs ciuitates
Iudah munitas, & cepit eas. Et Deus apud Ezec. *Ezech.26.*
26. Ecce ego ſuper te Tyre, & aſcendere faciã ad te gentes multas. Et hoc loco Nahum: Aſcẽdit, qui diſpergat: præteritũ eſt pro futuro more aliorum prophetarũ: qui ſolent vti præteritis, vt rerũ venturarum firmitudinẽ oſtendant. Schema eſt in diuinis vatibus vſitatiſſimũ: quod Græcè prolepſis, Latinè præoccupatio dicitur, cùm ea quæ ſequi deberent, anteponuntur. Per hunc Nabuchodonoſorem, quem Nahũ ait irruere, vt diſpergat, poteris dæmonem intelligere, qui in nos inuehitur, & impetum facit. Oſtendit nobis diuinus vates eius inſidias & tentationes, vt nos ex-
citet ad dimicandum fortiter cum illo: quemad- *Similitudo.*
modum alij prophetę facere ſolebant. Vt diues cogitationem & ſolicitudinem figit in arcula, ne rapiatur à latrone, non propter arculam, ſed propter reconditum theſaurum in illa: ſic viri ſapiẽtia & ſanctitate præſtantes ſunt de nobis mirum in modum ſoliciti, ne diripiamur à dæmone: non tã propter corpus, quod eſt vas fictile, & arcula
fragilis, quàm propter animam, de qua ait apo- *2.Cor.4.*
ſtolus cap. 4. poſterioris ad Cor. Habemus theſaurũ hunc in vaſis fictilibus. In ſenſu autem literali de rege Babylonio loquitur Ninã oppugnaturo: ac ſi dicat: Tu Nina vrbes alias inuadebas, vt eas direptioni cõmitteres, & euerteres: modò autem te inuadet, qui te diripiat, & euertat. Vnde Eſaias 33. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? Quæ verba de Sennacheribo, & de eius vrbe Nina intelliguntur. Et ca. 12. Sap. ſcriptum eſt: Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Efficit Deus, vt impij iiſdẽ cruciatibus mulctentur, quos in viros innocẽtes parauerãt: vt pernicies in ipſorũ caput redũdet, quã aliis moliebantur. Aegyptij qui in aqua peccauerũt in eam infantes Hebræos mittẽtes, aqua maris Rubri obruti fuerunt. Qui tres pueros Hebræos in Babylonis fornacẽ miſerunt, fuerunt iiſdem flãmis combuſti: & qui Dan. in foueã leonũ cõiecerunt, fuerũt ab
iiſdẽ leonibus dilaniati. Qua de re ea poteris vide *Dan.3.6.&*
re, quæ in caput Daniel. 3. & 6. & 14. obſeruaui- *14.*
mus.

Qui cuſtodiat obſidionem. Hoc eſt, qui non ſolũ obſideat te, ſed etiam in obſidione perſeueret, donec expugneris.

Contemplare viam. Aſpice viam ô Nina, qua vẽturus eſt exercitus hoſtium tuorum. Bonum eſt intueri pericula & labores, ad remedium quærendum: ſed oportet oculos in Deum con-

iicere, qui poteſt liberare. Hebræi videntes ad-
uerſus ſe ingentes Aegyptiorũ copias iuxta ma-
Exod.14. re Rubrum timuerunt valde,& verbis aſperis in
Moſem contumelioſè inuecti ſunt quia in pericu
lo illo oculos à columna auerterunt. Colũna nos
ducens in cœlum Chriſtus eſt, ad quẽ in pericu-
lis & calamitatibus noſtris debemus oculos ex-
tollere: nam qui fieri poteſt,vt non cadamus ani
mo, ſi oculis auerſis à columna pericula ſolùm
conſideremus? Niniuitæ fuerunt timore percul-
ſi,& fracti,& victi, quia viam hoſtibus plenã vi-
debant, ad Deum autem oculos haudquaquam
leuabant. Prudentius faciebat Dauid, qui peri-
culis cinctus aiebat pſal.122. Ad te leuaui ocu-
Pſal.122. los meos,qui habitas in cœlis.

Conforta lumbos. Id eſt,recipe robur, eſto ani-
mo forti & ſtrenuo. Hoc ait irridens Niniuitas,
quia futuram eorum ignauiam & imbecillitatẽ
præuidebat. Ironia eſt,& figura illa, quæ Græce
dicitur ſarcaſmos. Lumbos confortare & accin-
gere eſt vires ſumere, ſeq; magnanimum præſta-
re,vt ait Hyſichius lib.1. in Leuiticum. In hanc
ſignificationem ſumi exiſtimo cap. Prou. 3. Ac-
Prou.3. cinxit fortitudine lumbos ſuos,& roborauit bra
chium ſuum. Et Ier. 1. Tu ergo accinge lumbos
Ierem.1. tuos,& ſurge: & loquere ad eos omnia,quæ ego
præcipio tibi: ne formides à facie eorum. Et ſex-
to ad Epheſios: Eſtote ſuccincti lumbos veſtros
Ephes.6. in veritate, & induti loricã iuſtitiæ. Contrarium
eſt lumbos diſſoluere. Deinde lumbos accinge-
re ſignificat ſeipſum ad opus præparare, vt capi-
te Iob 38. Accinge ſicut vir lumbos tuos. Hoc
eſt,teipſum præpara ad diſputationem. Et Luc.
Iob 38. 12. Sint lumbi veſtri præcincti. Id eſt, eſtote pa-
Luc 12. rati ad mortem, & ad diẽ iudicij. Fortaſſe in hãc
ſignificationem accipitur hoc loco: & tunc non
eſt irriſio,ſed conſilium: vt ſit ſenſus: Contem-
plare viam, qua iturus es, id eſt mortem vniuer-
ſæ terræ, hoc eſt omnibus hominibus commu-
nem,& præpara te ad illã. De hac via aiebat Da-
uid cap.2.lib.3. Reg. cùm ad exitum vitæ voca-
3.Reg.2. retur: Ecce ego ingredior viam vniuerſæ terræ.
Quare debemus nos ad mortem præparare, co-
gitareque illam nobis imminere. Sed quemad-
Simile. modum peritus pictor arte perſpectiuæ inſtru-
ctus, quæ propè imaginem præcipuam ſunt in
tabula,ita diſponit,vt longo interuallo diſtantia
appareant: ita dæmon nobis oculos intelligen-
tiæ decipit, vt mors quæ iuxta nos eſt, longè re-
motiſſima eſſe videatur. Hæc eſt altera huius loci
explanatio: Prior tamẽ videtur literæ cõgruẽtior.

Robora virtutem tuam valde. Repetitio eſt ſupe-
rioris verbis aliis. Sumitur virtus pro fortitudi-
ne: acſi dicat: Eſto animo forti. Poteſt accipi
pro exercitu,vt ſit ſenſus: Muni,& fortem redde
exercitum tuum.

*Quia reddidit dominus ſuperbiam Iacob, ſicut ſu-
perbiã Iſrael.* Alij codices habent: Quia ſicut red-
didit dominus ſuperbiam Iacob, ſic ſuperbiã Iſ-
rael. Sumitur Iacob pro duabus tribubus, quas
oppugnauerat & affliaerat Sẽnacherib. Iſrael au-
tẽ pro decẽ,quas Salmanaſar in Aſſyriã aſportaue
rat. Senſus eſt: Tu Niniue euerteris: quia ſicut
Deus vlciſcetur ſuperbiã & contumeliam illatã
Hieroſolymæ ab exercitu Sennacheribi: ita eam
vlciſcetur, quæ illata eſt Samariæ ab exercitu Sal
manaſaris. Ac ita accidit re ipſa: nam exercitus
Aſſyriorũ periit nocte vna, qua interfecti ſunt cẽ
tum octoginta quinque millia illorum, & Senna
cheribus ſe conferens in fugam fuit à filiis ſuis
vita priuatus. Lege cap.19.lib.4. Reg.& 37. Eſa. *4.Re.19.*
& primum Tobiæ. Et Nina ciuitas fuit à Babylo *Eſa.37.*
niis capta, direptioni commiſſa,& penitus euer- *Tob.1.*
ſa,vt cap.1. oſtendimus, & hoc ſecundo oſtende
mus. Verbum reddidit ponitur pro reddet: quẽ-
admodum alia multa in hoc capite præterita pro
futuris. Sumitur hic reddere pro retribuere: vt
ſit ſenſus: Retribuet Deus Aſſyriis iuxta eorum
ſuperbiam: dabunt pœnas inſolentiæ & imma-
nitatis ſuæ. In eandem ſignificationem ſumitur
ca.2. Ruth: Reddat tibi dominus pro opere tuo. *Ruth. 2.*
Et 25. li. 1. Reg. Malitiam Nabal reddidit domi- *1.Reg.25.*
nus in caput eius. Et pſal.27. Redde retributio-
nem eorum ipſis. Et 2. ad Roman. Qui reddit *Pſal.25.*
vnicuique ſecundum opera eius. Sumpſit autem *Rom.2.*
Deus ſupplicium de Aſſyriorum ſuperbia, quia
ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.
Hanc ſententiam inuenies cap.5. epiſtolæ prioris
diui Petri, & 4. epiſtolæ diui Iacobi. Quare viri
ſapientes nõ ſolum ſuperbiam, animi faſtidium, *1.Pet.5.*
& inſolentiam deteſtantur,ſed eorum conſuetu- *Iacob.4.*
dinem declinant, quos his vitiis inflatos eſſe in-
tuentur. Illud pſal.25. Cum iniqua gerentibus
non introibo: traducit Hieronymus: Cũ ſuper- *Pſal.25.*
bis non ingrediar. Acſi dicat Dauid: Nulla ho-
minum ſuperborum vtar familiaritate: quin po-
tius cum viris humilibus neceſſitudinem & cõ-
iunctionem ſanctè colendam puto. Quemadmo- *Similitudo.*
dum apes,vt aiunt, onuſtæ melle ſubmiſſius vo-
lant, quàm cùm leuitate ductæ vacuæ ferũtur in
ſublime: ſic homines pleni virtute & ſapientia
humiles ſunt: quanto autem magis expertes ſunt
rerum harum, tanto ſe altius & arrogantius ex-
tollunt. Balſamus pretioſus liquor in aqua poſi-
tus fundum petit, & hebenum lignum ad imum
deſcendit. Qui volunt cognoſcere & expendere
caſiam fiſtulam, & herbarum ſemina, ad harum *Apta ſimili*
rerum pondera recurrunt: inanes enim & leues *tudines.*
minimum valent, graues autem & põderoſę plu
rimum præſtant. Idem iudicium eſt de homini-
bus faciendum. Quanto quis eſt leuior, elatior,
& inſolentior, tanto eſt à vera ac ſolida virtute
alienior: quanto autem plus habet ponderis, hu
militatis, & animi abiectionis, tanto eſt iuſtior
& ſapientior. Qui in aquis proſperitatis poſitus
ad ima per ſui contemptionem deſcendit, magni
æſtimandus eſt: qui ſe verò ſuperbè extollit, pro
nihilo putandus. Quare ſuperbiam fugiamus,
quæ vt Eccleſiaſticus ait, odibilis coram Deo &
hominibus eſt. Et iuxta Chriſti Dei noſtri ſentẽ *Eccle.10.*
tiã, qui ſe exaltat, humiliabitur: qui autem ſe hu- *Matt.23.*
miliat exaltabitur. Conſideremus Sennacheribi, *Luc 7. &*
& aliorum Aſſyriorum aduerſus Hebræos ſuper *18.*
biam: & memoria repetamus, quemadmodum
fuerint deiecti, & ex mundi gloria ad æternam
ignominiam præcipitati. Nam vt Deus reddidit
ſuperbiam illatam Iacobo, ſic illatam Iſraeli, vt
hoc loco diuinus noſter vates teſtatur.

Quia vaſtatores diſſipauerunt eos. Quia Aſſyrij
euerſores afflixerunt Iacobum & Iſraelem, hoc
eſt omnes Iudæorum tribus.

Propagines eorũ corruperũt. Hoc eſt familias &
ſobo

ſoboles Iudæorum ſucciderunt. Non ſolùm eorum vineas, hoc eſt ciuitates, ſed earum corrupe runt propagines. Eſt quippe propago vitis ad ſobolem ſuppreſſa. Metaphora eſt à vineis ſumpta: ſolent enim ciuitates cum vineis comparari. Ita *Eſa.5.* capite Eſaiæ 5. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei. Hoc eſt Hieroſolyma condita eſt in *Eſa.16.* colle excelſo & frugifero. Et 16. de Sabama vrbe Moabitarum loquens idem Eſaias: Vineam, inquit, Sabama domini gentium exciderunt, & flagella eius vſque ad Ieſſer peruenerunt. Et filius patris familias extra vineam eiectus, & vita *Matt.21.* priuatus apud Matt. 21. eſt Chriſtus Deus noſter extra Hieroſolymam in monte Caluariæ occiſus: *Leuit.16.* cuius vmbram geſſerat vitulus immolatus extra *Heb.13.* caſtra capite Leuit. 16. ad quem alludit Paulus apoſtolus cap. vltimo ad Hebræos, cùm ait de Chriſto loquens: Extra portam paſſus eſt: exeamus ad eum extra caſtra improperium eius portantes.

Clypeus fortium eius igneus. Particula eius refertur ad Nabuchodonoſorem regem Babylonis, de quo ſuprà dixerat: Aſcendit, qui diſpergat coram te. Deſcribit diuinus vates terrorem, magnitudinem, & velocitatem exercitus Babylonici. Senſus eſt: Scuta magnatum Nabuchodonoſoris ita erunt rubra & perpolita, vt ignem ex ſe emittere videantur. Hoc faciebant Babylonij, vt Niniuitis incuterent metũ & terrorem: eorúmque in prælio oculos obcæcarent. Ponitur clypeus pro clypeis, ſingulare pro plurali. Eodẽ mo- *2.Reg.1.* do cap. 1. li. 2. Reg. Ibi abiectus eſt clypeus fortiũ. Hoc eſt, in montibus Gelboe fracta ſunt, & in terram proiecta ſcuta Hebræorum, qui fortitudine pollebant. Poteris in his duobus locis per clypeum intelligere regem, quia debet eſſe populi ſui clypeus & protector. Ac ita apud Nahũ clypeo fortium, ſignificatur Nabuchodonoſor rex *2.Reg.1.* Babyloniorum, illo autem loco lib. 2. Reg. Saul Hebræorum rex. Sequitur enim proximè: Clypeus Saul quaſi non eſſet vnctus oleo. Acſi dicat: Clypeus hic de quo loquor, eſt Saul, qui ibi fuit *1.Re. 15. & 16.* interfectus & contemptus, acſi non eſſet rex: nã reges vngi oleo ſolebant. Ita poteſt illud Eſaiæ *Eſa.21.* intelligi cap. 21. Surgite principes, arripite clypeum. Hoc eſt, vos ô principes Babylonij ſurgite è menſa, & occidite regem veſtrum Balthaſarem. Pro quo alij vertunt: Vngite clypeum: id eſt alium conſtituite regem: quoniam Balthaſar *Pſal.46.* hac nocte interficiendus eſt. Illud pſal. 46. Quoniam dij fortes terræ vehemẽter eleuati ſunt: poteſt etiam verti: Quoniam principes clypei terræ vehemẽter eleuati ſunt. Debet igitur rex ac princeps ſe pro populo obijcere periculis, cùm opus fuerit: & non ſolùm præcedere populum, ſed e- *Exod.14.* tiam ſe hoſtibus opponere inſtar colũnæ nubis, quæ ſtetit inter caſtra Aegyptiorum, & caſtra Iſraelitarũ. Ita ſe gerere debet erga ſubditos, quẽadmodum paſtor erga oues. Non erat huius doctrinæ neſcius Ariſtoteles, qui libro Ethicorum 8. regem ait eſſe ſuos inſtar boni paſtoris tractaturum. Et Cyrus Perſarum rex dicere ſolitus erat, ſimilia eſſe boni regis, & boni paſtoris opera: vt ait Xenophon, & refert lib. 3. Bruſonius Conturſinus. Iulius Cæſar non ſolebat militibus ſuis dicere: Facite: ſed faciamus. Vt rex apum pri- mus ad labores obeundos ex alueario egreditur: *Similitudo.* ſic princeps & pontifex debet exemplo ſuo alios ad honeſtos labores excitare. Ob eam cauſam dicebat Samuel cap. 12. lib. 1. Reg. Nunc rex gra- *1.Re.12.* ditur ante vos. Et Dauid pſal. 94. non ait, Ite, e- *Pſal.94.* xultate domino: ſed venite, exultemus domino. Et diuus Paulus cap. 2. ad Titum: In omnibus, *Tit.2.* inquit, teipſum præbe exemplum bonorum operum. Debet etiam rex magnos & paruos: ſtatũ ſecularem & eccleſiaſticum inter ſe coniungere, vt omnes vna concordia conſpirent, & conceptum ſeruent. Eam ob cauſam eum Eſa. cap. 19. *Eſa.19.* angulum populorum appellauit. Quemadmo- *Similitudo.* dum vnitas cum omnibus ſe numeris communicat: ſic princeps cum omnibus ſibi ſubiectis, pro quibus ſe debet ictibus calamitatum obijcere. Eſt enim bonus princeps & pontifex incus, quã *Similitudo.* plerique variis ac aſſiduis malleis contundunt. Id animo percipiens Seneca in libro de clementia: Rex, inquit, exiſtimet rempublicam non eſſe ſuam, ſed ſeipſum reipublicæ. Et Franciſcus Petrarcha in libro de remediis Fortunæ: Rex eſt ſeruus publicus. Quam ob cauſam debet omnibus conſulere, omnéſque audire. Id quod ſcriptum eſt pſal. 19. Domine ſaluum fac regem, & *Pſal.19.* exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. poteſt etiam verti ex Hebræo: Domine ſaluum fac regem, qui exaudiat nos in die, qua inuocauerimus eũ. Quibus verbis Iudæorum populus à Deo petebat regem, qui eos exaudiret, qui illũ alloquerentur. Sed fruſtra ad ipſum confugientibus præbebit aures, niſi eis iuſtè & ſapienter prouideat. Vnde pſalmographus: Nũc inquit, reges intelli- *Pſal. 2.* gite, erudimini, qui iudicatis terram. Et Plato quẽ Panætius Homerum philoſophorum vocat, tunc dixit beatas fore reſpublicas, cùm in eis aut philoſophi regnarent, aut reges philoſopharentur. Quem locum Agapetus ad Iuſtinianum Cæſarem, & ante illum M. Tullius in epiſtola ad Quintum fratrem, & Valerius Maximus lib. 7. retulerunt. Ne mireris, ſi aliquando ſententias retulero externorum authorum: nam vt ex apibus *Similitudo.* mel habentibus & aculeum, colligimus mel, aculeum autem fugimus: ſic ex infidelibus authoribus ſalutarem doctrinam percipimus, infidelitatem euitamus. Illi enim gubernatoribus rerum publicarum neceſſariam eſſe ſapientiam aſſeuerãter affirmarunt. Ob eam cauſam fictis fabulis memoriæ prodiderunt ingentem perniciem terris attuliſſe Phaetontem Solis filium, cùm impetrauit à patre, vt vno ſaltem die gubernaret equos, lucémque terris diffunderet. Non enim tantùm varias mundi oras incendio combuſſit, ſed etiam ipſe tandem præceps flagrauit. Voluerunt eruditi homines ſignificare exemplo illo, tunc fore regnorum exitium, cùm illi qui clauum imperij tenuerint, & gubernacula reipublicæ tractauerint, fuerint ſapientia deſtituti, & de publica vtilitate haudquaquam ſoliciti. Hi ſunt gladij, qui rempublicam interficiunt. Cõtrà verò principes ſapientes, publicum commodum curantes, clypei ſunt, qui rempublicam tuentur. At Deus qui capite decimo nono Apocalypſis dicitur rex re- *Apoc.19.* gum, & dominus dominantium, ſcutum nuncu- *Deut.33.* patur. Ita enim capite Deuteronomij trigeſimo tertio ſcriptum legimus: Qui ſaluaris in domi-

no,

no, ſcutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ.
Hoc eſt beatus es ô popule Iſraelitice, qui prote
getis à Deo, qui eſt clypeus præſidij tui, & gla-
dius, quo tibi comparatur honor & nominis am
2.Reg.22. plitudo. Et ca.22.li.2. Reg. loquēs rex Dauid de
Deo: Dominus, inquit, fortis meus, ſperabo in
eum, ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ. Cùm
igitur nomine ſcuti ſeu clypei & rex cœli & re-
ges terræ ſignificentur, non eſt à ratione alienū,
vt per clypeū hoc Nahum loco regē Babylonis
interpretemur Habet etiam clypeus alias acce-
ptiones, de quibus videre poteris Origenem in
pſal.36. homilia 2. Hieronymum in Eſa.21. Gre-
gorium in cantica 4. & 33. Memoralium cap. 30.

Viri exercitus in coccineis. Hoc eſt, equites & mi
lites Babylonij induentur coccino. Coccū eſt
granū, quod ad purpuram tingendam adhibe-
tur. Vnde veſtis coccinea colorem ſanguineum,
& exuberantiam ruboris refert. Erant viri illi
coccinati, ne ſi quis eorū vulneraretur, ipſe aut
eius ſocij terrerentur viſo ſanguine. Vel eo in-
duebantur colore, quòd hoſtium ſanguinem ſiti
Apoc.17. rent. Ob eam cauſam mulier illa Apocal.cap.17.
qua ſignificatur Babylon ſeu mundi confuſio, in
duta erat purpura & coccino: quæ ſtatim dici-
tur ebria ſanguine ſanctorum. Ait Vegetius de
re militari, milites quondā indutos fuiſſe cocci-
neis, vt aſpectu rubei coloris ad prælium incita-
1.Mach.6. rentur. Et cap.6. lib.1. Mach. proditū eſt memo
riæ oſtenſum fuiſſe elephantis ſanguinem vuarū,
& mororum liquorem, quo irritarentur ad præ-
lium.

Ignea habena currus in die præparationis eius. Id
eſt, lora curruum tempore præparationis ad di-
micationem erunt rubra & limata, colorem igni
tum ad radios ſolis emittentia. Solebant olim
curribus falcatis pugnare, quos equi ferebant.
Habenæ ſunt lora illa, quæ freno alligantur ad
equos regendos.

Agitatores conſopiti ſunt. Agitatores curruum
Babyloniorū præ nimia fiducia victoriæ in ſom
num inducentur. Dormient ſecuri quaſi iam ca-
pta præda.

In itineribus conturbatæ ſunt quadrigæ. Scilicet
propter earum multitudinem. Sequitur Colliſæ
ſunt in plateis. Hoc eſt tot erunt quadrigæ, vt e-
tiam in locis latis & amplis inuicē collidantur.
Volentes reges ſuā oſtendere potentiam, multi-
tudine curruū vtebātur in bello. Pharao attulit
aduerſus Hebræos ſexcentos currus electos, vt
Exod.14. conſtat ex cap. Exod.14. Loquēs Eſaias de Baby
lonicis copiis cap.5. Rotæ eius, inquit, quaſi im-
Eſa.5. petus tempeſtatis. Acſi dicat: Celerrimæ erunt
rotæ curruum Babyloniorū. Ea ratione ductus
Pſal.19. ait Dauid pſalmo decimonono: Hi in curribus,
hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri in-
uocabimus.

Aſpectus eorum quaſi lampades. Erunt Babylo-
niorum aſpectus ira inflammati: prius terrebunt
facie, quàm feriant gladio. Vel hoc ait propter ar
morum veſtiúmque ſplendorem.

Quaſi fulgura diſcurrentia. Significat Babylo-
niorum aduerſus Niniuitas non ſolùm terrorē,
ſed audaciam & velocitatem.

Recordabitur fortiorum ſuorum. Nimirum Na-
buchodonoſor, vt eis ſcilicet ſubueniat: nā non-
nulli ex illis interficientur à Niniuitis. Quod ex-
primit, cùm ſtatim ait: Ruent in itineribus ſuis.
Sed alij fortiter vrbem aggredientur: & in mœ
nia eius aſcendent ad eam expugnandam. Ideo
ait: Velociter aſcendent muros eius. Vel recor-
dabitur Nabuchodonoſor fortiū ſuorum, vt eos
mittat ad muros capiendos: qui pra nimia feſti-
natione impingent in ſuo inceſſu, & ad muros
feſtinabunt. Quidam hoc referunt ad regem Ni-
niuitarum, qui recordabatur ſuorum, quos ad
pugnam excitabat. ſed ipſi ruentes in prælio fu-
giebant ad muros ſuos, vt inde ſe poſſent tueri.

Præparabitur vmbraculum. Hoc eſt, machina ad
vrbem oppugnandam: Aiunt fuiſſe teſtudinem
quandam, ſub qua deliteſcebant, qui muros di-
ruebant & diſſipabant.

Portæ fluuiorum apertæ ſunt. Deſcribit vrbis ex-
pugnationem. Tunc, inquit, frangentur & ape-
rientur portæ illæ vrbis Ninæ, quæ fluuiorum ap
pellantur. Vel ita eas vocat, quia per eas inſtar
fluminum ſolebat hominū multitudo ingredi,
egredi & fluere. Volens Eſaias gentiū multitudi-
nem & impetum ſignificare, quæ erant ad eccle Eſa.2.
ſiam Chriſti venturæ, ait cap. 2. Fluent ad eum
omnes gentes. Fortaſſe ideo dicuntur portæ flu-
uiorum, quia iuxta eas fluebant amnes à Tigri
fluuio deriuati: erat enim Niniue iuxta Tigrim,
authore Mario Nigro ſita. Vel præter Tigrim
fluebat flumen aliud iuxta portas illas, quæ fra-
ctæ fuerunt. Quaſi dicat: Capta fuit Niniue ea
parte, qua fluminibus alluitur. Iacobus Gœnſ-
chelius in libro ſchematum per portas fluuiorū
intelligit pontes, quia per arcus & portas pon-
tium ingrediuntur fluuij. Septuaginta habent:
portas ciuitatum. Per fluuium intelligunt ciuita
tem, quæ inſtar fluentis aquæ nunquam quieſ-
cit, nec in eodem ſtatu conſiſtit. Vtuntur autem
plurali pro ſingulari.

Templum ad ſolum dirutum. Aiunt templū hoc
fuiſſe idolo Niniuitarum dedicatum, quod voca
batur Neſrach, vt conſtat ex cap. 19. lib. 4. Reg. 4.Re.19.
quod Babylonij funditus euerterunt.

Miles captiuus ductus eſt. Hoc eſt, milites Niniui
tici erunt capti, & ad Nabuchodonoſorem abdu
cti. Ponitur præteritum pro futuro: & ſingulare
pro plurali. Tu autem aduerte: apertæ ſunt por-
tę & templum cecidit, & milites capti ducti ſunt
Babylonem: quia cum ſenſus noſtri qui ſunt ani
mæ ianuæ, hoſtibus ipſius aperiuntur, cadūt om
nia ſpiritualia: & nos qui quondam milites ſtre-
nui eramus, capimur à demone, mūdo, & carne,
& captiui ducimur in æternā confuſionem. Ob Ier.9.
eam cauſam ait Ieremias cap. 9. Aſcendit mors
per feneſtras noſtras.

Ancillæ eius minabantur. Subaudi à Babyloniis.
Aiūt nōnulli ſumi hîc minari pro terreri minis,
vt ſit ſenſus: Babylonij victoria inflati terrorem
inferēt ancillis Niniuiticis, quas minis inſequen
tur. Sed quia minare ſignificat ducere, germanus
ſenſus eſt: Puellæ Aſſyriæ captiuæ ducebātur. Et
ducebātur habēt ſeptuaginta interpretes: & ver
bū Hebraicū nahag ducere ſignificat, quo hîc vti
tur Nahū. Hier. Theod. Remigi. Albert. Magnus,
& alij nonnulli per ancillas hoc loco intelligunt
vicos villas & caſtella. Nam ex conſuetudine He
brææ linguæ oppida ea quæ vrbi regiæ parent, e-
ius

ius ancillæ appellantur. Quod etiam Gœuſchelius in libro ſchematum obſeruauit. Sed licet boc ſit verum, meo tamen iudicio nō ſolùm hoc loco, ſed aliis propè infinitis ancillæ in ſenſu literali pro fœminis ſumuntur.

Gementes vt columbæ. Non audebunt coram boſtibus clamare, & flebiles voces emittere, ſed inſtar columbarum gement intra ſe. Ita cap, Eſa. Eſa.59. 59. Quaſi columbæ meditantes gememus.

C Et Niniue quaſi piſcina aquarum aquæ eius: ipſi verò fugerunt. State, ſtate: & non eſt, qui reuertatur. Diripite argentum, diripite aurum. Et non eſt finis diuitiarum ex omnibus vaſis deſiderabilibus. Diſsipata èſt, & ſciſſa, & dilacerata, & cor tabeſcens, & diſſolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus, & facies omnium eorum ſicut nigredo ollæ. Vbi eſt habitaculum leonū? & paſcua catulorum leonum? Ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & non eſt, qui exterreat? Leo cepit ſufficienter catulis ſuis, & necauit leænis ſuis, & impleuit prę da ſpeluncas ſuas, & cubile ſuum rapina. Ecce ego ad te, dicit dominus exercituū: & ſuccendam vſque ad ſummum quadrigas tuas: & leunculos tuos comedet gladius. Et exterminabo de terra prædā tuā: & non audietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

Et Niniue quaſi piſcina aquarum. Quidam totum hoc caput à principio ad hunc vſque locum de euerſione Hieroſolymæ explanauit. Sed niſi mea me fallit opinio, non de Hieroſolymæ, ſed de Ninæ expugnatione & vaſtitate intelligitur. Nam hoc eſſe inſtitutum Nahum aſſeruit ipſe 1. capite dicens: Onus Niniue: & modò aſſerit, cùm ait: Et Niniue quaſi piſcina aquarum aquæ eius. Locutus fuerat proximè de militum ac ancillarum Ninæ calamitate & pernicie, nunc de eiuſ-
Soph.2. dem vrbs euerſione vaticinatur. De qua Sophonias 2. ita ait: Extendet Deus manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur: & ponet ſpe-
Similitudo. cioſam in ſolitudinem, & in inuium, & quaſi deſertum. Vbi per Aſſur intelligitur Aſſyriorum rex, per ſpecioſam autem ciuitas Nina: quam hic piſcinam vocat Nahum. Comparat eam cum piſcina, ciues autem eius cum aquis, quos ait ob iram Babyloniorum fugiſſe. Nam in vaſtitate illa acerbiſſima multi ex Niniuitis ſe in fugā cōtulerunt. Vt aquæ piſcinæ infructuoſæ ſunt, ſic habitatores Ninæ inutiles erant. Ob eam cauſam non cū aquis nec fontium, nec fluuiorum comparantur, ſed cum aquis paludum & piſcinarum inutilibus ad potum, vbi boni piſces nō nutriuntur. Dicitur enim piſcina à piſcibus per antiphraſim, quòd piſces non habeat: etiam ſi lacus vbi coercebantur piſces, vocētur piſcinę à Varrone.
Pſal.20. Sumi autem aquas pro hominum multitudine
Apoc.17. indicat illud pſal. 20. Vox domini ſuper aquas.
Similitudo. Et illud Apoc. 17. Aquę quas vidiſti, populi ſunt, & gētes, & linguæ. Vt enim aquæ mobiles ſunt, hac atque illac vagantes: ſic populus nullam habet firmitudinem, nullam conſtantiam.

State ſtate. Hoc eſt ſubſiſtite. Verba ſunt, quibus Babylonij Niniuitas fugientes alloquebantur. Sed quia Niniuitæ nec ſiſtere, nec reuerti volebant, adiūgit Nahū: Et non eſt, qui reuertatur. Pro quo ſeptuaginta habent: Non erat, qui reſpiceret. Verbum enim Hebraicum vtrunque ſignificat & reuerti & reſpicere. Deſcribit irreuocabilem Niniuitarum fugā. Fugiebant Babylonios, cum ſeipſos potius fugere deberent. Nos autem à nobis ipſis potius quàm à corporis hoſtibus fugiamus. Stoici negant fugam cadere in virū ſapientem, quem aiunt nunquam eſſe ab hoſtibus declinaturū. Idémq; aiunt multi, qui Chriſtiani cenſentur, aſſerentes eſſe huiuſmodi fugā inter Gen.47. & 27.
ſcelera numerandā. Sed longè falluntur opinione. Iacobum enim omni ſapientia & nobilitate Exod.2.
præſtantem ſcimus à fratre ſuo Eſau fugiſſe, & 1.Ro.19.
Moſem miris laudibus celebratū ad Madianitas 20.21.24.
metu Pharaonis ſeceſſiſſe, & Dauidē omnibus virtutū ornamentis excultū, vt impij Saulis inſi- 3. Reg. 17.
dias declinaret, ſe ad Amalecū contuliſſe, & in ſo & 18.
litudine in foueis & ſpeluncis ſe occultaſſe. Magnus Elias mortuorum excitator ſeſe abdidit ob metum Achabi, & mādauit fugæ ob minas Ieza 2 Cor.11.
belis, quo tempore centum diuini vates quæſiti Act.9.
ad cædem ſeſe in ſpeluncas apud Abdiā abſtruſe Ioan.20.
rūt. Diuus Paulus vas electionis Damaſci in ſpor Matt.14.
ta è mœnibus demiſſus dū ad mortē quæreretur, Mat.10.
fuga vitam quæſiuit. Et Chriſti diſcipuli mundi Matt.5.
doctores ob metū Iudæorum latebras & receſſus Ioan.8.10.
cùm opus eſſet, quærebant. Et ipſe magiſter cœ- 11.
leſtis Chriſtus Deus noſter apud Matt. 10. Cùm perſequentur vos, inquit, in iſta ciuitate, fugite in aliam. Et ipſe in pueritia cum matre ſua ſanctiſſima, & diuo Ioſepho fugit in Aegyptum. Et poſtea in ætate perfecta cùm homines doceret, & cœleſtem prædicaret doctrinā, inſidias Iudæorū, quando opus erat, declinabat. Quare bene poſſumus fugere hoſtium iram, & ab hominum cœtu abduci, vt eorum inſidias declinemus. Sed cùm opus fuerit mori pro Chriſto, debemus eius honorem vitæ noſtræ anteponere, ſanguinem libenter fundere, & omnes mundi cruciatus hilari vultu, alacrique animo propter Deum tolerare. Cum autē nos ab hominum inſidiis abduxerimus, ad Deum debemus confugere tanquam ad arcem tutiſſimam, qui nos abſcōdet, & eruet. Pſal. 30.
Illū enim alloquens regius ac diuinus vates pſal. 30. Abſcondes eos; inquit, in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Seu vt etiam traduci poteſt: à ſocietate hominum. Beatus ille eſt, quem Deus ſegregat ab hominum cœtu, & ad ſolitudinem animíque tranquillitatem ducit.

Diripite argentum, diripite aurum. Verba ſunt, quibus Babylonij ſe viciſſim ad prædā hortabantur. Et ſtatim prædixit noſter diuinus vates fore, vt Babylonij aſportarēt in patriā ſuā vaſa multa pretioſa, ampliſsima ſpolia, infinitas diuitias. Diximus ca. 1. nomine Ninæ intelligi mundū: quā ob cauſam eius opes, nimirū eloquentiā philoſophiā & hiſtoriam poſſumus diripere ab externis ſcriptoribus, eáſque ad Dei cultū & honorem referre, Iſraelitas illos imitantes, qui pretioſa Exod.12.
vaſa

vaſa & monilia ab Aegyptijs abſtulerant, quæ
diuino numini dedicarent. Etenim ex verborum
elegantia, multarúmq; rerum cognitione efflo-
reſcat & redundet oportet oratio.

Non eſt finis diuitiarum. Hoc eſt, infinitæ erãt in
ciuitate illa diuitiæ. Magnæ erant reſpectu aliarũ
ciuitatum, non abſolutè. Nam magna in exiguo
qualiter explicentur, non intelligo. Qui fieri po-
teſt, vt in tam parua terra quæ puncto compara-
tur, magnæ ſint diuitiæ, magna gaudia?

Ex omnibus vaſis deſiderabilibus. Alij vertendum
putant. Onoſta erat omnibus vaſis pretioſis. Sed
omnibus illis fuit ſpoliata: & propter illa euerſa.
Perpende, quàm parum profuerint Niniuitis di-
Similitudo. uitiæ, & quãtùm detrimenti illis attulerint. Quẽ
admodum pini nucibus illis onuſtę, quas pineas
vocamus, percutiuntur ſæpe lapidibus & iacu-
lis: quod illis non accidit quæ fructus nõ ferunt:
ſic homines quantò ditiores ſunt, tantò pluribus
contentionibus & periculis ſunt obiecti: ꝙ pa-
teant multa in eorum vita, quæ, vt aiunt, Fortu-
na feriat: quibus pauperes liberantur. At pleriq;
mortales auiditate incenſi deteſtantur pauperta
rem. Ea ratione ductus Seneca eã bonum odibi-
le appellauit. Sed paupertas illa quam maximè
laudamus, eſt voluntaria, qua regnum cœlorum
comparatur: iuxta illud ſeruatoris noſtri apud
Matt.5. Matthæum 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam
ipſorum eſt regnum cœlorum. Si Niniuitæ diui-
tias inter pauperes diſtribuiſſent, non eas amit-
terent. Nullus eſt tutior theſaurus, quàm elee-
moſyna pauperum, vbi diuites poſſunt opes ſuas
Eccl.7.& recondere & conſeruare. Cap. 7. ait Eccleſiaſti-
29. cus: Pauperi porrige manũ tuam, vt perficiatur
propitiatio & benedictio tua. Et 29. Conclude
eleemoſynam in ſinum pauperis: & hæc pro te
exorabit ab omni malo: eleemoſyna viri quaſi
ſacculus cum ipſo. Hoc ideo ait, quia dãs vnum,
ſaccum habet, quo centum recipit. Nam vt ait
Prou.19. Salomon cap. Prouerb. 19. Fœneratur domino,
qui miſeretur pauperis. Et dominus Ieſus apud
Matth.19. Matthæum decimonono: Centuplum accipiet,
Luc.12. & vitam ęternam poſſidebit. Et apud Lucam 12.
Luc. 4. Date eleemoſynam, facite vobis ſacculos, qui
non veteraſcunt. Et quarto: Date, & dabitur vo-
bis. Hoc debent concionatores diuitibus ſuade-
Similitudo. re & inculcare. Quemadmodum terra ſterilis ta-
cta cithara Mineruæ, vt eruditi homines fictis
fabulis memoriæ prodidere, produxit oliuam
plenã oleo: ſic aliquando diuites auari tacti mu-
ſica diuinorum verborum fructum ferunt elee-
moſynæ & pietatis. Et ita à Deo liberantur: ait
Pſal.40. enim Dauid pſal. 40. Beatus qui intelligit ſuper
egenum & pauperem: in die mala liberabit eum
dominus. Niniuitæ autem non fuerunt liberati,
quia auaritiæ & cupiditatis ſtimulis incitati, nõ
ſolùm non largiebantur ſua, ſed rapiebant alie-
na: & deteriores indies fiebant. Multi paupertate
laborantes ad normam rationis dirigunt vitam,
qui poſteà diuitiis affluentes remittunt nuu-
Similitudo. tium virtuti. Vt apta & ſuauis fiſtula ſeu tibia ſi
eſt vacua, dulcem reddit ſonum, repleta autem
puluere & terra nihil ſonat: ſic multi in egeſtate
dulcem virtutum ſonitum fundunt, qui cùm
poſteà ingentes conſequantur diuitias, omnino
obmuteſcunt.

Diſſipata, & ſciſſa, & dilacerata. Nimirum Nina
à Babylonijs, qui eam ſpoliauerunt, ceciderunt,
& penitus vaſtarunt. Pro diſſipata: eſt poteris ita
ducere, nudata eſt, ſeu ſpoliata eſt ab opibus ſci-
licet ſuis. Hæc de vrbe: nunc de ciuibus.

Cor tabeſcens. Deſcribit ciuiũ Ninæ timorem,
mœrorem, & imbecillitatem in vrbis expugna-
tione. Senſus eſt: cor eorum liquefiet vt cera ad
ſolem: genua diſſoluentur, & præ trepidatione
collident ſeſe: renes debilitabuntur: & facies præ
nimio dolore, & fumo incendij nigrore afficien-
tur. Idem ait de Babylonijs in eorum pernicie
cap.13. Eſaias. Eſai.13.

Vbi eſt habitaculum leonum? Ita appellat Ninam,
quòd in ea habitaſſent homines ſuperbi, qui ſe
de robore & fortitudine iactantes ſeipſos leones
vocabant, & filios ſuos catulos leonum. Irriſio
eſt, & ironia Babyloniorũ in Niniuitas inſultan-
tium. Vel per leones intelligit oppreſſores, præ-
dones, graſſatores & tyrãnos, & per leunculos fi-
lios & famulos eorum. In hãc ſignificationẽ ſu-
mitur loco cap. Ezec.19. In medio leunculorum Ezech.19.
enutriuit catulos ſuos, & eduxit vnum de leun-
culis ſuis: & leo factus eſt: didicit prædam cape-
re, hominémque comedere. Et 4. Iob. Rugitus Iob.4.
leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leo-
num contriti ſunt. Et Prouerb. 8. Leo rugiens, Prou.8.
& vrſus eſuriens princeps impius ſuper popu-
lum pauperem. Et pſal. 7. Ne quando rapiat vt Pſal.7.
leo animam meam. Vel vt poteſt etiam traduci:
Ne fortè dilaniet vt leo vitam meam. Alijs ſumi
tur leo pro animi nobilitate & fortitudine. Quã
ob cauſam Salomon ſculpi iuſſit leones in baſi- 3 Reg.7.
bus ædificij. Et in numo Neruæ Traiani claua in
ſidet in capite leonis: vbi per clauã robur corpo-
ris ſignificatur, per leonem animi fortitudo: quia
in principe & duce cum viribus corporeis ſunt
animi vires copulandæ.

Ad quam iuit leo: Subauditur Nabuchodono-
ſor Babyloniorum rex, qui ſe ad vrbẽ illam con-
tulit oppugnandã. Ita eum vocat Ieremias cap. Iere.4.
4. populum Iſraeliticum alloquẽs: Aſcendit, in-
quit leo de cubili ſuo, & prædo gentium ſe leua-
uit: egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terrã tuam
in ſolitudinem. Cubile Nabuchodonoſoris fuit
Babylon, vnde exiuit Iudæam vaſtaturus.

Catulus leonis. Quem leonem vocauit, vocat
modo leonis catulum, quòd non ſolùm eſſet ty-
rannus, ſed etiam tyranni filius.

Leo cepit ſufficienter catulis ſuis. Hoc eſt, Nabo-
chodonoſor cepit ſpolia, quæ ſuis filiis & fami-
liaribus ſufficerent. Suppeditauit illis diuitias,
quas ex pręda & manubiis cumulauit. Sequitur:
Et necauit leænis ſuis. Id eſt, & interfecit Nini-
uitas, vt illis filias ſuas educaret. Methaphora eſt
ſumpta a leone, qui interficit animalia, vt eorum
carnes catulis ſuis impertiat. Per leænas poteris
eius vxores & cõcubinas intelligere. Nã Michael
Bizantius meretrices quaſdã corpus ait habere
leoninum, vt eas indicet rapacitatẽ & impetum
in amatores exercere. Sed iuxta Corinthum tu-
mulus fuit Laidis petulantis mulieris, cui leęnæ
ſimulachrum appoſitum videbatur.

Et impleuit præda ſpelũcas ſuas. Hoc eſt aulas & ci
uitates ſuas impleuit ſpoliis. Ita Eſaias de Nabu Eſai.5.
chodonoſore loquẽs: Rugit', inquit, eius vt leo

nis, rugiet vt catuli leonum : & frendet, & tenebit prædã, & ampleaabitur: & non erit, qui eruat. Totum hoc à verbis illis. Ad quã iuit leo: vſque ad hunc locum poteſt de rege Aſſyriorum *4.Reg.19.* explicari, qui vt cap.19. lib.4. Reg. ſcriptum legimus, Ninam coluit, & reges multos vicit, & ſpoliauit.

Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum. Subauditur, venturus ſum ô Nina. Senſus eſt: Tu hactenus alias vrbes vincebas, euertebas, & ſpoliabas: at nunc vinceris, euerteris, & ſpoliaberis. Dicitur aliquando Deus ad nos venire, cũ nos punit. *Ierem.51.* Eodem modo vaticinãs Iere.cap.51. de Babylonis exitio inducit Deum ita loquentẽ: Ecce ego ad te mons peſtifer, dicit dominus. Appellat Babylonem montem, non quòd eſſet in monte ſita, erat enim in campi planicie, vt ait lib.16. Strabo: ſed ꝙ eſſet excelſis muris munita, vt ꝙ mons eſſet vitiorum. Aduerte: venerunt Babylonij aduerſus Niuam, eius quadrigas ſuccẽderunt, & totam vrbem ad vaſtitatem vocarunt: & Deus hoc loco tribuit totum hoc ſibi ipſi, quia ſine eius voluntate factum non fuit. Rapuerunt latrones *Iob 1.* pecora Iob, & ille dicebat: Dominus abſtulit. Abſtulit autem, non quatenus fuit culpa, ſed quatenus fuit pœna. Homerus ait dimiſiſſe Deum ex cœlo in terras admirabilẽ catenam: per quam Macrobius in commentariis in ſomnium Scipionis intelligit diuinam prouidentiam, & connexionem rerum creâtarum cum creatore, qui eſt prima cauſa, ſine qua nihil fit: quia omnia facit aut per ſe, aut per cauſas ſecundas.

Succendam vſque ad fumum quadrigas tuas. Pro vſque ad fumũ habent nonnulli codices: Vſq; ad ſummũ: ſed vitioſe: loquitur enim de fumo igni admiſto terribilis incendij, quo Niniuitarũ quadrigæ abſumptæ fuerunt. Acſi dicat: Succendam igne fumante currus tuos. Vocabulum enim Hebraicum & Græcũ fumum ſignificat, non ſummũ. Tu quę fumũ vanitatis colebas, vſque ad fumum ignis incenderis. Vanitatẽ Aſſyriorum voluit fortaſſe notare Nahum. Nimia vanitas excludit homines a regno cœlorũ. Hoc vult Dauid *Pſal.23.* pſal.23. indicare, cùm ait: Quis aſcendet in montẽ domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui nõ accepit in vanum animam ſuam. Pro quo poteris traducere ex Hebręo: Qui non extulit in vanitatem animã ſuam. De illa vanitate loquitur, quę claudit iter ad æternas ſedes mentium beatarum.

Et leunculos tuos comedet gladius. Hoc eſt, & filij tui gladio hoſtium interficientur. Vel gladiũ vocat diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem & vltionem. Ita *Eſai.1.* poteſt illud Eſaiæ cap.1. intelligi: Gladius deuorabit vos. Sumitur etiam gladius pro manu & *Exod.18.* poteſtate 18. Exodi, vbi ait Moſes: Deus eruit me de gladio Pharaonis. Pro quo ſeptuaginta interpretes habent: ἐκ χειρὸς, hoc eſt de manu & poteſtate. Gladio doloris ſignificatur acerbiſſima do*Luc.2.* loris magnitudo, vt Luc.2. Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit. Gladius ſpiritus eſt *Epheſ.6.* verbum Dei, vt ait ſexto ad Epheſios diuus Pau*Cant 3.* lus. De illo intelligitur locus ille cap.3. Canticorum: En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios. Lectulus Salomonis eſt eccleſia Chriſti, vbi ille dicitur quieſcere & cubare, quam cuſtodiunt doctores, concionatores, & pontifices animorum fortitudine ſepti, & verbo Dei muniti. De lectulo illo dictum fuerat cap.1. Lectulus *Cant.1.* noſter floridus. Nam arbores florentes ſolent ferre fructum. Quibus verbis ſignificatur fidelium in eccleſia propagatio: quam viri ſapientes gladio verbi Dei tuentur. Sed gladius hoc Nahum loco ſumitur pro cruenta Babyloniorum ſica: & comedere pro occidere & cõſumere, vt pſal.77. *Pſal.77.* Iuuenes eorum comedit ignis. Vbi Auguſtinus, & Caſſiodorus, & Petrus Lombardus per ignem intelligunt irã hoſtium in bello. Et pſal.78. Quia *Pſal.78.* comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt. Hoc eſt, quia Babylonij interfecerunt Hebræos, & Hieroſolymam funditus deleuerunt: quæ erat eorum locus. Vbi pro loco quidam vertunt habitationem: Hieronymus autem & Nebienſis decorem: vocabulum enim naueh Hebraicum omnia hæc ſignificat: quæ omnia Hieroſolymæ olim florentiſſimæ Iudęorũ vrbi cõueniunt. De variis gladij acceptionib. vide Arnobiũ in pſal. 9. & 26. Tertullianum aduerſus Iudæos, Aretam in Apocalypſim ſecundo Baſilium in pſalmum ſeptimum, Bedam in Geneſim 3. Philonem 2. allegoriarum.

Exterminabo de terra prædam tuã. Hoc eſt, auertam de terra rapinam tuam: non enim ampliùs furta facies, non aliena compilabis. Vel ſic: Ego ô Ninine ciues tuos qui viui euaſerint ex bello, proiiciam de terra hac in Chaldæam: erúntque præda Chaldæorum: & in perpetua ignominia verſabuntur. Quemadmodum Niniuitæ fuerunt Babyloniorum ſpolia: ſic impij ſunt dæmonum præda: quos Deus tãdem de terra relegat in tetram damnatorũ regionem, vbi æternis cruciatibus torqueantur. Latomus qui lapides excindit, & polit, atque ad ædificij accõmodat extru*Similitudo.* ctionem, ſi illos inuenit aſperos & reſiliẽtes, nullámque admittentes culturam, relinquit eos. & in locum aliquem vilem proiicit. Sic Deus vult nos bonis inſpirationibus ad Eccleſiæ ſuæ ſanctæ ædificium accommodare, & perpolire: ſed ſi ei reſiſtimus & obſtamus, relinquit nos, & ad infimum quendam proiicit locũ, hoc eſt ad ſceleratorũ regionem, vbi inepti lapides in æternum cruciãtur. De illis ait dominus apud Matt.8. Eii*Matt.8.* cientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentiũ. Quidam tolluntur de terra alij in eorum locum ſuccreſcunt. Quidam naſcuntur: alij è vita decedunt: terra autẽ immota manet veluti theatrum, in quo hæc veluti comedia peragitur. Id voluit Salomon capite Eccleſiaſtis primo *Eccl.1.* his verbis ſignificare: Generatio præterit, generatio aduenit: terra autem in æternum ſtat.

Non audietur vltra vox nunciorum tuorum. Id eſt, non audient deinceps oppida tua & ciuitates tibi ſubiectæ nuntios tuos tributa exigentes, homines terrentes, & Deum execrãtes. Hoc fortaſſe ait propter Rabſacem ducem exercitus Sennacheribi, qui iuxta muros Hieroſolymæ diris maledictis verum Deum laceſſiuit, vt cap.18. libr. *4.Reg.18.* 4.Reg. & 36. Eſaiæ literæ diuinæ teſtantur. Sole*Eſai.36.* bant Aſſyrij nuntiis & præconibus eas vrbes minis, ac execrationibus in Deum & homines terrere, quas ad ditionem ſuam inuitabant. Vel ſic:

Non

Non audientur poſthac voces nuntiorum tuo-
rum, opera tua laudantium. Huic expoſitioni
fauet tranſlatio ſeptuaginta interpretum, quæ
habet: Non audientur vltrà opera tua.

OBSERVATIONES ex Hebræo in

CAPVT II.

Aſcendit qui diſpergat coram te. Pro aſcendit eſt
in Hebræo עלה halah, quod verbum aſcendere
significat, vt Canticorum 3. Quæ eſt iſta, quæ a-
Cant.3. ſcendit per deſertum ſicut virga fumi ex aroma-
tibus myrrhæ & thuris. Vel vt poteſt etiam tra-
duci: ſicut columba fumi ſuffita myrrha & thu-
re. Vnde holocauſtum cuius fumus aſcendebat
ſurſum, vocatur Hebraicè holah? Et quia fumus
ſurſum aſcendens diſſipatur, & euaneſcit, ſumi-
tur hoc verbum pro diſſipari, ſuccidi, & euane-
ſcere. Sed aliquando pro conſerere, vt cap. 14. Za
Zac.14. chariæ: Apprehendet vir manum proximi ſui, &
conſeretur manus eius ſuper manũ proximi ſui.
Hoc eſt, habebunt amici manus colligatas præ
timore malorum, quæ tunc ſuperuenient. Quod
poteſt ita etiam traduci: Apprehendet vir ma-
num ſocij ſui: & aſcendet manus eius ſuper ma-
num ſocij ſui. Acſi dicat: Petet tunc homo auxi-
liũ ab amico ſuo: ſed huiuſmodi auxilium abi-
bit in auras, & inſtar fumi aſcendẽtis euaneſcet:
fruſtrà tunc petent homines auxilium ab amicis
ſuis: nam præſidium humanum nihil contrà Dei
conſilium valebit. Sumitur manus pro auxilio,
Deut.15. vt Deuteronomij 15. Vt aperias manum fratri
2.Reg.3. tuo: Et tertiò lib. 2. Reg. Erit manus mea tecum.
Quare poteſt tota hæc oratio Nahum ita verti:
Peribit ſeu euaneſcet diſperſor coram te: cuſtodi
munitionem, conſidera viam, confirma lumbos,
robora fortitudinẽ valde. Verba ſunt diuini va-
tis, quibus proſequitur exitium Sennacheribi re
gis Aſſyriorum, & liberationẽ Iudææ, de qua in
fine prioris capitis vaticinatus fuerat. Continuat
vaticinationẽ ſuam connectens præſentia præce
dẽtibus, acſi dicat: Peribit, & in aerem aſcendens
ſicut fumus euaneſcet ante oculos ô Iudæa im-
pius ille oppreſſor Sennacheribus, qui te ad exi-
tium & vaſtitatem vocauerat. Tu cuſtodi muni-
tionem tuam: hoc eſt, ne relinquas Hieroſoly-
mam vrbem tuam munitam. Conſidera viá, qua
venerant Aſſyrij te oppugnaturi, quia non ea
venturi ſunt poſteà: quin potius nocte vna inter-
ficientur. Eam ob cauſam recipe animum, con-
firma lumbos pṛę timore debilitatos, & eſto ani-
mo forti & conſtante. Hæc poteſt eſſe huius ora-
tionis intelligentia iuxta literam Hebraicã, quæ
Sennacheribum cum fumo in aſcenſu ſuo defi-
Pſal. 36. ciente comparauit: iuxta illud pſal. trigeſimoſex-
ti: Inimici domini mox vt honorificati fuerint &
exaltati, deficientes quemadmodum fumus de-
ficient. At ſeptuaginta interpretes multò aliter
tranſtulerunt: ita enim habent: ἀνέβη ἐμφυσῶν εἰς
πρόσωπόν σου ἐξαιρούμενος ἐκ θλίψεως. Id eſt, A-
ſcendit inſufflans in faciem tuam, eruens de tri-
bulatione. Acſi dicat diuinus vates: Aſcendet ad
te Chriſtus ô eccleſia ſancta, aſcendet ex mor-
tuis obruens eum, qui mortis habebat impe-
perium, téque in faciem inſufflando fauore pro-
ſequetur, & ſpiritum ſanctum tribuet. Hoc im-
pletum fuit, quãdo Chriſtus ſeruator noſter poſt
reditum ad vitam diſcipulis ſuis apparuit: & vt
ait cap. 20. Ioannes, inſufflauit, & dixit eis: Acci- Ioan.20.
pite ſpiritum ſanctum. Ita locum hunc Theodo-
retus interpretatur. Dei inſufflatione eius fauor
& gratia ſignificatur. Videns Ezechie. 37. cãpum Ezec.37.
plenum oſſibus hominum mortuorum dixit ex
Dei præcepto: Veni ſpiritus, & inſuffla ſuper in-
terfectos iſtos, & reuiuiſcant. Et ita factum eſt.
Campus plenus oſſibus eſt mundus plenus pec-
catoribus, qui ob mortifera ſcelera mortui dicũ-
tur: ſed poſſunt Dei inſufflatione & gratia ad vi-
tam redire: quemadmodum oſſa illa redierunt.
Volens ſaluator noſter apoſtolis ſuis gratiá largi
ri, inſufflauit in eos: qua in re voluit oſtendere, vt
ibi Cyrillus Alexãdrinus obſeruauit, ſe eſſe Deũ
illum, qui in creatione primi hominis inſpirauit
in faciem eius ſpiraculum vitæ. Ac voluit ceri-
monia illa inſufflationis ſanctas eccleſiæ cerimo
nias approbare. Quemadmodum vt liberaretur
Hieroſolyma, fuit crudelis dominatus Sennache
ribi per Deum ablatus: ſic vt liberaretur eccle-
ſia, fuit diaboli tyrannis per Chriſtum extincta.
Eam ob cauſam in fine ſuperioris capitis eccle-
ſiæ nomine Iudææ ſignificatæ ob ſalutẽ, & Chri
ſti gratiam exultanti dictum fuit: Celebra Iudah
feſtiuitates tuas. Ne mireris, ſi pro obſidione di-
cam verti poſſe munitionẽ: nam in Hebraico eſt
metſurab, à verbo tſur, quod ſignificat obſidere
& munire. Vnde nomen hoc obſidionem ſignifi
cat & munitionem. Priorem ſignificationem ſe-
cutus eſt Latinus noſter interpres, poſteriorẽ Va
tablus, Pagninus, & Brixianus. Et quia ab hoc
verbo deriuatur nomen tſarah, quod ſignificat
afflictionem, traduxerunt ſeptuaginta interpre-
tes tribulationẽ. Illud eſt hoc loco aduertẽdum,
caput hoc in Hebraico: & in editione vulgata in
cipere ab his verbis. Aſcendit, qui diſpergat. Id
quod nos ſecuti ſumus. At iuxta tranſlationem
ſeptuaginta incipit ab his verbis: Contemplare
viam. Alia enim ſunt in fine capitis ſuperioris.

*Quia reddidit dominus ſuperbiã Iacob, ſicut ſuper-
biam Iſrael.* Pro reddidit eſt in Hebræo verbum
שוב xub, quod ſignificat reuerti, vt Canticorum
6. Reuertere reuertere Sulamitis, reuertere reuer Cant.6.
tere, vt intueamur te. Sulamitis idem eſt quod
Hieroſolymitana, per quam intelligitur Iudæo-
rum ſynagoga, cuius præcipua ciuitas fuit Hie-
roſolyma, quę Salem fuit quondam vocata, vt in
noſtris in primum Danielis caput commentariis
apertè oſtendimus. In nonnullis codicibus pro
Sulamitis eſt Sunamitis, ſed vitioſè ob librario-
rum & typographorum incuriam. Verba ſunt
eccleſiæ Iudaicam ſynagogam ad veram Chriſti
fidem vocantis. Vtitur quater hoc verbo reuerte
re, quia illam hortatur, vt ex quatuor mũdi par-
tibus, in quibus eſt diſperſa, conuertatur ad fi-
dem. Significat etiam verbum hoc reddere, vt
pſal. 50. Redde mihi lætitiá ſalutaris tui. Hoc eſt Pſal.50.
Chriſti, qui eſt ſalutare noſtrũ, ſalus & ſaluator.
Non enim mundi, ſed Dei gaudium appetebat
Dauid. Ita ſacratiſſima Dei genitrix apud Luc. 1. Luc.1.
Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Vel

redde mihi lætitiam ſalutatis tui:Hoc eſt, quam mihi ſolebat afferre ſpes ſalutis ob liberalitatem tuam conſequendæ. Præterea ſignificat conuet-
Pſal.22. tere, vt pſal. 22. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit,Acſi dicat:Iuxta aquam tranquillam ſpiritus recreatricẽ eduxit me, animam meam ad priſtinam quietem ſuam reduxit. Pro ſuperbia eſt in Hebræo גאון geon, quod nomen non ſolùm ſuperbiam ſignificat,ſed etiam magnificẽtiam:pro qua ſumi poteſt hoc loco: vt ſit ſenſus: Lætare ô Iudæa,quia peribit Sennacheribus,& exercitus eius, & Niniue eius regia vrbs euertetur:& Deus reddet gloriam,amplitudinem & magnificentiam Iacobo, iuxta gloriam, decorem, & maieſtatem Iſraelis. Acſi dicat:Reſtituet Deus populo Iſraelitico priſtinam dignitatem, quam ei Aſſyrij abſtulerant, & obſcurauerant. Acra Iacob & Iſrael pro eodem accipiuntur,nimirum pro Hebræorum po-
Eſai.9. pulo.Ita apud Eſaiam 9.Verbum miſit dominus in Iacob,& cecidit in Iſrael.Hoc eſt,vaticinationem hanc miſit Deus ad populum Iſraeliticum:
Pſal.113. & ita eueniet ei. Et pſalm. 113. In exitu Iſrael de Aegypto domus Iacob de populo barbaro.Quidam ex Hebræis per gloriã Iacobi & Iſraelis intelligũt Hieroſolymam:vt ſit ſenſus: Quia faciet Deus quieſcere Hieroſolymam interfecto crudeli Sennacheribo,qui eam grauiter afflixerat. Septuaginta interpretes per ſuperbiam hanc videntur intelligere iniuriam iactam in Iudæos ab Aſſyriis,quam Deus auertit interitu Sennacheribi. Ita enim traduxerũt. Quia auertit dominus contumeliam Iacob,ſicut contumeliã Iſrael. Alij ita hunc locum explanant: Quia caſtigauit dominus ſuperbiam Iudæorũ nomine Iacobi & Iſraelis ſignificatorum, quos crudeli virga Aſſyriorum percuſſit:reſtat modò,vt ipſa virga in ignem coniiciatur. Hic autem ignis erit ipſorum Aſſyriorum clades.

Clypeus fortiũ eius ignitus. Pagninus habet:Clypeus fortium eius rubefactus eſt. Septuaginta. ὅπλα δυναστείας αὐτῶν ἐξ ἀνθρώπων. Hoc eſt,arma potentiæ eius ex hominibus. Pro ignitus eſt in Hebræo: מאדם me addam, à verbo Adam, quod ſignificat rutilare & rubere. Vnde Adon idem eſt
Cant.5. quod rubicundus,vt Cant.5. Dilectus meus candidus & rubicundus: ait eccleſia de ſponſo loquens. Vbi per candorem ſignificat Chriſti puri
Sup.7. tatem iuxta illud Sapientiæ 7. Candor eſt lucis
1.Ioan.1. æternæ. De qua luce ait Ioãnes cap.1. primæ ſuæ canonicæ:Deus lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt vllæ. Per ruborẽ intelligit Chriſti humanitatem ſanguine conperſam.Id intelligens Eſaias: Quis eſt,inquit,iſte,qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſra?Et paulò pòſt:Quare rubrum eſt indumentum tuum:Per Boſra intelligitur terra Hieroſolymæ, vbi Chriſtus pro nobis ſanguinẽ ſuũ profudit. Quamobrem poteſt traduci locus hic Nahum:Clypeus fortium eius rubicundus. Vel vt vertit Pagninus: Rubefactus: vel rutilans. Vnde odem ſignificat lapidem illum pretioſum, quem rubinũ vocamus: licet alij dicant eſſe ſardium. Et adamah terram rufam: & ſumitur generaliter pro terra, Ex quo effectũ eſt, vt Adam idem ſit quod homo, quòd fuerit è terra formatus.Hac ratione ducti verterunt ſeptuaginta:Et arma potentiæ eius ex hominibus.Nam particula מ me, ſignificat de,ſiue ex,Adam autem hominem.Volunt ſignificare ſcuta & arma Nabuchodonoſoris non ſpiritualia fuiſſe, ſed corporalia: non ex Deo, ſed ex hominibus. Ac de verorum Chriſtianorum armis ait apoſtolus cap.10.poſte-
rioris ad Corinth.Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum. Hoc eſt, ſunt valida per Deum ad omnes dæmonum machinas euertendas & diſſipandas. Hæc autem verba ſeptuaginta interpretum hanc poſſunt habere intelligẽtiam. Ipſi Niniuitæ præbebant aduerſus ſeipſos arma Babylonijs:ea enim ſcelera admittebant,propter quæ ab inimicis vincebantur.Peccata eorum erãt arma,quibus Babylonij eos traiiciebant,& ſuperabant.Ideo ait:Arma potentiæ eius nimirum Nabuchodonoſoris erant ex hominibus. Hoc eſt, homines illa ei præbebãt. Eodem modo nos ipſi Turcis cæteriſq; infidelibus arma porrigimus, quibus nos interficiant. Relinquamus ſcelera,& de infidelibus victoriam reportabimus.

2.Cor.10.

Viri exercitus in coccineis. Septuaginta habent: Viros fortes illudentes in igne. Hoc eſt, tam audaces,vt putent ludum, ſe igni ardenti cæteriſq; periculis obiicere.Temeraria ſpectacula fortitudinẽ falſo oſtentantis iocũ putabant. Ita Theophilactus hũc locum interpretatur. At illud erat temeritas, non fortitudo. Vera animi fortitudo fuit illa,qua muniti Chriſti martyres nec flãmas ignis,nec gladios timebant pro fide Chriſti: ſed mortem contemnentes immortalitatem conſequebantur. Tam admirabilis erat eorum virtus, vt pro vno qui moriebatur, multi ſe morti obiicerent,& ad gloriæ ſempiternę decus aſpirarent
Quemadmodum cùm exciditur virgultum ſeu Similia.
ſurculus arboris,cuius radix ſana eſt,atque viriditate firma,pro vno pullulant permulti:& quẽadmodum cùm cohibetur parte vna rapidus rinus, funditur varijs partibus aqua: ſic martyre vno pro Chriſto vita priuato, alij quamplurimi viri ſidem recipiebant: ſeque ad mortem vltro ſubeundam præparabant. Iuſtus,inquit, ſapiens
Prou.18. quaſi leo confidens ſine terrore erit. Et Prou.18.
Eſaias 12. Fortitudo mea & laus mea dominus. Eſai.12.
Vnde apoſtolus in epiſtola ad Philippenſes 4. Philip.4.
Omnia, inquit,poſſum in eo, qui me confortat. At Babylonij non in Deo,ſed in mundi vanitate temeritateq; confortabantur. Quare eorum audacia non erat fortitudo.In epiſtola quadam ad
Hieronymum ait ita Auguſtinus:Qui vera virtu August.
te fortis eſt,nec temere audet, nec inconſultè timet.Et Hieronymus in Eſaiã:Fortitudo ac conſtantia via regia eſt,à qua declinat ad dexteram, qui temerarius eſt & pertinax ad ſiniſtram, qui formidoloſus eſt & pauidus.Et M.Tullius lib.1. Officiorũ:Probè, inquit, definitur à Stoicis fortitudo, cùm eam virtutem eſſe dicunt pugnan-
tem pro æquitate.Et Seneca in epiſtola quadam Seneca.
ad Lucillum:Fortitudo non eſt inconſulta temeritas,nec periculorum amor.

Ignea habena currus in die præparationis eius. Pagninus habet:Vt ignis lãpadarum currus erãt in die qua præparare fecit currus. Alij traducunt: Quaſi ignis lampadarum currus in die præparationis eius. Senſus eſt:Currus falcati Nabuchodonoſo

donoſoſis venientis oppugnatum Niniuen videbantur circumligati igne ardente, qui ex ferro rotarum agitatarum conflabatur. Pro habenis eſt in Hebræo פלדת peladoth, pro quo non nulli viri docti tædas ſeu faces interpretantur. Septuaginta tamen tranſtulerunt habenas: quos & rectè quidem imitatus eſt vulgatus noſter interpres.

Agitatores conſopiti ſunt. Pro agitatoribus eſt in Hebræo: ברושים beroxim. Berox eſt arbor quędá, pro quo Hieronymus tráſtulit abietem cap. Eſai. 55. Pro ſaliuncula aſcendet abies. Et quia ex hac arbore ob eius proceritaté ſolét fieri haſtæ & iacula, ideo beroxim omnia hæc ſignificat. Hac ratione ductus Iſidorus Brixianus traduxit: Haſtæ abiegnæ tremuerunt. Pagninus: Abietes tremuerunt. Alij: Abietes veneno infectæ ſunt. Vt ſignificent haſtas fuiſſe venenatas, vt hoſtes omnino perderét. Nonnulli per abietes intelligunt equites Babylonios: qui ob corporum proceritatem cum altis abietibus comparantur. Ob eá cauſam ſeptuaginta tranſtulerút: Equites eorum tumultuantes. Et Chaldæa Ioaathæ paraphraſis, per abietes hoc loco intelligit magnates, & exercitus magiſtros & duces. Alij vertunt: Haſtati con ſopiti ſunt. Et quoniam equites haſtati equos & haſtas agitabant, rectè & dilucidè vertit Latinus noſter interpres: Agitatores conſopiti ſunt: præ nimia ſcilicet fiducia. Quod ad Babylonios referunt. At alij hoc ad Niniuitas referédum putant, qui timore inimicorum perculſi fuerunt perterriti & ſtupidi, ac veluti conſopiti.

Præparabitur vmbraculum. Pro vmbraculo eſt in Hebræo: סכך ſocec, quod eſt nomen machinæ bellicæ ex lignis coriiſque cópactæ, qua vrbium oppugnatores teguntur, quando muros diruút, ne de ſuper lapidibus obruátur. Vocatur à Iulio Polluce ſcepiſtarium. Septuaginta traduxerunt: Præparabunt propugnacula ſua. Pagninus: Præparabitur operimentú ex tabulis pellibúſq; confectum. Deriuatur à verbo ſacac, quod ſignificat adumbrare, operire, protegere: vt pſal. 139. Domine Deus virtus ſalutis meæ obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Hoc eſt, domine Deus fortitudo, in qua ſita eſt ſalus mea, tu protegis caput meum in tempore belli: tu es mihi loco galeæ, ne ab hoſtibus percutiar.

Templum ad ſolum dirutum. Septuaginta habét: Regalia ceciderunt. Alij: Palatium ad ſolum deiectum fuit. Quod idem eſt. Nomen Hebraicum eſt היכל haecal, quod aulam ſignificat & templum. Eo vtitur Ieremias cap. 7. cùm ait: Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: templum domini, templum domini, templum domini. Ter illud nominabant & repetebant ad maioré verborum ſuorú confirmationé. Vel quia ter in anno ad illud ingredi tenebantur Iudæi. Vel quia tres habebat partes, nimirú porticú, corpus templi, & oraculum. Vel ideo ter Dei templum nominabát, vt ſimularent religioné. Antiqua eſt in mundo falſa virtutis oſtentatio, quæ hypocriſis appellatur. Eruditus artificio ſimulationis eſt angelus pictus, qui alas habens non volat: cereos manibus tenens non illuminat: qui videtur cœlum reſpicere & contemplari, cùm nec illud reſpiciat, nec contempletur. Primus hypocrita, vt

Eſai. 55.

Ionath.

Pſal. 103.

Iere. 7.

Similitudo.

Chryſoſtomus annotauit, fuit diabolus, qui Heuam in orto amœniſſimo feſellit. Cæterùm in diuinis literis templum ſumitur pro aula, pro æde idoli, pro templo Salomonis, pro eccleſia: quarum ſignificationum exempla paſſim reperiuntur. Sumitur etiam pro corpore, vt cap. Malac. 3. Statim veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quęritis. Hoc eſt, ſtatim filius Dei aſſumet corpus humanum. Hoc eſt templum illud, de quo ipſe dixit apud Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ac ſtatim euangeliſta oſtendit locutum fuiſſe Chriſtum de templo corporis ſui.

Et miles captiuus ductus eſt. In Hebraico pro milite eſt הצב hutſath, pro quo in paraphraſi Chaldaica eſt regina. Ac ita habet Brixianus. Exiſtimant nonnulli eſſe propriú reginæ numen. Quá ob cauſam Pagninus traduxit: Et Hutſab regina captiua ducta eſt. Deducitur vocabulum hoc à iatſab, quod ſignificat aſtare. Ideo nónulli transferunt ex Hebræo: Et aſtans captiua ducta eſt. Ac per aſtantem intelligunt reginam, quę ad regis dexteram ſolita ſit aſtare: iuxta illud pſal. 44. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato. Huic interpretationi cógruit ritum in modum quod ſequitur: Et ancillæ eius minabantur. Significat etiam verbum hoc ſtare. Vnde matſab ſignificat ſtationem & aciem militum, & ipſos milites. Et aiunt idem ſignificare hotſab. Quare poteſt verti locus hic. Et acies captiua ducta eſt. Pro quo Latinus noſter interpres tranſtulit: Et miles captiuus ductus eſt. Vt ſit ſingulare pro plurali, miles pro militibus, ſiue pro acie militum: poſtremò verbú hoc ſignificat ſubſtáre, & ſubſiſtere: quam ob rem nomen hutſab ſubſtantiam ſignificat. Ea ratione moti ſeptuaginta tranſtulerunt: Et ſubſtantia reuelata eſt. Hoc eſt, opes Niniuitarum apertæ ſunt, & eorum reconditi theſauri Babyloniis expoſiti, & direptioni cómiſſi. Sed quia pro, ductus eſt, in Hebręo eſt verbum halah, quod ſignificat reuocare, terminare, & conſumere, vt pſal. 101. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Hoc eſt, ne me ſuccidas & interficias in medio ætatis meæ: exiſtimat Rabbi Ioſeph Chimhi hunc verſum Nahum hanc habere intelligentiam: Milites captiui mortui ſunt.

Diſſolutio geniculorum. Vocabulum פיק phic, pro quo ſeptuaginta verterunt ὑπόλυσις, & Hieronymus diſſolutionem: ſignificat etiam offenſionem. Quod huic quoque conuenit loco: nam timentium genua ſe inuicem offendunt & collidunt. Deriuatur à verbo פוק quod ſignificat offendere, diſſoluere, tueri, educere, haurire. In hanc vltimam ſignificationem ſumitur cap. Prouer. 8. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino. Vel vt etiam verti poteſt ex Hebræo: Et educet voluntatem à Domino. Hoc eſt, aſſequetur à Deo quicquid voluerit: iuxta illud pſal. 144 Voluntatem timentium ſe faciet dominus.

Gene. 3.

Mala. 3.

Ioan. 2.

Pſal. 44.

Pſal. 101.

Prou. 8.

Pſal. 144.

Argumentum capitis III.

Lamentatur diuinus vates Niniu calamitatem & euerſionem, eiúſque nefaria ſcelera, propter quæ erat euertenda. Deſcribit exercitum Babylonici impetum

II 3 & auda

& audaciam, & Niniuitici ignauiam & imbecillitatem. Oſtendit ſpem noſtram non in auxilio mundi, qui vana quadam nobis & inania pollicetur, ſed in Deo eſſe collocandam, à quo eſt vera ſalus, qui ad ſeipſum confugientes tuetur & conſolatur.

CAPVT III.

A VAE ciuitas ſanguinum, vniuerſa mendacij, dilaceratione plena: nõ recedet a te rapina. Vox flagelli, & vox impetus totæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis aſcendentis. Et micantis gladij, & fulgurantis haſtę, & multitudinis interfectę, & grauis ruinę: nec eſt finis cadauerum: & corruent in corporibus ſuis. Propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus ſuis, & familias in maleficiis ſuis. Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum: & reuelabo pudenda tua in facie tua: & oſtendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et proiiciam ſuper te abominationes, & contumeliis te àfficiam, & ponam te in exemplum.

Ezech. 24. Heb. 8. Eſai. 47.

EXPLANATIO.

Væ ciuitas ſanguinum. Poſtquã ſuperioribus duobus capitibus prædixit Ninæ ciuitatis euerſionem: nunc oſtẽdit eius cauſas eſſe crudelitatem, homicidia, mendacia, fraudes, rapinam, diſcordiam, libidinem, idolorum ſuperſtitionem, veneficia, & incantationes. Oſtendit rectam eſſe diuinam iuſtitiam, quæ huiuſmodi flagitia horribilibus ſuppliciis affecerit. Tãgens autem primam cauſam: Væ, inquit, ciuitas ſanguinum. Hoc eſt, væ tibi popule Niniuitice effuſor ſanguinis innocentis, infinitis cædibus coinquinate. Cùm populus ille multas regiones oppugnaret, multa millia hominum interficiebat. Bellum inferebat quieſcentibus, vt eorum veteres illibatáſque diuitias in profundiſſimum cupiditatum ſuarum gurgitem profunderet. Sumitur ſanguis pro cæde & homicidio, vt pſal 50. Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Ita appellat Dauid deteſtabile homicidij flagitiũ, quod in cæde Vriæ commiſerat. Ita locum illum intellixiſſe videtur Ioannes Campenſis, cuius paraphraſis habet: Libera me ab homicidio Deus, ô Deus, author ſalutis meæ. Vel per ſanguines intelligit illic diuinus vates omnia peccata, quæ trahuntur ex carne peccato originali infecta. Vnde caro & ſanguis, vt ait apoſtolus ca. 15. prioris ad Cor. regnum Dei non poſſidebunt. Hoc eſt, peccata quæ de carnis & ſanguinis corruptione proueniũt. Ita Auguſtinus Aurelius, & Rofinus Aquileienſis locum illum interpretantur. Ioannes Reuchlinus in lexico explicans locum illum inquit: Libera me de ſanguinibus, id eſt de pœna ſãguinis. Sciebat enim ſcriptum eſſe cap. Gen. 9. quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Remigius Antiſſiodurenſis per ſanguines loco illo pſalmi intelligit concupiſcentias carnis, quibus Dauid liberari cupiebat. In hũc modum intelligi poteſt illud Ioan. 1. cap. Qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri: ſed ex Deo nati ſunt. Præterea ſumitur ſanguis pro idolorum victimis, quarum ſanguinem infideles fundere ſolebant. Gloriabantur ſanguine animalium, quæ ſimulachris ſacrificabant: de illo loquebantur, in eo ſpem ſuam collocabant. Ita intelligitur id, quod ait apud Zachariã Deus capite nono: Auferam ſanguinem eius de ore eius. Hoc eſt, delebo idolorum cultum, & victimas. Quod ſtatim explicat, cùm ait: Abominationes eius de medio dentium eius. Abominationes appellantur hoſtiæ in honorem idolorum mactatæ. Poteſt igitur ſenſus horum verborum Nahum eſſe: Væ tibi ciuitas ſacrificiis falſorum deorum dedita. Viri ſanguinum dicuntur, qui idolis immolant victimas: & qui alios homines occidunt: vt pſal. 54. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Solẽt enim huiuſmodi homines morte immatura decedere ex vita. Et quia vitam longam ſibi pollicentur, nunquam explẽt tempus ſuum. Quare etiamſi ſenectute conficiantur, tamen vera eſt hæc ſententia: Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Poteris per viros ſanguinum quoſcunque homines intelligere ſcelere quocunque contaminatos: nam ſanguis pro quacunque culpa ſiue noxa ſumitur aliquando: capite enim Numerorum 35. vbi nos habemus: Abſque noxa erit, qui eum occiderit: pro noxa eſt in Hebraico nomen hoc dam, quod ſanguinẽ ſignificat: quo vtitur hoc loco Nahũ. Quam ob cauſam poteſt hic locus hanc habere intelligentiam. Væ tibi popule Niniuitice noxis flagitiíſque pollute, & ſtimulis cupiditatis incitate. vbi ponitur particula, væ, magna deſignatur culpa, pro qua magna infligitur pœna: vt ca. 1. Eſa. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate. Et Matt. 23. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ. Ac non ſolùm de temporali, ſed etiam de æterno ſupplicio ſolet intelligi. Aſpicis hæc Nahum verba referri ad Niniuem, de cuius euerſione vaticinatur. Sed quoniam ſolent aliquando diuini vates, cum de re quadam loquuntur, ad aliam transferre ſermonem, quæ aliquam habet cum illa ſimilitudinem, vt pſalm. ſeptuageſimoprimo cùm de Salomone, hoc eſt, de rege pacifico ſe pſalmographus ad Chriſtum, quem Eſaias nono vocat principem pacis: refert: exiſtimo poſſe dici diuinum noſtrum vatem hoc loco raptum ſpiritu ex Aſſyriis vaticinationem ſuam ad Iudæos tranſtuliſſe, & loco Ninæ fuiſſe Hieroſolymam allocutum: ſed poſteà ad Ninam reuerſum eſſe. Cùm enim mẽtis oculis diuino lumine illuſtratis perſpiceret fore, vt Iudęi Hieroſolymę Chriſtum dominum verum Meſſiam ad cædem crudeliſſimam falſis criminibus vocarent, eiúſque pretioſum ſanguinem effunderent, has lamentabiles voces emiſit: Væ ciuitas ſanguinum. Acſi diceret: Væ tibi Hieroſolyma; deploro ſcelera,

Eſai. 50. 1. Cor. 15. Gen. 9. Ioan. 1. Zacha. 9. Pſal. 54. Num. 35. Eſai. 1. Matt. 23. Pſal. 71. Eſai. 9.

ſcelera, quæ es in Chriſti morte cómiſſura, pro-
pter quæ euertenda es à Romanis, & funditus
diſſipanda. Meritò eam vocat ciuitatem ſangui-
num, quia eius ciues innocentis agni ſanguinem
Matt.27. poſtularunt: dicentes: Sanguis eius ſuper oos, &
ſuper filios noſtros. Et illum crudeliſſimè occi-
derunt. Id vidit ſpiritu multò antè Eſaias, cùm
dixit cap.1. alloqoës Iudæos: Manos veſtræ ſan-
Ezech.24. gnine plenæ ſunt. Ezechiel etiam cap. 24. Hie-
roſolymam eam ob cauſam ciuitatem ſangoinũ
vocauit his dicens: Væ ciuitati ſanguinom. De
ſanguinis acceptionibus vide Clementem Ale-
xandrinum 1. Prædago. 6. Gregorium Nyſenum
Bernar. de vita Moſis, Iſichium in Leui. 16. Bernardom
in ſermone in octaoa reſurrectionis.

Vniuerſa mendacij. Intelligitur de Nina, quæ nõ
ſolùm multas ciuitates bello crudeliſſimo euer-
tit, ſed moltas alias fraudibus, doliſque in ditio-
nem ſuam redegit: & mendaciis abundauit. Po-
teſt, vt dixi, ad Hieroſolymam referri. De Iodæis
Oſe.12. nomine Ephrain ſignificatis ait cap 12. Oſe. Tota
die mẽdacium & vaſtitatem moltiplicat. Hoe eſt
qnotidie auget mendacinm, quod eſt vaſtitatis
& euerſionis cauſa. Quod diſcrimen eſt inter nu-
mum verum & adulterinum, hoc eſt inter vera-
Similitudo. cem huminem & mendacem. Imò multò dete-
ſtabiliùs: nam falſitas numi lædit corpus, men-
Sap.1. dacium verò animom: iuxta illud Sapientiæ pri-
mo: Os qood mentitur, occidit animam. Quod
eſt de mendacio pernicioſo iotelligendum: quo
nullum venenum promptius inuenitur: nam ve-
nenum corporeum non ſtatim necat: at menda-
Iacob.1. cium pernicioſom illico occidit: ait enim Iaco-
bus apoſtolus: Peccatum cùm conſummatum
fuerit, generat mortem. Quod oõ de veniali, ſed
de mortifero intelligitur. Illud eſt aduertẽdum,
vbi nos habemus hoc loco: voiuerſa mendacij:
eſſe in tranſlatione ſeptuaginta interpretum: To
ta mendax.

Dilaceratione plena. Id eſt, quæ non ſolùm ho-
mines in parte, ſed ciuitates dilanias & perdis.
Quidam ita interpretantur: Væ tibi ciuitas ple-
na diſſidiu & diuiſione. Oſtendit diuinus vates
eſſe vrbem illam euertendam: eſt enim diſſidiũ
ac diuiſio certiſſimum vaſtitatis exitiiſque argu-
Oſe.10. mentum. Id oſtendit Oſeas decimo, cùm inquit:
Diuiſum eſt cor eorum: none interibunt. Et ſer-
uator noſter in euangelio: Omne regnum in ſe
Matt.12. diuiſum deſolabitur. Scribit Pontianus dixiſſe
Luc.11. Zenonem Citieum honeſtum ciuium amorem
ciuitatem conſeruare. Ageſilaus, authore Plu-
tarcho, interrogatus quam ob rem Sparta non
eſſet cincta mœnibus, oſtendit ciues vnanimes,
Hi, inquiẽs, ſunt Spartæ ciuitatis mœnia. Oſten-
dit nullum eſſe murum concordia ciuium mu-
nitiorem, nullam peſtem diſcordia funeſtiorem.
Id animo percipientes Lacedemonij, vt ait libro
tertiodecimo Athenæus, ante prælium ſacrifica-
bant amori, quòd ſcirent in amicitia & concor-
dia inſtructorum exercituum ſalutem & vitam
conſiſtere: in diſſidio autem & diſcordia perni-
Similitudo. ciem. Solet autem diuiſio ex inſolentia ſæpenu-
mero oriri. Nam vt ex vaporibus & exhalationi-
bus terræ fiũt tonitrua & pluuiæ: ſic ex ſuperbia
& arrogantia oriuntur diſcordię, & afflictionum
lachrymæ, quæ ex ipſa diſcordia generantur.

Non recedet à te rapina. Hoc eſt quam diu du-
raueris, ſemper rapies aliena. Significat Iudæorũ
auaritiam, & pertinaciam in prædando. Latro-
nes eos vocauit Chriſtus, cùm dixit: Domus *Matt.21.*
mea domus orationis vocabitur: vos autem fe-
ciſtis eam ſpeluncam latronum. Poteſt hoc, vt
dixi, in potiore ſenſu ad Niniuitas referri, qui
cupiditate flagrantes nullis opibus ſatiebantur.
Nam vt ait Eccleſi. quinto: Auarus non replebi- *Eccle.5.*
tur pecunia. Poſſunt arcæ cupidorum impleri,
ſed animi hauquaquam. Quantò ſunt ditiores,
tantò in periculo maiore verſantur. At pauper-
tas mitis & voluntaria tuta eſt, inſtrumentúmq;
diuinæ philoſophiæ. Eam elegit Chriſtus, & ſuis
tribuit dilectiſſimis. Scitis, inquit apoſtolus in
poſteriore ad Corinthios, gratiam domini noſtri *2.Cor.8.*
Ieſu Chriſti, quoniã propter nos egenus factus
eſt, cùm eſſet diues: vt illius inopia vos diuites
eſſetis. Et Iacobus cap. 2. epiſtolæ ſuæ: Nonne *Iacob 2.*
Deus elegit pauperes in hoc mondo, diuites in
fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus di-
ligentibus ſe? Et ipſe Chriſtus Deus noſter: Bea-
ti pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ
cœlorum. Id intelligens diabolus contendit au- *Matt.5.*
ferre à multis paupertatem, vt diuitiis affluen- *Luc.6.*
tes grauibus ſe operiant flagitiis. Quemadmo- *Similitudo.*
dum hoſtes dant operã, vt impleant & obſtruant
foueam arcis, quam obſident, & oppugnant, vt
eam capiant: ſic dæmones laborant, vt vacuam
paupertatis foueã impleant diuitiis: quò poſſint
animi arcem facilè expognare. At viri pij & ſa-
pientes paupertatem amplexantur. Nam vt Sa-
lomon ait Prouerbiorum 15. Melius eſt paruum *Prou.15.*
cum timore domini, quàm theſauri magni & in-
ſatiabiles. Hoc non intelligentes Niniuitæ vte-
bantur prædis ac rapinis, vt diuites efficerentur.
Sed Dauid ſpiritu Dei illuſtratus: Nolite, inquit, *Pſal.61.*
ſperare in iniquitate: & rapinas nolite concupiſ-
cere: diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Vel
vt poteſt etiam verti ex Hebræo: Nolite ſperare
in iniquitate & rapina: nolite fieri vani, &c. Qui-
bus verbis nos hortatur, vt contemnamus pe-
cunias & opes, ne ſtimulis cæcæ cupiditatis in-
flammari alienum diripiamus, & vanitatẽ am-
plexemur. Tranſit enim celerrimè vita, & eua-
neſcunt diuitiæ, quibus non debemus adiicere
animom, cùm ſint fluxæ, & in caſu ſitæ, eamque
ob cauſam pro nihilo putandæ. Tu autem ad-
uerte. Prædicebat Nahum Niniuitis exitium
propter eorum ſcelera, præſertim quia aliena ra-
piebant, & tamen dicebat: Non recedet à te ra-
pina. Vide quàm difficilè ſit à peccato diſcedere.
Incidere in illud eſt facilè, ſed ab eo abduci ma-
gnam habet difficultatem. Id voluit diuina ſcri-
ptura ſignificare in Geneſi & Exodo, cùm nar-
rauit Hebræos facilè ingreſſos fuiſſe in Aegyptũ: *Gene.46.*
ſed difficulter inde exiuiſſe imò non aliter quàm *Exod.5.*
manu Dei. Vnde Latinus poeta cecinit: Facilis
deſcẽſus auerni: ſed reuocare gradũ, hoc opus hic
labor eſt. Cæterũ verba hæc: Nõ recedet à te ra-
pina: poſſunt intelligi de rapina Chaldęorũ, vt ſit
ſenſus: Quoniã ô Nina es ciuitas ſanguinũ tota
plena mẽdaciis, furtis, & diſcordiis, eris direptio
ni cõmiſſa: nõ recedet à te exercitus Chaldæorũ,
donec opes tuas diripiat. Omnes has explanatio *Similitudo.*
nes recipit locus hic. Vt ex vno ſtipite arboris di

uerſi rami variorum fructuũ miro agricolarum artificio inſiti, procedũt: ſic ex vno eodémq; loco ſanctæ ſcripturæ, Deo ita ordinãte, varij rami diſtinctorum ſenſuum aliquando egrediuntur.

Vox flagelli, & vox impetus rotæ. Deſcribit vim, ſonitum, terrorem, immanitatem copiarũ Chaldaicarum. Senſus eſt: Audietur in hoc exercitu vox ſiue ſonitus flagellorum: quibus equi agitabuntur. Olim ante vſum calcarium vtebantur equites flagellis. Et audietur ſonus ſtridentium rotarum curruum ſe impetu & celeritate mouentium. Nam venient multi ad pugnandũ curribus falcatis. Per vocem flagelli poteſt intelligi vox Nabuchodonoſoris, qui erat flagellum, quo Deus gentes multas percutiebat. Eodem modo Attila rex Hunnorum, qui magnam Italiæ partem vaſtauit, vocabatur flagellum Dei. Hoc

Rauiſius. ſe titulo nominabat, vt D. ait Antoninus parte ſecunda hiſtoriarum titulo 11. Etiam ſi Rauiſius Textor hoc tribuat Totilæ Gothorum regi, qui Romam expugnauit. Et impius Tamorlanus, quem alij Tamburlanum vocant, fatebatur ſe eſſe iram Dei: Author eſt Antonius Sabellicus lib. exemplorum 8. Demom Caligula Romanorum imperator aiebat velle ſe, vt vniuerſus populus Romanus vnicam haberet ceruicem, vt

Fulgoſus. vno ictu illum interficeret. Authores ſunt præter Eutropium Fulgoſus lib. 9. & Bruſonius lib. 2. Talia portenta tulit olim mundus pro ſummis principibus. Vel ſumitur hoc loc flagellum pro contumelia, quam Babylonicus exercitus iaciebat in Niniuitas, eùm eos vocibus & maledictis

Iob 5. execraretur. Sumi autem flagellũ in hanc ſignificationem indicat locus ille Iob. 5. cap. A flagello

Pſal. 3[illegible]. linguæ abſconderis. Vel pro calamitate: in quam ſignificationem ſumitur pſalm. 31. Multa flagella peccatoris.

Et equi frementis, & quadrigæ feruentis. Ponitur ſingulare pro plurali. Senſus eſt: Audietur ſtrepitur equorum ferocitate exultantium: & ſaltantiũ ac properantium quadrigarum: & pugnantium equitum: & gladiorum micantium radiis ſe viciſſim tangentium: & haſtarum coruſcantium: & multorum ciuium tuorũ trucidatorum: & eorum, qui fuerint & ceciderint in bello, quorum infinita erit multitudo.

Equitis aſcendẽtis, & micantis gladij, & fulgurantis haſtæ. Præter ſenſum quem paraphraſticè expoſui, poteſt hoc ita explanari. In exercitu illo Babylonico contra Ninam parato equites extollent manibus gladios micãtos euaginatos, & haſtas rutilantes. Ita enim poteſt educi ex Hebræo.

Et corruent in corporibus ſuis. Hoc eſt, in cadauetibus eorum: Ac ſi dicat: Tanta erit interfectorũ Niniuitarum multitudo, vt hoſtes cadant ſuper illos. Impingent Babylonij in in eorum cadauera. Illic perierunt Niniuitæ, & nomina eorum.

Pſal. 9. Tunc impletũ fuit illud Dauidis: Periit memoria eorum cũm ſonitu: hoc eſt, cum magno clamore, vt interpretatur Auguſtinus, quemadmodum fit, quãdo res præſperæ ruunt, infelicíq; fine clauduntur. Suſtulit Deus impios, & nomẽ crudeliſſimæ gentis ad internecionem redegit. Vbi ſunt principes illi Aſſyrij, qui mundũ terrebant, ſibique vitam perpetuam pollicebantur? Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra, & ſicut nuntius præcurrens. Quemadmodum fluuius etiamſi nõ

Sap. 5. Similitudo. directò feratur, ſed multis factis anfractibus diffluat, ſemper tamen currit ad mare: ſic vita noſtra tametſi multas habeat mutationes, variáſq; viciſſitudines, & curſum ſuum per varios caſus & diuerſa rerum diſcrimina conficiat: ſemper tamen ad mortem properat ac feſtinat.

Propter multitudinem fornicationum. Subaudi, euenient omnia hæc Ninæ. Erat quippe ciuitas illa libidinibus obſcœníſque voluptatibus dedita. Vel accipitur fornicatio pro idolorum cultu: Infinitos enim deos colebãt Niniuitę, ad quorum cultum, impiamque ſuperſtitionem varias nationes prouocabant, Reddit Nahum cauſam interitus tantæ hominum multitudinis, quia multis ac vanis idolis cultum, ſoli Deo debitum, tribuebant, & ipſum verum Deum pro nihilo putabant. Sumi autem fornicationem pro idololatria indicat illud Sapientiæ 14. Initium

Sap. 14. fornicationis initium idolorum eſt. Vnde fornicari idem eſt ſæpenumero quod idola venerari, vt capite Exodi trigeſimoquarto: Ne fornicati

Exod. 34. Leui. 2[illegible]. fuerint cum diis ſuis. Et paulò pòſt: Ne fornicari faciant filios ſuos in deos ſuos. Et Leuitici vigeſimo: Vt fornicentur cum Moloch. Et pſalm. 72.

Pſal. 72. Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. Huiuſmodi ſunt Lutherani, qui eccleſia Chriſti repudiata in hæreſes intolerabiles inciderunt, & cum impieratibus ſuis ſe copularunt.

Meretricis ſpecioſæ & gratæ, & habentis maleficia. Comparat Ninam cum muliere pulchra, quæ domum ſuam patefacit obſcœnæ omnium cupiditati, quæ ad turpes voluptates homines inuitat. Illa enim varias gentes ad deorum ſuorum cultum inuitabat, & veneficiis ad hunc effectũ, artibúſque magicis vtebatur. Eadem ratione dictus Eſaias cap. primo de Hieroſolyma loquens:

Eſai. 1. Ezec. 16. Quomodo, inquit, facta eſt meretrix ciuitas fidelis: Et Ezechiel 16. Propterea meretrix audi verbum domini. Et Ioannes Apocalypſis 19. Babylonem, hoc eſt improborum cœtum, & ciuitatem confuſionis meretricem magnam appellauit.

Apoc. 19.

Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum. Senſus eſt: quoniam tu ô Nina ea multorum deorum cultrix, & augurum ac ariolorum fautrix, & vero Deo contempto plurima idola coluiſti, ad quorum cultum gentes alias excitaſti, veniam ego contra te, inquit Deus, te grauiter puniens & euertens. Venturi erant ad illam vaſtandam Babylonij: & Deus ait ſe eſſe ad illam perdendam venturum. Nam illo ita permittente & ordinante erat ciuitas illa per Babylonios ad exitium & vaſtitatem vocanda. De malo pœnæ ait Amos

Amos 3. tertio: non eſſe malum in ciuitate, quod Deus nõ faciat. Hæc verba Nahum fuerunt etiam capiti ſecundo mandata.

Reuelabo pudenda tua ante faciem tuam. Id eſt, fimbrias tuas puluere & luto contaminatas reiiciam in faciem, vt pudenda tua detegantur: quod eſt ſpectaculũ mulieri ignominioſiſſimũ. Ac ſi dicat: ita te caſtigabo, vt maneas infamis. Vel ita: ponam ante oculos tuos flagitia tua, vt ea videas & deteſteris. Sic pſal. quadrageſimo nono: Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuã. Hoc eſt, conuincam te, & oſtendam te tibi;

vt

vt tibi diſpliceas: quod faceres, ſi te videres. Quod poſuiſti poſt dorſum tuom, ponam ante faciem tuam: vt ea videns erubeſcas. Ita Auguſtinus locum illum interpretatur: & poſt illum Petrus Lombardos, qui eſt doctorũ antiquorum veluti echo, & vocis repercuſſio. Hoc eſt hominum ingenium non aſpicere flagitia ſua, aliena
Similitudo. autẽ inquirere, peſpicere, & explorare. Qui portat pondus aliquod ſuper caput, nõ illud cernit: cernunt autem alij: ipſe autem aliorum onera intuetur. Sic nos non videmus peccata noſtra, ſed aliorum, ipſi autem non ſua, ſed noſtra conſpiciunt. Sunt enim peccata ſuper caput iuxta illud
Pſal.37. pſalmi 37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Quibus verbis ſignificat pſalmographus ſe tanto flagitiorum pondere ptemi, vt vires illi ferendo pares non habeat. Cùm igitur peccata feramus ſuper capita, ea minimè videmus. Ex quo efficitur, vt non intelligamus, quantum diſtemus ab illa pietatis & iuſtitiæ præſtantia, quã Deus à nobis requirit.

Et oſtendam in gentibus nuditatem tuam. Apetiã Chaldæis interiora toa. Significat viſuros eſſe Chaldæos theſauros, & recondita omnia ciuitatis Ninæ. Loquitur de illa, quaſi de muliere comprehenſa in adulterio: quæ ſolebat coram omnibus ſpoliari veſtibus pretioſis, eiúſque maleficia omnibos indicari. Senſus eſt: afficiam te ſumma ignominia. Nam nõ ſolùm tibi, ſed aliis prodam ſcelera tua. Hoc ſchemate vtitur Eſaias cap. 47.
Eſai.47. cùm ait: Reuelabitur igoominia tua, & videbi-
Ezech.16. tur opprobriom toũ. Et Ezechiel ſextodecimo Eras nuda, & confuſione plena. Et paulò pòſt: Reuelata eſt ignomia tua.

Ponam te in exemplum. Vt ſcilicet videntes alij dedecus tuum & pœnas ſcelerum tuorum, quas daturus es, reſipiſcant: & repudiatis flagitiis dirigant vitam ad certam rationis normam, officiorúmque nomenta perpendant. Ita poſterioris
2.Par.7. Par. 7. Ponam eam in parabolam, & in exemplũ cunctis populis.

Et erit: omnis qui viderit te, reſiliet à te: & dicet: Vaſtata eſt Niniue. Quis cõmouebit ſuper te caput? Vnde quæram conſolatorem tibi? Nunquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? Aquæ in circuitu eius, cuius diuitię mare: aquę muri eius. Aethiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & non eſt finis. Africa & Libyes fuerunt in auxilio tuo. Sed & ipſa in tranſmigrationẽ ducta eſt in captiuitatem: paruuli eius eliſi ſunt in capite omnium viarum: & ſuper inclytos eius miſerunt ſortem, & omnes optimates eius confixi ſunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris deſpecta: & tu quæres auxilium ab inimico. Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cũ groſsis ſuis ſi concuſſæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui. Inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ terræ tuæ: deuorabit ignis vectes tuos. Aquam própter obſidionẽ hauri tibi: extrue munitiones tuas: intra in lutum, & calca ſubigens, tene laterem.

Et erit, omnis qui viderit te, reſiliet à te. Id eſt, itaque fiet & eueniet, vt quicunque ſupplicium & dedecus tuum aſpexerit, refugiat abs te, relinquens ſcelerum tuorum imitationem, ne ſimiliter mulctetur.

Quis commouebit ſuper te caput? Quaſi dicat: nemo. Interrogatio affirmans obtinet vim negationis. Non erit, qui doleat vicem tuam, qoi ingemiſcat in tam graui vulnere, qui mœrore angatur, quòd tu dolore opprimaris, & funditus vaſteris. Quin potios omnes dicent te eſſe iuſto Dei iudicio punitam: nullúmque habebis conſolatorem. De Hieroſolyma ait Ieremias Thren. *Thren.1.*
1. Non eſt, qoi conſoletur eam ex omnibus charis eius. Commouere caput ſuper aliquem ſignũ erat commiſerationis. Ideo Iob cap. 16. Vtinam, *Iob 16.*
inquit, eſſet anima veſtra pro anima mea, conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput meum ſuper vos. Non eſt mirum crudeles Niniuitas non inueniſſe, qui eos merore leuarent, & ſolatio aliquo mulcerent: ſiqoidem viri pietate omniq; virtute & ſapientia præſtantes in ærumnis verſati nullum aliquando inuenient cõſolatorem. Id expertus Ieremias dicebat in prima lamentatiooe: Ego plorans, & oculus meus de- *Thren.1.*
ducens aquam, quia longè factus eſt à me conſolator. Multi qui in rebus ſecundis & ad voluntatem fluentibus permultos habebant amicos, poſteà iacentes in ærumnis nullos inuenerunt. *Similitudo.*
Mondi amor eſt velut i ſol inter nubes, qui vehementer ardet, ſed parum durat, nunquamque ſtabilis perſeuerat.

Nunquid melior es ab Alexandria populorum? Acſi dicat, non. Senſus eſt: Si Alexandria celeberrima & munitiſſima quondam vrbs Aegypti expugnata fuit à Chaldæis, & funditus euerſa, quia non potuit illis Deo ita volente reſiſtere, quî fieri poteſt, vt tu, quæ inferior, minúſq; ad reſiſtendũ apta & parata, euadas ab eorum manibus, iramque diuinam declines? Hæc ciuitas fuit olim vocata No, & ita vocatur Hebraicè hoc loco Nahum: quæ fuit à Chaldæis prius vaſtata quàm Nina. De illius euerſione locutus eſt Ierem. cap.
46. & Ezech. 30. Sed multos poſt anoos ab Ale- *Iere.46.*
xandro Magno inſtaurata Democratis architecti *Ezec.30.*
opera vocata eſt Alexandria. Latinus autem interpres relicto nomine antiquo inſueto, quod erat ab obliuione ferè extinctum, illã eo nomine appellat, quòd tunc erat notius & celebrius.
Eodem modo Moſes cap. Gen. 12. loqnens de *Gene.12.*
Abrahamo: Tranſgrediens, inquit, ad montem qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculom ſuum, ab Occidente habẽs Bethel, & ab Oriente Hai. Hoc eſt ad montem qui erat Orientalis ipſi Bethel. Et tamen locus ille adhuc nõ appellabatur Bethel, ſed Luza: nã nomen hoc Bethel fuit illi poſteà impoſitom à Iacob: vt Mo-
ſes ca. Gen. 28. teſtatur. Eſt autẽ Bethel, vt D. ait *Gene.28.*
Hieronymus in libro de locis Hebraicis, oppidũ ſitũ euntibus Aeliam de Neapoli in læua parte

viæ

viæ duodecimo circiter milliario: vbi ædificata eſt eccleſia, vbi dormiuit Iacob pergens in Meſopotamiã: qui ei loco poſuit hoc nomẽ Bethel, quod idem eſt ac domus Dei. Sed ſolet diuina ſcriptura per anticipationẽ nominbus aliquando vti locorum. Idem fecit interpres noſter La- *Iere.46.* tinus cap. 46. Ierem, Deum ita loquentem inducentis: Ecce ego viſitabo ſuper tumultum Ale- *Ezec.30.* xandriæ. Et Ezec. 30. Faciam iudicium meum in Alexandria. Quibus in locis eſt in Hebraico No. Similiter Virgilius de Aenea loqnens ait libro primo. Aeneidos: Italiam fato profugus Lauináq; venit littora, &c. Cùm tamen littora illa nondum appellarẽtur Lauina, cùm Aeneas illuc claſſem ſuam appelleret. Nam vbi ille vxorem duxit Laniniam, condidit vrbem in Latio à nomine vxoris Lauinium appellatam. Ex quo effectum eſt, vt littora illa Lauinia ſiue Lauina ap- *Liuius.* pellarentur. Qua de re poteris Titum Liuium libro primo ab vrbe condita videre.

Populorum. Hoc eſt, populoſa, vt ita dicã: erat enim celeberrima magnam hominum multitudinem continens, multóſque ſibi ſubiectos populos coercens. Paraphraſis Chaldaica habet: Alexandria magna.

Quæ habitat in fluminibus. Id eſt, quæ eſt iuxta *Hieron.* fluuios ſita. De illa ait in hunc modũ diuus Hieronymus in libro de locis Hebraicis Acto. apoſtolorum: Alexãdria ciuitas Aegypti quæ quondam No. dicebatur, inter Aegyptum Africam & *Solinus.* mare quaſi clauſtrum poſita eſt. Solinus capite quadrageſimo quinto ait eam eſſe non longè ab oſtio Nili fluminis. Sita eſt iuxta Nilum & mare & lacum Mareoticum. Oſtẽdit hoc loco diuinus vates eius ſitus amœnitatem, & munitionẽ: erat enim natura, ſitu, mœnibus, & deſcriptione ædi- *Plinius.* ficiorum ornatiſſima. Vide Iuſtinum li. 11. Plin. lib. 5. Quintum Curtium lib. 4. rerum geſtarum Alexandri, & Diodorum Siculũ in Bibliotheca.

Cuius diuitiæ mare. Hoc ait, quia mari multæ pretioſæq; merces vehebantur. Sequitur: Aquæ muri eius. Hoc eſt, aquis veluti muris cingebatur, Vel aquæ eius muros circundabant.

Aethiopia fortitudo eius & Aegyptus. Id eſt, erat Aethiopia fœdere coniuncta cum Alexandria, quia erat Aegypti metropolis & regia: quare Aethiopia & tota Aegypti regio eidem Alexandriç opem ferebant, eamq; reddebant fortitudine præſtantem. Sequitur: Et nõ eſt finis: Hoc eſt, cuius fortitudo videbatur infinita. Vel cuius ciues erant infiniti. Septuaginta habent: Et non eſt finis fugæ tuæ. Id eſt, fugient ciues tui infinitè. Aethiopia ſumitur aliquando pro gentilitate, vt *Pſal.67.* pſal. 67. Aethiopia præueniet manus eius Deo. Hoc eſt, feſtinabit dare manus & obedientiam Chriſto vero Deo, cuius fidẽ & cultum acceptura eſt. Hic autem pro ea ſumitur Aethiopia, quæ *Dani.11.* iuxta Aegyptum eſt: de qua loquitur Daniel capite 11.

Africa & Libyes fuerunt in auxilio tuo. Alloquitur Alexandriam, acſi dicat: Africa & Libya tibi opem & præſidium attulerunt. Africa regio eſt latiſſima, vna ex tribus præcipuis mundi partibus: quæ ad Orientem Nilo fluuio, ab Occaſu mari Atlãtico, à Meridie mari auſtrali, ab Aquilone mari Mediterraneo terminatur. At quædã huius Africæ pars dicitur Africa minor, de qua hic loquitur Nahum. Libya etiã pro Africa aliquando ſumitur in vniuerſum: ſed hîc pro quadam Africæ parte accipitur, quæ appellatur Mareotica. Qua de re ea poteris videre, quæ in noſtris in Danielem commentariis diximus, verba *Dani.11.* illa capitis vndecimi explanantes: Per Libyam quoque & Aethiopiam.

Sed & ipſa in tranſmigrationem ducta eſt in captiuitatem. Hoc eſt, nihilominus tamẽ ipſa Alexandria capta fuit, & euerſa: eiúſq. captiui ducti ſunt in Chaldæã. Nam etſi habebat auxiliũ humanũ, carebat tamen diuino. Oſtẽdit hic locus nõ eſſe nobis viribus ac præſidiis humanis nitendum. Aſpicis quam parum proſit hominum auxilium contra Dei voluntatẽ, quantiq; ponderis ſit præſidium Dei. Id intelligẽs Moſes cecinit Exod. 15. *Exod.15.* Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Et paulò pòſt: Currus Pharaonis & exercitũ eius proiecit in mare. Et Dauid pſal. 19. Hi in curribus, & hi in equis, nos au- *Pſal.19.* tem in nomine domini Dei noſtri inuocabimus. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos autem ſurreximus, & erecti ſumus. Quare non debemus in mundi auxilio totam ſpem figere & locare, ſed in Deo: ad quem in calamitatibus noſtris debemus tanquam ad arcẽ tutiſſimã confugere. Hac ratione ductus Ioſaphath has ad Deũ voces emiſit, q̃ ſunt ca. 20. li. poſterioris Par. mandata: Cùm *2. Par. 20.* ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros ad te dirigamus

Paruuli eius eliſi ſunt in capite omnium viarum. Hoc eſt, pueri Alexandriæ in omnibus cõpitis fracti, colliſi, & trucidati fuerunt. Cùm hoſtes eos ducere ob teneram ætatem non poſſent, ad lapides proiiciebant. Id fecerunt Babylonij Niniuitis: ſed idem fecerunt Perſæ Babyloniis, iuxta illud pſalm. 136. Beatus qui tenebit, & allidet *Pſal.136.* paruulos tuos ad petram. Cap. 9. lib. 4. Reg. ſcri- *4.Reg.9.* ptum eſt: Paruulos eorum elides.

Super inclytos eius miſerunt ſortem. Chaldæi ſuper principes & magnates Alexandriæ miſerunt ſortes, quibus decerneretur, quos quiſq; captos abduceret. Et omnes fuerunt in vincula cõiecti. Hoc Aegypti exitium prædixit Eſaias cap. 18. & *Eſai.18. & 19.20.* 19. & 20. Ierem. 46. Et Ezec. 29. & 30. & 31. *Iere.46.*

Tu ergo inebriaberis. Redit ad vaticinationem *Ezec.20. & 30.31.* ciuitatis Ninæ. Senſus eſt: Tu ô Nina repleberis ſimilibus, vel acerbioribus calamitatibus. Et poculo iræ Dei eris ebria, & in tot ærumnis verſata, vt ſenſum rationémq; amittas. Vult ſummam Ninæ afflictionem ſignificare. Ita Iere. Thren. 3. *Thren.3.* Repleuit, inquit, me amaritudine, & inebriauit abſinthio.

Eris deſpecta, & tu quæres auxiliũ ab inimico. Illi quos tu amicos tuos eſſe putabas, in quos beneficia contuleras, ita te in calamitatibus tuis derelinquent, & negligent, vt cogaris ad inimicos tuos confugere. Amicus propriam quærens vti- *Similitudo.* litatem, cuius amicitia nõ in virtute, ſed in proprio emolumento conſiſtit, eſt ſimilis habenti arculam plenam ſuaui eſca, ex malis cotoneis & ſacchato cõfecta, eamq; magnifacienti: qui poſtquam eſcam comedit atque conſumpſit, vacuã arculam cõtemnit, & abiicit. Cùm vtilitas amicitiam cõglutinat, eadẽ mutata diſſoluit: quia

ſolida

ſolida & vera non erat amicitia. Omni tempore *Prou.17.* diligit, qui amicus eſt: ait Salomon in Prouerbiis: & frater in anguſtia comprobatur. Solidæ amicitiæ ſunt adamantinæ: quæ autem propriũ reſpiciunt commodum, vitreæ. Senſiſſe autem Ninam amicorum ſuorum defectionem etiam *Diodor.* Diodorus Siculus libr. 3. teſtatur.

Omnes munitiones tua ſicut ficus cum groſſis ſuis. Tam facilè deiicientur in terram omnia mœnia atque propugnacula tua, quàm ficus arbos cum ficis præcocibus, qui excuſſi ſtatim cadũt, & interdum in os excutientium, & qui eos deuorant & liguriunt. Comparat munitiones Ninæ plenas hominibus cũ ficu plena groſſis ſuis, quæ facilè euellitur, & ficus facilè colliguntur.

Ecce populus tuus mulieres in medio tui. Hoc eſt, ciues & habitatores tui erunt in re imbecilles & effœminati animum muliebrem gerẽtes. Notat eorum delicias, mollẽ & vmbratilem vitã: cùm danda opera ſit, ne quid molle & effœminatum, fractúmq; fiat. Volens Deus oſtendere futuram *Eſai.3.* Iudæorũ perniciem: Dabo, inquit apud Eſaiam 3. pueros principes eorum: & effœminati dominabuntur eis. Fuerũt Hieroſolymæ multi vnguentis pretioſis dediti: quod viros non decet. Lacedæmonij expulerunt ciuitate Sparta vnguentarios: eóſq; Solon in legibus ſuis prohibuit. Au- *Athena.* thor eſt Athenæus libro decimo quinto cap. 14.

Inimicis tuis ad apertionem pandentur porta terra tua. Inuehitur in homines deliciis deditos, qui hoſtibus portas vrbium aperiũt. Portæ ſunt ſenſus noſtri, quos vitiis nõ debemus aperire: ne il- *Iere.9.* lud Ieremiæ 9. dicere cogamur: Aſcendit mors per feneſtras noſtras: ingreſſa eſt domos noſtras. *Pſal.9.* De his portis ait Dauid pſalm. 9. Qui exaltas me de portis mortis. Danda eſt autem opera, vt ani- *Ezec.44.* ma noſtra ſit porta illa orientalis, quã vidit Ezechiel, per quam ſolus Deus introibat.

Deuorabit ignis vectes tuos. Tantus erit impetus incendij, quo ciuitas flagrabit, vt etiam vectes ferrei portarum vrbis liquefiant. Vel ignis calamitatis cõſumet principes, qui vectes ferrei eſſe deberent.

Aquam propter obſidionem hauri tibi. Hoc eſt, iã inſtat oppugnatio: qua propter præpara, quæ tibi erunt tempore obſidionis neceſſaria. Irridet vanum Niniuitarum laborem, qui quæſituri erãt aquam ad obſidionẽ, & extructuri munitiones, cùm nihil illis eſſet profuturũ. His verbis ac minis hortabatur Nahum Niniuitas, vt relinquerent flagitia ſua, & ad Deum confugerent: ſed illi eum audire noluerunt, quòd eſſent ſceleribus irretiti. Similiter Hebræi in Aegypto nolebant acquieſcere Moſi eis dicenti, vt inde egrederentur: *Exod.6.* vt cap. Exod. 6. ſcriptum eſt. Et cauſa quam ibi reddit ſcriptura, erat propter opus, quod faciebant ex lateribus terræ & paleæ. Eã ob cauſam peccatoribus concionatoribus non parent, ideo nolunt ex Aegypto, ex mundo, ex peccato, ex ſeipſis exire, quia eorum opera ſunt terrena & vana ex luto & paleis, non ad cœlum aſpirantia, ſed terram intuentia.

Intra in lutum, & calca. Vt ſcilicet inde poſſis lateres conficere, quibus interrupta murorum reficias. Olim erant muri laterati, præſertim vbi lapidum copia non erat. At nos ingrediamur in lutum, hoc eſt, in nos ipſos per noſtræ fragilitatis conſiderationem. Et cùm intellexerimus eſſe nos lutum & terram infrugiferam, deiiciamus ſuperbiam noſtrã, domemus appetitiones, ſubiiciamus & conculcemus omnem noſtram vanitatem. Hac conſideratione motus Iob aiebat *Iob 10.* cap. 10. Memento domine, quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. *Similitudo.* Vt ramus arboris quãtò onuſtior eſt, & plures fert fructus, tantò magis deorſum fertur: ita vir pius quantò virtute & ſapientia plenior eſt, tantò ſe dimiſſiùs inclinat & abiicit. Humilis deiicit ſeipſum, quia plenus eſt virtutibus cum ſapientia coniunctis: ſuperbus verò ſe extollit, quia vacuus eſt illis. At ſuperbus irridetur: humilis verò honorem adipiſcitur. Nam vt Salomon ait cap. Prouerbiorũ 15. Gloriam præcedit humilitas. Et 29. Humilem *Prou.15.* ſpiritu ſuſcipiet gloria. *Prou 29.* Et Iacobus apoſtolus quarto: Humiliamini in conſpectu domini, vt *Iacob.4.* exaltet vos. Ideo ſe homines inflãt, & in ſublimè ferunt inſolenter: quia vani & leues ſunt. Nam in rebus naturalibus illæ altiùs aſcendũt, quæ ſunt leuiores, illæ autem deorſum libentiùs deſcendunt, quæ ſunt grauiores. Id licet in elemen- *Similitudo.* tis videre: nam terra quòd ſit grauiſſima, ima ſede ſemper hæret complexa infimum mundi locum: poſt illam eſt aqua minus grauis: deinde aer leuis: poſtremò altiſſimum locum poſſidet ignis quòd ſit leuiſſimus. Similimodo inter homines qui futilitatis ſummæq; leuitatis ſunt pleni, excelſiora loca occupare contendunt: ac quanto indigniores ſunt, tãto ad altiores honorum gradus aſpirant. Contrà verò viri pij ac graues humilitatem amplexantur: & à mundo deſpiciuntur. Id intelligens diuus Paulus dicebat cap. 4. prioris ad Corinthios: Tanquam purgamenta *1. Cor.4.* mundi huius facti ſumus, omnium peripſema *Luc.18.* vſque adhuc. Sed multò aliter ſe res habet apud *Similitudo.* Deum: qui ait: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Lapis pretioſus ſuaptè natura inclinatur deorſum: ſed peritus gemmarius eum à terra extollit: ſic vir humilis ſe abiicit, ſed Deus illum ſurſum effert. Ideo aiebat virgo Dei genitrix apud Luc. 1. Depoſuit poten- *Luc.1.* tes de ſede, & exaltauit humiles.

Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te vt bruchus: congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locuſta. Plures feciſti negotiationes tuas, quàm ſtellæ ſint cœli. Bruchus expanſus eſt, & auolauit. Cuſtodes tui quaſi locuſtæ: & paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum, quæ cõſidunt in ſepibus in die frigoris: ſol ortus eſt, & auolauerũt, & non eſt cognitus locus earum, vbi fuerint. Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur: ſepelientur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non eſt, qui cõgreget. Non eſt obſcura contritio tua: peſſima eſt plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compreſſerunt manum ſuper te: quia ſuper quem non trãſiit malitia tua ſemper?

Ibi

Ibi comedet te ignis. Id eſt, in munitionibus tuis incendio flagrabis. Loquitur de flãma & incen-
Similitudo. dio vrbis. Nonnulli vt gladios hoſtium fugerẽt, inciderunt in flammas, à quibus fuerunt cõſumpti. Vt pauidi cerui dum iacula venatoris declinant, fortiſſimis retibus implicãtur, vbi capiuntur & pereunt: ſic multi vt ab vno eripiantur periculo, in aliud incurrunt. Vnde Latinus poeta: Incidit in Scyllã cupiens vitare Charybdin. Vel ſumitur ignis pro ira Dei, vel pro afflictione. Variè enim ſumitur ignis, vt videre licet apud Cy-
Cyrillus ryllum cõtra Iulianum 10. apud Ambroſ. 4. Exameron, apud Iſychiũ in Leuit. 16. apud Clementem Alexandrinum 1. ſtromatum, apud Georgiũ Venetum cantico 1. tomo 4. cap. 7. apud Rupertum in Mich. 6. apud Gœuſchelium in libro de tropis, apud Laurentium à Villa vincentio in libro de phraſibus.

Deuorabit te vt bruchus. Eodem modo Eſaias
Eſai. 1. primo: Gladius meus deuorabit vos: ait dominus. Quemadmodum meſſis à brucho deuoratur, ita tu à furẽtibus hoſtibus deuoraberis. Bruchus eſt vermis è locuſtarum genere, ſine alis tamen, herbas, & ſegetes, & arborum frondes arrodens, nihil relinquens viriditatis. Solet multitudo bruchorum in ſingulari bruchus appel-
Pſal. 140. lari, vt pſalm. 140. Dixit, & venit locuſta, & bru-
Eſai. 33. chus, cuius non eſt numerus. Eodem modo cap.
Ioel 1. Eſai. 33. & Ioelis 1. Figura eſt ſyllepſis in diuinis literis vſitata.

Congregare ergo vt bruchus. Per irriſionem hæc dicuntur. Senſus eſt: Congrega igitur ô Nina infinitatem militum inſtar bruchorum & locuſtarum, vt te poſſis ab exercitu Babylonico tueri. At peribis profectò. Quemadmodũ bruchi infiniti congregantur, ſimiliter & locuſtæ, ſed fugiunt; & veniente hyemis tempeſtata pereunt: ſic vos Niniuitæ etſi innumerabiles eſtis, conferetis tamen vos in fugam ob hoſtium metum: ſed veniente procella Babylonici exercitus interibitis. Magnates & cuſtodes tui ô Nina erunt veluti locuſtę locuſtarum: hoc eſt, erunt infiniti. Quidam has locuſtas locuſtarum referũt non ad numerum, ſed ad magnitudinem earum, quæ longiùs volant. Quaſi dicat: Longiùs fugient plebeij, quàm nobiles, qui diuitiis impediti prius occidentur.

Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur. Paſtores vocat conſiliarios regis, duces, magnates, iudices, magiſtratus, & omnes, qui rempublicam gubernandam ſuſcipiunt. Deducitur vocabulũ hoc Hebraicum à verbo ragga, quod paſcere ſignificat, cogitare, & conſulere. Vnde principes, ſenatores, & optimates paſtores appellantur. Ita
Eſai. 63. eos appellat Eſaias capite ſexageſimotertio. Vbi eſt, qui eduxit eos de mari cum paſtoribus gregis. Vbi loquitur de admirabili tranſitu maris Rubri, quando Deus Hebræos cum principibus
Eſai. 44. ſuis mirabiliter liberauit. Ipſe Eſaias 44. regem
Iere. 10. Cyrum paſtorem vocat. Et Ieremias 10. omnes iudices & magnates quibus eſt iuſtitiæ munus commiſſum, vocat paſtores, cùm ait: Stultè ege-
Iere. 22. runt paſtores. Et vigeſimoſecundo: Omnes paſtores tuos paſcet ventus. Pro quo paraphraſis Chaldaica habet: Omnes gubernatores tui diſpergentur in omnem ventum. Id eſt, leuiter & facilè mouebuntur, ac ſi ventus illos expuliſſet. Poteſt ita etiam locus ille explanari: Præſides tui molientur res friuolas & vanas. Vel oblectabuntur vanitatibus, ac veluti cameleon tes vento ſuſtentabuntur. Vbi vides principes, gubernatores & conſiliarios appellari paſtores. Sed duo ſunt paſtores, ad quos alij poſſunt reduci, alter eſt Chriſtus paſtor bonus, alter dæmon paſtor malus: nos autem oues. Sed oues cognoſcũt ſibilum proprij paſtoris, cui obediunt. Vis ſcire cuius paſtoris ſis ouis? attende cuius ſibilo obedias. Dicuntur autem paſtores dormire, quando in republica leges nihil valent, iudicia iacent, maleficia ſunt impunita, nulláq; eſt iuris & ęquitatis, quæ ſunt vincula ciuitatis, memoria. Tunc dormiunt paſtores, quando viri nobilitate, virtute, & ſapientia præſtantes ſunt abiecti: contrà verò filij terræ, imperiti, ſcelerúmq; maculis inquinati ſunt ad honores euecti, & in magnis, illuſtribúſq; dignitatibus cõſtituti. Volens oſtendere Nahum fore, vt rex Aſſyrius præceps rueret in exitium & perpetuum dedacus, ſatis eſſe exiſtimauit dicere, dormire paſtores eius. Paſtores regni appellat paſtores regis, quia & regno, & regi debent conſulere. Ex ſomno & deſidia cõſiliariorum, rectorum, magiſtratuum, ac pontificum dimanat totius regni pernicies, cùm ipſi ſeipſos paſcunt, gregem autem non curant. Illis
ait Deus apud Ezechielem cap. 34. Væ paſtori- *Ezec. 34.*
bus Iſrael, qui paſcunt ſemetipſos. Et apud Za- *Zach. 11.*
char. 11. O paſtor & idolum derelinquens gregẽ.
Et apud Iere. 2. Paſtores prævaricati ſunt in me. *Iere. 2.*
Et per Nahum hoc loco: Dormitauerunt paſto-
res tui. De quibus ait Dauid pſal. 75. Dormita- *Pſal. 75.*
uerunt, qui aſcenderunt equos. Suaui ſed peſtilenti ſirenum, hoc eſt voluptatũ cantu deliniti, ouium paſtum pro nihilo putarunt, ſeq; inertiæ
ſomno dediderunt. Dormiens Samſon amiſit *Iudi. 16.*
fortitudinem: dormiẽs rex Saul amiſit ſcyphum *1. Reg. 16.*
& haſtam: dormiens dux Siſara fuit interfectus. *Iudic. 4.*
Dormiente Iona orta eſt in mari tempeſtas: dor- *Ion. 1.*
mientibus hominibus venit inimicus homo, &
ſeminauit zizania. Quare vigilandum nobis eſt, *Matt. 13.*
iuxta illud ſeruatoris noſtri apud Matth. 26. Vi- *Matt. 26.*
gilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Et
Et iuxta illud Petri apoſtoli cap. 5. epiſtolæ ſuæ *1. Pet. 5.*
prioris: Sobrij eſtote; & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus circuit, quærens quem de-
uoret. Et iuxta illud diuì Pauli ſexto prioris ad- *1. Cor. 7.*
Corinthios. Vigilare, ſtate in fidé, viriliter agite.
Ait enim Eccleſiaſticus 32. Qui vigilauerint ad *Eccleſ. 32.*
illum, inuenient benedictionem. Et Ioan. 12. *Apoc. 12.*
Apocalypſ. Beatus qui vigilat. Si omnes vigilare debent, quantò magis principes, ſenatores, pontifices, & cæteri paſtores, qui clauum regni tenere, & gubernacula republicæ tractare voluerunt? Hi omnibus prouidere debent, & nõ ſolùm magnatum rerum, ſed etiam exiguarum habere rationem. Quam ob cauſam ſunt ſemper
diuinum fauorem imploraturi. Vt in aere innu- *Similitudo.*
merabiles ſunt atomi, quas domi non cernimus etiam apertis feneſtris, niſi ſolis radio adueniente, domumq; intrante: ſic multa ſunt in vita minuta, & exigua, ſed digna animaduerſione, quæ magnates, principes, & põtifices per ſe ſine luce diuini fauoris non aſpiciunt, quæ radio cœleſtis

gratiæ

gratiæ intuetur. Quare debent diuinũ auxilium quęrere: & corporis ac animi oculis vigilare. Leo animalium rationis expertium princeps, nun- *Manet.* quam dormit, vt Maneth. ait AEgyptius: aut certè parciſſimus eſt ſomni, vt nonnulli aſſerebant veteres AEgyptij, qui per leonem vigilantiam ſignificabant, qui magis vidẽtur accedere ad ve- *Ariſtot.* ritatem: exiſtimat enim Ariſtot. incredibile eſſe, animal aliquod perpetua vti vigilia. Nec ſolùm apud AEgyptios, ſed etiã apud Chriſtianos fuit leo typus ac ſignũ Vigilantiæ. Vnde non imme- *Gaudẽt.* ritò vt Gaudeot. Merula libro tertio memorabiliũ annotauit, pro foribus templorũ marmoreas leonũ imagines videmus appoſitas. Illis ſignificabant priſci homines illi oportere principes, pontifices, & ſacerdotes vigilare. Debet paſtor pluribus oculis abundare quàm Argus, quẽ homines eruditi fictis ſabulis memoriæ prodiderũt paſtorem fuiſſe multis oculis prædium, ſed perperam cuſtodiiſſe Inachi filiam: eámque ob cauſam ſuiſſe vita priuatum, eiúſque oculos caudæ pauonis inſertos eſſe. Oculos enim nun videntes nihil refert in capite, potius quàm in cauda collo- *Similitudo.* cari. Ac vt oculi illi nihil proſunt pauoni ad videndum, niſi ad vanã rotam faciendam: ſic multi non habent pręfecturam, munúſque gubernandi ad vigilandum, ſed ad vanitatem ſuam oſtendendam, Volentes poëtæ ſignificare eſſe principibus, magiſtratibus, ac pontificibus vigilantiã magnopere neceſſariam, finxerũt regẽ Aetam tradidiſſe vellus aureum draconi multis oculis abũdanti cuſtodiendum: quòd intelligeret in cuſtodia illius velleris eſſe regni ſui ſalutẽ conſtitutã. At Iaſon conſilio Medeæ vſus conſopiuit draconem: & coniecto in eius oculos puluere quodam vellus aureum diripuit. Vellus aureum eſt iuſtitia, quam rex tradit magiſtratuum cœtui, veluti multorum oculorum draconi. Sed quid prodeſt cœtum illum multos oculos habere, ſi iniectis in illos pulueribus munerum, & affectionis corruptæ conſopiuntur? Dormientibus antẽ iudicibus, prętoribus, conſiliariis, & magiſtratibus, aufertur iuſtitia, diripitur æquitas, & regnum penitus euertitur: aut ſaltem labefactatur. Perpende quanti ponderis ſint paſtorum vigilię & excubię *Gen. 31.* Eximius paſtor Iacob capite Geneſis 31. Die noctúque, inquit, æſtu vrebar & gelu: fugiebatque ſomnus ab oculis meis: Principes ſunt paſtores, vt huc loco eos vocat Nahum: ſuntque cuſtodes *Eſai. 63* populi vt paulò antè eos vocauit. Et Eſaias c. 63. inducit Deum ita loquentem: Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes; tota die ac nocte *Eſai. 56.* non tacebunt. Et 56. vocat eos ſpeculatores. Eo- *Iere. 6.* dẽ modo Ieremias 6. Et Ezechi. 3. & 33. Et diuus *Ezec. 3. & 33.* Luc. 2. Paſtores inquit, erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias ſuper gregem *Luc. 2.* ſuum. At núc nonnulli quęrunt magiſtratus nõ ad vigilandum, ſed ad dormiendum: quęrunt honorem muneris: laborem autem eius foras reiiciunt. Adipiſcuntur dignitates ambitu conquiſi- *Similitudo.* tas. Vt polypus induit colorem ſcopuli, cui adhæret, vt piſces capiat, quib. parat inſidias, vt ait *Aelianus.* li. 1. de varia hiſtoria Aelianus: ſic nonnulli ſeruiunt tempori: & vt alios decipiant, conformant ingenium ſuum illorum ingenijs: ac vt eorũ acquirãt vota, colorem voluntatis eorũ imitantur, Scio tamen multos eſſe, qui nõ ſolùm nõ affectãt dignitates: ſed reſpuũt illas quas nullo modo recipiunt: & alios, qui etiam ſi illas recipiant, inuiti tamen id faciunt: & recte munus ſuũ gerunt, pręclaréque rempublicam adminiſtrant. Dant enim operam, vt vigeat iuſtitia, & religionis obſeruantia: perpurgant & illuſtrant rempublicam, & ad ſummã ducunt amplitudinem. Sed accidit aliquãdo: vt quãtò rectior & præſtantior eſt princeps & pontifex, tantò peſtilentiores ſunt ſubdi- ti. Quandu corpus adeò grauiter & vehementer ęgrotat, vt virtus naturalis iam imbecilla & op- *Similitudo.* preſſa non poſſit ei opem ferre, nec corruptioni reſiſtere, parum prodeſt medicina: non ſolùm enim effectum ſuum non aſſequitur, ſed etiã corpus tabe confectum eam reſpuit. Eodem modo cùm reſpublica eſt tanta ægritudine & morum deprauatione labefactata ac corrupta, vt virtus penitus contempta & abiecta, nullam iam vim habeat ad reſiſtẽdum vitiis, parum aut nihil prodeſt optimus gubernator: non enim emẽdari poteſt flagitia, tumultus, ſeditiones, falſa teſtimonia: quin potius ſcelerati ac furentes homines eum ex ſe expellunt, in illum inuehuntur: & falſa crimina quaſi tela iaciunt, & clariſſimum lumen extinguere conantur. Id contigit diuinis vatibus excellentibus paſtoribus, Chriſti Apoſtolis: ceriſque apoſtolicis Athanaſio, Hilario, Chryſoſtomo, & multis alijs, qui præſtãtibus ingeniis in vita humana diuina ſtudia coluerunt, nomenque ſuum immortalitati commendarunt. Hi fuerunt paſtores vigilantes, ab illis diſſidẽtes, de quibus hoc loco ait Nahum: Dormitauerunt paſtores tui. Fortaſſe accipitur hic dormitare pro ignorare. vt cùm dicimus. Bonus quandoque dormitat Homerus. Vel pro excedere vita: in quam ſignificationẽ ſumitur dormitare & dormire, vt ait Chryſoſtomus locum illum Matthæi explanans *Chryſo.* 25. Dormitauerunt omnes, & dormierunt. Hoc *Mat. 25* eſt mortui ſunt omnes illi ante diem iudicij. Et c. 2. lib. 3. Regum: Dormiuit Dauid cum patribus ſuis. Et Matth. 27. Multa corpora ſanctorum qui *3. Reg. 2.* dormierant, reſurrexerunt. Et 15. prioris ad Co- *Mat. 27* rinthios: Ex quibus multi manent vſque adhuc: *1. Cor. 15* quidam autem dormierũt. Erit igitur ſenſus verborum Nahum: Migrabunt ex vita ò rex Aſſyriæ paſtores tui & magnates. Vt ſit præteritum pro futuro. Huic expoſitioni fauet, quod proximè ſequitur: Sepelientur principes tui: vt ſit prioris explanatio. Ac ſi dicat: Facile vincent Babylonij, quandoquidem in principio belli morientur nobiles tui, & tumulis mandabuntur. Vel ita: Tãtus erit paſtorũ ac ducũ tuorũ pauor, vt maneant ſtupidi velut dormiẽtes, & quaſi mortui atq; ſepulti.

Latitauit populus tuus in montibus. Hoc eſt, metu perculſus fugiet ad loca aſpera, quæ videantur ab acceſſu hoſtium tuta: vbi erunt multi diſperſi, & in variis locis abſconditi. Et non erit dux, qui eos congreget & adiuuet: percuſſo enim paſtore diſpergũtur oues, & ſcriptum eſt c. Zach. 13.

Non eſt obſcura contritio tua. Id eſt, non erit occultus dolor tuus. Loquitur cũ Aſſyriorum rege. *Zac. 13.*

Peſſima eſt plaga tua. Vulnus tuũ erit grauiſſimũ, ſumma erit calamitas tua. Simili modo Ieremias capite 30. inducit Deum cum populo Iſraëlitico ita loquentem: Inſanabilis eſt fractura tua, peſſima eſt plaga tua. Deus vult homines ad ſe addu- *Iere. 30.* cere aliqñ dulci beneficiorũ aqua: ſed illi magis

Similitudo. ea dureſcunt ſimiles ceræ, quæ aqua redditur durior. Videns autem id Deus, eos liquefacit igne calamitatis, vt aut conuertantur ad ipſum, aut aliis in exemplum proponantur. Id quod fecit Niniuitis. Sumitur igitur plaga hoc loco pro calamitate. Poteſt ſumi pro peccato obſtinationis, de *Mich.1.* quo illud intelligitur Michææ 1. Deſperata eſt *Iere.10.* plaga eius. Et pro quocunque peccato mortifero: *Eſai.1.* vt Ierem.10. Væ mihi ſuper peſſima plaga mea. Et Eſaiæ 1. Vulnus & liuor & plaga tumens non *Origen.* eſt circumligata. Vnde per decem plagas Aegy- *Hieron.* pti peccata contra decem Dei præcepta ſigni- *Gregor.* ficantur. De plagæ ſignificationibus vide Ori- *Baſilius.* genem homilia 8. in Leuiticum, & 4. in Exod. *Auguſt.* Hieronymum in cap.1. Eſaiæ, Gregorinm in c.6. *Hyſich.* libr.1. Reg. Baſilium homilia habita in Lacizis, *Beda.* Auguſtinum de plagis Aegypti ſexta homilia, *Chryſo.* Hyſichium in Leuiticum, Bedam in Exodum, Chryſoſtomū aduerſus Iudæos oratione quinta.

Omnes qui audierunt auditionem tuam, compreſſerunt manum ſuper te. Vel vt alij habent codices: comploſerunt manum ſuper te. Hoc eſt, Quicunque audierint perniciem tuam, & famam calamitatis tuæ ô Aſſyriorum rex, non ſolùm non medebuntur tibi, nec afficientur mœrore, ſed etiam geſtient lætitia, quam manuum ſonitu & plauſu ſignificabunt. Solent enim, qui gaudio efferuntur, plaudere manibus. Vnde Dauid pſal. 46. Omnes, inquit, plaudite manibus, iubilate *Pſal.46.* Deo in voce exultationis. Quibus verbis, Apoſtolorum cœtus gaudio exultans ob victoriam adeptam, verámque religionem toto terrarum orbe propagatā omnes nationes hortatur ad plauſum, & gratias Deo agendas, eiuſque laudes celebrandas. In hanc ſignificationem ſumitur ab *Eſai.55.* Eſaia ca.55. cùm ait: Omnia ligna regionis plaudite manu: per ligna regionis homines intelli- *Thre.2.* gens. Et Thre.2. Plauſerunt ſuper te manibus.

Quia ſuper quem non tranſiit malitia tua ſemper? Hoc eſt, quoniam ſemper omnib. infeſtus fuiſti, & inimicus. Ac offendens omnes non das operam, vt à te læſi & laceſſiti aliquo tuo publico beneficio poſſint offenſionē obliterare. Sed dices: Si Deus ſciebat fore, vt rex ille Aſſyrius homines affligeret, cur hoc ordinauit. Quia ſciebat eos futuros eſſe tales, vt mererentur affligi ob eorum ſcelera: vel quia cùm eſſent virtute præditi, illuſtrius ob *Similitudo.* tolerantiam præmium comparaturi erant. Vt non eſt reprehēdēdus magiſter, quòd faciat ferulam, qua pueros caſtiget: ſic nec Deus, quòd homines creet, quos ſcit impios fore, quibus alios *Baſilius* flagellet. Hæc eſt cauſa, vt inquit Baſilius, quare Deus animalia venenata creauit. Hæc Nahum verba dicuntur Regi Ninæ, & poſſunt ipſi ciuitati accommodari. Rex enim & Niniuitæ omnes ob eorum ſcelera in varias & horribiles calamitates inciderunt. Illud eſt aduertendum impiorum maleficium & immanitatem non ſemper manere, ſed tranſire: quam ob cauſam ait: Super quem non tranſiit malitia tua ſemper? Hoc iuſtos afflictos conſolatur intelligere fluxam eſſe & caducam impiorum vitam & tyrannidem: illiſque mortuis poſſe eoſdem viros iuſtos ad gaudium & tranquillitatem redire. Id intelligens E- *Eſai.14.* ſai. capi. 14. loquens de interitu Nabuchonodoſoris: Conquieuit, inquit, & ſiluit omnis terra gauiſa eſt, & exultauit. Abietes quoq; lætatę ſunt ſuper te, & cedri Libani. Vbi per has arbores homines ſignificantur. Aſpicis diuinum vatem Nahum terminare vaticinationem ſuam calamitatibus venturis in regem Aſſyrium, eiuſque ciuitatem Niniuem: nam tametſi Eſaias & multi alij prophetæ poſt onera conſolentur populum mœſtū & afflictum, Nahum tamen nullam Niniuitis ſubdit conſolationem, quia illi idola colebant, & Meſſiam minimè expectabant.

Obſeruationes ex Hebræo in caput tertium.

ECCE *ego ad te, dicit dominus exercituum.* Pro domino eſt in Hebræo יהוה nomen Dei quatuor literarum, quod Hebræi vocant ineffabile: aiuntque ſignificare Deum quodam modo in natura ſua. Ac re ipſa illis ineffabile eſt, quoniam eius myſterium non cognoſcunt. Eſt enim in illo ſacroſanctę trinitatis ſacramētum adumbratum. Vnde in tranſlatione Chaldaica ita ſcribitur ייי: non quòd illud lex vetus ſilentio prætereierit, ſed quòd illi cœco furore obſtinati errorem cum lacte nutricis ſuxerint. Locis enim propè infinitis myſterium hoc continetur, quorum vnum duntaxat citabo, qui eſt Deuteron. cap.6. cuius ad li- *Deut.6.* teram hæc ſunt verba: Deus, Deus noſter, Deus vnus eſt, Vbi ter nominatur Deus ad diſtinctionem perſonarum ſignificandam, & vnus eſſe dicitur ad vnitatem naturæ oſtendendam. Ita locum illum explanat Auguſtinus lib. 3. aduerſus *Auguſt.* Maximinum Arrianum, Alexāder ſummus pon- *Alex.* tifex in epiſtola ſua prima, Idacius Clarus in tra- *Idacius.* ctatione contra Varimandum, Anſelmus Lau- *Laudū.* dunenſis in gloſſa interlineati, Gregorius Nyſſe- *Nyſſen.* nus in libro de cognitione Dei aduerſus Iudæos. *Theodo.* Theodoretus in libro de curatione Gręcarum af- *Galati.* fectionum ſecundo, Petrus Galatinus lib.2. de ar- *Simeon.* canis catholicæ veritatis. Præter hos ita locum illum interpretatur Rabbi Simon filius Iohai in libro, qui inſcribitur Zoar, & Rabbi Menahem *Mena.* in capitu.6. Deuteronomij, Pro exercituum, eſt in Hebręo Tſebaoth, in plurali à nomine צבא quod ſignificat exercitum. Quare rectè vulgatus noſter interpres traduxit: Dominus exercituum. Pro quo ſeptuaginta interpretes habent κύριος παντοκράτωρ: hoc eſt, dominus omnipotens. Significat etiā nomē hoc Tſaba fortitudinem, & ornatum, & virtutē. Eo vtitur Dauid pſalmo vigeſimotertio cùm *Pſal.23.* ait: Dominus virtutū, ipſe eſt rex gloriæ, Pro quo Hieronymus vertit domin⁹ exercituū, ipſe eſt rex *Hieron.* glorię. Itaq; idē eſt dominus Tſabaoth, & domin⁹ exercituum, & dominus virtutum. Hæ autem virtutes non ſunt illæ, quas morales aut theologales appellamus, ſed ſunt fortitudines & exercitus. Per exercitus autem non ſolùm hominum acies, ſed aſtrorum, & angelorum ſignificantur. Pro angelorum copiis videmus ſumi pſalm. cen- *Pſal.102* teſimo ſecundo: Benedicite domino omnes virtutes eius, miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. vbi per virtutes Dei, eiuſque miniſtros idem ſignificatur. Pro ſtellarum & cœlorum ornatu pſalmo trigeſimo ſecundo accipitur, vbi ſcriptum *Pſal.32.* eſt: Verbo domini cœli firmati ſunt: vt & ſpiritu eius omnis virtus eorum. Pro quo Hierony- *Hieron.* mus

mus tranſtulit: Omnis ornatus eorum. Ita appellat diuinus vates ſolem, & lunam, & innumerabilem ſyderum tam vagantium quàm fixorum multitudinem, quibus ornatum vndique cœlum inſatiabile mortalibus præbet ſpectaculū. Aſpicis igitur nomē hoc Tſabaoth varias ſignificationes habere: quæ poſſunt huic Nahum loco accommodari. Quot autem, & quæ ſint nomina *Hieron.* Dei, docet Hieron. in epiſtola ad Marcellam.

Reuelabo pudenda tua. In Hebraico pro pudendis, eſt nomen שׁוּל xul, quod etiam ſignificat *Pagnin.* fimbriam veſtis. Qua ratione ductus Pagninus vertit: Reuelabo fimbrias tuas. Sed ſenſus eſt idem. Paraphraſis Chaldaica enodatrix difficilium locorum habet: Diſcooperiam verecunda *Eſai.6.* peccatorum tuorum. Hoc nomine vtitur Eſaias capitulo 6. cùm ait: Fimbriæ eius replebant templum. Pro quo Latinus noſter interpres rectè traduxit: Ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum: volens hac verborum circuitione ſenſum diuini vatis apertiùs explanare: qui loquitur de Deo in ſolio cum maieſtate ſedente. Erant autem ſub ipſo non ſolùm fimbriæ, ſed nitor & claritas: quam ob cauſam paraphraſis Chaldaica habet: Splendore gloriç eius repletum eſt templum.

Ponam te in exemplum. Pagninus habet: Ponam *Pagnin.* te tanquam inquinamentum. Vatablus in com- *Vatabl.* mentariis: Ponam te tanquam ſtercus. Pro exemplo eſt in Hebræo ראִי roi, quod hæc ſignificat. Septuaginta habent exemplum, quos rectè imitatus eſt noſter interpres. Poteſt rectè verti in ſpectaculum: vt ſcilicet alij te videntes reſipiſcant, habentes ante oculos propoſitum tuæ ſuperbiæ & euerſionis exemplum. Deducitur nomen hoc à verbo raah, quod ſignificat ſpectare, & videre, vt *Gen.29.* capite Geneſis 29. Quę Lia conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens: Vidit dominus humilitatem meam. Vbi pro, vidit, eſt in Hebræo verbum hoc raah. Per humilitatem verò intelligitur eius mœſtitia, quòd à viro ſuo Iacobo deſpiceretur. Ruben autem idem eſt quod viſionis, ſiue viſæ filius. Vidit enim eam Deus oculis miſericordiæ dans ei filium, quem ipſa cupiebat. Grata mulier ventris ſui fructum Deo tribuit, eiuſque beneficium in nominis fi- *Pſal.30.* lij impoſitione ſe recognoſcere declarat. Vtitur verbo hoc Dauid pſal. 30. pro quo Latinus noſter interpres tranſtulit reſpicere: cùm ait. Quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam. Quod poteſt verti ex Hebraico: Quoniam reſpexiſti calamitatem meam, ſaluaſti de anguſtiis animam meā. His verbis in calamitate verſatus ſeipſum roborat atque confirmat repetita temporis ſuperioris memoria, quo eum Deus ab acerbis ærumnis & periculis liberauerat.

Vaſtata eſt Niniue: quis commouebit ſuper te caput? Septuaginta habent: Exoleuit Niniue: quis eius gratia iter ſuſcipiet? Pro vaſtata eſt, in Hebręo eſt *Eſai.33.* verbum שׁדד quod ſignificat Vaſtare & prædari. Vnde illud Eſaiæ trigeſimotertio: Væ qui prędaris, nònne ipſe prædaberis? Poteſt verti: Væ qui *Pſal.90.* vaſtas, nònne ipſe vaſtaberis? Ab hoc verbo eſt iaxudh, pro quo ſeptuaginta tranſtulerunt dæmonium, quòd animas vaſtet & ſpoliet: vt pſal. 90 Ab incurſu & dæmonio meridiano. Quod etiam poteſt verti: Ab incurſu, & vaſtatore meridiano. Vel ab incurſu vaſtatoris meridiani, Hieronym. *Hieron.* habet: A morſu inſidiantis meridie. Pagninus: *Pagnin.* A morſu, qui vaſtat meridie. Tranſlator quem ſe- *Campenſis.* quitur Ioannes Campenſis: A noxa, quæ meridie vaſtat. Paraphraſtes quidam Chaldæus: A caterua dęmonum, qui nocent meridie. Id quod ſequitur. Quis commouebit ſuper te caput? hunc habet ſenſum. Quis tibi condolebit? Et ita habet *Pagnin.* Pagninus. In Hebræo non eſt caput: ſed: quis commouebit ſuper te? At vulgatus noſter interpres addidit caput, vt ſenſus apertior redderetur. Verbum Hebraicum eſt נוד nudh, quòd ſignificat mouere, & auferre, vt cap. Eſaias 24. Auferetur quaſi tabernaculū vnius noctis. Hoc eſt, mo- *Eſa.24.* uebitur quaſi tugurium paſtoris, quod ſingulis noctibus de loco ad locū mutatur. Ita Ier. cap. 50. *Iere.50.* Moti ſunt, & abierunt. Hoc verbo vtitur Dauid *Pſal.69.* pſal. 69. pro contriſtari, cùm ait: Suſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit. Et Eſaias quin- *Eſai.51* quageſimo primo: Quis contriſtabitur ſuper te: Quare poterat verti locus hic Nahum: Quis con- *Symma.* triſtabitur ſuper te? Pro quo Symmachus habet: Quis lugebit cum ea?

Cuius diuitiæ mare. Pro diuitiis, eſt in Hebræo nomen חיל chayl, quod præter diuitias ſignificat induſtriam, virtutem, fortitudinem, robur, exercitum, antemurale, & foſſam in circuitu murorum vrbium. Pro induſtria ſumitur capite Ge- *Gen.47.* neſis quadrageſimoſeptimo: Quòd ſi noſti in eis eſſe viros induſtriæ, conſtitue illos magiſtros pecorum meorum. Pro quo nos habemus: viros induſtrios. Chaldaica paraphraſis habet: viros fortes. Quæ omnia in idem recidunt. Illud pſal. 83. *Pſal.83.* Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion, poteſt transferri. Ibunt de fortitudine in fortitudinem, videbitur Deus deorum in Sion. Hoc eſt, ob admirabilem animi alacritatem inter eundum ad Dei templum vigebunt magis ac magis, & maiores vires indies acquirent, donec perueniant ad Sionem, vbi eſt arca Dei collocata. Vel donec veniant ad cœlum, vbi videbunt Deum, quo æuo ſempiterno fruētur. Pagnin. traduxit: Ibunt de exercitu in exercitum. *Pagnin.* Sed melius, meo quidem iudicio, poterat vertere: Ibunt de diuitiis in diuitias. Hoc eſt de virtutibus in virtutes: quæ ſunt veræ illæ opes, quæ animum amplificant, & diuitem faciunt. Hieron. *Hieron.* Nebienſis, & Prateoſis nobiſcum vertunt virtu- *Nebien.* tem. Sed ſumitur virtus pro vi & fortitudine. Pro *Praten.* antemurali ſumitur Thre. ſecundo: Luxitque an- *Thren.2* temurale. Quare poterat verti locus hic Nahum: Cuius antemurale mare erat. Vel cuius foſſæ erant mare. Habebat enī vrbs illa mare pro foſſis.

Eris deſpecta. Pagninus habet: Eris abſcondita. *Pagnin.* Subauditur, præ nimio metu. Alij vertunt: Eris obſcurata. Hoc eſt, in obſcuro, & ſilentio iacebis. Pro quo rectè vertit Latinus noſter interpres: Eris deſpecta. Ac eodem modo habent ſeptuaginta interpretes. In Hæbraico eſt verbum עלם halam, quod ſignificat abſcondere, deſpicere, & iniquè agere. In hanc vltimam ſignificationem ſu- *Pſal.25.* munt pſalmo 25. Cum iniqua gerentibus non introibo. Pro quo poteris traducere: Cū abſconditis non introibo. Hoc eſt cū hominib. vafris &

KK 2 fraudu-

fraudulentis non communicabo.pro abſcondate
Pſa.44. ſumitur pſalmo 44. Ipſe enim nouit abſcondita
cordis.Ab hoc verbo deducitur illud, quod eſt in
Pſal. 9. pſalmi noni inſcriptione: Pro occultis filij. Hoc
eſt,pſalmus hic continet res arcanas & abſcon-
ditas Ieſu Chriſti, qui eſt verus Dei filius vnige-
Ioan. 8. na iuxta illud ipſius domini apud Ioannem octa-
uo:Si filius vos liberauerit,verè liberi eritis.Deri
natur etiã à verbo hoc עלמה,quod nomen virgi
Eſai.7. nem abſcõditam ſignificat: quo vtitur Eſaias ſe-
ptimo cùm ait:Ecce virgo concipiet,& pariet fi-
lium. Hinc עלמות ſignificat pueritiã, & ſeculũ:
Pſa. 47. vt pſalmo quadrageſimoſeptimo: Ipſe reget nos
Pagnin. in ſecula.pro quo Pagnin. in Theſauro transfert:
Ipſe ducet nos ſicut in pueritia. Acſi dicat popu-
lus Iſraeliticus:Ita Deus nos modò ducet:ſi con-
fugerimus ad illum, quemadmodum à pueritia,
cùm nos eduxit de AEgypto à tyrannide populi
barbari.Poteſt verti: ipſe docet nos in abſcondi-
tum. Hoc eſt ipſe Deus noſter abſcondet nos ab
inimicis noſtris,iam animi,quàm corporis,ne ab
Pſal.26. illis offendamur.Vnde Dauid pſal.26. Quoniam,
inquit, abſcondit me in tabernaculo ſuo in die
malorum:protexit me in abſcondito tabernaculi
Pſal. 30. ſui. Et pſalmo trigeſimo de viris piis loquens:
Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à con-
Pſal.82. turbatione hominum, Et octogeſimo ſecundo:
Cogitauerunt aduerſus abſconditos tuos. Pro
quo nos habemus: Cogitauerunt aduerſus ſan-
ctos tuos. Nam cùm viri pij ſint abſconditi &
protecti à Deo, rectè vulgatus noſter interpres
cum ſeptuaginta interpretibus vertit ſanctos:cui
Campẽſ. reſpondet Campenſis ita habens: Qui occultè
protectioni tuæ concrediti ſunt.Illis ait Apoſto-
Coloſ. 3. lus tertio ad Colo.Vita veſtra abſcondita eſt cum
Chriſto in Deo.Sed nemo pietatis expers perci-
pit animo,ne ſuſpicatur quidem, quàm ſecura ſit
eorum vita, qui veram illam iuſtitiam colunt,
quæ in imitatione Chriſti conſiſtit. Hos tuetur
Deus, non quòd in nullis calamitatibus verſen-
tur, ſed quòd afflicti nulla improborum homi-
num vexatione,de tranquillitate animi depellan-
tur. Quare in medijs calamitatibus & ærumnis
verſati nec calamitoſi ſunt,nec ęrumnoſi,nec in-
felices. Nam quamuis corpore crucientur, non
tamen cruciatur virtus,non grauitas, non fides,
non conſtantia: non denique animus ipſe, qui
virtutum præſidio ſeptus nullo modo expugna-
tur.Imò nec mortem ita timent, vt propter eam
ab itinere recto ſeparentur.

Peſſima eſt plaga tua. Septuaginta habent: ἐφλέγμανεν ἡ πληγή σου. Hoc eſt intumuit plaga tua.In-
telligunt vulnus illud ſuperbiam eſſe & arrogan-
tiam, qua Niniuitæ tumebant: vanis enim opi-
nionibus inflati ſeſe efferebant,& aſperos, diffi-
ciles,& imperioſos oſtẽtabant. Superbia turgeſ-
Pſal.73. cit,ſurſum in aerem extollitur. Vnde pſalmogra-
phus: Superbia,inquit,eorum qui te oderunt, a-
Simili- ſcendit ſemper. Solet autem aſcendere verborum
tudo. arrogantium multitudine & inſolentia. Vt tym-
panum vento plenum longius ſonat, quàm ſi
eſſet re aliqua graui & ſolida repletum: ſic ho-
mo quantò eſt inanior, ventoq́ue ſuperbię ple-
nior:tantò eſt loquacior, ac vanis verbis abun-
Soph. 4. dantior. Vnde apud Sophoniam quarto ait Deus
Auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ
Pſal. 26. tuæ. Et Dauid Pſal. 26. Os eorum locutum eſt
ſuperbiam. Sed quemadmodum excelſi montes Simili-
ſolent percuti fulmine, quod cœleſte dicitur ia- tudo.
culum: ſic ſuperbi homines ſolent calamitate à
Deo miſſa feriri,& diuini iudicij percuſſione pro-
ſterni.Id quod Niniuitis contigiſſe diuinus no-
ſter vates teſtatur.

Compreſſerunt manus ſuper te. Septuaginta ha-
bent:plaudent manus ſuper te.Pagninus: Com- Pagnin.
ploſerunt manum ſuper te. Sed ponitur præteri-
tum pro futuro.Verbum Hebraicũ eſt תקע tha-
cagh,quod comprimere ſignificat, & plaudere,&
figere. Eo vtitur Salom. Pro. 17. Stultus homo
plaudet manibus ſuis.Quod poteſt verti: Stultus
homo figet manus ſuas. Hoc eſt,pro ære alieno
ſpondebit,& obligabitur. Figere ſiue dare manũ
eſt fideiubere, ſéq; pro aliquo vadem dare. Ita il-
lud intelligitur Prou.22.Noli eſſe cum ijs,qui de- Prou.22
figunt manus ſuas,& qui vades ſe offerunt pro de-
bitis.

Quia ſuper quem non tranſiit malitia tua ſemper? Pro
malitia eſt in Hebræo רעתך à verbo רוע, quod
ſignificat malum eſſe. Poteſt eſſe à verbo, רעה
quod ſignificat affligere. Quare põt verti locus
hic.Quia ſuper quem non tranſiuit afflictio tua?
Hoc eſt,quis eſt,quem tu non afflixeris?Sed quia
hoc verbum rahah ſignificat etiam velle, poteſt
eſſe ſenſus Quia ſuper quem non tranſiit volun-
tas tua ſemper?Hoc eſt impietas tua: voluntas e-
nim impiorum impia eſt. Poteſt igitur nomen
hoc רע deduci à verbo רוע, & tunc ſignificat
malum:& à verbo רעה, & ſignificat volunta-
tem. Quamobrem id quod ait Dauid pſalmo Pſal. 50.
quinquageſimo: Et malum coram te feci.vbi pro
malo,eſt vocabulum hoc rach:verti poteſt:Et vo
luntatem coram te feci. Eſt enim voluntas pro-
pria omnium flagitiorũ veluti radix & origo: &
in ſphæra vitæ noſtræ eſt centrum, à quo exeunt
lineæ exitij noſtri ad noſtræ infelicitatis circum-
ferentiam.Eam ob cauſam ait Eccleſiaſticus cap.
18.A voluntate tua auertere.Et Oſeas 10. Con-
fundetur Iſrael in volũtate ſua.Et Chriſtus Deus
noſter in euangelio authore Matth.capit. 16. Si Eccl.6.
quis vult venire poſt me,abneget ſemetipſum.Id Oſe.10
intuens D.Bernardus: Ceſſet,inquit,propria vo- Ma.16
luntas,& infernus non erit.Vt lactucæ multęq́ue Bernar.
aliæ herbæ ſalutares niſi mutent ſolum,fiunt ſyl- Simili-
ueſtres,amaræ,& incultæ:ſin autem ex vna terrę tudo.
parte transferantur ad aliam,fiunt ſuaues,iucun-
dæ,& excellentes: ſic homines niſi propriam di-
mittant voluntatem,fiunt flagitioſi, & peſtilen-
tes, & barbari: ſin autem eã relinquunt,& Dei
voluntati parent,ab omni contagione impurita-
tis abſtracti, & à ſeipſis auulſi omne vitæ guber-
naculum tradunt diuino numini: ac magnopere
curant ne obedientiam abiicĩetes animũ pertur-
bent, eiúſq; conſtantiam à ſua ſede deiiciant. Id
voluit Deus ſignificare,cum dixit Abrahamo Ge Gen. 12.
neſis duodecimo:Egredere de terra tua, & de co- Gen. 22.
gnatione tua.Quibus verbis ipſe ſtatim obediuit.
Huius admirabilis obedientiæ exemplũ hac iura
& in proprij filij immolatione voluit ipſe Deus
clariſſimis monimentis teſtatum, conſignatum-
que proponere hominibus, vt omnes illud ad
imitandum perſpicerent Noluit Abrahamus ſibi
ipſi,ſed Deo gerere voluntatẽ.Et quia in negotio 2.Reg.11.
Bethſabeæ multò aliter ſe geſſerat Dauid, agno-
ſcens flagitiũ ſuum, ait Deo: Et volũtatem,nimi-
rum

rum meam,coram te feci. Vbi vt diximus,eſt uomeo raeh:quod & malum,& voluntatem ſignificat.
Eccl.4. Eo vtitur Eccleſiaſtes capite quarto,cùm ait: Multo melior eſt obedientia,quàm ſtultorum victimæ,qui neſciont,quid faciunt mali. Quod poteſt verti:Quia neſciunt facere voluntatem, ſcilicet Dei, cui victimas immolant: cui deberent obedire. Reddit rationem, quare melior ſit obedientia, quàm ſtultorum ſacrificium: quia qui Deo parent,eius voluntatē gerunt,ac in virtutis actionē incumbūt:qui verò ſacrificāt contra Dei obediētiā ei nō gerūt voluntatē,quin potius ipſū offendunt. Regi Sauli contra Dei præceptum ſa-
1.Re.15. crificanti dixit iuſtus Samuel,vt eſt capiti 14.lib. 1.Regum mandatum:Melior eſt obedientia, quā victimæ, & auſcultare magis quàm offerre adi-
Luc.6. pem arietum. Vnde ſeruator noſter apud Lucam ſexto:Quid,inquit,vocatis me:domine domine, & non facitis, quæ dico? Rationem cur melior ſit obedientia, quàm ſacrificium, reddit diuus
Gregor. Gregorius ſummus pontifex, quia per victimas aliena caro,per obedientiam verò propria voluntas mactatur. Hanc propriam voluntatem non occidit rex Aſſyriorum,ad quem Nahum has voces emiſit. Super quem non tranſijt malitia tua, aut voluntas tua ſemper? Sed quia Deo non paruit, fuit ab illo grauiſſimè punitus. Cur Deo non parebimus, cùm Chriſtus Ieſus verus Deus & verus homo ei paruerit? De illo ait diuus Pau-
Phili.2. lus capite ſecundo epiſtolę ad Philippenſes:Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem,mortem autem crucis. Voluit potius vitam,quàm obedientiam amittere. Ac volens ſignificare ſe mortem ſuſtinere,vt patri obtempe-
Ioan.19. raret, emiſit ſpiritum capite inclinato: eſt enim inclinatio capitis obedientiæ ſignum. Non ſolùm Deo,ſed etiam hominibus in dignitate conſtitutis propter ipſum Deum parere debemus. Id negant hæretici noſtri temporis, qui nec regi, nec eius miniſtris,quibus eſt reipublicæ gubernaculū commiſſum, volunt obedire. Id videmus modò in Gallia Chriſtianiſſimo quondam regno: nunc autem Lutheranis, Caluiniſtis, Zuinglianis,cæteriſque huiuſmodi peſtibus multis in locis pleno,vbi hi hæretici relinquunt & abijciunt obedientiam: nec ſommo pontifici Ieſu Chriſti vicario, nec Chriſtianiſſimo Galliæ regi obtēperātes,Deo nec rationi,cui ſūnt ſubiecti lege naturæ. Imò aduerſus ipſum pium,iuſtum,& catholicum regem commouent & conflant ſeditiones, concitant diſcordias,parant bella, edunt ſtrages hominum catholicorum. O incredibilem audaciam! ô impietatem deplorandam! Falſa libertatis ſpecie cæci ac furentes homines decepti exercent publica latrocinia,& alia impia maleficia,& nefaria ſcelera:& in perpetua ignominia verſantur.
Similitudo. Vt in ſeminibus eſt cauſa plantarum: ſic huius peſtis origo fuit impius Lutherus:cuius hæreſes in officina Sathanæ conflatas infiniti homines perditi ſequuntur. Et quod eſt intolerandum, aiunt ſe obedientiam reliquiſſe, noui teſtamenti doctrina maximè inſtructos. Vbi hoc legiſtis ô hæretici in nouo teſtamento? Nuſquam quidem.
Rom.13. Imò diuus Paulus in epiſtola ad Romanos contrarium docet:ita etiā ait capi.13. Omnis anima poteſtatib[us] ſublimiorib[us] ſubdita ſit:non eſt enim poteſtas niſi à Deo:quæ autē ſunt,à Deo ordinatę ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati,Dei ordinationi reſiſtit. Itę Apoſtolus: vbi per omnē animam Hebræorum more intelligit omnes homines, quibus præcipit, vt ſubiecti ſint regibus, & publicis magiſtratibus, quemadmodum præcipit Deus:nam qui illis reſiſtunt,Dei ordinationi reſiſtunt. Quid apertius poterat dicere Apoſtolus? Et cap. 6. ad Epheſios:Serui,inquit, obedite do- *Ephe.6.* minis carnalibus cum timore & tremore in ſimplicitate cordis veſtri,ſicut Chriſto. Et capit.3.ad Titum:Admone illos principibus & poteſtatibus *Tit.3.* ſubditos eſſe, dicto obedire. Et 13.ad Hebræos: *Heb.13.* Obedite præpoſitis veſtris,& ſubiacete eis. Et D. Pet. Apoſtolorum princeps ca 2.epiſtolæ ſuę pri- *1.Pet.2* oris:Subiecti eſtote omni humanę creaturę propter dominum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum,laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei. Et paulò pòſt:Regem honorificate. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis,ſed etiam dyſcolis. Quod verò dixit:Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ:intelligendum eſt iuxta materiam, de qua agitur,nimirum de principibus, & præſidibus, quib. eſt obediendum. Nam ſcholia Græca aiunt creaturā ibi ab Apoſtolo ſumi pro principatu & poteſtate. Per dyſcolos verò intelligit magiſtratus prauos,aſperos,& difficiles: quibus ait tribuendam eſſe obedientiam propter Deum *Matt.* & regi ac imperatori obtemperandum. Id præce- *22.* pit dominus Ieſus in euangelio,cùm dixit. Red- *Marc.* dite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari:& quæ ſunt Dei, *12.* Deo. Nónne ſunt perſpicua hæc teſtimonia? Quis *Luc.20.* ea negabit, niſi fuerit teterris tenebris omnino coopertus? Et tamen negant ea Luthererani,quia horribili animi cæcitate, & diabolico furore rapiuntur. Obediuit mare Moſi,& ſol Ioſue, & illi *Exo.14.* nec præſidibus, nec regi, nec ſummo pontifici, *Ioſue.10* nec ipſi Deo volunt obedire. Qui paret, ſeipſum vincit:& eſt hæc admirabilis excellenſque victoria. De illa ait Salomon Prouerb. 21 Vir obedi- *Prou.21* ens loquetur victoriam. Apes obediunt regi ſuo, grues duci ſuo,oues paſtori, mare influentiæ lunæ, globi cœleſtes primo mobili: omnia denique inferiora ſuperioribus parent:ſolus ſuperbus homo eſt,qui obedire recuſat. Quēadmodū autē *Similitudo.* ferrum paret malleo,vitrum non item:ſic viri humiles & ſapientes præfectis obediunt, impij autem ſuperbi & inſolentes haudquaquam. Vt cera igne calefacta facilè flectitur, figuramque rei *Similitudo.* cui infunditur,recipit, quod ſine igne non facit: ſic qui ſunt igne diuini amoris incenſi, facile obediunt, & voluntati præſidum accommodantur. Ipſi enim præſides miniſtri Dei ſunt: & qui illis paret Deo paret. Ante legislationem præcipiebat Moſes nonnulla Hebræis, quæ illi ſeruare nolebant Et Deus dixit illis Exodi decimoſep- *Exo.17.* timo: Vſquequo non vultis cuſtodire mandata mea:Nō dicit:mandata Moſis:ſed mandata mea. Præſidis mandata honeſta & iuſta Dei eſſe cenſenda ſunt. Vnde Chriſtus dominus apud Lucam *Luc.10.* decimo,cùm præſulibus loquens:Qui inquit,vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quid eſt præſtantius, quid glorioſius, quam pro Chriſto parere hominibus, & propriam

voluntatem voluntati præfecti ſubiicere? Hoc eſt excellens quoddam ſacrificium, & admirabilis triumphus. Multi viri virtutis & ſapientiæ ornamentis exculti in Gallia, Germania, & Britannia noſtra hac memoria pro hac veritate defendenda, & eccleſiæ ſanctæ Romanæ catholicæ obedientia ſuſtentanda fuerunt ab hæreticis interfecti: ſed morte illa immortalitatem conſecuti ſunt in æterna beatitudine: & in hac vita nulla ætas de illorum laudibus conticeſcet. Qui erunt homines tam inculti, qui eos non efferant laudibus? quæ tam immemor poſteritas, quæ illorum decus non æternitatis memoria proſequatur? Felices illi qui Chriſto Deo noſtro, eiuſque vicario ſummo pótifici vniuerſali paſtori, regibus Chriſtianis, magiſtratibus, pontificibus, & præſulibus catholicis obediút: & pro hac obediéntia tuenda, vita ab hęreticis priuátur, & gloriá ſempiternam cóſequûtur. Id non efficiút illi, qui propriæ parét volútati, qui deprauatos ſequuntur appetitus, & & amore terreno ducuntur. Quemadmodum impurus amor animam incendit, & ſtudio rerum caducarum inflámat, & in ima ac profunda præcipitat & mergit: ſic ſanctus amor ad cœleſtia extollitur, ad æterna aſpirat, ad immortalitatem exardeſcit, & animá ad ea quæ immutabili æternitate continentur, conciliat & inflammat. Nullus eſt amor otioſus in amantis animo, ſemper illum ſecum ducit, vel ad excelſum, vel ad imum. Anima amore mundi ligata quaſi viſcum habet in alis: quamobrem non volat in cœlum: at ab impuritate & terrenis affectibus libera duas alas nimirum dilectionem Dei & proximi expandit, quibus in cœlum aſcendit. Quò enim niſi ad Deum aſcendet volando, qui flagrans igne amoris ſancti volat aſcendendo? Has alas amoris Dei & proximi deſiderabat Dauid: cùm diceret Pſalmo quinquageſimoquarto: Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Volare cupiebat ad cœleſtem Hieroſolymam: quòd ſciebat ſe facere non poſſe, ſi eſſet amore cæco voluntateque propria impeditus. Qui enim ea ducuntur, ſimiles ſunt Aſſyriorum regi, cui diuinus noſter vates Nahum dicit: Super quem non tráſiit voluntas tua? aut, vt habet editio vulgata: malitia tua? Vtraque enim litera vera eſt. Sed inter omnes verſiones illa eminet, quam Romana catholica eccleſia tenet, & ſequitur, quàm vulgatam editionem appellamus: quæ veritate, grauitate, integritate, firmitudine, & præſtantia omnibus antecellit. Eam ego ſecutus ſum tam in aliis meis commentariis, quàm in his in diuinum vatem Nahum, qui hîc ad honorem Dei terminatur.

Similitudo.

Pſal. 54.

INDEX

FINIS.

INDEX

AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVAE IN COMMENTARIIS IN DANIELEM, ET

in Threnos explanatæ ſunt, præter alias, quæ paſſim citantur.

* * *

Primus numerus indicat paginam, ſecundus columnam.

1 IN principio creauit Deus cœlum & terram 32.2.44.2.244.2.245.1
1 Benedixitque illis 38.2
1 Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas 58.2
1 Fiat firmamentum in medio,&c. 87.1.239.1
1 Faciamus hominem ad imaginem 99.2.245.1
1 Factum eſt veſpere,& mane dies vnus 166.1.176.1
1 Dixit Deus, fiat lux 241.1
2 Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum 130.1
2 Os ex oſſibus meis,& caro 2.2
2 Ecce dedi vobis omnem herbam virentem 247.1
2 Appellauit Adam nominibus ſuis cuncta 11.2
2 Et omnis virtus eorum 88.1
2 Formauit Dominus Deus hominem 168.1
2 De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedes 225.1.247.1
3 Cum audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo 2.1
3 Eiecit Adam,& collocauit ante par. ibid.
3 Abſcondit ſe Adam 96.1
3 Comedes herbas terræ 247.1
3 Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum 224.1
4 Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit 60.1
4 Reſpexit Dominus ad Abel 133.1
4 Habitauit profugus in terra 230.2
4 Vox ſanguinis fratris tui clamat 237.1
5 Hic eſt liber generationis Adam 24.1
6 Corrupta eſt terra 90.1
6 Omnis terra corruperat viam ſuam 125.1
6 Non permanebit ſpiritus meus in homine 155.1
7 In articulo diei illius ingreſſus eſt 16.1
8 Adduxit ſpiritum ſuper terram 254.89.1
8 Miſſus eſt coruus 107.1
8 Dimiſit coruum,qui egrediebatur 107.1
9 Arcum meum ponam in nubibus 114.2
9 Omne quod mouetur,& viuit:erit vobis in cibum 247.1
10 Erat robuſtus venator coram domino 3.1
12 Benedicam tibi 39.1
12 Egredere de terra tua 68.2
12 Animas quas poſſederant in Haran 130.1
13 Tibi dabo,& ſemini tuo 60.1
13 Erat autem diues valde 63.1
13 Faciam ſemen tuum ſicut puluerẽ terræ 77.2
14 Melchiſedec rex Salem protulit panem & vinum 4.1
14 Leuo manum meam ad dominum 169.2
14 Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi 4.1
15 In generatione quarta reuertentur 54.2
15 Suſpice cœlum,& numera ſtellas 77.2
16 Concluſit me dominus,ne parerem 2 1.1
17 Erit pactum meum in carne veſtra in fœdus ſempiternum 60.1
17 Ambula coram me 192.1
18 Nunquid quicquam Deo eſt difficile? 24.2
22 Vade in terram viſionis 212.2
22 In monte dominus videbit ibid.
24 Appoſitus eſt in conſpectu eius panis 128.2
26 Vidimus tecum eſſe dominum 154.1
28 Poſuit caput ſuper lapidem 55.1
28 Vidit Iacob ſcalam 5.2.36.2.40.1
29 Iacob amouit lapidem 43.1
29 Vocauit eum Iudam 2.2
31 Niſi timor Iſaac patris mei 80.1
32 Vir luctabatur cum Iacob 36.2
32 Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuũ 91.1
35 Non vocaberis vltra Iacob. ib.16
35 Libans ſuper eum libamina. 214.2
37 Vendiderunt Ioſeph magiſtro militum 61.2
37 Fera peſſima deuorauit eum 172.1.
39 Dedit dominus gratiam Ioſeph 16.1
39 Putiphar eunuchus Pharaonis 9.2
40 Aſſer pinguis panis eius 128.2
41 Ioſeph aperuit horrea 43.1
42 Repererunt pecuniam in ore ſacci. 136.1

** 4

41 Meritò hæc patimur,quia peccauimus 5.1
46 Cunctæ animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum 130.1
47 Dies peregrinationis vitę meę centum & triginta annorum 3.2.19.2.
48 Extendens Iacob manum 192.2
48 Do tibi partem vnam 36.2
48 Quę ventura ſunt vobis in nouiſſimis diebus 44.1.
49 Non auferetur ſceptrum de tribus Iudah 53.2.60.1.2
49 Donec veniat,qui mittendus eſt 91.2.& 54.1
49 In conſilium eorum non veniat anima mea 110.2.116.1
49 Suffoderunt murum 116.1
49 Fiat Dan coluber in via 167.1
50 Vocatũ eſt nomẽ loci illius Planctus AEgypti 198.2

Exodus.

1 Aedificauit eis domos 1.1
2 Expoſitus eſt in carecto ripæ. 2.17.1
3 Extendam manum meam, & percutiam Aegyptum 7.1
3 Rubus ardebat & nõ cõburebatur 37.2.133.1
3 Ego ſum,qui ſum 71.2
3 Congrega ſeniores Iſrael 231.2
4 Mitte quem miſſurus es 190.2
6 Nomen meum adonai non indicaui eis 22.2
12 Comedetis feſtinantes. 16.1
12 Moſes ponebat velamen 123.1
15 Abyſſi operuerunt eos 83.1
16 Veſpere comedetis carnes 226.1
17 Non multiplicabit ſibi equos. 201.1
17 Percuſſit petram 55.1.235.2
19 Non poterit vulgus aſcendere in montẽ 18.2
20 Ego ſum dominus Deus tuus. 254.1
20 Cunctus populus videbat voces 228.2
20 Non loquatur nobis Deus 23.1
21 Offerat eum dominus dijs. ibid.
21 Erit ei ſeruus in ſeculum 60.1
22 Nonne ex nomine 13.2
22 Dijs non detrahes 23.1
22 Dominus domus applicabitur ad Deos 23.1
25 Propitiatorium inter duo cherubim 45.1
25 Arca fœderis aurata 92.1
26 Tabernaculum verò ita facies ibid.
27 Lebetes ad ſuſcipiendos cineres 107.2
28 Erunt mala punica in veſte ſacerdotis 241.2.
30 Nec libabis libamina 214.2
32 Surrexerunt ludere 14.1
32 Dimitte me,vt iraſcatur furor meus 13.2.
32 Peccauit populus tuus 184.2
32 Qui peccauerit mihi,delebo eum 217.2
32 Dele me de libro,quem ſcripſiſti ibid.
32 Vitulum coluerunt . 65.1
33 Si facies tua non ierit nobiſcum 154.2.
33 Non poteris videre faciem meam 155.1
34 Ignorabat Moſes, quòd cornuta eſſet facies ſua 291.101.2

Leuiticus.

1 Vitulum immolabit coram domino 44.2
1 Detracta pelle in fruſtra concidetur 92.2
2 Quicquid obtuleris ſacrificij,ſale cõdies 106.1
4 In locũ mundũ vbi cineres fundi ſolent 246.2
6 Ignis in altari ſemper ardebit 89.1
10 Nolite ambulare in legitimis nationũ 192.1
11 Cignũ nõ comedetis,nec ſtruthionem 160.1
11 Animalia immunda nõ comedetis 7.2.107.1.
12 Cuſtodi legitim a mea 192.1
12 Sumet duos turtures,vel duos pullos columbarum 107.2
16 Aſportabũt foras caſtra,& cõburent igne 44.2
19 Coram cano capite conſurge 232.1
19 Statera ſit iuſta,& ęqua ſint pondera 126.2
23 Facietis hircum pro peccato , 99.1
24 Ponant omnes,qui audierunt manus ſuas ſuper caput eius 235.1
26 Si in præceptis meis ambulaueris 192.1

Numeri.

11 Congrega mihi ſeptuaginta viros 232.1
13 Chananæus morabatur iuxta mare 90.2
14 In terram proni ceciderunt 167.1
15 Anima quę per ſuperbiã aliquid cõmiſerit 7.1
16 Recedite à tabernaculis hominum impiorũ 20.1
17 Virga Aaronis floruit 541.1.80.2
20 Loquimini ad petram 55.1
20 Percutiens virga bis ſilicem 57.2
20 Quia credidiſtis mihi ibid.
20 Egreſſus eſt obuius. 169.2
21 Percuſſus eſt in ore gladij 136.1
21 Fecit Moſes ſerpentem æneum 134.1
24 Venient in trieribus de Italia 215.2
24 Orietur ſtella ex Iacob,& conſurget virga de Iſrael 190.1

Deuteronomium.

1 Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes 131.2.
1 Eduxit nos de terra AEgypti, vt traderet nos in manus Amorrhæi 6.1
4 Deus noſter ignis conſumens eſt 41.2.89.1
5 Deus æmulator reddens iniquitatem patrum in tertiam,&c. 119.1.
6 Non tentabis dominum Deum tuum 134.2
6 Munera excæcant oculos ſapientum 161.1
6 Dominum Deum tuum adorabis 71.1
6 Dominus Deus noſter Deus vnus eſt. ibid.& 254.1
8 Prophetam de gente tua,& de fratribus tuis ſuſcitabit tibi dominus 10.2
8 Non in ſolo pane viuit homo 24.2.128.1
10 Dominus Deus noſter ipſe eſt Deus deorum 254.1.
10 Qui adorent ſolem,& lunam,& omnem militiam cœli 173.1
15 Seruiet tibi vſque in æternum 60.1
17 Si iudicem inter portas tuas videris verba variari 56.2
17 Si difficile & ambiguũ apud te iudicium eſſe perſpexeris 229.1
21 Apprehendent eum 56.2
22 Non indueris veſtimento quod ex lana linoque contextum eſt 160.2
25 Pondus habebis iuſtum & verum 76.1
25 Non alligabis os boui trituranti 351.122.1
26 Reſpice de ſanctuario tuo 38.2
29 Sulphure & ſalis ardore 131.2
31 Ecce tu dormies cum patribus tuis 219.1
32 Ignis ſuccenſus eſt in furore meo 89.2
32 Gens abſque conſilio 110.2
32 Dei perfecta ſunt opera 113.2
32 Incraſſatus eſt dilectus,recalcitrauit 120.1
32 Quando diuidebat altiſſimus gentes 143.1
32 Sagittas meas complebo in eis 199.1.
32 Receſſit à Deo ſalutari ſuo ibid.1
32 Leuabo ad cœlum manum meam 223.1

32 Morere

32 Morete in monte 227.2
33 Habitabit Iſrael confidenter, & ſolus oculus Iſrael 9.2
33 Dominus apparuit de monte Pharan 133.1
33 De pomis fructuum ſolis & lunæ 139.1
33 Viuat Ruben,& non moriatur,& ſit paruulus in numero 45.2

Ioſue.

5 Solue calciamentum de pedibus tuis 140.2
6 In ore gladij percuſſerunt 136.2
6 Nomen eius diuulgatum eſt 179.2
8 Ioſue non contraxit manum 6.2
8 Fugientes per ſolitudinis viam 23.2
9 congregati ſunt,vt pugnarent 136.1
9 Os domini non interrogauerunt 136.1
10 Timete dominum & ſeruite ei in corde perfecto 80.1
10 Aperite os ſpeluncæ 136.1
15 Caput in tribubus Iſrael factus es 44.1
22 Benedixit eis Ioſue 39.1
22 Ingredior viam vniuerſæ terræ 227.2

Iudices.

1 Non deleuit Bethſan 113.2
2 Dominus præcepit per manum Moſi 169.2
3 Fuit in eo ſpiritus domini 58.2
4 Tradidit illos dominus in manus Iabin 6.1
5 Sedebitis ſuprà in iudicio 172.1
6 Extẽdit angelus domini ſummitatẽ virgæ 252.2
10 Demiſerunt dominum 99.1
12 Poſui animam meam in manibus meis 6.1
13 Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? 229.1
22 Iuxta imperium domini in manu Moſi. ibid.

Primus Regum.

1 Nunquid non ego melior tibi ſum, quàm decẽ filij? 146.2
2 Exaltatum eſt cornu meum in Deo 101.2
4 Tranſlata eſt gloria domini de Iſrael 61.2
4 Confortamini,& eſtote viri 74.2
5 Aggrauata eſt man' domini ſuper Azotios 7.1
7 Hauſerunt aquam & effuderunt in conſpectu domini 25.1
9 Erat ei filius vocabulo Saul 5.1
19 Num hîc eſt videns? 63.2
12 Signauit eas annulo eius 136.2
13 Filius vnius anni erat Saul 5.1
14 Maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam 248.1
24 Nullus applicuit manum ad os ſuum 6.2
14 Conuertit manum ſuam ad os ſuum 7.1
16 Spiritus domini receſſit à Saul 58.2
16 Exagitabat eum ſpiritus nequam 59.1
18 Celebre factum eſt nomen eius 179.2
19 Poſuit animam ſuam in manu ſua 6.1
21 Manus eorum cum Dauid eſt 6.2
24 Ab impiis egreditur impietas 223.2

Secundus Regum.

3 Erit manus mea tecum 6.2
3 Facta eſt longa concertatio inter domum Dauid,& domum Saulis 21.1
7 Fidelis erit domus tua 58.1
8 Ioſaphat erat à commentariis 251.2
12 Dominus tranſtulit peccatum tuum 60.1
18 Tulit ergo Ioab tres lanceas 253.1
19 Poſuiſti me ſeruum tuũ inter cõuiuas 244.1
22 Seruiuit immundiciis 99.1
23 Attulerunt ad Dauid aquam de ciſterna Bethlehem:& ille noluit bibere 214.2
24 Immiſit dominus peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus conſtitutum 182.2

Tertius Regum.

2 Cùm dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis 59.2
2 Ingredior viam vniuerſæ terræ 227.2
2 Dormiuit Dauid cum patribus ſuis 219.1
11 Vt maneat lucerna Dauid ſeruo meo 33.1
13 Deprecare faciem domini Dei 38.80.1
31 Orauitque vir Dei faciem domini ibid.
18 Ego faciam bouem alterum 99.1

Quartus Regum.

4 Dominus celauit à me 223.1
5 Viuit dominus,ante quem ſto. 10.2
9 Vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum 237.1
10 Da mihi manum tuam 6.2
11 Poſuit ſuper eum diadema & teſtimoniũ 33.2
13 Cùm tetigiſſet oſſa Eliſæi,reuixit 213.2
17 Sicut locutus fuerat in manu ſeruorum ſuorum 6.2
20 Non fuit verbum,quod nõ oſtẽderet eis 24.2

I. Paralipomenon.

11 Ille noluit bibere,ſed libauit eã domino 214.2
16 Quærite faciem eius ſemper 38.1

II. Paralipomenon.

5 Steterunt coram patre eius Salomone 10.2
9 In viſione quoque Addo videntis 63.2
26 In diebus Zachariæ videntis 63.2
33 Adorauerunt omnem militiam cæli 86.1
33 Verba quoque videntium 63.1
33 Scripta ſunt in ſermonibus Ozai ibid.
36 Contra hunc aſcendit Nabuchodonoſor 1.2
37 In Ieruſalem erit nomen meũ in æternũ 78.1

Eſdræ primus.

1 Omnia regna terræ dedit mihi Deus cœli 46.2

Eſdræ II. qui eſt Nehemias.

3 Iuxta eum ædificauerunt 25.1

Eſdræ III.

3 Abs te domine ſapientia & claritas 19.2
4 Veritas manet,& inualeſcit in æternum 127.1

Tobias.

3 Deus caſtigauit nos propter iniquitates noſtras 78.2
4 De ſubſtantia tua fac eleemoſynam 9.1
11 Benedico te domine Deus Iſrael quia tu me caſtigaſti,& tu ſaluaſti me 213.1
12 Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te 94.1
13 Confitemini domino filij Iſraelis. 28.1

Iudith.

7 Faciemus hæc verba 194.2
8 Indulgentiam Dei fuſis lachrymis poſtulemus 194.2
9 Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio 56.2
16 Vniuerſa vaſa bellica Holophernis obtulit 7.2

Eſther.

1 Sicut rex ſtatuerat præponens menſis ſingulos de principibus 22.1
1 Si tibi placet,egrediatur edictũ à facie tua 36.1
5 Extendit contra eum virgam auream 253.1
8 Literæ ſignatæ ipſius annulo 136.2
14 Ne tradas domine ſceptrum tuum his,qui nõ ſunt 190.1

Iob.

Iob.
1 Chaldei fecerunt tres turmas 44.1
1 Dominus dedit, dominus abſtulit 123.1
3 Abſcondita produxit in lucem 40.2
3 Maledixit Iob diei ſuo 42.2
5 Beatus homo, qui corripitur à domino 94.1
6 Sagittæ domini in me ſunt 199.1
7 Manus domini tetigit me 7.1
7 Vita hominis militia eſt ſuper terram 140.1
7 Cur faciem tuam abſcondis? 176.1
7 Meménto mei domine, quia ventus eſt vita mea 201.2
7 Ecce nunc in puluerem dormiam 219.1
10 Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum 195.1
10 Sicut caſæum coagulaſti me 199.1
12 Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo 39.2
12 Reuela fundamenta de tenebris 40.1
13 Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis? 6.2
13 Fugit velut vmbra 24.1
13 Cur faciem tuam abſcondis 37.1
13 Contra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam 201.1. 123.1
14 Homo natus de muliere breui viuet tempore 49.1
14 Quaſi flos egreditur, & conteritur 162.2
15 Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus? 58.1
16 Ecce in cælo teſtis meus 235.2
16 Terra ne operias ſanguinem meum 90.1
17 Poſt tenebras ſpero lucem 123.2
18 Præcipitabit impium conſilium ſuum 110.2
19 En decies confunditis me 146.2
19 De terra ſurrecturus ſum, & in carne 220.1
19 Doctrina viri per patientiá cognoſcitur 250.1
30 Frater fui draconum 249.2
31 Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus 125.2
34 Violéta ſagitta mea abſque vllo peccato 61.1
36 Si audierint, & obſeruauerint 99.1
37 Ab Aquilone aurum venit 46.2
37 Manum meam ponam ſuper os meum 7.1
Pſalmi.
1 Beatus vir qui nõ abiit in cõſiliũ impiorũ 44.2
1 Et in via peccatorum non ſtetit 10.2.& 110.2
1 In lege eius meditabitur die ac nocte 89.2
1 Erit tanquam lignum, quod 116.1
1 Nouit dominus viam iuſtorum 125.1
1 Non ſic impij, non ſic 170.2
1 In cathedra peſtilentiæ non ſedit 215.2
1 Non reſurgent impij in iudicio 218.2
2 Filius me[us] es tu, ego hodie genui te 50.2.103.1
2 Ego autẽ conſtitutus ſum rex ab eo 50.2.52.2
2 Seruite domino in timore 80.1
2 Apprehendite diſciplinam 103.1
2 Erudimini, qui iudicatis terram ibid.
2 Reges eos in virga ferrea 145.5.& 253.1
3 Multi inſurgunt aduerſum me. 129.1
4 Signatum eſt ſuper nos lumen 38.1
4 Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ 214.2
4 Scitote quoniam mirificauit dominus 229.1
5 Domine deduc me in iuſtitia tua 180.1
5 Perdes omnes, qui loquuntur mendaciũ 200.2
7 Confitebor domino ſecundũ iuſtitiá eius 41.2
7 Lacum aperuit, & effodit eum 74.1
7 Exurge domine in ira tua 80.2
7 Pro filis Cuſi filij Iemini 211.1
7 Ne quando rapiat vt leo animam meam 143.2
8 Quoniam videbo cælos tuos 62.1
8 Domine dominus noſter quàm admirabile eſt nomen tuum 82.2
8 Minuiſti eum paulò minus ab angelis 23.2
8 Gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum 168.1
9 Vt quid domine receſſiſti longe? 27.2
9 Auferentur iudicia tua à facie eius 36.2
9 Qui exaltas me de portis mortis 57.1
9 Sciam gentes quoniam homines ſunt 61.1
9 In operibus manuum ſuarum comprehenſor eſt peccator 74.1
9 Laudatur peccator in deſideriis 124.2
9 Præparationem cordis eorum audiuit auris tua 176.2
9 Secundum multitudinem iræ ſuæ 178.1
9 Pro occultis filij 229.1
9 Non in finem obliuio erit pauperis 153.2
10 Spiritus procellarum pars calicis eorum 89.1
10 Iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit 126.2
10 Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt 33.2
11 Dominus in templo ſancto ſuo 114.2
12 Vſquequo auertis faciem tuam à me 20.2
13 Dominus de cœlo proſpexit. 91.1
15 Nec dabis ſanctum tuum videre corrup. 228.2.154.2
15 Benedicam domino, qui tribuit mihi 110.2
15 Satiabor cùm apparuerit gloria tua 154.1
16 Igne me examinaſti 89.2
16 Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram 147.2
16 Eripe animam meam ab impio 155.2
17 Ignis à facie eius exarſit 89.2
17 Intonuit de cœlo dominus 142.2
17 Secundum puritatem manuum mearum retribuit mihi 169.2
17 Volauit ſuper pennas ventorum 83.1.202.1
17 Factus eſt dominus protector meus 253.1
17 Filij alieni mentiti ſunt mihi 2.2
17 Poſuit tenebras latibulum ſuum 40.2
18 In ſole poſuit tabernaculum ſuum 88.2
18 Deſiderabilia ſuper aurum 198.2
18 A ſummo cœlo egreſſio eius 63.2
18 Iudicia domini vera 198.2& 76.1
18 Teſtimonium domini fidele 19.1
18 Lex domini immaculata 33.1
18 In omnem terram exiuit ſonus eorum 41.1
19 Domine ſaluum fac regem, & exaudi nos in die 33.2
19 Lætabimur in ſalutari tuo 119.2
20 Quoniam pones eos deorſum 199.1
21 Non ſpreuit nec deſpexit deprecationem pauperis 36.2
21 Aperuerunt ſuper me os ſuum 77.1
21 Circundederunt me vituli 107.1.114.2
21 In finem pro ſuſceptione matutina 115.1
22 Impinguaſti in oleo caput meum 45.2
22 Dominus regit me, & nihil mihi deerit 11.1
23 Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt 252.2
23 Quis aſcendet in montem Domini? 64.2
23 Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ 88.1. 173.2
23 Hic accipiet benedictionem à domino 180.2

23 Vni-

24 Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas 76.1.165.2
24 Firmamentũ eſt dominus timẽtibus eũ 231.1
25 Non ſedi cum concilio vanitatis 215.2
25 Lauabo inter innocentes manus meas 6.2
26 Dominus illuminatio mea & ſalus mea 73.1
26 Tibi dixit cor meum,exquiſiuit te facies mea 80.1.176.1.
26 Credo videre bona dñi in terra viuentiũ 134.2
26 Vnam petij à domino,hanc requiram 39.2
28 Deleantur de libro viuentium 217.2
28 Adora dominum in aula ſancta eius 97.1
28 Vox domini ſuper aquas.Deus maieſtatis intonuit 101.1.222.2
28 Vniuerſa vanitas omnis homo viuens 49.1
28 Vox domini intercedentis flammã ignis 94.1
28 Afferte domino filios arietum 161.1
29 Ego dixi in abundantia mea 114.1
29 Ira in indignatione eius 60.2
30 Quoniam reſpexiſti humilitatẽ meam 228.2
30 Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum 38.1
30 Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à cõturbatione hominum 229.1
30 Redemiſti me domine Deus veritatis 179.1
31 Conuerſus ſũ in ira mea,dũ cõfigitur ſpina 5.2
31 Nolite fieri ſicut equus & mulus 18.1
31 Conſilium autẽ dñi in ęternũ permanet 110.2
32 Verbo domini cœli firmati ſunt 254.2.173.2
32 Timeat dominum omnis terra 90.1
32 Dominus diſſipat conſilia gentium 110.2
32 In pſalterio decem chordarũ pſallite illi 153.1
32 Ipſe dixit,& facta ſunt,ipſe mandauit & creata ſunt 39.1.75.2
33 Clamauerunt iuſti,& dñs exaudiuit eos 37.1
33 Benedicam dominum in omni tempore 39.1
33 Accedite ad eum,& illuminamini 79.2
34 Exurge,quare obdormis domine? 116.1
34 Oratio mea in ſinum meum conuertetur 37.2
34 Iudica me domine ſecundũ iuſtitiã tuã 180.2
35 Apud te eſt fons vitæ 137.2
35 Non veniat mihi pes ſuperbiæ 141.2
36 Noli ęmulari in eo,q pſperat̃ in via ſua 142.1.
36 Dominus ſupponit manum ſuam 169.2
36 Delectare in domino,& dabit tibi petitiones cordis tui 37.2
36 Vidi impium ſuperexaltatũ, & eleuatũ ſuper cedros Libani 48.1.105.2
36 Gladius eorum intret in corda ipſorũ 81.1
37 Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi 199.1
37 Os iuſti meditabitur ſapientiã 136.2
37 Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ 35 2.& ſeq.
37 Quoniam ego in flagella paratus ſum 109.2
38 Auribus percipe lachrymas meas 194.2
38 In imagine pertranſit homo 48.1
38 Immiſit in os meum canticum nouũ 168.2
38 Subſtantia mea tanquã nihilũ ante te 113.1
38 Eduxit me de lacu miſeriæ 168.2
38 Aduena ſum ego apud te 3.2.
39 In capite libri ſcriptũ eſt de me, vt faciã voluntatem tuam 44.1
39 Miſericordia tua & veritas tua 165.2
39 Aures autem perfeciſti mihi 187.2
32 Protector noſter aſpice Deus,& reſpice in faciem Chriſti tui 228.2
41 Sitiuit anima mea ad Deum fortẽ viuũ 114.2.1 39.2
41 In die mandauit dominus miſericordiã ſuã,& nocte canticũ eius 19.2
41 Abyſſus abyſſum inuocat 82.2
44 Vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię 45.2.53.1
44 Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ potentiſſime? 53.1
44 Circumamicta varietate 92.1
44 Speciosus forma præ filiis hominum 91.1
44 Virga directionis virga regni tui 126.2
44 Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij 119.1
45 Transferentur mõtes in cor maris 62.2.& ſeq.
45 Dedit vocem ſuam,mota eſt terra 96.1
45 Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei 98.2
46 Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt 72.1
47 In ſpiritu vehementi conteres 89.1
47 Magnus dominus,& laudabilis nimis 82.1
48 Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis 13.2
48 Relinquent alienis diuitias ſuas 116.2
48 Homo cum in honore eſſet,nõ intellexit 108.1.171.1
48 Frater non redimet,redimet homo 129.2
48 Cum interierit,non ſumet omnia 171.1
49 Ignis in conſpectu eius exardeſcet 148.2
49 Deus noſter,& non ſilebit 151.1
49 Deus deorũ dominus locutus eſt 23.1.72.1.114.2
49 Inuoca me in die tribulationis 36.2
49 Quare tu enarras iuſtitias meas,& aſſumis teſtamentum meum per os tuum 207.1
50 Auerte faciem tuam à peccatis meis 36.2
50 Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi 55.2
50 Spiritu principali confirma me 59.1
50 Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus 77.2
50 Benignè fac domine in bona voluntate tua Sion 78.1
50 Libera me de ſanguinibus 237.1
51 Sperauit in multitudine diuitiarũ ſuarũ 66.1
51 Quid gloriaris in malitia. 201.2
54 Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum,& ipſi ſunt iacula 124.2
54 Veſpere,& manè & meridie narrabo 134.1
54 Tu verò homo vnanimis, dux meus,& notus meus. 206.2
55 Deus vitam meam nuntiaui tibi 23.2.162.2
56 Foderunt foueam,& inciderunt in eã 74.1
57 Lętabitur iuſtus,cũ viderit vindictã 6.2.80.2
59 Quæ non rapui,tunc exoluebam 185.2
59 Da nobis auxilium de tribulatione,quia vana ſalus hominis 8.1
59 Dediſti metuentibus te ſignificationem,vt fugiant à facie arcus 233.1
61 Diuitiæ ſi affluant,nolite cor apponere 106.2
61 Mendaces filij hominum in ſtateris 126.1
62 In nomine tuo leuabo manus meas 169.2
64 Exitus matutini & veſperæ delectabis 89.2.
65 Tranſiuimus per ignem & aquam 230.1
66 Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus 254.1
67 In eccleſijs benedicam te domine de fõtibus Iſrael 9.2
67 Increpa feras arundinis 172.1
67 Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa 198.1
67 Currus Dei decem millibus 149.1

68 In

68 Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam 82.2
68 Non auertas faciem tuam à puero tuo 38.1
68 Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta 56.2
68 Veni in altitudinem maris 90.2
68 Non me demergat tempeſtas aquæ 136.1
70 Confitebor tibi in vaſis pſalmi 8.1
70 Adorate eum omnes angeli eius 23.1
70 In iuſtitia tua libera me 180.1
71 Erit firmamentum in terra in ſummis montium 103.2
71 Deus iudicium tuum regi da 180.2
72 Deiecisti eos, dum alleuarentur 108.1
72 In ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges 48.1
72 Quomodo facti ſunt in deſolationem 48.2
73 Deus noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ 50.2
73 Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi 172.1
73 Tu confirmaſti in virtute tua mare: contriuiſti capita draconum 228.1
74 Dixi iniquis: nolite iniquè agere 141.2
75 Factus eſt in pace locus eius 44.2.140.2
75 Qui aufert ſpiritum principum 48.2.58.1
75 Confregit potentias arcuum 140.1
76 Deum exquiſiui manibus meis contra eum 7.1
76 Turbatus ſum, & non ſum locutus 57.1
76 Hæc eſt mutatio dexteræ excelſi 94.2
77 Nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius 58.1
77 Non cuſtodierunt teſtamentum Dei 207.1
79 Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus 180.2
80 Dilata os tuum, & implebo illud 77.1.181.1
80 Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum 6.1
80 In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te 36.2
81 Ego dixi: dij eſtis, & filij excelſi omnes 72.1
83 Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deum viuum 119.2
83 Etenim paſſer inuenit ſibi domum 166.1
84 Prope timentes eum ſalutare ipſius 90.1
85 Magnus es tu, & faciens mirabilia 71.2
86 Diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob 57.1
86 Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei 67.1
87 Super me confirmatus eſt furor tuus 90.2 123.2
87 Poſuerunt me abominationem ſibi 123.1
88 AEdificabo in generatione & generationem ſedem tuam 50.1
88 Nihil proficiet inimicus in eo ibidem
88 Euertiſti teſtamentum ſerui tui 140.1
88 Viſitabo in virga iniquitates eorum 155.2
88 Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ 180.2
88 Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit 128.2.154.2
89 Quæ pro nihilo habẽtur, eorũ anni erũt 48.2
89 Lætati ſumus pro diebus, quibus vidimus mala 113.1
89 Et amplius eorum labor & dolor 4.1.191.2
90 Scuto circundabit te veritas eiũs 165.2
90 Cum ipſo ſum in tribulatione 94.2
90 Super aſpidem & baſiliſcũ ambulabis 107.1
91 Iuſtus vt palma florebit 128.1
92 Dominus regnauit, decorem indutus eſt 22.1.153.1
93 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. 27.2.244.2
93 Leua manus tuas in ſuperbias eorum 57.1
95 Omnes dij gentium dæmonia. 72.1
95 Cantate domino omnis terra. 90.1
96 Dominus regnauit: exultet terra 49.2
96 Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua domine 75.2
96 Eluxerunt fulgura eius orbi terræ 90.1
97 Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia 126.2
100 Memoriam fecit mirabilium ſuorum 224.2
100 Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui ſancti 207.1
100 Fidelia omnia mandata eius. 126.2
101 Reſpexit Deus in orationem humilium 36.2
101 Tota die exprobrabant mihi inimici mei 37.1
101 Defecerunt ſicut fumus dies mei 49.1
102 Benedic anima mea domino. 39.1
102 Benedicite domino omnes virtutes eius 88.1
103 Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus 7.1.
103 Auferes ſpiritum eorum, & deficient 58.1
103 Emitte ſpiritum tuum & creabuntur 58.2
103 Qui facis angelos tuos ſpiritus 59.1
103 Extendens cœlum ſicut pellem 87.2
103 Confeſſionem & decorem induiſti 148.2
104 Humiliauerunt in compedibus eius 34.2
104 Edidit terra eorum ranas 140.1
105 Irritauerunt eum ad aquas contradictionis 57.2
105 Interfecta eſt terra in ſanguinibus 140.1
106 Effuſa eſt contentio ibid.
106 Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos 190.1
106 Quia aſtitit à dextris pauperis 140.1
108 Sicut vmbra cùm declinat, ablatus ſum 162.2
109 Tu es ſacerdos in æternum 17.1
109 Dixit dominus domino meo ſede à dextris meis 151.2
109 Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem 193.1
109 Tecum principiũ in die virtutis tuæ 53.1
110 Initium ſapientiæ timor Domini 79.2
111 Iucundus homo qui miſeretur, & cõmodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio 24.2
111 Diſperſit, dedit pauperibus 123.2
112 Suſcitãs de terra inopem 56.1
113 In exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro 21.1.91.2
113 Non nobis domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam 77.1
117 Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli 54.2
117 Hæc porta Domini, iuſti intrabunt per eam 57.1.208.2
117 Bonum eſt ſperare in domino 122.1
117 Et eſt mirabile in oculis noſtris 229.1
118 Cantabiles mihi erant iuſtificatiões tuæ 3.2
118 Bonum mihi, quia humiliaſti me. 5.1

118 Tri-

118 Tribulatio & anguſtia inuenerunt me 5.2.
118 Reſpice in me,& miſerere mei ibid.
118 Anima mea in manibus meis ſemper 6.2
118 Fiat manus tua,vt ſaluet me 7.1
118 Declaratio ſermonum tuorũ illuminat,& intellectum dat paruulis 19.1.191.2
118 Bonum mihi lex oris tui ſuper millia 25.1
118 Iniquos odio habui 33.1
118 Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo 36.2
118 Faciẽ tuã illumina ſuper ſeruũ tuũ 38.1.180.2
118 Bonitatem, diſciplinam, & ſcientiam doce me 58.1.177.2
118 Os meum aperui, & attraxi ſpiritum 59.2
118 Longè à peccatoribus ſalus 112.1
118 Septies in die laudem dixi tibi 134.1
118 Quia mandatis tuis credidi 137.2
118 Omnis conſummationis vidi finem 154.2
118 Beati immaculati in via 192.1
118 Mirabilia teſtimonia tua 229.1
118 Bonum mihi quia humiliaſti me 5.1
119 Ad dominum cùm tribularer,clamaui 5.2
120 Leuaui oculos meos in montes 159.1.225.2
122 Ad te leuaui oculos meos,qui habitas in cœlis ibid.
122 Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis 9.1.114.1
124 Qui confidunt in domino ſicut mons Sion 253.2
125 Conuerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro 151.2
126 Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere 40.1
128 Non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem 4.2
129 Ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius 51.2
130 Domine non eſt exaltatum cor meum 92.2
131 In conſpectu angelorum pſallam tibi 23.2
133 In noctibus extollite manus veſtras in ſancta 6.2
135 Qui firmaui terram ſuper aquas 25.1
136 Super flumina Babylonis illic ſedimus,& fleuimus 25.1
136 Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? 4.1
136 Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram 140.1
137 Quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum 242.2
138 Intellexiſti cogitatiões meas de lógè 62.1.191.1
138 Deduc me in via æterna 125.1
138 Tu formaſti me,& poſuiſti ſuper me manum tuam 199.2
138 Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me 229.2
138 Mihi autem honorificati ſunt amici tui Deus 5.1
138 Forſitan tenebræ conculcabunt me 40.1
140 Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo 176.2
140 Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me 114.2
141 Periit fuga à me 77.2
142 Regnum tuum regnum omnium ſeculorum 50.1
142 Non intres in iudicium cum ſeruo tuo 180.1.& ſeq.
143 Libera me de aquis multis 208.2
143 Dextera eorum dextera iniquitatis 170.1
144 Suauis dominus vniuerſis 145.2
145 Vias peccatorum diſperdet 125.2
146 Ædificans Ieruſalem dominus 78.1
147 Qui annũtiat verbum ſuum Iacob. 91.1
147 Emittet verbum ſuum,& liquefaciet 242.1
148 Et aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini 87.2
148 Laudate eum omnes angeli eius 85.2
149 Lætetur Iſrael in eo,qui fecit eum 50.1

Prouerbia.

1 Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis 69.1.124.2
1 Initium ſapientiæ timor domini 79.2
1 Auerſio paruulorum interficiet eos 114.1
2 Dominus dat ſapientiam 39.2
2 Conſilium cuſtodit te 110.2
3 Viæ eius pulchræ 125.2
3 Honora dominum de tua ſubſtãtia 9.1
4 Ducam te per ſemitas æquitatis 126.2
4 Cuſtodi præcepta mea,& viues 172.1
5 Iniquitates ſuæ capiunt impium 138.1
5 Pedes eius deſcendunt in mortem 141.2
8 Vox mea ad filios hominum 28.1
8 Dominus poſſedit me initio viarũ ſuarũ 44.2
8 Per me reges regnant 33.2
9 Sapientia ædificauit ſibi domum 54.1
9 Comedite panem meum & bibite vinum 128.1
10 Memoria iuſti cum laudibus, nomen impiorũ putreſcet 13.2
10 Qui deprauat vias ſuas manifeſtus erit 23.1
10 Non affliget dominus animã iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet 66.1 123.2
10 Qui ambulat ſimpliciter,ambulat confidenter 192.1
11 Monile aureum in naribus porci eſt mulier formoſa 10.1
11 Vbi humilitas,ibi ſapientia 19.1
11 Clementia præparat vitam 33.2
11 Qui confidit in diuitijs ſuis,corruet 253.2
13 Lex ſapientis fons vitæ 33.2
13 Redemptio animæ viri diuitiæ ſunt 56.1
13 Deſiderium ſi compleatur, delectat animam 59.2
13 Qui agunt omnia cum conſilio,reguntur ſapientia 210.1
14 In corde prudentis requieſcit ſapientia 62.2
14 Timor domini fons vitę 9.2
14 Riſus dolori miſcetur,& extrema gaudij luctus occupat 119.2
14 Corona ſapientum diuitiæ eorum 56.1
15 Per timorem domini declinat homo à malo 79.2
15 Longè eſt dominus ab impiis 112.1
16 Pondus & ſtatera iudicia domini ſunt 125.2
16 Qui ſperat in domino, beatus eſt 17.1.& ſeq.
16 Contritionem pręcedit ſuperbia 58.1
16 Clementia eius quaſi imber ſerotinus 145.1
17 Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus 235.2
18 Iuſtus prior eſt accuſator ſui 177.1
18 Qui me inuenerit, inueniet vitam 181.1
19 Fœneratur domino, qui miſeretur pauperis 66.2
19 Teſtis falſus non erit impunitus 236.2

20 Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem 11.1.33.2
20 Non eſt conſilium contra dominum 110.2
20 Qui ſequitur iuſtitiam, & facit miſericordiã, inueniet vitam 152.1
22 Qui ſeminat iniquitatem, metet & malum 74.1
23 Ne erigas oculos ad opes 159.2
24 Septies in die cadit iuſtus 149.1
25 Aufer rubiginem de argẽto, & egredietur vas puriſſimum 7.2
25 Aufer impietatem de vultu regis 145.1
27 Qui retinet eam, quaſi qui ventum 100.2
27 Qui dat pauperibus, non indigebit 66.2.12 5.2
28 Iuſtus autem quaſi leo confidens 143.2
29 Superbum ſequitur humilitas 123.2
29 Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios 124.1
30 Tria ſunt mihi difficilia 54.1
30 Via viri in adoleſcentula ibid.
30 Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt 128.2
31 Manum ſuam aperuit inopi 6.2

Eccleſiaſtes.

1 Ecce omnia vanitas, & afflictio ſpiritus 62.2
2 Coaceruaui mihi argentum & aurum 66.1
2 Riſum reputaui errorem 120.1
4 Omnia tempus habent 40.1
10 In cogitatione tua regi ne detrahas 22.2
10 Cor ſapientis in dextera eius 74.1.62.1
10 Qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber 252.1
12 Reuertatur puluis in terram ſuam 58.1

Cantica.

1 Oleum effuſum nomen tuum 179.2
1 Oſculetur me oſculo oris ſui 205.1
1 Lectulus noſter floridus 2.2
2 Vox turturis audita eſt in terra noſtra 107.2
4 Hortus concluſus, fons ſignatus 54.2.98.1
4 Vulneraſti cor meum ſoror mea 62.2
4 Quam pulchra es amica mea 92.1
4 Fauus deſtillans labia tua ô ſponſa 98.1
4 Mille clypei pendent ex ea 128.2
4 Surge Aquilo, & veni Auſter 202.2
6 Reuertere, reuertere Sulamitis 140.1. & 2.
7 Comæ capitis tui ſicut purpura regis 105.2

Sapientia.

1 Hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis 84.1
1 In maleuolam animam nõ introibit ſapientia 224.1
2 Inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarum 34.2
2 Vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum 40.1
2 Circumueniamus iuſtum, quia inutilis eſt nobis 135.2
3 Speculum ſine macula 62.1
3 Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt 102.1
3 Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent 220.1
4 Senectus venerabilis eſt, non diuturna 232.1
5 Spes impij tanquam lanugo eſt 201.2
5 Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra 49.1.206.1
5 Stabunt iuſti in magna conſtantia 151.1
5 Accipient regnum decoris 152.2
6 O reges populi diligite ſapientiam 131.2
11 Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quæ fecit orbem terrarum ex materia inuiſa 59.1.87.2
11 Miſereris omnium & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam 112.2
12 Cum tranquillitate iudicas 149.1
13 Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei 84.1
14 Exiguo ligno credunt homines animas ſuas 137.1
16 Homo per malitiam occidit animam ſuam 124.2

Eccleſiaſticus.

1 Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis 39.2
1 Omnis ſapientia à domino Deo eſt 18.2.39.2
1 Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris 93.2
1 Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum 160.1
1 Initium ſapientiæ timor domini 79.2
1 Qui addit ſcientiam, addit laborem 224.2
2 Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore 17.2
3 Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccato 111.2
5 Eſto firmus in via domini 79.2
5 Ne tardes conuerti ad dominum Deum tuum 16.1
7 Pauperi porrige manum tuam 123.2
7 Memorare nouiſſima tua, & non peccabis in æternum 163.1
8 Multos perdidit aurum & argentum 56.1.65.1
10 Qualis rector eſt ciuitatis, tales & habitantes in ea 67.2
13 Humiliare Deo, & expecta manus eius 92.2
15 Reliquit eum in manu conſilij ſui 7.1
15 A qua ſapientiæ ſalutaris potabit illum 43.1
15 Cibauit eum pane vitæ & intellectus ibid.
18 A manè vſque ad veſperam immutabitur tempus 40.1
18 Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul 87.2
21 Sapientia ſapientis quaſi inundatio 110.1
23 Gloria magna eſt ſequi dominum 79.1
24 Radicaui in populo honorificato 91.2
24 Ego ex ore altiſſimi prodiui 136.2
27 Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet 138.2
28 Lingua teſtificans adducit mortem 236.2
31 Qui aurum diligit, non iuſtificabitur 65.1
34 Somnia extollunt imprudentes 48.2
35 Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit 36.2
37 Noli auidus eſſe in omni epulatione 14.1
37 A conſiliario malo ſerua animam tuam 111.1
39 Spiritus intelligentiæ replebit illum 59.2
40 Subſtantiæ iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur 171.1
41 Nomen impiorum delebitur 13.2
42 Abyſſum & cor hominum inueſtigauit 82.2
43 Species cœli in viſione gloriæ, ſol in aſpectu 88.1

Eſaias.

1 Viſio Eſaiæ filij Amos 63.1
1 Manus veſtræ ſanguine plenæ 7.1

1 Cogno-

1 Cognouit bos poſſeſſorem ſuum 107.2
1 Cùm extenderitis manus veſtras, non exaudiam vos 170.1
1 Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? 187.1
2 Docebit nos vias ſuas 125.2
2 De Sion exibit lex,& verbum domini de Ieruſalem 187.1
2 Erit in nouiſſimis diebus 44.1
3 Dabo pueros principes eorum 232.1
5 Væ qui opus Dei non reſpicitis 84.1
5 Quid eſt quod debui vltra facere vineæ meę? 91.2
7 Ecce virgo concipiet,& pariet filium 54.1
8 Erit extenſio alarum eius implens 144.1
8 Adiecit dominus loqui ad me 243.2
8 Ibit per Iudam inundans & tranſiens 203.2
8 Ipſe timor veſter,& ipſe tremor veſter 80.1
9 Ambulantibus in regione vmbræ 187.1
9 Et vocabitur nomen eius admirabilis 229.1
9 Multiplicabitur eius imperium 50.2
10 Aſſur virga furoris mei 6.1
10 Quid facietis in die viſitationis 151.1
10 Vt opprimerent in iudicio pauperes 172.1
10 Væ illis qui condunt leges iniquas 34.1
10 Agitabit manum ſuam ſuper montem 6.2
11 Egredietur virga de radice eius 190.1
11 Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium 212.1
12 Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris 43.1
13 Cœlum turbabo,& cōquaſſabitur terra 46.2
14 Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes 162.2
16 Præparabitur in miſericordia ſoliū 11.1.34.2
16 Emitte agnum domine dominatorem 190.1
19 Mittet eis ſaluatorem & propugnatorē ibid.
19 In die illa erit altare domini in medio terrę 204.2
20 Locutus eſt dominus in manu Eſaiæ 6.2
21 Do coram vobis viam vitæ & viam mortis 125.2
21 Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum 128.1
21 Arripite clypeum ibid.
21 Corrui,cùm audirem,conturbatus ſum 153.2.167.2.& ſeq.
22 Dabo clauem Dauid ſuper humerū eius 43.2
25 Præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati 211.2
26 Domine in anguſtia requiſierunt te 5.2
26 Saluator ponetur in ea murus & antemurale 116.1
28 Cum inferno fecimus pactum 172.2
28 In die illa erit dominus exercituum corona gloriæ 173.1
28 Qui crediderit,non feſtinet 16.2
29 Erit vobis viſio omniū ſicut verba libri 221.2
29 Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciā 229.1
30 Ambulatis,vt deſcendatis in AEgyptum: & os meum non interrogaſtis 136.1
30 Ecce nomen domini venit de longinquo 77.2
30 Væ filij deſertores 110.2
31 Cum occurrerit ei multitudo paſtorum 100.2
32 Ecce regnabit rex in iuſtitia 51.1
32 Dominus legifer noſter ibid.
34 Ibis & coruus habitabunt in ea 107.1
36 Confidis ſuper baculum arundineum 253.2
37 Cum fureres aduerſum me,ſuperbia tua aſcēdit in aures meas 110.1
38 Meditabor vt columba 107.2
38 Viuens viuens ipſe confitebitur tibi 41.2
38 Memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate 192.1
40 Parate viam domini 125.2
40 Omnis caro fœnum 163.1
40 Completa eſt militia eius 140.2
40 Ecce dominus in fortitudine veniet 185.1
40 Ecce gentes quaſi ſtillæ ſitulæ 113.1
41 Aſcendam ſuper altitudinem nubium 105.2
41 Tu exultabis in domino, & in ſancto Iſraelis lætaberis 119.2
41 Adducet magiſtratus quaſi lutum 100.2
42 Hæc dicit dominus Deus dans flatum populo 125.1
43 Ego ſū ipſe,qui deleo iniquitates tuas 184.2
43 Ne memineris priorum 187.2.& ſeq.
44 Deleui vt nubem peccata tua 53.1
45 Non eſt abſque te Deus:verè tu es Deus abſconditus 210.1.225.2
45 Egredietur de ore meo iuſtitiæ verbū 185.2
46 Conſilium meum ſtabit 113.1.
48 Dominus Deus miſit me 58.2
48 De aquis Iudah exiſtis 9.2
49 Poſuit me ſicut ſagittam electorum 229.2
49 Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob 190.2
51 Attendite ad Abraham patrem veſtrum 119.1
53 Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras 184.2
53 Ecce Deus noſter veniet,& ſaluabit nos 185.1
53 Generationem eius quis enarrabit? 2.2
53 Sicut ouis ad occiſionem ducetur:& quaſi agnus 78.2
53 Verè languores noſtros ipſe tulit 168.1.185.2
55 Ecce teſtem populis dedi eum 79.1
55 Inclinate aurem veſtram, & venite ad me 187.1
57 Impij quaſi mare feruens 90.2
59 Corruit in platea veritas 165.2
60 Filiæ tuæ de latere ſuggent 139.1.140.2
60 Erit vobis dominus in lucem ſempiternam 40.2
61 Spiritus domini ſuper me, eo quòd vnxerit me 53.1.185.2
61 Vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ 114.2
63 Facti ſumus quaſi in principio 180.2
64 Iratus fuiſti,& nos peccauimus 8.1
65 Antequam clament,ego exaudiam 181.1

Ieremias.

2 Paſtores præuaricati ſunt in me 11.1
2 Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ 136.2
3 Conuertimini filij reuertentes 127.2
3 Dabo vobis paſtores iuxta cor meum 131.2
4 Malum ego adduco ab Aquilone 143.2
8 Templum domini,templum domini 114.2
7 Vt faciant placentas reginę cœli 99.1
9 Extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mēdacij 200.2

9 Quis dabit capiti meo aquam? 195.1
10 Argentum inuolutum de Tharſis affeꝛetur,& aurum de Ophaz 198.2
15 Noli in patientia tua ſuſcipere me 178.1
16 Seruieris dijs alienis 65.2
18 Repente loquar aduerſum gentem 111.2
22 Nec erit de ſemine eius vir,qui ſedeat 52.2
22 Omnes paſtores tuos paſcet ventus 62.2
23 A prophetis Ieruſalem egreſſa eſt pollutio 132.2
29 Aſſumetur ex eis maledictio ibidem.
31 Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Iſrael,& domui Iudah fœdus nouum 186.2.187.1
31 Vox in excelſo audita eſt, ploratus, & vlulatus multus 168.1
32 Intellexi autem,quod verbum dei eſſet 61.1
48 Abſciſſum eſt cornu Moab. 101.2
49 Arrogantia tua decepit te 246.1
51 Quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? 113.1
51 Interficite omnem militiam eius 140.2
51 Qui fecit omnia,ipſe eſt & ſceptrum 190.1
51 Acuite ſagittas 229.2
Threni.
1 Quomodo ſedet ſola ciuitas 139.1
3 Oppoſuiſti nubem,ne tranſeat oratio 37.1
3 Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum 159.1
3 Oculus meus deprædatus eſt animam meam 213.2
4 Candidiores Nazaræi eius niue 139.1
4 Facies ſacerdotum non erubuerunt 232.2
5 Conuerte nos domine ad te, & conuertemur 139.2
8 Contenebrati ſint oculi noſtri 147.2
Ezechiel.
1 Facta eſt ſuper eum ibi manus domini 101.2
1 Erat aſpectus eorum quaſi carbonum 133.1
1 Aperti ſunt cœli 154.2
1 Spiritus vitæ erat in rotis 172.2
2 Increduli & ſubuerſores tecum ſunt 20.1
2 Aperi os tuum,& comede,quæcunque ego do tibi 77.1
2 Vidi,& cecidi in faciem meam 167.1
3 Ingreſſus eſt in me ſpiritus 59.2
3 Vt adamantem & vt ſilicem dedi faciem tuá 102.1
7 Ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiá poſuerunt 65.1
9 Vnuſquiſque vas interfectionis habet 7.2
16 Requieſcet indignatio mea 178.1
17 Ecce dedit manum ſuam 6.2
18 Anima quæ peccauerit,ipſa morietúr 234.2
19 Didicit viduas facere 22.2
19 Leo factus eſt & didicit prædá capere 143.2
22 Nunquid ſuſtinebit cor tuum? 228.1
28 Eleuatum eſt cor tuum 64.2
29 Acquiſiuiſti aurum & argentum in theſauris tuis 66.1
30 Dabo ignem in Taphnis 230.1
31 Scient omnia ligna regionis 105.2
31 Æmulata ſunt eú oia ligna voluptatis 240.2
36 Effundam ſuper vos aquam mundam 215.1
39 Dic omni volucri,& vniuerſis auibus 107.1
39 Inimiquitate ſua capta eſt domus 62.1
Daniel.
3 Benedicite omnia opera domini domino 39.1
7 Poteſtas eius poteſtas æterna 50.2
12 Qui ad iuſtitiam erudiunt multos,quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. 88.2
Oſeas.
1 Congregabuntur filij Iudah. 44.1
1 Domui Iudah miſerebor,& ſaluabo eos in domino Deo ſuo 354.2
2 Argentum multiplicaui eis & aurum 65.1
2 Percutiam cum eis fœdus 107.2
2 Ceſſare faciam omne gaudiũ eius 119.2.& ſeq.
4 Peccata populi mei comedent ſacerdotes 60.1
4 Non viſitabo filias veſtras, cũ fornicatæ fuerint 155.2
4 Propter hoc lugebit terra 198.2
4 Non libabunt domino vinum 214.2
4 Fornicatio & vinũ & ebrietas auferũt cor 233.2
6 In tribulatione ſua manè cõſurgent ad me 5.2
7 Facti ſunt tanquam arcus doloſus 155.1
7 Omnes adulterantes quaſi clibanus 233.1
8 Aurum ſuum & argentum ſuum fecerunt idola ſibi 65.1
8 Ipſi regnauerunt,& non ex me 116.2
9 Nõ placebunt domino ſacrificia eorum 187.2
10 Cum venerit docebit vos iuſtitiam 185.2. 220.1
12 Tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat 124.2
12 Chanaan in manu eius ſtatera doloſa 125.2. 239.1
13 Perditio tua Iſrael 139.2
13 Ero mors tua ô mors 213.2
14 Reddamus vitulos labiorum noſtrorum 214.2
Ioel.
1 Sanctificate ieiunium, vocate cœtum 14.1
1 Gens aſcendit ſuper terram meam fortis 46.2
1 Confuſum eſt gaudium à filijs hominum 91.1
2 Conuertimini ad me in toto corde veſtro 14.1.127.2
2 In Ieruſalem erit ſaluatio 78.1
2 Omnis qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit 82.1
3 Congregabo omnes gentes,& deducam eas in vallem Ioſaphat. 151.1
Amos.
1 Mittam ignem in domum Aſael. 230.1
2 Mittam ignem in Moab. ibid.
3 Non facit dominus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ſeruis ſuis 62.1
3 Si eſt malum in ciuitate, quod Deus non faciat? 123.1
3 Tantummodo vos cognoui ex omnibus tribubus terræ 208.2
4 Ecce dominus mittens eloquium ſuum 190.1
5 Si obtuleritis holocauſtomata 187.1
6 Putauerunt ſe habere vaſa cantici 8.1
7 Non ſtillabis ſuper domum idoli 218.2
7 Ecce dominus ſtans ſuper murum latum 102.1
7 Vt trulla cœmentarij in manu eius. ibid.
8 Conuertam feſtiuitates in luctum 119.2
Ionas.
4 Sciu,quia tu Deus clemẽs & miſericors es 145.2
Michæas.
4 Erit in nouiſſimo dierum 44.1
4 Regnabit ſuper eos in monte Sion 50.2

5 Egreſ-

5 Egreſſio eius ab initio à diebus æternitatis eius 185.1
5 Conteram ciuitates tuas 115.2
6 Adhuc ignis in domo impij 230.2

Habacuc.

3 Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud 60.2
3 Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum 115.2
3 Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis 152.1
3 Audiui,& conturbatus eſt venter meus 153.2
3 Ibi abſcondita eſt fortitudo eius 229.1

Sophonias.

1 Peribunt omnes inuoluti argento 65.2
1 Scrutabor Ieruſalem in lucernis 151.1
1 Conticuit omnis populus Chanaan 219.1
3 Lætare,& exulta in omni corde filia Ieruſalem 51.1

Aggæus.

2 Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimę 188.1
2 Veniet deſideratus cunctis gentibus 190.2

Zacharias.

1 Conuertimini ad me,& conuertar ad vos 112.1
2 Ego ero ei murus in circuitu 116.1
2 In quatuor ventos cœli diſperſi vos 202.2
3 Adducam ſeruum meum Orientem 51.1
3 Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt 55.1 152.1
4 Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum? 46.2
6 Ecce vir,Oriens nomen eius 51.1
8 Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris 56.2
9 Extendi mihi Iudam quaſi arcum 115.2
9 Quid pulchrum eius eſt, niſi frumentum electorum 226.2
9 Dominus eſt oculus hominis 9.2
9 Ecce rex tuus venit tibi 52.2
9 Exulta ſatis filia Sion,iubila filia 51.1
10 Super hircos viſitabo 161.2
10 O paſtor & idolum 232.2
11 Appenderunt mercedem meam 30 argenteis 61.1
11 Sumpſi mihi duas virgas,vnam vocaui decorem,alteram funiculum 253.1
13 Vram eos,ſicut vritur argentum 208.2
14 Exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem 78.1

Malachias.

1 Onus verbi domini ad Iſrael in manu Malachię 6.2
1 A ſolis ortu vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus 55.1
1 In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda 224.2
1 Si dominus ego ſum,vbi eſt timor meus 254.2
2 Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam 251.1
3 Ecce ego mitto Angelum meum 251.1
3 Ego dominus & non mutor 111.2
4 Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ 231.1

Baruc.

2 Statuam illis teſtamentum alterum ſempiternum 187.1
3 Hic eſt Deus noſter,& nõ æſtimabitur ali° 184.2

Matthæus.

1 Liber generationis Ieſu Chriſti 24.1.51.2.119.1
1 Magnificat anima mea dominum,& exultauit ſpiritus meus 119.2
2 Ecce magi ab Oriente venerunt 20.2
2 Vbi eſt,qui natus eſt rex Iudæorum 51.1
2 Turbatus eſt rex Herodes,& tota Hieroſolyma cum illo 67.2.120.2
2 Procedentes adorauerunt eum 68.2
3 Confeſtim aſcendit de aqua 101.1
3 Omnis arbor quæ non facit bonum fructum, excidetur 105.2
3 Iá ſecuris ad radicem arboris poſita eſt 106.1
3 Pœnitentiam agite,appropinquauit enim regnum cœlorum 127.2.177.1
3 Ventilabrum in manu Dei eſt 150.2
4 Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant 14.1
4 Continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum 16.1 79.1
4 Non in ſolo pane viuit homo 24.2
4 Hæc omnia tibi dabo,ſi cadens adoraueris me 68.1
4 Dominum Deum tuum adorabis 69.1
4 Ieiunauit quadraginta diebus 247.2
5 Beati qui lugent 195.1
5 Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam 5.2
5 Vos eſtis lux mundi 41.1
5 Diligite inimicos veſtros 42.1
5 Beati pauperes ſpiritu 66.1.67.1.123.2
5 Vos eſtis ſal terræ 90.1
5 Beati pacifici 201.1.239.1
5 Qui fecerit,& docuerit 220.2
5 Qui dixerit fratri ſuo:fatue 237.2
6 Cùm oraueris,intra in cubiculum tuum 36.1
6 Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra 66.1
6 Reſpicite volatilia cæli 85.2
6 Conſiderate lilia agri ibid.
6 Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit 147.2.160.2
6 Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus 159.2.220.1
6 Cùm ieiunatis,nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes 159.2
6 Quærite primò regnum Dei, & iuſtitiam eius 185.2
6 Tu autẽ cùm ieiunas, vnge caput tuum 246.2 248.2
7 Arcta eſt via quæ ducit ad vitam 125.2
7 Petite & dabitur vobis 36.1
7 Intrate per anguſtam portam 57.1
7 Eiice primum trabem de oculo tuo 147.2
7 Petite & accipietis 181.1
7 Venerunt flumina,& flauerunt venti 202.1
7 Nolite ſanctum dare canibus. 221.2
8 Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos 107.1
9 Sequere me 79.1
9 Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos ibid.
9 Tolle grabbatum tuum,& ambula 85.2
9 Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere 198.2
10 Nolite timere eos,qui occidunt corpus 31.1
10 Nolite poſſidere aurum & argentum 66.1 141.1.252.1
10 Eſtote prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbę 107.1
10 Dignus eſt operarius cibo ſuo 122.1
10 Nihil opertum quod non reueletur 150.2 179.1

11 Confiteor tibi pater domine cœli & terræ 38.2
11 Reſpondens Ieſus dixit 42.2
11 Venite ad me omnes, qui laboratis 76.2
11 Iugum meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue 106.1
12 Peruenit in vos regnum Dei 53.2
12 In corde terræ 62.2
13 Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare 7.2
13 Fallacia diuitiarum ſuffocat verbum 66.1
13 Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito 229.2.127.2
13 Iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris 220.1
15 Quare diſcipuli tui non lauant manus? 135.2 231.2
15 Omnis plantatio quam non plantauit pater meus, eradicabitur 98.2
16 Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam 12.1
16 Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam 50.1.56.2
16 Quẽ dicũt homines eſſe filiũ hominis? 167.2
16 Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum 247.2
17 Transfiguratus eſt ante eos 45.1
17 Hoc genus dæmonis non eiicitur niſi per orationem 248.2
18 Si te audierit, lucratus es fratrem tuum 76.2
18 Angeli eorũ ſemper vident faciẽ patris 155.1
19 Facilius eſt camelũ per foramen acus introire 66.1
19 Centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit 66.2.111.2
19 Ecce nos reliquimus omnia 67.1.79.1.113.2
19 Da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo 123.2
19 Cum ſederit filius hominis 148.1
20 Quid ſtatis hic tota die otioſi 10.2
20 Dic, vt ſedeant hi duo filij mei 15.2.82.1
21 Ecce rex tuus venit tibi manſuetus 32.2.52.2
21 Eiecerunt eum extra vineam 45.1
21 Videns Ieſus fici arborem vnam 106.1
22 Abeuntes Phariſæi conſilium inierunt 110.2
23 Qui ſe exaltat, humiliabitur 123.2
23 Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ 160.1
24 Cùm videritis abominationem deſolationis 188.1
25 Cùm venerit filius hominis 151.1
25 Hos ſtatuet ad dexteram 151.1
26 Hoc eſt corpus meum 103.2.164.2
26 Spiritus promptus eſt, caro autẽ infirma 59.2
26 Videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei 148.2.150.1
26 Hic eſt ſanguinis meus noui teſtamenti 103.2
27 Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam 61.1
28 Docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, &c. 255.1
28 Ego vobiſcum ſum omnibus diebus 50.1
28 Data eſt mihi omnis poteſtas 150.1

Marcus.

2 Submiſerunt grabbatum, in quo paralyticus iacebat 17.2
2 Dimittuntur tibi peccata tua 85.2
2 Nunquid legitis, quid fecerit Dauid? 129.1
6 Nec in Zona æs, ſed calciatos ſandaliis 141.1
15 Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eũ 2.1
15 Velum templi ſciſſum eſt 222.1
16 Quis reuoluet nobis lapidem? 17.2
16 Valde manè vna ſabbatorum 176.1

Lucas.

1 Surgens Maria abiit in montana 16.1
1 Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus 8.1
1 Medius veſtrùm ſtetit, quem vos neſcitis 10.2
1 Erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid 21.1 101.2
1 Nõ eſt impoſſibile apud Deũ omne verbũ 24.2
1 Et regni eius non erit finis 50.2
1 Suſcepit Iſrael puerum ſuum 91.2
1 Depoſuit potentes de ſede 108.2
1 Dabit illi dominus Deus ſedem Dauid 129.1
1 Vt ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia 185.1
2 Venerunt feſtinantes 16.1
2 Videamus hoc verbum, quod factum eſt 24.2
2 Exiit edictum à Cæſare Auguſto 49.2
2 Homo iuſtus & timoratus 80.1
2 Lumen ad reuelationem gentium 91.2
2 Par turturũ, aut duos pullos columbarũ 107.2
4 Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiãt 14.1
5 Portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus 17.2
5 Dimittuntur tibi peccata tua 85.2
5 Tolle grabbatum tuum ibid.
6 Beati qui eſuritis 14.1
6 Eſtote miſericordes 46.1
7 Tibi dico ſurge 76.2
8 Cæcus quidam ſedebat ſecus viam 17.2
8 Puella ſurge 76.2
8 Propitius eſto mihi peccatori 177.2
9 Vulpes foueas habent 67.1.107.1
9 Transfiguratus eſt ante eos 45.1
9 Nolite poſſidere aurum 252.2
10 Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis 13.2.44.2
10 Porrò vnum eſt neceſſarium 71.2
10 Dignus eſt operarius mercede ſua 122.1
10 Nolite portare ſacculum, nec peram 141.1
10 Deſignauit dominus alios 70. duos 174.1
10 Suſcipiens autem Ieſus 140.2
11 Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. 99.1
11 Date eleemoſynã, & ecce omnia munda 116.2
11 Erat Ieſus eiiciens dæmonium 159.2
12 Ignem veni mittere in terram 89.1.133.1
12 Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernę ardentes in manibus veſtris 156.1
14 Qui ſe humiliat, exaltabitur 92.1.167.2
15 Io ſe reuerſus dixit 49.2
16 Facite vobis amicos de mãmona iniqtatis 66.2
18 Ecce aſcendimus Hieroſolymam 185.2
21 Tunc videbunt filium hominis venientem in nube 150.1
21 His autẽ fieri incipientibus reſpicite & leuate capita veſtra 151.2
21 In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras 250.1
22 Hoc facite in meã commemorationem 99.2
23 Stabat populus ſpectans 140.2
23 Erat autem ferè hora ſexta 2.1
24 Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem? 4.1
24 Stetit Ieſus in medio diſcipulorum 10.2
24 Nónne cor noſtrum erat ardens? 43.2.89.1

24 Nónne

24 Nónne hæc oportuit pati Chriſtum? 45.1

Ioannes.

1 In principio erat verbum 241.2
1 Quotqnot autem receperont eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri 2.2
1 To vocaberis Cepbas, quod interpretator petrus 12.1
1 Deum nemo vidit vnquam 84.1
1 Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti 222.1.1 50.1
1 Cnm eſſes ſub ficu, vidi te 228.2
2 Non credebat ſemetipſum eis 237.1
3 Rabbi ſcimos, quòd à Deo veniſti magiſter 20.1.& ſeq.
3 Sic Deus dilexit mondum 133.1
3 Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto 225.1
6 Ego ſum panis viuos, qoi de cœlo deſcendi 103.2.225.1
6 Caro mea verè eſt cibus 164.2.225.2
6 Si qois maodocauerit ex boc pane 225.1
6 Patres veſtri mandocaneront manna 225.1
6 Qui manducat meam carnem, & bibit menm ſanguinem 227.1
7 Nondum erat ſpiritos datus 156.2
8 Abraham pater veſter exolțaoit, vt videret diem menm 53.1.154.1
8 Qui facit peccatum, ſerous eſt peccati 142.1
8 Si veritatem dico, quare oon creditis mihi? 179.1.200.2
8 Anteqnam Abraham fieret, ego ſum. 185.1
9 Me oportet operari opera ei⁹, q miſit me 19.2
10 Ego ſum paſtor honus 63.279.1
10 Ego & pater vnnm ſnmos 72.1.185.1.
10 Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes 72.1
10 Non rapiet eas quiſquam de mano mea 102.2
11 Quid facimos, quia hic bomo multa ſigna facit? 34.2
11 Lazare exi foras 76.1
11 Collegerunt pontifices coociliom 110.2
11 Expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo 194.1
11 Lazarns amicus noſter dormit 219.2
11 Ego ſnm reſurrectio & vita 234.1
12 Ambolate, dum lucem habetis 40.2
12 Qui ſeqoitur me, nō ambulat in tenebris 79.1
12 Nunc iudicium eſt mundi 185.2
12 Qui amat animam ſuam, perdet eam 235.1
13 Mandatnm noonm do vobis 133.1
13 Cœpit lauare pedes diſcipulorum 141.2
13 Si non lauero te, non habebis partem mecū 141.2
15 Hoc eſt præceptum meum 133.1
15 Cùm venerit paracletns, qoem ego mittam vobis 222.1
16 Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vohis 36.1.82.1
16 Gaodium veſtrum oemo tollet à vobis 120.1
16 Mundus gaudebit, vos verò contriſtabimini 209.1
16 Triſtitia veſtra conuertetur in gaudiom 6.1
18 Abierunt retrorſom 167.2
19 Erat paraſceue hora qoaſi ſexta 2.1
19 Non habemus regem niſi Cæſarem 51.2
20 Stetit Ieſos in medio diſcipulorū ſoorū 10.2
20 Vade ad fratres meos 129.2

Acta Apoſtolorum.

1 Viri Galilęi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? 149.2
1 Nubes ſuſcepit enm ab oculis eornm 150.1
1 Noo eſt veſtrom noſſe tempora & momeota 223.2
2 Apparoerunt illis diſpertitæ linguæ 134.1
5 Si eſt ex hominibus conſilium hoc aot opus diſſipabitur 110.2
5 Per manus Apoſtolorum fiebant ſigna 169.2
6 Non eſt æqnum nos relioquere verbum Dei 131.2
9 Domine qoid me vis facere? 16.1
9 Sanle, Saule, cur me perſeqoeris? 170.1
9 Vocē andierunt, ſed neminem viderunt 196.1
10 Vidit Petrus cœlum apertum & deſcendens vas 7.2
12 Calcia caligas tuas 141.1
12 Miſit rex Herodes manus 169.2
14 Per multas tribulationes oportet nos intrare in reguum cœlornm 208.2
22 Vocem aotem oon audierunt 196.1
27 Submiſſo vaſe ſic ferebantur 7.2

Epiſtola Panli Apoſtoli ad Romanos.

1 Inuiſibilia Dei à creatnra mundi per ea qoæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur 71.2.84.1
1 Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum 6.1
1 Tradidit illos Deos in reprobom ſenſum 6.1
1 Qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent 76.1
1 Obſeuratum eſt inſipiens cor eorum 165.2
2 Non auditores legis iuſti ſnnt 99.1
3 Iuſtificati gratis per gratiam illius 56.2
3 Ex operibus legis oon iuſtificatur omnis caro 144.2
3 Eſt aotem neos verax, omnis, &c. 113.2
4 Qui contra ſpem in ſpem credidit 137.2
5 Gloriamor in tribnlationibus 5.2
5 Si vnios delicto multi mortui ſont 219.2
5 Omnes in Adam peccanerunt ibidem.
5 Sicut per inobedientiam vnius ibid.
6 Stipendium pecati mors eſt 32.2
8 oeos filium ſuum miſit in ſimilitodioem carois peccati 60.1.& ſeq.
8 oe pecato damnanit peccatnm ibidem
8 Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore 79.2
8 Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? 102.2
8 Vt ſit ipſe primogenitus inter multos fratres 129.2
8 Proprio filio ſuo non pepercit 186.1
8 Non ſecundum carnem ambulamus 192.1
8 Si ſecundum carnē vixeritis, moriemini 234.1
9 Optabā ego ipſe anathema eſſe 218.1.219.1
13 Nox pręceſſit, dies autem appropinquauit 89.2.221.1
13 Sicut in die honeſtè ambolemus 14.1.192.1
13 Induamnr arma lucis 103.1
13 Non eſt poteſtas niſi à Deo 123.1
13 Diliges proximum tunm 133.2
13 Plenitudo legis eſt dilectio ibi.

Prior ad Corinthios.

1 Factns eſt nobis ſapientia 220.1
2 Loquimor oei ſapientiam in myſterio 229.1
3 Fundamentom aliud nemo poteſt ponere, niſi qood poſitum eſt 32.1

3 Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis dedi 172.1
3 Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deum 224.1
4 Per euangelium ego vos genui 172.1
4 Non in ſermone regnum Dei eſt 177.2
4 Manifeſtabit dominus conſilia cordium 150.2
6 Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt 227.1
8 Scientia inflat. 224.1
8 Et ſi ſunt qui dicantur dij 105.1
9 Non alligabis os boui trituranti 107.1.132.1
10 Nos ſumus, in quos fines ſeculorum deuenerunt 44.1
10 Hoc eſt corpus meum 164.2
11 Vir non debet velare caput, quia imago, &c. 100.1
13 Charitas nunquam excidit 154.2
13 Et ſi habuero omnem prophetiam 194.1
15 Cùm tradiderit regnum Deo 249.2
15 Omnes quidem reſurgemus 219.2
15 Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ 220.2
Poſterior ad Corinthios.
1 Pater miſericordiarum 17.2
2 Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei 224.1
3 Litera occidit, ſpiritus viuificat 59.2
3 Si miniſtratio damnationis in gloria eſt 185.2
3 Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti 207.1
5 Dum ſumus in corpore, peregrinamur à domino 3.2
5 Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua 187.2
5 Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit 60.1
5 Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti 148.1
6 Vos eſtis templum Dei viui 165.2.188.1
6 Exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros 15.2
10 Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt 103.1
11 Satanas transfigurat ſe in angelum lucis 162.2
12 Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim 86.1
Ad Galatas.
1 Iacobus, & Cephas, & Ioannes 13.1
1 In me clarificabant Deum 32.2
2 Cùm autem veniſſet Cephas Antiochiam, in facie ei reſtiti 13.1
2 Cùm vidiſſent, quòd creditum eſt mihi euangelium 13.2
2 Si per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt 185.1
3 Non in ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in vno 212.2
4 Quod ſi filij, & hæredes 2.2
4 Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt 4.2
4 Sina enim mons eſt in Arabia 207.1
5 Spiritu ambulate 192.1
Ad Epheſios.
2 Eramus natura filij iræ 239.1
2 Qui eratis longè, facti eſtis propè 112.1
4 Eſtote inuicem benigni & miſericordes 146.1
4 Non ſimus paruuli fluctuantes 202.1
5 Vt ſapientes redimentes tempus 32.2
5 Hoc ſacramentum magnum eſt 98.1
5 Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus 113.1
5 Vt filij lucis ambulate 239.1
6 Vt poſſitis reſiſtere in die malo 238.2
6 Induite vos armaturam Dei 203.1
Ad Philippenſes.
2 Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens 92.2
2 Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem ibid.
2 Nihil per contentionem 93.1
2 Qui cum in forma Dei eſſet 113.2 185.1
3 Quorum Deus venter eſt 14.1
4 Quorum nomina ſunt in libro vitæ 44.2
Ad Coloſſenſes.
2 In quo ſunt omnes theſauri 127.2
3 Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo 150.2
4 Sermo veſter in gratia ſale ſit conditus 106.2
I. ad Theſſalonicenſes.
4 Nolo vos ignorare fratres de dormientibus 219.2
Prior ad Timotheum.
1 Hoc præceptum commendo tibi, vt milites in illis bonam militiam 173.2
3 Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat 132.1
5 Non alligabis os boui trituranti 107.1
6 Lucem inhabitat inacceſſibilem 40.1
6 Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſperare in incerto diuitiarum 66.1
Poſterior ad Timotheum.
2 Labora ſicut bonus miles Chriſti 173.2
2 Firmum fundamentum Dei ſtat. 217.2
3 Quemadmodum Ioannes & Mambres 43.1
3 Erunt homines ſeipſos amantes 165.2
4 Bonum certamen certaui 173.2
Ad Titum
3 Apparuit humanitas & benignitas ſaluatoris noſtri Dei 54.2
Ad Hebræos.
1 Deus olim locutus eſt patribus in prophetis 32.2
1 Semen Abrahæ apprehendit 86.1
1 Qui cùm ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius 113.2
1 Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis 151.2
2 Non confunditur fratres vocare eos 129.2
4 Feſtinemus ingredi in illam requiem 36.1
4 Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius 16.2
5 Facti eſtis, quibus lacte opus ſit 17.1
6 Niſi benedicens benedicam te 252.1
8 Conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domũ Iudah teſtamentum nouũ 207.1.186.2
9 Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio 187.2
9 Vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris 186.2
9 Statutum eſt hominibus ſemel mori 227.2
10 Lex vmbram habet futurorum bonorũ 187.1
10 Corpus autem aptaſti mihi 187.2
11 Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum 132.1
11 Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei 242.1

11 Sine fide impoſſibile eſt placere Deo 132.2
12 Acceſſiſtis ad Sion montem,& ciuitatem Dei 4.2
12 Deus noſter ignis conſumens eſt 89.1.41.1
12 Aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum 78.2
12 Quem diligit dominus,caſtigat 208.2
13 Exeamus ad eum extra caſtra 44.2&. ſeq.
13 Si tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus 132.1

Epiſtola Iacobi Apoſtoli.

1 Eſtote factores verbi,& non auditores tantùm 99.1
1 Si quis auditor eſt verbi,& non factor ibid.
1 Beatus vir,qui ſuffert tentationem 223.2
1 Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem 234.2
2 Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen? 180.2
4 Petitis,& non accipitis,eo quòd malè petatis 37.1
4 Quæ eſt vita veſtra?vapor ad modicum parens 49.1
4 Appropinquate Deo,& appropinquabit vobis 112.1

Epiſtola I.Petri Apoſtoli.

2 Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos 4.1
2 Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum 62.1
2 Chriſtus paſſus eſt pro nobis,vobis relinquens exemplum 79.1
5 Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam 108.2

II. Petri.

3 Adueniet dies domini vt fur 148.1

I. Ioannis Apoſtoli.

2 Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris 45.2
3 Qui non diligit,manet in morte 234.1
3 Videte qualem charitatē dedit nobis pater 2.2
4 Perfecta charitas foras mittit timorem 80.1

III.Ioannis Apoſtoli.

Sicut tu in veritate ambulas 76.1

Iudæ Apoſtoli.

Væ illis,qui in via Cain abierunt 34.3
Arbores autumnales infructuoſæ, bis mortuæ 106.1

Apocalypſis.

1 Habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem 102.2
1 Caput eius & capilli erant candidi 148.2
1 De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat 150.2
1 Ecce venit cum nubibus ibidem
2 Vincenti dabo edere de ligno vitæ 44.2.241.1
2 Vincenti dabo manna abſconditum 239.2
3 Qui habet clauem Dauid 43.2
3 Quos amo,arguo,& caſtigo 208.2
3 Nomen habes, quod viuas, & mortuus es 234.1
4 Viginti quatuor ſeniores 222.1
6 Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illo, 116.1
6 Cælum receſſit ſicut liber inuolutus 43.2
7 Vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos 105.2
7 Hi ſunt,qui venerunt de tribulatione 6.1
8 Audiui vocem vnius Aquilæ volantis 142.2
10 Vidi alium Angelum fortem, deſcendentem de cœlo 115.2
11 Ciuitatem ſanctam calcabunt 153.1
12 In capite eius corone duodecim ſtellarū 39.1
12 Datæ ſunt mulieri alæ duæ 153.1
13 Quorum nomina non ſunt ſcripta in libro agni,qui occiſus eſt ab origine mundi 170.1
13 Vidi de mari beſtiam aſcendentem 143.1. 153.1
14 Sequuntur agnum,quocunque ierit 79.2
17 Aquæ quas vidiſti,populi ſunt 222.2
20 Vidi thronum magnum candidum 148.1
21 Qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni 44.2

RERVM MEMORABILIVM ET HEBRAISMORVM, AC SENTENTIARVM OMNIVM IN COMmeotariis in Danielem obſeruatu dignarum index cupiuſus.

A..

Aron & Muyſes peccaoerunt ad aquas contradictiunis 58.1
Aaronis peccatum in quu conſiſtit 58.1
Aarunicum ſacerdutium fuit abrogstum 192.2
Abel ſignificat luctum 298.2
abel adombranit Chriſtum 170.1
abram puſtea vocatus fuit abraham 12.1
abraham oatus eſt io Chaldæa 11.1
abraham doas callebat linguas Hebræam & Chaldæam 11.1
abraham locutus eſt in lingua Hebręa ibid.
abraham ducuit filinm ſuum linguam Hebręam ibid.
abrsham diligentia in filiu immulando 16.1
abrabam immulauit filinm ſuum io moote Moria 212.2
abtahæ duplex poſteritas 77.2
abrshæ filij ſūt ſtellæ, ſed abtaæ ſunt arenæ ibi.
abdenagu idem eſt, quud ſeruus anxius 13.2
abire in ventum quid ſit 37.2
abyſſus quid ſit 82.2
abyſſus ſumitur pro calamitate ibid.
abimelechi vucantur reges Palæſtinę 3.1
abominatiu deſolationis quæ ſit 188.2
abominatiu quid ſignificet 187.2. 227.1
abſcunditus cur dicatur Cbriſtus 38.2
abſtineutia Danielis oſtenditnr 13.2
abſtinentia ſanctorum 14.2
abſtineotia gentilium ibid.
abſtinaotia diuerſarum natiuunm ibid. & ſeq.
abſtinentiæ laos 14.2.15.1.2.247.1
achates idem eſt, quud cura 132.1
achates cur dicitor indiooliſns comes Æneę ibi.
actio nuſtra putins Deu tribuitur quàm nubis 125.1
accuſare ſe eſt excuſate 177.2
adam eſt numen cummune 213.2
adam locutus eſt lingua Hebræa 11.1
adam oumina rebus impoſuit 11.2
adam ſepultus fuit in muute Caloariæ 213.1
à Deo ſuot umnia quomodu intelligitur 123.1
adamantes cur Deus dicatur tenere manū 102.1
adamantibus ſigoificantur viri ſtabiles ibid.
adamantis natura ibid.
adamas ſanguine hyrcotum diſſuluitur ibid.
admeti inſigoe 143.2
adamantis natura 79.1
adorare latria, dolia, hypetdulia differunt 97.1
adoratiooe latriæ colitur Deus 72.1
aduramus Deum cultu lsrriæ, ſanctos duliæ, Dei genitricem Mariam hyperduliæ 97.1
adoleſcentib. non ſunt reſpub. tradendæ 232.1
ad ſcientiam diuinam ſumos aſpiraturi 44.1
aduentus Chriſti ad iudicium deſcribitur 148.1
aduetſarum & pruſperarum rerum diſcrimē 5.1
adulatur deſcribitur 200.2
adulatures principum peſtilentes 64.2
adulatores per volucres ſignificati 160.2
adulatores deſcribuntur 68.2. 124.1
adulatures quibus rebus cumparentur ibid.
adnlatiu peſtileus 69.1
aer dicitur cœlum 143.1
aer vocatur cœlum 90.2
Æthiopiæ deſcriptio 211.1
Ædificare eſt filios gignere 21.1
Ætna ardens, Nilus fluens in curde eſt viri pij 195.1
Ælaregiu vbi ſit 172.1
Ædificare in ſanguioibus quid ſit 237.1
Æqniuocæ ſunt voçes Hebrææ 157.1
Æqualitas medium tenet 126.1
Aequalitatis templum fuit Rumæ ibi.
Aequalitatis imagu ibid.
Aequitas quid ſit ibid.
Aegyptij ob ingratitudinem ubruti fuerunt 39.1
Aegyptij Deum muodi creatorem aſſerebant 71.1
Ægypti reges poſt Alexandrum 203.1
Æquiuucum ſumitur pru ſignificatiune literę accummodstiure 7.2
Ærumnarum vtilitas 78.2
affactiuoes ſignificantur per pedes 141.1
affectioues vocantur cicatrices 35.2
affligere animas quid ſit. 247.2
affligi qnare Deus permittit ioſtus 27.2 & ſeq.
afflictio indicat quis quiſque ſit 227.2
afflictionis vtilitas 5.1. 27.2. 79.1. 113.1. 135.2
afflictioues ſnnt flures vittutum 5.2
afflictiuoibus gloriabatur Paulus ibid.
afflicti com oliuis comparantur 6.2
afflicti cognuſcunt ſcelera ſna 5.1
agameunuu vucatur paſtor 11.1
agareni dicuotur Mauri, & cur 148.1
agar ſignificabatur lex vetus 207.2. 144.1
agnus cur pro primogenitu offerebatur 107.2
ala ſumitur pru exercitu 144.1. 188.2
alexander Magous vucatus fuit Nsbuchodooofor 3.1
alexander uecidit amicos ſuus 32.1
alexander Maguus adorauit ſacerdutem Iudæorum 55.2
Alexander fuit diſcipulus ariſtutelis 161.1
alexander oou habuit filius 202.2
alexander per hircum ſignificatur 161.1
alexandri aræ vbi ſiut 46.2
alexaodri victoriæ 146.1
alexandri victuria à Daniele prædicta 158.1
alexandri imagu cum fulmine 161.1
alaxandri acta deſcribuntur ibid.
alexaodri mors 163.2
alexaudri Magoi ſucceſſures 202.1
alexaodri reſpooſom notabile 202.2
alleguria quomudo inuenieoda ſit 4.1

alle-

Alueolus quid ſit 250.2
Aman pernicieia 138.1
Ambulare ſumitur pro viuere 192.1
Ambulare in lege domini eſt eam ſeruare ibid.
Ambulare coram Deo eſt candidè viuere ibid.
Ambitio pernicioſa 48.1
Amici & adulatoris differentia 68.2
Amigdslarum natura 65.2
Amor eſt Deus 71.2
Amor duxit Chriſtum in mundum 133.1
Amor Dei erga homines ibid.
Amor pingitur cæcus 233.1
Amor proprius eſt tyrannus 165.2
Amor proprius obcæcat ibid.
Ananias idem eſt, quod nubes domini 13.2
Anaxagora cur fuerit damnatus 86.2
Anima in corpore eſt vbique 100.1
Anima ſumitur pro vita 77.2.155.2
Anima appellatur imago 115.2
Anima quid ſit iuxta philoſophos 9.1
Anima immortalis etiam iuxta philoſophos 29.1
Animã ponere in manibus, ſeu portare in manibus quid ſit 6.1
Anima fuit à Deo creata 130.1
Anima viuens eſt perſona hominis 130.1
Anima ſumitur pro homine 130.1
Animæ immortalitas aſſeritur 29.1
Animæ & ſpiritus differentia 130.1
Animę quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum quot fuerunt 130.1
Animi immortalitas oſtenditur 8.2
Animorum tranſitus in beſtias, quomodo intelligatur 108.1
Animal indomitum miteſcit ſubtractione cibi, ſic corpus ieiunio 14.1
Animalia comedere eſt hominss ſibi incorporare 7.2
Animalia immunda occidere quid ſit ibid.
Animalia immunda erant gentiles ibid.
Animalia bruta ſumuntur pro hominibus 106.2
Animalia immunda non offerebantur Deo 107.2
Anni 615 inter Sedechiam & Chriſtum 51.2
Annus variè numeratur 191.2
Annus variè ſumitur apud varias nationes 168.2
Annus apud antiquos erat etiam decem menſium ibid.
Annulorum antiqnitas 136.2
Annuli gemma erat principum ſigillum 245.2
Antipodes qui ſint 25.2
Antipodum habitatio 25.2
Antichriſtus occidendus eſt à Michaële 216.2
Antichriſtus fuit per Antiochum adumbratus 209.2
Antichriſtus appellatur beſtia 149.2
Antichriſtus appellatur cornu 147.1
Antichriſtus erit purus homo 147.2
Antichriſti ſuperbia ibid.
Antichriſti tyrannis duratura eſt tribus annis cũ dimidio. 153.1.155.2
Antichriſti tyrannidem qui ſint euaſuri 211.1
Antichriſti nomina 211.2
Antiphanis apophthegmata 163.1
Antiochus bis ingreſſus eſt Hieroſolymam 166.2
Antiochus figura Antichriſti. 170.1
Antiochus Epifanes ſceleratiſſimus 205.2
Antiochi mors 170.2
Antiochi Epifani vita & mores 164.1
Angelus vocatur vir pius 250.2
Angelus eſt nuncius veritatis 200.1
Angelus aliquando eſt nomen commune, aliquando ſumitur pro ſpiritu infimi chori 85.2
Angelus fuit cum pueris in fornace 94.2
Angelus cuſtos vniuſcuiuſque eſt hominis 196.2
Angelus cuſtos præeſt vnicuique regno ibid.
Angelus quomodo dicitur reſiſtere alteri Angelo 197.1
Angelica natura præſtantior, quàm humana 23.2.86.1
Angelus Sathanæ apud Paulum quid ſit 251.1
Angelus ſumitur pro dæmone 59.1
Angeli quomodo vocantur Dij. 55.2 72.1
Angelos eſſe etiam gentiles 197.1
Angeli ſunt ſpiritus cæleſtes 59.1
Angeli vocantur virtutes & exercitus 173.2
Angeli partim miniſtrant, partim aſſiſtunt. 149.1
Angeli plures aſſiſtunt ibid.
Angeli inferiores interrogant ſuperiores 166.1
Angeli appellantur virtutes 173.2
Angeli appellantur viri 181.2
Angeli, vtrum ſint corporei an non ibid.
Angeli inter ſe concordiam habent 197.1
Apelles pinxit Alexandrum cum fulmine 161.1
Aperire ſeu dilatare os, eſt petere 77.1
Apoſiopeſis figura 166.1
Apponi ad patres ſuos quid ſit 140.1
Apolonij documentum de abſtinentia ſeruanda 15.1
Apoſtoli vocantur principes 129.1
Apoſtoli victum & tegumentum à populo recipiebant 122.1
Apoſtoli deſignantur per duodecim tribus 56.2
Apoſtolorum verba ſunt ſagitæ 115.2
Apoſtolorum collegium dicitur arcus ibid.
Apoſtolorum celeritas in euangelio nunciando 41.1
Apoſtolorum paupertas 67.1
Apoſtolis data fuit à Chriſto poteſtas conſecrandi 165.1
Apibus comparantur veri homines 205.1
Apadno idem eſt quod ſolium 211.2
Apoſtoli dicuntur portæ cæli 56.2
Apoſtoli ſunt lux mundi, & quare 41.1
Aqua eſt Chriſtus 215.1
Aqua deſignat ſapientiam 221.1
Aqua ſumitur pro ſapientia 43.1
Aquæ ſignificant calamitates 82.2
Aquæ multæ ſunt gentes multæ. 161.2. 222.2
Aquis deſignantur calamitates. ibid.
Aquila duorum capitum inſigne eſt imperij, & quare 47.1
Aquila appellatur Nabuchodonoſor 143.2
Aquilone ſignificatur Babylon 143.2
Ars & virtus in difficilibus verſantur 17.2
Arati authoritas citatur à Paulo 19.1
Architæ Tarentini doctrina 8.2
Ariſtoxenus, quid ſenſerit de animo 9.1
Arca Dei dicitur tabernaculum Dei 4.2
Arca fœderis cur fuerit capta à Philiſteis 8.2

Arca

Arca Noe figurabat Chriſtum 139.1
Arca Noe cum feneſtra in latere figurabat Chriſtum in latere percuſſum ibid.
Arca teſtamenti intus & foris deaurata 92.1
Aries cur mitteretur ad hoſtes 161.1
Arietis natura ibid.
Arietibus apoſtoli ſignificantur ibid.
Arcticus & antarcticus quid ſignificent 120.1
Arbor vitæ Chriſtus eſt 44.2
Arbores iuſtitiæ vocantur Chriſtiani 114.2
Arbores vocantur homines 105.2
Armenij muri natura 74.1
Arrogantiam fugit Daniel 75.2
Arioli qui ſint 20.2.28.1
Arioli ducunt originem à Zoroaſtre 28.1
Arcus dicitur Iudæa 115.2
Arcus cœli, quid ſignificet 115.2
Aſſer terra erat frugifera 128.2
Aſſer ſignificat diuitem ibid.
Aſſumptio pro prophetia ibid.
Auaritia deſcribitur 90.2
Auaritia reprehenditur 65.1
Aues & alia animalia pro hominibus ſumuntur 106.2
Anelli alas quid ſit 144.1
Auguſti vocabantur Imperatores Romani 3.1
Auguſti Cæſaris ſigillum 221.2
Auguſti Octauiani ſigillum 16.2
Auguſto Octauiano imperante natus eſt Chriſtus 49.2
Auguſtini opinio circa antipodes 25.2
Auguſtini ſententia de Petro à Paulo reprehenſo, explicatur 12.2
Audire ſumitur pro obtemperare 76.2
Aulicorum mores 42.2
Aula Regum non eſt locus aptus orationi 134.2
Aula Regum deſcribitur ibid.
Aurum obrizum quid ſit 198.2
Aurum ſumitur pro oleo 46.2
Aurum ſumitur pro aeris nitore ibid.
Auri periculum 65.1
Auari colunt aurum pro Deo 65.1
Auarorum infima conditio 65.1 & ſeq.
Auſtri venti natura 151.2
Auſter ſumitur pro charitate 202.2
Auus appellatur pater 118.2
Azarias idem eſt, quod auxilium domini 13.2

B.

Babylon euerſa fuit à Cyro & Dario 105.1
Babylon ciuitas ædificata fuit à Semiramide 3.2
Babylon ciuitas fuit à nepotibus Noe ædificata 3.2.& 112.2
Babylon fuit caput regni Chaldæorum 3.2
Babylon mundus eſt 3.2
Babylonis & Babyloniæ diſcrimen 3.1
Babylonis primus rex fuit Nemrod 3.1
Babylonis regnum fuit primum ibid.
Babylonis ſitus & celebritas 3.2
Babylonis euerſio per Cyrum 3.2
Babylonia Ægypti diuerſa eſt à Babylonia Chaldææ 4.1
Babylonia Ægypti vocatur Cairo ibid.
Babylonij victoriam voluntate Dei conſecuti ſunt 6.1
Babylonij nomina Hebræa deteſtabantur 11.2
Babylonicum & Perſicum regnum in vnum coierunt 178.1
Babel idem eſt quod confuſio 3.1
Balthaſar fuit à Deo punitus propter vaſa Dei 8.2
Balthaſar idem eſt quod ſeruator theſauri 13.2
Balthaſaris deriuatio 128.1
Balthaſar vocabatur idolum Nabuchodonoſoris 105.1
Balſaſar fuit nepos Nabuchodonoſoris 118.2
Balſaſare regnante fuit euerſa Babylon ibid.
Balſaſaris conuiuium 118.2
Balſaſaris impietas ibid.
Balſaſaris deriuatio 128.2
Baptizatus eſt Chriſtus 301.1
Balſami natura 223.2
Baptiſta eſt vox domini 161.2
Beth litera quid ſignificet 21.1
Benedicere quid ſit 38.2.84.1
Benedicere varie dicitur 38.2
Benedictio Iacobi incepit à cœlo, Benedictio Eſau à terra 39.1
Benedicere ſumitur pro laudare ibid.
Beneficentia res eſt diuina 220.2
Beati in diuina eſſentia optimè res vident 62.1
Bethlehem laus 67.1
Beſtias gentes adorabant 69.2
Bellua nulla eſt crudelior homine impio 93.2
Beniamin idem eſt quod filius dexteræ 151.2, 100.1
Beatitudo in quo conſiſtit 114.1
Bella fugienda ſunt 201.1
Bellorum cupidi poſſunt filij diaboli appellari ibid.
Belial idem eſt quod ſine iugo 239.1
Belus fuit appellatus Deus 244.1.2
Belus, & Bel, & Baal idem ibid.
Belus fuit Aſſyriorum rex ibid.
Biblia ſacra ob incuriam Typographorum ſunt deprauata nonnullis in locis 132.2
Bonum opus ferè ſemper habet difficultatem 17.2
Bouis nomine intelligitur Ioſeph 116.1
Bouis nomine intelligitur Chriſtus ibid.
Boum nomine intelliguntur concionatores 122.1
Bonitas eſt in centro, pulchritudo in circumferentia 85.1
Braccati qui fuerint, & vnde dicti 74.1
Braccata ciuitas ibid.
Bulla quare Romani ornabantur 35.1
Bulla erat monile à Pythagora inuentum ibid.
Bucceri error 247.1

C.

Captiuitas Babylonica quãdo incepit 183.1
Captiuitas Babylonica quo tempore fuerit 1.2
Captiuitas Babylonica quamdiu durauit 118.2
Cato ſumitur pro homine 245.2
Cato viri iuſti in Deo oblectatur 119.2
Cato ſumitur pro peccatore, & pro litera legis, & pro aliis rebus 145.1
Carnis nomine intelligitur mulier & quare 145.1

Carnes

Carnes comedere eſt exercere crudelitatem 145.1
Cantus noſtri ſuper flumina Babylonis 4.1
Calamitas ſecum ducit lętitiam 113.1
Calamitas magna quæ ſit 123.1
Calamitas comparatur cum mari 178.2
Calamitas vtilis ibid.
Calamitatis vtilitas 75.1.78.2
Calamitates dicuntur tenebræ 73.2
Calamitates ſunt gradus ſcalæ Iacob 5.2
Calamitates reddunt iuſtos illuſtriores 37.2
Calamitatum vtilitas 5.2
Calamitatibus gaudent viri pij 217.1
Calamitatibus quare deus premat viros iuſtos 5.2
Calamus eſt ſpes mundi 201.2
Capillus vnus habet vmbram ſuam.prouerbium 11.1
Camelus erat ſymbolum abſtinentiæ 15.1
Camelus ſumitur pro fune 66.1
Cameli animalis natura ibid.
Cancri nomine intelligitur tarditas 16.1
Cathedræ Pontificis legalis, & Chriſti diſcrimen 16.2
Caput ponere ſuper petram quid ſit 38.2
Caput alienius condemnare eſt illum occidere 17.1
Caput ſumitur pro magiſtratu 44.1
Caput ſumitur pro principio 44.1
Caput ſumitur pro acie 44.1
Caput libri quid ſit 44.2
Caput ſumitur pro mente 45.2
Capitis nomine intelligitur mens 38.2
Cato Vticenſis ſe occidit 30.1
Caius caligula poſuit ſibi ſtatuã adorandã 64.2
Cadere erat ſignum latriæ 68.1
Cadere dicuntur colentes dęmonem ibid.
Cadere ante faciem,& cadere retrorſum 167.1
Cadere in faciem,quid ſit 68.2
Caluinus fuit alter Nabuchodonoſor 69.1
Caſtigatio ſagittę aucupis comparata 80.2
Caluiniſtæ hæretici imagines deteſtantur 95.2
Caluinus reprehenditur 117.1
Caluinus deſcribitur 117.2
Caluini impudentia ibid.
Caluini inſcitia 117.2.225.2
Catherina Luſitanię regina incomparabilis 122.1
Calceus vnus Petri ſeruatur Romæ 141.1
Calceorum nomine opera mortua ſignificantur 141.1
Calceamenta prohibita Apoſtolis 141.1
Calceos ſoluebãt patriachę in locis ſanctis 141.1
Calceis vtebantur Apoſtoli 141.1
Candelabri erepti à templo figura 165.2
Caſtigatio eſt miſericordia 178.1
Caſtigatio dei vtilis 208.1
Cayphas prophetauit ſed nõ fuit propheta 194.1
Cain idem eſt quod poſſeſſio 198.2
Caluariæ mons fuit vbi Abraham filium immolauit 212.2
Caluariæ mons locus vbi Iacob vidit ſcalã ibid.
Caluarię mons eſt locus vbi Adam ſepultus fuit 213.2
Campus plenus oſſibus eſt mundus 234.1
Campus Eliſęus dicitur à poëtis paradiſus 240.2
Cecropidæ vocabantur reges Athenienſium 3.1
Ceſſatio legalium 183.2
Cephas eſt vox chaldaica 12.1
Cephas idem eſt quod Petrus ibid.
Cephas & Petrus idẽ sũt,quod lapis magnus ib.
Cephas Petrus fuit vnus ex 72.diſcipulis 12.2
Cephas de quo loquitur D. Paulus ad Galatas non fuit D.Petrus Apoſtolus 12.2
Cephas quẽ Paulus reprehendit,peccauit ibid.
Cephas à Paulo reprehẽſus nõ fuit apoſtol⁹ 13.1
Celeritas vtilis eſt in diuinis monitis 16.1
Celeritas Alexandri admirabilis. 161.1
Ceruus ſaucius quęrens dictamum, eſt peccator quærens pœnitentiam 176.2
Chriſtus Pontifex eſt & Rex 16.2
Chriſtus in Melchiſedech adumbratus 16.2
Chriſtus dicitur principium 32.2.145.1
Chriſtus ſignificatur per petram in qua Iacob poſuit caput 38.2
Chriſtus eſt ſplendor patris 40.2
Chriſtus eſt figura ſubſtantiæ patris 185.1
Chriſtus eſt æqualis patri 40.2
Chriſtus lux eſt 40.2
Chriſtus eſt vitulus extra caſtra immolatus 44.2
Chriſtus natus eſt imperante Auguſto Octauiano 49.2
Chriſtus veniſſe probatur ibid.
Chriſtus filius Dauidis 50.1
Chriſtus rex cœli & terræ 50.2
Chriſtus appellatur germen Dauidis 51.1
Chriſtus appellatur Oriens ibi.
Chriſtus Deus eſt & homo ibid.
Chriſtus non deſcendit à Sedechia 51.2
Chriſtus deſcendit à Iecouia 51.2
Chriſtus ad quid venit in mundum 52.1
Chriſtus regnum temporale renuit 52.1
Chriſtus eſt rex regũ & dominus dominãtiũ ibi.
Chriſtus Rex eſt ſpiritualis & æternus ibid.
Chriſtus eſt candelabrum aureum 46.2
Chriſtus vnctus eſt oleo lætitiæ 53.1
Chriſtus accepit ſpiritũ non ad menſuram ibid.
Chriſtus expectatio Iudęorũ & Gentilium 53.2
Chriſtus cur appellatur Rex Iudęorum 53.2
Chriſtus eſt lapis abſciſſus ſine manibus de mõte 54.1
Chriſtus cur appellatur lapis angularis 54.2
Chriſtus dicitur petra & lapis 63.2
Chriſtus eſt mons magnus 54.2
Chriſtus quomodo dicitur peccatum 60.1
Chriſtus paſtor 63.2.79.1
Chriſtus eſt fundamentum eccleſiæ 63.2
Chriſtus eſt filius Iacobi 63.2
Chriſtus venditus eſt 30.argenteis 61.1
Chriſtus quomodo inuenitur 68.2
Chriſtus eſt pater noſter 79.1
Chriſtus eſt dux 79.1.186.1
Chriſtus fuit cum pueris in fornace 94.2
Chriſtus apparuit,vt architectus 102.1
Chriſtus eſt caput Eccleſiæ 98.1
Chriſtus eſt agnus 107.1
Chriſtus in cruce cognitus fuit 107.2
Chriſtus appellatur murus 116.1
Chriſtus appellatur bos ibid.
Chriſtus filius Dauidis & Abraham 119.1
Chriſtus dicitur regnum Dei 127.2
Chriſtus eſt amor 133.1
Chriſtus appellatur lapis & filius hominis 149.2
Chriſtus duas hẽt naturas,ſed eſt vna perſona ib.

Christus venturus eſt ad iudicium cum corpore homano ibidem
Christus in nube venturus 150.1
Christus eſt Deus & homo 150.1
Christus cur ſe vocet filium hominis 167.2
Christus fuit perſecutus in Abraham, & venditus in Ioſepho 170.1
Christus fuit adumbratus in ſacrificiis legis veteris 170.2.187.2
Christus verus eſt Deus 173.1.254.2
Christus dicitur ſanctus ſanctorum 185.1
Christus vnctus eſt oleo lætitiæ ibid.
Christus eſt rex & ſacerdos 254.2.186.1
Christus comparatur cum ſole 187.1
Christus iam venit 188.2.189.2
Criſt' in medio vltimę hebdomadę mortu' ē 183.2
Christus mortuus eſt anno 33. ætatis ſuæ 184.1
Christus eſt verus Deus & verus homo 184.2
Christus per ſceptrum, & virgam, & florem ſigni ficatur 190.2
Christus ſaluator Iudæorum & Gentilium 190.2
Christus filius eſt Iudah 191.1
Christus eſt pax noſtra ibid.
Christus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. 193.1
Christus traxit nos ad ſe morte ſua ibid.
Christus dicitur Deus abſconditus 210.1
Christus promittit cœleſtia 210.2
Christus eſt lux mundi 213.1
Christus quare mortu' eſt inter cœlū & terrā ibi.
Christus dicitur aqua 215.1
Christus eſt Deus de Deo 216.1
Christus eſt ſol 221.1
Christus cur in parabolis loquebatur 221.2
Christus eſt pelicanus cœleſtis 226.1
Criſtus eſt arbor vitæ 44.2
Christi thronus quid ſit 16.2
Christi & Melchiſedech diſcrimina 26.1
Christi regnum æternum eſt 50.1
Christi regnum ſpiritoale eſt, non tēporale 52.1
Christi inſtitutum quod fuerit 52.1
Christi egreſſus duplex 63.2
Christi mors in paupertate 67.1
Christi paupertas ibid.
Christi paſſio 115.1
Christi amor erga homines 133.1
Christi præceptum eſt amoris ibid.
Christi humanitas vnita eſt verbo hypoſtaticè 150.1
Christi mors 186.1.192.2
Christi actio noſtra eſt inſtitutio 247.2
Christum ſequi debemus 79.1
Christo data eſt omnis poteſtas 150.1
Christum imitari debemus 247.2
Christianorum fortitodo 147.2
Christiani ſunt filij Dei 2.2
Christianorum vera fœlicitas 207.2
Cherubin eſt plurale à ſingulari cherub. 83.1
Cherub quid ſignificet ibid.
Cherubim ſuper arcam fœderis ibidem
Cherubim duo in propitiatorio ſunt lex & prophetia 45.2
Chaos eſt materia prima 87.2
Chanaan idem eſt, quod mercator 126.1
Chuſi apud Dauidem quid ſit 211.1
Chaldæi & Mathematici qui ſint 28.1
Charitas eſt Deos 71.2
Cygnum & ſtruthionē comedere quid ſit 160.1
Cygni natura ibid.
Cyrus vocatus fuit Nabuchodonoſor 3.1
Cyrus rex Perſarum cepit Babyloniem 118.2
Cyrus Iudæos in priſtinā dignitatē reſtituit 3.1. 193.2
Cyrus regnauit poſt Darium 183.1
Cyri natiuitas & vita 244.1
Cytharę & lyræ dicūtur vaſa pſalmi, aut cātici 8.1
Cibus ſumitur pro doctrina 122.1
Cibi appetitionis detrimentum 14.1
Ciborum delectus 247.1
Ciceronis de animę immortalitate ſentētia 30.2
Ciceroni fuit palma eloqoentiæ reſeruata 109.2
Ciconia ſymbolum pietatis & clementiæ 145.2
Circuncitio nō erat, niſi vſque ad euangeliū 60.1
Ciuitas ſancta appellatur Hieroſolyma 76.1
Circuitio dicitur periphraſis 76.1
Cinis in fronte quid ſit 163.1
Cineris meditatio 106.2
Cineris & mortis meditatio vtilis 246.1
Cineris aſperſio quid ſignificet 176.2
Cittim quid ſignificet 215.2
Cittim fuit filius Iauan. ibid.
Cittim fuit appellata Italia ibid.
Citium vrbs Cypri, patria Zenonis 216.1
Cyprus ab ſit cittim 216.1
Cyprus inſula in mari mediterraneo 215.2
Clementia principum commendatur 11.1
Clementia regi neceſſaria 33.2
Clementia propria principis 145.1
Clementia per ſceptrum aureū ſignificatur ib.
Clementia ſculpta in oumis Romanorum 145.2
Clementiæ laudes 145.1
Clementia parit concordiam 145.2
Clementiæ fuit quōdā Romæ rēplū dedicatū 11.1
Climata ſunt ſeptem 105.1
Climata ſunt nouem 105.1
Clypei ſunt reges & principes 72.1
Clauis Dauidis quæ ſit 43.2
Claues cœli dedit Deus ſummis pontificibus 248.2
Concordiæ vis 145.2
Concordia annorum & horarum 2.1
Contemptus homo ſimilis eſt Capriſico 11.1
Corpus humanum vocatur vagina 155.1
Corpus plenum cibis ſimile oaui onuſtæ 14.2
Conſtantis virorum iuſtorum 79.2
Conſtantia laudabilis in bono opere 18.1
Conſtantia iuſtorum 73.2
Conſtantiæ ſymbolum eſt ſalamandra 18.1
Conſtans vir rupes eſt in medio mari 17.2.18.1
Corno ſalutis eſt potentia ſalutaris 21.1
Corno multa ſignificat 101.2
Cornua ſumuntur pro ſplendoribus ibid.
Cornota, hoc eſt, ſplendida erat facies Moyſis ib.
Conſuetudo virorum piorum vtiliſſima 20.1
Conſolatur Deus viros pios in aſſlictione 27.1
Contritio cum mari comparatur 181.2
Conuerti in ſinum quid ſit 37.2
Connertere faciem ad aliquid quid ſit 205.1
Conuerſiones oatnrales 122.1
Conuerſiones miraculoſæ 226.2
Confiteri idem eſt, quod gratias agere & laudare 134.2
Cognitionem rerum diuinarum ſine Dei luce habere non poſſumus 45.1

Cor eſſe in dextera manu quid ſit 62.2
Cor ſumitur pro ſapientia ibid.
Cor ſumitur pro medio rei ibid.
Cor vnire qui ſit ibid.
Cor rapere quid ſit 63.1
Cor contritum eſt ſacrificium Deo 77.2
Cor conterendum eſt 127.2
Cordis lætitia pax & concordia 62.2
Corde vulnerari quid ſit 63.1
Conuertendi ſumus ad Chriſtum ibid.
Concionator eſt tabula latrunculorum 177.2
Concionator quibus rebus comparetur ibid.
Concionatores non debent adulari ibid.
Concionatores & præſules multi vocantur canes 107.1
Concionatores euangelici poſſunt mercedem accipere 122.1
Coruo ſignificatur homo vorax 107.1
Coruus cur non rediit ad arcam 107.1
Cornicis natura 251.2
Columbæ nomine intelligitur vita actiua 107.2
Columba quare rediit ad arcam 107.1
Columbi offerebantur Deo ibid.
Conſilij vtilitas 110.1
Conſilium à quibus accipiendum 110.2
Conſilium petendum ibid.
Conſilium impiorum contemnendum ibid.
Conſiliarius malus vitandus 111.1
Conſiliarij principum quales eſſe debent ibid.
Conſiliorum gubernaculum diuina lex ibid.
Conſilia velocia ſequitur pœnitentia ibid.
Conſilium eſt cum regia dignitate coniunctum 116.2
Conſiliariorum munus ibid.
Conſiliariis non eſt facilè credendum 133.2
Conſules à conſultando dicuntur 116.2
Conuiua ſumitur pro familiari 244.1
Conuiuiorum incommoda 120.2
Cognitio ſuiipſius vtilis 46.1
Columnarum inſignia 124.1
Comedere panem cum aliquo eſt illo familiariter vti 206.2
Coagulum mali reperire dicitur prouerbialiter 252.1
Confidere ſumitur in malam partem 253.2
Contemplatio creaturarum vtilis 85.2
cæli quot ſint 86.1
cæli indicant Deum eſſe 84.2
cæli vtrum ſint animati 86.1
cæli militia eſt multitudo ſtellarum 86.2
cæli mouentur ab intelligentiis 87.1
cæli ſunt vndecim ibid.
cælum nonum ſignificatur nomine aquarũ ibid.
cælum empyrium quid ſit 86.1
cælum eſt thronus Dei 82.2
cælum eſt patria noſtra 3.2
cælum ſumitur pro aere 143.1
cælum ſumitur pro eccleſia 142.2
cælum & terram fugere à conſpectu Dei, quid ſit 148.1
cęlum intelligitur per interiora velaminis 202.1
cæleſtia bona habenda ſunt in capite, terreſtria ſub pedibus 39.1
cæſar motus eſt imagine Alexandri 96.1
cæſares appellantur Imperatores Romani 3.1
cænaculi encomium 134.1
cæci ſunt omnes impij 159.2
cæcitas noſtra vnde dimanat 165.2
creauit Deus mũdũ ad hominis cõmoditatẽ 11.2
creauit Deus ex nihilo res aliquas 245.1
creauit Deus orbem terrarum ex materia 59.1 87.2.245.2
creaturis cognoſcitur creator 71.2
creatura omnis laudat Deum 88.1
creaturę nos ducunt ad creatorem ibid.
craturæ ſunt pulchrę literæ 84.2
creata quomodo fuerint omnia ſimul 87.2
creator cognoſcitur ex creaturis 84.2
creatio mundi explicatur 87.2
credere ſumitur pro obedire 58.1
Credere ſumitur pro perſeuerare 58.1
credere ſumitur pro committere 137.1
credere ſumitur pro confidere ibid.
credere ſumitur pro ſperare 137.2
credere eſt actus fidei ibid.
critiæ error circa animam 9.1
crinitus reprehenditur 97.2
crux erat hieroglyphicum vitæ venturæ ibid.
crucis inuentio deſcribitur 97.1
crucis ſignum à tempore Apoſtolorum 97.2
crux adoratur à Chriſtianis 98.1
crucis encomium 97.1
crudelitas indecens principi 145.1
Crudelitas execrabilis ibid.& ſeq.
cubitus quid ſit 65.1
cupiditas non expletur 65.2
cupidini fuit olim ignis dedicatus 89.1
cura debet reges comitari 132.1
curioſitas deſcribitur 135.1
curioſitas reprehenditur ibid.
curioſi cum vulturibus comparantur ibid.

D

Daniel quo tẽpore ductus fuit Babylonẽ 2.1
Daniel non fuit ſpado 9.1
Daniel fuit de tribu Iudah. 11.2
Daniel idem eſt quod iudicium Dei 13.2
Danielis abſtinentia ibid.
Daniel quandiu vixit 20.2
Daniel ſcripſit partim lingua Hebræa, partim lingua chaldæa 28.2
Danielis humilitas 41.2.197.2
Danielis charitas erga inimicos 42.1.56.1
Daniel fuit in lacũ leonum coniectus 132.2.135.2
Daniel cum opalo comparatur 132.1
Daniel ad templum reſpiciebat 134.1
Daniel fuit propheta 223.1
Daniel quo tempore floruit 138.1
Daniel vocatur vir deſideriorum 200.1
Dagon cecidit ante arcam fœderis 8.2
Dare manus quid ſignificet 6.2
Darius rex Medorum cepit Babylonem 118.2
Darius fuit auunculus Cyri ibid.
Darij regis vanitas 133.2
Darij ſex fuerunt 137.2
darius tet fuit victus ab Alexandro 161.1
Dauid calamitatibus oblectabatur 5.2
Dauid priuatus ſeruauit inimicum: rex verò occidit amicum 5.1
Dauidis flagitia 50.1
Dauid reſurrexit cum Chriſto 154.1
Dauid victoria adũbrauit victoriã Chriſti 198.1
Dauid cur aquã Bethlehemiticã profudit 214.2

Decem tribus quo tempore fuerunt ductę in Aſſyriam 2.2
Decẽ tribus nũquam ad Samariã redierũt 178.1
Decem tribus fuerunt captæ ab Aſſyriis, duæ à Babyloniis 178.1
Deus quõ tradunt impios in reprobũ ſenſum 6.1
Deus non indiget rebus humanis 8.1
Deus accipit oblationes noſtras, vt remuneret ibid.
Dei vita nihil beatius iuxta Platonem 8.2
Deus eſt oculus ſiue fõs omniũ bonorũ 9.2.85.1
Deus naturam aſſumpſit humanam 10.2
Deus creauit mundum ad hominum vtilitatem 11.1.245.1
Deus conſolatur viros pios in afflictione 27.1. 216.2.250.2
Dei facies eſt diuina miſericordia 38.1
Deus abſconditus eſt Chriſtus 38.2
Deus dicitur verus ad differentiam idolorũ ibid.
Deus cùm ſit vbique, dicitur præcipuè eſſe in cœlo ibid.
Deus eſt ſapientię fons 39.1
Deus eſt reuelator myſteriorum 40.1
deo omnia aperta ſunt ibid.
Deus eſt fons lucis ibid.
Deus eſt lux 402
Deus poſuit in tenebris latibulum ſuum ibid.
Deus dicitur ignis 41.2
Deus in homines gratos magna confert beneficia
Dei miſericordia oſtenditur 60.2
Deus eſt vita 244.1
Dei numine & prouidentia oĩa gubernãtur 46.1
Deorum gentium impietates 69.2
Deorum ſuperſtitiones & vanitates 70.1
Deus eſt monas 70.1
Deum eſſe vnũ etiam externi philoſophi cognouerunt 70.1
Deus eſt prĩma cauſa 71.2
Dei vnitas oſtenditur 70.2
Deus quõ pingebatur ab Ægyptiis 71.1.242.1
Deus deſcribitur 71.1.255.2
Deus circulo ſignificabatur 71.1
Deus eſt ſphæra ibid.
Deus eſt ens per ſe independens 71.1
Deus eſt vnum per ſe ibid.
Deus vnit quos diligit ibid.
Deus eſt amor ibid.
Deus eſt charitas ibid.
Deus eſt vnitas 85.2.72.1
Deus eſt trinus & vnus ibid.254.1
deus tuetur iuſtos 73.2
dei opera dicuntur vera 75.2
deo omnia patent præter hominem 76.2
deus eſt adamas cœleſtis 79.1
deus vocatur timor 80.1
deus vnde dicatur ibid.
deus eſt hoſpes hominis 82.2
deo nihil eſt occultum 237.1
deus cognoſcitur operibus ſuis 84.1
deus eſt centrum 84.2.234.1
deus eſt actus puriſſimus 85.1.244.2
deus apprehẽdit naturam humanã fugientẽ 86.1
dei attributa quæ ſint 82.1
deus eſt vbique 100.1.255
deus in creatione ſumpſit figuram humanã 100.1
deus eſt immutabilis 130.1.111.2
deus nec fallit nec fallitur 113.2
deus ſuperbis reſiſtit, humilib. dat gratiã 108.2
deus mutat tempora & regna 122.2
deum omnia facere quomodo intelligitur 123.1
deo attribuuntur capilli, pedes, & manus metaphoricè 148.2
deus pater dicitur antiquus dierum 148.1
deus eſt omnino incorporeus 181.2
dei liberalitas 183.5
deus cum hominibus conuerſatus eſt 184.2
deus quomodo dicitur mortuus 185.1
deus eſt veritas 200.1
deum eſſe, eſt beneuolum eſſe 220.2
deum ſuum appellat Vergilius Cæſarem 221.1
deus alicuius appellatur benefactor illius ibid.
deus ſolus per ſe eſt immortalis 244.2
deus cur aliquibus nomina mutauit 12.1
dexteræ nomine ſignificatᷣ res dilecta 100.2.151.2
dexteras dare eſt ſymbolum ſocietatis 13.5
dextera iniquitatis eſt periurium 170.5
democriti documentum 15.1
demoſthenis documentum ibid.
delphinus ancora inuolutus quid deſignet 16.2
decij Romani ſe hoſtium telis obiecerunt 31.1
deſperandum nunquam eſt 123.5
dentes ferreos habere quid ſit 146.2
denarius eſt numerus plenitudinis 148.2
decem præcepta ſunt de chordæ pſalterij 153.1
deſiderium conſeruatur in ſpe 72.2
deambulare licet ad corpus reficiendum 233.1
dies naturalis vocatur veſpere & mane 166.2
dies artificialis quomodo olim diuidebatur 2.1
dies artificialis quot horas habebat. 2.1
dies regis eſt dies natalis eius 19.2
dies ſeculi idem eſt quod olim ibid.
dies domini eſt tempus vltimi iudicij ibid.
dies ſumitur pro proſperitate 19.2.89.2
dies ſumitur pro vita præſenti 19.2
diei nomine omne tempus deſignatur ibid.
dies nouiſſimi ſunt dies euangelij 44.1
dierum & noctium viciſſitudo admirabilis 84.2
dies iudicij vltimi deſcribitur 148.1.150.2
dies malus quis ſit 238.2
diſcentium diuerſitas 19.2
dicere apud deum eſt facere 39.1
diaonis amor deſcribitur 89.1
digiti quomodo apparuerunt in pariete 119.1
diſcordia impiorum vtilis 132.2
diabolus fuit inuentor mendacij 200.2
diabolus aufert oculos hominibus 159.2
diuitiæ aliquando noxiæ ſunt 49.1.65.1.66.1
diuitiarum incertitudo 65.2.197.2
diuitiarum pericula 56.5
diues quis ſit ibid.
diuitiæ ſunt contemnendæ 66.1.123.2
diues cur cum camelo comparatur 66.1
diues quomodo nõ poſſit introire in cælũ ibid.
diues cum vermiculo Serico comparatur 67.5
diues impius eſt furioſus cum gladio ibid.
diues indoctus eſt ouis cum vellere aureo ibid.
diuitiarum verarum & falſarum diſcrimẽ 205.2
dilectio affert dolorem 62.2
dij gentium erant triginta millia 69.2
dij appellantur viri iuſti 72.1.105.1
dij vocantur iudices & magnates ibid.
diabolus cum magnete comparatur 79.1

difficile

Difficile ſumitur pro abſcondito 229.1
Difficultas ſuperanda eſt vi conſtantiæ 17.1
Difficultas in omni opere bono 17.2
Difficilia quæ pulchra 17.1
Diligentia in diuinis monitis explendis 16.1
Dogma ieiunij in Eccleſia antiquiſſimum 15.2
Domos ſumitur pro familia 21.1.249.2
Domos ædificare eſt filios gignere 21.1
Domus menſurarum eſt domus ampla 21.1
Domus dicitur ſepulchrum 21.2
Domos accipitur pro templo Salomonis 21.2
Domum apertam habere quid ſit 62.1
Domus Dei dicitur eccleſia 116.2.250.1
Dua Græciæ multos Neſtores cupiebat 111.1
Ducis Florentiæ inſigne 110.1
Draconum nomine ſignificantur flagitioſi 107.1

E

EBrietas eſt inſania voluntaria 15.1
Eccleſię ſiue templa ſunt à tempore Apoſtolorum 21.2
Eccleſia eſt alter mundus 41.1
In eccleſia varia hominū genera ingreſſi ſunt ibi.
Eccleſia ſemper eſt duratura 50.1
Eccleſia eſt ciuitas Dei viuis ex lapidibus 53.2
Eccleſia eſt inexpugnabilis 56.2
Eccleſia Romana eſt eccleſia catholica 95.1
Eccleſia eſt domus Dei columna & firmamentum veritatis 63.2
Eccleſiæ caput Chriſtus eſt ibid.
Eccleſię attributa & nomina ibid. 164.2
Eccleſia dicitur equus albus 116.1
Eccleſia dicitur domus Domini 116.2.146.2
Eccleſia admirabilis in monte Oliueto 212.1
Eccleſia cur dicitur hort' pomorū punicorū 241.1
Editio vulgata eſt Hieronymi 157.1
Editio vulgata eſt omniū prę ſtātiſſima 103.1.139.2
Editio vulgata ob typographorum incuriam eſt nonnullis in locis deprauata 39.1
Edictum de cruce non ſculpenda humi 97.2
Effectus peccati eſt fugere Deum 101.1
Egeſippi error 178.1
Eleemoſyna facienda eſt ex propriis 9.1
Eleemoſynam facientes ex raptis cū aquilis cōparantur ibid.
Eleemoſyna danda cum iudicio 24.2
Eleemoſynæ vis & excellentia 66.1
Eleemoſynę encomium 66.2.111.2.116.2.123.2
Elohim eſt nomen Dei 23.1
Elohim multa ſignificat 23.1
Elementa ſunt quatuor 87.1
Elementa Deo obediunt 75.2
Eleuatio mentis in Deum 168.2
Empyrium dicitur tertium cœlum 241.1
Empyrium vnde deducitur 87.1
Empedoclis error 9.1
Ens & vnum conuertuntur 72.2
Epimenidis verſus citantur à D.Paulo. 19.1
Eraſmi errores 156.2.174.1
Erudire ad iuſtitiam quid ſit 220.1
Et, ſumitur pro quia 8.1
Et, ſumitur pro id eſt 8.1.82.2.217.2
Et, quot modis ſumatur 230.2
Eochariſtię ſacramētū eſt ſacrificiū 99.2.264.1&2
Euchariſtiæ tranſſubſtantiatio 103.2
Euchariſtiæ ſacramentum explicatur ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum multis in locis ſimul conficitur 224.2
Euangelium eſt pactum ſempiternum 187.1
Euangelium eſt lux ibid.
Euangelium dicitur veritas ibid.
Euangelij nomina & attributa ibid.
Euangelium exiuit de Sione ibid.
Eunochorum præpoſitus quis eſſet 9.2
Eunochi vocātur omnes principum famuli ibid.
Eunuchus reginæ Candacis non erat ſpado ibi.
Eonuch' Pharaonis cur appellaret' Putiphar 9.2
Euilmerodach fuit fili' Nabuchodonoſoris 113.2
Euilmerodach tres habuit filios 118.2
Eulæus fluuius vbi ſit 158.2
Euigilare ſumitur pro reſurgere 220.1
Exemplum principis magni ponderis eſt 221.1
Extendere manus quid ſit ibid.

F

FAcies ſumitur pro præſentia 35.2.176.1
Facies ſumitur pro ira 36.1
Facies ſumitur pro animo ibid.
Facies ſumitur pro ore ibid.
Facies Dei eſt fauor eius 38.1
Faciē ſplendidā alicui oſtendere eſt ei fauere ibi.
Faciem illuſtrare ſuper aliquem eſt ei oſtendere fauorem 38.1
Facies Dei ſumit' p diuina miſericordia 38.1.80.1
Facies ſumitur pro fauore 80.2
Facies Dei eſt ipſe Deus ibid.
Facies ſumitur pro reipſa 154.2
Facies ſumitur pro intentione 176.1
Facies ſumitur pro iudicio ibid.
Faciem ponere eſt aſpicere 176.2
Facere idem eſt quod ſacrificare 99.1
Factio ſumitur pro ſacrificio 99.2
Falſi teſtes poſſunt à iudice obiurgari 138.2
Falſa teſtimonia in homines innocentes 239.2
Familiaritas impiorum fugienda 20.1
Familiaritas bonorum quærenda 20.1
Fauor oſtenditur in vultu 38.1
Feſtinare debemus in via cœli 16.1
Feſtinatio in rebus diuinis exequendis 16.1
Feſtinatio debet eſſe matura ibid.
Feſtina lentè, antiquum prouerbium ibid.
Ferri ſumitur pro fouere & incubare 58.2
Ferri natura ibid.
Felicitas impiorum turbat viros pios 141.2
Felicitas improborum deteſtabilis 66.1 & ſeq.
Feſti dies in honeſtate celebrandi ſunt ibid.
Fricta omnia tanquam floſculi decidunt 9.1
Fides eſt fundamentum iuſtitiæ 11.1
Fides accipitur pro veritate & conſtantia ibid.
Fides charitate formata quæ ſit 54.2
Fides eſt ſpeculum verum 70.1
Fides nunquam relinquenda 73.2
Fidelis aliquando ſumitur pro ſtabili 58.2
Fidei definitio 132.1
Fides eſt neceſſaria ad ſalutem 132.2
Fiducia noſtra eſt in Deo ponenda 16.2.122.1
Filij Iſraelis vocabantur Hebræi 9.2
Filij Iſraelis periphraſis eſt Hebræorum ibid.
Filij Zebedæi quare vocabantur Boanerges 12.1
Filius à patre procedit 40.2
Filius Dei dicitur principium 44.2
Filij Abrahæ ſecundum carnem qui ſint 77.2
Filij Abrahæ ſecundum ſpiritum qui ſint ibid.
Filij Iacob adorauerunt Ioſephum 69.2

Filius Dei eſt cum patre æternus 113.2
Filius eſt coæqualis patri ibid.
Filij vocantur omnes poſteri 119.1
Filij Iſraelis vocantur ſtellæ 164.1
Filius hominis idē eſt quod vetus homo fragilis & imbecillus 167.2
Filij apoſtolorum vocantur conuerſi ab illis. 172.1
Filius Dei mittendus erat 190.1
Filij gemini dicūtur q ſūt ex tribu Beniamin 211.2
Filius quiſque dicitur eius, quem imitatur 238.2
Filij Dei vocantur Chriſtiani 239.1
Filius mortis quis dicatur ibid.
Filius Belial quis ſit ibid.
Filius Dei noſtram aſſumpſit humanitatem. 122.2. 254.1
Fiſtula quid ſit 68.1
Firmamentum dicitur cœlum ſtellatum 87.2
Figura ſubſtantię quomodo ſumatur 113.2
Figura Iacob amouentis lapidem ex puteo explicatur 43.1
Figura Iacob benedicentis nepotes ſuos 151.2
Figura ſcalę Iacob 38.2.46.1.212.2
Figura tituli quem erexit Iacob 55.1.204.2
Figura lapidis ſuper quem Iacob poſuit caput 55.1
Figura Ioſephi aperientis horrea 43.2
Figura arcæ Noe 107.1.139.1
Figura partus Saræ 120.1
Figura Xibole 151.2
Figura Dam & Sanſonis 159.2.167.1
Figura Habelis 170.1
Figura Iſaac & Iſmaelis 207.1
Figura ſacramenti Euchariſtiæ 225.2
Figura ligni vitæ 241.1
Figura propitiatorij 45.2
Figura rubi qui ardebat 54.1
Figura virgæ Aaronis 54.1
Figura petræ fundetis aquam 55.1
Figura Moſis poſiti in fiſcella 217.1
Figura virgæ Moſis 49.2
Figura numeri apoſtolorum, & ſeptuaginta duorum diſcipulorum 174.1
Figura ſeptem tubarum Iericho 134.1
Figura puerorum illudentium Eliſæum 144.2
Figura Naas 159.2
Figura Vriæ 187.2
Figura Eliſæi, qui mortu⁹ mortuū ſuſcitauit 213.2
Figura aquæ effuſę à Dauid 215.1
Figura tranſitus Iordanis 24.2
Figura templi Salomonis 251.1
Figura exequiarum Iacobi 198.1
Figura vituli immolati 226.2
Figura oraculi & portarum eius 251.1
fluuius ignis à facie Dei egrediens quid ſit 148.2
Fluuij ex mari dimanant 79.2.90.2
Fluuij ſunt familiares diuinis vatibus 195.2
Flāma ignis quomodo nō nocuit trib. pueris 81.2
Flatu deſignatur vita 165.1
Flagitioſi deſcribuntur 170.2
Flagitium graue mors eſt 234.1
fortitudo eſt theſaurus 22.1
Foramen acus in euangelio quid ſit 66.1
Fons ſapientię eſt Chriſtus 221.1
Fons Germanię admirabilis 226.1
Fōtē malorū inuenire dicitur prouerbialiter 152.1
Fons miſericordię Deus eſt ibid.
Frugalitas vtiliſſima 38.1
Sponſi nomine intelligitur Chriſtus 198.2
Franciſci Simenij laus 115.1
Franciſci Sfortię inſigne 138.2
Fratres vocantur Chriſtiani 129.2
fundamentum primum eccleſię eſt Chriſtus 12.1
Fundamentum eccleſiæ eſt Petrus 12.1
Fugere debemus à nobis 24.1
fugientes fuiſſe cum Ioſue quid ſit 24.1
Fugiunt omnia cum tempore ibid.
Fugere eſt triumphare 233.1

G

Gaudium noſtrum debet eſſe in Deo 119.2
Gaudium mundi fallax eſt 120.1
Gaudium Dei & mundi non copulantur 120.1
Gaudium eſt pręteriti laboris meminiſſe 24.1
Gedeonis aquarum moralitas 208.2
Gentilium errores 70.1
Gentilitas eſt ſpeculum falſum ibid.
Gentiles philoſophi vnum Deū eſſe dixerunt ib.
gentiliū authoritates citat Paulus apoſtolus 19.1
geneſis liber incipit à litera Beth 21.1
generatio Chriſti 2.2
gladius & arcus ſunt preces noſtrę 36.1
gladius Chriſti ſpiritualis eſt 53.1
gladio ſuo iugulari dicitur prouerbialiter 251.2
gloria vera quæ ſit 65.1
gloriam pleriqne appetunt ibid.
gloria non obtinetur ſine labore 75.1
gloria Dei finis eſſe debet precum noſtrarū 77.1
gloria impiorum euaneſcit 171.1
gloria iuſtorum perpetua ibid.
gog & Magog quid ſignificent 210.1
gothorum fortitudo & victoriæ ibid.
gratia gratum faciens quæ ſit 16.2
Gratiā inuenire in cōſpectu alicuius quid ſit 16.2
Gratia gratis data quæ ſit 16.2
Gratia pro fauore & beneuolentia 16.2
Gratiam aucupari, & in gratiam redire quid ſit 16.2
Gratiæ thronus Chriſti quis ſit 16.2
gratia amittitur per peccatum mortiferum 159.2
Gratia eſt anima animæ 234.2
Gregorius Nyſſenus refutat opiniones philoſophorum de anima 9.1
Græci veteres non comedebant carnes 15.1
Gręcorum regnum cur dicitur æneum 47.1
Gręcorum eloquentia admirabilis ibid.
Græci ſubiecti modò ſunt Turcis 49.2
Græci codices errati 156.1
græcus codex in Vaticana bibliotheca integerrimus 156.2
Gregorius Papa imagines diuorum colendas eſſe præcepit 95.2
Gruum natura 162.1
Gulæ & intemperantiæ damna 14.1.14.2.120.2
Gulæ & comeſſationis effectus 14.1
Gula expulit primos parentes ex paradiſo 14.1
Gubernatores quales eſſe debeant 231.2

H

Harmonia iuſtitiæ & miſericordiæ 152.1
Habere in manibus lucernas quid ſit 156.1
Habel ſignificat vanitatem & nihil 198.2
Habacuc fuit vnus ex prophetis minoribus 150.2
Habacuc fuit mirabiliter in Chaldæā aſportatus ibid.

Hæreticorum impudentia 98.1
Hæretici euertunt templa 165.1
Hæretici tollunt de medio euangelium ibid.
Hæreticorum impietas in imagines 95.2
Hæretici euertunt ſanctam ſcripturam, & ſacra concilia 165.1
Hæreticorum ſuperbia & perfidia ibid.
Hæretici contemnunt Chriſtum 248.2
Hebræi codices deprauati 156.1
Hebræi ſolent variis nominibus appellari 1.2
Hebræi fuerũt ſeptuagiota annis captiui in Chaldæa 1.2
Hebræa lingua diuerſa eſt à Chaldæa 11.1
Hebræi denominati ſunt ab Heber 11.1
Heber fuit vir, à quo vocati ſunt Hebræi 11.1
Hebræorum vanitas & perfidia 65.1
Hebræi coluerunt vitulum 65.1
hemiſphærium alterum eſt 25.2
Helena poſuit Romæ crucem Chriſti 97.1
Heliotropij natura 150.1
Hebdomada ſt duplex 182.2
Hebdomadæ Danielis ſunt annorum 183.1
Hebdomadæ Danielis ſunt impletæ 183.2. 188.2
Hebdomadarum Danielis computatio 183.2
Hebdomadæ Danielis quando inceperunt 189.1
Herodes fuit alienigena 190.1
Herodis tempore natus eſt Chriſtus ibid.
Hipponis error circa animam 9.1
Hieronymi ſentẽtia de Petro à Paulo reprehenſo 13.1
Hipotamus ſymbolum eſt crudelitatis 53.2
Hyperbolæ figura in diuinis literis vſitata 179.1
Hieroſolyma eſt modò ſubiecta Turcis 50.1
Hieroſolyma appellatur medium terræ 50.2
Hieroſolyma appellatur ciuitas ſancta 76.1
Hieroſolymæ euerſio per Romanos 186.2
Hyenæ fel vtile ita tyrannus 81.2
Hiemarius hæreticus reprehenditur 25.1
Hypocrita eſt arbor ſterilis 106.1
Hypocritæ deſcriptio 125.2.106.1
Hypocrita dæmonem imitatur 126.2
Hypocriſis taxatur 159.2
Hirco deſignatur princeps ſuperbus 162.1
Hiſtoriæ humanæ varietas 189.1
Homo calamitatib. obſeſſus ſimilis eſt aui 5.2
Hominum auxilium fallax 17.1
Hominis natura 24.1
Homines ambitioſi deſcribuntur 48.1
Hominis fragilitas & vanitas ibid.
Homo crudelior leone 59.1
Hominum inconſtantia 65.1.
Homo cum ferro comparatur 79.1
Homo eſt templum Dei 82.2. 1.170.2
Homo cur cum Iona comparatur 88.2
Homo eſt miraculum magnum 100.1
Homo continet omnes creaturas ibid.
Homo cum arbore comparatur 106.1
homines per bruta ſignificati 106.2
homo ad imaginem Dei creatus eſt 100.1.162.1
homo eſt arbor inuerſa 105.2
homo inter duos polos verſatur 120.1
homo cur fuit creatus die ſexto 201.1
homo creatus eſt ad amorem 201.1
horæ diei apud antiquos quot erant 2.1
hora ſexta eſt hora meridiana ibid.
hora ferè ſexta fuit Chriſtus crucifixus 2.1.134.1
hora ſexta peccauit Adamus 2.1
hora qua Deus eiecit Adamum ex paradiſo 2.1
hora qua Deus dixit latroni, hodie mecum eris in paradiſo 2.1
hora qua data eſt lux, fuit tertia 134.1
hora qua datus eſt Spiritus ſanctus diſcipulis ibid.
Hora ſexta erectus eſt ſerpens æneus ibid.
hora nona petra dedit aquas ibid.
hora nona fuit Chriſtus in latere percuſſus ibid.
horæ canonicæ ſeptem ibid.
hoſtes noſtri qui ſint 6.1
homerus dixit omnia eſſe ex aquis creata 59.1
horai quid ſignificet 63.1
holocauſtum totum cremabatur 78.1
honor verus in quo conſiſtat 92.2
honor imaginem refertur ad prototypa 95.1
holophernes fuit pprio pugione iugulatus 138.1
humiles ſapientiam conſequuntur 19.1
humilitas eſt cum ſapientia coniuncta ibid.
humilitas ficta deſcribitur ibid.
humilitas ſimulata eſt duplex ſuperbia 92.1
humilitas vera deſcribitur 92.2
humilitatis laus 92.2.123.1. 167.2
humilitas Chriſti ibid.
humilitas difficulter ſeruatur in proſperitate 112.2
humilis non habet, vnde cadat 123.2

I

IAcob appellatus eſt Iſrael 12.1.91.1
Iacob dicitur oculus hebræorum 9.2
Iacob figura fuit Chriſti 43.1
Iacob quomodo adorauit fratrem ſuum 96.2
Iacob cur mutauit manus in benedictione 151.2
Iacobi titulus quid ſignificet 204.2
Iacob vidit ſcalam in monte Moria 212.2
Iannes & Mambres ſapientes Ægypti 4.1.1
Iannes & Mambres reſtiterunt Moſi ibid.
Ianua diuinæ ſcripturæ illuminat 191.2
Ieroboam fuit primus rex decem tribuum 2.2
Ieroboam fuit ex tribu Ephram 63.2
Ieruſalem appellata fuit Solyma 4.2
Ieruſalem appellata fuit Salem 4.1
Ieruſalem appellata fuit Iebus 4.2
Ieruſalem fuit trinomia 4.2
Ieruſalem appellatur 4.2
Ieruſalem ſumitur pro eccleſia triumphante 4.2
Ieruſalem ſumitur pro eccleſia militante 78.1
Ieruſalem quare fuit euerſa 4.2
Ieruſalem eſt viſio pacis 278.1
Ieiunia mirabilia ſanctorum 13.2.247.1
Ieiunij deſcriptiones 13.2
Ieiuni hominis ſputum occidit ſerpentem 15.1
Ieiunia Romanorum 15.1
Ieiunia in diuinis literis celebrata 151.2
Ieiunia irridentur ab hæreticis ibid.
Ieiunium fuit præceptum ab Apoſtolis ibid.
Ieiunij dogma in eccleſia antiquiſſimum ibid.
Ieiunium appellatur luctus 247.2
Iehouah eſt nomen Dei ineffabile 22.2
Iehouah vnde deriuatur 22.2.254.1
Iehouah ſignificat Deum in eſſentia 22.2
Iehouah ſoli Deo tribuitur 51.1
Ieremiæ libri aliqui non extant 61.2

MM 4 Ieremias

Ieremias quid præcipuè plorabat ibid.
Ieremiæ charitas oſtenditur ibid.
Iericho eſt mundus 68.1
Idolum deteſtandum eſt 95.1
Idolum eſt impius præſul & princeps 69.1
Idolorum nomine quid intelligatur 68.1.& ſeq.
Idolum appellatur abominatio 227.1
Idolum quodcunque appellatur Baal 244.2
Ignis eſt ſupremum elementum 89.1
Ignis terrenus cur extinguitur, non autem cœleſtis ibid.
Ignis deſignat Deum 89.1
Ignis ſumitur pro ita 89.2
Ignis ſumitur pro calamitate 89.2
Ignis Babylonius ſeruauit pios, impios autem conſumpſit 94.1
Ignis nomine ſignificatur amor 89.1
Ignis purgatorij lacrhymis extinguitur 195.1
Ignis deſignat pœnam 230.1
Ilex dicitur Græcè prinos 239.2
Illuminatio dicitur expulſio calamitatis 73.2
Imperatores Romani dicti ſunt Cæſares à Cęſare 3.1
Imperium Græcorum quando incepit 184.1
Impij omnes paupertate laborant 22.1
Impij in perniçem incidunt, quam aliis parant 74.1.138.1
Impij pios illuſtrant 75.1
Impij ſunt aurifices ibid.
Impij ſunt arbores bis mortuæ 106.1
Impij accuſabuntur in die iudicij 151.1
Impij quare proſperitatis potiuntur 165.2
Impius cum puluere comparatur 170.2
Impiorum triſtis interitus 170.2
Impiorum & piorum diſcrimen 170.2
Impij cur dicantur non reſurgere 219.2
Impius nihil ſibi ſalutare cognoſcit 224.1
Impius omnis eſt inſanus ibid.
Impius omnis dicitur mortuus 254.1
Improbi omnes ſunt ſerui 142.1
Improbi omnes ſunt ſtulti ibid.
Impedimentum in bono opere non debet auferre conſtantiam 17.2
Imagines diuorum colendæ ſunt 95.1
Imaginum copioſa tractatio ibid.
Imago Chriſti ſalutaris 96.1
Imago Chriſti percuſſa fudit ſanguinem ibid.
Imagines naturales Petri & Pauli modò ſeruantur Romæ 96.2
Imagines Dei genitricis Mariæ à diuo Luca depictæ ibid.
Imaginum vſus à tempore Apoſtolorum ibid.
Imago Dei in homine in quo conſiſtit 100.1
Imago ſumitur pro re fluxa 100.2
Imagines in venis lapidum 234.2
Immutabilem eſſe proprium Dei eſt 112.1
Immortalitas Angelorum & animarum 244.2
Inſula diui Tho. eſt ſub linea æquinoctiali 25.2
In, ſumitur pro per 32.2 44.2
In veritate ambulare quid ſit 76.1
Inuidiæ vis peſtifera 34.1
Inuidia quid ſit ibid.
Inuidia cum tinea comparatur ibid.
Inuidia diaboli ibid.
Inuidiæ damna ibid.
Inuidia vendidit Ioſephum 34.2
Inuidia Saulis peſtilens ibid.
Inuidia Iudæorum erga Chriſtum ibid.
Inuidia cum fulmine comparatur ibid.
Inuidia deſcribitur 35.1
Inuidus ſimilis eſt Actæoni ibid.
Inuidus cum vipera comparatur 35.2
Inuidus eſt hoſtis ſuiipſius ibid.
Inuidia eſt hydra multorum capitum ibid.
Inuidi & malefici deſcribuntur 135.2
Inuidia eſt fera crudelis 172.1
Inimici ſunt diligendi 38.1
Ingratitudo cum luna comparatur 39.1
Ingrati homines ſunt peſtilentes 39.2
Ingrati cum ſturnis comparantur ibid.
Inconſtantia hominum deſcribitur 59.1.79.2
Infantes non baptizati an ſint reſurrecturi 219.2
Iniuſtitia ſumitur pro idolorum cultu 76.1
Intellectus noſter eſt lucerna 155.1
Intelligentiæ cœlorum motrices quæ ſint 87.1
Intelligere ſumitur pro conſiderare 176.1
Initium ſubſtantiæ dicitur fides 132.2
Intentio ſignificatur per oculum 147.2
Intentio eſt fabricæ fundamentum 159.1
Intentio eſt in Deo collocanda ibid.
Intentio imponit nomen operi 160.1
Interpretes recentiores taxantur 156.1
Infernus ſumitur pro ſepulchro 173.1
Intemperantia eſt fons perturbationum 14.1
Ioſias iuſtus Hebræorum rex quo tempore regnauit 1.2
Ioſiæ regis vita & mors 1.2.121.1
Ioachaz quando regnauit 1.2
Ioacim vocatus fuit antea Eliacim ibid.
Ioachin fuit in regia dignitate conſtitutus ibid.
Ioacim vtrum iuerit Babylonem 1.2
Ioacini ſepulchrum ibid.
Ioachin fuit vocatus Ieconias ibid.
Iob calamitates deſcribuntur 37.2
Ioſephi tolerantia 34.2.49.1
Ioſeph fuit appellatus ſaluator mundi 12.1
Ioſeph fuit figura Chriſti 43.2
Ioſeph cur dicitur paſtor & lapis 63.1
Ioſephi caſtitas 49.1
Ioannes de quo loquitur Apoſtolus ad Galatas quis fuerit 13.2
Iouis impietates & flagitia 69.2
Ioues fuerunt triginta ibid.
Iordanis idem eſt quod fluuius iudicij 151.2
Ira in nobis eſt perturbatio, nō autē in deo 150.1
Iris in capite chriſti quid ſignificet 115.2
Iſrael & Iacob idem eſt 9.2
Iſraelitici populi encomium 91.1
Iſrael dicitur totus populus Hebræorum 91.2
Iſrael quid ſignificet 91.1
Iſrael appellantur omnes iuſti 92.1
Iſmael fuit filius Agaræ 148.1
Iſmael fuit figura populi Iudaici 207.1
Iſaac fuit figura populi chriſtiani ibid.
Italia appellata fuit Oenotria 215.2
Italiæ antiqua nomina 215.2
Iudas fuit quartus filius Iacobi 2.2
Iudæi dicuntur à Iudah ibi.
Iudæi dicuntur filij alieni 2.2
Iudæorum cæcitas 43.2.191.1
Iudæorum infelicitas & miſeria 192.2.207.2
Iudæi cur fuerunt à Romanis victi 184.1

Iudaicus

Iudsicus populus non dicitur populus Dei 186.1
Iudæi non potuerunt ioſtaurare Ieruſalem 188.1
Iudęorũ error circa Meſſię expectatione 49.1.88.1
Iudas Machabæus illuſtriſſimus dux 164.2
Iudah ſonat laudatiooem & confeſſionem 17.1
Iudah eſt tribus, Iudæa regio ibid.
Indæi offerebant placentas lunæ 22.1
Iudæi nolunt Deum audire, ſed Moſem 23.1
Iudæi conabantur Chriſti doctrinam corrumpere 43.2
Iudæorum malitia oſtenditur 43.2.110.2
Iudęi idẽ ſunt quod confidentes & laudãtes 53.2
Iudas proditor 61.1
Iudith biſtoris quando fuit 3.1
Iuſti & ſapientes aliquando maximè affliguntur 27.2.37.1
Iuſtus cũ arcula plena tbeſauris cõparatur 27.2
Inſtos cur Deus vult inter impios exulare 28.1
Iuſti in calamitatibus verſati non ſunt ærumnoſi 35.1
Inſtorum conſtaotia ibid.
Iuſti multi fuerunt in exilium miſſi ibid.
Iuſtificare vnum impium magis eſt, quàm mundum creare 85.2
Iuſtitia ſumitur pro virtute in communi 114.2
Iuſtior ſtatera dicitur prouerbialiter 126.1
Iuſtitis ſignificstur per amphoram 147.2
Iuſtitia Dei eſt cum miſericordia cooiuncta 152.1
Iuſti caduot, ſed à fronte 167.1
Iuſtitia ſumitur pro miſericordia 180.1
Iuſtitia ſumitur pro euaogelio 185.2.120.1
Iuſtitiæ definitio 185.1
Iuſtitia pro iuſtificatione ibid.
Iuſtitiæ nomina ibid.
Iuſtitia ſumitur pro Cbriſto 120.1
Iuſtiri in manu Dei ſunt 102.2
Iudex debet partes audire 73.1
Indicium vltimum deſcribitur 149.1
Iodicium ſumitur pto iuſtitia 180.1
Iuge ſacrificium quod ſit 164.2
Iuliani apoſtatæ impietas 188.1

L

LAc ſumitur pro doctrina ſimplici 17.1
Lactãtij Firmiani opinio circa antipodes 25.2
Latinorum reges vocabantur Syluij 3.1
Lapis abſciſſus de monte ſine manu eſt Chriſtus 54.1.& ſeq.
Lapis angularis in fundsmento eccleſię eſt Cbriſtus 54.2
Lazari ſuſcitatio deſcribitur 85.2
Lachrymæ ſonant, & exaudiuntur 194.2
Lacbrymarum ſiccitas deteſtabilis 195.1
Lachrimarum piarum vtilitas 246.2
Laudicia regina occidit Antiochum 203.1
Lex appellatur teſtimonium 33.2
Lex ſapientis eſt fons vitæ ibid.
Leges iniuſtæ non ſunt leges, ſed portenta 33.1
Leges humanæ deriuantur à lege diuina 33.1
Leges humanæ tami sppellantur ibid.
Legis iuſtæ laus 33.2
Leges ſunt fundamenta reipublicæ ibid.
Lex Dei ponebatur ſuper caput noui regis 33.2
Lex Dei eſt fœdus & teſtameotum 206.2
Leges non debeot eſſe crudeles 34.1
Lex debet eſſe igne amoris conflata 207.1.33.1
Legis natura & conditiones ibid.
Leges humanæ ſunt diuinam reſpecturæ 133.2
Lex quid ſit ibid.
Lex vetus babebat vmbram 187.1
Lex vetus erat abrogsnda ibid.
Leges Dei appellantur legitima 192.1
Legis Dei nomina 192.1
Lex Dei cur dicitur teſtamentum 207.1
Leuare msnus eſt caſtigare 57.2
Leo imperator bæreticus 95.2
Leonum rabies fuit domita 137.1
Leonis oomine ſignificatur rex 143.2
Leo ſigoificat hominem crudelem 143.2
Leonis ſignificata ibid.
Leo appellatur Chriſtus 143.2
Leo cum apro coniuoctus ſymbolum eſt vtriuſque fortitudinis ibid.
Leænæ oatura 144.1
Lentiſcus dicitur Græcè ſchinos 238.2
Linguarum confuſio quando fuerit 3.1
Lingua cbaldæa diuerſa eſt ab Hebræa 11.1
Lingus Hebræa fuit omnium prima 11.1
Lingua Hebræa io coofuſiooc linguarum manſit in familia Heber ibid.
Linguarum cognitio vtilis 157.1
Literæ Pythagoræ explanatio 17.2
Litera eſt lex vetus 59.2
Liber ſumitur sliquando pro numeratione 24.1
Liber bellorum domini quis ſit 24.1.2
Libri nooonlli ſancti noo extant 61.2.222.2
Liber iuſtorum ooo extat 61.2
Liber vitæ quis ſit 217.2
Liber duplex eſt 217.2
Liber eſt ordo diuinæ diſpoſitionis 217.2
Liber ſcriptus iotus & foris quis ſit 217.2
Liber eſt omnis ſapieos 142.1
Lybiæ ſunt duæ 211.1
Libare ſumitur pro fundere 214.2
Lignum vitæ cbriſtus eſt 44.2
Lignum mitti in panem quid ſit 43.2
Lyra eſt mundi fabrica 93.1
Lineæ nos ducunt ad centrum 84.1
Loqui neũ in msnu alicuius eſt loqui per illũ 6.2
Loqui aduerſus ſolem eſt mentiri 127.1
Loqui ad cor alicuius eſt ei dulcia dicere 243.1
Loqui in aliquo quid ſit ibid.
Loca multa emendata 139.2
Loca quæ videntur inter ſe pugnare 149.1
Locus vnus ſcripturæ mulios habet ſenſus 52.1
Longè dicuntur eſſe impij à deo, iuſti autem propè 112.1
Lucas euangeliſts pinxit imagioes virginis Mariæ 96.2
Lucas ſequitur ſeptuagints interpretes 151.2
Ludere idem eſt quod idolum colere 17.1
Luſitanorum nauigatio admirabilis 25.2
Luſitani totum mundum circumierunt ibid.
Luſitaui crucem chriſti vſque ad finem orbis terrarum duxeruot ibid.
Lucerna ſignificst regem 53.1
Lucerna ardens quid ſignificet 156.1
Lucta Iacob cum Angelo eſt vis orationis 36.2
Luoa muodum deſignat 39.1
Luna ſub pedibus mulieris quid ſignificet 39.1
Luna deſignat genos bumanum 88.2
Luna appellabatur regina cœli 99.1
Luna appellatur homo 88.2

Lumen

Lumen vultus eſt facies placida oſtendens fauorem 38.1
Lux ſumitur pro Chriſto 40.2
Lux appellantur iuſti ibid.
Lux ſumitur pro doctrina ibid.
Lux ſumitur pro proſperitate ibid.
Lux ſumitur pro beatitudine ibid.
Lucis fons Deus eſt 40.1
Lux quot habeat ſignificationes 40.1
Lux fuit primo die creata à Deo 41.1
Lucis & luminis differentia 41.1
Lux vtriuſque mundi quæ ſit ibid.
Lux per participationem ſunt Apoſtoli 41.1
Lux per ſe Deus eſt ibid.
Lux appellatur cœlum 40.2
Lugere ſumitur pro ieiunare 198.2
Lumbos præcingere quid ſit 156.1
Lutherani ſunt in perfidia ſua obſtinati 15.2
Lutherani ſũt ſectę Epicureę reformatores 15.2
Lutherus fuit alter Nabuchodonoſor 69.1
Lutheri & Caluini hæreſes ibid.
Lutherani ſunt milites Veneris 117.1
Lutherus deſcribitur 149.1
Lutherani ædificarunt turrim Babylonis 230.2
Lutheri error 247.1

M

MAnus ſignificat periculum 6.1
Manus multas habet acceptiones 6.1.155 2.223.1
Manus ſignificat fœdus & pactum 6.2
Manus ſignificat operationẽ & miniſterium 6.1
Manum dare quid ſit ibid.236.2
Manus ſignificat auxilium ibid.169.2
Manum aperire eſt dare eleemoſynam ibid.
Manum agitare eſt minari ibid.
Manum contrahere eſt deſiſtere ibid.
Manum extollere eſt Deum orare ibid.
Manus lauare eſt innocentiam oſtendere 6.2
Manus ad os applicare eſt comedere ibid.
Manum ad os applicare eſt ſilere ibid.170.1
Manus ſumitur pro ſinu 7.1
Manus ſumitur pro functione & negotio ibid.
Manu elata facere eſt ſuperbè facere ibid.
Manu aliquem tangere eſt illum percutere ibid.
Manu aliquem aggrauare eſt illum grauiter percutere ibid.
Manus ſumitur pro filio Dei 7.1
Manus ſumitur pro poteſtate & ſeruitute ibid.
Manus leuare in aliquem eſt illum caſtigare 57.1
Manibus ſignificantur opera 7.1
Manus dare eſt ſubiectionem ſubire 101.2
Manus ſignificat vaticinationem 101.2
Manus ſumitur pro exercitu 169.2
Manus ſumitur pro promiſſione ibid.
Manus extendere eſt orare ibid.
Manum extollere eſt iurare 223.1
Manus ſumitur pro robore ibid.
Manaſſes Hæbræorum rex ſceleratus 5.1
Magi fuerunt reges 20.2
Magos quare Matthæus non vocat reges ibid.
Magi qui ſint ibid.
Malefici & necromantij qui ſint 28.2
Marc' Curtius cur ſe in voraginẽ pręcipitauit 31.1
Maria virgo Dei genitrix dicitur mons 54.1
Mariæ virginitas oſtenditur ibid.
Maria eſt porta Orientalis ibid.
Maria adumbrata in rubo ibid.
Maria adumbrata in virga Aaron is ibid.
Maria hortus concluſus, & fons ſignatus 54.2
Maria & Ioſeph erant ex eadem familia 51.2
Mare mediterraneum vocatur magnum 90.2
Mare appellatur omnis cõgregatio aquarũ 90.1
Mare variis nominibus appellatur 90.2
Mare ſumitur pro impio 90.2
Mare mouetur Luna ibid.171.1
Mare magnum eſt mundus 143.1
Manere lucernam alicui quid ſit 53.1
Mattheus numerauit patres Chriſti naturales, Lucas verò legales 51.2
Magnetis natura 79.1
Materia prima creata fuit à Deo primo die 87.2
Martyres cum adamantibus comparantur 102.1
Mala pœnę fiunt à Deo 123.1
Mala culpæ permittuntur à Deo ibid.
Mahumetus deſcribitur 147.2
Mahumeti ſecta vbi incepit 147.2.148.1
Mauri dicuntur Sarraceni non à Sarah ſed à Sarrac. ibid.
Mandatum Dei latiſſimum eſt 154.2
Maledictio ſignificat cultum idoli 169.1
Martius eſt primus menſis 195.2
Maozim appellabitur idolum Antichriſti 210.2
Marij tyranni mors 251.2
Manna fuit chriſti figura 225.1
Mali punici natura 241.2
Malum punicum deſignat ordinem 241.1
Malum punicũ cur erat in veſte ſacerdotali 241.2
Melchiſech fuit rex Salem 4.1
Melhiſedech fuit ſacerdos Dei ibid.
Melchiſedech obtulit panem & vinum Deo ibid.
Melchiſedech fuit homo chananæus 4.2
Melchiſedech fuit rex Ieruſalem ibid.
Melchiſedech fuit figura chriſti 225.2
Melchiſedech fuit rex pacis 4.2
Melchiſedechi ſacrificium fuit figura ſancti Euchariſtiæ ſacramenti 225.2
Menandri verſiculo vtitur Paulus Apoſtolus 19.1
Mentis noſtræ acies non poteſt Deũ intueri 40.2
Mens mundi iuxta Platonem eſt Spiritus ſanctus 59.1
Menſium nomina 191.2
Meſſiæ tempus appellatur nouiſſimum 44.1
Mendacium in Deo eſſe non poteſt 113.2
Mendax cum arcu comparatur 200.2
Mendacij detrimenta 200.2
Mendacij inuentor fuit diabolus ibid.
Menſa euangelica quæ ſit 128.1
Medorum regnũ maius fuit regno Perſarũ 127.2
Meſopotamia cur dicitur antiqua 139.1
Memoria mortis eſt horologium vitæ 246.2
Memoria mortis ſalutaris 246.2.106.2
Metonymia figura in ſacris literis 226.1
Michaël præeſt eccleſiæ 216.2
Michaël idem eſt quod abſtulit Deus 13.2
Michaël eſt archangelus 216.2
Miſaac idem eſt quod prolongans 13.2
Miſſa vocabulum eſt Hebræum 99.2
Miſſa eſt à tempore Apoſtolorum ibid.
Myſteria Dei non ſunt omnib. oſtendenda 221.2
Myſterium quid ſit 38.1
Myſteria incognita ſapientibus, reuelata ſunt ſimplicibus & humilibus 38.2

Miſeri-

Miſericordia Dei eſt cum iuſtitia copulata 152.1
Militare idem eſt quod viuere 173.2
Militia cœli eſt exercitus ſtellarum ibid.
Miſericordia Dei deſcribitur 152.1
Miſericordia eſt oſtium cœli 251.1
Miſericordiæ opera ſalutaria 251.2
Mors dicitur via vniuerſæ terræ 227.2
Mors eſt tributum generale 26.1
Mortis obliuio via eſt ad æternum ſupplicium 26.1 & ſeq.
Mortem ſibi multi conſciuerunt 30.1
Mori in ſonitu tubæ eſt mori in prælio 68.1
Mors quibus eſt terribilis 69.1
Mortui audiunt verbum Dei, viui non 76.2
Mortis memoria ſalutaris 106.2. 162.2
Mors æquat ſceptrum aratris 162.1
mortis poteſtas ibid.
Mortis meditatio eſt ſpeculum veritatis 563.1
Mortui dicuntur omnes impij 254.1
Moyſes & Elias deſignant legẽ & prophetias 45.1
Moyſis & Aaronis peccatum quod fuit 57.2
Moyſem non poterant Hebræi videre 101.2
Moyſes quomodo volebat deleri de libro 218.1
Moyſes & Elias cur cũ Chriſto apparuerunt 45.1
Mons eſt Chriſtus 55.1
Mons Oliuarum appellatur inclytus 211.2
Mons Oliuarum eſt locus, vnde Chriſtus aſcendit in cœlum 212.1
Mons Sion dicitur inclytus 211.2
Mons Moria vbi ſit 212.1
Moria multa ſignificat ibid.
Mons Caluariæ eſt mons viſionis 212.2
Mons Caluariæ eſt in Moria ibid.
Motus eſt duplex, naturalis & violentus 79.1
Motus cœlorum duplex ibid.
Mutatio non eſt in Deo, ſed in nobis 111.2
Mutatio fuit tentatio diaboli 14.1
Mutationibus perniciem nobis dęmon machinatur ibid.
Mutationes vitandæ ibid.
Mutationes & varietates mundi 39.2.40.1
Mundi inconſtantia & varietas 39.2.
Mundos duos fecit Deus 41.1
Mundi conditio deſcribitur 47.2
Mundi fragilitas, vanitas, & inconſtantia ibid. 35.1.106.2.66.1.119.2
Mundi opes contemnendæ 47.2.66.1
Mundi res imagines ſunt & figuræ 47.2
Mundi opes ſomnia ſunt 48.2
Mundus dicitur Babylon & exilium noſtrum 3.2
Mundus quare dicitur creatus ab aquis 59.1
Mundus dicitur Iericho 66.1
Mundi blanditiæ ſunt voces aucupis 76.2
Mundi pulchritudo 84.1
Mundi machina eſt ſpeculũ in quo videtur Deus 85.1
Mundus eſt liber exaratus 85.1
Mundus dicitur Græcè coſmos 85.1
Mundi machina laudat Deum 84.1
Mundus mari comparatur 143.1
Mundus eſt captiuitas iuſtorum 151.2
Mundus dicitur mare magnum 143.1
Mundus eſt vorago vitiorum 153.1
Mundus non eſt ab ęterno 245.1
Muſica, ꝑprię laudis dulcis eſt, ſed periculoſa 69.1
Mulieris nomine intelligitur eccleſia 153.1
Muſonij apophthegma 163.1
Multi pro omnibus 219.2

N

NAbuchodonoſor obſedit Hieruſolymã 1.2
Nabuchodonoſoris victoria de Hebręis ibi.
Nabuchodonoſor huius nominis primus habuit filium eodem nomine appellatum 3.1
Nabuchodonoſor de quo loquitur liber Iudith quis fuerit 3.1
Nabuchodonoſores appellabantur omnes Reges Babyloniæ 3.1.26.2
Nabuchodonoſor qui vidit in ſomniis ſtatuam, quis fuerit ibid.
Nabuchodonoſor quõ adorauit Danielem 55.2
Nabuchodonoſor ſtatuit ſibi ſtatuã adorãdã 64.2
Nabuchodonoſoris vanitas ibid.
Nabuchodonoſoris inſania 108.2
Nabuchodonoſoris, & Pharaonis finis ibid.
Naas figura explicatur 159.2
Naas idem eſt quod ſerpens ibid.
Naid idem eſt quod fluctuatio 230.2
Napha genus eſt bituminis 80.2
Natiuitates quatuor explicantur 54.2
Nati ex Deo dicuntur viri iuſti 2.2
Nemrod fuit primus tyrannus 3.2
Nemrod fuit Saturnus Babylonius ibid.
Negatio vna ſubit vicem duarum 45.2
Nepos vocatur filius 119.1
Niniue fuit caput Regni Aſſyriorum 3.2
Niniue fuit poſtea ſubiecta Babyloni 3.2
Niniue condita fuit à Nino 244.1
Niſi ſumitur affirmatiuè 252.1
Nomina mutare ſignum eſt fauoris 12.1
Nomina mutabãt ſerui qñ manumittebãtur ibi.
Nomina cur Deus aliquibus mutauerit ibid.
Nomina iuſtorum ſcripta ſunt in cœlo 113.2
Nomina mutare ſignum erat dominij 11.2
Nominare ſolet ſcriptura viros iuſtos 113.2
Nomen impiorum perit 113.2
Nomen Dei ſumitur pro ipſo Deo 77.2
Nomen Dei ſumitur pro eius gloria 77.1
Nomen quid ſignificet 82.1
Nomen domini eſt Chriſtus 82.1
Nomen ſumitur pro fama 179.2
Nomen domini inuocare quid ſit 180.2
Nominibus diuerſis vocabantur antiqui 200.2
Nox ſumitur pro vmbra legis 75.289.2
Nox ſumitur pro peccato 89.2
Nox ſumitur pro calamitate ibid.
Numerus certus pro incerto ſæpe ponitur 20.1
Numeri nos ducunt ad vnitatem & creaturæ ad creatorem 85.2
Numus Antiochi 143.2
Numeri ſenarij Myſterium 201.1
Numus Druſi Cæſaris 145.2
Numeri viginti quatuor myſterium 222.1

O

OBſurdeſcimus vocibus Dei 76.2
Obſcœnitas Lutheranorum 117.1
Oculos ſeptem in lapide eſſe quid ſit 55.1
Oculus ſumitur pro perſpicaci iudicio 147.2.161.1
Oculos debemus ad cœlum extollere 159.1
Oculus dexter eſt intentio bona 159.2
Oculus ſumitur pro fonte 9.2.136.2
Oculos in terram declinare quid ſit 89.2.147.2
Oculis ſignificatur intentio 147.2.159.1

Oculi

Oculi ad cœlum leuandi 134.1
Occeanum dicitur mare maximum 90.2
Oecolampadius cum Antiocho cōparatur 164.2
Odium & inuidia deſcribuntur 138.1
Ophar quid ſit 198.2
Ophir vrbs ditiſſima vocata modò ſofala ibid.
Oleum lætitiæ quid ſit 53.1
Oleo vngebantur Reges 33.2
Oleo lætitiæ ſignificatur ſpiritus ſanctus 254.2
Oliua deſignat miſericordiam 251.2
Omnia præter Deū ſunt per participationē 71.2
Onus verbi domini eſt ꝓphetia cōminatoria 6.2
Opera noſtra ſine gratia non merentur vitam æternam 32.2
Opes vtiles viris iuſtis 56.1
Opes plerumque detrimentum afferunt ibid.
Opera ſimulata dicuntur falſa 75.2
Opes & dignitates nihil ſunt 82.1
Opera redemptionis bonitatē Dei oſtēdunt 85.2
Opalæ gemmæ vis 132.1
Oratio vtilis in afflictionibus 36.1
Orationis vis ibid.& ſeq.
Orationes ſunt arma noſtra 36.2
Oratio deuincit Deum ibid.
Orationis vis eſt lucta Iacobus ibid.
Orationes obſtinatorū nō exaudit Deꝰ ibi.&ſeq.
Orationes piorum quomodo audiantur, quando videntur non exaudiri 37.1
Oratio iuſti nunquam eſt inanis 37.2
Oratio debet eſſe occulta 133.2
Oratio imperfecta oſtendit animi dolorem 166.1
Orientis Reges erant Magi & Philoſophi 20.2
Os dilatare eſt petere 77.1
Os aperire eſt minari ibid.
Os aperire eſt obtemperare ibid.
Os ſumitur pro principio 136.1
Os gladij quid ſit ibid.
Os ſumitur pro conſenſu ibid.
Os domini interrogare quid ſit 136.2
Os ſumitur pro corde ibid.
Otioſi dicuntur pueri 175.1
Otium peſtilens 114.1
Otioſitas non conuenit principi 131.2

P.

Paulus non reprehendit principem Apoſtolorum 12.2
Paulus Apoſtolus citat authoritates gentilium 19.1
Paulus Apoſtolus fuit ſimilis Dauidi ibid.
Paulus quomodo optabat anathema eſſe 218.1
Pauli ieiunia 248.2
Papa eſt ſucceſſor Petri Apoſtolorum principis, & vicarius Chriſti 248.2
Papa eſt caput totius eccleſiæ ibid.
Papæ authoritas magna ibid.
Papa mutat nomen, & quare 12.1
Paſtus animi quis ſit 62.2
Paſtores appellantur principes 12.1
Paſtor eſt Chriſtus 63.2
Palmus quid ſit 65.1
Palmæ natura 206.1
Palmæ comparatur vir iuſtus 206.2
Panis eſt doctrina diuina 43.1
Panis adorandus Chriſtus eſt 103.2
Panis nomine intelligitur euchariſtię ſacramentum 128.2
Panis multa ſignificat 128.1
Panis ſumitur pro omni eſca 128.2.195.2
Papilionis nomine intelligitur celeritas 16.1
Paſci vento quid ſit 62.2
Paſcere ventum quid ſit ibid.
Paupertas eſt prima beatitudo 67.1
Paupertatis encomium ibid.
Paupertas Chriſti ibid.
Paupertatem docuit Chriſtus 141.1
Paradiſus eſt hortus amœnus 240.2
Paradiſū aliq poſuerūt in inſulis fortunatis 240.2
Paradiſus terrenus quid ſit ibid.
Paradiſus terrenus fuit creatus die tertio 240.2
Paradiſus terrenus vtrum modo eſtet 240.2
Paradiſus eſt cœlum empyrium ibid.241.1
Patientia trium puerorum 78.1
Patientia cum ſilice comparatur ibid.
Patientia Chriſti 78.2
Patientia ſanctorum 78.2
Patientes viri cum ſtellis comparantur ibid.
Patientię proprietas ibid.
Patientia Dei eſt grauiſſima pœna 178.1
Patientia Danielis 250.1
Patientia ſalutaris ibid.
Pax poteſt eſſe in bello 114.1
Pacis deſcriptio ibid.
Pacis princeps Chriſtus eſt 129.1
Pax inter impios peſtis eſt 132.2
Pax accipitur pro bonorum copia 141.2
Pacis cupidi ſunt filij Dei 201.1
Pax eſt vera lætitia 62.2
Pardus eſt animal velociſſimum 146.1
Pardi natura ibid.
Pantheræ natura 146.1
Panthera deſignatur hypocrita ibid.
Pater eſt principium trinitatis 148.1
Pauonis natura 163.1
Paraphraſis Chaldaica apud Hebræos ſummam habet authoritatem 190.1
Pallor cur oriatur ex timore 196.1
Patria noſtra cœlum eſt 3.2
Parentum officium 231.1
Peregrinatio eſt huius mundi vita 3.2
Peregrini ſumus in terra ibid.
Peccatoris via quę ſit 19.2
Peccatum primorum parentum quod fuerit 14.1
Peccatum ſecum fert dolorem 23.1
Peccator torquetur flagitiis ſuis 23.1
Peccatum cum nube comparatur 37.1
Peccatum ſumitur pro pœna peccati 60.1
Peccata populi comedere quid ſit 60.1
Peccatum ſumitur pro ſacrificio 60.1
Peccata quomodo dicuntur dimiſſa morte Chriſti 184.2
Peccatum mortale cur ita vocatur 234.1
Petrus idem eſt quod Cephas 12.1
Petrus fundamentum eſt eccleſiæ ibid.
Petrus Cephas vocatus fuit quidam ex ſeptuaginta duobus diſcipulis 12.2
Petrus reprehenſus a Paulo non fuit princeps apoſtolorum ibid.
Petrus fuit Apoſtolorum princeps, & Chriſti vicarius ibid.
Petrus fuit eccleſiæ columna ibid.
Petrus fuit paſtor vniuerſalis, & fidelium doctor ibid.

Petrus Apoſtolus non peccauit in ſimolatione legalium ibid.
Petra ſignificatur Chriſtus 38.2.199.2
Pedes leuare in aliquam eſt illum deſpicere 157.2
Pedibus ſignificantur affectiones 141.1
Pecuniæ cupiditas inexplebilis eſt 65.1
Perillus taurum ea ære fabricauit 81.1
Perpendicolum quid ſit 102.1
Perſecutiones factę iuſtis fiūt Deo permittēte 27.2
Peſtis appellatur homo impius 215.2
Perſonę in diuinis sūt tres, ſed eſſentia vna 254.1
Phaortes Medorum rex quo tempore extitit 1.1
Philippus qui baptizauit enuchum reginæ Candacis non fuit Apoſtolus 9.2
Philiſtini fuerunt à Deo puniti propter arcam fœderis 8.2
Philoſophia Chriſtiana in paupertate conſtituta 67.1
Philoſophi ſalutaria habent documenta 8.2
Philoſophi multis in rebus errarunt 9.1
Philoſophi quę bene dixerunt, ſumpſerunt ex literis diuinis ibid.
Philoſophiæ diuinæ vis 29.1
Philoſophiæ partitio 30.1
Philoſophi cum auibus comparantur 19.2
Philoſophia Chriſtiana quæ ſit 221.1
Philoſophi cum ſtellis comparantur ibid.
Phalaridis crudelitas 81.1
Phariſæorum malitia 135.2
Philautia dicitur amor proprius 165.1
Philautia eſt centrum exitij noſtri 166.1
Philonis error 11.1
Pherecides aſſertor immortalitatis animæ 30.2
Phœnicis natura 226.1
Pij viri inter impios iuſtè viuere poſſunt 20.1
Pij omnes affliguntur 94.1
Pietas ſculpta eſt in numis Romanorom 145.2
Pietatem colebant antiqui ibid.
Pietati fuit templum dedicatom ibid.
Pij viri gaudent mœrore 217.1
Pindari ſententia 121.1
Pythagorę ſymbolum explanatur 8.2
Pythagoras quid ſenſerit de anima 9.1
Pythagoras animæ immortalitatis defenſor 30.2
Pythagoras qua cerimonia Deum colebat 71.1
Pythagoræ doctrina 108.1
Plato aſſeruit fuiſſe mundum à deo creatum 8.2
Plato aſſeruit animam eſſe immortalem 30.1
Platonis ſententia de Deo & homine 82.2
Platonici animam cœlo tribuebant 86.1
Pleonaſmus figura in diuinis literis 204.2
Pompeij matrimonium cum filia Cęſaris 47.2
Porphyrius fuit hoſtis Chriſtianę religionis 12.2
Porphyrij errores 47.1
Portę vrbis erant loca iodicij 56.1
Porta ſumitor pro iudicio ibid.
Porta ſumitur pro loco publico ibid.
Portæ pro machinis bellicis ibid.
Portæ inferorum ſunt arma dæmonum ibid.
Portæ inferi ſunt impij ibid.
portæ cœli ſunt Apoſtoli ibid.
Porta mortis eſt periculum capitis ibid.
Porta mortis eſt vita contaminata 57.1
Porta vitę eſt vita boneſta & recta ibid.
Porta anguſta eſt ratio viuendi iuſtorum ibid.
Porta lata eſt ratio viuendi impiorum ibid.
Portę vnde denominentur 158.2
Porta gloriæ eſt afflictio 28.2
Porta pœnæ eſt proſperitas impiorum ibid.
Portare animam in manibus quid ſit 6.1.2
Pondera falſa execrator Deus 63.1
Populus ſolet principem imitari 120.2
Populus eſt cum ſpeculo comparatus 67.2
Populus eſt heliotropium ibid.
Populi ira eſt fera indomita 145.1
Pomum Perſicum cum folio eſt ſymbolum veritatis 127.1
Polipi natura 145.2
Polus arcticus eſt ſtella Septentrionalis 159.2
pœna dicitor ignis 230.1
Pœnitentia eſt ſecunda tabula 176.2
Pœnitentia res eſt ſalutaris 177.1
Poſſeſſio diuitiarum nihil eſt 123.2
Ponere faciem ad aliquid qoid ſit 204.2
Ponere manus ſuper caput alicuius quid ſit 235.1
pomerium quid ſit 240.1
prædeſtinatio appellatur liber 44.2
præſcientia futurorum ſolius Dei eſt 31.2
Præceptum primum decalogi quod ſit 69.1
Præceptis Dei ſumus ſtatim obtemperaturi 16.1
Pręcepta Dei diriguntor ad vnom 167.2
præſul debet eſſe lux mundi 33.1
Præſulis officium 231.2
præſulē impium eligere graue crimen eſt 214.1
Præſes bonus deſcribitur 121.1
Præſidum pericula ibid.
Præſepij Chriſti laus 67.1
Præparatio animi ad orationem 176.2
Preces qoando exaudiantor 176.2
Principes appellantur paſtores 11.2
Princeps euitate debet ſuperbiam 11.1
Principum fauor mutabilis 17.1.32.1
Principum voluntate nihil inconſtantius 32.1
Princeps coquorum quis eſſet 61.2
Principum cæcitas 64.2
Principum pericula 67.2
Principibus & pręſidibus non eſt in malis parendum 69.1
Princeps vnus eſſe debet 70.2
Principes ſunt clypei 72.1
Principes indigent conſiliariis 111.1
Principes quomodo reprehendendi ſunt 124.1
Principes vocantur Apoſtoli 129.1
principes vocantur philuſophi ibid.
Princeps pacis dicitur Chriſtus ibid.
principes ſacerdotum qoi erant ibid.
princeps debet eſſe æqualis 126.1
princeps non debet eſſe otioſus 131.2
Principes impij cum tonitruo comparātur 171.1
Princeps qualis eſſe debear 232.2
principem ſolet popolus imitari ibid. 121.1
Priuati nomen quid ſignificet 10.1
Primum mobile quod ſit 79.1.121.1
Propoſitum ſtatim implens, comparatur cum fuſore æris 16.1
Propagatio Chriſtianorum deſcribitur 2.2
Procopij error 25.1
Propitiatorium adumbrabat Chriſtum 45.2
Propheta dicitor videns 63.1
prophetia dicitor viſio 63.1
prophetia eſt donum Dei 194.1
propheta intelligit id, quod prophetat ibid.

prophetare poteſt quis ſine gratia 194.1
proſopopœia in diuinis literis 87.1.194.2
proſperitas periculoſa 109.2.112.2.175.1.200.2
Promiſſis ſtandum eſt 127.1
Prolepſis figura 230.2
Prudentia carnis mors eſt, prudentia ſpiritus vita 147.2
Pſalmus quid ſit 65.1
Pſalterium quid ſit 68.1
ptolemæus Philadelphus rex AEgypti acceſſiuit ſeptuaginta interpretes 202.2
Pulchritudo quid ſit 131.2
Pulchritudo corporis vtilis eſt & noxia 131.1
Pulchritudinis periculum explicatur ibid.
Puteus quem Iacob aperuit, adumbrabat ſacram ſcripturam 43.1
Pueri Hebræi quare non fuerunt læſi igne 94.1

Q

Quarta generatio eſt Chriſti ex virgine 54.2
Quartum clima eſt medium terræ 105.1
Quatuor animalia Ezechielis quid ſignificent 152.2
Quaternarij numeri myſterium 222.1
Quadrageſimale ieiunium obſeruandum 248.1
Quadrigæ ſolis explicantur 88.2
Quærere Deum debemus ad Modum eius 68.2
Quali, quid ſignificet 222.1
Quæſtiones inutiles deuitandæ 182.1
Quies non omnis laudabilis 114.1
Quies ſumitur pro abundantia bonorum 175.1

R

Ramorum palmarum ſolemnitas 52.2
Regnum Iudah continebat duas tribus Iudá & Beniamin 2.2
Regnum Samariæ, Regnum Iſrael, & Regnum Ephraim idem eſt ibid.
Regnum Hebræorum fuit vnum in duo diuiſum ibid.
Regnum Ieroboam fuit euerſum à Salmanaſare ibid.
Reges AEgypti vocabantur Pharaones 3.2
Reges Paleſtinæ vocabantur Abimelechi ibid.
Regnandi appetitio omnia confundit 3.2
Rex quando cum ſole comparatur 10.1
Rex debet nobiles abiectos ferre in ſublime ibid.
Rex debet eſſe ex eadem gente & natione 10.2
Regno quod Deus diligit dat regem ex illo ibid.
Reges vocabantur quondam tyranni 10.1
Regis clementia erga populum laudatur 11.1
Reges ſunt paſtores 11.1
Regnare ſumitur pro vincere 22.1
Rex crudelis & iniuſtus non dicitur rex 32.2
Rex ſimilis eſſe debet Saturno 32.1
rex & iudex debent reos audire 33.2
Rex appellatur lucerna ibid.
Rex debet alios illuminare ibid.
Rex quare oleo vngebatur ibid. 53.1
Regis clementia deſcribitur 33.2
Regem non decet iraſci 32.2
Regis eſt proprium manſuetum eſſe ibid.
Regnum Medorum & Perſarum in vnum coierunt 47.1
Regnum Chriſti æternum eſt 50.1
Regnum Chriſti non eſt temporale ſed ſpirituale 51.2
Regnum Iudæorum extinctum fuit in tranſmigratione Babylonis 51.2
Rex ſecum populum ducit 67.2
Regi non eſt parendum in rebus illicitis 68.2
Reges debent honorare ſapientes non ſtultos 110.1
Rex impius euertit Regnum 118.2
Rege turbato turbantur Magnates 130.2
Regis exemplum multos mouet ibid.
Rex cum primo mobili comparatur ibid.
Regum obliuio 122.1
Rex vanus cum moneta comparatur 125.2
Regna mundi vocantur venti 201.2
Reges dilectum ſuos ſapientiam 131.2
Rex debet eſſe clypeus regni 72.2
Regis officium per aquilam & leonem ſignificatur 143.2
Rex appellatur leo ibi.
Regis & tyranni diſcrimen 145.2
Rex debet Deum imitari ibid.
Regum beneficia 251.2
Rex per bouem ſignificatur 143.2
Regum Perſarum ſepulchrum 158.2
Regina dicitur latus regis 132.1
Regula aurea Iericho quid ſignificet 66.1
Redimere tempus quid ſit 32.1
Reipublicæ perturbatio cum procella comparatur 34.1
Reipublicæ felicitas quæ ſit 131.2
Reuelationes ſolent fieri per Angelos 38.1
Remedio humano deficiente accurrit diuinum 43.1
Reſpódere aliquádo eſt incipere loqui 43.2.112.2
Rerum humanarum vanitas & inconſtantia 47.2
Religio quid ſit 93.1
Religio vnde deriuetur ibid.
Reſurrectio Chriſti & ſanctorum 154.1
Reſurgere ſumitur pro ſtare 219.2
Reſurrectio carnis aſſeritur ibid.
Ridere licet aliquando 246.1
Roboam filius Salomonis fuit rex Hieroſolymæ 2.2
Romanorum leges de ſeruanda abſtinentia 15.2
Romanum imperium diminutum fuit 47.2
Romanorum diſſidia 47.2
Roma modò nobilior eſt, quàm olim ibid.
Romæ encomium ibid. 210.1
Romulus centum conſiliarios conſtituit 111.1
Romani adorabant deam æquitatis 126.1
Romanum imperium delebitur 149.2
Roberti Stephani error 156.1.157.1
Rotæ ſignificant varietates 172.2
Roſa inter ſpinas, eſt iuſtus inter impios 239.2
Roſa inter ſpinas eſt vita læta, ſed ſepta aliquando calamitatibus 240.1
Rubi ardentis ſignificatio 37.2
Ruſticitas ſancta ſibi ſoli prodeſt 221.1

S

Sacramentum ſumitur pro arcano 38.1
Sacramentum Euchariſtiæ fuit à Chriſto inſtitutum 164.2
Sacramenta nouæ legis Chriſtus conſtituit 185.2
Sacramenti Euchariſtiæ tractatio 254.2
Sacrificia ſolùm fiebant Hieroſolymæ 78.1
Sacrificium legis nouæ ibid.
Sacrificia veteris legis ceſſarút morte Chriſti 184.1

Sacrificia veteris legis quomodo Deo placebant 187.1
Sacrificia Betera erant lineamenta 187.2
Sacrificium dicitur omnis actus virtutis 214.2
Sacra ſcriptura cum monte comparatur 18.2
Sacerdotes Iudæorum erant iudices & gubernatores populi 192.2
Sacerdotium Chriſti eſt æternum ibid.
Sadai idem eſt quod omnipotens 22.2
Sagena miſſa in mare eſt eccleſia 7.2
Salamandræ natura 18.1
Salamandra ſymbolum eſt conſtantiæ 18.1
Salis nomine ſignificatur prudentia 106.2
Salem fuit Ieruſalem 4.2
Salem idem eſt quod pax ibid.
Salomon idem eſt quod pacificus 141.2
Salome idem eſt quod pacifica ibid.
Salmanaſar idem eſt quod pax ligata 141.2
Samaria ſignificat cuſtodiam 178.1
Samſonis figura explicatur 159.2
Samſonis abſtinentia 247.2
Sanguinis nomine quid intelligatur 2.2
Sanguis ſumitur pro vltione 6.2
Sanguinis effuſio adũbrabat Chriſti mortẽ 187.2
Sanguis ſumitur pro pecunia 237.2
Sanguis ſumitur pro morte ibid.
Sanguis in timore currit ad cor 196.1
Sapiens ſolus liber eſt 142.1
Sapiens vir cum perito gubernatore comparatur 27.1
Sapientes indigent fauore 110.2
Sapientia Dei Chriſtus eſt 38.2
Sapientia omnis à Deo eſt 38.2
Sapientia eſt principibus neceſſaria 132.1
Sapientia mundi ſtultitia eſt 224.1
Sapientia deſcribitur ibid.
Sapientia præſtat oratoriæ ibid.
Sapientes cum cœlis comparãtur 220.1
Sapientes & ſibi & aliis laborare debent 220.2
Saul antequam regnaret, erat iuſtus 5.1
Saul cur dicitur regnare duobus annis 32.1
Saulis inuidia 34.2
Saul fuit de tribu Beniamin 211.2
Saulus vocatus fuit Paulus 12.1
Sandalia calcei ſunt, quibus vtebantur Apoſtoli 141.1
Saturnus inter planetas ſummũ tenet locũ 32.2
Satrapa vocabulum eſt Perſicum 67.2.131.2
Saraballa quid ſit 94.2
Sarraceni vnde dicantur 148.1
Sarrac prouincia eſt Arabiæ ibid.
Sarai vocata fuit Sarah 12.1
Sarah ſignificatur noua lex 207.1
Scientia gentilium licita eſt Chriſtianis 18.2
Scientiæ ſacræ ſcripturæ laus ibid.
Scientia cum planta comparatur 18.2
Scientia ſimilis eſt horto ibid.
Scientia humana quando vtilis eſt ibid.
Scientia ſecularis eſt mulier capta in bello 19.1
Scientia cum gemmis comparatur 19.2
Scientiarum diuerſitas ibid.
Scientia mundi ſtultitia eſt 43.2
Scientia communicanda eſt 220.2
Scientia eſt virtutũm fundamentum 221.1
Sceptrum inſignitum ciconia & hippotamo 33.2
Sceptrum fuit in Babylonica captiuitate 52.1
Sceptrum aureum deſignat clementiam 145.1
Sceptrum ferreum deſignat iuſtitiam ibid.
Sceptrum Hebræorum quando fuit ablatũ 231.2
Scriptura ſacra tota loquitur de Chriſto 45.1
Scriptura diuina loquitur more humano 102.1
Scopus ſcripturæ Chriſtus eſt 45.1
Scala Iacobi eſt mundi machina 84.1
Scalæ Iacobi explicatio 125.2
Scrutari Ieruſalem quid ſit 151.1
Schesis figura 177.2
Scorpionis natura 126.2.205.1
Scorpionibus comparantur vafri homines 205.1
Sedecchia regnante fuit Hieroſolyma euerſa 1.2
Senecæ documentum de abſtinentia 15.1
Sennaar eſt regio Babyloniæ 8.2
Seculum quid ſignificet 60.1
Sequi Chriſtum quomodo debemus 79.1
Seruus eſt omnis improbus 142.1
Septẽnarius eſt numerus plenitudinis 146.2
Septuaginta duo fuerunt interpretes veteris teſtamenti 174.1
Septuaginta duo fuerunt Chriſti diſcipuli ibid.
Senario numero opera deſignantur 222.1
Senectutis encomium 231.2
ſenectus eſt doloribus plena 191.2
Senectus in adoleſcentibus reperitur 232.1
ſenibus cõmittenda eſt reſpublica 231.2 & ſeq.
Senatus dicitur à ſenibus ibid.
Sedere ſuper Cherubim quid ſit 83.2
Syluij appellati ſunt reges Latinorum 3.1
Syluij à Syluio Æneæ filio vocantur ibid.
Sina mons eſt in Arabia 4.2
Sinę & Hieroſolymę ſimilitudo in quo conſiſtat ibid.
Simon vocatus eſt Petrus 12.1
Sidrac idem eſt quod ager delicatus 13.2
Siphra vnde dicatur 23.2
Sionis nomine Eccleſia ſignificatur 52.2
Symphonia quid ſit 68.1
Syrenarum cantus ſunt adulationes 69.1
ſimulatio vitioſa 75.2
ſingulare ponitur pro plurali 102.1
ſimandij ſepulchrum 127.1.143.2
ſilo idem eſt quod mittendus 191.1
ſiloe idem eſt quod miſſus ibid.
ſilentium deſignatur ſphinge 221.2
ſmegma quid ſit 233.2
ſocrates duas eſſe vias aſſeruit 8.2
ſocrates aſſeruit animæ immortalitatem ibid.
ſocratis documentũ de abſtinentia ſeruanda 15.1
ſocrates cur fuit damnatus 70.2
ſophiſtica diſciplina contemnenda 19.2
ſolicitudo vtilis 23.2
ſomnia viris ſanctis reuelata 19.2
ſomnium eſt mundi gloria 48.1.104.2
ſol dicitur oculus mundi 88.1
ſol deſcribitur ibid.
ſol quare fuit creatus die quarto ibid.
ſol eſt ſymbolum Dei 88.2
ſolis quadrigæ deſcribuntur ibid.
Sol deſignat veritatem 127.1
Spiritus vehit ſpecies viſas in ſomniis 27.1
ſpiritus ſancti afflatus dicitur oleum 45.2
ſpiritus variè ſumitur 58.1
ſpiritus ſuper aquas eſt ſpiritus ſanctus 58.2
ſpiritum ſanctum eſſe aſſeruit Plato 59.1

Spiritus ſancti nomina 59.1 182.1
Spiritus mendax eſt dæmon ibid.
Spiritus ſumitur pro euãgelio,& ꝓ reb.aliis 59.2
Spiritus ſumitur pro vento 89.1
Spiritu intelligimus,anima viuimus 130.1
Spiritus Dei ſumitur pro gratia gubernãdi 132.1
Spiritu ambulare quid ſit 192.1
Spiritus eſt lex noua,litera vetus 207.1
Spes inanis eſt ſomnium vigilantis 48.1
Spes mundi fallax eſt 201.2
Spes eſt in Deo collocanda ibid.
Spes eſt anchora ibid.
Sphæra eſt Deus 71.1
Sphinx deſignat ſilentium 221.2
ſtatera ſumitur pro æquitate 126.1
ſtateram non tranſilire quid ſit 8.2.126.1
ſtatera doloſa eſt iudicium corruptum 125.2
ſtare in aula regis,eſt regi ſeruire 10.2
ſtare varias habet acceptiones ibid
ſtare in medio aliquorũ eſt eis familiarẽ eſſe 10.2
ſtare in ſorte ſua quid ſit 228.1
ſtare ſuper pedes eſt firmum eſſe 10.2.144.1
ſtare idem eſt quod ceſſare 10.2.228.1
ſtare in via peccatorum quid ſit 10.2.125.1
ſtatua Nabuchodonoſoris explicatur 64.2
ſtatua eſt impius præſes 69.1
ſtellæ appellantur virtutes cœlorum 88.1
ſtellis comparantur ſapientes 88.2
ſtellæ in manu Dei ſunt viri iuſti 102.2
ſtephanus ſequitur ſeptuaginta interpretes 130.2
ſtruthionis natura 160.1
ſtimulus carnis Pauli quid ſit 171.2
ſtulti ſunt omnes impij 142.1
ſtulius eſt ſtagnus ſine aqua 221.1
ſuperbia euitanda 168.1
ſuperbi deiiciuntur à Deo 108.1
ſuperbus omnis cadit 123.2
ſuperbia non admittit ſcientiam 19.1
ſuperbia eſt morb'diuitiarũ tempus 65.2.& ſeq.
ſuperbia eſt veræ gloriæ expultrix 64.2
ſuper,ſumitur pro iuxta 25.1
ſuper,multa ſignificat 25.1
ſubditorum improbitas 221.1
ſulamitis eſt Iudæorum ſynagoga 140.2
ſulamitis quid ſignificet ibid.
ſurgere eſt ſeipſum parare 144.2
ſummi Pontifices quare mutant nomina 12.1
ſummus nemo ſit repentè 74.2

T

TAbernaculũ Dei dicebat arca teſtamẽti 4.2
Tabernaculum Dei dicebatur domus,vbi erat arca teſtamenti ibid.
Tabernaculi Moſis ſtructura 91.1
Tabula diuerſorij eſt concionator 177.2
Taxus necat vmbra ſua ibid.
Taxo comparatur homo impius 106.1
Temperantia eſt fundamentum ſapientiæ 15.1
Tempus noſtrum eſt tranſitus vmbræ 40.1
Tempus Meſſiæ dicitur nouiſſimum 44.1
Tempus conſtitutum quod ſit 182.2.222.1
Tempus præfinitum dicitur hæc vita 209.1
Tempus redimere quid ſit 238.2
Templi ſignificationes 82.2
Templum Dei eſt homo 82.2.166.1
Templi ſalomonis encomium 134.1
Templum Dei quot modis appelletur 164.2
Templũ ſalomonis adumbrabat eccleſiam 164.2
Tẽplu Hieroſolymæ nunquã inſtaurabitur 182.1
Templum ſecundum quamdiu durauit 183.2
Templum fuit euerſum à Romanis 184.2
Templum eſt locus conueniens precibus 21.2
Terram relinquere quid ſit 68.2
Terra quam Deus creauit primo die,fuit materia prima appellata chaos 87.2
Terra eſt centrum mundi ibid.
Terra ſumitur pro amore rerum terrenarũ 89.2
Terræ acceptiones 90.1
Terra dicitur homo 90.1
Terra in ſeptem climata diuiditur 105.1
Terra promiſſionis eſt propè Meſopotamiã 139.1
Terra deſiderij dicitur Iudæa 204.2
Terram eſſe ſuper mare falſum eſt 25.1
Teſtamentum totum loquitur de Chriſto 45.2
Teſtamentum nouum derogauit vetus 186.2
Teraminis apophthegma 30.1
Tenebræ dicuntur afflictiones 73.2
Tentare Deum non licet 233.2
Tentatio oſtendit quis quiſque ſit 223.2
Teſtes quales debent admitti 236.2
Teſtes interrogandi ſunt de circunſtantiis 238.2
Teſtimonium falſum execrabile 236.2
Theſauri regij quondã in turrib. ſeruabantur 9.1
Thronus eſt regis ſymbolum 17.1
Thronus gratiæ Chriſti quis ſit 82.2
Thronus Dei quis ſit 82.2
Throni ſunt ſpiritus cœleſtes 82.2
Theodoſius imperauit cum Valentiniano 97.1
Tiara eſt genus pilei 74.1
Timor multiplex eſt 79.2.135.2
Timor eſt nomen Dei 80.1
Tigris fluuius vnde dicatur 195.2
Tyranni quondam vocabantur reges 10.1
Tyrannus deſcribitur ibid.
Torrida zona habitabilis eſt 25.2
Torridam zonam inhabitabilem exiſtimatũt antiqui 43.2
Toxicum ex taxo fit 43.2
Tolerantia ſalutaris 81.1
Torcular calcare quid ſit 16.2
Torcular ſumitur pro ſupplicio ibid.
Tradere ſumitur pro permittere tradi 6.2
Tradi in manus alicuius quid ſit 6.1
Transfiguratio Chriſti explicatur 45.2
Trinitatis myſterium explicatur 23.1.148.1
Triginta argenteis fuit Chriſtus venditus 61.1
Triſmegiſti ſententia de vero Deo 70.1
Trium puerorum fides & conſtantia 73.2
Trium puerorum liberatio 75.2
Trullam cur Deus teneat manu 102.1
Tranſitus ab vno ad alterum frequens in ſcriptura 209.2
Tſabaoth quid ſit 273.2
Tullus Hoſtilius quo tempore regnauit 1.1
Turcicus exercitus cur non vincit 6.1
Turtur cur appellatur populus Hebræorum 60.2.72.1
Tubarum vſus varius 68.1

V

VAſa tabernaculi tranſlata ſunt in templum 7.1
Vaſorum nomine intelliguntur ſupellectilia, arma,monilia,inſtrumenta ibid.

Vaſa belli ſunt arma 7.2
Vaſa mortis ſunt ſagittæ in arcu ibid.
Vas interfectionis eſt gladius ibid.
Vas ſumitur pro cymba ibid.
Vaſis nomine intelligitur eccleſia militans ibid.
Vaſis nomine intelligitur eccleſia triũphás ibid.
Vas ſumitur pro regno ibid.
Vaſa munitionis ſunt vrbes munitæ ibid.
Vaſa gloriæ ſunt monilia pulchra ibid.
Vaſa furoris ſunt milites in prælio ibid.
Vas electionis idem eſt quod vas electum ibid.
Vaſa pſalmi ſunt citharæ, lyræ, &c. 8.1
Vaſa templi cur fuerunt tradita Babyloniis ibid.
Vaſa ſancta eſſe iotec Babylonios quid ſignificet 8.2
Vaticinationes non ſemper implentur 111.2
Vaticinatio quibus datur 169.1
Vaticinari poteſt quis ſine gratia 169.1
Vanitas taxatur 143.1.159.2
Veritatis nomine intelligitur fides promiſſorum 11.2
Veritas ſumitur pro iuſtitia 76.1
Veritas quot modis accipiatur ibid.165.2
Veritas dicenda eſt 124.2
Veritatis ſymbolum 127.1
Veritatis laus ibid.179.1.200.1
Veritas Dei eſt lex eius 179.1
Veritatis natura 179.1
Veritas triumphat de tempore 179.2
Verbum ſumitur pro filio Dei 24.2.241.2.254.2
Verbum ſignificat quæſtionem 24.2
Verbum idem quod res ibid.
Verbum multa ſignificat ibid.241.1
Verbum Dei non ſat eſt audire, ſed oportet implere 99.1
Verba Dei ſunt ſcuta doctrinæ 128.2
Verbum ſumitur pro prophetia 193.2
Verbo Dei omnia creata ſunt 242.1
Velamen in facie Moſis quid ſit 43.2
Veſtigium diuinitatis in creaturis 84.1
Veſtis Dei deſcribitur 148.2
Veſtis candida deſignat nitorem vitæ 222.1
Veſpere quid ſignificet 166.2
Ventorum nomine quid intelligatur 143.1
Ventorum alis ſignificatur celeritas 202.1
Ventus ſumitur pro tentatione ibid.
Ventos excitare in aliquem quid ſit ibid.
Ventus ſumitur pro inconſtantia ibid.
Ventus ſumitur pro regione ibid.
Viri iuſti dicuntur filij Dei 2.2
Vir conſtans cum rupe comparatur 18.1
Viri aliquando vocantur pueri 74.2
Vir quis ſit ibid.
Vir iuſtus quibus gratus eſt 135.2
Vir ſapiens ab improbis affligitur ibid.
Viri pij deſcribuntur 67.1
Vir deſideriorum quis ſit 182.2
Virtus omnis dicitur ſacrificium 214.2
Virtutes cœlorum ſunt influentiæ 88.1
Virtus vera & fucata 9.1.92.1
Virtutes pereunt in proſperitate 132.2
Via arcta ducit ad vitam 17.2
Via lata ducit ad perditionem 125.2
Via eſt ratio ac modus viuendi 125.1
Viæ Chriſti quæ ſint 125.2
Via vitæ, & via mortis quæ ſit ibid.
Vita hæc exilium eſt 3.2
Vitæ humanæ calamitas ibid.
Vita noſtra fuga eſt & vmbra 24.1
Vitæ humanæ celeritas & vanitas 24.2.162.1
Vita noſtra ſomnium eſt 48.1
Vita noſtra eſt vmbra fumi 48.2.162.2
Vita actiua & contemplatiua 107.2
Vita noſtra appellatur militia 173.2
Vita temporalis quando relinquenda eſt. 234.2
Viuere & dolere inſeparabilia 61.1
Vinum eſt cicuta hominis 15.1
Vitulus immolatus Chriſtum figurabat 44.2
Vitulus eſt caro noſtra 246.2
Vineæ nomine intelligitur Hieroſolyma 45.1
Viſio eſt prophetia, videns propheta 63.2 154.2
Videre refertur ad intellectum 154.2
Videre variè ſumitur ibid.
Videre ſumitur pro eligere 228.2
Victimæ Chriſtum figurabant 170.2
Vigilare Deum quid ſit 179.2
Viginti quatuor cur dicãtur omnes ſancti 222.1
Victoriæ imago quæ ſit 241.2.
Virga Aaronis dicitur iuſtitia 80.2
Virga Dei quæ ſit 156.2
Vltio quomodo poteſt peti 80.2
Vltra ſumitur pro ſolùm 91.2
Vnctus oleo lætitiæ fuit Chriſtus 53.2
Vnitas eſt ſymbolum amoris 71.2
Vnitas eſſentiæ cum diſtinctione perſonarum 72.1
Vnio verbi facta eſt in perſona 86.2
Vnanimes debent eſſe Chriſtiani 116.2
Vnum idem eſt quod primum 176.1
Voluptas corporis peſtilens eſt 8.2
Voluptas eſt ilias malorum 15.1
Volat ætas 24.1
Vox prima Dei quæ fuerit 41.3
Vox domini eſt euangelica prædicatio 101.1
Vox Dei quid ſignificet 301.1
Vocabula Hebræa ſunt æquiuoca 103.1
Voluntatem & intentionem reſpicit Deus 160.1
Vrſo ſignificatur regnum Perſarum 144.2
Vrſi natura ibid.
Vrſi duo ſunt Veſpaſianus & Titus ibid.
Vtile non eſt niſi ſit honeſtum 160.1
Vulnerari corde quid ſit 62.2
Vulnus lateris Chriſti prædictum fuit 63.1
Vulnus non ſentire ſignum eſt mortis 179.1

X

XEnocrates quomodo animã definiuerit 9.1
Xenophanes aſſeruit homines eſſe ab aqua creatos 59.3
Xibbolet quid ſignificet 151.2

Z

ZEnonis patria aſt Citium 216.1
Zephyrus ventus dicitur Fauonius 81.2
Zuinglius hæreticus deteſtabilis 97.1.164.2
Zoroaſtres cum primum natus eſt ſtatim riſit 28.4

INDEX

AVTORITATVM SACRÆ SCRIPTVRAE, QVAE IN COMMENTARIIS IN THRENOS EXPLANATÆ, præter alias, quæ paſſim citantur.

Primus numerus indicat paginam, ſecundus collumnam.

Geneſis.

2 Fluuius gredicbaſ de locovoluptatis 52.2
3 Ipſa conteret caput tuum 52.1
4 Egreſſ⁹eſt Cai à facie Domini 57.2
4 Nonne ſi bene egeris recipies 60.1
4 Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear 55.2
8 Dimiſit coruum qui egrediebatur 67.2
12 Animas quas poſſederant in Haram 14.1
14 Da mihi animas 14.2
16 A Facie Sarai Dominæ meæ ego fugio 57.2
22 Hæreditabit ſemen tuum portas 10.2
27 Dixit in corde ſuo 42.2
31 Noluit Iacob confiteri ſocero ſuo 67.1
39 Vidit Dominus humilitatem meam 39.1

Exodus.

3 Ego ſum qui ſum 65.1
9 Conſtituit Dominus tempus 21.1
9 Expandam manus meas ad Dominum 23.1
13 Erit quaſi ſignum in manu tua 22.2
14 Dominus pro vobis pugnabit 34.1
17 Cũ leuaret man⁹ Moſes, vincebat Iſrael 17.2.35.1
19 Veniam ad te in caligine nubis 25.1
34 Caue ne vnquam cum habitatorib⁹ terræ illius amicitias iungas 18.2
34 Ignorabat Moſes quòd corouta eſſet facies ſua 27.1
40 Deus ſedebat habens pedes ſuper arcam fœderis 26.1

Leuiticus.

26 Aſportabũt foras caſtra, & cõborent igne 14.2

Numeri.

16 Recedite à tabernaculis hominũ impiorũ 18.2
20 Manſit populus in Cades 7.1

Deuteronomium

17 Deſcribet ſibi Deuteronomium 28.1
26 Conſtituet te Dominus in caput & non in caudam 10.2
30 Conſidera, quòd hodie poſuerim in conſpectu tuo vitam 47.2
32 Ego occidã, & ego viuere faciã: percutiã 46.2
32 Vua eorum vt fellis 52.2
33 Qui ſaluaris in Domino 51.2

Ioſue.

7 Regulam auream abſtolit 30.1
9 Os Domini non interrogauerunt 18.2

Primus Regum.

1 Effudi animam meã in conſpectu Domini 35.1
2 Sublimauit cornu Chriſti ſui 26.2

Secundus Regum.

1 Aquilis velociores leonibus fortiores 58.1
13 Aſpergens Thamar cinerem capiti ſuo 31.1
16 Dimitte eũ, vt maledicat iuxta præceptũ 59.2
22 Deus Dominus fortis meus 51.2

Tertius Regum.

1 Ipſe ſedebit ſuper ſolium meum 30.1
12 Vade in tabernacula tua Iſrael 27.2

Quartus Regum.

2 Fugit in tabernacula ſua 27.2

Paralipomenon.

11 Iſte leuauit haſtam ſuper trecentos 45.2

Secundus Paralipomenon.

13 Accepit Bethel, & filias eius 50.2

Eſdræ primus.

10 Lugebat Tranſgreſſionem eorum 42.2

Eſdræ ſecundus, qui eſt Nehemias.

4 Manu vna faciebant opus, altera tenebãt gladium 10.2

Tobias.

3 Cum iratus fueris, miſericordiam facies 46.1

Iudith.

4 Erat cinis ſuper capita eorum 31.1
19 Poſuit animam ſuam in manu ſua 14.1

Iob

13 Poſuiſti in neruo pedem meum 41.1
15 Læditur quaſi vinea botr⁹ in primo flore 36.2
16 Poſuit me quaſi in ſignum 41.2
18 Habitent in tabernaculo eius ſocij eius 27.2
19 Quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo & plumbi lamina, vel certè 37.1
19 Manus Domini tetigit me 27.1
19 Spoliauit me gloria mea 64.2
21 In puncto ad inferuum deſcendunt 25.1
22 Putabas te tenebras non viſurum 51.1
30 Scio quia morte trades me vbi eſt domus omni viuenti 21.1
30 Frater fui draconum 55.1
30 Præſtolabar lucem, & erumperunt tenebræ 40.2
30 Cutis mea denigrata eſt ſuper me 41.1
30 Pharetram ſuam aperuit & afflixit me 42.1
30 Nunc in eorum verſus ſum canticum 51.1
31 Scortum alterius ſit vxor tua 66.2
34 Inducet noctem, & conterentur 8.2
36 Eripiet de anguſtia ſua pauperem 40.1
36 Quando dereliquit oua ſua in terra 55.1

Pſalmi.

1 Nouit Dominus viam iuſtorum 46.2
2 Proiiciamus à nobis iugum ipſorum 45.1
3 Dentes peccatorum contriuiſti 42.1
5 Domine vt bonæ voluntatis tuæ ſcuto coronaſti me 51.2
7 Arcum ſuum tetendit, & parauit 20.2
7 Super verticẽ ipſius iniquitas eius deſcẽdet 36.2
8 Eleuata eſt magnificentia tua 22.1
9 Inquinatæ ſunt viæ illius 22.2
13 Omnes declinauerunt 53.1
15 Dominus pars hæreditatis meæ 43.2
15 Satiabor cùm apparuerit gloria tua 57.2
17 Præoccupauerunt me laquei Mortis 61.2
18 Dies diei eructat verbum 38.1
21 Circundederunt me canes multi 59.1
21 Quia vnicus, & pauper ſum ego 40.2
22 Dominus regit me, nihil mihi deerit in loco paſcuæ 47.1
24 Vias tuas Domine demonſtra mihi 10.1
25 Non ſedi cum vanitatis concilio, & cũ iniqua gerentibus 7.1
25 In Domino ſperans non infirmabor 45.1
26 Qui tribulant me inimici mei 61.2

26 Vt

28 Vt cantet tibi gloria mea 37.1
30 Quoniam reſpexiſti humilitatem meam 39.1
30 Infirmata eſt in paupertate virt° mea 16.1.40.2
31 Grauata eſt ſuper me manus tua 27.1
33 Vultus domini ſuper facientes mala 6.1
34 Fiant viæ illorum tenebræ 8.1
41 Effudi in me animam meam 9.1
43 In te inimicos noſtros ventilabim° cornu 26.2
47 Fundatur exultatione vniuerſæ terræ 33.2
51 Dilexiſti verba præcipitationis omnia 36.1
56 In vmbra alarum tuarum ſperabo 60.1
59 Lætabor, & partiar Sichimam 11.1
64 Exitus matutini & veſpere delectaberis 37.1
64 Tenuiſti manum dexteram meam 63.1
65 Tranſiuimus per ignem, & aquam 15.2
65 Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro 10.2
66 Lætentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate 47.1
67 Aſcendit ſuper cœlum ad Orientem 22.1
67 Dum diſcernit cœleſtis Reges 23.1
68 Exaudiuit pauperes dominus, & vinctos ſuos non deſpexit 46.2
68 Suſtinui, qui mecum contriſtaretur ſimul non fuit 9.2
68 Intrauerunt aquæ vſque ad animam meã 51.1
70 Qui cuſtodiebant animam meam conſiliu fecerunt in vnum 20.1
71 Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis 26.2
72 Poſuerunt in cœlo os ſuum 45.2
72 Deus cordis mei, & pars mea 43.2
73 Gloriati ſunt, qui oderunt te 21.1
74 Omnia cornua peccatorum confringam 26.2
75 Vt quid auertis manum tuam 27.1
76 Et dixi, nunc cœpi 13.2
77 Spiritus vadens, & non rediens 65.1
78 Facti ſumus opprobrium noſtris vicinis 62.2
79 Vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam 15.1
81 Mouebuntur omnia fundamenta terræ 24.2
87 Poſuerunt me in lacu inferiore 51.1
88 Dominus eſt aſſumptio noſtra 32.2
88 Tu vero repuliſti, & deſpexiſti 42.1
95 Dicite nationibus, q̃a dominus regnauit 68.1
98 Adorate ſcabellum pedum eius 25.2
101 Similis factus ſum pelicano ſolitudinis 30.1
103 Quia cinerẽ tanquã panẽ manducabo 42.1
104 Humiliauerunt in compedibus eius 41.1
106 Quos redemit de manu inimici 23.2
106 Omnis ſapientia eorum deuorata eſt 6.1
118 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei 50.2
118 Spreuiſti oẽs diſcendentes à iudiciis tuis 23.1
118 Funes peccatorum circumplexi ſunt me 29.1
118 Memor fui nocte nominis tui Domine 11.1
118 Bonum mihi quia humiliaſti me 15.1
126 Non confundetur, cũ loquetur inimicis ſuis in porta 10.2
128 Iuſtus dominus concidet ceruices peccatorum 6.1
131 Inimicos eius induam confuſione 61.2
131 Adorabim° in loco vbi ſteterãt eius pedes 26.1
142 Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi 41.2
142 Humiliauerunt in compedib pedes eius ibi.
142. Expandi manus meas ad te 33.1

Prouerbia.

1 Vocaui, & renuiſti: extendi manum meam, & non erat, qui aſpiceret 17.2
2 Omnes, qui ingrediuntur ad eã non reuertentur 65.2
3 Occupet eum caligo 24.2
4 Via impiorum tenebroſa 8.2
8 Qui in me peccauerit, lædet animam ſuam 6.1
11 Iuſtitia autem liberabit à morte 61.2
12 Non inueniet fraudulentus lucrum ibid.
2 Adoleſcens iuxta viam ſuam 45.1
16 Vir impius lactat amicum ſuum 19.1
18 Mors, & vita in manibus linguæ 30.1
20 Suauis eſt homini panis mendacij 55.1
22 Ne conteras egenum in porta 29.1
28 Leo rugiens, & vrſus eſuriens 41.2
30 Omnis ſermo dei ignitus clypeus eſt 51.2
30 Per tria mouetur terra 63.2

Eccleſiaſtes.

2 Sapientis oculi in capite eius 24.2
3 Tempus loquendi, tempus tacendi 30.2
4 Vidi calumnias, quæ ſub cœlo geruntur 11.2
10 Eſt malum quod vidi ſub ſole 63.2

Cantica.

1 Oſculetur me oſculo oris ſui 22.2
1 Similis eſto, dilecte mi, capreæ ibid.
1 Trahe me poſt te in odorem 65.2
2 Ordinauit in me charitatem 66.1
5 Veniat dilectus meus in hortum ſuum 22.2
5 Caput eius aurum optimum 54.2
8 Fuge dilecte mi 22.2

Sapientia.

6 Quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit 47.1
16 Homo per malitiam occidit animam ſuã ibid.
16 Ad quod quiſque volebat, cõuertebatur 48.2

Eccleſiaſticus.

3 Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea 19.2
12 Altiſſimus odio habet peccatores 6.1
15 Deus ab initio conſtituit hominem 47.2

Eſaias.

1 Princeps tui infideles 53.1
3 Mœrebunt atque lugebunt portæ eius 10.1
5 Expectauit vt ferret vuas, & labruſcas tulit 14.2
8 Erit vobis in ſanctificationem 11.2
10 Computreſcit iugum à facie olei 16.1
22 Clamoris plena vrbs frequens 7.2
22 Dabo clauem Dauid ſuper humerũ eius 53.2
23 Vlulate naues Carthaginis 8.2
25 Exultabimus, & lætabimur in ſalutari 44.2
26 Anima mea deſiderauit te nocte 34.1
27 In menſura contra menſuram 28.2
28 Domine in anguſtia quæſierunt te 15.1
28 Non in perpetuum triturans triturabit 46.1
28 Vt faciat opus ſuum, alienum opus eius 46.2
29 Circũdabo quaſi ſpheram in circuitu tuo 36.2
33 Luxit & elanguit terra 10.1
34 Extẽdetur ſuper eã mẽſura vt redigatur ad nihilum 28.2
40 Aſſumant pennas, vt aquilæ 58.2
43 Contaminaui principes ſanctos 26.1
45 Ego dominus, & non eſt alter formans lucẽ, & creans tenebras 47.1
46 Sede in puluere virgo filia Sion 7.2
48 De Iudah aquis exiiſtis 66.2
49 Nũquid obliuiſci põt mulier infantis ſui 36.1
52 Videbunt omnes fines terræ ſalutare 44.2
53 Vidimus eum, & non erat aſpectus 39.2

54 Lauda ſterilis, quæ non paris 37.2
56 Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiá 32.2
63 Ipſi ad iracundiam prouocauerunt 27.2
63 Torcular calcaui ſolus 16.2
64 Iratus fuiſti, & nos peccauimus 12.2

Ieremias.

2 Ego plantaui vineam electam 14.2
3 Dormiemus in confuſione noſtra 6.2
4 Ventrem meum, ventrem meum doleo 13.1
12 Dedi animam meá dilectam in manu inimicorum 59.1
13 Deſcéder de capite veſtro corona gloriæ 64.2
14 Lugebit Iudea 10.1
22 Si fuerit Iechonias filius Ioacim anul' in manu mea 67.1
31 Caſtigaſti me domine, & eruditus ſum 15.1
49 Ponam ſolium meum in Ælam 46.1
49 Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem 60.1
49 Ego diſcooperui Eſau, & reuelaui abſcondita eius 60.2
49 Da florem Moab 63.1

Threni.

5 Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt 55.2

Ezechiel.

22 Sacerdotes eius contempſerũt legé meá 36.2
30 Ecce ego incendam in te ignem 15.2
31 Percute manum ad manum 54.1
31 Cedri non occultauerunt illum 60.2
34 Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos 32.2
43 Locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedum meorum 25.2

Oſeas.

2 Ducam eam ad ſolitudinem, & loquar ad cor eius 45.1
2 Sepiam viam tuam ſpinis 53.1
4 Lugebit terra, & infirmabitur omnis 10.1
4 Sicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael 52.2
4 Separatum eſt conuiuium eorum 53.1
7 Reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo 45.1
8 Mittam ignem in ciuitatem eius 55.2
13 Rumpam interiora iecoris 31.2

Ioel.

2 Omnes vultus redigentur in ollam 56.1

Amos.

4 Venite in Moab, & impiè agite 60.1
5 Odio habuerunt corripientem in porta 10.2
5 Odi, & proieci feſtiuitates veſtras 12.1
5 Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus 41.2
9 Qui vocat aquas maris, & effundit eas 66.2

Ionas.

2 Præparauit dominus piſcem grandem 36.1

Micheas.

1 Infirmata eſt in bonum, quæ habitat in amaritudinibus 11.1
3 Nox vobis pro viſione erit 8.2
5 In virga percutient maxillam iudicis 53.2
7 Surgam, cum ſedero in tenebris 34.1

Nahum.

2 Facies omnium eorum ſicut nigredo ollæ 56.1
3 Comedet te ignis 15.2

Habacuc.

1 Volabũt ſicut aquila feſtinás ad comedendũ 58.1

Sophonias.

Extendam manum meam ſuper Iudam 27.1

Aggæus.

1 Ponite veſtra corda ſuper vias veſtras 10.1

Zacharias.

13 Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues 59.2

Malachias.

3 Scriptus eſt liber monimentis coram eo 36.1

Baruc.

4 Ego enim derelicta ſum ſola 7.2

Matthæus.

5 Beati eſtis cũ maledixerint vobis homines 46.1
5 Siquis te percuſſerit in maxilla tua, præbe & alteram ibid.
9 Vidit hominem ſedentem in Telonio 39.1
10 Qui perſeuerauerit vſque ad finem hic ſaluus erit 31.2
11 Venite ad me omnes, qui laboratis 74.1
11 Tollite iugum meum ſuper vos 45.1
17 Nubes lucida obumbrauit eos 25.1
20 Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo 60.1
23 Ecce relinquetur vobis domus deſerta 62.2
25 Vigilate itaque, quia neſcitis diẽ nec horá 13.1
25 Amen amen dico vobis, neſcio vos 46.2

Marcus.

16 Aſſumptus eſt in cœlum 22.1

Lucas.

1 Ad dirigendos pedes noſtros in viá pacis 13.2
1 Depoſuit potẽtes de ſede & exaltauit humiles 13.2
2 Aut duos pullos columbarum 65.2
2 Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum 44.2
2 Poſitus eſt in ſignum cui contradicetur 41.2
6 Eſtote miſericordes 6.1
9 Vulpes foueas habent 64.2
10 Miſit illos binos ante faciam ſuam 65.2

Ioannes.

4 Non coutuntur Iudæi Samaritanis 19.1
8 Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati 8.1
9 Vidit hominem cæcum à natiuitate ſua 39.1
10 Qui non intrat per oſtium 32.2
10 Bonus paſtor dat animam ſuam 32.2
10 Animam ponam pro ouibus meis 59.2
13 Cœpit lauare pedes diſcipulorum 13.1
16 Expedit vobis, vt ego vadam 22.1
16 Triſtitia veſtra conuertetur in gaudium 15.2

Acta Apoſtolorum.

1 Nubes ſuſcepit eum 25.2
7 In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus 47.2

Epiſtola Pauli ad Romanos.

4 Qui contra ſpem in ſpem credidit 43.1
8 Deus omnia cooperatur in bonum 24.2
9 Non oẽs qui ſunt ex circumciſione Iſrael, ſunt Iſraelitæ 23.2
10 Finis legis Chriſtus eſt ad iuſtitiã omni credẽti 13.2

Prior ad Corinthios.

3 Vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit 38.2
4 Nõ in ſermone regnũ dei eſt ſed in virtute 28.1
5 Modicum fermẽtum totá maſſam acceſſit 19.1

Ad Philippenſes.

2 Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur 38.1

Ad Hebræos.

1 Deus olim locutus eſt patrib. in prophetis 11.1
6 Cõfugiamus ad tenendá propoſitam ſpẽ 42.3

Epiſtola Iacobi Apoſtoli.

1 Genuit nos verbo veritatis 37.2

Apocalypſis.

3 Suadeo tibi emere à me aurum 54.2
4 Ecce oſtium apertum eſt in cœlo 66.1
19 Ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei 16.2

Rerum

RERVM MEMORABILIVM ET HEBRAISMORVM AC SENtentiarum omnium in commentariis in Threnos obſcuratu dignorum index copioſus.

A

Aron vocatur princeps ſanctus 26.1
Abram nomen naturæ Abraham myſterij 23.1
Abram ſuit pater credentium 23.2
Abiicere caput in terram ſignum mœroris 31.1
Adulator deſcribitur 32.1
Alphabetum hebraicum magnam cõtinet philoſopiam 7.1
Allegoricus ſenſus eſt granum intra ſpicam 52.2
Amicus verus,& fictus 19.1
Amicus cum pulegio comparatur 19.2
Amici veri & ficti diſcrimen 19.1
Anchora eſt ſpes noſtra 42.2
Anima aliquando ſumitur pro iumento 63.2
Animæ euerſio deploranda eſt 7.2
Animæ iuſtorum ante diem iudicij ſunt beatæ 38.2
Aperire os ſuper aliquem eſt illum irridere 33.2
Apothegma Cabriæ 21.1
Apoſtrophe figura 13.2
Aquila volans ſignificat celeritatem 58.1
Aquilæ natura ibid.
Aquilæ vocantur viri iuſti ibid.
Aquilæ nomine intelligitur rapina ibidem
Aquilarum pennæ alias abſumunt 40.2
Arca fœderis eſt ſcabellum pedum Dei 26.1
Aſſumptio pro defenſione 32.2
Aſcenſionis Chriſti myſterium 22.1
Auertere dexteram quid ſit 27.1
Auertere faciem eſt iram oſtendere 61.2
Aurum ſumitur pro oleo 54.2
Aurum ſumitur pro ſapientia 54.2

B

Benignitas erga inimicos 6.1
Bether idem eſt quod diuiſio 22.1
Bonem in lingua habere quid ſit 30.2

C

Calamitas varia 11.2.24.2
Calamitatis vtilitas 15.1
Caput ſumitur pro principio 10.2
Caniculæ ſtellæ natura 19.1
Caligo pro ignorantia 24.1
Caligo pro mœſtitia 24.2
Calicis nomine ſignificatur afflictio 60.1
Caducæus ſignificat concordiam 61.1
Ceruus comparantur homines timidi 21.2
Chriſtus eſt caput noſtrum 24.2
Chriſtus meſſias,& vnctus idem ſunt 59.1
Chriſtus fuit pro nobis ligatus ibid.
Chriſti mors 59.2
Ciuitas clamoris plena eſt ciuitas celebris 7.2
Chriſtus eſt ſpiritus oris prophetarum 59.1
Concordiæ vtilitas 61.1
Conſtantiæ laus 31.2
Cornu ſignificata 26.2
Cornucopia 27.1
Cornu confringere quid ſit 26.2
Conuertere animas quid ſit 17.2
Conuerſio impij deſcribitur 65.2
Cor ceruinum habere quid ſit 22.1
Coruus egreſſus ex arca eſt populus Iudaicus 67.2
Corui natura 13.1
Conſilium eſt neceſſarium 28.2
Conſolatore carere eſt magna calamitas 9.2
Computreſcere iugum à facie olei quid ſit 16.1
Conuoluere iniquitatem in collo quid ſit 16.1
Cogitatio res neceſſaria 28.2
Conſpergere caput cinere eſt ſignum mœroris 31.1
Cœlorum nomine iuſti ſignificantur 34.1
Crocodilum cur Ægyptij venerabantur 30.2
Crocodilus non habet linguam ibidem

D

Dæmon vnde detinetur 28.1
Dare dexteram eſt adiuuare 63.1
Deus quomodo dicitur eſſe mali author 16.2
Deus quomodo dicitur abeſſe & longè eſſe 17.2
Deus dicitur mons,& montes 45.2
Deus eſt clypeus noſter 51.2
Deus portandus eſt in animo 67.1
Detractio notatur 48.2
Deſcribere aliquem in manu quid ſit 21.2
Detrahi de cœlo quid ſit 25.2
Decidere ex aſtris quid ſit 25.2
Deuorare aliquem eſt illum perdere 35.2
Dies tenebratum dicitur tempus calamitoſum 24.2
Dies ſumitur pro euangelio 8.2
Dies ſumitur pro virtute,& gratia ibidem.

E

Eccleſia idem eſt quod congregatio 21.1
Efferri in cœlum quid ſit 25.2
Effundere cor quid ſit 34.2
Electio præſulum qualis eſſe debeat 32.1.& ſeq.
Eſſe in capite,& in cauda quid ſit 10.2
Et,ſumitur pro quia 13.1
Eugubinij error 67.2
Expandere manus quid ſit 17.2

F

Faciei ſignificationes 57.2
Fames Hebræorum horribilis 14.2
Familiaritas impiorum fugienda 19.1
Feſta noſtra in delicijs conſumpta à dæmonibus irridentur 11.2
Filia multas habet ſignificationes [illegible]
Filij quomodo puniuntur pro patribus 63.2
Firmare dexteram quid ſit 27.2
Figura Ioſephi venditi 52.2
Figura Ægyptiorum venditorum 8.2
Figura duorum filiorum Ioſephi 21.2
Figura immolationis Iſaac [illegible]
Figura arcæ noe 66.1
Figura Filię Pharaonis inuenientis Moſem 59.2
Figura agni paſchalis 59.2

Figura vituli immolati 14.2
Flagitioſus omnis ſeruus eſt 7.2
Fons olei apparuit Romæ 46.1
Frangere manibus quid ſit 18.1
Funiculus ſumitur pro perpendiculo 19.1
Funiculi ſignificationes ibid.
Fundere iecur in terram quid ſit 31.2
Futura contingentia quæ ſint 47.1

G

Geminatio verborum frequens eſt in ſacris ſcripturis 8.1
Gratia amiſſa non redit viribus noſtris 65.1.1
Gruum natura 30.2

H

Hieroſolymæ celebritas & amplitudo 7.1
Hieroſolymæ euerſio per Babylonios 7.2
Hieroſolyma vocatur filia Sion 25.2
Hieroſolyma cur dicitur ſita in filio olei 26.2
Hieroſolyma cur appellatur virgo 26.1
Humilitatis laus 31.1

I

Iecur eſt fons ſanguinis 31.2
Ieremias imitatur Dauidem 5.2
Ignis deſignat pœnam 15.2
Ignorare ſumitur pro reprobare 46.2
Impij ſunt habitatores terræ 22.2
Impij ſunt perturbati & inſtabiles ibidem
Impius comparatur cum cera, pius cum auro 43.1
Imperatiuus ponitur pro futuro indicatiui 20.2
In puncto ad infernum deſcendere quid ſit 26.1
Intentio ponit nomen operi 10.2
Iniuriæ in Deum potius deplorandæ ſunt 14.1
Inclyta filia Iſraelis erat Ieruſalem 25.2
Infelicius nihil eſt quàm fuiſſe felicem 25.1
Ira Dei magna eſt non iraſci 25.1
Iſrael eſt duplex 23.2
Iſaac Chriſti imaginem gerebat 22.1
Iudas ſumitur pro populo Iudæorum 9.2
Iudæorum cæcitas 63.1
Iudæi appellati ſunt ita poſt captiuitatem Babylonicam 23.2.26.1
Iudæi infideles ſunt filij Abræ, non Abrahæ 23.2
Iudęis erat prohibita familiaritas cũ gẽtibus 18.2
Iuſtus cõparatur cũ argento, impius cũ vitro 41.2
Iudices comparantur cum ſtateris 29.1
Iulij Cęſaris numiſma 32.2.71.1
Iugum non eſt tranſgrediendum 45.1
Iugum Dei portandum ab adoleſcentia 45.1

L

Lactare eſt blandiri, & decipere 19.1
Lętari aliorum pernicie impium eſt 20.1
Lamia quid ſit 55.1
Lachrymarum piarum vtilitas 9.1.31.2
Lamentationes Ieremiæ quare ſunt quatuor 6.2
Lamentationes Hebraicè ſcriptę ſunt carminib⁹ ibid.
Lex vetus in morte Chriſti finita fuit 13.2
Linguę vitia 30.1
Lingua Iericho eſt mundi ſcientia 30.1
Literę quare apponantur lamentationibus 6.2
Liberum arbitrium non aſſeritur 47.1.2
Loquacitas reprehenditur 30.1
Lux ſumitur pro proſperitate 24.2
Lutherus cum Catilina comparatur 47.2

M

Manus extendere eſt orare 17.2
Manum dare eſt fœdus ſancire 63.1
Manum dare eſt poſtulare auxilium 63.1
Manus ſumitur pro flagello 27.2
Mare accipitur pro calamitate 32.1
Magiſtri impij cum ſetacio comparantur 28.1
Maxillis ſignificantur concionatores 9.1
Membra humana tropicè Deo tribuuntur 18.2
Miſereri eſt proprium Dei 46.2
Mittere ignem quid ſit 15.1
Mortis obliuio eſt via ad æternũ ſupplicium 13.1
Moyſes facies cur dicitur cornuta 27.1
Moyſes vocatur princeps ſanctus 26.1
Munitiones virginis Iudah quæ ſint 26.1

N

Natiuitas hominum duplex 13.2
Nerij natura 24.2
Nox ſumitur pro calamitate 8.2.34.2
Nox ſumitur pro culpa ibid.
Nox ſumitur pro ignorantia ibid.
Nox in quatuor vigilias diuiſa 34.2
Noctis ſignificationes 34.2
Nouitates fugiendæ 45.1
Numeri quaternarij myſterium 6.2
Nube & caligine ſignificatur fauor 24.2

O

Obtegere caligine quid ſit 24.2
Oculos eſſe in capite quid ſit 24.2
Onus verbi Dñi eſt prophetia cõminatoria 50.1
Operire aliquid nube quid ſit 25.1
Os Dei pro ipſo Deo accipitur 18.1
Os Dei pro diuino vate 18.2
Os Dei quid ſignificet 18.2
Os ſumitur pro voluntate 18.2
Os Domini eſt Chriſtus 18.2

P

Pantheon vocatur ſancta maria Romæ rotonda 37.2
Pagnini error 67.2
Pars ſumitur pro tota hæreditate 43.2
Paruulorum nomine qui intelligantur 11.1
Peccati grauitas 6.1
Peccati damna oſtenduntur 6.1
Peccatum cum ſcorpione comparatur 6.2
Peccatum ſumitur pro infidelitate 12.1
Peccatum eſt cauſa inſtabilitatis 22.2
Peccatum parit peccatum ibid.
Pythagorici cur iurabãtpquaternariũ numerũ 7.1
Pythagoræ error 30.2
Porte ſignificationes 10.1.29.1
Ponere manum ſuam ſuper aliquẽ quid ſit 22.2
Ponere os in puluere quid ſit 45.2
Ponere os in cœlo quid ſit 45.2
Ponere ſolium quid ſit 45.2
Præſul debet eſſe eruditus 28.1
Preces quando exaudiantur 48.1
Præteritum comprehendit aliquãdo præſens 7.2
Præteritum ponitur ſæpe pro futuro 20.1
Præſtantiſſimum quicque rarum 41.1
Principes ſancti vocantur Moſes & Aaron 26.1
Proſperitas affert ſecum obliuionem 21.2
Prouidentia diuina oſtenditur 47.1
Pulegij natura 19.2
Pudor laudabilis 31.1
Pudor vitioſus 31.1
Purgatorium animarum aſſeritur 38.1
Quomodo, aliquando interrogãtis eſt, aliquando admirantis 7.1

Regis

R
Regis munus deſcribitur 28.2
Refocillare animas quid ſit 19.2
Remoræ uatura 31.2
S
Sabbatum quid ſignificet 12.1
Sacerdotis officium 28.1
Salutare Dei Chriſtus eſt 44.2
Scientia eſt prǽſidibus neceſſaria 28.1
Scire ſumitur pro ignorare 46.2
Sceptrum erectum cū oculo in faſtigio eſt ſymbolum Dei 39.2
Scripturæ veritas ab editione vulgata petenda 68.1
Scylla vbi ſit 6.2
Sedere variè ſumitur 29.2.45.1
Sedere ſumitur pro docere 7.2
Sedere idem eſt quod familiariter vti 7.1
Sedere idem eſt quod manere 7.1
Sedere eſt abiectum eſſe 7.2
Sedere in terra quid ſit 29.2
Sedere ſub vmbra alicuius quid ſit 59.2
Si, ſumitur pro ſiquidem 20.1
Silere quid ſit 19.2
Silentij laus 30.1.45.1
Silentij tutum præmium 30.2
Siſtere ad funiculum quid ſit 29.1
Sibilare eſt ſignum ludibrij 33.1
Solitudo grata eſt ſapientibus 45.1
Sponſa vocat filium Dei 22.1
Spem nunquam deſerit ſapiens 42.2
T
Tabernaculum quid ſit 27.2
Tangere animalia immunda quid ſit 18.2
Taxi vaſorum natura 15.2
Tres partes habebat templum 14.1
Templum dicitur ſcabellum pedum Dei 25.2
Tendere funiculum quid ſit 28.2
Teſtimonium dicitur diuina lex 28.1
V
vaſa mortis ſunt ſagittæ in arcu 20.2
vaticinatio per modum execrationis 20.1
ventre ſignificatur cor 13.1
veſpaſianij manus 61.1
virtus parit virtutem 22.2
virtus conculcata magis creſcit 61.2
vias lugere quid ſit 10.1
via ſumitur pro opere,& negotio 10.1
via quot modis ſumatur 10.1
via pacis quę ſit 10.1
viſio Dei eſt remedium noſtrum 13.2
vindemiat Deus vitam principum 14.2
vindemiare aliquem quid ſit ibidem
vmbra fraxini ſalutaris 59.2
vmbra ſumitur pro refrigerio ibid.
volucres abigere quid ſit 10.2

FINIS.

AVTHORITATVM QVAE EXPLICANTVR IN COMMENTARIIS IN PROphetam Nahum, pręter alias, quę paſſim inueniuntur.

***

Primus numerus indicat pag. Secundus col.

GENES.3.Nequaquã moriemini 97.2
Geneſ.12. Tranſgrediens ad montem, qui erat contra Orientẽ 101.2
Gene.31.Diu noctúque ęſtu vrgebar & gelu 105.1
Exod.28.Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem 84.2
Exo.34.Dominus zelotes nomen eius 75.1
Nu.35.Abſque noxa erit, qui eum occiderit 98.2
Deut. 33. Scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ 91.1
2.Reg 1.Ibi abiectus eſt clypeus fortium 90.1
2. Reg. 2. Scutum meum, & gloria ſalutis meæ ibid.
1.Par.21.Locutus eſt dominus ad Gad videntem 74.2
2.Par.9.In libro quoque Addo videntis ibid.
2.Par.32.ſcripta ſunt in libro Hozaï. ibid.
Iob 12.Neceſſe fuit, vt tentatio probaret te 73.2
Iob.9.Auferat à me virgam ſuam 82.1
Iob 10.Nónne ſicut lac mulſiſti me? 87.1
Iob 17.Rurſum poſt tenebras ſpero lucem 80.1
Pſal.1.Nouit dominus viam iuſtorum 79.2
Pſal.2.Nunc reges intelligite 90.2
Pſal 4.ſcitote, quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum 83.2
Pſal.6.Domine ne in furore tuo arguas me 75.2
Pſal.9.Periit memoria eorum cum ſonitu 100.1
Pſal.9.Qui exaltas me de portis mortis 103.1
Pſal.17.Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos 87.1
Pſal.19.Domine ſaluum fac regem, & exaudi nos 90.2
Pſa.20.Vox domini ſuper aquas 92.1
Pſal. 23. Qui non accepit in vano animam ſuam 94.1
Pſal.24.Ad te domine leuaui animam meam 87.1
Pſal.25. Cum iniqua gerentibus non introibo 89.2
Pſal.28.Vox domini confringentis cedros 77.1
Pſal.30. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ 92.2
Pſal.31.In diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt 79.2
Pſal.31.Verbo domini cœli firmati ſunt 107.1
Pſal.44.Aſtitit regina à dextris tuis 97.2
Pſal.46.Quoniam dij fortes terræ, vehementer eleuati ſunt 90.1
Pſal.49.Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuã 100.2
Pſal.50.Libera me de ſanguinibus 98.1
Pſal.50.Et malum coram te feci 108.2
Pſal.54. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos 98.2
Pſal.54 Iacta in dominum curam tuam 85.2
Pſal.61.Nolite ſperare in iniquitate 99.2
Pſal. 61. diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere 99.2
Pſal. 67. Æthiopia præueniet manus eius Deo 102.1
Pſal.75.Dormitauerunt, qui aſcenderunt equos 104.2
Pſal 75.Terra tremuit, & quieuit 78.1
Pſal.75.Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis 78.1
Pſal.77.Iuuenes eorum comedit ignis 94.2
Pſal.78.Comederunt Iacob ibid.
Pſa.82.Cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos 108.1
Pſa.83.Deus vltionum dominus 75.2
Pſal.96.Fluxerunt à facie domini 78.1
Pſal.104.Tange montes, & fumigabunt 78.1
Pſal.135.Diuiſit mare Rubrũ in diuiſiones aquarum 77.1
Prouerb.3. Miſericordia & veritas te non deſerant 76.1
prou.8.Qui me inuenerit, inueniet vitam 87.2
prou.11.Manus in manu non erit innocens malus 86.2
prou. 20. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regẽ 79.2
prou.21.Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiã, inueniet vitam 76.2
Cant.1.Lectulus noſter floridus 94.2
Cant.3.Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum? 95.1
Cant.3.En lectulum Salomonis 94.1
Cant.5.Dilectus meus candidus 96.1
Cant.6.Reuertere reuertere ſulamitis 95.2
Cant.8.Vinea fuit pacifico in ea 85.1
Cant.8.Vinea mea coram me eſt ibid.
Cant. 8. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem 87.1
ſapien.5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum 78.2
ſap. 12. Tu autem dominator virtutis cum tranquilitate iudicas 75.2
ſap.12.Ipſum quoque qui non debet puniri, condemnas 86.2
Eccle.2.Vę illis qui perdiderunt ſuſtinentiã 73.2
Eccleſ.5.Altiſſimus eſt patiens redditor 76.1
Eſai.2.Viſio Eſaiæ 74.2
Eſa.1.gladius deuorabit vos 94.1
Eſa.2.Fluent ad eum omnes gentes 91.2
Eſai.2.Dies domini ſuper omnes montes 77.2
Eſai.3.Dabo pueros principes eorum 103.1
Eſai.7. In die illa radet dominus nouacula acuta 82.1
Eſai.8.Adducet dominus ſuper eas aquas fluminis 79.2
Eſai.9.Verbum miſit dominus in Iacob 96.1
Eſai.13.Cœlum & terram turbabo 77.1
Eſai.14.Onus Babylonis quod vidit Eſaias 73.1
Eſai. .4.Abietes quoque lætatæ ſunt 106.2

Eſai.14.Conteret dominus baculũ impiorũ 82.1
Eſai.21.Arripite clypeum 90.1
Eſai.40.Super mõtem excelſum aſcende 84.1
Eſai.52.Quàm pulchri ſuper montes pedes euangelizantium 84.1
Eſai.53.Languores noſtros ipſe tulit 87.1
Eſai.63. Vbi eſt, qui eduxit vos de mari cum paſtoribus 104.1
Eſai.64.Ecce tu iratus es,& peccauimus 82.1
Eſai.65. Omnia ligna regionis plaudite manu 106.1
Ierem.1.Accinge lumbos tuos,& ſurge 89.1
Ierem.4.Aſcendit leo de cubili ſuo 93.2
Ierem.9.Aſcendit mors per feneſtras noſtras 91.2
Ierem.46. Viſitabo ſuper tumulum Alexandriæ 102.1
Thren.1. Effudit quaſi ignẽ indignationem ſuam 78.2
Thren.3. Adduxit in tenebras, & non in lucem 80.1
Ezech.3. Vt adamantem & vt ſilicẽ dedi faciem tuam 76.2
Ezec.18. Nolo mortem peccatoris 76.1
Ezech.19. In medio leunculorum nutriuit catulos ſuos 93.2
Ezech.24.Væ ciuitati ſanguinum 99.1
Ezech.26. Aſcẽdere faciã ad te gẽtes multas 88.2
Dani.9.Stillauit ſuper nos maledictio & deteſtatio 87.1
Dani. 10. Quoniam adhuc viſio in dies 74.2
Ioel 3.Mundabo ſanguinem eorum 86.2
Oſeas 4.Maledictum, & mendacium,& homicidium 73.2
Amos 3.Si eſt malum in ciuitate,quod Deus non faciat? 100.2
Abdi.Viſio Abdiæ 74.2
Habac.1.Onus quòd vidit Habacuc. 73.1
Habac.3.Contriti ſunt montes ſeculi 77.2
Sophon.2.Perdet Aſſur,&ponet ſpecioſam in ſolitudinem 92.1
Zachar.1.Ira magna ego iraſcor 75.2
Zach.9.Auferam ſanguinem eius de ore eius 98.2
Zach.12.O paſtor & idolum 104.2
Zach. 14. Conſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui 95.1
Malach.1.Onus verbi domini ad Iſrael 73.1
Malach. 3. Statim veniet ad templum ſanctum ſuum 97.2
Matt.5.Beati pacifici 85.1
Matt.5.Beati pauperes ſpiritu 99.2
Matt.6.Nemo poteſt duobus dñis ſeruire 83.2
Matt.8.Eiicientur in tenebras exteriores 94.2
Matt. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine 84.1
Matt.11.Venite ad me oẽs, q laboratis 74.1.85.2
Matt. 12. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur 84.2.99.1
Matt.13.Aliud cecidit ſuper petram 79.1
Matt.13.Inimicus homo ſeminauit zizania 104.2
Matth.16.ſi quis vult venire poſt me 108.2
Matt.19.Centuplum accipiet 93.1
Matt 20.Conduxit operarios in vineã ſuam 86.1
Matt.21.Eiecerunt eum extra vineam 90.1
Matt.22.Reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari 109.2
Matt.23.Qui ſe exaltat, humiliabitur 89.2
Matt.25. Dormitauerunt omnes,& dormierunt 104.2
Matt.26.Vigilate,& orate ibid.
Matt.27.ſanguis eius ſuper nos 99.1.
Marc.9.Habete in vobis ſal 85.1
Luc.1.Depoſuit potentes de ſede 103.2
Luc 2.Gloria in excelſis Deo,& in terra pax 82.1
Luc.2.Paſtores erant in regione eadem 105.1
Luc.6.Væ vobis qui ridetis 85.2
Luc.8.Aliud cecidit ſuper petram 79.1
Luc.10.Qui vos audit,me audit 109.2
Luc. 11. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur 84.2
Luc.12.ſint lumbi veſtri præcincti 89.1
Luc.12.Facite eleemoſynam 93.1
Luc.16.Eſtote miſericordes 79.1
Luc.18.Qui ſe exaltat,humiliabitur 89.2
Luc. 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas 76.1
Luc.24.ſtetit in medio diſcipulorum 84.1
Ioan.10.Cognoſco oues meas,& cognoſcunt me meæ 79.2
Iaon.14.Pacem relinquo vobis 84.1
Ioan.14.Ego ſum via,veritas,& vita 84.2
Ioan.17.Arguet mundum de peccato 74.2
Ioan.20.Accipite ſpiritum ſanctum 95.2
Ioan.21.ſtetit in medio diſcipulorum 84.1
Rom.1.Veritatem Dei in iniuſtitia detinẽt 79.2
Rom.2. Non eſt acceptio perſonarum apud Deum 77.1
Rom.9. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti 73.2
Rom.12.Nolite conformari huic ſeculo 83.2
1.Cor.7.præterit figura huius mundi ibid.
1.Cor. 15. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt 98.1
2.Cor.10.Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt 96.2
2.Corin.11.AEmulor enim vos Dei æmulatione 75.1
Galat.6.Alter alterius onera portate 85.2
Epheſ.2.Veniens euangelizauit pacem 85.1
Epheſ.6.Calciati pedes ad præparationem euangelij 84.1
Epheſ.6.Eſtote ſuccincti lumbos veſtros 89.1
1.Theſſ.5.Dies domini ſicut fur in nocte, ſic veniet 81.1
2.Tim.2.Nouit dominus, qui ſunt eius 79.2
Tit.1. Manifeſtauit autem temporibus ſuis verbum 84.2
Hebr.12.ſequimini pacem cum omnibus 84.2
Hebr.13.Extra portam paſſus eſt 90.1
Iacob.1.Peccatum cùm conſummatum fuerit,generat mortem 99.1
Iacob.4.Humiliamini in conſpectu domini 103.2
1.Petr.1.ſobrij eſtote, & vigilate 104.2
1.Petr. 2. ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ 109.2
2.Petr.3.Patienter agit propter vos 76.1
Apoc.1.Quod vides,ſcribe in libro 74.2
Apocal.12.Beatus quis vigilat 104.2

INDEX

RERVM MEMORABILIVM.

ADam idem eſt quod homo 96.1
Adamantis natura 76.2
Adamus eſt ſymblum firmitatis & patientiæ 76.2
Æmulator ſumitur dupliciter 75.1
Æmulatorem ſe vocat Deus ibid.
Alexandria à quo fuit ædificata 101.2
Amicitia vera quæ ſit 99.1
Apoſtolorum prędicatio mundum impleuit 84.1
Arma noſtra ſunt preces & orationes 81.1
Aſſumptio vocatur prophetia 85.2
Auaritia reprehenditur 81.2.99.2
Baſan fuit regnum Og 77.2.
Belial idem eſt quod ſine iugo, & ſumitur pro homine impio 85.1
Bethel vbi ſit 101.2
Calamitas oſtendit virum 73.2
Calamitas deſcribitur ibid.
Carmelus mons eſt in galilæa 77.2
Clypeus dicitur rex & præſes 90.1
Cordis humani duricies 79.1
Cupiditas & auaritia reprehenduntur 81.2.99.2
Culpa vna non debet bis caſtigari 80.2
Deus cognoſcitur inſigni ſupplicio impiorum 82.2
Deus nullam habet perturbationem 75.2
Deus non eſt acceptor perſonarum 77.1
Deus dicitur Sol 79.1
Dei miſericordia oſtenditur 76.1
Dei patientia oſtenditur ibid.
Dei iuſtitia & miſericordia ibid.
Diei iudicij conſideratio 78.2
Diſcordia peſtilens 99.1
Diluuiũ deſignat baptiſmum, & calamitatẽ 80.1
Duricies humani cordis oſtenditur 79.1
Et, ſumitur pro quia 82.1
Elceſum fuit oppidum Galilęę 75.1
Facies ſumitur pro perſona, & pro re ipſa 76.2
Fuga an cadat in virum ſapientem 92.2
Furor Dei eſt ſeueritas iuſtitiæ diuinæ 75.2
Furor tribuitur Deo metaphoricè 75.2
Gladij ſignificationes 94.1
Hypocrita primus fuit diabolus 97.2
Hypocriſis reprehenditur ibid.
Hyperbole figura in diuinis literis 76.2
Humilitas commendatur 89.2.103.2
Ignis ſignificationes 104.1
Increpare mare quid ſit 77.2
Inſufflare in aliquem quid ſit 95.1
Impiorum interitus infelix 83.1
Iuſti & miſericordes cum apibus cõparatur 76.2
Iuſtitia Dei oſtenditur 76.1
Iuſtitia eſt cum miſericordia copulanda 79.2
Iuſtus quare affligitur ibid.
Iudex debet cum iuſtitia miſericordiam coniungere ibid.
Leonis acceptionis 93.2
Libanus mons eſt in fine terræ ſanctæ 77.2
Libya deſcribitur 102.1
Manus quid ſignificet 95.1
Martem induta veſte adamantina quid ſit 76.2
Mendacium reprehenditur 99.1
Miſericordia Dei oſtenditur 76.1
Miſericordes eſſe debemus ibid.
Miſericordia commendatur ibid.
Montium nomine principes intelliguntur 77.2
Mundi fallacia oſtenditur 83.2
Mundo ſeruire non debemus ibid.
Mundus relinquendus eſt ibid.
Mundi ornatus deſcribitur 74.1
Nahum ſonat conſolatorem 74.1
Niniue ciuitas eſt Aſſyria 74.1
Niniue fuit ædificata à Nino ibid.
Ninus quis fuerit 74.1
Niniue variè vocatur ibid.
Nouacula cõducta deſignat diuinã potentiã 82.1
Oua ſignificat prophetiam, & calamitatem 73.1
Paupertas laudatur 93.1.99.2
Paſtoris & præſulis officium 104.1 & 2.
Paſtores præcipui duo 104.1
Paſtores ſunt reges, & præſides 90.2.104.1
Patientia commendatur 76.1
Pax euangelica deſcribitur 84.2
Pax habenda eſt cũ hominibus, nõ cũ vitiis ibid.
Peccato vni non datur duplex pœna 80.2
Petræ nomine intelligitur cor durum 79.1
Portæ fluuiorum ſunt pontes 91.2
Præteritum ponitur pro futuro 88.2
Princeps eſt clypeus 90.1
Princeps eſt paſtor 91.1.104.1
Princeps debet eſſe ſapientia prędit us 81.2
Prophetia dicitur viſio 74.2
Prophetæ loquuti ſunt de tempore Chriſti 85.1
Propheta intelligit prophetiam ſuam 81.2
Prouidentia diuina 94.1
Rex bonus deſcribitur 90.1
Salis natura 84.2
Sanguis ſumitur pro cæde, & maleficio 98.1
Sanguinis nomine quid ſignificetur ibid.
Sarcaſmos figura 89.1
Sardanapali interitus 83.1
Scire ſumitur pro approbare 79.2
Spiritus ſancti munus eſt conſolari & reprehendere 74.2
Superbia reprehenditur 96.1
Superbia ſumitur aliquando pro gloria 96.1
Tantalus deſignat hominem auarum 81.2
Tentatio deſcribitur 73.2
Tenebris ſignificantur flagitia 80.1
Tenebris aduerſa omnia deſignantur ibid.
Terra ſumitur pro hominibus 78.1
Tſaba quid ſignificet 106.2.& ſeq.
Videns eſt propheta, & viſio prophetia 74.2
Vinea eſt eccleſia 86.1
Virga ſumitur pro flagello 82.1
Virga accipitur pro poteſtate ibid.

FINIS.

06879GG